11 coniug. Inde ſumpta occaſione, † adde quatuor differētias inter matrimonium de præſenti, & ꝺſummatum per copulam. Prima eſt, quantum ad ſignificationem, vt dixi. Secunda, quia bigamia nō incurritur per mr̄imonium de p̄nti, de quo in d.c. debitum. in quo, vt ibi vult Io. An. corrigitur Magiſter ſen. in 4. Tertia quò ad affinitatem ꝺhēdā. c. 1. & c. qđ ſuper his. de conſan. & affi. Quartò quò ad religionis ingreſſum, qui fit ante copulam, poſt non, vt s̄. deductum fuit. Cui vltimo adde ꝙ beatus Hierony. refert, ꝙ Macharius præcipuus inter Chriſti eremitas, celebrato nuptiarū ꝙuiuio, cū veſpere thalamum eſſet ingreſſurus, ex vrbe egredit trāſmarinam, & eremi ſolitudinē elegit. Alexius quoq; Epiphanij clariſſimi fili⁹ ſil'r ex nuptiis diuina gr̄a vocatus, ſpōſā deſeruit, ac nud⁹ Chriſto cępit famulari, ita poſt Hiero. refert Gratianus ī c. ſcripſit. 27. q. 2. Magiſter ſn̄iarū idē refert ī 4. di. 27.

Secunda declaratio conſiſtit in eo, quod aliqui ad p̄dictā mr̄imonij diffinitionem adiiciunt, diuini & humani iuris cōicatio. ſic gl. in §. 1. alle. de pa. pot. Diuini, quia eiuſdem ſectæ debēt eſſe coniuges. l. ne quis, de Iudæ. C. ēt ꝓcedit iſtud, ſi mulier eſſet iā cathecumena, nec hoc fieri poſſet ſub ꝺdōne trā ſeundi ad fidē: & ſi ꝺheretur, mr̄imoniū eēt nullū. 28. q. 1. ca-

12 ue. & c. cum non oportet. Sunt tñ ex noſtris, † qui affirmant Chriſtianum cum infideli ꝺhere poſſe ſub ꝺdōne tranſitus ad fidem: Et ſi infidelis ꝙuerſus ad fidem relicta in Iudaiſmo vxore poſſit aliam ſuperducere, vide quod no. in c. g̃to, gaudemus. de diuor. Porrò in diffinitione adiiciunt humani, ut forum viri ſequatur vxor. l. de iure. §. fi. ad municip. ff. l. cum quædam puella. ff. de iuriſ. om. iu. ff. & ſi mulier maritū vagabundum teneatur ſequi ad exhibēdas ei operas carnales & manuales, vide quod argumēto l. quod niſi, in fi. de ope. li. ff. no. gl. in c. j. de coniu. lep. ex̄. & no. Cy. ī l. liberti. de ope. li. C.

Tertia declaratio conſiſtit in eo, vt ſciatur, qñ fuerit inſtitutum matrimonium, & quæ fuerit cauſa inſtitutionis. in quo tu recurre ad illud, quod pulchrè notat Magiſter ſent. in 4. di. 27. vbi primùm cōcludit inſtitutum fuiſſe ante peccatum. Scribit. n. ſcriptura in Geneſi, ꝙ in Adam miſſo ſopore, atq; vna de coſtis eius ſumpta, & exinde formata muliere, virū in ſpiritu intelligentem ad quem vſum mulier formata eſſet, prophetice dixiſſe, hoc nunc os de oſſibus meis, & caro de carne mea, &c. Quod eſt ſm vnum intellectum, quantū ad thorū. i. adhærebit thoro vxoris. Et tu ī illis verbis, ex dictis Ho-

13 & Io. An. in c. fi. de frigi. no. nouem circa hoc ſacr̄m, † quib. alter alteri eſt obligatus. Primò vitæ ſuſtētationem, & oēm ſubuentionem ibi, os de oſſib. Secundò intimam religionis ꝺformitatem, ibi, de carne, quaſi de fide ſua Chriſtianus debeat vxorem ducere. Quartò vinculi indiſſolubilitatē, ibi, & pp hoc. Quintò ꝓhibitionem duarū perſonarum patris & filij, ibi, pr̄em & matrem. Si. n. ꝺhens eos relinquere iubeāt, ergò prohibetur cum eis ꝺhere. Sextò ſexuum conformitatem, ibi, homo. & ibi, vxori. Septimò debiti redditionē, ibi, adhęrebit. Octauo fidē, & ꝙſenſum ſpōtaneū. ibi, vxori ſuæ. & ibi, & erunt. poſtremò cognoſcendi intentionem, ibi, in carne vna, vbi etiam ſubiungitur ſacramenti ſignificatio, qa non diuiditur in plures. Ac, vt dicūt Apoſtillatores in dicto loco Geneſeos, additione quinta, in hoc ſacr̄o matrimonij figuratur illud ad Ephe. v. Sacr̄m magnū inter Chriſtū & eccleſiam, nam corpus Chriſti myſticum multa licet cōtineat ſuppoſita, vnū tñ eſt quodāmodo indiuidualiter, cuius cōpoſitio ædificatio dicitur iuxta illud Mat. 5. & ſuper hanc petram ædificabo, &c. Coniugij autem inſtitutio fertur ee duplex.

Source : BIU Cujas

14 plex.vna ſante peccatum in paradiſo ad officium, vbi thorus eſſet immaculatus,& nuptiæ honorabiles, ex quibus ſine ardore conciperent, ſine dolore parerent. Altera fuit cā poſt peccatum extra paradiſum ad illicitum motum carnis deuitandum. Prima cauſa fuit,vt natura multiplicaretur. Secunda,vt natura a peccato cohiberetur:fieretq;,vt interpretantur Doctores Theologi, multiplicatio ſpeciei humanæ ad complendum numerum electorum, & ad ꝓſeruationē indiuiduorum. Ante peccatum fertur Deus dixiſſe, Creſcite & multiplicamini, idq; aduenientе peccato repetiit poſt diluuium. quod ſi,vt vult Magiſter ſent. primi parentes non peccaſſent,ſine carnis incentiuo,ac feruore libidinis,ipſi ac ſucceſſores eorum conueniſſent. dicit tn̄ Aſteſanus,lib.8.c. 7.§.3.ꝙ q̄uis ante peccatum,matrimonium & eius vſus fuerit in peccato:tn̄ quia fuit pręceptum affirmatiuum,nō obligat niſi pro loco & tpe, inde ſm eum primi parentes nō fuerunt huius peccati tranſgreſſores, licet in paradiſo nunquā fuerunt matrimonio copulati, quia ſtatim poſt formationem facta eſt tranſgreſſio,ex qua eiecti ſunt.

Quarta declaratio conſiſtit in eo, vt ſciat, quot vocabulis ſacr̄m
15 iſtud reliquis antiquius nominetur. † in quo tā a ſacris Doctorib. q̄ noſtris lego quinq; vocabulis deſignari, mr̄imonium,nuptiæ,connubium,contubernium, coniugium. circa primum matrimonium vnde dicatur,vide tex.in ca.2.de conuer.infi.qui tex. probat ꝙ tametſi proles cōis,quæ trien nium exceſſit,pr̄i qui ad Chriſtianiſmum tranſiit,ſit aſſignā da,non matri in infidelitate permanenti: tn̄ non a pr̄e ꝓpea deriuatur matrimonium, ſed a matre, vtpote quæ eſt ante partum oneroſa,in partu dolorosa,& poſt partum laborioſa,de quo ēt meminit Iuſtinia.in l.aſſiduis.C.qui pot.in pig. ha. Et tu ad præcedens dictum adde prolē ēt doli capacem patri infideli eſſe aſſignādā, quantum ad ſuā pr̄iam ptātem, ſic Panor.in d.c.3. ad fi. Nam ſi Iudæi ꝯhunt iuſtas nuptias, & ſunt ſub imperio Romano,& gaudent legib. & filios hn̄t in ptāte,multomagis poſt baptiſmum. ad hoc.c.Iudæi. c.rō. de Iudæ.ex̄.vbi patet ꝙ oīa bona ſunt eis conuerſis relinquē da,niſi fortè illa quæ vſurariam prauitatem reſpiciunt,vt eſt gl.no.in c.Iudæi.de conſe.di.3. Ad id,quod dixi, matrimo-
16 nium a mr̄e dici, †adde ꝙ ſm quoſdā mr̄ dicitur a materia, quod in fœtu materiam præbeat. Nā ſemen patris ꝓ artifice eſt, & formā ꝓbet;mr̄ ſanguinem ꝓſtat,vnde fętus format̄. Quāquā & mr̄ interdum ꝓ nutrice ponatur apud Plautum. probatur vtrūq; ita forma ſimili pueri, vt mr̄ ſuā internoſſe non poſſet,quæ māmam dabat, neq; adeo mr̄ quæ peperat. Ad pręcedens dictum adde In.& Hoſt.in c.fraternitati. inquantum volunt,ad eſſe gn̄ationis neceſſariò requiri concurſum & ꝙmixtionem ſeminum ab vtroq;. Qui ſecūdum eos,ſi non fiat,aut non interueniat,neq; fit gn̄atio,nec cauſatur affinitas,neque fit conſummatio matrimonij,i. ꝙ Iuſtinianus ſcribit, neq; maſculus per ſe,neque mulier ſeparata ad ſobolis procreationem aliquid operatur, ſed vtrunq; ad generationis opus coaptauit Dominus. Et natura vtrunque corpus edidit,vt maneat ſuis virilib.immortale,& vno ſemoto aliud corrumpatur. hæc habentur in l.jde leg. hær. C.in §.noſtra.de exhęre.lib.Inſt.in §.neq;.de trien.& ſemiſ. colla.iij. Sed tu aduęrte,ꝙ in d.c.fraternitati. Panor.ſcribit, ꝙ ſemen mulieris neceſſariò non concurrat ad generationem,ſed ſatis eſſe quod ſemē viri ſit cōmixtum naturæ mulieris, ſic poſſunt intelligi leges proximè allegatæ. & refert idem Panor.Fed.in conſi.290.in eam eſſe ſententiam. Alioquin, vt ipſe vult, ſequeretur abſurditas. Finge ꝙ ꝓ annum mulier non emiſerit,tamen concepit ex ſemine viri,ridiculum eſſet dicere non eſſe cōſummatum matrimoniū, neq; ꝺctam affinitatem. Quæ poſtrema opinio Panor. ſatis placet,data habilitate vtriuſque. Sed præcedens opinio magis cōiter tenetur a medicis, quorum ſ decisioni hæc ſecretiora naturæ miſteria ſunt relinquenda, & ad eos velut peritos in arte eſt recurrendum. Et inquantum ſ. dixi,mr̄imonium a mr̄e dici:& matrem a materia,quam in conceptione, ſm præcedentem opinio. (magis vt dixi cōem) ſubminiſtrat.
17 †adde tu, ꝙ licet Iuriſconſulti interdum matrēfamilias appellant eam,quæ eſt ſui iuris.l nam & ciuium,de his qui sūt ſui,vel alie iuris.ff.tn̄ vt plurimum dicunt Iuriſconſulti matrem familias eam dici,quę eſt notæ autoritatis & honeſtæ vitæ in domo ſua. matrem familias.n.a cęteris fœminis mores diſcernunt atque ſeparant. Proinde nihil intereſt nupta ſit an vidua, ingenua an libertina:nam neque nuptiæ, neq; natales,ſed boni mores faciunt matrē familias. habētur hęc in l.iij.§.j.de liber.exhi.in l.pronunciatio.§.familiæ.de verb. ſig.ff gl.in §.j.in ver.matrē fam.de iniuriis.Inſti. neq; actione iniuriarum(iuxta tex.in l.apud Labeonem. §.ſi quis meretrices.de iniur. ff.) tenetur is qui matremfami. affectatus eſt non mr̄imoniali,ſed meretricia veſte veſtitā. Muliebria aūt veſtimenta, quæ matris fam. cā ꝓparata ſunt,de q̄b. uir ſine vituperatione ſtatus ſui non facilè vti poteſt,ſunt hæc, ſtolæ,pallia,tunicæ,capucia,zonæ,mitræ:quæ magis tegendi capitis q̄ ornandi cā comparata ſunt, hęc habentur in l. veſtis.de au.& arg.leg.ff.vbi ēt eleganter deſcribit Iuriſc.veſtimenta virilia,puerilia,familiaria,necnon cōia, quib.mu-
18 lier promiſcuè,cū viro vtebatur. †Et mundus muliebris q̄d ſit,hr̄ in l.arg.§.mundus.& in l.ſi vxori.§.mundus.eo.ti.Calepinus aūt Dictionarius,Feſtum Pompeium ſecutus, dicit ꝙ prædictis eſt adiiciendum matrem fam.eam dici, quæ in mariti manu mancipioq; eſt, quoniam nō in mariti tn̄,ſed in familiam quoq; & ſui hæredis locum venit. idē quoque Feſtus tradit non ante matrem fam. dici q̄ vir eius paterfami.appelietur, neq; hoc nomine plures poſſe in vna familia appellari,ſed vnam tn̄ matrem fam. dici. Secundò ſacr̄um iſtud appellatione nuptiarum dicitur:ſed tu aduerte primo ex dictis Panor.in c.tertio loco,de præſum. ꝙ nuptiæ in iu-
19 re noſtro capiuntur tribus modis. †Primo pro ipſa eſſentia coniugij,quæ cauſatur ex ſolo cōſenſu,vt ſ.deductum fuit, ita ſumitur in l.nuptias.de reg.iu.ff. Secundò nuptiæ ponuntur pro iſta commixtione carnali.c.quod aūt. c.genuit. vbi gl.3.& Arch.ea.cauſa,& q. Tertio ſumitur pro apparatu,ſeu feſtiuitate nuptiali, quæ ſolet fieri quo tpe mulier perducit̄ in domum mariti.in c.noſtrates.in c.fœminæ.30.q.5.ſic ſumitur in euāgelio,Nuptiæ factæ ſunt in Cana Galileæ. Quo in loco cepit Chriſtus primum miracula facere, & aquam in vinum mutauit,ac in quibuſdam locis vulgariter vocat̄, ſecundum Panor.le noze;Gallicè. Et nuptiæ quātum ad cōſenſum oī tpe fieri poſſunt, & celebrari, ſed cōia nuptialia & ſolēnis traductio ad domū,& carnalis concubitus, certis diebus prohibetur a iure,de quibus in c. nec vxorem. 30.q. 4.& melius in c.pe.de fer.ita intelligit gl.in §.hinc ēt. ea. cā, & q.Simile eſt,quod ſm leges,quę non poteſt nubere intra tpa luctus, poteſt intra eadē tpa effici ſponſa.l.ſolet.de his, qui no.infa.ff. Adde prædictis, ꝙ nubere propriè ad mulieres pertinet, apud Terentium in Andria, Aiebant filiā meā nubere nato tuo. Aliquando cā vituperationis peruerſo naturæ ordine,in maſculos turpiter accommodatur,in l.cum vir nubit.de adult.C.apud Suetonium in Nerone. Cui ēt ſicut ipſi Sphorus,ita ipſe denupſit. Et Lāpridius, impudicos
20 mores Heliogabali taxans,nupſit inquit & coit. †nuptiæ autem dictæ ſunt a nubendo.i.velando,qm̄ ſponſæ apud veteres dum viro tradebantur,nubere,hoc eſt velare capita ſolebant:factum eſt aūt ut nubere vſurparetur pro viro tradere,ſeu viro tradi. His adde, ꝙ Apoſtolus ſcribit,vir non debet velare caput, quia Dei imago eſt:mulier aūt velat, quia gloria & imago Dei non eſt,in c.hæc imago. 23.q.5.velant̄ fœminæ,vt moneantur viro ſe ſubdendas eſſe. adde ꝙ nubere, in paſſiuo aliqn̄ legitur, non nubent neq; nubentur. Quo verò ſæpe vtitur Hieron.contra Eluidium. Qualis aūt fuerit error Eluidij impiè affirmātis virginem poſt partum cognitam,copioſè ſcripſi in lectura Decretalis,firmiter credimus.de ſumma Trin. His adde quod Hoſtien. no.in ſumma hui⁹ ti.§.j.Nuptiæ,inquit,dr̄ a nube:nā ſicut nubes tps offuſcat & turbidum reddit,ſic nuptiæ dicit Hoſti.nuptā offuſcare dr̄, vt quo ad geſtus laſciuos, & tactus corporales ꝓtinet,oīb.reddatur obſcura,& turbida. Et cum hac deſcriptione Hoſt.multi ex ſchola nr̄a trāſeunt, q̄ tn̄ mihi parum placet,nec iure ꝓbatur,nec ēt apud oratores inuenitur. Prædictis adde tex.in l.pe.de do.inter vir.& vx.ff. ꝺum dicit, die nuptiarum priusq̄ ad eā tranſiret, & priusq̄ aqua & ignis acciperetur,i.nuptiæ celebrarentur,obtulit decem aureos dono. vbi Budæus Feſti autoritate vſus,& Lactantij verba cō-
21 memorās,a veterib.tradit inſtitutū fuiſſe,†vt elemēto ignis & aquæ nuptiarū fędera ſanciātur:nā ipſe Lactan. de aqua & igni locutus dicit, ꝙ alterum quaſi maſculū elementum eſt:alterum quaſi fœmininum. inde eſt ꝙ fętus aīantium calore & humore corporantur atq; aīantur ad vitā. cum.n.ꝙſtet oē aīal ex aīa & corpore, materia corporis in humore eſt,aīæ ī calore. Qd̄ ex auium fętib. dat̄ intelligi, quos craſſi humoris plenos, niſi opifex calor fouerit, nec humor pōt corporari,nec corpus aīari. Qn̄ aūt aqua & igni de quib. loquit d.l.pe. interdicebatur, perinde erat ac ſi qui talē ſnīam excepiſſent,morte mulctati eſſent. Excōicatos aūtq; ſunt a cōmercio Dei & cōione hominū ſeparati, & participatione ſacr̄orum,ut Panor.tradit in c.fi.de cler.exc. cōparamus his,qb.eſt aqua & igni interdictū. Adde his, ꝙ idem Budęus Aceurſium taxat in præmiſſa lege, inquantum illa verba Iuriſconſulti,ibi,aqua & igni,intellexit idem Accurſius de tęda nuptiali,& rectè. Tęda.n.nuptialis erat,quæ notæ nuptiæ

præfere-

Source : BIU Cujas

prę̃ferebatur:& ſeruus qui eã præferebat,Daduchus Grę̃cè,Latinè prælucens,vocabatur.confirmat iſtud ex Apuleio in Aſino, Trãquillo in Auguſto,Cicerone ĩ Saluſtio. cui adde poſt Plinium, tędã eſſe arborem, quæ liquorem ſeu picem ſtillat,& quæ abundans eſt ſucco liquidiore, & ex hoc flammis & lumini ſacrorum grata. Inde tędas vocamus faces,quę optimè ex ea arbore fiebant, & Cererẽ deam tędiferam vocant,quod tędas dicitur inflammaſſe, cum inueſtigare vellet deam filiam Proſerpinam a Plutone abreptam.de nuptiali tæda intellexit Virgilius,

Nec coniugis unquam
Portandi tædas, aut hæc in fœdera ueni.

22 †Tertio ſacramentum iſtud dicitur connubium a nuptiis dictum,quod vocabulum apud ſacrorum Canonum & legum profeſſores non eſt multum frequens.apud Virgiliũ,

Connubio iungam ſtabili, &c.

Quartò eſt Contubernium,quod ſecundum leges erat cũ ancillis.in l.cum ancillis de inceſt.nup.C. Cuius meminit tex.in c.dixit Sara.in ver.ancillæ cõtubernio ꝙiugalẽ poſt habuit thalamũ,&c.22.q.4.inter ſeruos aũt iure canonico cẽt mr̃imonũ,niſi error (vt infra latius dicetur) impediret. Quintò eſt coniugium, quo vocabulo & legum & Canonum profeſſores vtuntur ſępenumerò, & eſt frequens apud Magiſtrum ſententiarum a diſt.27.vſque ad 37. diſt. quarti.& ſecundum quoſdam, coniunx a coniugio dicit, aut ſecundum alios a coniugo,ꝙ eſt eo.iugo iungere.inde ſecundum Grammaticos, coniugatio ꝙ ſibi ad vnum ſonum multa coniũgat.Coniunx, ſecũdum Priſcia.dicitur, & coniux ſine N.Eſt autem iugum inſtrumẽtum, quo boues iunguntur:inde iugari dicimus eos, qui inſtar boum colla ſubiiciunt,& fędera matrimonij vincula iugalia dicũtur.Adde his ſatis appoſitè, ꝙ vxor dicta eſt ab vngendo, nam cum puellæ nuberent apud veteres, ac mariti domũ intrarent, axungia poſtes vngebant, putantes ex hoc oĩa mala a domo arceri.& Serui.in 4.AEneid. ſic habet. Mos erat vt nubentes puellę ſimul cum veniſſent mariti limẽ, ac poſtes laneis vittis & oleo vngerent, & inde vxores dictę ſunt quaſi vnxores. Plinius quoque ſcribit,nouas nup. lupino adipe poſtes vngere ſolitas, ne quid mali medicamenti inferretur. vxorium autem dicitur quod eſt vxoris precipuum,& quæ ſunt proprie vxoris,habetur in l.ſi ego, §.dotis.ff.de iure do.& in l.fi.de pac.conuen. C.

23 Ex prædictis infertur ad pulchrum & notabile dubium. † Stãte ſtatuto quòd vxore mortua ſine liberis in matrimonio maritus lucrẽ tertiam partem dotis,ſi ſponſa de præſenti decedẽte priuſ quam in domum mariti traduceretur, an ipſe lucretur tertiam? Ego lego duas opiniones,vna eſt magis communis, ꝙ non:& hæc ſuadetur his fundamentis.Primo arguendo ab ethymologia vocabu. vxor dicitur, quæ vnxit poſtes domus mariti,& in domum mariti traducta eſt. vnde ſtatutum loquens de vxore, non poteſt in ſponſa verificari. Secundo facit,ꝙ in ſtatuto dicitur vxore præmortua: ſed illi ablatiui abſolutè poſiti ponunt conditionem, ſi vxor 26 ſit prę̃mortua.ſed iſta non eſt vxor, ergo deficit conditio. Iſto arg.in propoſito vſus eſt Bal.in l.non ſine.de bon. quę lib.C.Tertio facit, quia appellatione matrimonij,intelligitur de conſummato.ca.ex publico. de conuer.coniug. vbi Panor.in vlt.no.qui tex.vt dicit, eſt melior de iure. Quarto facit,quia verba ſtatutorum debẽt capi in propria ſignificatione,ar.l.3.ff.de neg.geſt.l.pen.§. qui in perpetuum. ſi ager vect.ff.Sed ex proprio ſignificato appellatione matrimonij,non venit matrimonium de prę̃ſenti.eſt glo.in c.cũ iniiciatur.27.q.2.Inde Theologi dicunt,inter Mariã & Ioſeph fuiſſe matrimonium,quantum vt ſ̃.prę̃miſimus,ad sãctificationem,non quantum ad ſignificationem. Quinto
24 †in prędicto ſtatuto eſt formiter ponderandum id, quod in eod.ſtatuto dicitur in matrimonio, qa dictio,in, notat intrinſicitatem verificari.verificatur ergo in ea,quę in domum mariti traducta illic deceſſit,facit.l.j.§.ne quid.ne qd in loco pub.ff.vbi Bar.vult ꝙ factum in ripa, non dicitur factum in flumine. inde per ſtatutum puniens inſultantem in domo,nõ punitur inſultans in porticu. Præterea cũ qualitas adiecta verbo debeat intelligi ſecundum tempus verbi,cui adiicitur.l.in delictis. §. ſi extraneus.de no.ff.inde ſi ſtatutum loquitur de vxore mortua in matrimonio,intelligitur ꝙ tempus mortis ſit in matrimonio. Itẽ rurſus põderando verbum,matrimonio, quod eſt maris & fœminę coniugatio,vt dicit tex.in l.j.§ ius naturale. de iuſt.& iu.ft. Item ſi ſtatutum voluiſſet intelligere in ſponſa de præſenti,non dixiſſet in matrimonio,ac ſatis fuiſſet ſimpliciter dicere,vxore præmortua ante virum. non ergo ſtatutũ dicit ſine miniſterio in matrimonio, ꝙ proprie non poteſt dici ante traductionem in domũ mariti & ante copulã. Sexto facit.l.vxores.& l.liberorum.de his qui no.infa.vbi appellatione viri,vel mariti,venit is qui vxorẽ carnaliter cognouit,quem mulier debet elugere, ſed ſponſum nõ tenetur, cum nulla ſit in tali perturbatio ſanguinis. Septimo facit, quia mens ſtatuti conſerentis marito tertiam partem dotis, fuit ad occurrendum expenſis factis in conducenda vxore:quę ratio ſecundum Doc.eſt expreſſa in ſtatuto Ferrarien.ita Saly.in l.cum te.de don.ante nup. C. & latius in quodam conſi.inci.Iacobus promiſit.ſed in ſponſa de præſenti,quæ nondum traducta eſt,ceſſat expenſa,igitur ceſſabit premium.ar.l.Scio.de tri.vino & oleo.leg.ff. Sicut in ſimili iura q̃ tribuũt marito fructus dotis, ſunt intelligenda,ſi pertulit onera matrimonij.l.dotis fructus.de iure do. ff.multominus ergo ferre debet aliquam partem dotis is,q nulla pertulit onera matrimonij.Octauo,non poteſt negari quin ſtatutum ſit odioſum, vtpote ꝙ priuat hæredẽ vxoris, igitur matrimonij appellatione nõ veniunt ſponſalia. gl.in cle.1.in verbo, contrahen.de ſpon.Nono facit,qa ex communi vſu loquendi,ea cum qua contractum eſt, dicit ſponſa: q̃ licet reſpectu vinculi matrimonialis dicat vxor, neque poſſit dici ſponſa,quia ſponſalia ſunt propriè de futuro, tamen reſpectu executionis & copulæ & traductionis,adhuc poteſt dici ſponſa,no.Panor.in rub.huius tit.Et idem notat in c.ſi inter.eo.tit.& idem in c.fi. de ſpon.duo.
25 †Decimo facit tex.in §.ſed ſi vxor.in fi.de nup.Inſt.vbi ſpõſa patris mei,non dicitur mihi nouerca;& ſponſa filij mei, itidem non cognita,nõ dicitur mihi nurus.De ſtatuto aũt conferente marito partem dotis, vxore decedente ſine liberis,an habeat locum in dote promiſſa non data,vide qđ no.Bar.in l.iubemus.§.j.de ſacroſ.eccle.C.idem Bar. no. in conſi.incip.ſtatuto cauetur.Ang.in conſi.incipiente, Statuto ciuitatis Camerinæ.Pau.in l.& hoc ita.de re iud.ff.idẽ in l.donaturus,de condi.ob cau.ff.& lex, quę vocat vxorẽ ad ſucceſſionem mariti ab inteſtato, an procedat in ſpõſa de præſenti,no.Bal.in l.1.in 2.q.de bonis,quæ libe. C.& appellatione vxoris, an veniat ſponſa de prę̃ſenti, ex propria ſigni.an ex interpretatione,vide qđ no.Bar.in l.cum pater. de pac.C.ad dubium verò noſtrum principale opinio præmiſſa firmata per prædicta fundamẽta,quæ multum vrgẽt, videtur mihi tutior.ſequitur eam Bal.ſibi contrarius, in l. non ſine.de bonis,quæ lib.C.idem in auc.dos data. de do. ante nup.C.Sal.diſputat in d l.cum te.Pet.de Anch.in rep. c.primi.in 47.car.de conſti.in verſi.quæro de q.Panor.idẽ tenet in d.conſil.inci.facti contingentiam. Idem in c.tertio loco.de prę̃ſump. idem in d.c.ex publico. referens ſe in ciuitate Sen.ita conſuluiſſe.idem tenet Fely. in rub.huius tit.vbi refert, ꝙ per alium non inuenitur hæc quæſtio, ita bene accumulata,licet ipſe ſolum vtatur fundamentis Saly.in d.l.cum te,nec non Ang.(quem ipſe non commemorat) diſputantis copioſe in §.fuerat.in 20.col.cum duabus ſeq.de act.Inſti.verſi.Quæro de quæſtione quotidiana.aliquid per eundem Ang.§.1.in 2.col.de pat.poteſt.Inſti.†Et tu aduerte, ꝙ ſecunda opinio quam multi ſequuntur eſt, ꝙ ſtatutum conferens marito in lucrum tertiam partem dotis,vxore mortua habeat locum, mortua ſponſa de præſenti. & pro iſta opinione ſtringunt fundamenta ſequentia.Primò ſuadetur iſtud per rationem tex.in l.2.§.fi.de priui.cred.ff.vbi ſponſa de præſenti habet priuilegium,vt præferatur creditoribus, licet matrimonium non fuerit ſecutum.& gl.ibi concludit, ꝙ habeat priuilegium.l.aſſiduis.q pot.in pig.hab.C.a qua tamen glo.deciſione Bar. ibi recedit.Secundò facit tex.cum gl.in l.ea quæ.la 2. ad municip. ff.vbi ſponſa ſequitur domicilium mariti,licet nondũ traducta ſit in domum ipſius.Tertiò facit tex.in l.nihil.rerum amo.ff.vbi quantum ad illum titulum non refert, an mulier fuerit traducta,an non.Quartò facit tex.in l.pe.de do. inter virum & vxo.ff. vbi ſicut maritus prohibetur donare vxori, ita ſponſæ nondum traductæ. Quintò facit l. cui fuerat. de cond.& dem.ff.vbi legatum factum ſub �conditione contrahendi matrimonii,debetur eo ipſo ꝙ contraxit de præſenti.Sextò faciunt iura in præcedente articulo deducta,quæ volunt, ꝙ matrimonium verum eſt per ſolum conſenſum de præſenti.in c. ſufficiat. in c.cum renunciat. 27.q.2.Item diuinæ legis mos eſt ſponſas appellare coniuges,vt in euangelio,Accipe Mariam,coniugem tuam. Et in Deuter.Si quis cuiuſlibet hominis deſponſatam puellã in agro,vel alio loco oppreſſerit,vel abduxerit in domum, morte moriatur.habetur in c.qui deſponſatam.27. q.2. Septimò facit,quia in materia pęnali & odioſa ſufficit matrimonium qualitercunq; contractum ſit ad incurrendã

pœnam,

Source : BIU Cujas

pœnam,in l.vxori.§.diuus.ff.de adult.Octauò facit,quia ratio dicti ſtatuti fuit ad remunerandum maritum illius impenſæ,quam fecit in abducenda vxore, ſed ſtare poteſt eũ impendiſſe multa in veſtibus & aliis præparatoriis.Cum ergo mens ſtatuti habeat locum in caſu iſto, ergo & ſtatuti diſpoſitio,ar.l.cum mulier,ſoluto matr.ff.Item ſtatuentes, ſi ſuper hoc fuiſſent interrogati, ita veriſimiliter reſpondiſſent,videlicet maritum qui aliquid impendiſſet in præparatoriis ad abducendam vxorem,eſſe aliquo præmio cõpenſandum facit quod notat gl.magiſtra,in l.tale pactũ.ad fi.de pac.ff.Preterea & nonò ſponſa de preſenti per parẽtes eſt deſtinata ad domum mariti: ſed res deſtinata ad locũ, perinde eſt,ac ſi eſſet in loco,in l.fundi.§.fi.in l.granaria.de act.emp.ff.Item qui de proximo eſt cingendus,pro iam cincto habetur.l.pe.vbi Bar.& Bal.de mil.teſta.ff. Item traductio ad domum,eſt facilis,cum pendeat ſolum ex volũtate viri.l. ſi non ſint.§.quid ergo.de au. & arg.lega.ff.Decimò facit prædictis.l.mulier abſenti.& l.deniq;.de ritu nup. ff. q tex.loquitur de ſponſo,dum a cœna ad vxorem veniret, in tyberim ſubmerſo.quẽ tex.vult lugẽdum eſſe.ſed ille text. parum vrget: erat.n.illic matrimonium contractum p nũcium,& vxor erat in domum mariti traducta. Vndecimò facit tex.in l.Deo nobis,de epiſ.& cle.C.in ver. & hoc tantum lucri nomine. vbi vxor nondum erat copula carnali cognita,alias non potuiſſet alteruter religionem ingredi altero inuito.c.Agathoſa.& in c. deſponſatam.27. q.2.& tamen illa lex loquitur de lucrãda dote ex pacto,vel ſtatuto.

27 †Duodecimò facit.l.nõ ſine.de bonis quæ lib.C. quæ vult ꝙ ex benigna interpretatione appellatione mariti, veniat ſponſus.& ſubiicit ille tex.ꝙ lex Iulia,quę prohibet marito alienationem fundi dotalis,extenditur ad ſponſum. l.3. de fundo dot.ff.hanc opinio.2.ſequutus eſt Bal.in d.l. Deo nobis.Bar.ezpreſsè in d.l.nihil,re.amo.ff.per illum tex.gl.videtur eam tenere in l.ea quæ.la 2.§.1.de priuil.cred.ff.& refert Ang.in d.§.fuerat.ꝙ quamuis præcedẽs opinio ſit verior, dicit ꝙ opinionem ſecundum Raph. ſeruaremus in practica:potiſſimum verò ſi ſponſus iam ante mortem ſponſæ ceperat ſuſtinere onera matrimonii in veſtibus & aliis, vt docet experientia. & quamuis iſta expenſa fortè non ſit tãta,quantum lucrum dotis, tamen portionem integram delatam a ſtatuto dẽt hr̃e maritus,ar.l.creditor.§. ſi inter maritum.ff.mand.Sicut econtra poſſet cõtingere ꝙ dotis fructus,vel tertia proprietatis per ſtatutum,de quo agitur delata,nõ ſufficeret ad onera mr̃imonii inchoati vel inchoãdi,ar.c.ſalubriter.de vſu.& tamen ex eis maritus dẽt ꝓferre integra onera matrimonii.l.pro onerib.de iu.dot. C. vnde iſtud pendet a fortuna. videtur ergo maritus iſtum caſum ſuſcepiſſe,vel alium inſtar eius, qui iactum retis emit a piſcatore,aut indaginem plagis impoſitis a venatore,vel pãtheram ab aucupe, ẽt ſi nihil capiat,precium nihilominus ſoluere tenetur,in l.emptorem.§.fi.cum l. ſeq.de acti.emp. ff.Et ſic ſaltem haberes vnũ caſum,in quo procederet hæc opinio prima.Fel.in rub.huius tit.adducit ſecundum.quãdo eſſet in domum traducta,vt viro coniungeretur,ſed ante coniunctionem deceſſiſſet, quia tunc vir lucrabitur partem dotis delatam a ſtatuto:nam pro coniuncta & copulata hr̃,quæ de proximo eſt copulanda,in l.pe.de mil.teſta.ff. Extra illos duos caſus placet mihi opinio prima.Ad oĩa autem fundamenta pro opinione ſecundò adducta,quæ vſq; ad decimum eo tendunt,vt appellatione vxoris & mariti, veniat ſponſus & ſponſa.Tu dic vnico verbo,ꝙ loquuntur in materia fauorabili vel indifferenti,in qua procedunt illa iura ſuperius allegata:ſecus eſt in caſu noſtro,in quo verſat odium, vt in dote q̃ tota dẽt ſoluto matrimonio redire ad mulierẽ vel hæredes ipſius aliqua pars vigore ſtatuti remaneat apud maritum,præſertim qui nulla ptulit onera matrimonii, neq; dici põt ſtatutum tale, lucrum huiuſmodi detuliſſe pp affectum coniugalẽ.Alioquin conſimile lucrum vxori p ſtatutum poſt mortẽ mariti delatum fuiſſet,ſed magis mẽs ſtatuti fuit compẽſare impẽſam, quam maritus potuit feciſſe in vxore abducẽda. ita Panor. in c. tertio loco. de præſum.Itẽ in d.c.ex publico. & ſi obiiciatur prædictis. Et in caſu dictæ l.ſi vxor. §. diuus.de adult.ff.Et in materia odioſa appellatione mariti,veniat ſpõſus,hoc iõ,quia nec matrimonium,nec ſpẽ matrimonii violare permittitur:at ſecus eſt in materia odioſa,vt gl.no.in cle.1.allegata in ver. contrahere,de conſan. & affi. inde pœna appoſita contrahenti matrimonium tempore luctus, ſecundum leges nõ extenditur ad ſponſalia de præſenti.facit optimè glo.in cle. 2.in ver.matrimoniis,de iud.ad legẽ verò, Deo nobis,quæ videbatur magis vrgere,Sal.in d.l.cum te,reſpõdẽs: Sileãt, inquit, allegantes iſtam legẽ, quia ibi nihil ſtatuitur ſuper lucro de nouo conferendo, ſed determinatur an debitũ ex pacto ſub ꝯdõne mortis extendatur ad mortem ciuilẽ. vnde innuit ꝙ ſi ſimpliciter in alio caſu ſponſa efficiatur monacha,ſtãte dicto ſtatuto nihil lucrabitur,qu a in caſu mortis nihil habuiſſet.Vel tu reſponde ad dictam legẽ,vt Abb. reſpondet in d.c.ex publi. vbi ẽt taxat Bal. qui minus bene illam legem intellexit pro opinione ſecunda,quamuis ipſe opinionem primam,quam nos tenemus, ſecutus ſit in d.l. non ſine.& ad dictam l. non ſine,multum ſtringit pro opinione iſta ſecũda.Tu reſpõde,vt per Pan.in d.c.ex publico.

SVMMARIVM.

1 *Naturales,an per ſubſequens matrimonium legitimentur. Et quid de ſpurijs.4.*
2 *Matrimonij finis, qualis.*
3 *Concubinatus, per quę iura prohibitus.*
5 *Spurij, vnde dicti.*
6 *Legitimationis per matrimonium contingentis, quæ ſit cauſa efficiens.*
7 *Filiorum differentia ſeptuplex.*
8 *Legiti natio,quę fit per reſcriptum,qũo conſideranda,quãdo impediatur.*
9 *Filius furioſi vel mortui,an & qualiter legitimari poſſit.*
10 *Legitimatio, an poſſit a Principe per procuratorem impetrari.*
11 *Legitimatio, quę per oblationem curię fit, quo iure introducta, & cui competat,& de eius forma.*
12 *Fœminę,an per oblationem curiæ legitimentur.*
13 *Legitimandi duo noui modi.*
14 *Inſtrumenta dotalia, nunquid ad legitimationem per matrimoniũ requiſita. Et quid de dotis cõſtitutione. 15. Et an requiratur filii cõſẽſus. 16.*
17 *Filij nati ex ancilla,nunquid per ſubſequens matrimonium legitimentur.*
18 *Legitimi,nunquid dicendi,qui e matrimonio naſcuntur clandeſtino.*
19 *Matrimonium in extremis cum concubina,nunquid prolẽ legitimet.21.*
20 *Baptizatus fictè,nunquid baptiſmum recipiat.*
22 *Sepultura & viaticum,an concedi debeant mortuo pro delicto.*
23 *Tempus medium,quando preſcriptioni non noceat.*
24 *Matrimonium intermedium, vtrum impediat legitimationem naturalium antea natorum.*
25 *Media impertinentia, an ſemper impediant coniunctionẽ extremorum.*
26 *Liberi ex clerico in minoribus,nunquid per matrimonium legitimentur.*
27 *Naturales ex ſoluto & ſoluta,vtrũ per ſubſequens cõnubiũ legitimẽtur. Mulier ex vnica cognitione,nunquid geminum fœtum poſſit educere.*
28 *Matrimonium, nunquid natos ex Chriſtiano & infideli legitimet.*
29 *Legitimatus per matrimonium,vtrum in feudo ſuccedat.*
30 *Conſtitutiones feudales, an & quando ponant ius commune.*
31 *Inceſtuoſi, quando legitimari non poſſint.*
32 *Primogenitus per matrimonium legitimatus,nunquid includatur ſub ſtatuto de ſucceſſione primogenitorum,pulchra & diffuſa quæſtio.*
33 *Legitimatio per matrimonium,nunquid ſit reſtitutio.*
34 *Electio de naturali poſtea legitimato,an valeat.*
35 *Ingratitudinis cauſæ ad exhęredandum, vbi ponantur.*
36 *Fictionis effectus. 39.*
37 *Argumentum logici arguentis de aſina cum pullo.*
38 *Primogenituræ ius, vnde ortum habuit.*
40 *Proles legitima eſt cauſa omnis priuilegij dotis.*
41 *Licentiatus primus præfertur ſecundo, & quid vbi ſecundus efficitur Doctor ante primum.*

CONCLVSIO SECVNDA.

1 NAturales legitimantur † per ſubſequens matrimonium coniugum,ſpurii nõ. tex. eſt in §.fi.Inſti.de nup.§.necnon.de hęre.quæ ab inteſta.§.ſi quis igit.q.b.mo.na effi.leg.coll.6.in c.quãto. q filii ſint legi. & expreſſius hr̃ in c. tãta. Hãc ꝯcluſionẽ ego poſui ſcdo loco,vt cũ.s.de mr̃imonii origine & inſtitutione dixi:nũc oñdit maxĩa eiusdẽ efficacia.Circa hãc ꝯcluſionẽ ego facio quatuor Declarationes,octo Ampliationes, & duas Limitationes.

Prima Declaratio.

Circa primam Declarationẽ,q̃ ꝯſiſtit in explicatione tex.d.c.tãta,& efficacia mr̃imonii causãtis ltĩmationẽ,ĩ primis Io.An.ita explicat illũ tex.c.tãta ibi,cũ dicit,Tãta ẽ vis mr̃imonii, vt q antea geniti ex quocũq; coitu,q tñ poterat eẽ vxorius,ſi tũc affuiſſet ꝯſenſus,ſi poſtea ille ꝯſenſus ſubſecutus ſit p ꝯctũ mr̃imoniũ qñcunq; ẽt alio mr̃imonio intermedio. Itẽ in ſanitate vel in morte,dũmodò demus eſſe mr̃imoniũ, habeanť ltĩmi,ſaltẽ ex nũc.Hãc explicationẽ tex.p̃dictæ decretalis,tanta,reaſſumit Io.And.in merc.ſine culpa,in 9.col.& paulo ante.idẽ Io.An.de efficacia mr̃imonii loquẽs ĩ ppoſito materiæ ſubiectę,ſubiicit multũ elegãter ex Theologorũ,vt opinor,licet eos non ꝯmemoret, ſnĩa : ꝙ mr̃imoniũ eſt de iure naturę.nõ dico,inquit ille,inquantũ naturale dr̃ ex principiis naturę creatũ de neceſſitate,ſicut moueri ſurſum

ſum naturaliter ineſt igni, vel graui cadere deorſum, & ſumendo ad ꝙ natura inclinat & completur mediante arbi-
2 trij libertate.† Cõſtat enim,quod principalis finis matrimonij proles eſt, proli aũt debent parentes nutrimentum & diſciplinam.patet aũt, ꝙ filius a parentibus educari, & inſtrui non poſſet,niſi determinatos & certos haberet parẽtes. certitudo aũt & determinatio eſt per obligationem uiri ad determinatam mulierem,quam matrimonium vocamus. ad hęc,ſi ẽt inſpiciamus ſecundarium matrimonij finem.i.mutuũ obſequiũ inuicẽ ꝑ ꝯiuges in rebus familiarib.impensũ, hoc ẽt matrimoniũ eſt naturale: ſicut enim naturalis rõ ſuadet cohabitationem hoĩum,qa vnus ſibi nõ ſufficit in oĩb. quæ ad vitam ꝑtinent, cuius rõne homo dr̃ naturaliter politicus,& animal ſociale:ita illorum, quib. indigeẽ ad humanam vitam, quædam ſunt competẽtia viris,quędam mulieribus. vñ admonet natura, vt ſit ſocietas viri ad mulierem, quę matrimonium dr̃.Inde Phil.viij. Ethico. vbi tractat de amicitia ꝯiugali, ſubijcit quòd homo eſt animal magis naturaliter coniugale,q̃ ciuile politicũ.Fornicatio verò & oĩs vagus ꝯcubitus directè. vr̃ ꝯ educationem prolis,cui neceſſaria eſt cura matris in nutriẽda:ſed fortius cura patris in ea inſtruenda,defendenda,& ꝑmouenda,in bonis interioribus & exterioribus. oportet ergo ſm legem naturę ordinatam eſſe cohabitationem parentum,ad tempus non modicum, ꝓp nutrimentum,& diſciplinam quam debent proli.Quod non eſt,niſi ꝑ matrimonium;ergo fornicatio & oĩs vagus ꝯcubitus eſt contra bonum prolis educãdæ.Nec obſtat his, ſi dicas fornicantem ſufficienter prouidere proli,circa educationẽ,& diſciplinam: quia tu dic ꝙ illud quod cadit ſub determinatione legis, iudicatur ſecundum id, quod communiter accidit, & non ſecundum id, quod poteſt accidere. Communius autem accidit fornicarios diuertere,& vtrumque eorum educandæ proli nõ vacare. Ex his, quæ ad literam ſunt Ioan.An.in dicta Mercur.apparet coniunctionem matrimonij eſſe de iure naturæ, & prohibitum ſimiliter eadem lege eſſe omnem actum fornicarium, & ꝙ ſit lege diuina & canonica prohibitus, habetur per gl.in cle.ad noſtrum.in verbo,ſeptimo,de hære. in cle. & quo pacto lex ciuilis permittens concubinatum ſit reprobata, habetur in
3 c.nemo.32.q.4. † Plus,quod Hoſt.& Ioan.An.in c.lator, q filij ſint legit.exiſtimant leges Iuriſconſultorum & Imperatorum permittentes concubinatum cum muliere indubitata & in domo retenta, eſſe per iura nouiſſima correctas.patet in tit.de lenoni.colla.1.& in tit.ſcenicas non ſolũ,collat. 5.& tit.vt non luxu.ꝯ na.collat.6.& quia Iuſtinianus inquit, Caſtitatis ſumus amatores.§.illud.quib.mod.natu. effi.leg. collat.6. durum alioquin fuiſſet Iuſtiniano ꝯ ſtimulum, id eſt ꝯ legem diuinam recalcitrare, ſicut in ſimili dicit de vſuris gl.in §.j. de eccleſia. tit. collat. 9. maximè autem procedit iſtud, quia circa peccata corrigenda ſequitur canonẽ & legem diuinam lex ciuilis, in Auct.qũo op. epiſ.collat. 1. in §.ſi uerò. vt cle. apud prop. epiſcopos.collat. 6. & Auct. de eccle. tit.collat.9. in princ.

Secunda Declaratio.

4 **Secunda Declaratio,** † ꝙ per ſubſequẽs matrimoniũ ſolũ legitimantur filij nati ex ea, cum qua poterat eſſe matrimonium, ita ꝙ ſpurii non legitimantur, ita probant iura in exordio concluſionis adducta. Et adde, ꝙ Ioan. An.in dicta regula,ſine culpa,refert ſe inueniſſe,ſi ſcripta vera ſint,quẽdam excellentem Doctorem legum, ita ad demonſtrationem huius materiæ altius exordientem, & diſtinguentem. Primò,inquiebat ille,fuit ius naturale,ſm quod nõ fuit dr̃ia liberorũ,ſed nati ex quacunq; concupiſcentia erãt legitimi, ſic notatur & hr̃ in §.palã.el.j.vſq; ad §.natura.& §.illud.qb. mod.na.effi.ſui.colla.7.Cui dicto Io. An. adde quod ſcribit pulchrè Cicero in proęm. Rethoricæ veteris,Fuit, inquit, quoddam tempus, quo in agris homines beſtiarum more vagabantur,& ſibi victu ferino vitam propagabant, nec ratione animi quicquam,ſed pleraque viribus corporis administrabant: nondum diuinæ religionis, non humani officii rõ celebrat̃, nemo nuptias legitimas viderat,nõ certus quiſquã inſpexerat liberos, nõ ius æquabile, q̃d vtilitatis haberet,acceperat,&c. his etiã adde,quod Virgilius ſcribit hæc,

Nemora indigenæ, Fauni, Nimphæque tenebant.
Gensque uirum truncis, ac duo robore nata.
Quis neque mos, neque cultus erat, nec iungere tauros.
Aut componere opes norant, aut parcere parto.

Secundo loco fuit ius ſcriptum in tres partes diſtinctum, expreſſam videlicet approbationẽ; expreſſam reprobationem;& partim relictum inter iuris approbationem & reprobationem.Secundum primum,ius naturale,ſeu iuſgentium coarctatum ratione,& continens expreſſam approbationẽ, naſcũtur naturales & legitimi: quod quidem ius induxit,vt eſſet maris & feminæ coniugatio,quam nos matrimonium vocamus.i.diſt.c. ius naturale.l.j.§. ius naturale.ff.de iuſti.& iu.& Inſti.eo.in prin.Hãc equidẽ cõiunctionẽ maris & fœminæ,lex approbat expreſſe, & nati ex tali cõiunctione ſunt legitimi.Inſti.de nup.per totum.de talibus filijs hr̃.32.q.4.c. fi.l.filiũ.de his qui ſunt ſui,vel alie.iu.ff.Per ſm ius verò con-
5 tinẽs expreſſam reprobationẽ producuntur ſpurij: † qui, vt Io.An.in dicta Merc.ſcribit, ſunt nati nõ puri,ſed ſunt extra puritatẽ iuris naturalis geniti; vel vt alij volũt a ſpiro, q̃d eſt ſemino, inde ſporios ſparſim ſeminatur, quia ſpurius nihil a patre habet,niſi ſemen. Seruius aũt ſpurium dicit eum, qui ex muliere non nota eſt genitus.Sabini namq;,ſm eum,pudenda mulieris ſororis dicunt:nos aũt ſpurios qui ſunt multiplices,vt gl.tradit in verbo,manſeres.in c.niſi cum pridẽ.§. perſonæ. de renun. dicimus quoſcunq; ex coitu vetito natos,ſiue ſit per effuſam libidinem.§.ſi quid. qui.mo.nat.effi. ſui colla.7.l.vulgò.de ſtatu homi.ff.ſiue ſit per inceſtum,aut alium modum prohibitum.§.ſunt & aliæ.de nupt.Inſti.Qui tales de rigore iuris ciuilis non ſunt alendi, licet ſecus ſit de æquitate canonica.c.cum haberet.de eo,qui duxit in matri. Et hmõi ſpurii non legitimantur per ſubſequens matrimonium.l.Pau.de ſtatu homi.ff.& in d.c.tãta.Per tertium verò ius mixtum inter expreſſam approbationem & reprobationem producuntur naturales, qui ſunt nati ex concubina indubitata,in domo retenta: & hi non ſunt legitimi,quia iuris dignitatem vel approbationem non habent.Inde tex.in l.legato.§.parui.& in l.qui concubinatum.in princ.de lega.3.ff. dicit ꝙ inter cõcubinã & vxorem, in ſola dignitate eſt dr̃ia, & non eſt dr̃ia inſpecto iure naturali.8.di.quo iure.in c.1.de coniug.ſeruo.in §.huic aũt.de mona.col.1.Hanc verò ſolennitatem inducit ius ciuile, vt eſſet vnica & in domo, vt dixi retenta non libidinis cã,ſed magis propagandę ſobolis,ac talis cum qua poſſet eſſe matrimonium, vt in Auc.quib.mo. na.effi.legi.poſt principium. & in d.c.tãta.neq; ſequitur,Ius poſitiuum introduxit hanc ſolennitatẽ, ergo approbat concubinatum.ſed magis eſt dicendũ medium,q̃d neq; approbet,neq; reprobet,ſed tolerat. Inde dicit tex.in l.in concubinatu, de concu.ff.ꝙ concubinatus, qui per leges nomen aſſumpſit,extra pęnã legis eſt,ſicut alibi dicit lex, ꝙ hæres nõ rectè facit, qui non ſinit funerari defunctum, pœna tñ in eũ ſtatuta non eſt,ar.l.at ſi quis.§.idem Labeo.de relig.itaq; hi ſic naturales legitimantur per ſubſequens matrimoniũ, q̃d procedit,ſi ex eo matrimonio nullus poſtea naſcatur,vel natus veniens non reperiatur tpe mortis.& ſi antea nati legitimantur,multo magis qui erant in vtero tpe matrimonij. Et ipſius conceptionis vel natiuitatis tps inſpicitur, prout eſt li-
6 beris vtilius.l.nuper.de natura.liber.C.† Quæ aũt ſit cã efficiens legitimationis,quæ fit per matrimonium,ſunt qui dicant ius ciuile:nam cum ipſum ius ciuile introduxerit dr̃am naturalis & legitimi,vt ſ̃.clarè deductum fuit,ſic itaq; ius ciuile,q̃d fuit cã vinculi & ligaminis,debet ẽt eſſe cã reſtitutiua & efficiens legitimationis, arg.c.1.de reg.iur.ſed meo iudicio,verius eſt dicendum ꝙ cã efficiens huius legitimationis ſit ius canonicum:nam cum hęc legitimatio præſtet̃ mediãte actu ſpirituali,ſ.matrimonii,& de ipſo diſponere ſit ſolius Papæ, bene ſequitur. Et poſtq̃ poteſtas cauſæ cauſantis eſt in ſolo Papa, ſic etiã cauſæ cauſatæ,ſ.legitimationis ſit in Papa & in iure cano.cuius eſt præcipuus autor.Et hanc partem lego,tenere Hoſti.in c.per venerabilẽ.inde dicebat ibi Ant.de But. Et ſi diſpoſitio l.cum quis, non eſſet approbata a iure cano.ꝑ c.tanta.certè ſm eum,talis modus legitimandi per matrimonium non teneret. Anto.tñ de Roſel.in ſuo tractatu legitimationum, ad principiũ,aliter diſtinguit: dic vt ibi latius per eum. Ex prædictis ergo concluſiuè apparet,
7 † ꝙ filii quidã ſunt naturales & legitimi,quidam ſpurii,quidam naturales ſolum: ſed de multiplici ſpecie filiorũ latius tractant poſt glo.Io.And.& Panor.in d.c.tanta.& hi concludunt,quot ſunt ſpecies filiorum.

Primò,ſunt filii ſpirituales tantum,hoc modo, omnes ſumus filii Domini Papæ,qui eſt pater patrum:ſic omnes diœceſani ſunt filij ſpirituales epiſcopi; & omnes de parochia filii ſacerdotis.i.rectoris eccleſię,& tales in nullo ſuccedunt quò ad temporalem hæreditatem.

Secundò ſunt legitimi filii & ſpirituales, vt ſuſcepti ex ſacro fonte,aut cõfirmationc,aut baptizati,& confirmati,de quibus latius ꝯ.cõcluſio.20.Et hi in nihilo ſuccedunt parentibus ſpiritualibus, cum non reperiatur iure cautum: Quia cum hæc cognatio & præcedens conſiſtant in ſpiritu, non debent extendi ad bona temporalia & exteriora.

Tertiò

Source : BIU Cujas

Tertiò ſunt legitimi tantùm, qui non ſunt ſcd̄m naturā, ſed ſecundum legem ciuilem a canone approbatā, vt ſunt adoptati & arrogati: & hi ſi ſunt emancipati a patre legitimo, in nullo ſuccedunt; & ſi nō ſunt emancipati, ſuccedūt patri legitimo vnà cum aliis filiis legitimis & naturalibus. de his plenius notatur in l.ſi. de adoptio. C. in §.adoptiui. de hæredi.quæ ab inteſta. Inſti. in l.pater. de adoptio. ff.

Quartò ſunt naturales tm̄ ex concubina indubitata in domo retenta nati. Et hi ſuccedunt patri ab inteſtato in duabus vncijs totius hæreditatis, modo non extent filij legitimi, vel coniux legitima; & hoc ēt procedere. de iure cano. tenet gl. ſi. in d.c.tanta. & glo. in d.c. niſi cum pridem. in verbo, manſeres. de reg. extra. & hoc idem tenet Hoſt. in d. c. lator. licet ibi Goffr. ⁊. Nec ob. ſi dicatur, ꝙ de iure cano. qd̄ præcipue eſt in conſideratione in materia iſta, oīs coitus concubinarius eſt improbatus, ergo nati ex tali coitu non debent iure cano. ſuccedere parentibus: nam ēt, vt s̄. dixi, iure ſaltem nouiſſimo coitus oīs extra matrimonium eſt a iure ciuili damnatus, & tm̄ Imperator voluit, & potuit vocare filios naturales ab inteſtato ad duas vncias ſucceſſionis iure. Huc ēt adde, ꝙ in hęreditatib. & ſucceſſionib. ſtādum eſt iuri ciuili, ex quo ius canonicū non diſponit ⁊.

Quintò ſunt filii naturales, ſ. ſpurii nati, vt dixi ex coitu a lege improbato, & hi nō ſuccedūt patri: qui, vt dicit tex. in §.fi. quib. mo. na. effi. legi. collat. 6. ex ædilibus procreatis nuptiis, neq; ſunt dicendi naturales, neq; his participanda clementia, ſed ſit ſupplicium ēt hoc patrum, vt agnoſcant, quia nequitiam concupiſcentiæ eorum habebunt filii: & hi quamuis non ſuccedant in aliquo, pōt tamen pater eis aliquid relinquere pro alimentis & p̄ dote. de quo no. Bar. in auc. ex complexu. de inceſt. nup. C. idem in l. ſi gener. de his quib. vt indig. ff. An aūt hi & alii, de quibus in caſu præcedente ſuccedant matri: dic ꝙ ſi eſt filius natus ex concubina, & ſuccedit is matri pariter cum legitimis, in §. vulgò q̄ſiti. de ſucceſ. cog. Inſtit. & in auct. ſi qua illuſtris, ad Orfi. C. ēt ſi mater ſit illuſtris perſona. ꝙ ſi filius eſt natus ex cōcubina, ſed vulgò quæſitus, & is ſuccedit matri vnà cū aliis legitimis, niſi mater ſit illuſtris, vt hæc dicenda, auc. ſi qua illuſtris. ꝙ ſi natus ex damnato coitu, & is in nihilo ſuccedit matri, vt in d. auc. ex complexu. Et tu nota, quòd parentes non ſuccedunt filiis eo caſu, quo parentibus filii non ſuccedunt, vt Bar. no. in d.l. ſi gener.

Sextò, quidam ſunt filii naturales & legitimi, vt nati ex vero matrimonio vel putatiuo; dicuntur naturales, quia ſecundum naturā geniti; dicuntur legitimi, quia coniunctio parentum eſt approbata a lege, & hi ſuccedunt parentibus ab inteſtato; & hi etiam viuente patre ſunt quaſi domini rerum paternarum. l. in ſuis. de liber. & poſthu. ff. in §. ſui. de hære. qua. & diffe. Inſti. Ex conſuetudine filii Comitum ēt in vita parentū appellantur Comites, vt notatur. 24. q. 1. c. fi. & in l. 1. de digni. C. li. 12. & qūo, ſecundum opinionem cōem, in ſucceſſione regni filii primogeniti, filius excludat filium ſecundogenitum, eundemq; patruum. Bal. no. in l. fi. de iu. deliber. C. Idem in l. ſi viua matre. de bo. mater. C. copiosè diſputat Card. Alex. in tit. de feudo Marchiæ. Quidā verò tenuerunt, ꝙ ſecundogenitus filiū primogeniti, eundemq; nepotem ſuum excluderet. Bar. hoc potiſſimùm tenuit in auc. poſt fratres, de legi. hæredi. C.

Tertia Declaratio.

3 Tertia Declaratio huius cōcluſionis eſt, † ꝙ filii naturales etiā legitimantur per reſcriptum Principis, & tu adde tria.

Primò, ꝙ hæc legitimatio, quæ fit per reſcriptum Principis, conſiderata poteſtate ordinata, non conuenit niſi naturalibus, vt eſt caſus in d.§. reliqui. & p̄bāt illæ duæ rubricę, qui. mo. natu. effi. legi. & quib. mo. na. effi. ſui. Inde ſpurii de ptāte ordinaria non ſunt capaces huius legitimationis.

Secūdò adde, ꝙ hæc legitimatio de filiis huiuſmodi fieri ſolet in ſubſidium illis caſibus, quibus legitimatio nō fit per matrimoniū. §. illud. & d.§. reliqui. Et hoc potiſſimùm eſt, quando cum matre non poteſt ſuſtinere matrimoniū, quia eſt mortua, vel ex alia cauſa impeditur ipſum matrimonium: nam ſi ſupereſſet & eſſet habilis ad matrimoniū, de ordinata poteſtate non haberet locum talis legitimatio, vt recitantur iſta ſingulariter in d.c. illud.

Tertiò adde ꝙ hi naturales quamuis per matrimonium extantibus legitimis legitimentur, tamen non pōt id fieri per reſcriptum Principis extantibus legitimis. tex. eſt in §. ſi quis ergo nō habens. & §. generaliter. vbi ēt colligitur, ꝙ filius demum volens legitimā. & vt ibi vult tex. filius ſicut inuitus nō emancipā, ita nec inuitus in ptātem redigitur. ego tamē puto, ꝙ per illū tex. ſicut hęc legitimatio imitat̄ emancipationē, eſt dicendum ꝙ velut abſens, & infans per reſcriptū Principis emācipat̄, vt in l. iubemus. C. de eman. liber. C. ita ēt poſſint legitimari. ſic tenet Ant. de Roſel. in dicto tracta. legi. in libello. 2. in cā materiali, in 1. col. Et inquantum dixi, ꝙ hic hæc legitimatio tunc demū fit, cum matrimonium non pōt eſſe cum concubina. Item cum deſunt legitimi: Tu tamen no. ꝙ de poteſtate abſoluta poteſt fieri hæc legitimatio per Principem cum cl̄a derogatoria, ita gl. in §. fi. in verbo, participium. quib. mo. nat. effi. ſui. ita
9 Ant. de Roſel. in loco proximè allegato. † vbi ēt adducit, ꝙ ſi pater eſt furioſus vel mortuus, pōt filius dempto conſenſu patris facere ſe legitimari. Et ſicut poſſet ſe offerendo curiæ, non habens patris cōſenſum, vt ſtatim proximè dicet̄, ita poterit Principi ſupplicando. quod tm̄ ipſe intelligit, vt ſolum iura legitimi conſequatur, non vt ſit ſuus hæres p̄ri. ad hoc pōderat tex. in §. ſi verò qui ſolummodo naturaliū eſt pater, quib. mo. na. effi. ſui. colla. 7. vbi probat tex. ꝙ ſi pater moriens dixerit teſtō ſe velle filios naturales eſſe legitimos, porrecta ſupplicatione Principi efficiuntur legitimi hęredes, id eſt ex conſenſu Principis conſequuntur ius legitimationis, & ex ordinatione patris conſequuntur ius naturæ, & ſic efficiuntur ſui hæredes. Et tu adde ꝙ interdum per reſcriptum Principis legitimā filius ſine conſenſu patris, vt puta, ſi pater non valens ducere concubinam vxorē p̄p naturales filios qui occultant matrem, ne pater habeat ipſos legitimos & hæredes, nam valet tūc legitimatio, quæ filijs diſſentientibus fit a Principe. tex. no. in §. liceat. cū gl. in ver. ne frauderis. quib. mo. na. effi. legi. colla. 6. vbi Bar. &
10 Iaco. de Belui. ita notant. † An autē legitimando poſſit impetrari per procuratorem? Tu dic ꝙ ſic, ita Bar. in l. Gallus. §. forſitan. de libe. & poſth. ff. quem, vt vbi vult domi. Iaſon, ſequuntur oēs. Idem tenent Bar. Bal. & Saly. in l. poſt mortem. §. fi. de adoptio. ff. vbi dicit qōnem de hoc fuiſſe arduā in ciuitate Bonon. & Bal. poſt Cy. in l. excuſare. de excu. tut. ff. vbi referunt, qōnem fuiſſe de facto Bononię, cum aliquis miſiſſet procuratorem ad Imperatorem Feder. pro legitimando filio ſpurio. & dicit Bal. in d.l. poſt mortem. ꝙ curia ſeruat, vt legitimatio petatur per procuratorem p̄p viarū diſcrimina. idem cū Bar. tenet Bal. in l. nec mulierē. de manu. vin. & in l. fi. de adop. C. Idem tenent Saly. Anto. Pau. in locis a dño Iaſone relatis in d.§. forſitan. vbi etiam ipſe affirmat, & iſta ſit communis. Pro qua opinione, ad hoc primò facit regula generalis l. Pomponius. de procu. ff.

Secundò facit alia regula generalis, quæ vult ꝙ reſcriptū principis pōt impetrari per procuratorem habentē ad hoc ſpeciale mandatū. Et ſi eſt reſcriptū ad lites gratioſum, pōt impetrari a quocunq; . c. nonnulli. & c. ex parte. de reſcri. Et non refert, a quo fiat impetratio. l. vniuerſas. de precib. Imperato. offe. C. Sed hęc legitimatio fit per impetratorē priuilegij ſeu reſcripti. At tu aduerte, ꝙ hoc fundamentum qd̄ eſt Bar. eſt nimis generale: nam eo attento ſequeretur ꝙ legitimatio non ſolum poſſet fieri per procuratorem, ſed p̄ quēlibet alium tā liberum, q̄ ſeruum, attenta d.l. vniuerſis.

Tertiò hoc ēt probatur in auc. ſi quis. de natu. libe. C. vbi ſufficit, ꝙ filius oſtendat voluntatem patris, nec requiritur ꝙ pater ſit præſens. Item ex parte filij nō requiritur ꝙ pater ſit pręſens, ſed quod reſcriptū habeat, in §. ſi quis igitur naturalis. & §. generaliter. quib. mo. nat. effi. ſui. ſed rurſus hoc fundamentum, quod eſt etiam Bar. parum ſtringit, & tex. allegatus proximè, loquitur quando pater eſt mortuus & ordinauit filium debere legitimari. Sed pro iſta parte, &c.

Quartò bene facit tex. ſecundū eundem Bar. in c. per venerabilem. alleg. Nam ibi legitimatio filiorum Comitis, cuius meminit ille tex. fuit petita a Papa p̄ Archi. Nec obſtat, dicit Bar. in d.§. ſi verò, in dicta decretali, per venerabilē. Et illa petitio ibi nō fuerit admiſſa, q̄ nō fuit approbata ex eo ꝙ p̄ nō potuerit p̄ aliū legitimā petere: ſed q̄ filij qui petebant legitimari erāt adulterini, & illū tex. vt do. Iaſ. refert in d.§. forſitan. ad hoc alleg. Chriſto. de Caſt. & Are. ibi, & Bal. in d.l. poſt mortē. §. fi. dicit eſſe p̄ hoc expreſſum, ſm Vber. de Bobio, & Cy. Non obſtant aūt huic deciſioni q̄ eſt cōis.

Primò, l. iubemus. de eman. libe. C. l. poſt mortē. §. fi. alleg. l. nec mulierē. de manu. vindi. q̄ in legitimatione pater nihil diſponit, ſed Principi vel habēti auctoritatē ab eo diſponendi cōſentit: non. n. ipſe pater legitimat, ſed Principis auctoritas. Leges ⁊trariæ loquunt̄, qn̄ pater diſpoſuit, licèt auctoritate iudicis, vt in eis apparet, q̄ pater mācipat filium vel abſoluit & iudex auctorizat̄. Item pater adoptat & dn̄s manumittit. & p̄dicta cū nō ſint in adminiſtratione, nō p̄t fieri p̄ p̄curatorē. ſic gl. loquit̄ in l. nec mulierē. alle. ſed adhuc hæc rn̄ſio Bar. no eſt multū tuta. Nā ⁊here mr̄imoniū

non

non ſpectat ad adminiſtrationē patrimonij, & tñ fit p̄ procuratorem, in c.fi. de procura.in 6. Et inquantum de adoptione dixi,quæ nō pōt fieri per procuratorē,vt in d.l.poſt mortem.per rōnem a Bar.s̄. relatam. Tu adde quod do.Iaſon in d.§. forſitan.refert Nico. de Neapo. in lecturis Bar. in d.l.excuſare, q̄ ibi in d.l. poſt mortem. loquitur in actu adoptionis,per quem efficitur filius qui non eſt, vt hic.ibi lex diſponit circa ſubſtantiā, ſed in legitimatione ſolū additur qualitas, q̄a de filio illegitimo efficitur legitimus: & hoc facilius lex p̄cedit,p̄ gl.notabilē in l.talis ſcriptura.§.fi. gl.fi.ī fi.de legat.j.quæ notāter vult, q̄ facilius inducat̄ qualitas q̄ ſubſtātia.Et iſta eſt deciſio Do.Ia.egregia reſponſio.

Secundo non obſtat,ſecundum Bar.in d.§.forſitā.l.oēs. de his,q̄ ven.ætat.C.q̄a tu dic latius q̄ ipſe faciat,q̄a lectura ipſius Bar.eſt ibi corrupta, q̄ aliquando req̄ritur p̄ſentia perſonæ ad cognitionem cāæ, quę ſine ea fieri non pōt: vt quando minor vult impetrare veniam ętatis req̄ratur eius præſentia, vt videat concedens ex aſpectu & ſermonibus, an ſit habilis ad miniſtrādū patrimoniū, & cuius ętatis ſit, & tunc non poſſet iſtud fieri in abſentia,ita loq̄tur d.l.oēs. Aliquando præſentia requiritur non ad cognitionem, ſed executionē,vt in criminibus,in quib. ingeritur pœna corporalis,tunc req̄tur præſentia perſonę rei,& non admitteretur procurator.l.pen.§. ad cri. de pub.iudic.ff.in l.ſi ſeruū quoq;.§.publicè intereſt.de procura.ff.Aliquādo,vt in propoſito,non req̄rit̄ præſentia perſonæ,nec ad cognitionem, nec ad executionem,vt in caſu noſtro, videlicet legitimationis,& hoc fieri poteſt in abſentia.

Tertiò nō obſtat.§.allegatus,ſi verò ſolūmodo,quia nō vult dicere ille tex. q̄ legitimatio nō poſſit peti a patre per procuratorē:ſed cū dictū ſit q̄ p̄ pōt legitimare filium offerendo preces Principi,dicit ibi imperator,q̄ ſi fuerit impeditus,nec adhuc in morte habeat illud remediū:non tamen negat q̄ dū vixit,non potuerit p̄ procuratorē petere.

Quarta declaratio.

11 **Quarta Declaratio** eſt, q̄ legitimatio † fit per oblationē curiæ,& tu adde hoc loco quinque.

Primò,hanc legitimationē per oblationē curiæ fuiſſe introductam de iure ciuili.habetur in l.3.& in l.eorū. de nat. lib.C.& fuit hæc forma primum inuenta a Theodoſio Principe.§.primus nanq; modus.quib.mod.na.effi.ſui.

Secūdò, q̄ hæc forma competit ſolis naturalibus.d.§.primus.Alij enim,ſicut ſpurij,ſunt indigni omni beneficio,in §.fi.quib.mo.na.effi.leg. & auus offerendo nepotem curiæ qui nepos ex naturali natus eſt,ipſum ſibi legitimat, etiā filio non exiſtente vel non oblato.§.palā.eo.ti. Et pōt offerri vnus vel plures,prout vult pater.§.ſi quis igitur fuerit,quibus mod.nat.effic.ſui. Et fit hæc oblatio cōſentiente filio, alias non valet.§.& q̄m̄ variè.eo.ti.Et q̄uis, vt dixi, p̄ reſcriptū Principis nō poſſint legitimari naturales extātib. legitimis.§. generaliter,eo. ti.tamen extantibus legitimis poſſunt legitimari naturales per oblationem curiæ factam a patre.d.§.ſi quis igitur.

Tertiò adde q̄ forma huius legitimationis eſt, q̄ pater volēs ſic legitimare offerat curię ciuitatis vnde oriundus eſt,vel ſi eſt ex vico vel caſtro oriūdus,offeratur cui ſubiacet vicus vel caſtrum. Et hoc procedit præterq̄ in Romanis,& Bizantinis,ſeu Conſtantinopolitanis.Nam illi cuilibet curię,vbi tamen ſit metropolis,poſſunt filios offerēdo legitimare, vt in d.§. ſi qs igit.vſq; ad.§.& q̄m̄ variè,& hoc
12 in legitimatione maſculorum:† fœminę aūt legitimantur eas copulando matrimonio maſculis curialibus,vbi deberēt offerri.d.l.de natu.liber.Et hęc legitimatio pōt fieri per procuratorē in d.§.ſi qs igitur.ibi,aut alius. Et eſt vtile pro legitimatione p̄ reſcriptū Principis, q̄ vt s̄. proximè dixi, poſſit fieri p̄ procuratorē, & in hac legitimatione req̄ritur cōſenſus patris, q̄d eſt verum quādo offert̄ ab ipſo p̄re,ſec⁹ ſi filius offert ſeipſum: nā tunc ſine p̄re id fieri pōt,ut ī d.§. ſi qs ig̃r ex qualibet.hoc tamē fit tunc alijs legitimis nō extantibus d.§.& q̄m̄ variè.Cur āt ſit q̄ p̄ offert filiū curię legitimādum,ēt ſi extēt filij legitimi,ſcilicet :ſed ipſe extantibus legitimis nō offert ſeipſum,ponit gl.in §.ſi qs ig̃r fuerit in verbo, extitit.eo.ti.q̄a inq̄t illa gl.nō debēt hi p̄ ſuā oblationē facere p̄iudiciū legitimis, q̄d potuit p̄. & adde ēt,q̄ ſi naturalis ſit natus ex ancilla, demū poteſt offerre,ſed ſi p̄ ceſſerit manumiſſio,vt probat ī d.§.fi. & pōt etiā patris voluntate ſe offerre,ſi pater in teſtamento hoc dixerit,vt in d. §.ſi quis igitur. vel poteſt pater ipſum inſtituere in honorē curiæ, & tunc non eſt opus alia oblatione.hoc tamē fit aliis legitimis non exiſtentibus,eod.titu.§.& quoniam variè.

Quartò adde,q̄ ſic legitimatus per oblationē curię fictè cenſetur legitimus,probat tex.in l.4.ibi,inſtar &c.de natu. libe.C. Hic.n.agnaſcitur patri tantum, non cęteris agnatis,vt in d.l. communium,in §. filium.quibus modis natura.effi. ſui. quāuis legitimati per ſubſequens matrimoniū habeantur pro legitimis,vt in §.tribus alle. & ſimiliter legitimati per reſcriptū principis ſuccedunt fratribus agnatis, & cognatis,& econtra: nam habuit illas ſucceſſiones actiuè & paſſiuè, quas habent, qui fuerunt ab initio legitimi. tex.eſt in d.§.generaliter,vbi Bart.refert Spec.in ti. de ſucceſſio.ab inteſtato.§.j.ver.q̄d de legitimatis.Et hoc de hac legitimatione,quæ fit per oblationē curiæ ſufficit,quia nō eſt frequens,nec in vſu: in reliquo eſt recurrendum ad id, quod no.Ant.de Roſel. in tertio libello ſui tractatus legi.

Quintò & poſtremò prædictis tribus modis, quibus naturales efficiuntur legitimi, ſed per ſubſequens matrimo-
13 nium per reſcriptum Principis,& oblationem curiæ, † adde alios duos modos legitimandi.

Primus eſt in §.illud,quibus mod.na.effi.legi.& habetur in auct.item ſine legitimis.de natu.liber.C. vbi pater decędens, ſi in teſtamento ſcripſit ſe velle naturales filios ſucceſſores legitimos,ſi poſt mortem patris filij oſtendant teſtamētū Principi,fient ex Principis & legis dono heredes.

Secundus eſt in auc.ſi qs liberos de natur.lib.C. & ſumitur ex.§.ad hoc autem.vt lic.matri.collat.8.qui eſt text.mirabilis,ſecundum Sal.vbi ſi habens filios naturales ex libera muliere,quæ ei vxor eſſe poterat,dicat in inſtrumento, ſiue publicè,ſiue propria manu ſcripto,habēte ſubſcriptionē trium teſtium, hos ſuos,nec adiecerit naturales,huiuſmodi filii & legitimi & ſucceſſores erunt, & ſi vni ex naturalibus filiis prædictum teſtimonium præbuerit,cęteris ex eadem muliere natis,ad legitima iura ſufficiet. Poſtremò etiam prædictis pro complemento declarationū addi poteſt,q̄ iſti legitimi per matrimonium ſequens admittūtur ad ordines & honores,& hoc tenet gl.in d.c. tanta, & in c. innotuit. de elec.& Bar.referens iſtas gl.idē tenet in §. tribus,quib. mo.na.effi.ſui. Et nota etiam q̄ legitimati p̄ ſubſequens matrimonium rediguntur in patris poteſtatē.§.j. quib.mod.na.effi.legi.vbi Bart.notat in §.dubitatur.de in ceſt.nup.collat.3.l.cum quis,& l.nuper.de natu. li.C. Neq; curatur,an pater qui ſic legitimauit habeat, vt iā præmiſi-legitimā ſobolē,an non.§.ſi verò ſolūmodo, quib.mo. na. effi.legi.& in d.§.dubitat̄,& in §.pe. de triē. & ſemi. coll.3.

Ampliationes ad Concluſiones.

Concluſio noſtra, vt in exordio dictū eſt, ampliatur octo modis.

14 † Primo, q̄ ad efficaciam legitimationis quæ fit p̄ matrimoniū,non requiruntur inſtr̄a dotalia.ita tenēt moderni Canoniſtæ.Cardi.Gaſ.de Cal.& Ant. in d.c. tanta,per illū tex.qui fundat ſe ſuper potētia & virtute matrimonij. Ad cuius eſſe non requiritur inſtr̄m dotale,& Panor. ibi affirmat,ſe ita pluries in facto reſpondiſſe, & q̄ Legiſtæ cōiter in practica ſequuntur hoc dictū,& præter ipſum facit,quia ſi derogatur in cā cauſante,ſ.q̄ matrimonium valeat ſine inſtr̄is,ergo in cauſato,ſ.legitimatione.Ad hoc,q̄ in materia correctoria facta derogatione in principali, fit ēt in eo quod venit in eius conſequentiam, iuxta nota.p̄ gl.& Bar. in l.j.& 2.de legiti.tuto.ff.vbi derogato iuri in hæreditate, ēt derogatur ī tutela.Pro hoc ēt, quod dr̄ in materia interpretationum, quod ſublata rōne legis aliq̄d inducētis,tollitur illud inductum, vt probatur & colligit̄ ex nota.in auctē. ingreſſi.de ſacroſanctis eccle.C.ad hoc ēt, q̄d in matrimonijs eſt tenendum ius canonicū, vt gl.notat in §. fin.de grad.cogna.Inſti.Quo iure canonico nihil eſt cautū de his inſtrumētis dotalibus.Quid aūt de iure ciuili, an ad eſſe legitimationis eſſent requiſita hęc inſtr̄a dotalia. Ego lego duas opiniones. Prima,q̄ ad eſſe matrimonij nō req̄rūtur inſtr̄a dotalia,ſed bene ad eſſe legitimationis. & gl.iuris ciuilis,quoties ferè occurrit hæc materia,ſecutę ſūt opinionem iſtam,ita gl.in §.fi.in verbo,nuptias,in ver.ſed filij primogeniti.Inſtitu.de nup. Idē tenuit gl. in §. dubitatur. in ver.confectione.de inceſt.nupt.coll.3.idē glo. in §.j.in ver. inſtr̄a.de hæredi.quæ ab inteſtato defe.Idē gl.in aucten. maximis. in ver. aſſe ctu.de nupt. C. Et q̄ ad eſſe matrimonij nō ſit opus dotalib. inſtr̄is,p̄ tet q̄a nuptię fiūt ex cōſenſu, in l.ſi vicinis.de nup.C.in §.nuptias.eo.ti.colla.4.q̄ verò ad eſſe legitimationis requirantur inſtrumenta,probat tex.in d.§.fina.de nup.& in §.generaliter.in fi & in §. ſi verò ſolūmodo,quibus modis nat.effic.ſui.qui tex.probant q̄ cōfectio inſtrumētorū dotalium ſit cā præſtās legitimationē.

Secunda uerò opinio, quæ eſt verior,eſt q̄ de iure ciuili

non

non ſolum ad eſſe legitimationis,ſed ēt matimonij requirant̄ inſtr̄a dotalia.Ridiculum.n.eſſet & monſtruoſum, & contra l. fi.de his qui ſunt ſui vel alic.iur.ff.Aſſerere eſſe matrimoniū, & filios non eſſe legitimos niſi fortè dicatur filios ſuſcipiēdos poſt matrimonium eſſe legitimos, ante verò matrimonium ſuſceptos non eſſe.Ad hoc ēt ego præmitto quod pp fraudes quæ fiebant in matrimonijs, & p ꝓñs in legitimatione ius induxit, ꝙ ſuperiores & illuſtres haberent contrahere cum dotalib.inſtr̄is, alias non probatur matrimonium. Alij verò humiles cum ſcriptura trium teſtium cōtrahere deberent.§.illud quoq; Quib.mod.nat.effi.leg.§.quia verò legem.vt lic.mat.& auiæ,alias erat defectus in eſſentia matrimonij,probat text.qb. mod.nat.effic.leg.in fi.Et idem erat qñ contrahebatur cum liberta,vt vult text.in l.ſi verò libertam, vr liberi de cętero aur. annu.coll.6.hoc probat ēt tex.in l.imperialis. in verſi.dum tñ. de nup.col.4.Ita dico idem eſſe in iſto matrimonio. Cum ea quæ ſtetit in ſchemate concubinę,ut non valeat,aut probetur matrimonium,niſi factis inſtr̄is dotalib.aut nuptialib. Quibus probetur affectio concubinalis tranſuerſa in matrimonialem, vt in l.cum quis.& l.nuper.de nat.lib.C. Ad hoc facit ſimiliter in d.§.ſi quis aūt libertam.in verſic.ſi.n.dum dicit vxorem eſſe mulierem & liberam documentorum nuptialium confectione.quaſi aliter non probetur nec in effectu ſit matrimonium. Et hanc opin.tenuit Plac.vt hr̄ per glo.in d.§.1.in verſi.inſtr̄a. de hære.quæ ab inteſt.inſti.Ant.de Roſel.Idem tenet in 1.libel. tractatus ſui legitimationum in cauſa formali. & refert quod Bar.de Sali.& genitor ſuus idem teneret.Quodq; idem teneret quidam egregius Doctor D.Lau.de Pon.Idem tenet Ange.in § fi.alleg.Inſtit.de Nupt.

Et tenendo opinionem iſtam,

ꝙ de iure ciuili,quod ad eſſe matrimonij & legitimationis re-
15 quirantur inſtrumenta.† Occurrit aliud dubium. An requiratur dotis conſtitutio.Et vr̄ ꝙ ſic.§.ſi igit̄ dotalia. quib.mo.nat. effi.ſui.Item id ꝓbatur in rubro de filijs ante dot.inſtru.nat. Et ꝓbatur ēt in eodem nigro in principio.in verbo, dotium celebratarum.Et in d.§.ſi de nup.in verſi.dotalibus inſtr̄is. vnde in iſtis practicam modicè dotis dandæ poſuit glo.in l.imperia. x.in verſi.dotalibus.de nup.C.Sed tu dic contra.Ad hoc tex.in d.l.nuper.& in l.cum quis.nat.de nat.lib. C.dum exprimuntur ſolum inſtr̄a nuptialia,& hoc ēt probat text.in §.ſi quis autem. in verſi.ſi cui.ut libe.decętero.col.6.& hoc ſentit gloſ.in auth. ſed nouo iure.de nup.C.facit.l.imperialis.ibi, dummodo ſine ſcriptis.ita tenent Anto.de Roſel.& Ang.in locis proximè cō
16 memoratis.† An autem in iſta legitimatione, quæ fit per matrimonium requiratur filij conſenſus,ꝑqdā dicūt ꝙ nō, ad hoc vr̄ facere text.expreſſus in §.ſi quis ergo non habens.quib.modis nat.effic.legit.& hoc tenuit referentibus Ange.& Anto.de Roſel.in locis ſupra proximè relatis.Bartho.de Salic.in quadā qōne quæ incipit Mediolan.in j.dubio.& 3.articulo, ſed idem Ant.& Ang.tenent contra & referunt Guil. de Cugno. Idem tenens in l.benignius.de legi.C.pro quibus facit text.in § generaliter.quib.mod.nat.effi.ſui. ubi idem tenet Iaco.de Belui. & Barto.nec obſt.d.§.ſi quis ergo non habens. quia ille eſt caſus ſpecialis,vbi valet legitimatio filiorum ſine cōſenſu ipſorum, quando.ſ.pater non valens concubinam vxorem ducere propter filios naturales qui occultant matrem.Nam tunc valet legitimatio iſto caſu quam ipſis tacitè diſſentiētib. nedum conſentientibus,ut eſt tex.notabilis in §.liceat.cum glo.in verb.ne frauderis,vt liceat matri & auiæ.Ita reſpondet idem Ant.in d. tractatu in libel.2.in cauſa materiali.& pro hac opinione facit practica,quæ eſt in partibus iſtis,quæ eſt, quod filij in concubinatu ſuſcepti legitimantur per matrimonium duräte benedictione nuptiali parentum. ipſi vnà cum parentibus ex conſuetudine patriæ apponantur ſub panno lineo, ut per hoc videātur conſentire dictæ legitimationi. Dicunt tamen prædicti Anto.de Roſel.& Ang.ipſe poſt Ange.de Peru.in ſua diſputatione incipiente nobilis,ꝙ conſenſus filij poteſt ſubſequi poſt mortem patris.& ſic ratum haberi,ad hoc text.in auth.ſi quis. de nat.lib.ubi patre dicēte in teſtimonio ſe velle habere filios legitimos,poteſt filios poſt mortem patris ſupplicare Principi,ac ratum habere.non obſtat huic dicto.l.in bonorum. rem rat.hab.ff.quia ut ibi vult Bar.illud habet locū, qñ eſt defectus ex parte gerentis,ſed in caſu noſtro pater & mater agunt legitimare filium per ſubſequens matrimonium, ergo talis defectus non impedit ratificationem fiendam ex parte filij: an autem in iſta legitimatione requiratur conſenſus patris, puto ꝙ ſic in d.§.ſi uerò non ſolummodo.& in § generaliter.tamē nō eſt opus,ꝙ dicat contraho cauſa legitimandi filios: ſed ſolum matrimonium de iure canonico facit legitimationem:& de iure ciuili cum matrimonio confectio inſtrumentorum,dicunt tamen Doct.ꝙ ſi pater proteſtatur ſe nolle fieri legitimos qđ impeditur legitimatio: ſed non ſequuta proteſtatione filij per matrimonium, vt dixi de iure canonico & de iure ciuili per dotalia inſtrumenta in matrimonio interuenientia efficiunt̄ legitimi.ita Ant.de Roſel. in d.tractatu in 1.libel. in cauſa materiali.col.6.idem Anto.in libello 2.in cauſa formali.3.col.

¶ Ampliatio ſecunda.

Secūdo ampliatur vt per matri-

17 monium ſubſequens† legitimantur filij nati ex ancilla, & nō ſit opus manumiſſione p̄ambula, nec ipſius ancillæ,nec filiorum.Ad hoc tex.in §.ſi qs aūt.in ver.ſi cui.vt lib.decętero aur. ann.colu.6.vbi probat tex. ꝙ accepta ancilla in vxorem filij & mater ſint legitimi.Præterea qui vult conſequens,vult antecedens.neceſſariū l.illud.de acqui.hęr.ff.l.oratio.de ſpon.ff.Ampliatur ēt vt per matrimonium ꝺctum cum ea cum qua tempore conceptionis non poterat eſſe matrimoniū,qa tunc alteri nupta erat.Legitimatio fiat de tali filio ſi tempore natiuitatis potuerunt eſſe matrimoniū.ita tenent Hoſt.Io.An.& Ant. in d.c.tanta.bene facit pro corū opi.quod de ſtatu ingenuitatis dr̄ in fi.in §.ſufficiat.de inge.inſtitu.ad hoc ēt facit tex.in c.qđ nobis.qui fil.ſint legit.ſm vnam lec.de qua tñ ſtatim latius dicetur: ꝓbat ille tex.ꝙ conceptus de clandeſtino matrimonio, natus tñ tempore comprobationis factę per eccleſiam eſt legitimus,ēt ſi aliquod poſtea detegatur impedimentū. Ad hoc ēt quia.l.nuper.in fi.de nat.lib.C.& in §.ſi quis igitur dotalia.volunt inſpici tempus natiuitatis, non conceptionis.Sed Ant.de Roſel.in d.trac.in libel.ī cauſa materiali. in 7.col. dicit ꝙ quāuis non audeat a tantorum Doctorum ſnīa recedere, tñ ipſi ſm eum loquuntur contra caſum expreſſum in l.Paulus.de ſta. ho.ff.& affirmat ēt quod iſtud ſequatur Io.An.in ſum.in tit.de ſpon.& quod tempore conceptionis requiratur habitus.vr̄ eſſe caſus ſm eum in d.c.tanta.coniuncto primo & ſecundo rñſo,qa talis ſit genitus, vt ibi declaratur dr̄ eſſe ſpurius.Et Ang. in §.fi.de nup.dicit hanc opi.videlicet ꝙ requiratur habilitas conceptionis & matrimonij in puncto iuris eſſe veriorē, quāuis ipſe aſſerat a cōi ſnīa non eſſe recedendum. Quæ cōis ſnīa vr̄ verior cùm pp fauorem prolis,tum matrimonij. Et meo iudicio etiam text.d.c.tanta ſuper quo prædicti Ant.de Roſel. & Ang.faciunt ſuum principium fundamentum, ſolum loquitur de prole ſuſcepta.i.nata ex concubina tempore primi matrimonij, quæ talis prolis tanquam ſpuria non legitimatur per ſubſequens matrimonium.Secus eſt ſi ſolum eſſet concepta,& ſoluto matrimonio nata,quia illa bene per matrimonium legitimaretur. Ad hoc quod in ſimili hr̄ in §.ſufficit.de inge.inſti.Et propterea puto ꝙ ſi quis hauerit concubinā vxorē alterius,q̄ tunc ex eo concepit,& marito illius concubinę mortuo vt naſcunt̄ filij illi exiſtimo legitimant̄ p matrimonium mō nō præceſſerit machinatio, qa ſi ſit validum,tunc ceſſante machinatione tenet matrimoniū.c.ſuper hoc.& c.ſignificaſti.de eo q duxit in vxo.quam pol.per adul.ergo per idem matrimoniū validum fit legitimatio. & hoc vr̄ innuere tex. dicti c.tanta.in fi.

¶ Ampliatio tertia.

Circa hanc ampliationem inci-

dit dubium,an filij nati ex clandeſtino matrimonio ſint legiti
18 mi.† Omnes bene conſentiunt ꝙ ſiue ſint nati ante, ſiue poſt approbationem eccleſiæ,ꝙ ſint legitimi,ſi nullum poſtea detegatur impedimentum conſanguinitatis ſeu affinitatis,ita gl. 2.in fi.ſui in d.c.quod nobis.quam vt ibi vult Panor.omnes ſequuntur,& hoc vr̄ probari in c.2.in fi.de clan.deſpon.Nam approbatio retro trahitur,& perindeg eſt ac ſi ab initio fuiſſet cōtractum in facie eccleſiæ:quod ſi poſtea detegatur impedimentum,variant ſcribentes pp Hoſti.& Io.An.ad contrarietatem & diuerſitatem in lec.illius tex.Et qa verbum matrimonio:aliqui,vt Hoſt.ibi intelligunt vt coniungatur verbo,generati.& idem verbum generati,exponitur.i.nati.Quę eſt impropria expoſitio,vnde Ieſus dr̄ natus ex Maria Virgine.Sed alij,vt in genealogia ipſius Saluatoris apparet generantur a ſuis patribus. Mens itaq; Hoſt.ad tex.allegatum qđ nobis eſt, ꝙ in his conceptis ex clandeſtino matrimonio,poſt conceptionē tñ approbato,ſed demū reprobato. Quod tales q poſt vel approbationem vel ſeparationē nati ſunt,debent legitimi reputari & ſm hunc intel.ꝓbat ille text.ꝙ ꝓxime dicebam conceptos ex concubina.Cū qua tpe conceptionis non poterat eſſe matrimonium.legitimari p ſubſequens matrimonium ſi tpe natiuitatis potuerit eſſe vxor,Porrò alij,vt Io.An.aliter exponunt literā. d.c.qđ nobis.id eſt qđ hi geniti fuerunt de clandeſtino matrimonio poſtmodum,id eſt, poſt gñationem ab eccleſia approbato &c. Et affert illic Ioā.And.ꝙ nati ex clādeſtino mr̄imonio ſiue añ approbationē, ſiue poſt ꝙ ſint legitimi ēt ſi poſtea detegat̄ impedimentū. Ad hoc in arg c.ex tenore.q fil.ſint leg. Adducit idem Io.And.p ſe.c.2.allegatum.de clande.deſponſ. Item qa matrimoniū ſubſequens purgat omnia præcedentia in dicto c.tanta. ſed Pan.ibi callide ſequutus. Cuius opinioni

ego

Source : BIU Cujas

ego adhęreo. Tenet ꝙ nati ex clandeſtino matrimonio non obſtante approbatione eccleſię, ſi poſtea detegatur impedimentum non ſint legitimi. Ad hoc multū vrget. c. fi. §. ſi quis, de clande. deſpon. vbi dicitur ꝙ ſoboles ſuſcepta ex matrimonio clandeſtino eſt prorſus illegitima detecto impedimento. Et ad c. 2. a Io. And. allegatum eſt dicendum ꝙ loquitur quando non apparet poſtmoduū de impedimento. Nam contrahendo ſic in occulto videntur affectatores ignorantiæ: & ſic præſumuntur ſciuiſſe impedimentum. Ad c. tanta. dic ꝙ matrimonium purgat maculam illegitimationis, quando ſaltem tempore natiuitatis potuit eſſe matrimonium, ſed hic non potuit detecto impedimento. Et Panor. putat hanc opin. eſſe veriorem, de rigore iuris, non eſſe tamen meo iudicio malū, ſed valde ęquum tenere quandam opinionem mediam, quam poſuit gl. in d. c. quod nobis. quod geniti ex matrimonio clandeſtino ante approbationem non ſint legitimi poſtea detecto impedimento propter malam fidem contrahentium, quę præſumitur ex quo contraxerunt in occulto, quia qui male agit odit lucē & c. c. conſuluit. de offic. delega. extra. Nati vero poſt approbationem eccleſiæ cēſendi ſunt legitimi ꝓp illam bonā fidem, quæ cauſatur ex approbatione illa, & purgat maculam clandeſtinitatis, ad hoc in arg. l. 2. quod met. cauſ. C.

¶ Ampliatio quarta.

Quarto ampliatur vt per matri-

monium, cum concubina in articulo mortis, ſeu in extremis
19 contractum † legitimentur filij, ita poſt longam diſputationē tenet Io. And. in mer. ſine culpa. in 2. col. idem Bal. in l. 2. de priui. do. C. idem in l. nuper. de nat. lib. C. idem An. in d. tracta. 1. lib. in cauſa materiali. in 8. col. & ſeq. Ang. in §. fi. inſti. de nupt. Et pro iſta ampliatione facit, quia impedimentum temporale, in matrimonijs quod tolli ſperatur etiam cum corporis periculo nō irritat matrimonium, vt not. Inn. quicquid dicat gl. Bernar. in c. fraternitatis. de frigid. ſed iſtud eſt huiuſmodi.

Secundo quia per tale matrimonium non ſolum dicitur de præſenti contrahere matrimonium, ſed retrohabita talis affectio declarari. l. cum quis. de nat. lib. C. ſed illa poſſunt fieri in extremis, vt li. mat. & auię. §. liceat. col. 8. maxime idem procedit cum dicatur nouam prolem nanciſci. §. ſi quis ergo. quibus mo. nat. effi. legi.

Tertio ſpes prolis non habendę tunc demum vitiat matrimonium quando deducitur in pactum. c. fi. de condit. appoſi. ſed hic non deducitur in pactum.

Quarto ad hoc facit decre. commiſſum. de ſpō. vbi qui iurauit cum aliqua contrahere poteſt ante copulam ingredi monaſterium. Et tamen deficiebant ibi duo ſubſtantialia matrimonij, ſcilicet ſpes prolis: quia non intendebat ad coitum. Itē deficit ſacramentum. Quia per profeſſionem faciendam intendebat contrahens diuertere, & tamen ibi tenet matrimonium, & ſeruat iuramentum: ergo in caſu noſtro quando contrahitur ab exiſtente in extremis, tenebit matrimonium vbi deficit alterum tantum.

Quinto eſt dabile verum matrimonium vbi deficit tertium bonum matrimonij, ſcilicet fides. Quod eſt in tali exemplo, contrahis cum aliqua muliere, & non ſperas ſibi fidem thori ſeruare, nullus dubitat ibi eſſe matrimonium. De eo autem qui contrahit cum meretrice, an mereatur, habetur in c. non eſt. xxxij. q. 1. in c. inter opera. de ſponſ. & in l. imperialis. de nupt. C. adde his ꝙ vbi ceſſat ſpes prolis, tamen non deſinit eſſe matrimonium, fuit enim matrimonium inter Mariam & Ioſeph. 22. q. 2. beata. Et tamen ipſa virgo Maria contrahendo ſe virginitatem ſeruaturam diſpoſuerat. Et ſic iuxta propoſitum animi non erat ſpes prolis.

20 Sexto faciat aliud ſimile. † Bonū baptiſmi eſt remiſſio peccatorum, cum infuſione gratiæ, ſed ſi fictę baptizaretur adultus verum haberet baptiſmum non tamen bonum baptiſmi. Quod tamen poſtea habere inciperet cum fictio veraci corde receſſerit. 1. q. 1. ſicut ficti. de cō. diſt. 4. ſolet. c. maiores. in fi. de baptiſ. Sed iſte qui agit, in extremis contrahendo, cum concubina recipiet verum ſacramentum, & ſeruatus ab ęgritudine poterit habere ſpem prolis, & prolem.

Septimo cum morte nihil ſit certius, & hora mortis nihil incertius, quod eſt generale, tam in ęgris quàm in ſanis. l. 1. de condi. & demon. ff. Tunc non ob. ſi dicatur: in agente, in extremis ſperamus mortem de proximo. Qui etiam in eo qui eſt hodie ſanus accidere poteſt, ꝙ apoplexia, vel alias cito morietur. Et ſępe experimur ſanari pronoſticos ad mortem, & conualeſcere, & contra cito occumbere ſanos, ergo certitudo mortis, quæ eſt generalis, in omnibus non impedit matrimonium, alias nullum eſſet matrimonium.

Octauo donatio cauſa mortis fit aliquando metu mortis nō inſtantis, aliquando inſtantis, de proximo. l. ſenatus. §. mortis. de mor. cau. do. ff. Et tñ donatū ſecundo caſu, ſcilicet metu mortis inſtantis, ſi detur irreuocabiliter, cenſetur in vita donatum. l. vbi. eod. titu. ſed in matrimonio geritur ſemper contractus irreuocabiliter propter id quod dicitur. quos Deus cō iunxit &c. ergo perinde habetur factum in periculo mortis inſtantis, ac ſi eſſet factum in vita. Huc etiam accedit, ꝙ ſpirituale matrimonium quod eſt per religionis ingreſſum contrahitur ex profeſſione facta in periculo mortis. c. ſicut nobis. de regulari. modo propter infirmitatem non ſit alienatus a mente. c. ſicut tenor. eod. titu. quo caſu etiam ſi eſſet alienatio mentis non teneret carnale. c. neque. 32. quæſt. 7. c. dilectus. de ſpon.

Nono etiam facit, quia edictum de matrimonijs eſt prohibitorium. c. cum apud. de ſponſ. Sed laborantem in extremis non inuenimus prohibitum contrahere matrimonium, ergo eſt ei permiſſum. Alioquin ſequeretur de eo qui iuraſſet, cum aliqua contrahere quod in extremis poſitus non poſſet cum illa contrahere, & haberet neceſſe deierare, ſed nullus peccat de neceſſitate, quia non eſt peccatum, niſi voluntarium. c. Na-
21 buchodonoſor. 23. qō. 4. † Et per iſta fundamenta apparet iſta opinio ſufficienter confirmata, ſed quia aliqui nō leuis authoritatis Doctores contrariam opin. ſequuti ſunt, reſtat eorum fundamentis breuiter facere.

Primo dum allegant. d. l. nuper. in ver. ſpem tollendę ſobolis, quam legem inducebat Iaco. de Aret. Tu reſpondē dupliciter.

Primo quod ſatis eſt eſſe ſpem prolis in caſu cōualeſcentię.

Secundo ꝙ ſine tali ſpe poteſt eſſe matrimonium propter humanitatis ſolatium, qua ratione decrepiti in quibus ceſſat omnis ſpes prolis matrimonium cōtrahunt. c. nuptiarum. 27. q. 1. c. quod ſedem. & ꝙ ibi notatur de fugitiuis. Item filius naturalis per matrimonium legitimatus, dī nouus filius propter nouam ipſius qualitatem, & patris poteſtatem, in quam recidit §. ſi quis ergo. quib. mod. nat. effic. leg. §. ſi quis igitur. ff. quib. mo. na. effic. ſui.

Secundo non ob. ſi dicatur matrimonium fuiſſe inſtitutum ex cauſa primaria in ſtatu innocentiæ, & a Deo in Paradiſo ad ſobolis ꝓcreationem, vt in illa authoritate hoc nunc os de oſſibus, &c. in c. 1. de vo. in 6. Item non ob. ſi dicatur ſm Apoſtolum fuiſſe inſtitutum pro cauſa ſecundaria vitandæ fornicationis. 2. ad Corint. 7. Cum itaque in matrimonio contracto in extremis deſint illa duo ſubſtantialia. f. ſpes prolis, & cuitatio fornicationis. ergo deficiente cauſa matrimonij deficit ipſum matrimonium. Ad hoc ꝙ electio, ſententia, tranſactio ſu per alimentis futuris non valent, qñ peccant in ſuo ſubſtantiali. c. quia propter. de elect. l. prolatam. vbi Bar. de ſen. l. cum hi. §. igitur. & §. ſi prætor. de tranſa. ff. quia tu dic, ꝙ hæc iura loquuntur in forma ſubſtantiali ſed ut in tertio, quarto, & quinto fundamentis deductum fuit, ſine ſpe prolis, fidei, aut ſacramenti aliquando ſubſiſtit ſacramentum iſtud.

Tertiò non ob. ſi dicatur diuerſa ſunt facere aliqua in vita, & in morte, quod apparet, quia baptiſmus in morte ſuſceptus irregularitatem inducit quo ad ordinis promotionē. c. vnico. 57. diſt. & Augu. de pę. diſt. 7. non audet aſſerere ſacramentum pęnitentiæ in morte ſuſceptum eſſe illius efficacię, cuius eſt cum in ſanitate ſuſcipitur. de pę. diſt. 7. ſi quis poſitus. ad hoc ēt, qa in morte interdū negatur officium ſepulturę. c. ſuper eo. de rapt. quia tu dic quod immo regulariter permiſſum in vita, ꝓmittitur in extremis ne incidamus in l. fuſiam caninam.

Ad contraria proximè adducta poteſt reſponderi, ꝙ ſunt cauſalia. nam ad c. vnicum. 67. diſt. tu dic, ꝙ illic baptizatus in morte habet baptiſmum, ſed prærogatiua ordinum, quæ non multos ēt peccantes repellit, repellit iſtum ſicut Neophytū, licèt verè ſit baptizatus. 47. diſt. per totum. Ad c. ſi quis poſitus.
22 † tu dic ꝙ pęnitenti, & contrito in extremis non eſt neganda pęnitentia, immo ſi ſuſpendatur pro demeritis non eſt negandum viaticum, nec ſepultura eccleſiæ. in c. fi. 12. q. 2. immo etiā mortuus, in quo moriente apparuerunt ſigna contritionis abſoluitur. c. a nobis. l. 2. de ſen. excom. Auguſt. autem in d. c. ſi qs poſitus. de pęnitē. diſt. 7. admonere nos voluit, ut ſani agamus pęnitentiā, ac ſimul deterrere ne uſq; ad extremū eū diē diffe ramus, ita not. glo. de pęnit. diſt. 7. in ſumma. Poſtremò ad c. ſuper eo. de rap. Tu dic quod ille habet verum ſacramentum pœnitentiæ, ſed ad aliorum terrorem negatur ſibi officium ſepulturæ, ut glo. pen. notat ibi.

Quintò ampliatur concluſio noſtra, ut naturales legitimētur per matrimonium cum concubina contractum. non obſt. quod fuerit aliud matrimonium intermedium. Hoc tenent Gof. & Hoſtien. in ſuis ſummis. in titu. de filijs presby. videlicet Goffredus in verſi. quid ſi natus. & Hoſt. in §. 2. in fi. Io. And. Idē tenet poſt longam diſputationem in dicta mercu. ſine culpa. in 4. col. Bar. in l. cum decem. §. fi. de ſol. ff. Refert Rich. Mal. diſputatum, & nihil abſoluit. Anto. de Roſel. Idem ſequitur in d. tract. lib. 1. in cau. materiali. col. 12. cū ſeq. ubi tñ refert Richar. Mal. Iac. de Aret. & Barto. idem ſequutos. Idem tenet Panorm. in c. per tuas. in ſecundo notabili, & pro iſta limitatione vrgent fundamenta, quæ ſequuntur.

Primò

Source : BIU Cujas

Primò & principaliter, qa ius positiuum tã ciuile q̃ canoni cum, qđ vult p parentũ matrimoniũ legitimari prolẽ, non distinguit an matrimoniũ fuerit intermediũ an nõ, sed solũ requirit ꝙ matrimoniũ inter parẽtes sit secutum, & sic vbi ius nõ distinguit, nec nos, &c. l. 1. §. si quid aũt. de alea. ff. Neq; dẽt nocere ꝙ medio tpe non potuerit esse matrimoniũ. arg. cle. si beneficio. de præb. vbi executor, qui nõ potuit medio tpe ꝓferre, tunc ꝓfert, cũ beneficiũ est ad Papã deuolutũ. Itẽ videmus ꝙ si intra annũ prosequẽdæ appellationis fiat cõpromissum, illo cõpromisso finito coniungunt̃ posteriora tpa prioribus, auc. ei tñ. de tem appel. C. in cle. quãdiu. de ap. Prẽterea videmus in p̃scriptionibus, media tpa nõ nocere, quib. interdum dormit p̃scriptio. hoc apparet tpe vacationis schismatis hospitalitatis & ꝯ minores, † quę tpa media nõ nocẽt, sed subducunt̃ de medio. c. j. c. auditis. c. ex trãsmissa. c. cũ nobis. de præscri. in l. sicut. de præscri. 30. vel 40. anno. C. l. fi. qui. cau. cessat lon. tpis præscri. vrget ẽt, ꝙ coniunctionẽ cõsensus constituti procuratoris ad ꝓsensum datum p constituentem nõ impedit ipsius ꝓcuratoris intermedia ꝯdictio. l. licet. de ꝓcu. in 6. sicut ẽt coniungimus tp̃s, quo post absolutionem suam excõicatus egit tpe, quo egit ante exceptionem oppositam, & de his facimus vnam instantiam. c. pia. de excep. in 6.

Secundò principaliter adiici p̃nt quædã leges, quæ videnṫ instare. Primò. l. potior. in 2. rñ. qui. mo. pig. sol. ff. vbi si vni obligẽ primò rem sub cõditione, secundò obligẽ illam rẽ alteri purè, tertiò eueniat ꝓditio, tp̃s conditionis trahit̃ ad tp̃s obligationis, nõ obstante illo actu ꝯrio intermedio. ad hoc ẽt facit, quia soluit̃ hypotheca vẽdito pignore de volũtate creditoris. l. si debitor. §. 1. l. si ꝓsentiat. eo. ti. & tñ reintegratur, si redeat in prioris debitoris dñium. l. voluntate. eo. tit. 1. & 2. rñ. hoc ẽt, ꝙ actio rerum amotarum inchoata post diuortium reintegrato matrimonio cessat, sed non extinguitur, immo sublato impedimento matrimonii reintegrat̃. l. reintegratio. & l. fi. re. amo. ff. Sic ergo concludamus ꝙ ius legitimãdi ꝙ habebant parentes anteq̃ alter eorum contraheret, impeditur pro tpe contractus & reuiuiscat sublato impedimẽto, & sic satis esse debet ī principio & in fine licuisse. facit. l. seruorũ. de sta. ho. ff. nec noceat tp̃s medium, ad hoc. l. pe. de cura. fur. C.

Tertiò principaliter bene facit. l. intercidit. de condi. & demon. ff. vbi defectus intermedius acquisitionis legati, vt deportatio. l. si necesse. §. si deportatus. de bo. libe. ff. non impedit acquisitionem legati, si tempore testamenti & diei legati cedentis legatarius sit capax. ita in casu nostro mediũ non debet nocere, si extrema fuerint habilia, scilicet tempore coitus & præsentis temporis matrimonii.

Quartò facit tex. qui vr̃ expressius in §. si verò solummodo. in ver. oĩmodo. vbi tex. vult, qui multum vrget, naturales antenatos nõ obstantibus legitimis p matrimonium legitimari. ergo statuendum est necessariò ꝙ si tales legitimi susceptisint post naturales, ꝙ sint ex matrimonio intermedio susceptisi. & illum tex. vt refert Ant. de Rosel. loco proxi. alle. inducebant. ita Ang. de Peru. & genitor eiusdem Ant. licet vt ille Ant. dicit, Florianus de San. Pet. præceptor suus, in lectione extraordinaria conarẽt & malè, rñdere ad illum tex. & Ioan. And. in dicta Mercu. dicit ꝙ quibusdam vr̃ hoc expressum in
24 §. dubitatũ. de incestis nup. col. 3. † Ad fundamenta aũt, quæ vrgent & stringunt pro opinione contraria, videlicet ꝙ matrimoniũ intermediũ debeat impedire legitimationẽ naturalium antea natorum, est respondendũ breuiter hoc modo.

Primò, si dicatur ꝙ iura semper loquuntur de primis actibus, quæ fiunt sine aliquo medio. ar. l. matrimonii causa. qui & a quib. ff. inde tex. dicit, hoc sermone, cum nupta erit, intelligitur de primis nuptiis. l. boues. §. hoc sermone. de verb. signi. ff. & dotis promissio intelligitur de primis nuptiis. l. dotis promissio. de iu. do. ff. l. inter socerum. de pac. dota. ff. & si iuraui cum aliqua contrahere, si primas nuptias cum illa nõ ꝯho, sum periurus. c. super his. de sponsa. Et dispensatio facta de duob. curatis, intelligitur de primis. c. non potest. de præb. in 6. Et nomen heredis, intelligitur de primo l. antiquitas. de vsufru. C. ad hoc facit. l. eum qui klendis. de ver. ob. ff l. edic. §. cum aũt. de iu. fisci. ff. l. fideicommissa. §. si qs. de leg. 3. Tu dic omnibus his obiectis, ꝙ vt supra in exordio huius ampliationis dictum est, Iura positiua quæ legitimationem concedũt p subsequens matrimonium, non faciunt vim, an sit statim sequutum matrimonium, an fuerit aliud intermedium: neq; ẽt requirunt iura, vt quidam falsò existimant, ꝙ continuata affectione coitus concubinarius transfundatur in matrimonium, sed satis esse debet affectionem maximè legitimandæ prolis præcessisse, iuxta tex. l. cum quis, de natu. lib. C. in verbo, earum affectione. nam licèt tempore intermedio diuertit a concubina, & matrimonium contraxerit cum alia, quo tempore cessauit affectio, potest esse ꝙ soluto tali matrimonio reintegrata sit affectio cum eadem concubina, cum pp liberos iam susceptos, & tum pp suscipiendos, quæ affectio superueniens est ea, de qua voluit l. cum quis. alioquin sequeretur ꝙ ꝯcubinatus diu & sine interpellatione continuatus esset potior q̃ intermissus. Secundò principaliter non obstat, ꝙ cum actus impertinẽs intermixtus vitiet qđ agitur, patet in electione, testõ & stipulatione, in c. quia pp. de elec. c. cum post petitã. eo. ti. l. hæredes palam. in fi. de testa. ff. l. antiquitas. C. eo. l. 1. & l. continuus. ff. de ver. ob. Ergo fortius actus cõtrarius, vt hic. & verba baptismi intermedia vitiant sacr̃m, habetur in c. si non sanctificatur. de consec. di. 3. Tu dic ꝙ hæc argumenta procedunt in his, quæ debent fieri vno contextu: sed iure cautum non est ꝙ matrimonium vt legitimet naturales, non est necesse quod nihil habeat intermedium.

25 † Tertiò nõ obstat, si dicatur ꝙ media impertinentia impediunt coniunctionẽ extremorũ. Ad hoc, c. per tuas. de cond. appos. i. vbi sponsalia ꝯditionalia, & sequens carnalis copula, faciunt matrimonium, tamen ꝯrius euentus conditionis impedit coniunctionem extremorum. d. c. per tuas. de condi. ap posi. Et locus sacer medius, vel non seruit, vel impedit seruitutem. l. seruitutes. la 4. §. fi. de seruitu. ff. l. qui sella. §. fi. de serui. rusti. prædio. ff. Et locus medius impedit etiam pollutionem. c. vnico. de consec. eccl. in 6. & interruptio media, sit naturalis vel ciuilis, præscriptionem extinguit. de quo plenè notatur in l. si quis. §. illud. de præscri. 30. anno. C. & possessio habita per colonum perditur per mortem ipsius, aut eo recedẽte animo deferendæ possessionis & nõ retinetur per personam intermediam l. si de eo. §. fi. de acqui. pos. ff. Tu dic vnico verbo quòd hęc iura, vt in eis iam inductis clarè patet, sic procedunt, quia in illis requiritur continuatio actuum, id est continuatis actibus, secundum coniungatur cum primo.

Quartò nõ obstat inquantum diceretur ꝙ fictio canonis, per quam duo dies finguntur pro vno cessat p cibum, vel potum intermedium ordinãtis vel ordinandi. c. quod a patrib. 75. di. Et sic fictio, qua fingit ius positiuum matrimoniũ ante natiuitatem ꝯctum, impeditur per matrimonium intermedium, maximè cũ iuris fictio nõ cadat super impossibili. gl. in l. Gallus. §. si eius. ad fi. magnæ gl. de libe. & posth. ff. Nec fictio cadit super iuri ꝯrio. no. in l. talis scriptura. ad fi. vlt. gl. de leg. j. Ad hoc in l. bello. §. factæ. de cap. ff. Item ars & fictio habent imitari naturã. sed tu dic ꝙ hæc omnia facilè tolli possunt, si dicimus talem naturalẽ post matrimonii intermediũ interueniente secundo matrimonio legitimatum esse, ex nunc solum legitimum non ex tunc, id est ex quo tempore natus est, quod an verum sit, infra latius discutietur.

26 † Sextò ampliatur, vt liberi nati ex clerico in minorib. constituto etiam tũc beneficiato per matrimonium cum matre contractum legitimentur, ita post longam disputationem tenet Io. And. in dicta regula, sine culpa. in 6. col. Ant. de Rosel. in dicto tracta. in lib. 10. in causa materiali. Ad hoc primo facit dicta decretalis, tanta, secundum explicationem Io. And. ibi, & eiusdem in dicta regula, quam ego retuli in exordio huius conclusionis.

Secundò etiam facit, quia dicta decreta. tanta. & l. nuper. & l. cum quis. solum requirunt ꝙ tempore contractus potuerit esse matrimonium, nec requiritur quòd mulier fuerit in cõcubinali schemate.

Tertiò etiam facit. §. fi. de incest. nup. inquantum loquitur de legitimatione, quæ fit per oblationem curiæ, & solum requirit ꝙ matrimonium potuerit esse, & idem solum requirit tex. in §. 1. de hære. quæ ab intest. Insti. vnde fatendo etiã concubinatum esse de iure canonico reprobatum præsertim in clericis, non sequitur ꝙ filij ab eis ex cõcubinis susceptisunt spurij, & sic ꝙ non possint legitimari: quia eadem ratione sequeretur ꝙ filij a laicis in concubinatu nõ possint per matrimonium legitimari, cum concubinatus sit etiam de iure ciuili nouissimo reprobatus, vt post Hosti. in c. lator. dixi s̃. & si teneretur opinio, ꝙ in laicis sit toleratus ꝯcubinatus de iure ciuili, eadem ratione ẽt attentari posset in clericis in minoribus toleratũ esse saltem de iure ciuili. §. si quis autem monasticam. de monã. colla. 1. qui tex. prohibet solum concubinatum clericis in sacris, ergo permittit clericis in minoribus.

Quartò facit, quia cum clericus in minoribus etiam beneficiatus possit contrahere cum concubina, ergo fit legitimatio, cum sufficiat & tempore coitus, & tempore contractus matrimonij posse de iure sustinere matrimonium, vt in d. c. tanta. Et hęc opinio est verior, quam Ricar. Malum. cuius rationibus respondent Ioan. And. & Anto. de Rosel. in proximè addũctis locis.

27 † Septimò ampliat̃, vt nati ex soluto & soluta legitimenṫ p subsequẽs matrimoniũ. ita Io. An. & Panor. in d. c. tanta. Opinio autem ꝯria Bar. in l. in concubinatu. §. j. de concubi. pro-

Source : BIU Cujas

cedit de iure ciuili,& hæc procedit de iure canonico, qđ fundat ſe ſuper potentia & efficacia matrimonij. & ex opinione ℨria ſequeretur ꝙ magis fauetur peccato diuturno & continuo, id eſt inueterato cōcubinatui, q̃ peccato momentaneè cōmiſſo,fortè vna vice cum ſoluta. Pōt.n.ex vnica cognitione mulier impregnari, & ex ea poſſunt naſci duo partus,ſicut ex veteri teſtō,ex ↄcubinatu vnico Iudæ cum Thamar nuru ſua,hæc facta eſt prægnans, edidit vnico partu Phares & Zaram,hr̃ in c.Dominus.56.diſ.Item ius ciuile habuit bonā cōſiderationem, quando promiſit legitimationem in ſuſceptis ex concubina indubitata & in domo retenta, quia tales non ſunt ex effuſa libidine nati, ſed ex ea quæ propè eſt vxoris, vt iam dixi.ſed ius canonicum habuit aliam conſiderationem, quia magis abhorret coitum concubinarium quàm fornicationem ſimplicē, vt patet ex nota.in c.ex parte Adæ.de teſti.

28 † Octauo ampliatur,vt nati ex Chriſtiano & infideli mulie re,ſecuto poſtea matrimonio cū ea ad Chriſtianiſſimū conuerſa,legitimētur.ita tanet Gaſp.in d.c.tanta.motus,quia ille tex.nō excipit niſi vnum caſum,vnde non debemus impedire legitimationem in alio caſu. Nam tpe conceptionis poterat eſſe matrimonium, ſi illa fuiſſet facta tūc Chriſtiana. vnde ſatis eſt ꝙ nō ſubſit impedimētum perpetuum, & Ant.de Roſel. hoc ſequit̃ in d.trac.lib.1. in cauſa materiali. col.8. maximè ſi coitus erat in lege mulieris approbatus:coniunctio ergo vnius eſt iuridica,vt d.c.ex tenore.ſecus eſſet,ſcđm eundem Anto.ſi ille coitus erat lege mulieris reprobatus. Tu tñ aduerte ꝙ opinio ℨria vr̃ mihi verior, quam tenet Hoſt.Ioā. An.& Panor.in d.c.tanta.& hoc ideo,quia tpe natiuitatis nō poterat eſſe matrimonium.in c.caue.28.q.1.Vnde matrimonium hoc caſu nō poteſt retrotrahi ad tempus natiuitatis:nā vt dicit Panor.ad hoc ꝙ fictio habeat vim ſuā, oportet ꝙ extrema ſint habilia.ſ.tempus ad quod, & tempus a quo, & ſic concluſiuè quando coitus nō poterat eſſe vxorius & ſit permiſſus ſaltem natiuitatis tempore propter aliquod impedimentum legitimentur filii per ſubſequens matrimonium.

29 Nonò ampliatur hæc cōcluſio,† vt legitimatus per matrimonium ſuccedat in feudo.ita Hoſti.& Io.An.tenent in c.lator.Panor.ſequitur in d.c.tanta.Nec ob.§.naturales.ſi de feu. fue.contro.quia reſponde dupliciter.

Primò,ꝙ ille tex.eſt intelligendus in legitimatione,quæ fit per reſcriptum Principis:ſecus in ea quæ fit per cōiugium legitimū.ita Iac.de Bel.vr̃ tenere ibi.prędicti referunt Hoſt.Io. And.& Panor.Aliud.n.eſſe debet in legitimato a Principe,& aliud in legitimato p̄ matrimoniū:quia primo cau legitimatio Principis eſt odioſa & ſtrictè accipienda. c.1.de filiis preſbytero.in 6. At ea,quæ fit p̄ matrimoniū, eſt fauorabilis.ar.c. fi.de re iud. Accedit his,ꝙ matrimoniū a Deo inſtitutum.Poteſt ergo matrimoniū legitimare ad feudū,ea & fortiori ratione,qua Princeps ex certa ſcientia poſſet ſi hoc exprimat legitimare ad feudum,vt gl.fi.no.in d.§.naturales.Præterea abſurdum eſſet ꝙ ſic legitimati per matrimonium eſſent legitimi ad epiſcopatus,vt notatur in d.c.tanta.& glo.4. in c.nouit.de elec. Et non eſſent legitimi quo ad ſucceſſionem feudi, cum tamen alioquin iura velint promouendum ad epiſcopatum eſſe de legitimo matrimonio.c.cum in cunctis.de elec.

Secundò dic,ꝙ §.naturales. eſt intelligendus de legitimatis aliter q̃ per matrimonium;videlicet altero de illis modis, qui notantur per gl.in c.per tuas. in gl.3.qui ſilii ſint legi.

30 Tertiò ēt dici poſſet,ꝙ conſtitutiones feudales,quæ imperiales non ſunt,non ponunt ius cōe. Quod pulchrè explicat Io.An.in c.2.de feu & Feudiſtæ penè oēs in præludiis illius libri feudalis, præſertim verò nō ponunt ius cōe quādo lex reſiſtit.Quod aūt ſit lex ℨria,patet in §.reliqui.qui.mo.nat.effi. ſui. vbi dicitur legitimatos illas ſucceſſiones habere debere; quas habent qui ab initio fuerunt legitimi. & in §. ſi quis ergo.eo.tit.in fine dicit,quòd nihil a legitimis differunt.

De nepote autem legitimo nato ex legitimato, an ſuccedat in feudo aui.poſt Dominum ſuum in legibus diſputat idē Io.And.in d.c.lator.

Poſtremò pro complemento materiæ addo concluſioni noſtræ duas limitationes,quib. apparet ꝙ per conſequens matrimonium non legitimētur filij.

Prima limitatio eſt,ꝙ ſpurii & nati ex ea, cum qua tempo-
31 re coitus non poterat eſſe matrimonium, † non legitimātur per matrimoniū,iſte eſt caſus in c.tanta.in 2.reſponſo.Quia, vt ibi vult, tales cum in matrimonium peccauerint, non debet eis nec eorum proli ſubueniri. & ampliatur iſtud vt nō legitimentur filii ex inceſtu nati, parentibus poſtea contrahentibus ex diſpenſatione eccleſiæ.Ita poſt Vincen.tenent Ioan. And.& Panormi.in dicto capitu.tanta. Quia tunc quo tempore ſunt ſuſcepti non poterat eſſe matrimonium obſtante impedimēto cōſanguinitatis vel affinitatis. & hoc procedit, niſi aliud dicatur in diſpenſatione. Ad hoc facit,quia ſi quis contra mandata legum contrahit poſt depoſitum officium legitimæ ſunt nuptiæ,& filij poſt non prius geniti legitimantur,in l eos, de ritu nuptia.ff.& l.Paulus de ſtatu ho.ff.Secundò limitatur hæc cōcluſio, vt ſtante ſtatuto vel conſuetudine loci, ꝙ primo genitus legitimus ſolus ſuccedat, † natura-
32 lis poſt natiuitatem legitimi per ſubſequens matrimonium legitimatus nō excludet legitimum. ita Io. An. poſt longam diſputationem tenet in mercu.alle.l.ſine culpa. in 12.col. Ex his q̃uis referat duos Doctores Padua. cōtrarium tenuiſſe in diſputatione ſolenni,affirmat tñ ꝙ opinionem iſtā tanq̃ veriorem tenebat Doctor ſuus in theologia ab eo conſtitutus. refert ēt ipſe,ꝙ Bar.Brix.in q.dominicali.55.idē teneret.Producebat autem,dicit Io.An.idem Brix.H.idem tenētem:neſcit tñ Io.And.an is Brixienſis de Hugutione gloſſatore magni Decreti intelligeret,an de Hugolino vno ex gloſſatorib. iuris ciuilis.Adducit etiam idē Io.An.Iaco. de Belui. & Tancre.eandem opinionem ſequi,& ipſe Io.An. Poſt tam excellentium Doctorum auctoritatē, qui cōtrarium aſſeruerunt, Tremulus ſtat in opinione iſta,& iam prælegit de cōſilio deliberato,& rñſo triū ſolēniſſimorū Doctorum legum ſtudij Bono.Et hæc opinio ſuadet̃ his octo fundamētis. Primò inducit idem Io.An.duplex fundamētum, aut.n.dicimus ꝙ in illū naturalē facta eſt collatio legitimitatis,aut confirmatio, aut reſtitutio ſeu alterius prędictorū fictio.Circa primum vr̃ eſſe caſus in c.ſi pro te.de reſcr.in 6.Hoc modo certum eſt, ꝙ naturalis habet ſtatutum cōditionatum ad legitimitatem.l. ſi parentes cōſenſerint in matrimonium, & ille pro quo fuit ibi ſcriptū habuit ſtatū conditionatū, ſi cōſenſerit ep̄s & capitulū,& tñ ſi anteq̃ ea ſuperueniat ille ↄſenſus,alius canonicū conſequit̃ & poſtea ſuperueniat ille cōſenſus, ille ſecūdus in gratia qui cōditionē prævenit eſt prior & potior in aſſecutione præbēdæ poſt vacantis,ſic iſte qui primo cōſecutus eſt legitimitatem erit potior primo,cuius poſtea legitimitas ſuperuenit.Circa ſm,ſi dicis eſſe cōfirmationē,ſic caſus in decre.apoſtolicę.de prębe.in 6 vbi ſi reſeruatio legati pręceſſit, & ↄfirmatio papalis ſequuta eſt,tñ poſt reſeruationē & ante cōfirmationem alter impetrauit vbi a Papa, iſte medius erit potior.Cōfirmatio.n.præponit illum ſolum ius acquirētibus poſt confirmationem, ſicut & hic:confirmatio.n.præponit
33 iſtum poſt genitum tantùm. † Circa tertium, ſi dicatur legitimationem per matrimonium eſſe reſtitutionem, pront reuera videtur eſſe,arg.l.2.de nata.reſti.ff.ibi,natalibus antiquis reſtitui.in §.ſi quis ergo.quib.mo.nat.effi.ſui.ibi, prolem noluerit nnturę reſtituere.tunc pro iſta parte uidetur eſſe caſus in c.quāuis.de præben in 6.ubi reſtitutio non præiudicat iuri quęſito alteri ante reſtitutionē.cui conuenit l.2.de decur.ff.

Secundò principaliter facit, quia clarum eſt ꝙ cōſuetudo præmiſſa exigit duo, ſcilicet primogenituram & legitimitatem:ſed cum duo ad vnum effectum copulantur, quæ certo tempore requiruntur vt hic, ſcilicet primogenitus & legitimus,oportet illo tempore vtrunque verum eſſe, aliter diſpoſitio legis deficit.l.textores.de leg.1. ſi is qui ducenta.de reb. dub.§.ſi plures. de condi.inſtit.ff. Sed hic in tali naturali poſt legitimato,tantum interuenit vnum.ſ.primogenitus,nō primogenitus legitimus, ergo ſi alius poſtea vtranque qualitatem fuerit adeptus,ipſe prior dicetur,nō ille natus prius naturalis,licet ſecundò dictam qualitatem ſit adeptus, quia primus eſt,vt j̃.dicetur,quem nemo antecedit: ſed iſte naturalis iam anteceditur a ſecundogenito prius adepto vtrūque, nam ſi,inquit Io.An. quæris quis prior eſt filius, non eſt dubium ꝙ naturalis.hunc enim natura genuit, licet non honeſtas coniugij.32.q.4.c. fi.vnde & ſpurium vocamus filium. d. c.tāta.Si quæris, quis prior naturalis & legitimus. patet ꝙ ſecundus.Et ſi quæratur,quis eſt prior in iure ſuccedendi.dicē dum eſt profecto eum,qui prius illa duo, ſcilicet legitimitatis & primogenituræ nactus eſt.Et ſi vis concedam eum cenſeri legitimum a natura,hoc non eſt ſecundum veritatem naturæ,ſed ſecundum legis diſpoſitionem vel ciuilitatem. Sed conſtat ꝙ illum, quem excludunt filij ſecundum naturā, nō excludunt filij ſecundum ciuilitatem.l.ſi ita.§.j.de leg.2.fideicommiſſum.de ↄdi.& demon.Neque ſufficiat in iure aliquid fieri ciuiliter,niſi fiat naturaliter.c.ſuſceptum.de reſcri.l.ex ea parte.§.inſultant.de verb.obl.l. Statius. §. Cornelio Felici. de iure fiſci.ff.l.fi.de his,qui ve.ęta.impe.C.

Secūdò facit, vbi in acquiſitione prioris iuris lex requirit plures qualitates vel ſubſtantias, ille dr̃ prior qui oēs adeptus eſt antē ēt ſi aliquis prior vnam fuerit aſſecutus & nō oēs,ad hoc.l.quoties.de rei vendi.vbi ſi duobus venditur res,potior eſt ſecundus in re vēdicāda,ſi prius habuit rem traditam. nā cū requirātur duo,titul⁹ & traditio:ſi ſecūdus habuit vtrūq;, p̄fertur primo habenti tātum titulū in propoſito. Scđs natus

legitimus,

Source : BIU Cujas

legitimus,qui nactus est primo vtrūq; iura primogenituræ & legitimitatis,præferrī primo habēti solū iura primogenituræ.

Tertiò faciunt notata per Host.& Io.And.in c.innotuit.de
34 elec.vbi volunt q̄ † electio facta de naturali non valet,etiam si legitimetur incontinenti matrimonio subsecuto, nam tūc legitimatio talis non trahitur retro.

2 Circa verò iſta,quis dicat̃ pubertati proximus.† dic ꝙ cum non ſit in materia iſta iure determinatum, eſt relinquendū arbitrio iudicis.ita Ant.de Bu.in c.cōtinebatur. & in ℨctib.quis dicat̃ proximus,vide gl.in l.1.ff.de noua.in §.furioſus.de inuti. ſtipu.Inſti.§.in ſumma.de obli,quæ ex deli. Inſti.quæ concludūt,ꝙ maſculus in decimo anno cū dimidio, mulier in nono anno cum dimidio, nā poſt infantiam, quæ finitur in ſeptimo anno,tunc incipiente pueritia reſtant ſeptem anni in maſculo vſq; ad pubertatem. inde in tali anno decimo cum medio vr̃ magis proximus pubertati q̃ infantiæ, ſed potentia coeundi cognoſcit̃ ex naturali vigore,vt ſupra concluſione quarta dictum eſt. an aūt ſponſalia ℨcta per verba de pręſenti inter infantes,vel eorū alterū, ſuppoſito ꝙ poſt infantiā appareat eos perſeuerare in eadē voluntate per mutuam cohabitationē, & alia ſigna interuenientia,ēt poſt pubertatē, citra copulā,ſi talia ſponſalia tranſeant in matrimoniū.Io.An.in d.c.vnico.§.ſi verò.alle.tenet ꝙ non,quia tex.ille loquit̃ ſolū de ſponſalibus ℨctis ab impuberibus,vnde non debet extēdi ad ſpōſalia ℨcta p̄ infantes,nec debet ille tex.excedere caſum ſuū, quia iſta eſt quędā fictio,quæ nō debet extendi,in c.is qui fidē.de ſpon.& in cle.ꝙ circa.de elec.qui ergo dicit hūc caſum expreſſum do ceat,& iſtud eſt efficax argm̃.ſed Domi.de Ro.deci 462.dicūt ꝙ omnes Dñi de Ro.ℨriam opinionem ſunt ſecuti, quā ante eos tenuit Archi.in c.vbi non eſt ɔſenſus.30.q.j. & in d.c.vnico.quam ēt ibi ſequuntur Pet.de Anch. & Fran.& ego idē teneo, quia ſpōſalia de pręſenti in infantia poſt exceſſum ipſius iuris interpretatione ſunt vt ſponſalia de futuro, & poſtea data perſeuerantia vſq; ad pubertatē per mutuam cohabitationem tranſeunt in matrimoniū de pręſenti, qđ ego puto quando perſeuerantes in eadem voluntate ſciuerunt actū geſtū,& de eo plenam notitiā habuerunt. Et ex prędictis infertur,ꝙ in iſtis ſponſalibus de pręſenti per puberes, aut eorū alterū contractis inquantū iuris interpretatione ſunt ſolū ſpōſalia de futuro, ꝙ ſuccedit illa regula vulgata, ſi non valet quod ago,vt ago,&c.de qua in l. ſi vnus.§. acceptilatio. de pac. ff. & in l.an inutilis.de accepti. ff. in quibus locis p̄ contentionem M.& Bulga.fit mētio de antiqua litera & cōi,& de litera Piſana contratia,& contentio illa gl.reſultat p̄ acceptilationem peccantem in forma, quæ tunc non habet vim pacti:quod ſi in materia,ſecus,cum potentius ſit vitium formæ q̃ materiæ,eo ꝙ forma ſit,quæ dat eſſe rei.de qua Bart.& Mod.in l.1.§. ſi quis ita. de ver.obl.ff.Doc.in l.non codicillum.de codicil. C.Ant.in c. quod ſuper.de offi.deleg.poſt eum Domi.in d.c.vnico.

SVMMARIVM.

1 *Maior ſeptennio contrahens ſponſalia, vtrum ante pubertatem reſilire poſſit.*
2 *Intellectus c.de illis.lo.1.de ſponſa.& mat.*

Septima Concluſio.

1 SI maiores ſeptennio contrahunt † ſponſalia de pręſenti, neuter ante pubertatem reſilire poteſt:& ſi tempore ɔtractus vnus erat pubes,alter impubes.pubes reſilire non poteſt, ſed impubes factus pubes ſic. Prima & ſecunda pars huius cōcluſionis probatur in c.de illis.il j.iſto tit. in primo & tertio reſponſo,qui eſt in ver ſi mulier. & tu aduerte ꝙ tota difficultas in illa decretali conſiſtit in 2 reſponſo,qui eſt in ver.ſi verò.& gl.3 ibi commemorat duos intellectus Primus ꝙ ambo contrahentes erant minores tempore contractus ſponſaliorum, & vnus eorum prius peruenit ad ætatem legitimam, qui donec alter ſimiliter peruenerit reclamare nō poteſt, ſed hic intellectus non placet duplici ratione,quia tunc ille ver.nō differret a precedente,& tamen videtur ſignari differentia propter aduerſatiuam ibi poſitam,ſi verò.

Secunda ratione, quia in illo ver.in ver.j̃.eo.annos exiſtente cum ſponſalia,loquitur de vno minore, & ſic tacitè ſupponit alium fuiſſe maliorem. Et expoſitio gloſ.ibi,in verbo,cum ſponſalia,eſt quædam,ſecundum Panor.extorſio literæ. Item & fortius glo.ſupponit ꝙ qui prius peruenit ad ætatem legitimam, debet expectare reliquum. & cum fruſtra expectetur euentus, cuius nullus eſt effectus.c.cum contingat.de offi.deleg.Cum ergo ſecūdum gl.quartam,prius factus maior poteſt contradicere altero facto maiore,ergo & nunc.

2 † Præterea ad hoc facit principium illius decretalis a cōtrario ſenſu,inquantum vult,ꝙ impuberes ſponſalia contrahentes non poſſunt reſilire ante ætatem legitimam,ergo poterunt ſtatim poſt ætatem legitimam.

Secundus intellectus ad illam decretalē eſt, ꝙ ille ver.ſi verò,in d.decre.de illis.la 1. eſt ꝙ loquatur ille verſiculus,cū tempore cōtractus vnus erat maior,alter minor.Et hic intellectus eſt magis amicus literæ propter illa verba, cum ſponſalia contrahuntur.& hic intellectus mihi placet,quia per illū deciduntur plures caſus. Et ſi obijcias ꝙ ſequendo hunc intellectum hic, ver.ſi verò.non differt a ſequente verſi.qui incipit,ſi mulieri.Sed tu poſt Panor.dic ꝙ erit differentia,quia hic ver.ſi verò.loquitur quando minor contradicit factus maior. At ver. ille,mulier.quando maior contradicit.

Tertius verò intellectus ibi afferri poſſet, ꝙ ver. ſi verò.loquatur de maiore & minore,qui contraxerunt ſpōſalia.& ver. ſeq.mulier,de eiſdem qui contraxerunt matrimonium.quem intellectum dicit Panor.poſſe ſuſtineri. Et pro quo intellectu, meo iudicio,re vera applaudet litera vtriuſq; ver.Nam in ver. ſi verò.allagato,litera dicit,cū ſponſalia, & appellatione ſponſaliorum,propriè veniunt ſponſalia de futuro.ſimiliter applaudet litera ver.mulier. ibi, annos aptos matrimoniis. & ibi niſi ipſe cui nupſit, licet huic intellectui multum obſtet ꝙ vt ſ.dixi ſponſalia de pręſenti inter maiorem & minorem iuris interpretatione ſunt ſolùm ſponſalia de futuro.

SVMMARIVM.

1 *Sponſalia de futuro,vtrum per religionis ingreſſum,rumpantur.*
2 *Sponſalia,nunquid per votum caſtitatis ſoluantur.*
3 *Sponſalia de futuro,quot modis ſoluantur.5.7.*
4 *Sponſalia iurata ad certum terminum, nunquid poſt termini lapſum ſine periurio ſint ſoluta.*
6 *Sponſalia,an ſoluantur vbi ſponſus labitur facultatibus.*
8 *Lepra ſuperueniens,an & quando vitiet ſponſalia, & quid de redditione copulæ cum leproſo.*
9 *Exceptio,quibus daſibus repellat ab exactione debiti carnalis.10.*
11 *Copula coniugalis,an & quando ſit peccatum.12.13.*

Octaua Concluſio.

1 SPonſalia de futuro ſoluuntur † per ingreſſum religionis, ita frater Ange. in Summa ſua. Sed ego puto quòd hęc deciſio non eſſet recipienda, ſicut nec aliæ multæ eiuſdem Ange.de Clauaſio. Qui cum multa colligat,tamen in ſacris doct.& theologicis, & ſacrorum canonum profeſſoribus, ipſe tamen ſæpenumero ſola recitatione contentus, dum deciſiones ſacrorum Doctorum & Canoniſtarum permiſcet,& interdum confundit, nihil abſoluit,nec aliquam opinio.ſolidam tandem adiicit.In propoſito durum eſſet dicere,quòd per ſolum ingreſſum religionis ſoluantur ſponſalia de futuro.Eſſet enim in poteſtate ſic contrahentium, ea pro arbitrio diſſoluere, ingrediendo & aſſumendo habitum nouitiorum,& poſtea relinquendo illum habitum eludi illā ſponſam. Nam ego etiam video,vt dicetur infra concluſione 30.matrimonium de præſenti non ſoluitur per ingreſſum, ſed demum
2 ſecuta profeſſione,vt in c.ex publico.de conuer.coniug.†Plus etiam ego exiſtimo,ꝙ non ſoluantur ſponſalia per votum ſimplicis caſtitatis, cum ſit obligatio quęſita ſponſo, non poteſt ergo in ſui pręiudicium vouere caſtitatem. Contrahens ergo ſponſalia & poſt emittens votum, aut compellitur in religione profiteri,aut implere matrimonium.

Ad decretalem verò, veniens, quæ per fratrem Ange.fuit male intellecta, tu dic quòd ibi erat votum ſolenne caſtitatis emiſſum, ita reprobatis Gaſpa. de Cal. & Anto. ibi tenet Panormi.ſecutus glo.Et ſimiliter Hoſtien.idem tenentem, licet non apertè.Eſt autem ibi caſus de muliere,quæ cum ſponſalia cum aliquo contraxiſſet, reformidans crudelitatem ipſius, de cuius ſæuitia multa audiuerat, in manu cuiuſdam eremitæ emiſit votum continentiæ non mutata veſte,nec loco,quo facto cum maritus cōtraxiſſet cum alia, dedit Papa mulieri poteſtatem

Source : BIU Cujas

teſtatem ſimiliter contrahendi cum alio impoſita ei pœnitentia, de fide mentita, & voto violato. Nec obſ. q̃ in illa decretali ponderatur votum emiſſum poſt ſp̃ōſalia, quia obligauit mulierem quantum ad ſe, ſed ſolutis ſponſalib. per ſequens mr̃imonium contractum per virum mulier remanſit in priori ſtatu, & inquantum mulier ibi contraxit. Tu dic hoc fuiſſe, vt apparet ex tex. ex diſpenſatione, adductus eſt autem ibi Papa ad diſpenſandum ex triplici cauſa. Prima, quia mulier perturbata propter timorem ſponſi votum emiſiſſet. Secunda, pp̃ maius periculum, quia videbatur incontinens. Tertia, quia iuuenis & ſuſpecta, vnde accepit Papa a nō idoneo debitore quod potuit. & putat Panor. q̃ mulier ſic diſpenſata contrahet matrimonium ſine peccato, tamē aget pn̄iam pro ſatisfactione culpæ. & tu ēt aduerte q̃ ille tex. probat q̃ Papa ex cauſa poſſit diſpenſare ſuper voto continentiæ, de quo gl. no. in c. cū ad monaſterium. de ſtatu mo. extra glo. in c. vnico. de voto. in 6. plus putat Panor. in d. c. veniens. ad fi. q̃ in terminis illius c. potuiſſet epiſcopus diſpenſare, ſuper quo, quia hæc facultas diſpenſandi difficulter relaxatur Papæ, ego relinquo cogitandum, & videndus eſt Spe. in ti. de leg. §. nunc videndum. ver. 83.

3 Huic concluſioni† adde, q̃ ſponſalia de futuro, ſoluunt̃ aliis ſeptem modis. Primo per ſponſalia de præſenti, aut per ſponſalia ſecunda de futuro, cum copula. tex. eſt in c. pe. iſto ti. & in c. j. de ſpon. duorum. copula tamen, quæ interuenit in his ſecundis ſponſalib. requiritur q̃ ſubſecuta fuerit ipſa ſponſalia. ad hoc tex. in c. veniens. il 2. iſto titu. His adde q̃ ſponſalia ēt ſi ſint iurata, ſoluantur per ſponſalia de præſenti. c. ſicut ex literis. iſto ti. & ex iſtis infertur q̃ matrimonium ⁊ctū ⁊ iuramentum tenet, licet de periurio ſit pœnitentia indicenda. ita Panor. in c. de illis, eo. ti. dicens hoc eſſe expreſsè contra theoricam Inn. in c. dilecta. de præben. de quo no. Io. An. in regula, qui ſemel, in mercuria. Secundo ſoluuntur ſponſalia de futuro, quando alter contrahentium ſe transfert in lōginquū, de cuius reditu non eſt ſpes de proximo. ita probat tex. in d. c. de illis. & gl. 2. ibi dicit, ſecus eſſe ſecundum leges. Cui gl. tu dic eſſe duos intellectus, vnus q̃d debeat ille canon ſuppleri per leges, quæ de illa materia ſunt locutæ. & hunc intellectum ſequitur Io. An. ibi ſubiiciens, q̃ iſto caſu ſit expectandum tempus legale, niſi fortè in contractu ſponſaliorum eſſet adiectum certum tempus, nam tunc illud ſeruabitur. c. ſicut. e. ti. Eſt autem tempus legale, vt ſi ſponſus ſit abſens ex cā probabili, aut neceſſaria, ſit expectandus, donec ceſſet impedimentum. l. ſæpe. ff. e. q̃ ſi ſola voluntate ſatis eſt expectare triennio. l. 2. C. eo. & ſecundum Cy. ibi lex ſecunda, quæ loquitur de triennio, eſt intelligenda, vt ponat factum, non autem iuris miniſterium. Secundus intellectus gl. c. de illis. eſt q̃ ipſa gl. intendat apertè notare differentiam inter leges & canones; & cū in matrimoniis ſit ſtandum canonibus, non legibus, tu dic vt ſ. dixi q̃ dum alter ex ſponſis ſe transfert ad loca remota, pōt alius licitè ⁊here, quod pondera in tex. illius c. de illis, dum dicit, liberum, & ſic ſine quacunque licentia eſt licitum, aliàs non eſſet liberū, ſi haberet neceſſe expectare alterius licentiam, argumento eorum, quæ no. in c. multa. in fi. de præben. in 6. Et ſi Papa voluiſſet intelligere hanc materiam cum temperamento legū ciuilium, hoc expreſſiſſet, ar. l. Stichus qui meus. de le. 1. in c. ad audientiam. de deci. Et hæc opi. mihi placet propter periculū fornicationis quod imminet, maximè quando non eſſet ſpes reditus de proximo, ar. d. c. de illis. in ver. transferentes. Nec obſ. c. ex literis. eo. ti. loquens de quodam, qui contraxerat ſponſalia iurata. Et cum per eum ſtetiſſet, & expectaſſet quinquēnio, & poſtea alteri nupſiſſet de præſenti, adhuc ei eſt impoſita pœnitentia. tu dic q̃ licet fuiſſet ibi allegatū q̃ per virum ſtabat, tamen de hoc non conſtabat, nam ſi Papæ conſtitiſſet, nō impoſuiſſet pn̄iam, ita Io. & Hoſti. & Pan. tenent ibi. vel dic p̃ter eos, q̃ ex quo ſponſalia illic erant iurata, non debuit contraue
4 nire ſine authoritate ſuperioris, iō ipſi imponitur pn̄ia.† Adde q̃ quando in ſponſalib. iuratis eſt appoſitus certus terminus, illo elapſo ille per quem non ſtat, eſt liber & nubere pōt ſine periurio: alteri aūt, per quem ſtat, eſt imponenda pn̄ia, ita probat tex. in d. c. ſicut ex literis. Tu tamen nota vnum Ant. Pan. dictum ibi, q̃ ſi ab initio fuiſſent ſponſalia purè contracta, & poſtea ſponſus, & ſponſa conueniant de die nuptiarum, per lapſum illius diei neuter liberatur, quia terminus ille vī ex poſtfacto appoſitus fuiſſe pro ſollicitando implemento promiſſionis iam factæ purè, ad hoc in ar. l. Celſus. de arbi. ff. & in c. dilecta. §. præterea. de dolo & contu. Tertiò ſoluuntur ſponſalia ēt iurata propter fornicationem ſuperuenientē, de quo in ca. quemadmodum. de iure. qui tex. q̃is loquatur de ſponſa, tn̄ idem eſſet in ſponſo fornicante, cum non iudicentur ad impa ria. c. apſs. 32. q. 7. ita Panor. ibi referens ſe ſæpius ita ⁊ſuluiſſe, qui ſubiicit hoc procedere in fauorē illius, qui fornicatus nō eſt, qui propter fornicationem alterius poteſt ſi velit petere diſſolutionem. Is aūt, qui fornicatus eſt, non poſſet id petere, ne ex eodem facto ſperet pœnā & præmium. l. ſiue hæreditaria. de neg. ge. & in l. fi. eo. ti. Ad hoc facit c. de illis. e. li. Et procedunt prædicta, ēt ſi fuerit oppreſſa ſponſa violenter, q̃a diſſoluuntur tunc ſponſalia de futuro. ita tenet gl. præd. c. quēadmodum. in ver. oculos. in fi. & eam ibi ſequuntur Io. And. & Pan. & punitur ipſa oppreſſa ſine culpa. ſed hoc non eſt ſine cā, q̃d eſt ne ſponſus inuitus inde contrahat bigamiā. Adde ēt q̃ ſpō ſalia diſſoluuntur, ſi eſſet fornicatio ſpūalis, q̃a alter eſſet hereticus. c. non ſolum. c. iam nunc. 28. q. 1. † Quartò diſſoluuntur ſponſalia, ſi eſſent contracta ſub conditione dandæ pecuniæ, & ea non impleatur. c. de illis. de cond. appo. de eo aūt qui dixit, contraho tecum, ſi mihi dederis centum, an ſtatim ſit matrimonium. Spe. in ti. iſto, de ⁊d. appo. multum exaltat vocem ſuam dicens, q̃ pauci aduertunt hanc ſubtilitatem, & tandem videtur inclinare, q̃ non ſit matrimonium. & hanc partem tenet Inn. Pet. & Abb. antiq. in d. c. de illis. & Io. An. in Spe. loco alleg. & latius idem in d. c. de illis. & mihi ēt placet reiecta opi. Vin. & Hoſt. contraria, alioquin non differret honeſta ⁊dō a turpi: & multi ſimplices, qui ita contrahunt ſub ⁊dōne, ſi eis dentur centum, aut quid aliud præter ſuam ſpem, illaquearētur. Ad hoc vī facere tex. in c. verum. eo. ti. Qui tamen tex. nō vrget omnino. loquitur enim de matrimonio contracto ſub conditioue, quæ ponebatur in arbitrium alienum ſi pr̃ conſētiret, & nos loquimur de conditione extrinſeca concernente fauorem dotis. Et tu aduerte q̃ ſi ſponſalia contrahantur ſub conditione, ſi mihi dederis cētum, propter defectum ⁊dōnis diſſoluuntur, vt ſ. dixi: ſed ſi conditio euenirēt, erunt tunc ſpō ſalia. q̃ ſi matrimonium contrahatur ſub con itione, ſi dent̃ centum, adueniente conditione erit matrimonium & ante. Quæ oīa, vt Io. An. ſcribit in d. c. de illis. ſunt declaranda. Et tu his adde, q̃ licet teſtm̄ non poſſit cōferri in arbitrium alteri⁹. l. captatorias, & l. illa inſtitutio. de hære. inſt. ff. nam cū facultas teſtandi ſit gratioſè conceſſa, ſatis eſſe debet teſtatori q̃ relinquatur facultas teſtandi per ſe, non alterius arbitrio. Sed matrimonium eſt de iure diuino, quod diiudicatur ex conſenſu,
6 ita Panor. in d. c. de illis. de cond. appo. † Quando autem ſponſus labit̄ facultatib. gl. in d. c. quēad. in ver. oculos. tenet, q̃ nō ſoluantur ſponſalia. Sed Io. An. limitat eam ibi, niſi certa quātitas eſſet in dotem promiſſa & non poſſet implere promiſſionem. d. c. de illis, & tu no. hoc dictum, nam loquitur illud c. q̃n promiſit dare certam q̃titatem, q̃ promiſſionem non poteſt implere, dubitat tamen Pan. de dicto præcedentis gl. Nam cū mulier contrahens ſimpl̃r ſponſalia, non promiſſa certa dote videatur bona ſua in dotem dediſſe, vt legi. & no. in l. mulier bona. de iure do. ff. & Bar. no. in l. ſi conſtante. ſol. matr. ff. ergo ſi labitur facultatib. & ſic nō pōt oīa, quæ habebat dare in dotem, non debet ſponſus eſſe obligatus ad ⁊trahēdum, quia deficit ⁊dō ſubintellecta, ſi res in eodē ſtatu permanſerit, de qua cōditione & aliis in d. c. quemadmodum. Quintò ſoluunt̃ ſpō ſalia, ſi inter ⁊trahentes ſuperuenit affinitas, vt ſi ſponſus cognouit ſpōſę ⁊ſanguineam. c. ſi quis ſponſam. 27. q. 2. c. ex literis. de eo q̃ cog. ⁊ſang. vx. ſuæ. Sexto ſpōſalia ſoluunt̃ ad denūciationem vnius probi, & honeſti viri deferentis ⁊ſāguinitatem, & de fama ſcandalo docentis. tex. eſt in ca. cum in tua. de ſpō. ī c. ſuper eo. de cōſ. & affi. & tu aduerte q̃ ad impediendū peccatum, quod imminet ex matrimonio prohibito, recipit̄ dictum vnius, ēt ſine publicatione noīs, quādo is nō audet, id publicè profiteri, tex. eſt notabilis ī c. præterea. il 2. vbi Pan. in
7 3. no. e. ti. † Septimò ſoluunt̃ ſpōſalia propter deformitatem ſuperueniētem, vt ſi alter in lepram, aut paralyſim incidit, aut naſum ſeu viſum perdidit, ad hoc tex. in c. quēadmodū. de iureiu. quod tu intellige, quādo impedimēta illa ſuperueniūt poſt ſpōſalia, ſecus ſi tempore ⁊ctus. Ad hoc quod no. Bar. ī ſimili, in l. creditores, de priuil. cred. ff. & idem no. in l. fi. C. e. q̃ ⁊hēs nō pōt allegare debitorem ſuſpectum propter paupertatē, vī mores præcedētes. ad hoc, c. præterea. de teſti. cog. c. fi. de collu. deteg. poſtremò adde q̃ lepra ſuperueniēs nō diſſoluit matrimonium, nec matrimonij effectum. Ideo ea nō obſtāte debēt cōiuges ſe inuicem maritali affectione tractare, aut debēt ad perpetuam cōtinētiam induci. ita probat tex. ī c. 1. de ⁊iug. lepro. Quia nulla infirmitas, q̃tumcūque grauiſſima, diſſoluit mr̃imonium ſemel ⁊ſummatum, c. hi qui. 32. q. 7. & c. oēs cauſationes. ea. cauſa & quæſtione. Et tu adde hoc loco 4. Primò q̃ ſanus leproſo, nō tenet̃ ſolum ad copulam, ſed ad alia multa obſequia, ita Pan. in d. c. j. propter tex. ibi, ⁊iugali affectione. Et ſubiicit illic Pan. in 4. & 5. no. q̃ habēs vxorē leproſam non poteſt aliquo modo ⁊cubinam, vel aliam mulierem admittere: quod ſi fecerit, poteſt per eccleſiam excommunicari. Et erit caſus in quo cognoſcit iudex eccleſiaſt. cus de adulterio cōtra laicum, de quo Panor. in c. j. de offi. ord. & latius idem ī c. cum ſit generale. de foro comp. extra. Secundò, q̃ ſi ſanus

propter

Source : BIU Cujas

propter horrorem non poſſet leproſo reddere debitum,ſi eccleſiæ de hoc conſtat,non compellet eum,quia non debet cõ pelli ad impoſſibile, ex eo ꝙ impoſſibilium nulla eſt obligatio,in regula,impoſſibilium,de reg.iu.ff.in c.Odoardus.de ſolu.ita tenent Hoſt.Io.An.Henr.Bohic.& Panor.in c.4.de ꝯiu. lepro.Et illic ſubiicit Pan.multũ notabiliter,ꝙ ſi eccleſiæ non poſſit conſtare de illa impoſſibilitate, eccleſia excommunicabit ſanum,niſi reddat debitum, & eo non obediente eccleſiæ habebitur pro excommunicato quo ad eccleſiam militantẽ, non quo ad Deum.ad hoc,c.literas. de reſti.ſpol.in fi. Tertiò,
8 †ꝙ ſanus cum leproſo tenetur iacere aſſiduè in eodem lecto, ne ille leproſus efficiatur nimis improbus,nec in exactione debiti.Et ſatis eſſe debet leproſo ꝙ nõ fraudetur ſuo debito, ita gl.fi.in c.1.alleg.quam ſequuntur cõiter oẽs.ita ẽt glo. in ca.ſi quis vxorem.32.q.5.Quartò adde quod Pan.no.in d.c.1.ꝙ leproſo non petente vxorem iudex debet eſſe contentus ſola exhortatione,ita loquatur ille tex.ſed ſi inſtaret, vt ꝯiunx teneatur ſequi eum,& debitum reddere, & hoc petat, tunc fiat compulſio per eccleſiam,ita ẽt voluit gl. in d. c.ſi quis vxorẽ. ita intelligatur tex.in c.2.e.ti.vbi ẽt Panor.no. ꝙ ſi maritus eſt ethnicus,vel alia ægritudine detentus, ita vt ſine periculo perſonæ non poſſit reddere debitum,ꝙ mulieri ab eo repoſcenti 11
debitum nõ ſit obligatus ad redditionem, quia ordinata charitas,&c.l.præſes.de ſerui.& aqua.C.in c.non ſatis.80.di.Quartò ꝙ licet lepra ſuperueniens diſſoluat ſponſalia de futuro, tñ non ſequitur quod diſſoluat ſponſalia de præſenti,quia matrimonium de præſenti ſoluit̃ vnico caſu.ſ.per profeſſionem ſolẽnem,ita Bar.& Hoſt.& Io.And.in c.fi.eo.ti.& ad tex.ibi,qui loquitur de matrimonio conſummato,qui quantum ad corticem literæ videtur innuere contra: dic ꝙ verbum conſummatum,ibi poſitum, ponitur largè pro conſummato per ꝯſẽ ſum,quod dicitur conſummatum largè, quo ad ſui eſſentiã. & quoniam leproſi in veteri teſta.eiiciebãtur extra caſtra, hr̃ in Leui.c 13.vbi tex.proſequitur de ſex ſpecieb.lepręquæ aliquando eſt in cute,aliquando in viua carne, aliquando in vlcere,aliquando in vulnere,aliquando in barba & capite,aliqñ in capillis & ceſarie,vbi Nic.de Lyra literaliter proſequitur in tex.Sed vt audio, illas lepræ ſpecies & diſtinctiones parum recipiunt medici,quorum deciſioni hoc relinquo, arg.l. femel. de re mil.C.lib.12.Et quia de lepra viſum eſt, an repellat cõiuges ab exactione debiti.

9 His etiam adde ꝙ inter Doctores eſt dubiũ in quinque caſib. † an exceptio repellat cõiuges ab exactione debiti? Primus caſus eſt in exceptione voti ſolẽnis, quæ excuſat,ſi matrimonium nondum eſt carnali copula conſummatum,de quo leg.& no.in c.verum.& c. ex publico. de conuer.coniug.Secundus caſus eſt,ꝙ exceptio fornicationis, ꝑꝑ quam fit ſeparatio matrimonij quantum ad thorum, excuſat a redditione debiti,in c.2.alleg.de coniug.lepro.& 32. q.1.dicit Dominus.& q.7.Apoſtolus.quod tu intellige, ſi fornicatio ſit notoria,aliàs ſecus.c.ſignificaſti.d̃ diuor. Et niſi obſtet exceptio, ſeu replicatio paris fornicationis, ſeu adulterij. c.pe.& fi. de adulte. Aut niſi ipſe,qui prouocat ad ſeparationem,fuerit cauſa ipſius fornicationis. c. diſcretionem. de eo, qui cogno. conſang. Tertius caſus de exceptione conſanguinitatis vel affinitatis,quæ ſi excuſat a redditione debiti anteq̃ per iudicium eccleſiæ diſcernat̃ ſuper illa exceptione,an poſt, leg.& no.in c.inquiſitioni. de ſent. excõ. Quartus caſus eſt de exceptione dierum vel ſacrorum locorum, an illa excuſet a redditione debiti? Ego lego duas opi.Prima, ꝙ non excuſet. ita Hoſt.&Io.And.in d.c.2.de coniu.lepro.nã quãuis ſm eos, peccet petens,& inducendus ſit ad deſiſtendum: ſi tamẽ inſiſtat,modis omnib.reddi debet.32.q.2.§. his ita reſpondetur. & c.ſeq.33.q 5.c.1.2.3.& 4.& c.voluit.c.manifeſtum.Hoſti.videtur idem ſenſiſſe in Summa huius ti.ſub rubr.de matrimonio.§.quis ſit effectus.ver. ſed nunquid peccant coniuges, & hæc fuit opinio Gãdulphi,quã tenet Goſt.in Sum.de mat. ꝯc. Secunda eſt opinio, ꝙ exceptio dierum ſacrorum & locorũ, repellat coniuges ab exactione debiti.ita tenet gl.31.diſt.in c. quoniam.in ver.oportuno. quam opinionem ſequuntur ibi Lauren.& Io.de Fantu.licet ille tex meo iudicio, parũ faciat. nam quod tex. ille dicit oportuno i. quãdo datur oportunitas,nõ dicit ergo ille tex.congruo vel honeſto. ſed hanc ſecũdam opi.tenet Io.glo.in c.eccleſiis.in glo.2.68.diſt. idem in c.
10 Apoſtolus.32.q.4.in glo.fi.†ego pro ꝯcordia putarem ꝙ opinio prima procedere poſſet in exceptione dierum, quia tempus & hora non patiuntur deliberãdi conſilium.l.j.de exerci. ff.& quia neceſſitas non habet legem.l.j.ad leg.Rho. de iac.ff. Item procedere poſſet illa prima opinio,vbi exigens nõ poſſit alibi commodè vel ſecurè exigere, quia fortè tunc nõ poſſet exire eccleſiam.ea n.poſſumus,quæ commodè poſſumus,in l.nepos Proculo,de verb.ſig.ff.c.accedẽs.el 2.vt lire nõ cõteſ. aliàs ego crederem primam opi.procedere.& in hac finali cõcluſione,vt Henr.no.vt in d.cap.2.de coniug.lepro.ſatis concordant Theologi,& refert idem Henricus Petrum dicentẽ, ꝙ licet debitum ſit reddendum omni tempore, non tamen eſt ſimile de loco, quia locus polluit poteſt ita vt egeat recõciliatione,non autem tempus. item locus facilius mutari poteſt quàm tempus.Beatus etiam Tho.dicit ꝙ debitum reddẽdum eſt omni tempore & omni hora,ſalua tamen debita honeſtate, quæ in talibus exigitur, quia non oportet ꝙ ſtatim in publico reddat.idem dicit Albe.& addit ꝙ ſi alius locus ſit haberi poteſt,non tenetur reddere debitum in loco ſacro,ſi nõ poteſt alius locus haberi,reddat cum dolore cordis,& etiam ſi exigat cum planctu idem fiat, & quia ſine vſu matrimonij eſſe non poteſt,non credit mortaliter peccare,& his ſatis cõcordat glo.Guil.ſuper Ray.in Summa de matrimoniis, ſuper verbo,abſtinendum. in fi. & addit ꝙ ſi alius locus haberi poteſt,mortaliter peccat qui reddit debitum in loco ſacro.& in his etiam ſatis ꝯcor.frater Io.in Summa confeſſio.tit.de matrimonio.q.43.vtrum liceat debitum.& ibi vide de quæſtione præcedenti,incip.vtrum peccent.& Aſteſanus,lib. 8. ti. de bono fidei.in prin.& in q.vtrum in loco ſacro.

11 An autem actus,†ſeu copula ꝯiugalis, poſſit eẽ peccatum mortale,vel veniale. tu dic capiẽdo duo membra.Primò,aut ſubeſt impedimentum aliquod, aut nullum.Circa primum, quando ſubeſt impedimentum, & tunc aut alter coniugum ſcit pro certo impedimentum,& tunc etiam ad mandatum eccleſiæ non reddat debitum, ſed potius excommunicationem ſuſtineat.ad hoc quod no.in c. literas.in fi.de reſti.ſpolia.& ſi redderet aut exigeret, quia faceret contra conſcientiã, peccaret mortaliter, & tolerando excommunicationem erit excommunicatus quò ad eccleſiam,non quò ad Deum.notatur in c.a nobis. ii.2.de ſentent. excommu.quod ſi alter coniugum, non ſcit pro certo impedimentũ,ſed credit opinioni leui,& temerariæ, vt quia audiuit a paucis leuibus,quibus credere non tenetur, quia vt Seneca.ſcribit,vtrunque malum eſt,omnibus,& nulli credere. Et innocens,ideſt fatuus credit omnibus.22. q.4. innocens. & tunc iſto caſu reddat,& exigat.Aut tandem alter coniugũ credit impedimentum ſubſiſtere, & opinione probabili & diſcreta: & tunc reddat, ſed non exigat. hæc tota diſtinctio colligitur ex tex.cum ibi no.in capi.inquiſitioni. de ſent. exc.

Circa ſecundum,quaudo inter coniuges nullum ſubeſt impedimentum, an actus copulæ poſſit eſſe peccatum. Tu dic duobus caſibus non eſſe peccatum, modo etiam non ſit aliquis defectus,aut ex parte alterius coniugum,vel ex parte loci, aut temporis, vel modi exercitij actus coniugalis.

Primus eſt,quando cauſa prolis ſuſcipiendæ.Inde Auguſt. Coniugalis concubitus generandi gratia factus non habet culpam.& Apoſtolus.1.ad Corin.7. Si nupſerit virgo,nõ peccat.ſi enim ſine peccato non poſſet fieri coniugalis concubitus,non præcepiſſet Dominus poſt diluuiũ eos copulari, dicens: Creſcite & multiplicamini, cum iam ſine carnali copula non poſſent commiſceri.

Secundus caſus eſt,quando actus carnalis eſt cauſa reddẽdi debiti.Inde Auguſt. ſuper Pſal.146.& habetur in c. 1.33.q. 5.redde debitum, & ſi non exigis redde, pro ſanctificatione perfecta Deus tibi computabit, ſi non quod tibi debitum eſt exigis,ſed reddis quod debetur vxori.

12 †Sunt qui adiiciunt tertium caſum licitum,quando pietas mouet ad cognoſcendum, puta cum aliquis ſcit vxorem ſuã verecundam eſſe & nunquam debitum petituram, & timens de caſu eius,debitum petit.ſed meo iudicio, iſte caſus poteſt contineri ſub præcedente pro eo quod cognoſcens vxorem, vt caueat ei poteſt dici reddere debitum vxori tacitè petẽdi. His adde quòd hic actus redditionis,vel exactionis debiti,cauſat peccatum in certis caſibus. Primus eſt, ſi fiat cauſa ſatiandæ libidinis. & hæc opinio huius, quòd ſi voluptas illa ſiſtat intra limites matrimonij,videlicet quòd cum alia muliere,id non faceret, tunc ſit ſolum veniale: quòd ſi delectationem quærit in ea,vt meretrice, ita ꝙ ſi nõ eſſet vxor idem faceret, tunc ſit mortale.quod Hieronymus ſcribit 32.q.4.in cap.origo.Adulter,inquit, eſt in ſuam vxorem ardentior amator; in aliena quippe vxore omnis amator turpis eſt, in ſua nimius. Sapiens iudicio debet amare coniugem non affectu, non regnet in eo voluptatis impetus, nec præceps feratur ad coitũ, nihil eſt fœdius quàm vxorem amare, quaſi adulteram. & hanc opinionem poſt Tho. & Petrum, poſt fratrem Ioan. in Summa hnius titu.quæſt.37.poſt Aſteſanum,lib.8.tit.9. art.1, tenet Henr.in d.cap.inquiſitioni.Sic Hugo. qui primo caſu dicebat eſſe mortale,cum Ioan.glo.Decreti,qui dicebat eſſe ſolum veniale, ad concordiam reducatur, vt gloſ. no. in capit, libertorum. 32. q. 4. Sunt etiam qui adiiciant, quod tamen

ipſum

Source : BIU Cujas

ipſum non firmo pro cõſtanti, eſſe ſaltem veniale peccatum, ſi cognoſcitur vxor cã incontinentiæ, vel fornicationis vitandæ, ꝓp illud quod Auguſtinus ſcribit. 1. ad Corinth. 7. in verbo, Apoſtoli. hoc aũt ſm indigentiam dico, non ſm imperiũ. Si veniam, inquit, Apoſtolus conceſſit, ergo peccatum ſunt nuptiæ. Cui. n. venia, niſi peccato ꝙceditur. Planè ꝙ infirmitati conceſſit Apoſtolus ſm veniam, audeo dicere peccatum eſſe veniam: nam q; cõcedens Apoſtolus, cõcubitum attẽdit cõiugatorum, vbi eſt incontinentiæ malum, ꝙ vir cognoſcit vxorem, ẽt vltra neceſſitatẽ procreandi liberos incõtinẽtiæ malum eſt, ſed ibi eſt nuptiarũ bonum. nõ. n. quia incõtinentiæ ibi malũ eſt, ideo cõnubium, qđ prẽter intentionẽ generationis, nõ eſt bonum, immo verò non ꝓp illud malũ culpabile eſt hoc bonũ, ſed illud malũ fit veniale ꝓp bonũ nuptiale. Alij verò, qđ fortè verius eſt, dicũt maritũ, qui cognoſcit vxorem cã fornicationis vitãdę & ſeruãdæ cõtinẽtiæ, nõ vr quęrat voluptatẽ, ſed ne cadat cũ alia, non peccare. ita Aſteſanus loco proximè alleg. licet ipſe variet & nõ apertè loquat: nam ſi, inquit ipſe, dicat aliquis, licet hoĩ bibere ne ſitiat, ergo ſiĩr coire ne fornicari appetat. rñdet ꝙ nõ eſt ſimile, qa ibi eſt motus naturæ & neceſſitatis: in coitu vero nõ eſt niſi motus na
13 turæ. † Secundus caſus, in quo actus cõcubitus in matrimonio põt eſſe peccatum, ſi fiat modo incõſucto, in vaſe tñ debito: & ſi fiat iſtud pro voluptate quęrẽda, eſt mortale. Ita Aſteſanus loco proximè alle. dicit Doc. ſentire cõiter. refert tamẽ Henricus in d. c. inquiſitioni, ſentire Alber. in ſcriptis ſuis, diſ. 31. ꝙ nihil eorũ, quæ facit maritus cũ vxore, ſeruato vaſe debito, eſſe mortale peccatũ, ſed eſſe mortale cõcupiſcẽtiæ, qñ .ſ. nõ ſufficit eis modus, quẽ natura determinat. vt aũt intelligatur qs ſit modus debitus & naturalis & qui plus, vel minus ab illo naturali deuiet, ſubiiciunt, ꝙ modus debitus, quẽ natura docet, eſt vt mulier iaceat dorſo, vir aũt in vẽtre incumbat ei. Et ſic facilius cõcipiũt mulieres, niſi ꝓ accidens impediant. Minor aũt deuiatio ab illo eſt lateralis ꝙcubitus, maior ſedẽtis. Et adhuc maior ſtantiũ, & horum maximus, is qui eſt retrorſum more brutorũ: & qñ modus cõſuetus immutat ex cã, vtpote ꝓp corporis indiſpoſitionẽ, vel impregnationẽ, infirmitatẽ corporis, craſſitudinẽ, aut alia de cã, eſt duplex modus dicẽdi. Vnus, ꝙ ſi vult vxorẽ cognoſcere cã ꝓlẽ generandi, vel vt debitũ reddat, nõ ſit peccatũ: ꝙ ſi cauſa delectãdi ſiſtendo tñ. ſ. terminos mrmonij, ſit ſolũ veniale peccatũ: permittit. n. minus malũ, vt euitet maius. ſ. adulterium. Et huius ſuĩæ ſunt Rod. & Tho. in 4. di. 31. Eſt alius modus dicendi, ꝙ nullo modo, & nulla de cã, hoc fieri poſſet ſine peccato mortali, nec aliqua cã excuſet a toto, ſed a tanto ſolũ, qa coitus talis eſt ƺ naturã. Et non fit mõ humano, ſed brutali. vnde licet nõ ſit ƺ naturam generalẽ, eſt tñ ƺ naturã rõnalẽ. Vnde ſup illud Apoſtoli ad Ro. j. in verbo, in eũ vſum, qui eſt ƺ naturã. gl. refert ꝙ ſi ab ea parte corporis, q̃ ad generationẽ nõ eſt inſtituta, quiſq; vtat cõiuge, ƺ naturã & flagitioſum eſt. Si itaq; hmõi coitusẽ ƺ naturã, & coitus ƺ naturã eſt maius peccatũ q̃ adulteriũ, ergo nõ permittitur, vt adulteriũ vitet. Prẽterea coitus ƺ naturã exeerabiliter fit in meretrice, ſed execrabilius in vxore. c. adulterij malũ. 32. q. 7. Sed minus malũ eſt cognoſcere meretricẽ vſu naturali, quã ƺ naturã: ergo minus peccatum eſt fornicatio, q̃ coitus talis. nõ debet ergo permitti cã vitãdæ fornicationis. Et qui tenẽt hãc ſecũdam opi. ad id qđ in prima opi. dicebat. ſ. ꝙ minus malũ permittit. i. talis coitus, in mõ ꝙuerſo & non ꝙſueto, vt maius vitet. i. fornicatio, vl adulteriũ. Rñdent ꝙ licet ibi ſit maius peccatũ quo ad hoc, qđ eſt cognoſcere nõ ſuã, tñ in tali coitu eſt maius peccatũ, quo ad modũ. Vnde vitatio fornicationis, vel adulterij nõ eſt cã ſufficiẽs ſic coeũdi. Et ſic volũt, ꝙ occurrente tali impedimento, vterq; tenet ꝙtinere. Sed tu ẽt no. ꝙ tenẽtes opinionẽ primã, ad ea q̃ tangunt in opinione ſcđa rñdẽt, ꝙ ſolus ille coitus eſt ƺ naturã, qui nõ eſt in debito vaſe, qa ibi totaliter fruſtrat intentio naturæ. & gl. ſup illud Apoſtoli ad Ro. j. in verbo, relicto naturali vſu, naturalẽ vſum inquit, appellãt illum vſum, vnde natura humana põt naſcẽdo ſubſiſtere: naturalẽ vſum intelligi volẽs, q fit in mẽbris ad hoc creatis, & vt ꝓ ea poſſit ad generãdũ vterq; ſexus miſceri. Ex iſtis duabus opinionibus, ego exiſtimo ſcđam tutiorem eſſe. Quid ſi vxor ſupergreſſa abutit viro? dic ꝙ mortaliter peccat, qa modus iſte eſt ƺ naturã, cũ nõ ꝙueniat ſeminis infuſioni, quo ad virũ, nec ꝙceptioni quo ad fęminã, & totaliter fruſtrat intentio naturæ. Vnde & peccatum illud a quibuſdã aſcribit inter cãs diluuij, dicentes ꝙ tunc mulieres in veſaniã verſę, ſupergreſſæ viris abutebant. ita poſt Aſteſanũ loco proximè allega. refert Henricus in d. c. inquiſitioni. vbi ẽt ꝙcludit ad finẽ, poſt eundẽ Aſtenſem, ac ſiĩr poſt Tho. Alber. Petrũ, & fratrẽ Io. in Summa ꝙfeſſio. tit. iſto. q. 40. ꝙ actus carnalis, qui fit ad procreationẽ ſobolis & redditionis debiti, põt eſſe meritorius. rõnibus ꝓbat poſt dictos Doctores, de quibus ibi latius per ẽũ. vbi ẽt tractat, an a ꝓgnante poſſit exigi debitũ, aut reddi? & ꝙcludit ꝙ ſic, maximè quãdo ſine periculo aborſus fieri põt, qa vſus matrimonij licitus eſt, nõ tm in officiũ, ſed remediũ, & mulier ꝓgnans frequẽter plus appetit ꝙcubitũ q̃ vbi nõ eſt ꝓgnans. alioquin ſi ſine periculo partus nõ eſt debitũ exigẽdum, nec reddendũ, cũ principalior inſtitutio ſit in officiũ q̃ in remediũ. An aũt tpe purifi. ſit ꝓhibitus ꝙcubitus vxorius, aut tpe mẽſtruorũ, attẽto, ꝙ mulier tũc ꝙcipiens producit fętus deformes in mẽbris, aut ſeproſos. no. in c. origo. 32. q. 4. & ead. cã, q. 7. nõ ſolum. & 33. q. 4. ſi cã. & in c. ad eius verò ꝙcubitũ. 5. diſ. in veteri aũt teſtõ, qũo mulier q̃ pepererat maſculũ erat immũda ſeptẽ dies, & triginta dieb⁹ manebat in ſanguine purificationis ſuę: vbi aũt fęminã pepererat, immũda erat duabus ebdomadibus, iuxta ritũ fluxus mẽſtrui, & ſexaginta ſex diebus manebat in ſanguine purificationis ſuę. hĩ in Leuit. c. 12. & hodie nõ obſeruãtur hi dies, qa mulier poſt partum ſtatim põt ingredi eccleſiã, nec tenet abſtinere aliquot dies, ſcđm legẽ Moſaycam, in c. 1. de purific. partus. De muliere quoq;, quæ patiebatur fluxum ſanguinis, qũo ſeptem dies ſeparabatur, & qualiter cum ea erat prohibitus acceſſus, & ad eam accedens puniebatur, habetur Leu. 15. & 20.

S V M M A R I V M

Sponſalia de futuro etiam iurata, vtrum per mutuum ſoluantur diſſenſum. 1
Iuramentum, quando poſſet ab homine remitti. 2
Papa, qualiter iuramentum relaxet. 3

Nona Concluſio.

Sponſalia de futuro ſiue ſimpliciter, ſiue fide interpoſita, ſeu cum iuramento, † diſſoluuntur per mutuum diſſenſum. hæc concluſio probatur in c. præterea. il. 1. iſto tit. Et hoc eſt parum dubitabile, quãdo ſunt ſimpliciter ꝙtracta, arg. l. nihil eſt tam naturale. de reg. iur. ff. Sed maior eſt dubitatio q̃ ſunt fide media, vel cum iuramẽto cõtracta, ſed hoc adhuc ſatis apertè procedit, ꝓpterea ꝙ adhuc ſunt cõtracta ſub cõditione tacita, ſi res in eadem volũtate, & cõſenſu permãſerit. Et tu etiã aduerte ꝙ dicta decreta. prẽterea, nõ eſt reſtringẽda, quando ſolũ interuenit põſtatio fidei, licet glo. prima ita ibi teneat, ſed ẽt ampliãda, vt dixi in ꝙcluſione, quãdo iurm interuenit, ita ẽt ibi tenet gl. pen. cum qua tranſeũt Gaſp. & Panor. ibi, & rectè, cũ prẽſtatio fidei, & iuramẽti æquipollent, in c. peruenit. de fideiuſ. in c. ad aures. vbi Panor. qđ met. cau. Et tu aduerte, quod dicta decretalis, prẽterea, recipit duos intellectus. 1

Primus, ꝙ procedat ille tex. ex quadã diſpẽſatione, & comparatiua permiſſione, quaſi ſine peccato hoc nõ poſſent facere ſponſi: ſed eccleſia tolerat, ne inde deterius contingat. i. ne quis cogatur ducere illam, quam capitali odio proſequit. Et Hugo. in c. vnico. 33. q. 2. & c. 1. 31. q. 3. dicebat Alexandrum Papam auctorem illius decreti. potius magiſtraliter, q̃ papaliter fuiſſe locutũ. Secundus eſt intellectus Tancredi, quẽ ibi Anto. & Panor. tenẽt, & Aſteſanus lib. 8. c. 5. Pet. de Palude in quarto. 27. q. 3. arti. 3. Tho. lib. & diſt. allegatis. q. 18. arti. 3. Et ille intellectus ꝙ dicta decretalis cõtineat ius cõe, videlicet ꝙ ſponſalia, quæ modo & forma in exordio cõcluſionis poſita ſunt cõtracta mutuo diſſenſu diſſoluẽtur. Ad hoc facit ſimílitudo, quam inducit ille tex. de ſocietate, quæ mutuo cõſenſu diſſoluit. Et ad tex. illius decreta. prẽterea q dicit in patientia, dic ſcđm Panor. quãtum ad opinionem vulgi, nam vulgares putãt ꝙ propter hoc incurratur periuriũ. Et propter hoc ſunt monẽdi & inducendi ad cõtrahẽdum, ſi fieri poſſit. Ad
2 hoc facit, † quia licet iuramentum principaliter dirigatur in Deum, & eius obligatio primaria acquiratur Deo: tamẽ quãdo ipſum iurm reſpicit principaliter commodum hoĩs, põt ab eodem remitti. Alioquin ſequeretur ꝙ ſi intuitu Dei iuraſſet aliquis ducere aliquam mulierem, ꝙ non poſſet ille iuramẽtum remittere. De quo in Spe. tit. de lega. §. nunc oſtendendum. verſ. hoc quoq;. vnde ſequitur ꝙ tolerantia, de qua loquitur ille tex. ſit tolerantia, non permittẽs, iuxta gl. in c. inter opera. eo. tit. in c. cum iamdudum. de præben. ſed eſt tolerantia approbans, iuxta no. per Anto. & Panor. in c. quod circa. de conſan. & affini. extra. Et adde quia Moderni ſumpta occaſione tractant, cui competit relaxatio iuramẽti. in quo articu. Fely. in d. decreta. prẽterea. colligit quinq; cõcluſiones, cum declarationibus oportunis, quas declarationes ipſe explicat per nouem cõcluſiones. Prima, qualiter Papa iuramentum relaxet. Secunda, ſi epiſcopi poſſint. Tertia, ſi iudex ſecularis. Quarta, ſi per partes iurantes tolli poſſit. Quinta, an poſ-
3 ſit quis ſeipſum abſoluere. † Circa primam, qũo Papa poſſit relaxare iurm per viam commutationis, diſpẽſationis, vel totalis relaxationis. vide qđ Spe. loco alleg. no. Tho. 2. 2. q. 88. arti. 9. Sardi. ſancti Sixti in tractatu de ptãtẽ Papæ. q. 38. Archiẽps Floren. eo. trac. q. 11. Gl. magiſtra, vbi Archi. in c. auctoritate. 15. q. 6.

Source : BIU Cujas

15.q.6.gl.in c.quanto.vbi Ant.Panor.& Imo.de iureiu. Card. in cle.1.de iureiu.Arch.poſt glo.in c. Florentinum.85. Circa quartam verò concluſionem, de qua nunc agitur, an a parte cuius commodum concernit iuramentum,poſſit id relaxari, vide tex.in d.c.p̃terea.adde tex.in c.1.de iureiur.in c.ſignificauit.in fi.de cenſi.in l.fi.ibi, niſi patronus id remittat. ff. qui & a quibus.Guil.de monte Lau.refert multa in clem.1.de vſur.de quo propter impertinentia taxat eum Card.ibi.q.13.

SVMMARIVM.

1 *Impedimentum publicæ honeſtatis, vtrum ſponſalia & matrimonium diſſoluat.*
2 *Publica honeſtas,nunquid obſtet matrimonio contrahendo cum affine.*
3 *Publica honeſtas, quibus caſibus non contrahatur ex ſponſalibus. 4. Et quibus ſic.6.*
5 *Publica honeſtas nonnunquam ſine affinitate cauſatur,& econtra.*
7 *Publicæ honeſtatis prohibitio, vſque ad quem gradum ſit reſtricta.*

Decima Concluſio.

1 IMpedimentum publicę honeſtatis†impedit & diſſoluit ſponſalia, & matrimonium, etiam copula carnali conſummatum, tex.eſt in c.ſponſam.& in c.ad audientiam.iſto ti.idem in c.duo pueri.vbi Pan.in 3.no.de deſpon.imp.Ampliatur iſtud. Primò, vt ex ſponſalibus nullis oriatur publicæ honeſtatis iuſtitia,verbi gratia,ſi conſanguineus contraxit cum conſanguinea,de quo in d.c.ad audientiam.idem ſi cum affine,in primo genere affinitatis. idem ſi matrimonium ſit nullum ratione frigiditatis,religionis,vel quauis alia cauſa, de quo in c.vnico, vbi glo.iſto ti.in 6. Bene ergo dicebant Hugo.& ſui ſequaces; monachum,frigidum,& ſacerdotem, contrahentes cum aliqua,impedire omnes conſanguineos contrahere cum eadē. Ad hoc,quia ſufficit aliquid eſſe factum,vt pœna committat, licet de iure id non teneat.l.ſi quis ī graui.§.ſi quis codicillos, ad Silla.ff.l.ſi quis.ad l.Corne.de ſica.C.de excuſ.tu.l.ampliſſimi.Et plura iura ad iſtud facientia colligit Io.Andr.in 2.q.quā
2 Paduæ diſputauit ſuper regula,non præſtat.†ego autem exiſtimo ꝙ iſtud impedimentum publicæ honeſtatis,non obſtaret matrimonio contrahendo cum affine.ita Io.And. in d.c.vnico.qui miratur de Io. de Imo. ibi in ſua additione affirmante contrarium, & æquiparante.& malè, in caſu iſto conſanguineos,& affines, quoniam iura de hac materia loquentia ſolū exprimunt conſanguineos.c.continebatur.& c.duo pueri.de deſpon.impub.& in d.c.ſponſam.& meo iudicio, pro opi. Io. And.eſt ratio euidens:nam nedum ſponſus,ſed verus maritus licitè poſt matrimonium conſummatum contrahit cum vxoris affine,vtpote, quæ eſt ſibi ſolum affinis in ſecundo genere affinitatis,in quo 2.& 3. genere affinitatis eſt hodie ſublata ꝓuiſio,in c.non debet.de conſang.& affin. Hæc concluſio limitatur tripliciter.Prima limitatio eſt, vt ex ſponſalib. conditio-
3 nalibus pendente conditione,†non cauſetur hoc impedimētum.tex.eſt in ca.vnico.in fi. alleg. Nam qui cum alia muliere contraxit ſponſalia ſub conditione, ſi ea pendente purè contraxit,cum alia quæ eſt præcedentis conſanguinea,cum ſecunda tenet matrimonium.Nam ſi per prima conditionalia, non fuit ante euentum conditionis inducta publicæ honeſtatis iuſtitia, ſequitur ergo ꝙ per iuſtitiam publicæ honeſtatis reſultantem ex illis ſecundis,ꝙ ſoluantur prima,quia ſponſalia contracta ſub conditione habent ſolam ſpem. §. ex conditionali. de verb.oblig.Inſti.Vnde vinculum ſecundum ſuperueniens, tollit effectum illius ſpei: & ideo ſicut conditione deficiente perinde eſt,ac ſi non eſſent contracta ſponſalia.Et hæc ita procedunt, vt ſi poſt ſecunda ſponſalia ſuperueniat cōditio appoſita in primis,tamen illa conſummare non poſſit. nam hæc publica honeſtas non inſurgit a die contractus, ſed aduenientis conditionis, ideo publica honeſtas proueniens ex ſecundis ſponſalibus puris, habet prima ſponſalia conditionalia impedire & dirimere.ſed hæc limitatio tripliciter ſublimitatur,niſi in ſponſalibus conditionalibus interueniat carnalis copula. c. de illis.de cond.appo.

Secundò limitatur,quando in his primis adiicitur conditio inhoneſta, quia tunc cenſetur, vt pura, & habetur pro non adiecta.c.fi.de condi.appoſi.

Tertiò ſublimitatur,ſi exprimitur conditio,quæ iure ineſt, quia perinde eſt,ac ſi eſſent ſpōſalia pura: & expreſſio eorum, quæ tacitè inſunt,nihil operatur,ita poſt Hoſt.in d.c.ad audiētiam.alleg.tenet glo.fi.in d.c.vnico.verbi gratia, promitto, ꝙ te ducam in vxorem ſi Deo & eccleſiæ placuerit:ſi poſtea cōperto impedimento contraham cum tua cōſanguinea, tenet contractus.& licet hæc conditio intelligatur, etiā ſi nō exprimatur,tamen quando non exprimitur conſenſus manet pur⁹. Conditiones enim tacitæ non faciunt obligationem cōditionalem.l.conditiones,quæ extrinſecus.de verbor.obliga.ff. Tamen tacitè ſi exprimuntur,faciunt actum conditionalem. l. ſi ita legatum.§.1.de leg.1.ff.vbi conditio,ſi volet, poſita in perſonam legatarij,facit legatū conditionale,& expreſſa nocent,
4 non expreſſa non.†Secunda limitatio, ꝙ ex ſponſalibus, quæ peccant in defectu conſenſus,non cenſetur hæc publica honeſtas,vt ſi per furioſum,aut infantes cōtrahantur, in c. dilectus. iſto ti.in c.literas.& c.acceſſit.de deſpon.impub.Sunt quidam ex ſchola theologica,vt Pet.de Palude,qui dicunt ꝙ quando defectus conſenſus eſſet latens, vt cum aliquis contraxit ſponſalia animo decipiendi ſolum, ꝙ non cauſaretur hæc publica honeſtas, pro quibus fortiter vrget tex. in decretali, tua nos, iſto ti.de cuius decretalis intellectu,alio loco dicetur.

Hæc tamen limitatio ſecunda ſublimitatur tripliciter.

Primò,vt ex ſponſalibus per maiorem,cum ſponſa minore ſeptennio contractis cauſetur publica honeſtas, ſi fuerit ſpōſa inducta in domum,& dicta coniunx,ita probat tex. in c.iuuenis.iſto ti.vbi etiam Panor.adiicit,ꝙ ex ſponſalib. ſolis cauſetur hæc publica honeſtas, ſi interuenit tētatus ad copulam, vel ſi ſit dubium.ſed hoc dictum quamuis ſit æquum, iure tamen non probat.Secundo ſublimitatur, vt ex ſponſalibus per maiorem cum minore ſeptennio contractis oriatur hæc publica honeſtas,ſi interuenit pollutio extraordinaria.non.n.eſt honeſtum ꝙ quis conſanguineam illius puellæ ducat vxorem cum qua puella, licet minore ſeptennio contraxit,& poſtea illam extraordinariè polluit.Ad hoc tex.ī c. fraternitati. de eo, qui cog.conſañ.vxo.ſuæ.Et tu dic ꝙ illa,ſecundum verum intellectum,affinitatis non fuit cauſa dirimendi matrimonium, quia ex pollutione extraordinaria non cauſatur affinitas. c.vt lex continentiæ.27.q.2.tex.cum gl.in c. extraordinaria pollutio.35.q.3.Sed tene,ꝙ illic concurrebant duo.ſ.publica honeſtas,quæ ſola non erat ſufficiens, quia vnus erat minor. Item aderat cum hoc extraordinaria pollutio. Adde tu, ꝙ ille tex. recipit alium intellectum, ꝙ fuerit ſeparatum matrimonium propter affinitatem:quia ex quo apparet cognita,præſumitur ꝙ maturè potuerit cognoſci.Ad iura autem alle.pro ꝙtrariis, quæ probant, ꝙ extraordinaria pollutio non cauſat affinitatem:tu dic ꝙ in illa decretali nō erat extraordinaria pollutio, ſed libido quædam, quæ præueniebat ſolidum tempus puberitatis.adde his vnicum Arch.dictum,dicentis in d.c.vnico, ꝙ extraordinaria pollutio citra maritalem affectum,non cauſat hoc impedimentum publicæ honeſtatis,ſed conatus ad copulam ſic,ita intellexit Archiepiſcopus ca. iuuenis.alle.Sed hoc Archiepiſcopi dictum ridet Io. An.ibi, & rectè meo iudicio, quia nec niſus ad copulam,nec copula ipſa hoc efficeret:quę copula licet cauſaret affinitatem, tamen nō cauſat publicam honeſtatem,quæ ſolum reſultat ex conſenſu præſtito in ſponſalibus.Vnde ſi ſponſalia ſequatur niſus ad copulam,fortificatur iſtud impedimentum.

5 Ex prædictis ergo no.†ꝙ aliquando cauſatur publica honeſtas,ſine affinitate,vt ex ſponſalibus puris contractis inter maiores ſeptēnio: aliquādo affinitas ſine publica honeſtate, vt ſi quis cognoſcat aliquam mulierem abinde,cum aliqua eius ꝙſanguinea intra quartum gradum,neque contrahere.d.c.fraternitati. & c. diſcretionē. aliquando affinitas,cum publica honeſtate bina,ſi quis ſponſam cognoſcat carnaliter,illic eſt duplex impedimentum cōſanguinitatis propter copulam,& publicę honeſtatis propter conſenſum præſtitum in ſponſalibus.Tu tamē nota, ꝙ ei qui ꝙſanguineam ſponſæ cognouit de facto, nō ita gratis eſt indicenda pnīa, ſicut ſi cognouiſſet ꝙſanguineam vxoris', de quo no.Panor.in cap.duo pueri.alleg. Adde etiam, ꝙ licet affinitas ſuperueniēs tollat prima ſpōſalia de futuro, tamē publicæ honeſtatis iuſtitia ſuperueniēs prima ſpōſalia legitimè cōtracta non diſſoluit, & meritò. Illa enim ſponſalia tolluntur per publicæ honeſtatis iuſtitiam, ex primis ſpōſalibus inductam: nō ergo ex ſecundis poteſt eſſe honeſtas,quæ tollat prima. ita
6 tex.cum glo.in d.c.vnico.in ver. derogatur. † Tertiò ſublimitatur,ſi minores ſeptēnio ꝟxerunt ſponſalia,& ꝓſeuerāt,& adueniēte ętate legitima,ſe inuicē vocāt ſpōſos, vel ſe inuicem oſculantur,ex quo manifeſtè apparet de approbatione ſpōſaliorum,oritur hæc publica honeſtas.ita Ant.tenet in d.c.iuuenis. & hoc mihi videtur ſatis æquum, quamuis iure expreſſo nō ꝓbetur.Tertio limitatur principaliter,vt ex ſpōſalib. incertis nō cauſetur hæc publica honeſtas,vt ſi qs promiſit ducere vnam de filiabus Titij,iuxta notata in c. ex literis.il 2.iſto ti.de quo ſatis. §.cōcluſione quinta, dictum fuit. Et probatur id in d.ca.vnico.Poſtremò huic ꝟcluſioni adde tria. Primò ꝙ hoc impedimentum nō cauſatur,nec ꝙſanguinitate, nec affinitate. Ex ꝙſanguinitate clarum eſt: ex affinitate etiam ſatis conſtat,quia ante conſummationem matrimonij nō eſt orta affinitas,

Source : BIU Cujas

affinitas,ſed oritur ex conſenſu præſtito in ſpõſalibus. Fuit autem,vt ſcribit Io. An. in d.c.vnico, & illic ſequitur Domini.& Fran.ac tacito auctore,Io.An.commemorat Panor.in d.c.iuuenis.inductum ab eccleſia hoc impedimentum,propter honeſtatem dũtaxat,& ad tollendas graues inimicitias,quę oriebãtur inter cõſanguineos,cum vni deſpõſatam, alius eius conſanguineus ſuperducebat. appellauit autem eccleſia hoc impedimẽtum publicæ honeſtatis, cum nõ poſſet nomẽ conueniẽtius habere nõ enim: poterat attribui alicui ex cognationibus carnali, ſpirituali vel legali. Refert autem Io. And. in loco proximè allegato,ſe legiſſe in chronica quadam,ꝙ tẽpore ſuo peſtilẽtes guerræ,quæ fuerũt in Marchia Teruiſina ex talibus violatis ſumpſerũt exordia. Sed iſta conſideratio,quæ bene viuente conſanguineo contrahente durat, eo mortuo ceſſaret. Vtcũq; tamẽ ſatis eſt,ꝙ hoc impedimẽtum a legibus etiã conſideratũ,in l.ſemper.de ritu nup.ff.in §.j.de nuptijs.Inſti.ab eccleſia eſt receptum. † Secũdò adde, quod hæc prohibitio publicæ honeſtatis eſt reſtricta vſq; ad quartum gradum: nam ſi prohibitio ratione conſanguinitatis,vel affinitatis vltra gradũ quartum nõ protendit, fortius nec iſta.ita Panor. in d.c.ſponſam.Et tu no.ꝙ porhibitio ratione cõſanguinitatis inter aſcẽdentes & deſcẽdentes portendit vſque in infinitum, ſic ꝙ oẽs quia ſumus cõſanguinei Adę,is cum aliqua, ſi viueret contrahere nõ poſſet,vt gl.no.in §.j.de nup. Inſti.Tertiò adde, quod Hoſt.optabat impedimẽta proueniẽtia ex publica honeſtate, & cognatione legali promoueri, ita Io.And.refert in d.c.non debet.dicebat autem Ioan.And. apud ſe habere ꝙ in concilio Lugdunẽſi,facto per Gregorium X. quod fuerit tractatum de iſto impedimẽto abrogando. Et quibuſdam patribus concilij videbat expedire,vt tolleret, vtpote quia multiplicatio impedimentorum obſtat multum multiplicationi charitatis, quæ ſolet prouenire ex matrimonijs: ſed alijs propter rationes proximè relatas videbat id durum, ſed ſuadebant hi relaxandam eſſe epiſcopis facultatem diſpẽſandi, ſuper hoc impedimento publicæ honeſtatis.Exiſtimabant alij & fortè rectius,id impedimentum eſſe tolerãdum in ſponſa primi,& ſecũdi gradus,in tertio aũt & quarto gradibus tollendum hoc impedimẽtum. Et affirmat idem Io.And. deliberatum fuiſſe per præſidentes, ſm hoc vltimũ fieri conſtitutionem, hoc tñ nõ fuit obtẽtum.

SVMMARIVM.

3 *Sponſalia pro filijs per parentes contracta,an & quando obligent. Et nota ad hoc quoque ampliationes.*

Concluſio Vndecima.

10 mulieri alleganti,† se per vim cognitam, debet facere fidē de violentia absoluta,vtpote q̃ ligatis manib. & pedib. cognita est,aliàs ei non facilè credit,& recitat illic Io.And.de iudice, qui mulieri dicenti se oppressam,cum condēnasset accusatū in decem libras:quam cum iudex mulieri dari iussisset, pmisit ꝑdēnato q̃ tolleret a muliere si posset, cū a sua præsentia recessisset.Sed ꝑdemnatus non potuit pręualere, muliere se & pecuniam defendente:sic pręsumpsit iudex eam non fuisse oppressam, quia velut pecuniam defendebat, potuit corpus suum, ne violaretur tutari.sic fecit accusato pecuniam restitui. & pro isto processu seu decisione iudicis est in argumentum,l.si qui.de adulte.C.c.secundum,de purg.ca.c.afferte gladium.de præsump.Adde tu q̃ Hieron. ꝯ Susannā quādam nomine, dicentem se oppressam,respondebat,Susanna, cuius nomen tu falso baiulas,inter duos presbyteros, & iudices posita vinci non potuit'. de Lucretia violata ponit Aug. lib.1.de ciuitate Dei,& habetur in §. Lucretiam matronam. 32.q.5. Quid autem de eo, qui videns sibi imminere mortē, nisi cum aliqua ꝯheret , ꝓtestatus est in occulto q̃ quicquid dicet vel faciet, non est dicturus aut facturus animo contrahendi matrimonium:an ea protestatio iuuet eum? & profectò Doct.arg.c.primi,quod metus causa. & c. Lotharius.31. q.2.tenent q̃ sic.Host.& Pan.in c.tua, isto tit. & Astensanus
11 idem tenet lib.8.ti.8.& hæc opinio placet Io.Ant.† Quid aūt de eo, qui protestatur coram plurib. q̃ oīa q̃ dicet vel faciet animo ꝯhendi matrimonium,non est dicturus aut facturus, postea publicè dixit, consentio in talem:an sit matrimoniū? gl.tetigit in c.tua nos.isto ti.quia ecclesia debet iudicare pro matrimonio,& in omnib.istis est recurrēdum ad cōem verborum intelligentiam.c.ex literis.il 2.isto ti. & talia verba ꝓtestatiua non possunt seruire intentioni. Item esto q̃ præcesserit protestatio, potuit tamen ab illa voluntate immediatè recedere,quod apparet ex eo quod publicè fecit:nulla enim, inquit Cicero,Tuscu.1.est celeritas, quæ cum animi celeritate possit ꝓtendere.inde Boetius, cor hominis est mobilibus omni mobili.& si dicat q̃ adhuc tpe ꝯctus erat in ea volūtate,quā prius ꝓtestatus est,non creditur ei, quia ꝯ cum fit interpretatio,qui dolum adhibuit,in d. decreta. tua. ad hoc facit, quia cum contractus matrimonij pendeat a voluntate vtriusque ꝯhentis, non valet protestatio facta ab vno in præiudicium alterius,nisi ille ꝓsentiat.ad adhoc tex.cū gl.in c.Cumana.in ver.protestatur.de ele.Facit.l.cum plures.§.locator. ff.loc.no.Bar.in l.non solum.§.morte.in 5.col.in ver. circa secundum.vbi secutus Io.Mo.& Io.An.in regula, in generali. & in regula,q̃ omnes.de reg.iu.& in c.cum Martinus.de ꝓst. explicat materiam protestationum . & opinio ista placet Io. An.& mihi etiam,nam ex contraria opinione daretur materia sic ꝯhentib.protestandi,vt postea diuerterent,si eis displi
12 ceret matrimonium.† Et circa hæc adduci posset ēt aliud dubium non oīno impertinens,qd si alter ꝯhentiū dicat se protulisse verba aīo ludendi,an sit mrimoniū? vī q̃ sic,qa ī istis ad cōem verborū intellectum est recurrendū.c.ex lrīs.il 1.& in casu dubij est iudicandum ꝓ matrimonio,in c.fi.de re iudi. & hęc opinio vī esse tutior,vt res magis valeat q̃ pereat. c.abbate.§.fi.de ver.sig.l.quoties.de reb. dub.ff.alioquin eēt ī ptāte alicuius illudere matrimonio iā ꝯcto, & dicere, ludens feci.in c.1.de pīum. Sed in oppositum facit', qa ea q̃ dīr gratia ioci,vel doctrinæ,non obligant. l. obl'onū substantia. §. ferè. de act.& ob.ff.§.j.de mil.testa.Insti. in ver. cæterum si vt sermonib.Host.in Summa huius ti.§.qualiter.in ver.qd si alter. dicit,q̃ in casu præsenti aliquādo fuit ꝓ matrimonio,aliquādo ꝯ iudicatum.Cautius tamen esset fm eū,in casu isto,si qñ occurreret,ꝓsulere Papā,sicut dicit Aug. ī c. solet q̃ri.de ꝓsc. di.4.dicit tm̄ Host.q̃ si vterq; ꝯhentiū iuraret q̃ aīo ludēdi ꝓtulerunt hæc verba,nō intendentes ꝯhere: & testes q̃ adfuerunt iurāt q̃ credunt eos vera dicere,maxime qa ipsi egregiè prāsi & pōti erant,& nō erat tunc ꝓueniens tps, iud catur ꝯ mrimonium,nā ebrius dr ignorās.c.sanè dicimus. 15.q.1. Et sic nec ꝓsentit.l.nec inuitus.đ dona.C.qd.n.inquit Host. si in ludo beati Nicolai,vel alio simili,aliquis iuuenis pro ludo repræsentando,cū aliqua pedissequa alienis ornata vestib.ludēs ꝯxit ridiculum sane esset & ineptum dicere, illic esse matrimonium.Aut quid si domina bubulco ludendo dicit,tibi do filiam meam in vxorem?& hoc etiam ille fecit ludens, dices ne tu esse matrimonium?satis crederem q̃ si ambo ꝓfiteanī q̃ intendebant contrahere, q̃ esset matrimonium:q̃ si alter ꝓfiteatur,alter negat,bene faceret,dicebat Hosti. Papa, si ius constitueret vt esset matrimonium in pœnā illius qui clandestinè contraxit,& modò pœnitet, vnde ad iustitiam illius nō esset relaxandum matrimonium,arg.c.1.de eo qui duxit &c.

Source : BIU Cujas

Ioan.Brunel.de ſponſalib.& mat.

SVMMARIVM.

1 *Statuta laicorum, nunquid poſſint diſponere de matrimonijs, quando et circa quæſt.6.7.8.10.*
Lex ridicula circa matrimonia.
2 *Leges inter certas perſonas matrimonia prohibentes ſunt de iure canonico abrogatę.*
3 *Inſtrumenta dotalia, utrum exigantur ad eſſe matrimonij.*
4 *Statutum ſolennitatem in matrimonijs inducens, an ualeat.*
5 *Lex diuina poteſt a lege poſitiua limitari.*
7 *Rapta raptori nubens, an perdat lucra raptis conceſſa.*
9 *Statuta iuri ciuili contraria cur ualida, non autem ſi iuri canonico contrarientur.*

Concluſio decimanona.

1 STatutum laicorum diſponens circa ſubſtãtiam †matrimonij inhibẽdo, vel prohibendo matrimonium, quod eccleſia non improbat, nec impedit, non valet, quia diſponit in materia concernente eccleſiam. ita Ant. & Pan.& Fel.in c.1.per illum tex. iſto ti. Qui textus loquitur de quodam iuuene de Francia, aliàs Fiãconia, qui duxerat quãdam mulierem de Saxonia. Et cum, vt vult ille tex. Francigenæ & Saxones vtuntur legib. diuerſis cãtus eſt quòd nõ ſua, ideſt Francorum lege deſponſauerat, dimiſſaq; illa aliam ſuperduxit, diffinit ſancta Synodus vt ille tranſgreſſor euangelicæ legis ſubiiciatur pœnitentiæ & a ſecunda ꝓiuge ſeparet̃ & ad priorem redire cogatur. Et inquantum gl.1. ibi tex. qui dicit lege. exponit conſuetudine. Refert Hoſt. ibidẽ, ſibi fuiſſe datam legem quãdam ridiculam, vt vxor quæ diſpliceret, prima nocte remitteretur, aliàs ſi placeret ſurgerent ad eccleſiam benedicẽdi: dicitq; Hoſti. ſe ab indigenis accepiſſe, quo tempore Gulielmus Comes Holandiæ duxit filiam Ducis de Brunſuhc in vxorem. Vel die poſt Fran. Vercel. & Io. An. poſt eum, ꝙ ille tex. loquitur de lege municipali, & huic cõcluſioni adde Ang. conſi. 208. incip. Titius. quod no: Pan. in c. eccleſia ſanctę Mariæ. de conſti. hæc concluſio recipit quatuor ampliationes, & totidem limitationes.

2 † Primò ampliatur, vt leges prohibentes matrimonium inter rectorem prouinciæ, & prouincialem, ſint correctæ: l.j. ſi rector prouinc. C. & non procedit iſtud de iure can. ita poſt Fed. conſi. 35. tenet Pan. in c.fi. de ſecun. nup. & puto ꝙ leges ſtatuentes nullitatem matrimonij inter huiuſmodi ꝑſonas, non procedant in foro conſcientiæ, niſi aliter conſtet de metu, quia lex ciuilis fundata in præſumptione non extendit vires ad forum conſcientiæ, ex quo matrimonium ſortitur robur, in quo foro præualet veritas rei, non geſtorum apparentia. c. inquiſitioni. de ſen. excom. huc adde ꝙ leges permittentes patri exhæredare filiam ſine conſenſu eius ꝫhentem, non procedunt in iure canonico. ita Io. An. & Pan. in c.1. de deſp. impu. & dictum eſt. s. concluſione 17.

3 †Secundò ampliatur, vt leges, quæ exigunt ad limitationẽ naturalium interuentum dotalium inſtrumentorum vt legitimentur per ſubſequens matrimonium, non procedant ẽt de iure canonico. ita Ant. & Pan. in c. tanta. qui fil. ſint leg. Ange. referens Ant. de Roſel. in §. fi. de nup. Inſti. & s. copioſè dixi, concluſione. 2.

4 †Tertiò ampliatur, vt non valeat ſtatutum diſponens non ſolum circa vinculum matrimonij, ſed circa aliquam ſolennitatem, adiiciendo pœnam. & ſic inferendo damnum. ad hoc ꝙ Ioan. And. no. in c. ſtatutum. il 1. de hæred. inſti. ſtatuto inquit ciuitatis Bononien. imponitur pœna contrahenti matrimonium cum filiaſa. ſine conſenſu patris, modò Titius cõtra fecit, conuenitur ad pœnam: an iudex eccleſiaſticus poſſit illi ſeculari interdicere ne vltra procedat? Et quamuis referat Io. And. determinatum & deciſum Bononiæ ꝙ non, quaſi hmõi ſtatutum ſit validum: tamen ipſe tenet contra, per rationes de quibus ibi latius per eum. Sed tu aduerte. In oppoſitũ de quo loquimur, ꝙ ſit validum, tenent Bal. in rub. de conſti. idẽ in c. tenor. de reiud. Gaſp in c.2. de deſpon. impu. dicit ſe vidiſſe ita conſultum, idem tenent Lap. Ab. & Ia. de ſancto Georgio. & dicunt ꝙ plura inconuenientia ſequi poſſent ex opinione contraria, quam ex iſta. Item vt s. dixi Io. An. dicit, Bononiæ ita fuiſſe conſultum, ac ſtatutum huiuſmodi vigere, quaſi per ſingulas ciuitates Italiæ. Et pro iſta opinione poſſunt adduci plura fundamenta prima facie non parum vrgentia, in primis quia ſtatutum videtur eſſe vtrique iuri conſonum: iuri ciuili. l.1. de ritu nup. ff. iuri canonico, in c. honorantur. 32. q.3. Item & ſtatutum non videtur eſſe ꝫ ſubſtantiam matri-
5 monij, ſed s. formam. †Præterea, ꝙ lex diuina poteſt a lege poſitiua limitari, iuxta no. in c. quæ in eccleſiarum. de conſt. item exactio illius pœnæ eſt ſeparata a matrimonio, & ſeparatorũ debet eſſe ſeparata ratio. c. edoceri. de reſcri. l. miles. §. defuncto. de adul. ff. l. maritus. de proc. C. Præterea ſtatutum iſtud, quod viget quaſi per omnes ciuitates Italiæ, maximam habet æquitatem ex eo ꝙ pr̃ pro filiis conſilium capit. l. nec in ea. de adul. ff. maximè, quia mulieres ſępe nituntur contra ꝓpria cõmoda. l. ſi pr̃. de ſponſal. C. & præſertim iuuenes. l. fi. de legi. tu. C. l. fi. §. ipſum. in ver. melius. de bo. quæ libe. C. Item ꝓhibitus in aliqua materia ſtatuere propter defectum poteſtatis poteſt in alia ſtatuere fortificando ius commune cum adiectione pę næ, in cle. ne Romani. in verbo, tolli. de elec. ergo ſolẽnitatem paterni conſenſus in matrimoniis quodam modo receptum a iure canonico ſaltem de honeſtate poterit validare ſtatutũ adiectione pœnę. Item, vt ſcribit Bal. Contrahere, ſine cõſenſu patris eſt contra bonos mores, maximè prudentum, & inducit odium capitale, & præſtat cauſam exhæredationi, iuxta tex. in l.3. §. ſi emancipatus, de bon. poſſ. contra tabu. ff. Sed his non obſtantib. mihi vr̃ ꝙ pcedens determinatio Io. An. ſit verior, vtpote quã communiter ſequuntur Ant. & Pan. in d.c.1. Pet. Domi. & Fran. in d.c. ſtatutum. Ant. in conſil. 40. incip. viſa forma contractus. Ad hoc ꝙ leges exiſtentes in mr̃imoniis conſenſum pr̃is ſunt correctæ. 27.q.2.c.1.30.q.2.c.vnico. Itẽ adiectio pœnę prohibeẽ in mr̃imoniis, quia per eam tollitur libertas, vt no in c. Gemma. iſto ti. Et s. dictum eſt, concluſione 16. cum ergo matrimonium & eius cã & dependentia ab illo ſint de foro eccleſiaſtico. c. tuam. de ord. cog. ca. lator. qui filij ſint legi. meritò iudex eccleſiaſticus de hac pœna, ne exigatur, habet ſe intromittere. Item ſuppoſito ꝙ hmõi ſtatuta eſſent rationabilia, tamen occurrunt ipſa ex defectu ptãtis in perſonis ſtatuentiũ, in c. eccleſia. de conſt. qua rõne puto ꝙ leges q̃ loquuntur de eccleſiis, & perſonis eccleſiaſticis, nõ ſunt recipiendæ, ex defectu ptãtis in perſonis ſtatuẽtium. Præterea eſt ꝙ metu pœnæ, non debet auferri libertas mr̃imonij. l. Titio centum. §.1. de ꝙd. & dem. ff. fortè tñ tolerari poſſet ſtatutum, qñ filia eſſet adeo iuuenis ꝙ de facili ꝙſentiret: aut quando ſtatutum non requireret ꝙſenſum, ſed ꝙſilium ſolũ. ita Fel. in d.c.1. ꝓ quo vltimo facit, qa qñ tenet̃ requirere ꝙsẽsũ q̃uis teneaꝰ ſeq, nõ ſic de eo qui tenet̃ requirere ꝙſiliũ, de quo Bar. in l. Titiũ. de adm. tu. ff. Canoniſtæ notãt̃ c. cũ̃ veteri. de ele.

Hæc concluſio recipit quatuor Limitationes.

6 Prima eſt, qñ ſtatutum imponeret pœnã, †nõ odio ꝫctus mr̃imonii, ſed fauore filiorũ. ita In no. in d.c.1. quem ſequunt̃ Bal. Ant. & Fely. & quaſi oẽs, excepto Pan. quæ limitatio vt ſit clarior, oportet ſupponere, ꝙ mulieri intra tps luctus nubenti a lege imponuntur ꝓplures pęnæ, de quib. in l.1. & 2. de ſecũ. nup. C. ſm quas leges erat infamis, & marito vltra 3. partem bonorum dare non poterat. Nec ei ex teſtõ vltra relinquere non erat capax legatorũ fideicomm. hæreditatum cã mortis, & oĩa a marito relicta perdebat, & rõnes iuris ciui. erant ꝓp turbationẽ ſanguinis, & ne ſuſpitio ex nimia feſtinatione oriatur marito. §. verum. de reſti. & ea quę parit. colla. 5. Itẽ eidẽ mulieri, q̃ nubebat ĩtra tps luctus, imponebanꝰ certę pęnę, de qb. ĩ l. fęminæ. in l. hac edictali. de ſecun. nup. C. tunc in ꝓpoſito, ſm Inn. ĩ d.c. fi. pęnę impoſitæ ĩ odiũ, rõne mr̃imonii, ſeu ꝓp feſtinationẽ, qa voluit mulier nubere intra annũ luctꝰ, ſunt remiſſæ: & ſic ex quo mulier licitè ꝫhit, nõ dẽt ex delicto, & ꝓmiſſo ꝫctu ſuſtinere iacturã. ita ſm Inn. ſunt ſublatæ pœnæ, de qb. ĩ d.l.1. & 2. Sed illæ pęnæ, q̃ sũt appoſitæ mulieri trãſeũti ad ſec. nu. poſt tpa luctus, nõ sũt ſublatę, qa nõ sũt appoſitę ĩ odiũ mr̃is, ſed ĩ fauorẽ filiorum, & cũ hac opi. trãſeũt gl. Bar. in l. liberorũ. alle. de his q no. infa. ff. & gl. ĩ l.1. de ſec. nup. C. licèt gl. ĩ l. decreto. C. de his, q no. infa. dubitet. referebat tñ Bal. illic Ray. Foroliuienſẽ, ſolẽnem Doc. legũ, & Pau. de Elea. Doc. decre. dicentes, ꝙ ſi in mr̃imonio mulieris oriaꝰ incertitudo ꝓpter plis, ꝙ habeãt locũ oẽs pœnę legeles, vt qa mulier peperit ĩ nono menſe poſt mariti mortẽ: nã partus qa editus nono mẽſe põt attribui primo, & ſi r attribui poſſet ſecundo, qa 7. menſe natus eſt ltĩmus. l.7. menſe. de ſta. ho. ff. & Bal. ĩ l. decreto, eſt ꝙtentus ſola recitatione. Sed in l. liberorũ. apertè tenet opi. iſtã, & eã ſequiꝰ Pet. de Anch. in repe. c. pr̃i. de ꝫſti. & hæc opi. meo iudicio, eſt multũ ꝓbabilis, nec vr̃ eẽ de mente Apoſtoli ꝓmittere tale mr̃imonium, vnde põt reſulta re ſcãdalũ: nã ſi ex cã aliqñ interdiciꝰ vſus mr̃imonij ad tps. c. ad eius vero ꝙcubitũ. 5. di. & s. dictum ẽ, ꝙcluſio. 7. fortius põt ex cã ad tps mr̃imonium ꝫhendum impediri. & q̃uis Panor. in d.c. fin. teneat abſolutè omnes pœnas legales ꝫhenti intra tempora luctus de iure cano. remiſſas per rõnes, de quib. hic latius per eum: tñ ipſe in c. eccleſia. de ꝙſti. in ver. quintus caſus. dicit ꝙ durum eſſet in iudicando & conſulendo recedere a communi opi. Doc. q̃ non reperit ab aliquo violatã, fatetur ipſe ꝙ attentaret venire ꝫ opinionem tantorum Doctorum.

Limitatio

Source : BIU Cujas

Limitatio secunda.

7 Secundò limitatur principaliter cõclusio nostra, † nisi statutum imponat pœnã lucri cessantis, vt quia tollit lucrum a seipso, vel a lege datum, ita tenet Ant. in d.c.1. adijcit gl. in c. cum secundum leges. in verbo, certo casu. de hære. in 6. Nam cũ secundum leges rapta lucretur bona raptoris. l. vnica, §. si quis ingenuã. de rapt. C. quæ lucra ipsa perdit, si nubat raptori. §. superfluã. de rapto. mulie. col 4. Vnde licèt de iure cano. hodie rapta licitè nubat rapto. c. tua. cum seq. 36. q. 2. tamen in his, q nõ sunt de tpali iurisdictione, adhuc remanet illa pena nam cum ipsa pena obueniat a lege, quare lex eo ꝙ ꝑfert priuare non põt? nec ob. no. in præcedẽti limita. quia ibi priuat lex eo ꝙtulit. & quamuis opi. ꝫriam tenuerit gl. in c. de puellis. 36. q. 2.. & Panor. sit? in d.c.1. isto tit. idẽ in c. cum pro cã. de rapto. idem in d.c. ecclesia. in verbo, quintus casus. tamẽ cũ opinio. illa gl. in d.c. cum scdm leges. transeunt ibi Arch. Io. An. Zen zeli. Pet. de Anch. Domi. & Franci. & cum illa opinio. gl. non facta mẽtione ipsius transit Saly. in d.l. vnica. motus, quia bò na hmõi raptoris erant delata titu. lucratiuo, & a lege & iure speciali, & naturaliter erãt applicanda mulieri. §. si nemo. de nõ elig. secundò nubẽ. ideo ad regulam & naturam suam, nil mirum si reducant. l. si vnus. §. pactus. de pac. ff. & quia collata erant sub ꝺditione, nec matrimonium punitur scdm eum, sed effrenata libido. Fely. idẽ tenet in d.c.1.7. col. nam secũdũ eum cum correcta rõne legis, sit correcta ipsa lex, frustra vocatur eius cõmodum in ꝺtributione lucri, iuxta regulam iuris, ex eo. de re. iu. in 6. Bar. in l. post legatum. ff. de his quib. vt indig. Item cum correcta rõne legis, sit correcta ipsa lex, secundum gl. singularẽ in l.1. in prin. in verbo, prouidentia. vbi Bar. de legi. tu. ff. si ergo p iura nostra sit correcta rõ d. l. vnicę, non video qũo lucrum vel damnũ, de quo ibi, possit apud nos in ꝙsideratione haberi. ita tolluntur motiua Panor. in dictis locis, qui in hac materia nimis se restrinxit. ex quo infert Panor. in d.c.1. isto ti. ꝙ statutum in ciuitate Senen. ꝙ ꝫhens cum puella, quæ nõdum attingit 25. an. sine duorum agnatorum ꝙsensu incidat in pẽnam, ꝙ nõ valeat. affert ꝙ no. Gasp. in simili, in c.1. de clande. despon. fuisse ꝙsultum & decisum, ꝙ statutum quo cauetur, ꝫhens matrimoniũ cum puella ante 25. ann. sine præsentia propinquorum, ꝙ non valeat, tum ꝙ libertas matrimonii intimidat, tum ex defectu potestatis ex persona statuẽtium. & per istas rõnes remanent apud me dubitabiles tres limitationes, videlicet 5.6. & 7. quas Fely. ponit in d.c.1. in 9. & 10. col. Quas ego paucis referã, dum dicit ꝙ valet pena apposita in statuto contrahẽti matrimonium, quando esset parui impedimenti quo ad libertatẽ, puta quia puniret in centum ꝫhentem matrimonium de præsenti. pro quo dicto bene facit ꝙ no. scdm eundem. Bar. in l. inficiãdo. §. si fur. de fur. ff. dum dicit valere statutum puniens eum, qui inuitaret ad nuptias vltra duodecim puellas: nõ. n. potest impugnari, quia statuat super materia spirituali, quia hic nõ detrahit vinculo matrimonii, nec solennitati, sed immoderatis pauperũ impẽsis. ad hoc in argumentum, cle. 2. de magistris.

8 †Secundò limitat Fely. quãdo statutum restringeret libertatem matrimonii excipiendo solum certum genus personarum, ita solẽniter declarat. Bar. & post eũ Ang. in l. edicimus. de murileg. C. li. 11. dicens valere statutum, ꝙ inter hoïes diuersarum ciuitatum, nõ ꝫhatur matrimonium sub certa pœna, dummodò possint honestè nubere inter hoïes suæ sectæ. Bal. aliquid no. in l.1. §. ius nãturale. de iusti. & iu. idem Bar. in consi. incip. lator præsentis schedulæ. de quo Cardi. & Gasp. in d.c. Gemma. ꝙ maximè procedit scdm eos, quãdo obuiaretur scãdalo imminenti, puta ex matrimonio ꝫcto per personas diuersarum partialitatum, inter quas viget odium capitale. Finge tu inter Guelphos, & Cebellinos, de quibus plenè no. Io. An. in c. Pisãnis. de resti. spol. ac refert Fely. Lud. Roma. mirari de quibusdam tenẽtibus ꝫrium. Neq; auferẽ ex toto libertas matrimonii, si cum aliis commodè & honestè ꝫhere possit. an aũt statutũ qd̃ est apud Mediola. extra territo. Mediola. vt succedat filia patri in bonis, quæ sunt in territo. Mediola. sit validum? dic vt per Fely. loco proximè alle.

Tertiò dicit idem Fely. loco proxi. alle. valere statutum, ꝙ imponit pẽnã amissionis dotis indigenæ ꝫhenti sine consensu patris, cum sit valde ꝙsonum iuri ciui. & honestum de iure cano. per ea quæ s̃. dicta sunt. Sed istæ limitationes oẽs Fely. ego habeo valde dubibabiles. Et Fely. ẽt, quamuis asserat eas habere multum apparentiæ, & optimum colorẽ iustitiæ, tamen non audet per constanti affirmare, & reuera repugnant rõnibus. s̃. relatis: non. n. meo iudicio negari põt per casus statutorum positos in præmissis limitationibus, quin intimidẽt libertas matrimonij, & peccant ẽt illa statuta in defectu potestatis. Huc adde in simili, ꝙ leges loquentes de personis & rebus ecclesiasticis, esto ꝙ sint præuilegiatæ, non procedit, vt dixi ex defectu ptãtis in personis statuentium. facit quod no. Io. Andr. in c. minus. de immuni. eccle. Ego verò putarem illa procedere, qñ in eis cõden. nõ soium interuenisset cõsensus
9 populi, sed cleri. sic Panor. in c.j. isto ti. † Cur autem sit ꝙ statuta valẽt contraria iuri ciuili, imo sunt pars iuris ciuilis, in l. oẽs populi. de iusti. & iure, vbi copiosè Bar. nõ. sed non valent statuta facta ẽt a personis ecclesiasticis, quando sunt cõtraria iuri canonico. c. his quæ, de maio. & obe. Consuetudines aũt bene valent cõtra ius canonicum, quãdo sunt rationabiles & legitimè præscriptæ, vide ꝙ pulchrè not. Panor. in c. fi. in 6 & 7. col. de cõsue. Et quæ differẽtia sit inter statutũ & consuetudinem. vide qd̃ no. Panor. in c. cũ Martinus. in 5. col. de constitu. vbi dicit valere consuetudinem, ꝙ exigatur aliquod tẽporale, conuertendum in pium vsum, quod vigore statuti fieri non posset. Facit, quia statutum habet principium necessarium, sed consuetudo voluntarium. facit quod not. Panor. in c. ad apostolicam. de simo.

Limitatio Tertia.

Tertiò principaliter limitatur, nisi statutũ disponeret circa accidentalia, vt circa dotem, ita tenet Inn. in c.j. quem communiter sequuntur omnes Doc. Ad hoc arg. c. Raynutius. de test. Quando autem causa dotis dicatur temporalis, vel ecclesiastica, Bart. not. in l. Titia. solu. mat. ff.

Limitatio Quarta.

10 Quartò limitatur, † vt non valeat statutum introducens aliquã solẽnitatem ad hoc vt eam omittens incurrat peccatum mortale, ita Inno. in d. c.j. quem sequuntur ibi Host. Ioan. An. Io. de Ligna Ant. & Panor. qui per hoc volunt lege municipali effici posse ꝙ alias nõ esset prohibitum de iure. nec id mirũ, nam lex humana, si est iusta, non nutritiua peccati, neq; cõtraria legi diuinæ, obligat in foro conscientiæ ꝫuenientẽ ad peccatum, de quo post Tho. 2.2. q. 96. arti. 4. no. Idem Io. An. in c. 2. in 6. col. de vsu. in 6. Pet. de Ancha. sequitur in regula, possessor. de reg. iu. in 6. idem tenet Pan. in c.j. in 2. col. de cõsti idem in c. 2. de test. Intelligit tamen Fel. hanc limita. procedere tribus concurrentibus. Primo, si sit consuetudo, per quam certificatur ecclesia de ꝫctu matrimonij, iuxta c. aliter. 30. q. 5. Alioquin ipse Felyn. dubitaret de scandalo, & relinqueretur ecclesia incerta de ipso contractu. ita Panor. in d.c.j. & ante eum Gasp. ibi, & in rub. de clan. despon. Secũdò requirit Fel. ꝙ tale statutum non habeat concursum pẽnæ, vel sit impeditiuum libertatis, quia tunc non procederet, ꝑ ea quæ s̃. dixi ex defectu potestatis. Tertio requiritur, ꝙ illa solemnitas omittatur ex contemptu: aliàs. n. cessante scandalo non esset peccatum morta. quia ista sunt potius consilij q̃ præcepti, ita gl. in c. nostrates. 31. q. 5. vbi Arch. vnde dicunt Card. & Fely. hanc esse nouam limi. ad gl. c. ad aures. q̃ vult ꝙ lex consilij obliget contrauenientem, ad mortale, qa procedit illa gl. in omittente ex contemptu:

SVMMARIVM.

1 *Cognatio spiritualis, an & quando præstet impedimentum matrimonijs. Et quibus non præstet. 7 ti 9. 12. usque ad nu. 29.*
2 *Cognationis spiritualis dispositio.*
3 *Cognatio spiritualis, per quæ sacramenta contrahatur.*
Cathechismus impedit matrimonium, sed non dissoluit.
4 *Baptismi septem sunt antecedentia. 29. 30.*
Cognatio spiritualis tres gradus habet.
5 *Cognatio spiritualis contrahitur in uiginti casibus.*
6 *Paternitas, maternitas, & filiatio, sunt correlatiua.*
8 *Consuetudo impedit matrimonium in quinto gradu.*
10 *Consuetudo impediens filios, per quorum neutrum uentum est ad compaternitatem, an & quando ualeat.*
11 *Dissimulatio, qualiter debet episcopus, quando consuetudines sunt contrariæ in matrimonijs.*
13 *Sompaternitas superueniens, an soluat matrimonium. Et an quæratur cũ eo, qui leuauit filium vxoris ex alio marito. 14.*
Coniuges sibi communicant actiones, non passiones.
15 *Compaternitas a marito quæsita, nunquid uxori communicetur.*
Commatres uxores duas, quando quis possit habere.
16 *Compaternitas, an contrahatur ex illicito coitu. Et quid inter coniuges simul leuando. 17.*
18 *Cognatio spiritualis inter Iudeam & Christianum leuantem non cadit.*
19 *Cognatio spiritualis, utrum contrahatur ex sola susceptione de sacro fonte.*
20 *Ignorantia, an impediat cognationem spiritualem contrahere.*
Cognatio spiritualis, nunquid contrahatur per laicum in necessitate baptizantem.

Cogna-

21 *Cognatio ſpiritualis,nũquid poſſit cõtrahi per procuratorẽ, aut nũtiũ. 25.*
22 *Hæreditas,an poſſit adiri ꝑ procuratorem.*
23 *Cognationis tres ſunt ſpecies.*
24 *Eccleſia diſpenſare poteſt ſuper filio regis religionem profeſſo, vt exeat & mulierem ducat.*
26 *Vniuerſitas,an poſſit contrahere cognationem ſpiritualem per ſindicos.*
27 *Cognatio ſpiritualis,an ꝑ catheciſmum contrahatur.*
28 *Cathechizari,an debeant paruuli,& cur.*
31 *Sacramentum confirmationis,quando fuerit inſtitutum. Et an ſit de neceſſitate ſalutis.*
32 *Baptiſmus in præſenti militia eſt commune ſignum.*
33 *Chriſma baptiſmi,cur in oleo & balſamo.*
34 *Baptiſmi myſteria,& de requiſitis ad eum.*
35 *Sacramentum vnctionis quatuor in collatione ſui requirit.*
36 *Epiſcopi quomodo chriſma ſingulis annis debeant conficere. Et an alijs per Papam poſſit committi.41.*
37 *Sacramentum confirmationis ſolos epiſcopos habet collatores.*
38 *Epiſcopi qualiter creati,& quæ reſeruata habeant.39.*
40 *Sacramenta confirmationis,an ſit maius baptiſmo.*
42 *Papa,an poſſit dare poteſtatem ſacerdoti, vt conferat ordines.*

Concluſio vigeſima.

1 IN cognatione ſpirituali, †quę cõtrahit ex baptiſmo, cõfirmatione,& catheciſmo,præſtatur impedimẽtum matrimonijs. & duæ primæ etiam diſſoluunt, vltima ſolum impedit.Hæc concluſio,quæ probabitur per iura ſtatim alleganda,recipit quatuor declarationes.

Declaratio prima.

Prima declaratio, ꝙ ſicut ꝑ carnalẽ cognationẽ accipit homo eſſe naturę,vnde contrahit vinculũ quo ad dantes illud eſſe:ita in regeneratione ſacrı accipit eſſe gratiæ,vnde contrahit vinculum ad ipſos dantes ſeu miniſtros. ſicut autẽ,quo ad eſſe naturæ ſunt pater & mater: ſic quo ad eſſe gratiæ eſt Deus, cuius perſonam gerit, qui ſacrm regenerationis tribuit:& eccleſia eius perſonam gerit,qui puerum tenet,ad recipiendum ſacramentum. At ſicut in generatione contrahitur cognatio carnalis ex parte patris & matris,ita in regeneratione iſta ſpirituali contrahitur cognatio ſpiritualis ex parte dantis ſacrm, & ex parte miniſtri,ſeu tenentis,in c.oẽs.30.q.1.in c.fi.iſto tit.
2 de cogna.ſpiritua.† Vnde cognatio ſpiritualis ita ſolet deſcribi,Eſt quædam proximitas perſonarum proueniens ex ſacramenti datione,& ad illud tentione, ſic Hoſt. in titu. iſto.§.2. gl.in c.1.eo.tit.in 6.ſic Aſteſanus lib.8.c.18.

Declaratio ſecunda.

Secunda declaratio, ꝙ cognatio ſpũalis ꝫ trahitur ꝑ baptiſmũ, confirmationem,& catheciſmum,iſtud probatur in c.1.& fi. iſto tit.in 6.& Magiſter ſenten.no.in 4.diſ.42.habetur.30.q.1. & 3.& 4.in toto diſcurſu. Et ſubiiciunt Theologi, ꝙ ſicut in carnali actu tria ſunt ordinata ad generationem,diſpoſitio in ſeminum cõmixtione:ipſa generatio, quæ eſt in fętus animatione, q̃ poſt quos dies fiat, no.gl.in l.diuus.de extraor.crimi. ff.gl.in cle.1.de ſum. Tri.gl.in c.ad eius verò.5.diſt. Poſtremò eſt manifeſtatio,quæ per natiuitatem,ex vtero.Quæ manifeſtatio partus aliquando fit de illo qui declinat ad prodigium, vel monſtrum,de quo hr̃ in l.fi.de poſthu.hære.inſti.C.gl.in l. non ſunt liberi.de ſtatu homi.ff.& hr̃ in l.quęret.de verb.ſig. Ita in regeneratione iſta ſpirituali,tria ſunt conſideranda,diſpoſitio ad generationem,quæ eſt per catheciſmum;regeneratio,quæ eſt per baptiſmum;& eius manifeſtatio,quæ ꝑ confirmationis ſacrm.† Et tu adde,ꝙ cognatio iſta ſolum ꝫhitur per hęc duo ſacra baptiſmi & confirmationis:nam per ſacrm coniugij,pęnitentiæ,corporis Chriſti,extremæ vnctionis,nõ contrahitur. In pęnitentia autem,licèt eſſe ſpirituale confera tur:tamen quia aſſimilatur miraculoſæ ſuſcitationi de morte ad vitam, ideo ibi cognatio ſpiritualis non contrahitur. & tu adde aliquos tenuiſſe, ꝙ per catheciſmum contrahitur cognatio, hæc etiam diſſoluens matrimonium, ꝑ quibus videbatur eſſe tex.in c.peruenit.vbi hoc tenet Hugo.30.q.1.idem in l.ſi quis.eadem cã,q.4.& in c.in catheciſmo.de conſec.diſ. 4.Et qui tenebant opinio.iſtam,ad decretalem,contracto,re pondebant,vt ibi no.per ſcribentes.Sed hodie ceſſat hæc du bitatio, cum iſtud ſit determinatum in c.2.eo.tit.in 6.vbi eſt leciſum,ꝙ per catheciſmum impeditur matrimoniũ ſolùm, ed non diſſoluitur. Et hoc etiam probatur in dicta decreta. ontracto,ſine aliqua violatione literæ.& ſolutiones,quæ ibi ſcriben.ad illam decretalem referuntur,ſunt diuinatoriæ.& ec opinio ſuadetur ex eo ꝙ ante baptiſmum non eſt filius, nec intrare põt in gloriam æternã.c.firmiſſimè.de cõſe. di.4. Si nõ eſt filius eccleſiæ is,qui cathechizatur,ſeu inſtruitur in fide,non põt ergo per eum qui nondũ eſt filius ſpiritualis cognatio valida cõtrahi dirimens matrimoniũ: ante.n.eſt quærenda perſona,q̃ ratio.l.quidam referunt, de iure codi.ff.alias aſſignat rationes Henri.in c.Martinus.poſt Bart.Hoſti.Albe.
4 Pet.de Pal.Tho.& poſt Io.And.Hoſt.& Goff.in ſuis Sum.†& tu adde, ꝙ quemadmodum ſeptem ſunt dona ſpirituſſancti, ita ſunt ſeptem quæ antecedunt baptiſmum.Primum eſt collatio ſacrati ſalis,de conſecr.diſtinct.4. ex hac Secundum aurium & narium linitio cum ſputo.eadem di.poſtea.Tertiò ſignatio crucis in pectore,& fronte,& habetur de conſec.diſ.4. pręterea.Quartum olei ſancti permixtio.eadem diſt.quinq;. Quintum ablutio baptiſmi.eadem diſt.venit. Sextum in vertice chriſmatis permixtio a ſacerdote.eadem diſt.Septimum collatio chriſmatis in fronte. eadem diſt. preſbiter. gl.iſta refert in c.1.30.q.1.& gl.in d.c.contracto.

Declaratio tertia.

Tertia declaratio eſt, ꝙ in hac ſpirituali cognatione depræhendũtur tria:paternitas,fraternitas,& cõpaternitas. Paternitas primò eſt inter regeneratum,leuatum,& confirmatum,ex vna;& regenerantem, leuantem, & confirmantem ex altera.vt.n. regeneratus habet patrem naturalem,qui genuit eum: ita tres habet patres ſpirituales,baptizantem, confirmantẽ,& tenentem, ſeu leuantem in baptiſmo & confirmatione.errant aũt, inquit Panor.qui credunt ſe eſſe veros compatres ex detentione infantis ante fores eccleſiæ, nã requiritur detentio,ſeu leuatio ex ſacro fonte. Secundò eſt fraternitas,quæ eſt inter leuatum baptizatum,& filios leuantis ſeu baptizantis,ꝑ quorum alterum ventum eſt ad compaternitatem.nam primi cũ ſecundis cenſentur eſſe fratres ſpirituales.de reliquis, ꝑ quorum neutrum ventum eſt ad compaternitatem,hr̃ in c.ſuper eo.de cuius intellectu ſtatim latius dicetur.Tertiò eſt compaternitas,quæ eſt inter leuantem,baptizãtem,& cathechizantẽ,& patres leuati baptizati ſeu cathechizati: qui primi.ſ.patres ſpirituales, cum ſecundis carnalibus cenſentur eſſe com
5 patres.† Et ſi vis colligere,dic eſſe viginti caſus,quib.hæc cognatio ſpiritualis contrahitur, videlicet decem reſpectu haptiſmi.Primò inter baptizatum,& baptizãtem.Secundò inter baptizatum & filios baptizãtis. Tertiò inter baptizatum & vxorem baptizantis prius cognitam.Quarto inter parẽtes baptizati & vxorem baptizantis prius cognitam.Quintò inter baptizantem & parentes baptizantis. Sextò inter leuatũ & leuantem.Septimò inter leuatum & filios leuantis. Octauò inter leuatum & vxorẽ leuantis prius cognitam. Nonò inter parentes leuati & vxorem leuantis prius cognitã.Decimò inter leuatum,& parentes leuati.Et totidem caſus repete reſpectu confirmationis.Qui caſus,quia apertè probantur in c.1.eo.ti.in 6.ideo magis placent mihi,ꝙ id quod Goff.ſcribit in Sum.huius tit.qui Goff.(vt teſtatur Hoſt.in Sum.huius tit.§.eius ſpecies.& ſimiliter Henri.in c.Martinus.eo.ti.)dicebat eſſe nouem propinquitatis,ſeu attinentiæ ſpecies: & inquantum ipſe ponit paternitatem,maternitatem,& filiationem pro ſpeciebus diſtinctis,hoc improbant prædicti Hoſt.
6 & Henri.† nam cũ paternitas,maternitas,& filiatio ſint correlatiua, non ſunt ſpecies diſtinctæ, ſed eædem.ſi ergo pater vel mater eſt,filius eſt, pater vel mater eſt.Sũt igitur tres tm̃ ſpecies.ſ.modo expreſſo,paternitas, cõpaternitas, aut fraternitas,& omnes propinquitatis, ſeu attinentiæ ſpecies Gof.relatæ,& ad iſtas tres reducuntur.ſic Hoſ.Io.An.& Hen.tenẽt.

Declaratio quarta.

Quarta declaratio conſiſtit in eo, ꝙ eſt deprehẽdere certos caſus, quibus hæc cognatio ſpiritualis non præſtat impedimẽtum
7 matrimonij,quorum aliquos non aſſero pro conſtanti.† Primus eſt,ꝙ filij duorum compatrum,per quos,aut eorum alterum,ventum eſt ad compaternitatem,poſſunt ſimul contrahere,ſi hoc habeat conſuetudo.ita Hoſt.ſub dubio tamẽ, in c.fi.iſto tit.idem viſus eſt ſenſiſſe in c.ꝙ dilectio.in gl.fi.de cõſan.& affi.idẽ in Summa.§.quis ſit effectus.in ver,adeo.n. Sed hæc opi.ſeu limitatio,cõiter non tenetur:nam filij duorum compatrum,per quorum alterum ventum eſt ad compaternitatem,nullo modo poſſunt coniũgi.Et ſi de facto cõtraxerunt,debent ſeparari,in c.j.in verbo,excepto.in c.ſuper eo.in j.rñſo.in c.tua nos.& in c.fi.iſto ti. Et ꝙ nõ valeat conſuetudo,patet,quia non eſt approbata per Papam,ſed potius reprobata.patet in d.c.ſuper eo.in verbo,eos coniungi nulla rõne ſuſtineas, & coniunctos pontificali auctoritate nõ deſinas ſeparare.Nulla ratione ergo,nec conſuetudine,quæ eſt

pars

pars rationis,cum omnis cõsuetudo debeat esse rationabilis, in c.fin.de consue.Præterea,q̃ dicit nulla,probatur ēt id,quia genus negatiuè sumptum infert quamlibet eius speciem. ver bi gratia,homo non currit,ergo Socra.nõ currit.& procedit hoc præcipuè,quãdo vl'iter sumitur: quia qui omne dicit,nihil excludit;& qui nullum dicit, nihil ponit.9.q.2.c.1.& c.nul lus primas.& c.nullus presbiter.& c.seq.& in partem istã omnes concordant.dicit Io.An.in d.c.super eo.vbi Henri.Bohic refert eam sñiam Tho.Albe.& Pet.de Palu.in scriptis suis, fra trem Io.in Sum.confessionum,eo.tit.q.18.& pro ista opinione facit quod no.gl.in c.super his.eo.tit.Quæ vult q̃ consuetu do, quamuis longa, non facit personas illegitimas habiles ad contrahendum, licet consuetudo possit aliàs habiles inhabi litare.& subijcit Panor.in d c.q̃ super his,rationem diuersitatis,quia consuetudo habilitans aliàs inhabiles, est inducta ad charitatem ampliandam, vt hoïes potius cõtrahant cum extraneis q̃ cõsanguineis, q̃ ampliatur vicissitudo charitatis. Nam per hãc rationem matrimonia fuerunt interdicta inter cõsanguineos,vt plenè hr̃ in c.1.35.q.1.de quo.j̃. Iarius dicetur,conclusione.24.sed consuetudo,vt in casu prȩcedenti,habilitans aliàs inhabiles, esset contra bonum charitatis,& con
3 tra bonos mores,igitur non valeat,arg.c.fi.de consue.† Tu tũ no.vnum, q̃ si in aliquo loco esset consuetudo, q̃ in quinto gra.non contrahatur matrimonium,& ex cõtractu scandalũ generaretur,q̃ non valeret matrimonium,licet c.non debet, permittat.Sic post gl.tenet Panor.in d.c.super eo.in fi.& rõ,secundum eum est, quia hæc consuetudo concurrit cum iure antiquo, nec est sublata per ius nouum. item concurrit scandalum,& verum q̃ vbi a principio nullum fuisset impedimẽtum,solum scandalum superueniens non esset sufficiens ad separationem matrimonij, quia pp̃ scandalum nõ est recedendum a veritate iuris diuini,in c.2.de no.ope.nunc.in regula,q̃ scandalizauerit. de reg. iur. & tu adde, quòd consue.eos qui sunt in quinto gra.dum inhabilitat,ne contrahant,est contra ius cano.& tamen põt esse valida: ergo eadem ratione cõsuetudo , de qua loquimur , habilitans filios duorum compatrũ per quorum alterum,debet sim esse valida.Tu dic,q̃ ius canonicum nouum relaxat his, qui sunt in quinto gradu,potestatẽ p̃hendi , tamen non percipit , ar.l. non quicquid.de iudi.ff.at p̃suetudo permittẽs filijs duorum cõpatrum,per quorũ alterũ,&c.vt p̃hant,esset apertè p̃ ius canonicum,q̃phibens istud.

Casus secundus.

Secundus casus est,q̃ inter filios duorum cõpatrum , per quorum neutrũ vẽtum est ad compaternitatem,põt consistere matrimoniũ, tex.est in c.1.& c.super eo,eo.ti.illi autem, p̃ quorum neutrũ
9 ventum est ad compaternitatem,† quando post contractam cognationem sunt susceptri:an possint simul matrimonio iungi,reperiuntur canones cõtrarij. Inde dicebat Host.q̃ qõ est dubitabilis canonum contrariorum inductio,posterioris approbatio,& probabilis exceptio . Sed in ꝓposito canon,post susceptum.30.quęs.3.vult filios, qui post compaternitatem sunt nati non posse simul iungi matrimonio. & canon, super quibus .ead.causa & q.vult tam ante q̃ post natos posse simul iungi, ego lego duas vias reducendi illos canones ad concordiam. Prima, quòd canon, super quibus,est intelligendus de susceptis ex sacro fonte , qui filij spirituales cum alijs post p̃ctam compaternitatem natis non possunt matrimonio iũgi , vnde ad tex.illum supplet glo.ij.ibi,filijs scilicet spiritualibus. Sed hæc solutio non placet , tũ quia ex ea insurgit violatio literæ, tum quia esset canon ille de indubitabili : nullus enim dubitat, quòd filij duorum cõpatrum , per quorum alterum ventũ est &c. non possunt simul iungi matrimonio. Secunda via tollendi contrarietatem illorum canonum est , quòd canon,post susceptum,qui in ordine est posterior,sed in cõpilatione anterior,corrigatur p̃ c.super quibus,& hãc solonẽ expresse approbat Alex. Papa in.c.j.alleg.& tunc oportet necessariò dicere,quòd ille canon,qui a Gratiano, & similiter a Petro Lombardo, in 4. dist.42.attribuitur Pascali papę.II. falso ibi inscribitur,nam Paschalis secundus, subsecutus fuit Vrbanum II. qui est autor.c. super quibus.nõ ergo potuit canõ ille Vrbani corrigere posteriorem illum Paschalis II.argu.l. iubemus. de testa.C. Vnde vt ista euitentur,dic q̃ canon, post susceptum , fuit Paschalis I. & corrigatur p̃ canonem Vrbani , qui longo interuallo subsequutus est eundem Paschalem . An super his valeat p̃suetudo? Doctores inter se sunt multum p̃rij,& difficultas ingeritur ex dicta decre.super eo. vbi sũt quatuor versic. super q̃bus variant glo. & scrib. Et quamuis primus versi. sit planus , inquantum loquitur de filijs duorum. compatrum, per quorum alterum vẽtum est ad compaternitatem:tamẽ sequentes versi.s.versi.cæterum versi. itaque, versicu. verum. diuersos, & ancipites habent intellectus. Sed capiendo mentem scribentium, tu dic,vt s̃. limitatione proxima dictum est , q̃ non valet p̃suetudo permittens filijs duorum compatrum, per quorum alterum &c. vt p̃hant simul,ita intelligatur primus versic.illius decre.super eo. dum dicit, eos p̃iungi nulla rõne sustineas;& coniunctos pontificali auctoritate non desinas separare . Quantum ad filios, p̃ quorum neutrum, &c.An valeat consuetudo, q̃ non p̃iungantur? dic quòd sic, certis casibus.Primus est,si consuetudo impedit solum & dirimit ad tempus,ita Inno.in d.c.super eo. quem ibi referunt Io. An. & Pan. & ita idem Inno. intelligebat vers. itaque. ibi positum , q̃ reuera venit cõtinuatiuè ad ver.cęterum, prȩcedentem.qui loquitur de filijs,per quorum neutrum,&c.Secũdus casus est,si hoc habet p̃suetudo, quę sit approbata per Papam,ita Host.intelligebat per c.sup̃ eo.versi.itaque.ibi positum.Nec ob.arg.quos Deus coniun
10 xit, &c. † Quia nõ potest dici q̃ contrahentes p̃ consuetudinem approbatam per Papam,quòd sint a Deo cõiuncti. Tertius casus est,si consuetudo esset talis, quę generaret scandalum,quia talis esset seruãda, & quo ad impediendum, & quo ad dirimendum. sic ver. itaque intelligi potest,vt ibi vult gl. & Host.ad hoc ēt text. in.c.j.in fi.eo. tit. ratio huius dicti est, quia si Papa põt ius diuinum interpretari,Inn.in c.q̃ in ecclesiarum. de p̃sti. ita consuetudo, quæ generat scandalum, inhabilitat aliquem ad matrimonium spirituale.c. cum olim. de cleri. coniug. ergo debet pariter inhabilitare ad carnale. Nunc ergo accedo ad intellectum versiculi, cęterum,positi in d.c.super eo.in quo ego lego tres intellectus a scriben. relatos. Primus est , q̃ Papa ibi loquatur de filijs duorũ cõpatrum,per quorum alterum,&c. Hunc intellectum, vt ibi gl. refert, tenuerunt Phi.Vin.Tancr.Io.Sed hic intellectus mihi nõ placet duplici rõne.Prima,quia cum relatio debeat fieri ad proxima , ēt tunc fieret ibi ad principium c. & esset nimis a remotis. item insurgit vnum magnum inconueniens, quòd p̃suetudo efficere posset p̃ omnem iuris dispositionẽ, q̃ duo fratres spũales possent simul contrahere matrimonium,quod esset contra principium illius tex.& cõtra omnẽ & cõmunem iuris dispositionẽ.Secundus est intellectus Hosti.& Io.And. ibi,quod continuetur ille versi.ad versiculum itaque. qui cum loquatur , quando in loco non est cõsuetudo specialis, sit recurrendum ad cõsuetudinem ecclesię Metropolitanę.Sed versi.verum,est intelligendus,quando consuetudo uicinarum ecclesiarum conformis iuri communi habet quod inter ipsos permittatur matrimonium, tunc episcopus non debet expresse approbare , ne scandalizet vicinas ecclesias, sed debet dissimulare. hic intellectus secũdum Pan.ibi est satis bonus ad versicu.itaque, sed diuinat ad versi. sequentem, verum, vbi non dicitur quod locus dięcesanus habeat contrariam cõsuetudinem,nam reuera ille ver.loquitur de duplici consuetudine. Prima,secundum quam p̃mittebantur coniugia, quod debet intelligi de consuetudine loci. Secunda est p̃ria consuetudo, patet ibi , sicut graue est antiquã consuetudi.&c Et si obijciatur prædictis, tenendo hunc
11 intellectũ, † Quomodo poterit episcopus dissimulare matrimonium contractum fm̃ p̃suetudinem ecclesiæ suæ,& p̃ p̃suetudm̃em eccl'iarum vicinarum,cum non debeant matrimonia contrahi sine licentia episcopi, & sine bannis,ut in.c. cum inhibitio.de cland.despon. Certè dicebat Io. An. quod soluere istud arg.non est facile.ipse tamen post Host & sequitur Henric.Boic,soluebat quod poterat episcopus dicere,bene videtis,q̃ vicini talia matrimonia non sustinenti& quilibet, inquantum potest debet cauere a scandalo proximi sui. Tamen auctoritate apostolica mihi hac parte p̃cessa , vobiscum dispenso,ite cum Deo.& sic non contradicet,nec videbitur de iure communi consentire , cum dicat, dispenso auctoritate apostolica;nec dicet p̃ p̃scientiam,nec dominus Papa in versi. illo,verum. dat sibi potestatem dispensandi . Tertius intellectus ad illum ver. est glo.magnę ibi in fi.sui,quem tacitè illic sequitur Anto. & Panor. apertè placet , quod ille ver.loquatur de p̃sue.non dirimente matrimonia inter filios duorum compatrum, p̃ quorum neutrum &c. Pro quo intellectu facit ibi tex.p̃iugia permittantur, vt episcopus non debeat expresse talia matrimonia p̃bare expresse, nec reprobare,ne det aliis materiam contrahendi contra p̃suetudinẽ, sed debet dissimulare propter rationem in illo textu positã . Et predictis adde vnum quod singulariter dicit gl. magna in d.c.super eo.& Pan. nescit alibi , videlicet , q̃ cõsuetudo est in certo loco, quòd non p̃hatur in 5. gradu , & ex contractu generetur scandalum,quòd non valet matrimonium,quamuis c.non debet.de consan. & affi. hoc permittat,de quo.s̃.in ista declaratione plene dictum fuit,in versic. Tu tamen nota vnum, & cæt.

Casus

Caſus Tertius.

12 Tertius caſus eſt, † ꝙ pater ſpiritualis pōt licitè ϑhere cum ſorore carnali filij ſpiritualis,& ſimiliter cum filia.& licèt cognatio ſpiritualis a patre in filium tranſeat,in c.j.eo.tit. non tamen econuerſo,quia de filio non aſcendit ad patrem.ita tenet gl.fin.30.q.3. ad hoc. quia iſtud non eſt iure cautum, & edictum de matrimonijs,eſt prohibitorium.

Caſus Quartus.

13 Quartus caſus eſt, † ꝙ compaternitas inter cōiuges ſciēter,vel ignoranter cōtracta coniugium diſſoluit. & ſi ignoranter id factū eſt,ignorantia debet eſſe excuſata: ſi ſcienter,nō dēt fraus patrocinari.text.in c.ſi vir.iſto tit.Sed difficultas ϙiſiſtit,an is qui proprium filium leuauit de ſacro fonte impediatur ab vxore, eademq; matre ſuſcepti exigere copulam? gl. & Hoſt.in d.c.ſi vir.variant,& gl.in c.noſce.30.q.1. Ego puto ꝙ in duobus caſibus non impediatur. Primus eſt,ſi faciat ignorantia probabili.finge tu,In ſabbato ſancto inſtante multitudine paruulorū baptizandorum, aliquis ſuſcepit filium ſuum de ſacro fonte, credens eſſe alterius, ignorantia illa probabilis debet eſſe excuſata,ad hoc in arg.c.lectum.33.q.2.c.ad apoſtolicæ de clerico excom. miniſtran. Secundus caſus eſt,ſi fecit ſcienter,ſed inſtante neceſſitate:finge ꝙ tibi ſit natus filius, & non occurrit aliquis,qui vel baptizet vel ſuſcipiat, ſi hoc officium baptizandi pro ſacramenti neceſſitate exequaris,non eſt tibi imputandum, arg.c.ꝙ non eſt.de reg.iur.latè tenet Ioan.And.in d.c.ſi vir.cum quo, vt ibi refert Henr. Boic, tranſit Tho. & Pet. de Palu.in ſuis ſcriptis.& Fra.Io. in Sum. confeſſio.eo. tit.q.2. Sed puto ꝙ ceſſante neceſſitate,ſuſcipiēs filium de ſacro fonte ſit priuatus facultate exigendi debitum, ita gl.in c.noſce,ad hoc.c.de eo.30.q.1.dū dicit,ꝙ talis debet manere ſine ſpe cōiugij. Ecce ergo quantū in ſe eſt, priuatur exercitio matrimoniali.Item probatur in rōne tex.in d.c.ſi vir.nam ſuſtinet hoc ϙiugium, ne fraus dolo patrocinetur:ſed ad priuandū illum q ſcienter & malitioſe leuat filium fraus non patrocinatur, ſed potius obeſt,inde litera in c.ſi vir.habuit ſolum reſpectum ne ϙiugium ſeparetur ex toto. Non obſt. ꝙ tex. ibi dicat,ꝙ alter alteri non dēt ſubtrahere debitū, quia vel ille tex.eſt intelligēdus reſpū ignorantis,vel ꝙ ſciens non debet ignoranti debitū ſubtrahere.Nec.obſt.ſi dicatur Chriſtum excepiſſe ſolam cauſam fornicationis,in c.2.de ϙiug. lepro. quia, vt dicit gl.nota. in c.noſce,eſt verū quo ad repellendum vxorem a domo propria,& a cura: ſed quo ad ſubtrahendum debitū, multi caſus inueniuntnr circa fornicationem.

Caſus Quintus.

14 Quintus caſus eſt, † ꝙ non acquiritur cōpaternitas marito,cum eo q̄ leuauit filium vxoris ſuæ ex alio marito.ſecus eſt, ſi ipſa leuaſſet,quia marito mediante, iam cognita vxore leuante acquiritur compaternitas.ita gl.in c.qui ſpūalem.30.q.4.& glo.in c.1. eō.tit. & aſſignat rōnes,quia cōiuges eſto ꝙ communicent actiones ſuas,non tamen paſſiones:nam vir,& vxor per actionē carnalem,ſiue corporalem efficiuntur vnum corpus, non vnus ſpiritus. Cum ergo actio corporalis ſit,paſſio verò mentalis:non eſt mirum,ſi actio actionem trahit, non paſſionem. Quod.n.agit pars coporis, ęquum eſt ꝙ alteri parti cōmunicetur. Item in actione corpus vnius agit,ꝙ idem eſt, cū alio cōiuge. in paſſione aūt patitur anima alterius.Rurſus in paſſionibus vxor,cuius filius ex alio marito leuatur, acquirit cognationem per tactum nati ſui,& qui natus nullam cū marito habet cōionem:non ergo mirū,ſi ϙiuges actiones ſibi communicant tanquā proprias,& non paſſiones tanquam extraneas. iſta colliguntur ex gl.c.qui ſpūalem,& gl.d.c.parti.& eſt Hoſt. in Summa eiuſdē ti.§.fi.ver.quæ eſt rō. & Hēricus Boic,in d.c. Martinus.ſubijcit poſt Archidiaconū,quod ideo ϙiuges communicant ſibi actiones,non paſſiones, quia actiones ϙiſiſtunt circa corpus & iā ſunt effecti vna caro. Paſſiones verò ϙiſiſtūt circa animam, & non poſſunt cōiuges vnitatem habere in anima:non enim eſt dictum,erunt duo in vna anima, ſed duo in carne vna.

Caſus Sextus.

15 Sextus caſus eſt, † quia compaternitas marito contracta nō communicatur vxori nōdum carnaliter cognitæ.ita Doct. in c. Martinus.eo. tit.gloſ.in d.c.1.eo.tit.in 6.Et ratio eſt, quia per vnionem carnalem ſequentem, non fit tranſitus ad vnionem ſpiritus præcedentem matrimonium,in c.poſt vxoris.30. q.4. Et tu adde, ꝙ eſt dabilis caſus, quo quis ſucceſſiuè habeat duas commatres vxores.Pone ꝙ filiam Berthæ vxor tua leuauit. Clarū eſt, ꝙ illa Berta& vxor tua ſunt commatres.Finge,ꝙ vxor tua nō dum cognita decedat, poteris cum Berta eius cōmatre contrahere,ita gl.quā cōiter omnes ſequuntur in ſumma.30.q.4.

Caſus Septimus.

16 Septimus caſus eſt, † ꝙ cōpaternitas non acquiritur ex illicito coitu. Finge ꝙ quis hñs ϙcubinā leuat filiū alicuius de ſacro fonte,ϙ cubina non efficietur cōmater parēt⁹ ipſius baptizati, ita gl.Io.And.& Archi.in c.1.eo.tit.in 6. & quamuis Inno. in d.c. Martinus, refert opiniones ϑrias, & ſimiliter gloſ.in c.ſi quis vnus ex filijs.30. q.4. ac nihil apertè eligant:tamen opinio iſta eſt verior.indignū enim eſſet, ꝙ hæc cognatio ſpiritualis porrigatur ad coitum illicitum,& ϑhatur per rem purè carnalem, & hanc partem tenet Aſteſanus lib.8.tit.18.& refert, idem tenere fratrem Ioan.in Summa confeſſi.tit.iſto.11.q.idem ſecūdum eum,tenet Ricar.in 4.diſt.42.q.1.art.3.quamuis ipſe referat,Thomam ſentire ϑrium eodem lib.& eadem diſ.q.2.ar.3. Et propterea Inn. forte fuit ϙtentus ſola recitatione opinionum,& ſimiliter gl.relata in d.c.ſi quis vnus . ſed huic opinioni, quam egò teneo per rationes præmiſſas, non obſtant duo fundamenta,quæ prima facie videntur multum ſtringere pro opin.ϑria.Primò dicunt, qui fornicatur tollit membra Chriſti,& eſt vna caro cum meretrice.c.in eo.32.q.4. quia vt dixi, indignū eſt ꝙ per rem purè carnalem ϑhatur hæc cognatio. Item non obſt.ꝙ per actum carnalem fornicarium ϑhatur affinitas,quæ præſtat impedimentum matrimonijs.c. diſcretionem.de eo qui conſangui .cogno. quia illud eſt, dicit Io.And. in d.c.1.in 6.vinculū carna.quod per carnalia & illici.ϑhi pōt.

Caſus Octauus.

recta,est similiter ad dorsum huius, continēs quatuor cellulas,in quarum prima scribitur fratris vxor olim relicta, in secunda vxor filij fratris,in tertia vxor nepotis fratris,in quarta vxor pro nepotis fratris. Quarta linea recta est a latere sinistro;similiter continēs quatuor cellulas, in prima est soror, in secunda filia sororis, in tertia sororis neptis, in quarta sororis proneptis. Ad dorsum huius lineę est alia linea recta, similiter continens quatuor cellulas, in prima est vir sororis olim relictus,in secunda vir filiæ sororis,in tertia vir neptis sororis, in quarta vir pronepotis sororis.cur enim sit, quod in hac linea quinta, in prima cellula dicitur, olim relictus; & similiter in tertia linea, quę est a latere dextro,in prima cellula dicitur,olim relicta: quæ verba, scilicet olim relicta,& olim relictus, non repetuntur in alijs cellulis inferioribus earundem linearum,vide quod Io.An. in d.arbore affinitatis, in versic.
8 circa hoc quæro.† Circa duas lineas reflexas, quas ego dixi esse in parte superiori arboris, dic quòd vna oritur in cellula fratris, & terminatur in cellula viri sororis, & in cap.scribitur primus genus affinitatis, quod habet prohibitionem.Alia verò linea reflexa oritur in cellula sororis,& terminatur in cellula vxoris fratris, in qua etiam scribitur primum genus affinitatis, quod hodie habet prohibitionem. Tu etiā adde,quod dicebam tertiò esse in eadem arbore in parte superiori duas cellulas: vna est a latere dextro, alia a latere sinistro: in prima est relictus relictę fratris,in secunda est relicta relicti fratris, q̄ duæ lineę sunt positæ in ipsa arbore ad decorem, & ad demonstrandum illud secundum, & tertium genus affinitatis, quæ hodie prohibitionem non habent. Finaliter adde huic arbori, quod supra dixi, prohibitio matrimonij in linea ascendente, & descendente non restringitur ad matrimonium: in linea ascendente, & descendente non restringitur ad quartū gradum,sed prohibetur in infinitū ratione consanguinitatis, ita ratione affinitatis, sic quod affines ascendentibus habentur loco liberorum.l.non facilè.§.& rectè.in fi.de grad.cog.ff. & quia debemus abstinere a cōsanguineis vxoris,sicut a proprijs.c.1.eo.titu.de parentela.cap. æqualiter.35.quæst.2.Quin tò,dum in conclusione dicitur,eiusdem impedimenti,tu declara sic,quod sicut in linea collaterali cessat ꝓhibitio, vbi alter excessit gradū prohibitionis, sic quod existens in quinto contrahit cum eo, qui est in primo, vt faciendo propatruum stipitem, filia Petrucij cum propatruo, qui est in quinto gradu, validè contrahit,de quo dictum est in vltimis verbis conclusionis prędcedentis: ita etiam dic in affinitate, vt cum illo mariti consanguineo,qui eundem maritum quinto gradu ꝙtingit, vxor eiusdem mariti efficaciter contrahat.

Arbores consanguinitatis & affinitatis hic affigēdas habes in alio loco impressas. Et hoc iō, ne paginas bis vna re oneremus, alijsque tractatibus locū faciamus,qui nobis numerosi sunt.

SVMMARIVM.

1 *Cognatio legalis præstat impedimentum nuptijs. Et de eius effectu, & quot sint species.3.*
2 *Adoptare, qui possint,& qui minus.*
4 *Adoptio & arrogatio, in quibus differant inter se.*
5 *Arrogatio,quam causæ cognitionem requirat.*

Conclusio vigesimaseptima.

1 COgnatio † legalis præstat impedimentum nuptiis,ad hoc solet communiter allegari cap.per adoptionem.30.q.3. in quo tamē textu non facio magnam vim: nam cum hæc matrimoniorum materia sit secundum canones diiudicanda,& text. præallegatus sit lex Digestorum sita in titu. de ritu nup. ff.non potuit ergo Gratianus,qui legem illam in suo volu.Decreti inseruit de lege efficere canonem.ad hoc glos.in capit.1. de re.eccle.non alienan. in 6.in verbo, tractamus, circa medium. Præsertim cum magnum Decretum, quo ad dicta Gratiani, non sit approbatum, de quo Ioan.And.in cap.2.de rescript. idem est de Magistro sententiarum: nam vtriusque dicta quotidie reprobantur. Item,vt dixi,leges in magno Decreto incorporatę non recipiuntur pro canonibus, nisi fortè essent insertę, & incorporatę per Papam in corpore alterius canonis. ita intelligitur quod notatur. 2.q.1.in primis. De hoc ego scripsi in repe.c. primi,in. 1.par,de homi.Rursus ī materia subiecta tex.Nic. III. in c.ita diligis,ea.ca.& q.proximè allegata. quam etiam Magister sententiarum in 4. dist. 42.recitat,non multum vrget propter rōnem,quam subijcit: quando quidem inter eos qui adoptione filij sunt, venerandæ Romanæ leges matrimonia contrahi non permittunt.Superest ergo,vt in hac cognatione legali impediente matrimonia,sit vnicus tex.in c.vnico, de cog.legali. sed hic sunt aliqua prę mittēda ad instructionē simplicium Canonistarum. Hic enim debet esse professorum iuris canonici labor, vt cum legales materiæ occurrunt,& legendo & scribendo pertinēter, & more Legistarum pro vtilitate legentium & auditorum explicent. Primò ergo videndum est, quid sit cognatio legalis. in quo omnes consentiunt,quod est quædam proximitas ex adoptione proueniens.ita Io.And. in Summa confessionum. in titu.isto alle.referente Henri.Boic,in d.c. vnico.tenent Alber.& Pet.in 4. dist. 42. Secundò est videndum, quid sit adoptio. Tancredus dicebat,quod est extraneæ personæ in filium vel nepotem,aut deinceps legitima assumptio.Hæc descriptio non placet Host. quia est nimis generalis, & insufficiens. Pla. & Ioan.dicunt, quod est legalis actio, ad solatium eorum facta,qui liberos non habent penè naturam imitās.Hæc descriptio non placet Azoni,quia adoptio fit etiam per eos,qui habent filios,quamuis aliàs non habentibus facilius concedat. l.nec ei.§.eorum.& §.præterea.& l.si quis nepotem.de adopt. ff.§.licet.Instit.eo.Dicebat itaque Azo, quod est legitimus actus,per quem efficitur,vel reputatur filius,qui non est.l.1.ff. eo.§.minorem.Insti.eo.Descriptio secunda Io.& Pla.communiter recipitur per Canonistas.pro qua dicunt,quod Romani antiqui conditores legum,& alii soliciti fuerunt, ne quis sine hærede decederet,ne defunctus afficiatur iniuria.§.1. ex quibus causis ma. sic curauerunt, ꝙ qui naturales non poterant habere,saltem haberent filium legalē.l. si pater.§. vlti.& l.seq. & l.si ei.§.3.ff.eo.Dicunt tamen, hanc causam solum fuisse impulsiuā, quia fortè aliquis nobilis diues dedit causam edicto, vt de Calphurnia dr̄; neque propterea sequitur,quoniam possit adoptare,qui filios habet. In descriptione aūt prædicta be-
2 ne dicitur naturam imitans: † Nam minor natu maiorem nequit adoptare,quia pro mōstro est,ꝙ filius sit patre maior natu.d.§.minorem. Fœminę quoq;, quæ liberos non habent in potestatem,non possunt adoptare.§.fœminæ.Insti.eo.nisi fortè fœminis sit imperiali rescripto concessum ad solatium liberorum in exercitu amissorum.l.mulierem.de adop.C.Castrati quoque,qui sint a natura, non possunt adoptare:sed hi,qui sunt ex accidenti,possunt. Item minor septuagenario non debet adoptare, quia magis dēt procreationi liberorum studere,nisi causa cognita id fiat.l.2.§. illud.l.si pater.§.fi. cum l.seq. ff.eo.§.illud.eo.Insti.Tertiò est videndum, quot sunt species
3 cognationis legalis. † Tu dic,duas esse. Vna transit in nomen speciale,que dicitur adoptio.Alia dicitur arrogatio,sicut Pet. & Bar.& reliqui posteriores post eum, in l. imperiū.de iurisd. omnium iudi. ff.dicunt,quòd iurisdictio in genere sumpta diuiditur in imperium merum & mixtum, & iurisdictionem, prout est species, & cuiuslibet imperii faciunt sex gradus cōparationis,vt sit maximum,maius,magnum,paruum,minus, & minimum. Sequuntur Canonistæ, maximè Panor.in cap.
4 quod sedes.de offic.ordin.†Redeundo ad materiam subiectā, differunt adoptio,& arrogatio,quinque modis. Primò, quia adoptantur filiifa. sed arrogantur qui sunt sui iuris, inde extant illi versus magistrales.

Arrogo qui suus est,sed habet meus esse necesse,
Patris adopto suum, sed patris permanet idem.

Secundò adoptio fit auctoritate cuiuslibet magistratus: sed arrogatio solum auctoritate Principis.§.1.Institu. eo. Bart.& Host.in d.c.vnico.eo.titu. Tertiò in arrogatione requiritur verbum expressiuum Principis, ad hæc voluntas arrogantis, & arrogati in adoptione auctoritate voluntas patris & filii,& solius patris cōsensus sufficit, si is filius sit infans. Ad hoc.l.1. & 2.&.l.in adoptionibus.&l.etiam infantem.ff.eo. Quartò in adoptione hodie adoptatus non transit in familiā adoptātis. l.penul.C.eo.nisi, vt ibi habetur,esset adoptatus ab auo,aut alio ascendente arrogatus,& sic non solum ipse,sed res suę,& liberi eius.l.si pater.ff.eod. Vnde cū diuus Augustus vellet Germanicum adoptare,& is nollet ꝓsentire,& sic adoptio non ꝓcedebat callidè suasit Tiberio vt Germanicū adoptaret, qđ fecit:& is Augustus Tyberium postea adoptauit, & ex consequenti habuit Germanicum loco nepotis.ita Suetonius in vita Tyberii,& Iustinianus refert in §.fi.Instit.eo. Quintò arrogatio non absolutè permittitur, sed ita demū, vt sit maior 60. annis, quia minores magis procreationi liberorū studere debēt, nisi morbus,aut valitudo sit in causa,aut subsit alia occasio adoptandi, fortè,quia coniunctam personam velint adoptare. Item non debet quis plures arrogare, nisi subsit causa. Sed nec liberum alienum,nec maiorem minor. Item non permittitur arrogare ei, qui tutelam administrauit, maximè si minor sit vigintiquinque annis, qui arrogatur: fortè enim arrogat, ne rationes reddat. Item non permittitur arrogatio,quādo fit ex turpi causa,fortè arrogat quisvt deprædetur arrogatum, vel arrogat adultam, vt habeat eius copiam facilius. Item tutores nequeunt adoptare eos, quos vt pupillos

Source : BIU Cujas

habent,niſi ſi ad hoc,vel naturali cognatione,vel ſanctiſſima affectione ducantur:in reliquis aũt pupillis prohibetur arrogatio,ne ſit in poteſtate tutorum,aut finire tutelam,aut ſubſtitutionem appa renter factam extinguere.Nam ſi tutor pupillum adoptaret,ſic tutela finiretur,tanq̃ capitis diminutione teſtamentum finitur.§.alio.quibus mo.teſt.infir.† Itẽ æſtimandum eſt,quæ ſint facultates pupilli, & quæ eius qui adoptare velit,vt æſtimetur ex comparatione earum, an ſit ſalubris adoptio. Item cuius vitæ ſit is,qui velit redigere pupillũ in familiam ſuam: & cuius ætatis ſit, vt æſtimetur:an melius ſit de liberis procreandis cogitare eũ, quem ex aliena familia quẽq; redigere in ptãtem ſuã.In cauſę etiã cognitione verſãt, an debeat permitti ei qui vnum,vel plures liberos habet,ado patre alium, ne aut eorũ quos ex iſtis nuptijs procreauit minuatur ſpes: aut ne qui adoptatus ſit minus ꝑcipiat quàm eũ dignũ erat ꝯſequi, nonnunquã ditiorem permititur adoptare pauperi, ſi vitę eius ſobrietas clara ſit,vel affectio honeſta, nec incognita.Iſta patẽt in l. ſi paterfamilias.§.in arrogatione cũ ſeq.& ſeq.ff. eod. Sed in hac arrogatione ſpeciale, quod ſi arrogator eum emancipauerit ſine cauſa, vel in morte eũ exhæredauerit,tenetur relinquere quartam bonorũ, præter bona, quæ adoptiuum patrem tranſtulit, vel acquiſiuit, quia illa habet præcipua.Et hæc quarta conditio,ex lege poteſt peti.§. cũ ãt.Inſt.eo.l.Papinianus.§:ſi quis ex his.de inoffi. teſtam.ff. & in ea quarta poteſt ſubſtituere.l.ſi arogator.co.ti. & adde, ꝙ arrogans debet cauere ſeruo publico,ea quę habuit ex bonis ipſius arrogati, ſe reſtituturũ his ad quos peruentura fuiſſẽt, ſi arrogatus permanſiſſet in ſtatu ſuo.& per hęc prouidẽt ſubſtitutis & legitimis hęredib. arrogati,'& legatarijs qui agere poſſent mortuo arrogato, qua ſtipulatione, ſeu cautione omiſſa,vt hĩ.l.non aliter.cum.l.ſeq.ff.eo poteſt agi utili actione,ex teſtamento,cum pupillare teſtamentum euanuerit capitis diminutione pupilli, quę contingit per arrogationem, cummortuus ſit pupillus in poteſtate aliena,ſecus ſi ipſe in pupillari ętate ſui deceſſiſſet.l.nec ei.in verbo, ſubſtitutionem a parente factã, cũ gl. ff.Hęc autem cognatio legalis diſſoluitur quatuor modis,morte naturali,ciuili,& emancipatione, & ꝑ affecutionem dignitatis,quę liberat a curiali conditione.Hẽ. no.in.d.c.vnico,& ſimiliter notat Hoſt.in.d.§.qualiter.eo tit.

SVMMARIVM.

1 *Frigiditas,ſeu maleficium, pręſtat impedimentum matrimonijs.*
2 *Copulę impotentia, quotuplex ſit,& eius deſcriptio.8.10.*
3 *Caſtrati & ſpadonis etimologiæ.*
4 *Eunuchi,qui ſint,& vnde dicti.Et de eunuchis plura. Et an differant a ſpadonibus.*
5 *Origenes abſcidit ſibi uirilia,ut tutè poſſet mulieribus prędicare.*
6 *Maleficium,nunquid poſsit impedire copulari.Et de maleficijs plura,& qui quidem ridicula 7.*
9 *Impuberes duobus caſibus ualidè contrahunt.*
10 *Cohabitatio triennalis ad ſeparationem matrimonij propter frigiditatẽ, an requiſita. Et quo tempore incipiat currere tempus, & an debeat eſſe continuum.14.15. Et ibi nota ſeptem limitationes. 16.17.18.19.21.28.*
11 *Impotentiæ thori probandæ tria argumenta.*
12 *Practica epiſcoporum,vbi de frigiditate agitur.*
13 *Gratia in ſacramento matrimonij, an conferatur.*
16 *Apoſtoli,an fuerint uxorati.*
20 *Matrimonij contrahendi, quando detur licentia potenti iunctо impotenti*
22 *Hoſtienſis optabat, duas decretales ſuper impedimento matrimonij propter frigiditatem a Papa fieri.*
23 *Obſtetrices ad cognoſcendam impotentiam thori, quales aſſumi debeant.*
24 *Impotentia thori,qualiter alleganda.*
25 *Matrimonium ſemel propter frigiditatem ſeparatum, an ceſſante impedimento poſsit reintegrari.*
26 *Sententia matrimonialis per duas ſententias confirmata, utrum ſit retractabilis.*
27 *Fornicatio mulieri, quæ poſt ſeparationem facta eſt idonea, nunquid poſſit obijci a primo.*
28 *Maleficium,utrum tolli poſsit.*

Vigeſimaoctaua Concluſio.

1 TRigiditas,ſeu maleficium,† præſtat impedimentum matrimonijs. Hæc concluſio recipit declarationes ſequentes. 2 †Prima impotentia coeundi, ita ſolet deſcribi. Eſt vitium,ſeu defectus naturalis,aut accidentalis,quo impeditur alter alteri commiſceri. Sic Hoſt. in Sum. de fri.c.1. vel dic, ſecundum Rayn.in Sum.in princ.eo. tit.& fratrem Io.in Sum.confeſſionum,eo.tit.q.1.& Aſten.li.8 tit.26. ꝙ eſt vitiũ animi vel corporis, vel vtriuſque,quo quis impeditur alij carnaliter commiſceri,quæ deſcriptio ſatis recidit in præcedentem. Secunda declaratio, impotentia copulæ ſm Ray. Gof. & Aſten.in locis alle.eſt duplex,quædam eſt naturalis,quædã accidentalis. rurſus naturalis eſt duplex, q̃dam temporalis, quædã perpetua.tpalis eſt, quæ ꝯtingit naturaliter ꝓpter defectum ætatis, tam in maſculo, q̃ in ſemina. naturalis perpetua contingit in muliere propter nimiam arctationem: in maſculo autẽ,vt no. Io.An. ſcribit in c.laudabilem.eo.ti. contingit quadruplex, aut ex frigiditate, aut nimia carnoſitate, aut ex defectu lanceæ, aut ꝓpter ſiccitatem. Scribit quoque Hoſt. in Sum. huius ti.§.ſi.ver. quid ſi mulierem. id ſe fuiſſe expertum in duabus cauſis, in vna videlicet cauſa, inuentum fuiſſe maſculum,qui habebat membrum ad modum verucæ, & ita paruum,vt vix vrinam poſſet emittere: teſtes quoq; ſui erant admodum ciceris, vt palpando etiam diligenter vix reperiri poſſent, is tamen non erat hermophroditus. aliàs inqt Hoſt.cauendum eſſe,quia ꝯſueuerunt tales nonnunq̃ membrum retrahere, poſtea prolixum extendunt admodum animalis,vt ipſe Hoſt. teſtatur, ſe vidiſſe in ciuitate Dienſi. Adijcit quoque idem Hoſt.in loco proximè alleg.in cauſa quadã, quæ coram eo agebatur,depræhenſum fuiſſe maſculum, qui teſtes habebat ſ.virgam: & ipſam virgam adeo ineptam,ꝙ videbatur eſſe monſtrum,inſuper omnino imberbis erat. Scripſit quoque idem Hoſt. ſubeſſe quædam alia ſigna ſecreta, q̃ ipſe ſcribere erubeſcit,ac ſi iudex ſibi credere vult, cũ hic nõ ſit quæſtio de lana caprina, ſed de animæ periculo, per inſpectionem,& omnes alios modos,& circunſtantias & ſuperiores,& inferiores,tam ex parte viri,q̃ mulieris, omnem diligẽtiam adhibeat,quam poterit.Poſtremò impotentia accidentalia coitus eſt duplex:vna eſt apparens,alia occulta. Apparẽs cõtingit ex caſtratione,ſeu præciſione virilium,& poſt Goff. 3 & Hoſt. in ſuis Summis,ſcribit Aſten. lib.8. tit.28. † ꝙ caſtratus ſit quaſi caſtè natus; & ſpado cui ſpata, vel gladio amputata ſunt virilia.Eunuchus ſe habet ad vtrũq;,pro qua etimologia facit gl.expreſſa in §.ſed illud,de adop.Inſt. in verbo,ſpadones.ad idem gl.in l.ſed eſt quæſitum. in §.1.de lib. & poſth. ff.& ad hoc faciunt illi tex.dum volunt,ꝙ illi generare non facilè poſſunt, ſpadones matrimonium ꝯhere poſſunt & adoptare,& poſthumum hæredem inſtituere, quoniã nec ætas, nec ſterilitas eius rei impedimento ſit, ac idẽ de hermophrodito ſi in eo prævalent virilia. ſed vult ille tex. ꝙ caſtratus,cui natura præſtat impedimentum, hæc omnia nõ poſſit.ad hoc facit.l. ſi ſerua.§.fi.de iu. dot.ff. Sunt tamẽ, q̃ dicãt ꝙ caſtrare ſit ꝓpriè virilia amputare, apud Iuuenalẽ. Nullus ephebũ ſeu caſtrauit in arce Tyrannus. Vlpia.tñ omne genus euiratorũ, ſpadonũ nomine vult contineri: ita.n.de ver.ſigni. ff.ſcribit, Spadonũ generalis appellatio,quo nomĩe ꝯtinent, tã hi q̃ natura ſunt ſpadones.Item Thibiię, & Thalaſſię, ſed ſi ꝙ ſpadonum genus eſt, ꝯtinet. Thibiię q̃d ſint, dic vt ibi ꝑ glo. & eſt glo.ſimilis in l.hi q̃, de ſica.ff.Thalaſias aũt pręter illas glo.eſt is q̃ teſticulos hẽt attritos. adde quòd eunuchi ſe habẽt ad vtrũq;, inde in euangelio Matt. 19. Dominus tentatus a Phariſęis, vtrum ſecũdum legem Moyſi vxores liceret dimittere: omnino fieri prohibuit,quòd diſcipuli ꝯſiderantes dixerunt ei,ſi talis eſt cã hominis,cũ vxore nõ expedit,inquunt,nubere. q̃b. ille rñdit, nõ oẽs capiũt verbũ, ſed q̃bus datũ eſt. Sunt.n. inquit ille tex.& facit in ꝓpoſito eunuchi,q̃ de vtero mris nati ſunt.& ſunt eunuchi q̃ ab omnibus enuchizati ſunt;& ſunt 4 eunuchi q̃ ſe caſtrauerũt ꝓp regnũ cælorum†.eunuchi ãt dicti ſunt,q̃a id genus,vt eſt apud Terentiũ in eunucho,adhibebat ſeruandis cubilibus regũ,de quo ẽt in text. & glo.in l.ſi ſeruus ſeruũ.§. ſi q̃s puerũ,ad.l.Aq̃.§. & ĩ actis Apoſtolorũ legiẽ. c.8.de eunucho Cãdacis reginę ad quã cũ veheretĩ curu,trãslatus eſt Philippus Apoſtolus, quem baptizauit. apud Hieremiam, ca. 33. legitur de Abdemelech eunucho Sedechiæ regis,q̃ Hieremiæ in lacũ miſſo ꝯpaſſus eſt, quãuis vtroq; loco Nic. de Lira affirmat, eos fuiſſe eunuchos non ex præciſione membrorum genitalium, ſed ex caſtitate morum,& ante de Lira Hieron. quem ipſe de Lira in locis allegatis non commemorat. idem ſenſit in lib.inuectiuo, ꝫ Iouinianum, cap. 7. Hi ſunt,inquit,enunchi q̃ ſe lignum aridum ob ſterilitatem putantes audiunt per Eſaiam,quòd pro filijs, & filiabus habeãt locum in cælis paratum, horum inquit tippus eſt Abdemelech eunuchus in Hieremia.& ſpado ille Candacis reginæ,in Actibus Apoſtolorũ, qui ob robur fidei viri nomen obtinuit. His adde,ꝙ quidam affirmant ſpadonem,& eunuchum Græcè in nullo differre,niſi ꝙ elegantius & magis Atticum eſt ſpadonem quàm eunuchum dicere. Dicitur autem ſpado, vel a ſpata,vt prius;vel a ſpazo,quod eſt aufero,euello, quod ab eo maxima pars virilitatis auferatur.& quamuis text.in d.§.ſi q̃s puerum.dicat, ꝙ pro caſtratione ſerui non detur Aquilia:tamen imminet grauior pæna.ſ. legis Corneliæ, quæ eſt vltimũ ſupplicium.l.de eunucho.C.l. 3.§. qui hominem.& l. ſequen. §.qui in ſeruos.de ſicar.ff.& vult ille tex. ꝙ in caſu iſto in detectationem

ſtationem criminis poſſit procedi contra abſentes. iudæis autem, quod ī l. ſcriptum eſt, anima cuius præputij caro, &c. habetur in c. maiores. de baptiſ. hæc pœna caſtrationis nō imponitur, ſed hominib. alterius ſectæ, habetur in l. circuncidere. de ſica. ff. Subiiciunt autem Canoniſtæ, ꝙ eunuchi a natura, aut ſecti in cunabulis, ſiue pro euitatione morbi, vt noſtri dicunt, lepræ: ſiue pro aliqua perſecutione, quæ tamen non prouenit ex culpa, vt fingunt de illo, qui per maritum deprehenſus in actu flagranti adulterij ſectus eſt teſticulis, tales licitè promouentur. c. 2. cum duobus ſeq. c. ex parte. c. ſi qui. de corp. vitia. & optabant Hoſtien. & Io. And. in c. ex parte, alle. omnes clericos præciſos eſſe genitalibus. Ad prædicta facit c. eunuchus. cum duobus ſeq. diſt. 55. ſecus tamen eſt de his, qui credentes mereri, ſine cauſa feciſſent ſibi præſcindi virilia, quia hi non perducuntur ad clericum, cum quibus tamē diſpenſat epiſcopus. in d. c. ex parte, & habetur in c. hi qui. & c. ſi quis abſciderit. 55. di. vbi gl. refert de Marco, qui ſibi præ-
5 ſcidit pollicem, arbitratus ſe indignū ſacerdotio. † De Origene autem, cuius etiam meminit illa gl. habetur in hiſtoria ſcolaſtica, lib. 7. qui ſibi præſcidit virilia, vt paulo liberius poſſet prædicare mulierib. & id non eſt trahendum ad conſequentiam, recitant Hoſ. & Io. An. in d. c. ex parte. Scribit verò lex, ꝙ habens vnicum teſticulum, neq; ſit morboſus, neq; vitioſus, & poſſit generare. l. Pomponius. de ædil. edi. ff. Scribit etiā tex. l. ædilis. §. ſed etiam. eo. tit. d: ædi. edi. ff. quædam eſſe, quæ in hominib. morbum faciunt, in iumentis non adeo, vtpote, ſi mulus caſtratus ſit, neque morbi, neque vitij quid habere videtur, quia neque de fortitudine eius quid detrahitur, neq; de vtilitate, cum ad generandum nunquam ſit habilis, refert etiam id' gl. in d. l. ſpadonem. Occulta impotentia creandi eſt, quæ prouenit ex maleficiis, quæ dicuntur ſortilegia, vel factu
ræ. Scribit autem Aſten. lib. 4. ti. 29. quoſdam dixiſſe, ꝙ maleficium nihil eſſet in mundo, niſi in opinione hominum, qui naturales effectus, quorum cauſæ, quia ſunt occultæ, maleficiis imputabāt: ſed hoc, inquit ille, contra Sanctos, qui dicūt, ꝙ dęmones habeant poteſtatem ſupra corpora, & imaginationes hominum, cum Deus permittit, vnde per eos malefici aliqua ſigna facere poſſunt: inde qui ipſos inducunt ad talia facienda, malefici dicuntur. Refert quoque ille, vt in propoſito aliquos dicere melius, ꝙ per maleficia poſſit carnali
6 copulæ præſtari impedimentum. † Adiicit quoque idē Aſtē. poſt Bona. in 4. diſti. 34. q. 1. ar. 3. c. 3. ꝙ velut diabolo eſt magis permiſſa poteſtas ſuper ſerpentes, quàm alia animalia in prioris facti memoriam: vnde ſerpētes magis quàm aues incantationibus decipiuntur. ſic actus generationis, quia eſt vitioſus, vt plurimum, & quodammodo fœtidus, & homines in illo actu libidinosè iunguntur, & in pluribus: ideo actum illum magis diabolo permittitur impedire. inde apud Thobiā Aſmodeus dicitur interfeciſſe viros, in lecto non in cōuiuio. Adde his, ꝙ ſcribit Hoſt. tit. iſto. §. quæ impotentia, verſi. occulta, ꝙ ſic nonnunquam maleficiantur homines, quod reddūtur impotentes omnibus præterquam vni, & hoc malefi cium vocatur ſortilegium, cum tunc videtur adulteriū. Refert ibidem Hoſt. ſic maleficiatum fuiſſe Comitem quendā, qui annos 20. ſtetit cum vxore, non valens cognoſcere eam: & tamen cognouit ceſſante maleficio. Quomodo autem cōtingere poſſit, ꝙ actus generationis impediat reſpectu vnius mulieris, & non reſpectu alterius, & quo pacto diabolus id ef 11
ficiat. ſ. præſtet impedimentum impedimento intrinſeco organum non lædendo, ſed extrinſeco impediendo vſum, vide quod idem Aſten. loco proximè allegato ſcribit, poſt Pet. de Pal. in 4. diſt. 34. ar. 4. His adde, ꝙ Arnaldus de Villanoua ſcribit in operibus ſuis, ſub rub. de remediis & experimentis con
7 tra maleficia, † ꝙ maleficia quædam de animatis fiunt, vt teſti 12
culi galli ſuppoſiti lecto, cum ſanguine efficiunt, ne maritus concubat in lecto cum muliere. Et adiicit ille, ꝙ maleficia q̄dam fiunt cum ſanguine veſpertilionis, quædam verò de terræ naſcentibus, vt ſi glans, vel nux ſeparetur: quorum medietas ex vna parte viæ ponatur, & alia ex alia parte, ex qua ſponſus, aut ſponſa debet venire. Sunt quoque, ſecundum eundē Arnaldum, maleficia quædam, quæ in granis fabarum ꝑficiūtur, ꝙ nec apta mollificantur, nec igne coquuntur, ꝙ maleficium eſt peſſimum, ſi. 4. illarū, vel tres ſub lecto, vel in lecto, vel in terra ſupra oſtium, vel circa ponantur. Poſtremò ait, q̄dam eſſe maleficia metallica, quæ fiunt ex ferro, vel plūbo: & quædā quæ fiunt ex acu, qua mortui, vel mortuæ ſuuntur in ſudariis. & quia hæc diabolica, maximè in mulieribus fiunt, quædam diuinis, quædam humanis curantur auxiliis, de qb. remediis illic plenè no. idem Arnaldus. quæ dicta, quia videntur eſſe ridicula, & ſuperſtitioſa, ego non retuliſſem, niſi quia etiam illi duo canonum vertices, Hoſt. & Io. An. ſimilia referunt, in c. fi. eo. ti. dum dicunt, ſcriptum eſſe in practica Cōſtā tini, in rub. de his qui male. impe. cum vxorib. coire nequeūt ꝙ maleficium fabarum peſſimū eſt, ꝙ magis diuinitùs, quàm humanitus curari poteſt, quaſi diceret ipſum nō ſit miraculosè curari, per ꝙ habet eccleſia ꝙ maleficiū poteſt eſſe perpetuum. & conſuluit Hoſti. ꝙ eccleſia in hoc recurrat ad remedia, quæ ibi ponuntur, & in his dicit Hoſt. recurrendū eſſe ad medicos, tanquam magis expertos, & ſatis poteſt, inquit Hoſt. eccleſia tolerare, & reſcindere vana vanis.

8 Tertia declaratio † impotentia copulæ, quæ prouenit ratione ætatis, quamdiu durat. i. vſq; ad pubertatem ſolum impedit matrimonium contrahi, ſed dirimit iā contractum. ita probatur in c. j. 2. & c. literas. c. acceſſit. de deſpon. impu. & regulariter impuberes, non ſunt idonei ad copulam carnalem, quia hæc potentia pręſumptione iuris accedit poſt pubertatem, vt in d. iuribus, in l. ſi vxor, ff. de adul. in c. 1. de delic. puero. & nota ꝙ dixi ſolum vſq; ad pubertatem, nam poſt pubertatem non impedit neq; dirimit, ſed opus eſt expectare vſq; ad plenam pubertatem, quæ eſt in 18. anno. in l. Mella. de ali. leg. ff. Nam contingere poſſet puberem adhuc ſtatim poſt pubertatem non eſſe idoneum, nec potētem, qui talis non impeditur matrimonium contrahere, & contractū per cum non ſtatim dirimitur. Doct. ita tenent cōiter in c. 3. alleg. reprobata gl. ibi, ac viſi ſunt ſæpenumero aliqui poſt pubertatem impotentes. ad hoc. §. per occaſionem. de nup. coll.
9 4. † & adde ꝙ duobus caſibus poſſunt impuberes validè contrahere. Primus eſt, quando conſtat de potentia coeundi, de facto, quod ſe mutuò cognouerunt. ita probat tex. in c. alleg. puberes. nam licet minor ann. non ſit idoneus ad generationem, vel copulam, tamen conſtat de contrario, tunc vt dicūt Doc. præſumptio cedit veritati. Secundò, quando aliàs appa ret de copula cum aliis, vtpote, ſi minor 14. annis contrahens matrimoniū cognouit alias mulieres, & mulier ante duodecimum annum fuit ab aliis cognita, ad hoc. c. de illis. il 2. dū dicit, ꝙ potuerunt carnaliter cōmiſceri, licet Hoſt. poſt Tācre. cū violatione literæ ibi intelligat, ꝙ de facto ſe cognouerūt, ſed primum mihi vī verius, ꝙ ibi tenent Inno. vterque Abb. & Io. An. ad hoc facit tex. illius c. de illis. il 2. qui non requirit apertè copulam de facto, ſed ſolum potētiam. plus ego idem eſſe puto, ſi potentia copulæ nō appareat de facto, ſed aliūde colligatur, vt ex ſignis, puta ſi ex aſpectu corporis, lanugine, aut aliis ſignis intrinſecis mulier, aut maſculus ſunt apti ad copulam, ita Panor. in d. c. de illis. per illum tex. dum dicit, potuerunt carnaliter cōmiſceri & Abb. antiq. dicit, ꝙ de diſtantia a pubertate determinandum eſt ſecundum plus & minus per diuerſam diſpoſitionem membrorū, & ſagacitatis. & aduerte tu, ꝙ iura de hac materia loquentia, inquantum dicūt ꝙ in his malitia ſuppleat ætatem, intelligenda ſunt de malitia, ſeu vigore naturali, aut potentia coeundi: non autem intel igenda ſunt de malitia, ſeu aſtutia in agendis.

10 Quarta declaratio eſt, † ꝙ propter impotentiam copulæ prouenientem ex frigiditate in viro, aut arctitudine in muliere, ſeparetur matrimonium, requiritur cohabitatio triennalis cmputanda ex die, quo egerunt pœnitentiam, & fuit illud tempus per iudicem aſſignatū. ad hoc. c. laudabilem. eo. tit. ibi, indulgendum ſit, ſubaudi a iudice. & hoc ibi no. Gof. & Hoſt. & ſatis ibi concordat Bernar. in gl. ac ꝙ ſi prius. hoc ēt no. Hoſt. in Sum. huius tit. §. qualiter. ver. qd ſi maritus. & in ver. quid ſi potentia. † & tu aduerte tria eſſe
11 argumenta probandæ impotentiæ. Primum eſt aſpectus corporis. c. fraternitatis. eo. tit. Secundum eſt cohabitatio triennalis, iuxta formam præmiſſam, de qua in d. c. laudabilem. Terrium, iuramētum proprium, cum ſeptima manu propinquorum, vt in c. proximè alleg. habetur. Dicūr autem noſtri, potiſſimum Hoſtiē. vbi. §. praticam in ea re eſſe, ꝙ † epiſcopus, ad quem ſpectat cognitio cauſarum matrimonialium, debet primum iniungere coniugibus, vt de commiſſis agant pœnitentiam: poteſt. n. peccatum eſſe in cauſa, arg. c. cum infirmitas. de pęni. & remiſ. vt ſic Deo placeant, qui matrimonii fuit inſtitutor, inde recepto ſacro debet præcipere, vt ſimul habitent & bona fide vterq; det operam ad debitū carnale hinc-inde reddendum, vir in perficiendo, mulier in patiendo, ita ꝙ neuter aliquam fraudem adhibeat. & ſi ſic per continuum triennium cohabitauerint, in capite ieiunij veniant iterū ad epiſcopum dicentes, quod ſicut promiſerūt ei, factum eſt, & tentatum, nec potuerū: effici vna caro. Iurabit maritus ſe naturaliter frigidum, & mandatum ipſum ſibi iniunctum toto poſſe impleuiſſe, quandoq; nec motum carnalem ſentire potuit, & mulier idem affirmabit, & adducet vterq; parentes ſeptem; vel ſi abſint, ſeptem vicinos bonæ famæ, qui iurabunt ſe credere eos vera iuraſſe. Ac tum demum recepto illorum ſacramēto, & iuramento propinquorum, dirimitur matrimonium, & dabitur vtriq; licentia contrahendi, & meo iudicio

non

Source : BIU Cujas

nõ erit malum in hoc negotio graui,quo de periculo animæ agitur,ſi iudex ex officio inquirat,an aliquis interim de vicinia cognouerit,an vxor eius ſit virgo, & omnẽ adhibeat diligentiam, quæ põt ſeruari, argu.c.vbi periculum.de elec.in 6. Prædictis adde tex.in c.ſi per ſortiarias. 33.q.1.qui vult, ꝙ hi, quibus hæc maleficia eueniunt,hortandi ſunt,vt corde contrito,ſpiritu humiliato Deo, ſacerdoti,de omnibus peccatis ſuis puram faciant cõfeſſionem,profuſis lachrymis, & largioribus eleemoſynis,& orationibus, ac ieiuniis Domino ſatisfaciant per exorciſmos ac cætera eccleſiaſticæ medicinæ munia, miniſtri eccleſiæ tales quantum Dominus annuerit, qui Abimelech,ac domum eius Abrahæ orationibus ſanauit,ſanare procurent.ꝙ ſi fortè ſanari non potuerint, ſeparari vale
13 bunt.† Prædictis ſatis appoſitè adiici põt,quod Hoſti.Io.An. & Panor.no.in c.vnico.§.ſcire.de ſacra vnctio.vbi volunt,ac ſcribunt, Theologos dicere,ꝙ ſi fideles vacent orationibus, & ea intentione,qua debent contrahant, & aliàs ſe ad gratiã habilitent,aliqua datur in ſacr̃o matrimonij gratia. Citius.n. Deus dat prolem,carnis pruritus minus ſentiunt.Prouerbiorum.9.in fi.aquæ furtiuæ dulciores ſunt,& panis abſconditus ſuauior,fortiores redduntur ad fi.ſibi inuicem ſeruandã,magis abundant in tpalibus,& diuitiis,& cõſolatius viuunt. Ad hoc facit Thobiæ.6.ibi,hi namq; qui cõiugium ita ſuſcipiũt, vt Deum a ſe excutiant,& ſuæ libidini vacent,& quæ ſequuntur ibi, vſq; ad fin.ad idem Thobiæ.8.per totum, & maximè ibi,filij quippe Sanctorum,&c.Et ſubiiciũt prædicti Hoſt.Io. And.& Pan.certum eſſe, ꝙ inter coniuges opus carnis abſq; peccato perficitur.per quod fatendum eſt in matrimonio aliquam gratiam ꝫferri contra triplicem inordinationem.Contra concupiſcentiam,quia concupiſcentia inclinat ad multas mulieres:ſed per gratiã ſacr̃i vni ſoli vult cõiungi,& inde oritur bonum prolis. Secunda,quia inclinat ad ſolã delectationem : ſed gratia ſacr̃i inclinat ad prolem, inde oritur bonum fidei.Tertia inordinatio concupiſcentię,quia poſt impletionem faſtidium generat, inde luxurioſus quærit aliam : ſed in ſacr̃o datur gratia,vt ſemper velit eſſe cũ vna, & ſic oritur bonum ſacramenti. Nec ob.ꝙ contrahitur matrimonium mediante pecunia,quia illud toleratur pp onera matrimonij,ar. eorum quæ leguntur,& no.in c.ſalubriter.de vſur.& quia potius ordinatur ad carnalitatem.ſ.prolis ſuſceptionem,q̃ ad ſpiritualitatem:& ſi de benedictione reciperetur pretium, eſſet ſimonia.de ſimo.cũ in eccleſiæ,& quod ibi notatur :nec eſt dos de eſſe matrimonij.Ad id,quod dici poſſet,ꝙ hoc ſacr̃m eſt infidelibus commune,quibus non ꝫfertur gratia.Reſpondetur,ꝙ id non eſt ex defectu ſacr̃i, ſed inhabilitate ipſorum, ac ſi exiſtens in mortali peccato recipiat euchariſtiam, vel fictus,aut ꝫditionaliter coactus recipit baptiſmũ. De materia dicunt noſtri videndum eſſe Thomam in 4.diſ.26.q.2.arti.3.

14 Circa hanc quartam †declarationem,incidunt duę difficultates,& ſeptem limitationes. Quantum ad primũ:Prima difficultas eſt,a quo tpe incipiat currere iſtud triennium.Secunda eſt,an tempus debeat eſſe continuum. Circa primam difficultatem,ego lego duas opiniones.Prima,Hoſt.& Io.And. in d.c.ſin.ꝙ incipiat hoc triennium a præcepto iudicis, ſeu a tpe pęnitentiæ perfectæ,ſecundum pręceptum iudicis.idem Hoſt.tenet in Sum.§.qualiter.ver.ſed ſi vir.ſecũda opinio eſt Vincen.Ab.& Inn.in d.c.fi.quam Panor.ſequitur,ꝙ ſufficiat eos cohabitaſſe triẽnio,ſiue ante,ſiue poſt tempus monitionis factæ per iudicem.Et hæc opinio probatur ibi,ſi intra prędictos annos . Nam loquitur de illis annis, qui præceſſerunt querelam nunc oppoſitam coram iudicib.fatetur tamen Panor.ꝙ poſt pęnitentiam iniunctã debent cohabitare,aliquo tpe arbitrio iudicis moderando. & hoc probat litera ibi,& ſi fortè procederet Deo.Sed pro opinione præcedente multũ vrget tex.in c.laudabilem.in prin.ibi, indulgendum, ſupplea Principe.neq; ob.d.c.fi.ſed magis ꝫcordat:quia licet ibi poſt octo annos videatur facta petitio, tamen intelligi põt, quod cauſa fuerit antea diutius ventilata, & ad præceptum iudicis pęnitentiam egerunt, & ſimul triẽnio cohabitauerunt,ſicut manifeſtè innuit tex.ille pauloante finem ibi,qui poſt plures terminos,ſubaudi a iudicibus datos, qui termini contineant triennium . Item vrget pro iſta opinione,quod ad præceptũ iudicis debent primitus confiteri ſua peccata.poſſet.n.peccatum eſſe cauſa retardationis copulæ.Si enim peccatum eſſet in cauſa, quid prodeſſet tempus ꝙ præceſſiſſet pęnitentiam. & hæc fundamenta multum vrgent ꝓ opinione præcedẽte.

15 Secunda difficultas,†an hæc cohabitatio triennalis debeat eſſe cõtinua i.quod coniuges die, & noctu ſtent in actu ipſo cohabitationis.& profecto ſi quis inſpiciat corticem d.c.fi.hoc tempus debet eſſe continuum. Præterea,ꝙ tempus ſui natura debet eſſe cõtinuum,quia eſt menſura motus primi mobilis,qui motus eſt vniformis,& ꝫtinuus,ita poſt Ariſtotelẽ gl.in verbo,ſubſtãtia,in §.ꝙ ſi frumentum , de rer.diui.aliquid per gl.in rub.de diuer. & temp. præſcrip.ff.Facit ꝙ loco anni vtilis olim dati ad petendam reſtitutionem.§.rurſus.de act.Inſt.hodie datur quadriennium continuum.l.ſuperuacuam,de tempo.in integ.reſti.peten.C. & in c.vnico,eo.ti.in 6.vbi eſt gl.de annis vtilibus, & ꝫtinuis. Item facit ꝙ ſeruus dn̄ eſſe nouitius,qui nõ ſtetit in vrbe anno continuo.l.interdum.§. quoties.de publi.ff. Ad prædicta facit,ꝙ quidam tenent,ꝙ ad faciendum profeſſionem requiratur annus continuus,ita poſt Bar.in d.§. quoties.poſt Io.de Lig.tenent Panor.in c.ad apoſtolicam,de reg.quãuis.vt Bar. & Panor. referant quoſdam oppoſitum firmaſſe, vt Bartho. Brixien.q.vene.58. & Spec.de ſta. mona.verſic.38.& Pau.de Eleaza.in cle.1.de reg.Sed pro opi.præcedente facit, quia intermiſſum,& interpolatum tempus probationis minuit aſperitatem regulæ.Negari.n.non põt,quin grauius ſit ducere abſtinentiam per annum eõtinuum,q̃ interpolatum.ex his videtur ꝙ hoc triennium cohabitationis debeat eſſe ꝫtinuũ , tum per rationes prædictas,tum ēt ſequendo,vt dixi corticẽ tex.in d.c.fi.Sed opi.cõtraria videtur mihi verior: durum.n. eſſet dicere,& impoſſibile,ꝙ in illo quinquennio eſſent ꝫiuges continuò dantes operam copulæ carnali.incidunt ēt aliqua terminorum tpa, quibus eſt ceſſandum a copula de honeſtate,vnde tex.in d.c.fi.qui dicit continuum,eſt intelligendus congruis locis,& tpibus.verba.n ſunt ciuiliter intelligenda,in l.ſi cui,de ſerui.ff.vnde in ſimili,dum gl.in auc.interdicimus.de epiſ.& cler.vult ꝙ ludus ſchacorum eſt clericis pmiſſus. Doc.ſuſtinent illam gl.a Ia. de Ra.& Pet.reprobatam.& dicunt,ꝙ velut, cum dn̄ pſalterium nunquam excidat de manu clerici,de conſe.di.5.nunquam.id eſſe ciuiliter intelligendum.ſ.horis congruis,quibus diuinis non eſt vacandũ. ſufficit ita ꝙ coniuges in hoc triennio inſiſtant copulæ congruis horis,quibus homines conſueuerunt ad actum copulæ exercitari. Ad hoc ar.l.1.§.duo aũt genera,& §.ꝙ autem.de aqua quo.& æſti.ff. Ex l.foramen.de ſerui.vrba.prædio.ff.ꝙ ſi infirmitate,peregrinatione,vel alio caſu impediãtur, videtur tps reſtituendum, arg.l.1.§.3.& §.ꝙ ſi per inundationem.de iti. actuq; priua.ff.Aliud dicere, eſſet obligare ad impoſſibile.eſſet etiam tollere peregrinationes, & alia negotia neceſſaria, & obligare ad copulam, temporibus ieiuniorum, quibus de honeſtate,vt dixi,eſt ceſſandum. Quantum ad ſecundum,ſcilicet limitationes huius quartæ declarationis.

Limitatio prima.

16 Prima limitatio eſt,† ꝙ ſeparatio matrimonij non expectato triennio fieri põt, ſi apparet de impotentia coeundi ex cõfeſſione amborum partium,& tunc erit tempus arbitrarium. ſic Hoſt.in Sum.§.qualiter.& frater Io.in Sum.cõfeſſionum.eo. ti.q.16. Sic Vincen.Pet.Inn. Hoſt.& Io.An.in c.laudabilẽ.& mouentur per tex.ibi in §.ꝙ ſi verbo.Adijciunt ēt tex.c.1.§.1.eo.tit. vbi idem tenet Henri. Boic. & hæc opin. quamuis ſit communis, mihi non placet. & quicquid Doctores dicant, puto ꝙ in caſu iſto, quando etiam vterque coniugum fatetur impedimentum,tamen debeat dari triennium . Illud.n.tempus datur ad experientiam copulæ coniugalis, vt eſt,quando frigiditas prius probari nõ põt, vt patet in tex.d.c.laudabilem. quæ ratio fortius vrget , quando vterq; fatetur frigiditatẽ ſine alia probatione q̃ quãdo vnus aſſerit,& alius negat. Nam ſæpe dubitatur,an frigiditas ſit naturalis & perpetua,an accidentialis & tpalis,& ideo ex quo verè probari non põt,voluit tex.d.c.laudabilem,ꝙ debeat dari triennium, vt appareat ex curſu tpis, an ſit tẽporalis, an perpetua . Præterea ille tex.dat triennium,vbi frigiditas prius probari non põt per confeſſionem coniugum , non hn̄ vera probatio.c.ſuper eo.de eo qui cog.conſan. Nec iurm propinquorum ſufficit, quia illi iurãt de credulitate. vnde Panor.qui ſequitur hanc opi.in d.c.laudabilẽ, qui eſt.c.fi.dicit,ꝙ ibi dn̄ de triennio, concernit totã literam illius tex.& hic intellectus multum applaudet illi literæ, & eſt multũ tutus . Ad tex.d.c.1.qui prima facie multum vrget pro cõi,tu reſponde dupliciter.Primò,ſecundum Lau. illud capitulum non tenere, cum neſciamus auctorem illius , patet ex ſubſcriptione ipſius. idem Vincen. tenet allegans.l. fi.ad l.fal.ff.Sed hæc ſolutio, quam non recipiunt Hoſt.Goff. Abb.anti.Pet.Io.An.mihi ēt non placet:putant.n.hi, illud capitulum eſſe auctenticum . Non ob.ꝙ neſcianus auctorẽ pp vtilitatem quam continet,& quia iamdiu eſt approbatum,& circa hoc non eſt inſiſtendum, ex quo eſt inſertum in hac pa pali cõſtitutione,ſeu compilatione. Tu ergo dic ſecundò, & melius, principium illius c.debere intelligi, qñ ambo coniuges confitentur impedimentum,& poteſt ipſum probari per

aliqua

aliqua ſigna frigiditatis, cum iuramento propinquorum. ſ. vt coniuges iurent de veritate, conſanguinei de credulitate. i. ꝙ credunt illos verum iurare. His concurrentibus ſtatim matrimonium ſeparatur, non expectato curſu triennij. Inde Panor. reprobata gl. 1. ibi, inquantum vult, verum iudicium eſſe iuramentum cum ſeptima manu propinquorum, intelligit rectè, & melius verum iudicium eſſe, quàm vltra iuramenta offertur probatio per ſigna impotentiæ. idem quoq; Panor. verſi. illa. ibi, poſitum in cuius. ſ. & ſequen. incipiente, ſinautē, multum laborant Doct. intelligit, quando mulier confitetur impedimētum, & vir negat, nec mulier proclamauit in exordio matrimonij: tunc enim quia concurrunt duæ præſumtiones contra mulierem, ſ. ꝙ tardè proclamauit, quia vir dicit ſe eam non cognouiſſe, non debet mulier audiri, quæ veraciter non poteſt probare intentionem ſuam, licet aliqua ſigna inducat: ſed tunc debet excludi, vt non audiatur petens probationem de præſenti, ſed poſt cohabitationem triennalem, ſi probat per aliqua ſigna, puta quia reperitur adhuc virgo, & offert iuramentum cum ſeptima propinquorum manu. Tu etiam dic, ꝙ ille verſi. illa, ſecundum Doc. poſſet intelligi, quando mulier erat corrupta: nam tunc de facili non poteſt probari impedimentum mariti. verſi. ſi autem. ibi poſitus debet intelligi, quando mulier in nouitate proclamauit, & per aliqua ſigna poteſt probari impotentia mariti. tunc enim debet audiri, vt fuit dictum. Et in iſtis debet eſſe iudex diſcretus, & ſemper exigere potius probationes ſuperfluas, quàm defectiuas, cum agatur de ſeparatione matrimonij, & periculo animarum.

Limitatio ſecunda.

17 Secunda limitatio eſt, † vt propter frigiditatem, aut aliam impotentiam non requiratur cohabitatio triennalis, quando impotentia eſt naturalis, ac notoria, vt quia vir, vel mulier, non habet inſtrumentum; vel habet, ſed euidenter, & penitus inutile, ad hoc tex. d. c. laudabilē. ibi, ſi frigiditas prius probari non poſſit. Ratio, quia in certis non eſt locus coniecturis. l. continuus. §. cum ita. de verb. ob. Et quia hodie conſtat, hodie agatur. l. ſi is a quo, vt in poſ. leg. ff. Sic tenent Inno. Hoſt. Io. And. Hen. Boic, in d. c. 1. idem Hoſt. eo. ti. §. qualiter. ver. porro. Dicunt autem Doc. in d. c. i. ꝙ ſi tempore contractus mulier affirmabat ſe virginem, ac poſtea fatetur ſe ab alio fuiſſe corrupram, ꝙ non eſt audienda, vtpote quæ allegat turpitudinem ſuam, arg. l. cum profitearis, de reuo. do. C. ꝙ ſi affirmabat ſe pro corrupta tpe contracti matrimoni, qa erat vidua, vel conſtabat eam ante matrimonium ab alio fuiſſe corruptā, inſpiciendus eſt vir: & ſi per ipſius inſpectionem ſtatim poteſt de defectu cōſtare, tunc poterit ſtatim ſeparari matrimonium, ita Hoſti. & Io. And. in d. decre. 1. quæ, vt vult Panor. ſolet reputari difficilis, & deuiat a deciſionibus.

Limitatio tertia.

18 Tertia limitatio eſt, † niſi eſſet impedimētum mulieris tale, cui ope medicorum per inciſiones, aut alias poſſet ſubueniri. ſic loquitur tex. in §. nos autē. & in §. ꝑ hoc autem. in c. fraternitatis. ſecus dicunt Doc. ſi inſtrumentum naturale mulieris eſſet ex toto impeditum, aut deeſſet competens, ꝙ vrinæ emittendæ non eſſet capax, vt perinde eſſet ac ſi nō haberet, arg. l. j. in fi. ꝙ cuiuſq; vniuerſi. ff. l. quoties. qui ſatiſd. cog. ff. c. inter corporalia. §. ſed neq;. de tranſla. præla. & idem erit, ſi per impedimenta nō curabilia arte medicorum mulier non eſt apta ad viriles amplexus. ad hoc, c. ex literis, & c. fraternitatis. eo. tit. inde lex dicit, ꝙ mulier, quæ eſt ita arcta, vt mulier effici non poſſit, ſana non eſt: imò eſt in redhibitione, ſicut & illa, quę nullo modo purgatur, aut quæ bis in menſe purgatur. Si aūt ſanari poſſit, perinde hī, ac ſi nunquam morboſa fuiſſet. l. quæritur. cū duab. ſeq. de ædi. edi. ff. & eo. loco traditur, mulierē eſſe in caſu redhibitionis, quæ vitio vuluæ parit ꝓmortuos. idē dic de ſterili, ſi vitio corporis id cōtingat, ſecus ſi natura. qua ēt rōne affirmat lex, eum eſſe in caſu redhibitionis, qui vitio veſicæ vrinam faceret in lecto: ſecus ſi id contingeret interdum, quia ſomno, aut vino oppreſſius eſſet, aut inertia, ſeu pigritia ſurgendi. Dicunt ēt Doc. de muliere, quæ adeo lata eſt, vt nullo mō poſſit cognoſci. Hoſ. in Sum. huius ti. dicit fuiſſe apud Craſſam, ꝙ impediatur matrimonium cū ea. ſic Hoſ. in loco proximè alleg. idē dicit Hoſt. in c. ꝓſultationi. eo. ti. Io. An. dicebat, id coram ſe ꝓtigiſſe: & ſubiicit ipſe, idē eſſe ſi ex aliqua latenti infirmitate oīno redderetur incognoſcibilis, ſicut accidit, dicit idem Io. An. in pede mōtis Tauri. diece. in quadā pulcherrima Dña nomine Caracoſa, quæ intendens placere viro ſuo, ita inſtro ſuo medicamenta applicuit, ꝙ deinceps nec vir, nec alius eā potuit cognoſcere. dicit tñ Hoſt. ꝙ matrimonium nō impediretur, ſi mulier aliquātulum lata poſſet cognoſci, quamuis cōcipere non poſſet. idē, ſi vrinā in lecto faciat, aut ſi mortuos pariat, quia hoc edictum eſt prohibitorium. c. apud. de ſpon. & cum Hoſtien. concordat Goffr. in Sum. eod titu. 2. verſicu. quid ſi mulier. Aſtenſis, lib. 8. titu. 27. in princip.

Limitatio quarta.

19 Quarta limitatio eſt, † quod non ſeparetur matrimonium, quando potens & impotens cōſentiunt ſimul manere. ad hoc, c. conſultationi, eo. ti. & quamuis vt ibi Doc. dicunt, inter potentem, & impotentem, etiam ſi ſcienter contrahunt, non ſit verum matrimonium, cum deſint ibi cauſæ inſtitutionis matrimonii: deeſt enim ſpes ſobolis & occaſio vitandæ fornicationis: tamen potens ſcienter contrahens eſt obligatus ad manendum cum impotente, ēt tractandam, vt ſororem. Ad hoc tex. in d. c. conſultationi. vbi Ioan. Andr. dicit ꝙ ſi ambo, vel alter eorum, tunc viuant ſic volentes luxuriam ſuam palliare occurret epiſcopus. ar. c. 1. de offic. ord Ad prædicta afferri ſolet, ꝙ Apoſto. Pau. ſcribit 1. Cor. 9. nunquid non habemus poteſtatem ſororem mulierem circūducēdi, ſicut cæteri Apoſtoli, & fratres Domini, & Cephas reſtringatur ī c. omnino fatemur. 31. diſt. & in c. iam nunc. 28. q. 1. in fi. & tu aduerte ad illam authoritatē, ꝙ velut Chriſtum ſecutæ ſunt mulieres quædam deuotæ, de ſua ſubſtantia, & ſuis facultatibus miniſtrantes ei. Matth. 27. & Luc. 8. ita fuit de Apoſtolis poſt ipſius Chriſti Aſcenſionem. ita intelligebatur authoritas illa Apoſtoli Pauli, ita Hieronymus in lib. 8. contra Iouinianum. c. 14. perſpicuum, inquit, eſt non vxores debere intelligi, ſed eas vt diximus, quæ de ſua ſubſtātia miniſtrabant, ꝙ in veteri l. de Sunamite ſcribitur, quæ ſolita ſic Heliſæum recipere, & ponere ei mēſam & panem & cā delabrū. Aut certè, inquit idem Hieron. ſi in authoritate præmiſſa Apoſt. vxores accipiam' nō ſorores: id ꝙ addit, ſorores, tollit vxores, & oñdit eas germanas ī ſpiritu fuiſſe nō ꝙinges: q̄q̄ inqt, excepto Apoſtolo Petro, nō ſit manifeſtè relatū de alijs Apoſtolis, ꝙ vxores habuerint. Ad prædicta, quæ in exordio huius limitationis dicta ſunt facit, quia coniuges etiā potentes ad copulam, poſſunt ſi velit, ſimul caſtè manere. ca. ꝙ Deo patri. 33. q. 5. Dicunt tamen Doct. ꝙ ſi potens relicta impotente, cum qua ſcienter contraxit, contrahat cum alia, tenet matrimonium cum illa ſecunda: nam vt dixi cum prima non fuit matrimonium. vide ſimile in eo, qui contraxit cum minore. nā licet ſit obligatus ad expectandum donec peruenerit ad maiorem ætatem, vt in c. de illis. de ſpon. tamen ſi cū ſecunda contrahat, tenet matrimonium. † Dicūt etiam Inn. Hoſt. Pan. ꝙ ſi timetur de fornicatione potentis, poterit ſibi ſubueniri, dando licentiam contrahendi cum alia, ex quo cū prima non fuit matrimonium, remanebit obligatus ad dandum neceſſaria primæ. Ad prædicta facit, ꝙ quidam dicunt illam decretalem, conſultationi, in qua eſt fundata præſens limitatio, continere ſolum conſilium & nō præceptum, & ita gl. ibi, & Hoſt. dicit quòd hoc eſt permiſſiuum, quādiu potēs & impotens, qui ſcienter contraxerunt, caſtè viuunt, de quo idem Hoſt. in Sum. §. 3. ver. hæc autem omnia. & pro iſta parte facit meo iudicio, tex. qui dicit, ꝙ ecclēſia Rom. conſueuit ſic iudicare, ꝙ tu ſecundum Lau. expone. i. tenere, vt habeaī, vt ſoror, non autem prȩcipit eccleſia Rom. vt ſic fiat. vnde, vt ibi Pan. finaliter ſubiunxit, ſi eſſet in alio loco conſuetudo cōtraria Romanæ eccl. illa eſſet ſeruanda, maximè cum hic articulus non recipiat fidem, iuxta illud, quod in ſimili no. glo. in c. vnico, in verbo, donec. de ſum. Trin. in 6. Ad hoc etiam vrget, quia durum eſſet potentem qui etiam ſcienter contraxit cum impotente, cogi vt cum peccato remaneat cum ea, aut cum ea in ſocietate figura matrimoniali inuitus permaneat contra tex. in l. ſi vnus. pro ſocio. ff. in l. cum pater. §. dulciſſimis. de leg. 2. Item, vt dicit tex. d. c. conſultationi. non eſt credibile, ꝙ aliquis potens facilè velit contrahere eum impotente: ideo enim contrahit mulier, vt mater fiat, in c. 1. eo. titu. ac maximum munus mulierum eſt concipere, ac tueri conceptum. l. quæritur. de ædi. edic. ff. Item ideo quis contrahit vt vxorem cognoſcat & filios ſuſcipiat, niſi Deus aliter reuelet, ſecundum nota. in ca. commiſſum. de ſpon. in l. liberorum. §. præter hæc. de ver. ſig. vbi tex. ſecundum gl. ibi loquens in ꝑſona cuiuſlibet deſcendentis, natura inquit, nos parētes pios docet, qui liberorum procreandorum animo & voto vxores ducunt. Et poſtea paulo poſt ſubiicit ille tex. filios filiaſue cōcipimus atque edimus, vt prole eorum diuturnitatis memoriam relinquamus, vt nihil eſt hominib. vtilius nuptiis, vt tanquā ſolis homines facere valentibus. §. hoc inter nos meritò. de reſti. & ea quæ parit. colla. 4. & matrimonium ſic eſt honeſtum,

ſtum,vt humano generi videatur immortalitatem artificioſè introducere,& ex filiorum procreatione renouata genera manens. §.1.de nup.collat.4.& alibi canon,iuxta permutationem Apoſtoli, nequeuntibus etiam continere conceſſum a Domino licentiam nubendi non poſſumus denegare.28.di.

Limitatio quinta.

21 Quinta limitatio† eſt, quando impedimẽ tum matrimonij ſu peruenit poſt matrimonium contractum: nam ex quo ſemel tenuit matrimonium,propter impedimentum ſuperueniens non ſeparatur.c.deſcriptionem.de eo,qui cogn.32.q.7.hi qui ſani.Plus dicit Pan.in c.ex literis.eo.ti.de frigi.in gl.j.relata ad tex.ibi,ꝙ impedimentum accidens poſt matrimonium contractum,licet nondum conſummatum, non tribuit facultatem ſeparandi, cum matrimonium de præſenti non ſit ſeparabile per ingreſſum religionis.c.ex publico,de conuer.cõiu. ꝙ ſemel tenui.& putat Pan.ibi,ꝙ iſta eſſet ſufficiens cauſa,ex qua ſeparet Papa,ſi multum continetur,de incontinentia ſani.& tu adde ꝙ in caſu dubij præſumitur impedimẽtum præceſſiſſe matrimoniũ,vt tenet Hoſt.in ſum. §.3.ver. accidentalis.& ver.ſeq.idem tenent Io.And.& Pan. c.in d.fraternitatis. Nec ob.inquiunt,c.licet ex quadam.in fi.de teſti.vbi dicitur, ꝙ in dubio eſt iudicandum pro matrimonio. illud enim procedit,vbi matrimonium poteſt habere effectum ſuum. ſ.euitationem fornicationis,& bonum prolis, ꝙ hic non eſt propter impotentiam coeundi. & no. inquit ibi Pan.mirabilem limitationem ad illud c.licet ex quadam.vt nunquam præſumatur pro matrimo. quãdo non poteſt habere effectũ ſuũ. & hanc opinionem tenet etiam Ant.in c.fi.eo.tit.& communiter omnes.& quamuis gl.oppoſitum firmet,30.q.1.in ſumma, quæ vult ꝙ impedimentum præſumitur ſubſecutum fauore matrimonij, mihi tamen placet opinio præcedens, ex quo nunquam potuit cognoſcere vir mulierem,cum qua cõtraxit:nam ex futuro præſumitur circa præteritum, iuxta notata in c.ſcribam.de præſump.†Optabat verò Hoſtien. in d.c.
22 fraternitatis.ꝙ Papa in materia faceret duas decretales;vnam ꝙ maleficiatus cum illa,cum qua contraxit, perpetuò nõ poſſit contrahere;& ꝙ ſi contraheret,nõ teneret: ac ex quo moram per triennium feciſſet, cenſeretur impedimentum perpetuum.Aliam verò decretalem,vt in propoſito, ꝙ ſi non appareret an impedimentum præceſſiſſet,an ſecutum eſſet matrimonium,præſumeretur præceſſiſſe,& matrimonium non tenere.Simile eſt,quod idem Hoſt.no.& poſt eum Ioan.And. in d.cap.is qui fidem.iſto titu.de ſpon.dicit autem Hoſtien.ꝙ aliàs non videt plenè prouiſum in hac parte. Quid autem ſi p maritum ſtet, ꝙ non vult cohabitare, aut per mulierem? dicunt Doctores inſpiciendum eſſe per quem ſtabit, & cautio idonea exigenda eſt de cohabitatione.Ad hoc in argu.§.fi.in c.quoniam.vt lite non conteſt.ac tandem maritus per iudicẽ ſecularem diſtringetur,ita poſt Hoſt.no.Ioan.And.in c.fi.iſto tit.Qui dicit idem eſſe fiendum,ſi cohabitet, ſed non tenet. Quid autem,ſi non eſt maleficiatus,nec naturaliter frigidus, ſed quaſi frigidus,mouetur & erigit,ſed nullatenus abſoluit, aut ſtatim in primo congreſſu ſemen emittit,vide Hoſt.titulo,& ſumma proximè allegatis, referentem talia & ſimilia ſe ſæpius habuiſſe coram ſe. dicit autem quòd ſi electuariis & medicinis iuuari poſſet,planum eſt:alioquin conſulendus eſt Papa.Quid autem ſi vir qui eſt aut frigidus,aut maleficiatus, eſt ſuſpectus, ꝙ pendente triennio faciat corrumpi vxorem propter pactum lucrandæ dotis, aut hæreditatis,aut ſimiliter timetur ne mulier faciat ſe corrumpi,vt partus,quem ab amaſio ſuſcepit,in hæreditate frigidi ſuccedat. Aut timetur fortè,ne iuxta tex.in c.officij.de pœniten. potato ſucco herbarũ faciat ventrem ſuum tumeſcere,vt appareat prægnans.Dicũt Hoſt.& Ioan.And.in d.c.fi.in iſtis credendum eſſe & recurrẽdum ad remedium, quod traditur in c. cum locum. de ſpon. Porrò,inquiunt,iuxta tex.in §.1.vt hi qui oblig.col.8.in talibus excogitari poſſent fraudes,quibus nec cõſtitutiones,nec magiſtri facile occurrere poſſent.& de obſtetricibus, quæ ad iudicandum de iſtis adhibentur, etiam iura dicunt ꝙ oculus obſtetricum,& manus ſæpe fallitur,in c.propoſuiſti.& in ca. cauſam.de proba.inde dicit Hoſtien.in c.fraternitatis.& Ioã.
23 And.poſt eum,iſto titulo,† ꝙ obſtetrices huiuſmodi non debent eã nimis inuenes propter inexperientiã; nec nimis antiquæ propter viſus defectum, & propter medicinas & remedia,quibus vtuntur mulieres,conſuluit ꝙ mulier in aqua calida prius lauetur & diu moretur,& interim ſub fida ſit cuſtodia,ne iterum aſſumat medicinas. faciunt bene,quæ notantꝫ toto diſcurſu.l.j.de ven.inſpi.ff.debent autem hæ obſtetrices eſſe honeſtæ,ne ſint leues,aut viles,aut abiectæ, quæ pro minimo deierarent,& corrũpi poſſent & oĩ peccato ꝓſentirent. in Auth.de leno.in prin.colla.2.l.vlti.de decur.C.lib.12.Quid autem ſi maritus ita abhorret ab re vxoria,ꝙ nec cadit in animum,nec in cor ipſius,vt tenet nõ credetur ei.Quid ſi cauere debuit ab initio. arg.l.ſicut ab initio. de act.& obli.niſi fortè euidens eſſet cauſa horroris.patet ex his, quæ notantur in c.1.de cõiu.lepro.Caueat tamen iudex,inquit Io.An.in iſtis, ne matrimonium dirimat, niſi præmiſſis ſolennitatib.Et hic cum pp impotentiam coitus vnius ſeparatur matrimonium priuatur alter ſine culpa:ſed hoc nõ eſt ſine cauſa, iuxta illud quod hr̃ in c.qm̃ frequenter.§.porrò.in fi.vt lite non conteſt. & hoc ideo contingit,quia eccleſia quæ nõ iudicat de occultis, non ſequitur veritatem quam neſcit, ſed opinionem.c.a
24 nobis.el 2.de ſen.excom.† His adde,ꝙ impotẽtia coeundi poteſt allegari generaliter:nõ.n.tenetur mulier ſpecificare cauſam impotentiæ,cum de facili nõ poſſit potiſſimum a muliere.ita Panor.in d.c.fi.in gl.2.qui dicit,iſtum intellectum ad illum tex.eſſe mirabilem. Ad hoc etiam facit rubri. quæ poſt mentionem de frigidis,& maleficiatis, generaliter ſubiungit de impotentia coeundi.Addit idem Pan.ibidem,ꝙ ad ſeparationem matrimonij pp maleficium neceſſariò non requiritꝫ probatio virginitatis.quod dictum ſatis placet, ne viduarum nuptiis deſit hoc remedium. Ad hoc,quia in c.ſi per ſortiarias.nihil dicitur de probatione virginitatis. Item probatio virginitatis eſt fallax, cum oculus & manus meretricum ſepe fallitur. Item poſſunt hæ facile corrumpi. & poſſent ratione odij ad finem ſeparationis matrimoniũ non conſummare.ꝙ vero in d.c.fi.fecerunt iudices mulierem inſpici, hoc fuit ad cautelam: coniuges.n.iurantes non eſt veriſimile iurare falſum, ex quo propinqui iurant ꝙ credunt eos verum dicere: & iuꝝ coniugum. quamuis parum faciat in iſtis, ar.c.ſuper eo. de eo qui cogn. tñ ſeptem propinquorum iuꝝ eſt ſemp neceſſariũ:& ſi nõ poſſunt ꝑpinqui in illo numero inueniri, ſufficiant pauciores, maximè cum fama, arg.c.ſi duo.25.q.6.

Limitatio ſexta.

25 Sexta limitatio, ſeu declaratio eſt,† ꝙ matrimonium debitè pp maleficiũ ſeparatum poſt cohabitationem triennalem, & poſt debitũ iuꝝ ceſſante,vel ſublato maleficio,non ſit reſtringendum. ad hoc tex.in c.ſi per fortiarias,& iſta eſt cõis & tenẽda, quãuis Card.& Inn.dicant pp ꝙ maleficium nõ eſt ſeparandum matrimonium & ſi fuerit ſeparatum ſit reintegrãdum,& ſequitur Aſten.lib.8.tit.28.& ſubiiciunt,ꝙ c.alleg.ſi per ſortiarias.nõ teneat,dicentes ꝙ nõ ſit,patet ex ſubſcriptione Igna rĩ archiepiſcopi Remen. potius epiſcopi Igmari. & addit idẽ Aſtenſis, ꝙ ſi vir poſt ſeparationem aliquem ſacrum ordinẽ recipiat, & poſtea mulierem a qua fuit ſeparatus cognoſcat, ꝙ ipſi ſit reſtituendus.Hæc 6.limita.limitatur dupliciter.

Primò, quando matrimonium fuiſſet ſeparatum ꝑpter actationem mulieris,aut nimiam carnoſitatem,& fuiſſet ope medicorum id impedimentum ſublatum,quia tunc eſt reintegrandum.c.fraternitatis.& in §.nos autem.de nup.colla.4.

Secundò,quãdo impedimentum fuiſſet ſublatum per frequentem vſum,& cohabitationem ſecundi,quia debet tunc reintegrari.ita Inn.Hoſt. & Io.in c.fraternitatis.idem Hoſ.in Sum.§.qualiter.& in §.fi.licet Bar.Ray. Goff.Tancre.Hug.& Io.dicant, id procedere ſi ſine graui periculo ſit cognoſcibilis a primo,aliàs ad ipſum redire tenetur. Sed Hoſ.opi.cõiter recipitur a modernis, tum quia per opus humanũ.i.frequentem vſum ſecundi facta eſt idonea primo. d.§. nos autem.ſecundum, quia apparet impedimẽtum tale fuiſſe tpale,qđ ſecundum omnes nõ dirimit matrimonium.tertium,quia ſm teſtimonium mulierum,quorum oculus & malus ſæpe fallitur,vt dixi, apparet eccleſiam fuiſſe deluſam, ex quo aſſeruerunt ꝙ nulli viro eſſet apta,& modo deprehenditur cognita aſecũdo,ſi apparet falſum earum teſtimonium. Ad prædicta facit gl.in d. c. fraternitatis. quæ vult ꝙ cum per frequentem vſum ſecundi mulier eſſet facta idonea primo,ꝙ tpe reſtituitur primo nõ incipit eſſe matrimonium, ſed tunc declaratur primo fuiſſe verum, ſimile in l.ſicuti.§.ſi quærit. ſi ſer.ven.ff. in l.adeo.§.cũ quis.de acqui.re.do.ff.in l.hæredes palam. §.1. de teſta.ff.dicebat tñ Hoſt.in loco proximè allegato,ꝙ in talibus nõ expreſsè determinatis,cum ſint noui caſus,tutius eſſet ꝓſulere Papam, nec debent facilè auctoritate gl.aut Auicennæ dicere,ꝙ qñq; mulier non eſt anguſta,ſed ei non conuenit ſuus par: & ipſa rurſus non ꝓuenit pari,& indiget vnuſquiſq; eorum permutatione.audiuit tñ Hoſ.a muliere valde experta,ꝙ id vel nunquam,vel rarò cõtingere poſſit. Sed ad opinionem Hoſt.ſ.relatam, quæ cõiter a Modernis tenetur, addit Panor.in d.c.fraternitatis.eam procedere, quando nõ eſſet inter membrum primi, & ſecundi diſſimilitudo mã ipſe putat ꝙ ſi primus eſſet adeo carnoſus,ꝙ nõ poſſet mulierem

cognoſcere,

Source : BIU Cujas

cognoscere, sine periculo mortis: secundus verò esset adeo gracilis, qui potuit cognoscere, tunc existimat Panor. ꝙ nō sit restituenda primo. Et hoc iudicio meo senserunt & Pet. & Abb. illic, in quadam distinctione a Io. An. relata. Quoties autem post coitum cum secundo debeat restitui primo, Inn. ꝙ in infinitum. Tanc. ꝙ vsq; ad tertiam vicem. Tertia opi. Host. & Io. And. magis ab Henri. & Panor. tenetur, ꝙ semel solum sit restituenda primo, cum quo adhuc cohabitauit triennio in quo si non inuenitur sibi apta, præsumitur impedimentū perpetuum, & redibit ad secundum, aliàs stabit cum primo.

26 † Tertiò hæc vj. declaratio limitatur, quando matrimonium est separatum ꝑꝑ frigiditatem: quia etiā si apparet post cohabitationem triennalem, ecclesiam fuisse deceptā, reintegrabitur matrimonium, in c. 1. in 2. rīso. & in c. laudabilem. §. fi. & tu no. vnum, ꝙ post gl. in verbo, per errorem, no. Panor. ꝙ nihil sit speciale in hac causa, cum retractetur ꝑꝑ errorem, q̄ de facto interuenit in ipsa sentētia propter vel falsam vel ineptam relationem obstetricum, ad quarum depositionem lata sentētia diuortij. & tu nota singulariter vnum dictum Inn. ꝙ Panor. affert in d. c. fraternitatis. ꝙ si notoriè apparet sententiam iniustam, ꝙ tanquam nulla est retractanda, quamuis nō sit appellatum. Idem dictum refert idem Par. in c. cum dilecta, & c. ab excommunicato. in 2. col. de rescrip & in c. 2. de purga. vulga. idem in c. cum Bertoldus. de re iu. His adde singulariter dictum Inn. in c. quia pleriq;, de immu. eccle. si pars, in cuius fauorem est lata sententia, fatetur eam iniustam, debet iudex eam retractare. & inquātum gl. in d. c. fraternitatis. in verbo, fornicatio. in fi. vult ꝙ sententia in causa matrimoniali transit in rem iudicatam, cum est confirmata per duas sententias, & illa gl. Ant. non placet propter no. in d. c. lator. & c. consanguinei. sed tu posses saluare gl. dupliciter. Primo, ꝙ aduersus talem sententiam bis confirmatam non debet quis audiri, nisi cum magna & stricta causæ ratione: nam si ad retractandū vnam sententiam in causa matrimoniali latam nō debet quis facilè audiri, fortius nō est audiendus, quando est bis cōfirmata. Secundò saluatur illa gl. & melius, ꝙ quamuis in causa matrimoniali tertiò non appelletur: tamen non excluditur facultas proponendæ iniustitiæ per viam querelæ, q̄ intellectus in se est verissimus. Ad hoc ꝙ no. glo. 1. c. ad reprimendum. de offi. ordi. † Quid autem de muliere, quæ ex præ-
27 cedentibus causis fuit separata a marito, & per frequentem vsum secūdi facta est idonea, an possit maritus primus ei obijcere fornicationem, & eius prætextu recusare rei integrationem matrimonii? Inn. in d. c. fraternitatis. a Io. An. ibi relatus, tenet ꝙ sic, propter tex. ibi, dum dicit, A modo non debet illo aliquatenus remanere. exponens amodo, id est post illam decretalem, quasi olim hic articulus fuerit dubius: hodie verò post ipsam decretalem est apertus. Sed mihi placet opinio contraria: nam separata iudicio ecclesiæ nupsit licitè: sed vt dicit ille tex. amodo, id est post coitum, debuit intelligere ꝙ matrimonium erat cum primo, & ad eū redire tenetur: actus verò carnales pręcedentes nō debent ei imputari. antea. n. cū esset separata iudicio ecclesiæ potuit nubere alteri, cum crederet ꝙ alteri verisimiliter esset idonea. quid autem de muliere, quæ per frequentem vsum fornicationis reddita est idonea ad copulam, an per maritum imputari possint actus illi fornicationis? & prima facie videretur ꝙ non. nullam. n. facit, nec facere voluit iniuriam viro, a quo fuit separata. l. si ignorans auis. loc. ff. & adulterium nō committitur sine dolo. c. in lectum 33. q. 2. l pe. de adul. Item statim post primam fornicationem, non sequitur ꝙ fuerit apta primo viro, sed nec fortè post multas alias. ergo illam so:am pōt opponere, postquam reddita fuit apta primo viro, quia tunc læditur ius matrimonij. tu dic ꝫ, ꝙ licet in præcedenti casu non possit vxori separetæ obiici matrimoniū, ꝙ licitè fecit fornicatio. sic qui fornicando dicitur dare operam rei illicitę, adeo impurētur sibi omnia, licet præter intentum eueniant. Adde ꝙ iudex allegato impedimento potest ex officio facere impeditam & impotentem inspici, & matronæ inspicientes debent esse prouidę, honestæ, de parochia mulieris, quam inspicere debent, quia tunc præsumuntur habere notitiam pleniorem, ar. c. scriptū. c. postquam. de elec. & consuluit Host. ꝙ prius faciant mulierem lauari in aqua calida, & debent illæ obstetrices ibidem morari: nam per medicinas quandoq; se reddunt arctas, quarum malitiis est obuiandum. de quo etiam supra dictum, limitatione quinta huius conclusionis.

Limitatio septima.

28 Septimò limitatur, † vt propter impotentiam coeundi tpalem nō separetur matrimonium, ita Doc. in c. fraternitatis. allegato. Plus, ꝙ Inn. Car. Dama. in c. fi. eo. tit. existimant, ꝙ ꝑꝑ maleficium nullum matrimonium sit separandum, quia omne fm eos maleficium est tpale, & solui potest sine diuino miraculo, saltē per per illum qui dedit illud. Ad decretalem, si per sortiarias, rīde ꝙ non tenet, & ꝙ c. fi. est solum intelligendū de frigido. Host. ibi, & sītr in sum. eo. ti. §. 3. versi quid tñ, non placet hæc opi. dicens, ꝙ opi. ꝫria est omnino abiicienda tam quam dura, & nimis onerosa, & quæ præstaret materiā adulterij & homicidij, si homo staret cum muliere, quam nō posset cognoscere, vbi esset idoneus aliis. Item nec pōt semper solui maleficium per eum, qui dedit. Finge enim, ꝙ sit mortuus; aut finge ꝙ maleficium sit perditum, siue ꝙ sit datū in cibo aut potu. Item cum autor maleficij solus possit tollere, non vī esse possibilis remotio, quæ pendet ex facto vnius. ar. l. apud Iulianum. §. constat. in fi. de leg. 1. Apparet ergo, prædictos Inn. Car. Dama. malè sensisse: quia si opinio eorum procederet sic, causæ principales matrimonij, fides, ꝓles, & sacramentum deficerent. neq; ēt videt Host. qūo d. c. si per sortiarias, debeat dici correctū, cum per opiniones gl. & Doc. non debeāt iura corrigi. & si diceretur correctū, exinde magnus error sequeretur. ꝙ verò ꝑꝑ maleficium sit matrimoniū separandum, apparet euidēter ex rub. quæ subiungit, & de maleficiatis. Rub. aūt, siue titulus eius significatio debet attēdi. l. 1. si cert. peta. sequitur ergo ꝙ maleficium, ꝙ post triennium nō cessauit per exorcismos & orationes, sic præsumitur perpetuum, & fiat separatio. vnde quicquid dicat Inn. qui subtiliter nō aduertit, dico ꝙ dicta decre. fi. est intelligenda de maleficiato fortius q̄ de frigido. ratio est euidens, quia per pœnitentiam facilius soluitur maleficium ꝙ est accidentale, q̄ naturale impedimētum. nec dicit Hosti. se inuenire expressum, ꝙ ad soluendum naturale impedimentum indicatur pœnitentia, quæ frustra indiceretur, cum nullo modo tolli possit.

SVMMARIVM

1 *Matrimonium vtrum debeat separari ad confessionem coniugum affinitatē inter se esse asserentium. & quibus casibus limitetur. 2. 4.*
3 *Coniugum cum fama super affinitate, an sit sufficiens ad separationem.*
5 *Confessioni an stetur, quando de matrimonio spirituali agitur.*
6 *Intellectus c. cum pro causa de rapto.*

Vigesimanona conclusio.

AD confessionem cōiugum asserentium inter se affinitatem, † non debet separari matrimoniū, tex. est
1 in c. super eo. de eo, qui cogno cōsan. vxo. & ratio ibi assignatur, quia multi qñq; inter se colluderent, & ad confessionem incestus facilè prosilirent, si per eorum confessionem crederēt se posse separari. vltra rōnem illius tex. potest adiici rō, quia ecclesia quæ est sponsa Christi, c. debitum de big. sic debet seruare fidem sponso suo. & cum hoc, ꝙ fidem seruare sit vnū de bonis matrimonij. c. fi. de condi. appo. debet factum Dei, id est matrimonium, cuius Deus est autor. c. vnico. de voto. in 6. c. fi. de fri. tueri & defendere, & occurrere ex officio periculo animarum, & peccata, per quæ Deus offenditur corrigere, & impedire quantum pōt. & quia tūc nō confitentur cōiuges ꝫ se, sed ꝫ matrimonium: nam si nō creditur ꝙfessioni alicuius ꝫ tertium. c. interrogasti. 2. q. 5. c. 2. de capel. mo. c. inter dilectos. de dona. multominus statur ꝙfessioni cōiugum ꝫ matrimonium. & ampliatur primū illa ꝙclusio, ēt si cum illa cōfessione ꝙcurrat rumor viciniæ, tex. est in d. c. super eo. quia rumor viciniæ, vt ibi hī, non est vsq; adeo validus, ꝙ bene coniuncti debeant separari, nisi probabiles rōnes accedant. & Pan. ibi in 2. no. dicit ibi rumorē esse, quādo est aliqua pars, puta tertia vel quarta: nam licet appellatione partis, veniat medietas, in c. 2. de deci. in 6 l. nomen filiarum. §. portionis, de ver. sig ff. tamen vbi adiicitur verbū aliqua, verificatur in qualibet minima particula. gl. in cle. 1. de to. compe. Secundo ampliatur, etiam si cum illa cōfessione coniugum stante cōtra matrimonium cōcurrit fama, sic c. si duo. 36. q. 6. limitant Anto & Panor. & ratio secundū eos est, quia cōfessio de per se nihil probat, ex quo est pro ꝙfidētibus; & fama per se nō sufficit ad matrimonium dirimendu, in d. c. si duo. & procedunt prædicta & fortius, si solum esset confessio vnius cōcurrens cum fama. Hæc cōclusio limitat,
2 vt non ꝓcedat in septem casibus. † Primus est in foro extraiudiciali, vbi stabitur ꝙfessioni in præiudicium ꝙfitentis quantum ad indicendū penitentiam. ita Host. in c. veniēs. el 2. per illum tex. de eo qui cog. ꝙsan. vbi habet tex. de quodā, qui cū pucila spōsata ꝫxerat, quæ cū ad legitimā ætatē peruenisset, is a patre in domū pucilæ exceptus sororē sponsæ carnaliter cognouit: & is dū cū puella ꝑdicta ad instantiā amicorū mrimonium ꝫxisset, qñ se facultas offerebat cognoscebat vtrāq; illū incestū cum fuisset coram archiepo ꝙtenus, indicit ei pę nitentia. ad hoc etiam facit. c. ad audientiam. in fi. de sponsa.

Secundo

Secundo limitatur,vt confeſſioni emiſſæ in foro pœnitentia li ſtetur in præiudicium cõfitentis,ſeu confitentium. Ad hoc ꝙ no.Hoſt.in c.tua nos.§.nos autem.quem ſequitur Abb.antiq.& Ioan.And.ibi,de ſponſal. Tertiò limitatur,quando agitur de ſeparatione matrimonij,quantum ad thorum:tunc.n. ſtatur confeſſioni coniugum.c.ex literis.de diuor.c.intellexi-mus.de adul.c.ꝙ Deo patri.33.q.5.Et quia in caſu iſto,vbi eſt ſolum quæſtio de ſeparatione matrimonij, quantum ad thorum,non ſic timetur de colluſione, ſicut vbi eſt quæſtio ſepa
3 rationis quantum ad fœdus.†Quartò limitatur,quando cum confeſſione coniugum contra matrimonium concurrit fama, maximè ſi fiat confeſſio ab aſtantibus pro matrimonio. ſic loquitur tex.in d.c.ſi duo.vbi Arch.Sic Bernar.Inno.Hoſtien.Io.An.Henr. & Pan. in d.c. ſi duo. idem Tancr.& Ioan. And.in c.cauſam.il 1.de offi.deleg. licet gl. & malè contra teneat,in c. cum in captiuitate. 34. q. 1. Tu adde duo.primò, ꝙ Abb.antiq.referente Io.And.dicit hoc verum fuiſſe,& d.c.ſi duo, proceſſiſſe de iure antiq. quando prohibitio coniugij extendebatur vſque ad 7.gradum: tunc cum probatio cõſanguinitatis non poterat facilè haberi, ſufficiebat fama de impedimento conſanguinitatis, cum confeſſione coniugum. Sed cum hodie prohibitio conſanguinitatis ſit reſtricta ſolũ vſque ad quartum gradum,vt plenè dictum fuit.s. concluſione 24.aliter debet probari cõſanguinitas q̃ per famam,& cõfeſſionem coniugum,arg.c.licet ex quadam. in fi. de teſti.nõ eſſem,inquit Abb.antiq.is qui ſepararem matrimonium propter conſanguinitatem,de qua non conſtaret,niſi per confeſſionem coniugum,& famam.& c.ſi duo.inquit ille Abb. antiq.loquitur ſecundum tempora antiqua,& hoc dictum Abba.antiq.admittit Ant.in d.c.ſuper eo.quando eſt quæſtio de probanda conſanguinitate: ſecus ſi eſſet quæſtio de probãdo alio impedimento,puta affinitate illicitè contracta,quia tũc putat ſufficere famam cum confeſſione coniugum.Sed Pan. in d.c.ſuper eo.putat ꝙ non obſtante opi.Abb.antiq.cum agitur de probanda conſanguinitate,ſi ſtatur, vt ſtatim dicetur confeſſioni coniugum contra matrimonium, quæ confeſſio emanauit ab aſtantib.pro matrimonio etiam ſine fama,quia non eſt veriſimile,ꝙ quis confiteatur contra ſe.l.fi.arbi. tute. fortius vt in caſu noſtro eſt ſtandum, quando cõfeſſio habet concomitantiam famæ.Adde & ſecundò,ꝙ prædicta procedunt,ſecundum Doct. quando fama præceſſit litẽ malã, prout de teſte dicitur in c.licet ex quadam.in fi.de teſti. Adde & tertiò,famam in propoſito eſſe, cũ totus populus, vel maior pars conſentit,maritum prius cognouiſſe conſanguineã vxoris,de quo Spe. in ti.de notoriis crimi.§.fama.& ſcriben.maximè Pan.magiſtraliter in c.veſtra.de coh.cle.& tu no.ꝙ q̃uis ad inducẽdum famam requiritur ille concurſus totius populi,vel maioris partis; tamen ad probationem famæ ſufficiunt duo teſtes.de præſump.quia veriſimile,de accuſat.inquiſitionis.Io.no.4.q.3.Item ſæpe & rumor eſt,vt no.ſcriben. in d. c. veſtra.probabilis aſſertio ex incerto authore,& ſola ſuſpitio-
4 ne proueniens. †Quintò limitatur, quando confeſſio fit ſup ſubſtãtia vinculi matrimonialis,pro ipſo vinculo,quia valet, modo nõ veniat in præiudicium alterius matrimonij,de quo cõſtet.de quo loquitur in c.2.de cland.deſpon.gl.in §.his ita. 3.q.vlt.Sextò limitatur, quando confeſſio ſola contra matrimonium eſt ex parte alterius coniugum aſtantium pro matrimonio.ita probat tex.cum gl.2.in c.atteſtationes. de deſp. impu.vbi confeſſioni mulieris appetentis matrimonium ſtatur,inquantum confeſſa eſt. Et quamuis maritus ante puber tatem niſus fuiſſet eam corrumpere, tamen remanſit virgo. Ad hoc facit,quia de ea requirit matrimonium, non eſt credibile ꝙ faciat confeſſionem contra ſe.14.q.2.§. 1. l.de ætate. §.j.de interro.act.ff.dicebat tamen Hoſt.in d. c.atteſtationes. & eum ſequuntur Io.An.& Pan.ibi,hoc totum eſſe relinquẽdum arbitrio iudi.Nam poſſet fieri concluſio inter coniuges volentes ſeparari, & in proceſſu cauſæ is qui fingebat aſtare pro matrimonio confitetur contra matrimonium. Vnde ſi iudex hoc ſuſpicaretur,non deberet eſſe contentus tali confeſſione.& conſulebat Hoſt. ꝙ iudex faciat inſpici mulierem & inquirat de omnibus circunſtantiis etiam partib. inuitis: vbi autem ceſſaret & preſumptio fraudis,& iudex omnino eſſet certus,ꝙ ambo coniuges confitentes cõtra matrimoniũ, vel alter eorum appetit matrimonium,tunc procederet limitatio prædicta.Dicebat tamẽ Io.An.in d.c.atteſtationes. poſt Pet.& Abb.antiq.ꝙ mulier,quæ non obſtante nixu ad copulam confeſſa eſt ſe euaſiſſe virginem,poteſt comperto errore mutare confeſſionem: non.n.puellæ ſemper cognoſcunt, an ſint cognitæ cum effectu.Ad hoc in arg.l. error.de iur. & fac. ign.C.& puto etiam ꝙ poſſet id facere poſt ſententiam, cum talis ſententia matrimonialis non tranſeat in rem iud.c.lator. de re iud.dicunt autẽ Hoſt.& Io.An.de muliere,quæ appetit aliquem in virum, vt poſſit illum habere, ſi timetur ꝙ faciat ſe corrumpi latenter,ꝙ epiſcopus, vt occurrat huic malitiæ,
5 apud matronas honeſtas tradat eam in cuſtodiam in loco tuto,& honeſto.Septimò limitatur prædicta concl.†vt non procedat in matrimonio ſpirituali, in quo ſtatur confeſſioni factæ contra ipſum.ſic Bern.Inn.Hoſt.intelligunt tex.in c.cum pro ea.de rapto. Qui tex. loquitur de milite, qui cum aliqua contraxit:& matrimonio cum parentes puellę nollent ꝟſenti re,abduxit eam a domo parentum,& fuit carnaliter cognita, quæ poſt profeſſa eſt.Et de matrimonio tali ꝟſtabat ex probationib. viri, vl ꝟfeſſione mulieris.Illa,ꝟſiderata ꝟfeſſione matrimonij in præiudicium profeſſionis reſtituitur viro.& ratio huius limitationis, ſecundum prædictos eſt,quia quamuis in matrimonio carnali non ſtetur ꝟfeſſioni factæ ꝫ ipſum, in d. c.ſuper eo. tamen ſecus eſt in ſpirituali, quia in tali ſpirituali cõtrahitur cum Deo,& nulli fit præiudicium niſi ꝟfitenti,de quo non eſt credendum ꝙ ſit immemor ſuæ ſalutis. 1.q.7.ſan cimus.Item in carnali verſatur reipublicæ vtilitas,iuxta no. ĩ l.1.ſol.ma.ff.in c.fi.de frig.In ſpirituali.i. profeſſione ſolum vtilitas rei priuatæ,cui eſt publica præferenda. c. niſi cum pridẽ. §.ne putes.de renun.c.licet. §.1. de reg. Sed mihi nec placent hæ rationes,nec limitatur, nam in matrimonio ſpirituali qs contrahit cum Deo & eccleſia ſponſa eius, ideo in offenſam ſeu præiudicium Dei & eccleſiæ non videtur ſtandum confeſſioni alicuius, maximè cum eccleſia iniuriã ſeu offenſam ſuam proſequatur,ſicut priuatus.patet de fo.comp.c. 2. Et ꝙ in diuinam maieſtatem committitur,in omnium tendit iniuriam.l.manichæos.C.de hære.Et licet quis iniuriam,vel offenſam propriam poſſit remittere, tamen non iniuriã vel offenſam Dei.c.ſi is qui.33.q.4.Præterea ſi procederent iſta, ridiculum eſſet & magnum ſcandalum,& periculum animarũ maximum immineret, ſi confeſſioni alicuius antiqui religioſi ſtaretur cupientis ad ſeculum,vel aliam religionem migrare, cum maximè, quia eccleſia compellit religioſos non obſtante ſua aſſertione contraria ad religionem redire. c. ſanè. c. ſignificatum.c.cum T.virum. c. porrectum.de regu. ſic plures poſſent in præiudicium monaſterij ſuas confeſſiones colludere,& monaſterium exire,ꝙ eſſet moleſtum dicere,& grauius aſſerere.Sic etiam tenet Io.gloſſator.Io.de Fantu. Arch.in §. is ita. 30.q. 5.ad c. cum pro cauſa. de rap. s.adductum,in quo
6 Doct.faciunt ſuum capitale fundamentum,†Tu reſponde tripliciter.Primò,dum innuit cõfeſſioni mulieris emanatæ pro matrimonio,in præiudicium profeſſionis eſt ſtandum:tu dic ꝙ ibi erant aliæ etiam concurrentes probationes.patet ibi,ex probationibus viri & confeſſione mulieris, tunc copula ibi poſita eſt reſoluenda in diſiunctiuam.l.ſæpe.de ver.ſigni. Sic Hoſt.& Io.An.ibi poſt Io.gl.in d.§.ſi quis ita.Secundò dic,& melius, ꝙ ibi ſtatur confeſſioni mulieris pro matrimonio in præiudicium monaſterij,quia erant pro matrimonio carnali alia adminicula: conſtabat .n. ꝙ ibi præceſſerat matrimoniũ & maritus de voluntate puellæ eã abduxerat.& tu nota vnũ, ꝙ quando præceſſit tractatus de nuptiis, & pro matrimonio contrahendo fuit mulier abducta de domo parentum,tũc de iure canonico non committitur raptus,quia matrimonium debet eſſe liberum, & puella non poterat liberè contrahere in domo parentum eis renitentibus.vnde ius canonicum cõſiderauit libertatem matrimonij:ius verò ciuile, quod conſiderat delictum raptoris,& deceptionem mulierum,diſponit ꝙ non ſit matrimonium, in l.vnica, de rap. virg.Ita Pan.concludit in d.c.cum pro cauſa.Et puto ꝙ lex ciuilis,quæ mulieri ſic nubenti cum raptore tollit dominium rerum raptoris, in Auth.de rap.muli.quæ rap.nubunt.circa fi.col.9.non procedat de iure canonico.Sic gl.in c.de puellis.36.q.2.ſic Arch. & Zenze.in c.cum ſecundum.de hære.in 6.licet gl.Pet. de Anc. & Domi.teneant ibi contra. & mouetur, quia hic agitur de lucro captando,non de diminutione patrimonij,& pœna illa, ex bonis raptoris obueniens raptæ proceſſerat a lege. Quare ergo lex,inquiunt illæ gl.& Docto.eo ꝙ contulit priuare non potuit? ſecus ſecundum eos in pœna.c.fi. de ſecun.nup.ibi.n. priuat lex, eo ꝙ non contulit, de quo ſupra latius dictum eſt, conclu.19.in 2.limi.Tertiò dic ad d.c.cum pro cauſa.ꝙ ſtatur confeſſioni mulieris in præiudicium profeſſionis. ſtabat.n. ꝙ profeſſione ipſa. Et ſicut in matrimonio carnali confeſſioni eius qui ſtabat pro matrimonio ſtatur,ſi contra matrimoniũ confitetur,vt s.proxima limitatione dictum eſt,ita ĩ ſpirituali.ſic propriè,ſecundum Hoſt.Io.An. & Pan.loquitur ille tex. quia cuique contra ſe creditur, cum confitetur contra id qđ contra ſe intendit.arg.l.Publia.in fi.depoſi.ff.& 14.q.2. §. 1.ad hoc,c.ex parte.il 2. de ꝟuer. ꝟiu. Adde etiam,ꝙ in illo c.cum pro cauſa. dici poſſet, ꝙ concurrebat matrimonium carnale & ſpirituale, & confeſſioni factæ pro carnali in præiudicium ſpiritualis ſtatur,ad hoc faciunt rõnes,quæ in principio huius limita-

Source : BIU Cujas

limitationis adductæ sunt, uidelicet ꝙ carnale est fortius respectu solutionis.c.2.de transl.præla. Item in spirituali versat vtilitas priuata, in carnali publica.sic post Host.Io.An.Panor. tenet in c.cum pro causa.ex his dicunt præfati Doc. ꝙ si promotus in episcopū petitur in maritum, tunc in casu dubij, cū de vtilitate publica agitur,esset contra mulierem iudicandū. Ex his etiam infertur ꝙ si in causa monachationis stetur soli confessioni, sortius in ea potest deferri iuramentum voluntarium,& necessarium.Sic Pan.in c.alle.cum pro causa.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium per uerba de præsenti, est solubile per ingressum religionis. Et quid de consummato: Et quod tempus requiratur.* 2.
3 *Matrimonium, utrum dissoluatur per susceptionem ordinis sacri, & an sic caracter.*
4 *Matrimonium, nunquid soluatur per adeptionem episcopatus. & quid per ingressum domus leprosorum.* 5.
6 *Matrimonium consummatum,an soluatur per susceptionem ordinum.*
7 *Soboles susceptapost emissum votum continentiæ,an sit legitima.*
8 *Coniugum alter, an transire possit ad secunda uota altero infidelium in hæresim lapso.*
9 *Matrimonium consummatum, qualiter per ingressum religionis soluatur.*
10 *Vxor iuuenis,quæ consentit professioni uiri, quando cogatur profiteri. Et quid de marito professo inuita uxore.*
11 *Adulterium efficit ut professio inuita uxore teneat; & quid de susceptione ordinum,& de alijs adulterij effectibus.* 12. 13.
14 *Vxor sine consensu mariti, an possit emittere uotum continentiæ.*
15 *Professio per mortem unius coniugum,an teneat ubi non est mors. Et qualiter mors probanda.*
16 *Matrimonium,an soluatur per ingressum ad locum solitarium.*
17 *Professio facta propter uiolentiam sponsi an teneat, ubi ponuntur quatuor casus.* 18.

Trigesima Conclusio.

1 MAtrimonium contractum † per verba de præsenti est solubile per ingressum religionis,& post copulam non,tex.est in c.verum. & in c.ex publico.de conuersio. coniuga. Facit quod de beatis Alexio & Machario dictum est in prima conclusio. in fine primæ declara.& tu adde duo.Primò,quòd in quantum glos. in d.c.ex publico.vult quòd matrimonium non consummatum sortitur naturam ex constitutione ecclesiæ, ideo circa illud est lata potestas Papæ, quæ est supra ius positiuum,quod Hosti.quem posteriores sequuntur, non placet illa glos.quoniam secundum essentiam matrimonii & consummatio per copulam se habent tanquam esse & operari,ergo a quo depēdet esse & operatio. Sed si habet esse ex constitutione ecclesiæ,ergo & operationem.sed vltimum est falsum, ergo & primum.Præterea secundum Io. An. ꝫ matrimonium consummatum ecclesia facit suas ꝯstitutiones.c.gaudemus.& c.quā-to.de diuor.Et ante incarnationē Christi erat mr̄imoniū verū sacr̄m,& tunc ꝯsummatum ꝑ copulā,sicut hodie.Quo ergo potuit sortiri effectum ex cōstitutione ecclesię,q̄ nō erat: prius.n.quærenda est ꝑsona q̄ ratio. l. quidam. de iure codi.ff. imò potius videtur ecclesiam firmari per mr̄imonium q̄ eꝯuerso,per signifi.de q̄bus in c.debitū.de biga.Præterea si mr̄imoniū non consummatum, vt vult gl. p̄missa,sortitur naturam ex constitutione ecclesiæ, vbi erat hæc ꝯstitutio,quādo fuit matrimonium institutum,nunq̄ reperiretur.Tu ergo dic post Host. Io. An. & Pan.in d.c. ex publico.ꝙ non matrimoniū,sed ratificatio matrimonij firmatur ꝯstitutione ecclesiæ ꝓp virtutem baptismi,quam virtutem ratificationis, quæ est, ꝙ alter altero viuente non possit ꝫhere, potest Papa tollere, vel circa ipsam in aliquibus dispensare.consummatio verò ꝓcedit a iure naturali. Insti.de iu. natu. in princ.& cōsistit in facto,ꝙ ex quo factum est,nequit non fuisse,c.si Paulus.32.q.5. l.in bello.§.factæ.de ca.ff.inde est ꝙ circa ꝯsummatum inter fideles Papa nō dispensat,sed circa infideles certo casu,Papa dispensat,qa in eis matrimonium non hēt tantam efficaciā ꝓp defectum baptismi.& subiicit Host.in d.c.ex publico.vnū verbum,quod Panor.dicit esse mirabile, ꝙ ex consensu vtriusq; sponsi potest Papa ex ptāte absoluta mr̄imonium non ꝯsummatū dissoluere nulla alia causa existente, sed ex ptāte ordinaria pōt cū causa.† Secūdò adde, ꝙ inquātū tex.in d.c.ex publico,statuit tēpus duorum mensium sponsæ, q̄ dicit se velle ingredi religionem intra tempus, vel profiteatur,vel marito adhæreat. Tu dic,hoc tēpus esse arbitrarium, ꝙ ex causa potest prorogari,vel minui.ita ibi Tancre. Phili. quem illic sequuntur glos.Inno.Host.Ioan.And.& Panor.licet gl.in c.aute. 92. distin.videatur velle contra.& in c.coniuges.27.q.2.sed præcedens dictum videtur mihi verius: nam possent cōtingere circunstantiæ, ꝓp quas deberet iudex illum terminum duorū mensium abbreuiare,vel prorogare: sed non deberet iudex facile recedere a termino a iure statuto, præsertim quia ad professionem datur annus,ad hoc faciūt quæ no.scriben.maximè Bart.in l.3.de re iudi.& Panor.in c.cum sit Romana.de appel.nō ob.ꝙ in d.decretali,ex publico.fuit per Papam solū statutum tp̄s duorum mensium, quia nō sequitur ꝙ sponsæ volenti profiteri,ꝙ illud tp̄s sit regulare, cum a iure detur annus, & nemini debet tolli beneficiū iuris. Sed fortè ibi Papa solum statuit tempus duorum mensium, quia erat præsumptio ꝫ sponsam, ꝙ potius in odium mariti q̄ zelo religionis diceret se velle mutare vitam,& fortè iuuenis erat multū fer uens ad matrimonium cōtrahendū,& nolebat expectare lapsum anni.& tu etiam no.indubitanter, qñ spōsa consentiente spōsus intrasset religionē,ꝙ tenet ipsa expectare lapsum anni, cum cessat tunc cā restringendi terminum regularem,ita Panor.in d.c.ex publico, & ante eum gl.in c.despōsatam.27. q.2.& no.etiam ꝙ hic terminus nō solum datur ad intrādū, sed ad profitendum.ita gl.in d.c.ex publico. quam cōiter tenent Doc.vnde debet intelligi de ingressu religionis cum effectu,aliàs secundum Panor.non esset sufficienter prouisum spōso,cum non possit transire ad secundas nuptias,nisi sponsa profitēte,quia ante professionem nō dissoluitur matrimonium.nec obs.ꝙ per illam expectationem illi qui remanet in seculo,est periculum de lapsu carnis:quia tu responde secundum no.in c.quoniam frequenter.§.finautem. in fi.vt li.non conte.Sic videmus in simili ꝙ plus est, ꝙ maritum cruce signatum tenetur mulier expectare quantiscunq; annis. c. in presentia.de spon.de voto.ex multa.multofortius tenetur expectare per annum ingredientem religionem, cum hoc votum vincat primum.c.scripturæ. de vo. inde pendente lapsu anni,aut alio arbitrio debet interim continere,nec potest cū alio contrahere, quia vinculum matrimoniale non soluitur per ingressum,vt dixi,sed per professionem.Huic conclusioni ego facio septem declarationes.

Declaratio prima.

3 Prima declaratio est, † ꝙ matrimonium de præsenti nō dissoluitur per susceptionem ordinis sacri.habetur in extrauag. Io.22.inci.altercationis antiquæ.ad hoc, quia qui suscipit ordinem sacrum,non vouet expressè castitatem se seruaturum in seculo,sed per votum castitatis seruandæ in seculo,nō dissoluitur matrimonium de præsenti. in c.ex parte.el 2.de conuer.coniu.facit quod no.gl.in d.c.vnico. in verbo,sacri.quia si,inquit gl.illa,diceremus contrarium, iam sequeretur ꝙ duplici remedio posset sponsus sponsalia dissoluere.s.per ingressum & per susceptionem ordinis sacri, & mulier sacrum ordinem non recipit solum dissolueret vnico,s.per professionē. Nec ob ꝙ ingressus religionis dissoluit,quia tu dic esse speciale in hoc casu, quia professus æquiparatur mortuo, & mors naturalis dissoluit matrimonium.ergo & ciuilis, quæ contingit per professionem, quæ ratio cessat in eo qui susceptit ordinem sacrum.Nec obs etiam ꝙ sacer ordo,& ꝓfessio æquiparantur in d.c.vnico. quia est verum quantum ad impediēd ū & dissoluendum matrimonium post contractum, vt ibi, nō quo ad dissoluendum prius cōtractum. tu tamen no.ꝙ talis cōiugatus recipiendo ordinem inscia, & ignorante vxore recipit caracterem,inde mortua vxore tenetur continere,& si contrahat matrimonium,non tenet.ita Hosti.Io.An.& Pan. reprobato Goff.tenent in c.placet.de coniu.Nec ob.tex.ibi, quia loquitur in eo qui ignorante vxore fecit professionem, secus in casu nostro.ratio diuersitatis ad præcedentia est,qa matrimonium de iure diui.non impedit susceptionem sacrorum ordinum,sed tantum processit istud ex cōsuetudine ecclesiæ. istud clarè patet in ecclesia orientali, vbi ordinati habent vxores & filios legitimos.in c.olim.de cleri.coniug. Nicena.31.di.ita.vt orientalis transferens se ad Latinos,cū vxore poterit more Græcorum celebrare,& vxorem retinere,vt post Tancre.& Bartho. Brixien.in quadam q.veneriali,tenet Henri.in c.coniugatas.de conuer.coniug.Sic naturaliter matrimonium nō resistit promoto ad sacros, sed matrimoniū, in quo habet potestatē sui corporis, &c. resistit & repugnat religioni propter votum castitatis. Itaq; vsus matrimonij & professionis sunt incompassibilia, meritò ingressus & professio impeditur per existētiam matrimonij. Posset adduci alia ratio, per susceptionem sacri ordinis coniugato imprimitur & remanet caracter, inde mortua vxore remanet ordinatus clericus:sed in professione non imprimitur caracter,quia ordo est sacrum,non professio.

Declaratio secunda.

4 Secunda declaratio, † ꝙ per adeptionē, epatus nō soluitur matrimonium

matrimonium de preſenti. Ita tenet Io.An.Pet.de Anc.Domi.& Fran.in d.c.vnico.de vo.in 6.adeo ꝙ gl.77.di.ſi quis pe. voluit ꝙ ad ep̃atum vel papatum non poſſet quis promoueri ſine licẽtia vxoris.& eo caſu,quo eſſet vxoratus promotus ad ep̃atum vel papatum,dicit Aſten.lib.8.ti.de impedimẽto ordinis,tractabitur cã coram concilio, vel coram ipſo Papa, qui debet de ſe ius reddere. Dicitq; idem Aſten.probabilius eſſe, ꝙ Græci nõ debeant ad ſacros ordines ſine cõſenſu vxorum promoueri, quia ad minus tpe miniſterij fraudarentur redditione & poſtulatione debiti coniugalis.ratio aũt huius declarationis, quia ad ep̃atum nõ peruenitur niſi per ſacrum ordinem, qui ſacer ordo nõ diſſoluit matrimonium, vt.s̃.eſt dictum.refert autem Arch.in d.c.vnico,ꝙ Guido de Suzaria poſt matrimonium de præſenti per ipſum cõtractum fuit poſtulatus in ep̃m Tauri.ſed poſtulatio eius non fuit admiſſa.

Declaratio tertia.

5 Tertia declaratio eſt, † ꝙ matrimoniũ de præſenti nõ diſſoluitur leproſo intrante domum leproſorum,maximè id verum ſi leproſi ibiq; degentes nõ ſunt religioſi ꝓfeſſi.ita Hoſt. & Io.An.tenent in c.ex parte.el 2.de conuer. coniu.Et procedit ſecundũ eos,ſi promitterent illa tria ſubſtantialia regulæ.Neq; audent Hoſt.& Io.aſſerere contrarium, cum id non ſit iure cautum.Dicũt tamen in hoc poſſe diſtingui,an timeatur de incontinentia leproſi,vel nõ:an domus ſit apta ad cõtinendum, vt quia ſunt ibi maſculi cõtinenter viuentes,& ille leproſus eſt ſenex vel maturus:aut videndum eſt an domus nõ ſit apta,vt quia nõ diſſoluatur matrimonium de ptẽſenti, niſi in illa domo leproſaria ſit religio approbata, ꝙ leproſus ſit profeſſus,aliàs poſt matrimonium per vxorem ſuam contractum leproſus poſſet contrahere,quod eſſet abſurdum,& contra ea, quæ dicta ſunt.s̃.concluſio.8.verſi.6.ſoluuntur.

Declaratio quarta.

6 Quarta declaratio eſt, † ꝙ matrimoniũ etiam cõſummatum per carnalem copulam diſſoluitur, ſi maritus cõſentiente vxore ordinetur.tex.eſt in c.coniugatus.eo.ti.An tunc ſit neceſſe,ꝙ vxor profiteatur, an ſufficiat ꝙ promittat cõtinentiam?ego lego plures opiniones.Prima,ꝙ ſufficiat ipſam promittere continentiam.ad hoc,quia c.cõiugatus,loquitur indiſtinctè.& Ber.ibi referente,hoc tenebat.Alia.gl.ſi.ita tenet in c.quia ſunt culpę 28.di.Lau.& Arch.in c.quia ſeriatim.33. di.Guil.in c.nullus.in verbo,coniugato, de tempo.ordi.in 6. & Zenze.in extraua. Io.inci.antiq. Secunda opinio eſt,ꝙ habeat neceſſe ꝓfiteri, maximè ſi eſt iuuenis, aut aliàs ſuſpecta de incontinentia,iuxta tex.in c.cum ſis.eo.ti.Et hanc opi.tenet gl.in d.c.coniugatus.Et pro hac opinione facit,quia ſi marito profitente vxor ſuſpecta, vt.s̃.teneatur profiteri, fortius ordinato marito tenetur ꝓfiteri, quia maritus ordinatus de conſenſu vxoris poſſet facilius q̃ profeſſus accedere ad vxorem,& forſan nõ habebit repulſam.& quamuis Io.An.dicat, in his poſſe diſtingui, vt opinio ptima procedat, ſi mulier ſit iuuenis,& nõ ſuſpecta,at ſecunda ſi ſit iuuenis & ſuſpecta:tamen non placet Ant. & Panor. quia mulier iuuenis nõ eſt ſine ſuſpitione incõtinentiæ,cum ſit fragilis,mutabilis,& volubilis.Panor.aũt ſequitur opinionem ſecundam, quam etiam Calde.ſequitur in c.ex parte.el 1.eo.ti. Sed mihi placet magis opinio prima, vt marito ordinato ſufficiat vxorem ſimpliciter vouere cõtinentiam, & non ſit neceſſe eam profiteri.ad hoc,c.ꝯiugatus,quod loquitur indiſtinctè. Item ꝙ coniuges cõi cõſenſu poſſunt ſine ſuſpicione ordinum remanere in ſeculo,modo nõ faciant ex ira,odio,aut indignatione,ſed cauſa ſeruandæ ꝯtinentiæ.33.q.5.qđ Deo patri.fortius ſi maritus ordinetur de ꝯſenſu vxoris ſufficiet vxorem vouere ꝯtinen-
7 tiam.in quo tu aduerte,† ꝙ ꝯiuges qui ſic inuicem emiſerũt votum perpetuæ ꝯtinentiæ, ſi ſe cognoſcãt,ſoboles erit illegitima,& vno mortuo alter debet ꝯtinere,ita vr̃ velle gl.in c. miniſtri.81.di.Inn.& Hoſt.in c.dudum.de conuer. coniu.Ab iſto tñ vltimo dicto recedit Io.An.& etiam ego dubito,quia votum ſimplex nõ dirimit matrimonium. c.vnico, de vo.in 6.niſi dicatur,ꝙ illud c.loquitur in ſolutis, non aũt in coniugatis emittentib.votum. Sed volentes præcedens dictum ſuſtinere, dicunt ꝙ ſi ꝯiuges vouent caſtitatem reſpectu certæ religionis,procedit dictum Inn.& Hoſt.& ſi vouent ſimpliciter ꝯtinentiam,procedit dictum Io.An. Sed mihi vr̃ indiſtinctè,ꝙ opi.Io.And.ſit verior:quia dum coniuges vouent ꝯtinẽtiam ſimpliciter,vel reſpectu certæ religionis,per hoc votum eorum non dr̃ ſolenne,cum non ſit recepta profeſſio ab habente ptãtem.ita Pet.de Anc.Do.& Fran.in d.c.vnico.His adde,ꝙ tenendo opinionẽ de qua.s̃.vt marito ordinato ſufficiat vxorem ẽt iuuenem & ſuſpectam vouiſſe cõtinentiam, & non ſit neceſſe eam profiteri,nõ obſtat quod dicebatur,ꝙ id requiratur in marito profitente,vt in c.cum ſis eo.ti.item ꝙ relinquitur maior occaſio ordinato remanenti in ſeculo accedenti ad vxorem,q̃ ſi eſſet in monaſterio:quia tu dic hãc nõ fuiſſe veram,& fundamentalem rõnem iurium, ſed hanc rõnem eſſe,videlicet ꝙ maritus promotus ad ſacros ordines vxori relictæ in ſeculo miniſtrabat neceſſaria.31.di.omnino. Et propterea ſubtrahit ei occaſionem peccandi, arg.l.palam. §.non eſt.de ritu nup.ff.imò ẽt peccantem in corpus corrigere poſſet,& in vinculis ꝯiicere.34.q.5. placuit.& q.5.hæc imago.no.per gl.fi.in c.quemadmodum.de iureiur.Quæ oĩa ceſſant marito profeſſo,quia non habet propriũ vnde poſſit miniſtrare neceſſaria, & non habet profeſſus vxorem in poteſtate vnde poſſit eam corripere.Præterea votum expreſſum vel tacitum continentiæ viri, ſiue in profeſſione, ſiue in ordinatione eſt principale, votum vxoris acceſſorium.& cum obligatio vxoris ſit acceſſoria,ergo,ar.l.Græce.§.illud.de fideiuſ. in plus non extenditur q̃ obligatio viri.Sed vir promotus ad ſacros remanet in ſeculo. durum itaq; eſſet dicere ꝙ ipſa teneatur intrare religionem: tũc.n.ipſa cum viro ad imparia iudicaretur.Huic tñ declarationi adde,ꝙ ſi maritus promouet ad ep̃atum de conſenſu vxoris, habet vxor neceſſariò profiteri.iſte eſt tex.in c.ſanè.eo.tit.quia marito ꝓmoto ad ep̃atum poſſet vxor accedere ſæpe ad illum pluribus ſtipata mulieribus,& pro multis intercederet contra iuſtitiam,inſtaretq; pro ditatione parentum & filiorũ, & exinde multa mala contingere poſſent,& ideo quod vituperari poteſt præcaueri debet.c.vnico,de obli.ad ratioci.c.1.de ſer.non ordi.

Declaratio quinta.

8 Quinta declaratio eſt, † ꝙ eccleſia poſſet ſtatuere ꝙ altero fidelium lapſo in hæreſim poſſit alter coniugum tranſire ad ſecunda vota.ita Hoſti.in c.de infidelib.de conſan.extra.licet Panor.ibi dubitet. Ad hoc, quod inter fideles, inter quos eſt verum matrimoniũ,eccleſia ſtatuit ꝙ iuncti in gradu prohibito lege canonica conuerſi ad chriſtianiſmum nõ ſeparentur. Et paganus, qui plures habuit vxores,conuerſus adhærebit primæ.in d.c.de infidelib.& in c.quãto.Ergo multomagis inter Chriſtianos in caſu præmiſſo idẽ ſtatui poſſet.

Declaratio ſexta.

9 Sexta declaratio, † vt matrimonium cõſummatum per copulam diſſoluantur,ſi vterq; religionem profiteatur: aut ſi vno de licẽtia alterius profitente, alter remanens in ſeculo ſit ſenex & non ſuſpectus de incontinentia.Iſtud probatur in c.j.& c.cum ſis. eo.tit.Tu tñ limita multis modis.Primò,niſi vnus ſit ꝓfeſſus altero ignorante,quia is poteſt repeti ad petitionem ignorantis.c.placet.eo.tit.Secundò,ſi vnus altero cõtradicente ſit ꝓfeſſus.c.quidam.eo.ti.Tertiò,ſi alter ſciuit ingreſſum,ſed diſſimulauit.ita Panor.in c.1.alleg.Dicit tamen ibi idem Panor. ꝙ ſi in caſu iſto, quo maritus ſciente & diſſimulãte vxore eſt ingreſſus,ſi vxor viuens non repetijt,non põt ea mortua exire monaſterium.Idem Panor.& latius in c.cõſuluit.eo.ti.vbi reprobatis duobus intellectibus gl.ibi,ſequitur hunc intellectum,qui fuit Io.An.Nõ ob.c.veniens,de eo qui duxit in ma. vbi viuente prima contrahens cum ſecunda primi matrimonij inſcia mortua illa prima,ſecũdæ debet adhærere,ſi ipſa velit.Et tũc tenebit matrimonium cum ſecunda ex nouo ꝯſenſu,& ſi ante illum ꝯſenſum contrahat cum tertia,tenebit matrimonium. Tertium,vt ibi gl.voluit & ſcribẽtes,quia tu dic ꝙ in cõtrahente cum ſecunda viuente prima, ſemper eſt animus deprauatus,cum ea nõ intendit matrimonialiter ꝯhere, ſed potius decipere,inde ꝯſenſus non eſt legitimus,ſed aliud eſt in eo,qui ſine ꝯſenſu vxoris fuit ꝓfeſſus,quia ſemper adeſt animus mutantis mutandi priorem vitam,& incontinenti ꝙ fuit ſublatum obſtaculum per mortẽ vxoris fuit validata prima profeſſio. itaq; qui ab vxore viuente non fuit a monaſterio eductus vt poterat ea mortua,debet manere in ꝓpoſito, & remanet profeſſio, quæ etiã quo ad ipſum ſemper tenuit. Quartò,ſi maritus ꝯſenſit inuitus ad ipſius petitionem, fit reuocatio a monaſterio.c. accedens.eo.titu.34.q.5. notificaſti. Quintò,ſi ꝯſenſit per dolum.c.veniens.eo.ti.Sextò,ſi cõiunx iuuenis ꝯſenſit ſponte, quo caſu licet ingreſſus non ſit ille ad petitionem vxoris reuocandus, quia præſtando ꝯſenſum renuntiauit iuri qđ habebat in marito,tamen ipſa nõ habet poteſtatem amplius reuocandi,de quo gl.no.in c.vxoratus.& c. ſeq.eo.tit.Sed iudex poterit ex officio illum educere de monaſterio,ne per remanentem in ſæculo committatur adulterium,& talis erit verus religioſus,ex quo vxor ꝯſenſit,& poſt mortem vxoris eſſet cõpellẽdus redire ad monaſterium. ita poſt Cal.Panor.in c.1.eo.ti.in vlt.col.An aũt marito ingreſſo religionem

Source : BIU Cujas

religionem de consensu vxoris cogatur mulier adhuc iuuenis etiam monasterium & intrare & profiteri. Aliqui, vt Inno. dicunt, ꝙ solum debet intrare monasterium, vt coarceatur a vagatione, & non cogatur profiteri. Quia vltra proprium cõsensum quis non cogit̃ profiteri. c. integritas. 32. q. 1. Sed hæc opinio esset inepta, quia durum esset & alienum, coniungere professos cum non professis, ar. c. clerici. de vita & hon. cle. & ineptum etiã foret coniungere homines diuersæ professionis simul, ideſt arare cum boue & asino. in cle. 1. de ele. in c. in noua. 16. q. 7. Præterea consentiendo marito, & sic tacitè vouendo continentiam, obligatur religioni ex eo maxime, ꝙ nõ po
10 test stare sine suspitione incontinentiæ. †Ego autem puto, ꝙ duobus casibus cõpellatur profiteri. Primus est, si ẽt vouit intrare religionẽ. c. Agathosa. 27. q. 2. Secundus est, si vouit simpliciter continentiam, & ipsa erat iuris conscia, compellitur intrare religionem, licet viuat ꝯtinenter in seculo, ex quo est suspitio incontinentiæ ꝑ ætatem, ita ꝓbat tex. in c. significauit, a ꝯrio sensu, vbi Pan. in 1. no. eo. tit. ex quo sequetur vnũ, ꝙ si persona quæ ꝯsentiẽs professioni alterius, ſ. mariti vel eꝯ, ac simul emittens cõtinentiam sit talis, quæ erat iuris ignara, vtpote miles, minor, rusticus, ipsa nõ cogitur profiteri, sed solũ ingredi monasterium. ita post Cal. Panor. intellexit tex. in d. c. 1. Prędictis adde, ꝙ vbi maritus vxore inuita est ingressus monasterium, non tenet ingressus in præiudicium mulieris, quę põt eum repetere, & mortua vxore nõ tenetur redire ad monasteriũ, licet teneatur continere. iste est casus in c. quidã intrauit. eo. ti. & est casus, in quo si nõ valet quod ago, &c. hic n. ingressus non valuit ꝑ defectum consensus mulieris, & tñ maritus remansit obligatus ad continentiam, quã ipse vouit in ingressu. & inquantũ dixi, ꝙ mortua vxore nõ tenet̃ redire ad monasterium, si obiiciatur de d. c. ex parte. dic ꝙ ibi vxor dedit licentiam marito, ideo mortua ꝯiuge tenetur redire ad monasterium. Et similiter si obiiciatur de d. c. consuluit. eo. ti. dic vt s. ꝙ vxor ibi dissimulauit ingressum, & viuentem maritum non reuocauit. Ea itaq; mortua tenetur redire ad monasterium, sed in casu nostro vxor contradixit & reuocauit. Et quisic intrauit inuita coniuge, & ab ea fuit reuocatus, ea mortua non peccat, non redeundo ad monasterium. nõ. n. valuit votum mariti, ex quo non habuit ꝯsensum vxoris, licet contra teneat gl. 1. in d. c. quidam intrauit. Mihi aũt placet opinio gl. vltimæ ibi, quam Pan. sequitur, licet Ant. reprobet. Et si taliter ingressus inuita vxore eductus per eam mortua vxore ꝯtrahat, licet faciat ꝑ votum quod emisit, tñ tenet matrimonium. Nec ob. si tu dicas, ꝙ votum fuerit solẽne, quod dirimit matrimonium, vt in d. c. vnico. Quia tu dic, ꝙ ille tex. requirit vt votum sit solẽne, ꝙ vouẽs fuerit factus religiosus & professus in aliqua religione approbata. sed hic non fuit factus religiosus ꝑ defectũ ꝯsensus vxoris: & paria sunt non ꝓfiteri & inualidè profiteri. Mihi ẽt placet opi. gl. 1. in d. c. q intrauit, q̃ ibi sequitur Host. ꝙ sic professus non possit, nec debeat votũ exigere, sed exactus reddere dẽt, quia renunciauit iuri, quod habebat in coniuge, intrãdo monasterium, quod fuit in eius potestate. sic etiam tenuit gl. fi. in c. accedens. eo. ti. idem gl. in d. c. Agathosa. Arch. in d. c. vnico. idem in c. si vir. 27. dist.

Declaratio septima.

12 hendenda.† Tertia verò ſolutio ad illam legem, erat Frã.Are. ꝙ ibi conditio de diuertendo,cõtinet facta; vnum expreſsũ, & affirmatiuum:aliud implicitũ, & negatiuum. affirmatiuũ, ꝙ diſſoluat matrimonium;negatiuum,ꝙ non ſtet cum viro, neque ei cohabitet perpetuò,vt eſt tex.in l.diuortio. ff.de diuor. vbi notatur ꝙ illud propriè dicitur diuortium, quod fit eo animo, vt coniuges perpetuò abinuicem diſcedant. licet ergo diuertendo ſit implementum affirmatiuum, tamen nõ eſt negatiuum implementum, quod habet tractum ſucceſſiuum,& durationem vſque in futurum,ideſt vſq; ad mortem alterutrius contrahentium,vnde nil mirum ſi in illa. l.repræhendenda,requiſita fuiſſet perſeuerantia, niſi conditio contineret turpitudinem.Tu etiam aduerte, ſuſtinendo hanc vltimam opin.quòd ad cõſequendum legatum ſub conditione ingreſſus,ſufficiat ingreſſus ſine profeſſione.Ad d.l.repræhẽdenda,quæ multum ſtringit,vt dixi,dici poſſet, ꝙ non poteſt in illa lege ſupra inducta,ſumi argu. a contrario ſenſu,quia reſultaret abſonus intellectus ad alia iura, quod eſt contra re-
13 gulam tex.in l.2.de cond.in.fi.C.† Poſtremò pro complemento huius concluſionis,quia de profeſſione expreſſa,vel tacita dictum eſt,quomodo, & per quæ verba fiat vera & expreſſa profeſſio,& quomodo tacita,& contingat ſeptem modis,eſt recurrendum ad notata Hoſt.& Io.An.in c. rurſus. alleg. magis autem meo iudicio in ea re eſt ſequendus Io.And. qui vidit iura nouiſſima Sexti & Clementinarum, & in eis ſcripſit gloſſemata.Sed Hoſt.non vſquequaq; eſt credendum,qui nõ incidit in tempus compilationis illorum iurium.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonia,per quos errores impediantur & diſſoluantur.*
2 *Error perſonæ,matrimonialem conſenſum an excludat.*
3 *Error conditionis in quatuor caſibus non diſſoluit matrimonium.*
4 *Matrimonium cum hęretico tenet.*

Concluſio trigeſimaſecunda.

1 ERror perſonę, & error ꝙditionis,† impediunt & diſſoluunt matrimonium:Error fortunę,& qualitatis nõ.Hęc concluſio firmatur primò ratione,quia in contractibus,& ſacramentis quædam ſunt ſubſtantialia,quædam accidentalia, & defectus in ſubſtantialibus facit deficere ſacramentum matrimonij: defectus in accidentalibus non: vnde oportet ꝙ error, qui impedit matrimonium, ſit alicuius eorum,quæ ſunt de eſſe matrimonij.duo autem includit matrimonium,ſcilicet duas perſonas,quæ coniungũtur: & mutuã corporis poteſtatem inuicem, in qua matrimonium conſiſtit.Primum tollitur per errorem perſonæ. Secundum per errorem conditionis, quia ſeruus non poteſt liberè habere poteſtatem ſui corporis. Inde hi duo errores perſonæ,& conditionis, matrimonium impediunt. Sed fortunæ, & qualitatis non. Hæc quoque concluſio firmatur a Gratiano, 29. q.3.in ſumma,a Magiſtro ſententiarum, in 4. diſtinct.30.Error perſonæ eſt,quando hic putatur eſſe Virgilius, & ipſe eſt Plato. Error fortunæ cum hic putatur eſſe diues, qui eſt pauper. Error qualitatis,ſi hæc putatur eſſe nobilis aut virgo,quæ eſt plebeia aut corrupta.Error conditionis,ſi hic putatur eſſe liber, qui eſt ſeruus:& cũ impoſſibile ſit, ꝙ mulier putet Virgiliũ, ipſum eſſe Platonem.quod verum eſt ſecundum opin.illorũ, qui affirmant iſtum eſſe Virgilium,nihil aliud eſt, ꝙ Virgilianum eſſe Virgilium.Propterea gl.dicit ibi in exemplo præmiſſo,quòd non debet eſſe ipſe,ſed hic; quod non eſt pronomẽ, ſed aduerbium,vt ſit ſenſus,quòd error perſonæ eſt,quando putatur eſſe Virgilius hic,ideſt hoc loco,& ibi eſt Plato,quãuis dici poſsit hic putat iſtum eſſe Virgilium,non tamen Virgilium eſſe Platonem, & hoc propter accidens, quod innuit proprium nomen.ita in dicta cauſa,& q.refert gl.Hugo.ſentire in verbo,quod hic putatur.ad hoc ſecundum gl. quia pingui intellectu errantis putatur de aliquo, quod ſit alius text. 26.q.5.in c.nec mirum.vbi dicit Auguſt. quòd hunc eſſe puto hominem demonſtrato dęmone,facit in argu.l. & an eandem.de except.rei iudi. ff.l.ſi is qui.§.ſi mihi,de furt.ff.& ff.de iniur.l.ſi iniuria.§.eum qui.quòd hunc puto Lucium demonſtrato Seio.Nec ob.inquit Magiſter ſententiarum,& Gratianus in locis allegatis,quod afferri poſſet de Iacob, qui ſeptem annos ſeruierat,vt daretur ei Rachel;& ei ſuppoſita Lya, qa cum Lya non fuit matrimonium, niſi ex conſenſu, qui fuit ſubſecutus.Neque tamen ex illo concubitu, qui conſenſum præceſſit,fornicati ſunt, cum ille maritali affectu eam cognouerit,& illa vxorio affectu ſimiliter ſoluerit debitum, putans lege primogenitarum, & primo affectu ſe illi iure copulatã. excuſatur etiam Iacob, quia Dei conſilio in miniſterio actũ eſt non ſecus, quàm excuſaretur ille, cui inſcio ſoror vxoris
2 lectum eius ingreſſa ſe ſubiiceret.† Et tu aduerte,quòd error perſonæ non ſimpliciter ex conſtitutione eccleſiæ,ſed ex ſui natura matrimonialem conſenſum excludit, quia qui errat non conſentit.l.ſi per errorem.de iuriſd.omn.iudi.ff.& erratis voluntas nulla eſt.l.cum teſtamentum.de iur.& fac. ignor. C.addit Aſteſa.lib.8.tit.14.art.1.& Henr.qui aſſiduè recenſet eum,refert eundem in c.1.de coniug.ſeru.quòd ad hoc vt aliquis vel aliqua erret conſentiendo in vnum, quem putat alterum,neceſſarium eſt,quòd per viſum,auditum, vel famam habeat aliquam notitiam illius perſonæ abſentis, quã credit præſentẽ,quia in penitus ignotũ, nec affectum,nec ꝙſenſũ dirigere poſſumus,ar.l.cum ab eo.§.fi.de contrah.emp.ff. vnde

cum

Source : BIU Cujas

cum consentiat in personam absentem aliqualiter, vt dictum est, sibi notam, quam putat esse præsentem, constat ꝙ non cõsentit in prẽsentem, & sic non est matrimonium quando in persõna erratur: quod si nullam notitiam habebat de persõna absente, non errat in ea, sed decipitur in præsente. inde dicunt ꝙ si aliquis Anglicus plebeius veniat ad aliquam mulierẽ nobilẽ, dicens se esse filium regis: cuius regis, vel filij eius, vel ipsius loquentis mulier nullam notitiam habeat, & contrahit illa cum eo, credens eum filium regis, non impeditur matrimonium, quia non fuit error persõnæ, sed potius qualitatis, quæ nõ impedit matrimonium. Tu tamen dic, quod ly filius regis, potest teneri substantiuè, & adiectiuè, de quo post Ray. no. Astensis, & Henricus Bohic in locis proximè allegatis.

Circa errorem conditionis, tu dic quòd in quatuor casib. non dissoluit matrimonium.

Casus primus.

3 Primus est, †cum est error ꝑdõnis melioris, vt si quis putat ꝯhere cum ancilla, quæ in veritate est libera, talis error non inducit diuortium, cũ errãtis fiat melior conditio, ergo ẽt eo inuito possumus contra eum iudicare, arg. l. soluendo. de neg. gest. ff. ar. l. 1. & 2. de lib. cau. ff. ita tenet Vinc. Phil. Inn. Host. Io. An. & Pan. in d. c. ppo fuisti. de ꝓiu. seru. Gof. & Host. & Io. An. in c. fi. alleg. & Arch. 29. q. 2. in Sum. licèt gl. & malè eadem cã, & q. teneat contra.

Casus secundus.

Secundus casus est, si est error paris ꝑdõnis, vt si seruus cõtrahat cum ancilla, seu serua credens eam liberã, quia non habet quid sibi obiiciat. 32. q. 6. per totum. c. significasti. de diuor. ita Inn. Io. An. & Pan. in d. c. proposuisti. idem Gof. in c. fi. e. ti. & Host. idem in Sum. eo. ti. & frater Io. in Sum. ꝑfes. ti. de impedimento ꝑditionis. q. 1. & seq. & in ea opi. refert Henr. Bohic etiam esse Thomam, Pet. Alb. in suis scriptis, in 4. di. 36.

Casus tertius.

Tertius casus, ꝙ error ꝑdõnis ascriptitiæ non impedit matrimonium, vt si libera contrahat cum ascriptitio. §. ascriptitio. de nupt. collat. 4. ita Vinc. & Io. An. in d. c. proposuisti. Hug. Io. de Fant. & Archi. 29. q. 3. in sum. Host. in Sum. eo. ti. §. fi. ver. quid si liber cõtrahat, & frater Io. in Summa confessio. tit. de impedimento conditionis. q. 3.

Casus quartus.

Quartus casus est, si post contractum matrimoniũ per errorẽ cõsenlit de nouo. Ad hoc in arg. c. fi. eod. ti. Et inquantum dictũ est, ꝙ error qualitatis non impedit matrimonium, fallit si qs putat ꝯhere cum Christiana, & hæc est Iudæa vel pagana, nõ tenet matrimonium etiam si a sciente ꝯheretur, nisi ad hoc,
4 vt conuertatur ad fidem. 28. q. 1. c. 1. 2. & 3. & c. caue. † Cum hæretico, dicunt Doc. ꝙ tenet matrimonium, quia caracter Christianitatis, qui imprimitur in baptismo remanet, nec tollitur propter hæresim superuenientem. c. decreuit. de hær. in vj. Et ꝙ matrimonium inter catholicum, & hæreticũ teneat,
5 no. Hug. & Ioan. 28. q. 1. c. non oportet. & Guil. in Spe. in rub. de diuor. ver. eodem modo.

SVMMARIVM.

1 *Conditiones turpes & impossibiles, qualiter se habeant circa matrimonia.*
2 *Et quando suspendant. 2. 4 6.*
3 *Matrimonium, an conferatur in arbitrium alterius. in fi. nu.*
4 *Conditio inhonesta & impossibilis habetur pro non adiecta.*
5 *Conditio contra substantiam matrimonij vitiat.*
7 *Conditiones impossibiles, an vitient contractus & vltimas voluntates. Et quot sint conditiones impossibiles. 8. 9. 10. 11.*
12 *Impossibilitas in actibus, quę est a natura, quomodo consideranda.*
13 *Conditiones possibiles sunt in triplici differentia.*

Conclusio trigesimatertia.

1 Conditiones, quæ sunt turpes, †& impossibiles, in matrimonijs habentur pro non adiectis. Sed quæ sunt ꝯ substãtiã matrimonij, vitiant ipsum matrim. Hæc conclusio ꝓbat in c. fi. de condi. appos. Adde huic ꝯclusioni multa.

Primo, ꝙ ꝑditio, quæ est de præsenti, vel præterito, nõ suspendit: imo si est vera, ꝯctus prout agitur est purus, aliàs est nullus. l. cum ad præsens. si cer. pet. ff. l. testamento. §. 1. de iniusto rup. test. ff. l. conditiones in prẽteritum. & l. si ita stipulatus fuero. de verb. obliga. ff. §. conditiones. eodem. ita tenent Vincen. Abb. Io. And. in d. c. fi. Astensis lib. 7. titu. de causa effi. matri. art. 6.

Secundò, conditio quæ de iure tacitè inest, etiam si sit de futuro quo ad verba, vt si Deo placuerit, si Deus voluerit, hæc non suspendit, ar. d. l. conditiones. l. aliquando. de condi. & demon. ff. quod tu dic, vt notat Arch. & Io. An. in c. vnico. de desponsa. impu. in 6.

Tertiò, quando est conditio omnino extitura, & quæ non est contra subiectum matrimonij, quia talis nõ suspendit cõtractum sponsaliorum, vel matrimonij, sic referente Henri. Bohic. Tenent Thomas, & Bona. in 4. distin. 29. & frater Ioã. in Summa confessio. tit. 1. q. 9. Astensis, lib. 8. ti. de modo contrahen. sponsalia, ar. 2. q. j. sed nunquid cõtrahitur. & est ratio secundum eos, quia talia futura sunt præsentia in causis suis.

2 Tu tamen aduerte, quod Ber. in c. per tuas, in verbo, præsumendum, in fi. de cond. appo. & ibi Goffr. & Io. tenet contra, pro quibus videtur facere c. fraternitatis. de frigi. l. eum qui calendis. de verb. oblig. l. insulam. & l. in illa stipulatione. eo. ti. commissa. §. porro. de elect. Et Ray. dicit, ꝙ si contraho matrimonium sub conditione ista, contraho tecum, si soleat in cãcro in æstate instanti, quod non est matrimonium, antequã extet conditio, adeo ꝙ si medio tempore ante euentum conditionis cum alia contrahat, ꝙ tenet matrimonium. sed opinio prima communiter tenetur, quia cõditio necessaria, quę est omnino extitura, non suspendit actum, arg. l. quod si sub ea conditione. de condi. & demonst. ff. l. si pupillus. §. qui sub conditione. de noua. ff.

Quartò conditio suspendit, quando est talis, cuius præexistentia est necessaria ad esse matrimonij, vt cum Christianus dicit Iudeæ vel infideli, contraho tecum matrimonium si facta fueris Christiana, sine qua conditione non tenet matrimonium, vt 28. q. 1. non oportet. & c. caue. & per talem conditionem suspenduntur sponsalia & matrimonium tam ex vi conditionis, q̃ ex natura rei, idest fidei, quæ debet inesse ante quam sit matrimonium inter eos, de quo Ber. & Host. in c. fi. alle. & per Io. 32. q. 2. solet. Ber. idem dicit in hæretica, vel Saracena, & malè meo iudicio. Nam matrimonium cum baptizato, licèt hæretico tenet, vt ꝛ. dixi, caracter Christianitatis, qui imprimitur in baptismo, remanet. Specu. in rubri. de diuor. in princip. versic. eodem modo, Hug. & Ioan. in capit. alleg. non oportet. Ioan. And. in cap. fin. alleg. idem Ioan. An. in c. decreuit, de hær. in 6.

3 †Quintò conditio voluntaria, quæ est honesta, suspendit matrimonium, vt illa, contraho tecum si mihi dederis cẽtũ, si pater meus, vel tuus consenserit, tunc suspenduntur sponsalia, vel matrimonium donec conditio extet. c. super eo. c. de illis. c. per tuas. eo. titu. Nec refert, an dicat, vel exprimat, verbum futuri temporis, accipiam te. vel contraham tecum, vel verbum præsentis temporis, accipio te, vel contraho tecum. quod tu intellige quantum ad effectum conditionis, quæ suspendit. sed in hoc differunt, quia primo casu, adueniente cõditione erunt sponsalia; in secundo matrimonium, secundũ no. in c. de illis. vbi Io. And. Et tu aduerte, ꝙ opi. Vincẽ. Pet. & Abb. Ant. & Hosti. in d. c. de illis. & Spe. eo. ti. in prin. dicentiũ ꝙ in matrimoniis, in quibus est consensus, per verba de præsenti, siue sit purus, siue conditionalis, modò non conferatur in arbitrium alterius, puta si dicatur, contraho tecum si dederis centum, ꝙ statim sit matrimonium, nõ placet opi. Io. An. Pan. & Henr. in d. c. de illis. nec mihi etiam placet. Nam licet consensus sit præstitus per verba de præsenti, ex quo interuenit conditio suspensiua, non tamẽ in matrimonium, nisi existat conditio, quia consensus a quo substantiatur matrimonium, non est purus nec absolutus.

Opinio prima saluari posset, quando matrimonium esset ꝯctum sub modo, cuius natura non est suspendere actum, vt per legistas in l. quibus dieb. §. Termilius. de cond. & de. ff.

Et ex prędictis no. ꝙ licet testamentum non possit conferri in arbitrium alterius, vt iura sunt vulgata, maximè in l. illa institutio. in l. captatorias. de hær. insti. tamen matrimonium conferri potest in arbitrium vel patris, vel alterius, vt suspendatur donec illius consensus superueniat, in d. c. super eo. & quę sit ratio diuersitatis, no. ibi Pan. Et tu etiam adde, ꝙ conditio honesta non suspendit in duobus casibus. Primus est, si interuenit ꝑsensus de prẽsenti. Secundus est, si subsequatur carnalis copula. tex. est in d. c. de illis. & tu no. vltimũ casum, quia extenditur cap. is qui. de spon. nam copula ibi operatur duo: purificat enim sponsalia, & eodem momento transfundit ea in matrimonium.

4 Adde, quod certis casibus †conditio ĩ matrimoniis habetur pro non adiecta.

Primus est, qñ est inhonesta, & impossibilis, vt ꝯho cũ muliere si hodie missã celebrauerit, qđ nõ est honestũ nec possibile de iure. in c. ĩ noua. de pę. Host. ĩ Sũ. de ꝑd. appo. §. q̃ ꝑdõ.

Source : BIU Cujas

Secundò,ſi conditio eſt inhoneſta,licet ſit poſſibilis de facto,vt contraho tecum,ſi hominem interfeceris,ſi furtum feceris,aut rapinam.ita Hoſt.in Summa,loco proximè alleg.& no.in c.1.& ſi eo.titu. Idem dicunt Doct. de illa conditione, ſi te virginem inuenero, quia talis error nec dirimit emptionem,nec matrimonium.l.alioquin.§. 1.de contrahen.empt. ff.& 29.q. 1.in ſum.ita tenet Ber.& Gof.in d.c.per tuas. Inno. in d.c.de illis.Hoſt.in Sum.eo.ti.§. quæ conditio. ver. quid ſi contraho ſub conditione.frater Io.in Sum.confeſ.eo.ti.q. 20. Et ſi obiiciatur, quælibet conditio inhoneſta eſt impoſſibilis dare l.ſi filius.de cond.inſti. ff. ſed impoſſibilis vitiat contractum.l.impoſſibilis,de verb.oblig.ff.§.impoſſibilis.de hær.inſti.l.impoſſibilium.de reg.iu.l.non ſolum.de act. & obli.ff.dic ſpeciale eſſe in matrimonio, ſicut in hæreditatibus & legatis eſt ſpeciale,vt ſtatim latius dicetur.

Tertiò conditio honeſta, & impoſſibilis habetur pro non adiecta, vt contraho tecum ſi cęlum digito tetigeris, ſi mihi imperium dederis.ita Hoſt.in Sum. loco proximè alleg.

Et tu aduerte,ꝙ circa illam conditionem,de qua.ſ.ſi te virginem inuenero,refert Hoſt.aliquos dicere,ꝙ ſi conditio illa deficiat,ꝙ non fit matrimonium, maximè cum illa conditio ex parte mulieris non videatur honeſta, quia ſcit veritatem, & cęlat.& inde eſt, ꝙ huic decipienti non ſubuenietur. Tamen ex parte viri videtur honeſta, & vtilis, quia fortè intēdit non incurrere bigamiam. quæ opinio procederet fortè in foro animæ,alioquin in foro iudiciali ſi occultum ſit, ſtandum eſt opinioni primæ,cū propter probationis defectum. l. duo ſunt Titij.de teſtam. tute.ff c.mulieri,de iureiur.tum propter euidens ſcandalum.c.cum olim.de cleri. coniu.c.ex literis,de homicid.

5 †Poſtremò dic,quòd conditio, quæ eſt contra ſubſtātiam matrimonij,vitiat.c.ſolet.c.aliquando.32.q.2.& in d. c.ſi.exē pla ſunt, contraho tecum, ſi generationem prolis euites, vel donec inueniam aliam honore, vel facultatibus digniorem, aut ſi pro quæſtu te adulterandam tradas, quæ omnia non ponuntur,niſi gratia exempli, quia idem eſſet, vbi eſſet eadem ratio, vtpote conſentio in te conſenſeris in illum. & dicunt Inn.Hoſt.Io.An.& Henr.in d.c.ſi.procedere iſta, ſi vterq; cō ſentiat illi conditioni, quæ eſt contra ſubſtantiam matrimonij.quòd ſi,vt dicunt Doct.vterque contradicat illi conditioni,quæ eſt appoſita contra ſubſtantiam matrimonij eſt matrimonium:idem ſi taceat, quia præſumitur contradictio in fauorē matrimonij.& Hoſt.dicit ſæpius eſſe prędicanda iſta, & mulieres in talibus inſtruendas. & no. ſecundum eum, ꝙ non ſemper copula efficit matrimonium: Nam ſi fortè volēs decipere mulierem apponat vnam de præmiſſis conditionibus,quantuncunque mulierem poſtea cognoſcat, non iudicabitur matrimonium præſumptum : ſed ſi mulier fortè dicens ſe noſcere viri fallaciam non permittat ſe cognoſci, niſi conditio remittatur,& vir remittens poſtea cognoſcatur,iudicabitur matrimonium,ſaluo ꝙ ſi nullo modo conſentiat, iudicabitur matrimonium in foro pœnitentiali, arg.cap.tua. de ſponſali.

6 †Quid,ſi quis cum muliere contrahat ſponſalia ſub conditione,ſi ſe cognoſci permittat,an ſequente copula erit matrimonium.Inn.no.in c.per tuas.quòd huiuſmodi conditio, q̄uis videatur inhoneſta,tamen non eſt habenda pro nō adiecta,ſed ſuſpendit ſponſalia,quæ in primo coitu erunt pura, & abſoluta iam ſtante conditione. In ſecundò verò coitu erit matrimonium præſumptum. Sed gl.in c.1.de ſponſa duorū, tenet ꝙ in primo coitu erit matrimonium,& hoc ſequuntur ibi Gof.Io.An.& Pan.Aſtenſis idem tenet,lib.8.tit.de modo contra ſponſa.ver.quid de eo.& hoc mihi videtur verius, nā ſi vult gl. præallegata intellexit ille, ſic contrahens, de coitu fornicario, talis conditio tanquam turpis habetur pro non adiecta.Si de legitimo coitu,multo fortius,& tunc potius videtur hortatio,modus,aut cauſa,quàm vera conditio. Quid autem de eo,qui dixit mulieri,promitto tibi ꝙ ſi vnquam cō traxero cum aliqua contraham tecum, ſi permittas me coire tecum:tunc dic eſſe præſumendum pro matrimonio, ſi coitus ſequatur:nam illud,ſi permittas,ſi ſonat in conditionem ab ea reciditur per copulam,ita poſt Rod.no.Aſtenſis vbi. ſ. & adiicit ipſe,quòd ſi quis dicat, accipiam te in vxorem, vel dabo tibi centum libras,ſi permiſeris me coire tecum, quòd ſecuta copula nō ſit matrimonium,cum ſic obligatus ad duplicem conditionem habeat optionem vtrum voluerit implendo ſit liberatus, a qua optione per carnalem copulā non lego fuiſſe receſſum.Dicit tamen idem Aſtenſis, poſt eūdem Rod.eum,qui dicit, ducam te in vxorem anno elapſo,ſi permittas me coire tecum,quòd ſecuta copula ſtatim ſit matrimonium,per quā videtur renunciaſſe dilationi tēporis.puto tamē quòd in his caſibus,qui nō ſunt a iure omnino expreſſi, cum agatur de periculo animæ,non eſſe præcipitandam ſententiam,nec aliquid pertinaciter aſſerendum.Et ſi poſt huiuſmodi contractus conditionales tranſeatur ſolenniter ad alia vota,tutius eſſet diſſimulare,aut Papam conſulere, quàm matrimonium cum ſecunda ſolenniter contractum dirimere.

7 Circa conditiones impoſſibiles, † an vitiēt contractus, aut vltimas voluntates.communiter ſolet dici, ꝙ in contractib.impoſſibilitas vitiat.§.ſi impoſſibilis,de inutil. ſtipula.l.nō ſolum. de act.& obl.ff.in vltimis voluntatibus,non.§.ſi impoſſibilis.de hær.inſt.& §.fi.de leg.Et tu aduerte,ꝙ licet gl. ibi per illū tex. & ſimiliter gl. in l.1.de his qui pœnæ nomine.C.velint,ꝙ impoſſibilis conditio,ſi adiiciatur hæredi,non valet legatum,vt ibi:ſecus ſi legatario.quam etiam opinionem tenet gl.in rub. de cond.& dem.ff.& glo. in l.obtinuit.eo.ti. & Dy.in l.nemo poteſt.de reg.iur.& quamuis etiam Io. de Imo.in d.l.1.conetur ſuſtinere hanc differentiam,an ad honoratum, an ad graduatum verba referantur:tamen communiter Doct. citramō tani Iac.de Ra.& Pet.damnant hanc differentiam per casū.l. ſi mihi.§.ſi quis ſeruos.de leg.1. vnde dic poſt citramōtanos, quos Bar.affirmat veritatem dicere,quod impoſſibilis conditio in vltimis voluntatibus in cuiuſcunque perſona apponatur vitiatur,& non vitiat.Non ob.d.§.ſi.de leg.& d. l.1. de his qui pœnæ nomine. quia ibi non erat relictum ſub conditione impoſſibili,ſed neceſſaria quæ erat appoſita, & concepta negatiua,quoniam iuſſit teſtator hæredi,quod interficiat patrem ſuum,& ſi non fecerit det centum nomine pęnę.Vides ergo quod Titius debet habere centum ſub cōditione,ſi hæres patrem interfecerit: ſed filium interficere patrem eſt impoſſibile de iure,ergo non interficere eſt neceſſarium, & ſic relictum fuit ſub conditione neceſſaria.Dices tu,ergo debēt relictum ſub conditione neceſſaria, quæ pro pura habetur.l. ſi pupillus. §. ſub conditione.de noua. ff. reſpondetur ad hoc verum eſſe,niſi,vt in caſu poſito habeat præcedentem conditionem turpem.l.ſi homo mortuus.& l.in illa ſtipulatione, ſi calendis,de verb.oblig.ff.iſtam opi.tenet gl.in d.l.1.de condi. inſti. Illa ergo diſtinctio,adiiciatur conditio impoſſibilis honorato vel grauato eſt falſa,& contra caſum,vt dixi, d.l. ſi mihi & tibi.§.ſi quis ſeruos,de leg.1.Præterea d. l.1. de cond. inſti.ff.& l.conditiones.eod.titu.& l. obtinuit.allegatæ loquuntur generaliter,& non dicunt, an vel cui ſit adiecta conditio impoſſibilis.

Cæterum, vt hęc materia altius repetatur,inquantum glo.in §.impoſſibilis.alleg.quæ ſolet de iure melior reputari, numerat quatuor conditiones impoſſibiles.

Prima, eſt impoſſibilitas de iure.

Secunda,eſt impoſſibilitas,quæ dicitur perplexitas.

Tertia,eſt impoſſibilitas de facto.

Quarta,eſt a natura.

8 Circa primam, †quæ ſolet exemplificari, ſi patrem non redemeris,nam hoc nos non poſſe facere ius prę ſumit.l.conditiones.& l.filius.de cond.inſti.ff.Tu dic quòd omnes habent pro abſoluto, quòd ſi apponatur in diſpoſitione,vitiat illam, ſiue ſit contractus, ſiue ſit vltima volunt.ad hoc l.generaliter.& l.ſi plagij de verbor.oblig.ff.quod ſi in conditione verſetur,refert,aut loquimur in contractibus aut vltimis voluntatibus, aut iudiciis ſiue arbitriis.quod ſi in contractibus, vitiatur contractus. d. l. non ſolum.l.ſi plagij.& l.generaliter. fallit in matrimonio, vt ſupra ſatis deductum fuit,& habetur in d.c.ſi.

Secundò fallit in donatione cauſa mortis, quia in hoc ſapit naturam vltimę voluntatis,ad hoc.l.quæ ſub conditione. §.hoc edictum.de cond.inſt.ff.Et donatio cauſa mortis quando ad contractum,& quando ad vltimam voluntatem accedat,eſt gl.ordi.in §.1.in verbo,ferè.de do. Inſt.Et adde quòd ſi conditio ſit neceſſaria, quia contraria conditio impoſſibilis de iure,nam tunc vitiatur contractus,in l.iuriſgentium. §. ſi ob maleficium.de pac.ff.no.Bar. in d l.non ſolum.

Secundo caſu, quando conditio impoſſibilis de iure adiicitur vltimæ voluntati vitiatur,& non vitiat.d.§.ſi impoſſibilis. Fallit primò, quòd conditio non eſt propriè impoſſibilis ex eo,quòd lex ei reſiſtit, ſed potius ei non aſſiſtit, vt eſt videre in conditione reddente diſpoſitionem captatoriam, nā tunc talis conditio vitiat diſpoſitionem propter defectum formæ a iure traditæ.l.illa inſtitutio.ff.eo.Et diſpoſitio captatoria, ſi vitiet ad pias,no per Canoniſtas in c.cum tibi de teſta.Bar.latè in l.1.de ſacroſ.eccl.C.Cy.in l.captatorias.de teſta. milit.C. Imo.latè in l.captatorias.de hær.inſt.ff.

Secundò fallit, quando propter adiectionem conditionis impoſſibilis teſtamentum detegitur peccare in forma ſubſtātiali, vt eſt videre, quando filius in poteſtate inſtituitur ſub condi-

Source : BIU Cujas

cõditione impossibili, cum forma sit tradita a iure, quod nõ possit institui nisi sub potestatiua. in l. seruus quoque. de hær. insti. ff. de quo statim latius dicetur. Vnde hoc casu redditur testamentum nullum.

Tertiò, quando conditio talis impossibilis de iure, potest impleri de facto, & in implemento facti non versatur turpitudo, quia tunc non reiicitur talis conditio, sed debet adimpleri in forma specifica. l. Meuius. in l. qui hæredi. de ꝙdi. & dem. ff. l. mulier. in §. 1. de cond insti. secus esset, si turpe foret illam impleri de facto, quia tunc reiiceretur.

Tertiò fallit, quando conditio respicit aliquam aliam causam similem honestam tamen, vt in l. legatum. de vsufr. leg. ff. & ibi latè Bar. in quo tamen arti. est videnda dist. Io. de Imo. in l. 1. de cond. insti. ff.

9 Circa secundam impossibilitatem,† quæ solet dici perplexitas, cõmuniter solet dici, quòd illa vitiat institutionem. l. si Titius. de cond. instit. ff. cuius perplexitatis est exemplum, si Titius erit hæres, Seius hæres esto: illic est quædam perplexitas inextricabilis, quia vt Titius sit hæres, oportet quòd eius conditio primò impleatur. i. quòd Seius sit hæres. Sed Seius facere nõ potest, nisi primò sua conditio impleatur. i. quòd Titius primò sit hæres inuicem, ergo propter perplexitatem verborũ se impediunt. in l. vbi repugnantia. de regu. iur. ff. Fallit istud, quando perplexitas immediatè non insurgit ex verbis testatoris, sed extrinsecus habito respectu ad aliud, puta ad patrimonium eius, tunc non vitiat, sed dissoluitur talis perplexitas, prout melius fieri poterit considerata volũtate testantis, patet exemplum in l. qui quadringenta. ad l. Fal. ff.

Secundò fallit, quando perplexitas prouenit ex verbis testantis, sed contingit inter res, quarum vna est digna maiori fauore, & in illa valet dispositio. l. fi. §. 1. cum ibi no. de vulg. ff.

Tertiò fallit, quando versatur inter res dignas pari fauore, quãdo talis perplexitas potest dissolui per implementum facti tendens ad commodum implentis, tunc non vitiat, sed potius per tale implementum dissoluitur. l. si quis ita. de condi. insti. ff. facit quod no. gl. & Bar. in d. l. si Titius.

10 Circa tertiam impossibilitatem, quæ potius difficultas dicitur,† dic quòd si est impossibilitas respectu personæ cui adiicitur, & non simpliciter respectu aliorum, tunc impossibilitas talis seu potius difficultas vitiat dispositionem, si non impletur. l. cum hæres. §. i. de sta. lib. ff. secus, si ꝓtingat eam impleri auxilio amicorum, aut alias quomodocũq;. l. Arethusa. ad fi. de sta. ho. ff. l. Stichũ Titio. §. pe. de sta. lib. ff. quòd si impossibilitas, seu difficultas sit, non tm̃ respectu personæ legatarij, cui adiiciatur dicta cõditio, sed respectu omnium, vt est illa, si montem aureum dederis: nam dato fortè, ꝙ de facto per ꝙgregationem omniũ pecuniarum aurearum posset liquefiendo fieri mõs aureus, tamen de facto hoc facilè non fieret. Nec etiam de facto eẽt possibile alicui personæ. Tunc videtur in hoc casu, cum non fuerit animus dandi iuris præsumptione, ꝙ. s. sit idem, quod supra, quod si conditio non impletur vitietur relictum, ita gl. in §. impossibilis. alleg. quam glo. tenet Ang. vbi post Imo. in d. l. 1. de cond. ff. limitat notanter veram fore, quãdo testator cogitauit de monte aureo artificiali: si autem de mõte aureo naturali, quia hoc est impossibile a natura, tunc non vitiaret dispositionem, arg. d. l. 1. secundum vnum intellectum.

11 Circa quartam impossibilitatẽ,† quæ est a natura, vtpote, si cœlũ digito tetigeris, tu dic, ꝙ refert, aut est in dispositione, aut ꝙditione.

Primo casu, si est circa subiectum eius, de quo quæritur, tunc vitiat, siue sit ꝓtractus. l. inter stipulantem. §. sacram. de verb. oblig. ff. siue sit ꝙfessio. de interr. acti. ff. l. in ꝙfessionib. l. inde Neratius. §. fi. ad legem Aquil. ff. siue sit sententia. l. fi. quę sent. sine appella. ff. siue sit lex. nam dispositio legis debet esse honesta. c. erit autem. 54. dist. siue sit vltima voluntas. l. si quis inquilinos. l. apud Iulianum. §. fi. de leg. 1. & intellige, ꝙ si vitiæ ex toto, est impossibilis: sed si solum pro parte, pro parte vitiaret, per id ꝙ habetur in l. 1. de sec. nup. C. in l. si seruus cõmunis. de don. inter vir. & vxo. ff. Quod si impossibilitas non est circa substantiam cõditionis, sed circa aliquod accidens, vt circa extensionem, vel executionem, vtputa circa angustias temporis, tunc si talis possibilitas pœnit in vltima volũtate, vitiatur & nõ vitiat. l. si mihi & tibi. §. si quis seruos. de leg. 1. Si versatur in cõtractu, si bonæfidei, idem quia vitiatur, & nõ vitiat, nisi cõtra impossibilitates fuerit per partes ꝓmissum. §. loca. de verb. obligat. l. fi. §. illud. ff. c. Si talis impossibilitas est in iudiciis, tunc si illa cõtingeret ex post facto, non est dubium, ꝙ non vitiat. l. 2. §. ꝙ diximus. ff. si quis cautio. si ab ipso principio inerat, tunc aliqui, vt Bal. & Ang. in d. l. 1. de cõdi. insti. dicunt ꝙ non vitiat, quia cẽsentur esse duo præcepta. nam si iudex præcipit aliquid fieri intra certam diem, & sit impossibile illud fieri intra diem, dummodo id aliàs de se sit possibile, tenebit præceptum, quoniam videtur duo præcepisse, aliquid fieri, & ad diem fieri. ad hoc in ar. l. Celsus. de arbit. ff. arg. c. dilecti. de dolo & cont. Sed Io. de Imo. in d. l. j. tenet cõtra. per no. in l. 2. vbi Bart. si quis in ius voc. ff. pro concordia tu vide quod no. Ang. §. impossibilis. alleg.

12 Secũdo casu principali, quando est impossibilitas a natura per modum conditionis, tu dic ꝙ si est in contractibus vitiat, adeo ꝙ nulla oritur obligatio ad perficiendum, sed tamen oritur ꝙdictio ob causam ad resoluẽdum. d. l. non solum. l. si milites. cum ibi no. de cõd. ob caus. Fallit, vt prius in ꝓtractu matrimonij, de quo. s. Item fallit, vt etiam dixi in donatione causa mortis. Item si impossibilis resoluitur in necessariam, vt si cœlum digito non tetigeris, quæ necessaria omnino extitura est, quia tunc valet contractus, & perinde est ac si ꝙditio eẽt pura. l. impossibilis. de verb. obl. l. pupillus. §. si sub cõditione. de noua. ff. Si verò impossibilis a natura apponitur in vltimis voluntatibus, illa vitiatur, & non vitiat dispositionem. d. l. 1. de ꝙd. insti. ff. d. §. impossibilis. ꝙ si ꝙditio esset necessaria, clarum est ꝙ valet dispositio, quando incipit a præcedenti, dic necessario. secus si a præcedenti præcepto impossibili adiecta conditione necessaria in pœnam præcepti nõ seruati, qa tunc non valet dispositio, cum pœnam non mereatur, quia deliquit. d. l. de his qui pœnæ no. C. quòd si in iudiciis & arbitrariis apponitur cõditio impossibilis a natura, videtur quòd vitietur sententia, nam lata sub cõditione tenet, quòd est possibilis. l. j. §. biduum. quando appel. & sic patet, ꝙ quando conditio est impossibilis remanemus sub regula, ꝙ talis formari non debuit, & facta non valet. l. non dubium, in fi. de legi. C. & adde Host. in tit. ipso de cond. appos. §. quot species, ꝙ ꝙditio turpis aut possibilis remittitur in testamentis, vbi remissio expedit, & ei cui hæreditas relinquebatur. ꝙ si non expediat, non debet retorqueri in læsionem, ꝙ fauore est inuentum, verbi gratia filius fa. institutus hæres a patre sub cõditione a iure improbata potest dicere institutionem tenere, & conditionem haberi pro non scripta. vel si malit dicere institutionem nullam, quia nõ est institutus sub ꝙditione potestatiua, nam quæ facta lædunt pietatem, æstimationem, verecundiã nostram: & vt generaliter dixerim, quæ contra bonos mores fiunt, nos facere nou posse credendum est, in d. l. si filius. & ad de ꝙ ius aliquando remittit cõditionem velut turpem, quæ tamen non est: vt ecce si instituo te, vel lego, vel causa mortis dono, si iuraueris aliquid te daturum, vel facturum, Prætor statuit, vt impleatur cõditio ac si iuratum esset, quia multi timidi metu diuini nominis ad superstitionem magis vellent hæreditatem, vel legatum amittere, quam iurare, & cum multi essent faciles ad iurandum contemptu religionis iurm̃ postea non adimplerent, & ideo ne is, vel illi aut perderent, aut ꝙsequeretur ꝙ relictum est prętor ꝙsultissimè remittit iusiurandum, nec est necesse pro remissione adire Prætorem viuẽtem, cum semel sit remissum. l. quæ sub conditione. j. respon. & §. quoties. § fi. de condi. insti. ff.

Hanc ergo conditionem velut turpem, licet non sit, Prætor remittit, sicut & illam, si reliquias meas in mari proieceris. l. quidam. ff. eo.

Circa ꝙditiones possibiles adde ꝙ possibiles sunt triplices: quædam potestatiuæ, quædam casuales, quædam mixtæ. Potestatiua est, quæ ꝙsistit in dando, vel non dando; faciẽdo, vel non faciendo. Et dicimus eam potestatiuam, quæ plerunq;, & generaliter pendet ex potestate hominis, vtputa instituo te hæredem, si exieris scholas. quis. n. sit possibile te nõ exire, ptãtiua tamen dicitur, quia possibile est, & facilè vr̃ hominũ arbitrio impleri. põt. n. hęc, si Alexandriam perueneris, nõ eẽ in arbitrio pp hyemis ꝙditionem; põt & esse, si ei qui a primo miliario Alexandriæ agit, fuit imposita. Et hęc, si decẽ Titio Alexandriæ dederis. potest esse valde difficilis, si Titius peregrinetur lõgo itinere. ff. de hære. insti. l. seruus quoq;. §. puto. Casualis ꝙditio est, quæ pendet omnino ex insidiis fortunę. in quo ego excludo casualem, quæ necessario omnino extitura est; vt si sol cras orietur, si sol æstate erit in cancro. l. si pupillus. §. sub conditione. de noua. ff.

Mixta verò cõditio est, quę partim est ex insidiis fortunę, partim verò ex facto siue ptãte alterius, de qua in d. l. seruus quoq;. §. puto. & in l. si pater. de insti. & substi. sub ꝙdi. C. adde his, ꝙ filius dẽt institui sub ꝙditione ptãtiua, & qdem sub ea institutus patrem non facit intestatum, nam cohęres suus statim adire potest, substitutus verò non, nisi post mortem filij: si tamen ꝙditio vltimo momento, vel vitæ spiritu impleri potest, puta si decem Titio dederis, sed si non põt impleri vltimo momento, veluti, si Alexandriam perueneris hæres esto, vin o filio admittitur substitutus, cum certum esse eẽperit in

rerum

Source : BIU Cujas

rerum natura conditionē nō poſſe impleri, ꝙ ſi in poteſtate ſub qua filius eſt inſtitutus, certa dies ſit adiecta, puta ſi intra triginta dies Capitolium aſcenderit, elapſis illis diebus admittetur ſubſtitutus filio repulſo. hæc patēt in d.l. ſuus quoq;.vſad.§.puto.& in §.ſed ſi filio.vſq; ad fi. legis,& in l.ſed ſi conditione.in primo rñſo.& l.fi.ff. eo. Quid ſi filius conditioni ptātiuæ parere non vult, ipſe ſe exhæredat, & iō de ſe queratur. nā ſi paret, ſtatim hæres efficitur, nec ius abſtinendi aſſequit. l.iam dubitari. de hæred.inſtit.ff.& hoc intelligas,ſi ea mente paruit,vt hæres eſſet:nam ſi ideo,vt verificaret ϙdōnalem inſtitutionem,liceretq; ſibi deliberare,poterit tunc eam retinere,vel repudiare.l.ſi pupillis.de hęre.inſti.ff.l.1.§.ſi parendi.de condi.cauſa da.l.conditionibus.de condi.& demon.ff. ꝙ ſi filius ſub caſuali inſtituatur hæres, ſub eadem eſt exhæredandus in eius defectum, vt in d.l.iam dubitari.aliàs.n.purè faciē da eſt exhæredatio.l.3.§. purè. de libe.& poſthu.ff. & an filius ſub conditione mixta inſtitui poſſit, fuerunt cōtentiones inter Bulgarū,& Ioannem,de quibus in d.l.ſi pater.de inſtitu.& ſubſti ſub condi.C.vbi ēt tractant gl. an idem ſit in nepotibus quod dictum eſt in filijs,in reliquo videndus eſt Hoſt.in §.alleg.quot ſpecies conditionum,in d.titu.de condi.appoſi.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium ſecundum, quando per primum impediatur. Et quibus caſibus fallat.2.3.Et quot requiſita in illo.4.*
3 *Adulterium durante primo matrimonio non impedit ſecundum.*
5 *Matirmonium nunquid poſſit contrahi per machinantes in morte primi viri non obſtante machinatione,& quando.*
6 *Machinatio mortis in matrimonio,vt ſecundus vel ſecunda ducatur, qualiter veniat conſideranda.*
7 *Matrimonium propter machinationem requirit quatuor priuſquam impediatur.*
8 *Mulier ignoranter nubens uiro alteri coniugato,vſque ad quod tempus poſſit adhærere,& ab eo debitum coniugale exigere.*

Concluſio Trigeſimaquarta.

1 ¶Onſtante primo matrimonio,† ſi ϑhitur ſecundum, vel interueniat fidei datio,& miſceatur adulteriū, vel machinatio vtriuſque vel alterius cum adulterio,im editur illud ſecundū.Hęc concluſio ꝓbatur ex notatis ꝑ ſcriben.maximè Pan. in c.1.& ꝑ eoſdem,in c.fi.de eo qui duxit in matr.quam per adul.pol.

Concluſio præſens continet duas partes.

Prima, ꝙ matrimonium ſecundum non impeditur,qñ primū non tenebat de iure,quia fortè fuerat cōtractum per metum.ad hoc,c.2.eo. tit.de eo q duxit, &c.Qui tex.ſecundum Pan.probat ꝙ matrimonium contractum per metum eſt ipſo iure nullum,cum ibi tenuerit ſecundum,nulla ꝑtita reciſſione primi contracti per metum. de quo ſupra copioſè,concluſione 18.Ad hoc,ꝙ in matrimonijs non præſtat impedimentum, ꝙ de iure non ſortitur effectum.31.q.2. c.ſi verum.in regula, non præſtat.de reg. iur. in 6. ſaluo quòd de impedimento publicæ honeſtatis legitur & no.in cap.vnico,de ſponſali.in 6.

Declaratio ſecunda.

2 Secunda declaratio. Nam impeditur ſecundū, qñ alter ϑhētium illud ſecundū durante primo fuit inſcius illius primi, ēt ſi interuenerit carnalis copula,ita Bar.in d.c.1.in gl.1.vbi Hoſti.idem Hoſt.in c.fi. eo. ti. et qui viuente prima contrahit cū ſecunda hoc ignorante, mortua prima ad ſui petitionem non ſeparabitur a ſecunda per iura allegata. et cōpellitur qui ſcienter viuente prima contrahit cum ſecunda permanere cū ea, ſed non econuerſo.et ſi dicatur, matrimoniū non debet clau dicare.i. pro parte vnius tenere, et pro parte alterius non. gl. no.in c.de illis.il 1. de deſpon.impube. Tu dic ēt ꝙ reuera durante primo matrimonio, ſecundum contractum non valet, licet ꝓp bonam fidem mulieris liberi ex illo ſecundo matrimonio ſunt cenſendi legitimi.arg. c.ex tenore,qui filij ſunt legit. ſed ratione promiſſionis,is qui viuēte prima ſcienter contraxit cum ſecunda, compellitur durare in matrimonio illo ſecundo: ſed mulier ignorans primum, et quæ fuit decepta nō,et adeo ꝙ qui ſic viuente prima, cum ſecunda inſcia contraxit, ſi mortua prima contrahit cum tertia teneret matrimonium illud, quia cum ſecunda non fuit matrimonium obſtante impedimento primi matrimonii, ita poſt glo. 1.et fi.in d.c.1.notant ſcriben. maximè Panor.

Declaratio tertia.

3 †Tertia declaratio, etiā non impeditur matrimonium ſi alter contrahentium illud ſecūdum ab initio erat inſcius, ſed ex poſt facto ante mortē ipſius coniugis efficitur ſcius,modo a tempore illius ſcientiæ vſq; ad tempus mortis cōiugis, ſeu ſoluti matrimonii nō interuenerit carnalis copula, ita Bar.et Hoſt. in d.c.1.et dicunt illic Phil.et Gof.falſam eſſe opi.Lud.qui dixit ſolam fidei dationem ſine adulterio impedire matrimonium,quia ſecundū eos,de re non vacante facta fuit promiſſio,arg.c.1.et 2.de conceſ.præb.inde tu nota,ꝙ ſi ſolum præceſſerit adulteriū durante primo nō impedit mīimoniū,vn de alio nō interueniente,quis poteſt ducere vxorem quā poluit per adulterium.c.ſignificaſti.eo.ti.c.ſi quis viuēte.31.q.j. Item etiam ſolus cōtractus matrimonii factus cum aliqua ēt viuente prima non impedit, ſi ad alia proceſſum non fuit, et tunc mortua prima contrahit efficaciter cum ſecunda.idem ſi prius viuente prima non contraxiſſet cum ſecunda de præſenti,ſed dediſſet fidem de contrahendo poſt mortem cōiugis,ita Vincen.Phil.Gof.Bar. Hoſt.Io.An.in c.fi.eo.ti.per illū tex.licet ſic contrahentes ſecundum,aut fidem dantes durante primo grauiter peccent, ſecundum Doc.ibi,quia per tales contractus ſicut in promiſſionibus, et collationibus vacaturorum inducitur votum captandæ mortis,in l.fi.de pac.C.in c.2.de ϙceſ præb.ex quo ſequitur,ꝙ ſi durante primo ſic contrahentes ſcēm carnaliter miſceantur in ſecundo coniugio, tale ſm impeditur tunc,ad hoc tex.in d.c.fi.in verbo,cæterū.

Et ſic ϙcluſiue, vt matrimonium ſm durante primo ϙtractum impediatur et dirimatur,quatuor in effectu requirunt.

4 †Primò,ꝙ teneat primum.Secundò,ꝙ eo ϙſtante contractus ſponſaliorum, vel matrimonii ſecundi interuenerit,de facto.Tertiò,ꝙ carnalis copula eo durāte interuenerit.Quartò,ꝙ mala fides,et ſcientia et nō audet Hoſt.hoc caſu determinare, ꝙ tentatus ſeu tētatio copulæ carnalis ſufficiat ſine perfectione,arg.c.licet ex quadam.in fi.de teſt.et arg.eorum, quæ no.in c.fi.de ſpōſa duorum.Nam in delictis plerunq; nō obeſt conatus, ſed requiritur effectus cum opere ſubſecuto. de biga.impe.et c.fi.et ꝙ conatus nō ſufficiat,nec noceat,tenent Vincen.et Io.And.in d.c.fi.et Spe.eo.ti.ad fi.Circa iſtud incidit dubium, pone ꝙ quis viuente legitima cōiuge dedit fidem ſecundæ,et non cognouit,tunc demum mortua cōiuge legitima non illam cui fidem dedit, ſed aliam duxit in vxorem, et ϙſtante illo ſecundo matrimonio cognouit illam cui primo fidem dederat, an mortua ſecunda poſſit contrahere cum illa cui dedit fidem durante primo,et quā cognouit durante ſcēdo.Io.An.in d.c.fi.ꝙ nō,quia verū eſt dicere ꝙ ϙſtante primo matrimonio ϑxit,et eā cognouit poſtea,vnde mīimonium ſecundum non habet remouere impedimentum. ad hoc,de pœn.diſt.3.adhuc inſtant.8.q.1.in ſcripturis. l.ſingularia ſi cer.pet.ff.Sed Pan.in d.c.fi.ſecutus Gaſpar.tenet ϑ, & eius opinio videtur mihi verior,quia ille,qui prime dederat fidem contrahendo cum ſecunda,videtur receſſiſſe a fide illi data,& per conſequens poſt cognoſcendo eam reperitur ſolum adulterium, quod non habet impedire matrimoniū. c.ſignificaſti.Præterea iura induxerunt impedimētum iſtud, ne prēter ſpem cōtrahendi matrimonium inducatur machinatio in mortem alterius. quæ ratio ceſſat, ex quo mortua
5 prima noluit contrahere cum illa,cui fidem dederat.† Circa ſecundum,an nō obſtante machinatione in mortem coniugii legitimi poſſint machinantes poſt mortem ipſius coniugis primæ ſe habere in coniuges.tu dic,ꝙ ſic in caſibus qui ſequuntur. Primus eſt, ſi machinatio non ſit effectualis ſeu cū effectu.verba.n.ſunt accipienda cum effectu,de cler.non reſi. relatum.c.vlt.de ſpon.de pœn.di.j.§.hęc autem verba,ita no. Arch.& Io.31.q.1.ſi quis viuente, tenet Hoſt. eo. ti.in Sum. ſub §.vnico.ver.& intellige machinationes. Vinc.& Hoſti.in c.laudabilem.de conuer.infi.tenent Bar.Hoſt.Io.An. & Pan. in c.ſuper hoc. Ad hoc, ꝙ cum impedimentū iſtud ſit a iure poſitiuo inductum, nō debet ita arctari, vt reſtringatur facultas contrahendi matrimonium contra diſpoſitionem iuris diuini,arg.c.licet ex quadam.in fi.de teſti. Nec ob.tex.in d.c. ſi quis viuente.quia loquitur de occiſo, & ſic machinatio ibi habuit effectum,& in c.ſuper eo. eo. tit.alleg. prēſupponitur vxorem illius fuiſſe mortuam. Secundus caſus eſt, ſi machinatio etiam cum effectu ſecutę mortis non fuit ſtudioſa:finge ꝙ quis in bello,caſu vel odio occidit maritum alicuius,nō impeditur cum vxore illius occiſi contrahere.ad hoc,c lauda bilem.de conuerſi.infide. Hoſt. ita tenet in Summa proximè allegata.ver.vnde & ſi maritum.Aſtenſis in ti.de impedimento cri.art. 2.in princ.Hugo.in d.c. ſi quis viuente.Ber.Innoc.
6 Hoſt.in d.c.ſuper hoc.†plus hoc Pan. ibi putat iſtud procedere etiam ſi quis ex propoſito occidiſſet maritum, vt haberet eius vxorem in coniugem,quia machinatio vnius tantum nō ſufficit ſine adulterio.Ex his ſequitur,ꝙ quando machinatio ſtudioſa interuenit ex parte vtriuſque cum effectu illa impedit,

Source : BIU Cujas

dit,etiam si non interceſſiſſet adulterium, nec fidei datio, in d.c.laudabilem in c.1.de diuor.& tu nota,q̃ si interceſſit machinatio ſola ex parte vnius tantum, illa non impedit niſi ſit iuncta cum adulterio.Sic Io.An.& Pan.in d.c.laudabilem.reprobata opi.Hoſt.vnde ſi maritus occidit vxorem,vt duceret Bertam,ad impediendum matrimonium cum Berta,requiritur,q̃ præcedat adulterium.ſic videtur loqui tex.in d.c.ſi qs. Nec ob.q̃ tex.in d.c.laudabilem.alle.& in c.pe. de eo qui dux. in matr.&c.ponderant.ſolam machinationem:quia tu dic, q̃ debent intelligi, quando interceſſit machinatio vtriuſque, vbi tunc non requiritur adulterium præcedens.& no.Pan.in d.c.laudabilem.q̃ licet interficiens vxorem,vt habeat aliam, grauiter peccet,& in legem coniugij,meritò non debeat habere auxilium a lege,& ſi non poſſit amplius contrahere matrimonium,vt in c.1.de diuor.in c.interfectores.33.q.2.tamẽ ſi non præceſſit adulterium, non legitur q̃ contractum dirimatur.ſic debẽt intelligi.c.ſuper hoc,& c.ſignificaſti.vbi adulterium interuenit.& ſic concluſiuè in propoſito noſtro ſunt quatuor caſus,quibus dirimitur matrimonium.

Primus,vbi ſunt ſponſalia cum adulterio.

Secũdus machinatio alterius tm̃ cum effectu,& adulterio.

Tertius matrimonium contractum,de facto cũ adulterio.

Quartus machinatio vtriuſque cũ effectu ſine adulterio,

7 Alia per ſe non ſufficiunt.†adde primum,& ſecundum caſũ, q̃ matrimonium ſecundum dirimitur,etiam ſi primum nondum erat conſummatum.inde ſi vir prius q̃ vxorem primam cognouerit, cum ſecunda contraxerit,& eam cognouerit mortua prima, vel religionem intrante non poterit remanere cum ſecundo.ſic Inn.Hoſt.Ab.antiq.& Io.And.in c.fi.alle. Nam illa prima ante copulam vxor eſt, & qui ea viuente cognoſcit ſecundum adulterium committit, in c.2.& 3.de ſpõ. duo.in c.ex parte.de ſponſa.in c.non mechaberis.32.q.5.l.ſi vxor.§.diuus.de adult.licet quidam,& malè,contradicant dicentes, q̃ ſicut ad efficaciam huius impedimenti requiritur fides, vel matrimonium cum copula, ſic requiritur ſecundũ eos, q̃ interuenerit copula cum prima.& adde tu illam eſſe vxorem legitimam, primam quæ etiam eſt ſeparata quo ad thorum.c.ex literis.eod.tit.Nam licet matrimonium propter adulterium ſeparetur quo ad thorum,tamẽ remanet fœdus, & vinculum coniugale.& adde etiam q̃ vbi in matrimonio interuenit machinatio vtriuſque,quod Roſ.in libel.ſuo, ti.de ſpon.& mat.ver.quartum impedimentum tenet,q̃ alter contrahentium non audiretur contra reliquum pro renuntiando ad diuortium,cum ſint in pari delicto, & ſic nil ludęus Iudæo.l.in arenam.de inoffi.teſta.C.l.2.§.ſi quis in loco.ne qd in loco publ. ff.dicit tamen, q̃ quilibet de populo poterit libellum offerre,in quo narrando factum peret diuortium.dicit tamen Io.An.in c.fi.alleg. alterum contrahentiũ propter animæ periculum pronunciantem audiri,in c.lator, vbi gl 1. de re iud.in c.3.vbi gl.2. de præſump.

8 †Si quæritur,vtrum,& vſque ad quod tempus mulier ignoranter contrahens matrimonium,vel ſponſalia poſtea carnali copula ꝯſummata cum viro,alteri mulieri coniugato poſſit adhærere, & ab eo exigere debitum coniugale: dic tu poſt Hoſt.& Io.And.in c.veniens.eo. tit. q̃ aut loquimur in foro contentioſo,aut in foro animæ.

Primo caſu,aut cum illo primo contraxit publicè, & in facie eccleſiæ, aut clandeſtinè.ſi publicè, & in facie eccleſiæ, tunc ſi vxor prima legitima non repetit virũ ſuum, nec aliàs ille ſecundus contractus matrimonij moleſtatur,aut impeditur,& tandiu poteſt illi ſecundo adhærere,& debitum reddere.c.dominus.§.ſi verò de ſecun.nup. aut alias ipſa vxor legitima repetit virum ſuum, ſeu aliàs matrimonium ipſum impeditur,tunc adhuc eſt mulier excuſabilis,quãdiu cauſa pendet,& eſt debilitatis.ar.c. laudabilem.vt lite pendente. c. fraternitatis.§ 1.verſi.nam ſi tantum defrigi.hoc eſt quouſque ſententia lata ſit niſi per literas ordinarij,aut probationem facta plenariè fuerit certificata.argu.c.cum contingat.de reſcrip.c.veſtra.de coha.cleric. nec tenetur mulier credere etiã ſi vir reuelet ad partem,& in iudicio confitetur, q̃ illa prima quæ ſuperuenit eſſet eius vxor legitima,arg.c.ſuper eo.de eo qui cogno.conſangui.&c.vel ſi maritus hoc confitetur ſacerdoti in pœnitentia, et facit venire ipſam ſecundam, & monere per ſacerdotem ſuper hoc. nam adhuc puto illam ſecundã excuſatam, quo ad eccleſiam militantem. poſſent enim hęc omnia procurari in fraudem:vnde ex quo eſt ſibi ius quæſitũ coram eccleſia,vt in c.cum inhibitio.de clan. deſpon.requiritur q̃ debitè certificetur, antequam adultera iudicetur. d. c.dominus.vir tamen qui eſt conſcius primi matrimonij a ſe contracti nunquam exigat, vel reddat debitum, & ſi ob hoc q̃ non reddit excommunicetur ſuſtineat excommunicationis ſententiam patienter,arg.c.inquiſitioni.de ſent.excom c. literas.in fi.de reſtit.ſpol. q̃ ſi ſecundum matrimoniũ eſt clãdeſtinè contractum,nec fuit poſtea matrimonium illud approbatum per eccleſiam, tunc quamcitò inde audit aliquid debet a carnalibus amplexibus abſtinere,arg.c.perlatum.qui filij ſint legit.& in d.c.cum inhibitio.§ qui verò.Secundo caſu principali,ideſt in foro animæ, cõſulerem mulieri,quę cũ ſecundo contraxit,q̃ ab exactione debiti abſtineret, ex quo aliquid probabiliter audit,quia quod tutius,& certius eſt animæ,ſeruandum eſt.c.iuuenis.de ſponſ.c.ad audientiam de homici. Et adducunt Doct. q̃ ſi ſecunda mulier recipit fidem a marito,q̃ poſt mortem legitimè in vxorem ducatur,quòd de cætero nullam poteſt prætendere ignorantiam. Nam hoc patet quòd credit virum aliam mulierem habere, & fit hoc caſu interpretatio contra ipſam,ar.c.cum haberet.eo.tit.

SVMMARIVM.

1 *Sententia matrimonialis, an tranſeat in rem iudicatam, vbi nota quinque ampliationes.2.*
2 *Turpitudo, an repellat petentem ſententię matrimonialis retractationem.*
3 *Teſtes,an poſſint produci in cauſa matrimoniali publicatis atteſtationib.*
4 *Iura,quando extendantur ex identitate rationis.*
5 *Sententia in cauſa beneficiali, an tranſeat in rem iudicatam vbi ponuntur vndecim limitationes.7.13*
6 *Sententia matrimonialis,an tranſeat in rem iudicatam reſpectu tertij. Et quid ſi fuerit lata in fauorẽ matrimonij.8. Et quid quo ad expenſas. 10. Item reſpectu inſtantię. 11.*
9 *Sententię vitium,quando ſit remiſſibile.*
11 *Sententię retractandæ in cauſa matrimoniali duo remedia.*
12 *Prouocari tertio nunquid poſſit in ſententia matrimoniali.*
14 *Sententia matrimonialis,an lapſu decem dierum fiat irretractabilis.*
15 *Præſumptio nunquid ſiat pro ſententia matrimoniali.*
16 *Sententia ſeparationis thori,an tranſeat in rem iudicatam.*
17 *Sententiæ quales ſint, quę nunquam quoad effectum irretractabilem tranſeunt in rem iudicatam.*
18 *Sententia appellationis,utrum per appellationem ſuſpendatur.*

Concluſio trigeſimaquinta.

1 SEntentia lata in cauſa matrimonialiꝫ non tranſit in rem iudicatam, vnde reuocatur, quandocunque conſtat de errore. Hæc concluſio probatur in c.lator.in c.tenor.in c.conſanguinei.de re iud. & in propoſito ſententiarum, quæ non ſunt conſenſu partium approbabiles, adde tex.aureum in l.ſi ſponſus.§.ſi vxor.de donа.inter vir.& vxo.ff.vbi ſi maritus egit contra vxorem,ad id quod ipſo maritò verè debebatur,& mulier ad repellendum maritum oppoſuit aliquam exceptionem, poteſt abſq; appellatione retractari ſententia,velut in fraudem legis lata. & dicit Bar.tex.eſſe no.& aureum, propter fraudes quæ quotidie fiunt,ad hoc ſecundum l.1.in ſi.cum l.ſeq.quæ in frau.cred.ff.

2 Ampliatur hæc concluſio quinque modis.Primò,† q̃ is ꝑ quo,vel ad cuius inſtantiam lata eſt audiatur, eſto quòd alleget turpitudinem,& hoc eſt propter periculum: ita tex. cum gl.1.in d.c.lator.de quo an audiatur allegans turpitudinem, Bar.plenè in l.iuſiurandum quod ex conuentione. §.ſi procurator.de iureiu.ff.Pan.in c.cum ſuper.de conceſſ.pręb. Et qñ turpitudo eſt talis, quòd poteſt ex toto elidere ius actoris, quomodo audiatur allegans turpitudinem,Io. Andr.in c.inter dilectos.de don.maximè,vt ibi vult Pan.quando actor fouet notoriam iniuſtitiam.

Secundò ampliatur in omni materia,in qua tranſitus in rẽ iudicatam induceret peccatũ gl.ſi.poſt prin.in d.c.inter monaſterium.de re iud.Hoſt.eo.ti §.quot eius ſpecies.& Fely.in d.c.lator.in 12.declaratione.vbi poſt Ant.& Mar.refert,quod hoc caſu ſententia lata virtute iuramenti delati a parte non tranſit in rem iudicatam,quia tale iuramentum non põt vim tranſactionis habere,cum in talibus materiis non poſſit fieri tranſactio irretractabilis.c.fi.de tranſact.c. ſuper eo.de eo qui cogno.conſan.vxor.facit gl.in ver.pœnitentia, in fi. ſui, in c. admonere.33.q.2.quæ vult quòd in pœnis ſpiritualibus, vbi agitur de peccato,non currit preſcriptio.

3 †Tertiò ampliatur, vt in cauſa matrimoniali contra regulam c.fraternitatis.de teſti.& cle.2.de teſti.publicatis atteſtationibus liceat producere teſtes ſuper eiſdem articulis, vel articulis directè ꝓriis.tex.eſt in c.ſeries.de teſti. ſecundum communem lecturam. quę lectura tamen non multum congruit illi literæ, quæ non fundat ſe ſuper matrimonii fauore, nec aliquam facit mẽtionem de publicatione, tamen in ſe eſt vera, & hanc lecturam dicit ibi Hoſt.eſſe tenendam, quicquid alij ſcribant.& Io.An.dicit probari in c.cum in tua,eod.ti. Et reprobata opi.Goff.in c.ſicut. de ſpon. & eiuſdem in Sum. de teſti.putat Pan.in c. ſeries.alleg.ſecutus ibi Cal. hoc procedere nedum in eo,qui ſtat pro matrimonio, ſed in eo qui ſtat ꝓ

matri-

matrimonium allegando impedimentum perpetuum, cum vtrobique sit eadem ratio, scilicet euitandi peccatum. Item fauor est dissoluere matrimonium contra legem Dei cõtractum, sicut consolidare legitimè contractum. Bene facit tex. cum gl. in verbo, iurare. in c. 1. de consang. & affi. Et quamuis gl. in c. iurauit. post princ. de proba. per illum tex. dicat, ꝙ cum agitur de matrimonio contrahendo testes non recipiantur publicatis attestationibus super eisdem articulis, vel contrariis: tamen Cal. & Pan. ibi putant, ꝙ videtur verius hoc non procedere, cum est probatum impedimentum, quia tunc stãte impedimento subest periculum, ideo debent admitti testes, & hoc casu procedat opi. Host. impugnantis gl. prædictã in c. lator. & dicentis non esse diuersitatem inter impedimentum contractum, & contrahendum. at glos. prædicta sustinetur cum de matrimonio contrahendo agitur, in quo non est probatum impedimentum, quo casu testes non recipiuntur publicatis attestationibus, quia non subest periculum si non contrahant, cum sponsalia possint dissolui pari consensu. c. 2. de sponsa. inde quia præmissa iura si dicunt, ꝙ publicatis attestationibus recipiuntur testes super articulis eisdem vel contrariis, vt supra præmissum fuit ad matrimonia contrahenda extenduntur probato impedimento propter periculum ani-
4 mæ, †tunc sequitur regula, ꝙ quoties vnum ius venit excepti uè seu limitatiuè ad aliud contra communes regulas iuris fit extensio illius iuris per identitatem rationis; nam iura, quæ (vt dixi) dicunt recipiendos testes post publicatas attestationes, cum est quæstio de matrimonio iam contracto, extenduntur per Doct. cum est quæstio de contrahendo, quia ibi etiam subest ratio peccati. ita post Cald. Ant. & Pan. in d. c. series. & quia in casu præsenti, quo de matrimonio agitur, sententia non transit in rem iudicatam. alios casus, quibus retractatur sententia, docto de ius errore, ponit Lud. in l. admonẽdi. de iureiu. Host. in ti. de re iud. §. quot sunt eius species.

Conclusio hæc limitatur vndecim modis.

Limitatio prima.

5 **Primò,** †ꝙ sententia lata in causa matrimonij spiritualis trãsit in rem iudicatam. ad hoc tex. in c. cũ dilecti. de elect. gl. in c. 1. vbi Panor. de concess. præb. Hosti. in Sum. de re iud. §. quot eius species. Pan. in c. cum Bertholdus. in vj. col. de re iud. idem copiosè in c. cum olim. in 3. col. in fi. de dolo & contu. & si obiiciatur, vt in carnali peccatum imminet, ita in spirituali, vbi nõ debet retineri beneficium sine institutione canonica. Tu propterea dic, post Pan. in d. c. cũ dilecti. ꝙ respectu vinculi hic transitus in rem iudicatam nõ est inductiuus peccati: sicut enim expressè potuisset desistere a lite seu renuntiare, ita etiam tacitè non appellando. inde dico, ꝙ respectu victoris non sic transit in rem iudicatam, quin superior possit inquirere de eius titu. vtrum iustificetur a sententia vel non. ad hoc facit in simili, solẽne dictum Comp. de rescri. in c. mandatum. dum dicit, ꝙ si reus confitetur defectũ iuris sui in beneficio, non potest in illo iudicio priuari actore non probante, imò absoluetur ab instantia, sed virtute confessionis poterit per nouum iudicium eum priuare. Plus est ꝙ victor non est tutus quin victus, etiam qui non appellauit, & quilibet extraneus possit venire contra illum via denuntiationis euangelicæ denuntiando eius peccatum propter intentionem causatam ex iniusta sententia, ad hoc pulchrè no. Inn. in c. ad aures. de rescri. reassumit istud eleganter Pan. in d. c. cum olim. in d. c. j. Imo. in c. cum nobis. ad fi. de ele. ad hoc facit etiam, quod singulariter no. Inn. in c. quia pleriq;. de immuni. eccle. vbi vult ꝙ si is, pro quo est lata sententia iniusta, fatetur eam iniustam post transitum in rem iudicatam, talis sententia potest retractari per superiorem via denũtiationis euangelicæ, & transitus in rem iudicatam nunquam obstat iudici volenti inquirere de canonico titulo. Rota in antiq. ti. de re iud. deci. 4. Panor. in c. ad audientiam. l. 2. in 3. col. de rescrip. & silentium victi nocet sibi, sed non purgat vitium sententiæ respectu victoris. sequitur Innocẽ. in ad audientiam. & procedit hæc limitatio dupliciter. Primò in sententia declaratoria iniusta, vtpote duob. litigantibus super beneficio eodem, iudex pronunciauit beneficium pertinere ad alium, iniustè victus, qui acquieuit, nũquam auditur via ordinaria, sed victor, qui iniustè obtinuit, non potest salua conscientia retinere beneficium, quia non habet institutionem canonicam. sententia enim iniusta non concessit sibi ius, sed solum declarauit, ar. l. sicuti. si seruitus vendi. ff. & sententia iniusta non tollit obligationem naturalem. in l. Iulianus. de cond. indebi. ff. Secundò procedit hæc limitatio in sententia priuatiua, quia is cui est facta collatio beneficij, si postea est conscius fraudis, non potest cum bona conscientia illud beneficium retinere. si autem non est conscius fraudis, & iniustitiæ sentẽtia transiuit in rem iudicatam, & iustè potuit sibi conferri beneficium adiudicatum per sententiam: nam posset quis beneficio suo renunciare, ita aquiescendo sententiæ priuatiuæ potuit iuri suo preiudicare, & sic concluſiuè, quamuis in matrimonio spirituali sententia non transeat in rem iudicatam respectu victoris, quin vel superior contra ipsum inquirat, vel ex officio suo, vel per vim denunciationis euangelicæ, tamen respectu victi non appellantis & sic acquiescentis sententiæ, & per hoc sibi præiudicantis, & renunciantis beneficio, hoc pacto bene transit. Nec obstat ꝙ dicebatur de matrimonio carnali, quia non potest quis directè renunciare matrimonio, cum illud maximè, vbi est consummatum, sit indissolubile, de consensu partium, quia hoc a potestate eorum non
1 pendet, iuxta no. in c. debitum, de bigam. & in hoc confessio partium nihil operatur. ita eleganter declarat Pan. in d. c. 1. de
2 concess. præben. in quo vltimo Fel. in c. lator. in vij. declaratione, considerat tria. sufficit remissio.

Limitatio secunda.

6 **Secundò limitatur,** †vt quamuis respectu coniugum sententia lata in causa matrimoniali, non transeat in rem iudicatam, tamen transit respectu tertij, ita Gof. in c. cum inhibitio. de clã. despon. ad hoc, quia actio popularis consumitur vno agẽte. l. cum qui. §. in popularibus. de iureiur. ff. Sed Ant. & Pan. ibi, & Mod. non placet hæc limitatio: & rectè, quia peccatum, ratione cuius hæc popularis actio datur, non consumitur vno agẽte. & tu adde, ꝙ licet quilibet de populo audiatur ad reintegrandum matrimonium, tamen hoc procedit, quando est quæstio de vinculo: secus si de separatione quo ad thorum, quia ipsi coniuges tunc solum sunt audiendi. ita post Innoc. in c. 1. de adul. tenet Pan. in d. c. tenor. in 2. col. in fi. de re iud.

Limitatio tertia.

7 **Tertiò limitatur,** nisi post sententiam separationis matrimonij maritus, ad cuius instãtiam fuit lata, committat adulterium, quia hoc casu vxori volenti redire, non obstabit exceptio rei iudicatæ, quæ viro competebat. Host. melius quam alius, in Summa de diuor. §. quot modis. ver. quid sententia. Ab. no. in d. c. ex literis. per illum tex. de diuor. & licet gl. & Inn. in d. c. 1. de diuor. & gl. in c. Apostolus. 32. q. 7. & in c. fi. de adult. dicant, ꝙ mulier non tentat regressum iure actionis obstante dicta sententia, sed officio iudicis: tamen post Alex. de Neuo, Io. de Ana. & Ant. videlicet, ꝙ per actionem audiatur, tenet Feli. in d. c. lator. in 8. declaratione, quia secundum eum de adulterio facta est compensatio extinguens commodum sententiæ; & quia multa sunt pro muliere quæ debent prævalere rei iudicatæ, videlicet matrimonium, adulterium viri, periculum cõpensationis, facilis regressus ad pristinum statum, cui iura fauent. in l. si vnus. §. illud. de pac. ff. in c. ab exordio. 35. dist.

Limitatio quarta.

8 **Quartò limitatur,** si sententia est lata in fauorem matrimonij, qa illa trasit in rem iudicatam. ita gl. fi. in d. c. lator. quia iura quæ volunt, ꝙ sententia in causa matrimoniali non transeat in rẽ iudicatam, hoc introducunt in fauorem matrimonij, non debent ergo operari contrarium, ar. l. quod fauore, de legi. C. ad hoc quod no. Io. An. in c. series. de testi. quod licet fauore matrimonij per illum tex. secundum intellectum communem possunt produci testes super eisdem articulis, vel directe contrariis, tamen hoc fallit vbi attestationes primæ sunt in fauorem matrimonij, de quo supra ampliatione tertia, dictũ fuit. Tu tamen no. ꝙ hęc limitatio est intelligenda, nisi is qui venit contra sententiam latam pro matrimonio neget ipsum posse esse matrimonium, allegando impedimentum perpetuum, quia tunc propter peccatum imminens nõ differt ab illo, qui staret pro matrimonio: quia vt supra dicta ampliatione. 3. dictum fuit, ita fauor est dissoluere matrimonium contractum contra legem Dei, sicut cõsolidare legitimè contractum. ita post Cald. Ant. & Pan. in d. c. series. vult idem Pan. in c. iurauit. de ptoba.

Limitatio quinta.

9 **Quintò limitatur,** quando vitium sententiæ est remissibile p partes, tunc sententia transit in rem iudi. puta si sententia dicit esse solum matrimonium, vbi sunt sponsalia. nam sicut partes possent de nouo ꝯhere matrimonium, ita acquiscendo sẽtentiæ, videntur de nouo contrahere. ita An. Panor. & Imo.

in

in d.c.lator.idem no.Ant.& Pan.in c.iurauit. alleg.idem Pan. in d.c.cum inhibitio.de clan.despon.ad hoc bene facit, quod no.Pan.in c.fi.in 3.no.de frigi.vbi post Io.An. vult, ꝙ proponens generaliter impotentiā coeūdi,& iuxta tex.in c.abbate.de re iud.in vi.vī omne ius suū in iudiciū deduxisse, tūc si succūbat in illa generali petitione, nō pōt postea allegare aliud impedimentum in specie. ex quo singulariter no. Pan.& dicit esse menti tenendū,& se alibi non legisse, & sīa hoc casu trā sit in rē iudicatā, quia cessat periculū aīę, rōne cuius non trāseat. Nā si non pōt stare vt vxor, stabit vt soror,& sic nullū est peccatū, sed meritū. c.si tu abstines.27 q.2. Tu tū aduerte ꝙ si potens ad copulā esset ꝑsona verisimiliter suspecta de incōtinētia, qđ illud esset multū dubitabile, vnde iudex posset prouidere, & inquirere ex officio pp periculū, qđ imminet, ad hoc, ꝙ post Inn.& Host.no.Pan.in c.ꝓsultationi.de frigi.vbi vult, ꝙ si vir scienter duxit vxorē non cognoscibilē, q̄ ipse dēt retinere vt sororē, pōt eccla sibi subuenire, dādo sīam ꝯhendi cū alia, ex quo cū prima erat mrimoniū: remanebit tū, vt ipsi volūt, obligatus ad dandū necessaria primæ, cū scīēter ꝯxit, ad hoc, quia cum illa prima nō fuit verum matrimonium. vnde si cū alia ꝯheret, teneret illud matrimoniū. Adde ꝙ aliqui voluerunt dicere, ꝙ cum est quæstio de impedimentis lege canonica prohibitis, ꝙ sīa transit in rem iudicatam per lapsum decendij, secus in prohibitis lege diuina. sed istud ego habeo ꝑ valde absurdo, quia vtrobiq; tā i gradib. lege diuina q̄ humana ꝓhibitis, ꝙ imminet peccatū. ita lego Pan. in c. cū dilecti. in 2.de ele. Nec ob c.licet. đ testib. q̄ ꝓcedit i casu dubij, quo tūc pronunciāt pro ꝯiunctis lege positiua, ꝑ rōnē de qua ibi.

Limitatio sexta.

10 **Sextò limitatur,** †vt quantum ad expēsas ista sīa transeat in rē iudicatā: quia ēt si diceretur de errore sententiæ, a qua non fuit appellatum, non restituerentur expensæ in quib. succumbens fuit cōdemnatus. Io.An.in c.venerabilib.§.porrò. super ver.querimoniam.de sen.exc.in vj.& ibi ēt no.Domi.i i.col. Ant. Pan. & Imo.in c.consanguinei.de re iud.idē Pan. in c. ad reprimēdum.in 2.col.de offi.ord.& licet hi loquant in locis allegatis, de sent.exc.tamen idem in ista, cum respectu transitus in rem iudicatam parificentur, vt no.in c.consanguinei.

Limitatio septima.

11 **Septimò limitatur,** vt hæc sententia transeat in rem iudicatam respectu instātiæ, quia opus est nouo processu,& iudicio. Anto.Imo.& Pan.in d.c.lator Ant.& Imo in d.c.ꝓsanguinei.idē Pan.in c. ex parte.in 4.col.de resti.spo. pōt tū mulier, aut fauore ætatis, aut alia causa restitui ad instātiam, prout ꝓtingit in c.ex literis.de in integ.resti.vbi Pan.in 3.col. fi. tenet ꝙ in sīa lata in causa matrimoniali, mulier habet duplex remedium.

Primū remedium nullitatis proponendę, in noua instātia.

Secundū remedium, ꝙ restituatur ad instantiā ꝙ poterit, si sit minor beneficio ætatis. ꝓponere; & si sit maior, si subsit aliqua iusta cā vt ibi, & iusta cā dēt ꝑ illū te. probari, saltē per iuramentū.& tu adde Ant.in c.ab excōicato.in ver. venio ad secundum.de rescrip.vbi ꝯcludit vtrāq; practicā nullitatis,& restitutionis esse bonam: primam tamen reputat tutiorē, nisi ꝙ secunda, vt statim dicetur, iuuat in euitanda expensa renūciationis actorum. idem tenet Anto. in c.ad audientiā. il 2.de rescri. vbi hoc idem tenet Imo.& si dicatur ꝙ restitutio, quæ est remedium extraordinarium, cessat qñ ꝯpetit remediū ordinarium nullitatis. l.in causæ. la 3.de mino. ff. dic, ꝙ hoc argumentum tunc cessat, qñ iuxta no.Bar. in l.in ꝓuinciali. de no. ope.nun.ff. per remediū extraordinariū ꝓuideret q̄ per ordinarium. facit in proposito: nam per remedium nullitatis oportet omnia acta iudicij recenseri,& de nouo reformari. sed restitutio reponit oīa in priorē statum, in quo erant tpe sīæ. & in hac materia adde duo. primò, ꝙ licet alias restitutio in integrum aduersus sīam nō petat nisi a Principe, no. Io.An.in d.c.ex literis. tamen secus est in istis sententiis, quæ nō transeūt in rem iudicatam. ita Domi.in d. c. venerabilib. §. porrò. Item no. ꝙ vbi intētatur hæc via restitutionis in ingrum, tps quadriēnij, de quo in c.vnico, de in integ.resti in 6. non ob. quia quotidie obseruātia sīæ erroneæ infert nouū ꝓiudicium. ita An.in c.ex parte, de resti.spo. sicut solet dici, ꝙ exceptio dilatoria habēs ꝯtinuā grauaminis causam, semper potest opponi. Ant.& Imo.in c.exceptionem. de excep.

Limitatio octaua.

12 **Octauò limitatur,** †vt quamuis sententia hmōi mrimonialis non trāseat in rē iudicatā, tū nō pōt tertio prouocari. glo.in c.fraternitatis.in ver.fornicario, de frigid. Ant. Pan.& Imo.in c.lator. Pan.in c.ad reprimendū. alle.in 4.col. & quia multi tenē contra. propterea ꝙ nullum vinculum, q̄uis multiplicatū, potest firmare actum, a quo surgit peccatū per partem nō remissibile: vnde tu dic post Fely.in d.c.lator.in 4. declaratione, & ante Fel. Pan.in d. c. fraternitatis. ꝙ hæc limitatio saluari pōt duplici via. prima, ꝙ bina ꝯfirmatio sīæ causat difficiliorem aditum ad reuidendū eam, iuxta Inn.in loco statim allegādo, q̄ theoricam sequuntur cōiter omnes in c.tenor. de re iudic.

Secunda via, ꝙ posito, ꝙ cesset via appellationis tertiæ, tū non cessabit via querelæ, per quam prouidebitur peccato. Præterea, vt in præcedente limitatione est dictum, nō cessabit via nullitatis, nec restitutionis.

Limitatio nona.

13 **Nonò limitatur,** ꝙ q̄uis docens de errore sē tentiæ latæ in cā matrimoniali semper audiatur, tamē matrimoniū ꝯctum post decendium valet quantum ad hoc, saltem vt proles inde secuta sit legitima pp bonam fidem coniugum, aliàs talis sīa nunq̄ meretur executionē,& tale iudiciū esset ridiculū, ꝙ nō est diçēdū. ad hoc in ar.c.ex tenore.cū gl. qui fi. sint legi. ita post Pau. in ꝙsi.254. tenet Fel.in d.c.lator.in vj.declaratione. cui tū Fel. nō placet opi. Pau. tenetis matrimonium tenere, ēt si sit ꝯctū pēdēte appellatione, tū q̄a est ꝯctum cū mala fide, tum ex eo, ꝙ post Hosti.no.Pan. in d.c.tenor.in 3. col. vbi vult ꝙ in istis causis quamuis sit standū sīæ donec probetur ꝟrium, nō tū in tantum statur, ꝙ liceat interim cum alio contrahere renouato litigio super validitate prioris sententiæ, & sic litigium nouiter extortum facit primam sententiam vacillare.

Limitatio decima.

14 **Decimò limitatur,** †quamuis lapsus decē dierū nō faciat sententiam hmōi matrimonialem irretractabilē, tū impedit deuolutionem appellationis, & opus est recurrere ad superiorem ꝑ viā querelæ. inde sequitur ꝙ ad archiepiscopū nō poterit recurri, cum is non possit adiri a subditis suffraganei per viā querelæ. ita tenent Ant. Pan.& Imo. in d.c.lator. Hoc vult gl. no. in c.ad reprimendū. in ver. suspendatur. de offi. or. ad hoc ēt, c ꝯcertationi. de appell. in 6. vbi transitus in rem iudicatā tollit viā appellationis nō querelæ.& qūo legatus adiri possit per viā querelæ, habetur iñ c.1.de offi.leg. ego scripsi copiose in tractatu de potestate lega. conclusione vndecima.

Limitatio vndecima.

15 **Vndecimò limitatur,** vt quāuis tales sē tentiæ nō trāseāt in rē iudi. quominus possint docto de errore reuocari, tū ꝑ eis præsumitur tam pro iustitia, quam pro processu, donec ꝟrium probetur, maximè lapso decendio, de quo per Inn. in c. bonæ. de elec. quinimò in tū præsumitur, vt dicat singulariter idē Inn, quē ibi sequuntur oēs, ꝙ licet sīa in cā matrimoniali nō trāseat in rem iudicatā, nō dēt tū lapso decēdio, quis indifferēter admitti ad probandum ꝟrium, sed oportet ꝙ allegetur aliqua & verisimilis cā iniustitiæ, quę habeat mouere iudicem ad credēdum sīam iniustā. vnde nō dēt iudex esse facilis in audiēdo partē ꝟ illā. Nam si diceremus ꝟriū, sequeretur ꝙ eadē rōne esset tertio, & quarto pars ꝟueniens admittēda. ꝙ videretur absurdū; q̄a sic esset processus in infinitū, audiēdo semper partē q̄cūq; vellet docere de errore. & de illa doctrina Inn meminit Pan.in d.c.cū inhibitio.in fi.de clā de.despō. idem in d.c.fraternitatis. idē in d. c. iurauit. de resti, & in c.significauit. de test. Adde tu qđ no. idem Pan. in d.c.lator. videlicet ꝙ in hoc nō pōt dari certa regula seu doctrina, quoties pars debeat admitti ꝟ sentētiam mrimonialē, sed iudex existimabit, an & quādo ex causa, quæ corā eo allegabit.

16 **Postremò pro** complemēto materiæ & totius tractatus, adde duo. Primò, † vt quemadmodum in causa matrimoniali, cū de fœdere agitur, nō transit in rē iudicatā: ita nec trāsit quo ad separationē thori, quominus possit is, ad cuius instātiā est separatum mrimonium, sibi recōciliare quo ad thorum cōiugalē, de quo legit, & no.in auth. sed hodie. de adul. C. per glo. in c. gaudemus. de ꝯuer. ꝯiug. Io. And. in c.ex literis. de diuor. Sed tu aduerte, ꝙ Pan.in d.c.lator.in 2.& 3.col. intelligit hanc limitationem respectu obtinentis separationem ad vtilitatem suam, qui non obstante ea pōt vxorē a se separatam pp adulterium, & iuxta tex. præallegatum in d. auth. sed hodie, in monasteriū detrusam,& nōdum professam recōciliare. Sed putat Pan. reprobato Io.An.in d c.ex literis. ꝙ is, ꝟ quem lata est sententia diuortij nō audiatur, ex quo appellauit, ad hoc, quia sīæ obseruantia nullū peccatū imminet, cū possint ꝯiuges cōi ꝯsensu separari, 38.q.5. ꝙ Deo patri. Et pro sententia est præsumendum,

ex quo

Source : BIU Cujas

ex quo non fuit appellatum, vnde non ſubeſt cauſa recedēdi a reg.iu.Ad c.ex literis.reſpondet idem Panor.ꝙ nō ſtabatur confeſſioni mulieris:quia, vt ibi vult gl. magna,calore iracūdiæ manauit,ideo audiebatur volens ꝫuenire. Nec obſ.etiã, ſecundum Panor.c. tua. de iureiur. vbi etiam cum iuꝛo non poſſunt coniuges ſe temere ſeparare, quo ad mutua ſeruitia. quia dico, illud procedere quando temere ſe abiurarunt.ſed hic nos loquimur quando ſnĩa diuortii fuit lata, pro qua eſt præſumendum,& is pro qua eſt lata poteſt dicere,ꝙ alius nō
17 debet audiri,quia ſnĩa tranſiuit in rem iudicatam. † Secūdò, & finaliter adde, ꝙ ſententia excōicationis, & aliæ ſententiæ cenſuræ,vt excōicationis & interdicti, non tranſeunt in rem iudicatam,quo ad effectum irretractabilem: poſſunt.n.retractari ēt poſt mille annos, vt dicunt Doct.vt poſt gl.in verbo, ſuſpendatur, in c.ad reprimendum.de offi.ord.tenent ibi Panor.& Imo.plus etiam, ꝙ ſi excōicatus ex diuturnitate tꝑis efficeretur deterior, deberet iudex illam ex officio relaxare, vt poſt Tho.& Io.An.no. Panor.in c. ab excōicato.de reſcri. Et eſt rō,quia iſtæ ſententiæ cenſuræ diriguntur in animā ꝓp peccatum,& ſeparationem a gratia Dei, quia Deus nūquam claudit gremium redeunti, & in quacunq; hora ingemuerit peccator,&c.l.di.c.ponderet.item eo ipſo ꝙ peccator pœnituit,eſt reconciliandus Deo.de pę.di.j.dixit.ideo per ꝫñs debet ab eccleſia reconciliari, quæ non claudit gremiū redeunti.Quantum verò ad alios effectus,ſnĩæ cenſuræ tranſeunt in rem iudicatam:nam lapſo decendio non auditur excōicatus per viam appellationis, licet per viã querelæ.ita gl.præalle.in d.c.ad reprimendum.& in quantū gl.illa vult,& expreſſius gl. in c.paſtoralis.in §.verum.in verbo,excōicationem,de ap.ꝙ excōicationis ſententia nō ſuſpenditur per appꝫonem.& mo
18 uentur gl.ea rōne, quia† ſententia qualiſcunq; ſit,non ſuſpenditur per appꝫonem, ſed tm̃ ipſius effectus & executio eſt de futuro, & excōicatio incontinēti habet vires ſuas, & nullam aliam executionem expectat, meritò non ſuſpenditur.ita inquiunt illæ gl.ſed tū poſt Panor.in locis alleg.dic,ꝙ hæc ratio non eſt bona, qm̃ ſnĩa in cauſa furti trahit ſtatim ſuam executionem, & infamat ꝫdemnatum.l. non pōt.de his qui no. infa.ff.& tm̃ ſuſpenditur per appellationem.l. furti.ff.eo. Item ſnĩa abſolutoria ſecum trahit ſuam executionem, & tamen ſuſpenditur per appellationem.Nam appellatio facit ꝙ nō videatur appellatum,& ſm Canones appellatio ſuſpendit pronunciatum, in c.venientes.de iureiur.ſm leges extinguit.l.1. §.1.ad Turpil.ff. Pan. verò oĩa magiſtraliter explicans in d. c. paſtoralis.§.verum.poſt vndecim rōnes ſcribentium ibi relatas,aſſignat duodecimam rōnem, & quæ ſm eū minores patitur calumnias, ꝓp quam ſententia cenſuræ per appellationem non ſuſpēditur, quia illa inquit infligitur ꝓp peccatum, ꝙ ligat animam indiſſolubiliter, niſi ſequatur competens ſatisfactio.Nam peccatum non remittitur niſi correcto. notatur in regula,peccatum.de re.iu.in 6.vnde excommunicatus vel ſuſpēſus, cum per peccatum ſit ſeparatus a gratia Dei.11. q. 3. audi deniq;. non poteſt is amplius per actum poſitiuum appellationis ſe reſtituere gratiæ Dei, niſi aliter ſe emēdet.& tenendo excommunicationem eſſe iuſtam & non ſuſpendi per appellationem,nullum eſt periculum,cum poſſit ſibi prouidere petendo abſolutionem, & præſtando cautionem de parendo iuri,aliter eſſet periculum, quia poſſet ſe iniuſtè, & damnabiliter immiſcere ſacramentis eccleſiæ, & cōmunioni hominum,præſumendo & attentando ea iniuſtè.

TRACTATVS

verè catholicus de Matrimonio & legitimatione,editus a Reue. Do. Io.Lupi,de Hiſpania,Sebogienſe Decano, ac ſedis apoſtolicę protonotario, necnon I. V. Doct eximio.

Reuerendiſsimo in Chriſto patri Domino, D. Marco Epiſcopo Prænestino,Cardinali.S. Marci,vulgariter nuncupato, Io. Lupi.V. I. Doctor & decanus Sebogienſis,ac ſedis Apoſtolicæ protonotarius. S. P. D.

PRAEFATIO.

REuerendiſsime pater, vtriuſq; iuris interpres, poſſem dicere cum primo homine,vocem tuam audiui & timui eo, ꝙ nudus eſſem. Nam vidi me omnium literarum in conſpectu tuo nudum, cum intellexi & expertus ſum in vtroque iure libertatem literarum tuarum, maxime in caſu legitimationis de quo agitur, intantum vt ori meo ſilentium imponere, eſſet mihi iuſta excuſatio & dicere cum Hieremia, A, A, A, ecce neſcio loqui,quia puer ego ſum,ſed confiſus de benignitate & humanitate tua cogitaui aliquid in cauſis matrimonialibus ſcribere,vbi tibi Reuerendiſſime pater, notum eſt, Doctores ſunt quaſi ſemper varij,vt in omnibus euellas, corrigas, & emendes. Submittens omnia quæ dixero correctioni & determinationi eccleſiæ,ac tuæ dominationis Reuerendiſſimæ,Proteſtans nihil intendens pertinaciter defendere,ſed omnia tenere vt tenet eccleſia.

SVMMARIVM.

1 *Sponſalia quid,& vnde dicantur.*
Sponſi nuncupatione,qui veniant,
2 *Matrimonium tria habet conſiderata.*
Nuptiæ, vnde dicantur & cur.
Matrimonium,cur vocetur coniugium.
3 *Statutum loquens de vxore,nunquid ſponſam etiam intelligat.*
4 *Sponſalia,quot modis contrahantur.*
5 *Sponſalia tacitè contrahi,quando dicantur.*
Sponſalia, quot modis ſoluantur.
Sponſalia, quam ætatem requirant.
6 *Matrimonii diffinitio,& vnde dictum,& cur potius matrimonium, quàm patrimonium.*
7 *Matrimonium vbi,quando,& a quo fuit inſtitutum.*
8 *Matrimonii ſecunda inſtitutio,cur facta.*
Matrimonium Chriſtianum,quid anagogicè repræſentet & figuret.10.
9 *Matrimonium,nunquid ſit ſacramentum.*
10 *Matrimonij ſacramentum,in quo conſiſtat.*
11 *Matrimonii ſacramentum, per quod perficiatur, & quid ſit illius cauſa & forma.*
12 *Eccleſia, vnde & quando ortum habuit.*
13 *Matrimonii bona,ſunt tria.*
14 *Matrimonii finis,quis ſit.*
15 *Matrimonium,vtrum ſit de iure naturę.*
Naturaliter duobus modis dicitur.
16 *Natura hominis illum ad aliquid inclinat dupliciter.*
17 *Lex naturalis, quę ſit.*
18 *Legis naturalis duo ſunt præcepta.*
19 *Lex naturæ ordinatur ad euangelicam legem,vt natura ad gratiam.*
Papa ſuper ſubſtantialibus matrimonii,diſponere an poſſit, & quid de accidentalibus.
20 *Vxores plures,nunquid ſit licitum habere.*
21 *Lamech contra naturæ inſtitutionem voluptatis cauſa, duas habuit vxores.*
Patriarchæ veteris teſtamenti,cur plures habuerunt vxores.
22 *Educationem liberorum vtrique parenti,quæ animalia monſtrent.*
Animalia quædam ſunt, quæ ſtatim nata per ſe alimentantur.
23 *Matrimonium,quotuplex ſit.47.*
24 *Repudii libellus,nec tenet ante Moyſem,nec tenet poſt Chriſtum.*
25 *Moyſes,cur mala quædam permiſit fieri.*
Eccleſia infidelibus prohibere poteſt poligamiam.
26 *Fidelis non poteſt matrimonium contrahere cum infideli.*
Matrimonium inter infideles,quadrupliciter dicitur.
Baptismus,fundamentum eſt omnium ſacramentorum.
27 *Matrimonium non habet ſuum ſignificatum,vbi fides Chriſtiana non eſt.*
Matrimonium conſummatum,quando dicatur.
28 *Maria Virgo benedicta,ſpeciali priuilegio ſponſa Dei dicitur.*
Matrimonium inter Deum & Virginem, & inter diuinam & humanam naturam,quomodo factum.
Matrimonium per nuntium contrahi poteſt.
29 *Matrimonium dupliciter conſideratur.*
30 *Matrimonium per religionis ingreſſum,quomodo diſſoluatur.*
31 *Reſponſio iuxta interrogata datur.*
32 *Chriſtus Ioannem euangeliſtam e matrimonio ad religionem & apoſtolatum vocauit.*
33 *Matrimonium inter beatam Virginem & San.Ioſeph, fuit verum & perfectum.*
34 *Matrimonium,quot modis ſine copula diſſoluatur.*
35 *Apoſtolorum vocatio, & de ſtatu, religione ac dignitate Apoſtolorum.40.*

Source : BIU Cujas

36 *Apostoli vocati sunt ad veram & perfectam religionem, tria religionis substantialia continentem.*
37 *Apostoli Christum sequentes, tria reliquerunt.*
38 *Religio rebus mundanis carere debet*
Apostoli habuerunt vxores in sorores.
39 *Renunciatio propriarum facultatum, quot modis consideretur.*
Religionis tria substantialia a Deo instituta.
Statuta in religione stare non possunt sine Papæ approbatione.
40 *Professio tacita in religione sine requisitis solennitatib. fieri, an possit.*
41 *Differentia, nunquid sit inter episcopum & presbyterum.*
42 *Petrus Christi uicarius fuit caput Apostolorum, & reliqui episcopi.*
43 *Episcopi sunt loco Apostolorum.*
Religiosus potest esse episcopus.
44 *Episcopi sunt perfectioris status, & religiosi perfecti.*
Episcoporum officium, quale.
45 *Episcopus, an possit de episcopatu ad religionem transire.*
Religio datur ad pœnitentiam agendam.
46 *Intellectus c. sane. de conuer. coniug.*
48 *Matrimonium contrahi debet uerbis consuetis.*
49 *Pontifices in matrimonii decisione errarunt.*
50 *Christus, a quo secundum carnem venire debebat.*
Forma matrimonii secundum vetus testamentum.
51 *Matrimonium, quas hodie solennitates habeat.*
Stola, cur hodie super sponsum & sponsam ponitur.
52 *Matrimonium præsumptum quid, & quot modis dicatur.*
53 *Matrimonium sine verbis, an teneat.*
54 *Coniugium autoris super matrimonio ad adulteria tollenda.*
55 *Matrimonium, an contrahatur verbo, consensu mentali non concordante.*
56 *Matrimonium contrahens cum duabus, hæreticus iudicandus est.*
57 *Nomen non curatur, cum persona est certa.*
58 *Sacerdos, an possit confessionem reuelare.*
59 *Confessionis secretum est de sacramenti substantialibus.*
60 *Probatio interioris dissensus est penè impossibilis.*
61 *Matrimonium, quam requirat ætatem in vtraq; parte.*
62 *Puella septennis, nubere, an possit. 65. 66.*
63 *Pubes, quis dicatur.*
64 *Tacere melius est aliquando, vbi ex maxima diuersitas.*

1 TVt videamus originem & fundamentũ istius materiæ,† primò quæro, quæ dicantur sponsalia,& quid dicatur matrimonium. Et primò dico, ꝙ sponsalia sunt futurarum nuptiarum promissio, seu futuri matrimonij promissio, vt in c. nostrates. 30. q. 5. & in l. 1. ff. de spon. Dicuntur enim sponsalia, a spondeo spondes. ideo sponsus promissus,& sponsa, quia promissa,& sic propriè sponsa est, quæ sic viro sponsata est, vt non interceserit consensus de præsenti. & sic propriè appellatione sponsi, comprehenduntur vir & mulier ante perfectum matrimonium, vt in c. ad audientiam. & in c. sponsam. de spon. & in c. literas. & in c. accessit. de despon. impu. & iura sunt vulgaria. Sed circa
2 matrimonium tria† sunt consideranda. s. causa, essentia, & effectus. ratione causæ dicuntur nuptię a nubendo,& dicuntur nuptiæ, eo ꝙ nubentium capita velant. ratione essentiæ dicitur coniugium. ratione effectus qui est proles, dicitur matrimonium, quia matris munium, & post perfectum matrimonium per verba de præsenti etiam ante copulam vocãtur maritus & vxor coniuges, vt in c. omnis Rex. 27. q. 2. & in c. cum initiatur. & in c. coniuges. & in c. coniugiũ. ea. causa, & q. hoc ait Aug. in 4. li. confes. quod est translatum in c. institutũ. ea. cã,& q. vbi refert verba Ang. ad Ioseph. Mat. c. 1. scilicet, noli timere accipere Mariam coniugem tuam,& postea sequitur, ꝙ Ioseph accepit vxorem suam. idem in cap. genuit. ea. causa & q. vbi Mat. c. 1. dicitur, Iacob genuit Ioseph, virum Mariæ. & in l. 1. in fi. ff. de his, qui no. infa. & in l. solent. ff. de ri. nup. &
3 in l. diuus. §. vxor. ff. de adul. & iura sunt vulgaria. † Ex quibus infertur, ꝙ statutum loquens de vxore, non habet locum in sponsa,& sic per ꝛ. dicta non potest substentari opinio Ab. in c. ex publico. de conuer. coniu. vbi dixit, ꝙ appellatione viri & vxoris, intelligitur de his, qui matrimoniũ ꝟsummauerũt: sed impropriè tam in iure q̃ in facto, aliquando ista alterant̃ & dicuntur per contrarium. s. quòd sponsa de futuro dicitur vxor, vt Genesis. 19. vbi Iacob dixit ad Labam, da mihi vxorem meam,& sic vxorẽ vocauit tantum sibi promissam. hoc idem in c. iuuenis, de spon. vbi coniunx vocatur sponsa de futuro. & in c. Gemma. eo. ti. & in c. 1. de despon. impu. Aliquando per ꝛrium dr̃ sponsa pro vxore, vt in c. ex lr̃is. de spon. & in c. oẽ. 27 q. 2. in c. desponsatam. ea. cã, & q. & isto mõ vocatur mulier in tota Hispania post verba de præsenti ante copulam sponsa,& vir sponsus,& matrimonia de præsenti dr̃ & nominantur sponsalia. Vlterius quæritur, qũo contrahantur spon-
4 salia.†& Doc. dicunt quatuor modis. Primò nuda promissio ne. Secundò per traditionem arrarum. Tertiò annuli subarratione. Quartò iuramenti præstatione. & quandoq; sponsalia contrahuntur verè & expresè, quandoq; fictè & tacitè. Verè & expresè per simplicia verba altero vinculo non cõfirmata, vt accipiam te in vxorem, vt in c. si inter. de spons. & in c. 1. de spon. duo. Quandoq; per verba iuramento firmata, vt fidei præstatione, vt iuro te accipere in vxorem, vt in c. ex literis. & in c. de illis. de spon. † Licitè autem contrahuntur sponsalia per actum facti, vt per donationẽ arrarum, vel aliarũ rerum, vt in c. dudum. de præsump. & in l. scire. C. de spon. vel ꝑ annuli subarrationem, vt in c. si. de despon. impu. & in cap. de sponsauerit. & in c. si quis vxorem. 27. q. 2. de quib. & aliis hoc tangentibus per Doc. in rub. de spon. per Host. in Sum. eo. tit.
Vlterius quæritur, quot modis soluuntur sponsalia. Io. An. in Sum. & alij Doct. in rub. de spon. ponunt 14. Quæ aũt ætas requiratur ad sponsalia, dic ꝙ vij. annorum, vt in cap. iuuenis, de spon. & c. literas. & in c. accessit. & in c. duo. de despon. impu.
6 Secundò quæritur, quid sit matrimonium. † & dico quòd matrimonium est maris & fœminæ ꝟiunctio, indiuiduã vitę consuetudinem retinens, vt in c. illud. de præsum. & 23. q. 1. §. 1. & Insti. de pat. po. in prin. ꝙ dẽt intelligi inter legitimas personas, vt in c. tuas. de spon. duo. Nã Magister sententiarum in 4. di. 27. dicit, matrimonium est ꝟiunctio materialis inter legitimas personas indiuiduam vitæ consuetudinem retinẽs. Vnde dr̃ mr̃imonium. Doc. dicunt. s. a matrona. aut matrimoniũ i. matris muniũ. i. officium. tex. in c. 2. de ꝟuer. ir. fide. dici, ꝙ ideo dicitur matrimonium & non patrimonium, quia ante partum onerosum, dolorosum in partu, post partum laborio sum. Et sic habuit denominationem a matre, & nõ a patre.
7 Vlterius quæritur,† vbi & quãdo, & a quo matrimonium sit institutum. Et dico ꝙ matrimonium fuit institutum in paradiso ab ipso Deo,& ante peccatũ, vt Gene. c 2. in fi. ibi, hoc est nunc os ex ossibus meis,& caro de carne mea,& c. Ita dixit tex. in c. vni. de voto. lib. 6. & tunc non fuit institutum ꝟ peccatum, cum peccatum non erat, sed erat institutum in remedium naturæ,& humani generis propagationem. Post peccatum fuit institutum tpe legis naturę in infirmitatis remediũ, nam Hieron. ait super Lucam, ꝙ est translatum in ca. sicut. in §. 1. & 2. 22. q. 2. Prima institutio cõiugii in paradiso facta est, vt esset immaculatus thorus & honorabiles nuptiæ, ex quib.
8 sine ardore concupiscentiæ ꝟciperẽt, sine dolore parerẽt.† Secunda institutio ꝓp illicitum motũ eliminandũ extra paradisum facta est, vt infirmitas prona in ruinã turpitudinis honestate exciperetur coniugij. hoc ait Augu. de bono ꝟiugali, ꝙ translatũ est. 32. q. 2. in c. quicquid. In lege Moysi fuit institutum matrimoniũ, quo ad distinctionem personarum. Sed secundum quod repræsentat misterium coniũctionis Christi, & ecclesiæ, institutionem habuit a lege gratiæ, & secundum hoc dicitur sacramentum legis gratiæ, quod ante aduentum Christi non fuerat tale institutum.
9 Sed vlterius quæritur, an matrimonium fuerit,& sit sacr̃m †& dico ꝙ fuit & est sacr̃m. Nam fuit sacr̃m ab institutione matrimonij, & adhuc est inter infideles, vt dicit tex. in c. gaudemus. in prin. de diuor. vbi tex. dicit, ꝙ cum sacr̃m coniugij apud fideles & infideles existat, sed aliter inter fideles & infideles, vt ꝛ. dicetur. & ad probandum ꝙ sit sacramentum, Doct. dicunt, id ꝙ importat aliquod remedium sanctitatis homini ꝟ peccatum exhibitum per sensibilia signa est sacramentum, & cum hoc inueniatur in matrimonio, vt sacramentum inter sacr̃a computatur. Nã Apostol. ait, ad Ephe. c. v. cum loquitur de matrimonio, sacramentum hoc magnũ est. & Hugo, de sacramentis dicit: Cõiugium est sacra res ꝙ Deus ab initio inter masculũ & fœminã ꝟstituit, quando mulierem de latere viri formatã eidẽ sociauit: sed inquantum habet inter fideles significationem Christi & ecclesiæ, dr̃ sacramentum per illa verba, relinquet homo patrem, &c. significabatur coniunctio duplex Christi & ecclesiæ. Primò in ꝟsensu. Secundò in ꝟformitate carnis. & tunc institutum est coniugium in sacramentum. Nam, vt dicunt Doct. Adam propheticè illa verba intellexit,& Aug. dicit, ꝙ illa verba, etiam si legantur esse verba Adæ, sunt verba Dei, vnio Christi ad ecclesiam non est res contenta in sacramento matrimonij, sed res significata, quia inseparabilitas cõpetit in matrimonio, secundum quod est signum perpetuæ coniunctionis Christi & ecclesiæ, & secundum quod est officium naturæ ad bonum prolis ordinatum. Nam sacramentũ nõ dicitur hoc ipsum matrimonium, sed inseparabilitas, quę est ciusdem rei signum, cuius & matrimonium. Nam aliud est matrimonium esse matrimonium, & aliud est esse sacramentum, licèt Rodul. vt refert gl. in c. omne. 27. q. 2. tenuit ꝙ ipsum matrimonium est sacramentum, & quod non est bonum matrimonium.

Sed

10 Sed vlterius quæritur, † in quo ꝙsistat sacr̃m matrimonij? & dico, vt dicunt Doc. ꝙ sacr̃m consistit in verbis ꝙsensus de p̃nti, & nō in benedictionib. sacerdotis, quæ sunt quiddam sacr̃ale, licet lr̃a in c. cum in ecclesia. de simo. videatur p̃supponere ꝙ in benedictionib. sit sacr̃m, ꝙ dēt intelligi, sacr̃m pro sacr̃ali. & licet mr̃imonium absq; carnali copula sit sacramē tum vnionis Christi & ecclesię, quæ est per charitatem, nō tū figurat illam quæ est in naturæ conformitate, sed matrimonium ꝙsummatū vtrāq; vnionē figurat. Nā licet matrimoniū non ꝙformet passioni Christi q̃tū ad pęnā, cōformat q̃tū ad charitatem, per quā pro ecclesia sibi in sponsa ꝙiungenda passus est. Sacr̃orum prima cā est diuina virtus, quæ in eis operatur. cāæ scd̃æ instrumentales sunt materiales operationes ex
11 diuina institutione efficaciā habentes. †& sic ꝙsensus in mr̃imonio est cā & est forma sacr̃i, & sacr̃m matrimonij perficit per actum eius, qui sacr̃o illo vtitur, sicut pnīa. Nā, vt ait beatus Thom. in 4. in principali. q. 3. matrimonium f̃m ꝙ est officium, & pnīa f̃m ꝙ est virtus, non habent aliq̃ formā verborū, sed secundū quid vtrunq; est sacr̃m in dispensatione ministrorum ecclesiæ ꝙsistens vtrunq; hēt aliqua verba, sicut in matrimonio sunt verba exprimentia consensum. In pnīa est absolutio sacerdoti verbotenus. gl. in c. dubium. de biga. & ibi Doct. & Host. in Sum. in ti. de biga. in §. quare bigamus dr̃. & 17 tractant, qūo in matrimonio copula consummato triplex sacramētū designat, vbi multa dr̃ de significatione matrimonij, & eiusdem matrimonij sacr̃orum. sed cum loquimur de
12 ecclesia, † quæritur vnde habuit initium ecclesia? & dicunt Doct. habuit ab Abel, qui primò legitur obtulisse sacrificium acceptum Deo: & qui fuit primus iustus & martyr, vt ait Redēptor noster Mat. 24. ibi, a sanguine Abel iusti, &c. Sed quo ad signification̄ Christi & eccl'æ, vt s̄. dixi, fuit ecclesia significata per illa verba, Relinquet homo patrem & matrē, &c. Et licet Christus a principio mūdi nō fuerit, rōne humanitatis, tū sp̄ fuit, & est caput eccl'æ ratione fidei de diuinitate, & manitate, & ratione illius fit collatio membrorum ad caput.

13 Quę sunt bona matrimonii. dicunt Doct. † ꝙ sunt tria, fides, proles, & sacr̃m. In sacro attenditur vt ꝙiugiū nō seperetur. In fide, ne post vin culū ꝙiugale cū alio vel alia ꝫhatur. In prole, vt a matre suscipiatur & religiosè educetur, cum proles nō dr̃ bonū mr̃imonij solū inquantū per matrimoniū gn̄atur, sed inquantum in matrimonio suscipitur & educatur. Et inquantum matrimonium ordinatur in offiñ naturæ duob. ordinat̄, sicut & q̄libet alius virtutis actus, quorum vnum exigitur ex parte agentis ipsius, hæc est intentio finis debiti, & sic ponitur in bonū matrimoninii proles. Aliud exigitur ex parte ipsius actus, qui est bonus in genere ex hoc, quia cadit supra debitam materiā, & sic est fides, per q̃ homo accedit ad suam, & non ad aliam. sed hic fides non accipit', prout est virtus theologica, sed prout est pars iustitię secundum qd̃ fides dr̃, quia in matrimonio est quidā ꝫctus & promissio, vbi dr̃ fides data de obseruātia, nō 19
14 solum non accedendi ad aliā, sed de reddendo debitū, †& sic matrimoniū hēt pro fine principali prolē, procreationem & educationē, qui quidē finis cōpetit homini secundū naturā sui generis. Vnde & aliis aīalib. est cōis, vt hr̃ 8. Ethico. & sic bonum matrimonij assignatur proles, & pro fine scd̃ario, vt dicit Philosophus, hēt in hoīb. cōicationem operū, quæ sunt necessaria in vita, & secundum hoc fidē sibi inuicē debent, q̃ est vnum de bonis matrimonij. hēt alium finē, inquantū est de fidelib. significatione Christi & ecclesiæ, & sic bonū mr̃imon. dr̃ sacr̃m. Vnde primus finis respondit matrimonio hominis inquātum est animal. Secundus inquātū est homo. Tertius inquantum est fidelis. Primum & secundum bonū sunt de dicta vnita natura. tertium. s. sacr̃m est ex institutione diuina. sed propriè causa finalis assumitur dupliciter, s. per se, & per accidēs. per se cā mr̃imonii est, ad q̃ matrimonium est de se ordinatum, & hæc semper est bona, s. procreatio prolis, & fornicationis euitatio, sed per accidens cā finalis est, hoc quod contrahen. intendunt ex matrimonio.

15 Sed vlterius quæritur, † an matrimonium sit de iure naturæ? & dico ꝙ principale matrimonium est de iure naturali, vt 1. di. ius naturale. vbi litera dicit, ius naturale est cōe oīum nationum, eo ꝙ vbiq; instinctu naturæ non constitutione hr̃ aliqua, vt viri & fœminæ ꝙiunctio, liberorū succession, puerorum educatio. & Insti. de iure nat. gen. & ciu. in prin. vbi lr̃a dicit, Ius naturale est, quod natura oīa aīalia docuit: hinc descendit maris atq; fœminæ ꝙiunctio, quam nos matrimoniū appellamus, &c. Sed vt bene videamus hunc articulum, dicēdum est ꝙ naturaliter dr̃ dupliciter: vno modo sicut ex principio naturę ex necessitate causatum, vt moueri sursum igni, & isto modo matrimonium non est naturale, nec aliquod eorum quæ mediante libero arbitrio implent̄. Alio modo dicit̄ naturale, ad quod natura inclinat, sed mediante libero arbitrio completur, sicut actus virtutum dicuntur naturales, & hoc modo matrimonium est naturale, quia ratio naturalis ad ipsum inclinat dupliciter. Primò, q̃tum ad principalē eius finem, qui est bonum prolis. non. n. intendit natura solum generationem eius, sed traductionem & productionem vsque ad perfectum statum hominis, inquantum homo est, qui est
16 virtutis status. †& sic dicendum est ꝙ natura hominis ad aliquid inclinat dupliciter, vno mō ꝙ est conueniens naturæ generis, & hoc est cōe oīb. animalib. Alio modo, quia est ꝙueniens naturæ differenter, qua spēs humana abundat a genere, inquantum est rationalis, sicut actus prudentiæ, & sicut natura generis, q̃uis sit vna in omnib. animalib. non tñ est eodem modo in oīb. ita ēt non inclinat eodem mō in omnib. sed secundum ꝙ vnicuiq; competit ad matrimonium inclinat natura hominis, ex parte dr̃iæ, vt s̄. & sic considerato matrimonio, vt est res. s. considerando rem matrimonij, quæ est coniūctio maris & fœminæ, de lege naturali est. sed si consideratur matrimonium, inquantum est signum. s. ꝙ illa coniunctio significet inseparabile. n coniunctionem Christi, & ecclesiæ, & animæ sanctæ ad Deum, hoc hēt a diuina institutione. Sed post q̃ loquimur de iure naturali, a quo dicimus sic mr̃i-
17 monium, vt s̄. † Quæritur, quæ sit lex naturalis? & dico secundum Doc. ꝙ lex naturalis est triplex. quædam, quæ respicit ordinem rationalis creaturæ, de qua habetur ad Roma. c. 2. ibi, cum. n. gentes, quæ legem non habent, naturaliter ea q̃ legis sunt faciunt, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis. vbi gl. dicit ibi, lex naturæ, qua intelligit vnusquisq;, & sibi conscius est quid sit bonum, & quid sit malum. hīc ait Salomon, ecclesiastici. 17. vbi cum dicit, addidit eis disciplinam. s. legem diuinitus datam & naturalē, quam dedit homini vt subiiceretur suo creatori. Item est lex naturalis respiciens ordinē creaturæ irrationabilis & sensibilis, de qua Isidorus. Lex naturalis est, qua natura docuit oīa animalia, vt s̄. dictum est, masculus cū fœmina. Item lex naturalis est respiciens ordinē omnis alterius creaturæ. s. irrationabilis & sensibilis. de qua dicit Aug. in lib. Soliloquiorum. Deus, cuius legib. rotant̄ po
18 li, & cursus suos sidera peragunt. † Et naturalis legis duo sunt præcepta. vnum negatiuum. s. quod tibi non vis, alteri nō facias. Et alterum affirmatiuum, quod tibi vis alteri facias. Sed lex naturalis vno modo dicitur regula exēplaris prima, & sic ipsa est prima veritas, & sic idem est naturalis lex ꝙ lex ęterna, & lex naturalis est principium ad omne ius morale, & sic tex. in c. 1. 5. di. dicit ius naturale in lege, & in euangelio dicitur eē cōpræhensum. idem in c. non est peccatum 6. di. in lege & in euangelio ius naturale cōtinetur. Non tñ quæcunq; in l. & in euangelio inueniūtur naturali iuri cohęrere probentur, quia sunt in lege moralia, & cerimonialia, & mixta moralia, māda ta ad ius naturale pertinent, & sic quod est de iure naturali, in iure diuino & morali continetur. Et sic dicunt Doctores
19 ꝙ sicut natura ordinatur ad gratiam, † ita lex naturæ ad legē euangelij. Nec est eadem lex naturalis cum lege euangelij, nō tamen lex naturalis per euangelium aufertur, sed perficit̄ &c. & redeundo ad matrimonium, quo ad substantialia dr̃ matrimonium de iure naturali & diuino: quo ad accidētalia in matrimonio multa sunt de iure positiuo, in quib. Papa disponit & pōt disponere, prout sibi videbitur, vt in c. non dēt. de consan. & affi. & in c. cū inhibitio. de clan. & in toto tit. de cogna. spiri. & in c. tanta. & in c. per venerabilem. qui fil. sint legi.

20 Vlterius quæritur, † an sit licitum hr̃e plures vxores, vel sit de iure naturali tantum, an vnus habeat vnā. & dico ꝙ regr̃ nunq̃ licuit alicui hr̃e plures vxores. lex hoc dicit in c. gaudemus, de diuor. & in c. ex parte, il 2. de conuer. coniug. & est fundamentum Genesis, c. 2. ibi, cū Deus ait, adhærebit vxori suę, & non vxorib. nam, vt ait Magister sentent. in 4. dis. 33. ꝙ pro varietate temporum varia inuenitur dispensatio creatoris. ab exordio enim temporis inter duos tantum, Adam scilicet & Euam, inchoatum est coniugium, Deus per os Adæ dicē. homo adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna, & secundum inchoationis modum inter duos tm̃ per oēs successiones temporum contraherent, si primi homines in obedięē tia perstitissent: post eorū verò copulā filij & filiæ eorū matrimonio coniuncti sunt, sed vnus vni tm̃. Nā, q̃a Genesis, c. 4. le
21 gitur, Lamech † recipit duas vxores causa voluptatis, dicunt Doct. fecit contra naturæ institutionē, quæ fuit vnus cū vna. Nam vt de bono educationis prolis est matrimonium, inter vnum & vnam. & si reperiatur Abrahā & Iacob & alios prophetas habuisse plures, hoc fuit ex reuelatione diuina, quæ non subiicitur legi, vt in d. capit. gaudemus. & capit. ex parte. & hoc fiebat causa multiplicandi fideles & prolem ad cultum diuinum, quam intētionem non habuit Lamech. vnum tamen est, quòd licèt reperiatur permissum & dispensatum,

quod

Source : BIU Cujas

ꝙ vnus haberet plures vxores, nunquam reperitur dispensatum.ecce ꝙ mulier possit habere plures viros,quia esset contra ius naturæ & educationem prolis. Nam,vt dixi,non solū est de bonis matrimonii procreatio prolis,sed educatio:quia educatio seu alimentatio perturbaretur,qñ vna mulier haberet plures viros ꝓp confusionem & incertitudinem patris,et sic proles a nullo homine alimentaretur, vt filius,et confunderetur matrimonium, et finis matrimonii, in his quæ sunt
22 de iure naturali primo et secūdo:†nam,vt dicunt Doctores, et ostendit experientia,ita natura disposuit. In illis autem, in quibus filij indigent sustentatione vtriusq; parentis,ꝙ est per naturam determinata coniunctio masculi ad fęminam ad aliquod tempus, et sic facta prole masculus et fœmina concurrunt in alimētione prolis,vt in irūdine, turture,et columba, & ciconia,et multis aliis. In aliis aūt animalibus,vbi sola fœmina alimentat prolem, non est ista obseruantia, vt in equo, tauro,capra et similibus.Nec in aliis,quæ ad alimentationem nō sunt necessaria,cum sint multa animalia,quæ a prima hora natiuitatis possunt per se alimentari,vt in ceruo,quod probatur Iob.39.ibi,incuruantur ad fętum et pariunt,separantur filij earum, et pergunt ad pastum.egrediuntur et non reuertuntur ad eas.sed vt dico, si in multis animalibus aliis natura disposuit, et a natura datur ordo causa prolis, a fortiori datur a natura ordo in rationabilibus,quæ inclinat ad inseparabilē coniunctionem per totam vitam. Ideo natura generis non
28 ita perfectè inclinat ad matrimonium, sicut natura speciei, quæ conuenit homini sub ratione,qua est homo,vt ne ex aliqua dispēsatione posset perturbari inter homines educatio, seu alimentatio prolis.et sic de iure naturali est, vt vnus tantum vnam habeat in matrimonium.

2 *Exemplum animalis, cum matre habitare nolentis.*
3 *Matrimonium contrahere,qui arceantur.*
4 *Præcepta aliqua veteris teſtamenti,an ſint ſublata hodie.*
5 *Matrimonium contrahi cum filia ſororis vel fratris,an poſſit.*
6 *Matrimonij impedimenta de iure poſitiuo, quæ ſint.*
7 *Natus ex ſecunda vxore viuente prima, an ſit legitimus & poſſit promoueri.*
8 *Matrimonium, quod & quando dicatur contractum in facie matris eccleſiæ.14.18.20.*
9 *Subtilitas nimia reprobata.*
10 *Sponſalia clandeſtina,quæ dicantur.*
11 *Legitimitas,quæ requirat.*
12 *Filij nati ex matrimonio clandeſtino per eccleſiam approbato, an ſint legitimi.*
13 *Mulier vocata vxor a viro,an præſumat filios legitimos.*
15 *Matrimonium non dicitur clandeſtinum ſine bannis, dũmodo publicè fiat.*
16 *Teſtes ex temporis diuturnitate variant fidem.*
17 *Banna matrimonij,in quo loco fienda.22.*
19 *Amicorum conuocatio pro bannis habetur.*
21 *Solennitates matrimonij quędam ſunt de honeſtate, quędam de ſuperbia.*
23 *Ignorantia præſumitur, quando cõtrahentes ſunt diuerſarum prouinciarũ.*
24 *Legitimus,ſed non de legitimo matrimonio, an poſſit eſſe epiſcopus.27. Epiſcopatus,an ſit ordo.*
25 *Pontificum Romanorum auctoritas prędualet auctoritati Sanctorum.*
26 *Macula,quomodo intelligatur.*
28 *Sacerdotum qualitates,vt ad ſacerdotium eligantur.*
29 *Illegitimus ad ſacerdotium,cur non promoueatur.*
30 *Parentum vitia ruborem filijs virtutem quærentib.incutere non debent.*
31 *Opinio euacuatur veritate viſa.*
Probatio per famam,quæ probatio ſit.
32 *Opinio,quando prędferatur veritati.*
33 *Ignorantiam excuſat ætas.*
34 *Mens bona culpam timet,vbi culpa non eſt.*
35 *Citatio,quando non requiſita.*
36 *Solitudo multum ad ſtudium confert,& cur.*
37 *Curiæ Romanæ laudes & nomina.*
Pontificis ſummi,Chriſti Vicarij, dotes & prędrogatiuæ recitantur.

SEd quia in articulo proximo videtur, q̃ defectus ætatis impediat matrimonium,quæritur† quæ ſunt quæ impediant matrimonium? Et dico q̃ multa ſunt,quæ impediunt matrimonium. Primum impedimentum datur de iure naturali,ne filia contrahat cum patre,aut filius cum matre,vt Gene.c.2.ibi, quamobrem relinquet homo patrem & matrem, & adhęrebit vxori ſuæ.vbi Doc.dicunt, relinquet matrem.ſ. quo ad cohabitationem, non aũt quantum ad dilectionem, quia filius non põt,nec debet denegare dilectionem parentibus,ita q̃ a patria inſtitutione matrimonij iſte gradus eſt ꝓhibitus:& ſic naturaliter iſte gradus excluditur a matrimonio, quia de iure naturali videtur hoc debitum & honeſtum, ne filius coeat cum matre.Nam non ſolum ratio in hoĩe hoc dictat & locum habet,ſed vt naturales dicunt, & experiẽtia docet,ex inſtinctu naturę aliqua animalia irrationabilia hoc ſeruant.† Deus eſt mihi teſtis,q̃ non mentior,q̃ audiui a fide digna perſona,quæ aſſeruit propriis oculis vidiſſe in prouincia Betrec,ſeu Bandaliæ,q̃ cum eſſet equa vna pulchrior de tota prouincia,& non reperiretur equus ita pulcher,vt eã impręgnaret, fecerunt venire equum filium eius equæ pulcherrimum,vt coiret cum matre: qui equus vidẽs equam eius eſſe matrem,hoc habere refutauit, & patronus equæ vt ex ambobus haberet generationẽ,equum ſic fraudauit q̃ aliam equã fecit venire:& cum cooperta apud equum ſtaret,& cũ equus videret illam non eſſe matrem, & ſe ad coitum incitaret, incontinenti in illo loco fuit poſita cũ ſimili cooperta eius mater,dictus equus cum matre coiuit & coitu facto vt aſtantes riderent,fecerũt vt equus videret & cognoſceret q̃ illa equa erat eius mater,qui equus tanquam animal rõnale valde turbatus & inclinato capite cum dentibus in præſentia aſtantiũ abſcidit ſibi genitalia,de quo caſu aſtantes fuerunt admirati. & ſic viſum eſt ex inſtinctu naturæ aliqua animalia bruta abſtinere ſe a multis,& non faciunt quæ aliqui hoĩes qui dicuntur rõnales non verecundantur facere, & etiã de lege ſcripta & diuina iſte primus gradus & in linea recta oẽs deſcendentes & aſcendentes in matrimonio impedimentum faciunt,vt Leui.18.c.ibi cum Deus ait,ego Dñs turpitudinem patris tui & turpi.matris tuæ non diſcooperies.mater tua eſt.nõ reuelabis turpitudinem eius.turpitudinem filię filij tui vel neptis
3 ex filia non reuelabis,quia turpitudo tua eſt,† & ſic excludun tur oẽs aſcendentes & deſcendẽtes in linea recta. excluditur ſeu impeditur,ne filius ȝhat cum nouerca.ſ.vxore patris ſui. excluduntur a matrimonio ſorores patris & matris;excluditur vxor patrui;excluditur nurus;excluditur vxor fratris,qñ frater mortuus eſt cum liberis, vt Exo.25.vt ait Auguſtinus, quod eſt tranſlatum in c.olim.8.q.1.excluditur ſoror vxoris, et ſic tam ex conſanguinitate q̃ ex affinitate omnes iſtæ perſonæ ex præcepto diuino excluduntur a matrimonio,vt in d. c.Leui.18.gl.eſt, q̃ refert illos gradus in c.literas.de reſti.ſpol. vbi iuxta tex.aſſerit matrimoniũ inter iſtas perſonas eſſe ꝓhibitum de iure diuino, contra qđ Papa non poteſt diſpenſare & Pontifices non ȝſueuerunt in his gradibus diſpẽſare, quia ſalua præmiſſa correctione Pontificis,in iſtis nõ poſſunt,nec debent diſpenſare,nec videtur inconueniens,omnes iſti gradus de iure diuino prohibeantur, ẽt ſi de iure naturali a principio mundi ſolum pater & mater, vt ſupra, excludebantur a matrimonio,& non ſorores & fratres & alij ſupradicti Nam tunc erat neceſſaria diſpenſatio pp carentiam & defectũ perſonarũ: ſed poſtea,vt dicunt Doct.& bene Alex.de Ale.in 2. parte, q.27.in 3.arti.in 2.q.vbi dicit, q̃ lex naturalis quædam dictat quia debitũ,quędam verò quia decens & honeſtũ.lex ergo naturalis & diuina excipit a mr̃imonio aſcẽdẽdũ et deſcẽdẽdũ in linea recta, quia debitũ excipit fratrẽ & ſororẽ & ſupradictas perſonas,non quia debitum,ſed quia honeſtum & decẽs maximè in natura multiplicata. Nec ob.ſi aliquis diceret q̃ iſta pręcepta non ſunt moralia,& ſic hodie ex neceſ-
4 ſitate nõ teneant,quia tranſlato ſacerdotio,&c. † Nam licet verum ſit q̃ præcepta cerimonialia & iudicialia hodie nõ teneãt vt ſupra,nihilominus aliqua erant præcepta,q̃ nec erant

cerimonialia

Source : BIU Cujas

cerimonialia,nec iudicialia.& ēt si nō sunt primæ,nec secundæ tabulæ, nec reperiantur inter moralia, erant tñ de natura moralium & tenebant & perpetuò ligabantur,vt supradicta. & de solutione decimarum,q̄ præceptū licet nō sit inter moralia tanq̄ diuinū & naturale tenet perpetuò, & dicere ꝯriū esset erroneum & satis absurdū.Sed quæritᵉ vlterius,quia pluries accidit iste casus, ēt ego vidi de facto quia tpe Pij fuit de hoc dubitatū.s.cum secundus gradus in collaterari & ascendenti de iure diuino excludat a matrimonio.s.ne quis ꝯhat cum sorore patris vel matris, nec cū tali Papa possit dispensare: an erit idē in secundo descendenti & collaterali.s.ne quis ꝯhat cum filia sororis vel fratris?& videbatur aliquib.ex idē-
5 titate rōnis iste gradus esse prohibitus.† sed correctione præmissa,ego credo de iure diuino iste gradus nō sit prohibitus, & ideo in talī casu pōt Papa dispēsare:nam inter alios gradus ibi Leui.18.nec alibi de iure diuino in exclusione iste gradus in aliquo nō numeratur.& rō est manifesta. Nam licet dicat Gene.c.2.q̄ mulier sit formata de latere hoīs,& dicunt Doc. ideo socia,& nō serua,quia nō formata est de pedibus,nihilominus certū est q̄ de omni iure vir est caput mulieris,vt Gene.c.3.& Apostolus ait ad Ephe.5. mulieres viris subditę sūt, sicut dño.& prima ad Corint.c.11.& ad Colosſ.c.3.& in c.si quis acceperit.33.q.1.& in c.1.de frigi.& male.& sic mulier tenetur obedire & reuereri marito tanquam capiti & domino.Et si quis haberet in vxorem sororem patris aut matris,ratione ꝯsanguinitatis vir tenetur obedire vxori:et rōne matrimonij tenetur vxor obedire viro et nepoti,et sic vī repugnare matrimonium consanguinitati, et econuerso:quod est secus in descendenti collaterali.s.qñ quis cōtrahat cum filia sororis vel fratris,quia tunc tam ratione matrimonii ꝯsanguinitatis vir est caput neptis et vxoris, et vxor omni respectu tenetur ibi viro obedire, ideo in isto casu de iure diuino,et nō cōtrahatur matrimoniū non reperit prohibitū sicut in alio.

Sed vlterius post q̄ ostendimus, quæ sunt impedimenta de iure naturalī et diuino,restat videre quæ sunt impedimenta de iure positiuo. et dico q̄ de iure canonico sunt
6 multa quæ matrimonium impediunt.†nam primò est impedimentum publicæ honestatis, qđ ex sponsalibus de præsenti et futuro oritur,vt in c.iuuenis.et in c.sponsam.de spon.et in c.literas.et in c.accessit.et quasi per totum, de despon.impu. et c.despōsatam,et quasi per totum.27.q.2.Oritur aūt impedimentum ex affinitate et ꝯsang.hodie vsq; ad quartum gradum,vt in c.nō debet. de ꝯsan.et affi.et aliud impedimentū, qñ quis polluit aliquam per adulterium.s.qñ interuenit, qđ dedit sibi fidem de habendo eam in vxorem alia viuente,aut machinati sunt in mortē alterius: naṁ aliàs non est impedimentum, vt in c.1.et quasi per totum, de eo qui duxit in matri.etc.Est impedimentum seruitutis, vt si qua ꝯhat cum seruo,quem credebat liberum et tanq̄ liber contraxit matrimonium, dissoluitur, vt in c.proposuit.et c.ad nostram de ꝯiug. seruo. Est impedimentum cognationis spiritualis,vt in toto titulo. Sunt plura alia impedimenta de iure canonico:Nam, vt dicunt Doc.q̄ impedimenta matrimonii sunt 12.tñ,quorum tria accipiuntur ex parte causæ efficientis, quæ est mutuus ꝯsensus per verba de præsenti expressius, quæ sunt error personæ et ꝯditionis seruitutis et coactio. Tria ex parte causæ finalis, quæ est generatio prolis educandæ ad cultum diuinum et remedium ꝯcupiscentiæ.contra generationem prolis est impotētia coeundi:contra educationem prolis ad cultum Dei est disparitas cultus.contra remediū concupiscētiæ est crimen,qđ reddit se homo indignum ꝯcupiscentiæ p matrimonium.per comparationem ad causam materialem sunt tria.s.per cognationem,per affinitatem,per publicæ honestatis iustitiam.per ꝯparationem ad causam formalem accipiuntur tria.s.ordo sacer,votū solēne,ac alterius matrimonii ligamen. q̄ 12.impedimenta Doctores assignant per hos versus.

Error,condicio,votum,cognatio,crimen,
Cultus disparitas,ius,ordo,ligamen,honestas,
Si sis affinis,si fortè coire nequibus.
Hæc socianda vetant,connubia iuncta retractant.

Et inter ista impedimenta est,vt.5.impedimentum alterius matrimonii ligamen,vt nullus qui ꝯxit matrimonium viuente vxore possit cum alia ꝯhere, vt in c.gaudemus.et c.quanto.de diuor.et in c.trāsmissæ.et c.ex tenore. qui fil.sint legi.et insunt vulgaria. De quo vltimo impedimēto,reuerēdissime
7 Pater,insurgit dubiū in cōi et in particulari.s.†si Sempronius mercator Florentinus post q̄ matrimonium Florentiæ ꝯxit et a dicta ciuitate se absentauit,ad ciuitatē Hispaniæ se cōduxit, mercantiam exercens tanquā solutus a matrimonio, matrimonium p verba de præsenti cū Cecilia per manus rectoris ipsius C.parrochiæ publicæ ꝙocatis amicis ꝯxit, de quo matrimonio stante bona fide ipsius C.an ignorantia q̄ S.aliā haberet vxorem Florentiæ fuit ꝯceptus & natus Titius,& in infantili ætate segregatus a matre & collocatus Florentiæ cū prima vxore ipsius S. veniente ætate dictus T. ignorans matrimoniū maternum se illegitimum in oībus per multos annos reputauit: quare fuit dubitatum,an de rigore iuris p̄missis non obstantibus, dictus T.sit verè legitimè ꝯceptus & natus,vt sine aliqua dispensatione possit promoueri ad ordines & vsq; ad supernam dignitatem? & quia vī notabilis casus q pluries accidere posset,cogitaui, Pater Reuerēdissime,aliqua (salua correctione præmissā) in isto casu dicere,in quo scdm iuris dispositionē ad hoc q̄ T.sit legitimè cōceptus & natus, & dicatur ad omnes vsq; ad supremam dignitatem verè legitimus,sunt tñ duo necessaria. Primum q̄ matrimonium nō contractum in facie ecclesiæ secundum q̄ mulier ignorabat tpe contractus matrimonij & cōceptionis d.T.primum ma-
8 trimonium.†Et sic primo videndum est,q̄ & quando matrimonium dicatur ꝯctum in facie ecclesiæ. Et quia in ista materia Doct.faciunt fundamentū in Inn.merito vidēdum est, quid in ista materia dixerit Inno.in c.cū inhibitio.de clande. despon.in prin.super parte in ecclesijs dicit Inn.de bānis fiendis non tñ in vna ecclesia,sed in oībus ecclesijs illius loci,vbi habitabant vel saltem in pluribus,cum periculosum sit illicita matrimonia ꝯhere,& propter peccatum & pp illegitimitatem filiorum dignum est q̄ solennis publicatio fiat.postea sequitur,pōt dici q̄ supplicatio potest fieri in ecclesijs vbi antiqua habitatio est parentum vtriusq;,quia illi sunt,qui melius norunt ꝯsanguineos suos,& quærendum est de cōsanguinitate, vbi melius veritas sciri pōt.& postea qñ dixit, si Scotus ꝯxit matrimonium Bononiæ,cum Scota seu Lombarda.vbi debent fieri banna? dicit q̄ in oībus locis eorum habitationum:sed postea dicit,dicunt tñ quidam,& non malè,q̄ cōficit vbi eorum antiqua est habitatio, & dicit q̄ hæc ꝯstitutio c.cum inhibitio,non iudicat illegitimos pp cessationem denunciationis, nisi illos qui in casu prohibito cōsanguinitatis sunt coniuncti. Postea dicit, dicunt tñ quidam & ēt si aliud impedimentum, vt in c.ex tenore,qui fi.sint legi.vbi dī q̄ ad hoc qđ fil.sint legi.oportet q̄ matrimonium post aliud matrimonium sit ꝯctum in facie ecclesiæ, & ignorante altero ꝯiugum: sed vbi nō fit publicatio secūdū tenorem huius decretalis nō sit in facie ecclesiæ,ergo nec filij sunt legitimi.postea dicit, alij tñ dicunt quod in facie ecclesiæ fit, si fit publicè ēt sine solennitate huius decretalis.& ideo sufficit q̄ publicè ꝯtrahatur & erunt filij legitimi,dūmodo sit alterius ignorātia. Sed quid si vbi est antiqua eorum habitatio non habet ꝯsanguineos sed alibi in pluribus locis.dicit ipse Inno.respondeo:
9 †non.n.oportet circa hoc nimis subtilizare propter periculū illegitimationis filiorum, licet ab initio multū sit diligentia adhibenda. & post factum pp causam prædictam quantū potest,debet negligentia tolerari,vel potius excusari. Et postea dicit, Nam si esset vnus de vna prouincia, & alius de alia, ibi facilius præsumitur probabilis ignorantia. si autem nihil sciret de primo matrimonio, licet publicè cōtracto,nec ipsa esset in peccato, nec filij essent legitimi, quia ab impedimento excusat eos contractum matrimonium publicè & ignorantia,&c.hæc sunt,quæ Inno dicit in d.c.cum inhibitio.in c.ex tenore,qui fi.sint legi.tamen dicit q̄ ad hoc q̄ fiat in facie ecclesiæ necesse est seruare solennitatem, quæ est.5.de clande. c.fi.Sed dicit, alij dicunt in facie ecclesiæ fieri, si vocatis amicis publicè nullius procurata collatione contraxit sufficit cū alterius coniugum ignorantia,in c.ex parte.de restit.spol.dicit ipse Inn.quòd facilius probatur legitimatio, si solum probatur quòd mulier stat vt vxor, & vir eam vocat vxorem.cū his transit Inno in ista materia.

10 Quæ† dicuntur sponsalia clandestina. Host.in Sum in ti.de clāde.in §.quot modis.cum quærit, quot modis dicuntur sponsalia clandestina,dicit equidem quatuor vel sex. Primò,quia omittuntur solennitates quædam,quæ ibi requiruntur de honestate.s.q̄ benedictio detur in facie ecclesiæ,& sponsa ab his sub quorum dominio & potestate est, petatur & recipiatur & detur.& sic præsupponit Hosti.q̄ omnes istæ solennitates sunt de honestate,& non de necessitate. Item ipse Host.in d.ti.in vers.quid igitur,quando loquitur de matrimonio regis Franciæ, præsupponit q̄ vbi banna etiam si fierent de nihilo deseruirent. q̄ nihil nocet si omittantur, licet tutius esset si fierent.

Speculator in ti.de clāde.tenet indistinctè q̄ dicat in facie ecclesiæ,in publico ꝯhatur ꝙuocatis vicinis ēt sine bannis.Zabarel.in d.c.cum inhibitio,in 2.col.post q̄ recitat opinionem gl.q̄ dī matrimonium clandestinū tribus modis, dicit q̄ matrimonium dicitur in facie ecclesiæ,vbi multitudo fidelium concurrit,etiam si non præcessissent bāna.idem in c.cōstitutus.de conuer.ꝯiug.vbi concludit ibi cū Io.And.q̄ dicatur in

Source : BIU Cujas

facie eccleſiæ qđ publicè fit coram multitudine fidelium, vt in c.ſcire.7. q.1.& in d.c.cū inhibitio. ipſe refert Inn.recitantē alios,qui tenēt ꝙ dicatur in facie eccleſiæ ſine bannis,ſed tm̄ ꝙ publice fiat.& ſic dicit Zaba.& ꝯcludit,ꝙ filij ſint legit.idē dicit cum Inn.ꝙ poſt factum matrimonium ꝓp prolis legitimitatem non eſt multum ſubtilizandum.& in d.c.ex tenore. dicit ipſe Zaba.ꝙ licet Io.An.vnum ſemel dixerit ꝙ requirātur banna, ꝙ ꝯcluſio Io.An fuit ꝙ nō requirantur,ſed tm̄ ꝙ publicè ſit ꝯctum,vt in l.ſi vicinis.C.de nup.& in d.c.cū inhibitio.& in c.peruenit.qui fil.ſint legi. tenet ꝙ ſi ꝯhentes ſunt diuerſarum prouinciarum,præſumit̄ ignorātia. Pet.de Peru. in d.c. cum inhibitio. poſt alias opiniones tenet ꝙ dicatur in facie eccleſiæ,ſi publicè ꝯhatur ꝯuocatis vicinis.Ant.de But.
11 in c.cum inter.qui fil.ſint legi.dicit, † ꝙ duo requiruntur ad hoc ꝙ filij ſint legi.ꝙ matrimoniū ſit ꝯctum publicè & abſq; ꝯdictione eccleſiæ.& dicit ꝙ ſufficit quo ad legitimitatē pro lis colorata poſſeſſio maritalis.& dicit in c.qđ nobis. co.ti.in 2.no.ꝙ ad effectum prolis legitimandæ, nō igitur de eſſentia ipſā veritas matrimoni, dū adſit poſſeſſio & opinio colorata matrimonij.in c.ex tenore.e.ti.idē Ant.dicit, ꝙ matrimonium coloratum opinatum eccleſiæ auctoritate ꝓp vitiū alterius vinculi prolem legitimat productam ex eo,& ſic ad legitimationem prolis iterum dicit nō exigitur veritas matrimonij,ſed ſufficit quali poſſeſſio colorata,& nō ſolum color iſte legitimat prolem qñ matrimonium eſt innalidum reſpectu proprietatis ꝓp vinculum ꝯſanguinitatis,ſed ꝓp vinculū alterius ꝯiugij.& poſtea dicit, ꝙ ſm opi.aliquorum dicā in facie eccleſię ꝯuocatis amicis nullo ſeriosè excluſo,& hoc dicit, ſeruant Itali.& ſic dicit in c.1 de eo qui duxit in matri.ꝙ tenet matrimonium, qđ erat nullum ꝓp ignorantiam vnius. & ſic ꝯctus ſtat ex parte vnius & claudicat ex parte alterius, vt ibi eſt tex.in c.de illis.2.de deſpon.impu.& ſic mulier excuſatur ab adulterio, vt in c.lectum.35.q.1.itē ipſe Ant.dicit in d.c.cum inhibitio.ꝙ ēt ſi primum matri.fuiſſet publicè contractum in vna prouincia,& ſm matri.in alia muliere probabiliter ignorante de primo matrimonio, quia ꝯhentes erant diuerſarum prouinciarum, tūc nō haberet locū pęna in muliere & filij eſſent legitimi, vt in d.c.ex tenore. & ipſe Ant.in
12 c.peruenit.eo.tit.qui filij ſint legi.† dicit, ꝙ ēt ſi matrimoniū fuerit ꝯctum clandeſtinè, & poſtea approbatur pec eccleſiā, ꝙ filij nati ex tali matrimonio ſunt legirimi.& in c.veniēs,de eo qui duxit in matri.dicit ipſe Ant.ꝙ ignorātia vxoris facit, vt filij ſint legi.hoc idem in d.c.ex tenore.& ſic tranſit Ant.in iſta materia. Abbas Siculus in c.lator.q filij ſint legi.tenet ꝙ natus ex viro & fęmina ſimul cohabitantib.præſumitur legitimus,quaſi fauore legitimationis preſumat̄ inter illos matrimonium,vt in l.in libe.ff.de ritu nup.licet reſpectu parentum præſumat̄ ſtuprum, quia licet cā legitimitatis ſit fauorabilis, hoc eſt reſpectu prolis,non tñ parentū,quin puniantur,ſi malè ꝯxerint,vt in'cle.1.de conſan.& affi. imo magis dicit Abb.
13 in d.c.ex tenore.cum Inn.in c.ex parte. de reſti.ſpo.ꝙ ad probandum legitimitatem ſatis eſt probare ꝙ parentes vocabāt ſe cōiuges, & ipſe Abb.dicit no.ꝙ habes modum facilem ad probandum,quē eſſe legitimum, & commendat gl.in d.c.lator.† quæ dicit,ſatis eſt, ꝙ mulier vocabatur vxor a viro.& allegat theoricam Legiſtarum in l. filium.ff.de his qui ſunt ſui, vel alie.& in l.ſi vicinis. C.de nup.ēt alleg. Hoſti.in c.illud.de præſum.ꝙ præſumit̄ matri.vbi diu cohabitauerunt vt coniuges, quia ꝓp diuturnitatem tpis difficile eſt probare contractum matrimonij.& commendat gl.in c.peruenit.qui fil.ſint leg.quæ dicit ꝙ qñ cōis opinio viciniæ habet ꝙ parentes ,plis eſſent maritus & vxor, ꝙ ſufficit quo ad effectū legitimationis.& in d.c.cum inhibitio, ipſe Abbas dicit ꝙ dī in facie eccleſiæ, qñ conuocatis vicinis.poſtea dicit, ꝙ in matrimonio aſſumit̄ eccleſia pro collectione fidelium, vt de conſe.diſt.1. c.eccleſia.contrahens ergo corā multitudine ſm patriæ conſuetudinem,non dī clandeſtinè cōtrahere, ſed in facie eccleſiæ.& dicit ipſe Abb.hoc habes pro indubitato, vbi nō eſt ꝯſuetudo de bannis;ſed vbi eſſet conſuetudo, dubito vtrū habeat locum hoc c.ſi quis contraxit in facie eccleſiæ,non præmiſſis denunciationib.& potius crederem ꝙ nō, licet iſta gl. ſentiat oppoſitum, quia pęna eſt ꝯ contrahentes clādeſtinè, & non contra contrahentes omiſſis bannis, & non pōt dici clandeſtinè qui in facie eccleſiæ nemine prohibente cōtraxit,maximè cū illud ſit officium ſacerdotis, & non ꝯhentiū,
14 & ꝓ hoc ipſe Abb.† dicit, ꝙ aperitur intellectus huius c.hoc idem tenet ipſe Abb.in c.ex tenore.qui filij ſint legi.quod dī matrimonium contractū in facie eccleſiæ cōuocatis vicinis. & cum iſtis tranſit Abbas in iſta materia. Alexandrinus in c. 2.de clande.deſpon.dicit, ꝙ nō eſt de ſubſtantia matrimonij publicatio.& hoc tenent oēs Canoniſtæ & Theologi, & ipſe Alexandrinus alle.c.detahe.1. q.1.ipſe Alexādrinus in c.cum inhibitio.poſt multa,quæ ibi tractat & recitat in materia,qñ dicatur in facie eccleſiæ, ſecundum Io.An.& alios cōcludit, ꝙ in facie eccleſię dicatur in preſentia fidelium,vt in gl.in c. fin.ne prælati vices ſuas. & in c.ſcire.7.q.1. & in c.eccleſia.de conſe.diſt.1.idem ſentit in c.ex tenore.qui filij ſint legi.

Et ſic Doctores ſupradicti inter multa alia ſcripſerunt & dixerunt ſupradicta in iſta materia.ex quibus omnibus breuiter dico, ꝙ apertè conſtat de iure, dictum T.eſſe virum legitimum,& ꝙ nihil ſibi ad hoc impediat,nec facit in dubium.pro cuius verificatione in primis, & ante oīa præſuppono veritatem rei.ſ. ꝙ ſunt magis, q̄ 40.an.ꝙ dictus S.pater dicti T.contraxit ſm matri.de quo agitur. Et præſuppono, vt fertur, ꝙ in prouinciam ſpecialem,vbi ſcđm matrimonium fuit celebratum illo tpe,nec poſt multos dies banna fuerunt in vſu,& in iſto caſu, vt dicit Abb.Sicu.nullū eſt dubium, † cum matrimoniū
15 ſcđm fuit publicè cōtractum,niſi ꝙ dicatur in facie eccleſiæ, & non clandeſtinum.& ꝙ omiſſio bannorum non nocet, & filij ex iſto matrimonio ſunt legitimi attenta ignorātia,& bona fide ipſius mulieris tpe contractus matrimonij & conceptionis ipſius dicti T.vt in d.c. ex tenore, qui filii ſint legi.& ſic qñ non fuerunt banna in vſu,caſus iſte, de quo agitur, eſt expeditus ſine alia diſputatione.ſ.ꝙ dictus T. eſt legitimus. ſed poſito caſu logicali,ꝙ banna fuiſſent in vſu in illa prouincia, dico ꝙ banna præſumuntur facta in prædicto matri.conſtito ꝙ fuit contractum publicè.Nam,vt dicit Abb.in d.c.cū inhibitio.iſtud officium eſt ſacerdotis, & non ꝯhentium·&, vt ēt dicit in c.lator.qui filii ſint legi.ꝙ ꝓp diuturnitatem tpis eſt difficile probare matrimonium,& ꝙ ſatis eſt quo ad legitimitatem probare ꝙ parentes cohabitarunt & vixerunt tpe conceptionis dicti T.vt coniuges.Nam quis recordabitur de tanto tpe,ꝙ banna fuerint facta,cum banna in nulla ſcriptura ipſorum ꝯhentium inſerantur, tum vt.ſ.ad officium contrahentium non ſpectet,nec ſacerdos in ſcriptis ꝯſueuit facere ad hoc ꝙ per ſcripturā poſſit probari,& probare per teſtes non dico de negotio tanti tpis, ſed de negotio 10.anno. eſſet difficile,cū homines de rebus ſimilibus, quæ eiſdem in particulari nō tangunt,nō recordantur, nec ꝙ magis eſt de rebus propriis,et de aliis,in quibus fuerunt teſtes inſtrales de tanto tpe non habent memoriam, vt eſt gl.ordi.in c.tertio loco.de
16 proba.quę dicit† ꝙ teſtes ex diuturnitate tpis variant fidem, quia memoria hoīs labilis eſt,et totius habere memoriā,potius eſt diuinitatis q̄ humanitatis, taliter ꝙ vbi eſſet ꝯſuetudo de bannis probato ꝙ publicè contraxerunt,maximè per manus ſacerdotis parochiæ,et quod vir et mulier publicè vt coniuges vixerunt in matrimonio tanti tpis præſumunt̄ banna præceſſiſſe: quia vt dicit Abb.matrimonium poteſt difficiliter probari,& a fortiori bāna,& ſic matrimonium de quo agitur dicetur celebratum in facie eccleſiæ.Præterea ex omnibus ſupradictis per Inn.& alios Doc.colligitur,& probat̄,ꝙ in caſū de quo agitur, filii nati ex prædicto matrimonio,ēt ſi banna eſſent in vſu,& omitterētur,ſunt legitimi:Nam quando Inn.loquitur & recitat opiniones Doc.vltimò recitat opinionem Vincen.& Goff.qui tenēt,ꝙ c.cum inhibitio,ſolum habeat locum in impedimento conſanguinitatis & affinitatis,& ſic licet Inn.etiam dicat,videatur habere locum in omni impedimēto,quod ſatis videtur approbare & tolerare opinionem illorum,qui tenent,d.c.cum inhibitio,nō habeat locum in alio impedimento quam ꝯſanguinitatis, & rationes
17 Inn.in illo impedimento fundamentum faciūt,cum dicit † ꝙ fiant banna,vbi eſt habitatio parentū,quia ibi melius ſciunt ꝯſanguinitatem.& poſtea dicit, quærendum eſt de cōſanguinitate,vbi melius ſciri pōt, & nulli dubium.pro iſta opi.apertē facit d.c.cum inhibitio,in §.ſi quis verò.ibi cum dicit,ſi qs verò hmōi clandeſtina interdicta cōiugia inire præſumpſerit in gradu prohibito etiam ignoranter, ſoboles de tali coniunctione ſuſcepta prorſus illegitima cenſeatur.& ſic certum eſt ꝙ litera reſtringit ſe ad gradum, qui gradus datur tantum in conſanguinitate & affinitate,& nō in ſecundo matrimonio, vbi nec datur,nec pōt dici gradus, nec cadit hic argumētum ex identitate rationis,quia pœnale.ſed quia in omnibus cauſa legitimationis reperitur fauorabilis,& nō ſolum in odium legitimationis non debet extendi ſed reſtringi,& in fauorem legitimationis ampliari,vt in c.tāta.& c.lator.& c.ex trāſmiſſa.& c.peruenit,ex tenore, & quaſi ꝓ totum, qui filii ſint legi. Nec ob.ſi aliqui dicant ꝙ hæc extenſio eſt fauorabilis matrimonio.ne matrimonia illicita ꝯhantur. Nam,vt dictum eſt, nec ꝓp fauorem prolis excuſantur parentes a pęna,ſi malè ꝯxerunt, vt in d.clem.1.de conſan.& affini. Præterea vbi Inn.
18 dicit,ꝙ dicitur in facie eccleſiæ cum obſeruatur c.cum inhibitio.poſtea dicit ſm alios, † ꝙ ſatis eſt ꝙ publicè contraxit conuocatis amicis ad hoc,ꝙ dicatur in facie eccleſiæ,& cum

ignorantia

Source : BIU Cujas

ignorantia vnius filij sunt legitimi, vt ſ.& ſic Inn. in d.c. cum inhibitio,& in d.c.ex tenore, in fi.aliarum opi. recitat istas. & regula est cōis inter Doct. q̄ quando Doctor recitat diuersas opi. vltimam videtur sentire & approbare. Præterea Abb.dicit, vt ſ.in d.c.cum inhibitio,ſub istis verbis,vbi est consuetudo de bannis vtrum habeat locum hæc decretalis,cum inhibitio, ſi quis ꝯxit in facie ecclesiæ non præmissis his denunciationibus,& potius crederem q̄ non,licet ista gl.ſentiat oppositum,quia pœna est ꝯ ꝯhentes clandestinè,& nō ꝯ ꝯhentes omissis bannis.& dicit,non pōt dici clandestinè,quia in facie ecclesiæ nemine prohibēte ꝯxit,&c. Ex quibus hic dictis per Abb. præsupponuntur & concludumtur tria. Primò ibi cum dicit, dubito vtrum habeat locum hæc decretalis,ſi quis ꝯxit in facie ecclesiæ. Nā asseritur q̄ ꝯhitur in facie ecclesiæ sine bannis.Secundò præsupponitur, & cōcludit ibi cum dicit, quod pœna est ꝯ ꝯhentes clandestinè, & non contra ꝯhentes sine bannis.ſ. q̄ aliud est matrimonium clandestinum & aliud sine bannis.Tertiò præsupponitur & concluditur, quod Abb. reprobat gl.d.c.cum inhibitio.inquantum gl. tenet q̄ matrimonium est clandestinum,quando non fuerunt banna.

Præterea vt ait Inno.Zabarel. Anto. & alij Doc.vt ſ. quod post factum matrimoniū in ista materia non est ſubtilizandum ꝯ legitimitatem,ſed citius est excusanda negligentia & toleranda, vt ſi. ſint legi.ergo quid est opus ī isto casu ſubtilizare, vbi videmus q̄ ir distinctè ſpec. tenet,vt ſ.quod dicitur in facie ecclesiæ matrimonium,quando publicè ꝯctum est ēt sine bannis. hoc probat satis Abb. vt dixi in proxi.arti.hoc Pet. de Peru. Zaba.& Alex.licet Inn. & Ant.per alias opi. vadant discurrendo, non vī ab ista multum
19 dissentire,† vt dicatur in facie ecclesiæ conuocatis amicis ſeu vicinis nullo seriosè excluſo. & in l. ſi vicinis. C.de nupt.imò magis est quod de iure naturali & diuino: dico de iure naturali.ſ.ante legem ſcriptam non reperitur alia ſolemnitas in celebratione matrimonij,niſi conuocatio amicorum vicinorum. Nam legitur Gene.28. cum Patriarcha Iacob matrimonium vellet ꝯhere, dicit litera,qui conuocatis multis amicorū turbis fecit nuptias.& de iure diuino legitur Io. c.2.ibi,nuptiæ factæ ſunt in Cana Galileæ & erat mater Ieſu ibi,& vocatus est Ieſus & discipuli ad nuptias, vt dicunt Doct. erant nuptiæ ipſius Ioannis euangeliſtæ, & ſic vocatus est Ieſus & beata Virgo ad nuptias tanquam de parentela ipſius Io. de quo latius dixi. & ſic satis est quod quaſi omnes Doct. aſſentiunt, quod
* ꝙuocatis amicis ſeu vicinis dī matrimonium ꝯctum in facie ecclesiæ, maximè vbi matrimonium fuit celebratum per manus rectoris ſeu preſbyteri.ergo quid erit opus ꝯ doctrinā tātorū Doctorum,dicentium ꝯ legitimitatem non eſſe ſubtilizandum, quod velimus tantum ſubtilizare. nā præſuppoſito quod non est ſubtilizandum, & vt dixi ſuperius quod oī modo cauſa prolis & legitimationis est fauorabilis, satis est opinio Vincen. & Gof. pro dicto T.dicentium q̄ c.cū inhibitio, non habeat locū in alio impedimento quam conſang. & affi. & in fauorem prolis & legitimationis,opinio istorū est tenenda,ſecundum ſententiam omnium Doct. ēt ſi multi alij Doc.eſſent in opinio.ꝯria ſ.q̄ habeat locum in omni impedimento, maxime cum pro opinione Vinc. & Gof. faciat expreſsè litera in d.c.cum inhibitio,in §. ſi quis vero.dixit ſuperius.tum ēt
20 cum ſit opinio Abb Spec. Pet de Peru. & aliorū,vt ſ.† quod dicitur in facie ecclesiæ, ſi cōuocatis vicinis publicè ꝯhitur: tum ēt cum ipſe Inn. in d.c. ex parte. de reſti.ſpo.& Abbas in c.lator.qui ſi.ſint legi.& ibi gl.of.in c.peruenit.in c tranſmiſſiæ, eo.tit.& alii Doc.in c.illud.de præſump. tenēt q̄ faciliter ꝓbatur quis legitimus, & præceſſiſſe matrimonium inter parentes probando quod parentes prolis erant & cohabitabant vt ꝙiuges,& ꝙuicini,vt tales eos reputabant.imò magis est,q̄ dicunt quod ſatis ſit pro legitimatione probare quod vir vocabat mulierem vxorem.Nam,vt dicit Ant.in d.c. ex tenore.& est gl.in c.vnico.in parte modum.de deſpon.impu.li.6.& vt ſ. deductum est; quod ſufficit in matrimonio quo ad legitimationem prolis quaſi poſſeſſio colorata. & nō ſolum color iſte legitimat prolem, qñ matrimonium est inualidum reſpectu ꝓprietaris ꝓp vinculum ꝙſanguinitatis,ſed ꝓp vitiū alterius ꝙiugii.& ſic in caſu de quo agitur, cū ꝙſtet quod mater dicti T.ꝯxit publicè ꝙuocatis amicis per manus ſacerdotis ſuæ parochiæ ignorans dictum S.patrem ipſius T. aliam hr̄e vxorē, & ex die matrimonii vſq; ad cōceptionem & natiuitatem ipſius T.& per multos dies post prædicta mater vixit & cohabitauit cum dicto S. in eadem domo menſa & lecto, vt vera & legitima vxor ipſius S. vt coniuges tenebantur & reputabantur ab oībus conuicinis & aliis res videntibus,tam in ciuitate Iſpalen. vbi fuit celebratum matrimonium,& ꝙceptus dictus T.quam in ciuitate Gaudicen. vbi per multos dies vt coniuges moram traxerunt. vbi dicta mulier ab oībus fidelibus,q vt diximus eccleſiam faciunt prædictorum locorum, vt vera coniux dicti S.tenebatur & reputabatur. Nec ob.gl.in d.c.cū inhibitio.nec tex.in c.aliter.30.q.5. vbi dī clandestinum matrimonium,vbi deficiunt ſolemnitates,de quibus ibi.† Nam, 21
vt ſup. Hoſtiē.in tit.de clande.in Summa,in §.quot modis,in prin.tenet q̄ istæ ſolēnitates ſunt de honeſtate,& non de ſubſtantia matrimonij.pro quo facit tex.in c.cum locū,de deſpō. vbi litera dicit, matrimonium aūt ſolo conſenſu ꝯhitur. & in c.cū apud,eo.tit.vbi dicit,q̄ mr̄imonium in veritate ꝯhitur p legitimum viri & mulieris conſenſum. Nā quis poſſet hodie dicere aut ſuſtētare, ſi aliquis ꝯxit matrimonium cū Berta ſine dote, & ſine eo q̄ tradatur a parentibus & aliis ſolemnitatibus,de quibus in d.c.aliter,& ꝯxit publicè per manus ſacerdotis,quod non dicatur in facie eccleſię,quia eſſet abſurdum ſentire ꝯriū,niſi quod ſit in facie eccleſiæ,vt facit tex.in c.noſtrates.30.q.5.& oēs Doc. maximè Pan.in c.1.de ſponſa.& ibi gl.& d. c. cū inhibitio. vbi asserit cū multis alijs ſatis ſit ꝓbē, vt probatur.ſ.ꝯxit matrimoniū iuxta conſuetudinē illius patriæ.Nec ob.gl.in c.cum in captiuitate.34.q.2.q̄ ſecūdum aliquos vī idem ſentire,quod glo.in d.c.cū inhibitio.quia gl.dicit q̄ fīi non ſunt legi. qū ambo parentes ſciunt impedimentum vel affectant ignorare, ga iſta duo ceſſant in caſu de quo agitur.primo,qā mulier ignorabat impedimentū nec affectabat ignorare, quia ex parte ſua nulla erat malitia,nec impedimentū,quare ſuum mr̄imoniū voluiſſet occultare, ſicut non occultauit. Nā cū eſſet libera ab aliquo mr̄imonio, & de nobilioribus totius Hiſpanię gaudebat mr̄imoniū huiuſmodi tā tpe ꝯctus q̄ post vbique, & apud oēs publicare vt publicauit & manifeſtauit, & ſi ipſa mulier voluiſſet nō potuiſſet primū mr̄imonium pp diſtantiam pronuntiatū intelligere; quæ diſtantia,vt dicūt oēs Doc.& vt dicā inferius.in ipſa vxore,cauſat iuſtā ignorantiā.† Nam vt dicit Hoſt.in d.c.1.de cland.deſpon.qū loquitur de mr̄imonio regis Francię licet p alia verba vbi banna ſi ponantur deſeruirent de nihilo, non nocet,ſi ſi omittantur,ēt ſi dicat melius eſſet q̄ fierent. ergo idē in ca- 22
ſu de quo agitur, ſi banna fierēt in ciuitate Iſpalen.quæ distat a Florentia magis q̄ per dictas de nihilo deſeruirent, ergo nō nocent ſi fuiſſent omiſſa,maximè cū dictus S.per multos dies in dicta prouincia fuiſſet tentus & reputatus liber, & ſolutus ab aliquo alio matrimonio. Nec ob.gl.quam allegat Anto.in c.1. de eo qui duxit in matri. quam præſupponit aſſentire cū gl.d c.cum inhibitio. quia nō reperitur, nec est talis gl.nec noceret ſi eſſet,vt ſ.Præterea in c.1.& 2.de clan.cauetur iuxta literā de matrimonio clandestino non iudicat eccleſia, ſed certum est quod eccleſia iudicat de matrimonio ꝯcto, quod ꝓt probari per teſtes vt ibi,& in toto titu qui fil. ſint legi.& iura ſunt vulgaria,ergo non dī matrimonium clādestinum quod publicè fit,& pōt probari.& ſic ex oībus ſupradictis clarè conſtat mr̄imoniū, de quo agitur,ſit ꝯctum in facie eccleſiæ, cū fuerit ꝯctum publicè conuocatis amicis, nullo seriosè excluſo.Quod interuenerit ignorantia in dicta matre dicti T.& bona fides tempore ꝯctus matrimonii & conceptionis & natiuitatis ipſius T.satis conſtat ſecundum allegata & probata,& satis de iure præſumit ſecundū ſententiam omnium Doct.Nā Inno.in d.c.cum inhibitio. † dicit q̄ qñ ꝯhentes ſunt diuersā- 23
rum prouinciarum,præſumitur ignorantia in dicta muliere, quam opinionem ſequuntur omnes Doc.vt ſ.dictum est.cui ergo dubrum est q̄ parentes dicti T. non ſolū erant diuersārum,ſed remotarum prouinciarum taliter q̄ dicta mulier iuſtè potuit primum matrimonium ēt publicè contractū ignorare,vt in c.cum per Belicā clande.35. q.1.ita dicit Ant.in d.c. cum inhibitio. quod licet primū mr̄imonium ſit publicè cōtractum,mulier alterius prouinciæ iuſtè potuit ignorare.Nā, dicit ipſe Ant.in c.veniens.de eo qui dux. in matri.q̄ abſens a loco licitè pōt ignorare ea,q̄ publicè fiunt.& Io.An.in c.ex tenore.ſuper parte ignara primi matrimonii,ſi primum mr̄imonium fuit ꝯctum clā,aut fuit celebratum palam tā in terra remota,ita qñ rōne diſtantiæ præſumitur ignorantia ēt de mr̄imonio prius publicè celebrato, & propter hoc abſens a prouincia excuſatur a ſtatuto ſeu lege facta in prouincia ēt post duos menſes poſt publication.vt in c.cognoſcentes,de cōſti. & quod in ſimilibus p̄ſumitur ignorantia & iuſta cauſa ignorantiæ,Doctores ſatis dicunt in c.1. de poſtu.p̄la.& in regula, ignorātia,de reg.iur.li. 6. nā non ſolum primum matrimoniū mulier iuſtè potuit ignorare attenta tanta diſtantia,ſed etiam actum publicum, vbi ſolemniter tota ciuitas vt ciuitas interueniſſet potuiſſet ignorare,vt ſup. ergo a fortiori præſumitur ignorantia in actu particulari.Nec ob.quod in mr̄imonio magis q̄ in aliis actibus contrahentes debent inueſtigare, cū dictus S. eſſet de remota prouincia,q̄ dicta mulier,nec eius mater vidua, aliud potuiſſet intelligere q̄ quod intellexerunt.ſ. dictum S.per annos & dies fuiſſe in illa prouincia tanquam ſo

lutum

lutum & liberum a matrimonio tentum & reputatum,quod ſufficit & ſatis fuit ad cõfirmandum bonam fidem & ignorãtiam ipſius mulieris, ꝙ parentes ſeu cõſanguinei ipſius S. qui poſt matrimonium ℈ctum in eadẽ prouincia ſuperuenerint tenebant & tractabant dictam mulierem tanquã veram vxorem & legitimam coniugem ipſius S.Nam,vt dicunt Doc.iſta & ſimilia ex coniecturis poſſunt faciliter probari, vt in c.tua. de ſpon.& in c.præſentium.de teſti.& ſic ex omnibus ſupradictis conſtat in matrimonio,de quo agitur,concurriſſe duo neceſſaria ad legitimationem dicti T. ſ. quod matrimoniũ fuit ℈ctum in facie eccleſiæ,& quod dicta mater ipſius T. ignorabat dictum primum matrimonium tempore ℈ctus ſui matrimonij,& tempore conceptionis & natiuitatis dicti T. & ꝙ tẽpore cõceptionis, & per dies ante & poſt tam in ciuitate ipſa, q̃ in ciuitate Gadicen. vbi parentes dicti T. moram traxerũt, dicta mulier fuit tenta & reputata ab omnibus conuicinis & aliis eos videntibus, vt vera & legitima vxor dicti S.patris ipſius T. & prædictis tẽporibus manebat cum dicto S.in eadẽ domo,menſa,& lecto,vt cõiuges cohabitantes. & ſic de iure manifeſtè ℈ſtat non ſolũ,vt dicunt Doct. ſine ſubtilizatione, ſed ẽt cũ ſubtilizatione & iuris rigore dictus T.eſt legitimus.

24 Nec † obſtat, ſi aliquis vellet dicere,ꝙ licet ſit verum ꝙ T.ſit verè legit.non tñ de legitimo matrimonio natus:& licet d. T. poſſet habere tanquã legitimus omnia beneficia,& dignitates,non tamen epiſcopales propter c.cum in cunctis.de elec. vbi fuit prouiſum in cõcilio,ꝙ nul'us eligatur in epiſcopum, niſi qui iam 30. an.attigerit,& de legitimo matrimonio ſit natus, & hoc ratione dignitatis & ordinis epiſcopalis, quia epiſcopus dicitur columna eccleſiæ,Chriſti legatus,& ſunt ſucceſſores Apoſtolorum. & licet gl.in c.innotuit.de elect. & Panor.ibi excludant iſtam obiectionem,& dicit ꝙ legitimus licet non ſit natus de legitimo matrimonio poſſit eligi in epiſcopum, & archiepiſcopũ: nihilominus,vt melius articulus videatur, eſt dicẽdũ quod licet Canoniſtæ faciant ordinem epiſcopalẽ, vt in c. cleros. 31. diſt.& gl.in proœmio ſexti. & in c.quoties. de purga. cano.tamen Theologi dicunt non eſſe ordinem, quibus in his magis credẽdum eſt quàm Doctoribus Canoniſtis, non aũt magis q̃ Pontificibus,qui poſſunt aucto. diuina iſta determinare, vt in c.per venerabilem,qui filii ſint legi.Nam,vt dicit gl.in ſumma.20. diſt. quo ad exponendã ſcripturã ſacram prævalet auctoritas Sanctorum. † ſed quantum ad cauſas diffiniendas p̃ualet auctoritas Romanorum Põtificum, vt ibi in c.1.ea.diſ. & bene per Abb.& alios Doc.in c.ne innitaris,de conſti.dñs Dñicus in d. proœmio, concordando Theologos & Canoniſtas,dicit ꝙ non eſt ordo vt ℈feratur nouus caracter, & quod ſic ſaluatur opi. Theologorũ; ſed ꝙ dicatur ordo,quo ad poteſtatem miniſtrandi alia ſacra, ſm Canoniſtas, vt in c.perlectis.in §.ad epiſcopalem.25. diſt. & in c. quãuis.68.diſ.verum eſt,vt dicit text. in c. cleros. ꝙ in eccleſia primitiua nulla erat dria inter epm & preſbyterũ,vt in c.tribus gradibus.de ℈ſecr. diſ.2.& in c.legimus.94.diſt.'& in c.olim.95. diſt.vbi ſcribitur in hoc ſententia Hieronymi, hoc idẽ ſcribit ipſe B.Hieron.in epiſtola ad Pammachium ℈ Io.epm Hieroſolymitan.vbi ait, nihil intereſt inter epm & preſbyterũ, eadem dignitas mittẽtis & miſſi, ita quod rõne ordinis ita requiritur in preſbyrero quod ſit natus de legitimo matrimonio, ſicut in epo,nec rõne dignitatis,nec rõne ordinis requiritur alia natiuitas ſeu legitimatio in eo, quã in preſbytero. nam, vt ait Aug.quod eſt tranſlatum in c.qui epiſcopatum.8.q.1.epiſcopatus nomẽ eſt operis,& non honoris. Sed ſi videamus fundamentum iſtius materiæ & ſacerdotij,& quę originaliter requirantur in ſacerdote,põt dici ꝙ nõ reperitur in iure diuino aut poſitiuo rem minus prohibitam ſummo, & aliis ſacerdotibus q̃ illegitimitatem,quæ prouenit ex culpa parentum. Nam hr̃ Leuit.c.21. ꝙ Deus impoſuit legem & qualitatem ſummi & aliorum ſacerdotum dicens, Homo de ſemine tuo per familias,qui habuerit maculam,nõ offeret panes Deo ſuo,ne accedet ad miniſterium eius,ſi cæcus fuerit,ſi claudus,&c.ita ꝙ non requi-

26 ritur ꝙ excludatur natus ex illegitimo matrimonio.† Nam tã litera,q̃ Nicolaus de Lyra, per maculam intelligunt deformitatem corporalem Necob.Deut.c.23. vbi mãzeres.ſ. de ſcorto nati, excluduntur vſq; ad decimam generationẽ a ſacerdotio.nã debemus intelligere quod prohibitio ibi fuit temporalis.ſ.pro illo tempore.nã multa ſecundum diſpoſitionem tẽporis permittebantur & prohibebantur, nã a principio fuit neceſſe ex permiſſione,vt frater haberet in matrimonio ſororẽ, & poſt multiplicationem generis humani de iure diuino fuit prohibitum non ſolum habere ſororem, ſed q̃ plures alias de conſanguinitate & affi.vt Leui.18.c.vel ibi Deuter.aſſumunt mãzeres pro natis ex diuerſa profeſſione, vt ſi natus eſſet aliquis ex Iudæa & Gentili ꝓ tranſgreſſionem præcepti diuini, ne quis ex Iudæis cum alia gente ſe immiſceret in matrimonio ratione idolatriæ,vt Exo.24.& Mohabite.c.10. & legitur Regum,c.9.per modum relationis.Nam in eodem c.Deuter. 23.legitur, Amonitæ & Mohabites etiam poſt decimam generationem non intrabunt eccleſiam Domini in æternum, quia noluerunt nobis occurrere cum pane & aqua in via, qñ egreſſi eſtis de Aegypto: & quia conduxerunt contra te Balaam &c.ita expoſitores dicunt ibi,iuxta literam.& Num.23. ꝙ iſti excluduntur a ſacerdotio, quia voluerunt facere idolatrare populum Iſraeliticum,vt ibi, tex. hoc dicit,& gl.in c.cito turpem.1.q.1. vbi aſſeritur ꝙ excluduntur vſque ad tertiã & quartam generationem.hoc ait Nico.de Lyra ſuper Ruth. c.4.vbi dicit,ꝙ hoc de Mohabitis & Amonitis non habet locum, quando pater eorum fuiſſet Iudęus, licet mater fuiſſet Mohabita. & ſic ex prædictis ſatis videtur ꝙ ſupradicta prohibitio fuit temporalis & non vniuerſalis fuit, nec perpetua, vt ſatis probatur Eſaiæ c.vlti.vbi Deus ait, quod cum ipſe in humanitate appareret,vt genus humanum redimeret, Gentiles alios ab eo,& lege per eum condita in ſacerdotes & leuitas reprobatos aſſumeret, &c. nam quis hodie poſſet dicere quod illa prohibitio habuiſſet locum & recordari poſſet de fundamento & principio duodecimæ generationis, & ꝙ magis eſt

27 iſta ſublata ſunt de lege gratiæ: † non ꝙ ſit ſublatum ꝙ fidelis poſſit ℈here cũ infideli, nam hoc tam de iure diuino q̃ canonico remanet prouiſum & confirmatum,vt in c.caue.& in c. non oportet. & in c.hic enim,in §.mulier. & §. his verbis.28. q.1. ſed videtur ſublatum quod nati ex iſtis non promoueantur ad ſacerdotium,& etiã ad ſummum ſacerdotium:nam Timotheus, vt legitur Actuũ Apoſt. 16. erat natus ex Iudæa & Gentili,& ſic illegitimus, & ſequebatur gentilitatem paternã cum in tempore, & ſecundum legem Moyſi non erat circũciſus,& non obſtante tali illegitimitate.ſ. diuerſæ profeſſionis Apoſtolus inſtituit eũ epiſcopum eccleſiæ Epheſinę, vt.2.ad Timoth.c.2. ideo ipſe prædicator veritatis deſcribens conditiones,& qualitates epiſcoporum, & multa ab eis excludens, non excludit illegitimos, nec in hoc reprobat illegitimitatẽ, nec vbi multa in epiſcopis commendat non commendat illegitimitatem:nam prima ad Timoth.c.3.ait,oportet epiſcopũ irrepræhenſibilem eſſe vnius vxoris virum, ſobrium,pudicũ, prudentem,hoſpitalem,docilem, non vinolentum, non percuſſorem,ſed modeſtum, non litigioſum, non cupidum &c. & non dicit legitimum, quia eſſet contra ea,quæ ipſe Apoſtolus in ipſo Timotheo fecerat. & hoc ipſe prædicator veritatis ſcribit ad Titum,c.1.vbi nec legitimitatem cõmendat,nec illegitimitatem a ſacerdotio excludit, nec in iure canonico ita legitimitatem reperimus eſſe commendatam,ſicut alias qualitates.ſ.mores,& ſcientiam,et ætatem.nec ita magnum impedimentum reputatur in ſacerdote illegitimato,ſicut alia impedimenta. Nam in c.licet,8.q.1.vbi ponuntur verba Hieronymi, q̃ ſcripta ſunt ſuper Leuiticum, et ſcribuntur de qualitate ſacerdotum dicit litera,† vti ſciant omnes,et certi ſint ꝙ qui præſtantior eſt ex omni populo,qui doctior,qui ſanctior, qui omni virtute eminentior, ille eligitur ad ſacerdotium, et in c.illud.8.q.2.in fi.prouidetur ꝙ perſona vita & moribus decorata tanto ordine valeat inueniri,vt in c.qui epiſcopus.23 diſt. & in c. qui in aliquo crimine. 51. diſt.& in c.primum.25. diſt.& in c.erubeſcant.& quaſi per totum.32.diſt. & alia quã plura iura quæ loquuntur de qualitatibus & cõditionibus epiſcoporum ac ſacerdotum ſemper commendant mores,ætatem & ſcientiam.hoc idem in c. 2. & 3.& quaſi per totum, de æta.& quali.& in c.licet canon. de elec. lib.6.vbique ſupradicta commendantur magis q̃ natiuitas ſeu legitimatio.& licet in c. niſi cũ pridẽ.de renũ. præſupponatur,ꝙ factus epiſcopus ſit legitimè natus,cum hoc ineſt a iure poſitiuo, nihilominus magis in alijs epiſcopo neceſſarijs fundamẽtum facit: nam nulli dubium quod iſtud impedimentum ſit de iure poſitiuo,vt illegitimi non promoueantur,vt in d.c. cum in cunctis.& in d.c.niſi cũ pridem,& quaſi in toto tit. de fil.preſbyt. ita ſentiunt Theologi.hoc tenet beatus Thom.in 2. par.q 68.

29 ar.3.nam cauſa prohibitionis,ne illegitimus promoueatur ad ſacerdotium,eſt timor incontinentiæ paternæ,vt in c. literas. de fil.preſby.& in c.ſi gens Anglorũ. 56. diſt.quæ cauſa ſæpius fallit & fallitur,vt omni die in experientia vr̃, & vt probat tex. in c preſbyterorum.ea.diſtin.in §. illud. qui multum excludit cauſam prædictam & fundamentum cauſæ: nam licet in prin. dicat litera,preſbyterorũ filios a ſacris miſteriis remouimus, ſequitur intelligendum eſt de illis qui paternæ incontinẽtiæ imitatores fuerint. verum ſi morum honeſtas eos commẽdabiles fecerit exemplis & auctoritatibus, nõ ſolum ſacerdotes, ſed etiam ſummi ſacerdotes fieri poſſunt.& ſic vr̃ ex iſta litera ꝙ illegitimi poſſint eſſe ſummi ſacerdotes ſine aliqua diſpenſatione. nec vr̃ conſonum quod dr̃ in c. Cenomanen ea.

diſt.

Source : BIU Cujas

dist. q̄ ille tex.intelligitur in filiis sacerdotum legitimis & natis de legitimis & natis de legitimo matrimonio. Nam quid hoc ad propositum,cum tunc tex.de nihilo deseruirent, quia ratio tex. præsupponit contrarium, scilicet in non legitimis, vt ibi sentit gl. ita q̄ constat ex supradictis q̄ natiuitas de non vero aut illegitimo matrimonio,nec est delictum,nec de aliquo iure maximum impedimentum, vt ait Inno.& alii Doct. in d.c.nisi cum pridem.de renuntia.& facit tex.in c.accedens. de purg.can.nam vt ait B. Aug.q̄ trãslatũ est in c.vndecunq; vndecũq; homines nascantur, si parentum vitia non sequantur, honesti & filii erunt. B. Hierony.ait,quòd est translatum in ca.nasci.ea. distin. nasci ex adulterio non est eius culpa,qui nascitur,quia non ex seminibus,sed in voluntate nascentium causa est vitiorum atque virtutum: nam religio Christiana, nec personas excipere, nec conditiones hominũ, sed animos inspicit singulorum.& Ioan. Chrysostomus ait,vt habetur in
30 cap.nunquam,eadem dist.† nunquam de vitiis erubescamus parentum, sed vnum quæramus semper, amplectemur virtutem,&c. nam, vt ait Hierony.quod est translatum in c.dominus noster Iesus Christus voluit non solum de alienigenis cõmixtionibus, sed etiam de adulteris nasci, nobis magnam fiduciam præstans,vt qualicunq; modo nascamur,dumtamen vestigia eius imitemur,ab ipsius corpore non separemur, ita quod clarè constat q̄ causa & fundamentum prohibitionis iuris positiui, ne quis nisi de legitimo matrimonio natus promoueatur ad episcopatum, vt ipsa iura asserunt timor inconstantiæ seu imitatio incontinentiæ parentum,quæ causa non facit, nec facere debet tantum impedimentum, sicut defectus literarum, aut morum. Nec obst. quòd dictus T. retroactis temporibus reputasset se illegitimum, & etiam tãquam talis obtinuerit de promouendo, & de beneficiis obtinendis secum per sedē apostolicam dispensare, ex quibus sit causata apud multos maxima opinio illegitimitatis: quia licet ista inducant præsumptionem,quę causat opi.non tamen causat ve
31 ritatem,† qua veritate visa & ostensa euacuatur opi. facit tex. in cap.veritate.& in c. qui contenta.8. dist. vbi veritas excludit opinio.& in c.quicunque.81. distin. & in c.nuper.de biga. facit bene tex.in c.per tuas,qui fil.sint legi. vt filius Randul.reputabatur & tenebatur ab aliis pro illegitimo, & ipse credebat se talem, & postquam dictus Randul. in extremis dictum filium asseruit legitimum,& tanquam talem instituit hæredē, vbi non obstante opin.de illegitimatione statur veritati quæ probata & visa excluditur opinio.& ita Anto.commendat dictum c.per tuas.in princip.ibi,probatio autem per famam est probatio opinata, quæ potest habere in se simulationem constito de veritate, opinio & simulatio cedunt veritati.hoc idē dicit Abb.& Alex.& alii Doc. quod non ex opinione sicut ex veritate colligitur veritas. hoc idem in c.transmissæ. co.titu. nam in isto casu & simili non cadit præscriptio, vt in præalleg. locis. Nec obst. si daretur casus logicalis, quòd dictus S. in testamento nominasset dictum T. illegitimum, tum quia non noceret ista assertio seu professio paterna contra iudicialia, & probationes pro legitimatione habitas, vt facit text.in terminis in capitu.transmissæ.qui fil.sint legi.vbi reperitur decisum, quod licet pater asserat aliquem non esse filium suum, si testimonijs aut indiciis probatur contrarium, assertio patris non nocet filio,nec præiudicat veritati,vt.ff.de probat.l. fi. & C.de proba. nonnullis. & non epistolis.& C. de proba.l. neque professio. & C.de hæred.instit.l.si pater. & iura sunt vulgaria.immo Ioan.An.dicit in c.per tuas.qui fil.sint legi.legitimationē esse ita fauorabilem, q̄ quando veritas facit
32 pro legitimatione,præfertur veritas opinioni:† quando verò opinio facit pro legitimatione,opinio præfertur veritati,vt in c.ex tenore.eod.tit.& sic vt supra etiam si daretur q̄ dictus S. in suo testamento seu alibi vocasset dictum T. illegitimum, non nocet hoc veritati,vt supra,maximè cum dictus S.Florentiæ propter pœnam capitalem de secundo matrimonio celebrato non ausus esset nominare legitimum dictum T. & etiã esset possibile,q̄ cũ dictus S.esset mercator, fuisset iuris ignarus & potuisset ignorare, q̄ filii cõcepti ex secundo matrimonio,licet celebrato in facie ecclesiæ, fuissent legitimi,& sic po
36 tuisset credere sine præiudicio veritatis & legitimationis, dictum T.illegitimum.hoc ait Host.in d.c.transmissæ.& Ant.et alij,q̄ vbi vnus erat legitimus ex ignorantia secundum opin. viciniæ reputabatur illegitimus, quę opinio veritate probata nihil operatur in præiudicium legitimationis. Nam etiam videmus omni die per contrarium, q̄ multi per multos dies et
37 annos reputauerunt se legitimos et vt legitimi promouebantur,et ab aliis vt legitimi reputabantur, quia erat opinio talis et intelligentes ac scrutantes suam natiuitatem,cognoscentes et videntes se illegitimos tanquam tales,quærunt et petunt p̄ sedem apostolicam secum dispensari, quia veniente veritate cessauit et euacuata est opi.ergo a fortiori in casu,de quo agitur,cum sit fauorabilis,maximè cum certum sit et potest probari q̄ T.cum esset 5.anno.fuit separatus a matre,et Florentię ductus apud nouercam, quæ ciuitas distat ab Hispalen. vt diximus magis q̄ per 30.dietas, et sic matrimoniũ eius matris potuit iustè ignorare.facit tex.in §.fi.1.q.4. in fi. † vbi ætas excusat ignorantiam,etc. et q̄ d.T. habeat istam excusationem, ēt cum fuisset verè legitimus,reputandi se illegitimum est maxima, cum vt dico ab infantia Florētiam veniisset et in pueritia et ętate vidisset patrem suum aliam habere vxorē quàm matrem suam, et vidisset se apud nouercam et alios fratres filios eiusdem nouercæ pro illegitimo teneri et reputari, maximè cum pater propter pœnam capitalē de secundo matrimonio non ausus est eidem T. nec aliis secundum matrimonium hominī manifestare,et qualiter d.T.erat natus ex alia secunda vxore, quã in matrimonium duxerat in Hispania, taliter quod d.T.postquam ab infantia fuit separatus a matre, matrem amplius non vidit,nec fuit in Hispania.et sic habuit iustam causam ignorantiæ,et opi. excusabilem dictas dispensationes impetrandi,cum etiam pluries ista fiant ex opi. pro maiori secu-
34 ritate,† quia bonarum mentium est culpam timere,vbi culpa minimè reperitur, vt in c. consilium. de obser.iciu. et in c.interfeci.de homi. consulitur illi qui iustè hominem interfecit,vt de homicidio pęnitentiam faciat.et legitur in c. literas. de filiis presbyter.quòd legitimus petit secum dispensari.Nec obst.si aliquis dicat,q̄ ignorantia iuris neminem excusat.nam hoc habet verum sine fallentia, ignorantia iuris diuini & naturalis,vt in c. qui ea. 38.dist. & in c. quemadmodum. 32.q.7. Nam si est ignorãtia iuris positiui, & maximè iuris dubij multos excusat,vt in c.inno.22.q.4.de hoc latè per Ioan.An.in regula,ignorãtia de reg.iur.lib. 6. & maximè in isto casu,d.T. potuit habere iustam ignorantiam iuris, quia ignorauit factũ, & sic erat necesse ignorare ius facti. Nec obst. q̄ in processu seu in receptione testium nulla fuit a commissarijs Papæ facta citatio:nam de iure nulla fuit necessaria citatio,tum quia ita Papa commisit, & in tali casu alia ratio non est quærenda, vt facit tex.in c.cum olim.de dolo & contu.& in c.cum dilecta,de rescrip. & iura sunt vulgaria : tum etiam quia fuit commissio &
35 actus extraiudicialis,†& vbi proceditur extraiudicialiter & solum pro veritate scienda,ac pro informatione Pontificis,nulla requiritur citatio, vt tenet Hostien & alii Doct.in c.bonæ. & in c.cum dilecti,de ele.& in c.dudũ, de præscrip.& in c.qualiter.de accusa.gl.in cle.vnica,de offi.deleg.in princ.& ibi melius Cardinalis quàm alibi,dicit de istis extraiudicialibus nulla requiritur citatio:nam,vt dicunt Doc. in c.1.de iudic.& in c.consuluit.de offi.deleg.& in c.2.de test. vbi nō est pars, nec iudicium, nullus debet citari in receptione testium. & ꝓpter hoc dicit Host.in d.c.bonę. de ele. q̄ quando iudex procedit extraiudicialiter, iudex potest examinare quos testes voluerit,q̄ hoc libere non potest facere, quando iudicialiter procedit.de hoc late, & melius q̄ aliquis scripsit, Egidius de Bellamera in decisione 72. vbi tractans de canonizatione Sanctorum, ac de prouisione ecclesiarum, indistinctè tenet q̄ nec requiratur citatio per edictũ vniuersalis, nec particularis ad aliquam personam asserens,vt supra in commissione,seu processu extraiudiciali, nulla ad aliquem actum requiratur citatio. Nec ob. si opponatur q̄ quando committitur causa simpliciter & de plano, q̄ in receptione testium requiritur citatio partis, quia in similibus datur, & præsupponitur iudiciũ, licet summarium, & licet summariè iudicialiter proceditur, & quia datur pars videtur de iure decisum debeat pars citari, quia etiam in summarijs committitur vt causa decidatur, q̄d secus est in casu de quo agitur,vel simile,vbi a Pontifice nihil terminandi,nec iudicandi,seu decidendi committitur,sed tãtum vt testes pro informatione Pontificis & videnda veritate reciperentur & examinarentur, in quorum receptione & examine,vt præmittitur de iure, cui illa est necessaria citatio: nam vt ait Cardinalis in d. clementi.vnica,de offic. de leg. q̄ ita est nudum misterium examen testium,quod die feriata in honorem Dei potest fieri.&c.

Reuerendissime Pater, † quamuis solitudo multum ad studium confe rat, propterea q̄ nulla interpellatione animus molestetur: nihilominus angustia ac animi inquieti anxietas cerebrũ & calamum, ac omnes deniq; sensus maximè impediunt, adeo q̄ aliquando dum scriberem, cogitans nullam iniustitiã in Ro. curia vigere debere,apud quam † templum quoddam sanitatis,amplitudinis mentis, consilij plurimi,caput orbis,arã Sanctorum,portum omnium gentium,refugium oppressorum, sedem iustitiæ, magistram fidei ac morum, Romanam ecclesiam dicimus esse.In qua sanctimoniæ specimen,pietatis exẽplar, assertorem veritatis,fidei defensorem, Doctorem gentium,

Source : BIU Cujas

tium, Christianorum Ducem, cleri ordinatorem, pastorē plebium, magistrum insipientium, refugium oppressorum, pauperum aduocatum, ministrorum spem, tutorem pupillorum, iudicem viduarum, oculum cæcorum, linguam mutorum; baculum senum, vltorem scelerum, malorum metum, bonorū gloriam, virgam potestatum, malleum tyrannorum, regū patrem, legum moderatorem, sal terræ, orbis lumen, sacerdotē altissimi, Chtisti vicarium legimus stare debere, animum ad ista diuertes, quæ scriberem, aut meditarer ignorarem. Quare Reuerendissime Pater, si quid hoc in meo opusculo vestris auribus indignum videbitur, veniam peto, idque vestræ Reueren. D. ideo dedico, vt lineam doctrinæ maximæ, necnon & vitæ integritatis, quæ duo potissima & peculiaria vestra sunt, subeat. Fœliciter valeat V. Reue. D. Ex Castro sancti Ange. Anno a natiuitate Domini. MCCCCLXXXVIII. VI. Calendas Nouembris.

TRACTATVS, SEV COMMENtarius, Antonij Guberti Costani, I. C. Regijque Senatoris,

De Sponsalibus & Matrimonijs, multis rerum quotidianarum decisionibus exornatus.

SVMMARIVM.

1 *Antiquissima matrimonij origo.*
2 *Amor apud Hesiodum in Theogonia, quid significet.*
3 *Homines perpetuitatis desiderio tenentur.*
4 *Vita hominum instar est foliorum.*
5 *Tempus vitę hominum.*
6 *Homines a Pindaro dicuntur vnius diei, & vmbræ somnium.*
7 *Natura impellimur ad nuptias & ad gignendos liberos.*
8 *Deus ab initio mundi constituit matrimonium.*
9 *Hesiodi locus perperam a nonnullis philosophis acceptus.*
10 *Legitima sobole & familię & nomina nostra in æuum conseruantur.*
11 *Gentes ac populi, quibus probata est polygamia.*
12 *Quæ gentes communitate vxorum sint vsæ.*
13 *Cur explosa polygamia & vxorum communitate probetur.*
14 *Frequens concubitus impedit generationem.*
15 *Matrimonio occurritur malis, quæ vxorum communitas inuehit.*

De origine nuptiarum seu matrimonij insequentes tractatus præfatio.

1 ANtiquissimam † esse matrimonij
2 originem, vel ex eo intelligi licet, †† Hesiodus in Theogonia scribit, post chaos terram, & tartarum amorem prodijsse. Quo verbo significat omnibus ingenitū sui conseruandi & boni alicuius, atque adeò nuptiarum & sobolis procreādæ, desiderium. † Om-
3 nes enim incredibili quodam perpetuitatis desiderio tenemur, vt Plato in Conuiuio seu de Amore dicit. † Sed quum hominum vita, vt inquit Homerus, instar sit foliorum, quæ
5 singulis annis decidunt, & renouantur: † nec humanæ vitæ curriculum, secundum Dauidem, vltra annos octoginta, & secundum Iuris authores, vltra centum regulariter protendatur, l. an vsusfructus. de vsufru. l. vlt. C. de sacrosan. eccles. adeo vt Pindarus in Pythiis, homines appellet ἐπαμέρους & σκίας
6 ὄναρ, † idest, vnius diei & vmbræ somnium: procreatione liberorum id assequi nitimur, quod nobis aliter natura denegatur. † Ideo naturali quodam desiderio ad nuptias impellimur
7 & ad gignendos liberos, vt Platonicam perpetuitatem consequamur. cap. 2. c. fraternitatis de frigid. & malefic. l. in causis. C. de repud. Arist. lib. 2. de Anima. Suidas in verbo γενητικὴ.
8 † Deus enim non solum constituit ab initio mundi matrimonium, c. gaudemus. de diuor. c. sicut. 32. q. 2. sed & appetentiam quandam legitimæ coniunctionis acposterorum ingenerauit hominibus. c. ius naturale. 1. distin.
9 Quidam † tamen ueteres philosophi apud Hesiodū amorem interpretantur, causam mouentem, & ea quę sunt conciliantem, vt Sextus Empyricus docet lib. aduersus Mathemat. 8. sed ego nihil eorum interpretationem moror: quandoquidem superior interpretatio & verbis, & sententiæ autho i
magis congruit.

Recte igitur Hesiodus post chaos, terram, & tartarum cœpisse prodidit boni, sui conseruandi, & perpetuitatis desiderium: ac proinde matrimonij, procreationisq; liberorum le-
10 gitimam appetitionem. † Ita enim familiæ, ita nomina cognationum, & nostri memoria in æuum conseruantur. l. liberorum. §. vlt. de verb. signifi. l. 1. de vent. inspic. l. super statu. C. de legit. hæred. Sed mirum est inter mortales tam varios ritus,
11 tamq; dissimiles huius rei obseruationes fuisse. † namq; alij polygamiam probarūt, vt Parthi, Aegyptii, Thraces, & Athenienses. De quibus Euseb. de Prępar. Euang. lib. 6. cap. 8. Diodorus Siculus lib. 2. Heraclides in Politiis, & Gellius lib. 15. cap. 8. vt propterea quæsitum sit in c. gaudemus. de diuor. an liceat baganis, postquā sacrosancto baptismate initiati sunt, plures vxores retinere, vel vnā saltem illarū, quas ante hēbāt.
12 Alii † vxores communes esse voluerunt, vt Aethiopes, Solin. cap. 33. Britanni, Cæs. lib. 5. de bello Gal. Euseb. de Prępara. Hiero. lib. 2. in Iouinian. Agathyrsi & Hylophagi, Herod. li. 4. Troglodytæ, Strab. lib. 16. Limyrnij, Nicol. περὶ ἐθῶν. Garamantes, Plin. lib. 8. cap. 5. Pomp. Mel. de Situ orb. li. 1. ca. 8. Nicolaitæ, Apoc. c. 2. & quidā Libyæ populi, de quibus Aris. li. 2. Poli.
13 Alij verò explosa polygamia & omni vago ac promiscuo cō cubitu prohibito, proprias vxores singulos habere voluerūt. l. 2. C. de incest. & inutilib. nup. l. 1. D. de iis, qui no. infam. c. licet. de spon. duor. Qui melius cæteris sensisse, & generi humano prospexisse videntur: quandoquidem legitima liberorum procreatione illud conseruatur, & immortale quodammodo redditur, quemadmodum lust. prodidit nouel. 24. de nup. & nouel. 39. de resti. & ea quæ par. in 11. men. Musonius apud
14 Stob. serm. 67. & Galenus lib. 14. de vsu part. † Quid enim magis officit procreationi, q̄ frequens vagusq; cōcubitus? quid magis parentes ab educatione & cura liberorū auocat, quàm prolis incertitudo? quid magis contrarium virtuti castitatis, fidei coniugali, aut amori consortis impatienti, ad hæc suffragio, quod in prosperis aduersisq; vicissim præstant coniuges, aut demum conseruationi familiarum paciq; publicæ? quid, inquam, magis contrarium, quàm polygamia? quàm vagus ꝯ
15 cubitus? † At his malis legitima occurrit maris & fœminæ ꝯiunctio, quam nos matrimonium appellamus, vt post Xenophontem in œconomic. post Aristotelem lib. 2. Polit. & post Lactantium lib. 3. cap. 21. in nostris Dotium commentariis docuimus.

Et quia eius rei tractatio multos continet articulos, qui accuratę & methodicæ enodationis indigent, primùm de sponsalibus, quod breuiter fieri poterit, via ac rōne disp iciemus. Quærendum est igitur, quot modis sponsalia dicantur, quid sint, qui contrahere sponsalia possint, quibus modis contrahantur, & demum quales edant effectus.

SVMMARIVM.

1 *Sponsaliorum uaria acceptio.*
2 *Notatio sponsaliorum.*
3 *Sponsalia pro arrhis sponsalitijs.*
4 *Sponsalia origine posteriora matrimonio.*
5 *Declaratus locus Xenophontis.*
6 *Parentes pro liberis sponsalia contrahunt.*
7 *Eplicatum c. 1. de despon impub.*
8 *Si parentes pro liberis sub pœna nuptias contrahant, an liberis renuentibus pœna committatur.*
9 *Conditio si Męuiam ducat, ritè legatis adiicitur.*
10 *Sponsus temerè resiliens arrhas amittit.*
11 *Discrimen pœnæ & arrharum.*
12 *Quales sint arrhæ sponsalitiæ, & cur dentur.*
13 *Arrhabo vox Hebręa.*
14 *Arrhæ sunt illecebrę ad nuptias.*
15 *Munera sponsalitia a Maximiano sponsę data.*
16 *Qualescunque arrhæ sponsalitiæ intuitu summorum principum res sunt exiguæ.*
17 *Leo Imperator nouè statuit, ut pœna matrimonio adiecta præstetur.*
18 *An Leonis nouellę sint in Latio probatę auctoritatis.*
19 *Proxenetica perperam Alciat. & Connanus accipiunt in rubrica de sponsalibus. C.*
20 *Proxeneticon.*
21 *Verbo conditionis sponsalia interdum significantur.*
22 *Græca constitutio permittit proxenetis nuptiarum, vigesimam dotis vel propter nuptias denationis accipere.*
23 *An hodie conciliatores sponsaliorum promissam mercedem iure flagitent.*
24 *Vix unquam matrimonia sine interuentoribus expediuntur.*
Nuptiæ diuino potius impulsu, quam humano artificio fieri dicūtur ibidē.
25 *An rectè olim iudices libellorum supplicum in simili quæstione iudicarint.*

Quot

Source : BIU Cujas

Quot modis ſponſalia dicantur, & vnde eorum nomen deductum.

1 SPonſaliorum † nomẽ quatuor modis accipitur: nempe pro ſolenni ſponſione futurarum nuptiarũ, pro arrhis, quæ ſpõſæ a ſponſo dantur, pro donatione propter nuptias, & pro conuiuio ſponſaliorum. Et ſanè olim, qui ducturus erat vxorem, ab eo vnde ducenda erat, ſtipulabatur eã in matrimonium ductum iri: qui daturus erat, itidem ſpondebat, quemadmodum Varro ſcribit lib. 5. de Lingua Lati. & Gellius ex Sulpitio refert lib. 4. cap. 4. vnde Lyſiteles apud Plautum in Trinummo:

-ſponden' ergo
Tuam gnatam vxorem mihi? CH. Spondeo & mille auri
Philippum dotis. LY. dotem nihil moror. CA. ſi illa tibi placet,
Placenda dos quoque eſt, quam dat tibi. CH. poſtremò quod vis
Non duces, niſi illud quod non uis feras. CA. ius hic orat. LY. impetrabit
Te aduocato atque arbitro. iſtac lege filiam tuam ſpondes mihi
Vxorem dari? CH. at ego ſpondeo. CA. at ego ſpondeo idem hoc.

2 † Et ab hac formula contractus ſponſaliorum nomẽ accepit.
3 l. 2. D. de ſponſal. † ac dein ea vox vſurpari cœpta eſt pro arrhis, ſymbolis, ſeu muneribus, quæ ſponſus largitur ſpõſæ. l. 1. C. ſi nupt. ex reſcr. pet. l. 1. ſi rector prouinc. ſpon. det. lib. 3. C. Theod. necnon pro donatione propter nuptias. l. 2. C. de ſecun. nupt. & demum pro conuiuio ſponſaliorum. Cice. lib. 2. epiſt. ad Quint. frat. Ad VIII. Id. Apr. ſponſalia Craſſipedi præbui. Huic conuiuio puer optimus Quintus tuus meuſq; ꝙ perleuiter commotus fuerat, defuit.
4 Vnde † apparet longè poſt matrimonij vſum ſponſalia fuiſſe comparata: quum ſtipulatio & reliqua ſolennia ſponſaliorũ iure ciuili cenſeantur. l. 1. D. loc. l. ex diuerſo. D. ſolu. mat.
5 Non † me latet apud Xenophontem lib. 4. rerũ Græc. Ageſilaum & Otym iunctis dextris, hic vt duceret, ille verò vt daret, puellam, ſpopondiſſe. Ideo enim iuris naturalis aut gentiũ dici ſponſalia non poſſunt, quòd aliquando ea Græci vſurparint. Sed nec verbis conceptis, vt legibus Romanorum præſcriptum eſt, inter Otym & Ageſilaum interpoſita fuit ſtipulatio, vt ciuili ritu veteres Græci futuras nuptias promiſiſſe videri poſſint. Sunt potius in ea hypotheſi nuptiæ verbis in præſens tempus conceptis contractæ interuentu confeſſionis patris: deductio autem in domum mariti & nuptiarum celebritas in tempus futurum ſponſione relatæ.
6 Ex † iam dictis porrò arguitur poſſe pro liberis parentes ſponſalia contrahere, & ſiquidem impuberes fuerint illis etiã iuriſconſultis, c. 1. de deſpon. impub. l. ſi pater. C. de ſpon. quam quam ſponſalia non aliter eo caſu ſortiantur effectum, niſi liberi poſt pubertatem conſentiant. c. vn. de deſpon. impub. in 6. c. literas. eod. tit. apud Greg. cap. vbi. 30. q. 2.
7 Nec † moueor c. 1. de deſpon. impub. verbum enim, debet, idem ſignificat eo loci, quod poteſt, nec vllam imponit liberis matrimonii poſtea contrahendi neceſſitatem, vt ſcripſi capitu. 12. quæſt. iuris memorabil.
8 Sed † ſi parentes pro liberis ſub pœna promiſerint, matrimonium contractum iri, an liberis. poſtea renuẽtibus pœna committatur? Paulus reſpondit in l. Titia. D. de verb. oblig. quũ nõ ſm bonos mores pęna ſtipulatione cõprehẽſa fuerit, agẽti exceptionẽ doli mali obſtaturã: qm̃ inhoneſtũ visũ eſt, vinculo pęnę mr̃imonia abſtringi ſiue futura, ſiue iam ꝯcta. idẽq; ſtatuit l. ſi ita ſtipulatio. D de verb. obl. l. vlti. C. de ſpõſ. l. neque ab initio. C. de inutilib. ſtipul. cap. gemma. cap. requiſiuit. de ſponſalib. Verendum eſt enim ne liberi præter voluntatem matrimonio aſſentiantur, quò ad pœnam parentes vitent. l. hæres meus. §. vlt. de condi. & demonſt. Parum itaque refert vtrum parentes an liberi pœnam ſponſalibus adijciant: quum neutro caſu libertatem ineundi fœderis coniugalis pęnæ vinculum debeat remorari.
9 Nec obſtat † ꝙ rite legatis conditio adiiciatur, ſi Mæuiam ducat. l. Titio centum. §. Titio. de condi. & demonſt. Aliud eſt enim eligendi matrimonii pœnæ metu libertatem auferri: aliud ad matrimonium certa lege inuitari. Vt enim honeſtum eſt præmiis tanquam inuitamentis ingenuos homines ad nuptias prouocari: ita honeſtum videtur libertatem contrahendi matrimonij metu pœnarum ad neceſſitatem transferre. l. neque. C. de nupt.
10 Nõ obſtat, † ꝙ ſponſus arrharum amiſſione multetur, qui temere reſilit: & duplum econtrario ſponſæ infligatur, quæ arrhis ſuſcepti nuptias ſine cauſa detractat, vel quadruplũ quoties ſtipulatione comprehenſum eſt. l. Deo nobis. C. de epiſc.
11 & cler. l. vlt. C. de ſpon. † Diuerſa eſt enim pœnæ & arrharum ratio. Primùm quia arrhæ dantur, pœna tantum promittitur: & facilius quiſque promittit, quã det. Qui d. n. pmittere lædit? Ouid. Itaque non ſicut fideiubenti, it a donanti mulieri ſuccurritur. l. ſed ſi ego. D. ad Velleian.
12 Deinde † quia arrhæ ſponſalitiæ quædam ſunt ſymbola, vt annuli, torques, monilia, & aliæ res perexiguę, quæ mr̃imonii cauſa dãtur, vt quoad illud celebretur, arrhabonis loco ſint. l. Deo nobis. C. de epiſc. & cler. quod & cap. 38. libri Geneſeos, perſpicuè confirmat, † vbi *Erabon* eodem ſenſu Hebraicè vſurpatur, quo Latinè arrhabo: vnde liquet verbum arrhabonis Hebraicum eſſe origine. Sed, vt eò regrediamur vnde diuertimus, Plin. lib. 33. cap. 1. Celebratior, inquit, vſus cum fœnore cœpiſſe debet: argumento eſt conſuetudo vulgi, ad ſponſiones etiamnum anulo exiliente: tracta ab eo tẽpore, quo nõdum erat arrha velocior.

At pœna magnę nonnunquam quantitatis, interdum rei immobilis conſtituitur. Ideo ſicut pœnæ metus incutitur,
14 ſi nuptiæ non inſequantur: † ita arrhis tanquam illecebris ad nuptias celebrandas deſponſi blandiſſimè pelliciũtur. Proinde non ſicut pœna, ita arrhæ libertati officiunt matrimoniorum.
15 Sed obeſt † ꝙ arrhæ ſponſalitiæ ẽt magni pretij interdũ dẽtur, vt ex eo apparet, quod Capitolinus in Maximino iuniore ſcribit: Deſponſata erat illi Iunia Fauilla proneptis Antonini, quam poſtea accepit Texotius eiuſdem familiæ ſenator. Mãſerũt ãt apud eã arrhæ regiæ, quæ tales fuerunt: monilium de albis nouem, reticulum de praſinis vndecim, dextrucherim cum coſtula de hyacinthis quatuor, præter veſtes auratas & omnes regias, cæteraq́ue inſignia ſponſaliorum. Significant autem ea verba, vt inquit Egnatius, monile nouem cerauniis & aliis gemmis candicantibus, & reticulum capiti ex viridantibus. Dextri autem brachij ornatũ ex hyacinthis cõtextum. At de illis muneribus ſponſalitijs, quæ a Regibus vel Imperatoribus dantur, hoc tractatu προηγούμενος diſſerere non
16 inſtitui. † quanquam dici poteſt, intuitu ſummorum Principum ea munera exigua videri, quæ reſpectu aliorum maxima cenſentur.
17 Leo † Imperator, qui propter eximiam prudentiam Philoſophus dictus eſt, & a patre ſuo Baſilio Macedone in cõſortium imperij Orientis aſcitus, Nouel. 18. ſtatuit, vt is deſponſorum, qui nuptias detractat, non ſolum arrharum amiſſione vel dupli reſtitutione multetur, ſed & pœnę exactione puniatur: ſic enim, inquit Leo, ad dirimenda matrimonia inconſtantes tardiores efficientur.
18 Sed † Nouellas Leonis, ſicut & alias Græcorum Imperatorum conſtitutiones nunquam compertum eſt Latinos approbaſſe: vt propterea leuis momenti ſit earum apud complures auctoritas.
19 Illud notandum eſt in d. rubrica de ſponſalib. C. † arrhas ꝓxeneticas Alciatum & Connanum interpretari, non ſalariũ proxenetarum, vt Accurſius, ſed arrhas ſeu munera, quę proxenetis, qui ſponſalibus conficiendis & matrimonio contrahendo intercedunt, a ſponſo ad ſponſam perferendæ dantur: ꝙ toto illo titulo nulla vſquam mentio ſalarii proxenetarum fiat. At enim poſt l. mulier. videntur eo ſub titulo deeſſe aliquot Græcæ conſtitutiones, in quibus, vt veriſimile eſt, de ſalario proxenetarum agitur. Sed quid refert ſiue per ſponſum, ſiue per proxenetas, ſiue per alios ſponſalia munera porrigantur? Certè arrharum, quæ per proxenetas ſponſæ perferũtur, quantumuis eas comminiſcantur Alciat. & Connanus, nuſquam leges meminerunt, quę ſub eo titulo extant. Ergo proxenetica Alc. & Con. non poterant pro illis arrhis accipere, quarum nulla mentio fit ſub eo titu. & ſi fieret, ſuperuacanea
20 prorſus videretur: † præſertim quum proxeneticon ſalariũm proxenetarum ſignificet, qui amores cõciliant nuptiales, ſanciuntq́ue fœdera, vel contractibus ineundis ſe interpretes & interuentores præbent: hoc enim ſenſu vſurpatur in princ. l. vlti. D. de proxenet. & ibidem ἑρμηνέτικον dicitur, a verbo ἑρ-
21 μηνεῦω, quod eſt iudico, interpretor, explico. † Et ad ſponſalio rũ conciliatores vtrãq; vocẽ pertinere hęc ibidem ſubiecta verba ſatis indicant: Si quis fortè condõnis vel amicitię proxeneta fuerit. Id eſt ſponſaliorum: eo namq; caſu ἑρμηνευτικὸν, id eſt ſalarium, mercedem, ſeu pretium interuentionis apud Præſides peti poſſe, ibidem Vlpianus reſpõdit. nã ferè ꝯditiones, id eſt ſponſalia, interpoſitis perſonis expediuntur. l. vlt. D. de ſponſ.

Extat Græca conſtitutio apud Harmenopulum Epitom. lib. 4. tit. 3. quæ vetat proxenetas, qui ſponſalibus conciliandis ſe interponunt, quicquam eo nomine accipere, ſiquidem
22 de ea re nihil actum fuerit. † Aliter permittit vſque ad vigeſimam dotis & propter nuptias donationis flagitare. quam legem typographi in C. Iuſtin. ſub titu. ſi rector prouinc. vel ad eum pert. ſpond. ded. largi. non ita pridem retulerunt.

Hinc

Source : BIU Cujas

Ant. Gub. Coſtani, de ſponſ. Comment.

23 Hinc † apparet falli grauiter eos, qui mercedem eo nomi-
24 ne promiſſam exigi poſſe negant: † nam etſi matrimoniũ res ſit libera & ſpiritalis,& diuino potius impulſu,q̃ humano artificio fieri dicatur, tamen quia vix vnquam ſine his interuentoribus matrimonia conficiuntur, qui multa vltro citroque proloquuntur,& renuntiant,quæ illi, de quorum coniunctione tractatur,coram erubeſcerent: conueniens eſt, ne huiuſmodi conciliatorum opera refrigeſcat,' promiſſam mercede millis exſolui. Alioqui multa matrimonia non conficerentur, quæ ſpe alicuius lucri per iſtos interuẽtores quotidie ex-
25 pediri ſolent.† Quamobrem arbitror non rectè olim eos iudicaſſe, qui tum erant libellorum ſupplicum Toloſę iudices,ꝙ D. Azalberto alterius claſſis inquiſitionum in Senatu Præſide,contra quendam Maillortum. qui ꝙ amores nuptiales cõciliaſſet, 20. aureos ex ſponſione flagitabat,: huic enim interuentori & nuptiarum conciliatori etiam mercedem promiſſam non deberi pronunciarunt.

SVMMARIVM.

1 *Finitio ſponſaliorum.*
2 *Μνησεία.*
3 *Diſcrimen nuptiarum & ſponſaliorum.*
4 *Speratum & ſperatam ueteres appellarunt deſponſos.*
5 *Impuberes uerbis etiam in præſens tempus conceptis,non niſi ſponſalia contrahunt.*
6 *Nuptiæ ſolo conſenſu contractæ ſponſalia nonnunquam appellantur.*
7 *Plenum,ſolenne,& perfectum matrimonium eſt,quod ſexuum commixtione conſummatur.*
8 *Verbo mariti ſponſus non continetur,nec uerbo nuptæ ſponſa.*
9 *Conſuetudò, vt præmortua vxore maritus dotem lucretur, in ſponſa locum non habet.*
10 *Lex patria in dubio exigitur ad regulas iuris communis.*
11 *Quando ſponſalia verbis in præſens tempus conceptis fiunt, an ſtatutum, quo lucrum dotale morte vxoris marito defertur, locum habeat.*
12 *Priuilegia nuptarum deſponſis ſæpe competunt.*
13 *Ius prælationis in dotis exactione etiam deſponſis competit.*
14 *Sponſalitiæ largitates patri non adquiruntur.*
15 *Vt primùm vxor monaſticam vitam profitetur, marito omnia lucra obueniunt,quæ mortua vxore conpeterent.*
16 *Vnus coniugum alterius permiſſu poteſt monaſticam vitam profiteri.*
17 *Lege Iulia de adulterijs non tenetur, qui cum ſponſa alterius concubuit.*
18 *Adulterium.*
19 *Sicut matrimonium,ita ſpem matrimonij cuiquam violare non licet.*
20 *Declarata l. miles. §. quæritur. D. ad leg. Iul. de adult.*
21 *Vni deſponſa,an alteri poſſit nubere.*

Quid ſint ſponſalia.

1 SPonſalia ſunt futurarum nuptiarum mutua repromiſſio. c. noſtrates. 30. q. 5. Et quia Græci ea μνησείαν vocant, Modeſtinus ꝙ Græcus eſſet, ſponſalia diffiniuit mentionem & repromiſſionem futurarum nuptiarum. Significat enim ipſum nomen
2 μνησείας promiſſionis mentionem, vt docet Harmenopulus lib. 4. Epitom. tit. 1.
3 Et hinc cognoſcitur diſcrimen nuptiarum & ſponſaliorum: quoniam hęc verbis in futurum relatis,illæ in præſens conceptis iniri ſolent. c. vlt. §. idem. de deſpon. impub. in 6.
4 Vnde † veteres ſperatum & ſperatam deſponſos nuncuparunt, vt Nonius Marcellus notat, prolatis in eam rem Afranij verſibus: quanquam propriè ſperata ſit virgo priuſquã petatur,dehinc verò promiſſa, vel pacta,vel ſponſa,vt idem auctor ſcribit.
5 Interdum tamen maris & fœminæ ſuper nuptiis cõſenſio, etiam ad præſens tempus relata, vim obtinet ſponſaliorum: quippe quum defectus ætatis legitimæ nuptiis eſt impedimẽto. d. cap. vn. §. idem. de deſpon. impub. Tunc enim,quod vti agitur non valet, vti conſiſtere poteſt, iure ſuſtinetur. capit. a nobis. de deſpon. impub. l. ſi tam anguſti. D. de ſeruit. l. Scæuola. ad Sen. C. Trebel. Quanquam aliter ſenſiſſe videantur iuris auctores in l. quęſitum. D. de ſpon. & in l. quum hic ſtatus. §. penul. D. de dona. inter vir. & vxor.
6 Porrò nuptiæ ſolo conſenſu, etiam a puberibus contractæ nonnunquam apud iuris auctores ſponſalia dicuntur. c. ex publico. de conuerſ. coniug. c. 2. de ſpon. duor. cap. coniuges. 27. quæſt. 2. Quod in Occitania Tectoſages obſeruant, & multarum gentium moribus vſurpatur: aut quia per ſtipulationem huiuſmodi nuptiæ fiunt, ſicut & olim nuptiæ,quę per coemptionem fieri dicebantur,vt Seruius notat ad 4. Aen. & Boet. ad Topic. Ciceronis.
7 Aut quia ſunt legitimæ ſponſiones ſolemnis & conſummati matrimonij,quod complexu venereo,nedum ꝙ conſenſu peragitur. cap. inſtitutum. 27. q. 2. c. ex publico. de conuer. coniuga.
8 His † conſequens eſt, mariti appellatione ſponſum non ꝙtineri,nec verbo nuptæ ſponſam. l. ſi quis officium. D. de ritu nupt. l. ſolet. D. de ijs qui not. infam. l. non ſine. C. de bonis quę lib. licet in ſacris Bibliis hoc diſcrimen interdum non obſeruetur. c. genuit. c. priuſquam. 27. q. 2.
9 Proinde lex municipalis,' vt p̃mortua vxore dos lucro mariti cedat, ſponſa mortua locum non habebit. F. Ripa in l. 2. §. vlt. de priuileg. cred. quoniam in dubio leges patriæ ad amuſſim iuris communis exiguntur. l. ſi ſerui veſtri. C. de nox. act. l. ſi quando. C. de inoffic. teſt. c. quum dilectus. de conſuet. ſolentque propriè ac ſtrictè accipi. l. 3. §. hęc verba, de neg. geſt. l. 1. §. qui in perpetuum. D. ſi ager vect.
10 Abſurdum planè eſſet hoc prætextu deſponſis mulieribus liberam de dote diſponendi facultatem adimi: præſertim quũ in odioſis protenſio non fiat. c. odia. de regul. iur. l. quum quidam. de lib. & poſthum.
11 Sed ſi ſponſalia in præſens tẽpus concipiantur,nuptiis nimirum ſolo conſenſu contractis, veluti ſi mulier dicat tibi, nubo,& vir contra,duco te vxorem: an ratione iam dicti ſtatuti præmortua ſponſa dotem huiuſmodi ſponſus lucrifaciat. Et magis eſt vt non lucrifaciat: primùm,ꝙ lege patria poſt mortẽ vxoris propter onera matrimonij dos marito applicetur, quæ iſtiuſmodi ſponſus nondum ſuſtinuit. l. dotis fructus. D. de iure dot. l. pro oneribus. C. eo. deinde ꝙ iniquum ſit ob ſolam ſuper nuptiis conſenſionem, abſque concubitu & in domum deductione, maritum dotem lucrari. Proinde ſpectandum eſt plenum, ſolemne, & prorſus indiſſolubile matrimonium, quod mutuo aſſenſu præſentia parochi, deductione in domum mariti, & corporum mixtione perficitur, vt alibi dictum eſt. c. quapropter. 27. quæſt. 2. Nec repugnat l. 2. §. vlt. D.
12 de priuileg. credit. & l. quum fuerit. de condi. & demon. † Sæpè enim fauor mulierum efficit, vt iure & priuilegiis nuptarũ deſponſæ potiantur. Ideo legatum mulieri relictum, ſi in familia nubat, vt primùm mulier nuptiis conſenſerit, debetur. d. l.
13 quum fuerit. † Ideo etiam ius prelationis nuptis conceſſum in dotis exactione deſponſis mulieribus competit. l. 2. §. vlti. de priuileg. credit. Ac priuilegium legis Iuliæ de fundo dotali, quod nominatim irrogatum eſt nuptis, ad deſponſatas extenditur. l. 4. de fundo dot. † Ob eandem rationem neque hæreditas, neque ſponſalitia donatio, quam ſponſus ſuam ſponſam lucrari voluit, Leonina conſtitutione patri quæritur: ſed inſtar eorum, quæ maritus vxori reliquit, penes ſponſam remanet. l. non ſine. C. de bonis quę lib.

Ergo quamuis priuilegia nuptarum deſponſis plerunque competant: tamen,quum agitur de dote viro applicanda, tanquam lucrum nuptiale, nulla ciuilis ratio permittit, in præiudicium fœminarum de nuptis ad deſpõſas fieri protenſionẽ. arg. l. quum quidam. de lib. & poſth.

15 Nec diſcrepat l. Deo nobis. C. de epiſc. & cler. † ibi. n. mulier matrimonio iam concubitu conſummato in cœnobium ſeceſſerat: quo caſu lucra omnia marito obueniunt, quę mortua vxore obtigiſſent. Nec obſtat ꝙ inſecuto ſemel coniugali complexu, neutri coniugum liceat cœlibem vitam profiteri.
16 c. Agathoſa. 27. quæſt. 2. & c. 4. de conuerſ. coniug. † hoc enim non procedit, quum vnus aſſenſu alterius in cœnobium ſeceſſerat, & monaſticam vitam profiteretur. auth. quod hodie. C. de repud. c. vxoratus. de conuerſ. coniug. ſicque accipienda eſt iam citata l. Deo nobis. C. de epiſc. & cler.
17 Quocirca ex ſuperioribus efficitur, † pœna legis Iuliæ illũ non teneri, qui cum ſponſa alterius concubuit. Paulus in fragmentis veterum iuris auctorum tit. 4. In vxorem adulterium vindicatur iure mariti, non etiam in ſponſam.
18 † Nam propriè adulterium in nupta committitur, propter partum ex altero conceptum compoſito nomine, vt ſcribit Papinianus in l. inter liberas. D. ad leg. Iul. de adulter. cui ſuffragatur. l. ſtuprum. D. eo. l. inter ſtuprum. de verb. ſig.

Seuerus tamen & Antoninus reſcripſerunt in l. ſi vxor. §.
19 Diuus. D. ad leg. Iul. de adult. † etiam in ſponſam hoc idẽ vindicandum: quia neque matrimonium qualecunque, neque ſpem matrimonii violare permittitur. Itaque, quamuis ſponſa pœnis non ſubdatur, quas nuptæ lex Iulia irrogat: impunè tamen non feret illiciti concubitus admiſſum.
20 Nec faceſſit negotium. l. miles. §. quærebatur. D. ad leg. Iul. de adult. quod enim Papinianus eo loco ſcripſit, Nouam rem inſtituere huiuſmodi accuſatorem exiſtimo, qui adulterii crimen obijcere deſiderat, propter hoc tantum, quòd priori ſibi deſponſata puella a patre in matrimonium alii fuerit tradita: bifariam accipere poſſumus: primũ, vt ſponſa iure mariti accuſari nequeat, ſed tantum iure ſponſi: deinde, vt deſponſata vni ſi a patre in matrimonium alteri tradatur, eam prior
21 accuſare non poſſit: † ꝙ vni deſponſa legibus Cæſareis alteri nubere non prohibeatur. l. 1. C. de ſpon. Etgo quia ſponſę diſ-

ſenſu

ſenſu ſoluta tunc fuerunt ſponſalia, & rite deſponſa nupſerat alteri: quod non eſt admiſſum, vindicari non poteſt facinus.

SVMMARIVM.

1 *Quę ætas in ſponſalibus requiratur.*
2 *Quoties intellectus præuenit ætatem, nondum ſeptennes poſſunt ſponſalia contrahere.*
3 *Sponſalia prematurè contracta inſequenti poſtea cõſenſu corroborantur.*
4 *Cur ſeptennes poſſint ſponſalia contrahere.*
5 *Auguſtus Imp. tempus nuptias contrahendi coarctauit.*
6 *Cur in ſponſalibus par ætas maris & fœminæ, in nuptijs diſpar requiratur.*
7 *Sponſalia inter eos non conſiſtunt, qui nuptiarum ſunt expertes.*
8 *Declarata l. quæſitum. D. de ſpon.*
9 *Conferre quid ſignificet.*
10 *Collatę nuptiæ.*
11 *Magiſtratus in prouincia, quam adminiſtrat, non poteſt uxorem ducere.*
12 *Mulier intra annum luctus nubere non debet.*
13 *De nuptijs ad ſponſalia num rectè ducatur argumentum.*
14 *Cur magiſtratus oriundam uel domicilium habentem in prouincia, quam adminiſtrat, uxorem ducere prohibetur.*
15 *Magiſtratus poſſunt impreſſionem facere.*
16 *Ob uitandum ſanguinis perturbationem & prolis incertitudinem intra annum luctus nuptijs interdicitur.*
17 *Cur tutor deſponſare pupillam prohibetur.*
18 *Abſentes poſſunt per nuntium uel per epiſtolam ſponſalia contrahere.*
19 *Re integra licet ei pœnitere, qui cauſa matrimonij nũtium uel epiſtolã miſit.*
20 *Naturâ ſurdus & mutus, an ſponſalia poſſit contrahere.*
21 *Pater uel tutores poſſunt pro impuberibus ſponſalia contrahere.*
22 *An taciturnitas arguat conſenſum.*

Qui poſſint contrahere ſponſalia.

1 SPonſalia † contrahere poſſunt maiores, nõ etiam minores ſeptem annis. l. in ſponſalibus. D. de ſpon. c. de illis. ca. a nobis. de deſpon. imp. nam vt ſponſalia ritè contrahantur, ſeptimum annum completum eſſe oportet. c. per literas. c. acceſſit. de deſpon. impub. niſi fortè intellectus eam ætatem præueniat. cap. iuuenis. & ibid. gl. de ſpon. c. 1. de delict. puer. Sufficit enim ſcire & intelligere contrahentes quid agant. d. l. in ſponſalibus.

3 Quin ſponſalia præmaturè contracta accedente poſt ſeptimum ætatis annum legitimo conſenſu corroborãtur. c. acceſſit. de deſpõ. impub. ita tamen, vt non ex quo confirmata ſunt, valeant. l. obſeruare. §. vlt. de offic. proconſ. Nec obſtat, q̃ pupilli contrahere non poſſunt, nec quicquam ſine tutore gerere. l. pupillus. D. de obl. & act. l. in negotiis. & l. pupillũ.

4 † D. de reg. iur. Id enim vſquequaque verum non eſt: itaque qui ſeptimum annum exceſſerunt, quũ intellectum habeãt, ſibi naturaliter & ciuiliter obligant alios, §. pupillus. de inut. ſtipul. l. Iulianus. §. penul. de act. emp. & ipſi aliis naturaliter interdũ obligantur. l. 1. D. de nouat. amplius & ciuiliter, quũ obligatio naſcitur vel ex delicto. l. furioſus. D. de obli. & act. c. 1. de delict. puer. Proinde, quum diſſentire & cõſentire poſſint, meritò eis ſponſalia contrahere p̃mittitur. l. potuit. adiũcta l. ſi infanti. C. de iu. delib. præſertim quum puberes facti, atque ideo recti iudicii capaces detractare matrimonium poſſint.

5 † Non eſt prætermittendum quod Suetonius ſcribit, Auguſtum Cæſarem tempus habendi ſponſas coarctaſſe. Is. n. vt inquit Dion. li. 54. & Zonaras tom. 2. q̃ pleriq; infantes puellas deſpondebant, vt leg. s Iuliæ commodis potirẽtur, nec tamen legitima coniunctio ob immaturam ætatem deſponſorum inſequebatur, edixit vt irrita eſſent ſponſalia quum duobus annis poſtea interiectis contrahi & perfici matrimoniũ non poſſet: & ideo vt puella ſaltem annos decem nata deſpõ

6 deretur: Sed cur hodie in ſponſalibus par ętas maris & fœminæ, in nuptiis verò diſpar requiratur, videamus. Et puto, quia in ſponſalibus ſola voluntas, in nuptiis autem etiam generã di poteſtas inſpicitur, quod Fabro & Angelo placet in §. 1. Inſtit. de nupt.

7 † Ex iam dictis perſpicuum fit, etiam inter eos ſpõſalia cõſiſtere, qui nuptias contrahere prohibẽtur. Exemplo ſunt impuberes, quibus licet ſponſalia contrahere, nõ etiam nuptias, tametſi conferantur. l. quæſitum. D. de ſpon. hoc eſt tametſi deductione vxoris in domum mariti aliorumq̃ ſolemniũ interuentu nuptiæ celebrentur.

8 Sic enim apud Vlpianum accipienda eſſe hæc verba, ſi fuerint nuptiæ collatę, indicat. l. quum hic ſtatus. §. penult. C. de donat. inter vir. & vxor. indicat etiam, quod non ſubnectit Vlpianus, quamuis in domo loco nuptæ eſſe cœperit. Indicat denique ſubiecta eo loci deciſio, quæ cũ propoſitæ quæſtioni congruens eſſe debeat, tum ſatis oſtendit, perperã Budæum interpretari collatas nuptias dilatas in tempus pubertatis, & Alciatum lib. παρερ. 12. reiectas in tempus præmaturum.

9 † Quamuis enim conferre pro differre nonnunquam vſurpetur, l. quum ſoluendæ. de diſtract. pig. tamen ſentẽtia d. l. quæſitum. nequaquã patitur, vt in eius explicatione verbi conferre notationem & proprium vſum deſeramus. Cõferre autem eſt in vnum adferre: vnde conferre bona, res, ſigna, ſermonem, aliaq̃ id genus, l. 1. D. de coll. bonor. At nuptiæ apud iuris auctores interdum ſignificant ſolennia, ritus, feſtiuitatem ſeu celebritatem matrimonii. l. ſancimus. C. de nuptiis. Igitur ſi cum minore 12. annis nuptiæ collatæ ſint, id eſt, vt inquit Accurſ. ipſo facto celebrato, collatis ſcilicet omnibus nuptiarum ſolennibus, an pro ſponſa habeatur, quæ in domum quaſi mariti immatura ducta eſt? Et ait Vlpianus,

10 † etſi fuerint nuptiæ collatæ, id eſt ritus nuptiarum adhibiti, & feſtiuitas celebritasq̃ nuptiarum interpoſita: ac proinde quamuis in domo nupta eſſe cæperit, non videri tamen ſpõſalia facta niſi præceſſerint. quam interpretationem ſine cunctatione Accurſ. reprobat.

11 Quocirca magiſtratus oriundam vel domicilium habentem in prouincia quam adminiſtrat vxorem ducere non poteſt, deſpondere tamen poteſt. l. officium D. de ritu nupt.

12 † Similiter mulier intra annum luctus nuptiis abſtinere iubetur, ſponſalibus non item. l. ſolet. D. de iis qui not. infa. Itaque ob ſponſalia intra annum luctus cõtracta mulier lucro nuptiali non priuatur, nec aliis pœnis afficitur, quas lex ciuilis intra annum lugubrem nubentibus irrogat. Quod Senatui Toloſano placuit die 21. Ianuarij. 1572. quum Margarita a ſancto Petro lucrum nuptiale flagitaret, & ei a Simone Dagen obiiceretur, q̃ intra annum lugubrem nupſiſſet. Namq; Senatus cenſuit pœnam quæ nubentibus infligitur, tunc ad deſponſam protrahi non debere. Ad ſummam quibus nuptias contrahere non licet, interdum ſponſalia contrahere permittitur.

13 Dicet aliquis, in l. oratio. D. de ſpon. Vlpianus ait, orationẽ Imperatorum, quæ quaſdam nuptias in perſona Senatorum inhibuit, ſic accipiendam eſſe, vt ad ſponſalia quoque pertineat. Quandoquidem prohibito aliquo actu, omnia cenſentur eſſe prohibita, per quę poteſt ad actum perueniri, vt inde iuris interpretes eliciunt. Itaque ſicut & tutori non licet pupillam vxorem ducere, ita nec deſponſare. l. tutor. D. de ſpon. Quo fit, vt plerique generaliter ſtatuant, ſponſalia intelligi prohibita quoties nuptiæ prohibentur.

Sed quum ineptè ex hypotheſi theſim illi cõficiant, vt eorum paucis eripiatur error, ſtatuimus, quoties par eſt nuptiarum & ſponſaliorum intuitu maris & fœminæ ratio, prohibitis nuptiis intelligi prohibita ſpõſalia: aliter de nuptiis ad ſpõſalia protenſionem faciendam non eſſe.

14 † Ecce lex vetat eum, qui officium in aliqua prouincia adminiſtrat, inde oriundam vel ibi domicilium habentẽ vxorem ducere Primum, ne gratia & fauore cognatorum & affinium vxoris aliquid iniuſtè & perniciosè moliatur, aut decernat: deinde ne vxoris cauſa peculatus arguatur. Vnde Seuerus Cecinna apud Tacitum lib. 3. cenſuit, ne quẽ magiſtratũ, cui prouincia obueniſſet, vxor comitaretur. Haud enim fruſtra placitum olim, ne fœminæ in ſocios aut gentes externas traherẽtur. & rurſus, cogitarent ipſi, quoties repetundarum aliqui arguerentur, plura vxoribus obiectari: his ſtatim adhæreſcere deterrimum quemq; prouincialium, ab his negotia ſuſcipi, tranſigi, &c. quanqua me non fugit auditis Meſſalino & Druſo eluſam, vt ait Tacitus, Cæcinnę ſententiam: Martianus in l. 4. de offic. proc. Proficiſci autem proconſulẽ melius quidem eſt ſine vxore: ſed & cum vxore poteſt, dummodo ſciat Senatum Cotta & Meſſalla Coſſ. cenſuiſſe futurum, vt ſi quid vxores eorum qui ad officia proficiſcuntur, deliquerint, ab ipſis ratio & vindicta exigatur.

15 † Poſtremò, quandiu munere ſuo funguntur magiſtratus, metum incutere ſuę ditionis hominibus poſſunt: atque ideo præter voluntatẽ eos ad nuptias adducere: vt propterea ſcripſerit Papin. in l. præfectus. D. de ritu nupt. rationem potentatus huiuſmodi nuptias prohibuiſſe. qua de re extat decretũ Tridentinæ ſynodi, ſeſſ. 24. Hæc autem impreſſionis ratio, ſicut & aliæ ſuperiores, ſecundum leges Cæſareas in ſponſalibus locum non habent: quandoquidem alterius diſſenſu diſſoluuntur. Quinetiam citatæ ſuperius leges de temporariis magiſtratibus loquuntur, in quibus par non eſt ſponſaliorũ & matrimonii ratio. l. etſi contra. C. de nupt.

16 † Sed & intra tempus, quo virum elugere moris eſt, vxori nuptiis interdicitur, non ſolum ob honorem, viro debitum, ſed etiam ob vitandam ſanguinis turbationem, prouiſq; incertitudinem. l. liberorum. §. 1. D. de his qui not. infam. Plutarchus in Numa, Harmenopul. lib. 4. tit. 6. quæ incommoda

da ſponſalibus non inuehuntur.

17 †Enimuerò tutor,ſicut vxorem ducere,ita ſponſare pupillam prohibetur.d.l.tutor.& d.l.oratio. de ſpon. quippe quòd verendum ſit,ne in rationibus reddendis eam tutor circumſcribat.l.libertum.l.ſi quis tutor.ff. de ritu nupt.

18 †Abſentes poſſunt ſponſalia contrahere,ſiue per nũtium, ſiue per epiſtolam.l.ſufficit.ff. de ſponſa.cap.veniens.qui cleri.vel vouent.

Nec obſtat ꝙ alteri ſtipulari nemo poteſt.§.alteri.Inſtit.de inutil.ſtipul. Item, ꝙ inter abſentes ſtipulatio non contrahitur.§.item verborum.Inſtit.de inutil.ſtipul.nam & ſine ſtipulatione ſponſalia iniri poſſunt: & quamuis interuentu ſtipulationis fiant,tamen hoc eſt ſingulare, vt ſolennis futurarũ nuptiarum ſponſio etiam inter abſentes concepta valeat.

19 † Sed ſingamus eum, qui literas vel nuntium miſit,re integra ſponſaliorum pœnitere. Et quamuis alter poſtea conſentiat,nihil tamen actum videbitur:quoniam duorum vno contextu ſuper futuris nuptiis nunquam mutua conſenſio interceſſit. Hoſtienſis in Summa, Clauaſius in ver.ſponſalia. nume.3.

Mutus poteſt contrahere ſponſalia, poteſt & ſurdus, ſicut & paciſci.l.item quia.ff. de pact.necnõ donare.l.qui id quod.

20 §.mutus. ff. de don. & manumittere.l. ſurdi. ff. de manumiſ. vind.Sed & ſponſalia contrahere poteſt mutus & ſurdus, ẽt ſi ab ipſo ortu hæc vitia traxerit, modò intellectu non deficiatur,& ſignis poſſit voluntatem ſuam exprimere. c. quum apud.c.tuæ.de ſpon. l.ſufficit.ff. eod. Nam iniquum eſſet eos a nuptiis & ſponſalibus arceri, quos vis rationis & propẽſio quædam naturæ ad legitimam coniunctionem impellit: præſertim quum mutuam pecuniam dare & recipere,atq; adeo negociari,& rebus ſuis præeſſe ſolent.Quanquam natura ſurdi & elingues nonficere teſtamentum vel ſtipulationem nõ poſſunt,ꝙ non ſint,quæ in illis requiruntur,ſolennium capaces.l.1.ff. de verb.oblig. l. diſcretis.C.qui teſtam.fac. poſſ.vbi noſtri his quæ diximus refragantur,ſed perperam.


21 †Non ſolum his,qui matrimonio iungi volunt,ſed & parẽtibus,tutoribus ac curatoribus eorum licet pro ipſis ſponſalia contrahere. cap.1.de matr.cont.con.interd.eccl.

22 †Verum enim quum alius quàm pater futuras nuptias ſpondet, taciturnitas nequaquam arguit eorum conſenſionem, de quorum coninnctione agitur,ca.vn.§. porrò.de deſpon.impub.

SVMMARIVM.

1 *Quomodo ſponſalia tacitè contrahantur.*
2 *Quoties eſt defectus ętatis,legitimę nuptię obtinent vim ſponſaliorum.*
3 *Actus qui vti fit non ualet, an aliter cõſiſtat.*
4 *Subarrhatio.*
5 *Anuli olim arrharum loco dabantur.*
6 *Verbum ſubarrhationis, quæcunque ſponſalitia munera continet.*
7 *Sola anuli datio ſponſalia non arguit.*
8 *Iudicis partes quando dubitatur cur datus ſit anulus.*
9 *Forma anuli ſtatuto preſcripta in dijudicandis nuptijs ſpectatur.*
10 *An taciturnitas puellæ, in cuius digitum immiſſus eſt anulus,nuptias arguat,vel ſponſalia.*
11 *Anulus nuptialis primum aureus,& dein ferreus factus.*
12 *Anulus nuptialis cui digito inſeratur.*
13 *Neruus, qui a nuptiali digito ad cor penetrat.*
14 *Circulus anuli nuptialis quid ſignificet.*
15 *Anulus nuptialis cur apiron dicatur.*
16 *Verba ſunt notæ paſſionum animi.*

Quibus modis ſponſalia contrahantur.

1 ARie †ſponſalia contrahuntur:& primum quidem tacito conſenſu, veluti quum patri ſponſalia pro filio contrahenti præſens filius non contradicit.cap.vn. de deſpon.impub.capitu.1.de mat.contrac. cont.interd.eccl.

2 †Item quum impuberes verbis in præſens tempus conceptis matrimonio aſſentiuntur. Tunc enim quia nuptiæ non ſunt propter ætatis defectum, ſponſalia ſecundum pontificias conſtitutiones tacitè contracta intelliguntur, quemadmodum ſupra oſtenſum fuit ex c.a nobis. c. atteſtationes. & cap.vlti.de deſpon.impub.& cap.vn.eod.tit. in 6. tametſi veterum conſultorum reſponſis diuerſum ſtatuatur. l. quęſitum.de ſpon.

Et ſanè qui nuptias contrahunt,multo magis ſponſalia cõ
3 trahere velle præſumuntur: præſertim quum pactioni, quæ ſuper nuptiis interponitur, tacitè conditio ſponſaliorum inſit. Quare æquum eſt fauore ſaltem nuptiarum illum actum quo modo poteſt ſuſtineri: ſicut viæ conceſſio anguſti loci demonſtratione facta ſuſtinetur,ac ſi iter conceſſum fuiſſet: ꝙ viæ inſtiter, ſicut pactioni nuptiarum ſponſalia inſunt.l.ſi tam anguſti. D. de ſeruit. Tunc enim ſuccurrunt illę vulgares regulæ,Qui vult conſequens, vult antecedens; Qui vult quod maius eſt, vult & quod minus eſt. l. ad rem mobilem. D.de procurat.l.1.§.ſi ſtipulanti.D.de verb. oblig.

Atque ita refellimus tritum illud & vulgò percelebratũ axioma,actus qui vti fit non valet, aliter non ſuſtinetur.l. 1. §.ſi quis ita.D.de verb.obli.l.j.D.quod iuſſu.l.1.D.de iure codicil.l.eo tempore.D.de pecul. Illud enim iure Pontificio ſic contrahitur,vt noſtro caſu non procedat,quo neque voluntas contrahentium,neque ſolennia neceſſaria deficiunt.

Secundò,ſponſalia contrahuntur nuda conuentione.c.ad audientiam.c.ſi inter.de ſpon.

Tertiò,per ſtipulationem.cap.2.de ſponſ.gloſ. in cap. pen. de ſpon.

Quartò, per iuſiurandum.cap.de illis. cap.præterea.ca. ex literis.de ſpon.

4 †Quintò, anuli traditione,quę ſubharratio dicitur. cap.ſi
5 quis diſpenſauerit.27. quæſt.2.c. vlt.de deſpon.impu.†Olim enim arrharum loco tanquam pignora anuli dabantur, vt apertè Vlpianus indicat in l.quicunque.§.penul. D. de inſtit. act. Si inſtitor,inquit, quum oleum vendidiſſet, anulum arrhæ nomine acceperit, neque eum reddat, dominum actione inſtitoria teneri.

6 † Dubium tamen non eſt verbo ſubarrhationis quorumcunque ſponſaliorum munerum dationem contineri:quum peræque anulus & reliqua ſponſalitia munera, tanquam arrhæ firmandi actus cauſa a viro mulieri dentur, vt ex cap.Geneſeos 38.apparet.vnde Iuuen.ſaty.6.

Conuentum tamen & pactum & ſponſalia noſtra
Tempeſtate paras: iamque a tonſore magiſtro
Pecteris,& digito pignus fortaſſe dediſti.

7 †Itaque, vt ſponſalia contrahantur, non ſufficit anulum a viro mulieri dari,niſi vocibus lingua figuratis exprimatur, vel aliter ſignificetur anulum in hoc dari:& illum mulier ſpõſaliorum nomine recipiat.cap.illud.15.quæſt.1.c.ne quis.22. quæſt.2.l.obligationum.D.de oblig.& act.Aretinus conſ.13. Imola in c.tenor. de re iudic. Henric. Boichus in cap.vlti. de deſpon.impub.

8 † Sed ſi ambigatur vtrum ratione ſponſaliorum, an nuptiarum datus ſit anulus, quia hæc quæſtio ad ſtatum pertinet coniecturalem, prudẽs iudex & morem patrium,& omnes negocii circunſtantias diligenter obſeruabit & perpendet. Et ſi quidem quæ ex anuli traditione oritur pręſumptio aliis adminiculis fulciatur,& probabilibus coniecturis iuuetur,vel nuptias vel ſponſalia interceſſiſſe pronunciabit.ca. illud.de præſumpt.c.1.de matr.contra.cont. interd. eccl.

9 † Si ergo patriis moribus receptum eſt, vt certa forma cælati anulii in argumentum nuptiarum dẽtur, & anulus ea forma inſculptus a viro mulieri in hoc etiam recipienti detur, nonne matrimonium interceſſiſſe conijciemus? l. ſi ſeruus. §.vlt de leg.1.Hoſtien. Panormita.& Henric. in c.vlt. de deſpon.impub.

10 † Sicut quum anulus nuptiarum nomine coram parentibus in digitum puellæ immittitur, quæ ob virginalem verecundiam facilius annuit, quàm loquatur.c. honorantur.32. q.2.gl.in c.penult.de ſponſal.

11 Reperio pronubum anulum priſcis temporibus aureum fuiſſe, & poſtea ferreum factum. Nam Tertullianus Apologet.cap.6.Olim,inquit,nulla mulier aurum norat,præter vni co digito quem ſponſus oppigneraſſet pronubo anulo. & Plin.lib.33.cap.1.Qui ob legationem acceperant aureos, in publico tãtum vtebantur eis, intra domos verò ferreis. Quo argumento etiam nunc ſponſæ annulus ferreus mittitur, iſq; ſine gemma. Hodie tamen nihil refert cuiuſcunque metalli ſit anulus, quo vir ſponſæ digitum oppignerare ſolet, modo gemma & pala careat, vt ſit rotunditatis perfectæ.

12 † Inſeritur autem pronubus anulus digito manus ſiniſtræ qui minimo eſt proximus, & Græcè παράμεσος dicitur.c.fęmiņę.30.q.5. Hanc verò rationem apud Gellium Apion refert, quoniam in ſectis apertiſq; humanis corporibus repertum
13 eſt, neruum quendam tenuiſſimum ab eo digito ad ima cordis penetrare.propterea non inſcitum viſum eſſe,eum potiſſimum digitum tali honore decorare: ꝙ continens & quaſi cõnexus cum principatu cordis videretur. Gell. lib.10.c.10. Macrob.Saturnal.lib.7.cap.13.

14 † Circulus autem huius anuli,eiuſq́ue teres & rotũda forma, quum neque finem,neque principium habeat,index eſt mutui,ſynceri & perfecti amoris coniugum:atque ideo fidei coniugalis non obſcurum argumentum.cap. noſtrates.c.fœminæ.

Source : BIU Cujas

minæ.30.q.5.Gulielm.Durand. lib.1.de diuin.offic.tit. de ſacram.& lib.4.titu. de anulo.Alex. ab Alexandro,Genialium dier. lib.2.cap.19.

15 Rectè igitur nuptialem anulum quidam ἀπὸ περόνα dixerunt, ꝙ neque gemmam,neque finem habeat,vt Ariſtoteles & Iulius Pollux interpretantur.Nam Homerus ob eandem rationem ἀπὸ περόνα terram nuncupauit, ꝙ infinitè rotunda ſit: nec eius initium inueniri queat, ſicut de ſphæra & cœlo dicitur.

Ex quibus omnibus efficitur, ſponſalia contrahi poſſe nō modo vocibus lingua figuratis,ſed etiam literis aliiſq; ſignis. c.quum apud.c.tuæ. de ſpon. Verba enim ſunt notæ earum, quæ in animo ſunt, paſſionum.l.literæ. de iure codicil.l.non figura.ff.de oblig.& act.Ariſt.in princ.lib. de interpret. Itaq; ſi voluntas noſtra in ſponſalibus contrahendis aliter q̃ verbis exprimi,intelligive poteſt, parum intereſt.

SVMMARIVM.

1 *Ex ſponſu actio quando exoleuerit.*
2 *Deſponſi hodie coguntur nuptias celebrare.*
3 *In re ſeria & ſpiritali non licet fidem datam fallere.*
4 *Beneficiarij ſacros ordines capeſſere coguntur.*
5 *Declaratum c.requiſiuit.de ſpon.*
6 *Conſanguineis ſponſi non licet ſponſam ducere.*
7 *Vetus repudij formula.*
8 *Quibus ex cauſis hodie ſponſalia diſſoluantur.*
9 *Morbi, qui cauſam dant repudio.*
10 *Mortuo ſponſo an eius hæredibus reſtituendę ſint arrhę ſponſalitiæ.*
11 *Lex Conſtantini, quæ propter oſculationem vult ſponſam dimidiam partē arrharum lucrari,an obſeruari debeat in Gallia.*
12 *Oſculum apud Italos inducit præſumptionem adulterii.*
13 *Galli præbent indiſcriminatim oſcula ſalutationis & vrbanitatis ergo.*

Effectus Sponſaliorum.

1 VIa ex ſponſu actio exoleuit, quum lege Iulia ſocij & Latini ciuitate donati ſunt,vt Gellius refert lib.4.c.4.hodie pro ſponſione futurarum nuptiarum nulla actio competit.

2 † Cæterum,qui ſponſalia ꝓtraxerunt, nuptias celebrare coercitionibus eccleſiaſticis compelluntur.cap.1. de ſpon.duor.c.ex literis.c.ſicut.c.ſi inter.de ſponſalib.c. quē admodum.de iureiurando.

3 Quoniam in re ſeria & ſpiritali Chriſtianæ religionis alūnis fidem datam fallere non licet.c.iuramenti.22.q. 5. cap. 1. de pact.Tunc verò vis nulla ꝓnis infertur, nec vinculo pœnæ matrimonia adſtringuntur, quum ex cauſa legitima,qui matrimonium contractum iri promiſerunt, ad dictorum & conuentorum obſeruationem adigantur.l.ſi mulier.ff.de eo quod met.cau.

4 Argumento ſunt beneficiarij, quibus nulla vis inferri intelligitur,quando intra tempus iure præſtitutum ſuperiores clericæ ordinationis gradus ſcādere compelluntur,niſi malint amittere beneficia.c.1.c.quæris.de æta.& qual.c. cōmiſſa.c.licet.de elect.in 6.

5 † Nec obſtat cap.requiſiuit, de ſpon. Quod enim Lucius Pontifex reſcripſit, ſponſam prius monendam q̃ cogendam eſſe ex ſententia noſtrorum ſic accipiendum eſt, vt mulier prius monenda ſit, quàm de remedio ad ſponſionis obſeruationem aſtringatur. Hoc enim vrbanitatis eſt, non prius litē inſtituere,q̃ aduerſarium monuerimus,vt ꝓmiſſa ſeruet,aut ſciat aliter ſibi litem fore.Vnde Proculus in l.quidam. de ſeruit.vrb.præd. Qua de re,inquit,volo, vt cum Hibero loquaris,ne rem illicitam faciat. & Cicero in Orat.pro Cecin.Atque illis paucis diebus,poſtquam videt nihil ſe ab A. Cæcinna poſſe litium terrore abradere, homini Romæ in foro denuntiat,fundum illum,de quo ante dixi, cuius iſtum emptorem demonſtraui fuiſſe mandato Ceſenniæ, ſuum eſſe ſeque ſibi emiſſe.

Dici etiam poteſt,ꝙ quum perpetui diſſidij periculum in quæſtione ꝓpoſita verſaretur, totius quæſtionis negotii diiudicationem arbitrio Epiſcopi a ſummo Pontifice fuiſſe relictam.

6 † Quocirca ſponſi conſanguineis vxorem ducere ſponſam non licet.cap. ſponſam de ſpon.c.ſi quis vxorem.27.q. 2. quoniam in ſponſalibus ſicut in nuptiis quod honeſtum eſt, maximè conſideratur.l.ſemper.ff.de ritu nupt.

7 Dirimuntur iure ciuili ſponſalia alterius eorum qui contraxerunt, repudiatione,l. 1. C. de ſpon.cuius auctore Caio hæc fuit olim ſolemnis formula: Conditione tua non vtor, ſicut diuortii, res tuas tibi habeto, vel res tuas tibi agito.l.2. ff.de diuor.ac poteſt pater ad infringenda ſponſaliā nuntium repudii mittere.l.in poteſtate.ff. de ſpon.l.2.ff. de diuor. Tutor tamen non poteſt.l.ſi puellæ. ff. de ſpon.

8 Hodie,propter ius pontificium,his tantum modis ſponſalia diſcutiuntur.1.Si repudium vterque deſponſorum renuntiet.c.2.de ſpon.cap. omnis res. de regul. iur. vel alter duntaxat de ponſorum pubes factus:quippe ꝙ minor ſponſalia cō traxiſſet.cap.de illis.de deſpon.impub.

11.Monaſtica profeſſione.c. veniens. qui cler.vel vouent. cap.ex publico.de conuer.coniug.

111.Nuptiis cum altero vel altera præſenti conſenſu contractis.c.veniens.c.ſicut,c.ſi tutor.de ſpon.c.1.de ſpon.duor. nec diſſidet c.2.de ſpon.duor.nam illa vtique ſponſalia perſequens matrimonium non diſſoluuntur, quæ verbis ad præſens tempus conceptis facta ſunt.at nos de ſponſalibus loquimur,quæ verbis in futurum relatis contrahuntur, & ſpem tā tum futuri matrimonii continent, vt Panormit. & alii notarunt ad d.cap.2.

1v. Sponſalia diſſoluuntur concubitu cum altera prætextu matrimonii inſecuto,c.veniens.de ſponſal.

9 v. Propter elephantiam,paralyſim,ſimilemve morbū: nec non propter vitium, quod oris formam deturpet,c.vlt.de ꝟiug.leproſ.c.quemadmodum.de iureiur.

v1. Diſſoluuntur propter votum perpetui cęlibatus.c.veniens.qui cleri.vel vouent.

v11. Propter adulterium.c.quidam.27.q.2. c. non ſolum. 28.q.1.cap.quemadmodum.de iureiurando.

v111. Propter migrationem & triennalem abſentiam alterius deſponſorum cap.de illis.de ſpon.l.2.ff.de repud.

1x.Propter ſuperuenientem affinitatem.c.ſi quis ſpōſam. 27.q.2.c.ex literis.de eo qui cogn.conſ.vxo.

x. Propter furorem contractis nuptiis ſuperuenientem ſecundum nouel.Leonis 3.& 112.Caius tamen ſcribit in l.furor.de ſpon.furorem nuptiis impedimēto eſſe: ſed poſtea interuenientem ſponſalia non infirmare.

10 † Quæſtionis eſt,ſi alter deſponſorum, priuſquam nuptiæ celebrentur excedat è vita,an res inter eos donatæ repetant. Et quia hodie ſponſalitiæ donationes ſemper tacitam ꝟditionem habent,ſi nuptiæ ſequātur.l. quum veterum.C. de don. ante nupt. nequaquam ambigendum eſt res inter ſponſum & ſponſam donatas nuptiis non ſecutis poſſe repeti,niſi cauſam vt nuptiæ non celebrarentur defuncti perſona iā ꝑbuit.

11 l.3.C.de ſpon.Addit Conſtantinus in l.ſi a ſponſo.C.de don. ante nupt. oſculo interueniente dimidiam partem rerum donatarum repeti, & alteram dimidiā penes hæredes defuncti vel defunctæ remanere. Sed quia ceſſante legis ratione ceſſat ipſa lex,quod Conſtantinus de oſculo ſtatuit,quo delibari apud Italos mulierū pudicitia olim credebatur, apud nos locum habere non poteſt.

12 † Quandoquidem in animos Italorum tanta irrepſit oſculationis religio, vt ea & priuato colloquio adulterium argui arbitrentur, vel aliud crimen quod inſtar ſit adulterii, c.nec in aliqua.27.q.1.Quippe ꝙ apud eos moris non ſit,vt pudicæ mulieres viros oſculentur. Ouidius.

Oſcula ſi dederis, fiam manifeſtus amator,
Et dicam,Hæc mea ſunt, inijciamque manus.

Itaque propter ſolam oſculationem vxoris domini vaſſallus feudum amittit.tit.quib.mod.feud.amittat.in lib. feud.

13 Enimuero apud Gallos vrbanitatis officii, & ſalutationis ergo viri & mulieres oſcula viciſſim præbent, etiam ſi nullo cognationis vel affinitatis gradu ſe cōtingant. Ergo propter ſolam oſculationem nihil apud nos lucrari debet ſponſa.

Alioquin ab omnibus, qui officij vel vrbanitatis cauſa deſponſam mulierem oſcularentur, ea poſſet aliquid eo nomine petere:vel ſaltem aliqd honeſtè percipere. quod eſt prorſus ridiculum. Valeant igitur illæ leges, quæ nulla ratione apud nos ſuſtineri poſſunt,& apud Italos,Hiſpanos, & alios,q̃ inuiſam oſculationem habent, vim ſuam obtineant.

Secundum ſuperiorem ſententiam Petrus Daries & eius filia decreto Toloſani Senatus die 12. Iulij 1575. iuſſu ſunt reſtituere ſponſalitia munera, quæ tum extabant, Iacobo Paloto & Catherinæ du Puy: quod Stephanus Palotus eorum filius & prædictæ filiæ ſponſus, priuſquam nuptiæ celebrarentur, porrectis ſponſæ illis muneribus deceſſiſſet. Verumtamen quū verbis in præſens tempus conceptis ſpōſalia contrahuntur,& colloquia,oſculationes, & tactus(blādæ Veneris illecebræ)menſes aliquot inter deſponſos priuatim interueniunt: quòd iam puella primum videatur reſignaſſe pudorem ſpiritu,nec minus his,q̃ ſolum Italorū oſculo delibari credat pudicitia,putarim aliter iudicandū. Partes

Source : BIU Cujas

Itaque ſupremorum Iudicum erunt, diligenter obſeruare conditionem deſponſorum, & qualitatem ac quantitatem munerum: pro varietate perſonarum & munerum, quod melius & æquius videbitur ſtatuere.

ANTONII GVBERTI
Coſtani I. C. Regijque Senatoris,

De Matrimonijs Commentarius.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonij diffinitio.*
2 *Plures vxores habere non licet.*
3 *Locus Geneſeos declaratus.*
4 *Plato, Zeno, & Diogenes, communes vxores eße voluerunt.*
5 *Mala, quæ vxorum communitas inuehit.*
6 *Error & impudentia eorum, qui polygamiam probant.*
7 *Valentinianus Imp. duas, Iulius verò Cæſar quot vellet quiſque vxores habere permiſit.*
8 *Quo ſenſu dicantur vxores communes in c. dilectißimis.*
9 *Dauid, Salomon, & quidam alii, plures vxores eodem tempore habuerunt.*
10 *Polygamia antiquis patribus permißa, trahi in conſequentiam non debet.*
11 *Concubinæ in ſacris bibliis, quo ſenſu accipiantur.*
12 *Ketura in lib. Geneſeos, cur vxor & concubina dicitur.*
13 *Cur nuptiæ dicantur animorum coniunctio.*
14 *An verum & perfectum ſit matrimonium ſine corporum permixtione.*
15 *Vt quis digamus fiat, & monaſtica profeſſio impediatur, non ſufficit ſolo conſenſu contractum matrimonium.*
16 *An permiſſu R. Pontificis dirimi poßit matrimonium nondum conſummatum.*
17 *Indiuiduum nonnumquam dicitur, quod diuidi poteſt, ſed diuiſum non eſt.*
18 *Diſcrimen legitimæ coniunctionis & illius quę cum meretrice eſt.*
19 *Adulteria ſunt cauſæ diſſidiorum.*
20 *Vxoris nomen dignitatis eſt & non voluptatis.*
21 *Etiam ſi proles ob manifeſtam ſterilitatem non ſubſequatur, diſſolui matrimonium non debet.*
22 *Communio viri & vxoris tum in proſpera, tum in aduerſa ualetudine.*
23 *Vxor eſt quodammodo domina & particeps omnium rerum mariti.*
24 *Romuli lex.*
25 *Mulier ſortitur forum & domicilium mariti.*
26 *Vxor mortua in ſepulchrum mariti infertur.*
27 *Matrimonii & adulterii diffinitio ex Tertulliano.*

Quid ſit Matrimonium.

1 NVptię † ſeu matrimoniũ eſt viri & mulieris coniuctio, indiuiduam vitæ conſuetudinem ꝓtinens. l. 1 de ritu nupt. §. 1. Inſti. de pat. poteſt. c. illud. de præſumpt. in ſumma 27. quæſ. 2.

2 † Dicitur viri & mulieris, quoniam plures vxores cuiquam habere non licet. l. 2. C. de inceſt. nup. l. eum qui. ad leg. Iul. de adult. l. 1. ff. de his, qui not. inf. c. nemo. 32. q. 4. c. licet. c. tuas. de ſpon. duor.

3 † Deus enim Adamo vnicam dedit, ſicq; affatus eſt: Deſeret vir patrem & matrem, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt in carnem vnam. Quod quum apud Matthæum cap. 19 & apud Lucam c. 16. Chriſtus ita retulerit, vt duo etiam adijceret: tametſi in Hebræo libri Geneſeos contextu tantummodo legatur, eruntque in carnem vnam: cunctandum non eſt profiteri, polygamiam vtriuſque fœderis inſtrumento prohiberi.

4 † Atque ideo apud Chriſtianos exploſam eſſe Platonis, Zenonis, Diogenis, & aliorum ſententiam, qui communes vxores eſſe voluerunt. Apoc. ca. 2. c. quidam. 24. q. 3. c. gaudemus de diuor. nam illa vxorum communio, vt inquit Firmianus lib. 3. c. 22. nihil aliud habet, præter adulteria & libidines.

5 Itaque gignit inimicitias & contentiones, tollit pudicitiã, fidem coniugalem, atque adeo charitatem, quę inter gnatos & parentes eſſe debet. Hinc contemptus parentum & liberorum, qui ſe nequaquam internoſcũt. Hinc promiſcuus inter conſanguineos concubitus. Hinc impiæ ac nefariæ liberorũ in parentes incognitos contumeliæ, item plagæ & cædes, aliaque mala innumera, quæ vxorum communitas & liberorum incertitudo inuehit. De his ſuperius diſſeruiſſe memini: ſed impudentia quorundam Germanorum, qui prætextu

6 neſcio cuius Euangelij legem illam Platonis & vxorum cõmunitatem in vſum reuocarunt, ad confutandos iterum & ſæpius tam impios & veſanos errores me facilè impulit. Eqdem illis non poſſum non grauiter ſuccenſere, qui aduerſus expreſſum Dei præpotentis dogma, & aduerſus naturæ rationem (quæ exemplo turturis & columbæ nos docet cõiugio duo tantum iungi oportere, quorum indiuiduo affectu & gnati & familiæ conſeruentur) impudenter probant & laudibus efferũt polygamiam. Vt enim miſſas faciam ſimultates, turbas, atque rixas, quæ inter plures eiuſdem viri vxores facilè intercedunt, necnon quas vir ab illis cogitur perferre moleſtias: pluſquam manifeſtum eſt nullam plurium vxorum, q̃ vni viro nuptæ ſunt, curæ vnquam habituram domus & familiæ mariti conſeruationem. Alia quoque mala inde proficiſcuntur, quæ nũc ſingulatim recenſere nihil attinet, quum perſpicua ſint omnibusque manifeſta, etiam ſi Socratis non ſuppeteret exemplum.

7 Sic ergo refellimus leges Iulii Cæſaris & Valentiniani Auguſti, quorum hic duas, ille verò quot vellet quiſque vxores habere permiſit, vt Suetonius, Socrates & Paulus Diaconus ſcribunt. Sic etiam Antonij exemplum reijcimus, qui duas vxores eodem tempore habuit, quod apud Romanos anteà nemo tentauerat, vt refert Plutarchus.

8 Quod ſi quis obiecerit c. dilectiſſimis. 12. q. 1. dicam ſic accipiendum eſſe, vt cuique liceat rite mulieribus ſecundum ius vti. atque ideo diuum Clementem intuitu honeſti & legitimi vſus vxores communes dicere.

9 † Illud videtur explicatu difficilius, quod ſacris proditum eſt literis, Dauidem ſex vxores habuiſſe, & ꝓcubinas decẽ, 2. Reg. c. 3. & 20. Salomonẽ vxores ſeptingentas, & cõcubinas trecentas. 3. Reg. c. 11. Abiã vxores quatuordecim, lib. Paralipomenon 2. cap. 13. Gedeonem plures, Iudic. 8. Lamech plures, &c. At enim quod Deus ante Chriſti Seruatoris noſtri aduentum multiplicandę ſobolis cauſa, vt genere eorum, q̃ piè ſanctèq; Deum colebant, in dies magis ac magis propagato, cultus diuinus augeretur, ſpecialiter quibuſdam perſonis conceſſit, trahi ad conſequentias non debet. c. obiicitur. 32. q. 4. c. gaudemus §. nec vlli. de diuor. Quamobrem Iudei ſub vno tempore nunc in diuerſa coniugia conuenire prohibentur. l. nemo. C. de Iudæis. & nouel. 79. & qui vxorem alteram ſuperducunt, quia mœchantur & ſtuprum vel adulterium committunt, tanquam ſacrilegi nuptiarum capitis pœnam luent. l. quamuis. C. ad leg. Iul. de adulte. Lud. Rom. ſing. 537. Ideo iuſſu Toloſani Senatus Iacobus Segonius, q̃ duas vxores eodem tempore habebat, vitam laqueo finiuit pridie cal. Nouemb. 1577. Licet autem iudicio polygami non damnẽtur, tamen quia lex factum notat, & ipſo iure ſunt infames, l. eum qui duas C. ad leg. Iul. de adult. teſtimonii dictionẽ non habent: aliter atque fures & raptores, quorum teſtimonia recipiuntur, niſi ſententia iudicis ſint condemnati. l. 1. ff. de his qui not. infam. l. palam. §. quæ in adulterio. ff. de ritu nupt. B. Auguſtinus in lib. de bono coniug. cap. 18. permiſſam olim polygamiam ſic interpretatur: Sacramentum nuptiarum ſingularium noſtri temporis ſignificat vnitatem omnium noſtrum futuram in vna cęleſti ciuitate: ſicut vetus polygamia ſignificabat futuram multitudinem Deo ſubiectam in terrenis omnibus gentibus.

11 †Quocirca in ſacrorum bibliorum locis antea citatis Pilagęſchim ſeu concubinæ dicuntur, vt inquit Lirenſis, vxores ſecundariæ, vel vt alii aiunt, vxores quæ nec claris prognatæ erant parentibus, nec dotem attulerãt marito: vel denique, vt inquit Rabbi Dauid & Sãtes Pagninus, quæ ſine ſcriptura, anuli datione, & aliis nuptiarum ſolennibus ductæ erãt. Cui ſententię congruit c. Chriſtiano. & ibidem gl. 34. diſtinct. nã vbique ſacris effatis adulterium damnatur, vt Philo Iudæus docet in li. de ſpecial. legib. vnde Albinus Caroli Magni p̃ceptor in li. Quæſt. in Geneſim, Duæ, inquit, ancillę Bala & Zelpha vxores & ꝓcubinæ dicendæ ſunt? Reſp. fortè omnis ꝓcubina vxor, non autem vxor concubina more loquẽdi in ſcripturis appellatur: id eſt, vt Sarra & Rebecca & Rachel cõcubinæ dici non poſſunt, Agar verò & Bala & Zelpha vxores &

12 concubinæ. Quamobrem Ketura Geneſ. 25. & vxor & cõcubina dr̃. & ibidem filii concubinarum non ſuccedunt in hæreditate patri, ſed acceptis quibuſdam muneribus amandantur: quod etiam proditum eſt Geneſ. 21. & in epiſt. D. Pauli ad Galatas cap. 4.

De Salomone tamen dubitari poteſt, an tot vxorum coacerυatione in legem Dei peccarit. Sed verius eſt eum dupliciter peccaſſe, & propter immodicum numerum vxorum, quas Regibus Iſrael habere non licebat, vt ſcriptum eſt Deuteron. 17. & quòd alienigenas vxores contra legem Dei duxiſſet, quæ illum in idololatriam traxerunt.

Dicitur

13 Dicitur in diffinitione coniunctio, ſcilicet animorum: nã nuptias non concubitus, ſed cõſenſus facit. l. quum fuerit. ff. de condit. & demonſt. l. nuptias de reg. iur. Licet enim maris & fœminæ coniunctio omnibus ſit animantibus communis, c. ius naturale. 1. diſt. §. 1. de iure nat. l. 1. §. ius naturale. de iuſtit. & iu. nuptiæ tamen ſolis inter ſe hominibus ſunt cões.

14 Itaq; matrimonium conſenſu inter Chriſtianos cõtractũ, licet coniugalis complexus non interueniat, verè tamen eſt matrimonium: ac illud a Petro Lombardo, Thoma Aquinate, Bonauent. aliisque recentioribus theologis typus dicitur coniunctionis Chriſti & eccleſiæ, quatenus Chriſto eccleſia coniungitur charitate.

Veruntamen perfectum matrimonium non eſt, vt plenè Chriſti & eccleſiæ referat coniunctionem, quoad permixtio corporum inſequatur. c. inſtitutum. 27. q. 2. Tunc enim vir & vxor non ſolum conſenſione, ſed & concubitu in vnum veluti corpus coaleſcunt: &, vt ſcribit Apoſtolus ad Epheſ. c. 5. ἔσονται οἱ δύο εἰς σαρκὰ μίαν. τὸ μυστήριον τοῦτο μέγα ἐστίν, ἐγὼ δὲ λέγω εἰς χριστὸν, καὶ εἰς τὴν ἐκκλησίαν, id eſt, E duobus fit vna caro. Sacramentum hoc magnum eſt: ego autem dico in Chriſto & in eccleſia. c. non eſt dubium. c. quum ſocietas. c. lex. q. 2. Nam, vt ait Sententiarum auctor lib. 4. diſt. 27. conſenſus coniugũ copulam ſpiritalem Chriſti & Eccleſiæ, quæ fit per charitatẽ, ſignificat: commixtio verò ſexuum illam ſignificat, quæ fit per naturæ conformitatem.

Nec moror calumnias & ineptias quorundam imperitorũ hominum, qui verba illa Apoſtoli τὸ μυστήριον τοῦτο μέγα ἐστίν, 22 &c. a præcedentibus ita ſecernunt, quaſi Apoſtolus minimè cohærentia ſcripſerit, & abruptam ſententiam, quum de matrimonio loqueretur, aſſuerit, & denique μυστήριον ſecretum, vel quid ſimile, aliter nimirum q̃ Tertullianus, Cyprianus, Hieronymus, Auguſtinus, & alii Chriſtianæ doctrinæ priſci ſatores, interpretantur, vt verba & ſententiam Apoſtoli ſceleratè eludãt. Sed eorum væſana impudentia a nobis pluribus reprimi non debet, quum verba Apoſtoli dilucidiora ſint, q̃ vt iſtiuſmodi impoſtorum calumniis obnoxia eſſe queant: preſertim quum omnes antiqui patres aperto marte illis reluctentur.

15 Proinde matrimonium legitimo concubitu ritè conſummatum nuptias iterantem digamum efficit, ac monaſticam impedit profeſſionem: illud verò quod ſolo conſenſu cõtrahitur, non item. capit. debitum. de bigam. cap. ex publico. de conuerſ. coniug.

16 Quin plerique rati ſunt ſolo conſenſu contractum matrimonium legitima ex cauſa a ſummo Pontifice diſſolui poſſe: tametſi concubitu conſummatum nunquam dirimatur. gl. in d. c. ex publico. Baldus in l. Deo nobis. C de epiſc. & cler. & in l. 1. C. de ſponſal. Deci. conſil. 681.

Quod ſubijcitur, indiuiduam vitæ conſuetudinem continens, propriè ad matrimonium pertinet, non etiam ad nuptias, id eſt, ad feſtiuitatem & celebritatem matrimonij. l. ſancimus. C. de nupt. niſi latè vox nuptiarum accipiatur. Poſſu-

17 mus autem ea verba cũ noſtris ſic interpretari, vt indiuidua conſuetudo non diuiſam ſignificet. hoc enim ſenſu apud Iuris auctores Indiuiduum vſurpatur: nempe pro eo quod diuidi poteſt, ſed diuiſum nõ eſt. l. non poſſumus. ff. ſi pars hæred. pet. l. ſi ſine. l. Lucius. ff. de adminiſt. tut. Lactantius lib. 2. c. 21. aduerſus Platonicam vxorum communitatẽ diſſerens, Quo modo, inquit, ſeruari poteſt charitas, vbi nihil eſt certum, quod ametur? quis aut vir mulierem, aut mulier virum diliget, niſi habitauerint ſemper vnã? niſi deuota mens & ſeruata inuicẽ fides indiuiduã fecerit charitatẽ? Columella lib. 12. Nihil cõſpiciebatur in domo diuiduum: Nihil quod aut maritus aut fœmina proprium eſſe iuris ſui diceret.

Poſſunt etiam ea verba diffinitionis ſic accipi, vt ad viri & mulieris deſtinationem referantur, quum in hoc coeant, qui nuptias contrahunt, vt ſint perpetua vitæ conſuetudine cõiuncti. c. fœminæ. 30. q. 5.

18 Atque ita ſecernitur hæc ꝑpetua maris & fęminæ ꝯiũctio ab ea, q̃ cũ meretrice vel ꝯcubina ĩtercedit. l. aduerſus. C. de crim. expil. hęre. l. 1. & l. pen. de ꝯcub. Iſocrates in Nicocle: Ad hæc nõ potui nõ ſummopere accuſare illo, qui ductis vxoribus & inita totius vitæ ſocietate pactis & ꝙuẽtis nõ ſtãt: ſed dũ ſuis voluptatibus indulgẽt, eas offendũt a quib. ipſi ſe minimè offendi volũt: & in aliis ꝯctibus æquitatẽ colunt, ſolas verò ꝙuẽtiones cũ vxorib. factas violant: q̃ tanto ſolẽnius cuſtodiẽdę erãt, quãto ſunt q̃ aliæ propiores & maiores. Non animaduertũt illi ſ. ſeipſos ſibi factiones & diſſidia in ſuis re-

19 giis ſerere. Eſt aũt bonorum regum officium non in vrbibus ſuis tantum alere concordiam: ſed curare vt familiæ quoque & priuatæ ipſorum ædes nullis diſſidijs turbentur. hæc enim vniuerſa temperantiæ ſunt & iuſtitiæ munera.

20 Aelius Verus, auctore Spartiano, dicebat, vxoris nomen dignitatis eſſe, & nõ voluptatis, ex quo ẽt vxoris & ꝯcubinæ diſcrimen oſtenditur l. item legato §. parui. ff. de legat. 3.

Porrò illa verba diffinitionis accipi poſſunt ſm inſequẽtẽ D. Auguſti. ſniam in lib. de bono ꝯiug. Semel initũ ꝯnubiũ in ciuitate Dei noſtri, vbi ẽt ex prima duorũ hominũ copula quoddã ſacrm nuptiæ gerũt nullo modo põt niſi alicuius eorũ morte diſſolui. Manet. n. vinculũ nuptiarũ, ẽt ſi proles, cuius cauſa initum eſt, manifeſta ſterilitate nõ ſubſequatur: ita vt iã ſcientibus cõiugibus non ſe filios habituros, ſeparare ſe tñ vel ipſa cauſa filiorum atq; aliis copulare nõ liceat. Quòd ſi fecerint, cũ eis quibus ſe copulauerunt, adulterium comittunt, ipſi autem coniuges manent. Ergo ſecundum mores Chriſtianos rectè dicitur matrimonium indiuiduam vitæ conſuetudinem continere.

Sed quia Iuſtinianus illius diffinitionis relator multis ex cauſis diuortiũ permiſit nouel. 22 de nupt. & nouel. 117. vt liceat matri & auiæ. ideoque ſuperius poſitæ interpretationes quibuſdam minus probabiles videri poſſunt, placẽt aliã interpretationem ex Muſonio depromere, qui apud Stobęũ ſerm. 67. docet, vitæ & generationis liberorum communionem caput eſſe nuptiarum: ꝙ virum & vxorem vnà cõmorari oporteat, vt ſimul viuant, & liberos gignant, & oĩa communia habeant. Neque hoc ſatis ad nuptias eſſe, quum etiã aliter coniunctis ea contingant: ſed omnino cõem vitam in mrimonio requiri, & mutuam viri vxoriſq; curã tum in proſpera, tum in aduerſa valetudine, quoad erũt ſuperſtites. Tacitus in lib. de morib. German. Mulier ipſis incipientis mrimonii auſpiciis admonetur, venire ſe laborũ periculorũque ſociam, idẽ in pace, idẽ in prælio paſſurã auſurãq;. Hoc coniuncti boues, hoc paratus equus, hoc data arma denuntiant. Sic viuendum, ſic pereundum.

23 † Nec fruſtra adiecit Modeſtinus, iuris diuini & humani communicatio, nam ſocietas vitæ quodãmodo participem ac dominam rerum omnium vxorem facit, atq; ideo ſacrorum. l. 1. ff. rer. amot. vt propterea Gordianus Imperator vxorem appellet, ſociam diuinæ & humanæ domus. in l. 3. C. de crim. expil. hæred.

24 Statuit Romulus Dionyſio Halicarnaſſeo auctore, vt fortunarũ & ſacrorũ inter ꝯiuges ſocietas eſſet, vtq; defuncto ſuperſtes deficientibus liberis ſuccederet, & illis exiſtẽtibus æqualem haberet portionem. Raptis. n. per vim ꝯiugii cauſa Sabinis mulieribus, ꝙ iniquo animo id parentes ferrent, Romulus dixit, patrum id ſuperbia factum, qui connubiũ finitimis negaſſent: illas tamen in matrimonio, in ſocietate fortunarum omnium ciuitatisque, &, quo nihil charius humano generi ſit, liberum fore, vt ſcribit Liuius.

25 Ideo coniunx ſortitur domicilium ac forum mariti. l. vlt. de incol. lib. 10. C. l. exigere dotẽ. ff. de iudic. l. pen. ff. de iuriſd. & eius honoribus decoratur. l. fœminæ. de ſenator. l. mulieres. de dignit. lib. 10. C. & perſonalia munera, quorum is ſexus

26 capax eſſe poteſt, non apud ſuam originem, ſed apud incolatum mariti ſubit. l. vlt. ff. ad municipal. l. 1. de mulierib. in quo loco mune. lib. 10. C. &, quum aliter mulier nõ diſpoſuit, in ſepulchrum mariti infertur, c. vnaquęq; 13. q. 2.

27 Pro coronide huius capitis ſubnectã matrimonii & adulterii diffinitiones a Tertulliano his verbis proditas in lib. de Monogamia: Matrimonium eſt, quum Deus iungit duos in vnam carnem, aut iunctos deprehendens in eadem carne, ꝯiunctionem ſignauit. Adulterium eſt quum quoquo modo diſiunctis duobus, alia caro, imò aliena miſcetur.

SVMMARIVM.

1 *Prima cauſa matrimonij eſt liberorum procreatio.*
2 *Vetus teſtatio olim tabulis nuptiarum adiecta.*
3 *Nefarium eſt prolis generationem vitare.*
4 *Genialis lectus cur thalamus dicatur, & carmen nuptiale epithalamium.*
5 *Quod commune eſt negligitur.*
6 *Conſtitutio familiarum.*
7 *Conſeruatio nominis & familiarum.*
8 *Liberi mares ſunt columnæ domus.*
9 *Nuptijs genus humanum conſeruatur.*
10 *Prolem certam matrimonium facit.*
11 *Remedium fornicationis eſt matrimonium.*
12 *Nulla maior, neque arctior ſocietas, quàm matrimonium.*
13 *Vxor proba eſt auxilium, corona, & benedictio viri.*
14 *Cura rerum domeſticarum incumbit mulieri.*
15 *Viro quæ incumbant.*
16 *Concubinę & nothi ſunt cauſa diſcordiarum.*
17 *Matrimononijs augentur amicitię & neceſſitudines.*
18 *Liberi debent ſuppetias ferre parentibus, & illis alimenta ſuppeditare.*
19 Αντιπελαργία
20 *Matrimonijs diſſidia tolluntur, & pax inuehitur.*

Source : BIU Cujas

Ant. Gub. Costani, de matrimonio.

Causa Matrimoniorum.

1 EXposita †diffinitione causas matrimonii diligenter exquiramus. Et prima quidem est intuitu finis, liberorum procreatio, qui Deum reuereantur & colant. ca. pudor. & seq. 32. q. 2. Calistratus in l. liberorum. ff. de verb. signific. Natura, inquit, nos quoque docet, parentes pios, qui liberorum procreandorum animo & voto vxores ducunt, &c. Certè Vlp. tit. 3. patefacit moris olim fuisse, vt nuptiarum tabulis testatio interponeretur, ꝙ liberorum quærendorum causa vxores ducerent. Vnde August. serm. 3. dominicæ. 3. post Trinit. Vxor, inquit, non propter libidinem, sed propter filiorū pro creationem accipitur. Denique & ipsæ tabulæ matrimoniales hoc continent, liberorum, inquit, procreandorum causa. Proinde, si quis vxorem ita duxerit, si prolis generationē vitaret, omnino inefficax est matrimonium. c. vlt. de cond. apposit. & d. c. pudor. Augustin. lib. 2. de adulter. coniug. Illicitè
3 & turpiter etiam cum legitima vxore concumbitur, vbi prolis conceptio deuitatur: quod faciebat Onan filius Iudæ, Genes. 28. & occidit illum propter hoc Deus. Propagatio itaq; filiorum ipsa est prima & naturalis causa nuptiarum. Ac per hoc qui ptopter incotinentiam coniunguntur, nō sic debēt temperare malum suum, vt bonum exterminent nuptiarū.

4 Ideo genialis lectus thalamus dictus est, & carmen nuptiale, ꝙ viro & fœmina in geniali toro locatis, virgines ante thalamium salientes occinebant, Epithalamium, a verbo ἐπὶ θάλλω, quod est germino, pullulo.

Altera causa matrimonii est liberorum educatio, quum
5 negligi soleat quod commune est, aut incertum. l. 2. C. quando & quibus quarta pars deb. lib. 10. Arist. lib. 2. Polit.

6 †Tertia causa est constitutio familiarum. Musonius apud Stobæum ἀρχὴ τις οἰκίας περίοδος, γάμος, id est, nuptiæ autem sunt principium constitutionis domus seu familiæ. Et apud eundem Stobæum Hierocles, Ciuitates, inquit, sine familiis esse nequeunt: & familia cœlibis manca est: integra autem perfectaque vxorem habentis.

7 †Quarta causa est, nostri nominis & familiarum conseruatio. l. liberorum. de verb. sig. l. 1. ff. de vent. inspic. Phocylides,

Μὴ μάνης ἄγαμος, μὴ πωνώνυμος ὄλεαι.

Ne maneas cœlebs ne obscurus pereas.

Euripides in Iphigenia in Tauris.

8 Στύλοι γὰρ οἰκῶν εἰσὶ παῖδες ἄρσενες.

Liberi mares sunt columnæ domus.

Ideo rescriptum est in l. super statu. C. de quæst. super statu ingenuitatis diligēter inquirēdū esse, ne alienæ fortè sordidæ stirpes splendidis & ingenuis natalibus audeāt subrogari.

9 Quinta causa est generis humani conseruatio, & quædam veluti immortalitas. l. lege 12. tabu. C. de leg. hæredib. §. rursus. nouel. 39. de restit. & ea quæ parit in 11. Aug. in lib. de bono coniug. ff. Martialis in epist. ad Tolosan. Itaque Columella in proœmio lib. 12. post Xenophontem in Oeconom. scribit, ne genus humanum temporis longinquitate occideret, propter hoc marem cum fœmina esse coniunctum. & Musonius apud Stobæum serm. 65. Quisquis, inquit, homines nuptiis priuat, is abolet familiam, ciuitatem, & totum genus humanum, quod absque generatione non potest permanere.

10 †Sexta causa est, certitudo, vt ita dixerim, prolis. l. filium. ff. de his qui sui sunt, vel al. iur. tametsi pater non semper certus sit. l. quia semper. ff. de in ius voc. l. Lucius. de condi. & demō. sic accipiendum est illud Catulli de Hymenæo loquentis,

Nulla quit sine te domus
Liberos dare, nec parens
Stirpe deuincier.

11 †Septima causa mrimonii est vitatio fornicationis. c. ꝙquid. c. sicut. 32. q. 2. diuus Paulus in priore ad Corinth. epist. c. 7. Bonū est, inqt, homini vxorē nō tāgere. Propter fornicationē aūt vnusq; suā vxorē hēat, & vnaquæq; suū virum. Aug. in lib. de Bon. ꝯiug. Debēt ꝯiugati nō solū ipsius sexus sui cōmiscēdi fidē liberorū procreandorū causa, q̄ prima est humani generis in ista mortalitate societas: verumēt infirmitatis inuicē excipiendæ, ad illicitos ꝯcubitus euitandos, mutuā quodāmodo seruiturē, vt etsi alteri eorū perpetua ꝯtinētia placeat, nisi ex alterius assēnsu nō possit. Et ad hoc. n. vxor non hēt ptātem sui corporis, sed vir: similiter & vir non habet potestatem sui corporis, sed mulier. vt & quod non filiorum procreandorum, sed infirmitatis & incontinentiæ causa expetit. Catullus in carmine de nuptiis Iuliæ & Manlij:

O Hymen, Hymenæe, Himen,
Nihil potest sine te Venus,
Fama quod bona comprobet,
Commodi capere.

Quamobrem sacri Canones triplex nuptiarū bonum commemorant, prolem, fidē, & sacr̄m. c. oē. 27. q. c. p venerabilē. qui fil. sint legit. Cælius Rhodig. lib. Lectionū antiq. 28. c. 19.

Octaua causa matrimonii est humanitatis solatium, vt ait B. Aug. in c. nuptiarū. 27. q. 1. hoc est mutua inter ꝯiuges suffragii, adiumenti, & fidelis officii p̄statio: quū nulla sit, vt Isocrates ī Nicocle ait, neq; maior neq; arctior necessitudo aut
12 societas, q̄ mr̄imonium. Columella in princ. lib. 12. de re rust. ex Xenophonte refert, maritale ꝯiugiū sic cōparatū esse natura, vt non solū iucundissima, verumēt vtilissima vitæ societas iniretur. Vnde Eccles. 1. c. 26. quantū adiumenti, quantū hilaritatis ac lætitiæ vxor ꝑba marito suo adferat, sic ostēdit: Mulieris bonæ beatus vir: nā numerum dierum eius ꝯduplicabitur. Mulier fortis exhilarat virū suu, & annos vitæ ipsius replet tranquillitate. Vxor bona bona est obuentio: pro præmio obtinget Dominum reuerentibus.

13 Itaque in sacris Bibliis vxor proba dr̄ auxiliū, benedictio, & corona viri. Item columna quietis, gaudium domus, &c. Apud Tacitum lib. 3. Messalinus quum Cecinnæ refellit sententiam volentis magistratus sine vxoribus semper proficisci, sic ait: Bella planè accinctis obeūda: sed reuertētibus post laborem, quod honestius quàm vxorium leuamentum? & paulo post: Porrò ob vnius vel alterius imbecillū animū ma lè eripi maritis consortia rerum secundarum.

Nona causa est bipertita munerum familiæ ratio, quæ solus vir vel fœmina intra & extra domum obire cōmodè non pōt, quemadmodum Xenophon eo libro docet, qui œconomicus inscribitur: sic aūt ille: Quandoquidem mortalium vita non vti ferarum in propatulo ac syluestribus locis, sed domi sub tecto ducitur, oportet sub dio ꝑcurare, quorū adminiculo futurorū hominū vsui sub tecto ꝯsulatur. huiusmodi sunt noualia, arbores, sementes, pascua. Ex his necessaria victui proueniūnt, quibus, in domū relatis seruatorē adhibere fas est: q̄ maximè is fuerit, quē sub tecto res agere decet. Tecto indigēt infantiū nutritio, fructuū segetes, vestiumq; è lana ꝯtextus. Qm̄ verò vtraq; hæc & extra & intra domū diligentiā expetunt, mihi vr̄ Deus naturā mulieris ad curā intus
14 suscipiendā in lucē protulisse, mollioreq; corpore, vt intra
15 parietes officium obiret. At viri corpus animūq; ad calores & frigora perpetienda, tū ēt labores pacis ac belli ꝯstituisse: ideoq; res illi foris agendas delegasse. Ergo, ꝙ hominū natura vtriq; non sufficiat officio, ea potissimū causa inter se matrimonio deuincti sunt, sibi inuicē hoc pacto vtiles, vt quod alteri deesset alter suppeditaret. Vberius post Ciceronē hūc Xenoph. locū interp̄tatus est Columella in proœmio lib. 12. ad quem libenter institutæ tractationis studiosos remitto.

16 Decima ratio extat apud Isocr. in Symmach. ait enim cōcubinas nothosq; liberos seminaria esse discordiarum: neq; in regiis ædibus iustitiam & temperantiam esse, si coniugalis societas & fides non seruetur.

Vndecima mr̄imonii rō est, vt amicitiæ & cognationum necessitudines augeātur. Cic. lib. 4. de Finib. Primiq; ex oīb. philosophi a natura tributū esse docuerunt, vt ij qui ꝑcreati essent a procreatoribus amarent̄: & id quod tēporū ordine antiquius est, vt ꝯiugia virorū & vxorum natura ꝯiuncta esse dicerent, qua ex stirpe orirentur amicitiæ cognationum. Plutar. in Problem. eandem rationem commemorat: nempe vt nuptiis necessitudines augeantur, & filias dando & accipiendo propinquos nobis adiungamus. Idemq; ꝓdidit diuus August. de ciuit. Dei lib. 15. cap. 16.

18 †Duodecima ratio sumitur a suffragio natorum: vt. s. mortales habeant in rebus aduersis a quibus iuuentur, & quum ad senium peruenerint, a quibus alātur, vt inquit Xenophō in Oeconomic. & B. Hieron. lib. 1. in Iouinianum. nam, vt Aristophanes in auibus ait,

Δεῖ τὸς μὲ τοὺς τὸν πατέρα πάλιν τρέφειν.

Expedit pullos auium patrem vicissim alere. & Sophocles,

Ἦ τί πλέον εἶναι παῖδας ἀνθρώποις πάτερ,
Ἐμοῦ τοῖς δεινοῖσιν φελήσομεν.

Quid est ô pater cur hominibus nascuntur liberi,
Nisi in aduersis ferant opem.

19 Vnde Græcis ἀντιπελαργεῖν est gratiam referre, ꝙ ciconia, q̄ Græcè pelargus dicitur, genitorum senectā educare, & foue re soleat, vt scribit Arist. de hist. animal. lib. 9. c. 13. & Plin. lib. cap. 23. Hierocles apud Stobæum serm. 65. nuptias vtiles esse ait, quoniam diuinum re vera fructum producunt, liberorū videlicet generationem, qui nobis valentibus in omnibus opem ferant, & senio confectis fideles sint auxiliarii. Columel. lib. 12. inter cæteras coniugii causas hanc post alios refert, vt ex hac eadem societate mortalibus adiumenta senectutis, nec minus propugnacula parentur. Sic accipiendum est illud Terentij in Hecyra.

Amabat

Source : BIU Cujas

Amabat ut cum maximè tum Pamphilus,
Quum pater uxorem vt ducat, orare occipit.
Et hæc communia omnium quæ sunt patrum,
Se senem esse dicere, illum autem esse vnicum,
Præsidium uelle se senectuti suæ,

Quanquam Donatus præsidium interpretatur sobolē & successorem: vnde scilicet opem & auxilium pater se consecuturum sperabat.

Decimatertia causa est, bonum pacis quietisq; diuturnæ, quam sæpe matrimonium publicis, nedum priuatis dissidijs & contentionibus affert. c. 2. de despon. impub. exemplo est nobis Salomon, qui ob id filiam Pharaonis in vxorem accepit, Reg. 3. cap. 3. eoque intuitu meritò dicetur finis bellorū & malitiarum euerriculum.

Vltima & summa causa matrimonij sic a Philone Iudæo describitur in lib. de ijs, qui victimas offerunt: Porrò cognationes, quę ab eisdem maioribus descendunt, necnon affinitates per connubia quæsitæ, reiiciendę sunt, si non ad eundem finem diriguntur, Dei videlicet honorem, quod est insolubile vinculum necessitudinis coniunctionum.

SVMMARIVM.

1 *Qui contrahant iustas nuptias.*
2 *Priuilegia ciuium Romanorum.*
3 *Iure ciuitatis nonnunquam vniuersi, interdum singuli donabantur.*
4 *Paulus Apostolus cur se ciuem Romanum dixit.*
5 *Ius ciuitatis rarò concessum.*
6 *Latini.*
7 *Italici in quibus conueniant cum Latinis.*
8 *Italici immunes erant a tributis.*
9 *Peregrini.*
10 *An cum Latinis, Italicis, vel peregrinis ius olim fuerit connubij.*
11 *Antoninus Imper. omnes imperij subditos iure ciuitatis donauit.*
12 *Roma cur dicatur communis patria.*
13 *Serui an habeant connubium.*
14 *Contubernium.*
15 *Impuberes an ritè nuptias contrahant.*
16 *Pubertas uera & naturalis.*
17 *Cassiani quomodo pubertatem metirentur.*
18 *Pubertas ciuilis & opinata.*
19 *Iustinianus sibi arrogat ante statuta.*
20 *Cur aduentu pubertatis homines sapiant.*
21 *Pubertas plena in adoptionibus & legatis alimentorum inspicitur.*
22 *Plena pubertas cur sit anno 18.*
23 *Mares cur pubescant anno 14.*
24 *Fœminæ cur citius pubescant quàm mares.*
25 *Laxa & humida celeriter crescunt.*
26 *Fœminæ humidiores uiris.*
27 *Fœminæ cur senescant celerius quàm mares.*
28 *Minora citius intereunt.*
29 *Septenarij numeri ratio arguit pubertatem ciuilem.*
30 *Votorum festinatio apud Macrobium, quid significet.*
31 *Hori sententia ex Macrobio.*
32 *Fœminæ frigidiores viris.*
33 *Mares cur sint calidiores ex Hippocrate.*
34 *Matrimonium an consistat inter puberes, qui generare non possunt.*
35 *Triennalis oscitatio requiritur ad arguendam impotentiam uiri.*
36 *Quando locus sit inspectioni pubis.*
37 *Aetas quibus modis probetur.*
38 *Natalis professio.*
39 *Locus Apulei de ueteri natalium professione.*
40 *Antoninus Pius, an illam professionem introduxerit.*
41 *Antoninus iusserit intra 30. dies nomina liberis imponi.*
42 *Etiam Serui Tulli principatu natalis professio fiebat.*
43 *Tempore Apostolorum inter Christianos usurpata natalis professio.*
44 *Francisci primi de natali professione declarata constitutio.*
45 *Innumeræ lites exortæ ob neglectam diei natalis professionem.*
46 *An naturalis pubertas legitimam ætatem præueniens ius tribuat connubij.*
47 *Apud Gregorium non reperitur, quod glos. ex eo refert, de puero nouenni, qui grauidam reddiderat nutricem suam.*
48 *B. Hieronymi locus de puero 10. annorum pubere.*
49 *Minor 12. annis an legitima sit vxor.*
50 *An matrimonium inter minores contrahatur, si copulatio venerea intercueniat.*
51 *Malitia quomodo dicatur ætatem supplere.*
52 *Fœminarum apud Lacedæmonios ætas nubilis.*
53 *Romani cur 12. annum sufficere rati sint.*
54 *Lex Papia maioribus sexagenario & quinquagenario nuptijs interdixit.*
55 *Ratio legis Papiæ.*
56 *Septimiæ nuptias cur Augustus improbarit.*
57 *Legi Papię Augustus derogauit.*
58 *Claudianum senatusconsultum.*
59 *Qua ętate homines desinant generare.*
60 *Fœtus seniorum sicut & iuniorum sunt imbecilliores alijs.*
61 *Papia lex a Iustiniano abrogata.*
62 *Senex potest de iuuene fęmina procreare.*
63 *An filius, quem vxor octogenarij peperit, censeatur legitimus.*
64 *Tria sunt ad generandum necessaria.*
65 *Mulier arcta & vir debilis connubium non habent.*
66 *Impotentia generandi quomodo probetur.*
67 *An spado connubium habeat.*
68 *Spado adoptare potest, necnon posthumum instituere.*
69 *Spadonum generalis & specialis appellatio.*
70 *Cur nonnulli membris etiam integris & incorruptis generare nequeant.*
71 *Cur mulieres sterilescant.*
72 *Notatus error cuiusdam neoterici scriptoris.*
73 *Semen necessarium non est ad Venerem.*
74 *Turcę ex quo compererunt eunuchos coire, omnem illis amputat virilitatem.*
75 *Spadones unde dicti.*
76 *Eunuchorum etymus:*
77 *Vox spadonum quos comprehendat.*
78 *De his qui prępediti maleficio liberis procreandis operam dare non possunt.*
79 *Maleficum ligamen quomodo piè & Christianè dißoluatur.*
80 *Thomas Aquinas impietatis arguit negantes maleficia.*
81 *Astensis de maleficiis sententia.*
82 *Fascinationis varij modi.*
83 *Fascinationis ridicula remedia.*
84 *D. Cypriani ad vitandas præstigias & fascinationes pia & Christiana monitio.*
85 *Sacri loci de maleficis & eorum pœna.*
86 *Locus Exodi, secundum Hebraicam veritatem declaratus.*
87 *Cur dæmones magis illudant mulieribus quàm viris.*
88 *Impietas & inscitia quorundam medicorum, qui miracula omnia imaginationi adscribunt.*
89 *Plutarchus agnouit fascinationes, quarū causam Ethnici ignorabant, uim tamen & effectum sentiebant.*
90 *Tempore Tertulliani nubentes interdum fascinabantur.*
91 *Quomodo per fascinum generandi vis impediatur.*
92 *Dęmones, nisi Deus permittat, corporibus hominum non officiunt.*
93 *Herbis adimitur facultas generandi.*
94 *Dęmones maiorem habent rerum experientiam, quàm homines.*
95 *Dæmones dicuntur a peritia rerum.*
96 *Subtilitas dæmonum ad vtranque substantiam hominum adeundam*
97 *Medici in quæstionibus maleficiorum plerunque cęcutiunt.*
98 *In pueris quid impediat uim generandi.*
99 *Satan quàm multa suis præstigijs efficiat.*
100 *Potestas cęcodæmonis.*
101 *Timor & similes affectus animi præpediunt Venerem.*
102 *Dęmones possunt homines dementes efficere.*
103 *Quinque modis genialem congressum dæmones impediunt.*
104 *Error Cardani ab Aquitano medico perspicuè detectus.*
105 *Sola credulitate an morbi curentur.*
106 *Amuleta, quæ vulgus breues vocat.*
107 *Aegritudo quæ morbū inuexit, vti sola opinione curatur, ita & morbus.*
108 *Locus Tobiæ de potestate dæmonum in eos qui matrimonio iunguntur.*
109 *Raphael Angelus matrimonij suasor & impulsor.*
110 *Idem Tobiam hortatur, vt triduum ab vxore abstineat.*
111 *In quos cacodæmon habeat potestatem.*
112 *Periculo fascinationis quomodo occurratur.*
113 *Bellum est nobis aduersus cacodæmones.*
114 *Eunuchi spiritales.*
115 *Continentiæ virtus quibus data.*
116 *Voti castitatis efficacitas.*
117 *Qui ordines nuptias impediant.*
118 *Presbyteris olim licuit vxores retinere ante ordinationem acceptas.*
119 *Presbyteris nunquam ius connubij fuit.*
120 *Presbyteri ante ordinationem vouent cœlibatum.*
121 *Coniugati ad sacros ordines non promouentur.*
122 *In inferioribus ordinibus constituti connubium habent.*
123 *expositæ ratio. l. si quis non dicam rapere. ex Græcis historiæ ecclesiasticæ scriptoribus.*
124 *Iulianus Imp. Christianę religionis osor.*
125 *Iouinianus Imp. peccandi licentiam a Iuliano concessam sapienter compescuit.*
126 *Furor an dirimat uel impediat nuptias.*
127 *Tutores non debent ducere pupillas.*
128 *Officium in aliqua prouincia gerentes ibidem uxorem ducere prohibētur.*
129 *An ius Pontificium in ea re iuri ciuili derogarit.*
130 *Senatoribus non licet abiectam fœminam ducere.*
131 *Augustus legi Iuliæ abrogauit.*
132 *Lex Iulia de nuptijs senatorum & libertinarum a Iustiniano abrogata.*

Source : BIU Cujas

Ant. Gub. Coſtani, de ſponſ. Comment.

133 *An liber & ſeruarite nuptias contrahant.*
134 *Meretricem an liceat ducere.*
135 *Meretrix quæ dicatur.*
136 *Meretrix de uicinia expelli poteſt.*
137 *Olim meretrices flagitium nomenque ſuum apud Aediles profitebantur.*
138 *An orthodoxi cum Paganis Iudæis, uel hæreticis, connubium habeant.*
139 *Diluuij magni cauſa.*
140 *Vxores traxerunt ad idolatriam Salomonem.*
141 *Deus uetat fœdus cum infidelibus iniri.*
142 *Iuris Doctores putant inter hæreticum & orthodoxam uinculum matrimonij contrahi.*
143 *Synodus iuniuerſalis irritas nuptias decernit, quæ cum hæreticis contrahuntur.*
144 *Incommoda quæ coniunctio fidelis cum infideli affert.*
145 *Si unus coniugum in hæreſim labatur an liceat alteri mittere repudium.*
146 *Propter hæreſim fit tori, ut dicitur, ſeparatio, & dos fiſco applicatur.*
147 *Paganus, qui ad lucem veritatis accurrit, an poſſit vxorem adhuc in helleniſmo remanentem dimittere.*
148 *Expoſitum ex Tertulliano illud Apoſtoli, nubat tantum in Domino.*
149 *Liberi parentem orthodoxum ſequuntur.*
150 *Nuptiæ inter parentes & liberos illicitæ & inceſtæ.*
151 *Quædam bruta horrent cum matre concubitum.*
122 *Admiſſarius a camelo interfectus.*
153 *Inter maiores & poſteros nuptiæ in infinitum prohibentur.*
154 *Perſonæ tranſuerſi ordinis cum quibus connubium non eſt.*
155 *Perſonæ, quarum nuptiis lex diuina interdixit.*
156 *Cur inter ſanguine propinquos matrimonium prohibeatur.*
157 *Locus Abdiæ de nuptiis conſobrinarum.*
158 *Andreas Apoſtolus damnat coniugia inter filios fratrum.*
159 *Prohibitio nuptiarum quartum gradum cognationis uel affinitatis non excedit.*
160 *Diſcrimen iuris ciuilis & canonici in enumerandis gradibus.*
161 *Ciuilis cognatio.*
162 *Cognatio ſpiritalis quæ ſacro baptiſmate contrahitur.*
163 *Hiſtoria memorabilis.*
164 *Cognatio ſpiritalis quæ per catechiſmum contrahitur.*

De his qui nuptias contrahere poßunt.

1 SEcundum leges †Cæſareas ſoli ciues Romani iuſtas inter ſe nuptias contrahunt. §. 1. Inſtit. de nupt. cũ Latinis verò aut peregrinis ita ſi cõceſſum ſit, vt in lib. ſingulari regularum Vlpianus ſcribit. Vnde Liuius li. 8. dec. 4. Campani, inquit, cum eos ex S.C. quod priore anno factum erat, Cenſores Romæ cenſeri coegiſſent, petierunt, vt ſibi ciues Romanas ducere vxores, & ſi qui prius duxiſſent, vt habere eas, & ante eam diem nati, vt iuſti ſibi liberi hæredeſque eſſent: vtraque res impetrata.

2 † Ciues autem Romani dicuntur, qui ius connubii, togæ, patriæ poteſtatis, factionis teſtamenti, immunitatis a vinculis, quæſtione, ſummo ſupplicio, necnon qui tribum, honorum petitionem, & alia id genus priuilegia habent. l. ſed ſi accepto. ff. de iure fiſ. §. 1. de nupt. §. ius autem. de patr. poteſt. l. 1. C. de hæred. inſtit. l. eius. ff. de teſtam. l. ſed etſi. §. ſolemus. ff. de hæred. inſtit.

3 Nec intereſt Romę degant, an alibi morentur: Nam interdum ſinguli homines, nonnunquam ciuitates, atq; adeò gẽtes hoc iure donabãtur, vt Ioſephus docet lib. 2. cõtra Apionem, Cic. in orat. pro Cornel. Balbo, & Dion. lib. 60.

4 Sic Paulus Apoſtolus Act. 16. & 22. ſe ciuem Romanũ dixit, quamuis Romæ nec natus, nec altus, nec moratus fuiſſet, (erat enim ex Tharſo Ciliciæ) nec quod rarò fiebat, iure ciui
5 tatis ſpacialiter donatus. Tacitus lib. 5. Eodem modo Galliarum ciuitates ob magnitudinem æris alieni rebellionem cęptauere: cuius extimulator acerrimus inter Treuiros Iulius Florus, apud Aeduos Iulius Sacrouir. Nobilitas ambobus & 14
maiorum bona facta, eoq; Romana ciuitas olim data: quum 15
id rarum nec niſi virtuti præmium eſſet.

6 Latini ſunt, qui in Latio degunt, & q iure Latinitatis ſunt donati. Differuntq; ab Italicis, q Latini ius aliquod ſuffragii habebant, & aditum ad Romanam ciuitatem per magiſtratum: Italici verò neutrum habebant, priuſquam ius ſuffragij cum ciuitate nanciſcerentur. Conueniunt tamen Latini &
7 Italici, quòd vtrique fœderati erant, ſuiſque legibus regebã- 16
tur, & in auxiliis militabant, vt Liuius, Cicero, & Gellius teſtantur.

8 Sanè Paulus & Vlpianus tit. de cenſib. ff. prodiderunt, eos qui iuris Italici erant, immunitatem habuiſſe a tributis: ac iuris Italici eſſe Lugdunenſes, Viennenſes, & Narbonenſes. At Strabo lib. 4. Geographiæ ſcribit, Auſcios, Conuenas, Cadur cos, Ruthenos, Aruernos, & pleroſq; Aquitanorum ius olim Latij a Romanis habuiſſe. Quamobrem Plin. lib. 5. cap. 19. videtur Aruernos necnon Bituriges liberos appellare, ſed illi ius Quiritum non habebant.

9 Peregrini nonnunquam dicuntur, quicunque ciues Romani non ſunt interdum qui neque ciues, neque Latini, neque Italici. l. ſed etſi. ff. de hæred. inſtit. l. ſed etſi hac. ff. de in ius voc. De quibus ſtatutum eſt in l. 1. C. de hæred. inſti. vt hæredes inſtitui non poſſint, ſicut nec etiam teſtamentum facere poſſunt, nec bona efficaciter in hoc regno quærere, argumen. titu. non licet. habita. Metroc. lib. vndecimo. C. itaque Cicero in Orat. pro Archia poeta, vt eum ciuẽ Romanum fuiſſe probet, ſic argumentatur: Iis temporibus, quæ tu criminaris ne ipſius quidem iudicio in ciuium Romanorum iure eſſe verſatum, & teſtamẽtum ſæpe fecit legibus noſtris, & adiit hæreditates ciuium Romanorum. Siue autem manauit ius peregrinationis, q ius albinagii, quaſi alibi natorum, Francigenæ nuncupant, quo iure rex ſeu loci dominus bona alienigenarum tanquam adeſpota poſt eorum mortẽ ſibi vindicat: niſi fuerint iure indigenæ donati, aut ex vxore Francigena liberos ſuperſtites reliquerint, vt poſt Aufreriũ in ſtilo parlam. poſt Boerium Chaſſaneum, & Rebuffium, reiecto errore G. Benedicti Io. Lucius obſeruauit lib. 7. plăcit. curiæ Pariſ.

Aut poſtremò niſi alienigenæ focos & larem familiarem in hac veteri patria Tectoſagũ conſtituerint, quæ vulgo Languedoc nuncupatur, id eſt lingua Gottorum, vel lingua Occaſius, vel denique lingua eorum qui (oc) pro (ſic) efferunt. nam eadem ratione in antiqui curiæ Toloſanæ monumẽtis appellatur Langued ouy. Hoc autem priuilegium huic prouinciæ Narbonenſi quondam irrogarunt Ludouicus 11. & Carolus VIII. Galliarum Reges, vt in acta Senatus relatum teſtatur G. Benedictus: nempe, vt exteri, qui in eam prouinciam ſicut hodie definita eſt commigrarint, & ibidem domicilium ac rerum & fortunarum ſuarum ſedem collocarint, iure indigenæ potiantur, neque literis, vt dicitur, naturalitatis egeant.

10 †Ergo, vt in viam ex diuerticulo recurramus, ciues Romani neque cum Latinis, neque cum Italicis, neque cum peregrinis ius olim habuerunt cõnubii: præterquam quum id nominatim concedebatur. Cicero in Topic. Si mulier quũ fuiſſet nupta cum eo, cui connũbii ius non eſſet, nuntium remiſit: quoniam qui nati ſunt, patrem ſequuntur, pro liberis manere nihil oportet. Ibidem Boerius: Non omnibus, inquit, q nubium erat cum Romanis: nec erant nuptiæ iure cõtractæ, quæ non aut inter ciuem Romanum ciuemque Romanam inibantur: aut cui princeps populuſve ciuitatem vel connubium permiſiſſet, eo ſcilicet modo, vt in poteſtatem parentũ liberi redigerentur. Seneca lib. 4. de Benefic. Promiſi tibi filiã in matrimonium, poſtea peregrinus apparuiſti: non eſt mihi cum peregrino connubium.

Vt primũ verò Antoninus Imperator omnes liberos homines, qui in orbe Romano ſunt, iure Romanæ ciuitatis donauit. l. in orbe. ff. de ſtatu hom. ſicque Roma communis patria facta eſt. l. Roma. ff. ad municipal. omnibus, qui ad Romanum imperium pertinebant, ius connubii fuit. Prudentius lib. 2. contra Symmachum.

- conueniunt nunc per genialia fulcra
Externi ad ius connubij: nam ſanguine mixto
Texitur alternis ex gentibus una propago.

Aũguſt. de ciui. Dei lib. 5. c. 17. Humaniſſimè factũ eſt, vt oẽs ad Romanũ imp. pertinẽtes ſocietatem acciperent ciuitatis, & Romani ciues eſſent: ac ſi eſſet omnium, quod erat ante paucorum.

† Hodie decretis Pontificiis etiam inter ſeruos connubiũ eſt. cap. 1. & cap. vlt. de coniug. ſer. quamuis iure ciuili ſit tantum contubernium. l. ſerui. ff. ad leg. Iul. de adult. l. 3. C. de inceſt. & inutil. nupt.

†Ritè nuptias maſculi non contrahunt, niſi decimũquartum, & fœminæ niſi duodecimum ætatis annum compleuerint. l. minorem. ff. de ritu nupt. l. ſi vxor. §. ſi minor. ff. ad leg. Iul. de adult. §. 1. Inſtit. de nupt. §. 1. quib. modis tute. finit. c. atteſtationes. de deſp. impub. Leonis tamen nouella conſtitutio 74. in maſculis expoſcit annum 15. & in fœminis 13. qđ & Balſamon notat Nomocan. tit. 13.

†Sed obſeruandum eſt duplicem eſſe pubertatem: nempe naturalem & ciuilem, hoc eſt veram & opinatam. Naturalis & vera pubertas non ex numero annorum, ſed ex habitu corporis cognoſcitur: vt qui generare poſſunt, pubere quoque ſint. §. 1. Inſtit. quibus mod. tut. fin. cap. pubes. de deſpon. impub. Iuſtinus qualiſcunque is ſit, ad orthodox. capitu. 69. Atq; ita Caſſiani pubertatem æſtimarunt, quemadmodum

admodum Vlpianus in Instit. docet: sic enim ille: Puberem ãt Cassiani quidem eum esse dicunt, qui habitu corporis pubes apparet, id est qui generare potest. Proculeij autem eum qui 14. annos expleuerit. Verum Priscum eum puberem esse in quem vtrumque concurrit & habitus corporis & numerus annorum. Itaque in tanto dissidio veterum consultorum, qđ impudicum videretur habitum corporis intueri siue in masculis siue in fœminis, & manifestum sit plerumque pubertatem circa annos bis septem obtingere, vt docet Arist. de hi-
18 stor. animal. lib. 5. cap. 14. tandem obtinuit, vt masculi, qui 14. & fœminæ, quę 12 annos expleuissent, puberes esse intelligerentur, quæ ciuilis est & opinata pubertas.

19 † Et quamuis illam pubertatis definitionem sibi adscribat Iustin. in l. vlt. quando tut. vel curat. esse desi. & in §. vlt. quibus modis tut. fin. fuit tamen multò ante Iustinianum obseruata. Namque insignis Theologus & Iurisc. Tertullianus, q tempore Seueri Imp. floruit, in lib. de Virg. velan. Tempus, inquit, Ethnici obseruant, vt ex ea lege naturæ iura iua ætatibus reddant. Nam fœminas quidem a 12. annis, masculos verò a duobus amplius ad negotia mittunt. Idem in lib. de Anima, prodidit. Sed quia ibidem a nostris prætermissam rationem affert, cur homines cum ipsa pubertate sapiant, è re erit illius verba subnectere. Quanquam autem & retro præstruxerimus omnia naturalia animæ ipsi substantiæ inesse pertinentia ad sensum & intellectum, & ex ingenito animę sensu, sed paulatim per ætatis spatia procedere, & variè p accidẽtia euadere, pro artibus, pro institutis, pro locis, pro dominatricibus potestatibus: quod tñ faciat ad carnis animęq; propositam nunc societatem, pubertatem quoque animalem cũ carnali dicimus conuenire, pariterq; & illam suggestu sensuum, & istam processu membrorum exsurgere a quartodecimo fere anno: non quia Asclepiades inde sapientiam supputat, nec quia iura ciuilia ab hinc agendis rebus adtemperant, sed q & hæc de primordio ratio est. Si enim Adam & Eua ex agnitione boni & mali pudenda tegere senserunt, ex quo idipsũ sentimus, agnitionem boni & mali profitemur. Ab his autẽ annis & suffusior & uestitior sexus est, & cõcupiscentia oculis arbitris vtitur, & communicat placitum & intelligit quæ sint, & fines suos ad instar ficulneę contagionis prurigine accingit. Quocirca Macrobius, qui ante tempora Iustiniani vi
35 xit, lib. 7. Saturn. testatur secundum iura publica 12. annum in fœmina, & 14. in puero pubertatis ætatem definire. Ergo perspicuum est priscis non fuisse incognitam ciuilis & opinatæ pubertatis legitimam definitionem.

20 Huiusmodi autem pubertas in testamẽtis spectatur. l. qua ætate. de testam. in tutelis. §. 1. Instit u. quib. mod. tute. fin. & in nuptijs. c. attestationes. c. puberes. de despon. impub.

21 † Veruntamen in adoptionibus & in legatis alimentorum plena pubertas obseruatur, hoc est annus 18 l. arrogato. ff. de adopt. §. minorem. eodem sub tit. Itaque Imper. Adrianus cõstituit, si vsque ad pubertatem alimenta relinquantur, pueris vsque ad 18. & puellis vsque ad 14 ætatis annum præstanda esse. l. Mela. de alimen. & cib. legat.

22 † Cur autem plena pubertas octodecim annis æstimetur, tres possunt afferri rationes. Prima, quoniam natura frigidiores ante illam ætatem non solent pubescere, arg. cap. inpuberes. de desponsa. impub. quum ait, quamuis tardissimè pubescat. Vnde Paulus lib. 3. Senten. Spadones, inquit, eo tempore testamentum facere possunt, quo plerique pubescũt, id est anno 18. Hodie tñ, vt obiter id notem, ẽt post 14. ætatis annũ ritè spadones testantur. l. eunuchi. C. qui testam. fac. poss.

23 † Altera ratio est, quoniam anno 14. vt via fit genituræ, pubes incipit emittere lanuginem Rara enim, vt inquit Hippocrates in lib. de Natura pueri, fit tũ cuticula, procedente in ipsam de capite humiditate. Itaq; progressu temporis pili moderatam humiditatem in alimentum habent: adeo vt pubes & mentum anno 18. pilis plerunque obtegantur. Vnde tunc plena dicitur pubertas.

Tertia ratio, q ea ætate multum valeant mortales corpore & animo, quemadmodum Mæcenas docet apud Dionem lib. 42. Cæterum, inquit, in equestrem statũ allegendi octodecim annos ætatis habere debent. Hac enim potissimum ætate firma corporum & animorum habilitas conspicitur.

24 † Cur aũt fœminæ citius pubescant, q̃ mares à nostris q̃rit̃ in l. qua ætate. ff. de testam. Et Theophrastus lib. 1. de Causis
25 plant. hanc rõnem affert: † quoniam natura spissa & sicca non facilè augentur, contra laxa & humida crescunt celeriter, vt videre est in arboribus & plantis: atq; ideo fœminas celerius augeri, & pubescere, quàm mares, q natura humidiore solutioreque sint. Aristoteles de genera. animal. lib. 4. cap. 6. In-
26 tra parentem, inquit, longiore quidem tempore fœminæ cõ-
27 cipiuntur, q̃ mares: at vbi in lucem venerint, celerius perficiũ tur nam & pubes, & vigor, & senectus prius illis obtingunt. Sunt enim fœminę natura debiliores frigidioresque: & sexũ fœmineum qua læsionem naturalem & detrimentum esse putandũ est. Proinde ob suã debilitatẽ citò ad ætatis florẽ se-
28 nectutẽq; perueniunt. quũ oĩa minora, vt in artis, sic in naturæ operibus citius ad finem perducantur. Macr. Satur. lib. 7. cap. 7. Quod citò, inquit, admouentur generationi fœminæ, nõ nimij caloris, sed naturæ infirmioris est: vt exilia poma celerius maturescunt, robusta serius. Idem lib. 1. Comment. in
29 Somn. Scip. Post annos bis septẽ ipsa ætas necessitate pubescit. Tunc enim moueri incipit vis generationis in masculis & purgatio fœminarũ. Ideo & tutela pueris, quasi virile iam
30 robur absoluitur: de qua tñ fœminæ propter votorum festinationẽ maturius biennio legibus liberantur: hoc est p̃ desiderium generandi & præuenientem vim naturæ.

Apud eundẽ Macrob. lib. 7. Satur. Horus vt muliebre corpus calidius virili esse probet, sic ratiocinatur: Non hoc tacebo, q quum calor semper generationis causa sit: fœminæ iõ
31 celerius quàm pueri fiunt idoneæ ad generandum, quia calent amplius.

Nemo tamen amplius in dubium reuocat, sint ne fœminę calidiores viris, quum hodie inter omnes medicos & philosophos constet, calidiores esse mares. Hippocra. περὶ διαίτης,
32 Masculi, inquit, calidiores sunt & sicciores, fœminæ verò humidiores ac frigidiores: propterea q ab initio vtrique in talibus geniti sunt, & a talibus augescunt: vbi verò in lucẽ editi sunt masculi, victu ac diæta laboriosiore vtunt̃, vt excalescãt, ac resiccentur: fœminæ verò humidioribus ac pigrioribus
33 diætis vtuntur, & caliditatis purgationẽ ex corpore singulis mensibus faciunt. Plut. Sympos. lib. 3. c. 4. & vt alios medicos & philosophos prætermittam, Io. Faber. in §. masculi. de nup. Hostien. in cap. literas. de despon. impube. Panor. in c. 2. eiusdem tit. idem tradiderunt.

34 His consequens est mr̃imonium consistere, q mas annis maior quatuordecim, & fœmina maior duodecim inierũt: licet adhuc verè puberes nõ sint, ideoq; minus idonei ad generandum. c. insuper. qui matrim. accus. poss. Alioqui frustra Iustinianus statuisset in nouella de nupt. §. per occasionem. & Cælestinus in c. laudabilem. de frigid. & malefic.

35 Si viri debilitas & impotentia allegetur, nisi perpetuum impedimentum mox liquidò probari queat, vtpote q omnis præcisa sit virilitas, expectandum esse an viri habilitas triennali cum vxore mora & cohabitatione probetur. Quod aduersus Bernardi sententiam in c. 2. de despon. impub. Ioãnes Andreas, Panor. Henric. Boic, & Collectarius ibidẽ probant, quibus ego facilè assentior. Quum. n. inspectio pubis inhonesta visa sit Iustiniano Imperatori, quomodo sacris Pontificibus honesta videri põt, saltẽ ante tempus plenæ pubertatis?

Sufficit ergo, quum de nuptiis agitur, pubertatem annorũ numero probari: neque inspectio pubis prius necessaria est, quàm tempus plenæ pubertatis venerit.

36 † Tũc verò oportet obtutu oculorũ innotescere, quod aliter probari non põt: nẽpe, vtrũ mulier, q̃ trienniũ cõmorata est cũ marito, adhuc sit virgo necne: vtrũ vir sit a natura vel p̃p accidens debilis & imbecillus, an liberis procreandis idoneus. Sicq; accipiendũ est c. causam. de p̃bat. & c. nec in aliqua. 27. q. 1. In summa vis & potentia generandi, quum aliæ desunt probationes, inspectione corporis deprehenditur: pubertas verò ad nuptias ꝯhendas necessaria annorũ numero
37 probatur: annorum autem numerus iudicibus innotescit. 1. Aspectu corporis. l. minor. 33. de minor. l. si alterius. C. si minor sè maior. dixer.

2. Testib. l. nec omissa. C. de li. cau. l. 2. C. de iis q vẽ. æt. imp.

3. Descriptione censuali. l. ætatem. ff. de censib. Eorum. n. qui censebantur, ętas olim in acta referri solebat, sicut & hodie ętas eorum, qui testimonium ferunt. Vnde Plin. lib. 7. ca. 48. scribit, quorundam hominum longissima vitæ spatia libris censualibus fuisse probata.

38 4. Natali p̃fessione, ẽt si a matre vel auia fiat. l. quũ de ætate. l. ẽt. l. pen. ff. de p̃ba. l. nõ nudis. C. de p̃bat. l. 1. C. si maior seminor. dix. l. 2. ff. de excu. tut. Olim. n. parẽtes apud p̃fectũ ærarij diẽ edebant, quo sibi erant nati liberi, vt liquet ex l. nec omissa. & l. parentes. C. de liber. cau. & l. pen. ff. de proba. vnde Suet. in Tiberio natus est Romæ in palatio 16. Calẽ. Decẽb. M. Aemilio Lepido iterũ, & M. Planco Cos. post bellũ Philippense. Sic. n. in fastos actaq; publica relatũ est. Apuleius Apolog. 2. De ęta verò Pudẽtillæ, de qua post ista satis confidẽter mẽtitus es, vt ẽt 60. annos natã diceres nupsisse, de ea paucis tibi rñdebo. nã in re tã perspicua nõ est opus plurib. disputare. Pr̃ eius natã sibi filiã more cæterorũ professus est: tabulæ eius partĩ tabulario publi. partĩ domo asseruant̃: q̃ tibi ob os obijciũt. Porrige Aemiliano tabu. istas, ligna ꝯsideret, signa

Source : BIU Cujas

q̃ impreſſa ſunt recognoſcat, conſules legat, annos computet: niſi fallor, inueniet nunc Pudentillæ haud multò amplius quadraginta annorum ętatis ire. Iulius Capitolinus de M. Antonio loquens, Inter hęc inquit, liberales cauſas ita muniuit, vt primus iuberet apud præfectos ærarij Saturni vnumquẽque ciuium natos liberos profiteri intra trigeſimum diẽ nomine impoſito per Prouincias tabulariorum publicorũ vsũ inſtituit, apud quos idem de originibus fieret, quod Romæ apud præfectos ærarij. Hinc nõnulli falsò, vt mihi vr̃, eliciũt, huiuſmodi profeſſionis primum auctorem fuiſſe Antoninũ Pium. Nam qui primus certo tempore aliquid fieri iubet, reſpectu anteacti temporis idcirco eius rei auctor non efficit. Sed nec Capitolinus dixit Antoninum Imperatorem primũ iuſſiſſe, vt natalium profeſſio fieret: ſed vt quiſque ciuiũ natos liberos profiteretur apud præfectũ ærarij, & intra triginta dies nomina illis imponerent: & denique primum per prouincias tabularios inſtituiſſe, apud quos ſimiliter ac Romæ natales deſcriberentur. Sed quorſum hac de re cõtendimus, quum etiã Seruij Tulli principatu natalis profeſſio fieret, vt Dion. Halycar. lib 4. teſtatur? & ex iam dictis perſpicuum ſit, ante tempora Antonini diei natalis vſurpatam fuiſſe profeſſionem?

43 Certè quidẽ Dionyſius Areopagita prodidit in lib. de Eccleſ. hierar. tempore Apoſtolorum inter Chriſtianos moris fuiſſe, vt in ſacramẽto baptiſmi ſeu illuſtrationis eius qui initiabatur, atque ſponſoris nomina ſacerdotes perſcriberent.

44 Quod & Franciſcus primus Galliarum Rex Chriſtianiſ. anno ſalutis 1539. edita hac de re conſtitutione nominatim ſtatuit. quæ vtinam apud nos ante hac obſeruata fuiſſet, & nunc ad amuſſim obſeruaretur.

45 † Silerent profectò innumeræ lites & pernicioſæ mortalium contentiones, quarũ tumultuoſo ſonitu omnes curiæ & fora percrepant. Ea eſt profectò iudiciorum calamitas & penè fatum, vt nunc magno Reipublicæ noſtræ malo ſæpè oporteat iudices bonam temporis partem terere in quæſtionibus facti dijudicandis, quæ apud eos quotidie agitantur, de ætate eorũ qui teſtati ſunt, vel capeſſunt magiſtratus aut beneficia, vel denique, qui prætextu minoris ętatis in integrum reſtitui volunt. Fit autem dolo & malitia eorum qui legitimam ætatem ementiuntur, vt falſis & mendacibus teſtimonijs plerunque veritas obruatur, quam illibatam acta publica conſeruarent. Deus ille ſummus & præpotens, qui hominũ admiſſa vlciſcitur, etiam vſque ad tertiam & quartam generationem, lites huiuſmodi & mala inde profecta ob præmaturam quorundam imperitorum iuuenũ ad honores & magiſtratus euectionem, ab ijs aliquãdo expoſcet, & acerrimè vindicabit, qui ne præclara illa Franciſci primi conſtitutio apud nos obſeruaretur, hactenus impedimento fuerũt. Eſt. n. perleuis momenti, quam opinioni ſuæ prætexebant baptiſmatis ſpuriorum ratio præſertim quum grauiſſimæ rõnes ꝺ ſuppetant, quæ Regem Chriſtianiſſimum, atque adeo veteres heroas ad probandam diei natalis & nominis profeſſionem olim impulerunt.

46 Quęſtionis eſt, ſi vis ipſa naturæ & generandi facultas tempus legitimæ pubertatis præueniant, an prætextu veræ & naturalis pubertatis ritè matrimonium ꝓtrahatur. Et ſanè Hoſtienſis prodidit in c. vlt. de eo qui cogn. conſang. vix. quendã puerum vndecim annorum vim procreatricem habuiſſe: ac gl. 20. q. 1. ex Gregorio refert, puerum nouem annorum grauidam reddidiſſe nutricem ſuam. Quod tamen apud Gregoriũ

47 nuſpiam reperitur. Sed & Henricus ſcribit in d. c. pen. ſe Pariſijs vidiſſe quendam famulum, qui puellam octo annorum ſubagitauerat, & ob id vinculo carceris cõtinebatur. Beatus

48 Hieronymus, vir omni exceptione maior, in epiſtola ad Vitalem, Domino, inquit, teſte non mentior. Quædam muliercula quum expoſitum nutriret infantem, & inſtillaret cibos, ac nutricis officio fungeretur, cubaretq; que cum ea paruulus, qui vſque ad 10. iam peruenerat annum: accidit, vt pluſquã pudicitia patitur, ſe mero ingurgitaret, accenſaque libidine obſcœnis motibus ad coitum duceret infantẽ. Prima ebrietas & alterius noctis & cæterarum deinceps fecit conſuetudinem. Necdum duo menſes fuerant euoluti, & ecce fœminæ vterus intumuit. Quid plura? diſpenſatione Dei factũ eſt, vt quæ contra naturam ſimplicitate paruuli in contemptum Dei abutebatur, a naturæ domino proderetur. In eadem epiſtola docet ſubducta temporum ratione, Salomonem & Acham vndecimo ſeu decimo ætatis anno Roboam & Ezechiam procreaſſe. ſed id mirabiliter factum.

Ergo quæritur, an illi qui ante tempus pubertati præſcriptum vim procreatricem habent, ritè nuptias contrahant: quaſi vis generandi legitimam ætatẽ præueniens ius tribuat

49 cõnubij. At Vlpianus & Pomp. ſcribunt minorem annis 12. legitimam vxorem non eſſe, ꝙ nuptiæ contrahi cum ea nequeant. l. minorem. D. de ritu nupt. l. quum hic ſtatus. §. ſi qs ſponſam. D. de donat. inter vir. & vxor. Pontifex etiam Nicolaus in c. 2. de deſp. impube. Diſtrictius, inquit, inhibemus ne aliqui quorum vterque vel alter ad ætatem legibus vel canonibus determinatam non peruenit coniungantur. Idemque ſtatuitur c. atteſtationes. eod.

50 † Veruntamen ſecũdùm Pontificios canones præueniẽte vi procreatrice, atque adeo prudentia, ſi complexus Venereus prætextu matrimonij interueniat, iamdiu obtinuit,

51 tunc iuſtas nuptias contrahi: quandoquidem legitimæ ætatis defectum tunc dicitur ſupplere malitia: id eſt coniunctionis appetitus, & generandi facultas, atque adeo prudentia. c. a nobis. cap. de illis. in 2. & cap. vlt. de deſpon. impub. l. 3. C. ſi min. ſe maior. dix.

52 † Nunc quæritur, cur Romani nubilem ætatem fœminarum anno 12. ſtatuerint: quum apud Lacedæmonios ex præſcripto Lycurgi adulta & grandis ętas neceſſaria fuerit: quo firmior inter coniuges conciliaretur amicitia, & aptiores fęminæ ad concipiendum & partus dolores perferẽdos eſſent. Plutarchus autem in Numa ait, Romanos duodecimum annum coniugio fœminarũ præſcripſiſſe, vt pudicitię bonæq; indolis facilius contraherent habitum, quod tum vitæ conſuetudo ad mores informandos accommodatior videretur.

53 Qua etiam de cauſa Heſiodus cenſet ducendam eſſe virginem: ſic enim ait:

παρθενικὴν δὲ γαμεῖν ὡς κ' ἤθεα νήδυα διδάξῃς.
Virginem autem ducito, ut eam probos mores doceas.

54 Olim lege Papia maioribus ſexagenario & quinquagenariæ ius connubij non fuit. l. penul. C. de nupt. adeò vt nec ſolum inter ſe caperent: nec eorum liberi, ſi quos fortè procreabãt, iuſti & ſucceſſionis legitimæ capaces haberentur. l. ſi pater. §. vlt. de adop. & in fragmẽtis Vlpiani, tit. 16. vnde Lactantius lib. 1. Diui. inſtit. Non illepide Seneca in libris moralibus philoſophiæ: Quid ergo eſt, inquit, quare apud Poetas ſalaciſſimus Iupiter deſierit tollere liberos? vtrum ſexagenarius factus eſt? an impetrauit ius trium liberorum? Itaque Vlpianus in l. ſi ſterilis. de act. emp. reſpondit ex empto actione eũ teneri, qui ſterilem ancillam vel maiorem quinquaginta annis vendidiſſet. Eodem pertinet locus Apuleij ex Apolog. 2. ſuperius adductus.

55 Ratio legis Papiæ erat, ꝙ nuptiæ quærendorum liberorũ cauſa contrahantur. l. ſi maior. C. de legit. hæredib. cap. fraternitatis. de frig. & malefic. & vis illa procreatrix plerunque mares poſt 40. & fœminas poſt 50. ætatis annum deficiat. Plin. lib. 7. cap. 14. Mulier poſt 50. annum non gignit, maiorq; pars 40. profluuium genitale ſiſtit. Ideo Auguſtus Septimiæ nu-

56 ptias improbauit, ꝙ quum parere amplius non poſſet, Publio ſeni nupſiſſet, vt Valer. lib. 7. refert. Egregiè Mitio apud Terent. in Adelph.

Ego nouus maritus anno demum quinto & ſexageſimo
Fiam, atque anum decrepitam ducam? id ne eſtis auctores mihi?

& Euripides,

Αλλ' ἢ τὸ γῆρας τῶν ἀφρένων χαίρειν ἐᾷ.
Ἥ τ' ἀφροδίτη τοῖς γέρουσιν ἀχθεται.
Verum ſenectus Cypridem ualere finit,
Et ipſa Venus infenſa eſt ſenibus.

57 At poſtquam conſtitit etiam maiores annis 60. generandi vim habere Claudius Cæſar intuitu marium legi Papiæ derogauit, vt docet Tranquillus in Claudio, cap. 23. Sic enim ille: Capiti Papiæ Popææ legis a Tiberio Cæſare, quaſi ſexagenarij generare non poſſent, edicto obrogauit.

58 † Quinetiam Claudiano Senatuſconſulto, quemadmodũ Vlpian. tit. 16. refert, maior ſexagenario, ſi minorẽ quinquagenaria duxerit, perinde habebitur, ac ſi minor 60. annorum duxiſſet vxorem. Quod ſi maior quinquagenaria minori ſexagenario nupſerit, impar matrimonium appellatur: & S. C. Caluitiano iubetur non proficere ad capiendas hæreditates & legatas dotes. Itaque mortua muliere dos caduca erit.

59 † Hæc autem fuit Senatuſconſulti ratio, quòd plerunque mares idonei ſint ad procreandos liberos, etiam poſt 40. annum: fœminę verò ſteriles poſt quinquageſimum annum efficiantur. Nam Ariſtoteles de Hiſtor. animal. lib. 5. cap. 14. Homo mas, inquit, ad annum vſque ad ſeptuageſimum poteſt generare: fęmina vſque ad quinquageſimum. Verum id rarò. paucis enim proles in eo ætatis tempore procreata eſt. Sed magna ex parte maribus finis procreandi eſt anno 65.

60 fœminis 45. Idem Ariſtotel. lib. 7. Politic. cap. 16. oſtendit fętus iuniorum nedum ſeniorum imbecilliores eſſe ſ corpore & ingenio. Interim tamen confitetur prouectæ ætatis homines generare poſſe.

61 Quocirca Iuſtinianus Imꝑ erat. illud legis Papiæ Poppææ caput

caput tandem abrogauit,& maribus atque fœminis, etiam si decrepitæ ætatis essent, ius connubii concessit.l.penult.C.de nupt.adeò vt voluerit ab eis procreatos liberos,tanquam iustos & legitimos,ad successionem parẽtum tam ex testamento,quàm ab intestato admitti.l.si maior.C.de legit.hæred.

62 Rectè D.Augustinus de Ciuit.Dei,lib.16.c.28. Si fęmina, inquit,ita sit prouectioris ætatis,vt ei solita mulierum adhuc fluant,de iuuene parere potest,de seniore non potest,quamuis possit ille senior, sed de adolescentula gignere. Sicut Abraham post mortem Saræ de Cethura potuit,quia viuidam eius inuenit ętatem.& lib.3.contra Iulian.ait,quum anni maris & fœminæ computati & in vnum adducti centenos excedunt,eos non posse liberos procreare.

63 Sic definienda est quæstio à Socino exagitata consi.65.an is iustus & legitimus filius esse præsumatur, quem vxor octogenarii pepererit. Constat.n.ex Plinio,Plutarcho,Solino,& aliis Masanissam Regem,& Catonem Censorinũ anno octogesimo exacto liberos genuisse. atq; ideo octogenariũ (quãuis rarò id accidat) ex fœmina adultæ, non etiam prouectæ aut decrepitæ ætatis,posse liberos suscipere.

64 Planè ad gignendum tria sunt necessaria,flatus, calor,& semen.Atqui senes plurimum habent seminis,& multis flatib. distenduntur:sed quia calor eos deficit, plerunq; ad Venerẽ minus sunt idonei. Proinde si quando senes incalescant,etiã facilè validi ad Venerem efficiẽtur, atq; ideo ad generandũ.

Dubium ergo non est nuptias cõsistere etiam inter senio confectos, qui ob valde prouectam vel decrepitam ætatem videntur non posse generare. Tunc enim nuptiæ non tã sunt incontinentiæ remedium,quàm humanitatis solarium.c.nuptiarum.27.q.1.gl.in c.2.de frig.& malef. Fieri autem potest, vt masculi etiam valde senes, qui membra integra & valida habent, si semel incaluerint, sedulò procreationi liberorum operam nauent.gl.in d.c.nuptiarum.

65 Mulier arcta,sicut & vir natura vel propter accidens debilis, imbecillus, & arrigendi ac generandi facultate cassus, nuptiis abstinere debet.c.requisisti.34.q.1.l.quæritur.§.mulier. D.de ædil.edic.l.in causis.C.de repud.c.2.de frig.& malef.

66 Proinde si vir concubitus impotens nuptias contrahat,& legitimis argumentis vel triennali cohabitatione illius oscitatio & impotentia probetur,postquã iurati tam vir & vxor, quàm eorum parentes id affirmarint,matrimonium dirimetur,& mulier poterit alteri nubere. Quod si ambo ϙsentiant simul esse: vir eam,etsi non vt vxorem,saltem habebit vt sororem.d.c.laudabilem.& nouel.Iusti.22. Id nostri sic planius exponunt: Quoties coniugis impotẽtia perspicuè demõstrari potest, frustra dictum iusiurandum aut diutinã viri & vxoris cohabitationem desiderari:ꝙ si perspicuè demõstrari nequeat, vel liquidò impotẽtia probari, multũ referre an vterque coniugum, vel alter tantùm impotentiam confiteatur: nam priore casu post triennii cohabitationem sufficit coniuges & parentes eorum impotentiam iuratò affirmare. Posteriore casu etiam post triennii cohabitationem & moram habitum corporis viri & vxoris peritorũ sensibus subiici oportebit,vt tandem legitimo iudicio negotium illud definiatur. Nec huius rei amplior necessaria est perquisitio,quum in facti quæstionibus multa prudentiæ & religioni iudicantium relinquant, quæ nulla certa lege aut regula in vniuersum definiri possunt. quemadmodum ex Aristotele lib.1. Rhetor. Cic.in Topic.l.penu.ff.ad leg. Flau.de plag.l.ordine.ff.ad municip. l. voluntatis. C. de fideicom. & aliis id genus in tract. Moræ docuimus.

67 Quid si spado arrigat, †generare tamen non posset? Et Vlpianus respondet in l.si serua.§.vlti.ff.de iure dot. Si spadoni nupserit mulier,distinguẽdum arbitror,castratus fuerit necne: vt in castrato dicas dotem non esse,in eo qui castratus nõ est,quia est matrimonium, & dotem & dotis exactionẽ esse.

68 Itaq; eius generis spado adoptare põt.§.sed & illud.de adop. l.2.ff.eod. necnon hæredem instituere posthumum.l. sed est

69 quæsitum.ff.de libe.& posthu. Nam etsi spadonum generalis sit appellatio.l.spadonum.ff.de verb.sign.contracta tamen significatione spadones dicuntur,vt ait Theophilus in d.§.sed & illud.qui propter vitiũ aliquod liberos procreare non possunt:sed eo sublato possiunt suscipere liberos.

70 †Galenus ostendit Aphoris.62. li.5.nonnunquã homines infœcundos esse,propter excedentem temperamenti frigiditatem, caliditatem, humiditatem, vel siccitatem.& lib.5.de vsu part.ob distortionem meatuum seminis,quod idcirco recta egeri nõ potest,nec proficere ad generationem. Diocles apud Plutarchum lib.5.de Placitis philosop. ait,viros steriles esse, aut quia semen nullum omnino emittant, aut quia minus quàm opus est, aut quia minus fęcundum,aut quia flaccescant genitalia,aut propter penis obliquitatem.

In summa spadones, q sanos & validos testes habent, necnon alias corporis partes incorruptas,quamuis generare liberos nõ possunt,quia tamen coire possunt, & sperare,vt vitio, quo tenentur,sublato liberos gignant, nuptias contrahunt, & in persona eorum consistit matrimonium.argum.l.si quis

71 posthumos.ff.de lib.& posthu.† Idemq; de mulieribus dicendum est,quæ vteros frigidos & densos habent, vel humidos vel siccos aut calidos nimiũ: de quib.Hippocrates Aphoris. 62.lib.5.vel,vt ait Plutarchus lib.5. de Placitis philosop.quæ languido sunt animo, aut tabido corpore,aut mala habitudi-

72 ne,ideoq; liberos generare nõ possũnt.†Nec mihi probatur, ꝙ vir in politioribus literis doctissimus scripsit, Aduersar.li. 29.spadonem ius adoptandi habere, ꝙ vir Iurisconsultis visus sit,quum eam partem habeat,qua viri sunt, etsi læsam vel testibus auulsis aut collisis, saluo tamen cole: castratum ius adoptandi non habere,ꝙ amputato cole nullum amplius viri habeat argumentum. Etenim illi, quos nulla spes est liberos procreare posse,propter auulsos aut cõtritos testes,tametsi coeant,nunquam ius habuerunt cõnubii,vt liquet ex his quæ superius dicta sunt. Igitur nec ius adoptandi.

Coeunt certè eunuchi, & nonnulli etiam validè: tametsi

73 nihil emittant.†semen enim necessarium non est ad Venerẽ,

74 sed ad generationem eorum,quæ semine propagãtur.Quod quum Turcis compertum esset,ne amplius eunuchi cũ mulieribus concumberent, quibus custodes adhibebantur, nõ solùm testes,sed & omnem virilitatem eis amputarunt: qua etiam nunc immani crudelitate vtuntur.

75 †Non me fugit spadones,à σπάω deduci. Ideoq; nonnullos arbitrari eos demũ spadones esse quibus extracti sunt testes

76 vel adempta virilia. Sicut Thalasiæ & Thlibiæ dicuntur ἀπὸ τῆς θλάσεως, θλίψεως quibus fracti sunt,vel attriti testes:& eunuchi ἀπὸ τῆς εὐνῆς, ἔχειν, qui ad obseruandam mulierum pudicitiam adhibebantur,quasi lecti custodes,de quibus Aristoteles & Alexãder Aphrodiseus in Problemat. & Xenophon lib.7.de Pædia Cyri: Etenim σπάω non solùm pro euello, sed etiam pro detorqueo & contorqueo à Græcis accipitur.Vnde σπασμὸς morbus a medicis. Quibus igitur ϙtortus est meatus seminis,ij propriè spadones dicuntur.At qualis sit cumq; spadonum notatio, cõstat vsu factam generalem illius vocis

77 appellationem:†eaq; significari omnes qui natura,arte,morbo,vel alio euentu tales sunt, vt in complexu Venereo ad ꝓcreandos liberoꝭ munia viri obire nequeant. Ea igitur voce significantur,i.qui nascuntur sine testibus, ii.quibus omnino ablata est virilitas, iii.quibus tantùm execti sunt testes. iv. quibus attriti vel contusi sunt testes. v.qui integris & incorruptis membris, propter vitiũ aliquod procreare liberos nõ possunt,tametsi palæstram Veneream gnauiter exerceãt.

78 De illis quæritur, † qui fascino ligati sunt, & maleficiis ita deuincti,vt rei Venereæ sint prorsus inhabiles, an arcẽdi sint a coniugio?Et sanè si nuptias contrahant, prius matrimoniũ non dirimetur,quàm triennali oscitatione constiterit id abigi impedimentum non posse: ꝙ si maleficum ligamen superueniat, iam contractũ matrimonium ob id non dissoluetur. c.vlt.de frig. & malefic.c.si quis.33.q.1. quo loco Imarus Ar-

79 chiepiscopus Remensis docet,†quomodo Christianè dissolui abigiq; Venerea illa fascinatio possit. Si per sortiarias, inquit,atq; maleficas artes occulto, sed nunquam iniusto, Dei iudicio permittente,& diabolo præparante,concubitus non sequitur,hortandi sunt,quibus ista eueniunt,vt corde contrito Deo, & spiritu humiliato sacerdoti de omnibus peccatis suis puram confessionem faciant,& profusis lacrymis & orationibus atque ieiuniis Domino satisfaciant.Thomas Aqui-

80 nas † lib.11.quodlibet.art.10. Sciendum est,inquit,quosdam dixisse,ꝙ maleficium nihil est:& hoc prouenichat ex infidelitate:quia volunt dæmones nihil esse, nisi imaginationes hominum,in quantum.i.homines imaginantur eos,& ista imaginatione territi lædũtur.Fides verò catholica vult,ꝙ dæmones sint aliquid, & possint suis operationibus etiam impedire carnalem copulam. Videtur insignis ille theologus atheismi insimulare quosdã nostræ tempestatis Iudices,qui in reas fascinationum animaduertendum non esse censent:ꝙ nullas lamias,nullas striges seu maleficas esse contendant: quamuis expressum verbum Domini & quotidiana experimenta eorum insciticæ & incredulitati reluctentur. Itaque Astensis in

81 † Summa,lib.8.tit.29.eorum refellit sententiam, qui maleficia nihil esse dictitant,nisi opinione hominum. Docet.n.dæmones potestatem habere super corpora & super imaginationes hominum,quando Deus permittit. Et ideo per cacodæmones nõnunquam maleficos complexui Venereo impedimentum dare: quod an abigi possit, triennali cohabitatione deprehendatur.

Planè hoc genus fascini vanum, futile, ac ridiculum videbitur,

Source : BIU Cujas

bitur, si eius conficiendi modos intueamur. Namque Albertus Magnus † de Animali lib. 22. Petrus Paludanus Hierosolymitanus Patriarcha, 4. Senten. dis. 34. q. 2. Pau. Grillandus in tractatu de Sortileg. Io. Brunellus in tract. de Spon. & matri. & pleriq; alij tradiderunt fascinatione homines deuinciri & impotentes concubitus effici, si penis lupi eorum nomine ligetur, vel si nodus ligulæ fiat, quum sacerdos nubentes benedicit, vel si prima nocte nuptiarum ianuæ cubiculi desponsorum acus vel cultrum ab inclamante figatur, & altero desponsorum respõdente rumpatur, cuspide in ligno remanente. Item si anterius subligaculi surreptum ligamẽ colligetur, & demum fabis & gallorum testiculis. Huiusmodi alligationum sic meminit Virgil. Eclog. 8.

Necte tribus nodis ternos Amarilli colores,
Necte Amarilli modò, & Veneris, dic, vincula necto.

Hæ sunt bullatæ nugæ, quæ cachinnum facilè prudentioribus mouebunt. Quid enim efficere res eiusmodi possunt quantumuis ligentur aut figantur, nisi genius præstigiator adhibeatur & agat? & ipse maleficus sit mancipium cacodæmonis, cui se totum expresse aut tacitè dediderit, vt tandem cum eo pœnas æternæ damnationis dependat? Hoc sanè innuere videtur post Theocritum Virg. Ecloga 8. dum ait,

Coniugis vt magicis sanos auertere sacris
Experiar sensus: nihil hic nisi carmina desunt.

83 Nec minus inepta sunt & ridicula remedia, quibus creditũ solui ligamen & impotentia concubitus, quam impia fascinatio inuexit. Ecce aiunt fascinum abigi, si nodus virgæ lupi vel ligulæ dissoluatur, si cuspis infixa ianuæ eripiatur, si ligamẽ subligaris surreptum comburatur. Item si vir per anulum nuptialem mingat, vt Cardanus scripsit de Varietate rer. lib. 26. cap. 9. Et demum sola credulitate quemadmodũ Ioan. Vuierus prodidit illo execrabili & horrendis in Christum & eius Ecclesiam blasphemiis referto volumine, quod de præstigiis dæmonum inscripsit: sed de præstigiis seu impostoris Vuieri rectius inscripsisset: Sic hostis antiquus, inquit Cyprianus
84 martyr, qui omnia generanda tentandi, & artes atque insidias struendi vsu ipso vetustatis edidicit: si imparatum inuenerit Christi militem, si rudem, si non solicitum ac toto corde vigilantem: circunuenit nescium, fallit incautum, decipit imperitum. Si verò quis dominica præcepta custodiens & fortiter Christo adhærens contrà eum steterit, vincatur necesse est, quia Christus, quem confitetur, inuictus est.

85 Ego tres tantùm locos sacrorum Bibliorum depromam, vt intelligatur eos grauissimis pœnis dignissimos esse, qui per incantationes aut maleficia aliquid impium & sceleratum in
86 perniciem hominum moliuntur. Primus est Exo. 22. cap. Maleficos non patieris viuere super terram. In Hebræo tamen sacrorum Bibliorum contextu non est mecaschet vel mecaschephim, sed mecaschepha, fœmineo genere: qua voce ma-
87 ga, incantatrix, & malefica significatur. Etenim frequentiùs dæmones mulieribus illudunt, ꝙ facilius suis versutiis illarũ simplices & infirmos animos subuertant. quo fit, vt lõgè plures mulieres sagas, incantatrices, & maleficas videamus, quã homines. Alter locus est Sap. 12. Exhorruisti illos Deus, quia horribilia opera faciebãt per medicamina. Tertius locus est, Deute. 18. Ne imitari velis abominationes illarum gentium. nec inueniatur in te, qui lustret filium suum ducẽs per ignẽ, aut qui ariolos scisciteur, aut obseruet somnia atque auguria. nec sit maleficus, nec incantator, neque qui pythones cõsulat, neq; diuinos: nec quærat a mortuis veritatem. Omnia hæc abominatur Dominus. Hi autem sacrorum Bibliorum loci, vt alios nunc missos faciam, satis detegunt, insciti am di-
88 cam, an impietatem quorundam medicorum, qui è Christianismo ad Hellenismum transiliisse videntur, quum horrenda maleficia Satanæ, & Dei magni ac præpotentis miracula prorsus eludere nitantur. Ideoq; effecta omnia mirabilia, quorum causas nullis indagationibus eruere possunt, licet suspiciendo verbo Dei & quotidianis experimentis comprobentur, imaginationi & credulitati adscribunt. Aduersus quos grauiter & eruditè inuehitur vir doctrina & pietate insignis Bartholomæus Faius eo libro, quem Energumenicum inscripsit.

Arrigant igitur aures terrestres medici, arrigant & iudices 95
in rebus pietatis luscioli & cecutientes, qui non minus audacter, quàm impiè magos, præstigiatores, lamias, striges, maleficas, atq; ideo fascinationes, pstigias, & maleficia nihil aliud esse dictitant, quàm puerorum nugas & vetularum deliratio nes, magnum profectò summæ impietatis argumentum? Illi enim, ꝙ terreni sint & carnales, in luce verbi Dei miserè cali- 96
gant: neq; animo complectuntur, neq; oculis perspiciunt ea, quæ sacris effatis nominatim expressa sunt, de præstigiis & fascinationibus maleficorũ. ꝙ res huiusmodi occultiores magis vi fidei Christianæ & rationis Theologicæ ac spiritalis, q̃ humanæ cognoscantur. Proinde, qui præstigias & fascinationes commenta esse putant, neq; cacodæmones, neque Angelos, neque rerum omnium effectorem Deum esse credunt. Quum enim effecta omnia mirabilia præstigiatorum atq; Satanæ eorum negatores imaginationi & credulitati ascribãt, perspicuum fit, neq; bonos neq; malos spiritus eos agnoscere. Igitur neq; Deum. Quàm ergo nequiores sunt isti multis philosophis ac poetis veterum ethnicorum?

89 Adscribam iudicium Flori philosophi, † qui apud Plutarchum de his loquẽs, qui fascinare dicuntur, Sympos. li. 5. c. 7. Causam, inquit, cuẽtis mirificè adstipulari: sed quia cã sit obscura, fidem historiæ derogari. Nec id meritò, quum sexcenta huiusmodi inuenire liceat, in quib. manifestus sit effectus, causa tamen nos lateat. Proinde qui rei cuiuslibet probabilẽ rationem inuestigare volet, is rerum miracula tollat & funditus euertat necesse est. Certè quædam de lamiis & maleficis vulgus commemorat, quæ perspicuè falsa sunt & inepta: veruntamen multa à maleficis per prauos dæmonas effici, q̃ medicorum & philosophorum iudicia prætergrediantur: & mirãdo verbo Dei & quotidianis experimentis addocemur. Ne longius abeam, sæpè videmus, præsertim ruri, desponsos a maleficis fascino ita deuinciri, vt impotentes concubitus red-
90 dantur. Quod suæ ætate factitatum † Tertullianus in lib. de Virginib. veland. his verbis ostendit: Nam est aliquid ẽt apud ethnicos metuẽdum, quod fascinum vocant. Hos nos interdum diabolo interpretamur: ipsius est enim boni odium. Interdum Deo deputamus: illius est enim superbiæ iudicium, extollentis humiles, & deprimentis elatos. Timebit igitur virgo sanctior vel in noïe fascini hinc aduersarium, inde Deum: illius liuidum ingenium, huius censorium lumen: & gaudebit sibi soli & Deo nota. Idipsum viri multarum rerum vsu & doctrina præstantes nostra, patrum, atq; etiam maiorum memoria literis contestati sunt, quorum reiicere & aspernari auctoritatem, insignis est impudẽtiæ, summæq; leuitatis. D. Augustinus tractatu 7. in Ioan. Thomas Aquinas & alii recentiores Theologi in 4. Senten. Iuris Doctores ad tit. de Frigid. & maleficiat. Summa Astensis lib. 8. tit. 29. Paulus Grillandus tract. de Sortileg. Vlricus Molitor tract. de Lamiis & Pythonicis. Quin etiam Ioan. Fernelius medicus, de Abditis rerum cau. lib. 2. ca. 16. ita scribit. Ad artes supra memoratas redeo, quibus compertum habemus magos, sagas, sortilegas incantamentis nonnullos ita vinxisse, vt cum sola vxore non concumberent: alios concubitus impotentes quasi exertos reddidisse: alios in corporis extenuationem viriumq; imbecillitatem cum languore summo traxisse, quos solæ, quæ inflixerant, precibus & muneribus restituere possent. At enim illis
91 rebus & alligationibus ridiculis † quę supra comm emoraui, siue verbis & affectu maleficiorum generandi vim præpedi-
ri omnino est ἀδύνατον nisi impiæ & magicæ imprecationes adhibeantur: vel aliquid superstitiosum, quod tacitam vel ex pressam Satanæ inuocationem contineat, atq; ideo tacitum vel expressum cum illo pactum, quod ex actis verbisque superstitiosis arguatur.

92 † Tunc enim per spiritus malos & præstigiatores si fortè Deus permittat (aliter enim cacodæmones officere hominibus non possunt, vt liquet ex lib. Reg. 3. c. 22. & Iob c. 1. & 2.) vis effectrix genituræ præpediti poterit.

Idem enim tunc efficiunt præstigiæ, maleficia, & potestas
93 Satanæ, † quod vis quarundam herbarum, quæ genitalia semina remorantur, & generandi facultatem impediunt, vt Dioscorides, Galenus, & Plinius docent. Itaque ad illum versum lib. 7. Aeneid.

Quique sacerdotes casti dum vita manebat.

Seruius subdit: Hi qui maxima sacra accipiebant, renuntiabant omnibus rebus, nec vlla in his, nisi numinum cura remanebat. herbis enim quibusdam emasculabantur: vnde etiam coire non poterant.

94 † Et sanè herbarum vires notiores sunt spiritibus maleficis, quàm hominibus, ꝙ auctore B. Augustino accedat dæmonibus per tam longum tempus, quo eorum vita protenditur, rerum longè maior experientia, quàm potest hominibus propter breuitatem vitę prouenire. † Itaq; Plato in Cratylo, dæmones appellatos esse scribit, quasi δαήμονες, a cognitione, scientia, & peritia rerum. Vnde Lactantius lib. 2. ca. 15. Dæmones autem grammatici dictos aiunt, quasi δαήμονας, id est, peritos ac rerum scios. Ideoque Macrobius prodidit li. 1. Saturnal. c. 23.

96 † Possunt igitur cacodęmones non solùm suis præstigiis & incantationibus, sed etiam vi quorundam simplicium medicamentorum generandi facultatem naturaliter hominibus adimere: vtputa si certam corporis partem cunuchio vel ci-

cuta

cuta circumliniant, aliisque multis modis, quos recenſere ſu perſedeo, ne totus in medicorum irruam poſſeſſionem.

Adhuc tamen neceſſe eſt ex arte medica depromptis rationibus ſuperiorem ſententiam corroborare: quandoquidē
97 in quæſtionibus †maleficiorum, vt Pſellus in lib. de Dæmonibus ait, medici & eorum ſectatores maximè cæcutiunt. Etenim Hippocrates in lib. de Genitura, ſcribit eunuchos expertes eſſe Veneris, ꝙ genituræ ipſis ſublatus ſit tranſitus:
98 † pueros verò ꝙ venulæ tenues & repletæ exiſtentes genituræ tranſitum impediāt: & demum grauibus morbis laboran-
99 tes, ꝙ illis generandi facultas intermoriatur. †Eadem verò & lōgè grauiora, quum Dei permiſſu ſuis preſtigiis efficere Satan queat, quemadmodum ex his liquet, quæ de dæmonibus a Pſello & D. Auguſtino ſunt prodita, nedum ex cap. Exo. 7. & Reg. 27. li. 1. & D. Pauli ad Epheſios Epiſ. c. 6. & ex eo quod
100 ſcriptum eſt in lib. Iob, † cap. 41. Non eſt ſuper terram poteſtas, quæ comparetur ei, qui factus eſt vt nullū timeret. Omne ſublime videt, ipſe eſt rex ſuper vniuerſos filios ſuperbiæ. neceſſariò conſequitur faſcinationibus & maleficiis præpediri vim generandi poſſe.

Duo efficiunt homines ad Venerem idoneos, calor & ſpiritus. At cacodæmon poteſt refrigerare calorem, & ſpiritus
101 præcludere. Igitur & Venerem impedire. † Porro timor, dolor, mœſtitia, aliiq; ſimiles affectus animi, quibus ſanguis immutatur, & ſpiritus cordis afficitur, omnem præpediunt rei Venereæ facultatem, quemadmodum notius eſt inter medicos, quàm vt oporteat a nobis comprobari, & ipſe Cardanus fatetur lib. 2. Contrad. medic. tract. 2. Vnde Plutarchus Sympoſ. lib. 5. c. 7. ſcribit, pro animi affectione, corpus quoq; afficiatque ideo rei Venereæ cogitationem ſurrigere genitalia.
102 At cacodæmones illos affectus excitare poſſunt: quū animos turbare, & homines efficere etiam dementes poſſint, vt ex Lunaticis Matth. 17. & Saule furente, 1. Reg. cap. 16. conſtat: hinc Lactantius li. 2. c. 15. Quoniam ſunt ſpiritus tenues & incomprehenſibiles, inſinuant ſe corporibus hominum, & occultè in viſceribus operti valetudines vitiant, morbos citant, ſomniis animos terrent, mentes furoribus quatiunt, vt homines his malis cogant ad eorum auxilia decurrere. Quanquam enim dæmones in ipſam mentem non agunt: eā tamen animi partem, quæ phātaſmatum capax eſt, ita perturbant, vt amplius officio ſuo fungi nō poſſit. Fernelius de Abditis rer. cau. lib. 2. c. 16. Neque hæc, inquit, vt noua profero, ſed vt conſtet dæmones aliàs intro ſubeuntes in corpus idipſum variis & inauditis interdum modis laceſſere: aliàs nō intro ſubire, ſed vel vtiles corporis humores exagitare, vel noxios in principes partes traducere, vel hiſce venas aliosq; ductus obſtruere, vel inſtrumentorum ſtructuram permutare: quibus ex cauſis innumeri morbi fiunt.

Igitur cacodæmones coniugalem congreſſum impedire poſſunt.
103 In ſumma quinque modis, † vt Paludanus patriarcha ſcribit, 4. Senten. diſtin. 34. genialem congreſſum cacodæmones impediunt. 1. Locis ſecernendo coniuges, vel ſeſe interponendo, ne eorum adglutinentur corpora.

11. Refrigerando coniunctionis appetitum.

111. Mouendo phantaſias & menti obiiciendo ſpeciem fœminæ deformis, vt eam vir inuiſam habeat.

1v. Retinendo membra genitalia.

v. Occludendo ſpiritus, qui coniunctionis inuehunt appetitum.

Adde & morbos inferendo. Diabolus enim, qui primum hominem vicit, vt Bartholomæus Apoſtolus apud Abdiam dicebat, quia per ipſam victoriam peſſimam poteſtatem habere videtur, & in aliis quidem maiorem, in aliis verò minorem, in his, ſcilicet, qui minus peccant, facit arte ſua homines ægrotare, atq; ita viri & vxoris impedit coniunctionem. Ecce Iob vir erat integer, rectus, timeus Deum, & recedens a malo, vt Iob c. 1. dicitur: Deus tamen dedit Satanæ in eū poteſtatem, modò animam, id eſt, vitam illius ſeruaret. Iob c. 2. Itaque Satan percuſſit Iob vlcere peſſimo, a planta pedis vſq; ad verticem eius.
104 Ex quibus perſpicuum fit, rectè Hieronymum Cardanum a quodam Aquitano medico ita reprehēdi Exercit. 349. Ais, inquit, ad veneficii efficaciam conferre venefici conſtantiā. Putaſti cuiuſpiam affectum agere in alium, quàm in eum cuius affectus eſt. Neque verum eſt ab homine homini noceri poſſe verbis. Nam quis illa eū verba docuit? Nō homo alius. Nam quis illum? Non cœleſtis intelligentia. Nam quis eā facere audeat auctorem faſcini? Ergo malus dæmon, nō vt hominem faceret potentiorem, ſed vt ipſum deciperet credulitate, atq; ſocium haberet tum impietatis, tum æterni exilii. Ipſe igitur agit Dæmon: ac vecors putat ſuis ſeſe verbis agere.
105 Sed nūquid firma & conſtans de curatione faſcini opinio priſtinam generandi vim reſtituere poterit? Et medici helleniſmum redolentes poſſe aiunt: quum eadē opinio ſiue cre-
106 dulitas efficiat, † vt febribus laborantes nonnunquam inanibus amuletis curentur. Sed ego non credulus illis. Rectius itaq; Fernelius li. 2. de Abditis rer. cau. quum de maleficiis loquitur. Horum, inquit, dæmones auctores ſunt, ſcelerati perditiq; homines miniſtri: omnisque eorum trans naturam eſt ratio. Proinde ſtatuenda ſunt trans naturam remedia, quorū alia diuina verè ſunt, alia verò magica. Itaque apud Abdiam Hiſtor. Apoſto. li. 8. quidam cacodæmon a D. Bartholomæo iuſſus profiteri, cur multi aſtantes variè ægrotarent, rūdit, Princeps noſter diabolus ipſe nos mittit ad homines, vt lædamus primò quidem carnem eorum: quoniam animas hominū non poſſumus habere in poteſtate, niſi ſacrificauerint. At vbi pro ſalute corporis ſui nobis ſacrificauerint, ceſſamus affligere illos ex eo, quia iam in animas eorū poteſtatem habere incipimus. Iam ergo per hoc quod ab eorum læſione ceſſamus, videmur curare eos, & tanquam Dii colimur.
107 †His conſequens eſt morbos ſola credulitate non aliter curari, niſi ægrotatio ex ipſa ęgritudine. id eſt, vt inquit Cicero, ex opinione magni mali præſentis proficiſcatur: namque contraria tunc contrariis curari poterunt.
108 † Vt autem inſtitutæ diſputationi addam colophonem, locus ex lib. Tobiæ, promendus nobis eſt, quo perſpicuū fiet, malos ſpiritus poteſtatem habere in corpora eorum, qui ſecluſo a mente ſua Deo, ad torum cōiugalem accedunt. Quū
109 enim angelus Raphael Tobiæ filium ad coniugium filiæ Raguelis hortaretur, Tobiæ 6. adoleſcens reſpōdit, Audio, ꝙ in matrimonium tradita eſt ſeptem viris, & mortui ſunt: hoc ēt audio, ꝙ cacodæmon occidit eos. Cui rurſum Angelus, audi me, & oſtendam tibi in quos dæmon habeat poteſtatem. Hi namq; qui coniugium ita ineunt, vt Deo a ſe menteque ſua excluſo, equi muliq; inſtar incumbant libidini, cacodæmonis obnoxii ſunt poteſtati. Dein Angelus Tobiæ filium hor-
110 tatur, † vt ingreſſus thalamum tres dies abſtineat a cōgreſſu Venereo: & interim piis ad Deum precationibus ſedulò operam nauet. Quod felix & fauſtum adoleſcenti fuit, qui Angeli ſecutus eſt conſilium.
111 † Hinc efficitur malos dæmonas habere poteſtatē in eos, qui ſecluſo a mente ſua Deo, carnali impetu ad nuptias feruntur: atq; ideo poſſe faſcinationibus ꝑ maleficos ligari, & impotentes concubitus effici eos, quorum ſimiles aliàs genius preſtigiator interfecit. huic tamen periculo faſcinationis obuiam iri recta conſcientia, firma fide, & piis ad Deum preca-
112 tionibus: † quandoquidem ita obuiā itum ſit periculo mortis, quam Satan viris ſeptē filiæ Raguelis in geniali toro prius intulerat. Vnde Dominus vim orationis aduerſus inſidias Satanæ, Petrum alloquens, ſic oſtēdit: Simon, ecce Satanas expetiuit vos, vt cribraret ſicut triticum. ego autem rogaui ꝑ te, vt non deficiat fides tua. Et D. Paulus in Epiſtola ad Epheſios c 6. Induite, inquit, totam armaturam Dei, vt poſſitis ſta-
113 re aduerſus inſidias diaboli. † Quoniam non eſt nobis ſolùm colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem, ſed & aduerſus principatus, aduerſus poteſtates, aduerſus mūdi dominos rectores tenebrarum ſeculi huius, aduerſus ſpiritales nequitias in cœleſtibus.

Veſani ſunt planè, qui nobis obſtrepunt ſuæ arrogantiæ & impietati nequiter prætexentes. c. epiſcopi. 26. q. 5. non enim reperitur inter Græcos Ancyranæ ſynodi canones, nec Græcam phraſim redolet, nec Græcus canonum interpres Balſamo illius vſpiam meminit: ac longior eſt, quàm vt dici illius concilii queat. Sed etſi illum canonem pro vero recipiamus, dici nihilominus poteſt, in eo tā tum notari Chriſtianos, qui errore Paganorum ducti putabant ſagas vi quadam diuinitatis cum deabus Paganorū noctu vagari & equitare, ac ſi plures dii eſſent, aut plures diuinitatem habentes. quod canon meritò reprehendit, vt Paulus Grillandus docet quæſtio. 7. tract. de Sortileg.

Sed alia nuptiarū impedimenta proſequamur, & alias perſonas cognoſcamus, quę connubium non habent: vt quibus
114 iuſta ſit matrimonii cōtrahēdi facultas, † inde perſpici liceat. Igitur ſpiritales Eunuchi, qui ſe ſolenni voto perpetui cœlibatus adſtrinxerunt, nuptias contrahere prohibentur. Itaq; Dominus rogantibus Apoſtolis an expediret cęlibem vitam agere, Matth. 19. dixit: Non omnes capaces ſunt huius rei, ſed quibus datum eſt. Docet enim Dominus magnam eſſe virginitatis poſſeſſionem, vt inquit Theophylactus, & eam ab iis demum rectè ſeruari, quorū cooperator eſt Deus. Sic enim Theophylactus interpretatur ea verba, quibus datum eſt: ac ſubdit, Illis autem datum eſt qui petunt, nam ſcriptum eſt, Petite & dabitur vobis: omnis qui petit, accipit.

Quocirca

Source : BIU Cujas

Ant. Gub. Coſtani, de ſponſ. Comment.

Quocirca Seruator noſter eodem in loco, dein tripertitã diuiſionem Eunuchorum exponit: Sunt, inquit, eunuchi, qui de matris vtero ſic nati ſunt: & ſunt eunuchi, qui facti ſunt ab hominibus: & ſunt eunuchi, qui ſeipſos caſtrauerunt, propter regnum cœlorum. Ergo ſicut nati aut facti, ita ſpiritales eunuchi hodie connubium non habent. Itaque D. Paulus in priore ad Timoth. epiſt. ca. 5. Iuniores, inquit, viduas deuita. quum enim luxuriatę fuerint, aduerſus Chriſtum nubere vo
116 lunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam fe- cerunt. Quo ex loco eligitur eos, † qui fidem perpetuæ caſtitatis promiſſam Deo temere fefellerunt, obnoxios eſſe iudicio Dei, quod pœnam æternam irroget. cap. nuptiarum bonum. 27. quæſt. 1.

117 His conſequens eſt preſbyteros, diaconos, & hypodiaconos iuſtas nuptias non contrahere. ca. placuit. 32. diſt. c. 1. c. 4. de cler. coniug. Hinc canon Apoſtolorum 25. Ex his qui cœ libes in clerum venerunt, permittimus ſolis lectoribus & cã-
118 toribus vxorem ducere. Nec fruſtra dicit, qui cœlibes in cle- rum venerunt: † nam preſbyteris & diaconis tũ licebat, ſicu ti Balſamo ibidem ſcribit, & liquet ex can. 5. Apoſtol. vxores retinere, quas ante ordinationem acceperant. Idque Nicena ſynodus hortatu Paphnutii ꝓbauit, quemadmodum Sozo-
119 menus refert. c. Nicena. 31. diſtin. † Poſt ordinationem verò vxores ducere non licebat: nec vnquam licuit preſbyteris ſe cundùm eccleſiaſticam traditionem. ſynod. Ancyr. can. 10. ſynod. 6. in Trullo can. 3. & 6. Iuſtinianus nouel. 123. Photius Nomocan. tit. 9. c. 29. Nam, vt Leo Imperator ſcribit Nouel. 3. indignum eſt, vt qui ſpiritali aſcenſu ſupra corporis abie-
120 ctionem & ſordes euecti ſunt, hi rurſus ad carnis ſordes dela- bãtur. Itaq; † qui prouehi ad preſbyteriũ voluntate χαροτονίαν, vt ait Zonaras, pollicentur continenter & caſtè viuere: nec aliter ordinantur. Vnde canon concilii Toletani 5. Quando preſbyteri & diacones per parrochias cõſtituuntur, oportet eos profeſſionem epiſcopo ſuo facere, vt caſtè & purè viuant ſub timore Dei. Et dum eos talis profeſſio obligat, vitæ ſanctæ diſciplinam retineant. c. quando. 28. diſt.

121 † Hodie ad gradus clericæ ordinationis coniugati nõ prouehuntur, neque preſbyteris, diaconis & hypodiaconis vxores ducere permittitur, ſicut antea dictum eſt. c. decernimus. 28. diſt. c. vlt. de temp. ordi. in 6. quanquam Orientalis Eccleſia priſcos canones etiamnum obſeruet, quibus permiſſum fuit coniugatos & diacones & preſbyteros ordinare. c. quoniam. 31. diſtin.

122 Hoſtiarii, lectores, acoluti, † & exorciſtæ connubium ha- bent. c. ſi quis eorum. c. ſeriatim. 32. diſtin. necnon ius initiati verticis ſeu primam tonſuram adepti. Nam, vt Theologi do cent, propriè uon eſt ordo, ſed quædam tantùm præparatio ad capeſcendos ordines. Clauaſius in Summa, Innocent. & Hoſtienſis in c. quum contingat. de æta. & quali. Archid. in c. pſalmiſta. 23. diſtin.

Monachi & virgines Deo ſacræ cęlibem vitam agere perpetuò debent. ca. 19. Baſilii ad Amphiloch. c. vxoratus. & ſeq. de conuer. coniug.

123 † Memorabilis eſt l. ſi quis non dicam rapere. C. de epiſc. & cler. quæ capitis pœnam irrogat iis, qui iungendi tantùm ma trimonii cauſa ſacratiſſimas virgines auſi fuerunt attentare. Sed quia illius cõſtitutionis cauſa & ratio antea iuris Docto ribus perſpecta non fuit, placet ex Græcis hiſtoriæ eccleſiaſti-
124 cæ ſcriptoribus eam depromere. † Quoniam imperante Iu- liano Chriſtianæ religionis hoſte teterrimo impunè licebat improbis & impudicis hominibus quiduis in perniciem no- ſtræ religionis moliri: atq; ideo vi illata vel perſuaſione adhi bita inceſtas nuptias cum virginibus Deo ſacratis contrahe-
125 re: † Iouinianus, qui poſt mortem Iuliani ad auguſtale faſti- gium prouectus eſt, vt tantam peccandi licentiam cõprime- ret, prudenter ob attentatas moniales, etiã ratione matrimo- nii: acerbiſſimum capitis ſupplicium ſanxit. Sozomen. hiſto. tripart. lib. 7. c. 4. Nicephorus lib. 10. cap. 39. Quæ lex habita ra tione illius temporis iuſtiſſima & æquiſſima videtur, quum multis tam impiè, ſceleſtè & audacter graſſantibus aliud ex- peditius remedium ad reprimendam ſceleratorum audaciã inueniri non potuerit.

126 Furor, † quia in nuptiis conſenſus requiritur, futuras nu- ptias impedit. Furor tamen ſuperueniens nõ dirimit nuptias iam contractas. l. patre furioſo. ff. de iis qui ſunt ſui vel al. iur. l. oratione. §. vlt. de ritu nup. l. furor. de ſpon. c. dilectus. eod. ſub tit. cap. neque furioſus. 32. q. 7. Quanquam Leo Imper. nouel. 111. & nouel. 112. poſt triennium ex quo furor ſuperuenit vxori, & poſt quinquennium ex quo furor ſuperuenit viro, dirimi velit matrimonium.

127 Tutores & curatores pupillas adultaſve, quarũ curam ge- runt, vxores ducere prohibentur. l. tutor. de ſpon. l. ſenatuſ- conſulto. l. ſi quis tutor. de ritu nupt.

128 Item magiſtratus, † qui temporarium officium in aliqua prouincia gerunt, non ſolùm prouincialem mulierem duce re prohibentur, ſed etiam cõſentire filio ſuo vxorem ducen ti. l. ſi quis officium. l. qui in prouincia. ff. de ritu nupt. l. 3. §. vi- deamus. ff. de dona. inter vir. & vxor.

129 Sed plerique rati ſunt in rubri. de cog. leg. iure Pontificio iuſtum & legitimum matrimonium eſſe inter tutorem & pu pillam, & inter rectorem prouinciæ & fœminam prouincia- lem, quod ius Pontificium in cauſis nuptiarum oportet ſpe- ctari. c. vlt. de ſecun. nup. c. Euphemium. 2. q. 7. Ego aũt quum id decretis Pontificiis ſtatutum non reperiã, magis putarim, ſiquidem illi complexu venereo nondum iuncti ſint, & mu- lier prouincialis profiteatur ſe vi aut metu coactam nuptiis huiuſmodi præter voluntatem conſenſiſſe, neque tutori ſeu rectori prouinciæ ſe matrimonio iungi velle, non eſſe legiti- mum matrimonium. quandoquidem libero mulieris cõſen- ſu deficiatur: nec Deo auctore contractũ ſit. Quòd ſi mulier nuptias approbet, etiam pęnis tutorem ſeu rectorem prouin ciæ afficiẽdum, ꝙ dicto legis audiens non fuerit. Olim in 12. tab. hortatu Appij Decemuiri relatum fuit, ne patricii cũ ple beiis connubium haberẽt. ſed quoniam ea lex pernicioſa vi- debatur, ꝙ plebem a patribus ſecerneret, quinquennio poſt ſumma C. Canuleii Tribuni plebis cõtentione abrogata fuit. Auctores Liuius lib. 4. & Dionyſ. Halicarnaſſ. lib. 11.

130 Lege Iulia Senatores, † eorumq; liberi, humilẽ abiectamq; fœminam vxorem accipere prohibentur. l. lege Iulia. ff. de ri- tu nupt. l. humilem. C. de inceſt. & inutil. nup. l. 1. C. de nat. lib. Cui legi Octauianus Auguſtus abrogauit. Nã, vt refert Dio.
131 lib. 54. liberum fecit maſculis † patricii generis (modò Sena- tores ne eſſent) libertas etiam ducere, eorumq; liberos legiti-
132 mos eſſe iuſſit. † Ac tandem Iuſtinianus legem Iuliam de nu ptiis Senatorum & libertinarum abrogauit, necnon l. pen. C. de nat. lib. Dedit enim ius connubii viris clariſſimis & perfe ctiſſimis etiam cum abiectis mulieribus, modò reſipiſcerẽt, & dotalia inſtrumenta conſcriberentur. nouel. 117. vt liceat matri & au. §. quia verò legẽ. auth. ſed nouo iure. & auth. ma- ximis. C. de nup. auth. ſed nouo iure. C. de natu. lib. Illud obi- ter notabimus in d. l. 1. de nat. lib. de ſacerdotibus Chriſtiano rum non agi, qui ſacrificium ἀναίμακτον offerunt, quod Hebrai- ca voce moſac nuncupamus. Nam illi nunquam habuerunt connubium. Quanquam, primis Eccleſiæ catholicæ tẽporibus vxores retinebant, quas ante ſacerdotiũ duxiſſent, quod Græci etiam num obſeruant, vt alibi oſtendimus.

Hodie, quoniam apud Deum non eſt ſeruus, neque liber,
133 neque vlla perſonarum acceptio, par eſt omnes peræque ad matrimonij ſacramentum admitti. Quamobrem inter homi nem liberum & ancillam, & econtrario inter ſeruum & mu- lierem liberam ritè contrahitur matrimonium, ſiquidem li- ber alterius conditionem ſciat. c. ſi quis. c. ſi fęmina. 29. q. 2. & apud Burchardum lib. 9. c. 18. & c. 19. Cæterùm ſi liber homo ſeruilis ſtatus mulierem imprudenter ducat, vbi primùm de- tectus fuerit error, eccleſiaſtici iudicis permiſſu diuertere ab ea poterit. c. 2. & c. vlt. de coniug. ſeruor. quanquam lege Con ſtantini cum ancillis nunquam ſit connubium. l. 3. C. de in- ceſt. & inutil. nupt.

Cum meretrice, niſi reſipiſcat, connubium non eſt. c. 1. c.
134 non eſt culpandus. 32. q. 1. c. inter opera. † & ibidem Hoſti. & alii, de ſpon. c. vlti. de condit. appoſ. Meretrix autem dicitur,
135 quę palam multis ſe proſtituit. c. vidua. 34. diſt. vel, † vt inquit Auguſtinus, cuius publicè venalis eſt turpitudo. cap. meretri-
136 ces. 32. q. 4. eaq; † de vicinia expelli poteſt. l. 4. de ſpect. lib. 11. C. l. mariti. § qui quæſtum. ff. ad leg. Iul. de adult. ne tam turpi & ſcelerata vita pudicarum mulierum oculos inceſtet. l quũ ſupra. de re milit. lib. 12. Hinc Balſamo ad can. 26. epiſtolæ Ba ſilii ad Amphiloch. Differentia eſt, inquit, inter cõcubinam & meretricem: Concubina enim, quæ cum vno tantùm pec- cat, a lege agnoſcitur. Quæ autem cum multis fornicata eſt, nec a lege quidem agnoſcitur, quinimo expellitur ab ædibus in quibus fornicata eſt.

137 † Olim meretrices neceſſe habebant flagitium nomenque ſuum apud Aediles profiteri: More, inquit, Tacitus lib. 2. in- ter veteres recepto: qui ſatis pœnarum aduerſus impudicas in ipſa profeſſione flagitii credebant. Quamobrem non ſolũ eas habitus a cultu & ornatu pudicarum mulierũ diſtinctus, ſed & illa flagitii publica profeſſio ſatis iudicabat.

138 Chriſtiani, † qui veræ & catholicæ religionis ſunt alumni, cum impiis nuptias cõtrahere prohibentur: hoc eſt, cum Pa- ganis, Iudæis, Turcis, vel hæreticis, c. cauc. c. non oportet. 28. q. 1. & concilii Laodic. cap. 31. Calcedon. can. 14. & Carthag. can. 21. Nuptiæ enim piorum cum impiis adeò inuiſæ ſunt re-
139 rum omnium effectori, † vt olim proluuie & inundationibus

omnia,

Source : BIU Cujas

omnia,quæ ſuper faciem terræ erant,penitus deleuerit:quòd filii Dei, hoc eſt filii Seth, filias hominum impiorum vxores ſibi adiunxiſſent, vt Geneſeos c.6.dicitur. Vnde D.Paulus in priore ad Corinth.epiſt.c.6. Nolite, inquit,iugum ducere cũ infidelibus.Quæ eſt enim participatio iuſtitiæ cum iniquitate?aut quæ communio lumini cum tenebris?

140 Scitũ eſt illud 3.Reg.c.11.Et auerterunt vxores alienigenę cor Salomonis poſt deos ſuos. Celebre eſt etiam illud oraculum,quod diuino afflatu Moſes effudit.Deutero.c.7.Quum introduxerit te Dominus Deus tuus in terram,quam poſſeſſurus ingredieris,& deleuerit gentes multas coram te,multò maioris numeri quàm tu es,& robuſtiores te: tradideritque eas Dominus Deus tibi, percuties eas vſq; ad internecionẽ:
141 non inibis cum eis fœdus,nec miſereberis earum:neque ſociabis cum eis coniugia. Filiam tuam non dabis filio eorum, nec filiam earum iunges filio tuo. & Exodi cap. 34. Deus de Amorrhæis, Chananæis, & aliis quibuſdam populis loquens Moſi dixit: Caue ne vnquam cum habitatoribus terræ illius iungas amicitias,quæ ſint tibi in ruinam. Nec vxorem de filiabus eorum accipies filiis tuis:ne poſtquam ipſæ fuerint fornicatæ,fornicari & faciant filios tuos in deos ſuos. Eſdras lib. 1.c.9.& 10.vetat coniugia Iſraelitarum cum Gentibus ſeu populis abominationum:& eius hortatu Iſraelitæ vxores alienigenas a ſe abiiciunt.Sed & Nehemias lib.Eſdræ 1.c.13.In diebus illis,inquit, vidi Iudæos ducentes vxores Azotidas,Ammonitidas & Moabitidas. Et filii eorum partim Azoticè loquebantur, & neſciebant loqui Iudaicè, ſed iuxta linguã populi & populi.Et obiurgaui eos,& maledixi & cęcidi ex eis viros,& decaluaui eos,& adiuraui in Deo, vt non darent filias ſuas filiis eorum,& non acciperẽt de filiabus eorum filiis ſuis & ſibimetipſis, dicens: An non Salomon in illis peccauit? & certè in multis gentib.non erat rex ſimilis ei,& dilectus Deo ſuo erat:ipſum tamen in peccatum exteræ mulieres pertraxerunt. Nunquid & nos inobedientes faciemus omne malum grãde hoc,vt præuaricemur in Deo noſtro, & ducamus vxores peregrinas?Plura hac de re diſſeruit Tertullianus lib.2.ad vxor.D. Cyprian.lib.3.ad Quirinum, & B.Auguſtinus lib.1. de Adulter.coniug.

142 Sed etſi ſacris effatis orthodoxi cum impiis matrimonio iungi prohibentur: iam diu tamen obtinuit,inter orthodoxum & hæreticam matrimonii vinculum contrahi. Photius Nomocan.tit.12.c.decreuit. de hæret.in 6. quo loci propter hæreſim maritorum vxores orthodoxæ dotibus ſuis non priuantur,præterquam ſi ſcientes & prudẽtes hæreticis nupſiſſent.Itaque, quamuis in eo cap.non quæratur,an contractũ fuerit vinculum matrimonii inter orthodoxam & hæreticũ, necne:noſtri tamen inde id eliciunt. Quamobrẽ gl.& Archi. in c.non oportet.28.q.1.Ioan.And.Panor.& alii in ca.vlti.de condi.appoſ.(licet gl.ibidem repugnet.) Spec.tit.de diuor.& ſumma Aſtenſis lib.8.tit.21.aiunt cum Paganis,Iudæis,& hæreticis matrimonia prohiberi. Attamen cum hæreticis contracta conſiſtere: ꝙ ſatis ſit vt vinculum matrimonii contrahatur,eos qui coniugio iunguntur eundem Chriſtum ſeruatorem colere & venerari: modò antea ſacroſancto initiati ſint baptiſmate.

Atqui ſynodus Laodicena, can. 31. circa annum Chriſti 364.ita decreuit: Ὅτι οὐ δεῖ πρὸς πάντας αἱρετικοὺς συγγαμίας ποιεῖν, καὶ δι-δόναι υἱὸς, θυγατέρας. ἀλλὰ μᾶλλον λαμβάνειν, εἰ γε ἐπαγγέλλοιντο χριστιανοὶ γένεσθαι, id eſt, Non oportet cum omni hæretico matrimoniũ contrahere,vel filios aut filias dare:ſed magis accipere,ſiquidem profiteantur ſe fore Chriſtianos. & dein ſexta ſynodus
143 vniuerſalis Conſtantinopoli in Trullo, qui ſacratior locus palatii erat cõgregata,can.72.ita conſtituit: Μὴ ἐξέσῃ ὀρθόδοξον ἀνδρὶ αἱρετικῇ συναπτεσθαι γάμοις· μηδὲ γυναικὶ ὀρθοδόξῳ ἑτεροδόξῳ συνάπτεσθαι· ἀλλ' οὐδὲ ἄλλῳ τινὶ φανεῖται τοιοῦτον ὑποτίνος τῶν ἀπάντων γινόμενον, ἄκυρον τὸν γάμον ἡγεῖσθαι, καὶ τὸ ἄθεσμον διαλύεσθαι συνοικέσιον. i. Non licet viro orthodoxo mulierem hæreticam ducere,nec mulieri orthodoxæ cum viro hæretico copulari. Quod ſi quid huiuſmodi aliquis omnium fecerit,irritæ nuptiæ erunt,& illicitum coniugium diſſoluetur.

Subnectit rationẽ,ꝙ miſereri non oporteat,quæ non ſunt miſerenda:neque ouis ſit cum lupo,neque Chriſti pars cum peccatorum ſorde coniungenda. Itaque Tertullianus lib.2. ad vxor.hæc commemorat incommoda matrimonii, mulie-
144 ris fidelis cum viro infideli. Quis dubitet, inquit, obliterari quotidie fidem commercio infideli? Bonos corrumpũt mores confabulationes malæ:quanto magis conuictus & indiuiduus vſus? Quæuis mulier fidelis Dominum obſeruet neceſſe eſt. Et quomodo poteſt duobus dominis deſeruire Domino & marito,adde gentili? Domino certè non poteſt pro diſciplina ſatisfacere habens in latere diaboli ſeruum, procuratorem domini ſui ad impedienda fidelium ſtudia & officia. Vt ſi ſtatio facienda eſt, maritus de die conducat ad balneas: ſi ieiunia obſeruanda ſunt,maritus eadem die conuiuiũ exercear:ſi procedendum erit, nunquam magis familiæ occupatio adueniat: & quæ ſequuntur. Tandem ſubdit: Habes cauſam,qua non dubites nullum huiuſmodi matrimonium proſperè decurri.a Malo conciliatur,a Domino verò damnatur.

Hæ autem rationes,ſicut & aliæ permultæ, quas Tertullianus ſubnectit,quum in matrimoniis locum habeant,quæ cũ hæreticis contrahuntur,equidem ſępe miratus ſum cur iuris Doctores prodiderint, orthodoxos cum hæreticis vinculũ matrimonii contrahere poſſe. Præſertim quum nuptias orthodoxorum cum hæreticis nulla vnquam ſynodus permiſerit, & omnes Chriſtiani decreto illo 71.ſextæ ſynodi œcumenicæ teneantur: cuius ignoranriam cauſari nemo poteſt, ſaltem ex quo acta illius ſynodi Græcè & Latinè typis excuſa ſunt,& vbique gentium diuulgata. Quidam tamen reſpondent (ſed fruſtrà, ſiquidem expreſſo verbo Dei hæc quæſtio definita ſit vt alii autumant) pridem fuiſſe deſitum illo iure vti, ac decreta conciliorum, quæ ad mores & οἰκονομίαν pertinent, pro varietate temporis ob publicam vtilitatem aut neceſſitatem contrario vſu interdum mutari & abrogari, nedũ contrariis decretis conciliorum.Ego autem tum in hac quæſtione,tum in cæteris tractationibus noſtris, profiteor paratiſſimo animo me ſemper eccleſiæ ſubiturum iudicium. Sic os illis obturabimus, qui æſtu quodam inuidiæ feruentes temerè ſcripta aliena carpere, laniare, & calumniis inceſſere conſueuerunt.

145 Si duo orthodoxi legitimo matrimonio coniungantur, & dein alter eorum a catholica religionè deſciſcat, quæſtionis eſt, an ei qui in recta fide permanet, iure liceat prætextu hæreſeos vel apoſtaſiæ coniugis ad ſecundas nuptias conuolare?Et receptum eſt non licere. nam ſemel inter eos matrimonii ſacramentum interceſſit, quod ſola mors poteſt dirimere. Quòd ſi ob ſuperuenientem hæreſim alterius coniugum ritè contractum matrimonium diſſolueretur, quidam ira vel odio coniugum perciti hæreſim ſimularent, aut falsò immerentes coniuges hæreſeos poſtularẽt,vt aliis matrimonio iungerẽtur. cui malo præclarè ſacris canonibus obuiam itum eſt.c.quanto. de diuor. Quamobrem Tridentina ſynodus ſeſſ. pen.ita decreuit:Si quis dixerit propter hæreſim,aut moleſtam cohabitationem, aut affectatam abſentiã a coniuge diſſolui poſſe matrimonii vinculum,anathema ſit.

146 Iure tamen Pontificio propter hæreſim ſeu ſpiritualẽ fornicationem reſpectu thalami & cohabitationis coniuges ſeparantur.c.vlt.de conuer.coniu.c.2.de diuor.dos autem mulieris in hæreſim prolapſæ penes maritum non remanet, ſed fiſco applicatur.l.3.ff.de bon.damnat.

147 De infidelibus matrimonio coniunctis, quorum alter ad lucem veritatis accurrit,ſic D.Paulus diſſerit in priore ad Corinth.epiſt.Si quis frater vxorem habet infidelem,& hæc cõſentit habitare cum illo,non dimittat illam. Et ſi qua mulier fidelis habet virum infidelem,& hic conſentit habitare cum illa,non dimittat virum.Sanctificatus eſt enim vir infidelis ꝑ mulierem fidelem.Quòd ſi infidelis diſcedit,diſcedat:non.n. ſeruituti ſubiectus eſt.Et ne quis calumnietur,de matrimonio fidelis cum infideli hunc Apoſtoli locum intelligi, Tertullianus lib.2.ad Vxorem ita ſcribit:Manifeſtum eſt ſcripturam iſtam eos fideles deſignare, qui in matrimonio gẽtili inuenti a Dei gratia fuerunt. quod multis argumentis confirmat.Nec poſſum prætermittere, quod paulò poſt idem Tertullianus ſubnectit: Apoſtolus, ne quod ait,cui velit nubat, malè vteremur,adiecit,tantum'in Domino,id eſt in nomine Domini, quod eſt indubitatè Chriſtiano. Hinc Balſamo ad can.41.Baſilii ad Amphiloch. Solũ,inquit, in Domino adiectum eſt propter infideles. In Domino enim matrimonium contrahit, quæ cum orthodoxo, non cum hæretico matri-
148 monium contrahit.Ergo cùm ſit nubendũ in Domino,mulier autem nõ nubat in Domino, quæ nubit hæretico ſeu infideli, qui poteſt eſſe matrimonii ſacramentum, quos Deus non coniungit,nec Dei miniſter ſacerdos benedicit: quippe quòd vnus ſit membrum Chriſti,alter verò Satanæ?Sed hęc Theologis pleniùs diſcutienda relinquamus.

149 Quoties vnus coniugum orthodoxam religionem amplexatur,& alter in ſua impietate permanet, liberi pium & fidelem parentem inſequuntur.c.ex literis.de conuer.infide.quo loci etymon matrimonii explicatur, ſicut & apud Gellium lib.18.cap.6.& cur potius a matre quàm a patre matrimonii deducta ſit appellatio.

150 Inter parentes & liberos nuptiæ contrahi prohibentur.l. adoptiuus.& l.vlt.de ritu nup.Eſt enim illa lex Domini,Leui. 18.Vir ad proximum ſuę carnis non accedat,ad reuelandum verenda.Ego Dominus.Verenda patris & verẽda matris tuæ

non

Source : BIU Cujas

non diſcooperies. mater tua eſt, non reuelabis turpitudinem eius. Plato lib. 8. de Republ. ait, Ne vulgus quidem id appetere: quanquam nulla lege ſcripta prohibitū fuiſſe putet. quando omnem prorſus tollat voluptatem, quod dicitur id nefarium, necnon turpiſſimum & ſceleratiſſimum eſſe.

151 Et ſanè natura ſatis edocti ſumus illicitam & nefariam illā eſſe coniunctionem, quam bruta etiam quædam animantia perhorreſcunt, & mirum in modum auerſantur. §. 1. nouel. 12. de inceſt. nupt. Vnde Ariſt. de hiſt. animal. lib. c. 47. Cameli, inquit, matres nunquam ſuperueniunt ſuas. ſed etiam ſi qs cogat, ipſi non patiuntur. Iam quum aliquando admiſſarius non haberetur, curator pullum matri opertæ admiſit, qui dū coiret, delapſo operimento agnouit matrem, & memor com
152 miſſi ſceleris, paulò poſt camelarium illum morſu defixo interemit. Subdit, ad equam Regis Scytharū, quum ex ea prognatus equus adire recuſaſſet, & dein opertam ignorāter ſuperueniſſet, ſeipſum præcipitem dediſſe. Similia exempla cōmemorant Varro lib. 2. de Re ruſt. c. 14. Plinius Hiſtor. natur. lib. 8. c. 42. & Aelianus lib. 5. de Varia hiſt.

152 Generaliter verò probandum eſt in recto limite inter ſuperioris & inferioris ordinis perſonas, hoc eſt, inter maiores & poſteros nuptias in infinitum prohiberi. l. nemini. C. de nup. Vlpia. lib. Singulari regularum: Inter parentes & liberos cuiuſcunq; gradus ſint, connubium non eſt.

154 Nec ambigitur inter fratres & ſorores & quaſdā alias perſonas, quæ proximo conſanguinitatis vel affinitatis gradu ſe contingunt, connubium ſimiliter non eſſe. l. vlt. de ritu nupt. l. ſi adulterium. ff. ad leg. Iul. de adult. §. ergo. de nup. Sed vt nihil antiquitatis ignoretur, ſubiiciam locum Vlp. lib. Singulari regularum, vti extat in Collatione legis Moſaicæ & Romanæ. Inter cognatos autem ex tranſuerſo gradu olim quidem matrimonia contrahi non poterant: nunc autē ex tertio gradu licet vxorem ducere, ſed tantùm fratris filiam, non etiam ſororis: nec amitam nec materteram, quamuis eodem gradu ſint. Eam quę nouerca, vel priuigna, vel quę nurus, vel ſocrus fuit, vxorem ducere non poſſumus. Si quis eam quam non licet, vxorem duxerit, inceſtū matrimonium cōtrahit: ideoq; liberi in poteſtate eius non fiunt, ſed quaſi vulgò cōcepti ſpurii ſunt. Poſtea Impp. conſtitutiones fratris filiam & ex ea neptem ducere vxorem prohibuerūt. l. nemini. C. de nup. §. fratris, de nup. in Inſti. Nō me fugit tempore Abraham hoc nō fuiſſe obſeruatum. nanque D. Hierony. in lib. Quæſt. Hebr. in Geneſim, ita ſcribit: Aran filius Thare, frater Abrahā & Nachor, duas filias genuit, Melcham & Sarai. è quibus Melchā accepit vxorem Nachor, & Sarai Abraham. Necdum quippe inter patruos & fratrum filias nuptiæ fuerant lege prohibitæ, quę in primis hominib. ēt inter fratres & ſorores initę ſūt.

155 At enim in lib. Leuit. c. 18. & Deute. 27. nuptiis interdictū eſt cum matre, ſorore, amita, matertera, nepte ex filio vel filia, vxore patrui, ſocru, nuru & quibuſdam aliis perſonis. Quę autem illis contra Dei prohibitionem agglutinantur, pęnam mortis regulariter ſubeūt, vt ibidem poſtea ſubiicitur. Quocirca iudicio Senatus Toloſani Antonius Bordes ob ſceleſtū & nefarium cum ſocru ſua concubitum reſte ſtrangulatus eſt & actutum vltricibus flammis publicè conſumptus die 8. Nouemb. 1577. Et quamuis intes filios fratrū lex veteri inſtrumento prodita coniugalem non improbet copulationē, veruntamen, inquit D. Auguſtinus, de Ciuit. Dei lib. 15. c 16.
156 quis dubitet honeſtius hoc tempore etiam conſobrinarum prohibita eſſe coniugia non ſolùm ob multiplicandas affinitates, ne habeat duas neceſſitudines vna perſona, quum duæ poſſint eas habere, & numerus propinquitatis augeri: ſed ēt quia neſcio quomodo ineſt humanæ verecundiæ quiddam naturale atque laudabile: vt cui debet cauſa propinquitatis verecundum honorem ab ea cōtineat. Vetuerat enim Theodoſius maior nuptias conſobrinarum tanquam ſororum, vt Sextus Aurelius Victor ſcribit. Quanquam ea lege abrogata Archadius & Honorius inter conſobrinos matrimonia celebrarii permiſerint. l. celebrandis. C. de nup. niſi fortaſſe dixerimus mendoſam eſſe illius legis inſcriptionem, qp in l. 2. C. Theodoſiani de inceſt. nupt. iidem Principes cōſobrinarum coniugia vetuerint, damnarintque nominatim. cap. quum igitur. 35. quæſt. 1.

157 Extat apud Iulium Aphricanum ſeu Abdiam Babyloniæ primum epiſcopum lib. 3. Certaminis Apoſtolici, perelegans hac de re locus, quem ſubnectere viſum eſt, qp inſtitutam tractationem multum illuſtret. Antequam Andreas Apoſtolus in Macedoniam peruenisſet, accidit, qp duo viri in Philippis fratres germani eſſent, nobiles, & quibus erat magna domi facultas: Erantq; alteri filii duo, alteri totidem filiæ. Hi quum in ciuibus nulli forent, qui dignè generationi illorum iungi poſſent, inito fœdere obligauerunt ſe mutuò, vt vnam domū facerent, & vnius filii alterius filias in matrimonium acciperent. Quumq; iam dies nuptiarum eſſet conſtitutus, factum eſt verbum Domini ad eos dicens: Nolite coniungere liberos veſtros donec huc veniat famulus meus Andreas: ipſe. n. vobis quæ agere debeatis, oſtendet. Iam autem thalamus prę paratus erat, & conuiuæ vocati erant, omnisq; apparatus nuptialis in promptu tenebatur. Interea triduo elapſo aduenit
158 Apoſtolus, qui quum audiuiſſet quæ geſta eſſent, Nolite, ait, filioli, nolite ſeduci, nolite decipere hos iuuenes, quibus poteſt fructus apparere iuſtitiæ. Sed magis pœnitentiam agite. quia deliquiſtis in Dominum, vt proximo ſanguine velletis polluere cōiugia filiorum veſtrorum. Neq; verò nos nuptias euertimus, aut vitamus, quum, ab initio Deus maſculum iungi præcepiſſet, & fęminam: verum inceſta potius damnamus. Ergo perſpicuum eſt diuino oraculo & Apoſtolica traditione nos doceri, inter filios fratrū illicitas eſſe nuptias. Tridentina ſynodus ſtatuit vt in ſecundo gradu nunquam diſpenſetur, niſi inter magnos Principes, & ob publicam cauſam: quod & noſtris antè placuerat in c. literas. de reſtit. ſpol. & c. gaudemus. de diuor.

159 Hodie iure Pontificum prohibitio matrimonii quartum gradum conſanguinitatis vel affinitatis non excedit: ac gradus aliter iuris Pontificii quàm iuris ciuilis auctores metiuntur. c. non debet. & c. vlt. de conſangui. & affini. nam hi ad ſin
160 gulos gradus conſtituendos duas perſonas ſimul enumerant, illi ſingulas. l. 1. & l. vlt. ff. de gradibus. Rurſus hi deorſum tendendo gradus ſemper numerant. Itaq; frater & ſoror primum gradum, eorum filii alterum, & nepotes vtriuſq; ſexus ſecundùm Pontificias conſtitutiones tertium efficiunt. c. ad ſedem 35 q 5. At iuris Cæſarei auctores ab altero hypotheticorſum verſum in primis gradiuntur, & ex ſingulis alterutrius ſexus generatis perſonis ſingulos gradus conſtituunt, quoad peruenerint ad eum, qui cognationis cauſa eſt & origo. Deinde ab eo vſque ad alterum hypotheticum, de cuius etiam propinquitate agitur, deorſum verſus gradiendo, gradus ſimiliter enumerant. l. Iuriſconſ. ff. de gradib. ſed de his ſatis ſuperq; in tractatu de Gradibus & affinitatibus diſſerui, ſicut & de impedimentis matrimonii prætextu affinitatis, quæ idcirco hic prætermittimus.

161 Ciuilis cognatio, quæ per adoptionem contrahitur, nuptias impedit cum filia adoptiua, cum fratre adoptiuo, cum ſorore conſanguinea patris adoptiui, cum ea quæ patris adoptiui vxor fuit, & aliis quibuſdā perſonis. l. ſi qua. l. adoptiuus. l. per adoptionem. ff de ritu nupt. & §. ſed ſi qua. eod. Paulus in fragmentis veterum iuris auctorum ti. 6. Adoptiua cognatio impedit nuptias inter parentes ac liberos omnimodo: inter fratres eatenus quatenus capitis minutio non interuenit. Vt autem hoc iuris ſit, oportet ſolenni ritu factam fuiſſe adoptionem, quemadmodum Hoſtienſis & Panormi. prodiderunt in d. c. vn. Nam forma eſſentiam præbet adoptioni. l. adoptio. C. de adopt. ſicut & aliis legitimis actibus. l. Iulianus. §. ſi quis. ad exhib. l. 3. §. vlt de iureiur. c. tua. de ſpon.

162 Luſtrici patres ſeu ſponſores cum quibus ſacroſancto baptiſmate ſpiritalem contraxerunt cognationem ius connubii non habent, vt leges ciuiles nedum Pontificiæ ſtatuunt. c. veniens. de ſpon. Quum nihil aliud ſic inducere poteſt paternam affectionem & iuſtam nuptiarum prohibitionem, quàm huiuſmodi nexus, per quem Deo mediante animæ eorum copulatæ ſunt, vt ait Iuſtinianus in l. ſi quis alumnam. C. de nup. qua de re extat can. 53. 6. ſynodi, quæ imperante Iuſtiniano, qui ob trūcatas nares ῥινοτμητος dictus eſt, in Trullo cōgregata fuit. Ε᾽ειδή μειζων ἡ κατα τό πνῦμα οἰκειοτης τ̃ των σωμὰτων συναφειας, ἐγνωμεν ταῖ ἐν τισι τό̀ποις τινὰς ὀντ̃ ἀτίμως σωτηειωθ̃ντες βαπτίσματες παῖδας ὰραδεχομένες κατὰ τ̃το ταῖς οἰκείαις μητρα̃σι χειρευ̃σαις σιναλλὰσσοντας σινοικέον. ἐειξμεν, ὰπό τ̃ παῖδοποιεμιδ᾽ν τοιο̃τον προχω̃ναι. Contra facientes vult ab hoc iniuſto matrimonio deſiſtere, & pœnis fornicatorum ſubiici. In Baſilicis & apud Harmenopulum li. 4. tit. 6. Epit. hæc extat conſtitutio: Qui ſuſceperit aliquàm in ſacro fonte, non poteſt eam vxorem ducere, vt quæ eius filia facta ſit: neq; eius matrem vel filiam: ſed nec filius eius.

163 Memorabilis eſt ſequens hiſtoria, quam refert Balſamon: Maria peperit Conſtantinum, cuius in ſacra lotione Irenes ſuſceptrix fuit. Deinde Conſtantinus genuit Theodorum, & Irene Theodoram: & rurſus Theodora genuit Annam. In ſynodo agitatum fuit, an illa cognatio ſpiritalis impediret nuptias inter Theodorum & Annam: & decretum eſt impedire. At Tridentina ſynodus ſeſſ. 24. ſtatuit, vt inter ſuſcipientes & baptizatum ipſum & illius patrem & matrem, necnon inter baptizantem & baptizatum baptizatique patrem ac matrem tantùm ſpiritalis cognatio contrahatur.

164 De iis qui nexu ſpiritalis cognationis ob catechiſmum vel ſacram confirmationem deuincti ſunt, agitur in cap. contracto.

Source : BIU Cujas

cto.& cap.veniens.extra.de cognat.ſpirit.& in cap.1.cap.per catechiſmum.eod.ſub titu.& nos commodiore loco copioſius diſſeremus.

SVMMARIVM.

1 *Varij ritus nuptiarum ab Hebræis & Romanis vſurpati.*
2 *Auſpices nuptiarum.*
3 *Chriſtiani nihil graue auſpicantur, quin prius diuinum numen implorent.*
4 *Tabulæ nuptiales.*
5 *Teſtes nuptijs adhibiti.*
6 *Tabulæ nuptiales obſignabantur.*
7 *Nuptias contrahentes manus olim conſerebant.*
8 *Olim ſine dote legitimum matrimonium non fuit.*
9 *Hodie non dotibus,ſed affectu matrimonia contrahuntur.*
10 *Fauſtas precationes Hebræi nuptijs adhibebant.*
11 *Ferijs cur olim virgines non nubebant.*
12 *Verrij Flacci egregia ratio.*
13 *Dies nuptijs celebrandis apud Ethnicos religioſi.*
14 *Nupta poſtridie nuptiarum libertatem vxoriam auſpicabatur, & rem diuinam faciebat.*
15 *Maio menſe olim non nubebant.*
16 *Maius cur nuptijs infauſtus.*
17 *Maij & Iunii etymologia.*
18 *Menſe Maio Remus interfectus.*
19 *Superſtitiones Paganorum Chriſtiani obſeruare non debent.*
20 *Tempore tantum Quadrageſimæ & Aduentus Domini hodie nuptiarum eſt prohibita celebratio.*
21 *Sponſalia omnibus anni temporibus ritè contrahuntur.*
22 *Tria omnia nuptiarum.*
23 *Circon augurii proſperrimi in nuptiis.*
24 *Cœlibari haſta caput nubentis comebatur.*
25 *Caput nuptæ flameo amiciebatur.*
26 *Nuptiarum etymon.*
27 *Rebecca conſpecto eminus ſponſo,cur caput ſuum obtexerit.*
28 *Mulier cur dicatur velare caput propter Angelos.*
29 *Suſannæ hiſtoriam veram & receptam eſſe.*
30 *Aqua & ignis ſolennibus nuptiarum adhibita.*
31 *Nubentes olim coronis ſertisque redimiri ſolebant.*
32 *Amaracus,qui & ſampſucus dicitur,herba ſuauiſſimi odoris.*
33 *Myrtea corona.*
34 *Tempore Tertulliani fœminæ nubentes coronas non geſtabant.*
35 *Cœna nuptialis.*
36 *Nubentes rapi ſimulabantur è gremio matris.*
37 *Nubentes colum cum ſtamine & fuſo ſecum deferebant.*
38 *Pueri patrimi aut matrimi.*
39 *Paranymphi.*
40 *Nouam nuptam duę comitantur corollis ſertisque redimitæ.*
41 *Pronuba.*
42 *Olim in Græcia ſponſus cum paroccho ſponſam in nuptiali curru comitabatur.*
43 *Spinea fax cur nuptijs adhibita.*
44 *Pinus arbor.*
45 *Faces nuptiales.*
46 *Genialis lectus.*
47 *Deductio in domum mariti.*
48 *Mulier ſortitur forum mariti.*
49 *Cur nocte puella marito coniungeretur.*
50 *Claues nouæ nuptæ dabantur.*
51 *Monogamæ mulieres nouam nuptam in lecto collocabant.*
52 *Hymenęus.*
53 *Epithalamia* κατακοιμητικα.
54 *Epithalamia* ὀρθρια.
55 *Quæ apud Catullum extant carmina nuptialia perperam Epithalamia dicuntur.*
56 *Tibicines nuptijs adhibiti.*
57 *Saltationes in nuptijs vſurpatæ.*
58 *Laodicenum concilium in nuptijs prohibet tripudia & ſaltationes.*
59 *Ballare.*
60 *Græcus ſermo Maſſilienſibus olim familiaris.*
61 *Talaſii in nuptiis acclamatio.*
62 *Hymenęus.*
63 *Nuces in nuptiis ſpargi ſolebant.*
64 *Ludi puerorum.*
65 *Caij & Caiæ nomina in nuptiis vſurpata.*
66 *In nuptiis olim lauro & olea fores coronabant.*
67 *Noua nupta poſtes laneis vittis ornare,& oleo inungere ſolebat.*
68 *Limen calcare cur olim nubenti non licuit.*
69 *Pauimentum noua nupta non attingebat.*
70 *Nuptiales ſportulæ.*
71 *Pedes nubentibus lauari ſolebant.*
72 *Cingulum nubentis.*
73 *Conuiuia nuptialia.*
74 *Sumptus nuptiis & repotiis lege Iulia preſcripti.*
75 *Munera nuptialia.*
76 *Vxores olim tribus modis habebantur.*
77 *Coemptio.*
78 *Annuo vſu vxores olim quærebantur.*
79 *Vſurpatæ mulieres.*
80 *Farre quomodo matrimonium contrahebatur.*
81 *An hodie matrimonia per coemptionem fiant.*
82 *Filia nupta an patris poteſtate liberetur.*
83 *Iure Romano ſacris paternis nuptiæ non eximunt liberos.*
84 *Filia nupta non poteſt viuo patre teſtari.*
85 *Donatio filiæ nuptæ a patre facta an valeat.*
86 *Quæ in nuptiis hodie requirantur.*
87 *Conſenſus iocandi cauſſa in nuptiis expreſſus an ſufficiat.*
88 *Mutus & ſurdus an poſſit nuptias contrahere.*
89 *An iure naturali nuptiæ conſiſtant ſine conſenſu patris.*
90 Διαφορα
91 *Reiecta DD.opinio.*
92 *Quando neptis nubit,an aui conſenſus ſufficiat.*
93 *Declarata l.oratione.de ritu nupt.& conciliata cum l.3.eiuſd.tit.*
94 *Elucidatus §.1.de nupt.*
95 *Naturalis ratio.*
96 *Filiusfamilias poteſt ſuſcipere tutelam vel magiſtratum ſine conſenſu patris.*
97 *An iure diuino ſine conſenſu patris nuptiæ conſiſtant.*
98 *Tobię filius inconſulto patre nuptias contraxit.*
99 *Apud Hebræos Deus olim plerunque exaudiebat fauſtas vel infauſtas parentum precationes.*
100 *An iure Pontificio efficax ſit matrimonium ſine conſenſu patris?*
101 *Iure ciuili conſiſtunt nuptiæ ſine conſenſu patris.*
102 *Rationes,quibus ea ſententia confirmatur.*
103 *Matrimonia libera eſſe debent.*
104 *Monaſticam vitam licet profiteri inconſulto patre.*
105 *In ſpiritalibus patris aſſenſus non exigitur.*
106 *Nec in his,quę iuris ſunt publici.*
107 *Interdum lex aliquid fieri prohibet,quod tamen factum non infirmat.*
108 *Declarata l.Paulus.de ſtatu homi.*
109 *Præteraliorum ſententiam explicata l.2.de ritu nupt.*
110 *An taciturnitas patris vim conſenſus habeat.*
111 *An ratihabitio patris in nuptijs ſufficiat.*
112 *Declarata l.ſi quis mihi bona.§.iuſſum.*
113 *Ius Prætorium ratihabitionem pro iußu habet.*
114 *Declaratum regis edictum de nuptiis filiorumfamilias.*
115 *Conditio an nuptiis adiici poſſit.*
116 *Fauor matrimonii facit, vt turpes vel inhoneſtæ conditiones pro non adiectis habeantur.*
117 *Impoßibilis conditio non vitiat inſtitutionem vel legatum.*
118 *Impoßibilis conditio cur vitiet contractus.*
119 *Clandeſtinum matrimonium variè dicitur.*
120 *Banna,ſeu futuri matrimonii denunciationes an poßint remitti.*
121 *Matrimoninm hodie non conſiſtit, niſi præſente paroco & duobus teſtibus fiat.*
122 *Facta contra prohibitionem legis quando ſint irrita.*
123 *Oblatio ſacra.*
124 *Benedictio ſacerdotalis.*
125 *Pompa nuptialis.*

De ritu nuptiarum.

APud Romanos varij quondam & multiplices fuerunt ritus nuptiarum,quos Antonius Parthenius ſatis accuratè ad Catullum obſeruauit. Illius autē libenter memini, tum quòd benignum ſit auctore Pliñio, plenumque ingenui pudoris fateri per quos profeceris : tum quòd multi ſuppreſſo Parthenij nomine, eadem de ritu nuptiarum literis tradiderint,quæ Parthenius ijſdem ferè verbis,ijſdemq; citatis auctoribus antea tradiderat.Nos igitur non ſolùm a Parthenio obſeruatos, ſed & alios, qui a Romanis atque adeò ab Hebræis vſurpabantur, magis inſignes nuptiarum ritus,quoad breuiter fieri poterit,nunc deinceps commemorabimus.

1 Primùm igitur apud Romanos moris fuit, vt nuptiis contrahendis auſpices adhiberentur.Cicero lib.1.de Diuinat.Nihil fere quondam maioris rei,niſi auſpicatò,ne priuatim quidem gerebatur.Quod etiam nunc nuptiarum auſpices declarant, qui re omiſſa nomen tantum tenent. Rurſus eodem lib.L.Flaccum Flaminem Martialem ego audiui quum diceret.Cæcilia Metelli, quum vellet ſororis ſuæ filiam in matrimonium collocare, exiſſe in quoddam ſacellum ominis capiendi cauſa,quod fieri more veterum ſolebat. quum virgo ſtaret, & Cæcilia in ſella ſederet, neque diu vlla vox extitiſſet,

Source : BIU Cujas

ſet, puellam defatigatam petiiſſe a matertera, vt ſibi concederet pauliſper, vt in eius ſella requieſceret: illam autem dixiſſe, Verè mea puella tibi concedo meas ſedes. Quod omne res conſecuta eſt: ipſa enim breui mortua eſt: virgo autem nupſit cui Cæcilia nupta fuerat. Idem Cicero in orat. pro Cluentio: Nubit genero ſocrus nullis auſpicibus, nullis auctoribus, funeſtis ominibus.

Catullus, *-bona cum bona*
Nubet alite virgo.

Seruius ad illud Virgilij lib. 1. Aeneid.

Cui pater intactam dederat primisque iugarat

Ominibus, ſecundùm Romanos, inquit, locutus eſt, qui'ni hil niſi captatis faciebant auguriis, præcipuè nuptias. Lucanus: contentique auſpice Bruto. Iuuenal. Venit cum ſignatoribus auſpex. Hæc Seruius.

3 Planè apud eos, qui Chriſtianæ militiæ nomina dederũt, moris ſemper fuit, in exordiendis matrimoniis, nedum aliis rebus grauibus ſummi rectoris & Domini numen implorare. l. 2. de offic. præf. præt. Afric. & Nouel. 109. de priuileg. dot. hæret. mulieribus non præſt. Nam inde molimina omnium virtutum mortalibus, vt Pindarus in Pythijs ait: inde victoria, inde par, inde felices rerum omnium exorſus, progreſſus, atque exitus. l. 1. l. in nomine. C. de offic. præfec. præt. Afri. l. 1. C. de vet. iure enucl.

11. Erat in lege, vt diuus Cyprianus ſcribit lib. 2. aduerſ. Iudeos, c. 18. vt quiſquis nuptias recuſaret, calciamentum deponeret, calciaretur verò ille, qui ſponſus futurus eſſet.

4 111. Tabulas nuptiales interponebant tam Hebræi, quàm Romani. Vlpia. ti. 3. Apuleius Apolog. 2. & li. 5. de Aſino aur. Tertullia. lib. 2. ad Vxor. Hæc quum ita ſint, fideles gentilium matrimonia ſubeuntes ſtupri reos eſſe conſtat, & arcendos ab omni communicatione fraternitatis ex literis Apoſtoli dicentis, cum huiuſmodi nec cibum ſumendum. At nunquid tabulas nuptiales apud tribunal Domini proferemus? & matrimonium ritè contractum allegabimus, quod ipſe vetuit? Idem Tertullia. in lib. de Virginib. veland. Hæ ſunt tabulæ priores naturalium ſponſalium & nuptiarum. diuus Auguſtinus ſerm. 3. Domi. 3. poſt Trinit. Ipſæ tabulæ matrimoniales hoc continent. Sidonius Apollinaris lib. 7. epiſt. 2. Adoleſcens puellam non inferiorem natalibus, facultatibusque ſuperiorem vxorem petit, impetrat, ducit, conſcribuntur tabulæ nuptiales. At hodie legitimum eſt matrimonium, quamuis ſcriptura vel inſtrumentum nuptiale non interueniat. l. ſi vicinis. l. neque ſine. C. de nupt. exceptis aliquot caſibus, de quibus in l. imperialis. C. de nupt. & nouel. 117.

5 1 v. Teſtes nuptiis adhibebantur. Donatus in 4. Aeneid. Quale enim matrimonium eſt, vbi nullus teſtis interfuit? Apuleius li. 6. de Aſino aur. Impares nuptiæ, & prẽterea in villa ſine teſtibus, & patre non conſentiente factæ legitimæ nõ poſſunt videri: ac per hoc ſpurius iſte naſcetur.

6 v. Teſtes adhibiti tabulas nuptiales obſignabant.

Iuuenalis, *-veniet cum ſignatoribus auſpex.*

Tacitus lib. 2. Adhibitis qui obſignarent, velut ſuſcipiendorum liberorum cauſa conueniſſe.

7 v1. Non ſolùm apud Hebrẽos, ſed etiam apud Grẽcos manus dextras conſerebant, qui matrimonio iungebantur, vt perſpicuum eſt ex cap. Tobiæ 7. & ex Xenophonte lib. 4. rer. Græca. Vnde Claudianus in Epithalamio Palladii & Serenæ,

Tum dextram complexa viri, dextramque puellæ
Tradit, & his vltro ſancit connubia dictis:
Viuite concordes, & noſtrum diſcite munus.

Tertullianus in lib. de Virginib. velan. Si autem ad deſponſationem velantur, quia & corpore & ſpiritu maſculo mixtę ſunt per oſculum & dexteras, per quæ primum reſignarunt pudorem ſpiritu. Veteres enim, vt inquit Suidas, fidei ergo in pactis & conuentis oſcula præbere, & dextras porrigere ſolebant, ſicut & hodie in multis Galliarum locis qui contrahũt vel paciſcuntur manus dexteras conſerunt, nedum nuptias ineuntes. Hoc enim, vt ait Tertullian. in lib. de præſcript. aduerſ. hæret. ſignum eſt concordiæ, & conuenientiæ. Vnde Ariſtophanes, κῦσόν με, καί τλω' χεῖρα δός τλω' δι' ξιανι. oſculare me & porrige dextram. Hinc illud Ciceronis lib. 7. epiſt. ad Attic. Vbi ſint illæ denſæ dexteræ Donatus ad illud Terentij in Andria; Hanc in manum dat; ſcribit, legitimas nuptias per manus coniunctionem confirmari. Quod perſpicuum facit etiã veteres Romanos in nuptiis contrahendis manus conſeruiſſe.

v 11. Anulus ſine gemma in digitum puellæ, qui minimo eſt proximus, immittebatur, vt ſatis antea demonſtrauimus.

8 v111. Dos nubenti conſtituebatur: neque aliter legitimũ matrimonium erat. cap. aliter. cap. nullum. 30. quæſt. 5. Suetonius in Nerone: Puerum Sporum exectis teſtibus etiam in muliebrem naturam transfigurare conatus eſt, cum dote & flammeo per ſolenne nuptiarum, celeberrimo officio ductum ad ſe pro vxore habuit. Hodie tamen ſine dote matrimonium ritè contrahitur. l. vlti. C. de donatio. ante nupt. cap. ſi quis. 30. quæſt. 5. quoniam, vt inquit Iuſtinianus, non dotibus ſed affectu matrimonia contrahuntur. l. vlt. C. de repud. Idem tamen Iuſtinianus nouel. 21. mores improbat Armeniorum, qui filias ſuas ſine dote nuptum collocabant. Cogitur autem maritus vxorem indotatam alere. §. penulti. nouel. 89. qu bus mod. natu. effi. leg. l. penult. ff. vt in poſſeſ. leg. Hoſtien. & Ioan Andreas in cap. per veſtras. de donatio. inter virum & vxor. Quæ ſi inops fuerit, nec extent liberi, morte mariti dirẽpto matrimonio quadrantem bonorum illius iure proprietatis conſequetur. §. ſic itaque. nouel. 22. de nupt. §. quoniam verò. nouel. 53. de exhibendis reis. authen. præterea. C. vnde vir & vxor. ſicque Senat. Toloſa. iudicauit pro Gauſidia Bateira vidua Bernardi la Huiraudie, die 18. Augu. 1569. Alioquin ſi tres extent liberi, quadrantem, & ſi plures, virilem portionem intuitu tantùm vſusfructus habebit. §. quia verò. nouel. 117. vt liceat mat. & auiæ.

9 Sed longè falluntur opinione, qui putant ſi centum millia aureorum maritus in bonis habeat, vxori egenæ 25. millia ratione huius quadrantis deberi. Etenim hic quadrans ſecundum Iuſtinianeam conſtitutionem centum libras auri (quæ tùm maxima dos erat) excedere non debet. dicto §. ſit itaque. nouel. 22. & §. quia verò. nouel. 117. libra verò 12. vnciis conſtat, ac proinde ſolidis ſiue aureis 72. §. 5. de ſuſcept. lib. lib. 10. C. Rhemnius Palæmon in lib. de Ponderibus, & menſ.

Vnciaq; in libra pars eſt, quæ menſis in anno.
Hęc maior Latio libra eſt, gentiq; togatæ:
Attica nam minor eſt: ter quinq; hanc deniq; drachmis
Et ter vicenis tradunt explerier vnam.

10 1x. Omnia bona, fauſta, felicia, & fortunata futuris coniugibus Romani precabãtur. quod ab Hebræis profectum eſt. nam Geneſeos cap. 24. quum cognati amandarent Rebeccam ad eius ſponſum Iſaac, ſic benedixerunt ei: Creſcas in mille millia, & poſſideat ſemen tuum portas inimicorum ſuorum. Et Ruth, cap. 4. quum Boos vxorem duxiſſet, ſic adſtantes deprecati ſunt: Faciat Dominus hanc mulierem, quæ ingreditur domum tuam, ſicut Rachel & Liam, quæ ædificauerunt domum Iſrael: & tu ſtrenuè age in Ephrata, & fias magni nominis in Bethleem, Tobiæ cap. 7. Raguel ſic benedixit filiæ ſuæ & Tobiæ filio: Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob vobiſcum ſit, & ipſe coniungat vos, impleatque benedictionem ſuam in vobis. Et Gabaelus cap. 9. eiuſdem lib. Felicem te reddat Deus, quia filius es viri optimi, iuſti, timentis Deum, & in pauperes benefici. Felix dicatur vxor tua, vt filios è vobis, & filios filiorum veſtrorum videatis in tertiam vſque & quartam generationem.

11 x. Apud Romanos veteri more diebus feſtis viduæ nubebant, non etiam virgines, vt ait in Problemat. Plutarch. nam ob raptas die feſto virgines Sabinorum bellum exortum eſt. Quin diebus feſtis omnia iucunda eſſe debent, ac plena hilaritatis & lætitiæ: quum autem virgines in matrimonium dantur, dolent: ſicut è diuerſo viduæ lætantur. Ergo conueniens
12 non fuit virginum nuptias feriis celebrari. Aliam rationem ex Verrio Flacco Macrobius commemorat lib. 1. cap. 15. Quia feriis tergere veteres foſſas liceret, nouas facere ius non eſſet, ideo magis viduis, quàm virginibus idoneas eſſe ferias ad nubendum.

13 x1. Nuptiis virginum celebrandis Kalendæ, Nonæ, & Idus religioſæ erant, id eſt deuitandæ, vt ait Macrobius lib. 1. cap. 15. quòd Idus & Kalendæ dies feriati eſſent, & poſtridiani dies Kalendarum, Nonarum & Iduum ex æquo atri: quibus
14 idcirco noua nupta neque libertatem auſpicari vxoriam, neque rem diuinam facere potuiſſet, vt poſtridie nuptiarum tum fieri oportebat. Sext. Pomp. in verbo Nonarum.

15 x11. Menſe Maio non nubebant. Ouidius lib. 5. Faſtor.

Menſe malas Maio nubere vulgus ait.

Variæ rationes à Plutarcho & aliis afferuntur.

16 Prima, quoniam hic menſis medius eſt inter Aprilem & Iunium, quibus conuenientius eſt nubere, quòd hic Iunoni, ille Veneri ſacer eſt: Deabus ſcilicet, quæ nuptiis præſunt.

11. Propter funeſta piacula, quibus eo menſe Romani vtebantur, effigies hominum de ponte in Tyberim deiicientes.

17 111. Quod quum Maius a maioribus natu dictus ſit, vt Iunius a iunioribus, & grandior ætas minus apta ſit Veneri & nuptiis, Iunium operiebantur, & Maium a nuptiis alienum habebant.

1 v. ratio, quòd is menſis parum fauſtus & felix illis eſſe crederetur,

crederetur,qui nuptias contrahebant,quòd eo Remus interfectus fuisset, & sicut eius vmbra Faustulo & Accæ seu Laurentiæ nutrici præceperat, iusta eius manibus persoluerētur. Nam,vt ait Ouid.lib.5. Fastor.

Vt secum fugiens somnos adduxit imago:
Ad regem voces fratris vterque ferunt.
Romulus obsequitur, lucemque Remuria dixit
Illam, qua positis iusta feruntur auis.
Aspera mutata est in lenem tempore longo
Littera, quę toto nomine prima fuit.
Mox etiam Lemures animas dixere silentum.
Hic sensus verbi, vis ea vocis erat.
Fana tamen veteres illis clausere diebus:
Vt nunc ferali tempora operta vides.
Nec viduæ tędis eadem, nec virginis apta
Tempora; quæ nupsit non diuturna fuit.

Sed Christianis illos ritus aut dies obseruare fas non est: nimirum ne vanam illam & prorsus ridiculam Paganorum superstitionem æmulati videantur. c. non liceat. c. si quis. c. non obseruetis.26.quæst.7. Et quia væsanus ille error multorum animis ita inhæsit, vt plerique etiamnum dictitent, infaustas & infelices nuptias esse, quæ mense Maio celebrantur: liberum antea fuit futiles rationes commemorare, quę in eum errorem veteres Ethnicos adduxerant, vt nemo amplius illam superstitionem insequatur, vel obseruet, quam tam vanam, futilem, ac ridiculam fuisse ostendimus.

20 Olim apud Christianos nuptiis contrahendis multi dies religiosi erant.c.vlt.de feriis. c. non oportet. 33. quæst. 4. At Tridentina synodus sess.24.cap 10.refor.præcipit,ab Aduentu Domini vsque ad diem Epiphaniæ,& a feria quarta Cinerum,vsque in octauam Paschatis,antiquas solennium nuptiarum prohibitiones diligenter ab omnibus obseruari: aliis verò temporib. nuptias celebrari permittit. Eadem de re extat can.52.synodi Laodicenæ: Ὅτι οὐ δεῖ ἐντὸς τεσσαρακοστῆς γαμετὴν γενέσθαι ἀποτελεῖν. Rationem affert Balsamo ad can.51.eiusdem synodi.

21 Illud notandum est, tempore ieiunii quadragesimali & solennium precationum, quæ ante diem Christi natalem fiūt, contrahi sponsalia posse verbis in præsens tempus conceptis, nedum ad futurum relatis: cæterùm festiuitatem, celebritatemque nuptiarum eo tempore prohiberi.atque ideo copulationem coniugalem, qua consummari dicitur matrimonium. Vt prohibitio,ne statis temporibus nuptiæ celebrentur,nequaquam impediat mutuam super nuptiis maris & fęminæ consensionem.cap. penul.& ibidem glo.& Panormit. de feriis.Clauasius in ver.mrimoniū.Sum.Astensis,li.8.ti. 30.

22 xiii.Apud veteres Ethnicos tria erant omina præcipua nuptiarum:fulmen,terra,& circon. Primi sic meminit Claudianus lib.2.de raptu Proserpinæ:

-ni Iupiter æthere summo
Pacificas rubri torsisset luminis alas,
Confessus generum nymbis Hymenæon hiulcis
Intonat,& testes firmant connubia flammæ.

Huius & alterius ominis sic meminit Virgi.lib.4. Aeneid. 30

-prima & tellus & pronuba Iuno
Dant signum: fulsere ignes & conscius æther
Connubij, summoque vlulārunt vertice nymphæ.

Quo loco Seruius nihil tam incongruum secundùm Hetruscam disciplinam nubentibus esse ait, quàm motum terræ.De tertio omine Plin.lib.x.cap.8.Accipitrum, inquit, ge-
23 nera xvi.inuenimus. Ex his circon claudum altero pede prosperrimi augurii nuptialibus negotiis & pecuariæ rei.

24 xiiii. Cœlibari hasta caput nubentis comebatur, vt inquit Festus.vnde Ouidius, quum monet puellas ne diebus impuris nubant,lib.2.Fastorum sic ait:

Nec tibi quæ cupidæ matura videbere matri,
Comat virgineas hasta recurua comas.

Hastam autem stetisse oportebat in corpore occisi gladiatoris,auctore Festo. vt quemadmodum illa coniuncta fuerit cum corpore gladiatoris,sic ipsa cum viro sit.Vel quia matronæ Iunonis Curitis in tutela sint,quæ ita appellabatur a ferenda hasta, quæ lingua Sabinorum Curis dicitur. vel quòd fortes viros genituras ominetur.vel quod nuptiali iure imperio viri subiicitur nubens: quia hasta summa armorum & imperii est.quam ob causam viri fortes ea donantur,& captiui sub eadem veneunt. Hæc ille.

25 xv.Perpetui matrimonii ominandi causa, caput nubentis veteres flammeo seu velo luteo cooperiebant: quòd auctore Festo flaminis vxor, cui diuortium facere non licebat, eo semper vteretur.

26 Vnde & nuptiæ dictæ,vt Varro scribit,quòd veteribus nubere sit operire.c.nec illud.30. quæstio.5. Quanquam Santra apud Festum nuptias ab eo dictas putat,quod nymphea dixerunt Græci antiqui γάμον, & nouam nupta νέαν νυμφὼ'. Corni ficius verò, quòd noua petantur coniugia: & Curatius, quòd noua pactio fiat.Illius ritus opertionis nubentium ita meminit Tertulli.lib.de Virginib.veland. Atqui etiam apud Ethnicos velatæ ad virum ducuntur.

27 Præter superiorem rationem duæ adhuc suppetunt: quārum prior est, ob pudorem & verecundiam virginalem. d. c. nec illud.Vnde Rebecca conspecto eminus sponso suo Isaac, pallio caput suum obtexit,Genes.24. Posterior ratio,vt se ob noxias viris significarent.Quę ratio magis Christianæ religioni,quàm Paganicę superstitioni congruit.Ambrosius in priorem ad Corinth.epist.cap.11. cum illum locum Apostoli interpretatur: Ideo mulier debet velamen seu potestatem habere supra caput suum,& propter Angelos:Non est, inquit, creatus vir propter mulierem,sed mulier propter virum.Propterea debet mulier potestatem habere supra caput.potestatem velamen significauit:Angelos episcopos dicit,sicuti do-
28 cetur in Apocal.Ioannis.& paulò post,Mulier ergo debet velare caput,vt ostendatur subiecta.Et quia præuaricatio per illam inchoata est, hoc signi debet habere, vt in ecclesia non habeat caput liberum,sed velamine tectum.Quasi ergo ante iudicem,quia vicarius Domini est, propter reatus originem subiecta debet videri:Tertullian.in extremo lib. de Virginib. veland. Ipsæ enim sunt, quas subiectas esse oportet, propter quas potestas supra caput haberi debet. velamen iugum illarum est.Idem in lib.de Cor.milit. Apud Iudæos tam solenne est fœminis eorum velamen capitis,vt inde noscantur.Quæro legem,Apostolum differo. Si Rebecca conspecto procul sponso velamen inuasit,priuatus pudor legem facere non potuit,aut causæ suæ fecerit.Tegantur virgines solæ, & hoc nuptum venientes, nec ante quàm cognouerunt sponsos. Si & Susanna in iudicio reuelata,argumentū velatæ præstat, possum dicere, & hic velamen arbitrii fuit. Rea venerat,erubescens de infamia sua,meritò abscondens decorem, vel quia timens iam placere.Si legem nusquam reperio,sequitur vt traditio consuetudini morem hunc dederit. Quem locum eo
29 lubentius adscripsi,ꝙ insignem Alciati errorem detegat,qui lib. xi. παρεργ. historiam Susannæ cōmentitiam esse prodidit. Idq; sensisse D.Hieronymum calumniatur.Etenim liquet ex superiore loco,nedum ex epistola beati Ignatii ad Magnesianos, primis Ecclesiæ Christianæ & Apostolicæ temporibus orthodoxos illam historiam pro vera,certa & indubitata habuisse.Cæterùm Hieronymus in Prologo Danielis, ꝙ quidā Iudæus cauillabatur super historia Susannæ, solum commemorat:vt videantur propterea Iudaizare,qui idem de illa sētiunt.Ipse profectò Hieronymus lib. 2. in Ruffinum, ita scribit:Quòd autem refero, quid aduersus Susannæ historiā Hæbræi solent dicere,qui id in me criminatur, stultū se sycophā tam probat.Non enim quid ipse sentirem, sed quid alii cōtra nos dicere soleant explicaui.Quorum opinioni si non respōdi in prologo breuitati studens, ne non præfationem, sed librum viderer scribere,puto quod statim subiecerim, &c.

30 xvi.In nuptiis celebrandis aqua & ignis adhiberi solebāt. Scæuola in l.penult.ff.de donat.inter vir.& vxor.Die, inquit, nuptiarum priusquam ad eum transiret, & priusquam aqua & igni acciperetur, id est,nuptiæ celebrarentur, obtulit decē aureos.Nouius apud Nonium Marcellum in libello de indiscretis aduerbiis:Virgine prægnante.Sequere me, puriter volo facias, igni atque aqua volo hanc accipere. Erat id omen futuræ generationis,vt Plutarchus ait.Nam auctore Firmiano lib.2.Diuinar.Institut.alterum quasi masculinum, alterū quasi fœmininum,alterum actiuum,alterum patibile.Ideoq; a veteribus institutum, vt sacramento ignis & aquæ nuptiarum fœdera sanciantur, videlicet, quia hæ duæ res humanam vitam maximè ꝓtinēt:hac de re plura Budæus ad d. l. pe.
31 xvii.Nubentes coronis redimiri solebant,quę ex verbena, vel amaraco,vel myrto,vel denique ex variis floribus,foliisq; in orbem affabrè digestis,quæ serta idcirco dicimus, tunc lepidè conficiebantur.Festus, Corollam noua nupta de florib, verbenis, herbisque a se lectis sub amiculo ferebat. Catullus in oda de nuptiis Iuliæ & Manlij:

Cinge tempora floribus
Suaue olentis amaraci.

32 Est aūt amaracus herba suauissimi odoris, quæ ēt sampsucus dicitur Theophrasto lib.6.de histor.plantar.c.7.Dioscori di lib.3.c.40.Plinio lib.21.c.11. & nos vulgo Maioranam vocamus.de qua Seruius ad illud Virgilij lib.1. Aeneid.

-vbi mollis amaracus illum
Floribus & dulci aspirans complectitur vmbra.

Matthiolus ad Dioscor. lib.1.cap.47.

33 Cæterum myrteæ coronæ meminit Sidonius Apollinaris in Panegyrico ad Anthemium,

Ant. Gub. Coſtani, de ſponſ. Comment.

Quantumuis repetam veteris connubia ſecli,
Tranſcendunt hic Heroas, Heroidas illa.
Hos thalamos Recimer, virtus te pronuba poſcit,
Atque Dioneam dat Martia laurea myrtum.

Veteres enim myrteam coronam in nuptiis vſurpabant, quòd myrtus ſacra ſit Veneri. vnde ara vetus fuit Veneri myrteæ, quam Murtiam vocari Plinius ſcribit lib. 15. capitulo 29.

Quocirca ſuperioribus congruit illud Claudiani de laudibus Serenæ Reginæ:

Nupſit & illa duci, ſed longè fata ſororis
Inferiora tuis: alio tibi numine tedas
Accendit Romana ſalus, magniſque coronis
Coniugium fit.

34 Ab hoc ritu Ethnicorum, tametſi indifferens ſit, auocat Chriſtianos Tertullianus in lib de Corona milit. Eo autem libro factum cuiuſdam militis Chriſtiani Tertullianus tuetur, qui cum Seuerus & Antoninus donatiuum militibus largirentur, non capite ſicut cæteri, ſed manu lauream coronam tulit. Et catuſam a Tribuno rogatus, cur tam diuerſus habitu? Reſpondit, ſibi non licere, quòd Chriſtianus eſſet. Id verò quod nulla vrgẽte neceſſitate feciſſet, nec vſpiam Chriſtianis prohibitum eſſet coronari, quidam Chriſtianorum improbabant. Quamobrem Tertullianus docet, moris non eſſe, vt Chriſtiani coronentur, ſicut & in Apologetico. Aitq; coronam idolothytorum effici, quòd eo ritu idolis immoletur. Itaque multum dehortatur fœminas a corona, quam vocat formæ lenam, ſummam laſciuiæ notam, extremam negationem verecundiæ, conflationem illecebræ. Sed cum pietate & induſtria Conſtantini idolorum cultus vbique gentium exoleuiſſet, ritus nuptiarum indifferentes, qui magis ad ornatum & celebritatem earum, quàm ad vllum impium cultum, vel iam abactam idololatriam pertinebant, Chriſtiani in vſum reuocarunt, atque ideo nubentium coronas.

35 xviij. Edebatur cœna nuptialis tam apud Hebræos quàm Romanos. Itaque Geneſeos 29. Dixit Iacob ad Laban: da mihi vxorem meam, quia iam tempus impletum eſt, vt ingrediar ad illam. Qui vocatis multis amicorum turbis ad conuiuium, fecit nuptias. Similiter Iudic. 14. vxorem ducente Samſone conuiuium celebratur: ſic enim iuuenes facere conſueuerant, vt ibi dicitur. & Tobiæ 9. cum timore Domini connubium nuptiale parentes coniugum, aliiq́ue accerſiti agunt. & apud Ioannem cap. 2. Chriſtus vocatus ad nuptias deficiẽte vino, aquam in vinum conuertit. Eodem pertinet metaphora a conuiuio nuptiali ſumpta Matth. 22. & quod Seruator noſter dixit Lucæ 14. Cum inuitatus fueris ad nuptias, ne diſcumbas in primo loco, ne fortè honoratior te ſuperueniat. Hæc, quanquam vulgatiſſima ſunt, tamen quia ex ſuſpiciendo verbo Dei deprompſi, & huiuſmodi vocibus decet Chriſtianorum aures perſonare, nemo iure nobis ſuccenſebit, quòd ea breuiter hic adſcripſerimus. Cæterùm accubationem illam epularem nuptiarum egregiè deſcribit Auſonius in Eidyllis.

Quos autem ſumptus legibus Romanorum in eam facere 46 liceret, Gellius poſuit lib. 2. cap. 24. Lex enim Licinia ducenos æris nuptiis indulſit: lex autem Iulia nuptiis & repotiis H-S millies.

36 xix. Rapi conſueuerant dicis cauſa è ſinu matris virgines, vt inquit Sext. Pomp. quippe quòd raptus Sabinarum feliciter Romulo ceſſiſſet. Catullus.

Qui rapis teneram ad virum
Virginem. Et rurſus:
Qui natam poſſis complexu vellere matris.

xx. Nouæ nuptæ induebantur recta tunica cum toga pura, vt ait Plin. lib. 8. cap. 48.

37 xxi. Deferebant ſecum colum comptam & fuſum cum ſtamine, vt idem auctor prodidit.

xxii. Tres pueri patrimi aut matrimi, vt ait Feſtus, ideſt, patrem aut matrem habentes, nuptiis adhibebantur: vnus qui
38 facem præferret, duo qui nubentem tenerent. At Euariſtus Pontifex in cap. aliter. 30. quæſt. 5. expoſcit, vt noua nupta, ſi-
39 cuti tunc mos erat, a paranymphis cuſtodiatur. Cuius obſeruationis B. Auguſtinus meminit lib. 6. de Ciuit. Dei, ca. 9. meminit & D. Bernardus in extremo lib. 3. de Conſideratione ad Eugenium P. Is enim dum aduerſus luxum quorundam clericorum inuehitur, ſic exclamat: O miſerandam ſponſam talibus creditam paranymphis: qui adſignata cultui eius, proprio retinere quæſtui non verentur. non amici profectò ſpõſi, ſed æmuli ſunt. Igit̃ cũ paranymphi ad cuſtodiendas & comitandas nouas nuptas adhiberentur, perſpicuum eſt eos non fuiſſe auſpices, qui ante nuptias ominabantur: licet autem hodie neceſſarium nõ ſit, vt noua nupta a paranymphis cuſtodiatur: moris tamen eſt apud nos, vt cum noua nupta
40 in ædem ſacram vel domum mariti ſolenni ritu deducitur, duas habeat comites corollis ſertiſq; redimitas, quæ inſtar paranympharum ſint. Vnde Sidonius Apollinaris epiſto. 10. lib. 9. Nam ſicuti nouã nuptam nihil minus quàm pulchrior
41 pronuba decet, &c. Quanquam eo loco pronuba intelligi poteſt, quæ in obſequio nubentis erat, vt Donatus interpretatur ad 7. Aeneidos: vel quæ nuptam in lecto collocabat, vt idem Donatus ait ad illud Terentij in Eunucho: Deinde eam in lecto collocarunt. Seruius autem ad illud Virgilii, & pronuba Iuno, pronubam interpretatur, quę nubentibus præeſt: & a Græcis γαμήλιον dicitur.

42 Olim in Græcia, quemadmodum Pauſanias prodidit, ſponſa in nuptiali curru, cum in domum mariti ducebatur, duos habebat comites: nempe ſponſum ab vno latere, & ab altero parochum, qui proximo cognationis vel affinitatis gradu eam contingebat. Hodie ſponſus & ſponſa cum benedicẽdi ſunt a ſacerdote, a parentibus ſuis vel paranymphis offeruntur, quemadmodum 4. ſynodus Carthag. ſtatuit, can. 13.

xxiii. Puer prætextatus ſpineam facem præferebat. Plin. lib.
43 16. cap. 18. de Gallia loquens: In eoſdem, inquit, ſitus comitatur & ſpina nuptiarum facibus auſpicatiſſima, quoniam inde fecerint paſtores, qui rapuerunt Sabinas. Catullus,

Spineam quate tedam.

Nonnulli tamen pineam facem fuiſſe contendunt, non ſolùm quòd in omnibus, quæ circunferebantur Catulli exemplaribus, ante Parthenium ita legeretur, ſed quia pinus ſemel
44 incenſa diu claras flammas edat, & ſpina minus apta ſit huic rei. quod Ouidij aliorumque variis locis confirmant. Sed verius eſt quod alii prodiderunt, veteres Romanos in nuptiis nonnunquam prætuliſſe facem ex pinu, interdum ex ſpina alba, vt Feſtus ait, & aliquando ex carpino vel corylo, quas facibus familiariſſimas fuiſſe ſaltem cum ſcriberet, Plin. lib. 16. teſtatur.

45 xxiiii. Erant & aliæ faces nuptiales, vt Plutarchus in Problematis ait. Cicero pro A. Cluentio, O audaciam ſingularem, non timuiſſe illam ipſam noctem, faceſque illas nuptiales. Virg. eclog. 8.

Mopſe nouas incende faces, tibi ducitur vxor.

Donatus ad 4. Aeneid. hæc verba Aeneæ ad Didon.

-nec coniugis vnquam
Prætendi tedas, aut hæc in fœdera veni.

Sic exponit, Iũctusſum, inquit, tibi, ſed illud non põt ꝯiugiũ vocari: nõ. n. ſemper mulieris ac viri ꝯiunctio mr̃imoniũ facit. Aliud vocatur, quod geſſimus. quale enim matrimonium eſt, vbi nullus teſtis interfuit, nulla ex more ſolennitas, faces nullæ, nulla ipſius fœderis conſecratio? Apuleius in Aſino aureo, Tædaſque nuptiales, quibus præluxerant, ibidem extinctas relinquunt. harum quoque facium meminit tribus in locis Ouid. lib. 2. Faſt. memnerunt & alii ſæpè.

Quinque autem facium numerum nuptiis celebrandis cõ uenientiſſimum fuiſſe Plutarchus ſcribit: ac plura de his notat Ludouicus Viues ad cap. 21. lib. 4. de Ciuit. Dei.

46 xxv. Genialis lectus ſternebatur in honorem genii: vnde & appellatur auctore Feſto. Seruius tamen ad illud Virgilii lib. 6. Aeneid.

lucent genialibus altis
Aurea fulcra toris.

Geniales, inquit, propriè ſunt, qui ſternuntur puellis nubẽtibus, dicti a generandis liberis. Huius lecti meminit l. quamuis. C. ad leg. Iul. de adult. Cicero pro Cluentio, Lectum illũ genialem, quem biennio ante filiæ ſuæ nubenti ſtrauerat in eadem domo ſibi ornari atque ſterni, expulſa atque exturbata filia iubet. Hinc Papinianus in Collatione legis Moſaicæ & Romanæ, titu. 4. Poteſt videri ea ratio fuiſſe permittendi iſtis perſonis de ſeruis quæſtionem habere, vt diligentius dolorem animi ſui, item iniuriam lecti & domus non tranſlatitiè perſequerentur. Virgilius etiam lectum iugalem appellat, lib. 4. Aeneid. Oſtendit autem Abdias Hiſto. Apoſt. lib. 3. etiã Philippicos olim hunc ritum obſeruaſſe: Iam, inquit, thalamus præparatus erat, & conuiuæ vocati. Ridiculi ſunt autẽ Hebræorum Rabbini, qui hunc lectum inter Meridiem & Aquilonem conſtitui volunt, porrecto verſus Meridiem capite, vt maſculi generentur.

47 xxvi. Noua nupta in domum mariti deducebatur. l. cum hic ſtatus. §. penul. ff. de don. inter vir. & vxor. l. 5. de ritu nup. l. cum fuerit. de cond. & demon. ſicq; mulier in domicilium
48 mariti tranſibat, eiuſq; forum ſortiebatur. l. pen. ff. de iuriſd. l. exigere dotem. ff. de iud. Seruius ad illũ verſum, lib. 3. Aeneid. Et patrio Andromachen iterũ ceſſiſſe marito, ſubdit, Atqui Thebana fuit. ſed aut prouinciam pro patria poſuit: aut certè ſimius loquutus eſt, qa vxor domiciliũ viri ſequit̃. Iũcta ergo

Hectori

Source : BIU Cujas

Hectori facta Troiana est: nam & cessisse de iure verbum est. Cedi enim hæreditas dicitur.

49 xxvij. Noctu autem aut vespertino crepusculo illa deductio fieri consueuerat: & sponsa non nisi noctu marito coniugebatur: vel propter verecundiam, vt inquit in Problematis Plutarchus: vel si qd deforme in noua nupta esset, vt nocturnis tenebris occultaretur. quod etiam post Seruium & Sext. Pomp. Parthenius ad illud Catulli obseruauit:

Vesper adest, iuuenes consurgite: vesper Olympo
Expectata diu lux tandem lumina tollit.
Surgere iam tempus, iam pingues linquere mensas,
Iam veniet virgo, iam dicetur hymenæus.

Scitum est quod in Connubialibus præceptis Plutarchus refert, quandam mulierem Philippo dixisse, cum inuita ab eo traheretur, Dimitte me, nam sublata lucerna nullum est in tenebris mulierum discrimen.

xxviii. Rapi solebat fax auctore Festo, qua prælucente noua nupta deducta erat ab vtriusque amicis: ne aut vxor eam sub lecto viri ea nocte poneret, aut vir in sepulchro comburendam curaret, quos mors propinqua captari putabatur.

50 xxix. Claues dabantur nubentibus, ob significandam partus facilitatem, vt Festus ait: vel, vt aliis placet, ob significandam dominationem & rerum domesticarum illis cõmissam curam. arg. l. cum pater. §. pater pluribus. de leg. 2. & l. clauib. de contrah. empt. Itaque claues in diuortiis ob eandem rationem adimebantur. Cicero Philip. 2. Illam suas res sibi habere iussit ex xii. tab. claues ademit, foraſque egit. Sic enim melius lectum iri, quàm vti vulgò legitur, vel vti Petrus Victorius locum illum reposuit, ex Nonio Marcello liquet, in verbo exigere.

51 xxx. Monogamæ mulieres, quæ pronubæ essent, in geniali toro nouam nuptam collocabant, vt singulare & perpetuũ matrimonium fore significarent. cuius moris Catullus meminit in carmine de nuptiis Iuliæ & Manlii, necnon Terentius in Eunucho.

52 xxxi. Occinebant hymenæum, idest, carmen nuptiale, dum noua nupta in domum mariti deducebatur. Plautus in Casina,

Age tibicen dum illam educunt huc nuptam foras,
Suaui cantu concelebra omnem hanc plateolam hymenæo:
Io Hymen Hymenæe Hymen. Lucretius lib. 1.
-claro comitari Hymenæo.

Pacuuius apud Nonium Marcellum,

Hymenæum fremunt æquales, aurea resonat crepitu musico,

Ausonius in Eidylliis:

Tum studio effusæ matres ad limina ducunt.
At chorus æqualis pueri innuptæq; puellæ
Versibus incomptis ludunt, & carmina dicunt.
O digno coniuncta viro gratissima coniux
Sis felix, primos Lucinæ experte labores.

Illud obseruandum est, postquam vir & puella in geniali toro locati erant, ante thalamum virgines choreas ducentes & magna vi terram pedibus quatientes, præsertim
53 apud Græcos, quædam epithalamia ad mediam vsque noctẽ
54 cecinisse, quæ κατακοιμητικὰ, idest, somni conciliatoria nuncupabant: & quædam rursus matutino crepusculo, quæ ὀρθρια,
55 idest, antelucana seu matutina appellabant. Vt sic contentæ vocis sono & vehementi pedum strepitu tota domo resonãte, vim illatam virgini & eius clamorem occultarent, quemadmodum Theocritus & eius interpres in Epithalamio Helenes demonstrant. Vnde fit, propriè epithalamia non dici, quæ apud Catullum extant carmina nuptialia.

56 xxxii. Tibicines nuptiis adhibebant, vt liquet ex Terentio, Plauto, & aliis.

57 xxxiii. Tripudiis & saltationibus vtebantur. Ausonius in Cœna nuptiali,

Sacra canunt, plaudunt choreas, & carmina dicunt.

& paulò post, *-per limina læta frequentes*

Discurrunt, variantq; vices populusq; patresq;,
Matronæ, pueri, vocemq; per ampla volutant.
Atria. Catullus,
Nuptialia concinens
Voce carmina tinnula
Pelle humum pedibus.

Quod & Græci obseruarunt, nam Homerus de nuptiis loquens lib. 18. Iliad. sic ait:

-πόλυς δ' ὑμέναιος ὀρώρει.
Κῶροι δ' ὀρχηστῆρες ἐδίνεον, ἐν δ' ἄρα τοῖσιν
Αὐλοὶ, φόρμιγγές τε βολὴν ἔχον.

idest, multusq; Hymenæus audiebatur. Iuuenes autem saltatores vertebantur, interque hos tibiæ citharæque vocem edebant. Id tamen can. 53. concilii Laodiceni his verbis prohibet: ὅτι οὐ δεῖ χριστιανοὺς εἰς γάμους ἀπερχομένους, βαλλίζειν ἢ ὀρχεῖσθαι ἀλλὰ σεμνῶς δειπνεῖν ἢ ἀριστᾶν ὡς πρέπει χριστιανοῖς, idest, Quod non oportet Christianos ad nuptias venientes lasciuire, saltare, vel tripudiare: sed modestè cœnare, & prandere. Cuius canonis sæpe mihi subiit recordatio, dum permissu antistitis in villa amœnissima pio & verè Christiano ritu hymenæi nostri celebrarentur. Balsamo tamen scribit illum canonem penitus exoleuisse, quem idcirco hortatu & impulsu antistitum in vsum reuocari, vt omnia congruenter & honestè in ecclesia Dei fiant, vehementer optandum est.

58 Illud non prætermittam, verbum Ballare, quo vulgari Gallorum idiomate vtimur, pro saltare vel tripudiare, Græcum esse. quandoquidem in illo synodi Laodicenæ decreto βαλλίζειν, eodem sensu vsurpatur. Nec mirum cum ex Græcorum lingua multæ voces in nostram Gallicam irrepserint, ex quo Massiliæ Græcorum studia floruerunt, & Græco sermone Massiliæ conscripti sunt contractus. cuius moris Strabo meminit lib. 4. Geograph. & Cæsar lib. 6. de Bello Gal. nisi vox Græcis apud Cæsarem sit adulterina, vt quidam rati sunt: quod idem auctor lib. 5. scribat, epistolam a se Græcis literis conscriptam, ne intercepta ab hostibus, idest, Gallis, consilia sua cognoscerentur. Quamobrem, inquiunt illi, verisimile est post Cæsarem, & paulo ante tempora Strabonis, Græcum sermonem Gallis innotuisse, ac eis factum suisse familiarem. Licet autem vox Græcis apud Cæsarem, lib. 6. expungatur, constat nihilominus illius loci sententia. Docet enim in his
59 quæ ad disciplinam pertinebant, Druidas literis non vsos: tũ propter memoriam, tum ne in vulgus eorum disciplina efferretur: in cæteris ferè rebus literis vsos. Sed cum huic emendationi omnia repugnent, non solum manuscripta, sed & typis excusa exemplaria, neque vlla supperat satis idonea ratio ad expungendam illam vocem, satius erit veterem lectionem retinere. Præsertim cum lib. 6. Cæsar loquatur de Druidibus eorumque discipulis, qui a bello abesse consueuerant, & lib. 5. de Gallis, contra quos Cæsar bellum gerebat, qui neque in disciplina fuerant Druidum, neque literis ita exculti erant, vt Græcum intelligerent sermonem. Sed ne fando quidem auditum est vnquam vulgares Galliarum incolas, exceptis Massilienſibus, notum habuisse Græcum sermonem. Massilienses autem, vt inquit Strabo, priuatim & publicè asciscebant sibi constitutis stipendiis linguæ Græcę peritos præceptores, quod ab aliis Galliæ populis nusquam factum
60 reperitur. At quamuis ingenuæ artes illis ferè temporibus Tholosæ viguerint, (quam idcirco Martialis lib. 9. ad Atticum, Palladiam vocat) non ideo tamen Græcè ibi ediscebantur, neque omnes tunc Græcum intelligebant idioma: sicut nec olim Romæ: nam Cato ille Censorius, quem Cicero perfectissimum Stoicum appellat, ante senium Græcas literas non didicit, vt idem auctor testatur. Ergo perspicuum est ita notum & familiarem fuisse olim Massilienſibus Græcum sermonem, vt ex eo multas voces Gallicas fecerint, quæ semel apud eos vsu tritæ, ad alios Gallos dein peruagatæ sint, qui ob inopiam linguæ Gallicæ, & vbertatem Græcę lubenter eas receperunt, ac vsurparunt. Sed dulcedine patriæ illectus nimium videor hac in re immorari: ad reliqua igitur pergamus.

61 xxxiiii. Sicut Græci Hymenæum, ita Latini Talassium seu Talassionem ominis causa in nuptiis nominabant: quoniam in raptu Sabinarum feliciter cuidam virgini cessisset, quòd eam Talassio ferri diceretur. vnde hæc vox nuptialis facta sit, Plutarchus in Problemat. & Liuius lib. 1. notat Parthenius ad illud Catulli, *-lubet*

Iam seruire Talassio.

62 Hymenæs autem a nonnullis Deus veteris idololatriæ fuisse creditur. Ideoque Martianus Capella in carmine de Mercurii nuptiis, illum Bacchi & Veneris filium fuisse dicit. Catullus verò in carmine de nuptiis Iuliæ & Manlii, Vraniæ genus, quę vna de Musis fuit. Alii illius vocis originem accersunt a quibusdam strenuis hominibus, qui raptas per vim virgines liberarunt, de quibus Seruius ad 1. Aeneid. Sunt qui Hymenæum deducant ἀπὸ τοῦ ὑμένος, idest, ab illa tenui pellicula, qua infans inuolutus nascitur. Denique sunt qui putent, Hymenæum dictum ab illa tenui membrana, quæ munimen dicitur virginitatis, & primo iugali congressu rumpitur, a Græcis Hymen dicta. Vnde fit, vt etiam pro nuptiis & carmine nuptiali vsurpetur apud Homerum, Hesiodum, Virgilium, Ouidium & alios. Itaque Donatus ad illud Terentii in Adelph.

-Hoc mihi in mora est Tibicina & Hymenæum qui cantent:

sic accipe, inquit, Hymenæum in nuptiis, quemadmodum θρῆνον in funere, vel in sacris Hymnum.

xxxv. Nuces in nuptiis spargebantur, idque variis de cau-

Source : BIU Cujas

ſis, quas iamdiu Parthenius ad Catullum obſeruauit. 1. vt Iouis omine matrimonium celebraretur quod in eius tutela ſint nuces. Vnde iuglandes dictæ, quaſi Iouis glandes, vt Seruius ex Varrone refert ad illud Virgilij Eclog. 8. Sparge marite nuces. Vnde Feſtus, Nuces flagitantur nuptis & iaciuntur pueris, vt nouæ nuptæ intranti domum noui mariti ſecundum fiat auſpicium. Altera cauſa, vt ſtrepitus a rapientibus pueris fieret, ne vox puellæ virginitatem amittentis audiretur, quemadmodum idem Seruius refert. Tertia cauſa, quia nuces cadendo tripudium ſonumque faciunt. Quarta cauſa reiecta ſuperiori a Plinio lib. 15. cap. 2. his verbis exprimitur, Honor his naturæ peculiaris gemino protectis operimento, puluinari primum calycis, mox lignei putaminis: quæ
64 cauſa eas nuptiis fecit religioſas, tot modis fœtu munito. Vltima cauſa eſt, quoniam ſic maritus teſtatur, ſe ludicra & puerilia omnia deſerere: nuces enim ſunt ludi puerorum. Martialis lib. 5. ad Gallam:

Iam triſtis nucibus puer relictis,
Clamoſo reuocatur a magiſtro.

65 xxxvj. Caii & Caię nomina in nuptiis vſurpabāt, quę coemptione fieri dicebantur, vt Cicero in oratione pro Murena ſcribit. Itaque noua nupta viri domum ingrediens dicebat, vbi tu Caius ego Caia: quibus verbis Plutarchus in Probl. ait, parem vtriuſque dominationem ſignificari. ac ſi puella diceret, vbi tu dominus & paterfamilias, ego domina & materfamilias. Quintilianus lib. 1. cap. 7. Quid, quæ ſcribuntur aliter, quàm enuntiantur? Nam & Caius C litera notatur, quę inuerſa ↄ mulierem declarat: quia tam Caias eſſe vocitatas, quàm Caios etiam ex nuptialibus ſacris apparet. Feſtus in verbo Caia, & ibidem Antonius Auguſtinus.

66 xxxvij. Olea & lauro fores coronabant, vt auctor eſt in Erotico Plutarchus.

67 xxxviij. Puella nubens cum ad limen mariti peruentū erat, poſtes laneis vittis ornare, & oleo inūgere ſolebat. Vnde vxores dictas, quaſi vnxores veteres prodiderunt. Seruius in 4. Aeneid. Plin. lib. 28. cap. 9.

68 xxxix. Sponſa ingrediens domum mariti cauebat diligenter, ne limen attingeret. primum ne a ſacrilegio inchoaret, ſi depoſitura virginitatem rem Veſtæ conſecratam calcaret. Deinde vt teſtaretur hoc ſigno, ſe domum mariti ſponte nō exiturā. Item quia Sabinas ſic Romani in domos ſuas introduxerunt. Et demum quia conueniens erat ob pudorem virginalem in eas ædes ſponſam introduci, in quibus vim paſſura erat, & pudicitiam amiſſura. Plutarch. in Problem. Seruius ad Eclog. 8. Virgil. Huc pertinent verſus Lucani lib. 2. de Bello Pharſal. & Plauti in Caſina, quos appoſitè obſeruauit in hanc rem Parthenius illud Catulli enarrans,

Transfer omine cum bono
Limen aureolos pedes,
Raſilemque ſubi forem.

69 xl. Canebant etiam veteres, vt inquit in Romulo Plutarchus, ne ſponſa pauimentum pedibus ſuperincederet, ſed ſublimis in cubiculum deferretur.

70 xli. Nuptiales ſportulas populo porrigebant. Apuleius Apolog. 2. Placuerat in ſuburbana villa potius vt coniungeremur, ne ciues denuò ad ſportulas conuolarent. Cum haud pridem Prudentilla de ſuo quinquaginta millia numum in populum expunxiſſet, ea die qua Pontanus vxorem duxit. Plinius lib. 10. Epiſt. Qui virilem togam ſumunt, vel nuptias faciunt, vel ineunt magiſtratum, vel opus publicum dedicāt, ſolent totam bulen, atque etiam è plebe non exiguum numerum vocare, binoſq; denarios vel ſingulos dare. Non loquitur tamen de Romanis Plinius. nam in Bithynia Proconſul erat, cum ad Traianum imp. ea de re ſcripſit.

71 xlij. Pedes nubentibus lauari ſolebant, nimirum de aqua è puro fonte petita per puerum feliciſſimum vel puellam, quæ nuptiis interfuiſſet, vt Seruius in 4. Aeneid. ex Varrone refert.

72 xliij. Cingulum ex lana confectum quo noua nupta præcingebatur, vir in lecto ſoluebat, vt Sext. Pomp. ait. vnde Catullus in Paſſere.

Quod zonam ſoluit diu ligatam,
Lugete o iuuenes, cupidineſque.

73 xliiij. Nuptiis etiam confectis varia conuiuia maritus parabat. Apuleius Apolog. 2. Neget poſt iſta quæ dixi, matrem ſuam mihi apud villam iampridem condicto loco nupſiſſe. quippe ita placuerat, vt conuiuiis multis ac moleſtiis ſupereſſemus, quæ fermè ex more nouis maritis obeunda ſunt. hinc Reporia dicta Feſtus ait, ꝙ poſtridie nuptias apud nouum maritum cœnabatur, & quaſi reficiebatur potatio. Ita-
74 que Gellius lib. 2. capitu. 24. cum ſumptus cœnarum legibus permiſſos commemorat, ad extremum ſubdit, legem Iuliā ſeſtertium millies nuptiis & repotiis præfiniiſſe, quod & ſupra annotauimus.

75 xlv. Cognati aliique ad nuptias accerſiti nouam nuptam munerabant. Catullus in carmine de nup. Pelei & Thetidos,

Dona ferunt prę ſe, declarant gaudia vultu.

Itaque Vlp. in l. inter donum. ff. de verbor. ſignificat. ait, munus eſſe donum cum cauſa, vtputa natalitium, nuptalitiū. & Caius in l. 14. §. in ſoluendis. ff. de adminiſtr. tuto. non debere tutorem nuptialia munera matri pupilli, vel ſorori mittere. Quamobrem Vlpianus ſcribit in l. 1. §. præterea. ff. de tutel. & rat. diſt. ſi tutor munus nuptiale matri pupilli mittat, nō eum pupillo imputaturum: quod perquam neceſſaria non ſit iſta muneratio. Huiuſmodi munerum meminit quoque Tullius in oratione pro Cluentio: Nubit, inquit, Opianico continuò Seſſia lætanti iam animo & ſpe optima confirmata. nec mirum quæ ſe non nuptialibus donis, ſed filiorum funeribus delinitam videret.

76 xlvj. Olim non ſolùm coemptione, ſed etiam vſu & farre vxores habebantur, quemadmodum Arnobius ſcribit lib. 4. aduerſ. gent. & nos iamdiu edito de dotibus tractatu multorum teſtimoniis comprobauimus.

77 Coemptio, vt Boetius ad Top. Ciceronis, & Seruius ad 4. Aeneid. tradiderunt, certis ſolennibus peragebatur. Nam ſeſe in coemendo contrahentes interrogabant an mulier materfamilias & vir paterfamilias eſſe vellet. Et erat mulier materfamilias viro loco filiæ, & ſibi inuicem ſuccedebant, vt idem Seruius ad illud Virgilii notat:

Externuſque in regnum quæritur hęres.

78 Non ſolum enim in matrimonium, ſed etiam in familiam mariti mulier per coemptionem veniebat. Ideoque in manu mancipioque illius eſſe dicebatur, vt Gellius ait lib. 18. cap. 6. Vſu habebātur vxores, vt rectè Franciſcus Connanus obſeruauit, quas viri in domibus ſuis integro anno tanquam vxores obſeruabant. Sic enim inſtar rerum mobilium ex preſcripto legis xij. tab. illis vſu quæſitæ & mancipatæ intelligebantur. Sed adiecta erat exceptio, niſi trinoctium vſurpandi cauſa abfuiſſent. tunc enim vſucapio interrumpebatur, & ipſæ mulieres vſurpatæ dicebātur, propter integri trinoctii diſceſſionem & moram, vt liquet ex Gellio li. 2. cap. 3. & ex Macrobio lib. 1. Saturnal. c. 3.

80 Farre, vt tit. 9. Vlpian. ait, conuenitur in manum certis verbis, & teſtibus x. præſentib. & ſolenni ſacrificio facto, in quo panis quoque farreus adhibetur. Dyoniſ. Halicarnaſſeus refert a Romulo inſtitutum fuiſſe, vt matrimonia farreatione fierent: ex eo dicta, quòd far, quo pane tunc vtebantur, vitæ communionem demonſtraret. Quamobrem nouæ nuptæ, vt Plin. ait lib. 18. cap. 3. farreum præferebant. Solis autem Pōtificibus confarreatio conueniebat, vt inquit Boetius ad Topic. Cicer. eaque iamdiu exoleuit, auctore Tacito lib. 4. Annal. ſicut & alia duo genera matrimonii. Vt propterea conuentionis in manum nuſquam in Pandectis aut Codice Iuſtiniani mentio fiat.

81 Fallitur tamen Connanus cum ait, apud Gallos omnia matrimonia per coemptionem fieri. non enim coemitur vxor numis illis imparibus, quos vir tradit antiſtiti: ſed poſtquam vltro citroque fidem coniugalem ſe piè & ſanctè ſeruaturos vir & mulier ſunt polliciti, ſacerdos recipit a viro vel tres vel quinque numos, impari tamen numero, pro more patriæ, quos diem tradit mulieri, tanquam arrhabonem promiſſæ fidei caſtimoniæque corporis.

82 Sed nec moribus Gallorum filia nupta patris poteſtate liberatur: quanquam intuitu obſequiorum marito obnoxia fiat. quod literis conteſtati ſunt Ioannes Faber ti. de Senatuſ. Tertul. Maſuerius tit. de dotib. Tiraquellus in legibus connubial. Boerius in princip. comment. ad conſuet. Biturig. Chaſſ. ad conſuet. Burgund. tit. de droicts appartenās a gens maries. §. 1. num. 8. Ideo inſequimur hac in re ius Romanorum, quo nuptiæ ſacris paternis non eximunt liberos. §. 1. Inſti. de Senatuſc. Tertut. l. ſi vxorem C. de cond. inſert.

84 Quo fit, vt filia nupta, quandiu pater ſuperſtes eſt, nec de dote quidem teſtari queat, etiam patre conſentiente. l. qui in poteſtate. ff. de teſtam. l. tamis. ff. de mort. cau. donat. l. ſeniū. C. qui teſtam. fac. poſſ. ſuffragatur c. licet. de ſepul. in 6. quo filia nupta prohibetur etiam pro ſalute animę, prēter aſſenſum patris de rebus ſuis teſtari, aut diſponere. Nec habitatio diuturna cum marito ius patriæ poteſtatis tollit, quandoquidem huic iuri contrāria non eſt: ſicut tutoris præſente patre diuturna adminiſtratio, in l. 1. C. de pat. poteſt.

Tholoſano tamen ſtatuto filiæ nuptæ, quibus pater dotē dedit, pro emancipatis habentur: Ideoq; teſtari de rebus ſuis viuo patre poſſunt, vt ſub tit. de emancip. dicitur.

85 Inde porrò fit a patre donationem ſimplicem filiæ nuptæ

factam

factam reuocari testamento aliisque legitimis modis posse: quod vtroque superstite nunquam rata & efficax fuerit. l. 1. §. 1. ff. de donat. l. donationes quas parentes. C. de donat. inter virum & vxor. Ideo Senatus Tholosanus die 24. Iunij, 1571. D. Mainerio negotij relatore in secunda decuria Inquestarū, pro syndico presbyterorum sancti Iuliani rectè iudicauit cōtra Petrum Roques, qui donatione nitebatur, quam eius socer constante matrimonio erga filiam suam contulerat, vxorem dicti Roques. Placuit enim ratione patriæ potestatis reuocari testamento eam donationem a patre potuisse: & patre & filia superstitibus nunquam constitisset, & mortis eguisset cōfirmatione. Non fiunt igitur hodie per coemptionem apud Gallos matrimonia, sicut Connanus prodidit.

86 Videamus nunc quæ sint in nuptiis contrahendis necessaria. Primum autem requiritur, liber contrahentium consensus: qui nimirùm seriò, non etiam per iocum exprimatur. Nā, 87 vt Varro lib. 5. de lingua Latina scribit, non spondet ille statim, qui dicit spondeo, si iocandi causa dixit, neque agi potest cum eo ex sponsu. Nec enim, inquit Paulus in l. 3. ff. de oblig. & actio. si per iocum puta, vel demonstrandi & intellectus causa, ego dixero tibi, spondes? & tu respondeas, Spondeo, nascetur obligatio: scilicet, quia deest consensus. Et sanè cum par sit destructionis & constructionis doctrina, l. ab emptione. de pact. l. nihil. de reg. iur. sicut calore animi nunciato repudio, matrimonium non dissoluitur, l. 3. ff. de diuor. ita ob verba calore animi impudenter effutita, contractum matrimonium dici non potest.

88 Et quia nihil interest vtrum verbis, an literis consensus exprimatur, etiam mutus & surdus, modò expers non sit negotiorum, potest nuptias contrahere. c. cum apud. de spon. l. discretis. C. qui testa. fac. poss. l. qui id quod. §. mutus. ff. de donat. potest & monasticam vitam profiteri, vt notat Inn. in c. porrecta. de regu. & F. Ripa in l. ex facto. de vulg.

An nuptiæ sine consensu patris consistant.

DE consensu paterno dubitatur, an nuptiis adhibendus sit necessariò. Vt autem via & ratione hanc quæstionē 89 pertractemus, principiò videndum est, an iure naturali consensus patris in nuptiis filiorumfamilias requiratur. Et nostri sine vlla cunctatione requiri aiunt. Primùm, quia Iustinianus in §. 1. de nupt. naturalem & ciuilem rationem suadere ait, vt in nuptiis filiorumfamilias consensus parentum adhibeatur, in quorum potestate sunt. Deinde, quoniā æquum videtur, eos qui nos genuerunt, aluerunt, & bonis moribus informandos curarunt, cum in cæteris rebus grauibus, tum in nuptiis 97 hoc saltem honoris habere, vt auctores & consultores adhibeantur. Itaq; Gellius lib. 2. c. 7. ex quibusdam philosophis refert, Quæ sua vi recta aut honesta sunt, ea fieri oportere, siue 98 imperet pater, siue non imperet. Sed quę his contraria, queq; turpia & omnino iniqua sunt, ea ne si imperet quidem. Quæ 90 vero in medio sunt, & a Grecis tum ἀδιάφορα, tum μέσα appellantur: vt in militiam ire, rus colere, honores capessere, causas defendere, vxorem ducere: quoniam & hæc per sese ipsa neq; inhonesta sunt, neque turpia, in his patri parendum esse: veluti si vxorem ducere imperet, aut causas pro reis dicere. Sed enim si imperet vxorem ducere infamem, propudiosam, criminosam: aut p reo Catilina aliquo, aut C. Bibulo, aut P. Clodio causam dicere, non scilicet parendum: quoniam accedente aliquo turpitudinis numero, desinūt esse hæc media atque indifferentia. His argumentis iuris interpretes excitati, sine controuersia statuerunt nuptias filiorumfamilias iure naturali non consistere, quæ consensu paterno deficiuntur. Sed 91 eos grauiter hac in re falli firmissimis argumētis euincam. 1. Ciuilis emancipatio facit, vt patris consensus in nuptiis filiorumfamilias non requiratur. l. filius. ff. de ritu nupt. Ergo iure naturali non requiritur: quandoquidem illud expers est mutabilitatis, ideoq; tolli iure ciuili non potest. §. penul. Instit. de iure nat. l. eas. de capit. diminut. Rursus, si iure naturali cōsensio patris in nuptiis filiorumfam. necessaria est, matris etiam consensio necessaria erit: cum eadē pietas & reuerentia vtrique debeatur. l. 1. ff. de obseq. a lib. pat. præst. l. furiosæ. ff. de curat. fur. Atqui matris consensio necessaria non est, vt notius est, quàm vt oporteat comprobari. Ergo neque patris necessaria erit.

92 Præterea quando neptis nuptum elocatur, voluntas & auctoritas aui sufficit. l. oratione. §. neptis. ff. de ritu nuptia. nam patris consensus non requiritur, quando pater est in aui potestate. Tunc enim solus aui consensus sufficit, etiam in nuptiis nepotis. l. 3. ff. de ritu nup.

93 Nec obstat, quod Paulus scribit in d. l. oratione. nepoti vxorem ducenti & filius consentire debet: ibi enim ex aliena familia nepoti vxor accersitur. Cæterùm in d. l. 3. de ri. nup. neptis ex altero filio, quæ in eiusdem aui potestate erat, nepoti in matrimonium datur. Sed cur in d. l. oratione. aliter atque in nepote, si neptis extraneo nubat, voluntas aui sufficit? nēpe quia auo mortuo ex nuptiis neptis sui hæredes filio inuito aut ignoranti agnascerentur. §. sed & si quis. Instit. de adopt. quod contingere in nuptiis puellæ non potest: quippe quæ suos hæredes patri suo nunquam sit paritura. Ob id iure antiquo filia furiosi sine patris interuentu, ritè nuptias contrahebat, filius non item. l. si furiosi. C. de nupt. §. vnde quæsitum. de nup. in Institu. Ad summam, siue patriam potestatem spectemus, siue ius suitatis, siue reuerentiam, quæ parentibus debetur, necessariò confitendum est, nuptias iure naturali consistere sine assensu & auctoritate patris.

94 Nec huic sententiæ refragatur. §. 1. Inst. de nup. nam solùm dicit, id suadere rationem naturalem, quasi necessariò nō requiratur. Sed etsi admittimus verbum suadere, eo loco pro exposcere vsurpari, adhuc dici potest naturalem rationē nō 95 aliter eo loco accipi, quàm solutio naturalis, in l. pe. ff. de solu. & condictio naturalis, in l. indebiti. ff. de condict. indeb. Quic quid enim præ se fert æqui aut boni speciem, id dicitur naturale & naturalis rationis præsidio munitum: vti leges omnes patriæ ciuiles, quæ tamen legibus contrariis abrogātur. c. erit autem lex 4. di. Cicero lib 3. de Offic.

Quod obiectum est, oportere liberos in matrimonio contrahendo, sicut & in aliis rebus grauibus, patris asciscere consensionem, facilè eliditur. Id enim quamuis pium & honestū quodammodo videtur, negamus tamē esse necessarium. nec enim quidquid honestum videtur, protinus est necessarium. 96 Ecce honestum videtur in subeūda tutela & capessendo magistratu filiumfamilias patris adhibere voluntatem. Sed quis ideo dixerit esse necessariam? In his certè leges patris interuentum & auctoritatem non desiderant. §. 1. Instit. qui testa. tut. dari poss. l. Lucius. 22. ff. de admin. tut. l. nam quod. ff. ad Trebel. l. filiusfamilias. ff. de his qui sui sunt. Succurrit & leges inter licitum & honestum discrimen constituant, in l. non oē quod licet, honestum est. & in l. semper in coniunctionibus non solum quod liceat considerandum est, sed & quod honestum est. Itaque Vlpianus in l. 1. de iusti. & iu. æquum, inquit, ab iniquo separantes, licitum ab illicito discernentes. Ergo perspicuum est honesti varios esse gradus, & variè honestum considerari. atque ideo inspectionem honesti in matrimoniis non efficere, vt turpes sint & illicitæ nuptiæ, quæ assensu paterno deficiuntur. nam & matris & cognatorum asciscere in nuptiis voluntatem, similiter honestum videtur.

Sed quæramus an iure diuino in nuptiis filiorumfamilias patris consensus requiratur. Et verius est iure diuino nuptias consistere absque scientia & consensu patris: tametsi voluntas & auctoritas illius honestè adhibeantur. Moueor quòd Tobiæ filius peregrè profectus inscio & inconsulto patre cū Sarra filia Raguelis felici euentu nuptias contraxit, Tob. 7. Moueor exemplo Esau, qui Geneseos 26. duas vxores assumpsit, quæ exacerbauerunt animum Isaac & Rebeccæ: eo q, inquit Lyranus, absque consilio patris & matris illas Esau duxisset, & tamen inde prognati liberi fuerunt iusti atque legitimi, & duces ac principes extiterunt, vt scriptum est Genes. cap. 36. Moueor denique, quòd necubi sacris literis præceptū reperitur, vt nuptiis necessariò eorum adhibeatur consensus, in quorum potestate sunt, qui nuptias contrahunt. Quanquā Moses Deuteron. 7. sic omnem Israelem adloquatur: Filiam tuam non dabis filio Chananæi, nec filiam illius accipies filio 99 tuo. Tunc enim propter faustas vel infaustas parentum precationes, quas Deus plerunque exaudiebat, erant apud Hebræos obsequentissimi parentibus liberi, eosque parentes in matrimonium sæpè collocabant. Cuius obseruationis Moses aliique diui patres in sacris bibliis rationem habuerunt. Vnde D. Paulus 1. Corinth. 7. Qui nuptū, inquit, elocat, benè facit. Is tamen de filiabus duntaxat loquitur, quæ ob virginalem pudorem non solēt sibi maritos deligere, vt Ambrosius scribit, sed patris interuentum & auctoritatem hac in re expectant. c. honorantur. 32. q. 2. §. si verò vsque. Nouel. 115. vt cum de appel. cog.

100 Quod ad ius Pontificium attinet, ratum & efficax matrimonium esse statuo, quod patris deficitur consensu. hoc enim expressum est cap. cum causam. de rapt. cap. cum apud. cap. cum locum. & cap. veniens. de spon. cap. per tuas. de condit. appo. cap. hoc sanctum. 32. quæstio. 2. capitu. sufficiat. 17. quæstio. 2. Alioquin id absurdi consequeretur, vt quos Deus coniunxit, homo seiungeret. Itaque Tridentina synodus anathemate coercuit eos, qui falsò affirmant matrimonia a filiisfamilias sine consensu parentum contracta, irrita esse, & parentes ea rata vel irrita facere posse. Nihilomi-

Source : BIU Cujas

nus, inquit, Eccleſia Dei ex iuſtiſſimis cauſis illa ſemper deteſtata eſt, atque prohibuit. At verò c. aliter. 30. quæſt. 5. alioſq; reluctantes ſatis refellit Petrus Lombardus lib. 4. diſtin. 28.

101 Progrediamur ad ius ciuile. Conſiſtit autem eo iure matrimonium ſine aſſenſu patris, licet non ſit legitimum. cap. ſi quis. 28. quæſt. 1. Nam hoc iure vtimur, vt inquit Vlpianus, ne benè concordantia matrimonia iure patriæ poteſtatis turbentur. l. 1. ff. de lib. exhi. Itaque Paulus lib. 2. Senten. Eorum, inquit, qui in poteſtate patris ſunt, ſine voluntate eius matrimonia iure non contrahuntur, ſed contracta non ſoluuntur. Contemplatio enim publicæ vtilitatis priuatorum commodis præfertur. Et quia primus eorum qui hactenus ediderunt in lib. Quæſt. Iur. memorabil. docui iure Romano nuptias cõ ſiſtere ſine aſſenſu patris, breuiter rationes aliquot depromã, quibus vltra Pauli & Vlpiani auctoritatem ſententia noſtra

102 confirmatur. 1. Oportet diffinitionem vim & ſubſtantiã rei qua de agitur, breuiter complecti & exprimere. l. 1. §. 1. ff. de dolo. Atqui diffinitio nuptiarum ſeu matrimonij conſenſus patris non meminit in §. 1. de patr. poteſt. & l. 1. de ritu nupt. Igitur ad vim & ſubſtantiam matrimonij conſenſus patris non pertinet.

103 ij. Matrimonia libera eſſe debent. l. Titia ff. de verbor. obligat. l. nec filium. l. nec ab initio. C. de nupt. Quod vtique non eueniet, ſi patris omnino expectandus ſit iuſſus. l. velle. de diuerſ. reg. iur. Ergo iuſſus ſeu conſenſus patris in nuptiis non eſt neceſſarius.

104 iij. Licet cœlibem vitam profiteri, & in cœnobium ſecedere ſine aſſenſu patris. l. Deo nobis. C. de epiſc. & cler. Igitur & vxorem ducere. arg. c. ſicut. 7. quæſt. 1. & cap. penult. de tranſlat. epiſcop.

105 iiij. In ſpiritalibus patris aſſenſus exigendus non eſt, cap. vlt. de iud. in vj. At matrimonium eſt ſpiritale. ca. debitum. de bigam. Igitur in contrahendo matrimonio patris aſſenſus exigendus non eſt.

106 v. Quæ publici iuris ſunt, ritè filiusfamilias peragit inconſulto patre. l. filiusfamilias ff de iis q ſunt ſui, vel alie. iur. At nuptiæ ſunt iuris publici. l. 1. ff. ſolu. matrimo. l. 1. ff. de ritu nupt. Ergo filiusfamilias rectè nuptias contrahit inconſulto patre.

107 Nec refragatur l. 2. de ritu nup. l. Paulus. de ſtatu homin. & aliæ conſimiles. Interdum enim lex aliquid fieri prohibet, qđ tamen nõ infirmat, vt in l. vlt. ff. de repu. Quin etiam dicimus ſolenne & legitimum matrimonium non eſſe, quod patris aſ

108 ſenſu deficitur, ratum tamen & efficax eſſe. d. l. 1. de lib. exhi. cap. vlt. 28. quæſt. Ideo enim Paulus reſpondit in d. l. Paulus. eum qui viuente patre & ignorante de coniunctione filiæ conceptus eſt, licet poſt mortem aui natus ſit, iuſtum filium ei ex quo conceptus eſt, non videri. ſcilicet, quia ex iuſtis & ſolennibus nuptiis procreatus non eſt. Tertullianus lib. 2. ad Vxor. Nam nec in terris filij ſine conſenſu patris ritè & iure

109 nubunt. Sic accipienda eſt l. 2. ff. de ritu nupt. quæ de nuptiis ritè & iure factis, hoc eſt iuſtis & ſolennibus loquitur, quemadmodum tit. de ritu nup. & leges ſub eo ſubiectæ ſatis indicant, vt propterea confitendum ſit neceſſariò nuptias iure ciuili conſiſtere, quæ ſine parentum conſenſu contrahuntur.

Adhuc reliquus eſt ſcrupulus l. vn. §. nec ſit. C. de rap. virg. at de puellis agitur eo loci, quas honeſtum non eſt maritos ſibi deligere præter voluntatem parentum, ſaltem intra annum ætatis xxv. auth. ſed ſi poſt. C. de inoffic. teſta. Itaq; Iuſtinian. in d. l. vn. non dicit, matrimonium inſcio patre contractum non conſtare, ſed vt raptam virginem aut viduam parentes cui voluerint, excepto raptore, legitimo copulent matrimonio. Hodie tamen decretis Pontificiis rapta mulier legitimè nubit raptori: nec intelligitur raptus, quoties virgo aut vidua prius conſenſit matrimonio. cap. vlt. & capi. penult. de rapt.

110 Videamus an taciturnitas patris vim conſenſus in nuptiis habeat. Et Paulus ait, In ſponſalibus intelligi ſemper patrem conſentire, niſi euidenter diſſentiat. l. in ſponſalib. ff. de ſpon. nam & ea, quæ patris voluntati non repugnat, conſentire intelligitur. l. ſed ea. ff. eo. Itaque Alexand. Imperat. Maximæ reſcripſit in l. ſi vt proponis. C. de nup. Si pater quondam mariti tui cognitis nuptiis veſtris non contradixit, vereri non debes ne nepotem ſuum non agnoſcat. Et in lib. βασιλικῶν, tit. de Arrhis ſponſal. Pater qui matrimonio filij non contradicit, videtur conſentire.

111 Sed quæritur, vt ſolenne & legitimum ſit matrimonium, an ratihabitio patris ſufficiat? Et hoc magis probandum eſt, cum ratihabitio mandato comparetur, atque ideo iuſſui. l. ratihabitio. l. ſemper. de diuer. reg. iur. C. ad Maced. l. ſolutam. ff. de ſolut.

112 Neque diſſidet. l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. ff. de acq. hær. loquitur enim de ciuili hæreditatis acquiſitione, quæ animo fit: nos autem de nuptiis hic agimus, per quas patri nihil quæritur. Sed quia in re tam celebri eum contemni par non eſt, lex ciuilis præcedentem voluntatem, ideſt, iuſſum ſeu cõſenſum expoſcit. Si ergo pater initio contemnatur, nonne æquũ eſt iniuriam, quæ diſſimulatione tollitur, ob inſequentem ratihabitionem euaneſcere? vt id quod ab initio iuris ſolennibus deficitur, accedente patri ratihabitione pro eo ſit, ac ſi ritè actum ab initio fuiſſet? Præſertim cum regula, Quæ ab initio, in matrimoniis locum non habeat. l. etſi contra. C. de nupt. Baſilius can. 38. & 42. ad Amphil. & ibidem Balſamo.

Suffragatur ius prætorium, quo ſublata iuris ciuilis ſubtilitate ratihabitio ſufficit. Itaque in l. ſeruo. ff. ad ſenatuſconſul. Trebel. inuito vel ignorante domino non rectè ſeruo reſtituitur hæreditas. ſed ſi poſtea dominus ratum habuerit, confirmabitur reſtitutio. & in l. 3. ff. de bon. poſſ. quod ſi me non mandante bonorum poſſeſſio mihi petita ſit, tunc competet, cum ratum habuero id quod actum eſt.

114 Quod ad ius Francicum attinet, Henricus ij. Galliarum Rex Chriſtianiſſimus, anno a Chriſto nato 1556. inſequẽtes pœnas edicto ſuo filiisfamilias irrogauit, qui patre & matre in conſultis vel inſciis nuptias contraxiſſent, ſiquidem mares ſint ante 30. & ſi fœminæ ante 25. ætatis annum.

1. Vt iure exhęredes fieri poſſint. quod & ius Romanorum antea conſtituerat intuitu filiarum, quæ ante 25. ætatis annũ ſine iuſſu ſeu conſenſu patris nupſiſſent. nouel. 115. vt cum de appel. cog. auth. ſed ſi poſt. C. de inoffic. teſtam. Photius & Balſamon Nomocan. tit. 13.

ij. Vt liceat parentibus iam factas liberis donationes reuocare.

iij. Vt ob id exhæredati liberi omnia lucra amittant quæ illis vi conſuetudinis aut pacti matrimonialis deferebantur. Itaque decreto Tholoſani Senatus, die vltima Maij, 1560. Catherina de Boyſſon, cp pręter voluntatem parentum Guydoni Taurino nupſiſſet, priuata fuit commodo iam factarũ donationum ac ſubſtitutionum, & Taurino pœna mille librarũ Turonenſium irrogata.

iiij. Vt non ſolum filiifamilias, ſed etiam alij matrimonio in tẽ ruenientes pœnis obnoxij ſint, quas pro arbitrio iudices irrogandas cenſuerint.

Hoc edicto expreſſus cõſenſus patris nõ requiritur, ideoq; tacitus conſenſus ſufficit, hoc eſt, vt ſciat, & euidenter non contradicat, quemadmodum ſuperius docuimus, & in aliis iuris articulis ſimiliter eſt receptum. l. 2. §. voluntatem. ff. ſol. mat. l. fideiuſſor. §. pater. ff. de pig. l. ſæpè. ff. de re iud.

115 Nunc quæramus an contrahi matrimonium ſub conditione poſſit. Et ſi honeſta & poſſibilis ſit conditio, veluti ſi pater voluerit, aliaue ſimilis, ritè matrimonium ſub conditione cõtrahetur. c. de illis. c. ſuper eo. c. per tuas. de cond. appo. Sin cõtraria ſubſtantiæ matrimonii conditio apponatur, vt ꝓtrahõ tecum, ſi prolis generationem vites, nullum erit matrimonium. c. vlt. de cond. appo.

116 Quòd ſi improba tantum vel impoſſibilis ſit conditio, veluti ſi occideris hominem, ſi manib. cęlum attigeris, pro non adiecta habebitur. c. 1. & c. vlt. de cond. appo. Fauor enim matrimonii facit, vt turpes & impoſſibiles conditiones, quæ fini actus & ſubſtantiæ matrimonij non repugnant, pro eo ſint, ac ſi adiectę non eſſent, d. c. vlt.

117 Idemque efficere videtur vltimarum diſpoſitionum fauor. §. impoſſibilis. de hæredib. inſtitu. l. 1. l. conditiones. ff. de cond. inſti. Obtinuit enim impoſſibiles conditiones teſtamẽto adſcriptas pro nullis haberi. l. 1. l. conditiones. ff. de condit. inſtit. 3. de cond. & demonſtr. præſertim cum per iocum eas adieciſſe teſtator videri poſſit. nec æquum ſit hæredi vel legatario illas conditiones nocere, quas præter eorum voluntatem teſtator appoſuit, cum ſibi cauere tunc hæres & legatarius non potuerint.

118 Diuerſa eſt ratio contractuum, quos regulariter impoſſibilis conditio vitiat. l. impoſſibilis. de verb. obli. l. non ſolum. Inſti. de verb. oblig. l. certi. §. item quęri ff. ſi cer. pet. l. impoſſibilium. de regu. iur. §. impoſſibilis. Inſti. de inuti. ſtipu. quoniã in ea re, quæ duorum pluriumue conſenſu agitur, omnium voluntas ſpectatur: quorum in huiuſmodi actu talis creditur eſſe cogitatio, vt nihil agi exiſtiment appoſita ea conditione, quam ſciant eſſe impoſſibilem. d. l. non ſolum. ff. de act. Itaque imputatur ei, qui ex eo contractu agit, qui ſub impoſſibili cõditione initus eſt. l. ſtipulatio. §. in ſtipulationibus. ff. de verborum oblig.

De nuptijs clandeſtinis.

NVptiæ palam fieri debent, cum clandeſtina matrimonia prohibeant. l. ſancimus. i 1. C. de nupt. l. vxor. C. de repu.

119 Clandeſtinũ aũt matrimonium trib. modis dicitur. 1. Quoties

ties testes non sunt adhibiti.c.2.de cland. desp. quod vtiq; de duobus accipiendum est:nã plures plena probatio non expo scit.l.vbi numerus.ff.de testib.cap.cum esses.cap.relatum. de testamen.

ij.Clandestinum matrimonium dicitur,quoties trinę futu ri matrimonij denunciationes palam in ecclesiastico sugge stu factæ non sunt,quæ vulgò banna dicimus. c. vlt. de clan-
120 dest.despon.c.vlt.qui matr.accu.poss.c.cum tua.de spon.Nisi ordinarius expedire iudicauerit, vt prædictæ denũciationes remittantur:quod illius prudentiæ & arbitrio Tridentina synodus reliquit,sess.24.

iij. Clandestinum matrimonium dicitur, quod aliis iuris solennibus caret,de quibus in cap.aliter.30 quæst.5.& postea nos explicabimus. At iure Pontificio clandestinum matrimonium consistit,ac ratum est,nisi cognatio aliudue officiat impedimentũ. c.nec illud.c.si quis diuinis.30.quæst.5.Tridẽ-
121 tina tamen synodus sess.penul. Qui aliter quàm præsente parocho vel alio sacerdote de ipsius parochi seu ordinarij licentia,& duobus vel tribus testibus matrimonium contrahere attentabunt: eos ad sic contrahendum omnimodo inhabiles reddit: & huiusmodi contractus irritos & nullos esse decernit.

Extra igitur hunc casum clandestina matrimonia rata sũt. Nec obstat, quòd facta contra leges nullius sint momenti. l.
122 non dubium. C. de legib. Id enim tunc demum verum est, cum lex nullum & irritum decernit,quod contra fit. l.relegatorum.§.ad tempus. ff. de interd. & releg. Itaque cum lex id mox irritum non decernit, quod contra factum est: sed vel actum a iudice rescindi iubet, vt in edicto de minorib. & de his quæ in fraud.cred.& aliis id genus:vel pœnam tantùm irrogat iis,qui contra legem faciunt, vt in edicto Regis Henrici xj. quod nuptias contrahi vetat sine assensu parentum, & contra facientibus pœnas infligit. vel denique lex quid simpliciter fieri prohibet.His certè casibus ipso iure nullum non est vel irritum,quod contra legem factum est.capit.nec illud. capitu.si quis.30.quæstio.5.capit.1. de eo qui dux.in matrim. quam pol.per adul. l. relegatorum. §.ad tempus. ff. de interd. & releg.

Hodie nuptiis hæc porrò solennia adhibentur, oblatio sacra,benedictio sacerdotis, pompa cognatorum & affinium,
123 & conuiuium nuptiale.Sacræ oblationis,vt peruulgata omittam,Tertullianus meminit lib. 2. ad vxorem. sic autem ille: Vnde sufficiam ad enarrandam felicitatem eius matrimonii, quod ecclesia conciliat,& cõfirmat oblatio, & obsignatum
124 Angeli renunciant,pater rato habet. Tam oblationis quàm sacerdotalis benedictionis, quæ nihil est aliud, quàm pia ad Deum precatio,vt felix,faustum,& fœcundum sit matrimonium,Leo Imper.meminit nouel. 118. ait enim quando matrimonium peragitur, adhiberi οὐχὶ ἱερέα, ἢ τελέτω, idest, sacras preces, & altaris sacrificium. Et sanè apud veteres Ethnicos teste Seruio,in 3. AEneid. vxor duci non poterat, nisi sacrificiis peractis.Quãto igitur magis id obseruare Christianos decet,qui magnum illud & iuge sacrificium habẽt, quod secundùm vaticinationem Malachiæ c. 1. & typum Melchisedech,Geneseos 14.Seruator noster primus obtulit, & fieri deinceps.i.offerri,in sui commemorationem præcepit,vt diuus Cyprianus ait epist.3.lib.2.de benedictione coniugali.sic affatur D.Matthæus apud Abdiam lib.7. A Deo benedicuntur coniugia,a Deo sanctificantur, ac per sacerdotum benedictiones a Deo specialiter consecrantur.

Non est prætermittẽdum, quod de sacerdotali benedictione idem Leo nouel.119.sic scribit: Sicut adhibitis sacris precationibus adoptionem perfici præcepimus: ita etiam sacræ benedictionis testimonio matrimonia confirmari iubemus.Quod si aliter matrimonium contrahatur, id ne ab initio quidem ita dici, neque illos qui contraxerunt, matrimonij iure potiri volumus. Huc pertinet illud Alexij Comneni apud Balsamonem Nomocan.tit.13.Quoniam ad multò honoratius & sacratius incrementum vita nostra processit: & ideo non solùm nuptiæ,sed etiam ipsa sponsalia sacrã habent, quæ in eis peragitur,benedictionem, tempus recentiori Leonis decreto definitum est', scilicet in masculis annus xv. & in fœminis xiij.Suffragatur c.aliter.30.q.5.

125 De pompa & conuiuio nuptiali,ꝙ manifestaria sint, nihil videtur esse commemorandum,præsertim cum eorum omissio non remoretur matrimonij firmitatem.l.si donationum. C.de nup.

SVMMARIVM.

1 *Dotium singularia tripertito considerantur.*
2 *Mulier non iuuatur Velleiano in causa dotis.*
3 *Dotis incerta promissio an valeat.*
4 *Res minorum causa dotis alienantur.*
5 *Indebitum causa dotis solutum non repetitur.*
6 *Fructus pignoris non minuunt dotem.*
7 *Fundus dotalis,quibus casibus alienari possit.*
8 *Declarata authen.siue a me.*
9 *Mora ex re in causa dotis.*
10 *Dos propter ingratitudinem non reuocatur.*
11 *Donatio ob benemerita est irreuocabilis.*
12 *Res fideic.ob dotis restitutionem alienari possunt.*
13 *Confessio dotis soluta fideicommissarijs non nocet.*
14 *Fideicommissi res, causa dotis ita demum alienantur, si a parentibus sint relicta.*
15 *Res fideicommissi an propter augmentum veniant.*
16 *Hypobolon.*
17 *Additamentum dotis.*
18 *Edictum de alterutro.*
19 *Declarata l.creditorem.de leg.2.*
20 *Actio ex stipulatu pro dote.*
21 *Mulier in dote omnibus creditoribus præfertur.*
22 *Mulier priuilegium habet etiam in actione personali.*
23 *An in augmento mulier habeat prælationis priuilegium.*
24 *Distinctio Iustiniani.*
25 *Priuilegium dotis ad augmentum non trahitur.*
26 *Priuilegium prælationis liberis competit.*
27 *Mulier & pupillus concurrunt.*
28 *Augmentum dotis non solutę an debeatur.*

Dotium singularia.

SEdetsi matrimonia sine dotibus ritè contrahuntur, vt ante diximus, tamen quia facilè non euenit, vt indotatæ mulieres nu-
1 bant,†conueniens est, vt singularia dotium compendiò referamus,siue ad constitutionem, siue ad conseruationem, siue ad restitutionem earum pertineant. Ea verò sunt huiusmodi.

1. Donatio inter patrem & filiam,quæ in illius est potestate, dotis causa valet.l.2. ff. soluto matrimonio.l.penulti.ff.de collat.bon.

ij. Cogi potest viuus pater dotem filiabus dare. & ideo ratione dotis inter patrem & filias, quæ illius obnoxiæ sunt potestati,lis esse potest.l.qui liberos.ff.de ritu nupt. l. vlt. de dot. promiss.

iij. Prætor vel præses decernere potest, quantum ex bonis patris vel ab hostibus capti, vel a latronibus oppressi, filiæ eius in dotem detur. l. profectitia. §. sed etsi proponas. ff. de iure dot.

iiij. Licet dos a patre proficiscatur,eius tamen dominium filiæ nubenti quæritur. l. Pomponius Philadelphus. ff. famil. erciscundæ.

v. Nuda dotis promissio ad agendum est efficax. l. ad exactionem. C.de do.promiss.

2 vj. †Mulier non iuuatur S. C. Velleiano, quæ dotem pro alio se daturam promisit.l.si dotare.& l.vlt.C.ad C.S.Velleianum quę lex satis indicat falsum esse quod vulgò dicitur,duo singularia non posse concurrere. Ibi enim ex pacto nudo agitur, & fauore dotis beneficium senatusconsulti Velleiani denegatur.

3 vij. Incerta dotis promissio valet,l.cum post.§.gener. ff.de iure dot.scilicet si a patre fiat, vt inquit Harmenopulus Epit. lib. 4. titu. 8. quòd pro modo facultatum dos promissa tunc intelligatur.Aliud tamen iuris sit,si ab ipsa muliere vel extraneo promittatur:cum possint vilissimum quippiam dotis nomine exhibere,atque ita eludere promissionem.l.1.C.de do. promiss. Sed hæc distinctio a nobis explosa est iamdiu edito tractatu de dotibus: quod semper pro modo facultatum & dignitate natalium viri atque vxoris dos constituta intelligatur.l.quæro.ff.de iure dotium.nec debeat deterior esse causa dotis, quàm legati simpliciter in refectionem viæ Aurelianensis relicti.l.quidam in testamento. ff.de lega. 2. vel ob alimenta.l.si cui annuum.de annuis leg. l. cum vnus.de alimen. & cib.leg.

4 viij. Res minorum immobiles tutoribus seu curatoribus alienare non licet:nisi causa dotis vel propter nuptias donationis,scilicet per inquisitionem Iudicis & probationem causæ,interpositionemque decreti, vt fraudi locus non sit. l. lex quæ tutores.§.1.C.de admin tut.

ix. Cum pater dotem simpliciter filiæ dedit, cuius bona aduentitia possidet, de suis bonis non etiam filiæ eam largitus intelligitur.l.vlt.C.de dot.promiss.

Source : BIU Cujas

Ant. Gub. Coſtani, de matrimonio.

5 x. Indebitum dotis nomine ſolutum repeti non poteſt, quoniam ſublata falſa opinione relinquitur pietatis cauſa, ꝙ aliter puella nuptui collocata non fuiſſet. l. cum is. §. ſi in ea. ff. de cond. indeb. Bal. Nouellus in trac. de dote, priuil. 44.

6 xj. Fructus pignoris non minuunt dotem, ſed lucro mariti cedunt. c. ſalubriter, de vſur. tametſi regulariter ſortem minuant. l. 1. & l. 2. C. de pig. act.

xij. Fundus dotalis alienari prohibetur, vel hypothecæ ſupponi, etiam ſi mulier conſentiat. §. 1. Inſti. quib. alien. lic. l. vn.
7 §. & quum lex. C. de rei vxor. act. l. in rebus. C. de iure dot. l. 1. & ſeq. ff. de fundo dot. Sed hinc aliquot caſus demuntur. Primus eſt, quando iuſiurandum interponeretur. c. cum contingat. de iureiur. ſed gratiam illius facilè antiſtes facit.

Alter caſus, quando ex cauſa neceſſaria fundus dotalis veniret. l. quod fundus. de fundo dot. l. ſiue generalis. C. de iure dot.

Tertius, quoties alienatio vtilis eſſet mulieri. l. ita conſtante. ff. de iure dot.

Quartus, quoties mariti facultates non ſuppeterent, & mu
8 lier tranſacto biennio iterum alienationem approbaret. nouel. 61. vt immobil. ante nupt. donat. l. ſiue a me. C. ad Velleia. Ioannes tamen & alii plerique id iuris eſſe aiunt in donatione propter nuptias, non autem in dote. ſed eorum opinationem refellit. §. penul. eiuſdem nouel. 61.

Vltimus caſus eſt, quando res æſtimatæ in dotē darentur. l. quod ſi fundus. de fundo dot.

Adde, ꝙ ſi vir prædium dotale vendat, mortua dein in matrimonio muliere, venditio confirmatur, ſiquidem tota dos mariti lucro ceſſerit. l. cum vir. de vſuc. ff.

xiij. Non licet paciſci, quo deterior dotis conditio fiat. l. de die. l. cum maritus. ff. de pac. dotal. l. poſt nuptias. ff. de iure do.
9 xiiij. Ob tardam dotis ſolutionem poſt biennium reapſe mora contrahitur, & vſuræ præſtantur vſque ad tertiam partem centeſimæ. l. vlt. §. præterea. C. de iure dot.

xv. Lex tacitam hypothecam dedit, pro ipſa dote præſtanda, conſeruanda, & reſtituenda. l. vni. §. & vt plenius. de rei vx. act.

xvj. Si vir facultatibus labatur conſtante matrimonio mulier dotem repetere poterit. l. vbi. l. in reb. de iure dot. nouel. 97. de æqual. dot.

10 xvij. Dos prætextu ingratitudinis non reuocatur. l. ſi dotē. C. de iure dot. l. vlt. C. de dotis promiſſ. l. cum poſt. §. patrona. ff. de iure dot. ſicut nec donatio ei facta, qui a latrunculis vel hoſtibus captum eripuit. nam Paulus irreuocabilem eſſe dicit in l. ſi pater. §. vlti. ff. de donatio. Proinde donatio ratione
11 matrimonij facta, quod verè contractum eſt, in præiudiciū mulieris, quæ aliter non nupſiſſet, ob viri ingratitudinem nō reuocabitur. Nam aliter neque mulier, neque ab ea prognati liberi pro dignitate & qualitate natalium honeſtè poſſent educari. Fingamus mulierem illuſtri familia & claris parentibus prognatam Titio nupſiſſe, qui nihil in bonis habet præter res a patre vel mare donatas: Poſtmodum conſummato matrimonio, & ſuſceptis ex eo liberis filium in patrem vel matrem donatorem atroces iniurias effudiſſe, nonne acerbū erit ob iniurias calore fortaſſis iracundiæ a viro effuſas, donationem propter matrimonium factam reuocari? vt qui nihil offenderunt, coniunx ſcilicet & eius liberi, mendicitatem perpetiantur. Nemo tamen inficiari poteſt æquiſſimum eſſe Hērici 11. edictum, quo licet parentib. donationes contemplatione matrimonij factas reuocare, ſi quidem liberi præter aut contra eorum voluntatem nuptias contraxerint. Tunc enim fiilijfam. & ante matrimonium & in ipſo contractu grauiter offendunt, ꝙ contra legis præcepta coeant: & ideo pœnis edicti tunc iure coercentur. Diuerſa eſt ratio ingratitudinis poſt nuptias ſuperuenientis, ob iniurias parenti verbo tenus a donatario præter vxoris voluntatem illatas. nam ęquū tunc non videtur, res ob matrimonium iam conſummatum donatas, in perniciem innocuæ mulieris & eius liberorum auferri. Senatus tamē Tholoſanus cenſuit die 23. Iunij 1574. Domino Richardo controuerſiam referente, donationem a Ioanna de Peyron contemplatione matrimonij erga Petrū Belmont illius filium collatam, reuocari potuiſſe, non ſolùm ob illatas matri atroces iniurias, ſed etiam quia hæreticus & perduellis erat.

12 xviij. Res fideicommiſſariæ reſtitutioni obnoxiæ ſicut ob dationem, ita ob reſtitutionem dotis efficaciter veneunt. nouella 39. de reſtit. & ea quæ parit in xi. menſ. authen. res quæ. C. com. de legat. l mulier. §. cum proponeretur. ff. ad Trebell. Decius conſil. 365. & 376. Quod ita accipiendum eſt, modò
13 dos verè exoluta fuerit: ſola enim numerationis confeſſio nō adfert fideicommiſſariis præiudicium. §. hæc igitur omnia. nouel. 39 de reſtit. & ea quæ par. ſicut nec fiſco, quoties bona mariti publicantur. Vnde Arcadius in l. ſi quis poſthac. ff. de bonis proſcript. Dos, inquit, non quæ aliquoties inaniter dotalium inſtrumentorum tenore conſcribitur, ſed quā ſe corporaliter tradidiſſe vxor docuerit, repræſentetur.

14 Illud obſeruandum eſt, res obnoxias fideicommiſſariæ reſtitutioni cauſa dotis ita demum alienari poſſe, ſi parētes maioreſue poſteros hæredes inſtituerint, adſcripto onere fideicommiſſi. Bar. Bal. Ang. Iaſ. & alii in auth. res quæ. com. de leg. Quamobrem Senatus Tholoſanus die 12. Decemb. 1574. iudicauit, mortuo Ioanne du Poix ob reſtitutionem dotis mille aureorum, quam ei Anna de Barbenon attulerat, bona vtique teneri in quib. ille fuerat hæres a patre inſtitutus, vt poſt mortem reſtitueret: ea verò non teneri, quæ a patruo reſtituere iuſſus erat. Eodem arreſto definitum eſt aucta aureorum æſtimatione dotem non augeri.

15 Quæſtionis eſt, an illud dotis priuilegium, ut dotis cauſa res fideicommiſſi venire poſſint, ad lucrum nuptiale pertineat, quod ex pacto vel cōſuetudine præmortuo marito vxori debetur. Tholoſates agenſamentum vocant, Græci hypo-
16 bolon. Et quia lex pro lucro mulieres non fouet, ſed ne dānū patiantur, ſuiſque rebus defraudentur. l. aſſiduis. C. qui pot. in pign. hab. & nouel. 107. de æqualit. dot. Senatus Tholoſanus ſæpe iudicauit, res fideicommiſſariæ reſtitutioni obnoxias propter hypobolon ſeu lucrum nuptiale alienari non poſſe. Nec refragatur. §. quamobrem. Nouel. 39. de reſtit. Ibi enim de lucro nuptiali non agitur: ſed de eruendo ex generali fideicommiſſo, quoties triens legitimus non ſufficit, quod ad explēdam dotem vel propter nuptias donationem ſufficiat: cum id exceptum intelligatur, argu. leg. obligatione generali. ff. de pignorib.

17 Præterea non obſtant l. inter ſocerum. §. cum inter. ff. de pact. dot. & l. etiam. C. de iure do. vtrobique enim additamētum ſignificat, id quod auctiorem dotem efficit, & tanquam pars ipſius dotis ſeu vniuerſitatis petitur, non tanquam acceſſio. l. ſi marito. §. vlt. ff. ſol. mat. nos autem de lucro nuptiali loquimur, quod extra dotem eſt, & in iudicium de dote nō venit, nec auctiorem dotem efficit. Quāquam inficiari nolo quoties defunctus teſtator dotem filio ſuo datam recepiſſet, vel pro dotis & augmenti reſtitutione ſe obligaſſet, aliter eſſe iudicandum.

18 xix. Hodie ceſſat edictum de alterutro: ideoq; vidua mulier & dotem & relicta a marito ꝙſequitur. l. vn. §. ſciendum. C. de rei vx. acti. Aliud tamen iuris eſt in hypobolo ſeu lucro nuptiali, vt Bart. & Alex. docent in l. ſi cum dotem. §. ſi pater. ff. ſol. mat. Primùm, quia veriſimile non eſt teſtatorem duplici præſtatione hęredem onerare voluiſſe. l. Titia. §. qui in vita. de leg. 2. l. penul. de dote præleg. Deinde, quia debitor intelligitur legare creditori, ut compenſatio fiat, uſque ad eandē ſummam quæ concurrit. l. cum pater. §. qui dotali. de lega. 2. Tum ne duæ cauſæ lucratiuæ concurrant. l. Meuius. §. duob. de leg. 2. Atq; ita Senatus Tholoſanus iudicauit die 13. Maij 1573. Præſertim cum in ſpecie tum propoſita maritus teſtamento cauiſſet poſt adſcriptum uxori legatum, ne quicquā amplius vxor peteret. quorum verborum quāta ſit vis & efficacitas docet Oldra. conſi. 297. Bal. in l. quoniam nouella. C. de inoffi. teſt. & Bar. in l. vt iuriſiurandi. §. vlt. ff. de ope. lib. & in l. liberti. C. eo. ſub tit.

19 Nec iam dictis refragatur, quod Papin. ait, Creditorē, cui res pignoris iure obligata a debitore legata eſſet, non prohiberi pecuniam creditam petere, ſi voluntas teſtatoris cōpenſare volentis euidenter nō oſtenderetur. l. creditorem. de legat. 2. Regulariter enim legatum quantitatis adſcriptum intelligitur, vt cum debito quantitatis cōpenſetur: legatum autem certi corporis non in hoc relictum præſūmitur creditori, vt cum debito quantitatis compenſetur, etiam ſi res legata ei pignoris iure obligata ſit, quemadmodum Baldus docet in l. quoniam nouella. C. de inoffi. teſt. Adde ꝙ ſuperiore caſu perſpicua erat voluntas teſtatoris compenſare volentis, quandoquidem poſt legatum adſcriptum ſubiecit, vt nihil amplius vxor peteret. Idem tamen Senatus iudicauit pro dicto Ioanne du Poix contra dictam Annam, quamuis ea clauſula adiecta non eſſet, die 12. Decemb. 1574.

20 xx. Actio ex ſtipulatu pro dote repetenda mulieri competit, quamuis nulla interceſſerit ſtipulatio: eaq; bonæfidei cenſetur, cum omnis vis atque facultas rei vxoriæ actionis imperiali conſtitutione in eam ſit tranſlata. l. vn. C. de rei vx. act. §. fuerat. & ibidem Theophilus de act.

21 Mulier dotem repetens ſiue perſonali ſiue hypothecaria actione experiatā, aduerſus omnes anteriores creditores mariti priuilegium habet. l. 2. §. vlt & l. ſeq. de priui. cred. l. aſſiduis. C. qui pot. in pig. hab. l. vn. C. de priui. dot. §. fuerat. de act. nimirum inquiunt Baldus in d. l. aſſiduis. & Faber in d. §. fuerat.

in bonis

Source : BIU Cujas

in bonis poſt contractum matrimonium quæſitis, exemplo fiſci in l.ſi is qui. ff. de iure fiſ.nam in bonis antea quæſitis mulier non poteſt priuilegium habere, cum id bonorũ cuiuſq; intelligatur,quod æri alieno ſupereſt.l.ſubſignatum.ff.de verbo.ſig.l.non poſſunt. ff. de iure fiſ. Ideoq; dotis hypotheca in illis tantùm bonis efficaciter conſtiterit(vt anteriores creditores excluderentur) quæ tempore cõtracti matrimonij ſubducto ære alieno,verè mariti erant. Et ſanè creditores diuina re non poterant poſtea contingens matrimonium debitoris. l.ſi putator.ff ad leg. Aquil.mulier tamen ſciebat,aut ſcire debebat, quales & quantæ eſſent viri facultates, & an is grandi ære alieno antea obſtrictus eſſet, necne. Ergo imputandum eſt mulieri,ꝙ priuſquam nuberet, viri ſedulo non exploraue rit facultates.l.inciuilem.C.de furt.l.qui cum alio. de reg.iur. Aliter ſi anteriores creditores ĩ bonis ſaltẽ ante nuptias quęſitis mulieri dotem repetenti non præferantur, ex bonis creditorum,non etiam mariti ea dotem conſequetur.quãdoquidem æs alienum in bonis mariti non eſt.Sed & magno reipublicæ malo homines a contractib.auocabuntur:ꝙ fore præſagiant,vt contra naturę rationem & iuris ciuilis regulas ſuis debitis & iure in certis bonis ſibi legitimè quæſito,pactis ſiue nuptiis debitorum priuentur. Et hæc Baldi & Fabri ſentẽtia fotaſſis aliquando noſtratibus probabitur, qui hucuſque mulieres etiam in bonis ante nuptias quæſitis anterioribus
22 creditoribus præter Martini ſententiam prætulerunt.Abſurdum eſt enim tot vno caſu mulierem priuelegiis donari, vt non modò anterioribus creditorbus tacita hypotheca ſubnixis in dote præferatur,ſed etiam (refragante vulgari noſtrum ſchola) iis qui expreſſa anteriori hypotheca ſubnixi ſunt, quãuis mulier ſecũdum Martinum tacitam tantùm hypothecã
23 habeat.Idque in bonis ante matrimonium quæſitis.Sed quęritur an in augmento dotis mulier habeat ſimile prælationis priuilegium.Et quia dos eſt quid vniuerſale accretionem & diminutionẽ recipiẽs ſicuti peculium, l.1.§.impenſæ.de dote præleg.l.quod dicitur.de impen.in reb.dot.fact.l.peculium naſcitur.ff.de pecu.dubium non eſt etiam in eo, quod auctio rem dotem efficit, mulierem priuilegiũ habere.l.ſi marito. §.vlt.ff.ſol.matri.modo in fraudem creditorũ illa dotis accre
24 tio non fiat.quod vtique non præſumitur, quoties dotis additamentum in rebus immobilibus conſiſtit. cæterum ſi in rebus mobilibus conſiſtat, propter fraudis ſuſpicionem mulier in augmento dotis priuilegium non habebit.Nouel.107. de æqual.dot.authen.ſed iam neceſſe.de dona.ante nup. Diuerſa eſt ratio hypoboli ſeu lucri nuptialis, quod etiam dotis augmentum & lucrum nuptiale vocamus. Illud enim quum extra dotem ſit,dotis priuilegium non habet.l.aſſiduis.C.qui pot.in pig.hab.Harmenopulus lib.Epitom.4.c.10.

25 Habet autem ius prelationis mulier reſpectu hypoboli ſeu augmenti,ex quo cõtractum eſt matrimonium, & dos eſt viro conſtituta:præſertim quum vir moribus noſtris etiam dotem non numeratam tunc lucrifaciat.

Mulier autem quæ hypobolon conſequitur præmortuo marito, cauere debet ſe illud reſtituturam illius matrimonij liberis,etiam ſi iterum non nubat, vt Senatus Tholoſanus iudicauit pro hæredibus Petri Peliſſerij contra Catherinam de Col,die 29.Aprilis 1573.

26 xxij. Priuilegium prelationis non ſolùm mulieribus,ſed & earum liberis competit:ad extraneos tamen non tranſmittit. l.aſſiduis.C.qui pot.in pign hab.Itaq; cùm Anna de Boſc tertia vxor Raymondi Burgan dotem ſuam repeteret: & contra Bernardus Burgan filius ſecundæ vxoris contenderet potiorem eſſe cauſam dotium primæ & ſecundæ vxoris dicti Raymondi, Senatus Tholoſanus Ant. Guberto Coſtano cauſæ ſtatum referente,cenſuit die 3. April.1573. Bernardum in dote materna potiorem fore, non etiam in dote primæ vxoris, quam vti fratris conſanguinei ſucceſſor flagitabat.

27 Senatui Tholoſano placuit die xiij.Auguſti,1572. vt pupillus & mulier concurrant:cum hæc pro dote, ille pro rationibus diſtrahendis agit. nimirum ꝙ pari nitantur priuilegio:qđ in perſonalibus actionibus maximè ſpectatur.l.priuilegia. & ibidem Accurſi.& Franc.Ripa.ff.de priui.credit.

28 Dotis non ſolutæ augmentum ſeu hypobolon non debetur, quoties in exigenda dote nullam maritus moram fecit: nec per eum ſtetit quominus promiſſa ſibi dos exolueretur. argum.l.ſi extràneus.& l.ſi is qui Stichum.ff.de iure do.& l.ſi quis poſt hac.de bon.proſc.Atq; ita Senatus Tholoſanus iudicauit die 1.Aug.1549. contra Mariam a Roma viduam Petri Potierij,quæ augmentum dotis a ſe conſtitutæ & nõ exolutæ ab hæredib.mariti flagitabat.nec obeſt,ꝙ maritus Tholoſæ lucretur præmortua vxore dotem etiam non ſolutam: nam ratio onerum matrimonii id expoſcit, quæ quum maritus abſque dote ſuſtinuit, æquum non eſt vxorem lucrum nuptiale conſequi.authen.ſed quæ nihil.C.de pact. conuent. Nouel.2.& Nouel.91.Guido Pap.dec.274.430.& 565.ſubdit, niſi de dote habita ſit fides: ſed an rectè,aliàs explicabimus.

SVMMARIVM.

1 *Donatio propter nuptias olim incognita.*
2 *Sponſæ donata olim non repetebantur.*
3 *Conſtantinus tamen ea voluit repeti,nuptiis non ſecutis.*
4 *Diſcrimen donationis ſponſo factæ,& illius quæ ſponſæ fit.*
5 *Leo conſtituit æqualitatem partium in lucris nuptialibus ſeruari oportere.*
6 *Quam ita interpretatur Iuſtinian. vt maior pars lucri ad minorem reducatur.*
7 *Iuſtini circa huiuſmodi donat.conſtitutio.*
8 *Propter nuptias donatio etiam nuptiis celebratis poteſt initium accipere.*
9 *Antipherna*
10 *Nouiſſima Iuſtiniani de æqualitate dotis & propter nupt. donationis conſtitutio.*
11 *An propter nuptias donationem oporteat inſinuare.*
12 *Sponſalitia largitas & propter nuptias donatio eodem ſenſu vſurpantur.*
13 *Cur hodie regia conſtitutio in omnibus donationibus inſinuationem requirat.*
14 *Interuentus Iudicis omnem fraudis ſuſpicionem excludit.*
15 *An poſt ordinationes Regias anni 1539. donatio propter nuptias eguit inſinuatione.*
16 *Hypotheſis ex facto agitata.*
17 *Henrici II.de inſinuandis donationibus edictum.*
18 *Ordinationes apud Boios latæ.*
19 *Dos & propter nuptias donatio in quibus conueniant.*
20 *Poſt nuptias dos augeri nedum conſtitui poteſt.*
21 *Mortua vxore donatio propter nuptias ad patrem mariti reuertitur.*
22 *Vetus mos Gallorum.*
23 *Quomodo accipiendum ſit,quod Iuſtinian.ait,Nihil diſtare dotem a donat. propter nuptias.*

De donatione propter nuptias.

1 TEmpore veterum conſultorum,ex quorum monumentis libri Pandectarum ſunt cõpoſiti, donatio propter nuptias
2 incognita fuit.§.eſt & aliud.Inſti. de dona. Itaq; quod ſponſus tunc ſponſę largiebatur,repeti nõ poterat:niſi in hoc donatum eſſet, vt nuptus non ſecutis repeteretur.l.1.ff.de dona.l.ſi donatarius.ff.de cond.cau.da.l.ſi ante.l.cum te.l.ſi filiæ.C.de dona.ante nup.

3 Poſtea Conſtantinus Imperator ſtatuit l.cum veterum.C. de don.ante nup.vt quod ſponſi inter ſe donant, nuptiis non ſecutis reſtituatur: niſi donator vel eius parentes cauſam nõ contrahendi matrimonii præbuiſſent. vel niſi oſculo interueniente ſponſus ſponſæ donaſſet:quo caſu ſi alterum mori'contingeret,dimidiam partem rerum donatarum ad ſuperſtitẽ, & dimidiam ad defuncti vel defunctæ hæredes voluit pertinere.quod & ſupra demonſtrauimus.

4 Aliud tamen iuris eſſe in eo quod ſponſa (quod rarò accidit)ſponſo largiretur. nam altero eorum mortuo etiã ſi oſculum interuenerit,omni donatione infirmata idem Conſtantinus voluit ad donatricem ſponſam vel eius ſucceſſores dominium transferri.l.ſi a ſponſo.C.de don.ante nup.

5 Secuta eſt Leonis conſtitutio,quæ parem dotis & ante nuptias donationis quantitatem non expoſcit, ſed vt partium æqualitas in lucris obſeruetur:& contra factas pactiones improbat.l.ex morte.C.de pac.conuen.

6 Quam legem ſic moderatus eſt Iuſtinianus,vt ſi vir & mulier diſparia lucra dotis & ante nuptias donationis paciſcantur,maior pars lucri ad minorem reducatur.l.lege. C. de pac. conuent.

7 Et quia Iuſtinus pmiſerat aucta, vel ante vel poſt nuptias dote,altero tanto ante nuptias donationem augere:& ſi nulla præceſſiſſet donatio,tantum ſponſæ donare, quantum dos aucta dignoſceretur l.ſi conſtante.C.de donat.ante nup. hoc
8 amplius conſtituit Iuſtinianus,vt talis donatio non ſolùm augeatur,ſed etiam conſtante matrimonio initium accipiat:&, vt rebus conuenientia ſint nomina,nõ ante nuptias,ſed pro-
9 pter nuptias deinceps appelletur.§.eſt & aliud.de donat.quia quaſi ἀντίφερνα ſit,ideſt viciſſim loco dotis allata.l.vlt. C.de donat.ante nup.Non requirit tamẽ dotis & propter nuptias donationis æquabilitatem,niſi contractis nuptiis donatio propter nuptias conſtituatur: ac Leoninam conſtitutionem de lucris nuptialibus confirmat.

10 Ad extremum Iuſtinianus poſt tot legum varietates conſtituit Nouella 97.de æqual. dot.omnino æqualitatem ſeruari oportere inter dotem & propter nuptias donationem, & lucris inde prouenientibus. Ideoq; ſi dos augeatur,augendã eſſe pari quantitate donationem propter nuptias, & contrà:

ac il-

Source : BIU Cujas

ac illam propriũ & ſpecialem cõtractum effecit. Nouel.119.

11 Statuit etiam Iuſtinianus in donatione propter nuptias in ſinuationem non eſſe neceſſariam.Nouel.119.vt ſpon.largit. ſpec. ſit cont.niſi vir pro rata donationis propter nuptias ex dote compendium ſit facturus.eo namque caſu Iuſtinianus inſinuationem adhiberi voluit.§.illud quoque.Nouella 127. vt frat.filii.auth.eo decurſum.de don. ante nupt.

12 Nec mirum eſt ſi vulgaris interpres in nouel. 119. τῶν διὰ τὰς γάμους δωρεὰν, vbique vertat ſponſalitiam largitatem: nam apud iuris auctores ſponſalitia largitas & propter nuptias donatio eodem ſenſu vſurpantur.l.cum aliis. C. de ſecun. nupt. Planè olim ante Iuſtinianum in maiores ætate fœminas huiuſmodi donatio collata, quoties legitimam ſummam excedebat,ſemper eguit inſinuatione.l.vlt.§ ſimili quoque. C de iure dot.l.ſancimus.§.alias.C.de donat.l.minorib. C.de dona
13 tio.ante nup.At nunc in Gallia omnes donationes, exceptis his quæ mortis cauſa fiunt,ſecundùm Regias conſtitutiones inſinuari debent,etiam ſi fauore matrimonij fulciantur.ſcilicet ne clam improbi alienarum facultatum captatores corruptis pecunia vel aliter ſubornatis teſtibus fallàs ſupponant donationes.arg.l.vlt.C.de fideicom. Quod vel maximè inter neceſſarias coniunctaſq; perſonas conuenit cuſtodiri. Si quidem clandeſtinis ac domeſticis fraudibus facilè quiduis pro negotii opportunitate confingi poteſt, vel id quod verè geſtum eſt aboleri, quemadmodum ſcribit Conſtantinus in l. lata aliàs data.C.de donat.

14 Itaque cum inſinuantur donationes,non ſolum ſcriptura, ſed & interuentus atq; auctoritas iudicis omnem doli & ſtaudis ſuſpicionem excludit.l.1.C.de præd. decur. ſine decr. non al.lib.x.l. ſiue apud acta. C. de tranſact. Alias rationes Baldus affert in additionibus ad Specu.tit.de inſtr.edit.§. porrò.nempe vim iterationis actus, qua conſtans & perpetua donantis voluntas oſtenditur.l.vn.C.de plus pet.l. ſi mulier. C.ad Velleian.& quod donator interim pleniſſimè deliberare poſſit, an expediat inſinuari donationem.§.2.nouel.23. de appell.& intra quæ temp.

Debet autem inſinuatio fieri apud iudicem regium & ordinarium illius territorij in quo ſitæ ſunt res donatæ, & contextus donationis in acta referri,vt regiis conſtitutionib.præſcriptum eſt. Licet iure ciuili in vrbe Roma apud Magiſtrũ cenſus, in aliis autem ciuitatibus apud quemcunque iudicẽ ritè donationes rerum vbicunque poſitarum inſinuentur.l. in hac.C.de don.§.illud.nouel.127.vt frat.filij.

Illud dubitationis incurrit,an poſt editam & vbique rece-
15 ptam anno 1539.Franciſci primi de inſinuandis omnibus donationibus conſtitutionem, neceſſe fuerit in Gallia propter nuptias donationes inſinuare,necnon eas,quæ,vt dicitur,cõtemplatione matrimonij fiunt. Et Senatus Tholoſanus me Relatore cenſuit die 5.Maij anno Chriſti 1573.donationem contractu matrimonii a patre filio ſuo factam anno Chriſti 42.ſupra ſeſquimilleſimum,non eguiſſe inſinuatione.Species huiuſmodi tunc proponebatur: Dionyſio Tornàmiro, cum
16 Margaretam Baronam vxorem duceret, pater & mater contemplatione matrimonii dimidiam partem omnium bonorum ſuorum donarunt.Poſtea patre & matre defunctis, Dionyſius teſtamento vxorem ſuam hæredem inſtituit. Quærebatur an illa donatio conſtitiſſet, quæ nunquam fuerat inſinuata,vt de rebus contractu matrimonij donatis teſtari poſſet Dionyſius? Et Senatui placuit Regiam illam conſtitutionem de inſinuandis donationibus a Franciſco primo latam ad eas donationes non pertinere, quæ intuitu matrimonii fiunt.Nam etſi donationis verbum generale ſit, l.alienatum. de verb.ſign.tamen in Principum conſtitutionibus verbo donationis illa demum ſignificatur quæ propter aliam nullam cauſam fit, niſi vt munificentia & liberalitas exerceatur.l.1. & l.filiusfamilias.§.pen.ff.de don.

Itaque Henricus II.anno 1549. edixit vt etiã donationes,
17 quæ cauſam habent,inſinuentur.Sed quia Senatus Tholoſanus edictum illud in acta nunquam retulit, nec vnquam probauit,non prius eo iure Tectoſages vſi ſunt, quàm Carolus
18 nonus ſuis conſtitutionibus apud Boios ſeu Molinos, vt nũc loquimur, latis, art.58. & Tholoſæ publicatis menſe Martio 1566.vt deinceps inſinuarentur,præſcripſit.Itaque donationes intuitu matrimonii ante illam Caroli noni conſtitutionem factæ,apud noſtros Tectoſages inſinuatione non eguerunt: quandoquidem ad negotia præterita conſtitutiones non reuocantur.c.2.& c.vlt.de conſtit. apud Greg.l.leges & conſtitutiones. C.de legib. Illud obſeruandum eſt dotem &
19 propter nuptias donationem in multis conuenire. Nam vtraque nuptiarum cauſa fit,vtraque dicitur donatio.l.cum multæ.C.de donat.ante nupt. vtraque alienari & obligari prohibetur.§.ſi quis igitur.nouel.61. vt immob.ante nupt. don. & ad vtriuſque conſiſtit conſtitutionem ſecundùm iuris regulas pater officio iudicis adſtringitur.l.q liberos.ff.de ritu nup. l.vlt.C.de don.ante nup.

20 Quin ſicut poſt nuptias,nedum ante,dos tum conſtitui,tũ augeri poteſt:ita & propter nuptias donatio.d.l.vlt.& nouel. 97.de æqual.dot.

21 Deniq;ſicut mortua in matrimonio muliere dos ad patrẽ, qui dedit,reuertitur.l.dos a patre. C. de iure dot. ita donatio propter nuptias ad patrem mariti.l.2.C.de bon.quæ lib.c.vlt. de don.inter vir.& vxo.niſi fortè contraria pactio interceſſerit.l.vn.§.illo proculdubio.C.de rei vx.act.

22 Olim in Gallia,vt Cæſar ſcribit lib.6.de Bel. Gal.viri quantas pecunias ab vxoribus dotis nomine acceperant, tantas ex ſuis bonis æſtimatione facta cum dotibus communicabant. Huius omnis pecuniæ cõiunctim ratio habebatur, fructuſq; ſeruabantur:vter eorum vita ſuperaret, ad eum pars vtriuſq; cum fructibus ſuperiorum temporum perueniebat.

Ex quibus perſpicuum fit quod proditum eſt a Iuſtin.l.vlt.
23 C.de dona.ante nupt. nomine & ſubſtantia nihil diſtare dotem a donatione propter nuptias,hanc interpretationem recipere,vt in multis conueniant:quod ne abſurdum cuiquam videatur,ſimiles iuris auctorum locutiones depromam. Per omnia,inquit Iulian.& in omnibus furioſus abſentis vel quieſcentis loco habetur.l.2.§.furioſus. ff. de iure codicil. & Pau. in l.1.de leg.1.Per omnia exæquata ſunt legata fideicommiſſis.Iuſtinian.quoque in §.de donat. ait mortis cauſa donationes ad exemplum legatorũ redactas eſſe per omnia. Atenim ea variè etiãnum diſtinguuntur. nec quiſquam noſtrorum vnquam dubitauit,quin abſentem a furioſo,legata a fideicõmiſſis,& mortis cauſa donationes a legatis ſecerni multifariã oporteat. Hæc igitur verba per omnia ſunt exæquata, nihil differunt,per omnia ſunt redacta, & ſimiles iuris auctorum locutiones apud eos plerunq; ſignificant, non in omnibus, ſed in multis ea conuenire, de quibus agitur. Atq; hinc ſpicuum fit quemadmodum accipi oporteat quod ſcripſit Alphen.in l.proponebatur. ff. de iudic. philoſophos dicere, ex quibus particulis minimis conſiſteremus,has quotidie ex noſtro corpore decedere, & alias extrinſecus in earum locũ accedere.Hodie, quoniam in vſu non eſt propter nuptias donatio,cuius propriam & ſpecialem formam Iuſtinian. conſtituit,neceſſe non eſt mulieri,quæ dotem affert,vllam donationem conſtitui, quæ ex altera parte doti reſpondeat, & quaſi ἀντίφερνα ſit.gl.in auth.æqualitas.C.de pact.conuent. Quæ igitur fieri ſolet contemplatione matrimonii in ipſo matrimonii contractu apud noſtrates donatio, ad dotis æqualitatem non exigitur.poteſtq; a quolibet fieri,non ſolum mulieri,ſed etiam viro nuptias contrahenti,ac viro facta ad mulierẽ non tranſit.vtri autem fiat, ad eum qui dedit ſoluto matrimonio non regreditur, licet diuerſum in donatione propter nuptias ſtatuatur,l.ex morte.C.de pact. conuent. nouel.97. & nouel. 119.Illa ergo non eſt ſponſalitia largitas, vel propter nuptias donatio,ſed potius donatio inter viuos, quæ inſtar matrimonii,quod aliter non contraheretur, eſt irreuocabilis. Guido Pap.deciſ.245. FINIS.

ALEXANDRI
Carerij, I. C. Patauini, D Andreę Prępoſiti de ſponſalibus & matrimonio, Libri quinque.

LIBER PRIMVS.

Exordium Libri. *Cap. I.*

MAtrimonij cognitio adeò eſt hominis propria,eiuſque conditioni accommodata, vt qui eam non expetit,ſuimet ſit oblitus, qui non quærit, præter naturam ſit diſpoſitus, qui in parte non poſſidet, iure homo cenſeri non mereatur; nam matrimonium adeò eſt præclarum, vt qui eo coniungitur tã quàm diuinus humanam ſpeciem conſeruat propagatione quadam perpetua, tanquàm gratus reddit naturæ quod mutuo accepit ac ſæpe cum fœnore, tanquam fœlix, veruſque ſculptor imaginem ſuiipſius impreſſam, vinentemque relinquit in filiis, charam præterea vitæ ſocietatem, ac fidam rerum cuſtodiam hac potiſſimum ratione ſibi comparat.

Deinde

Source : BIU Cujas

Deinde qui vxorem non habet, curarum familiarium partici pem, domum non habet, quia domum non conſtruit, & ſi habet, commoratur in ea tanquam peregrinus in diuerſorio, omnia ſua patent inſidiis, furtis, ac rapinis, decipiunt illũ ſerui, defraudant ſocii, contemnunt vicini, negligunt amici, perturbant propinqui, immaturam illi mortem appetunt, atque etiam machinantur filii, ſi quos habet illicitè ſuſceptos, ſicque illi ſæpenumero dedecus afferunt, ac detrimentum, neque nomen familiæ, neque auorum imagines, neque opes auitas legibus id prohibentibus queunt poſſidere, neſcit ad hæc verè ſincereq; amare, qui caſtum, & ſincerum amorem coniugis, & filiorum beneuolentiam non experitur, neſcit pati foris, & ſuperare ferendo iniurias, qui domeſticum non habet patientiæ præceptorem, neſcit hominum calamitoſorum miſereri, qui vel coniugem, vel filium nunquàm ſentit lamentantem, etenim mens haud ignara mali miſeris ſuccurrere diſcit? Denique hic vnicus hominis ſtatus eſt, in quo poteſt diligendo vxorem, propagando progeniẽ, educando liberos, & regendo familiam, vitam omnium ducere feliciſſimam: quicquid autem accidit oneris, & laboris, quibus humana vita aſſiduè vexatur, graniterq; opprimitur, certè hoc vnico coniugij adiumento ſuſtinetur, ac ſubleuatur, ſi modo tales ſint coniuges, quos non diuitiarum cupiditas, non dignitatis ambitio, non inſana libido coniunctos diſiungat, ſed purus ſinceruſq; amor propagandæ prolis gratia, moderandæq; cauſa luxuriæ quotidie magis coniungit, atq; indiſſolubili quodam vinculo connectit. Hinc legitur in ſacris literis, relinquat homo patrem, & matrem, & adhæreat vxori, cuius amor aliorum omnium ſuperare debet amores: duo ſunt enim in carnẽ vna, & quos Deus coniunxit, homo non ſeparet. tanta etenim eſt vis matrimonij, vt primum alio rum ſacramentorum ab ipſo Deo fuerit inſtitutũ, mox ipſius mandato confirmatum, deinde per diuturnam ſęculorũ ſeriem diligentiſſime obſeruatum; His ego de cauſis permotus, opus hoc meum in lucem edere conſtitui, vt quæ ſint coniungendi, conſeruandiq; matrimonii iura perſpiciant, quicunque perlegere, ac percipere illud voluerint; Verùm inter cætera, quæ nos ſummopere diſponunt, & excitant ad veritatis inquiſitionem, cognitio opinionis aliorum, & earũ reiectio principatum obtinet, nam vt ex ſententia Hypocratis non pura corpora quo magis nutries, eo magis lædes, ita ex ſententia Platonis non puros animos quo magis ornare ſcientia conaberis, eo magis peruertes; purgãdi itaque primo ſunt animi a falſis opinionibus, quod rectè fit referendo, & & reiiciendo aliorum inanes & mendaces ſententias, quod præſertim faciendum eſt in rei difficilis inquiſitione, quia facilius eſt cognoſcere quid res non ſit, quàm quid ſit, ideo cognoſcendo quid non ſit, paramur ad inueniendum quid ſit. præterea percurrendo aliorum ſententias, excitamur, reddimur rationibus copioſiores, certius rẽ iudicamus, firmiuſq; in iudicio perſiſtimus, & demum iudicamus non odio, ſed ratione, veritatiſque deſiderio moti ad noſtram ſententiam ferendam. Et cum hoc in omni accurata explicatione ſeruandum ſit, ſeruari præſertim debet in matrimonij conſideratione ob eius difficultatem, præſtantiam, vtilitatem, ac opinionum varietatem. Quod vt facilius aſſequi valeamus, prius de ſponſalibus tanquàm præuiis diſpoſitionibus ad matrimonium nobis agendum eſt, circa quæ nonnulla conſideranda proponuntur, primo an ea ſint, ſecundo quid ſint, tertio quot modis contrahantur, quarto quæ ætas in his contrahẽdis requiratur, quinto qui ſint eius effectus, ſexto quomodo in matrimonium tranſeant, Demum quot modis diſſoluantur.

Num dentur ſponſalia. Cap. 2.

CVM itaq; cognitio ſit res præclara, iudicium ſit diuinitatis ſimulacrum, iure vt per has vmbras in lucem, per hæc veſtigia in veram formam eleuemur, in ſpõſalium explicatione verſari debemus, de quibus diſputaturi, a communioribus ordiri tenemur: communia enim iure meritò primo ſunt explicãda, cuius ordinis triplex a Doctorib. in proę. Inſti. aſſignatur ratio, tum quia communiora ſunt notiora, tũ quia primo eis conueniunt affectiones oſtendendæ, tum demum ne labamur in inanem repetitionem. At cenſeo ego duas alias nõ minoris momenti ex Ariſtotele colligi poſſe rationes, quarum vna eſt, quæ colligitur ex 6. Top. quia abſque communium notitia minus cõmunia cognoſci nõ poſſunt, quare ob eandem rationem, ob quam de cauſis & principiis eſt primo agendum, etiam eſt primo differendum de communioribus· ſunt enim communia veluti initia contentorũ ſub eis; Altera ratio eſt, quoniam in ordine naturam ſectamur, & eam vt plurimum ſectamur, non quo ad ordinem intentionis eius, ſed quò ad ordinem originis, & generationis, in quo ordine communiora, & ſimpliciora ſunt, hoc aſſeruit Ariſtoteles in 1. Phi. 57 propterea iure quæritur, num primo dentur ſponſalia. circa quam difficultatem negarunt nonnulli, ea non dari, eorumq; nomen eſſe inane penitus exiſtimarunt, hac moti ratione, nam vel ea eſſent ſubſtantia, vel accidens; non ſubſtantia, quoniam matrimonio eſſe non conferunt, ſed ſolus conſenſus. l. nuptias. ff. de reg. iur. c. ſufficiat. 27. q. 2. Non accidẽs, quoniam id nobis patefacit eſſentiam rei, per ſpõſalia verò non valemus cognoſcere quid ſit matrimonium, c. deſponſatas, eadem quæſt. Hinc eſt, quòd non ens cũ non ſit principium entis. l. eius qui in prouinciam. ff. ſi cert. petat. ſponſalia non poterunt eſſe initium matrimonij. Hæc opinio longiſſime diſtat a vero, quoniam & Experiẽtiæ, & auctoritati aduerſatur; Experientiæ, quia nos quotidie videmus huiuſcemodi celebrari ſponſalia; aduerſatur auctoritati, quoniam vniuerſa Canoniſtarum, ac Theologorũ ſchola in Rubr. de ſpon. & in 4. Senten. hæc dari ſpõſalia affirmat. Proprerea cenſeo ego, ſponſalia eſſe accidens matrimonii, quod ſic patere poteſt, perpendendo munerum functiones illorum, nam primo per ſponſalia tanquam per ſtipulationem homines futuras ſibi vxores ſpondere videntur. l. 1. & 2. ff. de ſpon. c. noſtrates. 30. quæſt. 5. ca. penul. de ſpon. Hinc manifeſtus eſt error Panor. in d. c. penult. & Feli. in rub. eo. col. 1. qui putarunt, ex eo ſolum dici ſponſalia quòd futura traditio corporum promittatur. Inſuper manifeſtiſſime hallucinantur Brunel. in tract. de ſpon. concluſ. 3. nume. 2. & Palud. in 4. ſenten. diſtinct. 27. qui cenſuerunt, in ſponſalibus ſtipulationem non intercedere; & quamuis inter abſentes celebrentur ſponſalia, ſtipulatioq; inter eos fieri non valeat. l. inter abſentes. ff. de verborum obligat. ſpeciale tamen eſt in hac ſponſalium ſtipulatione, vt omnis controuerſia tollatur, & inter eos fides ſeruetur; & hæc eſt præcipua ratio, ob quam ſtipulatio fuit introducta, propterea quæ a Doctoribus affertur in rub. de verborum obligat. penitus reiicienda videtur. præterea per ſponſalia impedimenta ſi extant, patefiunt, ac manifeſtantur, vt ex contrahentibus nemo iniuria afficiatur, propterea ab Eccleſia iure ſancitum eſt, ne fiant clandeſtinæ deſponſationes, vt habetur in Concil. Trident. ſeſſ. 24. in decreto de reformatione matrimonii. cap. 1. Quòd ſi quis inſtet per Ariſtotelem referente Bal. in l. 1. de ſpon. qui, inquit, accidens eſſe obiectum ſenſus, ſponſalia verò ſenſu non percipi; Reſpondeo, Ariſtotelem non dicere omnia accidentia percipi ſenſu: multa enim nullo ſenſu percipiuntur, vt relationes, ſed ſolum vice verſa dicere, quæ per ſe percipiuntur ſenſu, eſſe accidentia. Verum quia ea, quæ pro altera parte adducta ſunt, difficultatem non exiguam afferunt, propterea vt ea quoq; ſoluantur, & veritas fulgeat clarior, prætermiſſis quæ hac de re dicuntur ab aliis, hac ratione eis ſatisfaciendum iudico. Dicebatur enim, quòd ſi darentur ſponſalia, vel ea eſſent ſubſtantia, vel accidens. Reſpondeo, ea eſſe accidens. Et cum addebatur, accidens patefacere eſſentiam rei, per ſponſalia verò non valemus cognoſcere naturam, & eſſentiam matrimonii. Reſpondeo, accidens eſſe duplex, vnum eſſentiale, & proprium. Alterum commune; & extraneum, per accidens proprium cognoſcitur quidem rei eſſentia, ſecus per accidens commune vt ſunt ſponſalia, d. c. deſponſatas. Demum quando addebatur, non ens non valet eſſe principium entis, quare ſponſalia cum ſint non entia, non poterunt eſſe initium matrimonii. Reſpondeo primo, ſponſalia non eſſe non entia, vt ſuperius demonſtraui: Dico inſuper, non ens non eſſe principium entis quò ad eſſe, ſecus quò ad fieri, ſponſalia ſunt initium matrimonii quo ad fieri, non quò ad eſſe.

Sponſalium definitio, ac eiuſdem explicatio. Cap. 3.

REiectis nonnullis erroribus, qui ſponſalia quaſi nubes reddebant obſcura, facilius modo mentis aciem in ea conuertere, eorumque naturam conſiderare valemus, nam conſtat ex ante dictis ſponſalia eſſe accidens, verum quid ea ſint perquiramus; Sponſalia ſunt futurarum nuptiarum promiſſio. l. 1. ff. de ſponſalibus. cap. noſtrates. 30. quæſtio. 5. Dicitur primo futurarum nuptiarum, vt oſtendantur ea vere, & proprie eſſe ſponſalia, quæ verbis de futuro contrahuntur, quæ vero de præſenti, impropriè nuncupari ſponſalia. l. non ſine. C. de bon. quæ lib. capi. ex parte. & cap. veniens, de ſponſa. not. Abb. in capit. ſi inter virum. eodem titu. At duæ emergunt dubitationes conſideratione dignæ, quarum vna eſt, an poſſeſſorio agens in cauſa matrimoniali teneatur aliquid de titulo probare, vtputa ſponſalia de præſenti, vel carnalem copulam.

Source : BIU Cujas

pulam.Altera eſt,num cum ſpõſa de futuro committi poſſit adulterium. Quò ad primam dubitationem exiſtimarũt nõnulli, ſolam facti poſſeſſionem ſufficere ad reſtitutionem cõ ſequendam per tex.in c.ex parte,de reſtitu.ſpol.ibi ſeu poſſeſſionis commodo &c. iunctis verbis præcedentibus ibi, nullo iure, &c quaſi ſufficiat iuris, vel facti poſſeſſio. Quorum ſententiæ ſubſcribendum non eſt, primo, quia aduerſatur tex.in cap.ex tranſmiſſa.eo. ti. vbi reſtituitur coniux viro probanti deſponſationem, & copulam, & de ipſius impunitate cauẽti,niſi magna ſit uiri ſæuitia.Inſuper aduerſatur rationi, nam cum eam non poſſideat ut uxorem,non poteſt dici con iugali poſſeſſione deſtitutus;propterea inquit Innoc.in d.ca. ex parte,nõ ſufficere ad hanc poſſeſſionem coniugalem probandam, quòd illam vocabat vxorem, quia ſæpe adulteri ad palliandum adulterium, vel fornicationem ſe aliter nominant:licet enim huiuſmodi actus, & conſimiles ſufficiant, vt proles legitima cenſeatur.c.tranſmiſſæ, & c.perpetuas.qui fil.ſint leg.non tamen quò ad probãdum matrimonium, ſeu conſequendam reſtitutionem.Ratio diuerſitatis eſt, primo, quia hic vertitur periculum animæ,ibi vero fauor legitimitatis. Præterea cum petitur aliqua vt vxor, quis agit de facto proprio,ideo plene probare tenetur,ſed in prolis legitimatione agitur de facto alieno,propterea communis reputatio ſufficit.Et ideo non poteſt petere hanc concubinam ſibi vt vxorem reſtitui, quia talis petitio notorium peccatum continet,c.nemo.32.q.4.Accedit inſuper, quod homo liber abſq; legitimo titulo poſſideri non poteſt. l. qui vniuerſas. ff.de acquiren. poſſeſſ. imo ſi hominem liberum ligaueris adhuc eũ poſſidere non diceris,inquit tex.in l.cum hæredes. ff. eod. titu. Quod ſi quis inſtet per c.illud, de præſump.vbi per nominationem,cohabitationem,& famam probatur coniugium; Reſpondeo quòd ibi non ſolum per tales præſumptiones fuerunt probata ſponſalia, verumetiam per inſtrumenta dotalia.

Propterea cenſuerunt alij, vt Innocen.in d capi.ex parte, quòd ad hoc vt alicui detur reſtitutio mulieris vt coniugis, oportet quòd probet aliquod genus ſponſalium interueniſſe, & eam inſuper cognouiſſe, aliter non poteſt dicere ſe aliquo iure,ſeu poſſeſſionis commodo deſtitutum.hãc eorum ſententiam auctoritate, & ratione probare nituntur, auctoritate,per tex.in d.c.ex parte. ratione,hunc in modum, nam fruſtra ageretur ad reſtitutionem ante carnalem copulam,cum ſponſa libere monaſterium ingredi poſſit,ac ob id matrimonium diſſolui.cap.ex publico,de conuerſ.coniu.Quæ ſententia approbanda non eſt,primo quia repugnat tex.in d. cap.ex parte,deſumendo rationem a contrario ſenſu,quæ in iure validiſſima eſt,cap.cum apoſtolica, de his quæ fiunt a prælat. c. laudabilem, & ibi not.de frig.nam eo in tex.non allegabatur copula,& Papa repellit agentem, quia traductionem ſponſalia non præceſſerunt, nec ſubſecuta fuerunt, quaſi ſecus, ſi præceſſiſſent, vel fuiſſent ſubſecuta: Nec nobis officit cum dicebatur,ſponſam liberè ante carnalem copulam monaſterium ingredi poſſe, & propterea qui huiuſmodi reſtitutionem petit,vano labore conſumitur. Nam dico primo, quòd per hoc non tollitur poſſeſſio antequam ingrediatur. Dico inſuper quod iure non probatur copulam exigi in actu reſtitutionis, niſi quando petitur reſtitutio quò ad copulam, reperitur tamen iure cautum, quod per copulam munere traductionis poſſeſſio acquiratur; Quod ſi quis obiiciat de cap. ex tranſmiſſa,eo.titu.vbi conſideratur copula pro reſtitutione adipiſcenda.Nam reſpondet ibi Abb. quod illa decretalis intelligi debet,quando petitur reſtitutio etiam quò ad copulam; prædicta tamen vera ſunt iuxta Abba. ſententiam, quando probatur traductio cum ſponſalibus de præſenti, ſecus ſi eſſent ſponſalia tantum de futuro,tunc nulla acquiritur poſſeſſio.rationem aſſignat, quia licet vxor teneatur marito ad multa obſequia præter copulam,non tamen ſponſa ea præſtare tenetur: Propterea fallitur But.in d. c. ex parte. qui cenſuit, quòd traductione ſponſæ de futuro acquiratur poſſeſſio,poſſeſſorioque agi poſſe,quaſi ſponſalia tranſierint per illum actum in matrimonium de præſenti, cum clare conſtet, per nullum actum citra copulam ſponſalia in matrimonium tranſire.c.is,qui fidem.de ſponſa.& c.1.de mat.contrac.cont. inter.eccl.niſi traductio eſſet cum ſolennitate, quæ in vxore ducenda adhiberi ſolet arg.c.vidua.de regu.

Propterea dicendum cẽſeo,quòd poſſeſſorio agens in cauſa matrimoniali tenetur probare aliquid de titulo, quia hoc poſſeſſorium eſt mixtum habens cauſam proprietatis annexam,quem quidem titulum probare tenetur ex principio intrinſeco,nempè ex conſenſu, d.c.ex parte,quod tamen principium per principia extrinſeca ſuperius ex mente Abbatis contracta, probari poteſt. Secus autem ſi petitorio agatur, nam tunc non tenetur docere de legitimo titulo, ſed ſatis ſufficit probare poſſeſſionem, & communem reputationem.l. cogi.C.de pet.hæred.c.in literis.de reſtitutio. ſpoliat. Innoc. in cap.tranſmiſſam.de elect.num.1.in fine, & in cap.Abbate. de verbor.ſignificat.num.3.Rot.deciſ.1.de reſtitutio.ſpoliat. in nouiſ.& deciſ.nona,eo.ti.in antiquis. Hinc videtur, quòd ſi oriatur lis ſuper Eccleſia vt de proprietate, pro vt nunc ea vertitur inter me ex vna, & Reuerendum Dominum Dominicum Benedictum Nobilem Venetum parte altera ſuper liquidatione fructuum cuiuſdam Fratriæ Reuerendorum Dominorum Capellanorum Ciuitatis Paduę,quo caſu cauſa nõ eſt beneficialis, poſſeſſor non tenetur docere de legitimo titulo.glo.in clemen.diſpendioſam.de iudic.in verbo, beneficiis.& ibi Card.Zaba.Ioan.de Imo. & Bonifac.de Vital. ſecus ſi ageretur de Eccleſia vt de beneficio.Et propterea pace dixerim Reuerend. Domini Laurentii Campegii, Sanctiſſimi D.N.P.in Sereniſſimo Venetorum Dominio Legati,eius aſſertum Decretum, quo me de legitimo titulo docturum decernit,his,& aliis rationibus, aliàs per me adductis, & allegatis,minimè ſubſiſtere poteſt. & ideo ab eo cum omnibus inde ſecutis,& ſequendis ad S.Sedem prouocandum, & appellandum fore duxi.

Erat altera dubitatio, num cum ſponſa de futuro committi poſſit adulterium.Abbas in c.diſcretionem.de eo, qui cog. conſang. vxor. ſu. cenſuit, adulterium cum ſponſa de futuro poſſe committi,per tex.in l.ſi vxor.§.diuus. ff. de adulter.Vbi Iuriſconſultus permittit coitum cum alterius ſponſa vindicare.Quæ ſententia approbanda non eſt, quoniam adulterium eſt coitus,per quem alterius thorus violatur,c.lex illa.§.adulterium.36.q.1. ſed coitus cum ſponſa non violat alterius thorum cum ſponſo ad ſponſam accedenti ante coniugalem conſenſum expreſſum, vel tacitum ius minimè competat, quare coitus cum alterius ſponſa ꝓtingens,nõ erit adulterium;Propterea gl.in c.q dã deſponſauit.27.q.2.& in d.c.diſcretionẽ, q̃ ſequuntur ibidem Car.& Felin.in rub.de ſponſa. exiſtimauit, adulterium cum ſponſa de futuro non poſſe cõmitti,quoniã adulterium ſolum cum nupta perpetrari dicitur.l.inter.§.j.ff. de adulte.d.c.lex illa.§.adulterium.36. q.1.At ſponſa nupta non eſt,quare coitus cum ea adulterium cenſeri non debet, Nec eſt difficile fundamentum Abbatis euertere,dum dicebat,adulterium cum alterius ſponſa poſſe vindicari per text. in l.ſi vxor.§.diuus.Nam reſpondeo primo, quod ibi permittitur coitus vindicatio cum alterius ſponſa non ratione quidem adulterii,ſed ratione atrocis iniuriæ ſibi illatæ ob ſpem matrimonii.l.item apud Labeonem.§.ſponſam quoque. ff. de iureiur.Preterea intelligendus eſt ille tex.in ſponſa domũ perducta,cum qua vigore illius perductionis conſenſus cõiugalis ſaltem tacitus intereſſerat.

Sponſalia cur dicantur promiſſio. Cap. 4.

ADditur inſuper in definitione prædicta ea particula promiſſio,quoniam eius cauſa principium matrimonii manifeſtatur.c penul.de ſponſ.notant Ioan.And. Goffr. & Abb. in c. ex parte. eod. titu. Hæc promiſſio primo ortum ducit a duobus externis ſenſibus, nempe a viſu, & ab auditu. a viſu, quoniam eius munere externa,& corporea percipimus:ab auditu,quoniam eius facultate internas animæ notiones iudicamus.Inſuper per viſum perſpicimus corporeum, & exteriorem hominem,per auditum incorporeum,& interiorem percipimus:propterea Socrates apud Apuleium,cum adoleſcentem formoſum,& ſilentem conſpiceret, ſi vis vt te videam, dixit,loquere aliquid: Hinc dicuntur ſenſus apprime nobis eſſe familiares, eſſe initia noſtræ cognitionis, innumeras nobis præbere vtilitates, & demũ eſſe fontes corporeæ noſtræ voluptatis. iure itaque nobis eſſe gratiſſimos, & eorum cognitionem ſummopere a nobis expetendam. Ex quibus manifeſtiſſime colligitur, eum, qui cæcus eſt & ſurdus ſponſalia contrahere non poſſe, c. cum apud, & ibi notant omnes, de ſponſa.Quare fallitur Hoſt.in d.c.cum apud, qui auſus eſt affirmare cæcum ſimul & ſurdum,dummodo ſuum valeat conſenſum exprimere,poſſe ſpõſalia contrahere, poſtremo hæc promiſſio per conſenſum perficitur.d.c.cum apud. Hinc eſt, quod ſi ſponſalia per patrem contrahantur,non tenẽt niſi cõſenſu eorum,per quos fiunt, confirmentur.cap.1.de deſponſa.impube. in vj.

Oſtenditur huiuſmodi promiſſionem non fore pœnalem. Cap. 5.

PRæterea hæc promiſſio nec abſolutè, nec cum contractione debet eſſe pœnalis.l.ſi.C.de ſpon.l.Titia.ff. de ver. oblig.

Source : BIU Cujas

obl.c. gemma.de ſponſ Propterea fallitur Cyn.in l.mulier. C.de don.qui cēnſuit, promiſſionem pęnalem ualere, ſi modica pęna irrogetur. Sed dices,cur permittuntur arræ, & nō pęna? Varij varias afferunt rationes;Io And.in d c. gemma. hanc attulit,inquiens, quòd facilius quis graui pęnæ ſubiicitur,quàm ad dādam magnam arram inducitur, ideo facilius matrimonii libertas impeditur in pęna, quàm in arris. Quæ ratio nullius eſt momenti, quoniam illa ſibi locum vēdicat in eo duntaxat qui dat arras, non autem in eo, qui eas recipit, exēpli gratia,qui dat arras eſt diues,qui recipit eſt pauper, hæ arræ non ſunt magnę quò ad dantem,ſed quò ad recipiētem: quare facile inducet ad eas recipiēdas,& nè poſtea eas duplicatas reſtituere cogatur, matrimonium contrahet inuitus. Quare Hoſtien.in præallegato c.gemma.duplici ratione approbat arras, & non pœnam, primo quia in collatione arrarum non ſolum ineſt timor damni, verum etiam ſpes lucri, at in pœna oritur ſimplex odium.i.timor damni. Sed hæc ratio ex eo inanis apparet, quoniam aduerſatur tex. in l.ex empto.§.ego ff.de acti. emp. namq; celebraro contractu, cuius cauſa datæ ſunt arræ,contrahens eas non lucratur, ſed reſtituit,quare eadem eſt ratio,quæ & in pœna reperitur. Præterea aliam aſſignat rationem,inquiens, quòd ideo conceduntur arræ,quoniam hæ dantur propter obſeruationem contractus,quarum traditio affirmatiuè concipitur,vt ſi dentur cētum pro arra venditionis talis fundi; at non conceditur pœna,quia ea negatiuè concipitur propter diſſolutionem contractus,videlicet ſi quis dicat, ſi non fecero, vel contraxero, promitto pœnam. Nec iſta ratio valet ſubſiſtere, quia licet pœna concipiatur negatiuè,ea tamen intentione fit,vt formidine pœnæ contractus ſortiatur effectum,ſicut arræ dantur, vt metu eas amittendi impleatur contractus: immo inquit Glo.in §.primo.Inſti.ti.de contrahen.emp. ꝙ ſicut pœna ſuccedit loco intereſſe,ita etiam arra. Accedit quòd,Bar.in l.1.§. pen.ff.de publ.iudic.nec non Bal.in l.contractus.ff.de fide inſtrumen. aſſerunt, quòd ſicut ſtipulatio pœnalis ſecuta poſt contractum pro concurrenti quantitate ſi ſoluta fuerit, nouat obligationem principalem.l.ſi quis ſocio.ff.pro ſoc.ita & arra obligationem principalis contractus ad intereſſe natam extinguit,licet ad reſiduum ſicut & in pœna agi valeat. Propterea But.eo.c. aliam affert rationem, quam approbandam exiſtimo,dicens,quòd in ſponſalibus pœnis legalibus debemus eſſe contenti,& ſi in contractu alia deducatur quàm legalis,non valet contractus.l.ſtipulatio ſi ita facta. ff. de verb. oblig.Si autem datur arra,ea pœna, quæ oritur ex amiſſione arrarum,vel ex earum duplicata reſtitutione, non ducit ortū ex conuentione partium,ſed ex diſpoſitione legali.l.fin.C.de ſponſa. nimirum ſi valet contractus non obſtante tributione arrarum.Quod confirmatur, nam ſicut iuramentum quò ad vinculum nil aliud addit niſi quòd magis ligat,& contraue nienti imminet periculum,ita quoque in arris nil magis ligat quò ad vinculum principale,niſi quòd contrafacienti imminet periculum amiſſionis,vel reſtitutionis earum,quod in pęna aliter accidit,nam contrahens ſponſalia quò ad vinculum principale conſentire non videtur.Hinc eſt,quòd pignus dari non poteſt pro obligatione pœnali,ſecus pro arris. l.1. C.ſi rect.prouin.l.ſi quis officium.ff.de ritu nup.no.gl.in d.l.Titia. propterea hallucinatur Hoſtien.in d.c. gemma, qui dixit, pignoris dationem pro matrimonio contrahendo non tenere, quia eſſet tollere libertatem matrimonii metu pignoris amittendi.Hunque Hoſtien errorem Præpo.in eo. c.ſic elidit, vt eludat,atque etiam illudat vt ridiculum.

Sponſalia quot modis contrahantur. Cap. 6.

DEclarata ſponſalium definitione, modo videndum eſt, quot modis ea contrahantur.contrahuntur autem pluribus modis,primò abſolutè, dicendo accipiam te in meam. c.ſi inter.de ſponſa. c.1.de ſpon. duo. Secundo contrahuntur non abſolutè,ſed cum termino obligatorio,vt promitto.c.fi. de ſpon.impub.c.vnico.eod.tit.lib.6. Quæ promiſſio fieri poteſt vel per donationem arrarum. l. arris. C. de ſpon. vel per ſubarrationem.i.annuli immiſſionem.c.vlt. de deſponſa. impube.c.ſi quis deſponſauerit.il ſecondo.27.q.2.Demum iuramento contrahuntur.c.ex literis.c. de illis, & c. præterea.de ſponſa. primo modo non reperitur tanta obligatio ſicut in cæteris, quoniam in eo eſt ſola veritatis obligatio. In ſecundo duplex eſt obligatio, veritatis ſcilicet,& promiſſionis, qa non dicitur ſeruare promiſſum.In tertio,& poſtremo modo triplex eſt obligatio, veritatis ſcilicet, promiſſionis, & iuramenti.Ex quo ſequitur,ꝙ in ſponſalib. aliquando eſt maior, & minor obligatio.Sed oritur dubitatio; num in huiuſmodi ſponſalibus ſit contractus matrimonialis? Pro difficultatis reſolutione breuibus dico, ex his matrimonialem contractū non ſubſequi,primo quia ex imperfectis non conſurgit perfectum.Deinde quoniam in matrimonio ſemper aliquid datur, nempe poteſtas corporis pro poteſtate corporis,quod ſecus eſt in ſponſalibus:non enim ſequitur,accipiam te in vxorem, ergo te accipio,licet promiſſio confirmetur.

Quæ ætas in ſponſalibus requiratur. Cap. 7.

DE ætate in contrahendis ſponſalibus requiſita varię extiterunt opiniones. Cenſuerunt enim nonnulli ſponſalia abſolutè ante ſeptennium contrahi poſſe, primo quoniā ea per parentes valent contrahi.c.non omnes.32.q.2.Sed cōtractus,qui per alios fieri poteſt, non expoſcit in illis iudiciū de quibus agitur,quare ſponſalia valent contrahi ante ſeptēnium.Idipſum confirmant Gregorii teſtimonio dialog.lib.4. qui refert de quodam puero quinquennii blaſphemante,ꝙ in ſinu patris fuit a Dæmonibus extinctus,& ad inferos ductus, at nullus ad inferos trahitur niſi propter mortale peccatum, ergo ante ſeptennium puer poteſt peccare mortaliter, quare multo magis poterit ſponſalia contrahere. Hæc opinio approbanda non videtur, quoniam aduerſatur text. in §. ſponſalia. 30. q. 2.vbi hæc habentur verba,'Requiritur conſenſus, q non pōt n reuenire niſi ab alterutra parte illud intelligatur,quod inter eos agitur,quod ætatis puerorum ante ſeptennium infirmitas non permittit. Nec eſt difficile reſpōdere rationibus alterius partis,nam dum inquiunt ſponſalia poſſe contrahi per parentes,Reſpondeo,quod ſponſalia,quę per parentes contrahuntur,non valent,niſi hi, de quibus agitur,conſentire uideantur, ut lucidiſſimè declarat ibidem Gl. Quod confirmatur per id, quod legitur Gene.24.dum dicitur,vocemus puellam, & quæramus ipſius voluntatē.Poſtremo ad id, quod dictum eſt puerum ante ſeptennium poſſe peccare mortaliter, & ideo multo magis ſpōſalia cōtrahere. Reſpondeo, quod præter ſolitum naturæ ordinem fuit accelerato vſus liberi arbitrii in puero illo,iura autem aptātur ad ea, quæ ſæpenumero accidunt.l. nam ad ea.ff.de legi.

Non defuerūt alii,qui exiſtimarunt,ante ſeptennium (hac tamen contractione ſi malitia ſuppleat ætatem) poſſe contrahi ſponſalia,cuius opinionis fuit Gloſ in c.iuuenis, & in c. ſponſam,de ſponſa.quam ſequitur Ioan.Andr.in c. vnico. de deſponſ impube. in vj. Quam ſententiam approbandam non cenſeo,quoniam ea repugnat tex.in l.in ſponſalib. ff.de ſpon. in c.literas,in c.duo pueri,& in c.atteſtationes. de deſpon impub quibus in locis manifeſtè apparet, ad ſponſalium ualiditatem pręcipuè requiri ſeptennium.Quod confirmatur,nā vbi certa requiritur ætas ratione iudicii, ea præueniri non pōt, vt patet in ætate ſtatuta ad condendum teſtamentum. l. qua ætate.ff.de teſta.Præterea ſi impubes ante legitimam ætatem religionem ſolenniter profiteatur,profeſſio nulla eſt, c. 1. de regu.in 6 & ſi doli omnino ſit capax,inquit gl in d. c. atteſtationes,a Card.approbata in clem.fi de æta. & qualit. quæſt.3. Propterea falluntur Inn.in c.iuuenis,de ſponſa.Goffr. in cap. acceſſit,de deſponſa.impube & Hoſtien.in c.puberes.eo.tit. qui opinati ſunt, ꝙ ſi mulier fuerit tentata, & in ea malitia ſuppleat ætatem, ſexto ætatis anno cum dimidio valeat ſponſalia contrahere.

Ambigitur num huiuſcemodi Sponſalia ætate ſuperueniente expreſsè, vel tacitè ratificata roborentur. Cap. 8.

SEd oritur dubitatio ſolutione digna, num huiuſcemodi ſponſalia per ætatem ſuperuenientem roborentur,ſi poſt expreſsè,vel tacitè confirmata fuerint. Nōnulli exiſtimarūt, huiuſcemodi ſponſalia per grandiorem ætatem non confirmari,iuxta regulam vulgatam,quod ab initio non valuit, tractu temporis non conualeſcit. c. quod ab initio. de reg.iu.in 6.Sed ab initio hæc ſponſalia legitima non extiterunt, ergo nec poſt valida cenſeri debent. Hinc eſt, ꝙ ſi aliquis impubes impetrauit beneficium, cui animarum cura incumbat, ante legitimum ætatis tempus,licet poſtea ad eandem peruenerit ætatem,impetratio non confirmatur, ſed tempus apoſtolicarum literarum ſolum attenditur,c.ſi eo tempore.de reſcr.lib. 6.inſuper ſententia,quæ ipſo iure nulla eſt,aliquo temporis tractu non roboratur.l.ſi expreſſum.ff.de appella.item inſtitutio

hæredis,

Source : BIU Cujas

hæredis, quæ ab initio est inutilis propter personam testantis, quia forte erat impubes non conualescit, licet postea fiat pubes, vel si erat filiusfam. & deinde efficiatur sui iuris, vel furiosus, & postea efficiatur sanę mētis, vel captus ab hostibus, & postea rediens petat iure postliminii, quæ omnia pbantur in l. 1. §1. ff. de lega. 2. Item si stipulor rem sacram, stipulatio non confirmetur, licet efficiatur prophana. Demum si stipulor hominem liberum non confirmatur stipulatio, licet tractu temporis seruus efficiatur, l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de ver. obli. Quorum sententiæ subscribendum non est, quoniam aduersatur tex. in c. vnico. de despon. impu. Vbi dicitur, quòd sponsalia amborum infantium, vel alterius tantum non ualidantur per superuenientem grandiorem ętatē, nec prætextu publicæ honestatis ualēt, nisi post expressè, vel tacitè fuerint confirmata. Nec nobis officit Regula quod ab initio nō valuit, quoniam ea intelligitur, quando id, quod ab initio non valuit, ex nouo consensu expresso, vel tacito interueniente, validare non potest, ut in casibus superius enumeratis apertè constat, quod tamen aliter accidit in spōsalibus, quæ vel osculo uel cohabitatione corroborari queunt: propterea dicitur, quòd vbi constitutio seruitutis facta per vnū sociorū ab initio non viget, aliis postea quandocunque consentientibus confirmatur per fundum. ff. de serui. vrb. præd. & l. receptum. C. commu. l. prædi. Item donatio in officialem inutiliter collata tractu temporis confirmatur, l. vna C. de contract. iudic. Demum manumissio, quæ ab initio fuit inutilis tractu temporis confirmatur, l. mulier. §. 1. ff. de condition. instituti.

In Sponsalibus cur eadem masculo, & fœminæ statuitur ætas, non item in matrimonio, Ratio perquiratur. Cap. 9.

SEd cur in sponsalibus tempus idem conuenit tam masculo, quàm fęminæ, non autem in matrimonio? Cēsent nōnulli, ea quidem ratione in sponsalibus, & non in matrimonio masculo, & fœminæ tempus idem conuenire, quia sponsalia fiunt per consensum, & ita valet vnus sicut alter consentire. Quorum opinio refellenda videtur, si quidem & matrimonium fit per consensum, l. nuptias. ff. de reg. iu. c. sufficiat. 27. q. 2. Quare Angelus in §. iustas. Insti. ti. de nupt. aliam affert rationem, quam approbandam existimo, inquiens, quòd & si nuptiæ consensu contrahantur, tamen quia hæ fiunt vt corpora coniungantur, requiritur quòd ille consensus fiat inter personas, quæ sint habiles ad contrahendum, quæ ratio cessat in sponsalibus, in matrimonio autem minus tempus in fęmina exigitur, non ea quidem ratione, quia mala herba citò crescit, vt perperam ait gl. in l. 2. C. de his qui ven. æta. impet. Sed quia fœmina in vtero tardius formatur, quia principium generationis eius est debilius, extra vterum citius perficitur; cum enim sit imbecillioris, & breuioris æui, citius crescit, citiusque decrescit, vt asserit Aristoteles in 4. de Gene. anima. c. 6. Hæc pubertas ex numero annorum probari non potest, si quidem multi ante quatuordecim ætatem annorum puberes efficiuntur, testatur enim Hostien. in c. fi. de eo qui cogn. consang. vxo. suæ. quendam puerum annorum vndecim vim procreatricem habuisse. Et Diuus Hieronymus in Epistola ad Vitalem, referente glo. in 20. q. 1. Domino (inquit) teste non mentior, quædam muliercula cum expositum nutriret infantem, & instillaret cibos, ac nutricis officio fungeretur, cubaretqtie cum ea paruulus, qui vsque ad decimum iam perueuerat annum, accidit vt plusquàm pudicitia patitur, se mero ingurgitaret, accensaque libidine obscœnis motibus ad coitum duceret infantem, prima ebrietas, & alterius noctis, & cæterarum deinceps fecit consuetudinem, nedum duo menses fuerant euoluti, & ecce fœminæ vterus intumuit, quid plura? dispensatione Dei factum est, vt quæ contra naturam simplicitatem paruuli in contemptum Dei abutebatur, a naturæ Domino proderetur. Et in eadem Epistola docet subducta temporum ratione Salomonem & Acham vndecimo seu decimo ætatis anno Roboam, & Ezechiam procreasse. Sed ea primo innotescit corporis aspectu. l. minor. ff. de mino. l. si alterius. C. si min. se maio. dix. Secundo probatur testibus, l. nec omissa. C. de libe. cau. l. 2. C. de his qui ven. ęta. impe. Tertio vendatur descriptione censuali, l. ætatem. ff. de cens. cum enim quis censebatur antiquitus, ætas illius in acta referri solebat, sicut & hodie ætas eorum, qui testimonium ferūt, vnde Plinius lib. 7. c. 48. scribit, quorundam hominum longissima vitæ spatia libris censualib. fuisse probata. Quarto ea pbatur natali professione etiam si a matre, vel auia fiat, l. cum de ætate. ff. de probat. olim enim parentes apud præfectū ærarii diem edebant, quo sibi erant nati liberi, vt liquet ex l. nec omissa. ff. de probat. propterea apud Suetonium de Tiberio hæc habentur verba, Natus est Romæ in palatio 16. cal. Decembris M. Emilio Lepido, iterum & M. Planco Cons. post bellum Philippense; sic enim in fastos, actaque publica relatum est. Demum ea cognoscitur ex potentia coeundi, ex quo sequitur, quòd habilis ætate, impotens tamen ad coeundum, valide matrimonium non contrahit. glo. in c. puberes. de despon. impube.

An gignendi facultas præueniens legitimam ætatem ius tribuat connubij. Cap. 10.

SEd iure quæritur, nùm ius generandi legitimam ætatem præueniens, ius tribuat connubii? Vlpianus, & Pomponius in l. minorem. ff. de ritu nup. necnon in l. cum hic status. §. si quis sponsam, eo. tit. iudicarunt, puellam minorem annis duodecim legitimam vxorem non esse, neq; nuptias cū ea contrahi posse. Ex aduerso summi Pontifices in c. de illis, & c. fi. de despons. impube. præueniente vi procreatrice, atque prudentia, si complexus venereus prætextu matrimonii interuenerit, tunc iustas nuptias contrahi censuerunt. Quare hallucinantur Goffre. & Hostien. in d. c. fi. qui existimarūt, quòd puella distans à duodecimo anno per triduum duntaxat, non censeatur habilis ad matrimonium cōtrahendum, nisi detur perseuerantia vsque ad aliud triduum. Quod si quis obiiciat per c. ad nostram, de regula. vbi minor quatuor decim annis per professionem religionem non obligatur. Respondeo, quòd illud c. loquitur in professione tacita, in qua requiritur perseuerantia tridui: ratio est, quia cum dubitari contingat quo animo fiat talis susceptio religiosi habitus, ideo iura statuerunt terminum trium dierum, qui non vendicat sibi locum in professione vocali, quemadmodum nec in aliis votis. c. continuationem. §. 1. de regul. in 6. l. 2. ff. de pol licita. Propterea fallitur Innoc. qui in d. c. censuit. in omni voto requiri perseuerantiam tridui. Insuper nec in matrimonio expressè contracto locum habet, si quidem in eo statuitur ætas non propter se simpliciter, sed propter aliud, nempe ratione potētię coeūdi. d. c. de illis. Accedit, qī eo c. ad nostrā, expressè requiritur ętas quatuordecim annorum, quod secus accidere dicitur in matrimonio, quoniam de maiori præiudicio seu obligatione agitur in professione, quàm in matrimonio. Et ideò dici solet, quòd ubi est vitæ austeritas, requiritur perfecta pubertas. i. tempus 18. annorum. c. quia insulis. eo. tit. propterea perperam dixit But. d. c. ad nostram, doli capacem posse profiteri. At dices, doli capax ualet se ipsum Diabolo obligare, quare & religioni. Respondeo, quòd diabolus non quærit hominis deliberationem, sed casum, nam semper parat insidias ad homines callidè decipiendum, vt inquit tex. in c. visis. 16. q. 2. At Deus, qui nemini insidiatur, deliberationem quærit, vult enim militem uoluntarium. c. non est. 15. q. 1. vnde Apostolus, quę non cœpit, deliberet, quæ ingressa est perseueret, & notatur in c. nuptiarum. 17. q. 1.

De sponsalium effectibus. Cap. 11.

EX multis sponsalium effectibus a Doctoribus relatis in Rub. de spōnsa. cæteris prætermissis, duo sunt præcipui, & accurata consideratione digni. Primus est, quòd qui sponsalia cōtrahit, tenetur ꝙiugalē cōsensū prestare, & promissum absoluere. c. ex literis, c. sicut, & c. requiritur. de sponsa. ratio ea est, quoniam & in reliquis contractibus id seruari videtur. l. si fideiussor. §. meminisse. ff. de leg. j. l. in bonefidei. §. si tamen. ff. de eo qui cer. lo. & l. si sterilis. §. penul. ff. de act. emp. licet in hac promissione iuramentum præstitū non fuerit, c. de illis. & ibi Abb. de despons. impube. propterea sponsus mortaliter peccat, qui coniugalem consensū prestare renuit, c. j. de spon. duo. not. Feli. in c. 1. de pac. in 6. Quinimmo iure tenetur quis primā spōsam, cui fidem dedit, futuri consensus absque iuramenti religione vxorem accipere, etiam si post prima sponsalia alteri eandem fidem sub iuramenti uinculo præstiterit, inquiunt Inn. Ioan. And. Abb. & Præpos. in c. sicut, de despon. Ratio est, quoniam non seruata priori promissione, iuramentum temerarium esset, ac in discrimen salutis æternæ. Et licet Inno. in c. veniens. de iureiur. dicat, iuramentum istud seruandum esse, intelligitur tamen iuxta Abbatis sententiam quando id

Source : BIU Cujas

do id non aduersatur prioris promissionis satisfactioni. Hinc manifestè colligitur Glos. sententiã in d.c.de illis, reijciendam fore, cum dixerit, sponsos, qui cõiugãlem consensum absque iuramento promiserunt, non esse compellendos a iudice matrimonium contrahere. Abbatis insuper apertus est error, qui in c.requisiuit, de sponsa. perperam dubitauit, an peccet sponsus qui ex sponsione renuit coniugalem consensum, quem promisit, perficere, si quidem dubitatio hæc iuris naturalis, diuini, ac humani principiis aduersari videtur. Quòd si quis instet per c.requisiuit, vbi sponsos per Ecclesiam nõ esse cogendos promissum consensum præstare sancitum est. Respondeo, quòd Papa ibi loquitur de coactione indiscreta, ob quam eorum consensus auferri uidetur, non autem de moderata coactione, qua præcedente, per censuras deinde ecclesiasticas cogẽdi sunt promissum coniugalem consensum præstare, cap. ex literis S. Syluani, de sponsa. Ex quo infertur, quod Ecclesia quandoque patitur minus malum præsens ob euitandum maius malum futurum. c. inter opera. eo. tit. vbi permittuntur meretrices ob euitandas fœdissimas cõiunctiones, tametsi meretrices esse, & ad eas accedere sit peccatum mortale. c. meretrices. 32. q. 4. Propterea dicitur de duobus malis minus esse eligendum, sententia est Aristotelis in 2. Moralium Nicom. minus malum comparatum cum maiori obtinere locum boni, & esse præeligendum, sed ratione boni quatenus vrgente necessitate per id vitatur maius malum, & ea ratione cum homo agat, in melius quod agere potest, non peccat, non enim in eius potestate est, melius præeligere.

Sponsalia quomodo in matrimonium transeant. *Cap.* 12.

ERat sexta dubitatio, quomodo sponsalia in matrimonium transeãt, pro qua dubitatione soluẽda dico, quòd multis modis ea in matrimonium transire dicuntur, primo per carnalem copulam subsecutam. capit. is qui, de sponsal. si quidem Ecclesia præsumit, quòd sponsus qui carnaliter ad sponsam accedit, premissam promissionẽ ad effectum potius deducat, quàm crimen ꝓmittere uelit ad eam fornicario affectu accedendo, iuxta tex. in l. merito. ff. pro soc. l. Quintus. ff. de dona. inter vir. & vxor. Aduersus quam præsumptionem cum sit iure & de iure, vt inquit glo. in d.c. is qui, probatio nõ admittitur. l. antiquæ. C. ad Velleia. l. fin. C. ad Macedon ratio est, quoniam talis præsumptio tantum operatur, quantum ueritas in foro iudiciali, concurrentibus enim matrimonio, vero, & presumpto, seruatur prius, licet illud sit præsumptum, & posterius sit verum. d. c. is qui. At dices, contra præsumptionem iuris, & de iure admittitur probatio in contrariũ, quoniam sententia si transierit in rem iudicatam, & pars in cuius gratiam fuit lata, fateatur eam iniustam, debet ea sententia retractari, vt asserunt Iuristæ in authen. sed iam necesse. C. de donat. ante nupt. & Innocen. in c. quia plerique. de immun. eccles. Huic instantiæ facilis est responsio, si dixerimus id habere locum, quando ius præsumit in gratiam alterius, tunc enim ille contrarium confitendo, tollit iuris præsumptionem, sed in casu nostro non agitur de fauore contrahentium, sed matrimonii, quare coniuges per confessionem non valent matrimonio aliquod præiudicium afferre. c. super eo. de eo, qui cogno. consan. vxor. suæ. Accedit insuper, ꝙ cõtra hanc præsumptionem iuris, & de iure admittitur probatio in contrarium indirectè, vt puta si sponsus, qui contra matrimonium stat, probare velit illa sponsalia ante coitum fuisse mutuo consẽsu, vel aliàs legitimè soluta. c. 2. de sponsa. vel nulla fuisse propter aliquod impedimentum. glo. no. in clemen. vnica, de probationib. quam dicit singularem Felin. in ca. quanto. de præsumpt. Præterea hæc iuris præsumptio adeò vrget, vt matrimonium præsumatur per copulam secutam etiam cum sponsa incerta, nempe quando quis ex duabus puellis sororibus iurauit vnam se ducturum vxorem, & ex his alteram post hanc promissionem cognouerit, eius vir censeri debet. c. super eo, & capitu. per tuas. de cond. appos. Hostien. & Abb. in c. ex literis. de sponsa. Quare aberrant Ioan. An. Butr. Henric. & Card. in d.c. ex literis, qui aliter sentiunt per c. 1. in princ. de sponsa. in 6. Vbi ex huiusmodi sponsalibus non oritur impedimentum publicæ honestatis iustitiæ, quare matrimonium præsumi non debet. Nam respondeo primo, quòd licet ex his non oriatur istud impedimentum, oritur tamen obligatio ducendi vxorem vnam ex his sororibus ob præmissam sponsionem. Deinde in casu dubio iudicandum est in fauorem matrimonii. capit. licet. in fine. de testib. Demum in dubio est decernendum, vt euitetur peccatum, argumen capit. estote, de regu. iur. l. nec adiecit. ff. pro soc. consurgeret enim duplex peccatum, si dixerimus, copulam illam in matrimonium non transire, periurii nempè, & stupri, & propterea quæ ex eo tex. eliciunt vana sunt, & digna, quæ in æquoreos discedant irrita ventos, sic enim obturanda sunt ora loquentium iniqua, cum scriptum sit, Quid detur tibi aut quid apponatur tibi ad linguam dolosam? Quid? nisi sagittæ potentis cum carbonibus desolatoriis? Poitremo hęc præsumptio adeò efficax est, vt etiam si protestetur sponsus sponsa præsente, & consentiente se nolle per coitum matrimonio consentire, nihilominus copula secuta, matrimonium ab Ecclesia iudicari debet, si quidem præsumit ipsa propter coitum ob hac protestatione, sicut & a conditione recessisse. d.c. super eo. Vana est igitur nonnullorum querela, qua contendunt alteram partem veram existere, si quidem nil temere attentare debet humana audacia, vbi constat de perspicua voluntate legislatoris, quæ nullam præterea interpretationem admittit, iam si quis aliquid attentare præsumpserit, addet illi Dominus plagas multas; nihil enim aliud quã in luce tenebras quærit, qui in re tam clara, tamque aperta controuersiam excitat; sit igitur Christiana, vt decet, modestia istis contenta limitibus.

An solus nixus copulæ ad matrimonium inducendum sufficiat. *Cap.* 13.

AToritur pulchra quæstio consideratione digna, vtrum sufficiat sola tentatio, seu nixus copulæ, vt matrimonium iudicetur. Censent nonnulli, nixum copulæ solum sufficere, primo per tex. in capit. iuuenis, de sponsal. Vbi dicitur quòd si maior septennio cum proxima septennio, in qua malitia supplet ætatem, sponsalia contrahit, ex his oritur iustitia publicæ honestatis, præsertim si commisceri tentauerint: Idipsum confirmant, nam delictum habetur pro consumma to saltem quò ad Deum ex inchoatione, propterea in sacra pagina legitur, Qui viderit mulierem ad concupiscendam eam, iam mœchatus est in corde suo, c. nec solo. 23. q. 2. c. qui viderit, de pœniten. distin. prima. Quorum sententiæ subscribendum non est, primo quoniam manifestè repugnat tex. in cap. adolescens, de sponsa. vbi Adolescens quidam cum quadam contraxit per verba de futuro, & sæpe nixus fuit illam cognoscere, sed non potuit, postmodum per verba de præsenti cum alia contraxit, quæritur quam teneatur ducere. Respondet Papa, quòd primam ducere non potest, quia cum illud non fuerit verum matrimonium ex forma contractus, nec præsumptum, quia conatus non habuit effectum, secundam ducet vxorem. Quod confirmatur, nam vbi ius aliquid inducit ex præsumptione certa, seu ex aliquo facto, non censetur iuri satisfactum, nisi illud factum sit perfectum. c. perpetuæ. de electionib. in vj. Nec arduum est aduersa fundamenta euertere, & ad primum desumptum ex cap. iuuenis, Respondet primo Gaspar de Cal. id esse intelligendum, quando sponsa erat impubes, ita quòd non poterat nec expresse, nec tacitè matrimonio consentire, aliàs inter maiores nixus ad copulam matrimonium induceret præcedentibus sponsalibus. Quæ solutio amplectenda non est, primo quia destruit literam d. capit. iuuenis, quod absolutè, & indistinctè loquitur. Præterea cum sequens copula inducat matrimonium ex prę sumptione iuris a regulis communibus recedentis, non debet illa præsumptio extendi ad casum non expressum. c. in nostra, de iniur. l. 3. §. hæc autem verba. ff. de nego. gest. Accedit postremo, quod duo specialia non debent concurrere circa idem, l. 1. C. de dot. promis. at si nixus sufficeret, duo concurrerent specialia, primum, quòd per copulam sponsalia in matrimonium transirent. Alterum, quòd nixus ad copulam censeretur actus consummatus: propterea Præpos. in c. attestationes. de desponsa. impuber. aliam affert solutionem, inquiens, quòd maximum reperitur discrimen inter sponsalia re & verbis de futuro, & sponsalia sola iuris interpretatione de futuro, prima non transeunt in matrimonium per nixum copulæ. d. cap. fin. Secunda verò transeunt in coniugium per conatum copulæ proximum ætati perfectæ, & ita intelligitur tex. in d. capit. iuuenis. Nec ista solutio approbanda videtur, nam præsumptio coniugalis consensus matrimonium efficit, quæ non colligitur ex nixu copulæ. d. capitu. fina quare conatus copulæ etiam proximæ ætati perfectę coniugium non efficit. At dices, facilius consensus coniugalis colligitur

ex signis

ex ſignis poſt ſponſalia verbis de preſenti contracta, quàm poſt ſponſalia re & verbis de futuro. Quod ego non inficior, modo illa ſigna, ex quibus conſenſus coniugalis preſumendus eſt, poſt ętatem perfectam cõtingant. Quare cenſeo ego ſic commodè reſponderi poſſe, primo quòd in tex. d. c. iuuenis, fuit contractum matrimonium per uerba de preſenti, quod patet, nam cum ad ſponſalium validitatem precipuè requiratur ſeptennium. c. literas, de deſponſ. impub. in præallegato tamen c. iuuenis, ꝙ trahitur cum proxima ſeptennio & oritur publicæ honeſtatis iuſtitia. Dico inſuper quòd intelligitur ille tex. in ſponſa domum perducta, cum qua ex illa perductione conſenſus coniugalis ſaltem tacitus interceſſerat. Et hic eſt ſecundus modus, quo ſponſalia tranſeunt in coniugium, dummodo ſponſa ſponſi domũ ſolẽniter fuerit perducta, ar. c. vidua, de regula. Abb. in c. ex parte, de reſt. ſpo. Et in hac conſideratione intelligitur tex. in l. mulierem. ff. de ritũ nup. quem ſequitur Io. And. in c. fi. de ſponſa. Et quando addebatur, delictum haberi pro conſummato ſaltem quò ad Deum ex inchoatione: Reſpondeo hoc verum eſſe ex parte auerſionis a Deo, ſecus autem ex parte conuerſionis ad opus: propterea inquit D. Auguſtinus. 13. de Trini. c. 5 quilibet efficitur miſer mala voluntate, ſed miſerior poteſtate, & actu extrinſeco, quam ſententiam confirmat Scotus in 2. Sen. diſt. 42. dicens, quòd volens ſubſtinere martyrium, & non ſubſtinens, non tantum meretur, quantum volens ſubſtinere, & ſubſtinens.

An Sponſalia per amplexus, oſcula, munera, aliaque ſigna in matrimonium tranſeant. Cap. 14.

SEd occurrit pulchra dubitatio, ex qua elicitur tertius, & poſtremus modus, quo ſponſalia in matrimonium tranſeunt. Num ſcilicet, ſponſalia per amplexus, oſcula, munera, aliaũe ſigna matrimonium efficiantur? Cui difficultati hac diſtinctione ſatisfacit Abb. in cap. 1 de deſponſa. impube. inquiens, ꝙ ſponſalia aut ſunt de futuro verbis & mẽte contrahentium, & tunc propter hæc, & ſimilia non tranſeunt in matrimonium. c. 1. de matri. contra. cont. inter. eccle. no. Doc. in c. 1. §. idem. de deſponſa. impuber. in vj. Hinc allucinantur But. & Præpoſ. in cap. fin. eod. titu. qui cenſuerunt, per ſubarrationem ſponſalia matrimonium effici, adducentes pro eorum ſententia tex. in d. c. fi. in illis verbis deſponſauit. Sed ille tex. dum dicit deſponſauit, intelligitur per verba de præſenti, vt rectè not. ibi Innoc. quem cæteri ſequuntur. Aut ſponſalia præceſſerunt de præſenti verbis & mente contrahentiũ, ſed iuris interpretatione ſunt de futuro propter minorem vtriuſque, vel alterius ætatem, & tunc ſi perueniunt ad legitimam ætatem intercedentibus prædictis ſignis illa ſponſalia in matrimonium non tranſeunt, c. 1. de deſponſat. impuber. etiam ſi poſt ſeptennium conſenſu tacito fuerint comprobata. no. Ioan. Andr. in d. cap. 1. §. idem. quem ſequitur Henric. in d. cap. atteſtationes, col. penult. Aut demum huiuſmodi ſigna iam ætate completa præceſſerunt, & tunc in matrimonium tranſeunt. d. capit. primo. §. 1. dùm ait, ad pubertatis tempora peruenisſe.

Quot modis ſponſalia diſſoluantur. Cap. 15.

QVærebatur poſtremo, quot modis ſponſalia diſſoluantur, ea enim pluribus modis diſſoluũtur, quorũ ſex potiſſimi ſunt, primo per religionis ingreſſum profeſſione ſecuta; nam ſi matrimonium ante copulam per huiuſmodi ingreſſum etiam quò ad vinculum ſoluitur, c. ex publico. & ca. ex parte. de conuerſ. coniug. multò magis ſponſalia diſſolui fatendum eſt. Hanc tamen ſententiam euertere conatus eſt Brunellus in ſuo tractatu de ſponſ. conclu. 8. num. 1. per tex. in c. commiſſum, de ſponſa. vbi dicitur, quòd qui iurauit cum aliqua contrahere, ſi vult Religionem ingredi, debet primo contrahere, vt iuramentum ſeruet, deinde monaſterium ingredi poterit, ergo ſponſalia religionis ingreſſu non ſoluuntur. Cuius opinioni aſſentiendum non eſt iuribus ſuperius deductis, & allegatis. Ad inſtantiam deſumptam ex c. commiſſum. Reſpondeo primo, ꝙ Papa loquitur ibi conſultiuè, non præceptiuè, nè periurio notetur quò ad vulgi opinionem. Quod confirmatur, nam iuramento de contrahendo matrimonio intelligitur conditio ſi res in eodem ſtatu permanſerit, c. quemadmodum. de iureiur. Sed iſte non permanſit eodem ſtatu, quare ſponſalia huiuſmodi Religionis ingreſſu ſolui poſſunt. Dico inſuper, ꝙ iſte nolebat de præſenti ingredi Religionem, ſed prius domui ſuæ diſponere, vel domi propriæ Religionis auſteritatem experiri, vnde cum tempus contrahendi matrimonium propè eſſet, Papa conſuluit, vt contraheret, ſecus autem ſi de præſenti Religionem ingredi voluiſſet, quoniam tunc Papa dixiſſet, ꝙ ſtatim ingrederetur, & non contraheret, cum huiuſmodi contractus hoc in caſu videatur fraudulentus. arg. l. qui ſic ſoluit, ff. de ſolu. At dices, periculoſum erit ſi iſte matrimonium contrahat, quoniam a Religionis ingreſſu propter pronitatem debitum exigendi auerteretur, iuxta illud,

A iuuene & cupido credatur reddita virgo?

Reſpondeo, ꝙ inſtantia vera eſſet, ſi ille contraheret, & eam domum adduceret, quod tamẽ tex. d. c. verba non facit, ſed ſolum inquit, quòd contrahere debet, ac facile a copula abſtinere valebit.

Soluuntur ſecundo, quando quis contrahit cum alia per verba de præſenti. c. ſi inter. de ſponſ. cuius ratio eſt, quia per ſponſalia non transfertur corpus vnius in poteſtatem alterius, ſed fit promiſſio de transferendo, per matrimonium autem transfertur poteſtas corporis vnius in alterum etiam ſi ſint iurata. c. ſicut. eo. tit.

Soluuntur tertio, ſi ſponſus ſit abſens, & vagetur per orbẽ, modo expectetur per triẽnium ſi neſcitur quo loco ſit. l. 2. C. de repud. Si vero ſponſus ſit intra prouinciam expectari debet per biennium. l. 2. C. de ſponſa. ita tamen vt ſi abſentia ſit neceſſaria ex iuſto impedimento, expectetur quouſq; ceſſet illud impedimentum. l. ſæpe. ff. de ſponſa. niſi ex periculo fornicationis iudex dederit licentiam ſponſæ ad contrahendum matrimonium cum alio, arg. c. fin. de eo qui cogno. conſang. vxo. ſuæ. Hanc iuris ciuilis diſtinctionem iure etiam canonico ſeruandam eſſe exiſtimarunt Ioan. And. Butr. & Hoſt. in c. de illis. de ſponſa. Quorum opinioni Abb. Car. & Præpoſ. per eundem tex. ſubſcribendum eſſe minimè cenſent, ſi quidem Papa reſpondet, liberę ſponſæ ad alia vota tranſire, non. n. liceret, ſi per biennium, vel triennium ipſa expectare teneretur, gl. in cle. dudum, in ver. liberè. de ſepul. quam ſequuntur Abb. & Barb. in c. 1. de offi. ord. in 3. notab. Bal. Car. & Imo. in c. quæ in eccleſiarum. de conſt. Quod confirmatur, nam ſi Papa voluiſſet hanc materiam intelligere cum temperamento legum ciuilium, non dixiſſet liberum, ſed de tempore verba feciſſet, ar. c. ad audientiam, de deci. l. Stichus. ff. de le. 1. quod quidem rationi cõſentaneum videtur propter fornicationis periculum, quod ſponſæ imminet, arg. c. quoniam, §. porro. vt lit. non cont. At dices, hoc aduerſari tex. in ca. ex literis, de ſponſa. vbi quidam contraxerat ſponſalia iurata, & cum per eum non ſtetiſſet, & quinquẽnio expectaſſet, ac alteri poſtea de præſenti nupſiſſet, adhuc eſt ei impoſita pœnitentia. Nam reſpondeo, ꝙ ei imponitur pœnitentia, quia ex quo ſponſalia erant iurata, voluit eis repugnare ſine ſuperioris auctoritate, quod tamen facere non poterat, notant Henr. & Præpo. in d. c. de illis.

Soluuntur 4. lapſu temporis. c. ſicut, de ſponſ. Hæc concluſio aliquam patitur difficultatem per tex. in l. Celſus. ff. de arbit. vbi in obligatione de ſoluendo certa die, duo videntur ineſſe, primo vt die ſtatuto ſoluat, deinde vt non ſoluens die ſtatuto nihilominus etiam lapſo die ſoluat, & ſic lapſus diei non tollit obligationem. Huic inſtantiæ reſpondet gloſ. in d. capitu. ſicut, inquiens, ſingulare eſſe in matrimonio propter imminens fornicationis periculum, vt ſi ſtatuatur terminus ex conuentione partium, præterito termino non debet pars aliam, quæ fuit in mora, amplius expectare. Quæ ſolutio approbanda non eſt, quoniam ad ſpecialitates non eſt confugiendum, l. non aliter, ff. de lega 3. glo. in capitu. præterea. de verborum ſignificat. Immo aſſerenti caſum eſſe ſpecialem incumbit, vt rationem ſpecialitatis probet, tex. eſt notab. in l. antiquitas C. de vſufruc. propterea Goff. & Ioan. An. in d. c. ſicut, aliam afferunt ſolutionem, dicentes, quòd inſtantia locum habet in obligatione de præſenti contracta, in qua dies non apponitur ad eam contrahendam, cum iam contracta ſit, ſed dies apponitur ad ſolutionem faciendam, quare cum non ſit facta ſolutio, ſuccedit Regula, nempè quòd lapſus temporis non tollit obligationem. In caſu autem noſtro obligatio non erat contracta, ſed apponebatur tempus ad eã cõtrahendam, vnde cum nulla ſubeſſe intelligatur obligatio, nec lapſus temporis inducat obligationem, remanet ipſa cõuentio inefficax ſine obligatione per lapſum diei. Hanc Io. And. ſolutionem impugnat Hoſtien. in d. c. ſicut, per tex. in l. 2. ff. de in diẽ adiec. vbi tempus adiectũ ſolutioni obligationis non

Source : BIU Cujas

nis non facit obligationem expirare transacto ipso tempore. At hæc instantia, quæ aduersus hanc ostensionem affertur, ex eo ortum duxit, quia perperam vt censeo terminos illius tex. Hosti. assumpsit, quærens nodum in scirpo, quia prorsus nodo caret, nam agitur ibi quando tempus non erat adiectũ obligationi contrahendæ, sed iam contractæ resoluendæ, ni mirum igitur si adhuc perdurat obligatio.

Soluuntur. 5. mutuo contrahentium dissensu, sicut cæteri contractus, etiam si iuramento confirmentur, capitu. 2. de sponsa. Quæ conclusio mihi maxime videtur dubia, primo per text. in capi. vnico. 32. quæst. vltima, vbi si quis continentiã vouerit, nullo pacto ab eo valet recedere. Accedit quòd sponsalia metu contracta dissolui possunt, capitu. inter cætera. 22. quæstio. 4. ergo a contrario sensu si non fuerint metu contracta dissolui non poterunt. Præterea iuramentum dirigitur in Deum, capitu. debitores, de iureiuran. & solus Papa valet id dissoluere, cap. per venerabilem, de elect. not. in cap. quanto, de iureiuran. & in cap. quod translationem, de offic. delega. quare cum huiuscemodi sponsalia consensu contracta, fuerint iuramento confirmata, nequeunt mutuo solui dissensu, demum obligatur homo etiam per iuramentum coactum, cap. si quis. de iureiuran. quare multo magis per iuramentum voluntarium, non itaque poterunt huiuscemodi dissolui sponsalia. At hæ instantiæ facile soluuntur. Ad primam desumptam ex capitu. vnico, Dico quod votum continentiæ Deo dirigitur, & per illud quis Deo obligatur, capit. magnæ, & cap. ex multa. de voto. nec interponitur causa partis, quare mirum non videtur, si de consensu partis, quæ votum acceptauit, non potest ab huiusmodi voto recedi, & ideo infert Panormita. in capitu. præterea, de sponsa. quòd si quis promiserit ducere vxorem pauperculam mulierem Dei amore, licet nobilis sit, & diues, hoc in casu ex mutuo consensu ab istis sponsalibus non valet recedi. ratio est, quoniam non partis vtilitate, sed Dei amore, ac intuitu contracta intelliguntur. Addebatur 2. sponsalia metu contracta dissolui posse, quare a contrario sensu si metu non fuerint contracta, non dissoluentur. Respõdeo hoc verum esse nisi de partium consensu fiat dissolutio, vt manifeste colligitur ex d. cap. præterea. Et cum dicebatur, iuramentum dirigitur in Deum, & solus Papa id valet dissoluere, quare cum sponsalia consensu contracta, fuerint iuramento corroborata, nõ poterunt mutuo solui dissensu. Pro cuius instantiæ solutione animaduertendum est, quòd aut iuramentum interponitur ad partis tantum vtilitatem, & tunc de eius consensu remitti potest, cap. 1. de iureiuran. Aut iuramentum interponitur ad vtilitatem vtriusque partis, & tunc vnius consensus nõ sufficit, sed vtriusque requiritur, propterea inquit glo. in capitu. vno. 41. quæst. vltima, quod sicut parentes valent pro filiis sponsalia contrahere, ita quoque iam contracta etiam iuramento confirmata euertere. Aut demum iuramentum interponitur ad Dei tantum contemplationem, & tunc solus Papa potest absoluere, & in hac consideratione procedat aduersa instantia. Addebatur postremo, homo obligatur etiam per iuramentum coactum, quare multo magis per iuramentum voluntarium, non itaque sponsalia iuramento confirmata dissolui poterunt. Respondeo primo, quòd per iuramentum coactum homo in matrimonii contractu non obligatur, capit. cum locum, de sponsa. præterea quamuis iuramentum voluntarium sit, tamen si fuerit interpositum ad vtilitatem vtriusque, tunc vtriusque dissensu valent sponsalia tali iuramento firmata dissolui.

Soluuntur demum, fornicatione secuta, cap. quemadmodum, de iureiur. quod quidem intelligitur volente illo, cui facta est iniuria: si enim sponsus vellet non obstante fornicatione sponsam ducere vxorem, esset sponsa cogenda cum eo matrimonium contrahere, alioquin ex fornicatione spõsa commodum consequeretur. In spõsa autem de præsenti solui potest matrimonium quo ad thorum duntaxat, non si sola vi conditionali fuerit fornicata, vt perperam censet Couaru. in epito. de spon. cap. 5. nume. 3. verum etiam si vi præcisa fuerit fornicata, vt consuluit Abb. consi. 4. volu. primo. Sed occurrit pulchra dubitatio, & est talis, Sponsa, quæ diues erat tempore sponsalium, ad paupertatem redacta est, quæritur num sponsus eam vxorem ducere teneatur. Abb. in d. c. quemadmodum, censuit sponsum non teneri, etiam si illa nihil sponso dare promiserit, quoniam promissio est intelligẽda rebus sic stantibus, & non mutatis. Hæc Abb. sententia approbanda non videtur, primò quia aduersatur Glos. in d. c. quemadmodum. in ver. oculos, quam sequuntur Io. And. But. Imo. & cæteri in d. c. & in c. de illis, de cond. appos. Præterea aduersatur rationi, nam ascribendum est viro, qui aut de ipsa dote constituenda pactum non iniuit, aut qui fortunæ bonis confidit. Quod confirmatur, nam sponsalia contracta cum puella pulcherrima, quæ tandem labente tempore pulchritudinem amisit, minime dissoluuntur, vt not. Bald. in cap. iurauit, de probat. At dices, sponsa censetur tacitè omnia bona sua in dotem promisisse, vt inquit Barto. in l. si constante. ff. sol. matri. num. 78.

Respondeo, hanc Bartoli sententiam veram non esse, primo, quia sibimet aduersatur in l. mulier bona. ff. de ritu nupt. Deinde quia repugnat gl. in d. l. mulier bona, quam sequitur ibi Bal. Demum si hæc Bar. sententia vera esset, tunc vendicaret sibi locum in muliere, quæ matrimonium contrahit, non autem in ea, quæ sola sponsalia contrahit, vt no. Ias. in §. fuerat. Instit. tit. de act. nu. 126.

An sponsalibus dissoluendis iudicis sententia requiratur. Cap. 16.

EST demum quæsitu dignum, num in sponsalibus dissoluendis requiratur iudicis sententia? pro cuius difficultatis explicatione formo hanc conclusionem cum quinque limitationibus. Conclusio hæc est, sponsalia absque iudicio Ecclesiæ dissolui nequeunt. c. 2. 33. q 2. c. multorum. 35. q. 6. Quæ conclusio primo limitatur, quando per ingressum religionis dissoluerentur, quoniam tunc fit dissolutio mero iure absque hominis sentẽtia. d. c. commissum, & c. ex publico. Limitatur secundo quando sponsalia dissoluerentur per alia sponsalia per verba de præsenti contracta. d. c. si inter virum. Fallit tertio, quãdo propter affinitatem nuper detectam dissoluerentur. c. ad dissoluendum, de desponsa. impub. Quarto limitatur, quando dissoluerentur propter conditionis defectum, quia tunc perinde habetur ac si contractum non esset matrimonium. d. c. super eo. Limitatur demum, in continentiæ voto, quoniam fortius vinculum tollit infirmius. d. cap. si inter virum. Hanc postremam limitationem euertere nituntur Io. And. Card. & Abb. in d. c. veniens, primo per tex. in c. commissum. de sponsa. vbi fit mentio de sponsalibus de futuro, & proposito continentiæ, & tamen dicitur, q̃ per copulam subsequentem ea purificantur, quare ex continentiæ voto non sunt dissoluta sponsalia, quia per copulam non purificarentur. Idipsum confirmant per ea, quæ notantur in c. præterea, el primo, & in c. requisiuit. de spon. nempe q̃ per sponsalia sponso, & spõsæ ius quæsitum est, vt alter alterum ad ea purificanda cogere valeat, quare ex voto continentiæ alterius alteri præiudicium inferri non poterit. At viri hi grauissimi grauissimo decipiuntur errore, error autem conspicuus ex conspicua aduersarum rationũ solutione patebit. Ad primam sumptam ex c. commissum Respondeo, q̃ non apparet eo in tex. q̃ ante copulam præcesserit cõtinentiæ votum; Et quando addebatur, per sponsalia sponso, & sponsæ ius adeò quæsitum est, vt alter alterum ad ea purificanda cogere valeat. Dico primo, q̃ cum votum cõtinentiæ melius sit quàm nubere, & efficacius vinculum quàm sponsalia de futuro, nõ dicitur hoc in casu frangere fidem, cum propositum in melius commutare videatur. c. peruenit, el 2. de iureiur. Insuper aduersatur hæc instantia tex. in d. c. si inter virum, vbi si quis vni, per verba de futuro, & deinde alteri per verba de præsenti promiserit, prævalent sponsalia de præsenti subsecuta tanquàm maius vinculum, quare multo magis continentiæ votum de præsenti prævalebit, cum melioris vitæ frugem præseferat. d. c. commissum. Nec distinctioni Hosti. in c. veniens, qui cle. vel vo. adhærendum est, dum inquit, quòd aut votũ sponsalia præcedit, & tunc ea non vigent: aut sponsalia præcedunt votum, & vouens spõsalia perficere compellitur. Nam hæc distinctio repugnat tex. in d. c. veniens, in illis verbis, congruam satisfactionem aliàs de fide mentita, & c. vbi contractis sponsalibus de futuro alter eorum continentiæ votum emisit, deinde id seruare noluit, mandat Papa, quòd ei pœnitentia imponatur tum de fide mentita ratione sponsalium, tum etiam de voto violato. Ex quo tex. duo colligere valemus, primo quòd voto sponsalia absolutè soluuntur. Deinde quòd licet pro maiori malo minus malum toleretur, nihilominus ei de minori quoque pœnitentia iniungitur. c. nerui. & c. duo. 13. dist.

Hactenus igitur satis fuerit, earum rerum, quæ ad sponsalium negotium pertinent, potiora capita iuuante Domino pertractasse.

Finis Libri Primi.

Source : BIU Cujas

ALEXANDRI

Carerij, I. C. Patauini, D Andreę Prępoſiti, de ſponſalibus & matrimonio, Liber ſecundus.

De Materia Matrimonij. Cap. I.

ABSOLVTA Sponſalium cõſideratione, nũc de matrimonio agendum eſt, cuius naturam eſſe difficillimæ cognitionis declarant opiniones variæ, quæ de eo circumferuntur, propterea cum eius cognitio ſit præclara, ſit vtilis, ſit ardua, iure accuratiſſimi eſſe debemus in eius inquiſitione. Et quoniam tunc arbitramur rem ſcire, cum cauſas primas nouerimus, principia prima, & vſque ad elementa. l. 1. ff. de orig. iu. l. 1. C. ſi min. ab hęre. ſe abſt. propterea per ſingula cauſarum genera propprediens, ſingula ad id pertinentia explicare conabor, a materia ſumpto principio. Adri. in 4. Sent. diſt. 27. quem multi ſequuntur, Conſenſum contrahentium cenſuit eſſe materiam. Quæ opinio approbanda non eſt, primo quoniam materia matrimonii debet aſſe ſenſibilis. cap. cum apud, de ſponſa. conſenſus autem inſenſibilis eſt; Hinc fallitur Duran. in 4. Sent. diſt. 1. quæſt. 3. qui auſus eſt affirmare, in matrimonio non eſſe res ſenſibiles, cum nutibus, & literis id valeat celebrari, ſi quidem nutus & literę ſunt ſenſibilia ſigna matrimonii, quę quidem verborum loco habentur. d. c. cum apud. Præterea, Adriani ſententia ſubſiſtere non poteſt, quia quod verbis exprimitur, nõ poteſt eſſe materia ipſorum verborum, ſed potius eſt ſignificatum verborum. Demũ, quod eſt ratio contractus, non valet eſſe materia contractus, ſicut nec quod eſt ratio calefaciendi igni, poteſt eſſe materia, circa quam verſatur ignis, ſed conſenſus mutuus contrahentium matrimonium eſt ratio huiuſmodi contractus, l. nuptias. ff. de reg. iur. c. ſufficiat, 27. quæſt. 2. quare conſenſus non valet eſſe materia matrimonii.

Diuus Thomas in 4. Senten. diſtinc. 26. qnæſt. 2. artic. 1. & cum eo Ioan. And. & Bald. in c. licet, & in c. penult. de ſponſa. necnon Goffre. & Innoc. in cap. tuæ fraternitati. eod titu. exiſtimarunt, verba vnius coniugis habere rationem materiæ, & rationem formæ reſpectu verborum alterius, & econtra. Quorum ſententia vera non eſt, primo quia idem ſecundum vnam, & eandem rationem, nullo modo poteſt habere, & rationem materiæ, & rationem formæ, argum. l. 1. ff. de teſtam. præterea cum in contractibus illud habeat rationem materiæ, circa quod verſatur contractus, & non id, per quod exprimitur contractus, l. 1. & ibi no Bald. ff. de verb. obliga. non videtur, ꝙ verba vnius, quibus conſenſus exprimitur, poſſint habere rationem materiæ per comparationem ad verba alterius, quibus & ille alter ſuum exprimit conſenſum. Propterea cum Bal. in l. 1. ff. de ſponſa. dicendum cenſeo, perſonas contrahentes eſſe materiam, cum ſint ſubiectum ipſius matrimonii. Quòd ſi quis dubiter, quomodo idem contrahentes poſſint eſſe materia, & efficiẽs; Dico, contrahentes poſſe bifariam conſiderari, vno modo, vt ſunt principium ipſius contractus effectiuum, quia ipſimet ſunt auctores ipſius contractus. Altero modo, vt tradunt ſibi inuicem poteſtatem ſuorum corporum quo ad actum coniugalem; ſi primo modo conſiderentur, ſunt cauſa efficiens contractus matrimonii: ſi vero ſecundo modo, ſunt materia, quia circa traditionem poteſtatis ſuorum corporum verſatur contractus matrimonij.

De conſanguinitatis definitione. Cap. 2.

ET quoniam materia niſi ſit rectè diſpoſita, non valet recipere formam, ideo progrediendo per cauſas ſuæ indiſpoſitionis diſpoſitioni oppoſitas, patebit quænã perſonæ rectè diſpoſitæ cenſeri debeant, arg. l. 1 ff. de his qui ſunt ſui, vel alie. iu. Quod vt methodo aliqua efficiam, tria potiſſimũ conſideranda occurrunt, primum eſt, an cognatio matrimonio impedimentum afferat. Secundo, num affinitas. Poſtremo, an pub. honeſtatis iuſtitia. Hæc capita, qua potero breuitate, & facilitate explicabo. Vt vero paratiores ad veritatis inſpectionem accedamus, nonnulla præaccipienda ſunt, primo quid ſit conſanguinitas, ſecundo quid ſit linea, & quid ſit gradus; Deinde ponendæ ſunt tres regulæ. Quo ad primum attinet, Hoſtien. in ſua ſumma, titu. de ſponſa. §. 1. & 2 & cum eo Ioan. And. in deſcrip. arbo. conſang. ita eam definiuit, Conſanguinitas eſt vinculum perſonarum ab eodem ſtipite deſcendentium carnali propagatione contractum. Quæ definitio, vt cenſeo, approbanda non eſt, primo, quoniam ex ea colligitur, omnes homines eſſe conſanguineos, ac inſuper Adam & Caim cognatos non fuiſſe, quæ omnia falſa ſunt. Nec ea Præpoſ. in explicatione eiuſdem arboris approbanda videtur, nempe quòd ſit attinentia perſonarum ex eo proueniens, quòd vna deſcendit ab altera, vel ambæ ab eadem. Quoniam eandem patitur obiectionem. Quare Bald. in l. Lucius. ff. de petitio. hæredita. rectè eam definiuit, inquiens, conſanguinitas eſt vinculum perſonarum ab eodem ſtipite propinquo deſcendentium, vel quarum vna deſcendit ab alia carnali propagatione contractum. Dicitur ab eodem ſtipite propinquo, quoniam deſcendentes ab eodem ſtipite remoto non ſunt conſanguinei, alioquin omnes homines ab Adamo deſcendentes, conſanguinei forent. Hinc conſanguinei propinqui dicuntur, quòd eodem propinquo ſanguine fuerint geniti. l. cum pater. §. a te peto. ff. de lega. 2. l. capitis, & l. ſi ſpurius. ff. vnde cogn. Hoc autem vinculum, ſeu propinquitas, ſicut & omnis amicitia, fundatur in communicatione triplici, naturæ ſcilicet, curæ, & diſciplinæ: naturæ, quia omnes conſanguinei (vt dixi) deſcendunt per carnis propagationem ab vno ſtipite, qui eorum communis eſt parens. Curæ, quoniam parentum cura ad filios non ſolum immediatos, verum inſuper ad filios filiorum protenditur. Diſciplinæ, quia proles ſub patris poteſtate, & ſubiectione eſſe debet.

De lineæ, & gradus definitione. Cap. 3.

TRADITA conſanguinitatis definitione, eaque declarata, eius gradus, ac diſcrimina ſupereſt cognocere: verum quia ex linea gradus conſurgunt, ideo prius quid, & quotuplex ea ſit, videndum eſt. Linea vt cenſet Bald. in præcitata l. Lucius, eſt ordinata perſonarum collectio conſanguinitate coniunctarum ab eodem propinquo ſtipite deſcendentium diuerſos gradus habens, l. iuriſconſultus. §. ſed ex lateribus. ff. de gra. Quæ triplex eſſe dicitur, aſcendentium ſcilicet, deſcendentium, & tranſuerſalium. Ex linea aſcendentium conſurgunt iſti gradus, pater ſcilicet, & mater, auus, & auia, proauus, & proauia, atauus, atauia; Ex linea verò deſcendentium, filius, & filia; nepos, & neptis; pronepos, proneptis; atnepos, atneptis. Ex linea tranſuerſalium, duo fratres filii duorum fratrum; Nepotes duorum fratrum, & eorundem pronepotes. Gradus autem eſt habitudo diſtantium perſonarum, qua cognoſcitur quota generationis diſtantia duæ perſonæ inter ſe differunt, vt inquit Ioan. Andr. in arbo. conſangui. Hæc graduum diſtinctio dicitur eſſe ſecundum iura canonica, non ciuilia, cum inter hæc iura gradus conſtituentia, multa reperiantur diſcrimina. Nam per Canones ſancitum eſt, quòd ex fratre, & ſorore vnus oriatur gradus, iura verò ciuilia ſtatuunt, ex his duos conſurgere gradus, quoniam illa habitudo, quæ eſt fratris ad ſororem, non eſt illamet, quæ eſt ſororis ad fratrem, propterea inquit Auicen. 3. Metaphiſic. capitulo decimo, quòd fraternitas, quæ eſt in vno fratre ratione alterius, non eſt fraternitas, quæ eſt in alio ratione iſtius. Inſuper iure ciuili computantur gradus, vt intelligitur, qualiter hæreditas, vel ſucceſſio ex vna in aliam perſonam inter conſanguineos transferatur. Iure verò canonico, vt oſtendatur, vſque ad quem conſanguinitatis gradum nuptiæ prohibeantur. capitu. ad ſedem, 35. quæſtio. quinta. Ratio autem diſcriminis ea eſt, quia hæreditas deferri nequit, niſi ex vna in aliam perſonam, ideò ſecundum leges in ſingulis perſonis ſunt ſinguli gradus. Sed nuptiæ ſine duobus fieri nequeunt, propterea canones duas in eodem gradu conſtituunt perſonas.

Sed oritur dubitatio, ſtatutum decernit de ſucceſſione vſque ad certum gradum, quæro ego, quomodo computabitur gradus? Butrius referente Card. in cap. vir. de conſang. & affini. in quæſtio. incipiente, ſtatuto ciuitatis, exiſtimauit, gradus ſecundum ius ciuile computari debere. Hanc But. ſententiam ſequuntur Bald. in l. 2. C. de ſucceſſ. edic. & Ioan. And. in addit. Specu. in rubri. de ſucceſſio. ab inteſta. §. 1. ver. & an filii. Addo ego text. in capitu. cum eſſes. de teſtamen. Quare Cardina. in d. cap. cum vir, manifeſtiſſimè aberrauit, cum dixerit, in ſola hæreditate deferenda, ſecus in cæteris attendi ius ciuile. At ſe nobis offert alia dubitatio, cum in

matrimoniis

Source : BIU Cujas

matrimoniis attendatur gradus ſecundum ius canonicum, & in hæreditatibus ſecundum ius ciuile, num vltra quartum gradum de iure canonico detur gradus? Abbas in cap. 1. de conſangui. & affini. cenſuit, de iure canonico non dari gradum vltra quartum gradum, per text.in cap.non debet,eod. titu. Ex aduerſo Goffre in ſumma,eod.titu.§.1.verſicu.item quæritur, exiſtimauit, cõſanguinitatem vſque ad ſeptimum gradum perdurare, per tex.in cap.ſedem,35.quæſt.5.Ego tamen vtriuſque ſententiam veriſſimam cenſeo, & ſolum in verbis eſſe contentionem. Nam cum dicebatur,vltra quartum gradum non dari gradum, verum eſt,impedientem matrimonium, niſi ex eo ſcandalum oriretur, cap. 1.de cognat. ſpirit.ſed datur gradus vſque ad ſeptimum ratione ſucceſſionis, d.cap.ad ſedem. Ideò ambo in ſuo conſiderandi genere optimè loquuntur,ſic perperam Bald.Abbatem,& Præpoſitus Goffredum carpunt.

Graduum computatio per tres regulas oſtenditur. Cap. 4.

Demum horum graduum cõputationem per tres regulas explicare oportet, quarum prima hæc eſt, Contrahentes ſine diſpenſatione in gradu conſanguinitatis prohibito,nulla annorum longinquitate deſen duntur, quoniam diuturnitas temporis peccatum non minuit,ſed auget: tantoque grauiora ſunt crimina, quanto diutius infœlicem animam detinent alligatam, cap. non debet.de conſanguinita.& affinita.Secunda eſt regula,quòd to to gradu perſonę a ſtipite deſcendentes inter ſe diſtant,quoto a ſtipite diſtant. Idem tamen gradus efficacior eſt in linea deſcendente, quàm in tranſuerſali, exempli gratia, filius a patre diſtat primo gradu, duo fratres eodem coniunguntur gradu, & tamen coniunctior eſt filius patri, quam fratri, ſimiliter filius filii, auo ſecundo coniungitur gradu, filii duorum fratrum ſecundo coniunguntur gradu, & nihilominus filius filii magis coniungitur auo, quam filii duorum fratrum inter ſe, quare idem conſanguinitatis gradus in linea deſcendente eſt arctius vinculum, quàm in linea tranſuerſali.

Tertia & poſtrema regula hæc eſt, quòd quando perſonæ inæqualiter diſtant a ſtipite,vtputa vna in quarto,altera in ſecundo conſanguinitatis gradu,inter illas perſonas fieri debet computatio iuxta gradum a ſtipite remotiorem,c.fi.de conſang.& affini. Cuius ratio eſt, quia conſanguinitatis ratio in linea tranſuerſali ab ea ortum ducit,quæ ſtipiti adhæret,propterea inquit Ariſtoteles.8.Ethic.c.12.Cognita amicitia omnino ex paterna pendere videtur,& ideo vnus in linea tranſuerſali nõ valet eſſe propinquior quam ſtipiti, quare rectius cenſuerunt hi, qui patrem & matrem truncum ſtatuerunt, quàm Iſidorus,qui.9.Ethimo.cap.fratrem, & ſororem truncum poſuit.

An conſanguinitas matrimonium impediat. Cap. 5.

His præaſſumptis, dum primo quærebatur,num conſanguinitas matrimonio impedimentum afferat,quoniam ea triplex eſt,carnalis ſcilicet, ſpiritualis, & legalis. de carnali prius ſermo habendus eſt, de qua duæ ſunt opiniones; vna eſt Vuitcleff.& ſectatorum,in quarto ter damnati Trialog.ca.22.qui cenſent, conſanguinitatem non eſſe aliquod vinculum, & ob id nullum matrimonio afferre impedimentum. Primo, quia iſtud conſanguinitatis vinculum vel eſſet inter homines ratione animæ,vel ratione corporis; non ratione animę, quoniam omnes animæ rationales producuntur in eſſe per creationem: non ratione corporis, quia in his, quæ corpus reſpiciunt, homines communicant cum brutis, inter quæ uullum eſt conſanguinitatis vinculum. Præterea q̃ nulli ex matrimonii bonis aduerſatur, matrimonium non impedit, argum.cap.1.33.q.1.ſed conſanguinitas nulli matrimonii bono repugnat, quia ita valent ſeruare fidem, & gignere prolem, ſicut & extranei, quare conſanguinitas matrimonium nõ impedit. Poſtremo hac vtuntur ratione, Eua immediatè ex Adæ coſta formata fuit, & nihilominus propinquitas ea matrimonium inter eos non impediuit, quare multò minus alia carnalis propinquitas hoc efficere poterit. Quorum opinio approbanda non videtur, quoniam repugnat tex.in cap. quædam lex.35.quæſ.3.aſſerit ibi Gregorius,quòd ſiue duorum fratrum germanorum,ſiue duarum ſororum filius & filia miſceantur,experimento didicit, ex tali cõiugio ſobolem non poſſe ſuccreſcere. At id,quod impedit ſobolem ſuccreſcentem,matrimonium impedit, quare aliqua conſanguinitas matrimonium impedit. Propterea dicendum arbitror, cõſanguinitatem matrimonium impedire tripliciter, primo ex præſcripto legis naturæ;ſecundo, legis diuinæ;demum,ex præcepto Eccleſiæ. Ex præſcripto legis naturæ,quoniam maior obſeruantia patri,vel matri, quàm coniugi debetur, at ſi filius matrem duceret vxorem, tunc mater eſſet filio ſubiecta, propterea dicitur Geneſ.2.propter hoc relinquet homo patrem, & matrem &c. ſi quidem copulam hanc horrent quædam bruta animalia, quandiu parentes ſuos cognoſcũt, vt de Camelo,& Equo recitat Philoſophus.8.de Anima. Inſuper quia generationis ſeries procedere,& non retrocedere debet, ſed aliquo modo retrocederet, ſi proles proli carnaliter iungeretur. Accedit præterea,quòd eſſet conſanguinitatis confuſio,quia proles ex filio & matre genita eſſet patri frater,aut ſoror,quoniam ex eadem matre,& genita ex patre,& filia eſſet matri frater,vel ſoror,quia ex eodem patre,ac inſimul filius eius,aut filia, quod eſt inconueniens, ſiquidem ex altera parte inter eos eſſet paritas, ex altera ſubiectio. Propterea de Pompeio legitur, q̃ a Cornelia vxore pudica diſſuaſus eſt, ne adiret Perſas, eorum libidinem deteſtatus, qui more ferarum matribus, & ſororibus promiſcuè vtebantur, vt expreſſit Lucanus inquiens,

At non Cornelia letum
Infando ſub Rege timet, num barbara nobis
Eſt ignota venus, quæ ritu cæca ferarum
Polluit innumeris leges, & fœdera tedæ
Coniugibus, thalamique patent ſecreta neſandi,
Inter mille nurus veſana meroque
Regia non vllis exceptos legibus audet
Concubitus, tot fœmineis complexibus vnum,
Non laxat nox vna marem, iacuere ſorores
In fratrum thalamis, ſacrataque pignora matrum,
Damnat apud gentes ſceleris non ſponte peracti
Cœdipodomax infœlix tabula Thebas
Parthorum dominus, quoties ſic ſanguine mixto
Naſcitur Arſacides, cui fas implere parentem
Quid rear eſſe nephas? proles tam clara Metelli
Scabat barbarico coniux milleſima lecto.

At dicet aliquis,Abraham matrimonium contraxit cum Sara eius ſorore, quæ teſte Hierony. in quæſt. Hebra.ſuper Gene.fuit vera ſoror ex patre,quare iure naturali non prohibentur conſanguinei copulari. Hæc cuaſio nullius eſt momenti,quoniam Sara referente Diuo Auguſtino in 15.de ciui.Dei.cap.12.non fuit verè Abrahæ ſoror,ſed filia fratris ſui Aron, & ſic neptis ex fratre; nam qui maximè propinqui erant, ſolebant fratres, & ſorores appellari. ſic Cicero lib.5. de finib.in initio, Lucium Ciceronem patrui ſui filium fratrem appellat.Idipſum confirmatur,nam propriè nepotes dicuntur ex filio,vel filia nati,l.fi.§.nepos.ff.de gradi.§.fi.Inſtit. titu.de pat. pote. & nihilominus propter ſanguinis proximitatem filii fratrum, vel ſororum, dicuntur nepotes, cap.1.§. ſi militer.quib.mod.feu.amit.cap. per tuas.de probat.c quod ſuper his, & c.tua nos.de conſang. Cuius quoque opinionis fuit Ariſtoteles ſecundo Poli. cap. 2. propterea aberrant D. Thom.Bonauen.& Ricar.qui in 4.Sent.diſt.40.dixerunt, ſecundum gradum in linea recta aſcendenti,& deſcendenti iure naturali non prohiberi. Rurſus ex præſcripto legis diuinæ copulari prohibentur hi, qui ſunt in primo gradu conſanguinitatis in linea collaterali, nec non cæteri primi gradus, dicente ſcriptura Leui. 18. omnis homo ad proximam ſui ſanguinis non accedat,non ea quidẽ ratione,vt opinantur nonnulli, quia matrimonium inſtituitur ob reprimendam concupiſcentiam, quoniam ad hanc repreſſionem non inſtituitur,niſi quatenus per actum matrimonii ei ſatisfieri dicitur, vt illicita vitetur corruptela,ſed quia ſecũdus finis matrimonii eſt hominum confœderatio, atq; amicitiæ multiplicatio, dum homo ad vxoris conſanguineos vti ad ſuos ſe habere dicitur:at inter eos,qui primo conſanguinitatis gradu coniuncti ſunt,eſt amicitia naturalis,quæ per mutuam cohabitationem augetur,& aucta conſeruatur,quare ſi matrimonio copularentur,nulla noua amicitia iniretur.

Demum,de iure poſitiuo copulari prohibentur vſque ad ſeptimum gradum,cap.progeniem ſuam.35.q.3.ſed tres vltimi gradus per Concilium generale reuocati cenſentur,c.nõ debet,de conſan.& affi. Ratio autem ea fuit,quoniam prohibitio erat tum inutilis, tum periculoſa; inutilis, quia refrigeſcente charitate, naturalis amicitiæ vinculum iam ad paucos parum ſe extendebat: erat inſuper periculoſa,quoniam propter cõſanguineorum multiplicationem,& obliuionem,vix

Source : BIU Cujas

probibitio abſque maxima tranſgreſſione poterat obſeruari. remanet itaque prohibitio vſque ad quartum gradum, cap.quare,de conſangui.& affini.Propterea falluntur Palud. Floren.& Maio.in 4. Senten.diſtinc.40.qui auſi ſunt affirmare, Romanum Pontificem in nullis gradibus', qui in Leuitico exprimuntur, poſſe diſpenſare. At dicet quiſpiam,matrimonium a Deo inſtitutum, cap. tranſumptiuè. §. his ita. 32. quæſt.2.cap.gaudemus, de diuor.ſed inferior non valet ſuperioris legem mutare,l.minor autem.ff.de mino.quare Romanus Pontifex non poterit circa matrimonium aliquid noua prohibitione, vel diſpenſatione inducere. Huic obiectioni reſpondeo, primò quòd materia huius ſacramenti eſt homo, qui quidem iuri humano ſubeſſe dicitur, & tanquàm Reipub.membrum legibus obtemperare debet, idcirco humana lex valet aliquos homines a matrimonio auertere, & materiam a ſacramẽto abſtrahere.Dico inſuper,quòd quamuis matrimonium ſit ſacramentum,proximè tamen accedit humano contractui,quare nimirum ſi lege humana,pariterque pontificia nonnulli propter ipſius Chriſtianæ Reipu.vtilitatem ab huiuſmodi contractu eximantur. Nec arduum eſt inſtantias Vuitcleff.a nobis ſuperius excogitatas, euertere. Dicebatur enim primo, vinculum conſanguinitatis aut eſſe inter homines ratione animæ, aut ratione corporis,neutroque modo concedi poſſe. Pro ſolutione dico,quòd ſicut omnis amicitia in aliqua communicatione conſiſtit, & omnis communicatio alicuius amicitiæ eſt cauſa, teſte Philoſopho.8. Ethi.c.12.ita quoque iuxta varia communicationum diſcrimina,variæ conſurgunt amicitiæ,cõſanguinitas autem eſt quædam naturalis communicatio in ſanguine collocata, nam ſanguis vltima concoctione concoctus, eſt proxima ſeminis materia,quod quidem ſemen non ab omnibus viuentis partibus decidit, vt exiſtimarunt antiqui, ſed ſemen qua ſemen decidit a teſtium meatibus, id verò cõſideratum quo ad partes formam, vel materiam præſeferentes, actu, & propriè a corde decidit, virtute verò, & facultate ab omnibus membris;propterea conſanguinitas eſt inter conſanguineos cuiuſdam naturalis amicitiæ cauſa, & quia naturalis amicitia eſt formale, ac naturale eorum vinculum, quorum eſt, ideo prædicatione cauſali dicitur conſanguinitatem eſſe vinculum,id eſt vinculi cauſam.Verum quia conſanguinitas naturalem non parit amicitiam,niſi per cognitionem communicationis in ſanguine, quam perfectè in homine, imperfectè in brutis conſpicimus,propterea conſanguinitatis vinculum dicitur eſſe inter homines ſimpliciter, inter aliqua bruta ſecundum quid. Addebatur ſecundo,non impedit matrimonium, quod nulli eius bono aduerſatur: at conſanguinitas eſt huiuſmodi,quoniam ita valent conſanguinei ſicut extranei ſeruare fidem,& gignere prolem.ergo &c Pro reſponſione dico, quòd quamuis conſanguineorum coniunctio alicui matrimonii bono ex toto non officiat,officit tamen decenti obſeruationi, & quodammodo eorum honeſtati. Ad poſtremam inſtantiam cum dicebatur,Euam immeditate ex Adæ coſta fuiſſe formatam,& tamen ea propinquitas matrimonium non impediuit. Reſpondeo, ꝙ Eua non fuit Adæ conſanguinea, quoniam ab eo non fuit naturaliter propagata,& ideo inter eos matrimonium non impediuit.

De cognationis ſpiritualis definitione. Cap. 6.

Conſiderationi carnalis cognationis ſuccedit conſideratio ſpiritualis, in qua quatuor conſideratione digna quærenda, ac diſſoluenda proponuntur:Primo quid ea ſit,ſecũdo propter quod contrahatur, tertio inter quas perſonas, Poſtremo num per eam matrimonium impediatur. Quo ad primũ attinet,breuiter dico, quòd ſpiritualis cognatio eſt propinquitas perſonarum,ex datione,vel tentione ſacramenti proueniens,c.veniens.de cogna.ſpi.Ratio hæc eſt, quoniam ſicut homo accipit eſſe naturæ per carnalem generationem, ita accipit eſſe gratiæ per ſpiritualem regenerationem. ſicut ergo per carnalem generationem vinculum carnalis cognationis inter genitum,& generantem contrahitur,ſic per ſpiritualem regenerationem ſpiritualis cognationis vinculum inter regeneratum,& regenerantes contrahitur.

Propter quod cognatio ſpiritualis contrahatur. Cap. 7.

Quo ad ſecundum variæ extiterunt opiniones,duę tamen potiores in medium proferuntur, quarum prima eſt, quòd per quodlibet ſacramentale baptiſmum antecedens contrahitur ſpiritualis cognatio, cuius ratio eſt, quæ tangitur in cap.peruenit, in fi.30. quæſt. 1. quoniam ſicut ſpiritualis regeneratio fit per Spiritum ſanctum, cuius ſeptem ſunt dona, ſic in illis ſeptem, quæ a primo baptiſmi fonte vſque ad confirmationem fiunt,ſpiritualis confertur regeneratio, ac ſpiritualis acquiritur cognatio. Quæ opinio approbanda non eſt, quoniam carnalis cognatio niſi per carnalem generationem contrahitur, quare & ſpiritualis niſi per ſpiritualem, ſed ſpiritualis regeneratio niſi per aliquod ſacramentum perficitur, quare per illa ſacramentalia, quæ baptiſmum antecedunt, ſpiritualis cognatio non contrahitur. Propterea altera eſt opinio, quam approbandam exiſtimo, quòd ſpiritualis cognatio per baptiſmum, & confirmationem contrahitur, non ea ſola quidem ratione, vt opinantur nonnulli, quia per Catechiſmum vinculum quoddam ſpirituali cognationi perſimile, contrahatur, ſed quia ſpiritualis cognatio per actus ad ſpiritualis regenerationis munus pertinentes contrahitur. Ad hoc autem munus obeundum tria concurrunt, vnum tanquàm diſponens ſpirituale,& id dicitur eſſe Catechiſmi inſtitutio. Aliud tãquàm formaliter dans eſſe ſpirituale, & eſt ſuſceptio baptiſmi.Tertium tanquam perficiens, & eſt confirmationis ſuſceptio,cũius munere, & facultate fidelis homo in publicam fidei confeſſionem exponitur.Nec nobis officit aduerſa ratio,deſumpta ex cap.peruenit.30.q.1.quoniam ibi loquitur copulatiuè, & non diſiunctiuè, quia per illa quaſi ſimul iuncta ſpiritualis cognatio contrahitur.

Inter quas perſonas ſpiritualis cognatio contrahatur. Cap. 8.

Quod tertio loco diſſoluendum proponebatur, animaduertendũ eſt, quod ſpiritualis cognationis tres ſunt ſpecies, vna, ſpiritualis paternitas nuncupatur, quæ inter regenerantem contrahitur, & regeneratum: alia, ſpiritualis compaterniras appellatur, quæ eſt inter patrem & matrem ſpiritualem. ex quo patet, quod inter matrem ſpiritualem, & patrem ſpiritualem non contrahitur aliqua ſpiritualis compaternitas, quia non coniunguntur in regeneratione ſpirituali niſi per accidens, quia vnus ad hoc per ſe ſufficeret, nec tranſit in vxorem nondum carnaliter cognitam, quia nondum effecti ſunt vna caro, capitu.Martinus, & ibi gloſ.de cogna.ſpiri. Tertia ſpecies cognationis ſpiritualis confraternitas dicitur, quæ eſt inter filium ſpiritualem, & filium carnalem eiuſdem patris, quod tamen intelligitur quando perſonæ prædictæ baptiſmatis charactere ſunt inſignitæ quia inter alias perſonas ea contrahi non poteſt. & ratio eſt, quoniam qui eſt expers ſpiritualis vitæ, in qua homo per baptiſmum renaſcitur, non eſt capax ſpiritualis cognationis, cap.pitatium, 30. quæſt.3.cap.ex literis, de cognatio. ſpiri. Sed pulchra oritur dubitatio, num per procuratorem contrahi valeat ſpiritualis cognatio. Canoniſtæ inter ſe digladiantur, illorum opiniones præcipuæ ſunt duæ, prima fuit Ioan. Andr. in regula poteſt quis per alium, de regu.iuris, in 6. quem ſequitur Archidia.in capit.1. eodem titu.qui cenſuit, ſpirtualem cognationem per procuratorem minimè contrahi, hac ratione motus, nam quemadmodum legalis vel carnalis per procuratorem contrahi non poteſt. l. neque, & l. poſt mortem. ff. de adoptio.ita nec ſpiritualis per procuratorem contrahi poterit. Ex aduerſo Cardina. in cap. veniens, de cognat. ſpiri. exiſtimauit, eam per procuratorem contrahi poſſe, nam quiſque actus valet explicari per procuratorem, niſi expreſſè a iure ſit prohibitus, l. rurſus. §. 1. ff. de procurat. cap. poteſt quis per alium. de regu.iur. in 6.at nullibi ſpecialiter hoc prohibetur, quare hanc ſpiritualem cognationem per procuratorem contrahi poſſe fatendum eſt. Sed ambæ opiniones facile conciliari poſſunt, ſi ex mente Abbatis in d. capit. veniens, dixerimus,ante factum quem non admitti per procuratorem,poſt factum verò,ſecus.Ratio eſt,quoniam compater apud Deum fideiuſſor pro puero conſtituitur,cap.vos. de conſecra.diſt.4 hæc autem obligatio poteſt contrahi per procuratorem, tum quia nõ eligitur induſtria perſonæ,tum inſuper,quia res magna non agitur. accedit,quòd multa per procuratorem fieri prohibentur,quæ facta tenent,gl.in cap. 1.de iudic.in l.vniuerſis.C.de precib.impe.offe. Bart.in l.poſt mortem.ff. de adopt. Qui in l. Gallus. §. forſan. ff. de liber. & poſthum. ſibiipſi non conſtat, nulla ratione compulſus, ſed leui potius vento exagitatus, vnde mirum videri debet, tam grauem, & inſignem authorem aduerſantes ſibi protuliſſe ſententias.

An

An ſpiritualis cognatio matrimonio impedimentum afferat. Cap. 9.

Quod ſpectat ad quartū, & poſtremū caput ſpiritualis cognationis, nū. ſ. ea matrimonium impediat, ſic diſtinguendum arbitror, ſpiritualis cognatio aut præcedit, aut ſequitur matrimonium: ſi præcedit, tunc impedit contrahendum, & dirimit contractum. ratio eſt, quoniam ſecundus matrimonii finis eſt amicitię communicatio, vt ſuperius dictum eſt, ſed perfecta amicitia his intercedit, inter quos ſpiritualis reperitur cognatio, quare inter eos matrimonium contrahi non debet. minor patet per id, quod habetur in c. 1. 30. quæſt. 3. vbi hæc ſunt verba, ita diligere debet homo illum, qui eum ſuſcepit de ſacro fonte, ſicut & patrem, & hoc nullam habet dubitationem de paternitate, vel compaternitate ſpirituali. Sed de confraternitate oritur dubitatio, num ſcilicet per eam matrimonium impediatur. Nonnulli dixerunt, quòd filii & filiæ duorum compatrum, vel duarum commatrum geniti, poſt contractam compaternitatem non valent inter ſe cōtrahere, cap. poſt ſuceptum, 20. q. 3. Contra cenſuerunt aliqui, quòd filii & filiæ ante ſiue poſt confraternitatem geniti poſſint ſimul cōtrahere, excepta illa perſona, per quam ad compaternitatem peruentum eſt, cap. ſuper quibus. 30. quæſt. 3. niſi tamen conſuetudini metropolitanæ Eccleſiæ aduerſetur, cap. 1. & cap. ſuper eo. de cogna. ſpi. Hanc poſtremam ſentētiam veriſſimam cenſeo. At tex. in c. ſuſceptum, reſpondeo, per d. ca. ſuper quibus, ei fuiſſe derogatum, & iure quidem: nam ſicut duorum compatrum vnus eſt carnalis, alter ſpiritualis, vt dictum eſt, ita duorum confratrum vnus eſt carnalis, alter ſpiritualis. nō enim fratres dici queunt, niſi ſint eiuſdem patris. iſtud autem ſolum vendicat ſibi locum inter filium ſpiritualem, & filios carnales eiuſdem patris, & non inter alios, quare inter ipſos ſolum eſt ſpiritualis fraternitas, quæ matrimonium impedit, & dirimit. Si verò compaternitas ſequatur, nunquam impedit matrimonium quò ad vinculum, ſed de actu diſtinguitur ſic, quia aut contrahitur ex neceſſitate, vt quando vir & mulier in neceſſitatis articulo proprium filium baptizant, & tunc non impeditur exigi, & reddi debitum. Aut ſine neceſſitate, & tunc aut per ignorantiam, & ſic non impeditur neq; reddi, neq; exigi. Aut per fraudem ad inſidiandum matrimonio, & tunc fraudulentus ob commiſſum delictum, pœnitentiam agere debet. c. ad limina. 3. q. 1.

Vtrum cognatio legalis matrimonium impediat. Cap. 10.

Supereſt vt de tertio cognationis membro verba faciamus, num ſcilicet legalis cognatio matrimonio impedimentum afferat. ob cuius difficultatis explicationem, illud primo notandum eſt, quòd legalis cognatio eſt quædam propinquitas ex adoptione proficiſcens. Adoptio autem eſt alicuius perſonæ extraneæ in filium, vel nepotem, vel deinceps legitima aſſumptio. §. 1. Inſtitu. tit. de adopt. Ratio eſt, quoniam Ars imitatur naturam. §. minorem. Inſtitu. titu. de adopt. in hoc autem naturam imitatur, primo quia ſicut per generationem naturalem quis filium procreat, ita per ius poſitiuum, quod eſt ars æqui, & boni. §. iuris præcepta, de iuſti. & iu. poteſt ſibi quis aliquem filium aſſumere, & talis aſſumptio vocatur adoptio. Inſuper ſicut natura de non filio filium efficit, ſic adoptio. Propterea dicitur aſſumptio extraneæ perſonæ in filium. Hinc hallucinantur nonnulli, qui aſſeruerunt, adoptionem non eſſe alicuius perſonæ extraneæ. At dices, Mardocheus adoptauit Heſter in filiam, quæ fuerat filia fratris ſui; Reſpondeo, q̄ per extraneam perſonam intelligitur quicunque non eſt in poteſtate adoptantis, ſiue ſit de eius cognatione carnali, ſiue non.

Præterea accipiendum eſt, quòd duæ ſunt adoptionis ſpecies, vna imperfecta, per quam non transfertur, adoptatus in poteſtatem adoptantis, & hæc vocatur ſimplex adoptio. Altera perfecta, per quam transfertur adoptatus in poteſtatē adoptantis, & hæc vocatur arrogatio, quia is, qui adoptat, arrogatur. i. interrogatur, an velit eum, quem adoptat, legitimum filium, vel filiam eſſe; & ille, vel illa interrogatur, an id fieri patiatur. Hæ autem duæ adoptionis ſpecies in quatuor differunt, primo, quia nō poteſt arrogari niſi qui ſui iuris eſt, ſed adoptatur qui eſt alieni, iuxta illud,

Arrogo qui ſuus eſt, ſed habet meus eſſe neceſſe,
Patris adopto ſuum, ſed patris permanet idem.

Secundo differunt, quia arrogatus (vt dictum eſt) tranſit in poteſtatem arrogantis, ſed adoptatus non tranſit in poteſtatem adoptantis, l. penulti. C. de adopt. Tertio quia arrogatus habet legitimam in bonis arrogatoris, propterea ſiue eum emancipet, ſiue non, ei legitimam relinquere debet, l. Papinianus. §. ſi quis ex his. ff. de inoffic. teſtam. quod in adoptato ſecus euenit.

Demum differunt, quoniam arrogatio niſi principis auctoritate fieri poteſt, ſed adoptio auctoritate cuiuſlibet competentis magiſtratus, l. 1. & 2. l. in adoptionibus, & l. etiam infantem. ff. de adopt. Deinde conſiderandum eſt, quòd non quilibet arrogare, vel adoptare poteſt, ſed ſolum ille, qui valet naturaliter generare. Hinc excluduntur caſtrati, & ſpadones: ratio eſt, quoniam adoptio eſt in ſolatium liberorum amiſſorum, vel qui habere potuerunt, & non habuerunt. Accedit q̄ adoptator debet adoptatum plena pubertate præcedere, ita quòd poſſit ipſum naturaliter genuiſſe, ac inſuper ſui iuris eſſe debet; quia adoptio inſtituitur adeundæ hæreditatis gratia, & ideò illi ſoli licet adoptare, qui ſuorū bonorum legitimam habet adminiſtrationem. His ita præaſſumptis, dū quærebatur, num legalis cognatio matrimonio impedimentum afferat, reſpondeo, eam non ſolum impedire matrimonium contrahendum, ſed dirimere iam contractum, c. ita diligere, 30. q. 3. vbi hæc habentur verba, Inter eos, qui natura, & eos, qui adoptione filii ſunt, venerandæ leges iure matrimonia contrahi nō permittunt. Quare grauiter errarunt hi, qui non ſolum adoptiuum filium alicuius, cum eiuſdem filia adoptiua, verum inſuper cum eiuſdem filia naturali, matrimonium contrahere poſſe, cenſuerunt.

De affinitatis definitione. Cap. 2.

Abſoluto primo capite, quod quidē ad conſanguinitatem attinebat, agamus nunc de ſecūdo, nempe de affinitate. Quærendum igitur proponebatur, num affinitas impediat matrimonium. ob cuius difficultatis ſolutionem nonnulla conſideranda ſe offerunt, primo, quid ſit affinitas. Secundo an affinitas ex affinitate oriatur. Tertiò an ea per ſponſalia contrahatur. Quarto, num per matrimonium non conſummatum. Quinto, vtrum contra prohibitionē de contrahendo cum affine præſcribi valeat. Demum an nati de huiuſmodi matrimonio illegitimi cenſeantur. Ex his ſex problematibus ducitur, ac tanquam ex fontibus hauritur noſtrę quæſtionis ſolutio, ac determinatio.

Dum primo quæritur quid ſit affinitas, prætermiſſis aliorum definitionibus, eam Ioan. And. in ſumma de affi. approbandam cēſeo, dicentis, affinitas eſt proximitas perſonarum ex coitu proueniens, omni carens cognatione. Dixit ex coitu, & non ex nuptiis, quoniam quò ad coniugium impedien dum affinitas ex coitu deducitur, c. diſcretionem, de eo, qui cogno. conſang. vx. ſuæ. Quinimmo oritur affinitas ex fornicario coitu, c. 2. & ibi no. Abb. de conſang. l. liberi. C. de nupt. vbi prohibet imperator ob affinitatem filium patris concubinam vxorem ducere. Qua in re hallucinatus eſt Coraſ. lib. j. Miſcel. c. 3. qui exiſtimauit, ex concubinatu minime oriri affinitatem. Nec Goffredo adhærendum eſt, qui in ſua ſumma cenſuit, ex damnato coitu de iure ciuili affinitatem non conſurgere, ſed publicæ honeſtatis iuſtitiam, nam ſublata affinitate publica etiam honeſtas cenſetur remiſſa, cum ea ex affinitate omnino proficiſcatur, & eiuſdem ſit ſocia, inquit glo. communiter approbata in c. non debet, de conſang. Perperā quoque iudicauit Præpoſ. in arb. affi. nume. 15. cum dixerit, quòd ſi ſtatutum dicat, affinem teneri compromittere, intelligi debet de legitimo affine intercedentibus nuptiis, non ex illicito coitu. Et quæ a Card. Floren. cōcordiæ gratia afferuntur, penitus reiicienda videntur. Ex quibus duo aduertenda eliciuntur, primo, quod nec inter virgines, nec inter maſculos datur affinitas, quia inter virgines carnalis copula non reperitur, & inter maſculos fieri non valet ſeminum commixtio, gl. in c. extraordinaria, 35. q. 3. Card. in c. vnico, de ſponſa. lib. 6. Alterum eſt, quòd licet iure ciuili ex cōcubitu, & cohabitatione inter pares matrimonium ritè contractum præſumatur, l. in liberę. ff. de ritu nupt. no. gloſ. in cap. 1. 30. quæſt. 5. Iure tamen canonico talis cohabitatio non præſumitur cōiugalis, ſed fornicaria, d. cap. 1. 30. quæſt. 5. etiam ſi hæc cohabitatio diutina foret, Innoc. in cap. illud, de præſump. Quare conſpicuus eſt error Gloſ. in c. lator, qui fil. ſint legi. pariterq; But. & Abb. in d. c. illud, nec non Feli. in c. per tuas, de probat. qui cenſuerunt, filium mortuis parentibus ex eo legitimum præſumi, quia eius parentes ſimul cohabitauerint: putarem tamen ego, quòd ſi iſta cohabitatio eſſet decem annorum, aliisq; ſignis fulciretur, de quibus per Doct. in d. c. illud, præſumptionem induceret.

Source : BIU Cujas

Num affinitas ex affinitate oriatur. Cap. 12.

Quærebatur ſecundo, an affinitas ex affinitate oriatur, quod affirmat Durand. in 4. Senten. diſtinc. 41. cuius ſententia primo probari poteſt per tex. in ca. contradicimus, 35. q. 3. Vbi hæc ſunt verba, relictam conſanguineorum vxoris ſuæ nullus ducat vxorem, ergo non ſolum vxoris conſanguinei ſunt viro affines, ſed etiam illæ mulieres, quæ ſunt eis matrimonio coniunctæ. Inſuper hæc eadem Duran. ſententia confirmatur per tex. in ca. porrò, ea. q. porrò (inquit tex.) duorum conſanguineorum coniuges, quamuis temporibus diuerſis viro vni alteram poſt obitum alterius nubere publicæ honeſtatis iuſtitia prohibeat, &c. quod verum non eſſet, niſi ex vno affinitatis genere aliud conſurgeret.

At cum Abbate, in c. non debet, de conſang. id negandum iudico, nam antiquitus tria affinitatis genera conſtituebantur, vt habetur in d. c. contradicimus. Primum affinitatis genus, quod adhuc manet, ex carnali commixtione, ſeu ex matrimonio, conſanguinitatis munere naſcitur; Secundum ex carnali commixtione cum matrimonio intercedente affinitate oriebatur. Tertium verò intercedentibus duobus primis generibus, exempli gratia, A ſit maritus, B vxor, C conſanguineus vxoris, C eſt affinis A primo genere affinitatis, & ſi D per matrimonium coniungatur ipſi C coniungitur A in ſecundo affinitatis genere, & ſi C copulabitur D, affinis erit A in tertio genere affinitatis. Sed nunc remanet primum affinitatis genus, nec reprehenſibile hoc iudicari debet, ſi propter temporum varietatem, ſtatuta quoque varia conſtituantur, præſertim cum vrgens neceſſitas expoſcit, inquit tex. in d. c. non debet, de conſang. ſi quidem coniugii prohibitio in ſecundo, & tertio affinitatis genere, contrahendi difficultatem frequenter inducebat, & aliquando animarum periculũ pariebat. Propterea Io. And. & Inno. in d. c. decipiuntur, cum in his duobus generibus prohibitionem matrimonii adhuc admiſerint. Nec obſtant c. contradicimus, & c. porrò, 35. q. 5. nam dicimus illas decretales per c. non debet, eſſe reuocatas, vt ibi no. omnes. Ex quibus infertur, ſtatutum, quo cauetur omnes lites, quæ inter affines oriuntur, compromittendas fore, nõ habere locum in affinibus ſecundi generis, ita not. Iaſ. in l. qui ſe patris. C. vnde libe. Quare aberrat Caſt. qui in d. l. contrariam ſententiam tuetur.

An ex ſponſalibus oriatur affinitas. Cap. 13.

Erudita quoque quæſtio eſt, num per ſponſalia oriatur affinitas, quã difficultatem ita ſoluendam exiſtimo: ſponſalium, quædam ſunt, quæ de iure vigent, & talia ſponſalia quamuis non inducant affinitatem propriè dictam, inducunt tamen aliquid affinitatis ſimile quò ad effectum impediendi matrimonium, quoniam ea ſunt præuiæ matrimonii diſpoſitiones. Quædã ſunt, quæ de iure non vigent, vel propter cõſanguinitatis impedimentum, vel propter defectum vſus rationis. Ea, quæ de iure non valent propter conſanguinitatis, & affinitatis impedimentum, quamuis affinitatem propriè dictam non inducant, inducunt tamen matrimonii impedimentum, ſicut affinitatis propter publicæ honeſtatis iuſtitiã, c. ad audiẽtiam, de ſpõſa. Eſt autem pub. hone. iuſtitia propinquitas quædam ex ſponſalibus proficiſcens, robur trahens ab Eccleſiæ inſtitutione propter eius honeſtatem, & quoniam eadem eſt cauſa in ſponſalibus, quæ de iure nõ valent, propterea pub. hone. iuſtitia exigit, vt talia ſponſalia matrimonio obicem ponant, Quare fallitur D. Thomas, qui in 4. Sent. diſt. 41. q. 1. art. 1. exiſtimauit, ex ſponſalibus de præſenti ante coitum affinitatem, non autem publicæ honeſtatis impedimentum, oriri. Ea verò, quæ de iure non vigent propter defectum vſus rationis, nullam inducunt affinitatem, nec aliquid affinitati ſimile, c. literas, de deſponſa. impube. Aduerſus quam ſententiam inſtat Præpoſ. in d. c. literas, per tex. in c. iuuenis, de ſponſa. vbi talis facti ſpecies proponitur, quidam puellam quandam duxit vxorem, nondum ſeptenniũ agentem, cum qua attentauit, quod forſan complere non potuit, poſtmodum illius conſobrinam duxit, inquit ibi Papa, ꝙ ab eadem ſeparandus eſt. At vir hic in re conſpicua conſpicuè hallucinatur, nam illa puella aliquo rationis vſu erat affecta, & quod iuuenis attentauit, maritali affectu attentauit.

Num affinitas per matrimonium non conſummatum contrahatur. Cap. 14

Eſt inſuper quæſitu dignum, an per matrimonium non cõſummatum cõtrahatur affinitas. Rem ita diſtinguendam cenſeo. Affinitas dupliciter conſiderari põt, vno modo propriè. Altero modo communiter, in prima conſideratione intelligitur tex. in c. fraternitatis, 35. q. vlt. Dicitur de coniugibus ꝙ ſi vna caro fiant, nõ poteſt eſſe, ꝙ quis ſit propinquus vni eorum, quin ſit & alteri. In altera verò cõſideratione intelligitur tex. in c. 1. de conſang. dum in eo dicitur, abſtinendum eſſe a cõſanguineis vxoris, & propriis. Hinc ſequitur, virum & vxorem non eſſe affines, ex eis tamen produci hoc affinitatis vinculum, gl. in §. affinitatis. Inſti. tit. de nup. no. Abb. in c. quod ſuper his, de conſang. Bal. in l. affinitatis. C. commu. de ſucceſ. qui ſibi non conſtat, in l. 1. C. vnde vir & vxor. Ratio eſt, quoniam vir & vxor, per copulam vna caro efficiuntur, c. relatum, de biga. vnum autem & idemmet ſibi nõ coniungitur, quia coniunctio per ſonarum multiplicitatem preſupponit, propterea inquit Prę poſitus in arbo. affi. nu. 16. ꝙ ſi ſtatutum dicat, ꝙ inter affines vſq; ad certum gradum fiat cõpromiſſum de lite, vel litibus inter eos vertentibus, non habet locum inter virum & vxorem, quoniam propriè non eſt affinitas inter eos, ſtatutaque propriè intelligi debent, c. ſtatutum, de elec. in 6. c. noſtra. de iniur. & dam. da. quinimmo nec dicuntur coniuncti, no. gl. in l. Quintus. ff. de au. & arg. leg. Cy. in l. maritus. C. de procur. Bal. in l. 1. C. vnde vir & vxor.

An contra prohibitionem de contrahendo cum affine præſcribi poſſit. Cap. 15.

Erat quinta dubitatio, vtrũ preſcribi valeat contra prohibitionem de cõtrahendo cum affine. Quidam eam patrem ſecuti ſunt, nempè, ꝙ valeat præſcriptio cõtra prohibitionem de contrahendo cum affine, primo, quia contra ius poſitiuum poteſt accidere præſcriptio, arg. c. 1. de reg. iur. in 6. Quare aduerſus ipſam poteſt valere præſcriptio, quod ratione confirmant, perceptio decimarum, & oblationum eſt aliquid ſpirituali annexum, vſus mulieris videtur eſſe quid carnale tantum, ſed contra ius percipiendi decimas, & oblationes valet præſcriptio quadragenaria, c. de quarta, de præſcri. quare a fortiori præſcribi poterit contra illud ius, quod cum affine contrahere prohibet. Quę opinio reiiciẽda eſt, vt inferius ſignificabo. Propterea Abb. in c. non debet, de conſan. cenſuit, non poſſe præſcribi cõtra prohibitionem, de contrahendo cum affine, mouetur enim per tex. in c. vigilanti, de præſcri. Non placuit, inquit ibi Papa, præſcriptionem tam in rebus cognitis, quàm in latentib. non habere vigorem, quare per præſcriptionem nullus iuſtè poteris aliquid obtinere. Hæc ſententia vera eſt, ratio tamen, qua Abb. eam probare nititur redditur dubia, nam tex. in præallegato c. cum vigilãti, loquitur in malæfidei poſſeſſore, qui nõ poteſt præſcribere, ſi ante cõpletam præſcriptionem malam fidem habuerit, vt ibi no. gl. ſecus autem ſi poſt impletam præſcriptionem ſuperuenerit, vt aſſerit. Bart. in l. naturaliter. ff. de vſucap. Propterea Hug. referente Io. An. in d. c. vigilanti, aberrauit, cum dixerit, ꝙ ſi poſt impletam præſcriptionem ſuperuenerit malafides, præſcribẽs rem præſcriptam reſtituere teneatur. Inſuper errauit Butr. qui ibidem exiſtimauit, in foro canonico contentioſo huiuſmodi poſſidentem arctari ad reſtituendum, ſecus in foro pœnitentiæ, error verò eſt manifeſtus, primo, quia ius canonicum etiam quatenus diſponit in foro contentioſo, ſemper ſaluti animæ incumbit, c. cum contingat, de iureiur. cap. prodeſt, 23. q. 5. Accedit præterea, ꝙ lex humana iniquitatem non continens, etiam in foro conſcientiæ ſeruãda eſt, no. Io. And. poſt Beatum Thomam, in c. 2. de vſu. in 6. quare cum lex humana etiam canonica ex iuſta cauſa tollat actionem, & præſcribenti dominium conferat, vt inquit Abb. in rubri. de præſcrip. non apparet ratio probabilis, quare in foro conſcientiæ reſtituere teneatur. Quod confirmatur, nam ius canonicum nemini conſultò laqueum iniicit, nec quempiam in peccato exiſtentem defendit, cap. literas, de reſtitutio. ſpoliato. cap. lator. & capi. conſanguinei. de re iudica. ſi enim bonæfidei præſcriptio poſt habitam notitiam completa præſcriptione peccatum induceret, vtique ius canonicum non diceret, quem poſſe præſcriptione ſe tueri, vt in cap. de quarta. de præſcrip. & in cap. cum dilectus, de conſuetu. Propterea falluntur nonnulli, qui cenſuerunt, præſcriptionem eſſe contra ius naturale, ignorantes, quòd eius ope finis litibus imponitur, quod rationi naturali congruum eſſe videtur. Quare cenſeo ego difficultatem hanc ita eſſe ſoluendam, vt dicamus, quòd quamuis cõtra ius naturæ, vel diuinum nulla valeat præſcriptio, quandoque tamẽ valet contra ius purè poſitiuum, niſi iure caueatur, vt cõtra ipſum præſcribi non poſſit. Vt autem præſcriptio vigeat,

tria

tria neceſſaria requiruntur,primo, quòd poſſeſſor iuſto titulo incipiat poſſidere,cap.dilectio.§.poteſt,16.quæſt.3.Secundo,quòd ſit bonæfidei poſſeſſor,ideſt quod exiſtimet ſe iuſtè poſſidere,quoniam nulla antiqua dierum poſſeſſio iuuat aliquem malæfidei poſſeſſorē, niſi poſtquàm nouerit ſe aliena poſſidere,ait tex.in d.c.vigilanti. Tertio,quòd poſſideat per totum tempus a iure ſtatutum abſque interuallo. Illud tamē tempus breuius,vel longius ſtatuitur, iuxta rerum, quæ poſſidentur, ac eorum contra quos præſcribitur, conditiones. Quæ tria in quæſtione propoſita ſibi locum non vendicant, primo quia talis prohibitio non cōtrahendi cum affine quò ad aliquos gradus eſt de iure diuino, vt iam dictum eſt:inſuper illud ius poſitiuum, quod in aliis gradibus contrahere prohibet,huiuſmodi eſt,vt contra ipſum præſcriptio non valeat,cap.non debet,de conſang. Præterea nec diuturna conſuetudo poteſt perſonas illegitimas ad contrahendum reddere legitimas,cap.quod ſuper,eod.titu.confirmatur poſtremo, quoniam cum matrimonium ſit non ſolum de iure poſitiuo,verum etiam de iure naturæ, & diuino:de iure poſitiuo, vt eſt contractus; de iure naturæ, vt eſt coniunctio; de iure diuino ratione originis, nulla præſcriptione fieri poterit,vt id ſit verum, quod ad initio nullum fuit. Ex his quoq; patent ſolutiones ad contrarias inſtantias. Dicebatur enim, contra ius purè poſitiuum valere præſcriptionem, at præſcriptio contrahendi cum affine eſt de iure poſitiuo, ergo contra ipſum præſcriptio valebit: Reſpondeo, quòd contra ius poſitiuum poteſt vigere præſcriptio, niſi iure caueatur, vt contra ipſum præſcribi non poſſit, vt in gradibus affinitatis, d.cap.non debet. Et quando addebatur,contra ius percipiendi decimas valere præſcriptionem, & tamē earum perceptio eſt aliquid ſpirituali annexum, vſus verò mulieris eſt quid carnale duntaxat.Reſpondeo primo,quòd carnalis vſus mulieris extra matrimonium dicitur naturæ contrarius, quare locum non habet ibi præſcriptio. Dico inſuper,quòd text.in cap. quarta, non inquit, quòd valeat præſcriptio contra ius ſoluendi decimas, quoniam iuri diuino aduerſaretur, ſed ſolum ait, quòd clericus ius percipiendi quartam decimæ & oblationes mortuorum, contra eius Epiſcopum præſcribere poteſt.

Num nati ex matrimonio inter affines contracto illegitimi cenſeantur. Cap. 16.

Dubitabatur poſtremo, an nati ex matrimonio inter affines contracto, illegitimi cenſeri debeant? Huic difficultati ita ſatisfaciendum iudico, filiorum,quidam ſunt legitimi,& naturales;quidam legitimi,& non naturales;quidam naturales,& non legitimi; quidam nec naturales, nec legitimi. Legitimi & naturales ſunt,qui ex legitimo matrimonio naſcuntur, ſeu in eo ante, vel poſt baptiſmum concipiuntur, c.nunquid, 28.q.1.& hoc ſiue matrimonium formaliter, vel Eccleſiæ approbatione, ſiue ab initio,ſiue ex poſtfacto,& iuxta contrahentium exiſtimationē,vel vtriuſq;, vel alterius ſit legitimum,c.ex tenore, & c.peruenit,qui fil.ſint leg no.gl.in c.tanta.eo.tit.Propterea fallitur Benedictus a Plumbino,qui in diſputatione,incipiente,ſtatuto Piſano,col.3.adnotauit,filios ex matrimonio nullo procreatos,alterius tantum ex coniugibus bona fide concurrente,eſſe fictè,nō verè legitimos. Inſuper aberrauit Soc. iun.conſi.31.nu.41.& 74.vol.2. & cum eo Couaru.in Epito. de ſponſa.& matrim. c.8.§.2.nume.17. qui cenſuerunt,filios ex inceſtu cum concubina ignoranter perpetrato, conceptos, matrimouio ſecuto, adhucque ignorantia exiſtente, non efficilegitimos.Falluntur præterea Hoſti. Cald.& Abb. in d.capit.quia nobis.qui fil.ſint legi.quos ſequitur Brune. in ſuo tracta.de ſponſa.concluſ.2.amplia.3.cum dixerint, ex huiuſmodi matrimonio natos ante Eccleſiæ approbationem illegitimos eſſe. Ex quibus infertur, quòd appellatione pendente a ſententia contra matrimonium lata, filii concepti legitimi cenſentur,Ioan.And.Card.& Præpo.in c.2.qui fil.ſint legi.Henri.in c.ex tenore.eo.tit.Quod etiam locum habet in filiis conceptis poſt hanc ſententiam pendente termino a iure ſtatuto ad appellandum,c.non ſolum,in princi.de appella. in 6.Quare non optimè reſpondit Pau.Caſt.conſil.354.volu. 1.qui cenſuit,matrimonium ſecundū bona fide cenſeri contractum pendente lite,& appellatione a ſententia contra primum lata. At dices, ex matrimonio in gradu prohibito etiā ignoranter contracto,ſoboles ex tali coniunctione ſuſcepta prorſus illegitima reputatur, inquit tex. in c.cum inhibitio. §.ſi quis.de clan. deſponſa. Quod ego non inficior, quando matrimonium eſt clandeſtinum. Legitimi,& non naturales ſunt,adoptiui ſiue arrogati, c.vnico, de cogna.lega. Naturales,& non legitimi ſunt nati ex concubinis in domō, qui per ſubſequens matrimonium legitimi efficiuntur,ca.tanta,qui fil.ſint legi.l.cum quis.C.de natu.lib.dummodo inter eorum parentes tunc temporis coniugalis coitus eſſe potuerit,dicto cap.tanta.

Sed iure quæritur, an ſufficiat, quòd tempore natiuitatis coitus potuerit eſſe cōiugalis,vel tempore conceptionis exigatur.Salyce.in l.filium.C.de ſuis & legi.hære.cenſuit,ſufficere conceptionis tempore intercedere potuiſſe. hanc ſententiam ſequuntur Cyn.& Pau.de Caſt.in d.l.ex libera.C.eo.per tex.in l. Paulus. ff. de ſtatu ho. vbi conceptionis tempus quò ad filiorum ſtatum etiam ſi eis hoc non ſit vtile, eſt conſiderandum.Hinc fallitur gl.in c.2.qui fil.ſint legi.cum dixerit,ex hac l.Paulus.conceptionis tempus, cum de alicuius commodo tractatur, eſſe attendendum. Ex aduerſo Gloſ.in d.cap.2. quam ſequuntur Hoſtien.Ioan.And.& But.ibidem,& Card. in d.c.tanta. nec non Salycet.non ſibi conſtans in l. nuper.C. de natu.libe.cenſent,ſatis eſſe,quòd vel tempore conceptus, vel natiuitatis matrimonium inter parētes eſſe potuerit per tex.in l.qui in vtero,ff.de ſtatu homi.vbi Iuriſconſul.iudicat fœtum in vtero exiſtentem,natum eſſe,ſi ei hoc vtile videatur,alioquin non exiſtimari natum conſtat. Idipſum confirmatur per l. ſeruorum.§.fin.ff.eod.& §.ſufficit. Inſtitu.tit.de ingen.quibus lucidiſſimè conſtat, quò ad filiorum libertatē ſtatum matris tempore conceptus, vel natiuitatis attendi. Ad tex.in l.Paulus, reſpondetur, quòd eo in caſu nec tempore natiuitatis matrimonium erat legitimum. Cum itaq; pro huiuſmodi commodo adipiſcendo conceptus, vel natiuitatis tempus attendatur, quæro ego,num verus Geneſis punctus a nobis excogitari queat, adeo quòd eius munere iſtud commodum percipere valeamus.Putant iudiciarij Aſtronomi verum Geneſis punctum hac regula venari,nam ponunt Lunæ locum in Geneſi fuiſſe horoſcopum in conceptione, contra Lunæ locum in conceptu horoſcopum eſſe natiuitatis, atque hoc poſito, methodum tradunt, qua exiſtimant, poſſe deprehendi locum Lunæ cum ſemen vterum impleuit,quo reperto,ſimilem quoque gradum colligunt horanatiuitatis aſcendere. Quorum ſententia auctoritati,& rationi aduerſatur,namque ſi vt Origenes inquit, Aſtrologi non ſolum gradus, ſed & minuta, minutorumque minuta neceſſario cognoſcere debent,in quibus planetæ ſint(nam in minimis etiam maximum reperitur diſcrimen,vt Nigidius in volucnda figulina rota oſtēdit)quis nam minutias eiuſmodi deprehendere poterit; propterea rectè ſic eos interrogat Auguſtinus in 19.de ciui. Dei,ca.9. Dicite ſapientiſſimi viri,aut illud exiguum interuallum inter geminos eodem tempore natos diſcrepantiam affert, vel non:ſi non,cur Iacob,& Eſau gemini ſine interuallo temporis editi adeò diſſimiles fuere? ſi verò magnam,quo inſtrumento illas minutias deprehenditis? Repugnat demum rationi,nam clarum eſt, nos in vno momento non naſci, ſi quidem primo vertitur adeò puer in vtero,vt ibi amplius manere, neque reuerti poſſit; ſecundo tunicam, quia circumcingitur, frangit, tertio capite prodit, dummodo ſecundum naturam naſcatur, quarto totus prodit; poſtremo vmbilicus abſcinditur, aut inter naſcendum frangitur; quæ quinque actiones nunquam minus claudunt temporis tribus horis, plerumque autem plus vna die,& interdum tribus diebus, & vltra iſtorum. itaque quem ſumment punctum, cum omnes tamen ſint neceſſarii? Neque alicuius eſt momenti eorum regula,qua verum Geneſis punctum ſcire profitentur,nam ei ex Pico, 9.lib.contra Aſtro.c. 3.ſic obiicimus,naſcatur Lucius Florentiæ,Claudius Romæ eadem hora, eodemque momento, liquet Aſtronomis non eundem futurum horoſcopum vtriuſque ob diuerſam cœli inclinationem, ſub qua naſcuntur, & tamen ſi rationem ex Ptolomei præceptis ineamus, eundem vtriuſque horoſcopum faciemus,quod ſenſu,experientiaque patet. Sed redeamus vnde digreſſi ſumus.Non legitimi,nec naturales ſunt,ex adulterio,inceſtuque nati,dic.cap.tanta. Illegitimi enim,qui naſcuntur ex copula non legitima, non naturales dicuntur, non a natura generis,ſed a natura ſpeciei,quatenus naturale iudicium rationis manifeſtè tali copulæ aduerſatur. Colligamus itaque quòd ex copulatis in faciem Eccleſiæ in gradu conſanguinitatis, vel affinitatis prohibito, vtroque eorum, vel altero impedimentum ignorante conceptus legitimus cenſetur,& in paterna hæreditate ſuccedere debet,cap.cum inter.& ibi no.glo.eod.titu. Ex his,quæ hactenus a me dicta ſunt,patere poteſt conſpicua propoſitę dubitationis ſolutio.

Finis Libri Secundi.

Source : BIU Cujas

Alex. Carrerij, de ſponſ. & matrim.

ALEXANDRI Carrerij, I. C. Patauini, D. Andreę Præpoſiti, de ſponſalibus & matrimonio, Liber tertius.

De Matrimonij efficiente. Cap. 1.

QVEMADMODVM De materia matrimonij, ita de cauſa efficiente ſententiæ virorum illuſtrium variæ ſunt, cenſuerunt nonnulli, matrimonij cauſam efficientem Deum eſſe, c.gaudemus, de diuor.c.debitũ, de biga. Quod ego quoq; non inficior, ſi conſideretur matrimonium vt eſt ſacramentum, ſecus vt eſt contractus. Propterea exiſtimarunt alij, conſenſum eſſe cauſam efficientẽ, per tex. in l.nuptias.ff de reg iu. Vbi nuptias, non concubitus, ſed conſenſus facit. Quam ſententiam in præcedentib. dum loquerer de materia cum ſenſu, & ratione pugnare manifeſtaui. Quare dicendum arbitror, contrahentes prout & conſentiunt, & exprimunt conſenſum, & inter ſe contrahunt, eſſe cauſam matrimonij efficientem, argum.l.1.ff. de verb.oblig. Nec eſt difficile aduerſæ inſtãtiæ ſatisfacere, cum dicebatur, nuptias non concubitus, ſed conſenſus facit. Dico, conſenſum dupliciter conſiderari poſſe, vno modo vt eſt ratio cõtractus, alio modo vt eſt actus, quo contractus fit, tunc reſpondeo, quòd conſenſus dicitur cauſa efficiens eo modo, quo ratio agendi dicitur efficiens non propriè, ſed per quandam approbationem, ex eo ꝙ ratio agendi ſe tenet ex parte agentis; & quoniam cõtrahentes non eſſent cauſa efficiens matrimonii, niſi in idem conſentirent, ideo conſenſus, vel actus voluntatis, quo conſentiunt, dicitur cauſa efficiens, quemadmodum nõ ſolum ignis calefaciens dicitur cauſa efficiens rei calidæ, ſed etiam calor ipſius ignis, cum tamẽ calor ſit ratio ipſi igni calefaciendi, nos autem quærimus de efficiẽte proximo, quod quidem dicuntur eſſe contrahentes, vt iam dictum eſt, qui duplici medio redduntur inhabiles, nempè ordine ſacro, & voto, quæ vt nobis conſpicua ſint, de ſingulis agendum eſt, ab ordine ſacro ſumpto principio.

Num ordo matrimonio impedimentum afferat. Cap. 2.

QVæritur primo, an ſacer ordo impediat matrimonium? exiſtimant nonnulli, matrimonium ob ordinem ſacrum non impediri, quorum ſententia ſatis conſpicuis, & firmis rationibus poteſt comprobari. & primo, orientales ſacerdotes ſunt vxorati, c.aliter, 31.diſ. ergo & occidentales debent eſſe vxorati, cum in vtraque Eccleſia idem reperiatur ordo. Quod confirmatur, nam conſtat Diuum Petrum non fuiſſe cœlibem, ſed vxoratum, & ſocrum habuiſſe febre vexatam, cui imperauit Chriſtus, & ſanata eſt. Præterea ſacerdotes vel tenentur ad cęlibatum iure naturali, vel diuino, vel humano; non quidem iure naturali, quoniam ex eo pendet maris & fœminæ coniunctio, quam nos matrimonium appellamus. §. ius naturale, Inſtitu.tit.de iure natu. Non diuino, quia nec in antiqua, nec in noua lege reperitur, matrimonium ſacerdotibus prohibitum. Nec etiã iure humano, quia id non poteſt tollere ius naturæ, nec munus a Deo datum, Geneſ.1.cum inquit, Creſcite, & multiplicamini, & replete terram. Quorum ſententiæ ſubſcribẽdum non eſt, quoniam ea repugnat tex.in c.placuit, 31.diſtinc. placuit Epiſcopos, preſbyteros, diaconos, ſubdiaconos, ſecundũ priorum inſtituta etiã abſtinere ab vxoribus.i.non contrahere, vt exponit ibi gl. Inſuper hæc opinio aduerſatur decreto Sacri Conci. Triden. de ſacra. mat.ſeſſ.24.can.9.vbi hæc habentur verba, ſi quis dixerit, clericos in ſacris ordinibus conſtitutos, vel regulares caſtitatem ſolemniter profeſſos poſſe matrimonium contrahere, contractumq; validum eſſe, anathema ſit; Propterea aberrat Durand in 4.Sent.diſtin.14.q.2. & cum eo Caieta.in quæſtio.de ritu ordinis, qui cenſuerunt, ſubdiaconum poſſe matrimonium contrahere. At inſtare quis poſſet, ſacramentum eſt de iure diuino, ſed non omnes ordines ſunt de iure diuino, c.a nobis, de æta. & qualita. ordinan. c.nullus, 60.diſtinc. Inſuper id ſolum eſt ſacramentum, quod attingit ad effectum principaliter intentum, quod verò diſponit, eſt ſacramentale, inquit D.Tho.in 4.Sen.diſt.23. quæſt.1.Sed ſolum ſacerdotium attingit ad effectum principalem, quare id ſolum erit ſacramentum, cætera verò ſacramentalia. Hæ inſtantiæ nullius ſunt momenti, nam ad primã deſumptam ex cap.a nobis, reſpondeo primo, quòd licet in d.cap.non fiat mentio de ſubdiaconatu explicitè, implicitè tamen, virtute, ac facultate in ſacerdotio continetur. Præterea inquit ille tex.ſubdiaconatum non fuiſſe ordinem ſacrum in primitiua Eccleſia, quod tamen per cap.miramur, de ſer. nõ ordin.fuit deinde reuocatum. Ad ſecũdam euaſionem, cum dicebatur, illud ſolum eſt ſacramentum, quod attingit ad effectum principaliter intentum, quod verò diſpoſuit eſt ſacramentale, ſed ſolum ſacerdotium attingit ad effectum principalem, quare &c. Dico, quòd finis principaliter intentus duplex eſt, proprius nempè, qui in ſacramentis dicitur ſacramentalis gratia, & ad hunc proprium finem omnes attingunt ordines. Eſt & alter finis communis, qui Miſſæ celebratio nuncupatur, quam licet ſolum attingat ſacerdotium, ad eam tamen cæteri ordines conſtituuntur, & operantur. Faceſſat igitur ſuſpitio illa leuicula, quæ oriri poſſit ex Cypriani ſententia dicentis, minora ſacramenta ab hominibus eſſe inſtituta. Nomine ſi quidem minorum ſacramentorum non aliud intelligere debet quàm ea, quæ appellamus ſacramentalia, cuius generis ſunt, Catechiſmus, Exorciſmus, aqua benedicta, templorum conſecrationes, & ſi quæ ſunt huius generis.

Dubitationis, ac aduerſarum inſtantiarum ſolutio. Cap. 3.

Quare pro difficultatis ſolutione dicendũ arbitror, quod ordinum, quidam ſunt ſacri, vt preſbyteratus, diaconatus, & ſubdiaconatus. Alij ſunt non ſacri, vt hoſtiariatus, lectoratus, exorciſmus, & accolitus, tres primi matrimonium impediunt contrahendum, & dirimunt iam contractum, tum ex Eccleſiæ præſcripto, tum etiam ex voto continentiæ annexo, quamuis qui ordinem ſuſcipit, habens vſum liberi arbitrii, ſe obligare non intendat. Cæteri verò matrimonium non impediunt contrahendum, nec contractum dirimunt, c.ſeriatim, 32.diſtin. Ratio autem cur ordinibus ſacris continentiæ votum ſit annexum, ea eſt, quoniam in illis conſtituti ſunt miniſtri quòd ad eorum confectionem, & diſpenſationem, ad quod munus obeundum, requiritur ex parte corporis puritas actionis, & ex parte animæ libertas contemplationis: carnalis autem concubitus corpus maculat, & contemplationem impedit· Præterea ad diſpenſationẽ eccleſiaſticarum rerum requiritur diligentia in diſpenſando, & cautela in conſeruando, matrimonium autem diligẽtiam impedit, quia occupati circa propria minus ſunt diligentes circa cõmunia. impedit etiam cautelam in cõſeruando, quia in priuatos vxoris, & filiorum vſus frequenter bona pauperum expenduntur. Hinc de beato legimus Auguſtino, fœminam nullam in eius domo mãſiſſe, nec etiam germanam, quę Deo pariter ſeruiebat. dicebat enim, & ſi propinquæ mulieris ſuſpectæ non eſſent, tamen quæ ad eas ventitarent, poſſe ſuſpicionem efficere, quod no.in cap.1. de cohab.cler. Non igitur ea ratione, quia ſemper orandum eſt, vt putat D.Hierony.contra Iouinianum, lib.1.cap.19. ſacris ordinibus continentię votum annexum eſt, ſiquidem habitu, non actu ſemper orandum eſt, quod coniugati quoque efficere valent. Nunc quid aliud ſupereſt quàm caliginoſos argutiarum fumos, quò citius euaneſcant, in aera ſpargere, offuſoſq; oculis leui flatu diluere? Primo igitur non officit ea ratio ſumpta ab ordine in Eccleſia orientali ſeruato, d.cap.ſi quis. Nam reſpõdeo, quòd ille tex.ita verba facit, ſi quis eorum, qui ad clerum accedunt, voluerit iure nuptiali mulieri copulari, hoc ante ordinem ſubdiaconatus faciat. Et cum ſubſequitur, eorum ſacerdotes, diaconi, & ſubdiaconi matrimonio copulantur, ſic exponendum eſt, id eſt copulato vtuntur, vt explicat ibi gloſ. Addebatur ſecundo ſacerdotes nullo iure teneri ad cœlibatum. Dico, hoc falſum eſſe, ſuppoſito quodam facto eorum humano, ſcilicet, quòd cœlibes ſe fecerint ordinari, vel ꝙ liberi profeſſi ſint, cum clarè liqueat iure naturali, ac diuino promiſſionem eſſe ſeruandam, propterea Gl.ſuper illud, vouete, & reddite; inquit, vouere eſt voluntatis, reddere neceſſitatis. Atqui religioſi profeſſi, & cæteri in ſacris ordinibus conſtituti, habent votum explicitum, vel implicitũ, voluntariè, & liberè acceptantes religionem, vel ordinem ſacrum, cui annexum eſt votum, ideo ex conſequenti vouẽt, & ſe caſtè viuere obligant, licet iam explicitè non exprimãt, d.cap.nullum.dicebatur demum, Creſcite, & multiplicamini, & replete terram, quare &c. Reſpondeo primo, quod præceptum illud datum eſt toti communitati naturæ humanæ cum quadam naturæ lege per relationem ad mundum,

at non

Source : BIU Cujas

at non per conuersionem ad Deum, nec fuit datum singulis cõdõnibus personarum. Dico insuper, ꝙ illud fuit per Christum non reuocatum, vt perperam censet Vigoerius in titu. de mat. c. 16. §. 6. ver. 3. sed explicatum, & contractum, cũ dixit Mat. 19. Sunt Eunuchi, qui se castrauerunt propter regnũ Dei, qui potest capere capiat. propterea inquit Apostolus in Episto. 1. ad Cor. De virginibus præceptum Domini non habeo, consilium autem do. quod vtique non dixisset, si generationis præceptum obligasset. Ex quibus infertur primo, clericum coniugatum beneficio esse priuandum, gl. in cap. 1. de cler. coniug. Quare fallitur Io. An. in d. c. 1. qui censuit, beneficium pso iure vacare, ac nulla priuatione opus esse. Infertur 2. Episcopum dispensare non posse, ꝙ iste beneficium obtineat, primo quoniam dispensatione violantur iura, quæ inferiori violare non licet, cle. ne Romani, de cle. no. Archid. in c. licet canon. de cle. in 6. Insuper quia clericus coniugatus altari inseruire non debet, c. multorum, 27. q. 2. quare beneficii ecclesiastici incapax dicitur, cũ illud detur pro munere obeundo, etiam si beneficium sit simplex, cap. proposuit, & c. conquerente, de fil. presb. Demũ quia hoc tendit in prauum exemplum, & aliorum scandalum, c. cum decorem, de cle. non coniug. Propterea aberrant Ioan. And. & Abb. in d. c. 1. & in c. Ioannes, qui existimarunt, Episcopum posse coniugatum dispensare vt beneficium retineat.

Sed dicet quispiam, Episcopus valet homicidam dispensare, cap. Henricus. de cler. pug. in duel. cap. ad audientiam, de homic. valet insuper cum deposito dispensare, cap. Salonitane, 63. dist. ergo & cum clerico coniugato poterit dispensare. Huic euasioni respondeo primo, ꝙ in materia dispensationis, quæ est exorbitans, non debet argui a casibus permissis ad non permissos, etiam si permissi sint maiores, l. quod verò contra. ff. de leg. not. Ioan. And. in c. quæ a iure. de reg. iur. in 6. Dico præterea, ꝙ eadem non est ratio in coniugato, & in homicida, vel deposito, quoniam isti non reputãtur indigni, quia sunt corrigibiles, & propterea clericalia retinent priuilegia, quod coniugato minimè accidit.

An matrimonium contractum post simplex votum dirimi debeat. Cap. 4.

CONtrahentes insuper, uoto redduntur inhabiles, ca. consuluit, ꝙ cle. vel vo. Cuius materia est omne bonum vtile, cuius forma est, vt Deo consulto fiat. Cuius efficiens est homo liber; cuius finis est propter bonum. Verum quia, votum duplex esse dicitur, vnum simplex, solemne alterum, ideo duo q̃renda proponuntur, primum est, num mr̃imonium contractum post votum continentiæ simplex sit dirimendum. Secundum est, an si fuerit contractum post votum solemne.

Quo ad primum Canonistæ pariter, & Theologi communi consensione existimant, matrimonium contractum post votum continentiæ simplex non esse dirimendum, rationibus tamen, quibus id probant, dissentire videntur, censuit Magister Sent. 4. dist. 37. huiusmodi matrimonium non dirimi, quoniam simplex votum probari non potest. Quæ ratio approbanda non est, primo, quia aduersatur tex. in cap. meminimus. qui cle. vel vo. vbi dicitur, si quis se ad religionem transiturum promiserit, si habitum non susceperit, nec professionem, sed votum solum modo fecerit, licet postea matrimonium contraxerit, non est cogendus ad Religionem transire, & matrimonii votum rescindere. Præterea multa sunt vota simplicia, quæ probari possunt, toto tit. de voto. quare sunt multa simplicia vota, propter quæ matrimonia sequentia sunt dirimenda. Propterea alia ratione censent Canonistæ in cap. Agathosa, 27. q. 2. contrahentes post votum continentiæ simplex non esse separandos, & ea est, quoniam huiusmodi votum est sui ipsius promissio ad continentiã Deo seruandam, promissione autem in eum non transfertur dominium, cui fit promissio, ca. beatus Paulus. 22. q. 2. & ideo si rem promissam alteri donet, valet donatio, ei tamen, cui primo promiserat, acceptum aliquo modo referre tenetur, propterea si homo post simplex continentiæ votum dat mulieri, & econtra sui corporis potestatẽ, matrimonio contracto valet donatio. Quare authoritas gl. in cap. rursus. qui cle. vel vo. aduersus hanc sñiam consulta, quid aliud est quàm guttula Mari comparata, aut scintilla igni, aut surculus nemori? cũ dixerit, nullo in casu valere matrimonium post votum continentię simplex. Sed pulchra est dubitatio, num is, qui votũ continentiæ simplex emisit, matrimoniũ contrahendo mortaliter peccet? Hugut. in cap. viduis, el 2. 27. q. 2. censuit, huiusmodi contrahentem non peccare mortaliter, quoniam & beata Virgo simpliciter vouit, & matrimonium contrahendo non peccauit. ꝙ autem simpliciter vouerit, patet, quia dixit, virũ non cognosco: Hæc sententia in parte vera est, si matrimonium contrahens habet intentionem ꝓcedendi ad copulam, sed retinet propositum seruandi votum. Ratio autẽ per eum adducta redditur falsa, quoniam B. Virgo ante desponsationem simpliciter non vouit, sed sub hac cõditione, nisi Deus aliter disponeret, quæ conditio ita fuit honesta, ꝙ etiam si nõ fuisset apposita, ea tamen sintelligeretur, inquit Mag. sent. 4. dist. 30. Post dispensationem verò, vna cum Ioseph ante Gabrielis aduentum absolutè vouit, propterea decipitur Scotus, qui in præcitata dist. censuit, Virginem vouisse simpliciter. Ex aduerso gl. in d. c. viduis. aliam attulit rationem, inquiens, ꝙ si matrimonium non contraxit in copulã consentiendo, non dicitur peccare, quia voto non aduersatur: Huic rationi assentiendum non est, nam quamuis ad primam matrimonij perfectionem non requiratur cõsensus in carnalem copulam explicitè, implicitè tamen, & sub conditione requiritur, s. si alter coniux eam exegerit, & si Deus reddendi debitum non relaxauerit, si beata Virgo in carnalem copulam consensit, nec eius voto aliquo pacto derogauit, quoniam diuinitus fuit ei manifestatum, ꝙ Ioseph nunquã ab ea carnalem copulam exigeret, & eam peteret, Deus a reddendi debito eam absolueret. consensit itaq; in carnalem copulam, non illam appetendo, sed diuinæ inspirationi in vtroque obediendo: Quare conspicuè hallucinatur Præpos. in c. rursus. qui cle. vel vo. qui censuit, Virginem in carnalem copulam non consensisse.

Propterea considerationem hanc ita soluendam esse censeo, Aut iste matrimonium contrahens habet intentionem procedendi ad copulam, sed retinet propositum seruãdi votum, & tunc non peccauit: Aut non habet propositum seruãdi votum, vel sumus in dubio, & tunc contrahendo peccare dicitur. Et quæ ab hac distinctione recedunt commentitia sunt, ac prorsus erronea.

Dubitatur adhuc, an post simplex continentiæ votum absque peccato valeat copulam consummare. Cap. 5

SEd oritur dubitatio, num sine peccato valeat copulam consumare? gl. in præcitato capi. quam sequitur Cardi. in c. rursus. censuit, contrahentem matrimonium post simplex votum absque peccato posse copulam consũmare. primo, quia matrimonium est res sancta, sanctæque rei signum, c. debitum, de biga. pro cuius munere obeundo absq; peccato copula permittitur. c. 1. 33. q. 5. Idipsum confirmatur per tex. in cap. veniens, qui cle. vel vo. vbi propter fornicationis periculum conceditur continentiam vouenti matrimonium contrahere, ergo multo magis eo contracto vti valebit. Hæc sententia approbanda non videtur, primo quia aduersatur tex. in c. quidam, & in c. placet, de conuers. coniuga. Vbi qui vouit castitatem durante matrimonio, licet possit exactus reddere debitum, nõ tamen potest exigere: ratio est, quoniam hoc in casu potius dicitur pati, quàm agere, cap. sacris, quod met. cau. cap. olim, de restit. spol. Aduersatur præterea tex. in cap. transmissiæ, de eo qui cogn. consang. vxo. su. prohibetur ibi, ne maritus exigat debitum ab vxore ex causa. Nec obstat quando primo dicebatur, matrimonium est res sancta, sanctæq; rei signum &c. Dico, ꝙ ille, qui vouit, non incurrit peccatum ex matrimonii defectu, quod est sanctũ, sed ex defectu sui, quia voto aduersatur. Et cum addebatur, pro matrimonij munere obeundo absque peccato permittitur copula; Respondeo, verum esse, nisi alio extrinsecus accidenti prohibeatur. Ad postremam rationem desumptam ex cap. veniens. Respondeo, ꝙ ibi loquitur dispensatiuè, quo casu poterit absq; peccato copulam consummare: Propterea opinio gl. in c. Agathosa, approbanda videtur, quæ iuribus superius adductis censuit, Maritum sine peccato non posse ab vxore debitum exigere: Quòd si quis per Apostolum Cor. 1. obiiciat, cum dicat, qui nubunt tanquàm non nubentes sint, quare vir non tenetur vxori debitum reddere; Ad hoc dico, quòd Apostolus prohibuit fruitionem, ne scilicet in ipsa actus delectatione vltimum finem constituant: Secus ꝙ actum matrimonij prohibuerit, cum in eo cap. dicat, vir vxori debitum reddat, prout inferius latius declarabimus.

Num

Source : BIU Cujas

Num matrimonium poſt votum ſolemne contractum valeat Cap. 6.

PRoponebatur ſecundo loco diſcutiẽdum, an matrimoniũ contractum poſt ſolemne votum valere cenſeatur. pro qua dubitatione ſoluenda, dico huiuſmodi matrimonium non valere, primo per tex. in c. preſbyteris. 27. diſt. vbi dicitur, matrimonia contracta a preſbyteris, Diaconibus, & Subdiaconibus iudicatur diſiungi debere, id ipſum comprobatur per tex. in c. inſinuante, qui cle. vel vo. vbi quædam nobilis mulier caſtitatis votum emiſerat, & in habitu Religionis biennio remanſerat, & poſtmodum matrimonium contraxerat, deciſum fuit, eam ad votum ſeruandum per cenſuram eccleſiaſticam eſſe coercendam: Cur autem ſolemne continentiæ votum impediat matrimonium contrahendum, & dirimat contractum, Rationes variæ a varijs afferuntur, Magiſt. ſenten. 4. diſt. 37. hanc attulit, nam ſolemne votum probari poteſt, non autem ſimplex. Quæ ratio nullius eſt momenti, quoniam votum publicum probari poteſt & tamen non eſt ſolemne, c. vnico, de vo. lib. 6. Propterea Richar. ea. diſt. aliam aſſignat rationem, inquiens, ꝙ fractio voti ſolemnis eſt ſcandali cauſa, quæ ex fractione voti priuati non conſurgit: Nec iſta ratio valet ſubſiſtere, quoniam nos non quærimus, in quo nam ſit maius peccatũ, vel in fractione ſcilicet voti ſolemnis, vel in fractione voti priuati, ſed q̃rimus quomodo per ſolemne votum matrimonium impediatur: Propterea cenſeo ego hanc eſſe rationem, nam per huiuſmodi votum homo non tam continentiam promittit, verum inſuper alteri dat dominiũ ſuper ſe ipſum, vt ipſum ad promiſſam continentiam ſeruandam cogere poſſit, qui autẽ rem ad vnum vſum alicui tribuit, non valet eandem rem ad vſum contrarium alteri dare, cap. 1. & ibi no. de celebra. miſſ. & quia in matrimonii contractu coniuges ſibi mutuo concedunt poteſtatem ſuorum corporum, ordinatam ad vſum continentiæ contrarium, ideo non valet matrimonium contractum poſt ſolemne continentiæ votum. Quòd ſi quis dubitet, ſimplex votum apud Deum non minus, quàm ſolemne obligare cap. rurſus, qui cle. vel vo. quare ſicut matrimonium contractum poſt ſimplex votum tenet, ita & ſolemne valere debet: Dico, ꝙ ſimplex votum quò ad Deum non minus obligat q̃ ſolemne in genere, ſed in quantitate reatus ex tranſgreſſione differunt, nam tranſgrediens votum ſolemne grauius peccat, quàm tranſgrediens votum ſimplex. c. virginibus, 27. q. 1. Quare falluntur hi, qui cenſent, hanc voti diſtinctionem, nempè ſimplicis, & ſolemnis, nõ a iure diuino, ſed ex præſcripto Eccleſiæ inuentam eſſe.

An poſsit Papa huiuſmodi votum diſpenſare. Cap. 7.

SEd pulchra eſt dubitatio, num Papa valeat huiuſmodi votum diſpenſare, Scotus ſummus Theologus in 4. ſenten. diſt. 37. & cum eo Durand. eadem diſt. q. 2. cenſuit, Papam tale votum poſſe diſpenſare, primo nam Papa poteſt in voto ſimplici diſpenſare, quare in voto ſolemni, antecedens patet, conſequentiam probat, quia omnia intrinſeca voto vt reſpicit actum voluntatis, per quem obligat ſe vouendo, & transfert dominium ſuum in alterum, ſunt æqualiter hic, ſicut ibi: Inſuper ſi non licet Papæ in voto ſolemni diſpẽſare, aut hoc eſt propter excellentiam materiæ, aut propter ſolemnitatem voti, non primum, quia licet diſpenſare in voto contemplationis, & orationis, quę caſtitatis voto præſtantior eſt; non ſecundũ, qm̃ illa ſolemnitas eſt voto accidentalis, & ſine ea votum eſt ita eſſentialiter perfectum ſicut cum ea. Quæ ſententia mihi videtur apprimè dubia, primo quia aduerſatur tex. in c. ad monaſterium, de ſta. mo. vbi dicitur, quod continentia ita ſtatui monachali annexa eſt, quod nec Papa diſpenſare poteſt: Qđ confirmatur, nam conſecrata tandiu conſecrata perdurant, quandiu & illę res, propterea dicitur Leui. vlti. quod eſt Deo conſecrarum non debet in alios vſus conuerti. Nec valet expoſitio Durandi dicentis, quod prædicta auctoritas intelligitur excepto caſu neceſſitatis, quod ita probare nititur, nã Dauid in caſu neceſſitatis comedit panes Domino conſecratos. Quia reſpondetur primo, quod illi panes non erãt abſolute Domino conſecrati per modum holocauſti, quin in hominum vſus cadere poſſent, homo autem per votum ſolemne Deo quaſi in holocauſtum cõſecratur, de holocauſto vero nulli hominum edere licebat, nec in alios vſus cõuertere Dico inſuper, quod Dauid diuinitus monitus eos comedit.

Ex aduerſo D. Thomas in ſecunda ſecundæ q. 88. art. 11. cenſuit, Papam non poſſe in voto ſolemni diſpenſare, primo quia nec id in matrimonio efficere poteſt, quare nec in profeſſione, quæ eſt arctius vinculum. probatur antecedens, primo, quia non licet vxorem dimittere niſi fornicationis cauſa, ſed ſi Papæ diſpenſatione ea dimitteretur, vtique alia inueniretur exceptio. Preterea de ſubſtãtia matrimonij eſt, vt ſit indiuiduũ & indiſſolubile, vt ex eius definitione colligitur: at Papa non poteſt rei ſubſtantialia tollere. c. cum ad monaſterium, in fi. de ſta. mona. quare non poterit matrimonium diſſoluere. Poſtremo in voto ſimplici eſt ſimplex promiſſio, in voto autem ſolemni eſt traditio ipſius rei, & licet actus voluntatis ſit æqualis hic, ſicut ibi, non tamen actus exteriores ſunt æquales, aut conſimiles in vtroque voto, nec circunſtãtiæ temporis, & loci, & perſonarum, coram quibus emittitur votum, nec actus interior habet æqualem virtutem obligandi hic, & ibi. Quæ ſententia mihi dubia videtur, nam matrimonium cõtractum præſefert vnionem, quæ eſt inter Deũ, & animam, quæ vnio diuidi poteſt per peccatum mortale, quod animam gratia priuat. §. criminis, & §. alias, 25. diſt.

Sententia propria Auctoris. Cap. 8.

CVM aliorum ſententiæ mihi maximè dubiæ videãtur, referam quod ſentio, ſententiamque meam iudicio peritorum libentiſſimè ſubijcio: non enim me latet, quam longe ab ingenuo Ciuilis, Canonicæque facultatis genere illi diſtent, qui ſolum iactationem, arrogantiam, inanemq; temeritatem in dictis, vel ſcriptis ſuis patefaciunt. Cenſeo itaque rem ſatis obſcuram ſic eſſe elucidandam: Diſpenſatio dupliciter accipi poteſt, vno modo pro iuris relaxatione. Altero modo pro iuris declaratione. Diſpenſatio primo modo conſiderata, vel reſpicit ius diuinum non dependens ab actibus noſtris pendens, ita ꝙ per ſe non eſt efficax ad obligandum ſine noua noſtra obligatione. Hoc præaccepto ad difficultatem dico, ꝙ Papa non valet diſpenſare diſpenſationẽ pro vt eſt iuris relaxatio, reſpiciens ius diuinum ab actibus noſtris non pendens, vt in præcepto confeſſionis. Quod ſi quis dubitet, in poteſtate Papæ eſſe, relaxare omne vinculum impediens a regno cœlorum, quia Petro dictum fuit, quodcunq; ligaueris &c. Quare in præcepto confeſſionis poterit diſpenſare. Præterea Papa abſolutè diſpenſat contra ius diuinum, ſi quidam cum bigamo diſpenſauit contra Apoſtolum. 1. ad Thim. c. 3. no. gl. in c. ſunt quidam. & in c. lector. 24. diſt. & in c. preſbyter. 72. diſt. Nec non diſpenſat in nõ dandis decimis, quibus dari debent. cap. a nobis. de deci. quod eſt ℈ vetus teſtamentum. c. ex parte. de deci. c. decimas. 16. q. 1. Exo. cap. 22. Num. c. 19. Leuit. c. 27. & Deute. c. 24. Nam ad huiuſmodi inſtantias ſic reſpõderi poteſt. Ad primam dico, ꝙ in Papæ poteſtate eſt relaxare omne vinculum impediens a regno cœlorum, non ſimpliciter, ſed ſecundum quid, iniuncta ſcilicet ſatisfactione, quoniam remittere ſine ſatisfactione ſolius eſt poteſtatis excellentiæ Chriſti: Ad ſecundam ex bigamo, ſumptam contra Apoſtolum. Dico primo, ꝙ Martinus ibi diſpẽſauit de facto contra Apoſtolum, quoniam de iure diſpenſare non potuit, c. ſuper eo. c. bigamis, & in cap. nuper, de biga. Dico ſecundo ꝙ diſpenſatio ibi fuit facta cum bigamo vſq; ad ſubdiaconatum duntaxat, quod Apoſtolo non repugnat, quia prohibitio Apoſtoli eſt de Diacono, Preſbytero, & Epiſcopo. ſecus de aliis, ſiquidem ſubdiaconatus non erat adhuc ordo ſacer, ita gloſ. in d. ca. ſuper eo, & in cap. nullus. 61. diſt. Tertio reſpondetur, quòd talis diſpenſatio non videtur contra Apoſtolum, quia prohibuit ordinari, non autem diſpenſari, vt no. Abb. in d. capit. ſuper eo. colum. 2. in fi. & ibi Cardi. col. 1. & ſic non eſt contra regulam Apoſtoli, ſed præter regulam. Quarto loco reſpondetur, quod bigamiæ non eſt adiuncta irregularitas de iure naturali, ſed de iure poſitiuo, nec eſt de eſſentialibus ordinis, ꝙ quis non ſit bigamus, ideo Papa poteſt in tali irregularitate diſpẽſare, ita inquit D. Tho. in 4. ſent. diſt. 27. q. vlti. referente Arch. in d. cap. Lector, verſi. nota tamen. Quinto dico, quòd non valet conſequentia, Papa diſpenſat contra Apoſtolum, ergo contra legem diuinam, quoniam Papa eſt maior Apoſtolo, & ſupra eum, ca. puto. 11. q. 8. cap. ſacroſancta. 22. diſt. ſed non eſt maior Deo, & ſupra ius diuinum, cap. inferior 25. diſt. Dico demum, illud fieri poſſe propter neceſſitatem, quæ legibus non eſt ſubiecta. l. 1. ff. de offic. conſ. l. fin. §. in eadem, in fi. ff. ad leg. Rhod. de iactu. & c. ſi quis, de fur.

Ad tertiam, & poſtremam inſtantiam de decimis, reſpondeo, ex mente gl. in cap. a nobis, de deci. quam ibi ſequunter Hoſt.

Source : BIU Cujas

Hoſt.Ioan.Andr.Abb. & cæteri Doct. ꝙ Papa ius decimarū non poteſt tollere,ſed quibuſdam perſonis remittere pōt,& hoc in caſu non tollitur ius diuinum,nam tunc tolleretur,ſi in totum remitteretur hoc præceptū. Nec officit ſi dicatur, alia præcepta moralia Decalogi ſunt irremiſſibilia,c.fin.§. de his.6.diſt.vnde nec iſtud præceptum decimarum cum ſit morale,debet poſſe remitti. Nam ad hoc reſpondent Hoſtiē. & Abb.in d.c.a nobis.ꝙ aliud eſt in iſto præcepto,q̄ in aliis:verſatur enim in aliis honor Dei irremiſſibilis, vel vtilitas publica indiſpenſabilis, vt eſt videre in illo præcepto, Nō habebis Deos alienos : Item in alio : Honora patrem tuum,& matrē tuam,& in ſimilibus , in quibus nec in totum, nec in partem diſpenſari poteſt,ſed in præcepto decimarum duplex eſt cōſideratio,vna quatenus verſatur honor Dei, nam decimas ſibi retinuit in ſignum vniuerſalis dominij, c.tua ,el 2.de deci. cap. omnes,16.q. 7. Et in hac conſideratione nō poteſt decima vniuerſaliter remitti,quia Papa non poteſt facere, ꝙ honor ipſi Creatori non exhibeatur . altera ꝯſideratio vtilitatē reſpicit,quæ ex decimarum ſolutione conſurgit, eaq; Eccleſiarum,ac clericorum commodum ꝯcernit,ideo Papa tanq̄ generalis adminiſtrator, & Dei Vicarius, poteſt iſtud cōmodum in aliquibus remittere, & diſpenſare. Et hoc modo Dei præcepto non aduerſatur,ſed Eccleſiæ præſcripto.i.iuri poſitiuo,diſtribuēti decimas inter Eccleſias particulares. Et hoc Papa facere poteſt,c.propoſuit,de conceſ.præben.

Si verò ꝯſideretur diſpenſatio pro vt eſt iuris declaratio reſpiciens ius diuinum ab actibus noſtris dependens,vt eſt votum, & matrimonium, (vti ꝯctus tamen ſunt) dico,Papam ex magna cauſa poſſe diſpenſare, namq; iniquum proculdubio foret,ſi ſtatuta pro ſola charitate,ꝯ charitatem tenerent, inquit d.Bern.de præce. & diſpo.c. 4. Votum autem fieri debet ex charitate,& pro charitate. propterea eius obligatio ꝯ charitatem tenere non debet, teneret autem contra charitatem, ſi Papa nō poſſet propter bonum cōmune ipſum diſpēſare,quare inquit tex.in c. magnæ,de vot. ꝙ votum commutari pōt in melius . & licet religionis votum, in melius bonū priuatum commutari nequeat , poteſt tamen id commutari in melius bonum cōmune , ſiquidem ea obligatio ex humana voluntate proficiſcitur , licet ex iure diuino ſit executioni tradenda: Hinc etenim fit votū filii parentis iudicio ſubmitti,qui id poteſt irritum facere, nimirum ergo ſi Ro.Pontifici votum ſubijcitur , vt ijſdem valeat eius obligationem remittere,ſi id viderit Reipub. expedire: Propterea Coua.in epiſt.de matri.par.2.cap.de diſpenſatione.§.nono.perperam carpit Abbatem,qui in cap.non eſt de vo. cenſuit , Papā poſſe ex cauſa in iure diuino diſpenſare:Quod ſi dices,matrimonium ꝯſummatum nullo pacto poſſe per Papam diſpenſari , quare nec votum:Reſpondeo negando conſequentiam,primo quia matrimonium cōſummatum in facto ꝯſiſtit, quod pro infecto haberi nequit,c. ſi Paulus.32. q.1.l.in bello.§.facta.ff.de capt.& poſtl.reuerſ. Inſuper matrimonium cōſummatum æquiparatur vnioni,quæ eſt inter Chriſtum,& Eccleſiam, ſiue:inter diuinitatem, & humanitatem, cap.debitum. de biga.quæ cum ſint indiuiſibilia,iure id per Pontificem diſpenſari non poterit: Demum in matrimonio quis non ſolū Deo,ſed etiam homini obligatur,quia vir & vxor non habēt poteſtatem ſuorum corporum, ſed alter alteri obligatur,ca. non debet,de ꝯſang.& affi. per votum autem quis ſolū Deo obligatur,quare cum Papa in terris vices Dei repræſentet,c. 2.& cap.quanto,de tranſla.præla. Ideò contra obligationem ſibi vt Deo, per votum quæſitam diſpenſat: Ex his conſtat, Scotum,pariterque D.Thomam varia quidem conſideratione optimè fuiſſe locutos.

Dubia nonnulla ad prædictam quæſtionem pertinentia,vna cum eorum ſolutionibus.Ca.9.

AT inſtare quis ita poſſet , ſoluere promiſſum eſt de iure naturæ,& proinde quæ sūt de iure naturæ,nec tolli, vel diſpenſari poſſunt . varia profectò hac in re eſt Doctorū ſententia.cenſet Ioan.An.in c.tua,& ca.a nobis, de deci. & cum eo Innoc.in c.fi.eo.tit. nec non Abb. in cap. Ray. deteſtaret Accur.l.manumiſſiones.ff.de iuſ. & iu.ius naturale non poſſe in totum tolli, ſed quo ad aliquam eius partem tolli poſſe : Sed quæro ego ab his , an hæc pars, quæ tollitur , ſit narurale ius . & ſi dixerint , non eſſe ius naturale , dubio procul quæſtio non eſt an tolli, & diſpenſari poſſit , ſiquidem quod non eſt,tolli,nec diſpenſari poteſt:Si verò hæc pars,quæ tollitur,& diſpenſatur iuris eſt naturalis, igitur tolli, nec diſpenſari poteſt, eoq; maximè, quia idem ſe habet de parte, quod de toto.Cardi.Bertan.in c.2.de ꝯſuet. lib. 11. exiſtimauit,ius naturale in totum tolli poſſe,nam inquit ipſe , valet teſtamē tum adimens etiam in totum legitimam filiis iure naturæ debitam.rationem affert,quia de iure naturæ voluntas teſtatoris adimpleri debet.l. non vſque. ff.ſi quis a paren. fue.manu. cap.vltima voluntas.13.q.2. At hæc ratio nullius eſt momēti,primo quia aduerſatur tex.in §. ſed naturalia Inſtitu.tit.de iu.nat.vbi clari iuris eſt, naturalia immutabilia ac indiſpenſabilia eſſe . Prēterea legitima ſuccedit loco alimentorum. §. prohibemus,verſ.vnde enim, in Auth.de triē. & ſemiſ.ſed liberorum educatio eſt de iure naturali.l. 2. §. ius naturale. ff. de iuſt.& iu.ergo per teſtamentum tolli non poteſt;Ideo falluntur Petrus Rebuffus,Camillus Mella,Ant.Maria Papazō, & Guliel.Realis in additionibus ſuper Rot.deciſ.18. de conſue.in nouis,qui opinati ſunt , legitimam deberi filio de iure ciuili,non autem naturali,& proinde in quanta,& in quota, ac in modo portionis variari, ac diſpenſari poſſe.

Bart.in l.ex hoc iure,ff.de iuſt.& iu.cenſuit,ius naturale alia ratione tolli,vel diſpenſari poſſe , inquiens,duplex eſſe ius naturale,primæuum,& ſecūdæuum: primæuum tollitur per ſecundæuum,quod ius gentium appellatur, vnde licet ſolue re promiſſum ſit iuris naturalis,poteſt tamen ius gentium illud promiſſum diſpenſare . Verum hæc ratio ſubſiſtere non poteſt,primo,quia rationi naturali aduerſatur, nam id,quod cōtra naturalem rationem ſtatutum eſt, non poteſt eſſe validum,etiam ſi a Principe ſupremo ſtatuatur. Inſuper hæc iuris naturalis primæui, & ſecundæui diſtinctio omnino videtur falſa,ſiquidem ius naturale vnum eſt, quod temporis tractu,nec diſtinguitur,nec variatur,d. §. ſed naturalia.

Propterea dicendum arbitror,ius naturale eſſe quidem immutabile, id eſt principia iuris immutabilia eſſe, ſed ꝯcluſiones variatis rebus variari,vel propter communem vtilitatē, vel propter neceſſitatem , vt in huiuſmodi promiſſo ſoluendo,cuius obligatio non fuit abſolutè de iure naturæ, ſed ſub hac conditione ſcilicet , quouſque per ſuperiorem ex cauſa rationabili fuerit relaxata, naturalis enim ratio expoſuit,ꝙ p aliquem ſuperiorem talis obligatio ex rationabili cauſa relaxari queat, ſiquidem ad huiuſmodi obligationem inducēdam ꝯcurrit mentabilis cauſa, quæ eſt voluntas humana, & ideo ſuperior obligationem ſoluendo , nihil agit ꝯ ius naturæ,præcipuè cum in omni voto diſcreto ſuperioris voluntas intelligatur, vel ſupponatur excepta, & in hac ꝯſideratione intelligitur Abb.ſententia,in cap.fi.de ꝯſue. cum dixerit, ius naturale ex cauſa tolli poſſe, propterea quæ ei a Couar.impo nuntur,penitus reijcienda videntur. Hinc falluntur hi,q̄ exiſtimant votum de nunquam petendo a Romano Pontifice diſpenſationem in aliquo voto,eſſe obligatorium,ſiquidem materia voti non ſolum licita, verum etiam ad ſalutem vtilis eſſe debet.

Finis Libri Tertij.

ALEXANDRI
Carerij, I. C. Patauini, D. Andreę Præpoſiti, de ſponſalibus & matrimonio, Liber quartus.

De Matrimonij forma. I.

MAtrimonij Forma qua ſi ſponſa inter ancillas formoſiſſimaſe nobis offert, & digna vt in eam omnē ingenij aciem intendamus, ex cuius cōgrua inſpectione eluceſcit nobis recta ratio inſtituendi humanam vitam , veluti ex peruerſa inſpectione pendet eiuſdem vitæ peruerſio.

Magna profectò inter viros ſapientes de ea eſt ꝯtroverſia: Diuus Thomas, & qui eum ſequuntur , exiſtimarunt,verba vnius ex ꝯhentibus eſſe matrimonij formam: Quorum opinioni ſubſcribendum non eſt, primo , quia in his,quæ conſenſu contrahuntur,verba vti forma non requiruntur.l. ſi ſtipuler.§.ſi in locando.ff.de verb.oblig. §. quæ ex ꝯſenſu.Inſti. titu.de oblig. Præterea matrimonium aut eſt præſumptum , aut verum; ſi præſumptum, vel præſumptione iuris,& de iure, & tunc verba non requiruntur, c. is qui fidem,de ſponſa. vel præſumptione iuris tantum , & tunc ſatis eſt,ꝙ lex præſumat ex aliquo actu ita eſſe.c. vnico.§.fi. de deſponſa. impub. lib.6.c.cum apud, de ſponſa.Si verò matrimonium eſt verū, tunc aut id eſt verum quò ad forum ꝯſcientiæ,& verba non

ſunt

Source : BIU Cujas

ſunt neceſſaria, c. tuæ fraternitati, & c. tua nos, eo. tit. Aut eſt verum quo ad forum fori, & verba non requiruntur gl. in §. ſufficit. 27. q. 2, Hoſt. & Abb. in d. c. tuæ fraternitati: At dices Papa in eo. cap. declarat, verba eſſe neceſſaria. Reſpondeo ea quidem eſſe neceſſaria: quo ad certiorem probationem conſenſus, non autem quo ad eſſe. & ratio eſt, quoniam Eccleſia de occultis iudicare nō poteſt, c. erubeſcant. 32. diſt. Propterea cenſuerunt alij, verba Sacerdotis dicentis, ego vos cō iungo in nomine Patris, & Filij, & Spiritusſancti, eſſe matrimonij formam. Quæ ſententia approbanda non eſt, nam ad eſſe matrimonij huiuſcemodi verba non ſpectant, ſed eſt ritus quidam eccleſiaſticus a miniſtro ſeruandus. Verū quia dum loquimur de matrimonij forma, rationi adhibenda eſt fides, propterea vt de propoſita difficultate vnà cum ratione loquamur, aſſerendum cenſeo, conſenſum eſſe matrimonij formam, nam ſicut a forma pendet eſſe. l. Iulianus. §. ſi qs. ff. ad exhib. ita a ϙſenſu pēdet eſſe matrimonij. c. ſufficiar. 27. q. 2. l. nuptias. ff. de reg. iu. Hinc elicitur, matrimonium ϑctū a furioſo, qui cōtinuo furore laborat, nullum eſſe. ca. dilectus. de ſponſa. c. quamuis. 7. q. 1. Ratio eſt, quia nō intelligit, quod agit. §. furioſus Inſti. ti. de inutil. ſtip. & nulla eſt eius volūtas. §. pręterea Inſtit. tit. quibus non eſt permiſ. fac. teſta. nec pro ϙſentiente haberi poteſt. l. quia certum. ff. loca. Quòd ſi quis obijciat de tex. in l. 2. §. voluntatem ff. ſolu. matri. vbi furioſa filia pro ϙſentiente habetur: Huic euaſioni reſpondet primo Iaſ. ibi dicens, ꝙ in d. §. voluntatem. ϙſenſus aut voluntas non fingitur, quia iſtud in furioſo impoſſibile eſt. d. l. qui certum, ſed ibi fingitur non ϙtradictio, quia filia furioſi habetur pro nō ϙſentiente. Sed hæc reſponſio videtur ϑ illum tex. qui ex preſsè dicit, ϙſentire eam, quia marito credat, ergo ibi fingitur ϙſenſus, & nullo modo dici poteſt, ꝙ fingatur ibi non ϑdicere, quia re vera filia furioſa non ϑdicit. cum igitur veritatē habeamus, non eſt opus fictione, quia fictio cum veritate nō conuenit. l. quem pater. ff. de libe. & poſthu.

Propterea rectè reſpondet Gl. in l. in negotiis. ff. de reg. iu. ꝙ ibi eſt caſus ſpecialis, & ratio ſpecialitatis eſt, quia actio erat communis cum filia, ſi quidem pater teneretur illam iterum dotare, ſi dotem non haberet. no. gloſ. in l. 2. §. quod ſi in patris, in ver. dos eſt. ff. ſol. mat.

Num ſolus conſenſus exterior, ſubſecuta copula, efficiat matrimonium. Cap. 2.

COnſenſus in matrimonio principalē partem obtinet, & varijs facultatibus eſt præditus, propterea ſubiectū accuratè elaboratum, variisque inſtrumentis munitum expeſcit, vt per ea valeat ſuis muneribus fungi, vt inde pateat, nō inaniter ϑhentibus traditum eſſe ϙſenſum, nihilque in vniuerſum redundans, vel diminutum inueniri, ſed facultatibus ſemper parata eſſe conuenientia inſtrumenta, ac inſtrumentis ϙdonatas eſſe facultates. Iure itaque primo quæritur, an ſolus ϙſenſus exterior vnà cū copula matrimonium efficiat, exempli gratia, A. ϑxit matrimonium cum B. proferens exterius verba, & interius non habens ϙſenſum, eamque cognouit, an iſtud ſit matrimonium. Canoniſtæ in c. tua nos, de ſpō ſa. cenſuerunt, pro matrimonio eſſe iudicandum, tum quia adeſt ϑctus pręcedens cum copula ſubſecuta, quæ de expreſſo diſſenſu ϙſenſum facit. cap. veniens, de ſponſa. ca. inſuper. qui matr. accuſ. poſ. tum, quia intercedit dolus viri, propter quem cogi debet in ipſum cōſentire. c. de eo, de eo qui dux. in mat. tùm demum propter mulieris bonam fidem, quæ ſibi obeſſe nō debet, c. cum in apoſtolica, eo. titu. Ex aduerſo Theologi in 4. ſenten. diſt. 30. q. 1. ϑriam ſententiam tuētur, primo quia vir non promiſit illam ducere vxorem: Secundo, quia nunquam in ϙiugium ϙſenſit: Demum quia forma cōtrahendi deficit. Propterea cenſeo ego has opiniones ita ϙciliari poſſe, ſi dixerimus, in foro iudiciali eā canoniſtarū, in foro verò pœnitentiali alteram ſibi locū vendicare. Quæritur inſuper, num ſicut ϙſenſus matrimonium efficit, ita diſſenſus matrimonium ſoluat. Exiſtimarunt nonnulli diſſenſum matrimonium ſoluere, quod duobus argumentis probare nituntur, primo, quia nihil eſt tam naturale, q̄ eodem genere quodque diſſoluere, quo colligatum eſt, l. nihil tam naturale. ff. de reg. iur. c. 1. extra eo. tit. vbi dicitur, ꝙ omnis res per quaſcunque cauſas naſcitur, per eaſdem diſſoluitur. Hinc eſt, ꝙ ſi pignus ſolo conſenſu ϑhitur. l. 1. de pign. act. ita etiam ſolo ϙſenſu diſſoluitur. l. pen. C. de pign. act. no. glo. in l. ſi tibi. §. de pigno. ff. de pact. at matrimonium ϙſenſu diſſolui poſſe fatendum eſt: Inſuper eorum ſententiam hac tatione tuentur, ſicut propoſitum eſt cauſa propoſiti, ita oppoſitum eſt cauſa oppoſiti. l. fi. §. fin. ff. de leg. 3. at conſenſus matrimonium efficit, quare & diſſenſus matrimonium ſoluit: Sed viri hi diligentius Canonicas ſanctiones ſcrutari debuerant, priuſquā Andabatarum more gladium in tenebris ventilarent, ſi quidem eorum ſententia aduerſatur tex. in c. 2. de tranſla. præla. Nec officiunt aduerſæ rationes, nam ad primam deſumptā ex regula, nihil tam naturale. Reſpondeo regulam illā in ſpiritualibus minimè ſibi locum vendicare, cum ea facilius cōſtruantur, q̄ deſtruantur, c. inter corporalia, in princ. de trāſl. præla. & ideo matrimonium facilius ϑhitur, quam diſſoluitur, vt dicit tex. in l. ϙſenſu, in prin. C. de repu. nō ſolo conſenſu ϑhitur, & tñ ſolo conſenſu diſſolui non poteſt, quia quos Deus coniunxit, homo non ſeparet. cap. an quod. 24. q. 2. c. ex parte. de ϙuerſ. coniug. Minus obſtat ſecunda ratio ex ea maxima deſumpta, quæ habet, ſicut propoſitum eſt cauſa propoſiti, &c. Nam reſpondeo primo, ꝙ Regula illa vera eſt, qñ in vtraque combinatione eſt prædicatio formalis, in primo, vel ſecundo modo perfeitatis, vt exempli gratia, ſanitas eſt ꝑportio humorum, ergo ægritudo eſt eorundem diſproportio. item albedo eſt diſgregatiua viſus, ergo nigredo eſt congregatiua, quod ſecus eſſe dicitur de conſenſu, & diſſenſu, vt ſupra dictum eſt. Præterea dico, ꝙ cauſa duplex eſt, vna quātum ad fieri. Altera quantum ad eſſe. ceſſante autem cauſa rei quò ad fieri, non oportet rem ipſam ceſſare, ſicut ceſſante ædificatore manet domus. cōſenſus ergo cū ſit cauſa matrimonij quo ad fieri, non oportet ceſſante conſenſu, ceſſare matrimonium: Demum dico, ꝙ ille conſenſus quamuis actu tranſierit, ſemper tamen manet in virtute: nunquam enim fieri poteſt, quin conſenſus vnitus ſemper maneat vnitus, & ita quia ſemper manet cauſa, ſemper manet effectus.

Oſtenditur conſenſum fore mutuum. Cap. 3.

HIC conſenſus primo debet eſſe mutuus per verba de præſenti, vel alia ſigna in non valentibus loqui, cap. tuæ fraternitati, de ſponſa. qui quidē matrimonio competit dupliciter, primò vt eſt ſacramentum, deinde vt eſt contractus: vt ſacramentum, quoniam de ratione eius eſt, ꝙ aliquod intercedat ſenſibile ſignum, cap. cum apud. eo. tit. vt ϑctus, qa in matrimonij contractu quilibet ſui corporis poteſtatem quò ad actum coniugalē alteri donare videtur: donatio aūt non perficitur, niſi ϙuertente donatoris, & donatarij conſenſu. l. 1. & ibi no. ff. de dona. Donatarius autem non valet in donationem ϙſentire, niſi donator voluntatem ſuam ei pateſaciat. Sed num iſte ϙſenſus eodem tempore ſit præſtandus? Hoſtien. in cap. dilectus, de ſponſa. cenſuit, ſatis eſſe, ꝙ vnus ϙſentiat per prius, & in propoſito perſeueret, & alter conſentiat ex poſt facto: Ex aduerſo Gl. in l. cum conſenſu. ff. de act. & oblig. alteram partem tuetur, per tex. in l. 1. & in l. cōtinuus actus. ff. de verb. oblig. vbi reſponſio alterius ſtatim ſequi debet. Ego vtriuſque ſententiam veram cenſeo, ſi dixerimus, primam de æquitate, alteram de rigore iuris habere locum, vt no. Abb. in d. c. dilectus. & Ioan. An. in c. ex literis, eo. titu. Conſenſus tamen poſterior nō requiritur ad eſſe prioris, ſed requiritur ad eius eſſe concomitanter, & conſecutiuè.

Oſtenditur conſenſum non fore de futuro. Cap. 4.

PRæterea ϙſenſus non debet eſſe de futuro, quoniam per eū vir & mulier ſpondent ſe mutuo matrimonialiter ϙiungere, matrimonijque ϑctus eſt eiuſdem promiſſionis perfectio, quare vinculum conſenſu de futuro contractum, per ſe non valet matrimonium efficere: Quod ſi quis inſtet, ſicut præſens ſe habet ad præſens, ita futurum ad futurum, ergo ſicut conſenſus de præſenti efficit matrimonium de præſenti, ita cōſenſus de futuro efficit matrimonium de futuro. Nam hæc euaſio, quæ profertur a ſimili, longa a ſeipſa diſſimilitudine diſtat, ſiquidem cōſenſus de futuro dupliciter poteſt intelligi, vno modo pro ϙſenſu de futuro reſpectu matrimonij futuri, & in hoc ſenſu inſtantia vera eſt, quia ſicut cōſenſus hodiernus per verba de præſenti expreſſus, hodie matrimonium efficit: ita conſenſus craſtinus, qui tunc per verba de præſenti exprimetur, cras matrimonium efficiet; altero modo intelligitur pro ϙſenſu de præſenti ratione matrimonij futuri, & hac ϙſideratione eſt falſa, quoniam ϙſenſus de præſenti matrimonium, quod efficit, immediatè attingit. Neque ad matrimonium ϑhendum ſufficit ſolus conſenſus de futuro cum carnali copula ſequēte, quia vbi dolus adeſt,

&

Source : BIU Cujas

& consensus abest, non potest fœdus perfici ꝯiugale, inquit tex. in cap. tua nos. de sponsa. Quod si dicatur, iudicium Ecclesiæ iustum esse, ac proinde hoc in casu iudicare matrimonium esse, nisi aliud obstare videatur. Dico, tunc Ecclesiæ iudicium iustum esse a iustitia iudicantis, quia iudicans iustum est, at qui non nouit occulta cordium, iudicet secundum ea, quæ exterius patent.

Declaratur quomodo consensus possit esse conditionalis. Cap. 5.

INsuper hic mutuus ꝯsensus valet esse conditionalis, capit. super eo. de ꝯd. in despon. appos. non ea quidem conditione, quæ sit contra bonum prolis, cap. omne, 27. quæst. 2.

Propterea aberrauit Barba. in l. 1. ff. de preca. pariterq; Palud. in 4. sent. dist. 30. q. 2. ꝯclus. 2. qui asseruerunt hanc cõditionem ea ratione admitti, quia perpetua continentia nõ vitiat matrimonium, qualis fuit inter Mariam & Ioseph, & tamen inter eos perpetuum ac perfectum coniugium extitit, cap. coniux. 27. q. 2. Quæ ratio nullius est momenti, nam matrimonio ꝯcto castitas per ꝯiuges voueri potest, cap. quod Deo pari, 33. q. 5. not. Abb. in cap. 1. de conuers. coniug nõ tamen tempore ꝯctus in pactum hoc deduci potest, nec Beatissima Virgo coniugij tempore castitatem in conuentionẽ deduxit, sed matrimonium simpliciter ꝯtraxit. & quamuis li queat, antea virginitatem vouisse, consensit nihilominus in coniugalem cohabitationem, & implicitè in omnia, quæ ad matrimonium attinent, non quidem in actum copulæ, sed in potentiam, qui consensus virginitati non aduersatur, c. beata, 27. q. 2. Nec insuper ꝯsensus potest esse conditionalis ea ꝯditione, quæ sit contra bonum fidei. d. ca. fin. de cond. appo. Propterea decipitur Ang. in sum. ver. impedimentum tertium. §. 2. qui affirmauit, eam conditionem, si te adulterandã tradideris, non esse ꝯ substantiam matrimonij, nisi ita adijciatur, vt mihi nõ tenearis reddere debitum cõiugale: Hinc est, ꝙ nec professio sub conditione de retinendo proprium facta valet, quoniam huiusmodi conditio est ꝯ substantiam religionis, cap. cum ad monasterium, in fi. de sta. regu. Quare aberrant Inno. & Host. in cap. insinuante, qui cle. vel vo. nec non But. in c. si conditiones, de ꝯdi. appo. qui existimarunt, hanc professionem valere, siue detentio proprii sit apposita ratione causæ, siue modi, siue conditionis resolutiuæ, vel suspensiuæ: Conditio verò turpis pro non adiecta habetur, c. fi. de cond. appo. vt si dixero, contraho tecum matrimoniũ, si occideris inimicum meum, adeò vt matrimonii ꝯctus remanet purus. Quòd si dicatur consensus non est purus, nec absolutus, sed relatus in cõditionis euẽtum, quare priusquã ꝯditio turpis eueniat, qui sic ꝯxit, non videtur cõsentire. no. Inno. & Ioan. An. in c. 1. eo. ti. Nam respondeo, quod ille, qui matrimonium ꝯhit, sciens eam turpem conditionem ab Ecclesia tolli, & purum manere ꝯctum, videtur matrimoniũ purè ꝯhere, & cõsensum purum ad matrimonium præstitisse, & propterea ea conditio matrimonii gratia sicut & vltimæ volũtatis reiicitur, l. reprehendenda. C. de insti. & substit. Quod etiam locum habet in ꝯditione impossibili, d. cap. fin. Discrimen tamen aliquod est inter conditionem turpem, & impossibilem; nam turpis conditio si de præterito, vel de futuro fuerit, ab actu nõ tollitur, sed vel statim matrimonium valet, vel non valet ex ꝯditionis euentu, vel defectu. At conditio impossibilis etiam si fuerit de præterito, vel de præsenti semper est reiicienda, vt ꝯctus purus remaneat: hanc conditionum differentiam no. Abb. in d. c. si conditiones.

Ostenditur adhuc matrimonium sub conditione contrahi posse. Cap. 6.

SED pulchra oritur dubitatio, cur matrimonium ꝯctum sub cõditione impossibili valeat, cum absque ꝯsensu matrimonium ꝯhi non possit: is enim qui ꝯhit sub conditione impossibili nõ censetur ꝯsentire, immo nec cõsentit, l. nõ solum. ff. de act. & oblig. Durand. in 3. sent. dist. 39. q. 4. hanc difficultatem soluendam peritioribus relinquit: Palud. in 4. dis. 29. art. 5. conclu. 5. arbitratus est, ꝙ deficiente ꝯsensu non sit matrimonium in foro interiori, tenetur tamẽ ꝯhens sub hac conditione ad matrimonium denuo ꝯhendum propter prę ceptum Ecclesiæ, d. cap. fin. Quę sententia in parte vera est, & in parte redditur falsa: in ea parte vera est, cum inquit, deficiente ꝯsensu nõ esse matrimonium in foro interiori, siquidem de hoc est tex. clarissimus in cap. cum locum, de sponsa. in ea autem parte est falsa, cum ait, ꝯhentem tamen sub hac conditione teneri ad matrimonium denuò ꝯhendum propter Ecclesiæ præceptum, d. ca. fi. Nam ille tex. nullum nobis tradit præceptum de matrimonio ꝯhendo, sed esse iam cõtractum iudicat, & decernit: Propterea censeo ego hãc commode afferri posse rationem, quam supra tetigi, nũc iterum repetẽdam, nempè ꝙ ius canonicum præsumit ex ꝯhẽtium intẽtione, & matrimonii gratia eas ꝯditiones non esse adiectas ad ꝯsensum suspẽdẽdum, sed purè ꝯiugium fuisse cõtractum. Ex his ꝯstat, illas quatuor ꝯdones impossibiles ꝓ Glos sam relatas, in §. impossibilis, Instit. ti. de inutil. stip. matrimonium nõ vitiare, quod in ꝯctibus secus accidit, l. generaliter, & l. si plagij. ff. si cer. pet. Præterea nec ꝯdõ, quæ de iure tacitè inest, etiam si fuerit de futuro quò ad verba, vt si Deo placuerit, nõ suspẽdit. l. ꝯditiones, ff. de cond. & demonst. Accedit ꝙ nec ꝯditio oĩno extitura mrimonium suspẽdit, arg. l. quod si sub ea ꝯdõne. ff. eo. cuius ratio est, quoniam huiusmodi futura sunt præsentia in causis suis: Quare Goff. & Io. And. in c. per tuas, manifestissimè aberrant, cum dixerint, quod si matrimonium ꝯhatur sub hac ꝯditione, si Sol erit in Cancro, in præsenti æstate, nõ esse matrimonium antequam extat cõditio, adeò vt si medio tempore cum alia ꝯhitur, matrimoniũ valeat. Insuper nec ꝯditio volũtaria, & honesta matrimoniũ suspẽdit, vt si cõtraho tecum, si pater tuus ꝯsenserit, c. super eo. cap. de illis. & cap. per tuas, de ꝯd. appo. At dices, quomodo matrimonium potest in alterius voluntatem ꝯferri, siqdem videmus nec testũ cõferri posse. l. captatorias, & l. illa institutio. ff. de hær. inst. Nam respondeo, inter matrimoniũ, & testamẽtum maximum reperiri discrimen, si quidem matrimoniũ est de iure diuino, vnde sufficit solus ꝯsensus qualiscunque habeatur, sed testamentum pendet ex gratia, quia ꝯfertur in illud tempus, quo testator non est futurus dominus, scilicet post mortem, quare satis est, ꝙ ei ꝯcedatur libera testandi facultas, no. glo. in d. l. illa institutio. Quod intellige de matrimonio carnali, non autem de spirituali, cap. 2. de elect. lib. 6. Sed quid si ꝯsensus per verba de præsenti sit ꝯdõnalis, & in alterius arbitrium nõ cõferatur, puta si dixeris, ꝯho tecum, si centum dederis, an statim sit matrimonium? Host. & Abb. in præcitato cap. de illis, cẽsent, statim esse matrimonium: Quorum opinioni assentiendum nõ est: Nam quamuis cõsensus per verba de præsenti fuerit prẽstitus, ex quo accessit ꝯditio suspensiua, nõ valet matrimonium, nisi extat ꝯditio, cum ipse ꝯsensus, qui est matrimonii forma, nõ sit purus, nec absolutus. Hinc est, ꝯditionem illam, quæ ad aliquod lucrum tẽdit, in matrimonio licitam fore: Quod si iterum dices, huiusmodi ꝯditio tanquam illicita reiicitur, in l. si ita stipulatus fuero, §. si tibi nupsero, ff. de verb. oblig. ac insu per matrimonium cum sit actus legitimus nullam debet recipere ꝯdõnem, sicut nec electio, postulatio, tutoris datio, hæredis institutio, & cætera huiuscemodi, de quibus ꝓ Doc. in cap. actus legitimi, de reg. iur. Nã respõdeo primo ad text. in §. si tibi nupsero, ꝙ intelligitur si subsit aliqua inhonesta causa, puta libidinis, nã tũc stipulatio nõ valet: Et cum addebatur matrimonium tanquã actus legitimus, nullã debet recipere ꝯdõnem. dico, ꝙ nõ omnes actus legitimi nõ recipiũt conditionem, quod lucidissimè patet, nam emptio, & venditio, quæ sunt actus legitimi conditionem recipiunt. §. emptio. Insti. tit. de ꝯhẽ. empt. l. necessario, ff. de peric. & com. rei vẽd. Item locatio, ꝯductio, societas, mãdatum, stipulatio, & cæteri ꝯctus per Dyn. in d. c. actus legitimi, enumerati, ꝯditionem recipiũt: Et propterea verba eiusdem Regulæ exponi debẽt, idest omnes. Postremo ꝯsideratione dignũ est, cum per ꝯditionem matrimonium nõ suspẽdatur, num saltem po testatis corporum trãslatio ad tempus fieri possit. Ad quod breuiter respõdeo, fieri nõ posse, tũ quia esset ꝯ bonum prolis, nam copulati ad tempus nõ essent ita solliciti de suæ ꝓlis disciplina, & religiosa educatione, sicut ꝯiuncti simpliciter, tum qnia esset ꝯ bonum honestæ dilectionis, quæ debet esse inter ꝯiuges, si quidem vnusquisque rem, quæ sua est simpliciter, quàm si ad tempus sua fuerit, magis diligit; tum de mũ, quia in copula ad tempus nõ seruaretur ratio sacramẽti, qm̃ cũ talis copula sit diuisibilis, non valet humanæ naturæ cum diuina, nec Ecclesiæ cum Christo indiuisibilem vnionem significare.

Ostenditur consensum non fore clandestinum. Cap. 7.

INsuper hic mutuus ꝯsensus nõ debet esse clandestinus, vt statuit Sacrum Lateranẽse Concilium sub Innocẽtio tertio celebratum, cui fauet Sancta Sinodus Triden. in decreto de refor. mat. sess. 24. c. 1. Cuius hæc sunt verba. Qui aliter q̃ p̃ sente

ſente Parocho, vel alio ſacerdote de ipſius Parochi, ſeu ordinarij licentia, & duobus, vel tribus teſtibus matrimonium ꝙ trahere attentabūt, eos Sancta Synodus ad ſic ꝙhendum omnino inhabiles reddit, & huiuſmodi ꝙctus irritos, & nullos eſſe decernit, prout eos præſenti decreto irritos facit, & annullat. Hinc eſt, ꝙ omittentes ſolemnitates, quæ ſunt de præcepto, ſeu ab Eccleſiæ proſcripto cadunt, vt banna, mortaliter peccant, cap. ſuper ea, de clan. deſponſ. niſi eas iuris ignorātia omiſerint. l. iuris ignorātia, & l. error. ff. de iu. & fac. igno. no. gl. in l. plagij. C. ad leg. falc. de plag. Ante tamen huiuſmodi ꝙciliare decretum cōſenſus clādeſtinus matrimonium efficiebat, cap. iudicantem. 30. q. 5. Et licet in c. aliter eadem quæſt. dicatur, huiuſmodi matrimonia nō eſſe coniugia, ſed fornicationes, id tandem intelligendum eſt, & ratione decoris, & debitæ honeſtatis.

Oſtenditur conſenſum non fore coactum. Cap. 8.

PRæterea mutuus ꝙſenſus nō debet eſſe coactus, c. cum locum, de ſponſa. gl. in c. Abbas, quod met. cau. Quod cōfirmatur, nam fauorabilior eſt ſtatus Religionis, q̄ matrimonij, ſed profeſſio facta in Religione per cōſenſum mortis metu coactū nō valet, vnde talis ad ſæculum reuerti poteſt, c. 1. de his, quæ vi met. ve cau. fiūt. quare multò magis matrimonij ꝙctus per cōſenſum coactum non valebit. Quòd ſi quis obijciat de cap. inter cætera. 22. q. 4. vbi matrimonium fuit meticuloſum, & nihilominus dicitur ratum, & firmum: Inſuper iuramentum meticuloſum ſeruandum eſt, cap. verum, de iureiu. cap. auctoritatem, 15. q. 6. ergo & matrimonium, cum vtrumque ſit vinculum ſpirituale. Nam ad primum reſpondeo primo, ꝙ ibi loquitur de cōſilio. Præterea non cōſtabat de metu, licet allegaretur. Demum non fuit talis metus, qui caderet in conſtantem virum. Ad ſecundum dico, quod in iuramento alia quàm in matrimonio ſeruatur ratio, quoniam cum id valeat ſeruari ſine interitu ſalutis æternæ eſt ſeruandum, cap. cum cōtingat, de iureiu. in matrimonio autem inſpicimus etiam ne deterius inde cōtingat, cap. requiſiuit, de ſponſa. At dices, quomodo matrimonium metu cōtractum eſt ipſo iure nullum, cum interior ꝙſenſus efficaciter cogi nō poſſit, nā vbi homo, ibi cognitio, ibi memoria; vbi memoria, ibi voluntas; vbi voluntas, ibi electio; vbi electio, ibi cōſilium; vbi conſilium, ibi prudentia; vbi prudētia, quę eſt recta ratio agibiliū, ibi coactio adeſſe nō poteſt. Ad hāc inſtantiam reſpondeo, ꝙ quamuis cōſenſus interior ſimpliciter cogi nō poſſit, nihilominus ſecūdum quid, ideſt quatenus diminuitur de ratione voluntarij cogi poteſt, quare Deus noluit hominem per huiuſmodi cōſenſum mulieri eſſe cōiunctum, tum quia matrimonium ſignificat cōiunctionem Chriſti, & Eccleſiæ, quæ fit per liberum amorem, tum demum ne talia matrimonia malos exitus parerent, nā quod aliquis nō diligit facilè cōtemnit. cap. præſens, 20. q. 3. Et adeo metus matrimonium vitiat, vt etiam dotis promiſſionē vitiare dicatur. l. ſi mulier. §. ſi dos. ff. quod met. cau. ſi tamen metus circa matrimonium, & dotis promiſſionem interceſſerit, ſecus ſi circa dotis promiſſionem tantum. Quare Abb. in d. c. cum locum, perperam carpit Bart. qui cēſuit, metum non vitare dotis promiſſionem.

Cur metus annullat matrimonium ipſo iure, nō item alios contractus. Cap. 9.

SED pulchra eſt cōſideratio, quare metus matrimoniū, nō autem alios contractus ipſo iure irritat, & annullat; Calde. in d. c. cum locum, hāc differentiæ rationem adducit, inquiens, ꝙ per matrimonium vir & vxor efficiuntnr duo in carne vna, & quos Deus coniūxit, homo ſeparare nō poteſt, cap. ſunt qui. 27. q. 2. c. quos Deus, 33. q. 2. quare cum diſſoluere matrimonium contractum ſit cæteris contractibus difficilius, propterea lex noluit id pro cōtracto haberi quādo metus intercedit, cum non poſſet poſtea coniunctos diſiungere, ſicut cæteros contractus reuocare. Quæ ratio abſolutè vera non eſt, nam ante cōſummatam copulam nō ſunt duo in carne vna. c. debitum, de biga. Accedit præterea ꝙ lex poteſt ex cauſa matrimonium diſſoluere, cap. ex publico, de cōuer. coniug. & ideo ſequeretur, ꝙ matrimonium meticuloſum ſi non fuerit conſummatum, mero iure valeret, quod penitus eſt falſum. Propterea alia redditur ratio deſumpta ex ca. cum locum, nam inuitæ nuptiæ difficiles exitus cōſueuerūt habere, multaſque comitātur anguſtias, ac multa mala, quæ Socrates recenſuit, perpetuam nempè ſolicitudinem, excruciantem zelotypiam, contextum querelarum, exprobationē dotis, graue affinium ſupercilium, alieni matrimonii ſubcenſuras, varios ſumptus, incertos liberorum euentus, nonnunquam orbitates, interitum generis, hæredem alienum, & dolores innumeros. Hinc colligitur matrimonium reuerentiali metu contractum, eſſe ipſo iure nullum, ſiquidem metus reuerentialis habet vim præciſæ impotentiæ, vt videatur nō poſſe contradicere. gl. in l. filiusfa. §. inuitum. ff. de procu. nec huiuſmodi matrimoniū vel per ſequentem ꝙſenſum tacitū, vel per copulam ratificari poteſt, cap. de illis, de deſponſ. impub. etiam ſi id iuramento confirmetur. Quare falluntur hi, qui per cap. ad aures, de his quæ vi metusve cau. fi. cenſent, huiuſmodi matrimoniū ſaltem in foro conſcientiæ ratificari, nam cap. illud verba facit de renunciando electioni, quo in caſu minor libertas requiritur, quam in matrimonio contrahendo. Hallucinatur inſuper Abb. in c. 2. eo. tit. cum dixerit, ꝙ qui iuramento præſtito per metum matrimonium cō traxit, illi matrimonio acquieſcere teneatur. Ex his clarè cōſtat, matrimonium metu contractum ipſo iure nullum eſſe, non ex ſolo Eccleſię præſcripto, vt cenſet Durand. & cum eo Palud. in 4. ſent. diſt. 29. q. 2. verum inſuper propria actus natura, c. tuà. & c. cum locum, de ſponſa.

Quòd conſenſus non debeat ex alterius voluntate pendere. Cap. 10.

PRæterea mutuus cōſenſus adeo debet eſſe liber, vt ex alterius volūtate pendeat, quod patet, primo per tex. in c. 1. de deſponſa. impub. vbi ſi filius adultus aliquo modo non cōſenſit, pater nō poteſt ipſum cogere vt matrimonium cōtrahat. idipſum exemplo comprobatur, nā Tobiæ filius peregrè profectus inſcio, & inconſulto patre, cum Sara filia Raguelis fœlici euentu nuptias cōtraxit, Tob. 7. Confirmatur inſuper Eſau exemplo qui Geneſ. 26. duas vxores aſſumpſit, quæ exacerbauerunt animam Iſac, & Rebeccæ, eo quod (vt inquit Lyranus) abſq; conſilio patris, & matris, illas Eſau duxiſſet, & nihilominus inde prognati liberi, iuſti, atque legitimi fuerunt, & Duces, ac principes extiterunt. Geneſ. 36. Propterea ſancta Tridētina Synodus anathemate coercuit eos, qui falsò affirmant, matrimonia a filijsfa. ſine cūſenſu parentum ꝙcta irrita eſſe, & parentes ea rata, vel irrita facere poſſe. Sed num ſerui & ancillæ valeant ſine ꝙſenſu dominorum ſuorum matrimonium ꝙhere. pro qua difficultate ſoluēda, dico, ſeruos & ancillas dominis ꝙdicentibus, & inuitis poſſe matrimonia contrahere, c. 1. de coniug. ſeruo. nō ea quidem ratione, vt cenſet D. Tho. quia matrimonium eſt de iure naturæ, ſeruitus de iure poſitiuo. ius autem poſitiuum cum pē deat a iure naturali, ſibi præiudicium afferre nō poteſt. Nam hæc ratio D. Tho. falsò innititur fundamento, primo cum dicat, ſeruitutem non eſſe de iure naturæ: quoniam aduerſatur tex. in l. manumiſſiones. ff. de iuſt. & iu. vbi elicitur ſeruitutē nō eſſe ꝙ naturalem rationem, imo ex ea procedere. Quod ſi dices, omnes homines natura liberos eſſe. §. ſeruitus, Inſti. tit. de iu. perſo. l. 4. ff. de ſta. hom. & proinde eadem natura homines nō eſſe ſeruos. Ad hoc reſpōdeo, omnes homines natura liberos eſſe ex prima ſcilicet naturæ intentione, quæ voluit homines liberos creare. At per accidens non prohibuit eos ſeruos fieri ex aliqua ratione conueniēti Reipub. ſicuti ex prima intētione naturæ eſt, ꝙ hominum vita cōſeruetur, & tamen legibus humanis naturali ratione ſtatuitur ex accidenti ꝙ nocentes, & criminoſi occidantur, ꝙ ſi hoc ſenſu velis D. Thomæ ſententiam intelligere, optimè fuiſſe locutum ꝙſtat. Propterea cenſeo ego, alia quidē ratione ſeruos & ancillas abſque dominorum ꝙſenſu poſſe matrimonium ꝙhere, & ea eſt, nam matrimonium non ſolum eſt de iure naturali a natura ſpeciei, ſed etiam a natura generis, eſtque naturalis matrimonij finis, ſpeciei ꝙſeruatio, quamuis autem aliqua ſeruitus ſit de iure naturali a natura ſpecici, quatenus naturalis ratio ſuadet, quoſdam eſſe dominos, & quoſdā ſeruos propter meliorem domus, & ciuitatis diſpoſitionem, tamen ea non permittit in his obſequium præſtare, quæ ad indiuidui, vel ſpeciei conſeruationem neceſſaria ſunt, ſed quo ad cætera obſequia, quæ naturalibus operibus ſuperadduntur; in qua ꝙ ſideratione intelligitur Ariſtotelis ſententia Poli. 1. cap. 3. nempè ſeruum eſſe omnino domini.

An pater filiam, quæ ſine eius conſenſu matrimonium contraxit, dotare teneatur. Cap. 11.

PVlchra eſt dubitatio, num pater teneatur filiæ dotem ꝙferre, quæ abſque eius venia matrimonium ꝙtraxit. Bar.

in

Source : BIU Cujas

in l.obligamur.§.ea lege.ff.de act.& oblig.censuit, quod post quam filia nupta est,pater ad eam dotandam cogi nō potest, rationem affert, quoniam cogitur eam dotare vt nubat, ergo ea nupta cessat causa, & per consequens cessare debet legis effectus.l.quod dictum.ff. de pact. Quæ opinio approbanda nō est,primo,quia idem Bart. in l. nupta.ff.solu. matri.sibi nō ꝓstat. Præterea rationi, & auctoritati aduersatur.Rationi,nam pater eam tenetur alere, nec ex ꝯctu illius matrimonij, potest sibi alimenta denegare, cum in sponsalibus cōtrahendis filia sub patris potestate minimè sit ꝓstituta. c. si annum. de iudic.lib.6.multo magis ergo eam dotare tenetur, siquidem dotis causa fauorabilior est causa alimentorum,vt no.Cyn.in l.non omni.C.de administ.tut. Aduersatur demū auctoritati,nempe gl. in d.l.obligamur.§. ea lege. Propterea gl.in cap.de raptoribus.36.q.quam sequitur But. in cap.accedens,de procu.existimauit, hanc filiam a patre esse dotandā, nisi absque eius ꝓsensu ipsa indigno nupserit,per tex. in l.tertiam.§.si emancipatus.ff.de contratab. vbi filius potest exhæredari,qui vxorem duxit indignam.Quę sententia mihi videtur apprime dubia, primo, quoniam hodie hæc nō est iusta exhæredationis causa. §. causas. in Auth. vt cum de appella. cogno.Præterea idipsum cōfirmatur, nam ex eisdem causis possunt alimenta denegari, ex quibus quis potest exhæredari,vt est gl.notab.in l.si quis a liberis.§.si quis.ff de libe.agno. quare cum prædicta causa nempe si indigno nupserit, no sit iusta exhæredationis causa,ita nec denegationis dotis,aut alimentorum. Quare dicendum arbitror, patrem fore cogendum filiæ, quę indigno sine consensu nupsit, dotem conferre,primo per tex.in l.qui liberis.ff.de ritu nupt.vbi pater cogitur ad duo,videlicet ad nubendum,& ad dotandum, & ideo licet primum sit perfectum,cogitur nihilominus secundum perficere,arg.l.si hæredi plures ff.de cond. instit. super adducta ratio non videtur cessare in filia iam nupta,quoniam dos est necessaria ad substinenda matrimonij onera. l. assiduis. §.excepta.ff.qui pot.in pign.hab. Et quę a Paulo.Cast.in auc. sed si post.C.de inoffi.test.& a Bal. Nouel.de do.par.6. priuil. 17.num.6. huic sententiæ obiiciunrur,penitus reijcienda videntur.At dicit Durand. nō esse licitum dare pecuniam pro matrimonio,quia simoniacum est; facilè diluitur hæc ratio, cum potestas corporis,quæ datur non sit aliquid sacrum,sed coniunctio, quæ Deo authore superuenit, de qua scriptum est,quos Deus coniunxit, homo non separet;ideoque mirū est, quomodo Durand. tanti fecerit hanc rationem, cum leuicula sit,& citra negotium eludi possit.

Quod consensus errore vacare debeat,& primo de errore personæ, & conditionis sermo habetur. Cap. 12.

DEmum mutuus consensus nullo errore affici debet, c. 1.29.q.1.Propterea dicitur,qui errat, nō consentit. l. si per errorem.ff.de iurisdi.om. iud. nam errantis voluntas nulla est,l.cum testamentum.C.de iu.& fac.igno. Error autē quadruplex est,personæ scilicet,conditionis fortunę,& qualitatis.Error personæ dicitur, quando hic putatur esse homo ille,& est alius, iste ꝓsensum impedit. At instare quis posset, Iacob, qui pro Rachel septem annis seruierat, fuit suppositā Lyra, Gen.39. insuper si quis baptizat vnum, quem putat esse alium, verè baptizat.cap.2.de bap.quare a simili,si quis ꝯhit cum vna,quam putat aliam, verum contrahit matrimonium.Ad primam instantiam respondeo, ꝙ quamuis cōsensus non præcesserit concubitum Iacob cum Lyra, fuit tamē subsecutus, adeo ꝙ Iacob, & Lyram nō fecit ꝓiuges præcedens ꝓsensus,sed subsequēs. Ad alteram instātiam de baptismo,dico,ꝙ nō est simile,nam in susceptione baptismi efficitur simpliciter melior susscipientis, q̄ matrimonium contrahentis conditio, & ideo specialior intentio, ac liberior consensus in matrimonium contrahente, q̄ in baptizante requiritur. Circa tamen huiusmodi errorem, illud accipiendum est, ꝙ vt aliquis erret in persona,oportet,ꝙ per visum,vel auditum, vel famam habeat aliquam ipsius personæ notitiam, quoniam in penitus cognitum nec consensum, nec amorem possumus dirigere,argu. l.cum ab eo.§. mensam. ff. de ꝯhen. empt. Error autem conditionis est, quando quis putatur esse liber, qui seruus est: Hæc status conditio triplex esse dicitur, melior scilicet, cum quis cōtrahit cum libera, quam credit seruam,& econuerso:secundus status est æqualis,cum seruus scilicet contrahit cum ancilla,quam credit liberam:Tertius est deterior,vt cum liber contrahit cum ancilla,quā credit liberam,vel econuerso:Primus error matrimonium non impedit, quia taliter contrahens in nullo læditur: Nec item secundus,quoniam æquè vterque lęditur,ca. significasti, de diuor.Tertius verò matrimonium impedit,cap. si quis ingenuus,29.q.2.cap.proposuit,& ca.ad nostram, de ꝯiug. seruo. Ratio est,quoniam huiusmodi errore contrahēs,læsione nimis grauī in bonis matrimonij læditur. primo enim læditur in bono prolis, qui eam in potestate non habet:Insuper læditur in bono fidei, quia mulier non poterit ei debitum liberè reddere,siquidem eo fortasse tempore dominus eius posset eam aliquo negotio impedire: Postremo læditur in bono sacramenti, idest in cohabitationis inseparabilitate,quoniam dominus ancillæ eam vendere posset, & propterea naturali æquitate statutum est, huiusmodi errorem matrimonium impedire, dummodo iste liber ignorauerit eam esse ancillam,d.cap. proposuit. Quòd si quis obiiciat, æ qualem esse læsionem in bonis matrimonij scienter,& ignoranter cōtrahendo. Dico euasionem hanc non officere, nam in vno casu per errorem læsionem incurrit, in altero vero scienter. illa autem læsio inquantum læsio matrimonium non impedit,sed quatenus est talis læsio,ratione cuius liber per errorē incurrit.Sed oritur dubitatio,nùm huiusmodi matrimoniū per carnalem copulam subsequentem ratificetur. Huic dubitationi satisfacit Hostiens.in cap.vbi,de coniug.seruo.in quiens, quòd aut carnalis copula sequitur certam cognitionem seruilis conditionis alterius coniugis; Aut probabilem præsumptionem. Aut leuem suspicionem, Aut hæc omnia antecedit; si omnia hæc ante cedit, matrimonium non ratificat, quoniam adhuc liber, ex priori consensu, qui fuit nullus, ei commiscetur:Si verò sequitur leuem suspicionem dūtaxat, nec etiam matrimonium prædictum ratificat, quoniam titubans pro ignorante habetur,cap. proposuit,& ibi no. glo.de coniu. ser. Si verò sequitur probabilem,& discretā præsumptionem,tunc subdistinguit,aut ea carnalis coniunctio ex ecclesiæ præscripto effecta est, aut non;si non, vel affectu maritali subsecuta est, vel fornicario; si maritali affectu, matrimonium ratificat propter consensum denuò præsentē, quæ etiam absque carnali copula cum verbis de præsenti matrimonium præcedentibus,ratificaret,nisi alter coniux,qui est seruilis conditionis,prius a suo pristino consensu recessisset: Si autem carnalis coniunctio affectu fornicario facta est,matrimonium quò ad Deum ratificari non potest, quamuis ex ecclesiæ sententia ratum præsumatur, eo ꝙ interiorem consensum denuò affuisse præsumat:Si verò ea copula certā conditionis alterius coniugis cognitionem sequitur, & affectu fiat maritali semper quò ad Deum ratificatur: Hinc est,ꝙ liber,qui matrimonium cum ancilla contraxit,quam liberam putabat, non valet licitè ab ea nisi per iudicium ecclesiæ separari, cap. porrò, de diuor. ratio est, quoniam diuortium est pœna, & pœna non est inferenda nisi per iudicem. l. nullus. C.de iudic.

De Errore fortunæ, & Qualitatis. Cap. 13.

ERror fortunæ is esse dicitur, quando quis putatur esse diues,qui pauper est,vel econuerso:Error verò qualitatis, quando quis putatur esse bonus,& est malus:Huiusmodi errores matrimonio non officiunt, quoniam diuitiæ, paupertas,pulchritudo,turpitudo,boni ac mali mores sunt matrimonio accidētalia: At dices,omnis error,qui impedit voluntarium,impedit matrimonium,sed ignorantia cuiuslibet circunstantię tollit voluntariū, vt inquit Aristoteles tertio Ethic.c.3.igitur error cuiuscunque circunstantiæ matrimonium impedit. Insuper siquis fœminam nobilem in coniugium petat,& pro ea ignobilis ei tradatur,inter eos coniugiū non intercedit,asserit Mag.sent.4.dist.30.Sed error ignobilitatis sub fortunæ,vel qualitatis errore compræhenditur,quare huiusmodi error matrimonium poterit impedire. Hę & similes instantiæ, quæ aduersus hanc veritatem proponi possent, facile soluuntur: Ad primam respondeo, ꝙ quāuis cuiuslibet circunstantiæ error secundum quid, voluntariū impediat,error tñ huiusmodi simpliciter, voluntarium nō impedit:Ad secundā, & postremā instātiā,dico,ꝙ ꝯhens aut erat circa subiectū nobilitatis, vel circa nobilitatem subiecti, primo modo,est error personæ,vt cū intendit ꝯhere cum filia Regis, & eius loco sibi filia vnius Ciuis offeratur,tūc talis error matrimoniū impedit, & in hoc sensu verba facit Mag. Secundo modo, est error qualitatis, vt si quis in personam sibi notam consentiat, quam nobilem credit, & non est, & talis error matrimonium non impedit: Ne igitur nos prolixitatis errore afficiamur, finem huic parti imponamus.

Finis Libri Quarti.

Source : BIU Cujas

Alex. Carerij, de ſponſ. & matrim.

ALEXANDRI Carerij, I. C. Patauini, D. Andreę Præpoſiti, de ſponſalibus & matrimonio, Liber quintus.

De Cauſa finali Matrimonij diſſerendum proponitur. Cap. I.

DVm mentis acies Matrimonium luſtrando vagatur, nunquam conquieſcit, nunquam expletur, quouſque in eius finem non ſe receperit: in eo verò ſupra humanũm captum exultat, exultandoque exclamat, vxor tua ſicut vitis abundans in lateribus domus tuæ. Vt itaque huius finis veritatem cumulatè vel inuenire, vel inuentam explicare valeamus, duobus præſertim egemus inſtrumentis, ordine videlicet, & methodo, vt nos docet Iuriſc. in l. 2. ff. de orig. iu. Cum igitur mihi de cauſa finali matrimonij agendũ ſit, vt aliqua methodo id efficere valeam, nonnulla conſideranda occurrunt, primo, a quo matrimonium fuerit inſtitutum: Secundo, in quo loco; Tertio, propter quid; Quarto, vnde dicatur; Quinto, quid ſit. Demum, quæ ei officiant.

Vt attinet ad primam partem. Cenſent omnes communi conſenſione matrimonium a Deo fuiſſe inſtitutum, ſed quibus verbis id Deus inſtituerit, inter ſe digladiantur: Mag. ſenten. 4. diſt. 26. exiſtimauit, matrimonium tunc a Deo fuiſſe inſtitutum, cum dixit Adam, Hoc nũc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea, quamobrem relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori ſuæ. i. non cohabitationẽ patris, & matris, vt perperam intellexit Præpoſ. in rub. de ſponſ. ſed thorum patris, & matris, quia nec cũ patre, nec cum matre filius contrahere debet, ita exponit Innoc. in cap. debitũ, de biga. Diuus Bonauen. eadem diſtin. cenſuit, matrimoniũ a Deo immediate fuiſſe inſtitutum, nempè per inſtinctum internum ipſius Dei, Adam inſtigantis, vt ea verba proferret: Fuit opinio Præpoſ. in Rub. his verbis fuiſſe inſtitutum, cum dixit, Non eſt bonum hominem eſſe ſolum, faciamus ei adiutorium ſimile ſibi, Gen. 2. Nonnulli opinati ſunt, tũc a Deo fuiſſe inſtitutum, cum de Adæ coſta dormientis mulierem formauit, eamque adduxit ad Adam, Gen. 2. Exiſtimarunt alij his verbis fuiſſe inſtitutum, Creſcite, & multiplicamini, & replete terram, Gene. 1. Alij arbitrati ſunt, his verbis fuiſſe inſtitutum. In dolore paries filium, & ſub viri poteſtate eris, & ipſe dominabitur tui, & Adæ dixit, Quia audiſti vocem vxoris tuæ. &c. Gene. 3. Demum cenſuerũt alij, his verbis fuiſſe inſtitutum, cum Matth. 19. inquit Chriſtus, Quos Deus coniunxit, homo non ſeparet: Quæ omnes opiniones a me relatæ; facile inter ſe conciliari queunt, hac tamẽ præmiſſa diſtinctione, Quòd matrimonium dupliciter conſiderari poteſt, vel vt eſt naturæ officium, vel vt eſt remedium; Si cõſideretur vt naturę officium, Deus matrimoniũ inſtituendum his verbis prædixit, Non eſt bonum hominem eſſe ſolum faciamus ei adiutorium ſimile ſibi. Id vero actu ſimpliciter inſtituit, cum de coſta Adæ dormientis mulierem formauit, eamque ad Adam adduxit. Id vero inſtituit. i. benedixit, vt exponit Diuus Auguſtinus in 14. de Ciui. Dei, cap. 22. quando dixit, Creſcite, & multiplicamini, & replete terram. Hinc Damaſceni conſpicuus eſt error, qui lib. 2. cap. vltimo, auſus eſt affirmare, primam matrimonij inſtitutionem non habuiſſe præceptum: Matrimonium autem inſtituit. i. eius inſtitutionem expreſſit, & cum dictum fuit: Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea, &c. Si vero matrimoniũ conſideretur vt eſt remedium, tunc a Deo poſt peccatũ implicitè fuit inſtitutum, cum mulieri dixit, in dolore paries filios, & ſub viri poteſtate eris, & ipſe dominabitur tui &c. Et quando Chriſtus dixit, Quos Deus coniunxit, homo non ſeparet, non per ea verba matrimonium inſtituit, ſed iam fuiſſe inſtitutum, ac ſeparari non poſſe, oſtendit: Quare aberrant Card. & Præpoſ. in rubr. de ſponſa. cum dixerint, matrimonium in remedium peccati minimè fuiſſe inſtitutum. Sed ꝑſideratione dignum eſt, cur Euæ corpus de coſta viri dormientis formatum fuit. Ad quod reſpondetur id iure effectũ eſſe, vt maius inter humanę naturæ indiuidua eſſet amicitiæ vinculum, voluitq; Deus, vt vnum eſſet humanæ naturæ radix. Et quoniam vir tum propter complexionis prętantiã, tum etiam propter perſpicaciorẽ rationis vſum, mulieris caput, & Rector eſſe debet, cap. eſt ordo. 33. q. 5. Propterea magis decuit primam mulierem de primo viro ſumi, quã econuerſo; Et quia ambo quò ad thorum, ſiue quò ad actum cõiugalem ad paria tenentur, dicẽte Apoſtolo. 1. Cor. 7. mulier ſui corporis poteſtatem non habet, ſed vir. Similiter autẽ & vir ſui corporis poteſtatẽ nõ habet, ſed mulier, ideo nõ eſt facta de parte ſuperiori hominis tanq̃ domina, neque de parte inferiori tanquàm ancilla, ſed de parte media ſcilicet de coſta, quæ eſt in latere, tanquàm æqualis, & ſocia quò ad mutuam obligationem reddendi debitum, cap. nec illud 33. q. 5. in ſuper quoniam mulier recipit robur a viro cum ſit eius defenſor, vir autem per mulierem emollitur, propterea ad hoc ſignificandum mulier facta eſt de parte uiri dura, ſcilicet de oſſe, pro quo Deus carnem ſubſtituit. Præterea quia in coniugio magnum eſt ſacramentum, ſcilicet vnionis animæ cũ Deo, & humanę naturæ Dei uerbo, ac vnionis Eccleſię ipſi Chriſto, dicente Apoſtolo ad Ephes. 5. ſacramentum hoc magnum eſt, ego autem dico in Chriſto, & in Eccleſia. ideo voluit Deus, ut mulier fieret de coſta uiri ſoporati, ut in ſopore illo aptior eſſet eius intellectus ad recipiẽdam huius ſacramenti reuelationem, vnde Adam in illo ſopore hoc ſacramentum percepit, Gen. 2. Hinc hallucinantur Goffre. & Hoſtienſ. in ſumma, auctoritate Magiſtri ſent. 4. diſt. 2. aſſerentes, matrimonium non eſſe ſacramentum: Nam & ſi principaliter gratiam non conferat, quia principaliter ordinatũ eſt in remedium, conſequenter tamen ſicut cœtera ſacramenta gratiã confert, nõ in ordine ad receſſũ a malo, vt nõnulli perperã exiſtimant, ſed quatenus in fide Chriſti contrahitur.

Quæritur in quo loco matrimonium fuerit inſtitutum. Cap. 2.

IAM cumulate ſatis primum caput explicaui, ſequitur modo ut ad ſecundum accedamus, & perquiramus in quo loco matrimonium a Deo fuerit inſtitutũ. Conſueuerunt non nulli, id nullibi fuiſſe inſtitutum, quoniam nullibi Deus eſt. Quorum ſententia approbanda non eſt. nam ſi quærimus vbi ſit Deus, & conſideramus eſſe alicubi, vt corpora, vel formæ corporũ ſunt in loco, peuldubio Deus nullibi eſt; Inſup ſi conſideramus eſſe alicubi, ut Anima, vel participatæ mentes, ita quoque nullibi eſt: non n. ad aliquam mundi partẽ ꝑhitur vt illæ; Demum ſi ꝑſideramus eſſe alicubi, quia ſit vbique, & ita ſit vbique vt omnia contineat, & a nullo cõtineatur, ſic Deus vbiq; eſſe dicitur; ideo iure de eo canitur: Cœlum & Terram ego impleo. Inſuper ſi aſcendero in Cœlum tu illic es, ſi deſcendero ad infernum, ades. Rectè quoque de eo dicimus, quod non propriè eſt vbiq;, ſed potius ipſe hoc ipſum eſt, quod a nobis appellari ſolet vbique, & eſt vbique Deus per præſentiam, vt omnia cognoſcens; per potentiam, vt omnia ſeruans; per eſſentiam, vt res nil aliud ſunt niſi eius vmbra, & imitatio. ſic Deus cunctis rebus adeſt, ad ea non accedens, abeſt non recedens, ſed res potius accedere ad eũ, & recedere dicuntur, nam procul abeſſe ab eo eſt non eſſe, vel eſſe minus & obſcurius. Inſuper ſi Deum conſideramus vt ab omnibus omni parte ſolutum, ſic ſuper Cœlum collocatur, propterea Orpheus de Deo cecinit.

Cunctaifouens, atq; ipſe ferens ſuper omnia ſeſe.

Quòd ſi etiam præcipuum aliquem locum ei aſſignare volumus, id efficere poſſumus dupliciter, primo reſpiciendo ad ea, quæ verè ſunt, ideo dicimus Deum in culmine mentis lucere. Secundo reſpiciendo ad corpora, ſic in cœlo, & in excelſis habitat, de quo cecinit Homerus.

Eſſe ſolum Diuis ſubnixum ſemper olimpum
Fama eſt, haud ventis tumefactum haud imbribus Vdum.

Et in pſal. legitur, cœlum cœli Domino, terram autem dedit filijs hominum. Demũ non ſine ratione Deus in Sole eſſe dr, iuxta illud, in Sole poſuit tabernaculum ſuũ, quod verũ eſt. primo, quia Sol eſt viſibilis imago eius, vt cum antiquis Theologis dixit Plato. ſecundo, qa manifeſtiſſimè ꝑ Solẽ in hunc mortalẽ orbem ſuas vires effundit: Propterea cum ex his ꝑſtet, Deũ vbiq; eſſe, ſeruatur tñ quod ſit in aliquo determinato loco rõne operationis, & ratione connexionis cum eo, quod propriè in loco eſt: Propterea quæritur in quo præcipuo loco matrimonium inſtituerit. Theologi in 4. ſent. ac Canoniſtæ in Rub. de ſponſ. aſſerunt, matrimoniũ in Paradiſo fuiſſe inſtitutũ, ſed de eius loco inter ſe digladiantur. Opinio fuit nonnullorũ aſſerentium Paradiſum eſſe prope Sphe ram ignis. Quorum opinioni ſubſcribendum non eſt, primo quia cum Paradiſus ſit locus voluptatis, Gen. 2. habitatio voluptuoſa nõ põt eſſe in Sphera ignis. Inſuper non eſſet locus fructuoſus, arboribus plenus, & magno fonte fœcundus. Cẽſuerunt alij, Paradiſum terreſtrem eſſe vniuerſam terram.

Quorum

Source : BIU Cujas

Quorum ſententia approbanda nō eſt.primo,quia vniuerſa terra non valet eſſe eiuſdē voluptatis particeps. Præterea ab vniuerſa terra Adam ſtatim poſt peccatum non fuit emiſſus. Demum fons, & quatuor ea flumina cæteris terris circuendis deſtinata erant, quorum initia nō inueniuntur in medio vniuerſæ terræ. Propterea inquiunt alij, Paradiſum eſſe ſub æquinoctiali circulo,quæ ſententia (vt cenſeo) veriſſima eſt, quoniam ibi congruæ inueniuntur habitationes tum per naturam,tū per accidentia varia,ex ventis,montibus,& fluminibus pendentia: non enim ſublimi prouidentia fuiſſet conſentaneum,vt tam magna terræ portio ſterilis,neglecta,& habitationibus aduerſa maneret:Et licet ſub eo ſint æſtus intolerabiles propter radiorū Solis directionem, attamen hoc in commodum ex perpendicularibus radijs illis regionibus illarum reſarciri poteſt, tum nulla ferè mora in circulo æquinoctiali, tum perpetuo æquinoctio, tum quia noctu Sol maximè diſtat ab Orizonte, tum montium altitudine ualde diſtātium a repercuſſione radiorum, tum ſalutarium fluminum copia,tum roris abundantia, & ſimilibus. Quinimmo etiam extremæ, quæ a frigore plus æquo infeſtātur, humano cultu deſtitutæ non ſunt, ſaltem quò ad initium earum, ſic omniū terrę partium incola factus eſt homo. Quare aberrauit Homerus quando inquit.

Illis Sol nunquàm Phaeton ſua lumina ſpargit.

Hinc etiā apparet diminutè ab antiquis ſignata, & numerata fuiſſe Climata terrę,cum non ſeptem Sola,vt ipſi fecere, ſed viginti quatuor aſſignari debeant vſque ad Paralellū arcticum,vltra quē non eſt neceſſe Climata ſignare, ſed ſat eſt, notare Parallelos,totidem quoq; Climata, & Paralleli notari debent vltra æquatorem. non.n. ea medietas vel vniuerſa inundantur aquis, vel ratione oppoſiti augis Solis reddit nō apta habitationibus, vt nonnulli exiſtimarunt. Sed quæſtio animo ingenuo apprimè digna agitari ſolet, cum Zonæ ſint quinque, & climata plurima, quod nā eorum ſit magis tēperatum.& cū ſententiæ ſint variæ,hæc duo enuncio. primo, ſi abſolutè temperamenta ꝯſideramus Zona,quæ torrida dicitur,omniū eſt temperatiſſima; Si verò temperies confertur, vt conducit ad humanæ vitæ conſeruationem, congruā pro creationem,& temperamentū ſapientiæ, prudentiæq; cōſentaneum,id clima, in quo diuino conſilio ampliſſima Romanorum vrbs condita fuit,principem obtinet: quare mirū,nō eſt,ſi in ea tot Cardinales, totq; proceres fulgent, qui formæ dignitate,ſapientia,& prudentia ſummopere valent.

Propter quid matrimonium fuerit inſtitutum. Cap. 3.

QVoniam oīa a bono pendent,ideo oīa ſeruant inſertā, ac ingenitam imaginem quandam,& veluti caracterē boni, per quem vertuntur in bonum, ac ipſum pro ſuæ naturæ conditione appetunt. Propterea homo matrimonio appetit ſui conſeruationem, ſuique multiplicationē, qui appetitus nil aliud eſt,niſi propenſio inſequens formam, vt natura eſt,a Natura principe pendens,in conuenientem finem directa: Iure itaq; quærendum a nobis eſt, propter q̄d matrimonium fuerit inſtitutum. cui dubitationi reſpondetur, propter bonum fuiſſe inſtitutum. iſtud bonum elicitur vel ratione cauſæ ipſius matrimonii, vel ratione effectus, vel demum ratione naturæ ipſius boni. Si conſideretur ratione cauſæ, ad matrimonium primo Natura inclinat, & ita reſpicit bonum prolis.c.fin.de frig.& malefic.inſuper recta rō adhæret,& ita reſpicit bonum fidei. Deinde quatenus a iure diuino pendet, reſpicit bonū ſacramenti. Si verò bonum ꝯſideretur rōne effectus,tunc vel ꝯſideratur in vinculum, vel vſus vinculi,demum fructus, ad quem ordinatur vſus: Ratione vinculi conſurgit bonum ſacramenti. Ratione vſus vinculi bonū fidei. Ratione deinde finis ad quē ordinatur vſus, bonum prolis. Si autem conſideretur ratione naturæ ipſius boni, tunc vel illud eſt delectabile, vel vtile, uel honeſtū. Delectabile eſt bonum fidei,vtile bonum prolis,honeſtum bonū ſacramenti:Sed iure quæritur,inter hæc tria bona quod nā eorum eſt præſtātiſſimum. pro notitia animaduertere debemus,quòd prolis procreatio fit mūnere animę nutriētis, cuius materia eſt alimētum,quo utimur pro triplici munerum functione, nempè pro nutritione,accretione,& ſui ſimilis ꝓ creatione.primum eſt veluti initium;ſecūdū vt medium;poſtremum ut finis. ideo iure dictū eſt, opus maximè conſētaneū naturæ uiuētium eſſe,generare ſibi ſimile.præſtātia eius patet primo ex fine,quia per ſimilis procreationem viuentia vt eis licet adipiſcuntur æternitatē,& diuinitatem, nam Dei opus eſt æternitas.inſuper patet ex perfectione eius,cui cōuenit:tūc enim vnum quod que perfectū eſt,cum ſibi ſimile ualet procreare,& cum ſit opus præſtātiſſimū, ideo maximè ꝓ naturam intēditur: eſt enim poſtrema omnium operationū pendentium a forma per naturā, & ſine cognitione operante, & cū maxime a natura expetatur, propterea vt ad hanc muneris functionē animalia eſſent magis procliua,cū ea fuit complicata vehementiſſima omniū voluptatū, voluptas.n. eſca eſt uehementiſſime animalia alliciēs, quarū maxima eſt voluptas uenerea,quę adeo eſt potēs,vt frequenter in vſu venereo,neglecto vero fine,eā nobis pro fine ſtatuamus.colligēdo itaq;aſſero,generare inſtrumēto ſeminis ſibi ſimile inter opera animę nutriētis eſt opus poſtremū preſtantiſſimū, & ꝓpterea ſummopere naturæ cōſētaneum,maximeq; a natura exoptatū,ad quod interna naturæ commotione cum uehemēti uoluptate maxime animalia sūt procliuia, quod expreſſit Virgilius inquiens.

Omne adeo genus in terris hominumq; ferarumq;
Et genus æquoreum, pecudes, pictæq; volucres
In furias, ignemq; ruunt, Amor omnibus idem.

Abſolutè tamē inter hæc matrimonij bona,ſacramēti bonū præſtantius eſt,primo quia cœtera bona ad matrimoniū attinent quatenus eſt quoddā naturę officium,bonū verò ſacramenti quatenus eſt ſacramentum gratiæ,præſtātior autē eſt gratia,q̄ natura. Præterea eius præſtātia patet ratione inſeparabilitaris, quæ eſt matrimonio eſſētialior, q̄ ſint cœtera bona: Hęc tria bona in contrahentium intentione habitu ſaltē, & implicitè debent collocari; inſuper debēt eſſe in matrimonij excuſatione,ſi quidem in copula carnali uſus rationis perditur, quare congruum eſt, quòd in eius recompēſationē detur aliquod bonū: at dices nullus virtutis actus, vt eſt matrimoniū, aliquo indiget excuſante: inſuper ſi ſtatus innocētię manſiſſet,hmōi bona extitiſſent, non tamē in recompēſationem proditionis vſus rationis, quare hæc tria bona non debent eſſe in matrimonij excuſatione. Ad primam inſtantiā reſpondeo,ꝙ actus dupliciter conſiderari poteſt, primo materialiter, ſ. quò ad ſubſtantiam actus, & ſic cum ſit indifferens ad actum bonum,& malum, indiget excuſatione extrinſeca,circunſtantijs.ſ.facientibus eum eſſe actum matrimonij formaliter. Secundo pōt conſiderari formaliter, prout ſcilicet actus, & omnes virtutis circunſtantias complectitur, & hoc modo indiget.i.exigit partes,ſicuti dicimus, ꝙ totū partibus indiget. Cum itaque matrimonium ſit inſtitutū ad procreandam prolem,duo quærenda,ac diſſoluenda proponuntur,vnū eſt, an vir teneatur vxori diebus feriatis reddere debitum. Alterum eſt,num aliquando pro euitanda fornicatione id reddere teneatur. Quò ad primum cenſent nonnulli id fieri poſſe,ſiquidem reddere debitū eſt de iure naturæ. Quorum ſententia vera eſt. ratio tamen, qua eam probant,mihi apprimè dubia videtur. Namque citatio eſt de iure naturæ. cap.paſtoralis,de re iud. eſt inſuper de iure diuino.cap. Deus omnipotens.2.q.1.& tamen diebus feriatis facta non valet.l. fi.C. de fer. Quare falluntur Butr. Innoc.& Spe.in c. conqueſtum,de fer.& cum eis Bonifac.de Vital.in ca.quamuis,de foro compet.qui cenſuerunt,citationem factam in die non feriata ad diem feriatam,vel econuerſo, afficere citatum. Propterea alia ratione cenſeo ego,virū teneri diebus feriatis vxori reddere debitum,quia id eſt pars iuſtitiæ,& ideo dicitur in Pſal.Beati,qui faciunt iudicium,& iuſtitiam in omni tempore. Quo ad ſecundam dubitationem variant Doctores, quādoquidem D. Tho. Bonauen. & ferè alij antiqui aſſerunt, ꝙ ſi quis vxorem cognoſcat ne ipſa fornicetur,vt puta,quia ipſa debitum petit, bene facit: ſed ſi petat, vt vitet fornicationem in ſe ſolo, non referens in alium finem, venialiter delinquit:Scotus vero oppoſitū ſentit,& melius, cum dicat Apoſtolus 1. Cor. Qui non poteſt continere &c.§.his ita 32.q.2.

Quocirca cum matrimonium in nouo teſtamento ſit inſtitutū nedum in officium, ſed in remedium,cum in hunc finem, eo vtitur, non peccat, cum finis rectus ſit,non ex rōne quidem naturali, ſed ex vinculo indiſſolubili,& ſacramento concomitante,ac demum ex eo, quod Chriſtus ob infirmitatem mortalium,& propēſionē ad hunc actum hoc indulſit.

Perquiritur vnde dicatur matrimonium. Cap. 4.

QVarto loco ꝯſiderandū ꝓponebat̄,vnde mr̄imoniū dicat̄.opinio fuit nōnullorū,mr̄imoniū pr̄imoniū nūcupari debere,ea quidē rōne, qm̄ a digniori vnūquodq; denominandum eſt,l.cum quæritur.ff.de ſta.hom. Sed in prolis ꝓ creatione dignius,ac præſtantius principiū eſt pater, quā mater,quare matrimonium patrimonij nomine magis eſſet cohoneſtandū. Quæ ſententia vera non eſt,nam cū quid participat de natura duorū,actus tribuit̄ ei,de cuius natura magis

Source : BIU Cujas

participat.d.l.cum quæritur,c. hermafrodita.4.q 3 Sed filius magis participat de natura matris, quam patris, vt no. Abb. in c.ex literis,de conuerſ.infide. ergo matrimonium magis a matre,quam a patre,denominari debet.Nec officit cum dicebatur,a digniori denominatio fieri debet,in prolis procreatione pater eſt præſtantius principiū quam mater, ergo &c. Ad hoc dico, quod licet vir ſit præſtātius principium in prolis generatione, in nutritione tamen mulier eſt eo præſtantius, quia dum puer in vtero matris,menſtruo eius ſanguine nutritur, & poſtquam ablactatus eſt adhuc per magnum tēpus nutritionis munus ipſi matri magis incumbit:& propter ea dicitur,maximum, & prꝛcipuum munus fœminarum eſſe,concipere,ac tueri conceptum.l. quæritur.§.1. ff. de ædili. edic. maximamque in eis a natura cupiditatem in hoc conſtitutam eſſe.l.2.C.de indic.vidu.tol. Quare alij opinati ſunt, matrimonium dici a matre,quaſi a materia,id eſt,quod in fꝛtu materiam præbeat. Quorum ſententia vt clarior fulgeat, prius perquirendum eſt, num mater in fœtus generatione actiuè, vel paſſiuè concurrat. in qua difficultate duæ inueniūtur opiniones,vna eſt Ariſtotelis in 2.de gen.animal. qui cenſuit,fœminam paſſiuè tantum concurrere,primo,nam ſi mulier actiuè concurreret, tunc idem ratione eiuſdem eſſet in actu, & in potentia;agens,& patiens,efficiens, & materia:id ipſum ꝛfirmatur, nam ſemen viri, & mulieris ex rei natura contrarietatem habent, vt aſſerit Galenus in libello de ſpermate. vel itaque æquè efficaciter ad generationem concurrunt,& tunc vtrunque alterum impedire:vel vnum eſt altero validius,& tunc tale debilioris munus impediret,& per ꝛſequens illorum alterum effectiuè non concurreret. Demū experimento compertum eſt, mulierem impregnari abſque quod ſpermatizet, vt patet de muliere effecta grauida in balneo aquæ calidæ,in quo nonnulli ſpermatizauerunt,vt teſtatur Auer. 2.colliget. cap. de iuuamento membrorum generationis, ergo ſperma mulieris ad fœtus generationem non neceſſariò concurrit. Hanc Ariſtotelis ſententiam ſequitur D.Thom.in 3.ſent. diſtin.4. q.1.Eandem quoque amplexati ſunt Hoſtienſ.& Abb.in c.fraternitati,de eo qui cogn.ꝛſang. vxo. ſuę. Ex aduerſo Hypocrates de formatione fœtus, nec non Galenus in libello de ſpermate,cēſuerunt,matrē ſuo ſemine ad fœtus generationem actiuè cooperari,quorum opinio his rōnibus comprobari poteſt, primo, formas eiuſdem ſpeciei ſequūtur potentiæ eiuſdem rōnis, ſed mas & fœmina ſunt eiuſdē ſpeciei. 9. meta. quare ſicut in mare eſt potentia generatiua actiua,ita & in fœmina.Præterea pater filium naturaliter diligit,quia eſt opus eius,8. ethic. ſed mater magis, quā pater filiū diligit, igit eſt opus matris,ſicut & patris.Demum filius aliquando magis matri quā patri aſſimilatur.quare mater eſt agens in generatione filij, conſequentia patet, quoniam effectus ſoli aſſimilatur agenti.Hanc ſententiam ſequitur Damaſcenus lib.3.c.2. cui quoq; fauent Doct. ſubtil. in 4.ſent.diſt.4. q.2.& Innoc.in d.c.fraternitati.

Vtraque tamen ſententia ſubſtineri poteſt, ad inſtantias Ariſtotelis ſic reſpondere valemus,ad primam quando dicebatur, ſi mater actiuè concurreret,tunc idem reſpectu eiuſdem eſſet in actu,& in potentia.Reſpondeo negando conſequentiam, nam idem ſecundum diuerſas eius partes pōt eſſe efficiens,& materia: & cum addebatur ſperma viri & mulieris ex rei natura inter ſe aduerſantur, dico, ꝙ ſperma viri & mulieris aliquo modo ſibi aduerſantur, & aliquo modo ſibi inuicem opem ferunt in fœtus generatione obeunda,nā virtus gignitiua ſpiritus ſpermatis mulieris, coadiuuat virtutē ſpiritus ſpermatis maris tum generationis materiam attrahēdo,tum generationis locum tranſimutādo, ac demum ex eo membra formando, vt rectè declarat Galenus in præcitato libello de ſpermate.Ad poſtremam rationem vide car.106.

Ad inſtantias verò medicorum ita reſpondere poſſumus, dicebatur primo,vir & mulier ſunt eiuſdem ſpeciei, quare ſicut in mare eſt potentia generatiua actiua,ita quoque in muliere eſſe debet,cum formas eiuſdem ſpeciei ſequantur potētiæ eiuſdem rōnis.Huic inſtantiæ reſpondeo primo,quod licet vir & mulier ſint eiuſdem ſpeciei eſſentialiter, alicuius tamen actiuæ virtutis eſt mas,cuius non eſt mulier,cū vir in ſexus cōplexione muliere perfectior exiſtat, & ideo maior inſtantiæ vera eſt de potentijs naturalibus conſequentibus naturam ſolum ſpecificam,quod ſecus eſt de virtute generatiua,vel paſſiua: licet enim potentia generatiua actiua abſolutè conſequatur viuens quatenus viuens,actiuè tamen & paſſiuè concurrere ſunt modi conſequentes illam potentiā naturalem ratione diſpoſitionum materialium, vt ſunt ſexus maſculinus,& fœmininus. Dico præterea,ꝙ ad prolis generationem triplex concurrit actio, prima eſt materiæ præparatio:ſecunda eſt, corporis formatio, & organizatio: poſtrema eſt conſequens,vel concomitans prædictam formationem: ſicut.n.locus eſt optimæ generationis cauſa, ita quoque optima matricis diſpoſitio optimam prolis diſpoſitionem efficit,vt inquit Auicē in 1.de dilu.Et propterea in matre eſt potentia generatiua actiua,ſicut in patre, non tamen ita perfecta. Ad ſecundam inſtantiam dum dicebatur, pater naturaliter filium diligit,quia eſt opus eius, ſed mater magis quam pater filium diligit,igitur eſt opus matris, ſicut & patris. Reſpondeo primo, & concedo conſequens, & conſequentiam,filius enim eſt opus matris paſſiuè cōcurrentis, ſicut patris actiue generantis, quoniam operari actioni, & paſſioni commune eſt.dico inſuper, ꝙ mater non ideo filium magis diligit,quia magis agat,ſed quia matres certiores ſunt de earum prole,vt dicitur.8.ethic. Et cum demum addebatur, filius aliquando magis patri,quam matri aſſimilatur,ergo mater eſt agens in gignendo filium,quoniam effectus ſoli agenti redditur ſimilis. Reſpōdeo,ꝙ ideo filius aliquando magis matri, quam patri efficitur ſimilis, quia virtus paterni ſeminis cum ſit debilis, non valet filium patri ſimilē reddere, ſed eum producit ad id, quod eſt in potentia maxima infra eandem ſpeciem cum patre,ad matris ſcilicet aſſimilationē.Accedit, ꝙ tempore coitus præſtat imaginatio fœminæ, vnde innocentiæ tēpore fœminæ fuiſſent natæ ex vehementi imaginatione,vt aſſerit D.Tho.in 3.ſentē. diſt.4.q.2. Hæc tamen ſimilitudo magis conſpicitur in imperito, quam in ſapiente, quia quo magis viuens viuit vitā corporis, eo efficacius corporis ſimilitudinem ſeruat,operaq; corporis abſoluit. Ad poſtremam rationem ab experientia ſumptam. Reſpondeo,qđ ex approbata experientia ſolum colligere valemus, mulierē grauidam effici non poſſe niſi ſpermatizet, teſtatur enim Auicen.ex mente Galeni 20. tertij cap.de cauſis ſpermatis,verum & prolificum ſperma in muliere reperiri, quod quidē prolificum ſemen facultatem ſuam informatricem non a teſtibus recipit, vt medici aſſeuerant, neque a meatibus ſeminarijs,ſed a corde,quod ſi eam in meatibus,& propè teſtes recipiant, id euenit munere cordis facultatem eam impartientis. Ex his, quæ iam dicta ſunt,d.lu. pōt ea quæſtio, cuius nā parentis conditionem partus quò ad libertatem,& ſeruitutē ſequi debeat.& quoniam veritas ipſa per ſe ſplendet, & multorum adminicula non deſiderat,inquit Imperator in l.1. C. ſi min. ab hære. ſe abſt. propterea argumentationibus ꝑtermiſſis,dico,partum quò ad libertatem,& ſeruitutem matris conditionem ſequi,non ea quidē ratione, vt opinantur nōnulli,quia libertas,& ſeruitus ſunt cōditiones paſſiuæ,& quoniam mater eſt principium paſſiuum, corpusque miniſtrat, ideo proles eam ſequitur. Nam licet ſeruitus ſit vilis,& paſſiua conditio,libertas tamen eſt honorabilis,& actiua conditio. Præterea ſicut filij patribus in hæreditate ſuccedunt, ita matrum hæredes fiunt.§.1.Inſtitu.tit.de hęre.quæ ab inteſt. defe. Propterea cenſeo ego hanc eſſe rationem, quoniā matres magis diligunt filios, ac magis in eis gignendis laborauerunt.l.in aſſiduis.C.qui pot.in pigno.habe.inſuper quia de earum prole patribus certiores exiſtunt, vt inquit Abb.in cap. ex literis, de conuerſ. infide. Quod confirmatur, nam in generatione matres corporis materiam miniſtrant, ſeruitus autem,& libertas ſunt conditiones, quæ maximè corpus reſpiciunt, & proinde partus quò ad libertatem & ſeruitutem ſequitur matrem,quò ad familiam verò,& agnationem ſequitur patrem.l.aſſumptio.ff.de mune.& hono.not. Abb.in c.2. de conuer.infide.

Oſtenditur adhuc vnde dicatur Matrimonium, & quibus demum nominibus cohoneſtetur.

Cap. 5.

NVncupatur inſuper matrimonium ratione popularis apparentiæ: populare enim eſt matres parere, & aperte producere, non patres. Præterea dicitur matrimonium, quia ſupponitur pater vt principalis,& indicatur,ac explicatur id,cum quo ligatur. Demū id fit, quia fœmina magis eſt parata ad partum corporis, mas verò ad partum animi,qualia ſunt opera ex animo prodeuntia. Aliis inſuper nominibus matrimonium cohoneſtatur, nempè connubij nomine nuncupatur,quod apud poetas frequentiſſimum eſt,vt apud Virgilium in 6. Aeneid.cum inquit,

Connubio iungam ſtabili &c.

Appellatur præterea Contubernium,ſecundū ius ciuile.l. cū ancillis.C.de inceſt.nup.Nuncupatur quoq; ꝛiugiū, quo nomine ſæpe vtitur Mag.ſent.4.a diſt.27. vſq; ad 37. Demū appellatur nuptiæ,quæ tripliciter capiuntur,primo pro ipſa cōiugij eſſentia,quæ ex ſolo conſenſu conſurgit.l. nuptias.ff.de

reg.

Source : BIU Cujas

reg.iu.ca.ſufficiat 27.q.2.ſecundo accipitur pro commixtione carnali,cap.quod autem,& cap.genuit.10.q.1.ſumitur demũ pro apparatu,ſeu feſtiuitate nuptiali, quæ fieri ſolet quãdo mulier mariti domũ perducitur, l. cum hic ſtatus.§. pen. ff.de don.inter vir.& vxo.l.cum fuerit.ff.de cond. & demon. c.noſtrates,& c.fœminæ, 30.q.5.Hinc Virg.3. Aeneid.

Et patrio Andromachen iterum ceſſiſſe, marito.

Sic ſumitur in Euangelio, Nuptiæ factæ ſunt in Cana Galileæ. Noctu autem, aut veſpertino crepuſculo illa perductio fieri ſolebat,& ſponſa niſi noctu coniungebatur,vel propter verecundiam,vt inquit Plutarchus in problem.vel ſi quid deforme in noua nupta eſſet, vt nocturnis tenebris occultaretur,quod etiam poſt Seruium & Sex.Pomp.Parthenius ad illud Catulli obſeruauit.

Veſper adeſt, iuuenes conſurgite, veſper Olympo
Expectata diù lux tandem lumina tollit,
Surgere iam tempus, iam pingues linquere menſas.
Iam veniet virgo, iam dicetur Hymenæus.

Sed oritur pulchra dubitatio,extat ſtatutum in hac noſtra ciuitate,ꝙ vxore mortua ſine liberis,maritus tertiã dotis partem lucretur,ſponſa de preſenti decedit priuſquam domum mariti perducatur, num ipſe maritus hanc tertiam dotis partem lucrari debeat? in hac difficultate duæ ſunt opiniones, vna eſt Bart.in l.nihil, ff.re. amo. quam ſequuntur Bald. in l. non ſine.C.de bon.quæ libe.Pau. Caſt. in l.ſi donaturus.§.1. ff.de condi.ob cauſ.& Iaſ.in l.non tantum. C.de lega.mouentur enim primo per tex.in l.ea quæ, la 2. ff. ad municipa. Vbi ſponſa ſequitur domicilium mariti, licet nondum ipſius domum perducta ſit: Secundo adducunt tex.in l.pen.ff.de don. inter vir.& vxo. vbi ſicut maritus prohibetur donare vxori, ita ſponſæ nondum perductæ: Demum ratio prædicti ſtatuti ea fuit ad remunerandum nempè maritum illius impenſæ, quam fecit in perducenda vxore,ſed eſſe poteſt cum ꝑmulta in veſtibus,& alijs preparatorijs impendiſſe, quare cum mẽs ſtatuti in iſto caſu locum habeat, ergo & ſtatuti diſpoſitio arg.l.cum mulier.ff.ſol.matr.

Altera ex parte Panor.in c.ex publico,de ꝙuerſ.coniug. & cum eo Bald. ſibi non conſtans in l.non ſine, C. de bon. quæ libe. cenſuerunt, ſtatutum iſtud de vxore loquens,in ſponſa ſibi locum non vendicare, primo ab ethimologia vocabuli id probant,nam vxor dicitur,quæ vnxit poſtes mariti, & domum mariti perducta eſt. Præterea appellatione matrimonij intelligitur de conſummato,cap. ex publico, de conuerſ. coniug. Quod confirmatur, nam verba ſtatutorum in propria ſignificatione capi debent,arg.l.3.ff.de neg. geſt.l. pen.§. qui in perpetuum. ff. ſi ager vect. Sed ex proprio ſignificatu matrimonij appellatione non venit matrimonium de preſenti,no.gl.in cap.cum initiatur,27. q. 2. quare ſtatutum huiuſmodi non poteſt extendi: poſtremo mens ſtatuti tertiam dotis partem marito conferentis fuit ad occurrendum expẽſis factis in perducenda vxore, ſicut in ſimili, iura, quæ dotis fructus marito tribuunt, intelligenda ſunt, ſi matrimonij onera pertulerit,l.dotis fructus,ff.de iu.dot. quare cum hoc in caſu ceſſent expenſæ, nec matrimonij onera maritus ſuſtinuerit, dicẽdum eſt,præmium quoque ceſſare,arg.l.Seio. ff.de tri.vi.& ole.lega.

Propterea cenſeo ego, hanc difficultatem ita eſſe elucidãdam,vt dicamus,ꝙ aut agitur materia odioſa, aut materia fauorabilis,aut indifferens;primo caſu appellatione vxoris,vel mariti,ſeu matrimonij non comprehenduntur ſponſalia per verba de præſenti contracta,nec ipſa ſponſalia contrahẽtes, & in hac conſideratione intelligenda eſt opinio Panor. & ſequacium: Si vero agitur materia fauorabilis, tunc veniunt etiam ſponſi, qui verbis de futuro contraxerunt,l.nõ ſine,C. de bon.quæ libe.in quo ſenſu accipitur Barto. & ſectatorum ſententia:Si verò materia eſt indifferens,veniunt hi,qui tantum per verba de præſenti etiam non ſecuta copula contraxerunt,ita no.Abb.in cap.tertio loco.de preſumpt. Exiſtimarem nihilominus hoc non habere locum in ſponſa nondum perducta,quæ ad ſecunda vota tranſiuit,propter eius incontinentiam; Propterea vetuſtiſſimi Romani fœminam pudicitiæ corona honeſtabant, quæ vno tantũ cõtenta matrimonio fuiſſet, ꝑpetuaq; viduitate incorrupti animi ſinceritatẽ oſtendiſſet,ſed in hac re præ cæteris peccat vidua, quæ liberos hẽt matrimonij pignora, & mortuum virũ facie ac nomine exprimentes,tex.eſt ſing.in l.vxor.ff.de manu.teſt. quã quidem ſententiam Eliſſæ verbis elegantiſſime expreſſit Virgilius in 4.Aened.cum ſe viduã,ac deſertam conquereretur.

Saltem ſi qua mihi de te ſuſcepta fuiſſet
Ante fugam ſoboles, ſi quis mihi paruulus aula
Luderet Aeneas, qui te tantum ore referret,
Non equidem omnino capta ac deſerta viderer.

Vnde non ab re dicebat Bald. in l.pignoris,C.de pign.act. viduam eſſe veram, viuamque viri mortui imaginem, propterea vt refert Hier.lib.1.in Iouinianum, laudatur filia Demotionis Areopagitarum principis, quæ mortuo viro ſe alteri nupturam negauit ꝙ adulterum nõ maritum acciperet, cum primus ſibi nõdum mortuus foret, inde aiunt,viduam viri nobilitate,ac priuilegiis potiri ſi honeſtè viuat, Gloſ.& Bart.in l.filij.§.vidua.ff.ad municip. Bal.& Salyc. in l.his ſolis, ex illo tex. C. de reuocan. dona. ideo affirmat Angelus in §. actionum,Inſtit. tit. de act. Mariti animam vxoris impudicitia triſtari.

Matrimonij definitio, ac eius explicatio.Cap.6.

EX hactenus explicatis facilè modo eſt matrimonij definitione colligere,definitur profectò a variis vario modo. Ego tamen eam definitionem approbãdam cenſeo, quę ab Ethnicis primum prodita fuit in l.2.ff. de ritu nupt.& a Iuſtiniano comprobata in §.1. Inſti.ti.de nupt. ac demum a catholicis ſcriptoribus recepta in cap. illud, de præſumpt. Matrimonium itaque eſt viri atque mulieris coniunctio indiuiduam vitæ conſuetudinem cõtinens, cuius definitionis partes,vt exactius intelligantur,docendũ eſt,dicitur primo viri atque mulieris, quoniam in pari ſexu non cadit matrimonium ad differentiam brutorum,& ſodomitarũ, vbi maſculi in maſculos ſuam(vt inquit Apoſtolus) turpitudinem operantur,& vbi Venus mutatur in alteram formam, ait text. in l.cum vir.C.ad leg.Iul. de adulte. Propterea execrabilis eſt ea Cretenſium lex, ab Ariſtotele in politicis relata, quæ maſculorum concubitus permittebat:Inſuper dicitur viri & mulieris,quoniam plures vxores non licet habere,cap. quidam autem hæretici,24.q. 3. & cap. gaudemus, de diuor. cuius ratio eſt,primo,quia naturalis ratio ſuadet, æqualem fore obligationem quo ad vſum corporum inter virum & mulierem,vt inter eos ſit ſocietas coniugalis. Præterea tenetur vir vxori petenti reddere debitum,cap.ſi tu,27.q.2.cap.1.33.q.3.quod ſeruare non poſſet,quando plures ſimul hoc peterent: Accedit ꝙ vir debet eſſe ſolicitus,vt domi ſuæ ſit pax, quæ eſt vinculum charitatis, cap.nouit.§. ſed forſan, de iudic.cui vxorũ fini repugnat,non quidem principali, vt eſt filiorũ procreatio,cum vnus ad plures fœcundandas ſufficiat,ſed repugnat fini ſecundario,vt eſt operum communicatio,& cõiunctionis Chriſti cum Eccleſia ſignificatio, de quibus habetur in cap.fi.de condi.appoſ.& in cap.omnia,27. q.2. nam Chriſtus eſt vnus,& Eccleſia vna: Hanc tamen ſententiam quæ vera eſt, Durãd.in 4.ſent. impugnare conatus eſt,primo,id quod eſt per accidens ſub arte nõ comprehenditur,ſed ꝙ vxorum pluralitas pacem impediat,eſt per accidens,nõ.n.turbant pacem,quia ſint plures,ſed quia ſunt rixoſæ: Demum hanc ſuã ſententiam comprobat per tex.in cap.propoſuiſti,32.q.7.vbi Gregorius inquit, ꝙ ſi mulier infirmitate correpta nõ valuerit debitum reddere,vir poterit aliam ducere,dummodo primæ ſubſidij opem non ſubtrahat: Quę ſententia vt ſuperius manifeſtaui approbanda non eſt; Ad primum Durandi fundamentum, quando dicebatur, vxorum pluralitas impedit pacem per accidens. Reſpondeo ꝙ licet id verum ſit, tamen vt in pluribus eam turbat. Ars autem & lex non ſolum conſiderat ea, quæ ſunt per ſe, verum etiã ea,quæ vt in pluribus eueniunt,l.nam ad ea.ff.de leg. Ad poſtremam rationem deſumptam ex cap. propoſuiſti, reſpondent primo nonnulli,ꝙ ibi loquitur in ſponſa de futuro, quam poterat infirmitatis cauſa dimittere:alij alio modo reſpondent nempè, ꝙ tex.ille intelligitur de his Neophitis, qui ad fidem conuertentes poterant infideles vxores relinquere: Sed neutra ſolutio videtur ſatisfacere,nam tunc non precepiſſet vt ſubſidij opem priori conferret:Propterea aliter dicendum arbitror,ꝙ text. ille loquebatur de infirmitate, quæ matrimonium dirimit, vti frigiditas,vel maleficium,de qua habetur in cap.conſulta tioni,de frig.& malefic. ꝙ ſi non poteſt habere in vxorẽ, ſaltem habeat,vt ſororem,cap.requiſiſti,33.q.1.

An vxorum pluralitas quandoque fuerit licita. Cap.7.

AT oritur dubitatio conſideratione digna, num talis vxorum pluralitas quandoq; ex diuina diſpenſatione fuerit licita. Aureolus vir doctiſſimus in 4. ſenten.diſtin.32. q.1. cenſuit, pluralitatem vxorum nunquam ex diuina diſpenſatione licitam fuiſſe. Primo, quia non licet vna repudiata, aliam ducere, Matth.19.quare multo minus licet duas ſimul habere: idipſum confirmat teſtimonio Gloſæ ſuper Geneſ.

Source : BIU Cujas

quarto, quę repræhendit Lamech, quia duas habuit vxores: inſuper in matrimonij ꝓtractu inter virum & vxorem de iure naturæ æqualitas ſeruanda eſt, ſed nunquā licuit vxori habere duos viros, ergo nec viro habere duas vxores. Pręterea vir dat vxori totam ſui corporis poteſtatem, quare nō valet eam alteri dare. Demum contractus matrimonij non eſt contractus intenſiſſimæ amicitiæ, ſed amicitia intenſiſſima non poteſt eſſe ad plures, ethic. ethic. 9. quare nullo pacto ſuper vxorum pluralitate diſpenſari poteſt.

Ex aduerſo Durand. in præcitata diſt. 32. q. 1. arbitratus eſt, aliquem ex diuina diſpenſatione poſſe duas habere vxores, primo, quoniam Abraham & Iacob plures habuerunt vxores, non tamen fuit cum eis a Deo diſpenſatum, cum nullibi ſcriptum reperiatur. Præterea viro licet de mulieris conſenſu caſtitatis votum emittere, cap. ſi dicat, 33. q. 5. quare & de eiuſdem conſenſu aliam ducere poterit: conſequentia patet, quia per primū in totum, per ſecundum in parte vxori præiudicium affertur: ſiquidem adhuc valet ei reddere debitum. Hęc Duran. ſententia in ſe vera eſt, rationes tamen quibus eam probat, penitus ſunt reijciendæ, vt ſit mirū, ꝙ vir ſapiēs tam leuibus rationibus motus, hanc veritatem confirmare conatus fuerit. ad primam quando dicebatur, Abraam & Iacob plures habuerunt vxores, non tamen fuit cum eis a Deo diſpenſatum. Reſpondeo, quod Deus per internam inſpirationem diſpenſauit cum eis, & deinde horum exemplo peruenta eſt diſpenſatio ad alios patres veteris legis. ad ſecundā rationem deſumptam ex voto caſtitatis, neganda eſt conſequentia, nam de ratione matrimonij eſt, ꝙ vterque cōiugū det alteri poteſtatem ſuper totum corpus ſuum, & ideo non poteſt hanc poteſtatem alteri dare abſque venia illius, qui naturæ matrimonij auctor eſt: cum autem quis de alterius licētia caſtitatem vouet, non propterea quis accipit poteſtatem ſuper actus eius ad actus carnales, quare &c.

Sententia propria auctoris, vna cum ſolutionibus ad inſtantias Aureoli. Cap. 8.

COmmodum ſe nobis offert nouiſſima parte huius inſtituti noſtram proferre ſententiam, occaſioꝙue refutandi Aureoli aduerſus hanc concluſionem prolatas rationes. Dicendum itaque cenſeo, alia quidem ratione diſpenſationem hanc patribus veteris legis fuiſſe condonatam, quia per eam populus in ordine ad cultum diuinū augebatur. Quod ſi dices, contractus vnius cum vna eſt de iure naturæ, & proinde quod eſt de iure naturæ Deus diſpenſare non poteſt, ad hoc dico, ꝙ contractus vnius cum vna nō eſt abſolutè de lege naturæ ſtrictè capta, quæ dicitur propoſitio practica, cuius aſſenſus oritur ex notitia terminorum, ſed eſt de lege naturæ, ideſt conſentaneus legi naturæ, & tunc Deus valet in eo diſpenſare. Nec eſt difficile Aureoli rationes euertere. dicebatur primo, non licet vna repudiata, aliam accipere, quare multò minus duas ſimul habere. Reſpondeo negando ꝯſequentiam, nam quamuis de non facto non liceat, poteſt tamen Deus quo ad vtrunque illorum diſpenſare, & tunc liceret c. gaudemus, de diuor. Et quando pro cōfirmatione addebatur. Reprehenditur Lamech, qui duas auſus eſt ducere vxores, dico ꝙ Lamech peccauit, quia non fuit cū eo diſpenſatum. Ad ſecundum argumentum deſumptum ab æqualitate in matrimonio ſeruanda. Reſpondeo, ꝙ hoc in caſu æqualitas ſeruanda non eſt, nam ſi vxor duos viros haberet penitus tolleretur prolis educatio propter incertitudinē patris, vt declarat D. Tho. in 4. ſent. diſt. 33. q. 1. art. 1. ad 7. quod ſecus accidit, ſi quis duas habuerit vxores. addebatur vlterius, vir dat vxori totam ſui corporis poteſtatem, igitur non pōt eam alteri tradere, dico ꝙ vir non dat vxori totam ſui corporis poteſtatem ex vi matrimonij, vt eſt a natura inſtitutū, quia ei non tenetur ſemper reddere debitum, licet id reddere teneatur quatenus matrimonium eſt ſacramentum, cū in remedium id videatur inſtitutum. Ad poſtremam inſtantiā cum dicebatur, contractus matrimonij eſt ꝯctus intēſiſſimæ amicitiæ, ſed intenſiſſima amicitia non poteſt eſſe ad plures, quare &c. Reſpondeo negando conſequentiam, nam intenſiſſima amicitia non eſt præcipuus matrimonij finis, & propterea ex Dei diſpenſatione poteſt matrimonium contrahi abſque huiuſmodi intenſiſſima amicitia. At ad reliquas definitionis particulas explicandas reuertamur.

Explicatur ea particula, coniunctio. Cap. 9.

ADditur verò coniunctio, quæ non eſt matrimonium, ſine tamen matrimonio ea nobis etiam iure naturali licita non videtur. Hinc errauit Theophilus in princ. titu. de iu. natu. qui cenſuit matrimonium appellari quemcunque coitum etiam brutis conuenientem: Hæc coniunctio nec actiuè, videlicet pro reſpectu coniungentis ad coniunctum; nec paſſiuè, nempè pro reſpectu coniuncti ad coniungēs accipitur. hæc enim non permanent, niſi quandiu agens agit, cum ſint relationes prædicamentorū actionis, & paſſionis, ſed accipitur cōiunctio neutraliter, vt puta pro relatione ad aliquid, nempè pro obligatione, qua peracto huiuſmodi contractu, manent adinuicem aſtricti coniuges, perinde ac peccator ceſſante actu vitioſo, remanet obligatus ad æternam pœnam. Inſuper hæc coniunctio dicitur eſſe de iure naturę, prout natura ad eam inclinat ob præcipuum eius finem, qui eſt bonum prolis. Quæ coniunctio non debet eſſe vaga, quia bono prolis aduerſaretur: Quare merito Ariſtoteles polit. 3. politiam Socratis reprehendit, qui volebat communes eſſe mulieres, nec propterea concubitus vagus tanquam ſimplex fornicatio bono prolis aduerſa, eſt peccatum mortale, vt voluit D. Thom. in 2. 2. q. 62. art. 6. primo, quia poteſt eſſe ſimplex fornicatio, vbi non eſt ſperanda proles, & tamen non erit peccatum mortale; inſuper fornicatio poteſt eſſe cum cō cubina, cum qua proles religiosè educabitur, ergo fornicatio non eſt peccatum mortale propter defectum boni prolis. Præterea hæc particula capitur pro coniunctione animorum, quæ fit verbis de præſenti, c. ſufficiat, 27. q. 1. eaq; pertinere dicitur ad primam matrimonij perfectionem, copula verò carnalis ad ſecundariam, adeo vt prima ſit ineſſe ſimpliciter, altera in eſſe completo, ſicut patet in puero, in quo eſt perfectio, quo ad eſſe hoīs ſimpliciter, ſed non eſt in eo perfectio quo ad eſſe completum ſm quantitatem, & operationē hominis. Quod ſi dicatur, ad eſſe matrimonij requiri nedum animorum, verum inſuper corporum coniunctio, vt no. gl. in §. 1. Inſtit. titu. de patr. poteſta. Reſpondeo hanc gl. ſententiam ita eſſe intelligendam, nempè ꝙ requiritur coniunctio corporum, ideſt deſiderium coniungendi corpora, nam mulier nubit vt mater efficiatur, cap. 1. de frigid. Propterea coniuges debent eſſe illius propoſiti, vt corporaliter coniungantur, aliàs inter Mariam, & Ioſeph non fuiſſet matrimonium, quod apprime falſum eſt, dicente Auguſtino in libro de bono coniugali, in parentibus Chriſti cognoſcimus ipſum Dominum, fidem, quia nullum adulterij ſacramentum, ꝙa nullum diuortium &c. Poſtremò dicitur coniunctio, quoniam per matrimonium aliqui colligantur, nec eſt vinculum effectiuè, ſed formaliter ligans, quod a coniunctione nō differt, propterea falluntur hi, qui iudicant, matrimonium non eſſe coniunctionem.

Explicatur particula, indiuiduam. Cap. 10

SEquitur deinde indiuiduam, vt indiſſolubilis vinculi natura declaretur, quo vir & vxor colligantur: Contingit tamen aliquando inter eos fieri ſeparatio, quò ad thorum propter fornicationem, cap. ex literis. de diuor. Ab hac nihilominus via declinare viſus eſt Alciatus vir Iuriſcōſultorum eloquentiſſimus, qui in lege, inter ſtuprum, ff. de verborum ſignificationibus, ſecundas permittere audet nuptias accedente caſu fornicationis, & id quidem leuiori ratione, quàm vt poſſit, aut debeat quenquam a recto itinere deturbare, niſi quis forſan ſua ſponte magis, quàm ratione compulſus, a recto diuertere velit: Admittit enim diſpenſante Pontifice, nec aliàs locum eſſe ſecundis nuptijs vxore ſcilicet fornicante, id quòd parum ſibi conſtat, nam ſi edicto euangelico cōceditur diſceſſio a maritali vinculo, quid opus eſt pontificia relaxatione? Rurſum, ſi vetatur euangelicis verbis huiuſmodi diuerſio: quis non videt quàm nihil poſſit in hac re cuiuſuis indulgentia Pontificis? Abſit igitur vt pro irritis habeantur ſacra legis euangelicæ mandata, de quibus ſcriptum eſt, Non præteribit vnum Iota, aut vnus apex de lege, donec omnia fiant. Hinc fallitur Eraſmus, qui cenſuit, diuortium approbaſſe Eccleſiam, ſed hactenus vt vterq; maneat inconiugatus, quod falſum eſt, ſiquidem diuortium thori tantum eſt, non vinculi, qui etiam vt errorem errori connectat, (vt ſquamma ſquammam tegere ſolet) decipitur quando inquit, fingemus de hoc diuortio ita ſenſiſſe Chriſtum. Nam fictione opus non eſt, vbi ſe offert veritas præſentem, ſi quidem vmbram fugat veritas, & lux tenebras, nō eſt igitur fingendum, ſed certo tenendum de diuortio thori ſenſiſſe Chriſtum. Excipiuntur tamen ſeptem caſus, in quibus nō licet propter adulterium fieri ſeparatio. primo ſi vir fuerit fornicatus, ca. 1. 32. q. 6. cuius ratio eſt, qm̄ pari crimine infectus alium de eodē punire nō pōt, ſupple accuſando. ſed ꝙd ſi fuerit fornicatus ob euitādū mortis periculū, nū talis neceſſitas

extrema

extrema excuſet eum a peccato fornicationis,cõmunis ſententia eſt,fornicationem non licere ob famis,nec ob vitæ periculum effugiendum,l.palam,verſic.non eſt, ff.de ritu nupt. At dices,cur neceſſitas extrema licitã facit rei alienæ acceptionem,non ita fornicationem?varij varias afferũt rationes; Gloſ.in cap. ſi quis, de furt. hanc attulit rationem inquiens, ꝙ ideo propter extremam neceſſitatem res aliena communis efficitur,non ſic in fornicatione , quia debet quis potius omnia mala pati,q̃ peccato conſentire. Cuius ratio approbãda nõ eſt,primo quia nequaquã explicat cur non liceat ob effugiendum mortis periculum,& propter vitæ extremam neceſſitatẽ fornicari:demum non aperit,cur malum hoc fornicationis nõ fiat licitum, & amittat propriam malitiam ex circunſtantia neceſſitatis extremæ ad vitæ periculum effugiendum:Abb.in d.c.ſi quis,alia mouetur ratione,dicens,tempore extremę neceſſitatis minimè licitam eſſe fornicationem, quia humana creatura nõ venit appellatione fructuum, nec fructus cenſetur, vnde licet permiſſum ſit naturali iure rem alienam accipi ad extremæ inopiæ neceſſitatem ſubleuandã, id obtinet in rebus, quæ fructuum appellatione veniunt, & fructus reddere ſolent,non in his, quæ fructuum nomẽ non habent:Verum hæc ratio nullius eſt momenti,nam aduerſatur tex.in l.in pecudum.ff.de vſur.& §.in pecudum,Inſti.tit. de re.diuiſ.vbi vſum,& vſumfructum in ancillis cõſtitui poſſe receptum eſt,& propterea ob neceſſitatem extremam famis licet patri filios vendere.l.2.C. de pat.qui fil.diſt.item ſicut poteſt exiſtens in extrema neceſſitate ad eam ſubleuandam accipere numos alterius, ita & ſeruum alienum vt eum vẽdat,ac ex precio victum quærat: Decius in l.quę propter. ff.de reg.iur.eam eſſe rationem exiſtimat, ꝙ per coitum minimè mortis periculo , quod ex fame imminet,ſubuenitur, & ideo fornicatio etiam ob extremam neceſſitatem, & inopiam,licita nõ eſt,nec vllo iure permiſſa: ſed hic vir hac in re decipitur , nã etſi per coitum fornicarium immediatè minimè ſubueneatur neceſſitati famis, & periculo uitæ,mediate tamen ſubuenitur ex precio ipſius fornicationis,quod ſufficit, ut neceſſitas excuſet, ſicuti excuſatur qui patiens extremam neceſſitatem, non accipit alienum partum , ſed argenteum uas,& id uendit ad emendum ex precio cibos ſibi neceſſarios , licet argentum directè, nec immediate tollat famem. Gloſ. in cap. quoniam,48.diſt.quam ſequtur ibi Card. aliam huic controuerſiæ rationem adducit, inquiens, ꝙ diſpenſationẽ diuina opus eſt,ad hoc vt præcepta,& leges diuinæ prætermittantur: in lege vero diuina,quę furtum prohibet, diſpẽſatio diuina omnino apparet ex cauſa neceſſitatis, c.diſcipulos,de conſec.diſt.5. at circa præceptũ illud,nõ mæchaberis,nullibi reperitur diuina diſpenſatio, nec ratione extremę neceſſitatis,nec ex alia cauſa, & iõ non eſt licita fornicatio ad vitandum mortis periculum abſq; diuina reuelatione:Hæc ratio apprimè videtur dubia, nã ea non diffinit , qua ex cauſa in hoc præcepto,non mæchaberis,non ſit quandoq; ex neceſſitate ſaltem extrema diſpenſatum,ſicut in illo: Non furtum facies: Propterea Couarru. in c. peccatum,de reg.iu. in 6 dat aliam rationem,quam approbandam exiſtimo, nempè ꝙ acceptio rei alienæ ideo reprobatur , & illicita eſt,quia eſt proximo iniqua,& iniurioſa,hæc vero iniuria ceſſat planè ex conſenſu Dñi expreſſo, vel tacito, dato quidẽ vel debito , qualis contingit tempore extremæ neceſſitatis,quo tenẽtur rerũ dñi ꝓſentire, ꝙ pauperes eorum res accipiant ad ſubueniendum inopiæ, & neceſſitati, quibus ipſi opprimuntur, & ideo præceptum illud , quo prohibetur acceptio rei alienæ nequaquam hanc ꝓtinet acceptionem , q̃ fit abſque iniuria proximi cum ipſius domini conſenſu ſaltem debito : at p̃ceptum,quod fornicationem prohibet, ideo eã prohibet,quia malum eſt adulterium ipſum , item mala eſt ipſa fornicatio , quorum malitia voluntate,& conſenſu humano tolli nõ poteſt,ideoq; nec mariti ꝓſenſus , nec ipſius fœminæ voluntas ſufficit ad tollendam adulterij,& fornicationis ſimplicis malitiam,qua ratione extrema vitę neceſſitas minimè efficit acceptionem rei alienæ , ſi quidem circunſtantia extremæ neceſſitatis in acceptione iſta tollit ab ea malitiam , quã actus ipſe habere ſolet, ſed redeamus vnde digreſſi ſumus, nõ licet inſuper propter adulterium fieri ſeparano, ſi vxor vi oppreſſa fuerit,c.ita nè,32.q.5.Ratio eſt,quia nullo modo ad opprobrium malæ voluntatis trahitur , quod conditio neceſſitatis extorſit,inquit tex.in c.1.34.q.1.Tertio ſi credebat maritum mortuum.c.per bellicam,34. q. 2.quoniam talis per ignorantiam probabilem excuſatur. Quarto ſi alter ſub ſpecie mariti eam cognouerit,c.in lectum,34.q.2. Quinto,ſi maritus eã tradidit adulterandam præſermintiuitam,c. diſcretionẽ , de eo qui cogno.conſang.vxo. ſuæ. Ratio eſt,quia in eo caſu illud adulterium magis imputatur viro,q̃ mulieri.Sexto,ſi maritus poſt adulterium eam cognouerit , & tolerauerit,arg. ſi quis vxorem.32. q.5. Cuius ratio eſt, quoniam crimen p reconciliationem dimiſſum amplius obijci non debet , niſi recidiuum ſequatur,poſtremo ſi matrimonio in vtriuſque infidelitate contracto vir dedit vxori repudij libellum , & vxor alteri nupſerit,ſi enim vterque ad fidem ꝙuertatur,vir tenetur eam recipere,c.gaudemus,de diuor. Ratio eſt, quia cum dederit ſibi libellum repudij (quod tamen iuxta Dei iudiciũ illicitum eſt)interpretatiuè eam adulterandam tradidit: his exceptis caſibus vir poteſt dimittere vxorem. Propterea falluntur hi,qui cenſent, ꝙ ſi vxor accidentaliter perpetrauerit, vtputa ſi vir ei debitum reddere noluerit, tunc eam dimittere poſſit. Inſuper aberrant hi, qui exiſtimant,ea ratione virũ abſolutè teneri vxorem adulteram dimittere,quia ſicut crudelis, & inimicus eſt, qui caſtam dimittit , ſic fatuus & iniuſtus eſt, qui retinet meretricem,c.ſicut crudelis,32. q.1. Nã id verum eſt,quando probabiliter præſumitur mulierem eſſe incorrigibilem,non itaque abſolutè, ſed cum hac contractione id accipiendum eſt.

Oſtenditur adhuc alia via ſeparationem fieri. Cap. 2.

COntingit inſuper fieri ſeparatio quò ad fœdus, nempè propter religionis ingreſſum,ſi matrimonium fuerit p verba de præſenti contractum, ſecus ſi fuerit conſummatũ, c.ex publico,de conuer. cõiug. Sed quæ nam eſt diſcriminis ratio, ꝙ conſummatum non ita per religionis ingreſſum poteſt ſeparari,ſicut nondum conſummatũ,varij varias afferũt rõnes,Bern.in c. ſtatuimus,de reg. iudicauit hanc eſſe diſcriminis rationem,quoniam maritus ante carnalem copulã nõ habet plenam poſſeſſionem corporis vxoris ſuæ, nec econuerſo,cum autem quis religionẽ profitetur, ponit prælatũ vice Dei in perfecta poſſeſſione ſui,& quoniam in promiſſionibus efficacior eſt poſſidentis ꝓmiſſio , ideo talis debet in religione manere,& ad matrimonium non redire quæ ratio approbanda non eſt,nã ſequeretur, ꝙ qui cum aliqua mulie re per verba de preſenti contraheret, & ante copulã carnalẽ alteram duceret , eamq; cognoſceret, cum prima matrimonium ſolueret , quia non habuit plenã poſſeſſionẽ corporis ſui,quod eſt ⁊ tex.in cap.adoleſcens,de ſponſa. Ioan.And.in c.deſponſata,22.q. 2. aliam aſſignat rationẽ inquiens, ꝙ ideo non conſummatum ſeparatur per religionis ingreſſum, quia Religio eſt maius bonũ , q̃ matrimonium , quare per minus bonum impediri non poteſt. nec iſta ratio poteſt ſubſiſtere, ſiquidem tam matrimonium conſummatum, quam non cõſummatum per religionis ingreſſum ſolueretur,contra text. in c.ex publico.Hoſt.in d.cap.aliam tradit rationem,dicens, ꝙ ideo ſoluitur non ꝓſummatũ per religionis ingreſſum, ꝙa Eccleſia ita ſtatuit.hæc ratio nullius eſt momenti, nam ſtatutum Eccleſiæ nunquam matrimonium ſoluit,niſi vel ratione illegitimitatis perſonarũ ⁊hẽtium,vel ratione modi,quo contractus fit:Propterea dicendum arbitror,matrimonium duplicem habere ſtatum, primus ſtatus eſt, quando id eſt per verba de præſenti contractum, & nõdum eſt conſummatũ , ſecundus ſtatus eſt , quando per carnalem copulam eſt conſummatum , primus ſtatus in ratione ſecundi eſt veluti ſpiritualis,& ſecundus in ratione primi eſt carnalis: Præterea duplex eſt mors,vna corporalis per ſeparationem animæ a corpore:altera ciuilis,& ſpiritualis,qua quis mundo moritur , & Deo viuere intelligitur. talis enim moritur mundo ciuiliter ad omnia,quæ in mundo ſunt , nempè quò ad animam,quò ad corpus,& quò ad res exteriores ; quò ad animam, per votũ obedientiæ,quo ad corpus p votũ caſtitatis,quo ad res exteriores per votũ paupertatis: Propterea ſicut ſe habet mſimoniũ conſummatũ,quod eſt carnale,ad mortem corporalẽ;ſic ſe hẽt matrimoniũ non cõſummatũ,quod eſt ſpirituale , ad mortẽ ſpiritualẽ , ſed matrimoniũ carnale ſoluitur per mortem carnalem, ergo matrimonium non cõſummatum , quod eſt ſpirituale , ſoluitur per mortem ſpiritualẽ, quæ fit p religionis ingreſſum.Sed quid de matrimonio inter infideles ⁊cto , nũ per ꝙerſionẽ alterius ad fidem valeat diſſolui ? cui dubitationi ſatisfacit Abb.in c. quanto, de diuor. ſic rem diſtinguens,aut.n.coniux infidelis vult cohabitare cum cõuerſo ad fidem ſine contumelia Creatoris, & abſque ipſius conuerſi ſcandalo, aut non: primo modo non licet conuerſo cũ alia perſona ⁊here infideli coniuge viuente, c.ſi infidelis 28. q.2.cuius ratio eſt,quia non eſt inter eos vinculum matrimoniale ſolutũ,cum infidelis coniux nec matrimonio,nec matrimonij auctori,nec ipſi viro iniuriam afferat. in quo ſenſu intelligitur ea Ambroſ. ſentent. 28.q.5.cum inquit,alioquin ſi

Source : BIU Cujas

discedite abinuicē, & volentes cohabitare dimittitis, & alijs vos copulatis, adulteri eritis, & filij vestri de hac copula nascūtur immundi, & spurij sunt. hinc conspicuus est error Abb. qui in d.cap.gaudemus. censuit, matrimonium esse solutum antequam ipse contrahat: si vero non vult cohabitare, soluitur inter eos vinculum matrimoniale, & tūc conuersus aliā ducere potest, in quo sensu accipitur ea Apostoli sententia, primo Cor. 7. cum inquit, si infidelis discedit, discedat. Sed an hæc matrimonij dissolutio per iudicium Ecclesiæ fieri debeat? omissis aliorum opinionibus, censeo eam fieri non debere, & ratio est, quoniam Ecclesia de infideli nō iudicat. gl. est notab. in cap. si infidelis, 28. q. 2.

Explicatur particula, vitæ. Cap. 12.

QVòd verò extremo loco positum est vitę: vt huius particulæ sit nobis exacta notitia, prius explicanda est varia huius nominis potestas, & notio, ne aliquis ambiguitate vocis in errorem inducatur, multiplex igitur est huius nominis significatio. vita enim nonnunquam accipitur pro actu primo, veluti dum intelligentias æternas vitas nuncupamus, & de vita mortalium dicimus, ꝙ ea est esse viuentium, & vita dicitur, quatenus largitur id esse viuentibus, per quod cōparata cum aliis, hęc viuere, ea minime viuere dicuntur, ac insuper quatenus est initium operationum viuentis, vt viuēs est. quoniam nomen causæ sępe ad ea extenditur, quæ pēdēt a causa, ideo opera quoque ab anima prodeuntia nomine vitæ designantur; Quę opera dupliciter considerantur; primo, vt in quodam cōi ꝯueniunt, quatenus omnia ab anima prodeunt, & sic oīa dicuntur vitalia, & omnia nomine vitæ designantur; secundo ꝯsiderantur, vt inter se distinguūtur, & varios animantium gradus ꝯstituunt, in qua ꝯsideratione ꝑ animam nutrientem constituuntur viuentia, & vita de effectionibus attinentibus ad nutritionem dr̄, per sentientē sine motu ꝯstituuntur stirpanimalia, per sensum cum motu animalia, per rōnem homo, & vita hominis. Nonnunquam etiā vitæ nomen per dignitatē dr̄ de sola vita suprema, quę ab intellectu pendet, iuxta sententiam illā, da mihi intellectum, & viuam: nam cæteræ cum hac collatæ, vmbræ potius, quàm veræ vitæ censendæ sunt: de hac vita loquebatur Auerroes in proœmio Physic. dum nomen hominis de sapiente & ignaro ęquiuoce dici affirmauit. Vita itaq; multipliciter dr̄, nō tñ est nomē æquiuocū a casu, sed ab uno, & ad vnū, & dum matrimoniū nomine vitæ definitur, vitæ nomine pro actu primo accipitur. vt. n. per matrimoniū in vitam suscipimur, ita hoc veluti pabulo alimur, ꝯseruamur, & augemur. & quoniā vitæ principiū est duplex, vnum præcipuum, ex quo vita præsertim pendet, & est anima: aliud minus præcipuum, ex quo vita præsertim pendet, & est anima: aliud minus præcipuum, & est illud, in quo vita, vel initium præcipuū vitæ recipitur, & est Corpus, quod morti obnoxiū est, propterea matrimonium nomine vitæ describitur, vt nobis manifestetur id non nisi morte dissolui: scribit enim Apostolus ad Cor. 1. mulier mortuo marito, a lege eius soluta est, ideo nubat in Domino.

Explicatur prædicta Apostoli sententia, ac nonnullorum errores excluduntur. Cap. 13.

SED quia hunc locum quidam obliquare contendunt, & a scopo nostro deflectere, quos formidare oportuit, ne huiusmodi loliginis succo aspergantur, declinantes in obliquationes adducet Dominus cū operantibus iniquitatem, cum potius ea, quæ pacis sunt, sectari debuerint, de qua continuo sequitur, pax super Israel: Ideo diligentius singula a nobis excutienda sunt. sic ergo ait Paulus, quæ sub viro est mulier, viuente viro alligata est legi, si autem mortuus fuerit, soluta est a lege viri: ex quo apertissimè ꝯstat, coniugale vinculum perdurare firmum, ac fixum, quandiu ꝯiuges viuūt. sunt nihilominus quia via deflectentes excipiendum velint casum libelli repudij, nam ut aiunt, scientibus legem Paulus loquebatur, sed mirum est ita cęcutire deuios, ꝙ non aduertāt Christianos illos Romanenses non admittere libellum repudij, nec scire legem est eam iudaicè interpretari, cum id potius sit errare, q̄ scire. nullus ergo est exceptionis locus, sed integrum semper manet vinculum. Paulus ergo ostēdebat qd legi euangelicæ conueniret, statim ab orta euangelica luce, nam & hoc declarat, dicens rem non ita se habere vt olim, olim enim locus erat secundis nuptiis, nunc autem minimè nam viuēte viro vocabitur adultera si fuerit cum alio viro, & id quidem vsque ad mortem viri: hanc etiam persuasionē illustrem & perspicuam reddunt Canonistarum inuicem, & cum Theologis collata testimonia, vt mirum sit, qūo in hoc tam enodi scirpo nodum aliquem inuenire laborant nonnulli, qui potius in luce tenebras, in igne flagrantissimo gelu reperient, imo ex his verbis stabilitur clara de perpetuo vinculo coniugalis status sola morte dirimendo, huc si aduertissent Critici censores, non ita facile seduceremur, aliud pro alio reputantes, ac dissimilia pro similibus recipientes, dum putant eadem opera fieri posse vt dissoluatur verum vinculum, qua dirimitur falso creditum matrimonium vtpote in frigidis, maleficiatis, cæterisque omnibus illegitimis initis ꝯiugiis, toto tit. de frig & malefic. nā aliud est dirimere matrimonium ab initio illegitimum (quod tamen in specie legitimum videbatur, quod facere, non est nisi ius declarare, nō autem contractum dissoluere vinculum, quod nullum est:) aliud verum ac legitimum dissoluere matrimonium, cuius rei ignorantia Erasmum toto cœlo errare coegit, qui ait, ei, quæ frigido nupsit, succurrit tacita conditio, & dirimitur matrimonium. sed hoc non intellexit, aliud esse dirimi matrimoniū, quod nullum est, vtpotè materia existente illegitima, aliud dissoluere vinculum legitimè contractum. Nāque prodiret portentosa illa fidei sectio maritalis, & diuinitus ꝯiunctæ carnis dilaniatio, quam vti prodigiosam insectatur Iuuenalis Satyra sexta huiusmodi carmine.

Si verum excutias, facies non vxor amatur.
Tres rugæ subeant, & se cutis arida laxet:
Fiant obscuri dentes, oculiq; minores:
Collige sarcinulas, dicit libertus, & exi,
Iam grauis es nobis.

Propterea pœna plerumq; iustissima afficiuntur repudiatores, qualis est, quam de Lepido Plinius recenset, quod Apuleiæ vxoris repudiatæ flagrans desiderio miserè perierit, sic scelera auctorem repetunt suum, hæc etiam vxoris desertio una ex causis fuit, cur M. Antonius, qui consanguineam Augusti Cæsaris abdicauerat, & vita, & imperio priuatus sit, nec mirum si cum iure naturali pugnet huiusmodi dissolutio cō iugij, cum secum adferat polygamiam, cuius auctor Lamech perpetuam apud posteros notam incurrit. Accedat insuper, quod si non expedit nubere, ergo nec renubere, frustra enim Neptunus accusat Paulus, qui semel naufragiū passus, nauim conscendit, & vt est in prouerbio;

Qui semel vxorem duxit, ducitq; secundam:
Naufragus ille iterum naufragium patitur.

Et id quidem si defuncta priore locum habet, quanto magis ipsa superstite, extantibus etiam liberis cōmuni cura educandis, impensis quoq; alendis comunibus? sic itaq; conflantur gladij in vomeres, & lanceæ aduersariorum in falces: ac satis est sacram iecisse anchoram ex apostolicis, & canonicis sententijs, videlicet nunquam fieri posse, vt vinculum dissoluatur dum supersunt coniuges, qui modo semel ac legitime fuere coniuncti.

Nonnullæ particulæ prædictæ definitioni additæ, explicantur. Cap. 14.

ADduntur demū prædictæ definitioni nonnullæ particulæ per Gl. in §. 1. Insti. tit. de pat. pote. nēpè Diuini, & Humani iuris cōicatio: Dr̄ diuini, qm̄ cōiuges debēt esse eiusdē̄ sectæ. l. nequis. C. de iudæ. c. 1. de sponsa. etiā si mulier esset iam catechumena, nec mr̄imoniū sub ꝯdōne transeundi ad fidē ꝯhi posset, cap. caue, & c. non oportet 28. q. prima. Propterea aberrant Iurisconsul. nonnulli, in Rubr. de sponsa. qui existimarunt, Christianum cum infideli posse contrahere sub cōditione transitus ad fidem. Postremò dicitur humani: quoniam vxor debet sequi forum viri, l. de iure. §. fin. ff. ad municip. l. cum quædam puella, ff. de iurisdict. om. iudic. quamuis tempore contractus matrimonii eum sciuerit vagabundum, no. gl. in cap. si quis ineuitabili. 34. q. 2. not. Abb. in c. 1. de coniug. lepro. Ratio est, quoniam mores suos tunc approbasse videtur. Hinc elicitur primò, ꝙ patria potestate non obstante vxor debet adhærere viro. argūmen. l. cum te, C. de inofficio. testam. l. reprehendēda, C. de institutio. & substitu. Addo ego tex. in l. 2. ff. de liber. exhiben. vbi dicitur, quòd pater, qui filiam in potestate habet, a marito rectè conueniri potest, de quo etiam in contingentia facti est tex. in cap. non est, de sponsal. cuius ratio reddi potest, nam cum hæc obligatio, quę inter coniuges reperitur, ex lege diuina ac humana pendeat, potest quis ad factum præcisè compelli, nec sufficit interesse præstari vt not. Bart. in l. stipulationes non diuidun tur. ff. de verbo. obligat. & Abb. in cap. litteras, de restit. spolia. Elicitur demum, ꝙ viri, & mulieris cohabitatio adeo iuris diuini, & humani dicitur, vt vir eam, si dos promissa non soluatur,

Source : BIU Cujas

ſoluatur,effugere nō valeat:iniquū tñ eſt, ꝙ vxor alatur a viro,non tradita ſibi ꝓmiſſa dote, & ꝓpea curare dēt iudex vt dos ei tradatur,gl.eſt ſing.in Auth.de nō eligen.ſecun.nubē. fœm.ver.onera. Quare falluntur Abb.in c.per veſtras,de donat. inter vir.& vxo. & Bal.in ca. quemadmodum,de iureiu ran.col.2. nec non Paul. Caſtr. & Alex.in l.inſulam.§.rurſus. ff. ſolu. matrim. qui eiuſdem gl.ſententia iudicarunt,maritū poſſe vxorem expellere, ſi dos ei promiſſa non ſoluatur.

An impotentia matrimonio impedimentum afferat. *Cap.* 15.

PER declarata in p̄cedentibus ⁊ſtat,cauſam finalē matrimonij eſſe prolis generationē,educationē ad cultū diuinum, & remedium concupiſcentiæ. Demū, vt ad poſtremū caput deueniam,nonnulla,quæ ei officiunt ⁊ſideranda proponuntur. Et quoniam generationi prolis aduerſatur impotentia coeundi.Educationi ad cultum Dei diſparitas cultus, ac demum remedio ⁊cupiſcentiæ crimen, propterea de his ſigillatim agendum eſt,vt fini finem imponamus.

Quò ad primum attinet, ſe nobis offert dubitatio, nū impotentia impediat mr̄imonium?vt igitur, quæ ad eā explicationē magis neceſſaria ſunt, eodē ferè ordine,qui in alijs qō nibus ſeruatus eſt,exponātur, primū illud tradēdū erit,quod impotentia vel ex ætate,vel ex frigiditate, vel denīq; ex arctatione ⁊ſurgit:oritur primo dubitatio de ætate, nū ea.ſ.matrimoniū impedire valeat.cēſent nōnulli, eā minimè matrimoniū impedire, nā vel id eſſet ex defectu coeundi, vel ex defectu diſcretionis:nō ex defectu coeundi, qm̄ ſenes coire non valentes, poſſunt mr̄imonium ⁊here, non ex defectu diſcretionis, quia aliqui inueniuntur pueri ſenibus diſcretiores, quare impotentia huiuſmodi nō pōt matrimoniū impedire. Huic opinioni aſſentiendum non eſt;primo quia aduerſatur tex.in c.quod ſedē,de frig. & malefic.vbi puer,qui nō poteſt reddere debitū, non eſt aptus ⁊iugio. Præterea aduerſatur rōni,nā in mr̄imonij ⁊ctu eſt vera retributio verbis de p̄ſenti expreſſa,at puer non hēt gignendi facultatē, quare illā alteri dare non pōt,& per ⁊ns matrimoniū ⁊here. Propterea eorum ⁊ſpicuus eſt error,qui aſſeuerant,iuuenem in ſtatu puerili non poſſe ⁊here ex præſcripto Eccleſiæ, ſecus ratione ⁊ctus. Inſuper nec eorum opinioni ſubſcribendum non eſt q̄ exiſtimarunt, eum non poſſe ⁊here propter defectum vſus rōnis: nam de hoc non quærimus, ſed ſolum dubitamus, nū ipſe ſui corporis poteſtatē dare poſſit Nec arduum eſt aduerſæ inſtantiæ ſatisfacere,dum dicebatur,impotentia ex pueri ætate proueniens aut impedit matrimoniū ex defectu coeūdi,vel ex defectu diſcretionis. Reſpondeo primo,ꝙ impotentiæ coeundi in ſene per aliqua remedia magis opitulari pōt, quam impotentiæ coeundi in puero, quandiu puer eſt.dico inſuper,ꝙ in ſenibus,vt in pluribus non eſt ita diſcretionis defectus, ſicut in pueris, propterea ſi ſenex huiuſmodi diſcretionis defectu laboraret,vtique contrahere non poſſet.

An frigiditas matrimonium impediat. *C.* 16.

QVæritur ſecundò,num frigiditas matrimonio obicem ponat; vt paratiores ad veritatis inſpectionem accedamus, accipiendum primo eſt, ꝙ frigiditas duplex eſt, vna naturalis,altera accidentalis:naturalis adhuc eſt duplex, vel enim ea eſt ex ſemine,vel demū ex complexione ⁊ſurgit. Hoc præaſſumpto,prius de naturali quęramus,nū.ſ.ea matrimonium impediat. Et breuiter reſpondetur, eā matrimoniū impedire ⁊hendum,ac iā ⁊ctum dirimere,c.1.de frig.& malefic.cuius rō eſt, qm̄ in matrimonij ⁊ctu ⁊hentes ad reddēdum ſibi mutuo debitū (ſi petatur) implicitè ſeinuicem obligant, nemo aūt ad impoſſibile ſeipſum obligare poteſt.l.impoſſibilium.ff.de reg.iur.Hęc aūt naturalis frigiditas duplici ter probari pōt,tū verè,vt cum vir per teſtes fide dignos probat, ſe antequam matrimonium ⁊heret, membris genitalibus eſſe priuatū: tum demum præſumptè, qñ ſ.per trienniū cohabitauerunt, & bona fide muneri prolis ⁊cipiendæ obierunt, nec propterea mulier a viro cognita vr̄,ca.laudabilem. de frig.& malefic. Quod ſi dices, priuatione teſtium frigiditatem probari non poſſe,ſiquidem hi, ad generationem non ſunt neceſſarij ex Ariſtotelis ſententia. Ad hoc reſpondeo, teſtes non eſſe neceſſarios ad generationem ſeminis quatenus eſt animalium ſemen,cum nonnulla inueniantur animalia teſtibus carentia; neceſſarios tamen eſſe ad generationē animalium,quatenus habent teſtes,vt homo, quia ſunt proxima inſtrumenta,& viæ deferendi ſemen. Cum itaque ei, quæ frigido nupſit,ſuccurrit tacita conditio,& dirimitur matrimoniū, cur qualitas animi, quæ ſæpe grauior eſt corporis vitio,non eſt tacita conditio remediū? Ad quod reſpondetur,quod frigiditas permanens eſt,& certiſſimis docetur indicijs. Qualitas autem animi eſt tranſiens, nec facile ab homine agnoſci poteſt,quocirca fingere in talibus legem ſupra hominem eſt.Et longè aliud eſt ab initio ante contractū matrimonium illegitimare materiam, aliud poſt coniugale fœdus initum,ac legitimè cōſummatum, nondum ſoluere. Nā id prohibuit Dominus,ne quos coniunxit, quocunque prætextu homo ſeparet. Et multa impediuntur ne fiant, quę ſe mel inchoata poſtmodum fieri non prohibentur,§. fi.de diuor.l.circa,de inoffi.teſta.Quocirca facilius eſt,præuenire ne aliquid fiat, quàm poſtquā conſummatum eſt diſſoluere, ideoque quod frigiditas poteſt ab initio, hoc fornicatio ſub ſequens nequit efficere.d.c.laudabilem,de frig.

Num dentur dæmones. *Cap.* 17.

SED quid ſi frigiditas ſit accidentalis,nempe per maleficium,an matrimonium impediat?verum quia maleficiū munere dęmonum fieri dicitur,quærendum primo eſt,num dentur dæmones?

Ariſtoteles ea omnia opera, quæ alij dæmonibus tribūūt, ipſe retulit in naturam,in proprietates rerum naturæ conſtantium,in humores hominum,in conditiones habituum,adeò vt nullum dæmonum dereliquerit vſum, vt patet ex 30. par. problem.1.& 7.de moribus,cap.3. Quæ ſententia approbanda non eſt,quoniam plurima opera nobis ſeſe offerunt,quorum cauſam conuenienter aſſignare non valemus non poſitis dæmonibus, veluti dum viri vulgares dæmone correpti Hebraicè,Græcè,& Latinè loquuntur,res alijs occultas pate faciunt,adiurationibus varia efficere compelluntur, quæ ſine dæmone non efficerent. ita quoque mira Priſcorum oraculorum reſpōſa,ſecretorum reuelationes, plurimę ſolis verbis incurabilium ægritudinem curationes hiſtoriæ variæ tā manifeſtè dæmones nobis patefaciunt, vt nil manifeſtius ⁊ſpicere valeamus. Aſſerere aūt ea fieri vel per bilē atram, vel per vim imaginādi,vel ꝑ varia halituū genera,vt aſſerit Ariſtoteles,& cū eo Pomponatius,& alij nonnulli, delirare eſt, qūo.n.per humores in imaginatione formari poſſunt rerum imagines, & idiomatum verba, & nomina ex hominū inſtitutione prodeuntia, quæ nunquā ſub ſenſum illius hominis ceciderunt?Non.n.in ea anima prę-exiſtunt,quæ ex ſententia Ariſtotelis omnibus formis eſt denudata, nec per halitus, & humores manifeſtantur, cum in eis non huiuſmodi imagines, & præſertim rerum futurarum, & vocū ex hominū inſtitutione pendentium. Accedit, ꝙ huiuſmodi homines ſæpe immota lingua,& ore clauſo loqui videntur:inſuper oraculorum reſpōſa ex dæmonibus prodijſſe ex eo manifeſtè ⁊ſtat,quia poſt Chriſti incarnationē oracula illa omnia euanuerunt, quod non ⁊tigiſſet ſi ex cauſis purè naturalibus duxiſſent ortum.Præterea prætermiſſa ēt auctoritate,experientia,& ſenſibus,ſi rōni credimus, cogimur ponere dæmones, nā cum in terra & aqua varij viuentium gradus inueniātur, cū cœlum viuat,inficiari non debemus corpora intermedia animalia eſſe prædita, ſed rōni ⁊ſonum eſt exiſtimare, in eis eo nobiliora animalia reperiri, quo ſunt eminentiora & nobiliora poſtremis elementis. Tetigit hanc rationem Ariſtoteles in 3.de gene.animal.artñ dæmones, qui ex ea colliguntur minimè ⁊ceſſit,qm̄ exiſtimauit,animalia cuncta in terris degere,ex prīcipatu molis eſſe terrea, quod minimè neceſſarium eſt.At dices,in quinto metaph. de illis mentionē facit, inquiens,ſubſtantia ſunt ſimplicia corpora, quæ ex his ⁊ſtāt, & animalia,& dęmonia. Reſpondeo putandū eſſe, ꝙ vel ſubſtantias enumerauerit ex cōi aliorum, & præſertim Platonis opinione,vt ſæpe in alieno loco facere ⁊ſueuit,vel per dęmonia denotauerit oēm ſubſtātiā diuinitatis cōpotē. iure itaq; Plato Aegyptiorum Thelogus ſenſibus,& rōni credens,dæmones poſuit, in quorū notitiā interna quadā naturæ cōmotione perducuntur, eos religio oīs ſupponit, Priſci ſapientes in eorum cultu plus æquo verſati ſunt, ter maximus Mercurius frequenter de illis loquitur,ſapientes Aegyptiorum ope dæmonum admirabilia effecerunt. Propterea falluntur hi, qui in omnibus Ariſtotelem cum Platone nituntur concilia re: inſuper hallucinantur medici,qui non minus audacter, quam impiè Magos,Præſtigiatores,Lamias,Striges,Faſcinationes,& maleficia nil aliud eſſe exiſtimarunt, quam puerorum nugas, & vetularum deliratione: magnum profectò ſummæ impietatis argumentum,ſiquidem cum huiuſcemodi vera non iudicent, neq; Cacodæmones, neque Angelos, neque rerum omnium effectorem Deum eſſe credant.

Source : BIU Cujas

An maleficium matrimonio impedimentum afferat. Cap. 18.

DEclarata hac veritate q̃ dentur dæmones, ad propoſitã difficultatem diſcutiendam deueniamus, num ſcilicet maleficium impediat matrimonium. Cenſuerunt nonnulli, maleficium impedire matrimonium, primo, quia nullum impedimentum matrimonium dirimit, niſi ſit perpetuum, ſed nullum maleficium eſt perpetuum, quoniam id, vel per ſeipſum, vel per aliud maleficium, vel per pœnitentiam, & conuerſionem ad Deum, vel per exorciſmos Eccleſiæ, & Sanctorum orationes diſſolui poteſt, quare maleficium nõ dirimit matrimonium. Accedit inſuper q̃ nullum impedimentum matrimonium dirimit, niſi præcedat, cap. ex literis, & ibi gl. de frig. & malefi. ſed ſcire non valemus, vtrum maleficium præcedat, vel ſequatur matrimonium, igitur matrimonium cuius cauſa fauorabilis eſt, propter maleficium non eſt dirimendum. Quorum ſententia approbanda non videtur, quoniam ea repugnat tex. in cap. ſi per ſortiarias 33. q. 1. vbi ſi maleficiati ſanari non potuerint, ſeparari valebunt. Propterea p̃ huius difficultatis ſolutione dicendum arbitror, quod maleficium vel eſt temporale vel perpetuum. ſi perpetuum, aut p̃cedit matrimonium tam ratum, quam conſummatũ, & tũc impedit contrahendum, & dirimit iam contractum. Aut ſequitur matrimonium ratum, ſed non conſummatum, & tũc matrimonium contractum dirimit, ca. 1. & ibi gl. 33. quæſt. 1. Aut ſequitur matrimonium conſummatum, & tunc vinculum matrimoniale non dirimit. At dices, ſi dæmones natura boni ſunt, vt aſſerit Plato in Cratylo, quomodo per maleficium, quod eſt opus dæmonum, matrimonium, quod bonũ eſt, impediri poterit? Reſpondeo, q̃ dæmonis nomen apud noſtros Theologos in malam partem vſurpatur, pro denotãda peruerſa conditione eorum Angelorum, qui ob ſuperbiã è cœlo in terras deiecti fuerunt, qui deſtituti gratia Dei, eius facti æmuli ſub imagine boni, & veri tentant homines a Deo auertere, & ad ſe conuertere, ad quod etiam efficiendum minis, & verberibus vtuntur, vnde mirum videtur hunc lucifer lapſum ab Homero cognitum fuiſſe, & carmine ſuo Iliad. 19. decantatum, quem Atem appellat, quando inquit.

Continuò iratus comptis tum crinibus Atem.
Cœpit & inſigni ſe obſtrinxit relligioni.
In cœlum nunquam reditus, ad ſydera nunquam.
Oſtendi aſſiduè cunctos quæ affligeret, Ate.
Dixerat hæc, manibus cum cœlo truſit ab alto
Contorquens, & mox ſic ad mortalia venit.

Plato vero deſtitutus lumine fidei hanc Angelorum peruerſionem non cognoſcens, conſiderauit dæmones non ex peruerſione ortos, ſed vt naturam ſupra hominem collocatam, quales ſunt Angeli rectè ſecundum naturam animique electionem diſpoſiti, ideo dæmonum genus abſolutè bonũ eſſe cenſuit. Hinc in 2. de rep. aſſeruit, dæmonũ naturam eſſe ſine mendacio, nec nos decipere, vel fallere. Quare falluntur hi, qui ſententiam Platonis cum ea Theologorum pro facultate conciliare nituntur. Quod ſi dubitetur inſuper, quomodo dæmõ valeat huiuſmodi maleficium efficere, vt ratio ordinis appareat, præaccipiendũ eſt, q̃ duo efficiunt homines ad venerem idoneos, calor nempè, & ſpiritus. Hoc præaſſumpto dico, q̃ dæmon poteſt refrigerare calorem, & ſpiritus p̃cludere, quare & venerem impedire, ſiquidem timor, nec dolor, mæſtitia, aliæque ſimiles animi affectiones, quibus ſanguis immutatur, & ſpiritus cordis afficitur, omnẽ prępediũt rei venereæ facultatem, vt apud medicos clare conſtat. Propterea dæmones eas affectiones valent excitare, & cum animos turbare, & homines etiam dementes efficere poſſint, vt ex lunaticis, Matt. 17. & Saule furente, primo Reg. cap. 16. conſtare videtur. Hinc Lactantius lib. 2. c. 15. hæc verba profert, quoniam ſunt ſpiritus tenues, & incompræhẽſibiles, inſinuãt ſe corporibus hominũ, & occultè in viſceribus operti valetudines vitiant, morbos excitant, ſomnijs animos terrent, mentes furoribus quatiunt, vt homines his malis cogãt ad eorum auxilia decurrere. quamuis .n. dęmones in ipſam mentem directè non agant, eam tñ animi partem, quæ phantaſmatum capax eſt, ita perturbant, vt amplius munere ſuo fingi non valeat. Nec arduum eſt, aduerſa fundamenta euertere, & ad primum cum dicebatur, nullum impedimentũ dirimit matrimonium niſi ſit perpetuũ, ſed nullum maleficiũ eſt perpetuum, quare &c. Reſpondeo negando minorẽ, nã maleficium aliquando perdurat in eo quouſque vitam degit, & ſi remedium habet, vel id non eſt homini notum, vel non eſt licitum, tunc autem perpetuum præſumitur, quãdo per triennium coniuges cohabitauerunt, & bona fide carnali copulæ operam dederunt, nec ſe cognoſcere potuerunt. Ad poſtremum cum dicebatur, vix ſciri poſſe, nũ maleficiũ matrimoniũ præcedat, vel ſequatur, dico quod ſaltem ſciri poteſt, nũ matrimoniũ conſummatũ præcedat, quamuis ratum ſequatur, dirimit. At occurrit dubitatio, nũ ſeperati propter maleficiũ, ſi poſtquam alia contraxerunt matrimonia, carnaliter ſe cognoſcant, ſint ad primũ matrimoniũ reuocãdi. Gnarus Remen. Archiepiſcopus in c. ſi per ſortiarias. 33. q. 1. iudicauit, eos ad primum matrimoniũ non eſſe reuocandos. c. hæc ſunt verba. Separati propter maleficiũ, ſi poſtquã alias nuptias expetierint, illis in carne viuentibus, quibus iũcti fuerint, prioribus quos reliquerunt, etiã ſi poſſibilitas cõcumbendi reddita fuerit, reconciliari nequibũt: quæ opinio approbanda non eſt, primo quoniam ſicut frigidus, cui redditur potentia coeũdi ad primum ɔiugium reuerti cogitur. c. laudabilem, de frig. ita & ſeparatus ob maleficium reuerti cogendus eſt. Præterea diuortij ſententia errore lata fuit, nã impedimentum q̃ ſecundum præſumptionem perpetuum iudicatum fuit, ſecundum veritatem non fuit perpetuũ, quare huiuſmodi impedimentum non valet matrimonio officere, propterea Gnarus potius ignarus cenſeri debet, eiuſque ſententiam ex rigore magis, quam ex canonica æquitate eſſe amplectendam.

Oſtenditur arctationem matrimonio non officere. Cap. 19.

PRoponebatur demum conſiderandũ, nũ arctatio matrimonium impediat. Cui difficultati breuiter reſpondeo, matrimonium impedire, dũmodo ei arte medica ſubueniri non poſſit, cap. ex literis, de frig. ſuadetur tamen viris, vt eas ſicut ſorores habeant, cap. conſultationi. §. eod. Nec mulier nimis arcta, vt reddatur apta coniugio, mortis periculum ſubire tenetur. Quod ſi alteri nubat, & per frequentem vſum ſecundi viri reddatur apta, tunc a ſecundo ſeparetur, & primo reſtituatur, non obſtante Eccleſiæ ſententia per errorẽ lata, d. cap. fraternitatis. Cedat igitur nonnullorum ſuſpicio huic axiomati, vt vmbra luci.

De diſpari cultu. Cap. 20.

QVoniam iam ea ſunt explicata, quæ generationi prolis aduerſari videbantur, reliquum modo eſt, vt de diſpari cultu, qui educationi repugnat, verba faciam. Queritur itaque, num cultus diſparitas matrimonio officiat. exiſtimarunt uiri clariſſimi diſparem cultum non impedire matrimonium, primo quia Ioſeph cum Aegyptia cõtraxit, Geneſ. 41. Et Moyſes cum Ethiopiſſa, Nume. 12. nec tamen fideles hi, pro huiuſmodi matrimonijs in ſacra pagina reprehenduntur, quare cultus diſparitas matrimonium non impedit, idipſum hac ratione confirmant, nam peior eſt apoſtatans à fide, quam is qui nunquam fidem ſuſcepit, cap. à nobis de apoſta. ſed ſi fidelis cũ eo contrahit, qui apoſtatauit à fide, matrimonium nõ dirimit, cap. quanto, de diuo. ergo multo magis inter fidelem, & eum qui nunquam fidem ſuſcepit, matrimonium conſiſtere poterit. Sed hi longiſſimè recedũt à vero, manifeſtè enim præcepit Eſdras filijs Iſrael dimittere vxores alienigenas, quas in matrimoniũ duxerant, vt habetur j. Eſdræ, cap. 9. & 14. inſuper præcepit dominus filijs Iſrael nè cum Amorreis, Cananeis, Pherezeis, Eucis, & Hiebuſeis inirent coniugia. Propterea pro notitia huius difficultatis accipiendum eſt, quod ante legem ſcriptam fideli cum infideli contrahere licebat, quia nulla lege vetabatur, vt ex prima aduerſa ratione conſtat: tempore verò legis ſcriptæ filijs Iſrael cum Cananeis tũ propter eorum peruerſitatem, tũ inſuper ne coniux infidelis fidelem peruerteret matrimoniũ contrahere vetitum fuit, non item cæteris infidelibus. hinc eſt, quod Heſter cum Aſſuero contraxit. Heſt. 2. Nunc autẽ nemini fidelium cum infideli contrahere licet, non ea quidẽ ratione vt cenſent nonnulli, quia in huiuſmodi matrimonio nec fidei bonum ex parte coniugis infidelis, nec etiam bonũ prolis quo ad Dei cultum inueniretur. Nam hæ rationes nullius ſunt momenti, ſiquidem & de matrimonio inter fidelem & hæreticum contracto, idem eſt & ſtatuendum, quod penitus falſum eſt. Propterea dicendum cenſeo, aliã quidẽ ratione matrimonium huiuſmodi non tenere, quia iura fidelem ad contrahendum cum infideli illegitimum reddunt. cap. ſic enim, & cap. caue 28. quæſt. 1. Ratio eſt, quia non decet Chriſtianum matrimonium contrahere, in quo non eſt ratio Sacramenti, ſiquidem qui baptiſmi Sacramento initiatus

Source : BIU Cujas

tiatus nõ est, aliorum Sacramentorum incapax efficitur.no. gl.in d.c.caue. Comminutis (quantum fieri potuit pro viriũ tenuitate) crassioribus scopulis, scrupulisq; grauioribus,supereſt minutiores,qui supersunt, scrupulos leui manu minutatim conterere, ne quem offendere possint imbecilliorem rectè incedere volentem. Ad fundamenta igitur alterius opinionis facilè est respõdere. Ad primum patet solutio ex iam dictis. Et quãdo addebatur,peior est apostatans a fide,quam is qui nunquam fidem susscepit, at si fidelis cum eo cõtrahit, qui apostatauit a fide matrimonium non dirimit, quare, &c. Dico, ꝙ fideli non prohibetur contrahere cum infideli propter infidelitatis peccatum, quoniam eo magis prohibitum ei esset cum hæretico contrahere, quod apprime falsum est, no. gl.in cap.non oportet.18.q.1. Doct.in c.fi.de condi.appo. aduersus Glo.in d.c.fi.quæ censuit,matrimonium cum hæretica contractum nõ valere,sed ea quidem ratione fideli cum infideli contrahere prohibetur,quia non est sacramento baptismi initiatus. Et ideo dici solet, in matrimonio infidelium nullum inueniri bonum, nõ primo sacramenti bonum, quia est separabile,nec bonum prolis,quia ad Dei cultum nõ educatur,nec demum fidei bonum,quia in eo fides homini propter Deum non seruatur.

De crimine agitur,ac primo quæritur,num adulterium matrimonium impediat. Cap. 21.

QVoniam cumulate satis de coeundi impotentia,& cultus Dei disparitate verba feci, ad postremum caput nempè de crimine conuersus,varia,& ea quidem sicut digna sese mihi offerunt consideranda, præcipua tamen sunt duo, cæteris prætermissis. vnum est, an adulterium impediat matrimonium:alterum est,num incestus?

Quo ad primum censuerunt nonnulli adulterium matrimonio non officere, Nam Dauid cum Bersabea contraxit, cuius virum occidit. secundo Reg. c. 11. Quorum sententia approbanda non est, primo quia aduersatur tex. in c. nullus. 31.q.j.ac insuper tex.in c.relatum,ea.q.in c.nullus,ita dicitur, Nullus ducat in matrimonium, quam prius polluit adulterio,in cap.relatum.hæc habentur verba,Relatum est auribus sanctorum sacerdotum quẽdam alterius vxorem stupro violasse, & insuper mechæ iuramentum dedisse, ꝙ post legitimi mariti mortem si superuiueret duceret eam in vxorẽ, quod falsum est,tale ergo connubium prohibemus, & anathematizamus: Quod hac ratione confirmatur,nam adulteri propter adulteratum amorem essent proni ad occidendum earum maritos, vt eas haberent vxores.nec officit aduersa ratio,cum dicebatur, Dauid contraxit cum Bersabea,cuius virum interfecit: Respondeo primo, ꝙ huiusmodi illegitimatio dicitur esse iuris positiui,quod quidem nõ erat tunc temporis institutum. Præterea quando Dauid rem habuit cum Bersabea nunquam intendebat eam ducere vxorem, nec eius virum interficere,quare illud adulterium non impediebat matrimonium.at dices, tempore Dauid qui adulterium perpetrabat, lapidabatur, cur igitur ista Bersabea saltem non fuit lapidata? Ad quod respondetur, id iure factum fuisse, quoniam crimen erat occultum, quare pœna publica non indigebat.

An incestus impediat matrimonium. Cap. 22.

CVm vitia sæpe honesti similitudinẽ gerant,cauere oportet,ne homines falsa matrimonii specie decepti, turpitudine, & nefariis libidinibus animam commaculent, cuius rei dubitandæ causa quæritur,num incestus matrimonio impedimentum afferat. vt ratio ordinis appareat accipiendum primò est,incestum dici coitum inter consanguineos,vel affines,cap.lex illa.§ incestus,36.q.j.l.si adulterium cum incestu. ff.de adulte.§.ergo.Institu.tit.de nup. propterea si nuptiæ inter hos contrahantur,nefariæ, & naturæ contrariæ a lege appellantur,in Auth.de incest.nup.in prin.c.cum secundum leges,de hære.lib.6.Ratio est,quoniam in gradu naturali,vel diuino,iure prohibente contractæ sunt: Quare Gl.in d.c.cum secundum leges, perperam iudicauit,nuptias naturæ contrarias eas esse, quæ solum ex vitio sodomitico contrahuntur, cum ibi tex. de huiusmodi criminis pœna minime verba faciat.his præassumptis,censuerunt nonnulli ex recentioribus, vt noua afferre videantur, incestum cum vxoris consanguinea perpetratum, matrimonium non impedire. primo, quia maius peccatum est,propriam,quam vxoris consanguineam cognoscere,c.2.de eo qui cogno.cons.vx.& ibi not.Abb.sed incestus cum propria consanguinea matrimonium non impedit, ꝙ incestus inter duodecim matrimonii impedimenta non reperitur: quorum sententiæ assentiendum non est.primo, quia aduersatur tex.in c.in lectum.34.q.2.vbi quædam mulier se supposuit marito suæ sororis, quam ille cognouit, credens esse vxorem suam,dicitur ꝙ in extremum coniugio priuandus est.Præterea hæc opinio aduersatur tex.in c.quædam cũ patre, 32. q.7. quędam cum fratre sui viri dormiuit, decretum est, vt adulteri nunquàm coniugio copulentur: hinc elicitur, duplici pœna committentem incestum esse plectendum, tum quia priuatur facultate cõtrahendi matrimonium,c.1.de eo qui cogno.cons.vxo.su.tum demum,quia priuatur facultate exigendi debitum carnale a propria vxore: Respondeo modo ad obiecta. Ad primum cum dicebatur, maius est peccatum,cognoscere consanguineam propriam, quàm vxoris, sed incestus cũ propria consanguinea non impedit matrimonium, quare nec incestus cum consanguinea vxoris: Dico, ꝙ quamuis maius peccatũ sit cognoscere consanguineam propriã,quàm vxoris,non tamen vir tanta iniuria afficit vxorem per primum incestum, sicut per secundũ, nec ratione primi incestus cum vxore affinitatem cõtrahit, sicut eam contrahit ratione secundi,proptetea non sic priuatur iure petendi debitum ab vxore cognoscendo consanguineam propriam,sicut cognoscendo consanguineam vxoris. & quando pro confirmatione addebatur,incestus non ponitur inter duodecim matrimonii impedimenta,respondeo,ꝙ licet istud impedimentũ inter cætera impedimenta non connumeretur explicitè, reducitur tamen ad impedimentũ affinitatis,sicut furia ad impedimentum erroris.

An vxor marito incestuoso debitum denegare possit. Cap. 23.

SEd oritur dubitatio consideratione digna, num vxor valeat recusare debitum marito incestuoso? Hostien.in c. transmissæ, de eo qui cogno.cons.vxo su.censuit, eam denegare non posse, primo per tex in c.si vir,de adult.vbi si vxor semel debitum petiit,tenetur postea reddere, quasi videatur reconciliatio facta. insuper hæc Hosti.sententia hac ratione confirmatur, nam vir amoris perturbatione motus consanguineam vxoris suæ cognouit, quæ quidem perturbatio, cũ aliqua ratione, & in parte insequatur corporis temperamentum,vt asserunt Medici,ei modus cum difficultate adhiberi potest:vnusquisq; enim experientia cognoscit, quam vim in nobis habeant animi perturbationes, adeo vt Academici asseruerint,ea,quæ fiunt perturbatione, minime fieri sponte, & Plato in conuiuio Amorem perturbationũ vehementissimam magnum Dæmonem nuncupauit,Iamblicus quoq; in lib.de miste. Aegyptiorum,perturbationes clauos esse dixit, quibus animi corporibus affligerentur; quare mirum minimè videri debet, si vir iste amoris perturbatione ductus vxoris consanguineam cognoscens, nullo pacto huiuscemodi pęna affici debeat. Accedit,quòd incestuosum non propria voluntas facit,sed Venus,inquit D.Augustinus super psal.53. Demum quis vnquàm audiuit fortunam puniri si absit culpa,nam esset afflicto afflictionem addere,contra tex.in l.si ex plagis.C.ad l.Cor.de Sica.

Ex aduerso Card.& But.in præcitato c.existimarunt, eam posse hac ratione debitum recusare,nam maritus non priuatur exactione debiti respectu vxoris, sed ex vehementi eius delicto, ideo vxor non potest sibi hanc pœnam remittere, nec etiam exigendo sibi debitũ,videtur velle sibi remittere: ad primam Host.instantiam sumptam ex c.si vir. respondeo, ꝙ vir erat priuatus dũtaxat vxoris causa,vt puta propter adulterium,ideo si vxor a viro debitum petit,illud crimen remittere sibi videtur,ex quo lucidissimè constat,incestus crimen adulterio grauius esse,c. adulterii malum.32.q. 7. & quando pro confirmatione addebatur, vir amore captus vxoris consanguineam cognouit, quare puniri non debet,cum perturbatio insequatur corporis temperamentum, cui modus cũ difficultate adhiberi potest &c.pro huius rationis solutione, quæ satis obscura est, sic cẽseo elucidandam;perturbationes non insequuntur corporis temperamentum veluti causam adæquatam, alioquin etiam plantis,& metallis cõuenirent. insuper non insequuntur temperamentũ veluti causam præcipuam,nam præcipua causa anima sentiens est, quæ non est temperamentum,sed concurrit temperamentum ad perturbationes veluti materia, sine qua esse non possunt,veluti instrumentum, & calcar, per quæ multifariam variantur. insuper & temperamentum potius insequitur aptitudo & propensio ad vnam vel ad aliam perturbationem, seu perturbationis gradum, quàm absolutè perturbatio; quamuis etiam

ipsa

Source : BIU Cujas

ipſa perturbatio modo aliquo inſequatur. Præterea inſequi temperamentũ contingit dupliciter, vel ita vt emendari non poſſint, vt inſequantur qualitates, vel ita vt emẽdari poſſint, & hoc ſecundo modo inſequitur perturbatio. & ratio diuerſitatis eſt ipſa cognitio, quæ ad perturbationes, & non ad ſecundas qualitates concurrit. ex his conſpicuum eſt, quomodo primæ perturbationum commotiones ſint, & non ſint in hominis poteſtate: conſtat etiam minus rectè Philopponũ in proę. de anima in expoſitione Com. 14. dixiſſe, ab vniuerſi opificii conſtitutione infundi in tali temperamento rationes horum affectuum iuxta meritum vniuſcuiuſq; animarum rationalium, nam affectiones animi, & mores non infundũtur ab externa cauſa, ſed ab anima & corpore indiſtincto genere cauſæ proficiſcuntur, neq; turbari quis debet, quia diximus temperamenta eſſe inſtrumẽta perturbationum, cum ex inſtrumentorum varietate non varietur intentio Artificis, ex temperamenti autem varietate varia conſurgat appetitio, ac perturbatio, nã dicimus temperamenta non eſſe inſtrumenta ſolum, ſed ratione diuerſa eſſe & inſtrumenta, & materiã, ac inſuper ſtimulum perturbationum. & cum dicebatur vlterius, inceſtuoſum non propria voluntas facit, ſed venus: dico id verum eſſe contingenter, & diſpoſitiue, non autẽ neceſſario, & ſufficienter, ſi quidem homo eſt principium ſuarum operationum, arg. l. 1. ff. de teſta. & quando demum addebatur, quis vnquam audiuit, fortunam puniri ſi abſit culpa, nam eſſet afflicto afflictionem addere: reſpondeo primo, ꝙ Chriſtiani fortunam neſciũt: deinde dico, ꝙ pęna eſſe poteſt, quæ punitio non ſit, ſi quidẽ poterit eſſe huiuſmodi pęna vice cuiuſdam pharmaci, interim ſequendũ eſt diuinæ legis præſcriptũ, cuius iugum ſuaue eſt, & onus leue, qui dũ afflictionem addit afflicto inuocatus, non ſinit nos tentari vltra id, qđ poſſumus, ſed facit in tẽtatione ꝓuẽtũ, vt poſſimus ſubſtinere.

PERORATIO.

LAtiſſima eſt Sponſalium, Matrimoniiq; conſideratio, & plurimas nobis offert digrediendi, dubitandiq; opportunitates: ego autem ex infinita copia nonnulla capita, & ea vt cenſeo, potiora deprompſi, ex quib. perſpici poteſt, quo animo affectos eſſe oportet, qui matrimonium contrahũt, neq; enim ſe humanam aliquam rem aggredi, ſed diuinam putare debent, in qua ſingularem mentis integritatem, & pietatem adhibendam eſſe, patrũ veteris legis exempla ſatis oſtendunt, quorum matrimonia tametſi ſacramenti dignitate prædita non erant, ea tamen maxima ſemper cum religione, & ſanctimonia colenda eſſe exiſtimarunt. iure itaq; laborandum eſt, ne in huiuſmodi cõtractu, qui benedictæ ſpõſi ſpecioſi Chriſti cum ſponſa ſua Eccleſia coniunctionis ſignum exiſtit, aliqua reperiatur deformitas, vt ſicut Eccleſia nunc per fidem, & dilectionis affectum Chriſto coniũgitur, ſic in patria coniungatur populus Chriſtianus cũ ea per claram ſponſi viſionem, atq; per eius perfectam dilectionem, in qua felicitatem, ſummum gaudium, finemq́ue noſtrum inuenerimus. Deo itaque gratias agentes, in eo optimo fine noſtrorum laborum finem ſtatuamus, & non ſine gaudio, in eo immẽſo gaudio requieſcamus.

FINIS.

TRACTATVS

de quodam matrimonio, per modũ conſilii, Ioannis a Capiſtrano, vbi quęritur an a Papa licitè, & de honeſtate ac conſcientia ſalua diſpenſatio peti poſsit. Et an eam petere intendenti incumbat neceſſariò parti alteri proteſtari, hactenus non impreſſus.

DRæſupponitur in facto, quoddã matrimoniũ fuiſſe taliter contractum, videlicet A. promittit per ſolẽnem ſtipulationem, filiam ſuam C. infantem, in legitimam ſponſam & vxorem B. adoleſcenti: & cum ad legitimam ætatem ipſa peruenerit, eã ſibi tradet: & ex nunc, prout & tũc, tradit in legitimam ſponſam & vxorem ſuam: & ipſe B. promittit per ſolennem ſtipulationem, & ſpondet dicto A. ſeſe in verum & legitimũ ſponſum & maritum eiuſdem C. quodq́; eam ipſam cum ad legitimam ætatem peruenerit habebit, & ex nunc prout ex tunc habet in ſuam ſponſam & vxorem, vt ſupra, obligantes ſeſe, vna pars alteri, & altera alteri, ac omnia bona ſua præſentia & futura, etiam talia, quæ generalem obligationem minime ſequerentur: cõſtituentes ſeſe inuicem vnus pro alio bona ſua tenere & poſſidere: & dantes, vnus alteri, plenam & liberam licentiam prædicta bona ſua propria auctoritate ingrediendi, capiendi & tenendi vſq; ad integram ſatisfactionem damnorum & intereſſe, quæ prætenderet pars ingrediens recepiſſe, pro non ſeruatis contentis in præſenti cõtractu. de quibus damnis ſtetur & ſtari debeat ſimplici verbo partis, cui eſſet contrafactum. Et inſuper dictæ partes ad ſancta Dei euangelia corporaliter manu tactis ſcripturis attendere & obſeruare omnia & ſingula in præſenti contractu, ſupra & infra contenta, realiter & ſincere ac bona fide, & ſine aliqua exceptione, ac omni contradictione ceſſante, nec vllo tempore cõtrafacere aut venire modo aliquo, via vel cauſa, per ſe, nec per ſubmiſſam perſonam directè, vel indirectè, palam vel occultè, nec aliquo quæſito colore, promittẽtes vlterius dictæ partes ſibi inuicem per ſolennem ſtipulationem, ꝙ ſi vllo vnquàm tempore S.D.N. Papa contra dicta ſponſalitia, vel matrimonium, quando ſequetur, quouis modo diſpenſaret, aut ipſa motu proprio, vel aliter diſſolueret, diſpenſatione ipſa, & diuortio non vtent̃, ſed ipſum matrimonium pro vero & legitimo irreuocabiliter ſemper habebunt, tenebunt, & reputabunt, nec aliud matrimonium ipſis viuẽtibus vnquàm inibunt. Et ſi qua partium contrafaceret directè, vel indirectè, ex nunc ſibi inuicem proteſtantur & propria voce ſe dãnant, & volunt partem contrafacientem appellari, teneri, & reputari periuram, ię̃difragam & infamẽ atq; ſacrilegam, & quicquid deterius, turpius & opprobrioſius dici poſſit, ſeſe ſponte obligantes & ſubiicientes quibuſlibet conſuetis infamiis & pudoribus ac denigrationibus etiam facti, quæ pro violata fide imponuntur, & demum animas ſuas infernalibus pœnis ſubiacentes, in caſu contrafactionis, ea lege & conuentione in qualibet parte huius cõtractus intellecta, ꝙ ſi aliquid, vel aliqua ex contentis in ipſo contractu allegarentur, vel allegari poſſent, in ſubtilitate iuris non tenere, idem tamen cõtractus, quo ad cætera omnia firmus remaneat, nec ad inualiditatem eiuſdem propterea vlla diſputatio fieri poſſit, aut aliquid allegari, renunciantes, &c. Poſtmodum reuolutis temporibus prædicta C. ad puerilem ætatem, ſupra ſeptennium iam producta antecedenti contractui inter prædictos A. & B. contracta fuerunt ſponſalia de præſenti inter prædictos B. & C. cum omnibus pactis, promiſſionibus & obligationibus in primo contractu appoſitis & contentis, cũ annuli immiſſione, iuramentis hincinde præſtitis, & æterno Deo, voto p vtranq; partem emiſſo nunquàm impetrandi vel impetrare tentandi, aut tentanti conſentienti palam & occultè, directè vel indirectè, ꝙ huiuſmodi ſponſalia & matrimonium cũ ſequetur diſſoluantur quauis ratione vel cauſa, & ſi ſummus Pontifex motu proprio diſpenſaret, ipſa diſpenſatione, vel diuortio non vtentur, nec aliud matrimonium vtroq; viuente contraheret: & tentanti aliquid in contrariũ impetrare ſemper obſtabunt: promittentes inuicem dictæ partes & iurãtes ac vouentes ꝙ a prædictis iuramentis, votis & promiſſionibus nunquàm abſolutionem quomodolibet impetrabunt, nec impetranti conſentient, ſed obſtabunt & impediẽt. Et ſi talis abſolutio fieret motu proprio vel aliter, non vtẽtur nec aliud matrimonium vtroq; viuente contrahent: & tentanti aliquid in contrarium impetrare, ſemper obſtabunt promittentes inuicem dictæ partes et iurantes ac vouentes, ꝙ a prædictis iuramentis, votis & promiſſionib. nunquàm abſolutionem quomodolibet impetrabũt, nec impetranti conſentiẽt, ſed obſtabunt & impedient. Et ſi talis abſolutio fieret motu proprio, vel aliter, non vtentur: Sed ea nõ attenta ad prædicta omnia æterno Deo, & ſibi inuicem ſe obligatos reputabunt, ſubiicientes ſe, ſi contrafactum fuerit, damnationi, infamiæ, pœnæ periurii, ſacrilegio, ignominiæ, turpitudini & opprobrio, pudoribus & vituperiis, quæ pro violata fide & rupto iuramento, vel promiſſionibus non ſeruatis imponi poſſent de iure vel conſuetudine regionum, iurantes &c. & renunciantes, &c. Demum reuolutis temporibus, cum dicta C. ad nubiles iam deuenerit annos in adoleſcentia cõſtituta, ſupra duodecimum annum prædictæ partes a prioribus contractibus minimè recedentes, ſed omnia & ſingula ratificantes approbantes & confirmantes per procuratorẽ habentem ſpeciale mandatũ ex parte dicti B. inter ipſum B. & ipſam C. contractatum extitit matrimonium per verba conſenſum exprimentia de præſenti, & per annuli traditionem, promittentes ſibi inuicem dictæ partes, dicta omnia & ſingula attendere et obſeruare, & in nullo contrafacere, &c. Procurante poſtmodum Sathana, pacis æmulo, & ſæuiſſimo humani generis inimico, nonnullæ diſſenſiones & guerræ, inimicitiæ & cõtro-

uerſiæ

Source : BIU Cujas

uersiæ (heu proh dolor) sunt exortæ inter præfatos A & B.in tantum,ꝙ per annos plurimos matrimonium supradictũ extitit perturbatum, adeo ꝙ ad dissolutionem potius q̃ ad consummationem præfati matrimonii, pars altera nitit aspirare.Quamobrẽ de tribus quæritur seriosè.Primò,an de iure a summo Pontifice dispensario licitè peti possit? Secundò, an de honestate,& cõscientia salua,peti possit?Tertiò,an intendenti petere incumbat necessario parti alteri protestari ?

Sapientiale principium illud occurrit,Iustus prior est accusator sui: venit amicus eius,& inuestigabit eũ,contradictiones comprimit sors, & inter potentes quoq; diiudicat, Prouerb.18.Fateor inertiam meã,protestor humiliter Socraticũ illud,Hoc tantũ scio,ꝙ nescio.siue pro pusillo captu mei noctualis ingenii,siue pro parua scintilla luminis intellectus,vel pro fugaci memoria,vel imbecilli retentiua palam assẽro,nõ memini me vidisse in matrimoniali contractu similia vincula,similesq; clausulas,vel astutas cautiones,sicut in premisso, de quo quæritur, adeo vt incertus essem, ꝙ in facto sit ita vt proponitur,cogitassem hoc fictũ, vt me fictor ipse tentasset. Sed quoniam qui se accusat, etsi peccator sit,iustus esse incipit,quia nec sibi parcit,& Dei iustitias cõfitetur,vt dicit Ambros.super Beati imaculati. Cessat.n.vindicta diuina,si cõfessio præcurrat humana: nã vulnera clausa plus cruciant:& cũ putredo, quæ interius feruet eiicitur ad salutẽ dolor certius aperitur, vt ait Grego.in Pastorali.Corde.n.creditur ad iustitiam, ore autẽ confessio fit ad salutẽ, vt ait ille vas electionis ad Roma.10.Absq; confessione etenim iustus,ingratus iudicatur,& peccator mortuus reputatur. Confessio igitur peccatoris est vita, iusti gloria, & necessaria est peccatori,& iustũ nihilominus decet, nec remanet iudicio condemnandũ, quod fuerit cõfessione purgatũ. Iccirco me prius accuso,ne præuentus accusatione condẽner.Eorum qaippe non iudex, sed aduocatus est Christus,qui se propria confessione dãnarunt.Inde dixit,omnis ergo,qui me confitebitur corã hominibus, confitebor & ego eũ corã patre meo, qui in cœlis est. Qui autẽ negauerit me coram hominibus,negabo & ego eũ coram patre meo,qui in cœlis est,Matth.10.

SVMMARIVM.

1 *Iudicium diuinum,quàm maximè formidandum.*
2 *Litigantes cum aliter concordari non possint, ad sortes recurritur.*
3 *Sortibus vtendum non est in electionibus ecclesiasticis inspiratione spiritus sancti celebrandis.*
4 *Sapientia diuina clamat.*

1 ATtendo quod sequit in themate Salomonis,† Venit amicus eius,& inuestigabit eũ,filius quidem hominis venturus est inquit,cũ Angelis suis in gloria patris sui,& tunc reddet vnicuiq; secundũ opera eius,Matt.16.Tũc manifestus veniet inter iustos & iniustos iudicaturus iustè,ꝙ occultè venit iudicandus ab iniustis iniustè,vt dicit August. Terribilis est aũt quædam expectatio iudicii & ignis æmulatio, quæ consumptura est aduersarios. horrendum est, inquit,incidere in manus Dei viuẽtis, ad Heb.10.Si quis igitur a Deo fugere putant,ad ipsum met dum fugiat confitendo,si non vult fugiens negando damnari. non fugit se ipsam mala conscientia,quocũq; fugerit,secũ se trahit. intus est.n.quod secũ defert.semper in se tenet quod fugere quærit. Ergo fili peccasti,ne adiicias iterũ,sed & de pristinis deprecare, vt tibi dimittantur.quasi a facie colubri fuge peccata: & si accesseris ad illa,suscipient te dentes leonis,dentes eorũ interficientes animas hominũ, quasi romphea bis acuta omnis iniquitas,plagę illius non est sanitas,Ecclesiast.21.quẽ.n.dies mortis occupat in mortali,sero veniam postulat ad salutẽ.Est peccatũ,inquit,ad mortem,non pro illo dico,vt roget quis.1.Io. vlt. Talis.n.vt inquit psal.non dabit Deo placationẽ suã, nec pretium redemptionis animæ suæ,sed laborabit in æternum & viuet adhuc in finẽ.sin supplicio sempiterno. Pro talibus igitur prohibitũ est orare, vel oblationes offerre. 13.q.2.pro obeuntibus.& c.non extimemus,& c.tẽpus. Fuge igitur,dũ vales,a malo,& a Sathana fugies fugiendo peccatũ, ad piissimũ Dominũ Iesum Christũ, qui sui precio sissimi sanguinis cõmercio te redemit, cõfuge fidenter, quia turris fortissima nomen Domini, ad ipsum currit iustus & exaltabit, Prouer. 18. Expectat te Dominus in Cruce fixus, vt quacunq; hora profugus redire desideras,tanquàm filius prodigus paratum inuenias clementissimũ patrem tibi obuium,ad amplexus & oscula concurrentẽ.Si autem male feceris,time,ne cum impiis audias, Discedite a me maledicti in ignem æternum,qui paratus est diabolo & angelis eius.

Sequitur in themate, contradictiones comprimit sors, & inter potẽtes quoq; diiudicat.Dici nanq; posse videtur principale propositũ dubiũ,quasi potius sorte,q̃ legibus dirimendũ,tot hinc inde occurrunt fluctuantes motus cordis & vacillantes cogitationes pro variis iuribus eximiorumq; Doctorum sententiis confluentibus ad certamen. Applaudet iuris
2 dispositio dictans,† vt cum partes litigantes nequeunt aliter concordare,recurratur ad sortes.ff.de iudic.l.sed cũ ambo.ff. famil.ercis.l.si quæ sunt.C.cõmu.de leg.l.si duob.circa princ. & gl.in c.fi.in fi.ext.de sortileg. Si autẽ sine necessitate recurratur ad sortes, vt quia possunt partes aliter concordare,tũc illicitũ est sortibus vti, cũ sit tentare Deum, quod diuina lege prohibetur expresse, Deuter.6 et idẽ Mat.4.Esset etiã illicitum, si ex necessitate, tamen sine reuerẽtia quisq; sortibus vteretur, quia ex contẽptu in idolatriam faciliter laberetur, sicut in iuramento.22 q.1.& iurabunt.& in ca. etsi Christus. ext.de iureiur. Hinc Beda super Act.j.& est tex.decreti 26.q. 2.non exemplo, dicit:si qui tamen necessitate aliqua cõpulsi Deum putãt sortibus exemplo Apostolorũ esse consulendũ videant hoc ipsos Apostolos non nisi collecto fratrũ cetu,& precibus ad Deũ fusis egisse. Hæc quasi pro quodam solatio verbo thematis dixerim alludendo sanè de sorte iudiciaria, quæ dicitur diuisoria cautè intelligens, non autẽ de illa, quæ consultoria vel diuinatoria dicitur contra vel præter domini cam voluntatẽ,vt Rex Babilonis fecisse refertur,Ezec.21.Stetit.n.Rex Babilonis in biuio in capite duarũ viarum diuinationem quærens, & commiscens sagittas interrogauit idola & exta consuluit, & hoc est omnino illicitũ & diabolicum. Quod si sancta vita veræ fidei correspondet, & sic a Deo veritas exquiratur, tũc locũ habet,quod Aug.inquit super psal. & habetur 26.q.2. sors non est aliquid mali, sed res in humana dubietate diuinã indicans voluntatem, sicut patuit in cle-
3 ctione Matthiæ,Act.j.hoc tamen exemplo,† nullo modo,in electionibus Ecclesiasticis,quæ inspiratione.i.Spiritus sancti, celebrandę sunt,vtendũ est sortibus,vt in c.fi.ext.de sortileg. & 26.q.2.sors.& c.non statim.& c. hi qui. & c. non exemplo. & 14.q.5.dixit.nam vt dicit Aug.& refertur 26.q.2. Qui sine saluatore salutẽ vult habere & sine vera sapientia extimat se prudentẽ fieri posse,non sanus,sed æger;non prudẽs,sed stultus in ægritudine assidua laborabit,& in cęcitate noxia stultus & demẽs permanebit,ac proinde omnis inquisitio & omnis curatio quæ a diuinis, vel magis, vel ab ipsis dæmoniis in idolorum cultura experitur, mors potius dicenda est quàm vita.Et qui ea sectantur.si se non correxerint,ad æternã perditionem tendunt, sicut Balaam cũ Balac Rege Moab & Median interfectis omnibus maribus & mulieribus virginibus puellis,q̃ fuerũt nu.32000. æternaliter perierunt Num.22 & 24.& 31.Diuinare igitur solius Dei est, quia ipse solus diuinitate plenus est,& ipsa diuinitas. Inde dicit Salomon Prouer. 16.Cor hominis disponet viã suam, sed Domini est dirigere gressus eius,diuinatio in labiis Regis, in iudicio non errabit os eius.quasi dicat, si rex amicus Dei est, intellectum eius ad
4 iudiciũ diuina sapientia illustrabit,† quæ damnat in plateis vrbium dicens, Per me reges regnant, et legũ conditores iusta decernunt.per me principes imperant & potentes decernũt iustitiam. Ego diligentes me diligo, & qui mane vigilauerit ad me,inueniet me,Prouer.8.quasi dicat,qui diuinam diligit sapientiã sedulus quærens illam inueniet præsto. Cauent igitur,qui non diligunt quantumlibet potentes fuerint,quia inter potentes quoq; diiudicat, vt in themate prænotato, potentes autem potenter tormenta patientur.non.n.subtrahet personam cuiuspiam Dñs,nec verebitur magnitudinem cuiuspiam, quoniam pusillum et magnũ ipse fecit, & æqualiter est illi cura omnibus,fortioribus autem fortior instat cruciatio. Ad vos ergo Reges sunt hi sermones mei, vt discatis sapientiã et non excidatis. A me ipso non loquor,nec mea sunt hæc quæ loquor, sed diuina sapientia sic intonat, Sapien.6. Audite ergo Reges,intelligite, etc. Quid igitur ex prædictis? aperiam. fiduciam autem talem habemus per Christum ad Deũ,non ꝙ sufficientes simus cogitare aliquid a nobis,quasi ex nobis,sed sufficiẽtia nostra est Deo est, qui et idoneos nos fecit ministros noui testamenti, non litera, sed spiritu: litera enim occidit,spiritus autem viuificat. Verba sunt Apostо.2, Cor.5.Ergo diuinam primitus implorando clementiã ac eius sapientiam postulando dixerim cũ Philone, Sap.9. Deus patrum nostrorum et Domine multæ misericordiæ, qui fecisti omnia verbo tuo et sapientia tua constituisti hominem, vt dominaretur creaturæ tuæ,quæ a te facta est, vt disponat orbem terrarum in æquitate & iustitia & directione cordis iudicium iudicet, da mihi sedium tuarũ assistricem sapientiã, & noli me reprobare a pueris tuis, quoniam ego seruus tuus sum et filius ancillæ tuæ, homo infirmus et exigui corporis & minor ad intellectum iudicii et legum.Mitte illam de cœlis sanctis tuis et a sede magnitudinis tuæ, vt mecũ sit,et mecum

Ioan.a Capiſtrano, de quodam matrim.

cum laboret, et ſciam quid acceptum ſit apud te. Et cū dicam, pſal. 140 Pone Domine cuſtodiam ori meo, et oſtiū circunſtantiæ labiis meis. non declines cor meum in verba malitiæ ad excuſandas excuſationes in peccatis cum hominibus operantibus iniquitatem, et non communicabo cū electis eorum. Corripiet me iuſtus in miſericordia et increpabit me, oleum autem peccatoris non impinguet caput meū.

Hac igitur breui præfatiuncula diuinę inuocationis gratię poſtulatæ vtcūq; præmiſſa, ſanctiſſimæ indiuiduæ Trinitatis patris et filii et ſpiri. ſancti noīe cordialiter inuocato, et glorioſiſſimæ Mariæ Virginis, matris Chriſti, Seraphiciq; Chriſti confeſſoris, Chriſtiq; ſtigmatibus mirabiliter inſigniti, B. Franciſci, totiusq; cœleſtis Curiæ triumphantis meritorum ſuffragiis fideliter expectatis, ac feruida mentis deuotione confiſus, ad rem veniam feſtinanter.

SVMMARIVM.

1 *Ius naturale quid. Et an diſpenſatio a ſummo Pontif. de eo peti poſſit, & quid de iure ciuil. nu. 8. quid de pontificio. nu. 10. atq; & diuinali. nu. 11.*
2 *Matrimonij principalia, tria.*
3 *Matrimonij ſubſtantia, conſenſus eſt.*
4 *Matrim. forma, eſt conſenſus expreſſio.*
5 *Matrim. norma, eſt gentium conſuetudo.*
6 *Conſenſus ſolus matrimonium facit, verbaq; ſiue nutus aut ſigna conſenſum exprimentia ſunt neceſſaria ad ipſius probationem.*
7 *Maioris authoritas in omni pacto & promiſſione ſemper excepta intelligitur.*
8 *Matrimonia in contrahendo & diſſoluendo libera eſſe debent & nu. 36.*
9 *Stipulationes turpes nullius ſunt momēti, et ſtipulatio de impoſſibili, nulla.*
12 *Petro & ſucceſſoribus collata poteſtas eſt per Chriſtum dicentem, Quodcunque ligaueris, & quodcunque ſolueris, &c.*
13 *Matrimonia de iure diuino libera eſſe debent.*
14 *Diuortium hodie quando fiat.*
15 *Mendacium vitandum.*
16 *Promiſſa ſeruanda.*
17 *Pœnæ appoſitio in ſponſalibus, an & quando valeat, & quid de iuramento in ipſis appoſito, nu. ſeq.*
19 *Periury pęna quacunque alia corporali maior.*
20 *Mala omnia pati quis potius debet quàm malo conſentire.*
21 *Matrimonium quando neceſſitetur a principio extrinſeco vel intrinſeco, quis actus dicatur, & quid iuramento interueniente in ſponſalib. ipſis. nume. 26.*
22 *Ordinatus inuite quis non dicitur, quando ante beneficium ſuſcepit.*
23 *Timor rerum iuſtum metum quando inferat.*
24 *Metus omnis in matrimonio excludit conſenſum, etiam cum iuramento, quanquam iuramentum obliget.*
25 *Nuptiæ inuitæ difficiles exitus habere conſueuerunt.*
27 *Pater & filius eadem perſona cenſetur.*
28 *Stipulatio pœnalis pro intereſſe, an valeat in matrimonio.*
29 *Iuramentum meta extortum, an ſit ſeruandum.*
30 *Iuramento per metum extorto contraueniens, an mortaliter peccet.*
31 *Iuramenti comites tres.*
32 *Iuramentum in peiorem exitum vergens, an ſeruandum.*
33 *Iuramentum ſex modis in peiorem exitum vergit.*
34 *Sponſo vtrique religionis habitū ſuſcipere licet, cum in melius commutatio fiat, nec iuramentum infringere debet, illud in melius cōmutans. nu. 36.*
35 *Neceſſitas excuſat a periurio.*
36 *Coniugum iuramentum quòd nunquam diuerterent a contracto matrimonio, an ſit ſeruandum.*
37 *Votum omne licitum, obligat vouentem.*
38 *Matrimonium, an, quando & quomodo ſeparari poſſit.*
39 *Matrimonij ſeparatio per infidelitatem, & quid in hæreſi. nu. 40.*
41 *Matrimonij ſeparatio propter adulterium.*
42 *Matrimonium, quid.*
33 *Vxoris crimen cęlans, turpitudinis eſt patronus.*
44 *Iurans vxori eam ſuper adulterio non accuſare, quid agere debeat.*
45 *Votum non ſeruantium, magnum eſt periculum.*
46 *Votum ſimplex non minus obligat apud Deum, quàm ſolenne.*
47 *Papa an in matrimonio de præſenti, non carnaliter copulato, diſpenſare poſſit.*
48 *Sponſus alter altero etiam repugnante, dummodo carnalis copula non interuenerit, monaſterium eligere poteſt & nu. 58.*
49 *Papæ non expedit habenas laxare ad diſſoluendum.*
50 *Os ad cœlum ponere non licet.*
51 *Papa an poſſit abſoluere ab omni voto & iuramento.*
52 *Papa an poſſit diſpenſare in voto continentiæ ſolennizato.*
53 *Diſpenſatio ſine cauſa, diſſipatio iudicatur.*
54 *Votum de non petendo diſpenſationem, an tenet.*
55 *Matrimonium qui abſoluere iurauit, ad id compellitur.*
56 *Mos, quid.*
57 *Mores boni ad quid referuntur.*
59 *Matrimonia libera eſſe debent ab omni coactione.*
60 *Liberum arbitrium, quid.*
61 *Iurans non petere abſolutionem a iuramento fortius obligatur, ſed denunciare poteſt.*

CIrca primum & principale quæſitū, quod eſt difficilius et magis dubiū, quatuor iura principaliter perſcrutabor. Primò ius naturale. Secundò ius ciuile. Tertiò ius pontificale. Quartò ius diuinale. † Quò ad primum
1 ius. ſ. naturale, quod eſt commune omnium nationum, eo ꝙ vbiq; inſtinctu naturæ, non aliqua conſtitutione habetur, vt viri & fœminæ coniunctio, liberorum ſuſceptio & puerorū educatio, & omnium vna libertas, &c. vt dicit Iſid. 5. Etym. et Gratianus refert. 1. diſt. ius naturale. & intelligo de iure naturali, nedum ex ſenſualitate, ſed etiam ex ratione prouenien te: nam coniunctio corporū ex ſenſualitate prouenit, cōiunctio verò animorū ex ratione procedit. In matrimonio ſiquidem animorum coniunctio, ſi rectè procedat, cōiunctio-
2 nem corporum præcedere debet. † Tria namq; ſunt in matrimonio prænotanda, videlicet primo ſubſtantia, ſecundo forma, tertio norma. Duo etenim præcedentia. ſ. ſubſtātia et forma, ſunt de neceſſario eſſe, iuxta not. in c. tua nos, circa finem, ext. de ſponſal. ibi, dum dicit, cum in eo nec ſubſtantia cōiugalis contractus, nec forma contrahendi coniugium valeat
3 inueniri. tertium verò. ſ. norma, eſt de bene eſſe. † Subſtantia autem matrimonii eſt conſenſus, vt in cap. cum apud. ext. de
4 ſponſ. & 27. q 2. ſufficiat. † Forma verò matrimonii eſt expreſſio conſenſus per verba conſenſum exprimentia de præſenti, vt in c. ſi inter virum. ext. de ſponſ. & in c. licet. ext. de ſpon.
5 duo. cum ſimilib. † Norma autem dicitur conſuetudo, mos, vel ritus prouinciarum, ſiue gentium, iuxta no. in c. 1. ext. de ſponſ. Ex his igitur tribus ſi vitietur primum vel ſecundū. ſ. ſubſtantia vel forma, nihil agitur &c. Si ſeruetur tertiū. ſ. conſuetudo regionum. Si autem vitietur tertium, et ſeruata ſint
6 duo præcedentia, nihil obeſt ad veritatem matrimonii, † quia ſolus conſenſus facit matrimonium. 27. q. 2. ſufficiat. Verba tamē ſunt neceſſaria ad probationem matrimonii, ſiue nutus aut ſigna conſenſum exprimentia de preſenti, vt in c. tuæ fraternitati, et in c. cum apud. ext. de ſpon. Tunc ſic, libertas matrimonii eſt de iure naturæ: ſed contra naturales mores. eſt pœnis inſolitis i intimidare animos contrahentiū matrimonium, ergo pœnales obligationes in ſupradicto contractu appoſitæ videntur contra bonos mores, ergo pro non adiectis debent iudicari, vt patet 8. diſt. quæ contra mores. vbi reperuntur verba Auguſtini in 2. lib. Confeſſ. dicentis, Quæ contra mores hominum ſunt flagitia, pro morū diuerſitate ſunt vitanda: vbi Gratianus præmittit. Quæcunq;. n. vel moribus recepta ſunt, vel ſcriptis comprehenſa, ſi naturali iuri fuerint aduerſa, vana & irrita ſunt habenda. Ex hoc. n. dicitur, ꝙ ius
7 naturale manet immobile. 5. diſt. naturale ius. † Cum igitur in omni pacto & promiſſione ſemper intelligatur excepta maioris auctoritas, vt in c. venientes, ext. de iureiur. & in d. c. quæ contra mores. ad fi. dum dicit, ſicut. n. in poteſtatibus ſocietatis humanæ maior poteſtas minori ad obediendū præponitur, ita Deus omnibus. Sic ergo dicemus in caſu propoſito de iure naturali a ſummo Pontifice tāquàm a maiori in toto corpore ſocietatis humanæ diſpenſationem peti poſſe, cum ipſe ſolus habeat plenitudinem poteſtatis. 2. q. 6. decreto noſtro. et c. qui ſe ſit.
8 Quo † ad ſecundū. ſ. ius ciuile, videtur expreſſius demonſtrari, quaſi per caſum in terminis, vt ita dixerim, in l. ſi ita ſtipulatio facta fuerit, ff. de verb. oblig. vbi Pomponius ita diffinit, ſi ita ſtipulatio facta fuerit, ſi culpa tua diuortium factum fuerit dari, nulla ſtipulatio eſt, quia contenti eſſe debemus pœnis lege comprehenſis. ſ. in matrimoniis contrahendis & diſſoluendis, vt intelligunt Doct. dicit. n. ibi glo. ſuper verbo, ſtipulatio nulla eſt, quia improbata eſt bonis moribus, vt C. de nup. l. neque. vbi dicit tex. neq; ab initio matrimonium contrahere, nec diſſociatum reconciliare quiſquam cogi poteſt. vnde intelligis liberam facultatē cōtrahendi atq; diſtrahendi matrimonii transferri ad neceſſitatem nō oportere. ad idē facit. l. fi. in fi. C. de nup. vbi tex. dicit extra diffinitionē aūt huius legis, ſi cautio pœnā ſtipulationis cōtinens fuerit interpoſita, ex vtraque parte nullas vires habebit, cum in contrahendis nuptiis libera poteſtas eſſe debeat. ad idē, C. de inut. ſtip. l. 2. q̄ dicit libera matrimonia eſſe antiquitus placuit. Ideoq;, pacta ne liceret diuidere non valere, & ſtipulationes, quibus pœnæ irrogarentur ei? qui diuortium feciſſet, ratas non haberi conſtat. In propoſito aūt cōtractu obligationes ſunt pœnales legibus minimè cōprehenſæ, quia non de arris, vel de dote, aut de donatione propter nuptias, ergo pro non adiectis habentur, & per conſequens diſpenſatio peti poteſt.

Præterea

9 Prætereà † turpes ſtipulationes nullius ſunt momenti.ff.de verb.oblig.l.generaliter. Sed obligationes inſolitæ in contractu matrimonii impedientes libertatē arbitrij,turpes ſunt & turpitudinē continere videtur,quia turpis eſt omnis pars ſuo vniuerſo non congruens.8.diſt.quæ contra mores. Ergo tales obligationes haberi debent pro non appoſitis, & per conſequens diſpenſatio peti poſſit,ad idem.ff.de verb.oblig.l.ſtipulatio hoc modo concepta.nā ſtipulatio contra bonos mores inutilis eſt cenſenda,vt ibi deciditur.ergo &c.

Præterea videtur etiam caſus ad idem in l. Titia.ff. de ver. oblig. nā ibi filia Caij Seij filio Titiæ ex alio matrimonio fuit promiſſa & interpoſitū eſt inſtrumentum, & adiecta eſt pœna,vt ſi quis eorum nuptiis impedimento fuiſſet tantū ſolueret nomine pœnæ. Poſtmodū Caius obiit,cuius filia nubere recuſauit:deciditur ibi ex ſtipulatione prædicta,cum non ſecundū bonos mores interpoſita fuerit, agenti exceptionem doli mali obſtaturam , quia inhoneſtū viſum eſt vinculo pœnæ matrimonia obſtringi,ſiue futura,ſiue iam contracta.Ergo per cōſequens videtur ſimiliter diſpenſationē peti poſſe. Ad idem ff.de verb.oblig.l.ſi ſtipuler . nam ſi ſtipuler id fieri, quod natura fieri non concedit, non magis obligatio conſiſtit quàm cū ſtipulor vt id detur, quod dari non poteſt, quia impoſſibiliū nulla eſt obligatio,vt in l.impoſſibiliū, ff.de reg. iur.nam ſi ſororē ſuam nupturā ſibi aliquis ſtipuletur,quanquam ſi nō ſit perpetua cauſa,vt accidit in ſorore adoptiua, obligatio nulla eſt,quia contra bonos mores eſt,vt dicit text. in d.l. ſi ſtipuler. ergo per conſequens ſimiliter diſpenſatio peti poſſit.

10 Quo † ad tertium ius.ſ.pontificale, idē concludendum eſſe vī per c.Gemma,ext.de ſpōſ.vbi videtur ſimilis caſus,ſicut in d.l. Titia.nā ibi ſimiliter concluditur ꝙ pœnalis ſtipulatio in contractu matrimonii nulla ſit, quia matrimonia debent eſſe libera.ſ.ab omni coactione,vt in c.cum locum.& in c.requiſiuit.& in d.c. Gemma,ext.de ſponſ.& in d.l.2.C.de inuti. ſtipu. Sublatis igitur prædictis pœnalib.ſtipulationib.de contractu propoſito, reſtat per conſequens iuridicè diſpenſationem peti poſſe.

11 Quo † ad quartū ius.ſ.diuinale,videtur idem ſimiliter concludendū,ſic arguendo,videlicet Deus dedit homini libertatem arbitrii , Eccleſiaſtici 15.Deus conſtituit hominē ab initio,& reliquit illū in manu conſilii ſui,adiecit mādata & præcepta ſua, ſi volueris mandata conſeruare , conſeruabunt te & in perpetuum fidem placidam facere, appoſuit tibi aquam & ignem,ad quod volueris, porrige manū tuam, ante hominem vita & mors,bonū & malum,quod placuerit ei,dabitur illi . Prædictæ autē pœnales obligationes videntur impedire arbitrii libertatē,in contrahendo, vel diſſoluendo matrimonium.ergo per conſequens videtur diſpenſatio peti poſſe.

Præterea cum Chriſtus dixerit Petro,Matt.16.Quodcunque ligaueris ſuper terram,erit ligatū & in cœlis:& quodcun
12 que ſolueris ſuper terrā,erit ſolutum & in cœlis. † quæ poteſtas Petro collata eſt nedū pro ſe ipſo, ſed etiā pro ſuis omnibus ſucceſſoribus.21.diſt.quamuis.& 22.diſ.omnes.ad quod ext.de transla.c.inter corporalia.& quanto. & 24.q.1.non turbatur.& c.quoties.& 63.diſt.ego Ludouicus.& in c.vno,ext. de iureiur.in clem.nam Papa eſt Vicarius Dei,Petriq; ſucceſſor.ergo ad ipſum tāquam ad Deū in terris,licitè pro diſpenſatione recurritur,cum expedit iuſta cauſa.ergo &c.

13 Prætereà † ꝙ de iure diuino matrimonia debeant eſſe libera, patet Deute.21.vbi ex parte Dei dicit Moiſes . Si egreſſus fueris ad pugnā contra inimicos & tradiderit eos Dominus Deus tuus in manu tua, captiuosq; duxeris, & videris in numero captiuorū mulierem pulchram & amaueris eā, volueriſq; habere vxorem, introduces eam in domum tuam,quæ radet cęſariem, & circuncidet vngues & deponet veſtem, in qua capta eſt,ſedensq; in domo tua flebit patrem & matrem ſuā. vno menſe , & poſtea intrabis ad eam , dormiesq; cū illa & erit vxor tua. Si autem poſtea non ſederit in animo tuo dimittes eam liberā,nec vendere poteris pecunia,nec opponere per potentiā,quia humiliaſti eam.Ecce ꝙ etiā inter dominum & ancillā debet interuenire libertas ad contrahendum vel diſſoluendū matrimonium,quanquam in diſſoluēdo ampliata fuerit viro libertas cū libello repudii, Deuter.24.quod
14 tamen hodie locū non habet,† quanquam aliquibus iuſtis & licitis cauſis etiam hodie diuortiū fieri poſſit, vt in c. ex literis,& in c.quāto.& in c.gaudemus. ext.de diuor. Cum igitur matrimonia debeant eſſe libera & per prædictas pęnales obligationes videatur libertas impedita.ergo per cōſequens videtur diſpenſatio peti poſſe.

In contrariū arguitur ad partem aliam,primo ex iure natu
15 rali ſic,† Omne mendaciū,prauum eſt,& fugiendum,vt dicit Philoſoph.4.Ethic.Sed in caſu propoſito petens diſpenſationem efficit mendax,quia non ſeruat quod promiſit,quia promiſit non petere,ergo &c.

Præterea omnis verax eſt laudandus ſed mendax eſt vituperandus,ſecundum Philoſoph.vbi ſupra.Petens igitur diſpenſationem in caſu propoſito erit mendax & non verax, quia non ſeruauit quod promiſit,ergo vituperandus tanquā falſator ſuæ fidei.ergo non peccat, ſi optat fugere vituperiū .

16 Secundo ex iure ciuili ſic, † Nihil tam congruum eſt fidei humanæ, quam ea quæ placuerunt inter ſe ſeruare, vt dixit Vlpia.ff.de pact.l.1.in princi.ſed ſemel placuit inter prædictos contrahētes promittere diſpenſationem non petere, ergo ſeruent quod promiſerunt & non petant.graue eſt.n.fidē fallere,ff.de conſti.pec.l.j.1.reſpon.

Præterea ait prætor, pacta conuenta, quæ nec dolo malo, nec aduerſus leges,plebiſcita,ſenatuſcōſulta, decreta, edicta, nec quo fraus cuiq; eorum fiat,facta erunt,ſeruabo.ff.de pac. l.iuriſgentium §.ait prætor.Sed in caſu propoſito pacta inita nec malum dolum continent,nec aduerſus leges,vel decreta ſunt,vt j̄.dicam,nec fraudē cuiuſq; ſapiunt,cū in contractib. aſſeratur,non vi, non dolo,non metu, non fraude, &c. Et,vt clarius videamus,adduco etiam contra hoc l.pacta quæ contra.C.de pact.quæ dicit, Pacta quæ contra leges conſtitutionesq;,vel contra bonos mores fiunt, nullam vim habere indubitati iuris eſt.Sed dico ꝙ pacta & conuentiones in præfato contractu appoſita & appoſitæ non ſunt contra leges,nec contra bonos mores.quod oſtēdo per theoricam I. Doc. D. Ant.de But.in c.Gemma,ext.de ſponſa.qui dicit,Ad declara-
17 tionē huius plura ſunt videnda. Et primo,† an & quando appoſitio pœnæ in ſponſalib.valeat,& quando non.Dic ꝙ quædam eſt pœna, quæ conſiſtit in lucro perdendo,vt ſi lego Titio cētū,ſi contraxerit matrimoniuni cū tali:ſi nō contrahat perdit legatum,& ſic valet appoſitio pœnæ . Ratio, quia ſola lucri amiſſio non habet intimidare matrimoniū, ita ꝙ tollatur libertas matrimonii contrahendi.ff.de condi & demon. l.Titio.§.Titio centū.& hoc verum quando hæc pœna lucri eſt appoſita ab extraneo: Secus ſi inter contrahentes.ſ.ſponſalia,vel matrimonium.ff.de verb.obli.l.ſi ita ſtipulatus.§.fin. vbi dicit tex.ſi tibi nupſero, decē dare ſpondes, cauſa cognita denegandam actionem puto.vbi glo.dicit,ꝙ ſi fiat ſtipulatio cauſa dotis & donationis propter nuptias, valet ante matrimonium & poſt , vt C.de donat.ante nupt.l. ſi conſtante. Item valet pro arris matrimonii contrahendi,vt C.de ſponſa lib.l.mulier.Itē valet in caſu.l.ex ea parte,§.mulier.ff.de verb. obli.Item valet ex cauſa donationis inter ſponſos.ff.de dona. inter vir.& vxo.l.fin. E contra vero valet,quando donatio fit in caſu futuri matrimonii,vt in d.§.ſi tibi nupſero,& C.de donat.ante nup.l.quod ſponſæ . Rationem adducit D.Ant.quia contrahentes matrimonium adduci debēt ad hoc propria libertate.Quædam eſt pœna & timor perdēdi amorem inordinatum . & adhuc talis pœna non tollit matrimonium , ſ. de ſponſa.veniens.j.nam cauſa amoris impellens non tollit liberum arbitriū in diſſentiēdo, vel conſentiendo , vt dicit idem D.Ant.in d.c.veniens,in 1.notab.Quædam eſt pœna acciden taliter poſita,incutiens timorem perdēdi ſubtractionem copulæ,& adhuc timor talis pœnæ in perdēdo tali lucro inordinato implēdi.ſ.appetitum nō impedit matrimonium, vt in c. tua.ext.de ſpōſ. Quædam eſt pœna conſiſtēs in proprio perdendo,vt quia promiſi cētum,ſi non cōtraherem, vel ſi non contraherētur per talem ſponſalia.& hic aduerte,quādoque hæc pęna apponitur a contrahētibus principalibus: & planū eſt ꝙ etiam data habilitate perſonarū nō valet talis promiſſio pœnæ neceſſitās matrimonium,vt patet in d.c.Gemma, & in l.Titia.ff.de verb.obli.cum ſimilib.quia tollitur libertas matrimonii contrahendi, cum ad hoc inducatur fortius, ne iam acquiſitum perdat.

18 Sed aduerte . † Dices,ſi hoc eſſet verum,nulla ſpōſalia,maxime iurata valent, quia ibi ſemper ſubeſt cauſa & timor neceſſitās matrimonium , & tollēs liberam facultatem matri-
19 monii contrahēdi.Cōſtat.n.† ꝙ pœna periurii maior eſt quar-
20 cunq; alia corporali,vt patet in l.ſi.C.de ſacroſ.eccle.† & quia quis potius omnia māla pati debet , quàm malo conſentire. 32.q.5.ita ne.& ext.quod met.cau.ſacris.Item ex quo iſta obligatio pœnalis habuit originem a principio volūtario , non poteſt dici ꝙ neceſſitet,vel libertatem tollat matrimonii per illa,quæ dixi in c. requiſiuit.ſ. eod.ibi.n.dicit idem Do. Ant.
21 † ꝙ quādoq; matrimonium neceſſitatur ab aliquo principio extrinſeco a cōtrahentibus: & talis actus bene dicitur inuolūtarius . Quādoque cauſatur ab aliquo principio intrinſeco in cōtrahētib ex quo neceſſitatur matrimonjum, & per hoc nō dicitur matrimonium inuolūtarium : alias nihil eſſet volūtarium, vbi ſupponeretur obligatio, quod falſum eſt . Sed hic.ſ.in d. c. requiſiuit, præceſſit actus volutarius partium.ſ

ipſe

Source : BIU Cujas

22 ipse consensus sponsaliorum, † sicut videmus ꝙ non dicitur quis innitè ordinatus, quãdo ante susceptum beneficiũ. 60. dist. innouamus. & de æta. & qualit. c. j. & c. quæris. Item non dicitur inuitus, qui propter delictum præcedẽs ad hoc arctatur. de eo qui dux. in mat. c. j. & firmat D. Ant. tenendo gl. in d. c. requisiuit. ꝙ iurantes contrahere nedum monẽdi sunt, sed etiam compellendi, nisi subsit causa rationabilis. Quæ autem dicatur rationabilis causa, hoc relinquit arbitrio iudicantis. Quid. n. inquit, si vir adeo persequatur mulierem, vel mulier virum, ꝙ probabiliter speratur inde sequi homicidium, vel guerra, si contrahere compellatur? Certè Ecclesia restringit censuram in hoc casu: alioquin nõ esset medicinalis, sed mortalis, nec ad correctionem proferretur, sed ad destructionem contra Apostol. 2. Cor. 10. puto melius allegasset. 1. Cor. 10. vbi dicit Apost. Omnia mihi licent, sed non omnia expediũt. Omnia mihi licent, sed non omnia ædificant. & sic intẽdit D. Ant. concordare opiniones secundum boni iudicis arbitriũ. de transac. c. fi. subdit idem in d. c. Gemma. Præterea non videtur ꝙ sit metus cadens in constãtem, ergo non tollit liber-
23 tatem matrimonii: nam non reperio, † ꝙ timor rerum inferat iustum metum nisi quãdo est maioris partis bonorũ, vel totius substãtiæ, vt in c. Abbas. quod met. cau. Ergo talis timor perdendæ pœnæ tanquam vanus, & tanquam non cadens in constantem virum, non infert sufficiẽtem metum, per quem tollatur libertas matrimonii. ergo ex hoc non debet annullari. Ad quid ergo iura tam ciuilia quàm canonica, huiusmodi pœnam annullarunt? dico ꝙ matrimonium est quoddam Sacramentum, ad quod voluit lex & Canon contrahentes, accedere debere plena libertate, non autem aliquo modo necessitati, cõsiderantes difficiles exitus matrimonii, quando oĩno plena & libera non adest voluntas, & pro tanto ponderantes ꝙ metus pœnæ licet non caderet oĩno in constantẽ, tamen aliquos posset inducere ad contrahendum. & sic licet taliter non tollat libertatem, tollit tamen plenitudinẽ libertatis. Ideo talem pœnam appositam iura reputarunt contra bonos mores & annullarunt, vt dicit litera in d. c. Gemma. & in d. c. Titia. & faciunt no. in c. cum locum, & in c. consultatio-
24 ni, & in c. fi. ext. de spons. † nam in causa matrimoniali, qualiscunque metus interueniat culpa sua vel sine culpa sua, matrimonium contractum per metum non tenet, nec obligatus est qui hoc facit, etiam si iurat. dicit gl. in d. c. Abbas, quia ma-
25 trimonia libera debent esse. & † quia inuitæ nuptiæ difficiles exitus consueuerunt habere, vt in d. c. requisiuit. & in d. l. fi. C. de spons. & quod dicit illa glo. de iuramento in d. c. Abbas, D. Ant. non tenet per c. ad aures, eo. tit. quia iuramentum obligat, licet subsit remedium, vt petat absolutionẽ a iuramento p vim præstito, quod tutius est, vt in c. 2. & 3. de iureiur. de hoc tamen dicam j. Subdit D. Ant. in d. c. Gemma. nec obst. ꝙ iuramentum in plus astringat quàm obligatio bonorum, quia quædam sunt obligationes extrinsecæ a ꝯctu sponsalio-
26 rum principali, & tales pœnam inferentes a iure annullantur. & de his loquuntur iura superius allegata. Quædam sunt obligationes intrinsecæ & pœnæ surgentes ex ipso vinculo principali, & tales non tolluntur, † vt sunt iuramenta, quæ interueniunt in ipsis sponsalibus. quia ex quo in eis datur principium voluntarium, finis ex eis voluntarius censetur & attrahitur ad naturam sui principii, quia principium nõ est extra se. Et licet non alleget, de hoc est casus ad literam in c. ex parte, de sponsa. vbi iuramẽtum conualidat, & non infringit matrimonium. Sed in obligationib. extrinsecis dicit idẽ Ant. quantum ad necessitandum actũ matrimonii, vel sponsaliorum, talia licet habeant principium voluntarium, tamẽ in respectu ad obligationem principalẽ dicũtur quo ad eam habere principium extra se. s. extra obligationem principalẽ. Ideo obligatio principalis, velut ab illa pœna impulsa nõ potest dici voluntaria, quia non habet principium voluntariũ ad intra se. Quandoq; hæc pœna, vel obligatio apponitur ab alio quàm a contrahentib. & tunc aut pœna apponitur inter contrahentem vnum & tertium: & adhuc tanquam tollens liberam facultatem contrahendi, turpis est, & reiicitur eadẽ ratione. Quandoq; hæc pœna promittitur inter extraneos: & tunc aut extranei in tantum sunt subiecti contrahẽtibus ex coniunctione potestatis vel consanguinitatis, vel amicitiæ, quod est verisimile ꝙ libertas matrimonii contrahendi tollatur, quia verisimile est ꝙ contrahens non resiliret a cõtractu, ne tales cadant in pœnam: & tunc idem est, ff. de condit. & demonst. l. hæres meus. §. fi. & l. 1. & 2. ff. de in ius voc. Aut sunt omnino extranei, & tunc aduerte ad modum cõcipiendi verba stipulationis. aut enim cõtrahentes se accessoriè obligant ad pœnã promittendo se facturos & curaturos, ꝙ tales ꝯhent, etsi non faciunt, adiiciunt pœnam. Host. hic dicit ꝙ nõ valet talis promissio, quia libera debent esse matrimonia. Sed glo. in l. Titia. superius allegata, indistinctè tenet, ꝙ inter extraneos valet talis promissio pœnalis. Quod etiam vltimatè videtur sequi Io. And. in d. c. Gemma. & Bar. in d. l. Titia. Credo, quòd hæc promissio valet, nam hic se obligat ad curandum quòd illi contrahent. In hoc enim nulla est turpitudo. s. inducere aliquos ad contrahendum. Et pro tanto stipulatio debet valere, nisi personæ essent, quæ possent terribiles esse contrahentib. vt Dominus ciuitatis. Hæc D. Ant. Ex prædictis igitur videtur dicendum prædictas pœnales conuentiones in casu proposito non esse contra leges, vel Canones, aut contra bonos mores, cum veniant ab intrinseco, & ad nihil aliud tendant, nisi ad firmandum & conualidandum matrimonium, siue tunc contrahendum, siue iam contractum. Ergo tales promissiones & pacta non sunt improbanda, sed seruanda, & per consequens dispensatio non petenda, quia sic promissum est.

Sed dicet aliquis, Nonne prædictus Doctor, quem allegas, etiam dicit quòd timor rerum non infert iustum metum, nisi quando est maioris partis bonorum, vel totius substantiæ? Vtique, respondebo. Tunc arguit ille, sed in contractu proposito contrahentes nostri obligant se & sua bona præsentia & futura. Ergo propter talem obligationẽ intimidatur libertas ad contrahendum matrimonium quàm maximè propter illud etiam, quod subiungit, nisi personæ essent, quæ possent terribiles esse contrahentib. vt Dominus ciuitatis, sicut de facto patet in casu proposito. Et etiam, quia vna pars cõtrahentium matrimonium in tantum subiicitur promittenti, quòd
27 censetur eadem persona, † quia pater & filius eadem persona censetur. 50. dist. studeat. & C. de impub. & ali. substi. l. si quis duobus. §. fi. & de decim. c. pastoralis, in gl. ex hoc videtur. & no. de pœnit. dist. 3. pœnitentia. in prima gl. cum ibi allegatis. Respondeo, quòd obligatio prædictorũ in casu nostro refertur ad damna & interesse, vt patet per verba ipsorum contrahentium, cum dicunt in primo cõtractu, vsque ad integram satisfactionem damnorum & interesse, &c.

28 Sed dices, † an saltem pœnalis stipulatio valeat, quatenus interest, adiecta in contractu matrimonii? Respondeo, Glossæ sunt contrariæ. Vna dicit, quòd valeat, in d. l. Titia. ff. de verbo. oblig. Contrarium tenet glo. in l. si stipuler. eo. tit. Din. dicit, quòd stipulatio valet prout interest, respectu dãni emergentis, vt quia fecit expensas, sed non prout interest respectu lucri cessantis, quia quatenus interest, non est pœna, vt in l. Proculus. ff. de dam. infec. & in l. is, cui. ff. de furt. Io. And. in d. c. Gemma, dicit quòd communiter tenetur quòd non valet etiam quatenus interest, quia imputandum est stipulãti, cum sciat stipulationem non tenere. Alias sequeretur quòd agere tur ad pœnam, saltem quatenus interesset. quod non est dicendum. & est contra prædicta iura argumentum. ff. de ser. export. l. Titius. hoc tenet etiam Bar. dicens quòd talis stipulatio est contra bonos mores. ergo nihil valet. Fatetur tamen, quòd si dolosè aliquid fecit pars aduersa, propter quod fecit expensas, quòd potero agere de dolo ad tale interesse. & in hoc resident etiam D. Ant. in d. c. Gemma, in pen. col.

Dices igitur, Incidit in Scillam cupiens vitare Caribdim, nam si talis obligatio etiam pro interesse, vel damno est contra bonos mores, ergo ad nihilum valet vltra. Sed respondebo me velle tenere gl. & Dinum per dictam l. Proculus, & per d. l. is cui. Multum enim interest inter damnum & lucrũ. Aliud est. n. damnum sentire, aliud lucrum non percipere, vt C. de codicil. l. fi. & ff. de aqua plu. arcen. l. 2. §. item Varus, in fi. cum dicit, quod factum quidem ipsi aurem nihil nociturum est, hoc equitas suggerit, etsi iure stricto deficiamus. facit ẽt in simili, l. 1. §. sicut, eo. ti. ibi cum dicit, hanc enim actionem locum habere, si aqua pluuia noceat, non si non prosit. Simile. ff. de furt. l. si is cui commodata res erat, in fi. cum dicit, interesse autem eius videtur, qui damnũ passurus est, non eius, qui lucrum facturus est. simile ff. de condit. & demon. l. Titio centum. §. Titio centum. vbi est notab. casus & text. dicens. Aliud est enim eligẽdi matrimonii pœnæ metu libertatem auferri, aliud ad testamentum certa lege inuitari. & sic aliud est tractare de damno vitando, aliud verò de lucro captãdo. nam si inuitatur ad lucrum vt ducat vxorem, valet promissio adueniente conditione, si verò adstringitur sub pœna, si non duxerit, tunc irrita est talis promissio tãquam impediens libertatem contrahendi matrimonii. Sed in casu nostro nulla pecuniaria pœnalis obligatio apposita est, quãquam sit facta obligatio de releuatione a dãno, quod dolo partis posset incurri. ergo taliter agendo nihil inducitur contra bonos mores. & sic nõ videtur obstare dicta obligatio, quin seruari debeant reliqua promissa in contractu prædicto, vt non petere dispensationem, & concessa nõ vti. ergo etc. q̃ maximè pp iuramentũ et votum, de quibus infra proximè sum dicturus.

Tertiò

Source : BIU Cujas

Tertiò de Iure Pontificali arguitur sic. Iuramẽtum,quod seruari potest sine interitu salutis æternæ,obligatorium dicitur & seruari debet, quia non est tutum quemlibet contra iuramentum suum venire, nisi tale sit quod seruatum vergat in interitum salutis æternæ. Et subdit, Nec nos alicui dare materiam volumus veniendi contra proprium iuramentum,ne auctores periurii videamur.vbi glo.dicit,† Iuramentum metu extortum seruandum esse,& quòd obligat: & qui illud non seruat,periurus est,dummodo seruari possit sine periculo animæ, vt in cap.ad audientiam.de his, quæ vi metus ve ca.fi.& 24.quæst.4.si aliquid.Et quanquam sint argumenta pro & contra, glos.tamen residet quòd sit obligatorium, quia voluntarium.15.quæst.1.meritò. Et quia potius debet quis omnia mala pati,quàm malo consentire, vt supra dictũ est.Circa quod D.Ant.in d.c.si verò,ad fi dicit,quòd si est meticulosum, & cũ hoc non potest natura materiæ seruari sine interitu salutis æternæ,non est obligatorium, vt in d.c.si verò. sed melius in c. non est obligatorium, de regu. iur.lib.6. In quantum autem ratione comprehẽsi potest seruari absq; interitu salutis æternæ,sunt opiniones.Quidam dicunt quòd est obligatorium, quia habet in se annexam voluntatem, vt dicit glo.Alij,quòd non est obligatoriũ,quia dicit lex,Quod metus causa factum est,ratum non habebo.ff.quod met.cau. l.1.Alij dicunt quòd si habet annexam voluntatem obligandi se,iuramentum est obligatorium.Sed si iurans non habuit voluntatem obligandi se,non est obligatorium. Glos.residet quòd indistinctè sit obligatorium, quia habere censetur annexam voluntatem, quia intelligitur secundum voluntatem deferentis, & vt verba sonant. Do.Anto.dicit quòd si posset constare, iurantem non habuisse animum obligandi se, vt per protestationem, quod met.cau.cap.1.vel aliter,tunc iuramentum non obligaret. Si verò non posset constare de animo extrinsecè, dicit qnòd in foro pœnitentiali crederetur sibi & non esset obligatus:sed in foro contentioso non credere sibi,arg.de spons.c.ex literis.†& tunc iuramentum esset obligatorium non in tantum, vt ex contrauentione ligaret ad mortale, sed vt contraueniendo ligaret ad veniale, secundum Io.And.in c.verum.de iureiur. Io.Cald.in d.c.Gemma, dicit indistinctè quòd contrauentio ligat ad mortale, & dicit quòd hoc tenet Thom.22.q.89.art.7. nam in iuramento, quo coactus est, surgit quædã obligatio, qua quis obligatur homini, cui quis promittit. Et talis obligatio totaliter tollitur per coactionẽ:quia ille,qui vim intulit,hoc meretur,vt ei promissum non seruetur. Alia surgit obligatio ex tali iuramento, quia quis obligatur Deo, vt impleat quod per nomẽ eius promisit,quanquam per vim,& talis obligatio tollitur in foro conscientiæ, quia magis debet damnum temporale pati,quàm iuramentum violare. Potest tamen repetere in iudicio quod soluit,vel prælato denunciare,non obstante si contrarium iurauit, quia tale detrimentum vergeret in deteriorem exitum. esset enim contra iustitiam publicam. Romani autem Pontifices ab huiusmodi iuramentis homines absoluerũt, non quasi discernentes huiusmodi iuramenta non esse obligatoria,sed quasi huiusmodi obligationes ex iusta causa relaxantes.Hæc sunt verba Thomæ,vbi supra.in responsione ad tertium arg. pro quo faciunt no.in c.1.& 2.& in c.debitores.& in c.ad nostram, & in c si verò, & in c.verum.& in c. veniens.& in cap.Quintauallis.de iureiur.& 22.q.4.si aliquid. vbi referuntur verba Bedæ dicentis, Si aliquid forte nos incautius iurasse contigerit,quod obseruatum peiorem vergat in exitum liberè illud salubriori cõsilio mutãdum nouimus. Vbi dicit gl.aliud est in malis promissis, & aliud in malè promissis primum non est seruandum.22.q.4. in malis. vbi attestantur verba Isidori in Sinonimis, lib. 2. dicentis, In malis promissis rescinde fidem:In turpi voto decretũ muta. Quòd incautè vouisti, ne facias. Impia est promissio, quæ scelere adimpletur. Secundum verò iuramentum.s.in malè promissis, seruandũ est.dicit gl.prædicta in d.c.si aliquid.& c.seq.intellige si seruari potest sine interitu salutis æternæ, vt dictum est. Ad decretal.verum, respond.Calder.quòd facit pro hac parte,in quantum dicit tex.quòd absoluitur, quasi absolutio sit necessaria. Quod autem sequitur ibi, Cæterum,intelligitur post factam absolutionem, vel habet locum in foro iudiciali: sed dictum Tho.in foro pœnitentiali. Vel non dicit, q̃ non peccet mortaliter quoad Deum, sed dicit quòd non est tanquam pro mortali puniendus. per quod videtur velle, q̃ licet peccet mortaliter, non sit tamẽ vt pro mortali puniendus,quod met.cau.c.sacris de pœ.c.3. secundum Calde.Sed in casu nostro iuramentum præstitum per partes ante dictas seruari posset sine interitu salutis æternæ, quia sine interitu potest non peti dispensatio. ergo seruetur iuramentum & dispensatio non petatur.

Iuramentum † etenim tres comites habere debet, videlicet veritatem, iudicium & iustitiam. Ierem.4. Et iurabis viuit Dominus in veritate & in iudicio & in iustitia, & benedicent eum gentes,ipsumque laudabunt.Idem habetur 22.q.1. & iurabunt.quæ verba B.Tho.2.2.q.89.arti.3.declarat sic,videlicet dicens,Ad bonum vsum iuramenti duo requiruntur. Primò quidem, quòd aliquis non leuiter, sed ex necessaria causa & discretè iuret, & quantum ad hoc requiritur iudicium,scilicet discretionis ex parte iurantis. Secundò,quo ad id,quod per iuramentum confirmatur,vt scilicet non sit falsum,nec illicitum.Et quantum ad hoc requiritur veritas,per quam aliquis iuramento confirmat,quod verum est. Et iustitia,per quam confirmat quod licitum est. Iudicio autem caret iuramentum incautum: Veritate autem caret iuramentum mendax: Iustitia verò caret iuramentum iniquum, siue illicitum. Sed cum in casu nostro iuramentum non fuerit incautum,nec iniquum siue illicitum,cum tendat solummodo ad validitatem matrimonii, & sic continet iudicium discretionis & iustitiam æquitatis.ergo seruent etiam tertium veritatis, vt quod iurauerunt partes per nomen Domini,verificent cum effectu, & sic dispensationem non petant.

Sed†quid si iuramentum non vergat in præiudicium salutis æternæ,sed in peiorem exitum,an debeat obseruari? Glos. in d.c.si verò,de iureiur.dicit quòd si vergat in præiudicium salutis corporalis directè, idem est, scilicet quod non debet seruari.22.q.4.§.fi.versi.quisquis ergo.vbi dicit tex. Quisquis ergo se iuramẽto firmauerit aliquid facturum, per quod vel corporalis,vel spiritualis salus adimitur,vel sine quo vtraque salus reparari,vel conseruari non possit,fidem promissam seruare prohibetur.dicit glos.in d.c.si verò.secus si occasionaliter: vt si Vltramontanus & Gallicus iuraret morari Romæ de mense Augusti,dicit glos.quòd tunc deberet seruare iuramentum. Docto.tamen limitant hoc esse verum,vbi de hoc non habetur verisimilitudo de periculo mortis: alias secus, vt quia a medicis iudicaretur moriturus ex tali mãsione Romæ dicto mense. Idem dicit glos. si vergeret in deteriorem exitum, vt in d.c.si aliquid.vbi dicit tex.si aliquid fortè incautius nos iurasse contigerit, quod obseruatum peierem vergat in exitum. Et infra,ac magis instante necessitate pei erandum esse nobis,quàm pro vitando periurio in aliud causamẽ grauius esse diuertendum. Et dicit Do.Ant.quòd iuramentum non obligat etiam ad veniale,vt in d.c.si aliquid.& not. Ioan. And.in c.2.de pac.lib.6.in nouel. subdit idem Do.Ant.

†q̃ sex modis dicitur iuramentum in peiorẽ exitũ vergere.

Primò,quando iuratur aliquid, quod est in se mortale, vt in d.c.si verò aliquis,de iureiur. Secundò,quando iuratur aliquid, quod est in se veniale.22.q.4.c.fi.§.iuramentum.ibi,indigenti misericorditer non subuenire. Tertiò,quando iuratur indifferens,quod tamen ex circunstantia efficiatur mortale,vel veniale. Quartò,quando iuramentum excludit opus ex charitate fiendum,vel quòd non colat Deum. Quintò,cũ excludit opus de genere bonorum,vt cum quis iurat,q̃ nunquam erit Episcopus,vel clericus, vel monachus,de quib.dicitur.22.q.4.c.innocens.§.fi.ibi,quorum præmissæ authoritates exempla subiiciũt, dum eum qui homicidium facere, vel alimenta matri & fratribus nõ subministrare,vel in adulterio perseuerare, vel ad pacem cum aduersario non redire iuramento præstando promisit salubriori consilio illicita vota obseruare non permittuntur. Est autem id,quod iuratur aliquando vitiosum nõ in natura sui, sed ex causis extrauenientib.veluti cum aliquis post votum castitatis iurat alicui se habiturum in coniugem. Coniugem namque habere in se ipso malum non est,tamẽ huic voto pernicioſum est. Et infra,veluti dum aliquis a parentibus coactus, vt clericatus tõsuram, vel religionis vestem suscipiat, se neutrum facturũ iuramento firmauerit.Ad prædicta etiam faciunt no.85.dist.c.1.circa fi.ibi, iusiurandum præbuit nunquam se ad episcopatum accedere.& ibi est bona gl.Sextò, cum excludit opus indifferẽs pia intentione pro Deo, aut proximo faciendum. nam propter hoc non debet a talibus abstinere,vt si iurasset quòd nõ loquetur Martino, vel quòd non intrabit domum eius, vel simile, secundum Archid.22. q. 4. si aliquid. qui dicit q̃ propter tale iuramentum non debet a talib.abstinere, si velit ea facere pia intentione propter Deũ & salutem animæ,& propter scandalum proximi tollendum. Non ob.quod dicit Gratianus.22.q.4.§.fi. quia non dicit talia per iuramenta obligatoria, sed dicit nulla tamen authoritate seruari prohibetur. Item inquantum iuramentum retraheret aliquem ab opere perfectionis non esset obligatorium,alias Deus esset sibi contrarius,in quantum consulit opera perfectionis, si vellet tale iuramentum seruari.& hoc Archid.in d.c.innocens, dicit esse verum, quando implemento eius, quod impiet ex pietate

maior

maior reſultat vtilitas quàm in obſeruatione iuramenti.alias ſi non tanta,vel maior,vel etiam par,ſeruandum eſt iuramentum . Ad hoc adducit quia dupliciter fit iniuſtitia aut declinando a bono, aut faciendo malum . Sicut ergo non obligat ad faciendum malum, ita non obligat ad declinandum a bono . Sed cum in caſu noſtro propter iuramentum præſtitum nullum malum promiſſum ſit, nec ſequutum,vſq; huc,neq; ſequi ſperetur veriſimiliter aut ſuſpicetur : imò potius ſi non ſeruetur iuramẽtum ſuſpicari poteſt malum & durior ac deſperatior guerra ſit veriſimiliter ſequutura.ergo tutius eſt iu
34 ramentum ſeruare & diſpenſationem non petere. † Licitum tamen eſſet vtrique, ſponſo & ſponſæ,diuina inſpiratione ad Chriſti crucem confugere & religionis habitum pia deuotione ſuſcipere , ſi placeret , ex quo matrimonium per verba de præſenti contractum, non extitit carnali copula conſummatum,vt in c.ex publico.& in c.verum.de conuerſ.coniug. & in c.commiſſum. de ſponſ. Tunc enim præuaricatio iuramenti in meliorem exitum declinaret,& per ingreſſum religionis abſoluerentur a iuramento,vt in c.peruenit,& in c.ſicut ex literis. ext.de iureiur. Dicit enim tex.in d.c. peruenit, quod eſt tertium cap.non enim propoſitum aut promiſſum infringit,qui in melius illud commutat . Sic etiam non dicitur deierare , qui ex iuſta cauſa deſerit iuramentum.ff.qui ſatiſd. cog.l. vlti.& 22 q.4. mulier. vbi dicit tex. Augu.de bono coniugali . Mulier ſi fide coniugali violata fidem ſeruet adultero,vtique mala eſt,ſi nec adultero peior.quaſi dicat, maleſecit dimittere virum proprium & adultero adhærere & fidem promittere ab eo non recedere, ſed peius faceret, ſi dimiſſo illo adultero, ſe alteri adultero commiſceretur,ſi tamẽ pœnitentia ducta ad virum rediret fidei violatricem nullus ſanæ mentis aſſereret . Vnde ſubdit, Porrò ſi eam flagitii pœniteat , ad caſtitatem rediens coniugalem & pacta & placita adulterina reſcindat , miror ſi eam fidei violatricem vel ipſe adulter putabit. Ad prædicta etiam faciunt no.22.q.2.beatus Paulus.ibi , diuina diſpoſitione maiorib.occupatus ex cauſis quod promiſit,implere non potuit.Vbi gl.dicit. Notandum quòd ſecundum Canones excuſetur quis a iuramento propter maiora negotia , vt ext.de iureiur. c. breui. & c.querelã. Secus,ſecundum leges,quia difficultas præſtationis non reddit ſtipulationem inutilem.ff.de verb.oblig l.continuus.§.illud quoque.Vnde dicit glo.in d.c.breui, quòd difficultas excuſat a periurio per illum text.dũ dicit , niſi difficultas aliqua obſiſtat.& in c.ego N. Epiſcopus.ibi , vbi p̃peditus nõ fuero.

35 Item † neceſſitas excuſat a periurio,vt in c.querelam,de iureiur.ibi, contra iuramentum ſuum non neceſſitate, ſed voluntate, &c.ſimile.23.q.8.ſi nulla.& 50.diſtin.presbyteros.neceſſitas.n.legem non habet.de conſec.diſt.1.ſicut. & de conſec.diſt.5.diſcipulos. & ext.de furt.c. ſiquis per neceſſitatem. nam impeditis neceſſitate rei iura ſubueniunt.ff.ex quib.cau. maio.l.non.n.& ff.qui ſatiſd.cog.l.fi.vbi non dicitur deierare. Sed cum in caſu noſtro,vt patet ex ſerie contractuum,obſeruatio iuramenti non vergit in deteriorem exitum, cum nullum prædictorum contineat:nam non niſi bonum eſt in matrimonio perſeuerare cum continentia coniugali,niſi ad meliorem fugem ſtrictioris religionis alteruter , vel ambo ante copulatum matrimonium quæſiuerint aſpirare , quia tunc iuramentum in melius commutaretur , vt ſupradictum eſt . Quod ſi facere noluerint , ſeruent iuramentum, viuant continenter, vel reconcilientur, & matrimonialiter copulentur, ſeruantes continentiam coniugalem & neque diſpenſatio- 40 nem petant , nec veniant contra proprium iuramentum , & votum,vt ſolenniter promiſerunt.

Præterea prædictam q format gloſ.in c.tua nos. 2.de iure-
36 iuran.dicens,† Sed quid ſi iurauerunt ſcilicet coniuges,quòd nunquam diuerterent ſcilicet ab inuicem poſt contractum matrimonium ? eſt ne ſeruandum tale iuramentum, cum ſeruari poſſit ſine interitu ſalutis æternæ ? Dicit glo.non videtur,quia nec pœnalis ſtipulatio tenet, ſi culpa alterius diuortium factum fuerit.ff.de verb.obli.l.ſi ita ſtipulatio facta fuerit. ſicut enim libera debent eſſe matrimonia in contrahendo , ita & in diſſoluendo. C. de inutil. ſtipul. l. libera. & C.de nup.l.neque.argum.ff.de donat.inter vir. & vxo.l.ea quæ Titia.dicit glo.Io.hic arguit, ſed non determinat.Subdit Ber.in gl.prædicta. Credo quòd ſi vellent intrare religionem, quòd poſſunt,quia non debet infringere iuramentum, qui illud in melius commutat, vt in cap.3 .de iureiuran.& in c.ſcripturæ, de voto & vo. redem. & iuramentum illud benignius eſt interpretandum , vt in c.ad noſtram,3 .de iureiuran.ibi, nos iuramentum benignius interpretari volentes,ita quòd conſonet Canonicis inſtitutis.& in cap.quanto.eod.titu.ibi,interpretatio requirenda. In hoc etiam reſidet Ioan.And.in d.ca. tua nos.addens quòd idem eſſet,ſi iuſta ſubeſſet cauſa,vt puta conſanguinitas , vel aliud perpetuum impedimentum . tunc enim non obſtante iuramento alter poſſet petere diuortium , cum excepta cenſeatur ab eo cauſa legitima , quia nec contra ius intelligitur iuraſſe , vt in capitu. ad noſtram. vbi dicit tex.nec tu quando ſub præmiſſo tenore iuraſti , habebas in mente , vt propterea venires contra canonicas ſanctiones:alioquin non iuramentum,ſed periurium potius extitiſſe , nec aliqua ratione ſeruandum . In hoc etiam reſidet Domi.Anto.in d.cap.tua nos.in fi. Cum igitur in caſu prædicto ceſſet perpetuum impedimentum obſiſtens canonicis inſtitutis , ſi non intendunt pariter , vel alteruter ad religionem tranſire,ſeruent iuramentum,matrimonium non diſſoluant, diſpenſationem non petant, & motu proprio conceſſa non vtantur,nec ipſis viuentibus, aliud matrimonium per ipſos ℌi præſumãt, cum ſic promiſerint inuicem,æterno Deo vouerint,& ad ſancta Dei euangelia ſic iurauerint, ergo &c.

37 Quartò ex iure diuinali ſic arguitur . † Omne votum licitum obligat vouentem ad id , quod vouit Deo ſeruandum , Deutero. 23. Cum votum voueris , Domino Deo tuo non tardaueris reddere, quia requiret illud Dominus Deus tuus. Et ſi moratus fueris reputabit tibi in peccatum . ſi nolueris polliceri abſque peccato eris . Quod autem ſemel egreſſum eſt de labiis tuis obſeruabis, & facies ſicut promiſiſti Domi-
38 no Deo tuo & propria voluntate ex ore tuo locutus es.† Sed in caſu noſtro votum fuit licitum, cum licitum ſit matrimonium obſeruare & a lege matrimonii non recedere , cum Dominus dixerit Matth.19.Quod ergo Deus coniunxit,homo non ſeparet . Et ſi quis dicere vellet,quòd intelligitur de coniunctione per vnionem corporum, vt ſint effecti vna caro per copulam coniugalem,ergo ante copulam ſeparari poteſt . Dico hoc verum dupliciter . aut per profectum, & hoc dupliciter, aut per ingreſſum religionis , aut per diſpenſationem Papæ in melius diſpenſantis. Aut per defectum.& hoc dupliciter, aut per defectum ſpiritualem, vt per infidelitatẽ, aut per defectum carnalem vt per adulterium.De primo ſcilicet per ingreſſum religionis patet in d.c.ex publico.& in ca. verum.de conuerſ.coniug.& in d.cap.commiſſum.de ſponſ. De ſecundo patet per theoricam Doct. in d. cap. ex publico.
39 de quo dicam infra in deciſione quæſtionis . † De tertio patet in cap.quanto.extra. de diuor. & in cap.gaudemus.eo.tit. & 28.quæſtio.1.ſi infidelis. & Theologi tractant in 4.ſenten. diſtin.39.nam, vt dicit Apoſto.1.Cor.7.ſi quis frater vxorem habet infidelem, & hæc conſentit habitare cum illo, non dimittat illam . Et ſi qua mulier habet virum infidelem, & hic conſentit habitare cum illa , non dimittat virum . ſanctificatus eſt enim vir infidelis per mulierem fidelem, & ſanctificata eſt mulier infidelis per virum fidelem . Alioqui filii veſtri immundi eſſent,nunc autem ſancti ſunt.Quod ſi infidelis diſcedit,diſcedat:non eſt enim ſeruituti ſubiectus frater,aut ſoror in eiuſmodi.Vnde in d.cap.quanto.de diuor.colligit glo. verſus dicens.

Deſere ſpernentem,vel blaſphemare volentem,
Vel te credentem ſcelus ad mortale trahentem :
Nam ſunt abſque mora tunc vincula rupta priora.

Et ſic patet quòd in tali caſu conuerſus ad fidem etiam viuente vxore infideli poteſt contrahere matrimonium cum fideli,vt dicit gl.quam ſequuntur Doct.in d.c.quanto.Remanens autem in infidelitate,ſi contraxerit peccat,cum ſua culpa remanſerit infidelis , & legem matrimonii non ſeruaue-
40 rit . † Sed in caſu hæreſis tam catholicus , quàm hæreticus, vel hæretica ad ſecunda vota migrantes mortaliter peccant, nec tenet matrimonium ſuperſtite coniuge , quamuis hæretico,vel hæretica,vt in d.cap.quanto. & in d.capitu.gaudemus. de diuor. nam licet poſſint etiam pro ſpirituali fornicatione abinuicem ſeparari,non poſſunt tamen alteri matrimonio copulari durante vita coniugum,iuxta no.32.quæſt. 7.omnes cauſationes.& 28.quæſt.1.cap.idolatria.& cap.non ſolum. vbi dicit tex.qui ſimulacrum facit mechatur. & infra ſi pœnitentiam non agit , recede ab illa , & noli viuere cum illa , ſin autem & tu particeps eris cum illa eiuſdem peccati . Vbi gl.ſuper verbo, recede, dicit, hoc cap.intelligendum eſt, ſecundum Hug. de duobus fidelibus. quorum alteri , in hæreſim lábitur , inter quos ratum fuerat matrimonium , nec diſſoluitur altero labente,neq; contrahere poteſt.Sciendum tamen eſt quòd catholicus ex præcepto Eccleſiæ tenetur recedere ab hæretica vel econuerſo, ex quo hæreticus,vel hæretica in notorio crimine hæreſis perſeuerat, vt plenè not.in cap.quemadmodum.§. illud autem. ſupra de iureiur.& gloſ. ſic tenet in d.cap.non ſolum.28.quæſt.j.ſi autem velit ſe corrigere & veram agere pœnitentiam , non licet vxori virum dimittere , imò ſi dimiſerit , compellenda eſt ad virum redire , ex quo ad fidem reuerſus eſt , niſi iudicio Eccleſiæ ſepa-

rata

Source : BIU Cujas

rata religionem fuiſſet ingreſſa, iuxta not.in capit.de illa, & in capit.quæſiuit, extra de diuor.& in capit.fina.de conuerſ. coniuga.& 27.quæſt.ſecunda. Agatoſa.nam ſicut coniux, lata ſententia de adulterio contra coniugem licitè poteſt ingre
44 di religionem etiam ſi fuiſſet matrimonium per carnalem copulam conſummatum, vt in d.capitu. Agatoſa.& in d.capit. fina.de conuerſ. coniuga. ita etiam lata ſententia de fornicatione, vel de adulterio ſpirituali, ſcilicet de hæreſi & ſimilib. poteſt catholicus, qui remanſit, ingredi religionem : & poſtquam ingreſſus fuerit, vel etiam non ingreſſus, ex quo iudicio Eccleſiæ fuit matrimonium ſeparatum, non cogitur vxor ad virum reuerſum ab hæreſi remeare. Stat tamen in eius arbitrio redire, ſi vult, dummodò non ſit ligata religio-
45 ne. Et ſic debet intelligi d.capitu.de illa, in fi.cum dicit,ſi verò iudicio Eccleſiæ ab eo receſſit ad recipiendum eum,nul-
41 latenus dicimus compellendam. De quarto ſcilicet,† de defectu carnali ex adulterio patet per ſententiam Domini.Matth.19.dicentis, Quicunque dimiſerit vxorem ſuam, niſi ob fornicationem,& aliam duxerit, mœchatur: & qui dimiſſam duxerit, mœchatur: nam vt patet ex diffinitione matrimonii non debent coniuges ab inuicem diſcedere aliter quàm
42 dictum ſit. † Diffinitur enim matrimonium viri mulierisque coniunctio indiuiduam vitæ conſuetudinem retinens. 27. quæſt.2. circa princip.§. ſunt enim nuptiæ. Similis diffinitio ponitur in capit.illud. circa fin.extra, de præſumpt. & Magiſter ſentent.in 4.diſtinct.27.capitu.2.dicit,ſunt igitur nuptiæ vel matrimonium, viri mulierisque coniunctio maritalis inter legitimas perſonas indiuiduam vitæ conſuetudinem retinens. Ex qua diffinitione colligimus, quòd nec vnus vir plures vxores, nec vna mulier plures viros eodem tempore poteſt habere. nam ab origine mundi vnica mulier vnico viro legitur inſtituta, Gene.1.& 2. & in c. gaudemus, de diuor. & Dominus allegauit Phariſeis tentantibus eum, ſi liceret huiuſmodi dimittere vxorem ſuam quacunque ex cauſa dicens, Non legiſtis,quia qui fecit ab initio maſculum & fœminam fecit eos, & dixit, propter hoc relinquet homo
46 patrem & matrem & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna. Itaque iam non ſunt duo,ſed vna caro. Quod ergo Deus coniunxit, homo non ſeparet. Et dum dicitur in diffinitione, coniunctio,intellige ſcilicet animorum & matrimonialis, quia non defloratio virginitatis facit matrimonium,ſed pactio coniugalis,vt dicit Ambro.in lib.de virginib.& habetur in decretis, 27.quæſt.2.capit.cum initiatur. Contracto igitur matrimonio per verba de præſenti vita durante permanet vinculum coniugale, vt alii copulare non liceat, niſi in caſibus ſupradictis, vt dixit etiam Magiſter ſentent.vbi ſupra. Ob fornicationem igitur,ſiue adulterium ſeparari poteſt matrimonium ſcilicet quo ad thorum & habitationem ſine ſpe tamen alteri connubendi, iuxta not. 32. quæſt.1.dixit Dominus.& cap.ſi quis vxorem. & 32.quæſt.5. præcepit Dominus.& capit. Chriſtiana religio.nam de vtroque idem quia non ad imparia iudicantur, vt in dictis iurib. ſi enim vir ſciens vxorem ſuam deliquiſſe, quæ non egerit pœnitentiam, ſed permanet in fornicatione vixerit cum illa, reus erit criminis, & eius peccati particeps, vt dicit tex.in capitu. ſi vir. extra, de adulte. nam ſicut crudelis & iniquus eſt qui caſtam dimittit, ſic fatuus & iniuſtus eſt,qui retinet me
43 retricem.† Patronus eſt enim turpitudinis,qui cœlat crimen vxoris.32.quæſt.1.ſicut crudelis. Verba ſunt Ioan.Chriſoſto. ſuper Matth. vbi ſupra. Cum igitur in caſu noſtro non proponatur, vel ſupponatur aliquid de prædictis, nec quantum ad perfectum, nec quantum ad defectum. ergo ſtent in promiſſione, ſeruent votum & iuramentum & diſpenſationem non petant, ne quando iraſcatur Dominus & pereant de via iuſta. Et ſi diceretur quòd quærunt profectum per diſpenſationem, dico quòd oportet conſiderare verum perfectum publicum & nō priuatum fictum. Nam pro priuato conſtat quòd vouerunt & iurauerunt diſpenſationem non petere & votum & iuramentum non infringere ergo, &c.

Præterea,vt dicit Pſalm.75.pſal. Vouete & reddite Domino Deo veſtro. Oēs qui in cir.eius affer.munera.dicit gl.Vouete,eſt conſilium: ſed poſt votum eſt præceptum reddere: nam quod ſemel placuit, amplius diſplicere non poteſt, vt in reg. quod ſemel. de regulis iur. lib. 6. & quod a principio eſt voluntarium, ex poſt facto efficitur neceſſarium, vt in l. ſicut ab initio. C.de actio.& obliga. Vnde dicit gloſ.in d.capit. quod ſemel.pone caſum in matrimonio.32.quæſt.5. horrendus.vbi referuntur verba Ambro. in Exameron lib.4. dicentis.horrendus & incultus eſt vir,qui ſemel placuit: nunquid vir alius diligendus eſt? comparem ſuum equus diligit, & ſi mutetur alius trahere iugum neſcit compar alterius & ſe non totum putat. Tu coniugalem tuum repudias, & ſæpe putas mutandum? quaſi dicat, non cogites mutare, quod ſemel placuit. ſufficit enim ſemel conſenſiſſe. 4. diſtinct.in iſtis. 8.quæſt.2. dilectiſſimi, cum ſimilibus. † nam ſi vir iuraſſet vxori eam ſuper adulterio non impetere, vel non accuſare, tutius eſt hoc caſu propter iuriſiurandi religionem vir accuſare deſiſtat vxorem ad diuortium celebrandum, quanquam eam denunciare poſſit ad pœnitentiam peragendam, vt in capit.quemadmodum.in fi.extra,de iureiuran.Sed cum non minus obliget votum quàm iuramentum, ergo attendant qui vouerunt & iurarunt quod in prædicto pſalmo ſubiungitur. Terribili & ei qui aufert ſpiritum principum,terribili apud reges terræ. quaſi dicat, † qui vouent & non ſeruant, incident in terribile iudicium ſummi Dei. Vnde dicebat Apoſto. ad Hebræ. 10. Terribilis eſt autem quædam expectatio iudicii & ignis æmulatio, quæ conſumptura eſt aduerſarios. Et infra,horrendum eſt incidere in manus Dei viuentis.Et Salom.Prouerb.20.dicit,Ruina eſt huiuſmodi deuotare ſanctos, & poſt vota tractare. quaſi dicat, Qui vouet & non ſeruat, ſui ruinam expetit. Simile Eccleſiaſtes 5. Si quid vouiſti Domino, ne moreris reddere:diſplicet enim ei infidelis & ſtulta promiſſio: ſed quodcunque voueris redde. multo melius eſt non vouere quàm poſt votum promiſſa non reddere. Et Eccleſiaſtici 5.dicitur: Deus enim vindicans vindicabit, ne dixeris peccaui, & quid accidit mihi triſte. Altiſſimus enim eſt patiens redditor. De propitiatu peccatorum noli eſſe ſine metu, nec adiicias peccatum ſuper peccatum, & ne dicas, miſeratio Dei magna eſt, multitudinis peccatorum meorum miſerebitur: miſericordia enim & ira citò ab illo proximant. Et in peccatores reſpicit ira illius. non tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem. Subito enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ diſperdet te. ergo qui vouerunt, reddant, ne diſperdat eos Dominus in æternum. Nec parum videatur quod vulgo dicitur, Votum occultum non ſeruatum, ſolum Deum habet
46 vltorem. † nam cum ſimplex votum apud Deum non minus obliget quàm ſolenne, vt in capit.rurſus. extra, qui cler. vel vo. Ita enim mortaliter peccat qui frangit votum ſimplex, ſicut qui frangit ſolenne. Vnde dicit gloſ.in d.capit.rurſus. in verbo,non minus, id eſt, non minori tempore, quia vtrunq; in perpetuum obligat & vtriuſque fractio eſt mortale peccatum. ergo qui vouit, reddat.17.quæſt.1.§.1.& in capitu.magnæ,extra.de voto. In caſu verò noſtro,quanquam non fuerit votum occultum, ſimplex tamen ſimpliciter cenſeretur, quia non de illis caſibus, qui declarantur pro voto ſolenni, in cap.quòd votum.de voto,lib.6.Conſideret quiſque mortalis, ſi quod ſibi promittitur non ſeruatur, an ſibi placeat, vel diſpliceat? Conſideret & ad præſens qui quærit,an liceat ſibi diſpenſationem petere,num gratum ſibi ſit ſi nō ſeruantur ſibi promiſſa. Parati ſunt enim gladii ancipites in manibus miniſtrorum Domini ad faciendam vindictam in nationibus, & increpationes in populis ad alligendos reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis. Pſal.149.Dies autem Domini exercituum,dies vltionis,vt ſumat vindictam de inimicis ſuis. deuorabit gladius & ſaturabitur & inebriabitur ſanguine eorum. Ierem. 45. Inde dicit Apoſto.2.Theſſalo.1. in flamma ignis dantis vindictam his, qui non nouerunt Deum & qui non obediunt Euangelio Domini noſtri Ieſu Chriſti. Conſideret quiſque iudicium Dei ſuper Lamech & progeniem ſuam, qui primus fuit præuaricator legis matrimonii & duas ſimul vxores ſibi primitus copulauit,Gen.4.ſed ipſe cum vxorib.& deſcendentibus ab eodem periit ſub diluuio. Fugite ergo a facie gladii,quoniam vltor iniquitatum gladius eſt, & ſcitote eſſe iudicium, Iob 19.Deus æmulator & vlciſcens, Dominus vlciſcens Dominus & habēs furorem, vlciſcens,Dominus in hoſtes ſuos, & iraſcens ipſe inimicis ſuis. Naum. 1. & infra, Dominus in tempeſtate & turbine viæ eius,& nebulæ puluis pedum eius, ante faciem indignationis eius quis ſtabit? & quis reſiſtet in ira furoris eius? Indignatio eius effuſa eſt vt ignis & petræ diſſoluæ ſunt ab eo. Et Sapien.5.dicitur. Et accipiet armaturam zelus illius, & armabit creaturam ad vltionem inimicorum, induet pro thorace iuſtitiam & accipiet pro galea iudicium certum. Sumet ſcutum inexpugnabile æquitatem: acuet autem iram diram in lanceam & pugnabit cum illo orbis terrarum contra inſenſatos. Ibunt directè emiſſiones fulgurum & tanquam habenæ curuato arcu exterminabuntur & ad certum locum inſilient, & a petroſa ira plenè mittentur grandines, & ſcandeſcet in illos aqua moris & flumina concurrent duriter, contra illos ſtabit ſpiritus virtutis & tanquam turbo uenti diuidet illos & ad eremum per-

Source : BIU Cujas

ducet omnem terram iniquitatis illorum & malignitas euertet ſedes potentium.Et Iſa.13.Vlulate,quia prope eſt dies Domini,quaſi vaſtitas a domino veniet.propter hoc omnes manus diſſoluentur,& omne cor hominis tabeſcet,& conteretur.torſiones & dolores tenebunt, quaſi parturientes dolebunt,vnuſquiſque ad proximum ſuum ſtupebit, facies combuſtæ vultus eorum.Ecce dies Domini veniet,crudelis & indignationis plenus & iræ furoriſq; ad ponendum terram in ſolitudinem, & peccatores eius conterendos de ea. Non ergo parum ſibi videatur, qui ſolum Deum habet vltorem, quia terribilior eſt vltio Dei quam totius orbis terrarum & vniuerſæ creaturæ, cum omnia moueantur ad nutum eius. ergo, &c.

Pro deciſione huius tenebroſi nemoris ac ſiluæ condenſæ ſpiritus ſancti lumine deducente, priuſquam reſpondeam
47 ad quæſtionem dicam, † an in tali caſu Papa poſſit diſpenſare & ſoluere matrimonium non carnaliter copulatum. Cum enim matrimonium præcepto Dei perfici cenſeatur, qui auctor & inſtitutor extitit matrimonij:non eſt, inquit,bonum hominem eſſe ſolum,faciamus ei adiutorium ſimile ſibi,Gene.2.ad quæ faciunt no.26.diſt.deinde.& Chriſtus dixit Mat. 19.Quod Deus coniunxit, homo non ſeparet. ergo videtur quòd Papa non poſſit diſpenſare contra legem Dei. Dicunt tamen plurimi quod Deus coniunxit,ſcilicet copula carnali, vt in c.debitum.ext.de biga.27.quæſt.1.in omni.& c. quapropter. Hinc Alan. & Vinc. dixerunt Papam poſſe diſpenſare, quia matrimonium non conſummatum ſortitur vinculum ex conſtitutione eccleſiæ. Ideo circa illud latiſſimè poteſt officium iudicis. Vnde dicunt quòd etiam poſſet Papa ſtatuere,quòd primum matrimonium non conſummatum diſſolueretur per ſecundum conſummatum. Secus dicunt de primo conſummato, quia illud ſortitur naturam & vinculum a Domino.Ideo ſola interpretatio circa illud pertinet ad Papam,non autem diſpenſatio, vel cõtraria conſtitutio,de quo agitur in cap.fin.de ſpon.duo.D.Antonius de Butr. in cap.ex publico.de conuerſ.coniug.in vlt.quæſtio.dicit Pet.recitare, quòd cum de facto Princeps quidam hoc caſu peteret diſpenſationem, vt poſſet contrahere cum alia, dimiſſa prima non cognita,Papa reſpondit ſibi hoc fieri non poſſe, & princeps reſpondit allegando dictum Vincent. quòd Papa poſſet diſpenſare, quia matrimonium non conſummatum voluntate contrahentium & iuſta cauſa interueniente etiam ex ordinata poteſtate Papa poteſt diſſoluere. Reſpondit Papa,Maledictus qui te docuit.neſcitur tamen,ſi tunc Papa diſpenſauit. Doctores tamen primò impugnant rationem in quantum dicit quòd matrimonium non conſummatum nititur ex cõſtitutione eccleſiæ, & conſummatum authoritate Dei. matrimonialis enim ꝯiunctio, quæ eſt eſſe matrimonii,differt a copula & corporum coniunctione, ſicut eſſe & operari.Sed operatio rei dependet ab ipſius eſſe. ergo a quo dependet
49 eſſe,& operatio. Et ſic matrimonium ratum pendet a conſtitutione eccleſiæ,ergo & conſummatum, ſicut nec conſummatum.Item ante incarnationem Chriſti erat matrimoniũ, verum ſacramentum.de diuor.cap.gaudemus. & capi. quanto. & tunc conſummabatur per copulam, ſic hodie, ergo non potuit effectum ſortiri ex conſtitutione eccleſiæ, quæ nondum erat. quinimò plus eccleſia videtur firmari ex matrimonio,quam matrimonium ab eccleſia, vt patet ex ſignificatis, de quibus in capitu.debitum, de bigam. & ideo dicit Hoſtien.quòd non matrimonium, ſed ratificatio matrimonii firmatur conſtitutione eccleſiæ propter virtutem baptiſmi, quam virtutem ratificationis, quæ eſt quòd alter altero viuente non poteſt contrahere,poteſt Papa tollere, vel circa ipſam in aliquibus diſpenſare,vt in d.c.quanto.de diuor.Conſummatio verò matrimonii procedit a iure naturali, Inſtitu. de iure natur.in princip.& conſiſtit in facto,quod ex quo factum eſt, nequit non fuiſſe. ff. de cap. l. in bello. §. factæ. 32. quæſtio.5.ſi Paulus. Miratur tamen Hoſtien.quod ex decretali,quanto, de diuor. colligitur quòd ratificatio ſit fortior quam conſummatio. & dicit quòd huiuſmodi iuris eſt alia ratio,ſcilicet diuina reuelatio, per quam facta eſt hæc conſtitutio, vel interpretatio ad exemplum Sãctorum,hoc eſt dicere, quia in cap. verum, de conuerſ. coniug. decidit Alex.III.
48 † quòd poſt legitimum conſenſum de præſenti licitum eſt alteri altero etiam repugnante eligere monaſterium, ſicut Sancti quidam de nuptiis vocati fuerunt, dummodo carnalis commixtio non interuenerit inter eos, & alteri remanenti, ſi commonitus continentiam ſeruare noluerit, licitum eſt ad ſecunda vota tranſire : quia cum non fuiſſent vna caro ſimul effecti, ſatis poteſt vnus ad Deum tranſire & alter in ſæculo remanere. intellige & cum altera contrahere,vt in dicto cap. ex publico.nam primi matrimonij vinculum ſoluitur per ingreſſum monaſterij,vt in Authen.de ſanct.epiſ.§ ſi verò conſtante adhuc matrimonio.collatio.9. Et dicit Hoſtien quòd prædicta conſtit.vel interpretatio appellatur primo per Apoſto.dicentem, ſi infidelis diſcedit, diſcedat.1.Cor.7.ſecundo propter fauorem Dei,de quo in dicto capit. quanto.extra de diuort.Et dicit, quod hoc facere videtur potius diuina conſtitutio,& quod idem dici poterat ſine ſubtilitate ratificationis, quia quantum ad ipſam, poterat Papa diſpenſare quicquid placet, per quæ dicit Hoſtien. ſponſos de præſenti ante carnalem copulam poſſe inuicem ſe diſſoluere authoritate Papæ, ſicut & ſponſi de futuro, vt in capitu. ſecundo. extra, de ſponſal.& eſt ratio, quia ibi ante copulam poteſt interuenire actus contrarius per diſſenſum mutuum, non autem per diſſenſum alterius tantum, quod non poſſet eſſe poſt copulam,& ſic poſſet intelligi capi.primum. de regulis iuris.vbi dicit Ioan. Chriſoſt.omnis res per quaſcunque cauſas naſcitur, per eaſdem diſſoluitur.ad quod.ff. de regulis iuris. l.nihil tam naturale.glo.tamen dicit in dicto capit.primo. fallit hęc regula in matrimon. quod ſolo conſenſu contrahitur. 27. quæſtio.2.ſufficiat.ſed ſolo diſſenſu non diſſoluitur. 32. quæſtio.7.licite.Sed certè capitu. licite,loquitur de matrimonio conſummato, ſed ob cauſam fornicationis ſeparato. & dicitur ibi quod manet vinculum prioris matrimonii, itaq; non licet aliud matrimonium contrahere viuente coniuge. Et ſic poteſt dici ad glo.aliud eſſe in matrimonio non conſummato & mutuo conſenſu authoritate Papæ diſſoluto. Et intelligit Hoſtien. de poteſtate Papæ abſoluta, non autem de ordinata, niſi alia cauſa ſubſit. non enim fit hoc etiam ſine cauſa, vt dictum eſt, ideſt quia non debet diſpenſari ſine cauſa.

Per hoc dicit etiam,probabiliter dici poſſe, quod cum certa impedimenta reſtringenda & laxanda introduxerit eccleſia.de conſanguin.& affinit.non deber.& cap fi.potuit etiam hoc ſtatuere,ſcilicet de vnius profeſſione & de alterius ɔtractu.Et ſi quæritur, vnde veniat tanta poteſtas eccleſiæ,remittit ad not.in c 1.2.& 3.de tranſ.prælat.& ſic potuit, dicit ipſe, etiam de poteſtate ordinata circa matrimonium hanc conſtitutionem facere.ad hoc faciũt no. 17. q. 2.quãquam.quia cũ per id deſignetur charitas, quæ conſiſtit in ſpiritu inter Deũ & animam iuſtam,vt in d.c.debitum,de bigam.non eſt abſurdum, ſi talis poſſit religionem intrare, per quam id ſignificatum non minuitur, ſed augetur, nec violat votum qui commutat in melius,vt in c.ſcripturæ.extra de voto.ad quod deſignandum glorioſa Virgo Maria, licèt fuerit ſponſa Ioſeph, attamen vero Deo matrimonialiter iuncta fuit. 27. q. 2. ſed quæritur.& c.ſeq. Vnde circa non conſummatum matrimonium poteſt eccleſia ſtatuere quicquid placet,duntamen ſubſit cauſa iuſta,& hoc voluit finis c. ex publico, dum intelligit
49 de matrimonio conſummato.Dicit tamen ipſe Hoſt.† ꝙ non expedit Papę circa hoc,vt multum laxet habenas,nec eſt etiã tutum,vt patet in c.fi.de ſponſa duo.& in ca.fi. de tranſ. & in c.fi.de frig. & malefi.in matrimonio autem cõſummato hoc fieri non poteſt, quia per ipſum repræſentatur conformitas carnis inter Chriſtum & eccleſiam, vt in d.c.debitum, de bigam quæ nullatenus rumpi poteſt.Et dicit Hoſt.ꝙ ſi per religionem matrimonium conſummatum rumpi poſſet, hæc conformitas violaretur, & innueretur quod expectaretur alia fides, & alia eccleſia quam Chriſtus ſibi copularet & diſpenſaret,quod falſum eſt.Et prædicta ſequitur Hoſt. in ſumma,de conuerſ.coniug. §. fi. ver.ſed quare mag.Dicit tamen D. Ant. quod Papa iuſta cauſa intercedente matrimonium perfectum ante copulam carnalem poſſet voluntate contrahentium ſeparare etiam ex ordinata poteſtate cauſa ſubſiſtẽte legitima,ſecundum Hoſt.& hoc dicit ſe de facto conſuluiſſe.Dicit tamen prædicta procedere, quando alter coniugum intrat religionem & profitetur omnia ſubſtantialia regulæ. Vbi autem promitteret caſtitatem tãtum etiam reſpectu regulæ approbatæ, tunc non ſoluitur matrimonium etiam copula non conſummatum,vt no.Innoc.in cap.fraternitatis.de frig.& malefi.in gl.ſuper verbo, alioquin.vbi dicit Innoc. Ex hac decretali ſatis manifeſtè colligitur ꝙ etiam ſi mulier vouerit ſolenniter, & etiam conſentiente viro,& quod plus eſt, etiam ſi vir nupſit poſt votum vxoris, niſi mulier poſt votũ ingrediatur,tamen matrimonium prius contractum reintegratur,ſicut hic plenè probatur. Ad prædicta ſatisfacit ca.ex parte.2.de conuer.coniug.vbi eſt caſus ad literam in fi. capit. dum dicit tex. porrò licèt prædicta mulier videatur in veli ſuſceptione religionis habitum aſſumpſiſſe, ſi tamen velit in domo propria remanere, quaſi propoſitum caſtitatis in ſeculo ſeruatura, nihilominus conſummandum eſt

matri-

Source : BIU Cujas

matrimonium iam contractum, nisi se voto astrinxerit ad obseruantiam regularem. in quo casu compelli potest, vt relicto seculo religionis propositum exequatur. Sed certè
50 †quamquam graue sit ponere os ad cœlum, vt in c. in tantũ, 21. di. attamen cum reuerentia dicam semper me subiiciẽdo nedum sacrosanctæ ecclesiæ sed etiam iudicio saniori cuiuscunque rectius sentientis. Da mihi casus similes sic expressos in iure, vel etiam non expressos, dummodo in veritate sint omnino similes, vt de infidelitate & religione, & dicam Papam posse etiam altero inuito per dispensationem matrimonium separare. Et si in casu sic absolutè proposito tanta fit disceptatio, quid igitur sentiemus in casu nostro? quid ue consulendum, cum promissum iuratum & votatum sit æterno Deo, nunquam dispensationem petere, & etiam pro
51 prio motu concessa nunquam vti? Certè†quamquam sciam & confitear causa subsistente legitima, Papam absoluere posse & a voto, & a iuramento. 15. quæstio. 6. authoritatem. & capitu. alius. & capitu. nos sanctorum. & capitu. iuratos. & in capitu. ex multa. & in capit. primo. extra de voto. & 82. distinctio. presbyter. in glo. & ita. & in cap. veniens. & in capit. non est, extra de voto. & per Archidiac. 27. quæstio. 1. sciendum. & per Ioan. Andr. in dicto capitu. primo. de voto. & per Do. Anton. de Butr. in capitu. quanto, de iureiuran. attamen de plano concesso, quod Papa possit ex iusta causa dispensare, absoluere, vel commutare in maiori vel pari bono, nam in eo quod sumitur votorum dispensatio pro iuris relaxatione, non dicitur habere locum dispensatio, quia quòd per votum factum Deo ab illo, qui est liberæ potestatis in vouendo, vouens remaneat obligatus, hoc est de iure diuino. Papa autem secundum quosdam, ius diuinum relaxare non potest. Sed in eo quòd dispensatio votorum sumitur pro iuris declaratione Papa potest interpretari & declarare ius diuinum. Ricard. tamen in 4. distinctio. 38. articu.
52 9. quæstio. 1. dicit, † Mihi videtur quòd omne votũ quod est de his, quæ sunt supererogationis, dispensabile est, quia dispensationis in quolibet tali voto potest causa rationabilis inueniri, scilicet profectus maioris boni vel vitatio mali, siue per comparationem ad rem publicam, siue per comparationem ad vouentem. Reformatio enim pacis inter regna maius bonum est communitati quam continentia vnius personæ: quia vt dicit Philosophus. j. lib. Ethic. amabile est bonum vni soli. melius enim & diuinius genti & ciuitatibus. & hoc tenet Innocent. & Ioann. Andr. post ipsum in capitu. cum ad monasterium. de statu monach. & plenius Ioann. Andr. in capitulo, semel Deo. de regulis iuris. in Mercuria. libro sexto. Vnde in tali casu boni publici, communiter tenetur, quòd Papa possit dispensare etiam cum monacho expresse professo, vt possit recipere vxorem, quamquam B. Thom. aliter dixerit. 2. 2. quæstio. 88. articu. 11. quia non considerauit hoc maius bonum publicum. Et ideo tali casu excepto tenenda esset sententia Thomæ, videlicet quòd quando continentia est specialiter annexa ei, ad quod votum solennizatur, vt in religioso, quia illud quod semel sanctificatum est Domino, non potest in alios vsus commutari. Leuit. vlt. & in d. reg. semel Deo. & sic Papa nullo modo possit dispensare, vt in cap. cum ad monasterium, in fi. sed si non est essentialiter annexa, vt in sacerdote & aliis sacris ordinibus, cum tali Papa posset dispensare, non tamen sine iusta causa, quia hoc est prohibitum. 1. quęstio. 7. tali. & cap. & si illa. & supra de electionib. innotuit. §. multa, & §. fi. nam sine causa dispensando quòd constitutus in sacris contraheret matrimonium peccaret mortaliter Papa hoc faciendo & is, cum quo dispensaretur, argumen. 40. distinctio. si Papa. & in dicto capitulo, cum ad monasterium, in fi. sequeretur enim decoloratio ecclesiæ manifesta, quæ est protinus euitanda. 1. quæstio. 7. & si illa. & ibi bona gl. vbi autem licitè dispensatur, si persona, quæ continentiam vouerat nubat per obedientiam Domini Papæ, tunc sua obedientia magis esset sibi meritoria quam continentia quantum ad præmium substantiale, vt dicit Ricar. vbi supra. Vitatio etiam communis mali, vt vitatio discordiæ inter regna quæ sunt in pace, & vitatio probabilis transgressionis voti, si probabilitas sit vehemens, possunt esse rationabilis causa dispensandi in quocunque supererogationis voto. Aliter enim non video quin obligatio pro charitate facta quandoque contra charitatem militaret. Et si dicis quòd hoc non esset per se, sed per accidens, scilicet propter infirmitatem personæ, hoc non obstat. Recta enim ratio dictare videtur aliquem esse loco Dei in ecclesia, qui periculis communitatum & personarum pensatis infirmitatibus & damnis possit
53 rationabiliter obuiare. Et dico rationabiliter, † quia vbi non esset rationabilis causa dispensandi, si dispensaretur non esset dispensatio, sed dissipatio, secundum Bern. 3. de considerat. ad Eugen. hoc etiam sentit Thom. 1. 2 quæstio. 97. articu. 4. dicens quòd dispensatio propriè importat cõmensurationẽ alicuius communis ad singula. Vnde & gubernator familiæ dispensator dicitur, inquantum vni cuique de familia cum pondere & mensura distribuit & operationes & necessaria vitæ. sic igitur in quacunque multitudine ex eo quæritur aliquid dispensare, qui ordinat qualiter aliquod commune præceptum sit a singulis adimplendum. Contingit autem quandoque, quod aliquod præceptum, quod est ad commodum multitudini, vt in pluribus non est conueniens huic personæ, vel in hoc casu, quia vel per hoc impeditur aliquid melius, vel etiam induceretur aliquod malum. Periculosum autem esset vt hoc, iudicio cuiuslibet committeretur, fortè propter euidens & subditum periculum, vt supradictum est. & ideo ille qui habet regere multitudinem, habet potestatem dispensandi in lege humana, quæ suæ authoritati innititur, vt scilicet in personis, vel casibus in quibus lex deficit, licentiam tribuat, vt præceptum legis non seruetur. Hinc dicit Apostolus 1. Corint. 9. dispensatio mihi credita est. & 1. Corint. 4. dicit, sic nos existimet homo, vt ministros Christi & dispensatores ministrorum eius. hic iam quæritur inter dispensatores vt fidelis quis inueniatur. si autem absque ratione pro sola voluntate licentiam tribuat, aut erit infidelis dispensator, aut imprudens. Infidelis quidem, si non habeat intentionem ad bonum commune. Imprudens autem, si rationem ignoret dispensandi propter quod dicit Dominus, Lucæ 12. Quis putas est fidelis dispensator & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam, vt det illis in tempore tritici mensuram? Vbi dicit Theophi. quasi dicat, prædicta parabola, scilicet de aduentu filii hominis communiter omnes fideles attingit. Sed quid vobis Apostolis & Doctoribus conueniat audiatis. Quæro etiam, quis dispensator inueniatur in se habens fidelitatem & prudentiam. sicut enim in dispensationibus facultatum siue aliquis incautus sit fidelis domino existens, siue etiam prudens sit, sed infidelis, disperdunt res domini. Sic & in verbis diuinis opus est fidelitate & prudentia, & Ioan. Chrisost. dicit. Quærit autem hoc dominus non quasi fidelem & prudentem dispensatorem ignorans, sed volens innuere raritatem rei & huius præsulatus magnitudinem. Et ne fortè putares prædicta verba Thomæ referri solummodo ad dispensationem legis humanæ, dico quòd ipse idem Thom. hoc idem sentit de dispensatione voti, quod refertur ad legem naturalem & diuinam. Dicitur enim Leuit. 27. animal, quod immolari potest Domino, si quis vouerit sanctum erit, mutari non poterit, nec melius malo, nec peius bono. Hinc dicit 2. 2. quæstio. 88. art. 10. dicens, quòd quamuis implere votum sit de lege naturæ, & sit præceptum legis diuinæ, tamen dispensatio voti intelligenda est ad modum dispensationis, quæ fit in obseruantia alicuius legis: quia vt supradictum est, lex ponitur respiciendo ad id, quod est vt in pluribus bonum. Sed quia contingit huiusmodi in aliquo casu non esse bonum oportuit per aliquem determinari in illo particulari casu legem non esse seruandam. Et hoc propriè est dispensare in lege: nam dispensatio videtur importare commensuratam quandam distributionem, vel applicationem alicuius communis ad ea, quæ sub ipso continentur, per quem modum dicitur aliquis dispensare cibum familiæ. Simile autem est de eo, qui vouet, quia quodam modo sibi statuit legem obligans se ad aliquid, quod est secundum se bonum, vt in pluribus, tamen potest cõtingere quod in aliquo casu sit, vel simpliciter malum, vel inutile, vel maioris boni impeditiuũ, quod est contra rationem eius quod cadit sub voto, vt ex supradictis patet. Et ideo necesse est, quòd determinetur in tali casu votum non esse seruandum. & tunc dicitur esse dispensatio voti. si autem per hoc, quòd seruandum erat aliquid aliud imponitur dicitur commutatio voti. Vnde minus est votum commutare, quam in eo dispensare. Vtrunque tamen in potestate ecclesiæ consistit. & ead. quæst. articu. 12. in fi. dicit, Quia summus Ponti. gerit plenariè vicem Christi in tota ecclesia, ipse habet plenitudinem potestatis dispensandi in omnibus dispensabilibus votis. aliis autem inferioribus prælatis committitur dispensatio in votis, quæ communiter fiunt & indigent frequenti dispensatione, vt habeant homines de facili ad quem recurrant, sicut sunt vota peregrinationum & ieiuniorum, & aliorum huiusmodi. Vota verò maiora, puta continentiæ & peregrinationis terræ sanctæ, & similia, summo Pontifici reseruantur. Hoc idem sentit D. Bonauent. in 4. Sentent. distinctio. 38. articu. 2. q 2. & 3. dicit enim in 3. q. ꝙ dispensatio dicitur dupliciter. vno modo iuris relaxatio, alio mõ iuris declaratio. Et ꝯ. dicit,

Source : BIU Cujas

quia Papa eſt immediatus omnium prælatus, & ad ipſum ſpectat omnium ordinatio, maximè quantum ad ea, quæ ſunt ſupererogationis. Et quia omnium voluntates, eius ſubſunt authoritati & diſpoſitioni, & nullum votum aliter debet emitti, niſi cum hac conditione, niſi Dominus Papa de vouente aliter duceret diſponēdum. Et iſto modo Papa poſſet diſpenſare etiam inquantum diſpēſatio dicit iuris re axatio. Alii tamen dicunt ꝙ hoc non eſt in eius poteſtate, quia obligatio voti pendet ex iure diuino & naturali. & iō non poteſt diſpenſare niſi ſecundum ꝙ diſpenſatio eſt iuris declaratio. Et hæc poſitio, dicit ipſe, eſt rationabilior & ſecurior, & quia magis per ipſam conſcientiæ ſatisfit, & ſequitur, Ad intelligentiam huius eſt notandum ꝙ ius obligationis voti conſtituitur ex duplici iure naturali. Ex hoc ꝙ homo debet eſſe verax in promiſſo, & ex alio ꝙ nihil debet homo promittere, niſi ſalua ſua ſalute & diuinæ maieſtatis honore. Ergo ex iure naturali eſt, quòd quis per votum impediri non debet, quin facere poſſit ſibi vtilius & Deo acceptabilius. Et ideo in omni voto, quod recipit recompenſationem melioris boni, ſeu ſimpliciter, ſeu pro loco & tempore Dominus Papa, cuius eſt dilucidare ius, poteſt diſpenſare, & in hoc communiter oēs conueniunt, ſed diuerſificantur poſtmodum in diſpenſando.

Aliqui enim dicunt, ꝙ non eſt aliquod votum, quod pro loco & tempore non recipiat recompenſationem, ideo nullum votum eſt, in quo non poſſit Papa diſpenſare. Vnde dicunt quòd voto, vel bono continentiæ præfertur bonum vniuerſalis eccleſiæ, vt pax: & ideo in voto continentiæ, de quo minus videtur, poteſt fieri diſpenſatio, vel ſimpliciter vel ad tempus, ſicut etiam aliquando factum eſt, vt de Rege Portugalliæ, &c.

Alii verò dicunt, quòd votum continentiæ non recipit recompenſationem, quia non eſt digna ponderatio continentis animæ. Eccle. 26. Glo. tamen & Poſtillatores ibi intelligunt de ponderatione rei temporalis, cuiuſcunque valoris ſit, ſed Innocen. & Ioan. And. intelligunt de lucro ſpirituali pro conuerſione multitudinis infidelium, vel ne fidelium multitudo diuerteret a fide Chriſti, niſi talis monachus eorum regimen obtineret, vxoremq; reciperet & prolem dimitteret in regimine ſubditorum. hi tamen, qui abſolutè intelligunt, dicunt in omnibus aliis Papam poſſe diſpenſare, præterquam in ſolenni voto continentiæ.

Tertii dicunt, quòd perfectioni religionis, quę conſiſtit in imitatione Chriſti, nihil poteſt æquari, nec pro illa recompenſari. & illa ſubſtantialiter conſiſtit in triplici voto, ſcilicet obedientiæ, paupertatis & continentiæ. & ideo in his tribus dicunt Papam non poſſe diſpenſare. Perfectio enim conſiſtit in aſſimilatione ad Chriſtum, maximè ſicut dicit Auguſt. in lib. de vera relig. Et quia in nullo tantum aſſimilatur homo Chriſto, ſicut in his, nihil poteſt hæc tria recompenſare homini, quoniam recompenſatio non tantum aliorum reſpicit bonum, verum etiam & vouentis, quoniam Deus vult quòd magis ſit vnuſquiſque ſollicitus de ſua ſalute quam aliorum. Quæ autem iſtarum trium opinionum ſit verior, dicit D. Bonauent. fateor me neſcire, & ſatis poteſt quælibet ſuſtineri, ideo nullam aſſero. Si quis tamen velit hanc vltimam acceptare, non occurrit ei inconueniens manifeſtum vt dicatur, quia nec in omni, nec in nullo, ſed in quodam ſic, & in quodam non. & ꝫ. dicit, ad illud quod obiicitur, ꝙ in voto continentiæ poteſt cadere neceſſitas & communis vtilitas. quia dicit Ber. ꝙ ibi locum habet diſpenſatio, vbi cadit neceſſitas, vel communis vtilitas. Sed poſſibile eſt, ꝙ aliquis ex defectu mulieris incurret periculum mortis, ſicut dicitur de Rege Ludouico: & poſſibile eſſet ꝙ omnes moriantur, qui poſſunt generare, ſolo eo remanente, qui vouit, & remanente ipſa mu- 54
liere. Ergo ſi neceſſitas eſt conſeruationis ſpeciei in caſu iſto poſſet contrahere. Item poſſibile eſt ex matrimonio dari pacem eccleſiæ, quæ eſt communis vtilitas: ſed communis vtilitas præferenda eſt bono priuato, ergo &c. Reſpondet D. Bonauent. ꝙ non cadit neceſſitas cum certitudine reſpectu infirmitatis, quia nunquam eſt infirmitas, a qua non poſſit qs niſi per coitum liberari. Nō cadit neceſſitas reſpectu ſpeciei, quia nunquam erit aliquis ſolus. Non cadit nec eſt ibi maior vtilitas facientis, quia commutat meritum centeſimi fructus in meritum triceſimi. Præterea ſi hoc totum eſſet, adhuc eēt incertum, quia neſcitur vtrum infirmus coitu ſanaretur: neſcitur vtrum ex coitu aliquis generaretur: neſcitur etiam vtrum ex matrimonio pax reformaretur, & non eſt dimittendum certum pro incerto. ergo non valet argumentatio. Hæc Bonauentura.

Conſidero igitur quòd vndique bella fremunt, vndique dubitatio ſurgit: nam in eo quòd votum emiſſum eſt de non contrahendo cum alio, vel cum alia, viuentibus coniugibus antedictis: cui dubium, ꝙ ex hoc tacitè inſurgit votum continentiæ temporalis: ergo qui talia dubia nouerit eñodare tam faciliter ex charitate ſoluat, doceat, inſtruat & declaret. ſto autem ſimpliciter cum his, qui tenent Papam poſſe diſpenſare vbicunque diſpenſatio dicitur iuris declaratio in prætactis votis & iuramentis. Præſuppoſito igitur & conceſſo, quòd in caſu noſtro eo modo, quo ſupradictum eſt, Papa poſſit diſpenſare. Reſtat igitur reſpondere, an licitè peti poſſit diſpenſatio, cum promiſſum, votatum, atque iuratum fuerit non petere, neque vti.

Ad q. igit principalē sēper ſupernæ lucis radio peroptato diuinæ ſapientiæ refulgentis, ad correctionem omnium melius ſentientium, ſi mei ingenii puſillitas non me turbat, videri mihi dixerim rem ita dubiam, vt ad id quod tutius eſt pro æterna ſalute ſit potius animus inclinandus & non abſolutè per modum petendæ diſpenſationis, ſed conſultè per modum denunciationis ac poſtulandæ declarationis ad ſummum Pontificem recurratur, vt tanquam fidelis & prudens ac pius pater familias cunctorum Chriſti fidelium, quid facto ſit opus cenſeat, prouidereq; dignetur de remedio oportuno. Ardua ſiquidem eſt cauſa, & non modici ponderis, ſed grauoſa, tam quo ad æterna, quam quo ad temporalia, reſpiciens animarum multarum corporumque ſalutem, ac ſtatus, honores, dignitates & facultates atque diuitias nobilium & ruralium plurimorum. Ergo vbi maius periculum, ibi cautius eſt agendum, vt in capit. vbi periculum, de electionib. lib. 6. vbi Greg. X. dicit, vbi periculum maius intenditur, ibi proculdubio eſt plenius conſulendum. ad idem 42. diſtin. quieſcamus. vbi referuntur verba Chriſoſtomi ſuper epiſto. ad Hebr. dicentis, Si ſacerdotem ſe nominet, ſcrutare: non enim ſine periculo in talibus indiſcuſſa communicatio eſt, circa maiora periculum vertitur: nam in magnis rebus diligentior eſt facienda diſcuſſio. 61. diſtinctio. miramur. & 7. quæſt. 2. capit. fina. facit ff. ad Carbon. l. 1. §. 1. nam quamquam ſummo Pontifici motu proprio diſpenſanti ex mandanti dicerem non fore licitum calcitrare: attamen & ſemetipſo & ſua ſpontanea voluntate petere illum, qui promiſit, iurauit, & vouit æterno Deo nunquam petere, nec vti conceſſa, non dicerem eſſe tutum, cum talis promiſſio iuramentum & votum in regiſtro ſummi iudicis non dubitetur eſſe deſcripta, & in armario tribunalis eiuſdem huius obligationis chirographum reconditum diligenter. Hinc dicit Ioan. Apoc. 20. Et vidi mortuos magnos & puſillos ſtantes in conſpectu throni, & libri aperti ſunt, & iudicati ſunt mortui ex his, quæ ſcripta erant in libris ſecundum opera ipſorum. Et Dan. 7. Iudicium ſedit & libri aperti ſunt. Et infra, & iudicium ſedit, vt auferatur potentia & cōterantur, & diſpereat vſq; in finem. Regnum autem & poteſtas & magnitudo regni, quæ eſt ſubter omne cœlum, detur populo ſanctorum Altiſſimi, cuius regnum ſempiternum eſt, & omnes reges ſeruient & obedient ei. Ergo reges terræ nolite errare: Deus enim non irridetur, omnia autem nuda & aperta ſunt oculis eius, dicit Apoſto. ad Hebr. 4. Cuncta nanque nouit ille, qui nihil ignorat, vt in cap. nouit, de iudic. nam in eo caſu, quo vtilius eſt animæ vouentis talem diſpenſationem non petere, quam petere obligatus eſſet ad non petendum: quia ſi aliquis vouet aliquid, quod in vno caſu poteſt eſſe vtile ad ſalutem, & in alio caſu inutile, obligatur ad obſeruationem voti in illo caſu, in quo eſt vtile ad ſalutem, quamuis non in illo, in quo eſt inutile ad ſalutem, niſi fuerit intentio vouentis, quòd ſi non obligatur in omni caſu, non obligetur in aliquo, vt dicit Ricar. in 4. ſenten. diſtinct. 38. art. 9. quæſt. 3. vbi formatur in terminis quæſtionem, † an votum de nunquā petendo a Domino Papa diſpenſationem in aliquo voto, ſit obligatorium. Et notandum quòd intelligit titulum quæſtionis vniuerſaliter, ſcilicet vt in nullo voto petatur diſpenſatio. & ideo reſpondet quòd tale votum non eſt vniuerſaliter obligatorium, quia materia voti obligatorii non tantum debet eſſe licita, ſed etiam vtilis ad ſalutem. Quædam enim licita ſunt, quæ tamen non ſunt vtilia ad ſalutem, ſed ſunt indifferentia. Vnde Apoſt. 1. Corint. 6. dicit, omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt. ſed nunquā petere diſpenſationem a Domino Papa non eſt aliquid vtile ad ſalutem: imo quandoque multum expedit petere: & ideo nunquam petere non eſt conueniens materia voti, & per conſequens tale votum non eſt vniuerſaliter obligatorium. & poſtmodū ſubdit quod dixi, qñ vtilius eſt animæ vouentis nō petere, &c. Sed cū in caſu noſtro materia voti ſit licita, quia licitum eſt in matrimonio perſeuerare, cum ſiniſtrum aliquod non obſiſtit, vt fornicatio ſpiritualis, vel corporalis: vel ſi deſtrum vtilius nō occurrat, vt tranſitus

ad re-

Source : BIU Cujas

ad religionem,de quibus extitit ſupra dictum.Eſt etiam materia vtilis ad ſalutem, quia vtile eſt continentiam obſeruare quouſque matrimonium copuletur, & poſtmodum vtile eſt etiam obſeruare de communi concordia, vt dicit Apoſto. 1. Cor.7. Ergo cum obſeruantia talis voti & iuramenti poſſit eſſe vtilis ad ſalutem, diſpenſatio non petatur,ſed denunciatio non negatur,ſicut in ſimili dicimus de eo, qui iurauit vſuras ſoluere, vel ſolutas non repetere,vt in c.debitores.& c.ſequ. & in capit.ad noſtram.2.ext.de iureiur. poteſt tamen denunciare eccleſiæ etiam ſi iuraſſet ſe non denunciaturum, quia tale iuramentum illicitum eſſet: nam ſeruare tale iuramentum eſſet contra charitatem, cum Deus dicat Matth. 18. ſi peccauerit in te frater tuus,&c.ſubdit,dic Eccleſiæ.de quo ſatis agitur.2.q.1. ſi peccauerit. Similiter ergo licita eſt in caſu noſtro denunciatio, ſed non eſt tuta diſpenſationis poſtulatio.Et ſi qui vellent rigoroſè inſiſtere, quòd præfatæ obligationes in caſu noſtro nō tenuerint, quaſi contra libertatem, & contra bonos mores, ſupereſt etiam aliquid reſpondere. Sed diligenter attendant noſtri conſulentes, quod vouerunt & iurarunt etiam ſponte conceſſa diſpenſatione, vel abſolutione non vti,&c.

Ad primum ergo reſpondeo, quòd quamuis libertas arbitrii etiam in contrahendo matrimonium ſit de iure naturæ, ſcilicet ex ratione proueniente in coniunctione animorum, nec condecens ſit animos violentare, dico quòd in caſu noſtro nulla violentia illata eſt animis contrahentium, cum habuerint principium voluntarium, procedens ab intrinſeco libero motu cordis, ad quod firmandum interpoſitæ ſunt promiſſiones, iuramenta & vota æterno Deo, quæ potius ſunt ſecundum bonos mores, quam ſint contra. Bonorum quippe morum eſt in matrimonio licitè contracto indiuiduam vitæ conſuetudinem retinere, vt ſupradictum eſt ex theorica præfati illuſtr.Doct.D.Ant.de Butr.in d.capit.Gemma. de ſponſ. Patet enim expreſsè matrimonium iuramento firmari, vt in capit.ex parte.de ſponſ.& in cap.ex literis.eo. titu. vbi nedum matrimonium iam contractum, ſed etiam de futuro contrahendum adeo firmatur iuramento,vt compellatur qui iurauit matrimonium contrahere, vt promiſit,
55 vt patet in fi.capit.dum dicit Alexand. III. Quia igitur prædicto G.periculoſum eſt contra ſuum iuramentum venire, fraternitati tuæ mandamus, quatenus ſi hoc tibi conſtiterit, eū moneas.& ſi non acquieuerit monitis, eccleſiaſtica cenſura compellas, vt ipſam niſi rationabilis cauſa obſtiterit in vxorem recipiatur, & maritali affectione pertractet. Non eſt ergo contra bonos mores, quod eſt canonica deciſione ſancitum.Nec obſtat cap.requiſiuit,eod. titu.quia,vt dicit ibi glo. & Innocen.intelligitur tex.cum dicit potius, ideſt prius monenda, & poſtea cogenda propter iuramentum ſuum. Similis expoſitio. 23. quæſt.4. non inuenitur.in fi. dicit etiam glo. in d.cap.ex literis.2.ſuper verbo,moneas,Arg. quòd admonitio ſemper debet præcedere vindictam.12.quæſt.2. indignè. & in cap.ſacro.de ſenten.excommunicat.Goffre.in d. capitu. requiſiuit, dicit quòd ſi vterque conſentit, ſe poſſunt abſoluere,vt in cap.præterea.1.de ſponſ.ſi aliter diſſentit, prius eſt monendus & demum cogendus,vt in d.capi.requiſiuit, et in d.cap.ex literis. 2. & hoc re permanente in eodem ſtatu. ſed ſi alter contraheret per verba de præſenti, ſoluta eſſent priora ſponſalia, nec cogeretur, imo abſolueretur etiam a iuramento impoſita ſibi pœnitentia de fide mentita. Vnde in ca. ſicut ex literis,eod. titu. vbi eſt caſus ſatis notabilis de prædictis,& in fine deciditur quòd ſi quis cum duabus ſucceſſiuè appoſito iuramento cum vtraque ſponſalia contraxerit de futuro,iuramentum primum ſicut licitè factum eſt ipſum obſeruare cōpellas,de ſecundo ei pœnitentiam iniuncturus.Patet ergo quòd tale iuramentum non eſt contra bonos mores,& per conſequens nec votum, ex quo ab eccleſia toleratur, & iurans compellitur obſeruare. Ad cuius intelligentiā
56 ſciendum eſt,ſecundum Archid. 1. diſt. mos eſt, †quòd mos moris eſt quædam lex viuendi nullo vinculo aſtricta, ſiue lex non ſcripta,ſed tantum vſu æui retenta. Vnde mos eſt, quod in ciuitate ſolet fieri. Vel ſecundum Iſid. 5. Ethimolog. Mos eſt vetuſtate probata conſuetudo,ſiue lex non ſcripta,ſecundum Papiam. Et idem ponit Hugutio, ſcilicet quòd mos ſumitur pro cōſuetudine,vt talis mos eſt in Hiſpania,ideſt talis conſuetudo:& iſte ſequitur morem ſuæ patriæ, ideſt conſuetudinem. Sed certè patet quòd conſuetudo regionum non præiudicat matrimonio ſi interſint ſubſtantia & forma,vt ſupra dictum eſt in primo argu. ad quod nunc facta eſt reſponſio,nam mala conſuetudo eſt extirpanda,quia tanto grauiora ſunt peccata, quanto diutius infelicem animam detinent alligatam,vt in c.fin. de conſue.nam conſuetudo, quæ ſacris eſt canonibus inimica,tanquam corruptela, dicitur extirpanda,vt in capit.cum venerabilis.de conſuetud.& in cap.penul. eodem titu Item mos ſumitur pro virtute hominis, vt dicit Archid vbi ſupra, vnde in plurali hanc propriè ſignificationem habet, vt pro virtute ſumatur, vt iſte habet bonos mores,& propriè dicitur de bono viro: vnde maligni mores,non ſunt mores,ſed vitia,vt dicit idem Archi. ſecundum Hugut. & Catholicon. Ad quod ſatis faciunt no.6. diſtinct. his ita reſpondetur.ibi,ſunt enim in lege quædam moralia,vt non occides, &c. ſubditur, moralia mandata ad naturale ius pertinent, atque ideo nullam mutabilitatem recepiſſe monſtran-
57 tur.ſic ergo patet,†quòd mores referuntur ad diuina præcepta moralia,quæ continentur Deuteronom 6. & Exo. 20. ad quod 32.quæſt.7. quid in omnibus. Vnde dicit Archidiac in d. §. his ita reſpondetur, ſuper verbo, mutabilitatem. Quædam enim præcepta, quæ non erant de decem, vt de matrimonio contrahendo.27.quæſt.1.nuptiarum bonum, in prin. ſublata ſunt. vbi Auguſt. dicit, Nuptiarum bonum ſemper quidem eſt bonum,quod bonum ſemper in populo Dei fuit. Sed aliquando fuit legis obſequium. Dicit gl. ſcilicet quando frater in veteri teſtamento debebat ſuſcitare ſemen fratris. 8.quæſt. 1. olim. & ſpecialiter erat præceptum. Et de talibus dicit Archid ſublata ſunt. Quædam ſunt ampliata, vt de non dimittenda vxore,niſi ob fornicationis cauſam,quæ fornicatio ampliata eſt, quia intelligitur etiam de ſpirituali fornicatione contra fidem.28. quæſtio. 1. idolatria. Quædam etiam ſunt diminuta,vt illud, Non occides. diminutum eſt in Iudice 23.quæſtio.1.quod culpatur. & cap.militare. & 23. quæſt. 2.Iudex.& ca.Dominus Deus noſter.Quædam etiam diſpenſationem admittunt, vt in voto & iuramento & decimis. Lauren.& Archid.vbi ſupra. Patet enim quòd prædictæ promiſſiones, iuramenta, & vota virtutibus,bonis moribus,præceptiſque moralibus non obſiſtunt, cum nihil contra virtutes, nihilque contineant vitioſum. & ſic contenta in primo argumento nihil obſtant.

Ad ſecundum argum.de iure ciuili reſpondeo,primo ad l. ſi ita ſtipulatio facta fuerit, quæ dicit quod contenti eſſe debemus pęnis lege compræhenſis:quod dico verum eſſe in caſu illius legis, ſcilicet ſi culpa alterius diuortium factum fuerit, dari centum: nam tūc, cum ſtaret lex diuortij, non erat condecens arctari partes ad diuortium non petendum ſub aliis pęnis quam lege compræhenſis. hodie autem, quia ſublata eſt lex diuortii, niſi in caſibus iure expreſſis, vt pro fornicatione & ſimilibus in tantum ſtare poſſumus determinationi illius legis,in quantum ſacris canonibus non repugnet. Repugnaret autem, ſi vellet nedum pecuniariam obligationem,ſed etiam iuramentum & votum, ex quibus obligatio fit ad Deum,infringere & annullare,quod minimè ſuum eſt, quia ſuperioris legem inferior tollere non præſumit. ff. ad Trebellian. l. ille a quo. §. tempeſtiuum. nam ſi par in parem non habet imperiū.ff.de arbi.l.nam & magiſtratus. multomi nus inferior in maiorem. nam contra naturam eſt vt ſeruus tollat legem domini ſui. ff. de pact. l. ſeruus. ff. de verborum obliga.l.ſeruus vetante domino. ff. de iureiur. l. ſi ſeruus.& l. quanto magis. cum ſimil. ſic ergo ius diuinum per humanū tolli non poteſt,nec ius canonicum per ciuile. nam, vt dicit Imperator,Noſtræ leges non dedignantur ſequi ſacras & diuinas regulas,vt in Auth.vt cler.apud pro. epiſ. in fi. collat.6. & quotidie dicitur, Non dedignantur leges ſacros canones imitari, vt in c.clerici ext.de iudic.ſatis faciunt not per Bald. in auth.ad hæc.C.de vſur.& per Innocen.in c. quia plerique, in fi.de immun.eccleſ.

Præterea prædicta l.ſi ita ſtipulatio facta fuerit, nihil obſtat, quia non ſumus in caſu illius leg.cum in noſtro contractu nulla pęnalis pecuniaria obligatio ſit appoſita, quæ dicitur bonis moribus improbata,vt in præall.l neque.C.de nup. & idem dico ad omnes leges ſimiles ſuperius allegatas, videlicet ad l fi.C.de nup.& ad l.2.C.de inuti.ſtipu.quæ dicit libera matrimonia eſſe antiquitus placuit: ideoq; pacta, ne liceret diuidere non valere:& ſtipulationes,quibus pœnę irrogarentur ei qui diutius feciſſet ratas non haberi conſtat: nam illa l. ſicut l.ſi ita ſtipulatio facta fuerit, non poteſt habere locū hodie, in quantum repugnat diuinæ legi dicenti, quod dominus coniunxit,homo non ſeparet,Matth.19. Et in quantū repugnat ſacris canonibus qui diuortium hodie nō permittūt, niſi vt ſupra dictum eſt ob fornicationē & ſimilia.32.q.5.præcepit Dominus.& tribus c.ſeq.& 38.q.1.idolatria.non.n homo ſeparat,quos pœna dānat,quos reatus accuſat, quos maleficium coarctat.33.q.2 quos Deus. Lex namque ciuilis cōſiderat mores hominum ſecundum antiqua tempora ante Chriſti incarnationē. & iō in matrim. refert ad legē pagano rū:ius aūt canonicū ꝓſiderat medullitus legē Chriſti,quæ eſt honeſtior & perfectior. Vnde dixit,Matth.5.Non veni legem

Source : BIU Cujas

ſoluere,ſed adimplere.Et ꝯ.niſi abundauerit iuſtitia veſtra, &c.nam qui tunc videbantur boni mores,vt petere diuorriū ex lege Moyſi, Deut.24. hodie videntur & iudicantur enormia & nefanda.Vnde dixit Dominus Math.19.Moiſes ad duritiam cordis veſtri permiſit vobis dimittere vxores veſtras. & ꝯ.quicūque dimiſerit u.n.ob ſo. & a. d.me.& qui di.d.mec. ergo leges ciuiles ſunt hodie in talib.obſeruandę,nec in aliis, quæ obuiant canonicis inſtitutis.10.di.lege Imperatorum.ergo,&c.dicit.n.gl.in d.c.lege Imperatorū.ſuper verbo, lex humana,vt habes 27.q.2.Sunt qui dicunt religionis cā coniugia debere diſſolui.dicit gl.prędicta.ſed mirum eſt ꝙ Iuſtinianus, cum fuerit valde catholicus Imperator, qualiter iſtud ſtatuerit cōtra legem Domini. Quòd ſtatuerit, patet in l.conſenſu. C.de repud.Reſp.gl.ſed dic,vt quidam dicunt, ꝙ ignoranter fecit,& ideo veniam meruit.8.di. conſuetudo. vel errauit,ſicut probatur 26.di.c.1.vel ideo permiſit hoc vt grauiora vitarentur,ſicut permiſit vſuras,vt vitarent rapinas. Sic cōiugia permiſit diſſolui, vt vitarent vxoricidium.33.q.2.ſi quid verius. Ecce igitur ſolutum eſt cathenoſum vinculum præfatæ l.libera,& ſimil. Et ſic clarè patet ꝙ nihil obſtāt. ergo ſeruēt noſtri Conſulentes quantum voluntariè promiſerunt.Arch. in d.c.l.Imperatorum, ſuper ver. humana, dicit ꝙ illa l. eſt in Auth.de nup.§.diſtrahuntur,& fit mentio de ea in l.Deo nobis.j.reſp.C.de epi.& cle.ſed corrigitur in Auth.vt liceat matri & auiæ.§.quia verò,ſecundum Hugol.& Laur.Videbatur
58 enim quædam pia deciſio,† vt etiam matrimonium copulatū religionis cauſa ſolueretur etiam altero inuito, quod tamen ius canonicum non admittit,vt in c.ex publico, & in c.verū. de conuer.coniug.& 27.q.2.ſi quis coniugatus.& c.Agathoſa.Vnde etiam gl.in Auth.de monac.§. ſi autem vxorem habens,dicit pro certo ponit ꝙ pōt eam relinquere. quod eſt verum ſecundum leg.ſed ſecūdum can.non poteſt,ſi cognouerit eam carnaliter, niſi & illa voueat caſtitatem. ſi aūt non cognouerit poteſt,vt ext.de conuer.coniug.ex publico.Iura autem quæ allegant Laur.& Hug.modicum faciunt ad prædicta.ſufficiat tamen ſcire ꝙ ius canonicum corrigit ius ciuile in matrimoniis & vſuris, & in multis aliis,quæ diuinæ legi repugnare noſcuntur pertinentia ad ſalutem: nam ſecūdum ll. puella rapta nō poterat contrahere matrimonium cum ſuo raptore.C.de rap.virg.l.unica.De iure autem canonico bene poteſt.de raptor. c. fi. Item ſecundum leges licet ſoluto tenere concubinam etiam ex nouiſſimo iure Iuſtiniani, vt in Auth.quib.mod.natu.effic.ſui. §.ſi quis autem.ſed ſecundum Deū etiam ſimplex fornicatio mortale peccatum eſt. 1. Cor. 6.cum multis concord. &c. Et idem dico ad omnes leges ſimiles ſuperius alleg. videlicet ad l.fin. C.de nup.& ad l.2 C.de inutil.ſtipul quæ volunt ꝙ libera ſit facultas contrahēdi atq; diſtrahendi matrimonii: nam in caſu noſtro libertas contra-
61 hendi vel diſtrahendi matrimonii in caſib. canonica ſanctione permiſſis nullū patitur detrimentum:imo promiſſio votū & iuramentum quæ continentur in noſtro cōtractu ex cordis abundantia proceſſerūt ad exprimendum tanto feruentius ſpontaneam voluntatem & cordis intentionem quā ꝑm ptè quamq; hilariter & liberè ad prædictū matrimonium accedebant, vt quam perfectè poſſent medullitus cordis intima mutuo denudarent, ſicut legimus de Aſſa Rege & populo Iſrael.2.Paral.15.ibi, & intrauit ex more ad corroborandū fœdus, vt quærerent Dominum Deum patrum ſuorum in toto corde & in tota anima ſua. Et ꝯ. iuraueruntq; Domino voce magna in iubilo & in clangore tubæ, & in ſonitu buccinarum omnes, qui erant in Iuda cū execratione. In omni.n. corde ſuo iurauerunt, & in tota voluntate quæſierunt eum, & inuenerunt.Intendentes.n.noſtri contrahētes intima cordis exprimere,vt ex eorum matrimonio non tantum fierent vna caro,ſed etiam cor vnum & anima vna,vt dicit Luc.Act. 4. Multitudinis autem credentium erat cor vnum & anima vna, ſcilicet vnione voluntatum & animorum promittunt, iurant,& vouent in hac vnione voluntatum,& matrimoniali vinculo vita comite permanere, & matrimonium aliud nō contrahere.ergo nihil obſtat.

Ad l.generaliter, quæ dicit,turpes ſtipulationes nullius eē momenti,reſpondeo nihil obſtare noſtro propoſito, quia in noſtro cōtractu nulla turpis ſtipulatio eſt appoſita,cum ad nihil aliud tendatur,niſi ad firmitatem matrimonii,& ſic etiam dico ad l.ſtipulatio hoc modo concepta, cum in caſu noſtro nulla ſtipulatio interuenerit contra bonos mores, quia nec contra virtutem aliquam moralem, nec contra aliquod morale præceptum quicquam extitit intentatum.

Ad l.Titia,idem reſpondeo,quia in caſu noſtro nulla eſt pecuniaria pœnalis obligatio, neque ſtipulatio contra bonos mores, cum non ſit contra bonos mores promittere iurare & vouere in mrimonio pſeuerare, iuxta ltimas ſanctiones.

Ad l.ſi ſtipuler, dico ꝙ in noſtro contractu nihil eſt promiſſum, ꝙ natura fieri non concedat,vel ꝙ ſit impoſſibile obſeruari,aut ꝯ bonos mores, vt dictum eſt, ergo nihil obſtat.

Ad tertium Argumentum,ſecundum ius canonicum, dico ꝙ c.Gemma,ſimiliter non obſtat, quia in caſu noſtro, vt dictum eſt, nulla pecuniaria pęnalis obligatio interuenit: ergo nullum impedimentum præſtitum eſt libertati contrahē
59 di matrimonia:† ſi quidē libera debēt eſſe.ſ. ab omni coactione,vt in c.cum locum.de ſponſ.& in c.veniens,& in c.conſultationi,in fi.eo.ti.ſed in caſu noſtro nulla coactio interuenit, vt clarè poteſt ex contractib. apparere, quod ſi allegatur per alterutram partium,qui ponit, probet, cū alias in iudicio nō credat,vt in c.j.ext.de ꝓbat.& 6.q.vlt.actor.& ſic nihil obſtat, quin quod promiſerūt noſtri ꝓtrahentes debeant obſeruare.

Ad quartum Argu. ſecundum ius diuinale reſpondeo, ꝙ Deus dedit homini liberum arbitrium ad eligendum bonū,
60 vel malum pro libito voluntatis.vnde diffinitur,† liberum arbitrium eſt facultas rationis & voluntatis, qua bonum eligit gratia aſſiſtente,vel malum eligitur gratia deſiſtente, vt in 2. ſent.di.24. Ad contrahendum ergo matrimonium libera voluntas requiritur. ſed poſtq liberè cōtractum eſt quod libuit promittere,libeat obſeruare. Hinc dixit Dominus Math.19. quod Deus coniunxit,homo non ſeparet.& Apoſt. 1.Cor.7. his aūt qui matrimonio ſunt iuncti præcipio nō ego, ſed Dominus vxorem a viro non diſcedere: ꝙ ſi diſceſſerit manere innuptam, aut viro ſuo reconciliari,& vir vxorem non dimittat.& ꝯ.Mulier alligata eſt legi quanto tempore vir eius viuit. ꝙ ſi dormierit vir eius liberata eſt a lege,cui vult nubat tm in dño. Nullum ergo ꝑiudiciū libero arbitrio irrogat ſm ꝓpriū ſuū eē ex ꝯctu mrimonii, qa ita remanet libera volūtas ad eligēdū bonū,vl malū poſt ꝯctū mrimoniū,ſicut añ.ergo, &c.

Ad id,qđ dixit Dominus Petro,Quodcunque ligaueris, & quodcunque ſolueris,&c.iam ſupra reſponſum eſt in prin.de ciſionis.Aliud eſt.n.quærere,an Papa poſſit diſpenſare:aliud, an ille,qui promiſit,iurauit, & vouit diſpenſationem & abſolutionem non petere,licitè poſſit petere? De poteſtate Papæ ſufficiat me remittere ad ea,quę ſupraſcripſi.De licititate aūt petendi diſpenſationem,vel abſolutionem in caſu præfato, q vult potius oculos ad Deum dirigere, q ad paganorum leges inclinare,& conſcientiæ ſecuritatem quærere,quam ad placita animum relaxare,quod tutius eſt ſequetur, & mecum ſentiet, vt per viam conſultationis & denunciationis potius ad ſummum Pontificem recurratur,quam per viam petendę diſpenſationis vel abſolutionis:nam etiam vbi non eſt promiſſum,nec iuratum,nec votatum, non petere diſpenſationem, vel abſolutionem tutius eſt primo petere abſolutionem a parte quam a prælato,vt no.D.Ant.in c.j.de iureiur. alle.ff.de ſeruit.ruſt.præd.l.quidam Iberus. Subdit D.Ant. † ſed hodie iuramenta fortius roborantur, quia iurant nō repetere abſolui,nec aliquam querelam, aut ꝙrimoniam ſuper his deponere.& hoc caſu nō eſt tutum remedium, niſi ꝙ officio iudicis iudex prouideat:quia licet repellatur pars,nō repellitur iudex principaliter ex officio intendens correctionem peccati, per c.ad noſtram.2.de iureiur.ſubdit,Eſt & remedium denuncia tionis,quia illud non pōt excludi iuramento ēt dato ꝙ ſpecificè iuraret nō denunciare,vt in c.quemadmodum, de iureiur.ad hoc qđ no.15.q.6.authoritatem.qa nō poſſet ſeruari ſine interitu ſalutis æternæ, & periculo animæ cōfratris, vnde poterit denunciare.Et aduerte,dicit ipſe, quia dupliciter pōt venire denunciādo.ſ.per viā denunciationis euangelicæ, vel iudicialis:& tunc haberet ſeruare formam monitionū, de qbus Math.18.Si peccauerit in te frater tuus,&c.& 2.q.1.ſi peccauerit. Pōt etiam venire per viam cuiuſdā intimationis, vt iudex videat peccatum,& ꝙ ex officio emendet. Et in hac dicit ipſe, non credo neceſſariam monitionem. De hoc tamen dicam in vlt.q.yidelicet,an proteſtatio ſit neceſſaria, &c.

Ad id, quod dicitur ꝙ etiā de iure diuino matrimonia debent eſſe libera, dico ꝙ libera debent eſſe a coactione voluntatis,vt ſupra dixi.& no.gl.in c.Abbas. de his quæ vi. & 33.q. 5. notificaſti. & in aliis iuribus ſuperius allegatis. ſed in caſu noſtro nulla coactio interuenit,ergo nihil obſtat.

Ad argumenta pro alia parte nō expedit particulariter ad ſingula reſpondere,quāmaximè quę pro concluſione faciūt: ſed ad duo, quæ plurimum videntur obſtare, vt l. pacta quæ contra.C.de pact.& c.non eſt obligatorium.de reg.iur. lib 6. Reſpondeo, ꝙ lex illa nihil obſtat, quia in noſtro contractu nihil eſt contra legem, nec contra bonos mores, ſumendo mores eo modo,quo apud Chriſticolas ſumi debent,vt ſ. dictum eſt. Et ſi quid poſſet intelligi contra mores, tollatur illud tanquam inutile,& remaneat quod eſt vtile,quia non debet vtile per inutile vitiari,vt in reg.vtile,de reg. iur. lib.6. & 3.q.9.pure.Patet.n.ſatis per ſupradicta, ꝙ votum & iuramentum

Source : BIU Cujas

tum non sunt contra bonos mores, & iuratum est, & votatum, non petere dispensationem. ergo,&c. Idem dico ad c. non est obligatorium, quia in casu nostro iuramentum non est præstitum contra bonos mores,quia non contra aliquam virtutem,vel contra moralia præcepta.ergo non obstat. Nã, vt exemplificat glo.in d.ca.non est obligatorium, satis patet quod intelligit, regulam loqui de bonis moribus quantum ad adhęsionem virtutum & fugam vitiorum,cum dicit ꝙ nõ valet pactum ꝙ futurus dolus non præstetur. ff. de reg. iur. l. contractus quidam.ver.excepto.& sic non valeret iuramentum.Item in eo,qui iurauit patrem occidere, vel simile quid facere.22.q.4.c.1.& per totum.Simile in eo, qui iurauit vxorem & filios expellere,vt in c.Quintauallis.de iureiur.Nõ est enim institutum iuramentum, vt sit iniquitatis vinculum. 17.q.4.inter cætera.ergo in iniquitate non vinculat,nec ligat. & ita intelligitur prædictum c.non est obligatorium. Quam regulam etiam in mercurialib. intelligit Io.An.in prohibitis propter sui turpitudinem.In prohibitis verò fauore personę, iuramentum illius, cuius fauorem respicit, facit valere quod non valebat,secundum Dy. vt in auth. sacramenta. C.si adu. vend.& in c.2.de pact.lib.6.& in c. 2. extra, de iureiur. Sed in casu nostro votum & iuramentum de non petendo dispensationem,aliquam turpitudinem non includunt,ergo seruãda, cum votum & iuramentum ad Deum principaliter dirigantur,vt dictum est,& satis tractat Tho. 2. 2. q. 88.& 89.& in 4. Sent.dist.38.

Præterea si dicimus ꝙ iuramentum & votum prædictum infringat libertatẽ matrimonii, & per consequens sint cõtra bonos mores, pari modo dicamus, ꝙ non posse contrahere in secundo gradu consanguinitatis,vt inter consobrinos, infringit libertatem matrimonium contrahendi, cum de iure diuino ex lege Mosaica sic concedatur, Leuit. 18. hoc idem seruant leges humanę: nã filius vnius germani potest contrahere matrimonium cum filia alterius germani,Insti.de nupt. §.inter eas.C.de nup.l. nemini. sed de iure canonico nequaquam contrahere possunt,nisi altera pars transcenderit quartum gradum,secundum computationem ecclesiæ, vt in ca. non debet,& in c.fi.de consang.& affin.& id est in affinitate. Imo plus ꝙ citra quartum gradum incluſiuè contrahentes excommunicationem incurrunt ipso facto, vt in c.eos,qui. de consang.& affi.in clem.ergo in his standum est iuri canonico & non ciuili,10.dist.l.Imperatorum.

Præterea etiam de iure ciuili ostendo,magis videri contra libertatem matrimonii,quod deciditur de filiofa.q̃ iuramẽtum vel votum v.g.ius ciuile decidit filiumfa. non posse contrahere matrimonium nisi præcedat iussus parentis, Insti.de nupt.in prin.& dicitur ibi, ꝙ hoc & ciuilis & naturalis ratio suadet.ergo filiusfam.priuatur libertate contrahendi matrimonium. Sed patet ꝙ hoc non est de iure mero naturali, cũ aliæ nationes ius patriæ potestatis non attendant,sed Romani tantummodo,vt Insti.de pat. potest. circa princ.ergo dicã talibus quod Christus dixit Pharisæis, quare vos transgredimini mandatum Dei propter traditiones vestras, Math. 15. nam magis obligatur quilibet Deo quam patri, iuxta illud Act.5.obedire oportet Deo magis quam hominibus.ergo si non est contra libertatem & contra bonos mores non posse contrahere sine consensu,vel iussu patris, multominus est cõtra bonos mores non posse contrahere contra votum & iuramentum,& sic dispensationem non petere,& cõcessa nõ vti.

Prętera magis videtur impedire libertatem prohibitio de cognatione lega.& de cognatione spirituali,q̃ votum & iuramentum quæ sponte præstantur, & talis prohibitio non dicitur contra libertatem, vel contra bonos mores, vt patet ex decisione iuris,ext. de cog.lega.& de cognat. spir. ergo, &c. Idem dici potest de ordine sacro, cum in veteri testamento non prohiberetur sacerdotib. contrahere matrimonium q̃q̃ certa regula daretur,ne duceret scorta,&c.Leuit.21.Et tamẽ ius canonicum prohibet sub anathemate ipso facto, vt in ca. eos.qui.de consan.& affi.in cle.& talis prohibitio non est cõtra libertatem,nec contra bonos mores,ergo.&c. Imo intelligitur tacitè vouisse eo ipso ꝙ sacrum ordinem suscipit,& sic tenentur seruare continentiam ex præcepto ecclesiæ.32.dist. in prin.& c.subdiaconib.& c. erubescant. ad quod 27. q. 1.vt lex continentiæ.& in c.vt clericorũ mores.de vi.& ho.cler.si ergo non dicitur contra libertatem & contra bonos mores talis prohibitio,multo minus,&c.

SVMMARIVM.

1 *Dispensatio a summo Pontifice, an de honestate & conscientia salua peti possit.*

2 *Honestatem magis quam iuris rigorem in matrimoniis contrahendis ecclesia considerat.*

3 *Honestate etiam a licitis abstinendum.*

1 AD secundam quæstionem,†qua quæritur,an de honestate,& salua conscientia dispensatio peti possit? Respondeo, retentis terminis antedictis in prædenti quæstione, ꝙ ii non de iure licitè peti potest dispensatio, ergo minus de honestate.Nam,vt dicit gl.4.di. erit autem lex honesta.In iure non tam desideratur iustitia q̃ honestas.35.q.3.c.porrò.

2 †Videmus namq; clarè, ecclesiam considerasse magis honestatẽ,q̃ iuris rigorem in matrimoniis ꝯhendis,vt si inter pueros septennes ꝯcta sunt sponsalia, oriatur publicę honestatis iustitia,quæ nedum impediat matrimonium ꝯhendũ cũ aliqua persona de consanguinitate alterutrius sponsi, vel sponsæ vsque ad quartum gradum incluſiuè,sed ẽt si post ortã publicæ honestatis iustitiam ꝯctum fuerit matrimoniũ per alterutrum sponsorum cum aliqua persona de alterius consanguinitate vsque ad præfatum gradum ẽt si per mortẽ alterius sint sponsalia dissoluta, matrimonium nihilominus dirimatur,vt in c.iuuenis,& in c.sponsam.extra,de sponsal. Quanto magis ergo in casu nostro,vbi ꝯctum est matrimoniũ per verba de præsenti inter personas habiles & legitimas ad mrimoniũ ꝯhendũ,honestati repugnat,si ꝯ tales promissiones votis & iuramentis tã solẽniter roboratas dispensatio & absolutio postuletur: &,vt cum reuerentia loquar,titubo ne fortè quodam diuino secreto iudicio hæc scandala orta fuerint,ex prõptitudine & fauore,vel fortè nimia importunitate aliã dispẽsationẽ protinus obtinẽdi,vt obtenta præsupponitur,& narratur:ergo a simili,si alia postulent similia vel maiora,possent scandala successiuis tporib.euenire, vel in ipsismet petentib. vel in posteris pro tempore descendentib. ab eisdem.

Præterea præsuppositio, sed non concessò aliter q̃ supradictum sit, ꝙ de iuris rigore q̃maximè ciuilis dispensatio peti posset, quantum congruit honestati ꝙ de tanto principe de facto saltem diuulgetur periurium,fędifragium, sacrilegiũ & votifragiũ ꝯmisisse, ex quib.signa de facto ꝯsueta infamiã de decus & opprobria fallacis hois p̃dicãtia nõ voce, sed ostẽtationib.ꝯsuetis ꝑ violata fide nõ dico laudãdo,sed potius vitu perãdo depicta pateãt in plateis, cũ qua ẽt ꝯsciẽtia peti poterit dispẽsatio ꝑ eũ,qui se ꝑpria voce ne peteret pœnis inferna lib.ꝯdẽnauit,cũ nõ simus in casu,quo dici possit votum & iuramentum non posse seruari sine interitu salutis æternæ. Vincat igitur saltem zelus honestatis passionem animi perturbati quocunque respectu, & expectãs expectet Dominum & intendat sibi & dabit Dominus his quoque finem.nam cum placuerint Domino viæ hominis, inimicos eius cõuertet ad

3 pacem,& ille Rex sapientissimus inquit,Prouer.16.†Oportet enim propter honestatem ẽt a multis licitis abstinere.11.q.1. aliud.Hinc dixit Apost.1.Cor.6. Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt.omnia mihi licent,sed ego sub nullius redigar potestate. Et quantum debeat famæ conseruatio virtualiter peroptari, testatur idem Apost.1.Cor.9.dicens,Bonum est.n. mihi magis mori,quã vt gloriam meam quis euacuet. Hinc August.dicit in Sermone de communi vita clericorũ, Nolo vt aliquis de vobis inueniat male viuendi occasionem. prouidemus.n.bona,vt ait Apost.2.Cor.8.non solum coram Deo,sed etiam corã omnib.hominib.Subdit Augustinus,ꝑ nos conscientia nostra nobis necessaria est,ꝑ vos fama nr̃a non pollui,sed pollere dẽt in nobis.duæ res sunt, conscientia & fama. Conscientia necessaria est tibi,fama proximo tuo,q̃ fidens conscientiæ negligit famam suam,crudelis est. 12.q.1. nolo.Hinc & Eccl. 41. dicitur, Curã habe de bono nomine, hoc.n.magis ꝑmanebit tibi, q̃ mille thesauri magni & p̃tiosi, bonæ vitæ numerus dierũ.bonũ aũt nomẽ ꝑmanebit in ęuo. Et si ad ꝯsciam reuertamur,nunquid fienda sunt mala vt veniant bona? minimè inquã,vt testatur Apost.Rom.3.hoc primũ nouerim malũ esse,non seruare iur̃m & votũ,qđ vel quæ sine interitu salutis æternæ põt & possunt ꝯmodius obseruari. Quod si non seruentur, quid boni sequuturũ sit, penitus ignoratur,cũ de futuris incerti simus, vt in c.ad nr̃am,ext.vt eccl.benefi.& 26.q.1.ꝑ totũ.Scire.n.futura solius Dei est. 26. q.5.§.1.Varius est.n.euentus prelii,& nunc hunc,nũc illũ ꝯsumit gladius,dixit Dauid ad Ioab.2. Reg. 11. Tutius est igitur tenere certũ,& dimittere incertũ,vt dicit August.de serotina pn̄a,vt refertur de pœnit.di.7.si scirẽ.Certũ est.n.ꝙ si ꝯ votũ & iur̃m petatur dispensatio,peccatũ non euaditur, sed quid inde postmodũ sequi dẽat ignorat. ergo cautius est, & honestius,vt peccatũ primitus euitet,& dispẽsario nõ petat,q̃q̃ licitè & honestè denunciatio fieri possit charitatiua monitione p̃cedente,vt s.dictũ est,& j. proximè,& in vlt. q. sum festinantius edicturus. Attendãt aũt nr̃i ꝯhentes,ꝙ se obligarũt Deo per votũ & iur̃m ẽt sponte concessa dispensatione, vel absolutione nunquam vti,quod est eis tanto subtilius intuẽdum, etiam si alias licitè fieri denunciatio concedatur.

Source : BIU Cujas

Ioan.a Capistrano, de quodam matrim.

SVMMARIVM.

1 *Dispensatio, quid & quotupliciter dicatur. nu. 3.*
2 *Dispensatio sine causa & causæ cognitione fieri non potest.*
4 *Protestatio, quid.*
5 *Protestatio, coram quo fieri debeat.*
6 *Protestatio loco petitionis cedit, & qualis esse debeat, & ibid. de denunciatione vel intimatione, & trina monitione, vel correctione. & nu. 7.*
8 *Periurare paratus, quomodo reuocandus, & indicandus.*
9 *Periurus homicidam vincit.*

1 AD tertiam & vltimam q. dico, † q̃ cum dispensatio sit quasi diuersorum pensatio, quia qui dispẽsat, diuersa pensare debet, & considerare quid magis, vel minus expediat, &
2 secundum quòd viderit expedire, sic dispensabit, vel non: † ergo patet q̃ dispensatio non debet fieri sine causæ cognitione. 1. q. 7. requiritis. §. nisi rigor, alias sumitur. § pro tempore, vbi est optima gl. & ibi Arch. dicit, q̃ cum dispensatio sit contra ius commune, est restringenda, vt ext. de cõsang. & affini. c. quod dilectio. vbi de hoc. & ibi etiam no. Innocen. & ext. de priuil. dudum. in gl. idem credunt. & c. recipimus, in gl. 1. ver. sed quæres. & ext. de donat. c. cum dilectus. in gl. vlt. & addit quod dixit. 1. q. 1. principatus. & quod no. Innocen. ext. de concess. præben. c. dilectus. & quod no. Bern. & Inn. ext. de fil. presbit. c. literas. vbi Goffr. no. q̃ priuilegium debet restringi quia odiosum est, eo q̃ detrahit iuri communi. ff. de liber. & posth. l. cum quidam. & sic intelligis prædictam decretalem, quod dilectio. Archidia. dicit q̃ si indulgentia concedatur a principe ad instantiam petentis non libera voluntate concedentis, siue indulgentis, locum habet decret. quod dilectio. arg. ff. quod quisque iur. l. 3. pro hoc optimè faciunt no. in c. si motu proprio, de præben. lib. 6. & in c. si pluribus. eod. tit. Et
3 subdit Archid. † q̃ aliquando dispensatio dicitur vsurpatio. 1. q. 7. quod pro remedio. ibi, quia aliud est ordo legitimus, aliud vsurpatio. dicit gl. id est dispensatio, vel iuris derogatio. Aliquando etiam dispensatio dicitur vulnus. 23. q. 4. ipla pietas. ver. item si inquiunt Donatistæ. Cum igitur dispensatio non debeat fieri sine causa, & sine causæ cognitione, vt in d. c. requiritis. ergo patet q̃ intendenti dispensationem petere incumbit necessario protestatio, vt possit iustificare causam, pro qua petit dispensationem, necessario dico pro congruita te legitimationis causæ suæ, vt ostendere possit legitimam causam, quæ remoueatur ad petendam dispensationem, arg. in c. 1. ext. de voto. faciunt no. 51. dist. c. 1. & c. fi. quod incipit, qui in aliquo. & 11. q. 1. ex his. nam a iure communi intuitu alicuius non est facile recedendum. 61. dist. miramur. ver. sicut enim. ibi, non. n. in cuiusquam persona, &c. & ar. 1. q. 7. necessaria, in fi. & si bene aduertatur, magna causa requiritur in dispensatione, vt in c. nemo. de ele. lib. 6. & 9. q. 1. c. 2. in fi. & 56. dist. Cenomanensem. ibi, dum dicit, periculo consulatur. satis facit tex. 1. q. 7. didici. in fi. dum dicit, dispẽsationis autem gra-
4 tia eget negocium multum. i. magnum, dicunt Doct. † est. n. protestatio quædam proclamosa denunciatio ad cautelam protectionis denunciantium inuenta, arg. ext. de præscrip. c. sanctorum. ff. de ver. sig. l. subsignatum. §. detestari. & l. seq. nã testatio idem est, quod indicium, seu nota, qua propalat̃ intentio testãtis. ideo protestatio est cautela ꝓtegens ꝓtestãtes. ff.
5 de admini. tuto. l. quidam decedens. ibi, nemo huius, &c. † Et debet fieri protestatio coram illo, cuius factum principaliter impugnatur, arg. ext. de offic. or. c. pastoralis. §. fi. & in Auth. de tem. non so. pe. super dote. §. contestationem. coll. 7. & C. de epis. audien. l. si prẽses. & est ratio, quia cum protestans protestetur ad sui commodum, esset iniquum q̃ quis grauaretur per id, quod in eius notitiam non veniisset. ff. quæ sent. sine appel. rescind. l. 1. & arg. ff. de no. ope. nun. l. de pupillo. §. nunciationem. Quod si non possit haberi copia principalis, vel procuratoris, sufficit protestari coram publicis personis, ar. in d. l. præses. & ff. quod vi, aut clam. l. aut qui aliter. §. j. & seq. Et sem
6 per cautius est in scriptis protestari: † loco enim petitionis protestatio cedit. ff. de naut. fœno. l. 2. & ar. in d. §. contestationem. & debet esse plena & clara, vt possit se protestatione iuuare, arg. ff. de relig. & sump. fu. at scitis. §. pen. in fi. nam ad nõ expressa non extenditur protestatio, arg. C. de inge. manum. l. ingenuum. & in d. l. aut qui aliter. ff. quod vi, aut clam. & hęc
7 si per viam petendæ dispensationis procedatur. † si verò procedatur per viam denunciationis, cautius est Christi doctrinam obseruare, trina monitione prẽcedente, vt s̃. dictum est, iuxta illud, Si peccauerit in te frater tuus, &c. Mat. 18. & 2. q. 1. si peccauerit. nam tanquam pius pater erga filium prodigum charitatis viscera fundẽs Christicola quærat reducere deuiũ ad salutem. ergo sic corrigatur vt lucretur. Corrigere. n. emẽdare est, & cum doctrina regere, secundum Papiam, quasi corde regere, vt cum charitate fiat pro vtilitate reipublicæ, & illius, qui corripit. Inde dixit Dominus, eris lucratus. quasi dixerit, corripe vt lucreris. Hinc ẽt dixit Seneca de clement. ad Neronem, In iudicando, siue corrigẽdo hæc tua lex sequuta est, quæ princeps quilibet sequi debet, vt aut eum quẽ punit emendet, aut pœna eius cęteros meliores reddat, aut verò sublatis malis securiores cæteri viuant. nam sicut patiente vno membro compatiuntur alia, & sibi inuicem subueniant ad bonam consistentiam corporis in comparatione ad formam naturalis vitæ, vt intendit Apost. 1. Cor. 12. dicens, Et si
• quid patitur vnum membrum, compatiuntur omnia membra, sic ex necessitate diuini præcepti membra corporis mistici, quod est ecclesia tenentur sibi inuicem subuenire ad conseruandum bonam vnitatem & dispositionem ecclesię in cõparatione ad formam vitæ spiritualis, quæ est gratia spiritus sancti. Vnde non tantum sibi inuicem subuenire tenent̃, quantum ad indigentias corporales, sed multo magis quantum ad indigentias spirituales orando pro inuicem, delinquẽtibus parcendo, ad bonum monendo, & errantes corrigẽdo, vt dicit Ric. in 4. Sen. di. 19. art. 2. q. 1. Hinc dicit Apost. ad Gal. vlt. Fratres, & si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis huiusmodi instruite in spiritu lenitatis considerans te ipsum, ne & tu tenteris, alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi. Si verò procedatur per viam cuiusdam intimationis, vt iudex videat peccatum, hoc est vt Papa determinet quid agendum, tunc dicit Dominus Ant. in d. c. 1. in fi. de iureiur. se credere non esse necessariam monitionem. Ego crederem dictum suum habere locũ, quando solummodo intimaretur Papæ, vel iudici, non vt ꝑdat delinquentem, sed vt iuuet, ad hoc vt superior secretè maneat, corrigat & emendet, quantum fieri potest sine scandalo, vel periculo. tunc. n. sufficeret intimatio sine alia monitione inquantum putaret magis prodesse animæ delinquẽtis per hanc viam procedere, quam per viam trinæ monitionis: nam ea, quæ sunt ad finem, debent secundum q̃ finis exigit regulari. finis. n. imponit necessitatem his, quæ sunt ad finẽ, vt in 2. phisic. Hinc Aug. dicit in qq. Leuit. c. 1. hoc videtur dicere peccare hominem, quo audiente iurat aliquis falsum, & scit eum falsum iurare & tacet: tunc autem scit, si eius rei, de qua iuratur, testis fuit, aut videns, aut conscius fuit. i. aliquo modo cognouerit, aut oculis suis conspexit, aut ille ipse qui iurat, illi indicauit. Ita. n. potuit esse conscius, sed inter timorem huius peccati, & timorem huius proditionis hominum
8 non parua existet plerunq; tentatio. † Possumus. n. paratum ad periurium admonendo, vel prohibendo a tam graui peccato reuocare. Sed si non audierit & coram nobis de re, quã nouimus, falsum iurauerit. i. iurare voluerit, vtrum prodẽdus sit, ita vt proditus etiam periculum mortis incurrat, difficillima: quæstio est. Sed qui hic non expressit, cui hoc indicandũ sit, vtrum illi cui iuratur: an sacerdoti cuipiam, qui non solũ eum prosequi non potest irrogando supplicium, sed etiã orare pro illo põt. Videtur mihi q̃ se ab hoc soluat peccati vinculo, si indicet talibus, qui magis possunt prodesse quam obesse periuro, siue eum corrigendo, siue Deum pro eo placando, si & ipse confessionis sibi adhibeat medicinam. 22. q. 5. hoc videtur. Et ne paruam quis credat cautelam in talibus adhibẽdam. s. in periuriis, audiat quid August. in serm. de decollat. S.
9 Ioan. dicat. † Ille inquit, qui hominem prouocat ad iurationem, & scit eum falsum iuraturum esse, vincit homicidam, quia homicida corpus occisurus est, ille animam, imo duas animas, & eius quem iurare prouocauerit, & suam. 22. q. 5. ille qui hominem. vbi gl. dicit, Maius damnum est in amissione vnius animæ, quàm mille corporum. 24. q. 3. si habes. vbi etiam referuntur verba Augustini ad Auxẽtium episcopum dicentis, Vnde si vna anima per istam seueritatem, qua tota domus ista anathematizata est sine baptismate, de corpore exeundo perierit innumerabilium corporum mors si de ecclesia homines innocentes violenter abstrahantur & interficiantur, huic damno non potest comparari. Non est igitur rationalis anima vilipendenda, pro qua redimenda preciosissimum sanguinem effudit, mortemq; sustinuit Dei filius. Nam si tanta diligentia medicorum mortalia corpora gubernantur, quanto maior diligentia nascitur animabus immortalib. adhibenda, ne morientes in peccato suo perenniter crucientur. Igitur sicut ægris non vna causa salutis est: alter. n. cibis reficitur, alter per abstinentiæ beneficia tenuatur: hic lauacra mollia, ille ferrum quęrit ad vulnera, & varia posuit remedia, diuersa quantitas ac qualitas passionum. Ita spiritualibus ęgritudinibus diuersa sunt adhibenda medicamina pro salute, vt eos qui facilius ducuntur, q̃ trahantur, sapiens dux ducere quærat̃, feroces premat, debiles foueat, lassos erigat, mansuetos alliciat, innocentes protegat, noxiosq; puniat, & oĩb.

omnia

Source : BIU Cujas

omnia factus, quantum in se est, omnes lucrifaciat ad salutē. & prudenter aduertat quam sit periculosa desperatio, vt dixit Abner ad Ioab, qui persequebatur eum, & ait, Num vsque ad internicionem tuus mucro desæuiet? An ignoras, ꝙ periculosa sit desperatio? vsque quo non dices populo, vt dimittat persequi fratres suos. & destitit Ioab persequi eū. 2. Reg. 2. sic igitur aduertendum est, ne forte magis desperet filius contra patrem, si fuerit per patrem ad iracundiā prouocatus.

Hæc cum reuerentia dixerim meo discolo iudicio tutiora ad correctionem omnium rectius sentientiū, & saluo semper iudicio saniori. Et de prolixitate veniam postulo humiliter & deuotè.

FINIS.

TRACTATVS

Dikeogamias, siue de iustis, ac legitimis nuptiis, libris septem distinctus, Authore Io. Boscheo Neustrio, Iurisconsulto clarissimo.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium a matre dictum est, & quare. Seruum aut liberum nasci, a matris conditione pendet.*
2 *Matrimonium quid sit, & quam variè definiatur. & nu. 6.*
3 *Ius gentium, quid dicatur.*
4 *Nuptias non coitus, sed consensus facit.*
5 *Parentes ad liberorum educationem naturalis stimulus hortatur.*
7 *Matrimonij perfectio consensum animorum, & corporum commixtionem desiderat.*
8 *Sponsa religionis professionem inuito sponso potest facere ante copulam carnalem, non etiam post. & nu. 12.*
9 *Coeundi impossibilitas ante copulam carnalem dissoluere matrimonium potest, non etiam ea quę post copulam accidit. Matrimonium dissolui non potest, nisi ex sola fornicationis causa.*
10 *Fœminæ maiores quinquagenariis lege Iulia & Papia a nuptiis arcebantur.*
11 *Masculus & fęmina nuptiali castitate coniuncti propagandi generis causa.*
13 *Sponsæ in sacris literis vxores, seu coniuges, nonnunquam appellantur.*
14 *Nuptias consensum non coitum facere, quomodo intelligendum sit.*
15 *Conditio, si prolem euites, apposita in contractu matrimonii, ipsum contractum vitiat.*
16 *Matrimonium, post carnalem copulam ratum & confirmatum dicitur.*
17 *Castratus, nec matrimonium contrahere, nec adoptare potest.*
18 *Consensus solus in nuptiis quid operetur.*
19 *Matrimonij prima institutio.*
20 *Mulier viro subdita est.*
21 *Mulieri in ecclesia loqui non decet.*
22 *Nuptiæ, vnde dictæ.*
23 *Fœminæ ab omnibus officiis vel publicis sunt remotæ.*
24 *Fęminæ liberos etiam naturales tantum in potestate non habent.*
25 *Matrimonii contractus tria requirit. Nuptiarum ętas in masculis & fœminis, quæ sit.*
26 *Malitia interdum ætatem supplet. Sponsalia ex quorum consensu celebrari debeant.*
27 *Sponsalia, vnde dicta.*
28 *Filiusfamilias a patre dissentire potest in sponsalibus contrahendis non etiam filia, nisi ex causa.*
29 *Sponsalia quibusdam permittuntur, quibus nuptię prohibentur.*
30 *Matrimonii spiritualis ad matrimonium carnale collatio.*
31 *Transigere de crimine adulterii non licet.*

1 CVm prius quid sit ea res de qua agitur, nosse oporteat. l. prima. ff. de iusti. & iu. bene erit, si priusquàm ad nuptiarum iura perueniamus, pauca de ipsius matrimonii etymologia referre, exemplo Iurisconsulti in l. 1. ff. de re bus cred. Matrimonium autem a matre dicitur, † ea fortè ratione, qua moti Iureconsulti partus, vt a matre, libera, vel serua nascerentur, liberos, vel seruos appellauerunt, tit. de iure perso. Institu. lib. 1. & l. seruorum. ff. de sta. hom. c. fi. 32. q. 4. l. 1. ff. ad munici. cum maior matris quàm patris in liberorum procreatione habeatur ratio. Non alienum quoque id erit, ꝙ apud Homerum, Odiss. Thelemachus Palladi interroganti, an filius Vlissis esset, respondit, me esse Vlyssis filium, reuelauit mater: verùm nemo suum vnquam patrem nouit. Cum igitur mater sit semper certa, incertus verò pater, & a matre quis liber aut seruus appelletur, meritò matrimonii nomen a matre sumpsit originem. alia vulgaris addatur ratio, matrem. s. ante partum onerosam, in partu dolorosam, post partum laboriosā. vnde legitima maris & fœminæ coniunctio magis matrimonium q̄ patrimo. nuncupatur. c. 2. de conuer. infi. Quantū ad
2 matrimonii definitionē attinet, † variis in locis vario modo describi manifestum erit: licet omnes, quos legerim iuris auguratores, ob diuersas inter se sententias non hanc tantum, sed quamlibet definitionem, quæ in iure periculosa censet. l. omnis diffinitio. ff. de regu. iu. confusam reddere soleant. Primum itaque scire oportet, matrimonium aliquando maris & fœminæ coniunctionem appellari, quæ a iure naturę omni animanti communi descendit, a quo etiam educatio, & liberorum procreatio. l. 1. ff. de iusti. & iu. §. ius autem naturale. Insti. de iu. na. &c. Ea ergo maris & fœminę coniunctio, quā nos matrimonium appellamus, omnibus animalib. communis est, nec tantum capacibus, sed etiam expertibus rationis, veluti brutis. Videmus etiam omnia animantia istius iuris peritia censeri, ad inuicemq; coniungi, fętus quoque, aut partus emittere, & educare. Nec. n. vllum est animantis genus, quod non alat suos fętus. Vlulæ, leones, & viperę educant partus suos, multomagis homines idem facere monet natura & ratio. Eo igitur modo si capiatur matrimonium, omni animanti, non autem soli homini commune erit: participat. n. homo cum brutis in eo, qđ sentit, ratione verò ab illis differt. Quod ergo natura indidit hominibus extra rationem, ius illud omni animanti commune est, diciturq; ius naturæ am-
3 plum, patens, & commune. † Quod verò naturalis ratio inter gentes constituit, illud ethnicum, siue gentium ius dicitur. §. quod autem. Insti. eo. ti. nec a priori differt, nisi ꝙ cum naturali quadam ratione, cuius homo solus est particeps, constituatur. primum autem ab ipsa sola natura non ratione coacta conditum fuerit. v. g. maris & fœminæ coniunctio, quæ & matrimonium dicitur, si naturam inspiciamus sensitiuam, illud est omnibus animantibus commune. gl. c. ius naturale. ver. coniunctio. di. 1. Si verò cum naturali ratione inter gentes constitutum matrimonium inspiciamus, solis hominibus competet. Et hoc quidem matrimonium non sola coniunctio, nec solus coitus, sed consensus maritalisq; affectio facit,
4 † quem intellectū videtur habuisse Iurisconsultus, cum inquit, nuptias non coitum, sed cōsensum facere. l. nuptias. ff. de reg. iu. l. cum hic status. §. si mulier. ff. de don. inter vir. & vxor. nec enim vult omnino negare coitum, alioqui iniustum esset matrimonium, ꝙ coitu confirmatur. Quare si mentem legis perspiciamus, non solum coitum, verum etiam consensum nuptias facere dicemus. Vnde manifestè patet, falsam eorum eē opinionē, qui appetitum & instinctum coeundi a iure naturæ, non autem coniunctionem ipsam descendere existimāt. glo. in d. l. 1. ff. de iusti. & iu. Nec minus errant, qui animorum coniunctionem & non corporum interpretantur, cum ipsa parens natura non omnibus animantibus, quibus ea coniunctio corporis competit, animum & consensum dederit, sed solis hominibus rationis capacibus. Pau. de Cast. in d. l. 1. ff. de iust. & iure. Quod si vera esset istorum interpretatio, eadem ratione & liberorum procreationem, interpretari debebant solo consensu perfici. Eodem. n. verborum complexu dixit Iurisconsultus. d. l. 1. Hinc, idest a iure naturæ, qđ docuit omnia animalia, descendit maris & fœminæ coniunctio, quam nos matrimonium appellamus. Hinc liberorum procreatio, hinc & educatio. subdit idem postea, Videmus etenim cętera quoque animalia, feras etiam, istius iuris peritia censeri. quis ni si omnino Gotthicus hæc verba de consensu & animorum coniunctione, quæ duo brutis minimè competūt, intelliget? Nonne ipsa bruta fœtus emittunt, quos re ipsa nutriunt? na-
5 turalis etiam † stimulus parentes ad liberorum suorum educationem hortatur. l. 1. §. taceat. C. de rei vxo. actio. Quinimò quædam reperiuntur aues, veluti turtures, quarum altera si consociam amiserit, in solitudine vitam peragit, nec vsquam amplius super ramo viridi quiescit. Hoc ius natura animalia docuit quamplurima. vnde olim cum sola natura sanciebat homines, antequam scriptæ peruenirent leges, nulla inter legitimos & naturales erat differentia, sed antiquis parentibus antiqui filii, vt procedebant, mox fiebant legitimi. Auth. quibus mod. natu. effic. legi. in prin. † Aliud deinde matrimoniū
6 a iure introductum est, quod quidem iustum ac legitimum appellatur, viri scilicet & mulieris & coniunctio individuam

vitæ

Source : BIU Cujas

vitæ conſuetudinem retinens. Inſti. titu. de pat. pote. 27. q. 2. c. j. hoc autem ab illo naturali matrimonio, quod omnibus animantibus erat commune differt, quia ſolis hominibus cõ petit. Sed ſi quis opinio. communem tueri velit, quę negat matrimonium brutis competere poſſe, verba Iuriſc. in d. l. 1. a nobis prius declarata, alio modo interpretari poterit, vt. ſ. coniunctio maris & fœminę omni animanti ſit cõis: nos aũt inter homines matrimoniũ appellamus, ꝙ inter bruta coniũ ctio dr̃. hoc ergo matrimonium ſolis hominib. conuenit, vt-
7 pote ꝙ cum rõne a natura ⁊ſtitutum fuerit. †In eo aũt perficiendo duo ſunt neceſſaria, conſenſus animorũ, & corporũ commixtio. c. debitum. de biga. 36. di. acutius. arg. c. de illis. de ⁊d. appo. quorum vltimum ſi deficiat, non propriè dici matrimonium, vel ipſa matrimonii etymologia oſtendit. non. n. ſolo conſenſu mulier dicenda eſt mater, ſed a liberorum ꝓcreatione. ergo ⁊miſceri corpora docuit natura, matris dict̃ũ eſt. Cum ergo huiuſmodi matrimonium non ſola corporũ cõiugatio, quæ a natura iure, ſed & conſenſus, qui a iure gentium deſcendit, efficiat: meritò cum iuris naturalis, tũ Ethnici ſeu gẽtiũ particeps eſſe dicetur. Bar. in d. l. j. ff. de iuſt. & iu. Nec ſolo iure Ethnicorum id obtinet, ſed & iure cano. & diuino, qđ maximè in matrimoniis ſeruatur, comprobabibus. Prima ergo a definitione ſumatur ratio, cum omnis definitio bona dicatur, quando cum ſuo definito cõuertitur. l. 1. §. dolum. vbi Bar. ff. de do. ma. Quoties igitur quis cum muliere indiuiduã vitæ conſuetudinem retinere conſentiret, matrimoniũ ⁊here diceretur, frater cum ſorore matrimonium ⁊here ipſo. ſ. ⁊ſenſu poſſet. c. ſuffi. 27. q. 2. Quòd ſi ſolo cõſenſu ⁊heretur ma-
8 trimonium, ſponſa de præſenti cõiunx, & vxor diceret̃. †Illa tamen ẽt inuito ſponſo, religionis profeſſionem ante carnalẽ copulam põt facere. c. ex publ. de cõuer. cõiu. c. ſcripſit nobis. 27. q. 2. & c. decreta. ea. q. licet nõ poſſit alii nubere. 27. q. 2. c. deſpõſatam. Nec refert, ꝙ cõcubitus matrimonium præceſſerit: ſoluetur. n. nihilominus religionis ingreſſu. Pau. de Caſ. in l. fi. C. de epi. & cle. Sí verò corporũ ⁊mixtio ſecuta fuerit, ⁊ſenſus vtriuſq; & viri & mulieris cum epi authoritate requiritur. 27. q. 2. c. ſunt qui dicunt. & c. ſi vir & vxor. Nam mulier poteſtatem ſui corporis nõ habet, ſed vir; nec vir ſui corporis ptãtem hẽt, ſed mulier. ad Corin. 1. c. 7. & 30. q. 1. c. noſſe de
9 ſideras. † Item coeundi impoſſibilitas ante copulam carnalẽ matrimonium diſſoluere põt, ob eã quæ ſpõſus a ſpõſa ſeparari poterit. tit. de frigi. & malefi. fecus aũt poſt copulã carnis. 27. q. 2. quod aũt. l. in cauſis. C. de repud. Si igitur matrimoniũ ſolo ⁊ſenſu ⁊ctum firmum eſſet, illud diſſolui nequaquã poſſet, ſola fornicationis cauſa excepta. d. c. ex publ. & dicta q. 2. c. Agathoſa. nec. n. impoſſibilitas coeundi excipitur. Illud ergo ⁊iugiũ, quod per eam diſſoluitur, non propriè ⁊ctum matri-
10 monium dicendum eſt. †Aequa de cã. l. Iulia, & Papia quinquagenariis prohibitæ erant nuptiæ. l. ſancimus. 2. C. de nup. certiſq; legum ⁊ditoribus placuit, cum corpore non ⁊uenerit, nuptias nõ videri eſſe ⁊ctas. l. licet. C. de inceſt. nupt. Itẽ ſi ſpõſa dicenda eſſet cõiunx & vxor, mortuo ſpõſo remaneret vidua. ſi aũt vidua eſſet, vir eius ad ſacros ordines promoueri nõ poſſet. Cõtrarium tamen verum eſt. c. debitum. de cõuerſio. ⁊iug. 24. di. preſbyteri. In prima ẽt matrimonii inſtitutione, Adamo & Euæ præcepit Deus, Gene. c. 1. vt creſcerent &
11 multitudine replerent terram. †Vnde Augu. dicebat: Deum, maſculum & fœminam propagandi generis cauſa nuptiali caſtitate coniunxiſſe. 21. q. 1. Deus. Pudor itaq; eſt fœminis nuptiarum præmia non habere, quibus hæc ſola cã eſt nubẽdi. præmium igitur & cauſa nuptiarum, eſt partus fœminarũ. 32. q. 2. pudor. Dictumq; eſt poſtea, & erũt duo in carne vna, propter quod relinquet homo patrem & matrem & adhærebit vxori ſuæ, Gene. c. 1. Mat. 16. Mar. 10 & 1. ad Corin. 6. & ad Ephe. 5. Non poſſunt autem duo eſſe in carne vna, niſi carna-
12 li copula adinuicem cohæreãt. 27. q. 2. lex diuina. †Quare poſt legitimum de præſenti conſenſum, licitum eſt alteri repugnãte etiam altero eligere monaſterium, dummodo copula carnalis non interuenerit, quia nõ fuerit vna caro ſimul effecti. c. 2. de ⁊uer. ⁊iug. Nec ob. ſpõſas in ſacris literis coniuges ap-
13 pellari. Ea. n. eſt diuinæ ſcripturæ conſuetudo, †vt ſponſi viri, & ſponſæ vxores nominentur. d. q. c. genuit. vnde in Euange. dicitur, Accipe Mariam, cõiugem tuam. Item in Deut. dictũ erat. Si quis deſponſatam puellam in agro vel alio loco oppreſſerit, moriatur, quia vxorem proximi ſui violauit, nõ quę iam vxor erat, ſed quæ a parentib. vxor fieri debebat, qđ quidem intellige de ſponſa de præſenti. ea. q. c. ſi quis deſponſauerit. vbi gl. Sed & alia ratione ſpõſæ ⁊iuges appellantur, ſpe. ſ. futurorum, & non præſentium. ea. q. c. ſic quippe. Nec beata virgo Maria ⁊iunx, ſed ſponſa Ioſeph propriè appellatur. ea. q.
14 quod autem. †Poſtremò iura, quæ dicunt matrimonium nõ coitum, ſed voluntatem facere, ita intelligi debent: Coitus ſine voluntate contrahendi matrimonium, & defloratio virginitatis ſine pactione ⁊iugali, non facit matrimoniũ, ſed præcedens voluntas ⁊hendi matrimonium, & ⁊iugalis pactio facit, vt mulier ĩ coitu dicatur nubere viro, vel nuptias celebra-
15 re. d. c. ſic quippe. †Item conditio appoſita in ⁊ctu matrimonii, ſi generationem prolis euites, tecum contraho, ea ⁊ditio eſt contra naturam matrimonii, & ideo vitiat ⁊ctũ. c. ſi ⁊dõne. de ⁊d. ap. Tria. n. ſunt matrimonii bona, fides, proles, ſacramentũ. 27. q. 2. c. omne itaq;. Conclude ergo, matrimonium
16 deſpõſatione initiari, ⁊mixtione verò perfici. Vnde inter ſpõſum & ſpõſam matrimonium dicitur initiatum, poſt copulã aũt carnis ratum ac ⁊firmatũ appellatur. ea. q. c. ſtatutum. ca. cum initiatur. cum ſeq. Cum. n. in matrimonio duo ſint ⁊ſẽſus, qui charitatem inter Deum & animam ſignificant. Alterum verò. ſ. commixtio viri & vxoris, quæ vnionem humanę naturæ ad Deum in vtero virginali factam deſignat, d. c. debitum. de biga. non debitum eſt eam mulierẽ ad matrimoniũ non pertinere, cum qua docetur non fuiſſe cõmixtio ſexus ad matrimoniũ perfectum, quod habeat in ſe Chriſti & eccleſiæ ſacramentum. 27. q. 1. inſtitutũ. Poſt coitum aũt vtrãque habet ſignificationem animæ, ſ fidelis ad Deum, quæ per ⁊ſẽſum deſignatur, & Chriſti ad eccleſiam, quæ per ⁊iunctionẽ corporum deſignatur. Poſt hanc quoq; coniunctionem matrimonium ſeparari non põt, quia ſignificat vnionem, qua diuinitas humanę carni in vtero virginali eſt vnita, humana autem caro nunquam a deitate ſeparata eſt. Et ideo poſt eam ⁊iunctionem matrimonium nunquam diſſoluitur. gl. in d. q.
17 2. c. qua propter. † Adde ẽt iure ciuili cautum eſſe, in caſtrato nec dotem, nec matrimonium eſſe. l. ſi ſerua. §. fi. ff. de iu. do. nec etiam caſtratus ea de cã adoptare põt. l. 2. ff. de adoptio. §. ſed & illud. Inſti. eo. quia adoptio ſequitur naturam. l. adoptionem. ff. eod. Non ſolus igitur conſenſus nuptias facit. non tñ
18 ocioſus eſt omnino ipſe ⁊ſenſus, † cum ex eo actio de dote oriatur. Et quamuis poſt ⁊ſenſum non ſequatur corporũ cõmixtio, affinitas tamen inde oritur, alteroq; cõiugũ mortuo eius frater alteri ⁊iungi prohibetur. l. licet. C. de ince. nupt. qa fides & ⁊ſenſus multũ ponderis, & fauoris obtinent, omnibuſq; in rebus fides ſummoperè ſpectanda eſt. Contrahens. aũt cum ſecunda, viuente adhuc prima, quam tamen non cognouit, cum ſecunda non prohibetur contrahere. c. fi. de eo qui dux. in mat. Nunc ad ipſius matrimonii inſtitutionem re-
19 deamus. †Prima ergo inſtitutio ab illo ſummo omnium rerũ authore in paradiſo facta eſt. 32. q. 2. ſicut. cum enim Deus hominem creaſſet ad imaginem & ſimilitudinẽ ſuam, videnſq; bonum eſſe hominem non eſſe ſolum, fecit adiutorium ſimile ſibi, non igitur ad ſimilitudinem Dei, ſed viri fœminã procreatam dicemus. 38. q. 5. hæc imago. cui dictum eſt, ſub viri
20 poteſtate eris, & ipſe dominabitur tui, Gene. ca. 3. † Mulieres itaq; viris ſuis ſunt ſubditæ ſicut domino. ad Eph. c. 5. qm̃ vir caput eſt mulieris. 33. q. 5. cũ caput. ſicut Chriſtus caput eſt eccleſiæ, caput vero Chriſti Deus. 1. ad Cor. c. 11. Sed ſicut ec cleſia ſubiecta eſt Chriſto, ita & mulieres viris ſuis in omnib. Mulier nõ habet poteſtatem corporis ſui, ſed vir. 1. ad Cor. 7. Eſt igitur ordo diuinus & naturalis, vt ſeruiãt fœminæ viris, cum etiam fœminæ Gentiles viris ſuis ſeruiant communi lege naturæ. 33. q. 5. eſt ordo. Mulieris etgo caput vir cum dicatur, & mulierem ab homine, non econtrario, natam cognoſcamus: non enim vir ex muliere, ſed mulier ex viro. Etenim non eſt creatus vir propter mulierem, ſed mulier propter virum, & ideo velamen habere dẽt ſuper caput ſuum. j. ad Cor. c. 11. Cum ẽt per mulierem peccatum in mundum intrauerit. Adamq; per Euam deceptus fuerit, iuſtum eſt, vt vir eã in gubernatione aſſumat, ne iterum fœmina facilitate labatur. 33. q. 5. Adam. Quamobrem introductum eſt a iure etiã diuino, vt mulieres velato capite orent. 1. ad Cor. c. xj. 34. q. 5. mulier. Omnis enim mulier orans non velato capite, deturpat caput ſuum. Vir autem non debet velare caput ſuum, quia imago & gloria Dei eſt: mulier aũt imago & gloria viri eſt. ea. q. hæc imago. Ipſa item natura nos docet, ꝙ ſi quidem vir comam nutriat, ignominia eſt illi: mulier vero ſi comã nutriat, gloria eſt illi, qm̃ capilli pro velamine dati ſunt. hinc ſatis apparet, quemadmodum viris fœminas ſubditas & penè famulas eſſe, lex & natura vult, dum conſtituit, vt aduerſus vxorẽ vir diceret teſtimonium, vnde lapidaretur illa. ſi hoc verum eſſe demonſtraretur, ipſe tamen vir non viciſſim lapidatur.
21 d. c. hæc imago. †Prohibetur ẽt mulieribus in eccleſiis loqui: nõ. n. permittitur eis loqui, ſed ſubditas eſſe, ſicut & lex dicit. 1. ad Cor. c. 14. Turpe eſt mulieri loqui in eccleſia. Si quid aũt volunt diſcere, domi viros ſuos interrogent; non. n. mulier caput hẽt liberum, ſed velamine tectum, nec ptãtem loquendi hẽt. d. c. mulier. mulieres igitur nihil glorientur, ſed taceãt velentq; capita, obſequium & reuerentiam viris ſuis tribuãt.

†Sed

Source : BIU Cujas

22 †Sed & illud meminiſſe oportet,ab illo velamine nuptias ab obnubendo, ideſt velando eſſe dictas, ꝙ mulieres in matrimonio ℨhendo velare capita ſoleant. Mulier aũt q̃ nubit,obnubere ſolet ea fortè rõne,vt doceat verecundiam in nuptiis præire debere. inde. n. & nuptiæ dictæ, ꝙ pudoris gratia ſe puellæ obnuberent xxx. q. v. nec illud. & c. fœminæ. Ex his mirari ſæpiſſime ſoleo, quid Iuſtinianum noſtrum mouerit, tot tantaque iſti ſexui fœminino tribuiſſe priuilegia, etiam aduerſus viros ſuos, quibus vxores omnino ſubijci decet. illud aũt ſcio de ipſius Iuſtiniani patre legitimo nihil apud Hyſtoriographos me legiſſe:matrem autem, familiãque maternam legiſſe memini. Ipſe igitur Iuſtinianus, cuius mater certa,vt dicebat Thelemachus,ipſis mulierib. fauere voluit, cum non poſſet fauere viris,inter quos nec patrẽ nouit ſuũ,licèt Iuſtinum patrem ſuum ſcilicet adoptiuum appellet. Non
23 tamen quicquid viris licet,mulierib. ℨceſſum eſt: †nam fœminæ ab omnibus officiis ciuilib. vel publicis remotæ ſunt, & ideo nec iudices eſſe poſſunt, nec magiſtratũ gerere,nec poſtulare,nec pro alio interuenire,nec procuratrices eſſe.l.2.ff. de reg.iu.l.1.ff.de poſtu.l.fœminæ.ff.de procu.niſi pro patre, aut perſonis ℨiunctis;nec teſtes eſſe, nec fidem dare poſſunt. 33.q.5.mulierem. In multis.n. iuris articulis deterior eſt cõditio fœminarum.l.in multis. ff.de ſta. ho. quam maſculorum. Quinimò nec propter bonas mulieres facienda eſt lex, quia raræ ſunt.ar.§.quia vero.Auth.vt ſinæ prohib.no.gl.in l.nã ad ea,ff.de legi. Vir item præfertur fœminæ, quia maior dignitas
24 eſt in ſexu virili.l.1.ff.de ſenat.† Fœminæ quoque nec naturales liberos habent in poteſtate,nec adoptare poſſunt, niſi ex indulgentia principis. §. fœminæ. Inſti. de adop. Mulier item quamuis docta & ſancta, viros in ℨuentu docere non præſumat.24.di.mulier. Sed & non põt toto corde cum Deo verè habitare,qui fœminarum acceſſib.copulatur. Si itaq; bonum eſt mulierẽ non tangere,malum eſt ergo tangere.32.di.hoſpitiolũ. Sed de his hactenus. De matrimonii inſtitutione quæ-
25 dam diximus, & ℨnũs eſſe vĩ alia addere.† Ad matrimoniũ.n. ℨhendũ tria requiruntur,ℨſenſus.30.q.2. vbi non eſt.c.acceſſit.de deſpon.impu.pubertas.& coeundi potentia. Non.n.eſt cõiugium,niſi ſit ℨſenſus vtriuſque,ẽt ſi pater & mĩ hoc voluerint. Nuptiarũ aũt ætas in maſculo quatuordecimo anno, in fęmina duodecimo a iure determinata eſt.c.atteſtationes. de deſpon.impu.l.minorẽ.ff.de ritu nup.c.continebaẽ.de deſpon. impu. In nuptiis ergo ℨhendis neceſſe eſt ꝙ mulier ſit viripotens: nam nupta non põt videri, quæ virum pati nõ po-
26 teſt.l.pe.ff.qñ dies leg.ced.† Si verò ante lrĩmam ætatẽ mulier aut vir carnali copula coniungi poſſit, minoris ætatis intuitu non diſtrahetur matrimonium,ar.d.l.pe & c.de illis. de deſp. impu.cum ætatem ſuppleuiſſe malitia videatur. d. c. de illis.l. 3.C.ſi minor ſe ma.dix. In ſponſalib.quoq; ℨſenſus illorũ exigendus eſt,quorũ in nuptiis deſideraẽ.l.in ſponſalia. ff.de ſpõ. Intelligitur tamen ſemper filiæ patrem ℨſentire,niſi euidẽter diſſentiat,in hocq; caſu taciturnitas pro ℨſenſu habetur. Spõſalia ẽt ante ſeptennium non poſſunt contrahi.l.in ſponſalib. contrahen.ff.eodem,cum vſque ad illam ætatem infantes dicanẽ.l.& ſi infanti. C.de iu.del. nec diſcernere poſſint q̃d agãt.
27 l.1.C.de fal.mo.† Intellige item ſponſalia a ſpõdendo dici: nã moris fuit veteribus ſtipulari,& ſpondere ſibi vxores futuras. l.2.ff.de ſponſ.vnde & ſponſæ,& ſponſi appellatio nata eſt.l.3. ff.eo. Hodie ſufficit nudus conſenſus.l.4.ff.eo. In ſpõſalib. ℨhẽ
28 dis,inter filium & filiã differentia eſt:†nam filiofam. diſſentiẽte,ſponſalia ℨtrahi nõ poſſunt.l.filiof. ff.e.filia verò diſſentiendi a patre licentiam non habet,niſi indignum morib. vel turpem ſponſum,ei pr̃ eligat.l.ſed & ea. ff.eo. Item nepoti vxorẽ ducenti,& filius ℨſentire dẽt:neptis vero ſi nubat, volũtas & authoritas aui ſufficit.l.oratio.ff.eo.nam mulieris oportet accelerare nuptias, ne quid turpe cõmittat, vt ait Accurſius in d.l.oratio.in ver.ſufficiat. Ego vero crediderim eam eſſe rõnem,ne filio inuito ei naſcatur hæres familię nomen ℨſeruãs, ideo eius ℨſenſum ĩ nepotis nuptiis requiri cũ aui ℨſenſu, cũ qua nuptiæ ℨhi non poſſunt, nec ẽt plerunq; ſponſalia.l.offi-
29 cio.§.quamuis.ff.de ritu nup.† In multis tamen caſib.ſpõſalia permittuntur,nuptiæ verò prohibentur,vt in minorib.duodecim annis, in iis qui officiis funguntur,& ſimilib. gl.in d.§.
30 quamuis. Aliud in iure mr̃imonium ſpũale reperitur.† quod ferè in omnib.cum eo quod carnale vocatur conuenit. Quẽadmodũ.n.dos reſpectu carnalis ℨiugii dr̃, ita ẽt & dos vnius eccleſiæ propriè appellatur. Deus quoque ſibi ſolui vtriuſque diſſolutionem reſeruauit.c 2.de tranſl.epiſ.& 26. diſ. acutius. Pater item tenetur eam filiam,quæ Deo nubit, dotare, arg.l. qui liberos.ff.de ritu nup.l.obligamur,vbi Bar.§.lege.ff.de ac. & obl.l.ſancimus.ff.de ſacroſ.eccle. cum non minoris fauoris ſit ſpirituale coniugium, quàm carnale. Item quemadmodũ viuente viro, mulier alteri nubens adultera eſt, ita etiam ea quæ ſe immortali ſponſo coniunxit, non poteſt ad alias nuptias tranſmigrare. 27.q.1. quæ Chriſto. Sicut etiam nubentes viro velamine vtuntur,ita & quæ Chriſto nubunt, pallio capita ſua velant.27.q.1.omnes. Item ſicut viri & mulieris digna coniunctio vnum facit matrimonium, & ſicut duorum copulatio vnum perficit corpus, ita clericatus & ſacerdotiũ vnum faciunt preſbyterum.14.diſ. ſicut. nam eccleſia clerici vxor dicitur.7.q.1.ſicut glo.34. q. 1. cum per bellicam. Vnde quidam interpretantur hunc locum, oportet epiſcopũ vnius vxoris eſſe virum.38.q.1.oportet ideſt. vnius beneficii & eccleſiæ. Sicut.n.vir nõ debet adulterare vxorem ſuam,ita nec epiſcopus eccleſiam ſuam;ſicut vxori non licet dimittere virum ſuum, vt alteri viuente eo matrimonio ſociet, aut eum adulteret,ſed aut viro ſuo debet reconciliari, aut innupta manere:ita eccleſiæ non licet dimittere ſuum epiſcopum, aut ſe ab eo ſegregare, vt alterum viuẽte eo accipiat, ſed aut ipſum habeat,aut innupta maneat,ne aut fornicationis, aut adulterii crimen incurrat.7.q.1.ſicut. Plura de ea vtriuſq; matrimonii ſimilitudine adferrem, niſi omnibus ipſa luce notiora eſſent,de quibus etiam a nobis quædam prius ex diuinis ſcrip. citata fuere. Cum ergo noſtri paſtores, epiſcopi, archiepiſcopi, & illis ſuperiores interpretari cupiant nomen vxoris,ideſt beneficii, fereq; ſemper a matrimonio carnali, ad ſpirituale argumententur,miror quare potius adulterium in vno q̃ altero matrimonio permiſſum eſt, cum circa ſpiritualia, vtpote digniora,cautius ſit agendum. Prohibetur aũt, ne quis duas
31 vxores habeat, † pœnaq; tanta adulterio eſt impoſita, vt de quolibet crimine paciſci vel tranſigere liceat,excepto adulterio.l.tranſigere. C.de tranſ.c.fi.eo.tit.in antiq. quid ergo de illis ſentiendum,qui non tantum duas,ſed innumeras vxores, ideſt beneficia obtinent? Nec enim viſa eſt vnquam de duabus vxoribus obtinendi diſpenſatio. Mirum ergo eſt, quare tamdiu iſtę de adulterio diſpenſationes a noſtris paſtoribus tolerentur. Sed

Quis cœlum terris non miſceat,& mare cœlo,
Si fur diſpliceat Verri,homicida Miloni?
Clodius accuſet mœchos,Catilina Cethegum?
In tabulam Syllę ſi dicant diſcipuli tres?
Qualis erat nuper tragico pollutus adulter
Concubitu,qui tunc leges reuocarat amaras
Omnibus, atque ipſi Veneri Martique timendas,
Cum tot abortiuis fęcundam Iulia vuluam
Solueret,& patruo ſimiles effunderet offas. Iuuenal.ſaty.ij.

FINIS.

TRACTATVS
Dikeogamias, Io. Boſchei Neuſtrij.
Liber Secundus.

SVMMARIVM.

1 *Leges nonnunquam pro rõne & varietate temporum ſunt immutandæ.*
2 *Diuortium iure diui.eſt prohibitum,ſi ſequuta ſit carnalis copula.*
3 *Matrimonium olim triplici ratione diſſoluebatur.*
Repudium multis ex cauſis olim permittebatur.
4 *Repudium veteri teſtamento permiſſum,& quam ob cauſam.*
5 *Vxor non repudianda,niſi ex cauſa fornicationis.*
6 *Matrimonium inter liberum & ancillam ignoranter contractum diſſolui poteſt.*
7 *Mulier libera, quæ cum ſeruo ignoranter matrimonium contraxit, dotem repetens, prefertur cæteris creditoribus in actione de peculio.*
8 *Virum exulantem mulier ſequi tenetur, modo vagabundus non ſit.*
9 *Matrimonium inducit communicationem rerum omnium viri & vxoris inter eos.*
10 *Furti actio non intenditur aduerſus vxorem res mariti ſurripientem.*
11 *Matrimonio ſoluto,quo ad thorum duntaxat,idem ius in amiſſione dotis obtinet,quod olim diuortio facto obſeruabatur.& nu.13.*
12 *Vxorem vir propria auctoritate expellere põt ob notorium adulterium.*
Paria delicta mutua compenſatione tolluntur.
14 *Matrimonium non dirimitur ob ſcabiem Gallicam.*
Matrimonium, quando ſoluatur ingreſſu religionis.
15 *Matrimonium contrahere liberi præter parentum voluntatem poſſunt.*
16 *Filiam dotare tenetur pater,quę poſt 25.annum inuito eo nupſit, nec eam poteſt exhæredare.*
Filiam ante 25.annum ſine conſenſu patris nubentem, an & quando pater teneatur dotare.
17 *Filius in cauſis ſpiritualibus patris conſenſum expectare non habet neceſſe.*

Filia

Source : BIU Cujas

Filia in contrahendo matrimonio expectare necne debeat patris conſenſum etiam iure canonico, & nu.20.

18 *Vota filiæ, quam in domo & poteſtate ſua pater habet, reuocare poteſt.*

1 *Matrimonium per verba de præſenti contractum, non debet dirimi prætextu ſponſaliorum per verba de futuro prius cum alio contractorum.*

21 *Raptori ſuo mulier nubere nō poteſt iure ciuili, nec antiquo iure canonum.*

22 *Raptori ſuo nubere licet mulieri iure nouiſſimo, reclamantibus etiam parentibus.*

23 *Matrimonia legitima in quadruplici ſpecie.*

24 *Filiam nuptię liberent ne a patria poteſtate.nu.26.*

25 *Filius ſacerdos eximitur a patria poteſtate.*
Matrimonium contrahere non minus ſancta res eſt, quam ingredi monaſterium.

27 *Actio dotis conſideratur in filia propter ſuſpitionem, aut paupertatem patris.*

28 *Dignitas patritiatus liberat filium a patria poteſtate.*

29 *Filia exempta a patris poteſtate per matrimonium, eo ſoluto redit in poteſtatem patris.*

30 *Intellectus ad §. ſi emancipatus. l.iij.ff.de bo.poſ. contratab.*

31 *Emancipatus ob dignitatem ius legitimorum non amittit.*

32 *Mulier libera ſeruo nubens, olim ſeruilis conditionis efficiebatur.*

33 *Emancipatio olim iniurijs & alapis fiebat.*

34 *Mulierum ſecundò nubentium pœnæ iure canonico abrogatę.*

35 *Annus luctus a morte mariti, quam ob cauſam ſit introductus.*

36 *Mulier ſecundò nubens etiam poſt annum luctus, pœnis quibuſdam mulctatur.*

37 *Mulier vidua quę continere non poteſt, non debet a ſecundis nuptijs abſtinere.*

38 *Leges ciui. ſacros cano. imitari debent in matrimo. contrahendis.*

39 *Bigamus in epiſcopum eligi, aut ad ſacros ordines promoueri non debet.*
Secundò nubentibus presbyteri benedicere non debent.

VEteri iure a Græcis ciuitatibus petito, multa cum ſola rātione humana fuere cōdita iura quæ tandem exoluerunt, & in vſu eſſe deſierunt: Rectè itaque a Iuliano ſapientiſſimo dictum eſt, nullam legem, aut Senatuſconſul. in Republica Romana prolatum videri, aut ab initio promulgatum, quòd ad omnia ſufficiat, ſed multa indigere correctione, vt ad naturæ varietatem, & eius machinationes ſufficiat. Authen. quib. modis natu. effic.
1 ſui. †Nam ſecundum varietatem temporum, ſtatuta quando que variantur humana, maximè cum vrgens neceſſitas vel euidens vtilitas id expoſcit. c. non debet. de conſangui. & affinit. Illi igitur antiqui Nomothetę, Solon, & Lygurgus, a quibus noſtrum ius mutuatum eſt, ſola ratione inducti, abſque fide, nec cognitis ſacris literis, iura condebant. Romani deinde eadem iura interpretati, tot, ac tanta volumina conſcripſerant, vt in immenſum ab ipſis ius protractum videretur, donec Iuſtinianus curam prudentiſſimis viris maximè ſuo Tribuniano dediſſet, vt quæ vtiliora & digniora cenſerentur, in modica volumina redigerentur. ipſe tamen Tribunianus natione Græcus, ac auaritia detentus, vt elegantiſſimè ſcribit Budęus in annota. ſuis ad l. fi. ff. de ædil. edic. quiq; ob pecuniā noua condere aut vetera abrogare iura ſolebat, quædam in iure a noſtra fide aliena reliquit. Sed aſtutia maxima vti conſuetus, quandam conſtitutionem digniſſimam ſub fidei prætextu edidit, vt ſcilicet cuncti populi, quos regebat imperiū, ſecundum ea quæ Petrus & Paulus ſcripſerunt, viuerent. Qđ vtinam reſcriptum menti conſonum fuiſſet, non tanta diſſidia, nec tot fori tumultus viderent. ſed iſti aſtuto Tribuniano erat facilè noſtrum Iuſtinianum analphabiton verbis decipere. Cæterum, vt ad rem veniamus, relictis innumeris aliis iuribus, haud viro Chriſtiano dignis, illud ſolum noſtro propoſito conuenit, quòd ad matrimonium pertinere videbitur. In libris igitur Pandectarum & Codicis, titu. de diuortiis
2 reperitur, quorum † vſus ſecundum Pet. & Pau. ſcripta, prohibetur. c. 1. in fi. vbi gl. diſtin. x. quos enim Deus coniunxit, nemo ſeparare poteſt. 33. q. 2. quod Deus. quod intellige, quando matrimonium eſt carnali copula conſummatum. c. ex publico. de conuer. coniu. licet ergo lex humana relig. cauſa cōiugia diſſolui dixerit, lex tamen diuina prohibuit. Ecce quomodo lex diuina prohibet id quod lex huma. concedit, non quòd leges Imperatorum, quibus ſæpe eccleſia vtitur, dicamus penitus renuendas, ſed quod eas euangelicis & apoſtolicis decretis, quibus poſtponendæ ſunt, non poſſe inferre præiudicium aſſeramus. x diſtin. c. 1. Vt autem nihil antiquitatis
3 ignoretur, ſciendum eſt, †olim tribus mo. matrimonium ſolui, morte, diuortio, captiuitate, ſeu alia ſeruit. l. 1. ff. de diuor. Multis etiam modis repudium fieri permittebatur. Sæpe. n. euenit, vt propter ſacerdotium, aut valetudinem, aut militiā ſatis commodè retineri matrimonium non poſſit. l. vitricus. cum ſequen. ff. de do. inter vir. Aliæ ſunt diuerſæ & multæ re-
4 pudii cauſæ. eas vide in C. tit. de repu. & in Auth. de nup. † Veteri quoque teſtamento ita ſcriptum erat, Deuter. c. 24. & 34. q. 1. non ſatis. Si acceperit homo vxorem, & habuerit eam, & non inuenerit gratiam ante oculos eius propter aliquam fœditatem, ſcribet libellum repudii, & dabit in manu illius, & dimittet eam de domo ſua. Cumq; egreſſa alterum maritum duxerit, & ille quoque oderit eam, dederitq; ei libellum repudii & dimiſerit de domo ſua, vel certè mortuus fuerit, non poterit prior maritus eam recipere in vxorem, quia polluta eſt & abominabilis facta coram domino. hæc verò poſt diluuium ſcripta, nam ante prohibitum erat repudium, poſt diluuium autem cum datione legis Moſa. quam implere nemo potuit, repudii conceſſa eſt duritia. 35. diſtinctio. ab exordio. Quidam hunc locum interpretatur hoc modo. Quod autem Moyſes ait, Deuter. c. 24. Non fęnerabis proximo tuo, ſed alieno, permiſſio eſt minoris mali propter maius malum vitandum, ne ſcilicet ſuis proximis ad vſuras concederent, ſicut permiſit eis dare libellum repudii, ne vxores ſuas occiderent, cum ad vtrunque hoc vitium eſſent proni. hæc Dionyſius Carthuſia. in c. 6. Luc. Multa enim permittebantur in veteri teſtamento, propter infirmitatem, quę in euangelii perfectione eliminata ſunt. Sicut permittebatur quibuslibet dare libellum repudii, ne per odium funderetur ſanguis innoxius,
5 †quod poſtea in euangelio dominus prohibuit dicens, vxorem a viro non eſſe dimittendam, niſi ex cauſa fornicationis. 31. q. 1. ſi qua. Iuſta ergo de cauſa veteribuſq; permiſſum erat diuertere, q & primitiuam eccleſiam obſeruaſſe quidam exiſtimant, authoritate moti Ambroſii in c. 7. ad Corint. 1. Idq; excuſare Iuſtinianum poterit, qui tractatum de diuor. in ſuis libris reliquit. Poſtquam autem Chriſtus venit in fine temporum, omega etiam reuoluat ad alpha, extremitatem retraxit ad principium, nec repudium dare permittitur. 35. diſtin. ab exordio. Hodie igitur nec captiuitate. Authen. de nuptiis. §. ſed nec captiuitatis, nec ſeruitute, nec exilio. gl. in cap. vna-
6 quæq;. 13. quæſt. 2. ſoluitur matrimonium. † Si quis tamen liber cum ancilla ignoranter matrimonium contraxerit, cognita ſeruitute poterit cum iudicio eccleſiæ ſeparari. Auth. de nup. §. ſi vero. colla 4. conſti. 1. 29. q. 2. ca. ſi quis ingenuus. c. propoſuit. & c. fi. de coniug. ſeruo. ſecus autem ſi ſcienter. 29. q. 2. ſi fœmina. cum ſequentibus. Vbi ergo eſt diſparitas perſonarum, ſi quis ignoranter contraxerit matrimonium, poterit diſſolui, veluti liber cum ancilla. Vbi verò eſſet error, tamen inter pares eſſet matrimonium, non diſtraheretur. gl.
7 29. q 2. c. 1. † Si ergo mulier in conditione mariti erraueriti putaueritq; eum eſſe liberum, cum ſeruus eſſet, in bonis vir concedi oportet mulieri quaſi priuilegium, vt ſcilicet ſi ſint alii creditores, ipſa præferatur circa de peculio actionem. l. ſi
8 cum dotem. §. fi. ff. ſolu. matrim. quemadmo. dos peta. † Quantum ad exilium attinet, mulier tenetur ſequi virum in vita & morte. d. c. vnaquæq; . dummodò non ſit vagabundus. 34. q. 2. ſi quis. & gl. & c. 1. de coniu. lepro. familiam cōſtituat in alia iurisdictione, a qua exul non ſit. C. qui matri. accuſare poſ. Cę pol. conſil. 5. Si enim ineuitabili neceſſitate cogente vir in aliam prouinciam fugerit, & vxor eum ſequi noluerit, illo viuente innupta permaneat. 34. quæſtio. 1. non ſatis. Quid enim tam humanum eſt, quam vt fortuitis caſibus mulieris maritum, aut vxorem viri participem eſſe. l. ſi cum dotem §. ſi maritus. ff. ſolu. matri. † Vir enim & vxor dicuntur diuinæ & hu-
9 manę domus ſocii. l. aduerſus. C. de crimi. expil. hæred. Vnde conſortium dictum eſt omnis vitæ, & diuini, & humani iuris communicatio. l. 1. ff. de ritu nupt. Eaq; vitę ſocietas quodam modo alterum alterius bonorum dominum facit. Itaq; ſi mu-
10 lier res viri furto † acceperit, eaſq; poſt ſolutum matrimoniū contrectauerit, non tamen furti tenebitur actione. Nam in honore matrimonii turpis actio aduerſus vxorē, l. 1. & 2. ff. rerum amot. negatur. Iure igitur canonico ſola morte ſoluitur matrimonium, nec vir ab vxore, excepta cauſa fornicationis ſeparari poteſt. c. ex publico. c. 1. de conuerſio. coniug. & c. 2. de diuor. In materia verò matrimonii, vtpote ad ſacra pertinentis, ius canonicum potius. gl. Inſtitu. de gradib. §. fi. attendimus. Propter fornicationem autem, ſiue ſpiritualem, ideſt hæreſim. 28. q. 1. idololatria. cap. 2. de diuor. & impietatem in Deum; ſiue carnalem, ſeparationi locus eſt. intellige tamen
11 ſeparationem quo ad thorum. † Idem autem iuris in dotis amiſſione ſeruabitur, ac ſi ſolueretur, vt olim, vinculum matrimonii. Ideo ob adulterium mulier perdet dotem ſine aliquo repudio, dummodo per iudicem eccleſiæ petita ſit ſeparatio propter iuſtam cauſam. 32. q. 7. omnes. & c cauſationes.
12 c. fi. de adult. Et tamen petitio non eſt † neceſſaria, quādo adulterium eſt notorium, ſed ipſe vir poteſt vxorem a ſe repelle-

re pro-

Source : BIU Cujas

re propria auctoritate & ſine iudice eccleſiaſtico.not.in d.c. fi.& c.porrò,de diuor. Eoq; caſu ſine aliqua ſententia mulier dotem perdere debet.c.pen.de donat.inter vir.& vxo. Quòd ſi matrimonium ob mulieris adulterium ſit ſeparatum,deinde vir fornicationem commiſerit, reintegrabitur matrimonium: nec enim maritus adulrer accuſare poteſt vxorem de adulterio, quia paria delicta mutua cõpenſatione tolluntur. c.ex literis.de diuor.c.pen.& fin. de adulte.l.viro.ff.ſol.matri.
13 quemadmo. dos peta. † Cum ergo hodie facta ſeparatione reſtituenda ſit dos.c.1.& 2.de dona. inter virum & vxorem. ſtipulatio etiam de dote reddēda poſt ſolutum matrimoniū extēdetur ad hunc caſum ſeparationis. debet.n.ſtipulatio ad ius referri, etiam verbis impropriè acceptis.l. ſi ſtipulatus.ff. de vſur. Nam & iure veteri per captiuitatem non omnino ſoluebatur matrimonium. l. vxores. ff. de diuor. & tamen ex tali ſtipulatione agi poterat.l.ſi quis ſic ſtipuletur.vbi Bart.ff.
14 ſol.mat.† Sed & propter morbum Neapolitanum,quem Gallicum appellant, vir ab vxore non ſeparatur, ſicut nec ob lepram.c.1.de cõiug.lepro.Si quis propter imbecillitatem coire minimè valeat, nec cum ſua vxore rem habuerit, iure etiã canonico ſoluitur matrimonium.l.in cauſis. C.de repud.Auth de nup.§.per occaſionem.& c.quod autem. 27.q.2. item ſoluitur matrimonium,ſi altera partium ante carnalem copulam, vel vtraq; conſentiat poſt corporum commixtionem, ad continentiam tranſire.c.ex publico.de conuerſio.coniug. 27.q.2.ſunt qui dicũt. quod & ſuperiore libro declarauimus. Nunc ad alia iura nuptiarum abrogata iure canonico & di-
15 uino tranſeamus. † Quãuis ergo naturalis ratio & ciuilis ſuadeat,vt parentibus, & patriæ pareamus.l.2.ff.de iuſti.& iure. Inſt.de nup.§.maſculi.vnde iuſſus parentis in matrimonio ꝓtrahendo ac conſenſus præcedere debeat,paternusq; cõſenſus in nuptiis deſideret,nec ſine eo legitimę nuptiæ habeantur.32.q.2.non omnis. iura tamen canonica aliud permittũt: liberis enim præter voluntatem parentum licet contrahere matrimonium, quod firmum erit, quamuis ipſi parentes reclament.gl.c.hoc ſanctum.32.q.2. & c.cum cauſa.de raptori.
16 †Si ergo filia inuito patre nupſerit,poſtquàm 25.annum impleuerit.Auth.vt cum de appella.cog.§. ſi verò.gl.in c.de raptoribus.36.q.1.in l.non tantum.§.ſi emancipatus.ff.de contratab.Arch.in d.c.de raptoribus.& 32.q 2.honorantur.indi ſtinctè pater tenetur eam dotare, nec exhæredare poterit.gl. in auth.non licet.C.de lib.præteri. Sed ante hoc tempus etiã pater tenebitur eam dotare, modò nupſerit honeſtæ perſonæ. Si verò ante vigeſimumquintum ann.indigno nupſerit, pater poterit eam exhæredare, nec cogitur eam dotare.d.§. ſi emãcipatus.& d.c.honorãtur. arg.auth. ſed & ſi poſt. C.de inoffi.teſta.Si tamen digno nupſerit viro,non poterit a patre exhæredari,ſed pater tenebitur eam dotare, cum non ſit neceſſarius patris cõſenſus.27.q.1.ſufficiat.Quod intellige,ſi ipſa filia dotem promiſerit: videtur enim hoc caſu & ſuam & patris rem vtiliter geſſiſſe.l. & iõ.ff. de in rem verſo.aliàs non
19 debet a patre dotari,vt voluit Bar.in l.obligamur.§.lege.ff.de act.& oblig. Alex.conſi.33.vide tamen Soci. in conſi.57.in 4 vol.Delcatur ergo illud Pauli reſponſum.l.Paulus.ff.de ſtatu homi.eum,ſ.qui viuente patre & ignorante de cõiunctione filiæ conceptus eſt, iuſtum filium nõ videri:nam in matrimo
17 nio contracto de patria poteſtate non eſt differendum,†cum in aliis etiam ſpiritualibus necnon ab eiſdem deponentibus nequaquam parentum requiratur aſſenſus.c.fin.de iudi.in 6. ſed ſine conſenſu agere,& in iudicio eſſe liberi in huiuſmodi cauſis eſſe poſſunt,ꝓtra.l.lis nulla.ff.de iud. Quicquid tamen dictum fuerit,putarem ego etiam iure canonico conſenſum patris in contrahendo matrimonio neceſſarium eſſe. inquit enim Ambroſius ind.c.honorãtur. non eſt virginalis pudor eligere maritum, in matrimoniis autem contrahendis naturale ius & pudor inſpiciendus eſt.l. adoptiuus.ff.de ritu nupt. Ea igitur mulier,quæ vult nubere, electionem mariti paren-
25 tibus deferat, ne appetentiæ æſtimetur author, ſi ipſa de nu-
18 ptiis ſuis electionem ſibi vendicet.†Quinimo pater reuocare poteſt vota & inſtrumẽta præſtita a filia,quæ eſt in domo, & poteſtate patris.32.q.2.mulier.Cum item dicatur,paterno arbitrio fœminas iungendas eſſe viris, datur intelligi, ꝙ paternus conſenſus deſiderabatur in nuptiis,nec ſine eo legitimæ nuptiæ habeãtur,iuxta illud Euariſtij Papę: Aliter inquit, non ſit legitimum matrimonium,niſi a parentibus tradatur. 33.q.2.non omnis.& 30.q.5.aliter. ſi verò abſq; conſenſu patris filia nupſerit, non propterea reſcindi debet tantum ſacramentum, † ſicut illa quæ vni deſponſata de futuro, alteri poſteà nupſit per verba de præſenti,non tamen reſcinditur matrimonium.c.j.de ſpon.duo.quamuis prohibitum ſit.c.ex literis. ij.de ſpon.ob dignitatē tanti ſacramenti:ita etiã quamuis prohibeatur,ne filia in poteſtate ſine conſenſu patris matrimonium ꝓtrahat,ſi tamen ꝓxerit, non reſcinditur. c. cum cauſa.de rapt.Si quis enim, inquit Auguſt.alicui mulieri fidē fecerit pactionis, non debet aliam ducere, ſi aliam duxerit, pœnitentiam agat de fide mentita: maneat tamen cum illa, quam duxit,non.n.reſcindi debet tantum ſacramẽtum.37.q. fi.duobus.Multa ergo prohibentꝰ, quæ tamen facta manent.
20 † Et ea opin. mihi æqua videtur, vt quædam media via inter ius ciuile,& canonicũ teneatur.Semper enim in coniunctionibus non ſolum quid liceat conſiderandum eſt, ſed etiam quid honeſtum ſit. l.ſemper. ff. de ritu nup. Eſt autem honeſtum,ꝙ in nuptijs ꝓhendis pater conſentiat. 27. q. j. ſufficiat. Cõſiderandus eſt igitur parentum conſenſus. Vnde iure ciui
21 li, necnon antiquo iure canonum, non datur†facultas raptæ virgini,vel viduæ,vel cuilibet mulieri raptorem ſuũ ſibi maritum expoſcere, ſed cui parentes voluerint, excepto raptore,eam copulent legitimo matrimonio:quoniam,inquit Iuſtinianus, nullo modo & tempore datur a noſtra Serenitate licentia eis conſentire,qui hoſtili more in noſtra Rep.matrimonio ſtudent coniungi. Adeoq; raptores puniendos iuſſit Imperator,vt etiam ſeruum raptorem concremari voluerit, pœnaq; ignis puniri.l.vnica.C.de rap.vig.Oportet etenim,vt quicunque vxorem ducere voluerit, parentes vel alios quos decet petat, & cum eorum voluntate fiat legitimum coniugium.d.l.vnica.§.ſinautem. Conſiſtere enim nuptiæ non poſſunt niſi conſentiant omnes,ideſt, qui coeunt, & quorum in poteſtate ſunt.36.q.2.placuit.l.2. ff. de ritu nup.Placuit ergo, vt qui rapiunt fœminas,vel furantur,aut ſeducunt, eas nullatenus habeant vxores,quamuis eis poſtmodum conueniant, aut eas dotauerint,dotemq; dederint,vel nuptialiter cum cõſenſu parentum ſuorum acceperint.d.cap.placuit.& 36. q. 2. nullus.Aliquando autem vis infertur parentibus,& nõ puellæ,veluti ſi ea cõſenſerit raptori;aliquando vtrique, quando ſine conſenſn parentum & raptæ puellæ; aliquando vis infertur puellæ,& non parentibus, quando voluntate patris puel-
22 la violenter abducitur.36.q 2.c.fi.† Hodie verò iure nouiſſimo rapta puella legitimè contrahit cum raptore, ſi prior diſſentio tranſeat poſtmodum in conſenſum; & quod ante diſplicuit, tandem incipiat complacere, dummodò ad contrahendum legitimæ ſint perſonæ.c.fi.de rapto.immo quamuis parentes reclament,nihilominus firmum erit,ca. cum cauſa.
23 eo.tit.matrimonium.†Quatuor enim legitima in iure canonico reperiuntur matrimonia.36. q. 2. tria.quorum primum eſt,virgo caſta,ĩ virginitate viro data ltĩmo.Secũdum, virgo in ciuitate deprahẽſa a viro,& illi p vim copulata, ſi voluerit pater eius,dotabit eam vir iſte,quantum iudicauerit pater,& dabit pretium pudicitiæ eius. Tertium,filia prædicta deprahenſa,ſi non fuerit voluntas patris,trahet eam a prædicto viro,& tradet eam alii,& dotabit eã,& erit legitima vxor.Quartũ,dum mortua fuerit vxor cuiuſlibet, licet illi accipere aliã, ſed neq; repudiatam,nec viro deſponſatam,ſed liberam,quæ
24 obtinent & in muliere mortuo viro.27.q.2 additur. † Ius ergo poteſtatis paternæ poſt cõtractas nuptias adeo mutatum eſt,vt etiam filia quæ nupſit,a patria manu liberatam eſſe crediderim.propter.n.nuptias,inquit Deus,relinquet homo patrem,& matrem,& hærebit vxori ſuæ,vt vna caro ſimul ſint; nec vir ſui corporis, nec mulier poteſtatem habeat, ſed alter alterius ſit in poteſtate. Cũ igitur nemo duobus dominis ſeruire poſſit, ne quis niſi monſtruoſus duo capita poſſit habere,mulier autem ſit in viri poteſtate, virq; ſit caput mulieris, conſequens eſt mulierem in ſolius viri eſſe poteſtate. Quare eam a patre emancipatam eſſe puto.Nam mulier nomine ac familia patris relictis in viri nomen,in viri familiam, in viri poteſtatem tranſit, ac in manu viri eſſe dicitur.ergo & extra patris manum cenſebitur, ideoq; ipſa emancipata.i.extra manum eſſe dicetur iuris ſaltem fictione.Præterea omnibus ferè in rebus matrimonij carnalis ad ſpirituale fit compa
25 ratio: ob ſpirituale autem, veluti † ſi quis efficiatur ſacerdos, perit patria poteſtas ob rei ſpiritualis dignitatem. c. indecorum.de ęta.& quali.idem ergo de altero dicendum,cum etiã naturam ſpiritualis matrimonii participet quantum ad vinculum ſacrī,cuius iudicium ſoli eccleſiaſtico iudicio competit,dignitasq; maxima carnali etiam matrimonio tribuatur, imò matrimonium cõtrahere ęquè digna & ſancta res eſt,vt ingredi monaſterium.gl.Inſtit.de nup. Item in his,quæ iuris publici ſunt,non habetur reſpectus ad patriam poteſtatem. Bart.in l.illud.ff.quod cuiuſq; vniuer. Nuptiæ verò in fauorē & vtilitatem reipub.& pro generis humani cõſeruatione,inſtitutæ ſunt.35.q.1.cum igitur.meritò ergo reiiciendus eſt ille patriæ poteſtatis rigor,maximè cum hodie matrimonia re
26 gantur iure poli,non iure fori.2.q.4 Euphemium.† Cum igitur iuſſerit Deus patrem & matrem relinqui, vt adhæreatur vxori ſuæ, nulla alia egemus ratione. ſed hoc verum fateri

oportet,

Source : BIU Cujas

oportet, filiã quæ nubit tacitè emãcipari, a patre videri, ac in poteſtatem, nomen, familiam, manumq; viri tranſire. l. cum in adoptiuis. C. de adop. Bar. in l. fi. C. de priui. ſcho. li. 12. Iura ergo, quæ ratione patriæ poteſtatis quandam inter patrem & filiam dotis communionem induxerunt, ne filia ob integram actionem dotem receptam perderet, cogaturque poſtea pater iterum eam dotare, hodie locum non habere oſtẽdimus. Maior nãque ratio ex parte filiæ procedit, ne pater receptam dotem conſumat, filiaq; indotata maneat aduerſus vtilitatem reipub. Bar. in l. ſoluto. §. quod ſi in patris. ff. ſolu. matri. l. ij. ff. eod. † Sed & propter ſuſpitionem patris aut paupertatem, actio in filiam conſolidatur, eaq; patris paupertas emancipationi comparatur, cenſeturq; filia tacitè emacipata. glo. & Barto. in d. §. quod ſi in patris. multomagis propter vinculum matrimonij, quod nemo diſſoluere poteſt, filiam nuptam tacitè emancipatam dicemus. † Adde etiam, ꝙ iure ciuili filiusfamlias a patria ptãte eximitur propter dignitatẽ, veluti patriciatum. l. fin. C. de conſul. lib. 12. ob ſummam igit matrimonij reuerentiam & dignitatem a patria poteſtate liberabitur, cum non maior ferè reperiatur dignitas quã matrimonij. Quis ergo patiatur patrem poſſe per emancipationis modum ſuis nexib. filium relaxare, diuinam autem prouidentiam non valere eam quam viro coniunxit, matremq; facit ab aliena eximi poteſtate. d. l. fin. ne ſi contrarium approbetur per quancunq; machinationem nuptialis amor minui videatur. † Si igitur bona ſit dignitatis patriciatus ad ſacramẽtum matrimonij ſimilitudo: filia, quæ conſtante matrimonio a manu patris erat liberata, poſt ſolutum matrimonium in patris poteſtatem reuertetur, quemadmodum is qui ob dignitatem liberatus fuerat, amiſſa dignitate poteſtati patris reſtituitur. Auth. de dignita. §. generaliter. collat. 6. cenſti. 9. Nec etiam ea, quæ ita ſuæ poteſtatis ſit, perdet aliquod ius legitimorum, ſed ſunt & generi ad eam, & ipſi ad genus intacta, & ex natura ſeruata iura. Ob emancipationem enim ius naturale non tollitur, nec pater deſinit eſſe pater, nec filius nomen filii amittet: non enim propter reſciſſionem is, qui filius iuſtus eſt, efficietur non filius. d. Authen. §. illud quoque. l. 1. §. ſi emancipatus. ff. de bon. poſſ. contratabu. ideſt propter emancipationem, ſiue ius, quod prætor emancipatis conceſſit. † Nam emancipati liberi iure ciuili nihil iuris habent. Inſt. de hære. quæ ab inteſt. §. emancipati. ſed prætor naturali æquitate motus dat eis bonorum poſſeſſionem contratabulas teſtamenti patris, aut aui: vnde ea reſciſſio ſiue ius emancipationis efficit, quo magis prætor eos admittat ad ſucceſſionem. Iſq; eſt verus intellectus legis 3. in §. ſi emancipatus, de bon. poſſ. contratabulas. Quam legem ita difficilem exiſtimauit Laneelotus Polytus, vt cum Papiæ mille ferè concluſiones propoſuiſſet, inter alias erat hæc. Quod paragraphus, ſi emancipatus, in l. 3. ff. de bon. poſſ. contratabu. nunquam fuit intellectus, nec vnquam intelligeretur. Ea verba accepi ab illo eloquentiſſimo Iuriſconſulto Andr. Alcia. qui etiam fatebatur ſe millies a xx. an. legiſſe, nec adhuc intellexiſſe. Ego verò hũc intellectum excogitaui, vt ſcilicet per reſciſſionem Iuriſcon. intelligat emancipationem, iuſq;, quod prætor emancipatis tribuit, qui patris iudicium reſcindunt. l. 1. ff. de leg. præſt. † Nã dubium putauit eſſe Iuſtinianus, an filius ob dignitatẽ emancipatus cenſeatur ius legitimorum amiſiſſe, & ideo ſanciuit non perdere, ſed generi ad ipſum, & ipſi ad genus ſeruata iura manere. d. Auth. quæ de dignita. §. penul. Non ergo propter emancipationem quis deſinit eſſe filius, ſed ob eam a prætore admittitur, nec repellendus eſt ab hæreditate, licèt iure ciuili nihil iuris emancipati habeant. Nec abſurdum eſt, emancipationem appellari reſciſſionem: nam olim emancipatio fiebat per quendam contractum & imaginariam venditionem, aderatq; familiæ emptor, quæ ſtatim emptum a parente filium manumittebat, eoque modo reſcindebatur contractus emptionis, neque amplius in dominio emptoris manebat, ſed ſui iuris efficiebatur. Inſti. de teſta. in princi. Siue igitur reſciſſio pro emancipatione capiatur, ſiue (vt voluit Alciatus) pro iure reſciſſionis, quod prætor emancipatis liberis tribuit, vterque intellectus mihi verus videtur. Alius intellectus dari poteſt, vt per reſciſſionem intelligamus reſciſſam emancipationem. Cum enim iſte filius emancipatus cauſam ingratitudinis commiſiſſet, vxoremq; inhoneſtam abſq; conſenſu patris duxiſſet, meritò emancipatione reſciſſa, damno libertatis immeritæ mulctandus erat. l. vnica, C. de ingra. lib. vide l. nationes. C. de reuocan. dona. & l. 2. C. de lib. & eorum libe. Neque autem ob reſciſſam emancipationem, is qui filius iuſtus eſt, efficietur non filius, cum reſciſſa emancipatio fiat, quo magis admittatur, non quo minus admittatur. d. §. ſi emancipatus. De his hactenus. Si quis filiusfamilias in tali ſit dignitate, quæ cum reddat emancipatum, iſque filius vxorẽ duxerit, eam quoque emancipatam dicemus, cum mulieres radiis & dignitate maritorum coruſcare debeãt. Neq; etiam minor eſt fauor libertatis quam ſeruitutis. mulier aũt, † quæ ſeruo nubit, olim ſeruilis efficiebatur conditionis ex Senatuſc. Claudiano. l. vnica. C. de Senatuſcon. Clau. & 29. q. 2. portatum. ſeruitutemq; a marito recipiebat, ergo multomagis ea quæ patricio nupſit, patricia dicetur, viriq; priuilegio gaudebit. Eo igitur modo filia quæ nupſit, ſaltem efficietur emãcipata. Quod & idem in omnibus, quæ viro coniunctæ ſunt, obtinere crediderim. Quamuis autem filia nupta a patre emãcipata tacitè cenſeatur, tenebitur tamen ipſum patrem honorare & reuereri, vt ratio & diuinum præceptum admonent. Econtrario pater liberis quamuis emancipatis, aut matrimonio ꝙiunctis, æquitate ſubuenire debet. Nam filia, licèt emãcipationis libertate gaudeat, nõ tamen ſine patris ſcientia ad ſecundas conuolare debet nuptias. l. viduæ. C. de nup. Vnde manifeſtũ eſt, emancipationis ius naturali iuri minimè obeſſe. in dote igitur, aut dotis actione danda, officium iudicis interponendum erit, quatenus & filiæ, & patri, competenter cõſulatur. l. ſi cum dotem, §. necnon. ff. ſolu. matr. ne. ſ. filia integram dotem receptam perdat, cogaturq; poſtea pater eã dotare, aut ex diuerſo pater integram dotem receptam dilapidet filiaq; indotata maneat aduerſus vtilitatem publicã. Bar. in l. ſoluto. § ꝙ ſi in patris. ff. eod. † Vltima hæc ſit ratio, ꝙ iure veteri emancipatio cum iniuriis, & alapis fiebat, eoq; modo a paterna manu liberabatur. Auth. quę de dignit. in prin. Quę conſuetudo, & ius antiquum, adhuc hodie omnibus ferè in locis obſeruatur. Idem etiam obſeruare Bononienſes, ait Accurſius, d. Auth. quæ de dign. ver. iniu. in deſponſandis. ſ. puellis. Eodem iure vtuntur noſtri Galli, qui vxores in poteſtate dicuntur habere, vt ſæpiſſimè in ſponſalium ſolennitate vidi. Vnde exiſtimo hunc alaparum morem, mutuamq; pugnorũ verberationem, quæ in huiuſmodi ſponſalium ſolennitatib. quotidie obſeruatur, ab illa veteri emancipatione deſcendiſſe, vt notum ſit, eam quæ viro coniungitur, a manu patris liberari. Eam enim rationem a ruſticis etiam viris intellexi, cũ interrogarem, qua de cauſa iſta pugnorum & alaparum pugna in deſponſatione fieret; ipſi reſpondebant, quoniam filia, quæ viro traditur, a manu patris eximeretur, nec amplius in paterna caſtigatione maneret. Alia ſunt item iura, quæ a iure canonico abrogata ſunt, veluti ea, † quæ mulieribus ante luctus annum nubentibus pœnas imponunt. Hodie enim viduis permittitur ſtatim a morte virorum iterum nubere abſque vlla infamia, aut pœna. Iure autem ciuili nouo, & nouiſſimo, adeo odioſa erant ſecunda vota, vt Iuſtin. multas reſcripſerit pœnas in mulieres ſecundo nubentes, aut ante luctus annum. l. decre. C. ex quib. cauſis infa. irroge. Mulieres, inquit, quæ intra tempus luctus nuptias contrahunt, vna cũ viris perpetuo edicto labem pudoris contrahunt, ac iure notiſſimo ſunt infames. l. 1. C. de ſecnn. nup. Mulierq;, quæ perdito viro intra anni ſpatium alteri feſtinauit nubere, honeſtioris nobiliorisq; perſona, & decore & iure priuatur, atq; oĩa quæ de prioris mariti bonis conſecuta fuerat, amittit. l. 2. C. e. l. ſi mulier. C. ad Senatuſc. Tert. Cæteras pœnas, quoniam in vſu eſſe deſierũt, omitto. vide in Auth. de nup. & Auth. de reſti. & ea, quæ par. §. vnum ſiquidem. † Illud autem ſciendum, illum luctus annum a iure introductum, ęquam in ſe rationẽ continere, ne ſcilicet ſi mulier ſtatim mortuo viro nuberet, de prole dubitetur. l. conſenſu. §. ſi verò. C. de repud. l. liberorum. ff. de his qui no. infa. Eaq; ratio adeo iuſta mihi videtur, vt miſſum ſit, quare aliud a iure cano. conſtitutum ſit ob ea Pauli verba, mortuo viro nubat in Domino, a quibuſdam ꝑ arbitrio explicata. Noſter item Iuſtinianus non tantùm eas odio habuit fœminas, quæ intra luctus annum viro nuberẽt, ſed etiam † pœnas aliquas ſecundo nubentibus, licèt poſt annum inſtituit. Auth. de non eligen. ſecun. nuben. & Authen. de nup. §. ſi verò expectat. Aeſtimauit enim optimũ, laudabile & dignum ratione eſſe, vt mulieres ita ſe honeſtè tractent, quatenus quæ ſemel ad virum peruenerunt, inuiolatum ſeruent morientium thorum, & huiuſmodi mulierem & miramur pariter & laudamus, & non procul a virginitate. d. Authen. de non elig. ſecũ. nup. §. optimum, ponimus. Felix enim & beatum eſt vtriq; contrahentium, in priore coniugio perdurare, & non procreatam ſobolem ſequentib. matrimoniis forſitan contriſtare. d. Auth. de nup. §. ſoluto igitur. nam propter ſecundum matrimonium, anima defuncti contriſtari dicitur d. Auth. de nupt. §. nos igitur. Vnde apparet Iuſtinianũ caſtitatem maximè coluiſſe. Auth. quib. mo. nat. effic. legi. §. nouimus. quam ſolum Deo cum fiducia animas hominum repræſentare poſſe credidit. Auth. de lenoni. §. ſancimus. Fauor etiam caſtitatis & pudicitiæ conſeruandę, mortis periculo præponi debet. l. 2. §. Virginius. ff. de orig. iur. l. iſti quidem.

ff. quod

Source : BIU Cujas

ff quod metus causa.cum virginitas, vel castitas semel corru
37 pta, restitui non possit.l.vnica.C.de raptu virgi.†Non autem timeant mulieres, si se continere non possiunt, ad secunda vota migrare.Neque enim ex his,quæ dicta sunt ad necessitatem deducimus amaram, & nostrorum temporum indignã, vt metu castarum nuptiarum, licèt secundæ sint,& ab eis abstineant,& ad interdictas permixtiones descendant ac corporis corruptiones.d. Authen.de non elig.secun.nub. §.si verò. si mulier non posset viri defuncti thorum inuiolatum seruare,cum forsan & iuuentus hoc non patiatur, nec possit contra feruorem naturæ resistere,quem retinere philosophiæ est perfectę.d.§.nouimus.cum nihil sit amoris furore vehementius:non propterea torquenda est mulier, nec interdicendæ sunt ei communes leges,sed ad viri alterius nuptias veniat honestè,& omni luxuria abstineat. d. Auth. de non elig. secun. nuben.§.si autem. Mulieris enim pudicitiæ congruit, matrimonium contrahere.l.mulier.la 1.§.cum proponeretur.ff.ad Trebell. Quare mortuo viro mulier cum soluta sit a lege viri, quandocunque libebit, nubere poterit etiam intra tempus luctus,nec propterea in notam infamiæ incidet. cap.pen. & fi.de secun.nup.cum secundum Apostolum,mulier mortuo viro ab eius lege sit soluta, & nubendi cui vult in Domino liberam habet potestatem. Deus enim masculum & fœminam propagandi generis causa nuptiali castitate coniunxit,& secundas nup.licitas esse monstrauit. 31. quæst. 1.Deus. Igitur si mulier intra tempus luctus nubat, concessa sibi ab
38 Apostolo vtitur potestate. † In matrimoniis autem contrahendis sacræ leges,sacros canones imitari debent,vt & Imperator videtur voluisse, cum negocia ecclesiastica secundum sacras & diuinas regulas emendari iussit, quas etiam, inquit, nostræ leges sequi non dedignantur. Auth. vt cleri. ap. prop.
39 episco.§.1.Auth.de eccl.titu.& priuile.†Neque vero tantum iura Imperatorum odiosas esse secundas nuptias voluerunt, sed etiam iura canonica, quæ bigamum in episcopum eligi non permittunt.25.di.nullus. imo nec ad sacros ordines promoueri: cum secundum Apostolum, oportet Episcopum, vnius vxoris esse virum.25.dist.deinde. Item in connubio secundarum nuptiarum, presbyteri interesse non debent, nec illis benedicere,ad exhortationem cõtinentiæ.31.q.1. si qua, & gl.in c.1. de secun.nup.

FINIS.

TRACTATVS
Dikeogamias, Io. Boschei Neustrij.
Liber Tertius.

SVMMARIVM.

1 *Voces sunt earum passionum,quæ in anima sunt notæ.*
2 *Bartolus notatus, quod in explicanda verborum proprietate sit superstitiosior.*
3 *Dos,generali significatione quid comprehendat.*
4 *Dos,quod ad nuptias attinet,quid significet.& nu.11.*
5 *Compensatio non admittitur de quantitate ad speciem.*
6 *Impensis dotem minui,quomodo intelligendum sit.*
7 *Dotali re extincta, dos non remanet.*
8 *Dotis appellatione,ea etiam quæ nondum tradita promissa tamen est, propriè continetur.*
Statutum de dote lucranda,locum habet in dote promissa.
9 *Dotata a patre censetur ea,cui testamento patris dos relicta est,excluisque dotatis filijs a successione per statutum, excluditur & illa.*
10 *Extensioni a propria significatione ad latiorem locus est in correctorijs.*
12 *Dotatis & nuptis per statutum a successione exclusis,non excluduntur desponsatæ per verba de futuro.*
Filia, cuius dos patri restituta est, eo mortuo actionem habet aduersus hæredes ad eam recuperandam, si ab eius successione excludatur.
13 *Dotem mulier viro datam post sponsalia ante nuptias, non secutis nuptijs repetit condictione ob causam vel sine causa, & nonnunquam rei vendicatione.*
14 *Dotem repetens nuptijs non secutis,eisdem priuilegijs vtitur, quibus & ea quę dotem solu. mat. repetit.*
15 *Dos incestas aut illicitas nuptias contrahentis, an & quando fisco applicetur.*
16 *Vxori dotem confitenti maritus exceptionem de iure fisci opponere non potest.*
Principes lege fiscali soluti sunt.
17 *Dos in matrimonio putatiuo, quando dicatur.*
Statutum circa dotes disponens, an extendatur ad dotes opinatitias.
18 *Dos quædam profectitia est,quædam aduentitia.*
Dos profectitia,quæ dicatur.
19 *Dos quædam confessa est,quædam numerata.*
Dotis confessio, quę fit constante matrimonio, præsumitur donandi animo fieri.
20 *Renunciatio donationis speciem obtinet.*
21 *Donatio inter virum & vxorem,morte donantis reuocatur.*
22 *Donare vxori non propterea præsumitur maritus, quod dotrm recepisse se ab eo confessus sit,qui eam dare tenebatur.*
23 *Confessio dotis receptę, nondum tamen numeratę, ante matrimonium facta, quem effectum habeat.*
24 *Confesso dotis receptæ facta in fraudem creditorum eis non nocet.*
25 *Dos soluto etiam matrimonio ante repetitionem propriè appellatur.*
26 *Dos ab executione nomen habet.*
27 *Mulier ab hæredibus mariti ali debet ante dotis restitutionem.*
28 *Dos restituta non amplius dos est, vnde nec ei priuilegia dotis competunt.*
Hęreditas adita,non amplius hæreditas est.
29 *Dos iniustè repetita,dotis nomen retinet.*
30 *Dos etiam in nummo vno consistere potest, quamuis oneribus matrimonij deseruire non possit.*
31 *Donatio propter nuptias, quid sit.*
32 *Dotis & donationis propter nuptias iura communia. & num. 35.*
33 *Donatio propter nup.sol.mat.ad virum redit, quemadmodum dos ad mulierem. & nu.42.*
Mulier, quibus casibus donatas sibi res a marito propter nupt. possit vendicare.
34 *Alienatio rerum donatarum propter nuptias,est prohibita.*
Mulier in donatione propter nupt. non habet priuilegium antelationis.
36 *Sponsalitia largitas,quid sit.*
37 *Dotalitium, seu dotarium, quid sit.*
38 *Nuptiæ etiam citra dotalia instrumenta contractę,ratæ sunt.*
39 *Donationem propter nuptias non meretur,quæ dotem non offert.*
40 *Mulieribus indotatis, qua ratione consultum sit a Iustiniano.*
41 *Vsusfruc. dimidię aut tertiæ partis bonorum mariti vxori in quibusdam regionibus ex l. municipali debetur, & in quo a quarta iure introducta differat.*
43 *Dotis & donationis propter nupt.pacta & lucra æqualia esse debent.*
44 *Dotalitium nihil commune habet cum dote, aut donatione propter nupt.*
45 *Dotalitium nonnihil conuenire uidetur cum ea quarta, quam Iustinianus mulieribus indotatis in bonis viri concessit.*
46 *Iustinianus notatus inconstantiæ.*
47 *Vir uxorem alere tenetur, non econtra.*

QVi terminos ignorat,
1 vix fieri potest,vt non paralogizetur,dicebat ille Peripateticus philosophus. non enim qs de aliqua re,quam non intelligit,potest iudicare.†Sed cum voces sint certæ, quæ sunt in anima passionum notæ. Aristo. lib.1. Periermin. ante omnia curare debemus, ne ignoratis illis, in illud paralogismi vitiũ incidamus. Quod quidem eueniet, si modo nomen dotis & donationis propter nuptias, cuius vtriusque nominis interpretationem vna cum differentia sumus facturi, intelleximus.Et vt dicebat Celsus, scire aliquid, non est verba tenere, sed vim ac potestatem. l. scire leges. ff. de leg. Nec putemus in verbis leges aut iura esse, sed in sensu; non in superficie,sed in medulla; non in sermonum foliis, sed in radice rationis.1. quæstio. 1. Marchion. Cæterum nostri Doctores, plus olei & operæ in explicandis terminis consumpserunt,
2 quam in sensu perquirendo. † Quod si quis Bartoli, inter cæteros Doctor. principis, volumina legerit in explicandis nominibus magistralibus, vt vocant, maiorem commentariorum suorum partem consumpsisse reperiet.Vnde plerunque dum proprietas verborum attenditur,sensus veritatis, capit. propterea.de verborum significatio.amittitur.Vnum exemplum placet citare, in hoc scilicet dotis nomine, in cuius interpretatione ita videbis Doctores adinuicem altercari. Doctor.in rub.ff.soluto matrimonio. quemadmodum dos pet. quemadmodum antiqui Sophistæ in duas sectas diuisi, quarum vna nominalium, altera realium dicebatur, inter se cum suis Elenchis & fallaciis pugnabant, ac veluti diuersi generis aues garriebant, adeoque sophisticè agebant,vt verbis homines fallerent. Cum itaq; verba instituta sint non vt per ea se inuicẽ homines fallãt,sed vt eis quisq; in alterius notitiã

cogita-

Source : BIU Cujas

cogitationes ſuas proferat xx. q.2.is aũt. Ita & Azo cum ſua ſecta rem dotatã & non nomen dotis definiuit: Bart.deinde magis quam cõfusè deſcripſit,in l.i.ff.ſol.matr. in qua hæreſi, poſt ipſum Bar.multi Docto.fuere.Ego verò inter utrunque volabo,& in medio tutiſſimus ero,neque nomen,neque rẽ,
3 ſed vtrunque paucis verbis declarare conabor.†Primum autem noſſe oportet,dotis nomen adeo generale eſſe, vt quicquid præcipuum alicui datum eſt ſiue a natura,ſiue ab homi nibus,id dos dicatur.hinc animi dotes pro virtutibus & dotes corporis dicunt.in iure ẽt prædiorum dotes appellantur, q̃ ſint pro illorum cultura deſtinatæ pecuniæ.l.Seiæ.§. liberto.ff.de fun.inſtru.Itẽ dos eccleſiæ dr̃.c.ſicut.de cõſec.eccle. & dos q̃ datur ſanctimoniali monaſterium ingredienti. Bart. in l.1.§.ſi parens. ff. ſi quis a paren. fu.manu. de his oĩbus do-
4 tis ſpeciebus hactenus. Dos autẽ quantum † ad nuptias attinet,pro re ſeu pecunia ex cã matrimonii viro data accipitur, arg.l.5.§.peculium.ff.de pecul.veriorq; Azo.fuit ſnĩa.magis. n.res q̃ verba intuenda ſunt.l.promittendo.ff.de iure do.Dotis ergo nomen vniuerſitatem quandã ſignificat,veluti cum dicimus,impẽſis dotem ipſo iure minui, non ad ſingula corpora,ſed ad vniuerſitatem erit referendum.l.1.§.impenſæ.ff.
5 de dote præleg.†Nã de quantitate ad ſpeciẽ nõ fit cõpenſatio.l.fi.C.de compen.nec in ſpeciebus cogitur quis admittere ſocium.l.ſi nõ ſortem.§.ſi centũ.ff.de ꝓdi.indeb.ſed diminutio fit reſpectu ipſius vniuerſitatis,id eſt,totius iuris,quod tãto minus efficiẽ.l.ſi is qui Stichum.ff.de iure dot. Qđ ergo
6 dr̃ impenſas neceſſarias†ipſo iure dotẽ minuere,non eo ꝓtinet,vt ſi fundus in dotem ſit deſinat aliqua ex parte dotalis eſſe.Sed niſi impenſa reddat̃,aut pars fundi, aut totus retinea tur.vnde etiã apparet dotem pro re dotali accipi,quia ob eas impenſas manebit maritus in rerum detentatione,& hæc eſt dotis diminutio.nõ autem ipſo iure corpora diminuunt̃, ſed remanent dotalia,nec interea alienari.d.l.ſi is qui Stichum,ĩ fi.poſſunt.Si verò dos in pecunia eſſet,ipſo iure.l. qđ dr̃.ff.de impen.minueret̃.idem ſi æſtimata eſſent corpora in dotem, d l.qđ dr̃.data.dos igit̃ ſæpi⁹ pro re ipſa dotali accipit̃,vt cum dr̃,dotem dari,reſtitui,peti,vendicari,numerari.l.dedit dotẽ. ff.de colla.bon.l.2.§.fi.ff.de priui.cred.l.dotẽ a patre. C. de iure dot.l.ſi a genero.ff.de vſuca.l in rebus.& l.ẽt.C.de iure do. l.ſi pr̃ ignorãs.ff.ſol.mat.aliquando aũt pro ipſa actione & iure vniuerſo accipitur.l.1.ff.de dote præle. qũo corpora in do tẽ data alia a dote cõſiderant̃.Eoq; caſu dotẽ a re dotali, vt ꝓ cretũ ab abſtracto veluti depoſitum a re depoſita. fac.l.1.ĩ fi. ff.de rer.diuiſ.differre crediderim.arg.l.licet.ff.de dote præle
7 ga.Bar.in l.cũ pater.§.pr̃ filiæ.ff.de leg.2.† Illud aũt notũ ſit, re dotali extincta,dotem minimè manere.l.1. C. de iu.dot.l. plerunque.ff.eod.licet aliud in peculio dicat̃. l. peculiũ.ff. de pecu.leg.Dos item licet ab executione nomẽ acceperit,Bar. in l.iuriſgentium.ff.de pact.doſque dicat̃ quando data eſt, vt
8 etymus oſtendit,tamen dos promiſſa†quãuis nõ tradita,pro priè dos dicenda.gl.in l.1.§.accedit.C.de rei vxo.ac.lex enim eam,quæ dotẽ promiſſam habet, dotem habere dicit.l.cum poſt.ff.de admini.tuto.l.1.ver.& ſi tantũ.ff.de colla.idemque iudicamus de dote data.d.l.ſi pr̃ ignorans.l.fin.C.de dot.promiſ.Vnde ſtipulatio vel ſtatutum de dote lucranda,ẽt in promiſſa locum habebit.l.ex morte.C.de pact.ꝓuen.l. ſi donat. vbi Iaſ.ff.de ꝓd.ob cau.maximè ſi creditor ſit in mora.l.ĩ exe cutione.ff.de ver.obl.ne fruſtratori mora proſit. c. mora, de reg.iu.in 6.Bar.ꝓſi.132.Quod ſi promiſſor non ſit in mora, non erit propriè dos,ſed quadam iuris interpretatione,cum nihil interſit,rem quis an actionẽ habeat l. qui actionem.ff. de reg.iur.Quæ aũt de ſtipulatione vel ſtatuto de lucranda dote dicta ſunt,in promiſſa locum habere intellige, niſi verba ſtatuti de dote data vel numerata mentionem facerent, vt per Bar.in l.iubemus.§.ſanè.C.de ſacroſan. eccl. Alia inde
9 oritur dotis interpretatio.†Si.n.ſtatutum filiã a patre dotatã a ſucceſſione excludat,illa cui pr̃ in teſtõ dotẽ reliquit, dicet̃ dotata excludet̃que a ſucceſſione.Bar.in l.Titio centũ.§.Titio genero.ff.de condit.& demonſt.l.non eſt.ff. de ritu nupt. Nam filia,cui dos ex teſtõ eſt aſſignata.dr̃ dotata,arg.d.l.non eſt.& l.qui pupillam.ff.de adulte.gl.in l.cum plures.§.pen.ff.đ admi.tut.lexque municipalis factũ patris,qui fecit qđ in ſe ẽ, quantumque in ſe fuit actum exercuit dotandi, reſpicit. Bar. in d l.Titio centum.Cũ ergo id ſtatutũ ea rõne innitatur,ne
10 facultates extra maſculorum familiã deferant̃, † ea de cã fiet extẽſio de propria ſignificatione ad latam, cui locus eſt etiã ĩ correctoriis .Alciat.in l.2.ff.de verb.ſign.glo.in Auth.vt hi q obl.gl.in clem.1.ver.eligatur,de electio.Hinc infertur, quod licet ante matrimonium ꝯctum propriè non ſit dos, tamen pro dote habebitur ex præſumpta legis mente, quã qualitas alicuius dictionis indicat.Bar. in d.l. Titio centum. veluti ea
11 qualitas a ſtatuto adiecta ſ.a patre.†Si verò ſtatutum diceret mulieres dotatas & nuptas extantibus maſculis non ſuccedere, in deſpõſatis de futuro locũ nõ haberet.Cy. ĩ l.nõ ſine. C.de bo.quæ lib.vbi Bal.diuerſa.n.eſt rõ inter hęc verba,dotata & nupta.Quare ſi patri ex ſtipulatione ſibi ſoli reddi facta,dos poſt ſolutum matrimoniũ reſtituta ſit, nihilominus filia vidua adhuc dicetur dotata,& iõ patre mortuo a ſucceſ ſione excludet̃,ſed ꝯ hæredes agere poterit ad reſtõnem do-
12 tis patri reſtitutæ.auth.ſed quamuis.C.de rei vxo.act.† Dotis quoq; nomẽ aliquando latius accipit̃, qñ ad matrimonii tps ꝯfertur.l.Theopompus.ff.de do.præleg.Idẽ ſi nominis cã ſic ꝯhentes per quandã anticipationem,ſeu prolepſim.l. ſi in ſeruo.ff.de iu.do.appellant,idẽque in diſpoſitione legis,cũ eiuſ dem rõnis æquitas verba plenius accipi ſuadet.l. lege Iulia.ff. de fun.do.vt meritò Soci.in ru.ff.ſolu.mat. latius ſumpto vocabulo, dotẽ ẽt ante nuptias crediderit poſſe dici. Si tamen
13 † mulier ante nuptias & poſt ſponſalia de futuro rem dotalẽ dederit ſpõſo,vt ſtatim dominus efficiat̃, qđ ſemp in dubio præſumitur.l.1.ff.de vſucap.pro do.nõ ſecutis nuptiis,pro ea dote repetenda aget ꝯdictione ob cãm, vel ſine cã. l.1.C.de ꝯdict.ob cau.aut ſi non dedit,vt ſtatim tranſferret dominiũ, aget rei vendicatione.l.dotis fructus.cum ſeq.ff.de iu. do. & priuilegio vtetur, hodieque habebit tacitã hypothecam ẽt cum prælatione.l.2.cum ſeq.ff.de priuileg.cred.l.fi.C.qui po.
14 in pig.hab.l.lege Iulia.ff.de fundo do. Si itaque ſponſa † dotẽ dederit,& nuptiis renunciatũ eſt,tametſi ipſa dotem ꝯdicat, tamen æquum eſt,hanc exemplo dotis ad priuilegiũ admitti.l.ſi ſponſa.ff.de iure dot.etiam ſi nullum matrimoniũ ꝯctũ ſit.d.l.2.§.ſi ſponſa.ff.de priui.credit.Idem dic,ſi minor xii.annis ad domũ quaſi vxor deducta ſit̃, licet nondum vxor ſit: intereſt enim reipu.& hanc ſolidum ꝯſequi,vt ætate ꝓmittẽte nubere poſſit.l.intereſt,ff.de priuile. cred. Dabimuſque ex his cauſis mulieri priuilegium.l.dabimus.ff.eo.Idem dictum eſt de dote data pro matrimonio putatiuo & nõ vero, ignoranter ꝯcto.l.ſi ſerua.ff.de iu.do.l.ſi cum dotem.ff.ſolu.matr.
15 l.2.ff.de priui.cred.Competet enim ꝯdictio ob illam dotem, quæ non carebit priuilegio.Dec.cõſil.35. Et hæc vera ſunt, †quoties nuptiæ quamuis inceſtæ, nullo modo ſecutæ ſunt. l.fina.ff.de ꝯdi.ſine cã. Sed eis ſecutis ꝓp delictum vr̃ius ad fiſcum pertinere.Publicatur enim dos inceſtas vel illicitas nuptias ꝯhentis.l.ſi quis.C.de inceſt.nupt.dummodo mulier & ius & factum ſciens ꝯxerit.Sed & ſi iuris ignorantiam alleget non tamen excuſatur,cum error dũtaxat acerrimus inflecta
16 tuſque excuſationem præbeat.l.q ꝯ.C.de inceſtis nup. † Nõ putauerim tamen de iure fiſci quicquam a marito excipi poſſe.l is ꝯſequenter.ff.familiæ erciſc.Et ideo vxori cõdicẽti nõ obſtabit alieni iuris exceptio.l.ſi ſeruus plurium.vbi Iaſ.ff.de leg.1.quod maximè in Principibus dictum eſt,qui lege fiſcali ſoluti ſunt.c.& ſi neceſſe,de donatio. inter vir. & vxor. ubi Ic.And.& Card. Quamuis.n. ſummus Pontifex poſſit adiri a nõ recognoſcentibus ſuperiorem, nõ tamen pœnas poterit exigere fiſco applicandas.Doct.in c.nouit, de iudic. & d. c.& ſi neceſſe.Eo autem caſu coniuges excuſari poſſent, ſi allegarent ſe ꝯxiſſe,quia ſperarent a ſummo Põtifice diſpenſationem.in iis.n.caſibus,quibus ſolet diſpenſari,probabilis videtur hęc allegatio.l.idem Iulianus,ff.de leg.1. vbi Doct.vt a
17 tali pœna excuſet,quæ circa dolum ſaltem præſumptum.l.ſi aduerſarium.§.idem Pollioni.ff.de adulte. & Salic. in d.l.qui ꝯ,non cõmittatur.†dos igitur in matrimonio putatiuo dicitur,quãdo vterq; ꝓiugũ ignorãtiã,c.2.& c.ex tenore, q filii ſint legi.gl.in l.dotali,ver.pr̃tabit̃.ff.de fun.do.prætẽderet.Vnde tali caſu,in pacto vel ſtatuto uerba de lucro dotis faciẽte, hmõi opinatitia dos cõpręhẽderetur.l.pen.in fi.ff.quod falſo tut.Veluti ſi pr̃ filiam,q̃ nondũ ætatis eſt nubilis, viro cõiunxit,vr̃ hoc feciſſe magis affectu propenſiore, quã dolo malo. d.l.pe.§.Iulianus tractat.Et iõ dos data nomine illius filiæ, fiſco non applicabit̃, tanquã matrimoniũ ꝯius ꝯctum ſit. Nã ætatis ꝓhibitio non eſt ꝓpetua, cũ ſpes ſit filiã illã ad nubilẽ ætatẽ ꝓuenire debere.Idem dic in ſtatuto executionẽ inſtrumentis dotalibus ꝓcedẽte.l.ſi cũ dotẽ.§.fi.ff.ſol.ma. ubi Ale.
18 Quod inteligendũ,quoties de fauore mulieris ageretur:ĩter eſt enim eius quã primum dotem repetere, vt alteri nubere poſſit.l.2.ff.de priuil.cred. Reſpectu verò lucri,qđ marito applicare poſſet,non ita eſt.l.inſulã.ff.ſolu.ma.l. 1.C. de ꝓdic.ob cau.Doct.in d.l.ſi cũ dotem.§.fi.†Dos item quædã profectitia,q̃dam vero aduentitia dr̃.profectitia dos eſt, quæ a patre vel a parente profecta eſt de bonis,vel facto eius.Siue igit̃ parens dederit dotem,ſiue procurator eius,ſiue iuſſit alium dare,ſiue cum quis dediſſet negotium eius gerens, parens ratũ habuit,profectitia dos eſt.l.profectitia.ff.de iu.dot. Nihil autem intereſt,cui detur dos profectitia,ſiue filiæ in poteſtate, ſiue emancipatæ.Nam non ius poteſtatis ſed parentis nomẽ dotem profectitiam facit.d.l.profectitia . in fi. Sed ſi certam

quantita-

Source : BIU Cujas

quantitatem vxor ſub ea conditione viro dederit, vt pro filia genero in dotem daret, non videtur vxori marito donaſſe, nec eo caſu interdicta eſt a iure donatio inter virum & vxorem: non enim ad hoc dedit, vt ipſe vir habeat, ſed vt genero pro filia expendat. Nam ſi non dederit, condictione tenetur, igitur ea dos aduentitia erit. Vnde quidam colligunt, patrem lege non obligari ad dotandos liberos, ſed tantum ex æquitate iudicis. Nam ſi obligaretur pater, & vxor ei daret pecuniam pro dote filiæ, ea donatio interdiceretur, quia maritus efficeretur locupletior, ſe, ab ea dotis obligatione exonerando, donatio ergo prohiberetur, contrarium tamen verum eſt. d.l. proiectitia. §. ſi quis certam. Pater ergo non dicitur iure obligatus pro dote liberorum. l. cum vxor. ff. de iure
19 dot. † Dos etiam alia confeſſa, alia verò numerata appellatur. confeſſa dos aliquando priuilegia numeratæ dotis habet. Quoties autem confeſſio conſtante matrimonio facta proponitur, donationis cauſa præſumitur emanaſſe. l. 2. C. de dote cauta non nume. Cum enim maritus iam abſque dote matrimonium contraxerit, deinde ea confeſſio ſequatur conſtante matrimonio, tamen propter maritalem coniunctionem, & quia inter ſuſpectas perſonas facta eſt, potius animū donandi præſumimus, quàm futuræ numerationis ſpem. l. qui teſtamentum. ff. de probat. Doct. l. ſi diuortio. ff. de verb. oblig. Quod quidem ſine dubio verum eſt, cum iam lapſum eſt decennium. Authen. de non ſolu. dot. §. vbi enim. vel cum exceptioni non numeratæ pecuniæ renuntiatum eſt: tunc
20 enim animus fortius iudicatur, † cum renunciatio ſit ſpecies donationis. l. ſi quis delegauerit. ff. de nouat. in hoc igitur caſu, quia donatio inter coniuges prohibita eſt, conſequens eſt, vt huiuſmodi confeſſio tanquam ſimulata, quandocunque ſubuerti aut reuocari poſſit. d.l. 2. C. de dote cau. non nume. nec marito aut creditori noceat, hæredibus tamen mariti no
21 ceret. † Quia ſi in ea voluntate deceſſiſſe maritum proponeretur, morte confirmatur, ſicut & alię donationes. d.l. 2. Alex. conſil. 143. in 5. volu. l. cum hic ſtatus. ff. de donat. inter vir. l. fin. C. de ſponſa. l. donatione. C. de donat. inter virum & vxo. Noceret etiam illis caſibus ſpecialibus, quibus talis donatio inter coniuges permittitur, vt quia remuneratoria, vel iuramento promiſſorio confirmata, & ſi qui ſimiles. Confeſſio
22 † autem mariti verſus ſocerum facta valere videtur. l. 3. §. ſocrui. ff. de dona. inter vir. l. ſi verò. §. de viro. ff. ſolu. matri. quia nihil eſt donatum vxori, quam pater, qui ſoluendo erat, tenebatur dotare. Et cum ſocer a tali obligatione liberatus ſit, cenſetur potius illi donatio, l. vt mihi. in princi. ff. de dona. facta. Idemq; dicendum, ſi confeſſio hæc verſus extraneum facta eſſet, qui tamen dotare teneretur. Nec enim tam mulieri donatum eſſet, quàm extraneo, verſus quem nulla eſt dona-
23 tionis prohibitio. † Quando autem confeſſio ante matrimonij conſummationem facta eſt, aut cum dotis conuentio matrimonium præceſſit: cumque vir vxorem non traduxit, niſi poſtquam dotem recepiſſe confeſſus eſt, non videtur tali caſu probabilis eſſe donationis ſuſpitio. argu. l. in contractibus. §. illis etiam. C. de non nume. pec. Si igitur ante contractum matrimonium conſtaret animo donandi factam confeſſionem, dubium non eſt, nihil agi. l. 1. C. de dote cau. l. 1. C. de dona. ante nup. vt in caſu certo id iudicemus, quod & in præſumpto. Igitur ante matrimonium contractum, vel in ipſo contractu, confeſſio dotis facta, non præſumitur animo donandi emanata, ſed ſpe futuræ numerationis. l. fin. C. de dote cau. non nume. glo. in l. 1. C. eod. Nec enim hic apparet, maritum voluiſſe abſque dote contrahere, nec adhuc maritalis coniunctionis tantus eſt ardor, meritò competet marito nō numeratæ dotis exceptio, niſi tali exceptioni ex interuallo renunciatum ſit. l. cum fidem. l. ſi ex cautione. C. de non nume. pecu. vel poſt conuentionem dotis, id eſt dotale inſtrumentum, ſubſecuta ſit ante traductam vxorem, hæc cōfeſſio ſeu ſecuritas. d.l. in cōtractibus. §. 1. ver. illis etiam. vel lapſa eſſent tempora a iure præſtituta. d.l. fi. aut iuratum eſſet dotem numeratam, exceptionive illi religione iuſiurandi adiecta renunciatum, & ſi qua ſimilia. Doct. in d.l. fi. Felynus in c. ſi cautio, de fide inſtrum. Ob eam autem confeſſionē oritur tacita
28 ſtipulatio cum hypotheca in bonis ipſius. gl. in l. exigere. ff. de
24 iudic. confirentis. † Item quoties conſtat, confeſſionem huiuſmodi in fraudem creditorum eſſe factam, non nocet. Authen. dc æqual. dot. §. illud. Veluti, ſi augmentum dotis in rebus mobilibus ab vxore conſtante matrimonio fit, quia fortè maritus dubitet, ne dilabentibus facultatibus, non ſoluendo efficiatur. gl. in auth. ſed iam neceſſe. C. de dona. ante nup. Neq; etiam nocet creditoribus, quando confeſſio facta cenſetur ſpe numerationis futuræ. l. aſſiduis, verſi. ſi tamen re ipſa. C. qui pot. in pign. ha. argu. l. per diuerſas. C. mand. vbi. glo. in ver. ſoluturum. Quod & verum eſt, quamuis creditores ſo
26 la perſonali actione ſint potiores: nam publicatis mariti bonis, in ea ſolum dote potior eſt vxor, quam corporaliter conſtat datam. l. penu. C. de bo. proſcrip. Nec hoc caſu quicquam referret, quòd maritus exceptioni non numeratæ dotis ſolenniter renuntiaſſet. In eorum enim, qui tempore priores ſunt, damnum huiuſmodi renunciatio nullius eſt momenti, argum. l. ſi cui. C. de non nume. pecu. & l. tam mandatori. eo. titu. aliàs parata eſſet fraudi via. l. 1. §. ſi mutuam. ff. ſi quid in frau. pat. Secus autem, ſi tempore renunciationis nullum adhuc ius creditorum eſſet. l. ſi ſuperatus. in fi. ff. de pigno. Si tamen tacitè renunciatum ſit tali exceptioni, vt quia lapſa ſunt tempora, id creditoribus præiudicabit, ſi modò ſciuiſſent eam exceptionem competere, nec eam obiicere curauerūt. gl. in l. ſcripturas. verſic. ſuum robur. C. qui pot. in pigno. hab. Si verò ignorabant, licet reſoluto iure auctoris ſui, etiā ſuum reſolutum videatur. l. lex vectigali. ff. de pig. tamen beneficio reſtitutionis in integrum ſuccurrendum eis eſt. d.l. in contractibus. ver. his ſcilicet. In cæteris, quando noceat creditoribus factum mariti, hoc plurimum in arbitrio iudicis ſitum eſt, qui arbitrabitur an verè renunciatio facta ſit, an potius initum decipiendi conſilium, quod ex coniecturis decerni poterit. Bart. in d. authen. ſed iam neceſſe. & in l. poſt contra-
25 ctum. ff. de donat. † Dos item poſt ſolutum matrimonium propriè appellatur, quando nondum reperita eſt. Sic enim ſolent Iureconſulti appellare. l. ſi ſocius pro filia. ff. pro ſocio. cū ſoluto matrimo. quemadmo. dos petatur conſtituunt. Vnde tunc propriè actionem de dote concedunt, quæ ante ſolutum matrimonium nō competit. l. ſi marito. & l. ſi pater ignorans. ff. ſolu. matrimo. Quare dirempto matrimonio, res adhuc dotalis manet, & prædium dotale eſſe intelligitur. Propriè igitur eo caſu dos eſt, nec qualitatis adiectione opus eſt, vt quidam voluit dicens, datæ dotis ſi fiat mentio, hoc caſu participium præteriti temporis ad cōſtantis matrimonii tempus referri, & ideo propter qualitatem illam adiectam dotem propriè dici, quod & eodem modo intelligenda rubri. ſolu. matrimo. quemadmo. dos petatur. Repetitur enim dos, ſcilicet data, ſicque conceditur actio ad dotem, ſcilicet datam. d. l. ſi marito. Quam rationem futilem ac vanam, vel ex ipſo do
26 tis etymo eſſe conſtat. † Dos enim ab executione nomen aſſumpſit, diciturque dos, cum data eſt. Bart. in l. iuriſgentium. ff. de pac. Illud ergo qualitatis nomen, cum ipſi dotis nomini inſit, fruſtra addi quis inficiabitur? Sed etſi mulier pro dote non reſtituta agat, omnino neceſſe eſt dotem prius datam fuiſſe. Dos igitur nondum repetjta, nulla adiecta qualitate propriè dicetur: nam dos poſtquam data eſt, dicit, & in actione pro dote nondum reſtituta præſumitur dos data. In hoc ergo mihi parcat Alcia. qui attenta magis ſubtilitate quàm vocis proprietate, priorem ſententiam ſequutus eſt, vt ab eo audiui, cum Bononiæ ſolu. matri. quemadmo. dos petatur, publicè interpretaretur. Dum enim nimia ſubtilitate quis vtitur, ad perniciem tendit. l. ſancimus. C. ad Trebellia. Dos ergo nondum reſtituta, propriè dos eſt: nec enim credendum eſt Iuriſconſultos tot iura in fauorem & priuilegium dotis condidiſſe, & impropriè loquutos fuiſſe. Omnia ferè iura dotiū,
27 de dote nondum reſtituta loquuntur. † Cum autem ſoluto matrimonio ante dotem reſtitutam ab hæredibus viri mulier ali debeat. glo. in l. 1. § finautem. in ver. reſtituendis. C. de rei vxo: act. cenſetur adhuc primum durare matrimonium. Nec obſt. vbi matrimoninm non eſt, ibi nec dotem eſſe. l. 3. ff. de iure dot. Hoc enim verum eſt, nunquam dotis nomen, niſi poſt contractum matrimonium, propriè accipi. Sed poſtquam ſemel dos proprium aſſumpſit nomen, ſuſtinuitq; onera matrimonii, ſemper dos dicetur, quouſque reſtituta fuerit. Idem enim matrimonium durare dicitur. Actio itaq; pro dote non reſtituta nominatur, quæ non daretur, niſi ſit vel fuerit aliquando contractum matrimonium. Nam ante matrimonium contractum dos ſponſo data, non ſequutis nuptiis, repetitur non actione de dote, quia nōdum proprium nomen aſſumpſit, ſed condictione ob cauſam vel ſine cauſa, vt prius diximus. Alia dotis interpretatio ſequitur. poſtquam
28 † enim dos ipſa reſtituta eſt, patrimonioque mulieris coniuncta, tunc propriè dotem non eſſe omnes fatentur. l. cum in fundo. §. quod ſi mulier. ff. de iure dot. Quod idem in hæreditate traditum eſt. l. ſed & ſi plures. §. filio impuberi. ff. de vulga. Ideo tali caſu ceſſat priuilegium legis Iuliæ, de fundo dotali. l. 3. ff. de fun. dot. Itaque in caſibus, quibus hæreditas dicitur, quamuis adita, de quo per Alcia. in l. nihil aliud. ff. de verborum ſignifica. in iiſdem dos licet reſtituta dicetur, voce ſaltem latius accepta. l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de conditio. & demonſtra. glo. in l. 4. ff. de fundo dot. Sed & ex communi loquendi vſu idem eſt, quo ſolemus dotatam viduam
29 appellare, argu. d.l. cum in fundo. At ſi † recuperata dos, ſed

Source : BIU Cujas

iniuſtè ſit, pro non recuperata habetur, rectęq; dos.l.ſi cum dotem.ff.ſolu. matri. dicetur. Idem cum ab eo eſt recuperata, qui conſeruare illam mulieri tenetur. auth. ſed quamuis. C. de rei vxo. act. l. fin. C. commu. vtriuſque iudic. propter adiectum enim onus ſeruat nomen. l. Pomponius, §. ſi de dote.ff.de acqui.poſ.vbi Aret.quod & in hæreditate dicitur. l.filiusfamil.ff.ad leg.falci.Idem cum ratio ſtatuti eadem ſubeſt,ſiue dos reſtituta ſit,ſiue non ſit. Fiet enim interpretatio ex extenſione, quæ de ſtricta vocabuli ſignificatione ad latã etiam in correctoriis ſolet concedi.gl.in clem.1. verſic.eligatur.de electio.† Dos item poteſt dici,quamuis non deſeruiat oneribus matrimonii, veluti ſi mulier in vno nummo dotata eſt,dotata tamen dicetur. Bald.in c.ſi proponentem.de reſcrip.pro portiuncula enim ſua deſeruiente aptitudo in nummo eſt.l. Neratius.§.pen.ff.de relig.& ſump.fune.idque ſufficit, cum augmentum dos recipere poſſit.l. ſi pater mulieris. ff.de iure dot.Illud tamen fateor,quotieſcunque mulier contemplatione dotis ab aliquo commodo ſubmouetur,de dote congrua intelligendum eſſe.l.quæro.ff.de iu.dot.auth.præterea,vbi Doct.C.vnde vir.Donatio autem propter nuptias, † quæ & ante nuptias prius vocabatur,'ea eſt res,quã maritus dat vxori in dotis compenſationem:tantaq; eſt inter dotem & donationem propter nuptias ſimilitudo, vt æqualitas inter vtranq; donationem ſeruari debeat: æqualitatis enim & iuſtitiæ, inquit Iuſtinianus, ſumus amatores, quæ in conſortiis volumus obtinere.Auth.de non eli.ſecun.nub.§.ſinautẽ. Quod itaque ius in dote † ex parte mulieris inducitur, idem & in donatione propter nuptias ex parte viri obtinet.Si ergo dos cõſtante matrimonio augeatur aut diminuatur vel conſtituatur,eodem modo de donatione propter nuptias cẽſendum erit.l.fin.C.de dona.ante nup. Idem in pactis, lucris,d.l. fin.& auth.ſiue a me.C.ad Velle.& conuentionibus.Et ſicut vir efficitur dotis dominus,ita & mulier donationis propter nuptias, excepto vſufructu, quem maritus conſtante matrimonio habet pro ſuſtinendis matrimonij oneribus, arg.l.dotis fructus.ff. de iure dot. Item † quemadmodum dos ſoluto matrimonio ad mulierẽ redit, ita & donatio propter nuptias ad virum redire debet,vt ęqualitas ſeruetur.Auth.de ęquali. dot. Ea autem propter nuptias donatio a iure eſt introducta,vt vir cui dos promittebatur, æqualem mulieri donationem faceret,cuius dominium abſq; traditione in ipſam mulierem transferebatur.gl.& Doc.in auth.dos data.C.de don. ante nup.& Inſt.de dona.§.eſt & aliud.Vnde ſi conſtante matrimonio vir ad inopiam vergeret, aut ſolu.matri.res dotalis non exiſteret,mulier poterit res ſibi per virum donatas,ab ipſius viri hæredibus vendicare.auth.promiſſa.C.de dona.ante nupt.† Nam huiuſmodi res ſicur dotales alienari prohibẽtur. d auth. ſiue a me. Inquit.n.Iuſtinianus, Auth.vt immob.vt immobilia ante nup.donationis,neq; hypothecæ dentur,neque omnino alienentur a viro,neque conſentiente vxore,niſi poſtea ſatisfieri poſſit vxori, hæc etiam in dotem valere. Sed mulier poteſt in traditione dotis eam donationem propter nuptias negligere & non petere,quia non efficitur pauperior.Nam ante huiuſmodi remiſſionem, ipſa fructus nõ lucrabatur,ſed vir.Aliud autem eſt in dote,quã ſi vir remitteret, efficeretur pauperior.ita intellige l.fin. C.qui pot.in pig. hab. † Donatio item propter nuptias eodem gaudet priuilegio,quo dos,quantum ad hypothecam tacitam & ſtipulationem tacitam.d.l. fi.& l.2. C.de bon.quæ libe. Eam quoq; donationem mulier petere viro vergente ad inopiam, ſicut de dote dicitur. Sed ante viri mortem non poterit vti lucro ipſius donationis,ſed tantum conſignabitur.glo.in auth.donationem.C.de iure dot. Nam in rerum natura incertum eſt illud lucrum, cum pendeat ex futuro euentu, quia mulier ipſa poteſt in matrimonio prædecedere. In dote verò ſecus eſt, cum certum ſit in omnem euentum dotem mulieri reſtitui debere,matrimoniumq; aliquando ſoluturum. Item quamuis mulier ob donationem propter nuptias,ſicut ob dotem, habeat tacitam hypothecam in bonis mariti,non tamen gaudebit priuilegio antelationis in petenda illa donatione, cum iura non lucro,ſed ne damnum patiantur,mulieribus ſubueniant.d.l.aſſiduis. C.qui potio.in pign. hab. Alia eſt donatio, † quæ vocatur ſponſalitia largitas,quando ſpõſus ſponſæ, vel econtrario, per verba de futuro purè dat, non habito reſpectu ad dotem.Eaq; donatio habet in ſe tacitam cõditionem, ſi matrimonium ſequatur.l.tum veterum.l. ſi a ſponſo. C.de do. ante nup. Sæpiſſimè tamen ſponſalitia largitas pro donatione propter nuptias in iure accipitur.Vltima dotis,ſeu donationis ſpecies,dotalitium † ſeu donarium appellatur. Hoc autem dotalitium,neq; propriè dos eſt,neq; donatio propter nuptias, ſed eſt quidam vſusfructus bonorum mariti, quem mulier debet habere poſt viri mortẽ, veluti vſusfructus, tertiæ aut mediæ partis bonorum viri.is autem vſusfructus a iure ortum habere videtur,& in vſu eſſe adeo conſueuit,vt abrogata donatione propter nupt.in eius locum ſurrogatus eſt, alio tamen modo. Omnibus.n.ferè in locis dotalitium locũ habet, cuius interpretationem nemo adhuc hactenus fecit. vide gl.in c.plerunq;,de do.inter vir. & vxo. & c.ex parte, de fo.compe.& gl.in c.Raynu.ver.tam tertia,de teſta. † Cum.n. iure nouiſſimo,necnon etiam veteri nuptiæ extra dotalia documenta ſoloq; affectu faciat, dotalium non egens augmento.Auth.de nup.§.nuptias.non enim dotibus, ſed affectu matrimonia contrahuntur.l.iubemus.C.de repud.ideo non cogebatur vir indotatam accipiens vxorem, donationem propter nuptias adſignare, quæ in compenſationem dotis ac ſecuritatem introducta eſt. † Dotem.n.non offerens,non poteſt res viri acquirere per ante nuptias donationem.Auth.de exhi.& introdu.reis.§.fi.Nam iuſtum non eſt omnino mulierem dotem nõ dantem marito,ante nuptialem accipere donationem.Auth.de nõ eli.ſec.nub.§.illud quoq;. Quare cum neq; dotem, neq; donationem propter nuptias, mulier poſt mortem viri habere cõtingeret,iura mulieribus fauerunt, vt quartam.ſ.partem bonorum mariti haberent. Quoniam,inquit† Iuſtinianus, d.Auth.de exhib.& introduc.re.§ quoniã, videmus quoſdam cohærentes mulieribus indotatis,deinde morientes,& filios quidem ex lege vocatos ad paternam hæreditatem: mulieres autem licet in ſtatu legitimæ coniugis decies milies manſerint,attamen eo ꝙ non ſit facta dos,neq; ante nuptias donatio,nihil habere valentes, ſed nouiſſima viuentes inopia.Propterea ſancimus prouidentiam fieri etiam earum in ſucceſſione morientis,& huiuſmodi vxorem cum filiis vocari, quartamq; partem eius ſubſtantiæ habere. vide Auth.vt li.mat.& auiæ.§.in præſenti.& auth.præterea.C.vnde vir & vxor.Ita tamen, vt vſum ſolum in talibus rebus mulier habeat,dominium autem illis filiis ſeruetur,quos ex ipſis nuptiis habuerit.d.§. in præſenti. Eo igitur caſu, ne coniunx poſt mortem coniugis fame periret, cogereturq; mendicam vitam agere, prouiſum eſt, vt mulieres inopes quarta parte bonorum viri defuncti vtantur, nam etiam vir aut eius hæredes poſt ſolutum matrimonium ipſam mulierem alere tenẽtur.Bar.in l.ſi cum dotem.ff.ſol.mat. † Vnde ſtatuta ſeu conſuetudines emanarunt, quibus cautũ eſt,mulieres poſt mortem viri,aut mediam partem bonorum,vt apud Burgundos; aut tertiam partem,vt apud noſtros Normanos,quantum ad vſum habere,ſeruata proprietate hæredibus viri. Cæterum non omnino is vſusfructus ſeu dotalitium cum illa quarta a iure inducta conuenit,quia non datur illa niſi inopi nec dotẽ nec donationem propter nuptias habẽti.Secus autem in dotalitio,quod etiam dotatę ac diuiti mulieri datur. alia quoq; eſt differentia.Nam ſi mulier nullos habuerit liberos, eã quartam dominii iure habebit,dotalitium autem ad mulierem iure proprietatis pertinere rarò vel nunquam euenit.in aliquibus tamen locis,maximè inter nobiles,iure hæreditario dotalitium ad mulierem ſuoſq; hæredes tranſit.eoq; caſu cum illa quarta magis conueniret, quàm cum dote, aut donatione propter nuptias.Nam dos a muliere viro datur propter onera matrimonii ſuſtinenda, dotalitium autem mulier a viro poſt finitum matrimonium recipit.nihil ergo communitatis cum dote habet. Donatio† quoq; propter nup.in compenſationem dotis datur,ſolutoq; matrimonio ſicut dos ad mulierem,ita ea donatio ad virum redire debet.Authen.de nup.§. deinceps.& c.donatio, de dona.inter vir.& vxo.neq;.n.quidpiam apud mulierem manere poteſt, niſi vice verſa aliquid de dote apud virum maneat. nam paria & æqualia † debent eſſe pacta,lucra, & conuentiones, inter dotem & donationẽ propter nuptias,vt æqualitas obſeruetur.hæc omnia in dotalitio non obtinent. non enim in compenſationem dotis datur,ſed licet non fuerit dos conſtituta, mulier tamen dotalitio vtetur poſt viri mortem,nec opus eſt dotis partem ipſi viro dari a muliere,nec æqualitas inter dotem & dotalitium vſquam conſideratur. Conclude † igitur,dotalitium nihil cõe cum dote, aut donatione propter nup.habere, ſed quid eſſe diuerſum.gl.in c.plerunq;.ver.dotalitiũ.de do.int.vir.& vxo. Cum itaq; quid in ea re ſentire,perplexo ac dubio animo animaduerterem, putaui dotalitium in iure comparari poſſe illi vſui, quem mulier inops poſt mortem viri habet, ſtatutaque ſubuenire mulieribus voluiſſe, vt ſi quando contingeret poſt virorum mortem indotatas manere vxores,aliquã tamen ex bonis defunctorum virorum partem detrahere, vt inde ali poſſint, inopiaq; coniugis per diuitias ſaluetur alterius.d.§.in præſenti.Vnde † mihi videtur,dotalitium cum ea quarta a Iuſtiniano mulierib.conceſſa,cõuenire,quia vtrunque in ſucceſſione obtinet:quemadmodum.n.illud ius quartæ iure ſucceſſionis coniugi competit. auth. prẽterea. C.vnde

Source : BIU Cujas

de vir & vxor. ita & dotalitium viro prædecedente mulieri acquiritur. nihil autem mirum videatur, si diuersis in locis diuersa statuta seu consuetudines de dotalitio reperiantur. nã
46 & ipse† Iustinianus adeo in ea re variauit, vt Dianæ amore captus, quasi alter Endimion, dormitasse videatur, qui secundum lunarem cursum toties iura mutauerit. aliquãdo enim quartam partem substantiæ mariti, dummodò non excederet centum lib. auri quantitatem, mulieribus concessit. l. fin. C. de repud. Auth. de nup. §. 1. si quis igit. Aliquando in quartam partem bonorum mariti mulieres vnà cum filiis succedere constituit. d. Auth. de exhi. & introdu. re. §. quoniam vero. & d. §. in præsenti. Deinde non permisit viro aliquid in bonis mulieris accipere, sed ecõtrario mulierem viro mortuo, aut soluto matrimonio per diuortiũ vxoris sine causa, quartam bonorũ viri cum distinctione voluit habere. d. §. in præsenti. Tandem nullã differentiam fecit inter vir. & vxo. Auth. vt fra. fil. succe. §. fi. Quoniam autem nostri Galli eo dotalitio vtuntur, viriq; nullum ex dote lucrum percipiunt, nisi ex pacto aliud conuentum fuerit: mulieres autem dotalitij lucrũ semper habent, ideo pauca addenda sunt. Nã Itali, veluti Mediolanenses viri tertiam partem dotis ex statuto lucrantur. Gallorum tamen æquior est consuetudo, quæ mulieribus potius quàm viris voluit consulere. mulieres. n. maiori auxilio q̃ viri egent, quamuis æqualitas inter masculum & fœminam seruari debeat: iura tamen multis in locis magis fauent mulieribus quam viris. interest. n. reipu. mulieres esse dotatas, vt inde nubere possint, secus de viris. Item viri facillimè possunt absq; verecundia victum manibus, aut arte quærere: muliebris autem sexus, pudor, imbecillitas, fragilitas, & in vitium promptitudo, omnia hæc neminem non commouent ad misericordiam. Quinimò cõtra sexus esset naturam, quod vxor
47 in virum largitate vtatur, †quia vir vxorem, non vxor virum alere tenetur. l. cum hic status. §. fi. vbi gl. ff. de dona. inter vir. & vxo. Alias adderem rationes, quare potius mulieres dotalitium habent quàm viri: sed longiori commentario impræsentiarũ vti non licet, ob librorũ ac temporis incõmoditatẽ.

FINIS.

TRACTATVS
Dikeogamias, Io. Boschei Neustrij Liber Quartus.

SVMMARIVM.

1 *Ri vxoriæ actionis ius in actionem ex stipulatu transfusum.*
2 *Dos omnis per actionem ex stipulatu exigitur, etiam si nulla interceßerit stipulatio: lex enim eam interuenisse fingit. & nu. 5.*
3 *Hypothecam tacitam lex dat pro dote præstanda, vel exigenda.*
4 *Fictio stipulationis circa actionem de dote etiam in muto locum habet, & quæ sit huius ratio.*
5 *Stipulatio dotis exigendæ fingitur interposita per mulierem tametsi extraneus eam dotem constituat, nec stipuletur sibi reddi.*
6 *Extraneus, quod ad constitutionem dotis attinet, quis dicatur.*
7 *Actio de dote marito competens, an & quando sit bonæfidei.*
8 *Actio ex stipulatu pro dote exigenda est bonæ fidei, etiam in persona hæredum mulieris.*
9 *Actio patri competens pro dote profectitia exigenda, est bonæ fidei.*
Filiæ secundo nubenti dotem a priore marito exactam restituere cogitur pater.
10 *Fictio stipulationis circa dotem locum habet etiam in patre dotante filiam.*
11 *Dos a patre pro filia data omnimodo ad eam pertinet, etiam si ab eo fuerit exhæredata, nisi pater eam sibi soli reddi expreßè stipulatus fuerit.*
12 *Dotem reddi patri, qui suspectus haberetur, filia etiam iure veteri poterat impedire.*
13 *Impensæ etsi dotem minuant, ob eas tamen non permittitur dotis retentio.*
Impensæ in res dotales factæ, qua actione repetantur.
14 *Stipulatio non parit actionem ad id, de quo actum non est.*
15 *Mulieri dotem repetenti, an & quando poßit opponi compensatio, aut propter impensas retentio.*
16 *Mulier, aduersus quam ob res donatas agitur, aut quæ pro dote agit, compensatione & retentione vti non prohibetur.*
17 *Libellus generalis in petitione dotis admittitur.*
Dotis promißio incerta valet.
18 *Maritus actione de dote conuentus eatenus condemnatur, quatenus facere potest, quod priuilegium hæredi extraneo non datur.*
Mulier virum inopem alere tenetur.
19 *Maritus in actione de dote, cum quæritur an facere poßit, dolum non etiã culpam præstare debet.*
Maritus condemnatus in actione de dote in id quod facere potest, cauere debet restituturum se quod minus persoluit, si quando ad meliorem fortunam peruenerit.
20 *Socer conuentus actione de dote, beneficium habet ne damnetur nisi in id quod facere potest.*
21 *Dotis exactio, intra quantum tempus fieri debeat.*
22 *Maritus dotem intra tempus præstitutũ non restituens, ad quid teneatur.*
23 *Partu ancillarum dotalium, quæsita item per seruos dotales, an & quando ad maritum pertineant.*
24 *Fructus rerum dotalium ad maritum spectant.*
25 *Fructus rerum dotalium eius anni, quo matrimonium soluitur, quomodo inter maritum & vxorem diuidendi.*
Venditione sub conditione facta, si res vendita pendente cõditione pereat, perit periculo venditoris.
Aestimatio, vera venditio est.
26 *Fructus soluto matrimonio ex dote percepti non propriè dotem augent, sed ipsam de dote actionem.*
Dos propriè non est, vbi matrimonium non est.
27 *Fructus ante matrimonium contractum ex dote percepti, dotem augent.*
28 *Vxor a viro alimenta petere potest actione de dote.*
29 *Nomine debitoris in dotem dato, vtilis actio aduersus ipsum debitorem viro competit absq; alia ceßione.*
30 *Pactum inter coniuges factum, quod fructus dotis in dotem conuertantur, eamq; augeant, an & quando valeat.*
31 *Pactum simplex interpositum a patre dotante filiam de dote sibi soli restituenda, non valet.*
32 *Pater si promiserit dare dotem si filia voluerit, quid constituendum sit, si filia prius decesserit, quàm voluntatem suam declarauerit.*
Pactum legis commissoriæ circa dotem in fauorem mulieris valet.
33 *Filia fa. dotem de bonis patris furiosi promittere, pactaq; super eadem dote inire potest.*
Pactum a muliere cum viro factum, vt is solu. mat. existentibus etiam liberis partem dotis lucretur, non valet, nisi morte mulieris soluatur matrimonium.
34 *Factum tempore illicito, collatum tamen in tempus licitum, non semper valet.*
35 *Donatio causa mortis inter coniuges valet.*
36 *Dotem dare coactus nomine alimentorum, stipulari potest eam sibi reddi soluto matrimonio. non autem hæredibus mulieris.*
37 *Pactum de lucranda dote, soluto matrimonio morte mulieris, locum ne habeat in morte ciuili.*
38 *Mulier deportata, post deportationem nubere non prohibetur.*
39 *Pactum ab extraneo cum consensu mulieris ex interuallo interpositum de dote sibi restituenda, soluto matrimonio, quem effectum habeat.*
40 *Pactum a patre de dote sibi restituenda soluto matrimonio interpositum ex interuallo cum consensu filiæ, an & quando valeat.*
41 *Mulier dotem promittens viro, quem suspectum ac facultatibus labentem scit, an propterea destituatur auxilio l. si constante ff sol. matri.*
Mulier tacitæ hypothecæ per pactum renuntiare non potest, conuentionali potest, & cur tam variè.
42 *Hypothecæ tacitæ, quam in bonis mulieris dotem promittentis habet vir, renuntiare potest.*
43 *Mulier dotis conditionem deteriorem facere nonnunquã potest. & nu. 45.*
44 *Vir in rebus dotalibus dolum & culpam leuem, non etiam leuissimam, aut casum, præstare debet.*
46 *Pactum a muliere interpositum super dilatione restituendæ dotis, quæ legalem dilationem excedat, an & quando valeat.*
Priuilegium dotis personale ad hæredem non transit.
47 *Pactum a muliere interpositum, vt simili dilatione vir vtatur in dote restituenda, quam passus fuerit in recipienda, non valet.*
48 *Dotis contractus si incepit a traditione, mulier ignorans rem traditam esse alienam, non tenetur de euictione.*
49 *Pactum ne maritus dotem petat constante matrimonio, an valeat.*
Origo rei non potest conferri in tempus, quo debet extingui.
50 *Pactum initum contra substantiam dotis, quod tamen non omnino adimit dotem, vitiatur non tamen vitiat.*
51 *Stipulatio, qua quis stipulatur dotem reddi sibi, aut cui iure debetur, alio iure censetur in extraneo dotante quam in patre.*
52 *Pactum de parte dotis lucranda locum habet, etiam si mulier decesserit antequam ducta fuerit, si tamen contractum sit matrimonium per verba de præsenti.*
53 *Mulier etiam eum virum lugere debet, qui ante carnalem copulam decesserit.*
Dotis permutatio conuentione fieri potest.
54 *Dotem a patre vel ab alio promissam, si vir nouandi causa stipuletur, periculum dotis ad eum spectat.*
55 *Satisdatio non est exigenda a marito, aut patre eius pro dote. & quæ sit huius ratio.*
56 *Fideiussores dotis restituendæ causa, quando & qui dari possint.*
57 *Sequestratio dato fideiussore reuocatur.*
58 *Prohibitioni, ne fideiussores dotium dentur, an renuntiari poßit.*

Source : BIU Cujas

Ioan. Boſchei, de nuptiis.

SVpereſt, vt de actionibus, legatis, pactis, & priuilegijs dotalibus loquamur. Primum ergo hoc in libro de actione dotis & pactis dotalibus differemus. Fuerat
1 aũt†antea & rei vxoriæ actio vna ex bonæfidei iudicijs, ſed cũ pleniot ſit ex ſtipulatu actio, omne ius quod res vxoria ante habebat, in actionẽ ex ſtipulatu q̃ de dotibus exigẽdis proponit, tranſlata eſt. Inſti. de act. §. fuerat. vnde merito rei vxoriæ actione ſublata, ex ſtipulatu, q̃ actio pro ea introducta eſt, naturam bonæ fidei tm̃ iudicij in exactione do
2 tis meruit, vt bonæ fidei ſit. Omnes itaq; dotes†per ex ſtipulatu actionẽ hodie exigũtur, ſiue fuerit ſcripta ſtipulatio, ſiuenon, vt intelligat re ipſa ſtipulatio fuiſſe ſubſequuta, ẽt ſi inutiliter facta ſit ſtipulatio. adiuuari. n. magis q̃ euaneſcere oportet. C. de rei vxo. act. Ne quis ergo amplius dubitet, an pacto nudo dos cõſtituta propter l. ad exactionẽ. C. de dot. promiſ. valeat, cũ lex ſemper fingat ſtipulationem interueniſſe: ſed &
3 plenius dotibus ſubuenitur, nam † in hmõi actione data eſt tacita hypotheca, ſiue ex parte mariti pro reſtitutione dotis, ſiue ex parte mulieris pro ipſa dote præſtanda vel rebus dotalibus euictis, ſiue ipſę principales perſonæ dotes dederint, ꝓmiſerint, vel ſuſceperint, ſiue aliæ ꝓ eis perſonæ. C. de rei vxo. actio. veluti ſi procurator viri dotem a muliere recepit, mandatumq; præceſſerit generale vel ſpeciale, a tempore receptę dotis fingetur tacita ſtipulatio cũ hypotheca. ſi verò non præceſſit mandatũ, a tempore ratihabitionis oritur ſtipulatio. Idẽ dic de promiſſione dotis a muliere facta procuratori viri, vt æqualitas inter virum & vxorem ſeruetur. Et dos ſiue aduentitia, ſiue profectitia ſit, ne imperitia hoĩum & ruſticitas aliquod eis poſſit adferre præiudicium, cum ẽt illis ignorantibus & deſcendentib. in hoc caſu prouideatur. d. ti. de rei vxo. ac. Si ergo pr̃ extraneus dotẽ ignorante muliere promiſerit, ipſa ex ſtipulatu agere poterit, cõtra l. ſi pro te. C. de dot.
4 promiſ. Idem † etiam reſpectu muti, qui licet per ſeipſum ſtipulari non poſſit, tamen per ſeruum vel ſuum vel publicum poteſt. l. 1. in princ. ff. de verb. obli. Et vt ſtipulatio fingatur, ſatis eſt habilitatem in genere ſubeſſe. l. qui in vtero ff. de ſtatu homi. nec ad accidentia attendimus. Inſti. de adop. §. ſed & illud. Hæc fuit Alciati ratio in rub. ff. ſol. mat. quemad. dos pe. ſed aliam Iuriſconſultus reddit rationem. Mutus, inquit, ſurdus, & cęcus, dotis nomine obligantur, quia & nuptias contrahere poſſunt. l. mutus. ff. de iu. dot. Simili modo etiã, ſi dos ſine ſcriptis vel detur, vel promittatur, vel ſuſcipiatur, intelligetur factam fuiſſe ſtipulationem & hypothecã ex vtraq; par
5 te, ac ſi ſcriptura interueniſſet. Si†tamen extraneus dotẽ dando nõ ſpecialiter in ſuam perſonam dotem ſtipulatus eſt vel pactum fecerit, tunc præſumitur mulierem ipſam ſtipulationem feciſſe, vt ei dos ex hmõi cauſa accedat. Non. n. dicendũ eſt in hac ſpecie, extraneum tacitam ſtipulationem feciſſe, ne quod pro mulieribus introductum eſt, hoc aduerſus mulieres conuertatur. Imò magis in hmõi dotibus, quæ ab extraneis dantur, vel promittuntur, ipſa mulier videatur feciſſe ta-
10 citam ſtipulationem, niſi expreſſim extraneus ſibi dotẽ reddi pactus vel ſtipulatus fuerit, cum donaſſe magis mulieribus q̃ ſibi aliquod ius reſeruaſſe extraneus, non ſtipulando videa
6 tur. Extraneus†autem ille eſt omnis extra parentem per virilem ſexum aſcendentem & in poteſtate dotatam perſonã habentem. Dotis igitur actio reſpectu extranei non habet in ſe tacitã hypothecam. d. §. fuerat. Pau. de Caſt. in l. de diuiſione.
11 ff. ſol. mat. ergo nec bonæ fidei eſt. gl. in l. 2. ff. ſol. mat. vbi Bar. Dy. & Ang in d. §. fuerat. Non. n. fauendũ eſt extraneo in dote repetenda, ne ſi cõtingat matrimonium diſſolui, vxor ſine dote maneat aduerſus Reipub. vtilitatem, arg. l. 1. ff. ſol. ma. & l. 2. ff. de iu. dot. Item non reperitur iure cautũ ꝙ actio extraneo competens ſit bonæ fidei, ergo quod non eſt iure cautũ, non debemus nouis adinuentionibus præſumere. l. illã. C. de colla. & c. 2. de tranſ. Sed & ſi conſtante vel ſol. matri. dos per viam delegationis extraneo promittatur ex voluntate mulieris, ipſi extraneo delegato competet actio ſtricti iuris, niſi facta ſit delegatio in commodũ ipſius mulieris. Ea autem delegatio citra ſtipulationem expreſſam fieri nõ poteſt, cũ actus omnino extra perſonam mulieris geratur. no. in l. 2. ff. ſol. mat. Si verò alii iuſſu mariti dos detur, nihilominus maritus de
7 dote obligatur. l. etiam. ff. de iu. dot. Quantum†ad maritũ attinet, actio pro dote promiſſa contra mulierẽ eſt bonæ fidei, ſicut contra virum pro dote reſtituenda, vt inter contrahentes ſit æqualitas, Doc. in l. de diuiſione. ff. ſol. mat. ſeruata. Sed ſi maritus agat contra extraneum, qui promiſit dotem, videt ſtricti iuris eſſe iudicium, cum extraneus nõ conſtituatur in mora, niſi per litis conteſtationem, vel poſt biennium, quod
13 loco conteſtationis ſuccedit. l. fi. §. præterea. C. de iu. dot. hoc autem in ſtricti iuris iudiciis locum habet. l. cum fundus. ff. ſi cer. pet. quæ ſententia eſt Pau. de Caſt. in d. l. de diuiſione. Cæterum ſi ante biennium maritus interpellaſſet extraneum dotis promiſſorem, a tempore interpellationis venire fructus & vſuras, ſicut in cæteris bonæ fidei contractib. crediderim. l. mora. ff. de vſur. Et cum dr̃, poſt biennium ea obſeruari, quę leges poſt litem conteſtatam definiunt, in d. §. pręterea. increpatio eſt Imperatoris, ob moram dotantis, qui non ſolum in mala fide, ſed etiam in peſſima eſſe dicatur poſt biennium, vt ſunt illi debitores, qui expectant litem conteſtari. Bal. in d. l. fi. Aequum igitur videtur maritum actionem bonæ fidei contra quemcunq; dotis promiſſorem habere, cum onera matrimonii ſuſtineat, mulierisq; interſit viro dotẽ dari, vt facilius ea onera ſuſtineat, & ne ipſa mulier a viro repellatur, matrimoniumq; diſtrahatur. l. fi. C. ad Velleia. Quare etiam ſi ob diuerſas Doctorum ſententias dubium hoc eſſet, tamen magis fauendum eſt dotibus & mulierib. l. in ambiguis. ff. de reg. iu. quarum intereſt, vt viris faueatur in dotis exactione, ob ſuſtinẽda matrimonii onera, maximè aduerſus extraneos, cũ ipſi viri aduerſus vxores actionem bonæ fidei habeant. Vir item & vxor a pari iudicantur. c. gaudemus, de diuor. tantus ergo fauor & maior pro dote danda introducendus eſt, quàm pro dote reſtituenda. Nam dos datur, vt oneribus matrimonii de
8 ſeruiat: dos verò reſtituitur quãdo ſolutum eſt matrimoniũ, eiusq; finita onera. Item†mulieris hæredes eandem actionẽ bonæ fidei habẽt quàm mulier, a quæ incepit actio, quæ iam nata non mutanda eſt. arg. l. 2. §. ex his. ff. de verb. obli. l. inſulã infra biennium. ff. eo. Bar. in d. l. 1. ff. ſol. mat. ſi igitur conſtante matrimonio mulier deceſſerit, dos non lucro viri cedet, niſi ex quibuſdam pactionibus, ſed ad hæredes mulieris ex ſtipulatu actio ſecundum ſui naturam tranſmittetur, ſiue expreſſa fuerit, ſiue ex hac. l. intelligatur ineſſe. l. 1. §. illo proculdubio. C. de rei vxo. act. adde ẽt ſtipulationem dotis bonę fidei eſſe, licet expreſſis verbis factam eſſe proponatur. d. §. illo proculdubio. Idem ẽt ſi mulier ſolu. matri. ab hæredib. viri ſtipulata ſit certa die dotẽ ſibi reddi. Sipulatio. n. cum ſua cauſa accipi
9 tur. l. ẽt. ff. de noua. l. 2. §. pe. ff. de priui. credi. Idem†in actione, q̃ patri ob dotẽ perfectitiam cõpetit, ſiue præcedat, ſiue nõ. l. ſed ſi ideo. ver. cũ enim. ff. ſol. mat. Nam quandiu filia viuit, pater non põt retinere dotem, ẽt ſi ipſi patri ex ſtipulatione ſibi ſoli reſtituta fuerit dos. Cogitur. n. iterũ filiam dotare cũ eadẽ dote, ſi filia ſecũdo nupſerit, auth. ſed quamuis. C. de rei vxo. act. vr̃ ergo dotem quaſi in patris cuſtodia eſſe, & ꝓpriè nõ eſſe de ipſius dñio. Si igitur mortua filia dos patri reſtituatur, ipſe quaſi hæres cẽſendus eſt. ad oẽs aũt mulieris hæredes actio ex ſtipulatu ꝑm ſui naturam tranſmittitur, multomagis ad patrem tanq̃ hæredem, ad quẽ onus ita & cõmodum pertinere debet, actio ex ſtipulatu pro dote reſtituenda erit bonæfidei. Nec mouet rõ illa, nullum inde ſperari dotis fauorẽ. Dy. in l. poſt dotẽ. ff. ſol. ma. Nã & eadem rõ in cæteris mulieris heredib. militat, cũ nullus poſt mortẽ mulieris dotis ſpere
10 tur fauor, actio tm̃ ꝑm ſuam primæuã naturam tranſmittit ad ipſos hr̃des. Parenti†quoq; tacita dat̃ ex ſtipulatu actio. d. l. 1. §. accedit. C. de rei vxo. ac. nec minus ſuccurrendũ eſt patri q̃ marito, ne dotẽ ꝓdat. l. ſi filia. ff. de diuor. Iure etenim ſuccurſum eſt patri, vt amiſſa filia ſolatii loco reddat̃ ei dos ab eo ꝓfecta, ne & filiæ amiſſæ & pecuniæ dãnũ ſentiat. l. iure ſuccurſum. ff. de iu. do. Illud aũt meminiſſe oportet, liberos quoties ꝫxerunt matrimoniũ, quaſi tacitè a patre emancipatos videri, vt prius oñdimus, lib. 2. Quare † ſi parens per virilẽ ſexum
11 aſcendens dotem pro filia vel nepte dederit, eaq; nupſerit, in rei vxoriæ actione dos oĩno ad mulierem pertinet, ẽt ſi fuerit exhr̃data, habebitq; eã dotẽ præcipuã, qđ idẽ dic in actione ex ſtipulatu. d. l. j. §. videamus, cũ ſeq. C. de rei vxo. ac. Nam vt olim, ob rei vxoriæ actionẽ non poterat ſolus pr̃ ſine ꝫſenſu filiæ ſuæ agere, & ſi necdum actione mota ab hac luce fuerat ſubtractus, & ſi lis ꝫteſtata eſſet, ad filiã quaſi ꝓpriũ patrimoniũ dos reuertebat̃. l. ſi marito. §. ſi volũtate. ff. ſol. ma. l. 3. §. ergo ẽt. ff. de mino. Ita hodie idẽ in actione ex ſtipulatu trãſponere ſatis humanũ, ſatis piũ, ſatis vtile viſum eſt. d. l. j. §. & hoc. Vnde apparet ẽt iure veteri filiãfamilias in dote hr̃e hæredẽ, arg. l. auus ff. de iu. dot. ꝫ Bar. in l. ſi ꝫſtante. ff. ſol. ma. Niſi ergo pater pactũ, ſtipulationẽ ve ſoli ſibi reddi, vt in l. quotiens. ff. ſol. ma. l. auia. C. de iu. do. fecerit, actio de dote tota & integra ipſi filiæ nuptæ tanq̃ emancipatæ competet. Si tamen pater filiã improbæ vitæ, aut prodigam bonorũ cognoſceret, meri
12 tò in dotis reſtitutione ſe poſſet opponere. Nam†& iure veteri filia in ptãte nupta poſt ſolutum matrimonium agere poterat, ne dos patri, cui cõpetebat actio, redderetur, quando. ſ. pater ſuſpectus habebatur. gl. & Bar. in l. ſoluto. §. ꝙ ſi in patris. ff.
13 ſolu. mat. Ob impenſas autem actio de dote non datur, † nec dotis retentio fit, ſed neceſſariæ quidẽ impenſæ ipſo iure minuunt nõ ſingula dotis corpora, ſed ipſum vniuerſum, ac do

tis

tis quantitatem.l.ꝙ dī.ff.de impen.l.1.§.ſed nec ob impenſas. C.de rei vxo.ac.l.omnimodo.ff.de impen.vbi Bar.l.in totū.ff. eo.Ob impenſas aūt vtiles,ſi quidem volūtas mulieris intercedat,mandati actio marito ꝫ vxorem datur,quatenus poſſit per hanc hoc,quod vtiliter impēſum eſt obſeruari. Vel ſi nō intercedat mulieris volūtas,vtiliter tamen res geſta eſt,negociorum geſtorum ēt aduerſus eam ſufficit actio.Quòd ſi voluptariæ ſint, licet voluntate eius expēſæ,deductio operis qđ fecit,ſine læſione tī prioris ſpeciei marito relinquitur.Quare ꝓp impenſas rei dotali factas,actio de dote contraria viro minimè datur idq; in fauorem mulierū inductum eſt, ne.ſipſi mariti in expenſis faciendis negligentes ſint: cum ēt omnis actio de dote in actionem ex ſtipulatu expreſſam vel tacitam transfuſa ſit,abſurdū videretur viros aduerſus mulieres noīe
14 impenſarum ex ſtipulatu agere, cum†natura ſtipulationis ſit non dari ad id,quod non eſt actū.l.ſi id quod.ff.de verb.ſign. Hodie igit̄ pro impenſis non eſt orta tacita ſtipulatio,& ideo
15 nec tacita hypotheca. Mulieri ergo dotē repetenti†non pōt opponi compenſatio, neq; retentio.d.l.vnica.§.taceat.C.de rei vxo. ac. niſi ob impenſas fructuum & in vltimo anno vel poſt ſolutum matrimonium perceptorū.l.diuortio.§.ob donationes.ff.ſol.mat.l. Titia.ff.de ſol. nec itē ob res amotas vel donatas,nam retentio fit tm̄ pro debito in re vel propter rē, arg.l.fi.C.cōmo.l.ſi non ſortem.§.ſi centū.ff.de condi.indeb. facto. Item retentio fieri permittitur,quoties vir ne damnū patiatur a muliere cautionem deſiderat.Donec.n.mulier caueat de indemnitate,retentio permiſſa eſt,arg.l.cum mulier,
16 ff.ſol.ma.l.ſi filiofa.j.§.fi.ff.eo.Econtrario†aūt mulier ſemper pōt compenſationem opponere,vel rem ei donatam retinere,ſi aduerſus ipſam actio intētetur,vel ꝫ hæredes viri intentet actionē ꝓp dote ſibi debita d.l.ſi filiofa.vbi Bar. Illud quo-
17 que addendum eſt,in petitione † dotis libellum generalē admitti.l.fi.C.de ſent.quæ ſine cer.quant. Nam & promiſſio dotis incerta valet.l.3.C.de dot.promiſ.arg.l.j.§.quia aūt.ff.quorum lega. Si itaq; mulier dotem a viro repetat,quam in quadam vniuerſitate conſtituerat,vt quia hæreditatem patris in dotem dederit, tunc ēt admittitur libellus generalis.l.fi.ff.de peti.hæred.vt dos ſecundum rem in ea deductam cenſeatur. aliud aūt eſt in vniuerſitate iuris.l.cogi.§. ſed & ſimiles.ff. ad Treb.Si ergo petitio dotis ſimpliciter fiat,illa admittēda eſt, dummodo in proceſſu de corporib.deinde probetur.Quòd ſi non fiat,ſententia ꝓp incertitudinem eſt nulla,gl.in l.1.§.ſi quis argentum.ff.depoſiti. & hoc modo quidā Doctores interpretantur Gordiani cōſtitutionem in d.l.fi.C.de ſent.quæ ſine cer.quant.inquiunt aūt,ſi maritus ab vxore dotē petat, generalem libellum nō ſuſtineri,ne quod mulieris fauore in-
18 troductum eſt,in eius odium vergat.Cum†aūt in iudicio mulier ſoluto matrimonio nulloq; adhibito pacto agit, eatenus maritus cōdemnatur,quatenus facere poſſit.id eſt,quatenus eius facultates patiuntur.l.vnica.§.illo. C.de rei vxo.ac.Inſti. de act.§.item ſi de dote.Nam & mulier tenetur virum inopē alere.l.mutus.§.manente.ff.de iu.dot.Hoc autē priuilegium hæredi extraneo non eſt præſtandum.l. maritum.ff. ſol. mat. quia tale beneficium perſonale eſt,& cum perſona extinguitur. d.l. maritum. cum ſeq.huic quoq; beneficio maritus nō pōt renuntiare, quia contra bonos mores fieret.l. alia cauſa. ff.ſol.mat.Itaq; ſi dotis quantitati concurrant facultates viri, in ſolidū damnatur: ſi minus,in tm̄ quantū facere pōt.hoc.n.
19 æquiſſimum eſt,& reuerētiæ debitum maritali. Si†tamen ſine dolo malo verſatus eſt, nec.n.hoc caſu de culpa tenetur.l. etiam.§.licet.ff.ſol.matr. cautione videlicet exponēda ab eo, ꝙ ſi ad meliorem fortunam peruenerit, etiam ꝙ minus perſoluerit,hoc reſtituere procuret.d.§.illo.l.maritū. ff.ſol.ma.l. licet.ff.de pac.dot.vbi gl.Rei aūt iudicatæ tempus ſpectatur, quatenus maritus facere poteſt.l. rei iudicatæ.ff. ſol.mat. Idē
20 beneficium†ſocero datur,cum quo nurus de dote agit,vt in id damnetur,quod facere poteſt.d.l.rei iudicatæ.Idem ex diuerſo,ſi ſocer ex promiſſione conueniat̄,aut mulier, in id qđ facere poteſt,l.ex diuerſo.ff.ſol.mat.tenebitur.Mulieris item filios,qui patri hæredes extiterunt,in id quod facere poſſunt
21 condemnandos,Labeo ait.l.ēt.ff.eod.† Exactio autem dotis celebretur omnimodo intra annum in rebus mobilibus vel ſe mouentibus vel incorporalibus:cæteris videlicet rebus,q̄ ſolo continentur,illico reſtituendis.l.in reb.C.de iu.dot.pendente verò dilatione legali, vir vel eius hæredes ſatiſdare cū fideiuſſore tenentur, ēt ſi nulla emergat ſuſpitionis cauſa.l.ſi conſtante.§.quotiens.ff.ſol.mat.Si verò non poſſunt inuenire fideiuſſorem,exactio ſtatim contra eos fiet,dimiſſo medii
22 tpis interuſurio.d.§.quotiens. † Sinautem vir ſuperſederit illas res mobiles poſt annum reſtituere, vel cæteras res ſtatim poſt ſolutum matrimonium,ēt vſuras ęſtimationis omnium rerum,quæ extra immobiles ſunt,vſq; ad tertiam partē cen-

teſimæ ex bona fide introducendas, maritus præſtet fructib. videlicet immobilium rerum patri mulieris ex tpe diſſoluti matrimonii præſtandis, fructuum autē ex rebus mobilibus a tēpore ſoluti matrimonii perceptorum æſtimationē vnà cū rebus mobilibus tenebit̄ vir reſtituere.d.§.quotiens,vbi Bar. & Dy.l.diuortio.§.non ſolū.ff.ſol.ma.l.ſi mulier. ff.rer.amot. Similiq; modo penſionibus vel vecturis nauium ſiue iumētorum,vel operis ſeruorum, vel quæſtu ciuilium annonarū,
23 & aliis quæ ſunt eis ſimilia,patri mulieris reſtituendis.† Itaq; partus ancillarum dotalium,id eſt,quæ æſtimatæ nō ſunt,vel quæ ſerui dotales ex quacunq; cauſa,niſi ex re mariti vel operis ſuis adquiſierunt,ad mulierem pertinent. Si verò mancipia in dotem æſtimata vir acceperit,& pactum initum eſt,vt tantūdem æſtimata diuortio facto redderet, manebit partus eorum apud eum, quia & mancipia ſuo periculo fuerunt.l.ſi
24 mancipia.ff.de iu.dot. † Fętus quoq; iumentorum, omniaq; quæ fructuum noīe continentur, ad lucrum mariti pertinēt pro tpe matrimonii,ſiue æſtimata ſint,ſiue nō æſtimata ſint. l.dotis fructus.ff.de iu.dot.l.pro oneribus. C.eo.ſic tamen vt ſupplere proprietatem prius oporteat,& ſubmiſſis in locum demortuorum capitum ex iam natis, reſiduum in fructibus maritus habeat.l.plerunq;.§.2.ff.de iu.dot quia fructus dotis
25 ad eum pertinēt.Sed†& anni nouiſſimi,in quo matrimoniū ſoluitur, fructus pro rata tēporis portione debent vtriq; parti aſſignari.l.vnica.§.ſed & uouiſſimi. de rei vx act.l. de diuiſione.l.diuortio.in prin.ff.ſol.ma.Et hoc in rebus non æſtimatis: æſtimatarum.n.rerum maritus quaſi emptor & commodum ſentiat,& diſpendium ſubeat, & periculū expectet,cautione videlicet defenſionis in ſpecie, in qua dotem ſiæ vxoris vel nurus in familiæ erciſcundæ iudicio præcipuam filius defuncti detrahit,cohæredibus ſuis præſtanda. Si verò ante matrimonium res dotales æſtimaræ ſint, hæc æſtimatio ſub conditione eſt,ſi matrimonium ſequatur.Secutis igitur nuptiis æſtimatio rerū perficitur, fitq; vera venditio.ſi ergo ante nuptias hmōi res perierint,mulieris erit damnū,quia pendente conditione mors contingens extinguit venditionem: eo aūt caſu nondum erat venditio perfecta, quia æſtimatio vera venditio eſt.d.l.plerunq;,& l.quoties.C.de iu.do. Vnde ſi nuptiæ non ſequantur,res peti debent,non precium d.l.in
26 rebus.C.de iu.dot.† Adde ꝙ fructus percepti poſt matrimonium ſolutum propriè loquendo,non tam augent dotem, q̄ ipſa de dote actionē,gl.in l.item veniunt.§.fructus.ff.de peti. hære.l.ſi marito.§.fi.ff.ſol.mat. Cum aūt ſoluto matrimonio ſunt percepti,propriè dotis eſſe non poſſunt.nam vbi matrimonium non eſt,ibi nec dos propriè eſt.l.3.ff.de iu.dot. Fru-
27 ctus aūt ante matrimonium† contractum percepti,dotē augere dicuntur, quia illi propriè cenſentur ex quodam tacito pacto in dotem conuerſi.l.ſi ante nuptias,in fi.ff.ſol.mat.niſi fortè inter maritum futurum & vxorem deſtinatā aliter cōuenerit:tunc.n.quaſi donatione facta fructus non reddūtur. l.dotis fructus.ff.de iu.dot.alioqui pro illis reſtituendis datur annus ipſi marito poſt ſolutum matrimonium. ſecus autē in fructibus poſt ſolutum matrimoniū perceptis,qui ſtatim reſtitui debent.Si verò maritus petat ab vxore dotē,fructus officio iudicis,non aūt iure actionis debētur.l.fi.§.præterea.C.
28 de iu.dot.Bal.Ang.Alex.in l.ſi marito.§.fi.ff.ſol.mat.†Itē mulier poteſt petere actione de dote alimenta, quæ vir vxori tenetur præſtare:bona.n.mariti pro alimentis ſicut pro ipſa dote ſunt tacitè hypothecata.l.Lucius. ff.q̄ po.in pig.hab.Bart. in l.ſi cùm dotem.ff.ſol.ma.ſi modo dos in immobilibus conſiſtat.l.marito.§.fi.ff.ſol.ma.ſi verò in pecunia ſit dos,ipſa mulier petet intereſſe alimentorum per officiū iudicis:nam tacita hypotheca ad rei pecuniariæ intereſſe non ſe extendit,niſi facta fuerit expreſſa ſtipulatio, vt ſolent Notarii facere.Bar.in
29 l.diuor.ff.ſol.mat.†Item mulier,vel alius pro ea,dans in dotē nomen debitoris,vtilis actio in virum ſine alia ceſſione tranſit.vnde ſi ad ſecunda vota migrauerit mulier,dote nondum ab hæredibus primi viri exacta, quæ dos erat in pecunia,etiā non facta ceſſione viro ſecundo, ipſe poterit ꝫ illos hæredes agere,nam in dubio mulier cum eadem dote nupſiſſe cenſetur.l.2.C.de ac.& obli.l.pe.§.vxor.ff. ſol.mat.l.diuus.l.dotem. ff.de iu.dot.Nunc ad pacta trāſeamus,quæ in ꝫctu,iuxta con-
30 tractum,aut poſt contractum dotis apponuntur. † Pactū inter coniuges factum, ꝙ fructus in dotē conuertantur & augeant eā,non valet,niſi vice verſa mulier paciſcit̄ ſeipſam alere.l.4.ff.de pac.dot.Si verò vxor ſe alere paciſcat̄,poterit maritus nihilominus pactū facere de fructibus lucrandis, neceſſe erit paciſci fructus in dotem conuerti.l. fi.ff.de excep.doli. l.ſi quis pro vxore.ff.de don.cau.mor. Nam præter alimentorum onus,alia ſunt matrimonii onera,vt filiorum diſciplinæ tradendorum, vt vxoris mores tolerandi, & ſi qua ſimilia.
31 † Pactum ſimplex ſine ſtipulatione per patrē de dote ſibi ſoli

Source : BIU Cujas

reſtituenda,nec olim,nec hodie valet,nec veſtitur legis auxilio,nec cohærentia contractus,nec ſubinde tacita ſtipulatione.l.auia.C.de iu.dot.l. quotiens.ff.ſol.mat. ſecus aũt ſi paciſceretur dotẽ reddi filiæ. In pacto vel promiſſione dotis,ſemper inducitur tacita hypotheca & ſtipulatio, & vbicunq; locum habet tacita ſtipulatio,& tacita hypotheca obtinebit.d. l.vnica.§.ſed vt plenius. C.de rei v xo. act. Vnde ſi ſtatutũ eſſet,inſtrumẽta ſua hypotheca facta executionem habere paratam,illud locum haberet in inſtrumentis dotium ob tacitã hypothecam, niſi contra tertios poſſeſſores executio fieret. Nam illi neq; expreſsè,neq; tacitè nominati in inſtro cenſen
32 tur.Bald.in l.1.C.commu.de lega.†Si pater dotem dare paciſcatur,ſi filia voluerit, illa autem antequam voluntatem declarauerit, relictis liberis deceſſerit, cenſetur ipſam velle habere dotẽ.Si verò ſine liberis deceſſerit,ea conditio,pro non adiecta cenſebitur.l.poſt dotem.vbi Bar.ff.ſol.mat.Pactum legis commiſſoriæ circa dotem non improbatur fauore mulieris & dotis.l.ita conſtante.ff.de iu.do.l.Titius.ff.de acqui.poſ. c.ſignificãte,de pigno.Nam pactum,quo pignus cedit in dotem,non tm̃ in fauorem mariti tendit,ſed etiam mulieris,ad
33 quam dos reuerſura eſt.†Item filiafa licet in patris ſit poteſtate, tamẽ de bonis furioſi patris poterit dotem promittere & pacta inire cũ ſuo viro de dote lucranda.l.quotiens.ff.de pac. dot.l.ſi furioſi. C.de nup.Mulier nõ poteſt paciſci cum viro, vt ipſe lucretur aliquam dotis partem poſt ſolutum matrimonium etiam exiſtẽtibus liberis,niſi morte ipſius mulieris ſoluetur matrimonium.l.21.Atilicinus.l. de die.ff. de pac.dot.l. 1.ff.de dote præleg.ne impediatur libertas ſecundi matrimonij.Vnde non valet ſtatutum,quo diſponitur,dotem apud liberos eiuſdem matrimonij manere. Abb.in c.1.de ſponſa.ſi mulier ſit adhuc ſuperſtes, ne maneat indotata aduerſus vti- 41
litatem Reipu. Nam hoc caſu fauor mulieris fauori filiorum præponderat.d.l.2.vbi Bal.l.inter ſocerum.ff.de pac.dot.Si verò conſtante matrimonio mulier tale pactum fecerit,nuſquã poterit valere, etiam ſi contingeret mulierem prædecedere, quia ſapit naturam donationis,quæ prohibetur inter virum
34 & vxorem.† Nec obſtat,collatum eſſe in tempus licitum,ſcilicet ſoluti matrimonii.l. in tempus. ff. de hæredi. inſtit. gloſ. in l. quod ſponſæ. C. de donatio. ante nup. Nam hæc regula locum habet, quando lex ab ipſo initio non reſiſtit.l.ſi minor.ff.de ſer.expor.Bar.in l.quotiens.ff.ſol.mat.Sed in hoc caſu lex tale pactum prohibet,ne coniuges mutuo amore ſe ſpo 42
35 lient.†Donatio autem inter coniuges cauſa mortis,aut collata poſt mortem,permittitur.l.ſi eum.§.fi.cum l.ſeq.ff de don. inter vir.& vxo.quia eſt parui præiudicii,& reuocabilis.Si verò hmõi donario irreuocabilis eſſet,nõ valeret,ob magnum quod inde ſequeretur preiudiciũ.l.vbi ita donatur.ff.de don. cau.mor.vide l.idemq;.ff.de do.inter vir.& vxo. Pactũ & ſtatutum circa lucrum dotis a pari iudicantur. Bal.in l.Deo nobis.C.de epiſ.& cle.l.pe.C.de ſec.nup.Sit autem ea regula ge-
36 neralis,eum† qui nomine alimẽtorum dotem dare cogitur, ſtipulari poſſe dotem ſibi reddi ſoluto matrimonio, non aũt hæredibus mulieris reſtitui, veluti in matre filiam dotante. Alex.in l.1.ff.ſol.mat.& in ſimilibus, qui tenentur nomine alimentorum dotem conſtituere.Alioqui ſi quis lege vel conditione ex lege tenetur vt pater,eo modo paciſci vel ſtipulari
37 non poterit.Anch.conſ.434.† Si mulier cum viro pactum fecerit de lucranda dote poſt ſolutum matrimonium, deinde ante carnalẽ copulam monaſteriũ ingrediatur,eoq; ingreſſu ſolutum ſit matrimonium quo ad vinculum & thorum.c.ex 44
publico.de conuer.coniug.eo caſu pactum valere,quidã exiſtimant, nec expectandam eſſe mortem naturalem, cũ mors ciuilis naturali comparetur.gl.in l.ſi cum dotem.ff.ſolu.mat. per hanc.n.mortem ciuilem ſoluitur matrimoniũ.l.Deo no 45
bis,vbi Bal.C.de epi.& cle. nec amplius ſpes carnalis coniugii manet.c.1.de voto.in 6.c.2.qui cler.eandem ergo vim ac poteſtatem ea mors ciuilis cum naturali habebit. Nec dicendũ eſt libertatem ingrediendi monaſterium hoc pacto tolli: Nã iura,quæ hmõi libertati fauerunt,in vltimis voluntatibus obtinent, auth.niſi rogati. C.ad Treb.ad contractus ergo non debent extendi in hoc maximè tempore,in quo monaſteria ita bonis & diuitiis abundant, vt æquum eſſet vbiq; ſtatutũ obſeruari,quo cauetur ne monaſteria ſuccedant,vt apud no 46
38 ſtros Gallos fit. Sed ad rem veniamus.† Alia autem eſt ratio de muliere deportata,quæ poſt deportationẽ alteri nõ prohibetur nubere, nam matrimoniũ a naturali ratione inter gentes inſtitutũ fuit.l.eas obligationes.ff.ca.dimi.ideo nõ prohibetur deportato.l.ſi tibi mandauero.§.is cui.ff.mãda. mulier quoq; deportata per Principem reſtitui poteſt. l. intercidit. ff.de condi.& demon.eiq; bona reſeruari. Si verò per deportationẽ fiſco applicarentur.l.ſi cõſtante.§.fi.ff.ſol.ma.æquius eſſet ex tali pacto,virum capere lucrum.Bar.in l.quinq; legibus.l.de bon.damnat.cum eo caſu nõ maneret amplius ſpes, eam mulierem deportatam cum huiuſmodi bonis fiſco applicandis nuptias cõtrahere poſſe. Quare lucrum mariti non
39 noceret fauori & libertati ſecũdi matrimonij, † ſi extraneus qui dotem dedit, poſtea ex interuallo ſtipulatus ſit cum ipſius mulieris cõſenſu,dotem vel partem dotis ſibi reddi,propter l.j.§.accedit.C.de rei vxo.act.ea ſtipulatio poſt mortem mulieris intelligetur.l. ob res.ff.de pac.dot. licet ſolutũ prius fuerit matrimonium,ne ſequenti matrimonio mulier in dotata ſit.l.ſtipulatio.ff.de iure dot.Quod intellige,niſi conſenſerit mulier ob tacitam iuris ſui remunerationem,arg.l.ꝑ autem.§.ſi vir.ff.de do.inter vir. Bar.in l.ſi diuor.ff.de verb.obl.
l.quæ dotis.ff.ſol.mat.quo caſu ipſa ſibi præiudicat poſt ſolu-
40 tum matrimonium,licet poſtea ſuperſtes ſit. Si verò†mulier ꝙſentiat patri ex interuallo ſtipulanti dotem ſibi reddi,pactũ ſeu ſtipulatio valebit.l.quotiens.ff.ſol.mat.l.cũ dos.ff.de pac. dot.Nullum.n.ſit præiudicium ipſi filiæ, cum pater teneatur poſt ſolutum matrimonium iterum filiam dotare. l. ſi ſocius ꝑ filia.ff.pro ſoc.auth. ſed quamuis.C. de rei vxo.ac. Quòd ſi pater non haberet vnde eam dotare poſſet,filia poteſt nõ obſtante cõſenſu dotem retinere, ne indotata maneat.gl.in l.2. ff.ſo.mat.Quinimò pater ſemper pẽnitere poteſt vſq; ad tempus nuptiarum.l.adoptiuum.ff.de iure do.Sed hodie de iure canon.ſecus eſſet, no.in l. Pau.ff. de ſtatu homi. poſt nuptias autem ſi pater ſolus pactum fecerit, filiæ nõ nocebit nec proderit,quia per patrem acquiri filiæ non poteſt, ſed ecõtrario per filiam patri acquiri poteſt l.cum dos.ff.de iure dot.Scientia filiæ circa ſuſpitionem patris non debet ipſi filiæ nocere, nã ſi expreſsè vellet ex tali certa ſcientia ſibi præiudicare non poſſet,nec deteriorem dotis conditionem facere.Bart.in d.l.
ſi cõſtante.Bal.in auth.quod locum.C.de colla.Vnde†ſi mulier dotem viro promiſit,quem tunc ſciebat ſuſpectum,ac facultatibus labi,nõ tamen deſtituitur legis remedio.d.l.ſi conſtante.c.per veſtras.de do.inter vir.& vxo. ſed ob talem ſuſpitionem poterit ſibi a viro caueri & petere fideiuſſorem.Mulier item pacto nõ põt renuntiare ſuo priuilegio tacitæ hypothecæ, ne dotis faciat deteriorem ꝺitionẽ.l.2.l. de die.l. Attilicinus.ff.de pac.dot.ꝺitionem.Poteſt aũt hypothecę ꝙventionali renuntiare.l.iubemus.l.etiam. C.ad Velle.no.in l.Meuia ff.ſol.mat.cum ea inducta ſit ex ſua perſona, lex verò ſuũ magis quàm tuum ſeruat auxilium,arg l.fin.C.qui po.in pigha. Sed†vir poteſt tacitæ hypothecæ renuntiare,quæ ꝙhitur
in bonis mulieris dotem promittentis.Nam ſi vir certa bona mobilia vel immobilia in inſtrumento dotis promiſſæ obligare fecit, ab hypotheca legali & extraordinaria receſſiſſe videtur.Idem quoq; dicendum eſt,ſi acceperit fideiuſſorẽ pro dote ſibi dãda.d.l.ſi.& l.pe.ff.qui.mo.pig.vel hypo.ſol.quemadmodum ſi quis a colono ſuo fideiuſſorem acceperit,videtur tacitæ hypothecæ de rebus inuectis & illatis renuntiaſſe. l.item quia ff.de pac.l.certi iuris.C.de loc.mulier autem recipiens fideiuſſorem poſt ſolutum matrimoniũ,non cenſetur promiſſioni legali & tacitæ hypothecæ bonorũ renuntiaſſe.
43 d.l.ſi.C.qui pot.in pig.hab.Sed aliquãdo†mulieri permiſſum eſt dotis conditionem deteriorem facere,veluti ſi in ſe ſuſcipiat periculum dotis æſtimatæ.l. Pomponius.ff.de pac.dot l. nomen.ff.de hære.vel ac.ven. Si enim contingat dotem abſque culpa viri perire,ipſa mulier indotata manebit.arg.l.promittendo.ff.de iure dot.a contrario ſenſu. Non poteſt autem remittere viro culpam de futuro etiam leuem,ad quam ipſe
44 tenetur.l.etiam.ff.ſol.mat. † Sed vir non tenetur de culpa leuiſſima,aut de caſu.d.l.etiam.& l.pe.ff.ſol.mat. In rebus ergo dotalibus virum præſtare oportet tam dolum, quàm culpã; eamq; diligentiam adhibere, quam in ſuis rebus. l.rebus. ff.
45 de iure do.Item mulier poteſt† conditionem dotis deteriorem facere,ſi ſolutum eſt matrimonium.l.licet.ff.de pac.dot. l.hære.§.filia.ff.de pac. aut ſi conſtante matrimonio pactum fecerit,ex quo dos ad ſuam naturam redit. Veluti, ſi pactum fecerit de dote reſtituenda incontinenti poſt ſolutum matrimonium,deinde pactum fecerit quod vlteriori die liceat viro reſtituere,hoc pactum valet,dummodo dilationem legalem non excedat.argu.l.de die.& l. Attilicinus.ff. de pac.dot. quæ hodie in dote mobili eſt annua.Res.enim facilè redit ad
46 ſuam naturam. Si†verò tale pactum dilationem legalem excedat, & morte mulieris ſoluatur matrimonium, valebit.l.2. ff.de pac. dot. Ceſſat enim fauor ille,ne mulier indotata maneat,cum iam deceſſit. Secus verò, quando matrimonium morte viri ſolueretur.d.l. Attilicinus. vbi Bart.dicit, Si non eſſet iſta lex,neſcio quid dicerem. Illum autem priuilegium, ne mulier indotata maneat, ad hæredes ipſius mulieris non tranſit,quia merè perſonale eſt.l.1.C.de priui.dot. Et ideo hæres expectare tenebitur vſq; ad dilationem viro per pactum mulieris mortuæ conceſſam,quamuis vltra tẽpus a lege con

ſtitutum

ſtitutum dilatio data ſit,niſi adeo longa eſſet dilatio,vt donationis naturam ſapere videretur,quæ inter virum & vxorem conſtante matrimonio prohibetur.hoc igitur modo mulier paciſci poteſt, alioqui quod ad diem dotis reddendæ attinet, facto æſtimo mulierem cõditionem meliorem facere poſ-
47 ſe.d.l.Attilicinus.Nam mulier † paciſci non poteſt,vt quibus diebus dos data ſit,iiſdem reddatur,id eſt quanto ſerius quoque & poſt nuptias data fuerit,tanto ſerius poſt ſolutum matrimonium reddatur, ſi longiore tempore dos fuerit data, quam ſtatutum eſt a iure pro reddẽda.d.l.Attilicinus. Aliud
48 autem eſt in patre.l.aliud.ff.de pac.dot.† quando contractus dotis incępit a traditione, tunc mulier nõ tenetur de euictione,ſi ignorabat rem alienam eſſe.l.1.C.de iu.do.Nam ſi ſciẽs dederit,aduerſus eam competet de dolo actio,ad inſtar contractus donationis.l.acti.C.de dona.l.2.C.de euic.Priori autem caſu, ſi mulier ſit diues, æquius eſſet poſt rei dotalis euictionem, cogi iterum dotem viro conſtituere, vt libentius 56
onera matrimonii ſubeat.mulier.n.indotata ſæpiſſimè a viro
49 ſpernitur.l.fi.C.ad Velle.†Pactum,quod conſtante matrimonio dos non petatur,ſi ſit perſonale, valet.l.Iulianus.l.ſi pater mulieris.ff.de iu do.l.cum pater dotem.l.fi.ff.de pac dot. Sin autem ſit vniuerſaliter dictum ne petatur, quo caſu dos erit marito inutilis, pactum illud vitiat contractum, idemq; erit ac ſi nulla dos promiſſa fuiſſet,glo.in d.l.Iulianus.Nam origo rei non poteſt conferri in tempus,quo debet extingui. Bart. in d.l.Iulianus.Hoc ergo pactum eſt contra dotis ſubſtantiã, quæ eſt,vt matrimonio ſeruiat, alioqui dos nulla eſt.d.l.ſi pater.in fi. Si ergo tale pactum ab initio fuerit appoſitum,vitiabit contractum ac dotis promiſſionem. Si verò ex interuallo, conſtante matrimonio, cum ſocero vel extraneo factum ſit in præiudicium mariti & non mulieris, valebit.l.cum dos. ff.de pac.dot.ante matrimonium autem, in ſocero valebit.l. quoties.ff.ſolu.matri.Hoc igitur pactum non ſolum eſt contra dotis naturam, ſed etiam dotis excluſiuum, & ideo vitia-
50 tur & vitiat.arg.l.per ſeruum.§.fi.ff.de vſu, & habi.† Pactum verò q̃ non omnino adimeret dotem, quamuis contra ſubſtantiam dotis eſſet,vitiaretur & nõ vitiaret.vide gl.in c.conditiones,de condi.appoſ.in deſponſ.veluti pactum, quod maritus nõ lucretur dotis fructus,ſubeat tamen onera matrimonij,vitiatur, & non vitiat.l.3.ff.de pac.dot. Si pater ſtipulatus
51 ſit ſibi,†aut cui de iure debetur dotem reddi, idem erit,ac ſi dixiſſet ſibi & filiæ.l.1.§.videamus.C.de rei vxo.ac.l.dos a patre.C.ſol.matri. Bal.in l.2.C.de bo.quæ lib. Si verò extraneus hoc modo ſtipulatus fuerit, perſonamq; ſuam in prima alternatiuæ parte poſuerit,videtur mulierem ſolutioni & non obligationi adieciſſe.Nam ipſi extraneo de iure debetur,nõ autem mulieri,quando.ſ.ipſe prius ſibi prouidit.d.l.1.§.accedit. Quando autem extraneus coniunctim ſibi & filiæ dotem reſtipulatus eſt,actio per capita diuidetur,cõpetetq; ipſi & mulieri ius pro rata.l.reos.§.cum in tabulis ff.de duob.reis.patre vero hoc modo ſtipulante,copulatiua ſecundum iuris ordinem intelligetur, ambasq; perſonas inſolidum compræhen-
52 det & fauore dotis. † Si ex pacto vel ſtatuto vir aliquam partem dotis lucrari debeat,muliere.ſ.prædecedẽte,ea verò mulier poſt matrimonium contractum per verba de præſenti, licet nondum ducta deceſſerit, erit locus ſtatuto, etiam ſi vir non ſubierit onera matrimonii, quia ſaltem alia ratio finalis vinculi & fœderis manet.fac.quod habetur in Auth. de nup. §.ſi verò altera.coll.4.conſtit.1.& Inſtit.de nup.§.affinitatis. gl.in l.liberorum.ff.de infam. Ego verò inſpiciendam conſuetudinem exiſtimarem, maximè cum matrimonium non dicatur conſummatum ante carnalem copulam, vt prius diximus.d.l.1.vide Bar.in l.nihil ff.rer.amot.Bald.in l.non ſine.C.
53 de bo.quæ libe.l.Deo nobis.C.de epi.& cler.†Iura tamen voluerunt, ſi quis abſens acceperit vxorem, deinde a cœna rediens perierit, ab vxore eum eſſe lugendum.l.deniq;.ff.de ritu nup.Ideoq; fieri poteſt,vt in hoc caſu aliqua virgo de dote habeat actionem.l.ideoq;.ff.eo.Vnde manifeſtè apparet ex matrimonio ſolo conſenſu cõtracto ideo priuilegium competere,quod & conſummato per carnalem copulam.Permutatio dotium conuentione fieri poteſt, ſi hoc mulieri vtile
54 eſt.l.ſi ei nuptura,ff.de iure dot.l.ita conſtante.ff.eo.†Dotem a patre vel ab alio promiſſam ſi vir nouandi cauſa ſtipuletur, cępit viri eſſe periculum,cum ante mulieris fuiſſet.l.dotem. ff.eo. Si ergo vir acceptam fecit pecuniam pro dote promiſſam,omnimodo ad eum periculum pertinebit:perinde.n.eſt ac ſi pecuniam acceperit, & eandem promiſſori donauerit.l. vir ab eo.ff.eo.Poſtquã de pactis ſumus loquuti, conſequens
55 eſt de fideiuſſore dotis pauca adiũgere.† Nulla ſatiſdatio vel mandatum pro dote exigendũ,vel a marito, vel a patre eius, vel ab omnibus,qui dotẽ recipiunt.l.1.& 2.C.ne fideiuſ.dot. dentur.Bonum.n.eſt,quæ ſeipſam marito committit,res etiã eiuſdem patris arbitrio gubernari.l.hac lege.ff. de pac.cõuen. Quidam aliam aſſignãt rationem ex C.Theodoſiano,q̃ mulieri prohibetur ne pro dote fideiuſſorem petat a viro, ne ea videretur potius fidem dare fideiuſſori quàm marito, vnde ſtuprum oriri poſſet. vide Iuuenal.in ſaty.j.ver.cũ leno, &c. Item ſi mulier peteret a viro nomine dotis fideiuberi,naſceretur inter eam & virũ perfidia, odiumq; inde contingeret. quare fideiuſſio a iure prohibita eſt. Non.n.concordiæ maritali lucrum eſt præferendum.l. repræhendenda. C.de inſti.& ſubſtit.Si enim,inquit Iuſtinianus,mulier ſeſe ſuamq; dotem parti mariti credendam eſſe exiſtimauit, quare fideiuſſor vel alius interceſſor exigitur,vt cauſa perfidię in connubio eorũ generetur.l.2.C.ne fideiu.dot.dentur.Satis ergo poteſt ei dos credi,cui creditum eſt corpus.c.per veſtras. vbi gl.de do.int. vir.& vxo. Quibus.n.animæ hominum creditæ ſunt, multomagis pecuniæ & aliæ res credendæ ſunt.12.q.1.vbi gl.c.præcipimus.aliquando†autem fideiuſſor admittitur, veluti poſt ſolutum matri.l.fi.C.de do.cau. nõ nume. Item pater poteſt eſſe fideiuſſor pro filio in dote reſtituenda.d.l.fi.cũ in eo ceſſet cauſa perfidiæ per Imperatorem ponderatam. Nam inter patrem & filium nulla ſuſpitionis cauſa eſſe cenſetur.l.Aurelius.§.Titius teſtamento.Mulier etiam reſpectu viri,coniuncta dicitur perſona.l.cum alienam.C.de leg.& ideo pro dote filiæ poteſt fideiubere, nec iuuabit Velleiano.l.fi.C.ad Velle. Secus verò eſt in cæteris perſonis coniunctis, veluti fratrib. Item ſi maritus ſpõte dare velit fideiuſſorem, valebit fideiuſſio,nõ autem poteſt cogi. Eoq; modo intelligi poteſt titulus ille,ne fideiuſſ dot.dentur.Nã quando vir ſponte dat fideiuſſorem, iuri cõi ſtandum eſt, cum non reperiatur immutatũ. arg.l.ſancimus.C.ne fideiuſ.do dentur.Aequum namq; videtur, quando ſponte & non coactus vir offert fideiuſſorem,recipi poſſe,quia ea ratio perfidiæ ceſſat. Itẽ fideiuſſor peri poteſt,quando vir vergit ad inopiam.c.per veſtras.de dona.int. vir.& vxo.alioqui cogendus eſt dotem reſtituere.d.l.ſi conſtante.Bar.in l.in omnibus.ff.de iudi.aut ſequeſtrare.† Natura autem ſequeſtrationis eſt, vt dato fideiuſſore reuocetur.l. 57
1.ff.qui ſatiſ.cog. Ex parte autem mulieris fideiuſſor interuenire poteſt. Doc.in rub.C.ne fideiuſ.dot.den. Non.n.eadem eſt ratio in marito,cui dos dari promittitur,& mulier cui dos reſtitui promittitur.l.cum dotis cauſa.ff.de iure do.Nam reſpectu viri obligati, fideiuſſio cenſetur habere cauſam perfidiæ perpetuam,quia etiam dos apud virũ cauſam habet perpetuam.l.j.ff.de iu.do.ſed mulieris reſpectu fideiuſſio non eſt duratura,cum incontinenti ſolui dos debeat,& ideo ea cauſa indignationis, ſi aliqua eſſet, cauſam haberet momentaneã minimeq; duraturam. Item ſi extraneus dotem promittat, fideiuſſio admittitur.l.1.§.accedit. C.de rei vxo.act. Idem ex conſuetudine fieri non prohibetur. Io. And.in c.per veſtras.
58 †Huic autẽ prohibitioni,ne fideiuſſores dotium dentur,qm̃ negatiua eſt,renuntiari abſq; iuramento non licet.gl.in d.l.2. C.ne fideiu.do.den.Quidam verò dicunt,hoc iuramentum inducere perfidiã, indignationemq; inter matrimonio ꝯiunctos,& ideo non ſeruandũ,cum nutriat peccatum, vergatq; in diſpendiũ ſalutis.Tranſgreſſiones.n.iuramenti magis Deo placent, quàm iuramenti contra bonos mores obſeruationes.c.cum contingat.de iureiur.& in Auth.ſcenic.nõ ſolum.

FINIS.

TRACTATVS
Dikeogamias, Io. Boſchei Neuſtrij.
Liber Quintus.

SVMMARIVM.

1 *Legatum vel promiſſio dotis, continet in ſe cauſam finalem & non impulſiuam.*
Legatum vel promiſſio dotis,non ſequuto matrimonio reuocatur.
2 *Sermo ſimpliciter prolatus,de prima vice eſt intelligendus.*
Mulier omnia bona ſua marito ſimpliciter dans,intelligitur ea dare in cauſam dotis.
3 *Dos relicta puellæ pauperi ſi Titio nubat, decedente Titio ante contractas nuptias ſuccedit in locum alimentorum.*
4 *Legatum relictum puellæ vt nubat, ſtatim debetur, idque ad hęredes ſuos tranſmittit puella decedens ante ętatem nubilem.*
Legatum relictum puellæ ſi nupſerit, non debetur ante conditionis euentum.
5 *Legatum in pium vſum relictum, in diuerſum vſum voluntate hæredis conuerti non poteſt.*

Source : BIU Cujas

6 *Legatum filiæ relictum vt nubat, debetur etiam ſi ea monaſterium ingrediatur.*
Subſtitutus ſub conditione, ſi filius ſine liberis decedat, excluditur filio ingrediente monaſterium.
7 *Legatum rei alienæ dotalis, non valet.*
Diminutio legatorum codicillis appoſita, non extenditur ad legatum dotis.
8 *Legatum dotis a patre filiæ factum detrahitur ante alia legata, velut æs alienum.*
9 *Legatum dotis, cenſetur titulo inſtitutionis relictum filiæ.*
Dotis donatio facta filiæ, imputatur ei in legitimam.
10 *Subſtitutus filiæ in dote ei legata ſi ſine liberis decedat, admittetur ad eam duntaxat partem, quæ legitima deducta ſupereſt.*
11 *Filia, cui dos teſtamento patris eſt relicta, ac propterea ab eius ſucceſſione excluſa eſt, an poſſit agere ad ſupplementum legitimæ.*
12 *Dos caſmate, vel quouis alio modo deperdita, non debet in legitimam imputari.*
13 *Dos non per omnia alimentis æquiparatur, atque in eam rem exempla aliquot adducta.*
Alimenta quibuſdam præbere cogimur, quos dare non tenemur.
14 *Pater dum viuit, dote liberis ſuis non ſecus atque alimenta aſſignare tenetur, atq; inibi huius axiomatis exceptiones aliquot.*
15 *Ordo aut locus Deo proximos, nos non reddit.*
Monaſterium ingredientes, ſæpiſſime deteriores efficiuntur.
16 *Ingratitudo filij aduerſus patrem non diluitur per ingreſſum religionis.*
17 *Pater mariti tenetur bona ſua obligare pro reſtitutione dotis, ſi matrimonium contrahi non poſſit.*
18 *Pater tenetur aſſignare filio donationem propter nuptias, præter quàm in caſibus aliquot ibidem expreſſis.*
19 *Pater nuptiis filij conſentiens, oneraq; matrimonij ſufferens, vſum fructum dotis habere debet.*
Pater receptam nurus ſuæ dotem filio ſeorſum habitanti, oneraq; matrimonij ſufferenti, reſtituere cogitur.
20 *Maritus onera matrimonij ſufferens, dotis fructus percipere debet, quamuis ſub poteſtate patris ſit.*
21 *Pater & filius confitentes in eodem inſtrumento, ſe dotem recepiſſe, ſunt velut duo rei debendi inſolidum obligati.*
Pater filij vxorem etiam indotatam alere tenetur.
22 *Extraneus dotem ſoluens animo repetendi, & ſi id contra patris voluntatem fecit, ab ipſo tamen patre eam repetere poteſt. & nu. 33.*
Iudicium inter patrem & filium in cauſa dotis conſiſtere poteſt.
23 *Patre non habente vnde filiam dotare poſſit, quæ perſonæ deinceps dotem ei conſtituere teneantur.*
24 *Filius legitimus dotem matri viduæ conſtituere non tenetur, ſecus in naturali tantum.*
Patri reddi dos inuita filia poſt contractas nuptias poteſt.
25 *Pater dotem pro filia ſimpliciter promittens, de ſuis bonis eam promittere cenſetur. & nu. 27.*
26 *Dotis promiſſio a patre facta tam ex rebus paternis, quàm ex maternis, quæ filiæ obuenerat, quem effectum habeat.*
Pater filiam diuitem dotare non cogitur.
28 *Peculium aduentitium filij pater alienare non poteſt.*
29 *Dos filiæ etiam locupleti poſt mortem patris omnino debetur, cum loco legitimæ ſuccedat.*
30 *Dotis promiſsio a patre pro filia facta tanquam negotiorum illius geſtore, quem effectum habeat.*
Pater inops dotem filiæ lucupleti conſtituens, de bonis ipſius filiæ conſtituere præſumitur.
31 *Filiam naturalem pater cogatur necne dotare.*
32 *Dos a patre filiæ naturali data, ſoluto matri. ad eum reuertitur, non autem ad liberos illius naturalis.*
34 *Mater, quæ bona filiæ adminiſtrat, dotem ei conſtituens, de bonis ipſius filiæ dotem dare preſumitur.*
Mater, an & quando filiam dotare teneatur.
Patre ac matre dotem pro filia promittentibus, mater præſumitur potius intercedere pro marito, quàm de ſuo quicquam donare.

PRomiſsio, vel legatum de dote facta, continet in ſe cauſam finalem, & non impulſiuam. l. Titio centum. ff. de condi. & demon. Si ergo nō ſequatur matrimonium, ea donatio reuocari poterit, cum modus in conditione appoſitus, non ſit impletus. Modus aūt dicitur cauſa finalis, quando vtilitatem tertij reſpicit: quando autem ſolius legatarij vtilitatem reſpicit, cauſa dicitur impulſiua. d. l. Titia centum. In dote verò vtilitas mulieris, & reip. inſpicitur, & ideo dicitur cauſa fin. vel quia eſt cauſa pia, dicitur finalis. Bar. in l. ſi ego. ff. de iu. do. Sēper in legato dotis tacita ineſt conditio, ſi matrimonium ſequitur. In contractibus aūt nominatis modus cōcernens cauſam piam, dr̄ cauſa impulſiua, & datio cauſa finalis. c. verum. vbi gl. de condi. oppoſi. In cæteris contractibus innominatis, modus ſemper dicitur cauſa finalis. Ex legato igitur, aut ſtipulatione dotis agi poteſt, quāuis expreſſa non ſit conditio, ſi modò nuptiæ extant: quare ſi nuntius remittatur, defeciſſe cōditio videtur. l. ſtipulationē. ff. de iu. dot. Et licet poſtea nupſerit, non conualeſcit legatū:
2 ſermo† enim ſimpliciter prolatus, intelligitur de prima vice. Bar. in l. & licet. ff. de iu. do. l. dotis. ff. eo. Vnde ſi mulier omnia bona marito dederit non expreſſa dotis mentione, aut pater legatum filiæ reliquerit, in his duobus caſibus nō neceſſaria eſt dotis adiectio, ſed pro dote data vel relicta, ea bona intelliguntur. Bar. in l. q aūt. ff. de iu. do. Cum autem dos ante matrimonium non datur. l. 3. ff. de iu. dot. niſi ſequatur, nō debetur legatum. l. promittendo. l. ſtipulationē. ff. de iu. do. Sed ſi interim detur dos, transfertur dominium, licet non ſequutis nuptiis condici poterit cōdictione ob cauſam. l. dotis fructus. l. ſed ſi ego. vbi Bart. ff. de iu. dot. Idem dic, ſi dictum fuerit pro matrimonio, vel pro nubenda puella, aut pro dote puellæ, vt nubat Titio. ea. n. omnia legata ſunt conditionalia, illisq; ineſt
3 tacita conditio. l. tali. ff. eo.† Sed ſi legatum relictum ſit alicui puellæ pro dote, ſi nupſerit Titio, & antequam nubat Titius deceſſerit, nihilominus debetur legatum, ſi ea puella inopia laboret: nam teſtator videtur ad alimēta reſpexiſſe, quorum loco dos ſuccedit pauperi relicta. ar. l. 1. C. de leg. l. omnia. ff. de an. leg. Bart. in l. illis liberis. ff. de condi. & demon. Si quis legauerit
4 † alicui puellæ centum vt nubat, ab ipſo initio debetur legatum, etiam ante nuptias. Sed & ſi ante nubilem ætatem deceſſerit, legatum tranſmittit' ad ſuos hæredes. l. ſi fundum. ff. de leg. 1. l. quibus dieb. ff. de condi. & demon. per eam. n. nō ſtetit, quominus modus legato appoſitus adimpleretur. Idē dic ſi dictum ſit, vt nuberet Titio, & antequā nuberet deceſſerit ipſe: hoc. n. legatum non cēſetur pro dote relictum, nec dotis nomine, quia teſtator nō expreſſit. Bal. in l. legatum. C. de condi. inſer. Sed ſi puellæ relictum ſit legatum, ſi ea nupſerit, illud eſt cōditionale, nec hæres teſtatoris tenetur ad illud legatum ante conditionis euentum. d. l. Titio. §. Titio genero. vbi Bart Si igitur conditio non eueniat, manebit legatum apud hæredem teſtatoris. Idem dic, ſi dictū ſit, ſi nupſerit Titio, & antequam nubat, Titius deceſſerit. d. l. legatum. Bal. in
5 l. generaliter. C. de epiſ. & cleri.† Sciendum autem eſt, relicta ad pium vſum legata, in diuerſum vſum conuerti ex voluntate hæredis non poſſe, nec ſuper illis alius a ſummo Pontifice diſpenſare poteſt. clemen. quia contingit. de relig. do. Si ergo aliquo caſu huiuſmodi legata deficiant, hæres tenebitur ea conuertere in eundem & ſimilē vſum pium, niſi perſona cui relinquitur, cōiuncta ſit ipſi legāti, vel ab eo dilecta. l. legatū. ff. de vſufru. lega. vbi Bart. c. nos quidem. de teſta. Quamobrē attendi debet, quid magis teſtatorē mouerit. l. qui exceptionem. ff. de condi. inde. In dubio tamen præſumitur potius fauore piæ cauſæ quàm perſonę relictum fuiſſe legatum. l. ſunt
6 perſonæ. ff. de reli. & ſump. fune.† Legatum filiæ relictum, vt contrahat matrimonium, ſi monaſterium ingrediatur, tamē debetur legatum, ne libertas ingrediēdi monaſterium impediatur, auc. niſi rogati. C. ad Treb. Idē ſi teſtator dixerit, ſi filius ſine liberis ex ſuo corpore deſcendentibus deceſſerit, ex ingreſſu monaſterij ſubſtitutus excluderetur. Dy. & Bart. in l. ſi ita quis. ff. de leg. 2. Nam monaſterium ſuccedit loco libe-
7 rorum. c. in præſentia. de probat.† Rei alienæ dotalis non valet legatum, nec æſtimatio debetur. gl. in l. dotalem. ff. de teſt. mili. arg. c. filius. de teſta. Si inter alia legata in teſtamento dos relicta fuerit, deinde in codicillis appoſita ſit clauſula diminutionis legatorum, non referetur ad dotis legatum. No. in l. liberti. §. poſthumis. ff. de alimen. leg. dos. n. parem cum alimentis fauorem obtinet. Barto. in l. cum de in rem verſo. ff. de vſu.
8 †Legatū dotis a patre filiæ factū, ante omnia legata detrahitur, aliisq; legatis præfertur tanquam æs alienum. Bar. in l. 2. §. ſi ſponſa. ff. de priui. credi. & licet filia dicatur habere titulum lucratiuum in ipſa dote profectitia. l. fi. §. ſi a ſocero. ff. eo. aliquo tamen reſpectu dos dicitur quid debitum ipſi filiæ, ex æquitate. ſ. quadam naturali gl. in l. ſi ſeruum. §. ſequitur. ff. de
9 verb. obli.† Legatum item dotis cenſetur titulo inſtitutionis eſſe relictum filiæ. Ant. de But. in c. Raynutius. de teſta. Cum ergo filia patri ſuccedit, dotis ſuæ pollicitationem portioni ſuæ imputare debet, & cohæredem liberare cogitur. l. 1. §. pe. ff. de colla. dot. Nam & pater eo animo compēſandi reliquiſſe facile creditur, cum debitum ex cauſa neceſſaria inducatur. l. ſi cum dotem. ff. ſolu. matri. Idem dic de donatione facta filiæ pro dote, quæ imputatur in legitimam. l. quoniam nouella. C. de inoffic. teſtamen. cum filia dicatur habere dotem ex cauſa lucratiua, quam tenetur cum ſuis fratribus confe-
10 re. l. illud. C. de collat.† Si ergo dos filiæ ſit legata & ſubſtituatur ei, ſi ſine liberis decedat, tunc vſque ad concurrentem legitimæ quantitatem reiicietur hoc onus: in reſiduo aūtem obtinebit ſubſtitutio. l. fin. §. filiæ. ff. de lega. 2. vbi Barto. & d. l. Titio centum. ff de condit. & demonſt. Idem dic, ſi ſtatutum

ſit

Source : BIU Cujas

sit filiam dotatã extantibus masculis non succedere, ꝙ quidem statutũ intelligi debet, si dotata inueniatur tẽpore mortis patris. Bart. ꝙsil. 31 incip. quidã decessit. & Pet. de Ancha. consil. 188. in quo de successione agitur, & ipsa filia excludẽda, eo casu nõ poterit grauari de dote ei relicta. Bald. in d. l. fi.
11 sed & si non sit † competenter dotata, poterit agere ad supplementum dotis cõpetentis secundum patris & patrimonij ꝙditionem, aut saltem vsque ad mensurã legitimæ vel alimẽtorum inspecta qualitate & conditione personæ, cũ ipsa dos succedat loco cuiusdam legitimæ: non debet igitur minor esse legitima. Bal. in l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. testa. Quidã dicunt, dotẽ magis participare naturam alimentorũ, ꝙ̃ legitimæ. l. cum vnus. §. fi. ff. de alimen. leg. Bart. in d. l. cũ de in rem verso. & ideo dotem iuxta mensuram alimentorum metiri debere. alij distinguunt quantũ ad vitã ac tempus, dotem legitimæ; quantum ad ꝙgruitatem & mensurã, alimentis cõparantes. Ego ob diuersas sententias cogitaui, quid ex æquitate dici posset. & mihi videtur inter alimenta & legitimã magnã esse affinitatẽ: quẽadmodũ. n. iure naturæ pater ad educationẽ liberorum tenẽ ita & iure ciuili tenẽ eis legitimã relinquere, quæ succedit quasi loco alimentorũ. alimenta. n. viuo patre debentur filijs, mortuo verò legitima quæ vr quasi introducta in locum alimentorum, ne filij omnino hæreditate priuati fame perirent, eaque de causa introducta est quarta iure naturæ debita. Existimarem igitur, dotem filiæ in testamento relictam secundum eam quartam metiri debere, maximè quando ob dotem filia a successione excluditur. Si verò statutũ sit filiam arbitrio boni viri dotatam succedere, dos tamen non sibi fuerit adsignata secundũ arbitriũ boni viri, nihilominus non succedet, sed aget ad supplemen-
12 tũ. Paul. Cast. in l. si non mortem. ff. de inoffi. test. † Quamuis item dos loco legitimæ succedere dicatur, si tamen mea culpa filiæ sit casmate vel alio quouis modo deperdita, tunc dos non succedet loco legitimæ post mortem patris, cum etiam eo casu pater iterũ teneatur filiam dotare, si possit. auct. sed
13 quamuis, C. de rei vxo. ac. † Neque aũt dos alimentis cõparãda est, cũ alimenta nõ debeantur diuiti: dos aũt, secũdũ quosdam, debẽ. l. fi. C. de do. promis. Itẽ pr filiã naturalẽ alere tenẽ, dotare nõ tenetur. l. vxorẽ. §. pater naturalis. ff. de leg. 3. Si frater sororẽ vterinã ẽt inuitus. l. 1. ff. de tutel. alit, nec tñ dotare compellitur. l. cum in plures. §. pen. ff. de admi. tut. Sic filius matrem suã educare debet, nec tamen ei dare dotẽ de suo cogi potest. l. tutor. §. fi. ff. eo. Qui enim alimenta, nõ qui dotem recusat, is necare dicitur. l. necare. ff. de libe. agno. Nã & alimentorũ pstatio, quæ minutatim fit, nõ adeo onerosa est debitori, sicut dotis datio, quæ vna prestatione fieri solet. l. fi. vbi Bart. ff. de lib. agno. Tamen in his omnibus casibus idẽ de dote & alimentis dici posset. l. cum vnus. §. fi. ff. de alimen. cap. cũ haberet, de eo, qui dux. in mat. Itẽ pater cogi non põt dotẽ dare puellæ, quæ nec nubere, nec monasterium ingredi velit, sed alimenta ei præstare tenetur, fm modum a iure determinatũ. l. si quis a liberis. ff. de lib. agno. Idem dic de vidua iuuene, quæ post primi viri mortem neutrũ facere velit. eo. n. casu nõ cogẽdus est parer dotem primo marito datam ei dare, quia talis ætas propter lubricum iuuentutis suspecta est; nec pater dotem dare tenetur, nisi filia nubat. l. stipulationẽ. ff. de iu. do. Quoniã aũt in hanc quæstionẽ incidimus, an scilicet pater liberos teneatur dotare, bene erit si hoc loco quædam de officio paterno attingamus. Pater igitur tenetur liberis suis dotem adsignare, sicut alimenta, dum viuit. l. qui liberos. ff. de ritu nup. Nisi filia esset hæretica, vel ludęa. l. cognoscimus. C. de hær. † Ipsa autem diuersę sectæ esset, nẽ alteri id
14 vitium obijciat, ꝙ ipse habeat. l. in arenam. C. de inoffic. test. Quamuis item hodie pater filiam exhæredare non possit, q̃ sine ꝙlen. ipsius nupsit indigno. gl. in l. Paulus. ff. de statu ho. 32. q. 2. honorantur. aliud tamen est in dote, quæ viuo patre sola iudicis æquitate præstatur. Durum aũt est cogi vt ei det, a qua atroci iniuria affectus dehonestatusque est gl. 36. q. 1. de raptorib. Alex. in consil. 97. nisi cum hæc dos loco hereditatis deberetur, vt quia per statutum filia dotata extantib. masculis excluderetur, & dotari iuberetur. Tunc enim nõ officio iudi. sed ꝙdictione ex. l. peti dos posset. Alex. in consi. 7. in 2. volu. Idem suaderet pietas, quando maritus eã alere nõ posset, nec ipsa haberet, quomodo viueret. Tunc enim pater teneretur dotare. iubest: namque æquitas, quæ officium iudi. eatenus ad dotem excitet, quatenus in alimentis soluere pater debuisset. Bar. in l. Meuius. §. duobus. ff. de leg. 2. Item pater non tenetur filiam dotare, quæ volens ante 25. an. stuprũ passa est, auct. sed si post. C. de inof. test. graui enim iniuria affectus ab illa censetur. Si tamen religioni se hac causa addixerit, manifestaque pœnitentiæ signa hoc modo ostenderit, receptum est dotem a patre monasterio dandam esse. 19. q. fin.

non liceat. Ingressus enim parthenonis, id est, in quo habitãt virgines, omnẽ hanc maculam diluit. gl. in cap. cum depurati, de iudi. Quod an sit verum, videat quisquis monachorum
15 vitam nouerit. † Non enim loca vel ordines creatori nostro nos proximos faciunt. 40. dist. quantumlibet. Imò qui monasteria ingrediuntur, deteriores sæpissime efficiuntur. 47. dist. quantumlibet. Nec sufficit in monasterio esse, sed in monasterio bene viuere laudandum est, argumen. 12. quæst. 1. gloria, in fi. Nec etiam in nouellis Iustiniani reperiretur, cautam ingratitudinis ob ingressum monasterii dilui, sed omnem maculam remitti. idest omne peccatum, cuius satisfactio ad eũ pertinet, vt Accur. rectè interpretatus est, in Auc.
16 de mona. in princ. causam ergo ingratitudinis † ante ingressũ monasterii cõmissam non remitti voluit Iustinianus, cum inquit, si quis in parentum potestate constitutus se monasterio elegerit sociare, non liceat parentibus propter hanc tantũ modo causam quasi ingratum vel ingratam a sua hæreditate repellere. l. Deo nobis. C. de episc. & cleri. adiecit. n. hæc verba, propter hanc tantummodò causam, ergo propter aliã ante ingressum commissam parentes poterunt exhæredare.
17 † Pater item tenetur bona sua obligare pro dote restituenda mulieri, cum qua filius nuptias contrahit, si alioqui cum ea non possit contrahere. Bart. in l. si cum dotem §. transgrediamur. ff. solu. matr. id autem verum est in locis, in quibus dona
18 tio propter nuptias non seruatur. Nã de iure tenetur † pater adsignare filio donationẽ propter nuptias. l. fi. C. de dot. promis. nisi filius vxorem acceperit inhonestam. l. nõ tantum. §. si emancipatus. ff. de bonis libe. contratab. aut patri ingratus habeatur, aut sit suspectæ vitæ, velitq; pater onera matrimonii subire. videtur autem pater se insolidum obligare, quando tacitè vel expressè matrimonio consensit, & ideo vltra peculium tenebitur pro restitutione dotis. Bart. in d. §. transgre
19 diamur. Consensisse † autem tacitè videtur, si vxor filii in domum suam ducatur, oneraq; matrimonii supportet, quo casu ipse dotis vsumfructum debet habere. l. dotem, vbi gl. ff. de castren. pecu. Si verò filius seorsum a patre habitet, dotem petere poterit, cogeturque pater tradere, cum filius onera matrimonii subeat. l. si is qui. §. ibi dos. ff. de iure dot. Ang. in l. si cum dotem. §. transgrediamur. ff. solu. mat. vbi Lud. Ro. mulierisque interest, vt dos potius apud maritum cõsistat, quã apud patrem, dummodò maritus sit homo diligens. Nam si esset suspectæ vitæ, non tenetur pater, aut socer ei dare dotẽ, nec reddendo liberaretur. argum. l. 2. l. pater. ff. de do. præleg.
20 † Dotis igitur fructus ad maritum pertinere, æquum est: cũ enim ipse onera matrimonij subeat, æquum est eum, & fructus percipere. l. dotis. ff. de iu. dot. Ibi. n. dos esse debet, vbi onera matrimonii sunt. d. l. si is qui. Licet iure veteri omnia bona aduentitia patri quærantur, dotes tamen penes liberos iure proprietatis & vsusfructus manent. l. placet. ff. de acquir. hære. l. Caius. ff. solu. matri. etiam si solutum sit matrimoniũ. vide. l. 1. & 2. C. de bo. quæ libe. Vnde in huiusmodi dotibus pater nõ est legitimus administrator filiæ, quia nõ hẽt vsumfructum. d. l. 1. sed filia, quæ est capax iudiciorum sine consensu patris. vide l. cum oportet. C. eo. l. deposui. l. ex facto. ff. de pe. Si ergo filiusfamilias dotem nomine vxoris receperit, ei quæritur pleno iure. Bart. in l. contra nurum. §. quoties. ff. rer.
21 amo. neque pater vsumfructum habere debet. † Si pater & filius in eodem instrumento confiteantur se dotem ab vxore vel eius patre recepisse, vterque est insolidum obligatus, censenturque tanquàm duo rei debendi. l. fi. C. de dote cauta nõ nume. Bart. & Bal. in d. §. transgrediamur. Pater tenetur alere filii vxorem, etiam indotatam, & eius liberos. l. si filia. ff. fami.
22 erc. l. ꝙ si nulla. ff. de reli. & sum. fune. † Si quis dotem promiserit, vel soluerit animo repetendi, licet contra voluntatẽ patris vel filiæ id fecerit, ab ipso tamẽ patre repetere poterit, cũ pro causa tam pia & fauorabili negotium gesserit, arg. l. & si quis. §. idem Labeo. ff. de reli & sump. fune. gl. in l. sed & Iulianus. §. ꝙ dicitur. ff. ad Mace. inter patrem & filium ratione dotis iudicium consistere potest. l. qui liberos. ff. de ritu nupt. l. fin. C. de bo. quæ libe. Si ergo dotem pater recuset, per iudicem cogi poterit pignoribus captis, mulctaq; indicta, vel ẽt in carceribus detineri. Nam & inuex patre absente vel recusante potest constituere dotem secundũ facultates ipsius pa-
23 tris. Si † verò pater non habeat vnde liberos dotare possit, tunc auus tenetur. d. l. cognouimus. C. de hære. l. & ideo, in fi. ff. de in rem verso. Item mater vel auus maternus in subsidiũ dotem filiæ aut nepti assignare tenetur, quando pater vel eius hæredes soluendo non sunt. l. neque mater, vbi Bal. C. de iure do. Item frater tenetur dotare sororem ex eodem patre natam. l. cum plures. §. cum tutor. ff. de administra. tuto. Sed patruus neptem ex fratre dotare non tenetur. Ange. in l. 1. ff. solu. matri. nisi ipse vel alii agnati ad successionem intestati,

exclu-

Source : BIU Cujas

excluſa filia aut nepte, vocarentur. Tunc enim tanquam hæ redes in onere dotandi ſuccederent, ſicut alimentādi. l. ſi qs a liberis. §. item reſcriptum. ff. de libe. agno. ne ſucceſſionem perderent. arg. l. necare. ff. eo. l. ab hoſtibus. §. fi. ff. ſolu. matri.

24 Filius autem legitimus † non tenetur dotem matri viduæ aſſignare. l. tutor. ff. de adminiſtr. tut. Nam quando mulier ad ſecunda vota tranſit, anima viri defuncti ꝓtriſtari cēſetur. Auc. de nupt. §. ſoluto. colla. 4. conſti. 1. Auct. de nō eli. ſecun. nub. §. proſpeximus itaque, colla. 1. ꝓſti. 2. Secus autem in filio naturali tantum, qui matri dotem conſtituere tenetur. Pater non poteſt poſt nuptias deteriorem cauſam filiæ facere, qa nec ei dos reddi inuita filia poteſt. l. poſt nuptias. ff. de iure

25 dot. † Pater qui ſimpliciter dotem promiſit, vel dedit pro filia in poteſtate vel emancipata, ex ſua liberalitate hoc feciſſe intelligitur. Nam omnimodo paternum eſt officium dotes pro ſua progenie dare. l. fi. C. de dot. promiſ. In caſu ergo dubio cenſetur filiam, licet aduentitio peculio diuitem, ex pa-

26 terna ſubſtantia dotatam a patre eſſe. † Idem etiam ſi pater dotem ſe promittit vel dare ex rebus paternis & maternis dicat, quo caſu & ambiguè, & ineptè facit. Ambiguè, quia dubitari potuit, an viriles portiones, an pro rata vtriuſque ſubſtantiæ, an ſucceſſiuo ordine, quatenus ſua non ſufficiat, dederit vel promiſerit. Coniunctio enim ad omnes hos caſus referri poteſt. d. l. Gallus. de libe. & poſthum. Ineptè, quia ad eum non pertinebat rerum filiæ adminiſtratio. Merito ergo interpretatio fit, vt de ſuo promiſiſſe vel dediſſe videat, vtq; exceptio patris obſcura ipſi noceat. l. exceptionē. C. de prob. c. in pręſentia. eo. tit. Cum ergo pater curator filiæ ſuæ dotē pro ea conſtituiſſet, magis eum quaſi patrem feciſſe videri. l. cum pater. ff. de iu. dot. Idem dic etiam ſi filia tali promiſſioni patris conſenſerit, quia lex conſenſum ſuper claro requirit, vt appareat, quid velit dare. d. l. fi. in fi. C. de do. promiſ. nō

35 in re ambigua, cuius æſtimationem filia conſentiens probabiliter ignorat. Hæc autem deciſio in dubio locum habet, ergo ſecus in claro. l. continuus. §. cum ita. vbi gl. ff. de verb. oblig. Veluti ſi pater dixerit ſe dimidium dotis de ſuo, dimidium de filiæ bonis promittere, aut dixerit ſe mille aureos ꝓmittere, omni eo cōputato ꝙ de filiæ bonis ad ſe peruenit. His enim caſibus apparet de filiæ bonis dotem voluiſſe promittere, & ꝙ reliquum eſt de ſuo ſupplere, dummodo filia tali promiſſioni conſenſerit. l. profectitia. §. pecul. ff. de iu. do. Si vero ratam non habuerit hanc promiſſionem, ipſi aduentitiā petenti obſtabit exceptio, quatenus negotium vtiliter geſtum ſit. Idem ſi pater de ſolius filiæ bonis ſe promittere dixerit: nam pater filiam diuitem dotare non cogitur, ſicut nec alimenta præſtare. l. ſi quis a liberis. ff. de lib. agno. Bart. in

27 l. mulier. §. pen. ff. ad Treb. † In dubio autem cum dotem ꝓmiſit vel dedit, de ſuo dediſſe intelligitur. dic. l. fin. C. de do. promiſ. & arg. l. 2. C. pro ſoc. propter ſanguinis coniunctionem, quæ facit, vt facilius donatio præſumatur. l. tutor petitus. ff. de excu. tut. Bart. in l. quæ dotis. ff. ſolu. mat. & quia potius videtur ex cauſa naturali tanquam pater ſoluiſſe, quàm adminiſtrator. d l. profectitia, in fi. maximè cum talis alienatio adminiſtratori non ſimpliciter concedatur. Nam † pater

28 in filii aduentitio peculio ius alienandi nullum habet. l. fin. §. ſinaūt. C. de bo. quæ lib. Si ergo id agitur, vt res filię in dotem dentur, ipſe pater non debet dare, ſed filia quæ eſt domina, pater autem conſentire poteſt, quia ſua intereſt propter vſumfructum. l. 1. C. de bo. mater. Quod autem dictum eſt, patrem filiam diuitem dotare non teneri, id verum eſt, licet dos legitimæ comparetur. l. quoniam nouella. §. repetitionē. C. de inoffic. teſta. quæ etiam ditiſſimis debetur. in Auc. vt

29 cum de appel. cogno. §. aliud colla. 8. conſti. 12. † Nam fateor dotem poſt diem patris fatalem omnino filiæ deberi, cum loco legitimæ ſuccedat. Viuo autem patre dos filiæ non debetur, quia tunc participat naturam alimentorum, quæ in vita diuiti non debentur. l. ſi quis a liberis. ff. de lib. agno. Dos igit quo ad vitā, alimentis cōparatur, quo ad ſucceſſionem ſimi-

30 lis legitimæ dicitur. † Item ſi pater dixerit ſe dotem promittere tanquam negociorum geſtorum. Bart. in l. Neſennius. ff. de neg. geſt. tunc ſatis oſtendit ſe non id agere, vt ex liberalitate vel obligationis neceſſitate ſe exoneret. d. l. fi. C. de dopromiſ. Idem ſi filia dotem promiſerit & pater ſoluerit, non de ſuo cenſebitur ſoluiſſe. argum. l. vxorem. ff. de legat. 3. vt ſolutio naturam promiſſionis imitetur. l. fi. C. ad leg. Falc. Idē ſi pater inops ſit, cenſebitur ſe dotem de bonis filię promiſiſſe, quatenus vltra vires patrimonii eſſet, ꝙ humanius eſt. arg. l. ſicut autem. ff. de re iudi. & l. qui de tota, ff. de rei ven. Nam & l. fi. C. de dot. promiſ. in patre loquitur, qui idoneam poſſidet ſubſtantiam, in caſu autem mixto media illa via aſſume-

31 tur. † Item ſi pater naturalis tantum pro filia naturali dotem promiſerit, cenſebitur potius animo compenſandi promiſſam. d. l. vxorem. Nam & pater naturalis non tenetur filiam naturalem, quæ aliunde dotem dare poſſit, dotare, ſed tamen obligatus eſt ei dare alimenta. auc. licet. C. de natu. libe. etiā ſi ſpuria fuerit. cap. cum haberet, de eo qui dux. in mat. Ideo pater eatenus dotem ſpuriæ conſtituere tenetur, quatenus obligatio alimentorum conſiſtit. Barto. in d. l. Neſennius. §.

32 duobus. & d. l. vxorem. † Vnde defuncta, dos ad patrem reuertetur, nō autem ad filios pertinebit. Bart. in l. fi. § ſi a ſocero. ff. de his, quæ in frau. niſi pater naturalis donauerit. poteſt. n. auus nepotibus legitimis ex filia ſpuria donare, dummodo filiæ contemplatione non faciat. l. fi. C. de natu. lib. Item nō præ

33 ſumitur donatio, cum patruus † dotem pro filia fratris dederit, argum. d. l. Neſennius. & d. l. profectitia. cēſetur enim dos profectitia, & tanquam negotiorum geſtor fratris id fecerit, ideoque repetere poterit, cum talis cura & ſollicitudo ad eū quoque pertineat. Bald. in d. l. fi. C. de do. promiſ. Quod intellige, niſi vniuerſorum bonorum ſocius eſſet: tunc enim noīe ſocietatis feciſſe videretur, & ſic etiū ſuo nomine dediſſe, cū ipſe quoque teneretur. Socin. conſil. 291. Sed ſi ita ſcriptum ſit. Titius patruus & curator promittit centum nomine dotis, non tamen de ſuo tenebitur, nec donatio præſumitur niſi dolo malo ita promiſerit. l. cum poſt. ff. de adminiſtr. tuto.

34 † Mater item licet ditiſſima, quæ bona filiæ adminiſtrat, in dubio præſumitur de bonis filiæ dotem promiſſe, & ideo animo repetendi. gl. in d. l. fi. C. de dot. promiſ. & l. Neſennius. ff. de neg. ge. Nam mater filiam dotare nō tenetur, ſed pater. gl. in l. mater. C. de iu. dot. niſi ipſa & eius pater inopes eſſent. Imò ſi maritus inuita, aut inſcia vxore aliquid, ꝙ ad vxorem ꝑtinet pro filiæ dote dederit, vxore mortua, eius hæredes poterunt vendicare, & id quod datum eſt viro filiæ in dotē nō eſſe placuit. l. mater. ff. de iure do. Idem dic de fratre vel quo-

35 cunque alio, bona filiæ adminiſtrante. Vnde † ſi pater & mater ſimul dotem promitterent, mater videtur magis intercedendi animo pro marito promittere, quam de ſuo quippiā donare, arg. l. vir vxori. §. fi. ff. ad Velle. cum totum negotium ſpectet ad virum, mulierumque genus auariſſimum ſit. gloſ. in l. ſed ſi ego. in fi. ff. ad Velle. & in l. ſi a ſponſo. C. de dona. ante nupt. Si tamen dos data per mulierem, fratrem, vel alium puellæ adminiſtratorem, patrimonium excederet ipſius, eo exceſſu videretur de ſuo dotaſſe puellam, licet diuitem. l. 1. §. accedit. C. de rei vxo. act.

FINIS.

TRACTATVS
DiKeogamias, Io. Boſchei Neuſtrij.
Liber Sextus.

SVMMARIVM.

1 *Natura cognationem quandam inter homines conſtituit.*
2 *Publicam vtilitatem priuatę præferendam*
3 *Matrimonium immortalitatem generi humano artificioſè introducere videtur.*
4 *Dotes mulieribus conſeruari, reipu. intereſt. & nu. 8.*
5 *Mulieribus, quas ob cauſas iura vſque adeo faueant.*
6 *Mulier ſterilis iure antiquo repudiari poterat.*
7 *Liberos procreantibus lex prœmia largitur.*
Liberorum numerus annorum numerum ſupplet.
9 *Matrimonium hodie dirimi non poteſt ob eam cauſam, quòd mulier ſit indotata.*
10 *Priuilegiorum doti conceſſorum variæ ac differentes ſunt ſpecies.*
11 *Dotis cauſa piæ cauſę priuilegio gaudet.*
Mulier credens ſe pro dote obligatam repetere non poteſt, quòd eo nomine dederit.
12 *Solutum affectione aliqua non per errorē, repeti non poteſt.*
13 *Legatum dotis mulieri inopi relictum, falcidiam non patitur.*
Iudex eccleſiaſticus de dote, quaſi de cā pia poteſt cognoſcere.
14 *Dos diuiti mulieri teſtamento relicta, an & quando falcidiam patiatur.*
15 *Hypothecæ tacitæ priuilegium, quod doti conceſſum eſt, non perſonæ, ſed actioni cohæret.*
Dotis incertæ promiſſio valet, quòd & in alimentis obtinet. atque inibi quam interpretationem pronunciatum hoc recipiat.
16 *Incertitudo non vitiat legatum ſtudij ſeu artis alicuius diſcendę, aut viæ reficiendę cauſa relictum.*
17 *Promiſſio dotis incerta a muliere viro facta, actionem non parit, quæ ſit huius ratio.*
18 *Promittendi verbum, in dubio de ſtipulatione intelligitur.*

Incer-

Source : BIU Cujas

Incertitudo quantitatis, an & quando contractum vitiet.
Mulier, quæ dotem dare, aut rec eptam restituere nomine alterius promisit, non iuuatur Velleiano, etiam si nudo pacto promiserit.
20 *Filiusfami. mutuam pecuniam pro dote constituenda accipiens, non iuuatur exceptione Senatusconsulti Macedoniani.*
21 *Res restitutioni per fideicōmissum grauatę, an & quando ab hærede obligari, aut etiam alienari in causam dotis, aut donationis propter nuptias possint.*
22 *Fideicommissarius prior tempore, an mulierem posteriorem in causa dotis excludat.*
23 *Minoris bona & obligari & alienari possunt in causam dotis, & donationis propter nuptias.*
Mulier donans viro non adiecta causa, an & quando præsumatur in causam dotis dare.
24 *Dos constante matrimonio potest augeri & diminui.*
Donatio inter virum & vxorem, qua ratione sit prohibita.
25 *Donatio inter virum & vxorem, quibus casibus rata ac firma esse soleat:*
26 *Mulier quicquid habet, in dubio præsumitur habere ex bonis viri.*
Donatio dotis insinuatione non habet opus.
27 *Mandatum habet etiam locum post mortem mandantis fauore dotis.*
Dos a patre data, vel promissa efficitur proprium filiæ patrimonium ex quadam donatione, quæ fauore dotis valet.
Dotem sequestrari mulier petere potest, marito bona dotalia dissipante, quamuis aliàs ditissimo.
28 *Hypotheca expressa tacitam hypothecam dotibus a lege concessam non tollit.*
29 *Rerum pignori dotis causa traditarum, maritus an & quatenus fructus lucretur.*
30 *Promittēs aliquid facere nomine dotis, non liberatur soluendo id quod interest, sed ad factum præcise est cogendus.*
Res empta ex pecunia dotali, an & quando pertineat ad ipsam mulierem.
31 *Dos non censetur publicata, bonis ipsius viri publicatis.*
Executio fieri non potest in rebus dotalibus ob debitum viri.
32 *Dotalis res iure pignoris obligari non potest.*
33 *Dos etiam constante matrimo. peti potest, si vir incipit facultatib. suis malè vti.*
Mulier potest se opponere executioni factæ in bonis mariti, propter hypothecam, quam habet in illis bonis ratione dotis.
34 *Creditores volentes bona mariti occupare restituta mulieri sua dote nō audiuntur, & quę sit huius ratio, quamque exceptionem patiatur.*
35 *Cautionis nomen simpliciter prolatum, intelligitur cum fideiussione fauore dotis*
Dotem a socero promissam mulier a marito petere potest, licet is eam non receperit, nec in culpa fuerit.
36 *Marito, an & quando culpa imputetur, si negligens in exigenda dote fuerit: is autem, qui eam promiserat effectus fuerit non soluendo.*
Ambigua in fauorem dotis sunt interpretanda.
37 *Summaria cognitio in causa dotis admittitur.*
38 *Appellatio a sententia pro dote lata, an executionem eius impediat.*
Dos vbi peti soluto matrimonio debeat.
39 *Dotis promissæ tempus inspicitur, quantum ad priuilegiū antelationis in hypotheca.*
40 *Dotis & libertatis fauor, itemque ecclesia, fiscus, minor & mulier, quod ad priuilegia attinet, æquiparantur.*
Instrumenta dotalia uir etiam contra se edere tenetur.
41 *Instrumentis in fauorem dotis & in fauorem fisci eodem die confectis dotis instrumentum præcessisse præsumitur.*
Fiscus doti prefertur, vbi de primipilari debito agitur.
42 *Studij fauor doti comparatur, atque ibidem in hanc rem exempla aliquot.*
43 *Doctori stipendia petenti non obstat compensationis exceptio, quemadmodum nec mulieri dotem petenti.*
Donatio a patre filio familias cā studij facta, valet, quemadmodum ea quę fit filiæfami. causa dotis.
44 *Pater non cogitur filium ad academias causa studij mittere.*
45 *Donatio in dubio præsumitur fauore dotis.*
Soluēs creditori sui creditoris, præsumitur soluere animo seipsum liberandi.
46 *Dotis promissio a muliere per metum facta quamuis nulla sit, viro tamē dos solui debet arbitrio boni viri.*
47 *Matrimonium etiam dolo contractum rescindi non debet.*
Dotalis res immobilis alienari non potest, etiam si alienationi mulier consentiat.
Præscriptio etiam longissimi temporis non currit contra mulieres matrimonio constante, nisi ex quo non prohibetur agere.
48 *Fundus ecclesiæ non impeditę agere, 40. ann. spatio præscribitur.*
Res, quę olim præscribi non poterant, hodie 30. vel 40. ann. spatio præscribuntur.
49 *Alienatio fundi dotalis non propterea rata esse debet, quòd maritus post alienationem sit soluendo, aut quòd ea alienatio in mulieris vtilitatem vergat.*
50 *Res quasi dotales constante matrimonio putatiuo alienari non possunt.*
51 *Res dotalis soluto matrimonio alienari non potest antequam sit restituta.*
Dos restituta non amplius dos est: itaque tum alienari non prohibetur.
52 *Alienatio rerum dotalium mobilium, an sit iure permissa.*
53 *Res dotalis estimata, siue mobilis sit, siue immobilis alienari per maritum potest, nisi de ea restituenda conuenerit.*
54 *Alienatio rei dotalis in casibus aliquot a iure permissa.*
55 *Alienatio rei dotalis, an corroboretur iureiurando mulieris.*
56 *Iuramentum a muliere interpositum super alienatione, aut repetitione dotis, interpretationem accipit secundum ius commune.*
57 *Dotalem fundum locare in multos annos marito permittitur, quemadmodum & vsumfructum eius vendere.*
58 *Vsusfructus a muliere retenta sibi proprietate in dotem datus, ad eam etiā constante matrimo. reuertitur, si eo maritus per longum tempus sua culpa non usus est.*
Castrum in emphyteusim nomine dotis a muliere marito datum, ad eam constante matrimo. redire potest, ob non solutum scilicet canonem, aut quia vir irrequisita vxore illud vendiderit.
59 *Res emphyteutica, an in dotem dari possit.*

OEconomia & re politica, veteres illi Philosophi monumenta suis posteris ad bene, beatèq; viuēdū reliquerūt. Qui enim reipub. aut rebus economicis præsunt, hi vel boni vel mali, vt homines se præstant, declarantur, verumque id esse cognoscitur, hi archi tonarchonda dicti. Quare summi illi ac sapiētissimi viri maximam diligentiam in administranda re, tam priuata quàm publica adhibuere, æternamq; gloriam inde consecuti inter deos sapientissimè adnumerabantur. Cum enim natura nos doceat, vt priuatis cōmodis indulgeamus: ratio verò (qua cætera animalia a nobis separātur, vt quę in brutis natura, ita & ipsa ratio hominibus imperare debet,)
1 hominem homini insidiari nefas esse docuit, ac † cognationem quandam inter nos instituit. l. vt vim. ff. de iusti. & iu. vt non tantum nobis, sed & aliis benefaciamus, vtilitatique publicæ, quæ genus humanum conseruat, inuigilemus. Quam ob rem nostri Imperatores & Iureconsl. qui veram philosophiam profitebantur. l. 1. ff. de iusti. & iu. ptæcipuam curam
2 in conseruanda Repub. habuerunt, quodq; † communiter omnibus proderat, priuatæ vtilitati præferendum esse putauerunt. l. 1. §. fi. C. de cadu. tol. Vnde in suis de iure responsis, aut interpretationibus, si vtilitas publica interueniat, non de apicibus iuris, sed potius ex æquitate consulendo Reipubl. respondebāt. Ea enim, quæ communiter omnibus prosunt, his quæ specialiter quibusdam vtilia sunt, præferri oportet. Auct. de resti. §. sancimus. Adeo quippe bono priuato publicum præponderat, vt sæpenumero aduersus iuris regulas p republi conseruanda sint edita iura. Quæ omnia referre non est nostri instituti, sed ea tantum, quæ propter mulierum affectionem, nuptiarumque publicam necessitatem ac dotiū
3 vtilitatem, in iure reperimus. † Matrimonium enim humano generi videtur immortalitatem artificiosè introducere, quia ex filiorum procreatione renouata genera manent. Quare nuptiarum studium est totius humanæ sobolis, vnde renouatur genus humanum. Auc. de nup. colla. 3. constit. 1. Nuptijs, inquit Imperator, nihil est hominibus vtilius, quarum tantum causa genus humanum seruatur. Auc. de restit. §. hæc nos. Non potest autem conseruari, nec fieri matrimonium sine dote, cum nullum coniugium sine dote consistat, sed iuxta possibilitatem necesse est dotem constitui. 30. q. 5. nullum. dotis igitur causa non sine ratione semper & vbiq;
4 præcipua est, † quia & Reipub. interest, dotes mulieris cōseruari, cum dotatas esse fœminas ad sobolem procreandam replendamque liberis ciuitatem maximè sit necessarium, in d. l. 1. ff. solu. matr. Et ea est ratio Iurecōsultorum, quare dotib⁹ faueatur, vt mulieres nubere possint. l. 2. ff. de iu. dot. ciuitatemque liberis hominibus replere, d. l. 1. & Auc. de resti. & ea quæ par. §. rursus autem. collat. 4. consti. 6. quæ quidem ratio finalis dicitur, primaque est in intentione, licet vltima sit in executione. Arist. lib. 4. Metaphy. Barto. in l. ambitiosa. ff. de decre. ab ord. fa. & in 1. constitu. C. Quod autem interfit reipub. his verbis ostendit Cicero, lib. 1. Offic. Nam cū, inquit, sit natura commune animantium, vt habeant libidinem procreandi, prima societas est in ipso coniugio, proxima in liberis. Id autem est principium vrbis & seminarium reipub. Mu
5 lieribus † ergo fauetur ob rationem prædictam, lex tamen etiā alias rationes perpendere videtur, nūc sexus fragilitatem, nunc onera matrimonij, nunc obsequia quæ maritis præstantur. l. assiduis. C. qui po. in pi. Fauore. n. nuptiarum, & maximè propter personarum affectionem multa ꝓceduntur. Qñque ēt, ne mulieres occasionem delinquēdi habeant. Bart. ar. l. ij. ff. de iu. do. Vnde existimarem priuilegia etiam mulieri sterili competere. arg. Inst. de nup. §. affinitatis. licet ipsa sit natura sterilis. l. si quis posthumos, vbi Bart. contrarium tenet.

Source : BIU Cujas

nèt.ff.de lib.& poſthu. Nam quamuis prior ratio deficiat,cæ teræ tamen remanent, nec beneficium id generaliter mulieribus conceſſum debet per cauſam particularem reſtringi, q raro contingat.arg.l. proſpexit.ff. qui & a quib.manu.l.nā ad ea.ff.de legi. maximè cum citra culpam mulieris id eueniat, nec fas ſit accuſare naturam. l. maximum.C. de libe. præte.
6 † Non tamen negauerim, magis fauendum eſſe mulieribus illis, quæ liberos habent,quam ſterilibus, cum propter ſterilitatem commodè matrimonium retineri non poſſit.l. vitricus,cum ſeq.ff. de do.inter virum.& ideo diuortium iure antiquo permittebatur.lege item veteri maledicta,ſterilis dicebatur, quæ non reliquerat ſemen ſuum ſuper terram.32.q.4.
7 recurrat. Econtrario lex † continebat præmia pro ſuſcipiendis liberis:veluti ſi quis Romæ tres filios, in Italia quatuor,in prouincia quinque haberet,non poterat ad onus tutelæ vocari. Inſti.de excu.tuto.Item numerus liberorum excuſationem a muneribus ciuilibus præſtat.l.2.§.numerus.ff.de vaca. & excu.mu. Item numerus liberorum, numerum annorum ſupplet.l.ad rempub.ff.eo.& per ſingulos liberos ſinguli anni remittuntur.l.2.ff.de mino. 25. ann. Item ſi ſint duo ciues æquales, is præferendus eſt, qui liberos habet.l. decurio.C. de decu.lib.10. Liberorum fauor diſpenſationem inducit. Item propter numerum liberorum,Imperator inceſtuoſos legitimat filios.l.cum quis.C.de nat.lib.Quinimò Pau. Apoſtolus ait, ſaluam fieri mulierem per liberorum generationem. Vnde apparet multa ob liberorum procreationē cōceſſa fuiſſe priuilegia. in hac etiam ciuitate Bononienſi eſt ſtatutum immunitatem his concedens , qui liberorum numero onerantur.Quæ quidem priuilegia & iuris & ſtatuti,ſi apud noſtros Gallos obſeruarentur, immunes eſſent parentes, qui numerum liberorum ſuſtinent,veluti illi qui inter cæteros liberos vndecim maſculos eosque fratres procreauerunt. Nunc vnde digreſſi reuertamur , ad priuilegia , ſcilicet dotibus obnuptiarum vtilitatem conceſſa. hæc autem meminiſſe iuuabit, quod non ſoli illi Ethnici nomothetæ matrimonio conſuluerunt, ſed etiam iure diuino ſcriptum erat, Deuter. 24.c. Quum acceperit homo nuper vxorem, non procedet ad bellum, nec ei quippiam neceſſitatis iniungetur publicè, ſed vacabit abſque culpa domui ſuæ, vt vno anno lætetur cū vxore ſua. Ecce quemadmodum vir matrimonij cauſa immunitate gaudet, eique indulget,vt vxori complaceat lætetur que cum ea. Non mirum ergo videatur, ſi tot tantaq; in iure priuilegia mulierum nomine,aut matrimonij doti ſuæ cauſa reperiantur, cum per ea genus humanum conſeruetur. ciui-
8 tasque immortalis efficiatur.†Conclude igitur, fauorem publicum in dotibus verſari.l.de die.ff.de pac.dot. Bart. in l.ius publicum, ff. de pac.ēt principaliter,vtilitatem tamē in prouenientem non principaliter ad rempub. ſed ad ipſas mulieres pertinere.l.pen.C.de primip.lib.12.Alcia.in l.1.ff.ſol.mat. & ideo cum iuriſiurandi religione renuntiari illi poſſe.c. cū contingat,de iureiuran.Publica autem vtilitas circa nuptias verſatur , ob eaſque dotibus fauetur. Non enim ex dotibus repletur ciuitas liberis , ſed ex matrimonio coniunctis. Iura enim dicunt,reipub.intereſſe dotes conſeruari.d.l.2.ff.de iure do. non ſimpliciter,ſed vt mulieres nubere poſſint,liberiſque ciuitatē replere . Si ergo dos abſque matrimonio ꝯſideretur,nulla in dote verſatur publica vtilitas:ſi vero dos inſpiciatur,vt eſt cauſa nuptiarum, tunc in dote publica erit vtilitas.Non ergo dotes ꝓpire debent.l.pater.in fi.ff.de do.prę leg. nec ferendum eſt , mulierem fieri indotatam , & ſic forſitan a viro repelli & diſtrahi matrimonium.fauor itaque dotium & antiqui iuris cōditores ſeueritatē legis ſępius molliere &
9 meritò fecerunt.l.fi. C. ad,Vell.Hodie †verò licet mulier indotata ſit,non propterea diſtrahetur matrimonium cum ſola cā fornicationis vir ab vxore ſeparari poſſit.d.c. quos Deus. Solo itaq; affectu nuptiæ ꝯhunt̄ , iō illæ rōnes vt nubere mulieres poſſint vel ne diſtrahatur matrimonium, a iure canonico abrogatę cenſentur.Vnde maiorem partem priuilegiorum dotalium ad vtilitatem reipu. minimè pertinere veriſimile eſt,quia ſine dote mulieres nubere poſſunt,nec propter dotem non datam repellere vxorem, aut diſtrahere matrimonium vt olim, ꝓmittitur. Ne tamen videar in ſexū muliebrem odia parare, iō quædam priuilegia dotibus cōceſſa
10 recitabo. Priuilegia dotis alia originem reſpiciunt , & ad tps contractus pertinent;alia conſeruationē tuentur, quę ꝯſtan. matri.fit;alia reſtitutioni ſubſeruiunt,primi temporis exempla ſunt , veluti quod dos nudo pacto conſtitui poſſit , quod priuilegium hodie locum non habet, cum in contractu dotis ſemper tacita inſit ſtipulatio & hipotheca, vt ſupius dixi-
11 mus lib.3. † dotis cauſa ob debitum vel amicitiam affectionemque dī pia, gaude' que priuilegio pię cauſę,veluti ſi mulier propter affectionem in ea opinione ſit, vt credat ſe ꝓ do te obligatam, quicquid dotis nomine dederit , non repetet l. cum is.§. ſi mulier.ff. de condi. ind.vbi Barb.& l. quem admodum, in fi.ff. de iu.do.Sublata.n.falſa opi. relinquitur pie
12 tatis cā , qua ſolutum repeti non poterit. † Nec pietatis cā admittit negotiorum geſtorum actionem , cū etiam ſi quis pro affectione domeſtica aliquos ſumptus fecerit , nulla rōne eos repetere poteſt . Si verò quis nulla affectione inductus,ſed per errorem teneri exiſtimās,puta ex teſtō, mutuo, vel alia ſimili cā, ꝓmiſerit vel dederit dotē, repetere poterit , cū in hoc nulla ſit pietatis cā.Bar.in d.l. cū is, de condi. inde.
13 & l.ſi donaturus.l.qui ſe debere.ff.de ꝯd.cau.non ſeq. † Dos item mulieri pauperi relicta priuilegio piæ cauſæ gaudebit , & ideo ex ea dote nō detrahetur Falcidia.auc.ſimiliter.C. ad l.Fal.Bar.in l.diui.ff.eo.l.alio.ff.de ali.leg.Dati quoque ad pias cauſas executores de tali dote poterunt cognoſcere. Idē de iudice eccleſiaſtico.c.de prudētia.de do.inter uir.qui de dote cognoſcere poterit tanq̄ de cauſa pia, quæ reſpicit fauorē animæ ipſius relinquentis,gl.ī l.ſi quis Titio.ff.de leg.2. Auc. de mona.§.illud ergo.coll.1.ꝯſti.5. Cā igitur dotis eſt mixti fori,eccleſiaſtici qñ agit vidua vel cā dotis incidenter venit cum cā matrimonii , aut agit alia perſona miſerabilis veluti pauper, in cæteris ſemper eſt fori ſecularis.d.c.de prudentia.
14 vbi gl.c.ſignificantibus.de offic.dele. †Dos aūt diuiti pſonæ relicta non dī pia cā,ideo Falcidia detrahi poterit,niſi legata ſit dos ab eo,qui tenebat̄,quo caſu tanq̄ æs alienum , Bar.in l.quęſitum.ff.de priui.credi.cenſetur . Eandem diſtinctionē fac in alimentis relictis,quæ fauori dotis comparant̄.Bart.in d.l.diui.glo.in l.ob æs.C.de p̄.mi.& omnia priuilegia fauore alimentorum conceſſa,ad dotē poſſunt extendi, maximè cū dos pauperi perſonæ relinquit̄. Bart.in l. cum de in rē verſo. ff.de vſu. De priuilegio tacitæ ſtipulationis & hypothecæ ſatis cum de dotis actione diximus,hoc † tñ addito,huiuſmodi priuilegium actioni,& non pſonæ dari,Bar.in l.i.ff.ſo.mat.
15 quare cuilibet competit,cui & actio ex ſtipulatu.dotis incertæ promiſſio valet,licet in arbitrium alicuius ꝯhentium redacta fuerit.l.cum poſt.§.gener.ff de iu.do. Idem in alimentis & piis cauſis.l.ſi cui annuum.ff.de annu.leg. Quod intelligendū eſt,cum dos quidem ꝓmiſſa eſt,quantitatis verò taxatio arbitratu ꝓmiſſoris reſeruata eſt.l.3. C. de dot. promiſ. Sed & ſi in meram voluntatē promiſſoris collata ſit ſtipulatio,idem erit.Cy.Bal.& Alex in l.centeſimis,in fi. ff. de verb. obli.vt ſi dictum ſit, ꝓmittis dotem q̄ volueris.Quod verum eſt,qñ is qui promittit,omnino dotē dare tenet̄, veluti cum pr̄ promittit.at in extraneo qui promittit ſi voluerit,dotem, cum adhuc debitor non eſſet , de arbitrio boni uiri intelligi non pōt.l.creditor.§.Lucius.ff.manda.meritò obligatio nulla erit.l.ſi ſtipulatio non valet.ff.de uer. obli. Promiſſio ergo valet ſolum,cū in arbitrium promiſſoris collata eſt. Quòd ſi
16 ille nihil velit arbitrari,nihilominus oritur obligatio , qa lex detracto arbitrio inqt,valere ſtipulationem. d. §. gener. Vnde receptum eſt,dotis promiſſionem ex incertitudine nō viari,ſicut nec legatum.l.ſi filiæ.ff.de leg.3.†Nam & idem videmus in legato cā ſtudii ſeu artis alicuius adipiſcendæ.l.Stichus.ff.eo. Idem in legato vię reficiendæ. l. q dam teſtō.ff. de le.2.Nam & hoc ad publicam cām pertinet.vide c. ſuper eo. de ꝯdi.appo.in deſpon.Dotis igit̄ licet incertæ promiſſio nō
17 vitiatur,qñ pr̄ vel extraneus promiſit.d.§.gener.†Mulier aūt cum viro dotē promittit incertam , ex ea obligatione actio non dat̄ uiro.l.i.C.de do.promiſ.Ceſſat.n.fauor dotis, qui locum habebat,ut mulier a patre vel alio dotem ꝯſequeretur, nō vt ipſa marito qui nupſit obligaret̄.arg.l.1.§.accedit. ver. ne q̄.maximè cū reſpectu ꝓmiſſionis quā ipſa fecerit,ad boni uiri arbitrium recurri non debeat, cum poſſit ipſa arbitratu ſuo ſe dotare,habeatq; maritus qūo ſibi tali caſu cōſulat, nēpe vt eam cogat ad dotem denuo ſibi conſtituendā. appa ret enim non id actū eſſe,vt indotata apud maritū ſit.l.fin.C. de ſen.quę ſine cer.quā.cum ſecus eſſet,ſi nihil prorſus de dote actū fuiſſet.l.q̄ ſi nulla.ff.de reli.& ſum.fu.vel mulier inops eſſet,Auc.qui.mo.na.effi.le.§.qñ aūt, colla.6.ꝯſti.1.laſ.in is l.ſi donaturus.ff.de condi.ob cau.Intellige aūt ea q̄ prius dicta ſunt de promiſſione incerta,q̄ uerbum non de nudo pacto,ſed de ſtipulatione dī.Inſti.de inuti.ſtip.§. ſi ſcriptū. ver-
18 bum enim†promittendi,ex regulari præſumptione de ſtipula.intelligit̄.l.ſciendum.ff.de ver.obl.l.lecta.ff.ſi cer.pe.Vnde reſcriptum Alex.Imperatoris in l.1.C.de do.promiſ.ita interpretari oportet,non aūt de nudo pacto,vt q dā moderni voluerunt.Adde cæteros ꝯctus tolerari,licet certa quātitas expreſſa non fuerit,quare tunc ſuccedit arbitrium boni viri in declaratione pretii ſm quantitatem rei. Alb.Raph.in l.quidā teſta.ff.de leg.2.Tamen in uendi.& loca.certi pretii expreſſio neceſſaria eſt.in his enim contractibus non ex iuſto valore, ſed arbitratu contrahentium pretia conſtituuntur.l. ſi volū-

tatę.

Source : BIU Cujas

19 tate.C.de reſcin.vē.l.ſi vir vxo.ff.de do.inter vir.& vxo.†Doti magis fauet,quam mulieri,q̄ non iuuatur Velleiano,ſi dotem promiſerit.l.fi.C.ad Velle.Idem dic de dote reſtituēda, veluti ſi mī dotem pro filio receperit,Velleiano non iuuabitur.l.fi.C.de do.cau.non nu.no.in l.Meuia.§.fundum.ff.ſolu. mat.Idem ſi pacto nudo mulieri adpromiſerit,id eſt, fideiuſſerit.l.ad exactionem.C.de do.ꝓmiſ.verbum enim pollicitationis,ibi de nudo pacto intelligitur. Vnde apparet duplex priuilegium concurrere,licet non eodē tpe.primū,vt ex nudo pacto agi poſſit;ſm,vt actioni iam ortæ Senatuſconſulti
20 exceptio non obſtet.†Item ſi filiusfa.pro dote pecuniam mutuo acceperit,obligaī,nec Macedoniano iuuat.l. ſed Iulianꝰ. §.ſed ſi filius.ff.ad Mace.Idem & ſi pro extranea muliere dotanda pecuniam mutuarit.l.promittendo, in princ.ff.de iure do.Nam ob dotis fauorem ceſſat Velleianum, multominus ceſſare debet Macedonianum Senatuſ.merè odioſum.no.in l.q̄ exceptionem.ff.de condi.inde. Res ſubiectæ reſtitutioni per fideicom.ſeu ex vltima voluntate,interim nomine dotis obligari ac alienari ab ipſo hærede grauato poſſunt,ſi portio legitima non ſufficit liberis ad dotis ſeu donationis ꝓp nuptias obligationem.auc.res q̄.C.commu. de leg. Nec teſtator talē pro dote danda vel reſtituenda diminutionem prohibere pōt.gl.in Auc.de reſti.& ea,q̄ par.§.quam ob rem.ver. ſed nonne.colla.4 conſti.6.Idem de donatione ꝓp nuptias, ſi filius coactus fuerit donare mulieri ꝓp nuptias, vt competentem dotem haberet,etiam ſi excedat menſurā ſuæ legitimæ pro modo facultatum & honeſtatis ꝓſonarū. Sitque hoc nuptialibus oblationibus & earum exactionibus priuilegium. Auc.de reſti.Quod quidem priuilegiū Alcia.in rub.ff.ſoluto mat. interpretatus eſt,locū tñ in deſcendente habere, cui a teſtatore legitima debebatur,id eſt,q̄ uiuo eo conceptus eſſet.Et ideo cū ea legitima doti exoluendę,aut ꝓp uuptias donationi non ſufficiat,rurſus tantum eximi, quātū illis ſupplē
21 dis ſatis ſit.†Finge igiī,filium legitimam prodegiſſe,cui id nocebit.& certè vxori,ſi tpe poſterior fideicommiſſario eſt. c. qui prior.de re.iur.in vj.Si quidem durum eſt vt credamus fideicommiſſarium tpe potiorem a poſteriore dotis cā excludi.Neque.n.ea conſtitutione. d. auc. res q̄.C. cōia de lega.in omni fideicommiſſo mulier præfertur, ſed in ea tantum parte,q̄ cū defunctus eſt teſtator, legitimæ portioni adiūgenda erat,vt dotis quantitatem æquaret.laſ.in d.auc,res quæ. col. pe.Quæ ſententia mihi omnino certa non vī.vide Soci. cōſ. 23.in 3.vol.Dec.conſ.30.66.& 159.cum in dotis tacita hypotheca omnibus creditoribus licet expreſſam hypothecā ha-
22 bentibus præferaī,vt poſtea dicemus in fi.lib.vij.¶†Item bona minorum nomine dotis obligari & alienari poſſunt.l.lex quæ.C.de admi.tut.Idem ob donationem ꝓp nuptias.l.fi. §. fi.C.ſi maior fac.alie.ſine decre.fa.rat.hab.Si mulier donet viro ante matrimonium aliqua bona,nulla cā expreſſa, ea cenſenī nomine dotis data.l.ꝙ autem.ff.đ iure do. Idē dic ſi poſt ꝯctum matrimonium aliquid dederit, niſi prius conſtituta fuerit dos. Tunc enim præſumeī tradidiſſe viro,magis ex cauſa gerendæ adminiſtrationis,quā ex alia cā.l.ſi ego.§.planè.đ iure do.cum donatio inter uir.& vxo.ꝓhibita ſit.Eadem rōne ſi bona materna conſtante matrimo.mulieri obuenerūt, ipſiq̄ue viro tradita,cenſebuntur nomine dotis eſſe data, ſi mulier alioqui non erat dotata.Idem in donatione a viro facta vxori,nam ꝓp nuptias facta præſumetur, dummodo lo-
23 eum de conſuetudine habeat. † Conſtante igitur matrimonio dos pōt conſtitui,augeri,aut diminui, ſi donatio ꝓp nuptias æqualiter augeaī aut diminuaī.l.ſi conſtante.l.ſi qs vxo. §.ſi vxor.ff.de do.int.vi.Eo enim caſu permiſſa eſt int. vir.& vxo.donatio,alioqui prohibeī,ne mutuo amore ſe ſpolient, donationibus non temperantes,ſed pfuſa erga ſe facilitate agentes.Nec eſſet eis ſtudium liberos potius educādi, & quia ſæpe futurum eſſet, vt diſcuterentur mīmonia,ſi non daret is,qui poſſet,atque ea rōne euenturum, vt venalia oīa matrimonia eſſent.l.2.ff.de do.int.vir.& vxo. Veteres ita hanc donationē ꝓhibuerūt amorem honeſtū ſolis animis exiſtimantes,& ne alter in paupertatem incideret, & alter ditior fieret. l.j.& 2.ff.eo.Auc.qui.mo.na.effi.leg.§.illud quoque. coll. vi.
24 ꝙſti.i. Vnde ſi alter non eſſet † pauperior, donatio valeret.l. ſi ſponſus.§.ſi mari.l.ſed & ſi conſtante.ff.de do.int.ui. & vx. aut alter non ſiat locupletior.l.ꝙ autem.ff.eo.Idem q̄ donatio morte donatoris confirmatur.l.quia.ff.eod. c.fi. vbi gloſ.
25 eo.tit.nec tacitè vel expreſſe renouata ſit. †Ea enim donatio impediri ſolet,q̄ & donatorem pauperiorem, & accipientē faciat locupletiorem.l.ſi ſponſus.§.conceſſa.ff.eo.Propter.n. libidinem & vnius partis egeſtatem, non ꝓp ipſam nuptiarū affectionem prohibentur donationes.l.fin.§.ſancimus.C.de do.ante nu. Vbicunque ergo agitur, valet donatio,ſi nihil đ bonis donatis erogatur,nec diminuit de facultatibus ſuis is qui donauit:vel & ſi diminuit,locupletior tñ non fit qui accepit.d.l.ſi ſponſus.§.fi.Nec tanq̄ inter infeſtos & maliuolos ius prohibitæ donationis tractandum eſt, ſed inter coniunctos maximo affectu,& ſolam inopiam timentes.l. ſi id ꝙ.§.
26 ſi quas.ff.eo.†Nota aūt quicquid habeat mulier, cēſetur a viro habuiſſe,niſi ꝯrium probeī,ꝙ & verius & honeſtius eſt, euitandi.ſ.turpis q̄ſtus gratia.l. Quintus Mutius.ff.eo. In donatione dotis non neceſſaria eſt inſinuatio.l.fi.C. de iure do. Fauore dotis mandatum non expirat morte mandantis,nec hæres reuocare pōt,niſi defunctus reuocauerit.l. ſi ego.ff.đ
27 iu.dot.l.ſi pī.ff.de manu.vind. †Dos ſemel data, vel ꝓmiſſa a patre pro filia,dī egredi de patrimonio patris, & efficitur ꝓprium filiæ patrimonium ex quadā donatione patris, valida fauore filiæ,& dotis.l.Pomponius.ff.fami.erciſc. Si uires dotales dilapidet,peti pōt vt ſequeſtrenī,licet alioqui vir ſit ditiſſimus.l.ſi cum dotem.§.ſinaūt in fæuiſſimo.ff.ſol mat.Bar.
28 in l.ſi conſtante,in prin.in 3.oppo.ff.eo.†Per prouiſſionē hominis expreſſam non vī a prouiſione legis receſſum,veluti ſi vir nomine dotis quædā prædia obligauit, non tñ a generali tacitaq̄ue hipotheca receſſum eſſe cenſebiī.l.fi.ubi glo.C.de pac.conuen.Verba pro dote enuntiatiuè in præſentia partis prolata plenam fidem faciunt.l.2.C.de dot.ꝓmiſ. c.fi.de ſucceſ.ab inteſt.†Rerum traditarū in pignus nomine dotis ea-
29 rum fructus cedunt lucro mariti,quatenus non excedūt onera matrimonii.c ſalubriter,de uſu.Si verò excedunt,marituſ q̄ conſueuit cū pecunia lucrari,ac veriſimile ſit tantum lucratum fuiſſe ſi ab initio dotem habuiſſet, q̄tum fructus ex pignore percepti æſtimantur eodē modo ſuos faciet, nec in iure permittitur vſura,niſi in hoc caſu.Ioan.And.in d.c.ſalubriter.Si † quis nomine dotis aliquid facere,vel tradere pro-
30 miſerit,omnino ac p̄ciſe cogi pōt ad ſuā promiſſionem, nec liberatus erit ſoluendo intereſſe.l.fi.C.ad Velle.Res empta a viro ex pecunia dotali,efficiī dotalis in ſubſidium, q̄ facultates viri non ſufficiunt.l.vxor viro.ff.de dona.inter vi.& vx. Bar.in l.in rebus.C.de iure do.l.quod ſi fuerit.ff.de iu.do. Idē
31 dic de re æſtimata in dotem tradita. † Bonis uiri publicatis, non intelliguntur bona dotalia eſſe publicata. gl. in l.ſed ſi alia.ff.de bo.damua.ſed mulier pōt incontinenti non expecta ta morte uiri petere a fiſco ſuā dotem tanq̄ domina.l. ſi quis poſt hanc.C.de bo.dam.l.ſi matri.ff.ſo.mat. Nec enim negari pōt,o btalē bonorum publicationem virū uergere ad inopiam.Bar.in l.ſi conſtante.ff.ſo.matri.Viro item nomine debiti ciuilis & priuati ꝙdemnato,non poterit executio fieri in rebus dotalibus,licet debitum inter virum & vxorem cōmune ſit.gl.in d.l.ſed ſi alia.Bal.in l. ob maritorum. C. ne vx.proma.Vnde cauti aduocati ſolent ꝙſulere viro, qui dubitat ne bona ſua a creditoribus occupentur,vt conſignet ſeu inſolutum det vxori ex bonis ſuis vtiliora ſeu pretioſiora nomine dotis in pecunia exiſtentis.Bar.in d.l.ſi conſtante. q.5.part.4. Quæ bona ſic conſignata,dotalia cenſebunī,nec in ea miſſio
32 in poſſeſſionem fieri poterit licet ex primo decreto,cū † res dotalis iure pignoris obligari non poſſit.Azo in ſumma.C.đ fun.do.l.fi.Mulier igiī,nomine dotis ſe opponere pōt in executione bonorū viri,licet nō ſit ſolutū matrimoniū, dūmodo alleget ipſum virum vergere ad inopiam,offeratq̄ue illud
33 ſe incōtinenti velle ꝓbare.Nam dos † cōſtante matrimonio peti pōt,ſi vir ad inopiam vergat.d.l.ſi cōſtante.vbi Bar.quāuis eius viri facultates adhuc ꝓ dote reſtituenda ſufficerent. Quoties enim incipit malè vti ſuis facultatibꝰ, mulier agere pōt.Bar.in d.l.ſi cōſtante.Vnde mulier ſe opponere poterit ꝯ executionem ſententiæ vel inſtrumenti ſub hypotheca facti aut confeſſi.Nec etiam opus eſt mulierem prius ꝯ virū actionem perſonalē intentare,ſed pōt pignori incumbere, aut bonis viri ſi velit,vt ex eis ſe & familiam ſuam cum viro ſuſtenī
34 tet.l.vbi adhuc.C.de iure do.Nec † item creditores audienī, ſi uelint dotem offerre.Hæc aūt vera ſunt ante ſolutum matrimonium viro ad inopiam vergente, quia tunc non eſt verè,nec ꝓpriè dotis reſtitutio.gl.in d.l.ſi cōſtāte.Fructus quoque,quos mulier ex ea bonorū reſeruatione recipiet,nō ī dotis ſortē computabunī,cum ſint pro oneribus matrimonii ꝯ ſumpti.Intereſt ergo pecuniam dotalē a creditoribus oblatam.Nam mulier nō ita facilè ex ipſa pecunia lucrari pōt, vitamq̄ue ſuam continere,ſicut ex fructibus rerū immobiliū. Si verò bona mobilia eſſent,ex quibus nō poſſet fructus percipere,niſi ad pecuniam redigerenī,tunc liceret creditorib. pecuniam dotalem offerre.Idem ſi magnum eſſet patrimonium,cuius fructus excederent expenſas ac onera matrimonii.eo enim caſu,cum ipſa mulier certet de lucro captando, & creditores de damno uitando,æquius erit ipſis creditoribus fauere.arg.l.pe C.de codicil.l.fi.§.licentiam.ff. de iure deli.Nam mulieri non ꝓmittiī lucrū cum aliena iactura recipere.l.iure ſuccurſum.ff.de iure do. Poterit autem mulier ratione ſuæ

ne ſuę hypothecæ anterioris & priuilegiariæ, ĩter alia viri bona eligere aliqđ prædium vel caſtrum, aut quid ſimile, ꝙ pro dote ac oneribus matrimonii ſufficiat, cætera bona creditoribus relinquendo. Fauore dotis ſi nō ſit aliqua actio nata, in ſubſidiū actio a iure dat̃ in factum, vel in effectū iudicis ex ęquitate. l. ſi is qui. ff. de iure do. l. 2. vbi gl. & Bar. ff. de dote p̃lega. Seruus liber factus, ex obligatione facta in ſeruitute, tenet̃
35 nomine dotis. l. ſi ſerua. ff. de iure dot. Cautionis † nomen ſimpliciter prolatū, nomine dotis, cū fideiuſſore accipiť. d. l. ſi cō ſtante. §. quoties. Fauetur adeo mulieri nomine dotis, vt ipſa petere poſſit dotem a ſocero promiſſam, virꝙ; reſtituere cogeť, licet non recepit, nec fuerit in culpa. l. ſi ſocer. §. Lucius,
36 vbi gl. ff. ſolu. matri. Si ergo † extraneus, qui dotē promiſit, facultatibus defectus ſit anteꝙ dotem daret, imputabitur marito, cur eū non conuenerit, maximè ſi ex neceſſitate nō ex voluntate dotē promiſerit. Quòd verò pr̃ vel ipſa mulier promiſit, id viri periculo nō eſt. Nec enim iudex propriis aurib. audiet mulierē dicentem, cur patrē, qui de ſuo promiſit maritus nō vrſerit ad exſolutionem. l. ſi extraneus. ff. de iure do. In ambiguis pro dote rn̄dere melius eſt. l. in ambiguis. ff. de reg. iur. Fauore dotis poterit iudex dilationes coarctare, ſi ex
37 qualitate p̃ſonarum, ita ſibi ſederit. l. 2. ff. de re iudi. † Item poterit reſpectu modi probandi ſummariè procedere, ēt nō diſtinctis articulis. Bar. in extraua. ad reprimen. ver. ſummariè, licet quantum ſit ad ipſam probationem, nō ſit legitima & ꝯcludens ſufficiat. l. doce. C. de rei ven. Idque nō ſolum iure ciuili, ſed ēt pontificio. cle. ſæpe. ver. nō ſit tn̄, de verb. ſign. In tali enim cā ſolennia iudiciorum obſeruanda eſſe traditū eſt. l. 3. vbi Bal. C. de do. promiſ. Quare nec tpe quidē feriarū procedeť, niſi cum mulier nō haberet, vnde aliter ali poſſet. l. ij. vbi Iaſ ff. de fer. Tunc enim cā pietatis & neceſſitatis ſuaderet ferias negligi. c. fi. de fer. An aūt inſtantia dotis triēnio pereat, extra rem eſt qō, cū hodie de iure canonico oēs cauſæ
38 ſeu inſtantiæ nō pereant, ſed perpetuæ ſint. c. pe. de iudic. † Si verò lata pro dote ſnīa, ab eaque ſit appellatū, nō tn̄ impedietur executio, ſi ea p̃ſona q̃ dotem petit, inops fuerit, neq; unde ſe alere poſſit. Bar. in l. Mella. ff. de ali. lega. l. fi. ff. de appella. reci. Vbi fit diuortium, ibi ꝯueniri pōt maritus nomine dotis, alioq in loco domicilij ꝯueniēdus eſt. l. exigere, l. ſi vxor. ff. de iudi. Cæterum quò ad ſolēnitatem, inſpiciť locus ꝯctus. l. cūctos populos, vbi Bar. C. de ſum. Tri. l. ſi fundus. ff. de euic. alias inſpicitur domicilium viri, nō aūt locus, vbi ꝯctum eſt matrimoniū. Nam poſtq̃ vxor in domum uiri traducta eſt, efficitur de domicilio viri. l. quidā. §. iidem reſcripſerunt, vbi Bar. ff. ad muni. & iō ſeruanda eſt domicilii uiri ꝯſuetudo. d. l. exigere. Si verò mulier ducat uirum ad locum ꝯctus, vbi ipſa domicilium habet, marituſq; intentionem habeat ibi p̃manendi, tunc inſpicienda eſt mulieris ꝯſuetudo. Doct. in l.
39 lex Cornelia. ff. de iniu. † In tacita hypotheca nomine dotis, q̃tum ad priuilegium antelationis, tp̃s dotis promiſſæ inſpiciť, licet poſtea dos ſoluta ſit. l. cum tibi. C. q po. in pign. l. 1. ff. eo. titu. ꝙ verum eſt, qn̄ poſt ꝯctum matrimoniū promiſſio facta eſt; ſi verò ante ꝯctum matrimonium, tunc inſpiciť non tp̃s dotis promiſſæ, quia nōdum propriè dos eſt, ſed tempus
40 ꝯcti matrimonii. † Fauor dotis & libertatis æquiparanť. c. fi. de ſen. & re iud. gl. in c. ex literis. de proba. Fiſcus, eccleſia, minor, & mulier, circa priuilegia pares ſunt. l. 2. C. de priui. fiſ. gl. in l. ſi ex pecunia. C. de rei ven. Qui ergo a muliere ꝯueniť, ſi negat bona mariti tpe hypothecæ tacite alienata fuiſſe, ei incumbit probatio, ſicut in fiſco dr̃. Bart. in l. 1. ff. ſolu. mat. Virem tenetur edere dotis inſtrumenta ēt ꝯ ſe, ſicut fauore fiſci fit. Ant. de But. in c. 1. de proba. l. 2. §. diuus. vbi Barto. ff. de
41 iu. fiſ. † Si verò duo inſtrumenta eodem die ꝯfecta reperiantur, quorum alterum dotis, alerum fiſci fuerit, præſumemus inſtrumentum dotis præceſſiſſe. Bal. in l. dotis. C. de iu. do. Fauor aūt fiſci prævalet doti, cū de primipilari debito agiť. l. 4. C. quibus cau. pig. vel hypo. ꝯhi. Cuius rei rō eſt, qa primipil⁹ in exercitu curam annonę habebat, cuius ad diem exhibitio dilationem nullam recipit. l. ſpeciebus. C. de coharta. lib. 11.
42 Fauor † ſtudij doti comparať. gl. in l. 1. in fi. C. de ſtud. lib. 11. Vnde ſicut dos habet prælationis priuilegium, ita ſtudioſi videntur habere in his, q̃ cā ſtudiorum ſibi debentur. arg. l. aſſiduis. C. q po. in pig. Et inſtrumentū cōtinens Doctoris honorarium, præſumitur prius celebratum, ſicut in dote dr̃. Et ſicut incertitudo nō vitiat dotis legatū, ita nec legatum diſciplinæ cā factum. l. Stichus. ff. de leg. 3. Et † ſicut dotem petenti nō obſtat compenſationis exceptio. l. 1. C. de rei vxo. actio. Ita nec Doctori ſua ſtipendia petenti. l. 3. vbi Albe. C. de cōpen. & ſicui donatio filiæfamilias facta a patre cā dotis, valet. l. Pomponius. ff. fami. ercis. ita ſi facta ſit cauſa ſtudii. Felyn. in c. cum dilecta. de reſcri. Quæ deciſio certius procedit, cū iō facta eſt, vt fili⁹ laurea Doctorali coroneť. l. iubem⁹. vbi Bart.
44 C. de ſilen. lib. 10. Non tn̄ pater † cogiť filium cā ſtudii ad academias mittere, arg. l. qui filiū. ff. vbi pupil. edu. deb. cum dota re debeat filiam. l. fi. C. de dot. promiſ. ſed filius de ſuo, non de bonis paternis opam ſtudiis dare debet. l. fi. vbi Bar. ff. de pet. hęre. Vnde quamuis bona fideicōmiſſo ſubiecta nomine dotis alienari poſſint, auc. res q̃. C. cōm. de leg. vbi Ange. nō tn̄ ex cā ſtudii. hinc apparet, nonnullas eſſe inter dotis & ſtudii cām differentias, magiſq̃ue dotibus qn̄que indulgeri. Si uir aut mulier circa dotem, aut dationē pp nuptias decipiať, minorq̃ue fuerit 20. annis, in inte. reſtituitur. l. ſi ex cā. §. ī dotis. l. pen. §. mulier. ff. de mino. Si vero eſt maior, deceptuſq̃ue ultra dimidiam, diuerſa habet remedia. l. 2. C. de reſcin. ven. l. iure ſuccurſū. ff. de iu. do. † In dubio, fauore dotis, donatio præſumitur. vnde ſi debitor mulieris dotē promiſit, nec expreſſit ſe animo cōpenſandi vel liberandi promittere, præſumiť animo donandi promiſiſſe. l. 1. §. accedit. C. de rei vxo. act. vide l. debitor. ff. de iu. do. niſi mulier prius obligata uiro fuiſſet; nam ſoluens creditori creditoris, vr̃ animo ſe liberādi ſoluere. l. ſi opera. ff. de excep. doli. l. ſolutum. §. ſolutā. ff. de pig.
46 act. Si mulier † p metū dotē promiſerit, licet ea promiſſio ſit ipſo iure nulla. l. pen. §. ſi dos. ff. ꝙ me. cā. vir tn̄ ſine dote manere nō debet, ſed arbitrio boni uiri dos ei ſoluet̃. l. cū poſt. §. gener. ff. de iu. do. l. 3. C. de dot. promiſ. Aliud aūt eſt in matrimonio, ꝙ & ſi dolo ꝯctum ſit, nō tamē reſcindi pōt, licet dolus dederit cām ꝯctui. glo. in c. veniens. de tranſa. Nam matrimoniū eſt qd ſpirituale. idem de matrimonio religionis, veluti p ingreſſum monaſterii ꝯcto. gl. in c. ex parte. & c. dudū, de ꝯuer. ꝯiu. Quamuis nemo poſſit inter uiros hæreditatem
47 dare. l. 1. ff. de hæ. vel act. ven. l. hæreditas. C. de pac. cōuen. omnia tamē bona poſt mortē nomine dotis dare nō prohibeť. l. fi. C. ď pac. † Res dotales immobiles nō poſſunt alienari, licet cōſentiat mulier. titu. ff. & C. de fundo dot. l. 1. §. & cum lex. C. de rei uxo. act. nec ꝯ mulieres currit præſcriptio ēt longiſſimi tpis. l. vbi lex. ff. de vſuca. l. in rebus. vbi Bar. C. de iu. dot. ꝯſtante. ſ. matrimonio, ac muliere agere nō valente. Si verò mulier nō prohibeať agere, veluti quando vir ad inopiā vergit, aut ſo. matr. licet fundus adhuc doralis dicať alienariq̃ue prohibeatur, quia nōdum reſtitutus eſt, tamē præſcribi pōt
48 ſpatio xxx. vel 40. ann. idem dic de fundo dotali eccleſiæ nō impedite agere: tunc enim ſpatio 40. ann. præſcribi pōt. l. fin. C. de ſacro. ſan. eccle. Nam res olim impræſcriptibiles, veluti res furtiuæ vel fiſcales, hodie xxx. aut 40. ann. præſcribi poſſunt. gl. Inſti. de uſuca. §. furtiuæ. vide c. pueuit. de emp. & vē. cum hmōi præſcriptio iure Digeſtorum incognita fuerit. l. nō ſolū. ff. ex qui. cau. ma. Res igitur dotales immobiles alienari nō poſſunt, ēt ſi ſecundus poſt biēnium interuenerit ꝯſenſus, gl. in auc. ſiue a me. C. ad Velle. Doc. in d. ca. peruenit. nam ꝙ ob fauorē mulierum introductum eſt, in earum odiū retorqueri nō debet. Nō igiť lex Iulia, a ꝯſtitutione Iuſtiniani ſublata eſt. Alex. in rub. ff. ſo. ma. ſed omnia priuilegia doti ꝯceſſa in ſua firmitate manere iuſſit, in d. auct. ſiue a me. ac veterum dotis priuilegia ſalua eſſe, Auc. vt immobi. verſi. &
49 multo potius. † Idem & ſi maritus poſt alienationem ſit ſoluēdo, arg. l. 2. in fi. ff. de fundo dot. Idem & ſi alienatio a uiro facta in mulieris vtilitatē vergat. l. ſi fundus, vbi Bar. ff. ď reb. du. l. ita cōſtante. ff. de iure dot. tunc enim nihilominus mulier poterit ꝯctū reſcindere, ſi verò nolit reſcindere, firmus manebit ꝯctus, quāuis vēditor reſcindere vellet. & iō claudicabit ꝯctus in fauorem mulieris, ſicut diximus in publico. l. Iulianus. §. ſi qs. ff. de ac. emp. Ea aūt iura, q̃ res dotales alienari p̃mittunt, vt in l. 1. l. mutus. §. manēte. ff. de iu. dot. dūmodo alienatio in vtilitatē mulieris conuertať, in rebus mobilibus locum habent, in quibus locū nō habet lex Iulia, de fun-
50 do dotali. † Quæ aūt de rebus dotalibus diximus, eadem in rebus quaſi dotalibus obtinēt, quæ cōſtante matri. putatiuo alienari nō poſſunt. gl. in l. dotalē. §. fi. ff. de fundo dot. lex ēt Iulia ad eas res ſe extēdit, & ad quaſi dotē ſponſæ, quæ nōdum vxor eſt. l. lex Iulia. eo. Idē in priuilegio antelationis. l. 2. cum
51 ſeq. ff. de priui. cred. † Idē in rebus dotalib. poſt matrimoniū ſolutū, nōdum tamē mulieri reſtitutis. Tunc enim lex Iulia locum habet. l. ēt directo. ff. de fun. do. & hoc quoq; priuilegium hæredi mulieris præſtatur. l. dotale. §. 2. ff. eod. Poſtquā
52 aūt † reſtituta ē dos, ēt actio de dote extincta eſt, nec amplius dicenda eſt dos. Inſti. qui. mo. tol. oblig. l. 3. ff. de fundo dota. Mulier ergo permittiť talē fundum alienare, ēt in ſuum præiudiciū. nec poterit alienationē impugnare, ꝙ indotata maneat, cum nullo iure caueať, quominus poſſit pro voluntate dotem reſtitutam ſol. matrimonio alienare. in rebus autem mobilibus primò attendendum eſt, qd in dotis cōſtitutione ſit actum. l. ſi eſtimatis. ff. ſol. mat. l. ſi mulier. ff. de pac. do. alias dicendum eſt iure veteri permiſſam fuiſſe marito alienationem, qa lex Iulia de rebus ſoli Italici verba faciebat. l. diuortio.

Source : BIU Cujas

tio.§.ſi fundum.ff.ſol.ma.l.fi.C.de ſer.pig da.Soluto tñ matri monio ſi res hæ mobiles extant,ab vxore vendicari poſſunt. l.in rebus.C.de iure do.niſi res alienatæ ꝓponantur, quæ nu mero,põdere,menſuraq́ cõſiſtant.l.res quæ.ff. de iure do. Item niſi ſeruus manumiſſus fuerit,& alia rõne mulier indẽ nitati ſuæ conſulere poſſit,vt quia maritus ſoluẽdo eſſet. d.l.
53 fina.C.de ſer.pig. da.† Res quoque mobiles, aut immobiles æſtimatæ in dotẽ datæ alienari poſſunt,niſi ita ſint æſtimatæ vt dotales remaneant,electioq́ ſit mulieris.hoc enim caſu alienari non poſſunt.l.ſi æſtimatis.ff.ſol.matri.no.in l.ſi ex pe cunia.C.de iure dot.Quod ſi arbitrio mariti ſit,vt ſemꝑ præ ſumitur,niſi ⁊rium probetur.l.plerunque. ff. de iu.dot.l.ꝙ ſi fundus.ff.de iure doti.tunc alienari poſſunt marituſq́ ele ctionem habebit,vtrum malit res offerre , an pretium earũ: ſed ſi rem non præſtet,omnino æſtimationem præſtabit.d.l.
54 plerunque.†Quidã aũt caſus in iure reperiunt̃, in quibus do tis alienatio eſt permiſſa,veluti pro exoluẽdo ære alieno,quo ipſa mulier erat obſtricta.l.ſi.ff.de iure dot.Idem ſi dos mulie ri reſtituta ſit ⁊ſtante matrimonio,vt ipſa liberis ex alio viro egentibus,aut fratribus aut parentibus ⁊ſuleret, vel vt eos ab hoſtibus redimeret,quia ita ex honeſta cã eſt, non videt̃ malè accipere,& iõ rectè ei ſoluitur.l.quamuis.ff.ſolu.matri. Idem de alia quacunque cauſa pia.Idẽ ſi neceſſitas alia exigat l.1.ff.de fundo do.Idem,qñ ipſe vir,qui alienationẽ rei dota lis fecit,ſuccedit in hereditatẽ vxoris,vel in ipſam rẽ alienatam.His enim caſibus ⁊firmatur alienatio.l.cũ vir prædiũ. ff. de vſucap.permiſſaq́ eſt conſtante matrimonio dotis reſti tutio.Idẽ ſi dotem reſtitutã non cõſumpſerit mulier,ſed effe cta eſt locupletior.glo.in l.2.ff.ſolu. matrimo. & ita intellige l.1.C.ſi dos,cõſtan.ma.Res quoque dotales cum uniuerſita-
55 te alienari poſſunt.l.j.ff.de fundo dot.l.quædam.ff.de acquir. re.domi.c.ex literis,de iure do. Idem ſi iuramentũ a muliere in alienatione†facta præſtitum ſit.c.cum contingat. de iure iuran.Sed de hoc iuramẽto ſæpenumero admiratus ſum, cũ in alterius præiudicium tendit.nam reipublicæ intereſt do tatas eſſe mulieres.l.1.ff.ſol.matrimo.ſi igitur alienatio dotis ob iuramentum teneat,hoc verget in diſpendium & preiudi cium reipublicæ.Iuramẽta ergo ⁊ vtilitatem publicam præ ſtita,potius periuria cenſenda ſunt,ideo nec ſeruanda. arg.c. ſicut.de iureiurã.Sed & alia ratio,ſeu potius exceptio, a gloſ ſatoribus adſignatur.in d.c.cũ ⁊tingat.in ver.in alterius præ iudicium,hoc ſcilicet iuramentũ nõ valere,qñ ſit in præiudi cium liberorũ,aut creditorũ.Si ergo non habeat vnde dota ri poſſit ꝑ ſecũdo matrimonio,aut liberos habeat, facillime poterit abſolui a tali iuſo,ne fiat præiudicium reipublicæ,cu ius intereſt dotes mulieres ſaluas habere.l.2.ff.de iu.dot.vt in de nubere poſſint,vel ẽt ne præiudicetur liberis. Ioan.Andr.
56 & Doct.in d.c.cum cõtingat.† Adde, ſi cõſtãte matrimonio mulier iuramẽtum in alienatione dotis adhibuerit, illud ſm ius commune interpretari debere.Cũ enim mulier pactum ſimpliciter fecit de dote non repetenda in caſu ſoluti matri monii,& iuramento firmauit,tale iuramentum recipit inter pretationem ſecundũ ius commune,vt mulier videat̃ intel lexiſſe in caſu ſoluti matrimonii ꝑ mortem ſuam, argumen. l.2.C.de pact.dot.gl.in l.cum dos.ff.eo.Nam inramẽtum, ſm materiam ſubiectam ipſius actus reſtringitur.l.1.ff. qui ſatiſ. cogan.l.ſi C.de non nume.pecu.Ioan.And.in c.P.& G.de re nun.Illud ergo iuſm ſaltẽ interpretari deberet poſt mortem ipſius mulieris,ne impediatur libertas ſecundi matrimonii. Si igit̃ vir rẽ dotalẽ alienauit,tenebit̃ de euictiõe,ea re poſtea a muliere euicta.l.cũ vir prædium.ff.de vſucap.Bart.in l.cum lex.ff.de fideiuſ.ꝙ ſi dederit fideiuſſorem,ipſe quoq; obliga-
57 bitur.l.ſi is q.C.de præd.mino.l.ſi prædiũ.C.de iure do.† Vir autem põt ad longum tempus fundum dotalẽ locare, licẽt ſpecies alienationis dicatur.l.1.§.quod ait.ff.ꝺ ſuperfi.Barto. in l.qui fundũ,ff.loca.Nam nõ abdicat a ſe dominium,nec ꝑ priè eſt alienatio.imò põt vſumfructũ talis fundi dotalis ven dere,nec lex Iulia ad hmõi caſus extendit̃,cum nullũ fiat mu lieri præiudiciũ.Reſoluto enim iure dantis,vtpote viri accipiẽtis,ius reſoluitur.l.lex vectigali.ff.de pign.& tranſit ipſo iu re poſt matrimonium ſolutũ in ipſam mulierẽ.l.in rebus. C. de iure do.l.ſi quis domũ.ff.loc.Item ſi maritus fundũ dota lem vẽdidit,& tradidit,mulierq́; in matrimonio deceſſerit, & dos lucro mariti cedere debeat,fundus ab emptore auelli
58 nõ poterit.l.fundum.ff.de fundo do.Si mulier† in dotem de derit uſumfructum fundi,cuius ꝓprietatẽ retinuit, & marit⁹ nõ vſus fuerit lõgo tpe ex ſua culpa, tunc vſusfructus ad mu lierem ⁊ſtante matrimonio reuertetur.l. cum in fundo.ff.de iure do.Eodem mõ ſi dederit caſtrum in emphyteuſim noĩe dotis,deinde ob nõ ſolutum a viro canonẽ,aut quia nõ req-ſita vxore caſtrum vendiderit,ad ipſam vxorẽ reuertet̃,tanq̃ inciderit in comiſſum.l.ſi.C.de iure emphy. His aũt caſibus mulier nõ eſt in damno,cũ dominium vtile cũ directo rein tegretur,acqratq́ue mulier plenam proprietatem. d. l.cum ĩ fun Sinautem uir a ſocero tale ⁊caſtrum uel uſumfructum ꝓ dote acceperit,deinde ⁊tingat vtriuſque domini vnionẽ fieri,vt diximus,tunc ⁊ſtante matrimonio mulier manebit in dotata,marituſq́; tenebitur onera matrimonii ſubire ſicut prius,cum mulier eſſet dotata. Soluto autẽ matrimonio vir aut eius hæredes tenebũtur mulieri reſtituere dotem eo mõ quo fieri põt,ad æſtimationem.ſ. emphyteuſim vel vſusfru ctus,vt de iure diſponitur. d.l. cum in fundo, niſi ipſa hæres ſui patris fuerit,ſuccedatq́ue in plenam proprietatem, tunc
59 enim cenſetur eam dotem a principio dediſſe.†Adde tamẽ, ſecundum Bar.in l.1.ff.ſol.mat.rem emphyteuticam ſine cõ ſenſu domini in dotem dari non poſſe, niſi quantum ad vti le dominium ac fructuum commoditatem, idẽ Bar.in l.vſu fru.ff.eo.Si igitur vſusfructus fundi,cuius proprietatẽ mulier
60 nõ habebat,viro nomine dotis a domino proprietatis detur ſoluto matrimonio remedium eſt,vt vir locet hũc vſumfru ctum mulieri,vel vendat nummo vno,vt ipſum quidẽ ius re maneat penes maritum;ꝓceptio vero fructuum ad mulierẽ pertineat.l.ſi vſusfructus.ff.de iure do.Et hæc maxima ſubti litas a veteribus Iureconſultis excogitata.

FINIS.

TRACTATVS
DiKeogamias, Io. Boſchei Neuſtrij, Liber Septimus.

SVMMARIVM.

1 *Naſcendi ac moriendi conditio omnibus ex æquo impoſita.*
Iudex perſonarum acceptor eſſe non debet.
2 *Maris & fœminæ differentiam nullam conſtituit lex xij.tabu. quod ad ſucceſſiones attinet.*
3 *Iuſtitia temperata eſſe debet pietate & æquitate.*
4 *Rigor iuris nonnunquam remittendus,cum vel pietas, vel æquitas publica,vel vtilitas id ſuadet.*
Fœminis ob fragilitatem ſubueniendum,& nu.7.
6 *Fœminæ priuilegium habẽt,ne extra prouinciam trahantur,cum ipſæ alios trahere poſſint.*
8 *Fœminæ maritorum radijs coruſcant.*
9 *Fœminæ ad ſecunda vota tranſeuntes,& dignitatem quam ex priore marito acquiſierant,perdunt,niſi ex Principis reſcripto eam retineant.*
Fœmina dignitatem,quam ex viro habet, aduerſus omnes vti poteſt,excepto marito.
10 *Ancilla libero nupta olim efficiebatur libera ex Senatuſconſul. Claudiano, quod apud Gallos etiamnum in nobilibus obſeruatur.*
11 *Conditionum,quibus homines ab hominibus diſtinguuntur,origo.*
12 *Dotalis fundi legatum etiam a milite relictum,eſt nullum.*
Mulier in cauſa dotis eodem priuilegio gaudet,quo fiſcus.
13 *Mulier ob debitum etiam fiſcale in carcerem protrahi non debet,quemadmodum nec ob curam pupilli etiam doloſe adminiſtratam.*
14 *Iuris ignorantia fœminis non obeſt,cum de damno vitando agitur.*
15 *Fœminæ pro alijs intercedentes,tutæ ſunt auxilio Senatuſconſul. Velleiani.*
16 *Velleianum Senatuſconſultum decipientibus mulieribus non opitulatur, ſed deceptis duntaxat.*
Mulier renunciare poteſt priuilegio Senatuſconſul. Velleiani.
17 *Mulieri plus fauetur,quam minori.*
18 *Mulier in hypotheca ſua licèt tacita,omnibus creditoribus præfertur, etiã hypothecam expreſſam habentibus.*
19 *Res dotales conſumptæ,eodem iure cenſentur cum ijs quæ extant.*
20 *Mutuans pecuniam in refectionem alicuius rei,prefertur omnibus creditoribus anterioribus,etiam expreſſam hypothecam habentibus,quod ad hypothecam illius rei attinet.*
21 *Mutuantem pecuniam in refectionem rei alicuius,mulier vincit in hypotheca illius rei.*
22 *Mulier præfertur in hypotheca ei,cuius pecunia prædium emptum eſt, eique ſpecialiter & expreſſe obligatum.*
23 *Mulier in hypotheca militię non præfertur ei, ex cuius pecunia militia eſt empta.*
Exceptio firmat regulam.
24 *Publica vtilitas priuatæ eſt præferenda.*
25 *Debitum ex cauſa funeraria,aut adminiſtratione primipili, præfertur debito dotis.*
Eleemoſinę aut alimentorum inopi relictorum cauſa,potior eſt cauſa dotis.
26 *Creditoribus ex æquo priuilegiatis de prælatione contendentibus iure cõmuni eſt vtendum.*
27 *Debitum pecunię verè numeratę, prefertur debito dotis duntaxat cõfeſſę.*

Etſi natura

Source : BIU Cujas

Ioan. Boſchei, de nuptiis.



Tſi natura nos omnes
1 æquales eſſe voluit, eandēq; † omnibus & na
ſcendi & moriendi cōditionē impoſuit, Au-
then. qbus modis natu. effi. ſui. §. natura. col.
7. ꝙſtit. 1. cunctisque idē pr̄ eſt Deus. 29. q. 2.
omnibus. cunctis eadē mr̄ eſt terra: quare debēt ſinceri iudi-
ces nullo ꝓſonarum diſcrimine, nullaq; habita rōne, nec ma-
ioris, nec maris, nec fœminę, cauſas æqua lance ꝓpendere d.
2 Auth. qui. mo. §. nam ſi hoc. Vnde † lex xij. tab. nullā in marib.
& fœminis quantum ad ſucceſſiones, differentiā obſeruari
exiſtimauit, cum natura utrūq; corpus edidit, vt maneat ſuis
viribus immortale, & alterū alterius auxilio egeat, & vno ſe
moto alterum corrumpat̄. l. lege xii. tab. C. de legit. hær. Duo
3 bus tū fontibus † pietate & ęquitate, iuſtitia uigere debet, ne
inter ſummū ius ſumma reperiat̄ iniuria. Idem quoq; noſtris
Iuriſconſultis placuit, omnibus. ſ. in rebus præcipuā eſſe iuſti
tiæ æquitatiſq; quam ſtricti iuris rōnē. l. placuit. C. de iudi.
4 Quam ob rem † vel ob pias cauſas dignaſque pietate ꝓſonas,
vel cum æquitas vtilitaſq; publica ꝙcurrit, inter hæc oīa le-
ges & iura ſilere debēt, veluti qñ Imperator inter pupillos &
viduas vel miſerabiles ꝓſonas cognoſcit. titu. qñ Imper. inter
pupil &c. C. vnde ſi quis naturalē æquitatem ſequat, mulie-
5 rū tutelā ſuſcipiet: nā cū † īter oēs ꝙſtet fragile eſſe hmōi ſex⁹
cōſilium, & multis captionibus ſuppoſitū multorumq; inſi-
diis expoſitū, auxilium eis omnino pollicebit̄, & aduerſus ca-
ptiones opitulationem, vt in ſimili de minoribus dixit Iuriſ-
conſ. in l. 1. ff. de mino. Plerunq; enim ipſarum fœminarū ad-
uerſus ꝓpria cōmoda inuenitur laborare ꝙſilium. l. ſi pr̄. in fi.
C. de ſponſa. Nec epiſcopi hmōi perſonis denegare præſidiū
debēt, ſed eis patrociniū pręſtare, tanq̄ miſerabilibus p̄ onis.
6 87. diſt. c. 1. quibus † ēt Impator priuilegiū dedit, ne ab aliquo
extra ſuam prouinciam trahi, alios tū trahere poſſint. d. titu.
C. qñ Imper. int. pupil. Nam Imperatorū & Regum eſt, mu-
lieribus maximè viduis auxiliū præbere. 23. q. 5. Regū. Mulie
7 ribus ergo fauetur, † vel ꝙ ſint miſerabiles perſonę, vel ꝙ ſint
ob ſexum fragiles, vel ēt ne occaſionem delinquēdi habeāt.
Bar. arg. l. 2. ff. de iure do. aut ob nuptiarū publicā neceſſitatē.
l. 1. ff. ſol. mat. Lapſus enim mulierū ob ſexus imbecillitatem
ſubleuādos cē voluit Iuſtinianus. l. imperialis. C. de nup. Cre
dimus enim inquit, Dei beniuolentiā, ēt circa genus huma-
num infinitā clementiā quantū noſtræ naturæ poſſibile eſt
imitari, qui quotidianis hominū peccatis ſemp ignoſcere di-
gnatur, & pœnitentiā ſuſcipere noſtrā, & ad meliorē ſtatū re
ducere. Quod ſi circa nr̄o ſubiectos Impio nos ēt facere dif-
feramus, nulla venia digni eſſe videmur. d. l. Imperialis. in pr̄.
8 Primū itaq; † mulieribus priuilegium, qđ ipſæ radiis marito
rū coruſcant, Auth. de Conſul. §. ſi verò, coll. 4. cōſti. 3. Fœmi
næ enim nuptæ ꝓſonis clariſſimis, clariſſimarū ꝓſonarum ap
ꝑellatione cōtinentur: tandiuq; clariſſimæ erūt, quandiu cla
riſſimis viris nuptæ ſunt, aut ſi ſeparatæ ſunt, aliis inferiorum
graduum & dignitatum nō nupſerint. l. fœminæ. ff. de Senat.
9 Nam † mulieribus ad ſecundas venientibus nuptias nō ꝑmit
titur vti priorū maritorū dignitatibus aut priuilegiis, quæ. n.
priorum oblita eſt, nō rurſus ex prioribus adiuuabit̄, Auth.
de nup. §. nō tamē. coll. 4. cōſtit. 1. niſi a Principe impetraue-
rint: vt q̄uis minoris dignitatis viro nupſerint, nihilominus ī
priori dignitate maneāt. l. nuptæ. ff. de Senat. Ex hoc priuile-
gio Bar. in l. ſi iudex. ff. de mino. xxv. ann. collegit, ipſas mulie-
res aduerſus quēlibet, excepto marito, vti poſſe, veluti ſi ob
10 dignitatē mariti velit domina appellari. Vnde † veteres exiſti-
marunt ita mulierē fieri particip̄ ꝺditionis viri, vt etiā iure
antiquo, ſi libero viro ſeruilis conditionis nupſiſſet, ex Sena-
tuſcōſulto Claudiano, eiuſdē cōditionis efficeretur. l. 1. C. de
Senatuſcō. Clau. tol. & 29 q. 1. perlatū. vbi glo. Idē ferè obſer-
uant Lōgobardi, qui mulierē ſeruo nuptā vna cū filiis in ſer
uitutem redigi ſancierūt. l. pe. & fi. de his, q ſe in ſer. alte. ſub.
& gl. in d. c. perlatum. Econtrario apud Gallos eſt cōſuetudo,
ignobilē mulierē viro nobili nuptā, ipſam ſuoſq̄ue liberos ex
codē mr̄imonio legitimo natos nobiles fieri. Mulieres enim
inquit Imperator, honore maritorū erigimus, genere nobilita-
mus, & domicilia muta mus. l. mulieres. C. de dignita. li. 12.
11 Genus † namq; nobile ſiue ingenuū nō a natura, q̄ oēs homi
nes æquales producit, Auth. quib. mod. na effi. ſui. §. natura.
coll. 7. cōſti. 1. ſed ab hominū inſtituto, ſicut cæteræ dignita-
tes, ortū habuit: neq; nomina ingenui, liberti, & libertini, an
te bella & ſeruitutes inde ortas, in uſu habebant̄. Natura ſiq-
dē dū de filiorum procreatione ſanciret, ſcriptis nōdum po-
ſitis legibus oēs ſimiliter quidē edidit liberos: ſimiliter autē
produxit īgenuos. d. §. natura. Fauet̄ itaq; mulieribus aut ꝓp
viri dignitatem, aut nuptiarū publicā vtilitatē, aut ꝓp ſexus
fragilitatē. Ob nuptiarū cōmodū adeo mulierib. fauet, vt ni-
hil ſit in iure qđ fauorē mereat̄, qđ nō idē mulieribus rōn
12 dotiū nuptialiū tribuat̄. Nō † enim minori priuilegio mulier
vtit̄, q̄ miles in teſtō ꝙficiendo. Nā dotalē fundū ſi legauerit
miles, nō erit ratū legatū ꝓp legē Iuliā. l. dotali. ff. de teſta. mil.
& no. tit. ff. & C. de fundo dot. dotis itē potiorē eſſe cām ꝙue-
nit quā reipub. l. dotis. C. de iure dot. Vñ ſi maritus fiſco ob-
noxius factus eſt, mulier & fiſcus æquas partes in priuilegio
13 ſuſtinēt. l. 2. C. de iure fiſci. vbi gl. ob † ſexū quoq; mulieri faue
tur, quando ob ſexus honeſtatē in carcerē protrahi a quoli-
bet iudice nō pōt. l. 1. C. de offi. diuer. iud. Imò pro fiſcalibus
vel priuatis debitis nulla mulier debet includi, ſed ad iudicē
venire debet ꝓ ſe vel ꝓ procuratorē ſuū, vel mittere virū aut
alium, quatenus negocium legitimè exequat̄. auc. ſed nouo
iure. C. de offi diuer. iudi. Fauor igit̄ mulieris pręponderat fa-
uori pupilli. Nā ſi mulier curā pupilli malè vel doloſè geſſe-
rit, nō propterea incarcerari poterit. d. l. 1. ēt ſi ſuo renuncia-
uerit priuilegio. c. 2. de iudi. in 6. vbi gl. Ioā. And. in addi. Spe.
in rub. de rapt. And. Barb. in addi. ad Bar. in l. ſi qs ſub ꝙditio-
14 ne. ff. de teſta. tut. Ob iuris ēt † ignorantiā ſi aliqđ dānū mulie
res patiant̄, ipſis iura ſubueniūt. l. fi. C. de iur. & fac. igno. Fœ-
minis itaq; ſubuenit̄, ne ſexus muliebris fragilitas in ꝓniciem
ſubſtantiæ earū ꝙuertatur, aut fragilitate naturæ ſuæ in repē-
tinam deducant̄ inopiā. Inſtit. quib. alie. lic. vel nō: circa prin.
15 l. 1. §. cū autē. C. de rei vxo. act. Itē mulieribus datū eſt † priui-
legiū, ſi pro aliis interceſſerint, ꝙueniri nō poſſe, ſed Senatuſ-
cōſulto Velleiano iuuari, tutaſq; eſſe. Nam ſicut bonis mori-
bus officia ſunt adēpta fœminis, & pleraq; ipſo iure nō valēt,
& ita multo magis adimendū eis fuit id officiū, in quo nō ſo
la opa, nudumq; miniſteriū earū verſaret̄, ſed & periculum
rei familiaris. l. 1. ff. ad Senatuſcon. Velle. Hoc igit̄ Senatuſcō.
opem tulit mulieribus ꝓp ſexus muliebris imbecillitatē. l. 2.
16 §. verba. ff. eo. Sed ita † demum eis ſubuenit, ſi nō callidè ſunt
verſatæ. Hoc. n. diuus Pius & Seuerus reſcripſerunt. Nā decep
tis & nō decipientibus opitulat̄: infirmitas. n. fœminarum,
nō calliditas, auxilium ſumit. d. l. 2. Mulier autē pōt huic pr̄iui
legio renuntiare, qđ in eius fauorē introductum eſt, dūmo-
do certa ſit qđ Senatuſcon. Velleianum ſignificet. l. fi. ff. eod.
17 Mulieres † itē plus fauoris q̄ minores habent, veluti ſi recipiē
do nomē debitoris pro dote, mulier fuerit decepta ob ſuam
imbecillitatem ipſo iure ſeruatur illæſa. l. ſi cum dotē. §. mu-
lier. ff. ſol. mat. l. qui rem. ff. de ſolu. minor aūt in ꝺhendo ſibi
mero iure præiudicat, ſed ei dat̄ reſtitutio. l. patri. § pen. ff. de
mino. xxv. ann. Quare ſi minor in ꝺctu adhibuerit iuſm, non
poterit amplius reſtitui, quia ab initio ꝺhere nō prohibeba-
tur: ſed mulier ſi decipiat̄ in ꝺctu dotis, licèt iuramētum ad-
hibuerit, iure tamē ciuili nō obligat̄, q̄a ab initio lex reſiſtit.
Bar. in l. qui ſuperſtitis. ff. de acqui. hære. l. cū lex. ff. de fideiuſ.
18 argu. l. nō dubiū. C. de legi. Item † mulieribus ita ſubuenit̄, ut
in ſua hypotheca licèt tacita oībus creditorib. præferant̄, qđ
priuilegiū ſolius mulieris, ꝓuidētia introductum eſt. Inſti. de
act. §. fuerat. Omnibus. n. aliis præter mulierē neq; ex antiquo
datum eſt, Auth. vt immobi. ante nup. & c. neq; nunc dat̄. Præ
ferr̄ ergo mulier oībus creditoribus, licèt anterioris tpis. l. aſſi-
duis. C. qui pot. in pig. hab. priuilegio vallati ſunt. Cum. n. iu
re veteri in ꝓſonalibus actionibus mulier tali priuilegio vta-
tur, & nunc in hypotheca beneficiū indultū eſt, licèt res do-
tales vel ex his comparatæ nō extēt, ſed quocunq; mō vel diſ
ſipatę vel conſumptæ ſunt, ſi tamē re ipſa fuerint patri mari-
ti datæ. Quis. n. nō miſereatur earum ꝓp obſequia q̄ maritis
præſtant, ꝓp partus periculū, & ipſam liberorū procreationē
pro qua multa a legibus inuenta ſunt priuilegia. Hoc ego pri
uilegiū ꝺ creditores quoſcunq; ſeu anteriores ſeu poſterio-
res tacitā vel expreſſam hypothecā habentes, cōpetere mu-
lieribus crediderim. Nā Imperator ad antiqua iura reſpiciēs,
ac mulierum fragilitatē, necnō quia ex corpore & ſubſtātia,
& omni vita earū maritus ſugitur, cū penè mulieris tota ſub-
ſtantia in dote ꝙſtituta eſt, iō quemadmodū iure veteri mu-
lier oībus creditoribus in actione ꝓſonali ꝓferebatur. l. 2. ff. de
priuile. credi. Ita & iure nouo mulier in actione reali oibus
præferetur creditoribus, quāuis expreſſam habeāt hypothe
cā. Alioquin ſi mulier creditoribus tantū hypothecā tacitā
habentibus præferretur, Iuſtiniani priuilegiū nō eſſet ſimile
antiquo. Tali autem, inquit Imperator, priuilegio vtebatur
res vxoria, quale & nūc indulgemus. d. l. aſſiduis. ver. cum. n.
Cōparat. n. priuilegium a veteribus in actione ꝓſonali cōceſ
ſum iſti, qđ hypothecariæ datur. Idē ergo de vtroq; iudican
dū, neq; in uno plus fauoris q̄ in altero cōcedi oportet. Volu
mus itaque eam in actione in rē & hypothecaria omnib⁹ an-
teriorē haberi, vt ſiue ex naturali iure eiuſdē mulieres res eſ-
ſe intelligantur, vel ſecundum legum ſubtilitatem ad mariti
ſubſtantiam ꝓueniſſe, ꝓ utranq; viam ſiue in rē actione, ſiue
hypothecaria ei pleniſſimè conſulat. l. in rebus. C. de rei vxo.

act. in

Source : BIU Cujas

act. in re igitur dotali saltem mulier omnibus creditoribus etiam anterioribus expressamque hypothecam habentibus
19 præferetur, vt vno ore omnes fatentur. Nullam † autem differentiam Imperator fecit inter res dotales extantes,& dissipatas.d.l.assiduis Idem igitur de re dotali existēte & consumpta dicendum est. Non solum autem mulier huiusmodi priuilegio vtitur,sed etiam mutuas † ad refectionem seu conseruationem alicuius rei,qui in sua hypotheca omnibus creditoribus anterioribus præfertur.l.interdum.ff.qui pot. in pig. hab.licet expressam hypothecam habeant.multomagis ergo mulier tale & simile priuilegium obtinebit, cum per eam,reficiatur res vilis aut caduca,sed totum genus humanum cōseruetur,ciuitasq; immortalis efficiatur.Auc.de nup.in prin.
21 Sed † & ipsa mulier in sua tacita hypotheca tali mutuanti p̄fertur.Auc.de æqual.do.§.consequens.colla.7.constit.7.Nouimus enim inquit Iustinia.muliebris naturæ fragilitatem,& quia facile circumuentiones fiunt aduersus eas,minui autem eis dotem nullo sinimus modo.d Auc.de æqual.dot.§. vnde volumus. Absurdum enim esset eas mulieres quæ viro nuberent,semetipsasque & substantiam viro traderent,non solum nullum postea quæstum a viris male degentibus recipere,verumetiam minui,nullamque eis spem remanere, cum si fornicarentur,ex proprio corpore adueniret quæstus,ex quo viuerent.d.Auct.de æqua.do.§. videamus. Deterioris igitur conditionis nubentes essent plusquam damni ferrent,quam fornicatrices & perditæ mulieres.Si ergo mulier vincat eum mutuantem qui alios vincit, ipsa vincet etiam illos creditores,
22 qui a mutuante vincuntur.Mulier † autem præfertur ei,cuius pecunia prædium comparatū probatur, quod ei pignori obligatum esse specialiter statim cōuentum est.l.licet.C.qui pot. in pig.hab.Is autem omnibus anteferri iuris auctoritate declaratur. Si ergo mulier ei præferatur qui habet & expressam hypothecam & priuilegiatam.d.Auc.de æqua.dot.§.his consequens.vbi glo.in ver.arg.multo potius omnibus alijs creditoribus præferetur,idque ad oculum patet, & ideo nulla alia
23 desideranda esset probatio.hæc etiam opinio † ex eo probatur,quod mulier vti priuilegio non possit aduersus eum, ex cuius pecunia militatur,dummodo expressum hoc ipsum in instrumento scribatur,& in hoc fiat pactum, vt casu proueniēte prior sit solus qui ad hoc credidit & huic solo casui cedit mulier:mulier autem omnibus præfertur, sicut iam a nobis eis datum est priuilegium.Auc de æqua.do. §. quia vero. Vnde apparet,Iustinianum voluisse,excepto eo ex cuius pecunia militatur,mulierem cęteris præferri, cum exceptio firmet regulam.l.quæsitum.§.idem respondet.ff.eo.de fundo in
24 stru.Bart.in l.in his.ff.de legi.Item,† vtilitas publica est præferenda priuatæ.l.vtilitas.C. de primip.lib. xij. semperque nō id quod priuatim interest vnius,sed quod societati vel ciuitati expedit,seruari solet.l.actionem.§.Labeo.ff. pro soc. Interest autem reipublicæ dotes mulieres saluas habere,vt inde nubere possint,ciuitatemque liberis replere.l.2.ff. de iure dot.l.j.ff. soluto matrimonio.præferri ergo debet hæc mulierum vtilitas priuatorum contractibus. Et ea est opinio,qua existimaui Iustinianum sensisse,quamuis opinio communis contra-
25 rium asserat. Non † tamen negauerim aliquos casus excipi,veluti causa funeraria.l.impensa.ff.de relig.& sump.fune.& causa primip.l.j & 2.C.de primip.lib.xii.cuius rationem expli cauimus libro sexto. Item fauorabilior causa interueniret,veluti eleemosinę,aut alimentorum inopi dandorum: videtur enim pro fauorabiliori causa præsumendum, arg. Auct.de ec
26 clef.tit.§.si quis in nomine,colla.9.constit.6. Si † vero par esset vtriusque causæ priuilegium,mutuo se perimerent, iusq; cōmune seruaretur.dicta.l.assiduis.ver.exceptis.glo.in l.quas actiones.C.de sacrosan.eccles quod intelligendum, quoties in casu, de quo agitur,vtraque causa priuilegium haberet speciale.l.si ex causa.in fi.ff.de mi.not.in l.fin.ff. ex qui cau.maio. Vnde si aliud instrumentum sit fisci, aliud dotis, dotale præferri diximus,quia fiscus quoad prælationem attinet nō adeo fauorabile priuilegium obtinet.d.l.assiduis.l.si is qui.ff. de iu-
27 re fis.vbi Bar. Alius est † casus, cum per aliquas coniecturas posset præsumi vulgaris cautæ,ideſt,non priuilegiatę, instrumentum prævalere, vt cum alterum instrumentum de vera numeratione loqueretur,& alterum de dote duntaxat scriptum esset,videtur potius pro vero credito præsumendum,gl. & Bal.in l.diuersis.C.qui potio. in pig l.si quis post hac.C.de bonis proscrip.Idem si alterum instrumentum de dote confessa loqueretur,quæ doti numeratæ non comparatur, quoties ei aut vetitę inter coniuges donationis,aut non numeratæ pecuniæ exceptio, aut fraudandorum creditorum consilium obstat.de quibus omnibus superius diximus.

FINIS.

TRACTATVS
SEV LIBER SINGVLARIS,
B. Brissonij I. C. & in suprema Parisiensi Curia Aduocati, de ritu nuptiarum.

DIcturus de ritu nuptiarum, pauca de spōsalibus quæ earum celebritatem antecedunt,præfabor. Fuit autem hoc in more priscis temporibus positū, vt qui vxorem ducturus esset, ab eo vnde ducenda erat, eam in matrimonium datum iri stipularetur:idque qui nuptum daturus erat,sponderet: qui cōtractus stipulationum,spōsionumque dicebatur sponsalia.Hoc Seruium Sulpitium in libro de dotibus, Neratium Priscum in libro de nuptiis tradidisse Gellius scriptum reliquit.lib.4. noc. Attic.cap 4.Quibus Vlpianus & Florentinus consentiunt, in l.2.& l.3.D.de sponsalib.l.sponsio.D.de ver.signif. qui sponsalia quoque a spondendo dicta, & sponsi, sponsæque appellationem inde ductā credunt quod veteribus stipulari,& spondere vxores futuras moris esset. Nec clam me est,horum nominum originem a Græco fonte Verrium Flaccum idoneū auctorem deriuasse,qui,vt apud Sex.Pomp.legimus, sponsorum,& sponsarum nomen inde tractum existimabat, quod σπονδὰς interpositis rebus diuinis facerent. Sed a priore harū vocum notatione qui dissentiret præter vnum Verrium, præterea inueni neminem. Veteris certe moris quo prius illud etymon nititur,multa sunt in Plauti Comœdijs non obscura impressa vestigia. Sic enim ille in Aulularia Megadorum ab Euclione filiam stipulantem facit.

M.Quid nunc etiam mihi despondes filiam. E illis legibus.
Cum illa dote quam tibi dixi.M.sponden ergo? E.Spondeo.

In Trinummo quoque Lysiteles a Charmide ita stipulatur|.

Spōden ergo tuam gnatam vxorem mihi? Ch.spondeo et mille auri Philippum dotis?

Et paulo post.

Isthac lege filiam tuam sponden mihi vxorem dari? Ch.
Spondeo. Ca.& ego spondeo idem hoc.

Sed & in Curculione Phœdromus ita a milite stipulatur.Ph.

Spondesne miles mihi vxorem tuam.M.spondeo.

Inde Arnobius libro quarto,aduersus gentes fabulosa gētilium deorum coniugia ridens, Vxores, ait, Dij habent atque in coniugalia fœdera conditionibus veniunt ante quæsitis: habent pactas, habent interpositis stipulationibus sponsas. Memini etiam idem ipsum Seruium grammaticum adnotare ad eum Virgilij versum qui est libro decimo Aeneidos.

Quid soceros legere & gremijs abducere pactas.

Nec vero a filiæ duntaxat patre nuptum datum iri,sed & a patre viri ductum iri sponsio interponebatur,si modo Terentij verba ex prima Andriæ scęna ad eam rem expendit,quæ ita habent.

Hac fama impulsus Chremes
Vltro ad me venit,vnicam gnatam suam
Cum dote summa filio vxorem ut daret.
Placuit:despondi:hic nuptiis dictus est dies.

Ad constituenda plane sponsalia nudus consensus sufficiebat: nec quicquam interer at vtrum testatio interponeretur an aliquis sine scriptura sponderet. Deniq; & absenti absens per epistolam vel internuntium recte despondebatur.l. sufficit.l.in sponsalibus. D. de sponsalibus. In tabulas tamen vt plurimum sponsalitiæ conuentiones referebantur.Ex quo illud Iuuenal. Sat.61.

Si tibi legitimis pactam iunctamque tabellis.
Non es amaturus.

Tertullianus in libro de virginibus velandis. Hæ sunt tabellæ priores naturalium sponsaliorum & nuptiarum. Quæ tabulæ signatoriis eorum qui interfuerant, anulis obsignabantur. Vnde Iuuenalis de nuptijs contrahendis agens, Veniet, ait, cum signatoribus auspex. Apuleius Apolog.secundo. Habes Aemiliane causam totam cur tabulæ nuptiales inter me & Pudentillam non in oppido sint sed in villa vrbana consignatæ. In argumentum etiam contractorum sponsaliorum a sponso sponsæ arrhæ dabantur: quemadmodum ex Paulo libro secundo sententiarum, & ex Gratiani, ac Valentiniani, aliorumque Imperatorum constitutionibus intelligimus. l. si quis officium. D. de ritu nupt.l. arrhis.l.vltr. C. de spōsalib.Quin & anulus spōsę pignoris in loco mittebatur,quē pronubum Tertullianus in lib. de cultu fœminarū

Source : BIU Cujas

vocat, Aurum, inquiens, nulla norat præter vno digito quem ſponſus oppigneraſſet pronubo anulo. Iſidorus Hiſpalenſis lib. xx. Etymolog. Fœminæ, ait, non vſæ ſunt anulis niſi quos virgini ſponſus miſerat: neque amplius quam binos aureos in digitis habere ſolebant. Item lib. 2. de diuin. offic. cap. xv. Qđ in primis ait nuptiis, anulus a ſponſo ſponſæ datur, fit nimirū vel propter mutuæ dilectionis ſignum vel propter id magis vt eodem pignore eorum corda iungantur. Vnde & quarto anulus digito inſeritur. Ideo quia in eo vena quædam vt fertur ſanguinis ad cor vſque perueniat. Quam eandem rationem Gellius, lib. 10. ca. 10. & Macrob. lib. vij. cap. 13. ex Appione & Atteio Capitone reddunt cur apud Romanos communi aſſenſu receptum eſſet anulum in digito qui minimo vicinus eſt, quem & medicinalem vocant, atque adeo manu præcipue ſiniſtra geſtare. Nicolaus quoque Pontifex ad conſultationem Bulgarorum reſcribens, vt eſt apud Gratianum. Et poſtquam, ait, arris ſponſam ſibi ſponſus per digitum fidei anulo inſignitum deſponderit. Sed & hūc ipſum morem Iuuenalis a me ſubiecti verſus indicant.

Conuentum tamen & pactum & ſponſalia noſtra
Tempeſtate paras, iamque a tonſore magiſtro
Pecteris & digito pignus fortaſſe dediſti.

His a Paulo relatam ſpeciem adiungamus licet in qua ſpōſum alienum anulum ſpōſæ muneri miſiſſe proponit. Ferreū vero anulum eunque ſine gemma ſponſæ mitti ætate ſua cō ſueuiſſe Plinius lib. xxxiij. Naturalis hiſtoriæ auctor eſt. Cæterum a qua ætate ſponſalia contrahi olim poterant ex Modeſtino lib. 4. differentiarum liquet, cuius ipſamet verba ponam. l. in ſponſalib. D. de ritu nup. In ſponſalib. Ꝯhendis ætas Ꝯhentium definita non eſt vt in matrimoniis. Quapropter a primordio ętatis ſponſalia effici poſſunt ſi modo id fieri ab vtraque perſona intelligitur: id eſt, ſi non ſint minores quam ſeptem annorum. Quę verba certam nominatim ſponſalibus contrahendis præſcriptam ætatem non fuiſſe ſignificant. Quamquam quod ad legis Papiæ præmia attinet, ea demum ſponſalia probari admittique Auguſtus conſtituit, quibus biennio poſt iuſtæ, ac legitimæ nuptiæ accedere poſſent, vt proinde minores natu decem annorum virgines fruſtra ſponſæ haberentur. Cuius rei conſtituendæ cauſa fuit, quod ſponſaliorum obtentu quæ ad exitum, & effectum breui perduci per ſponſarum immaturam ætatem non poterant, & legi fraudem fieri animaduertiſſet. Id quod ex Dione libro quinquageſimo quarto didici, cuius hæc ſunt verba. ὡς δ' ἄνδρέφη τίνες ἐγγυᾶσθαι τὰς μέν τιμὰς τῶν γεγαμηκότων ἐμαρτύροντο τὸ δὲ ἔργου αὖ τῶν ὑ παρέχοντο, προσέταξε μη δεμίαν ἐγγύην ἰσχύειν μήν' ὑ δεδυνοῦνε ἔτοῖν διελθόντων γαμήσεως. τετέσι δεκέτιν πάτως ἐγγυᾶσθαι τόν γε τὶ ἀπ' αὐτῆς ἀπόλαυσον. Δώδεκα γὰρ ταῖς κόραισες τὴν τὸ γάμον ὥραν ἔτη πλήρη καθάπεδ εἶπον νομίζεσθαι. Quorum verborum ſententiam quia nec aſſecutus eſt, nec expreſsit, ego in eorum gratiam quibus Græca lingua minus innoteſcit, in latinum ea conuertam vt potero. Quoniam autem, ait Dio, quidam infantes puellas deſpondentes, præmiis quidem coniugum fruebantur, ceterum effectum rei, & coniugum opus non præſtabant, ea ſponſalia vires nullas habere conſtituit, poſt quæ duobus trāſactis annis ſponſa duci minime poſſet: Hoc eſt, vt omnino decennis virgo deſponderetur, ſi quidem ex ea commodi quid capere ſponſus vellet. Duodecimo namque anno virgo matura viro & nubilis, vt iam ante dixi, exiſtimatur. Quam eamdem Auguſti conſtitutionem Zonaras totidem prope verbis retulit, quæ ſunt ab eius interprete, ne quem debita laude fraudem, fidelius, ac planius quā ab illo altero, viro alioquin erudito, ac bene de Græcis merito, reddita. Atque hoc nimirum eſt, quod breuiter, ac ſtrictim more ſuo Tranquillus in eiuſdem principis vita ſcribit his verbis, li. 2. c. 34. Cumque etiam immaturitate ſponſarum, & matrimoniorum crebra mutatione vim legis eludi ſentiret, tempus ſponſas habendi coarctauit. Quò procul dubio pertinet Cati. l. pen. D. de ſponſa. locus, quem ex eius lib. 1. ad. l. Iuliam & Papiam Pandectarum concinnatores delibarunt. In eo ita eſt. Sæpe iuſtæ ac neceſſariæ cauſæ non ſolum annum vel biennium, ſed etiam triennium aut quadriēnium & vlterius trahunt ſponſalia: veluti valetudo ſponſi, ſponſæue vel mortes parentum aut capitalia crimina aut longiores peregrinationes quæ ex neceſsitate fiunt. Itaque à ſeptimo anno vtiliter quidē contrahi ſpōſalia potuiſſe non dubium eſt: verum eorum demum ſponſaliorum nomine quæ cum virginibus decem ad minus annos natis contraherētur ex lege Papia commodi lucriue quid percipi poterat.

Hęc de ſponſalibus quę viam ad explicanda nuptiarū ſolēnia muniāt breuiter prædicēda cenſui. Sponſalibus factis, cō ſequēs erat nuptiis diem dici. Nec verò temerè & è re nata, ac quolibet, prout incidiſſet, die nubebāt: Sed in ea re non leuē menſium, temporum ac dierum delectum habebant. Nouarum certè Calendarum poſteros omnes dies à nuptiis habitos alienos, Sex. Pomp. libro 12. ſcribit. Menſis item Maius, quemadmodum Plutarchus ἐναίσιος teſtatur, nuptiis infauſtus & inauſpicatus exiſtimabatur: Ex quo illud olim vulgi ſermone tritum prouerbium, menſe Maio nubūt malæ. Ouidius lib. 15. faſtor.

Nec viduæ tædis eadem, nec virginis apta
Tempora, quæ nupſit, nec diuturna fuit.
Hac quoque de cauſa, ſi te prouerbia tangunt,
Menſe malas Maio nubere vulgus ait.

Dies etiam alios qui nuptiis contrahendis vitabantur Macrobius libro 1. cap. 15. recenſet: cuius ipſamet verba ſubiicere ſatius fuerit. Nec hoc prętermiſerim, ait, quod nuptiis copulandis Calendas Nonas & Idus religioſas, id eſt deuitandas cenſuerunt. Hi enim dies præter Nonas feriati ſunt: feriis autem vim cuique fieri piaculare eſt. Ideo tunc vitantur nuptiæ in quibus fieri vis virginibus videtur. Sed Verrium Flaccum iuris Pōtificii peritiſsimum dicere ſolitum refert Varro, quia feriis tergere veteres foſſas liceret, nouas facere ius non eſſet, ideo magis viduis quam virginibus ideoneas eſſe ferias ad nubendum. Subiiciet aliquis: Cur ergo Nonis, ſi feriatus dies non eſt, prohibetur celebritas nuptiarum? Huius quoque rei in aperto cauſa eſt. Nam primus nuptiarum dies verecundiæ datur: poſtridie autem, nupram in domo viri, dominium incipere oportet adipiſci, & rem diuinam facere. Omnes autem poſtriduam dies, ſeu poſt Calendas ſeu poſt Nonas Iduſve, ex æquo atri ſunt. Ideo & Nonas inhabiles nuptiis eſſe dixerunt, ne nupta aut poſtero die auſpicaretur libertatem vxoriam, aut atro immolaret quo nefas eſt ſacra celebrari. Idem etiam auctor cap. 16. eiuſdem libri ex Varrone. Mundus ait, cum patet, deorum triſtium atque inferum quaſi ianua patet. Propterea non modo prælium committi, verum etiam delectum rei militaris cauſa habere ac militem proficiſci, nauem ſoluere, vxorem liberum quęrendorum cauſa ducere religioſum eſt. Parentalibus quoque quæ menſe Februario celebrabantur coniugium propter infauſtos & ominoſos eiuſmodi dies, vitandū eſſe, Ouidius libro. 2. faſtorum, præcipit his verſibus.

Poſtea præteriti tumulis redduntur honores
Prodigiſque venit funeribuſque modus.
Dum tamen hæc fiunt uiduæ ceſſate puellæ
Expectet puros pinea tæda dies.
Nec tibi quæ cupidę matura uidebere matri,
Comat uirgineas haſta recurua comas.
Conde tuas hymenęe faces & ab ignibus atris
Auſer, habent alias męſta ſepulcra faces.

Pomponij tamen nuptias pridiè Idus Februar. celebratas Cicero lib. 11. Epiſt. ad Q. frat. Epiſt. 11. indicat. Sed & Saliorum diebus feſtis abſtinendum nuptiis idem Ouidius ſuadet lib. 111. Faſtor.

Nubere, ait, ſi qua uolet quamuis properabitis ambo,
Differ, habent paruæ commoda magna moræ.

Contra coningio aptiſsimum eſſe id tempus quod Idus Iunias ſequitur, oſtendit lib. 6. quo loco filiæ diuturnam ſalutē precatus ita concludit.

Hanc ego cum uellem genero dare, tempora tędis
Apta requirebam, quæque cauenda forent.
Tunc mihi poſt longas monſtratur Iunius idus
Vtilis & nuptis vtilis eſſe uiris.
Primaque pars huius thalamis aliena reperta eſt,
Nam mihi ſic coniunx ſancta dialis ait.

Atque ad hūc ſuperſtitioſū dierū nuptialiū delectū referēda ſuſpicor hæc Ciceronis ex lib. 11. Epiſt. ad Q. fratrē verba. De noſtra Tullia tui me hercule amāriſsima ſpero eū Craſſi pede nos cōfeciſſe. Dies erāt duo qui poſt latinas habētur religioſi. Ceterū cōfectū eſt. Iā vbi nuptiis dict⁹ dies venerat, maxima circa comēdā ornandāque ſpōſam cura impēdebatur. Quod priuſquā exponā, rectè atque ordine facturū me puto, ſi vſurpatas ab antiquis matrimoniorū cōtrahendorū formas aperiā. Tribus autē generibus vxores quæſitas inuenio. Vſu, farre, coemptione. Arnobius lib. 4. aduerſus gentes. Vxores enim dij habent atque in coniugalia fœdera veniūt conditionibus ante quęſitis: vſu farre & coemptione genialis lecti ſacramēta conducunt. At Cicero Topicis duo tantū vxorū genera facit. Si ita, inquit, Fabiæ pecunia legata eſt à viro, ſi ea vxor materfa eſſet, ſi in manum viri nō conuenerat nihil debetur. Genus eſt enim vxor: Eius duæ formæ: vna matrum familiarum: hæ ſunt quæ in manum conuenerunt: Altera earū quæ tantummodo vxores habentur. Sed enim diſcidiū hoc facile Vlpiani interuētu componitur: qui in manum tam farre quàm coemptione conueniri in Inſtitutionum fragmētis docet. Itaque Boetius ad illū Ciceronis locum, totidē quot Arnobius vxorum quærendarum modos conſtituit. Et confarreatio-

Source : BIU Cujas

farreationem quidem ſolis Pontificibus conueniſſe ſcribit. Tametſi à primo vrbis ortu id ritus genus inſtitutum omnibuſque peræquè nuptijs far interueniſſe Dionyſius Halicarnaſſeus indicare videtur, cum ita ſcribit, lib. 1. Antiquit. ἐκάλουν δὲ τὸν ἔρρητον οἱ παλαιοὶ γάμον ῥωμαϊκῇ προσηγορίᾳ περιλαμβάνοντες φαρρεακιὰ ἐπὶ τῆς κοινωνίας τὸ φαρρεῖον καλοῦμεν ἡμεῖς ἐᾶν. Idem ſubiicit non nuptijs modo ſed & ſacrificijs omnibus far à priſcis Latinis adhibitum. Quod & Arnobius lib. 11. aduerſus gentes teſtatur. Tus, ait, neque ipſe Romulus aut religionibus artifex in comminiſcendis, Numa aut eſſe ſciuit aut naſci: vt pium far monſtrat, quo peragi mos fuit ſacrificiorum ſolennium munia. Ouidius lib 1 faſtor.

Ante Deos homini quod conciliare valeret
Far erat, & puri lucida mica ſalis.
Nondum pertulerat lachrymatas cortice myrrhas
Acta per æquoreas hoſpita nauis aquas.
Tura nec Euphrates, nec miſerat India coſtum
Nec fuerant rubri cognita fila croci.

Aſconius in iij. contra Verrem oratio. Nefarium eſt, quod ſacra polluit, farre pio ſolita celebrari. Incruenta quippe, & a ſanguine pura priſca ſacrificia ex Numæ inſtituto erant, atque vt Plutarchus loquitur, ἀναίμακτοι καὶ πάλαι δι' ἁλφίτου καὶ σπονδῆς καὶ τῶν εὐτελεστάτων πυρόμενοι. Quinetiam inter eius inſtituta idem auctor hoc refert, μὴ ζῦειν ἀνευ ἁλφίτων. Vale. Max. lib. 11. Memorabil. cap. 1. de priſcis Romanis agens. Erant adeo continētiæ attenti, vt frequentior apud eos pultis vſus, quàm panis eſſet. Ideoq; in ſacrificijs Mola, quæ vocabatur ex farre & ſale conſtat. Mola quippe ſecundum Sexti Pomp. interpretationem nihil aliud erat, quàm far toſtum & ſale aſperſum: & quod eo molito hoſtiæ aſpergerentur, inde Molæ nomen inuenit. Virgilius lib. 11. Aeneid.

Et ſalſæ fruges, & circum tempora vittæ.

Vbi Seruius: Salſæ fruges ait, Sal & far quod dicitur Mola ſalſa: qua & frons victimæ & foci aſpergebantur, & cultri. Fit autem de horna fruge, & horno ſale. Vt Horatius. Et horna fruge. Quæ Horatij verba habentur lib. iij. Carmin. Od. xxiij. Ex quo eodem loco duos itidem verſus proferam, in quibus ita eſt.

Mollibit auerſos penates
Farre pio, & ſaliente mica.

Quo genere loquēdi etiam Tibullus vtitur Elegia. iiij. lib. iij.

Et vanum, ait, metuens hominum genus, omina (Sic enim lego) *noctis*
Farre pio placant, & ſaliente ſale.

Simili modo Ouidius lib. iiij. Faſtor.

Farra Deæ, micæque licet ſalientis honorem
Detis, & in veteres turea grana focos.

At Virgilius, non in ſecundo dumtaxat Aeneid. vnde paulò ante verſum retuli, ſed & lib. xij. fruges ſalſas dixit. *Dant fruges*, inquit, *manibus ſalſas*. Quod Seruius interpretatur, far & ſal: quibus rebus, ait, & cultri aſpergebantur & victimæ. Quo exemplo Arnobius lib. iij. aduerſus gentes: Niſi tura, inquit, & ſalſas fruges Dij acceperint, nequeunt bene facere. Eaque de cauſa Mola, ſalſa dicebatur. Horat. lib. 11. Sermo. Sat. iij.

Ante aras, ſpargisque mola caput improbe ſalſa.

Et Martialis alicubi.

Conſumpſi ſalſasque molas, & turis aceruos.

Ouidius farra mixta ſale dixit lib. 1. faſtor. in his verſibus

Inde vocor Ianus, cui cum Cereale ſacerdos
Imponit libum, farraque mixta ſale.

Far planè genus eſſe frumenti optimi Seruius in lib. 1. Georgi. adnotat. Cæterum vt Latini, farreas Molas, ita Græci ἀριγνὰς ὕλας ſacrificijs ſuis adhibebant, quemadmodum eſt ab Euſtatio accuratè copioſeque expoſitum in lib. 1 Iliad. qui ex Dione ὕλας eſſe docet, τὸ μὲν γμα τόδε ἀριθῆς καὶ ἀλῶν. Meminit & Suidas in verbo ἁλογυλεῖν. Quo in vocabulo mendū eſſe apud Moſchopul. in lib. περὶ σχεδῶν admoneo: Vbi ὁλὰς pro ὕλας legitur. Quem errorem ipſa fatis definitio conuincit. Sic enim explicat: ὡς ὅλοι μεμιγμένοι ἀριθαὶ καὶ τοῖς θύμασιν ἐπιβαλλόμενοι. Sed vt ad propoſitum tandem aliquando redeat oratio, conſentanea his quæ de farris vſu diximus, Plinius propius ad noſtrum argumentum accedens libro xviij. Natural. hiſtor. cap. iij tradit. Quin & in ſacris, ait, nihil religioſius confarreationis vinculo erat: nouæque nuptæ farreum præferebant. Vnde Apuleius lib. x. de Aſino aur. matrimonium confarreare dixit. Nec verò vxorem duci olim niſi ſacrificijs peractis potuiſſe Seruius notat in ij. Aeneid. ad eum verſum.

Connubijs aruisque nouis operata iuuentus.

Inde Seneca in Octauia Actu. iiij.

Vidit attonitus tuam
Formam Senatus, tura cum ſuperis dares
Sacrasque grato ſpargeres aras mero
Velata ſummum flammeo tenui caput.
Et ipſe lateri iunctus atque hærens tuo
Sublimis inter ciuium læta omnia
Inceſſit, habitu atque ore lætitiam gerens
Princeps ſuperbo. Talis emerſam freto
Spumante Peleus coniugem accepit Tethyn.

Valerius Flacc. lib. viij. Argonautic.

Inde vbi ſacrificias cum coniuge venit ad aras
Aeſonides, vnaq; adeunt: pariterque precari
Incipiunt, ignem Pollux vndamque iugalem
Prætulit, vt dextrum pariter vertantur in orbem

Et mox.

Primus & ecce fero, quatioque hanc lampada veſtro
Coniugio: primus celebro dotalia ſacra.

Planè apud Hetruſcos & Priſcos Latinos in cōiunctione nuptiali a nouo marito & a noua nupta primum porcū immolari conſueuiſſe Varro lib. 11. de re Ruſti. c. iiij. auctor eſt. Vt vt ſit, quo ritu olim confarreatio perageretur vnus Vlpianus, ac neis plenè quidem explicat in fragmentis Titulorū ex eius corpore excerptorum, cum ita ſcribit. Farre conueniūtur in manum certis verbis, & teſtibus decem præſentibus, & ſollemni ſacrificio facto, in quo panis farreus adhibetur. Quemadmodum aūt confarreatione iungebantur, ita diffarreatione coniugia dirimebātur. Sex. Pomp. lib. iiij. Diffarreatio genus erat ſacrificij quo inter virum & mulierem fiebat diſſolutio: dicta diffarreatio, quod fieret farreo libro adhibito. Sed omiſſam ſuo iam tpe confarreandi adſuetudinē, aut certe inter paucos retentam Tiberius Imp. apud Cornel. Tacit. lib. iiij. narrat. Igitur ad alia duo matrimoniorum genera, coemptione & vſu contracta gradum faciamus. Prioris Cicero ī Oratio. p Murena meminit. Cōcipi vero certis verbis coemptionem ſolitam idem indicat lib. 1. de Orato. cum ait: Nam neq; illud eſt mirandum, qui quibus verbis coemptio fiat, neſciat, eundē eius mulierisquæ coemptionem fecerit cauſam poſſe defendere. De eius certe formula totoq; adeo coemptionis ritu, quod proferam aliud nihil habeo, præterq; quod eſt a Boethio lib. 11. comment. ad Topica Cice. ex Vlpiani inſtitutionibus relatum. Boethio in ipſis lapſæ iam Latinitatis ruinis & vt ita dicam parietinis nato, vt & aliis eiuſdem æui ſeculi ſcriptoribus nō tribuo quantum cum ex veterum libris quibus nos iniuria tpum orbati ſumus, hauſiſſe video. Nec. n. ſum neſcius eum in illis ſuis Topicorum commentarijs quorū ſex dumtaxat libri ex ſeptem quos ſe cōſcripſiſſe ipſemet lib. 1. de differentijs topic. teſtatur, ad nos ſalui peruenerunt, in craſſos ac ſupinos errores eſſe prolapſum. Quale illud eſt, quod ad explicationem eius loci adfert quo Cicero legem iubere ſcribis, Aſſiduo, aſſiduum vindicē eſſe. Quod iuſſum legi Aeliæ Sentiæ (etenim Sanctiæ contra eius vt exiſtimo, mentem libri impreſſi ſcriptum habent, qñ nulla nominis lex in veterum monumentis, quod ſciā, extat) attribuit: cuius vtiq; nec interpres eſſe Sextus Aelius, ex quo interpretationē aſſidui Cicero producit, potuit: ac ne ipſe Tullius ex ea lege, quæ poſt eius demum obitum imperante Auguſto in aliam penitus ſententiam lata eſt, exempiū niſi fatidico ſpiritu & mentis afflatu proferre. Qui error eo pernicioſior eſt, quod ex eius commentarijs in ordinē verborū Ciceronis manauit. Etenim imperitus quidam, legis verbū, quod erat a Cicerone de lege xii. tabularum ſentiente vt ex Gellio patet. lib. xvi. Noct. Attic. ca. x. ſimpliciter ſicut & alio eiuſdē libri loco, in loco ex cōparatione, prolatū, explanare volens, margini ex Boetii cōmentariis interpretationē vitioſam adſcripſit. quæ deinde in contextum irrepſit. Quod vitiū altiſſimas deinde radices in oībus codicibus egit. Similiter & illud apud Boethiū nota dignū eſt quod maximæ capitis diminutionis exemplū a deportatione ſumit: lib. ii. cōment. in locū Ab adiunctis. qua tñ conſtat libertate ſalua ſolam ciuitatem amitti Nam deportati quidē ἀπόλεις fiunt & ad peregrinitatē redigunt, ceterū libertatem naturalē & ea omnia q̄ meri ſunt gētiū iuris retinent. l. quidā. D. de penis. l. ſi deportati. §. j. D. de leg. 3. l. neq; §. j. D. de mili. teſt. Et q̄uis erroris eius Calliſtratus aut forte Calliſtrati tit. Tribonianus patronus aduocari poſſit, l. cognitionū. § vlti. D. de var. & extraord. non eo tñ ab inſtituta accuſatione deſiſtam. In eaq; ſubſcriptores melioris notæ veteres oēs conſultos habebo, q mediæ capitis diminutioni, aquæ & ignis interdictionē & eā quæ in eius locū ſucceſſit deportationē ſubijciunt: Vlp. in frag. tit. xj. Verū hæc nihil ad huius libri inſtitutū pertinent, ad q̄ vt redeā, ipſamet Boetij de coēptionis ritu verba recenſebo. Coemptio, ait, certis ſolemnitatibus peragebatur, & ſeſe in Coemendo (perperam enim in impreſſis codicibus, communicando legit) inuicem interrogabant vir ita, An ſibi mulier materfa. eſſe vellet, illa reſpondebat, velle, item mulier interrogabat, An vir ſibi

Source : BIU Cujas

paterfa. eſſe vellet, il e reſpondebat, velle: itaque mulier in viri conueniebat manum, & vocabantur hæ nuptiæ per coemptionem & erat mulier materfam. viro loco filiæ. Hæc ille: quæ totidem verbis refert Seruius in lib. 4. Aeneid. occaſione ſumpta ex illis Virgilij verbis,

Reppulit, & dominum Aeneam in regna recepit,

Idem ad eum ex lib. 1. Georg. verſum,

Teque ſibi generum Tethys emat omnibus undis

Quod ait, emat, inquit ille, ad antiquum nuptiarum pertinet ritum: quo ſe maritus & vxor inuicem emebant: ſicut habemus in iure. Quo etiam Virgilium reſpexiſſe Nonius Marcel. in lib. de propriet. ſermon. antiq. exiſtimat: cui interpretationi & Iſidorus libro quinto Etymolog. accedit. Coemptionem porro imaginariis vēditionibus peractam vt & adoptionem, credibile eſt: in eaque facienda nummos aliquot dicis cauſa interueniſſe: Id enim in aliis quoque legitimis actibus obſeruabatur, in quibus ſpecie tenus Mancipationum ſolemnia repræſentanda erant. Cuius moris veſtigia a nobis in noſtris nuptiis vſurpari quidam opinantur, tredecim nummorum numeratione. Verum ego ex Barbararum coloniarum, quæ in Gallias ex Germania migrarunt, ferroque & armis ſedes occuparunt, moribus id in vſu manſiſſe potius crediderim. Tam enim Burgundiones quam Saxones vxores ſuas a parentibus vel tutoribus earum emiſſe obſeruaui, idque ex capite ſeu titulo decimoquarto, & xxxiiii. earum legum quas Gundobaldus Rex Burgundionibus ſcripſit, & ex tit. vj. ix. & xvij. legum Saxonicarum patet. Idque pretiū nuptiale appellatur in tit. xij. legum Burgundio. & erat ccc. ſolidorum ex Saxonum legibus, vt caput vj. docet. Enimuero quæ coemptione in manum conuenerant vxores, proprie matrumfamil. nomine exaudiebantur, vt Cicero Topicis auctor eſt. Gellius libro decimooctauo, cap. ſexto. Illud compendio probabilius eſt, quod idonei vocum antiquarū enarratores tradiderunt, matronam dictam eſſe proprie quę in matrimoniū cum viro conueniſſet, quoad in eo matrimonio maneret: etiam ſi ſibi liberi nondum nati forent, dictamque eſſe ita, a matris nomine, non adepto iam, ſed cum ſpe & omine mox adipiſcendo: unde ipſum quoque matrimonium dicitur.

Matrem autem familias appellatam eſſe eam quæ eſſet in mariti manu, mancipioque, aut in eius, in cuius maritus manu, mancipioque eſſet: quoniam non in matrimonium tantum ſed in familiam quoque mariti, & in ſui hæredis locnm veniſſet. Eadem harum vocum diffrentia a Seruio traditur in libro vndecimo Aeneid. quem quiſquis cum Gellio contulerit, non dubitabit mancipi pro mancipio ſemel atq; iterum mendoſe apud illum ſcriptum eſſe. Matrisfa. vero ex Vlpiani libro quinquageſimoquarto, aut quinquageſimonono, ad edictum (variant enim codices) nobis a Triboniano propoſita definitio, verbis in quorum interpretatione verſabatur, aptata fuit, non ad priſci ſermonis proprietatem relata. Illud cōniuentibus oculis prætereundum non eſt, quod in viri familiam veniſſe Gellius ſcribit, eam quæ in manum conueniret. Nam huius in alienam familiam tranſitus ratione, capite minui cenſebatur, indeque in minimis capitis minutionib. cōuentio in manum numeratur. Vlpianus titu. xj. fragmentor. Minima capitis diminutio eſt per quam & ciuitate & libertate ſalua ſtatus duntaxat hominis mutatur: Quod fit adoptione & in manum conuentione. Hinc illuſtratur quod Cicero in Topicis ſcribit, ſi ea mulier teſtamentum fecit quæ ſe capite nunquam diminuit, non videtur ex edicto prætoris ſecundum eas tabulas poſſeſſio dari. Vbi Boethius. Mulieres, ait, antiquo iure tutela perpetua continebat. Recedebant vero a tutoris poteſtate quæ in manum conueniſſent. Itaque fiebat eis prioris ſtatus permutatio, & erat capite deminuta quæ viri conueniſſet in manum. Quod autem de perpetua mulierum tutela Boeth. notat, Vlpiani verbis comprobatur, quæ ſub tit. xj. fragmentor. ſunt poſita. Sic autem habent. Tutores conſtituuntur tam maſculis quam feminis: ſed maſculis quidem impuberibus duntaxat, propter ætatis infirmitatem: feminis autem tam impuberibus quam puberibus, & propter ſexus infirmitatem, & propter forēſium rerum ignorantiam. Cicero pro Muræna. Mulieres omnes propter infirmitatem conſilj maiores in tutorum poteſtate eſſe voluerūt. Quamobrem Auguſtum memoriæ proditum eſt ſummi beneficij loco & iure ſingulari Liuiæ vxori & Octauiæ ſorori conceſſiſſe ταφελέρα ἄνευ κυρίου τινὸς ἐιναιεῖν. Hæc enim ſunt Dionis libro quadrageſimonono, hoc ipſum referētis verba: quæ indultum eis fuiſſe ſine tutore auctore res ſuas gerere ſignificant. Quod & Veſtalibus licuiſſe Plutarch. in Numa docet qui inter reliqua earum virginum priuilegia hoc recenſet καὶ ἄλλα πρὰ ἦν ἄνευ προσατου διαγεσας ὅσπερ τρίπαιδας. Sed enim inter mulierum ac pupillorum tutores lata erat differentia. Nam pupillorum quidem pupillarumque tutores, vt Vlpia. in Fragmen t. explicat, titu. xj. & negotia gerebant & auctoritatem interponebant. Mulierum autem tutores auctoritatem duntaxat interponebant. Idcirco Cato apud Liuium, libro quadrageſimoquarto, maiores voluiſſe dicebat, nullam ne priuatam quidem rem feminas ſine auctore agere. Cui L. Valerius apud eundem reſpondens. Nunquam, inquit, ſaluis ſuis exuitur ſeruitus muliebris, & ipſæ libertatem quam viduitas & orbitas facit, deteſtantur. Vnde Apuleius Apolog. pro ſeipſo ſecunda emptionis a Pudentilla factæ teſtem vt auctorē, eius tutorem Caſſium Longinum putat. Adeſt ait, etiam tutor auctor mulieris, vir grauiſſimus & ſanctiſſimus, omni cū honore mihi nominandus Caſſius Longinus. Quære Maxime, cuius emptionis auctor fuerit? Ex illa vero tutorum differentia Cicero Topicis argumentum a diſſimili ducit. Non quemadmodum quod mulieri debeas recte ipſi mulieri ſine tutore auctore ſoluas, ita quod aut pupillæ aut pupillo debeas recte poſſis eodem modo ſoluere. Vbi Boethius (nam quæ ab eo bene dicta ſunt non reticeo) Mulieres, ait, antiquitus perpetua tutela tenebantur: pupilli item ſub tutoribus agunt. ſed mulieribus ſi quid debitum fuiſſet ſine tutoris auctoritate poterat ſolui: pupillis vero minime. Et mox. Illæ perpetua tutela etiam prouecta iam ætate continentur: Illorum tutelæ certus annorum numerus terminum facit: Differt enim perſona mulierum a perſona pupillorum vel in eo quod pupilli non perpetua reguntur tutela: mulieres vero perpetua. Vel quod pupillus nullum ſuæ etiam miniſtrandę vtilitatis iudicium habere poteſt: cum ſit aliquis mulieribus etſi non firmus, in explicāda familiaris rei vtilitate delectus. Hactenus ille. Nec tamen quod tutore minime auctore mulier promiſerat, magis debebatur quam quod pupillus ſine tutoris auctoritate ſpopondiſſet, vt ex Cicerone pro Cæcina liquet: nec mulier quæ in tutela erat, manumittendi ius potius quam pupillus habebat, quod eſt ab Vlpiano Tit. primo traditum. Præterea pupillos ſuos adrogandos dare tutores non poterant, quod tantam eſſe tutoribus in pupillos auctoritatem poteſtatemque fas veteres non ducerent, vt caput liberum fidei ſuæ commiſſum alienæ ditioni ſubijcerēt, quemadmodum ex Gellio didicimus, libro quinto, capite decimonono. At mulieri in manum conuenienti tutores vtiliter auctoritatem præſtabant, licet ex conuentione in manū eadem prope quæ ex adrogatione effecta ſequerentur. Et vero ſine tutorum auctoritate non potuiſſe in manum mulierem conuenire Cicero pro Flacco ſatis dilucide oſtendit. Inde idem pro Cluentio, Nubit genero ſocrus, nullis auſpicibus, nullis auctoribus. Quod autem ea tutela legitima tam a Cicerone quam ab Vlpiano appellatur, indicio eſt lege xij. Tabularum introductam. Id quod verum puto & ex Athenienſium legibus hoc caput a Decemuiris deſcriptum, quandoquidem & apud illos mulieres tutorum quos κυρίους vocabant poteſtate continerentur, vt eſt a Budæo in linguæ Græcæ Commentar. obſeruatum. Iam propinquorum tutela cōuentione in manum mulieres liberatas, vt Boethius ſupra citato loco perſtrinxit, mirum non eſt, cum eo modo capite munerentur, ſtatumque ac familiam mutarent & in virorū mancipium redigerentur, in quorum manu eas fuiſſe etiam Cato in eo quem paulo ante produxi Liuij loco dicit. Quin etiam in manum conueniendo mulierem cum capite fortunas quoque ſuas in familiam ac domum mariti tranſtuliſſe ſciendum eſt. Nam vt Cicero Topicis, in loco ab effectis ſcribit, cum mulier viro in manū conueniebat, omnia quę eius fuerant, viri fiebant dotis nomine. Vnde Boethius vxore defuncta quæ in manum conueniſſet, bona eius ad virum pertinuiſſe bene colligit. Quapropter Lucio Flacco inter cetera vitio datum legimus, quod Valeriæ gentilis ſuæ quæ Androni Seſtilio nupſiſſe dicebatur, bona auertiſſet, eiuſque hęreditate virum ad quem ea legitimo iure pertinebat, fraudaſſet. Quod crimen Cicero in ea quam pro eo reo dixit, oratione ita refellit, vt in manum Seſtilio conueniſſe Valeriam neget. Idque argumento ab enumerarione partium ducto probat. Nam ſi in manum conueniſſe dicatur, vtique vſu vel coemptione conueniſſe eam neceſſe fuiſſe dicit, cum hæ ſolæ eſſent inter eius conditionis & qualitatis perſonas vſitatę matrimoniorū ſpecies. Atqui vſu conuenire in manum non potuiſſe docet hac ex iure ſumpta ratione quod de tutela legitima qua maiorum more Valeria cōtinebatur, nihil potuerit abſque tutorum omnium auctoritate vſu diminui, vt proinde ei non licuerit tutoribus minime auctoribus factis alienæ ſeditioni ſubijcere, in alienāq; familiā ſe & bona ſua trāſferre. A quo non abhorret quod idem lib. 1. Epiſt. ad Attic. ita ſcribit De Tadiana re mecum Tadius locutus eſt, te ita ſcripſiſſe nihil eſſe iam quod laborares, quoniam hæreditas vſu capta eſt. Id mirabamur, te ignorare de tutela legitima, in qua dicitur eſſe puella, nihil vſucapi poſſe. Diminuendi enim

enim verbo in hanc ſententiam vſos veteres apparet ex Senatuſconſulto de petitione hereditatis.l.Item veniunt.§.Itē placere & l.Deperditum.D.de petiti.hæred. Coemptione vero,quod erat alterum partitionis membrum, in manum peræque conuenire non potuiſſe Valeriam contendit, cum ei rei auctoritatem Flaccus q e tutorum numero erat non prę ſtitiſſet:Ac per hoc ſine eo auctore dicta ab ea dote nihil actū eſſe ibidem adſeuerat. Quod & in Oratione pro Cæcinna pro certo ac conſtanti ponit. Ideoque ex lege Iulia de maritandis ordinibus a Prætore vrbano tutor mulieri virginiue quæ ex ea ipſa lege nubebat, ad dotem dandam dicendam, promittendamue dabatur,ſi legitimum tutorem ea non haberet, vt eſt ab Vlpiano memoriæ proditum tit. xi. Atque hæc erant iura quæ ſibi conuentionis in manum beneficio maritus in bonis vxoris vindicabat. Vice verſa etiam vxor eorundem & bonorum & ſacrorum cum viro ſocia ac particeps fiebat. Qua communione merito exiſtimauit Romulus inter ſe arctiori vinculo colligatos coniuges iri. Eſt enim huius rei origo ab eius legibus arceſſenda quibus hoc comprehenſum fuiſſe Dionyſ. Halicar.autor eſt lib.ij. γυναῖκα γαμετὴν καλὰ νόμους ἱερὰς συνελθοῦσαν ἀνδρὶ κοινωνὸν ἁπάντων εἶναι χρημάτων τε καὶ ἱερῶν. Vñ mirūnon eſt, nuptias a Modeſtino in l. 1. D. de ritu nupt.diuini & humani iuris coniunctionē definiri, & a Gordiano in l.Aduerſus C.de cri.expi.hered. vxorem rei diuinæ & humanæ ſociā appellari. Quapropter nec turpe iudiciū obres viro ſubſtractas aduerſus eā dari prudentibus placuit.l.1. D rer.amot.quam ſocietas vitæ quodammodo dominā faceret.Hinc quoque forte ab initio moribus comparatum fuit vt ne inter coniuges factæ donationes valerent:Quod & aliis poſtea rationibus vtile viſum eſt.Quas inter etiam hanc Plutarch. ἐρωτήσεις commemorat διὰ τί θεῖναι καὶ γύναιξιν εἶναι τὰ ἀνδρῶν ἢ ἀνδράσι τὰ γυναικῶν. Ex iiſdem etiam Romuli legibus deſcendiſſe Halicarnaſſeus admonet quod vſu apud Roma. inualuit vt viro mortuo ſuperſtes vxor non aliter ac patri filia hæres exiſteret: & quidem eo ſine liberis defuncto totam ex aſſe hæreditatem ſibi vindicaret: liberis vero relictis æquā cum iis partem ferret. Ac plane ſuorum hęredum loco ac numero eiuſmodi vxores habitas & perinde atque illos heredes vel exheredes ſcribi debuiſſe,ne prętę ritione earum teſtamenta vitiarentur,ex veteri iuriſpruden tia intelligimus. Sic.n.Vlpianus in fragmētis titulorū ex eius corpore excerptorum,ſcribit, tit.xxij. Sui heredes inſtituendi ſunt vel exheredandi. Sui aūt hæredes ſunt, liberi quos in ptāte habemus, tā naturales quàm adoptiui. Item vxor quæ in manu eſt,& nurus quæ in manu eſt filij,quem in ptāte habemus.Et alias. ti.xxiij. Adgnaſcitur ſuus heres, aut adgnaſcēdo,aut adoptando,aut in manum conueniendo, aut in locū ſui hæredis ſuccedendo. Quod nec Seruium latuit, qui in vii.Aenei.ad illum Virgilj verſum.

Quæſitas ſanguine dotes
Abnegat,externuſque in regnum quæritur hæres.

De iure,ait, traxit vt non generū, ſed hęredē diceret. Nā per coemptionem facto matrimonio ſibi inuicem ſuccedebāt. His conſequens eſt, a muliere hærede ſcripta viro cui ea in manum conueniſſet inutiliter legatum relictum fuiſſe: vt & iuris ipſa rō dictat, & ex eo inferri pōt, q Vlpianus tit. xxiij. fragmētor.definit,his verbis.Ei cuius in poteſtate manu mācipioque eſt hęres ſcriptus,legari non poteſt.Quinetiā mancipari eam a viro potuiſſe argumēto eſt quod Sex. Pomp.ex Aelio Gallo ſcribit,Remancipatam eam dictā quæ mancipata erat ab eo cui in manum conuenerat. Itaque in eo qđ ab Vlpiano ſcriptum eſt.tit.xi. eum qui liberum caput mancipatum ſibi vel a parente vel a coemptore manumiſit, per ſimilitudinem patroni tutorē fiduciarium effici,videndum eſt ne ad maritum coemptoris nomen,potius quam ad alium quēquam referendum ſit. Ex his ſatis patere arbitror quid eſſet, in manū conuenire. Quod loquendi genus ab Apuleio lib. viij.non ſemel eſt vſurpatum. Cæterū de vxorum vſu quęrēdarum forma nihil a quoquā veterum auctorum literis pditum reperi.Tentari quidem certe non incolorate poſſet,nec vero quid obſtet præter iuris rationem qua Flacci partes tueri Cicero niſus eſt, video, Vſu partas ac quæſitas vxores eas fuiſſe quæ matrimonij cā in domum abſque coēptionis ſollēnibus deductæ toto vertente anno cum viro adſueſſent:quæ poſt id temporis ex xij.tab. in manu mācipioque viri fuerint quaſi vſu.i.poſſeſſione viro mācipatæ.Vſum.n.pro poſſeſſione veteres dicebāt.Et ita xij.tab. ſcriptum erat. Annuus vſus eſto. Vnde & vſucapionis nomen. Vſum vero legitimū fuiſſe dominiorum quærendorum & adipiſcendorum modum nemo ambigit.Et vel iuris ciuilis auctoribus tacentibus eius rei vnus locupletiſſimus eſſet teſtis Horatius cum ait,

Si proprium eſt quod quis libra mercatur & ære,
Quædam ſi credis conſultis,mancipat vſus.

Proinde quemadmodum res mobiles vel ſe mouentes anno poſſeſſæ,poſſeſſoris ex iure Quiritium fiebant;ita mulierem quæ cum viro vna matrimonij cauſa anno integro morata eſſet, ei vxorem cum re & effectu paratam conciliatāq; fuiſſe ſuſpicari poſſumus.Probabile hoc facit,quod annui huius vſus interrumpēdi interpellandique gratia trinoctio perfecto a viro vxorem abnoctare lex.xij.tab.iubebat.Hoc.n.de vſurpatione vxorum .i. vſus earum interruptione ex Q. Mutio Scæuola Gellius & ab eo mutuatus Macrobius prodiderunt. Cuius vſurpationis quæ fuiſſet vtilitas nō video niſi in manum & mancipium viri per annuam poſſeſſionem mulier tranſitura fuiſſet. Quorſum enim,quæſo, de vſurpatione annui vxorum vſus lege cautum fuiſſet, ſi non eiuſmodi vſu aliquid viro præter nudum matrimonij nomen acceſſiſſet? Nam ad vxoris inane conſortium (ideſt conuentionis in manum viribus deſtitutum)conſequendum annum expectari nihil attinebat,quod mero conſenſu,mutuaque voluntate ptinus coniuges nanciſcebantur. Neceſſe eſt igitur amplius aliquid aunuo vſu maritum nactum ac conſecutum fuiſſe. Quæ res exiſtimandi copiam præbet, vt, quemadmodū ſeruus venditus & traditus neque tamen emptori mancipatus, nec in iure ceſſus, nec ab ipſo anno poſſeſſus in bonis tantū eius erat,non aūt, quo ad horum quid interueniſſet, ex iure Quiritium eius fiebat. Sic quæ nec farre nec coemptione in manum conueniſſet, ſed in domum duntaxat pro vxore deducta eſſet mulier, vxor quidem habebatur: cæterum nō ante in manum viri conueniſſe cenſebatur,quam apud eum annum nulla trinoctij abſentia interpoſita impleuiſſet. Tranſacta vero annua die tum vſu viro quæſita vxor iudicabatur pro eoque erat ac ſi in manum ſollennibus verbis conueniſſet,vtpote vſu ac poſſeſſione,quod ſollemnitati defuerat,ſupplente. Sed hæc vt ſunt in coniectura poſita & a me inueſtigandi tantum, non etiam adfirmandi gratia propoſita,ita a lectoribus accipi & æqui bonique conſuli velim. Liberū.n. ſuum cuique de his iudicium, immo vero liberam ſuſpicionem relinquo. Ad eam certe vxorum vſu quæſitarum ſpeciē Plautus ſiue quis alius argumenti Amphitryonis auctor eſt, adluſiſſe videtur his verſibus.

In faciem uorſus Amphytrionis Iuppiter
Dum bellum gereret cum Telebois hoſtibus
Alcumenam vxorem cepit uſuariam.

Niſi quis malit ex alio Prologi verſu quo vſurā corporis eius cepiſſe eum ſcribit verba ea interpretari. Equidem aſſentiri iis non poſſum qui ſolo vſu vxores cum concubinis confundere conantur. Aliud.n.ſemper fuit vxorum, aliud Concubinarū nomē. Nec vxorij nominis dignitas concubinis vnquā eſt tributa.Hoc ergo inter eas q quoquo mō in matrimoniū cōueniſſent,quas Cicero,tātūmodo vxores,Gellius, Matronas appellatas ſcribit, & Cōcubinas intererat qđ illę Matrimonij, hę conſuetudinis ſolius cā haberentur. Atque ex affectu & aīo habentis ea res plerūque cēſebatur. Quāquā in liberæ mulieris eiuſq; ingenuæ quæ corpore quæſtū nō feciſſet, cōſuetudine nō cōcubinatus, ſed Matrimoniū intelligebat: vt Modeſtinus lib.j.Regul.ſcribit: L.in liberæ,D.de ritu nup. qui & illud eod.lib.tradiderat,L.ſtuprum.D.ad l.Iul. de adul. Stuprum committere eum qui liberam mulierem conſuetudinis nō matrimonij cauſa contineret.Honeſtæ quippe vitæ & ingenuam minime proſtituti corporis mulierem in cōcubinatu habere non licebat:ſed vel in matrimonio habere neceſſe erat vel qui hoc recuſabat in legem Iuliam de adulteriis incidere ſtuprique crimen committere iudicabatur. L.in concubinatu.D. de concubi. Ex earum vero mulierum quæ vel in matrimonio vel in cōcubinatu promiſcue haberi poterant,cōſuetudine vtrum matrimonium an cōcubinatus induceretur ex deſtinatione animi eorum qui eas habebāt pēdebat.Nā ſi maritali eas honore & affectione viri proſequerētur,vxores:ſin minus,cōcubinæ cēſebantur. Ex illis ſuſceptiliberi,iuſti ac legitimi.Ex his vulgo quæſiti ac ſpurij exiſtimabantur. Quamobrem obſcurum iam nemini eſſe puto qđ concubinam ex ſola animi deſtinatione æſtimari oportere Paulus ſcribit. L.penult. D. de concub.Exemplum appoſitū ſuppeditat Capitolinus in M.Antonino philoſopho:qui Fauſtina vxore mortua,a ſecūdis nuptiis cum Imperatorem abſtinuiſſe ſcribit. Eniſam tamen eſſe quandam Fabiam vt in eius matrimonium coiret: ſed illum ne tot liberis ſuperducere nouercam, cōcubinam duntaxat ſibi adſciuiſſe procuratoris vxoris ſuæ filiam. Aliud etiam occurrit ex Papiniano lib.viij.Reſponſor.quo Cocceium Caſſianum virum clariſſimum Rufinam quandam ingenuam, pleno honore dilexiſſe ex eaque filiam ſuſcepiſſe memorat: cum tamen pro concubina eam habuiſſet nec vxorio eam nomine, dignatus eſſet & filiam alumnæ nomine nuncupaſſet, vulgo quæſitam eam filiam indicatam refert. Itaque quæ concubina fuerat

Source : BIU Cujas

mutata voluntate vxor haberi poterat. Teſtem habemus eũ dem Papinianum li. xij. Reſpõſor, Donationes, ait in. l. Dona tiones. D. de donationib in concubinam collatas, non poſſe reuocari conuenit: Nec ſi matrimonium inter eoſdem po ſtea fuerit contractum ad irritum recidere, quod ante iure valuit. An autem maritalis honor & affectio pridem præceſ ſerit, perſonis comparatis, vitæ coniunctione conſiderata, perpendendum eſſe reſpondi. Neque enim tabulas facere matrimoniũ. Cui optimè quadrat quod Quintilianus lib. v. ca. xj. ita ſcribit. Ex contrario nihil obſtat quominus iuſtum matrimonium ſit mente coeuntium etiam ſi tabulæ ſignatę non fuerint. Nihil enim proderit ſignaſſe tabulas ſi mentem matrimonij fuiſſe non conſtabit. Mens ergo & voluntas viri vxorem a concubina (quæ modo in concubinatu retineri iure poterat) ſeparabat: cum ad matrimonij ſubſtantiam tabularum nuptialium obſignatio neceſſaria non eſſet. Vnde Imp. Probus Fortunato reſcripſit. l. Si vicinis. D. de nup. quã liberorum procreandorum cauſa domi habuerat vxorem non eò minus ei iuſtam vxorem eſſe quod tabulæ nuptiales nullæ interceſſiſſent. Dignitate item vxor a cõcubina diſtin guebatur, vt noſter Vlpianus ſignificat, l. Item legato §. pen. D. de lega. 3. Atque ideo Aelius Commodus Verus Spartia no referente, vxorem dignitatis eſſe nomen non voluptatis dicebat. Plane eam quæ vxoris loco ſine nuptiis in domo eſ ſet Pellicem ex quorundam ſententia appellatã eſſe Paulus refert, in l. lib. de ver. ſig. Caius tamen vocis aliam idem inter pretationem ex Maſſurij Sabini libro Memorialiũ adducit, ubi rectius meo quidem iudicio, Memorabilium legeretur. Nam hanc fuiſſe libri cuiuſdam ab eo editi inſcriptionẽ Ma crobius lib. iij. Saturnalior. cap. vj. oſtendit. At Gellius pellicem appellatam probroſamque habitam quæ iũcta conſuetaque eſſet cum eo, in cuius manu mancipioque alia matrimonij cauſa foret, Numæ lege docet, li. iiij. cap. iij. in qua ita erat. Pellex ædem Iunonis non tãgito. Si tangit, Iunoni crini bus dimiſſis agnum feminã cædito. Ac de vxorum quidẽ generibus & differentiis ſatis. Ceterum antiquitus nuptiæ non niſi captatis prius auguriis fiebant, Iisque faciendis Auſpices (quo nomine Ἱερεῖς ἐπ' οἰωνῶν appellatos Plutarch. ἐφ' ἁλίοις ſcribit) olim interponantur, vt Valer. Max. li. ij. tradit, his verbis. Apud antiquos nõ ſolum publice, ſed etiam priuatim nihil gerebatur niſi auſpicio prius ſumpto: Quo ex more nuptiis etiam auſpices nunc interponuntur: qui quamuis auſpi cia petere deſierint, ipſo tamen nomine veteris conſuetudinis veſtigia vſurpãtur. Sic Tacitus de nuptiis Meſſalinæ tra ctans lib. xj. & de Neronis cũ Pithagora cõiugio lib. xv. agẽs vtrubique auſpicum adhibitorum meminit. Plautus etiã in Prologo Caſinæ.

Vltro, ait, *ibit nuptum, non manebit Auſpices.*

Cicero pro Cluẽtio. Nubit gño ſocrus, nullis auſpicibus, nul lis auctorib. funeſtis ominib. Lucanus lib. ij. de bello Pharſal.

Pignora nulla domus, nulli coiere propinqui,
Iunguntur taciti, contentique auſpice Bruto,

Iuuenalis. Sat. x.

Tyriuſque palam genialis in hortis
Sternitur, & ritu decies centena dabuntur
Antiquo: veniet cum ſignatoribus Auſpex.

Simmachus lib. ij. Epiſtol. Sororem Pompeiam olim viro maturam te auſpice in manus optat accipere, Seruius in j. Aneid. ad illum verſum.

Cui pater intactam dederat, primiſque iugarat
Ominibus, ideſt a uguriis. Et ſecundum Romanos locutus eſt, qui nihil niſi captatis faciebant auguriis, præcipue nuptias. Idem in lib. iiij. Aeneid. ad eos verſus.

Diis equidem auſpicibus reor & Iunone ſecunda
Huc curſum Iliacas vento tenuiße carinas.

Dij ait, qui ſunt auſpices matrimoniorum Aeneam huc ve uire fecerunt Nuptiæ enim captatis auguriis fiebant. Quod ille Lucani & Iuuenalis paulo ante prolatis teſtimoniis cõprobat. Hinc Claudianus in Epiſt. ad Serenam.

Atque vtinam ſub luce tui contingeret oris,
Coniugis in caſtris & ſolio generi,
Optatum celebrare diem, me iungeret Auſpex
Purpura, me ſancto cingeret aula toro.

Idem in Ruffi. lib. i. *Hac auſpice tædę*
Oedipodem matri, natæ iunxere Thieſten.

Seneca in Troade. Act. iiij. Sc. j.

Quicunque hymen funeſtus, illætabilis
Lamenta, cędes, ſanguinem gemitus habet,
Eſt auſpice Helena dignus.

Ac de huiuſmodi auſpicibus accipiendus eſt ille Suetonij in Claudio locus, quo Valeriam Meſſalinam vxorem ſupplicio adfeciſſe eum Imperatorem narrat, dote prius inter auſpices cõſignata. Erat aũt proſperrimi augurij nuptialibus negotiis accipitris circi altero pede claudi aſpectus, vt Plinius lib. x. ca. viij. prodidit. Quinetiam his coniugalibus auſpiciis antiquitus Pilumnũ & Picumnũ deos deputatos Noni⁹ Marcellus Varronis auctoritate adduct⁹ ĩ c d doctorũ, indagine ſcribit. His ita expoſitis tps eſt ad nouæ nuptæ cultũ veſtitũ, ornatũ que tranſeamus. Ac primum vt a vertice incipiã, ſenis crinibus eã ornari ſolitam reperio. ſiue quod is ornatus vetuſtiſſi mus eſſet, ſeu qđ eo virgines Veſtales ornabant, quarum caſtitatẽ viris ſuis nubentes ſpõdebãt, quemadmodũ Sex Pon peius tradit. Cælibari ptẽrea haſta, q̃ in corpore gladiatoris abiecti occiſique ſteriſſet nubẽtis caput eodẽ auctore come bat: vt quemadmodũ illa fuerat coniuncta cum corpore gla diatoris, ſic ipſa cũ viro eſſet: vel qa matronę in Iunonis Curi tis tutela eſſent. quæ ita a ferenda haſta (quæ Sabinorũ lingua curis dr) appellabatur: vel vt fortes viros genituraã ominarẽt: vel qđ nuptiali iure imperio viri ſubiiciebatur nubens, quia haſta ſumma armorum & Imperij eſt. Hanc autem conſuetu dinẽ alia huius inſtituti addita rõne Plutar. ĩ Romulo tetulit. ἐνιοι δε γέγεσι κ᾽ τὸ ἦν κὸμην γαμμένης αἰχμῆ διαιρίνεθαι δορατίου, σύμ βολον εἶναι τᾶ μετὰ μάχης κ᾽ πολεμικῶς τὸν πρῶτον γάμον γενέθαι περί ὧν ἐπιπλέονἐν τῆς αἰτίοις εἰρήκαμεν. Quibus verbis Plut. nos ad eum li brum reiicit qui vulgo ῥωμαϊκὰ inſcribitur, quem tũ ipſe αἰτιῶν inſcripſiſſe videtur. Verba aũt eius in eo libro hæc ſunt. Δια᾽ τί τῶν γαμουμένων αἰχμῆ δορατίου κόμην διαιρίνεσι; Cuius rei cauſas cõ plures, hanc vero Sexto Pompeio concordantẽ adfert. ἢ τὰ μὲν πλεῖσα τᾶν γαμικῶν εἰς τὴν ἥραν ἀνήκοντα, ἥρας δὲ ἱερὸν τὸ δόρυ νενόμισται καὶ τῶν ἀγαλμάτων αὐτῆς δόρατι στηρίζεται τὰ πλεῖστα καὶ Κυρῖτις θεὸς ἐπωνομάσθη, τὸ γὰρ δόρυ κορινὲ καλὲ οἱ παλαιοὶ. Curitis porro Iunonis ẽt Martia fœlix li. ii. de nupt. Philolog. inter cetera eius deæ co gnomina memint. Necnõ Sextus Põpeius Curitĩ, ait, Iunonẽ appellabãt qa eamdẽ ferre haſtã putabãt. Ouid. li. 1. faſtor.

Siue quod haſta curis priſcis eſt dicta Latinis.

Eũ verò de quo agere cœpimus morẽ, idẽ Ouid. lib. 2. faſtor. eo q iam a me ſupra relatus ẽ loco pſtrĩgit: mẽſe Februario, quo ĩferis parẽtabãt nuptiis abſtinẽdũ hac periphraſi monẽs.

Nec tibi quæ cupidæ matura videbere matri
Comat virgineas haſta recurua comas.

Arnobius li. 2. aduerſus gentes, veteres quoſdã ritus diſſuetu dine ſublatos recẽſens, Cũ in matrimonia, inquit, cõuenitis, toga ſternitis lectulos, & maritorũ genios aduocatis, nubentiũ crimẽ celibari haſta mulcetis. Corona deinde redimiri nouę nuptæ cõſueuerãt. Tertul. in li. de corona militis. Coro nãt & nuptię ſpõſos. Catul. in carmine de nuptiis Iulii & Mãl,

Cinge tempora floribus
Suaue olentis amaraci

Lucanus de nubente loquens,

Territaque premens frontem matrona coro

Tranſlata vitat, & quæ ſequuntur.

Claudianus etiam Stiliconem ad nuptiarum apparatum co rona tempora cingere ſic admonet,

Solitas galea,
Fulgere comas
Stilico molli
Nectę corona.

Enim vero recta tunica nouæ nuptæ induebantur qualem prima Caia Cæcilia texuit, vt eſt a Plinio lib. viii. Natural. hi ſtor. cap. 48. relatum. Quod quidem ex feliçi textricis coniu gio ĩ vſum veniſſe ñ dubito, cuius memotiã boni ominis cã in nuptialibus ritibus nouas nuptas vſurpaſſe cõſtat. Cingu lo inſuper nupta cingebatur, qđ vir in lecto ſoluebat. Factũ id ex lana ouis Sex. Põp. ſcribit, vt ſicut illa in glomis ſublata, cõiuncta inter ſe eſt, ſic vir ſuus ſecũ vinctus cinctuſq; eſſet. Cingulũ id Herculano nodo vinctũ vir ominis gña ſoluebat, vt ſic ipſe felix in ſuſcipiẽdis liberis eſſet, ſicut Hercules fuit qui 70. liberos reliquit. Inde Catull. in nupt. Iul. & Manlij.

Te ſuis tremulus parens
Inuocat; tibi virgines
Zonula ſoluunt ſinus.

Et in carmine ad Ianuam.

Nec quærendum aliunde foret neruoſius illud
Quod zonam poßet ſoluere virgineam. Et alias.
Tam gratum mihi quam fuit puellæ
Pernici aureolum tuliſſe malum
Quod zonam ſoluit diu ligatam.

Ouidius in Epiſtola Phyllidis ad Demophoontem.

Cui mea virginitas auibus libata ſiniſtris.
Caſtaque fallaci zona reuicta manu.

Arnob. lib 3. aduerſus gentes. Niſi virginalia vincula iam fer uentes diſſoluerent atque imminentes mariti. Citatur & a Nonio Marcello hic Varronis verſus γέροντος διδασκάλου. Nou⁹ maritus taciturnus, taximuſos is ſoluebat cingulum Ab hac vero cingulorum replicatione Iunoni, quæ coniuga libus fœderibus præeſſe credebatur, Cinxiæ cognomen indi-

tum

Source : BIU Cujas

tum fuit. Sex. Pompeius, Cinxię, ait, Iunonis nomen sanctum habebatur in nuptiis quod initio coniugij solutio erat cingu li quo noua nupta erat cincta Arnobius lib. 2. aduersus gent. Vnctionibus supereſt Vnxia, Cingulorum Cinxia replicationi. Ex quo emẽdandus est Martiani Felicis locus, apud quem libro tertio de nuptis philolog. in ea oratione quam Philologia ad Iunonem habet, ita vulgo legitur. Iterducam, & domi ducam, Vnxiam, Cinthiamque mortales puellę debent in nuptias conuocare: vbi Cinxiam proculdubio legendum est. Iunoni autem multos habitos in nuptiis honores, quod ea iungendis & conciliandis matrimoniis præesse censeretur p̃ter Plutarchi supra citatum locum Ouidius non semel in Epistol. Heroidibus indicat. Veluti in Episto. Phyllidis ad Demophoont.

Iunonemque toris quæ præsidet alma maritis.

Et in Epist. Medeæ ad Iaso.

Consciа sit Iuno sacris præfecta maritis

Et in Epist. Hipsipyles.

Non ego sum furtim tibi cognita: pronuba Iuno
Ad fuit.

Sed & Virgil. lib. iiii. Aeneid.

Iunoni ante omnes cui uincla iugalia curæ.

Statius Papin. In Syluis.

Dat Iuno Verenda
Vincula & insigni geminat concordia tæda.

Iunonem plane nuptiarum præsidẽ Dio Chrysostomus oratione septima quæ Euboica aut venator inscribitur, vocat. Eaque ratione τελεία cognomine a Græcis Iuno ornatur. Plutarc. ἐν Αἰτίοις quæstio. secunda πέρτε δεῖσθαι θεῶν τὰς γαμοῦντας Διὸς τελείου καὶ Ἥρας τελείας καὶ Ἀφροδίτης καὶ Πειθοῦς, ἐπὶ πᾶσι δὲ ἀρτέμιδος. Non enim adulta Iuno eo verbo exaudiẽda est, quemadmodum illic perperã interpres vertit, sed nuptiarum præses: Epitheton namque hoc a voce τέλος descendit quæ antiquis nuptias significabat. Pollux. lib. iij. onomast. προτελεῖσθαι ἐλέγοντο οὐ μόνον αἱ νύμφαι, ἀλλὰ καὶ οἱ νύμφιοι, καὶ τέλος ὁ γάμος ἐκαλεῖτο, καὶ προτέλεια οἱ γεγαμηκότες. Διὰ τοῦτο καὶ Ἥρα τέλεια ἡ συζυγία. ταῦτα γὰρ τοῖς προτελείοις προτελοῦνται & quæ sequuntur. Suidas. Ἥρα ait, τέλεια καὶ ζεὺς τέλειος, ἐτιμῶντο ἐν τοῖς γάμοις ὡς πρυτάνεις ὄντες τῶν γάμων. τέλος δὲ ὁ γάμος. Διὸ καὶ προτέλεια ἐκαλεῖτο ἡ θυσία ἡ πρὸ τῶν γάμων Eustath. in ij. Iliad. τέλος γάρ, ait, ὁ γάμος ὅθεν τελείους τοὺς γεγαμηκότας ἔλεγον. Idem in xij. Iliad. ἐνθετῦ λοιπὸν τέλος, ὃ σημαίνει τὸν γάμον, τὰ προτέλεια δὲ ὧν χρῆσις μὲν μόνη παρὰ Αἰολίω Διονυσίῳ, ἑρμηνεῖα δὲ παρὰ παυσανίᾳ ἀπωΐτι ὅτι προτέλεια ἦν πρὸ τῶν γάμων θέα δῶρα τὰ λεγόμενα θεωρητρα. ἐκεῖθεν δὲ καὶ τελοῦσι γαγαμηκότες καὶ τελοῦσθαι λέγεται τὸ γῆμαι. Itaq; τέλεια. Iuno nihil aliud quam γαμήλιον significat quod Epitheton Iunoni tributum Seruius in iiij. Aeneid. ad verbum Et Iunone secunda, notat. Quem quidem interpretis Plutarc. errorem eò dissimulandum non putaui, quod eo quoque in fraudem illectum Ludouicum Viuem uideam in suis ad cap. xxij. lib. iiij. de ciuit. dei Commentariis. Iuno ni uero τῇ τελείᾳ sacra facientes fel cum reliquis uictimarum extis nõ porrigebant, sed demptum & diuulsum abiiciebant, mystice significantes bilem omnem atque iracundiam a nuptiis abesse oportere. Quod me Plutarchus ἐν γαμικοῖς παραγγέλμασι docuit. Sed est ille eius auctoris locus in Frobenianis codicibus duobus in verbis corruptus. Sic enim scriptum habent. οἱ δὲ γαμηλίᾳ θύοντες ὥρατὴν σχολὴν συγκαταγίζεσι τοῖς ἄλλοις ἱεροῖς, ἀλλ' ἐξελοῦσι ἱερρίψαν περὶ τὸν βωμὸν, ἀίψιτο μένε τὸ νομοθέτου, τὸ μηδέποτε δᾶν σχολὴν μηδὲ ὀργὴν γάμῳ περιεῖναι. Atqui legendum est γαμηλίᾳ θύοντες ὥρα Rursus, σχολὴν id est fel, non σχολὼ quod aliud penitus significat. Qui me locus admonet vt aliud huic ad fine & cognatũ apud eundem auctorem librariorum uitio commissum erratum corrigam. Nam in Numa quo loco anni menses recensẽt, passim ita scriptum est. Τῶν δ' ἐφεξῆς τὸ μὲν μαῖον καλοῦσιν, ἀπὸ μαίας, ἑρμῆ γὰρ ἀφιέρωται, τὸν δὲ ἰούνιον ἀπὸ τῆς Ὥρας. Vbi Ὥρας legendum esse contendo. Idque sequentia verba manifeste demonstrant in quibus ita est. εἰ δέ τινες οἱ τὸν Ἴουλον Αἰλίαν ἐπωνύμους, εἶναι λέγοντες πρεσβυτέρους ἢ νεωτέρους μαμούριος γὰρ οἱ πρεσβύτεροι παρ' αὐτοῖς, Ἰούνιοι δὲ οἱ νεώτεροι καλοῦνται. Apparet enim Plutarchum duplex Iunij mensis etymon attingere, quem a Iuno ne nonnulli, a iunioribus alij dictũ censeant, vt & idẽ ἐν Αἰτίοις, & Macrob. lib. ij. Saturnal. cap. xij. testis est. Iunius, inquiens Maium sequitur: aut ex parte populi vt supra diximus, nomi natus: aut vt Cingrius arbitratur, quod Iunonius apud Latinos ante vocitatus, diuque apud Aricinos Prænestinosque hac appellatione in fastos relatus sit, adeo vt sicut Nisus in commentariis fastorum dicit, apud maiores quoque nostros hæc appellatio mensis diu manserit. Sed post detritis quibusdam litteris ex Iunonio Iunius dictus sit. Censorinus in lib. de die natali ca. xviij. Iunium quoque à Iunone potius quàm iunioribus: quòd illo mense maximi Iunoni habentur honores. Quibus & Bedam in lib. de ratione tempor. adde. Hanc certe electionem omni scrupulo amoto rectam esse D. Amiotus Abbas Bellosanenensis vir raræ doctrinæ, & ea quam magna cum laude sustinet, regiæ institutionis cura vere dignus, mihi scriptorum codicum auctoritate comprobauit: qui & illud me docuit in eadem Numæ vita paulo post in Februarij mensis etymologia mendum esse. Nam cum vulgo καὶ τοῖς φυτοῖς ἐναγίζουσι τότε, legatur τοῖς φθιτοῖς legendum esse veteres codices quos ille accuratissime euoluit, ostendunt. De cuius lectionis veritate nemo dubitabit qui eo mense iusta Diis manibus solui, & mortuis parentari solitum secum reputabit: Quod ex Ouidii Fastis, Macrobio libro primo. Saturn. capite decimotertio. aliisque veterum scriptis cuiuis in promptu esse potest. Verum, vt ad propositum redeat oratio, ex ea superstitiosa gentilium opinione quam de Iunone animo conceptam habebant, multa ei Deæ secundum munerum, potestatum ac in re vxoria officiorum varietatem ac diuersitatem cognomina indita fuisse obseruaui. Primum enim a coniunctione maris & feminæ Iuga Sexto Pomp. teste vocabatur, exemplo Græci sermonis quo ζυγία vocabatur. Quod nomen Apuleius Græcissans libro sexto, de Asino aur. vsurpauit. Quæ appellationis huius notatio a Dionysio Halicar. his verbis comprobatur. ξοὺς γὰρ ἡ Ἥρα πρῶτοι ζευγνύλλες τὲ καὶ συνδυάζοντες ὕ τω λοὶ ὅ μὲν καὶ πατὴρ καλεῖται πάντων, ἡ δὲ ζυγία ἀπὸ τοῦ ζεύγνυσθαι τὸ θῆλυ τῷ ἄρρενι. Musonius etiam, ὅτι δὲ, ait μέγα καὶ ἀξιοσπούδαστον γάμος ἐστι καὶ τοῦτο δῆλον. θεοὶ γὰρ ἐπιτροπεύουσιν αὐτοῦ καθὸ νομίζονται παρ' ἀνθρώποις μεγάλοι, πρῶτον μὲν Ἥρα καὶ διὰ τοῦτο ζυγίαν αὐτὸν προσαγορεύουσιν. Quod vero de iugo matrimonio contrahendis imponi solito Seruius & post eum Isidorus commemorant, quia idoneorum & locupletum auctorum testimonio ab eis non firmatur, admittere non ausim. Nec sum nescius Plauti ex Curculione versum ad hanc rem proferri posse in quo ita est, Iamne ea fert iugum? Sed id μεταφορικῶς dictum esse probabilius est quemadmodum illud Horatij. Nondum subacta ferre iugum valet, Ceruice. Vt autem a matrimoniorum coniunctione Iuga & zygia, ita a mulieris in domum mariti deductione Domiduca, & Iterduca, a cingulo nouæ nuptæ Cinxia, ab vnctione, Vnxia Iuno appellabatur. Et ita actui cuique peculiare numen stulta gentilitas adsignabat. Quam ridiculam eorum superstitionem B. Augustinus libro sexto, de ciuit. Dei capite nono. ita exagitat. Cum mas & femina coniunguntur, adhibetur Deus Iugatinus. Sit hoc ferendum: Sed domum est ducenda quæ nubit. Adhibetur Deus Domiducus. Vt in domo, sit adhibetur Deus Domitius, vt maneat cum viro, additur dea Manturna. Et paulo post, Impletur cubiculum turba numinum, quando & paranymphi inde discedunt. Adest dea Virginensis & Deus pater. Subigus, & dea mater Prema & dea Partunda & Venus & Priapus. Virginensis quidem, vt ibidẽ indicat, ad hoc vt virgini zona soluatur. Subigus vt viro subigatur. Prema, vt subacta ne se commoueat, comprimatur. Cuiusmodi etiam ineptias Arnob. lib. ij. aduersus gent. scitè ridet. Verum vt ad instituta pergamus, coronam ex verbenis a se lectis compositam noua nupta ex. Pomp. teste, sub amiculo ferebat. Eandem & soccos luteos gestasse Catullus suspicandum relinquit. Sed vt hoc obscurum est, ita velo obnubi solitam cum ad uirum deducere tur, tàm certum est quàm quod certissimum. Tertulianus de virginib. ueland. Atquin, ait, etiam velatæ ad virum ducuntur. vnde nuptiarum nomen ductum esse consentiens in vnum omnium Grãmaticorum fert opinio. Nubere enim & obnubere priscis velare & operire significabat, vt Sex. Pomp. non vno loco, Non. Marcell. & alij complures notant. Quo in significato Arnob. lib. iij. aduersus gent. hoc verbo vsus est. Quod aqua, inquiẽs, nubat terram, appellatus est. cognominatusque Neptunus. Caper in lib. de orthograph. vir ducit, mulier nubit, quia pallio obnubit caput suum genasque. Velum autem id quo nuptæ caput operiebatur, Flãmeum vocabatur: quo boni ominis gratia eas velari solitas Sex. Pomp. tradit, idcirco quod eo assidue Flaminica vteretur, cui diuortium facere non licebat. Sueton. in Nero. c. 28. Puerum Sporum exectis testibus etiam in muliebrẽ formã transfigurare conatus est, cum dote & flammeo per sollemne nuptiarum celeberrimo officio ad se deductum pro vxore habuit. De quo Imperatore etiam Tacit. li. xv. agens. Ipse, inquit, per licita atque illicita fœdatus nihil flagitij reliquerat, quo corruptior ageret: nisi paucos post dies vni ex cõtaminatorum grege cui Pythagoræ nomen fuit in modum sollemnium coniugiorum denupsisset. Inditum Imperatori flãmeum. Martial. lib. xj. Epigramma.

Flammea texantur sponsæ iam uirgo parata est.
Tondebit pueros iam noua nupta tuos.

Idem lib. xij.

Proluxere faces, velarunt flammea vultus.

Inuenalis Sat. vj. de muliere crebris diuortijs maritos mutante.

Source : BIU Cujas

Permutat que domos & flammea conterit.

Quintilian.declamatio.cccvj. Operiet flammeo canos. Tertullian.in lib.aduerſus Valentinia. His nuptiis recte deducendis pro face & flammeo tuus credo ille arcanus ignis erumpet. Apuleius Apolog.11. Venit igitur ad eum noua nupta ſecura & intrepida, pudore diſpoliato, flore exoleto, flammeo obſoleto. Ambroſius in libro de viduis. Suaſimus fateor, vt veſtem mutares, non vt flammeum ſumeres, vt a ſepulchro recederes, non vt thalamum præparares. Proinde Catullus initio carminis de nuptiis Iuliæ & Manlij, Hymeneum ad flammeum capiendum excitat. Et alio eiuſdem carminis loco,

Tollite, ait, pueri faces,
Flammeum uideor uidere.

Claudian.in Epithalamio,

Iam nuptæ trepidat ſollicitus pudor
Iam produnt lachrymas flammea ſupplices.

Idem lib.11.de Raptu Proſerp.

Et uultibus addunt
Flammea ſolicitum præuelatura pudorem.

Idem in carmine Honorij & Mariæ

Ipſa caput diſtinguit acu, ſubſtringit amictus
Flammea uirgineis accommodat ipſa capillis.

Iuuenalis.Sat.x.

Cui nubere Cæſaris uxor
Deſtinat, optimus hic, & formoſiſſimus idem
Gentis patritiæ rapitur miſer, extinguendus:
Meſſalinæ oculis, dudum ſedet illa parato
Flammeolo.

Seneca in Octauia, de Poppęa Neroni nubente.

Velata ſummum flummeo tenui caput.

Martianus Capella lib 5.de nuptijs Philolog. In quib. ait, ſpecies rerum collocandæ ſunt, veluti nuptiarum, velatam flammeo nubentem. Idem lib.9.

Flammea uirgineum quæ obnubere ſueta pudorem
Regina deme pronuba.

Apuleius rurſus. libro quarto, de aſino aur. Iam feralium nuptiarũ miſerrimæ virginij choragium ſtruitur: Iam tædæ lumen atræ fuliginis cinerem arceſſunt, & ſonus tibiæ zygiæ mutatur in querulum lydij modum, cantuſque lætus hymenei lugubri ſilulatu, & puella nuptura deterget lachrymas ipſo flammeo. Hoc vero velamen luteum erat, vt hæc Plinij verba declarant, quæ ex eius lib.Natur.hiſtor.21.cap.8. appoſui. Lutei video honorem antiquiſſimum in nuptialib. flammeis totum feminis conceſſum, & fortaſſis ideo non numerari inter principales, hoc eſt communes maribus ac feminis, quoniam ſocietas principatum dedit. Ex quo Lucan.lib.2.de bello Pharſal.

Non timidum nuptæ leuiter tectura pudorem
Lutea demiſſos uelarunt flammea uultus.

Rapi plane, vt Sextus Pomp.auctor eſt, ſimulabatur virgo ex gremio matris, aut ſi ea deeſſet, ex proxima neceſſitudine tum cum ad virum trãsferebatur, propterea quod ea res Romulo feliciter ceſſiſſet, qui per vim ſibi ſuiſq; ex Sabinis vxores quæſiuit. Ex quo illud Catulli,

Qui rapis teneram ad uirum.
Virginem.

Expoſui quo cultu atque ornatu noua nupta ad virum procederet. Vnde lucem accipient Halicarnaſſei hæc verba ex libro quarto Antiquit. μετὰ τοῦτο τὴν γυναῖκα κοσμησαμένην οἷς ἔθος ἐστὶ κοσμεῖσθαι τὴν γαμουμένην. Deinceps de pompæ apparatu ac traductionis ritu agam. Solemnis autem moris fuiſſe, vt in viri domum tanquam coniugij manſionem ac domicilium nuptæ traducerentur, abunde libro primo Selectarum ex iure ciuili Antiquitatum, multis iureconſultorum & aliorum auctorum teſtimoniis probauimus, quæ quod inde facilime peti poſſint huc transferenda non cenſui. Vnde vxorem ducere quaſi domum ducere, imminute Latini dicunt, quemadmodum ex compluribus Plauti locis patet. Sic enim in Aulularia

E. *Quod ſempiternum tibi ſalutare ſit procreandis liberis,*
M *Ita di ſi faxint.*
E. *uolo te domum uxorem ducere.*

Idem Trinummo Actus v.Sce.11.

Nunc quid cauſæ eſt quin uxorem cras domum ducat;

Et in Epidico, Actus 11.Sce.1.

Genere natam bono pauperem domum ducere uxorem.

Idem Ciſtellar.Act.11.Sce.1.

Illam extrudet cum hanc uxorem ducet domum.

Iterum Act.1.Sce.1.

Ei nunc alia ducenda eſt domum
Sua cognata:

Atque ex hoc more repetenda eſt eius ratio quod iure ciuili cauetur.l.exigere.D.de iudic.l.cum quædam puella D.de iuriſd.om.iud.l.vltima.§.item reſcripſerunt.D.ad municipal. l.vltima.C.de incol.nuptijs mulierem domicilium ſuum mutare, & in viri domicilium tranſire. Quod & ex iuris diſciplina Seruius adnotat ad illum Virgilij verſum libro quarto Aeneid.

Et patrio Andromachen iterum ceſſiſſe marito.

Item vnam poſt matrimonium viri & vxoris domum dici.l.prima.§.ſi vir.D ad Senatuſc.Syllan. Mirandum non eſt, δύοιν οἴκοιν. vt Plutarch libro quarto Sympoſiacor, cap. tertio, ſcribit, ἐὰν τὸ πρὸ συνοικούντων. Plane eam quæ deſponſata eſt, ante contractas nuptias non mutare domicilium Modeſtinus bel le tradit, l.ea quæ.D.ad municipal. quod in domum viri nõdum ſit deducta. Hanc autem conditionem, Si in familia nu pſerit, impletam videri ſtatim atque ducta eſt vxor, quamuis nondum in cubiculum mariti peruenerit, traditum extat.l. cum fuerit.D.de conditio.& demonſtratio. Enimuero deductio hęc veſpere fiebat. Antiquitus ſiquidem non niſi noctu mulieres ducebantur vt Sex. Pompeius libro decimoquarto & Seruius in viij. Eglo. Virgilij ex Varrone, ſcribunt. Vnde Valerius Max. libro primo, cap. quinto. At Cæcilia Metelli dum ſororis adultæ ætatis virginis more priſco noctu connubia nuptialia petit, omen ipſa fecit. Tacitus quoque libro xj. a Nerone cum Pithagora confectas nuptias referens. Et interdiu, ait, in viro nubente ſpectata quæ etiam in femina nox operit. Ea ratio eſt, cur noctem adeſſe in Epithalamio Catullus moneat, his verſibus,

Veſper adeſt, iuuenes conſurgite: ueſper Olympo
Surgere iam tempus, iam pingues linquere menſas
Iam ueniet uirgo, iam dicetur hymenæus.

Pari de cauſa Claudianus in Epithalamio Heſperi ortum præcinit.

Attollens thalamis Idalium iubar
Dilectus ueneri naſcitur Heſperus.

Idem lib.11.de raptu Proſerp.

Iam ſuus inferno proceſſerat Heſperus orbi.

Pueri vero patrimi tres nubentem Sex. Pomp.teſte deducebant, quorum vnus, facem præferebat, reliqui duo nubentem tenebant. Vnde Catullus in carmine de nuptiis Iul. & Manl.

Mitte brachiolum teres
Prætextate puellulæ.

Fax porro ea quæ præferebatur, ex ſpina alba fiebat, vt idẽ Pomp.ſcribit. Idcoque Catullus in illo carmine cuius modo teſtimonium citaui.

Pelle, inquit, humum pedibus, manu
Spineam quate tędam.

Eaque ratione Plinius, ſpinam nuptiarum facibus auſpicatiſſimam dixit. Non deſunt tamen qui nuptiales faces ex pinu confici ſolitas omni aſſeueratione contendant, & apud Catul. legendum cenſeant, pineam quate tædam. Mouentur Ouidij verſib. ex lib.1.Faſto. quo loci a coniugio per aliquot dies abſtinendum hac periphraſi ſuadet.

Dum tamen hæc fient, uiduæ ceſſate puellæ
Expectet puros ſpinea tæda dies.

Quamquam illic abſque vllo verſus vitio, recte ſpinea tæda legi poſſet. Sed proferam alios locos, qui eandem immutationem non ferant. Varro libro ſecundo, de vita Pop. Roma. vt eſt apud Nonium. Cum a noua nupta ignis in face adferretur foco Aedilis ſumptus. (Sic enim lego) fax ex pinu ablata eſſet, vt eam puer ingenuus adferret. Idem Varro γέρουσος δράσκαλον Romæque noctu initia fieri ſolita, etiam nunc pinea fax indicat. Quem ego Varronis locum, ad hãc quæſtionem ea ratione accommodari poſſe cẽſeo, quod in honorem Cereris faces in nuptijs prælatas Sex.Pomp.tradit. Tametſi Seruius in viij. Eclog Bucolic. Virgilij, nulli id religioni acceptũ fert, ſed ex eo inoleuiſſe Varronis auctoritate fretus, ſcribit, quod non niſi noctu antiquitus a ſpõnſis vxores ducerentur. Confirmat vero illam de pineis facibus opinionem Virgilius in Ciri, cum ait.

Pronuba nec caſtos incendet pinus amores.

Seneca in Medæa choro primo.

Multi fidam iam tempus erit ſuccendere pinum
Excute ſolemnem digitis marcentibus ignem.

Rurſus idem Varro apud Chariſium Soſipatrum: In Aſia, ait, fax ex ſpina alba profertur, quod purgationis cauſa adhibetur. Sane ſpinæ albæ ad maleficia depellenda vim ineſſe antiquitas credidit. Ouid.lib.vj.faſtor.

Sic fatus ſpinam, qua triſtes pellere poſſet,
A foribus noxas, hæc erat alba, dedit:

Et poſtea,

Virgaq; ianalis de ſpina ponitur alba,
Qua lumen thalamo parua feneſtra dabat.

Poſt

Post illud neque aues cunas uiolasse feruntur:
Et redijt puero qui fuit ante color.

Verum quid prohibet ex varijs arborum generibus, faces nuptiarum confici solitas dicere? Plinius enim in eo, cuius supra testimonio vsus sum, loco, spinum quidem facibus nuptiarum auspicatissimam fuisse scribit, suis tamen temporibus Carpimum & Corylum facibus familiarissimas fuisse subiicit. Potest autem hic facium in nuptiis præferendarum mos aliis præterea testimonijs comprobari.

Plautus Casina Act.1.Sce.1.

Primum omnium huic lucebis nouæ nuptæ facem.

Seneca in Octauia Act.11.Sce.11.

Hic mihi iugales præferat tædas Deus,
Iungatq; nostris igne Poppæam toris.

Et iterum Act.111.Sce.1.

Tellure rupta, Tartaro gressum extuli,
Stygiam cruenta præferens dextra facem.
Thalamis sceleſtis: nubat his flammis meo,
Poppæa nato.

Idem Act.1.

Quæ nupta demens, nupsit incesta face.

Et alias. *Coniugem captam sibi.*
Toris nephandis flebili iunxit face.

Cicero pro Cluentio Auito. Non timuisse si minus vim deorum hominumque famam, at illam ipsam noctem, facesque illas nuptiales.

Virg.Eclog.viij.

Mopse nouas incide faces, tibi ducitur uxor.

Claudianus in carmine de nuptiis Honorij & Mar.

Alij funalibus ordine ductis
Plurima uenturæ suspendunt lumina nocti.

Ambrosius in libro de viduis. Vel cum accensis funalibus mox ducitur, nonne pompæ funebris exequias magis putat, quam thalamum præparari?

Statius Papinius in Syluis nuptiarum, quandam celebritatem describens.

Fronde, ait, uirent postes & feruent compita flammis.

Possent & ex Epigrammatis Græcis complura de nuptialibus facibus loca congeri. Eas faces Catullus in carmine de nuptijs Pelei, & Cato in lib. de re rustica non semel tædas iugales vocant: Valerius Flaccus faces iugales libro secundo Argonauticor. appellat. Lucanus libro secūdo, de bello Pharsal. faces legitimas. Statius Papinius tædas geniales, in Genethliaco Lucani lib.11.Syluarum, & festas tædas libro tertio Siluarum, vt & Claudianus libro secundo, de raptu Proserpinæ: Plutarchus ἑαύτιον a Romanis cereos appellatos tradit: vbi & illud adnotat quinque nec plures nec pauciores in nuptiis accendi solitas faces. Est etiam ibidem obseruandum, quod nostram illam de restitutione loci eius, quem paulo ante ex Varrone protuli, coniecturam confirmat apud Aediles accendi faces consueuisse. Hinc & nuptias sanctæ fœdera tædæ. Silius Italicus libro sexto, nominat. Fax autem illa quam prælucente noua nupta ducta erat, rapi ab amicis consueuerat, ne aut eam sub tecto viri vxor ea nocte poneret, aut vir in sepulchro comburendam curaret, quo vtroque alterius mors captari putabatur. Enimuero silentio præterire nō possum quod quibusdam visum iri posse scio, in altum tolli nubentes priscis temporibus consueuisse: Qua de re nos subtilis ingenij vir noster Loysilius, ex Optati Afri.lib.sexto, admonuit, quo loco in Donatistas qui virgines post crines semel solutos ad iteratam professionem adegerant, ita inuehitur. Inueniſtis igitur huiusmodi virgines, quæ iam spiritaliter nupserant, quasi secundo coegistis ad nuptias: vt crines iterum soluerent imperastis. Hoc, nec mulieres patiuntur quæ carnaliter nubunt, ex quibus si alicui maritum mutare contigerit, non reperitur illa temporalis festiuitas. Nō in altum tollitur, non populi frequentia procuratur. Verum ex suæ id gentis potius quam Latiæ moribus ab Optato mihi videtur esse dictum.

Compertum siquidem habeo apud Pœnos, Græcos, Aegyptios vsu receptum fuisse, vt nubentes sellæ insidentes, curruque sublimes vectæ a patris domo in mariti domicilium transferrentur. Quod ego Apulei, Pollucis, Synesij, Suidę testimonijs ita aperte comprobabo vt nullus dubitationi relinquus sit futurus locus. Apuleius quidem Apologia pro seipso secunda sic habet. Venit igitur ad eum noua nupta secura & intrepida, pudore dispoliato, flore exoleto, flammeo obsoleto, virgo rursum post recens repudium nomen potius asserens puellæ, quam integritatem. Vectabatur Octaphoro. Vidistis profecto qui adfuistis, quam improba iuuenum circumspectatrix, quam immodica sui ostentatrix. Pollux vero libro tertio, Onomast.cap.3. ἐπὶ ξύγος δὲ inquit, οἱ νύμφαι ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ μετὴεσαν. Quod latius ac copiosius a Suida exponitur in voce ξυγος. ξυγὸς ξανὶς ait, τὸν λεγόμενον ἁμαξίδα ἢ ἔστιν ὁμοία διέδρῳ, ἐν τῷ τῆς νύμφης μέσον ποιοῦνται. παραλαβόντες δὲ αὐτὸν ἐκ τῆς πατρῴας ἑστίας ἐπὶ τὸν ἅμαξαν ἄγουσιν, ἐς τὰ τοῦ γαμοῦντος ἑσπέρας ἡμιόνοις κατηνίοις δὲ τρισὶ ἐπὶ τῇ ἁμάξῃ, μέσῃ μὲν ἡ νύμφη, ἐκάτερθεν δὲ ὁ νυμφίος καὶ ὁ πάροχος. Synesius quoque Epist.111. de puella post patrui funus nubente agens, quē nos, quod eius verba paulo obscuriora sint, Latine loquentem faciemus. Vix ergo, inquit, expectato septimo die quo nos iusta mortuo feceramus, epulumque funebre agitaueramus anum deliram nutricem suam in vehiculū mulis iunctum tollens, meridie, quo tempore forum populi frequentia repletum erat, insignibus ornata, pompæ more currum agens recta Theuchira (nomen id est vrbis Cyrenaicæ præfecturæ) contendebat. Futurum enim est vt sequenti die fasciis redimita caput, ac Cybeles instar turrita vrbem circumeat & oberret. Hæc ille. Sed & Constantinopoli idem vsu receptum fuisse videtur, quemadmodum indicio sunt Claudiani versus, quos ex carmine de nuptijs Honorij & Mariæ subiungam.

Ante fores iam pompa sonat, pilentaque sacram
Præradiant ductura nurum, calet obuius ire
Iam princeps.

At vero priscis Romanis quorum duntaxat ritus exequi mihi propositum est, curulem illam nouæ nuptæ trāsuectionem in vsu fuisse nusquam legi. Quinimo a pueris patrimis & matrimis duobus manu ductam nubentem Sext. Pomp. non obscure significat. Nubentes plane colus compta cum fuso & stamine comitabatur. Cuius moris grauissima duo testimonia proferam. Vnum ex Plutarcho ἐν αἰτίοις. τὴν νύμφην, ait, εἰ σάγοντες, νάκος ὑποστρωννύουσι, αὖλιν δὲ εἰσφέρει μὲν ἡλακάτην καὶ ἤνα τραπόν. Alterum ex Plinio, apud quem lib.8. Natu.histor.cap.48. ita est. Lanam cum colo & fuso Tanaquil, quæ eadem Cæcilia vocata est, in templo Sangi durasse prodente se auctor est M. Varro, factamque ab ea togam regiam vndulatam in æde fortunæ, qua Seruius Tullus fuerat vsus. Inde factum vt nubentes virgines comitaretur colus compta, cum fuso & stamine. Illam autem de colo & fuso Caiæ Cæciliæ obseruationē nec Plutarch. prætermisit, cuius hæc sunt in illo eo. lib. verba. ἡ διὰ τὸν γάϊαν καὶ ἡλίαν καλὴν καὶ ἀγαθὴν γυναῖκα τῶν ταρκυνίων παῖδον ἑνὶ συνοικήσασαν, ἧς ἐν τῷ τὸ σάγητα ἱερῷ χαλκῆς ἀνδρίας ἔστηκεν, ἐκείνη δὲ πάλαι καὶ σαρδάλια καὶ ἀπτραπτοι. Quo loci σάγητα pro σαγὸς scriptum esse prima facie quis superioribus Plinij motus verbis iudicaret. Et ita certe Genium eum nuncupat Liuius libro octauo: Aedes eius, ait, quæ essent in Palatio diruendas: bona Semoni Sango censuerunt consecranda. Quod ex eis redactum, ex eo ænei orbes facti, & positi in sacello Sangi versus ædem Quirini. Nam & Genij Sangi sacellum in eadem cum nouo Quirini templo regione vrbis Romæ, Pub. Victor & Sex. Ruffus collocant. Idem Liuius libro trigesimo secundo. Veliterni ædem fuisse Sangi narrat. Sextus etiam Pomp. lib. decimo quarto. Propter viam, ait, fit sacrificium quod est proficiscendi gratia Herculi aut Sango, qui scilicet idem est Deus. Lactantius Firmia. libro primo. Diuinar. Institutio.cap.15. Priuatim vero singuli populi, gentis aut vrbis conditores, seu viri fortitudine insignes erant, seu feminæ castitatem mirabiles, summa veneratione coluerunt, vt Aegyptij Isidem, Mauri Iubam, Macedones Cabyrium, Pœni Vranum, Latini Faunum: Sabini Sangum (aut, vt alij codices habent, Sancum.) Verum M. Cato in Originum fragmentis, quē Sabini Sangum (nam illic Sangum vitiose scriptum est) dicerent, Romanos Sanctum pronunciasse, Barbaros Sagam dixisse notat. Vtrunque etiam promiscue dictum B. Augustinus lib.18. de ciuit. Dei. cap.19. declarat. Sabini etiam, ait, regē suum primum Sangum siue, vt aliqui appellant, Sanctum retulerunt in Deos. Vt proinde σάγητος scriptura apud Plutarchū mutanda esse non videatur, quam video Latinorum quoq; auctorum in libris hæsisse: veluti apud Ouid.lib.vj.Fastor. vbi Deus hic aut Semideus potius, quo de agimus, idem eē cum Fidio & Hercule declaratur his versibus.

Quærebam Nonas, Sancto Fidioue referrem,
An tibi semipater. Tunc mihi Sanctus ait.
Cuicunque ex illis dederis, ego munus habebo:
Nomina terna fero, sic uoluere Cures.
Hunc igitur ueteres donarunt æde Sabini:
Inque Quirinali constituere iugo.

Apud Silium etiam Italicum lib.viij. de bello Punico, quo loco de Nursinis & Tetricæ rupis accolis agit, versus hi leguntur.

Ibant, & læti pars Sanctum uoce canebant
Auctorem generis, pars laudes ore ferebant
Sabe tuas, qui de patrio cognomine primus
Dixisti populos magna ditione Sabinos.

Sed & Varro (ex cuius recognitione magnam a philologis omnibus gratiam Vertranius Maurus raræ vir & reconditæ

ditæ doctrinæ iniuit) lib. iiij. de Lingua Lat. Vnde, ait, ſub Dio, Diuo. Dius fidius. Itaque inde eius perforatū tectum vt videatur Diuum ideſt cœlum. Quidam negant ſub tecto per hunc deierare oportere. Aelius Gallus Dium fidium dicebat, Diouis filium Διόνερον, Caſtorem, & putabant hunc eſſe Sanctum ab Sabina lingua & Herculem a Græca. Accedat & Dionyſij Halicar. auctoritas, cuius hæc ſunt lib. iiij. uerba αὐτῶν τῶν ὁρκίων ἐστὶ μνημεῖον ἐν ῥώμῃ κάμενον ἐν ἱερῷ Διὸς πίστιος, ὃν ῥωμαῖοι φίγκτον καλοῦσι. In quibus verbis conuentendis aptius meo quidem iudicio Dium Fidium quam Iouem fidei præſidem interpres dixiſſet. De eo etiam accipiendum eſt quod apud eundem auctorem lib. ij. de Medio fidio narratur: Quem locum conſulendum cuique relinquam: dum tamen errati, quod illic deprehendet, monitorem me & præmonſtratorem habeat. Nam μοδιον φαβιδιον eum vitio ſcriptum inueniet pro μέδιον φίδιον. Non abſimili errore apud Sex. Ruffum in deſcriptione regionis tertiæ vrbis Romæ Sangi fidoni pro fidij ſcriptum eſſe faciè exiſtimarim. Eius vero ſimulacrum ex marmore antiquo in libro Epigrammat. vrbis Romæ expreſſum eſt Quin & in inſcriptione quada Reatina ita habetur, SANCTO FIDIO SEMIPATRI DE DECVMA VICTOR TIBEI LVCIVS MVMVS DONVM MORIBVS ANTIQVEIS PRO VSVRA HOC DARE SESE IVSSVM ANNO SVO PERFECIT. In qua inſcriptione Semipatris appellatio ad enarrationem Ouidij verſuum notanda eſt. Atque vt in hoc vocabulo, diutius, quāquā non ſine fructu, immorantem me æquiore animo philologiæ ſtudioſi ferāt, adiiciam pro coronide, epitheti quod a Liuio Sango huic tribuitur, explicationem: qua gratum me eis feciſſe, ſi cādidi ſunt, adgnoſcens. Quotus quiſque enim eſt qui in eum Liuij locum incidens quo Semonem Sangum nominat, inſolētia vocis turbatus nō hæſitet, ac ſubſiſtat? Eius certe vocis vim ac poteſtatem vnus mihi Fulgentius Placiades in libello obſcurarum vocum ad Calcid. patefecit: cuius vtilitatis in ſcriptis libris (quorum ope libellum eum aliquando integritati ſuæ reſtitui poſſe non diffido) habentur, producā SE MONES, ait ille, dici voluerunt Deos, quos nec cęlo adſcriberent obmeriti paupertatē, ſicut sūt Priapus, Hippona, Vertumnus. Nec terrenos eos deputare uellent, pro gratiæ veneratione. Sicut Varro in Myſtagogorū libro ait. Semonèque inferius derelicto, Deum depēnato attollam orationis alloquio. Ex quo auctore (nec enim alij indicij precium & τὰ μύνυτρα deberi puto) poſtea Merulam & Beroaldum eius vocis ſenſum aſſecutos, deprehēdi. Vnde Semonē Sāgum id eſt Semideū & Medioximū Liuius dixit. De his autem Deorū gradibus atque ordinibus videndus eſt Apuleius in lib. de Dogmate Plato. & iterum in lib. de Deo Socratis & Martia. Capel. li. j. de nup. Philolog. Sed labor longius a propoſito, ad quod tamen nō ante reuertar, quàm admonuero a Plutarcho reliquos omnes auctores in eo diſſidere, quod non vnius ex Tarquinij liberis, ſed Tarquinij Priſci vxorem Caiam Cęciliam quæ eadem Tanaquil vocitata eſt, fuiſſe ſcribant. Qua de cauſa Sex. Pompeij verba, quod ad rem apprime faciant, ſubiungenda duxi. Caia Cæcilia, ait, eſt appellata vt Romam venit, quæ antea Tanaquil vocitata erat: vxor Tarquinij Priſci Romanorū regis: quæ tantæ probitatis fuit vt id nomen ominis boni cauſa frequentent nubentes: quam ſummam adieuerant lanificam fuiſſe. Iulius Paris in Epito. lib. x. Valer. Max. Ceterum Caia vſu ſuper omnes celebrata eſt. Fertur enim Caiam Cæciliam Tarquinij Priſci regis vxorem, optimam lanificam fuiſſe. Quid ergo? Erroris aut oſcitantiæ reum Plutarchum agemus? Mihi crimen hoc tam diligenti Romanarum antiquitatum inueſtigatori intendere religio eſſet. Crediderim itaque ſcripſiſſe eum ταρκυνιῶν ἐνὶ συνοικήσασαν ſed cum ταρκυνίᾳ imperitus librarius deſcripſiſſet, nihilo peritiorem quendam ſenſus ſupplendi cauſa vocem παιδῶν inſeruiſſe. Nunc ad rem. Præterea vtenſilia mulieris & quæ in vſu ac miniſterio eius erant, per puerum impuberem in vaſe operto geſtari conſueuerant. Puer Camillus: Vas ipſum Cumerum proprio nomine vocabatur. Varro lib. vj. de lingua Lat. Igitur dicitur in nuptiis Camillus qui Cumerum fert, in quo quod ſit in miniſterio plerique extrinſecus nectunt, Hinc Camillus nominatur in Samothraces myſteriis Dius quidam adminiſter Diis magnis. Verbum Græcum arbitror, quod apud Callimachum in poematis eius inueni. Verba vero hæc imperite ſunt apud Sex. Pomp. aut Paulum eius Epitomes auctorem, non deprauata modo, ſed & confuſa, & permixta lib. iij in quo ita eſt. Cumeram vocabant antiqui vas quoddam quod opertum in nuptiis ferebant, in quo erant nubentis vtenſilia quod & Camillum dicebant, eo q; ſacrorum miniſtrum κάμιλλον appellabant. Rectius vero alia parte Cumerum vas eſſe dicitur nuptiale a ſimilitudine cumerarum quæ fiunt palmeæ vel ſparteæ ad vſum popularem ſic appellatum. Quod vero ad Camilli vocem attinet, apud eundem Sex. Pomp. lib. vj. traditur, Flaminium Camillum puerum dictum ingenuum patrimum, & matrimū qui Flamini Diali ad ſacrificia pręminiſtrabat. Camilloſque ab antiquis miniſtros ſecundum nonnullorum ſententiam omnes pueros appellatos: ſicut habetur in antiquo carmine cum pater filio de agricultura præciperet:

Hiberno puluere verno lutu grandia farra Camille metes.

Macrob. li. iij. c. ix. ex Statio Tullian. de vocabulis rerum lib. j. ait Callimachum dixiſſe, Tuſcos, Camillum appellaſſe Mercurium: quo vocabulo ſignificabant præminiſtrum deorū Vnde apud Virgilium Camilla appellentur, Dianæ ſcilicet præminiſtra. Romanos quoque, pueros puellaſue nobiles, & inueſtes, Camillos, & Camillas appellaſſe, Flaminicarum & & Flaminum præminiſtros. Nec non Seruius in lib. xj. Aeneidos. Camilla, ait, quaſi miniſtra dicta eſt. Miniſtros enim & miniſtras impuberes, Camillos & Camillas in ſacris vocabant. Vnde & Mercurius, Hetruſca lingua, Camillus dicitur, quaſi miniſter Deorum. Et vt ſymbolam quoque Græci auctores ad huius vocabuli explicationem conferant, Dionyſius Halicar. lib. ij. Antiquitat. ex Romuli inſtitutis, ſacra quę dam per mulieres celebrata, memorat: in eiuſque miniſterij ſocietatem etiam liberos vocatos. Orbis vero, & prole carē tibus conceſſum, ex quaque tribu puerum, & puellam elegāti forma optare ac ſeligere, quo ſacris miniſtrarent; puer quidem donec pubertatis annos attigiſſet: puella vero donec nupſiſſet. Idem adiicit, quo munere apud Hetruſcos, & antea apud Pelaſgos in Curetum, & maiorum gentium Deorum myſteriis fungebantur, qui ab iis κάδμιλοι vocabantur: eodem functos apud Romanos, qui Camilli vocabantur: Sed & Plutarchus in Numa, τὸν ὑπηρετοῦντα τῷ ἱερῷ τῶ Διὸς ἀμφιθαλῆ παῖδα Camillum dici tradit. ὥς, ait, καὶ τὸν ἑρμῆν ἅπαντες ἐνιοι τῶν ἑλλήνων κάμιλλον ἀπὸ τῆς διακονίας προσηγόρευσαν. Quæ eo pluribus, vt ſenescentis iam vocabuli, vetuſtate pæne obliteratam ſignificationem excitarem. Quinetiam aſſes tres ad maritum nubentes deferebant, vt apud Nonium Marcellum Varro ſcribit, quorum vnum quem in manu tenebant tamquam menti marito dare, alium quem in pede habebant in foco Larium familiariū ponere: Tertium in ſacciperio in compito vicinali reſignare ſolebant. Atque eo quem ſupra deſcripſi comitatu, nubentes ad mariti ædes accedebant. Aediū porro fores floribus, & frondibus ornari conſueuerant. Vnde Catullus in carmine de nuptiis Pelei.

Veſtibulum vt molli uelatum fronde uireret

Iuuenalis Satyra vi.

Longa per anguſtos figamus pulpita uicos
Ornentur poſtes & grandi ianua lauro.

Lauro quippe poſtes ornare tam in publicis quam priuatis gaudiis moris erat. Tertullia. Apologet. cap. xxxv. O nos merito damnandos. Cur enim vota & gaudia Cæſarum caſti & ſobrij, & probi expungimus? Cur die læto non laureis poſtes obumbramus? Plin. lib. xv. Natur. hiſtor. c. vlt. Laurus rrium phis proprie dicatur, vel gratiſſima domibus, ianitrix Cæſarum, Pontificumque ſola, & domos exornat & ante limina excubat. Latinus Pacat. in Panegy. Theodoſ. de publica quadam congratulatione tractans. Quid portas, air, virentibus ſertis coronatas, quid aulæis tardantes plateas, accenſiſque funalibus auctum diem? Rutilius Claud. Itinerarij lib. j.

Feſta dies pridemque meos dignata parentes
Poſte coronato vota ſecunda colat.
Exornent uirides communia gaudia rami.

Ex hoc vero more, Iuuenalis de muliere ſtatim poſt nuptias diuertente, dixit.

Ornatas paulo ante fores, pendentia liquit.
Vela domus & adhuc uirides in limine ramos.

Statius Papin. lib. j. Syluar.

Fronde uirent poſtes, & feruent compita flammis.

Claudianus lib. ij. de raptu Proſerpinæ, quo apparatu, ea in thalamos Plutonis veniens excepta ſit, narrans

Pars, inquit, aulęa tenent, alij prætexere ramis
Limina.

Enimuero pro foribus ædium mariti, interrogatę nubentes, quæ nam eſſent, Caias ſe eſſe reſpondebant. Hoc ita auctor Epitomes libro decimo. Valerij Max. ſcribit. Cæterum Caia vſu ſuper omnes celebrata eſt. Fertur enim Caiam Cæciliā. Tarquinij Priſci regis vxorem, optimam lanificam fuiſſe. Et ideo inſtitutum fuit, vt nouæ nuptæ ante ianuam mariti interrogatæ quænam vocarentur, Caiam eſſe ſe dicerent. Plutarchus plane ἐμ αὐτίος eos qui nubentem introducerent ei verba hæc ſuggeſſiſſe teſtis eſt, Vbi tu Caius ego Caia: Quorum verborum eum eſſe ſenſum quidam exiſtimabāt: vbi tu dominus & paterfa. ego domina & marerfa. vt quemadmodum Iureconſulti, in exemplis proponendis Caij Seij, & Lucij; Philoſophi vero Theonis & Dionis nomina vſurpant,

Source : BIU Cujas

pant,ita & in nuptialibus his cerimoniis, nomen Caiæ exempli cauſa fuerit vſitatum. Aliis, Caiæ Cæciliæ nomini, quod omnis boni cauſa,vt iam ex Sex.Pomp.docuimus,nubentes frequentabant, morem hunc accepto ferendum eſſe magis placebat. Certe Iureconſultos ridendi ea res Marco Tullio argumentum præbuit in Oratio.pro Muræna,Vt Caia,ait,qa in alicuius libris,exēpli cauſa id nomen inuenerant,putarunt omnes mulieres, quæ coemptionem facerent, Caias vocari. Quintilianus lib.1. Cap. vij Nam & Caius C. litera notatur, quæ inuerſa mulierem declarat: quia tam Caias vocitatas eſſe quam Caios ex nuptialibus ſacris apparet. Poſtes verò ianuæ lana tāgi a nubentibus adipeque vngi & oblini conſueuerant. Vnde vxores quaſi vnxores dictas Grammaticis placet.Plinius lib. xxix. Natura.hiſtor.ca.ij.Lanis auctoritatem veteris Romani etiam religioſam habuere,poſtes a nubentibus his attingi iubentes. Ex quo illud Lucani nuptiarū quandam feſtiuitatem deſcribentis,lib.ij.de bello Pharſal.

Infulaque in geminos diſcurrit candida poſtes.

Plutarchus ἐν αἰτίοις,de noua nupta loquens ἐρίωδε, ait, ἵνα ὑφ' ἑαυτὴν περιστέφῃ τὸν ἄνδρα. Donatus in iij. ſce. Hecyr. Terentij. Vxor dicitur ab vngendis poſtibus,& figenda lana,id eſt, quod cū puellę nuberent, maritorum poſtes vngebant, ibique lanam figebant.Seruius in 1111. Aeneidos.Moris,ait, fuit vt nubentes puellę ſimul ac veniſſent ad limen mariti,poſtes antequā ingrederentur ornarent laneis vittis,& oleo vngerēt:& ideo vxores dictæ quaſi vnxores. Quæ verba, vt alia pleraque Iſidorus ſuppreſſo auctoris nomine, in ſuam Etymologiarum farraginem tranſcripſit.lib. ix. cap. vlt. Quod vero ad vnctionem attinet,Plinius lib.xxviii.ca.ix. nouas nuptas adipe lupino poſtes inungere ſolitas, ne quid mali medicamenti inferretur ſcribit.Inde Arnobius lib.3.aduerſus gentes. O egregia numinum, ac ſingularis interpretatio poteſtatū. Niſi poſtes virorum adipali vnguine oblinerentur ab ſponſis, & quæ ſequuntur:vbi etiam vnxionibus iis deam Vnxiam præfuiſſe ſcribit. Quod cognomen antiquitatem lunoni indidiſſe Martianus Felix li.2.docet, in quo Philologia his verbis Iunonē affatur. Cum nihil contagionis corporeæ ſexu intemerata pertulerim,iterducam & Domiducam, vnxiā,Cinxiam, mortales puellę debent in nuptias conuocare,ut earum & itinera protegas,& in optatas domos ducas & cum poſtes vngent, fauſtū omē adfigas. Vnctione peracta,noua nupta limen ianuę tanſilibat,eoque modo in ędes inducebatur.Religioni quippe habebant, ſi in tranſgrediendo mulier limen contigiſſet. Vnde Catul.in Carmine de nuptiis Iul.& Manl.

Transfer,omine cum bono,
Limen aureolos pedes,
Raſilemque ſubi forem.

Lucanus lib.2 de bello Pharſal.

Turritaque premens frontem matrona corona
Tranſlata vitat contingere limina planta.

Plutar.ἐν αἰτίοις,huius moris cauſas perquirens. Διὰτι, ait, τὴν γαμουμένην δεῖ ἐθῶσι αὐτὴν ὑπερβῆναι τὸν (ſic.n.lege non τὴν) ἐδὸν τῆς οἰκίας, ἀλλὰ ὑπεραίρεσιν αὐτῇ προπέμπουσι. Cuius rei tres rōnes adfert. Vnam quod Sabinæ a Romanis raptæ. eodem genere ac modo ſint in ædes introductæ Hoc enim valent ea verba. πότερον ὅτι τὰς πρώτας γυναῖκας ἁρπάσαντες ἔτυχε εἰσήγαγον, αὐταὶ δὲ δεῦρο (ita .n. veteres codices recte habent) ἐσῆλθον. Quam rationem idem auctor probat in Romulo, his verbis. Διαμένει δὲ μέχρι νῦν τὸ τὴν νύμφην αὐτὴν, ἀφ' ἑαυτῆς μὴ ὑπερβαίνειν τὸν οὐδὸν εἰς τὸ δωμάτιον, ἀλλ' αἴρομένην ἀσφέρεσθαι, διὰ τὸ μὴ τὸ τε νομισθῆναι βιασθεῖσας, μὴ εἰσελθεῖν. Secundam huius obſeruationis rationem idem auctor reddit,quod in eum locum in quo pudicitiam eſſent amiſſuræ, quodammodo inuitas & nolentes ingredi virginali pudori conſentaneum eſſet, Addit & tertiam, vt quas coacta ingreſſa eſſet ædes,eas non niſi inuitam eam egreſſuram ominarentur. Cuius rei demonſtrandæ cauſa, in Beotia currus axem proforibus comburi ſolitum narrat.ἐμφαίνοντας, ait, δεῖν τὴν νύμφην ἐμμένειν: (nam ita legendū,non vt vulgo perperam ἐμβαίνειν, non modo ſcripti codices ſed & Latina verſio docent) ὡς ἀνήρημένου τοῦ ἁπάξοντος. Varroni autem placuiſſe Seruius in viij. Virgilij Eclog auctor eſt,ideo ſponſas limen non tetigiſſe, vt ne a ſacrilegio inchoarent,ſi depoſiturę viginitatē,calcarent rē Veſtæ ideſt, numini caſtiſſimo conſecratam. At Iſidorus li. ix. Etymolog. cap. vlt. nouas nuptas limen calcare vetitas tradit, quod illic ianuæ & coeant & ſeparentur. Secundum quæ apud Plautum Caſina ſuſpenſo greſſū limen tranſgredi admonetur.

*Senſim,*ait,*ſuper attolle limen pedes noua nupta*
Soſpes iter incipe hoc,ut uiro tuo ſemper ſis ſuperſtes.

Iam ingredienti nuptæ claues dabantur ad ſignificandam quemadmodum Sex.Pomp. explicat,partus facilitatem: vel quod magis eſt,vt ſignificaretur ei rerum omnium domeſticarū,quæ clauibus concludi ſolent,cura ac cuſtodia,tota de nique domus ac rei familiaris adminiſtratio, diſpenſatioque permitti. Nam & ex diuerſo cum illi nuntius remittebatur, claues adimebantur,vt Cicero iii.in Anton. Oratio.indicat, Mimam, inquiens,exegit,claues ademit,res ſuas ſibi habere iuſſit ex xij.Quem locum belle ac feliciter Petr. Victor.reſtituit. Atque adeo ἐκ τῆς ἡλιδῶν ὑποθολῆς viro vxorem repudiare Romulus cōceſſit,vt Plutar.in eius vita auctor eſt.Hoc amplius,vt reliqua perſequamur,in pelle lanata, quemadmodū a Sex. Pomp, traditur, noua nupta ſtatuebatur, vel propter morem veteſtum, quo antiquitus homines pellibus erant induti,vel quo teſtaretur ſe lanificij officium viro præſtaturā. Et hoc eſt quod Plutar.ἐν αἰτίοις, ait, τὴν νύμφην εἰσάγοντες, νάκος ὑποστρωννύουσιν. Siquidem νάκος interprete Suida ἔνδυμα ſignificat ἢ τὸ δέρμα τροθάτου. & Heſichius vocem νάκεσι, δέρμασι προβάτων valere ſcrib.1.Sed & aqua & ignis nuptiarum ſollemnibus adhiberi conſueuerāt.Hinc Scęuola noſter. Die,inquit, l.penul.D.de dona.inter vir.nuptiarum priuſquam ad virum tranſiret,& priuſquam aqua & igni acciperetur.Sic enim rectius in Florentino codice, quam vt in aliis, Aqua & ignis acciperetur, ſcriptum eſſe Seruius hunc quoque morē referens comprobat,ad illum ex.iiij.Aeneid. verſum.

Dant ſignum:fulſere ignes, & conſcius æther
Coniugij:

Vbi hæc Varronis verba ab eo recitantur.Aqua & igni mariti vxores accipiebant. Vnde & hodie faces prælucēt & aqua petita de puro fonte per puerum feliciſſimum, vel puellam quæ intereſt nuptiis,de qua ſolebant nubentibus pedes lanari. Apud Sex.Pomp.aut potius Paulum,qui eum in Epitomē infeliciſſime contraxit,lib.j.verba hæc legūtur. Aqua, & igni interdici ſolet damnatis,quæ accipiūt nouæ nuptæ:videlicet quia hæ duæ res maxime vitam continent. Et iterum. Aqua aſpergebatur noua nupta, ſiue vt pura caſtaque ad virum veniret,ſiue vt ignē & aquam cum viro communicaret. Varro lib.iiij.de lingua Latina.Igitur, ait,cauſa naſcendi duplex, aqua & ignis:ideo ea, in nuptiis in limine adhibebantur, qđ coniungit. Hinc & mas ignis quod ibi ſemen aqua fœmina, quod fœtus ab eius humote & eorum coniunctione ſumit Venus. Quam Varronis rationē Plutarchus ἐν αἰτίοις his verbis expoſuit Διὰ τί νύμφην γαμουμένην ἅπτεσθαι πυρὸς καὶ ὕδατος κελεύουσι. πότερον τούτων ὡς ἐν στοιχείοις καὶ ἀρχαῖς τὸ μὲν ἀῤῥενὲ στὶ τὸ δὲ θῆλυ, καὶ τὸ μὲν ἀρχῆς κινήσεως ἐνίοις τὸ δὲ ὑποκειμένης καὶ ὕλης δύναμιν. Alias tamen ille huius moris rationes, quas commemorare nihil attinet, adfert. Illam vero quam ex Feſto primū reddidimus, Ouidius li.4. Faſtor. amplexus eſt,cū de aqua & igni agēs, ita ſcribit.

An quod in his vitæ cauſa eſt,hæc perdidit exul
His noua ſit coniunx,hęc duo magna putant?

At Dioniſius Halicar.huius inſtituti orignem a Romulo arceſſit lib. ij. Antiquitat. κατέλεξεν, ait, αὐθις ἐν τῶν ἀγάπων ἅμαρας ἑσαρίθμους πατρίκιος ἑκάστης ἑταίρους μεσοῦς αὐτοὺς συνάρμοσε καὶ ἑπὶ κοιμωνίᾳ πυρὸς καὶ ὕδατος ἐγγυῶντες γάμους ὡς μὲχρι τῶν καθ' ὑμᾶς ἐπιμελεῖσθαι χρόνων Accedat & Varronis teſtimonium ex lib. ij. de vita pop. Ro. quod a Nonio Marcello refertur in verbo, Titionem. & in verbo Felix, ſed vtrubique ita corrupte vt inde ſenſus nullus elici poſſe videatur.Sic aūt reſtituendū cenſeo. Contra a nouo marito cum ignis e foco in titione ex felici arbore,& in aquali aqua allata eſſet.Quæ verba ad hunc ſolemnē nuptiarum ritum perſpicuum eſt pertinere, vt in titione id eſt,fuſte ardente,ignem,in aquali quæ vox vas aquariū ſignificat, aquā a nouo marito allatā ſignificent.Hūc vero reſpiciens Statius Papin.in Epitalamio Stellæ & Violātillæ, Muſas ad eorū nuptias cōueniētes,ignē & aquam geſtātes facit.

*Procul,*ait,*ecce canoro*
Demigrant Helicone Deæ quatiuntque nouena
Lampade ſollemnem thalamis coeuntibus ignem.
Et de Pieriis vocalem fontibus vndam.

Valerius Flacc.lib.viij. Argonauticor.

Inde vbi ſacrificas cum coniunge venit ad aras
Aeſonides,vnaque adeunt,pariterque precati
Incipiunt,ignem Pollux,vndamque iugalem
Prætulit.

Eodem etiam reſpexiſſe videtur Claudianus lib. ij. de nupt. Proſerp.cum ait,

Confeſſus ſocerum nimbis Hymenęus hiulcis
Intonat,& triſtes firmant connubia flammæ.

Hic commode, Cœnæ nuptialis,ſilentio minime prætermittendam mentionem ſubiici poſſe, & vero debere exiſtimo: qua opipare ac laute acceptos cōuiuas fuiſſe, facile quis vel me tacente intelligeret.Plautus Curculio. Act.v. Sc. penult.

Tu vt hodie aduenienś cęnam des ſororiam
Hic nuptialem cras dabit.

Rurſus Sc.vlt.

Tu miles apud me cęnabis:hodie fient nuptiæ.

Cicero lib.ij. Epiſt.ad Q.fr. Pridie idus hæc ſcripſi ante lucē.

Eo

Eo hodie apud Pomponium in eius nuptiis eram cœnaturus. Iuuenalis Sat. vj.

Ducendi nulla videtur
Cauſa, nec eſt quare cœnam, & muſtacia perdas.

Sueton. in Calig. cap. xxv. Alij tradunt adhibitum cœnę nuptiali mandaſſe ad Piſonem contra accumbentem. Noli vxorem meam premere: ſtatimque e conuiuio abduxiſſe eam ſecum: Auſon in Epiſt. ad Paulin.

Natalis ſi forte fuit ſollemnis amico
Coniugioque dapes, aut ſacra Repotia patrum.

Has epulas geniales, Claudianus lib. ij. de Raptu Proſerp. vocat. Extat vtique in Sympoſiac. Plutarchi caput, quo tractatur Διὰ τί πλείους ἐν γάμοις ἐπὶ τὸ δεῖπνον καλῶσιν. Leges ſane ſumptuarias quibus efferuescens Romanorū luxuriæ æſtus coercebatur, nuptias aliquid indulſiſſe, & de præſcripta victus ac cœnarum tenuitate remiſiſſe accepimus. Lex ſiquidem Licinia cum in certos quoſdam dies centenos æris impēdi permiſiſſet, nuptiis ducenos indulſit. Lex vero Iulia quę ad populum Cæſare Auguſto imperante peruenit, profeſtis diebus ducentos finiit, Calendis, Idibus, Nonis & aliis quibusdam feſtiuis, trecentos. Nuptiis autem & Repotiis H. S. milies eſſe conceſſit, quemadmodum Gellius lib. 2. ca. xxiiij. refert. Vt autem nuptiis apud virum cœnabatur, ita ſponſaliorum nomine conuiuium præberi ſponſo a puellæ parentibus conſueuiſſe, nō male mihi videor ex his Ciceronis verbis coniicere quæ ſunt lib. ij. Epiſt. ad Q. Fratrem. Ad viij. Idus April. ſponſalia Craſſipedi præbui. Huic conuiuio puer optimus Quintus tuus, meuſque, quod perleuiter commotus fuerat, defuit. Satagebant profecto veteres vt quā maxima populi frequentia, celeberrimoque, prout ipſi loquebantur, officio nuptæ deducerentur. Sueto. in Calig. cap. xxv. Liuiam Horeſtillam C. Piſoni nubentem, cum ad officium & ipſe veniſſet, ad ſe deduci imperauit. Idem in Nero. ca. xxviij. de Sporo agens, Cum dote, ait, & flammeo per ſollemne nuptiarum celeberrimo officio deductum ad ſe, pro vxore habuit. Quintilianus Declamario. cccvj. Aſpice illam virginem quam pater tradidit, euntem die celebri comitante populo: Eaque ratione feriis publicis & feſtis diebus virgines contra atque viduas minime nupſiſſe Plut. ἐναίλιος, ſcribit, ὅτι ἧττ μὲν παρθένος καλὸν μὴ ὀλίγων, ταῖς δὲ χήραις οὐχὶ πολλῶν ὁρίων γαμεῖσθαι. Enimuero Carthagini maritis nouis multa fuiſſe conuiuia obeunda, ſed & ſportulas ciuibus erogandas Apuleius Apologia pro ſe ipſo ſecunda indicat. Quorum ſumptuum moleſtiis vt ſuperſederet, in ſuburbana ſe villa potius quàm in oppido vxorem duxiſſe profitetur. Tibiam vtique nuptialibus feſtiuitatibus interueniſſe, non pauci auctorum loci declarant. Plaut. Caſſina. Age tibicen dum illam educunt huc nouam nuptam foras.

Suaui cantu concelebra hanc plateolam.

Terentius Adelph. Act. 6 Sc. vij.

Verum hoc mihi mora eſt.
Tibicina & Hymenæum qui cantent.

Et mox.

Miſſa hæc face
Hymenæum, turbam, lampadas, tibicinas.

Cicero aut Cornificius lib. iiij. Rethoricor ad Herenn. De parte eius matrimonij commouebant? (aut, ut alias, commonebant) Nam hic omnis ſanctimonia nuptiarum, vno ſigno tibiarum intelligitur. Apuleius lib. iiij. de Aſino aur. Iam feralium nuptiarū miſerrimæ virgini Choragium ſtruitur. Iam tedæ lumen atræ fuliginis cinerem arceſſunt, & ſonus tibiæ zygiæ (ea enim recta eſt quam & Beroaldus amplectitur lectio) mutatur in querulum Lydij modū. Claudianus in Epithalamio.

Dicant peruigiles carmina tibiæ.

Præterea Talaſſionem in nuptiis Romanos non ſecus atque Græcos Hymenæum inclamare conſueuiſſe ſciendum eſt. Vnde Martial. Epigr. lxiiij.

Quid ſi me iubeas Talaſſionem.
Verbis dicere non Talaſſionis.

Idem lib. xij. Epigrammat.

Nec tua defuerant verba Talaſſe tibi.

Quam acclamationem ex eo inoleuiſſe, Liuius lib. 1. auctor eſt, quod in Sabinarum raptu, virgo vna longe ante, alias ſpecie & pulchritudine inſignis a globo cuiuſdam Talaſſij rapta fuerit: multisque ſciſcitantibus cuinam eam ferrent deducendam, ne quis violaret, Talaſſio eam ferri clamitatum. Qua de cauſa vocem hanc nuptialem factam, & ad poſteros inde manaſſe Plutarchus quoque in Romulo & in Αἰτίων libro cenſet. Euſebius etiam in Chronico ſecundum B. Hieronymi verſionem. Sabinæ, ait, raptæ anno ab vrbe condita tertio, & vna virginum pulcherrima, cunctorum acclamatione ſapientiū Talaſſio duci Romuli decernitur. Vnde in nuptiarum ſollemnitatibus, Talaſſio vulgo acclamitant, quo ſcilicet talis nupta ſit, quæ Talaſſium habere mereatur. Hanc eādē acclamationis huius nuptialis rationem Seruio quoque placuiſſe video, qui ſuperioribus conſentit ad eum verſum lib. 1. Aeneid.

Pergama cum peteret inconceſſoſque Hymenæos

Nonnullis tamen, ad lanificium vocis huius originem cauſamque referendam eſſe, videbatur. Qua in ſententia Varronem fuiſſe Sex. Pomp. teſtatur, Talaſſionem, inquiens, Varro ait ſignum eſſe lanificij. Talaſſionem enim vocabant quaſillum qui alio modo appellatur calathus: vas vtique lanificiis aptum. Itaque Plutarc. ἐναίτιος inter ceteras decantati in nuptiis Talaſſionis rationes hanc primo loco ponit. πότερον ἀπὸ τῆς Ἀλασίας. καὶ γὰρ τὸ τάλαρον τάλαντον ὀνομάσθη. Quæ verba conciſius quam par eſſet interpres ita conuertit. An propter lanificium quod quaſillum vocatur? Plenius quippe ita verti debuit. An propter lanificium? Et enim calathum Talantum nominant. Sed quid quæſo ſonat dictio Ἄλαντον? Equidem Romanam eam fuiſſe vel Latio donatā nuſquam reperi. Interpres eius loco, κασύλλον legiſſe videtur. Quæ quidem vxor pura puta Latina eſt, vel ipſo Seruio teſte, qui in 2. Eclog. Virgilij quem Græci κάλαθον vocant, Latine quaſillum dici admonet: citatque illud Cicero. Philippic. At vero inter quaſilla pendatur aurum. Sed ad Talaſſionis originem nequaquam vox ea accedit, ac ne adludit quidem. Sunt quibus pro τάλαντον, legendum videatur κάλαθον. Quod probare non poſſum, tum quia Calathus vox Græca eſt &, vt Euſtath. in v. Illiad. ix. ac x. Odyſſ. ſcribit, ἀπὸ τῶν κάλον ἤτοι ξύλων κυκλοφδῶς θεόντων ἢ γυρευόντων nomen inuenit: Tum quia Talaſſionis origni non magis quàm quaſillum reſpondet. Ego vnius ad huius vulneris medelam Sex. Pompei opera vti nos poſſe cenſeo, qui in eo quem ſupra produxi loco, priſcos Romanos quaſillum Talaſſionem vocaſſe ſcribit: quod tamen vocabulum vetuſtatis ſitu obrutum eſt. Ac proinde apud Plutarchum inepto ταλάντε nomine expuncto, ταλασιόνα vel ταλάσιον reponendum opinor. Neceſſe eſt enim ſi auctoris mentem ſartam tectamque ſeruare volumus, ταλάρε vocem Græcam Romana aliqua ex qua Talaſſionis vox fluxiſſe ac manaſſe ſono ipſo iudicetur, penſare: Ἄλαρος porro & ταλασία & ταλάσιος vocabula Græca ſunt. Quorum poſteriora duo valde corrupte apud Suidam non quidem auctoris, ſed librarij vitio expoſita lector offender. Illic enim ταλάσιον ἔργον ἢ ἐριουργιά, ταλασία ἐριουργία, ταλάσιος ἐριοῦργος vitioſiſſime definiuntur, quandoquidem ad lanificium non ad ſacrificium hæ uoces pertinent. Ideoque, ἐριουργία & ἐριούργος pro recta interpretatione reponi debent. Quod Heſychius conſultus ſatis comprobabit: quamquam hic error manifeſtior eſt quàm vt cuiuſquam auctoritate conuincendus ſit. Plane inter Τῆς γυναικωνίτιδος σκεύη, ταλάρους καὶ καλάθους Pollux lib. v. Onomaſt. numerat. Notat & Heſychius κάλαθον, γυναικεῖον σκεῦος εἰς ἐρίων παράθεσιν. ſignificare. Sic apud Virgil. lib. vij. Aeneid.

Non illa colo, calathiſue Minervæ
Femineas aſſueta manus.

Quid. lib. ij. faſtor.

Ante torum calathi, lanaque mollis erat.

Alias, tam Ἄλαρος quam κάλαθος Τυροκομεῖον ſignificant, vt ex Polluce lib. 1. cap. xi. & lib. vii. cap. x. & Euſtathio in iiij. Iliad. liquet, qui ταλάρε vocem inde deducit quod τάλας ἤτοι πλήμμυρις ἐστὶ ὑγροῦ τὸ αἴρειν τὰ ἐντιθέμενα. Inde apud Virgil. lib. 3. Georgic. Seruius Calathos vaſa ęnea exponit quibus lac vel recens caſeus in vrbem diſtrahitur. Cæterum, vt hunc locum concludā, lanificiis priſcas matronas valde deditas fuiſſe, præcipuamque his curam & operam impendiſſe conſtat. In fœdere certe inter Roma. & Sabinos percuſſo lex hæc atque conditio dicta eſt, vt volentes nuptæ apud viros quibus coniunctæ erant, manerent, omnium operum ac munerum vacationem, præterquam lanificij habituræ, vt eſt a Plutar. in Romulo memoriæ proditum. Inde Iuuenalis Sat. vj. veterum mulierum continentiam ac temperantiam prædicans,

Et vellere, ait, Tuſco
Vexatę, duręque manus.

Cuius moris tot ſunt a D. Tiraquello, altero noſtri ſeculi Varrone, in lib. de Legib. cōnubialib. congeſta terſtimonia, vt multitudine ſua lectore pæne obruant.

Enimuero nuces a nouis maritis iaci & pueris ſpargi conſueuiſſe indicant Catullus & Virgilius. Ille ſiquidem in carmine de nupt. Iul. & Manl.

Ne nuces, inquit, pueris neget
Deſertum domini audiens
Concubinus amorem.
Da nuces pueris iners
Concubine: ſatis diu.

Luſiſti

Lusisti nucibus.

Virgilius vero Ecloga viiij.

Sparge marite nuces: iam deserit Hesperus Oetam.

De cuius moris causa, parum video inter veteres cõueniſſe. Varro quidem, teſte Seruio ad eum Virgilij quem modo protuli, verſum, ſpargendarum nucum hanc eſſe rationem putabat, vt Iouis omine (ita quippe legi rectius credo, quam omne) matrimonium celebraretur: vt noua nupta matrona eſſet, ſicut Iuno. Nam nuces in tutela erant Iouis. Vnde & iuglãdes vocatæ, quaſi Iouis glandes. Quod ab Iſidoro quoque li. xvij. cap. vij. notatum eſt. Illud vulgare fuiſſe idem Varro tradiderat, idcirco ſparſas nuces, vt a rapientibus pueris fieret ſtrepitus, ne puellæ vox virginitatem deponentis poſſet audiri. Aliis placuit ea id gratia factum, vt ſe puerilibus omnibus ludis renuntiare, & iuuenialia cuncta ludicra relinquere maritus coindicio teſtaretur. Quo ſenſu Perſius dixit.

Et nucibus facimus quæcunque relictis
Cum ſapimus patruos.

At Plinius diuerſam reddit, quintamque inſuper perſtringi huius moris rationem, lib. xv. Natur. hiſtor. cap. xxij. Nuces t ait, Iuglandes quamquam & ipſæ nuptialium Feſcenninorum comites multum pineis minores vniuerſitate, eadem portione, ampliores nucleo. Nec non & honor his naturæ peculiaris gemino protectis operimento, puluinati primum calicis, mox lignei putaminis. Quæ cauſa eas nuptiis fecit religioſas, tot modis foetu munito. Quod eſt veriſimilius quã quia cadendo tripudium ſonumue faciant. Nubentibus vtique, prætextis depoſitis, a multitudine puerorum quos ad eã celebritatem frequentes conueniſſe nemini dubium eſt, obſcoena clamabantur, verſusque mollicie ac laſciuia diffluentes, maxima, nec vlli reprehenſioni obnoxia licentia occinebantur. Quos verſus Feſcenninos vocabant, ſiue quod ex vrbe Feſcennina allati eſſent, ſiue quòd Faſcinum arcere putabantur. Seruius in vij. Aeneid. ad ea verba,

Ili Feſcenninas acies.

Feſcenninum ſcribit oppidum eſſe Campaniæ, vbi nuptialia carmina ſunt inuenta. Seneca lib iiij. Declamatio de ſeruo loquens qui dominæ nupſerat. Inter nuptias, inquit, & Feſcenninis in crucem generi noſtri iocabantur. His enim verſibus libere & ioculariter multa in ſponſos, ſponſasque iaciebantur. Catullus in Epithal. Iul. & Manl.

Ne diu taceat procax
Feſcennina locutio.

Varro Agathone, vt eſt apud Non. Marcellum. Pueri obſcenis verbis nouæ nuptulæ aures reſtaurant. Quæ verba, quantum coniectura adſequi poſſum, ad argumentũ quo de agimus pertinebant. Martia. Capella lib. ix. de nupt. Philolog. His Hymenæo diutius velut Feſcennina quadam licentia perſonante, geminanteque crebrius. Senecain Medea Choro primo.

Hinc illinc iuuenes mittite carmina:
Feſta dicax fundat conuitia Feſcenninus.

Claudianus in Epithalamio.

Dicant perui giles carmina tibiæ.
Permiſtiſque iocis turba licentior,
Exultet tetricis libera legibus.

Auſonius in Parechaſi Centonis nuptialis. Hactenus caſtis auribus audiendum myſterium nuptiale ambitu loquendi, & circuitione velaui. Verum quoniam Feſcenninos amat celebritas nuptialis, verborumque petulantiam notus vetere inſtituto ludus admittit, cetera quoq; cubiculi & lectuli opera prodentur. B. Hieronym. in Epiſt. ad Demetr. de Virginit. ſeruan. Quam habitura pronubam? Quo deducenda comitatu? Stridor Punicæ linguæ procacia tibi Feſcennina cantabit. Idem in Epiſt. ad Gerontiam. Reſponde mihi cariſſima in Chriſto filia. inter iſta nuptura es? Quem acceptura virum? Cedo fugitiuum an pugnaturum? Quid vtrumque ſequatur intelligis: & Feſcẽnino carmine terribilis tibi rauco ſonitu buccina concrepabit, vt quas habeas pronubas, habeas forte lugentes. Erant autem Feſcennini verſus ioculares, incompoſiti, rudes, qui temere alternis iaciebantur.

Horatius lib. ij. Epiſt.

Feſcennina per hunc inuecta licentia morem.
Verſibus alternis opprobria ruſtica fudit.

Liuius lib. vij. Non ſicut ante Feſcẽnino verſui ſimilem, incõpoſitum, temere ac rudem alternis iaciebãt. Atque huius nominis verſus in Pollionẽ ſcripſiſſe Auguſtũ Macrobius li. ij. Saturn. c. 4 auctor eſt. Interea vero lectus nuptialis cõponebatur. Eum autem proprio nomine Genialem quaſi generalem appellatũ Seruius in vj. Aeneid. oſtendit: Geniales ſcribens eos proprie eſſe lectos qui puellis nubentibus ſternuntur, dictoſque ita a generandis liberis. Cicero pro Cluentio. Lectum illum genialem quem biennio ante filiæ ſuæ nubenti ſtrauerat, in eadem domo ſibi ornari & ſterni expulſa atq; exturbata filia iubet. Apuleius libro decimo de aſino aur. ☞ mulierem quam dixit propter multiforme ſcelus beſtiis e ſe damnatam, meiſque præclaris nuptiis deſtinatam, & torus nuptialis noſter futurus accuratiſſime deſternebatur. Lectus Indica teſtudine perlucidus, plumea congerie tumidus, veſte ſerica floridus. Idem, libro nono. Quæ ſuo pudore poſtpoſito tori genialis calcato fœdere larem mariti lupanari maculaſſet infamia. Toga vero ſterni lectos & maritorum genios ad uocari conſueuiſſe, Arnobius libro tertio aduerſus gentes mores vetuſtate obliteratos recenſens, teſtis eſt. Et hinc fortaſſe ſacri genium lecti Iuuenalis Sat. vj. dixit. Etiam hoc addam quod niſi a B. Auguſtino non ſemel detectum eſſet, ac libens ſuppreſſiſſem, ſuper Priapi faſcinum nouam nuptam conſidere iuſſam. Quemadmodum ille libro ſeptimo, de ciuita. Dei, cap. vigeſimoquarto, ad fi. & apertius libro ſexto, cap. nono, ſcribit his verbis. Sed quid hic dicam, cum ibi ſit & Priapus nimis maſculus. Super cuius immaniſſimum faſcinum ſedere noua nupta iubebatur, more honeſtiſſimo ac religioſiſſimo matronarum. Quam obſcœnitatem perſtringere credo Lactantium libro primo de falſa religio. cap. vigeſimo, cum ait. Et Mutinus (vel vt quidam codices habent Tutinus,) in cuius ſinu pudendo nubẽtes reſident, vt illarum pudicitiam prior Deus delibaſſe videatur. Ita quippe lego, non ſicuti vulgo ſcriptum eſt, deliberaſſe. Priapo vero vt ne fœda hæc veterum impietas intacta relinquatur, genitale membrum cum falce affingebant, quo & pueros & aues in hortis, quibus præeſſe credebatur, terreret. Virgilius in Copa.

Eſt tuguri cuſtos armatus falce ſaligna
Sed non & vaſto eſt inguine terribilis.

Tibullus Eleg. i.

Pomoſusque ruber cuſtos ponatur in hortis.
Terreat vt ſæua falce Priapus aues.

Columella lib. x.

Sed truncum forte dolatum.
Terribilis membri, medio qui ſemper in horto
Inguinibus puero, prædoni falce minetur.

Auctor Priapeor.

Priape quod ſis faſcino tentus graui.

Et alias

Soles ſacrum reuinctus pampino
Ruberſedere cum rubente faſcino.

Pleni ſunt teſtimoniorum, poetarum libri: quibus omiſſis, ad exitum feſtinans, quod ſupereſt expediam. Nuptam deinde in lecto pronubas collocaſſe ſciendum eſt. Donatus in Terentij Eunuch. ad ea verba.

Deinde eam in lecto collocarunt.

Verbum hoc, ait, proprium eſt, & adſcribitur pronubis. Quo in ſignificato verbum hoc in Catulli verſibus quos ſtatim proferam obſeruandum eſt. Idem Donatus in i. Aeneid. pronubas in obſequio nubentium fuiſſe tradit. Lampridius de Heliogabalo. Nupſit & coiit, vt & pronubã haberet. Claudianus lib. 2. de raptu Proſerp.

Ducitur in thalamum uirgo: ſtat pronuba iuxta
Stellantes nox picta ſinus, tangenſque cubile
Omnia (Sic enim lego) *perpetuo genitalia fœdere ſanxit.*

Ad huiuſmodi autem officium, ſpectatæ pudicitiæ mulieres & quæ vni duntaxat viro nupſiſſent, adhibebantur: quo matrimonij perpetuitatem, quemadmodum Sext. Pomp. auctor eſt, auſpicarentur. Vnde Catullus in Carm. de nup. Iul. & Manl.

Vos vnis ſenibus bonæ
Cognitæ bene feminæ
Collocate puellulam.

Tertul. in lib. qui exhortatio ad caſtitatem inſcribitur. Monogamia apud Ethnicos in ſummo honore eſt, vt & virginibus legitime nubentibus vniuira pronuba adhibeatur, & ſic auſpicij initium ſit. Sed & B. Hierony. in calce libri primi aduerſus Iouinian. Vnicubas ſemper habuiſſe inter gentiles matronas decus merito dicit: per illaſque ſolas fortunæ muliebri ſacra fieri conſueuiſſe. Eodemque libro quæ fuerit alienarum a religione noſtra mulierum de ſecun. nupt. opinio, multis exemplis accurate conquiſitis docet.

Atque hæc ſunt nuptiarum omnia quæ quidem a me non incurioſe legẽdo veterum ſcripta obſeruare potui, ſolemnia. De quibus in genere apud Tacit. lib xj. fitmentio, cum inquit. Cuncta nuptiarum ſolemnia celebrat. Et libro vigeſimoſecundo. Necdum celebrare nuptiarum ſolemnia audebant. Sic etiam pompam & nuptiarũ celebritatẽ accipe in Theodoſi. & Valentinia. conſtitutione. in l. ſi donationem. C. de nupt. Ob eamque ſolemnium multitudinem credo a Cicero. libro ſexto, de Repub. dictum fuiſſe firmiter maiores matrimonia ſtabilita eſſe voluiſſe Quæ verba a Priſciano lib. xv.

referuntur.

Source : BIU Cujas

referuntur. Postridie vero nuptiarum apud nouum maritum coenabatur, & quia quasi instauraretur, redintegrareturque potatio, eum diem Repotia, Sex. Pomp. teste, appellabant. Horatius lib 2 Sermo Sat. 11.

Ille repetita, natales, aliosue dierum
Festos albatus celebret.

Sumptibus certe qui in eos dies fierent modum legib. sumptuariis statutum Gellius libro secundo. cap. vigesimoquarto, memorat. Meminit & Repotiorum Auson. in eo Epistolæ ad Paulinum quem paulo ante retuli loco. Hinc hodieq; (etsi hoc erit fortasse durius: sed tentemus, & lusisse putemur si nil sit) in quibusdam Aquitaniæ regionibus, eum diem qui nuptias consequitur, Repentalia nominant, non tam a pœnitentia, quam corrupta voce repetita potatione, quasi Repotalia. A Græcis eum diem ἐπαύλια vocari Pollux libro tertio. Onomast. testis est. Repotiorum certe vocabulo pro repetita, & iterata crapula Apuleius Apolog 1. vsus est. Nouæ autē nuptæ munera a cognatis & propinquis mittebantur. Eaque sunt Nuptialia munera apud iureconsultos, in l. 1. §. præterea D. de tutel. & rat. dist. l. tutor secundum. D de administrat. tut. At apud Cicero. pro Cluentio Auito, & Apuleium libro sexto, de Asino aur. Nuptialia dona ea accipienda sunt, quæ ante contractas nuptias, mulieri a viro offerebantur. Postridie vero nuptiarum noua nupta libertatem auspicans vxoriam in domo viri rem diuinam faciebat, vt est a Macrob. libro primo Saturn. cap. decimoquinto, proditum. Atque hic huius libri finis esto.

FINIS.

TRACTATVS

SINGVLARIS EIVSDEM

E. Brissonij, de iure connubiorum.

Solemnes nuptiarum ritus ita sunt a me primo libro expositi, vt vix quicquam ad plenam & perfectam eius argumenti cognitionem iure ac merito desiderari posse videatur. Huic consequens duxi, alterum de iustis iniustisq; Quiritiū nuptiis librum adiungere. Superiori enim tractatui, hoc veluti cumulo addito, iuris ciuilis & antiquitatis Romanæ studiosis, hac in parte satisfactum iri arbitror: quibus non modo, quo ritu, sed inter quas personas olim iustæ ac legitimæ nuptiæ contraherentur, vtriusque libri coniunctione planū fiet. Atque vt via & arte procedat oratio, a qua ætate iustæ nuptiæ contraherentur, primum dispiciendum esse censeo. Nam cum nuptiis habilem ætatem constituerimus, ad alias inspectiones veniemus: & ad certa veluti capita omnia nuptiarum impedimenta reuocantes, facilem, ni fallor, lectorib. eius quæstionis quam tractandam suscepimus, cognitionem relinquemus. Igitur, vt ab ætate ordiamur, in matrimonijs contrahendis ætatem contrahentium definitam esse, Modestinus libro quarto differentiarum scribit. l. in sponsalibus. D. de ritu nup. Ea vero definita ætas pubertas est, vel ipso Iustiniano teste, qui iustas nuptias inter se ciues Romanos contraxisse tradit, Instit. de nup. in princ. qui secundum præcepta legum coibant: masculos quidem puberes, feminas autē viri potentes. Cui accedere Dionis testimonium velim, qui libro quinquagesimoquarto, ita scribit. δωδέκατον γὰρ τῶν κούρων ἔτος γάμου ὥραν ἤδη πληροῦν νομίζεται. A duodecimo siquidem anno pubertatem fœminas auspicari prudentibus placuit: ex eoque tempore Romæ puellæ nuptum dabantur: Id quod ea ratione factum Plutarchus interpretatur, in Numa, vt celerius cōiugium mores tenella adhuc ætate imbiberent, & ad obsequium virorum facilius flecti fingique possent. Aliter atque Spartæ seruabatur, in qua adultiores demum virgines, & plenis nubiles annis, viris in matrimonium collocabantur. Verba Plutarchi, quæ hanc institutorum vtriusque gentis diuersitatem declarant, hæc sunt. Τὸ μὲν λυκοῦργου πεπείρους καὶ ὀργὰσαι συνεφεύοντος, ὅπως ἡ τεθραμμένη σὺν τῇ φύσει χάριτος ἢ καὶ φιλίας ἀρχὴ μᾶλλον ἢ μίσους καὶ ψόγου ἀκρᾶ φύσιν βιαζομένων, καὶ τὰ σώματα ῥωμῶν ἔχῃ πρὸς τὸ τὰς νύμφας ὑποφέρειν, καὶ τὰς ὠδῖνας, ὡς ἐπ' ἄθλον ἄλλο γαμουμένων ἢ τὸ τῆς γενώσεως ἔργον. τὸν δὲ Ῥωμαίων δωδεκαετεῖς ἢ νεωτέρας ἐκδιδόντων, οὕτω γὰρ αἱ μάλιστα καὶ τὸ σῶμα καὶ τὸ ἦθος καθαρὸν ἢ ἄθικτον ἅπαξ τῷ γαμοῦντι γενέσθαι. ἄλλο δ' οὐδ' ὅτι τὰ μὲν φυσικώτερον ὡρὸς τέκνωσιν, τὰ δὲ ἤθη κρείττονα πρὸς συμβίωσιν. Ex eo vero tempore pubertatem in feminis legibus definitam, quod generationi essent ab eo anno aptæ, Macrobius libro septimo Saturnaliū ita scribit. Nec hoc tacebo, ait, quod cum calor semper generationis causa sit, fœminæ ideo celerius quam pueri, fiunt idoneæ ad generandū quia calent amplius. Nam & secundum iura publicā duodecimus annus in feminis, quartusdecimus in puero definiunt pubertatis ætatem. Idemque auctor libro primo, Commentarior. in Somn. Scipionis. Post annos bis septem generationis vim in masculis moueri scribit. Ideoque & tutelam pueris quasi virile iam robur adsit, absoluit: ab ea tamen fœminas, propter votorum festinationem, maturius biennio, legibus liberari. Aristoteles quoque his consentiens libro septimo, περὶ ζώων ἱστορίας, τὰ ἄρρενα θᾶττον τῶν θηλέων ἡλικίαν καὶ νεότητα καὶ ἀκμὴν λαμβάνειν tradit. Indeque testamenta fœminis citius quam masculis facere licet. l. qua ætate. D. de testamen. Cæterum si minor xij. annis domum pro vxore deducta esset, non ante iusta & legitima vxor fiebat quam apud virum duodecimum annum implesset l. minorem. D. de ritu nuptiarum. Sed nec prius a viro dos eius nomine promissa peti poterat. Nā cum omnis dotis promissio tacita futuri matrimonij conditione suspendatur, l. dotis promissio. D. de iure dotium. ante duodecim annorum ætatem nondum vtiliter secuto matrimonio, dotis petitio viro non competebat. Quapropter si ante impletum duodecimum annum repudiata conditione discessisset pecuniæ in causam dotis numeratæ, quæ dos fieri nuptiis minime secutis non potuerat, exemplo dotis condictio ei dabatur, cum ijsdem tamen priuilegijs, quæ actioni de dote concedebantur. At cum apud virum maior xij. annis esse cœperat, tum matrimonio subsistente, in dotem pecunia numerata vertebatur. Interim vero dum pubertas coniugis expectabatur, si quidem sponsalia intercessissent, quamuis vxorem putaret esse qui duxerat, sponsæ tamen vice ea habebatur, l. cum hic status. §. si quis sponsam. D. de donat. inter vir. eique vitiū oblatum maritus spōsi loco persequi ex Seueri rescripto poterat. l. si vxor. §. diuus & §. si minor. D. ad l. Iul. de adul. Quod si sponsalia non antecessissent, nec pro sponsa nec pro vxore haberi poterat. Nec eo magis donationes ei factæ valebant, vtpote quæ quasi ad vxorem non quasi ad extraneam factæ essent. Quanquam autem nuptiæ cum minore xij. annis non consisterent, in patrem tamē qui filiam minorem duodecim annis nuptum collocasset, auctorque ei factus esset ad contrahendum, actio in factum ex edicto quod falso tutore auctore gestum est, non dabatur. l. penult. §. 1. D. quod falso tuto. Ignoscendum enim patri prudentes censuere, si filiam suam maturius in viri familiam perducere voluerit. Præsumptum est quippe propensiori potius in filiam affectu quam viri in fraudem illiciendi causa, huiusmodi nuptias eum conciliasse, quam coniecturam capi paterna pietas & naturalis erga liberos caritas suadet. Non modo autem in matrimonio, sed ne in concubinatu quidem minor annis duodecim puella habere iure licito poterat. l. 1 in fi. D. de concub. Post æratis vero inspectionem ad iustam matrimoniorum coniunctionē status ac conditionis eorum qui matrimonio iungerētur ratio habenda erat. Ac primum inter liberas ac seruiles personas, nuptias olim nō constitisse certo certius. est. l. si neget. D. de liber. l. Proculus. D. de iure dot. l. 3. de incest. nupt. Quinimo libera mulier quæ cum alieno seruo post trinam domini denuntiationem in consuetudine perseuerasset Senatusconsulto Claudiano, quod a Iustiniano sublatum est, rub. de Senat. Claudia. tol. C. libertatem amittebat, seruitutique vindicabatur, quemadmodum Vlpianus in fragmentis titulorum, tit. xij. & Tertullianus, in lib. 2. ad vxor. significant. Quamobrem si ancilla libero nupsisset dotisque nomine pecuniam numerasset, siue sciisset ancillam se esse, siue ignorasset; nec matrimonium erat, nec viri ea pecunia prius fiebat, quam tempore legibus statuto penes se pro suo habitam ac possessam eam vsu cepisset. Plane si apud virum ad libertatem peruenisset, conciliabatur, conualescebatque matrimonium: exindeque dotis nomen, si necdum vsucapio impleta esset, sortiebatur, matrimonioque soluto eius vt dotalis repetitio competebat. l. Proculus. D. de iure dotium. Iusta vero matrimonia non inter liberas quascunque passim personas, sed inter solos ciues Romanos contrahebantur. Instit. de nupt in princip. Nam cum Latinis peregrinisque cōnubium, nisi id eis concessum esset, non erat. Testes sunt Vlpianus in Titulorū fragmentis, tit. v. & Boeth. in commentar. ad Topica Ciceronis. Ex quo Seneca libro quarto, de benefi. Promisi tibi, ait, filiā in matrimonium: postea peregrinus apparuisti. Non est mihi cum extraneo cōnubium. Macrob. libro primo Saturnal. capite sexto. Libertinis vero nullo iure vti prætextis licebat; ac multo minus peregrinis, quibus nulla esset cum Romanis necessitudo. Itaque maximam apud populum inuidiam Antonio conflauit, ab eo contra leges ac patriæ instituta contractum cum Cleopatra coniugium. Cuius facti indignitatem Plutarchus absque nota prætereundam non censuit. Sic enī in eius cum Demetrio collatione scribit. ἔπειτα τῷ ἀστῷ καὶ δικαίως γαμηθῆναι ἐξῆν αὐτῇ, τὴν ξένην καὶ μὴ κατὰ νόμους συνοῦσαν χαριζόμενος,

Aegre

Source : BIU Cujas

Aegre etiam tuliſſe populum Romanum Xiphilinus narrat, quod Titus Berenicen Aegyptiacam in palatio vxoris loco habebat, vt proinde repudiare eam ſit coactus. Itaque qui ciues Romani non erant, connubij ius, niſi ciuitate impetrata non habebant. Memoriæque adeo proditum eſt, Campanos ciuitate Romana donatos & a Cenſoribus Romæ cēſeri coactos, vt ſibi ciues Romanas vxores ducere liceret, petiiſſe, & ſi qui prius duxiſſent, vt habere eas ſibi liceret: vtque ante eā diem nati iuſti ſibi liberi hæredeſque eſſent. Quorum vtrumque eis indultum eſſe Liuius refert libro trigeſimoſeptimo. Ex peregrino autem & ciue Romana qui naſcebantur, peregrini naſcebantur: quoniam lex Menſia, quæ in hac parte legi naturæ derogabat, l. lex naturæ. D. de ſtatu hominum. ex alterutro peregrino natum, deterioris parentis cōditionem ſequi iubebat. Vlpia. in fragment. tit. quinto. At eiuſmodi peregrinitatis obſeruationem tandem exoleuiſſe, ſignificare videtur Prudentius libro ſecundo. Contra Symmachum his verſibus,

Diſtantes, ait, regione plagæ, diuiſaque ponto
Litora, conueniunt nunc per vadimonia ad vnum
Et commune forum, nunc per commercia & artes
Ad cœtum celebrem, nunc per genialia fulcra
Externi ad ius connubij: nam ſanguine miſto
Texitur alternis ex gentibus vna propago.

At a prouincialibus cuiuſcunque ordinis, aut loci eſſent, cum Barbaris coniugia contrahi in l. vni. de nupt. gentil. in Cod. Theod. Valentin. & Valens prohibuere. quorum de ea re extat in Cod. Theod conſtitutio. Enimuero patribus cum plebe connubium ne eſſet xij. Tabulis ſancitum erat: quemadmodum Dionyſius Halicarn. libro vndecimo Antiquit. cum Liuio, libro quarto, ab V.C. narrat. Nam cum auſpicia plebeij non haberent, eaque apud ſolos patricios ſubſiderent idcirco ne incerta prole auſpiciorum iura turbarentur, inter eos connubium Decemuiri diremerunt. Quod tamen eorū legis caput non multum poſt temporis, Tribunorum plebis contentione ac conuitio abrogatum eſſe ijdem docent. Senatores etiam Senatorumue filij libertinas vxores ducere prohibebantur. Quæ prohibitio, quoniam ex lege Iulia de maritandis ordinibus deſcendit, neceſſario nobis eius legis ſententia, breuiter tamen, quoad eius fieri poterit, explicanda eſt. Nam ab aliis dicta, nec repetere, nec interpolare libet.

Primum autem admonebo Iulium Octauium Cæſarem Auguſtum compoſitis inteſtinis externiſque bellis, cum & orbi pacem, & ſibi bona populi gratia, imperium conciliaſſet ingraueſcente iam ętate ciuitati reformandæ legibuſque ſcribendis animum adieciſſe. Quam rem iam factam, vt futurā Ouid. lib. vlt. Metamorph. aſſentatorie ita canit.

Pace data terris, animum ad ciuilia vertet
Iura ſuum, legeſque feret iuſtiſſimus auctor,
Exemploq; ſuo mores reget.

Legum autem earum quaſdam ipſemet Conſulatum gerens tulit, quaſdam per Coſs. ordinarios, ſuffectoſue rogari, & ad populum ferri curauit. Etenim, ne antiquum Reipublicæ ſtatū peſſumdare, ſubuertereq; videretur, Legē inſcio ſenatu & cuius patres auctores prius facti nō eſſent, protinus ferendam ſibi eſſe nō cenſuit. Quēadmodū Zonaras ita ſcribit. ὅμως τοι πάντα ἐθελογωμόων ἐνομοθέτει, ἀλλ' ἔστιν ἃ καὶ ἐς τὸ δημόσιον προτίθει, ὅπως, ἄντι μὴ ἀρέσῃ ἐπανορθώσῃ. Et alias, νόμους δὲ μετὰ ταῦτα ὁ Καῖσαρ ἤνεγκε, καὶ τοῖς βουλευταῖς αὐτοῖς ἀναγνῶναι ἐπέτρεψε, ὅπως εἴ μή τι ἀρέσκοι ἢ ἀμείνονα νοήσουσιν, εἴπωσιν. Sic per Coſſ. ſuffectos Papiam & Popeam legem de præmijs parentum tulit: quæ propter argumenti adfinitatem Iuliæ coniungi ſolet. Quæ leges fama ſe ſupra ceteras, quarum ille princeps auctor fuit, extulerunt. Quota enim pars iuris earum legum commemoratione vacat? aut quæ frequentiores occurrunt quam ex Iureconſultorum ad eas leges commentarijs, inſcriptiones? Conſtat namque non ex catalogo modo, qui Pandectis Piſanis prefigitur, ſed & ex capitum inſcriptionibus leges has Iunium Mauritianum libris ſex, Marcellum totidem, Terentium Clementem æque atque Vlpianum viginti, Paulum decem, Caium quindecim, interpretatos eſſe. Quorum ſi nobis ſcripta integra, aut Iuſtiniani facinus, aut temporis iniuria reliquiſſet, ſuperuacanea & inanis omnis noſtra hæc opera eſſet. Nūc qm̄ ſi non libenter, at patienter certe tanta librorum veterum iactura ferenda eſt, earum quæ tanquam ex vaſto incendio ſaluæ ad nos peruenerunt, reliquiarum intuitu, amiſſorum deſiderium leniamus, veteremque tam celebrium legum memoriam eorum quę in manibus habemus ope ab obliuionis iniuria, qua fieri poterit diligentia, vindicemus. Qua in parte ſicubi fefellero, veniam me ab æquis iudicibus exoraturum facile confido, eo quod in tenebris, quod aiunt, micantes & ſolis plerumque coniecturis res ignotas inueſtigantes, labi atque errare humanum eſt. Ceterum lex Iulia, cuius capita aliquot explicare inſtitui, proprium differentiæ ergo, pe maritandis ordinibus nomen inuenit: ad cuius præcepta Apuleius Apologia. ij. ita alludit. Lex Iulia, de maritandis ordinibus nunquam in hunc modum interdicit. Vxorem in villa ne ducito. Hanc etiam legem Horatius ſignat, in Carmine ſeculari, cum ait.

Diua producas ſobolem, patrumque
Proſperes decreta, ſuper iugandis
Feminis, proliſque nouæ, feraci
Lege marita.

Eadem lex apud Vlpianum, in Inſtitut. titulo decimotertio, & decimoquarto, & titulo decimoquinto, & apud Iuuenalem Saty. vj. Legis Iuliæ appellatione exaudienda eſt. Sed & ad eam referendum eſt, quod Tertullianus libro aduerſus Valentinia. ita ſcribit. Credas enim vbi de loco in locum trāſmigratur, leges quoque Iulias interuenire. Complura autem capita habuiſſe eam legem non eſt obſcurum. Nam & triceſimumquintum a Martiano memoratur, in l. capite. D. de ritu nupt. Potiſſimum autem illud fuit, quo Senatores liberique eorum, libertinas, & quæ ipſæ, quarumue parētes artem ludicram feciſſent, ducere prohibebantur, quod in hæc verba conceptum fuiſſe Paulus teſtis eſt, in l. qui ſenator. D. de ritu nup. Qui Senator eſt, quive filius, nepoſve ex filio, pronepoſve ex filio nato, cuius eorum eſt erit: nequis eorum ſponſam, vxoremve ſciens dolo malo habeto libertinam, aut eā quæ ipſa, cuiuſve pater materve artem ludicram facit, fecerit ne ve Senatoris filia, neptiſve ex filio, proneptiſve ex nepote filio nato, nata, libertino, eive qui ipſe, cuiuſve pater materve artem ludicram facit, fecerit ſponſam nuptave ſciens dolo malo eſto. Ne vequis eorū dolo malo ſciēs ſpōſā vxorēve eā habeto. Quibus legis verbis ex Iureconſultorū cōmentariis congrua interpretatio aptanda eſt. Ait lex. SENATORIS FILIVS, Senatoris filium, quemadmodum Vlpian. lib. 1. ad l. Iuliam exponit, l. Senatoris filium D. de Senatorib. accipere debemus, non tantum naturalem, verumetiam adoptiuū. Nec intereſt a quo vel qualiter adoptatus ſit: quod idcirco Vlpia. addidit, quia cum per adoptionem dignitas nō minuatur, ſed augeatur, etiam natalium ſplēdorem Senatoris filius inferioris dignitatis homini, veluti plebeio in adoptionem datus, retinet. l. per adoptionem. D. de adoptionib. l. 6. D. de ſenatorib. Cuius rei exemplum ex Publio Claudio Appij filio ſumi poteſt, quem etiā ſi ſe plebeio homini in adoptionem dediſſet, Cicero pro domo ſua. Senatorem tamen manſiſſe dubium non eſt. Ac nec ius originis in honoribus ſuſcipiendis, adoptione mutari vetum eſt. l. ordine §. vlt. D. ad municipal. Nec illud quidem intereſt, iam in Senatoria dignitate conſtitutus ſuſceperit filium quis, an ante dignitatem Senatoriam. Accedens quippe, & ſuperueniens patri dignitas, in liberos quoque iam ante procreatos transfunditur. l. 2. §. in filiis. D. de decurionib. l. moris. §. parentes. D. de pœnis. Et ideo decurionis quoque filius non is duntaxat habetur, qui ex patre decurione conceptus, & natus eſt, ſed & is qui ante natus eſt, quam decurionis honor patri acceſſiſſet. Nec ſum neſcius ſuperiori ſententiæ videri quibuſdam refragari Conſtantini conſtitutionem, l. ſi Senator. C. de dignitatibus, libro vndecimo, quæ propter hyperbaton obſcuritate aliqua laborat: aliud tamen nihil ſignificat, quam filios ac filias, qui quæue ante ſuſcepti, ſuſceptæue fuerunt, quam in Senatorum ordinem cooptati vel alias, citra Senatoriam dignitatem, clariſſimorum titulo patres eorum, earumue decorati eſſent, clariſſimatus nihilominus dignitate fruituros: quod his, quæ poſuimus mirifice conſentit. Atque hæc quæſtio ab interpretibus ad filios ante regnum a patre adeptum cōceptos, ac genitos producta eſt. Quæ controuerſia priſcis temporibus inter Xerxem & Arthemenem Darij filios incidit, cum hic, vtpote natu maximus, ętatis priuilegio regnum ſibi vindicaret quod ius & ordo naſcendi & natura ipſa gentibus dedit: Ille vero non ordine, ſed naſcendi felicitate niteretur, regique ſe primum natum, fratre, qui ante priuato natus eſſet ſuperiorē contenderet. Quam tamē litem, arbiter ab his addictus Anaphernes, ſecundum Xerxem dedit, Iuſtin. li. 2. hiſtor. Sed hoc exemplum in ſimili deinde contentione Perſæ ſecuti nō ſunt. Nam cum Paryſatis minorem natu filium Cyrum Arſicæ, q poſtea Artoxerxes nominatus eſt, præferendum contenderet, eo quod hunc priuato, illum regnanti Dario peperiſſet, exploſa hac ſubtilitate, regnum ad Arſicam delatum eſſe Plutarchus, in Artoxerxe auctor eſt. Sed enim ne longius a re propoſita aberrem, quod ad adoptiuum filium attinet, tandiu eum Senatoris filium habendum, Paulus libro ſecundo, ad l. Iuliam & Papiam bene monet, in l. Senatoris filium. D. de Senatorib. quandiu in familia manet, patriſque adoptiui poteſtate continetur. Emancipatus enim tam ius quam nomen filij emancipatione amittit, adoptioneque quæſita ad-

gnatio

Source : BIU Cujas

gnatio, e poteſtate dimiſſo eo in totum perit. Ciuile quippe hoc vinculum, contrario ciuili ac legitimo actu, ideſt emancipatione, penitus diſſoluitur. §. vltimo Inſt. de ca. min. Ideoque in omni iure finita patris adoptiui poteſtate, nullum ex priſtino iure veſtigium retinetur. l. per adoptionem. D. de ritu nup. l ordine. §. vlti. D. ad municipal. l. in omni. D. de adop. Proinde per adoptionem quæſita dignitas emancipatione extinguitur. At naturalibus liberis honorem natalibus partum emancipatio non adimit, nec minuit. Quæ enim a genere, a ſanguine, ab ipſo ortu emancipatis tribuerentur, ea manere eis incolumia conſtat, arg. l. amiſſione. §. vltimo, cum l. ſeq. D. de capit. diminu. & l. eum qui. D. de interdict. & relegat. proinde quę emãcipatum a patre Senatore, Senatoris nihilominus filium haberi, Vlpianus libro primo ad l. Iuliam ſcribit. l. emãcipatum. D. de Senator. Idem adiicit, eum qui poſt mortem patris Senatoris natus ſit, quaſi Senatoris filium eſſe. Aliam vero eius cauſam eſſe, qui poſtquam pater eius e ſenatu motus eſt, conceptus & natus fuerit. Nam quæ patri mortis tempore inhæſit dignitas, ea veluti hæreditario iure ad poſteros tranſmittitur. At quæ viuo patre vitio eius amiſſa eſt, ad liberos poſtea conceptos manare nequaquam poteſt. l. Senatoris filium. D. de Senatoribus. Plane iam procreatis liberis patris caſum non obeſſe placuit. Similique modo, qui decurione patre editus eſt, licet poſtea pater eius decurio eſſe deſierit, quaſi decurionis tamen filius nec in metallum dari nec aliis plebeijs ſupplicijs affici poterit. l. 2. §. in filij. D. de decur. l. moris. §. penultimo. D. de pœnis. Quod ſi ante eius conceptionem, dignitate pater exutus ſit, vt plebeij filius in honoribus erit intuendus. Sed nec liberti ingrati delictum, propter quod in ſeruitutem reuocatur, filijs ab eo dum libertate potiretur, conceptis, nocet. l. ſi manumiſſus. C. de liber. & eor. liber. Ita quod ad ſtatum conditionem ac dignitatem liberorum attinet conceptionis tempus ſpectamus. Benigne tamẽ, ac ſingulari iure Iuſtinianus conſtituit, in l. vltima. C. de his, qui ſponte munera. vt ſi curialis fortunæ exortes vltro ſeſe & ſponte ſua curiæ dederint, ab iis vel poſtquam curiæ adſcripti fuerint concepti liberi, non curialem, ſed priſtinam patrũ conditionem ſortiantur. Cæterum filij appellatione etiam filia continetur. l. ſi quis ita D. de teſtamen. tut. Et tamen, vt ne Senatoris filia libertino nubere poſſet, Senatuſconſulto ſpecialiter prohibitum fuit, l. emancipatum. §. vltimo. D. de Senatoribus. licet ad hanc quoque ſpeciem lex Iulia porrigi potuiſſe videatur. Ait lex nepoſve. Filij appellatione, ſi nudam ac propriam verborum ſignificationem, extra volũtatis cauſam ſpectemus, l filij. D. de verborum ſignific. nepos non continetur. Et ideo nepotem exprimi neceſſe fuit. Porro ſiquis & patrem & auum habuerit Senatorem, & quaſi filius, & quaſi nepos Senatoris intelligitur. Et quamquam pater amiſerit dignitatem ante huius conceptionem, aui nihilominus dignitas ei proderit. l. emancipatum. §. vltimo. D. de Senat. Sequitur in lege, nequis eorum ſponſam vxoremve. Senatores igitur, Senatorumque liberi, libertinas in matrimonio habere prohibentur, ne ampliſſimi ordinis dignitas huiuſmodi coniugij conſortio vilefcat. Eaque de cauſa cum Acten libertã iuſto ſibi matrimonio coniungere Nero cuperet, Conſulares viros ſummiſiſſe dicitur, Sueton. in Nero. cap. 28. qui regio genere ortam peierarent. Et Seneca libro ſeptimo. Controuerſiar. cum probare niteretur, magnos viros feciſſe, vt libertinas vxores ducerent, veluti exempli loco ſubiunxit. M. Cato coloni ſui filiam duxit vxorem, ſed ingenuam. Ideoque exemplum propoſitioni non quadrat. Ex quo apparet, quod Diocletianus reſcripſit, in l. vxorem. C. de nup. vxorem libertam ſuam manumiſſori, Si non ſit ex his perſonis, quæ ſpecialiter prohibeantur, ducere non eſſe interdictum, ſic cum Accurſio accipiendum eſſe, ſi nõ Senator ſit, Senatoriſve filius, nepos: Tam enim ſuas, quam alienas libertas vxores ducere, qui Senatoris dignitate præditi, Senatoribuſue orti ſunt, prohiberentur. Proinde ſiquam ex familia ſua ancillam, Senatoris filius, xx. annis minor ad libertatem matrimonij cauſa producere ſtudeat, non erit concedendum. l. ſi rogatus. § primo. D. de man. vind. quoniam indigne illicite que huiuſmodi conditionis mulierem ſit ducturus. Iuſtæ ergo non ſunt nuptiæ, quas ſenatorij ordinis viri cum libertinis contraxerint. Cui conſequens eſt, nec dotem eſſe quæ in ea matrimonia quę conſiſtere non poſſunt, minime cadit. Nec enim dos ſine matrimonio eſſe poteſt. l. 3. D. de iure dot. Vbicunque igitur matrimonium nõ eſt, nec dos eſt: proinde ex hac cauſa caduca dos fiet. l. dote. D. de ritu nupt. Nec tamen, quod Accurſius exiſtimat, fiſco vẽdicabitur. Hoc enim in inceſtis demum nuptijs locum obtinet. l. inceſtæ. D. de ritu nupt. Quo fit, vt ſi libertina ſenatorem quaſi ingenua deceperit, & ei nupta ſit, actionem in factum doli nomine in eam ex diui Pij reſcripto. l. a diuo. D. eo. tit. competat, quod ex dote, quæ nulla eſt, virum nullum fecerit. Ei quoque, quod poſuimus, conſequẽs eſt ex eiuſmodi matrimonio iuſtos patri liberos non naſci. Sequitur etiam, rerum amotarum actionem inter perſonas, quæ ita coierint, ceſſare. l. ſi concubina. D. rer. amot. Ac nec viro iure mariti adulterij accuſatio ob ſtuprum ab ea, quæ quãuis vxoris animo habita fuerit, vxor tamen eſſe non poſſit, commiſſum competet: licet propter qualecumq; matrimonium violatum, ne peccatum ſuum mulier impune auferat, iure extranei accuſatio admittatur. l. ſi vxor. §. ſed ſi ea ſit mulier. D. de adulter Quamquam eutem nuptiæ non ſint, nõ eo tamen donationes, quaſi inter coniuges factæ, ratę erunt, l. 3. §. videamus. D. de donat. inter vir. ne lucro eis ſit illicita conIunctio. Alioquin meliore loco res eorum eſſent qui contra leges conuenirent, quam qui iuſtas & ciuiles nuptias contraherent, quod vtique ratio non patitur. Quapropter quaſi ab indignis ablata, quæ donata teſtamento ve relicta erunt in fiſcum cogentur. l. cum hic ſtatus, in fi. D. de donatio. inter vir. l. 2. D. de his qui vt indign. Plane ſi quis in Senatorio ordine agens libertinam in matrimonium acceperit, quamuis interim vxor non ſit, attamen in ea conditione eſt, vt ſi vir dignitatem amiſerit, vxor eſſe incipiat. l. ſi quis in ſenatorio. D. de ritu nupt. ſic eueniet, vt quæ ab initio non conſiſtebant nuptiæ, remoto poſtea obſtaculo impedimentoq; conualeſcãt. Atquin, quæ ab initio minus valent, temporis tractu non cõfirmari pro regula traditum eſt. l. quod initio. D. de diuer. reg. iur. Cui obiectioni quidam interpretes vt occurrant, ijs nuptiis quę ab initio nullius momenti erant vires, non ſolius tẽporis lapſu atque tractu, ſed perſeuerantia cõſenſus, qui poſt amotum impedimentum durat, accedere dicunt. Eoque pacto regulam contrariam flexu eludunt magis, quam eliduntur: Mea hæc fuit ſemper ſententia & ſic in animum induxi meũ regulam illam iuris & productam longius, & latius acceptã eſſe, quam par eat. Ad ea namque duntaxat, quæ teſtamentis dantur relinquunturque pertinere eam, & ijſdem prope cũ Catoniana regula finibus ac terminis circunſcribendam eſſe cenſeo. In quam me opinionem etiam Ruffinus, impelilit, qui eam regulam ita extulit. in l. penultima. D. de diuerſ. reg. iur. Quæ ab initio inutilis fuit inſtitutio, ex poſt facto conualeſcere non poteſt. In ceteris vero ſpeciebus atque cauſis falſam eam eſſe perſpicuum eſt. Conſtat ſi quidem inutiles ab initio nuptias, multis poſtea ex cauſis conciliari: Vt ecce, ſi ancilla libero nupſerit, & apud eundem virum libera facta ſit matrimonium ab initio inutile, conualeſcit. l. Proculus. D. de iure dot. Pari modo, ſi minor xij annis domum ducta ſit, licet ab initio nuptiæ non ſint, ſi tamen apud virum decimum quartum annum impleuerit, iuſta & legitima vxor fiet: l. minorem. D. de ritu nupt. Similiterque, quod contra mandata ab his qui officium aliquod in prouincia gerunt, cõtractum fuerit matrimonium, ſi eo depoſito in voluntate coniuges perſeuerent, conualeſcit. l. eos qui D. de ritu nupt. l. etſi contra. C. de nupt. Ac ne in ſolo nuptiarum ſermone hęreamus, etſi pecuniæ alienæ numeratione mutuum non contrahatur, l. 2. §. mutui. D. ſi cer. pet. conſumptis tamen nummis naſci conditionem minime eſt ignotum. l. nam & ſi fur. D. ſi cer. pet. l. ſi quis pro eo. §. ſi nummos. D. de fideiuſſorib. Sed etſi aliena pecunia ſoluendi cauſa detur, quamquam liberationem eiuſmodi ſolutio ab initio non pariat, conſumpta tamen ea ab eo qui accepit, liberatio procedit. Longum eſſet, exempla omnia quæ ex libris noſtris promi poſſunt, recenſendo enumerare, quibus comprobetur multa quę ab origine effectũ non habuere, poſtea ſublatis obſtaculi impedimentique cauſis confirmari ac corroborari, vt extra teſtamentarias quæſtiones, ſuperiori regulæ locum non eſſe, veriſſime pronuntiare mihi poſſe videar. Atque hæc fuit veteris illius interpretis, cuius non ita pridem in lucem miſſæ ſunt breues in tit. de diuerſis regulis iuris autiqui notæ, ſiue is Placẽtinus eſt, ſeu quis alius (nihil enim præter coniecturam habemus) ſententia. Verum quæ ad alia excurrit ad inſtitutum iam iam reuocetur oratio. Si ſenatori indulgentia principali fuerit permiſſum libertinã iuſtam vxorem habere, poſſe eam iuſtam vxorem eſſe, Vlpianus prodidit. l. ſi ſenatori. D. de ritu nupt. Illud olim in dubiũ venit, ſi quis libertinæ nuptiis deuinctus, deinde in collegium ſenatorum cooptaretur, num matrimonium dirimeretur? Vetus quidem iuriſprudentia ob ſuperuenientem dignitatẽ nuptias ſolui credebat, quando in eum cąſum res cecidiſſet a quo incipere vtiliter non potuerat. Quod Iuſtiniano diſcipuli, qui matrimoniũ nihilominus manere & hoc bono cuẽtu vxorem frui voluit. Enimuero ſi libertino ſenatoris filia nupſerit, licet poſtea pater ſenatu ob turpitudinem moueatur, nihilominus ea iuſta vxor fiet, l. generali, in fi. D. de ritu nupt. cum inuidioſum ſimul & iniquum ſit quæſitam liberis dignitatem, propter patris crimen auferri. Senatoris certe filia, quæ artem ludicram, vel corpore quæſtum fecerit, aut iudicio

dicio publico damnata bt,libertino impune nubit.l.Senatoris.D.de ritu nup.Nec enim huic honos ſeruandus eſt,quę tã to ſe dedecore maculauerit,nominiq; ſuo tam inſignẽ ignominiæ notam inuſſerit.Sed & quę Senatorio quidem ſangui ne creta non eſt,ob matrimonium tamen cum Senatore cõtractum,clariſſimæ fœminæ nomen adepta eſt, mortuo marito,libertino recte nubit l.cum te.C.de nupt. Nam ſolas Senatorum filias,nepteſque a libertinorum nuptiis lex repellit. Indignos autem huiuſmodi nuptijs libertinos haberi,licet ſe patrono homini ingenuo adrogandos dederint,Marcellus libro primo,ad l.Iul.ſcribit.l ſciendum.D.de ritu nupt. Quandoquidem publica ingenuitatis iura huiuſmodi adrogatione non ſint adepti.Quo pertinet Maſſurij Sabini a Gellio relatus locus,in quo ita eſt,lib.5.noc.Attic.c.19. Libertinos vero ab ingenuis adoptari poſſe Maſſurius Sabinus ſcripſit.Sed id neque permitti dicit, neque permittendum eſſe vnquam putauit,vt homines libertini ordinis per adoptionem in iura ingenuorum inuadãt.Alioquin,inquit,ſi iuris antiquitas iſta ſeruetur,etiam ſeruus a domino per prætorem in adoptionẽ dari poteſt.Et hoc eſt quod ab Vlpiano definitur,in l.vlt.D.ꝺ ſtatu homi.Eum qui ſe libertinum fatetur,nec adoptando in genuum facere patronum poſſe. Tametſi enim patrono libertum ſuum cauſæ cognitione adhibita adrogare liceat, tñ in eius vnius perniciem,damnum ac præiudicium,priuataq; eius familiæ iura,ea adrogatio valet.l.cum eum. C. de adopt. Ceterũ ingenuitatis ornamenta omnia adrogato nequaquã confert ac tribuit. A quo non abhorret,ꝙ Syneſius Epiſtola prima lubẽter ſe,ſi p leges acerrimas ingenuitatis patronas liceret ſpurios ſuos liberos in locũ legitimorũ adoptaturũ ſcribit in hunc modum, πα῾ρὲμὸ δ᾽ὅτος ἠδαπήθη ἀφαφερονταος ὡς ἠδίς᾽ αὠτὸν εἰποιῆσαι φιλοσοφίαικὴ τοῖς γνησίοις ἐγηρῖνου. αλλα᾽ τὸ μὲν ὃ φασίν ἐπιτρέπειν, ὃ δὲ ὃι νόμοι τῆς πολιτείας, ἀειροί γα᾽ρ εἰσίν τῆς εὐγενείας προσάται. Eademque ratione naturalem in ſeruitute quæſitum filium, in poteſtatem quidem patris principis beneficio redigi poſſe libertinum tamen ſemper manere ex Vlpiani lib.4.ad l.Iul.& Pap.traditur,in l.vlt.D.de adoptionib.Plane liberti alieni adrogatio non admittebatur.l.vlt.D.de adoptionib.ne iure ſuo manumiſſor fraudaretur. Quare ſi libertũ eum eſſe liqueret, qui ſe adrogandum non patrono dare ſtuderet,nequaquam ferenda hæc,quæ patrono facta fuiſſet, iniuria credebatur. Quod ſi per obreptionem conditione ſua celata, ſtatuq; diſſimulato in alienam familiam cum capite ſuo fortunas libertus tranſtuliſſet,patroni tamẽ ius integrum nihilominus manebat. l. ſed ſi hac lege.§.patronum.D.de in ius voc.l.1.§.nepos.D.ſi quis a paren. Quæri poteſt, an ſi aureos anulos ab Imperatore libertus acceperit a Senatorijs nihilominus nuptiis ſubmoueatur. Quam quidem quæſtionem ab Vlpiano lib.j.ad l.Iul.tractatam fuiſſe ſuſpicor. Eoque referendum eſſe caput illud,quod ſub Rub.de iure aureor. anulor. a Triboniano relatum eſt,in hæc verba. Libertinus ſi ius aureorum anulorum impetrauit,quamuis iura ingenuitatis ſaluo iure patroni nactus ſit,tamen ingenuus intelligitur. Aureorum enim anulorum beneficio liberti omnia ingenuitatis munia ſaluo tamen patronorum iure,cui per principem nihil detrahitur,conſequuntur.Eaq; de cauſa aureis anulis honorem libertorum augeri,conditionem non mutari traditum eſt.Denique viuere eos quaſi ingenuos,mori vt libertos.l.1.C.ad l. Viſcell.quod in eorum bonis,omnia ſibi patronatus iura patroni vindicent.l.etiam.D.de bon.liber.Longe minor de eo qui natalibus ſit reſtituendus,dubitatio eſt. Hic enim per omnia ingenuus fit, perindeque habetur, ac ſi medio tempore maculam ſeruitutis non ſuſtinuiſſet.l.1.2.3.De natal.reſtitu.l. imperialis.C de nupt. Et ideo in huiuſmodi reſtitutionibus patroni voluntas & conſenſus exquiri,ac explorari ſolet:cui iura omnia quæ ex manumiſſione competebant,depereunt. Præterea Senatores,Senatorum ve filij,eas ducere prohibentur,quæ ipſæ,quarumve pater, mater, artem ludicram fecerint.De patre autem matreque tantum lex loquitur: Et ideo auum vel auiam artem ludicram feciſſe nihil nocet, lege Iulia.§.1.D.de ritu nuptia.In odioſis enim quæ interpretatione adiuuanda non ſunt.l.cum quæreretur.D.de liber.& poſt.patris appellatione auum non comprehendimus.Veluti in lege Iulia de adulteriis,qua patri filiam in adulterio deprehenſam occidendi ius datur,patris appellatio ad auum minime porrigitur.l.patri.D.ad l.Iul.de adulter. Aliter atque in his quæ benigne atque fauorabiliter conſtituuntur, in quibus patris appellatione auum contineri iuſta interpretatione recipitur.l.iuſta.D.de verborum ſignificationibus. Et ita patribus lege Papia ſeruatum ius antiquum,auis quoque, Nerua, Plinio teſte, in Panegyri.indulſit. Secundum quæ legem municipalem Pariſienſis præfecturæ, quæ patri, filij ſine liberis mortui certam bonorum ſpeciem defert,Pariſienſis curia ad auum producendum eſſe pronuntiauit. Sed & illam principis conſtitutionem, qua ceſſiones actionum mutandi iudicij cauſa,præter quam a patre, filio, & alijs exceptis perſonis factę,inhibentur,auum complecti obtinuit,licet de patre dũ taxat loquatur.Patrem autem hic iuſtum intelligimus, ſiue is naturalis ſit,ſiue adoptiuus.In matre, nihil refert iuſta ſit, an vulgo conceperit.l.lege Iulia.D.de ritu nuptiarum. Nam mater quidem ſemper certa eſt, etiam ſi vulgo conceperit: vulgo vero quæſitorum incertus pater eſt,cum ſolum populum patrem ciere poſſint.Vnde feſtiuo ſcommate Diogenes quendam vulgo editum lapides in vulgus iacientem repreſſit:cauendum ei eſſe admonens ne patrem ictu offenderet. Quod belle quoque Syneſius Epiſto. tertia, de vulgo quæſitis loquens expreſſit τοῖς γα᾽ρ, ait, οὕτω γεγονόσιν, ἀπόδεδεικται μὲν ἡ μήτηρ, ὁ δὲ λοιπὸς τῶν γονέων, ἀμφισβητήσιμος. ὃ σου ὐν ἀμωτεροις παρὰ τῶν εὖ γεγονότων ὀφιλεται τοῦτο πᾶν ἥκειν ἔδει παρὰ τῶν ἀπαδόρων εἰς τὰς μητέρας. Solius ergo matris, quam partus ipſe indubitate demonſtrat,merito turpitudo ſpectatur,non etiam patris quam promiſcuus matris concubitus,aut ignotum aut certe incertum reddit. Quod ſi poſt legitime copulatas nuptias Senatoris ſocer,ſocruive artem ludicram facere cęperint, non idcirco ab initio recte contractum matrimonium diſſoluetur.At ſi ipſa met vxor artem ludicram facere cœperit,vtique dimittenda erit. Honeſte enim in matrimonio retineri non poteſt. Ait lex, Artem ludicram veluti mimicam,hiſtrionicam & quamcunque aliam ſcenicam. Artem enim ludicram facere dicũtur, qui operas ſuas in ſcenam ſaltandi geſticulandive cauſa locant, vel etiam extra ſcenam geſticulantur. l. mater.§.vltimo.D.de adulter.l.ſecunda.§.vltimo, de his qui not.infam. Athletæ plane thymelici,xyſtici, agitatores, & qui aquam equis refocillandorum eorum cauſa ſpargebãt,ceterique omnes qui ſacris, & in deorum honorem inſtituris certaminibus deſeruiebant,item deſignatores, quos βραβευτὰς vocabãt, artem ludicram facere non exiſtimabuntur, quemadmodũ Vlpianus ad edictum Prætoris de his qui notantur infamia explicat. athletas. D. de his qui notantur infam. Eodem iure etiam Atellanarum actores habitos obſeruaui, quod genus ludorum ab Oſcis acceptum iuuentutem tenuiſſe, nec ab hiſtrionibus pollui paſſam, eoque inſtitutum, vt earum actores,velut artis ludicræ expertes,notæque vacui, neque tribu mouerentur,nec a ſtipendijs militaribus repellerẽtur, Liuius cum Valerio Max.ſcribit.Proinde & his ius erat non cogi in ſcena perſonam ponere,quod cæteris hiſtrionibus pati neceſſe erat,quemadmodum ex Feſto Pompeio Paulus adnotauit libro decimoquarto.Erant vero Atellanæ,vt eſt a Donato,in Teren.& Diomede,lib 3. de arte gram. ſcriptum ſalibus atq; iocis compoſitæ fabulæ,quæ vetuſtam in ſe elegantiam, delectationemque Italica ſeueritate temperatam,laſciuia ac petulantia vacuam habebant. Eſtque ab Atella id earum nomen Oſcorum ciuitate,in qua primum actitatæ ſunt,ductũ. Quas non in libera tantum Repub. ſed vel imperatorum tẽporibus in vſu fuiſſe duo Tranquilli loci arguunt. Quorum vnus eſt in Tyberio, capite quadrageſimoſexto, in hæc verba. Vnde nota in Atellanico exodio proximis ludis adſenſu maximo excepta percrebuit,hircum vetulum capreis naturam ligurire.Alter in Galba,capite decimotertio, his verbis, Siquidem Atellanis notiſſimum canticum exorſus,venit Ioſimus a villa cuncti ſimul ſpectatores conſentiente voce reliquam partem retulerunt ac ſæpius verſu repetito egerunt. Hoc idem Spartian.in Hadriano comprobat. In conuiuio Tragœdias, comœdias, Atellanas, ſambucas pro ſe ſemper exhibuit. Exodia vero huic fabularum generi inſerta ex ſuperiore Tranquilli loco liquet. Quod & Iuuenalis indicat.

Ruſticus, inquit, *exodio riſum mouet Atellanæ*.

Liuius qualia ea fuerint exponit,libro ſeptimo, ab V. C. in hunc modum,Iuuentus hiſtrionibus fabularum actu relicto ipſa inter ſe more antiquo ridicula intexta verſibus iactitare cepit, quæ inde exodia poſtea appellata conſertaque fabulis potiſſimum Atellanis, ſunt. Atellanarum vtique probatiſſimos actores, Nonium & Pomponium, Macrobius memorat: poſt quos, diu iacentem artem Atellanicam ſuſcitaſſe Mummium ſcribit,lib. Saturnal.capite decimo. Ac plane Pomponij celebris Atellanarum ſcriptoris apud Senecã, controuer.3.lib.7. fit mentio. Enimuero Mimi,Pantomimi, hiſtriones, ὀρχησαι, qui fracto molli atque effœminato geſtu motuque corporis,& muto manuum ſermones res quaſcunque fictas,geſtaſue exprimebant,& ita oculis ſubijciebant,vt manibus quodammodo loqui viderentur, artem ludicrã facere proculdubio cenſebantur.De quorum artificioſa ſaltatione,ſi quæ cogitatione complexus,aut obſeruatione conſecutus ſum,ea hic effundere vellem, latiſſimus certe digreſ-

Source : BIU Cujas

ſionis excurſionisque campus pateret. Sed ne Parergis liber hic turgeſcat, magis eſt, vt proprium ei tractationi librum ali quando, ſi Deus dederit, exiturum deſtinemus. Interim vero quo loco ac numero eiuſmodi voluptatū artifices olim fuerint, ſcire intereſt. Idque ipſa legis in qua conſtitimus, prohibitio exigit. Hoc enim expoſito nemini dubiū relinquetur, cur ab earum nuptijs quorum pater artem ludicram feciſſet, Senatores Senatorumq; filios lex Iulia repulerit. Artem plane ludicram ſcenamque totam veteres in probro duxiſſe, genuſque id hominum non modo honore ciuium reliquorū carere, ſed & tribu moueri, cenſoria notatione voluiſſe, Cicero lib. 4. de Repub. ſcripſerat, vt a B. Auguſtino lib. 2. de ciuit. Dei, cap. xiij. refertur. Idemque lib. j. de conſenſu Euangeliſt. cap. 33. Nonne Cicero, ait, cum Roſcium quendam laudaret hiſtrionem, ita peritum dixit, vt ſolus eſſet dignus, qui in ſcenā deberet intrare, ita virum bonum, vt ſolus eſſet dignus, q eo nòn deberet accedere. Quid aliud apertiſſime oſtendens niſi illam ſcenam eſſe tam turpem, vt tanto minus ibi eſſe homo debeat, quanto magis fuerit vir bonus? Vnde Tertullianus in lib. de ſpectaculis. Etenim, ait, ipſi actores & adminiſtratores ſpectaculorum, locum, quadrigarios, ſcenicos, Xyſticos, harenarios illos amentiſſimos, quibus viles animas fœminæ, aut illi etiam corpora ſua ſubſternunt, propter quos in ea committunt quæ reprehēdunt, ex eadem parte qua magni faciunt, deprimunt, & diminuunt: Immo manifeſte damnant ignominia & capitis mutatione: arcentes curia, roſtris, Senatu, Equite, ceteriſque ordinib. ſimul & ornamentis Quiritium. Arnobius lib. 7. aduerſus gentes. Exiſtimatur tractari ſe honorifice Flora, ſi ſuis in ludis flagitioſas conſpexerit res agi & migratum a lupanaribus in theatra. Itane iſtud non eſt deorum imminuere dignitatem, dicare & conſecrare turpiſſimas res Dijs, quas cenſor animus reſpuat: & quarum actores inhoneſtos eſſe ius veſtrum, & inter capita computari in dicauit infamia. Quam veluti amentatam haſtam veriſſime Arnobius ex ipſo Quiritium iure, in eos torſit. Edicto nanq; Prætoris infamia notabantur l. j. D de his qui not. infam. qui artis ludicræ, pronuntiandive cauſa in ſcenam prodijſſent: Quapropter Aemilius Probus in prefatione lib. de vita excellent. Imperator. Magnis, inquit, laudibus tota fuit Græcia, victorem olympiæ citari. In ſcenam vero prodire, & populo eſſe ſpectaculo, nemini in eiſdem gentibus fuit turpitudini: quę omnia apud nos partim infamia, partim humilia atque ab honeſtate remota ponuntur. Huius rei argumentum eſt, quod qui ad principem prouocantem, eum qui artem ludicram faceret, torſiſſet, verberaſſet, condemnaſſet iudex, lege Iulia de vi publica cōtra atque ſi idem in reliquorum ciuium corpus admiſiſſet, non apprehendebatur, Paulus lib. 5. ſententiar. tit. de vi. publica. ipſamet legis exceptione nominatim tutus: quę genus id hominum quaſi beneficio ſuo indignum aſpernabatur. Quinetiam Hilam pantomimum quærente Prætore in atrio domus ſuæ Auguſtum flagellis (quod erat ſeruile ſupplicium) verberaſſe Tranquillus memorat, in Auguſto capi. 45. vbi & illud refert magiſtratibus omni loco omnique tempore coercitionem in hiſtriones lege veteri permiſſam, Auguſtum ademiſſe. Marito etiam cum paucas omnino perſonas in vxoris adulterio deprehenſas occidendi ius lex Iulia de pudicitia daret, id ei licere in eos qui artem ludicram facerent, noluit. l. marito. D. ad l. Iul. de adult. Accuſandi quoque & publico iudicio reos poſtulandi, his qui artem ludicram feciſſent, poteſtas denegabatur. l. qui iudicio. D. de accuſat. Proinde & huiuſmodi artem, citra capitale flagitium exercere miles non poterat. Tiberium quidem certe Dio auctor eſt, libro 57. hiſtriones orbe expuliſſe, arteque ea interdixiſſe, quod & fœminas ignominia adficerent & turbas excitarent. Contra, Caius eos ſtatim atq; imperio potitus eſt, lib. 59. eodem Dione teſte, reuocauit. Rurſus Domitianus ſcenam his interdixit vt Sueto. in eius vita memorat, cap. 7. intra domum dunta xat exercendi artem iure conceſſo. Fuit plane tempus, cū nec Equitibus ſcena indecora eſſet, vt eam illis Senatuſconſulto Auguſti temporib. interdici neceſſe fuerit. Quod Suetonius in Auguſto docet, cap. 43. his verbis. Ad ſcœnicas quoque & gladiatorias operas Equitibus Romanis aliquando vſus eſt, verum priuſq; Senatuſconſulto interdiceretur. Qđ idem Dio ita refert lib. 54. ἐπειδή περ καὶ ἵππεῖς καὶ γυναῖκες ἐπιφανεῖς ἐν τῇ ὀρχήσρᾳ, καὶ τότε γε ἐπεδείξαντο, ἀπηγόρευσεν ὄχ ὅτι τοῖς πασὶν τοῦτο βουλευτὰν, ὅπερ καὶ πρίν ἐκεκώλυτο, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐγγόνοις τοῖς τε ἐντῇ ἱππάδι δηλονότι ἐξεταζομένοις, μηδὲν ἔτι τοιοῦτον δρᾶν. Ex quo lucem accipiet alter Suetonii in Tiberio locus, quo ex iuuentute vtriuſque ordinis profligatiſſimum quemque quominus in opera ſcenæ harenæue edenda Senatuſconſulto teneretur famoſi iudicij notam ſpō te ſubijiſſe narrat. cap. 35. Poſtea tamen, quod & mirum viſu iri præmonet, Equitibus gladiatorium ludum indulgentia quadam permiſſum fuiſſe, Dio auctor eſt. lib. 56. καὶ τοῖς ἱππεῦσιν ait, οὐκ ἠναμάσαε ἅπαντες, μονομαχῶν ἐπετράπη. Αἴτιον δέ, ὅτι ἐν ὀλιγωρίᾳ τινὲς τῶν ἀτιμίαν τῶν ἐπ' ἀντωὲπικειμένων ἐποιοῦντο. Επεὶ γὰρ μητ' ὄφελός τι τῆς ἀπορρήσεως ἐγίγνετο, καὶ τιμωρίας μείζονος ἀξιοῦσθαι ἐδόκουν μὴ ἀποστρατήσεσθαι ἐνομίσθησαν συνεχωρήθη τοῦτο σφίσι ποιῶν ἠ ὕτως ἀντὶ τῆς ἀτιμίας θάνατον ὀφλισκάνειν. Suetonius etiam Neronem quadringentos Senatores, ſexcentoſque Equites Romanos & quoſdam fortunæ atque exiſtimationis integræ, ad ferrum exhibuiſſe narrat: in Nerone, capite duodecimo. Proinde Vitellio imperante, quemadmodum Tacitus ſcribit, ſeuere cautum fuit ne Equites Romani ludo & harena polluerētur, cū priores id principes pecunia & ſępius vi pertuliſſent: Ac Domitianum quoque Quæſtorium virum quod geſticulandi ſaltandique ſtudio teneretur, Senatu mouiſſe traditum eſt. Sueto. in Domit. capi. octauo. Quod autem ait lex, Facit Fecerit, cum effectu accipiendum eſt. arg. l. primę. §. hæc verba. D. quod quiſq; iur. Et ideo qui operas ſuas locauerit, vt in ſcenam prodiret, nec prodierit tamen, lege contineri non videtur. l. 3. D. de his qui not. infam. Factum enim non voluntas apprehenditur. Quo pertinet apud Quintilianum, libro tertio, inſtit. orat. cap. ſexto, propoſita quæſtio, an theatrali lege quæ eum qui artem ludicram exercuiſſet, a xiiij. primis theatri ordinibus arceri volebat, is qui Prætori in hortis oſtenſus eſſet, nec tamen productus, contineretur. Cui nō abſimilis & alia quæſtio tractatur apud eundem aut alium Quintilian. Declamatione cccij. Certe in Senatuſcōſulto l. j. §. in Senatuſcōſulto. D. de poſtul. de poſtulando & in alio legis Iuliæ capite. l. qui libertinus. D. de oper. libert. ſola operarum ad beſtias depugnandas locatio, etiam nulla pugna ſecuta notat. Ita quippe vtrubique verba ſcripta ſunt. In edicto autem Prætoris de infamibus, quod ad ludicram artem attinet, conſilium ac conatus non punit: Ceterum huic legis Iuliæ capiti congruenter Conſtantinus ſanxit, vtne Senatoribus, præfectis, Duumuiriſue, vel ſacerdotibus municipiorum, libertam, libertęve filiam, ſcenicam, vel ſcenicæ filiam, tabernariam, tabernarięve filiam, vel lenonis, aut harenarij filiam, vxorem habere liceret. Quam conſtitutionem Valentinianus & Martianus in Nouellis laudant. tit. quarto Nouel. Mart. Ei vero Iuſtinianus, quantum ad ſcenicas perſonas attinet derogauit, in l. imperialis. C. de nuptijs. conſtituens mulieribus quæ pudorem ſuum ſcena aut ludo quandoque polluiſſent, ſi derelicta inhoneſta conuerſatione honeſtiorem commodioremque vitam fuerint amplexæ, licere principali reſcripto, cuilibet perſonæ, quacunque dignitate præditæ, nubere, quaſi omni priſtinæ vitæ macula pœnitentia, principiſque beneficio diluta atque abſterſa. Addidit vero legi Iuliæ Senatus, vt neque damnatam publico iudicio ducere vxorem, aut retinere ius eſſet. l. palam. §. Senatus. D. de ritu nuptia. Damnatam accipe eam quæ non prouocauit: Ceterum ſi prouocauit, nondum damnata videtur. Idem eſt, etſi ab eo qui ius damnandi non habuit, damnata ſit: Damnata enim tum videtur, cum damnatio tenuit. Quā ego interpretationem ex ſimilibus alijs locis haurio. l. edicto. D. de bonorum poſſeſſio. l. ſecunda. §. vltimo. D. de pœnis. l. furti. §. primo. D. de his qui notantur infam. Publico plane iudicio damnata non videtur, quæ calumniæ, præuaricationiſue nomine, ex cauſa publici iudicij ſit condemnata, licet infamiæ notetur. l. palam. §. ſi quæ calumniæ. D. de ritu nuptiarum. In calumniatores enim nulla publica quæſtio conſtituta eſt. Nam etſi lege Remnia eis pœna irrogata ſit, non tamen in publicorum iudiciorum legibus lex ea numeratur. Igitur ſi ob publici iudicij accuſationem per calumniam inſtitutam, ſiue ob priuatum iudicium per calumniam motum, vt calumniatrix mulier damnata ſit, Senatuſconſulto non ꝓtinetur. Ergo dicet aliquis, publico iudicio reos poſtulare mulieribus licet. Quod ita verum eſt, ſi ſuam, ſuorumque iniuriam exequantur, vel læſæ maieſtatis, aut annonæ fraudatæ accuſationem perferant: His enim ex cauſis ad accuſationem publici iudicij admittuntur. l. de crimine. C. qui accuſ. non poſſ. l. qui accuſare. l. hi tamen. l. mulierem. D. de accuſat. l. vltima. D. ad legem Iuliam. de anno. l. in quæſtionibus. D. ad legem Iuliam maieſt. quam ſi deſtituiſſe arguantur, ob eamque rem damnatæ ſint, a Senatorum nuptijs idcirco nō arcebuntur, ꝙ præuaricationis crimen in hac ſpecie iudicium publicū non ſit. l. 3 §. vlt. D. de præuaric. Porro Senatorijs perſonis exceptis, cæteris omnib. ingenuis libertinas vxores ducere lege Papia cōceſſum fuiſſe, Celſus teſtis eſt, in l. lege Papia. D. de ritu nup. cuius ipſa verba ſubiecī: Lege Iulia Papia cauetur, omnibus ingenuis, præter Senatores, eorumq; liberos libertinas vxores habere licere. Quod & Dio comprobat, li. 54. de Auguſto loquens. Επειδὴ δὲ, ait, πολὺ πλεῖον τὸ ἀρρεν τῶν, θήλεος τῷ εὐγενῶς ὄν, ἐπέτρεψε καὶ ἐξελευθέρας τοῖς ἐβέλουσι πλὴν τῶν βουλευόντων ἀγεσθαι, ἐνόμισε τῷ τεκνοποιίαν αὐτῶν ἔσεσθαι μελέντας. Quæ uerba latine

reddam

reddam,quoniam in hac parte recta non eſt, quod eius pace dictum ſit,Xylandri interpretatio: qui ὑφγενῆ illic pro patritio accepit cum ingenuū proculdubio ſignificet.Sic enim Theophilus lib.1.Inſtit.& Conſtantin Harmenop. lib.1.tit. vltimo αὐγενῆ definiunt, ὁ ἅμα τῷ τεχθῆναι ἐλεύθερος ἐστί, id eſt, qui ſtatim ac natus eſt,liber eſt.Itaque recta eſt hæc quæ ſequitur illius loci interpretatio.Iam vero quoniam maſculorum ingenuorum numerus maior erat,quam mulierum, poteſtatem fecit omnibus pro arbitrio,Senatoribus exceptis, libertini generis vxores ducere,iuſtoſque eſſe,qui inde ſuſciperentur,liberos conſtituit.In eundemque lapidem & Zonaras interpres impegit in eadem Auguſti conſtitutione referenda.Nā Zonaras ipſamet Dionis verba in ſuos annales tranſcripſit: nec diſſimilitudo vlla eſt in verbis, præterquam quod pro ἐξελευθέρας, ἀπελευθέρας, pro βουλευόντων, βουλευτῶν. Zonaræ codex habet. Hoc vero eſt,quod Mauritianus ſignificat, l. obſeruandum. D.de ritu nupt.Obſeruandum eſſe,in quiens,vt inferioris gradus homines,equeſtris vt puta vel plebeij ordinis,vxores ducant eas,quas qui altioris dignitatis ſunt,veluti Senatores,ducere legibus propter dignitatem prohibentur. Excipiebat autem lex quaſdam perſonas,quas ne inferioris quidem ordinis hominibus, dummodo ingenuis,ducere permittebat.Veluti lænam,a lænone, lænave manumiſſam, vel eam quæ palam quæſtum corpore faceret,feciſſet.Item in adulterio deprehēſam,vel iudicio publico damnatam,vel quæ artem ludicram exercuiſſet.Cuius exceptionis,auctorem laudo locupletem, Vlpianum nimirum in fragmentis titulorum ex eius corpore excerptorum,tit.de cœlibe,orbo,ſolitario. Atque ad hoc legis Iuliæ de maritandis ordinibus caput referenda eſſe cenſeo,quæcunque de ingenuorum ſtatu ac cōditione ex Vlpiani libris ad l.Iul.& Pap.in Pandectis tractata reperiuntur. Ingenuum namque habendum eum qui ingenuus pronuntiatus fuiſſet,licet natura & reuera ingenuus non eſſet, Vlpianus lib.1.ad l.Iul.tradiderat,vt ex inſcriptione l. ingenuus D. de ſtatu homi.liquet. Idq; nimirum propter rei iudicatæ auctoritatem, quæ pro veritate habeatur.Vnde & hauſta eſt illa iuris regula, quæ rem iudicatam pro veritate haberi definit. Cui tamen non in hac modo ſpecie,ſed & in omnib.cauſis,in quibus de ſtatu,conditione,qualitateque perſonæ quæſtio vertitur,locus eſt.In his enim, vel maximę ſententia ius facit.l.adoptiuum.§.1.D.de in ius voc.l.ſiue contra.D.de libe. adgnoſc.l.Papinianus.§.ſi ex cauſa.D.de inoffi.teſt.Eodem libro Vlpianus in huius capitis,vt veriſimile eſt,interpretatione,ſcripſerat.l.4.D.de colluſio.deteg.Si quis per colluſionem ingenuus eſſe pronuntiatus eſſet medio tempore,id eſt, ante colluſionem detectam,& poſt ſententiam de ingenuitate dictam,quaſi ingenuum accipi. Lænas autem, vt ſingula legis verba expendamus,Vlpianus ad edictum Prætoris ſub titulo de his qui notantur infamia,dici ait.l.4.§.ait Prætor.D. de his qui notantur infam.eas,quæ per mulieres quæſtuarias ꝓſtituunt.Nec refert ſuo an alterius nomine id genus vitæ exerceant. Ac nec illud intereſt, principaliter ne hoc negotium gerant,vel alterius negotij acceſſione vtantur.l.palam.§.lenonem.D.de ritu nupt.Vt puta,ſi cauponam quis,vel ſtabulum exercens, mancipia quæſtuaria habeat occaſione miniſterij quæſtum corpore facientia,is lenonis loco habebitur.Lenones porro,lænæque edicto Prętoris infamia notabantur.Proinde nec accuſandi publico iudicio ius habebant.l. qui iudicio.D.de accuſat.& vt viles,turpes,famoſæque perſonæ,in adulterio deprehenſi lenones, a maritis impune occidi poterant.l.marito.D.de adulte. Et merito certe, ignominia huiuſmodi perſonas notandas veteres cenſuerunt,quas cum Terentio,in Adel.peſtem perniciemque communem adoleſcētium,& cum Iuſtiniano,Nouell.14. ὀλεθρίους καὶ κοινοὺς λυμεῶνας τῆς σωφροσύνης, vocare iure poſſumus. Quapropter ſilentio prætermitti Q.Metelli iudicium non debet,qui in Prætura vrbana, Vetib.o lenoni bonorum poſſeſſionem ſecūdum tabulas denegauit.Valerius Max.lib.7.cap.7.ſeparandam fori ac lupanaris conditionem exiſtimans, iuriſque ac legum auxilio indignos cenſens eos,qui tantam ciuitati labem inferrent.Laudāda quoque Honorij & Theodoſii conſtitutio, qua lenones patres, dominoſve,quos neceſſitatem filiabus ancilliſve peccandi impoſuiſſe conſtiterit, nō ſolum poteſtatem, quam in eos habebant amittere,ſed & proſcriptionis,exilijque pœna plecti ſanciunt.l.vlt.C. de ſpecta. lib.2. Denique nec ſatis vnquam pro merito Iuſtinianus laudabitur,qui genus hoc hominum vrbe regia pelli,eoſque qui illecebris pellectas puellas ad quæſtum alere comperti eſſent,acerbiſſimis pœnis ſubijci voluit.Nouell.xiiij.Verum videamus quænam palam quæſtum corpore facere ex legis Papiæ ſententia intelligerentur. Palam,Vlpiano interprete.l.palam.D.de ver.ſigni. eſt coram pluribus:eique voci plerunque ſocia adiungitur vox aperte: quarum altera,vt Aſconius Pædianus diſtinguit, ad publicū conſpectum,altera ad dictorum ſignificationem pertinet. Valer.Max.libro ſexto,cap.primo. Cum de ſtupro nihil negaret,ſed ſponſionem ſe facere paratum diceret, quod palam atque aperte corpore quæſtum facitaſſet.Palam autem quęſtum feciſſe, non ea tantum exiſtimatur,quæ ſe in lupanario & vt Tertul.loquitur,publicarum libidinum loco proſtituit, verum etiam ſi quæ in taberna vel caupona,aut alicubi alias pudori ſuo non parcit.D.l.palam D.de ritu nupt. Cuiuſmodi fœminis olim propter infamiæ notam,turpitudinemque vitæ,teſtimonij dictio non erat, legeque adeo Iulia de vi nominatim cauebatur.l.3.§.lege Iulia.D.de teſtib.vt ne ad teſtimonij fidem admitterētur.Et quoniam hic ſe de impudicis mulieribus agendi locus offert,non alienum erit, quæ de re meretricia ex veteri memoria obſeruādo notaui, in medium ꝓducere.Nec enim erit inutilis aut iniucunda hæc a propoſita oratione digreſſio.Primum autem inuenio publicarum libidinum victimas,atque hoſtias, (ſic enim Tertullianus nō ſemel,in lib.de cultu fœminar.& in libro de ſpectacul.meretrices appellat)Romę ſub fornicibus proſtare conſueuiſſe.In de illud Horatij in ſermonibus, lib.1.Sat.2. Contra alius nullam, niſi olenti in fornice ſtantem: qua periphraſi meretricē deſignat. Idem eodem loco.

Quidem motus,homo enim exiret fornice,macte
Virtute eſto, inquit,*ſententia dia Catonis*
Nam ſimul ac venas inflauit terra libido
Huc iuuenes æquum eſt deſcendere,non alienas
Peruiolare uxores.

Seneca in libro de beata vita.Voluptas,ait,humile,ſeruile, imbecillum,caducum,cui ſtatio ac domicilium fornices, & popinæ ſunt.Arnobius libro ſecundo,aduerſus gentes. Stant in lupanaribus promptæ,in fornicibus obiūctæ. Plautus Bacchidibus,Omnes fornices luſtra & luſtrales cellulas quæſiui ſedulo. Martialis lib.j.Epigram.

At meretrix abigit teſtes, ueloque,ſeraque.
Raraque ſum mœni fornice rima patet.

Arbiter Petronius Satyrico,Tandem immo iam ſero intelexi me in fornicem eſſe deductum:execratus itaque aniculæ inſidias operui caput,& per medium lupanar fugiens,cœpi in aliam partem. Iſidorus lib.x. Etymologiar. Fornicatrix eſt,cuius corpus publicum,ac vulgare eſt.Hę ſub arcuatis ꝓſtituebantur,quæ loca fornices dicuntur,vnde & fornicarię. Sed & in lexico Latino græco,ſuburbicariæ ædis B. Germani Pariſienſis ita ſcriptum reperi πόρνη ἀπὸ καμάρας ἐμπίσαντα, lupanaris vero vocabulum, vnde ductum ſit,Lactantius lib. 1. Diuinar.inſti.c.20. ſic exponit de Acca Laurentia agens,fuit enim Fauſtuli vxor,& propter vulgati corporis vilitatem,lupa inter paſtores, id eſt meretrix nuncupata eſt, vnde etiam lupanar dicitur.B.Hieronym.in Chronic.Euſebij, verum paruulos prope ripam Tiberis expoſitos, Fauſtulus regij paſtor armenti ad Accam Laurentiam vxorem ſuam detulit, quæ propter pulchritudinem,& rapacitatem corporis quæſtuoſi, lupa a vicinis appellatur.Vnde ad noſtram vſque memoriam meretricum cellulæ,lupanaria dicūtur.Idem & Iſidor. tradit lib.18.Etymolog.cap.42. Græci porro οἴημα vocant: Sic enim Dio lib.59.Meſſalinæ libidinem narrans loquitur. οὐδὲν γὰρ μὴ ἐπ' οἰήματος, ἐν τῷ παλατίῳ αὐτὴ τε ἐκαθέζετο καὶ ἄλλας τὰς πρώτας ἐκάθιζεν. Inuenitur & hoc verbum apud Xiphilinum in Heliogabalo. μὴ τέλος, ait, ἐν τῷ Παλατίῳ οἰήματι ἀποδείξας, ἐν τοῦτῳ ἡδέλγαινε, vbi interpres οἴημα, cubiculum non ſatis apte vertit cum cellam vel lupanar,commodius reddere potuiſſet.Suidas, οἰήματα τὰ χαναὶ τυπεῖα. Heſichius. οἴημα τὸ δεσμωτήριον, ἀπίσω δὲ τὸ πορνεῖον. Ex illo autem Martialis a me ſupra prolato verſū ſub mœnianis & proiectis abditas fuiſſe meretricum cellas,colligere eſt qua ratione idem auctor ſcorta,ſubmœnianas vxores, lib. xij. Epigram.vocat.

Et plena, inquiens,*turpi matris olla reſina*
Submœnianæ qua pilantur uxores.

Vnde etiam explicantur ſequentes cuiuſdam poetę verſus qui lib.xj.Epig.leguntur.

Submœnianis inquinatior buccis.
Quem cum feneſtra uidit a ſuburana,
Obſcœna nondum lena fornicem clauſit.

Ex quo etiam liquet,in ſubura,quæ in ſecunda vrbis regione ſita erat, meretricum manſionem fuiſſe, quod verſus hi Priapeorum ſignificant.

Nota ſuburanas inter Theleuſa puella
Quæ puto de quæſtu libera facta ſuo eſt.

Et hinc fortaſſe eſt,quod in deſcriptione vrbis Romæ in eadē cū ſubura regione,lupariętam a Pub.Victore,quam a Sexto Ruffo ponūtur.Sed extra vrbis męnia quædam proſtabāt meretrices,quas extramuranas idcirco Lampridius in Heliogabalo vocat. Quin & alijs theatris vrbis locis meretrices ꝓſtitiſſe non dubiū eſt.Idē Lampridius in Heliogabalo,Fertur

Source : BIU Cujas

vna die ad omnes Circi theatri, & amphitheatri,& omnium vrbis locorum meretrices, tectus cucullione mulionico,ne adgnoscereturingressius.Idem alias, omnes de circo,de theatro,de stadio,& omnibus locis & balneis meretrices collegit in ædes publicas,Isidor.libro decimooctauo Etymolog.cap. quadragesimosecundo. Ideo vero theatrum idem & prostibulum,eo quod post ludos exactos meretrices ibi prosterne rentur.Ex quibus satis,abundeque probatum arbitror in fornicibus & submęnianis meretricum cellulas positas,structasque fuisse:quas quod & humi depressæ essent;& exiguum lumen admitterent,obscuras esse,fuliginisque plenas plerunq; contingebat.Qua de causa Seneca in libris controuersiar.fornicis fuliginem dixit, Auctor quoque Priapeorum.

Quilibet huc licebit intret
Nigra fornicis oblitus fauilla.

Indeque Horatius olentem fornicem dixit libro primo, Satyr.2.vt & Prudentius libro secundo, contra Symmachū spurcam redolente fornice cellam. Certa vero meretrici cuique cellula constituebatur,propriusque ei titulus inscribebatur,quo & prostitutæ nomen, & quantum vno concubitu mereret,designabatur:quo facilius in eam quisque incideret ad quam animum appulisset,pretiumque concubitus a se pēdendum sciret.Seneca libro secundo controuersiarum.Deducta es in lupanar,accepisti locum,pretium constitutum est inscriptus est titulus,hactenus in te inquiri potest. Cæterum nescio quid cellulam & obscœnum lectulum vocas. Et paulo post. Meretrix vocata es,in communi loco stetisti, superpositus est cellæ tuæ titulus,venientes recepisti. Et alias. Stetisti cum meretricibus, stetisti sic ornata, vt populo placere posses,cum veste quam leno dederat:nomen tuum pependit in fronte,pretia stupri accepisti. Inde Martialis inscriptam cellam pro lupanario dixit.

Intrasti,ait,*quoties inscripte limina sellæ.*
Et puer arrisit siue puella tibi.

Hoc ipsum Iuuenalis aperte expressit, Saty.vj. Messalinam exagitans,Claudij Imperatoris vxorem libidinis prodigiosissimæ fœminam,cuius explendæ causa toro coniugali relicto, meretricis habitu plerunque in lupanar noctu descendebat, venientesq; nomine insignioris fornicariæ sibi accommodato,vsq; ad satietatem admittebat.

Respice,inquit,*riuales diuorum,Claudius audi*
Quæ tulerit,dormire virum consenserat vxor,
Ausa Palatino tegetem præferre cubili
Sumere nocturnos meretrix Augusta cucullos
Linquebat comite ancilla non amplius vna,
Et nigrum flauo crinem abscondente galero,
Intrauit calidum veteri centone lupanar.
Et cellam uacuam,atque suam:tunc nuda pupillis
Constitit auratis,titulum mentità Lycisca,
Ostenditque tuum generose Britannice uentrem.
Excepit blanda intrantes,atque æra poposcit,
Mox lenone suas iam dimittente puellas
Tristis abit,sed quod potuit,tamen ultima cellam
Clausit adhuc ardens rigidæ tentigine uuluæ,
Et lassata uiris,nondum satiata recessit,
Obscurisque genis turpis,fumoque lucernæ,
Fœda lupanaris tulit ad puluinar odorem.

Quod autem superiores auctores titulum,Tertullianus elogium appellat in libro de spectaculis. Ipsa etiam,ait,prostibula publicæ libidinis hostiæ in scena proferuntur, perque omnis ætatis,omnis cognationis ora transducuntur,locus,stipes elogium etiam quibus opus non est prædicantur. Vtitur tamen ille auctor tituli verbo in eandem sententiam in libro de pudicitia. Et vbi, ait, proponetur liberalitas ista? Ibidem opinor in ipsis libidinum ianuis,sub ipsis libidinum titulis,illic huiusmodi pœnitentia promulganda est: inter meretricē plane & prostibulum hanc veteres differentiam posuisse Nonius Marcell.notat,quod meretrices copiam sui tantummodo noctu facerent:prostibula vero ante stabulum starent, q̄stus diurni & nocturni causa,& ad hanc comprobandam differentiam Plauti Cistellaria locum producit, eademque rōne prosedas appellatas ab eodem Plauto meretrices,quæ ante stabula sederent Sex.Pomp.lib.14.docet:locus vero Plauti de quo sentit ex Pœnulo Act.j.Sc.2.petendus est.Quorum locorum auctoritate adductus credo apud Petronium Arbit. verbum hoc corruptum esse:nam in Satyrico scriptum vetes libri habent,iam pro sella meretrix assem exegerat, cum meo quidem iudicio,scribendum sit, iam prosęda meretrix. Cum vero,ait Iuuenalis,tunc nuda papillis constitit auratis, morem meretricum signat,quas nudas prostare consueuisse didici ex Xiphil.in Heliogabalo. ἐν τῷ παλατίῳ inquit ille, οἰκήματι ἀπόδυξας ἑαυτὸν ἐπὶ σέλγουνε. γυμὸς τε ἀεὶ ἐπὶ τῆς θύρας αὐτὸς ἑστὼς ὥσπερ πόρνη, Petronius Arbiter in Sary. Cum ego negarem me cognoscere domum,video quosdam interuiculos, nudasque meretrices furtim spatiantes. Enimuero apud Aediles flagitium profiteri,suumque nomen edere meretrix cogebatur. Cornel.Tacit.lib.2.Nam Vistilia Prætoria familia genita licē tiam stupri apud Aediles vulgauerat,more inter veteres recepto,qui satis pœnarum aduersus impudicas,in ipsa professione flagitij credebant.Sed & meretricum erant ab honestarū matronarum cultu,atque ornatu distincta vestimenta.Quēadmodum in nostris selectar.ex iure ciuili antiquitatum cōmentariis fusissime comprobauimus. Nec in stolæ modo, & pallæ vsu,sed & in crinium colore differentia ea cernebatur. Siquidem,vt Seruius in 4.Aeneid. notat, matronis nigra coma,meretricibus flaua probabatur:quod ex eo Iuuenalis,quē modo retuli loco confirmatur.

Et nigrum,ait,flauo crinem abscondente galero.

Valerius lib. 2. de matribusfamilias agens, indulgentibus namque maritis & auro abundante & multa purpura vlę sūt, quo formam suam concinniorem efficerent,summa cum diligentia capillos cinere rutilarunt.Ceterum meretricum quę stum vectigali obnoxium esse Caligula voluit, tributumque illud primus instituit, cuius ad hæc vsque tempora exemplū manere dicitur.Sic enim Tranquillus in eius vita scribit,cap. xl.Ex gerulorum diurnis quæstibus pars octaua, ex capturis prostibularum quantum quæque vno cōcubitu mereret,ad ditumque ad caput legis,vt publico tenerentur quæ meretricium quæue lenocinium fecissent.Meminit eius & Lampridius in Alexandro Lenonum, ait, vectigal & meretricum & exoletorum in sacrum ærarium inferri vetuit, sed sumptibus publicis ad instaurationem Theatri, Circi, Amphitheatri & ærarij deputauit.Cui non absimile tributum in vrbe quoque Constantinopolitana pendi & exigi consueuerant, χρυσάργυρον id appellabatur.Quod tandem ab Anastasio sublatum est,Zonar.tomo 3.annal.in Anastas.Niceph.hi.Eccl.lib.16.c.40.qui oēs eius tabulas magno studio conquisitas flammis aboleri curauit,vt eius instaurandi reuocandique facultatem posteris pręcideret.Porro meretrices,vt plurimum seruilis aut certe libertinæ conditionis erant.Plautus Cistel.Act.1.Sc.1.

Eunt depressum,quia nos sumus libertinę.
Et ego & mater tua ambæ meretrices fuimus.

Liuius lib.39.Scortum nobile libertina hyspala fecenia nō digna quæstu cui ancillula adsueuerat,etiam postq̄ manumissa erat,eodē se genere tuebat.Lamprid in Heliogabalo.Meretrices a cunctis lenonib.redemit sæpe & manumisit. Ac plane S.C.Tiberij tpibus facto quæstū corpore facere eæ mulieres vetitæ sunt, quarum auus pater marituśve equo publico meruisset.Tacitus lib 2.Eodē anno grauib.decretis libido fęminarū coercita est, cautūq; ne corpore quæstū faceret cui auus aut pr̄ aut maritus eques Romanus fuisset. Sed hæc fuerit, vt ait Thucydides ἐμβολιμαῖος nō inutilis. Vt igitur ad legis interpretationem redeam,siue in summęniana, cella & fornice,mulier corpus suū vulgauerit,siue alibi,vt cū Imperatoribus loquar,venalē,in l.si ea.C.ad l.Iul. de adult.formam exhibuerit, & prostitutam meretricio more vulgo se præbuerit, lege Iulia notatur.Palam.n.hic accepimus passim & sine delectu.Nec interest pecunia accepta an sine q̄stu palam se prostituerit. Quæ vero cū vno aut item altero licet pecunia accepta se commiscuit in eadem causa nō est. Nec vero ea tantum quæ palam quæstū corpore facit, sed & quæ aliquando fecit,licet facere desierit, ab ingenuorum nuptiis repellitur. Non enim ꝺcta ex anteactæ vitæ turpitudine macula, pœnitentia aboletur. Addit Vlpianus, huius loci interpretationē persequens,ei non ignosci quæ obtētu paupertatis,quasi egestate coacta,turpissimam vitā elegit, similis Chrysidi illi Terentianæ,quæ se inhoneste optauit parare diuitias,q̄ in patria honeste pauper viuere.Prohibebātur p̄terea ingenui in adulterio deprehensas ducere.Nec exigebat lex,vt dānatę essent. Igitur & si post deprehensionem absolutæ essent,adhuc tñ illis nota ex ipsa deprehensione,quam solam lex spectabat, ꝺcta oberat.l.palam.§.quæ in adulterio.D.de ritu nupt. Enim uero nec pœnæ nec infamiæ, quæ crimen adulterij plectitur mulier non accusata,nec damnata subijcitur.l.etsi.C. ad l.Iul. de adulter.etsi nuptiis eius, si deprehensa est, abstinere ingenuos lex Iulia de maritandis ordinibus præciperet, non distinguimus hic, vt in l. Iulia de adulterijs, a quo, vel vbi, deprehensa sit. Proinde siue maritus, siue quis alius deprehendisse proponatur,& siue in domo patris, vel mariti, siue alibi vsquam deprehensa sit, erit notata secundum verba legis. Atque hæc ita de ea quæ sponte peccarit accipienda sunt. Vim passam enim integræ existimationis esse, nec nuptias eius aliis interdici, merito placuit. l. fœdissimum. C. ad legem Iuliam de adulterijs. Damnatam porro ex causa veri adulterij commissi ducere vxorem etiam lex Iulia de adulteriis vetabat.Quinimo factum hoc pro adulterio vindicabat.

l.mariti.

Source : BIU Cujas

l.mariti.§.j.D.ad l.Iul.de adul.l. caſtitati. C.eo.tit.l.auxilium. D.de minoribus.Ob aliam vero cauſam lege Iulia damnata, veluti quod domum præbuiſſet, preciumve pro comperto ſtupro accepiſſet, impunè ducebatur. d.l.mariti.§.j.Quamquam Senatuſconſulto poſtea eæ nuptiæ Senatoribus interdictæ videãtur. d.l.palã §.ſenatus.D.de ri.nup.Maritus planè reã adulterij à ſe iure mariti vel extranei poſtulatã, poſt abolitionem denuo vxorem ducere, & quidem citra legis Iuliæ pœnam,potuit.l.generali.§.ream D.de nup. Is enim in eam legem committitur,qui vel publico iudicio damnatam in matrimonio habet,vel adulteram ſciens, vt ignorantiam ſimulare non poſſit, retinet vxorem. l.ſine metu. C. ad l.Iul.de adult. Ab extraneo verò adulterij rea,nec ante damnationem vxor duci poteſt.l.reas. D.de ritu.nupt. Bene itaque Papinianus,cũ Mœuius in adulterio Semproniæ damnatus, eandẽ Semproniam non damnatam vxorem duxiſſe proponeretur, eique moriens hæreditatem reliquiſſet,reſpondit,l Claudius. D.de his quæ vt indig.neque tale matrimonium ſtare, neque hereditatis lucrum ad mulierem, ſed ad fiſcum pertinere. Similiterque ſi talis mulier virum hæredem inſtituiſſet ab eo quaſi ab indigno hæreditatem auferri. Verumenimuero, quando in legis Iuliæ & Papiæ explicationem ingreſſi ſumus, è re eſt reliqua eius capita ad rem vxoriam pertinentia perſequi. Inuenio autem legibus illis(quod tandem à Iuſtiniano abrogatum eſt)eas nuptias, quas vir ſexagenarius cum vxore quinquagenaria contraheret,fuiſſe improbatas.l.penul.C. de nup. Vnde ſcitè Lactan.lib.j.de falſa relig.c.16. Vtrum, ait,ſexagenarius factus eſt, & illi lex Papia fibulam impoſuit? an impetrauit ius trium liberorum? Ac planè Apulcio inter cætera criminis loco obiectũ ab aduerſarijs legimus,quod ſexaginta annos natam fœminam duxiſſet:idque factum accuratiſſimè ille Apolog. pro ſe ipſo ſecunda,diluit ac purgat. Improbabat autem lex eiuſmodi nuptias tanquam liberorum quærendorum cauſa minimè contractas, veroque coniugij fructu ac fine deſtitutas. Hoc enim in illis legibus condendis agebat Auguſtus, vt exhauſtam bellis ciuilibus ciuitatem ſobole repleret: Sexagenarius autem vt generandi,ita quinquagenaria pariendi impotens eſſe vulgo exiſtimatur.l.ſi ſterilis. D. de act. emp.l. ſi maior.de leg.hære. Ariſtoteles quidem certè in Politicis.lib.7.ca.16. finẽ gignẽdi vt plurimũ viris ſeptuageſimũ annũ adferre,mulieribus vero quinquageſimũ ſcribit.Itaque Diony.Halicarna lib.4.eorũ ſententiam refellens, qui Luciũ & Arunte Tarquinios Tarquinij Priſci fuiſſe filios,non nepotes credunt,id admitti non poſſe,argumẽto eiuſmodi docet. ἡγοῦνται δὲ πέντε ἔτεσιν ἥλικα τῷ νεωτέρα, καθάπερ καὶ ὁ πρεσβύτερος, ἑβδομηκοστὸν ἂν ἔτος ἡ πρεσβυτέρα ἐκπεπονεῖχενέτος ὅτε ἐτέχνωσε Ταρκύνιος, εἰ δὴ τῶν νεωτέρων μὲν ἑξηκοστὸν ἐνιαύσιον ἔτος ἐχόντων πεντηκοστὸν. προσωτέρω γὰρ ἐνέτι κυΐσκεται τότε τῇ χρόνῳ γυνή, ἀλλ' ἐσὶν αὐτῶν ὡδίνων ὅρος ὡς ὀλίγον ὅ τε τὴν ἑξηκοστὸν γράφων. Sed & idem Ariſtoteles,libro quinto, in libro de natura animalium, rarò contingere vt ad ſeptuageſimum vſque annum vir generet: frequentius verò quinto,& ſexageſimo anno generandi vires conſumi tradit. Ideoque Dionyſius Halicarnaſſæus in eo quem paulò ante citaui libro ἀώρως δὲ γίγνεται πάλιν ἀγάμως τῷ Ταρκυνίῳ μικρὸν ἀπολείποντες ἔτων ὀγδοήκοντα. μὴ ἢ τῶν τέκνων γένεσις τοῖς ταυτῷ ἔτεσιν ἥλικι ἀπίσοις. Quapropter apud Plautum Mercatore, Scena vlti has Eutychus ſenibus ſexagenarijs quaſi à re venerea iam per ætatem excluſis ac ſubmotis leges dicit.

Annos natus ſexaginta qui erit,ſi quem ſcibimus
Seu maritum, ſiue hercle adeo cœlibem ſcortarier
Cum eo nos hic lege agemus.

Similiter Mitio apud Terentium Adelphis, Demeæ ſuadenti vt vxorem duceret.

Satin', ait,*ſanus es?*
Ego nouus maritus anno demum quinto & ſexageſimo
Fiam?

Mulierem vero poſt quinquageſimum annum non parere Plinius abſolutè definit, libro ſeptimo Natur.hyſto.cap. decimo quarto. maioremque partem quadrageſimo profluuium genitale ſiſtere. Solinus quoque poſt annum quinquageſimum omnium mulierum fœcunditatem conquieſcere in Polihyſtore tradit. Ac planè quibus ceuor menſtruis interuallis fluere deſtitit, eas iam concipere non poſſe ab auctoribus medicinæ conſtanter adfirmari Beatus Auguſtinus auctor eſt, libro tertio,contra Iulian.Pelag.Subiicit vero Plinius Maſiniſſam regem poſt octoginta ſex annos filium genauiſſe qui Methymnus appellatus ſit. Cui & Valerius Maximus, libro octauo,cap.decimoquarto.& Florus, in epitome Liuij, libro 50. & Solinus conſentiunt. Quod de eo minus mirum videtur, quem vel ante omnes homines robore ſenectæ admirabilem fuiſſe, literarum monumentis proditum eſt. Qui quemadmodum Cicero refert in libro,quem de ſenectute ſcribit, vel nonagita annos natus, nullo vnquam imbri, nullo frigore, vt capite operto eſſet adduci potuerit, & pedibus iter ingreſſus, in equum omnino non aſcenderit. Sed & Catonem Cenſorium idem Plinius, libro ſeptimo, capite decimotertio, cum Solino, octogeſimo exacto anno filium è Salonij clientis ſui filia auum Catonis Vticenſis procreaſſe ſcribit. Vnde Plutarchus in eius vita, nuptias eum contraxiſſe ἐκὰς ἡλικίας, ait: Beatus quoque Auguſtinus ſuis temporibus ſenem octogintа & quatuor agentem annos ad libidinem ſibi Lyriſtriam emiſſe refert,libro tertio,contra Iulian.Pelag. Verum ea leges quæ ἐπὶ τὸ πλεῖσον accidunt, ſpectant, non quæ ἐκπαρολογ. Et ideo alienam à nuptijs contrahendis ſuperius memoratam ætatem, velut liberorum ſuſcipiendorum ſpe deſtitutam præmijs adficiendam non exiſtimarunt. Atque hic ſuccurrit quod de Auguſto Valerius Maximus narrat, libro ſeptimo, capite ſeptimo, aditum eum à Trachallis teſtamento Septitiæ matris præteritis, quæ iis irata, iam pariendi impotens, ſeni admodum nupſerat, tam ſupremum eius iudicium, quàm nuptias improbaſſe. Nam hæreditatem maternam filios habere iuſſit, doremque, quia non procreandorum liberorum cauſa coniugium interceſſerat, ad virum pertinere noluit. Eleganter itaque Dionyſius matri iam effetæ nuptias iuuenis appetenti, ciuitatis quidem leges à Tyranno abrogari violarique poſſe, naturæ verò præceptis vim adferri, nuptiarum in ætate minimè ad eam rem idonea conciliandarum cauſa non poſſe, reſpondit. Qua de re verba Plutarchi in Solone ſubijcere, operæpretium fuerit. ὁ μέν γαρ, ait, Διονύσιος ἀξιοῦσης τῆς μητρὸς αὐτῷ δοθῆναι γυνὴ τῶν πολιτῶν πρὸς λάμου, ἐφυτὸς μὲν τῆς πόλεως νόμος λελυμένου τύραννον, τὸς δὲ τῆς φύσεως, οὐκεῖναι δυνατὸν βιάζεσθαι, γάμους νυμφαγωγῶν παρ' ἡλικίαν. Quo loci in eiuſmodi intempeſtiuas imparesque nuptias ita inuehitur. Ἐν ταῖς πόλεσι τὴν ἀταξίαν ταύτην ἕθος τὸ, ἕθος δὲ περιοπτέον ἀόρους καὶ ἀχαρίτους ἐπιπλοκὰς ἧς μηδὲν ἔργον γαμήλιον ἔχουσας, μηδὲ τέλος, Ἀλλὰ γέροντα νέᾳ γαμοῦντα φαίνεται ἀρχὴν ἡ μελὴς ἀρχὴν ἡ νεμοθετὴς, τὸ πρὸς τὸν φιλοκτήτην. Ἐν γὰρ δὴ ὡς γαμοῦν ἔχει τάλας. Καὶ νέων ἐν δωματίῳ πλουσίας πρεσβύτιδος ὥσπερ ἐπ' ἐρήμης ἀπὸ συνουσίας παχυνομένης ἐξανεῦσθαι, μετοικήσει πρὸς πάρδε γὰρ νύμφῳ ἀνδρὸς δεομένῳ. Enimuero, huic de quo agimus legis capiti, Claudium Cæſarem obrogaſſe legimus, cum conperiſſet etiam ſexaginta annos natis aut eo amplius,generandi vires ineſſe. Sic enim Suetonius in eius uita, capite trigeſimotertio. Capiti Papiæ Popeæ legis à Tiberio Cæſare quaſi ſexagenarij generare non poſſent edicto obrogauit. Obrogari enim dicitur, cum prior lex alia lege lata, poſtea aliqua ex parte commutatur. Quod circa Papiam legem Senatuſconſulto Claudiano factum eſſe,ex Vlpiani fragmentis liquet,in quibus ita eſt. tit.decimoſexto. Sed Claudiano Senatuſconſulto maior ſexagenario ſi minorem quinquagenaria duxerit, perinde habebuntur, ac ſi minor ſexaginta annorum duxiſſet vxorem. Quod ſi maior quinquagenaria minori ſexagenario nupſiſſet, impar matrimonium appellabatur, nec ad capiendas hæreditates vel legatas dotes proficiebat. Planè poſtquam coniuges, ſupra ſexageſimum maſculi, ſupra quinquageſimum fœminæ, in matrimonio perſtiterant,ſolidum inter ſe capere, perinde ac ſi liberos ſuſcepiſſent, eodem Vlpiano teſte poterant: cum imputati eis nihil poſſet, quorum coniunctio ad ætatem à prolis generatione alienam peruenisſet. Et hoc Beatus Auguſtinus ſignificat cum ait, libro tertio, contra Iulia. Pelag. Pro modo nunc temporis quo longè breuiore ſpatio viuunt homines intra centum annos amborum generare poſſe dicuntur. Si verò in ſummam ducti amborum anni centenarium numerum exceſſerint, ſic aſſeuerantur non poſſe filios procreare, etiam ſi fœcunda ſit mulier & fluentibus adhuc muliebribus poſſit ex iuuene, vt iure etiam fuerit conſtitutum, nequaquam ius liberorum haberet, niſi cum amborum anni computari & ſimul adducti centenos tranſiſſe docerentur. Sic enim locum emendo, fretus Vlpiani auctoritate, qui tum inter ſe coniuges ſolidum cepiſſe ſcribit, cum lege Papia finitos annos exceſſiſſent, id eſt vir annos ſexaginta, vxor quinquaginta. Ius enim liberorum, cuius Auguſtinus meminit, ad ſolidi capionem, de qua apud Vlpianum agitur, pertinet. His & alius ad rem faciens eiuſdem Auguſtini locus adiungendos eſt, ex libro primo quæſtio.in Geneſim,in quo ita eſt. Sic enim medici tradunt, quoniam cuius corpus viri ſecundum hoc iam defecit, vt cum fœmina prouectioris ætatis, quamuis menſtrua adhuc patiatur, generare non poſſit, de iuuencula poteſt. Et rurſus: mulier quæ iam prouectæ ætatis eſt, quamuis adhuc menſtrua fluant, vt de ſeniore parere non poſſit, de iuniore poteſt. Alio præterea, quemadmodum Vlpianus auctor eſt, titulo, de tutel. legis Iuliæ de maritandis ordinibus capite, tutor à Prætore vrbano ei mulieri virgini quam ex ea lege nubere oportebat,dari iubebatur ad dotem dandam,dicendam

Source : B|U Cujas

promittendamve, ſi legitimũ tutorẽ pupilla nõ habebat. Eoque pertinet, quod idem alias l. non tantum. D. de tutor. & curat. dat. ſcribit, non tantum ad dotem dandam nupturæ curatorem dari oportere, verum etiam ei quæ iam nupta eſt. Vt enim Martianus Capella lib. 9. de nuptiis Philologi ſcribit, ẽt matrimonio copulato dotem dare viro femina nullis legib. prohibetur, & Paulus lib. 2. Sententiar. tit. xxj. Dos, ait, aut antecedit aut ſequitur matrimonium. Et ideo vel ante nuptias vel poſt dari poteſt. Sed & ad dotem augendam & mutandæ quoque dotis gratia curator dari poteſt. Plane in nuptiis cõtrahendis tutoris curatoriſve conſenſus non exigitur, eoque ſpreto pupilla ꝓ arbitrio ſuo recte nubit. Et ita Verus & Antonin. reſcripſerunt. l. ſciendum. D. de ritu nupt. in hæc verba. Ad officium curatoris adminiſtratio rerum pupillę pertinet: nubere autem arbitrio ſuo poteſt. Verum ei ad dotem conſtituendam tutor ex lege Iulia dabatur. Quod ſi curator generalis, vel dotis dandæ cauſa conſtitutus, amplius dotis promiſiſſet, quam facultates mulieris ferrent, ipſo iure eam promiſſionem non valere. Terentius Clemens lib. 4. ad legem Iuliam & Pap. ſcribit. l. ſine generalis. D. de iure dot. quia lege rata non habeatur auctoritas dolo malo facta. Qui locus perſpicue indicat lege Iulia id fuiſſe comprehenſum. Nec tamen tota obligatio, ſed tantummodo quod ſuperfluum eſt, & amplius promiſſum quam promitti oportuerit, infirmabitur. Inutilis enim adiectio vtilem dotis conſtitutionem vitiare non debet. Quemadmodum & immodica donatio non omnino, ſed quatenus duntaxat legis modum excedit, reuocatur. l. vt mihi. D. de donationibus. l. ſancimus, in princ. & §. ſin autem C. eo. ti. Poteſt vero mulier omnia bona ſua in dotem dare: nec vlla lege hoc prohibitum reperitur. l. nulla, Cod. de iure dot. l. mulier. D. eodem titulo. Sed ſi in eo capta circumuentaque eſt, ꝓ ampliorem grandioremque, quam natalium ſplendor & viri dignitas poſtularet, dotem dederit, reſtitutionis auxilium probe implorabit. l. ſi ex cauſa. §. 1. D. de min. l. vni. C. ſi aduerſus dotem. Cæterum ſperabat lex dationem dotis, dictionem, & promiſſionem. Dictionem quidem ita Caius in inſtitutio. fragmẽ. explicat. lib. 2. c. 9 Sunt & alię obligationes quæ nulla præcedente interrogatione contrahi poſſunt, id eſt, vt ſi mulier ſine ſponſo ſiue iam marito vxor futura dotem dicat, quod tam de mobilibus rebus, quam de fundis fieri poteſt. Et non ſolum in hac obligatione ipſa mulier obligabitur, ſed & pater eius & debitor ipſius mulieris ſi pecuniam quam debebat, marito in dotem dixerit: Quæ tantũ tres perſonæ nulla præcedẽte interrogatione poſſunt dictione dotis legitime obligari. Sed ad alia pergamus. Lege etiam Iulia de maritandis ordinibus inſiurandum, Paulo teſte. l. adigere. §. vlt. D. de iu. patro. remittebatur quod liberto in hoc impoſitum erat ne vxorẽ duceret, libertę, ne nuberet, ſi modo nuptias contrahere recte vellent. Eodemque legis capite triceſimoquinto, qui liberos, quos in poteſtate habebant, iniuria prohibebant vxores ducere, vel nubere, per magiſtratũ cogebantur. l. capite. D. de ritu nupt. Fuiſſe quoque hæc fere verba eadem lege comprehenſa, non temere adfirmare poſſe mihi videor. Diuortij faciendi poteſtas libertæ quæ patrono nupſit, inuito patrono ne eſto: Sed quãdiu patronus eam vxorem eſſe volet, & vxor eſſe velle debebit. Quæ verba, ex duobus Vlpiani locis, in eo iure. D. de ritu nup. l. vlt. de diuor. ex lib. 3. ad Iul. & Pap. ſumptis perſpicue eliciuntur. Idem ẽt alias l. vni. D. vnde vir, & vx. Si liberta, ait, ab inuito patrono diuertit lex Iulia de maritandis ordinibus, retinet iſtam in matrimonio dum prohibet alij nubere inuito patrono. Indeq; etiam reſcriptum Alexandri interpretandum eſt, ita habet. l. libertæ. C. de ope. liber. Libertæ duæ ducendo eam vxorem, dignitatem auxiſti, & ideo non eſt cogenda opẽras tibi præſtare, cum poſſis legis beneficio contentus eſſe, quod inuito te alij non poſſit iuſte nubere. Patronum autem in hac lege accipimus, eum qui ex ſeruitute ſponte manumiſit, vel filiũ eius: Sed an is qui ex cauſa fideicommiſſi manumiſit, hoc idẽ ius habeat, quæri poteſt. Hic enim pro patrono habetur, quãquam plurimum ab eo qui nulla neceſſitate cogente gratuitam præſtitit libertatem, differt. Nec enim magnam ei gratiã libertus debet, qui vel nolente eo ad libertatem rapitur. Ideoque operas ei imponere, vt eſt ab Adriano reſcriptum, in ipſa manumiſſione non poteſt. l. vt iuſiuran. §. reſcrip. D. de op. liber. l. mẽ. C. eo. titu niſi teſtatoris filius eiuſmodi fideicommiſſo a patre ea mente vt plenum ius patroni haberet graua tus ſit. l. qui ex cauſa. D. de bon. liber. In tantum, vt nec ſi manumitti eum ita teſtator vt operas hæredi extrario promitteret, voluerit, non cogatur manumiſſus promittere: ſed & ſi promiſerit, in eum actio non dabitur, quod iuri publico derogare non potuerit, qui fideicommiſſariam libertatem dedit. l. cerdonem. D. de ope. liber. Et tamen eos quibus ſupremis iudiciis libertas per fideicommiſſum relinquitur, eorum libertos effici a quibus manumittuntur, negari non poteſt. l. hi quibus. C. de fideicom. lib. Sed non per omnia in eos patronorum iura ſibi manumiſſores vindicant. l. nequaquam. D. de excuſ. tut. Nam honorem quidem & reuerentiam patronis debitam ab ijs exigere poſſunt. l. mater. C. de ope. lib. & in ius ſine venia eos vocare non conceditur. is quoque. D. de in ius voc. & d. l. nequaquam. & ad impuberum libertorum legitimam tutelam vtpote manumiſſores vocantur. l. 3. D. de leg. tuto. & tam contra tabulas, quam ab inteſtato ad libertorum bona veniunt. l. qui ex cauſa. D. de bon. lib. l. 1. de bono. poſſ. cont. tab. quaſi patroni. Ceterum nec operas imponendi, vt dixi, nec ingratos libertos accuſandi ius habent. l. 1. C. de liber. & eorum liber. nec alimenta eis præſtare liberti coguntur. l. ſi quis a liberis. §. ſi quis a liberti. D. de lib. adgn. Magis eſt itaque, vt nec legis huius beneficium habeant, qui neceſſitate coacti manumiſerint. Idque ita conſtitutum fuiſſe Marcellus lib. 3. ad l. Iul. & Pap. ſcribit. l. proxime. D. de ri. nup. Cui & Modeſtinus aſſentitur. l. pen. D. de diuor. & merito, cũ magis debitam libertatem præſtitiſſe quam vllum beneficiũ in mulierem contuliſſe videantur. Diuerſa longe eius qui hac lege emit vt manumittat, cauſa eſt. Hic enim ſi manumiſerit, vt patronus, hoc ius habebit, propterea quod ſponte ſua hãc legem ſubijt, quam ei ab initio recuſare integrum erat. Quãobrem & ali hic a liberto, ſi egeſtas premat, debet, & in ius vocari ſine venia non poteſt, & omnia omnino legitimorũ patronorum iura nanciſcitur. l. 3. §. ſed ſi hac. D. de bon. liber. Sed an idem ſeruabimus ſi ceſſante eo, ex conſtitutione D. Marci ſeruus ad libertatem ereptus ſit? Non enim vindictam impoſuit. Propius eſt tamen & hunc quoque lege contineri: quippe qui patronus exiſtimetur. l. ſed ſi hac lege. D. de in ius voc. l. 3. §. is plane. D. de ſuis & legit. l. ſeruum, in fi. D. de iure patron. cum poteſtas legis factum manumiſſoris ſuppleuerit, non etiam patronatus commoda ademerit. l. cauſam. §. 1. D de manumiſ. vindic. l. vlt. C. ſi mancip. ita fuer. ali. Plane qui ancillam ſuis nummis emit, pro patrono in hoc iure non habetur. l. in eo. D. de ritu nupt. ſicut nec libertum vt ingratum accuſare, nec operas ab eo exigere, nec alimenta deſiderare, nec ad bona eius contra tabulas admitti iure poteſt. l. ſi ruis. C. de oper. liber. l. ſi quis a liberis. §. ſi quis a liberti. D. de libe. adgn. l. 1. C de bo. lib. licet honos ei ſeruetur, vt nec in ius uocari citra veniam, ſi modo non fidem fregerit, queat. l. ſed ſi hac lege. D. de in ius voc. Patronus hic certe accipitur, & qui colluſionem detexit per quam in ingenuitatem quis ex libertinitate obrepſerat. Fraude enim hac patefacta eius libertum effici eum minime dubium eſt. l. adoptiuum. §. patronum D. de in ius voc. l. 4 D. de colluſ. deteg. Sed & ſi quis in iudicio patronus pronuntiatus eſt, cum alioquin non eſſet, pro patrono habetur. l. adoptiuum. §. 1 D. de in ius voc. In hac enim cã ſententiam ius facere receptum eſt. Aliter atque de eo dicendum eſt, qui ſe patronum eſſe iurauit. Nec enim in hac parte, nec quod ad ſucceſſionis iura attinet, pro patrono habetur, l. ſi iurauero. D. de iure patron. tamerſi in ius vocari ſine venia non poſſit. Quod ſi filiusfa. iuſſu patris vel conſentiente eo, non caſtrenſis peculij ancillam manumiſerit, exiſtimo ẽt patrem legis beneficio fruiturum, quandoquidem manumiſiſſe ipſe videtur, & patronus eſt. l. ſi conſentiente. D. de manumiſſionib. Quod ſi filiusfa miles in caſtris quæſitam ancillam manumiſerit, ei legis huius beneficium competet, cum ſuam non patris libertam eam fecerit. l. in eo. D. de ritu nup. Quod & ab Adriano reſcriptum dicitur. l. ſeruum. D. de iure patro. l. 3 §. ſi quis filiusfamil. D. de bon. liber. Et certe caſtrẽſis peculij ſerui in familia patris non computantur, nec in his iuris quicquam pater habet. Quæſitum eſt an qui ſibi cum alio communem libertã duxit, ad hoc ius admittatur: Quod negaſſe Iauolenum Caius libro nono, ad l. Iuliam & Papiam retulit. l. illud. D. de ritu nuptiarum Contra tamen alios ſentire, quorum ſententiam magis probat, propterea quod eius liberta ſit, quamuis alterius quoque ſit. Nam quod commune eſt, pro parte noſtrum eſſe negari non poteſt. l. ſerui. §. 1. de legat. primo. Filio etiam patroni in libertam paternam, eandemque vxorem ex ſententia legis idem iuris quod patrono ipſi datur. l. filio. D. de ritu nuptiarum. Quod ſi fratri ſuo a patre adſignatam alter frater vxorem duxerit, hoc idem ius non habebit. dicta. l. filio. §. vltimo. Nihil enim iuris in huiuſmodi liberta habet, quę adſignatione fratris perinde propria facta eſt. l. prima. D. de adſignat. lib. atque ſi ab eo libertatem conſecuta eſſet, quod Senatuſconſulto inductum eſt. Ceterum de nupta liberta lex loquitur, nec ad ſpõſam pertinet. Et ideo ſponſalium conditioni inuito patrono renuntiare liberta poteſt, nec cum alio connubium amittit. l. in eo iure. §. hoc caput. D. de ritu nupt. Interdum plane quæ de nuptiis ſtatuuntur, ad ſponſalia porriguntur, nimirum vbi eadem ratio vtrobique verſatur, ueluti inter quos nuptiæ prohibentur,

inter

inter eos quoque ſponſalia, vtpote viam ad matrimonium facientia, prohibita intelliguntur. l. oratio. D. de ſponſalib. At quod de nupta conſtitutum eſt, non protinus ad ſponſam ꝓducendum eſt, quoniam arctiori vinculo conſtricta eſt quæ nupſit, quam quæ duntaxat deſponſa eſt. Enimuero in ea demum quæ iuſte legitime ac ciuiliter nupta eſt, lex locum habet. Nam ſi ignominioſam libertam ſuam patronus duxerit id eſt, quæ quæſtum corpore fecerit, artemue ludicram exercuerit, vel iudicio publico ſit damnata, quia cõtra legem maritus eſt, legis huius beneficium non habet. l. filio. §. 1. D. de ritu nup. Indignus enim eſt beneficio legis, qui aduerſus eam commiſit. l. auxilium. D. de minorib. Nec tamen legitime dũ taxat nuptam libertam, ſed & eam quoque quæ in concubinatu ſolum patroni ſit, ſententia legis adprehendi notandũ eſt. Igitur, quemadmodum Vlpianus libro primo ad l. Iuliam ſcribit. l. j. D. de concub. quæ in concubinatu patroni eſt, ſi ab eo inuito diſceſſerit, ei connubium adimetur, quippe cũ honeſtus ſit patrono libertam concubinam, quam matremfam. habere. Ait lex, inuito patrono. Inuitum accipere debemus. l. in eo. §. deinde. D. de ritu nupt. cum qui non conſenſit ad diuortium. Proinde non tantum nolente & diſſentiente vel ꝓtradicente liberto diuertere non poteſt, ſed omnino ſine eius aſſenſu. Et alias quoque inuitus dicitur. l. filiusfa. §. inuito. D. de procuratoribus. qui conſenſiſſe non probatur niſi vbi lex conſenſum ex taciturnitate & ſilentio colligit, veluti in dotis repetitione. l. 2. §. 1. D. ſolu. mat. & in ſponſalibus nuptijſve conſtituendis. l. in ſponſalibus, in fi. D. de ſponſalibus. His conſequens eſt, ab abſente & ignorante patrono, non recte libertam diuertere. Rectius enim, ait Vlpianus, hic inuitus dicitur quam qui diſſenſit. Quod dictum nouum videri ſuperficiem ſolam verborum inſpicienti poſſet, ſummam tamen rationẽ habet. Nam qui contrariam voluntatem conteſtati, diſſenſus ſui rationes reddiderunt multo minus habent quod quæran tur, quam quibus ignorantibus res geſtæ ſunt, cum iis quid animi habeant, explicanda facultas non ſit data: ſpretaque ac neglecta ſit, quæ exquirẽda fuerat voluntas. Qua de cauſa multa inuitis & diſſentientibus aliquibus recte fiunt, quæ his abſentibus & ignorantibus facta non tenent, vt accidit eum tribus iudicibus datus, abſente vno ex his duo pronuntiarunt. Quamquam enim præſente eo & inuito duorum vtpote numero ſuperiorum ſententia præualuiſſet, quia tamen omnes conuenire ad deliberandum oportuit, idcirco quod abſente vno geſtum eſt, irritum conſtituitur. l. ſi duo. D. de re iu. l. ſi in tres. D. de recep. arbit. Forſitan enim ſi præſens fuiſſet, qui abfuit rationum ſuarum pondere ac momento, reliquos de ſententia deducere & in ſuam trahere potuiſſet: quemadmodum de Paphnutio Epiſcopo proditum eſt, Socrat. lib. 1. cap. xj. Sozom. lib. 1, cap. xxiij. qui in Niceno concilio cum vniuerſis placeret a coniugum vſu atque conſortio ꝓhibendos eos quoque qui ante ſacros ordines ſuſceptos vxores duxiſſent, ſolus interceſſit, orationeq; ſua reliquos Epiſcopos qui prius aliud cenſerant, in ſuam opinionem adduxit. Merito igitur, vt ad legis ſententiam reuertamur, eadem eſt patroni abſentis & ignorantis quæ contradicentis ac reclamantis cauſa: Generaliterque adeo ſtatui poteſt ignorantes eodem cum diſſentientibus loco habendos eſſe, ac proinde inuitis nobis fieri ea exiſtimari, quæ ignorantibus nobis fiant, quamquam prohibitio nulla interceſſerit. l. in cauſæ, verſi. ceterum. D. de procuratorib. Ideoque ignorantem inuito iungi ſæpius videas. l. ſoluendo. D. de negot. geſt. l. furioſus. D. de oblig. & act. l. 3. C. de hæred. vend. l. ſolutione. l. ſoluere. D. de ſolutionibus. His conſequens eſt ſi patronus poſt nuptias facere cœperit ab eo diuertendo liberta huius legis neceſſitate minime ſolui. l. in eo. §. deinde. D. de ritu nup. Quoniam nec ſcire nec ꝓſentire furioſus intelligatur, niſi quod quæ per dementiam patri dotem repetenti contradicere filia non poteſt conſentire voluntatem eius affectu paterno ſupplente benigne cenſetur. l. 2. §. voluntatem. D. ſol. mat. Quamobrem Pomponius infantes & furioſos, quorum nulla voluntas eſt, inuitos recte dici aiebat. l. inuitũ. D. de ſeruit. vrb. Ait lex, poteſtas ne eſto. Quibus verbis non infectum efficit diuortium, ꝙ iure ciuili matrimonium ſoluit, ſed libertæ quæ diuertit dotis repetitionem, connubiumque. i. alij iure nubendi poteſtatem adimit: licet conſtare matrimonium dici non poſſit, cum ſit ſeparatum. l. vlt. D. de diuor. Diuertere igitur liberta poteſt, & eſt q̃dem diuortiũ, confirmationemq; factæ inter eos donationis impedit. l. & ideo. D. de dona. int. vir. ſed alij nubendi lex ei poteſtatem denegat ac tollit, quandiu eã animo vxoris & ꝓ cõiuge patronus habeat. Satis. n. inciuile & inofficioſum eſt, libertam nuptijs patroni honoratam & hoc beneficij cumulo auctam pro arbitrio patronum deſerere. Et ideo bene Imperator Alexander, in l. libertæ. C. de oper. lib. patronum qui libertam vxorem duxit legis beneficio contentum eſſe debere reſcripſit, ꝙ inuito eo nõ poſſit ea alij iuſte nubere. Nec. n. dixit, diuertere non poſſe, quia nec hoc lex ſenſit: Non tñ autem vxorem alij eſſe non poſſe, ſed nec in concubinatu quidem a quoquam haberi huiuſmodi libertam poſſe Iulianus cenſebat, quæ hoc impedimento deficiente, voce in concubinatu haberetur. l. 3. D. de concub. Plane ſi voluntate patroni liberta diſceſſerit, connubiu cum alio habet, & de dote cũ patrono agere poteſt. l. libertũ. D. ſol. mat. q̃ ei dedit. Ait lex, quandiu volet. Itaq; ſi vel patronus eſſe, vel eã coniugem vel le deſierit, ſtatim legis auctoritas finitur. Qualiquali autẽ voluntate intelligi poſſit, patronum animũ habere deſijſſe, quaſi in vxorem, legis huius beneficium amittit. Proinde ſi rerũ amotarum cum ea egerit, vel aliqua actione quæ conſtante matrimonio inter eos non detur, vel accuſare eam adulterij deprehẽſi cœperit, vel alio crimine poſtulare, ꝙ vxori nemo obiicit, vel ſi aliã ſibi deſponderit, deſtinauerit ve, aut cũ alia matrimonium ꝓxerit, vel aliam in concubinatu hãe inſtituerit, incipiente libertę cum alio connubium eſſe, ꝙ ea duntaxat ratione ei adimitur, ꝙ patronus ſibi eam nuptam velit. Quare, vbicunque vel tenuis intellectus videri poteſt nolentis nuptã alteri ſe liberta vel in matrimonium, vel in concubinatũ ĩrecte dabit. l. vlt. §. vlt. D. de diuor. Ceterũ verba hæc, quamdiu volet, tractum habent. l. 3. D. ad Sena. Tertul. Vnde dubitari põt, ſi patronus ab hoſtib. captus ſit, ſtatimne huius legis neceſſitate liberta ſoluatur, an etiam expectãdũ ei ſit, dũ patronus redeat. Nodus ſane hic vindice dignus. In huius. n. quęſtionis diſſolutione Iulianum & Vlpianum in ꝓrias ſentẽrias ſciſſos inuenio: Verum ipſamet Vlpiani verba ſubijcere præſtat. l in eo iure. D. de ri. nup. Si ab hoſtib. patronus captus eſſe proponatur, vereor ne poſſit iſta connubium hãe nubendo: quemadmodum haberet, ſi mortuus eſſet. Et qui Iuliani ſententiam ꝓbant, dicerent non habiturã connubium. Putat. n. Iulianus durare eius libertæ matrimoniũ etiam in captiuitate, propter patroni reuerentiam: Certe ſi in aliã ſeruitutẽ patronus ſit deductus, proculdubio diſſolutum eſſet matrimonium. Quæ verba apertiſſime oſtendunt inter Iuriſconſultos de hac ſpecie minime ꝙueniſſe. Captiuitate. n. mariti matrimonium mero iure ſoluitur. Nouel. 37. ꝙ is in ſeruilẽ cãm deductus, ſeruiſq; hoſtiũ factus, iã ꝓ nullo habeatur. Itaq; Triphoninus. l. in bel. §. medio tpe. D. de cap Captiui, ait, vxor tametſi maxime velit, & in domo eius ſit, non tñ in matrimonio eſt. Similiter Paulus. l. ſi quis ſic ſtipulet. D. ſol. mat. ſi quis ſic ſtipulatus ſit, a marito, ſi quo caſu Titia tibi nupta eſſe deſierit, dotẽ dabis? hac generali commemoratione, & ab hoſtibus capta ea, committi ſtipulationẽ, eoque genere bona gĩa ſolui matrimoniũ cenſebatur. Nouel. 37. At Iulianus ſpreta hac ſtricta & ſubtili iuris ratione, durare adhuc matrimoniũ cenſebat, nec licentiã habere libertã, cuius patronus idemq; maritus ab hoſtibus captus eſſet, ad aliud matrimoniũ migrare, non tñ ꝓp debitam patrono reuerentiam, ſed etiam, vt exiſtimo, ꝓp ſuſpenſum eius ſtatum, & poſtliminij ſpem. Iuliani hæc ſententia expreſſis verbis in alio Pandectarum capite ꝙſignata eſt, quod apertiſſimum aut oſcitãtiæ, aut inſcitiæ Triboniani exemplum eſt. Ex libro enim lxij. Digeſtorum Iuliani hæc verba referũtur. l. vxores. D. de diuor. ſub tit. de diuor. Vxores eorum, qui in hoſtiũ poteſtate peruenerunt, poſſunt videri nuptarum locum retinere, eo ſolo, quod alij temere nubere non poſſunt Et generaliter definiendum eſt, donec certum eſt maritum uiuere in captiuitate conſtitutum, nullam habere licentiam vxores eorum migrare ad aliud matrimonium, niſi mallent ipſæ mulieres cauſam repudij pręſtare. Sin aũt in incerto eſt, an viuus apud hoſteis teneat, vel morte præuentus: tunc ſi quinquennium a tpe captiuitatis exceſſerit, licentiam habet mulier ad alias migrare nuptias, ita tñ vt bona gratia diſſolutum videatur priſtinũ matrimoniũ: & vnuſquiſq; ſuum ius habeat imminutũ, eodem iure & in marito in ciuitate degente, & vxore captiua obſeruando. Sed mihi, dicã ingenue, caput hoc valde ſuſpectũ eſt. Nã vix adduci poſſum vt credã pura puta eſſe Iuliani omnia verba, quę ſub eius nomine referuntur: quinimo a Triboniano aliquid fermenti eſſe inditum credibile eſt. Mouet me ꝙ tota hęc clauſula, Si autem in incerto &c. nihil aliud continet quam qđ διαῤῥήδην ab ipſo Iuſtiniano conſtitutũ eſt, Nouel. xxij. his verbis, ἀλλὰ μὴ τὸ τῆς αἰχμαλωσίας. &c. id eſt, vt ego interpretor, captiuitatis etiam caſus, ad eam matrimonij diſſolutionem quę bona gratia fit, pertinet. Siue enim vir eũ caſum patiatur, vxore in ciuitate manente, ſiue rurſus mulierem ab hoſtibus capta vir in ciuitate remaneat, ſtricta quidem & ſubtilis ratio matrimonium ſoluit. Nam ſeruitute alterutri ex coniugib. ꝓtingẽte fortunę ſtatuſq; ac ꝙdõnis inęqualitas ac diſparitas nuptiarũ æqualitatem ſtare non patitur. Verũ enimuero hæc benignius humaniuſq; inſpicientes, q̃diu quidẽ captiuum ꝙiugẽ vita frui ꝙſtat, diſſolui mrimonia nõ ꝙcedimus, nec ad ſcđas

Source : BIU Cujas

migrare nuptias, nisi velint hoc temere facere, & subiacere pœnis iniusti diuortij: vt vir quidem ante nuptias donationis vxor vero dotis amissione multetur. Quod si incertum sit, supersit ne an non, qui in militiam abijt persona, tunc quinquennium expectare tam virum quam mulierem: post quod siue certus de morte nuntius afferat, siue in incerto maneat impune nuptias contrahere licet: Ex quibus colligitur quinquennium illud, quo expectari absentis coniugis reditus debet, a Iustiniano præstitutum esse. Hoc enim ille sibi tribuit, his verbis θεωροῦντες, & συγχωροῦμεν, quamquam sequentia verba dubitationem forte lectori mouerent in quibus ita est, καὶ τοῦτο γὰρ δικαίως ἀγαλλιάσεσι παρὰ τῶν πρόσθεν συνηθροισμένων, καὶ ἡμεῖς δὲ εἰς τοῦτο συμφαμέν. ὥστε ἐντεῦθα δὲ αὖ ξυγίαν γίνεται καιρὸς, ὅτω τῶν προσώπων δίεσιν ἀλλήλων, καὶ δὲ εἰς ἐντεῦθεν περᾶν, ὅτε ὁ ἀνὴρ τὴν προῖκα, ὅτε ἡγεμὼν τὴν προγαμιαίαν δωρεὰν. ἀλλ' ἔγκοιτος ἐπὶ τῶν οἰκείων μένει, id est, Et hæc enim species in his dissolutionibus nuptiarum quæ bona gratia fiebāt ab antiquis & qui nos anteceſſerunt, numerabatur. Nos quoque in hoc consentimus vt hinc neque diuortij detur occasio, sic distractis a sese personis, nec aliquis inde lucrū ferat, nec vir dotis, nec mulier ante nuptias donationis, sed vnusquisq; sua sibi habeat: Quod sic accipi potest, vt per captiuitatem quidem, bona gratia dissolui matrimonium veteres crediderint. Quorum sententiæ Iustinianus, adhibito temperamento, quod exposuimus, accedit. Nam ante eum, quinquennium illud obseruatum non fuisse argumento est Constantini constitutio, quæ de quadriennio loquitur, quam, quod cauſæ nostræ iugulū premat, integram subiungam. Vxor, l. vxor. C. de repud. & de iudic. demorib. subl. ait, quæ in malitiam ꝓfecto marito post interuentum annorum quatuor, nullum sospitatis eius potuit habere indicium, atque ideo de nuptiis alijs cogitauit, nec tamen ante nupsit, quam libello ducem super hoc suo voto conuenit: non videtur nuptias inijsse furtiuas, nec dotis amissionem sustinere, nec capitali pœnæ esse obnoxia, quę post tam magni temporis iugitatem non temere, nec clanculo, sed publice contestatione deposita nupsisse firmatur. Videndum est igitur, ne Iustinianum in Iulianum infuderit Tribonianus, & veteribus noua more suo permiscuerit. Nec ab est suspicio, quin & alio capite huc quoque spectanti, quod ex Pauli libro quarto, ad leg. Iul. & Pap. descriptū est, aliquid de suo inseruerit. Ita enim caput habet. l. non vt a patre. D. de captiu. & postl. Nō vt a patre filius, ita vxora marito iure post liminij recuperari potest, sed tunc demum cum & voluerit mulier, & adhuc alij post cōstitutum tempus nupta non est. Quod si noluerit, nulla causa probabili interueniente pœnis discidij tenebitur. Nam constitutum aliquod tempus fuisse ante posteriores Imp. non legimus. Et certe Quintilianus in ficto themate, quod hic prætermitti non debet, nō certi alicuius temporis meminit: festinatio quidē mulieris, quæ morte mariti solo rumore intellecta, alij confestim nupserat, ita apud eum notatur. Quintilian. declamatione cccxlvij. Adulteros fuisse in matrimonio cōstat, nemo negat. Matrimoniū duobus generibus soluitur, aut repudio, aut morte alterius. Neque repudiauit & certe viuo. Sed rumor de morte venit: Hæc statim nupsit alio marito. Quid est hoc aliud, quam improbius adulterium? Meæ igitur nuptiæ manserunt, illæ non fuerunt legitimæ. Legitimum porro matrimonium, nisi soluto priore esse non potest. An opinione contenti sumus? Et postea, Ergo vxor sic a me amata, testamento relicta hæres, audita morte mariti, non inquisiuit vbi perijssem: non aliquos certiores nuntios, nō reuersuros a supremis officiis seruulos expectauit: Sed festinato quoque nupsit, & in nouæ libidinis amorem, mea iudicia protinus eludens transtulit mę chum in eadem domo, in eodem cubiculo, in eodem lecto. adeo mariti prioris etiam memoriam abiecerat. Desij ista mirari, cum adulterum vidi iuuenem, propter quem tamdiu vidua esse non posset, quam diu peregrinari poteram ego qui vxorem sic amaui. Temere profecto, temere in longius ituri, coniuges nostras domi relinquimus, subito absentum obliuiscuntur, & pœne cum ipsis horis vxorum pectora refrigescunt. Mirer nunc ego vnde rumor? quæ tam maligno mendacij causa, cui fingere istud expedierit? Ille profecto in causa fuit iuuenis, qui ad domum meam ductus est: quæsitus est locus. Sed hæc qui acutiore sunt ingenio prædi ti, & qui plus otij ad has res speculandas & perscrutandas habent, diligentius exactiusque me homine forensibus negotiis præpedito inuestigabunt, satisque habebo, si me veluti classicum canente, ad huius rei accuratiorem disquisitionem excitentur. Vt sit, aliam quandam huic quæstioni formam Iustinianus Nouella 117. dedit: quam Iuliani Patritij, Nouell. constit. 108. capite 387. verbis, quæ mentem Iustiniani perspicue reddunt, proferam, Iubemus vxores militum siue in expeditionibus degentium, siue in militiis siue milites sint, siue fœderati, siue scholares, siue alia qualicunque armata militia decorati, expectare quantoscunq; annos in expeditione fuerint, etsi nullas literas, nullum responsum a maritis, (sic enim proculdubio legendum) suis receperint. Si autem talis mulier maritū suum defunctum audierit, nō liceat ei statim ad alias nuptias peruenire, nisi prius peruenerit aut per se, aut per parentes suos, aut per aliam qualemcunque personam ad priores Numeri & chartularios scrinij. Tutores etiam pupillas suas vxores ducere, & filijs suis nuptum dare, Senatusconsulto, quod Marci Antonini & Commodi orationem subsecutum est, prohibebantur. l. Senatusconsulto. D. de ritu nupt. Eoque referendum est quod Marcellinus Hermogenis interpres νόμος ait, μὴ γαμεῖσθαι τὴν ὀρφανὴν, μήτε τῷ ἐπισκόπῳ, μήτε τῷ ἐπισκόπου παιδί. Causam autem harum prohibendarum nuptiarum vel hanc præcipuam fuisse inuenio, l. libertum. §. 1. D. de ritu nupt. l. si tutor. C. de inter. matr. ne pupillæ in re familiari circunscriberentur ab iis, qui rationes eis gestæ tutelæ reddere necesse habebant, neve fraudes in tutelæ administratione commissæ, huiusmodi domestici matrimonii velamēto, quo tutelę reddendæ ratio inhibebatur, tegerentur, quas palā proferri Reipub. expedit: Atque hanc prohibitionis harum nuptiarum causam Principum oratio continebat. l. non solum. §. 1. de ritu nupt. quam Paulus libro singulari persecutus erat: Ceteri etiam Iureconsulti satis multis verbis de eius sententia egerant. Summa vero eorum, quæ ad eius interpretationem adferri ex eorum concisis a Triboniano scriptis potest, hæc est: Sententia orationis Senatusconsultique contineri quoscunque qui rationibus reddendis sunt obnoxij. Non tantum igitur tutores, adolescentumve curatores, sed & curatores venti, bonisque dati Senatusconsulto apprehenduntur. Hi quoque qui tutores quidem non sunt, periculo tamē tutelæ suo nomine obstringuntur, a pupillarum nuptiis arcentur, quales sunt qui falsis allegationibus a tutela se excusauerunt. l. si qs tutor. D. de ritu nupt. Ad eos enim, postquam religionem iusdicentis circumuenisse eos constiterit, periculum administrationis exinde pertinet, ex quo dati sunt. l. 1. l. 2. & 3. C. si ex falsis allegat. §. vlt. Instit. de excus. tut. Idemque & in honorariorum tutorum persona seruandum est. Nam & hi malæ gestæ tutelæ periculum præstant. l. quod si forte. §. 1. D. de solut. Hæredes quoque tutorum, licet extranei, quoniam rationes reddere debent, Senatusconsulti prohibitione concludūtur. l. libertum. §. 1. D de ritu nup. Ac vel eius qui tutor curatorue datus non iuste prouocauerit, hæres quandoque victus, quia præteriti temporis damnum, si quod pupilla passa sit, adgnoscere debet, ad orationem pertinet. l. si quis tutor §. vlt. D. de ritu nupt. Alia est eius qui pro tutore curatoreve, cum re vera tutor curatorve nō sit, negotia administrat, causa. Hunc enim cum nomine tenus, quod sibi falso vsurpat, tutor sit, a pupillæ, cuius res gessit, nuptiis repelli Leoni & Anthemio displicuit. l. vlt. C. de interd. matr. Et certe in toto fere iure eorum administratio diuersam a tutorum administratione rationem habet. l. apud. §. si quis non tutor. D. de doli except. l. 1. §. cum eo. l. 2. D. de eo qui pro tuto. l. debitores. D. de solutionibus. Fideiussores plane nominatoresque tutorū, aut qui eos dedere magistratus, licet deficientibus tutoribus in tutelæ periculum incidant, quia tamen ex alterius persona hoc incommodi eis accedit, Senatusconsulto non continetur. Quod vero Senatusconsulti verbis cauebatur, ne vxorē tutor pupillam suam duceret, sic acceptum est, vt ne despondere quidem possit. l. Senatusconsulto. D. de ritu nup. Sed nec filijs suis modo, verumetiam nepotibus nuptum dare pupillas suas tutores prohibiti intelliguntur. Quanquam enim de filiis duntaxat oratio loqueretur, ad nepotes tamen interpretatione producta est, quod prohibitionis eadem circa illos, quæ circa filios ratio versetur, licet si propriam verborum significationem spectemus, filiorum appellatio nepotes non complectatur. Nihil autem interest. l. non est matrimonium. D. de ritu nup. fil. j sui iuris an in patris potestate tutorisve vel curatoris sint. Naturales etiam liberi, licet in adoptionē dati, & in alienam familiam translati sint, Senatusconsulto tamen comprehenduntur. l. si quis tutor. §. quamuis, & §. naturales eo tit. Adoptiui vero, tamdiu quoad de potestate dimittantur. Emancipatione enim adoptionis iura in totum perimuntur atque euanescunt. l. quinetiam, in fi. D. eod. tit. Ad Senatusconsultum quoque libertum pertinere placuit, qui filio naturali quem in seruitute susceperat, postea manumisso pupillam suam in matrimonio collocat. l. libertinum. C. de interd. mat. Nec viuo demum tutore, verumetiam post mortē eius filius tutoris prohibetur eam vxorem ducere, cuius tutelæ rationi pater obstrictus fuit, siue hæres ei exstiterit, siue abstinuerit, aut etiam exhæres scriptus sit. Nam & fieri potest vt per fraudem in eū collata bona patris propter tutelam reuocari oporteat. l. nō solum. §. 1. D. de ritu nup. Quod si auus

tutelam

Source : BIU Cujas

tutelam gesserit neptis ex filio emancipato natæ, nepti ex altero filio eam recte collocabit, cum hoc factum suspicione propter parem affectionis stimulum vacet. Sed & si filiusfam. tutor puellæ vel curator sit (potest enim. l si filiusfa. §. 1. & 2. D. de tut. & rat. dist. l. tutorem. D. de admini. tutor.) pri eius, fratrive qui in eiusdem patris potestate est pupillam non recte nuptum dabit. l. non solum. §. sed etsi filiusfa. D. de ritu nuptia. Patriæ namque potestatis vinculo vnius prope eiusdem que loco hæ inter se personæ habentur. §. ei vero, Insti. de inutilib. stip. l. frater a fratre. D. de cond. indeb. Quamquam autē in arbitrio matris pater esse voluerit, cui nuptum filia cōmunis collocaretur, non tamen ea tutorem eius eligere poterit: cum contra voluntatem patris hoc ea facere videatur, qui ideo maxime eam prætulit, ne filiæ nuptias tutori committeret. Concludamus igitur non esse matrimonium, si tutor vel curator pupillam suam vel adultam, vel eam cui administrationis rationes reddere debet sibi, liberisve suis iunxerit. Ex quo sequitur vt cum cesset matrimonium, nec dos esse intelligatur. l. 2. D. de iure dot. Consequens est etiam ob res constante huiusmodi qualiquali coniunctione discidij consilio subreptas, rerum amotarum actionem denegari. l. si concubina. D. rer. amota, quæ diuortij nimirum, quo iusta matrimonia dirimuntur, causa competens ad illicitam coniūctionem non pertinet. Qua ratione motus quis, nec sine colore, inter huiusmodi personas factas donationes matrimonij impedimento deficiente valere diceret. l. cum hic status. §. vlti. D. de donat. inter vir. Sed cum quasi ad coniuges, non quasi ad extraneas personas fiant, nec vt sponsis factæ, quoniam & hic sponsalia improbantur, cōsistere possint, idcirco placuit quasi ab indignis ea quæ donata sunt ablata fisco vindicari. Delinquunt enim qui Senatusconsulto vetitas nuptias contrahunt. l. 3. §. 1. de donatio. inter vir. Plane ex testamento tutoris in cuius matrimonium conuenerit pupilla sibi relicta capiet, nec quasi indigna repelletur. Contra tutor ex eius testamento capere nihil poterit. l. vlt. D. de legat. lib 1. l. 2. D. de his qui. vt indign. Hoc tam varie, quod non vt tutori, ita pupillæ a tutore suo circumscriptæ illicitarum nuptiarum aduersus amplissimi ordinis decretum contractarum crimen obij ci imputarique possit. Pupilla ergo, vt nullus culpæ adfinis, legatum quod testamento tutoris meruerit, consequitur.

Per contrarium vero tutor, merito indignus cui occasione huius coniunctionis lucri commodique aliquid quæratur, a petitione legati testamento pupillæ sibi relicti submouetur.

Verum cur infirmatur pupillę a tutore cū quo in matrimonium coiit, facta donatio, legatum vero testamēto datum sustinetur? Differentiæ inter hanc & illam speciem ratio forte est, quod quæ inter coniuges fit, matrimonij prætextu, intuitu, contemplationeque fieri intelligitur donatio. Cessante ergo matrimonio, quod donationi locum facit causamque præstat, vires habere huic caduco innixa fundamento donatio non potest: At quod testamēto relinquitur, cum non ita matrimonio acceptum feratur, sed & ob meritum extrinsecus accedere censeatur, l. nec adiecit. D. pro socio. ex eius solius vitio qui testamenti honore indignus habetur, corruit: Quo fit vt pupillæ, cui contra atque tutori, peccati huius propter ætatis sexusque infirmitatem legumque imperitiam venia tribuitur, eorum quæ testamento tutoris meruerit, persecutio non denegetur. Creditur tamen cum his quæ diximus Cernidij Scæuolæ responsum pugnare, quo fructuum, quos mulier vsusfructus sibi a viro relicti nomine perceperit, repetitionem hæredibus dandam respondit, l. vxori. D. de vsufru. leg. si postea illicitum fuisse matrimonium pronūtietur. Sed non est eadem omnium iniustorum matrimoniorum ratio atque causa. Nam pupillæ quidem quæ laqueis tutoris irretita eiusque vinculis constricta Senatuscōsultum offendit, culpa excusata est: non æque vero ceteris mulieribus, quæ inhonestis illicitisque se nuptiis maculauerint, parcimus. Itaque non eo minus verum est, quod generaliter definitur, l. 1. D. vnde vir & vxor. l. Claudius, de his qui. vt indign. l. contra. C. de incest. nupt. nihil propter iniustum matrimonium capi posse & quod ab hærede ignorante perperam solutum fuerit id condici posse. Verum enimuero exceptiones quasdam Senatusconsultum patitur. Vna est, si desponsata a patre vel testamento destinata, denominatave sit puella tutori, filioue eius. Hanc enim patris voluntatem, quem huiusmodi conditionem filiæ quæsiisse, spectata prius planeq; perspecta ac cognita futuri generi integritate atque fide verisimile est, ad exitum perduci Senatusconsultum non impedit. l. non est matrimonium. D. de ritu nup. l. si patris. C. de interd. matr. l. qui pupillam. D. ad legem Iul. de adul. Altera est, si rationes tutor curatorve reddiderit, & id tēporis effluxerit quo in integrum restitutionem pupilla impetrare possit. Ante constitutum enim petendę in integrum restitutionis, pupillam suam ratio nibus redditis vxorem ducere, nec matrem quidem ex alio matrimonio factam potest. l. quanquam. D. de ritu nupt. Ex prætoris autem edicto olim post xxv. annos vtilis annus ad petendam in integrum restitutionem, concedebatur. Ideoq; cum Marcellus in hac quæstione annum vicesimum sextum nominat, in l. qui pupillam. D. de adult. vtilem non continuū accipere vel ex ipsis disertis Triphonij. in l. filius. §. si quis eo tempore. D. de liber. & post. Valerianique. l. si patris. C. de interd. mat. Imperatoris verbis debemus. At hunc vtilem annū Iustinianus in continuum quadriennium tandem mutauit. l. vlt. C. de tempor. in integ. resti. Pupillæ vtique quæ ante redditam sibi tutelam decesserit, filiam tutor in matrimonium filio suo collocare non vetatur, quoniam rationum reddendarum obligatio ęris alieni hæreditarij vicem similitudinemq; repræsentat, ac sustinet, proindeque non minus cum tutoris quam cum cuiuslibet alterius debitoris filio nuptias ea recte contrahit. Mater etiam pupillæ cum tutore filiæ suæ vel filio tutoris, nuptias contrahere non prohibetur. l. 2. C. de interd. mat. Sed nec tutores pupillis suis vel curatores adultis filias suas neptesve nuptum dare vetantur. l. libertum, in fi. D. de ritu nupt. l. curatorem. C. de interd. mat. Nulla enim ex hoc matrimonio pupillarium rationum interuersio contingere potest, cui præcipue periculo prospicere Senatus voluit. Item q ei quam in matrimonio habebat, absens & ignorans curator constitutus est, in Senatusconsulti pœnam non incidit, dum tamen alius in eius locum substituatur: ne maritorum ignorantia fraus amplissimi ordinis consulto quæratur. l. amplissimi. C. de excus. tut. Quamquam enim curę datio non teneat, propterea quod vxori suæ maritus curator creari non possit, l. maritus. C. qui dare tuto. l. virum. D. de cur. furio. tamen satagere ille debet, vt alius ei curator detur. Nam & qui nō iure tutores curatoresve dantur, curare debent. l. 1. §. vltima. D. de eo qui pro tut. l. tutores. §. qui sine. D. de admi. tuto. vt alij in eorum locum sufficiantur, aut certe pupilli propinquos ac necessarios certiores facere, vt alium ei tutorem petant, ne pupilli vtilitates ac negotia deserantur. Proinde cum Alexandro propositum esset, nurui socerum post liberos ex matrimonio susceptos curatorem datum, matrimonium quidem rite ab initio contractum non vitiari, iustosque esse ex eo q̄sitos liberos rescripsit, l. cum proponas. C. de ritu nupt. verum omnis scrupuli amouendi causa insistere socerum debere, vt alius eius loco daretur. Qua de specie etiam cōsulti per epistolam Imp. Galienus & Valeria. in hæc verba rescripserunt. in l. licet. C. de excus. tut. Licet orationis sub Diuo Marco habitæ verba deficiant, is tamen qui post contractas nuptias nurui suæ curator datus est excusare se debet, ne manifestam sententiam eius ostendat & labem pudoris contrahat. Pœna autem tutoris qui Senatusconsulto vetitas nuptias copulauit, ea est vt ei infamiæ nota veluti de tutela cōfesso inuratur. l. amplissimi. C. de excus. tute. l. non est matrimonium. D. de ritu nupt. quod huiusmodi coniunctione fraudem administrationis tegere laborauerit. Corporalis quoque ei pecuniariave extra ordinem pro dignitate pupillæ coercitio imminet. l. si tutor. C. de inter. mat. Quinetiam lege Iulia de adulteriis, qui pupillam illicite duxerit tutor postulari potest. l. q pupillam. D. ad l. Iul. de adult. Postremo relegatione plectendum libertum eundemque tutorem patronæ suæ Senatus cē suit, l. libertum. D. de ritu nupt. qui eam sibi filiove suo in matrimonio collocasset. Nec vero pœnas has rusticitatis imperitiæve velamento deprecari quenquam posse Imp. rescripsę rūt. l. 1. C. de inter. mat. In his. n. quæ malo more, nefariæq; geruntur rusticitatis excusatio nō accipitur, l. 2. C. de in ius voc. cui in his demum quæ ex meris ciuilis iuris præceptis pendēt parci solet. l. si quis id quod. D. de iurisdictio. omnium iud. l. l. 2. D. si quis in ius voc. non ier. l. vlt. C. de testamen. Imperitiam autem in Imp. rescripto iuris legumque insciti am accipio: quæ, vt Accursij obiectiones diluam, in masculis ferenda non est, aliter atque in feminis, quæ incesti, in quo sola iuris obseruatio interuenit. pœnas non timent, ob concessam eis iuris ignorantiam propter quam, pœnam quidem eis remitti, non item illicitam coniunctionem retineri censeo. Nam & citra existimationis suæ damnum dotis in eius matrimonij causam datæ condictionem pupilla habet. l. si tutor. C. de inter. mat. Mandatis quoque principalibus præsides prouinciarum, procuratores Cæsaris, profecti cohortis, aut equitū Tribuni, & omnes omnino qui aliquod in prouincia officiū gerunt, inde oriundam vel ibi domicilium habentem vbi administrant feminam ducere prohibentur, l. si quis officium. l. præfectus. D. de ritu nupt. potentatus, vt Papinia. ait, ratione, ne videlicet potentia sua, in qua constituti sunt, ad vim abutentes matrimonia sibi arbitrio nutuque suo concilient, trahantque ac rapiant verius quam ducant. Qua de causa & eis in ea prouincia, in qua administrant, emere, fenusve exercere

mutuamque

mutuamque pecuniam dare non licet. l. aufertur. §. quod a præsi de. D. de iure fis. l. prima. C. de contra. iud. l. principalibus. D. si cert. pet. l. eos. C. eo. titu. Huiusmodi ergo matrimonia aduersus mandata contracta perinde nulla sunt, atque ea contra amplissimi ordinis decretum a tutoribus eorumque liberis contrahuntur. Quo fit vt cum matrimonium non ꝓsi stat, nec dos sit, nec rerum amotarū actio inter eas personas, quæ ita coierint detur. l. si concubina. D. rer. amot. Nec tamē quia nuptiæ non sint, eo magis donationes inter eos factæ ratæ erunt, l cum hic status. §. vlt. D. de dona. int. vir. ne ex delicto suo lucrum ferant, meliorque sit in legem committētiū, quam eorum qui secundum prȩcepta legum in matrimoniū conueniunt, conditio. l. 3. §. primo. D. de dona. int. vir. Vtique enim prohibitas nuptias contrahentes peccare delinquereque intelliguntur. l. vlt. D. de lega. 1. Et ideo magis est, vt quæ ita donata fuerint, quasi ab indignis ablata fisco vindicentur. l. cum hic status. §. vltimo. D. de donat. inter vir. Exemplo certe pupillæ tutori liberisve eius nuptę, prouincialis mulier quę contra mandata prouinciæ rectori nupserit, ex viri testamento capiet. Imperatores autem Gratianus Valent. & Theod. quod de administrantibus veteri iure cautum erat, ad administrantium liberos, propinquos, comites, consiliarios, domesticos porrexerunt. l. prima. C. si rector prouincial. Quos & arrharum sponsalitiarum in matrimonij argumentum datarū dispendio multant. Qua in parte iuri antiquo derogare eos fortassis existimet, qui penitus non inspexerit. Nam ad arrharum acceptarum restitutionem mulierem quæ finita administratione nuptias implere nolit, adigi Paulus indicat. l. si qs officium. D. de ritu nupt. Id quod Accursium cruciat, qui in huius nodi dissolutione tāquam in salebra hæret. Nos vt eius hæsitationi certa & vera distinctione medeamur, multum interesse dicemus sponsaliane sola, an vero nuptias prouinciarum rectores arrhis datis tum cum prouinciam cum imperio obtinerent, contraxerint. A perfectis siquidem & consummatis nuptiis quas mandata principalia stare non patiuntur, mulieribus prouincialibus abire ac recedere etiam cum arrharum lucro Imp. permittūt. At si in prouincia sponsalia dūtaxat contracta sint, quia nihil in ea re contra mandata peccatum est, quæ huiusmodi conditioni renuntiare volet accepras arrhas restituere iure ac merito debet. Et hæc est inter Imp. constitutionem Paulique locum ab Accursio non animaduersa differentia. Nuptiis enim duntaxat, non etiam spōsalibus qui in prouincia aliquod officium gerebant, interdicebantur. Quinetiam despōsam sibi antequam in prouinciā mitterentur vxorem illic ducere non prohibebantur. dicta. l. si quis officium. vtpote cessantę ea, quę sibi eos in prouinciis suis matrimonia conciliare vetabat, ratione. Sed etsi contra mandata in prouincia matrimonium contractum esse, post depositum tamen officium si in eadem voluntate vterque perseueraret, iustæ efficiebantur quæ ab initio non constiterant, nuptiæ. Indeque postea vt ex iusto matrimonio editi liberi iusti legitimique patri fiebant, quemadmodum Paulus libro quinto Responsorum tradit. l. eos qui. D. de ritu nupt. qui a Gordiano testis laudatur. l. etsi contra. C. de nupt. Plane filiabus suis conditionem in prouincia quærere, easque in matrimonium collocare & dotem eis constituere non prohibebantur, qui prouincijs præerant filijs vero vxorem prouincialem ducentibus consentire auctoritatemque præstare minime poterant. De cuius varietatis ratione si mihi liquere negem, inscitiam meam potius quam antiquorum inconstantiam prodam: Quorum etsi mentem mihi plane perspectam esse ac cognitam adfirmare non ausim, tamen, quatenus eam cōiectura assequi licet, duplici eos ratione adductos credo. Primum enim præsumptum habuisse existimo, patrē impensiore affectu maiorique contentione in conditione filio quærenda, quam in filia nuptum collocanda laboraturū. Nam filiæ quidem in manum mariti mancipiumq; transeuntes familiæ suæ finem adferūt: per filios vero cum nomine paterna familia propagatur. Ne vero filiorum amore domusq; amplificandæ studio, ad matrimonia filiis concilianda sua potestate abuterentur, frenis quibusdam ac habenis cohibendam esse eam potentiam censuerunt, nihil quicquā tale eos filiarum causa attentaturos rati. Huic rei argumento est qđ filiam suam pupillo suo tutor in matrimonium collocare nō prohibetur. l. liberum. §. vlti. D. de ritu nuptiarum. filio vero suo pupillam in matrimonium collocare prohibetur. Licet ergo tam in filiæ quam filij nuptijs auctoritas patris intercedere deberet, verendam tamē magis esse præsidis in collocādo filio, quam in filia nuptum danda impressionem prudentes censuere. Alia quoque veteres ratio in hoc iure statuendo mouere potuit, quam Cyno, Ludouico Romano, & nostri seculi Varroni πολυγραφοτάτῳ D. Tiraquello, cuius memoriam sancte ac religiose ꝓ eo ac debeo colo, placuisse video. Difficilis nimirum virginalis pudicitiæ custodia, cui adseruandæ continendæque ne Argi quidem lumina plerunque sufficiunt. Cauendum enim forte (nihil enim præter coniecturā habemus) prudentes cogitarunt, ne dum paternæ administrationis exitus expectatur, interim filia iam matura viro & plenis nubilis annis, ætatis lubrico sexusve infirmitate vel amoris facibus, aliqnod dedecus admittat. Cui malo obuiam ut irent parri liberam conditionis filiæ quærendæ potestatem vel ipso administrationis suæ tempore relinquendam esse cēsuerunt. Et certe probabile est subiisse animos veterum illā cogitationem, puellarum nuptias non æque ac masculorum coniugia protrahi ac differri posse, moramq; nullam nuptiarum tempestiuitati, si famæ ac castitati puellarum consultum velimus, fieri oportere. Qua eadem ratione filiam suam pupillo iam adulto nuptum dare, si tam adulto quam puellæ hæ nuptiæ cordi sint tutori permiscere, ne forte in longius tempus protractis nuptiis vel moræ impatientia, vel amasij illecebris in aliquod probrum prolabatur, ex quo ei generique aç totifamiliæ labes aç macula aliqua quæ deinde elui non possit, aspergatur. At masculorum coniunctionum quæ citra periculum existimationisque damnum proferri possit, inhibendam ob impressionis metum merito in superioribus speciebus censuerunt. Iuuat hanc rationem quod alias quoque in hoc nuptiali iure diuersam masculorū ac feminarum causam iuris auctores constituūt. Nam puellæ quidem post xxv. annum, non item masculi impune citra parentū consensum matrimonia contrahunt. l. oratione. § 1. D. de ritu nupt. Eodemque refert Accursius, quod ex Paulo recensetur, Nepoti vxorem ducenti & auum & filium consentire debere: nepti vero nubenti voluntatem auctoritatemque aui sufficere.

Tempus est autem, ad ea iniustarum nuptiarum genera, quę naturali ratione, sanguinisque iure prohibentur, nostra se cōuertat oratio. Qua in quęstione, fixum sit hoc, ratumque principium ex gradu adscendentium descendentiumque, in infinitum duci vxores non posse: te inter eas personas quæ parētum liberorumve locum inter se obtinent nō incestas ac nefarias nuptias esse. l. nuptiæ. D. de ritu nuptiarum. §. ergo Inst. it. de nupt. Veluti inter patrem, & filiam vel auum & neptē, matrem & filium vel auiam & nepotem, & vsque in infinitū. Nec interest ex iustis nuptijs eiusmodi personarum coniunctio descendat, an non. l. & nihil. D. de ritu nupt. Nam & ex ancilla susceptam & vulgo quæsitam filiam ducere genitori minime conceditur, seruilesque adeo cognationes in hoc nuptiali iure obseruantur. l. adopt. vt §. seruiles. D. de ritu nupt. cum contra naturale ius, pudoremque sit a patre filiam quo modocunque quæsitam duci. Proinde in his quidem speciebus incestum iure gentium committi constat. l. vltima. D. de ritu nuptiarum. cuius veniam sexus infirmitate deprecari mulieres non possunt. l. si adulterium cum incestu. D. ad l. Iul. de adulter. cum naturali iure, cuius vtpote non scripti, sed nati ignorantia defendi nequeunt, prohibitam rem admiserint. Nec enim sexui, nec rusticitati in his parcitur, a quibus naturalis nos ratio, animis nostris diuinitus indita, atque impressa auocat. Fœditas vero illarum coniunctionum lucet, ipsa per se, vt qui in ea flagitia prolabitur, humanitatem ipsam exuisse videatur. Ciceroni vtique incestum cum filia Q. Fusius Calenus apud Dionē lib. quadragesimosexto, obijcit his verbis καὶ προσέτι καὶ τὸ σῶμα αὐτῆ διαβάλλειν ἐπεχείρησε τοσαυτηνδὲ ἐλευθερίαν καὶ ἀκαθασίαν πανοῦργον πάντα τὸν βίον χρωμένους, ὥστε μηδενὸς συγγενεστέραν ἀπεχέσθαι ἀλλὰ τῷ τεγγυαῖαν πρεσβύγενειν καὶ τὸν ἑυγατέρα μοιχεύειν. Quo nomine & eum Salustius ita insectatur. Verum vt opinor, splēdor domesticus tibi animos attollit: vxor sacrilega ac periuriis delibuta, filia matris pellex, tibi iucundior atque obsequentior quam parēti par est. Prędicabat etiam Caligula, matrem suā ex incesto quod Augustus cum filia Iulia commisisset, procreatam. Sueto. in Calig. cap. 23. Ac nec cum his quidem pertonis quæ vel adfinitatis ratione, parentum liberorumve vicem repræsentant ac sustinent, iustæ sunt nupriæ. Quare nec nouercam, nec proaui nostri vxorem, nec socrum, ideſt vxoris nostræ matrem, nec eiusdem auiam, proauiam, ducere licet. l. si quis mihi. §. 1. & l. adoptiuus. §. nūc videamus. l. Aristo. D. de ritu nupt. §. ergo. Inst. it. de nupt. Cuiusmodi nuptias ꝓ Cluentio Auito sic exagitat. Lectum illum genialem quem triennio ante filiæ nubenti strauerat, in eadem domo sibi ornari & sterni expulsa atque exturbata filia iubet. Nubit genero socrus, auspicibus nullis auctoribus, funestis omnibus. O mulieris scelus incredibiliter præter hanc vnam in omni vita inauditum. O libidinem effrenatam & indomitam. O audaciam singularem. Plane duplicem causam cur nouercam vxorem ducere non liceat, Philo Iudæus in libro περὶ τῶν ἐν εἴδει reddit: διάτε, ait, τῶν εἰς τὸν πατέρα τιμὴν μὴ διότιμος τρόιας, καὶ μητρὸς ὄνομα συγγενές, ἀκμὴ μὴ τὸ τῆς ψυχῆς σύνδεσον πάθος

Vnus mihi tam infausti matrimonij cupiditatę incensus Imperator

perator Antoninus Caracalla occurrit, de quo Spartianus his verbis. Interest scire quemadmodum nouercam suam Iulianus duxisse dicatur: quæ cum esset pulcherrima, & quasi p negligentiam se maxima corporis parte nudasset, dixissetque Antoninus, vellem si liceret, respondisse fertur, si libet, licet. An nescis te Imperatorem esse, & leges dare, non accipere? Quo audito furor inconditus ad effectum criminis roboratus est: nuptiasque eas celebrauit, quasi sciret se leges dare, cũ vere solus prohibere debuisset: matrem enim (non alio erat dicenda nomine) duxit vxorem: ad parricidium iunxit incestum. Sed nec socero nurus, pronurusve recte nubit. Socerũ enim parentis locum obtinere placet. l. quia parentis. D. soluto matrimonio. Ac eiusmodi quidem nuptias quas cum priuigno nouerca, cum socero nurus contraxerit incestas ac nefarias esse nemini dubium est, cum pudori, castitati, verecundiæ naturali, publicæque honestati tales coniunctiones aduersentur. Quinimo ex his causis incestum iuregentium admitti Papinianus scribit. l. vltima. D. de condi. sine cau. Quod quibusdam parum considerate dictum videtur, qui pro certo ac constanti ponunt, inter parentes & liberos duntaxat iuregentium incestum committi. Cum his vero qui ex latere veniunt, vel cum adfinibus, iure ciuili, vel moribus: Ipsumq; adeo sibi contrarium esse Papinianum persuadent, qui pecuniæ in huiusmodi nuptiarum causam datæ repetitionem tribuat, quæ vtique denegaretur, si in specie hac iuregentium incestus admissus censeretur: quod mulieribus iusgentiũ nõ æque ac ciuile ignorare liceat. Verum ego Iureconsultorum coryphæum vellicari non nisi grauate ferre possum. Nec. n. adduci possum, vt credam, aliquid tanto viro excidisse, quod a nobis, qui in illius magistri verba iurare addicti sumus, iure notari queat. Credo itaque eius auctoritate fretus (nec vana fides) incestum iuregentium committi, si socero nurus, uel nouerca priuigno commisceatur, quod hæ personæ sibi parẽ tum ac liberorum loco sint, vt paulo ante comprobauimus, & quod omnium mentibus a natura insita ratio ab huiusmodi coniunctionibus abstinẽdum dictet. Confirmat nostram immo vero Papiniani opinionem, quod alibi legimus, Si adulterium cum incestu committatur, vtpote cum priuigna, nuru, nouerca, mulierem quoque similiter plectendam. l. si adulterium cum incestu. D. ad l. Iul. de adult. cuius tamen impunitum esset facinus, si sola iuris ciuilis obseruatione tale crimẽ in turpibus numeraretur. Verum cum iuris naturalis ignorãtiam vitiis suis obtendere ac prætexere mulieres non possint, merito eis eiusmodi incestus, cuius turpitudinem indita diuinitus ac impressa ratione notam habent, pœna irrogatur.

Atque hoc dubium faciebat in specie a Papiniano tractata: videbatur enim pecunia a muliere illiciti matrimonij nomine data repeti non posse, quasi contra iusgentium ac naturalem honestatem (cuius ignoratione excusari nequit) data esset. Sed alia ratione repetitionem competere Papiniano subtiliter placet, quia scilicet matrimonij effectu non secuto, & nec iure sequi possit, nulla magis causa dotis dãdæ quam turpis interceserit. Porro nec patris quoque sponsam vxorem ducere filio conceditur: non magis quam patri filij sponsam, quamuis nec illa nouerca, nec hæc nurus proprie dici possit. Ab earum quoque quæ in parentum cõcubinatu fuerint nuptijs abstinendum, pie Imp. Alexander constituit. l. liberi. C. de nupt. Contra religionem quippe ac pudorem est cum ea matrimonium coire filium, quæ pudicitiam patri prostrauerit. Sed & per adoptionem quæsitarum cognationum rationẽ hic habendã prudentes censuere. Etenim matrimonio inter se iungi eæ psonæ non poterant, quæ per adoptionẽ parẽtum, liberorumve loco sibi esse cępissent, in tantum vt etiam dissoluta adoptione idem iuris maneret. §. ergo, insti. de nup. Itaque eam quæ per adoptionem filia, neptisve facta esset, ne post emancipationem quidem vxorem ducere qui quandoque adoptasset, poterat. l. quinetiam. D. de ritu nupt.

Hæc de ascendentium, descendentiumque gradu. Iam, ex transuerso etiam cognationis gradu quasdam illicitas esse nuptias, non est obscurum. Ac primum inter fratrem, sororem prohibitas esse nuptias nemini dubium est, siue ab eodem patre eademque matre progeniti fuerint siue ab altero eorum. § inter, inst. de nup. Aemilius Probus in proœmio libro de vita excellent. Imperat. Neq; enim Cimoni fuit turpe Athenienſium summo viro sororẽ germanã in matrimonio habere. At id quidẽ nostris morib nefas habeẽ. Cuius tñ Cimonis facti Herodianus aut inscius aut immemor, lib. j. historiar. Πτολεμαῖος μέν, ait, καὶ μέχρι ἀδελφῆς ἐθίας, ἔρωτος προχωρήσας, παρὰ τὲ τὰς μανεδόνων καὶ ἑλληνων νόμοις. At Dio apud Aegyptios patrio id more receptum fuisse ita scribit, lib. xlij. de Cæsare agens. Καὶ μεγάλῃ τοῦτο εἰς ἐπιλησίαν εἰσελθὼν τότε Πτολεμαῖον, ἡ τὴν Κλεοπάτραν παρέσπασατο καὶ γὰς διαθήκας τὰ πατρὸς αὐτῶν ἀνέγνω, ἐν αἷς ἐκείνοις μὲν συνοικῆσαι ἀλλήλοις κατὰ τῶν Αἰγυπτίων γὰ πάτριον βασιλεύειν ἐγέγραπτο. Romanis vtique semper detestabilis & execranda talis coniunctio visa est. Ideoque inter ea quæ de Caligula non vt principe, sed vt monstro, Suetonius narrat, hoc refert, cap. 24. quod cum omnibus sororibus suis stupri consuetudinem fecerit, quem etiam Drusillam germanam Cassio Longino Consulari collocatam abduxisse, & in modum iustæ vxoris propalam habuisse scribit. Quam eius turpitudinem nec Dio. lib. lix. silentio prætermisit: Eademque se ac famam suam turpitudine fœdasse Othonem Xiphilinus memorat: Plutarchus autem in Parallelis ex Chrysippi, lib. j. Rerum Italicar. auctor est Papyrium quendam Romanum amoris impatientia & ardore victum Camiliam sororem grauidam feciſſe. Quod vbi Papyrius Tolucer communis eorum pater resciuit, ensem filiæ misit, quo puella pectus transfodit, eodem leti genere scelestum ac nefarium facinus suum Papyrius deinde expiauit. Planè per adoptionem factam sororem, adoptione soluta, vxorem ducere nihil vetabat. l. quinetiam D. de ri. nup. Adoptione enim quæsita fraternitas, eo vsque demum impediebat nuptias, quoad maneret adoptio. l. per adoptionem D. de ritu nuptiarum. Similiterque adoptiui patris matrem, materteram, aut neptem ex filio ducere vxorem post emancipationem nemo impediebatur, cũ in extranei causam emãcipatione redactus esset. Adoptiuæ vtique sororis filia, vxor duci vel cõstante adhuc adoptione licito iure poterat, quod ea cognata non esset, cum auunculus nemo fiat per adoptionem. Hæ enim demum cognationes per adoptionem contrahuntur, quæ adgnatorum ius adiunctum habent. l. 2. §. patrui. D. de suis & legit. Pari ratione alio patre natam patris sui sororem adoptiuam ducere quis poterat, quoniam inter eos nulla cognatio intercedebat, quippe cum ea patris adgnata non esset. Sed & Maximianus Constantino per adoptionem nepoti filiam in matrimonium tradidit. Quod Panegyrici Maximiano & Constantino A A. dicti auctor tantum abest, vt vituperet, vt summis contra laudibus efferat, O diuinum, inquiens, tuum Maximiane iudicium, qui hunc tibi iure adoptionis nepotem, maiestatis ordine filium, etiam generum esse voluisti, diui inquam Constantij filium, in quem se prima illius iuuenta transfudit. Quinetiam Claudius Neronem à se in locum filij adoptatum, cum filia sua Octauia matrimonio iunxisse legitur, Dio. lib. 59 filia tamen prius in adoptionem tradita, vt in alienam familiam eo modo transferretur, ne soror fratri nubere videretur. Agrippina enim Claudio persuasit Domitium Neronem priuignum filij loco adoptaret, quem non filium modò, sed & generum habere voluit: verum ne frater sororem ducere videretur, adoptionis commento necessitudinis species dissoluta est. Inde Iunoni Octauia à Seneca comparatur, sic enim in Tragœdia eius nominis scriptum est.

Tu quoque terris
Altera Iuno, soror Augusti
Coniunxque graueis vince dolores

Et alias,

Fratris thalamos sortita tenet
Maxima Iuno soror Augusti
Sociata thoris.

Alio etiam loco,

Mœret infelix soror
Eademque coniunx.

Simili modo etiam Cicero Clodium incestus cum sorore suspitione laborantem in Oratione pro domo suaprosciudit. Sed tamen, inquiens, ego mihi sororem virginem asciso: tu sororem tuam virginem esse non siuisti. Sed vide, ne tu te debeas Iouem dicere, quod tu iure eandem sororem & vxorẽ appellare possis. Enimuero fratrum sororumve filias vxores ducere non licebat. l. nemini. C. de nupt. l. vltima. C. de incest. nupt. §. fratris Instit. de nuptiis. Tametsi talium coniugiorum vsum in Rempub. inuehere, Claudium Imperatorem Agrippinæ Germanici fratris sui filiæ amore incensum, tentasse literis proditum est, vt publici iuris velamento eius matrimonij a se cum ea contrahendi turpitudo tegeretur. Sic enim de hoc eius incępto Tacitus libro duodecimo, scribit. Claudius Senatum ingressus, decretũ postulat, quo iustæ inter patruos fratrumque filias nuptiæ etiam in posterum statuerentur; neque tamen repertus nisi vnus talis matrimonij cupitor, Tale dius Seuerus Eques Romanus Trãquillus in Claudio de eius nuptijs agens. Verum, ait, illecebris Agrippinæ Germanici fratris sui filiæ per ius osculi & blanditiarum occasiones allectus in amorem, subornauit proximo Senatu qui cogerent se ad ducendum eam vxorem, quasi Reipub. interesset, dandamque ceteris veniam talium coniugiorum, quæ ad id tempus iniusta habebantur. Ac vix vno interposito die confecit nuptias, non repertis qui sequerẽtur exemplum: excepto libertino quodam & altero primipilari. Zonaras in Claudio etiam

etiam Senatusconsulto huiusmodi nuptiarum ius sancitum fuisse in eius principis gratiam tradit, auctoreque Vitellio Senatum, Claudium ad Agrippinam vxorem deducendam adegisse. ἐντεῦθεν, ait, ὁρμηθέντες οἱ βελευταί πρὸς τὸν Κλαύδιον, ἦλθον ἵνα ἀγηνάγκασαν δῆθεν αὐτὸν γῆμαι, μὴ ψηφισμάτοις ποιήσαιτο, ἐξὸν αἰρωμάτοις ἀδελφίδας ἄγεσθαι. Inde Seneca in libro ioculari de eius Imperatoris morte, Vt Romæ, ait, sacra essent quibus ipse cum sibi Agrippina nuberet, xxx. Senatoribus, innumeris Equitibus Romanis mactatis, principium dedit. Huc pertinent & hi, quos subiungam, Senecæ ex Octauia versus, quibus nutrix Octauiam Claudij filiam ita adfatur.

Frustra parentis inuocas manes tui
Miseranda, frustra: nulla cui prolis suæ
Manet inter vmbras cura. qui nato suo
Præferre potuit sanguine alieno fatum
Genitamque fratris coniugem captus sibi
Toris nefandis flebili iunxit face.

Nec tamen tam mali exempli nuptiæ imposterum frequẽtarentur, Nerua vetuit, ne fratrum filiæ ducerentur. Id quod Xiphilinus in Nerua tradit, his verbis, ἐνομοθέτησε δὲ ἄλλα τε καὶ περὶ τοῦ μὴ εὐνυχίζεσθαί τινα, μήτε ἀδελφιδῆ γαμεῖν. Etenim ne de nominis vi ac potestate dubitetur, quod idẽ auctor de Hadriano. τραϊανὸν, ait, ἀδελφιδῆν ἐγγαμήσαι, Aelius Spartianus ait, Traiani per sororem neptem eum vxorem accepisse. Et Pollux lib. octauo Onomasti. & Hesychius & Moschopulus, ἐν συλλογῇ ἀϊτιῶν ὀνομάτ. ἀδελφιδᾶς, aiunt, ὁ ἀδελφοῦ ἀδελφῆς ἢ ἀδελφῆς· ὃς καὶ γυναῖκα αὐτῶν ἀδελφιδῆ. Porrò illam Neruæ constitutionem Zonaras, Tomo 11. Annal. ita refert, ὅτος ἐνομοθέτησε μὴ τὸ μήτε τινὰ παῖδα γονέα μόριξ παρὰ Ῥωμαίοις ἐκτὸς μνηστευθῶν μήτε μὴν ἀγεδῶν πρὸ γάμου ἀδελφίδῶν. Domitianum tamen non puduisse cum Iulia fratris filia, tanquam cum vxore palam versari Suetonius & Xiphilinus memoriæ prodiderunt. Eadem tam perdita ac flagitiosa libidine incitatum Heraclium Imperatorem ferunt: cui non aliunde id morbi vitijque quo laborauit, quam ob illicitam cum fratris filia cõiunctionem accidisse, vulgo creditũ, Zonaras his verbis scribit. γέγεται δὲ μὴ τὸ αἰδοῖον αὐτῷ σηφούμενον ἄνω τὸ ὄρον πέμπειν μὴ ἀ μὴ σκυλς ἐν τέξω αὐτῷ ἐτίθετο, μητ τῷ προσώπῳ αὐτῷ τὸ ἐκκρινημένον ἀνεδίδοτο, ὁ συμβαίνειν δόκει αφ᾽ ὧν ἔκθεσμον μίξιν τῆι ἀδελφοπαφος. Acerbissime vero huius generis nuptias vt incestas & nefarias Imp. Anastasius & Zeno Constitutionib. suis damnarunt. In quas etiam B. Ambrosius libro octauo Epistol. ita inuehitur. Tu copulare paras filium tuum & neptem ex filia, hoc est, vt accipiat sororis suæ filiam, diuersa licet matre quam socrus editus. Interroga nominum religionem. Nempe auunculus iste illius, illa huius neptis vocatur: nec ipse te reuocat sonus nominum, cũ hic auum resonet, illa hoc nomen ad auunculum quod ad auum referat. Et mox, Quid est quod dubitari queat, cum Lex diuina etiam patrueles fratres prohibeat conuenire, qui sibi quarto sociantur gradu? Huiusmodi autem gradus tertius est, qui etiam iure Ciuili a consortio coniugii exceptus videtur. Sed nec in concubinatu quidem haberi sororis filia, licet libertina, absque incesti crimine potuit. l. etiam. D. de ritu nuptiarum. Nõ mõ aũt fratris aut sororis filiam, verumetiam neptem proneptemve ducere non licet. § fratris, Instit. de nupt. l. sororis. D. de ritu nup. An autem mortuorum fratrum coniuges, fratribus superstitibus ducere licuerit, quæri potest. Sane eam quæ in manum fratris conuenerit, dissolutis seu morte seu repudio nuptijs duci citra incesti crimen non posse Imperatorum constitutionibus cauetur. l. nemini. C. de nupt. l. fratris. C. de incest. nupt. Quamquam non desunt aliquot in Romana historia eiusmodi matrimoniorum exempla. Lucius enim Tarquinius cui post regnum scelere partum Superbi cognomen facta indiderunt, Tulliam minorem natu quæ Arunti fratri nupserat, Arũte veneno ab ea sublato, cum ipse coniugem quoque suam eodem genere interemisset, duxit. Quod nefarium eius factum Dionys. Halicarnas. libro quarto, duobus locis refert, quorum vtrumque, vel ea præcipue de causa, vt si qua inest in verbis aut obscuritas, aut deprauatio, adhibita explanatione, emendationeve tollatur, subiungam. Prior sic hẽt. τοιαῦτα τῶν τρλλίας λεγόντων ἀσμένως δέχεται τὰς αἱρέσεις ὁ ταρκύνιος, καὶ αὐτίκα δὲς αὐτῇ πίστιν λαβὼν τὰ πρωτόλεια τῶν ἀνοσίων γάμων καὶ ἀφαπραξάμενος ἄπειχεται. διελθόντες δέ ὁ πολλῷ μετὰ ταυτα χρόνῳ, τοῖς αὐτοῖς πάθεσιν ἀποθνήσκουσιν ἥτε πρεσβυτέρα τῶν τυλλίᾳ συγαθέρων, καὶ ὁνεώτερος τῶν ταρκυνίων. Et mox. μετὰ τοῦτο τὸ ἔργον δὲν ἔτι ἀφαμελλήσας ὁ ταρκύνιος, ἀπάγεται γυναῖκα τὼ τυλλίαν. In quibus verbis obscuritas nulla est, quę lectorem vel mediocriter literis Græcis tinctum morari possit, præterquam in voce πρωτόλεια, cuius scripturam corruptã esse forte suspicabitur qui apud Suidã leget προτέλεια a Licurgo ἐν τῶν περὶ τ ἱερέας, appellari τὰ πρό τῆ τελεσθῆναι τι τῶν εἰς τὸ θεῖον ἀνφερομένων γινόμενα ἢ διδόμενα. προτέλεια insuper, vt & Pollux libro tertio Onomastic. scribit appellatum eum diem, ἐν ᾧ τὼ ἀνδρὸς τὼ γαμμένῳ πάρεστιν ἀγχοῦ οἱ γονεῖς εἰς τὼ θεὼ καὶ θυσίας ἐπιτελῆσιν. Et certe pro quolibet auspicio, initio, primordio, verbum hoc Græci vsurpant. Lucianus in Dialogo, περὶ τῶν ἐπιμιγῶν συνόντων, ἀρξομαι δ᾽ ἀπὸ τῆ πρώτη δείπνη, ἢ δοκῆ ὁ σὲ εἰκὸς δειπνησειν τὰ προτέλεια τῆς μελλήσης συνουσίας. Gregorius etiam Nyssenus Lazari a mortuis excitationem, οἷον εἰ τὰ προτέλεια τῆς μελλούσης ἀναστάσεως vocat. Cum vero verbum hoc primitias significet, nemo dubitabit erratum esse in Hesychij codicibus, in quibus legitur προτολεῖον ὑπάρχον. Est enim emendandum προτελείων, ἀπαρχῶν. Verum in eodem significato vocem quoque πρωτόλειον Græcis vsurpari obseruaui. Suidas. πρωτόλεια, ἢ πρώτη λεια, τὰ πρὸ τῶν μελλόντων ἐξαίρετα. Idem πρωτόλειον, ἀπαρχῶν, interpretatur. Hesychius etiam προτόλεια ἀπαγματα, πρωτόλειον ἀπαχή. In Etymologico quoque πρωτόλεια exponuntur esse τὰ πρῶτα τῶν λαφύρων καὶ τῶν τῆ πολέμῳ λαφύρων ἐξαίρετα καὶ πρῶτα ἀπερ εὐσεβοῦντες οἱ πρῶτοι λαμβάνειν, οἷος ἦν χρυσὴς ἐδόθη τῷ Ἀγαμέμνονι καὶ ἡ βρυσηὶς τῷ Ἀχιλλεῖ. δηλοῖ δὲ τὰ ἀπαρχαί. Vtramuis ergo lectione ẽ sequare, sensus constabit, eumq; locum sic fidus interpres Gelenius reddidit. Delibato incestarum nuptiarum fructu abijt. Alter eiusdem Halicarnassei in quo de incestis Tarquinij & Tulliæ nuptiis fit mẽtio locus, ita habet. Ἀλλ᾽ εἰθύς ἅμα τῷ αὐτὰ ἀναπρύξαθαι τὰ θαυμαστὰ ἔργα, πρὶν ἡμέρα θεῖναι τὰς ἀποδεξαμένας τὰ δύσνυμα σώματα πυρὰς, φίλες εἰσὶ καὶ γάμους ἐπιτελεῖ καὶ τῶν ἀνδροφόνων νύμφῳ ἐπιδίδωσι τὸν ἀδελφῆς θάλαμον ἡγεῖται, τὰς ἀπουρήτους πρὸς αὐτῶν ἐμπεδῶν ὁμολογίας. ἀνόσια καὶ ἐξάγια καὶ δὲ ἐλλάδος δὲ βαρβάροις γῆς δ᾽ ἅπασι γινόμενα πρῶτος εἰσήγαγε Ῥωμαίων πόλιν εἰσαγαγὼν μόνος. Quem torum locum sic Helenius Latino sermoni tradidit. Hic est ille Tarquinius, Quirites, qui nõdum princeps fratrem germanum, quia malus esse nolebat, veneno sustulit, assumpta ipsius vxore in societatem eius sceleris, suæ coniugis germanæ, quam Diis inuisus adulterio iam ante corruperat. Hic vxorem pudicam matronam & communium liberorum parentem eodem veneno, eodem tempore necauit: ac ne paululum quidem lugubri specie dissimulauit vtrumq; veneficium, sed confestim post perpetrata hæc egregia facinora, fumantibus etiam tum rogis, qui misera illa corpora exceperant, ipse amicos excipiebat nuptiali epulo, ducens viricidam spõsam in sororis thalamum ex pacto nefario, primus ac solus inducens in hanc vrbem morem impium & apud omnes Græcos simul atque Barbaras nationes abominabilem. Sed quid ea, quæso, verba significant πρὶν ἡμέρα θεῖναι τὰς πυρὰς. Equidem, ne diutius lectorem teneam, adfirmare non dubitabo legendum esse πρὶν ἢ μαρανθῆναι, quod idem valet atque πάυσασθαι καὶ σβέσασθαι, id est, ante extinctas pyræ flammas. Quo loquendi genere Homerus vtitur est Iliad. lib. x.

Αὐτὰρ ἐπεὶ κατ᾽ πῦρ ἔκαιε, καὶ φλὸξ ἐμάρανθη.

Vbi Eustathius. Obserua, ait, τὸ ἐμαράνθη λυχνεύεται ἐπ᾽ σβέσεως φλογός. Et mox: φλογὸς, inquit ille, μαρασθείσης ἀπομένει ἀνθρακιά. Aristoteles vero in libro περὶ νεοττῶν καὶ ᾠῶν inter μάρανσιν & σβέσιν differentiam facit, Ἀλλὰ μὴν, ait, πῶς γε δυοῖν ὁρῶμεν φθορὰ μάρανσιν τέχν, σβέσιν. τὼ μὲν γὰρ ῥᾳον, τὼ δὲ βίαιον. Rursus quis est tenius horum Halicarnassei verborum ἐμπεδῶν ὁμολογίας. Et hic quoque, ut breue id faciam, mendum est, legendumque ἐμπεδῶν, id est firmans, stabiliens, vt sit sensus, illicitas nefandasque cum ea iungens pactiones. Hesychius enim ἐμπεδῶν interpretatur βεβαιῶν, πιστῶν, ἀσφαλιζόμενον. Vt autem ad ipsam historiam redeam, Liuius libro primo, ab. V. C. easdem nuptias breuiter nec, nisi adhibita fusiori Halicarnassei narratione, perspicue ita perstringit. Arũ, inquit, Tarquinius & Tullia maior (Sic enim ex Halicarnasseo emendo) prope continuatis funeribus cum domos vacuas nouo matrimonio fecissent, iũguntur nuptijs, magis non prohibente Seruio quam approbante. Nam verbum hoc iunguntur, non ad Aruntem & Tulliam maiorem sed ad Tarquinium & Tulliam minorem, de quibus ante egerat, referri placet. Ceterum etiam Marcum Crassum fratris defuncti vxorem duxisse, & quos habuit liberos, ex ea suscepisse eum, nec in aliquam factum hoc reprehensionem incurrisse, Plutarchus in eius vitæ initio scribit. Quod cum mirum quibusdam videatur, verbum συνοφθεῖν, quo Plutarchus in ea historia referenda vtitur, interpretatione quæ menti plane auctoris repugnat, ad nudam cohabitationem, vt & τὸ παῖδα ἐσθεῖν, ad puerorum eius educationem, deflectere nituntur. Sed quam aliam Crassus, quem minime cœlibem vitam duxisse immo vero iustos liberos sustulisse, ex libro quinto Epistolar. familiarium Ciceronis, & ex eodem Plutar. in Cicerone, constat, vxorem duxerit, legere non memini. Nam alterius Plutarchus, cui vsitatum est ipso limine cuiusque genus, familiam, coniugium narrare, non meminit, & verbum συμοικῆν de nuptiali coniunctione passim non apud Plutarchum modo sed & reliquos Græcos auctores accipi, tam certum est quam quod certissimum, vt testimonia proferre putidæ sit futurum diligentiæ. Atque adeo vetustum & antiquitate ipsa spectabilem ex insigni Reginæ bibliotheca manuscriptũ Plutarchi codicem exhibuit mihi egregius ille Antistes qui nobis incredibili felicitate Plutarchum Gallice loquentem reddidit,

Source : BIU Cujas

reddidit,in cuius margine ad eum locum fugientibus iam literis adnotatum est,Crassum vxorem fratris duxisse, vt proinde temere mutanda non sint quæ certam semper & constantem interpretationem habuere. His accedere & Apulei ex Apologia pro ipso secunda, aliud exemplum velim,quo cum viri mortui fratre Pudentillam tabulas nuptiales fecisse narrat. Quod non posset aptius quam ipsimet auctoris verbis referri. Sic autem habent. Aemilia Pudentilla, quæ nunc mihi vxor est,ex quodam Sicinio Amico,qui cum antea nupta fuerat, Pontianum & Pudentem filios genuit,eosque pupillos in potestate aui relictos paterni (nam superstite patre Amicus decesserit)per annos ferme quatuordecim memorabili pietate sedulo aluit. Non tamen libenter in ipso ætatis suæ flore tandiu vidua,sed puerorum auus,inuitam eam conciliare studebat alteri filio suo Sicinio Claro, eoque cæteros procos absterrebat,& præterea minabatur,si extrario nupsisset,nihil se filijs eius ex paternis eorum bonis testamento relicturum. Quam conditionem cum obstinate propositam videret mulier sapiens,& egregie pia,ne quid filijs suis eo nomine incommodaret,facit quidem tabulas nuptiales,cum quo videbatur,cum Sicinio Claro.Verũenimuero vanis frustrationibus nuptias eludit,eo ad dum puerorum auus fato concessit relictis filijs eius hæredibus,ita vt Põtianus, qui maior natu erat,fratri suo,tutor esset. Hæc ille. Vtcunque sit huiusmodi matrimonia aliquot sunt Imp. Constitutionibus vt & Concilij Neocæsariensis Canone secundo interdicta.l.fratris & l.vlt.C.de incest.nupt.l.nemini.C.de nupt.l.1. & l.3. de incest.nupt.in C.Th. Quinetiam cum quidam Aegyptiorum mortuorum fratrum coniuges matrimonio sibi copularent hoc colore,quod virgines mansisse dicerentur, forte profecto a Iudeis instituto,apud quos fratri mortuo fratrem superstitem sobolem excitare inualuerat,Zeno eas nuptias, & qui eas contraxisset & inde susceptos liberos incestarum nuptiarum pœnis subiacere voluit.l.licet. C. de incest. nupt.Titum plane Imperatorem animam agentem vnius duntaxat peccati pœnitere se testarum esse Xiphilinus refert. Conieciſse autem quosdam id esse,quod Domitiani fratris vxorem in delitijs habuisset. Vxores etiam sororem ducendi & sic duabus sororibus coniungendi licentiam, dissoluto quoquomodo coniugio Imp.Vale. & Theod.& Arcad.submouerunt.l.fratris.C.de incest.nuptiis. Honorius tamen Imp. duas Stiliconis filias,vnam post alteram in matrimonio habuisse fertur. Sed quam infelix fuerit vtriusque matrimonii exitus, historiarum monumenta testantur. Et neutra enim liberos suscepit, morteque immatura vtraque obijt, vt Zonaras Tomo tertio Annalium his verbis narrat. ἄγεται, ait, de Honorio loquens, τοίνυν τῷ στιλιχῶνος θυγατέραιν δύο γαμετὰς ἠσθάνσης λέγεται τῷ ἀδελφῷ αὐτῆς θερματίαν γῆμαι ἐν ἀτελεῖ τυγχάνουσαν ἡλικίᾳ ἑκατέρᾳ δὲ τὰ χὺ ἐτελεύτησεν. Marcellinus comes in Chronico. Stilico comes,cuius duæ filiæ Maria & Tharmãtia,singulæ vxores Honorij principis fuere, vtraque tamen virgo defuncta, spreto Honorij regno,regnum inhiãs,& quæ sequuntur.Pau. Diaconus libro tricesimoquarto. Appẽdicis ad Eutropium. Ei,ait,soboles nulla fuit.nam duæ Stiliconis filiæ, id est, Maria & Tharmantia, (sic enim lege) vna post alteram ei coniugio sociatę, vtraque Dei iudicio inopinata morte præuentæ ex hac luce virgines migrauere. Verumenimuero duorũ fratrum liberi inuicem recte matrimonio iungebantur,§.duorum.Instirut.de nupt.l.3.& l.non solum.§.1.de ritu nupt.l.2. C.de Instit. & substitutio. consobrinæque vxores ductæ fit in plerisque Pandectarum locis mentio.l.23 & 24.D.de condit. & demonstrat l.Lucius.§.filius. D. de condi.& demonst. Sic Tullias duas Regis Seruij Tullij filias, Lucio & Arunti Tarquinijs Prisci Tarquinij nepotibus,cõsobrinis suis matrimonio iunctas fuisse Dionys.Halicarn.lib.4. Antiquit. refert. Sed manifestũ est eo loci in Græco codice erratum. Ita quippe scriptum est. ἦσαν δὲ τυλλίῳ δύο θυγατέρες ἐκ γυναικὸς γενόμεναι ταρκυνίας ἣν ἐνεγγύησεν αὐτᾷ βασιλεὺς ταρκύνιος ταύτας τὰς κώρας ἐπιγαμίας γενομένας ἐκδίδοται τοῖς ἀδελφοῖς τῆς μητρὸς αὐτῶν υἱωνοῖς τε ταρκυνίου. Secundum quam scripturam hoc Halicarnas. ait. Erant Seruio Tullio filiæ duæ, ex vxore Tarquinia, quam ei Rex Tarquinius Priscus despondit. Has puellas uiro maturas, & nubiles nuptum dedit fratribus matris earum nepotibus Tarquinij. Qd vtique consistere non potest. Nam Tarquiniam Tullij coniugem filiam fuisse Tarquinij Prisci in confesso est: Lucium vero & Aruntem Tarquinios,non Tarquinij Prisci filios,sed nepotes fuisse omni adseueratione contẽdit Halicarnassæus, & eorum qui contra sentiebant opinionem accuratissime refutat:pugnantque inter se nepotes fuisse Tarquinij,& fratres Tarquinię Tullij coniugis,& hoc modo non consobrinis,sed auunculi iunctæ fuissent Tulliæ. Itaque proculdubio legendum est, ἀδελφιδοῦς, id est,nepotibus per fratrem,seu υἱοῖς ἀδελφοῦ τῆς ταρκυνίου. Nam,ut ille existimat,ex Tarquinij Prisci filio qui in iuuenili ætate mortem obierat,nati erant. Quamquam Liuio probabilius videtur Tulliarum non consobrinos eos,sed auunculos fuisse.Verba eius hæc sunt libro primo ab. V. C. Hic Lucius Tarquinius Prisci Tarquinij Regis filius nepos sue fuerit parum liquet:pluribus tamen auctoribus filium crediderim. Fratrem habuerat Aruntem Tarquinium mitis ingenij iuuenem,his duobus,vt ante dictum est,duæ Tulliæ filiæ nupserant.Hæc ille. Sunt & alia complura eiusmodi matrimoniorum in historijs exempla. Namque Augustum filiã suam Iuliam Marcello Octauiæ sororis suæ filio nuptum dedisse a Dione.lib.53.& Suetonio,in Augusto,cap.63.relatum est: Et filium suum immatura morte præreptum Quintilianus lugens, auunculo eum generum destinatum significat, libro sexto,Orat.instit.cap.primo. Sed & Constantinus Imp. sororem suam quam in Græcis Socratis codicibus Helenã, in Latinis Cassiodori Constantiam nominari inuenio, Iuliano in matrimoniũ tradidit,atque ita patruelis patrueli iũcta est:Iulianus enim ex Constantino Constantini magni cognato fratre ortus erat.Quamq; sobrinarũ diu Romæ ignorata coniugia Tacitus lib.xij. memorat, posteaque tempore addito ea percrebuisse. Id quod & Plutarchus ἐν αἰτίοις confirmat has nuptias plebiscito permissas significans, πρότερον γάρ, inquit, ἐσκέμμαν τὰς ἀφ' αἵματος, ὅπερ νῦδέ νυῦ τιτθίδας νδέ ἀδελφὰς γαμῶσιν, ἀλλὰ οὐδὲ συνεχώρησαν ἀνεψιάς συνοικεῖν ἐν τοιαύτης αἰτίας Ανὴρ χρημάτων ἐνδεὴς τάδε ἀλλὰ χρησὸς ἡ παρ' ὄντινα ὄντιν δήμῳ τῶν πολιτευόμενον ἀρέσκων ἐπίπλεον ἀνεψίαν ἔχων ἔδοξε, ἡ πλουτῶν ἐπ' αὐξῆς, ἐπὶ τούτῳ δὲ γενομένης αὐτῷ κατηγορίας ὁ δῆμος ἀφῆκε τὴν αἰτίαν, ἐλέγχειν ἐλυσε τὸ ἔγκλημα ψηφισάμενος πᾶσιν ἐξεῖναι γαμεῖν ἄχρις ἀνεψιῶν τὰ δὲ ἀνωτέρω κεκωλῦσθαι. In cuius loci versione interpres non contemnendo errore lapsus est. Vocem enim ἀνεψιαῖς, de neptibus interpreratur, qua tamen appellatione illic sobrinas exaudiendas constat. Duorum enim fratrum sororumve filij, filiæ ἀνεψιοί & ἀνεψιαί inter se sunt. Cuius rei vel locuples testis est Pollux lib.quarto,Onomastic.capite quarto. At religiosissimus princeps pudoriſque, continentiæ ac pietatis diligentissimus Theodosius maior,etiam has nuptias prohibuit,quẽadmodum Ambros.libro octauo Epistolar.indicat,Epist.lxvj Nam & Theodosius,inquit,Imperator etiam fratres patrueles & consobrinos vetuit inter se coniugio conuenire,& seueriſſimam pœnam statuit si quis temerare ausus esset fratrum pia pignora, Et tamen illi inuicem sibi æquales sunt,tantummodo quia propinquitatis necessitudine & fraternæ societatis ligantur vinculo, pietati eos voluit habere quod nati sunt. Meminit & huius Theodosij Constitutionis Sextus Aurelius Victor, apud quem ita est, Illa tamen quibus Traianus asperſus est, vinolentiam scilicet, & cupiditatem triumphandi, vsque eo detestatus est,vt bella non mouerit,sed inuenerit,prohibueritque lege ministeria lasciua psal triasque comessationibus adhiberi,tantum pudori & continentiæ tribuens, vt consobrinarum nuptias vetuerit tanquam sororum. Quæ posteriora verba ab eo sumpsit Pau. Diaconus libro duodecimo appendicis ad Eutrop.apud quem tamen mysteria pro ministeria in nonnullis codicibus male legitur. Atq; ad hanc Theodosij constitutionem referendum est quod B. Augustin.lib. xv.de ciutate Dei,cap.xvj.scribit.Experti autem sumus de cõnubijs cõsobrinarum etiam nostris temporibus propter gradum propinquitatis fraterno gradui proximum, quam raro per mores fiebat,quod fieri per leges licebat, quid id nec diuina prohibuit,& nondum prohibuerat lex humana,veruntamen factum etiam licitum propter vicinitatem horrebatur illiciti, & quod fiebat cum consobrina pene cum sorore fieri videbatur, quia & ipsi inter se propter tam propinquam consanguinitatem fratres vocabantur,& pene germani sunt. Et mox, Veruntamen quis dubitet honestius hoc tempore etiam consobrinarum prohibita esse coniugia,nec solum secundum ea quæ disputauimus propter multiplicandas difficultates,ne habeat duas necessitudines vna persona,cũ duæ possint eas habere,& numerus propinquitatis augeri, sed ẽt quia nescio quo modo inest humanæ verecundiæ quiddam naturale atque laudabile, vt qui debet causa propinquitatis verecundum honorem, ab ea contineat quamuis generatricem tamen libidinem,de qua erubescere videmus etiam ipsam pudicitiam coniugalem:Verum illam Theodosii constitutionem Arcadius & Honorius eius filij postea obrogauerunt,quorum de ea re constitutio in Codice Iustiniani extat in hæc verba.l. celebrandis. C.de nupt. Celebrandis inter cõsobrinos matrimonijs legis huius salubritate indulta est,vt reuocata prisci iuris auctoritate,restinctisque calumniarum fomentis matrimonium inter consobrinos habeatur, siue ex duobus fratribus,siue ex duabus sororibus, siue ex fratre & sorore nati sint. Refragari tamen duæ eorumdem Imperatorum constitutiones videntur,quæ in Cod. Theodos. referũtur.Vna l.vn. si nupt. ex rescrip.pet.in C.Th. sub titu. Si nuptiæ

ptiæ ex reſcripto petant. Altera. l. 2. de inceſt. nup. in C. Theo. ſub tit. De inceſtis nuptijs. Sed ego Anianum illis conſtitutionibus violentas manus adtuliſſe ſuſpicor, cum ad Gothorum ſuorum, in quorum gratiam ex Alarici Regis præcepto breuiarium Codicis conſcripſit, vſum, Conſtitutiones illas accõmodare ſtuderet. Quod ex collatione earundem Conſtitutionum, cum ijs quæ ſub ijſdem Rubricis in Codice Iuſtiniani collocatæ ſunt, deprehendi poteſt. Neutro enim loco in Iuſtiniani Codice de conſobrinarum nuptijs fit mentio. Sed & Conſtitutioni Arcadij & Honorij inceſtarum nuptiarum pœnam, idem Anianus ex gentis ſuæ moribus, ignis & proſcriptionis ab eorum Imperatorum ſententia abhorrentem inſeruit: Ac vt ſemel dicam quod ſentio, quod Tribonianus in Pandectas & Codicem pro imperio auſus eſt, idem Anianus in breuiarium Codicis Theodoſiani & Caij Inſtitutiones admittere non dubitauit. Itaque illis in libris plerumque Tribonianus & Anianus pro antiquis Iuriſcõſultis atque Imperatoribus leguntur. Quale illud eſt, quod apud Caium legitur, Ciues Romanos effici ſeruos tribus modis, id eſt teſtamento, aut in Eccleſia, aut ante Conſulem manumiſſos: Nec enim dubium eſt Caium cum Cicerone Topicis, & Vlpiano in Inſtit. ſcripſiſſe, libertos eos ciues Romanos eſſe qui teſtamento, cenſu, vindicta, manumiſſi eſſent: Manumiſſiones qp pe in Eccleſia Caius ignorabat, quibus vires atque robur Cõſtantinus Magnus primus tribuit. Et ne longius a propoſito recedam in earundem Caij inſtitutionem, Epitome cuius Anianus, aut eiuſdem farinæ alius auctor eſt, fratres amitinos, vel conſobrinos in matrimonio iungi nulla ratione permitti ſcriptum eſt; quod tamen ciuili iuris antiqui definitioni adueꝛſatur. Similiter Theophilus ad ſuorum quoque temporũ rationem ius antiquum detorquens, contra Iuſtiniani mentem ſcripſit, δύο ἀδελφῶν ἀῤῥένων ἢ θηλέων παῖδας δύνασθαι πρὸς γάμου συνάπτεσθαι. Nam earum nuptiarum prohibitio ex recentiorum Imperatorum Conſtitutionibus, quibus & Conciliorũ Eccleſiaſticorum canones acceſſerunt, deſcendit, vt ex Concilio Romano quod imperante Leone ſub vrbis Romanæ Epiſcopo Gregorio iij. celebratum eſt, patet. Gothorum vtique vt & Alemannorum legibus conſobrinorum conſobrinarumque interdictæ fuere nuptiæ. In Alemannorum enim legibus quas eis Clotharius Rex deſcripſit, ita legitur titulo quadrageſimo. Nuptias prohibemus inceſtas: itaque vxorẽ habere non liceat ſocrum, nurum, priuignam, nouercam, filiam fratris, filiam ſororis, fratris vxorem, vxoris ſororem: Filij fratrum, filij ſororum, inter ſe nulla præſumptione iungantur. Si quis contra hoc fecerit, a loci Iudicibus ſeparetur, & omnes facultates amittat, quas fiſcus adquirat. Si minores pſonæ ſunt quæ ſe illicita coniunctio ne polluerunt, careant libertate, ſeruis fiſcalibus adgregandæ. Nunc ad reliqua pergamus: Amitam quoque & materteram vxorem ducere non conceditur, quoniam, vt Iuſtinianus ait, § item amitam Inſti. de nupt. parentum loco habentur. Vnde apud Halicarnaſſæũ Brutus inter cetera quæ Tarquinio Superbo vitio dat, hoc vt probrum obijcit, quod Seruij Tullij vxorem Tarquiniam ἦν, ait, προσῆκεν αὐτῷ τιμᾶν ὡς πατέρα πατρὸς ἀδελφῷ ὄσαν, antequam viro iuſta feciſſet, laqueo necaſſet. Itaque exterminandi Sylla ni ſibi inuiſi cauſa Nero, accuſatores, Tacito, libro decimoſexto teſte ſummiſit, qui cum Lepida amita eius, Caſſij vxore inceſti eum poſtularent: Illæ etiam ſunt iniuſtæ nuptiæ, quæ legitimo conſenſu carent. Nuptiæ enim conſenſu ſolo contrahentium fiunt. Quare cum furioſo furioſave matrimonium contrahi nequit. l. furor. D. de ſponſalib. l. oratione in fi. D. de ritu nupt. Nec enim voluntatem, ſenſum, intellectumve habent. Diſſimilis mutorum ſurdorumque cauſa eſt, quibus vt pote conſenſus, compotibus valetudo, vitiumque corporis, quo minus matrimonium contrahant, non obeſt. l. vbi non voce. D. de reg. iur. l. in quibuſcunque. D. de obliga. & action. Quamquam autem matrimonium contrahi furor non ſinit, rite tamen contractum nõ diſſoluit. l patre furioſo. D. de his qui ſunt ſui vel al. d. l. oratione, in fi. D. de ritu nupt. ſimiliterque qui ſponſalibus contrahendis ab initio impedimẽto fuiſſet, furor idem poſtea ſuperueniens iam contracta ea, non dirimit. d. l. furor. Cæterum non conſenſum duntaxat eorum q coeunt, ſed & eorum quorum in poteſtate ſunt, exigimus. l. 3. D de ritu nupt. Idque naturali ratione, ex qua parentibus debita reuerentia atque obſeruantia deſcendit. l. veluti. D. de Inſti. & iure. & ciuili iure, quo patriæ poteſtatis ius receptum eſt. D. l. patre furioſo deſiderari, belle Iuſtinianus ſcribit, Inſt. de nupt. Filiis ergo familias abſque parentum voluntate iuſtas nuptias contrahere non licet. Qui locus a tam multis iã tractatus eſt, ut nobis non ſit hæc diſputationis materia attentanda. Quid enim, vt de noſtris taceam, ad D. Claudij Eſpencæi eruditiſſimi celeberrimique Theologi, qui hanc quæſtionem accuratiſſime perſecutus eſt, copiam addi poſſit? Ita

que ea demum quæ inſtituti operis ratio neceſſario poſtulat, attingam. Conſequens eſt autem cum iuſtæ ac legitimæ non ſint nuptiæ, patre minime conſentiente factæ, iuſtos ac legitimos non haberi inde ſuſceptos liberos, ac per hoc, vt recte Apuleius infert, lib. 5. de aſino aureo. ſpurios naſci. Nec refert viuone auo, an poſt eius mortem in lucem edantur, cum patris morte, quæ ab initio iniuſtæ ſunt, non eo magis conualeſcant nuptiæ. l. Paulus. D. de ſta. ho. Infamiæ quoque notam non euadere eum, qui ſciens vxorem non iuſſu eius, cuius in poteſtate eſt, duxerit, ipſa Prætoris de infamibus edicti verba declarant. l. j. D. de his qui not. infam. Nepoti autem vxorem ducenti tam auum quam patrem conſentire debere, Paulus teſtatur. l. oratione. §. primo. D. de ritu nup. Aliter atque ſi neptis nubat, cui ſolius aui auctoritatem ſufficere, tradit. Cum tamen pater furit, auus ſapit, aui ſolius auctoritas ſufficit. l. ſi nepos. D. de ri. nup. Qua in ſpecie, aut etiam ſi morte, vel emancipatione pater de medio ſit ſubductus, procedere poſſe Accurſius monet, quod Paulus ex Põponio ſcribit. l. ſi nepoti. D. de ri. nupt. ſi nepotem ex filio, neptem ex altero filio in poteſtate habeam, nuptias inter eos me ſolo auctore contrahi poſſe. Verſa vice, ſi auus furore teneatur, nepoti patris ſolius voluntas exquirenda eſt. Is plane cuius pater ab hoſtibus captus eſt, ſi non intra triennium reuertatur, vxorem ducere poteſt l. ſi nepos. §. vlt. D. de ri. nup. Pari modo ſi ita pr̃ abſit, vt vbi gentium ac locorum ſit ignoretur, poſt triennũ ex quo apertiſſime fuerit ignotus vbi degat, & an ſuperſtes ſit, non prohibentur. l. ſi ita D. de ri. nupt. liberi eius vtriuſque ſexus nuptias abſque eius auctoritate contrahere. Sed & ſi ante triennium nuptias cõtraxerint, dummodo eam filius vxorem duxerit, vel filia huiuſmodi homini nupſerit, vt certum ſit patrem, ſi adeſſet eius conditionem nõ repudiaturum, nuptiæ valebunt. l. ſi filius. D. eod ti. Enimuero conſenſus patris non ita accipiendus eſt, vt ſatis ſit mandatum filiæ mariti quę rendi dediſſe: nam & perſonam patri demonſtrari oportet. l. generali. D. eo. tit. Patris autem ad nuptias conſtituendas iuſſum præcedere oportere Iuſtinianus tradit, inſti. de nup. Vbi iuſſum pro voluntate accipiendum eſſe conſtat. Velle porro intelligitur ſi quod agitur ſciat, nec euidenter diſſentiat. l. in ſponſalibus, in fine D de ſponſal. arg. l. 2. §. velle. D. ſo. mat. Cõtrariam quippe voluntatem conteſtari neceſſe eſt. Alioquin ſi taceat, nec contradicat, pro iuſſu & conſenſu ſilentium eius interpretamur. l. ſi vt proponis. C. de nup. Iaque nutu & literis, & per nuntium patris conſenſum interponi poſſe dubium non eſt. arg. l. pater. §. 1 D. de ac hær. l. cõſenſu. D de obl. & act. l. 2. D. de pac. Conſenſus porro qui in alijs cauſis exigitur, vel ex interuallo & negotio iam perfecto, cum effectu interponitur. Quod & in hac quæſtione probare videtur, Iuſtiniano prima fronte contrarius, Papinianus, cum ita ſcribit. l. dotis promiſſio. D. de iure dot. Dotis promiſſio non ideo minus valebit, qꝑ ignorãte initio pr̃e nuptię factę fuerīt, ſi poſtea conſenſerit: cum omnis dotis promiſſio futuri matrimonii conditionẽ accipiat. Verum ea, meo quidẽ iudicio, verba ſic pienda ſunt, vt ex die accommodati conſenſus incipiant nuptiæ eſſe, exindeque dos peti poſſit. Quod ita cenſuiſſe Papinianũ indicio ſunt ſequentia eius verba, quibus obiicit, maritũ à petitione dotis, cuius promiſſio ad primas tantũ, non etiam ad ſecundas nuptias extenditur, repellendũ videri: Cui obiectioni locũ non eſſe in ſpecie propoſita ſignificat, quoniam accedente demũ patris conſenſu, nuptiæ eſſe cęperint. Plane conſenſus ſui qualemqualem, dũ tamen apertã, ſignificationẽ dare patrem ſufficit, nec tabulis nuptialibus ac dotalibus ſubſcribere eum neceſſe eſt. Hæc ita in filiorũfa. matrimonijs ſeruantur: Emancipati verò filij citra parentũ conſenſum iuſtas nuptias contrahunt, l. filius. D de ritu nup. nec intereſſe exiſtimo iuſtę ne ætatis ſint, an minores 25. annis, cũ huius diſtinctionis nullũ Conſultorum Imperatorumve auctorũ habeamus: Quãquam Accurſio aliter videri ſcio, qui quod de fęminis propter infirmitatem, ac fragilitatem ſexus ab Impp. conſtitutum eſt, l. viduæ & l. in coniunctione. C. de nup. ad mares porrigere nulla probabili ductus ratione conatur in glo. d. l. filius. Proinde minime dubiũ eſt, iuſtè quęſitos filios videri, & ſuos hæredes patri adnaſci, quos emancipatus ex vxore, non ex patris voluntate ducta ſuſceperit. Atque adeo ad bonorũ quoque poſſeſſionem aui, cuius teſtamento præteriti ſunt, eos patre mortuo admitti Vlpianus ſcribit. l. 3. §. ſi mancipatus. D. de bo. poſſ. contra tab. Non enim, ait, per reſciſſionem is qui filius iuſtus eſt efficitur nõ filius, cũ reſciſſio quo magis admittatur, non quo minus, adhibeatur. Quæ verba obſcurũ ſenſum habent, & licet ijs facẽ iam eruditiſſimi aliquot viri prætulerint, quia tamen, vt eſt in prouerbio, δὶς καὶ τρὶς τὰ καλὰ decieſque repetita placent, non pigebit familiarem eorum verborũ interpretationẽ facere. Sciendum eſt igitur, Prętorem qui iuris ciuilis cuſtodiend. magis, quã

conuęl-

conuellendi atque infringendi causa constitutus erat, ne aper te contra iuris ciuilis auctoritatē emancipatis prætentis subuenire videretur, quibus tñ naturali ratione succurri ęquum erat, eorum capitis diminutionem rescindere consueuisse, l. sed cum patrono. §. vlti. D. de bon. possess. vt eo facto quasi po testati patris redditi, contra tabulas bonorum possessionem peterent. Hac ratione, dixisset aliquis nepotem quem emancipatus ex matrimonio citra consensum patris contracto su stulit, auitum testamentū per bonorum possessionem expu gnare non posse, quoniam vt ad bonorum possessionem ad mittatur, rescindi patris eius emācipationem necesse sit: qua rescissa videbitur non ex iustis nuptiis nepos hic conceptus, quæ parentis consensu (in cuius potestatem per rescissionem emancipationis patrem eius redigimus) non fuerint firmatę. Huic tacitæ obiectioni Vlpianus occurrens, rescissionē emācipationis (sic enim interpretari conuenit) quæ a Prætore fit eo comparatam esse scribit, vt aditum ad bonorum possessio nem emancipatis patefaciat. Proinde quæ admittendorum eorum causa inducta est, excludere & repellere eos non de bet, ne quod pro eis fauorabiliter constitutum est, in eorum incommodum atque odiū retorqueatur. Vt enim scite Quin tilianus in Declamationibus argumentatur, quæ pro aliquo scripta est lex, contra eum valere non debet. Itaque rescissio hæc, quominus iustus patris filius nepos intelligatur, non ef ficit, sed contra, viam sternit ad bonorum possessionem petē dam: Nam etiamsi, vt subijcit Vlpianus, tam turpem & igno miniosam vxorem duxisset filius, vt toti familiæ eius adfini tas dedecori esset, nihilominus tamen ex ea natus filius ad bo norum possessionem admitteretur. Potuit enim auus in eum suo iure vti, & eum pro imperio exheredare. Parentibus si quidē liberos exhæredare licet. l. in suis, in fi. D. de lib. & post. quos & occidere licebat. Quod si eum exhæredasset, de inof. testa queri nepos hic necesse habuisset. In quo iudicio & pa tris delicta, & nepotis merita Centumuiri examinassent, per pendissentque an ob patris vitium nepotem plecti, alienum que a substantia auita fieri, & contra, an liberos vili, abiecta famosaque nuru susceptos ad bona aui, cuius familia labe hac aspergitur, admitti æquum esset. Hæc per transennam inter locutum me non pœnitet, cum locus hic, adhibita nostra in terpretatione planior post hac legentibus futurus, occurre ret. Vt autem eo redeat vnde exijt oratio, admonendi sumus non idem filiabus quod filijs emancipatis iuris esse. Filiæ nā que emancipatæ, quoad vicesimum quintum annum attige rint, non modo primas, sed ne secundas quidem nuptias sine patris voluntate recte contrahunt. l. vidua & l. in coniunctio ne. C. de nupt. Quin etiam morte patris sui iuris factæ, donec ad leg timam ætatem peruenerint, matris & propinquorum & curatoris, sub cuius potestate constitutæ sunt, sententiam explorare necesse habent. l. 1. & d. l. in coniunctione. C. de nu ptiis. Quod si inter tutorem matrem & propinquos de elec tione futuri mariti minus conueniat, ad arbitrium magistra tus erit recurrendum. l. 1. C. de nupt. Huiusmodi quondam di scordiam inter matrem & tutores M. Geganio Macerino ite rum, & T. Quinctio Capitolino. V. Coss. ortam Liuius memo rat. lib. 4 ab vr. cond. Virginem siquidem maxime forma no tam, tum temporis duo iuuenes petiere. Vnus plebeij gene ris, tutoribus fretus, qui & ipsi eiusdem ordinis erant: nobilis alter nulla re præterquam forma captus, cui mater splendidis simis nuptijs iungi filiam cupiens fauebat. Quod certamen cum domi & intra priuatos parietes componi nequisset, ven tum in ius est, postulatuque matris & tutorum vtrinque audito, magistratus secundum matris arbitrium ius nuptiarum dedere. At quæ vicesimum quintum annum egressæ sunt fi liæ, inconsultis parentibus impune pro arbitrio nubunt, nec pęnam exhæredationis ob eam rem timent. §. causas Nouel. vt cum de appella. cognoscit. An vero abducendæ filiæ quæ sine eius voluntate nupsisset ius patri olim competeret, quæ ri potest. Vlpianus quidem certe bene concordantia matri monia iure patriæ potestatis turbari non posse, patrique in terdicto sibi filiam exhiberi desideranti persuadendum, ne acerbe patriam exerceat potestatem scribit. l. 2. §. vlt. D. de li ber. exhib. Immo vero de vxore exhibenda ac ducenda patrē etiam qui in potestate eam habeat, a marito recte conueniri posse Venuleius auctor est. l. 3. D. ē lib. exhib. Interdicto quo que succurri marito, cuius vxor inuita a parentibus detinet, Imp. rescripsere. l. si inuita. C. de nupt. C. de liber. exhib. Ex illo vero generali Vlpiani axiomate, quo bene concordantia ma trimonia iure patriæ potestatis non esse turbanda definit, in terpretationem meo quidem iudicio accipit, quod Paulus, in l. b. Sententiarum scribit, lib. 2. titu. 19. Eorum qui in patris potestate sunt, sine voluntate eius matrimonia iure non con trahi, sed contracta non solui. Porro duas eodem tempore vxores habere, Romæ non licuit. Binarum vero eodem tem pore contractarum nuptiarum crimen infamiæ pœna vindi catum notum est. Edicto enim Prætoris, qui vel bina sponsa lia eodem tempore constituta habebat, infamia notabatur. l. j. in fi. l. quid ergo. §. 1. D. de his qui no. infam. Vnde Imp. Vale rian. & Galien. Eum, inquiunt. l. eum qui. C. ad l. Iul. de adult. qui duas simul habuit vxores sine dubitatione comitatur in famia. In ea namq; re non iuris effectus, quo ciues nostri plu ra contrahere matrimonia prohibētur, sed animi destinatio cogitatur. Quibus postremis verbis, vt eorum vim potestatē que breuiter explanemus, tacitæ obiectioni respondet. Dixis set. n. aliquis, non posse quem duas vxores habere: nam manē te prioris non repudiatæ coniugio, alteram additam coniugē vxorem esse non posse. Sed voluntatem contrahendi matri monii non iuris effectum & coniunctionis validitatē spectā ri debere, Imp. aiunt: quemadmodum & Vlpianus factum no tari tradit. l. quid ergo. §. cum autem factum. D. de his qui no. infa. Ideoque si vel cum ea quis nuptias faciat, vel sponsalia constituat, quam vxorem ducere non liceat, infamiam non eo mi nus effugere. Illius vero Galieni & Valeriani constitutionis vl timam partem, vt hoc obiter admoneam, Tribonianus in ti. de donationlb. ante nuptias, iunctis & additis aliquot, prout sensus desiderabat, verbis retulit. l. ea quæ. C. de donationib. ante nupt. Imp. etiam Diocletian. & Maximianus, Neminem inquiunt, qui sub ditione sit Romani nominis binas vxores habere posse, vulgo patet, cum etiam in edicto Prætoris hu iusmodi viri infamia notati sint. Quam rem competens iu dex multam esse non patietur. Vtique enim stupri crimen in posteriorem vxorem committi non dubium est. Ex quo se quitur capitalem pœnam ei qui tale facinus admiserit, ex Cō stantini Constitutionibus, quæ stupra & adulteria capite ple ctunt, imminere, quod & Constantini quædam Constitutio non obscure indicat, qua capitali pœnæ nō esse obnoxias eas mulieres statuit, l. vxor. C. de repudijs. quæ viuis maritis mili tibus, nullo accepto de eorum sospitate nuntio, post quatuor annorum spatium alteri nupserint. Incidisse autem aliquan do Romæ de duabus vxoribus simul ductis controuersiam, Crassus apud Ciceronem lib. 1. de Oratore ita scribit. Quid, quod vsu memoria patrum venit, vt paterfamilias qui ex Hi spania Romam venisset, cum vxorem prægnantem in pro uincia reliquisset, Romæque alteram duxisset, neque nuntiū priori remisisset, mortuusque esset intestato, & ex vtraque fi lius natus esset, mediocrisne res in controuersiam adducta est, cum quæreretur de duobus ciuium capitibus, & de pue ro qui ex posteriore natus erat, & de eius matre? quæ si iudi caretur certis quibusdam verbis non nouis nuptiis fieri cum superiore diuortium, in concubinæ locum duceretur. Ac neque hic omittendum censeo, Papyrij non minus lepidum atque festiuum, quam prudens figmentum, quo matrem in stantius percontantem quid in Senatu egissent patres, elusit. Gell. libro decimo, Noct. Attic. cap. 23. Macrob. libro primo, cap. 6. Actum enim in Senatu dixit, vtrum vtilius videretur, magisque ex Repub. esse, vnusne vt duas vxores haberet, an vt vna apud duos nupta esset. Quod vbi illa audiuit, domo trepidans egressa, ad ceteras matronas retulit, postridieque ad Senatum copiosæ matrumfamilias cateruę confluxerunt, deprecantes, vna potius vt duobus nupta fieret, quā vni duæ. Senatoribus vero, quæ illa mulierum intēperies, & quid sibi postulatio istæc vellet, mirantibus, & non vt paruæ rei prodi gium, illam verecundi sexus impudicam insaniam paueſcen tibus, puer Papyrius publicum metum demit. Nam in mediū curiæ progressus, quid ipsi mater audire institisset, quid matri ipse simulasset, sicuti fuerat, enarrauit. Nec clam me est me moriæ proditum, Sueton. in Iulio cap. 52. Helium Cæcinam Tribun. Pleb. legem habuisse scriptam, paratamque quam Iu lius Cæsar se absente ferre iussisset, vt vxores liberorum quę rendorū causa quas, & quot vellent ducere Quiritibus lice ret. Sed ea lex promulgata non fuit, primumque ex Romanis Antoniū duas in matrimonio mulieres habuisse, Plutarchus scriptū reliquit, in collatione Demetrij & Anton. his verbis. ἀντώνιος δὲ πρῶτον μέν ὁμοῦ δύο γυναῖκας ἠγάγετο, πραγμα μηδενί ῥωμαίων τε τολμημένον. Valentinianus quoque Seueræ coniugis prædica tione in Iustinæ amorem pellectus, cum neque subnixum iā liberis matrimonium soluere, & vxori ex qua Gratianum sus ceperat, repudium mittere sustineret. neque frenis amorem, quo puellam tantopere sibi laudatā deperibat, cohibere pos set, alteram Seueræ Iustinam vxorem superduxit, ex qua Va lentinianum iuniorem sustulit. Ac vt facti eius turpitudinem amoliretur, lege sanxit, vt cuilibet duas simul vxores habere liceret, quemadmodum Socrates, lib. 4. hist. eccles. cap. 30. Pau. Diacon. lib. 11. append. ad Eutrop. & Nicephorus, lib. 11. hist. eccles. c. 33. scribunt. Sed nec ea lex accepta fuit. Nam &

Iudæos

Source : BIU Cujas

Iudæos qui forte hoc colore, ꝙ primis generis humani satorib. polygamia propagandæ ac multiplicandæ sobolis necessitate permissa fuisset, quasi maiorū vestigijs insistētes, plures sibi vxores hr̃e licere existimabant: Imp. Th. Arcad. & Hono. prohibuere in diuersa sub vno tpe coniugia ꝙuenire. l. nemo C. d̄ Iudæis. Necnō Iusti. Nou. 79 q̄ d̄ natura lib. liberis tractat ἀι τις, ait, νομίμως συνοικοίη γυναικὶ ἄλλας ἐπεισαγειν ἐρᾳ̃ δυνατο, τῷ συνοικεσίῳ στεσῶτος, ἢ ἐξ αὐτῶν νομίμας παιδοποιεῖσθαι. An autem concubina vxori iure Quiritium adiungi posset, dubitari scio. Hoc certe nec iura antiqua, nec sua ꝙcedere Iustinianus scribit. l. vlt. C. comm. de manumis. Nā nec prudentes hoc probasse indicio est, ꝙ Vlpianus ait. l. vlt. in fi. D. de diuor. si patronus qui libertam duxerat ei ꝙcubinam adhibuisset, inde ꝙiecturam capi nolle eū nuptam habere, qm̄ cum vxore ꝙcubina hr̃i non posset. Idem ipsum Constantini magni Constitutio ꝓhibuit, quæ ita habet. l. j. C. de concub. Nemini licentia concedatur constante matrimonio concubinam penes se hr̃e: Quamobrem Gellius eam quæ iuncta ꝙsuetaq; esset cum eo, in cuius manu mancipioque alia matrimonij cā foret, probrosam habitam lege Numæ ostendit, lib. 4. c. 3. eiusmodiq; mulieres, q̄ cum eo cui vxor esset, corpus miscerent, pellices appellatas, ibidem tradit. Qnod & Caium Flaccū lib. de iure Papyriano scripsisse Paulus lib. x. ad l. Iul. & Pap. notauerat. l. Masurius. D. de vet. sign. Cæterum sunt & illæ iniustæ nuptiæ, quæ a mulieribus intra luctus tp̄s ꝯhuntur: Luctus aūt tp̄s regia lege definitū, decem mensiū erat: per quos mulier abstinere a nuptijs iubebat̄, duplici, vt Harmenopul? explicat, li. 4. ti. 6. rōne, ἀφὰ τὸ μὴ σύγχυσιν γίνεσθαι τ̀ γονῆς, ἢ ἀφ' ἑλω ὀφειλομένῳ αὐδᾶ ἢ τιμὴ τῷ ἀνδρί. Cuius rei Plutarchus in Numa testis est ἀλλὰ τὸ τῆ μακροτάτῳ πένθει χρόνον εἶναι δεκαμηναῖον, ἐφ' ὅσον ἢ χηρεύσιναὶ τῶν ἀποθανόντων δυνᾶμις, ἢ δὲ πρότερον γαμηθεῖσα βᾶν ἐγκύμονα κατέδυσεν ἐκείνῳ νομοθετήσαντος. Ouid. lib. 1. Fastor.

Quod satis est vtero matris dum prodeat infans,
Hoc anno statuit temporis esse satis.
Per totidem menses a funere coniugis uxor,
Sustinet in uidua tristia signa domo.

Idem lib. iii.

Annus erat decimum cum Luna receperat orbem
Hic numerus magno tunc in honore fuit.

Et mox.

Assuetos igitur numeros seruauit in anno,
Hoc luget spatio fœmina mœsta virum.

Quamobrem cum fœderis inter Octauium Cæsarem & Antonium sanciendi cā, Octauiam illius sororem huic nuptum dari placuisset, & ea legibus ꝓhiberetur nuptias ꝯhere, ꝙ M. Marcellū paulo ante mortuū lugeret, necdū decē menses a viri morte effluxissent, per Senatum legibus solui eā gratiāq; ei legitimi luctus, temporis fieri necesse fuit, vt Plutar. in Ant. his verbis narrat, ὡς οὐκ ἔδοξεν ἀμφοτέροις ἀναβάντες εἰς ῥωμην ἐπετέλειν τὸν ἐκ ταβίας γάμον. ἐν ἐνιαυτῷ μέντοι μὰ πρὸ δέκα μηνῶν ἀνδρὸς τελευτήσαντος γαμεῖσθαι, τὸν δὲ συγκλήτου δόγματι τ̀ χρόνον ἐκείνης ἀνείσης & quæ sequūtur. Itaq; ꝙ apud Senecam Epist. 65. ad Lucilium legitur: Annū fœminis ad lugendū constituisse maiores, de anno vtique Romuli qui decem duntaxat mensib. constabat, vt fuse a Macrobio, lib. 2. c. 12. tractatur, non de anni suis temporib. ordinata dimensione accipiendum est. Eodēq; modo Legitimū luctus tp̄s in Iurecō sultorum scriptis interpretādū adfirmo. Primi namq; Gratianus, Valentinianus, & Theod. Imp. luctus tp̄s duob. mensib. auctū, anno definiere, vt ex eorū ꝙstōne in C. Th. relata ꝙstat, q̄ ita hēt. l. j. de secun. nup. Cod. Th. Si qua ex fœminis ꝓdito marito intra anni spatiū alteri festinarit nubere, (parū n. tpis post decē mēses seruādum adijcimus,) tam etsi id exiguū putemus, ꝓbrosis inusta notis, honestioris, nobilisq; ꝓsonæ & decore & iure priuet̄ &c. Indeq; colligi pōt Apuleiū, qui annui luctus tp̄is mentionē faciat, aut post eorū Imperatorū ætatē, aut eorū seculo vixisse. Apud eum. n. Charite Lepolemū nuptias eius ambientē hac excusatione repellit, ꝙ nōdū annū luctus ꝙpleuisset: At Caligula die suo natali, quo & Augusti tēplum ꝙsecrauit, vt ad spectacula q̄ edebat, oēs conuenirent, luctus inhibuisse, & p̄terea viduis intra constitutum legitimum tp̄s, nubere nisi prægnantes essent, ꝙcessisse fertur. verba Dionis, lib. 59. quæ hoc ꝙprobant, hæc sunt. καὶ τὰ μὲν ἄλλα πάντα ἐπέσχεν, ὥσε καὶ τοῖς γυναιξὶ ταῖς τὸν ἀνδρῶν ἐσερημέναις γαμεῖσθαι καὶ πρὸ τοῦ καθήκοντος χρόνου, ἂν γε μὴ ἐγκαρσίαι ἐχωσιν ἐξῆναι. Plane Heliogabalus, quēadmodū Xiphil. narrat, cū Pōponio Basso e viuis sublato, quē vel ea p̄cipue de cā reū postulari curauit, vt ab vxore, cuius ipse amore flagrabat, diuelleret, eā ꝓtinus duxit, nullo ad lugendū virū spatio dato. Eadē obseruatione spreta, Ariadna Zenonis Isaurici vxor quadragesimo a viri obitu die Anastasio nupsit, vt a Zonara refert. Qua aūt rōne intra annū luctus nubere mulier ꝓhibebatur, eadē, post missum ex iusta cā repudiū, alij nubendi ptātem, ex Imp. Theod. & Valent. ꝙstōne, non hēbat, ne, vt ipsi aiunt, de ꝓple dubitādi occasio daret̄. Idēq; tp̄s, ēt bona gr̃a & cōi ꝙsensu dissoluto mr̃imonio, expectādū mulieri esse, anteq̄ in alterius manum cōueniret, Imp. Anastasius cōstituit. Cū vero sine ꝓbabili ac legitima cā mulier a viro diuerterat, cōnubiū ei cū alio ante trālactū quinquēniū, non erat. Illud cōsequenter tractadū occurrit, an cū ea q̄ ex alio p̄gnās & grauida esset, mr̃imoniū iure ꝯhi potuerit. Quā q. ex facto olim accidisse, memini me apud Dionē legere. Nā cū ardenti Liuiæ ducendæ amore flagraret Augustus, eiusq; desiderio mora inde afferri videret̄, ꝙ ea ex Nerone sextū iam mensem grauida esset, Pontifices cōsuluisse dr̃, an fas esset p̄gnantē ducere. Qd̄ illi hac distinctione dissoluerunt, vt si q̄ dē ex quo grauida foret, dubiū atq; incertum esset, nuptiæ differendæ essent: Sin aūt constaret ex quo cōcepisset, nihil ꝓhibere qn duceret̄. Itaq; licere sibi ꝙ libebat Augustus vidēs, Liuiā ꝓtinus duxit. Id ꝙ ēt Sueto. ita paucis narrat. Cū Scribonia diuortiū fecit, ptęsus morū puer sitatē eius, ac statim Liuiā Drusillā mr̃imonio Tyberij Neronis & q̄dē p̄gnantē abduxit, dilexitq; ac ꝓbauit vnice & pseuerāter. Idē in Tyberio, de eius pr̃e agēs. Vxorē Liuiā Drusillā, & tunc grauidā, & iā apud se Tyberiū enixā, petenti Augusto concessit. Non absre igit̄ festinatas has Liuiæ nuptias, q̄ nec maxima suspiciōe carerēt, Ant. ꝓbari loco Augusto obiecit, quas ēt eleganter Prudētius ita exagitat, lib. j. ꝯ Symmac.

Adiecere sacrum, fieret quo Liuia I uno,
Non minus infamis thalami sortita cubile,
Quam quum fraterno caluit Saturnia lecto.
Nondum maternam partu vacuauerat aluum,
Conceptamque viri sobolem paritura gerebat
Pronuba, iam grauidę fulcrum geniale paratur.
Iam sponsus, saliente vtero nubentis, amicos
Aduocat, haud sterilem certus fore iam sibi pactam.
Vitricus ante venit tardum præferuidus ortum
Priuigni nondum geniti, mox editur inter
Fescennina, nouo proles aliena marito.
Idque Deum sortes & Apollinis antra dederunt
Consilium, nunquam melius nam cedere tedas
Responsum est, quæ cum pregnans noua nupta iugatur.

Quinetiam Octauiā Augusti sororē post Marcelli viri eius mortē adhuc grauidā, vētreq; pleno Ant. despōsam Dio. lib. 48. ita scribit. ἢ τὸν ὀνταβιαντὸν τῷ ηὐσαρος ἀδελφὸν γυναῖκα, τῷ Ἀντωνίῳ ἐπαιδὴ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς ἐτελευτήκει, ἢ νύξαρ προμνησευσαμενοι, τοσαύτη μεταβολῆ ἐχρήσαντο. Martiā quoq; vxorē tū ex se grauidā petētiQ. Hortēsio Catonē Vticēsem cōcessisse Plutarch. refert, in Catone Vticēsi. Cęterū Liuia apud Augustū, Claudiū Drusū Neronē intra triū mēsiū spatiū peperit, quē natū, Augustus pr̃i Tyberio reddidit. Ea resioci materiā, ut Dio auctor ē, lib. 48. p̄buit indeq; puulgatus fuit Senarius Græcus, quo significat fortunatis vel trimestres nasci liberos: Quod deinde in vulgi sermone tritum prouerbiū abijt. Qua de re pro Græcis Dio. Suetonij Latina verba subiungā, in Clau. c. j. Patrem, ait, Claudij Cæsaris, Drusum olim Decimum, mox Neronē prænomine, Liuia cū Augusto grauida nupsisset, intra mensem tertiū peperit, fuitq; suspicio ex vitricu per adulterii consuetudinē procreatū. Statim certe vlgatus est versus, τοῖς εὐτυχῆσε μὴ τρίμηνα παιδία. At vel tricesimo die pariter fieri ex vxore, Caligula adulterio sibi ante cognitā, & iam tum partui propinquā duxisse eū Dio narrat, lib. 59. Qua de re ita Suetonius, in Calig. c. 25. Cæsoniā neq; facie insigni, neq; ætate integra, matremq; iam ex alio viro triū filiarum, sed luxuriæ ac lasciuiæ perditę, & ardentius & constantius amauit: vt sępe chlamide, peltaq; & galea armatā, & iuxta adequitantē militibus oftenderit, amicis vero etiā nudā. Quam enixā uxorio nomine dignatus est: vno atq; eodē die professus, & maritū se eius, & patrē infantis ex ea natæ. Augustū porrò, ex Liuia liberorū nihil quicquā sustulisse, infantemq; unicū qui cōceptus fuerat, abortiuū & immaturū editū Suentonius testis est, in Augusto cap. 63. Ex quo interpretandū est, quod ait Pli. lib. 7. c. 13. est quædā priuatim dissociatio corporū & inter se sterilis, at ubi cū aliis iunxere gignunt, sicut Augustus & Liuia. Nā Augustus ex priore uxore Scribonia liberos suscepit: Vicissim & Liuia ex priore uiro Druso. Iuncti tñ inter se nihil liberorum procrearūt: Iā nō nisi incestas ac nefarias nuptias cū uirginib. Vestalib. contrahi potuisse, certissimū est: Heliogabalū tñ humanijgnis portentū, Aquiliā Seuerā uestalē duxisse narrat Xiphil. in Heliogabalo, εἶτα, inquiens, τὼ παύλαν ὡς ἢ μηλίδα τενὰ περὶ τὸ σῶμα ἐχόμενα ἀποτέμψας, Ἀ̓ηνᾶς σεβήρα συνώκησεν, ἐκφανέσαλα παρανομήσας. ἱερωμένῳ γὰρ αὐτῷ τῆς ἱερὰς σεβέσατα ἢ σχύε. Quod ita perstrinxit Lāpridius in eius uita, In uirginē uestalē incestū admisit. Atq; hęc habui, quæ de legitimis incestisq; Quiritium coniugiis dicerem, quæ ut sunt, utinam breuia uideantur.

FINIS.

TRA-

Source : BIU Cujas

TRACTATVS
DE NVBERE VOLENTIVM DOCTRINA,

Ex Sermonibus Beati Bernardini Aquilani, hactenus non impressus. 3

4

BErnardinus Aquilanus a Fossa, Aprutij oppido, quatuor passuũ millibus ab Aquila ipsa, e Minorum obseruantium familia, vtriusq; iuris peritus, & in scripturis sacris versatus, Apostolicus Concionator, varijsque muneribus, pluribus in locis maxima cum laude functus, atque totius religionis in Curia Romana Procurator, fragrantem omnium virtutum odorem spirans, rosamq; & lilium, imo florum omnium odoramẽta excellens, miraculis cum vitæ sanctitate fulgens, plura Opera ad Concionatores præsertim spectantia, Latinè ac Italicè scripsit, Quadragesimale videlicet, Funerale, Quodlibetum, Cẽturionem, atque Peregrinum, in Saluatoris nostri memoriam, qui ei in Peregrini forma apparuerat; quosdamque alios, imperfectos tamen, Sermonum libros, Admonitiones, Diui Bernardini Senensis, & beati Philippi Aquilani Vitas: Breuissimam item non nullorum beatorum Patrum suæ familiæ, in ipsius Diui Bernardini prouincia conditorum, cum eiusdẽ prouinciæ Cœnobijs, descriptionem.

Claruit Federico III. & Maximiliano I. Imperatoribus. Obiit anno 1503. annum agens 83. Cuius corpus sub maiori altari ædis Diui Angeli Minorum Fratrum obseruantium ꝓpe Fossam quiescit: vbi eius quoque miracula aliquot ex tabula super altare depicta cognoscuntur.

SVMMARIVM.

1 *Periculum vbi maius, ibi cautius est agendum.*
2 *Nubere volens ob tria moueri debet, eique tria sunt necessaria, numero 6.*
Atque itidem tria inter alia, digna sunt in eo reprehensione, numero 9.
3 *Caste viuere dicuntur coniugati.*
4 *Matrimonium bonum est, atque sine peccato exercetur.* 5
5 *Matrimonium dicitur, quia mulier nubit, vt mater fiat: vel quia matris munium, id est officium.*
7 *Sacramentum aliquod in mortali ministrans, mortaliter peccat.*
8 *Matrimonij contractum banna præcedere debent, ne suspectum reddatur.*

QVod Deus coniunxit, homo non separet, Matth. 18. ca. In ꝟhendis matrimonijs est habenda magna maturitas, quia (vt videbimus in discursu sermonis) in talibus contractib. vertitur magnum periculum, † & vbi maius est periculum, cautius est agendum, dicit tex. in capitu. vbi periculum. de elect. libro sexto. Igitur in præsenti sermone ad eruditionem imperitorum, & illuminationem mẽtium, ne Deũ 1 6 offendant, dicemus de doctrina, quam seruare debent, tam viri, quam mulieres, qui nubere volunt. Circa quam materiam tria contemplemur. 1. occasio. 2. obligatio. 3. reprehensio.

2 Prima contemplatio, dicitur occasio, † vbi valde vtiliter uidere debemus, & ostendere, quomodo illi, qui volunt nubere, debent moueri ad nubendum, & debent moueri 7 propter tria. primò necessitate, secundò moralitate, tertiò vtilitate.

Primum, quod mouere debet nubere volentes, dicitur necessitas: quia sunt plerique, qui sentientes tribulationes, quas tribuit caro, quæ continuè pugnat & vbique, & est maximũ bellum, secundum illud Hierony. ad Eusto. dicentis, Non sic auaritia quatit, inflat superbia, delectat ambitio, &c. & videntes fragilitatem suam, & grauitatem concupiscentiæ, & inclinationis ad vitium carnis, dicunt intra se, Verè nulla ratione possumus vitare peccatum carnale, & dicunt veritatem, quia nullus, nisi adiũuetur a diuina gratia, potest esse continens, secundum illud Sapien. 8. cap. Nemo potest esse continens, nisi Deus det. & ex alio latere audiunt Ecclesiam dicentem in capi. firmiter, de summa Trinitate, etiam in matrimonio viuentes per obseruantiam mandatorum Dei, & exercitium boni operis, ad æternam possunt gloriam peruenire. Imo amplius, † quod qui in matrimonio viuunt, & secundum regulas sanctæ Matris Ecclesię, intelliguntur caste viuere, 31. distinctio. ca. Nicena. Imo etiam, † quod matrimonium est bonum, & sine peccato exercetur, quia Dei mandato perficitur. 26. distinct. ca. deinde. Amplius etiam dicitur. 32. quæst. 2. ca. nemo. dicitur, quod Deus est defensor & custos matrimonij. Et Apost. 1. Cor. 7. dicit, vnusquisque habeat suam ꝓpter fornicationem euitandam. His omnibus consideratis dicunt, Melius nobis est, & tutius, vxorem ducere, vt quantum patitur humana fragilitas, sine peccato viuere valeamus. Ista est bona & laudabilis ratio: pro qua exemplum Pauli simplicis de Aquila, &c. & Thobiæ.

Secunda causa, siue motiuum, quod debet mouere nubẽtes, dicitur moralitas. i. modus morigeratè uiuendi. Homo sine muliere uix uiuere posset: multa quidem exercitia competunt mulieribus, quæ non competunt viris, & econtra. Inde fuit congrua vtriusque cõiunctio propter illud Apost. Galat. 6. Alter alterius onera portate, &c. Inde dixit diuina Sapien. Gen. 2 Non est bonum, hominem esse solum, faciamus ei adiutorium simile sibi: & tunc misit soporem Deus in Adam, & formata fuit Eua, &c. Et in veritate, quando viuerent in charitate & timore Dei, secundum regulas fidei & sanctæ Matris Ecclesiæ, esset dulcis & laudabilis vita, vita matrimonialis, & possunt taliter viuentes bene saluari, secundum quod vidimus supra. Et Iouinianus, qui volebat damnáre matrimonium, fuit bene repræhensus, vt meruit, a Beato Hieronymo in libro aduersus Iouinianum. Vidi quandoque viros sæculares, viuentes absque muliere, ita desolatos, & male ordinatos viuere, quod vita eorum videtur vita brutalis. Religiosi tamen, quia ordinati sunt ad faciendum violentiam naturæ, etiam in hoc vincunt naturam, quod ordinatissimè viuunt absque muliere, &c. exemplum de S. Iuliano & vxore sua. Nota de Amazonis, quæ non habebant secũ viros. Virg.

Ducit Amazon. &c.

Tertia causa motiua debet esse vtilitas. Vbi no. quod propter triplicem vtilitatem debet quis nubere. Prima est procreatio filiorum ad replendum sedes euacuatas in cœlo, propter casum Angelorum, & ista videtur esse potissima causa institutionis matrimonij. Inde dicitur Instit. de nupt. in prin. 5 † Matrimonium dicitur, quia mulier nubit, vt mater fiat. Riccar. vero in 4. distin. 26. quæstione prima, articu. 1. dicit, quod matrimonium dicitur, quasi matris munium. i. officium: qa principalis cura nutriendæ prolis incumbit mulieri. Item ad hunc finem Dominus instituit matrimonium, dicens Gene. 2. Crescite, & multiplicamini, &c. Hocidem ostendit Raphael Angelus Thobiæ 6. dicens, & magis amore filiorum, quam libidinis eam duces, &c. Secunda est augumentatio Reipublicæ, quia per matrimonium procreantur filii & filiæ, & Respublica augetur. Tertia vtilitas est, quia filii sunt substentamentum parentum in senectute. Vnde Thobias 5. c. appellat filium suum, baculum senectutis, quia homo debilis sustentatur baculo. Ita homo antiquus sustentatur a filiis, &c. His igitur causis & intentionibus matrimonium debet contrahi. Veh autem his, qui mala intentione contrahunt, &c.

Secunda principalis contẽplatio, dicitur obligatio. † Vbi est notandum, quod tria sunt necessaria volentibus nubere, ne Deum offendant, quando volunt matrimonium contrahere, & sunt tria. 1. puritas. 2. maturitas. 3. solennitas.

Primum necessarium volentibus nubere, dicitur puritas, scilicet quia qui volunt matrimonium contrahere, debent habere conscientiam puram, vt saltem sint sine peccato mortali: quia quicunque contrahendo esset in peccato mortali, peccaret mortaliter: † quia quicunque est in morrali, & ministrat aliquod sacramentum, peccat mortaliter, ad quod allegatur quadragesima distinct. ca. multi. & quinta distinctio. ca. illud. & vndecima, quæstione 3. ca. audi. Et ad hoc nota, exemplum Thobiæ 7. capite. vbi Raphael Angelus dixit Rageli, Noli timere dare isti, quoniam huic timenti Deum debetur coniux filia tua, propterea alius non potuit habere illam. Ecce qualiter Deo displicebat, quod polluti sordibus peccatorum matrimoniũ contraherent. Poteris dicere historiam Saræ & Thobiæ ad propositum. Hinc notent moderni viri & mulieres, qui pleni sordibus peccatorum matrimonia

Source : BIU Cujas

contrahunt, propterea ipsorum matrimonia sunt causa damnationis ipsorum, procreant filios pessimos, bestiales, monstruosos, quia sine vllo Dei timore, sicut equus & mulus accedunt ad sacramentum, &c. de isto puncto dicetur latius in alio sermone.

Secundum necessariũ uolentibus nubere, dicitur maturitas. Dicit enim Seneca, si prudens fuerit animus tuus, tribus temporibus dispensetur, &c. Et Esopus dicit, quicquid agis, prudenter agas, &c. Nam licet in omnibus sit agendum prudenter, tamen in his potissimum, quæ maioris sunt æstimationis, quia in matrimoniis vertitur res magni periculi & æstimationis, ideo prudentissimè agendum. Patet, quia postquã matrimonium contractum fuerit, & per copulam consummatum, sola morte solui potest, quia quos Deus coniunxit, homo non separet, Matth. 18. & 13. q. 2. Ebron. Vnde semel contrahendo matrimonium, *aspetta hauere tutto il tempo della uita tua, o il bono, o il mal'anno*, quia non poteris permutare vxorem, sicut asinum in foro, &c. Et ideo maxima habenda est deliberatio, quia talis feruor in principio, solet parere pœnã in futuro, de quo habemus exemplum, Gene. 34. de Dina filia Iacob, quam Sichen filius Amon ad primum aspectum rapuit, & mori voluit, nisi ducere posset. quod & fecit in tanto feruore, quod pro eius amore se, & suum populum circunci di permisit, ob cuius facti præcipitationem interfectus fuit cum populo suo. Simile exemplum de San. Agnete & filio Præfecti. Est etiam aduertendum, & maturè deliberandum in his matrimoniis, quia non semper licet contrahere cum vnaquaque, sed attendendæ sunt conditiones, personarum, & gradus consanguinitatis & affinitatis, de quibus alias. Item quod sint coętanei, vir & vxor. Et nota, quod quando mulier est antiqua & homo iuuenis, vel econtra, mihi sunt valde suspecta talia matrimonia. Similiter, quando nobilis cum ignobili contrahit, nisi ex aliqua causa aperta fiãt, &c Et no. quod vxor mala, est maxima tribulatio viro. Exemplum, Satan omnia bona temporalia abstulit Iob, Deo permittente, & vxorem reliquit, quæ super omnia alia mala affligebat eum verbis suis, &c.

8 Tertium necessarium, dicitur solennitas, †quia debent ante contractum matrimonij fieri banna in ecclesiis per sacerdotem, secundum tenorem, capit. cum inhibitio, de clandes. despons. ne matrimonium reddatur suspectum. legitimæ vero solennitates sunt, secundum quod ibi habetur, scilicet, ꝙ debent in ecclesiis banna publicè per presbyteros proponi, vt inde ad competentem terminum, qui scit impedimentum proponat: & si apparuerit probabilis coniectura contra copulam futuram, interdicatur expresse, donec constet, quid fieri debeat: aliàs si contraheret sine bannis, aut post prohibitionem, & extiterit impedimentum, puta gradus prohibitus, tunc filii dicentur illegitimi, & non excusantur propter ignorantiam parentum. Sacerdos quoque, qui tales coniunctos iuhibere contempserit, vel regularis, qui interesse præsumpserit, per triennium ab officio suspendatur. Qui vero falsum impedimentum malitiosè obiecerit, canonicam nõ effugiet vltionem. Hæc in dicto ca. cum inhibitio, de clandest. despons. Et istam practicã ego vidi fieri in multis Terris & Castris & est valde laudabilis omni respectu, potissimè tamen, quia est statutum sanctæ matris Ecclesiæ. In aliquibus verò locis non fiunt hæc banna, sed solum contrahuntur sponsalia solenniter, & publicè, multo ante matrimonium, & interim potest manifestari, an sit impedimentum.

Tertia principalis contẽplatio

dicitur reprehensio. vbi est notandum, quod in his, qui volũt nubere, tria sunt inter alia digna reprehensione, primo cupiditas, secundo sensualitas, tertio malignitas.

Primum dignum reprehensione, dicitur cupiditas. vbi nota, quod cupiditas est radix omnium malorum, secundum Apostol. 1. Tim. 6. cap. vbi dicit, qui volunt diuites fieri, & infra: radix omnium malorum, est cupiditas. & 47. distinct. cap. bonorum. vbi dicitur, quod cupiditas est radix omnium malorum. Quandocunque igitur nubentes mouentur cupiditate ad matrimonium contrahendum, male faciunt, quia moti cupiditate propter bonum vtile faciunt matrimonium, & nunquam potest habere bonum finem, quia cessante utilitate, cessat amor, quia

Nullus amor durat, nisi fructus seruet amorem.

Hinc est, quod in his, qui ista ratione contrahunt, nunquam est pax, sed semper turbatio, rixæ, & contentiones, & ista ratione hodie communiter matrimonia contrahũtur, prout probat Hieronymus dicens, Martia Catonis filia, iunior, cum quæreretur, cur post amissum maritum denuo non nuberet? Respondit, se non inuenire virum, qui se magis vellet, quàm sua. Quo dicto eleganter ostendit diuitias magis eligi solere, quam pudicitiam. Exemplum Aquilæ de illo iuuene, qui propter cupiditatem cum vetula contraxit, & illa vocabat eum filium, non maritum, &c.

Secundum dignum reprehensione in his, qui nubere volunt, dicitur sensualitas, siue carnalitas, quia multi contrahũt matrimonium non propter bonos mores coniugis, vel propter honorem Dei, & necessitatem, sed tantum moti carnali appetitu, quia uident pulchritudinem corporalem in coniuge, & isti mouentur bono delectabili, & male faciunt, nam cessante pulchritudine, cessat amor. Vnde semper inter istos est discordia. De ista pulchritudine, quum sit res vana, dicitur Prouerb. 31. fallax gratia, & vana est pulchritudo. Vnde ꝙ tali ratione contrahunt matrimonium, opus est, quòd sint in fine male contenti. Subditur tamen ibi, mulier timens Deũ, ipsa laudabitur. De ista vanitate pulchritudinis dicit Virg.

O formose puer, nimium ne crede colori,
Alba ligustra cadunt: vaccinia nigra leguntur.

Si tamen contingeret casus, quod raro est, quod domina esset prudẽs animo, & corpore pulchra, & homo magis moueretur amore virtutum, quam decore corporali, tunc non est nisi laude dignum, quia dicit idem Virg.

Gratior & pulchro veniens in corpore virtus.
Adiuuat &c.

Et si adiungeretur, quod esset diues, tunc esset quid mirum, virtuosa, pulchra & diues, &c. Sed hodie magis mouentur homines decore corporis, quam virtute. hinc est, quod ista matrimonia sunt plena miseriis, & faciunt filios pessimos, & monstruosos &c. secundum Chrisost. super Matthæum.

Tertium reprehensione dignum, dicitur malignitas, vbi est notandum, quod multi contrahunt quãdoque matrimonia non desiderio filiorum, aut alia rationabili causa, sed malignitate. Pone casum, quidam malignus contrahit cum intentione non seruãdi fidem, vtrum ista malignitas vitiet matrimonium? Dicit Gul. Si aliquis contrahit matrimonium nõ habens propositum seruandi fidem, sed adulterandi, nihilominus tenet matrimonium, dumtamen hoc non deducatur in pactum. Si autem deducatur in pactũ, ut quod liceat adulterari, vel prostituat vxorem, non tenet matrimonium. de cõdit. appos. it. capitu. fin. Item pone, quod quis contrahit matrimonium non causa prolis, sed propter secundarias causas, puta propter diuitias, vel pulchritudinem, vt diximus in præcedentibus particulis, vtrum teneat, matrimonium. Respondet Ruy. quod sic. sufficit enim, quod contrahere intendunt, & consentiunt per verba de præsenti. 32 quæstione secunda. solet quæri. Deutero. 21. Si uideris mulierem pulchram in medio captiuorum, & amaueris eam, voluerisque in vxorem habere, introduces eam in domum tuam, &c. & de multis malignis intentionibus nubentium, vide in summa, Matrimonium, 1. in pluribus §§. & Matrimonium. 4. per totum. Debent itaque nubere volentes, accedere cum summa prudentia, & sagacitate, ne decipiantur; & cum summa simplicitate, ne alios decipere velint, & tunc locum habebit, quod dicit Dominus, Math. 10. Estote prudentes, sicut serpentes; & simplices, sicut columbę, secundum quod exponit Hieron. 16. quæstione secunda, cano. visis Esto simplex, ut nulli machineris dolos: esto prudens, ut nullius supplanteris insidiis, &c.

FINIS.

TRACTATVS

AN ROM. PONTIFEX possit dirimere matrimonium contractum ab hæreticis.

Thomæ Campegij, Bononiensis, Episcopi Feltrensis.

PRoresponsione ad quæsitum, An summus Pontifex possit dissoluere matrimonium inter hæreticos, vno ad catholicam fidem reuerso, altero vero in hæresi persistente; præmittendum duxi, posse summum Pontificem dissoluere matrimonium contractum per verba de præsenti, non autem carnali commixtione consumatum, cuius differentiæ plures sunt causæ.

Prima

Source : BIU Cujas

Prima,quia ante carnalem commixtionem solũ adest spirituale vinculum: & quemadmodum per interitum carnis soluitur matrimonium consummatum, ita per religionis ingressum, qui mors est spiritualis, dissoluitur matrimonium non consummatum. capit. ex parte tua.de conuer. coniuga. not.Turrecrem. in capitu.sunt qui dicunt,vigesimaseptima, quæstione 2.

Secunda, quoniam matrimonium non cõsummatum ex constitutione ecclesiæ robur suscipit. quod enim conceptis verbis præsentis, vel futuri temporis fiat matrimonium, aut sponsalia,ecclesiæ est constitutio, quam potest summus Pontifex tollere: cum etiam sine verborum expressione contrahatur,vt de mutis admittit ecclesia.capitu.cum apud. de spõsa.& de sponsalibus,quæ in matrimonium transeunt per carnalẽ copulam, sine vlla præsentis temporis verborum prolatione.capitu.veniens.de sponsa. At consummatum robur suscipit diuina constitutione, cum dixit Dominus, quos Deus coniunxit,homo non separet. &, erunt duo in carne vna.

Quod non fit nisi per carnalem copulam,vt per glo. & doctor.in capitu.ex publico. de conuers. coniuga. quod in tantum asseruit Hostien. vt etiam censuerit posse Pontificem, ex vtriusque coniugum consensu, ex absoluta potestate dirimere matrimonium contractum uerbis de præsenti, non tamen nisi ex causa.

Tertia ratio assignatur,quod per matrimonium consummatum repræsentatur vnio,quæ est inter Christum & ecclesiam,inter diuinitatem & humanitatem, quæ indissolubiles sunt. at non consummatum designat vnionem animæ fidelis cum Deo, quæ dissolubilis est per peccatum, quo quis a Deo recedit.cap.vt debitum.de bigam. Repræsentari autem per matrimonium corporum commixtione cõsummatum, vnionem, quæ est inter Christum & ecclesiam per incarnationis mysterium; deducitur ab Innocen. iii. in eo canone, ex eo quod Paulus exponens illud,quod dixit protoplastes: Hoc nũc os ex ossibus meis,& caro de carne mea:& propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ:& erunt duo in carne una; statim subiungit:Hoc autem dico,magnum sacramentum,in Christo & ecclesia,nec dicit ante commixtionem,quod essent duo in carne vna, sed erũt duo &c. & designans repræsentationem, subiicit: Hoc autẽ dico,magnum sacramentum,in Christo & ecclesia.

Secundo præmittendum est, inter infideles esse verum & legitimum matrimonium,non tamen perfectum & indissolubile.

Quod deducitur ex eo, quod Apostolus primæ Corinth. septimo, consilium dedit, quod siquis frater habet vxorem infidelem, & hæc consentiat habitare cum eo, non dimittat illam: quæ si non fuisset vxor, permisisset fornicationem.

Comprobatur ex eo, quod Dominus, cum interrogaretur a Iudæis,an liceret dimittere vxorem suam, atque exponere fieri non debere; addidit: quod Deus coniunxit,homo non separet,quod dicens Iudæis, qui nondum fidem ipsius mediatoris acceperant, designauit inter eos esse verum matrimonium.

Quod si obieceris,si Deus eos coniunxit, & homo separare non debet, erit igitur inter eos nedum legitimum, sed perfectum & indissolubile coniugium.

Respondemus: erat quidem dissolubile ante legem gratię, indissolubile post,propter sacramentum additum, quod si in vtroque non adsit,redditur indissolubile:propter quod sacramentum,nec ex causa fornicationis, licet eam dimittere, vt desinat esse vxor, licet tempore legis permitteretur libellus repudii etiam quoad vinculum, quod dissolui credebatur Deo permittente ob duritiem cordis eorum, non autem ab homine: tempore vero gratiæ ob sacramentum additũ non fuit permissum,licet quoad mutuam cohabitationem dirimi possint.

Deducitur etiam inter infideles esse verum matrimoniũ, ex eo,quod si infidelis secundum ritum suum legitimam repudiauit vxorem, ea viuente non potest aliam habere, nisi post illius conuersionem illa renuerit cohabitare,aut si consenserit,non absque contumelia creatoris, vel ut eam pertrahat ad peccatum, & si in infidelitate repudiata vxor conuertatur ad fidem,antequam ille legitimam ducat vxorem, recipere compelletur.c.gaudemus.de diuor.quod non esset,nisi foret vera vxor.

Tertio præmittendum,ante legem scriptam licuisse fideli coniugi accipere infidelem,quod id nulla lege prohiberetur. Proinde Ioseph cõtraxit cum Aegyptia:Gene.iiii. & Moyses cum Aethiopissa:Numero duodecimo.at tempore legis scriptæ fuit vetitum filis Israel, cum Chananeis,maxime obstinatis & auersis a Deo, inire coniugia. & generaliter cum adesset timor præuaricationis populi.

Et propterea Exod. 24. mandatum populo Israelitico, ne acciperent vxores de filiabus alienigenarum,filiis suis, ne traducerent eos post Deos suos,iuxta quod Esdras separauit connubia cum alienigenis Esdræ 10. quandoque tamen permissum,cum scilicet abesset præuaricationis periculum. Vnde Esther nupsit Assuero,Hester 11. & dictum Deuteron. 21. Si egressus ad pugnam videris mulierem pulchram in medio captiuorum,& amaueris eam,introeas ad eam, dormiesque cum ea,& erit tibi vxor.

Tempore autem gratiæ nullatenus licet alicui fideli contrahere cum infideli,iuxta illud Aug.ad Pollentium.& habetur in capit.sic enim. 28.quæstione prima.Ne nubat fœmina nisi suæ religionis viro,vel ne vir talem ducat vxorem. Id enim iubet Dominus,docet Apostolus,vtrũque præcipit testamentum, & illud Ambro. libro de patriarchis & habetur in capitulo caue. 23. quæstione prima. Caue Christiane gentilem,vel Iudæam,vel alienigenam,idest hæreticam, & omnem alienam a fide tua,vxorem accersas tibi.Quapropter statuit concilium Toletan. iiii. & habetur in capitulo, Iudaica.capitu.& quæst.quod si Iudæus, cuius vxor facta est Christiana,accesserit ad fidem, separentur. Sed hæsitabit aliquis: quoniam hoc decretum aduersari videtur Paulo,qui dat cõsilium,ne dimittat.

Respondet Vgo,quem sequitur Turrecre.dictum Apostoli intelligi de gentili infideli,non autẽ Iudæo. quod non multum applaudit: quoniam ratio a Paulo data vtrobique militat, cum dixit: sanctificata est enim vxor infidelis per virum fidelem,& ex post: Vnde enim scis mulier, si uirum saluum facies? quapropter melius responderi posset, decretum Toletanum intelligendum iuxta interpretationem Apostoli, cũ scilicet non vult infidelis cohabitare sine contumelia creatoris,vel intelligendum dictum Pauli de matrimonio inter gẽtiles,seu Hebræos,& fideles, in exordio nascentis ecclesiæ: quo tempore, ne amore coniugum retraherẽtur qui vellent fidem suscipere,permissum est cohabitare cum infideli. Et consilium Apostoli expediens fuerat tempori,& infantiæ ecclesiæ: nec mirum pro qualitate temporum ecclesiam quandoque variare. Quemadmodum Apostoli,etsi mandatum fuerit a Domino, vt baptizarent in nomine patris & filii, & spiritus sancti,baptizabant tamẽ in nomine Domini Iesu, vt amabile & gloriosum redderetur nomen Iesu. At cum creuisset numerus fidelium,& iam vbique esset gloriosum & amabile nomen Iesu,reassumpsit ecclesia formã baptizandi a Domino traditam,vsque adeo quod amplius non liceat baptizare in nomine Iesu, & multi sint in hac sententia, quod siquis his verbis baptizaretur,baptizo te in nomine Iesu, nõ esset baptizatus.

Si quis autem dubitauerit,quare Apostolus suadet matrimonium inter infideles contractum minime dirimẽdum fore,si velint sine creatoris contumelia cohabitare,propter spẽ illam conuersionis infidelis,non licet ob eandem causam fideli vxorem ducere infidelem, vt eam pertrahat ad fidem.

Respondet Io.Scot.qui merito doctoris subtilis agnomen sortitus est,in quarto distinct. trigesimanona, articu.2.quod non adest eo casu spes futuræ conuersionis, quoniam (vt illius verba referamus) multum amans coniugium multa & magna faceret, vt illud attingeret, quæ non esset facturus eo adepto.

Et ideo si iste non vult conuerti,dum ardet desiderio coniugii,non est probabile,quod ista postea lucretur, sed magis conuerso,quia illa videtur abducere istum,& ideo cessat ratio tantæ familiaritatis ad infidelem,& manet ratio fugiendi illam familiaritatem. quapropter idem Apostolus,qui consuluit manere conuersum cum non conuersa,dissuasit contrahere fidelem cum infideli.

Causæ autem, cur tempore euangelicæ legis prohibitum est matrimonium fidelis cum infideli,in primis sunt,quoniã desunt in eo matrimonii bona,bonum scilicet prolis, quod non est solum procreandæ & educandæ prolis,sed educandę ad diuinum cultum; quod fieri minime posset, parentibus ad diuersa & contraria distrahentibus: deinde quod desit fidei bonum,quod non solum est,quod homini fides seruetur dictamine quodam naturæ,sed etiam propter Deum, quia timore & amore Dei seruanda est fides coniugi. postremo deest etiam bonum sacramenti,quia deest inibi perfecta significatio vnionis Christi ad ecclesiam.hæc Turrecre.in capitulo,siquis.vigesimaoctaua,quæstio.1. qui secutus est sententiam sancti Thomæ in 4 sententia.distinctio 39. ad tertia cum dixit, quod matrimonium principaliter institutum est ad bonum prolis non tantum generandæ, quia hoc sine

Source : BIU Cujas

matrimonio fieri posset, sed etiam promouendæ ad perfectum statum.

Est autem in prole duplex perfectio considerãda, scilicet perfectio naturæ non solum quantum ad corpus, sed etiam quantum ad animam per ea quæ sunt de lege naturæ; & perfectio gratiæ, & prima perfectio est materialis & imperfecta respectu secundæ, & ideo cum res, quæ sunt propter finem, sint proportionatæ fini, matrimonium, quod tendit ad primam perfectionem, est imperfectum, & materiale, respectu illius, quod tendit ad perfectionem secundam.

Et quia prima perfectio est communis fidelibus & infidelibus, secũda autem solis fidelibus, ideo solum inter fideles est perfectum matrimonium.

Quarto præmittendum, quod si fidelis & catholicus vxorem duxerit in hęresim lapsam, modo baptizata sit secundũ ritum ecclesiæ, verum est inter eos matrimonium, etiam vt matrimonium est sacramentum. quoniam matrimonium, quantum spectat ad sacramenti necessitatem, paritatem exposcit; quantum ad sacramentum fidei, scilicet baptismum, magis quam quantum ad interiorem fidem, cuius defectus nõ dicitur fidei, sed cultus disparitas, qui respicit exterius seruitium.

Propterea si fidelis cum hæretica rite baptizata contrahat verum est matrimonium, etsi peccatum committat, si eam esse hæreticam non ignorauerit. Quemadmodum contrahens cum excommunicata, cum adsit ianua omnium sacramentorum, baptismus: cuius defectu infirmum est coniugiũ cathecumini etiam habentis rectam fidem: sanctus Thomas dist. superius citata. Et quamuis Ambrosius, vt habetur in dicto capi. caue. prohibuerit, ne quis cum his contrahat, non tamen eo canone decretum est, vt separentur. Quemadmodũ & in alijs pluribus casibus ecclesia prohibet contrahi matrimonia, non tamen irritat contracta.

Propterea recte dixit Ricard. de media villa, insignis theologus, distinct. trigesimanona, quæstio. prima, quarto senten. quod non redditur fidelis persona illegitima ad contrahendum cum infideli, propter infidelitatis peccatum, quia tunc esset persona illegitima ad contrahendum cum fideli non baptizato. quod est falsum. sed ratio est, quia non suscepit sacramentum baptismi, qui est ianua omnium sacramentorum.

Ex præmissis subsequitur, quod cum inter hæresi infectos, siue vnus tantum, siue ambo sint a recta fide deuii, coniugiũ non sit lege humana inuentum, quale illud quod de præsenti, vel sponsalia nuncupantur: nec imperfectum sit, quale infidelium, sed habens fundamentum fidei & baptismatis, quod est ianua omnium sacramentorum: propter cuius defectum, imperfectum est infidelium coniugium, & dissolubile: quod indissolubile est hæreticorum matrimonium, siue post, siue ante contractum in hæresim lapsi sint. ex consequenti summum Pontificem non posse vlla dispensatione dirimere eorum cõniugium, vt rescripsit Innocent. III. & habetur in capitulo, quanto. de diuor. his verbis: si alter fidelium coniugũ vel labatur in hæresim, vel transeat ad gentilitatis errorem, non credimus, quod in hoc casu is qui relinquitur, viuente altero possit ad secundas nuptias conuolare: licet in hoc casu maior appareat contumelia creatoris. nam etsi matrimoniũ verum inter infideles existat, non tamen est ratum: inter fideles autem verum & ratum existit. Quod si quis dubitauerit Innocen. vsum fuisse verbo, non credimus, quod dubitantis est, non decernentis. respondemus, quod etsi Innocen. cum rescripsit Ferrarien. Episcopo, non eo animo scripsit, ut legẽ conderet, & forte hæsitaret. quia tamen Gregor. IX. qui collegit canones prædecessorum pontificum; nõnullis receptis aliis reiectis, qui infirmiori ratione innitebantur, & cum aliis pugnabant, decretalem Innocen. inter eas redegit, quas pro legibus recipi decreuit; dubium Iunocen. sustulit, quod pro ecclesiæ declaratione indubie recipiendum est: prout etiam dubium videtur ipsemet Innocen. sustulisse, cum respondẽs quorundam hæsitationi, subiecit: nec obstat, quod a quibusdam forsan obijcitur, quod fidelis relictus non debeat iure suo sine culpa priuari, cum in multis casibus hoc contingat, vt si alter coniugum incidatur. Per hanc enim responsionem quorundam malitiæ obuiatur, qui in odium coniugum, vel quando sibi inuicem displicerent, si eas possent in tali casu dimittere, simularent hæresim, ut ab ipsa nubentibus coniugibus resilirent.

Quod tamen Innocen. sub aliqua dixit hæsitatione, Alex. III. affirmatiuè decreuerat, & habetur in capitulo secundo, de diuor. his verbis: nos itaque tibi respondemus, quod mulier pro furto, aut alio crimine viri sui, nisi fidei suæ religionẽ corrumpere velit, ab eo separari non debet: verum si coniugem suam ad infidelitatis maleficium traxerit, a viro poterit separari: ita quod ei alii nubere non licebit: quia licet separetur, semper tamen coniuges erunt. in viris quoque præsentis sententiæ forma seruetur.

Quod etsi non possit summus Pontifex coniugia hæreticorum dirimere, posset tamen decernere eos de cætero inhabiles fore ad matrimonium contrahendum, quemadmodum posset eos, qui coniuncti forent quinto consanguinitatis, vel affinitatis gradu, inhabiles reddere ad matrimonium, sicut & eos habiles reddidit ecclesia, cum prius essent inhabiles vsque ad septimum gradum. capi. non debet. de consanguinit. & affinita. non tamen posset dirimere coniugia eorum, qui ante legem nupsissent. an autem expediret id decernere, altioris est disceptationis, & ex his, quæ in sacro concilio forẽt in deliberationem deducenda.

Quod siquis dubitauerit: potest summus Pontifex dirimere matrimonium spirituale religiosi, faciendo de monacho non monachum, & eum habilem ad coniugium, vt notant Docto. in capitu. cum ad monasterium. de statu regu. & aliàs nos plenè differuimus. Cur ergo non poterit dirimere coniugia hęreticorum, fauore fidei, ne sanus inficiatur ab ægroto? Respondetur, diuersam esse vtriusque rationem. Quoniam in matrimonio quis non solum obligatur Deo, sed etiã homini, quia non habent coniuges sui corporis potestatem. In voto autem quis obligatur solum Deo, quam obligationem eius vicarius, cuius idem est tribunal cum Christo, remittere potest. capitulo secundo. capitu. quanto. de translat. prælato.

Hinc est, quod etiam transfert Episcopum, alligatum spiritualiter suæ ecclesiæ, de vna ecclesia ad aliam, & sine translatione absoluit a vinculo, quo tenebatur, ecclesiæ illi prouidẽ do de alio pastore, illo in ecclesia Dei sine vllo vinculo particularis ecclesię Episcopum dimittendo. cap. inter corporalia. de translatio. episco. Quod si dixeris: etiam religiosus obligatur Deo & homini, in professione sua promittendo obedientiam superiori suo, tradẽs se ei quodammodo in seruitutem. Respondetur, quod religiosus se tradit in seruitutem, non huius vel illius hominis, sed superioris sui recipiẽtis vice Dei eam obligationem. hinc est, quod Abbate, seu superiore defuncto, aut dignitate amoto, non soluitur eius vinculum, sed durat quousque viuit, aut is, qui vices Dei in terris gerit, eũ absoluerit: quod potest, cum in ea obligatione censeatur excepta superioris authoritas, cap. veniens. qui cleri. vel vouen. quemadmodum in iuramento, vt not. Doctor. in capit. constitutus. de rescriptis. Quibus casibus quod summus Pontifex agit, ipse Deus non homo facere censetur, dicto capitulo inter corporalia, & capitu. quanto. de translatio. prælato. no. Ioan. Andr. & alij docto. in capit. rursus. qui cleri. vel vouen. Maritus autem, vel vxor huic vel illi homini particulari alligatur: quam obligationem nec Deus soluit altero viuente, nec eius vicarius soluere potest, nec debet, si posset.

Quod si postremo obiiciatur, per matrimonium per verba de præsenti contractum quis obligatur huic vel illi particulari homini, non gerenti vices Dei recipienti obligationẽ, & tamen ea obligatio tollitur per summum Põtificem, cum dirimit matrimonia per verba de præsenti contracta.

Respondetur ex his quæ supra deducta sunt, virum quidẽ, aut mulierem obligari verbis de prẹsenti, non tamec fieri traditionem, qua efficiuntur vna caro, & qui vere dicuntur a Deo coniũcti. Sicut in simili, cum quis vendit rem suam vni, & deinde ante traditionem alteri, non adeo firmiter primo obligatur, quin valeat secunda venditio. l. quoties. C. de rei vẽdica. l. sicut autem. §. si duobus. ff. de publicia. cuius ratio est, quia venditor mansit dominus etiam post vẽditionem, ideo erit dominus is, cui prius tradita est, l. penultima. C. de rei vẽdicatio.

Quod si adhuc vir acuti ingenij dubitaret: secundum hoc igitur matrimonium carnis commixtione consummatum solueret matrimonium per verba de præsenti, cum in secundo fiat traditio, & effecti vna caro non habeant coniuges sui corporis potestatem, sed alter alterius, quod non admittunt canones. capit. si inter virum. de sponsa.

Respondetur, quod similitudines non semper pari passu ambulant, nec (vt dici solet) idem est, quod & simile.

Et ratio diuersitatis est, quoniam inter corporalia & spiritualia hoc interest, quod corporalia facilius destruunt, quàm construantur, vt rescripsit Innocen. III. decano & capitulo Andegauen.

Propterea quamuis secundus emptor, cui facta est rei traditio, præferatur primo emptori, ex eo, quod temporalia facilius destruantur, quàm construantur: non tamen matrimonium carnali commixtione consummatum, cum spiritualia difficilius destruantur, quam construantur.

Sed

Source : BIU Cujas

Sed adhuc non quieſcit animus,& dubitari poteſt,ſi ſpiritualia facilius conſtruantur, quam deſtruantur, & ideo fortius ſit ſpirituale vinculum,quam carnale, vt dixit Innocen. in dicto capitulo inter corporalia; cur ſummus Pontifex ſæpius dirimit coniugium ſpirituale,quod eſt inter Epiſcopum & eccleſiam,in tranſlatione,renunciatione,aut depoſitione, illum a vinculo,quo eccleſiæ tenebatur,abſoluendo; non autem poteſt diſſoluere coniugium carnale,& abſoluere coniuges a mutua obligatione? Huic dubitationi occurrit Innoc. cum ſubiicit: cum ergo fortius ſit ſpirituale vinculum, quã carnale,dubitari non debet,quin omnipotens Deus ſpirituale coniugium,quod eſt inter Epiſcopum & eccleſiam, ſuo tãtum iudicio reſeruauerit,præcipiens, vt quod Deus coniunxit, homo non ſeparet. non enim humana, ſed potius diuina poteſtate coniugium ſpirituale diſſoluitur, cum per tranſlationem,depoſitionem, aut ceſſionem, auctoritate Roma. Pontificis,quem conſtat eſſe vicarium Ieſu Chriſti, Epiſcopus ab eccleſia remouetur.Sed hæc reſponſio dubium auget non tollit.quoniam ſi Deus ſuo iudicio reſeruauit diſſolutionem tam carnalis,quàm ſpiritualis coniugii,& Roma. Pontifex,quia vices Dei gerit in terris, poteſt diſſoluere matrimonium ſpirituale inter Epiſcopum & eccleſiam, quod fortius eſt vinculum,poterit etiam diſſoluere matrimonium carnale,quod debilius eſt.Et licet ſi bene aduertatur hæc reſpõſio ſatisfaciat,quod ſolus Roma.Pontifex poteſt diſſoluere matrimonium ſpirituale inter Epiſcopum & eccleſiam, tamen relinquit in dubio,quæ ſit ratio, quod non poſſit diſſoluere carnale,quod ad illud propoſitum translationis Epiſcopi, de quo erat ſermo,non attinebat.Ex dictis docto.in dicto capit. inter corporalia.colligi poteſt, quod licet vinculum ſpirituale, quoad plura quæ ab eis enumerantur,fortius dici poſſit,& dignius,quam carnale,non tamen quod difficilius diſſoluatur,cum carnale præceptum domini habeat,quos Deus coniunxit,homo non ſeparet: non autem ſpirituale. Quod etſi dicatur ab Innocen.diuina poteſtate diſſolui coniugium ſpirituale,cum a Roma.Pontifice per translationem,depoſitionẽ,aut ceſſionem diſſolùitur, quam Deus ſibi reſeruauerat, non tamen dixit,nec vſquam habetur de ſpirituali coniugio dictum a domino,quod Deus coniunxit,homo non ſeparet, nec ex hoc, quod diuina authoritate ſeparetur coniugium ſpirituale,cum ſeparatur a Rom.Pontifice,ſubſequitur diuina authoritate mandatum non ſeparari: quod tamen præceptum habetur de carnali coniugio. Vel dicatur,quod ſpirituale vinculum difficilius ſoluitur, quoniam non ab eodem ſoluitur,a quo datur,in pluribus caſibus,de quibus ponit exempla Innocent.in dicto capitu.inter corporalia. Quoniam iuxta canonicas ſanctiones Epiſcopus ſolus honorem dare poteſt,ſolus auferre non poteſt.Epiſcopi quoque a Metropolitanis ſuis munus conſecrationis, adiunctis ſibi alijs tribus Epiſcopis,accipiunt:qui tamen non poſſunt, niſi per Roma. Pontificem condemnari.

Dici etiam poteſt,& forte verius,quod quia Rom. Pontifex, licet poſſit abſoluere Epiſcopum ab eccleſia, cui alligatur, quoniam,quod quĩs ſit Epiſcopus huius vel illius eccleſię,eſt ab homine & a iure poſitiuo introductum,cum ab initio naſcentis eccleſiæ vſque ad tempora Dionyſij, qui erat Pontifex anno ducenteſimoſeptuageſimo, non erat diſtinctio Epiſcopatuum & diœceſum, quibus ſpecialiter alligarẽtur Epiſcopi:ſed habita ratione ordinis Epiſcopalis, vel alterius ordinis ſacri,indiſſolubile eſt vinculum, propter caractẽrem in anima impreſſum, vſque adeo, quod ex plurimorum ſententia maneat poſt interitum carnis, cum tamen ſoluatur morte matrimonium carnale.

Propterea nil mirum, ſi Epiſcopus, aut presbyter depoſitus,& etiam actu degradatus,ſacramenta vere cõficit, adeo, quod verum eſt Euchariſtię ſacramentum,quod conficit vere in ſacris conſtitutus,qui ab eo ſuſcepit ſacros ordines:proinde non minus diſſolui poteſt ſpirituale coniugium a Ro. Pontifice,quam carnale.

Si quis autem vlterius perquirat: Si ingreſſu religionis ſoluitur matrimonium verbis de præſenti conceptum, modo conſummatum non ſit,capitulo verum,capit. ex publico.de conuerſat. coniuga. cur non idem ſuſceptione ſacri ordinis? cum tamen in capitulo primo,de voto,libro ſexto, decernatur pari ratione ſuſceptionem ordinis ſacri, & ingreſſum religionis,fore vota ſolennia, impedientia contrahi matrimonium,& dirimentia contractum? Reſpondetur de hoc dubitaſſe glo.in dicto capitulo primo, de voto.& dubium ſuſtuliſſe Ioannem XXII.in extrauagã.cuius initium eſt,antiqua'. qui declarat ordines ſacros minime ſoluere huiuſmodi matrimonium: quoniam ſi ſolueret,non eſſet æqualitas inter virum & vxorem.Duplici enim remedio poſſet uir diſſoluere coniugium,ingreſſu ſcilicet religionis,& ſuſceptione ſacri ordinis: mulier uero, quæ propter ſexus fragilitatem incapax eſt ſacri ordinis,vnico,ingreſſu ſcilicet religionis.

At quoniam relatum eſt,eſſe nonnullos non paruę authoritatis,& doctrinæ,ſacræ Theologiæ profeſſores, in hac eſſe ſententia,poſſe Roma.Pontificem diſſoluere coniugia hæreticorum,ſi vno ad fidem catholicam conuerſo,alter in hæreſi pertinax & obſtinatus fuerit, duabus potiſſimum innixos rationibus.

Primum,quoniam,ex ſententia domini Thomæ, ad ſuſcipiendum ſacramentum baptiſmi oportet eum, qui baptizatur, habere rectam fidem circa baptiſmum, licet forte ea careat in aliis fidei articulis:hæreticos autem noſtri temporis, a quibus poſtulatur a Pontifice diuortij diſpenſatio, non habere rectam fidem circa ſacramentum matrimonii,cum nõ credant fuiſſe ſacramentum a Chriſto, ſed ab eccleſia inſtitutum:propterea deficiente fide, quæ baſis eſt & fundamentũ ſacramentorum,deficere & ſacramentum: & ea de cauſa fore diſſolubile, quemadmodum & infidelium vno ad fidem conuerſo,altero nolente cohabitare ſine contumelia creatoris.Deinde hoc idem aſtruentes ex eo,quod Roma.Pontifex diſpenſat cum religioſo,vt poſſit ex aliqua vrgenti cauſa vxorem ducere,prout diſpenſatum fuit cum Rege Aragonum, & Conſtantia Regis Rogerij filia:poſſe itidem diſſoluere cõiugia hæreticorum,fidei fauore.Profecto hi,quicunque ſint, egregie falluntur: & pugnat eorum ſententia cum declaratione eccleſiæ, Alexandri, ſcilicet III. de qua in capitulo ſecundo, & Innocent.III. de qua in capitulo,gaudemus. de diuort.de quibus ſupra plenius diſſeruimus.

Eorum etiam rationes infirmæ ſunt, nec carent fallacia'. Quoniam longe diuerſum eſt dicere. Oportet eum,qui baptizatur,habere rectam fidem circa ſacramentum baptiſmi, & dicere,oportet eum,qui contrahit matrimonium, habere rectam fidem,quod matrimonium ſit ſacramentum a Chriſto inſtitutum.Quoniam ad indiſſolubilitatem coniugii requiritur fides, quæ profitetur in baptiſmo, propter quam dicitur ianua ſacramentorum; non fides, qua quis credat coniugiũ eſſe ſacramentum a Chriſto inſtitutum.

Propterea qui in ea fuerunt ſententia, laborant in æquiuoco: & eorum argumentum (vt dicunt dialectici) eſt in quatuor terminis, ſumentes vnum pro alio. Secunda autem eorum ratio ſublata eſt ex his,quę ſupra diſſeruimus.

Propterea concludimus non minus ratum fore matrimonium hæreticorum,& indiſſolubile,quoad vinculum,quam cuiuſuis catholici: ex conſequenti minime diſpenſandum cũ eo,qui ab hæreſi reuerſus, coniuge in hæreſi perſiſtente, cupit ad alia vota tranſire.

FINIS.

TRACTATVS
DE POENIS ET REmediis, ſecundo nubentium,

Excellentis Cæſarei iuris profeſſoris Domini Ioannis Garonis, Doctoris Auenionen. ſuper titulo, de ſecundis nuptiis. C. in eadem vniuerſitate per ipſum lecto, anno Domini M. D. VII. Die vero xvi. Nouembris incępto &c.

PRAEFATIO.

IEſu Chriſti nomine inuocato illibatæque virginis glorioſæ, & totius cœleſtis curiæ implorato ſuffragio. Capio commentandum ſolennem,& practicabilem titulum. C.de ſecund. nuptiis,& ſecundum Odofredum in l.prima,in principio,infra eodem, & Bald hic in lectura noua, & præcepto-

Source : BIU Cujas

rem meum Iacobinum de Sancto Georg. Docto. eccellenti. Taurinen. ſub quo ſuper hoc titulo elegantes recollectas ſcripſi, Anno domini Milleſimo quadringenteſimooctuageſimoſecundo.

Iſte titulus eſt multum obſcurus, & valde difficilis, valde tamen vtilis, & quotidianus, quia raro viri & mulieres abſtinent a ſecundis nuptijs. Et quia hunc titulum comperi vtilem fructu & auro plenum, Dei gratia, multas pecunias lucratus ſum ex caſibus in eo, & eius materia emergentibus, dicam, & ſæpius de facto mihi occurrentibus, dixi ego Ioan. de Garon huius excelſæ Auenionis vniuerſitatis minimus legum doctor, ad laudem Dei & noſtræ præclarę Auenionis ciuitatis, & vniuerſitatis, ad eius lecturam, licet immeritus iterum vocatus ſum, ſecundum quod Deus miniſtraue rit iuxta ingenij tenuitatem ipſum plenius, quam potero ſpecioſa ſupellectili exornare, vt etiam quantulæ hæ noſtræ lucubrationes poſteris honorem, & fructū poſſint afferre. Quę tamen ſim dicturus ſubijcio correctioni, emendationi, totali determinationi, & denique ſupportationi reueren. in Chriſto patris & mihi reuerendiſſimi domini Franciſ. de Stanno epiſcopi Ruthen. huius inclytæ Auenionis ciuitatis ac patrię gubernatoris, & vicelegati fulgētiſſimi iurium clariſſimi interpretis eius dominationi ob vitæ ſanctimoniam, & ſingulares digniſſimas amplíſſimaſque eius virtutes me ipſum ſeruum fidelem ad hoc opuculum lego, in quo ſi quid minus bene dictum fuerit ſua ſolita benignitate indulgeri cū me renitentem, & oneri imparem hanc lecturam ſubire volluerim. Si vero quid bene dictū fuerit, Deus glorioſus, a quo cuncta bona procedunt ſit benedictus. Subiicio etiam correctioni dominorum meorum chariſſimorum dominorum Doctorum huius inclytæ vniuerſitatis Auenionis allegorii atque quorumcunque melius ſentientium. His itaque proteſtationibus emiſſis, capio rubricam, quæ habet tres partes. In prima continuat titulum ad præcedentes. In ſecunda declarat, quæ dicantur ſecundæ nuptiæ. In tertia declarat qualiter contrariantur, ſecunda ibi, quæ omnis. tertia ibi, & dic. illa tertia ſubdiuiditur in duas. in prima facit quod dictum eſt, in ſecunda reſpōdet tacitę quæſtioni, ſeu obiectioni, ſecūdatertiæ partis eſt ibi. Sed multa pro expeditione primæ partis. Gl. continuat iſtum titulum ad præcedentes, vt in ea dixi de primis, ſequitur de ſecundis. & licet cum iſta continuatione glo. tranſeat Iaco. Butriga. expreſſe Cynus Bart. tamen poſſet moderari, quia continuatio debet fieri ad proxima. l. ſecunda ff. de ſtatu homin. Iſta autem continuatio fit ad titulū de nupt. qui non eſt proximus coniuncti & intermedij ſiue quatuor titu. & ſimilem oppoſitionem ſentit Panormi. in rubrica extra eodem, & late Barbat. in rubrica, infra qui admit. ab bon. poſſ. in tertia columna. Sed ſi vultis ſaluare continuationem glo. quod illi titu. hic intermedii non ſunt de diuerſis materiis & extraneis, ſed de eadem materia, & ideo non obſtat. l. duos. §. finali. & ibi gloſ. not. & Doctor. ff. de duobus re. Et ita in ſententia vult Porcus, inſtitutio. ſuper rubrica. de ſeru. cogna.

Optime facit, quod vult dominus Iaſon, in rubr. Inſtitu. de action. in fin. columna. veruntamen, quia iſta continuatio glo. eſt multum cruda, ideo vt continuantur tituli intermedij poteſt pinguius continuari, ſecundum Azonem, in ſumma, de nuptijs in genere dictum eſt, quæ valeant, vel non valeant, ſequitur videre ſpecialiter de ſecundis, quas ſæpe quibuſdam eis non ſufficientibus primis contrahi contingit. Vel latius ſecundum Odofre. de primis nuptiis permiſſis, & vetitis qualiter contrahantur, & puniantur in ſuperioribus, verum quia aliquando & aliqui non ſunt cōtenti primis nuptijs immo conuolant ad ſecundas nuptias in quibuſdam pęnæ imponuntur, & ſpecialia quædam ſeruantur, ideo ponitur hæc rubri. Et idem ſatis vult hic Bald. in lectura noua, & hæc continuatio clara. ex verbis tamen gl. dum dicit de primis dici, ſequitur de ſecundis nuptijs.

SVMMARVM.

1 *Nuptiarum appellatione, an ueniant ſecundæ.*
2 *Viduæ non proprie dicuntur maritari.*
3 *Nuptiæ ſecundæ quæ dicantur.*
4 *Nuptiæ ſecundæ, an dicantur quæ poſt primas contrahuntur, non tamen ſequuta copula.*
5 *Lucrum quod defertur uigore ſtatuti mortua uxore, an habeat locū in ſponſa per verba de præſenti.*

1 COlligo quod appellatione nuptiarum non veniunt ſecundæ.

Nam in rubrica, ſupra nihil aliud dicitur, niſi de nuptiis ſimpliciter, tamen in gloſſa, hic vult, quod de primis ibi dixit, & ſic vult, quod appellatione nuptiarum veniant primæ nuptiæ, non autem ſecundæ, quia ſecundæ ſunt ſecundæ nuptiæ, & non ſimpliciter nuptiæ. Vnde dominus Cardin. Zabarella conſilio quadrageſimonono, incipiente, In nomine Domini amen. in penultima columna, verſicu. ad ſecundum dicit, † quod viduæ non proprie dicuntur maritari, ſed ſecundo maritari, vt habetur in hac rubri. & in pluribus legibus huius tituli, & in rub. de ſecundis nuptiis in antiq. & in pluribus, capit. iſtius titu. ſecundum eum. bene facit. l. boues §. hoc ſermone. ff. de verborum ſignificatio per quam. l. Bald. in procem. decre. in verſicu. Rex Pacificus, in 4. columna, alij habent in prima. vult quod ſi teſtator mandauit omnia bona ſua diſtribui in dotandis, vel maritandis pauperibus mulieribus quamuis indiſtinctè locutus ſit, tamen non poterunt commiſſarij dotare viduas pauperes, quia intelligitur dicta l. boues. §. hoc ſermone. ff. de verborum ſignificatio nib. & ibi dictum Bal. refert & conſequitur Præpoſitus nunc Cardina. Alexand. in rubri. extra de ſponſa. in principio, ſexta columna, & dominus Iaſon. in l. duobus. §. primo, in prima columna. ff. de iureiuran. quia viduæ tranſeunt ad ſecundas nuptias, & verba teſtamenti debent intelligi de primis.

Vnde idem vult ipſe Iaſon, in l. duorum. § quod in anno. in quarta colum. verſi. nono. ff. ſoluto matrim. Idem etiam vult dominus Claudius de Sayſello in l mulier. §. cum proponerent, in ſecunda columna. ff. ad Trebel. quandoque tamen ex qualitate perſonarum aliter accipitur. de materia vide pulchre Iacobū Butrigarium, in quadam ſua diſputatione, incipiente, quidam paterfamilias, vbi quærit de relicto facto filiabus fratris, quæ nuptæ non fuerint, an veniant viduæ. & Paulus de Caſtren. conſilio tricenteſimoſeptimo, in fine, in prima parte, conſiliorum antiquorum, & Ange. pulchre & late conſilio trigeſimoquarto, incipiente. Conſtantinus Herculanus, & Antonius de Butrio. conſilio trigeſimoprimo, incipiente, caſus Titius prædi. & Alexander, conſilio centeſimoſexageſimoprimo, incipiente, viſo proceſſu, in ſecundo volumine, & Ioannes de Imo. in capitulo finali, & penultimo, in fin. columna, extra de treuga & pace, & Paulus de Monte acuto, in repe. §. Titia cum nuberet, in l. Titia cum teſtamento. ff. de legatis ſecundo, in vigeſimaſeptima quæſtione.

In eadem gloſſa, ibi, ſequitur de ſecundis nuptijs, quia iſta rubrica poſita eſt magiſtraliter, vt aliquid ſignificet, ſubaudiē dum eſt, dum dicit de ſecundis nuptiis, ſcilicet contrahendis & contractis puniendis, ſecundum Odofredum, ſed aliter puniendis ſi contrahitur intra annum luctus, de quibus in l. prima, & ſecunda, infra eodem, & aliter puniendis ſi contrahantur poſt tempus luctus, de quibus tractant omnes leges huius tituli excepta prima & ſecunda, infra eodem, & ſequitur Albe. Odofre. & ſingu. Barto. in lectura antiqua. adde quod hodie non refert an nubat intra annum luctus, an poſtea, & ſic correcta eſt. l. prima & ſecunda, infra eodem, vt ibi latius dicetur poſt glo. l. fi. ſed vt ſaluemus prædi. Doctor. poteſt dici quod loquuntur ſecundum hæc iura. C. in eadem gl. quæ omnes vlteriores.

Hęc eſt ſecunda pars principalis huius gloſſę, in qua tacite quærit & declarat, † quæ dicantur ſecundæ nuptiæ. Et reſpondent, quod dicuntur omnes vlteriores, idem vult gloſſa in rubrica. ff. de vulgari & pupilla. vbi dicit gloſ. quod ſecundæ nuptiæ ſunt omnes poſt primas, & ex hac glo. colligit Odofredus, quod licet ſecundæ nuptiæ dicantur, quę ſequuntur primas, tamen ſecundas nuptias appellamus tertias, quartas, vt infra eodem, ſi quis, prima. ff. tamen ibi glo. in verſiculo, ſecundo toro, ſic dicitur primus gradus teſtamenti inſtitu. ſecundus gradus ſubſtitutio, ſiue ſit ſubſtitutio prima, ſiue ſecunda, ſiue vlterior, vt habetur. ff. de vulga. & pupillari l. prima, in principio, & infra de neceſſa. ſeruis hære. inſtit. l. quarta. & l. prima, infra de edic. diui Adria. tollen. Idem vult ipſe Odofre. in l. hac edictali, in principio, infra eodem, in verſicu. Tertia, vbi dicit quod omnes dicuntur ſecundæ nuptiæ, quæ ſequuntur primas, tertiæ reſpectu ſecundarum, & idem in alijs.

Sed in largo ſermone omnes dicuntur ſecundæ poſt primas, ut in l. ſi quis puris. § latè. infra eo. ſecundum eum. idem vult hic Bar. in vtraque lectura, dum dicit quod omnes nuptiæ poſt primas dicuntur ſecundæ reſpectu primarū, ſecundæ, & tertiæ poſſunt dici reſpectu ſecundarū immediatè pceden. &

den.& idem de quibuſcunque vlterioribus, ſecundum gl. & Odofr.quæ allegat ſimile de ſubſtitutionibus, quæ quandoque dicitur ſecundus gradus quartus, quandoque ad immediatum gradum.Idem vult Iacob. Butrig. in l. cum aliis.infra eodem.vbi dicit.Idem eſt ſciendum, quod omne matrimonium,ſecundum dicitur reſpectu præcedentis,vnde ſecundũ dicitur reſpectu primi,& tertium dicitur, ſecũdum reſpectu ſecundi & quartum dicitur ſecundum reſpectu tertij, ſecundum eum.Idem poſt Ioannem And.vult Pet.de Ancha. extra eodem,in rubr.in Auth de ſecundis nup. Idem vult Alb. in ſuo dictionario in verbo,Secundus.et tandem ſe remittit. hoc idem vult Ang.in l.ſi quis per fideicommiſſ.ff.de vſu. Et idem vult Lud.in addi.ad tractatum Mateſillani ſubſtitutionum ab inteſta.in 18.columna,in princ.ſiue 12.addi.in fi. bene facit quod vult Chriſoſto.in cap. ex parte, in ſecunda columna.extra de app.Et breuiter ita volunt,& concludunt Doctores.

4 † Sed an hoc quod hic dicitur, quod ſecundæ nuptiæ ſunt omnes poſt primas, habeat locum ſi primæ non ſunt cõſum matæ,vt quia adhuc eſt virgo, licet nupta per verba de præſenti,ſed maritus mortuus eſt ante carnalem copulam,& tra ditionem ad domum,an ſi poſtea nubat dicatur ſecundo nubere,attento quod ſit verum matrimonium per verba de p̃ ſenti,an quia adhuc virgo non dicatur ſecundo nubere. Bal. Ange.& Pau.de Caſt.in authentica, cui relictum. infra de indi.vidui.toll.tenent,quod dicatur ſecundo nubere, vide ibi latius per Doct.vbi concludunt,quod tales ſecundæ nuptiæ non ſunt contra bonos mores,nec odioſæ, ex quo virum nõ eſt experta,vt ibi per Doct.in contrarium tamen facit, quod habetur per Præpoſitum,nunc Cardin.Alexand.in c.Valentino.34.diſtinctio.vbi vult,quod non dicitur nupta etiam de ſponſata per verba de præſenti, ſi non eſt coniugata.vide Panorm.conſilio primo,ſecunda columna, primo volumine, ex cuius dictis patet ſolutio.bene facit, quod late vult Felyn. in rubr.extra de ſponſa.in ſecunda columna, primo volumi.
5 cum tribus ſequen.in quæſtione † an lucrum, quod defertur vigore ſtatuti mortua vxore habeat locum in ſponſa, per verba de præſenti, optime facit, quod vult Hoſtien. in ſumma. extra eodem titulo,in ſecunda columna,in verſi. ſed quia ip ſi duo.Et quod vult Petrus de Anchara. conſilio 209.incip. facit dubium.vide omnino,quod habetur in deciſio.Capellæ Tholoſanæ.254.in eadem glo.& dic, quod contrahuntur eodem modo qualiter autem contrahantur habetur in capi tulo primo,& capi.ex parte,& capit. penul. extra de ſponſali. In eadem glo.in fi.hic eſt ſecunda tertiæ partis principalis, in qua poſſunt tacitè obiectioni, ſeu quæſtioni reſpon. quia ſi eodem modo contrahuntur, ſicut primæ, ergo idem debet concedi ſecundis,quod conceditur primis. gl. reſpon. quod non eſt bona conſequentia, quia licet eodem modo contrahantur,tamen multa conceduntur primis,quæ non ſecundo nubentibus dantur. Et nihil aliud dicit glo.nec aliquis ſcribẽtium ſuper ea.

SVMMARIVM.

1 *Secundo nubentes quadragintanouem pœnis, de iure hic enumeratis puniuntur.*
2 *Nubens ſecundo, non poteſt quoquo titulo lucratiuo plus relinquere ſecundæ coniugi, quam vni ex liberis ſecundi matrimonij.*
3 *Mulier ſecundo nubens, an poſſit prætextu ingratitudinis reuocare donationem in filios primi tori collatam.*
4 *Vidua mortuo uiro,an retineat dignitatem primi uiri. Et quid ſi renubat. Item quid de priuilegio filij in matre.*
5 *Filij educandi nunquid matri renubenti committi poſſint.*
6 *Mater renubens,an priuetur tutela filiorum.*
7 *Vidua renubens,an & quando cauere teneatur. Et quid de patre, an obligetur in aduentitijs.17.*
8 *Bigamia ſacrorum ordinum eſt impeditiua, & quando coutrahatur, numero 10.*
9 *Mulier renubens, an & quando perdat relictum ſibi factum ſub conditione,ſi ſecundo non nupſerit.*
11 *Vidua renubens non habet ab inteſtato in bonis filiorum, niſi vſumfructum.*
12 *Mulier nubens intra annum luctus quas patiatur pœnas.*
13 *Pater in aduentitijs,an obligetur filio.*
14 *Conditio,ſi nupſerit arbitrio talis,reijcitur in virgine,non autem uidua.*
15 *Mulier renubens amittit relictum quandiu cum filijs eſſet factum. Et quid ſi poſt mortem filiorum nupſerit.*
16 *Alimenta relicta nunquid amittantur per renubium.*
17 *Vidua intra annum luctus nubens,an debeat ali ab hæredibus uiri. Et quid de ueſtibus lugubribus.18.*
19 *Mater nubens,an priuetur proprietate lucrorum nuptialium cum filijs primi matrimonij.*
20 *Subſtitutio pupillaris excludit matrem renubentem. Et quid de compendioſa matre exiſtente in medio 21.*
22 *Mater quæ renupſit, an poſſit exemplariter ſubſtituere filijs primi tori.*
23 *Nuptiæ ſecundæ iniuriam faciunt filijs primi tori, propterea multas conditiones ceſſare faciunt.*
24 *Nuptiæ ſecundæ cogunt matrem ſatiſdare in lucris nuptialibus mobilium filijs primi tori,& bona propria tacite hypothecantur,num.25.*
26 *Priuilegium prælationis creditorum ceſſat per renubium in muliere.*
27 *Filiusfamilias quando in lucris nuptialibus teſtari poſſit.*
28 *Bona ſecundi uiri,quando tacitè hypothecata ſint pro tutela uxoris in filijs primi tori. Et quid de meretrice.*
29 *Nubens cum uidua intra annum luctus,an incurrat infamiam. Et quid de concubinario. Item de patre renubium patiente,aut procurante. 30.*
31 *Mater quando priuetur ſucceſſione filij pupilli.*
32 *Virgo nubens renubenti,an benedicenda.*
33 *Bigamia,ingreſſus religionis,an ſit capax.*
34 *Nubens ſecundo,an teneatur lugere conſanguineos.*
35 *Chariuaria facere, an liceat in ſecundo nubentibus.*
36 *Filia emancipata minor uiginti quinque anno.an poſſit renubere ſibi, conſenſu patris.*
37 *Vaſalli an teneantur contribuere pro filia domini remaritanda.*
38 *Mater renubens de modicis rebus rationem reddere tenetur nec in ea præſumitur bona fides 39.*
40 *Mater uſufructuaria,an poſſit per renubium vſumfru. alienare.*
41 *Mater quando priuetur legitima in bonis filij.*
42 *Ingratitudo quando priuet matrem a filii ſucceſſione.*
43 *Filius quando non teneatur relinquere parentibus legitimam titulo inſtitutionis etiam non exiſtentibus deſcendentibus.*
44 *Pater renubens uſumfructum in bonis filii aduentitiis,an habeat. Et quid de lucris dotalibus 45.*
46 *Filius an teneatur matrem renubentem dotare.*
47 *Mulier ſecundo nubens liberis primi tori exiſtentibus,an in dubio uideatur dare ſecundo uiro illam dotem,quam primo dederat.*
48 *Viduis renubentibus donaria non ſolent fieri.*
49 *Mater nutrix renubens non petito tutore,qua puniatur pœna.*

De pœnis ſecundo nubentium.

Ego pro declaratione gl.vt ſcia mus,quæ ſunt illa,quæ conceduntur primis nuptiis,quę non conceduntur ſecundis,duxi hic enumerare pœnas ſecundo nubentium,quibus enumeratis cognoſcemus, quæ permittuntur primis,argumen.tex.no.Inſtitu. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris,in principio.Et Azo.in ſumma,iu Authentica,de nupt.collatio. quarta,ponit nouem. Ange.vero in aliquibus lecturis,in l.mater, infra ad Tertullia. ponit decem, vt refert ibi dominus Gulielmus de Sandilano Doctor ſolennis Taurien.poſt eum ſcilicet Ange.ex dictis eius colligens illas. Et idem facit dominus Petrus de Monte acuto Doctor clariſſimus quondam Valentinus in §.finali. in Authentica, de nuptiis,vt antiquitati deferamus ordinationem Azo. tenebo q fuit ſubtiliſſimus apud omnes,vt dicit Cyn. in l. ſi ex cautione,in ſecunda quæſtione, ſupra de non numerata pecunia. Et qui eſt vas electionis idem eſt fons legum, vt inquit Baldus in l.contractus,circa quartam columnã, ſupra de fide inſtrumentorum, vt in ſimili vult & refert Barbatia, in rubric. extra de probation. in tertia columnã.in fine, & refert Corneus,conſilio ducenteſimoquadrageſimo. in tertio volumi. Et idem Corneus conſilio ſeptingenteſimo,in l.bona, in tertio volum.Et inter cæteras ſecundo nubentes, ſecundum ipſum Azo.

1 † Prima eſt, quod in lucris nuptialibus amittit proprietatem vſufructu ſolo relicto ſi habet liberos, ex primo matrimonio,vt in §.ſi vero expectet, & in §. ſi vero ſit ſoboles, in Authentica,de nuptiis,& iſtam de Sandilano ponit octauam pœnam. Et hæc pœna eſt communis, tam in viro, quàm in muliere, vt expreſſe vult ibi Azo. de qua pœna latius videbimus in l.fœminæ, in principio, & in l.generaliter. infra eodem,& dicetnr aliquid,infra 17.pœna.

2 †Secunda pœna eſt,quòd non poteſt ſecundo nubẽs quo quo titulo lucratiuo plus relinquere ſecundo coniugi,quam vni ex liberis primi matrimonii,cui minus reliquit.l. hac ædictali.in prin.infra eodem & §.optime,in Authent.de nupt.& iſtam de Sandila.ponit tertiam,& iſta pęna ſimiliter eſt communis viri & mulieris, de qua dicetur Deo duce, in dicta l. hac ædictali.

Source : BIU Cujas

3 †Tertia pœna est, quia non potest mulier secundo nubẽs occasione ingratitudinis reuocare donationem ante collatam in filios primi matrimonij, nisi in solis tribus casibus, quia præsumeretur magis propter secundum maritum facere, quam ex causa ingratitudinis, in §. mater, in Authentica, de nupt. vnde sumpta est authen. quod mater, infra de reuocandis donatio. de qua & an habeat locum in patre, latius dicetur in authentica, mater, quam glo. legit & aliqui habent super l. finali, infra eodem, & istam pœnam non numerat Sandilanus.

4 Quarta † pœna est, quia primi viri dignitatem non retinet licet retineat etiam eo mortuo si secundo non nuberet, vt in §. non tamen permittimus, in Auth. de nup. & ff. de senat. l. fęminæ & istam Sandila. ponit primam, & allegat legem, filii. §. vidua. ff. ad municipa. & quod habetur c. ex parte, de foro compet. vbi vide maxime Barb. in j. notabi. & Fely. & Docto. & Fely. in c. super eo, in primo notabili. extra de testa. & Guidonem Papæ in decisione parlamenti. 37. vbi induxit ab excessione studiorum talliarum, & decimæ seq. trigesimaoctaua. Et Georgium Natam in repe. ca. quamuis, de pactis, libro sexto, in 65. columna, in 11. quę. & Corneum consilio 111. in princip. in 3. volum. & Ant. Corse. in tracta. de potesta. regia. in 29. quæst. bene facit quod vult Alexan. consi. 20. in secundo volum. vbi notabiliter sentit quod secundo nubens non dicitur amplius vxor testatoris, vel de domo vel familia, qđ de domo & familia non dicitur, benefacit quòd vult Corn. post Fulg. in l. fi. circa finem, infra de indic. vidui. tollen. vbi dicit quod illa verba, in domo nostra intelliguntur in matrimonio nostro, pro quo bene facit, quod dicetur infra 14. pœna, & vult quod vult Salyce. in l. fi. infra de verborum significat. ad hoc quod gl. no. in dicto §. non tamen permittimus, dicit quod hæc sunt vera, nisi quando per priuilegium habet mulier, vt ff. de senato. l. fina. & ideo post illam glos. vult. ibi Bart. quòd si mulier transiens ad secundas nup. impetret a principe, vt dignitatem primi viri retineat, tunc non amitteret per dictam l. fin. vbi est textus expressus, de hoc idem vult gl. in l. mulieres. infra de dignita. libro duodecimo. Sed an idem sit quoad alias pœnas, vt si mulier secundo nubat impetrata licentia a principe, dicetur super hac rubri. in quarto remedio, ista pœna non habet locum in marito. argumen. §. patitur. Institu. de iniurijs, per ea quæ post glo. vult Salyce, in l. prima. supra de in ius vocan. & Ioan. de Pla. & Docto. in dicta l. mulieres. infra de dignita. libro duodecimo, & expresse domi. Petr. de monte acuto, in dicto § in Authen. de nupt. in prima pœna, ad hoc quod sicut vidua secundo nubens amittit dignitatem primi viri. dicto §. vidua, cum simi. ita si ingrediatur monasterium. ita sentit gl. in capi. scripsit. 27. quæstio. secunda, & expresse dominum Alexand. in dicto §. vidua, in apostil. ad Barto. & pulchre Anto. in suo tract. de potesta. reg. in 29. q. in penultima columna. & fina. quod puto verum, quia tunc nõ viuit nomine mariti, sed tanquam monialis, de quo etiam dicam in auth. eisdem pœnis, in tertio not. infra eodem. Adde quòd licet matri alias concedatur priuilegium filii, tamen si transeat mater ad secundas nuptias illud amittit. l. quoties, & ibi notatur, intfra de priuile. schola. lib. xii. & no. Cor. cons. clxxviii. litera, K. in. iiii. volu.

5 † Quinta pœna est, quia licet alias matri committerentur filij educandi, fallit si secundo nubat. & istam pœnam Sandil. ponit. vi. & quòd mulier secundo nubens non potest penes se liberos educere, sed potior est causa agnatorum. l. 1. &. 2. vbi pupil. educ. debe. & ibi per Cy. & doc. de quo etiam per gl. in c. fi. extra de conuer. infi. & Bal. consi. 114. incipiente, quędam nobilis, cum consilio seq. in 3. vol. quod est consi. 137. & consi. 37. in. 1. vol. secundùm impressio. Mediolani, & Guidonem papæ in decisio. parlamenti. 539. de Benedictis, consi. 22. in. 3. dubio, & per Ange. in. l. conuenit, infra eo. & per ibi no. puto quòd hæc pœna non habeat locum in viro, vt ibi Deo duce uidebitur.

6 †· Sexta pœna, quia punitur specialius secũdum ipsum Azonem in casu, quem dic ut in §. finautem tutelã, in auc. de nup. & istam pœnam ponit Sandil. quintam, quæ est quando post acceptam tutelam solenniter transmittit ad secundas nup. non petito tutore, nec reddita ratione & reliqua. nam priuatur tutela, & patitur omnes pœnas, de quibus in. l. 1. infra eod. de qua pœna late dicetur in auc. eisdem pœnis, infra eo. & an habeat locum in vito, puto quod non, vt ibi latius dicetur.

7 † Septima pœna est, quia licet cautionem pro legato quod habeat facere pater, tamen filio facere non tenetur, nisi transeat ad secundas nuptias, vt in §. placet, in auc. de nupt. ut infra ad trebel. l. iubemus. & istam pœnam non ponit Sandil. sed alias antequam vidissem Azo. collegeram hanc pœnam, vt transiens ad secunda vota teneatur cauere quando filijs in die, vel sub conditione relictũ per dicta iura, & maxime text. in. d. §. placet. dicit text. ibi dicit si eum. & in hac secundo nubentibus pœna benefacit quod vult Bal. consilio 377 in versiculo, decimoseptimo incipiente primo volu. quod est consiliũ centesimũ septuagesimũquintũ incipiente, casus super quo, in tertio volum. secundum impressionem Mediolani, & licet dominus Petr. de Monte acuto, in § finali, in fine, in Authent. de nupt. dicat quod in casu punitur vir & non mulier, eo quia pœna ei non potest congruere, vt prædicto. §. penultimo. & idem. l. iubemus, §. in supradicto. infra ad Treb. Hoc tamen salua sua honorificentia videtur falsum, quia textus in dicta l. iubemus, expresse loquitur in vtroque & Bald. in dicto consilio, dicto versiculo decimosexto, expresse loquitur in vtroque, & de intellectu illius legis iubemus, ponit dominus Iason in l. frater a fratre, in decimaquarta columna. in fine. ff. de condictio. indebi. Ex quo potest colligi alia pœna, & tenet Bald. in dicto consilio, versiculo decimosexto, cum sequen. sentiat contrarium, tamen ex decisione illius consilii patet sol. scilicet an sit suspicio vel non, vt dicam infra in decimatertia pœna.

8 †Octaua pœna, quia post transitum ad secunda vota ad sacros ordines promoueri nõ potest, vt §. sed & si quis, possunt reuerendissimos, in Auth. de nupt. & in §. Deo amabilibus, in authent. quomodo opor. episco. collatio. prima. Et istam pœnam ponit Sandilan. secundam, & subdit & hoc procedit in viro. mulier enim sacrorum ordinum capax non est, de quo priuilegio late, vt in toto titu. extra de biga. dicit tamen Goffr. in summa, extra eodem de secundis nuptiis. §. sed opponitur, quod bigamia non est peccatum. trigesimaprima quæstione prima, capitu. aperiam, & capitu. sequen. nec hoc ex pœna prouenit quem promoueri non posset, sed ex defectu, & ex aliis causis supra notatis, extra de tempo. ordi. & sequitur Præpo. in rubr. extra eodem, in prima columna. & sic potest dici, quòd hæc non sit pœna proprie, sed incapacitas. Addo vlterius, quòd licet mulier sit capax religionis, tamen propter secundas nuptias amplius intrare non potest religionem, nec effici diaconissa, & est text. in dicto §. Deo amabilibus, versicu. quanta igitur, in auth. quomodo opor. episc. columna prima.

9 †Nona pœna, quia secundo nubendo perdit relictum sibi factum sub conditione si secundo non nupserit. §. contra vero, nunc sequitur, in Auth. de nupt. vnde sumitur auth. cui relictum, infra de indic. viduita. toll. Et istam pœnam Sandil. ponit quartam, sed de monte acuto in dicto §. fina. ponit tertiam & dicit quod si legatum ei est ne nubat, incontinenti secutis nuptiis priuatur legato, & priuatio retrotrahitur. & hæc pœna tam viro quam mulieri congruit, vt in §. quæ vero, in Authen. de nupt. & iste est de casibus in quibus ipso iure transfert dominium sine traditione, vt vult Anton. de Prato veteri in l. si aliqua re. in vigesimatertia columna. in versiculo vigesimoprimo. ff. de acquirenda possess. Addo pro declaratione huius pœnæ, quòd tale relictum vidua, vel existẽs in viduitate non amittit, nisi post annum, & præstita cautione de restituendo si secundo nupserit, vt idem in dicta auth. cui relictum, & in corpore vnde sumitur, & sic tali in odium secundarum nuptiarum non remittitur talis conditio, scilicet si secundo nupserit, & tamen in virgine vel in ea, quæ nũquam nupsit, bene remittitur talis conditio, vt vult glo. secundum Ioan. in dicta auth. cui relictum, & secundum communiter ibi Docto. & glo. in corpore vnde sumitur dicta authen. quod etiam puto habere locum in masculo virgine, seu qui alias non nupsit ex mente tex. in l. finali, infra eodem titulo de indicta viduita. tollen. licet in specie per Doct. aliquem actum non viderim, & licet Doctor. in dicta l. finali, post Pau. de Cast. tangant cui relinquitur si non nupserit secundo. Et contra Paulum communiter tenetur, quia tex. est in corpore vnde sumitur dicta authentica, cui relictum, vt ibi alias dixi. Sed in viro virgine nunquam vidi tactum, & vera ratio prædictorum est, secundum Salyce. & Corne. in dicta authentica, cui relictum, odiositas secundarum nuptiarum, & ita etiã inueni apostillatum super gl. dictę authenticę, cui relictum, in verbo, sub tali. benefacit quod vult Bald. consilio trecentesimoseptuagesimosecundo, incipiente casũ super quo. in versiculo decimoquinto, quod est consiliũ centesimũ septuagesimũquintũ, in tertio volumine, secundum impressionẽ Mediolani. & Corne. consilio centesimosexto, & septimo, in fi. columna, in principio, in quarto volumine. & Iacob. Butrig. in disputatione incipiente, quidam paterfamilias, in versiculo tertio, ex quo colligitur a patre, iuncto tex. in §. soluto, & §. si quidem, in Authen. de nupt. quòd primæ nuptiæ sunt fauorabiliores, secundæ odiosæ, vt hodie etiam nõ obstantib. liberis primi matrimonij non remittatur secundo nubenti, qđ si non nupserit, quod reputo. multum notabile pro limitatione & declaratione dicti Inno. de quo dicetur in l. j. post gl. fin.

Source : BIU Cujas

fina.in verbo, tertia eſt opinio,infra Docto. quæ vult, quod correctę ſunt hodie omnes pœnę ſecundo nubentium ſtaturę in odium ſecundo nubentium, nam illę quæ ſunt in fauorem liberorum primi matrimonij, quia etiam hoc caſu non ſunt correctæ illę, quæ in odium ſecundo nubentium ſunt introductæ. Sed poteſt dici, quod dictum Innocent. habet locum in pœnis legalibus,de quibus in iſto titulo. Hic loquimur in pęna propter teſtatoris voluntatem, vel poteſt dici quod non eſt pœna, ſed non admittitur ad relictum contra voluntatem teſtatoris, niſi ſecundum diſpoſitionem dictæ auth.cui relictum, quod perpetuo notetis. Adde quod dicam in tertio remedio,infra poſt has pęnas. Iſtę ſunt nouem pœnæ ſecundo nubentium, quas enumerat Azo in ſumma, Authen. de nupt. & alias non ponit. Sed quia Sandil. ponit poſt Ange. decem, ut prædixi, alias per eum enumeratas ſubijcio.

10 † Decima pęna erit, quoniam ipſe ponit tertium, quia per ſecundas nuptias contrahitur bigamia,per quam peditur priuilegium clericale, capitulo primo, de cleric. coniug. libro ſexto, cum ſimilibus.Adde quod dictum eſt,ſupra in octaua pœna, & quod habetur in deciſione Capellæ Tholoſanæ, & l. quarta, quam allegaui ſupra in ſecunda additione ad gloſ. rubricæ.

11 † Vndecima pœna quam poſuit Sandil.nouam,quia ab inteſtato in bonis filiorum non habet, niſi vſumfructum, vt l. mater,infra ad Tertul. & in §.hinc nos, in Authent.de nupt. vnde ſumitur authen, ex teſtamento, infra eodem, & latius ponit Ange.iſtam pœnam,in Authen. de non eligen. ſecun. nub.circa tertiam col.in verſic.2. punitur.de qua pęna latius, in l.fœminæ.§.illud,& in d.auth.ex teſtamento,infra eo.& an habeat locum in viro dicetur in d.l.fœminæ.§.illud, poſt glo. ibi, in verbo delata.

12 † Duodecima pœna eſt, quam Sandil.ponit decimam & vltimam, quod mulier nubens intra annum luctus patitur pęnas,de quibus in l.prima,& ſecunda, & tertia,eodem quæ ſecundum in concernentibus fauorem liberorum nō ſunt correctæ per iura canonica,ad hoc, quod prædictam pœnam poſuit etiam Azo in prædicta ſumma, in §.ſequitur de ſecundis nuptijs,in Authen. de nup. Sed prædicta nouem enumeraui poſt annum luctus ſecundo nubendo. Circa autem id,quod dicit Sandil. quod pœnæ. l.1. 2. & 3. infra eodem,inquantum concernunt fauorem liberorum non ſunt correctæ,poſſet dici, quod quo ad illas duas leges, primam & ſecundam non eſt bene dictum, quia illę non ſunt in fauorem filiorum primi matrimonij, ſed odium ſecundo nubentium intra annum luctus, vt ibi videbimus. Sed ſaluando ipſum poteſt dici, quod voluit loqui ſecundum opinio.Innocen. in qua ibi dicetur in fine, & iſtam puto fuiſſe eius mentem. vel poteſt dici, quod dicit propter legem tertiam, quam etiam alleg.vel propter authenti. eiſdem pœnis quæ poſita eſt ſuper. l.prima, quæ. l. tertia, & authenti. prædicta etiam hodie non ſunt correctę per iura canonica, prout ibi Deo Duce latius dicetur.

13 † Addo vltra dictas pœnas per Docto. enumeratas tertiadecima pœna poteſt colligi ex dictis, ſupra in ſeptima pœna vt propter tranſitum ad ſecundas nuptias, pater obligetur filio ciuiliter in aduentitijs, quia lex ciuilis talem actum licet odioſum,vt in toto iſto titulo, vt alias ſi non eſſet talis tranſitus ad ſecundas nuptias talis ciuilis obligatio non caderet inter eas.ita uidetur ſentire Ioan.de Imo.in l.à filio.ff.de lega. primo,per caſum.l.iubemus.§.in ſupra ad infra ad Trebell.& expreſſius uult Dom.Iaſon, in l.frater à fratre,in decimaquarta columna,in fine.ff.de condictio.indebi. qui hoc habuit ab Alexan.in dicta l.iubemus. §.in ſupradictis,in apoſtil.ad Bar. Veruntamen quia communis opinio eſt, quod hodie in aduentitijs pater ciuiliter obligatur filio,vt expreſſe volunt Docto. in dicta l.iubemus. §.in ſupradictis, & in dicta l. frater à fratre,vbi late omnes Doctores, & Socyn. conſilio 162. in 5. colum. dicere, quod iſtud ſit ſpeciale odio ſecundarum nuptiarum non videtur eſſe verum,eo maxime, quia dicta l.iubemus.§.in ſupradi. loquitur etiam alio caſu,ſcilicet quando teſtator ſpecialiter hoc dicit, & ſic prædicta pœna ſimpliciter non videtur vera,& ideo merito Ioan. de Imo. in dicta l.a filio.dicit, quod ad præſens non decidit, qui tamen ſe etiam non reſtringit ad cauſam ſecundarum nuptiarum, ſed ad caſum dicti §.in ſupradictis, vnde prædicta limitatio non placet.Addo quod plus ſentit domi. Iaſon in dicta l. frater à fratre,in decimatertia columna, in fi.quod diſpoſitio dictæ l.iubemus. §. in ſupradictis, procedat vbi pater volebat tranſire ad ſecundas nuptias,ſic ſentit, quod habeat locum diſpoſitio illius.§ ſi volebat tranſire etiam ſi nondum tranſiuiſſet, pro quo poteſt ponderari, tex. in dicto §.in ſupradictis. dum dicit, exiſtimauerunt in nuptijs non eſſe abſtinendum. Poteſt etiam ad hoc induci & ponderari in ſimili tex. in §.ſinatem tutelam, circa fin.in verſicu. vt volente ad nuptias venire,in Authen.de nuptijs, per quem tex.Barto. conſilio 45.incipiente,quidam nomine Bonagrandus,in ſexto dubio, dicit quod quando mater tutrix liberorum,dicit ſe tranſituram ad ſecundas nuptias,ſtatim definit eſſe tutrix. In contrarium tamen facere videtur,quia licet tex.in dicto §.in ſupradictis,primo dicat ſecundis extiterit nuptijs non abſtinendum,tamen poſtea idem tex. declarans tex. præcedentem, & vel cum ſecundis pater, aut mater matrimonijs vicerit, & ſic videtur velle poſt nuptias ſecundas contractas.idem clare vult tex.§. placet,in Authent. de nuptijs, dum dicit,niſi ſecundas pater contraxerit nuptias, vbi Iuſtinianus refert & approbat conſtitutiones Zenonis de quarta, in dicto §. in ſupradictis, & tamen illam expreſſe locum habere vult, vbi ſecundas pater contraxerit nuptias, & ſubijcit: ſic enim in hoc ſecundo nubentibus pœna, & ſic videtur velle, quod ante contractas ſecundas nuptias non ſit locus conſtitutioni prædictæ. Adde quod hoc expreſſe videtur velle Bald.conſilio 333. incipien. caſu ſuper quo,in verſiculo decimoquinto, & decimoſexto, in 1.volumi.quod eſt conſil. 75. in tertio volumine, ſecundum impreſſionem Mediolani.vbi formaliter dicit.Decimo quinto patet hoc ponderato text.l.hac edictali. §.his, de ſecundis,ibi hoc eſt ad alias nuptias uenerit &cæ. non venerit, ſcilicet iam rogo poſt nuptias, & non tenetur ante ſatiſdare, quia per ſecundas nuptias efficitur ſuſpecta.C.de adminiſtra. tuto.l.lex quæ tutores,& odioſa filijs & legi. ante autem non eſt ſuſpecta filijs, nec odioſa legi.ſed fauorabilis & plurimum veneranda.§.penul.ſi quidem in Authen. de nuptijs. Sextodecimo & vltimo videtur caſus legis in ſimili, nam ſi pater vel mater rogantur de reſtituendo filijs ſuis, non ante debet ſatiſdare quam tranſeat ad ſecunda vota,argumen. C.ad Trebellia.l.iubemus.§.1. Ex quibus hoc dubium, verum tamen ex deciſio. Bal. in d. eleganti conſilio poſſunt prædicta concordari vt prima opinio procedat, vbi perſona patris vel matris eſſet ſuſpecta ne tranſeat ad ſecunda uota, & bona dilapidet. Nam tunc ſatiſdare cogitur,alias non niſi prius contractas ſecundas nuptias, & ita procedat ſecunda opinio.

14 † Decimaquarta pęna, iuxta dicta in nona pęna quod licet in virgine reijciatur conditio ſi nupſerit arbitrio talis,ut l.turpia.§.primo,ff.de legatis primo, in vidua non remittitur talis conditio ſi nupſerit arbitrio talis, argumen.not.in dicta Authen.cui relictum,ita voluut Doct. in dicta l.turpia. §.primo, maxime Lancelo. Decius qui expreſſe tenet contra Cuma. Addo quod hoc etiam expreſſe voluit Bal. in l.prima, infra de his,quæ pę.nomi.in 3.col.& ipſum Bal.etiam refert Pet.de Ancha.in regula,nemo poteſt,in 3.colum. in verſic.2.pone, extra de regulis iuris.

15 † Decimaquinta iuxta dicta ſupra in nona pœna, ꝙ non ſolum perdat relictum ſibi factum ſub conditione ſi ſecundo non nupſerit, vt ibi dictum eſt, ſed etiam ſi ſit ſibi relictum quandiu cum filijs eſſet. Nam ſecundo nubendo illud relictum perdit.ita vult Bal.in l.prima, infra vbi pupil.edu.debe.& ſequitur Alexand.in l.qui concubinam.§.vxori.ff.de legatis tertio,in apoſtil.ad Barto.idem volunt Bald. & Ange.in aliquibus lecturis. Salyce. & Docto.in l. 2. infra de lega. licet Saly.conſulat filijs,quod expellant maritum &cætera. Idem etiam clare vult ibi domi.Iaſon,quod confirmat per id quod vult Bal.in l.voluntatis, in fin.colum.infra, de fideicommiſſ. in bona lectu. vbi vult, quod relictum factum vxori à viro donec ſteterit in domo viri, intelligitur ſi ſteterit in habitu viduali, alias ſecus, quod eſt notandum, ſecundum eum. Optime facit,quod vult Oldra.conſilio 129.incipien.ad quęſtionem, vbi vult, quod ſi legatum factum vxori ſub his verbis.Item lego eidem tali vxori meæ victum & veſtitum quan diu vixerit in & ſuper bonis & in meo hoſpitio ſtare voluerit ſi ipſa conuolet ad ſecundas nuptias, & cum marito primo cohabitet non debebitur ſibi legatum per. l.qui cōcubinam. alias qui quatuor.§.vxori, in ſecundo reſpon. & ibi eſt caſus. ff.de legatis tertio,ſecundum eum,& ipſum refert & ſequitur Præpoſitus, in capitulo fina. in fin. colum. extra eodem titulo, de ſecundis nuptijs, quæ tamen loquitur quando ducit maritum ad domum primi mariti. Idem expreſſe vult Bal.in l.ſi vi.§. fina.ff.de conditio. & demonſtratio. Item etiam expreſſe vult Pau.de Monte Acuto, in repetit.§.Titia cum nubeset,in l.Titia cum teſtamento.ff.de teſtamen. in 63.quæſt. in verſicu.ſed iuxta.vbi recitatis opinionibus dicit, quod iſta opinio Bal.ſibi magis placet.idem etiam vult,64.quæſt.idem etiam vult Ioan.de Ferraria, in titulo, forma libelli quo petitur eos reſtitui,in glo.donec vita, in ſecunda columna, ubi loquitur in caſu magis,de quo infra in ſequen.pœna.Optime facit,quod vult domi.Alexan.conſilio 20.incipien.vilo proceſſo,in 2.uolumi.quod vobis allegaui, ſupra in quarta pęna

Bart.

Source : BIU Cujas

Barto. tamen in l. cum tale, in principio, & ibi Paulus de Cast. & latius Imo. ff. de conditio. & demonstratio. videtur velle contrarium dum dicit Imo. quod si non stet per eam, nec per virum, quod matrimonium stet cum eis, sed per filios debet habere relictum, per nota. in l. prima, infra, de institutio. & substitutio. idem Ange. & vult Are. in suo tracta. de testamen. in glo. in verbo, item reliquit Caio annuum, idem etiam vult Paulus de Castro, in l. si vir vxori. alias l. sed si hoc §. cum vir. ff. eodem titulo, de conditio. & demonstratio. Et etiam pro ista parte potest adduci dictum contrarium Oldra. dum vult, quod si mulier contrahit secundas nuptias, & cum marito cohabitet, & vt supra, si sentiat, quod si habitaret & cum filijs semper extaret, forte aliud esset, & satis idem videtur sentire Salyce. & sequaces qui consulunt filijs quod eijciant maritum secundum seu vitricum non ipsam, ne per eos videatur stare, vt ibi per eos, ex quibus ista quæstio redditur dubia. Veruntamen prima opinio videtur magis communis & verior quia ex quo secundo nubendo, facit iniuriam defuncto, & filijs, & est odiosa filijs & legi. vt vidistis, supra in nona & decimatertia pœna filij habent iustam causam non habitandi cum ea, & sic uidetur per eam stare, vnde relictum debet amittere si secundo nubat viuentibus filiis primi matrimonij. Sed pulchrum dubium est, quid si viuentibus filijs mater stetit continue cum eis, iuxta voluntatem testatoris, sed eis mortuis transit ad secundas nuptias, in authen. amittit tale relictum non iubetur qui tangat. breuiter puto, quod non amittet relictum, per nota. in l. prima, infra, de leg. vbi videatis, quia est longa materia, & per Socy. consilio 68. & de Monte Pico, in repetit. dicti §. Titia, in 63 quæstio in versicu. quinto limita, quia ex quo tale relictum erat factum contemplatione ipsius & liberorum, impedit ne possit stare cum eis, ideo non perdit relictum, per ibi nota. & talis transitus ad secundas nuptias, ex quo filij primi matrimonij erant mortui non nocet, per nota. in l. fœminæ, in fine, infra eodem, & in simili vult domi. Alexand. in consilio 111. incipien. viso themate, in princip. in secundo volumine, eo maxime, quia de secundis nuptijs non erat facta expressa mentio in relicto, argumen. eorum quæ dicentur in sequenti pœna. Et isto casu posset procedere opinio Barto. & sequacium, ante uero sepulturam est dubium, & ita iubet teneri domin. Vi. de Cambanis in suo tractatu clausularum, in clausula si renunciauit omnibus bonis paternis & maternis, in § sed an iuri alimentorum possit renunciari, in decimatertia columna, in fine, folio 139. in secunda columna, vbi formaliter dicit, quod si alimenta relinquantur vxori quousq; cum filijs habitauerit non potest in domo inducere viri eum, quia facit iniuriam eis per secundum virum, ergo &c. ff. de vsu & habita l. non aliter, secundum eum.

16 † Decimasexta pœna addi potest, vt mulier secundo nubens amittat alimenta sibi relicta à primo viro, licet nõ amittat vsumfructum simpliciter sibi relictum, auth. hoc locum infra, si secundo nupserit mulier, & ita vult Ioannes de Ferrarijs, in titulo forma libelli, quo petitur dos restitui, in glossa donec vitam, in secunda columna, quia relinquendo alimenta simpliciter à filio hærede videtur relinquere in domo, & secundo nubendo non dicitur amplius in domo, & sic amittit relictum alimentorum, vt ibi latius per eum. tamen Francis. de Aret. consilio 40. incipien. præsupponitur in facto, in secundo dubio, videtur velle contrarium. Et idem post eum expresse vult Paulus de Monte Pico, in dicta repetitio. §. Titia, in l. Titia cum testamento. ff. de legatis secundo, in 64. quæstione, vbi vult, quod sicut secundo nubendo non perdit vsumfructum simpliciter relictum, idem sentiunt in alimentis, secundum eum, quia per transitum ad secunda uota illa non perdit, patet secundum eum, quod Bal. & alij, in l. prima, infra, de legatis, volunt quod vxor perdat quando testator legauit si staret cum filijs, quia non dicitur stare accipiendo alium maritum, ergo ubi dicta uerba non essent apposita, sed simpliciter relicta essent alimenta non perderet mulier per transitum ad secunda uota. Et subijcit quod est decisio Are. in dicto consilio 40. fortificatur, secundum eum, quia si non perdit usumfructum, & sic quod plus est, non deberet perdere alimenta, cum sit quod vsusfructus continet alimenta. l. Imperator, in fine, ff. ad Trebellia. iuxta. l. penul. de alimen. & ciba. lega. Et not. forte posset inferri, quod si testator legaret vsumfructum vxori plenius si staret cum filijs, quod non haberet illum si transiret ad secunda vota, sicut dicimus in alimentis per rationes adductas per Bal. in l. prima, circa fin. infra, de legatis secundo, secundum eum, & istam opinionem Aret. & Pauli de Monte Pico, puto veriorem, ex quo alimenta erant simpliciter relicta vxori, pro quo etiam potest adduci, quia per transitum ad secunda vota non dicitur euenire conditio substitutionis fideicommissariæ post mortem, ut vult Alexand. consilio 111. incipien. viso themate, in secundo volumine, quod est repetitum, consilio 45. in quarto volumine, & sequitur Ludouicus Bologni. in additio. ad tractatum. 22. colum. quod puto verum, quando non esset facta mentio viduitatis, sed simpliciter esset facta substitutio post mortem. Sed quia in casu domi. Alexand. dictum fuerat ipsis existentibus uiduis dubia est illa decisio per ea quæ vult Alberi. post Richard. Malumb. in authen. hoc locum, infra si secundo nupserit, in versicu. item quæro aliam quæstionem disputatam per Richard. maxime in solu. ad quartum contrarium & formaliter, prout refert Alberi facit Barao. in repetit. dicte authen. hoc locum. si lectura Barto. est, sed dubito, quia est per eadem uerba, sicut lectura Alber. ibi, per prædicta quæ sequuntur communiter Docto. ut patet ex nota. per Domi. Alexand. & late Docto. in l. si mater, infra, de institutio. & substitu. & in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de libe. & posthum. cum similibus decisio. domi. Alexand. quia dictum fuerat existentibus viduis non uidetur vera, quæ sine dubio procederet vbi simpliciter facta fuisset substitutio post mortem. Et licet pro opinione Ioannis de Ferrarijs, quando alimenta sunt simpliciter relicta vxori videatur propter verbum vxori debere intelligi durante viduitate, quia qualitas adiuncta verbo, regularetur secundum tempus illius verbi. l. in delictis. §. si extraneus. ff. de noxa. cum similibus. ut in casu simili vult domi. Alexand. consilio 22. incipien. viso processu, in secunda columna, in secundo volumi. tamen hoc verum in dubio, & aliud de iure non est cautum propter relictum vsusfructus factum vxori, licet iure. C. intelligeretur quandiu erit vxor durante uiduitate, adeo quod propter secundas nuptias amittebat relictum. l. prima, infra si vxor secundo nupse. tamen quia iure auth. cautum est, quod per secuudas nup. vxor non amittat vsumfructum simpliciter relictum, vt in §. sunt vero solum, in Auth. de nup. vnde sumpta est auth. hoc solũ, infra si vxor secundo nup. contra dispositionem dictorum iurium, & in casu a lege deciso non procedit dicta allegatio, quod notetis.

17 † Decimaseptima pœna est, ut licet durante viduitate, uidua censetur durare in matrimonio, vt intra annum, & alium de non habeat, debeat ali ab hæredibus viri, vt volunt Cyn. & Doctores, in l. fina. infra, de bon. mater. & late Doct. Mode. in l. diuortio ipsum post glo. ff. soluto matrimo. in l. prima. §. exactio, infra de rei vxo. actio. tamen si transeat ad secundas nuptias, non debet ali ab hæredibus primi uiri, ita Cyn. & Doctores, in dicta l. fina. infra, de bon. mater. & vult Ioann. de Ferrarijs, in titulo, forma libelli, quo petitur dos. In glo. hac etiam alimenta idem etiam expresse vult dominus Iason in § fuerat, in sexta columna, in versicul. singulariter limita. institu. de actio. idem satis vult Bal. consilio 252. incipien. pontus. An. Petri, in secundo volu. quod est consilium 15. in secundo volumine, secundum impressionem Mediola. bene facit, quod vult Angelus, consilio 359. incipien. an mulier. & Corneus consilio 62. litera k. in primo volumine, & consilio 129. in eodem peimo volumi. Et paucis, ita volunt communiter Doctor. Optime faciunt, quæ dicuntur in sequen. pœna decimaoctaua, non obstante, quod dictum est, secundo proxime in prædicta pœna decimasexta, vbi concluſum est, quod alimenta simpliciter relicta à uiro uxori non perduntur, licet transeat ad secundas nuptias, quia procedit, quod ibi dictum est in alimentis relictis a viro. hic autem loquimur in alimentis non relictis, & sic non est eadem ratio. Sed relictum debet aliquid operari, vt in simili vult Bal. in authenti. quod locum, in prima columna, infra, si secundo nupserit. Addo quæ dixi in principio huius pœnæ, quod uidua intra annum luctus est alenda ab hæredibus uiri, si aliunde non habeat, vnde se alat, vt volunt Doctores, in dictis locis cum similibus. operæprecium est scire, quando dicatur non habere vnde se alat, vide notabiliter Baldum consilio 196. incipien. sicut dixi, in secundo volumine, quod est consilium 30 in secundo volumine, secundum impressionem Mediola. quem sequitur & commendat Socynus, in l. diuortio, in principio, in fi. col. ff. soluto mat. qui tamen alleg. Bal. in secunda extampa. eadem impressione, consilio 18. in 2. parte. Sed est corruptus Socy. in uitio calculi: nam est consilium trigesimum ideo uos qui habetis Socy. corrigatis, ne si occurrat hic casus ibi non reperiatis. uideatis ibi, quia non est proprie materia nostra.

18 † Decimaoctaua pœna addi potest, iuxta supradicta, vt sicut mulier secundo nubens non debet ab hæredibus viri ali, etiam non debet uestiri uestibus lugubribus, licet alias si secundo non nuberet intra annum uestienda esset ab hæredibus viri, vbi erat alimentanda, ita notanter vult Bal. consilio 478. incipien. quædam sunt res, in fine, in quinto volumine, secundum impressionem Mediola. quod est de consiliis additis

ditijs & non ſecundum impreſſionem Venetam, vbi formaliter dicit quo ad pannos nigros viduales diſtinguitur qualitas perſonarum, nam ſicut vxor debet habere alimenta, ita & indumenta. vnde ſi abſque viduali veſte non poteſt honeſte tranſire debet fieri expenſis viri, vt not. in l. ſicut. ff. de ope. libe. & ita ſeruat conſuetudo, tamen ſi poſtea deſerāt victum & habitum vidualem reddat veſtes, quas recepit, & contemnit, argumen. ff. ſoluto matrimo. l. in his. §. primo. mulier vero quæ non vult indui nigro, non propterea eſt infamis. C. de infam. l. de cri. ſecundum eum, & ibi. & illud concluſum formaliter refert dominus Vitalis de Cambanis, in ſuo tractatu clauſu. in clau. ſi renunciauit omnibus bonis paternis & maternis, in §. an iuri alimentorum poſſit renunciari in prima colum. vbi late de materia iuncta columna prędecedenti. Idem volunt Ioan. de Imo. & Doctores in dicta l. debet quis. §. primo. ff ſoluto matrimonio, & domi. Alexand. & Docto. in l. ſi is qui quadraginta. §. fina. in fine, ff. ad leg. Falcid. & Roma. in authen. ex teſtamento, circa fin. infra, eo. colum. 7. facit, quod vult Bal. in l. prima, in ſecunda columna, infra, de fideicomm. in vna lect. vbi vult, quod ſi teſtator mandauit hæredi, quod veſtiret vxorem viduam, quod intelligitur dum in viduitate permanſerit ex qualitate perſonæ, & ibi etiam tractat, an veſte facta fracta alia fieri debeat, vide ibi per eum nota. quem ſequitur Alexand. in l. diuortio. §. primo, in penulti. columna. ff. ſoluto matrimonio, videatis in dictis locis & in deciſione Capellæ Tholoſanæ, 337. in fine, in additio. in quibus locis etiam tangitur cuius ſint tales veſtes, ſcilicet lugubres, & an poſtquam mulier ſecundo nupſerit teneatur reſtituere hæredibus viri etiam tales veſtes quotidianis videatis in dictis locis, maxime dominum Alexan. in dicta l. ſi is qui quadraginta §. fin. vbi vult quod ſic. Et idem videtur velle Bal. in d. conſi. quod notetis. Imo. in d. l. ſi quis. §. j. & Doct. videntur diſtinguere inter pretioſas & quotidianas.

19 † Decimanona pęna eſt, quia lucra nuptialia in vnum cum filijs primi matrimonij transferre non poteſt, nec etiam in extraneos, ſed proprietate priuatur, & remanet ſolum vſufructuaria. l. fœminæ, in principio, infra eodem, & in §. proſpeximus vero. ergo nullum in Auth. de non eligen. ſecundo nub. & ibi Ang. in auth. lucrum, infra eo. tamen poteſt dici, quod iſta pęna eſt eadem cum prima, quia ibi Azo. omnia iſta tangit, de qua pęna latius videbimus in d. l. fœminæ, & in d. auth. lucrum, infra eodem.

20 † Vigeſima pęna addi poteſt, vt licet alias tacita pupil. non excludat matrem l. fina. infra, de inſtitu. & ſubſtitu. tamen ſi mater tranſeat ad ſecundas nuptias tacita pupil. excludit matrem, ita vult Ange. in l. 2. in principio, circa finem. ff. de vulg. & pupilla. & idem Ange. in l. precibus, in tertia colum. infra de impube. & alijs ſubſtitutio. quod dicit eſſe notandum & refert domi. Alexand. in l. fœminæ, infra eodem, in additio. ad Bart. licet dicat Imo. contra tamen Ioan. de Imo. melius do. Alexand. rectius Iaſon, & nouiſſimi in dicta l. 2. in principio, tenent contrarium, & dicit ibi, domi. Alexan. quod iſtud magis communiter tenetur, ſcilicet contra Ang. idem vult Iaſ. in dicta l. precibus. in decimaquarta columna, idem etiam vult Franciſcus de Aret. conſilio 155. in 9. colum. idem vult Corne. in l. fina. infra, de inſtitu. & ſubſtitu. in quarta colum. in fine, cum ſequen. Et latius idem Corn. conſilio 322. litera d. & c. in 3 volu. vbi conſuluit poſt Aret. in dicto conſilio 155. domi. Ioan. Bapti. de Caccialupis, in dicta l. precibus, in ſexta colum. cum ſequen. in verſicu. adde Ange. quem omnino vide. videatis in dictis locis. ex quibus patet, quod communis opinio eſt, quod per ſolum tranſitum ad ſecunda vota tacita pupil. non includit matrem, ſed iunctis alijs coniecturis, vt ſi relictum eſſet vxori ſi ſecundo non nuberet bene excluderet, vt vult Bar. & Doct. in d. l. 2. & in d. locis prędall. & vide Alex. conſi. 12. incip. attentis verbis, in 7. col. cum ſeq. in 3. volu. quod notetis.

21 † Vigeſima prima pœna addi poteſt, ex prædictis & per Iaſ. in dicta l. precibus, præallega. decimaquarta colum. vbi attentat, quod licet ſubſtitutio compendioſa facta per virum communiter etiā intra tēpora pupillaris ætatis trahatur ad fideicommiſſa, & valeat iure fideicommiſſi ſemper quando mater eſt in medio, ſecundum Barto. de qua in l. Centurio. ff. de vulgari. illud habet locum forte, ſecundum eum, niſi mater tranſiuiſſet ad ſecundas nuptias, quia tunc in odium ipſius matris tranſeuntis ad ſecundas nuptias non obligarentur, ſed intra pupillarem ætatem valent, vt pupillaris & excluderent matrem, vt ibi per latius dicta per eum, quæ tamen non audet firmare, vt ibi per eum. Addo quod deciſio huius præſentis dependet à dictis in proxima præcedenti pęna, quia ſicut ibi dictum eſt, quod per ſolum tranſitum ad ſecunda uota tacita pupillaris non excludit matrem, vt tenent communiter Docto. contra Ange, ita per talem ſolum tranſitum ad ſecunda vota talis compendioſa non deſinet obligari fauore matris, ideo marito hoc caſu domi. Iaſon non firmauit prædictam ſuam incitationem. Et quod tunc compendioſa facta per verbum commune non valeat iure directo, vt pupil. pupillo decedente in pupillari ætate, ſed fauore matris ualeat iure fideicommiſſi, etiam tempore pupillaris ætatis, licet mater tranſiuerit ad ſecundas nuptias, vt vult expreſſe Franciſ. de Are. in dicto conſilio 155. & Corne. in dicto conſilio 322. in tertio volumine, vt ibi late per eos, ſed ſi cum tranſit ad ſecunda vota viuente adhuc impubere concurrant etiam aliæ coniecturæ, vt quia ipſi matri fuiſſet relictum ſi ſecundo non nuberet, tunc ſicut tacita pupil. excluderet matrem tranſeuntem ad ſecunda vota, ut dictum eſt ſupra in præcedenti pœna, ita etiam tunc propter talem tranſitum ad ſecunda compendioſa facta per verbum commune intra tempora pupil. ętatis valent iure directo, & non obligatur licet talis mater eſſet in medio, ita expreſſe videtur velle domi. Alexan. in dicto conſilio 12. in ſeptima columna, cum ſequen. in tertio volumine, & ſatis volunt Franciſ. Aret. & Corne. in conſilijs præallegatis, quod notetis, quia raro alibi comperietis, veruntamen quia illa opinio Bartoli, de qua in l. Centurio. præallega. cum ſimilibus, quod mater exiſtente in medio compendioſa facta ver. commu. etiam intra tempora pupil. ætatis valeat iure fideicommiſ. & obliquetur fauore matris eſt multum, & multum dubia, & Moderni tenent magis communiter contra Barto. ut patet ex nota. in d. l. Centurio, & in dicta l. precibus, infra, de impube. cum ſimilibus, niſi accedant aliquę coniecturæ ex quibus apparere poſſit uoluntatem defuncti fuiſſe non excludere matrem. & tenendo dictam magis communem opinionem Modernorum circa iſtam pœnam non eſſet inſiſtendum.

22 † Vigeſima ſecunda pœna addi poteſt, ut mater quæ tranſiuit ad ſecundas nuptias, non poſſit exemplariter ſubſtituere filijs primi matrimonij, vt volunt Barto. Ang. Cuma. Alexan. Areti. & Iaſon in l ex facto, in princi. ff. de vulgari & pupillari. & licet Baldus Salycetus, & Corneus, in l. humanitatis, infra, de impube. & Ioannes de Imola, in dicta l. ex facto tenent contrarium, tamen prædicta opinio Bartoli eſt magis communis, vt expreſſe dicit Are. in dicta l. ex facto. quam opinio. Barto. tenet etiam Baldus in tractatu ſubſtitutionum, in materia exemplariæ, in tertia columna, idem tenet Ioan. de Ferrarijs, in titulo forma libelli, quo agitur ex ſubſtitutione, in glo. in verſicu. exemplarię, in tertia columna, idem etiam vult Areti. in dicta l. humanitatis, infra, de impuber. tangit etiam Ange. Are. in §. qua ratione, in quarta columna, cum ſequen. inſtitu. de pupil. ſubſtitu. vbi videtur concordare opiniones, & idem Ange. Aret. in tractatu teſt. in glo. & filio ſuo mente capto ſiue furioſo, in quarra columna, cum ſequenti, quod an habeat locum in patre. Angelus in dicta l. ex facto, tenet quod non, & ſequuntur magis communiter Doctores per rationes ibi poſitas per eos, ubi etiam tangunt, quando prius erat facta ſubſtitutio exemplaria a matre, & poſtea tranſiuit ad ſecundas nuptias, an vitietur ſubſtitutio dicatis, ut ibi per Doctores, maxime Iaſon. & Moder. ubi eſt locus ordinarius.

23 † Vigeſima tertia pęna addi poteſt, quod licet ſi filius emancipatur, vel quia alias poteſt teſtari, inſtituat patrem vel matrem, & grauet talem aſcendentem reſtituere hæreditatem poſt mortem intelligitur conditio ſi ſine liberis, vt volunt Iacob. de Are. Petrus, Cynus, Albericus, & Ioan. Faber, & Ange. in lectura Florentina, in l generaliter. § cum autem, infra. de inſtitu. & ſubſtitu. & Angelus in l. ex facto. § ſi quis rogatus, primo. ff. ad Trebellia. & Salyce. in l. cum acutiſſimi, infra, de fideicommiſ. & late Barba. in repetitio. dictę l. cum acutiſſimi, infra, de fideicommiſſ. circa 20. columnam, licet Bart. Ioan. de Imo. Nicelus Alexand. & Doctores, communiter teneant contrarium, vt patet ex notatis in dicto §. ſi quis rogatus, in primo, quia ſunt duo taliter incipientes & in dicta l. cum auus, ubi late Socyn. in quarta columna, cum ſequen. & Fulgoſ. & Aret. Iaſon, & Doctores, in dicto §. cum ante. tamen puto, quod illa prima opinio procederet, ſi tamen parens, ſeu aſcendens ſit grauatus de reſtituendo poſt mortem tranſiſſet ad ſecundas nuptias, quia per tales ſecundas nuptias fit iniuria filijs primi matrimonij, vt §. ſoluto, in Authenti. de nuptijs, cum ſimilibus, non ſubintelligeretur talis conditio, ita voluit Ange. in dicto §. cum autem, in lectura Florentina, & in dicta l. ex facto. §. ſi quis rogatus, & ibi Doctores, poſt eum, & ſequitur Barba. inducendo in l. cum acutiſſimi, circa 24. columnā, idem etiam vult Iaſon, in l. precibus, in decimaquarta columna, infra, de impube. & Socynus, in dicta l. cum auus, in quarta columna, cum ſequen. ff. de condi. & demon. Veruntamen, licet iſtud dictum in ſe ſit veriſſimum, tamen quia prædicta opinio Iaco. de Are. Petri, Cyni & ſequacium

non

Source : BIU Cujas

non videtur vera & Docto. magis communiter tenent contrarium, vt prędixi, ideo circa istam pęnam non videtur multum insistendum.

24 † Vigesimaquarta pœna addi potest, vt si lucra nuptialia consistant in mobilibus cogatur mater satisdare, de restituendo liberis primi matrimonij, propter secundas nuptias, alias ipsius filijs primi matrimonij satisdantibus restituuntur, ut l. hac edic. §. si illud, infra, eo. quod an habeat locum in viro ibi Deo Duce late dicetur.

25 † Vigesimaquinta pęna addi potest, quod bona matris transeuntis ad secundas nuptias sunt tacite hypothecata liberis primi matrimonij pro conseruatione lucrorum à die quo illę res peruenerunt ad eam, vt est textus nota. in dicta l. hac ędictali. §. is illud, versicu. omnibus, infra eodem, vbi etiam uideatur.

26 † Vigesimasexta pœna addi potest, vt licet in bonis mariti quondam mulier haberet priuilegium prælationis, vt præferatur cęteris creditoribus, vt habetur per glos. in §. fuerat, instit. de actio. tamen si mulier secundo nubat non habet istud priuilegium, secundum aliquos, tamen communiter tenent contrarium, vt patet ex notatis, in l. nupta, in principio, ff. soluto matrimonio, & per Doctores, in l. prima, eodem titulo, vbi etiam Alexander, in tertia columna, de quo etiam vide Iason late in dicto §. fuerat, in vigesima columna, post Areti. ibi, in decimatertia columna. Optime facit, quod vult Bald. in rubrica, infra, de priuileg. Doctores, in prima colum. quem sequitur Ludouicus Bologni. in additio. ad contraria. Ioann. de Anania, consilio 63. circa finem additionis, & quod vult dominus Alexander, in apostil. ad Barto. in l. prima, in fine, infra eodem. Ex quibus patet, quod hęc pœna non est vera, quia ius dotis, & priuilegium dotis non minuitur per transitum ad secunda vota quandocunque nubat etiam intra annum luctus, secundum Bald. & Doctor in dicta l. nupta, quia pœnæ secundarum nuptiarum consistunt in donationibus, & relictis & quibusdam possessionibus, secundum eos, de quo habetur in l. prima, secunda, & tertia, infra eodem, & ibi Deo Duce dicetur.

27 † Vigesimaseptima pęna addi potest, vt licet filiusfamilias testari non possit regulariter. l. qui in potestate. ff. de testamen. tamen in lucris nuptialibus, quæ perdidit pater quo ad proprietatem propter secundas nuptias poterunt eius filij primi matrimonij, quibus illa applicantur quantum ad proprietatem testari per ea, quæ ponit Iason, & Moderni, in l. fina. in penult. columna, in versicu. limita, infra, qui testam. facere pos. vbi vide, & latius dicetur Deo Duce, in l. in quibus, infra eodem.

28 † Vigesimaoctaua pœna addi potest, quam patitur mulier secundo nubens, post acceptam tutelam, si non petijt prouideri de tutore, nec reddiderit rationem & reliqua. nam etiam in nouo pro marito periculum imminet, quod pro mala administratione ipsius mulieri bona ipsius mariti sint tacite filijs primi matrimonij obligata. l. penult. infra, in quibus causis pign. taci. contrahi. & §. si non autem tutelam, in Authenti. de nuptijs, & hoc expresse vult glos. in capitulo, ex parte, extra de appella. & not. Baldus, consilio 200. incipien. in primis, in quarto volumine, quod est consil. 310. in quarto volumine, secundum impressionem Mediolani. & sine dubio hæc est pœna etiam mulieris secundo nubentis, quia cum regulariter uxor non teneatur pro marito nec econtra, vt supra, ne vxor pro marito, isto casu est speciale, vt maritus teneatur pro obligatione vxoris etiã præterita & sic verisimiliter non inueniet ita honorabilem maritum, sicut si ipsa non esset obligata, & quod ipse non obligaretur, per ea, quæ dicam, in l. prima, infra eodem, præterea in specie, de hoc, quod si pęna mulieris, ex mariti & hoc retrahantur, & tex. in l. 2. versicu. sed ne filialis, infra, quando mulier tutel. offic. & quod sit pœna expresse vult Petrus de Ancha. consilio 316. incipien. in causa, quæ vertitur, & quod sit pœna mariti expresse vult Odofr. in dicta l. penult. & idem expressius vult Bald. ibi, vbi notabiliter dicit, nec est ista lex correcta, per illud, nubat in domino, quia tantum loquitur hic de mera pœna viri cum ea contrahentis, quod notetis, licet posset dici, quod est fauor liberorum primi matrimonij, sed an locum habeat in uiro transeunte ad secundas nuptias, vt bona vxoris, secundæ sint tacite pro administratione patris filijs primi matrimonij obligata, puto, quod notatur post Bald. in authen. eisdem pœnis, infra eodem, & ibi, Deo Duce dicetur, sed pulchra est quæstio, an idem sit de bonis retinendis in concubinam matrem pupil. tutricem non reddita ratione, quod est in nubente, ibi istam quæstionem non vidi tactam, nisi per dominum Bartholomæum de Belencinis, in capitulo, ex parte, extra de appellat. in additio. quas facit ad dominum Antonium de Butr. & Panormita. vbi dicit, quod credit idem esse per text. in l. is solus, in fine, infra, de reuocan. donatio. & quod ibi not. Barto. cum concubinatus sit illicitus, capit. nemo, vigesimasecunda quęstione quarta, quod tene menti, quuia non est ampliatio ad dictam l. penulti. cum similibus, si est vera, secundum eum. Addo quod pro prædicta opinione bene facit, quod vult Barto. in dicto capitulo, ex parte, vbi formaliter dicit, nota. quod mater transeundo ad secunda vota perdit tutelam ipso iure, facit quod habetur in authen. sacramenta, infra quando mulier tute. officio fun. & in Authentica, de nuptijs, §. finautem tutelam, adde quod idem est si inhoneste viuat not. id verbum Bartolus, in l. is solis, infra, de reuocan. donatio. quod omnes pœnæ statutæ contra secundo nubentes, locum habent in mulieribus inhonestam vita m ducentibus, de quo dicto Bartoli faciunt magnum festum scribentes omnes, ego allego capitulum, vxoratus, de conuersio. coniugato. vbi paria sunt transire ad secunda vota, vel incontinenter viuere, idem tenet ibi dominus Abbas Panormitan. ne plus habeat luxuria quem castitas, facit quod habetur per Bartolum, in l. fideicommissum. C. de fideicommis. & quod habetur in l. fororem. C. de his quibus vt indignis, secundum eum, ibi, & & certe ibi pulchre, & notabiliter loquitur Panormita. in dicto capitulo, vxoratus, ita formaliter dicit Bart. addo Ioannem de Anania, idem velle, in capitulo, qualiter & quando, de accusationi. vbi dicit, se ita consuluisse, idem etiam volunt Bartolus, Baldus, latius Salycetus, & Doctores, in dicta l. is solis, infra, de reuocan. donatio. & domi. Alexand. in l. liber. §. notatur. ff. de his, qui nota. infa. in apostil. ad Bart. & de Belencinis, in capitulo primo, extra, de secundis nuptijs, & Præpo. nunc Card. Alexand. post Card. Florentinum, in capitulo fin. in fine, cum sequenti, eodem titulo, idem vult Georg. Nata, in repetitio. capitulo, quamuis, extra de pactis, libro sexto, in 65. col. in vndecima quæstione, versicu. quod tamen verum intelligo. Idem vult Anton. Corset. in tractatu, de potestate reg. in 20. quæstione, in secunda limita. de quo etiam aliquid dicetur in authen. eisdem pœnis, post gl. in voce parit, ex quo infero communem & ueram esse opinionem, quod pœnæ statutæ contra secundo nubentes, habent locum contra luxuriose & inhoneste viuentes, & ex hoc patet veram esse opinio. de Belencinis, & licet contrarium videretur facere, quod in hac materia contra secundo nubentes iura sunt pœnalia, vt est tex. in §. placet, in Authen. de nuptijs, & in §. fina. in Authent. de restitu. & ea quæ parit, cum similibus, & uide Bal. in l. hac edictali, in prima columna, in lectura noua, infra eod. vnde videbantur restringere in proprijs terminis, in quibus loquitur, & quod in hac materia secundarum nuptiarum non debeat fieri extensio si lex expresse hoc non dicat, est tex. nota. & vulgatus in §. cum igitur, in ver. sic enim patres, ibi nec est quælibet lex tale quid dicens, in Authenti. de non eligen. secundo nuben. columna prima, & in simili, hoc vult glo. pen. ver. in legitimas, in fine, in dicto §. fina. in Authen. de restitutio. & ea quæ par. columna quarta. Optime facit, quod vult Bal. in authen. ex testamento, in antepenult. columna, & quæst. infra eodem, in lectura noua, & ibi latius dicetur, veruntamen, quia Imperator, in dicto §. finali, in Authen. de restitutio. & ea quæ par. extendit pœnas statutas contra secundo nubentes intra annum luctus habere locum in luxuriose & inhoneste viuentibus, quo ad omnes alias pœnas, ac si secundas nuptias contraxissent, vt ibi clare vult textus & Doctores in dicta l. is solis, puto veram determinationem, de Belencinis. nec obst. si dicatur, quod prædicta habent locum contra ipsam mulierem luxuriantem, & ita in his proprijs terminis loquitur dictus §. fi. & dicta l. is solis, & loquũtur prędicti Doct. non autem loquuntur in alijs, quæ cum ea luxuriantur, quia de illis nihil lege cauetur, quia respondeo, quod ex quo lex imponit pœnam nubenti cum secundo nubente, ut in dicta l. penul. & in dicto §. sin autem tutelam, & in l. secunda, infra, quando mul. tute. offic. fun. quæ iura loquuntur in eo casu, & in casu legis, hac edictali, in princ. infra eodem, vbi ei nubenti cum secundo nubente non potest donari, uel relinqui à secundo nubente plus quam vni ex liberis primi matrimonij cui minus relictum est, & tamen posset ei relinqui ab alio. Et sic est pœna, quia nupsit secundo nubenti, & in casu, l. primæ, in fin. & l. liberis, §. notatur. ff. de his qui notantur infam. & in casu. l. primę. §. præterea, secundum intellectum Raynerij, infra eodem, vbi secundo nubens, non potest in dotem dare uel relinquere secundo nubenti vltra tertiam partem bonorum, ex similibus. si ergo lex imponit pœnam nubenti & licitas nuptias contrahenti cum secundo nubente in certis casibus, multomagis illis casibus debent habere locum pœnæ statutę, sic secundo nubentibus luxuriose & inhoneste uiuentibus cum talibus sic inhoneste & luxuriose uiuentibus. nec obstat argumentum, quod lege non cauetur, quia respondeo, quod imò satis lege cauetur ex mente legum

Source : BIU Cujas

gum in dictis iuribus iuncto dicto §.finali , in Authenti. de restitu.& ea quæ pa.& in dicta l.is solis, dum dicit tex.satis esse cautum tacite putauimus, & ita satis in simili dicitur velle Bald.& post eum domi. Iacob.de Aurelianis, & Doctores,in dicta l.is solis,infra,de reuocan.donatio. & ibi domi.Alexan. in apostil. ad Bal.optime facit pro hac solutione, quod in simili vult in hac materia secundarum nuptiarum, Ange.Are. in suo tractatu testamentorum,in glo.& in filio mente capto siue furioso,in quinta columna, versicu.nec obstat, quod dicunt. Optime etiam facit, quod in simili vult Alber. domi. Iaco.de Are.& Docto.in l.prima,in fine.ff.de his,qui no.infa. vbi volunt,quod sicut ibi dicitur,quod contrahens binas nuptias siue sponsalia simul.i. eodem tempore, ipso facto est infamis, idem erit si eodem tempore habeat vxorem & concubinam, & licet.l. non reperiatur cautum, tamen idem dicendum ex mente dictę l.& ne plus habeat castitate luxuria, dicto §.fina.in Authen. de restitu. & ea quæ parit. nec obstat glo.in dicto §.fina.in ver. legitimas, in fine, quia licet Ange. ibi eam approbet, tamen Iacob. de Belui. ibi eam damnat & glo.illi est contraria,in authenti.sacramentum,infra, quando mulier tute.officio fun.quam sequuntur communiter Doct. vt latius dicetur in authenti. eisdem pœnis, post glo. in ver. parit,infra eodem. Nec obstat dictum Baldum,in authent.ex testamento, infra eodem, quia ibi loquitur in luxuriante & inhoneste viuente,sed in nubente cum secundo nubente, vt dicetur in l.prima,in undecima,seu duodecimo not.infra eodem,& in dicta authenti.ex testamento.ex quo infero notabilem quæstionem , quod non solum pœnæ statutæ contra secundo nubentes habent locum contra luxurioſe viuentes, sed etiam pœnæ statutæ in certis casibus nubentibus cum secundo nubentibus habent locum in luxuriantibus cum talibus luxuriantibus & inhoneste viuentibus, pro qua conclusione in specie in concubinatu adduco Bal.in l.prima,in fine, ff. de his qui not. infam. vbi loquitur in collocata in concubinatu quem sequitur ibi domi.Iaco.de Aurelianis, & Doct. ex qua conclusione magis in specie infero, quod bona amasij,seu stupratoris vel adulteri talis mulieris viduæ tutrix liberorum primi matrimonij, similiter erunt pupillis pro mala administratione matris tacite obligata, quia magis est illicitus coitus stupri quam concubinatus , qui iure ciuili non est punibilis saltem in laico, quo ad pœnam temporalem, vt vult Barto post Richard Malumb.in l.in concubinatu. ff. de concubi.& voluit Paulus de Castro, & Doctores, in l.ex facto §. si quis rogatus,primo,& ibi domi.Alexand. in prima colum. qui dicit, quod est magis communis opinio, & domi.Nicol. de Vbal.in suo tractatu successionum ab intestato , in quarta columna , ver. quarta species.& ratio istius conclusionis, ne maius delictum excuset amasium vel stupratorem à pœna, argumen.dicti §.fina. in Authen.de restitu.& ea quæ par. ne plus habeat castitate luxuria , debet ideo forte loquutus esse do.Belencinus, in concubinario,vt concubinario, quia concubinatus facilius potest probari cum continue retineatur in domo, per no.in l.penult. & fi.ff.de concubi.prout etiam loquitur Imperator in simili, in dicto §.fin.quia loquitur in casu certo, quando peperit post vndecimum mensem completum à morte viri, & in simili etiam vult Bal.in dicta l.vxoris, infra, de reuocan. donatio. dum loquitur de vidua ex qua supereſt puer, ex schola regrediens super terram,sed eadem ratione idem dicendum esset si alias luxuriose vixit,dummodo probari possit. Sed quia nocte vagatur adulter & difficiliter talia probantur,ideo forte in concubinatu loquitur , vt prædixi , ideo forte loquutus est de concubinatu late pro omni concubinatu alio ab vxorio. & ista diligenter notetis, quia vtilia & quotidiana & etiam magis vtilia ad extensionem.l.j. in secunda pœna, & l.hac edictali,in principio, infra eodem, vt ibi , Deo Duce dicetur, quod iterum notetis, quia nunquam alibi audiui,neque legi,sed dictum domi.Barto.Belencinis , cuius anima sit benedicta,causa fuit huius nouę considerationis.

29 † Vigesimanona pœna addi potest, iuxta prædicta, vt non solum mulier secundo nubens , infra , annum luctus sit infamis,vt l.prima,in principio,infra eodem, cum similibus. Sed etiam ille, qui scienter cum illa, infra tale tempus nubit, ut l. ptima,in fine,& l.libellorum.§.notatur.ff.de his,qui not.infa, &l.discreto, supra illo eodem titulo, & dicetur in l.prima,in fra eodem , quod an sit hodie correctum tangit Barto. in dicto §.notatur, & concludit quod sic,vt ibi per eum,quem sequitur ibi,domi.Iacob.de Aurelia.& alij Doctores, & ipsum Barto.etiam sequitur Angelus,in dicta l.liberorum,§.fina.& de Valenti.in capitu.fina.extra eodem titulo,de secundis nuptijs,allegant vlterius Barto.in dicta l.fina.infra,de indi.vidui. tol.& Baldum,in authen.quas actiones,supra de sacrosan.eccle.in secunda columna,& Petrum de Ancha. in repetitio.capituli, cano.in 36.columna,extra de constitut. Addo, quod hic expresse volunt Ant.de But.& Doct.in c.fi.extra eo dum referunt quod indecise loquitur tam in nubente,cum ea q̃ in secundo nubente,& istam pœnã alibi non uidit tactã. Addo quod per dicta,supra in proxima præcedenti pœna. idem dicendum in concubinario amasio, seu adultero,infra annum luctus luxuriose & inhoneste cum ea viuente. Nam talis in isto casu erit infamis per supradicta,plus dico,quod licet tex. in dicto §.notatur,cum similibus,sit correctus hodie, prout ibi vult Barto.& dixi supra per ius canonicum,in capitulo penult.in fine, extra eodem, vbi dicitur,mortuo viro nubat in domino, tamen in isto casu in tali inhoneste & luxuriose uiuente,& sic illicitam coniunctionem cum tali faciente intra annum luctus,puto,quod ille textus non sit correctus etiam hodie per iura canonica, quia iura canonica tollunt infamiã propter licitum matrimonium si nubat in domino , & illud dictum,nubat in domino , importat idem regulariter, ita dicit tex.7.quæstione prima,capitulo,sicut alterius , & ibi glos. exponit illud verbum regulariter , quod est homini suæ professionis vel sine suspicione turpi.quam glo.refert Aber. in dictionario,in uerbo,nubat in domino,& est tex.31.quæstione secunda, in primo , & idem vult Præpositus & Doctores, in capitulo penult.extra eodem titulo,& glo.in l.decreto, supra de his,qui notantur infa.dicit, nubat in domino, dum tamen legitime, secundum quosdam decretistas. Si ergo ista mulier non nubit in domino , infra annum luctus , sed loxuriose & inhoneste,puto,quod omnes pœnas eriam.l.primę,& secundę,infra eodem incurrit,& hoc expresse vult glo. not.in §.primo,si quidem , in glos.finali, super versicu.interpositione,in Authent.de nupt.columna quarta, & glo.Odofre.in authen. eisdem pœnis,infra eodem , & ibi dicetur. quæ pœnæ etiam hodie in hoc casu non sunt correctæ per ius canonicum, sed solum in casu suo,quia nubit in domino,& hoc expresse vult Præpositus nunc Card.Alexand. in dicto capitulo fina. in penultima columna,dicetur in l.prima,infra eodem. Et similiter ille amasius siue philocaptus luxuriose viuens cum ea luxuriose viuente intra annum luctus similiter erit infamis , & est,vt vult expresse Bal.in concubinatu,in dicta l prima, in fi. ff.de his,qui notantur infa. quem sequitur ibi,domi. Iaco.de Aurelia.& Doctores, & licet Bald.loquatur in concubinatu, tamen eadem est ratio, imo maior in stuprante vel alias luxuriose viuente,cum etiam dicit ibi Bal.multofortius &c.ut ibi per eum , puto habere locum etiam hodie , argumen.text.in dicto §.notatur,& in dicta l.prima,in fine,ff.de his,qui notantur infa.& in l.decreto, supra illo eodem titulo,iuncto §.fi. in Authen.de restitu. & ea,quæ par.& in dicta i.is solis, infra,de reuocan.donatio.& per ea,quæ dixi,supra in proxime præcedenti pœna,& quia iura corrigentia non habent locum , nisi in casibus expressis & proprijs terminis legis.l.si vero. §.de viro.ff.soluto matrimonio , cum similibus , maxime , quia hic non est eadem ratio,sed delictum,quod etiam vlterius venit puniendum, argumen.dicti §.fina.in Authen.de restitu. & ea quæ par. quod est bene notandum pro declaratione, l.primę,& secundę,infra eodem,& dictę l.decreto, & dicti §. notatur.cum similibus, & nunquam audiui, nec legi , & est magni effectus talis infamia iuris , vt notatur in l. nulla, supra de his,qui notantur infa.& in l.prima, infra eodem,& ibi aliquid dicetur, ideo diligentius hoc notetis, quia puto veriſſimum, de honestate amicum & gratum, & vt retrahantur homines ab illicitis amplexibus talium viduarum,argumen.l.secundę, in verbo, & ne sit facile, infra, quando mulier officio.maxime intra annum luctus, ut in hac pœna, vt etiam quando post acceptam tutelam , antequam petierit prouideri de tutore reddiderit rationem, & reliqua, ut in alia proxlme præcedenti pœna , & dicetur in authent.eisdem pœnis,infra eodem.

30 † Trigesima pœna addi potest , vt non solum secundo nubens intra annum luctus, & secum nubens sit infamis , vt in præcedenti pœna,sed etiam parens habens filiam in potestate intra annum luctus eam scienter secundo matrimonio collocans , vel si passus est filium cum ea,quæ secundo nubit, intra annum luctus nubere,vt in dicta l.prima, & l.genero,cum l.sequen.ff.de his,qui notantur infa.Nec similiter aliquis Doctor quem viderim istam pœnam colligit. Addo quod puto, quod similiter hodie ista pęna sit correcta,per ea quæ volunt Barto. Ange.& domi.Belenci.& Docto.vbi dixi, supra proxime præcedenti pœna.Sed an idem sit in collocante in concubinatu intra annum luctus. Bal.in proprijs terminis , in d. l.fi. ff.de his qui notantur infa.tenet,quod sic multo fortius,per l. is.infra. de reuocan. donatio. & authen. eisdem pœnis , infra eodem,§.fina.in Authen.de restitu.& ea quæ par.& sequitur domi. Iaco.de Aurelia, ibi, quod est bene no.pro confirmatione dicti do.Belenc.& supra Doct.in proximis pœnis,quin

imò

Source : BIU Cujas

imo etiam puto, quod quoad tales illicite collocantes & collocatos in concubinatu intra annum luctus hodie non sunt cotrectę illę pœnæ, nec illa iura, per supradicta in proximis duabus pœnis præcedentib.

31 † Trigesimaprima pœna addi potest, vt mater successione filij pupilli priuetur si tutela susceptа ad secundas aspirauerit antequam tutorem fecerit ordinari & reliqua restituerit, vt in l. omnem, infra ad Tertul. & habetur in authen. eisdem pęnis, infra eodem, ita vult Angelus, in Authen. de non eligen. secun. nuben. in princ. circa tertiam columnam, in ver. sed videndum. Idem post domi. Anton. de But. vult domi. Belenci. in capitulo, ex parte, extra de appella. vbi dicit, hoc etiam credo, verumetiam si mater non transeat ad secunda vota, sed etiam si turpem vitam duxerit non petito tutore filio suo, per textum, in dicta l. his solis, infra, de reuocan. donationib. de quo latius videmus, in dicta authentica, eisdem pœnis, infra eodem.

32 † Trigesimasecunda pœna addi potest, vt secundo nubentes, non benedicantur, vt habetur in capitulo primo, & tertio, extra eodem, & per Alber. in dictionario, in ver. nuptiæ, ꝙ an habeat locum in virgine nubente secundo nubenti, videatis in d. c. 3. & quæ sit ratio quare non benedicantur, dicatis ut ibi.

33 † Trigesimatertia pœna addi potest, vt alias si alicui sit facta substitutio si sine liberis decesserit, per ingressum religionis capacis bonorum dicatur defecisse conditio substitutionis. §. sed hoc præsenti, in Authen. de sanc. episc. & capitulo, in præsentia, extra de proba. tamen in secundo nubente hoc locum non haberet, quia propter bigamiam amplius religionē ingredi non potest, vt vult Ang. consilio 80. incip. hęc quęstio subti. est, in fi. colum. uide ibi per eum, & facit, quod dixi, supra, in octaua pœna.

34 † Trigesimaquarta pœna addi potest, vt licet ex consuetudine primo anno nuptiarum non lugeant nubentes, nisi pro morte patris vel matris, tamen in secundo nubente hoc locum non habebit, sed indifferenter lugere tenetur etiam pro alijs consanguineis inferioribus, & ita alias vidi ex hoc dicto meo obseruari in funere associando, & potest assignari ratio, quia primæ nuptiæ sunt fauorabiles, secundæ odiosę, vt dictum est, supra in 9. pœna.

35 † Trigesimaquinta pœna addi potest, quę fere in omnibus locis obseruatur, vt secundo nubentibus fiat chariuaritum, seu capra maritum, nisi se redimant & componant cum Abbate iuuenum & soluant certam pecuniam, ex qua solent fieri festa & choreę abbatiarum, nam primo nubentibus non fit chariuaritum, quod an sit licitum & valeat tale statutum vide Ioannem Fab. institu. de iniur. §. primo, super uerbo, conuicium, vbi concludit, quod non bene facit, quod volunt Doctores in capitulo primo, extra, de respon. & in capitulo finali, extra, de secundis nuptiis, cum similibus, vbi concludunt, quod non valet statutum vel consuetudo propter quod intundatur matrimonium, idem vult Lancel. in l. inopia. §. finali, ff. de legatis primo, & late Francis. de Curte, consilio 33. incipien. Magnificus Vir. in primo dubio, & Docto. in varijs locis, & quod non valeat talis consuetudo contra secundo nubentes expresse tenet Hostien. & Præposi. post eum, in capitulo primo, in secunda columna, extra, de commu. seruo. idem etiam post Ioan. Fab. vult Ioan. Raynu. Marsilien. in repetit. authen. alearum vsus, supra, de reli. & sumpt. fune. vbi dicit, quid dices de istis chariuaritis, & dico, quod sunt inhonesti cōtra bonos mores, vt dicit Ioannes Faber, in §. primo, institu. de iniu. & ideo prohibita, quia sunt in vindictam, inuidiam vel vituperium, vt in dicto §. primo, & in capitulo, cum decorem, extra, de vi. & honest. cleric. & per illa quæ dixi, in quæstione istam præcedente, tum etiam quia per hoc deueniunt scandala & rixę. l. nam ludus. ff. ad leg. Aquil. tum etiam, quia per hoc libertas matrimonij impeditur contra l. Titia. ff. de verborum obligatio. & l. fina. supra, de sponsa. & contra dictum Apostoli, mortuo viro nubat in domino, capitulo penultimo, & fin. extra eodem, de secundis nuptiis, secundum eum addo, quod idem Ioannes Faber, etiam vult Stepha. Aufrer. in additio. Capellæ Tholosanæ 140. vbi dicit formaliter, adde quod facientes lo charauari tenentur actione iniuriarum, nec possunt excusari consuetudine cum sit contra bonos mores, vt in Auth. vt nulli iudi. §. nulli vero, ita dicit Io. Fab. insti. de iniu. in ver. iniuria. in prin. super gl secun dum eum voluit dicere in §. iniuria, super glo. in ver. conuicium, quod notetis.

36 † Trigesimasexta pœna addi potest, vt licet filia emancipata possit nubere sine consensu patris. l. filius emancipatus, ff. de ritu nuptia. tamen si sit minor vigintiquinque annis non potest secundo nubere sine consensu patris. l. uiduæ, supra, de nuptiis, sed potest dici, prout vult glossa ibi, quod illud est de honestate & consilio, & quod etiam habetur post glossam secundam, in authentica, quamuis, infra, de rei vxo. actio. vbi dicitur, quod filiæ nubenti secundo contra voluntatem patris potest prima dos minui, de quo dicatis ut ibi.

37 † Trigesimaseptima pœna addi potest, vt licet aliquando homines alicuius nobilis vel baronis teneantur ex consuetudine vel pacto, in sex vel certis casibus dominum suum iuuare, inter quos est casus pro filia maritanda, iuxta nota. per Specu. in titulo, de feu. §. quoniam super homagijs, circa fin. in ver. Et no. & tangunt Docto. in varijs locis, maxime Ioan. Raynaudi, in capitulo primo, §. firmiter, de prohi. feu. alie. per Frid. & habetur per præceptorem meum domi. Iacob. in suo tractatu feud. & glos. contra prædicta inuestiti præstiterunt iuramentum fidelitatis, in antepenultima columna, cum sequenti, & fi. tamen alijs non apparentibus illud procederet in prima filia & primo matrimonio, secus si transiret ad secundas nuptias. Ita videtur velle domi. Guid. Pap. in decisio. parlamenti, 57. in fine, argumen. tex. in l. sancimus, la prima, infra, de consul. lib. duodecimo, & l. boues, §. hoc sermone. ff. de verborum significa. pro quo bene facit, supra, in prima addi. ad glos. huius rubri addo, quod idem satis vult Romanus consilio 408. incipiente, in proposita quæstione, in secunda columna, versiculo secundo, probatur dum dicit, de pœna natiuitate, & de pœna matrimonij celebratione, in quo consil. tractat, an legatum factum pro propria filia maritanda debeatur primæ natæ, an vero primę maritatę, de quo etiam per Ioannem de Imola, consilio 113. incipien. in causa quæ uertitur.

38 † Trigesimaoctaua pœna addi potest, vt licet alias mater administrans bona filij de modicis rationem reddere non teneatur, tamen si transiret ad secundas nuptias, secus erit, vt etiam tunc de modicis rationem reddere teneatur, ita vult Baldus, in l. cum oportet. §. finali, infra, de bonis quæ liberis, & sequuntur ibi Paulus de Castro, & expresse domi. Iaco. de Amilia, & Docto. ut etiam dicam, in authen. eisdem pęnis, infra eodem.

39 † Trigesimanona pœna addi potest, iuxta præcedentia, ut licet alias in matre præsumatur bona fides, tamen si transiuit ad secundas nuptias, tunc in ea præsumitur bona fides. Nam tunc potius præsumitur ardere amore ad secundum maritum quam ad filios primi matrimonij. l. lex quæ tutores, infra, de administratio. tutorum, ita formaliter vult Bald. in l. precibus, circa nonam columnam, in ver. item dixi idoneus, secundum impressionem, & est infra, de impub. & alij. substi. & sequitur Francisc. de Cur. consilio quadragesimosexto, incipien. supra conuersa, in secunda columna, in ver. transeo, ad secundum, bene facit, quod vult ipse Francis. de Cur. consilio vigesimoseptimo, incipien. magnificus vir. in antepenultima columna, vbi vult quod oritur sinistra suspicio contra eum, qui inducit nouercam, per l. quarta. ff. de inofficio. testamen. & l. hac edictali, infra eodem, secundum eum, bene etiam facit, quod vult Corn. in l. iubemus, in secunda columna, in uersicu. item nota singu. infra ad Trebellia. vbi dicit formaliter. Item no. singu. ex ea parte, quod parentes transeuntes ad secunda vota sunt suspecti in rebus filiorum primi matrimonij siue sint fœminæ, de quibus non est dubium, quia censentur suspectæ etiam in vita liberorum. l. lex quæ tutores, circa fin. supra, de administratione tutorum, siue sint parentes masculi, vt ibi, secundum eum, bene etiam facit, quod vult Baldus consilio 70. incipien. apparent quædam frumenta, in versicu. super tertia, in primo volumine, secundum impressionem Mediolani, quod est de consilijs additis, & non inuenitur, secundum primam Venetam impressionem. vbi vult, ꝙ præsumitur fraus propter nouercam, vt l. hac edictali, infra eodem vbi per eum, & idem Baldus, consilio 372. incipien. casus super quo, in versicu. decimoquinto, in primo volumine, quod est consil. 175. in tertio volumine, secundum impressionem Mediolani, quod allegaui vobis, infra, in decimatertia pęna, idem etiam vult Corneus consilio 124. litera. C. in tertio volumine, vbi formaliter dicit, & de suspicione, quia iam secundo nupserat & ius suspicatur de verisimilibus. l. lex quæ tutores §. lex enim. C. de administratione tutorum, & l. prima, cum sua glos. C vbi pupil. educ. debe. Et quod habetur in authen. matri, & auiæ. C. quando mulier tute. officio fung. Et licet dicta iura loquantur in matre, tamen similis suspicio licet non tantum militet in patre, qui sæpe subducitur à nouerca in detrimentum pupilli, ut docet experientia rerum magistra, capitulo, quam sit, in principio, de electione, libro sexto, & capitulo, statutum, in principio, eodem titulo, secundum eum. Et prædicta in ista pœna, & proxime præcedenti alias consului quod licet mater relicta tutrix liberorum suorum in testamento, & expresse à testatore releuata à reddi-

tione

Source : BIU Cujas

tione rationis & reliquorum non teneatur reddere seu præstare scrupulosam rationem, per no. in l. quidam decedens. ff. de administratio. tutorum, cum similibus. tamen quia mater prædicta transierat ad secundas nuptias, tenebatur tunc scrupulosam etiam in modicis rationem reddere per supradicta. Et facit quod vult Guido Papæ, in decisione parlamenti, quingentesimatrigesimanona.

40 † Quadragesima pœna addi potest, vt licet vsufructuarius possit vsumfructum alienare. l. arboribus. §. vsufructuarius. ff. de vsufructu, tamen pater vel mater transiens ad secundas nuptias, qui existentibus liberis primi matrimonij priuatur proprietate lucrorum quæ habuit ex bonis primi coniugis vel ex susceptione alterius ex liberis primi matrimonij in bonis, quæ habuerat dictus filius ex susceptione parentis prædefuncti, & habet solum vsumfructum in dictis bonis, talem vsumfructum non potest alienare. l fœminæ, in principio, infra eodem, & ibi dicam latius post Bal. in §. primo, ubi Deo Duce videbitis.

41 † Quadragesimaprima pœna addi potest, vt licet alias patri, & matri debeatur legitima in bonis filij non existentibus descendentibus, sic econtra. §. primo, in Auth. de hęre. & Falcid. columna prima, nec possi in ea imponi onus neque grauamen etiam ascendentibus, vt vult tex. iuncta glo. in ver. sanctionibus. in l. quoniam prioribus, infra, de inofficio. testam. & vult Gid. Pap. in decisio. parlamenti 378. Sed in bonis, & de propria substantia filij ipsi ascendentes debeāt legitimam habere libere & pleno iure, vt late dicam Deo Duce, in auth. ex testamento, infra eodem, tamen pater vel mater transiens ad secundas nuptias, succedens filio vna cum alijs liberis eiusdem matrimonij superstitibus, ab intestato, vel ex testamento præter vel contra voluntatem filij testatoris, quia fotte instituit ascendentem in certa re tantum, vel in eo, quod de iure sibi deberetur vel præterijt, seu exhæredauit sine causa, quo casu venit contra voluntatem filij, vt est text. in §. cum igitur, in Authen. de non eligen. secun. nuben. qui in hoc hodie non est correctus propter secundas nuptias, in bonis, quę filius habuerat à patre vel matre perdit proprietatem & non habet nisi solum vsumfructum etiam quantum ascendit legitima ipsi parenti debita, per ea quæ latius Deo Duce dicam in dicta authentica, ex testamento, infra eodem, quod notetis, quia singularis limitatio, & non vulgata, nec alibi vidi tactam.

42 † Quadragesimasecunda pœna addi potest, vt licet alias pater vel mater ratione ingratitudinis non excludatur à successione, nisi iusta causa ingratitudinis inserta sit in testamento filij & per hæredem probatur, per not. in authenti. non licet, infra, de liberis præteritis, cum similibus, tamen pater vel mater transiens ad secundas nuptias, ratione ingratitudinis, per filios primi matrimonij probatę excluditur à successione ab intestato alterius filij defuncti in bonis, quæ talis filius prædefunctus habuerat ex paterna vel materna substantia non solum quo ad proprietatem, sed etiam quo ad vsumfructum, ita videtur probare textus in authentica, ex testamento, in verbo, ingratitudine, infra eodem, & ibi Deo Duce latius dicetur.

43 † Quadragesimatertia pœna addi potest, vt licet filius habens testamenti factionem actiuam & faciens testamentum teneatur titulo iustitutionis relinquere parentibus si non habet descendentes, iuxta notata in authentica, nouissima, supra, de inofficio. testamen. vbi tamen si parens transiuit ad secundas nuptias, quia facit iniuriam filio, non tenebitur instituere, argumen. eius, quod habetur in §. Gregoria. aliqui habent Gregoriana. quod idem est, in authentica, de non elig. secundo nuben. ita dicit Barba. in capitulo, Raynutius, in 87. columna, extra de testa. quod putarem verum si filius solum haberet bona paterna vel materna, arg. eorum quę dicta sunt in proximis præcedentibus pœnis, sed in bonis aliunde quæsitis ista opinio esset periculosa, cogitabitis, quia alibi non vidi tactam.

44 † Quadragesimaquarta pœna addi potest, vt licet alias pater sit legitimus administrator & vsufructuarius bonorum aduentitiorum filij in potestate, l. prima, infra, de bonis maternis, & l. cum oportet, infra, de bonis quæ liberis, tamen pater transiens ad secundas nuptias, habet solum vsumfructum in bonis habitis à prima coniuge vel susceptione liberorum primi matrimonij in dictis bonis si illum vsumfructum amittat & applicetur filio primi matrimonij qui habebat proprietatem ratione proprię potestatis, in talibus bonis pater non recuperabit, nec habebit vsumfr. vt videbitis Deo Duce in l. generaliter, in prin. infra eod.

45 † Quadragesimaquinta pœna addi potest, vt licet parens superuiuens, qui lucratus est aliquid de bonis coniugis præmorientis si non transit ad secunda vota possit pro libito quæcunque alia lucra alienare tanquam bona sua propria propter dotem & donationem propter nuptias, de quibus dote & donatione propter nuptias, solum potest alienare portionem ipsam contingentem pro nu. liberorum, vt habetur in l. generaliter. §. finali, & ibi dicam, & in authen. vxore, si tamen, infra eodem, tamen si transiuit ad secunda vota nihil de illis potest alienare, neque disponere in præiudicium liberorum primi matrimonij. l. generaliter, in princ. infra eo. & §. si vero spectat, in auth. de nup. imo ipso lucrante in vita filij primi matrimonij illa habebunt, quia lex ei dat in remuneratione iniurię, quam fecit eis parens propter secundas nuptias, vt latius dicam Deo Duce, in l. generaliter, §. fina. infra eodem, vbi videbitis.

46 † Quadragesimasexta pœna addi potest, vt filius matrem secundo nuben. non teneatur dotare, vt volunt Doct. in l. j. ff. solu. matr. & ibi do. Alex. in 10. colum. referens alios, videatis ibi Doctores.

47 † Quadragesimaseptima pœna addi potest, vt mulier secundo nubens existentibus liberis primi matrimonij sine expressione quantitatis dotis in dubio non videatur dare secundo viro illam dotem quam dederat primo, licet aliud esset in liberis non existentibus, vt vult Bartolus in disputatione quæ incipit, quædam mulier habens amplum patrimonium, per casum. l. hac edictali, in principio, infra eodem, & refert Angelus, in §. fuerat, in decimasexta columna, in fine, institu. de actio. de quo latius Deo Duce dicetur in dicta l. hac edictali.

48 † Quadragesimaoctaua pœna addi potest, vt licet virginibus nubentibus à parentibus, & amicis soleant fieri donaria seu dari aliqua iocalia in fauorem, & gaudium matrimonij noui, quodque potest adduci in argumen. text. in §. primæ si quidem in authent. de nuptijs, & l. si cum ante. & ibi glos. prima. & l. cum te, supra, de donatio. ante nupt. cum similibus. Et, vt docet experientia, quæ est rerum magistra capitulo, quam sit, in principio, de electione, libro sexto. Et tangunt Bartolus, & Doctores, in l. sed si plures. §. in arrogato. ff. de vulgari & pupillari, cum similibus, vbi quærunt cuius debeant esse talia donata sponsæ in nuptijs, & aliquid dicetur in authent. in do. infra eodem, tamen viduis secundo nubentibus non solent fieri talia donaria seu dari enxenia, siue verius pœna. vt vult Pius Antoninus, in tractatu correctionum septuaginta deprauationum in iure ciuili, capitulo sexto. Sed solet fieri canonizatum, vt dictum est supra, in trigesimaquinta pœna, & potest esse ratio odiositas secundarum nuptiarum, iuxta notata supra in nona pœna, & in trigesimaquarta pœna: tum etiam, quia si in omnibus secundis, & vlterioribus nuptijs, quæ sępius à pluribus, contrahuntur, iuxta capitu. aperiant, & capitul. quod si dormierit, trigesimaprima, quęstione prima, cum simllibus, affines, & amici talia donaria facere tenerentur, nimium honorarentur in infinitum, argumento capituli, fideicommissa. §. si quis decem. ff. de legaris tertio. intelligenda est ergo dicta consuetudo in primis nuptijs, argumento l. boues. §. hoc sermone. ff. de verborum significationibus. Et per ea, quæ dixi in prima additione ad glo. huius rubricę, ubi dicitur, quod appellatione nuptiarum, solum veniunt primæ. Et optime facit quod dixi, supra in 34. & 37. pœnis.

49 † Quadragesimanona pœna addi potest, iuxta dixi, supra in quadragesimaseptima pœna, vt mulier quæ susceptа tutela liberorum primi matrimonij, secundo nubit non petito tutore non reddita ratione, & reliquis, non potest dare secundo marito, in dotem ultra tertiam partem bonorum suorum, nec similiter debet in testamento relinquere, lege prima, & in authentica, eisdem pœnis, infra eodem. quæ authentica non est hodie correcta, vt ibi dicetur, quod puto isto casu habere locum etiam post annum luctus, iuxta ea, quæ Deo Duce dicentur in dicta. l. prima, in quinto seu sexto notab. & in dicta authentica, eisdem pœnis, infra eodem, quod est bene notandum pro limitatione eorum, quæ habentur in l. quę liberis, supra allegata, & quę habentur in l. hac edictali in ver. ne dotis, ut etiam ibi Deo Duce dicetur, & nunquam audiui, neque legi, sed ex quęstione facti illa collegi. & hæc de penis, quia pro nunc alia non occurrunt.

SVMMARIVM.

1 *Nubens secundo, quæ remedia habeat vt euitet pœnas. Et per quem remitti possunt. 4.*

Testator

Source : BIU Cujas

2 *Testator an possit hæredem à quibuscunque pœnis legalibus, maxime ex præsumptione liberare.*

3 *Maritus an possit dare licentiam uxori superuiuenti, vt renubat, & quid de uxore.*

Et an pœnæ sic renubentium euitentur, & quæ.

REMEDIA PRO secundo nubentibus.

Numeratis his pœnis secundo nubentium, quæ pro nunc occurrunt aduersus dictas pœnas, quod profecto vtile videtur remedia colligere, quibus secundo nubentibus prouideatur, vt illas pœnas euitent.

1 †Primum itaque remedium est, vt secundo nubere volens seu intendens faciat, quod primus coniunx det sibi licentiam secundo nubendi expresse vel tacite, sibi aliquid relinquendo, si secundo nubat, tunc si secundo nubat de licentia primi coniugis euitat pœnas secundo nubentis, ita vult glo. in §. primo, siue in ver. siue vir. & ibi bonus textus, in versicu. secundum vero. & in versicu. disponat, qui alias est. C. in Authentica, de nuptijs, columna quarta, & est bonus textus, in l. si vir vxori, cum sequen. infra, de conditio. & demonstratio. & ibi Baldus, & Imola, ibi ex illo textu colligunt valere relictum sub conditione nubenti factum à viro. Addo, quod habeo apostillam super volumine meo, in §. si autem tute. in Authentica, de nuptijs, quæ formaliter. Sed nunquid istę pœnæ poterunt remitti per patrem liberorum in testamento. dicunt quidam, quod sic non per. l. quidam discedens. ff. de administratione tutorum. Sed dic contrarium, vt est casus. ff. ad Tertullianum. l. secunda. §. quod si pater, nec aliud dicit dicta apostilla vult inducere illum textum, hoc modo, quod licet si mater non petat prouideri de tutore filio impuberi priuetur eius sustentatione, vt dicta l. secunda, §. si mater, si tamen testator prohibuit ne peteret tutorem, tunc si ipsa petat, sed legitime administrat non priuabitur successione, non licet impubes decesserit, quasi dicat, quod non patitur pœnam priuationis hæreditatis ratione tutoris non petiti, quia non petijt de licentia patris liberis, & eadem ratione idem dicendum est in proposito, & ad idem pōt induci text. in §. penultimo, versiculo, & si forte. ibi, cum patris voluntate secuta sit, in dicta l. secunda, ff. ad Tertullianum, sed clarius in proprijs terminis nostris probat hoc tex. iuncta glossa, in dicto versi. siue vir. in §. primo, in Authentica, de nuptijs, quam glos. commendat, & notat ibi dominus Petrus de Monte Acuto. & licet alij Doctores, nihil ibi dicant super ea, & sic videantur tranſire cum ea, & eam probare, ex quo non improbant per ea, quæ in simili litera dicit Corneus consilio 146. in primo volumine, & consilio vigesimo octauo, dicta l. secunda, in secundo volumine, tamen Baldus, in l. fœminæ, in principio, infra eodem, in lectura antiqua notat illum textum, in dicto §. in Authentica, de nuptijs, & glo. illam ordinariam, ad hoc, & sequitur præceptor meus, in dicto capitulo, fœminæ, in principio, infra eodem, & ibi etiam dicam. idem vult Baldus, in l. filium quem habentem, in tertia columna, & ibi dom. Iaco. de Aurelia. in octauo not. & Paulus de Castro, in tertia columna, & dom. Alexan. in apostil. ad Bald. & Ias. in septima columna, in secundo nota. qui tamen loquitur post annum luctus, idem etiam vult ipse Baldus in l. prima, circa duodecimam columnam, infra, de his, quæ pœnæ nomine. in versicu. ed iuxta hoc quæro, vbi dicit, quod textus, in dicto §. disponat, eleganter probat, † quod à quibuscunque pę
2 nis legalibus maxime venientibus à præsumptione potest testator liberare hæredem, quod est nota. dignum, secundum eum, idem etiam expresse vult Baldus, post annum luctus, in l. prima, in quarta columna, in versiculo, sed pone prior maritus, infra eodem, & ibi domi Alexand. in apostil. & prę ceptor meus, & ibi dicetur, idem vult ipse Bal. consilio ducentesimo quadragesimo, incipien. ad euidentiam præmittendum est, in primo volu. quod est consilium quadragesimum secundum, in tertio volumine, secundum impressionem Mediolani, idem vult Baldus, consilio ducentesimo octuagesimo octauo, incipien. iuxta casum illius bonæ mulieris, in tertio volu. quod est consil. trecentesimum octuagesimum sextum, in primo volumine, secundum impressionem Mediolani, idem etiam late vult Angelus, consilio trecentesimo sexagesimo sexto, incipien. Doct. insignis, in secunda parte consiliorum, Ang. postea impressa, circa secundam columnam, vbi etiam ponit rationem, idem etiam late uult Ludo. de Roma, consilio ducentesimo decimonono, incipien. ex themate, circa princip. & idem Ludoui. suo singula. trecentesimo quadragesimo octauo, alias trecentesimo quinquagesimo, incipien. tuscis, quod si mulier, qui tamen loquitur post annum luctus, quod etiam assignat rationem, & idem sequitur Cępolla in cautela ducentesima trigesima quinta, incipien. si non mater, in fi. & Barb. in repe. l. cum acutissimi, circa vigesimam quintam columnam, infra, de fideicom. & Præpositus, in capitulo finali, in fin. columna, extra eo. vbi alleg. Angelum, in dicto consilio, incip. Doct. insignis, alleg. tamen consi. 347. sed est consilium 367. secundum impressiones, & Franc. de Cre. suo singulari 54. & Angelus Are. in suo tractatu testamentorum, in glo. donec castè, & honestè vixerit, in tertia columna, vbi dicit esse notandum pro limitatione dictæ l. fœminæ, infra eodem, idem etiam vult Iason in l. secunda, in no. j. de indic. vidui. tol. & satis Socy. hoc vult, in repetit. l. cum auus, in quarta columna, cum sequen. ff. de conditio. & demonstr. post Barb. in dicta l. cum acutissimi, & pauci ita renent omnes Doctores, post glo. in versiculo, siue vir, quod indubitanter procedit, quando coniunx dat licentiam nubendi post annum luctus, vel si secundo nubens nubit post annum luctus, & in hoc non solum communiter, sed oēs Doc. concordant. & aduerte, quia dicta glo. no. in versic. siue vir, in §. primo, in Authen. de nup. loquitur solum in bonis, quæ coniunx superuiuens lucratus est de bonis coniugis præmortui, & loquitur tam in viro, quàm in vxore, & ipsam allegat ad hoc Barto. ad aliud propositum, in l. fœminæ. §. illud, infra eodem, in lectura noua, super glo. in ver. delata, dum glo. ibi dicit, idem in viro, vt etiam dico in dicta glo. & ibi satis decidit Barto. quod idem sit in his, quæ habuit, ex sustentatione filiorum primi matrimonij, sicut in his, quæ habuit in nuptijs a primo viro, & idem vult Ang. Are. in loco proxime allegato, vt etiam latius dicetur Deo Duce, super dicta glo. sed quia diuersitas est magna inter Docto. præalleg. † an maritus vel vxor possit dare licentiam, vt superuiuens coniunx secundo nubat etiam intra annum luctus, quod tangit expresse Bal. in l. j. infra eod. in lectura noua, & tenet quod non, & sequuntur plures & magis communiter Doct. vt patet in locis prealleg. contrarium tamen tenent Paulus de Cast. Bologni. & aliqui, quod puto verius & late Deo Duce dicetur in dicta l. j. infra eod. vbi est locus ordinarius, ideo ibi reseruo dicendum. sed dubium est, an isto casu, quando de licentia primi coniugis secundo nubit euitet omnes pęnas secundarum nuptiarum, & sic etiam pęnam l. hac edictali, in princip. infra eodem, dico hoc ideo, quia glo. & Docto. præallegati loquuntur in hoc remedio in relictis à primo coniuge, seu lucratis de bonis ipsius primi coniugis. dixi vobis, supra proxime, in versi. & aduerte idem esse in habitis ex successione filij primi matrimonij, quæ ille filius habuerat à parente prædefuncto. tunc enim quia per secundas nuptias non fit iniuria, nec contristatur anima primi coniugis, vt in dicto §. qui vero, in Authen. de nup. & uolunt Docto. in locis præalleg. ex quo coniunx dat licentiam l. 1. §. vsque adeo. ff. de iniur. & l. cum donationis, supra, de transact. & regula, scienti. de regu. iuris, libro 6. quod satis uidetur velle glo. in dicto §. quę vero. nunc super verbo, priorem maritum, dum dicit, quod noluit eam nubere. ergo a contrario sensu si voluit eam nubere non contristatur anima primi coniugis. idem etiam videtur velle glo. postea sequens, super verbo maritum, dum dicit prohibuerit ad aliud venire matrimonium quasi sentiens aliud esse si non prohibuerit, sed permiserit, & hanc rationem reddit Angelus in dicto consilio 366. & Roma. & Docto. post eum in locis præallegatis, vnde non videtur mirum si in similibus bonis, quæ prouenerunt ab ipso coniuge, vel de bonis suis, ex successione liberorum operetur talis consensus, & licentia transeundi ad secundas nuptias in præiudicium liberorum primi matrimonij, sed quia per secundas nuptias etiam sit iniuria liberis primi matrimonij, vt dicetur in sequenti remedio, uidebatur dicendum, quod in pœnis principaliter introductis in fauorem liberorum primi matrimonij non concernentibus bona primi coniugis, & sic dicta l. hac edictali, infra eodem, patet per suum consensum, sine licenria ipsis filijs primi matrimonij non posse præiudicare, maxime in his, quæ à patre ad vxorem non prouenerunt, uel econtra, quid dicendum? istam quæstionem nunquam uidi per scribentes in specie tactam, licet Romanus, & Angelus, in locis, infra allegandis, aliquid tangere videantur, & licet Baldus, in dicto consilio ducentesimo quadragesimo, incipiente, ad euidentiam præuidendum, in primo uolumine, quod est consilium quadragesimum secundum, in tertio uolum. secundum impressionem Mediolani, expresse uelit, quod si testator uellet posset derogare omnibus pœnis, secundarum nuptiarum

quæ

Source : BIU Cujas

quæ imponitur ſecundo nubenti poſt annum luctus. §. diſponat,in Aurhen.de nup. idem ſatis videtur velle Bald. in d. l.filium quem habentem. in 3. col. & ibi Do. Iaco. de Aurelia. poſt eum, & idem ſatis expreſſe vult Bartol. in d.l. prima, infra de his, quæ pę. nomine. dum dicit quod a quibuſcunque pœnis legalibus &c. & idem vult Cæpo.in d.caute. 235. in fi. dum dicit in aliquam pœnam. nihilominus puto quòd per talem licentiam ſecundo nubenti non euitabit ſecundo nubēs.pœnas d.l. hac edictali.quinimo puto ꝙ primus ꝙiunx non poſſit remittere pœnam.d.l.hac edictali. in princ.per rationem prædictam.item quia illa pœna nondum eſt incurſa, & vigore illius nullum ius competit filiis primi matrimonii. niſi poſt mortem ſecundo nubentis, vt dicetur Deo duce, in d.l.hac edictali. item quia non concernunt æqualiter bona primi mariti,ſed ſolum ſecundo nubentis.pro quo etiam bene facit quod vult conſil.217.incip. quæritur vtrum ille in 3. col.quòd eſt conſi.246 in 1.volu. ſm impreſſionem Mediolani,dum dicit hic eſſe ſtatutum non ſolū in fauorem filij, q fecit teſtamentū,ſed etiam fauore aliorū filiorū, vt C. de teſta.mili.l.fi.vt latius dicam inf.in ſeq. remedio. & hoc in ſpecie ſatis vr decidere Roma.in d.conſi.219.incip. ex themate conſultationis,in 2.dubio concludit in relicto facto vxori ſi ſcđo nubat nō habet locū diſpoſitio.l. hac edictali.& per ibi pulchre per eum allegata, & quia illud relictum peruenerat a primo viro.ideo per licentiā datam per eum ſecundo nubēti,vr in totum ſublata pęna ſecundo nubentis,& ſic a ꝫrio sē ſu vr ſentire ibi Ludo.ꝙ in aliis bonis habitis ab alio q̃ a primo viro mulier ſecundo nubentis ēt de licētia primi viri nō poſſet liberis primi matrimonij p̄iudicare ꝫ diſpoſitionē.d.l. hac edictali.addo ꝙ hoc etiam ſatis in ſpecie vr decidere Ange.in d.conſi.346.incip.Doctor inſignis.dum inter cætera cōcludere vr ꝙ in caſu illo ſecūdus maritus lucratur vigore ſtatuti & pacti pluſquam relictum ſit filiæ primi matrimonij cō tra diſpoſitionem.l.hac ædictali.propter conſenſum ſeu ratificationem filiæ primi matrimonij,& non conſiderat ibi Ange.ſolum conſenſum primi coniugis,niſi in bonis prouentis ab ipſo primo coniuge,vt ibi latius per eum.pro hoc etiā bene facit ꝙ vult Bar.in d.l. hac edictali. in fi. princ. inf.eo. quē ſe quuntut Doct. vt ibi Deo duce latius dicetur. nec obſt. ꝙ voluit Bal.& Doct.præal.dum voluit ꝙ teſtator poteſt derogare omnibus pęnis ſecundarum nuptiarum ſiue quibuſcūque legalibus prouenientibus ex præſumptione, quia rn̄deo ꝙ ex mente Doct.& iuribus per eos allegatis illud dictū intel ligendum eſt de pęnis ſecundarum nuptiarum in fauorem filiorum primi matrimonij introductis in bonis ab ipſo teſtatore,& primo coniuge prouentis, & eius honorem concernentibus,arg.l.ſi arrogator.§.ſed an impuberi. ff. de adop. cūſimi.ſed in non prouentis a primo coniuge,& non concernētibus eius honorem vel fauorem talis licentia vel conſenſus non præiudicat filijs primi matrimonii quibus fit iniuria argu.d.§.ſed an impuberi.& l.1.§.vſque adeo.ff. de iniu. & per ea quæ in ſimili videbitis in 2.& 3.remedio.ꝙ notetis qa alibi non ſic reperietis. Veruntamen licèt iſtud remediū ſit pulchrum,& vtile:quia tamen ſemper non ſubuenit volenti ſecundo nubere quia multi coniuges nunq̃ darent licentiam ſecundo nubendi ſuperſtiti imo relinquunt ſi non nubat vt §.1.ver.nunc.in Aut. de nup. vnde ſumpta eſt aut.cui relictū. inf.de indi. vidui.tol. Alii vero decedunt ab inteſtato. & per hoc dedicta licentia vel conſenſu non apparet.præterea per hoc remediū nō tollit diſpoſitio.l.hac edictali,in prin.inf.eo. dictum eſt ſup.proxime,ideo quærēdū eſt de alio remedio.

4 Secundum remedium eſt † vt mulier vel vir ſecundo nubat de conſenſu filiorum primi matrimonii. ita vult gl.a contrario ſenſu in §.1.in ver. copulatur, in Aut. de non elig.ſecun.nuben.col.1.dum dicit glo. inuito filio.nā a contrario ſenſu ſi volente filio primi matrimonii pater nubat euitabit omnes pœnas in fauorem filiorum primi matrimonii introductas & ad hoc Ang.ibi dicit illam glo. ſing.& ſubiicit,& ideo ſit cautus aduocatus qui cōſuluit mulieri ſecundo nubenti habenti filios ex primo matrimonio, quia p talem conſenſum mulier omnes pęnas euitabit, ſm eum idē vult Ang.in l.mater.inf.ad Tertu.ſm ꝙ refert ibi Sandalia. & referunt Doct.in varis locis,licet in mea lectura Angeli,Ange.ibi hoc non dicat.idem etiam late vult ipſe Ang.cōſi.366. incip.do.inſignis.circa 3.col.in 4.ver.2.fallit. in pen. col. vbi etiam vult idem eſſe in ratificatione liberorum primi matrimonii ꝙ eſt notandum,quia nō memini expreſſe alibi vidiſſe.idem etiam vult Ludo.de Ro.conſi.209.incip.ex themate conſultationis.in ver.4.idem tenet etiam ipſe Ro. ſuo ſingu. 250.incip.tu ſcis ꝙ ſi mulier.in fi.idem vult & ſequitur Bar. in repe.l.cum acutiſſimi,circa 25.col. ꝫ. de fideicō. vbi alleg. Ro.in d.conſil. idē formaliter vult Præpo. nunc Card. Alex. in c.fi.in fi.col.ꝫ.eo.idem vult Fran.de Crema ſuo ſing.64.in fi. & Cepo. in caute. 235. ſecundum impreſſionem quā habeo idem vult Nico. de Vbal.in tract.ſucceſſionum ab inteſtato,in l.j. & Lud. Bologni.in addi. ad tract. ad tacitam ſucceſ.ab inteſta.in 17.col. in 52. addit. & idem vult præceptor meus in Auth.ex teſtamento,in fi.ꝫ. eo. & Iaſ.in l.2. in 1.no. in verſic.limita. ꝫ. de indic.vidu. & ipſe Iaſ. in l.filium,quem habentem.in 8. col. s̃. famil.erciſc bene facit ꝙ vult Paul.de Caſt.in l. ſi proponas.§. ſi hæreditatem.ff.de inoffi.teſt.in lectura quam fecit in iſta ciuitate Auenionen. vbi dicit ꝙ ille tex. facit in argumentum contra filios primi matrimonij ꝫhentes cum nouerca cui plus relictum, quàm eis,vt videatur renunciare beneficio.l. hac edictali.C.de ſecun. nupt.ſecundum eum, ꝙ tamen dictum non puto ſimpliciter verū per ea quę Deo duce dicentur poſt Bald.in d.l.hac edictali.§. ſi vero pluſquam.ꝫ.eo.& in effectu cum prędic.deciſione gl. tenent omnes Doct.& prædictam gl. quaſi omnes reputant ſing. cum dicit,inuito filio,pondero text. ſoluto,in Auct. de nupt. dum dicit forſitan contriſtari, quaſi vellet dicere ꝙ ſi conſentiant filii primi matrimonii,tunc non contriſtantur, nec eis fit iniuria, & ideo cū miniſterio ibi dicitur forſitan. & cum d.gl in ver.ſiue vir.in §. 1. in Auct.de nup. alleg.s̃.in primo remedio, ſatis concordare videtur gl.in 6.ver.nullam fiduciam,in §.1. in Auc. de non eligen.ſecun nub. ſi tamen ponderetur dum dicitur a contrario ſenſu, dicit tamē Ang. in d.conſil.376. in pe. co. ꝙ aliqui non habent in d.gl.inuito filio. ſed habent in vita filii, & tunc gl. non probaret id ad ꝙ allegatur,ſed licet non probaret,verum eſt.& in d.conſil.per eum probatum,& Cepol.in d.cōſil. 226. dicit quod illam gl. aliqui non habent,ſed debet eſſe ſecundum eum.tamē quia communiter habetur inuito filio,& Doct.ita referunt & allegant illam gl. in hoc non eſt inſiſtendum, quia dictum eſt veriſſimum,& indubitatum,ſecundum omnes Doct.

FINIS.

TRACTATVS

D. Nicolai Faiani Viterbienſis, per modum Queſtionis, hactenus non impreſſus, An mulier tranſiens ad ſecunda vota, dicatur caſtè & honeſtè viuere.

SVMMARIVM.

1 *Mulier tranſiens ad ſecunda uota, an dicatur caſtè uiuere. Vſusfructus uenit ab adita hæreditate.*
2 *Vſufructuarius an faciat fructus ſuos antequam ſatisdet.*
3 *Vſusfructus omnium bonorum legari poteſt.*
4 *Matrimonium reiterare, dedecus eſt, & verecundia.*
5 *Viduę ſecundo nubentes ad uiros de nocte uadunt.*
6 *Mulierum ſecundo nubentium conditio.*
7 *Vidua dignitatem, forum, & domicilium primi viri retinet.*
8 *Mulier quæ habuit plures viros ſepelitur in ſepulchro ultimi uiri.*
9 *Matrimonium multis calamitatibus opprimitur.*
10 *Anima primi uiri triſtatur ob tranſitum ad ſecunda uota uxoris.*
11 *Nuptiæ replent terram, uirginitas paradiſum.*
12 *Mortui, quomodo ſciunt, quæ facta ſunt in mundo.*
13 *Honeſtas, quid.*
14 *Caſtitas, quid.*
15 *Remaritans dicitur ſe proſtituere.*
16 *Matrimonia ſecunda ſunt lupanaria.*
17 *Pudicitia, quid contineat. & uirginitas & caſtitas.*
18 *Verba æquiuoca ſecundum quòd vulgariter ſumuntur attendi debent.*
19 *Legatum vſusfructus dicitur annuum*
20 *Mulier pro tempore, quo ſtat vidua, fructus lucratur.*
21 *Priuilegium ſiue emphiteuſis ſi cōcedatur mihi, & omnibus deſcendentibus maſculis & fœminis, deſcendentes per lineam femininā illud ſortiuntur ſi uiduę ſunt.*

DOmine Deus ordinatione tua perſeuerant dies, quia omnia ſeruiunt tibi, da mihi intellectum, & ſcrutabor legem tuam,& cuſtodiam illam in toto corde meo & cęt. In quæſtione,an mulier tranſiens ad ſecunda vota dicatur caſte, & honeſtè viuere,

Source : BIU Cujas

Nic. Faiani, An mulier transſ. ad ſecun. vo. &c.

&c. præmitte, ꝙ vſusfructus venit ab adita hæreditate. ff. qñ dies vſuff. le. ce. l. 1. §. dies aũt. & C. de fideicõmiſ. l. eã quã. cũ
2 ſi. † non primo facit fructus ſuos q̃ ſatiſdederit. ff. de vſufruc. le. l. ſi cuius rei. § fi. & C. eo. l. vſusfructus. ff. de vſufru. le. l. vxo ri: licet in ꝟrium videaꝫ facere. l. hac edictali. §. iis illud. §. finautẽ. vbi vꝝ quod debet peti, ſed vide Cy. in d. l. 1 vſusfructꝰ.
3 C. de vſufru. & Bal. in l. j. eo. ti. † Item omnium bonorum poteſt legari vſusfructus. ff. de vſufru. l. 3. tñ nõ debet excedere extimationem dodrãtis omnium bonorum, ut. ff. de uſufruc.
4 l. l. uxori. Et quòd perdat legatum facit, † quia reiterare matrimonia eſt dedecus & uerecundia. 21. q. 1. c. fi. & in Authen. de reſti. & ea, quæ pa. §. fin. & glo. de ſecund. nup. §. pe. & in corpore, de nõ eligen. ſec. nub. §. optimũ. in prin. a ꝟrio ſenſu & licet ſecunda matrimonia ſint licita, non ſunt honeſta ſecundum mores, ut d. c. fi. 21. q. 1. & in conuentionalibus non ſolum attẽditur quod licet, ſed quod eſt honeſtum. ff. de reg.
5 iu. l. ſemper in conuentionibus. † & ideo uadunt de nocte ad maritum propter uerecundiam, quod ſecus eſt in uirginibus, in quibus eſſet dedecus habere uerecundiam in nuptiis. 30. q. 5. c. nec iſtud ocioſum. & legitur Geneſ. 34. in fi. & uidua
6 non dicitur procul a uirginitate, ut d. §. optimum. † nec caſtè uiuit, nec inuiolatum torum uiri ſeruat, & negligit defuncti memoriã, & caritatẽ filiorũ, in corpore, de nup. §. finautẽ tutela. Et dixit dominus. erunt duo in carne una, & non plures. 31. q. 1. quomodo uirginibus, & Geneſ. 2. & Matthæ. 19. Et triplici ratione dicuntur duo in carne una. Primo iuris fictione, ut 27. q. 2. ſunt qui dicunt. nam efficiuntur unum corpus per carnis immiſtionẽ. 4. diſt. ſicut uiri. & dicitur uxor pars corporis uiri. 27. q. 2. Agatoſa. & 33. q. 2. admonere. in princi. Secundo propter carnalem uniratem cum datur debitum, 1. unum corpus carnale efficiendum, dicto c. ſunt qui dicunt, & ſicut eſt unum corpus, ita debet eſſe unus anim'. 31. q. 1. de neptis. & lugubres ueſtes ſunt religio luctus. l. j. C. de ſecundis
7 nup. Item dꝝ uidua uxor primi uiri. † Item retinet eius dignitatem forum & domiciliũ. l. fœminæ. de ſenato. ad munici. l. fi
8 lii. §. uidua. & de priu. ſcho. l. quoties. lib. 12. C. de in co. l. fi. † Itẽ ſepelitur in ſepulcro primi uiri. 12. q. 2. c. unaquæque & ſi habuerit plures uiros, cũ ultimo ſepelitur. de ſepultur. c. 3. lib. 6. Sed ſecundo nubendo oĩa perdit in corp. de nupt. §. non tamen. Item maritus legauit uxori ſuæ quandiu caſtè &c. ſe l ſi deſiit eſſe uxor ſua, ergo deficit legatum. & licet poſſet dici ꝙ caſtè dicatur uiuere in ſec. matrimonio. d l. quot. de priui. ſcho. lib. 12. & ibi Bart. ſed attenditur mens teſtatoris, & ſcriptum eſt, uiri diligatis uxores ſicut corpore ſua, qui uxorem ſuam diligit, nunquam carnem ſuam odio habebit, ſed
9 nutriet, & fouet eam. ad Ephe. 5. c. in fi. & uidua debet durare in primo matrimonio ſeu coniugio, in Authen. de nup. §. ſoluto. † & matrimonium multis calamitatibus opprimitur.
10 C. de impo. lu. de. l. fi. circa medium, lib. 10 † & per tranſitum ad ſecunda uota triſtatur anima primi uiri. in corp. de nu. §. q̃
11 uiro. † & nuptiæ replent terram, & uirgines paradiſum. 32. q. 1. c. nuptiæ. & uide plene per Bar. in l. fi. Non tm̃ credas mortuos uenire ad uiuos, ſed ſub tanta ſimate. 26. q. 5. epiſcopo.
12 Sciunt. n. mortui quæ facta ſunt, ab angelis uel ab iis qui hinc recedunt, ut tenet Auguſt. in li. de agenda cura pro mortuis,
13 & tex. in d. c. faciatis. † honeſtas eſt moderatio morũ, † & ca-
14 ſtitas moderatio oculorũ. Itẽ ſecũdũ Hieron. vidua, & canis redit ad uirũ, ſed uirgo excuſatur, qa dulcius putat eſſe quod
15 neſcit. Itẽ remaritans dicitur ſe proſtituere. 31. q. 1. c. uirgini-
16 bus. Et dixit B. Greg. † ꝙ ſecunda matrimonia sũt lupanaria, nec dicitur pudica. C. qñ mu. tu. offi. fungi põt. l. fi. unde Bal. in addi. gl. decre. 32. q. 5. in ſumma, ꝙ ſi maritus legat uxori donec pudice uiuat, intelligitur ꝺ plena pudicitia, ꝙ ſe nõ remaritet. Cy. in l. fi. C. de iudi. dicit ꝙ renubendo mulier dicitur
17 caſtè uiuere. † pudicitia tm̃ large ſumpta complectitur omnẽ caſtitatẽ in muliere, tamẽ in uirgine dicitur uirginitas, in cõ iuncta pudicitia, & in vidua cõtinente caſtitas, in ſumma. 32. q. 7. Addeĩ materia iſta la. de Belui. in corp. de nup. §. q̃ uero,
18 & Bar. de non eli. ſec. nu. §. cũ igitur. † Quando uerba ęquiuoca capiuntur a iure ſecundum unũ ſignificatum, tunc non debemus illud attendere, ſed ſecundum ꝙ uulgariter ſumitur
19 ut eſt tex. 35. q. 6. quod autẽ. † Scias ꝙ legatũ uſusfru. dicitur annuũ, & de anno in annũ lucratur, ut tenet. Cy. in l. 2. C. de ĩ
20 dic. uidui. facit l. 1. & l. tract. quibus mod. uſus. amit. † unde pro tpe quo ſtat uidua lucratur fructus, ut eleganter dixit
21 Bar. in d. l. quot. de priui. ſcho. li. 10. † Quòd ſi mihi, & oĩbus deſcendentibus meis maſculis, & fęminis conceditur aliquod priuilegiũ ſiue emphyteuſis, ꝙ deſcendentes ꝑ lineã fęmininã ita demũ ſortiuntur priuilegiũ ſi uiduæ ſunt, nõ autẽ ſi ad maritum conuolauerint, ut d. l. quoties. & eſt rõ ſecũdũ Bar. qa poſtquam uirum aſſumunt in totũ dicuntur in alterum ſe transferre & ſtatum ſuum mutare. &c.

TRACTATVS

Exquiſitiſsimus ſolennisque de vtraq; Bigamia viri clariſſimi Ioannis Montaigne Iuris vtriuſq; conſulti. In quo de Bigamię ortu, effectu, diſpoſitione, diſpenſationeque, & per quẽ fieri habeat, quantum Azo, Hoſtienſis, Archiepiſcopus Florentinus, Antonius, cęterique profundiſſimi autores diffusè tractarunt, paucis reſtrictus.

Ad reuerendum in Chriſto patrem mihique reuerendiſſimum dominum, dominum Carolum Robertet Albien. epiſcopum digniſſimum Ioannes Montaigne, inter Cæſarei iuris magiſtros minimus, cum ſui deditione loco ſalutis ſubiectionem.



Poſtolus anthonomaſice Paulus vas diuinæ optionis ſeminiuerbius & euangelice declamator magnificus in epiſtola ſua prima ad eius diſcipulum Timotheum 3. c. breui ſermone, ſed de illo magnifico ſenſu, quo in cæteris vtitur in quolibet eccleſiæ prælato requiſita diſſerens ſic ait. Oportet epiſcopum (cuius appellatione vniuerſos eccleſiaſticos ordines ſecundum diuorum Auguſtini & Ambroſij veridicam interpretationem deſignauit) eſſe vnius vxoris virum. ex qbus verbis (abnegatiue intellectis, iuxta communem Theologorum, & Canoniſtarum ſenſum hic eſt non plurium) patenter colligitur, quod bigamia promotione ad ordines, & titulos eccleſiaſticos Apoſtoli prænotata irrefragabili ſentẽtia prohibentur. Verũ, quia circa Bigamiam multa dietim in foro & ſcholis occurrunt dubia, quorũ nonnulla apoſtolica egerent declaratione ad honorem & reuerentiã ſummi & æterni numinis, vt in omnibus & per oĩa ſm Apoſtolũ honorificetur Deus, tuiq; glorioſi nominis decus cui indignus in ſile ıtiarij officio deſerui meũq; ne ingenium torpeat & corpus ocio & voluptate tabeſcat deniq; vtriuſque iuris cẽſurę tvronum ac eorũ, qui in iudicijs verſantur cõpendiũ tractatuum de Bigamia, qua potui verborum breuitate ex diuerſorum autorũ dictis ſententijs & opinionib. excerpſi quam replicata rõne reuerende oĩbus pater ſuo dignitatis faſtigio dedicaui, cũ in locũ apoſtoli iure ſuccedas a quo dicta prohibitio emanauit, merito ad tuam excellentiã eiuſdẽ interpretatio optimo iure ſpectat, qui eadẽ autoritate & officio fungeris, & ſimilem cũ illo, imo eandem ptãtem adeptus es. Tũ, quia a magnificentia tua non paruo annuo ſtipendio remuneratus ſum, vt mercenarius tuus inutilis æſtimari rectè valeam. Quoq;, vt id velut notiſſimũ prętermittã, tãta in te bonarũ artiũ & ſcientiarũ viget diſciplina ſimul ac rerũ experiẽtia, vt Aureliũ diuũ Auguſtinũ coepiſcopũ tuũ emulatus nihil a te (qꝺ vtile ſit) ignorari ꝑmittas. æquo aĩo igiẽ recipere nõ dedigneẽ tua reuerenda pr̃nitas munuſcula ſerui tui, qui maiora offerre, ſi copia deẽ, paratꝰ ẽ. Sedẽq; nõ in gazophilatiũ, ſed tñ, ſi benignitatis tuæ aĩo ſedeat, tali loco repoſita habere digneris, vt detrahẽtiũ canũ morſib. non mõ lacerenẽ, ſed hoc amplius vnico impetu deglutianẽ. Mos. n. Iuuenũ, & inexpertorum eſt ꝟ omnem etiam amicum & notũ latrare, & qꝺ plus eſt laniare & prius dijudicare q̃ cognoſcere. Vale digniſſime preſul, & bene valeant qui ſincero corde ſalutem tuam zelant. Et vt gregem tuum tecum perducas ad perẽne præmium paſtor ęternus concedere tibi dignetur qui eũdẽ ligni ignominioſa & acerba morte redemiſſe perhibetur.

Ad lectorem.



On exiſtimet quiſquã me nouũ opus cudere, ſed duntaxat ex alienis lapidibus & cementis veteribus & nouis hoc ergaſtulum fabrefeci: quippe retroactis ſeculis numero plures & qualitate præcellẽtes fuerũt qui hãc (quam aggredior materiã) Bigamiæ nõ tã diffuse q̃ inſubtiliter ad modum epilogi, quod ſummã vocant, pertractarunt, inter quos Goff. Ray. Haſt. Hoſtien. Antoni. Floren. Archipreſul. Ang. Cla. Baptiſta de Salis ordinis minorum vltra Theologos, maximè Bona. ſanctum Thomam, Richar. de med. vil. Sco. in 4. lib. ſenten. diſtinct. 27. Orbellum eodem lib. diſtin. 33. quæſt. 2. quorum vmbra auctoritatem & ſcientiam meam longe antecellit. Verũ quoniam non parum eſt ex aliena materia corpus aliquod confi-

cere,

Source : BIU Cujas

cere, adeo quod iure disponente forma attrahit ad se materiã, vt qui dñs est materiæ illius dominiũ amittat & transeat in eũ, q eandem, maxime bona fide, informat. Insti. de re. diui sio. §. cum ex aliena. ff. de acqu. rerum do. l. adeo, §. cũ quis. ad hoc, quia forma est q̃ dat esse rei. & illam conseruat in suo esse. hĩc est quod totum multoties denominationẽ accipit ab ea parte q̃ illud informat, verbi gratia, totum corpus humanum anima appellatur tanquã illius informatiua, l. sancimus. 1. C. de sacrosanc. eccl. in fi. qñ dicit. Cum nõ absurdũ est animas hominum, vbi glo. pe. corpora animata quibuscunq; rebus præferri, merito volens ex pluribus spicis manipulũ colligere a tyronũ campo ciuili militantium vtilitatem, & causarum patronorum leuamen, q vt plurimũ librorum multitudine, saltem illorum reuolutionem ad decisionem quæstionum emergentium fastidiunt, opusculũ præsens de bigamia, eo facilius & breuius quo ualui cõpilaui. Causam aũt dedit edicto quidam annis adolescens, malorum autem prætertim incontinentiæ inueteratus, qui coram misso dominico, quẽ officialem episcopi vulgo dicimus, inquisitus fuit, & ore proprio conuictus ꝙ simul tres duxerat vxores & easdem carnaliter cognouerat. & cum certaretur priuilegio fori gaudere deberet necne quæstione indecisa de forensis iudicis conniuetia, quia cum dicto officiali sub eodem domino militabat idẽ iuuenis effeminatus prætoris ecclesiastici iudicio mitratus publice fuit, & post decennalem in arcto carcere custodiam perpetui exilij sniam excepit. hoc id circo pusillũ munus lectores nõ rugata fronte sed læta facie, vt offertur susci pite, & non manum sed animum porrigentis attendite certa & fide indubitata tenentes qđ facilius aurũ sapientiæ & vinũ scientiæ si apud me forent, q̃ cuprum & ciceram quibus abũ do, vobis dono gratuito exhiberem. Et si qd quod facillimũ nõ hæsito, hoc in horreolo petrosum, & immudum inueneritis, cribro benignitatis, & fraternæ emẽdationis purgate nõ eñ Augustinus sũ qui tñ eps a puero nec dũ anniculo paratum esse dicebat edoceri, sed arundo inutilis ignorantiæ vẽto circumagittata. Vale fælix, & pro me iilũ deprecare q pro pcõribus ĩ vterũ ĩtemeratæ virginis dignatus fuit descẽdere.

Proœmium cum diuisione operis.

RÆsens *tractatus expeditur per quæstiones numero septẽ principaliores iuxta numerum litterarum alphabeticarum seu clementorum in quibus dictio bigamia componitur.*
Prima quæstio erit diffinitionis decisiua.
Secunda etimologia sitiua siue, vocabuli allusiua.
Tertia originis bigamiæ inuestigatiua.
Quarta bigamiæ partitiua seu distinctiua.
Quinta effectuum eiusdem demonstratiua.
Sexta quod contrahatur elucidatiua.
Septima, & ultima, an super bigamia despensari valeat, & per quem patefactiua. Et sub his septennario ordine dubitationibus plurmq; aliæ hæsitatioens & quæstiunculæ terminabuntur.

De numero septenario.

Huic numero septẽ ꝙueniunt septẽ ecclesiæ sacra quę enumerat glo. in c. veniẽs. de transa. ex quorum vnius matrimonij defectu bigamia auriga nostra procedit vt dicetur in diffinitione eiusdẽ, septẽ carismatũ dona spũs paracleti, septem virtutes ꝫ totidem vitia mortalia, septẽ opera misericordiæ, tã corporalia q̃ spiritualia sine q̃bus impossibile est hominẽ saluari, septẽ diacones sup quos apostoli manus imposuerunt, & eosdem ꝓposuerunt mensis credẽtiũ siue ꝙuersorũ. Act. 6. c. septem gradus cõsanguinitatis & affinitatis q olim erãt in prohibitione ꝙiugij. 35. q. 2. & 3. p totũ. in cognatis siue ꝙsanguineis ꝙiunctis ex patre matris succedit iure prætorio vsq; ad septimũ gradũ, Insti. de succes. cog. §. fi. & no. glo. in c. 135. q. 2. licet hodie p ius Auth. quo est subla ta differentia agnationis & cognationis saltẽ quo ad successionẽ ab intestato vt in Auth. de hęr. ab. intest. ve. co. 9. §. 1. & in auth. defuncto. C. ad Tertu. & auth. cessante. de leg. hæ. Pariformiter. veniunt ad intesta. successionẽ agnati, & cognati vsq; ad decimũ gradũ vt no. in d. §. vlt. de suc. cog. Septẽ planetæ q̃ humanis corporib. & cũctis terrestrib. salua. ꝙditoris autoritate dñant, septẽ dies q̃bus mũdi machina ꝙstricta fuit Gen. 1. c. & ipsis vniuersum tẽpus voluit, septem horæ canonicæ, diurnæ pariter & nocturnæ. Psal. 118. vbi septies in die laudẽ dixi tibi. c. 1. de celebratio. missarũ. septẽ psalmi pœnitẽtiales ad peccatorũ remissione admodũ cõferentes. Item tractatus de pœnitentia a Gratiano monacho. 7. distinctionib. cõcludit, septẽ annis duplicatis Iacob seruiuit Labã socero pro Rachel futura vxore. Gen. c. 29. septẽ boues crassas, & obesas siue pingues spicas quoq; totidẽ plenas vbertatem septennẽ iuxta Ioseph interpretationẽ p̃dicẽtes, necnõ alias septẽ boues tenues & macilentas cũ eiusdẽ numeri spicis vacuis & arescentib. sterilitatis p̃ septennio futuræ indices vidit Pharao rex Aegypti in somnis. Gen. 41. c. Dauid rex tradidit Gabaonitatis septẽ viros de stirpe Saul, qui crucfixi sunt. 2. Reg. 21. c. septẽ de animãtib. terræ, & totidem de cęli volucrib. mundis masculus & fęmina intraucrũt in archã Noe, vt saluarent̃ a diluuio. Gen. 7. c. septẽ quoq; mulieres appræhenderunt virum vnũ, Esa. 4. c. in prin. In orõne dñica, septẽ salutares petitiones ꝙtinent̃. de qua in c. a nobis. 2. de sent. excõ. & ponit̃ ad longũ, Mat. 11. Luc. 11. in scđa ẽt tabula manu Dei uiuentis scripta q̃ Moysi seruo suo tradidit septẽ præcepta cõtinebãt̃ q̃ proximũ respiciũt. Exo. 20. & 25. & Deut. 10. c. forte diuisit hæreditatẽ Iosue inter septẽ tribus ppli. Israel. Iosue. c. 29. septẽ fratres Machabæi. qa carnib. porcinis ꝙ legẽ suã vesci noluerunt, ab impijssimo tyranno trucidati sunt. 2. Mach. 7. c. In. Epheso ciuitate tpib. Deci. Monarchæ septem Chriani fuerunt q 372. ann. vt placet qbusdã, vel cẽtũ 96. vt cõior & verisimilior hẽt historicorũ opinio, dormierũt, vnde dormientes vulgo appellant̃, septem ecclesijs Asiæ scriplit Ioannes Euangelista Apocalypsim, q vidit septẽ candelabra aurea p q̃ Dyaconi designant̃ Apoc. 1. c iuncto ca. Dyaconi. logrãde. 93. di, Idęq; Ioannes vidit in dextera excelsi libri ũ sigillis septẽ signatũ, ãgelos septẽ, phialis septẽ tenentes in manibus suis, & totidẽ tubas. eo. c. 6. 8. 11. & 25. vbi ẽt fit mẽtio de septẽ plagis nouissimis necnõ bestiã habẽtẽ septẽ capita. c. 13. ac mulierẽ meretricẽ sedentẽ sup bestiã coccineã similiter habẽtẽ septẽ capita, vt eo. c. 17. septẽ testes in testõ scripto siue solẽni & nũcupatiuo regulariter exigant̃. l. hac ꝙsultissima, in prin. & §. p nũcupationẽ. C. de test. l. ad testium. ff. e. & Inst. đ. test. or, §. vl. Totidẽq; req̃rũt in depositione subdiaconi & aliorũ clericorũ Romanæ eccłię. 2. q̃st. 4. c. psul. septẽ crines ĩ capite Sãson hẽbat in qbus fortitudo illius admirabilis nimis ꝙsistebat. Iudi. 16. c. septẽ ordines obtinet militãs. ecclesia & nõ plures fm theologos quorũ tres maiores vocant̃, alij minores in l. presbiteros. C. de episc. & cle. 21. dist. cleros. mulier q̃dã septẽ fratres successiue habuit ĩ maritos, Mar. 12. Maria Magdalena septem dæmonia habuit quę Chrs eiecit Mar. 16. & p illa septẽ dæmonia vniuersa vitia designant̃, qa n. septẽ dieb' oẽ tps cõprehẽdit recte septẽnario nume. vniuersitas figurat̃. Ista sunt aurea verba beati Gregorij ĩ Omel. sup illud euãgelij Lucæ, rogabat Iesum quidã Phariszus, pariter septẽ viros habuit Sara filia Raguelis vxor Thobię iunioris quos diabolus prima nocte cũ essent in cubili ꝙ libidinis cã magis q̃ prolis ꝙxerant diuino nutu suffocauit, Thobię. 6. & 7. c. Septẽ Doctores req̃runt̃ in examinatione & approbatione licentiandi vel Doctorandi. l. si qs in archiatri. C. de ꝓfe. & medi. lib. no. glo. fi. in l. magistros eo. tit. & l. memini. C. de aduoca. diuer. iud. Io. And. super glo. vlti. in c. 1. de celebra. missa septem præterea hebdomadis ꝙcludit quadragesimale ieiunium & totidem inter Pascha. & Pentecosten, inueniuntur septem dies qui præcedunt festum Natalis dñi & Paschæ etiam alij septem qui sequuntur feriãdi sunt. l. omnes dies. C. de ferijs. & c. conquestus eodem titu. annis septem regnauit Dauid in Ebron tertij Reg. 2. hebræi septem dieb. azima fm legem Mosaycã ꝙcedũt, Exo. 22. Leuit. 23. Numeri 25. 3. & 2. Paralipo. 30. c. septẽ receptacula habet mulier in vulua, vnde septem liberos cõcipere simul & parturire põt. l. si pr̃. ff de solu. tunc. l. antiqui. ff. si pars hære. pet. not. in l. sed & si restituatur. § fi. ff. de iudi. primogenita deo offerenda erant septẽ diebus cum matre sua ablactanda, vt Exo. 22. & Leui 23. ca. in fi. vtriusque sanctificauit Moyses & asperst altare vicibus septem steterunt Aaron & filij eius ministri domini septẽ diębus in ostio tabernaculi donec cõpleret̃ tps eorum ꝙsecrationis Leuit. 8. c. coniungendo prin. cũ fine, quolibet anno septimo dabat̃ a populo Israel requies possessionibus suis sic ꝙ non licebat eo in tpe agrum serere, nec vineam putare, hoc amplius fructus quos tunc humus sponte gignebat non licebat metere aut colligere. Leu. 25. c. in princ. Maria soror Moysi & Aaron, quia cũ Aarõ fratre suo murmurauerat in Moysen domini secretarium candida lepra percussa septem dieb. fuit extra castra populi Dei Numeri 12. c. vbi etiam habetur quod filius in cuius faciem pater spuit debet septem diebus rubore suffondi. septem vicibus circunierunt filij Israel ciuitatem Hierico. & septem buccinis sacerdotes præcedebãt archam fœderis dum Hierico obsiderent. Iosue 6. ca. in princip. Ex prædictis & infinitis alijs similibus quæ adducere magis foret laboriosum quã subtile illustratur & corroboratur glo. or. de pœni. di. 1. in sum. glo. maior. in fin. quæ dicit ꝙ septenarius numerus est perfectus arg. cap. nuptiæ. in fin. 32. q. 1. quod

Source : BIU Cujas

Ioan. Montaigne, de bigamia.

intelligendum & exponendum eſt. i. multis ſimilibus approbatus ſecundum Hiero. clarius Brix. in addi. ad gl. ſuper ver. ſenarius, in proœ. ſexti libri decre. proprie tñ & in terminis arithmeticorū loquēdo ille dr̄ numerus perfectus q̄ ꝯſtat ex oībus ſuis partibus aliquotis ſimul iunctis, vt numerus ſenarius vnum quidem ſex vicibus ꝯſtituit eundē numerū & his tria. Itē ter duo. & ita bene loquit̄ tex. in d. proœ. q̄ ſenarius numerus eſt pfectus ac ſeptenus numerus non eſt huiuſmodi tolle exēplu bis duo nō faciūt ſeptē, ſed ſolum quatuor, ter duo ꝯſtituūt ſex tm̄ quatuor vicibus duo, octo ofic. unt, & ſic de ſimilibus. vñ cū non ꝯſtet ex ſuis aliquotis portionib. liquet ſm̄ præfatā doctrinā cōiter approbatā q̄ dictus computus vere non dr̄ perfectus. ſuper hoc omnino vide. gl. totā arithmeticam, & valde no. in d. proę. ſuper ver. perfectus circa medium nec putet quiſquā abſq; ratione, prædicta ſimilia in medium adduxiſſe. ad hoc. n. me impulit autoritas maximi Pōtificis Bonifa. octaui. q̄ in ꝓęmio ſexti libri decretaliū ſenarium numerū exaltauit cōciliū Anatheñ. de quo in c. 1. de celebra miſſa. vbi gl. fi. adducit quædā de ſimilitudinibus præcitatis. Innoc. 3. Item ſumus pontifex in concilio generali. c. non debent, de conſang. & affinita. §. prohibitio, vbi quaternariū numerū inſtantia tali cōprobat q̄ quatuor ſunt humores in corpore, qui ex quatuor cōſtāt elemētis. 10. quoq; decretorū aurea voluminis gloſſator irrefragabilis ſeptenariū numerū, vt ſup. retuli dicit fore pfectū. d̄ pęni. diſ. 1. in ſū.

SVMMARIVM.

1 *Bigamiæ diffinitio examinatur, & declaratur.* 20.
2 *Bigamus omnis eſt irregularis.*
3 *Irregularitas unde dicta, & quomodo contrabatur. & quotuplex ſit.* 5.
4 *Leuitæ unde dicti.*
6 *Matrimonium cęteris ſacramentis antiquius, & an, & in quibus alijs dignius. & utilius.* 21.
7 *Sacerdotes qualiter dicantur comedere peccata populi.*
8 *Matrimonium carnali copula roboratum, an quando, in quo ſolubile.*
9 *Bigamus, a cura, & promotione repellentur.* 10. 11.
12 *Societates omnium bonorum factæ inter coniuges cuius effectus. Et de alijs ſocietatibus.*
13 *Vxor tenetur maritum ſuum vocare dominum non econtra.*
14 *Vxor an uiro ſit ſubdita. & qualiter intelligendum. Et quod ſeruitium illi debeat.* 19.
15 *Dictio Alius, cuius effectus.*
16 *Vxor utrum inuito uiro poſſit eligere ſibi ſepulturam, Et per non electionem ubi ſepelienda.*
17 *Vxorum libertates & priuilegia, licet uiris ſint ſubditæ.* 15. 16.
18 *Vxor nunquid poſſit uirum de adulterio accuſare, & qualiter.*
19 *Vxores defenduntur ab maritorum imperio, & ſubiectione.* 30.

Quæſtio prima.

6 quibus verbis conuenit, † ꝙ in militante Eccleſia ſunt tres ſtatus. ſ. virginum, quæ ſanctimoniales Deo dicatę tenent continentiam, qui clericis religioſis & viduis cõuenit, ac coniugatorum, qui caſte viuere dicuntur. c. Nicena. 31. diſt. l. mulier. §. cũ proponeret. ff. ad Treb. in Auth. de nõ eligen. ſec. nub. §. cum igitur, col. 1. no. in c. ꝙ are. de cle. coniuga. & per hos tres ſtatus quaſi quoſdam gradus ad ſummam beatitudinem peruenire poſſumus, d. c. hæc ſcripſimus, & clarius in c. firmiter. §. ſacramentũ, iunc. gl. fi. de ſum. Trinita & matrimonium eſt vnum de ſeptem Eccleſiæ ſacramentis. s̃ alia pluribus mirificis dotatũ prærogatiuis quas ſuperius explicaui. merito Apoſtolus ad coniugiũ omnes inuitat dicens. j. ad Corin. 7. c. propter fornicationem, ſubaudias vitandam vnuſquiſq; habeat vxorem ſuam, & vnaquęq; ſuum virũ, & poſt pauca, ꝙ ſi non cõtinent nubãt. Melius. n. eſt nubere, quàm vri, hoc eſt ętternaliter damnari, quæ verba recitat, non tamen ſic ad literã, Io. Fab. in rub. Inſti. de nup. ponens ibi multa in laudem matrimonii, & docte inſtruens nubere volentem, quæ conſiderare debeat. Item Chriſtus redemptor humani generis, & author nuptias multipliciter approbauit, primo ex virgine Ioſeph deſponſata naſci volendo. Secundo in nuptiarũ ſolennitate cum eius intemerata genitrice, & Apoſtolis præſentiam in Chana Galilcæ exhibendo, & mirabiliter aquam in vinum conuertendo. hæc probantur Mat. 1. Luc. 1. & 2. & Io. 2. tranſumptiue 27 q. 2. §. cum ergo, ſub. c. ſufficiat. c. omne itaq;, & c. qui deſponſatam. Tertio, quia prohibuit viri & vxoris ſeparationem, quam lex Moſayca permittebat. Deu. 24. Matt. 10. & 19. Mar. 10. c. & dixi. s̃ latius. Ideo autem forte prouinciales contrahere nuptias ſtultitiam reputauerunt propter innumerabilia onera, quæ coniugati vtriuſq; ſexus habẽt ſufferre mariti in tolerandis † mulierum fragilitatib. & imperfectionibus,
7 & in alendis eiſdem cum liberis, & familia nonnunquam populoſa, & in reddendo debitũ eidem vxori, ſed mulier econtra, ꝙ viro ſubdita ſit, quod prægnans onerata, in partu doloroſa, ac in partus educatione, & ablactatione laborioſa exiſtat conqueritur, ad hoc Gen. 3. & de conuer. infide. c. ex literis, cõia vtriuſq; onera, quia aliquando ſi diuites tamen ſteriles, aut ſi pauperes liberis abundãt, & vnde ſe, & illos alant neſciunt, interdũ infirmitatibus, & aliis diuerſis caſibus fortuitis, qui in alterutrius perſona accidunt, alter torquetur. l. ſi cũ dotem. §. ſi maritus. ff. ſol. mat. ibi, Quid. n. tam humanum eſt, quàm vt fortuitis caſibus mulieris maritum vel vxorem viri participem eſſe hincinde liberorum calamitatibus, & cædibus, impellente naturali ratione, compatiũtur illorum vitiis
10 in inſolentiis, quibus adoleſcens ætas plena eſt. 12. q. 1. omnis ætas, cruciãtur. a diuinis obſequiis vtrunq; vacare neceſſe habent, de cle. coniug. cap. diuerſis & aliis pluribus implicantur erumnis, quibus conſideratis dixerunt diſcipuli ad Dominũ. ſi ita eſt cauſa hominis ad vxorẽ non expedit nubere. Quibus reſpondit. non omnes capiunt verbum iſtud, ſed quibus datũ eſt, & poſt pauca. qui poteſt capere capiat. volendo dicere, melius eſt ab vxore abſtinere, ſed non omnes poſſunt. Mat. 19. c. poſt prin. & 33. q. 5. c. qui ſitit. & 32. q. 7. c. omnes cauſationes. Paulus quoq; prima epiſtola ad Corin. 7. c. dicit, dico autem non nuptis, & viduis bonum eſt illis ſi ſic permanſerint ſicut ego, & j̃. eo. c. de virginibus autem Domini præceptum non habeo, ſed conſilium do tanquam miſericordiam ꝓ ſequutus a Deo, vt ſim fidelis. exiſtimo. n. hoc bonum eſſe propter inſtantem neceſſitatem, quoniam bonum eſt homini ſic eſſe. alligatus es vxori noli quærere ſolutionẽ, ſolutus es ab vxore noli quærere vxorem. Si aũt acceperis vxorem non peccaſti, & ſi nupſerit virgo non peccauit, tribulationem tamẽ carnis habebit huiuſmodi. Ego autem vobis parco. & in fi. d. c. ſubiungitur. Igitur & qui matrimonio iungit virginem bene facit, & qui nõ iungit melius agit. mulier alligata eſt legi quãto tpe vir eius viuit, ꝙ ſi dormierit vir liberata eſt a l. cui aũt vult nubat tantũ in domino. Beatior autẽ erit ſi ſic permanſerit ſecundum meum conſilium. Puto autem, ꝙ & ego ſpiritum Dei habeam, & diuus Herony. ſuper illud Matt. 19. c. inquit, non expedit homini ad regna celeſtia tendenti accipere vxorem. d. c. qui ſi it no. gl. fi. in c. firmiter, de ſum. Tri. vbi Io. And. & Pan. referunt verbum Ariſtotelis, qui interrogatus a ſcholari, an ſibi vxorẽ ducere liceret necne. reſpondit, quodcunq; egeris te pęnitebit volens innuere ſecũdum eoſdem, durum eſt matrimonium contrahere propter onera, quæ habet implicita, & quod a contemplatione retrahit. Rurſus difficile eſt ab vxore abſtinere, propter ſtimulos carnis, quibus facile reſiſti non valet. Cicero etiam oratorum princeps vxore ſua Terentia repudiata rogatus ab Hircio, vt ſororẽ ſuam duceret vxorem, nequaquã annuit, dicens, non poſſum philoſophiæ pariter & vxori ſeruire. Refert Hiero. cõtra Iouinia.
8 lib. 1. Io. And. ſuper verſ. placere. in d. c. diuerſis. † & ibi Pan. 1. no. dicens vlterius, ꝙ volens ſtudio operam dare debet eſſe, quaſi contemplatiuus. Ideo nihil eſt magis nociuum ad ſtudii exercitiũ, quàm vxoris conſortium, & ſecundum Gul. de monte Lau. & Card. in cle. ex eo. 1. opp. de ſen. excom. caueãt ſibi viri ne cũ abſtinent ab vxoribus religionis cauſa, aliis viris locum parent. Debent. n. viri ſuas mulieres cuſtodire cum ſint earum caput, vnde vir dicitur a virtute, & mulier a mollitiæ. ideo imputatur viro ſi mulier delinquit. & ſubiicit ꝙ in Cathalonia & multis aliis partibus vir cucurbitatus ab vxore, & inuitus, & ignorans ſoluit fiſco. 40. ſolidos. Pariſiis vero ſedens ſuper aſinum verſa facie ducitur per totam villã vxore trahente aſinum & præcone clamante, qui ſic faciet, ſic accipiet, & quod canõ talibus infligit irregularitatem, intellige bigamiæ, ſi eam ex poſt, etiam ignoranter, carnaliter cognoſcant. 34. diſt. c. ſi cuius. ideo clericis vxoratis conceditur, vt poſſint vxores tenere in compedibus. 33. q. 2. c. placuit. Item mulier nutrit comam. 30. diſt. quæcunq;, & licet ibi dicatur ꝙ in ſignum ſubiectionis, Lau. tamen dicit hoc eſſe, vt viri habeant, vnde poſſint eas trahere & ligare, licet alibi dicatur.

Ille lauat laterem, qui caſtigat mulierem.
Qui plus caſtigat, plus in amore ligat.

Ideo coniugati ſunt inter duo perplexi, propterea dicit Canon de talibus, nauigaſti, vxorem duxiſti. 26. q. 2. c. nos nouimus, hæc Car. ibi s̃. † ſed profecto, quæ de Cathaloniæ & Pariſienſi conſuetudine retulit non ſunt vera, & ſatis inhoneſtè
9 loquitur attento eius ſtatu, qa Doctor & ſumme doctus, ac Cardinalis, ſed non eo tempore. denique Aurelius Auguſti. ſcribens ad Bonifacium Comitem. cum ergo te eſſe in hoc propoſito. ſ. continendi gauderemus nauigaſti, vxorem duxiſti, refert Gratianus. 17. q. 2. c. 2. vbi glo. 1. dicit, ſicut nauigans ſubiicitur variis periculis, nec proprio motu regitur, ſed ventis, ſic habens vxorem.

Nunc redeundo ad verba opinionis noſtri Hoſti. ſecundum eum, bigamus interpretatur alio modo, & iuridice homo boni cõiugij a gamos (ꝙ eſt) coniugium, inde monogamus binus vxorum vir trigamus, qui habuit tres vxores. Et ſic de aliis, vnde dicit Hierony. ad Pãmachium ſcribendo, non damno bigamos, imo nec gamos, & ſic dici poteſt octogamos. Ego libera voce proclamo non dãnari in Eccleſia bigamiam aut trigamiam recitatiue. 31. q. 1. c. aperiant. ad hoc. 26. diſtin c. 1. ibi vnius vxoris virum. ideſt monogamum. vel tertio ſecundum eundem Ho. bigamus quaſi duarum vir mulierum a gamos
10 mulieri, vnde Troiana ciuitas Aſiæ dicta fuit † Pergama, quia propter mulierem Græcam nomine Helenã Menelai Regis vxorem igne ſuccenſa fuit, a pir (ꝙ eſt) ignis & gamos mulier, & hoc habito reſpectu ad ſecũdam dictæ ciuitatis euerſionẽ,

quæ

Source : BIU Cujas

Ioan. Montaigne, de Bigamia.

quæ temporibus Priami, Græca manu valida facta fuit. Ad primam dum Laomedon Troianis imperaret, inuictissimus Hercules perfecit inde Exionam regis genitam abducēdo, cuius recuperandæ affectus sequentis exitij causa fuit, & de his latè per Darē Frigium, & Guidonem de Columnis qui, post Mantuanum Maronem Virgilium, in lib. Aeneidorum, oratione soluta latius de his disseruerunt. de Troia, dicit gl. in l. si vsusfructus. ff. quib. mo. vsusfru. amitta. ꝙ fuit passa aratrū
11 & desiit esse ciuitas, vt Carthago. † Inter has allusiones bigamiæ, tene secundo loco positam ex tribus. s. relatis, quia prima vulgaris, iocalis, & temeraria vltima falsa, si verbum mulier, non restringatur ad vxorem, sed tunc in idem recideret cum præcedenti, & accipiendo propriè verbum mulier, pro qualibet fœmina, vt l. mulieres. ff. de verb. sig. no. gl. in cle. j. de reli. do. sequeretur, ꝙ qui habuit duas concubinas diceretur bigamus, ꝙ est omnino falsum & absonum, tex. est in c. quia circa. de bi. fa. c. fraternitatis. 33. dis. Item Deus sibi prius synagogam, inde ecclesiam copulauit, concubina repræsentat synagogam, vxor vero ecclesiam, quæ est vnica sine macula, & ruga. no. Hosti. eod. tit. §. quare bigamus. ver. conformitas, vbi no. hunc articulum declarat, & coaptat, quæ statim retuli, nostro proposito. Et hanc vlti. ethimologiam sequuntur Ioannēsis in suo Catholico, & episcopus Sipontinus, in Cornucopiæ. Et hæc quo ad secundum.

SVMMARIVM.

1 *Bigamia a quo iure ortum habuit.*
2 *Matrimonialis legis præuaricator, quis primus extiterit.*
3 *Bigamia in antiquo testamento, quando figurata fuerit.*
4 *Bigamia nunquid de iure naturæ fuerit reprobata.*
5 *Bigamiæ veræ effectus, a quo sumpsit exordium.*
6 *Irregularitas quando, & vbi figurata.*
7 *Iudiciarius ordo a quo iure taxit originem,*
8 *Iudiciorum duę sunt partes substantiales.*

Quæstio tertia.

De origine bigamiæ

1 TErtio est videndum, quo iure fuerit introducta. † Et primo aspectu, videtur qđ a iure naturali primæuo. Nam Lamech, qui fuit sub lege naturæ, dicitur inuenisse Gen. 4. c. 3 1. q. 1. c. quomodo virginibus. no. Io. An. in nouel. in c. vni. de biga. lib. 6. Et fuit iste Lamech filius Matusale, filii Maniael, & Manial filius Irad, quē genuit Enoch, qui in paradisum delitiarum fuit translatus. vbi adhuc est in corpore & spiritu, & permanet vsq; ad futurum generale iudicium. hūc genuit Cayn fratricida, vt in d. c. Gen. Et ita si bene computaueris dictus Lamech, sexto gradu, per lineam descendentem, quæ recta dicitur, Adam cōem humanorum stipitem attingebat, vnde illius quadrinepos dici potuit, hic Lamech simul duas habuit vxores, quarum vna Ada, Sella altera dicta fuit. Ex quo videtur posse inferri, ꝙ habens duas vxores hodie vnam de facto alteram de iure censetur verus bigamus, licet Doctores tam Theologi, quàm Canonistæ, cōi ore illum appellāt interpretatiuum, nec aliquem moueat, ꝙ sub lege naturæ pluralitas cōiugiorum erat permissa. Nam secundum veridicam cōem magistrorum sententiam nunquā licuit de lege cōi plures simul habere viros vel vxores. Ideo di
2 cit Nicolaus de Lyra super illud Gen. 4. c. quod † primus legis naturalis præuaricator, quo ad matrimonii institutionē, fuit iste Lamech, in quo considerāda veniunt verba illa, quibus coniugium dicitur fuisse institutum, & a Deo præmeditatum masculū & fęminam creauit illos. Gen. 1. c. & in 2. c. eodē dicit. Non est bonum hominem esse solum. Faciamus ei adiutorium simile sibi, & ꝭ. tulit vnā de costis eius, & repleuit carnem pro ea, & ædificauit dominus Deus costam quam tulerat de Adam in mulierem, & adduxit eam ad Adam, dixitque Adā, hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea, propter hoc relinquet homo patrem & matrē, & adhęrebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna, hæc vocabitur Virago. Qm̄ de viro sumpta est. in quibus verbis pondera, ꝙ sp̄ scriptura vtitur singulari numero, ad denotandū vnitatē, & solitudinē in matrimonio, & illam sententiam allegauit Christus, cōtra Iudæos pluralitatem vxorum defendentes. Matt. 19. Mar. 10. & Paulus ad Corin. 6. & 2. c. ad Ephe. 5. c. & quod iure naturæ fuerit prohibitum plures simul habere viros aut mulieres, est bo. tex. in c. gaudemus. §. quia, de diuor. Ideo autem supra dixi de lege hōi. quia iuxta. l. priuatam, hoc est reuelationē diuinam, quibusdam vxorum multiplicitas non fuit ad peccatū imputata, sed per illam excusati fuerunt, vt Abraham, Iacob, Dauid, et Salomon, ac alii plures Patriarchæ, Prophetæ, et sancti viri, qui plures habuisse legūtur vxores, sicut idem Iacob a mendacio, filii Israel a furto, et Sāson ab homicidio immunes fuerunt, de primo Gen. 27. de secundo Exo. 3. 11. et 12. de tertio Iud. 16. c. de omnibus recitatiue, in d. c. gaudemus, ver.
3 nec licuit. † Præterea bigamia figurata fuit in antiquo testamento, quando Dominus præcipit Noe, ꝙ ingrederetur arcam ipse, & vxor eius, & filii cum eorum vxoribus, & quod induceret in eā bina, ex diuersis animalibus terræ, masculini & fœminini sexus, idem de volucribus, iumentis, & omni reptili iuxta genus suum Gene. 6. in fi. & in c. seq. in prin. dicitur, ex omnibus animantibus mundis tolles septena, & septena masculum, & fęminam. Idem de volatilibus cœli, de animantibus vero immundis duo, & duo masculum, & fœminam, super quo passū pulchrè di. Ambr. & habetur. 32. q. 2. c. nuptiæ, quod impar numerus mundus, par autem immundus iudicatur, & ideo in numero impari arcā ingrediuntur munda animalia, ne vno illorum deficiente supersit, cum quo coniunctio iteretur, ecce quàm exosa habetur bigamia, vt in animalibus, ratione carentibus prohibeatur. dicit quoq; idē Amb. vbi supra, quod Moyses legifer diuinus describens creationē cœli, & mundi per septem dies, in omnibus diebus (præterquam in secundo) addidit, & vidit Deus, ꝙ esset bonū, ad dandam intelligentiam, non esse bonum numerum duplicē, qui ab vnitate diuidat. Leuit. quoq;. 21. c. dicit, virginē ducet vxorem, viduam autem & repudiatam, & sordidam atq; meretricem, non accipiet sed puellam de populo suo, & Ezech. 4. c. vltra meditum loquens, & de sacerdotibus, viduam & repudiatam, nō accipiet vxores, sed virgines, de semine domus Israel. Ex quibus verbis colligitur, ꝙ tam per legē Mosaycam, qūā propheticam, bigami repellebantur.

4 †Sed in oppositum, quod bigamia non fuerit iure naturæ damnata probatur, nam Abraham, & Iacob (qui sancti patres fuerunt, & quibus Deus facie ad faciem loquebatur, & futura prædicebat) plures habuerunt vxores Gene. 16. & 30. c. In lege quoq; Mosayca dabatur libellus repudij, & plures simul tenebatur vxores. Deu. 24. & diuor. c. gaudemus. Sub. l etiam prophetica reges, prophetæ, & sacerdotes sancti, & electi Domino, plurimas sibi eodem tempore copularunt vxores, vt probaui in prima particula huius tractatus, & vltra ibi dicta legitur. 2. Paralypo. 24. c. quòd Ioyada sacerdos, qui vnxit Ioyas in regem, habuit duas vxores. Ad hoc dico, & concludo (saniori iudicio, semper saluo) quod iste terminus bigamia, est magistralis, siue a magistris inuentus. Patet ex his, quæ dixi in secunda parte, ponendo bigamiæ interpretationē, nec inuenitur eius mentio in aliqua parte veteris, aut noui testamen-
5 ti. † Effectus autē bigamiæ veræ, hoc est irregularitas, & prohibitio siue repulsio, ab ordinibus ecclesiasticis, & mysteriis diuinis, ab Apostolo Paulo, sumpsit exordium, qui ad Timotheum discipulum scribens, ait in c. oportet episcopum irrepræhensibilem esse vnius vxoris virum. Vbi notādum, quod appellatione episcopi, voluit omnes clericos comprehendere secundum Ambr. scribentem ad Vercellenses, dicit. n. sic. cognoscimus non solum de episcopo, & presbytero Apostolum statuisse, sed etiam patres concilii Niceni, tractatui addidisse clericum quenquam non debere fieri, qui secunda cōiugia fuerit sortitus. 34. dist. c. cognoscimus, & Aug. super Ioan. Apostolus, quando elegit, hoc est eligi præcepit, ordinandos vel presbyteros, vel diaconos, & quicunq; ad præposituram ecclesiæ ordinandus est, nō ait, si quis sine peccato est, sed ait si quis sine crimine est. 81. dist. c. 1. Idem quoq; Paulus in epistola ad Titū, etiam discipulum suum. 1. c. dicit. Huius rei gratia reliquit te Cretæ, vt corrigas, quæ desunt, & cōstituas per ciuitates presbyteros, sicut & ego disposui tibi, si quis sine crimine, est vnius vxoris vir. Secundo notandum, ꝙ illa verba intelliguntur abnegatiue, vnius vxoris virum, hoc est nō plurium. 82. dist. c. proposuisti, iuncta gl. interpretatiua vero bigamia, quæ multis modis contrahitur, vt infra, dicitur a constitutionibus Romanorum Pontificum, authoritatibus generalium conciliorum, & decretis sanctorum patrū, ex identitate vel similitudine rationis processit, prout latius declarabitur in sequentibus. Bigamus autē verus, & interpretatiuus nedum per ecclesiasticas constitutiones, sed etiam per constitutionē Iustiniani, ordinari prohibetur, vt est tex. in Auth. de sanct. episc. §. clericos, eo. l. 10. modo non obstant allegata in contrarium, maxime illud Gene. 4. cap. de Lamech. nam fateor, quod ille fuit primus, qui duas vxores habuit, sed si sacerdotium fuisset apud homines tunc, aut clericatus, potuisset Lamech promoueri, cum bigamia adhuc non esset in rerum natura, nec fuit vsq; ad Apostolorū tēpora, vt prędixi. Autoritates autem diui Ambro. sumptæ ex illo Gene. 1. 6. & 7. c. de diebus seculi & animalibus, quæ arcam Noe intrauerunt ad figuram referri oportet sicut præcepta cerimonialia, de quibus Exo. Leui. Nume. & Deutero. quasi per totum, quæ ecclesiam instituendam, & eiusdem sacramenta, in aduentum

Christi

Source : BIU Cujas

Christi secundi Adam præfigurabant, vnde bene dictum est, quod antiquis omnia contingebant in figura. 1. ad Corin. epistola. c. 10. fa. c. vni. de sacra vnctio. & 8. de purifica. post par.
4 † sicut irregularitas fuit figurata in veteri testa. Domino dicente ad Dauid. non ædificabis mihi templum, quia vir bellator, & multi sanguinis es. 2. Regum. 7. 1. Paralipo. 17. 22. & 28. c. & tamen a iure positiuo subitantiã sumpsit nomen, & esse no. Inn. & communiter Doct. in c. nisi cum pridem. §. personæ, de renun. ordo etiam iudiciarius, in paradiso terresti, figuratus fuit Domino ad Adam, dicente Adam, vbi es. ecce citationem, qui ait, vocem tuam audiui Domine in paradiso, & timui eo, quia nudus essem. ecce comparitionem, & cõtumaciæ accusationem. Cui dixit Dominus, quis. n. indicauit tibi & c. In his verbis ponitur accusatio saltem inquisitio. dixitq; Adam. Mulier quã dedisti mihi sociam dedit mihi de ligno & comedi. His verbis continetur accusati vel inquisiti defensio quæ iusta non erat, merito sniam condemnatoriam excepit sub hac forma, quia audisti vocem vxoris & c. Gene. iij. c. & hoc no. Gul. Dur. in proe. Spe. col. vij. ante medium. ver. Scientia tamen placitandi nihilominus dictus ordo iudicialis a proposito dicitur processisse. not. glo. in ver. necessitate. vltra medium, Insti. de obli. §. alias, in princ. dicens q̃ sententia & omnia iudicia sunt de iure ciuili. allegat. l. ij. §. hæc dispensatio. ff. de ori. iur. hinc est quod princeps potest tollere ordinem iudiciarium saltem in parte committendo, vel statuendo, q̃ in certis causis procedatur summarie, de plano sine strepitu iudiciorum & figura. in extraua. Henri. vij. incip. ad reprimendum, vbi plene Bart. cle. dispendiosam, de iudic. & cle. sepe. de verbo. sig. q̃ non faceret si de iure diuino vel naturali foret. Insti. de iure nat. §. sed naturalia. cle. pastoralis.
5 §. cęterum, de re iudi. fa. xxv. q. 1. c. sunt quidam. †. Et q̃ iudicia processerunt a iure ciuili, vt expressum in prin. d. l. ij. ibi omniaq; manu a regibus gubernabantur, & licet glo. or. exponat ibi manu, id est arbitrio, illa tñ expositio nõ habet saporem nec vtilitatem, qa ẽt hodie oĩno reguntur arbitrio Regũ & Imperatorum superiorẽ non recognoscentium. l. j. ff. de const. prin. & Insti. de iu. na. §. sed & q̃ principi placuit legis habet vigorem. verbum. n. arbitrium, non importat nudã voluntatem sed rõnem regulatã. l. fideicommissa. §. q̃q̃ de leg. iij. no. can. signanter Pan. & Feli. de consti. c. j. & princeps non ligatur suis vel prædecessorum legibus necessitatis vinculo, sed tamen vrbanitatis funiculo. l. digna vox. C. de leg. l. ex imperfecto, dę leg. iij. c. ꝓposuit. de concess. præben. iunc. c. innotuit, de elec. Insti. qui. mo. testa. infirmen. §. vlti. intellige ergo illud verbum manu, vt iacet hoc est potentia, vt Insti. de liber. §. j. vt sit sensus, q̃ in primis Romę cunabulis ius reddebatur manu forti & armata, qua manu fiunt hodie executiones contra rebelles. l. q̃ restituere. ff. de rei vendi. hoc idẽ probatur in d. . §. deinde iunc. §. post originem, inducendo hoc modo, dicitur in d. §. deinde quod actiones processerunt a. l. xij. tabul. quę fuit initium iuris ciuilis. In illo autem. §. post originem habetur, quòd ex post fuerunt in vrbe creati certi magistratus ad debitæ executioni iura demandandum, & sic actiones, & iudices ab vrbe processerũt cum legibus. certum est autem q̃ iudicium constat ex tribus personis vere vel interpretatiue. s. actore, iudice, & reo. c. forus, versic. in omni autem negotio. de ver. sig. no. Dec. in rub. de iudi. ff. & in vol.
6 Grego ponendo diffinitionem iudicij, † & actor dicitur ab actione, sine qua nullus experitur. l. si pupilli. §. videamus. ff. de neg. ge. no. in c. dilecti, & c. examinata, de iud. quia igitur duæ partes substantiales iudiciorũ ex tribus a iure ciuili Romanorum processerunt, sequitur ipsa iudicia iuris ciuilis esse ad hoc bene fa. l. nulli. ibi cum duæ partes adesset. ff. quod cu. vni. no. & l. nominationum. C. đ decur. li. x. c. licet de vitanda, de elec. q̃ duæ partes alicuius corporis vel collegij totum ipsum constituere videntur. Ad auroritates ex Leui. & Eze. sumptas potest responderi quòd leuitæ & sacerdotes illo tempore erant prohibiti corruptam vxorem ducere propter honestatem & ordinis prærogatiuam non autem tunc statutum erat quòd duarum vel corruptarũ mariti in preteritum a sacerdotio repellerentur. Item illud magis honestatis quam necessitatis fuit, cum ex post plures tales sacerdotium ascenderunt vt Dauid, Salomon, & Ioyada de quibus. s̃. præterea nihil ibi dicitur de his qui simul aut succssiue plures virgines tamen duxerunt vxores, & hoc, de tertia parte nostri tractatus.

SVMMARIVM.

1 *Bigamia quotuplex sit.*
2 *Interpretatio quid sit, & quot modis accipiatur in iure.*
3 *Bigamus an sit qui cum vnica vidua vel ab alio corrupta contrahit.*
4 *Religiosi professi matrimonium contrahentes cum vnica virgine nunquid sint bigami, & an veniant puniendi. 5.*

Quæstio quarta.

CIrca quartum muneris assumpti capitulum de diuisione bigamiæ Guil. Du. j. par. Spe. tit. de lap. & de dispen. §. iuxta propositionis ordinem. versi. contrahitur in
1 fi. † ponit triplicem bigamiæ speciem, veram. s. similitudinariam, & interpretatiuam, & ista tria membra summatim declarando dicit, vera bigamia est cum quis mortua vna contrahit cum alia intellige legitime, & ambas cognoscit. 26 dis. c. acutius. similitudinaria quando professus cum professa religionem contrahit de facto, intelligo etiam semel, etiam non secuta copula per tex. quem alleg. 27. q 1. c. quotquot. interpretatiua vero vbi habẽs vnam vxorem de iure contrahit cũ alia de facto de biga. c. nuper. & 31. q. 1. c. quomodo virginib. in fi idem secundum Io. An. ibi in addi. si cum vidua, & illam cognoscit. c. 3. & c. debitum. §. cum ergo. eo. tit. & cum Spec. concordat Ang. Cla. in sum. in ver. bigamia, in prin. non allegans Spe. quia etiam forte non viderat, sed solum alleg. glo. in c. 1. eo. tit. voluit adducere glo. c. super eo. eod. tit. quæ tamen non ponit nisi duplicem bigamiam, vt statim dicam. idẽ Stephanus Aufrerii ĩ addi. ad quæstionem Capellæ Archiepisco palis Tholosanæ. q. 234. vbi fere in omnibus, & per omnia secutus fuit doctrinam Claua. quo ad materiam bigamiæ auto re suppresso, licet in multis errauerit, vt. j̃. dicã. Bernar. Voro Parmen. in sua gl. ordi. c. 2. eo. tit. in versi. in bigamis, ponit solum duo membra, videlicet bigamiam veram & interpretatiuam, dicẽs q̃ vera vno casu duntaxat contrahitur, sed interpretatiua quinq; vel sex, & hoc sequenti parte declarabitur. Idem Host. in Sum. eo. tit. §. quot sunt species bigamiæ. Goff. in Sum. & Ray. eod. tit. & frater Baptista Treuiala in sua Sum. dicta Baptistiana alias Rosella. eo. tit. in princ. Richar. de Media Villa. in 4. sent. lib. dist. 27. art. 4. q. 1. Nico. Orbellus in eod. lib. dist. 32. q. 2. Io. An. in gl. ordi. c. vnico, de biga. lib. 6 in versi. bigamos. Io. Ianuen. in sum. dicta Catholicon, in dictione bigamus. Albe. de Rosa. in Dictionario, in versic. bigamia. Ant. Floren. in sum. 3. parte, tit. 28. c. 3. Vocabulista iuris, in versi bigamus, domini auditores Ro. decis. 447. incipi. quoddam factum extra rotam, in nouis sub tit. de biga. & hanc opin. tan-
2 quam veriorem, & magis communem teneo, † nam interpretatio nihil aliud est, quàm declaratio quædam vel ampliatio, ex similitudine proueniẽs vel identitate rationis, ad hoc. l. 1. cum gl. 2. ff. de orig. iur. c. 1. cum gl. 3. de deci. Bar. eleganter in l. ab executione col. 3. versi. quæro secundo. ff. de app. in repe. l. omnes populi. 6. q. princi. in prin. ff. de iusti. & iu. Bal. in l. 3. C. de lib. præte. vel exhæ. vbi latè ponunt quot modis verbũ interpretatio, accipiatur in iure, fa. l. non possunt. ff. de legi. ad ꝓpositum modo proprie & strictè, & iuxta vocabuli alluſionẽ bigamus est, qui duo coniugia legitima sortitus est, vt dixi in secũda particula, sed quia bigamus principaliter propter defectum significationis vnitatis, q̃ carnem suam diuisit in plures mulieres, ab ordinibus & spiritualibus ministeriis repellitur, vt dixi in prima parte, et contrahentes cum duobus de facto, aut vna de iure, & alia de facto simul aut diuersis temporibus carnem suã diuisit in plures illas carnaliter cognoscendo, propter affectum habendi ambas in vxores cũ opere carnaliter copulæ subsecuto reputatur siue interpretatur bigamus. d. c. nuper, & c. fi. de big. da. aliud exemplũ de contrahen
3 te cum vnica vidua, vel ab alio corrupta. † Iste iuxta propriã verbi significationem non est bigamus, sed quia per carnalẽ copulam, vir & vxor efficiuntur vna caro, & eadem persona reputantur, vt. s̃. prima parte explicatũ fuit, eo q̃ mulier carnem suam in plures diuisit, videtur & vir hoc feciſſe. 83. dist. c. quisquis. 34. distin. c. si quis viduam. 1. & C. in Auth. de san. episc. §. clericos autem. co. 10. idem in aliis casibus (quibus interpretatiue, quis efficitur bigamus, quos. infr. sequenti parte latius prosequar) est videre. ergo q̃ interpretatiua bigamia nihil aliud est, quàm ea, quæ ad similitudinẽ verè introducta fuit, & in qua est eadem omnino vel similis ratio, quæ in vera bigamia assignatur, superfluum est idcirco illud membrum similitudinariæ bigamiæ a Gul. Du. (vbi. s̃. inuentum) merito resecandum in prin. 1. consti. C. §. quibus, in prin. ibi resecatis superuacuis præfationibus, Insti. in proœ. §. cumq; hoc Deo propitio, ibi nihil inutile, in proœ. decr. §. sanè, ibi resecatis superfluis. c. 2. de proba. l. hæc stipulatio. §. diuus, ibi, per quã inquum esset superuacua cautione onerare hæredem. ff. de leg. 3. nec ob. dic. c. quotquot, vbi dicitur qui virginitatem polutam, professionem contemptam preuaricati sunt inter bigamos, idest qui ad secundas nuptias transierũt, haberi de-
4 bebunt. Nihil. n. aliud probat ille tex. † nisi q̃ religiosi professi qui de facto matrimonium contrahunt, tanquam bigami puniũtur, licet verè aut interpretatiuè bigami nõ existant,

quia

Source : BIU Cujas

Ioan. Montaigne, de Bigamia.

quia intelligo illum text. etiam si semel, & cum virgine contrahant, licet eam non cognoscant carnaliter. Ibi. n solū ponderatur prævaricatio siue transgressio voti religionis, quæ in solo matrimonii contractu interuenit, ad hoc. c. virginibus. c. proposito. c. si qua virgo, & melius, c. monachi. ea causa, & q. qui cle. vel vo. ma. cō. posc. meminimus. c. insinuāte, cle. vna, de ꝑsangui. ille autem qui solum contrahit vel etiam cognoscit vnicam virginem vxorem, nullo modo potest dici bigamus, cum non diuiserit carnem suam in plures verè aut fictè, bene tamen vt bigami puniuntur, propter voti transgressionem, quia fidem Deo fregerunt, vnde dicit gl. 2. in d. c. quotquot, ꝙ tales non possunt promoueri nec accusare virgines, aut non consecrantur sicut bigami. ex quo colligit argum. ꝙ propter similitudinem, & effectum, quis dicitur de numero eorum de quorum numero nō existit, & forte Gul. Du. & sui sequaces ponendo bigamiam similitudinariam ponderauerunt illud verbum gl. similitudinem & male, vt dixi. dicit etiā ibi Archi. post Hug. per illum tex. ꝙ † huiusmodi contrahētes post professionem repellūtur a promotione & publicis actibus, & quia primo Deo, secundo homini nubunt. Ideo dicuntur bigami, vel potius vocat bigamos quantum ad pœnam, & sic vult apertè Archi. post Hug. ponderando dictionem potius, quæ est electiua, quod illi nō dicuntur quoquomodo bigami, sed tantum pœnam bigamiæ patiuntur, quia sacrilegiū & incestum cōmittunt, & grauius adulteris peccant. d. c. virginibus, iunc. c. proposito. ea. cau. & q. & sic apparet, ꝙ Doct. nostri. ꝯ. allegandi in sequenti particula malè intellexerunt d. c. quotquot. ponētes per illum tex. inter bigamos interpretatiuos, fictos, aut similitudinarios, religiosos matrimoniū de facto contrahentes. Concludo ergo duas tantum fore bigamiæ species, veram scilicet, et interpretatiuam. Et ista quantum ad quartam nostri tractatus partem.

SVMMARIVM.

1 *Bigamia quos effectus operatur.* 4. 8. 10. 12.
2 *Bigamo nunquid tonsura clericalis conferi possit.*
3 *Correctio iurium quomodo inducenda.*
4 *Bigamus an possit tenere beneficium ecclesiasticum.*
5 *Adrianus papa electionē pontificis Carolo magno concessit. Priuilegia regum aliquot super electione & collatione beneficiorum.*
6 *Papa solus potest dare ius laico eligendi in ecclesia collegiata.*
7 *Consuetudo vt laici recipiant inuestituras prelatorum approbata per Papam, an valeat.*
9 *Promotione sacrorum ordinum, qui sint indigni.*
10 *Bigamus an possit accusare.*
11 *Ordo, testimonium, & accusatio, æquali gradu ambulant.*
13 *Bigami cur a clero repellantur.*
14 *Constitutio pœnalis vtens verbo futuri temporis, nunquid sententiam iudicis necessario requirat.*
15 *Constitutio noua antiquę declaratoria, quatenus extendenda.*
16 *Intellectus c. vnici. de bigamis. 20. Et in quo locum sibi vendicet. 21.*
17 *Mens legis vtrum tantum operetur quemadmodum verba*
18 *Ratio eadem etiam in pœnalibus eandem iuris determinationem postulat.*
19 *Generalia generaliter intelligenda.*
22 *Matrimonij onera etiam dormientem interpellant.*
Bigamus nunquid sit qui de iure vel de facto plures aut vnam corruptam duxerit ad effectum, vt careat omni priuilegio clericali.
23 *Statutum pœnale, quando ad reliquum extendi possit.*
24 *Fictio legislatoris veritatem ipsam vincit.*
25 *Degradati vel depositi, an teneantur ad horas canonicas, & clericaliter viuere.*
26 *Mens Romani Pontificis est verbis præferenda.*
27 *Affectus quibus casibus potius considerandus quam effectus.*
28 *Bigamus interpretatiue, quis dicatur.*
29 *Ecclesia vniuersalis in his, quæ sunt facti potest errare.*
30 *Adulteram cognoscens, & viduam desponsans, nunquid æquiparentur, quo ad bigamiæ effectum. 31.*
31 *Error Angeli de Clauasio super bigamiæ distinctione. Item & Stephą. Aufrerij.*
32 *Bigamus quadruplices contrahit pœnas.*
33 *Bigamia nunquid etiam cadat in muliere, & possit de bigamia conuinci.*

Quæstio quinta.

1 QVinto loco propositum articulum, quo- 4
ad breuius fieri poterit, expediendo. † Bigamia operatur principaliter quatuor effectus, imo verius secū affert quatuor damna quibus sibi suppositos miserabiliter afficit, siue quatuor modis punitur. Primo namq; repellit a promotione. Ita quod etiā ad Psalmistatum siue rimam tonsuram bigamus nō admittitur, ꝙ sic probatur: tōsura clericalis, qui dicit psalmistatus. Psalmista. 23. dist. et c. j. versic. ad Psalmistam. 25. dist. est ordo Ecclesiasticus. c. cum contingat, in fi. de æta et quali. c. vlti. de tempo. ordi. lib. 6. ſm canones. n. sunt nouem ordines quorū inferior est tonsura prima siue clericalis, superior vero episcopatus, licet Theologi dicant non fore nisi septem ordines & quod Psalmistatus & episcopatus non sunt proprie ordines quia nullū proprium in sacrosancto altaris sacro exibent ministerium, de qua cōcertatione est gl. magistra, & plenior de iure salu. lib. 6. decre. in ver. Episcopus. sed bigami prohibē tur simpliciter ordinari 26 dist. c. acutius, in princi. & 28. q. 3. c. fi. Item directè hoc probat. 32. distin. c. 1. Ibi aut ex numero eorum, qui sacro mysterio deseruiūt, & c. maritum duarum matronarum post baptismum clericum non ordinandū censuimus. ea. dist. & c. laici. in fi. ibi clericatus sortem assumi. a ꝙ trario sensu. d. distin. c. si quis viduam. j. & 2. & c. cognoscim⁹. 34. dist. c. apostolos. 81. dist. benefa. d. c. fi. de tempo. ord. lib. 6. † vbi prohibetur cōferri tonsuram clericalem coniugato, ni 2
si voluerit ingredi religionem aut promoueri ad ordines secundum sacros canones. cum ergo loquatur aperte ille text. de eo qui cum vnica & virgine ꝯxit, quia alias ad ordines ascendere non posset iuxta canonicas & legitimas sanctiones. ergo bigamo dictam tonsuram conferre est oīno inhibitum. præterea talis exuitur omni clericali priuilegio, vt infra dicetur, multo fortius repelli debet ab eo, quod priuilegium clericaļe sibi affert, quia facilius quis prohibetur promoueri quā deiiciatur iam promotus, & turpius eiicitur quā non admittitur hospes. c. quemadmodum, circa medium, de iureiuran. iuncto. §. fi. 15. q. 1. fa. c. quicunque pœnitens. l. distin. cap. 1. 68. dist non obstat. 34. distin. §. quod ergo, c. curandum, & c. præcipimus, & de biga. c. super eo. vbi solum prohibētur a sacris ordinibus, & sic tacitè vidētur admitti ad minores, quia vno prohibito aliud videtur cōcessum. c. qualis. 25. dist. l. cum prętor. ff. de iudi. l. maritus. C. de procura. fa. de pręsum. c. nonne. Ad hæc n. iura & similia rndetur dupliciter. Primo ꝙ ibi sacri ordines accipiuntur largè pro omnibus ordinibus etiam minoribus, quia in larga significatione minores ordines possunt dici sacri. gl. in summa 32. dist. a sancto ministerio, cui deseruiunt. 21. dist. c. cleros. & 25. distin. c. 1. licet presbyteratus diaconatus & subdiaconatus versentur circa sanctiora, quia circa corpus Christi verum. d. c. cleros. ver. si. presbyter. vsque in fi. c. firmiter. §. sacramentum, de sum. Trini. 93. dist. c. diaconi. c. præsente (a ꝯrio sensu) & c. diaconi sunt. Secundo pōt rnderi, illa iura pro contrariis allegata in eo, quod tantū loquūtur de sacris ordinibus supplentur ꝑ alia præallegata, ad hoc. l. nam & posteriores. ff. de leg. nec pōt iuridice colligi ex illis arg. quod qui de vno exprimit de aliis negare vr ex quo ꝯriū in aliis turibus inuenitur, vt de arg. a ꝯrio sensu est tex. celebris, in l. 2. cum glo. pe. & fi. C. de condi. inser. in le. no. glo. 1. in c. vni. de æta. & quali. lib. 6. in c. at si clerici. §. de adulteriis, in gl. maiori. de iudi. c. significasti. (vbi Felyn. adducit plures alias gl.) de foro compe. §. nec per subauditiones, aut repetitiones inutiles debet induci iurium correctio. glo. in versi. petere in fi. c. cupientes. §. ꝙ si per viginti, de elec. lib. 6. quam fa. ibi sing. Philip. Fran. & Ang. Are. Insti. de hær. quę ab intesta. defe. § cum filius, col. fi. allegans pro ea tex. in l. vlt. §. filii autē familias. C. de bonis quæ libe. iunc. l. pen. & fi. C. qui testa. fac. pos. sed melius fa. d. l. 2. & habet illa aliā quasi similem in eod. §. quod si per 20. dies, in versi. priuatos, circa medium. Si tamen bigamus ordinaretur de facto acciperet caracterem qui imprimitur in quolibet ordine ſm Tho. in 4. sen. dist. 24. sed non executionem ordinis, vnde peccaret mortaliter in susceptis ordinibus ministrando, no. in d. c. super eo. vbi gl. in ver. dispensare. in fi. hoc tene expresse per c. quicunque, & c pœnitentes. l. dist. idem Goffr. Inno. in eo. versicu. Ioan. Ant. de But. Hostien. in sum. eo. titu. §. vlt. in prin. dicens ꝙ Nicolaus furiosus sic nominatus non sine furore scribit ꝙ bigamus ēt dispensatus si ordinetur nō magis recipit ordinem quam asinus, quia sicut Papa non potest oculum amissum restituere sic nec defectum sacramenti, quia factæ causæ pro infectis haberi non possunt. l. in bello. §. factæ. ff. de cap. 32. q. 5. c. si Paulus. Sed ad hoc respondet Hostien. quod licet defectum restituere non valeat, nihilominus patientem defectum ordinare potest, arg. c. 2. de cor. vitia. & c. innotuit. de ele. qui autem ordinat bigamum officio & potestate ordinandi priuari debet nisi secum dispensetur di. c. super eo. in fi.

Et ex isto effectu †bigamię sequitur alius ꝙ bigamus nō pōt tenere aliquod beneficium ecclesiasticum quantūcunque simplex & modicum, quia ꝑ ꝑ officium siue ordinem datur beneficiū. Ita ꝙ priuatus officio consequenter intelligitur exutus omni beneficio ecclesiastico, vt est tex. et glo. in versi. datur, in c. vlt. de rescri. lib. 6 fa. c. præter hæc. 32. distin. vbi gl. 1. disputat an suspensus ab officio videatur etiam suspensus a beneficio, de qua multiplici suspensione habes gl. ord. magistrā, ple-

niorem,

Source : BIU Cujas

niorem de iure,in cle.cupiētes,de pæ.fac. etiam.c.eos.81.di. & c.paſtoralis.§.1.de app.quod excommunicato maiori excommunicatione ſubtrahenda ſunt ſtipēdia eccleſiaſtica,de ſtipēſo a beneficio, ꝙ omnes fructus eidem auferri non debeant,ſed tantum reſeruari vnde valeat ſuſtentari, eſt gl.ſin. (ſecundum Panor.ibi) in c.cum Vinton.de elec.in verſ.admiſerant.quæ dicit vlterius,ꝙ ſuſpēſus a beneficio poteſt eligere omnia negotia tam ſpiritualia,q̄ temporalia tractare,& expedire,& tenetur tūc officiare eccleſiam vel beneficium,& ſic habes ex prædictis ſimul iunctis.ꝙ priuatio vel ſuſpenſio officij trahit ad ſe beneficium,ſed non econrra,ratio patet ex prædictis, quia beneficiū procedit ab officio,nō ſic officiū. a beneficio,quia longe ante finit officium, quam beneficiū. Dico etiam ꝙ ſi beneficium eccleſiaſticum, de facto cōferatur bigamo,vel ad illud eligatnr aut alias quouis modo de illo ſibi prouideatur, talis collatio electio vel prouiſio eſt ipſo iure nulla,cū reputetur merus laicus. c. vni de biga.lib.6. fac. c.vni.de cle.coniug.ibi cum vnicis,& virginibus a contrario ſenſu,eod.lib.& laicus eſt omnino incapax beneficij eccleſiaſtici.c.cū adeo.de reſcrip.c.ex literis.de tranſa.& c.2.de inſti. ſiue in recipiendo,vt de iuribus ſiue in dando,& conferendo eadem aut ius in illis,vel ad illa,adeo,ꝙ non valet cōſuetudo in oppoſitū.c.ſacroſancta, & c. Meſſana.de cler.fa.c.cauſam de reſcrip.26.q.7.c.1.& c.per laicos.c.tua, lo.j. de deci. etiā ſi per tempus immemorabile illo iure, vſi vel verius abuſi fuerint no.Io.And.in nouel.poſt Io.Mona.Card in c.2.de præb. lib.6.Panormi.in c.cum apoſtolica colla 3.de his,quæ fiunt a præla.ſi con.ca.ad. hoc gl.no.in d.c.meſſana, in ver.conſuetudine, q̄ dicit ꝙ talis conſuetudo nulla temporis longinquitate defenditur. Ex priuilegio tantū ſedis Apoſtolicæ tale ius ipſis competere poteſt,c.dilec.3.de præben.ibi ex donatione regis præbendarum collationem haberet,exponendo verbū collationem vel intelligendo proprie, & iuncta apoſtilla Panor.ibi.2.col.verſi.dices poſt Io.And.in verſi.collationem.c.
5 Adrianus.2.& c.ſeq.63.diſt.†vbi Papa Adrianus cōceſſit Carolo magno Francorum regi, & Imperatori,ius eligendi Romanum Pontificem,& inueſtituram omnium prælatorū regni ſui, & idem ius tribuit Leo.Papa Ottoni regi Theutonicorum.& dicit gl.In c.imperium.10. diſt. quod inuenitur reges conferre decanatus ex priuilegio,alle.c.cum inter,in parte deciſa,de conſue.& 16.q.7.in ſum.gl.1.in fi.dicit quod rex Apuliæ habet inueſtituras eccleſiarū autoritate Papæ, & dicit.Gul.Dur.1.par.Spe.tit.de lega.§.nunc tractamus,ver. ſed nunquid legatus,quod rex Franciæ prætndit habere collationem præbendarum eccleſiæ Laudun.& cum Nico.Pa.cōtuliſſet quandum præbēdam, quam ante ſuam promotionem ibi obtinebat ex prædictis eam alteri contulit, & vide ibi Io. An.in addi.dicit etiam idem Gul.in Spe.4.par.tit.de præben. § reſtat videre,verſi.item no. ꝙ Imperator habet priuilegiū (ꝙ aſſerit vidiſſe bullatum)ꝙ in qualibet eccleſia Alamaniæ ſit facere vnum recipi.& Io.An.ibidem in addi.dicit.ꝙ reges Franciæ,& Angliæ,vendicant ſibi in quibuſdam eccleſijs vacantibus collationem beneficiorum ibi exiſtentium, & illo tempore capiunt ad manus ſuas illarum temporalia, circa ꝙ vltimum prodidit Grego.X.in conſilio generali Lugdun.de elec.c.generali.lib 6.In hoc regno Franciæ.illud ius vel prerogatiua appellatur regalia,vt in ordinationibus illuſtriſſimi,& Chriſtianiſſimi regis nſi.arti.10.& 11.& de illa prærogatiua, & libertate conferendi beneficia dictis regibus competente facit expreſſam,& notabilem mentionem idem Ioan.An.in nouel.in d.c.2.poſt Io. Mona.qui dicit, ꝙ dicti reges debent defendi,& manuteneri in dicto iure maxlme ad vitādū ſcandalum,& ꝙ illa decre.(loquens de beneficijs,quæ vacant incuria Romana, ꝙ per alium quam Romanum Potificē conferri non debent)nō habent locum in beneficijs ad dictos reges modo prædicto ſpectātibus,vide Io.And.in nouel.in ver. vni perſonæ.c.is cui,de præben.lib.7 vbi facit mentionem de regibus Apuliæ,Angliæ,& Imperatore,ꝙ habent prædictam prærogatiuā,& dicit Gul.Dur.in Spe.tit.de lega.§.nunc oſtē
6 dendum,ver.60. †ꝙ ſolus Papa poteſt dare ius laico eligendi iu eccleſia collegiata,per c.nobis,de iu.pat.et.eo.tit. de lap.et diſpen.§.videndum reſtat,verſi.quid ſi collatio,in 2.col.concludit,ꝙ ſi collatio.præbendarum ſpectat ad regem nō poterat per illum diſpenſari cum aliquo,vt ſimul teneat duas prębendas ſed ad epiſcopum Diecæſanum erit recurrendū,alle. c.in quibuſdā,de pæ.et c.dilectus,de offi.leg.Inn.in c.ꝙ ſicnt in verſi. aſſenſum,de elec.ꝙ valet conſuetudo, & priuilegiū Papæ,ꝙ vacante eccleſia mors prælati debeat nuntiari Principi ſeculari, & requiri eius aſſenſus ad faciendum noua electionē, & ſi ꝫ fiat electio debet caſſari, per c.perlectis.63.di. & dicit ibi Io.An.poſt.Compo.ꝙ talis conſuetudo vel priuilegium eſt in rego Caſtellæ,Legion.et Scotiæ,ſubdit.Inno.ꝙ per inueſtituram regum,& principium recipiūt prælati facultatem inueſtiendi vaſſallos,et iura vaſſalagia, et alia temporalia recipiendi,ꝙ eſt verum ſi per ſuperiorem fuerint cōfirmati non alias,ſecundum Compo.et Io. And per.c.tranſmiſſā, de elec.et de illo dicto Inno. facit ibidem.Pan.magnū feſtū, et.in c.cum terra.col.& 2.et c.cum inter vniuerſa,per no.eo. tit.& dicit Lu.Ro.ſing.288.ꝙ cōſuetudo eſt valida, et rationabilis in eccleſia Salamantina,ꝙ mors prælati intimetur populo, & requiratur illius cōſenſus ad prouidendum viduatæ eccleſiæ de paſtore.prēterea no.Io An.in c.prætерea.l.in ver.
7 per laicos,de iu.pat.†ꝙ conſuetudo approbata per Papam,ꝙ laici recipiāt inueſtituras prælatorum,valet per c.in ſynodo, et c.Agathoſa.63.diſ.& in c.nobis.eo.in verſic. conuentuali, dicit poſt Inno.ꝙ ex cōſuetudine,vel priuilegio poteſt ius eligendi prælatum,& conferendi dignitates,& præbēdas eccleſiæ collegiatæ,competere laicis non quod per talem electionem, vel collationem acquiratur ius ſpirituale electo vel collatario donec fuerit per epiſcopum vel alium clericum inſtitutus per d.c.in ſynodo.pro omnibus prædictis ſ.ꝙ ex priuilegio Papæ,ius eligēdi conferendi aut aliud mere ſpirituale cadere poſſit in laieum eſt,bo.tex.in d.c.cum apoſtolica, & c.a nobis,de deci.ꝙ ius percipiendi decimas aut nō ſoluendi poteſt per Papam tribui mero laico.32.diſt.§.verum, et 2.q.5.c. Mennā,ꝙ Papa tribuit laico facultatem excōicandi, & iudicandi clerum.no.no.in c.contingit,de arb.& c.decernims,de iudi.& hanc digreſſionem,præter propoſitū, feci ob euidentem vtilitatem huius articuli, quia præſenti rego qnotidie in iudiciis,& ſcolis verſatur.Tum redeundo ad propoſitum, collatio beneficij facta bigamo eſt ipſo iure nulla, ratione irregularitatis.eſt.n.bigamus irregularis,vt dictum fuit in prima parte,et collatio facta irregulari eſt ipſo iure nulla,licet irregularitas ſuperueniens,etiam culpa propria, & delicto, qa cōmiſit homicidium voluntarium vel hominem mutilauit, non priuet aliquem ipſo facto beneficio,ſed opus eſt sētētia hominis priuatiua,nc.multum ſing.Inn.in c.cum noſtris,in verſi.poſſidebat,de conceſ.præben.qui obſcure.loquitur,tamen familiariter,more ſuo,illud declarat ibi Pan.col.pe.in fi. verſi.& circa hoc ponit Inn.clarius loquitur idem Inno.in c. cōſtitutus.2.de appel.Compo.et Io.An.in c.inquiſitionis,in ver.homicidium,& ſe.de accu.vbi late Feli.Sand. in 2 no.tāgit idem Feli.in c.de quarta co.11.de præſcrip.in c.2.& c.ſciſcitatus,in prin.de reſcri.Deci.capellæ Tholoſānæ.q.117.pro prædictis adducit Pan.vbi.ꝫ.c.clericis,ne cle.vel mona.c.exli teris.pe exceſ.præla iunc.c.fi. de tempo.ordi. ego plures tex. & Doct.authoritates cumulaui in extrauag.Pij.2.incip. cum ex ſacrorum:ſuper ver priuari, quam nouiter commentaui. ſed nondum publicaui, et in illo text. clarius hoc probatur quam alibi.

Effectus ſecundus bigamiæ.

8 Secundus effectus †prīcipalis bigamię eſt ꝙ iam promotus ad ordines,vel beneficiū deponendus eſt omuino priuandus,ſiue exiſtēs in bigamia de facto promotus fuerit,ſiue poſt promotionem bigamiā incurrerit, vt bene probatur in c. 2 circa fi. de biga.quādo dr ibi,vel in eis,ſi promoti fuerint,remanere, iunc.c.nuper, & c.fi.eo.ti.ad hoc 34.diſt.c.ſi cuius vxorē. ibi nō poterit ſuſcepto miniſterio perfrui,& c.ſeq.ibi.a miniſterio ſit alienus,cum concor.licet enim iſti,vt prædixi,recipiāt ordinem,non tamen ordinis executionem, etiam acceptam ipſo facto amittunt.nec mirum cum vnicum matrimonium et cum uirgine, ac alias ſine defectu bigamiæ contractū, hoc idem operetur,nic vxor conſentiat,& cum marito continētia ceſſante vtrinque incontinentiæ ſuſpitionem voueat, puta exiſtens in minoribus ordinibus cōtrahit valide matrimonium per ſolum cōtractum perdit illorum executionem, & licet adhuc illud non fuerit conſumatum, ipſo iure priuatur omnibus eccleſiaſticis beneficijs, q̄ prius canonicè obtinebat.c.1.in princ.iunc.gl.1.c.3. & c.diuerſis. de cle.coniug. Itē ſi ſubdiaconus,vel in ſuperiori ordine poſitus de facto, vt ſupra contrahat executionem ordinis perdit, niſi ſecum fuerit per proprium antiſtitem diſpēſatum.c.ſane.ſacerdotes.co.ti. & beneficiū eccleſiaſticum ipſo iure amittit,ſm Pan.in d.c.j. contra gl.fi.ibi,quæ tenuit, quod ſolum eſſet prinādus. idem quod Pan.tenuit ibi Ioā.And.licet ꝫrium firmauerit in c.Io. eo.ti.ſed ꝙ dixi eſt verius,fa.ꝙ decidit Bar.Brix. in quæſtionibus dominicalibus.q.10.incip,quidam clericus, ꝙ ſi clericus in minoribus beneficiatus ꝫhit matrimonium, quod poſtea declaratur nullū ratione conſanguinitatis,aut alterius canonici impedimēti,& ſeparatur quatenus de facto proceſſit,talis clericus non recuperabit hmōi beneficium,& ſic præſupponit Ille Doc.ſumme autori.quod ipſo iure fuerit priuādus

beneficio

Source : BIU Cujas

beneficio per cõtractum matrimonij, licet illud nõ tenuerit de iure. Item fa.d.c.nuper,& c.a nobis,de biga.ibi propter affectum cum opere ſubſecuto.l.eum qui duas.C.ad leg.Iu.de adul.præterea ſtultus,& delinquens non debet eſſe melioris cõditionis,quam ſapiens actum legitimũ exercens,l.ſeruus. ff.quod vi aut clam,& c.eum,qui de præb.lib. 6. ſi ego in minoribus conſtitutus iure permittente ad nup. cõuolans per dit ipſo facto,ſua beneficia,vt ſtatim probatũ fuit,multo fortius poſitus in ſacris ordinibus,qui iure reſiſtente,& tantum de facto non matrimonium ſed cõtubernium cõtrahere dicitur,ad hoc.d.c.ſane.2.c.1.& 2.qui ele.vel vouen.Item vxoratus non debet admitti ad aliquos ordines, etiam tonſurã clericalẽ,nec ad aliquas adminiſtrationes,dignitates,vel alia quæuis beneficia eccleſiaſtica niſi iſte,qui vnicam,& virginẽ duxerit vxorem,perpetuam voueat continentiam,cum vxore cubiculo ſequeſtrato, & ꝙ hinc & inde ceſſet incontinentiæ ſuſpitio.c.2.iunc.gl.cum decorem,eo.titu.iunc.c.cum iis præditus.ad apoſtolicam,& c.coniugatus, cũ ibi no. de con.
9 coniu.† Et iſte effectus non ſuperfluit propter præcedẽ.multi.n.non debent promoueri qui tamen,ſi promoueantur,nõ deponuntur nec debent deponi. Tolle infantiam diſcurrendo per plures caſus.indignos ſcientia, vel moribus nõ debet recipi ad ordines vel beneficia,ſed ſi recipiat tenet receptio
3 viduam.2.c.curandum.& c.prꝛecipimus. † Ratio huius eſt,qa ex parte mulieris exigitur virginitas,eo quod repreſentat militantem eccleſiam quæ eſt & ſemper fuit(ſaltem mente) virgo,& incorrupta,iuxta illud Apoſto.2.ad Cor.11.in princ.ibi deſponsi enim vos vni viro virginem caſtã exhibere Chriſto,quæ verba intelliguntur de eccleſia vniuerſali Chriſto deſponſata.ad hoc.27.q.1.c.nuptiarum. vltra medium, & hæc rõ cõiter ſolet aſſignari,quare magis ex parte mulieris requiritur virginitas q̃ in viro cui corporalis nõ officit corruptio. c.pe.eo.ti.& c.fraternitatis.34.di. quod vir ſignificat Chriſtũ, qui primo ſinagogã,inde eccleſiã ſibi copulauit, mulier autẽ eccleſiã ipſã quæ ſemper (vt ſtatim dixi) virgo permanſit & permanebit in ſꝛculum ſꝛculi, licet alij dicãt econtra, quod vir denotat eccleſiã,& vxor Chriſtum. Sed p̃cedens opin.eſt magis conueniens quã tenet Inno.in c.debitum. in ver. carnem.& ver.ibi,in ver.continentiã.& Hoſt.in ſum.eo.ti.§.quare bigamus.ver.ſed quare exigitur. ſimile eſt quod quæri cõſueuit,quare corrupta mulier inter ſanctimoniales non conſecratur cum vir quãtumcunque corruptus valeat in epiſcopum conſecrari,ad quod reſpondet Io.in c.acutius.in ver.eõ ſecrari.26.di.quod ſacra virgo ſignificat eccleſiã triumphantem,vbi non eſt macula,neque ruga c.quamuis.22.di.Epiſcopus vero militantem in qua ſunt boni,& mali permixti.30.di ſtin.c.quoniam.& 11.q.3. c.audi. denique ſequitur Hoſti. vbi s̃.in lectura arboris bigamiæ, verſi.

Quinto quæritur addens ibi aliam rationẽ. ſ.quod virgo Chriſto conſecratur,vnde in eius conſecratione cãtatur,veni ſpõſa Chriſti, qui virginitatem ſumme diligit.nam ex virgine naſci voluit quam in cruce cognato virgini commendauit,& ꝙiugiũ ſemper abhorruit in virginitate iugiter permanendo,eꝑs aũt conſecratur eccleſiæ, quæ nemini claudit gremium, niſi qui patitur ſacramenti defectum,epiſtola inter claras C. de ſum. Tri.& c.duo.23.q.4.c.ſuper eo.de hær.lib.6. ſubdit & aliã rõnem quæ eſt communis ad caſum præcedentem, & iſta ma-
4 gis tamen eſt vulgaris quam iuridica, † quod conſuetudo approbata maiorem caſtitatem requirit in vxore q̃ in viro, & ſꝛpius vir petit diuortium fieri ob adulteriũ vxoris q̃ mulier propter illud mariti,& magis ſcandalizatur populus ex incontinentia mulieris q̃ viri.huic vltimo congruit,ꝙ no.Pan.in c. paſtoralis.de iud.poſt Gul.Du.1.par.Spe.ti.de acto.§.1.verſi. Item opponitur contra actorem,& ſeq. quod viro luxurioſo non datur curator,ſed bene mulieri luxurioſæ, quia mulier ẽ ardentior viro,& magis opprobrioſum eſt conſanguineis,& amicis vitiũ carnis in muliere q̃ in maſculo. Item propter fragilitatem ſexus. Secunda ratio, & tertia eſt bona, ſed prima falſa,nam ſecundum phyſicos cõiter frigidior homo eſt calidior muliere calidiſſima.hoc patet in mẽſtruis mulierũ, quæ ex humiditate,& frigiditate procedunt.Ideo Accur.Inſti.de nup.in prin.in ver.ſuper filio,reprobauit rõnem illorum,qui dicebant quod calidior ſanguis vigebat in muliere q̃ viro, & longe plus homines incontinentes q̃ mulieres inueniuntur. imo difficile eſt inter mille viros virginem eſſe,ſed in mulierib.facile,& amplia iſtũ caſum, ẽt ſi quis corruperit virginẽ, & poſt eam acceperit in vxorem. ſecundum gl.1. in c.maritum 34.di.in c.nemo.32.di.per d.c.maritum. Bar. Brix.in qõnib.dñicalib.q.17.quę incipit,aliquis cognouit virginem,ſed ⁊rium tenet gl 2.in c.qualis.30.q.5.in d.c.debitum.gl.fi.& gl. vlt.in c.2.de cle.ꝙiug.& gl magiſtralis, & plenior de iure in c. vni.in ver.contraxerunt.de cler. coniug. lib.6. & iſta eſt vera
5 & cõis opi.† quia virtus matrimonij ſequentis oẽm præcedentem abſtergit maculam.c.tanta.qui fi.ſint legi. Inſti.de nupt. §.fi.de hær.quæ ab inteſt.defe.§.1.ver.necnon.l.cum quis.& l.nuper.C.de nat.lib. Iura ergo quæ dicunt cõtrahentem cũ corrupta promoueri non poſſe intelligi debent, de corrupta ab alio non a ſeipſo.Amplia ſecundo in illo, qui ignorãter ducit corruptam,& cognoſcit quod talis iudicatur bigamus,vt no.in d.c.nemo.in prin.gl vnicę.Hoſt.in ſum.eod.ti. §.quare bigamus.ver.7.quæritur.facit.c.vlt.15.q.1. hic.n.agitur de lege promotionis non de culpa. Et ita ſolum factum conſideratur non effectus.d.c.vlt.iuncto.c.nuper.& c.fi.eo.ti.Tertio dictus caſus ampliatur ſi per violentiam mulier corrupta fuerit ſecundum gl.& Hoſt.vbi s̃.per c.ille aũt.32.q.5.facit quod no.gl.in ſum.ea.cau.& quæſt.gl.ſingu.quod violenter vitiata perdit aureolam ſic quod non debet inter virgines conſecrari.licet duplex meritum eſſentiale meruerit, vt dixi latius. s̃. Sexto, qui cum repudiata vel abiecta matrimonialiter copulatur,bigamiam non euitat.c.j.de biga.34.di.c.ſi qs viduam.2. ibi vel abiectam acceperit.51. diſt.c.vlt.ibi qui viduam, vel a marito relictam duxerunt.nec exurgat quiſpiã irriſor & facilis repræhenſor ac dicat hunc caſum per præcedentes fore ſuperuacuum, quia hæc tria contrahere cum vidua corrupta, vel meretrice & abiecta,ſiue repudiata ponũtur velut diuerſa in d.c.vlt.& c.ſi quis viduam. vnde Gratianus ſtatim terminos illos interpretatus fuit.in c.vidua.ea.di.fateor.quod eadẽ eſt in tribus his caſibus decidendi ratio,ſed quia commodius eſt ſingulos caſus ſuis propriis accommodare terminis,Inſti. quib.mo.te.infir.§.alio quoque modo.circa medium, merito illos caſus in terminis diuerſos, & ſi eadem ratione ſubnixos, & ſuper eodem poſitos fundamento diſtinguere volui,
6 & inuicem verbis ſeparare. † Septimo, qui vxorem ſuam ab initio virginem poſtquam cũ alio adulterata fuit carnaliter cognouit.c.ſi cuius. & c. ſi laici vxor.34.di.ſit ratio,quia carnem ſuam in plures iuris præſumptione diuiſit habito reſpectu ad mulierem cum qua eadem caro reputatur, vt s̃. dictũ fuit,nec ſufficit quod vxor tempore deſponſationis,& primi concubitus virgo ſit, ſed oportet quod alienos concubitus non admittat vel ſi ad alienum thorum illicite migrauerit, quod amplius vir ſibi carnaliter non commiſceatur. d.iurib. quæ amplia illis duobus vltimis modis quibus præcedens caſus extẽſus fuit,videlicet ſi ignorabat eam adulteram,& licet per eccleſiam cõpulſus fuerit, vt eidem debitum carnis redderet,vt no.gl.Arch.do.Gemi.& Præpo.Alex. in d.c.ſi cuius. Hoſt.vbi s̃.ver.vlt.faciunt quæ ſtatim dixi.vnde dicit idẽ Hoſtien.in ſum.eo.ti.§.3.ver.quinto ſi vxorem propriam,ꝙ hoc ius introductum fuit ad terrendum contrahentes matrimonium,quaſi innuat ꝙ vix promoueri poſſunt,qui vxorem habuerunt ſine periculo cum dicatur, caſta eſt quam nemo rogauit,ſecundum Ouid quem referunt Hoſt.& Io.An. in d.c. ſuper eo.ſuper gl. mag. ego dico quod non ſolum ad terrendum,ſed propter defectum ſacramenti, quia ad ſignificationem dictæ vnitatis,oportet quod ſit vnicus vnicę vir vxoris, & quod vxor non fuerit ab alio q̃ proprio viro cognita,vt ꝑbant apertiſſime dicta.addunt gl.ord.& cõiter Doc. alium caſum quo ⁊hitur bigamia.ſ.vbi profeſſus de facto contrahit ꝑ c.quotquot.27.q.1.quod non admitto,quod iſte verus vel fictus bigamus iudicari non poteſt,quia carnem ſuam non diuiſit in plures, de iure aut de facto præſuppoſito ꝙ cum duabus vel pluribus,aut vidua ſeu alias corrupta non cõtraxerit, minuſq; illas carnaliter cognouerit.quo caſu ẽt procedit.d.c. quotquot.vt s̃.in 4.par.declaraui.hoc addito quod ſi ille tex. intelligeretur de his,qui de facto obſtãte voto cum duabus, vel vna de facto alia de iure ſimul,aut ſucceſſiue,aut vna corrupta contraxerunt copu'a carnali ſecuta ſuperfluerent ſꝛpe allegata.c.nuper.& c.a nobis.quę loquũtur de cõſtituto in ſacris de facto,cũ aliqua ex prædictis mulierib.contrahẽte,iun-
7 cto † quod ſacer ordo habet votum ꝓtinentiæ, ſaltem tacite, annexum.no.in c.cum olim.de cle.coniu.ſateor, ꝙ talis afficitur pœnis bigamię in deteſtationem & horrorem tanti ſceleris, & quod iſte nullo modo ſit bigamus probatur ſic. Oĩs bigamia aut prouenit ex defectu ſacramenti,aut ex affectu intentionis cum opere ſubſecuto.c.nuper.c.fi.iunc.c.debitum. de big.no. gl.in ver.in bigamis.c.2 e.ti.ſed is de quo loquitur præal.c.quotquot.qui cum vnica virgine contrahit ſimpliciter etiam copula non interueniente non patitur defectum ſacramenti, quia non diuiſit carnem ſuam in plures, nec eius vxor vel ſponſa pariter non hẽt affectũ cum plurib.vel corrupta,⁊hendo,patet,qa ſolum cum vnica & virgine cõtraxit,& adhuc illam minime cognouit neq; de facto cũ tali nuptias celebrauit, ergo nullam bigamiam incurrit, nihilominus, vt bigamus ob profeſſionis violationem plectitur, vt dixi.

Modo circa ſeptẽ caſus p̃dictos vel modos ⁊hendi bigamiam nota duo,primo ꝙ ĩ vno ſolo illorũ,videlicet vbi qs iuridice duas aut plꝛes habuit vxores, bigamia vera & ꝑpriè dicta ⁊hit ſm oẽs Doc.ĩ locis p̃all.ĩ alijs ſex ſolũ

Source : BIU Cujas

Ioan. Montaigne, de Bigamia.

interpretatiua ſeu ficta & improprie appellata, ſed vt alias dixi in præſenti tractatu ſi audacia daretur homotioni & vermiculo terræ diſcedenti a communi ſemita maiorum noſtrorum, non abſurdum dici poſſet contrahentem cum vna de facto, & alia de iure eodem tẽpore veram bigamiã incurrere ꝑ illud Gen. 4. de Lamec. iun. c. qũo virginib. 31. q. 1. no. Io. An. in nouel. & do. Ge. in d. c. vni. eo. ti. lib. 6. Secundo no. in quinq; ex caſib. prædictis. ſ. vbi ltĩme ꝯhit cũ plurib. vel cũ vidua corrupta abiecta, ſeu repudiata, & quis cognoſcit vxorẽ ſuã adulterã, hẽt locũ defectus ſacri ꝓp quẽ qs ab ordinib. eccleſiaſticis repellitur in aliis duob. (hoc eſt) ſi quis de facto cum aliqua & alia de iure. aut cũ oĩb. de facto nuptias celebra uerit duntaxat ob voluntatẽ inordinatã cũ exteriori tanq̃ bigamus punitur, & bigamus apud oẽs reputatur. d. c. nuper, & c. a nobis, & hæc fuerunt de mente gl. præalleg. & c. ſuper eo. de bigamis, & dicti ſeptẽ caſus vl̃ modi poſſũt reduci ad tres generales, quorũ primus erit ſi aliquis plures, de iure vl̃ facto copulauerit vxores ſimul, aut ſucceſſiue copulatiue vel diſiũctiue (hoc eſt vel ambas de iure, aut de facto, ſiue vnã de iure, aliã de facto,) & ſic ſuo iſto generali caſu tres particulares, ſiue ſpeciales prędeclarati primi modi comprehenduntur. ſecũdus vbi cum corrupta matrimonialiter aut fornicario coitu quis contrahit ſub quo etiam alii tres ſpeciales. ſ. recitati includuntur, videlicet contrahens cum vidua (hoc eſt qui aliũ habuit maritum) aut abiecta ſeu repudiata (ideſt quæ a viro viuẽte iuſte vel iniuſte relicta fuit) vel corrupta (quod eſt ſtuprata, & proſtituta.) ¦c. vidua. ĩ prin. 34. di. intelligas ſemper carnali copula interueniente. d. c. debitum. Tertio, qñ quis vxorẽ propriã poſtq̃ adulteriũ perpetrauit carnaliter cognoſcit qũocũq;. Hęc de ſexto principali ꝓpoſitæ materiæ capitulo.

SVMMARIVM.

1 *Bigamię nunquid poſſit dari diſpenſatio, & per quem. Et de bigamis diſpenſatis. nu. 2. & 7.*
3 *Eccleſia contra quæ vota diſpenſat, & quib. aliis caſib. nu. 5. Diſpenſationes ad quid ſoleant fieri, & per quos.*
4 *Eccleſia multoties contra Apoſtolum diſpenſat, & in quib. & cur.*
6 *Diſpenſatio ad ordines quibus fieri poſſit.*
7 *Bigamiæ diſpenſatio vtrum ſoli Papæ competat. nu. 10.*
8 *Epiſcopi nunquid poſſint cum bigamo diſpenſare.*
9 *Papa an poſſit diſpenſare contra vniuerſalem eccleſiæ ſtatum.*
11 *Exempla nunquid aliquid faciant ad iudicandum.*
12 *Teſtes quibus caſibus requirantur plures quam duo.*
13 *Papa excepto peccato poteſt quaſi omnia facere quæ Deus.*
14 *Legatus Papæ de latere, an poſſit diſpenſare contra conſtitutionẽ concilij.*
15 *Baptiſmus quam pęnam non tollat. Irregularitas nunquid per baptiſmum tollatur.*
16 *Diſpenſare contra Apoſtolum quando non liceat. Innocentius IIII. gloſſando iura dicebat ſe loqui non vt Papa, ſed vt Doctor.*
17 *Bigamiæ macula, an in totum tolli poſſit.*
18 *Prouincia quęlibet, quem epiſcoporum numerum habere debeat.*
19 *Diſpenſare facilius eſt ſuper crimine quam in defectu ſacramenti.*

Quæſtio ſeptima.

SEptimum & vltimum aggre diẽdo hic articulus duas ꝓtinet portiones. Prima, an bigamia aliquam admittat diſpenſationem, vel clariori bus vtendo terminis, ſi valeat cum bigamo diſpenſari. Secũda præſuppoſito quod poſſit diſpenſari cum bigamo, ꝑ quem talis diſpenſatio attentari poterit per ſolum Papam, vel etiam
1 inferiores Chriſti miniſtros, & eccleſię prælatos. † Circa primam partem vr̃ quod in bigamia non poſſit diſpẽſari, primo quia bigamia vr̃ traxiſſe originẽ a iure naturali per ea quæ in tertia particula dicta fuerunt, & ius naturale non recipit aliquam diſpenſationem, nec immutari poteſt lege cõſuetudine, aut ab aliquo principe. 5. diſt. in ſum. 6. di. §. his itaq; reſpõdetur 13. diſt. in ſum. iunc. §. ſed naturalia iura. Inſti. de iu. na. c. fi. de ꝓſue. & cle. paſtoralis. §. cæterum. de re iudi. Nam illud ius ſemper eſt bonum ęquum & iuſtum. j. di. c. ius naturale. in fi. ergo ſibi ꝯrium eſt malum & iniuſtum & iniquum. 32. di. c. hoſpitiolum. Item bigamia non aboletur per baptiſmũ. 26. diſt. c. acutius, & c. deinde. 28. q. 3. ergo multominus per diſpenſationem, quia baptiſmus recipit effectum & virtutẽ immediate a Chriſto eius autore, ſed diſpenſatio ab homine iuris poſitiui promulgatore. præterea bigamia vr̃ ꝓhibita ꝑmoueri de iure diuino, ſcilicet per Apoſtolum Paulum. 5. dictum fuit in tertia parte, & ꝯ ius diuinũ non admittitur diſpẽſatio. 25. q. 1. c. ſunt quidam. Item contra Apoſtolum nõ põt diſpenſari ẽt præſupponendo, quod eius dicta ius diuinũ non reputetur. d. c. ſunt quidam. vbi formaliter ſic hr̃. ſciendũ vero ſummopere eſt, quod inde nouas leges põt cõdere. Vnde Euangeliſtæ aliquid nequaquam dixerunt, ſed vbi aperte dñs vel eius Apoſtoli, aut eos ſequentes ſancti pres ſnĩaliter aliqd diffinierunt, ibi nouã legẽ Romanus Põtifex dare, ſed potius quod prędicatum eſt vſq; ad aĩam, & ſanguinem defendere dẽt. Si. n. quod docuerunt Apoſtoli, & Prophetæ, quod abſit, deſtruere niteret, nõ ſnĩam dare, ſed magis errare ꝯinceret.
2 †Itẽ bigamia procedit ab effectu ſacri nõ ex culpa, vt ſ. dictũ fuit. ſicut ergo impoſſibile ¦vr̃ membrum amiſſum recuperare, ſic & defectum illum ſupplere, ad hoc. l. in bello. §. factæ. ff. de capti. quacunq;. n. ptãte fieri nõ põt vt ſemel factũ nõ ſit factum. Puta quod corrupta, ſit virgo, no. in l. vni. C. de rapto, virgi. 32. q. 5. c. ſi Paulus, plene per Card. Flor. in cle. qm̃. in prima oppo. de immu. eccl. poſt Pau. de Eleaza. ibi, & iſta rõne vſus fuit Nicolaus furioſus qui ꝯcludebat ex pręmiſſis, quod ſi bigamus ex diſpenſatione Papæ ordinaretur non magis reciperet ordinem quam aſinus. Refert Hoſt. in ſum. eo. tit. §. fi. in princ. deniq; quod non liceat cum bigamis diſpenſare eſt tex. rotundus in c. ſuper eo. c. nuper. & c. fi. eo. tit.

In oppoſitum arguitur quod cũ bigamis licita ſit diſpenſatio. primo de c. ſi ſubdiac. & c. lector. 34. di. & ibi, ſ. in d. c. lector. refert gl. quod Lucius Papa cum Panor. archiepiſcopo, qui fuit bigamus diſpẽſauit. Item ſecundo Papa habet plenitudinẽ poteſtatis. c. propoſuit. de cõceſ. præb. c. illa. de ele. c. ad honorem. de auth. & vſu pall. & 2. q 6 qui ſe ſcit. ergo in tali caſu põt diſpenſare, qa plenitudo electionem non recipit, neque aliquid ſibi deficit ad hoc. c. per principalem, & cap. cuncta per mundum. 9. q. 3. Tertio ꝯ ius diuinum inuenitur multoties fuiſſe diſpenſatũ. c. licet. de fer. vbi circa præceptũ, Sabbata ſanctifices, fuit permiſſum intendere piſcationi diebus dominicis & feſtiuis, & Chriſtus ꝯ illud, Non furtum facies, diſpenſauit cum Apoſtolis, vt colligerent ſpicas de meſſe aliena ſabbato. Mar. 2. in fi. Matth. 12. c. in prin. Luc. 6. de ꝯſec. di. 5. c. diſcipulos, & eodẽ facto diſpenſauit aduerſus aliud diuinæ legis mandatum, Sabbata ſanctifices. in quo ẽt alia vice diſpenſauit qñ habentem manum aridam eodem die curauit. Mar. 3. Luc. 6. & Matth. 12. c. diſpenſatur quoque in iurõ & voto quæ ſunt de iure diuino. Pſal. 131. ibi ſicut iurauit domino, votum vouit Deo Iacob. Pſal. 109. Ibi iurauit dñs. Leui. 19. ibi, Nõ periurabis in nomine meo, nec pollues nomen Dei tui. Matth. 5. c. ibi. iterum audiſtis quia dictum eſt antiquis, Non periurabis, & reddes dño iurã tua, cap. & ſi Chriſtus, ver. Angelus quoq;. in fi. de iureiu. & hoc quo ad iurm̃ de voto, hr̃ Pſal. 75. ibi, vouete & reddite dño Deo veſtro, & Pſal. 115. ibidem, vota mea dño reddam, tranſumptiue, in cap. magnæ. poſt principium. de voto,
3 facit Leu. c. vlt. †cõtra votum abſtinentiæ peregrinationis, & ex maxima cã ꝯ votum continentiæ ſiue religionis diſpenſat eccleſia. De voto peregrinationis ẽt vltramarino eſt expeditũ in c. 1. 2. c. non eſt. c. licet. c. magnæ. c. quod ſuper his, & c. ex multa. de voto. de abſtinentiæ voto habes in capitulo ꝯſiliũ. §. præterea. de obſeruat. ieiu. facit c. licet. de pœnis, & remiſſi. de voto religionis. no. in c. cum ad monaſterium. ſuper gl. fi. de ſta. mo. pariter a iuramento abſoluit. c. quanto. vbi gl. celebris. in ver. abſolui. de iureiu. 15. q. 6. c. authoritatẽ. vbi gl. no. gl. j. in fi. c. alius, & c. nos ſanctorum, eadem cauſa, & q. c. 2. de iureiu. immo in omni iuramento intelligitur authoritas Papæ excepta. de iureiu. c. venientes. facit. c. cõſtitutus, cum ibi no. de reſcr. hoc amplius princeps ſecularis relaxat iuramenti vinculum, lex quoque mortua hoc facit. l. adigere. §. vlt. ff. de iurepatr. vbi gl. j. dicit quod lex in hoc tenet vim Apoſtoli, & illam extulit pro ſing. ſolennis Doct. Pet. de Anch. in repet. c. acceſſoriũ. j. oppo. in fi. & illã ẽt cõmendauit in repe. c. ea quæ. char. 8. col. 2. de reg. iur. lib. 6. ponẽs ibi multiplicẽ effectũ legis circa iurm̃. fa. l. vlt. ff. qui ſatiſ. cog. l. fi. C. de non num. pecu.

Quarto diſpenſatio fit ex euidenti neceſſitate vel vtilitate. c. ex poſuiſti. de præb. 1. q. 7. §. niſi rigor. vbi eſt melior & plenior gl. or. in materia diſpenſationis. c. neceſſaria, & c. quod ꝓ remedio. ea. cau. & q. ſed neceſſitas intelligitur in qualibet lege vel præcepto excepta, nec alicui legi ſubiicitur. c. ſicut. de ꝯſec. di. 1. c. quanto. de ꝯſue. c. 2. in fi. de obſeru. ieiu. no. gl. in l. 1. C. de ope. li. gl. fi. vnde excuſatus fuit Dauid qui a facie Saul fugiẽs fame ꝯpulſus in domo Achimelech principis ſacerdotum comedit panes ꝓpoſitionis cum his qui eũ comitabanť. 1 Reg. 21. Matt 12. Lu. 6. & Mar. 2. c. quod de lege communi ſolis ſacerdotib. licebat, ſi ergo occurrat neceſſitas ac vtilitas poterit & debebit cum bigamo diſpenſari.

4 Quinto eccleſia multoties ꝯ Apoſtolũ diſpenſat, quia idẽ Apoſtolus ſtatuit qđ criminoſus nõ ordinet. j. ad Tim. 3. c. & ad Ti. j. c. & 25. di. §. nũc aũt. ſub c. vnũ orariũ. vſq; in fi. diſt. 81. diſt. in ſum. & cap. 1. nihilominus cum talibus driminoſis d. ſ

ſpenſatum

Source : BIU Cujas

ſpenſatum fuit.34.di.c.fraternitatis,& c.preſbyter.83.di.c.habuiſſe.33.di.c.vlt.cum ibi no.de temp.ord.& melius in c. at ſi clerici.§.de adulter.de iud. Item cum idem Apoſtolus exigat vbi ſ. promouendum eſſe Doctorem (hoc eſt literatum) aliquando cum illiterato non omnino, ſed ſufficientem ſciētiā non habente diſpenſat eccleſia.c.niſi cum pridem.§.pro defectu.de renun.& c.fi.de æta.& qual.cum ibi no. & 1.q.7.§.pietatis.cum c.ſeq.

Sexto,eccleſia eſt maior Paulo ſicut totum ſua parte.93.diſtin.c.legimus.vltra medium.ver.ſi autem,ibi orbis maior eſt vrbe.fa.l.quod maior.ff.ad municip.c.1. de his quæ fi.a maio. par.ca.non mirum ergo ſi eccleſia tota contra factum vel dictum Pauli,aut alterius Apoſtoli(qui eſt ſolum eccleſiæ mēbrum)diſpenſare poteſt,cum aduerſus conſtitutionē & propriam ſententiam diſponere poſſet militans eccleſia etiam illam in totum tollendo.c.non debet,in princ.de conſang. c.1. de conſti.lib.6.in princ.l.non eſt nouum.ff.de leg.c.1. de cog. ſpi.iun.c.fi.in princ.de tranſa.& 50.di. vt conſtitueretur.cum pluribus concor.

Septimo videmus, ꝙ diſpenſatur in aliis defectibus iuris diuini†puta in defectu natalium,de quo Exo.20.c.in princ.ego ſum dominus Deus tuus fortis zelotes viſitans iniquitatem patrum in filios in tertiam,& quartam generationem.fa.Gene.c.21.Eiice ancillam & filium eius, non erit hæres filius ancillæ cum filio meo Iſaac,ad Gala.4.c.& de renun. c.niſi cum pridem.§.perſonę.vero irregularitas,& iſtos illegitimè natos diſpenſatiuè ad ordines,& beneficia etiam maiora,recipit eccle.c.pe.& fi.de fi.preſby.c.1.& 2.eo.ti.lib.vj.56. di.c.apoſtolica.c.Cenomanenſem,& c.fi.& c.innotuit.de elec.Item in corpore vitiato caſu fortuito vel naturaliter, aut culpa propria diſpenſat eccl.c.1.2 & c. ſignificauit. de corp. vit.c.preſbyterum,de cle.ægro.licet huiuſmodi ſecundum legem Moſaicā Deo offerre non poſſent,nec inter ſacerdotes aut leuitas cōputari.Leu 21.c.& 170.di.c. hinc etenim.

Octauo in caſū neceſſitatis diſpenſatio eſt debita,ſic quod peccant mortaliter eccleſiarum prælati non diſpenſantes, & ad hoc faciendum poſſunt,& debent per ſuperiores ſuos cōpelli.c.vt conſtitueretur.vbi gl.no.in ver.detrahendū,di.c.didici. in fi.ibi diſpenſationis.n. gratia.ſicut dixi, eget negotiū multum melius.c.exigunt.cum gl.j.1.q.7 ſi ergo adeſt neceſſitas, quæ faciliter occurrere pōt, diſpenſabitur cum bigamo.

Nono diſpēſatio,eſt permiſſa in aliis caſib.maiorib. & difficiliorib.ſ.cum hæretico,ſimoniaco,ſciſmatico,adultero,homicida,& plurib.aliis†vt promoueantur ad ordines,& dignitates eccleſiaſticas,no.gl.in d.§.de adul.& in d.§. niſi rigor, & plenius quā alibi per Guil.Du.1.par.Spec.ti. de diſpē.p totū, ergo & in hoc minori, videlicet cum biga. poterit diſpenſa. quia ad minus etiam in gratijs, & diſpenſationibus, maximè non odioſis eſt validum, ſic quod licet in maiorib. & difficilioribus caſibus, & in minoribus, ſeu faciliorib. licebit,text. valde no.in c.per venerabilem.§.1.qui filii ſint legit. ibi quod in maiori conceditur licitum eſſe vī, & in minori. vbi Papa Inn.III.ſic fuit argumentatus.Sedes Apoſtolica diuerſis cauſis penſatis cum plurib.illegitimis, non tantum naturalibus, ſed adulterinis,circa actus ſpirituales diſpenſauit.multo ergo fortius facere potuit quo ad tēporales, & illum tex.dixit ſing. & non eſſe alibi Panor.ibidem, & in c. ad aures. colum. fi.de reſcrip.vbi late Fely. Sāde. Decimo & vltimo in criminibus enormibus quæ habent culpam annexam quotidie diſpenſatur.d.§.de adulteriis. cum ibi plene no.per gl.ordinariā.Pan. & Fely.poſt Ant.de But. & Card. Floren.per gl. in d.§. niſi rigor. & ſtatim retuli a fortiori,ſuper hoc defectu ſacramenti, & aliis defectibus qui ſunt omnino extra culpam propriam, immo nonnunquam magnum habent annexum meritum, vt precedenti articulo fuit declaratum.facilius.n.& probabilius videtur abſtergere defectum naturæ vel fortunæ, aut ſolius iuris q̄ crimen quod quis ſua temeritate admiſit.argu. c. naſci.c.ſatis peruerſum. & c. vlt.56.diſt. l. maximum vitium. C.de lib.præte.

7 Quantum ad ſecundam noſtræ quæſtionis partē, † vī primo,præſuppoſita diſpenſandi facultate ſuper bigamia,quod hæc diſpēſatio ſoli Papę ꝑpetat, quia ipſe ſolus poteſt legē diuinā interpretari diſtinguere & limitare.no.Cy.Piſto.in l.reſcripta.C.de preci.impe. offer.gl. Bar.& alii in l.fi.C.ſi contra ius vel vti.pub. Inn. Pan.& Fel.in c.quæ in eccleſiarum,de conſti.Pan.in c.vlt.de conſue.Itē ſoli Petro dictum fuit, ita quod non aliis Apoſtolis,quodcunq; ligaueris,& quodcunq;ſolueris ſuper terrā erit ſolutum & in cœlis.Matth.16.Mar.8.Luc.9.c.& de maio.& obe.c.ſolitæ.in fi.24.q.1.c.quodcunq;.cum ibi no.cum concor.plurib.Summus aūt Pontifex eſt ſucceſſor Petri & tātam poteſtatē & authoritatem hētrōne officij, & adminiſtrationis,quantam & Petrus habuit,vlt.diſt.c.1.& 2. & de re iudi. c.apoſtolicæ.ver. poſſit etiam.lib.vj.de tranſla.epi.c. fi.c.vbi periculum.§.cæterum.de elec.lib.6.cum ſi.Item epiſcopi,& inferiores non pūt diſpenſare cōtra ius cōmune etiam poſitiuum niſi vbi eiſdē ꝓmittitur.no.in c.dilectus.de tēp.or.late Guli.Du.in ti. de diſpen.§.nunc de epiſcoporum.plene Pan.in repe. d.§.de adulriis,& lex ſuperioris non modo per inferiorem tolli non pōt. c.cum inferior.in prin.& c.quod ſuper his, de maio. & obed. 21.di.c.inferior ſed nec modificari,corrigi,addī, detrahi, minui,immutari,renunciari,vel circa eam, aut eius aliquam partem quomodolibet diſpenſari poteſt, vt eſt tex. ſin.& melior de iure in cle.2.in prin.de ele.præterea expreſſe reperitur ꝓhibita diſpenſatio cū bigamo.c.ſuper eo.c.nuper.& c.fi.e.ti.quę prohibitio applicari pōt ꝙgrue inferiorib.a Papa,non aūt Romanis Pontificib.q illas decre.ediderunt cū ſibi nullus imperare recte valeat.l.pen.ff.de recep. arbi.l.vni. C. ne quis in ſua cā iud.ff.de iur.om.iu.l.qui iurisdictioni. ibi neq; ſibi ius dicere dēt,nec ſibi legē facere,aut ſuis ſucceſſorib.ꝓib. cū eo. imo eadem authoritate & officio functuris. c.innotuit. poſt prin. de elec.l.ille a quo.§.tempeſtiuum. ibi par in parē non hēt imperium.ff.ad Treb.l.nam & magiſtratus.ff.de rece.arb.iunc.l. ſi quis in prin.teſtamenti.de leg.3. Econtra vī qđ dñi ēpi, & ſuperiores poſſint hoc caſu diſpēſare. nā ipſi ſunt ſucceſſores Apoſtolorum, & eorum loca tenēt ſimul ac ptātē & offiñ in his quæ ad regimē eccleſiæ, & adminiſtrationē ſpectant. 21. di.in ſum.& c.in nouo teſtō. Apīis aūt oīb.dictū fuit, Amē dico vobis quęcunq; ligaueritis ſuper terrā,erūt ligata & in cę-lo,& quæcunq; ſolueritis ſuper terrā erunt ſoluta & in cœlo. Matth.18.c.50.diſt.c.ponderet.& c.vt ꝙſtitueret. & Io.20.c. accipite ſpiritum ſanctum quorum remiſeritis peccata remit
8 tuntur eis,quorum retinueritis retenta ſunt. † vnde ptās eccleſiæ non fuit data ſolummodo Petro,ſed & omnib.Apoſtolis.d.c.in nouo.& no.in c.tranſlato.de ꝙſti.in c.ſignificaſti.de ele.ꝙnr nec ſolus Papa habet eccleſiæ ptātem, ſed cum dñis ēpis,hinc eſt ꝙ Papa nō poſſet remouere de eccleſia oēs epiſcopos,licet vnū vel duos bñ valeret deponere,ēt ſine cā, tenet gl.ſing.in c.vl.gl.ij.in fi.9.q.3. quā ſequitur & cōmēdat d. Gemi.in c. vni.q.v.de ſum.Tri.li.vj. ſed quantum ad hoc vltimū,ꝙ ſine cā poſſit deponere ēpm,ꝙriū tenet Pan.in c.fi.col. pe.circa me.de ꝙfir.vti.in c.cōſtitutus.de relig. do.pleniſſime in quadam ſua diſput.quæ incip.ēps in trib.in primis char. Fely.Sand.in rep.quæ in Eccl.15.col.circa fi.ver.recipit hoc mē brū,de ꝙſt.vbi firmant prædicti, qđ Papa non pōt ſine cā aliquē beneficio priuare eccl'iaſtico.primū aūt dictū eſt indubitanter verū ꝙ oēs ēpos remouere non poſſet, qa hoc medio vniuerſalē ſtatū eccleſiæ decoloraret, & eccleſiā vniuerſalē turbaret,imo quodammodo illā exinaniret & adnihilaret q̄ attentare non dēt Papa.15.di.c.ſicut.in fi.25.q.1. c.ſunt qdē. no.gl.in ver.non pōt.in c.literas,de reſt.ſpo.in c.propoſuit.in ver.diſpenſare.de ꝙceſ.præb.gl.fi.in c.cum ad monaſteriū. de
9 ſta.mo.in d.§.niſi rigor.quæ dicunt vnanimiter,†quod ꝫ vniuerſalē ſtatū eccleſiæ Papa non diſpenſat.iunc. c.loquitur.& c.a recta fide.24.q.1.quod eccleſia non pōt deſtrui, nec errare. ſicut ergo Apoſtoli potuerunt ſtatuere vel diſpenſare qđ bigamus promoueretur, de quo nulla eſt hæſitatio, ergo & epiſcopi hodie hoc poſſunt,cum ſucceſſores eadē quæ anteceſſores fungantur authoritate,vt dictum fuit. Item non oēs Apoſtoli hoc ſtatuerunt, ſed tantum Paulus, vt ſ.probatum extitit.epiſcopus igitur in eius ius ſuffectus eodem iure quo ipſe vti debet.l.ſi cum.§.qui iniuriarum.ff.ſi quis cau.c.eccl.2. vt li.pend.c.qui in ius,cum concor.glo.de reg. iu. lib.6. & ſic poteſt contra regulam,& ordinationem authoris,vel prædeceſſoris diſpenſare.ar.d.c.innotuit.cum cōcor. præalleg. vltcrius epiſcopus diſpenſat in omnib. caſib. in quib. expreſſe nō inuenitur prohibita ſecundum gl.in ver. fiat.in fi.c.quiſquis, de ele.gl.fi.in c.in quibuſdam,de pę. & in c.nuper.in ver. non retinuit.de ſent. exc. ibi bo.tex. ꝙ vbi conditor canonis latæ ſententiæ cenſuræ,vel ferendæ expreſſe non retinet ſibi abſolutionem illam tacite aliis conceſſiſſe videtur,ſcilicet epiſcopis non inferiorib.ordinariis ſecundum Io. & Pan. ibi cōiter Doct.& eſt gl.ord.in cle.vni.in ver.obtinere,de ꝙſan.& affin. deniq; ēps pōt diſpenſare in crimiue,& quidē grauiſſimo, puta hæreſi.50 di.c.preſbyteros in ſacrilegio.ea. d.c. ſi quis preſbyter,in ſimonia quo ad ordinem vel beneficium commiſſa.1.q.5.c. pe. & fi. de elec. cum ibi no. in ſciſmate.50.di.c.vt conſtitueretur.in adulterio.d. §.de adult. & aliis pluribus ibi no.per gl.magnam.in c.miror.50.diſtinct.& in d. §.niſi rigor. multo magis ſuper defectu ſacramenti qui ſine culpa prouenit,vt prædictum eſt.

In hoc principali articulo quantum ad vtramlibet partem propoſitæ quæſtionis breuiter ſic cōcludo; Papa,& non alius pōt ex cā bigamiæ diſpēſare, vt poſſit ordi-

Source : BIU Cujas

Ioan. Montaigne, de Bigamia.

nes quoſcunque & beneficia recipere & licitè tenere, ac in iã ſuſceptis, & habitis miniſtrare. hæc cõcluſio duas habet par-
10. tes principales. † Prima eſt q̃ ſummus Pontifex poteſt in biga mia ius commune relaxare. Secunda, q̃ inferiores quacunq; præfulgeant authoritate, hãc diſpenſationem facere nõ p̃nt. Prima pars concluſionis probatur authoritate, exemplo, & ratione, authoritate Inn. IIII. qui. hoc tenuit in c. ſuper eo. in ver. diſpenſare. per c. lector. 34. di. & licet ibi ſe reſtringat vſq; ad ſubdiaconatum per illud. c. lector, tamen ſuæ rationes pariter concludunt in omnibus ordinib. ſequuntur ibidẽ Hoſt. Ioan. And. Ant. de But. & late Hoſt. in ſum. eo. ti. §. vt in princ. Rota in præalleg. dec. 447. quæ incipit, quoddam. in reſponſione, ad tertium dubium Richar. & communiter theologi. 4. lib. ſenten. diſt. 27. art. 4. q. 1. Baptiſta. in ſum. in ver. bigamia. §. penul. Ange. de Claua. in ſum. eo. ver. §. 8. & 9. poſt Pan. in ca. 2. qui cle. vel vo. vbi dicit q̃ epiſcopus non poteſt cum bigamo diſpenſare. & ſic negando de epiſcopo videtur tacite con ceſſiſſe de Papa. arg. c. qualis. 25. di. c. nouam. de præſum. fac. l. cum prætor. ff. de iud. l. maritus. C. de procu. hoc idem tenent Gof. & Ray. in ſum. eo. ti. ver. item nunquid bigamus diſpenſatiuè. Arch. in c. ſi ſubdiaconus. & c. lector. poſt gl. 24. diſt gl. plena in d. c. ſuper eo. bo. tex. in ca. quicunque pẽnitens. 50. di. & eſt communis Doct. ſententia. exemplo. Lucius enim Papa cũ Panormitano archiepiſcopo qui bigamus erat, diſpẽ ſauit. refert gl. ordi. in d. c. lector. Alex. quoq; VI. & Inn. VIII. feruntur cum nonnullis bigamis diſpenſaſſe, & plures alii. Romani Pontifices. nec quicquam abſurdum videatur exẽplum in medium adducere per l. nemo. C. de ſen. & inter. omn. iud.
11 † vbi dicit q̃ non exemplis, ſed legibus iudicandum eſt. & alibi nunquid fiat vel factum fuerit, ſed potius quid fieri debeat conſiderari oportet. l. ſed licet. ff. de offi. præſi. c. cum cauſam. de elect. nam exempla Romanorum Pontificum Imperatorum, & aliorum qui legis tollendæ poteſtatem habent legem vel canonem conſtitutum, & ſecundum ea eſt iudicandum. l. 3. & l. vlt. C. de legi. ca. in cauſis. de re iud. fac. l. j. ff. de conſtit. prin. & Inſti. de iu. natu. §. ſed & q̃ princi. in prin. vbi ſola voluntas principis lex, vel conſtitutio reputatur, & de principibus eccleſiæ vel ſeculi ſuapte dici poteſt, q̃ illorum actio noſtra eſt inſtructio. ad hoc. ca. magnę. de vo. vbi q̃ a prelatis agi tur facile trahitur a ſubditis in exemplũ, & c. cum in cunctis. in prin. de elec. ibi qui in ſeipſis debent oſtendere quomodo alios oporteat in Dei eccleſia ambulare. & c. qualiter. 2. ĩ prin.
15 de accu. ibi cum ſint tanquam ſignum ad ſagittam poſiti. ratione vero multiplici probatur hæc cõcluſio vltra prædictas irregularitates non eſt adiuncta bigamia de iure naturali, ſed tantum de iure poſitiuo, nec eſt contra ſubſtantiam vel eſſentiam ordinis, nam bigamus recipit characterem ſi de facto ordinetur ſecundum B. Tho. in 4. lib. ſent. diſt. 27. q. vlt. ar. 4. no. Arch. in d. c. lector. ergo Papa poteſt diſpenſare. c. propoſuit. de conceſſ. præb. Secunda ratio Papa diſpenſat contra canones Apoſtolorum. 82. diſt. c. preſbyter. contra Pau. dicentẽ oportet ordinandum eſſe ſine crimine. c. fraternitatis. 34. di. §. de adulter. cum concor. contra euangelium quo cauetur in ore duorum vel trium ſtat omne verbum. Matth. 18. c. in c. licet vniuerſis. cum gl. pen. de teſt. 2. q. 4. c. præſul. cum aliis alleg. per Gul. Du. 1. parte Spe. tit. de teſt. §. reſtat de numero
12 teſtium videre. † vbi enumerat. 24. caſus in quib. requirũtur plures teſtes, quam duo. & triginta alios caſus in quibus vnus ſufficit. Contra quatuor generalia concilia principalia, quæ velut quatuor euangelia ſunt honoranda. & illibate cuſtodiẽda. c. ſicut. iuncta gl. 15. diſt. c. poſt tranſlationem coniugem. prin. cum ſi. & iuncta gl. vltima de renuncia. fa. c. ſignificaſti. ver. aiunt. de elect. q̃ no. gl. ſingul. in c. vbi periculum. §. 1. gl. de ele. lib. 6. q̃ ſolus Papa ſine conſilio generalis concilii põt reuocare conſtitutionem in conſilio generali editam. Tertia ratio, Papa eſt maior Paulo in adminiſtratione, vel iuriſdictione, quia eſt ſucceſſor Petri qui maior erat Paulo, & cæteris Apoſtolis, & quidem tanto, quanto caput in homine cęteris membris. 21. diſt. in ſum. & c. in nouo teſtamento. Ideo dictus fuit cęphas, hoc eſt caput. 41. diſt. c. omnino. non mirum igitur ſi cõtra prædictam Apoſtoli regulam poteſt diſpenſare cum minor maiori legem imponere non poſſit. d. c. innotuit. & §. tempeſtiuum. l. ille a quo. ff. ad Treb. fa. l. 4. ff. de alie. iudi. mu. cau. fac. Quarta, Papa eſt generalis Vicarius Chriſti, & tãtam habet poteſtatem, quo ad regimen ſponſæ ſuæ militãtis eccleſiæ, quãtam ipſe Deus a lege communi. Vnde Chriſtus
13 & Papa faciunt vnum & idem conſiſtorium † ſic, q̃ excepto peccato Papa poteſt quaſi omnia facere quæ Deus. no. Hoſt. in c. quanto. de tranſla epiſ. Panor. in c. licet. in fi. 2. col. & cap. venerabilem. col. 6. in prin. de elec. facit. c. cuncta per mundũ. & c. nemo. c. fi. 9. q. 3 49. diſt. c. ſi Papa. q̃ no. Ioan. And. in c. ad honorem. in ver. plenitudinem. de auth. & vſu pallii. melius
c. 2. & d. c. quanto. de tranſl. epi. quod Papa fungitur vice Dei non puri hominis, vnde quod recte agit Deus non homo facere videtur. ſicut ergo Chriſtus abſque dubio poſſet in hoc ſęculo cum bigamo diſpẽſare, pariter & Papa. ad hoc. c. ſane. 2. de offi. delega. & c. pręcipimus. 93. di. Secunda autem pars concluſionis prædictæ probatur authoritate & ratione. Authoritate Inn. in d. c. ſuper eo. vbi Io. An. poſt Fran. Vercel. tenet etiam q̃ in minoribus ordinib. non poſſit diſpenſare ep̃s, idem Io. An. in nouel. in d. c. vni. eo. ti. li. 6. d. Ge. Phi. Fran. vbi poſt Io. Imo & Pe. de Anch. Arch. in d. c. ſi ſubdiaconus. & c. lector. tangit ſed non figit pedẽ Richar. & Theo. vbi. s̃. Bapti. & Cla. Alber. Roſa. in locis. s̃. alleg. & eſt communis opi. Doc. licet Hoſt. & Ray. vbi ſuperius tenuerint quod epiſcopus poſſit cum bigamo in minoribus ordinib. diſpenſare. per d. c. lector. quod parum fa. ſed pro authoritate & opi. Doct. præall. facit optime. c. 2. c. nuper. & c. fi. eo. vbi prohibetur diſpenſare cum bigamo, quæ prohibitio ad inferiores prælatos eſt referenda non ad Papam illam facientem, nec eius ſucceſſores p̃ ea quæ. s̃. dicta ſunt. Ratione, epiſcopus non poteſt contra cõſtitutionem concilii generalis, vel in concilio generali promulgata diſpenſare. † Imo. nec legatus Papæ etiam de latere
14 no. gl. in c. dilectus. j. in ver. cum ſe facultas. de præb. in c. cum dilecti. in ver. in ætate. circa medium. de electio. & c. dilectus. gl. pen. de fi. preſby. ſed in pluribus cõciliis generalibus fuit inſtitutum, q̃ bigami ad clericatum non admittantur maxime in Meldenſi cõci. 32. di. nemo in Neoceſarien. in cõcilio Marti. Papæ. 34. diſt. c. ſi cuius. & c. ſi laici vxor. l. di. c. ſi quis viduã Aurelianum. c. j. de biga. iun. ſuprascriptione. & per cõcil. generale Lugd. in quo Gregorius X. præfuit, bigami omni priuilegio clericali ſunt nudati. c. vno. eo. ti. lib. 6 ergo non poſſunt epiſcopi, nec alii inferiores a Papa cum bigamis diſpenſare etiam in minoribus ordinibus.

Reſtat ad allegata in oppoſitum quo ad vtranq; partẽ quæſtionis cõgruum dare reſpõſum. Et primo non obſtat illud quod bigamia eſt iure naturali inuenta, & q̃ ius naturale eſt indiſpenſabile, quia licet bigamia fuerit ſub lege naturæ, tamen per illam non habet irregularitatem annexam, ſed ius poſitiuum ipſam introduxit ſecundum B. Tho. in 4. lib. ſent. diſt. 27. ar. 4. q. vlt. & Arch. in c. lector. 34. di. ad id quod dicebatur bigamiam non aboleri per baptiſmum, ergo nec per diſpenſationẽ. reſpõdetur baptiſmus licet tollat cul-
15 pam & pœnam culpæ. † pœnam tamen quæ ſine culpa ex cauſa aliqua infertur nõ remittit. hinc eſt quod irregularitatem quam incurrit iudex cõdemnando iuſte hominem ad mortem, teſtis cõtra eum veritatem deponẽdo, notarius acta cauſæ ſanguinis ſcribendo, aduocatus, executor, & alii aliquod miniſterium in cauſa ſanguinis exhibendo. c. ſententiam. cũ ibi plene no ne cle. vel mona. gl. plena. in c. 1. 51. di. nõ tollit baptiſmus. no. gl. in c. deinde. 26. di. & c. ſi quis viduam. 50. diſt. nec illam quæ ex defectu natalium cõtrahitur, vide omnino Ang. Cla. in ſum. in ver. baptiſmus. 7. q. 3. vbi ſequendo Sco. in 4. lib. ſen. diſt. 34. tenet quod omnis irregularitas quæ prouenit ex homicidio q̃ocunq; etiam licito aboletur per baptiſmi ſacramentum. allegat etiam gl. in j. c. ſi quis viduam. 124. diſt. & in §. ecce. 32. di. quæ hoc non dicunt, neque tangunt. vide latius per Bapti. in ſumma Roſella, in ver. bigamia. §. 7. Alb. de Roſ. in dictionario. in ver. bigamia. in ver. baptismus. in ver. irregularitas. & in ver. homicidium. lat. ſſime. in ſum. cõfeſſi. lib. 2. tit. de homicidio. q. 21. bigamiæ. ergo irregularitas licet non tollatur per baptismum eo quod ex defectu nõ ex culpa prouenit. bene tamen per diſpenſationem Apoſtoli qui omnes defectus & irregularitates iuris poſitiui abolere poteſt. d. c. propoſuit. quod autem ex aduerſo oppoſitũ extitit bigamiam eſſe de iure diuino ſaltem ex ꝯſtitutione Apoſtoli ad hoc dicendum, q̃ irregularitas quæ promotionem bigamorum impedit eſſe pręciſe de iure poſitiuo, vt ſtatim dixi, & Papa poteſt etiam cõtra ius diuinum, & Apoſtolum ex iuſta cã diſpenſare, vt prędictũ fuit. non ob. d. c. ſunt quidã, qa intelligitur in tangentib. articulos fidei, vel ꝯcernentib. vniuerſalem ſtatum eccleſiæ, ſecundum gl. 2. in fi. dicti capi. ſunt qdã. gl. fi. in c. ſicut. 15. di. Inn. & alii in c. 2. eo. ti. põt & aſr ſolui. ar. † q̃ non licet cõtra Apoſtolum diſpenſare, vt procedat
16 quando Apoſtolus iuuatur authoritate veteris & noui teſtamenti, put in ſimili. no. gl. 20. di. de libellis. in ver. tunc illorũ quod dictũ Doctoris quod iuuatur authoritate noui aut veteris teſtĩ p̃fertur in deciſione cãrum canoni vel decretali. & illam gl. dixit ſing. Pan. in c. qualiter. 2. de accu. primo no. & in c. tua. j. de deci. Tertio no. vel alio modo Apoſtolus nõ p̃hibuit diſpenſationem, ſed ſolum dixit q̃ bigamus promoueri nõ debet ad dignitatem clericalis ordinis, immo nec potuit ſummo Põtifici qui maior eſt eo in iuriſdictõne. c. puto. & c. Paulus. c. 2. 1. cau. q. 7. Item Paulus protulit illam regulam

oportet

Source : BIU Cujas

oportet episcopum tanquã magister & a seipso non vt legis diuinæ prædicator & annũciator.ad hoc.1.ad Cor.7.ibi præcipio,non ego,sed dñs.& ibi,nã cęteris dico ego non dñs.sicut Inn.IIII.Romanus Pontifex fecit apparatũ super Decre. & quibusdam constitutionibus sexti libri protestando, ꝙ vt magister vel Doctor loquebatur, non vt Papa, & ꝙ nolebat stari dictis suis amplius q̃ alterius Doctoris vel magistri. no. idẽ Inn.in c.per tuas. scdo, de simo. in fi.magnæ gl. qñ dicit, sed hoc non faciebat Papa de hoc canonẽ, licet sic arbitrare tur,talis esset opinio sua quæ non præiudicat aliorum opinio nib.c.literas.de resti.spo.in d.c.innotuit.in ver. ordinationẽ. in fi.dicit,quod si capitulũ prius eligat prelatũ & postea Papa de plenitudine ptãtis prouideat de dicta præ'atura, nihilomi nus confirmanda est capituli electio, licet forte in hoc mihi non credatur.No.etiam Host.in c.solet.de sent. excom.lib.6. Fe.late in c.2.col.21.ver.de diuersorum librorum authoritatib.de rescrip.& est hodie tex.in extrau.Io.22.quæ incipit, qa quorundam.§.adhuc.in fi.c. fi.& sũb ti. de verb.sign.in volu. extrauagantium nouiter impressarum.ad illud obiectum,bigamia est quidam sacramẽti defectus qui non potest restitui
17 sicut nec membrum amissum.†Respõdeo,licet vere recuperari non possit vel tolli, nihilominus potest facere Papa quod ille defectus non absit, & perinde habeatur, ac si non esset. c.1.de transl.in fi.c.presbyt.de cle.ægro. no.Host.in d.§. fin.dicens vlterius quod Nicolaus furiosus prædictus non sine furore scripsit & loquutus fuit.Quædam.n.finguntur esse & facta fuisse quæ non sunt in rerum natura,nec facta vnquã fuerunt,vt patet in l.Cornelia.quæ fingit illum mortuum prima hora captiuitatis qui vita erat superstes, non fuisse captũ ab hostib. qui vere captiuus fuit, mulierem fuisse dotẽ stipulatã sibi reddi soluto matrimonio quamuis stipulatio nunquã interceſſerit.l.vni. in princ.C.de rei vxor.act. potest Papa de nihilo aliquid facere. c. cum accessisset.de consti.c. cum olim. cum vtrobique no.de consuetudine, quod potest Papa nouam creare dignitatem in aliqua ecclesia. ad c. 2. c. nuper. & c.fi.e.ti.Rñdet ꝙ phibẽ dispensatio inferioribus a Papa non sũmo Põtifici, cũ Inn.III.et Lucius III.illas decre.promulgauerint,& ita nõ est verisimile,ꝙ sibijpsis imperauerint vl̃ successorib. qa nec hoc iure & dictamine rationis facere potuerunt, & ista pro responsione ad partem aduersam super allegatis circa primam partem quæstionis propositæ.

Sed quantum ad plura,& rationes quę pro parte oppositæ in secunda portione dictæ dubitationis propositæ fuerunt, dicitur primo ad id ꝙ ex aduerso fuit allegatum ipsos tenere locum Apostolorũ,& eorum fungi potestate & officio:fateor hoc verum in omnibus episcopis nõ quolibet episcopo, volo dicere, ꝙ episcopi simul iuncti tantã habent potestatem quantam Apostoli in primitiua ecclesia habuerunt.sed quilibet episcopus non habet adeo latam authoritatem sicut vnus Apostolorum, vnde solum fuerunt duodecim Apostoli qui nominantur Matth.x.Mar.3.Luc.6.c.& per
18 gl.ord.in ver.duodeno.in ca.vni. de reli.et vene.san.lib.6. †et episcoporum militantis ecclesiæ ferè non est numerus ex quibus duodecim in qualibet prouincia requiruntur.3. q.6.hæc quippe.et 15.q.7.c.si quis timidos. ibi si episcopus duodecim consacerdotibus audiatur,aut saltem decem vel vndecim, vt est tex.in c.scitote.6.q.3.potest et aliter dici ꝙ ecclesia vniuersalis saltem repræsentatiue,puta concilia generalia, et plures summi Pontifices regulam Apostoli prædictam approbauerunt,vt ẽ.probatum fuit,ideo episcopus non tam contra constitutionem vel dictum Pauli, quam aduersus sententiam,et statuta ecclesiæ dispensare non valet sicut inferior legem superioris dispensatiuè non relaxat.d.cle.ii.in prin.de elect.cum cõcor.superius adductis illud episcopus dispẽsat vbi expresse non prohibetur communiter intelligitur quando dispensatio, saltem in genere permittitur, vt quia alicubi dicitur nisi fuerit dispensatum.nam licet expresse non dicatur per episcopum, ipse tamẽ episcopus põt dispensare,alias tenendum est ꝙ contra constitutionem Papæ vel concilii generalis nullo modo potest regula dispensare.no.Doct.cõiter in c.dilectus. de tempo.or.in d.§.de adul.et in Spec.alle. §.nunc de episcoporum. cum concor. hoc amplius in hoc reperitur specialiter et expresse dispensandi facultas episcopis, et superioribus vsque ad Romanum Pontificem exclusiue prohibita. d.c.super eo.ca.nuper.et ca.a nobis. Quod vero in posteriori loco obiectũ fuit quod ex quo episcopus dispẽsat super crimine, et quidem grauissimo facilius super defectu sacramenti non ꝯcludit. Tum quia expresse inuenitur iure cautum, ꝙ epͣs in criminib. prædeclaratis dispensare possit, sed in hoc defectu
19 reperit statutum contrarium,vt dixi.†Præterea facilius est super crimine dispensare,quã in defectu sacr̃i,vel alio simili,sicut facilius aboletur crimen vel peccatum quam defectus. probatur euidenter,quia peccatum quantũcunq; graue tollitur per baptismum,et pnĩam quæ est secunda post naufragiũ tabula.non sic defectus.c.2.deinde.§ sed obiicitur.ca.vna. et c.fi.26.di.et c.actus.28. q. 3. sic in humano videmus corpore quod vulnera ope naturæ curari possunt,membrũ aũt semel a corpore separatũ vel euulsum nullo humano remedio consolidatur,sed arescit,et consumitur. Et ita conclusio prædicta ab obiectionibus, et impugnationib. præmissis defenditur. Sitq; nostri assumpti laboris finis ad decus, et gloriam eius qui de immarcescibili thesauro suo vnicuiq;, iuxta mensurã suam,et proprium beneplacitum dispersit, illibateq; Virginis diuino partu fęcundatæ,vtriusq; Ioannis,quorum nomen in regeneratione impositum indignus,et absque vocabuli ꝯsequẽtia gero,ac totius cęlestis agminis enixe flagitãdo,vt ipsorum sedulis precib.polorum frui mereamur sedibus. Amen.

FINIS.

TRACTATVS

de consanguinitate & affinitate, editus per clarissimum I. V. Doctorem, Dominum Stephanum Costam, legentem iura canonica in fęlici Gymnasio Papiensi.

SVMMARIVM.

1 *Cognationum & affinitatum gradus a nemine iurium profeßore ignorari debent,& cur.*
2 *Legis publicorum iudiciorum dispositio.*
3 *Matrimonium ante carnalem copulam dissoluitur,altero religionem ingrediente.*
Contrahenda multa dirimuntur,quæ non dirimunt contracta.
4 *Affinitatis impedimentum in matrimonio est canonicum.*
5 *Arbor affinitatis & consanguinitatis,ad quid necessaria.*
Ostensio facti,quibus requisita casibus.
6 *Probatio ocularis cæteris probatior.*
7 *Arbor affinitatis & consanguinitatis, cur decretalium libro inserta.*
8 *Lectio repetita placidior est.*
9 *Consanguinitas quid sit,& vnde dicta.*
10 *Linea in arbore consanguinitatis,quid sit,& quot sint.*
11 *Gradus arboris consanguinitatis diffinitio, & vnde dictus, & qualiter dimetiendus.*
12 *Arbor consanguinitatis duobus modis formata.*
13 *Cellula vacua in medio arboris consanguinitatis posita, quibus vocetur nominibus.*
14 *Cellula medij arboris consanguinitatis,cur remansit vacua.*
15 *Diuersitas diuersa nomina imposuit.*
16 *Cellularum arboris consanguinitatis,qualis habenda ratio.17.*
17 *Cellula quælibet arboris consanguinitatis,quatuor continet.*
18 *Ius canonicum est dignius ciuili.*
Matrimonium lege canonica disponitur.
19 *Cellularum arboris consanguinitatis triplex est forma.*
20 *Gradus in arbore consanguinitatis, quomodo veniant computandi. Et an alia sit canonum computatio,alia legum.21.*
22 *Linea descendentium in arbore consanguinitatis. quam habeat supputationem secundum leges & canones.*
23 *Linearum ordo,quo ad transuersales in arbore consanguinitatis sub latere dextro,qualis habendus.*
24 *Ordo cellularum lateris sinistri in arbore consanguinitatis,an idem vt in latere dextro.*
25 *Collateralium gradus in arbore consanguinitatis differentia & distantia.*
26 *Collateralium persona vna absolute posita non facit gradum.*
27 *Collaterales in linea æquali,qualiter distent inter se secundum leges, & vnde procedat differentia ll. & ca.super hoc.*
28 *Linea collateralium paris numeri in arbore,quæ sit.*
29 *Collateralium linea inæqualis,quam subeat dim. ẽsionem secundum canones.*
30 *Collateralium regula in linea inæquali, secundum leges quæ sit.*
31 *Matrimonium vsq; ad quem gradum prohibeatur contrahi.*
32 *Adam si viueret, mortua Eua,cur non posset aliam ducere vxorem.*
Canonum generalis dispositio non trahenda ad correctionem iuris ciuilis incorrecti.
33 *Matrimonium contrahere,qui possint.*
34 *Arboris consanguinitatis manualis supputatio.*
35 *Incestus,vltra quem gradum non committatur.*

Source : BIU Cujas

Stepha. Costa. de consanguin. & affinit.

VTranque arborem consanguinitatis & affinitatis hoc ordine ꝓcedere instituí. Expediens in primis ipsam consanguinitatis arborem, deinde illam affinitatis attingens exigam & perficiam cum his, quæ ad illas pertinere videbuntur. In ipsa autem consanguinitatis arbore hunc modum adhibeo. At primò eam constituam atque formabo. Secundo legam regulas tam legales, q̃ canonicas in qualibet linea. Tertiò quæram de quibusdam dubitabilibus. Interseram tamen dubia, vbi magis congruè vi
1 debuntur. † Sed antequam ad ipsam arboris constitutionem deueniam, scire oportet, vnumquemq; iuris aut imperatorii, aut pontificii professorem, nosse debere gradus cognationū & affinitatum, tum propter hæreditates & tutelas, quæ ad ꝓximum quēq; agnatum deferri consueuerunt: nam & ipse prætor proximiori cuique cognato bonorum possessionem dat, ideo isto ex capite hæc florentissima arbor necessaria est, vt dilucidius vnusquisque proximior cognoscatur. Præterea & secundò, hanc arborem nosse oportet propter legem pu-
2 blicorum iudiciorum, qua cauetur non cogi quempiam, † & sic inuitum cōtra affines & agnatos testimonium dicere, hoc voluit tex. notabilis, in l. Iurisconsultis. in princ. ff. de gradi. Est & alia causa vrgentissima, & potissimè inductiua constitutionis & formæ huius nostræ arboris, scilicet contractus matrimonii, vbi duæ principaliter regulæ reperiuntur. Vna permissiua, qua licet matrimonium contrahi & contractum cō summatumq; immutabiliter permanet & durat. Vt cum inter contrahentes nullum canonicum subest impedimentū.
3 de transla. c. inter corporalia. Ideo dixi consummatum, † quia ante carnalem copulam dissoluitur, altero ingrediente monasterium. c. ex publico. de conuer. coniug. Secunda regula traditur negatiuè, qua contrahi matrimonium prohibetur, licet quandoque contractum non dirimitur, vt cum contrahitur cum simpliciter vouentib. qui cle. vel mona. c. rursus. & ibi in gl. habetur, qui dicantur simpliciter vouere, de voto. c. 1. li. 6. & quandoque contractus dirimitur, vt cum subest impedimentum consanguinitatis in gradu prohibito lege diuina vel humana. de resti. spol. c. literas. de consang. & affin. c. non
4 debet. † Vel aliud canonicum impedimentum, puta affinitatis, de quo in arbore affinitatis videbimus. Ideo ad huius consāguinitatis & affinitatis cognitionē, vt sciamus matrimoniū contractum immutabiliter permaneat, oportet graduum cō putationem scire. Et antequam ad prædicta deueniam, quæro, ad quid arboris inuentio fuerit necessaria. Secundò, an arbor sit authentica. Tertiò, ad quid in volumine Decretalium
5 ponitur, cum in decretis sit repetita. Ad primum † respondetur, ꝙ ideo fuit necessaria, quia per ipsam agnoscuntur lineæ consanguinitatis & eius gradus ex facti ostensione, qui melius percipiuntur quam verborum eloquutione. de dona. ca. apostolicæ. in fi. Hinc est ꝙ agrorum messio subiicitur oculis. 16. q. 3. inter. de præscrip. quia indicante. & l. 3. fin. regund. Hinc est ꝙ venter mulieris inspicitur, an sit grauida, necne. l. j. de ven. inspi. Hinc est ꝙ fit inuestigatio locorum pudicitiæ, an mulier sit virgo. de prob. proposuisti. an sit arcta. de frig. & malefi. c. fraternitatis. vel alia impedimenta. c. ex literis. eo. tit.
6 Hinc est, † ꝙ dici solet ꝙ probatio quæ fit ad oculum, est efficacior. Insti. de gradi. §. 2. 27. q. 1. nec aliquę. ideo ex inspectione iudicamus iniuriam atrocem. Instit. de iniur. §. atrox. ff. de iniur. l. 2. Et literas papales ex inspectione iudicamus veras vel falsas. c. 1. & 2. de crimine falsi. & etiam quia testimonium de visu communi, est ad omnes sensus. 3. q. 9. cum glo. Ideo dixit Bal. in l. contra negantem. ad l. Aquil. & in rub. de probat. ꝙ probatio quæ fit per rei euidentiam, exuperat omnem aliam
7 ꝓbationem, & est nobilissima probationū. Ad scđam † qōnē ad quid in volumine Decretaliū reperitur. Rn̄deo, secundū do. Pe. de Perusio, fratrē D. Bal. triplici rōne hoc fieri. Primo, qa antiqui canones in hac materia sunt multū correcti, vt patet in c. non dēt. de consangu. & affin. ne quis ergo crederet ꝙtenta in arbore esse correcta, ideo fuit repetita secundario, qa antiqui canones correcti sunt, expediens fuit secundum statutum nouorum iuriū antiquam arborem decidere. Tertiò, qa ex quo in Decretalib. ponitur tractatus consanguini-
8 tatis & affinitatis, vtilis fuit hæc repetitio, † qa lectio repetita placebit, secundum Io. An. hic in gl. ld. n. qđ repetitur, est magis validum, & famosum esse ostenditur, vt in l. j. C. de emenda. Insti. Codi. hæc oīa tangit glo. j. vsque ad gl. quæ incipit, de mum. Verum quia hęc arbor consanguinitatis appellatur arbor continens lineas & gradus, dubitatur de quibusdam Primò, quid sit consanguinitas, & vnde dicatur. Secundo, quid sit linea, & quot sint. Tertiò, quid sit gradus, & vnde dicatur.
9 Ad primum rn̄deo, † ꝙ ꝙsanguinitas est attinentia personarū ex eo ꝓueniens, quia vna descendit ab altera, vel ambo ab eodem, ꝑm gl. Et per id qđ dr̄, quod vna descendit ab altera, denotatur consanguinitas descendentium: per id autem quod dicitur, vel ambo ab eodem, denotatur linea transuersalium. Alij, vt Raymundus, sic dicunt ꝙ ꝙsanguinitas est vinculum personarum ab eodem stipite descendentium carnali propagatione contractum, & vtraque diffinitio approbatur, & per Io. And. & do. Pet. de Peru. Dicitur autem consanguinitas à communi sanguine, quasi communem sanguinem habētes, vel de vno sanguine procedentes. Quid autem sit linea. Re-
10 spondeo, secundum gl. † ꝙ linea est collectio personarum ab eodem stipite descendentium, diuersos gradus continens, & numeros distinguens. Vel secundum Raymun. linea est ordinata collectio personarum per consanguinitatem coniuncta rum ab eodem stipite descendentium, diuersos gradus continens, & eas ab vnitate stipitis secūdum numeros distinguēs, & vtraque bona. Lineæ autem sunt tres. Prima ascendentiū, secunda descendentium, tertia transuersalium, vt infra patebit. † Quid sit gradus. Respondeo, ꝙ est habitudo descenden-
11 tium personarum, qua cognoscitur quota agnationis vel cognationis distantia duæ personæ inter se differant. Et dicitur gradus a gradibus scalarum. Et sic ad similitudinem graduū scalarum, quibus gradiuntur de proximo in proximum. l. Iurisconsul. §. gradus. ff. de gradi. Qualiter autem gradus cōputentur, infra videbimus. Et vsque ad quem gradum poterit matrimonium contrahi. & breuiter respondeo, ꝙ vsque ad quartum gradum inclusiuè durat prohibitio, vt in c. non debet, de consan. & affi. His sic præmissis pro aliquali euidētia, operępretium est, vt de forma ipsius arboris videamus. Ad cuius intelligentiam quæro de tribus. primò de forma arboris, secundò de forma cellularum, tertiò de ordine cellularum.

12 De primo, qualiter formetur arbor. Respondeo ꝙ ex duobus; primò ex triplici linea. Prima est ascendentium a quibus originem trahimus, vt pr̄, mater, auus, auia, ꝑauus, proauia. Secunda est descendentium, qui originem ducunt a nobis, vt filius, filia, nepos, neptis, pronepos, proneptis. Tertia est transuersalium seu a latere venientium, a quibus nō duximus originem, nec ipsi a nobis, vt est frater, soror, filii duorum fratrū, qui dicuntur patrueles, vel filii duarum sororum, qui dicunt consobrini. 35. q. 5. primo gradu. Habet ergo hæc arbor tripli cem ramum. Primus est ascendentium, secundus est descendentium, tertius est collateralium. Secundò formatur arbor ex quadam cellula vacua, quæ est in medio arboris, iuxta hoc quæritur de duobus. Primo, quo nomine nominetur ista cellula vacua; secundò, quare sic vacua remansit.

13 † Respondeo ad primum, ꝙ quidam nominant ipsam trūcum, quia ad modum arboris se habet, cuius essentia consistit in trunco. 35. q. 5. c. series. Alii appellant Protheum propter diuersos respectus, quos habet ad diuersas personas in arbore, videlicet ad ascendentes & descendentes & transuersales. Alii appellant Ioachim: quia sicut ab isto Ioachim conde scenderunt omnes Principes ecclesiæ, ita & ab ista cellula vacua oriuntur & denominantur ascendentes, & descēdentes, & transuersales, gl. nostra non curat de nomine, dicit hāc cellulam denominatam a nomine sui bidelli, & vocat ipsam Pe trucium. Et est sciendum ꝙ ideo quidam hanc cellulam vacuam appellant ipsam Protheum, quia sicut Proteus fuit homo habens faciem suam trāsformatam in diuersas facies, sic facit hæc cellula vacua, quæ quandoque est pater, quandoque filius, quandoque frater, eo ꝙ continet ascendentes & descendentes & transuersales. Alii vero qui appellant hanc cellulam Ioachim, ideo sic appellant, quia Ioachim fuit homo habens maximam genealogiam, vnde ista cellula denominatur ab eo, qui habuit multos parentes, filios & collatera les. Alii verò, qui appellant hanc cellulam truncum, ideo sic dicunt, quia ex trunco multi rami progrediūtur, & sic ex ista cellula vacua multæ personæ recipiunt originem & descen-
14 dunt ab ea. † Ad secundam quæstionem, quare hæc cellula remansit vacua. Respon. do. Pet. de Peru. quia nomen in ea certum describi non potuit, tres cellulæ, prima ascendentium, secunda descendentium, & tertia transuersalium, sumunt nomen æquè principaliter ab ista cellula vacua, vnde ipsam non potuimus magis nominare a linea ascendentium quàm descendentium & transuersalium, secundum gl.

Nam, vt dicit gl. quomodo enim possumus illam vacuam nominare, quam dicimus filiam patris, fratrem fratris, patrē filii. quasi velit gl. dicere, ꝙ cum cellula vacua comprehendat ascendentes descendentes & transuersales, non potest nomē assumere ex nomine ascendentium tantum, vel descendētiū tantum, vel transuersalium tantum, cum omnem lineam cō cernat & respiciat. Tu dic clarius, secundum do. Petr. ꝙ ideo

vacua

Source : BIU Cujas

vacua remanſit,quia aſcendentes,deſcendentes, & tranſuerſales,exceptuatis his quę determinantur per genitiuum reſpe
15 ctu huius cellulæ vacuæ nomina ſortiuntur, †quia diuerſarũ cellularum diuerſa debent habere nomina, & ſic vno nomine non poterant deſignari, nec omnia nomina quæ reſpectu diuerſarum cellularum ſortiuntur,poterant ſortiri vna cellula collocari,ſecundum Io.Hiſpanum. Ideo autem dixi, exceptuatis his quæ determinatur per genitiuum,quia illa cellula fratris filius denominantur non a cellula vacua, ſed a cellula quæ incipit,frater. Item cellula ſororis filia & ſequentes non oriuntur nec determinantur a cellula vacua,ſed a cellula quę incipit,ſoror.Illæ ergo cellulæ quæ ſunt in caſu noſtro,denominantur a cellula vacua ſicut eſt iſta,pater,mater,auus,auia,
16 filius,filia,frater, & ſoror. † Eſt autem ſciendum, ꝙ quælibet trium linearum habet ſuas cellulas: nam linea aſcendentium habet quatuor.prima pater,mater: ſecunda auus, auia:tertia proauus & proauia: quarta abauus abauia. linea deſcendentium quatuor cellulas habet.prima filius & filia: ſecunda nepos & neptis: tertia pronepos & proneptis: quarta abnepos & abneptis. linea tranſuerſalium habet duas, videlicet frater & ſoror.

De forma cellularum.

17 Sciendum eſt, ꝙ quælibet cellula cõtinet quatuor.† Primò cõtinet expreſſionem perſonarum, ſecundò puncta & eorum numerum, tertiò qualitatem punctorum, quia quędam rubea, quædã nigra, quarto continet ordinem punctorum, quia rubea ex parte ſuperiori,nigra ex parte inferiori debent collocari. De primo autem, quare ponatur in cellula expreſſio perſonarũ, Reſpondeo ꝙ ideo expreſſio perſonarum ponitur in cellula, ad demonſtrandum aſcendentes & deſcendentes & collaterales.De ſecundo,quare ponatur punctus & numerus punctorum,numerus ponitur ad deſignandum quotitatem graduum:nam quot ſunt puncta, tot ſunt gradus,quia quilibet punctus denotat vnum gradum. De tertio, quare in cellula ponuntur puncta rubea & nigra. reſpõdeo ad cognoſcendũ quotitatem graduum,ſecũdum ius canonicum,& ius ciuile. Nam puncta rubea denotãt quotitatem graduum ſecundũ ius canonicum: puncta verò nigra denotant cõputationem graduum ſecundum ius ciuile. De quarto, quare in ordine punctorum ex parte ſuperiori ponuntur rubea,ex parte inferiori ponuntur nigra,ea eſt ratio,quia ex punctis rubeis denotatur computatio graduum ſecũdum ius canonicum. Ideo
18 ponuntur in ſuperiori parte † ad denotandum præeminentiã iuris canonici ad ius ciuile ſuper ſpiritualia,maximè quo ad matrimonium,ꝙ cum ſit ſacramentum,de biga. c.nuper. diſponitur lege canonica non ciuili.de ſecun. nup.dominus. Sunt autem quædam cellulæ, videlicet aſcendentium & deſcendentium,quæ vltra illa quatuor, quæ ſunt expreſſa continent quintum, videlicet quãdam lineam ſeu virgulam directam per mediam: et a latere dextro ponuntur nomina mariũ, vt pr̃.ſ. auus &c.ideſt filius, nepos &c.a latere ſiniſtro ponuntur mulieres, vt mater auia &c.j̃.filia neptis &c. quia poſiti a latere dextro deſcendunt a maribus, & econtra,ſecundum gl.Eſt autem quędam cellula vacua, quæ eſt in medio.
19 quæ quare remanſit vacua, dixi.s̃.†Poteſt autem dici ſecundum d. Pet.ꝙ cellularum triplex ſit forma.Quædam vacua, vt iſta quæ eſt in medio:quędam continens quatuor,vt s̃.dixi, quo ad expreſſionem perſonarum, numerum punctorũ &c.vt eſt videre in qualibet cellula tranſuerſalium.Quędam verò cellula vltra iſta quatuor continet quintum, ſcilicet virgulam in medio,vt cellulæ aſcendentium & deſcendentium.

De ordine cellularum ſecundo,& ſic de tertia quæſtione.

Primo de ordine cellularum quo ad lineam aſcendentium. Prima cellula, pater & mater, & habet vnum punctum rubeum & aliũ nigrum. Supra illam eſt ſecunda, auus auia, habens duo puncta rubea,& duo nigra. Supra illam eſt tertia habens tria puncta nigra & tria rubea,proauus,& proauia.ſupra illam eſt quarta cellula,abauus abauia, habens quatuor puncta rubea, & quatuor nigra.& ordo clarus eſt,quia prima incipit, pater &c. Iuxta hanc lineam dubitatur primo, & principaliter de duobus. Primò,an hæc linea aſcendẽtium habeat totam ſuã computationem in arbore.Reſpondeo,non:nam ſcis ꝙ quilibet habet duos parentes.ſ.4.auus.& 8,proauus.16.abauus.& ſic ſemper aſcendentes duplicantur, vnde fuiſſet impoſſibile
20 tot perſonas in arbore deſcribere. † Nam ſi faceremus computationem vſq; ad ſeptimum gradum continerentur perſonę mille 24.vt inquit tex.in l.Iuriſconſultus.§.ſeptimo gradu. ff.de gra.patet exemplum, pater meus habet patrẽ & matrẽ, & ſic mihi ſunt duo aui.mater mea habet patrem & matrem, ecce duo alij aui, & ſic de ſiſſib. Scdo quęro, an quo ad lineã aſcendentiũ ſit eadem graduũ cõputatio, ſecundũ ius ciuile & canonicũ. Reſpõdeo quod ſic.Ideo quælibet cellula aſcendentium habet tot puncta rubea,per quæ computatur computatio graduum ſecundum ius canonicum, quot nigra per quæ computatur computatio ſecundum ius ciuile. patet exemplum in meo abauo. nam ſic reperiuntur quinque perſonæ. Prima mei patris, ecce prima perſona: ſecunda mei aui, ecce ſecunda perſona: tertia mei proaui, ecce tertia perſona: quarta mei abaui, ecce quarta perſona: quinta perſona mea,ecce quinta perſona.Et ſic vtraque computatio in perſona mea & mei abaui,& computatis intermediis.i. perſona patris mei & aui & proaui ſunt quinque perſonæ. & pro tanto dicuntur vna perſona ſiue diminuitur propter re-
21 gulam quæ dictat, † ꝙ in linea aſcendenti quælibet perſona addita ſuperiori gradum adiicit.35.q.5.ad ſedem.Patet exemplum, videlicet ex perſona patris mei adiicitur perſonæ aui mei: perſona aui mei adiicitur perſonæ mei proaui: perſona mei proaui adiicitur perſonæ abaui mei. quia mihi ergo ſoli adijciuntur quatuor ſ.ſuperiores,ideo ab auo meo differo in quarto gradu dempta vna perſona.Quidam tamen dicunt ꝙ ideo diminuimus vnam perſonam propter magiſtralem regulam,per quam cognoſcitur quoto gradu aſcendentes ſint, ſeu quoto gradu quis ſuis aſcendentibus attineat, quæ regula ſic traditur ꝙ quot ſunt perſonę de quibus quæritur computatis intermediis vna dempta,tot ſunt gradus inter eas; vel ſecundò,quot ſunt perſonæ tot ſunt gradus dempto ſtipite. Ideo autem dicitur ſtipes, quia eſt principium ad originem graduum,ſicut dicimus ꝙ vnus non eſt numerus, ſed principium numeri. Item quia gradus eſt habitudo reſpectu vnius perſonæ,ad alteram,non autem reſpectu ſui ad ſeipſum, ſecũdum do. Pet. de Peru. Aduerte, ſecundum do.Pet. ꝙ demptio ſtipitis habet locum, quando agitur de computatione graduum, quæ fit quo ad lineam aſcendentium vel deſcendentium,non autem quo ad lineam tranſuerſalium.

Veniamus ad ordinem cellularum,quo ad lineam deſcendentium. Reſpondeo, ꝙ prima cellula eſt filius, & filia, habens vnum punctum rubeum & vnum nigrum.ſub iſta eſt ſecunda cellula nepos neptis,habẽs duo puncta rubea & duo nigra. ſub iſta tertia cellula, pronepos proneptis,habens tria puncta rubea,& tria nigra.ſub iſta eſt quarta cellula abnepos abneptis, habens quatuor puncta rubea & quatuor nigra. Iuxta hanc cellulam deſcendentium
22 dubitatur de duobus.Primo, † an in linea deſcendentium ſit eadem computatio graduum ſecundum leges & canones. Reſpondeo quod ſic, quia quælibet cellula deſcendentium habet tot puncta rubea,per quæ denotatur computatio ſecũdum ius canonicum;quot nigra, per quæ denotatur computatio ſecundum ius ciuile, quia eius perſona addita perſonæ per carnis propagationem facit gradum. Secundò quæritur de regula magiſtrali, per quam cognoſcitur quoto gradu deſcendentes inter ſe differant.Reſpondeo, ꝙ quot ſunt perſonæ,de quibus quæritur computatis intermediis vna dempta, tot ſunt gradus inter eaſdem,ſecundum gl. Vel dic ꝙ in linea deſcendenti & aſcendenti quælibet perſona addita inferiori gradui gradum addit.35.q.5. ad ſedem. ſecundum Io. Hiſpa. & d.Pe.de Peru. patet per exẽplum. Abauus eſt mihi in quarto gradu,& tamen ſumus quinque perſonæ computata perſona mea & mei abaui,computatis perſonis intermediis,videlicet perſona mei patris aui & proaui.Sed quia vna perſona demitur, ideo ſunt quatuor gradus ſecundum Io. Hiſpa. & do. Pe.de Peru.Quod in linea deſcendenti quælibet perſona addita inferiori alias ſuperiori gradum adiiciat, patet exemplũ dempta vna.exemplum patet, mihi abauo addũtur quatuor perſonæ,videlicet perſona filij,nepotis, pronepotis & abnepotis mei.Sed quidam dicunt, ꝙ quot ſunt perſonę, tot ſunt gradus,ſtipite dempto.Si vis ſcire, quoto diſtat trũcus qui ſe habet vt pater quo ad lineam deſcendentem ab nepote quatuor gradus ſunt & quinque perſonæ.vnde ſunt quatuor gradus ſtipite dempto. Et hæc regula locum habet in linea aſcendentium & deſcendentium,tam de iure ciuili quam canonico, non autem habet locum in linea tranſuerſali, ſecundum do.Pet. de Peru.

Sequitur videre de ordine cellularum,quo ad lineam tranſuerſalium.

23 Nunc †videamus de ordine cellularum quo ad lineã tranſuerſalium.Secundo videamus, quoto gradu

Source : BIU Cujas

gradu tranſuerſales adinuicem ſint. Tertiò de regula magiſtrali, per quam cognoſcimus collateralium gradus. Ad primum de ordine cellularum. Prima cellula eſt frater. ℸ. habens vnum punctum rubeum & duo nigra. Sub illa eſt ſecunda cellula, quæ incipit, fratris filius & filia, habẽs duo puncta rubea & tria nigra. Sub iſta eſt tertia cellula quæ incipit, fratris nepos & neptis, habens tria puncta rubea & quatuor nigra. Sub illa eſt quarta cellula, quæ eſt fratris pronepos proneptis habens quatuor puncta rubea & quinque nigra. Ad ſecundum, quoto gradu diſtant vel ſint tranſuerſales iſti adinuicem? Reſpondo, facias primo ſtipitem de cellula quæ primo incipit, pater. ita ꝙ a patre incipias ſtipitem, duo fratres germani ſunt in primo gradu ſecundum canones, & in ſecundo ſecũdum leges. Eſt alia cellula quæ incipit ſic, patruus amita, habens duo puncta rubea & tria nigra. Eſt & alia cellula, frater patruelis vel ſoror amitæ patruelis, habet tria puncta rubea & quatuor nigra. Sub iſta eſt tertia cellula quæ incipit, horum filius & filia, & habet quatuor puncta rubea & quinque nigra. Sub iſta eſt cellula quæ incipit, horum nepos & neptis, & habet quinque puncta rubea & ſex nigra. Quoto aũt gradu ſunt iſti ad inuicem? Reſpondeo, tibi meo fratri patruelis & amitino & ſorori, & ſorori patrueli & amitinæ ſum in ij. gra. ſecundum cano. & in quarto ſecundum leges. Tibi filio mei fratris patruelis & amitini, ac etiã filio meæ ſororis patruelis & amitinæ ſum in tertio gradu, & in quinto ſecundum leges. tibi nepoti mei fratris patruelis vel ſororis patruelis ſum in quarto gradu, ſecundum ca. & in ſexto ſecundum leges. Eſt et alia cellula. patruus magnus et amita magna, et habet tria puncta rubea, et 4. nigra. Ex iſta ſecunda, propior ſobrinus propior ſobrina. et habet tria puncta rubea & quinque nigra. ex iſta ſecunda cellula oritur tertia, horũ filij filiæ, & iſti ſunt in tertio gradu ſecundum leges. ex iſta tertia oriẽ quarta cellula eorundẽ nepos, & neptis, & iſti ſunt in quarto gradu ſecundũ can. & in ſeptimo ſecundum leges, huic aũt cellulæ faciamus proauum ſtipitem. Quoto gradu ſunt iſti ad inuicem? Reſpondeo, tibi meo patruo magno & amitæ magnæ ſum in 3. gradu ſecundum canon. & in quarto ſecundum leges. Tibi meo propiori ſobrino ſum in tertio gradu ſecundum cano. & in quinto ſecundum leges. tibi filio vel filiæ meæ propioris ſobrini ſum in 3. gradu ſecundum cano. & in vj. ſecundum leges. tibi nepoti vel nepti mei propioris ſobrini ſum in quarto gradu ſecundum cano. & in 7. ſecundum leges. eſt alia cellula quæ incipit, propatruus proamita. ex hac oritur filius & filia. ex iſta oritur tertia eorundẽ nepos neptis: ex iſta tertia oritur quarta pronepos proneptis. Quoto gradu ſunt iſti adinuicem? Reſpondeo, tibi meo propatruo & meæ proamitæ ſum in quarto gradu ſecundũ cano. & in quinto ſecundum leges. tibi filio mei propatrui & proamitæ ſum in quarto gradu ſecundum cano. & in ſexto ſecundum leges. tibi nepoti mei propatrui vel proamitæ ſum in 4. gradu ſecundum cano. & in 7 ſecundum leges. tibi pronepoti mei propatrui vel proamitæ ſum in quarto gradu ſecundum cano. & in ſeptimo ſecundum leges. & hæc de quatuor cellulis, quæ ſunt a latere dextro. Sed quæritur de ſtipite iſtarum cellularum. Reſpondeo, ꝙ quo ad cellulam fratris, qui facit ſtipitem de patre, quo ad cellulam patrui amitæ ſit ſtipes de auo, quo ad cellulam patrui magni ſit ſtipes de proauo, quo ad cellulam propatrui ſit ſtipes de cellula abauus.

De cellula a latere ſiniſtro.

24 Expeditus † de cellulis a latere dextro, videamus de ordine aliarum cellularum quæ ſunt a latere ſiniſtro, & incipiamus a prima quæ incipit, ſoror. ex prima oritur ſecunda ſororis filius filia. ex illa ſecunda oritur tertia, nepos neptis. ex iſta tertia oritur quarta, pronepos proneptis. Quoto gradu ſunt iſti adinuicem? Reſpõdeo, tibi meæ ſorori ſum in primo gradu ſecundũ ca. & in ſecundo ſecundum ll. tibi filio vel filiæ meæ ſororis ſum in ſecũdo gradu ſecũdum ca. & in tertio ſecundum leges. tibi nepoti ſororis meæ ſum in tertio gra. ſecundum ca. & in quarto ſecundũ leges. tibi pronepoti ſororis meæ ſum in quarto gradu ſecundum ca. & in quinto ſecundum leges. eſt & alia cellula quę ſic incipit, auunculus matertera. & habet tria puncta rubea & quatuor nigra. ex iſta oritur tertia cellula, horũ filius & filia, & habet tria pũcta rubea & quinque nigra. ex iſta oritur quarta eorundem nepos & neptis. & habet quatuor puncta rubea & ſeptem nigra. Quoto gradu ſunt iſti adinuicem? Reſpondeo, tibi materteræ meæ & auunculo ſum in gradu ſecundo ſecundum ca. & in tertio ſecundum leges. Tibi meo conſobrino vel ſorori conſobrinæ ſum in ſecundo gradu ſecundum ca. & in quarto ſecundum leges. Tibi filiæ meæ vel filio conſobrini vel conſobrinæ ſum in tertio gradu ſecundũ ca. & in quinto ſecundum leges. Tibi nepoti vel nepti meæ conſobrinę vel conſobrini mei ſum in quarto gradu ſecundũ ca. & in ſexto ſecundum leges. Eſt alia cellula, auunculus magnus & matertera magna, & habet tria puncta rubea & quatuor nigra. ex iſta oritur ſecunda cellula, propior ſobrinus & propior ſobrina, & habet tria puncta rubea & quinque nigra. ex iſta oritur tertia, eorundem filius & filia, habens tria puncta rubea & ſex nigra. ex iſta oritur quarta, eorundem nepotes & neptis, habens quatuor rubea & ſeptem nigra.

Quoto gradu iſta ſint? Reſpondeo, tibi auunculo magno & materteræ magnæ ſum in tertio gradu ſecundum cano. & in quarto ſecundum leges. Tibi propiori meæ conſobrinę sũ in tertio gradu ſecundum ca. & in v. ſecundum leges. Tibi ꝓpiori filiæ meæ ſobrinæ ſum in tertio gradu ſecundum can. & in vj. ſecundum leges. Tibi nepoti vel nepti propioris ſobrinæ meæ ſum in quarto gradu ſecundum ca. & in ſeptimo ſecundum leges. Eſt & vltima cellula, quæ incipit, proauunculus, promatertera, & habet quatuor puncta rubea & quinq; nigra. Ex iſta prima oritur ſecunda, horum filius filia, quæ habet quatuor puncta rubea & ſex nigra. Ex iſta oritur nepos neptis, habens quatuor puncta rubea & ſeptem nigra. Ex hoc etiam oritur quarta cellula, habens quatuor rubea & octo nigra. Quoto gradu ſunt iſti? Reſpon. Tibi meæ promateterteræ & proauunculæ ſum in quarto gradu ſecundum cano. & in quinto ſecundum leges. Tibi filiæ meæ proauunculæ vel promateterteræ ſum in quarto gradu ſecũdum ca. & in ſexto ſecũdum leges. Tibi nepoti proauunculi vel promateterteręſum in quarto gradu ſecundum ca. & in ſeptimo ſecundum leges. Tibi pronepoti proauunculi vel ꝓmateterteræ meæ ſum in quarto gradu ſecundum ca. & in 8. ſecũdum leges. hoc ſic eſſe patet ex tenore cuiuſlibet. Sed quæritur de ſtipite harum cellularum. Reſpon. ꝙ quo ad cellulam ſoror eſt ſtipes, pater et mater. Nam de ſorore mater ſtipes eſt. quo ad cellulam auunculus et matertera ſit ſtipes auus et auia. Quo ad cellulam auunculus et matertera ſit ſtipes auus et auia. Quo ad cellulã auũculus magnus et magna matertera ſit ſtipes de cellula, proauus proauia. Quo ad cellulam proauunculus; promatertera ſit ſtipes de cellula abauus abauia.

De regulis magiſtralibus.

Demum videamus de regulis magiſtralibus, ꝑ quas cognoſcitur collateralium gradus.

25 †Et ante omnia præmitto quatuor. Primò, ꝙ quidam collateralium ſunt in linea æquali, quidam ſunt in linea inæquali. Item quidam ſunt in gradu et gradum faciunt. quidam diſtant a gradu. collaterales in linea æquali dicuntur eſſe, quando quilibet ipſorum æquè principaliter diſtat a ſtipite & eorum gra. patet exemplum, filii duorum fratrum diſtant æqualiter a ſtipite in ſecundo gradu, iſti dicuntur inter ſe in linea æquali. collaterales in linea inæquali dicuntur, quando quilibet ipſorum non æquè principaliter et eodem gradu diſtant a ſtipite, ſed vnus eſt remotior altero. patet exemplum in fratre et nepote alterius fratris: nam frater diſtat a ſtipite in primo gradu, et nepos in ſecundo. iſti ergo ſunt inter ſe in linea inæquali, collaterales dicuntur eſſe in gradu, et facere gradũ, quando quilibet eorum æquè in eodem gradu diſtat a ſtipite. dicuntur autem diſtare gradu, quando vnus ex collateralib eſt remotior altero quo ad ſtipitem, vt ex prædictis patet. exemplum, ſicut in fratre et nepote alterius fratris. †Quæro de regula, per quam cognoſcitur collateralium gradus in linea æquali? Reſpon. ſecundum ca. vna regula datur. Quotò quilibet collateralium diſtat a communi ſtipite, toto diſtant a quolibet per aliam lineam deſcendentium ab eodem, vel toto diſtant inter ſe, vel ſibi attinent ꝙ computatus gradus. Et no. ꝙ vna perſona abſolutè poſita non facit gradum, ſed regulatiuè poſita facit gradum per Bal. in c. j. de na. ſuc. feu. exẽplũ, duo fratres eodem gradu diſtant a ſtipite, quia primo gradu. ergo inter ſe ſunt in primo gradu. Item filii duorum fratrum eodem gradu diſtant a ſtipite, quia quilibet eſt in ſecũdo gradu, quia inter ſe ſunt in ſecundo gradu. et hæc regula probatur et traditur in tex. c. ꝙ dilectio. de conſan. et affi.

26

27 Secundum †leges datur alia regula, quæ talis eſt. Quoto gradu quilibet collateralium diſtant a communi ſtipite, toto duplicato diſtant inter ſe, vel ſibi attinent. filii duorum fratrũ diſtant a ſtipite ſecundo gra. duplicem gradum habebis quartum gradum. nam ſecũdum leges linea ſecunda eſt quartus gradus, et eſt linea paris numeri. item quarta linea eſt paris numeri, ſicut ſunt pronepotes fratrum. ex iſta inſurgit per gradus, quia iſti ſunt in octauo gradu. ſed ſecundum Ca. eſt dare diſparem gradum et diſparẽ

lineam:

Source : BIU Cujas

lineam:ideo dum dico, frater est dispar numerus fratri, quia sunt in prima linea,& dispar linea in primo gradu secundum Ca. sed dubitatur,qua de causa procedit hæc differentia iuris ciuilis & cano. respond. quia secundum ius ciuile quælibet persona facit gradum, sed secundum ius cano. duæ personæ faciunt gradum, quæ pro vna reputantur.35. q. 5. ad sedem. & qa in his, quæ sunt de linea æquali duplicãdo gradum secũ dum leges ẽ dare, ꝙ siue linea est paris numeri, siue disparis, non est reperire disparem gradum . exemplum in filijs duorum fratrum,qui sunt in pari numero, & sunt in.4. gra. vel in duobus fratribus, qui sunt in secũdo gradu . exẽplum in linea disparis numeri in nepotibus fratrum , qui sunt in tertio numero, nam duplicatur gradus,& sic erunt in vj. gradu.secundum aũt Ca.est dare disparẽ gradum:hinc est ꝙ multi sunt in
32 tertio & in quinto gra. & aduerte ꝙ ille dicitur dispar numerus, qui non habet æqualitates hincinde,& par hincinde hẽt qualitates, vt dicimus in vulgari , proauo meo filij duorum fratrũ sunt æqua linea numero pari . & quia sunt duo hic gradus duplicatur , & sunt quatuor gradus. item nepotes fratris sunt de æquali linea,quia quilibet distat eodem gradu a stipite,sed sunt in numero impari,quia sunt in tertia linea, tamen hic numerus dispar reducitur ad parem , quia ex quo fit duplicatio,sunt in.vi. gra. sed secundum ca. remanet in ij.& sic in pari numero.Ita ergo intelligo gl.dum dicimus , verba gl. sic iacent . bene ergo dicimus fm leges, quod in æquali linea collateralium, siue sit linea paris numeri,siue disparium,non est reperire disparem gradum, vt in linea paris numeri . & sic vel quarta est disparis primo vel tertia.in prima linea secũdus gra.in secunda quartus,in tertia sextus. in quarta octauus. ꝙ non est secundum canones,quia in linea æquali paris numeri habemus disparem gradum , in prima primum,in secunda
28 fm, in quinta quintum. † Et aduerte, quia linea paris numeri est illa,quæ habet numerum binatum seu duplicatum , vt duo vel quatuor vel sex,& sic de singulis. ille est numerus dispar , qui non binarius est,nec duplicatur æqualiter , vt cum dicimus , vnus vel tres vel quinque. & hoc vult dicere gl. dũ dicit,paris numeri secunda vel quarta disparis numeri,prima vel tertia.item quod dicit gl.in linea æquali collateralium siue sit paris numeri,siue disparis , non est reperire gradum disparem.exemplum,quãdo linea est disparis numeri,vt prima linea dum dicitur frater,&c. est iste numerus dispar.& tamẽ secundum leges non resultat dispar gradus , quia fratres sunt in ij. gra.& sic numerus par,quia binarius . Secunda duplicatur æqualiter,licet tertia linea sit numerus dispar : tamen habet parem gradum,qui est sex.nam prima est frater , secunda fratris filius.tertia fratris nepos, & tamen tales sunt in vi.gradu.item patet exemplum,quia linea est paris numeri,vt linea secunda.& hic est paris gradus.

De linea collateralium inæquali.

29 Nunc † veniamus ad lineam collateralium in linea in æquali . Quæro de secunda , per quam cognoscitur gradus collateralium in linea inæquali Respon.quoto gradu remotior distat a stipite communi , toto distant inter se, de consan. & affi.c. fi.vbi casus . Et hoc secundum ca. exẽplum,distat filius a primo gradu, abnepos ab alio fratre quarto gradu a stipite distat,& sic sum in linea inæquali, sicut iste remotior distat a stipite quarto gradu , sic a quolibet descendente per aliam lineam vsque ad aliam lineam æqualitatis. Vnde patruo filio ppatrui pronepoti propatrui sum in quarto gradu efficietur linea æqualis,hoc ipso ꝙ sunt pronepotes duorum fratrum . & ideo prima addita primæ vsque ad lineã æqualitatis non crescit gradus , sed postquam transcendunt æqualiter lineam mutatur gradus. patet exemplum in pronepote ad filium pronepotis ex alio fratre.

30 Secundum leges aliter dat regula collateraliũ in linea inæquali. † Et est talis , quot sunt personæ stipite depresso, tot sunt gradus. Vnde propatruo sũ in quinto gradu , filio propatrui sum in 6. vt patet in cellulis , & sic quælibet persona facit gradum.

In quo gradu prohibeatur contrahi matrimonium inter consanguineos.

Vltimò videamus ad quem gradum prohibetur contrahi matrimonium inter consanguineos ?
31 Respondeo,† ꝙ aut loquimur de matrimonio contrahendo ab illis,inter illos qui sunt de linea ascendentium vel descendentium , & tunc perpetua est prohibitio etiam illis,qui sunt vltra quatuor gradus.35.q.5. c.primogenitus . & duobus c.sequentibus,in quibus dicitur, ꝙ olim vsque ad 7. gradum. Et inquantum erat notitia parentelæ extendebatur prohibitio, ex quo esset dare alterum ascendentem & alterum descendẽtem.vnde perpetuo inter eos durat prohibitio,licet Goffr.in Summa de consan.& affi.§.sciendum. quartò dixerit prohibitionem solummodò extendi vsque ad 4.gradum,per ca. non debet,de consan.& affin. ꝙ non distinguit inter ascendentes descendentes & transuersales, ergo &c.Sed cõtrarium tenet hic Io.And.& originaliter Host.in Summa de consan. & affi. in §.consueuere.& §.qualiter arbor,& hęc opinio est ipsa veritas.Et sequitur Ray.& Pan.& cæteri.& maximè ea ratione, quia tex. iuris ciuilis indistinctè prohibet matrimoniũ inter ascendentes & descendentes in infinitum. l. nuptiæ.ff.de ritu
32 nup.vbi gl. † ꝙ si Adam viueret, non posset habere vxorem quia omnes ab eo descendimus, vnde cum ius ciuile non reperiatur in hoc expresse correctum, non debemus per generalem dispositionem canonum dicere contrarium . arg. in c. 2.de despon. impu. Hæc tamen quæstio propter breuitatem vitæ hominum rarò practicatur.Prosequor secundum membrum principale. Aut nos loquimur de matrimonio contrahendo inter illos,qui sunt de linea transuersaliũ,& tunc olim erat prohibitio vsque ad septimum gradum inclusiuè, hodie autem vsque ad quartum gradum. c.non debet . de consang. & affi. vnde qui sunt vltra quartum gradum,licitè ꝓtrahunt. Et hoc tãgit gl.in §.qui igitur,in ver. queri. Sed iuxta hoc dubitatur,vt vir distat quinto gradu,& mulier distat a stipite primo gradu: an inter nos possit matrimonium cõtrahi ? Host. in Summa.§.nunquid in quinto & in primo.de cõsan.& affi. dicebat non posse contrahi,vt puta,filia Petrucii & ppatruus non possunt adinuicem contrahere matrimonium, & idem tenuit de cõsan.& affi.c.quod dilectio.Et nititur probare sic, pater & filius vna & eadem persona censentur.C.de impu. & ali.subst.l.vlt.Sicut ergo non potest cõtrahi cum stipite,ergo nec cum filia stipitis.Facit etiam c. tua nos.de cõsang.& affi. vbi fratres ponuntur etiam pro stipite . Sed cõtra tenuit gl. Ber.vt colligit ex gl.quã posuit,c.vlt.de cõsan.& affin.& Ray. & Io.de Deo,& gl.nostra.Nam dicit , ꝙ hoc est verisimile ex regula tradita in d.c.vlt.vbi dicitur,ꝙ quoto gradu remotior distat a stipite, & a quolibet descendentium ab eodem &c. Sed certum est, ꝙ propatruus descendit a stipite.s.abauo filia trunci descendit ab ipso trunco, hoc est ab ipso abnepote respectu ipsius abaui,qui tunc est stipes.Et sic,cum hæc filia nõ descendit a propatruo,& sit sibi propatruo in quinto gradu, poterit eam ducere in vxorem.& hoc vult gl.nostra,vnde inter eos non est prohibitio , secundum Tancre. quia non sunt de linea ascendentium vel descendentium. quia immo dicuntur esse de linea transuersalium . cum ergo remotior a stipite
33 distet quinto gradu,igitur &c. † Et ad cognoscendũ qui possunt cõtrahere matrimonium , nota ꝙ quædam sunt in linea æquali , tunc potest loqui regula affirmatiua. Ego cõsanguineus possum accipere cõsanguineam tuam, & tu potes meã . Exemplum,pronepotes duorum fratrum sunt in linea æquali & gradu. 4. & vnus potest accipere in vxorem filiam alterius,quia filia pronepotis est in quinto gradu.Item potest dari regula negatiua,vt non possim accipere filiam tuam nec tu meam,vt in filiis duorum fratrum non potest vnus filiam alterius accipere,quia filia est in tertio gradu. Quandoque cõtingit ꝙ collaterales sunt in linea inæquali : tunc supradictæ regulæ non procedunt negando,nec affirmando : nam contingit ꝙ possum accipere tuam filiam, & tu non potes accipere meam.exemplum,Truncus qui distat quarto gradu a stipite,& sic a propatruo, non potest accipere filiam propatrui, & tamen propatruus potest accipere filiam Trunci, quæ est sibi in quinto gradu.& hoc dicit gl.vlt.vbi sciẽdum, &c. Tertiò quæritur,an quo ad prohibitionem coniugii distinguaẽ, an sint aliqui nati ex fornicatione,vel vxorio coitu? Respon. non,per c.tuas.de proba.Et quod ponit gl.quæ incipit ad domum.in ver.ad prohibitionem. Sciẽdum est etiam,ꝙ hic est gl.vlt.in ver.scire debes,quæ dicit ꝙ communiter Doc.dicũt ꝙ abauus proauus & auus sunt bigami,dicentes ꝙ si nõ eẽnt bigami,non possent filii eorum coniungi cum essent fratres, sed de hoc non curo, quia eadem ratione dicendum est de aliis cellulis duplicibus,ꝙ personæ eorum essent bigamæ. vnde fingamus perinde ac si dicerem propatruus & eius vxor & eius amita & eius maritus . vnde duplicatio posita fuit in nominibus differentibus vtroque sexu.non vt eorum coniuges denominarent.ita intelligendo gl. sicut bigamus præsupponit bigamum fore coniugatum,sic cellula abaui præsupponãt abauum coniugatum . hoc ergo ipso ꝙ dico abauus , intelligitur eius vxor.sicut enim bigamus præsupponit duplex coniugium,sic posito abauo eius vxor intelligitur poni.& sic fit duplex persona mariti & vxoris , sicut est duplex coniugiũ

in

in bigamo. quid ergo vult gl. quæ ſubdit, ꝙ ſi non erant bigami, non poſſent filij eorum coniungi, cum eſſent fratres? Reſpō. patet exēplum. Titius eſt meus auus, Seia mea auia. hoc ipſo quod dico auum & maritum meæ auiæ. Reſpondeo. dico auiam vxorem mei aui. ſed ſi pono eos bigamos, ſicut bigamia ponit duplicationem coniugij, ſic hic ponitur duplicatio perſonarum vt puta mariti & vxoris. Deſcende igitur ad ſequentem cellulam, quæ incipit, pater & mater. iſti ſunt coniuges, non autem fratres, quia tunc ſi eſſent fratres non poſſent contrahere. patet ergo, quod pater meus & mater mea ſunt coniuges ad inuicem. & hanc cellulam, pater & mater, gl. ſumit pro filio illius cellulæ, auus & auia, gl. ſumit pro filio illius cellulæ proauus proauia. quod trūcus non poteſt contrahere cum aliquo qui in arbore ponitur. illi tum, qui ex vna parte ſunt, poſſunt contrahere cum illis, qui ſunt ex altera parte, exceptis tribus lineis inferiorib. ſecundum Ray. ſed inter ſe, qui ſunt ex vna parte, non pñt contrahere. Excipias tamen ab nepotem trunci, & fratrem cum ſua poſteritate, cū ſint in quinto gradu, contrahere poterunt, vt exemplificaui.
34 ſ. in propatruo & filia trūci. † Et nota, quod ſi vis conſtruere arborem in manu, potes hoc mō. ſingulos digitos habes in manu diſtinctos per quatuor artic. Cum ergo vis inuenire, quoto gradu aliqui diſtant inter ſe, numera articulos duorum collateralium medium digiti & ſuperiorem partē digiti habeas pro ſtipite ſiue cōi parente, & procede ſecundum regulas ſuperius datas. Item no. quia licet propatruus & eiuſdē pronepos in eodem gradu attineant trunco, tamen maior cō ſanguinitas eſt inter trūcum & propatruum, quam inter trūcū & pronepotem propatrui. extra de conſan. & affi. c. quod dilectio. Et nota, quod licet contrahatur matrimonium cum his, qui ſunt in quinto gradu quod fieri poteſt, remanet tamē conſanguinitas inter eos. prohibitio enim quæ per medium poſitiuum ꝓceſſerat, tollere non potuit naturalia, cum immutabilia ſint. v. diſt. in principio vna etiam me inuadit dubitatio, quam monet Ray. quia Trūcus ſiue Protheus, qui diſtat ab auo quarto gradu, nō diſtat quinto a propatruo, cum perſona addita perſonæ per carnis propagationem adijciat gradum. & reſpondent quidam, quod propter prædictam rationem deberet diſtare quinto, ſi propter aliam rationem deberet diſtare tertio. ſ. quia eſt in eodem gradu cum proauo qui diſtat tertio. & propter iſtarum regularum repugnantiam, ſecundum Ray. electa eſt media via, ne diſtaret quarto. Item cū proauus & propatruus ſint in eodem gradu, videtur ꝙ quoto gradu diſtat proauus a trunco, eodem debet diſtare propatruus & econtra. Sed ad hoc dicas, quod ipſi dicuntur eſſe in eodem gradu reſpectu communis parentis. ſ. abaui, a quo deſcendit æqualiter & non reſpectu Trunci, cuius reſpectu
35 vno gradu diſtinguitur plus propatruus quam proauus. † Vltimo nota, quod inceſtus non committitur cum conſanguinea in quinto gradu, quia inceſtus conſtitutione eccleſiæ videtur committi. xxxv. q. j. cum igitur. conſtitutione eccleſiæ olim non committebatur vltra ſeptimum gradum. xxxv. q. v. ad ſedem. verſi. illo quoque. ergo eadem ratione non cōmittitur hodie vltra quartum gradum. Quaſdam alias quæſtiones omitto, vel quia non ſunt dubiæ, vel quia inutiles.

FINIS.

TRACTATVS
de affinitate D. Stephani Coſtæ, Legum famoſiſsimi Doctoris.

SVMMARIVM.

1 *Affinitas quid ſit & vnde dicatur.*
Affinitates aliter conſiderat lex, aliter canon.
2 *Affinitatis genera quomodo inſurgant.*
Affinitatem inſurgere ex publica honeſtate, quid referat.
3 *Impedimentorum duorum vno ſublato, alterum remanet.*
Publica honeſtas qualiter conſideranda, & cuius virtutis ſit.
4 *Affinitas contrahi poteſt ſine matrimonio.*
Affinitas, an inſurgat ex pollutione extraordinaria cum muliere.
Affinitas, an ſit impedimentum durans mortua prima perſona.
5 *Affinitatis tria ſunt genera, & quæ ſit regula, per quam cognoſcatur gradus affinitatis.*
6 *Affinitatis nouus gradus ex perſonarum pluralitate non inducitur.*
7 *Genus mutat perſonam addita perſonæ per carnis copulam, non gradum & quomodo iſtud ſit intelligendum.*
8 *Affinitatis genus, quare mutetur & non gradus conſanguinitatis.*
9 *Affinitas an contrahatur ex vtraque parte & vtroque ſexu.*
10 *Regula, per quam cognoſcitur affinitas & inter quos & quoto gradu contrahatur, ponitur & declaratur.*
11 *Affinitas non contrahitur inter viri & mulieris conſanguineos & econuerſo.*
12 *Matrimonij prohibitio inter affines, qualiter per iura conſideretur, & qua lege introducta. 13.*
14 *Matrimonium fuit inter coniunctos prohibitum ad propagandā delectionem & pacem.*
Affinitas eſt impedimentum impediens & dirimens, & quouſque duret.
15 *Affinitas inter aſcendentes & deſcendentes perpetuā habet prohibitionē.*
16 *Affinis primo gradu poteſt contrahere cum affine in quinto.*
Vxores duorum fratrum, an liceat alicui ſucceſſiuè habere.
17 *Statuto reuocato, an cenſeatur reuocatus effectus per ſtatutum cauſatus.*
18 *Arboris affinitatis ſituatio & declaratio & deſignatio. 22.*
19 *Affinitas ex conſanguinitate oritur.*
20 *Filius procreatus ab vno affinium, quibus modis veniat in attinentia & qualiter in illo mutetur genus attinentiæ.*
21 *Affines ego & tu ſumus, ego filiam tuam ducere non poſſum, ergo nec tu meam, non tenet conſequentia.*
23 *Affinitatis primus numerus, quomodo inducatur.*



Via inter impedimenta matrimonii eſt affinitas, impediens & dirimens matrimonium: Ideo de iſta affinitate & affinitatis arbore videndum eſt, & principaliter ſunt videnda tria, ſiue quatuor. Primò, quid ſit affinitas. Secundò, vnde dicatur affinitas. Tertiò, quomodo ipſius genera inſurgant. Quartò, quomodo inſurgit affinitas. Circa quam hoc ordine procedam, reſpondendo ſingulis quæſitis præmiſſis.

1 Et primò ad primum, ꝙ affinitas eſt perſonarum proximitas omni carens parentela, proueniens ex coitu maritali vel fornicario, ſecundum can. nam ex fornicario vel inceſtuoſo contrahitur hæc affi. probatur in c. per tuas. de proba. de eo, qui cog. conſan. vxo. ſuæ. diſtin. & c. pe. ſecundum ll. venit ex coitu maritali tantum. l. non facilè. §. ſciendum. ff. de gra. ratio diuerſitatis, quia ca. conſiderat affinitatem quo ad matrimonium tantum prohibitiuum, ideo talis affinitas inſurgit etiā ex coitu fornicario: ſed lex conſiderat affinitates quo ad hæreditates & tutelas deferendas, ne quis cogatur aduerſus affinem teſtimonium producere. ff. de gradi. l. Iuriſcon. & l. 3. iō ex ſolo maritali coitu prouenit ipſa affinitas. Ad ſecundum, vnde dicatur affinitas. reſpon. ꝙ dicitur affinitas eo ꝙ duæ coniunctiones diuerſæ copulantur, & altera alteri congeneratur, ſiue accidat ex maritali coitu, ſiue fornicario, ſecundū
2 can. hoc ſolo maritali coitu, ſecundum leges. † Ad tertium, quomodo ipſius affinitatis genera inſurgant. Reſpon. altero ex tribus modis, ex coitu interdum cum publica honeſtate; interdū ſine affinitate. De primo clarè patet ſi cognoſco ſpō ſam, hic eſt impedimentum publice honeſtatis & affinitatis. ſi cognoſco non ſponſam, hic affinitas, ſi ſolam ſponſam nōdum cognoui, hic ſola publica honeſtas. Iuxta hoc dubitatur de tribus. Primò quid refert affinitatem inſurgere ex ſolo coitu ſiue ex publica honeſtate. reſpond. propter modum impetrandi diſpenſationem, quia ſi mortua vxore, tunc vis contrahere ex diſpenſatione eccleſiæ cum cōſanguinea vxoris, & eccleſia diſpenſat vt poſſis cum illa contrahere, non obſtante ꝙ ſit tibi affinis per hanc diſpenſationem ꝓtrahere non poteris: quia licet per diſpenſationem ſit ſublatum affinit. impedimentum, non tamen eſt ſublatum impedimentū
3 publicæ honeſtatis, † quia ex duobus impedimētis vno ſublato aliud remanet. de priuil. c. paſtoralis. debet ergo exprimi, vt cum illa poſſis contrahere, non obſtante publica honeſtate ex ſpōſalibus inducta, & non obſtante affi. ex coitu proueniente hæc eſt ſnīa. gl. hic, & ſequuntur Doc. d. Pe. de Peru. & alij hic ſed huic gl. eſt gl. cōtraria in c. non debet. de conſan. & affi. in gl. magna, circa fi. vnde pro concordia harum opi. & gl. diſt. ſecundum Pa. in d. c. non debet. qui ita de facto conſultus rñdit, ꝙ aut publica honeſtas neceſſariò compræhenditur ſub affinitate, & ſatis erit de affinitate mentionem facere vel feciſſe. & ſic procedit gl. in d. c. non debet. Exemplum, ſi impetro diſpenſationem, vt liceat mihi ducere vxorem cō ſanguinei defuncti, non obſtante affinitate in quarto gradu vel tertio: nam ex quo facta eſt mentio quod fuit vxor conſanguinei mei, conſecutiuè feci mentionē de publica honeſtate. & ſic per conſequentiam videtur ſublata virtute diſpēſationis. aut non compræhenditur publica honeſtas ex narratione verborum, vtputa impetraui diſpenſationē, vt liceat mihi

mihi ducere vxorem Bertam, non obstante ꝙ sit mihi affinis tertio vel quarto gradu, & tunc non valet dispensatio, arg. c. ex tuarum. de auth. & vsu pa. & ita procedit gl. in arbore. † nã & affinitas contrahi potest sine matrimonio, vt in c. distin. de eo qui cog. consan. vxo suæ. & in c. pe. & no. in c. per tuas. de proba. & ita ꝛcordes reducuntur hæ gl. huiusmodi distinctionis fœdere, & est ꝓbabilis, hoc di. Pa. Secundo quæritur, an ex pollutione extraordinaria insurgat affinitas? respondeo ꝙ non, si sit extra claustra pudoris. 35. q. 5 extraordinariã. de spon. c. iuueni. & hoc de secunda parte. Tertiò quæro, an affinitas sit impedimentũ durans mortua prima persona, per quam contrahitur affinitas. Respondeo, sic. 35. q. 5 fraternitatis. & hęc omnia ponit gl. quę incipit, ad arborem affinitatis, vsque in fi. ibi, genus affinitatis cognoscitur. Secundo principaliter videamus regulas, per quas cognoscitur affinitatis genus. secundo regulas, per quas, inter quos & quoto gradu contrahitur affinitas. tertiò, de prohibitione matrimonij inter affines. † Ad primum de regula, per quam cognoscitur affinitatis genus, præmitte ꝙ tria sunt genera affinitatis. primũ genus affinitatis cognoscitur per hanc regulã. Persona addita personæ per carnis copulam mutat genus, sed non gradum, secundum gl. hic, & in c. non debet. de consan. & affini. per hanc regulam non datur cognitio generis affinitatis, nec gradus affin. sed tantum disponitur mutatio generis & non gradus ex persona addita personæ ꝑ carnis copulam. dico ergo ꝙ regula, per quam cognoscit̃ gradus affinitatis, est ista. Quoto gradu consanguinitatis quis mihi attinet, eodem gradu affinitatis attinet mihi mulier a meo consanguineo cognita, & etiam extraneus postmodum illam cognoscens, & alia mulier etiam postea a tali extraneo cognita. & ideo si es consanguineus mihi secundo gradu, cognoscens Bertam, & illa est mihi secundo gradu affinitatis, si postmodum alius, puta B. cognoscat eãdem. ista B. est mihi secundo gradu affinitatis. & si iste B. aliam mulierem cognoscat, ista est mihi in secundo gradu affi. † ex pluralitate personarum, per quas contrahitur affinitas, non inducitur nouus gradus affinitatis, sed solum habetur respectus ad gradum cõsanguinitatis illius, ex cuius persona incipit gradus affinitatis. Regula autem, ex qua cognoscitur genus affinitatis, quo ad primũ genus affinitatis, est talis, persona addita personæ alicuius cõsanguinei per carnis copulam fit primum affinitatis genus. exemplum, meus consanguineus cognoscit Bertã, hæc quidem affinis est oĩb. ꝙsanguineis illius, a quo est cognita. Quo ad secũdum genus affinitatis cognoscitur per hanc regulam, ex persona addita consanguinitati per carnalem copulam primi generis secundum affinitatis genus insurgit. exemplum, Titia vxor fratris mei ẽ mihi primo genere affinitatis, mortuo fratre meo hęc Titia cognoscitur a Seio maritali vel fornicario coitu. hic quidem Seius est mihi in secundo genere affinitatis, & etiã omnibus cõsanguineis primi mariti. Quo ad tertium genus affinitatis ex personis additis affinitati secundi generis per carnis copulam tertium genus affinitatis insurgit. exemplũ, Titia nuptit fratri meo, quo mortuo nubit Caio, moritur Titia & Caius cognoscit Bertam. hæc Berta est in tertio genere affinitatis mihi, & omnibus consanguineis mei fratris. hoc ponit gl. in fi. in ver. genus affinitatis. vsque ibi, nunc formemus arborem. † Iuxta hoc de quatuor dubitatur. primo quid est dictum, persona addita personæ per carnis copulam mutat genus, sed non gradum. respondeo quod mutat genus attinentiæ, quia frater mihi attinet genere consanguinitatis, vxor autem fratris mei est mihi alio genere, quia non genere consanguinitatis sed affinitatis, ideo non mutat gradum: qa sicut frater est mihi primo gradu consanguinitatis, ita vxor eius est mihi primo gradu affinitatis, secundum glo. in c. non debet. & hic. vel dic ꝙ mutatur genus & augetur, nam est mihi in primo genere, quandoque secundo, quandoque tertio affinitatis. gradus autem nõ augetur, quia qui mihi est in tertio genere affinitatis, erit mihi eodem gradu affinitatis, quo gradu consanguinitatis erat ille, quo mediante erat mihi tertio genere affinitatis. † Secundò quæritur, quare mutatur genus affinitatis? Respondeo, mutatur genus, quia consanguinitas est attinentia personarum ex eo proueniens, quia vna descendit ab altera, vel ambo ab eodem, vt notatur in arbore consanguinitatis. Sed constat ꝙ vxor fratris mei non descẽdit a me, nec ego ab ipsa, nec ipsa nec ego ab vno & eodem. ideo non est mihi in genere consanguinitatis, sed solũ affinitatis. vel dic ꝙ ideo mulier genus mutat, quia genus affinitatis insurgit ex persona addita personæ per carnis copulã. secunda recipit augmentum ex numero personarum & iteratione copulæ. vnde est dare primum & secundum & tertiũ genus affinitatis propter personarum pluralitatem & copulæ. gradus autem non mutatur, quia gradus affinitatis contrahitur per secundã ad gradum consanguinitatis, qui gradus ꝙsanguinitatis immutabilis est. exẽplũ, frater est mihi primo gradu ꝙsanguinitatis, necessario sequitur, ꝙ vxor fratris mei sic prĩo † gradu affinitatis, cum primus gradus affi. non mutetur inter me & fratrem meum, ita nec gradus affi. qui venit respectiuè ad gradum consanguinitatis. qui enim venit respectu alterius, nec respicit augmentum, nec diminutionem, nisi inquantum est in eo cuius respectu venit. Tertiò quæritor, an hoc genus affinitatis cõtrahatur ex vna parte tantum, an vero ex duabus? Respon. ꝙ quandoq; ex vna parte tantum. exẽplum, Titia nubit fratri meo, quo mortuo nubit Seio: hic Seius est mihi secũdo genere affinitatis. quandoq; per matrimonium vnius consanguinitatis tantum inducta est hæc affinitas. i. per matrimonium contractum a fratre meo, qui est mihi consanguineus. quãdoq; ꝙtrahitur affinitatis genus ex vtraque parte. exẽplum, Titius & Seia sunt frater & soror: accipio eã in vxorẽ, & sic sum Titio affinis primo gñc affin. hic Titius accepit Bertã in vxorẽ, huic Bertæ sum in scdo gñe, quia hæc secunda cũ sit iuncta primo generi affinitatis inducat & genus primo genere affi. ex vtroq; latere ꝙ vterque consanguineorum contraxit. s. Titius & Seia. Item inter maritos duarum sororum, & vxores duorum cõsanguineorum. Quartò queritur, an affinitatis genus contrahatur ab vtroque sexu. s. virili & fœmineo? Respondeo, quod sic. Berta cognoscitur a Titio, non potest accipere Titius aliquam de consanguinitate Bertæ. & sic ratione sexus fœminei contrahitur affinitas. Item non potest Berta accipere aliquẽ de consanguinitate Titii. & sic ratione sexus masculi contrahitur affinitas. Nunc venio ad glos. quæ incipit, ad cognoscendum autem gradus affinitatis & genus, vsq; ad ver. post hæc notandum. † Ad secundum principale de regula, per quam cognoscitur inter quos & quoto gradu cõtrahitur affinitas. Respon. regula affinitatis est ista per carnalem copulam viri & mulieris inter consanguineos mulieris & virum, & inter consanguineos viri & mulierem contrahitur affinitas primi generis & eius gradus, cuius est consanguinitas. Pro declaratione regulæ quæro de quatuor principaliter. Primò, quare dicatur, per carnalem copulam viri & mulieris, & non matrimonij. Respon. quia ex fornicario coitu contrahitur affinitas, vt c. distin. de eo qui cogno. consan. vxor. suæ. Secundò quæritur, quare in secunda dicatur, inter virum, &c. Respon. quia inter virum & mulierem non contrahitur affinitas, sed sunt causa affinitatis. aliàs sequeretur ꝙ quis non posset contrahere cum concubina, inter consanguineos viri & consanguineos mulieris nulla cõtrahitur affinitas. vnde duo fratres contrahunt cum duabus sororibus. de consan. & affin. quod super his. Et sic no. † ꝙ affinitas contrahitur inter consanguineos viri & consanguineos mulieris, nec inter ꝙsanguineos mulieris & consanguineos viri. & ideo si ego & tu sumus affines, quia habeam tuam consanguineam in vxorem, tu poteris accipere in vxorem filiam meam quam procreaui ex alia vxore non consanguinea. de consan. & affinit. c. ꝙ super his. Ego autem, qui sum tibi affinis, qui tuam consanguineam habebam in vxore, non possum tuam accipere filiam in vxorẽ, nisi talis excedat quartum gradũ affinitatis respectu vxoris, q̃ habui, & hoc vult gl. in ver. vltimo. Item no. etiam vsque an affinitas, &c. Tertio quæritur, quare in secunda dicatur, primi generis. Sol. quia vna persona mediante contrahitur. & ita no. in c. non debet. quare autem dicatur eius gradus, cuius est consanguinitas Respon. quia quoto gradu es mihi consãguineus, toto es mihi affinis. Et vide gl. vsque ad versic. nunc quæritur, an affinitas. quæ durat vsque ad fi. glo.

De prohibitione matrimonij.

De prohibitione inter affines. † Rñ ꝙ nos habemus duo iura. s. antiquũ & nouũ. antiquũ erat, ꝙ inter affines primi generis erat prohibitio vsque ad septimũ gradũ accipere de ꝙsanguinitate illius a quo fuit cognita, vnde cognita a viro non poterat accipere vsque ad septimum gradum. Item econtra inter affines secundi generis erat prohibitio vsq; ad quartum gradum. 35. q. 3. de propinquis. Inter affines tertii generis erat prohibitio vsq; ad secũdum gradum inclusiuè. 35. q. v. porrò & ibi vide. hodie verò inter affines primi generis tm̃ est prohibitio vsq; ad quartum gradum inclusiuè. Sed inter affines secundi & tertij generis nulla est in aliquo casu prohibitio. c. nõ debet. de consan. & affi. vbi est casus. † Iuxta prædicta dubitatur de octo. primo, an prohibitio matrimonij inter ꝙsanguineos & affines sit introducta lege diuina vl̃ humana? Rñ. ꝙ olim ꝓp hominum raritatẽ nulla erat prohibitio inter affines consanguineos, nec collaterales. Et in principio gñis humani ipsius

Adæ

Source : BIU Cujas

Adæ ante diluuium Noe, contrahebat frater cum sorore. In Leuitico verò fuerant quædam personæ prohibitæ, de quib. in c. literas. de resti. spol. Nam prohibitæ fuerunt 12 personæ, de quibus ibi, & in c. gaudemus de diuor. Sed secundum legē diuinam non erat prohibitio in secundo gradu lineę: nam filij duorum fratrum poterant simul coniungi, vt no. in d. c. literas. Iure verò positiuo emanauit prohibitio antiqua & noua, de qua supra vidistis. Secnndò quæro, quare ista prohibi-
14 tio sit inducta? Respōdetur† propter charitatem ampliandā. 25. q. 1. c. 1. Nam si contrahere cum sorore mea, idem esset pater & socer: Si aūt cum alia contraho, alius est pater meus a socero meo. Tertio quæritur, an affinitas sit impedimentum impediens & dirimens? Respon. ꝙ sic, siue insurgat ex coitu solo, siue ex publica honestate. de spon. c. 1. lib. 6. & c. non debet. de consan. & affi. Quartò quęritur, an hoc impedimentū perduret mortua ea, qua mediāte contracta est affinitas? Rn̄. ꝙ sic, & sic responsum est circa principium affi. Quintò quæritur, an affinitas habeat perpetuam prohibitionē inter ascē-
15 dentes & descendentes, †an aūt extēdatur solum vsq; ad quartum gradum? Rn̄. ꝙ sicut est perpetua prohibitio inter ꝯsanguineos in linea ascendentium & descendentium, vt dixi in arbore consanguinitatis: sic perpetua est prohibitio inter affines ascendentium & descendentium, nam tales affines loco liberorum habentur. ff. de gradi. l. non facile. vnde si pr̄ meus desponsēt vel cognoscat Titiam, non poterit hæc Titia vnq̄ contrahere cum aliquo, qui sit patri meo vel ascendentium vel descendentiū quocunq; gradu, sicut nec pater meus posset cum aliqua consanguinea Titij contrahere, quæ sit ex linea ascendentium vel descendentium quocunque gradu.

16 †Sextò quæritur, an affinis primo gradu possit contrahere cum affine quinto. gl. dicit ꝙ sic, per regulam, quoto gradu remotior, &c. c. fi. de consan. & affi. do. Pe. dicit se non videre exemplum, quia si ponat̄ ꝙ accipiat quis meam sororē vxoris, quę est in primo gradu mihi & Titio, in quinto: nam licet vir sororis & Titius sint affines, tamen Titius & ego sumus consanguinei. Sed potest dari exemplum, si præsupponi mus Titium esse ꝯsanguineum viri in 5. gradu: nam erit affinis vxori in 5. gradu. & sic posset postea mortuo viro cum ista contrahere.

Septimò quæritur, an liceat alicui habere vxores successiuè duas cognatas alias vxores duorum frarrum? Respon. ꝙ sic, ſm gl. & in c. non debet. de consan. & affi. Vltimò quærit, an coniuncti alias prohibiti, hodie verò permissi simul pmanere possint? gl. remittit ad no. in c. non dēt. hæc omnia no. gl. in ver. nunc quæritur, an affinitas, vsq; in fi. & no. ibi in glo.
17 de c. non debet. ꝙ illud statutū non trahatur ad prædicta. †Ex quo ibi infertur, ꝙ si reuocatur statutum, non censetur reuocatus effectus causatus per statutum, nec videtur improbatus actus gestus contra statutum. Et facit, si quis sit excommunicatus l. antiqua, vt indigeat absolutione, etiā antiqua lege reuocata, nisi in reuocatione dicatur ꝙ lex antiqua debeat haberi pro infecta. gl. in cle. 1. de immu. ecc. in fi. sui. Nunc venio ad ver. nunc formemus arborem, vsque ad ver. ibi, ad cognoscendum ergo gradum affi. Primo principaliter videamus de forma arboris. Secundo de ordine cellularum.

18 †Ad primum respondeo, ꝙ arbor formatur ex tribus principaliter. Primo ex quibusdam cellulis, in quibus gradus tantum discernitur, vt sunt illæ quę sunt in medio, quarū prima incipit, primus gradus, secunda secundus, tertia tertius, quarta quartus. Secundò ex quibusdam aliis cellulis, in quibus personę viuentes etiam præmortua describuntur, vt est cellula, frater, cum tribus sequentibus: cellula, soror, cum tribus sequentibus: cellula, vxor fratris, cum tribus sequentibus: cellula, vir sororis, cum tribus sequentibus. cellula correspondens cum alia, quę incipit, relicta. Tertio ex quibusdam cellulis reflexis, per quas denotatur primum genus affinitatis, vt est cellula, frater, quæ reflectitur cum cellula, vir sororis olim relicta, & cellula soror, quæ reflectit cum cellula, quæ est vxor fratris, per quasdam cellulas etiam reflexas etiam denominatur secundum genus affinitatis, vt est cellula relictus relictæ, quæ reflectitur cum cellula relicti.

Ad secundum de ordine cellularum, respond. primo incipias a cellulis, quæ sunt in medio, quarum prima incipit, primus gradus, secunda secundus, tertia tertius, quarta quartus.

Iuxta prædicta de duobus dubitatur. primo, quare istæ cel 22
lulæ ponuntur in medio inter cellulam frater, & cellulam soror? Respon per has cellulas fratris & sororis, denotatur cō-
19 sanguinitas. † sed constat ꝙ affinitas oritur ex consanguinitate, ideo mihi affinis es, quia contraxi matrimonium. vel quia cognita fuisti a meo consanguineo: vel, secundum do. Pe. iō ponitur in medio, vt detur intelligi ꝙ affinitas oritur ex sexu masculino vel fœminino, nam tibi sum affinis, siue cōtrahas matrimonium, siue cognoscaris a fratre meo, siue tu contraxeris, siue cognoueris sororem meam, & fortè hoc vult glo. quæ dicit, affinitatem contrahi ex vtroq; sexu. Secundò quęritur, quare in istis cellulis ponit simpliciter, primus gradus, secundus gradus, &c. Respō. ꝙ graduum computatio potest referri & ad consanguinitatem & affinitatē. frater. n. & soror sunt in primo gradu ꝯsanguinitatis, frater verò & vir vxoris sunt ī primo gradu affinitatis, ſm gl. deinde a latere dēxtro dictæ lineæ ponit alia linea quatuor cellulas habēs. prima incipit, frater: scda, fratris filius: tertia, fratris nepos: quarta, fratris ꝓnepos. Ad deorsum huius est alia linea quatuor cellulas habēs siue ꝯtinens. prima incipit, vxor fratris: secunda, vxor filii fratris: tertia, vxor nepotis fratris: quarta, vxor pronepotis fratris. Iuxta hoc dubitatur de vno, quare in cellula vxor fratris ponitur olim relicta, & non ponitur in cellulis sequentibus. respon. ꝙ propter cellulam, quæ incipit, relictus relictæ fratris, secundum gl. a latere aūt sinistro est alia linea cellularum quatuor, quarum vna incipit, soror: alia, sororis filia: tertia, sororis neptis. 4. sororis proneptis. Ad deorsū verò huius est alia linea ꝯtinens quatuor cellulas. prima vir sororis olim relictæ, secunda vir filiæ sororis, tertia sororis neptis, quarta sororis proneptis. Ad deorsum vero huius est alia linea continens quatuor cellulas. prima vir sororis olim relictæ, secunda vir filiæ sororis, tertia vir neptis sororis. ponuntur ēt duæ cellulæ. vna a latere dextro, quę incipit, relictus relictæ fratris: alia ex latere sinistro, quę incipit relicta relicti sororis, & istæ duæ adinuicem se flectuntur & ad decorem ponuntur, ad demonstrandum secundum genus affinitatis. Aduerte quia habēs duas lineas reflexas, quarum vna incipit, frater, & reflectitur cum linea quæ incipit, vir sororis olim relictæ: alia quæ incipit, soror & reflectitur cū linea quæ incipit vxor fratris. Quartò & vlt. gl. nr̄a in §. post hoc notandū, &c. ponit
20 tres casus. † Primus, qn̄ ego & tu sum⁹ affines, filius verò a me ꝓcreatus interdū est tibi ꝯsanguineus īterdū nec affinis, nec ꝯsāguineus; & nihil tibi attinet, īterdū affinis solus. s. filius a te procreatus, interdū mutat gradū & nō genus, sed interdū nec mutat genus nec gradū, sed ex tua ꝯsanguinea filiū procreo. hic est tuus consanguineus non affinis. Secundus, qn̄ ego & tu sumus affines & filius a me procreatus nō est tibi consanguineus nec affinis, vt si accipio tuam sororem in vxorem & ex alia muliere filium habeo: hic filius non est tibi affinis, nec consanguineus. Tertius casus, qn̄ est solum affinis & est procreatus ex affinibus. exemplum, habeo sororem tuam in vxorē, filius tuus est mihi affinis non autē consanguineus. filius aūt non mutat genus attinentiæ, puta si tu ꝯsanguineus vxoris meæ filium procreas. hic filius nō mutat genus attinētiæ, quia tu pr̄ es mihi affinis & ipse affinis. mutat aūt gradū filius si tu & vxor mea eratis in linea inæquali, & tu eras remotior, puta eras ī 3. gradu ꝯsāguinitatis ad stipitē, vxor forte in scdo: nā tūc filius mutat gradū quo ad te: nā tu mihi eras ī 3. gradu ꝙa cadē vxori meæ eras. & ipse filio meo ī quarto vel iudicio meo, quia hoc casu huic filio vr̄ eē in tertio per regulam gradus ad gradum consanguinitatis. dic tu & pone, ꝙ essent in linea æquali, tu & vxor mea eratis in linea æquali. pone in tertio grado nascitur filius ex vxore mea, tunc posset hoc procedere quod tu tunc esses filio meo in quarto gradu. & sic mutat gradū per regulam, quæ habetur & traditur in gradu consanguinitatis. s. quoto gradu remotior est, &c. Nam cum distet a stipite quarto gradu, ergo & eodem a quolibet, &c. Ita mihi videtur, vt debeat exemplum poni, saluo iudicio rectè intelligētis. Si vero tu & vxor mea eratis cōsangninei in linea inæquali, sed vxor erat remotior, vt quia ipsa in tertio & tu ī scdo: tūc filius tuus nec mutat genus, nec gradū, ꝙa tu mihi affinis in tertio, & ipse in tertio. †Itē no. ꝙ istud ēt nō sequitur,
21 ego & tu sumus affines, ego non possūm accipere filiam tuā, ergo nec tu meam: quia si habeo consanguineam tuam in vxorem, tu bene posses contrahere cum filia mea, quam habui ex alia muliere, quia affinitas non contrahitur inter consanguineos viri & consanguineos mulieris. si inter virum & consanguineos mulieris, & mulierem & consanguineos viri, vt probatur de consanguinit. & affinit. quod super his. & tamen non possūm contrahere cum filia tua, nisi forte excederet ille gradu, vt si esset in quinto.

† Sequitur designatio arboris. 22

Vir sororis olim relictæ.
Frater — Vir filiæ sororis, videlicet neptis.
Vir pronepotis sororis.
Vir abneptis sororis.

Tibi

Source : BIU Cujas

Tibi marito meæ ſororis ſum in primo gradu affinitatis,& in primo genere affinitatis.
Tibi marito meæ neptis ſum in ſecundo gradu affinitatis,& in primo genere affinitatis.
Frater
Tibi marito meæ proneptis ſum in tertio gradu affinitatis,& in primo genere affinitatis.
Tibi marito meæ abneptis ſum in quarto gradu affinitatis,& in primo genere affinitatis.

Quia regula eſt,quoto gradu affinitatis es mihi,eodem gradu affinitatis eſt tua vxor vel a te cognita: ideo ſicut ſorori meę ſum in primo gradu conſanguinitatis, ſic & marito ſuo in primo gradu affinitatis. Itē meæ nepti ſum in ſecundo gradu ꝯſanguinitatis,ergo eius marito in 2.gradu affinitatis. Itē pronepti meæ ſum in tertio gradu cōſanguinitatis, ergo eius marito in 3.affinitatis. Item meæ abnepti ſum in 4.gra.conſāguinitatis,ergo eius marito in 4. gradu affinitatis. Sum autē ī primo genere affi.marito meæ ſororis,vel neptis, vel pro-
23 neptis per regulam,†quia perſona addita perſonæ per carnalem copulam inducitur primus numerus affinitatis,quia vna ſola perſona,ſcilicet maritus additur meæ conſanguinitati per carnis copulam,igitur &c.

Vxor fratris olim relicta.
Soror Vxor filij fratris,videlicet nepotis.
Vxor proneptis.
Vxor abneptis.

Tibi vxori mei fratris ſum in j.gradu affinitatis, & in primo genere affinitatis.
Soror Tibi vxori mei nepotis ſum in ij gradu affinitatis, & in primo genere affinitatis.
Tibi vxori mei pronepotis ſum in iij.gradu affinitatis,& in primo genere affinitatis.
Tibi vxori mei abnepotis ſum in iiij.gradu affinitatis,& in primo genere affinitatis.

Eodem modo procedit iſta regula, vt ſuperior regula. vnde ſicut meo fratri ſum in j. gradu conſanguinitatis, ita ſum ſuæ vxori j.gradu affi.& ita de ſingulis dixi in prima.Sum aūt in primo genere per regulam, de qua etiam in prima regula, quia meæ conſanguinitati additur perſona per carnis copulam,& vna ſola perſona additur vir perſonæ vxoris, &c.

	Frater,	Primus gradus.
Cellula	Fratris filius,	Secundus gradus.
	Fratris nepos,	Tertius gradus.
	Fratris pronepos,	Quartus gradus.

Soror.
Cellula Sororis filia.
Sororis neptis.
Sororis proneptis.

Breuiter iſta cellula primus gradus, refertur ad cellulā frater,& ad cellulam ſoror.Conſtat autem ꝙ frater & ſoror ſunt in j.gra.Item cellula ſecundus gra.refertur ad cellulam fratris filius,& ad cellulam ſororis filia.Cōſtat enim, ꝙ nepotes duorum fratrum ſunt in iij.gradu.Item cellula quartus gradus, refertur ad cellulam fratris pronepos, & ad cellulam ſororis ꝓneptis.Conſtat enim ꝙ pronepotes duorum fratrum ſunt in quarto gradu. Quod ergo de gradu ſubiicit, intelligitur de gradu conſanguinitatis.poteſt etiam intelligi de gra.affin.ſed oportet ꝙ cellula frater,referatur ad cellulam vir ſororis, & cellula ſoror,referatur ad cellulam vxor fratris,vt vidimus.ſ. quia marito meæ ſororis ſum in primo gra.affinitatis,marito meæ neptis ſum in ij.gradu, marito meæ preneptis ſum in iij. marito meæ abneptis ſum in iiij.gradu affinitatis.

Relictus relictæ fratris.

Exemplum huius cellulæ.relictus relictæ fratris,frater Bertæ habuit vxorem,mortuo fratre hæc vxor nubit Titio.moritur hæc mulier,poteſt Titius accipere in vxorem illam Bertam.Eſt enim huic Titio Berta in 2.genere affini.ꝙ hodie nō habet prohibitionem. Per hanc cellulam demonſtratur primum & ſecundum genus affinitatis: nam Berta eſt vxor ſui fratris primo genere affi. Item mortuo fratre eſt illi ſecundo marito ſecundo genere affin.Bene ergo dicit relictus relictæ fratris:nam hic frater Bertæ,qui habebat vxorem deceſſit,& ſic remanſit relicta ſua.ſ.vxor. demum hæc mulier nubit Titio.hæc mulier moritur ſuperſtite Titio ſuo marito. hic ergo maritus appellabitur relictus, quia contrahere poterit cū Berta ſorore primi mariti huius mulieris mortnæ.

Relicta relicti ſororis.

Exemplum huius cellulæ relicta relicti ſororis. Pone,Sempronia oror Titij nubit Caio,moritur ſoror Titij, Caius ducit Bertam in vxorem, moritur deinde Caius,poterit Titius prædictus frater ſororis hanc Bertam ducere in vxorem. Nā hic Titius eſt huic Bertæ in 2.genere affini. quod non habet prohibitionem.& per hanc cellulam demonſtratur primum & ſecundum genus affinitatis.Nam Titius Caio eſt in primo gñe affinitatis,Berta vero in ſecundo genere affinitatis,&c.

Ex his patet deſignatio arboris affinitatis, reſtat videre de ſignationem arboris de conſanguinitate.

	Frater.	
Cellula	Fratris filius.	Accurſius.
	Fratris nepos.	
	Fratris pronepos.	

Petrus.	Tibi meo fratri ſum in primo gradu ſecundum canones,& in ſecundo ſecundum leges.	
Io. filius Petri.	Tibi meo patruo ſum in 2. gradu ſecundum can. & in tertio ſecundum leges.	
Alanus filius Ioan.	Tibi meo patruo magno ſum in tertio gradu ſecundum cano.& in 4.ſecundum leges.	
Seius filius Ala.	Tibi meo patruo ſum in 4. gradu ſecundum can. & in 5.ſecundum leges.	

	Soror.	
Cellula	Sororis filia vel filius.	Eualandra.
	Sororis nepos vel neptis.	
	Sororis pronepos & proneptis.	

Helena.	Tibi ſorori meæ ſum in j.gradu conſtitutus ſecundum canones,& in ſecundo ſecundum leges.	
Seia filia Helenæ.	Tibi meæ materteræ ſum in ij.gradu conſanguinitatis ſecundum cano.& in iij. ſecundum leges.	
Caia filia Seiæ.	Tibi meæ materteræ magnæ ſum in iij.gradu ſecundum canones,& in iiij.ſecundum leges.	
Sēpronia filia Caię.	Tibi meæ promaterteræ ſum in iiij. gradu ſecundum canones,& in v.ſecundum leges.	

	Patruus & amita.	
Cellula	Pater patruelis & amitinus.	
	Horum filius & filia.	
	Horum nepos & neptis.	

Petrus frater Alani.

	Tibi meo patruo ſum in ij.gradu,ſecundū can.& in iij. ſecundū leges.	Alanus.
Lapus filius Pe.	Tibi meo fratri patrueli ſum in ij gradu ſm cano & in iij. ſecūdū leges.	Ioā. filius Alani.
	Tibi filio mei fratris patruelis ſum in iij.ſm cano.& in v. ſecundū leges.	Vrbanus filius Ioā.
	Tibi nepoti mei fratris patruelis ſum in iiij.gra.ſm can.& in vj.ſm leges.	Lōbard' filius Vrb.

	Auunculus materrera.	
Cellula	Conſobrinus conſobrina.	
	Horum filius filia.	
	Horum nepos neptis.	

Maria ſoror Helenæ.

	Tibi meæ materteræ ſum in ij.gradu ſm cano. & in iij. ſecundum leges.	Helena.
Iulia filia Mariæ.	Tibi meæ ſorori conſobrinæ ſum in ij.gra.ſm ca.& in iiij.ſecūdū leges.	Dortia filia Hele.
	Tibi filiæ meæ ſororis ꝯſobrinæ ſum in iij.gra.ſm cano.& in v.ſm leges.	Sandina filia Dor.
	Tibi nepti meæ ſororis cōſobrinæ sū in iiij.gra.ſm can.& in vj.ſm leges.	Sadala filia Sandi.

Amita.i.ſotor mei patris.Amita magna.i. ſoror mei aui.ꝓ amita.i.ſoror mei proaui.Matertera.i.ſoror meæ matris.Matertera magna.i.ſoror auiæ meæ. promatertera.i.ſoror meæ proauiæ.Patruus,ideſt frater mei patris. patruus mag.i.frater mei proaui.propatruus.i.frater mei abaui. Auūculus.i.frater meæ

Source : BIU Cujas

meæ matris. Auunculus magnus. i. frater meæ auiæ. proauunculus. i. frater meæ proauiæ. Fratres patrueles sunt filij duorũ fratrum. Filius meæ amitæ vocat me cõsobrinum. Filius meæ amitę magnę vocat me amitinum. Propior sobrinus est filius mei patrui magni. Item filius mei auunculi magni. Item filius meæ amitæ magnæ. Item filius meæ materteræ magnæ.

Petrus magnus, amita magna.
Cellula — Propior sobrinus, propior sobrina.
Horum filius filia.
Horum nepos neptis.

Alanus & Tancredus fratres.

Tãcredus

Tibi meo patruo magno sũ in iij. gradu ſm can. & in iiij. secundũ leges.
Vincẽtius filiꝰ Alani. — Tibi ꝑpiori meo sobrino sum in iij. gradu ſm ca. & in v. secũdũ leges.
Tibi filio mei propioris sobrini sum in iij. gradu secundum cano. & in v. secundum leges.
Tibi nepoti mei propioris sobrini sũ in iiij. gradu secundum cano. & in vij. secundum leges.

Goffr. filiꝰ Tanc.
Vincẽtiꝰ filius Gofredi.
Lucius filius Vincentij.

Cellula.

Auunculus magnus, Matertera magna.
Lya. — Propior sobrinus, propior sobrina.
Dyna filia Lyæ. — Horum filius, filia.
Eorundem nepos, neptis.

Lyra & Rachel sorores.

Rachel.

Tibi meæ materteræ magnæ sum in iij. ſm can. & in iiij. secundũ leges.
Dyna filia Lyæ. — Tibi meæ ꝑpiori sobrinæ sum in iij. secundum ca. & in v. secũdũ leges.
Tibi filiæ meæ ꝑpioris sobrinæ sum in iij. gra. ſm cano. & in v. ſm leges.
Tibi nepti meæ propioris sobrinæ sũ in iiij. gra. ſm ca. & in vij. ſm leges.

Lucia filia Rachel Caia filia Luciæ.
Helena filia Caię.

Propatruus, proamita.

Horum filius, filia.
Cellula — Eorundem nepos, neptis.
Eorundem pronepos proneptis.

Innocentius & Damasius fratres.

Damasius

Tibi meo patruo sum in iiij. gradu secundum ca. & in v. secundũ leges.
Tibi filio mei ꝑpatrui sum in iiij. gradu secundum ca. & in vj. ſm leges.
Robertus filius Inn. — Tibi nepoti mei ꝑpatrui sum in iiij. gradu ſm ca. & in vij. secũdũ leges.
Tibi ꝑnepoti mei propatrui sum in 4. gra. secundũ ca. & in 8. ſm leges.

Azo filius Damasius
Ioã. filius Azonis.
Guido filius Ioan.

Proauunculus, promatertera.

Horum filius, filia.
Cellula — Eorundem nepos, neptis.
Eorundem pronepos, proneptis.

Christiana soror Eugleſiæ.

Eugleſia.

Tibi meæ ꝑmaterteræ & proauunculo sum in 4. gradu secundum canones, & in 5. secundũ leges.
Constãtia filia Christinę. — Credentia filia Cõstãtiæ. — Lucretia filia Credẽtię. — Floria filia Lucretiæ. — Tibi filiæ meæ promaterteræ & ꝑauunculi, sum in 4. gradu secundum can. & in 6. secundũ leges.
Tibi nepti proauunculi vel promaterteræ meę sum in iiij. gradu secundum can. & in vij ſm leges.
Tibi pronepti proauunculi mei, vel ꝑmaterteræ meę sum in iiij. gra. secũdũ ca. & ĩ viij. ſm leges.

Cicola filia Eugleſiæ.
Euangeliſta filia Cicolæ.
Catherina filia Petroniæ.

FINIS.

TRACTATVS

ſolennis de arbore Conſanguinitatis, & Affinitatis per D. Ioan. And. ſimul cum apparatu quarti libri.

SVMMARIVM.

1 *Probatio ad oculum alias vincit. Ex oſtenſione facti magis quam elocutione, quædam melius percipiuntur.*
2 *Arbor conſanguinitatis eſt actio authentica.*
3 *Arbor conſanguinitatis, quæ olim in Decretis erat, quare in Decretalibus repetita ſit.*
4 *Lectio repetita probat.*
5 *Conſanguinitas, quid ſit.*
6 *Conſanguinitas dicitur, quaſi ſanguinis vnitas.*
7 *Linea cognationis, quid ſit.*
8 *Gradus cognationis, quid ſit.*
9 *Arbor conſanguinitatis, qnomodo formetur.*
10 *Matrimonium, eccleſiæ ſacramentum eſt. Perſona aſcendentis vel deſcendentis addita perſonæ per carnis propagationem gradum addit.*
11 *Aſcendentium quot ſunt perſonæ computatis intermedijs vna dempta, tot ſunt gradus inter eas.*
12 *Matrimonij prohibitio inter aſcẽdentes & deſcendentes quartum gradum excedit, & ſub nu. ſeq.*
13 *Matrimonij prohibitio vſque ad quartum gradum in collateralibus locum habet.*
14 *Gradus collateralium declaratio.*
15 *Collateralium in linea æquali quoto gradu quis eorum a communi ſtipite diſtat ſecundum canones, toto inter ſe diſtant vel ſibi attinent.*
16 *Collateralium in linea æquali ſecundum leges quoto gradu quis diſtat a communi ſtipite, toto duplicato inter ſe diſtant vel ſibi attinent.*
17 *In collateralibus ſecundum leges quælibet perſona facit gradum.*
18 *Gradum diſparem non eſt reperire in æquali linea collateralium, ſiue ſit paris numeri, ſeu diſparis.*
19 *Collateralium in linea inæquali quoto gradu quis diſtat a communi ſtipite, toto inter ſe ſecundum canones diſtant.*
20 *Perſona addita perſonæ vſque ad lineam æqualitatis non creſcit gradus.*
21 *Collateralium in linea inæquali quot ſunt perſonæ ſtipite dempto ſecundum leges, tot ſunt gradus.*
22 *Prohibitio iuris poſitiui tolli poteſt, ſed naturalia ſunt immutabilia.*
23 *Regula, in collateralibus æqualis linea.*
24 *Conſanguineorum collateralium ſi vnus ſit in 4. alter in 3. vel citeriori gradu, qui eſt in 3. poteſt contrahere cum filia eius, qui eſt in 4. & non econtra.*
25 *Collateralium ſi vnus ſit in 5. alter in 1. an adinuicem contrahere poſſint.*
26 *Pater & filius vna, & eadem perſona cenſentur.*

CIrca lecturam arboris diuerſis olim diuerſum modum tenentibus Ioannes de Deo Hiſpanus poſt illos lecturæ ipſius arboris nouum modum aſſumens, per ſuas meritas regulas ipſius intellectum fuit nixus reperire, ſed propter multitudinem, & verborum obſcuritatem aliquibus notum ignotum, aliis ignotum ignotius reddicit. Attendens ergo ego Ioannes Andreas, inter Decretorum Doctores minimus, & indignus, inuentionem arboris ex eo fuiſſe, vt habentibus notitiam conſanguinitatis, & affinitatis ignotam & habentibus notam, ex oculorum inſpectione notiſſima foret, ideo antiquorum ſcripta reuolui, & prout expedire credidi, compilaui primò quærens ad vtranque arborem, ad quid fuerit inuentio arboris neceſſaria. ſecundo, an ſit authentica. tertiò, ad quid in volumine Decretalium repetita, quæ olim fuerat in Decretis. primæ
1 quæſtionis ex ſuperius dictis patet ſolutio. † probatio enim ad oculum alias vincit, Inſtitu. de gradi. §. agnationis. 27. quæſtio. prima. nec aliqua, & ex oſtenſione facti quædam melius percipiuntur, quam eloquutione, de dona. apoſtolicæ, ver. ſi. hinc eſt ꝙ agrorum menſio ſubiicitur oculis. 16. q. 3. inter.

& de

Source : BIU Cujas

& de præscrip. quia indicante. C. fi. regu. l. 3. ventris inspectio, an mulier sit prægnans. ff. de ven. inspic. l. 1. in princ. locorum pudicitiæ inuestigatio, an mulier sit virgo. de probat. proposuisti. an arcta, de frigi. fraternitatis. vel aliter impedita. ff. de fer. l. 2. & literæ Papales, an sint veræ vel falsæ. de cri. fal. licet.

2 †Ad secundum dic, q̃ arbor authentica est, quod patet ex ca

3 nonibus Isidori, & Alexandri, 35. q. 5. c. 2. & vlti. † Ad tertium dic, q̃ quia in Decretis tractatur de consanguinita. & affinitate, vtile fuit ibi ponere arborem; & quia in Decretalibus est idem tractatus, & in hoc volumine vtile fuit repeti, ex eo maximè quia nemini venit in dubium id satis esse validum, sa-

4 tisq; famosum, † quod repetita lectio ꝓbat. C. de emen. Iust. Cod. l. vna. Item ex eo q̃ antiqui canones circa istam materiã multum erant correcti: vnde expediens fuit secundum statũ nouorum iurium antiquam arborem decidere, demum ad arborem consanguinitatis specialiter descẽdamus, & primò quæro, quid sit consanguinitas, vnde dicatur, quid linea, quid gradus; secundò, quomodo arbor formetur, & quare sic formetur, & quare sic punctetur, & interseremus regulas, per quas gradus cognoscuntur, demum ponemus quædam no-

5 tanda, & quasdam quæstiones. † Ad primum dic quòd cõsanguinitas est attinentia personarũ ex eo proueniens, quia vna descendit ab altera, vel ambæ ab Adam, vel est vinculũ personarum ab eodem stipite descendentium pro carnali propaga-

6 tione contractum, quod satis est idem. † dicitur autem consanguinitas, quasi sanguinis vnitas, a con, & sanguine, quia de communi sanguine descendit. & quo ad probationem cõiugij, non distinguo an tales sint consanguinei producti ex vxorio coitu, an ex fornicario, quod est expressum extra de pro-

7 batio. c. per tuas. † linea verò est collectio personarum ab eodem stipite descendentium, gradus continens, & numeros distinguens, & est linea graduum ascendentium, & descendentium, & collateraliũ, vt infra patebit, & ff. de gradi. l. Iurisconsul-

8 tus. † Gradus est habitudo distantium personarum, qua cognoscitur quota agnationis vel cognationis distantia duæ personæ inter se differunt; & dicuntur gradus ad similitudinem graduum schalarum, vel locorum pedum, quæ ita gradiuntur de proximo in proximum. ff. de gradib. l. Iurisconsul-

9 tus. § gradus. † Formatur sic arbor. j. vide cellulas ascendentium, & inde descendentium, demum collateralium, ascende supra cellulam vacuam, quæ remansit ideo vacua, quia nõ potuit proprium nomen habere, cum aliæ cellulæ exceptis his, quæ nominantur per genitiuum sumant nomen ab ipsa: quomodo enim possemus illam cellulam nominare, quam dicimus filiã patris, fratrem fratris, patrem filij, & sic de singulis, & alij vocant eam Ioachim, alij Protheum, alij truncum, nos a nomine bidelli nostri vocemus Petrucium. & scire debes q̃ illæ cellulæ mediæ ascendentium, & descendentium, diuiderentur directè per medium, vt a latere dextro cellularũ illarum ponerẽtur nomina marium, vt abauus, proauus, &c. quia positæ a latere dextro descendunt a maioribus; & e contra, supra cellulam vacuam est cellula hoc continens pater, & mater, & vnum punctum rubeum, & vnum nigrum; supra illam est cellula auus, & auia, continens duo puncta rubea, & duo nigra; supra illam est proauus proauia, continens tria puncta rubea, & tria nigra; supra illam est abauus abauia, & habet quatuor puncta rubea, & quatuor nigra, descendentes sub cellula vacua habente filium, & filiam, & habet vnum punctum rubeum, & vnum nigrum, sub illa habes nepotem & neptem & duo puncta rubea & duo nigra; sub illa pronepotem & proneptem, & tria puncta rubea & tria nigra; sub illa abnepotem & abneptem, & quator puncta rubea & quatuor nigra. antequam ad collaterales trãseamus, scire debes, q̃ punctorum numeratio, est numeratio graduum habito respectu ad cellulam vacuam, & puncti rubei denotãt computationem secundum ius canonicum, & puncti nigri denotãt computationem secundum ius ciuile. ponitur autem cõputatio canonica in superiori parte, ciuilis in inferiori, vt detur intelligi excellentia iuris canonici ad ciuile, & maximè quo ad hunc casum, quo instruimur in matrimonium, quæ licitè

10 possunt contrahi nec ne. † & cum matrimoniũ sit sacramentũ ecclesiæ, in eo præcipuè lex immitetur canones, de secun. nup. c. pen. & vlti. vides autem ex punctatione prædicta, q̃ in computatione ascendentium & descendentium concordat vtrunq; ius, quia in eis semper persona addita personæ p̃ car-

11 nis propagationem gradum addit. † Ad inueniendum autem gradus inter eos secundum vtrunq; ius, tolle hãc magistram regulam ascendentium, quot sunt personæ de quibus quæritur, cõputatis intermedijs, vna dempta, tot sunt gradus inter eas. si igitur vis scire, quid distet abauus a patre, vtroq; cõputato & intermedijs, quinq; sunt personæ, demas vnam, quatuor sunt gradus. Idem dico de patre ipso ab nepote, quia eodem modo erit reperire quinq; personas, & sic quatuor gradus. si vis scire quid distet abauus P. ab abnepote Petri, inuenies ibi nouem personas computato P. & sic octo sunt gradus. scias autem, q̃ iste P. nõ habet totam consanguinitatẽ suam in arbore: scias etiã q̃ quilibet habet duos parẽtes, quatuor auos, octo proauos, sexdecim abauos, & sic semper ascendẽtes duplicantur, vnde impossibile fuisset tot personas in arbore scri-

12 bere. † Quæro, an inter ascendentes & descendentes prohibitio copulæ cõiugalis excedat iiij. gradum. & Gofr. in Sum. de consan. & affi. § item quandocunq;. no. q̃ non, per decretalem, non debet, quæ generaliter loquitur. Alij cõiter contradicentes inter ascendentes, & descendentes perpetuam esse prohibitionem, & quod de quarto gradu dr̃ in collateralib.

13 locum habet, ad hoc. 35. q. 3. c. progeniem. & duob. ca. seq. † in quibus dicitur q̃ olim non solum vsq; ad septimum gradũ, sed etiam in quantum erat notitia parentelæ extendebatur prohibitio. ex quo ergo certum est alterum ascendentem, & alterum descendẽtem, perduret prohibitio. ad idem Insti. de

14 nup. §. j. ff. de ri. nup. l. nuptiæ. & hoc verum puto. † Ad collaterales transeamus, & fratrem, & sororem, & causa breuitatis prosequendo solum partem mediam arboris ad modum vexilli, qua intellecta reliqua intelliguntur, quod per se patet, dicamus de fratre & descendentibus, sub cellula fratris filius filia, ex illa fratris nepos neptis, ex illa fratris pronepos proneptis, frater P. est cum P. in primo gradu secundum canones, in secundo secundum leges, eius filius in secundo secundum canones, in tertio secundum leges, eius nepos in tertio secundum canones quartus per leges eius nepos in tertio secundũ canones in quarto secundum leges fratris pronepos est ipsi P. in iiij. secundũ canones, in quinto secũdum leges, & sic debet esse vtraque punctatio, & isti sunt collaterales ad P. & nunc de cellula patris facimus stipitem, fac consequenter stipitem de auo ex eo patruus amita, ex illa frater patruelis, & amitinus soror patruelis, & amitina, ex illa horum filius filia, ex illa horum nepos neptis, patruus est. P. in secundo gradu, frater patruelis est in secundo, filius in tertio, nepos in quarto, secundum canones: per leges autem patruus in tertio, frater patruelis in quarto, filius in quinto, nepos in sexto & sic debet esse vtraque punctatio. postea fac proauum stipitem, & habet filios patruum magnum & amitam magnam, auum & auiam, auunculum materteram magnam, illos tamen prosequimur ex cellula patrui magni, propior sobrinus propior sobrina, ex illa horum filius filia, ex illa eorundem nepos neptis. & quia P. distat proauo quem nunc feci stipitem tertio gradu, ergo & a patruo tertio, & propiori sobrino tertio, & a filio tertio, & a nepote qui exit lineam æqualitatis. iiij. secundum canones, sed secundum leges distat a patruo magno. iiij. a propiori sobrino quinque a filio vj. a nepote. vij. & sic debet esse vtraque punctatio. modò fac abauum stipitem cum tribus filijs, scilicet propatruo, proamita, proauo & proauunculo. de proauunculo non prosequor, ex cellula propatrui oritur cellula horum filia, ex illa horum nepos neptis, ex illa eorundem pronepos proneptis. isti omnes sunt cum P. in quarto gradu, quia P. distat a stipite, quarto gradu, & ex alia linea nullus exit lineam æqualitatis, ergo omnes ab eo distant, iiij. secundum leges propatruus distat quinto, filius sexto, nepos septimo, pronepos octauo, & sic debet esse

15 vtraque punctatio. † Nunc videndum, quibus regulis gradus istorum collateralium cognoscantur: collateralium in linea æquali, quoto gradu quis eorum distat a communi stipite, toto distant inter se, vel sibi attinent, hoc secundum canones. exemplum pone, cum facis abauum stipitem in Petro, & pro nepote propatrui, iam illi sunt in linea æquali, quilibet distat a stipite, iiij. ergo & inter se, iiij. secundum leges regula aliter est †

16 & sic dicimus, collateralium in linea æquali quoto gradu quis eorum distat a communi stipite, toto duplicato distant inter se, vel sibi attinent. vides ergo ex superius dictis & ex punctatione, quòd prædicti P. & pronepos propatrui distant, viij. & insurgit ista diuersitas, † quia secundum leges in

17 collateralibus quælibet persona facit gradum. vnde duo fratres faciunt duos gradus, secundum canones duæ personæ faciunt gradum vnum, vt patet in cellula fratris, frater P. est cũ Petro in primo gradu secundum canones, secundum leges in secundo, sed computatio eorum ob aliud fit quàm nostra.

18 35. quæst. 5. cap. 2. † bene ergo dicitur secundum leges, quòd in æquali linea collateralium, sit paris numeri siue disparis, non est reperire disparem gradum, vide in linea paris numeri secunda vel quarta disparis numeri prima vel tertia in prima linea secundus gradus, in secũda quartus, in tertia sextus, in quarta octauus, quod nõ est ſm canones, quia in æquali linea disparis numeri habemus disparẽ gradũ, qa in prima primũ, in secunda ſm, in tertia tertiũ, in quinta quintũ, & sic de

Source : BIU Cujas

19 ſingulis. † Nunc reſtat videre de collateralibus in linea inæ-
quali, circa quos traditur talis regula, collateralium in linea
inæquali quoto gradu diſtat a communi ſtipite, toto diſtant
inter ſe, hoc ſecundum canones. exemplum pone, faciendo
abauum ſtipitem P. & filius propatrui ſunt in linea inæquali:
computemus ergo a remotiori, ſcilicet a P. ſed diſtat a ſtipite,
iiij. ergo & a filio propatrui, iiij. & idem in deſcendentib. vſq;
20 ad lineam æqualitatis. † & hoc eſt quod dicimus, ꝙ perſona
addita perſonæ vſq; ad lineam æqualitatis nō creſcit gradus,
quia propatruus, filius eius nepos, pronepos, omnes diſtant a
P. iiij. ſed aliter ſecundum leges, ſecundum quas talem tradi-
21 mus regulam. † Collateralium in linea inæquali quot ſunt
perſonæ ſtipite dempto, tot ſunt gradus, vnde P. diſtat a ſtipi
te, iiij. a propatruo, vt a filio, vj. a nepote, vij. a pronepote octa
uo, & ſic quælibet perſona facit gradum. vides ex ſupradictis,
ꝙ P. non poteſt contrahere cum aliqua de arbore: diſtat. n. a
ſummo, ſcilicet ab auo, ab imo. ſ. a nepote ab extremis colla-
teralium, ab omnibus his, iiij. a medijs citeriori. ꝑ quod ſatis
patet, ꝙ cum nulla contrahere poteſt, ſed ſi extremus in col-
lateralibus, vt quia ſi pronepos propatrui, vel pronepos fra-
tris procrearet filiam, poſſet P. cum illa contrahere: licet au-
tem contrahatur in quinto gradu, remanet tamen cōſangui-
22 nitas. † prohibitio enim, quæ per ius poſitiuum proceſſerat
tolli potuit, ſed naturalia ſunt immutabilia. 1. diſt. in prin. Sci
re debes ꝙ communiter dicunt Doct. ꝙ abauus proauus &
auus ſunt bigami, dicentes ꝙ ſi non eſſent bigami, nō poſſent
filij eorum coniungi, cum eſſent fratres. ſed de hoc non mul-
tum curo, quia eadem ratione ſic eſſet dicendum de alijs cel
lulis duplicibus, ꝙ perſonæ ipſarum eſſent bigamæ. vnde fin
gamus perinde ac ſi in qualibet duplici cellula haberemus
iiij. perſonas, ac ſi diceretur propatruus & vxor, proamita &
23 maritus: † vnde duplicatio poſita fuit vt nomina non demon
ſtraret in vtroque ſexu, non vt eos denotaret coniuges. ſcien-
dum eſt enim ꝙ in collateralibus æqualis lineæ bene ſequitur
iſta regula affirmando & negando, ego & tu ſumus conſan-
guinei æquali linea, ego poſſum filiam tuam, ergo tu meam;
& negatiuè ego nō poſſum accipere tuam, ergo nec tu meā.
affirmatiua procedit in æquali linea quarti gradus, negatiua
in tertio vel citeriori: ſed in linea inæquali illud non procedit
24 affimando nec negando, † quia ſi vnus in quarto, alter in ter-
tio vel citeriori, qui eſt in tertio vel citeriori poteſt cōtrahe-
25 re cum filia eius, qui eſt in iiij. & non e contra. † Demū quæ-
ritur, an collaterales, quorum vnus eſt in quinto, alter in pri-
mo, puta filia P. & propatruus poſſunt adinuicem cōtrahere.
dixit Hoſti. ꝙ non, & hoc no. ſ. c. quod dilectio. & c. tua, & in
Summa huius tituli, de conſan. §. nunquid. verſi. & in primo.
26 quod per ſua arg. nititur probare ſic, ſcilicet † pater & filius
vna perſona cenſentur. C. de impub. & al. ſubſti. l. vlti. ſicut er
go non contrahitur cum ſtipite, ſic nec cum filio ſtipitis. be-
ne facit decretalis prædicta, tua, vbi fratres ſui videntur poni
pro ſtipite, contrarium tenet B. quod colligitur ex gl. quam
ponit, ſupra eo. c. vlt. Rayn. & Io. de Deo, & eſt veriſſimum ꝙ
probant verba regulæ traditæ, ſup. eo. c. vlti. dum dicit ibi, de-
ſcendentium ab eodem, ſed certum eſt ꝙ propatruus deſcen
dit a ſtipite. Præterea aut dices ꝙ eſt inter eos ꝓhibitio aſcen
dentium & deſcendentium, aut collateralium. de primo pa-
tet negando, quia certum eſt, filium Petri non deſcendiſſe a
propatruo: ergo prohibitio collateralium. ſed certum eſt ꝙ
iſti diſtant, v. quid igitur impediet hos collaterales contrahe
re, non video.

SVMMARIAM.

1 *Affinitas quid ſit ſecundum canones, & quid ſecundum leges.*
Affinitas vt ſecundum leges contrahatur, requiritur quòd nuptiæ ſint legi-
timæ, & non interdictæ.
2 *Affinitas, quare dicatur.*
Affinitas ſecundum canones per fornicarium coitum contrahitur.
3 *Affinitas eſt perpetuum impedimentum, quod durat etiam mortua perſo-*
na, qua mediante contrahitur.
Affinitas ex pollutione extraordinaria non oritur.
4 *Affinitas ex coitu aliquando inſurgit cum publica honeſtate, aliquando ſi-*
ne. Impedimentum publicæ honeſtatis iuſtitiæ, quod ſit.
5 *Eccleſia ſi diſpenſet quòd poſſit contrahere cum conſanguinea vxoris tuæ*
mortuæ, non tamen per hoc contrahere poterit ſtante publicæ honeſta-
tis iuſtitia.
6 *Affinitatis genus, quomodo cognoſcatur.*
7 *Affinitas hodie non habet prohibitionem, niſi in primo genere, & in illo*
vſque ad quartum gradum.
Affinitatis gradus computantur ſecundum conſanguinitatis gradus.
8 *Arboris affinitatis formatio & declaratio.*
9 *Affinitas, quomodo contrahatur.*
10 *Affinitas inter virum & vxorem non contrahitur, ſed affinitatis cauſa*
ſunt.
Affinitas nulla eſt inter conſanguineos viri, & mulieris.
11 *Affinitas eſt inter conſanguineos mulieris, & ipſum virum & conſangui-*
neos viri, & ipſam mulierem.
12 *Affinitas inter aſcendentes, & deſcendentes, an habeat perpetuam prohi-*
bitionem, an vſq; ad quartum gradum extendatur.
13 *Abſtinere debemus a conſanguinea vxoris vt a proprijs.*
14 *Affines aſcendentes, & deſcendentes, loco parentum & liberorū habētur.*
15 *Vxores duas cognatas diuerſis temporibus, an habere liceat.*
16 *Conſanguineorum vel affinium coniungendorum prohibitio, an ex prohibi*
tione diuina vel humana procedat.
17 *Inter collaterales olim prohibitio contrahendi matrimonium non erat.*
18 *Perſonæ duodecim colla. in Leuitico prohibitæ erant contrahere matrimo-*
nium.
19 *Prohibitio contrahendi matrimonium cum affine, quare facta ſit.*

AD arborem affinitatis, & eius materiam tranſeamus, & primò vidē-
dum eſt, quid ſit affinitas & vnde dicatur, quomo-
do ipſius genera conſurgunt, gradus cōputentur,
demum arborem formemus, ponemus poſtea quædam nota
1 bilia & quaſdam qq. † Eſt autem affinitas perſonarum proxi-
mitas ex coitu prouenicns omni parentela carens. hoc ſecun
dum canones, ſed ſecundum leges eſt proximitas proueniēs
ex nuptiis, & requiritur ſecundum leges ꝙ nuptiæ ſint legiti-
mæ, non interdictæ, vt contrahatur affinitas, de gradi. l. non
2 facile. & ſciendum. † & dicitur affinitas, eo ꝙ duæ cognatio-
nes diuerſæ per nuptias ſecundum leges, vel per coitum ſe-
cundum nos, copulantur, & ad alterius cognationis finem ac
cedit, vt in eadem. l. §. affines. ſed ꝙ per fornicatiuum & ince
ſtuoſum coitum ſecundum nos contrahitur affinitas, patet
de eo qui cogno. conſang. vx. ſuæ. c. diſcretionem. & c. penul.
ſed conſideratio legum fuit circa hæreditates & tutelas dete
rendas, & ne cogatur aduerſus affinem teſtimonium dicere.
ff. de grad. Iuriſcon. & ff. de teſti. l. 4. & 4. q. 3. §. item in crimina
li. ver. item l. Iulia. ſed canon, quo ad matrimoniū prohiben-
dum, cōſiderauit vnionem carnis. quæ inſurgit ex copula, &
eſt videre ſecundum hoc quòd concurrere poteſt attinentia
conſanguinitatis & affinitatis, vt ſi quis cognoſcat conſan-
guineam ſuam, communes conſanguinei vtriuſque ſunt affi
3 nes vtriq;. † ſcias autem, quòd affinitas eſt perpetuum impe-
dimentū, quod durat etiam mortua ea perſona, qua mediante contrahitur. 35. q. 10. fraternitatis. nec oritur affinitas ex pollutione extraordinaria, quæ fit extra clauſtra pudoris, vt
4 35. q. 3. extraordinaria. adde quod ibi no. † & inſurgit affini-
tas ex coitu interdum cum publica honeſtate, interdum ſi-
ne, & publica honeſtas, interdum ſine affinitate, ſi cognoſco
vxorem vel ſponſam, hoc eſt impedimentum publicæ hone-
ſtatis, & affinitatis, ſi cognoſco non ſponſam, hæc eſt affinitas
ſola, ſi ſponſam nondum cognoui, ibi eſt ſola publica hone-
5 ſtas. hoc dico, † quia ſi mortua vxore tua vis contrahere de
diſpenſatione eccleſiæ cum conſanguinea ſua & eccleſia di-
ſpenſet ꝙ poſſit cum ea contrahere nō obſtante ꝙ ſit tibi affi
nis tali gradu, per hanc diſpenſationē adhuc contrahere non
poteris: quia licet ſublatum ſit impedimentū affinitatis, non
eſt ſublatum impedimentū publicæ honeſtatis, pro eo quòd
diſpenſaſti conſanguineam ſuam in quarto, & non obſtante
quòd eſt tibi affinis in quarto pro eo quòd dictam conſan-
guineam cognouiſti carnaliter, & tunc matrimonium pro-
6 cedere poterit. † Genus affinitatis cognoſcitur per hanc re-
gulam, perſona addita perſonæ per carnis copulam mutat ge
nus, ſed non gradum iſto modo, ſi quis eſt in ſecundo gradu
conſanguinitatis, & cognoſcat mulierem, illa eſt mihi in ſe-
cundo gradu affinitatis, & primo genere, ſi alius eam cogno-
ſcat, ille attinet mihi in ſecundo genere & ſecundo gradu; &
ſi ille aliam mulierem cognoſcat, illa attinet mihi in tertio ge
nere affinitatis & ſecundo gradu. ſed quia ſolum primum ge
nus habet hodie prohibitionem, & quia. B. planè tradidit ſu-
pra de conſangui. & affin. c. non debet, circa hoc non inſiſto.
ergo ſi perſona mihi conſanguinea cōiungat ſibi aliam per-
ſonam carnali copula, perſona coniuncta eſt mihi affinis pri-
mo genere, ſi attinens mihi primo genere affinitatis carnali
copula ſe alteri commiſceat, ille attinet mihi ſecundo gene-
re, ſi affinis mihi ſecundo genere aliam cognoſcat, illa eſt mi
hi affinis tertio genere, ſed eodem gradu. eſt igitur videndū
7 de gradib. † certum eſt ꝙ affinitas non habet hodie prohibi-
tionē niſi in primo genere & in illo vſq; ad quartum gradū:
ſed affinitas non habet hodie ſpecialem computationē gra-
duum, ſed cōputantur gradus affinitatis ſecundū gradus con
ſanguinitatis. ſi ergo conſanguineus tuus cognoſcat mu-
lierem, ſi vis ſcire quoto gradu affinitatis attinet tibi mu-

lier

Source : BIU Cujas

lier illa vide quoto gradu est tibi ille consanguineus, secundum regulas quas tradidi in proxima arbore,& quoto gradu est tibi ille consanguineus, tanto illa mulier est tibi affinis,&
8 semper in primo genere. † Nunc formemus arborem, & in medio arboris sunt quatuor cellulæ, & in prima superiori ponitur primus gradus,in secūda secūd.gradus, in tertia tertius gradus, in quarta quartus gradus, & sic de singulis.ad primū dic hoc fuisse vt det intelligi,ꝙ affinitas oritur ex cōsanguinitate, & ꝙ ab vtroq; sexu virili, & fęmineo affinitas contrahitur.ad secundū dic,attinentia non fuisse expressa,vt illa computatio ad consanguinitatem & affinitatem referatur, vnde frater & soror sunt in primo gradu consanguinitatis, frater & vir sororis sunt in primo gradu affinitatis,& sic de cęteris, demum a latere dextro dictæ lineæ ponitur alia linea,iiij.cellulas continens, in quarum prima scribitur frater, in secūda fratris filius,in tertia fratris nepos,in quarta fratris pronepos: ad dorsum huius alia linea continens alias quatuor cellulas,
12 in quarum prima scribitur, vxor fratris olim relicta, in secunda vxor filij fratris,in tertia vxor nepotis fratris, ī quarta vxor pronepotis fratris:a latere sinistro sunt aliæ quatuor, in quarum prima soror,in secunda sororis filia,in tertia sororis neptis,in quarta sororis proneptis:ad dorsum harum aliæ quatuor,prima vir sororis olim relictus,secunda vir filiæ sororis,
13 tertia vir neptis sororis.ponuntur etiam duæ aliæ cellulæ,vna ex dextro latere continens relictos relicti fratris,a sinistro relicta relictæ sororis, quæ secundum omnes ponuntur ad decorem,& demonstrandū genera affinitatis,quæ hodie prohi
14 bitionem non habēt. adhuc habes duas lineas reflexas, quarum vna oritur in cellis fratris, & terminatur in cellis viri sororis,in qua scribitur primum genus affinitatis. Item alia linea reflexa, quę oritur ex cellis sororis & finit in cellula vxoris fratris,in qua ita scribitur,& circa hoc quæro quare in cel
15 lis vxoris fratris ponitur olim relicta, quod non ponitur in alijs cellis inferioribus eiusdem lineæ,& dic,hoc factum fuisse per cellulam,quæ ponitur solum ad dorsum illius,quasi dicat frater habuit vxorem, mortuo fratre vxor ab eo relicta contraxit cum alio.illa demum mortua iste relictus a relicta fratris vult contrahere cū sorore,nunquid potest.olim non poterat,quia erat sibi:in secundo genere affinitatis,& primo gradu:hodie potest,idem sit repetitum quo ad cellulam viri sororis. ad cognoscendum ergo gradus affinitatis, & ge-
9 nus tam ex forma arboris, ex prius dictis † tolle solam regulam magistram per carnalem copulam viri & mulieris inter
18 consanguineos mulieris & virum, & consanguineos viri & mulierem,contrahitur affinitas primi generis,& eius gradus cuius est cōsanguinitas, quare dicam in regula per carnalem copulam viri & mulieris, & non viri & vxoris. & collige ex his quæ dixi in principio inter consanguineos mulieris & vi-
10 rum,& consanguineos viri & mulierem, ideo dixi † quia inter virum & mulierem nō contrahitur affinitas,sed ipsi sunt affinitatis causa.item inter consanguineos viri & mulieris nulla est affinitas,vnde duo fratres contrahunt cum duabus
11 sororibus,& pater & filius cum matre,& filia:† sed est affinitas inter consanguineos mulieris & ipsum virum,& consanguineos viri & ipsam mulierem.s.de consang.& affinita.c.super his, primi generis. quare dixit etiam superioribus placuit,& eiusdem gradus cuius est consanguinitas, vide hoc in arbore, nam frater & soror sunt in primo gradu consanguinitatis, maritus sororis est in primo gradu affinitatis, & sic vxor fratris sorori filia sororis est filia fratris & fratri ipsi in secundo gradu consanguinitatis,maritus est in secundo affinitatis & e contra, & sic in reliquis, vnde vir proneptis sororis attinet fratri & omnibus descendentibus qui sunt in arbore, iiij.gradu affinitatis, & hoc ideo quia toto gradu consanguinitatis attinet prædictis ipsa proneptis qui sunt in arbore, ideo dixi quia si proneptis fratris haberet filium, excedit illelineam æqualitatis, & sic attinet quinto, secundum regulas traditas in proxima arbore.

Post hoc,notādum est ꝙ istud præcisè nō sequitur,ego & tu sumus affines, ergo & filius quem procreo est tibi affinis, nam interdum filius meus mutat genus attinentiæ,quia ego sum tibi affinis,& ipse consanguineus.interdum nihil tibi attinet,interdum mutat gradum,sed interdū nec mutat genus nec gradum, si ego & tu sumus affines per appositionē mei, quia contraxi cum consanguinea tua, si ex dicta consanguinea filium procreaui,ille est tibi consanguineus non affinis. sed si ego maritus consanguineæ tuæ ex alia muliere filium procreo,ille non est tibi cōsanguineus nec affinis: si verò tu consanguineus vxoris meæ filium procrees,hic filius nō mutat genus attinentiæ,quia tu pater es mihi affinis,& ipse affinis, sed si tu & vxor mea eratis in æquali vel inæquali, & tu eras remotior,quia tu eras in tertio gradu inæquali linea vel in inæquali,sed tu eras remotior,quia tu eras in tertio, ipsa in secundo vel primo,tunc ipse filius mutat gradum,quia tu pater es mihi in tertio gradu affinitatis,& ipse in quarto:si verò tu & vxor mea eratis consanguinei in æquali linea, sed vxor erat remotior,vt quia ipsa in tertio & tu in secundo,tunc filius tuus nec mutat genus, nec mutat gradum, quia tu mihi affinis,& ipse affinis,tu tertio gradu,& ipse tertio. Item nota ꝙ istud etiam non sequitur,ego & tu sumus affines,ego non possum accipere filiam tuam, ergo nec tu meā, quia si habeo consanguineam tuam in vxorem,tu bene posses contrahere cum filia mea quam habui ex alia muliere,quia affinitas non contrahitur inter consanguineos viri,& consanguineos mulieris,& inter mulierem & consanguineos viri,vt dixi,& probatur.s.de consang.& affini.c.super his. sed ego non possum contrahere cum filia tua, nisi fortè illa excederet gradum, vt quia esset in quinto,& est simile quod dixi supra in proxima
12 arbore,circa finem.†Nunc quæritur,an affinitas inter ascendentes & descendentes habeat perpetuam prohibitionem, an extendatur vsq; ad quartum gradum?& si teneremus opinio.Gof.de qua dixi supra in arbore proxima,circa medium, diceremus ꝙ vsq; ad quartum gradum tantum:sed tenendo
13 cōtrariam diceremus ꝙ prohibitio sit perpetua.† dicit enim tex.ꝙ ita abstinere debemus a consanguinea vxoris,vt a propriis,vt de consanguin. & affini.c.1.& 35.q.3.c.de propinquis, & c. æquabitur. si ergo inter consanguineos ascendentes & descendentes prohibitio extenditur in infinitum,ergo & in-
14 ter affines,ad idem Insti.de nup.§.affinitatis. † & dicit lex, ꝙ tales affines ascendentes & descendētes habētur loco parentum & liberorum.ff.de gradib.l.non facile.§.& retro.in fi.eo. modo posset formari quæstio de affinibus, quorum vnus in primo,alter in quinto,sicut in consanguineis, vt dixi supra in
15 arbore proxima,in fi.† An autem liceat diuersis temporibus duas vxores habere, cognatas scilicet, vxores duorū fratrū; & an coniuncti olim in gradu perhibito,hodie permisso,firmum manere possit.de hoc vide, vt no.supra eo.non debet.
16 † Vltimò quæritur ad vtranq; arborem, an consanguineorū prohibitio vel affinium coniungendorū procedat ex prohibitione diuina,an ex humana,& quare facta fuerit hæc prohi
17 bitio. † Breuiter scias, ꝙ olim propter necessitatē habuit frater contrahere cum sorore, & consanguinei cum consanguineis,vnde tunc in collateralibus,nō erat prohibitio.hoc fuit a principio generis humani in filiis & nepotibus Adæ, hoc
18 fuit etiam post diluuium in nepotibus Noe.† in Leuitico verò fuerūt prohibitæ ferè xij.personæ,quas vide,vt no.de rest. spol.literas.& de diuor.gaudemus.demum ius positiuum canonum prohibuit consanguineos & affines primi generis coniungi in vij.gradu & citeriori, quæ prohibitio postea est restricta.s.c.non debet,reuocatis etiā quibusdam aliis prohibitionibus vt ibi patet.reuocatio verò fuit ex causa, quæ ibi ponitur.s.de testi.licet ex quadam.per quod patet ꝙ prohibitio est partim ex iure diuino, partim ex positiuo: vnde in secundo gradu æqualis lineæ collaterales contrahere possunt
19 iure diuino, sed non positiuo. † Ratio verò prohibitionis sumitur,35.q.1.§.1.& c.1.fuit enim propter charitatē ampliandam,nam si contraherem cum sorore, idem esset pater & socer:sed si alium habeo patrem, alium socerum numero, suis sagacitas protendet,cum quo vniuersi fideles & præcipuè studentes continuè perseuerent,per gratiam eius,qui est benedictus in secula seculorum,amen.

SVMMARIVM.

1 *Sponsalia propriè de futuro sunt, & dicuntur futurarum nuptiarum promissio.*

2 *Sponsalia de futuro, quomodo contrahantur, vbi multis modis contrahuntur.*

3 *Sponsalia inter septennes contrahuntur & non inter minores, & oritur ex eis publica honestas.*

4 *Sponsaliorum effectus, qui sint.*
Sponsi, quando ad matrimonium contrahendum compellantur.

5 *Qui iurauit contrahere matrimonium, & vult religionē ingredi, contrahere debet, & ante carnalem copulam religionem ingredi.*

6 *Maiores septennio si sponsalia contrahant ante pubertatem, nemo contradicere potest.*
Maior, qui alteri minori contrahere promisit, minorem expectare debet vt ad adultam ætatem perueniat, ad quam cum peruenerit matrimonium approbare poterit, vel reprobare.

7 *Viro dicenti se carnaliter mulierem cognouisse creditur, nisi per aspectum corporis ipsa mulier contrarium probet.*

8 *Sponsalia de futuro, & etiam de præsenti, per religionis ingressum resoluuntur.*

9 *Item per susceptionem sacri ordinis, nisi sint de præsenti.*

Source : BIU Cujas

10 *Sponsalia dissoluuntur cum vir & vxor mutuo se absoluuntur.*
Item quando alter ad partes longinquiores ante carnalem copulam proficiscitur.
11 *Sponsalia dissoluuntur cum alter coniungum lepram incurrit, vel aliam magnam corporis deformitatem.*
Matrimonium vel sponsalia de præsenti, per lepram non dissoluitur.
12 *Sponsalia dissoluuntur, si affinitas superuenerit.*
Item si fama habet impedimentum, puta affinitatem superuenisse.
14 *Sponsalia de futuro dissoluuntur, cum alter carnaliter vel spiritualiter fornicetur.*
Sponsalia prima de futuro per secunda non dissoluuntur, si secundam non cognouit.
15 *Sponsalia de futuro dissoluuntur, cum minor qui ad adultam ætatem peruenit, quod fecit seruare non vult.*
Item cum promisit infra certum tempus contrahere, nec per eum stetit quo minus contraheret.
16 *Sponsalia de futuro dissoluuntur superueniente cognatione spirituali vel legali.*
17 *Sponsalia vel matrimonium, in quibus casibus ipso iure non teneant, remissiuè.*
18 *Matrimonium, quid sit.*
19 *Matrimonium, vnde dicatur.*
20 *Matrimonium, vbi constitutum fuerit.*
21 *Matrimonij institutionis causa, quæ fuerit.*
22 *Matrimonium per consensum puberum coniungendorum, non per parentũ consensum contrahitur.*
23 *Matrimonium per seruos dominis inuitis contrahitur.*
Vir vxorem a patre per censuram ecclesiasticam repetit.
Matrimonium non est, si consensus ex aliqua partium deficit.
24 *Solennitates non sunt de substantia.*
Verba in valente loqui in matrimonio quo ad ecclesiam necessaria sunt.
25 *Verba contrahentium matrimonium si obscurè prolata sunt, ad communẽ ipsorum intelligentiam recurritur.*
Puberes dicuntur, qui generare possunt.
26 *Pubertas, quando in masculo, & quando in fęmina incipiat.*
27 *Matrimonium publicè, & non clandestinè contrahi debet.*
28 *Matrimonium qaando contrahendum est, banna publicè in ecclesia poni debent, vt qui impedimenta sciunt, opponat; si post impedimenta appareat soboles suscepta legitima est.*
29 *Matrimonia si clandestinè contrahantur, si postea impedimentum appareat, soboles illegitima est.*
30 *Matrimonium etiam publicè contrahentes, si ambo impedimentum sciant, proles illegitima est, secus si alter ignoret.*
Sacerdotes coniunctiones illicitas prohibere debent.
31 *Matrimonium contrahitur per verba ad hoc apta.*
32 *Matrimonium per errorem personæ dirimitur.*
Errare, quid sit.
Error consensui contrarius est.
Error vbi est, ibi consensus non est.
33 *Error, quadruplex est.*
Liber si cum serua contrahat, an matrimonium teneat.
34 *Liber dicitur, qui ex matre libera oritur.*
Libertates per ecclesiam defendi debent.
35 *Matrimonium non dirimitur per errorem fortunæ, & inæqualitatis.*
36 *Matrimonium non est, si conditio licita in eo apposita non seruetur.*
37 *Conditio impossibilis vel illicita, si est contra naturam matrimonij, pro non adiecta habetur.*
38 *Matrimonium per votum solenne & non simplex dirimitur.*
Votum, quando solenne dicatur quo ad dirimendum matrimonium.
39 *Cognatio triplex est, spiritualis, carnalis, & legalis.*
40 *Cognatio spiritualis, quid sit.*
Matrimonium dirimitur, si compater cum commatre contrahat, quando compaternitas matrimonium præcessit.
Limita, vt infra. num. 43.
Quid si secuta fuerit.
41 *Matrimonio consumato si alter coniugum puerum de sacro fonte leuet, parentibus infantis ambo sunt compatres.*
42 *Compaternitate tecum contracta, si duco vxorem, tibi vxor commater non est.*
44 *Compaternitas per catechismum contracta, matrimonium impedit, sed non dirimit.*
Compaternitas per alia sacramenta præterquàm per baptismum non contrahitur, quæ impediat vel dirimat matrimonium.
45 *Compatres sicut non possunt contrahere, nec filij duorum compatrum, si per eorum vtrunque vel alterum ad compaternitatem deuentum est.*
46 *Matrimonium non dirimitur, quando per neutrum coniugum ad compaternitatem deuentum est.*
47 *Compaternitas sicut contrahitur inter baptizatum, & baptizantem, sic etiam inter eius parentes.*
48 *Cognatio spiritualis in xx. casibus matrimonium impedit, & dirimit.*
49 *Cognatio spiritualis inter omnes contrahitur si plures leuant de sacro fonte vel confirmatione, licet vnus solus debeat leuare, vel confirmare.*
50 *Cognatio legalis tres habet prohibitione, svnam temporalem, & duas perpetuas.*
51 *Cognatio carnalis in quarto gradu consanguinitatis vel affinitatis vel citeriori matrimonium dirimit.*
52 *Matrimonium contrahitur inter eum, qui excedit quartum gradum cum eo vel ea, quæ est in quarto vel citeriori gradu.*
53 *Dispensatio si fiat vt matrimonium in quarto gradu contrahi possit, requiritur quòd vterque quarto gradu distet.*
Papa solus dispensat vt in quarto gradu matrimonium contrahatur.
54 *Dispensatio in matrimonio inique contracto, causa falsa expressa non valet.*
55 *Infideles si secundum legem suam in gradu per ecclesiam prohibito contrahant, post baptismum non separantur.*
56 *Matrimonium impeditur, sed non dirimitur ob crimen incestus.*
57 *Quid per machinationem in mortem coniugis effectu non secuto.*
58 *Matrimonium ob homicidium casuale non impeditur.*
Matrimonium, per quæ crimina dirimatur, & nu. 59. & 60.
61 *Matrimonium ob cultus disparitatem dirimitur.*
62 *Matrimonium fidelium est verum & ratum, sed infidelium est verum, sed non ratum.*
63 *Infidelis ad fidem rediens, an suam vxorem recuperet.*
64 *Pagani si secundum legem suam cum pluribus vxoribus contrahant, & cum ipsis ad fidem conuertantur, primæ soli adhærebunt.*
65 *Matrimonium per vim contractum dirimitur. vide infra, nu. 67. & 68.*
Consensus non est, vbi est vis.
66 *Matrimonium per furiosum contrahi non potest, & quare.*
Sponsalia sine pęna, sed libera esse debent.
69 *Matrimonium impeditur & dirimitur per ordinem sacrum.*
70 *Matrimonium cum secunda contractum per habentem primam, quando nõ teneat, & num. seq.*
72 *Vir si est absens vxor matrimonium contrahere non debet, nisi primo de eius morte certificata fuerit, vide infra nu. 76.*
73 *Nuptias secundas contrahere peccatum non est.*
Nuptias secundas contrahentes benedici non debent.
74 *Matrimonium dirimitur ob publicæ honestatis iustitiam.*
75 *Honestas publica ex sponsalibus nullis insurgit.*
77 *Affinitas, quid sit.*
78 *Prohibitio affinitatis primi gradus vsque ad quartum gradum et non vltra extenditur, Papa in primo affinitatis gradu dispensauit.*
79 *Consanguinei viri, non sunt affines consanguineis vxoris, nec e contra.*
Maritus solus est affinis consanguineis vxoris, & econtra.
80 *Maritus a consanguineis vxoris, sicut a proprijs abstineret debet.*
Affinitas sequens matrimonium vel sponsalia, ea non rumpit, & infra. sub nume. 81.
81 *Affinitas per incestuosum coitum contrahitur.*
Matrimonium ad dictum vnius, qui dicat affinitatem præcessisse, non separatur.
82 *Matrimonium dirimitur ob frigiditatem perpetuam, vel sectionem in viro, vel arctationem in muliere, matrimonium præuenientem.*
83 *Frigidus, an ab vxore separetur.*
Frigidus qui dicebatur, si cum alia contrahat, priora connubia restaurabuntur.
84 *Maleficiatus an ab vxore separetur.*
85 *Matrimonium si dirimatur ob mulieris arctationem, restauratur, si postea apta viro reddatur.*
86 *Feriarum tempus impedit matrimonium, sed non dirimit.*
87 *Matrimonium quo ad torum separatur ob fornicationem tam spiritualem, quàm carnalem.*
88 *Adulterium notorium petenti restitutionem obstat.*
89 *Accusatores, quales esse debeant, & testes, quando matrimonium impeditur.*
90 *In causa matrimoniali contra contumacem lite non contesta proceditur ad testium receptionem, & diffinitiuam sententiam.*
91 *Absens per literas matrimonium accusare non potest.*
92 *Consanguinitas per parentes, & consanguineos probatur.*
Episcopus potest inquirere, & si impedimenta matrimonij inuenerit, matrimonium separare potest.
93 *Coniunx coniugem absque iudicio ecclesiæ dimittere non potest, etiam si parentela notoria sit.*
94 *Matrimonij bona sunt fides, proles, & sacramentum, & quid sit quando in ipsis bonis peccatur, & infra. num. 95. & 96.*
97 *Causa matrimonialis si iudici committatur, dotis etiam causa commissa intelligitur.*
Et quibus committenda sit.
98 *Milieribus licet multus fauor debeatur in dotibus & donationibus propter nuptias, non tamen tantus quòd ob hoc alij grauentur.*
99 *Vxor propriè viro dotem dat, vir autem donationem propter nuptias.*
100 *Donatio inter virum & vxorem constante matrimonio facta non valet, donatoris tamen morte confirmatur, & præmoriente donatario reuocatur.*
101 *Dos ad mulierem, donatio ad virum, soluto matrimonio redit.*
102 *Filij, an & quando per sequens matrimonium legitimentur.*
103 *Papa, vbi vtriq; potestatem habet, quo ad temporalia & spiritualia legitimat.*

Source : BIU Cujas

gitimat.

104 *Vxor, si probetur, proles eius legitima est.*
Causa illegitimitatis coram iudice ecclesiastico tractanda est.

105 *Parentes si negent aliquem filium, eorum verbo creditur, nisi contrarium probetur.*

106 *Edictum de sponsalibus & matrimonijs est permissorium, vel prohibitorium certarum personarum.*

107 *Matrimonium cum meretrice contrahere, pietatis opus est.*

CHristi nomen inuocãs, ad honorem ipsius, & reuerendissimi patris mei, Domini Archidiaconi Bononien. qui diuinam potentiam imitatus, de me nihilo fecit aliquid de conse. dis 2. re vera. & ad vtilitatem mei, meorumque scholarium, & omnium etiam in vtroque iure studentium, Ego Ioan. And. paruus Decretorum Doctor, summam breuissimam super quarto libro Decretalium compilaui, subtilia vel noua non dicens, sed breuiter antiquitus scripta rememorans, quæ omnia ipsi patri approbanda vel reprobanda in totum vel in patrem referuo. Primo materiam continuans Cõpilator, quia superius satis tractauerat de his quæ pertinent ad clericos, in hac quarta huius voluminis parte tractaturus est de sacramento coniugij, quod pertinet ad laicos. ponit igitur primo rubricam de sponsalibus, & matrimonijs: præmittit autẽ de sponsalibus, quia solent sponsalia matrimonia præuenire, de spõsalibus ergo videamus. Et primò, quid sint sponsalia. Secundò, vnde dicantur. Tertiò, qualiter contrahantur. Quarto, in qua ætate. Quintò, quid sit sponsaliorum effectus. Sexto, an per sponsalia sponsi compellantur ad matrimonium contrahendum. Septimò, in quibus casi-
1 bus dissoluantur. † Sponsalia propriè sunt de futuro, & dicuntur futurarum nuptiarum promissio. 40. q. 5. nostrates. ff. eo. l. 1. & dicuntur a spondeo spondes: erat enim mos veteribus
2 stipulari. & spondere sibi vxorem. ff. eod. l. 2. † Contrahuntur ipsa sponsalia de futuro primò per verba ad hoc apta, vt accipiam te, &c infra eod. si inter. & de sponsa duorum, cap. 1. secundò cum minores exprimunt consensum de præsenti, de desponsa. impub. cap. vlti. & infra eo. tit. cap. vnico, lib. 6. Item per datione arrarum, pecuniæ, vel aliarum rerum. C. de sponsa. l. arris. Item per solam subarrationem, vel anuli immissionem, de despon. impub. cap. vlti. 27. quæst. 2. si quis desponsauit. Item per iuramentum. infra eod. cap. ex literis, &
3 cap. de illis. † Contrahuntur inter septennes sponsalia, inter minores autem non sunt sponsalia, vt de spon. du. ca. literas, & c. se. accessit. & ideo ex eis non oritur publica honestas, vt ibi; & requiritur, quòd vterque sit maior, infra de desponsa. impub. c. ad dissoluendum. nisi essent proximi ætati, & malitia suppleret ætatem, maximè cum tentasset commiscere, in-
4 fra eod. iuuenis. † Effectus sponsaliorum est quòd inducunt publicæ honestatis iustitiam impedientem, & dirimentem matrimonium, infra eo. spõsam. & infra plenius dicam. compellantur sponsi ad matrimonium contrahendum, si sunt maiores & iurauerint, infra eodem titulo, ex literis, nisi deterius timeretur, quia tunc præcisè non compellerentur, infra eodem requisisti, & quod dixi compelluntur, intelligo re in eodem statu manente, nam si contraheret cum alia per ver-
5 ba de præsenti non cõpelleretur, vt statim dicam. † si autem qui iurauit contrahere, & vult religionẽ ingredi, datur consilium vt contrahat, & ante carnalem copulam religionem
6 intret, infra eodem, commissum. † Sin autem ambo sunt minores pubertate, maiores tamen septennio, ante pubertatẽ neuter contradicere potest, & in eo casu, aut cum alter est maior, & alter minor, maior, vel qui primo peruenit ad adultam ætatem tenetur expectare minorem, & ipse cum ad adultam ætatem peruenerit poterit matrimoniũ approbare vel reprobare, de despon. impube. de illis ij. nisi corporalis com-
7 mixtio interuenisset, vt ibi, & eodem titulo, a nobis. † & crederetur viro id dicenti, nisi ipsa mulier per aspectum corporis contrarium probaret, eodem titulo, continebatur, & seq. de probatio. cap. causam matrimonij. si tamen minore non expectato primo maior cõtraxit, tenet matrimonium, quòd semper habet rumpere illa sponsalia, quæ fuerunt de futuro,
8 vt statim dicam. † dissoluuntur sponsalia de futuro multis casibus, primo per ingressum religionis, quod etiam in sponsalibus de præsenti attinet, vt de conuers. coniug. cap. ex publi-
9 co. † secundo per susceptionem sacri ordinis. 27. q. 2. §. ecce. quod locum non habet in sponsalibus de præsenti secundũ Ioan. & Ber. qui hoc no. 27. quæs. 2. desponsata, & de conuer. coniug. ex parte, & dixi de hoc de voto, & vo. redemp. c. vno.
10 lib. 6. † Tertio cum mutuo se absoluunt, infra eodem, cap. 2. Quarto cum alter recedit ad longinquam regionem, ante
11 carnalem copulam, infra eodem, de illis. † Quinto cum alter incurrit lepram, vel aliam magnam deformitatem corporis, de coniu. lepro. cap. vlt. & de iureiuran. cap. quemadmodum. deformitas tamen, vel lepra non dissoluit matrimonium, vel sponsalia de præsenti, immo tenetur infirmo sanus reddere
12 debitum, vt de coniug. lepro. cap. 1. & 2. † Sexto si superuenit affinitas, de eo qui cog. consang. vxo. suæ, c. veniens, & infra eod. tit. ex literis. Septimo, si fama habet impedimentum, puta affinitatem superuenisse. de consangui. & affinita. capit. 2.
13 † Octauo cum alter fornicatur carnaliter, de iureiur. quemadmodum, Nono cum fornicatur spiritualiter. 27. q. 1. non solum, & cap. iam nunc. † Decimo cum contrahuntur sponsalia secundo de præsenti, infra eod. si inter. & de spon. du. c. 1. imponitur tamen pœnitentia frangenti fidem, vt ibi. per secunda autem sponsalia, futuro non rumpuntur prima, de futuro, eodem titulo, sicut. quod intelligo si secundam non cognouit, quia tunc esset matrimonium, infra eodem. is qui.
15 † Vndecimo, cum minor, qui peruenit ad adultam ætatem, non vult seruare, quod fecit. de despon. impub. de illis. Duodecimo cum promisit contrahere infra certum tempus, nec stetit per eum quominus infra id tempus contraheret, infra
16 eodem, sicut. † Tertiodecimo cum superuenit cognatio spiritualis, vel legalis, puta adoptio secundum Hostien. qui hoc not. infra de cogna. spiritu. veniens, & capitu. ex literis. Hæc omnia de sponsalibus intelligo, quæ tenent de iure, sed per
17 hos modos habent dissolui † Sunt tamen casus in quibus nõ tenent ipso iure sponsalia, vel matrimonium, de quibus infra dicam. Viso de prima parte rubricę, scilicet de sponsalibus, & de secunda, scilicet de matrimonijs est videndum, videamus igitur quid sit matrimonium. Secundo vnde dicatur. Tertio a quo, quando, vbi, & quibus verbis fuerit institutum matrimonium. Quarto quæ causa fuerit institutionis ipsius. Quinto qua ætate, & quomodo contrahatur. Sexto quot, & quæ sunt impedimenta matrimonij. Septimo qui admittantur ad matrimonium impediendum. Octauo quot & quæ
18 sunt eius bona. † Matrimonium sic describitur, matrimoniũ est maris & fœminæ coniunctio indiuiduam, vitæ consuetudinem retinens. 27. quæst. 2. §. 1. supple diuini & humani iuris
19 communicatio. ff. de ri. nup. l. 1. † dicitur autem matrimoniũ a matre, quasi matris munium; idest officium, & dicitur a matre, quia plura onera matrimonij subit mater, nam ante partũ est onerosa, in partu dolorosa, in lactãdo laboriosa, de con
20 uersio. infide. c. 2. † Constitutum autem fuit ab ipso Domino in Paradiso, ante peccatum, & per illa verba ab ore Noe prophetæ dicta, hoc nunc os de ossibus meis, & caro de carne mea, propter hoc relinquet homo patrem & matrem, &c. de bigam. debitum, & de diuor. gaudemus. Alij dicunt, & hoc tenet Ber. de frigi. capi. vlti. quòd per illa verba, crescite & multiplicamini, &c. Sed primum est verius, quia verba illa dicta fuerunt Noe, & filijs eius iam primo vxoratis, & de hoc per
21 Io. no. 27. quæst. 2. in princi. † Causa institutionis matrimonij fuit ante peccatum susceptio sobolis, post peccatum vita-
22 tio fornicationis. 32. quæst. 2. §. his itaque. † Contrahitur matrimonium per consensum puberum coniungendorum. 27. quæst. 2. sufficiat. non per consensum parentum, licet honestè faciat filius, voluntatem patris sequendo, de desponsa. impub. capi. 1. & eodem titulo, capit. 1. lib. 6. nec per consensum
23 dominorum, † vnde contrahunt serui inuitis dominis suis, de coniu. seru. capit. 2. nihilominus tamen impendunt dominis debita obsequia, vt ibide. mhinc etiam vides quòd vir repetit vxorem, & a patre proprio, & compellitur ipse pater, per ecclesiasticam censuram ipsam restituere viro, infra eodem, non est vobis, & si deficit consensus ex altera parte, non est
24 matrimonium, infra eodem, tua. † nec solennitates sunt de substantia, infra eodem titulo, cap. 1. verba tamen sunt necessaria, quo ad ecclesiam, infra eod. tuæ, & hoc in his qui loqui possunt, secus in his qui loqui non possunt, infra eo. titu. capi.
25 cum apud. † Sed si verba a contrahentibus prolata obscura essent, recurritur ad communem ipsorum intelligentiam, infra eod. ex literis, puberes autem intelligo a potentia corporis, idest qui generare possunt, de desponsa. impub. c. 3. † Quæ
26 pubertas communiter conuenire solet in masculo, in xiiij & in fœmina, in xij. si tamen sunt puberes, licet hac ætate minores tenet matrimonium, infra de despon. impub. de illis. Nec est honestum publicè impuberes coniungi, nisi forte pro bo-
27 no pacis. eo. tit. cap. 2. † contrahi tamen debet matrimonium publicè non clandestinè, vt non desit probatio, nam qui dicit matrimonium fuisse contractum hoc probare debet, si alter id negat, si vterq; id confitetur sufficit si alia causa non impedit, infra de clande. despon. c. 1. & 2. † Et debent poni banna
28 in ecclesia, vt qui sciuerint impedimenta, infra certum tempus opponant, & tunc licet appareat postea impedimentum, soboles ante diuortium concepta legitima est, infra qui

Source : BIU Cujas

fil.sint legit.cap.2.& cap.prolatum.& cap.peruenit, & si post
termin ū datum contracto matrimonio, veniant accusato-
res non audiuntur,nisi iustam habuerint ignorantiam, infra
29 qui ma.accu.posc.vlti. † Si autem clandestine contrahatur,
& postea appareat impedimentum, soboles est illegitima,in-
fra qui fil.sint legit.referente,nisi ipsum matrimonium clan-
destinè, contractum postea fuerit publicatum, quia tunc fi-
lii nati postea legitimi sunt,licet appareat impedimētum.eo.
30 tit.quod nobis.† eodem modo est illegitima proles,si ambo
parentes scientes impedimentum contrahunt publice,secus
si alter ignorat.eo.titu.ex tenore.& sacerdos illicitas coniun-
ctiones debet prohibere, nec eis interesse, & ne impediatur
legitima cōiunctio,nullus se debet malicioſe opponere,hæc
31 omnia habes de clan.despon.c.vlti.† Contrahitur autem ma
trimonium,per verba ad hoc apta,puta accipio te in meā &c.
infra eo.inter.de spon du.c.1. idem est si dicant, promitto,vt
ab hac die in antea habebo te in legitima vxore mea,& e cō-
tra,infra eodem,ex parte Ioannis.Impedimenta quæ dirime-
re possunt matrimonium,sunt duodecim in his versibus de-
notata,Error,conditio, votum,cognatio,crimen, Cultus, di
sparitas, vis, ordo, ligamen, honestas,Si sis affinis vel si coire
nequibis.Hæc sociāda vetant, connubia iuncta retractant.
32 de singulis autem videamus,& primo de errore.†Sciendum
est autem, quòd error personæ sālem ex sui natura, non ex
constitutione ecclesiæ habet matrimonium dirimere,errare
enim est aliud pro alio putare.22.quæst.2 in quibus, & error
est contrarius sensui.ff.de iurisdic.omn.iudi.l.si per errorem.
cum ergo ꝓtrahitur matrimonium solo consensu,vt dictum
est supra,& vbi est error non est cōsensus,ergo nec matrimo
33 nium.† Sciendum est tamen,quod quadruplex est error,sci-
licet personæ,& iste habet dirimere matrimonium,vt si cre-
dam contrahere cum Berta,& cōtraham cum Mariotta.con
ditionis,& iste habet dirimere matrimonium,etiam si sit de-
terioris,vt si liber contrahat cum serua, quam credebat libe-
ram nisi postquam id sciuit verbo vel facto consensit,& ma-
trimonio hoc casu separato licitum est cum vtroque con-
trahere, & hoc habes, infra de coniug.ser. capitu.2. & vlti.
34 † liberum autem dicemus, qui ex libera matre oritur, de na.
ex li. ven. c. vno. & defendi debent libertates per ecclesiam,
vt ibi,de cōsuetudine tamen posset induci,quod filius sequa-
35 tur patrem, de coniug ser.cap.3.† Fortunæ & inæqualitatis,
& istę non diriment matrimonium,vt si creda m contrahere
cum diuite,vel cum virgine,& cū paupere vel corrupta con
traham.29.q.2.§.1. & dic, vt ibi ponitur, & antiqui omnes.
hoc,quod dixi de errore conditionis,notant per sequens ver
bum conditio. sed magis placet hos omnes errores concludi
sub hoc verbo error, illud autem expone, vt statim sequitur
36 † conditio, si licita conditio apposita fuerit in matrimoniali
contractu,nisi seruetur,non est matrimonium,nisi ab ea fue
rit recessum,vel subsequutum purum consensum de præsen-
ti, vel per carnalem copulam, de condit.ap.de illis,& c.super
37 eo.& c. per tuas. † impossibilis autem,vel illicita conditio,si
contra naturam matrimonii est,habetur per non adiecta.eo
dem titu.cap.primo, & vlti.sinautem contra naturam matri-
38 monii,vitiat contractum.eo.tit. cap.vlti.† Sequitur votum,
si votum est solenne dirimit matrimonium, simplex autem
impedit,sed non dirimit,qui cle.vel vo.c.3.& cap.seq.dicitur
autem solenne, & efficax quo ad dirimendum matrimoniū,
quod fit,vel per susceptionem sacri ordinis, vel per professio
nem expressam, vel tacitam factam alicui de religionibus ap
39 probatis,de vo.& voti red.lib.6.†cognatio autem triplex est,
spiritualis,legalis,& carnalis.primo ergo de spirituali,tanquā
de digniori videndum est.30.q.3.capitulo primo, & secūdo.
40 † Est autem cognatio spiritualis attinentia proueniens, ex sa-
cramenti datione, vel ad id detentione.est autem sciendum,
quòd si compater contrahat cum cōmatre,et econuerso be-
ne dirimitur matrimonium, de cogna spiritu.c.Martinus.et
c.veniens.et hoc verum est, cum præcessit cōpaternitas ma-
trimonium, vt ibi. sinautem esset sequuta siue scienter siue
ignoranter,matrimonium non separatur,eod.tit.c.si vir.im-
ponitur tamen pœnitentia, id dolose facienti, eodem titulo,
41 contracto in foro.† et scias quòd si alter coniugum matrimo
nio ꝓsummato leuet puerum de sacro fonte,ambo sunt com
patres parentibus infantis, eod.titu.cap.Martinus, sinautem
filium alterius tentum leuet de sacro fonte, non propter hoc
42 alter cuius non erat filius fit cōpater leuantis. † Idem si post
compaternitatem contractam tecum contraxi cum vxore,
vel prius contractum matrimonium confirmaui, quia vxor
prędicta non efficitur tibi cōmater,quia per vnionem carnis
sequentem non transit in vnionem spiritus præcedentē.30.
q.1.post obitum,et ibi in summa,de hoc,et in prædicta decre
43 tali Martinus.† et quod dixi de compaternitate,quæ dirimit
matrimonium,intelligas de illa, quæ contrahitur per baptis-
44 mum,vel confirmationem in fonte. † compaternitas autem
contracta per alia sacramenta puta per catechismum, impe-
dit sed non dirimit.eo.tit.c.1.et 2.et 3.lib.6.per alia sacramen
ta non contrahitur compaternitas impediens, vel dirimens
45 matrimonium,eod.titu.c.vlti.in fi.lib 6.† et sicut compatres
contrahere non possunt,sic nec filii duorum compatrum,si
per eorum vtrumque, vel alterum deuentum est ad compa-
ternitatem,et sciētes cōtrahere denuntiare debent ecclesię,
infra eo.tua.et si contraxerint tales,dirimitur matrimonium.
46 eod.titu.c.1.et c.super eo.et qui fil.sint legi.cap.1.† sinautem
per neutrum eorum deuentum est ad cōpaternitatem, tunc
non dirimitur,nisi consuetudo esset contraria,cui statur.eo.
47 tit.i.super eo. † et scias quòd sicut compaternitas cōtrahitur
inter baptizatum et baptizantem, sic etiam inter eius paren-
tes.eo.tit.cap.1.lib.6.et sic inter leuantem et leuatum, et pa-
48 rentes eius.† vnde.xx.sunt casus, in quibus cognatio spiritua
lis impedit,et dirimit matrimonium, scilicet inter baptizatū
et leuantem baptizatum,et filios leuantis,baptizatum,et ꝓiu
gem leuantis,prius cognitam parentes leuati,et coniugem le
uantis prius cognitam leuantem,et parentes leuati. Item in-
ter baptizatum, et baptizantem;baptizatum, et filios bapti-
zantis,baptizatum et coniugem baptizantis,prius cognitam
parentes baptizati,et coniugem baptizantis prius cognitam
baptizantem,et parentes baptizati. Item inter cōfirmatum
et leuantem confirmatum,et filios leuantis confirmatum,et
cōiugem leuantis prius cognitam leuantem,et parentes con
firmati,item inter confirmatum,et confirmantem confirma
tos, et filios cōfirmantis parentes leuantis, et cōiugem prius
cognitam confirmantem, et parentes confirmati, et paren-
tes superius dictos patrē,et matrem intelligas, hoc probatur
49 eo.tit.c Martinus,et c.vlti.et eod.tit.c.1.lib.6 † et scias,quod
licet vnus solus debeat leuare de sacro fonte, vel confirma-
tione,si tamen plures leuant,cōtrahitur cognatio inter om-
50 nes.eod.tit.cap.vlti.in princi.lib.6. † cognatio legalis, quæ est
proximitas per adoptionem proueniens, tres prohibitiones
habet,vnam temporalem, et duas perpetuas.temporalis est,
qui a frater carnalis non cōtrahit cum sorore adoptiua,duran
te adoptione, ea vero finita, puta per emancipationem bene
contrahit.de cogna leg.cap.vno.alia est perpetua scilicet, in-
ter adoptantem,et adoptatum,scilicet etiam soluta adoptio-
ne.ff.de ritu nup.l.adoptionem,et l.quin etiam,tertia est per-
petua,scilicet inter adoptantem,et vxorem adoptati,et ado-
ptatum et vxorem adoptantis.ff. de ritu nup.l. adoptionem,
51 primo resp. † cognatio carnalis,scilicet in quarto gradu con-
sanguinitatis, vel affinitatis, vel citeriori, dirimit matrimo-
nium, de consangui.et affinita.non debet.in quinto autem,
52 et vlteriori licitè contrahitur, vt ibi. † sufficit autem, quòd
vnus contrahentium excedat quartum gradum,licet alius sit
in quarto de citeriori.eo.titu.vir qui.et cap.quòd dilectio, et
53 hoc de iure cōmuni.† si tamen dispensaretur pone cum An-
glicis, quòd possēt contrahere in quarto gradu, requiritur
quòd vterque distet quarto gradu, maxime vbi cōsuetudo
hoc approbat.eodem titulo,quod dilectio,& qđ dixi dispen-
sari intelligas per Papam, quia inferior non posset. eodem ti-
54 tulo,quia circa,† & si obtineatur dispensatio in matrimonio
iniquè contracto,expressa causa falsa,nō valet,nisi postea per
55 eundem tolleretur,vt ibi.† si tamen infideles secūdum legem
suam coniugantur in gradu prohibito, per ecclesiam post ba
ptismum non separantur. eodem titulo.de infidelibus, & de
diuor.gaudemus,in princi.& filii eorum legitimi sunt,qui fil.
56 sint legit.cap.vlti.† crimen incestus, impedit matrimonium,
sed non dirimit, de eo qui cogno.consangui.vxo.suæ. transmisse. Item in machinatione,in mortē coniugis nō sequuto
57 to effectu.de diuor.cap.1.† Item in aliis criminibus,quæ no.
58 28.q.2.§.quanquam. & §.1.de pœni.& remis.cap.2.† homici
dium autem casuale, non impedit matrimonium, de diuor.
c.1.crimen autem nunquam dirimit nisi in tribus casibus,sci
licet cum quis adulterat,& dat fideiussorem adulterę,prima
viuente, secundo cum de facto contrahit cum adultera, pri-
ma viuente.Tertio cum machinatus est alter in mortem de-
functi,in his tribus casibus matrimonium dirimitur. 31.q.1.
per totum.de eo qui dux.in matri. quam pol. per adulte. per
59 totum.† in secundo autem casu,quando contrahit de facto,
cum adultera ignorante,tamen mortua legitima compelli-
tur ahærere secundæ si ipsa vult,imposita sibi cōpetenti pœ-
nitentia de delicto, infra eo.capi. cum haberet. & de eo qui
dux.in matrimo.quam pol. per adul.capi.1.& capit.veniens.
60 † & in tertio casu posset dici, quòd sufficit machinatio ho-
micidij, cum effectu etiam sine adulterio, licet fides data
vel matrimonium de facto non sufficiat sine adulterio,quod
videtur per decret.de conuers.infid.c.2. de diuor.c.1. & facit

ad hoc

Source : BIU Cujas

ad hoc,quod no.Ber.extra de eo qui dux.in matrimo.c.ſuper
61 eo.† Cultus diſparitas,vt ſi Chriſtianus contrahit cum genti
li,Iudęa,vel pagana.28.q.1.caue.& c.ſeq.& hæc diſparitas ſu-
perueniens, matrimonium ipſum habet dirimere,in caſu ſci
licet, quum alter ex infidelibus coniugibus quæritur ad fidē
altero nolente ſibi cohabitare, vel non ſine contumelia crea
toris,vel vt eam pertrahat ad mortale peccatū, poterit con-
uerſus cum alia cōtrahere alias non, & ſi antequam propter
prædictas cauſas contrahat, qui in infidelitate remanſit con-
uertatur compellitur primo conuerſus illam recipere, de di-
uor.c.quanto. & c.gaudemus. ſecus tamen ſi ex coniugib.fi-
62 delibus alter tranſit ad hæreſim,† quia matrimonium fideliū
eſt verum & ratum,ſed infidelium eſt verum ſed non ratum,
quia in ſupra dicto caſu diſſoluitur, vt ibi. qui ergo remanſit
in fide contrahere non poteſt,alias ſæpius ſimularet alter ꝙiu
63 gum hęreſim,vt matrimoniū ſepararetur,† inde eſt qualiter
cunq; redeat ille ad fidem recuperat vxorem ſuam niſi ab eo
eſſet per iudicium eccleſię ſeparata quo ad thorū, & illa vel-
let religionem ingredi.de conuer. coniuga.c.vlt.de diuor.de
64 illo,& c.1.in fi.†& ſcias ꝙ ſi pagani ſecundum legem ſuam,cū
pluribus vxoribus contrahunt,& cum ipſis conuertantur ad
fidem,ad primam ſolam adhærebunt.Item dato repudio pri
mæ contraxit cum ſecunda, quia ad ſolam primam repudia-
tam adhærebit,& ſi repudiata illa contraxit cum alio,non po
terit ſibi fornicationem obiicere,ſecus ſi alteri fuerit fornica
65 ta.eo.tit.c.gaudemus.†Vis de natura ſua habet dirimere ma-
trimonium,cum.n.contrahatur, vt ſupra dixi ſolo conſenſu,
& vbi eſt vis non eſt conſenſus,ſ̃.eo.cum locum.ergo nō ma
66 trimonium. † eadem eſt ratio in furioſo, qui conſentire non
poteſt dum in furore laborat, & ideo nō poteſt matrimoniū
contrahere.ſ̃.eo.tit.dilectus. hinc eſt ꝙ pœna non interuenit
in ſponſalibus,quia debent eſſe libera.ſ̃.eo. Gemma.inde eſt
ꝙ ſecrete & libere & honeſte morari debet, de cuius matri-
67 monio quæritur, vt in prædicta decret.cum locum. †Diſtin-
gue tamen inter vim & vim,infra eo.de muliere,& de baptiſ.
c.maiores.ſi.n.talis fuerit violentia vel metus,qui poſſit cade
re in conſtantem virum,ſiue fuerit minor, ſiue maior ille cui
infertur,non eſt matrimonium, de deſpon.impube.c.de illis.
2.& c.2.ex literis.& ſ̃.eo.veniens.etiam ſi culpa ſua incidatur
in metum illum, vt hic, valet in c.veniens.2.de ſponſa.in tex.
& glo.& hoc verum eſt niſi poſtea conſenſerit tacitè vel ex-
preſsè.ſ̃.eo.ad id quod,& in prælleg.decretali, de illis.2.vt ſi
cōſenſit etiam ſemel in carnalem copulam tantum,infra qui
68 ma.accu.poſ.inſuper.† ſi autem talis fuerit vis,vel metus qui
non debet cadere in conſtantem virum,valet illud matrimo
niū,ſ̃.eo.conſultore,& probatur hoc de eo qui dux in matri.
69 capitu. 2.† Ordo ſacer impedit matrimonium, & dirimit,
infra qui cle.vel vo.c.1.& 2.minor non,vt ibi.32.diſ ſeriatim.
70 †ligamen.ſ.cum alligatus eſt vxori,contrahendo cum ſecun
da,nō tenet matrimonium, & hoc verum eſt,ſiue prima fue
rint ſponſalia de præſenti, ſiue interuenerit iuramentum, ſi-
ue non,rūpitur per ſubſequentia ſponſalia de præſenti,& ſub
ſequuta carnali copula,de ſpon.du.per totū, nec valet in hoc
contrario conſuetudo.eo.tit.c.vlt. ſicut nec in matrimonio,
in gradu prohibito contracto.de conſan.& affini.non debet.
& ei qui ſic contrahit cum alia deſponſata,per verba de præ-
ſenti,grauis pœnitentia imponitur,infra de ſponſ.du.c.2.ſiue
de futuro,ſequuta poſtea carnali copula,quia trāſeunt in ma
trimonium,infra eo.ti.is qui.ſecus ſi fuerit ſolus conatus ſine
copula.ſ̃.eo.c.adoleſcentes.ligamen autem ſponſaliorum nō
71 dirimit, vt ſupra dixi. † iſtud autem ligamen ſtatim mortuo
reliquo coniugum ſublatum eſt, vnde ſimiliter ſtatim mor-
tuo viro nubat alii,tunc matrimonium nec incurrit legalem
72 infamiam,de ſecun.nupt.c.pen.& vlt.†ſi tamen vir eſt abſens
non debet mulier contrahere,niſi primo certificata fuerit de
morte ipſius viri,infra eo.in præſentia,& de ſecun.nup.c.2.&
ſi contraxit reddat, & non exigat, ſi poſtea conſtaret de vita
prioris viri,ſtatim recedat a ſecundo,& redeat ad primum,vt
73 ibi,& 34.q.2.cum per bellicam.† Secūdas autem nuptias,vel
vlteriores etiam contrahere peccatum nō eſt, nam dominus
ſeptem iuramenta non damnauit.31.q.1.quod ſi dormierit,
tamen benedicendæ nō ſunt,quia cum fuerint benedictæ ſe-
mel, non debet benedictio iterari, de ſecun.nupt.c.1.& 3.&
74 qui benedixerit ab officio, & beneficio eſt ſuſpenſus, vt ibi.
† Honeſtas, & publicæ honeſtatis iuſtitia dirimit matrimo-
nium,infra eo.ſponſa.& de deſpon.impub.literas, & c.acceſ-
ſit.& c.duo pueri.& qui fil.ſint legit.referente.iſta autem ho-
neſtas eſt, vt ſponſam de futuro aliquis de conſanguinitate
75 ſpon ſinon accipiat in vxorem,& econtra,vt ibi,† & inſurgit
illa publica honeſtas ex ſponſalibus,quæ ſunt nulla,puta con
tractis inter cōſanguineas,infra eo.ad audientiam, & hoc eſt
verum, dumtamen ſponſalia non ſint nulla ratione defectus
conſenſus,puta inter minores ſeptennio, & ſic pura & certa,
76 infra eo c.vno.lib 6. † & dirimit huiuſmodi honeſtas matri-
monium ſequens,non autem præcedens, vt ibi.hodie remo
ta eſt illa publica honeſtas,quæ habebat olim,ꝙ ſoboles coa
cepta ex ſecundis nuptiis non copularetur cognatis prioris
77 viri.infra de conſangui.& affini.non debet.†Si ſit affinis.Affi-
nitas eſt quædam perſonarum proximitas proueniens ex coi
tu, & habet hodie prohibitionem in primo genere tantum,
vnde in ſecundo, & tertio genere olim non contrahebatur.
hodie vero licitè contrahitur, de conſan.& affi.c.non debet
78 † extenditur autem hæc dirimens prohibitio primi generis,
vſq; ad quartum gradum,et nō vltra, vt ibi, diſpenſauit tamē
Papa,vt de diuor.c.vlt.vt in primo gradu affinitatis,vt de no
uo conuerſi,qui ſecundum legem veterem,contraxerunt cū
relictis fratrum, vt fratri ſoboſem ſuſcitaret,non ſepararent,
79 vlterius tamen non contrahant.†Et eſt ſciendum.ꝙ conſan-
guinei viri non ſunt affines conſanguineis vxoris, nec econ-
tra,ſed ſolus maritus eſt affinis cōſanguineis vxoris,et econ-
tra.vnde pater,mater,frater,et alii ꝙſanguinei mei, bene con
trahunt cum conſanguineis vxoris meæ, de conſang.et affi.
80 quod ſuper his.†abſtinere ergo debet vir a cōſanguineis vxo
ris,vt a propriis,eod.tit.c.1.et intellige hoc de affinitate,quæ
præcedit matrimonium,ſinautem ſequitur non rumpit ma-
trimonium,vel ſponſalia de præſenti.de eo qui cogn.conſan-
gui.vxo.ſuæ.c.1.et c.diſcretionem,et c.tuæ.et c.vlti.induci.n.
debent coniuges tales ad continentiam,ſi poteſt,et inceſtuo
ſus non exiget,ſed reddet debitum eodem titulo,tranſmiſſę,
81 et c.tuæ. † et contrahitur affinitas per inceſtuoſum coitum,
vt ibi, et c.diſcretionem, nec ſeparatur matrimonium ad di-
ctum vnius,qui dicat affinitatem preceſſiſſe matrimonium,
eodem titulo.c.de illo.nec ad profeſſionem ipſorum coniu-
gum, etiam cum rumore, eodem titulo.cap.ſuper eo.info-
ro tamē animæ monetur, vt ab illa putatiua vxore abſtineat,
eod.tit.veniens.2.impeditur tamen per hoc contrahendum
matrimonium, infra eod.c.pen.monendo non prohibendo,
infra eod. c.cum in tua. ſponſalia de futuro, bene rumpit ſu-
82 perueniens affinitas,vt ſupra dixi.Vel ſi coire nequibit†ſcire
debes,quòd frigiditas perpetua, vel ſectio in viro, vel arcta-
tio in muliere præueniēs matrimonium illud dirimit,ſi pro-
bari poteſt.de frigidi.et malefi. c.1.2.et 3. poſſunt tamen tales
adinuicem remanere,quamuis non, vt vir et vxor,tamen, vt
frater et ſoror,eodem titulo.cap.conſultori.et c.laudabilem,
83 4.quæſt.5. † et ſi aliqua vera ſigna frigiditatis non appareant,
cohabitent ſimul per triennium,tunc demum ſi cum vij.ma
nu propinquorum iurauerint ſe ſimul opera data non po-
tuiſſe coire,ſeparari debent,et qui nō erat frigidus licitè con-
trahat,ſed ſi ille qui dicebatur frigidus cum alia contraxit,re-
ſtaurabuntur priora connubia,eodem titulo.c. laudabilem.
84 † Idem in maleficiato quo ad cohabitationem, et iuramen-
ta.eodem titu.cap.vlti.ſed in hoc differunt,quia eodem mo-
do ſoluto matrimonio, vterque contrahit, quia poteſt eſſe
perpetuum maleficium cum vna, et non cum alia. 33.q.1. ſi
85 per ſortiarias, † et no.quòd ſi per arctationem mulieris ſepa-
ratur matrimonium, et poſtea abſque graui periculo redda-
tur apta viro cum appareat eccleſia decepta reſtaurabitur
matrimonium,eodem titulo,fraternitatis.in his igitur xij.ca
ſibus,vel verius.xvij.ſecundum ea,quæ ſupra dixi impeditur,
86 et dirimitur matrimonium. † ſunt tamen quædam quæ im-
pediunt,ſed non dirimunt, ſicut tempus feriarum,de quo ha
bes.37.q.3.non oportet.2.et de fer.c.vlti.et per totum, et de
matri.contrac.con.inter. eccle per totum.imponitur tamen
87 pœnitentia illud frangenti, vt ibi. † Propter fornicationem
tam ſpiritualem quam carnalem, bene ſeparatur matrimo-
nium,quod verum eſt quo ad thorū, remanent tamen cōiu-
ges ſeparati,de diuor.capitulo ſecundo,propter aliud autem
crimen, nec vir vxorem, nec vxor virum poteſt dimittere,vt
88 ibi.† et nota quòd adulterium notorium obſtat petenti reſti
tutionem, et ſi vterque adulteratus fuerit,fiet recompenſa-
tio.eodem titulo,cap.ſignificaſti,etiam ſi poſt ſeparationem
propter adulterium alterius factum alter fornicetur. eodem
89 titu.ex literis,† cum de ſupradictis impedimentis impeditur
matrimonium,legitimi debent eſſe accuſatores et teſtes. vn
de repellitur qui propter turpem quęſtum,matrimonium ac
90 cuſat,infra qui ma.accu.poſ.ſignificante.† et in matrimonia-
li cauſa proceditur contra contumacem, lite non conteſta-
ta,ad receptionem teſtium, et diffinitiuam ſententiam, qui
mat.accu.poſſ.capitulo primo.et qui fil.ſint legiti. perlatum.
91 †abſens autem per literas matrimonium accuſare non po-
teſt,vel contra ipſum teſtificari, qui matrimo.accuſ.poſſ.ca-
92 pitulo ſecundo. † ad probandum autem conſanguinitatem,
vel affinitatem admittuntur parentes, et conſanguinei po-
tius quam alii,quia melius preſumuntur ſcire ſuam genealo-

Source : BIU Cujas

giam,eodem titulo, indecorum, sed etiam non apparentibus accusatoribus, & fama deferente ipsum impedimentum potest episcopus inquirere,& si impedimēta vera reperierit po-
93 test matrimonium separare. de diuor. porro. † absq; iudicio tamen ecclesiæ coniunx nō potest dimittere cōiugem etiā si parentela sit notoria, & si dimiserit statim fit restitutio, vt
94 ibi. † bona matrimonii sunt tria, scilicet fides,sacramentum, & proles. fides, quia nullum adulterium, vt supra dixi.sacramentum,quia nullum diuortium.proles,qa per coniugē ve-
95 tari non debet.27.q.2.omne itaq;.de cond.app.c.vlti.† si peccatur in primum bonū,& fiat diuortiū,vel separatio propter adulterium vxoris,perdit ipsa dotem,nisi fuerit reconciliata a viro:si pp adulterium viri perdit ipse donationem propter nuptias,nisi reconcilietur ab vxore,de dona.inter vir.& vxo.
96 pleriq;.†si propter aliud impedimentum,puta cōsanguinitatis,vel affinitatis,si ignoranter cōtraxerunt,recuperat mulier dotem,& cætera bona sua,& vir donationē propter nuptias. co.tit.c.1.2.& 3.si scienter, perdit alter quicquid dedit alteri, & applicatur fisco, nisi pp bonum pacis aliter statuatur,s.q
97 vterq; recuperet,quod dedit.eo.tit.c.& si necesse.†& scias q si iudici committitur causa matrimonii, & dotis cōmissa intelligitur.eo.ti.c.3.quæ committēda est tolummodo habentibus potestatem & scientiam,de cōsan.& affi.c.1.& c.discre
98 tionem.& eo.tit.c.3.†& licet multus fauor debeatur mulieribus in dotibus, & donationibus propter nuptias, non tamen tantus,q propter hoc alii grauētur, vnde cui data est res possidenda vsq; ad tempus, vel sub cōditione,reuocatoria,eam vxori concedendo in donationem propter nuptias cum pacto de ipsa lucrando, nihil plus iuris transfert in ipsam, q̄ ipse habeat, nisi is ad quem res pertinet cōsentiret.eo.ti.c.nuper.
99 †& proprie vxor dat dotem viro, vir autem donationē propter nuptias,vt ibi no.in fi.& scias q si aliquis vergit se ad inopiam male vtendo re sua,debet quam potest de dote cautionem præstare,secus si sit pauper,& non dissipet.eo.tit.per ve-
100 stras.†Sciendum est autem etiam, q donatio facta inter vir. & vxo.cōstante matrimonio ex quo alter locupletior factus est,alter pauperior,non tenet,tamen confirmatur morte donatoris, & reuocatur præmoriente donatario, & euanescit,
101 alias reuocetur expressè vel tacitè.† soluto matrimonio,dos ad mulierem,donatio redit ad virum, nisi aliud de consuetudine vel pacto,quod tamen æquale sit,inducatur.eo.tit.c.vlt.
102 de tertio autem bono,s.prolis†scias, q in tantum est fauorabile ipsum matrimonium, q legitimat filium præcedentem, qui fil.sint legi.c.1.& hoc est verū si conceptionis ip.ius tempore vterq; erat solutus,ita q tunc poterat esse matrimoniū, eo.ti.c.tanta.alias secus est.eo.tit.c.causam, & tales filii ,prie
103 dicuntur legitimi†sicut & illegitimi,quos Papa legitimat,q potest quo ad spiritualia, & temporalia præsertim vbi vtrāq;
104 obtinet potestatem.eo.tit.c.per venerabilem.† Et scias q licet aliqua putaretur concubina , si probatur vxor , inde proles nata legitima est eo.tit.c.per tuas.& si agatur de hæreditate,& obiiciatur de illegitimatione,tractabitur hæc causa
105 coram ecclesiastico iudice.eo.ti.lator.& c.causam.†sed si parentes negant aliquem filium,creditur eorum verbo,nisi ,p-
106 betur contrarium.ĩ.eo.ti.c.transmissæ.† vltimo est sciendū, q edictum de sponsalibus, & matrimoniis, est permissorium vel prohibitorium certarum personarū, hinc est q quilibet
107 potest contrahere,qui non prohibetur.eo.tit.cum apud.† & contrahere cum meretrice, quæ vult desinere meretricari, opus est pietatis.32.q.1.non est.ĩ.eo.ti.inter opera.Hæc breuiter pro summa,quarti libri dixisse sufficiat, nec erit reperire casum rectum in hac summula non cōprehensum, duobus exceptis,qui ad matrimonium non faciunt,s.de conditionibus appositis in matrimonio,& aliis contractibus.c.2.& 4. faciunt.n.ad secundam partem rubricæ, & nō ad propositū.

FINIS.

TRACTATVS
de arbore consanguini. & affinitatis, D.Prosdocimi de Comitibus.

SVMMARIVM.

1 *Auctoritas Genesis, Lauentur pedes vestri, & sub arbore requiescite,quomodo intelligatur & infra,nu.4.*
2 *Socrates ad studium profecturus magnum auri pondus abiecit.*
3 *Sapientia in malinolam animam non intrabit.*
Impiorum victimæ Deo acceptabiles non sunt.
5 *Consanginitas,quid sit.& infra nu.11.& 12.*
Et vsq; ad quem gradum extendatur.
6 *Matrimonij prohibitio inter ascendentes & descendentes perpetuò durat, & infra nu.67.vide nu.86.*
7 *Consanguinitas collateralium,vsque ad quem gradum extendatur.*
Cognati ad successionem, vsque ad decimum gradum admittuntur.
8 *Cognati,qui dicantur.*
Agnati,qui dicantur.
9 *Consanguinitas quo ad matrimonij prohibitionem,vsque ad quartum gradum durat.*
10 *Consanguinitas quo ad alia,præterquam quo ad matrimonij prohibitiones, in infinitum durat.*
11 *Consanguinitas,est sanguinis vnitas.*
13 *Humanum genus ab vno stipite primo parente ortum habuit.*
14 *Nil ad nos de his,quæ foris sunt.*
15 *Homines omnes largo modo adinuicem fratres sunt.*
Virtutes rationales in brutis non cadunt.
16 *Consanguinitas,vnde dicatur.*
Consanguinei,qui sint.
17 *Fornicatio sicut matrimonium sanguinis vnitatem pro ducit.*
18 *Consanguinitatis arbor,a quo inuenta fuerit.*
Dispositio extrauagans non arctat.
19 *Veritas magis oculata fide,quàm per aures animo infigitur.*
Consanguinitatis arbor a Pontificibus approbata.
Consanguinitatis arbor vti authentica,seruanda est.
20 *Canones decreti,an sint authentici.*
Consanguinitatis arbor in Decretis instituta, quare authentica sit.
Superfluum nil in iure esse debet.
21 *Consanguinitais arbor in Decretis instituta ramos suos vsque ad septimū prohibitionis gradum extendebat.*
22 *Arbor in confinibus posita est.*
23 *Consanguinitatis arbor,quare inuenta fuerit.*
24 *Facti ostensione magis quàm elocutione quædam melius percipiuntur & traduntur.*
25 *Virgo,an aliqua sit,per matronas inspicitur.*
Oculis magis,quàm auribus credimus.
26 *Doctrina per præcepta longa est,per exempla verò breuis & efficax est.*
Iudicium auditus magis quàm oculorum fallitur.
27 *Præsumptiones aliquando decipiuntur.*
Testium varietas vbi est,quid desiderandum sit.
28 *Consanguinitatis arbor,quare sic dicatur.*
29 *Stipes,quis dicatur.*
30 *Pater ad filium stipes est.*
31 *Linea,quid sit.*
32 *Linea recta,quæ sit,& quæ obliqua.*
33 *Linea æqualis,quæ sit.*
34 *Gradus,qui dicantur.*
35 *Consanguinitatis arbor,quomodo formetur.*
36 *Forma circularis omnium perfectissima est.*
Corona clericalis,quare rotunditatem habeat.
37 *Protheus,quis fuerit.*
38 *Ascendentes personæ in computatione graduum duplicantur.*
39 *Processus in infinitum euitandus est.*
40 *Punctatio rubea,quare in arbore ponatur.*
41 *Punctatio,quare magis sit de rubro & nigro, quàm de alio colore.*
42 *Color rubens,nobilior est.*
43 *Forma arboris descendentium.*
44 *Matrimonij prohibitio,vltra quartum consanguinitatis gradum non extenditur.*
45 *Forma arboris collateralium.*
46 *Frater amitinus,quis dicatur.*
47 *Patruus magnus,& amita magna,qui dicantur.*
48 *Proprior sobrinus, quis dicatur.*
49 *Proconsobrini, qui dicantur.*
50 *Propatruus & proamita, qui dicantur.*
51 *Forma arboris ex latere materno.*
52 *Auunculus, quis dicatur.*
Et matertera, quę dicatur.
53 *Consobrini, qui dicantur.*
54 *Proauunculus, quis dicatur.*
Et promatertera, quę dicatur.
55 *Auunculus maior, quis dicatur.*
Et matertera maior, quę dicatur.
56 *Consanguinitatis gradus quot, & ex quibus regulis cognoscatur.*
57 *Gradus ascendentium, & descendentium tot sunt, quot sunt personę, de quarum consanguinitate queritur intermedijs computatis vna dempta.*
58 *Pater & filius, quot gradus faciunt.*
59 *Pater & filius, gradibus non distant.*
60 *Consanguinitas duas personas, quę vniantur, presupponit.*
Matrimonium esse non potest, nisi duę sint personę.
Pater suimet,quis esse non potest.
Distinctio inter cohærentiam esse debet.

61 *Linea*

Source : BIU Cujas

61 *Linea aſcendentium & deſcendentium ſecundum leges, & canones non differt.*
62 *Quoto gradu ſecundum canones vter eorum, de quorum conſanguinitate quæritur a communi ſtipite diſtat, an toto inter ſe diſtent.*
63 *In collateralibus æqualis lineę quoto gradu ſecundum leges vter eorum in communi ſtipite diſtat, toto duplicato inter ſe diſtant.*
64 *Gradum diſparem ſecundum leges in linea æqualium inter collaterales non eſt reperire.*
65 *Gradus tot ſunt ſecundum canones, quot cellulæ ſunt.*
66 *In collateralibus linea inæqualis ſecundum canones, quoto gradu remotior diſtat a ſtipite, toto diſtat per aliam lineam deſcendentem.*
68 *Collateralium lineæ inæquales ſecundum leges quot ſunt perſonæ computatis intermedijs vtriuſque lineæ vſque ad ſtipitem eo dempto, tot ſunt gradus.*
69 *Gradus adijcitur per quamlibet perſonam generatam.*
70 *Gradus quare aliter ſecundum canones compntantur, & aliter ſecundum leges.*
71 *Filius in primo gradu cum patre eſt.*
Frater cum fratre, in quo gradu ſint ſecundum canones.
Sanguis paternus vltra vnum non protenditur gradum.
72 *Fratres duo ſecundum leges in ſecundo gradu ſunt filij fratrum in quarto.*
73 *Computationi canonicę quo ad matrimonia in terris imperij ſtatu, quo ad hęreditates & in foro eccleſię legali ſtabitur.*
74 *Gradus quomodo computantur, ſi per ſtatutum determinatur de ſucceſſione vſque ad tertium vel quartum gradum.*
75 *Conſtitutio corrigens, vel interpretans, vel declarans eodem modo qno ius correctum vel interpretatum vel declaratum ſumi debet.*
76 *Gradus quomodo computantur, ſi per ſtatutum imponitur pœna contrahẽtibus matrimonium in quarto gradu vel remotiori.*
77 *Gradus quomodo computantur, ſi ſtatutum in alia materia quam hæreditatis vel matrimonij diſponat, puta quod accuſans nõ producat teſtes in tertio vel citeriori gradu.*
78 *Gradus quomodo computantur, ſi ſtatutum dicat, quòd ſtantibus agnatis vſque ad quartum gradum mater defuncto non ſuccedat.*
79 *Ius canonicum veram computationem graduum, quæ fit ſecundum leges, imitari non potuit.*
80 *Philoſophia ſola eſt naturalis ſcientia.*
81 *Gradus tot ſunt ſecundum leges, quot ſunt perſonę vna dempta.*
82 *Gradus ſecundum ius canonicum reſpectu coniugij computantur.*
83 *Fratris neptem ducere non licet.*
84 *Ius ciuile quo ad nuptias potius perſonas, quam gradus prohibet.*
85 *Matrimonij prohibitio inter collaterales vltra quartum gradum non extenditur.*
86 *Quid inter aſcendentes, & deſcendentes.*
87 *Diſiunctiua, quando pro coniuncta ſtet.*
88 *Cap. ad ſedem, de reſti. ſpo. quomodo loquatur.*
89 *Aſcendentes vſque ad tritauum parentes dicuntur.*
90 *Liberorum appellatione, omnes deſcendentes continentur.*
91 *Conſanguinitas, an tolli poſſit.*
92 *Matrimonii prohibitio, quæ eſt de iure poſitiuo, tolli & mutari potest.*
93 *Matrimonii prohibitio iure triplici cauetur, & an talis prohibitio ſit ſublata. & infra nu. 95 96. & 97.*
94 *Filius parentibus reuerentiam debet.*
98 *Gradus matrimonii negans, verbum Dei negat.*
Conſanguinitas vltra quartum gradum licèt re vera ſit, tamen communiter
99 *obliuioni tradita eſt.*
100 *Conſanguinitatis prohibitio, an inter Iudæos locum habeat.*



INcipit arbor cõſangui nitatis & affinitatis, in qua qa multi Doctores varia commenta ſcripſerunt, & quidam declarantes ſeu potius offuſcantes ignotum per ignotius, vel notum per ignotum, vt in ſimili no. glo. ſ. C. de natu. lib. l. 1. ideo deſcriptionem Domini Car. Floren. adhærentis ad glo. Ioan. Andr. tanquam moderniorem, & clariorem inſertis quibuſdam dictis Cal. quem inuenio ſolenniter commentaſſe prædictã gl. Io. An. prout ꝙ ue niet, recitabo. Primò igitur, ſm ipſum Cal. exordiẽdo, põt au
1 thoritas illa induci, Gene. 18 Lauentur pedes veſtri, & ſub ar bore requieſcite. † lauare pedes, aliud non ſignificat, niſi opationes & actus mũdanos peccatis ĩuolutos deponere, de ſac. vnctio. c. vno. vnde ad hoc facit, quod ſcribitur de pœni. diſ. 3. furioſi, Lauemini & mundi eſtote, &c. Item ſignificat depoſitionem cogitationum, & negotiorum ſæcularium, arg. 12.
2 q. 2. ſimilia epiſcopi, † de Socrate Philoſopho, qui Thebas ad ſtudium profecturus, magnum auri pondus abiecit, non putans ſe poſſe ſimul & diuitias & ſcientiam poſſidere. & ideo
3 quia peccatores & inuoluti odibiles ſunt Deo, † nam in mali uolam animam ſapientia non intrabit, per id quod habetur, 24. q. 1. odi. & alibi, irati animus prouocatur ad deteriora, quum iratus ad intercedendum mittitur. 49. diſt. c. 1. de re iudi. ad apoſtolicæ. lib. 6. & victimæ impiorum non ſunt acceptabiles Deo. 3 q. 7. in gradibus & ſic deduxi, quomodo ad propoſitum intelligatur prima pars videlicet lauentur pedes
4 veſtri † Secunda autem vbi dicitur, & ſub arbore requieſcite ſignificat ſcientiam intellectualem & demonſtratiuam. huiꝰ enim arboris figura eſt ad oculum & intellectum demõſtratiua conſanguinitatis linearum, & graduum propinquitatis, argu. ad hoc de pœn. diſt. 2. principium. diuidam igiſ, ſm ipſũ Car. hanc noſtrã in duas partes, expediẽdo primò tractatum ꝯſanguinitatis & eiꝰ arborẽ per xij. principales q̃ſtiones, quas ſtatim ſubiiciam, deinde ad arborem affinitatis trãſitus fiet.

Quæro ergo, quãtum ad primã partem dexij. videlicet, qd ſit ꝯſanguinitas. Secundò, vnde dicatur. Tertiò, quis arborẽ conſanguinitatis adinuenit. Quartò, quare ſit adinuẽta. Quintò, quare dicatur arbor. Sextò, quia in arbore fit mentio de ſtipite, & linea & gradu, quid ſit vnumquodque iſtorum. Septimò, qualiter formeẽ arbor, & quare ſic formetur, & quomodo puncteur, & quare. Octauò, quibus regulis cognoſcãtur gradus conſanguinitatis. Nonò, de ratione diuerſitatis in computando gradus inter leges & canones. Decimò, de quibuſdam quæſtionibus ſtatutorum circa præſentem materiã. Vndecimò, an prohibitio conſanguinitatis ſit indiſtinctè ſublata vltra quartum gradum. Duodecimò, an in collateralib.
5 duret conſanguinitas vltra quartum gradum. † Quantum ad primum, videlicet quid ſit conſanguinitas, reſpondeo ꝙ eſt ſanguinis vnitas, ſeu attinẽtia vel proximitas perſonarum ex eo proueniens, ꝙ vna deſcendit ab altera, vel ambæ ab eadẽ, ſm Azo. in Sum. Inſti. de gradi. §. conſanguinitatis. vbi addit, vſque ad ſeptimam generationem, & ſic ſm eum vltra ſeptimum gradum non protenditur conſanguinitas, quod põt eſ
6 ſe in collateralibus, † in aſcendẽtib. autẽ & deſcendentibus, in quibus perpetuò durat ꝓhibitio matrimonij, vt infra q. penulti. & audiſtis in c. non debet, de conſang. & affini. ſecus eſt.
7 † Item etiam in collateralibus protenditur quantum ad numerationem cognatorum ad effectum ſuccedendi vſque ad ſeptimum gradum, agnatorum verò vſque ad decimum, Inſti. de ſuc. cogna. §. hoc loco. hodie verò quo ad ſucceſſiones ſublata eſt differentia cognationis & agnationis, in Auth. de hæred. quæ ab inteſt. defer. §. 1. vnde admittuntur etiam cognati vſque ad decimum gradum, vt no. Azo in Summa, de
8 legi. hær. & gl. in alle. §. hoc loco. † Eſt autem differẽtia formalis, quia cognati ſunt venientes per lineam fœmininam, agnati verò per maſculinam, vt in alle. locis, & dixi qui fil. ſint leg.
9 c. per venerabilem, † Quantum verò ad prohibitionem matrimonij durat indiſtinctè ſolum vſque ad quartum gradum in tranſuerſalibus hodie, vt in alleg. c. non debet. olim vſq; ad ſept. 35. q. 2. alias 4. ad ſedẽ. cũ ſeq. licèt aliter ſm leges, vt ibi. Sed in hac materia eſt canonibus inhærendum, vt in c. pen.
10 & vlti. de ſecun. nup. † Quantum autem ad alios effectus, quũ quæritur de cõſanguinitate non effectu ſucceſſionis vel matrimonij, ſed ob aliud, puta per id quod habetur in c. poſtremò. de ap. conſanguinitas vſ̃ durare vſque in infinitum ſimpliciter prout ſonat, argu. in l. 1. §. & generaliter. ff. de lega. præſta. 19. di. ſi Romano. cum ſimi. ſed dicit Car. ꝙ ſi quidem lege cauet ad quotum, ſeu quem gradum debeat computari: in illa materia ſtabitur illi determinationi, aliàs videtur arbitrarium, non autem in infinitum extendendum, arg. in c. de cauſis. de offic. deleg. ff. de iu. delib. l. 1. de quo plenius in d. ca. poſtremò, & tangetur. inf. q. xij. Contra iſtam diffinitionem dñi Car. opponit Gaſ. de Cal. in eo, quod dicit, conſanguinitatem eſſe attinentiam perſonarum ex eo, quòd vna deſcendit ab altera, ambæ ab eadem: nam dicit ipſe hoc modo, patruus & nepos non eſſent conſanguinei, quod eſt falſiſſimum,
11 † quia conſanguinitas eſt ſanguinis vnitas, a con quod eſt ſimul, arg. in l. item apud. §. conuitium. ff de iniur probatur, qa patruus non deſcendit a nepote, nec econuerſo, & item ambo non deſcendũt ab eadem perſona, quia patruus habet pa-
12 rentem ſuum, nepos verò habet alium. † vnde ꝓpter hoc dixerunt aliqui diffiniendo, ꝙ conſanguinitas eſt vinculum ꝑſonarum ab eodem ſtipite deſcendentium carnali propagatione contractum. ſed & iſta diffinitio patitur non minorẽ
13 difficultatem. † Cum enim totum genus humanum ab vno ſtipite primo parente ortum habuerit, de pœ. di. 2. Ro. ſequeretur ꝙ inter nos Chriſtianos, Iudæos, & Saracenos, & quoſlicet infideles eſſet ꝯſanguinitas coniuncta carnali propaga-
14 tione ab vno ſtipite quod eſt deriſorium, † quia nihil ad nos de his, quæ foris ſunt, vt in c. a nobis. el 2. de ſen. excom. item iſta diffinitio comprehendit etiam animalia bruta, quæ per carnis propagationem inuicem ortum habent, vnde ſecundum ipſum eſt reſpondendum ꝙ prima & ſecũda diffinitio ſanè intellectæ procedũt: quum enim dicebatur in prima ꝙ nepos non deſcendunt alter ab altero, nec ab eodem ſtipite,

dicen-

dicendum est arg.procedere immediatè, qa pater patrui nō est pater nepotis,& econuerso,sed mediate capiendo nepotis auum,& inde supra ambo ab eadem persona descendūt, quæ tamen interpretatio non est vltra personas a iure limitatas extendenda,de quibus in præsenti arbore,& in iuribus, supra alle.tamen per hoc etiam defensatur secunda diffinitio,quia hæc consanguinitas propriè intellecta non protenditur ad primum parētem.†fateor tñ ꝙ largo modo omnes homines inuicem fratres sunt.2.q.1.si peccauerit. Item non ob.quod dicebatur de carnis propagatione,quæ etiam cōuenit brutis:quia intelligimus de propagatione secundum charitatem & alias virtutes rationales,quę quidem non cadunt in brutis,vt no.in clemen.1.de summa Trinita.

†Secundò principaliter quæro,vnde dicatur consanguinitas? Respondeo, vt satis etiam superius dictum est, ꝙ dicit̄, & est hæc etimologia,quasi sanguinis vnitas:nam consanguinei sunt nati ex vno sanguine,secundum deriuatorem Papiā vt dicit Car.& intelligo,vt supra declaraui, ex vno sanguine paterno uel materno,hoc est venientes per lineam masculinam & fœmininam,pro hoc quod no.de verb.signif. nam & ego.& plus siue per licitam copulam,siue illicitam & fornicariam,†quia eodem modo natura producit sanguinis vnitatē per fornicationem,sicut per matrimonium,vt in c.1. & p totum,de eo qui cogn.consang.vxo.suæ.de probatio. per tuas. de quo per Hostien.in sum.eodem titulo.§. & vnde dicatur.

Tertiò principaliter quæro, quis adinuenit arborem ϙsanguinitatis.hoc quæsitum est cum ministerio, nā per hoc datur intelligi,nunquid arbor ista sit allegabilis & authentica: nam dispositiones extrauagantes non artant,vt in c.pastoralis,& cum dilectus,de fi.instrumen.vnde respondeo,ꝙ Iustinianus Imperator ipsam ordinauit,Inst.de grad.§.fi.vbi post narrationem graduum,iussit eos ibidem inscribi. & designari,†quia veritas magis oculata fide,quam per aures infigitur, vt in sequenti q.declarabo.fuit etiam hæc adinuentio approbata per canones Roma Pontificum 36.q.4.ad sedem.ibi, in pictura arboris,&c.præsupponit designationem.& pro hoc, supra de consan.c.fi.vbi fit mentio de stipite, gradu, & linea, quæ sunt partes arboris principales,vt statim dicam. ex quo infertur ꝙ tanquam authentica & approbata per leges & canones seruanda est,argu.C.de legi.l.leges.supra de consti.c.j. †& addite,secundum Cal. per hoc tamen non probatur, ꝙ canones Decreti præcisè sint authentici,quia illa compilatio necessariò non est authentica,vt not.in cap.2.sup.de rescript. Hinc est,prout hr̄ in c.3.de secun.nup.ꝙ tex.Gratiani multotiens reprobantur ꝑ alios Doct.sed ideo arbor in decretis instituta,est authentica, quia per canones Roma. Pontificum supra recitatos est approbata.Nec ob.etiam,ꝙ si erat sufficiēter in Decretis approbata, de superfluo videatur apposita in volumine Decre.non dico in cōpilatione Gregoriana, videlicet sextū, in quo communiter habetur huius arboris designatio,vnde altera per alteram videtur superfluere, quod tamen esse non debet. 18.dist.si Romanorum, & supra in proęmio huius compi.†quia respondeo primo,ꝙ arbor in Decretis instituta protendebat ramos suos vsque ad 7.gradum prohibitionis,quæ est ad quartum limitata,vt in c.non debet,& ideo non fuit inutile aliam ordinare.Secundò negari non potest,quin arbor ista consanguinitatis& affinitatis communiter conueniat ad materiam Decreti, & Decretalium, igitur cōiter potuit vbilibet collocari,†sicut arbor in confinibus ē communis.ff.fin.regun.arbor.16.q.3.licèt,cum similibus.

†Quartò principaliter quæro, quare fuerit hæc arbor adinuenta.Solu.vt proximè tetigi,vt nō solum ex iuribus & intellectu,sed etiam ex oculorum inspectione perfectissimā graduum & ϙsanguinitatis computationē haberemus,vt in prę allega.§ fi.Insti.de gradi.†Quædam enim melius facti ostensione,q̄ eloquutione percipiuntur & traduntur,supra de donа.apostolicæ.vnde agrorum mensura subiicitur oculis.16. q.3.inter.de præscrip quia indicante C.fin. regun.l.fi. & item res petita ad oculum declaratur,de lib.obla. significantibus, & multa alia exempla similia poni possunt, †an aliqua sit virgo per matronas inspicitur. de ꝓbatio.proposuisti. an aliqua sit prægnans,de ven.inspi.l.j.magis enim credimus oculis, q̄ auribus.†vnde ſm Senecam, epistola 6. Longa est doctrina per præcepta,breuis & efficax p exempla. ad hoc,27.q.2.nec aliqua,quamuis illud c possit in ꝛrium allegari, quum dicit, ꝙ manus,& oculus sæpe fallitur obstetricis:nam sæpius fallitur iudicium auditus, quam oculorum, vnde testes falsum plerunque dicunt.3 q.8 cura.†Item etiā præsumptiones aliquando decipiunt,vt no in c.1.de præsum.& ideo vbi est varietas testiu m,est considerandum quibus fides sit adhibēda. ff.de testi l.3.eo.l.testium.& supra de testi cum causam.& c.ī nostra.est ergo ϙclusio, ꝙ sine dubio iudiciū oculorum sæpe fallitur,sed sæpius per id veritas melius cognoscitur,vnde Horatius,Sæpius irritant animum demissa per aures, Quam quæ sunt oculis subiecta fidelibus.† Quæro quintò, quare dicitur arbor.Respōdeo,quia habet similitudinem cum arbore naturali:nam sicut arbor naturalis fructifera,quatuor in se continet principaliter,videlicet truncum,ramos, fructus, & frondes:sic & in ista est trūcus,videlicet in medio, vbi est cellula vacua,cui protēditur,supra & infra per lineam rectam, & pars inferior dicitur pedamentum,collaterales autem rami sunt gradus consanguinitatis sunt fructus. Frondes autē sunt cellulæ,vel secundum aliquos quædam lineæ,quæ ducūtur ab vna cellula ad aliam, & secundum aliquos depingunt̄ tanq̄ frondes,de hoc per Goffre.in Sum.eo.tit. prima parte, ver.& quia,& per Hostien.in sum.§.quare,sub.§.qualiter.alii intelligunt,ꝙ frondes sint puncta, quę designata videtis duplici colore in qualibet cellula,quę interpretatio non est ita propria sicut præcedens, & sic habetis rationem inductiuā, quare ista arbor &c.

†Quęro sextò,quia in arbore fit mentio de stipite, linea, & gradu,quid sit vnumquodque istorum. respondeo ꝙ stipes dicitur quasi truncus aliquid sustinens, etymologicè, quasi stans pes,secundum Vgutio.in deriuationibus, secūdū Car. & quoad propositum dicitur stipes communis parens, a quo plures descenderint,supra de cōsang.quod dilectio.in gl.suffi cit tamen ꝙ vnus descendat,licèt plures non sint. † Pater est stipes ad filium.d.c.quod dilectio,& c.tua.& c.fi.eo.tit.quem quidem stipitem canones truncum appellant.d. c. ad sedem. ad fi.& c.series.25.q.5.linea verò est longitudo, siue protēsio varias continens personas,quæ ab eodem communi stipite, vel quarum vna ab altera descendit.d.c.quod dilectio. & ca. fi.& hoc verum est,prout intelligitur linea quo ad propositum ϙsanguinitatis in arbore ista;magistraliter autem, scđm Mathematicos,aliter accipitur,vt scribit Flor. videlicet ꝙ linea sit longitudo sine latitudine,cuius extremitates sunt duo puncta,ſm Euclidem,in 1.†Est aliquando linea recta,quæ extenditur ab uno puncto ad alium in extremitates suas recipiens vtrunque punctorum.alia est obliqua,vt ī circulo, vel semicirculo:sed in proposito nostro aliter accipitur linea directa,& obliqua,videlicet æqualis & inæqualis.†æqualis est, quum duo æqualiter distāt a communi stipite,vt duo fratres respectu patris:duo nati ex duobus fratribus.inæqualis verò, quum inæqualiter distāt patruus,& nepos, nā nepos ad auū, & sic patrem patris,& patrui,distat in linea inferiori, quā distet patruus ad ipsum auum qui pater eius est.Item quū vnus est stipes ad alinm mediatè,vel immediatè, vt in linea ascendentium & descendentium.ex quo infertur, ꝙ hæc linea inæqualis qñque dicitur ascendentium,& descendentium, vt quum quæritur de duobus,quorū alter ab altero immediatè vel mediatè descēdit, vt pr̄ & filius,auus & nepos,& sic de aliis.qñque dicitur collateralis,vt qñ quæritur de duob.quorum neuter ab altero,sed vterque ab alio tāquam a communi stipite descendit,vt duo fratres vel eorum filij respectu patris vel aui, & sic de aliis.istæ tamen lineæ reducuntur ad rectam,& obliquam,quia linea æqualis est recta.Item linea inæqualis etiam est recta respectu ascendentium & descendentium,sed respectu collateralium est obliqua, si sunt in linea inæquali,immo etiā si sint in linea æquali, si de vno ad aliud acceditur pergendo ad stipitem & descendendo per aliam lineam,est obliqua:sed si non itur ad stipitem est recta, vt patet in arboris descriptione.†Gradus autem generaliter dicit̄ ascensus,seu id per quod ascenditur ad aliud,& dicitur grad' a gradior,quia gradimur per gradus ascendendo vel descendendo, sicut in gradibus schalarum vel locorum procliuiū. ff.de gradi.Iurisconsultus.§.gradus.quantum autem ad propositum,gradus ſm Gofire.in Sum. huius titu. est habitudo siue distantia personarum ad inuicem facta collatione ad cōmunem stipitem.sed per hoc non compræhenduntur grad' personarum,quarum vna est stipes ad alteram.i. vna descendit ab altera,vt pater ad filium,nepos ad auum,&c. Item ipse gradus non est distantia,sed mensura distātiæ: ideo est dictū ꝙ habitudo potest intelligi pro mensura, vt pro habitudine intelligatur respectus seu relatio, aut consideratio distantiæ inter personas de quibus quæritur,habitudo respectu ad stipitem. Dictum est ergo,ꝙ gradus in consanguinitate est mēsura distantiæ ꝙa cognoscimus quoto consanguinitatis gradu aliqui distant inuicem:nam si de duobus quæritur, quoto gradu distent,mensuramus distantiam gradualem inter ipsos per regulas,de quibus infra,q.8. Non obstat etiam, qđ dicebatur de ascendentibus,& de descendētibus, quorū vnus ab altero descendit,& sic non descedunt a communi stipite: nam immo descendunt mediatè a communi stipite, quia pater & filius descendunt ab auo,vt per se patet.

Quæro

35 Quæro ſeptimò principaliter,† quomodo formetur arbor,& quare ſic formetur,& qūo punctetur, & quare ſic pūctetur. Reſpondeo, ꝙ formatur incipiendo in medio,& ponēdo cellulam vacuam,& ſunt cellulæ quædam loca rotunda, in quibus ſigillatim diſtribuuntur perſonæ de eadem conſanguinitate progredientes. poſſent tamen cellulæ formari quadratę,
36 vel alterius figuræ eſſe: † ſed cōuenientior eſt figura circularis, quia omnium eſt perfectiſſima & propriiſſima, ſm Philoſoph. 2. de cęlo. & in clemen. j. de vi. & hone. vbi corona clericalis habet rotūditatem, ad ſignificationem perfectionis. Fit autem hæc cellula vacua, quia non poteſt habere vnum determinatum nomen, cum aliæ cellulæ præter illas, quæ nominantur per genitiuum, ab ipſa nomē accipiant. vnde rō reſpectu variis nominib. nuncupat̄, videlicet pater reſpectu filii, filius reſpectu patris, frater reſpectu fratris, & ſic de aliis: ſed cō
45 uenienter dr̄ trūcus, & ſic vocatur a canone, vt ſupra dixi eo reſpectu, quia de ipſa facimus ſtipitem, cum a qualibet cellula aſcendentium deſcendat vna linea, vt patet in arbore: quā uis autem non poſſit habere nomen proprium cōſanguinitatis, tamen aliud nomen habere pōt, & quidā ipſam appellant Ioachim, ꝙa author fuit generationis Chriſti. Alij vocāt Pro
37 theum ꝓp prædictam nominum varietatem: † nam Prothe⁹ a poetis fingitur Deus marinus, qui in varias figuras ſæpe mutatur, hoc eſt ꝙa ſtatus marinus ſæpiſſimè variatur, inde Horatius, Quo teneam modo mutātem Propheta vultum. Alij vocant aliter, Io. And. eam denominat a ſuo Bidello Petrutio. Car. a ſuo Bidello Corraldo. cum autem ſtatim Bidellum proprium non habeamus, ponemus in genere nomen Bidelli, ſupra hanc cellulam vacuā eſt primo pater, & mater, & pone vnum punctum rubeum ſeu numerum denotantē vnū, & alterum pūctum nigrum, ſupra hanc. ſecūdo loco eſt auus auia, & duo puncta rubea, & duo nigra, & hoc intelligēdo ꝙ nō interuenerit inceſtus, & ꝙ illa alia non fuerit vxor aui: tūc enim ex eis generati non potuiſſent ꝫhere. Ideo aliqui exponunt ꝙ fuerunt bigami, vel melius eſt dicēdum, ꝙ illa verba debent reſolui hoc modo, auus & vxor eius, auia & maritus eius: habet enim quilibet quatuor auos ſi eſt ex licito cōplexu. ſ. patrem & matrem patris, qui ſunt aui paterni, & patrem & matrem matris qui ſunt aui maternis ſimiliter habet octo
38 proauos & ſexdecim abauos, & ſic vltra duplicando, † quia ꝑ ſonæ aſcendentes duplicantur. 35. q. 5. primo gradu. ff. de gradi. Iuriſconſultus. §. 2. gradu. ex inceſta autem poſſet quis habere niſi duos auos, vt ſi frater & ſoror generant filium, vel tres, vt ſi quis generat filium ex ſorore, quæ eſt ex parte matris tantum, vel ex parte patris tantum, pro hoc quod habet̄ in Spe. eo. tit. in fi. & per hoc vltimum dixerunt aliqui de bigamia, prout ſupra qnæ non eſt neceſſaria ſubaudiendo & reſoluendo, prout nunc dixi. Ex his habetur, ꝙ illa cellula auus auia, & ſuperiores habent vim duarum, & cōuenienter diuidendæ ſunt per lineam, vt ex vno latere ſit auus. ſ. paternus ex altero auia. ſ. materna, quia hæc arbor habet vim duarū arbo
50 rum, vt ex latere dextro computetur geneologia Bidelli ex parte maſculorum, ex latere vero ſiniſtro, ex parte fęminarū, & ſic vtraque arbor eſt tantum media ad formam vexillī, tōta autem ſimul ꝓſtituit prædictas duas arbores. qđ fit ad euitandam ſuperfluitatem, cum iſtę arbores dimidiatæ prout ſ. ſufficiant pro intellectu totius cōſanguinitatis. Item ſi vellemus integraliter omnes perſonas enumerare, cū vt proximè
39 dixi aſcendendo duplicentur, eſſet quaſi quidam † proceſſus ī infinitum, euitādus, de reſcrip. cum in multis. in 6. nec facile
51 tanta multitudo potuiſſet in paruo loco reponi. 13. q. 2. §. eꝯ. ſupra cellulam hanc eſt proauus proauia, & tria pūcta rubea, & tria nigra, & denotant puncta rubea computationem ſe-
40 cundum ius canonicum, nigra ſecundum ius ciuile. † Ponit̄ punctatio rubea ſecundum canones parte ſuperiori, vt notetur excellentia iuris canonici, ſuper ius ciuile, præſertim quo ad matrimonium, in quo leges non dedignantur ſacros canones imitari, de ſecun. nup. c. penul. & vlt. de qua excellentia ꝑ Hoſti. in ſumma, in proœmio. §. vnde habuerit. in ver. eſt igit.
41 quare autem de rubeo, & nigro potius q̄ de alio colore facta fuerit hæc punctatio, non expedit reddere rationem, cū hoc cōſiſtat & tendat ad beneplacitum, arg. de reſcrip. ſi qñ, & qđ ibi not. ſed coloratè poteſt dici, quia iſtis coloribus magis vtimur in ſcribendo. ſic etiam poſſet dici de diuerſitate coloris rubei, & nigri, qui varium ius deſignat, vt ſupra, ſed fortè iō computatio canonica deſignatur per rubeum & legalis cō-
42 putatio per nigrum, ſecundum Io. de Ligna. † quia color rubeus nobilior eſt tanquā habens plus de lucido, & minus de
43 terrēo. niger verò ęuerſo, vt in lib. de ſenſu & ſenſato. † Nūc deſcendo ad cellulas deſcendentes ſub cellula Bidelli, & ſub illa primò eſt filius filia, & vnum punctum rubeum & alterū nigrum, ſub illa nepos neptis, & duo puncta rubea & duo nigra, ſub illa pronepos proneptis, & tria puncta rubea, & tria nigra, ſub illa abnepos abneptis & quatuor puncta rubea, & quatuor nigra: nam vtroque modo, vt infra dicetur, eſt computatio graduum in hac linea aſcendentium & deſcendentiū tam de iure canonico quam ciuili, & ſic completa eſt linea prædictorum aſcendentium, & deſcendentium. Reliquæ dicuntur collaterales ſeu trāſuerſales: in arbore autem antiqua
44 ponebantur plures gradus, qui hodie ſunt remoti, † cum nō extendatur prohibitio matrimonij vltra quartum gradum conſanguinitatis, vt in c. non debet, de conſan. & dicetur infra, queſt. 11. nam per hoc tolli non pōt cōſanguinitas naturalis. terminatio ergo omnium prædictorum in tota arbore tā aſcendentium quam tranſuerſalium refertur ad cellulam vacuam, quam nominaui Bidellum, vt patet ex prædictis & di-
45 cendis. † Nunc de collateralibus eſt forma dicenda. Primò ergo iuxta cellulam Bidelli a dextris eſt frater, & vnum punctū rubeū & duo nigra. j̃. ideſt ſub cellula frater fratris, filius filia, duo puncta rubea, tria nigra. j̃. fratris nepos neptis, & tria pūcta rubea quatuor nigra. j̃. fratris pronepos proneptis, & quatuor puncta rubea & quinque nigra, & ſic habetis lineam fratris, & hic de patre Bidelli fecimus ſtipitem, vltra fac ſtipitem de auo infra ideſt ſub cellula auus, patruus, amita, & duo puncta rubea, tria nigra. j̃. frater patruelis & amitinus ſoror patruelis & amitina, & duo puncta rubea quatuor nigra, & eſt frater patruelis mei, is ꝙ naſcit̄ ex fratre pr̄is mei ſoror. ſimili-
46 ter patruelis, quę ex ipſo fratre patris naſcitur. † ille vero vel illa, qui vel quæ ex ſorore patris mei naſcitur, eſt mihi frater amitinus & ſoror amitina. ff. de gradi. Iuriſconſultus. §. quarto gradu. circa medium. 35. q. 5. primo gradu. j̃. deſcendente, horum filius filia, & tria puncta rubea, quinque nigra. j̃. horū nepos, neptis, & quatuor puncta rubea, ſex nigra. Nūc faciamus de proauo ſtipitem. j̃. prima cellula deſcendes ex proauo eſt patruus magnus amita magna, & tria puncta rubea, quatuor
47 nigra. † dr̄ autem patruus magnus & amita magna patris mei patruus vel amita. l. Iuriſconſultus. §. 4. gradu. alle. & in d. c. 1. gradu. 35. q. 5. infra ſequitur propior ſobrinus, propior ſobrina, & tria puncta rubea, quinque nigra. † poteſt etiam dici ꝓpior a prope: proprior autem deriuatur a propriè, & ſic ſcribi
48 poteſt cum r. & ſine r. immò etiam propior ſecundum deriuatores, deriuatur a propè, vt ſcribit Car. ſiue ergo dicatur ꝓpior, ſiue proprior ſobrinus, idem eſt quod proximus ſobrinus, qui eſt is, vel ea ſobrina, qui vel quæ patris mei eſt conſobrinus vel conſobrina, vel patruelis, vt in propoſito noſtro. d. l. Iuriſconſultus. §. quinto gradu. & Inſti. de gradi. §. quinto
49 gradu. & d. c. primo gradu. † vbi etiam iſti appellantur procō ſobrinus & proconſobrina. quaſi remotiores quam conſobrinus & cōſobrina infra ſequitur horum filius filia, & tria pūcta rubea ſex nigra, infra horum nepos neptis, & quatuor rubea ſeptem nigra. Vltimò fac ſtipitem de abauo. ſub illa cellula ponitur primo propatruus proamita, & quatuor puncta
50 rubea, & quinque nigra. & dicitur propatruus proamita, pro aui frater & ſoror. Inſti. de gradi. §. quinto gradu. & dicitur ēt patruus maior & amita maior. i. patris mei patruus magnus, amita magna. d. l. Iuriſcōſultus. §. quinto gradu. & d. c. primo gradu. infra horum filius filia, & quatuor puncta rubea, ſex nigra. Iufra eorum nepos neptis, tria puncta rubea, & ſeptem nigra. Infra horum pronepos proneptis, & quatuor pūcta rubea & octo nigra. Et ſic completa eſt arbor ex parte maſculina per modum vexilli, vt ſupra dictum eſt, non autē integraliter vt iacet, ſed per dimidium. † Nūc ergo ad aliud dimidiū
51 venio, & formo ex latere materno, vbi in effectu eadem eſt doctrina & declaratio. & Ioan. And. aliter non deſcribit, ſed ad clariorem intellectum etiam ſeriatim recitabo, ſecūdum Card. Iuxta cellulam igitur Bidelli, eſt ſoror, & vnum punctū rubeū, duo nigra. Stipes eſt pater & mater. Vnde quātum ad hanc lineam non poteſt plus dici ex latere materno quam paterno, ſecus quo ad alias ſequentes, vt in eis patebit. dic ꝙ hic decipitur Car. vel fortè eſt error ſcriptoris, quia nec in hac cellula ſeu linea, nec aliis ab hoc latere eſt differentia aliqua inter latus paternum & maternum. ſed fortè voluit dicere licèt impertinenter, ꝙ in linea aſcendentiū & deſcendentium non eſt differentia inter ius canonicum & ciuile in graduū computatione, vt patebit infra: ſed in linea collaterali, eſt in omnibus differentia, incipiendo ab hac prima cellula frater vel ſoror, vſque ad extremam. j̃. ſororis filius filia, & duo puncta rubea, tria nigra. j̃. ſororis nepos neptis, tria puncta rubea quatuor nigra. infra ſororis pronepos proneptis, quatuor pūcta rubea, quinque nigra. vlterius fac ſtipitē de auia, & ſicut dixi ſupra ſubaudiendum eſt materna, & ſic ſolum ex parte matris eſt hæc linea, & ſequentes ad hoc ſiniſtro latere. infra
52 auūcul⁹ matertera, & duo pūcta rubea, tria nigra. † & eſt auū culus matris frater, matertera matris ſoror. d. Iuriſconſultus.

§. tertio

Source : BIU Cujas

§.tertio gradu.Insti.de gradi.§.tertio gradu.& d.c.primo gradu.in ver.3.infra consobrinus cõsobrina,& duo pũcta rubea,
53 quatuor nigra.†& dicuntur cõsobrini ex duabus sororib.nati,quasi cõsororini,vt dicit tex.ĩ illa.l. Iurisc̃ons̃ultus.§. quarto gradu.& Insti.de gradi.§.4.& c.primo gradu.& ff. de gradi.l.j. infra horum filius filia,& tria pũcta rubea,quinq; nigra,infra horũ nepos neptis, & quatuor puncta rubea sex nigra.fac stipitem de proauia,sub illa cellula est auunculus magnus matertera magna,idest auiæ maternæ frater & soror,seu mris meæ auunculus,& matertera.d.l.Iurisconsultus.§.4.& d.§.4. Inst. eo.de gradi.& d.c.1.gradu.& hic tria puncta rubea, quatuor nigra.infra propior sobrinus,propior sobrina,idest auunculi magni seu materteræ magnæ filius filia.d.l. Iurisc̃ons̃ultus. §.quinto.Insti.eo.alleg.§.quinto.isti etiam dicuntur procõsobrinus proconsobrina.d.c.primo gradu,& hic tria rubea, & quinque nigra.infra horum filius filia, & tria pũcta rubea, sex nigra.infra eorum nepos neptis,& quatuor pũcta rubea
54 septem nigra.†vltimò fac stipitem de abauia, prima cellula ẽ
proauunculus promatertera.i. proauiæ maternæ frater & so
55 ror.d.c.primo gradu. & Insti.de gradi.§.quinto gradu.†dicũtur etiam auunculus maior & matertera maior, idest matris nec auunculus magnus & matertera magna.d.l.§. quinto. & hic quatuor puncta rubea,quinque nigra infra,horum filius filia,& quatuor puncta rubea sex nigra. infra eorum nepos neptis.& quatuor puncta rubea, septem nigra infra eorum pronepos proneptis,& quatuor puncta rubea & octo nigra.
56 †Quæro octauò,quot, & quibus regulis cognoscantur gradus consanguinitatis. Respondeo q̃ vna est regula respectu ascendentium & descendentium,quatuor vero respectu collateralium.Prima regula inter ascendentes, & descendentes
57 est ista,†quot sunt personæ de quarum consanguinitate quę ritur computatis intermediis vna dempta,tot sunt gradus. si ergo quæritur,quoto gradu Bidellus distet a patre,& matre cum hic duæ sint personæ.s. ipse B.& pater vel mater est vnus gradus,ab auo autem distat B.secundo gradu, quia tot sunt personæ.s.B.pater & auus vna.s.dempta, a proauo distat tertio gradu,quia quatuor sunt personæ abauo quarto gradu p̃ modum præmissum,& idem si proceditur per lineam fœminam,vt si quæritur quoto gradu distet B. ab auia, proauia vel abauia,& hoc ascendendo,descendẽdo vero eodem modo colligitur,quia B.distat a filio,primo gradu;a nepote,secũdo;a pronepote,tertio;ab abnepote,quarto:quia in his vna p̃ sona dẽpta,tot sunt gradus,quot personæ demuntur,aut vna persona,quia stipes cum vno qui a se immediatè descendit,facit vnum gradum.s.vltra primum quælibet persona addita p̃ sonæ per carnis propagationem seu generationẽ adiicit gra-
58 dum:†vnde pater & filius ponendo patrem stipitem, non possunt facere duos gradus.& secundum Azo.in Summa,de gradi.Insti.datur simile, si quis vult facere fenestram requirunt̃ duæ columnæ separatim positæ:sed si vult aliam iuxta illam
59 facere,addita vna columna efficitur alia fenestra.†pater ergo & filius non distant gradibus,sed sunt in vno gradu. Addita autem vna persona filio descendendo habetur secundus gradus,vel addita vna persona patrum ascendendo similiter habetur secundus gradus,& sic deinceps,pro hoc.ff.de gradi.l.j. §.sed superior.in l.Iurisconsultus.§.si sunt ex lateribus.sed secundum Card.proprior & strictior ratio reddi potest, quia vt dictum est in.j.q.consanguinitas est sanguinis vnitas, seu
60 attinentia personarum.†præsupponit ergo cõsanguinitas saltem duas personas,quæ vniantur:vnde sicut non potest esse matrimonium nisi duæ sint personæ, vir.s.& mulier coniunctæ affectu coniugali,&c.de præsump.illud. & sicut non potest esse idem pater suimet,siue loquamur de patre carnali,si ue spirituali.de bap.debitum.ita nec consanguineus suimet, nam inter coherentiam debet esse distinctio.d.c.debitum.de Insti.c.fi.pro hoc tangitur in arbore sequenti, & hæc regula
61 sufficit secundum vtrunque ius,†quia in hac linea ascendentium & descendentium non est differentia inter leges & canones.de collateralibus verò dantur quatuor regulę,quia vt est dictum supra duæ sunt lineæ collateraliũ, altera æqualis, & altera inæqualis.& respectu vtriusque dantur duæ regulæ,
62 vna secundum ius canonicum,altera secũdum ciuile.†est ergo de linea æquali hæc regula secundum canones, videlicet quoto gradu vter eorũ,de quorum consanguinitate quæritˉ distat a communi stipite,toto distant inter se, secundum canones.& colligitur hæc regula,eo.titu.quod dilectio. iuncta 4.gl.exemplum,si quæritur quoto gradu distat B.a pronepote propatrui,cum quo est in linea æquali,potest inchoari, vel ab ipso pronepote,cum vterque distet a communi stipite q̃ est abauus quarto gradu,ergo & inter se quarto gradu differunt.in eo tamen,quod dixi toto gradu distant inter se, dicit Hosti.in Sum.de consan.§.qualiter ver.sciendum. q̃ in linea æquali non distant gradu,quia sunt in eodem gradu, sed melius dicitur q̃ sibi attinent:quod procedit habito respectu ad communem stipitem,quia pariter ab ipso distant;sed habito respectu ad ipsas personas,licèt sint in eadem linea,tamen q̃a volumus scire de consanguinitate inter ipsas, oportet accedi de vna ad alteram,ascendendo ad stipitem & descendendo p̃ aliam lineam,& sic inuicem distant;& hoc verbo,distant,vtitur Goffre.in Summa eo.§.in hac.& in hoc casu bene sequitur,& valet argu.Ego,& tu sumus consanguinei,ego possum accipere filiam tuam,ergo & tu meam,vt quia sumus in quarto gradu,valet etiam negatiuè,ego nõ possum accipere tuã,
63 ergo nec tu meam,quia sumus infra quartum gradum.†Secũdum leges verò est regula in collateralibus æqualis lineæ quoto gradu vter eorum distat a communi stipite, toto duplicato distant inter se,& sic B.a pronepote patrui,a quo,vt modo dixi secundum canones,distat quarto,hoc modo distat octauo.& quæ sit ratio diuersæ computationis inter leges, & ca-
64 nones,dicetur in sequenti quæst.†Ex hac quidem regula infertur,q̃ secundum leges in linea æquali collateralium nõ est reperire disparem gradum,quia in prima cellula vbi est frater est secundus gradus,in secũda quartus,in tertia sextus,ĩ quar
65 ta octauus. secus autem secundum canones, quia tot sunt gradus, quot sunt cellulæ:nam secundum Calde. de vna cellula ad aliam fit transitus per lineam rectam transuersalem,secundum canones,sicut in facto contingit positis quatuor scalis & quatuor personis stantibus ponamus in qualibet schala, super quarto gradu de vna persona, ad aliam esse recta linea transuersalis, sed secundum leges fit ascensus ad stipitem per vnam l neam,deinde descensus per aliam lineam vsque
66 ad personam, de qua quæritur: †in linea verò inæquali est hæc regula secundum canones in collateralibus linæ inæqualis,quoto gradu remotior distat a stipite, toto distat per aliã lineam descendentem,vt in c. fi. hoc titu. vnde B. distat a patruo secundo gradu,quia stipes est auus a quo B.remotior distat secundo gradu ab ipso B. debet fieri computatio, prout s̃.sed a patruo magno distat.B.tertio gradu,quia distat ipse B. tertio gradu,quia distat ipse B.a proauo tertio gradu,& proauus est communis stipes,a propatruo verò distat quarto, q̃a abauus est stipes,a quo B.distat quarto, & similiter distat B. quarto gradu a filio propatrui & ab eius nepote, & similiter ab eius pronepote.sed hoc vltimum de pronepote colligitur per præcedentem regulam de linea æquali secundum canones. si autem pronepos propatrui generaret filium, ille distaret a B.quinto gradu,quia ab illo filio tanquam remotiori fieret computatio,& ipse distaret ab auo, qui est communis stipes quinto gradu, & similiter a proauo & deinceps vsque ad
67 personam filij B. ex his infertur,q̃ B. non potest contrahere cum aliqua persona de arbore potest inuicem contrahere vsque ad rectam lineam transuersalem respicientem cellulam vacuam ipsius B.sed filia B. bene posset contrahere cum propatruo, licet non possit cõtrahere cum prima cellula vbi est abauus,† quia vt infra dicetur.q.11.in linea ascendentium,& descendentium est perpetua prohibitio,per quod tollitur dictum Host.eo. tit. quod dilectio. dicentis q̃ qui non potest contrahere cum stipite, non potest contrahere cum filio stipitis,cuius contrarium no.fuit in c.fi.eo.tit.de consanguin.in hac autem linea non sequitur prædictum argu. affirmatiuè, nec negatiuè,videlicet ego & tu sum⁹ ꝯsanguinei,ergo q̃ possũ accipere filiã tuã,ergo & tu meã, & eꝯ.nã si ego in quarto
68 disto a stipite, tu in tertio ego nõ possũ filiã tuam accipere: tu tñ potes meã,& hoc nisi obstet aliud impedimẽtũ.† ar secundum leges est hæc regula collateralium lineæ inæqualis, quot sunt personæ computatis intermedijs vtriusque lineæ vsque ad stipitem dempto stipite tot sunt gradus, vnde B.distat a fratre secũdo,quia stipes est pater,& sic sunt tres personæ.s.B. frater & pater,ergo stipite dempto sunt duo gradus, a patruo verò distat ratio,quia sunt quatuor personæ.s.B.pater,auus,& proauus a patruo magno quarto gradu,q̃a quinque sunt personæ a propatruo, quinto, quia sex sunt personę,a filio proprium. Sextò,quia septem sunt personæ,a nepote propatrui.Septimo, quia octo sunt personæ a pronepote propatrui.Octauò,quia nouem sunt personæ vtriusq; lineæ, & hæc regula sufficit secundum leges indistinctè, tam inter ascendentes,& descendentes,quàm collaterales,siue linea sit æqualis,siue inæqualis,quia semper quot sunt personæ dempto stipite,tot sunt gradus.est autem posita præcedens regula in linea æquali secundum leges, vt clarius & distinctius arbor exemplificetur. hæc autem regula probatur. ff. de gradi. l.1.& 3.& Iurisconsultus.35. q.1.primo gradu.& melius Insti.
69 de gradi.§.hactenus. † vbi dicitur q̃ quælibet persona generata gradum adijcit,vt ibi etiam in gl.Ratio autem huiusmodi computationis diuersè subijcitur in quæst.seq.

Quæro

Source : BIU Çujas

Quæro nonò, quia vt ſupra proximè dixi, aliter computat̃
70 gradus. ſecundum leges, aliter ſecundum canones, † quæ eſt ratio diuerſitatis? Solu. hæc quæſtio ſoluitur, 35. q. 5. ad ſed̃, quia in legibus computatur, vt hæreditas ab vna perſona ad alteram deferatur: in canonibus verò, vt intelligatur ad quotam generationem conſanguineorum liceat, vel non liceat, contrahere matrimonium. Hæreditas autem deferri non poteſt, niſi de vna perſona ad aliam, ideo ſecundum leges in ſingulis perſonis ſunt ſinguli gradus: ſed nuptiæ non poſſunt fieri ſine duobus, ideo canones duas in vno gradu conſtituũt perſonas, vt dicitur in d. ca. ad ſedem, vbi etiam ſubiungitur ꝙ ſi vtraque computatio inſpiciatur diligenter idem ſenſit lex & canon, hoc eſt ꝙ canones conſiderarunt vnam gene-
71 rationem, quamquam eſſent diuerſæ perſonæ. † ſicut enim filius eſt cum patre in primo gradu, ita ſecundum canones eſt frater cum fratre, quia ſanguis paternus non protenditur vltra vnum gradũ, nepos autem ſicut eſt cum auo in ſecũ
do gradu, ita etiam cum fratre patruele, quia ſanguis auitus non deſcendit niſi duobus gradibus ſeu duabus generationi-
72 bus, & ſic deinceps: † ſecundum leges autẽ duo fratres ſunt in ſecundo gradu, filij fratrum in quarto, quia ſi debebit deferri hæreditas de vno ad alium ad ſciendum quoto gradu diſtant, aſcendimus ad ſtipitem, & deſcẽdimus per aliam lineã, vt in quæſt. præcedenti, & ſic inueniemus inter fratres duos gradus, quia tres ſunt perſonæ: in filijs fratrum quatuor gradus, ꝙa quinq; ſunt perſonæ, & ſic vlterius. vnde ſecundũ canones, quum quæritur quoto gradu diſtãt, eſt quærere quoto gradu generatio a communi ſtipite deſcendat, ſecundum
73 leges verò eſt quęrere quot perſonæ deſcendãt a ſtipite. † ex his videtur, ꝙ ſtabitur computationi canonicæ quo ad matrimonia etiam in terris imperij: quo ad hæreditates verò ſtabitur cõputationi legali etiam in foro eccleſiæ, de no. ope. nun. c. j. & quod ibi no. & facit quod ſequitur in quæſt. ſeq.
74 Quæro ergo decimò, ſi per ſtatutum determinatur de ſucceſſione vſque ad tertium gradum, quomodo computabũtur gradus? Iaco. But. in q. quę incipit, ſtatuto ciuitatis Senarum, vt refert ꝙ Car. determinauit ꝙ ſecundum ius ciuile,
75 † quia conſtitutio corrigens, interpretans, vel declarans, debet ſumi eodem modo quo ius correctum interpretatum & declaratum, in Auct. de fi. an. dota. inſtru. nat. ad fi. ff. ſi quis teſtam. lib. eſſe iuſ. fue. l. j. §. hæc actio. de quo per Io. And. in addi. Spec. de ſucceſ. ab inteſt. ſuper ver. & an filij, & per Bal.
76 in l. 2. C. de ſucceſ. edic. † plus dicit Io. An. vbi ſ. fuiſſe terminatum ratione præmiſſa, ꝙ ſi ſtatutum ciuitatis imponit pœnam contrahentibus matrimonium in quarto gradu vel remotiori, ratione ſubiecti, idem eſt materiæ de qua tractat, in telligetur de gradu ſecundum computationem canonicam, pro hoc quod dixi in proxima q. de valore tamen huius ſtatuti, dic vt fuit declaratum in c. Gemma. de ſpon. & in c. j. & c.
77 ſuper eo. de cogna. ſpiri. † Si autem ſtatutum eſt in alia materia quàm hereditatis vel matrimonij, pone ꝙ accuſans non producat teſtes in tertio gradu vel citeriori, dicit ibidem Io. An. ꝙ in foro ciuili computabuntur gradus ſecũdum leges, & ſi eſt ſtatutum epiſcopi, ideſt eccleſiaſticum, computabũtur gradus ſecundum canones, arg. ad hoc de teſtam. c. cum eſſem, & no. 10. diſt. conſtitutionem. & in Specu. de diſpu. & alle. §. porrò. ad fi. de no. ope. nunc. c. 1. & pro hoc ꝙ no. Bald.
78 in d. l. 2. de ſucceſ. edic. vbi refert Iac. But. conſuluiſſe, † ꝙ ſi ſtatutum dicat ꝙ extantibus agnatis vſque ponc ad quartũ gradum, non ſuccedat mater defuncto, computabuntur gradus ſecundum leges. quod debet intelligi, niſi ſtatuto caueat expreſſè ꝙ fiat computatio de iure canonico, prout in ciuitate
ſta cauetur, quia a verbis legis non eſt recedẽdum. 3. q. 6. ſcri-
79 pta. & in l. proſpexit, cum ſimi. ff. qui & a quibus. † dicit etiam idem Butr. in eadem diſputatione, ſeu conſilio, ꝙ veram cõputationem graduum, quæ fit ſecundum leges, ius canonicũ non potuit imitari, arg. ff. de vſuf. ea. rer. quæ vſu conſum. l. 2.
80 & ꝙ ſecũdum leges ſit vera computatio probatur, † quia fit ſecundum arithmeticam, quæ eſt ſcientia naturalis, quod vltimum non videtur propriè dictum, quia ſolam philoſophiã naturalem dicimus ſcientiam naturalem; tamen poteſt intelligi ex eo quia ſubordinatur arithmetica alijs ſcientijs, vt dicitur in proœmio huius compilationis, & eſt ſenſus Butr. ꝙ ſecundum veram computationem numeri ꝓcedit legalis cõ-
81 putatio, † quia quot ſunt perſonæ vna dempta, tot ſunt grad⁹, ideſt tot gradibus proceditur de vna ad aliam, ex quo videretur ꝙ etiam in terris eccleſiæ debeat ſtari computationi lega-
82 li in aliis caſibus quam matrimonialibus, † quia ius canonicũ ſolum computat reſpectu coniugij. 35. q. 5. ad ſedem. ergo in aliis ſtandum eſt legi, ar. ff. de iudi. cũ prætor, de præſump. nõne, per hoc. 35. q. 5. primo gradu, vbi computantur gradus ſm leges, facit quod no. de app. poſtremò. ſed poſſet dici ꝙ ſicut computatio canonica fit ſolũ reſpectu matrimonij, ita ciuilis ſolum reſpectu deferẽdarum hæreditatum. d. c. ad ſedem. ibi, in legibus ſi quidẽ hoc nihil aliud, &c. vbi hoc aperte dicitur. vnde quo ad nuptias de iure ciuili aliqui prohibentur ī
83 quarto, & aliqui non, † nam fratris neptem ducere non licet, quæ eſt in quarto ſecundum leges, & tamen filij duorum fratrum, qui etiam ſunt in quarto ſecundum leges vt dixi ſupra licitè iungi poſſunt. Inſti. de nup. §. ſed nec nepotem, & §. duo
84 rum. & ſic ius ciuile quo ad nuptias potius prohibet ꝑſonas quam gradus. hoc igitur attento dicendum eſt, ꝙ quamuis computatio ciuilis videatur propria, attenta numeratione ꝑſonarum: tamen etiam canonica eſt propria, attenta generatione, & ſanguinis propagatione & deſcenſu, prout in proxima quæſtione, & ideo extra caſum matrimonij vel hæreditatis poteſt teneri ꝙ ſtabitur computationi cuiuslibet in ſuo foro vt ſupra, dixi ſupra de appellatio. ſi duobus.

85 † Quæro vndecimò, in eo quod ſupra dixi. q. 7. ꝙ non connumerantur in arbore, niſi quatuor gradus de iure canonico, quia ultra quartum gradum non durat prohibitio matrimonij, an hoc locum habeat indiſtincte? Reſpondeo ꝙ inter collaterales omnes concedunt ꝙ ſic, per c. non debet, de cõſang. ſed in linea aſcentium, & deſcendentium eſt varietas, nam Goff. in Summa de conſang. §. item cum quæritur, dicit ꝙ etiam hoc caſu procedit. c. non debet. Contrarium cõmuniter tenetur, arg. 35. q. 3. progeniem, & duobus cap. ſeq. vbi dicitur ꝙ olim non ſolum vſque ad ſeptimum gradum, ſed etiam quantum erat notitia parentelæ erat prohibitio. ergo ex quo conſtat alterum aſcendentem & alterum deſcendentem, durat prohibitio. Cal. tamen dicit hic, ꝙ c. progeniem, intelligitur ſecundum c. de conſan. ibi ſequens, & illud loquitur diſiunctiuè. ſ. ꝙ quis non ducat conſanguineam vſq; poſt ſeptimam generationem, vel quouſque parentela cognoſci poteſt. Item ambo illa capitula intelliguntur ſecundum c. ad ſedem. alleg. vbi dicitur, ꝙ canones dicentes a conſanguinea abſtinendum vſque quo generatio recordatur, non diſcordant a canonibus dicentibus ꝙ poſt legitimam generationẽ poſſunt iungi, quia poſt ſeptimam generationem inter conſanguineos nec conſanguinitas inuenitur, nec nomina gra-
86 duum reperiuntur. † tenet tamen Io. Cal. ꝙ inter aſcendẽtes & deſcendentes ſit perpetua prohibitio, per c. in copulatione. 35. q. 3. vbi ſine diſiunctione dicitur, ꝙ non licet accipere conſanguineam quouſque generatio recordatur, & ad idẽ
87 allegat prædictum c. de conſanguini. † quia ibi præcedit negatio diſiunctiuam, & ſic ſtat pro coniuncta. ff. de verb. obli. ſi quis ita. de reb. dub. is, qui ducenta. §. vtrum. 33. diſt. mari-
88 tum. 33. diſt. præcipimus. de biga. c. 1. † ad c. ad ſedem, reſpondetur, ꝙ loquitur de collateralibus, & reſpicit factum, quia ita eſt de facto ꝙ poſt ſeptimam generationem memoria ꝓſanguinitatis non retinetur, & pro hoc ꝙ ſit perpetua prohibitio in linea aſcendentium, eſt tex. ſecundum Car. Inſtit. de nup. §. 1. ff. de ri. nup. nuptiæ. §. per quas. Car. per illam l. ſequitur iſtam partem, cum & canones non contradicant ſpecialiter, ſed generaliter in eo ꝙ olim permittebatur matrimonium poſt ſeptimum gradum. d. c. ad ſedem. hodie poſt quartũ. d. c. non debet. ſed debent intelligi de collateralibus, vt iura iuribus concordentur. c. cum expediat, de elec. in 6 hoc tamen non eſt multum neceſſarium diſputare, quia nunquam occurrit ꝙ inueniatur aliquis habilis ad contrahendum cũ ea, quæ deſcenderit ab ipſo, & diſtet vltra quartum gradum. ſed tamen non eſt inutilis diſputatio propter intelligenda iura, arg. de iudi. nouit. quamuis autem perpetuò duret prohi-
89 bitio, vt ſupra dixi, tamen fit differentia in nominibus, † quia aſcendentes dicuntur parentes ſolum vſque ad tritauum, ab inde ſupra dicuntur maiores, deſcẽdentes verò dicuntur liberi vſque ad trineptem, vlterius poſteriores nominantur. ff. de gradi. l. Iuriſconſultus. §. parentes. & hoc de proprio ſignificato. ſecus autem de benigna interpretatione, ſeu lata, quia tunc omnes aſcendentes, vſque in infinitum, dicuntur parẽtes, & ſimiliter deſcendentes dicuntur liberi. ff. de in ius voc. quique. §. parentes. vbi ita notabiliter intelligit gl. & ita intel
90 ligenda gl. Inſti. de bono. poſſeſ. §. 1. † dicens, nomine liberorum, omnes deſcendentes contineri, quod eſt dicendum ex interpretatione, prout ſ. & ex hoc, quia prohibitio matrimonij inter aſcendentes & deſcendentes eſt perpetua ſequitur vt no. gl. in d. l. nuptiæ. ꝙ ſi ſecunda viueret, non poſſet accipere vxorem. contra quod facit, quia nemo cogitur contine
re. 32. q. 1. integritas. ſed reſpondet Io. Cal. ꝙ cogitur propter obſtans impedimentum, hoc eſt propter accidentiam facti, quia ſic accideret quoad ſuos deſcendentes, ſed tamen propter. neceſſitatem humani generis conſeruandi relaxaretur dicta prohibitio, ſicut olim. 35. q. 1. cum igitur. Quæro vlti-
91 mò, † quia ſupra dixi, proxima quæſt. ꝙ prohibitio conſanguinitatis

Source : BIU Cujas

guinitatis respectu matrimonij non durat inter collaterales vltra quartum gradum,an tollatur etiam cõsanguinitas? Gofre.in Sum.eo.ver. Item quæritur.dicit ꝙ non,ꝑ quo est text. ff.de pac.ius agnationis. & ideo quoad ius succedendi durat,
92 & quantum ad alios effectus;† nam prohibitio matrimonij, quæ est de iure positiuo, tolli potuit & mutari, sed non consanguinitas quę est de iure naturali,quod est immutabile. 5. dist.in prin.alias strictè intelligendo consanguinitatem,secũdum Car.omnes homines de mundo, qui originem habent ab vno sanguine,essent consanguinei,de quo tactum fuit su-
93 pra.1.q †Vnde secundum Cal.in hac materia est considerandum,ꝙ prohibitio matrimonij triplici iure cauetur;aliquando ex dictamine iuris naturalis, vt Gene.2.Relinquat autem homo patrem & matrem, &c.quam authoritatem intelligi, relinquat.i.matrimonium non contrahat filius cum matre, vel pater cum filia,quia illa est prohibitio de iure naturali. &
94 est ratio,†quia filius parentibus debet reuerentiam. 13. q. 2. Ebron.Econtra,vxor est subiecta marito.33.q.5.hæc imago. & c.cum caput.Vnde repugnantia sequebatur,ꝙ tãquam filius subijceretur matri,& mater tanquam vxor subijceretur
95 filio.†Alia prohibitio procedit ex dictamine iuris diuini,vbi prohibitio matrimonij inducitur vsque ad aliquos secundi gradus.in c.gaudemus.vidisti,vbi plures enumerantur perso
96 næ.& in c.literas,de resti.spol.†Tertia prohibitio processit ex dictamine iuris positiui, vnde olim extendebatur vsque ad septimum.d.c.ad sedem.& c.progeniem. cum si. alleg. hodie
97 vsque ad quartum,per c.non debet,præalleg.†Prima ergo & secunda prohibitio non est sublata, vt in iuribns alle. Tertia vero,cum sit in potestate Papæ,potuit corrigi,& mutari, ar. c.1.de cogn.spiri.& in ca.1.de consti.in 6. habet enim claues ecclesiæ & omnem potestatem iuris positiui, vt in toto ti.de transla.& in c.solitæ.de maio.Nec ob.si diceretur, antiquos patres & pastores aut malè dixisse,quod est absurdũ; aut bene dixisse,& malè fuisse imitatum, & effectualiter retrocessum,vt in c.magnæ.de vo.& c.cum quidam. de apo. Ad hoc
98 facit quod habetur.35.q.10.fraternitatis.vbi dr:†Qui autem dictos gradus matrimonij negauerit, verbum Dei negat in æternum manere.Nam respondeo,ꝙ pastores antiqui tempore suo bene fecerunt in extendendo dictam prohibitionẽ vsque ad septimum gradum,vt charitas ampliaret inter homines,quę per affinitatem propagatur,vt in arbore seq.Tempore autem moderno charitas obliuioni tradita,& perplexitas ex temporis diuturnitate remouetur, cum olim ætas hominis esset longęuior & magis conseruatiua: nostra autem ẽ breuior & magis productiua,vt patet per exẽpla noui & veteris testamenti.non debet ergo repræhẽsibile iudicari, &c. vt in c.non debet.& sic tolluntur prędicta arg. quia vterque suis temporibus bene fecit,& sic nullus dicitur retrocedere, nec verbum Dei aliqualiter negare,quia intelligitur illud dictum sine ratione,& per non habentem potestatẽ, vt ibi declaratur.Hæc autem moderatio quarti gradus,secundũ Cal. põt tripliciter suaderi,videlicet propter cõgruum,vtile,& ꝑpter necessarium.Ad primum adducit similitudinẽ quatuor elementorum & humorum,qui sunt in corpore humano,vt
99 in d.c.non debet.†Ad secundum inducit:quia vt statim dicebam,vltra quartum gradum,licet re vera sit consanguinitas, cum illa nunquam tolli possit, tamen est communiter tradita obliuioni, & sic charitas inuenitur extincta, & ideo per affinitatem vtiliter suscitatur. 35. q.1.c.1. & c. cum illud. quod erat fortissimum arg. & contrarium,videlicet de charitate. Ad tertium videlicet,ꝙ fuerit necessarium adduci perplexitatem prædictam propter temporis diuturnitatem & multitudinem personarum,vnde sequebatur ꝙ plerunque legitimè coniugati separabantur, & illegitimè iuncti sic remanebant,cum secundum ipsum sit casus imaginabilis & possibilis,quod quis habeat attinentiam vltra quartum gradum 30. millia personarum. imaginando ꝙ quis habeat decem filios, quilibet illorum decem filios habeat, & sic centum personæ in secundo gradu. Illæ centum personæ habeant decem pro quaque,& sic mille in tertio gradu.Istæ mille habeant decem pro quaque,& sic decem millia in quarto gradu,totidem possunt imaginari in linea ascendentium,& totidem in linea trãs
100 uersalium.† Ex quibus dubitatur vltimò,nunquid ista prohibitio consanguinitatis habeat locum inter Iudęos. Respondeo,ꝙ prima & secunda prohibitio, scilicet de iure naturali, & diuino habet locum,cum ipsi subiecti sunt,vt in c.quanto. & gaudemus. de diuort.Et ideo per ecclesiam ad id astringũtur. 28. q. 1.sæpe.& de Iudæ.Iudæi.el 2. Nõ ob.eo ꝙ foris sint 2.q.1. multi. & c.a nobis. 2. de sent.excom.quia quantum ad prædicta iura non sunt foris,vt locis præal. & sic habes arborem consanguinitatis expeditam.

Incipit arbor affinitatis.

SVMMARIVM.

1 *Affinitatis varia diffinitio.*
2 *Affinitas per fornicariam copulam contrahitur.*
3 *Affinitas secundum ll.quoad quid non inducitur,nisi nuptię interueniãt.*
4 *Statutum si dicat,quòd affines compromittere teneantur, de quo affine intelligatur.*
5 *Affinitas,quomodo cum consanguinitate concurrat.*
6 *Affinitas nulla inter consanguineos viri & mulieris oritur.*
Vir & vxor affines non sunt,sed affinitatis causa sunt.
7 *Affinitas,quomodo cum publica honestate concurrat.*
8 *Affinitas,quomodo sine publica honestate sit.*
9 *Affinitas per pollutionem extraordinariam non contrahitur.*
10 *Affinitas vt contrahatur,sufficit emissio seminis viri in loco debito.*
11 *Affinitas contrahitur per copulam etiam cum inuita habitam.*
12 *Inhonestum grauare,honestum non debet.*
Fornicatio illicita est,quacunque intentione sequatur.
13 *Opera bona malorum in se bona sunt,licèt accepta non sint.*
14 *Affinitas,vnde dicatur.*
15 *Affinitas est perpetuum matrimonij impedimentum.*
Vxore mortua vir aliquam de vxoris consanguinitate in vxorem recipere non potest.
16 *Affinitas per mortem non tollitur.*
17 *Statutum quòd affines compromittere teneantur,an intelligatur de affinitate præsenti vel præterita.*
18 *Cessante causa finali,effectus cessat.*
19 *Mors omnia soluit.*
20 *Affinitatis genera quot sint, & quomodo cognoscantur.*
Persona addita personæ per carnis copulam,genus attinentię & non gradum mutat.
21 *A consanguineis vxoris sicut a proprijs abstinendum est.*
Persona addita personæ per carnis propagationem, gradum & non genus mutat.
22 *Affinitatis genera vltra primum non attenduntur.*
23 *Consanguinitatis prohibitio sicut intra quartum gradum restringitur, ita & affinitatis.*
24 *Affinitatis arbor, quomodo formetur.*
25 *Affinitatis arbor,a quo inuenta.*
26 *Cognatio nulla est inter affines.*
27 *Affinitas ex consanguinitate mediante copula oritur. Affinitatis genera, quomodo cognoscantur.*
28 *Affinitatis gradus, quibus regulis cognoscatur.*
29 *Pater & filius in matrem & filiam in vxorem accipiunt.*
Fratres duo sorores duas in vxorem accipiunt.
Matrimonij prohibitio inter affines perpetua est.

ARbor ista affinitatis per octo quæstiones explicatur. Videlicet primò, quid sit affinitas. Secundò,vnde dicatur. Tertiò,an sit perpetuum impedimentum. Quartò, quot sint genera affinitatis, & quomodo cognoscantur. Quintò,qualiter formetur arbor.& ibi tãgitur, quis eam adinuenit. Sextò, quibus regulis cognoscantur affinitatis gradus. Septimò,an inter ascendentes & descendentes sit perpetua prohibitio affinitatis. Octauò,secundum Cardi.de facti quæstione, an relictus sororis possit contrahere cum relicta
1 fratris. † Ad primũ igitur respondeo ꝙ affinitas variè diffinitur, secundum Azo. in Summa. C.de nupt.vno modo: alio modo diuersò ſm eundem in summa,Insti. de gradibus. alio etiam modo secundum Goffre. Hostien.in Sum.in hoc titulo.Vnde cum in omnibus rebus periculosa sit diffinitio.ff.de regul.iur. omnis diffinitio.periculosissima est in tanta varietate. Pro intelligentia tamen omnes in vnum concordando dicendum est, ꝙ affinitas est proximitas seu attinentia ex copula prouenies, per quam consanguinei mulieris efficiuntur affines viri,& econuerso. & est affinitas impedimentum matrimonij. eod. titu. non debet.vt dicetur infra,q.3.& 4. & hoc si est primi generis.secus si secundi, vel vlterioris,vt infra dicetur. & secundum Papiam, affinitas dicitur proximitas seu propinquitas eorum, qui prius fuerunt extranei.non minus tamen per hoc sequitur,quin inter consanguineos pos
2 sit oriri affinitas, † cum etiam per fornicariam copulam cõtrahatur. de eo,qui cogn.consang. discretionem.vbi gl.& c. penulti. & fi.eo.titu.& hoc secundum canones,qui considerant vnionem carnis per copulam. † sed secundum leges non
3 videtur induci affinitas, nisi interuenerint nuptiæ.ff. de gradibus.non facile.§.affines.& §.sciendum.de quo dictum fuit in d.c.discretionem. Est tamen dicendum, ꝙ etiam secundũ leges respectu prohibendi matrimonij surgit affinitas etiam

ex

Source : BIU Cujas

ex copula fornicaria. pro hoc gl.in d.§.affines. & arg.ff.de ritu nupt.& nihil.& l.adoptiuus.§. ſeruiles. ſed quo ad hæreditates deferendas & tutelas, ſecundum gradum propinquitatis,vt Inſti.de bono.poſſeſſ. §. ſunt autem.& ne quis cogatur aduerſus affinem dicere teſtimonium.ff. de gradib. Iuriſconſultus.in princ. & de teſtib.l. 4. non contrahitur affinitas ſine nuptijs,vt d.§.ſciendum. & §.affines. pro hoc no.Hoſtien.in Sum.de affi. in princ. & generaliter videtur poſſe dici,q̃ quũ quæritur de affine quoad omnem aliũ effectum præterquã quoad prohibendum matrimonium requiruntur nuptiæ,cũ lex hoc expreſsè dicat, nec canõ ꝺicat niſi reſpectu matri-
4 monij, † & ſic ſi ſtatutum dicat,q̃ affines cogantur compromittere vel quid ſimile, debet intelligi de affine mediãtibus nuptijs, licet etiam congruè poſſet diſtingui ſicut dictũ eſt in computatione graduum conſanguinitatis in arbore proximæ,q.12.& 10.ſ.q̃ in foro ciuili requirantur nuptiæ,ſed in foro canonico nõ. & ex hoc,quod dixi etiam ex fornicaria co-
5 pula affinitatem oriri,† infertur q̃ quandoque concurrit affinitas cum conſanguinitate: nam ſi quis cognoſcit conſanguineam ſuam,oritur affinitas, adeo q̃ conſanguinei ipſorũ propter hanc copulam efficiuntur affines mulieris, & econuerſo.eo.tit. quod ſuper. ex quo enim vir & mulier ſunt vna caro per ſanguinis commixtionem, etiam illicitam non põt aliquis eſſe propinquus vni,quin ſit alteri.35.q.10.fraternita-
6 tis. † Inter conſanguineos autem viri & mulieris nulla oritur affinitas.d. c. quod ſuper his.vude pater & filius contrahunt cum matre & filia, & duo fratres cũ duabus ſororibus vt ibi:vir autem & vxor ſeu quomodocunque carnaliter cõ iuncti,non efficiũtur affines,ſed ſunt cauſa affinitatis, vt no. gl.ff.de procura.l.ſed & hæ.in prin.& no.s̃.de procura.conſti-
7 tutis.aliàs ſi inter eos oriretur affinitas,ſequeretur q̃ quis nõ poſſet contrahere cum ea, quam carnaliter cognouit,cõtra id quod habetur de eo qui dux. in matri. cap. ſignificaſti. Itẽ eſt ratio,quare non efficiantur affines, quia per copulam efficiuntur vna caro,de biga. debitum.vnus autem & idem ſibi nõ poteſt attinere,quia attinentia ſupponit pluralitatem per ſonarum,vt in arbore proxima,q.8. † Ex his videtur quomodo ꝯcurrit affinitas cum conſanguinitate, concurrit etiã cũ publica honeſtate, vt ſi quis cognoſcit ſponſam ſuam, nam ex ſponſalibus ſurgit publica honeſtas. & idem ex matrimo-
8 nio de præſenti. de ſponſ. ad audientiã. & c.vno.in 6. † Quãdoque tamen eſt affinitas ſine publica honeſtate, vt ſi quis cognoſcit nõ ſponſam, nec in vxorem acceptam; quandoq; honeſtas publica ſine affinitate,vt ſi nondum cognouit ſpõſam. vnde ſi mortua vxore tua velles per diſpenſationem ꝯhere cum eius conſanguinea, oportet vt fiat mentio de duplici impedimento.ſ. affinitatis & publicæ honeſtatis,arg.de vſu pal.ex tuarum.de obſeruat.ieiu,c. fi.& c.j.& quod ibi no. tamen ſecundum Cald.reſcriptum non eſſet vitioſum,ſi modò faceret mentionem de matrimonio, quod olim fuit conſummatum cum conſanguinea.nam eo tempore declaratur vtrunque impedimentum affinitatis. ſ. & publicæ honeſtatis:ſecus autem ſi ſolummodo impetraretur non obſtante affinitatis defectu,per arg.prædicta,quod eſt not. Per præmiſſa etiam infertur, q̃ quandoque circa eaſdem perſonas plures concurrunt attinentiæ,de quo in Spec.de cõſang. §.1. vbi ponuntur iſti verſus,

Nate nepos frater, dixit puero ſua mater.
Verum dicebat, ſi quis ſcit ſoluere ſoluat.

Quod quidem exemplum oportet verificari per inceſtum, verbi gratia ſi P. ex matre ſua ſuſcepit filiam, puta B. & ſic eſt frater & pater B.deinde Berta creſcente, ex ea etiam ſuſcepit filium, puta P. qui eſt filius Bertæ. quæ quidem B. dixit hæc verba erga dictum P. filium ſuum, q̃ ſ. iſte P.erat ſibi filius, erat frater,& erat nepos. in hoc exemplo declarando D.Flo. mirabiliter vexatus eſt, neſciens inuenire quomodo poſſet declarare & problema iſtud ſoluere, vnde ſcribit quodammodo miraculosè ſibi in ſomnis reuelatum propter quaſdã
18 orationes a ſe dictas,q̃ problema prædictũ poterat verificari per adoptionem,videlicet,q̃ ſi frater ex ſorore ſuſcipiat filium,iſte filius ad ipſam ſororem eandemque matrem, ſine dubio filius & item nepos,quia filius fratris eius, ſed frater eius mulieris eſſe non poteſt ſecundum eum,niſi per adoptionem, quia pater iſtorum fratris & ſororis adoptauerat hunc puerum in filium. Hæc ſua exemplificatio & difficultas,& in
19 ſomnis reuelatio, cum reuerentia, non eſt vera, quia problema loquitur de attinentia naturali, non autem legali. Exemplum ergo ita declara, iſte quidem P. eſt filius B. Item eſt frater B. quia P. qui Bertam genuerat ex communi matre, genuit etiam hunc puerum ex B.& ſic etiam B. & iſte puer eius filius geniti ſunt ex eodem patre, & ſic ſunt fratres. Vltro iſte puer eſt nepos B. quia genitus ex fratre ſuo. & ſic ſolutio problematis patet. Item dictus P.ſimiliter eſt pater & auus & auunculus ipſius pueri, quod patet per ſe. Præter prædicta etiam patet ex eo quod dictum eſt,affinitatem ex copula inſurgere, q̃ inter virgines non poteſt induci affinitas. niſi ergo vir & mulier carnali copula miſceantur, quantumcunq; ſit matrimonium celebratum, nõ ſufficit ad propoſitum.27.q.2.lex.diuina.de eo qui cogno.ꝯ-
9 ſang. fraternitati. † Et per ibi notata etiam declaratur q̃ requiritur vera copula:vnde pollutio extraordinaria quæcunque ſit,vel extra naturam,vel contra naturam cum maſculo vel fœmina in loco, non inducit affinitatem.35.q.3.extraordinaria.de ſponſ.c.vno.in 6.per Archi. ad idem,32.q.7. adulterij. & ca. vſus. nec hic pro nunc diſputatur, quod tangitur
10 in d.c.fraternitatis. † nunquid.ſ.requiratur ſanguinis commixtio vtriuſque vel ſufficiat alterius tantum, nam ſecundum communem opinionem ſufficit emiſſio ſeminis viri in loco
11 debito. † ex ipſa igitur vera copula indiſtinctè ſurgit affinitas,etiam ſi ſit habita cum inuita. de eo qui cogno. conſang. diſcretionem. & idem ſi cum ignorante & dormiente, vt ibi no.& arg. 15.q.1.inebriarunt, & in Sum.per Hoſt.de ſpon.§. qualiter. Non ob. autem ſupradictis,q̃ commiſtio habita cũ inuita, tanquam res inhoneſta, non debeat cauſare affinitatem,quæ eſt honeſta,& per leges,& canones, imo etiam na-
12 turaliter approbata,† cum inhoneſtum non debeat generare honeſtum. 16.q.1.legi.& arg.1.q.1.cum Paulus.Quod autem fornicatio ſeu illicita copula ſit damnata,copula non eſt quæ operetur principaliter iſtam affinitatem,ſed commiſtio ſanguinis, quæ neceſſariò ſequitur ex copula ſiue licita ſiue
13 illicita,inducit hoc, nam quicunque ſit inſtinctus ſecundum naturam ſuam operantur, † vnde bona opera malorum neceſſariò in ſe bona ſunt,licet accepta nõ ſint,vt habetur in c. veſtra,de cohab.in c.firmiter.de ſum. Trin. cum ergo Affinitas inducatur ex ſanguinis commiſtione ad iſtum effectum inducendum, nihil aliud quæri oportet, quàm ſi proponatur commiſtio ſanguinis, vel ne.

14 Item quæro ſecundò principaliter,† vnde dicatur affinitas. Reſpondeo, quia vna cognatio ad alterius finem accedit. ff.de gradib. nõ facile.§.affines.quod eſt dicere,quia duo cognationis diuerſæ appropinquantur & iunguntur per affinitatem,quæ ſurgit ex copula, prout. s̃. & cõponitur affinis ex ad & finis,& d,mutatur in f,ſecundũ deriuatores,& Do.Flo.

15 † Quæro tertiò in eo, quod dixi. s̃. q.1. in princ. q̃ affinitas eſt impedimentum matrimonij, an ſit perpetuum? Reſpondeo q̃ ſic, adeo q̃ etiam mortua vxore vir non poteſt accipere aliquam de conſanguinitate ipſius vxoris vſq; ad quartum gradum,& econuerſo.35. q. 10. fraternitatis.& in c. nõ debet. de conſang. Nec ob. 3. q. 7. in ver. affinitates.&.ff.de
16 poſtul.l.3.§.1. quia ſecundum not. in d. c. fraternitatis. † verum eſt q̃ affinitas per mortem non tollitur,adeo q̃ etiam ſecundum leges durat impedimentum nuptiarum vxore defuncta.Inſti.de nupt.§.affinitatis.ſed quo ad effectum vt prohibitus poſtulare, poſſit poſtulare pro ſe & coniunctis, & ſic affinibus,requiritur q̃ affinitas ſit preſens,vt in contrarijs,vt no.gl. in in d.§. affinitatis. q̃ non eſt affinitas diſſoluta, licet
17 diſſolutum ſit matrimonium. † & ſic facit ad ſtatutum, quo cauetur q̃ affines cogantur compromittere, vt intelligatur de affinitate præſenti,non præterita,vel ſecundum Card.iuxta ea quæ dicta ſunt in arbore præcedenti.q.1.in foro ſuo ſtabitur huic iuri: nam ſecundum canones intelligetur indiſtinctè de affinitate præſenti & præterita, per d. c. fraternitatis. In foro autem ciuili ſolum intelligetur de præſenti, excepta cauſa matrimoniali, vel etiã fortius ſecundum eum ſuſtineri poſſet in vtroque foro, quod indiſtincte intelligitur de præterita & præſenti, poſtquàm ius canonicum ita declarat, & ius ciuile non contradicit,niſi in illo caſu, vbi criminoſus admittitur ad poſtulandum,arg.in c.1.& quod ibi no.de no. oper.nun.& ſic dicit ſe vidiſſe publicè terminari,& cum hac
18 tranſit Gaſ.de Cal. † reſpondendo ad obiecta, q̃. ſ. ceſſante cauſa,ceſſat effectus.de renun. poſt translationem. de appel. cum ceſſante. quia intelliguntur de cauſa finali, non autem de efficiente. Exemplnm materialiter ponitur,ſi magiſter fabricabit domum,ceſſante cauſa efficiente.ſ.magiſtro,nõ ceſſat ædificiũ. Item in affinitate ſemel inducta, licèt ceſſet cauſa efficiens,ſcilicet vir & mulier non,iſte effectus non ceſſat.
19 & ſic tollitur aliud argum. † quòd mors omnia ſoluit.de pæni.diſtin.1. a mortuo, quia intelligitur de illis, quæ non ſunt in eſſe producta.

Quartò quæro in eo quod dixi ſupra, q.1. in princ. q̃ affini-
20 tas impedit matrimoniũ ſolùm in primo genere,† quot ſunt genera affinitatis, & quomodo cognoſcantur. Reſpondeo, q̃ multa poſſunt eſſe,de quo infra ea.q.cognoſcuntur autem per hanc regulam,perſona addita perſonæ per carnis copulã

mutat

mutat genus,sed non gradum.& dic genus.s.attinentiæ,quia si ille,qui mihi est ꝙsanguineus cognoscit aliquã, illa mihi efficit non ꝙsanguinea, sed affinis in primo genere:& sic muta tur genus,sed non gradus, quia quoto gradu ille erat mihi ꝙsanguineus,toto illa efficitur affinis.35.q.5.porrò. & q.3. de propinquis. & cap.nullam.ad hoc supra, eo.c.1. vbi habetur,

21 † ꝙ æqualiter abstinendum est a cõsanguineis vxoris, sicut a proprijs, & sic attinent eodem gradu. persona verò addita pſonæ per carnis propagationem mutat gradum & nõ genus quia si est mihi consanguineus, pone in secundo gradu & linea æquali,& generans filium, ille est in eodem genere,quo consanguineus, sed non in eodem gradu, quia vbi tu es mecum in secundo, ipse est in tertio, vt patet in arbore præcedenti.q.8.vnde versus,

Mutat nupta genus, sed generata gradum.

Et sic habes exemplum primi generis. sed si illa, quæ fuit cognita a consanguineo meo cognoscitur ab alio non meo ꝙsanguineo, ille efficitur mihi affinis eodem gradu quo ipsa, sed nõ eodem genere,imò vbi ipsa erat mecum in primo genere,ipse est mecum in secundo, & sic si iste factus mihi affinis in secundo genere aliam cognoscat, illa erit mihi in tertio genere, & in eodem gradu, & sic vlterius addendo huic personam per carnis copulam, erit mihi illa persona in quar-

22 to genere, † quæ tamen genera affinitatis attenduntur vltra primum,vt in c.non debet. de consang. de quibus etiam ponit Azo in Sum.C.de nupt.quia per ipsa genera illaqueabantur homines, & intricabantur matrimonia,vt dixi in fine arboris præcedentis, tamen antiqui canones habuerunt consi derationem charitatis ampliandæ.35.q.1.cum igitur.quę ratio propter prædictam perplexitatem est sublata per d.c.non

23 debet. † sicut autem per d.c. restringitur prohibitio consanguinitatis intra quartum gradum, ita etiam affinitatis, vt infra patebit in arbore. Quomodo autem cognoscantur gradus affinitatis, satis colligitur ex prædictis, & declarabitur in arbore statim designanda.

24 † Quæro quintò, quomodo formetur arbor affinitatis.Respondeo,ꝙ in medio ponendæ sunt quatuor cellulæ,vna sub alia. Inscribitur primus gradus, in secunda secundus, in tertia tertius,in quarta quartus. A dextris huius lineæ est alia linea etiam continens quatuor cellulas, vnam sub alia, in quarum prima est frater,in secũda fratris filius, in tertia fratris nepos,in quarta fratris pronepos.iuxta hanc est alia etiam continens quatuor cellulas, in quarũ prima est vxor fratris olim relicta,in secunda vxor filij fratris,in tertia vxor nepotis fratris olim relicta, est cellula in qua est relictus relictæ fratris. A sinistris est linea cõtinens quatuor cellulas,vnam sub alia, in quarum prima est soror, in secunda sororis filia, in tertia sororis neptis,in quarta sororis proneptis.iuxta hanc lineam est alia linea continens quatuor cellulas, vnam sub alia, in quarum prima est vir sororis olim relictus, in secũda vir filię sororis,in tertia vir neptis sororis,in quarta vir proneptis sororis. Iuxta cellulam vir sororis olim relictus, est cellula, in

25 qua est relicta relicti † sororis,& est completa formatio arboris. in qua si quæratur, quis inuenerit eã. Respondeo, ꝙ fuit inuenta vsu magistrorum, non autem institutione iuris conditorum,quemadmodum præcedens arbor,sed bene eadem ratione,vt clarius pateret ex ostensione ad oculum.Hic ergo est considerandum, ꝙ ponuntur in linea media illa verba, primus gradus, secundus gradus, &c. & non dicitur affinitatis, quia illi gradus sunt potius consanguinitatis,quod patet, quia frater & soror a lateribus positi sunt in primo gradu ꝙsanguinitatis. & sic vt in arbore posita supra,quęst.8. gradus ergo affinitatis per se nulli sunt.ff.de gradi.l.4.§.gradus.quod intellige propriè ꝙ gradus accipiatur rõne naturalis cogna-

26 tionis. † sed inter affines nulla est cognatio, & ideo impropriè dicuntur gradus affinitatis.ff.de gradibus.l. Iurisconsultus.in princ. & no. in d.c. non debet. vnde computantur ac-

27 cessoriè,secundum gradus consanguinitatis. † nam etiam affinitas oritur ex consanguinitate,mediãte copula carnali, vt supra,q.1. & 2. genera autem affinitatis cognoscuntur in arbore per quasdã lineas,quæ superius ducuntur ab vna cellula ad aliã.Et primò ducitur vna linea a cellula frater, & finit in cellula vir sororis, & in ea scribitur primũ genus affinitatis. frater enim & vir sororis sunt in primo genere. similiter a cellula soror,ducitur linea,quæ finit in cellula vxor fratris, in qua ẽt linea scribit primũ genus affinitatis, nã soror & vxor fratris sunt affines in primo genere. ducitur ẽt alia linea a cellula relictus relictæ fratris, ad cellulam relicta relicti sororis, in qua linea scribunt aliqui secũdum genus affinitatis, & malè,nam debet scribi quartum, quia istæ sunt in quarto genere,per ea quę dixi,q.proxima. Sed si vis habere secundum genus, duc lineam a cellula vxor fratris olim relicta, ad cellulã vir sororis:cum enim vir sororis sit fratri in primo genere,vt modo dixi, ergo vxor fratris quæ sibi adiungitur per copulã mutat genus,& sic est in secundo genere, per id quod dictũ est in q.proxima. s. Si verò vis habere tertium genus,duc lineam a cellula relictus relictæ fratris,ad cellulam vir sororis, cum ei vxor fratris sit viro sororis in secundo genere, vt nũc dixi, ergo ipse erit in tertio genere. Per hęc vides, quare in cellula vxor fratris,ponitur olim relicta,& similiter in cellula vir sororis,dr olim relictus, vt denotetur ꝙ isti cum diuersis habuerunt copulam, quod demonstrant duę extremæ cellulæ ab vtroque latere,scilicet relictus relictæ fratris, & relicta relicti sororis:in cellulis autem alijs non ponitur verbum relictus,vel relicta,quia pro exemplo diuersorum generum affinitatis sufficiũt præmissę cellulæ. Sed si sub cellula relictus relictæ fratris poneretur cellula filij fratris,tũc in cellula vxor filij fratris,deberet dicit olim relicta, & sic de alijs.Ex his patet,quare in extrema cellula a dextris dicitur relictus relictæ fratris,& a sinistris relicta relicti sororis. Posset tamen in istis duabus sic dici.in altera vxor relicti sororis, nec surgeret diuersitas,sed importaret idem, quia istæ sunt in quarto genere, dic sed ideo compilator arboris vsus est hoc verbo, relictus & relicta,ad aperiendum intellectum vltra progrediendi etiam ad quintum genus affinitatis,si quis vellet imaginari, quæ quidem genera licet sint sublata post primum vt dixi, tamen non inutiliter referuntur ad cognoscendam antiquitatis rationem,secundum Cal.argu.de iudi. nouit, & no. de consti.c.1.de nominibus autem, quibus appellantur affines,habetur· ff.de gradib.l.quarta.§.nomina.35.q.5.quod ãt.

28 † Quæro sextò, qb. regulis cognoscãtur gradus affinitatis? Sol.patet ex premissis videlicet,quia per carnalem copulam: viri & mulieris inter consanguineos mulieris & virum, & ꝙsanguineos viri & mulierem,oritur affinitas primi generis & eius gradus, cuius est consanguinitas,& notanter dixi viri & mulieris,non solum viri & vxoris,per id quod dixi supra, q. 1. Reliqua exempla arboris per hæc remanẽt declarata, nam frater & soror sunt in primo gradu consanguinitatis,& sic vxor fratris est sorori in primo gradu affinitatis, & econuerso maritus sororis est fratri. Filia sororis est fratri in secũdo gradu consanguinitatis, sic & maritus eius est ipsi fratri in secũdo affinitatis. Item nepos sororis est fratri in tertio consanguinitatis, eius vxor in tertio affinitatis. Itẽ pronepos est in quarto consanguinitatis, similiter eius vxor in quarto affinitatis, & econtra. Sed si pronepos generaret filium, cum ille sit in quinto consanguinitatis ad primum gradum, ita esset eius vxor in quinto affinitatis.& similiter si generaret filiam, vnde relictus sororis posset hanc accipere in vxorem,& ecõuerso.ex his infert Ioan.And.ꝙ stat simul ꝙ ego sim tibi affinis,& filius quem procreo non erit tibi affinis, sed consanguineus:nam si ex consanguinea tua filium procreo, ille non affinis sed consanguineus tuus est,& sic mutat genus attinentiæ. Quandoque iste procreatus mutat gradum, & nõ genus vt si tu consanguineus vxoris meæ procreas filium,ille est mihi affinis sicut tu,sed non semper eodem gradu. nam si tu & vxor mea eratis consanguinei in gradu æquali & linea,licet tu sis mihi affinis in secundo, ipse filius est in tertio. Quandoque iste procreatus nec mutat genus nec gradum, vt si tu & vxor mea eratis consanguinei in tertio gradu sed linea inæquali, & vxor mea erat remotior a stipite,si tu procreas filium, ipse etiam erit affinis meus in tertio sicut tu. Infertur etiam, secundum Ioan. An. ꝙ non sequitur,ego & tu sumus affines,& ego uon possum accipere filiam tuam,ergo nec tu meam,quia si habeo consanguineam tuam in vxorem,tu potes contrahere cum filia quam habui ex alia vxore,quia vt supra dixi,1.q. inter consanguineos viri & mulieris nulla oritur

29 affinitas. † hinc est, ꝙ pater & filius accipiunt matrẽ & filiã in vxorem, & duo fratres duas sorores, in cap.quod super,de consangui.sed ego non possum contrahere cũ filia tua,si erit intra quartum gradum consanguinitatis cum vxore mea defuncta.

30 † Septimò quęro, an sicut inter ascendentes & descendentes est perpetua prohibitio ꝙsanguinitatis,vt in proxima arbore,q.11. ita etiam sit inter affines perpetua prohibitio?Respondeo,sic.ff.de gradi.l.4.§. hoc itaque. vbi dicitur,eos qui inter se affinitatis causa parentum aut liberorum.

Deficit hic finis huius 7.quęstionis,& tota octaua quæstio, quia hucusque in nrãnu scriptis exemplaribus non inuenimus.

FINIS.

Source : BIU Cujas

TRACTATVS, SEV Commentaria In arborem Conſanguinitatis, affinitatis, cognationis ſpiritualis atque legalis, Ioannis Cyntholtz, I. V. Doctoris celeberrimi.

QVAM vtile, quamq; neceſſariũ fuit, præter canonũ & legũ de gradib. ꝙſanguinitatis & affinitatis traditionẽ ocularẽ eorundẽ ſub forma arboris reddidiſſe, oñſionẽ inde accipimus, ꝙ ocularis demonſtratio eſt notiſſima. Veritas eñ magis oculata fide, quàmper aures animis hominum infigitur. Inſtit. de gra. §. agnationis. Vnde dicitur.

Segnius irritant animos dimiſſa per aures.
Quàm quæ ſunt oculis ſubiecta fidelibus.

Vt ibi ꝑ gl. Ex oñſione. n. facti q̃dã melius ꝓcipimus q̃ elocutione, vt c. Apl'icæ. de dona. Hinc eſt, ꝙ agrorũ dimẽſio ſubijcit oculis. 16. q. 3. c inter numeratos. de præſcrip. c. qa indicante. l. 3. C. fini. regũ. Itẽ vẽtris inſpectio, an mulier ſit prægnãs. l. j. ff. de vẽ. inſpi. Itẽ locorũ pudicitię inueſtigatio, an. ſ. mulier ſit virgo, vt in c. propoſuiſti. de prob. an arcta. c. fraternitatis. de fri. & male. vel aliter ĩpedita. c. ex literis. eo. ti. Et quãuis ipſa ſæpius ſit repetita: tñ qa nemini venit in dubiũ, id ſatis eſſe validũ ſatiſq; famoſum, qđ repetita lectio probat l. vnica. C. de emen. Iuſti. Co. iõ in præſenti breuiſſimè eſſe ſtatui repetere. Et qa talis ꝑſonarũ ſ'm gradus ſuos annotatio vocat arbor ꝙſanguinitatis: iõ videndũ primò eſt, ſ'm quã ſimilitudinẽ vocetur arbor. Et dicendũ eſt, ꝙ ſicut in arbore naturali q̃dã inueniunt ſubſtantialia, ſicut ſunt truncus, rami, flores, fructus & frondes: ſic ẽt in iſta oculari oſtẽſione, vbi cellulã vacuam dicemus truncũ, collaterales, ramos: attinentiã verò ꝑſonarũ, fructus: qõnes aũt, q̃ hic formant, frondes appellantur. quare meritò vocatur arbor. Et quia additur, conſanguinitatis: neceſſarium duximus oſtẽdere, quid ſit conſanguinitas, cum diffinitio ſit oratio indicans quid eſt eſſe rei, & ſubſtantiam cuiuſcunque: ſicut deſcriptio intelligentiã, ſ'm Bal. in ru. C. qui admit. ad bo. poſ. Ideo ſubijcitur.

De diffinitionibus Conſanguinitatis.

Eſt. n. Conſanguinitas attinentia ꝑſonarũ, ex eo proueniẽs, ꝙ vna ꝑſona deſcẽdit ab altera, vel ambæ ab eadẽ Attinentia dico, vſq; ad quartũ gradũ incluſiuè, quo ad collaterales: vel ĩ infinitũ quo ad aſcẽdentes & deſcẽdentes. nõ tñ ſic, ꝙ ipſa ꝙſanguinitas de ſui natura eẽt impedimentũ mr̃imonij ꝟhendi, vel dirimẽdi iã ꝟctũ: ſed cõſtitutio eccl'iæ ꝓhibẽs certos cõſanguineos ꝟhere, ſecũdũ diſpõnẽ c. nõ dẽt. de cõſang. & affi. Nã oẽs hoĩes naturaliter inter ſe ſunt cõſanguinei, & in eis eſt vnitas ſanguinis, ex eo ꝙ deſcẽderũt ab Adã, q ẽt ſi hodie viueret, nullã poſſet hr̃e vxorẽ. vt dicit gl. l. nuptiæ. 4. ff. de ri. nup. Frigiditas. n. ſola, & coactio, ꝑterea error ꝑſonę, cũ nõ ſit ibi cõſenſus, mr̃imoniũ impediũt ſine cõſtitutione eccleſiæ, ſecũdũ gl. c. j. 35. q. 1. Vtrũ aũt ſub noĩe ꝙſanguineorum, poſſunt cõpræhẽdi mater & auia? Rñdet Bal. in d. l. ſuggeſtio ni. C. de ver. ſig. ꝙ nõ: quia iura ſanguinis ꝓpriè & ſtrictè loquẽdo, nõ ſunt apud matrem & auiã: tñ abuſiuè & cõiter loquendo, appellamus matrem & auiã cõſaguineas, vt ibidem, ſecundum eundem. Sed eſt hic difficultas.

Vtrum prohibitio conſanguineorum vel affinium procedat ex prohibitione diuina, uel humana.

Vnde ſ'm diuerſa tpa inueniẽ ꝙſanguinitas ſ'm gradus diuerſos mr̃imoniũ impediſſe. In principio. n. generis humani ſolus pr̃ & mr̃a mr̃imonio repellebantur, eo ꝙ tunc tpis erat paucitas hominum, & oportuit ꝓpagationi humani generis maximã curã impendere. vñ nõ erant remouendę niſi illæ ꝑſonæ, q̃ matrimonio incõpetentes erant, ẽt quãtũ ad principalẽ finẽ mr̃imonij, q eſt bonũ prolis. Et iõ tunc frater neceſſario habuit ꝟhere cũ ſorore, adeo ẽt, ꝙ exinde in collateralibus nulla erat ꝓhibitio, qđ fuit a principio generis humani in filijs & nepotibus Adę, & ẽt poſt diluuiũ in nepotibus Noe, ſic ꝙ ꝑꝑ hominũ raritatẽ tñ duas ꝑſonas dñs excluſit a coniugio: ſ. ne filius matri, nec filia patri copularetur, ſ'm gl. d. c. j. 35. q. 1. Multiplicato aũt genere humano ꝑ legẽ Moyſi, plures ꝑſonæ ſunt exceptæ, quæ iam ꝟcupiſcentiam reprimere incipiebãt. Imo vt dicit Rabbi Moyſes, oẽs illæ ꝑſonæ in Leuitico fuerũt exceptæ a mr̃imonio, q̃ in vna familia cohabitare ſolent, quarũ enumerant duodecim ꝑ d. gl. c. 1. & per c. literas. de reſti. ſpo. & c. gaudemus. de diuor. vt ſunt mater, nouerca, ſoror, neptis, amita, matertera, vxor patrui, vxor fratris, priuigna, filia priuignæ, ſoror vxoris. Nam ſi inter eas carnalis copula eſſe poſſet, magnum incentiuum libidini præſtaretur. Sed poſtmodum in lege noua, quæ eſt lex ſpiritus & amoris: plures gradus ꝙſanguinitatis ſunt ꝓhibiti, qa iã ꝑ ſpiritualẽ gratiã, non ꝑ carnis originẽ cultus deriuat & multiplicatur. vñ oportet vt hoĩes ẽt magis a carnalibus retrahantur ſpiritualibus vacãtes, & vt amor amplius diffundat. Et iõ antiquitus vſq; ad remotiores gradus cõſanguinitatis mr̃imoniũ impediebat, vt ſic ad plures ꝑ ꝙſanguinitatẽ & affinitatẽ naturalis amicitia ꝑmaneret, & rõnabiliter vſq; ad ſeptimum gradũ. Tũ, quia vltra hoc nõ de facili remanebat cõis radicis memoria: tũ, quia ſeptiformi gratiæ ſpirituſſancti ꝙgruebat, vt c de affinitate. 35. q. 2. & c. progeniẽ. & c nulli. ea cau. q. 3. Poſtea vero vſq; ad ſextum generationis gradũ ꝙſanguinitas eſt ſtatuta, vt ſicut ſex ætates mundi generatio & hoĩs ſtatus finitur: ita propinquitas generis tot gradib. terminet. c. ꝙſanguinitas. 35. q. 4. Sed poſtmodũ circa hęc vltima tpa reſtrictũ eſt eccleſię interdictũ vſq; ad quartũ gradũ: nã vltra ipſum inutile & periculoſum erat gradus ꝙſanguinitatis ꝓhibere. Inutile q̃dẽ, quia ad remotiores ꝙſanguineos, quaſi nullũ fœdus amoris & amicitię q̃ ad extraneos habeatur, charitate in multorũ cordibus frigeſcẽte: Periculosũ aũt, quia ꝙcupiſcentia & negligentia prævalẽte, tã numeroſam ꝙſanguineorum multitudinẽ hoĩes nõ ſatis obſeruabãt, & ſic laqueus dãnationis multis inijciebat ex remotiorũ graduũ prohibitione. Satis ẽt ꝙueniẽter vſq; ad quartũ gradũ dicta ꝓhibitio eſt reſtricta: Tũ qa vſq; ad quartã generationẽ hoĩes viuere ꝙſueuerunt, vt ſic nõ poſſit ꝙſanguinitatis memoria aboleri. Iõ dñs in tertiã & quartã generationẽ peccata parentũ ſe viſitaturũ in filijs cõminatur. Tũ, quia in qualibet generatione noua mixtio ſanguinis, cuius idẽtitas ꝙſanguinitatẽ facit, fit cũ ſanguine alieno, & quantũ miſcet alteri tñ recedit a primo. Et qa Elementa ſunt quattuor. c. nõdẽt, de ꝙſang. & affi. quorũ qđlibet tanto eſt facilius miſcibile, quanto eſt magis ſubtile: ideo in prima commixtione euaneſcit ſanguinis identitas quantum ad primum elementum quod eſt ſubtiliſſimũ. In ſecunda quantum ad ſecundum: in tertia quantum ad tertium: & in quarta quantum ad quartum: & ſic conuenienter poſt quartã generationẽ põt reiterari carnalis ꝙiunctio. Inde patet, ꝙ prohibitio mr̃imonij partim procedit ex iure diuino, partim ex poſitiuo. Nã in ſecundo gradu æqualis lineæ ꝟhere poſſunt iure diuino, ſed non poſitiuo, vt ex ſuperioribus, & ex figurali oſtenſione ſubſcripta clarè patet.

Diuino in primo gradu		
Olim	ſeptimo.	
Porhibitio mr̃imonij iure	in quinto vel ſexto gradu. vi de 35. q. 1. 2. 3. 4. Anglicis	
Poſitiuo		
Hodie	quarto. tñ conceſſum erat in quarta vel quinta generatione copulari. c. quędam. ea. cauſa, q. 3.	

Secunda diffinitio.

Conſanguinitas eſt vinculũ ab eodẽ ſtipite deſcẽdentiũ, carnali ꝓpagatione ꝟctũ. Oẽs. n. hoĩes ab eodẽ ſtipite carnali ꝓpagatione deſcẽdũt, ſ. ab Adã. Neq; ex hac diffinitione ſequitur, oẽs hoĩes adinuicẽ ꝙsãguineos fore, qa virtus actiua, nõ ſ'm candẽ virtutis ꝑfectionẽ reperit in inſtr̃o, ſ'm quã eſt in agente principali. Inde eſt, ꝙ virtus primi motoris in aliquo gñre ꝑ multa media deducta tãdẽ deficit, & puenit ad aliq̃d, qđ eſt motũ tñ, & nõ mouẽs. Virtus aũt generãtis manet nõ ſolũ quantũ ad id qđ eſt ſpeciei, ſed ẽt quatũ ad id quod eſt indiuidui, rõne cuius filius aſſimilat patri ẽt in accidentalib. & nõ ſolũ in natura ſpeciei. & iõ indiuidualis virtus pr̃is non eſtita ꝑfectè in filio, ſicut in patre erat, & adhuc in nepote minus, & ſic deinceps debilitatur, adeo ẽt ꝙ virtus illa q̃nq; deficit vt vltra ꝓcedere nõ poſſit. Et quia cõſanguinitas eſt, inquantum multi cõicant in tali virtute ex vno in multos per ꝓpagationẽ deducta paulatim ſe dirimens, vt dicit Iſidorus: iõ non oportet accipere ſtipitẽ remotũ in diffinitione ꝙſanguinitatis, ſed propinquũ, cuius virtus adhuc manet in illis, qui ex eo propagantur. Quare & cautius Azo in Sum. Inſti. de gra. ꝙſanguinitatem diffinit dicens. Conſanguinitas eſt vinculũ ꝑſonarum ab eodẽ ſtipite deſcendentium, infra ſeptimã generationẽ carnali ꝓpagatione ꝟctũ. Dr̃ aũt ſtipes illa ꝑſona, a qua aliæ duxerunt originem, ſicut Adam fuit ſtipes Cayn & Abel, & filiorũ qui ab eis deſcenderunt. Dr̃ Conſanguinitas, quaſi ſanguinis vnitas: nã cõſanguinei habent cõuenientẽ ſanguinẽ, eo ꝙ de vno ſãguine deſcenderũt. Inde ſeq̃t, ꝙ ſpurij, ſiue vulgo q̃ſiti ꝙſanguineos hr̃e intelligunt, non tñ habent agnatos ꝓpriè de iure ciuili. Nã ius agnationis a pr̃e

Source : BIU Cujas

In Arbore Consanguinitatis

descendit, sed tales filij patrẽ demõstrare non pñt, vt ℑ. patebit. Ius verò cognationis a mre descendit. l. Iurisc. §. cognationis origo. ff. de gra. q̃ mr semp certa est. l. q. semp. ff. de ius vo. & iõ tales filij retinẽt iura sanguinis, qa sanguis nõ mẽ tit. d. l. Iurisc̃ sultus. §. nomẽ. & §. seq. Neq; distinguit, an tales sint ꝓducti ex coitu vxoreo, vel fornicario, sicut vr exp̃ssum in c. ꝓ tuas. de ꝓbat. cũ pr tales filios ex illicito coitu natos, ẽt naturaliter genuit. Et qa prima gñatio & successionis causa ab intestato est filiorũ, vt ℑ. docebit: iõ necessariũ est differere, quid sit filius, & quæ sunt filiorũ genera. Est igitur

Filius.

Artificiũ sui patris, ſm Phil. in Ethicis. Vel dr ille, qui ex legitimo mrimonio ꝓcreat, ar. tex. in prin. in Insti de pa. potes. & ſm Bal. in l. filiũ. ff. de his, qui sunt sui, vel alie. iuris. Vbi non ꝯtinet filius naturalis, ẽt legitimatus: nã quantũcũq; quis sit legitimatus ẽt ꝓ subsequẽs mrimoniũ, nõ tñ dr natus de mrimonio. c. innotuit. de elec. imo eo ipso ꝙ est legitimatus, vel ꝙ ꝓducit dispẽsationẽ sup natalibus, fatet originaliter se in natalibus pati defectũ, vt no. in l. 2. C. de iu. an. aure. Vel filius dr immediata ꝓsona a viro & vxore descendẽs ſm Bal. ibidem. Inde dr, ꝙ nepos nõ dr filius principaliter: ergo nec propriè, vt tenet Io. An. in c. ad extirpandas. de fi. præs. Item bastardi non dicuntur filij patrũ: nam Iurisconsultus d. l. filium nõ includit eos sub diffinitione, secundum Bal. ibidem.

Probatio filiationis.

Vnde filiatio probatur tribus modis, s. a causis, i. mrimonio, præcedẽti cohabitatione & natiuitate in domo. d. l. filium. & hęc ꝓbatio nõ est nisi in filijs legitimis. Si. n. vir & vxor simul cohabitauerũt, tũc vxor præsumit cognita a viro, & ꝯcepisse ex eo, nisi ꝓbet impotẽtia, q̃ nõ præsumit. Nã sicut nõ præsumit alicui abesse cerebrũ, cor, vel epar: ita nec aliud mẽbrum principale. imo nõ hũtes sanũ cerebrũ generãt. l. pr furiosõ. ff. de his q̃ sunt sui, vel alie. iu. Natura. n. magis studet generationi q̃ intellectui. qđ apparet ex eo, qa aĩalia nõ hũtia intellectũ generãt. & ita natura magis curat de esse rerũ q̃ de sciẽtijs, ſm Bal. in d. l. filiũ. ff. eo. Secundò ꝓbat signis, vt qa pr & mr legitimè tractauerũt eũ, s. quo ad solẽnitates extrinsecas, & quãdiu vixerũt, mrimoniũ ipsorũ nõ fuit impetitũ, i. accusatũ, ſm D. Ni. in c. ꝓuenit. q̃ fil. sint legi. Præterea satis est probare, ꝙ opinio viciniæ hẽbat parentes illius fuisse legitimè ꝯiunctos, vt ibidẽ ſm eun. & d. c. per tuas. de proba. Tertiò probatur causis & signis simul iunctis, & ita faciunt aduocati in articulando. Inde surgit quòd est

Naturę, puta ꝙ qs ñ vixit vẽto. l. fi C. de vsu. pu.

Triplex testimonium

Legis, puta ꝙ natus in domo sit filius.

Hominis, vt C. de testi., per totum.

Genera filiorum.

Vñ q̃dã sunt filij legitimi tm̃, vt sunt adoptiui, vel arrogati. Et dñr legitimi tm̃, nã ſm naturã nõ sunt filij, sed ſm leges tantũ. Leges. n. inuenerũt illã cognationẽ, vt in ru. & ni. de cog. le. Alij sunt ltĩmi & naturales, sicut sunt nati ex legitimo mrimonio vero, vel putatiuo. Et dñr naturales, quia ſm naturã sunt geniti. dñr verò legitimi, qa ꝯiunctio parẽtũ est approbata a lege. Et isti sunt quasi dñi rerũ pr̃narũ, ẽt viuis parẽtib. solũ ꝙ deficit eis administratio, vt Insti. de hære. quali. & dif. §. sed sui. Tertij sunt filij naturales tm̃, vt sunt isti qui sunt nati ex ꝯcubina in domo loco vxoris retẽta. Ad hoc tñ, vt tales sint naturales, req̃rit primo ꝙ sint nati ex soluto & soluta, ita ꝙ inter eos potuisset esse mrimoniũ. Secundò, ꝙ sint nati ex ꝯcubina in domo retẽta: & ꝙ sit vnica ꝯcubina. Nã si qs hñs plures ꝯcubinas susceperit ex eis filios, isti nõ merent dici naturales, ꝓp effrenatã libidinẽ parentũ, q̃ bene sunt notãda ꝓp statuta q̃ faciunt mentionẽ de naturalibus, secundũ D. Ni. in c. ꝓ venerabilẽ. q̃ fi. & c. Iõ tales filij naturales ꝯtinent suo nomine, qa naturale habẽt nomẽ, ar. l. tutelas. ff. de capi. di. Vn generaliter oẽs nati ex coitu possunt dici naturales. & qa aliqs est coitus reꝓbatus a iure, vt cũ ꝯsanguinea vel ꝯiugata. Imo de iure canonico, secũdũ Gof. oĩs coitus præter vxoriũ, est expresse reprobatus 32. q. 4. c. nemo. & c. meretrices. Host. tamẽ tenet, ꝙ nõ solũ de iure canonico, sed ẽt ciuili talis coitus est prohibitus, vt in Auth. de leno. & Auth. sceni. col. 5. & in Auth. vt nõ luxurient ℑ naturam. col. 6. vbi dicit Imperator, ꝙ vult esse castitatis amator & bonos ciues facere, ita vt Deo bene viuãt, imo ꝙ in istis spiritualibus vult sequi dispositionẽ canonũ, vt in Auth. de eccle. ti. col. 9. Quidã verò nec sunt naturales, nec legitimi iuris præsumptione, vt incestuosi, vel aliàs illicitè nati, vt in gl. ver. naturales. Instit. de adopt. Sunt & alij q̃ prius nõ fuerũt legitimi, sed nũc sunt. i. efficiuntur, sicut sunt legitimati. Quorũ q̃dã dicunt legitimati ꝓ gratiã, naturales verò ꝓ naturã, vt bastardi ꝓ Principẽ legitimati. Quidã vero legitimati ꝓ gratiã, & spurij ꝓ naturã, vt adulterini ꝓ Principẽ legitimati. Primi. n. legitimantur ꝓ subsequẽs mrimoniũ, q̃ ltĩmatio põt fieri ẽt in vltimo spũ vitæ. l. 2. C. de indic. vidu. tol. licet non teneat, quo ad substantiam dotis, q̃ req̃rit in legitimatione ꝑlis de iure ciuili. Insti. de nup. §. fi. Et iõ in tali matrimonio hẽt locũ auth. præterea. C. vnde vir. & vx. Nã & mrimoniũ est sine dote, vt ℑ. dicet Secundi verò nõ possunt legitimari ꝓ subsequẽs mrimoniũ, licet ꝓ Principẽ, ſm Bal. in l. si qua illust. C. ad Orph. Et qa hic fit mentio de legitimatione: iõ necessariò qdã sunt præmittẽda. Est. n. legitimare, dispensariuè decorare & honorare. est & iurisdõnis, sicut no. Ab. & ibi expresse probat in c. ꝓ venerabilẽ. q̃ fil. sint legi. Et pr̃ in ltĩmatione nõ põt se subijcere iurisdõni alterius sine ꝯsensu dñi sui. Põt tamẽ Princeps cũ filijs proprijs dispẽsare, sicut cũ sibi subiectis: nõ tanꝙ pr̃ cũ filijs, sed tanꝙ Princeps cũ subiectis. & sic diuersæ qualitates possunt ꝯcurrere in eodẽ hoĩe, q̃ faciũt vt sustineat vices pluriũ, secũdũ eun. in d. c. ꝓ venerabilem. Et quia legitimare est reseruatũ Principi in signũ specialis priuilegij, sic ꝙ sit solius Principis ex auth. propria legitimare: ideo primo dicẽdum est qualiter Papa, & qbus in locis possit legitimare.

Dispensario legitimationis Papæ.

Vnde Papa põt ex cã in gradib. diuina lege ꝑhibitis dispensare. Nã tanta est Papæ auctoritas circa ius positiuũ, vt possit ipsum tollere circa effectus præteritos, adeo, ꝙ excõicatus vigore illius ꝯstitutionis nõ ĩdigeat absolutione secũdũ D. Ni. in d. c. ꝓ venerabilẽ. Et si q̃rat de ltĩmatione ꝓ Papã. Dicas sub distinctione, ꝙ in prĩmonio ecclesiæ bene põt legitimare, maxime quo ad ordines. Ille tñ sic legitimatus nõ admittitur ad successionẽ parẽtũ vnà cũ alijs legitimis, secũdũ ꝯsuetudinẽ, q̃ est optima legũ interpres. c. cũ dilectus. de ꝯsue. Nã ſpũalia & tpalia sunt diuersi iuris. mõ ipsa dispẽsatio est odiosa, & iõ nõ ampliãda, sed restringẽda, ita vt nõ excedat proprios terminos. c. 1. & 2. de fi. pres. in 6. & maximè, qũ dispẽsat cũ filijs adulterinis, vel incestuosis. nã isti ẽt iure diuino vident repulsi ab hæreditate parentum, vt est tex. met. in duobus c. 32. q. 4. c. dicat. & c. vnico. 35. q. 7. Si verò in terris alienis Papa dispensat, & tunc aut subest maxima & ardua cã: credit D. Ni. ꝙ posõt, licet legitimãdus recognoscat aliũ dũm. & mouet ꝓ tex. d. c. ꝓ venerabilẽ. Nã finge ꝙ ex legitimatione filius alicuius Principis sequat magna fidei dilatatio: tũc ob eã causam, vel similẽ poterit Papa exercere iurisdõnẽ tpalẽ, vt ibi. Aut cessat arduitas cãæ, & si vult legitimare nõ recognoscẽrẽ superiorẽ, seu filios, nõ põt, nisi superior ꝯsentiat. sicut vr arguere tex. d. c. ꝓ venerabilẽ. Nisi vellet legitimare in spũalib. vel nisi vellet ĩcipere a radice mrimoni. Et hęc de ltĩmatione Papæ.

De Imperatore.

Dicendũ est, ꝙ incipiẽdo a radice mrimonij nõ põt legitimare de iure, qa ipse nõ põt disponere sup mrimonio. c. ꝓ tuã. de or. cog. Aut vult ltĩmare ꝓ rescriptũ: & tũc in spũalib. non põt: in tpalibus verò põt, in terris sibi subiectis mediatè, imo de iure ipse solus põt in toto ĩperio. Vñ Reges & alij Principes, q̃ recognoscũt Imperatorẽ in dñm, de iure nõ possunt legitimare, nã ltĩmatio, & famæ restitutio, & similia, vñr reseruata soli Principi. Secus si essent Principes nõ recognoscẽtes supiorẽ, vel ciuitates, sicut ciuitates Tuscię, ſm Bar. in l. q̃busdã. ff. de iu. fi. pñt exercere hęc iura. pro quo videat qđ no. idẽ Bar. in l. infamẽ. ff. de pub. iu. & l. j. ff. de aqua plu. ar. & est text. ap. in d. c. ꝓ venerabilẽ. & alius tex. singularis in c. sup. de ver. sig. quãuis Host. tenet, ꝙ oẽs Principes seculares debẽt recognoscere Imperatorẽ vt dñm. Ex quo inferr, ꝙ reges Hispaniæ, Frãciæ, & Angliæ tenent de iure obedire Imperatori, licet de facto nõ obediãt, ſm D. Ni. in d. ꝓ venerabilẽ. Aut vult ltĩmare in terris eccleſiæ, & nõ põt, eisdẽ rõnib. Vel dicas sub distinctione, ꝙ aut ltĩmandus & bona eius sunt de terris ecclesię, & nõ valet ltĩmatio. Aut bona sunt de territorio Imꝑatoris, licet ꝑsona sit de terris eccłiæ, & valet ltĩmatio. Imperatoris quo ad illorũ bonorũ successionẽ, q̃ in territorio Imperatoris sũt. Et si pro parte sunt in territorio Imperatoris, & & pro alia parte in territorio eccleſiæ: tũc valet ltĩmatio in ea parte, quæ est sub Imperatore, & in alia non, vr. ff. de bo. au. iu. pos. l. cũ vnus §. his q̃. siue tractẽ de successione testati, siue intestati. Alij tñ dicunt, ꝙ cũ ltĩmatio nõ fiat in præiudiciũ eccleſię, sed sit quædam dispensatio, ꝙ possit indistinctè legitimare. Sed prima opinio est verior, secundum Bal. in l. eam quam. C. de fideicommis.

De Solemnitatibus legitimationis.

Vnde qualitas illegitimationis debet primo referari Principi: puta quòd est incestuosus, vel adulterinus, vel vterque simul, aliàs legitimatio esset surreptitia, quia omne tacitum, quo expresso ipse non ita de facili concessisset legitimationem, habet vitiare ad hoc, c. postulasti. de rescrip. Sed quid si legitimandus dixisset se spurium, & erat spurius duplicatus puta natus ex vxorato & vxorata? Dicendum, quòd non

valet

Source : BIU Cujas

valet legitimatio. idē dicēdū de similibus. Secundò requiritᵒ, ꝙ legitimandus filius ꝯsentiat. itē ꝙ pr̄ ꝯsentiat. Nā legitimatio eo respū est iurisdōnis voluntariæ, qa exercetur in ꝯsentientē, cū pater nō possit obtinere legitimationē filij, nisi filius ꝯsentiat. ipse. n. non cogitur trāsire in ptātem patris inuitus. Licet alio respū illa iurisdō nō sit voluntaria, inquantum excludit agnatos inuitos, q̄ aliàs succedūt ab intestato. An āt tales agnati in legitimatione sint vocandi? Dicendum ſm D. Ni. in d. c. p. venera. ꝙ aut pr̄ viuit, & satis est pr̄ ꝯsentiat, adeo ēt, ꝙ iste legitimatus succedit agnatis ab intestato. Nā Princeps q̄ abstulit istis bastardis ius agnationis & cognationis, pōt eos restituere sine alterius iniuria ad ius naturale primæuum. Si verò pr̄ est mortuus: tunc si pater disposuit, vt iste legitimaretur, nō est necesse vocare agnatos. Aut pater nihil disposuit, & tūc est opus ꝙ vocentur agnati, qb. hæreditas pr̄na est acq̄sita. aliàs nō valeret rescriptū legitimationis, vel saltē nō hēret regressum ab bona pr̄na. Hæc vera, nisi Princeps ex certa sc̄ia vellet legitimare agnatis nō vocatis: pōt. n. Princeps ex certa sc̄ia restituere in integrum ēt cū alterius p̄iudicio, vt no. in l. fi. C. de sen. pas. Ex prędictis tñ collige, ꝙ alia est legitimatio p̄ mr̄imoniū, & alia p̄ rescriptū seu dispēsationē, ſm Bal. in d. l. eā quā. Per matrimoniū. n. pñt legitimari oēs, præterquā adulterini, & vulgo ꝯcepti, vt q̄a pr̄ incertus. Sed si esset certus p̄ ꝯfessionē patris & matris: tunc bene posset legitimari. Exēplū est de meretrice, q̄ cōcepit ex scholare, quā ipse postea accepit in vxorē, ſm eun. Bal. ibi. Ex qbus summatim colligitur, ꝙ multi sunt modi legitimādi. Licet. n. de iure canonico qs possit legitimari p̄ subsequēs mr̄imonium. c. tāta. q̄ fil. sint legi. & p̄ rescriptū, seu indulgētiā Principis, seu dispensationē Papæ. d. c. p venerabilē. tñ de iure legali. 4. reperiūtur modi legitimādi. Primus, si filiū nālem curiæ Imperatoris offerat: ex hoc. n. ipso legitimatur p̄ curiæ honestatē. Secundus, si pr̄ testō nominet eū legitimū hæredē, & filius post modū testm̄ Imperatori offerat. Tertius si nullus sit filius legitimus, & ipsemet filius seipsum Principi offerat. Quartus si pater in publico instr̄o, vel cū triū testiū subscriptione eū legitimū nominet, neq; adijciat naturalē, vt in Authen. vt li. ma. & au. §. ad hoc. col. 8. & est de hoc glo in ver. curijs. Insti. de hære. quæ ab inte. defe. Et vt in summa dicam.

Naturales & legitimi, vt sint qui nascūtur ex legitimo matrimonio.

Quadruplex est status filiorum. Naturales & non legitimi, vt sunt qui nascūtur ex simplici fornicatione.

Legitimi & non nāles, vt sunt filij adoptiui.

Nec legitimi, nec naturales, vt sunt spurij, nati de adulterio, vel stupro: tales. n. nascuntur & ꝫ legē positiuam, & expresse ꝫ legē naturæ. Sunt præterea q̄dā filij spirituales & legitimi: vt susceptі ex baptismate, vel ꝯfirmatione. De quib. in c. ad limina. & c. oēs. 20. q. j. & tales in nihilo succedūt suis parentibus, ſm D. Ni. in c. tāta. q̄ fil. sint le. & fortè iō, quia nō reperit iure cautū, cū ista cognatio ꝯsistat in spiritu, iō nō dēt extēdi ad bona tpalia. Idē est dicēdū de filijs spiritualibus tm̄: in inquātū oēs Christani pñt dici spūales filij D. Papæ: & diœcesani filij ep̄i: & oēs de parochia filij sacerdotis. d. c. oēs. a quib. ēt sicut a proprijs ꝯsanguineis abstinēdū est, maximè in duobus sacramētis: s. baptismate, & ꝯfirmatione. imo multū magis ab illis q̄ ab alijs, cū religiosiores sint copulæ mentiū q̄ corporū, ſm gl. c. Pictatiū. 30 q. 3. vt latius. ꝫ. docebitur. Hæc hactenus de præsenti: sed redeundo ad propositum consequenter dicendum est de linea.

De Linea.

Vñ est series originis p̄sonarū ab eodē stipite descēdētium, posteriores inferiorib. ordinate innuens, & descēsū septimi no trāscēdēs, ſm Azo. in sum. Insti. de gra. Vel linea est collectio p̄sonarū ab eodē stipite descendētiū, gradus ꝯtinens, & numeros distinguens. Et qa ꝯsanguinitas est q̄dā p̄pinquitas in naturali cōicatione fundata, ſm act̄ gn̄ationis qua natura p̄pagatur: sed ista cōicatio est triplex. Vna ſm habitudinē principij ad principiatū: & hæc est filij ad patrē. Nā filij diligunt parentes, vt ab eis existentes. Alia est ſm habitudinem principiati ad principiū: & hæc est filij ad patrē. Nā filij diligunt parentes, vt ab eis existentes. Tertia est ſm habitudinē eorū, q̄ sunt ab vno principio adinuicē: sicut fratres dr̄ ex eisdē nasci. Et quia punctus motus facit lineā, & p̄ propagationē quodāmodo pr̄ descendit in filiū: iō ſm dictas tres habitudines est triplex linea cōsanguinitatis. s. descendentiū, ascēdentium, & collateralium, vt in l. Iurisconsultus. ff. de gra. & 35. q. 5. c. 1.

Sed qa propagationis motus nō deficit in vno termino, sed vltra p̄gredit: iō ꝯtingit, ꝙ pr̄is est accipere patrē, & filij filiū: & sic deinceps & ſm diuersos p̄gressus diuersi gradus in vna inueniūtur. & qa gradus cuiuslibet rei est pars illius rei, ideo gradus p̄pinquitatis nō p̄t esse vbi non est propinquitas, vt ꝫ. Est aūt linea descēdentiū, q̄ ꝯtinet in se illos, qui ab eis originē duxerūt sicut sunt filius, filia, & alij inferiores, qui oēs veniūt appellatione filiorū, vt in l. liberorū. ff. de ver. sig. Sed linea ascēdentiū est illorū, a quibus is, de cuius ꝯsanguinitate quæritur, originē duxit, vt pater, mater, auus, auia: qui oēs superiores veniunt appellatione parentis, ff. eo. Linea verò trāsuersaliū est illa, q̄ ꝯtinet in se illos q̄ a latere nobis ꝯueniunt, a quibus nos nō duximus originē: neq; ipsi a nobis. verumtm̄ ab eodē p̄pagantur, vt frater, soror, ab eodē patre & matre. Et talis linea diuidit in dexterā, & sinistrā. quarū prima cōtinet agnatos Petrutij. Dicuntur āt agnati: quasi adnati, q̄ a loco filiorū statim succedunt in hæreditatē lege. 12. tabularū, vt ꝫ. in tit. de succes. sunt. n. ex parte patris ꝯsanguinei: nomen paternū, arma, & immobilia bona hæreditates. Alia verò vt pote sinistra ꝯtinet cognatos, quasi simul natos: nā sunt consanguinei ex parte matris. Et agnati vulgariter dr̄, vetteren: agnatæ āt, baiarē. Cognati verò dr̄ ohemen: at cognatæ mumē. Et scias, ꝙ duæ lineę æque distātes faciūt vnā collateralē, sicut sunt istæ duę lineæ: quarū prima descendit a Petrutio p̄ filiū, filiā, nepotē, neptem, & alia q̄ descēdūt fratris filius filia, fratris nepos neptis, q̄ duæ lineæ vnam faciūt collateralē. Et oīa prędicta tangunt in d. l. j. ff. de gra. vbi dr̄, ꝙ gradus cognationis alij sūpioris ordinis sūt, alij inferioris, alij ex trāsuerso.

Alia diuisio lineę.

Linearū trāsuersaliū alia æqualis, alia īæqualis. Vñ linea æqualis est, vbi p̄sonę, de qb. q̄ritur æqualiter se habēt ad cōem parentē, sic ꝙ vna nō est remotior q̄ altera, sicut sunt frater Petrutij, & soror. similiter filius fratris Petrutij, & filius sororis, q̄ æqualiter distant a cōi stipite. s. Petrutio. Rō, quia si vna & eadem quantitas aliqua duo mensurat, illa mensurata est æqualis. ergo & p̄dictæ lineæ. Sed linea inęqualis est, vbi p̄sonæ de qb. q̄ritur inęqualiter distāt a cōi stipite, ita ꝙ vna est remotior altera, vt est frater Petrutij, & filius sororis Petrutij. Nā prima distat primo gradu, sed filius sororis secūdo. Est āt cōis stipes amborū pater Petrutij, de quibus ꝫ. in regulis.

De diffinitionibus gradus.

Vñ gradus est habitudo distantiū personarū, qua cognoscit quota agnationis vel cognationis distantia duæ p̄sonæ differāt inter se. Vel sic. Gradus est rōnaris p̄sonarū adinuicē in sua cognatione distātia, ſm ꝙ vna magis vel minus recedit a cōi stipite q̄ altera, ſm Azo. in prędic. sum. Vel sic. Gradus est numeratio singularū p̄sonarū cognatione vel affinitate sibi cōiunctarū, quoto gradu vna p̄sona distet ab alia optimè indicans, ſm glo. ver. adijciat. §. hactenus. Insti. de gra. Et dr̄ gradus ad similitudinē graduū scalarū, vel locorū p̄ciuium. d. l. Iurisconsultus. ff. de gra. Vnde affinitatis nulli sunt gradus, sicut ꝯsanguinitatis. l. 4. §. gradus. ff. eo. quod verū p̄priè: nam gradus rōne cognationis naturalis dr̄: hic aūt nulla est naturalis cognatio. Im̄ p̄priè tñ pñt dici gradus, vt ꝫ. tit. de affi. Et scias, ꝙ p̄sonæ sibi æqualiter occurrētes in gradu, p̄priè non distāt inter se, vt filij duorū. fratrū: sed potius ꝯueniunt gradu: nā sunt in secundo gradu, tñ sp̄ per respectū ad eorū parētē distāt: quia quoto gradu distāt a cōi stipite, toto distant inter se, vt ꝫ. in regulis. Quod autē gradus sint necessarij, ponit gl. ver. necessariū. Insti. de gra. nā sunt necessarij propter hæreditates, q̄ per gradus deferuntur, & tutelas, & propter testimonia non denda. d. l. Iurisconsultus. vt ꝫ.

De Cellulis.

Vnde cellularū alia est vacua. i. noībus nō depicta. q̄ iō remā sit vacua, qa nō potuit p̄priū nomen hr̄e, & iō cellula vacua dr̄ trūcus, ſm Azo. Nā sicut a trūco arboris cæteri ramūculi p̄ducunt: sic ēt in arbore pñti ferè oēs p̄sonæ p̄ducunt & nominant a cellula vacua. ergo meritò pōt dici trūcus. Hinc est ꝙ in prima cellula media nō dñt pòni duæ p̄sonæ sicut ī alijs: quare ēt nō potuit ei ꝯgruè nomē imponi, quā dicimus filiū patris, fratrē fratris, patrē filii, & sic de alijs: sed noīat cellula vacua siue truncus, ad hoc. 35. q. 5. c. series. Quā quidē cellulam vacuā Host. noīat Ioachim: & fortè iō, quia latā habuit parētelam. Sed Io. An. nominat ipsam Petrucium, & ita cōmuniter vtimur. Et ab ista cellula omnes alię sumunt nomen & exordium, exceptis solum his qui per genitiuum nominantur, saltem immediata denominatione. cum etiam istæ cellulæ, q̄ uæ per genitiuum nominantur, quamquam immediatè & directè non sumant nomen a cellula vacua, & sic a Petrutio: ipsę tamen habent respectū ad cellulam vacuam, & ab ipsa recipiunt denominationem saltem mediatè. Alię autem cellulę dicuntur non vacuæ, idest nominibus depictæ, vt ad sensum patebit.


Diuisio Cellularum.

Vnde cellulæ ascendentium & descendentium diuiduntur directè per medium, vt s. a latere dextro ponantur nomina.

Source : BIU Cujas

Io. Cyntholtz, in arborem consang.

Arbor Consanguinitatis.



Canon

Pro correspondentia autem ac declaratione pleniori præmissorum notet lector, superiorē numerum vulgarē repræsentare puncta rubea: hoc est, ius canonicum. inferiorem verò, qui per cyfras, puncta nigra: hoc est, ius ciuile.

mariū, sicut auus, proauus: a siniſtro verò nomina mulierū, vt auia, abauia. Nā positi a latere dextro descēdūt a maribus, & dr̄ agnati: a siniſtro verò descendunt a fœminis, & dr̄ cognati, vt s̄. Verum ex honestate, nō āt ex necessitate: tum ꝓp naturæ & tpis ordinē. l. nā & si parentibus. ff. de inoffi. testa. & l. fi. ff. de al. ſtri. Est .n. inter ꝯiunctos ordo prælationis ex gradu in charitate, dignitate, ætate, & sexu. Nam magis coniunctus antefertur, si sit idoneus: & maior pr̄fertur minori: & masculus cū sit gloria Dei, anteferr̄ mulieri: nā masculus intelligitur esse maior pars, mulier verò pars minor, cū mulier hēt ꝯsiliū inualidū, minus, imperfectū, qđ tractu tpis ꝑficit. modo hñtes validū & pfectū ꝯsiliū præferūtur in iudiciali disceptatione. l. 3. §. si tñ plures. ff. de ꝟ. ho. exhi. tū secundo ꝓp honorē patribus senioribus & viris debitum. l. semp. ff. de iu. immun. vbi dr̄, Maiores nostri penè eundē honorē senibus, quē magistratibus tribuebāt. Est aūt honor, sedere in loco altiori, vt dicit gl. Inst. de bo. pos. in ver. altiori. Similiter honor est, sedere & stare in dextro q̄ siniſtro latere. fa. l. decernimus. in fi. iuncta gl. C. de sacrosan. eccl. Vñ vir est caput mulieris. c. cū caput. 33. q. 5. & c. duo. de despō. impub. Hinc est, ꝙ mulieres rr̄ a suis viris defendi debēt, & non eꝫ. Insti. de iniur. §. ꝫ aūt. similiter Doctor, seu magister a suis discipulis venit deferendus, sicut fecit Accursius quo ad Azo. præceptorē suum. l. si is qui ff. de test. Ideo & in præsenti arbore parentes naturali ordine ponuntur sursum, nā hic locus est honorabilior, q̄ deorsum. Inde est, ꝙ oēs gentes Græci, Barbari & Latini tribuebant Deo locū sursum. j. cęli. Etiam ex honestate filij ad hoc tenentur, nā debent honorare parentes. l. liberto. ff. de obse. a li. præstan. vbi dicit, ꝙ persona parentis sancta & honesta debet esse filio. Idem gl. ibidem addit de discipulo, quo ad suum magistrū, qui habetur loco parentis.

De Punctis.

Vnde transeamus ad collaterales. Vbi sciendū, ꝙ punctorum numeratio seu numerus, est numeratio graduū habito respectu ad cellulā vacuā. Quorū punctorū quidā sunt rubei, & q dā nigri. Puncta .n. rubea, designant cōputationē graduum, ſm ius canonicum: nigra verò puncta ſm ius ciuile: nam punctuatio canonica q̄rit de ꝯsanguinitate, q̄ dr̄ a sanguine qui est rubeæ naturæ, seu rubei coloris, sed ius ciuile non curat, nisi de successione, q̄ hēt locum post mortē, quare ēt ꝓ nigra pūcta & obscura rectè designatur, vt est tex. c. ad sedem. 35. q. 5. Vel dicas ꝙ iō, quia matrimonium est res ecclesiæ, & sic quoddā spirituale: sed successio post mortem est quoddam tpale. modo spiritualia præferuntur tpalibus. c. solitę. de maio. & obe. Inde est, ꝙ canonica punctuatio ponitur in superiori loco cellulæ: ciuilis vero in inferiori. Licet in materia contractuum ius ciuile, secundum Ioan. And. in sua lectu. excellat ius canonicum. Imo si Canonista est legum ignarus, omnino sæpius errabit. quare dicit Alexan. in cap. 1. de consang. & affi. quòd purus Canonista est purus asinista: volens per hoc innuere, quòd bonus Canonista debet partim esse Theologus, & partim Legista. Ideo dicitur etiam alibi, ꝙ rarò reperitur casus decisus per ius canonicū, vt c. super specula. & quod ibi notatur, de priuile. Requiritur etiam, ꝙ Canonista diutius audiat q̄ Legista: nam primus septem annis: secundus verò quinque, vt dicit gl. c. cum ex eo, de elec. in 6. nam breui tempore non potest quis multum discere, ſm gl. c. ex literis. de in integ. resti. imò nemo repente fit prudens. Hæc pro pręsenti de gradibus. De formatione autem arboris, ex quibus scilicet, & quomodo debeat formari, iam oculis manifestum est, cum ipsa iam sit formata, & oculari pictura suis cellulis superius distincta. Ideo ad declarationem magis particularem breuitatis gratia descendamus.

Declaratio nominum in Arbore positorum ex omni parte.

Hæc nomina trifariam concipiuntur: quia quædam sunt nomina personarum lineæ rectæ tantum. Quædā tantum linearum transuersalium. Quædam autem vtriusq;. Et vt a rectis, & signanter a media omnium persona initium sumamus, dicemus primo de patre, qui est media rectę lineæ persona.

Est autem *Pater*

Iste q filiū genuit. v. primæ Philoso. Vel pr̄ est, quē nuptiæ designāt. i pr̄sumūt esse, vt dicit Azoī sum. C. de in ius vo. Pater n. iuris pręsumptione potest esse certus, vt not. Doctores in l. quia semper. ff. de in ius vocan. Et quia sine matre ſm naturam nequit fieri generatio. Natura .n. vtrunq; corpus edidit ad ꝓcreādū filios, vt ꝓinde genus humanū maneat īmortale: & alterum alterius auxilio egeat, ſm Bal. in l. maximū vitiū. C. de li. præ. Ideo in eadem cellula patris adiuncta est secunda persona, mater.

Auus

Est patris & matris pater, sicut & Auia tam paterna q̄ materna. l. Iurisconsultus. §. secundo gradu. ff. de grad.

Proauus

Est aui paterni vel materni pater: itē auiæ paternæ vel maternæ pater. Et sic quattuor ꝯplectitur pr̄sonas, pari rōne ꝓauia cōplectitur quattuor pr̄sonas: nā ipsa est aui paterni, vel auiæ paternæ mr̄: itē est aui materni, & similiter mater. noīa .n. parentū semper duplicantur, vt in l. sexto gradu. §. admonēdi. ff. de gradi.

Abauus

Cuius secatio in octo pr̄sonis intelligitur, quia vel est proaui paterni vel materni pater: quæ personæ duplici modo intelliguntur. Aut est proauiæ paternę vel maternę pater. Sic etiā Abauia, est enim proaui paterni aut materni mater: itē proauiæ paternæ vel maternæ mater. d. l. Iurisconsultus.

Atauus

Est abaui vel abauiæ pater, ꝓaui vel proauię auus, aui auiæq; proauus, patris vel matris abauus. Et huius appellatio cōplectitur sexdecim pr̄sonas, facta enumeratione tā per mares q̄ ꝓ fœminas, vt ibidem. Sic suo modo Atauia personas continet sexdecim, vt ibidem.

Tritauus

Est patris vel matris atauus, aui vel auiæ abauus, proaui vel proauiæ auus, abaui vel ab abauiæ auus, ataui vel atauiæ pater. dictus tritauus, quasi tertius auus, & cōtinet 32. pr̄sonas.

Et

Source : BIU Cujas

Et totiens tritauia enumerata ſimiliter facit perſonas. 32. d. l. Iuriſconſultus. Et vltra non ſunt nomina impoſita, cum per rerum naturam inductum eſt, vt plures ſint res & negocia, quàm vocabula. l. 4. ff. de præſcript.

Nomina Collateralium tantum.

Et vt correſpondeamus a latere perſonis rectę lineæ a medijs ad ſupremam aſcendendo: dicamus primum de fratre, cum hæc cellula reſpondeat a latere lineæ paternæ.

Frater

Hoc nomen accipitur ꝑ vtrunq; parentē. i. per patrem, & matrem, & ꝑ vtrunq;. Inde dicimus triplicem eſſe fratrem. ſ. Cōſanguineū tantū, vt cuius eſt idē pr̄ cū reliquo. Vterinum tā tum cuius eadē eſt mater. Et vtrinq; ϙiunctum: cuius idem pr̄ atq; eadē eſt mr̄ cū reliquo. Et dr̄ quaſi ferens aliū vel alterū. Et ſimul plura, q̄ ēt neceſſaria ſunt, compræhendā: dicam ex toto de genere fratrum. Nam quidam ſunt

Patrueles.
Conſobrini.

Fratres & ſorores — d. l. Iuriſc. Quos quidā ita diſtīxerūt: vt eos quidē, q ex fratribus nati sūt, fratres patrueles dicant: itē eas, q̄ ex fratrib. natæ ſunt ſorores, patrueles. Ex fratre āt & ſorore amitinos, amitinas: eos vero & eas que ex ſororib. nati natęve, ϙſobrinos ϙſobrinasq;, quaſi ϙſobrinos vocamus. d. l. Iuriſcōſultus. & Inſti. de gra. §. quarto gradu. Et tales ꝑpriè nō dr̄ fratres, niſi cū adiuncto, videlicet cū hoc verbo, patrueles, vel ϙſobrini, ſm Bal. in l. 1. C. de ſucceſ. edic. & hoc eſt neceſſariū ꝑ ſtatutis, in qb. verba debēt ꝑpriè intelligi. & iō hi q ex ſobrinis nati ſunt, inter ſe proximū nomen ſortiuntur. dicimus itaq; propior ſobrinus, vt in arbore.

Patruus

Patris eſt frater. & dupliciter intelligendus eſt: quia vel eſt ex patre, vel ex matre. d. l. Iuriſconſultus. Et eſt ꝑſona dextri lateris. Nam a ſiniſtro eſt *Auunculus*.

Qui eſt frater matris. Vnde verſus, Sunt patrui patris fratres, amitæq; ſorores. Frater auunculus, ſoror eſt matertera mr̄is. vt eſt gl. ver. Patruus. Inſti. de gra. *Patruus Magnus.*

Vnde patruus matris meę eſt mihi patruus magnus: qui patruus magnus verè & ꝑpriè dr̄ patruus. Et iō illa dictio, magnus, nō notat ī proprietatē, ſed eſt dr̄ia q̄ aduenięs generi ſpeciē ϙſtituit. ff. de adop. l. j. de quo ꝑ Bal. in l. 1. C. de ſuc. edi. vbi Bal. ponit hāc r̄am. Qđ verbū ſimpl̄r ꝑlatū dēt intelligi prius, & nō ꝑ poſterius. Et qa hoc nomē, auus, & fratres, duobus modis intelligunt̄: iō quattuor ꝑſonas hoc nomē amplectitur: qa vel eſt aui paterni, vel materni frater q̄ eſt ex eodē patre. ſ. proauo, vel matre tm̄. ſ. proauia natus. Eſt enim regulariter hoc verum ꝙ qui eſt mihi patruus magnus, is dr̄ patri vel matri meę patruus. Et eſt perſona lateris dextri. Sic &

Amita magna.

Quæ eſt ſoror aui. Sed quia auus & ſoror dupliciter intelligit̄, iō hic quattuor ꝑſonas accipimus. Vñ q pr̄is vel mr̄is meæ amita eſt, mihi erit amita magna. Et hæ ſunt ꝑſonæ dextri lateris, vt ſup. A ſiniſtra verò eſt

Auunculus magnus.

Qui eſt auiæ frater. Et quattuor perſonas ſimiliter hoc nom̄e intelligimus, vt s̄. Vñ is mihi eſt auūculus magnus, qui patri vel matri meæ auunculus eſt.

Matertera magna.

Eſt auiæ ſoror, qđ nomē ſimiliter quattuor modis intelligit̄, vt liqdè ex ſupiorib. accipit̄. Vñ ea, q̄ eſt patri vel matri meæ matertera, illa eſt mihi matertera magna. d. l. Iuriſconſultus.

Patruus maior.

Eſt proaui frater, & ſic patris vel matris patruus magnus, ita ꝙ ſūb hoc nom̄e erūt octo perſonę ſm p̄dictā. l. Iuriſ cōſultus.

Amita maior

Eſt proaui ſoror: & ſic patris vel matris amita magna, vt ī d. l. Iuriſconſultus. Et hæ ſunt dextri lateris. A ſiniſtro autē ſunt.

Auunculus maior

Qui eſt proauiæ frater, & ſic patris vel matris auunculus magnus. Sed *Matertera maior*

Eſt ſoror ꝑauiæ, & ſic patris vel matris matertera magna: in qb. numerus ꝑſonarū idē eſt ſicut in nouiſſimo. Et illos patruos maiores qdā nomināt ita, Propatruus, proauunculus, proamita, promatertera. d. l. Iuriſconſultus. Et ita in arbore

Patruus maximus

Eſt abaui frater, attaui & attauiæ filius, patris vel matris patruus maior. & ϙtinet ſedecim ꝑſonas, vt in d. l. Iuriſcōſultus.

Amita maxima

Eſt abaui ſoror, patris vel matris amita maior, vt ibi. Et hæ a dextris. A ſiniſtris verò ſunt

Auunculus maximus

Qui eſt abauiæ frater, patris vel matris auunculus maior, vt facile ex prędictis colligit̄. Sic & Matertera maxima eſt auiæ ſoror, patris vel matris matertera maior. d. l. Iuriſconſultus. Et tantum de nominibus collateralium tantum.

Nomina utriuſque lineæ.

Sunt Filius. & quis dicatur, dicas vt s̄. circa principiū. Itē Nepos, q dr̄ propriè filius filij, vel filiæ. ff. de ver. ſig. l. liberorū. & d. l. Iuriſcōſ. ff. de gra. Sic neptis filia eorūdē, quāuis nepos q̄q; capitur pro filio fratris. c. 2. de arbi. c. fundamēta. de ele. li. 6. Itē pronepos, q dr̄ filius nepotis, ſicut proneptis, ſicut proneptis eſt filia neptis, & ſic deinceps, vſq; ad trinepotem.

De Computatione graduum.

Vñ qa gradus ϙſanguinitatis nō pōt eſſe, vbi nō eſt propinqtas: iō idētitas & nimia diſtātia gradū ϙſanguinitatis tollūt, qa nullus eſt ſibijpſi propinquus, ſicut neq; ſibijpſi ſimilis: & ꝑꝑ hoc nulla ꝑſona ꝑ ſeipsā facit aliquē gradū, ſed cōparata alterius ꝑſonæ facit gradū ad ipsā. Recte inq̄, ſicut videre licet in feneſtris: nā ſi feneſtrā facere volueris & ϙſtituere, nō aliter faciemus, niſi duab. colūnis ſeparatī poſitis & erectis, & ita hr̄ vna feneſtra. Si verò rurſus velimus ϙſtituere aliā: tunc vna appoſita colūna alia ϙſtituit̄ feneſtra, ſm Azo. in ſum. Inſti. de gra. & eſt ibi gl. in ver. j. pr̄ & mr̄. Ita ſimiliter erit in gradibus, vt ꝑſona adiecta gradū faciat. Eſt tñ diuerſa rō cōputā di gradus in diuerſis lineis, qa gradus ϙſanguinitatis in linea aſcēdentiū & deſcēdentiū ϙhit̄ ex eo, ꝙ vna ꝑſona ex alia ꝑpagāt, eorū inter quos gradus ϙſiderāt. Et iō ſm cōputationē canonicā & legalē, ꝑſona q̄ primo in proceſſu propagationis occurrit vel aſcēdere vel deſcēdere, diſtat ab aliquo, puta a Petrutio, primo gradu, vt pr̄ & filius: q̄ aūt vtrinq; ſecundo occurrit, diſtat ſecūdo, vt auus & nepos. & ſic de alijs. Sed ϙſanguinitas eorū, q ſunt in linea trāſuerſali, ϙhitur nō ex hoc, ꝙ vnus eorū ex alio propagāt, ſed qa vterq; propagāt ex vno dēt gradus in hac linea ϙſanguinitatis cōputari ꝑ cōparationē ad vnū principiū ex quo propagantur. Sed ſm hoc eſt diuerſa cōputatio, canonica, & legalis: qa legalis cōputatio attē dit deſcenſum a cōi radice ex vtraq; parte, ſed canonica tantū ſoror, vel duo fratres attinēt ſibi in ſecūdo gradu, qa vterque a radice cōi diſtat ꝑ vnū gradū. Et ſimiliter filij duorum fratrū diſtāt a ſe inuicem quarto gradu. Sed ſm cōputationē canonicā duo fratres attinent ſibi in primo gradu, qa neuter eorū diſtat a radice cōi, niſi ꝑ vnū gradū, ſed filius vnius fratris diſtat ab altero fratre in ſecūdo gradu, qa tm̄ diſtat a cōi radice. Et iō ſm canonicā cōputationē quoto gradu quis diſtat ab aliquo ſuperiori, toto diſtat a quolibet deſcendentiū ab ipſo, & nunq̄ minus. Quia ꝑꝑ vnūquodq; tale & illud magis. Vnde ſi alij deſcēdētes a cōi principio ϙueniūt cū aliquo rōne principij cōis, nō pñt propinquiores eſſe deſcēdenti ex alia parte quàm ſit primum principium ei propinquum. Aliquando tamen plus diſtat aliquis ab aliquo deſcendente a communi principio, qa ille forte plus diſtat a principio cōi quàm ipſe, & ſm remotiorē diſtātiā oportet ϙsāguinitatē ϙputari, vt ϳ. in r̄is. Sic deniq; diu vētilatis legibus & ſacris canonibus, diſtinctè inuenimus, ob aliam cām alterā legū fieri, alterā canonū cōputationē. In legibus q̄dē ob nihil aliud ipſarū graduū mentio facta eſt, niſi vt hæreditas, vel ſucceſſio ab vna ad aliā ꝑſonā inter ϙſanguineos deferatur. In canonibus verò ob hoc progenies cōputatur, vt aptè monſtrēt vſq; ad quotā generationē ϙſanguineorū ſit abſtinendū. Ibi præſcribitur, vt hęreditas propinquis mō legitimo conferāt: hoc verò vt ritè & canonicè inter fideles nuptiæ celebrētur. c. ad ſedem. 35. q. 5. *Regula generalis.*

Quot ſunt ꝑſonæ de qb. q̄rit̄, cōputatis intermedijs vna dempta, tot ſunt gradus. Illa igit̄ ꝑſona q̄ demitur eſt ſtipes, nō faciēs gradū, neq; pro gradu cōputāt, ſm gl. l. Iuriſconſultus. ff. de gra. ſed bene eſt principiū gradus. Sicut in ſimili pr̄ & mr̄ nō ſunt cōſanguinei, neq; affines: ſed ſunt principiū affinitatis & cōſanguinitatis, ſecūdū cōem Doctorū opinionē, q̄ in hoc eſt ſeruanda. quāuis Bal. in hoc teneat ϙriū, vt in §. affinitatis. Inſtit. de nup. v. g. Si velis ſcīre quātū diſtat abauus a Petrutio: tūc vtroq; cōputato, & intermedijs, quinq; ſunt ꝑſonæ. ergo dēpta vna ſunt quatuor gradus. & vltra aſcēdendo atauus in quinto, tritauus in ſexto: vlterius aūt aſcendendo nō ſunt noīa. Nā ꝑ rerum naturā eſt inductū, vt plures ſint res q̄ vocabula. l. 4. ff. de præſcrip. ver. Nihilominus tñ qs pōt gradus numerare ēt mille, ſi vellet, dūmodò mille & tot ꝑſonas numeret. Sed iſti tales aſcendentes vſq; ad tritauū dicuntur parētes, ſuperiores verò illis dicūtur maiores. d. l. Iuriſcōſultus. ſi ſuo modo & in linea īferiori fiat cōputatio. Nā ſi velis ſcire, quārū diſtet abauus ab abnepote Petrutij, ſunt 9. perſonæ, vna dēpta, erūt. 8. gradus. Et hæc de linea aſcēdentium & deſcēdētiū. Et ſciēdū circa p̄dicta, ꝙ qlibet hēt duos parētes, quatuor auos, octo ꝑauos, & ſexdecim abauos, inquātū maſculinū ϙcipit fœmininū. hēt. n. vnū pr̄em & vnā matrē,

Source : BIU Cujas

quattuor auos: qa hēt vnū auū pr̄nū & aliū mr̄nū: vnā auiam pr̄nā & aliā mr̄nā, & ſic de alijs: inquantū aſcēdētes ſp multiplicant ſeu duplicant, Et qa impoſſibile fuiſſet tot ꝑſonas ponere in arbore: iō relinquit, ꝙ Petrutius nō hēt totā ſuā ⁊ſanguinitatē in arbore. Qđ aūt maſculinū ⁊cipiat fœmininū, ē tex. l. j. ff. de ver. ſig. qđ verū quo ad mentē legiſlatoris: nō aūt quo ad verba, ſm gl. d. l. j. vbi ēt Bar. in l. 1. ff. de ⁊ſti. pec. Et idē Bar. in l. j. ff. de pecu. Vñ appellatione fratris venit ſoror. l. tres fratres. de pact. E⁊ aūt fœmininū nō recipit maſculinū. l. ſi ita ſcriptū. ff. de leg. vbi dr̄. Turpiſſimū eſt fœmineo vocabulo maſculinum contineri, niſi fauore matrimonij.

Queſtio.

Vtrū inter aſcēdētes & deſcēdentes ꝓhibitio ⁊iugalis excedat quartū gradū? Ad quam q̄dē qōnē Gof. in ſum. de ⁊ſang. & affi. §. iterū q̄ritis. dixit, ꝙ ſic. vñ intellexit c. nō dēt. eo. tit. gñaliter, vt ⁊cernat oēs ⁊ſanguineos, tā collaterales q̄ deſcēdētes & aſcēdentes, vt vltra quartū gradū ꝓhibitio nō extēdat. Cuius ⁊riū tenet Io. An. in ſum. ſua, ſup arbore ⁊ſanguinitatis & affinitatis. & Hoſt. in sū. eo. ti. §. q̄ ⁊ſueuerāt. Et hāc opinionē credo veriorē, cū tex. iuris indiſtinctè loquat: & in diſtinctè mr̄imoniū inter aſcēdētes & deſcēdētes in infinitū ꝓhibet. l. nuptiæ. 4. de ri. nu. Vñ gl. ibi colligit, ꝙ ſi Adā hodie viueret, nō reperiret vxorē, qa oēs deſcēdimus ab eo. & cum ius ciuile nō reperiat expreſsè correctū, eſt q̄ fundatū ſup honeſtate maxima: iō nō dēmus ꝑ gñalē diſpōnē canonicā ⁊riū dicere, vt eſt ar. bo. in c. 2. de deſpō. impub. Hæc tñ qō ꝓp breuē hoīum vitā raro practicat. ſm D. Ni. in c nō dēt. Quod āt dr̄ de quarto gradu, hoc in collateralibus locū hēt. 35. q. 3. c. ꝓgeniē. & duob. c. ſe. in qb. dr̄: ꝙ olim nō ſolū vſq; ad ſecundū gradū, ſed ēt inquātū erat notitia parētelæ extēdebat ꝓhibitio. Et hæc de ꝓhibitione mr̄imonij inter aſcēdētes & deſcendētes in infinitū, & inter collaterales incluſiue ad quartū vſq; gradū: ſalua tñ ſup hoc gratioſa diſpenſatione: q̄ neq; in primo, nec in ſecūdo fieri pōt, ſm gl. c. Pictatiū. ī ver. ſororū. 30. q. 3. Etiā ſi ſan ctiſſimus velit, qa a naturali iure hēt initiū: & ī veteri fuit ꝓhibitū, ne qs ſoror ē acciperet in vxorē. quod licet de ſola ſorore ſit dictū: tñ appellatione ſororis ⁊tinet neptis. De tertio gradu diſpēſauit Greg. vt ī gl. c. Pictatiū. 30. q. 3. ſed in ſucceſſione agnatorū pōt ꝓueniri vſq; ad decimū gradū: & nō vltra. Licet Decretiſtæ dicāt nos cōputare vſque ad quartūdecimū gradū. Falſum eſt tñ, imo nō cōputamus vltra decimū, ſ. ad cōmoditatē: neq; aliq d mihi poſſem vēdicare vltra decimū gradū iure agnationis, ſeu cognationis. inter q̄ hodie nō eſt dr̄ia. vt in §. nullā vero. in Auth. de hær. ab inteſta. vē. col. 9. Quāuis gl. in Auth. de hær. & ſal. in §. nō āt. ī ver. libertinitates. dicat: ꝙ patroni vſque ad 5. gradū, agnati vſque ad decimū, cognati vero vſq; ad duodecimū ſuccedāt gradū Plerunq; tñ natura vltra ſeptimū gradum cognatorū vitam ⁊ſiſtere non patitur, ſm Azo. in d. ſum. Inſti. de gra. Vnde qs p̄ non facilè filium filij trinepotē vidit. l. non facile. ff. de gra. Et hæc de linea aſcendentium & deſcendentium.

De Collateralibus.

Hic repete diuiſionē lineæ ꝑ æqualē & inęqualē. Vñ poſitis aliq b. exēplis, ⁊uenienter ſubijciant r̄læ gñales, vt in §. hactenus. Inſti. de gra. fa. l. ſi ſeruus ſeruū. §. inq t. ff. ad leg. Aquil. Ex quo colligitur, ꝙ exēpla nō reſtringāt r̄lam. l. fi. ff. de iu. & fac. igno. & l. ſcire oportet. §. fi. ff. de excuſ. tut. Exēplis. n. vtūtur in docēdo, vt facilius intelligatur qđ docetur, & aīa perfectius propoſita recipiat ſm delectationem quam hēt in exemplis.

Regula lineæ æqualis.

Quoto gradu quis diſtat a cōi ſtipite, toto diſtant inter ſe ſecundum ius canonicum. Verbi gratia, faciamus abauū ſtipitem inter Petrucium & pronepotem Petrucij, vt ſic.

Abauus
Propatruus
Proauus
Filius
Auus
Nepos
Pater
Pronepos
Petrutius

Nā ī tali linea æquali q̄libet diſtat a cōi ſtipite quarto gradu: ergo ēt diſtāt inter ſe quarto gradu ſm prędictā r̄lam. Qđ verū ſm can. nā ſecus ſm lege, qa ſm leges quoto gradu qs diſtat a cōi ſtipite, toto duplicato diſtāt ītер ſe. Nā qcq d ſimplificat Canoniſta hoc duplicat Legiſta, vt ſi Petrutius & ꝓnepos ꝓpatrui diſtant 4. gradu ſm canones: ergo diſtāt octauo ſm leges. Et īſurgit illa diuerſitas ex hoc, ꝙ ſm leges q̄libet ꝑſona in collateralibus facit vnū gradū. Iō duo fratres faciunt duos gradus ſm leges: ſunt. n. duo fratres in ſecundo gradu ſecundū leges. Nā i. cut duæ manus hoīs nō ſunt vna manus, & dextera nō eſt ſiniſtra: ita eſt impoſſibile ꝙ duo fratres ſint vnus gradus, ſm Bal. in l. meminimus. C. de legi. hęr. Sed ſecū dū canones duæ ꝑſonæ faciūt vnū gradū: ſicut duæ colūnæ vnā feneſtrā, vt ſ. vñ frater Petrutij eſt cū Petrutio in primo gradu ſm canones in ſecūdo vero ſm leges. Rō eſt iſta, quia ⁊putatio canonica fit ꝑ mr̄imoniū: ſed in mr̄imonio duo ⁊putant pro vno. Nā ibi ſunt duo in carne vna. c. debitū. de biga. Imo & is q adhæret meretrici, vnū corpus efficit cū ea, ſecundū gl. c. ſi qs 30. q. 4. ob id ēt ꝑ vno gradu ⁊putant. Et quia mr̄imoniū ſine duabus ꝑſonis ⁊ſiſtere nō pōt. c. illud. de præſumpt. iō canones ponūt duas ꝑſonas in vno gradu, iuxta c. ſeries. 35. q. 5. Cōputatio āt legalis fit ꝑ ſucceſſionē in hæreditate: hæreditas āt ſiue ſucceſſio nō defert ab vna ꝑſona ad aliā, iō q̄libet ꝑſona ꝑ vno gradu ⁊putat. V. g. ponamus ꝙ p̄ Petrutij reliquit q̄dā bona fratri ipſius Petrutij: in alijs āt inſtituit hæredē ipsū Petrutiū: tūc Petrutius morit inteſtatus ſine liberis, frater eius eſt hæres, & erit in veritate ſecūda ſucceſſio: quare erit ſecundus gradus, nā gradus cognationis cōputādi ſunt ſecūdū qđ hæreditates deferunt. 35. q. 2. c. 1. & 2. hæreditas āt defert vſq; ad decimū gradū. §. hoc loco. Inſti. de ſucceſ. cogna. Ex quo colligit, ꝙ hæc cōputatio q̄ fit iure cognationis ꝓdeſt, cū tractat de ſucceſſione alicuius, & q̄rit qs ſit potior, nā ipſa defert potiori in gradu, & ſic de alijs ſecundū ſui ordinē. ꝑ quo vi. gl. bo. in ver. totiēs. Inſti. de gra. & ſi ſunt plures in vno gradu, oēs vocant ſimul. Idē ēt eſt, cū q̄ritur de tutoribus. ff. eo. l. j. §. admonēdi. Quare āt in ſucceſſione potius ſeruat ius ciuile q̄ canonicū, eſt iō, qa in ſucceſſionibus agitur de actu iuſtitiæ & æqualitatis, & ſic de dāno vitando. iſta āt rō ceſſat in matrimonijs, q̄ voluntaria ſunt, quo ad eorū principia. Nā ſolus ⁊ſenſus eſt de ſubſtantia mr̄imonij. c. cum locum. de ſponſa. De quo. ⁊. latius dicam.

Regula lineæ inæqualis.

Quoto gradu remotior diſtat communi ſtipite, toto diſtant inter ſe. Verbi gratia, ſit abauus communis ſtipes: & Petrutius cum filio propatrui ſint in linea inęquali, vt ſic.

Abauus
Propatruus
Proauus
Filius
Auus
Pater
Petrutius

Computando a remotiori, ſ. a Petrutio q̄ diſtat a cōi ſtipite quarto gradu: ergo ēt diſtat quarto gradu a filio ꝓpatrui. & idē ī deſcēdētib. alijs vſq; ad lineā æqualitatis. Vñ qa dicimus, ꝙ ꝑſona addita ꝑſonę, vſq; ad lineā æqualitatis ñ creſcit gradus. Nā ꝓpatruus, filius propatrui, nepos, & pronepos oēs diſtāt quarto gradu a Petrutio. Et iſtæ duę lineæ ęqualitatis & inæqualitatis probantur ſecundum canones, in c. vir qui. de conſanguin. & affin. Nā attinētia ꝓuenit ex ſtipite, iō receſſus a ſtipite eſt receſſus a quolibet alio ꝑ aliā lineā deſcendētē. iō inquātū recedit a ſtipite, receditur ēt ab alijs ꝑſonis deſcendētibus vſq; ad lineā æqualitatis. & ſic vbi linea nō eſt æqualis, ſemper fit cōputatio a remotiori, ſecūdū D. Ni. in d. c. vir q. Et intelligitur ⁊putatio iſtius r̄læ ſm canones: ſecus autem ſm leges, ſm quas Io. An. talem ponit regulam.

Regula ſecundum leges.

Collateraliū in linea inęquali ſm leges quot ſunt ꝑſonæ ſtipite dēpto, tot ſūt gradus. Vñ Petrutius diſtat a cōi ſtipite quarto gradu: a ꝓpatruo quinto: a filio propatrui ſexto: a nepote ſeptimo, a ꝓnepote octauo. & ſic q̄libet ꝑſona facit gradum. Vñ patet ex p̄dictis, ſm Io. An. ꝙ Petrutius nō ꝑt ⁊here mr̄imoniū cū aliqua ꝑſona in arbore: nā diſtat a ſūma, ſ. abauo: & ab ima. ſ. ab nepote, & ab extremo collateraliū, & ab oībus his quarto gradu; a medijs aūt diſtat citeriori q̄ quarto: quare cū nūlla pōt ⁊here. ſed ſi extremus in collateralibus, puta ꝓnepos propatrui, vel pronepos fratris procreaſſet filiā, cū illa potuiſſet Petrutius ⁊here. Et licet hodie ſm canones in 5. & 6. gradib. nō ſit ꝓhibitio mr̄imonij ⁊iūgēdorū, vt ſ. nō tñ ꝑpea tollit ⁊ſāguinitas, ex quo ⁊ſanguinitas eſt de iure nāli. Iura vero nālia ſūt īmutabilia, ſicut ēt iura gentiū. §. ſed nālia q̄dē Inſti. de iu. natu. Et quāuis ius poſitiuū nō poſſit tollere ius naturale, quo ad hoc, vt in prædictis gradib. nō ſit ⁊ſanguinitas: pōt tñ tollere ꝓhibitionē factā de iure Decretorū: q̄ ꝓhibitio fuit, ꝙ in 5. vel 6. gradu in collateralib. nemo potuit ⁊here matrimoniū cū ⁊ſanguineo ſuo. Imo de iure Decretorum fuit prohibitio vſque ad 7. gradum, vt in c. progeniē. cum c. ſeq. 35. q. 3. & c. non debet. de conſanguinitate & affi. Quæ prohibitio hodie locum habet ſolum ad quartum gradum incluſiue. d. c. nō debet. Statuta enim & humanæ ⁊ſtitutiones variant q̄nq; ſm tēporū variationē. lex. n. dēt ⁊uenire tpi. 4. diſ. erit āt lex. Ideo alibi dicit textus, ꝙ ætas nr̄i tpis non

patitur

patiť rigorē antiquorū iuriū, cū defecerint merita & virtutes corporales, vt hī in c. fraternitatis. 34. diſ. Hinc eſt, ꝙ hodie ex ſimplici fornicatione clericus nō deponitur, ſicut olī indiſtinctè deponebaī, vt in c. a multis. de ẽta. & qua. Imo qđ libet peccatū mortale erat olim depoſitione dignū, vt in c. at ſi clerici. de iudi. Neq; dices ex hoc ꝙ ſcientia iuris ꝓprie nō ſit ſcīa, cū ipſa quotidie mutet: quod eſt ⁊ rōnē ſciētiæ, ſecundū D. Ni. in d. c. nō dēt. Nā licet mutentur ꝯſtitutiones particulares, non tñ mutatur ipſum dictamē ſeu cauſa finalis iuris. ſemper. n. lex proditur, vt appetitus noxius ſub iuris rīa limitetur, vt in proe. Decre. finis ergo iuris eſt immutabilis, licet conſtitutiones varientur & deſeruiant fini. lex. n. ſemper debet eſſe rationabilis, & ſic fundata ſuper naturali rōne & immutabili. aliàs nō eſſet lex 1. di. c. ꝯſuetudo. & di. c. erit āt lex.

De Sequelis & Conſequentijs.

Quas ponit Io. An. Nam in collateralibus lineæ ęqualis bene ſequitur illa regula affirmādo & negādo, Ego & tu ſumus ꝯſanguinei in linea æquali: & ego poſſum accipere filiā tuā: ergo tu meā, q̄ affirmatiua ꝓcedit ī lineā æquali quarti gradus. Negatiuè verò ſic. Ego nō poſſum filiā tuā: ergo tu neq; meā. q̄ negatiua ꝓcedit in tertio gradu, vel citeriori. Sed in linea inæquali hoc non procedit affirmādo vel negando: quia ſi vnus eſſet de quarto, alter de tertio vel citeriori gradu: tūc ille qui eſt in tertio pōt ⁊here cum filia eius qui eſt in quarto, & non econuerſo. Inde eſt, ꝙ filius ꝓpatrui, vel nepos pōt ⁊here cū filia Petrutij: ſed non ęquerſo. Ne ēt quid egregij maneat in obſcuro: ideo Io. An. tanq̄ bonus artifex totū cōprehendens ſub exiguo, format vnam quæſtionem notabilem.

Quæſtio in Collateralibus.

An collaterales, quorū vnus eſt in quinto gradu a cōi ſtipite, & alter ī primo. v.g. filia Petrutij & propatruus, poſſint ad inuicē ⁊here. Ad quā difficultatē ſunt diuerſæ ſnīæ. Dicit. n. Hoſt. negatiuè rñdendo, ꝙ nō, ꝓbans hoc in Sum. de ꝯſang. & affi. §. nunquid in quinto & in primo. Quod ēt latius nitiť ꝓbare p ſua argumenta, cū pr̄ & filius cenſentur vna ꝑſona. l. vlt. C. de impu. & alijs ſubſti. ſicut ergo nō ⁊hit cū ſtipite, ſic neq; cū filio ſtipitis. & bene ſacit ꝓ hoc, c. tua. de ꝯſan. & affi. Sed quāquā pater & filius ſint vna ꝑſona, nō tñ ex hoc ſequitur, ꝙ ſcīa pr̄is ſit ſciētia filij, ſecūdū Bal. in l. ſiquidē. C. de except. Sed ediuerſo dicit Io. An. & alij Doct. ꝙ poſſunt adinuicem ⁊here, cū nihil impediat. ſunt. n. in quinto gradu: vbi hodie nō eſt prohibitio. Præterea, aut inter eos eſt prohibitio aſcendentiū, deſcendentiū, aut collateraliū: ſed quia certū eſt filiā Petrutij nō deſcendiſſe a Petrucio, quare erit ꝓhibitio collateraliū. & quia diſtāt quinto gradu, nō erit qd impediat. Vnde vbicūq; in aliquo articulo Doctores ſunt varij, ſequenda eſt humanior opinio. i. rōnabilior & æquior. ſi vero vtraque opinio eſt rōnabilis, ſequendū eſt pluriū iudiciū, ēt ſecūdū Hoſt. & bñ. Ad quod alle. bo. tex. 19. di. c. in canonicis. Circa quod idē Hoſt. dat notabilē rīam dicēs. Vbi Doct. & Mag. ꝑ ſuas gloſas mr̄imonium ſeparāt, neq; aſſignāt caſum in iure expreſſum: ſi reperiť vnus Doctor vel magiſter mr̄imoniū ſuſtinēs, tunc illius opinio eſt ſequenda. Imo vr̄ velle Hoſt. ꝙ vbi agitur de mr̄imonio ſuſtinendo, ſingularis opinio eſt præferenda cōi. qđ bene eſt notandū, niſi cōis opinio hēret textū pro ſe. Quod aūt dictū eſt, patrē & filiū eſſe vnā ꝑſonā: intelligiť verū ꝯtinuatione dūij. Eſt. n. filius rerū pr̄narū dñs ēt viuo patre, licet adminiſtrationē nō hēat. l. in ſuis. ff. de ſuis & legi. quā quidē adminiſtrationē acq rit filius mortuo pr̄e, vt no. in d. l. in ſuis. Hinc eſt, ꝙ vox filij eſt vox patris. Inſti. de inut. ſti. §. ſi verò. non aūt cenſentur vna ꝑſona quo ad mr̄imoniū ⁊hendū: nā vxor, vel ſponſa pr̄is vxor filij eſſe nō pōt, ꝓp affinitatē vel publicā honeſtatē, vt ⁊. docebiť. Et hæc hactenus q̄tū ad primū effectū ſeu fructū canonicū prædictæ arboris: hoc eſt, quātū ad prohibitionē mr̄imonij ⁊hendi, vel ⁊cti diſſoluēdi in gradib. prohibitis ſecūdū diuerſitatē iuriū diuinorū, ac poſitiuorū, vt faciliter pōt colligi ex prædictis. Sed qa gradus nedū ſunt vtiles ad illū effectū, ſed ēt ad alios plures, quia

Hæreditates deferendas.

Gradus sūt neceſſarij ꝓp Tutelas ſuſtinēdas. ſm gl. j. Inſt.
Teſtimonia ñ dicēda. de gra. iō nec ea ſilentio ꝑtereamus q̄ nedū vtilia, ſed plurimū neceſſaria ſunt: đ quolibet ſeorsū ſuo ordine dicemus. Et primū de ſucceſſione in bonis hæreditarijs ab inteſtato quantū ad iuris ciuilis deciſionē, ſecūdū nigrā pūctuationē ſupius deſignatā, primo aliqua generalia, deinde ſpecialia quoad poſſibile erit circa ſucceſſionē diſtinguamus. cū ad cognitionē ſpāliū præcedere dēt gñalis cognitio, ſm gl. l. j. ff. de re. cre. Et qa bene ēt eſt, ꝙ priuſquā ad verborū interpretationē ꝓueniat, pauca đ ſignificatione termini referre. d. l. j. ideo operæpreciū eſt prę-mittere, quid ſit hęreditas, a qua bona dicuntur hęreditaria, & quotiens quis dicatur decedere inteſtatus.

De Succeſſionibus ab inteſtato.

Eſt. n. hæreditas nihil aliud q̄ ſucceſſio in vniuerſum ius qđ defunctus reliquit. l. nihil aliud. ff. de ver. ſig. Et talis diuidiť in duodecim vncias: q̄ qdē vnciæ aſſis appellatione ꝯtinet: vel ſaltē appellatione libræ, ſeu pōderis. cū hæc noīa ſint ſynonima: imo idē ſignificāt, ſm gl. Mag. Inſti. de hær. inſti. vbi latius de hoc. Et hæc de primo. Sed quantū ad ſecūdū dicendū eſt, ꝙ aliqs decedit īteſtatus quatuor modis. vt qa oīno nullū fecit teſtm̄. Aut qa nō iure fecit. Dr̄ āt teſtm̄ nō iure factū, vbi ſolēnia iuris deficiūt. l. j. ff. de iniuſ. ru. teſta. Vel qa nemo hæres ex teſtō extitit. Inſti. de hær. q̄ ab inteſtato deferūtur. Inteſtatus ēt decedit is, cuius id teſtm̄ quod fecerat, ruptum eſt poſthumi agnatione: vel ſaltē irritū factū capitis diminutione teſtatoris. ſm Azo. in ſum. C. de ſu. & legit. Sunt ēt adhuc duo modi qb. qs decedit inteſtatus ex poſt facto: i. impugnato teſtō ꝑ qrelā inofficioſi. vel ꝑ bonorū poſſeſſionē. l. vt liberis. C. de colla. Eſt neq; id tacēdū, ꝙ diuerſimode ſuccedit, ſm ꝙ alius eſt ſucceſſor verbalis, alius generalis, & tertius ſingularis, vt ſequens manifeſtat figura.

Ciuilis vt hęres.
Iuris
Vniuerſalis Prætorij. vt bonorum poſſeſſor.
Quaſi iuris. vt fiſcus ſuccedēs in alteriusbonis. Idē dicimus, quoties quis ſuccedit in locum perſonæ obligati. Nam cum ꝑſona obligata non pōt ꝯueniri, nec eſſe in iudicio: tunc ſucceſſor eius ſemper cenſetur eſſe vniuerſalis & quaſi iuris.
Iuris.
Generalis ſicut vir cum vxor dedit oīa bona in dotem
Quaſi iuris. & prælatus q̄ ſuccedit in locū alterius p̄lati.
Singularis tm̄. vt ille q̄ ſuccedit in fundū, vel aliā rē ſingularē.
Vide oīno D. Iac. de Bel. in Auth. vt nulli iudi. §. & hoc vero.

Regulæ generales. Prima.

Aequalitas in ſucceſſionib. ab īteſtato ſeruari dēt, vt ille cui ſuccedit ſibi poſſit ſuccedere. & eⁱ, cui nō ſucceditur, nec ip ſe ſuccedere debet. C. de le. hær. l. lege duodecim tabularum.

Secunda Regula.

Seruus ſucceſſores hr̄e non pōt. l. ſeruus. C. cō. de ſuc. Et idē dicendū eſt de monacho. nā oīa iura loquētia de ſeruo, locū habēt in monacho. qđ intelligitur verū in his q̄ pñt adaptari monacho, nō aūt in alijs. Simile dicimus, ꝙ maſculinū ꝯcipit femininū. qđ verū in his, q̄ poſſunt adaptari fœminę, ſecūdū Bal. ididē. Fallit prædicta rīa in eo q̄ eſt in ptāte hoſtiū: qui licet ſit verus ſeruus, hēt tñ ſucceſſores ēt ſi moriaī in captiuitate. l apud hoſtes. C. de ſu. & legi. nam fingiť deceſſiſſe liber in ipſa hora captiuitatis, vt ibidem. Habet etiam alias fallentias, de quibus per Azo. in ſum. C. com. de ſucceſ.

Tertia Regula.

Affinitatis iure nulla ſucceſſio ꝓmittitur. Vnde vitricus non ſuccedit priuigno. l. vitrico. C. cō. de ſucceſ. vbi Bald. dicit, ꝙ maritus mr̄is meæ mihi nō ſuccedit ab inteſtato. Et fuit fortaſſis rō dubitādi, quia videbaī haberi vitricus loco parētis, vel ſaltem protectoris.

Quarta Regula.

Iacente hæreditate, vt quia hæres ſcriptus repudiat hæreditatem, vel aliqua ratione amittat facultatem quęrendi in teſtamento, nemo ſuccedit. l. quamdiu. ff. de re. iu.

Quinta Regula.

Patrie ptātis, emācipationis, agnatiōis & cognationis hodie iure Authēticorū nulla eſt dr̄ia, vt in Auth. de hær. ab inteſt. ve. §. nullā vero. col. 9 iniuriosū. n. & ⁊ naturā eſt plus diligere deſcēdētes ex maſculino ſexu. q̄ fęminino. qa natura vtrū que corpus edidit vt perinde humanum genus mancat immobile: & alterum alterius auxilio egeat. & ſi corrūperetur alterū: tūc corrumperetur genus humanū. ſecundū Bal. in d. l. lege duodecim. C. de legit. hæredibus.

Sexta Regula.

In materia ſucceſſionū hæreditatis, ille qui non erat ꝯceptus hr̄ pro nullo, ſecundū Bal. in l. affinitatis. C. eo. de ſuc. Secus āt de conceptis & poſtea natis. Nam qui in vtero ſunt habentur pro iam natis. l. qui in vtero. ff. de ſta. ho.

Septima Regula.

Qui prior eſt in gradu, potior & prior eſt ī ſucceſſione. l. auū culo. C. eo. de ſuc. Quæ rīa fallit primo, qñ deſcēdentes poſteriores ſimul ꝯcurrūt cū aſcēdētib. nā abnepos qui eſt in quarto gradu pr̄ferť patri, q̄ eſt in primo. cū prima cā ſuccedēdi ſit liberorū, vt ⁊. in 2. regula ſpeciali. Secundo fallit qñ deſcēdentes ſimul ꝯcurrūt cū collateralib. ſicut abnepos cōcurrēs cū fratre defuncti, vel cū patruo. nā excludit eos, cū regulariter omnes deſcendentes excludunt aſcendentes & collaterales.

Regulæ ſpeciales. Prima.

Succeſſiones ab inteſtato in tribus gradib. ꝯprehēduntˉ. aſcēdētiū, deſcēdentium, & ex latere, vt in d. Auth. de hær. ab inteſt. ve. in prin. col. 19. & l. 1 in prin. ff. de gra. affi.

Source : BIU Cujas

Ioan. Cyntholtz in arborem Conſang.

Secunda Regula.

In omni ſucceſſione ab inteſtato prima cauſa eſt ſuorum hæredum, ſeu liberorum, vt in §. inteſtatorum. Inſti. de hæred. q̃ ab inteſtato. Et hoc verum ſiue ſucceſſio deferatur per ius commune, ſiue per ſtatutum: per cõſuetudinem, ſiue ẽt per ꝯctum ſecundum Bal. in auth. in ſucceſſione. C. de ſu. & legi. ſiue ẽt per teſtamentum. ff. de leg. 2. l. cum ita. §. in fideicom. Imo tales filij ſi ſunt naturales & legitimi, ſuccedunt parentibus ſuis ab inteſtato: & omnibus alijs excluſis ipſi præferuntur. tum primo, quia filius eſt proximus agnatus ſui patris. l. filius. ff. de ſu. & legit. tum ſecundo, quia ipſi ſunt dñi etiã viuentibus patribus rerum paternarum: adeo etiam, ꝙ ex conſuetudine a lege inducta, filij comitum appellantur comites, etiam in vita parentum, vt no. 24. quæſt. 1. c. fi. & l. 1. C. de dignitatibus. lib. 12. tum tertio: quia hæreditas eſt magis debita deſcendentibus quàm aſcendentibus. eo ꝙ amor deſcendat & non aſcendat. plus enim pater videt ſe & ſuam ſubſtantiam in filio conſeruari q̃ econtra: ideo plus amat filiũ. Hinc dicimus, parentes filijs theſaurizare: & filijs parentum hæredes eſſe. Et licet pater ſit æque in primo gradu cum filio defuncti: tamen non admittitur tam cito vt filius. & hoc propter cõe votum parentum: quod vult potius deſcendere q̃ aſcendere. l. cum ratio. ff. de bo. dam. & l. 1. §. ſcripto hærede. ff. ſi tabulæ teſt. nul. ex. Licet etiã defunctus ſit ſub alterius poteſtate: tamen eius filij cuiuſcunque ſexus vel gradus fuerint, patribus præferuntur, quorum ſub poteſtate fuerit is qui defunctus eſt. Prẽterquam in aduentitijs, in quibus vſusfructus patri dum viuit ſeruatur: licet filius decedat, ſm gl. in d. Authen. de hæred. ab inteſt. veni. Vnde colligitur corolarie, ꝙ hodie filiusfamilias habet hæredem etiam de iure Codic. licet olim ſecus. l. fi. C. ad Cer. & l. fi. C. cõ. de ſucce. & l. 3. C. de bo. libe. Hæc vera de filijs naturalib. & legitimis. Et quia multæ aliæ ſunt differentiæ filiorum, vt ſ. in ti. de ge. fi. dictũ eſt: ideo de ſucceſſione ipſorum in præſenti ſigillatim dicemus. Et primo de filijs naturalibus tantum. Vnde

Filij naturales ex concubina ſaltẽ vnica iure bina

Antiquiſſimo patre & matre non extantibus, vſque ad tres vncias ſuccedebãt. quod autem plus erat reuocabatur

Antiquo legitima ſobole ſuperſtite, naturali patri in vna vncia ſuccedebant. concubina vero in media vncia ſolum, legitimis non extantibus.

Nouo in ſex vncias ſuccedebant legitimis non extantibus.

Nouiſſimo in vnam vnciam ſuccedunt cum matre partiendã. quod aũt plus eſt datũ reuocatur. Cõcubinæ vero mediam dare permittit: ſed liberis non extantibus legitimis, neq; aſcendentibus: tunc licentia parenti ꝯceditur, omnia bona ſua relinquere, vel donare liberis naturalibus, aſcendentibus vero ſuperſtitibus, legitimã eis relinquere dẽt: reliquã vero ſubſtantiam ad naturales trãſmittere p̃t. Et hæc vera, ſuccedendo ex teſtõ: ſed ab inteſtato parente defuncto, legitima ſobole non extante, vna cum matre naturalis filius duas vncias habet viriliter partiendas, legitima cõiuge & liberis non extãtib. ille. n. faciunt ne naturales ſuccedãt: & ſic repellũt eos. Vbi aũt ſic repellunt naturales propter legitimam portionem, vel ꝯiugem legitimam: debent ipſi naturales paſci ab hæredibus ſuccedentibus arbitrio boni viri, quia natura ab initio non ſeparauit illo naturales a legitimis, neq; liberos a ſeruis, ſecundum Iac. de Bel. in d. Auth. quibus mo. na. effi. ſui. imo adeo etiam debent paſci ab eis. ꝙ ſi duæ vnciæ vna cum matre eis non ſufficiunt, debent eis alimẽta præſtari. aliàs ſecus ſecũdum eum. ibi. §. diſcretis igitur. Imo quod plus eſt, tales filij naturales adipiſcuntur naturales dignitates illuſtres, ſecundum eum ibi. Secundo ordine dicendum eſt de filijs.

Legitimis tantum.

Qui ſunt adoptiui. illi. n. ſi ſunt legitime emãcipati a patre ltĩmo, tunc in nullo ſuccedunt ipſi: imo quantũ ad hoc ſunt oĩno extranei. ius. n. & nomen filij amiſerũt, licet quantũ ad bona patris naturalis non ſint cĩno extranei: imo poſſunt ſuccedere perinde cognati ſi non habẽt priores ſe, vt in §. admonẽdi. inſti. de hær. q̃ ab inteſt. Vbi tũ ſcias: aliud eſſe in emancipatione facta a patre naturali & facta ab adoptiuo. nã prima tollit iura ciuilia: & ſic patriam poteſtatem, cum ipſa ſit relaxatio a patria poteſtate coram iudice facta: ſed tamen non tollit iura naturalia, vt in. §. emancipati. Inſti. eo. & l. iura ſanguinis. ff. de re. iu. cum talia iura ſint firma & immutabilia, vt in §. ſed naturalia quidem. Inſti. de iu. na. Sed emancipatio facta ab arrogatore, & ꝯa patre adoptiuo, nihil reſeruat. quia talis filius emancipatus perinde habetur, ac ſi nunquam fuiſſet in adoptionem datus: imo quo ad patrem adoptiuum habetur omnino, vt extraneus. nam cum iure ciuili, videlicet arrogatione ſint coniuncti: ideo contrario iure ciuili, videlicet emãcipatione poſſunt diſſolui. l. nihil tam naturale. ff. de re. iu. Si vero non ſunt emancipati ab adoptiuo patre: tunc ſuccedunt ſibi cum legitimis & naturalibus filijs, vt in d. §. in teſtatorum. inſti. de hære. quæ ab inteſt. & l. fi. C. de adopt. & l. ſi pater. ff. eo. Tertio ordine dicendum de

Legitimatis.

Vnde quia filius adoptiuus admittitur ad ſucceſſionem ab inteſtato cum filijs naturalibus, & legitimis tam natis ante adoptionem quàm poſt, vt ſupra dictum eſt. l. ſi te parens. C. de ſu. & legit. neque in hoc differentia emancipationis & patriæ poteſtatis videtur eſſe ſublata, licet aliàs ſecus. ergo ſimili modo debent admitti legitimati. nam plus eſt eſſe legitimatum quàm adoptatum, ſecundum Bal. in d. l. ſi te parens. quia legitimatus habet primordia naturalia, quæ aboleri non poſſunt ſecundum Bal. ibi. Nam licet, eſſe ſpurium ſit quoddam velamen propter quod non dicitur filius: tamen generatio ipſa non poteſt aboleri, ſicut not. ff. de iuſti. & iu. l. manumiſſiones. & ideo legitimati ſaltem per matrimoniũ per omnia ſuccedunt ſicut naturales & legitimi, ſecundum D. Iac. de Bel. in Auth. de trien. & ſemiſ. Imo tales legitimati per ſubſequens matrimonium ſuccedunt in feudum. nam in omnibus & ꝑ omnibus facti ſunt legitimi, ſecundum eum, in Auth. de inceſ. nup. §. dubitatum. quia ab initio præſumitur matrimoniũ interueniſſe. C. de natu. lib. l. cum quis. Nec obſtat. c. naturales. in tit. ſi de feu. contro. fu. nam illud debet intelligi de naturalibus aliter legitimatis quàm per ſubſequens matrimonium. nam matrimonium omnia præcedentia purgat: & ſic proxima ſiue præcedens cauſa turpitudinis eſt ſublata, vt in d. § dubitatum. & C quod met. cau. l. 2. & ff. de condi. ob tur. cau. l. ex eo. Et licet filius legitimatus patri ab inteſtato ſuccedat: non tamen auo vel aſcẽdentibus, etiam cognatis patris: niſi per quandam machinationem. nec ipſi eidem ſuccedãt ab inteſtato, ſed ex teſtamento vnus alteri ſuccedere poteſt, vt eſt caſus in §. filium. in Auth. quibus mo. nat. effi. ſui. Quarto ordine dicendum eſt de

Spiritualibus & legitimis.

Vnde ſuſcepti ex baptiſmo & confirmatione dicuntur ſpirituales & legitimi, vt ſupra docuimus. & tales in nullo ſuccedunt. cum non reperiatur iure cautum,. Et forte ideo, nam cum iſta generatio conſiſtat ſpiritu: ideo non debet extendi ad bona temporalia exteriora. Idem forte dicendum eſt de filijs ſpiritualibus tantum. quo modo omnes Chriſtiani pũt dici filij Papæ, vt ſ. de generibus filiorum. Et quia ex diuerſitate patris ſicut principij & cauſæ ſumitur diuerſitas filiorum, cũ diuerſitas principij cauſa ſit diuerſitatis principiati, & effectus. Pater aũt eſt triplex. ſ. generatione, prælatione, & nutritione, ſm Bal. in l. parentes. C. de teſti. ideo idem dicẽdum eſt de filijs rõne prelationis ſubiectis & domeſticis: qui filij nutritionis dñr, ꝙ ipſi non ſuccedant: nec teſtificari prohibentur, vt ſ. dicetur. Quinto ordine dicendum eſt de filijs

Vulgo quæſitis & ſpurijs.

Vnde vulgo q̃ſitus dr̃ ille, cuius mater ſupponit ſe oĩbus indifferenter. ſecundũ Bal. in l. ſi qua illuſtris. C. ad Orphi. cuius ſ. pater eſt oĩs & nullus, ſecundũ gl. ver. incertus. in §. ſi aduerſus. inſti. de nupt. Et ſic vulgo quæſitus patrẽ ſuũ demonſtrare non põt: vel ſaltem hẽt eum quẽ nõ licet demõſtrare, vt monachũ, vel ꝯſimilem. l. vulgo. ff. de ſta. ho. ideo ſibi ſuccedere nõ põt. Si verò mater ſtat ſex menſib. cũ vno, & alijs ſex cũ alio: tunc ſpurius eſt, non vulgo quæſitus, cũ pater demõſtrari poſſit, ſecundũ Bal. in d. l. ſi qua. & talis vulgo quæſitus põt ſuccedere matri ab inteſtato, vt §. nouiſſime. Inſti. de ſen. cõſ. Orphi. niſi mater fuerit illuſtris. d. l. ſi qua. Spurij verò nati ex ſoluto & ſoluta, ex quo non erat cõcubina, ſm Bar. in l. ſi gener. ff. de his qui. vt indig. dñr nati ex coitu a iure reprobato: & iõ iura ciuilia denegant eis alimenta, vt in auth. ex complexu. C. de inceſt. nup. Sed de iure canonico alimẽta præſtãtur, ꝓp ęquitatẽ naturalẽ, vt in c. cũ hẽret. de eo q dux. in ma. quã pol. ꝑ adul. Vincentius aũt in c. tanta. q fil. ſint leg. ſentit, ꝙ ſolũ natus ex ꝯcubina appellat̃ naturalis ſimpl'r. Alij verò licet ex ſoluto & ſoluta, pñt appellari ſpurij. Si verò ſunt filij adulterini, vt filij preſbyterorũ: tunc matri ſuccedere nõ pñt quia tales ex dãnato coitu repelluntur ab hæreditate parẽtũ. d. auth. ex cõplexu. Idẽ dicẽdũ eſt de natis ex alijs clericis ĩ ſacris ꝯſtitutis. qđ ꝓcedit ẽt ſi ſunt nati ex vnica ꝯcubina in domo ipſius clerici retẽta, vt no. Bar. in d. l. ſi gener. Nã ꝯcubinatus eſt ſpecificè dãnatus in clericis, vt ꝑ totũ tit. de coha. cle. & mu. Et vt ſuccinctè dicã de ſucceſſione filiorũ quo ad matrẽ, dicẽdũ eſt ſub diſtinctione, ꝙ aut filius eſt natus ex ꝯcubina, & talis ſuccedit matri vna cũ ltĩmis, vt ĩ d. l. ſi qua illuſtris. C. ad Orphi. Aut eſt filius vulgò q̃ſitus, & iterũ ſuccedit mſi

vna

Source : BIU Cujas

vnacū alijs legitimis,niſi mater ſit illuſtris.d.l.ſi.qua.Aut eſt natus ex dānato coitu: & tunc in nihilo ſuccedit mri.d. auh. ex cōplexu.Et eſt de hoc bo.glo in ver.admitti.§.nouiſſime. Inſti.de ſe.conſul. Orphi.Et econtra,parentes non ſuccedūt filijs eo caſu quo parentibus filij non ſuccedunt,vt no.Bar.in d.l.ſi gener.Hoc tamen ſciendum eſt circa hanc filiorum ſucceſſionem, quòd ſi aliquis deſcendentium filios relinquens moriatur, tunc filij vel filiæ eius, vel etiam alij deſcendentes debent in proprij parentis locum ſuccedere, ſiue ſint in poteſtate defuncti,ſiue extra,ita tamen ſuccedendo,quòd eandem capiant partem hæreditatis, quam pater ſi vixiſſet habuiſſet, quam quidem ſucceſſionem antiquitas vocabat, in ſtirpes,vt d.Auth.de hære ab inteſt.ve.Verbi gratia, ſiPetrutius filius Sempronij relinquens duos filios & vnum fratrem vel ſororem, moriatur ante mortem Sempronij patris ſui: tunc mortuo Sempronio patre, debent illi filij tot quot ſunt ſuccedere vna cum fratre vel ſorore: & ſic cum patruis in bonis hæreditarijs ipſius Sempronij vltimo defuncti. Et hæc vocatur apud Bal.ius reputationis, nam quælibet perſona deſcendens reputat ſuum ſtipitem ex neceſſitate naturæ. ff.de col.bo.l.dedit dotem.vt infra clarius dicetur.vt ſic

Sempronius
† ſecundo mortuus
Petrutius
† primo mortuus.
Frater
o Duo filij
o o

Et tantum de ſucceſſione ſuorum heredum:hoc eſt,filiorum,quantū poſſibile erat ſub compendio ſingula recēſere.

Secundus gradus ſucceſſ.ab inteſt.

Eſt aſcendentium: & ſic parentum. Nam ratio miſerationis turbato ordine mortalitatis, ad bona filiorum parentes admittit, iuxta illud. Ordine turbato ſuccedis Bulgare nato. vnde. ſuccedit matri filius per Orficianum: Inuidiam portans econtra Tertulianum.ſecundum g..ver.per contrarium.Inſti.de ſe.con.Or.

Prima regula.

Parentes,vel ſaltem maiores,& ſic aſcendentes ſuccedunt deſcendentibus,ab inteſtato: non extantibus liberis: gradus prærogatiua ſeruata: ita ꝙ priores in gradu præferuntur in ſucceſſione,iuxta regulam vltimam generalem:& in d.Auth. de hære.ab inteſt.ve.circa prin.

Secunda regula.

Illi ſuperiores vel aſcendentes,qui ſunt eiuſdem gradus,cuiuſcunq; ſexus, æqualiter admittuntur,ita ꝙ omnes aſcēdentes ex linea materna recipiant dimidiam: & aliam dimidiam aſcendentes ex linea paterna. ex quo talis linea aſcendentiū multiplicatur per nomina maſculorum & fœminarum,vt ſupra circa arborem eſt notatū. Si vero fuerint in gradu diſpares:tunc proximiores admittuntur, excluſis omnibus agnatis & cognatis,ex latere.Exceptis quibuſdam de quib.ꝯ.regula proxima,ſecundum gl.§.ſi igitur.d.Auth.de hære.

Tertia regula.

Fratres & ſorores vtrinque coniuncti ipſi defuncto ſuccedunt ſimul viriliter:hoc eſt, in portiones æquales, cum patre & matre defuncti:ceſſante etiam vſufructu, atq; omni ſublata antiqua differentia: & licet pr̄ debeat habere vſumfructū in bonis aduentitijs filij. l. cum oportet. C. de bo. quæ li. tamen hoc verum intelligitur regulariter. nam fallit iure Authenticorū,vt in d.Auth.de hære.ab inteſt.vbi eſt tex.in forma:nulliū vſumfructum ex filiorum vel filiarum portione in hoc caſu patre valente ſibi penitus vendicare.

Quarta regula.

Sicut pater & mater excludunt auum,nam ſunt priores in gradu:ſic & fratres & ſorores defuncti, dummodo ſoli ſuccedant,etiam excludunt auum,vt determinate loquitur tex.in d.Auth.de hære.ſecundum Ia.de Bel.Nam cum frater admittitur cum patre qui auum repellit:ego & frater auum vincere debet. Nec obſtat ratio glo.ibi,cum dicat,ꝙ proximus eſt quem nemo antecedit, &c. nam illud verum eſt quando lex ambigue loquitur. ſed ibi textus loquit̄ determinate:& ideo mens & voluntas legis eſt ſeruanda,nam benignior eſt,& vitio caret.ff.de leg.l.benignius.& l.in ambigua.& de iure pat.l. adigere.§.quamuis.

Tertius gradus ſucceſſionis.

Eſt collateralium: in quo plures ponuntur ordines & regulæ,propter multiplicitatem,& perſonarum diuerſitatem.

Prima regula.

Fratres & ſorores vtrinq; coniuncti defuncto,deſcendentibus & aſcendentibus non extantibus,vocātur ad ipſius hæreditatem, qui etiam vocabantur cum parentibus, vt ſupra, in regula.3.cæteris omnibus excluſis, vt in d.Auth.de hære. §.ſi igitur.vt ſic

Abauus
†
Proauus
†
Auus
†
Pater.Mater.
†
Petrutius
† vltimo mortuus
Frater Soror
o Filius o
†
Nepos
†
Ec ſic de alijs.

Ex qua regula notatur,ꝙ illi priores ſunt in ſucceſſione, q duplici iure vtuntur. Nam duæ rationes vincunt vnam, niſi vna ſit fortior duabus, ſecundum d.Ia.de Bel.ideo vtrinque coniuncti ipſi defuncto inter fratres atq; ſorores præferūtur.

Secunda regula.

Non extantibus fratribus vel ſororibus vtrinq; coniunctis, ſuccedunt fratres vel ſorores ex altero parente,puta ex patre vel matre.d.§. ſi igitur. excluſo etiam fratre vel ſorore patris vel matris defuncti,ſicut de facili pōt videri ex ſuperioribus.

Tertia regula.

Filij fratrū ſimiliter ſuccedunt ad ſucceſſionem patrui vltimo defuncti cum fratribus: ſic tamen,ꝙ tales fratrum filij ſimul vocantur in ſtirpes, quando cum chijs.i.patruis ſuccedunt:ita ſcilicet in ſtirpes,ꝙ tantum ex hereditate patrui defuncti accipiant, quantum pater eorum futurus erat accipere ſi ſuperſtes eſſet,vt in §.ſi igitur.in d.Auth.de hæredi.& in Auth.vt fratrū filij.§.hoc itaq;. col.9.Si vero nullus frater ſupereſſet defuncto,ſed ſolum filij fratrum: tunc videntur ſuccedere in capita,hoc eſt,in æquales portiones.ſicut vi.de mē. gl.d.§.ſi igitur.in ver.ſi autem fuerint. Sed hoc reprobauit ꝓ tex.eiuſ.Auth.§.ſi vero neq;. vt infra, in regulis ſe.Et ſi contingeret, ꝙ frater ille præmortuus, cuius filij adhuc viuunt fuiſſet defunctæ perſonæ vtrinq; coniunctus,ſuperſtites autē fratres ſolum per patrem vel matrem iungantur· tunc debēt illi filij fratris præmortui præponi proprijs chijs ſeu patruis,licet tertio ordine ſint, vt infra,in quinta regula: ſiue etiam a patre,ſiue a matre ſint chij. Sic & econtra,ſi fratres ſuperſtites ex vtroq; parente iunguntur defuncto, ſed frater premortuus per vnum parentem tantum:tunc filij præmortui fratris ſunt ab hæreditare excluſi.recte, ſicut ipſe ſi vineret eſſet excluſus,vt infra in regulis ſpecialibus. cum illi qui duplici iure funguntur,ſicut priores,vt ſupra in prima regula. Et tale priuilegium ſucceſſionis in locum parentum ſuorum ſolis filijs fratrum de iure eſt conceſſum,& non alijs perſonis,ſecundū tex.d.Auth.de here.§.ex diuerſo. quamuis Bart.l.1.§.ſi quis. ff. de ſu. & legit.dicat, ꝙ nepotes etiam ſuccedant in locum parentum ſuorum. Quod ideo eſt, quia ab inteſtato in locū parentum veniūt filij & filię, quorum eſt prima cauſa.ſed nepotes appellantur filij,ſicut & pronepotes.l. liberorum. ff. de ver.ſig. Et intelligitur talis ſucceſſio filiorum ſi cum proprijs chijs vocantur.Ex quibus colligitur,ꝙ priuilegium & ius ſuccedendi reſtringere debemus,cum alium a ſucceſſione excludat,& alteri iniuriam generet.C.de eman.l.nec auus.cum ſimilibus.Licet contrarium determinetur Inſtit.de bo.poſſe. §.adhuc.in fi.vbi ſucceſſio ex bono & æquo defertur.ſecus ſi ex priuilegio. Vel ibi defertur de iure communi ſecundum graduum prærogatiuam:hic autem de iure ſpeciali, non ſeruata gradus prærogatiua.

Quarta regula.

Superſtitibus fratribus defuncti cum aſcendentibus,cum quibus ipſi poſſunt admitti,per regulas prædictas:tūc filij fratrum penitus ſunt excluſi. Nam filijs fratrū vel ſororum tale priuilegiū eſt conceſſum,in locum priorum parentum ſuccedere, vt ſoli in tertio gradu conſtituti cum his qui in ſecūdo ſunt gradu ad hæreditatem vocentur,vt in d.§.ſi autem cum fratribus.

Quinta regula.

Filij fratrum ipſis patruis defuncti licet tertium obtineant gradum præferūtur.d.§.ſi autem.in fi. Hæc eſt ratio,quia iſti vocantur cum fratribus defuncti,qui pro certo repellunt patruos, auunculos, amitas & materteras.ergo iſti nepotes debent repellere,vt ibi ſecūdum glo.hi enim filij fratrum, cum pares ſint fratribus defuncti, ſecundum Bal. in auth.poſt fratres.C.de legit.hære. proculdubio præferuntur patruis eiuſ-

dem

Source : BIU Cujas

dem defuncti. Modo quotiens aliqua duo parificantur, tunc quod excluditur per vnum, excluditur etiam per alterum. ergo ſicut frater excludit patruum, ita & fratris filius, ſecundum Bal. ibidem.

ſexta regula.

Poſt fratres & filios fratrum omnes a latere agnati & cognati ſecundum gradus prærogatiuam ad ſucceſſionem vocantur in capita, ſublata etiam omni differentia agnationis & cognationis. d. Auth. de hære. §. ſi vero neque. & §. nullam. Dico, ſecundū gradus prærogatiuam: ita ꝙ viciniores in gradu reliquis præponantur, & ſi plures eiuſdem gradus ſint, tūc ſecundum numerum perſonarum hæreditas inter eos diuidatur, vt ibi. Pro declaratione huius regulæ noto, ꝙ Imperator in hac regula diuidit præcedentes & aſcendentes ab alijs, & liberos a cognatis in hoc quod dicit, omnes a latere. & quia in cæteris cognatis admittit diuiſionē in capita: ergo in ſuperioribus videtur prohibere. l. cum ita. §. fi. ff. de condi. & dem. & l. maritus. C. de procu. & per hoc quod dicit, omnes, neminem excipit, ſecundum ca. l. Iulianus. ff. de le. 3. Et quia etiam dicit ibi, deinceps, id eſt, poſt fratres & filios fratrum, ideo videtur excludere filios fratrum ſimpliciter, ſiue veniant ſoli, ſiue cum patruis. Cum etiam diſtinguit gradus, modo in filijs fratrum non eſt differentia gradus. ergo non ſuccedunt in capita, etiam vbi inter ſe veniunt ad ſucceſſionem, ſed potius in ſtirpes. Inde colligitur vltimo, ꝙ vltra dictas perſonas ſucceſſio fit in capita. Sed cum magna ſit Doctorum diuerſitas de ſucceſſione filiorum fratrum, maximè cum inter ſe ſuccedunt in bonis patruorum, nam ſuccedendo cum patruis ſemper in ſtirpem ſine diuerſitate ſuccedunt, ideo pro maiori notitia

Quæritur, Vtrum filij fratrum ſuccedant in ſtirpē, vel in capita fratribus vel ſororibus defuncti non extantibus? Super iſta quæſtione & materia ſunt diuerſæ Doctorum ſententiæ, & præſertim duæ originales. Quarum prima eſt Azo. qui dicit filios fratrum inter ſe vocari in capita, ſicut ipſe no. in ſum. C. de legit. hære. & recitat gl. in auth. ceſſante. eo. tit. in quo etiam videtur reſidere gl. Inſti. de legit. agna. ſuc. §. hoc etiam. Ratio Azonis eſt, nam filij fratrum quando ſuccedunt cū patruis ſuis, tunc ſuccedunt contra ius commune, cum patrui, qui ſunt proximores in gradu reſpectu defuncti de cuius ſucceſſione tractatur, deberent præferri nepotibus qui ſunt in remotiori gradu, ideo in hoc priuilegium nepotum eſt, ꝙ in locum parentum ſuccedant iure reputationis, vt ſupra, ſed quando ſuccedunt inter ſe nō extantibus patruis, tunc remanent iura antiqua incorrecta, ideo vt ſic videntur ſuccedere in capita. Et illam opinionem Azo. videntur tenere quidā Doc. moderni, ſicut Roffre. eius diſci. quem Spec. in tit. de ſuc. ab inteſt. recitat, & nihil firmat. Hæc etiam opinio videtur placere Bal. in d. auth. ceſſante. cū videtur magis cōſonare literæ & naturæ. Nam non eſt ratio, quare in natura pari, ſed multiplicata quilibet non debeat deferre partem ſuam. pari modo, cum in natura pari nulla ſit naturalis prelatio. quod & placet Io. But. Alia eſt opinio Accur. qui conſuluit contrarium, ſicut teſtatur Bar. ſe vidiſſe in ſuis conſilijs, & hoc gloſauit in d. auth. ceſſante. a qua opinione etiam Bar. non diſcedit, imo approbat eam tanquam altera veriorem, & tanquam magis expreſſe fundatam in tex. d. Auth. de hære. ab inteſt. veni. §. ſi vero neq;. vbi eſt tex. Si neq; fratres, neq; filios fratrum relinquat, tunc veniūt in capita. ergo ſi filios fratrum reliquerit, veniunt in ſtirpes, ſecundum Bal. in d. auth. ceſſante. Et quia iſta materia nō vadit omnino per rationes naturales, ſed quia ſic æquū videtur legiſlatori, ideo potius inhærendum eſt textubus, qui quaſi omnes dicunt, ꝙ in locum parentum ſuccedunt, ideo in ſtirpes ſecundum iura prædicta. Sed vlteriores poſt fratres & eorum filios, quia ſuccedunt per ſe, ideo non conſideratur perſona eius a quo deſcendunt, ſed tantum perſonæ ſuccedentes, ergo veniunt in capita, vt ibi, & in auth. poſt fratres fratrumq; filios. C. de legit. hæredi. Quod non videtur in filijs fratrum, vbi ſemper conſideratur perſona eius a qua deſcendit: & eſt neceſſe vt eius vice fungantur, & per conſequens veniunt in ſtirpes. de quo latius ſecundum Bald. in l. poſt conſanguineos. ff. de ſu. & legit. Prædicta intelligantur de primo ordine tranſuerſalium vtrinque coniunctorum, qui cæteris ſimpliciter præferūtur, ratione duplicis iuris. Præterquam in feudo, vbi frater conſanguineus ita ſuccedit ſicut frater vtrinque coniunctus, ſecundum Bal in l. 1. C. de legit. hære. Sunt etiam quędam de ſecundo ordine tranſuerſalium, puta de ſucceſſione fratrum ex altero. Et quia ſunt plures adhuc ordines tranſuerſalium, ideo ſupereſt de illis videre. Et vt in ſumma compræhendam.

Primus ceſſante.
Quatuor ſūt ordines trāſuerſaliū — Secundus de quo in auth. poſt fratres ex vtroq;. C. de leg. hęr.
Tertius poſt fratres fratrumq; filios.
Quartus itaq;. C. com. de ſuc.

Qui quide ordo dicit anomalus, vt eſt inter fratres ꝙ ſanguineos & vterinos tm̄, in quibus inſpicit vnde bona defuncti habeant originem, nam in bonis paternis præfertur conſanguineus: ſed in maternis bonis vterinus, ſecundum Bal. in d. auth. itaq;. Ex quibus præmiſſis facilè cognoſces ſucceſſiones aliorum collateralium poſt fratres fratrumq; filios, habito reſpectu ad regulam generalem, ſcilicet ꝙ priores in gradu ſint potiores in iure, & ꝙ illi qui duplici iure vtuntur, cæteris præferuntur, vt ſupra determinatum eſt. Et tantū de ſecundo propter quod gradus ſunt neceſſarij. Et quia vbicunq; eſt ſucceſſionis emolumentum, ibi & tutelæ onus eſſe debet, vt in §. cum & agnatos. Inſti. de legit. patro. tu. ideo ſupereſt vt dicamus de tertio. ſ. de munere tutelæ ſuſtinendo. Eſt autem

Tutela

Vis atq; poteſtas in capite libero, ad tuendum eum ſi propter ætatem ſe defendere non poteſt, iure ciuili data & permiſſa. Inſti. de tu. circa prin. & l. 1. ff. eod. Et dimiſſis teſtamentaria, & datiua tutelis, de quibus nihil ex modo ſucceſſionis hæreditatis, ſolum dicēdum venit de legitima, quæ defertur legitimis iure ſucceſſionis ſecundum ordinem quo ad hæreditatem vocantur: ſi idonei ſunt, ſublata differentia agnationis & cognationis, mulieribus etiam repulſis, cum ipſa ſit virile officium, quod regulariter mulieribus eſt interdictum. l. fœminæ. ff. de re iud. Niſi ſit mater, vel auia, quæ omnibus ex latere agnatis præferuntur, teſtamentarijs ſolis pręcedentib.

Eſt aūt quadruplex tutela legitima. — Agnatorum. Patronorum. — mēte & verbis legis 12. tab. mente, & non verbis.
Parentum. — quæ defertur interpretatione iuriſconſultorū. pp identitatē rationis.
Fiduciaria. — charitate ſanguinis.

De quibus omnibus patet Inſti. per ſuos ti. ex ordine poſitos. Et tantum de tertio. Inſuper neceſſe eſt & differere de quarto. ſ. de

Teſtimonio non dicendo.

Eſt enim edictum de teſtibus prohibitorium certarū perſonarum, ita ꝙ omnis qui non prohibetur, ad teſtimonium admittitur. nam quilibet præſumitur bonus, niſi contrarium probetur. C. de inoffic. teſta. l. omnimodo. & ff. de lega. 2. l. cū quidam. Eſt enim vita teſtium inculpabilis & moderata, niſi per inquiſitionem contrarium probetur, ſecundum D. Iaco. de Bel. in Auth. de teſt. col. 7. Prohibentur ergo teſtes vel ipſo iure, vt impuberes, & ſerui. Vel iudicis officio. & hoc ratione inimicitiæ, amicitiæ, libertatis, paupertatis, infantiæ, poteſtatis, vel reuerentiæ, ſecundum gl. ver. licere. in d. Auth. de teſt. Reliquis breuitatis gratia omiſſis: & vt ad rem noſtram, ſ. prohibitionem ratione conſanguinitatis graduum deueniamus, primum a domeſticis exordiar. Dicitur autem

Domeſticum teſtimonium

Duobus modis. ſ. ratione teſtificationis, & ratione teſtificantis. Primum quidem dicitur domeſticum. i. priuatū: hoc eſt, non publica auctoritate iudicis receptum, ſed aliter corā vicinis ſcriptum eſt & receptum. Eius dictum & huiuſmodi teſtimonij fides improbatur. ff. eo. l. 3. Alio modo dicitur ratione perſonæ teſtificantis, quando ſcilicet perſona teſtificās cōtingit eum pro quo teſtificatur per ſtatum domus. Quod cōtingit duobus modis. Vel quia Princeps domus habet ius in perſona eius, vt in filio, liberto, aſcriptitio. Vel alias habet famulari & obedire in his quæ ad domum pertinent. Et ꝑ domum intelligo cohabitationem plurium, & coniunctū, quæ conſiſtit ex præſidente, ſubiacente, & miniſtrante, vt eſt vir q̄ præſidet: fœmina quæ ſubiacet, & ſeruitores qui miniſtrant. omnes enim iſti domeſtici dicuntur, quaſi domui aſtantes. qui in eis habet conſiſtere ſtatus domus. i. familiæ. l. pronunciatio. ff. de verb. ſig. & per hoc ipſam domū participant quodammodo cum domino domus, id eſt cum præſidente. de quibus loquitur ff. de pœnis. l. reſpiciendum. §. furta domeſtica. Hæc autem participatio fit tribus modis. Vel qa ſubſunt, vel præſunt, vel circumſtant hi. ergo non teſtificantur pro ſe. Et vt magis ſpecificè rem adiungam, dicendum eſt de præſidente, ſeu patrefamilias ſeu viro domus & familiæ per hanc regulam Bal. in l. parentes. C. de teſti. quòd aſcendentes & deſcendentes pro ſe, vel contra ſe non ferant teſtimonium. & eſt ratio, quare nec pro, vel contra, quia teſtimonium non debet claudicare. Et ſic pater non poteſt ferre teſtimonium in cauſa filij. Exceptis quibuſdam caſibus, quibus

Pater

Source : BIU Cujas

Primò in teſtamento filij de peculio teſtantis.l.qui teſtamento. ff.de teſti.

Pater poteſt eſſe teſtis filij

Secundo in cauſa religionis. c. præſens. 20. quæſt.3.

Tertiò,quando quæritur de ætate,vel genere filij, vt in l.etiam matris.ff.de proba.

Quartò in cauſis matrimonialibus.ſ.cũ quęritur, vtrum matrimonium poſſet eſſe cum eis, vel non propter conſanguinitatem impedientẽ.c.1.de matrimonio contracto. Idem dicendum eſt de vxore,vt non poſſit eſſe teſtis, cum ſit domeſtica perſona,ſecundum gl.l.etiam. C.de teſta. Et hoc idem dicendum eſt de ſponſa & concubina,quę non diſtat ab vxore in affectu animi, ſed ſolum in honore, ſecundum Bal.ibidem.Sed quid de fratre?

Vtrum frater admittatur pro fratre ad teſtificandum, ſi habitant in eadem familia?

Et dic quòd non eſt idoneus teſtis,quia ibi eſt gradus propinquitatis & domeſticitatis. Sed ſi ſeorſum habitant & negociantur,tunc aut loquimur in leuibus cauſis,& tunc eſt teſtis idoneus, quia non prohibetur teſtificari, ergo eſt ei permiſſum.l.1.§.1.ff.de teſt.Aut eſt cauſa grauis,& tunc aut vergit in aduerſarij diſpendium, & eſt ciuilis cauſa, & tunc non eſt integer teſtis,nec facit ſemiplenam probationem, licet faciat aliquod indicium. Et eſt ratio, propter affectionem animi quæ eſt a naturali radice, & natura ſemper reminiſcitur.l. humanitatis.C.de excu.tut.Aut dictum ſuum fratri prodeſt, & nemini nocet,vt in purgatione de hæreſi, tunc tenet eius teſtimonium,vt eſt tex.no.de præſump.c.literas. Vnde dico, quòd frater poteſt inducere fratrem contra fiſcum ad probãdum quòd fecit ad ſui defenſionem: nec enim per hoc dicitur nocere fiſco, quia tractatur de pœnali & odioſo lucro cum alterius iactura,ar.eius quod no.ff.de fur.l.ſi omnes vxori.Vel dic latius. Cum quæritur,an frater poſſit teſtificari pro fratre? Aut eſt teſtis inſtrumentalis, rogatus ab vtraque parte,& tũc eſt teſtis idoneus, quòd rogatio eſt approbatio quo ad rogantes:& non ſolum eſt idoneus, imo etiam inuitus cogitur teſtificari,vt eſt glo.no.in Auth.de teſti.§.& licet.ſuper ver.ſupplicijs.vbi gl.no. quòd etiam non fidedigno creditur, ex quo eſt rogatus. Aut eſt teſtis teſtamentarius:& idem,qa eſt rogatus a teſtatore,in quo eſt plena auctoritas conficiendi actum ſuum,vt ff.de teſta.l.qui teſtamento. Aut eſt teſtis iudiciarius,qui non interfuit actui de quo agitur, & ſi quidẽ conſtat quòd fuit rogatus,& idem quod ſupra,dummodo tamen actus ſit ciuilis, nam in criminali non rogantur teſtes, ſicut nec tabellio. Aut non eſt rogatus,& tunc refert. Quia aut eſt productus contra fratrem, & poteſt teſtificari pro fratre, quia perſona eius eſt approbata per producentem.C.de teſt.l.ſi quis teſtibus. Et idem dico,ſi eſt productus per iudicem inquirentem, quia iudex tenet locum partis in inquiſitione:& ideo teſtimonium eius valet,vt de præſumpt.c.literas.Aut eſt productus per fratrem contra alium,& tunc aut iſti fratres ſimul habitant,& repellitur a teſtificãdo,quia conſuetudo auget affectionem parentelę.C.de caſtren.pecu.l.cũ allegas.lib.12. Hoc verum,niſi ſit tale quid probandũ,in quo domeſtica fides non ſit ſuſpecta,quia naturali ratione melius ſcitur veritas a coniunctis.ff.de probat.l. etiam matris. Idem in vxore,vt iuramento patefaciat bona hæredibus.Aut ſeorſum habitant,& tunc aut eſt quæſtio ciuilis & parua,& eſt teſtis idoneus,ſi ſit perſona grauis & diſcreta, quia non reperitur prohibitus.l.1.ff.de teſt. Aut eſt cauſa ciuilis & ardua, vel etiam criminalis,& tũc non admittitur ad teſtificandum pro fratre ad alterius impugnationem, quia affectus quòd frater vincat, reddit eum ſuſpectum.d.l.humanitatis.& quia frater offenditur in perſona fratris offenſi. Et idem eſt in omnibus tranſuerſalibus vſque ad quartum gradum. ff. de iniu. l. lex Cornelia.ſaltem ſecundum ius ciuile computandum,ſecundum Bald.in d.l.parentes.C.de teſtam.Et hæc de quarto propter quod graduum computatio dicitur eſſe neceſſaria,vt ſupra notatum eſt. cætera verò latius diſquirenda relinquo ſtudioſis.Et tantum de primo huius,ſ.de Conſanguinitate.

De diffinitionibus Affinitatis.

AFfinitas eſt perſonarum proximitas ex coitu proueniens, omni carens parentela. Ex coitu dico: ſiue talis fiat dormienti,ſiue vigilanti coacte vel ſponte:dummodo tamen debito modo & ordine, ſcilicet intra clauſtra pudoris fiat. Secus ſi pollutione & extra. Dico ſecundo,omni carens parentela,id eſt omni ſtipite.per quod differunt affines & conſanguinei. Nam conſanguinei ab eodem deſcendunt ſtipite: affines autem non,ſecundum Archi.in c.coniunctiones.35.q.2.& 3.

Secunda diffinitio.

Affinitas ſecundũ.ll. eſt proximitas ex nuptijs prouenies legitimis.Debent enim tales nuptiæ eſſe legitimæ,& non interdictæ,ſecundum.ll.vt ſcilicet contrahatur affinitas.l.non facile.§.ſciendum.ff.de grad.Nuptiæ autem interdictæ ſecundum.ll.colliguntur per glo.no. in §.ſunt & aliæ. Inſti.de nup.

Nuptiæ prohibitæ ratione

- Seruitutis.nam in ſeruis propriè nõ eſt matrimonium, ſed potius contubernium.
- Aetatis.vt mares minores.xiiij.annis, fœminæ minores.xij.
- Sanguinis. in infinitum inter aſcendentes & deſcendentes,in collateralib.verò vſq; ad quartum gradum incluſiuè.
- Adoptionis. inter patrem adoptiuum & filiam adoptiuam,vt ĵ.de adopt.
- Affinitatis. vt inter me & priuignam meã.
- Matrimonij.nam ſi habeo vnam,nõ debeo habere alteram eodem tempore, propter infamiam.
- Senatuſconſulti. vt inter tutorẽ & pupillã.
- Legis Papiæ. ſcilicet inter Senatores & libertos eorum & libertas.
- Iuriſdictionis. vt inter præſidẽ & ſibi ſubiectam,propter iuriſdictionem.
- Conſtitutionis Principis,vt inter te & eam, quam de ſacro fonte leuaſti.
- Honeſtatis. & ideo vxor mea me mortuo non poteſt contrahere cum aliquo conſanguineo meo vſq; ad gradus ꝓhibitos.
- Ordinis annexi.vt in clericis in ſacris ordinibus conſtitutis:& in monachis profeſſis, & monialibus, licet etiam non ſint in ordinibus conſtituti.
- Violentiæ. vt in muliere rapta quæ proprio nubit raptori, quod eſt prohibitũ,vt in Auth.de rapt. mu.col.9.inter quos. 7.8.9. 14. & ĵ. de iure canonico non ſeruantur. In quo caſu potius ſtandum eſt tali iuri quam ciuili, cum in hoc leges nõ dedignantur imitari ſacros canones. immo & in omni materia nutriente peccatum. de hoc eſt bo.glo. in c.2.de arb.in.6.

Ex prędictis colligitur quod

Triplices ſunt nuptiæ.

- Inutiles. vt ſunt omnes prohibitæ nuptiæ. de quibus ſupra.
- Nephariæ. vt ſunt inter aſcendentes & deſcendentes.
- Inceſtæ. vt ſunt inter collaterales, vel affines.

Tertia diffinitio.

Affinitas eſt regularitas perſonarum nuptijs nobis coniunctarum omni carens parentela. quam diffinitionem ponit gl. l.liberi.C.de nupt.Dico autem nuptijs.nam ſine ipſis nõ contrahitur affinitas, ſaltẽ ſecundũ.ll. Et vt plenius dicatur,multiplices ſunt nuptiæ.Nam

Nuptiarũ aliæ ſunt	Corporales		
	Spirituales.	Excellentes	
		Communes.	ſm dñm Ni. in c. debitũ. de biga.
		Priuilegiatæ.	

Vnde corporales ſunt omnibus communes,quę ſaltẽ non prohibentur.c.cum apud. de ſponſa.quæ ſunt tantæ virtutis, ꝙ aquam in vinum mutant:aquam dico.i.delectationem,in vinum.i.in bonum opus,& quãdoq; meritorium. quod fuit ſindicatũ per Io.2.Nuptiæ factæ ſunt.& de illis nuptijs intelligitur diffinitio affinitatis.Eccellẽtes vero nuptiæ fuerunt inter Chriſtum & eccleſiã. de quibus Greg.in Homil.Matt.21. Simile eſt regnũ cęlorum.Communes ille dicuntur,quæ contrahuntur in omnibus ſacris eccleſiæ, & nemini denegãtur, ſicut eſt baptiſmus quo ad baptizatos, & pœnitentia.de ſum. Tri.c.1.Spirituales & priuilegiatæ dicuntur,quæ contrahunt in ordinatione vel conſecratione. ad quas non admittuntur niſi idonei. Sunt præterea aliquæ mixtæ, quæ ſunt inter humanã naturam & Chriſtũ Dei filiũ. Dicuntur aũt mixtę, qa partim ſunt corporales,partim ſpirituales. Corporales.n.dicuntur per carnis aſſumptionem,ſpirituales verò per diuinæ naturæ vnionem.Ad quod dicitur,verbum caro factum eſt. de ſum.Tri.c.1.quod intelligitur verbũ,non confuſione ſubſtantiæ,ſed vnitate perſonę.Dicuntur etiam ſpirituales ideo, quia ſine virili ſemine & ſine aliqua corruptione concepit Chriſtum Virgo de ſpiritu ſancto.d.c.1.De corporalibus puto intelligi diffinitiones, quæ & de coitu faciunt mentionẽ.

Quarta

Source : BIU Cujas

Ioan. Cyntholtz, in arborem Affinit.

Quarta definitio.

Affinitas est vinculum genealogiæ inter extraneos, legitima cognatione maris & fœminæ proueniens vtrorumq; coniugum, alterius artificiali connumeratione coniungens. Et dicitur affinitas, quasi duorum in vnū finem vnitas, eo ꝙ duæ cognationes diuersæ copulantur per nuptias, secundum leges, vel per coitum secundum canones, & alter ad alterius cognationis finem accedit. l. non facile. §. affines. ff. de gra. Nā affinitas ex eo causatur, ꝙ extranea persona venit ad finem generationis alterius, secundum D. Nic. in c. quod super. de consan. & affi. Verbi gratia, cognoscens vxorem, ille per coitum fecit omnes cognatos vxoris sibi affines vsq; ad quartū gradum consanguinitatis. Et similiter mulier cognita a viro per huius copulam reddit omnes consanguineos viri sibi affines. Et ex hoc patet, ꝙ de iure canonico affinitas est proueniens ex coitu: non distinguendo an sit vxorius, vel fornicarius. Quod autē ex copula illicita inducatur affinitas est tex. apertissimus & nullibi adeo clarus in c. discetionem. de eo ꝙ cog. con. vx. suæ. & per l. liberi. C. de nup. vbi habetur, quòd ꝑ coitum illicitum contrahitur affinitas, dummodo est perfectus, sic ꝙ fiat viri & mulieris seminum commixtio. Nam ad hoc ꝙ contrahatur affinitas, necesse est sanguinis vtriusq;, s. viri & mulieris fieri commixtionem. 35. q. 10. fraternitatis. Et ideo licet mulier emittat semen, si tamē vir non emittat, nō contrahitur affinitas. Et inde est, ꝙ hoc casu non sufficit ab extra periferiam fontis rigare, sed etiam ab intra ad saturitatē vsq; degustare. Et hoc est, ꝙ quidam dicunt filiā Io. An. quæsitiue decantasse. Iuxta fontem Acherontis vitulus depastus est: non intrauit, sed rigauit, quæritur quid iuris est. Ad quod dicatur vt sup. Neq; debet Doctor bonus ista obticere, quāuis pias offendant aures. nā hic non agitur de lana, sed de anima. neq; sint talia a medicis animarum ignoranda, secūdum Hosti. Et pro maiori declaratione prædictorum & propositi principalis sciendum est, ꝙ in communicatione naturali fundatur quædam naturalis amicitia, sed talis amicitia vel cōiocatio naturalis duobus modis fit. Vno modo per carnis propagationem ordinatam, vt est amicitia viri ad vxorem, quæ est naturalis, per l. 1. ff. de iusti. & iu. Vnde sicut persona coniūcta alteri per carnis propagationem, quoddam vinculum amicitiæ naturalis facit, ita si cōiungantur per carnalem copulam. Sed in hoc differunt, ꝙ persona coniuncta alicui per carnis propagationem, vt filius patri, fit particeps eiusdem radicis & sanguinis, & ideo eodem genere vinculi colligatur filius consanguineis patris quo pater coniungebatur, s. consanguinitate, quamuis secundum alium gradū, propter maiorem distantiam a radice, sed persona coniuncta per carnalem copulam non fit particeps eiusdem radicis, sed quasi extrinsecus adiuncta, & ideo efficitur aliud genus vinculi quod dicitur affinitas, iuxta hunc versum.

Mutat nupta genus, sed generata gradum.

Quia. s. persona per generationem fit in eodē genere attinentię, sed in alio gradu per carnalem copulam fit in alio genere, vt ꝯ. clarius dicetur. Et talis affinitas insurgit interdum cū publica honestate. interdum sine publica honestate, & publica honestas interdum sine affinitate. Vnde si cognosco vxorē vel sponsam legitimam: hic est impedimentum publicæ honestatis & affinitatis. Si cognosco non sponsam, hic est affinitas sola. Si sponsam nondum cognoui, ibi est sola publica honestas. Et ideo si mortua vxore tua velis contrahere de dispensatione ecclesię cum consanguinea sua in quarto gradu, vel citeriori, & ecclesia dispensat ꝙ possit contrahere cū ea, non obstante ꝙ tibi sit affinis in tali gradu, per hanc tamē dispensationem adhuc contrahere non poteris, quia licet sit sublatum impedimentum affinitatis, non tamen est sublatū impedimentum publicæ honestatis. Debes ergo facere mentionem & exprimere, ꝙ possis cum tali contrahere, non obstante impedimento publicæ honestatis, pro eo ꝙ desponsasti consanguineam suam in quarto gradu vel citeriori, & nō obstante ꝙ sit tibi affinis in quarto gradu, pro eo ꝙ dictam desponsatam carnaliter cognouisti, & tunc matrimonium procedere potest.

De duratione Affinitatis.

Vnde affinitas est perpetuum impedimentū, quod perdurat etiam mortua persona illa, qua mediante contrahitur affinitas. 35. q. 10. fraternitatis. Et dico perpetuū illud, quod durat vsq; ad finem hominis, licet quādoq; dicatur perpetuum vsq; ad 30. annos. secundum glo. l. itaq;. ff. de dō. ma. Affinitas enim præcedens matrimonium impedit contrahendum, & dirimit iam contractum eadem ratione, qua & consanguinitas. sicut. n. inest necessitas quædam cohabitandi consanguineis, ad inuicē: ita & affinibus. & sicut est quoddam amicitiæ vinculū inter consanguineos: ita & inter affines, vt in c. qualiter. & c. sanè. 30. q. 3. vbi dicitur, ꝙ æqualiter est abstinendū a consangnineis vxoris, sicut a cōsanguineis viri, sic similiter quo ad consanguineos mulieris. Nam vir & mulier ad imparia non debent iudicari, ar. d. c. sanè.

De gradibus Affinitatis.

Vnde gradus affinitatis proprie nulli sunt, vt in l. 4. §. gradus. ff. de gra. Nam gradus ratione cognationis naturalis dicitur. sed hic nulla est naturalis cognatio: impropriè tn possunt dici gradus. l. Iurisconsultus. ff. eo. & vt sic computantur gradus affinitatis secundum gradus consanguinitatis, quę hodie habet prohibitionem vsq; ad quartum gradum, quæ computatio specifica non potest fieri in affinitate. Si ergo cōsanguineus tuus cognoscit mulierem, & velis scire quoto affinitatis attineat tibi talis mulier, tūc vide quoto gradu est ille consanguineus tibi, toto mulier illa est tibi affinitatis, & sempēr in primo genere affinitatis.

De generibus Affinitatis.

Vnde tria sunt genera affinitatis, secūdum tres regulas infra positas, quibus ipsa cognoscuntur, & maxime per hanc regulam valde vniuersalem. Persona addita personæ per carnis copulam mutat genus, sed non gradum. Vnde versus.

Mutat nupta genus, sed generata gradum.

Verbi gratia. Ego & frater meus sumus consanguinei in primo gradu consanguinitatis, frater ducit vxorem: illa vxor est persona addita personæ. s. fratri meo per carnis copulam, quæ vxor quo ad me mutat genus attinentiæ, nam alio genere attinentiæ attinet mihi quàm frater meus, quia frater est mihi consanguineus, sed talis vxor est mihi affinis, non tamen mutat gradum, quia sicut frater est mihi cōsanguineus in primo gradu, sic vxor sua est mihi affinis in eodem primo gradu, per hanc regulam generalem.

Regula generalis.

Quoto gradu quis est vxori meæ iure agnationis, toto erit mihi iure affinitatis, & idipsum in persona mea, meorumque cognatorum quantum ad vxorem meam, vt patebit per omnia tria genera affinitatis, quorum solum primum hodie habet prohibitionem vsq; ad quartum gradū in collateralibus, & in ascendentibus & descendentibus in infinitum, vt supra circa gradus consanguinitatis.

Arbor Affinitatis.

o Istę cellulæ ab extra positę, ponuntur ad decorem, & ad demōstrandum genera affinitatis. o

ſed non habent prohibitionem.

† Primum genus affinitatis, quod hodie habet prohibitionem.			†	* Primum genus affinitatis, quod hodie habet prohibitionem.			*
relictus relictę fratris. *	vxor frīs olim relicta †	Frater *	Primus gradus	Soror †	vir sororis olim relict⁹ *	relicta. relicti sororis *	
	vxor filij fratris.	fratris filius.	Secundus gradus	sororis filia	vir filiæ sororis		
	vxor nepotis fratris	fratris nepos	Tertius gradus	sororis neptis	vir neptis sororis		
	vxor ꝓnepotis fratris	fratris pronepos	Quartus gradus	sororis pro neptis	vir ꝓneptis sororis		

Regula

Source : BIU Cujas

Regula prima generis.

Iunctus vel iuncta carnaliter vel matrimonialiter fornicarie, vel non alicui consanguineo:& sic alicui de consanguinitate mea:talis est mihi affinis in primo genere,& in eode gradu affinitatis,quo est mihi meus consanguineus consanguinitatis.Verbi gratia,si frater meus cognoscat aliquã mulierẽ: illa cognata est mihi in primo genere,& in eodẽ gradu affinitatis,quo frater est mihi cõsanguineus,sed quia frater est mihi consanguineus in primo gradu,ergo ipsa.Vel si cognoscẽs est mihi filius,tunc quia filius est mihi in primo gradu cõsanguinitatis,ergo etiam cognita est mihi in primo gradu affinitatis. Et sic possunt etiam poni alia exempla de alijs consanguineis. Et in illo primo genere hodie est prohibitio vsque ad quartum gradum.

Regula secundi & tertij generis.

Iunctus vel iuncta carnaliter, matrimonialiter, fornicarie vel nõ alicui,qui est in primo genere affinitatis: talis est mihi in secundo genere,quod hodie non habet prohibitionẽ.Verbi gratia, consanguinea mea accipit virum, qui vir est mihi & oĩbus cõsanguineis meis affinis in primo genere.si vir ille cognoscit aliã mulierem mortua prima vel non:illa sic cognita est mihi in secũdo genere.Et sic vlterius:si alius cognoscit illam,quæ est mihi & cõsanguineis meis affinis in secundo genere: talis cognoscens erit mihi in tertio genere, quæ duo vltima genera hodie non habent prohibitionem.

Regula generalis.

Per carnalem copulã viri & mulieris:inter consanguineos mulieris & viri,& econtra ꝫhitur affinitas primi generis: & eiusdẽ gradus cuius est consanguinitas,vt.s.in regula generali.Vnde sequitur, ꝙ inter consanguineos viri,& ꝙsanguineos mulieris nulla est affinitas,secundũ D.Ni.in c.quod super.de consan.& affi. Ideo duo fratres possunt ꝫhere cum duab.sororibus:similiter pater & filius & cum matre & filia. Imo nec inter filium & vxorem est affinitas, quod ex eo probatur,qa affinitas quatenus contrahatur,semper oportet mediã personam interuenire,sed nulla interuenit persona inter virum & vxorem, per quam velut mediã coniungantur:vsq; adeo ẽt, ꝙ vir & vxor vnũ corpus & vna persona videantur,vt in c.sicsicitatus.30.q.4.vbi est tex.Quia vir & mulier vna caro ꝑ connubium efficiuntur.imo dicit gl.c.si quis ea.ꝙ is qui adhæret meretrici, vnum corpus efficitur cum ea. Et ideo non videtur inter eas esse affinitas, sed solum est affinitas inter vxorem & consanguineos viri:& econtra inter virum & consanguineos vxoris, quæ omnia clare & melius possunt cognosci ex arbore sequenti.

De Consequentijs.

Vnde non sequitur præcisè. Ego & tu sumus affines:ergo & filius quẽ procreo est tibi affinis. nam interdũ filius meus mutat genus attinentiæ,quia ego sum tibi affinis,& ipse consanguineus.interdum nihil attinet tibi.interdũ mutat gradũ. interdum nec mutat gradum,nec genus. Exemplũ. Si ego & tu sumus affines per appositionem mei, quia ego cõtraxi cũ consanguinea tua: si ex dicta consanguinea tua filiũ procreo: ille est tibi consanguineus, & non affinis.& sic mutat genus attinentiæ.Sed si ego maritus consanguineæ tuæ,ex alia muliere filium procreo:ille non est tibi consanguineus,nec affinis. Si vero tu cõsanguineus vxoris meæ filiũ procreas:filius ille non mutat genus attinentiæ,quia tu pater es mihi affinis. Si vero tu & vxor mea eratis in æquali linea,vel inæquali,sed tu eras remotior,puta quia eras in tertio, ipsa vero in secundo vel primo:tunc ipse filius mutat gradum, quia tu pater es mihi in tertio gradu affinitatis,& ipse in quarto.Si vero tu & vxor mea eratis consanguinei in linea inæquali:sed vxor erat remotior,vt quia in tertio gradu, & tu in secundo gradu:tũc filius tuus nec mutat genus,nec gradum quia tu mihi affinis, & ipse affinis:tu in tertio,& ipse in tertio gradu.


Alia regula.

Non sequitur.Ego & tu sumus affines, & ego non possum accipere filiam tuam,ergo tu nec meã.quia si haberem consanguineam tuam in vxorem, tu bene posses contrahere cũ filia mea,quam habui ex alia muliere. Nam affinitas nõ contrahitur inter cõsanguineos viri & mulieris, sed inter virum & consanguineos mulieris,vel econtra,vt supra. Sed ego nõ possem contrahere cũ filia tua,nisi forsan illa excederet quartum gradum,vt quia esset in quinto. Et est simile,vt si pronepos fratris haberet filium, ille excederet lineam æqualitatis, & sic attinet quinto gradu, vt supra traditum est in regulis consanguinitatis.

Source : BIU Cujas

Io. Cyntholtz, in arborem Affinitatis.

Alia arbor affinitatis.



Tertia regula.

Affinitas inter aſcendẽtes & deſcẽdentes habet ꝓpetuã ꝓhibitionẽ. nã ita abſtinere debemus a ϙſanguineis vxoris, ſicut a ꝓprijs. c. j. de ϙſan. & affi. & 35. q. 3. c. de propinquis. c. ęqualiter & c. nullũ, vt. s. actum eſt. Si ergo inter ϙſanguineos aſcendẽtes & deſcẽdentes ꝓhibitio extẽdit in infinitũ, ergo inter affines. imo dicit tex. ꝙ tales affines aſcẽdẽtes & deſcẽdentes hñr loco parentũ & liberorũ. l. nõ facile. ff. de gra. Et tñ de ſecundo principali. Et qa dictũ eſt. s. de publica honeſtate, q̃ ẽt ferr ꝓpedimẽtũ mr̃imonij, iõ magis ſpeciuocè dicẽdũ ẽ ꝺ ipa.

De publicæ honeſtatis iuſtitia, & differentia eius ab affinitate.

Vñ publicæ honeſtatis impedimẽtũ eſt, qꝺ orr̃ ex ſpõſalib. ꝑ verba de futuro ϑctis, vel ex mr̃imonio ꝑ verba de pñi, copula carnali nõ ſubſecuta. Et ideo publicæ honeſtatis iuſtitia ſic ϙſueuit diffiniri. Eſt propinquitas ex ſponſalib. ꝓueniens, robur trahẽs ab eccl̃æ inſtitutione ꝓp eius honeſtatẽ, ſ̃ B. Tho. 41. di. 4. ſen. ar. hic q̃runt̃, &c. Verbi gra. Si ϑho de pſenti cum Berta, qua mortua & nõ carnaliter ꝑ me cognita, ego tũc ꝓp publicã honeſtatẽ nõ poſſum ϑhere cũ aliqua ϙſanguinea ipſius in quarto gradu, vel citeriori, ſed in quinto. Et differunt inter ſe affinitas, & publica honeſtas in hoc, qa affinitas cauſat̃ ex coitu copula carnali ꝑfectè ϙſummata. Sed publica honeſtas cauſat̃ ex ſpõſalib. de futuro, vel ex pſenti ϑctis, vt in c. iuuenis. de ſpon. in 6. Et qa dictũ eſt de ſponſalibus per verba de futuro, & de matrimonio per verba de præſenti, ideo etiã latius dicendum eſt hic de vtroq;. Et primo de

Sponſalibus.

Vnde ϙſenſus in ϙiugalẽ copulam ꝑ verba de futuro nõ facit mr̃imoniũ, ſed mr̃imoniũ ꝓmiſſionẽ. & hæc ꝓmiſſio dr̃ ſpõſalia, q̃ ſunt futurarũ nuptiarũ ꝓmiſſio. 30. q. 5. nr̃ates. a ſpondeo, qꝺ idẽm eſt qꝺ promiſſio vel promitto, vt in l. j. & 2. ff. de ſpon Nã cũ ante vſum tabularũ, mr̃imonij cautiones dabant, qb ſpõdebãt ſe inuicẽ in iure mr̃imoniali ϙſentire & fideiuſſores dabãt, ideo vt ſic veterib. mos erat ſtipulari & ſpondere ſibi vxores. d. l. 2. Inꝺ dr̃ ſponſus, quaſi promiſſus. Sed poſt ϑctum mr̃imoniũ adimpleta eſt promiſſio, iõ tunc ꝓpriè non dñr ſponſus & ſponſa, ſed potius maritus & vxor, ẽt ante copulã carnalẽ. nã ſolus ϙſenſus aĩorũ facit mr̃imonium. 27. q. 2. ſufficiat. Inde claret primo, ꝙ ſponſalia hñt ſe ad mr̃imoniũ ſicut quoꝺã ꝑambulũ, ſ̃m D. Ni. in rubro de ſpon. Claret ſecundo, ſpõſam de futuro poſſe impetere ſpõſum ad ϑhendũ mr̃imoniũ, iuxta factã promiſſionẽ, cũ ipſa ſpõſalia ſint futurarũ nuptiarũ ꝓmiſſio. d. c. nr̃ates. & d. l. j. ff. eo. ſed qꝺ ꝓmittit̃ adimpleri dẽt. c. j. & 2. & 3. ff. de pac. fa. c. ꝑterea. el j. de ſpon.

De Contractu ſponſalium.

etiam domino neſciente. imo ſeruus admittitur ad omnia ſacramenta eccleſiæ, nec ꝓp ꝯdōnem dñi dēt ab eis abſtinere. Ex quo infertur, ꝙ ſeruus paganus pōt petere baptiſmū dño ꝯdicente, non tñ per aſſumptionē ſacrorum deponit ſeruitutem, ſm D.Ni.in c.j.de ꝯiu.ſeru. Seruus.n.tenet dño ſuo obedire in his, quæ dñs pōt ei licirè ꝓcipere. ſecus aūt in aliis. Et ideo fauore libertatis primus error, qui eſt error cōditionis, vt quia is qui eſt liber credidit ꝯhere cum libera, ſed ꝙtraxit cum ſerua, & in dubio matrimonium non tenet, & hoc fauore libertatis: nam partus hoc modo genitus nō erit liber, quia partus in cā ingenuitatis & libertinitatis ſequit ventrem. Inſti. de inge. §. ſed & ſi quis. Et hoc iō, quia proles hēt a patre ꝙplementum formale, ſed a matre ſubſtantiam corporis. ſeruitus aūt eſt corporalis ꝯdō, cum ſeruus ſit quaſi organū & domini inſtrumentum in operando. & hæc eſt ratio phiſica. ergo. Dic ꝙ ēt ideo, quia quo ad ſtatum libertatis leges inſpexerunt id, quod certius eſt. ſed mater ſemper eſt certa. l. quia sēper. ff. de in ius voc. iō eius ꝯdō inſpicitur. & ſic proles in libertate & ſeruitute ſequitur matrem. Sed in his, quæ pertinent ad dignitatem & honorem, quæ ex forma rei ſumuntur: tunc filius ſequitur patris, & ſic viri dignitatem. l. mulierem. C. de dign. lib. 12. debent.n. mulieres coruſcare radiis maritorū, ſecundum Ia. de Bel. ibidem. Sed oritur hic difficultas, Vtrū ſeruus contrahens matrimonium teneatur prius ſeruire dño q̄ vxori. Hoſt. dicit, ꝙ aut ꝯxit de volūtate dñi, & tenetur prius ſeruire vxori quo ad neceſſaria impendenda: quia ex quo permiſit matrimonium contrahi, videtur aſſensum præbuiſſe acceſſoriis ad matrimonium. Si verò dominus non ꝙſentit, tunc debet prius obedire domino, niſi timeat periculū fornicationis. Sed D. Ant. aliter diſtinguit: quia vel alter eſt ī maiori neceſſitate, & illi prius obediendum eſt: ſi eodē tpe vtriq; ſeruire non pōt. Aut cætera ſunt paria, & tunc diſtinguendū eſt, quia aut contraxit de voluntate domini, & tenetur prius ſatisfacere vxori, aut ſine voluntate, & tūc tenetur prius domino, niſi immineat periculū fornicationis. & hoc eſt de mēte gl. d. c. j. Et hæc de errore conditionis. Aut econtra ſeruus credebat contrahere cum ſerua, & contraxit cum libera quo caſu ſunt opiniones. Quidam dixerunt, ꝙ non eſt matrimoniū, quia eſt error in diſpari conditione. & idem iſti dicunt vbicunque contingit cōſimilis error. Secus dico, ſi eſt error in pari ꝯdōne: puta quia ſeruus credebat contrahere cum libera, ſed contraxit cum ſerua. Nam ex quo ambo ſunt ſerui, tunc error non habet impedire. ita finaliter tenuit gl. 29 q. 2. in ſum. Sed cōmunior opinio Doctorum habet, ꝙ tñ fauore libertatis impediatur matrimonium: & ſic vbi deterioratur ꝯdō contrahentis, ſecus ſi melioratur. Et ideo non omnis error ꝯdōnis, & ſemper impedit matrimonium. Nam ſi libera volens contrahere cum ſeruo, & contrahit cum libero: nō dirimitur matrimonium. quia non intelligitur talis decepta quæ cū meliori ꝯhit. per d. gl. ſum. Et hæc opi. placet D. Ni. in c. propoſuit. de coniu. ſer. Hæc de errore.

Conditio.

Vnde in matrimonio conſenſus non ſemper dicitur eſſe purus & abſolutus, ſed ēt ꝯdōnatus, ſecundum D.Ni. in c.j. de ꝯd. appo: & ideo ſi ꝯdō licita appoſita fuerit in matrimonio, vel alio contractu: niſi ſeruetur nō eſt matrimonium. niſi ſaltem fuerit receſſum per ſubſecutum conſenſum purū de præſenti, vel per carnalem copulam ſubſequentem. c. ſuper eo. & c. per tuas. eo. ti. Dicitur aūt hæc ꝯdō honeſta dicendo, accipiam te in vxorem, ſi tale quid mihi donaueris, ſm D. Nic. in c. de illis. eo. ti. Sed impoſſibilis, vel illicita conditio habetur pro non adiecta: nam talis eſt contra ſubſtantiam matrimonii. d. c. j. eo. ti. Omnis.n. conditio, quæ eſt contra ſubſtantiam actus, vitiat ipſum actum, ſecundum D.Ni. in c. ſi ꝯditiones. eo. ti. nam ſi vitiat ipſum matrimonium tam fauorabile, fortius hēt vitiare actum non ita fauorabilem. nam remota ſubſtantia alicuius, remouetur & ille actus, qui ſine ſubſtantia nihil poteſt ſubſiſtere, vt ibidem. Eſt autem

Quadruplex poſſibilitas.
- Naturæ, vt ſi cœlum digito tetigeris, ſis mihi vxor.
- Iuris, vt ſi patrem ab hoſtibus nō redemeris. vel cōſimilis: nā hoc facere nos nō poſſe, p̄ſumit ius.
- Facti, vt ſi montem aureum dederis, eris mihi vxor.
- Perplexitatis, vt ff. de condi. inſti. l. ſi Titius.

Secundū gl. ver. impoſſibilis. Inſti. de hær. īſt. §. im poſſibilis & Bart. in l. j. ff. de cōd. inſti.

Votum.

Vnde votum ſuo nomine obligationem quandā exprimit ex voluntate factā. Et quia voluntate non pōt aliquis obligari, niſi ei qui eſt voluntatis cognitor: quod ſolius Dei eſt: ideo ex conſequenti importat obligationem Deo factam, & de hīc etiam quæ ad Deum ſpectant, cum perſonæ obligatio alicui facta de eo quod nō ſpectat ad Deum nulla ſit. Obligatio aūt huiuſmodi exterius fit verbo exterius expreſſo. Vnde dicitur Prou. vj. Illaqueatus es verbis oris tui. & ideo ei, qui cor intuetur, oportet ꝙ fiat obligatio voluntaria verbo interiori. ergo oportet ꝙ fiat per actum illius potentiæ cuius eſt verbum interius enunciare, quod eſt ſolius rationis ſeu intellectus. & ideo ipſe actus rationis, qui eſt promiſſio eſt eſſentialiter votum. Quod autem promiſſio ſit actus rationis, inde patet, quia promittens rem promiſſam ad alterum ordinat. oīs aūt ordinatio rationis eſt. Promiſſio aūt exterius facta quandoque dicitur nuda, quandoque non habet aliquod additū, quod obligationem confirmet. & tunc nō habet plenā vim obligandi. Similiter etiam promiſſio interius facta Deo, ad hoc ꝙ plenam vim obligandi habeat, oportet ꝙ non ſi nuda, ſed habeat aliquid quo confirmetur. Et hæc quidem confirmatio gradatim habet fieri per tria. Primo per deliberationem ſimplicem. Secundo per intentionem obligandi ſe ad certam pœnam. Tertio per hoc teſtimonium hominum adhibetur promiſsioni interiori. Et ſic de voto dantur plures diffinitiones ſecundū diuerſitatem eorum, quę requiruntur ad votū. Quarū vna eſt iſta, Votū eſt conceptio boni propoſiti cū deliberatione firmata: qua quis ad aliquid faciendū, vel nō faciendū ſe Deo obligat: & vt ſic votū diuiditur in ſingulare, & commune. nam cū votū ſit obligatio ex voluntate facta, neceſsitas aūt voluntariū excludit: iō illud votum qđ nihil habet neceſsitatis dicitur per prius votum quaſi habēs complete rationem voti. & hoc eſt votum ſingulare: quod eſt de illis ad quę non tenemur. Illud aūt votū quod habet aliquid neceſsitatis: & ſic habens īn complete rationem voti: dicitur votum per poſterius. & hoc eſt votum cōe quod eſt de his ad q̄ omnes tenentur: quorum eſt neceſsitas conditionata & non abſoluta. Vñ neceſsitas abſoluta oīno excludit votum, ſicut ſi aliquis voueret ſe non moriturum, vel ea quę omnino nō sūt in poteſtate eius: nullum eſſe votum. Sed alia eſt neceſsitas conditionata ex ſuppoſitione finis. & ſic ineſt nobis neceſsitas faciendi illa ſine quibus non poſſumus ſalutem conſequi, ſicut ſunt ꝓcepta ad quę oēs tenemur. & talis neceſsitas nō oīno excludit votum. Et quia votum eſt quidam promiſſionis contractus inter Deum & hominem: & contractus bonę fidei inter homines factus obliget ad neceſſariam obligationem: multo fortius votum quo homo Deo aliquid promittit in his duntaxat ad quę votū ſe extendit. ille.n. qui facit votum ſolenne, ꝙtrahit matrimonium ſpirituale cum Deo. qđ eſt multo dignius q̄ materiale matrimonium. Sed matrimonium materiale prius contractum dirimit matrimoniū poſt contractum. ergo votum ſolenne dirimit matrimoniū. Simplex vero votum quod eſt non ſolennizatū per confeſſionē: impedit, ſed non dirimit. c. 3. & ſequ. qui cle. vel vo. De voto autem continentiæ dicendū eſt, ꝙ ipſum ſolennizatur tribus modis. ſ. ſacri ordinis ſuſceptione. 28. di. diaconi. Secundo qñ accipit veſtem ſacrā a quocunque dūmō tñ ex poſt incipiat cohabitare cum aliis monachis vel monialib. c. neq; viduas. 27. q. 1. Tertio cum ita dicā corā ipſo abbate, vel abbatiſſa in eccleſia, vel coram epiſcopo, vl̄ coram his duobus: deuoueo me religioni. quod eſt aliud ab eo quod dicitur, deuoueo cōtinentiam. Nam deuouens ſe religioni non poteſt ꝙtrahere, ita ꝙ matrimonium teneret: nec mirum, cū iā ꝙtractum matrimouium religio diſſoluat, vt in c. ex publico. de cōuer. ꝯiu. Sed in voto ꝙtinentiæ ſecus. nam tale non dirimit: imo ſi coram tota eccleſia dicerem, voueo ꝙtinentiam, per hoc non ſolennizatur votum. Niſi quis vellet dicere, ꝙ tale votum nō dirimit, ſed conſtitutio eccleſiæ ſuper voto. nam ſi votū dirimeret, quare potius vnus votū quam aliud, ſi haberet hoc ex natura ſui? & ita votū ſimplex dirimeret. qđ eſt ꝯ Aug. Et vt plura paucis cōprehendam dicendum ꝙ

Simplex	Futuro.		ꝙ poſt mortē vxoris cōtinebo. & hoc votū īpedit vt dicunt: ſed non dirimit.
ſm gl. c. qđ dā 27. diſt. votū quod dam eſt.	ſm aliquos fit p verba đ	vt ego voueo	
Solenne	Pręsēti		

Continentiam. iſtud impedit & dirimit. & tale ſolennizatur per ordinem, vel habitum: ex eo ꝙ coram aliquibus teſtibus deuouit ſe alicui religioni.

Crimen

Inceſtus impedit matrimonium. Si enim aliquis cognoſcit ſororem, aut aliquam conſanguineam vxoris ſuæ antequam matrimonium contractum fuerit, etiam poſt ſponſalia, oportet matrimonium ſeparari ratione affinitatis contractæ. Si autem poſt matrimonium contractum & conſummatum:

Source : BIU Cujas

ſummatum:tunc nō totaliter ſeparatur matrimoniū: ſed vir amittit ius petēdi debitum: nec pōt petere ſine peccato. ſed tamen debet reddere petenti.nam vxor non debet puniri de peccato viri,ſed poſt mortem vxoris debet omnino manere ſine ſpe coniugij.Niſi cum eo diſpenſetur propter fragilitatē ſuam, cum timetur de illicito coitu, & ſic tale crimen impedit matrimonium: ſed non dirimit iam contractum, vt in c. tranſmiſſę.de eo qui cogno.conſan.Idem eſt de machinatione in mortem coniugis non ſecuto effectu.c.1. de diuor.Machinatio enim ſola ſine effectu non impedit matrimonium cum adultera.nam cum illud ſit impedimentum iuris poſitiui:ideo non debet ita taxari vt reſtringatur facultas ad matrimonium contrahendum contra diſpoſitionem iuris diuini. Inde ſequitur,quod ex ſola interfectione mariti non impeditur matrimonium cum vxore,etiam cum ex propoſito quis interfeciſſet maritum mulieris,vt vxorem eius haberet in cō iugem.nam machinatio vnius tātum ſine adulterio non ſufficit,ſecundum d.N.in c. ſuper hoc.de eo qui dux.in ma.Vnde crimen nunquam dirimit matrimonium niſi in tribus caſibus,ſcilicet cum quis adulteratur, & dat fidem adulterę viuente prima.c.2.eo. tit. quia præſumitur ꝙ ſit machinatus in mortem alterius.Secundo cum de facto contraxit cum adultera viuente prima.Tertio cum alter eorum effectiue eſt machinatus in mortem defuncti,ſecundum Ioan. Andr. in ſum. ſua.

Diſparitas cultus.

Vnde quia principalius bonum matrimonij eſt proles ad cultum Dei educanda,vt ſ. hæc autem educatio fit communiter per patrem & matrem, ſic ꝙ vterq; ſecundum fidem intendat ad cultum Dei prolem educare: & ideo ſi ſunt diuerſæ fidei,intentio vnius alterius intentioni erit contraria: & ita inter eos non poteſt eſſe conueniens matrimonium. propter hoc diſparitas cultus præcedens matrimonium, impedit ne poſſit contrahi, vt ſi Chriſtianus contrahit cum Gētili,Iudęa,vel pagana.28.q.1.c.caue.& c.ſeq debent enim maritus & vxor eſſe eiuſdem fidei. quia non poteſt eſſe vera pudicitia hominis infidelis cum coniuge ſua.c.1.28.q.1. Vtrum autem inter infideles poſſit eſſe matrimoniū inter ſe? Dicendum ꝙ matrimonium principaliter inſtitutum eſt ad bonum prolis non tantum generandæ,quia hoc ſine matrimonio fieri poteſt:ſed etiam promouendæ ad perfectum ſtatum. Quælibet enim res intendit effectum ſuum naturaliter producere ad perfectum ſtatū. Sed quia in prole duplex perfectio eſt conſideranda.ſ.perfectio naturæ non ſolum quantum ad corpus, ſed ēt quantum ad aīam,ꝑ ea quæ ſunt de lege naturæ.& ꝑfectio gratiæ. prima autem perfectio eſt imperfecta reſpectu ſecundæ.& ideo cum res quæ ſunt propter finem, ſint proportionatę fini:matrimonium quod tendit ad primam perfectionem, eſt imperfectum & materiale reſpectu illius quod tendit ad ſecundam perfectionem. cum autem prima perfectio communis eſſe poteſt fidelibus & infidelibus, ſecunda autē tantum fidelibus: ideo inter infideles eſt quidem matrimonium, ſed non perfectum vltima perfectione ſicut eſt inter fideles.Et vt omnia ſuccinctè intelligas:

Legitimum non ratū.
Triplex ponit ꝙiugiū.ſ. Ratum non legitimū. 28.q.1. ſi quis.
Legitimum ratum.

Vis,Metus, Coactio.

Vnde quantum ad propoſitum pertinet, idem eſt coactio quod metus.Eſt autem metus inſtantis vel futuri periculi cāmentis trepidatio.l.j.ff.de his quæ vi me.cau.Vnde communiter tenent gl. ꝙ matrimonium ſit ipſo iure nullum, dummodo interueniat metus, qui habet cadere in conſtantem virū. c. de illis. de deſpon. impube. Eſt autem duplex metus. Nam quidam cadit in virum conſtantem, & ille excuſat, niſi poſtea conſentiret:nam conſenſus ſuperueniens purgat metum præcedentem. Alia eſt vis,ſeu metus vanus, & ille non excuſat,ſecundum glo.j.c. de mul.deſpon. Qualiter autem intelligantur illa verba, aliquis cognouit quandam mulierem violenter,vide Bar.in l.vxor.§.ſi quis vxorem.ff.ad le.Iul.de adul. Et licet coacta voluntas,etiam ſit voluntas,ſicut no. Bart.in l.ſi mulier.ff.quod me.cauſa non tamen in cauſa matrimoniali,in qua requiritur liber conſenſus pro ſubſtantia ipſius,vt in c.locum.eo.ti.Imo matrimonium debet eſſe liberum,non ſolum a principio contractus ſponſalium, ſed etiam ex poſt facto in contractu matrimonij.Inde eſt, ꝙ ſi quis ſponte contraxit ſponſalia de futuro, compellatur metu ad ꝫhendū mrimonium per verba de præſenti:tale matrimonium nō tenet, ſm D.Ni.in c.requiſiuit.eo.ti. Imo mrimoniū metu ꝫctū eſt ipſo iure nullum,ita ꝙ non ſit opus petere reſciſſionē per actionem quod metus cauſa, ſecundum eundem in c. veniēs. eo.ti.Eſt aūt metum cadere in aliquem,ipſum metu cogi.cogitur autem aliquis metu,quando aliquid facit quod alias nō vellet, ad euitandum aliquid quod timet.In hoc aūtem conſtans ab inconſtanti diſtinguitur quantum ad duo. Primo, quantum ad qualitatem periculi quod timetur,quia conſtās ſequitur rationem rectam, per quam ſcit aliquid dimittendum vel faciendum.ſemper autem minus malum, vel maius bonum eligendum,ſecundum D.Ni. in c. prēterea. de ſponſ. & ideo conſtans ad minus malum ſuſtinendum cogitur metu maioris mali:non autem cogitur ad maius malum vt euitet minus malum. Sed inconſtans cogitur ad maius malum propter metum minoris mali:ſicut ad peccatum propter metum corporalis pęnæ. Tamen pertinax econtrario nō poteſt cogi etiam ad minus malum ſuſtinendum vel faciendum vt euitet maius malum,& ideo conſtans eſt medius inter incōſtantem & pertinacem. Secundo differunt quo ad æſtimationem periculi imminentis,quia conſtans non niſi ex forti æſtimatione & probabili cogitur:ſed inconſtans ex leui. Requiritur tamen in matrimonio metus tam in maſculo quam in fęmina.de maſculo eſt tex.in c.conſultationis. eo.ti.Minor tamen metus excuſat mulierem quam maſculum,quia fragilior eſt.pro quo eſt c. indignantur.32. q. 6. Quod & ſequitur Hoſtien.in ſum.ti.de matri.c.qualiter.ver.ſi vero. Ideo dicēdum eſt,quod ſicut ex parte viri requiritur metus qui poteſt cadere in virum conſtantem:ſic ſimiliter in muliere,ſecundū D.Ni.in c.cum apud.de ſponſ.

Ordo.

Qui ſimiliter impedit matrimoniū, & dirimit, ſi eſt ſacer: quia in ſacris ordinibus conſtituti, ſacra vaſa & ſacramenta tractant, & ideo decens erit, vt mundiciem corporalem per continentiam ſeruent.Inde eſt, ꝙ diaconus vel ſubdiaconus matrimonium contrahere non poteſt:& ſi cōtraxerit, factus irregularis debet ſeparari,vt eſt cap. j. qui cle.vel vo.Nam cōſtitutus in ſacris contrahens matrimonium,efficitur irregularis: adeo, vt neque in ſuſceptis adminiſtrare poſſit, nec ad maiores ſuſcipiendos admitti,ſecundum D.Ni. ibi. Quòd autem ſacer ordo impediat matrimonium, habet ex conſtitutione eccleſiæ.Hoc tamen aliter eſt apud latinos,ſq̄ apud Grę cos,quia apud Græcos impedit matrimonium contrahendū ſolum ex vi ordinis, ſed apud Latinos impedit ex vi ordinis, & vlterius ex voto continentiæ quod eſt ordinibus ſacris annexum,quod licet quis verbotenus non emittat, ex hoc tamen ipſo ꝙ ordinem ſuſcipit ſecundum ritum occidentalis eccleſiæ,intelligitur emiſiſſe.Et iō apud Græcos & alios oriētales ſacer ordo impedit matrimonium contrahendum,non tamen matrimonij prius contracti vſum. poſſunt enim matrimonio prius contracto vti,quamuis non poſſint matrimonium de nouo contrahere. Sed apud eccleſiam occidentalē impedit matrimonium,& matrimonij vſum. niſi forte ignorante,aut contradicente vxore vir ordinem ſuſceperit, quia ex hoc non poteſt ei aliquid præiudicij generari.

Ligamen.

Vt quādo quis alligatus eſt vxori, tunc contrahendo cum ſecunda non tenet matrimonium. Et hoc verum quando prima ſponſa fuerit de præſenti, ſiue interueniat iuramentum, ſiue non:nam tunc talia prima non rumpuntur per ſequentia ſponſalia de præſenti, etiam ſecuta copula carnali. nam cum matrimonium habet ſuam eſſentiam ex mutuo conſenſu cōtrahentium,iō carnalis copula nō addit maius vinculū reſpū eſſentię mrimonialis,& iō nō tollit primū ꝑ ſm ꝙsūmatū,ſed bene addit reſpū ſignati. nā aliud ſignat ꝙsūmatū q̄ nō ꝙſum marū,vt in c.licet.de ſpō.duo.ſm D.Ni.Itē fortius eſt ꝙsūmatū:hinc eſt ꝙ nō ſoluit ꝑ ingreſſum religionis,ſicut diſſoluit nō ꝙsūmatū,vt in c.2.& c.ex publico.de ꝙuer. ꝙiu. V.g. Si qs ꝫheret ꝑ verba de futuro,interueniēte copula carnali, & poſtea vadēs ad ſcđam ꝫhēs cū illa de pñti, & cognoſcēs eā carnaľr. Vel ſi qs ꝫheret de pñti cū Berta copula nō ſubſecuta, & poſtea ꝫheret ꝑ verba de futuro cū Seia copula ſubſecuta: tūc tm̄ de iure prima erit vxor.Rō primi,qa hoc qđ futurū ē fit p̄ſens ꝑ copulā ſubſecutā,neq; valet ꝙſuetudo in ꝫriū.c.fi. de ſpon.du.Rō ſcđi, qa ꝙſenſus ſolus de pñti facit mrimoniū abſq; ſubſecutionē copulæ,vt ſ.Inde patet, ꝙ qs nō pōt hre ſimul vno tpe plures vxores, nā mrimoniū hēt ꝑ fine principali prolis procreationē & educationē:q qdē finis ꝙpetit hōi ſm naturā gñis.vnde & aliis aīalib.eſt cōis.Inſt. de iu.nat.circa prin. & ſic bonū mrimonij aſſignat proles.Sed pro fine ſecundario ipſum mrimonium hēt in hoīb. ſolum cōicationē operum,q̄ ſunt neceſſaria vitæ,vt ſ. Et ſm hoc debēt ſibiinui cē fidem,quæ eſt vnum de bonis matrimonij.Habet vlterius alium finē inquantū eſt in fidelib. ſ. ſignationē Chri & eccleſiæ.& ſic bonū mrimonij dr̄ ſacrm.Vn primus finis corrñdet

Source : BIU Cujas

Io. Cyntholtz, in arborem Affinitatis.

mr̃imonio hominis inquātū eſt animal: ſecūdus inquātū eſt homo: tertius inquantum eſt fidelis. Pluralitas ergo vxorum neque totaliter tollit, neque aliqualiter impedit primū finem, cum vnus vir ſufficiat pluribus vxoribus fœcundandis & ęducandis ex eis liberis. ſed ſecundum finem & ſi non totaliter tollat: tamen multum impedit, eo quod non facile põt eē pax in familia, vbi vni viro plures iungūtur vxores, ex quo non poſſit vnus vir ſufficere ad ſatisfaciendum pluribus vxoribus ad votum: imo vix vni vxori, iuxta illud Iuue.

Vnus Iberinæ vir ſufficit, ocius illud
Extorquebis, vt hęc oculo contenta ſit vno.

Et quia communicatio plurium in vno officio cauſat litem, ſicut figuli cōrixantur ſibinuicem: ſic ſiliter plures vxores vnius viri, cum viuant de eadem præda ſubæ viri: iō mutuo ſe odient. Tertium autē finem totaliter tollit pluralitas vxorum, eo quod ſicut Chriſtus eſt vnus, ita eccl'a vna. Et iō patet ex dictis, q̄ pluralitas quodammō eſt p̄ legē naturæ, & quodāmō non. Eſt etiam contra ius, cum illi qui duobus vxoribus matrimonialiter iungūtur ſunt infames, quod etiā eſt in fœminis. l. j. ff. de his qui no. infa. & Bal. in l. neminem. C. de inceſt. nupt. Prohibetur ergo duplicitas, quæ eſt infamiæ nota. imo etiam criminaliter punitur. l. eum qui. C. de adulter. Et quod plus eſt, habens duas concubinas ipe dicitur infamis, ꝑut eſt gl. no. in Auth. quibus mo. na. eff. ſui. §. diſcretis. col. 7. Et credo, quod etiam eccleſia poſſet imponere pœnam in foro iudiciali, quia iſti abutuntur ſacramento matrimonij & ſic committunt ſacrilegium. l. quamuis. C. de adul. ſacrilegium vero eſt mixti fori, nam vterque iudex eccleſiaſticus & ſecularis cognoſcere põt de eo, vt in c. cum ſit. de fo. com. & ſecundum Ni. in c. accepiſti. de ſpon. du.

Honeſtas.

Siue publicæ honeſtatis iuſtitia, quæ dirimit matrimonium, ſicut. s̄. latiſſime dictum eſt. Similiter & de affinitate copioſe eſt pręhabitum.

Ætas. de qua item ſupra. patuit.

Potentia coeundi.

Vnde matrimonium cum fiat per modum cōtractus, iō ordinationi legis poſitiuæ ſubiacet, ſicut & alij contractus. mō ſecundum iura determinatum eſt, quod ante illud tempus diſcretionis quo vterque poſſit de matrimonio ſufficienter deliberare, & debitum ꝑ ſibinuicem reddere, matrimonium nō contrahitur: ſi non ita factum fuit, dirimitur. nam ante ætatē aptam perfectus non eſt conſenſus, ſecundum Ni. c. de illis. de deſpon. impub. Inde patet, quod contrahens matrimonium ſit conſentiens, pubes, & ad coeundum potens, ſecundū glo. c. j. 30. q. ij. Pubes, intelligo a pubeſcentia corporis ſui. i. qui generare iā põt. c. 3. de deſpon. impu. Nam non poteſt videri nupta quæ virum pati non põt. l. vl. ff. quando dies le. ce. Hoc autem tempus pubertatis in maſculo eſt. 14. annorū, in fœmina aūt. 12. huius ratio ſuperius eſt habita. Valet tamen matrimonium ratione fauoris, licet vltimus dies anni non ſit completus, ſecundum D. Nicolaum in c. atteſtantes. de deſpon. imp. Quia tamen præcepta iuris poſitiui ſequuntur id, quod eſt in pluribus: iō ſi quis ad perfectionem debitam ante tempus prędictum perueniat, ita quod coire poſſit, tenet matrimonium ar. prædic. l. vl. & c. de illis. de deſpon. impub. ſic tamen quod vigor naturæ & rationis defectū ætatis ſuppleant. Et iō ſi cōtrahentes ante annos pubertat. carnaliter ante tempus prædictum fuerint copulati, nihilominus matrimonium ſtat indiſ ſolubile, nam potentia coeūdi anticipat tempus pubertatis, ſecundū D. N in c. a nobis. de deſpon. impu. & ſic copula hīta inter minores conſummat matrimonium, vt narrat Gre. in dialog. quod puer nouem annorum reddidit nutricē prægnātem, ſecundum D. Nicolaū in c. puberes. eo. tit. Quod intelligitur verum, ſi vere interceſſit copula. ſecus in nixu. nam nixus ſeu conatus ad copulam, non declarat potentiā coeundi. d. cap. atteſtationes. Eſt tamen differentia reſpectu matrimonij contrahendi inter maſculum & fœminam, quo ad ætatē ſeu tempus pubertatis: nam maſculus regulariter debet compleuiſſe 14. annū, fœmina. 12. vt ſupra. Et eſt alia ratio, quia ad matrimonium contrahendum requiritur ętas, propter potentiam coeundi & digeſtionem ſpermatis: quæ digeſtio, ingroſſatio & ſeminis dealbatio non fit in minori ætate, niſi malitia. i. vigor ætatis. ſeu potentia coeundi ſuppleret ætatem. d. ca. de illis. Sed mulier naturaliter pubeſcit citius quam maſculus, eo quod mala herba citius creſcit quam bona, vt dic. glo. l. 2. C. de his qui ve. æta. impe. Vel ideo, quia mulier eſt ingenioſior & callidior, vt in c. literas. de deſpon. impu. ſecundum Doctores. Præterea ſexus muliebris eſt debilior. vnde citius deficit fœmina quam maſculus. mō videmus, quod id q̄ citius deficit, etiam citius perficitur. Et quicquid ſit, experimento compertum eſt, quod fœmina citius pubeſcit: & regulariter in 12. anno. iō iura finxerunt ſibi illā ætatem. Deſignis aūt quibus cognoſcitur pubertas, vide Ab. in d. c. puberes, de deſpon. impu.

Habitus.

Eſt .n. triplex habitus. Nam quidam eſt habitus profeſſionis, qui habet votum annexū c. ſicut. 27. q. 1. Alius eſt habitus conuerſionis, qui ſimiliter habet votum annexum, ſed nō dirimit matrimonium, de quo in c. conſuluit. qui cle. vel vo. & in c. ſuper eo. de regula. Tertius habitus eſt probationis, qui neque impedit, neque dirimit matrimonium. c. vlt. de renūc. Et hoc alij exprimunt ſub hac figura.

Habit⁹ eſt triplex.
- Diſtinctus, quia alio habitu vtuntur nouitij: & alio iam profeſſi.
- Indiſtinctus, quia profeſſi & nouitij vtuntur eodem habitu.
- Indiſtinctiſſimus, quia non ſolum nouitij & profeſſi, ſed etiam ducētes vitam cōem cum eis deferunt eundē habitū. Quid aūt habitus ita notificatus ſignificet, vide Ab. in c. ex parte. de regu. Sed quicquid ſit, dicendum eſt, quia nū quam ſolus habitus ſolemnizat votum, vt in c. porrect ū. eo. ti. & d. c. conſuluit. Hinc eſt quod dicimus, quod ſolus habitus non facit monachum.

Religio.

Vnde religio qñq; appellatur ſacer ordo: & forte iō, quia ordinata & approbata debet eſſe, ſecundum D. Ni. in c. ex literarum qui cle. vel vo. Alias regulariter dicitur profeſſio tacita vel expreſſa alicuius religionis, quæ impedit matrimoniū contractum & contrahendum. c. vidua. de regul. & c. quod interrogaſti. 27. diſ. ꝑ ræterea c. conſulti. & c. ſtatuimus. eo. ti. quæ c. expreſſe dicunt, quod cum quis dicat, deuoueo me huic religioni, ibi profeſſio continentię tacite intelligitur, & religionis expreſſæ.

Furor.

Vnde furia aut præcedit matrimonium, aut ſequitur. Si ſequitur, nullo mō dirimit matrimonium. Si autē præcedit, aut furioſus habet dilucida interualla, aut non. Si habet, tūc quā uis quādo eſt in illo interuallo ceſſat furor, non tamen eſt tutum quod matrimonium contrahat, quia neſcit prolē educare. tamen ſi contrahat, matrimonium **tenet**. Si aūt non habet dilucida interualla, & contrahit: tunc quia non poteſt ibi eſſe conſenſus vbi deeſt vſus rationis, ideo non erit ꝑ verum matrimonium. c. neq;. 32. q. 7. Imo furioſus nullū negocium recte agere põt, eo quod non intelligit quod agit, vt in §. furioſus. Inſti. de inuti. ſtipu. Eſt enim

In animo, vt in furioſis.

Triplex impotētia.
- Naturalis, vt ī frigidis. 33. q. 1. ī gl. ſum.
- Accidentalis, vt in maleficiatis.

Eſt enim frigiditas perpetuum impedimentū, vt in c. qui ſitit. 33. q. v. Nam in matrimonio eſt quidam cōtractus, quo vnus alteri obligatur ad debitum carnale ſoluendum, & per ſe nā hoc actu procurator non cōſtituitur. Et iō ſicut in alijs contractibus non eſt conueniens obligatio, ſi aliquis ſe obligat ad hoc quod non põt dare vel facere, ita non eſt conueniens contractus matrimonij, ſi fiat ab aliquo qui debitū carnale ſoluere non poſſit. & hoc impedimentum vocatur impotentia coeundi, nomine gñali. Quæ q̄dem patet eſſe vel ex cā intrinſeca & naturali, vel cā extrinſeca accidentali, ſicut ꝑ maleficium. Si aūt fit ex cā naturali, hoc põt eſſe dupliciter. quia vel eſt tꝑalis, cui põt ſubueniri beneficio medicinæ, vel proceſſu ætatis: & tunc non ſoluit matrimonium: vel eſt ꝑpetua, & tunc ꝑpetuū eſt impedimentū. Sed quare potius frigiditas ponit impedimentū matrimonij quā caliditas? Dicendum q̄ iō, quia frigiditas magis & frequentius impedit. nam tollit non ſolum ꝓmixtionē ſeminum, ſed ēt rigorē membrorum, quo fit coniunctio corporū. imo oīs defectus naturalis ad frigiditatem reducitur, cū ſit qualitas mortifera, ſm philoſophos. Si tñ ꝑ trienniū ſuperflua caliditas impediret carnalē copulā, ipſa ſil'r videret ꝑpetuū impedimentū. Eſt tamē dr̃ia inter maleficium, & frigiditatē: quia q̄ eſt impotēs ex frigiditate, ſicut eſt impotēs ad vnā, ita ad aliā, & iō mr̃imoniū dirimit: nec dat ei lr̃a vt alteri ꝓiūgat, ſed maneat ꝑpetuò abſq; ſpe ꝓiugij. Sed ex maleficio hō põt eē impotēs ad vnā, & non ad aliā. Neq; credo, q̄ frigiditas, cū ſit naturalis ꝑprietas, ope medicorū poſſit ſubleuari, eo q̄ naturalis ꝑprietas non mutatur ꝑ accidentia, vt in c. cū Marthæ. de cele. miſ. Et tr̃m de illis. Et quia dictum eſt ſuperius, q̄ cognatio etiam ſit impedimētum matrimonij, ideo dicendum eſt latius de ea.

De cognatione.

EST autem triplex cognatio, ſcilicet carnalis, ſpiritualis, & legalis, ſm D. Ab. in c. veniens. de cog. ſpi. inter quas vltimæ duę imitantur naturalem ſm id quod poſſunt, ſecūdum

Abb.

Source : BIU Cujas

Ab.in c.veniens.de eo qui cog.conſ.vx. ſuæ. vbi etiam ponit differentiam inter cognationem ſpiritualem & legalem. Nā mulier non poteſt adoptare, vt in §. fœminæ. Inſti.de adopt. & tamen poteſt in baptiſmo puerum tenere, & ſic acquirere filiationem ſpiritualem. Et poteſt eſſe ratio, quia per iſtam cognationem ſpiritualem filius non tranſit in poteſtatem pris ſpiritualis, ſicut per arrogationem tranſit in poteſtatem arrogatoris: ſed quia fœmina non poteſt filium habere in poteſtate.d.§.fęminæ.& l.mulierem. C.de adop. ideo ēt arrogare nō poteſt. Et de illis duabus cognationibus hic in ſequentibus noſtram ſtatuimus intentionem. An autem per procuratorem poſſit contrahi cognatio ſpiritualis, diuerſæ ſunt Doctorum ſentētiæ: quæ videantur apud Ab.in d.c.veniens.de cog. ſpi.vbi ēt eſt quæſtio, vtrum vniuerſitas poſſit contrahere cognationem ſpiritualem, quæ vocatur quandoque paternitas, quandoq; compaternitas, quādoq; fraternitas, ſecundū Ab. in rub.eo.ti. Eſt autem cognatio ſpiritualis quoddam vinculum proueniens ex eo, ꝙ aliquis aliquem baptizauit, vel confirmauit, ſeu baptizatum vel confirmatum tenuerit in baptiſmo vel confirmatione, inducens impedimentum contrahēdi matrimonii, & dirimendi iam contractum, ſecundum Io. An.in ſum.ſuper iiij. Decret. Et talis contrahitur tribus.ſ.baptiſmo, catechiſmo, vel confirmatione. Hoc tamen verum, ꝙ cognatio ſpiritualis potens impedire vel dirimere matrimonium ſolum oritur ex duob. ſacris.ſ. baptiſmo, & confirmatione.c.j.eo. tit. in vj. Ratio, quia ſicut duplex eſt generatio carnalis, vna in vtero, alia ex vtero: ita duplex eſt generatio ſpiritualis, vna in baptiſmo, vbi homo naſcitur quaſi in vtero eccleſiæ, alia ex confirmatione, vbi homo quaſi ex vtero naſcitur, quia recipit gratiam non tantum ad eſſe ſpirituale, ſed & quo ad robur confitendi Chriſtum publice. Et quia in generatione carnali dicitur homo habere parentes, ideo in generatione ſpirituali dicitur habere patrinos. Sed ex catechiſmo ſolum oritur impedimentum, ſed non ad dirimendum matrimonium, in c.per catechiſmum.eo.ti.& li. Eſt aūt catechiſmus iſta exhortatio ſeu inſtructio, quæ ſolet fieri ante baptiſmum: qui actus fieri ſolet per ſacerdotem ante eccleſiam. An autem per huiuſmodi catechiſmum contrahatur cognatio ſpiritualis, de hoc eſt gl.c.peruenit.30.q.1.quæ arguit pro vtraque parte.de quo tamen hodie eſt determinatū per c.2.de cog.ſpi.in vj.

De Baptiſmo.

Vnde baptiſmus eſt ablutio corporis exterior, facta ſub forma præſcripta verborum, ſicut diffinitur ſecundum B. Tho. Sed quia baptiſmus cum ſit ſacramentum, erit quoddam inſtrumentum: ideo diffinitio naturalis eius erit, quæ comprehendit materiam, formam, efficientem, & finem. Nam continet materiam in hoc ꝙ dicit, ablutio exterior. & innuit efficientem per hoc ꝙ dicit, facta. formam vero ponit ibi cū dicit, ſub forma præſcripta verborū. Auguſtinus dat aliā diffinitionem verbis diſcrepantem, dicens, Baptiſmus eſt tinctio in aqua, verbo vitæ ſanctificata. Et talis baptiſmus eſt ſacramentum neceſſarium & ianua omnium ſacramentorum. ꝑ gl.c.remiſſionem.1.q.1.ponentem ſacramenta neceſſitatis. vbi etiam gl.ponit differentiam inter baptiſmum & alia ſacramenta. Et cum ſit ianua omnium ſacramentorum, tunc melius eſt ipſum ab hæretico capere, quam ſine illo decedere, ſicut in ſimili de pœnitentia accipienda, vt in c. ſi quem forte. 24. q. 2. Vnde a quocunque datur baptiſmus in forma eccleſiæ, proficit ad ſalutem, etiam quo ad omnem effectum. & adeo, ꝙ ſiue per bonum, ſiue per malum miniſtretur, proficit ad ſalutem. Deus.n.ſemper adeſt ſacramētis & verbis ſuis per quoslibet adminiſtrentur, vt in c.ſic autē Deus.j. q. j. Sed qualiter ſacramenta ſumātur ab hæreticis, vide gl.c.ſi iuſtus. ea.ca.& q. Et eſt ſacramentum adeo neceſſarium, ꝙ ēt a quolibet interdicto ipſum eſt exemptum, ſecundum Ab. in c. nō eſt. de ſpō. vbi dicitur, ꝙ in quolibet interdicto quatuor ſunt exempta. ſ. baptiſmus, nō ſolum paruulorum, ſed etiam adultorum, vt in c.quoniam.de ſent. excom. in vj. Secundum eſt pęnitentium morientium, vt in c.non eſt. Tertium cōfectio chriſmatis: nam ex quo conceditur baptiſmus, & per conſequens conceditur confectio chriſmatis, cum ſine chriſmate non poteſt fieri baptiſmus. d.c.quoniam. Quartum eſt Chriſti corpus. de quo in c.quod in te. de pę. & rem. de quibus vide tex.& gl.c.fin.de ſent.exc.in vj.

De ſubſtantia Baptiſmi.

Vnde ſubſtantia eſt, ſine quo actus ſubſiſtere non poteſt, ſecundum Bar.in l.prolatam. C.de ſen.& interl.om. iu. immo ſine ſubſtantia nihil poteſt ſubſiſtere, vt in c.tua nos. de ſpō. Sunt igitur duo ſubſtantialia baptiſmi. ſ. verba ad hoc inſtituta, videlicet: Ego baptizo te ī noīe patris, & filij, & ſpūſſancti. c.1.de bapt. de illis verbis eſt ēt gl.c.ſi nō sāctificaī. de ꝯſ.di.4. Forma ꝯpletiua rei media eſt quodammodo inter materiā q̄ pficit, & cām efficientem a qua producit: vt virtus efficiētis mediante forma traducatur ad materiam. Et ꝙa mediū complectitur aliquo modo vtrunq; extremorum: ideo forma baptiſmi ꝯtinet & principale efficiens a quo baptiſmus habet efficaciam: & materiā baptiſmi proximā: quæ eſt actus ablutionis. & iō ponit, in noīe pris & filij & ſpūſſancti: tanquā efficiens principale a quo baptiſmus efficaciam hēt. Ponit etiā actus naturalis in his, quæ circunſtant ipſum. ſ. ꝯferens & recipiens: in hoc ꝙ dicit, ego baptizo te. Sed q̄d ſi qs peccat in latinitate dicēdo. Ego baptizo te in noīe pris & filio & ſpūſancto? Dicendū ſm Doc. ꝙ baptiſmus ꝯfertur, ꝙa forma intellectualis eſt ſeruata, licet non quo ad corticem. Quod probaī ex eo, ꝙ mulieribus permittitur baptizare in idiomate vulgari, ſicut ſunt obſtetrices tempore neceſſitatis, ꝓp periculum mortis. Non tñ debent ſolēniter. i. cū orationib. ꝯſuetis, quo mō ſolus ſacerdos baptizat. Neq; falſa latinitas vitiat, dūmō qs non faciat ſcienter animo inducendi nouū errorē, ſeu formā nouā, vt in d.c.ſi non ſanctificarur. Verba.n.cœleſtis Dei regulis non debent reſtringi Donati, per gl. eiuſdem c.in verbo, regulam.

Secundum ſubſtantiale.

Eſt elementū aqua, & non alius liquor: vt vinū, vel ꝯſimilis, vt in c.non vt apponens. de bapt. Chriſtus.n.mandauit in aqua baptizato, ſicut & ipſe baptizatus eſt in aqua Iordanis. Ex diuina.n.inſtitutione neceſſariū eſt, baptiſmū in aqua fieri: nā per aquā baptiſmi de terreno fit homo cęleſtis. cap. per aquā. de ꝯſ.di.4. vbi dr̄; Nō oīs aqua ſanat, ſed illa quæ hēt gratiā Chriſti. nā aliud eſt elementū, aliud ꝯſecratio. & iō aqua non ſanat, niſi ſpūſſanctus deſcendat & aquā illā ꝯſecret, vt ibidē. Huius aūt ſex ſunt rōnes. Prima, quia aqua rōne diaphoneitatis hēt aliquid luminis, & ita cōpetit baptiſmo. ꝙa hēt illuminatiuā vim, ſm ꝙ in eo ꝯfertur gratia. Secunda eſt, quia aqua rōne humiditatis hēt vim ablutiuā: & iō ꝯpetit baptiſmo: in quo ſordes culpæ mundantur. Tertia eſt, ꝙa rōne frigiditatis hēt vim refrigerandi: & iō congtuit baptiſmo, in quo incentiuum fomitis mitigatur. Quarta eſt, ꝙa vt dr̄. 17. de animalibus: aqua maxime ꝯpetit gnationi & augmētationi rerū viuentiū. vnde & in principio mundi ex aqua primitus aīalia ſunt producta. & ſic ꝯpetit baptiſmo, inquantū eſt regeneratio in ſpūalem vitā. Quinta eſt, ꝙa in omnib. mundi partibus aqua inuenitur. Sexta, quia eſt res qnæ de facili haberi pōt ab omnib. ēt ſine precio. & hæc duo vltima ꝯpetunt baptiſmo inquantum eſt ſacr̄m neceſſitatis. Et quia dictum eſt, ꝙ baptiſmus importat ablutionē: ablutio aūt per aquam pōt fieri, non tantū per modū immerſionis, ſed ēt per modū aſperſionis vel effuſionis: & iō vtroq; mō pōt fieri baptiſmus. Imo videtur, ꝙ Apoſtoli hoc modo, ſ. per modū aſperſionis baptizarunt, cū legitur, ꝙ ſimul vna die ꝯuerſi ſunt quinq; milia, & altera die milia tria. Et iō ſi ꝯſuetudo eccleſiæ patitur, vel qñ neceſſitas incūbit, ꝓp defectū aquæ, ſiue ꝓp periculum pueri de cuius morte timetur, vel ēt ꝓp imbecillitātem ſacerdotis non potentis ſuſtentare infantē, pōt ſine immerſione baptiſmus celebrari. Et talis aqua baptiſmi pōt tripliciter conſiderari. Nā ſm ꝙ conſideratur in ſua propria natura, eſt quaſi materia remota: tamen ex naturali proprietate hēt aliquā conuenientiā ad hoc ꝙ ſit baptiſmi materia rōne ſimilitudinis. Secundū aūt ꝙ eſt inſtituta: eſt ad hoc accipiens vim regeneratiuā ex tactu carnis Saluatoris, & ſic eſt materia quaſi diſpoſita. Inquantum autem conſideratur ſub forma verborū, tunc eſt quaſi materia iam informata, quæ omnia veniūt ex interpretatione huius, quod eſt baptiſmus. nam baptizare in Græco idem eſt quod lauare. Ad lauandum autē duo requirūtur ideſt lauacrū, quod deſignat aquā in qua fit lotio humano artificio præparatā. & aliud q̄dē q̄d ſignificat vſum lauacri. Baptiſmus ergo poteſt ſignificare ipſam aquā quæ dicitur lauacrum. j. ad Timoth. 2. Per lauacrum regenerationis. Et poteſt ſignificare ipſam ablutionem. Math. 7. Tenentes baptiſmata hominum & calicum & vrceorum. i. ablutiones. Sed inſtant hic quædam

Dubia. Primum.

An ne in aqua roſata poſſet quis baptizari, & maxime in neceſſitate? Concludunt Doctores, quod non. d.cap.non vt apponens. & idem tenet B. Tho. quia Chriſtus fuit baptizatus in aqua, & ſic in elemento: & ideo nō ſufficit alius liquor. nam Chriſtus ſanctificauit nobis aquam in baptiſmo ſuo, vt in cap.nunquam.de conſec.diſtinct.iiij. vbi dicitur, Nunquā per aquam baptiſmi purgarentur peccata credentium, niſi tactu Dominici corporis ſanctificata fuiſſet. Neq; tñ ex hoc ſequit̄, ꝙ bibēs aquam bibat ſacramentum, cum non omnis

Source : BIU Cujas

aqua sanet, vt s. Fuit etiam hoc sacramentum institutum in aqua ideo, quia aqua est igni contraria, peccatum autem cõparatur igni: vnde sicut ignis extinguitur per aquam, sic peccatum per baptismum, vt j. docebitur. Posset tamen quis baptizari in aqua transmutata, dummodo non mutaret̃ species aquæ, secundum D. Nic. in dic. non vt apponens. & ideo in lixiuio potest quis baptizari. Item in aqua balnei sulphurei, cũ sit aqua, licet aliquantulum transmutata. Ideo dicunt Doctores, ꝙ in aqua lutosa potest quis baptizari. secus in luto.

Secundum dubium.

Quare Christus voluit baptizari a Ioanne? cum baptismus conferatur in remissionem peccatorum, Christus autem nullo modo tenebatur peccato, cum fuerat conceptus sine virili semine, neque potuit peccare, nam peccatum procedit potius ex defectu quam impotentia. fa. quod le. & no. 15. q. 1. c. j. & sic non erat in eo peccatum originale: neque actuale. quorum primum tollitur in baptismo. de quo in c. per, baptismũ. de conse. di. 4. vbi dicitur, ꝙ ꝑ baptismũ Christi id agitur, vt caro peccati euacuetur. vbi etiam in gl. de beata Maria, & Ioanne Apostolo, quia neuter eorum potuit peccare. Dicendũ ꝙ Christus fuit baptizatus, primo propter exemplum, secundo propter commendationem suæ humanitatis: & tertio ꝓpter vim regeneratiuam conferendam aquis, secundũ gl. in Auth. de bilisa. vica. col. 2. vbi dicitur, ꝙ in hoc nomine, Christus, sunt tria. s. qui, vt filius vnctus: a quo, vt pater vngens: de quo, vt spiritussanctus vnctio. Vel dicendum est, ꝙ Christus voluit baptizari, vt adimpleret omnem gradum humilitatis. Quorum sunt tres.

Gradus humilitatis.
- Primus, subdere se maiori, & non præferre se æquali.
- Secundus, subdere se æquali: nec præferre se minori.
- Tertius, subdere se minori, vt in gl. ver. humilitatis. in cle. 1. de reli. do. Ita Christus voluit se subiicere Ioanni.

Sunt enim sacramenta instituta propter humiliationem, dũ modo homo rebus sensibilibus se subiicit reuerenter, vt ex hoc amplius apud Deum mereatur. Item ꝑ eruditionem: vt per id quod foris in specie visibili cernitur, ad cognoscendã inuisibilem sacramentorum virtutẽ eruditur. Item ꝑ exercitationem, vt euitetur ocium. de renun. c nisi cum pridem. de hoc gl. c. institutio. de conse. di. 2. Secundo voluit baptizari Christus, vt sanctificaret nobis aquam. c. debitum. de bap. Et quia per baptismum tollitur originale peccatum, vt s. imo diabolus in baptismo totam amittit potestatem, secundum glo. capit. nec quemquam. de conse. distin. 4. ideo dicendum est quid sit.

Peccatum originale.

Secundum D. Nic. c. maiores. de bapt. Peccatum originale dicitur, quod contrahitur ãb origine. s. dum anima infundit̃ corpori. Nam ipsa, secundum B. Aug. creatur, & creando infunditur, & ideo intellectus de foris est. 16. de animalibus. & per hoc ipse est immortalis. Sunt enim

In anima pueri illa tria.
- Pronitas ad peccãdum, quæ ꝓtrahit̃ ex carnis corruptione: nã ꝑ peccatũ primorũ parẽtũ caro humana fuit corrupta, vt in c. omnis ætas. 12. q. 1.
- Macula seu sordes, quæ contrahitur qñ aĩa infunditur corpori per mixtionem carnis corruptæ.
- Reatus, seu debitum pœnæ æternę: quod quidem tertium ex secundo nascitur. nam ꝑ illam maculam primi nostri parentes cum sua posteritate fuerunt deputati huic pęnæ æternæ. Et inter ista tria dicit Magister sent. quem allegat D. Nic. concludendo, ꝙ ista pronitas ad peccandum sit peccatum originale. Quod non placet Innocen. d. capitu. debitum de bapt. nam nc sequeretur, ꝙ per baptismum non dimitteretur peccatum originale, cum post baptismum remaneat illa pronitas ad peccandum. d. c. omnis ætas. & c. septies. de pœ. di. 3. Dicendum est ergo vt communiter tenetur, ꝙ illa macula seu sordes sit peccatum originale, cui annexa est illa pronitas ad peccandum. Vnde licet tollatur illa macula, remanet tamen pronitas ꝑ carnis corruptionem. & hoc modo intelligitur authoritas B. Augustini dum dicit, ꝙ per baptismum peccatum originale reatu, & non actu: idest, tollitur ille reatus qui priuabat hominem visione Dei: sed remanet impropriè in actu, quia remanet illa pronitas ad peccandum. Vel dico, ꝙ peccatum originale non est aliud quam quidam reatus, seu obligatio ad pœnam ęternalem, quæ prouenit ex peccato primorum parentum, vt est tex. c firmissimè. de conse. di 4. vbi dicit, Firmissime tene, & nullatenus dubites, oẽm hominem qui per concubitum viri & mulieris concipitur, cum originali peccato nasci. Vnde credendum est, Deum ab hac obligatione absoluisse a principio beatam Virginem, ex qua debebat generari, cum ex ea non solum originale deleuit, sed etiam omnem prauitatem & concupiscentiam, adeo ꝙ peccare non potuit, vt s. secundum glo. c. per baptismum. Est tamen differentia inter peccatum originale, & actuale. nã peccata actualia transeunt actu, & remanent reatu, donec ꝑ baptismum, vel per pœnitentiam in toto deleantur. Originalia vero in baptismo remanent actu, sed transeunt reatu. remanent enim quædam pœnalitates, cum quibus homo pugnat: nam sicut omnes prauæ cogitationes & operationes trã seunt actu, & remanent reatu, sic originalis culpa reatu soluitur, actu vero ad agonem vsque relinquitur, vt in c. si peccatum. de pœn. di. j.

Peccatũ originale habet quatuor pœnas. nam
- Præcludit ianuam cęlestem. Secundũ gl. d. ca. per baptismum. de conse. dist. 4.
- Perpetuo damnat.
- Est causa mortis temporalis.
- Est impotẽtia resistẽdi vitiis.

Dicit tamen B. Augustinus, ꝙ illi qui carent visione Dei decedentes sine baptismo, mallent sic esse quam non esse: & talis carentia visionis non est eis pœna, sed ꝑ inobedientiã primorum parentum Deus non vult ipsis communicare suã beatitudinem: non autem imponit eis pœnam actualẽ. & isto respectu pœna istorum paruulorum dicitur minutissima, vt in c. regnante. de cons. di. 4. Quinimo Deus fecit illis gratiam eos creando. nam secundum illam authoritatem B. Augusti ni: illi volunt magis esse quam non esse. Dico ergo conclusiue, ꝙ ꝑ baptismũ tollitur illa macula vel sordes animæ, & ꝑ consequens tollitur ille reatus. Item illa pronitas ad peccandum debilitatur post sacramentum confirmationis. nam per confirmationem seu chrismationem Christianus in fide cõfirmatur, & efficitur fortior ad resistendum diabolo, & concupiscentiis carnalibus. c. j. de conse. di. 5. & de illis est glo. c. ij. de conse. distin. 4. Et hæc de substantialib. baptismi.

De diuisione Baptismi.

Baptismus est triplex. s. Fluminis: quo scilicet quotidie vtimur. & talis prodest tam paruulis quam adultis. vt in c. maiores. de baptismo. de quo Mat. vlt. Docete omnes gentes: baptizantes eos, &c. Flaminis. i. spiritussancti, qui inuisibiliter baptizat cor interius, vt in c. debitum. in fi. c. ti. & c. per aquã. de conse. di. 4. & talis prodest adultis tantum, qui in charitate & fide catholica decesserunt. Nõ autem prodest paruulis, qa cum ipsi non sentiant, non habent Christianam fidem, neq; charitatem. Et de isto baptismo potest procedere opinio hæreticorum, asserentium, paruulis baptismum non prodesse, vt in d. c. maiores. & per illos duos baptismos dimittitur originale peccatũ. c. 2. de presb. non bapti. Sanguinis, vt qui occiditur pro fide Christiana. & ista fides prodest tam paruulis quam adultis, ex quo non contempserunt baptismum fluminis. Exemplum de innocentibus sanctis. Latro verò in cruce non fuit baptizatus baptismo sanguinis, qa nõ pro fide Christiana, sed pro merito fuit cruci affixus. fuit autem baptizatus baptismo flaminis, propter fidem quam habuit in Christo, vt in c. apostolicam, secundum D. Nic. de presby. non bapti. Propriè tamen loquendo vnum tantum est baptisma, qđ in aqua celebratur sub determinata verborũ forma, de qua s. Alia autem dicuntur baptismata per ordinem ad illud, secũdum B. Thomam super 4. sen. Et quia per baptismum cõtrahitur spiritualis cognatio prius diffinita: ideo magis speciuocè descendendo ad propositum, ponam species eiusdem cognationis, & quædam notabilia, ex quibus demum inferam prohibitionem certarum personarum respectu matrimonij. Et primo

De Speciebus.

Tres sunt gradꝰ, seu species.
- Prima dicitur compaternitas, quæ attenditur inter spiritualem patrem pueri & carnalem.
- Secunda dicitur paternitas, quæ attenditur inter baptizãtẽ & baptizatum: siue inter illũ q̃ suscepit, & eũ q̃ suscipit: siue sit masculus, vel fœia.
- Tertia dicitur fraternitas, quæ attenditur inter filium tuum spiritualem, & filios tuos carnales, ad quas quidem species omnes spirituales propinquitates dicuntur reduci.

Vel dicendum sub alia distinctione, ꝙ


Cognatio est duplex.
- Carnalis.
- Spiritualis, quæ diuiditur in
  - Paternitatem.
  - Filiationem.
  - Fraternitatem.
  - Sororitatem.

Secundũ gl. sum. 30. q. 3.

Arbor

Source : BIU Cujas

Arbor ſecundum hanc lecturam.



Vnde cognatio ſpiritualis dupliciter contrahitur, ſcilicet directe. vt ſi ego ſuſcipiam filium tuum, vel tu meum. Alio modo oblique ſeu indirectè: vt ſi alter coniugum matrimonio conſummato leuet puerum de ſacro fonte, vel teneat ad confirmationem, vbi ambo coniuges erunt compatres parẽtibus ipſius infantis.

De Notabilibus.

Quatenus melius deueniatur ad notitiam regularum, præmitto primo, quod illa perſona, per quam deuentum eſt ad compaternitatem, non poteſt contrahere matrimonium cũ aliquo de filiis baptizantis ſiue leuantis: ſiue ſint geniti ante, ſiue poſt compaternitatem. & eſt ratio, quia efficiuntur fratres ſpirituales. Et dixi de perſona, per quam eſt deuentum ad compaternitatem, vt intelligatur de perſona baptizata, vel leuata: ſecus in baptizante, vel leuãte: nam baptizans, vel leuãs bene poteſt contrahere cum ſorore leuati ſeu baptizati. Item poteſt contrahere pater cum filia ſpirituali filij ſui ſpũalis. & hoc ideo, quia cognatio ſpiritualis deſcendit de patre in filiũ, ſed non aſcendit de filio in patrem, vnde vt vides filius non poteſt ducere filiam ſpiritualem filij, ſecundum D.Nic. in c.j. de cog.ſpir.

Secundo noto, ꝙ parentes carnales non debent filios proprios de ſacro fonte leuare. nam alius debet eſſe pater carnalis, & alius ſpiritualis. inſtante tamen neceſſitate licitè parẽtes baptizent filios ſuos. c. ad limina. 30. q. 1. neque ex hoc oritur aliquod impedimentum inter eos, qui idipſum inſtante neceſſitate fecerunt. Et ſi ex aliqua ignorantia pater, vel mater ſuſceperit proprium filium, tunc inter eos non debet ſeparari matrimonium, cum talis ignorantia excuſat eos. Secus aũt ſi ſcienter & dolosè. nam vt tunc ſepararetur matrimonium, dolus enim non debet eis patrocinari, ſecundum D.Ni. in c. ſi vir. de cog.ſpir.

Tertio, quod ſi ego tenui filium tuum in baptiſmo: tu licite potes tenere filium meum in baptiſmo: ita quod per vtrũque noſtrum poteſt fieri compaternitas, ſecundum D. Ni. in c. ſuper eo. de cog. ſpi.

Quarto, coniunx communicat coniugi actus ſpirituales. vt ſi maritus contraxit compaternitatem: tunc extenditur hæc cognatio ad vxorem, quæ effecta eſt vna caro cum marito, ſecundum D.Ni. in c. Martinus. eo.ti. communicant enim ſibi coniuges actiones ſuas, ſed non paſſiones. & ad hoc ꝙ coniuges communicent ſibi actiones requiritur coniugium, ſiue matrimonium fore carnali copula prius conſummatũ ante contractam paternitatem, per quam conſummationem fiant vna caro, vt ſ.

Quinto, quod matrimonium non poteſt conſiſtere inter compatrem & commatrem: & ſi de facto fuerit contractum, debet ſeparari. ideo hæc cognatio non ſolum impedit, ſed ẽt dirimit matrimonium contractum. cuius rationem. ĩ. ſubiũgam circa prohibitionem perſonarum.

Sexto, inter baptizatum & filios leuantis etiam ante genitos contrahitur cognatio ſpiritualis: quæ non ſolum impedit, ſed etiam inter eos dirimit matrimonium.

Septimo, ſacerdos baptizans, licet hoc faciat ex debito officij: nihilominus efficitur pater ſpiritualis baptizati. & idẽ in monacho baptizante, ſecundum D.Ni. in c. ex literis. eod.tit. Et quamuis confeſſor dicatur ſpiritualis pater ratione doctrinę, ſeu informationis: non tamen eſt pater ſpiritualis generationis. inde nulla cognatio ſpiritualis contrahitur inter ipsũ & confeſſum.

Octauo, non ſolum filio legitimo nequit copulari filia ſpiritualis, ſed neque illegitimo. d. c. ex literis. cum hæc cognatio etiam ad ſpurios extendatur, vt ibidem ſecundum D.Nic.


De Quæſtionibus.

Prima, vtrum ex concubina acquiratur hæc cognatio ſpiritualis? Gl. ij. c.j. lib. 6. eo.ti. videtur velle, ꝙ ſic. Sed Arch. no. ibi contrarium. & hoc verius videtur. nam poſſet contingere, ꝙ vna publica meretrix efficeretur mater ſpiritualis totius communitatis.

Secunda, vtrum plures tenentes aliquem in baptiſmo, iſti efficiantur compatres? Inn. dicit ꝙ non. & bene. & ideo poſſunt adinuicem contrahere. Nam quemadmodum compatres carnales, vt concubinarius & concubina, non prohibent ad matrimonium. c. tanta. qui fi. ſint le. ita & iſti qui ſunt compatres ſpirituales reſpectu baptizati, non debent adinuicem contrahere prohiberi. fa. pro hoc tex. & gl. c. fi. 30. q. 4. vbi dicitur. Maritus & vxor non debent aliquem de ſacro fonte leuare, ne infametur de facto matrimonium, cum vulgares exiſtiment illos eſſe compatres, quod tamen non eſt.

Tertia, vtrum filij duorum compatrum poſſint adinuicẽ contrahere? Reſpondetur, ſi per eos, vel alterum eorum parẽtes ad compaternitatem venerunt, tunc nullo modo poſſunt contrahere. imo quandocunque agitur de illa perſona per quam ad compaternitatem deuentum eſt: ſemper matrimonium eſt dirimendum. iuxta primum notabile. ſed hi per quorum nullius procurationem aut cauſam deuentum eſt ad cõpaternitatem, poſſunt contrahere de iure communi.

Quarta, vtrum quis duas cõmatres ſucceſſiue poſſit habere in vxores? Solutio ꝙ ſic: ſi commaternitas matrimonium præceſſerit. Patet in figura ſequenti. nam Catharina vt virgo, leuauit Barbaræ filiam nomine Elſam ex baptiſmo. Petrus duxit Catharinam vxorem: antequam traduceret eam mortua eſt in virginitate. & quia Barbara vidua erat, liquet ei ducere Barbaram. nunquam enim fuerat compater ſimul cum ipſa Catharina ipſius Barbaræ.



De perſonis ſpirituali cognatione prohibitis.

Vnde ſicut in generatione carnali aliquis naſcitur ex patre & matre: ita in generatione ſpũali aliquis renaſcit filius Dei. ſ. patris, & eccleſiæ ſicut matris. Sicut autem ille qui ſacramentum confert gerit perſonam Dei & miniſter eſt, ita ille qui baptizatum ſuſcipit de ſacro fonte, aut confirmandum, tenet perſonam eccleſiæ. ideo ad vtrunq; ſpiritualis cognatio contrahitur. Et ſicut per carnis propagationem homo accipit eẽ naturæ, ita per ſacramenta accipit eſſe ſpirituale gratiæ. Vnde ſicut vinculum quod ex carnis propagatione contrahitur, eſt naturale homini inquantum eſt res quædam naturæ: ita vinculum quod contrahitur ex ſacramentorum ſuſceptione eſt quodammodo naturale alicui inquantum eſt membrum eccleſiæ. Et ideo ſicut naturalis cognatio impedit matrimonium: ita ſpiritualis ex ſtatuto eccleſiæ, tamen cum diſtinctione. Quia aut præceſſit matrimonium, aut ſequitur. Si præceſſit, impedit contrahendum & dirimit contractum. Si ſequit, tunc non dirimit vinculũm matrimonij: ſed quãtum ad actũ matrimonij eſt diſtinguẽdum. Quia aut ſpiritualis cognatio inducitur cauſa neceſſitatis. ſic cum pater baptizat puerum in neceſſitate, vt in mortis articulo: & tunc non impedit actũ matrimonij ex aliqua parte. Aut inducitur extra caſum neceſſitatis, ex ignorantia tamen: & tunc ſi ille ex cuius actu inducitur diligẽtiam adhibuit, eſt eadem ratio ſicut prius. Aut ex induſtria extra caſum neceſſitatis: & tunc ille ex cuius perſona actus inducitur amittit ius petendi debitum, ſed tamen reddere tenetur, quia ex culpa eius non debet aliquod incõmodum reportare. Sunt ergo 20. perſonæ in hac cognatione prohibitæ, ſecundum D.Ni. in c. Martinus. de cog.ſpi. quinq; ex perſona leuantis in baptiſmo, quinque ex perſona baptizãtis, quinque ex perſona confirmantis, & aliæ quinque ex perſona leuantis & confirmantis. & ſi cognoueris quinq; ex prædictis, habebis reliquos caſus notatos, quia ſunt omnino ſimiles. Prima enim

Primo

Io. Cyntholtz, in arborem Cognat. ſpiritualis.


Primo ꝙtrahitur hæc cognatio inter leuantem baptizantem baptizatum. Tertio inter filios leuantis.

Secundo inter leuantem. parentes baptizati. Quarto inter vxorē leuātis poſt cognitam.

Quinto inter parentes baptizati. vxorem leuantis poſt cognitam.

Quos quidem caſus repetas reſpectu baptizantis, & reſpectu confirmantis, & etiam reſpectu tenentis in confirmatione, ſe undum eun. D. Nic. in dicto capit. Martinus. vt clarius in figura ſubſcripta patet.

Arbor Cognationis ſpiritualis.



De cognatione legali.

VIſo de cognatione ſpirituali, reſtat videre de legali cognatione matrimonium impediente. Lex n. ciuilis quandoque inducit impedimentum habile ad impediendum & dirimendum matrimonium. quamquam d. Ab. in rub. de cog. le. dicat hoc procedere non ex diſpoſitione legis ciuilis, ſed ex ſpeciali approbatione eccleſiæ. Vnde ius ciuile prohibet matrimonium inter pupillū & tutorem, inter ſenatum & ſubditum: nihilominus de iure canonico matrimonium tenet inter eos. nam ius canonicū illas leges ſpeciuoce non approbat. de qua eſt gl. c. j. 30. q. 3. & Hoſt. in c. pe. & vlt. de ſecun. nup. Eſt igitur

Cognatio legalis,

Quædā propinquitas a lege inducta, per quam efficitur qs filius, vel nepos, frater, vel affinis qui non eſt naturam imitans, ſecundum D. Ni. in d. rub. Vel eſt proximitas ex adoptione proueniens, ſecundum Goffr. & Hoſt. in ſum. Et quia cognatio legalis eſt idem quod adoptio: ideo dicendum eſt quid ſit

Adoptio.

Vnde adoptio eſt legalis actio, ad ſolatium eorum qui liberos non habent inducta pene naturam imitans, ſecundum Azo. in ſum. C. eo. patet hoc per l. cum eum. C. eod. & per l. adoptio. ff. eo. Sed hæc diffinitio non placet, nam & habētes filios poſſunt adoptare. l. ſi is qui filium. ff. eo. quamquam facilius concedatur non habentibus filios. l. nec ei. §. eorum. ff. e. Vndē Romani conditores legum, & alij ſolliciti fuerunt, ne quis ſine liberis decederet, quatenus ſcilicet defunctus iniuria non afficeretur. curauerunt itaque, vt qui filios non haberēt naturales, ſaltem legales haberent in ſolatium. eſt. n. filius ſolatium patris. Vnde & ſenibus humanitatis ſolatium eſt filiorū procreationi operā dare. 27. q. 1. c. nuptiarum. immo & magis ſtudendum eſt generationi quam ingreſſui religionis. ſecūdum Bal. in l. ſi pater. §. in arrogationib. ff. de adopt. Quod autem dixi, naturam imitans,. hoc ſic accipiendum eſt. nā ſicut pater naturalis præcedit filium in ætate: ſic & pater adoptiuus filium adoptiuum præcedere debet in annis. eſſet. n. monſtruoſum, ꝙ filius eſſet ſenior patre: imo inconueniens eſſet, ꝙ antiquior ſubderetur curę rei familiaris ipſi iuuem. iō iunior ſeniorem adoptare non poteſt, ſed oportet ſecundum leges ꝙ adoptans præcedat adoptandum. 18. annis. l. arrogato. ff. eo. vel poteſt ſic diffiniri.

Adoptatio eſt extrancæ perſonæ in filium, vel nepotem, vel deinceps legitima aſſumptio, ſecūdum Io. An. in ſum. ſua, & Azo. in ſum. C. eo. Ars. n. imitatur naturam inquantum poteſt, vbi eſt ca. ſecundum Bal. in l. adoptio. ff. eo. & ipſa ſupplet defectum naturæ in illis in quibus ipſa deficit. Sicut ergo per naturalem generationem aliquis producit filium: ita per ius poſitiuum, quod eſt ars boni & æqui, poteſt aliquis ſibi aſſumere aliquem in filium ad ſimilitudinem filij naturalis, & ad ſupplendum filiorum defectum: propter quod adoptio præcipue eſt introducta. Et quia aſſumptio importat terminum a quo, propter quod aſſumens non eſt ipſum aſſumptum: ideo oportet ꝙ ille qui aſſumitur in filium, ſit perſona extranea. Sicut enim naturalis generatio habet terminum ad quem, ſcilicet formam: quæ eſt finis generationis. & terminum a quo, ſcilicet formam contrariam: ita generatio legalis habet terminum ad quem, vt filium, vel nepotem: & terminum a quo, vt perſonam extraneam. Quare patet ꝙ prædicta aſſignatio compræhendit genus adoptionis: inquantum dicitur, legitima aſſumptio. & terminum a quo, vt cum dicitur. extraneæ perſonæ. & terminum ad quem. cum dicitur, in filium, vel nepotem, & hæc diffinitio eſt melior prima.

Diuiſio Adoptionis.

Vnde quia filiatio adoptionis eſt quædam imitatio naturalis filiationis: ideo duplex eſt adoptionis ſpecies. Vna quæ perfecte imitatur naturalem filiationem. & hæc vocatur arrogatio, per quam reducitur adoptatus in poteſtatem adoptantis: ita ꝙ adoptatus ſuccedat patri adoptanti ab inteſtato, neque poreſt pater eum ſine culpa priuare quarta parte hęreditatis, cum filius adoptiuus tantum iuris habet in bonis patris adoptantis, quantum filius naturalis in bonis patris naturalis, ſecundum gl. & ca. l. cum in adoptiuis. C. de adop. ſic aūt adoptari non poteſt niſi is qui eſt ſui iuris], qui ſcilicet poſtquam adoptatur non habet poteſtatē, aut ſi hēt dr emancipatus. & ſic proprie arrogantur patresfam. Sed filiifamilias arrogari non poſſunt: cum non ſint ſui iuris, vt patet per hos verſus.

Arrogo qui ſuus eſt, & meus habet eſſe neceſſe.
Patris adopto ſuum, nec patris deſinet eſſe.

Et hæc adoptio non fit niſi principis autoritate. Et in hoc tangitur ſecunda differentia arrogationis & adoptionis: quæ quidem adoptio poteſt fieri authoritate cuiuſlibet magiſtratus competentis: dummodo apud ſe plena ſit authoritas. l. j. C. e. & Inſti. eo. §. adoptio. & ibi per glo. & maxime ſi hēt merum & mixtum imperium ſeu iuriſdictionem, cum debet eſſe iudex ordinarius, ſecundū prædic. gl. & ideo excluditur iudex delegatus, coram quo adoptio fieri non poteſt. Et eſt ratio differentiæ, quia tranſire de poteſtate in poteſtatem habet ſymbolum. i. conuenientiam, ſed in habentibus ſymbolum velox & facilis eſt tranſmutatio, ſecundum Bal. in l. j. C. eo. &

ideo

Source : BIU Cujas

ideo minoris iudicis authoritas ſufficit.ſed ꝙ ille qui ē ſui iu ris debeat tranſire in poteſtatem alterius,hoc non habet ſim bolum:imo ſunt oppoſita: ideo requirit maiorem authorita tem,videlicet principis qui omnino pōt facere. l.ij. C.de ve. in.enucle.§.ſed neque.itē tranſire de ſui iuris exiſtentia in po teſtatem alterius,eſt quādam libertatem perdere,ſecūdū Bal. in d.l.1.ideo hoc non poterit explicari niſi principis authori tate.l.gñalis.ff.& l.arrogationes.C. eo.Eſt igitur alia adoptio quæ imitatur naturalem filiationem impfecte:quæ vocatur ſimplex adoptio: ꝑ quā adoptatus non tranſit in poteſtatem adoptātis,vt.s.vñ & ipa magis eſt diſpoſitio quędam ad perfectā adoptionem quam adoptio perfecta, & ꝑ conſequens ſic adoptatus non ſuccedit in bonis pris adoptantis:nec tene tur ſibi aliquid de bonis ſuis relinquere in teſtamēto,niſi vo lens. de quibus ſpeciebus eſt.l.1. §.in duas.ff. & Inſti. in prin. eo.ti.Eſt etiam ſpeciale in arrogatione, quod ipa req rat vtri uſque verbum expreſſum.& ideo infans non pōt arrogari, li cet adoptari poſſit.d.l.1.& l.ēt infantē.ff.e.Et vt oīa ſuccincte mente teneas,hanc recollige figuram ſubſcriptam.

Adoptio
- Perfecta, quæ imitatur naturalem generationem perfecte.& dicitur proprie arrogatio.
- Imperfecta, quæ imitatur naturalem generationē imperfecte,dicitur ꝑprie adoptio ſimplex.

Differūt inter ſe
- Arrogatio.nā eſt illorū q ſunt ſui iuris, & fit authoritate principis, requirens cōſenſum expreſſum vtriuſque.
- Adoptio.nam eſt illorum qui ſunt in poteſtate alterius, habens fieri coram quocunque magiſtratu,nec requirit verbum expreſſum,vt s.

De perſonis quæ poſſunt adoptare.

Vnde quilibet poteſt adoptare,dūmō pōt gñare, & dummō nō ſit minor 60.annis.l.ſi paterfamilias.§. in arrogationib. ff. eo.nā potius dēt qs ſtudere procreationi liberorū, niſi forte morbꝰ,vl valitudo ſit in cā.Imo potius ſtudēdū eſt gñationi q̄ ingreſſui religionis,ſm Bal.in d.l.ſi pfamil.adeo ēt,ꝙ ſi filiꝰ Regis vnicus ingrediat monaſteriū,peccat, & non meretur, ſm Bal.ibidē.& iō Papa de plenitudine ptātis pōt ſecū diſpen ſare,& facere ꝙ mrimonium duret ad tps,puta ꝙ talis mona chus poſſit hre vxorē vſq; ad ꝓcreationem ſobolis, ne forte ſtirps nobilis deficiat ſine hærede,ſm Bal.in l.ſi tibi filius.ff.e. Eſt.n.vtile reip.filios de nouo creare, q̄ creatos quadā fictio ne alicui dare,ſm Bal.Hinc eſt,ꝙ ſpadones poſſunt adoptare, nō aūt caſtrati.l.arrogato.ff. c. neq; dēt ipſi ſpadoni vitiū im putari,cū prius fuit naturaliter potens,& a principio nō ꝫxit vitiū q̄tū ad generationē,vt in §.ſed & illud.Inſt. eo.& ibi ſm Ang Eſt ēt argumentū,ꝙ ſpado & frigidus pōt ꝓtrahere ma trimoniū.33.q.5.qđ Deo.nā & poſthumum ſpado hrdē inſti tuit.l.ſed eſt quæſitū.ff.de li.& poſt.Et q̄q̄ hoc poſſit procede re in ſpadone,ſecus tñ in frigido.mrimonium.n.contrahi nō pōt,niſi tria ſint bona re ipſa,vel ſpe.37.q 2.c.oē. De ſeneaūt nō eſt ſimile, qa nemo eſt adeo ſenex, quin aliqñ calere pōt natura,vel arte, qđ nō eſt in frigido, vt s. circa impedimenta mrimonij dictū fuit. Senex ergo habilis eſt ad contrahēdum mrimoniū,qa ſufficit ꝙ nō euitet ꝑlē.Ex quo ſequit,ꝙ gñare is dr,q prolē nō euitat,& eſt aptus ad gñandū, vt faciliter ex ſuperiorib. colligit. Inde ēt ſequit ſecundo, ꝙ ſenes poſſunt adoptare,ꝑ regulā prius poſitā.Itē volentes adoptare ſint ma ſculi,& non fœminę,qa tales filios non poſſunt hre in ptāte, vt in l.mulierē.C.de adop.ergo nec poſſunt adoptare, vt in §. fęminæ.Inſt.e.ti. niſi ex Principis permiſſione in ſolatium fi liorum in acie belli amiſſorum,vt ibidem,& in d.l.mulierem. Ex quibus incidunt quędam dubia.

Primum dubium.

An Sacerdos vel preſbyter poſſit legitimè adoptare? Hoſ. ſuper rub.C.e.ſentit ꝙ ſic.Nec ob.§.ſed & illūd. Inſt.eo. quia ibi loquitur de caſtratis,q naturaliꝫ gñare nō pñt: iō ſicut nō pñt hre filios naturales,ita nec adoptatiuos, cū iſta cognatio legalis ſit inducta inſtar naturalis:imo imitatur naturā inquā tū pōt, vt s. Sacerdos vero de facto & naturaliꝫ gñare pōt, & qñq; actu gñat & de facto.Sed religioſus qui nō hēt ꝓprium, non pōt aliquem adoptare:nā cum ipſe ſit in ptāte abbatis, nō pōt alium hre in ptāte.l. ſic eueniet. ff.de adult.Hoc tñ cō ſiderandum eſt,ꝙ ꝑ adoprationē ltīmè factā orit propinqui tas ſeu cognatio, nedū inter patrē adoptantē & adoptatum, ſed ēt inter adoptatum & filios adoptantis.illa tñ cognatio re ſpectu filiorum,nō durat niſi durāte adoptatione. Ergo ſi pr vult filium naturalem tradere in virum filiæ adoptiuæ: tunc remedium legis eſt,vt emancipet filiā adoptinā. ita dicit tex. c.per adoptationem.30.q 3.Hoc ēt ſecundo eſt notandum, ꝙ filius illegitimus nō pōt contrahere matrimonium cum fi lia ſpirituali pris ſui,vt ſentiunt Doc.in c.vnico. eo. ti. & hoc re ſpectu filiæ adoptiuæ, quēadmodum filius illegitimus non pōt contrahere cum ſorore carnali legitima,vel cum alia cō ſanguinea,vt in c.ꝑ tuas.de prob. ita nec cum filia adoptiua. Quāq̄ Guil.credat contrarium,ꝙ filius illegitimus poſſit cō trahere cum filia adoptiua,ſicut no.Hug.30. q.3.in prin.nam illegitimus filius vel filia non eſt in poteſtate patris.ergo. Primum tamen puto honeſtius,& quo ad eccleſiam cautius.

Secundum Dubium.

Quid ſi adoptiuus durante adoptione contrahat cum filia legitima,nunquid diuortiabitur,id eſt diſſoluetur matrimonium? Reſpondetur ſecundum Guil. ꝙ non. Sed tamen verius eſt dicendum, ꝙ diſſoluet. & eſt de hoc Ab. īd.c.vnico.

Tertium Dubium

An duæ perſonæ ab eodem adoptatę, poſſint contrahere inter ſe: Reſpondet Guil. quod poſſint, cum nuſquam inueniatur prohibitum, ſicut etiam filius & filia ſpiritualis alicuiꝰ contrahere poſſunt:ſimiliter filia ſpiritualis cum adoptiuo fi lio.Quibus ſingulis præmiſſis dicendum eſt de

Effectu Adoptionis.


Eſt enim effectus adoptionis ſeu arrogationis duplex.Primus,ꝙ arrogatus tranſeat in poteſtatem arrogantis, & acqui rit ſibi quaſi omne ius quod habet naturalis vel legitimus,vt in l. cum in adoptiuis. C.eo. Adoptatus aūt remanet in pote ſtate pris naturalis, niſi adoptio fieret ab auo pro vel mro, tūc qa iura sāguinis & iura ciuilia ſcilicet ꝙcurrūt,trāſit ī ptā tē aui.l.1.& 2.& l.ſi arrogator.ff.eo.& l.fi.C.eo.Habet ſecūdo hęc ſpūalis cognatio quaſdā ciuiles,phibitiōes ſecūdū varias ei ſpēs, quarū aliquæ ſunt ꝑpetuę, reliquæ vero tpales. Lex n.diuina illas pſonas pcipue a mrimonio excluſit,quas neceſ ſe erat cohabitare,ne vt Rabbi Moyſes dicit, ſi ad eas liceret carnalis copula,faciliter pateret concupiſcētiæ locus. ad quā reprimēdā mrimoniū eſt ordinatū. Et qa filius adoptatus,cū vrſat ī domo pris adoptātis,ſicut filius naturalis:iō legib. hu manis,phibitū eſt,inter tales mrimoniū ꝫhi. & talis prohibitio eſt ꝑ eccłam approbata. Et inde eſt, ꝙ legalis cognatio impedit mrimonium ſecundum varias eius ſpecies.

De Speciebus.

Vnde tres ſunt gradus adoptionis, ſiue legalis cognationis, q̄ ſubſpecies dici pñt. Primus ē ſuperiorū & inferiorum, videlicet aſcendentiū & deſcēdentiū. quæ attendit inter patrē adoptantē, & filiū adoptatū: filiā nepotē, vel neptē:& ſic deinceps.Et in tali ſpecie oī tpe & indiſtincte prohibetur matrimonium, qm̄ pr adoptator, nō poteſt contrahere cū filia adoptiua,vel nepte,vt in c.ita diligere.30. q.3.Secūdꝰ gradus eſt collateraliū ſeu ex latere veniētiū, quæ attenditur inter filiū,ſiue filiā meā naturalē,& filium vel filiā adoptiuū vel adoptiuā,in quo impeditur matrimoniū, q̄diu ſunt in eius patris ptāte. ea vero ſoluta,eos contrahere nihil eſt impedimēti.d. c.ita diligere.& d.c.vnico. Tertius gradus eſt quodammō de ſcēdentiū,& attēditur inter me & vxorem filij mei adoptiui: ſimiliter inter filium meū adoptiuū &vxorē meā.Et hæc ſub ſpecies eſt quaſi legalis affinitas.& ſic iterū oī tpe & indiſtincte ꝓhibetur mrimoniū, qm̄ pr adoptator nunquā pōt contrahere cū illa,q̄ fuit vxor filij ſui adoptiui, etiā poſt emācipationē,vt ff.de ri.nup.l.adoptiuus.& Inſti.de nup.§.1.2.3.Simi liter filiꝰ adoptiuus poſt mortem patris adoptātis nō pōt cō trahere cū illa, quæ fuit vxor adoptantis.d.l.adoptiuus.ſicut clare conſpicitur in figuris ſubſcriptis.

Arbor cognationis legalis.

Inter A D ꝓhibitio eſt ꝑpetua, ſed perpetua durate adoptiōe
Sicut & inter B E — Inter B D vero prohibitio eſt ꝑpetua.



Authoris ad iuris ſtudio ſos,operis Concluſio.

Habes itaque optima iuuentus, vos deniq; iurium ac lega lis ſapientiæ tyrones,vtriuſque iuris arbores fœcundiſſimas: cum fructuum ſuorum primitijs nuper a me editis, quos eo quo tibi donantur animo accipito: quibus deguſtatis, q̄ primum ſuauiores magiſq; ſapidos tribuam.

FINIS.

Source : BIU Cujas

Hier. Mangiariæ, in Arb. de conſang. & affi.

TRACTATVS

ſolennis ſuper declaratione arboris Conſanguinitatis & Affinitatis, cum Quæſitis, Tractatibus omnium impedimentorum matrimoniorum & queſtionibus circa ea incidentibus, Hieronymi Mangiarię, I. C. Papienſis in Gymnaſio Papienſi ordinarium legentis anno 1465. nunc primum in lucem prolatus.

SVMMARIVM.

1 *Prolatio, quæ ſit per oculorum inſpectionem omnes vincit probationes.*
2 *Matrimonium, quid ſit. & num. 6.*
3 *Vxoris vnius, vnicus maritus.*
4 *Verba ciuili modo intelligenda.*
5 *Matrimonio nondum conſummato alter coniugatorum alterius aſſenſu non requiſito, religionem ingredi poteſt.*
7 *Cauſa multiplicata, multiplicatum producit effectum.*
8 *Matrimonium eſt vnum ex eccleſiæ ſacramentis. & nu. 16.*
9 *Copula carnalis, executio matrimonij eſt.*
10 *Sponſalia, matrimonium, nuptiæ & coniugium, quomodo differant.*
11 *Matrimonium vnde denominationem recipiat.*
12 *Matrimonium cur potius dicatur, quam patrimonium.*
13 *Vir dignior eſt quam mulier in matrimonio.*
Matrimonij finis principalis eſt bonum prolis.
14 *Matrimonij cauſa finalis quæ fuerit.*
15 *Matrimonium ante lapſum primi parentis inſtitutum fuit.*
17 *Matrimonium, a quo inſtitutum.*
18 *Matrimonium triplici iure nititur, ſcilicet naturali gent. & ciuili.*
19 *Matrimonium vt ſit, quid requiratur.*
20 *Matrimonium quis contrahere poſſit.*
21 *Matrimonium an per procuratorem contrahi poſſit.*
22 *Dominij translatio impeditur, etſi procuratoris reuocatio ad aduerſarium non perueniat.*
23 *Matrimonij impeditiuæ cauſæ, quæ & quot ſint. nume. 38. 45. 49. 52. 59. 75. 93. 101. 118.*
24 *Furioſus, teſtari non poteſt, nec poſſeßionem acquirere, nec beneficio renunciare. nu. 25 & 26.*
27 *Furioſus dignitatem, quam ſanus acquiſiuit retinet. ſic etiam & filios in poteſtate. nu. ſeq.*
29 *Furioſum quem eſſe, quomodo probetur.*
30 *Furioſi a principio matrimonium an valeat, ſi mulier poſtea tempore ſanitatis illius conſenſerit.*
31 *Furioſus baptizari poteſt.*
32 *Vir & mulier an in matrimonio ſimper requiratur, quod ſimul conſentiant.*
33 *Collatio furioſo facta an valeat.*
34 *Furioſus nullum negocium vel contractum agere poteſt.*
35 *Furioſi negocia gerens, quare negociorum geſtorum actione furioſo teneatur.*
36 *Ebrius an poſſit matrimonium contrahere.*
37 *Ebrietas an ſit peccatum mortale.*
39 *Matrimonij bona tria. ſ. fides, ſoboles & ſacramentum.*
40 *Matrimonium contrahere an poßit vno teſticulo carens.*
41 *Affinitas per coitum caſtrati, an contrahatur.*
42 *Pollutio extraordinaria nunquid affinitatem cauſet, & ſi maritali affectu fiat. nu. 47.*
43 *Matrimonium contrahens ſi non habet reſpectum ad cauſas, propter quas inſtitutum fuit, an impediatur matrimonium.*
44 *Gratia an per matrimonium infundatur ſicut in aliis ſacramentis.*
46 *Conſanguinitatis impedimentum in matrimonio dupliciter cauſatur.*
48 *Affinitas an contrahatur, alterius pollutione tantum, & intra clauſtra pudoris mulieris.*
50 *Matrimonij errores quatuor, & quot impediant ipſum. nu ſeq.*
52 *Votum ſimplex vel ſolenne an & quando impediant & dirimant matrimonium. & quę ſit differentia inter vtrunq;. nu ſeq.*
54 *Vouens ſimpliciter an & quomodo poſſit exigere debitum ſine peccato. & quis poſſit diſpenſare. nu. 56.*
55 *Inceſtuoſus vir an peccet exigendo debisum ab vxore affine.*
57 *Clerici qui ſint qui prohibeantur & permittantur contrahere & de græcorum & latinorum differentia num. 58.*
60 *Matrimonium non eſſe prohibitum in quatuor caſibus in materia tituli de eo, qui dux. in mat. & c. num. 61. 62. & 63.*
64 *Matrimonium eſſe prohibitum in quatuor caſibus in materia tituli, de eo, qui dux. in matr. & c. & nu. 65. 66. & 67.*
68 *Filij nati ex muliere coniugata cum viro, quem ipſa ignorabat aliam vxorem habere, an ſint legitimi.*
69 *Matrimonio primo pendente ſi mulier ſecunda ſciuerit virum habere aliam vxorem, quid dicendum.*
70 *Matrimonium nunquid teneat, ſi maritus mortua vxore aliam ducat antequam illa, cum qua contractum fuerat ignoranter ex parte mulieris, repetat ipſum.*
71 *Vxorem ducere an quis poſſit eam, cuius virum in bello occidit non eo proposito vt illam ducere vellet.*
72 *Excommunicatus an poßit contrahere matrimonium.*
73 *Vxorem ducere an quis poßit eam, cui viuente prima fidem dedit, quamquam conatus eſt cognoſcere.*
76 *Matrimonium ſi ſit contractum inter fideles, & alter coniugum fiat infidelis, an diſſoluatur.*
77 *Matrimonium nunquid ſolutum eſſe dicatur quantum ad remanentem in infidelitate, ſi alter coniugum conuertatur ad fidem.*
78 *Conuerſus ad fidem ſi non poteſt cohabitare infideli coniugi ſine blaſphemia creatoris, an ſtatim poßit contrahere matrimonium. Et nunquid cũ infideli coire poſſit. nu. 80.*
79 *Hęreticus baptizatus, an contrahere poſſit matrimonium.*
81 *Pagani nunquid poſſint contrahere in ſecundo gradu.*
82 *Iudæus, vel paganus nunquid ligetur lege ciuili vel canonica, ita quod non poſſit plures ducere vxores.*
83 *Iudęi ſi ſtant in terris de patrimonio eccleſiæ quo ad pœnas temporales legibus canonicis ligantur.*
84 *Priuilegia conceſſa dotibus mulierum, an & quando mulieres infideles retineant.*
85 *Iudæi qui contraxerunt in gradu prohibito. l. canonica, an ſint ſeparandi.*
86 *Paganus habens plures vxores ſi conuertatur ad fidem primæ adhærebit.*
87 *Vxores plures vnus, nec vna plures viros habere poteſt.*
88 *Lex habet effectum a tempore. l. citra & non trahitur retro.*
89 *Dotis datio & donatio propter nup. an inter prohibitos contrahere matrimonium valeat. & facta apud quem remaneat. num. 91.*
90 *Ignorantia facti ſæpe peritiſſimos fallit.*
92 *Filij nati ex matrimonio de facto contracto, an legitimi cenſeantur. Et quid de natis ex ſecundo conſummato poſt primum non conſummatum. numero 108.*
94 *Conſenſus liber qualis debeat interuenire in matrimonio.*
95 *Matrimonium an valeat ſi puella mortem vel captiuitatem patris timens conſentiat.*
96 *Matrimonium eius, qui ob debitam pecuniam incarceratus eſt, & liberè illud contrahit, an valeat.*
97 *Carceratus per procuratorem agere poteſt. & quæ alia.*
98 *Coactio in matrimonijs vtrum conditionalis vel pura ſit, vt impediat matrimonium, an facienda ſit differentia.*
99 *Contractus matrimonij & aliorum differentia ratione metus quod magis matrimonium quam alios contractus impediat.*
100 *Conſenſus in carnalem copulam cohabitationis, an requiratur an vterq;.*
102 *Nupta vni per verba de præſenti, an & quando alteri nubere poßit.*
103 *Reus eſt abſoluendus, vbi iura partium ſunt obſcura.*
104 *Sponſalia vtrum erunt an matrimonium, ſi quis contraxit per verba de futuro, & dixerit, contraham tecum ſi promiſeris me tecum commiſceri.*
105 *Sponſalia de futuro quot modis contrahantur vt non habeant dirimere poſtea matrimonium contractum.*
106 *Vendita re duobus ſucceſſiuè, & ſecundo tradita, ſecundus eſt potior.*
107 *Contractus matrimonij & aliorum differentia magna.*
109 *Eccleſia an diſpenſet in matrimonio non conſummato, quando alter vult ingredi religionem.*
110 *Matrimonium ſiue conſummatum, ſiue non, quando a Deo dependeat, & an diſſolui poſſit, quando ex reuelatione diuina procedat. nume. 111. & 112.*
113 *Papa an indiſtinctè diſpenſare poſſit, ſeu diſpenſatiuè ſoluere matrimoniũ ante carnalem copulam conſummatum.*
114 *Papa an diſpenſare poſſit quod aliquis contrahit matrimonium ad tempus.*
115 *Conſuetudo nunquid circa matrimonia diſponere poſſit, & an particularis loci, an eccleſię metropolitanæ attendatur. nu. ſeq.*
117 *Mulierem contra eandem duo agunt, & de vtroque ſimul conſtat quod cũ ea contraxerunt, nec conſtat de anteriori tempore pro altero. quid iuris & quid ſi primo conſtet de matrimonio pro vno quam pro alio, quia forte non habet alius ita paratas probationes. nu ſeq.*
119 *Publica honeſtas quid, & quomodo inducatur. num. ſeq.*
121 *Publicæ honeſtatis & affinitatis differentia, & quare habuerit iſtud nomen. nu. ſeq.*
122 *Pollutio extraordinaria, an inducat impedimentum pub. honeſtatis.*
123 *Publicæ honeſtatis impedimentum an impediat matrimonium etiam contractum cum affine mulieris.*
124 *Sponſalia, an contrahi poſſint ante ſeptennium cum doli capace.*
125 *Infantia vſque ad quot annos duret.*

Doli

Source : BIU Cujas

126 Doli capacitas ante septimum an. an probari possit.
127 Sponsalibus per monachum vel sacerdotem contractis, an oriatur publ. honestas.
128 Pub. honestas nullorum sponsalium, an indistinctè impediat vsque ad quartum gradum contrahere.
129 Aetas in sponsalibus septem annorum esse debet.
130 Pater pro filio impubere, nunquid sponsalia sine ipsius consensu contrahere possit.
131 Patria potestas in matrimonio non attenditur.
132 Verbum, debet, est necessitatis.
133 Matrimonium, vtrum teneat, si filius coactione paterna ductus consentit in aliquam matrimonialiter, quam alias non esset ducturus.
134 Pater, an teneatur dotare filiam sine eius consensu nubentem.
135 Pubertas, an in alijs casibus, quam in sponsalibus consideretur ex annorum numero.
136 Matrimonium cum doli capace, an consummatum esse dicatur? & an requiratur etiam, quod malitia suppleat ætatem. & nu. 138.
137 Pubertati proximus, an matrimonium contrahere possit? & quis dicatur pubertati proximus.
139 Pubes, qui non potest coire, an possit matrimonium contrahere?
140 Mulieris proximæ pubertati & viri potentis consensus etiam sine copula, sufficit ad matrimonij perfectionem.
141 Copula etiam cum non proximo pubertati, maiori tamen septennio, consumat matrimonium.
142 Apertio claustrorum pudoris copulam non probat, si alijs apparet mulierē non aptam copulæ.
143 Viro dicenti copulam interuenisse, an & quomodo stetur.
144 Muliere de suo consensu desponsata, sed non de eodem cognita, quia oppressa, an sit consummatum?
145 Mulieri dicenti se oppressam, an & quomodo credatur. vbi pulchrum exēplum cuiusdam iudicis contra mulierem.
146 Aureola, an debeatur mulieri oppressę, quæ virginibus debetur, præsupposito quod non amittat virginitatis meritum.
147 Aureola, quibus detur.
148 Aetas infan. pupillarum & adolescentium, quomodo computetur. Et plures rationes redduntur, quare sit differentia inter ętatem viri & mulieris. nu. seq.
150 Matrimonium ad contrahendum si duo inepti sunt, an ambo, vel alter tantum ipsorum a sponsalib. resilire possint.
151 Maior, si contrahit cum minore 12. ann. an teneatur ipsam expectare vsq; quo ipsa ad pubertatem superueniat, & non possit antea resilire.
152 Sponsalia an præsumātur, si vnus dat anulum mulieri tempore sponsalium de futuro, licet hoc non exprimat.
153 Sponsalia, vel matrimonium, an contrahantur, si mulieri ludi causa anulus detur.
154 Matrimonium, nunquid valebit, si puella xij. annos compleuit, tribus diebus demptis; & vir xiiij. demptis aliis tribus.
155 Aetas in matrimonio carnali non determinatur simpliciter, sed ex prudentia, seu pubescentia.
156 Minor si distet a fine xiiij. anni per tres dies, qui sit alias prudens & teste tur, nunquid valeat testamentum.
157 Conditionis honestæ defectus in matrimonio, an deficere faciat matrimonium.
158 Matrimonij in contractu si verba de presenti interueniunt, vel de futuro, an illud suspendatur.
159 Contrahens matrimonium cum muliere si daret ei centum, deinde sub ead. conditione cum altera, & vtraq; dat centum, cum qua earum contrahere dicatur.
160 Matrimonium si sit contractum sub conditione lic ta, an videatur recessisse ab illa, si illam, cum qua contraxit, cognoscat, vel purè consentiat.
161 Matrimonium carnale & spirituale, quare differant, rationes.
162 Affinitas si post sponsalia conditionalia superueniat, an copula superueniēs transfundat ea in matrimonium.
163 Conditio & modus, quomodo differant.
164 Matrimonium, nunquid conditionale sit, vt saltem sit matrimonium purificata conditione, si contrahentes dicant, contraho si Papa dispensauerit.
165 Beneficio extraordinario, quod fit, non posse fieri dicitur.
166 Conditio, si patri meo placuerit, iure canonico non est improbata.
167 Matrimonium non valet absque patris consensu de iure ciuili, licet canones illum requirant de honestate.
168 Matrimonio contracto sub illa conditione, si interuenit consensus patris, an postea illo interueniente statim sit matrimonium.
169 Protestatio viri ante copulam, se nolle propter hoc recedere a conditione, an valeat.
170 Conditio hæc, Contraho tecum, si te inuenero virginem, an reijciatur.
171 Matrimonium, nunquid teneat, si cum aliqua contrahatur sub conditione, deinde cum alia purè, pendente conditione.
172 Matrimonium si contrahatur sub conditione omnino extitura, an suspendatur.
173 Matrimonium si contrahitur sub conditione, si pater consenserit: an subsecuta postea copula inducat matrimonium presumptum, sicut si interfuisset ante conditionem patris.
174 Casus contra substantiam matrimonij.
175 Conditionis appositio contra substantiam matrimonij carnalis, an sicut valet ipsum matrimonium impedire, ita & spirituale.
176 Matrimonium est contractus vltro citroq; obligatorius.
177 Professio licet dici possit contractus vltro citroq; obligatorius, non tamen est illius formæ, qualis est matrimonium.
178 Cognatio spiritualis, quid, & quotuplex sit.
179 Cognatio, qualiter diuidatur.
180 Filia spiritualis leuantis contrahit matrimonium cum filio filij mei leuantis, & cum nepote patris leuantis, licet non cum filio suo.
181 Cognatio spiritualis, nunquid contrahatur per Iudæum, paganum, vel hæreticum baptizantem, vel leuantem.
182 Cognatio spiritualis xx. casibus contrahitur.
183 Maritus si post cognitā vxorē carnaliter leuat puerū de sacro fonte deindeq; moriatur, & vxor transeat ad secundum virum, ex quo filiam suscipiat, an filia ipsa contrahere possit cum puero.
184 Maritus & vxor participant adinuicem actiones, non tamen passiones.
185 Cognatio spiritualis, siue compaternitas, an contrahatur per procuratorem.
187 Sindicus leuans nomine vniuersitatis, an faciat vniuersitatem contrahere cognationem spiritualem. Et an ipsemet efficiatur compater. numero sequen.
188 Vxor per leuationē viri quemadmodum efficitur commater prius cognita, an etiam concubina.
189 Patrinus ad quid obligetur leuato de sacro fonte.
190 Compaternitas, an contrahatur, si leuans non respondet.
191 Leuantes plures, an in adulto interuenire possint.
192 Leuans linteum, non tamen puerum, an contr hat compaternitatem.
193 Compaternitas, an inter ipsos leuantes contrahatur.
194 Episcopus, an dispensare possit, vt plures de sacro fonte leuent.
195 Filij duo spirituales vnius, an possint adinuicem matrimonium contrahere.
196 Cognatio legalis, quid sit, & quotuplex. num. seq.
198 Matrimonium, qualiter aut inter quas personas impediatur propter cognationem legalem.
199 Cognatio legalis, an non solum matrimonium impediat, sed etiam dirimat.
200 Frigiditas, quid.
201 Matrimonium, an statim probata impotentia coeundi ob frigiditatem separetur: an vero triennium expectetur. Et vtrum id procedat tam in expectatione viri, quam mulieris. nu. 205. Et a quo tempore triennium computetur. nu. 206.
202 Pubertas plena in viro & muliere, qualis.
203 Frigiditatis ad probationem, argumenta tria inuenta sunt.
204 Frigidus si cum corrupta contrahat petente separari matrimonium, quid fiendum, si frigidus ipse neget.
205 Contrahens scienter cum arcta, eam vt sororem habere tenetur de necessitate.
207 Lis de necessitate non contestatur in causa matrimoniali.
208 Vxor infra quantum tempus de marito querelare possit.
209 Impotentiam viri ad experiendam quantum tempus detur.
210 Clandestinitas vtrum habeat impedire matrimonium.
211 Consensus de præsenti præstitus in occulto an faciat matrimonium.
212 Matrimonium si alter neget esse contractum, cui onus probandi incumbat.
213 Intellectus communis ad c. 1. de confes. lib. 6.
214 Clandestinè contraxisse si qui confiteantur, vir tamen dicit quod prius consanguineam mulieris cognouerat, & mulier idem fatetur. quid erit?
215 Filius ex matrimonio clandestino si natus sit, mulier postea contrahit cum secundo ex qua filius nascitur, an hic ex secundo legitimus dicatur.
216 Statuto laicorum dictante, quod contrahentes matrimonium coram paucioribus decem, puniatur in centum, si Titius corā vicario episcopi petit sciam in vxorem, dicens se illam desponsasse coram quatuor, potestas uult eum condemnare in centum, an vicarius inhibere possit.
217 Matrimonium ut contractum dicatur in facie ecclesię, an sufficiat probare, publicè contractum, non tamen cum banno.
218 Ecclesia multifariam sumitur.
219 Contrahens publicè cum una, deinde cum secunda facta publ. an sine peccato coniungatur, vel an debeat contrahere diuortium.
220 Diuortij sententia lata super primo matrimonio, nec appellatur, an excusetur mulier sciens, de primo, nec est appell. & an proles sit legitima.
221 Clandestinitatis matrimonij prohibitio quid operetur.
222 Matrimonij clandestini effectus.
223 Matrimonium si contrahatur contra interdictum ecclesiæ, seu iudicis, an propter hoc dirimi debeat. & an procedat in Papæ interdicto. nume sequen.

S. nectus

Source : BIU Cujas

Hierony. Mangiariæ, in arborem Conſang.

225 *Senectus ſeu decrepitas, nunquid impedire habeat matrimonium.*
226 *Verborum defectus, ſeu expreſſio in loqui ſcientibus, an habeat vitiare matrimonium. Et quid in deſponſatione, vel alio ſigno ſi eſt conſuetudo, quod eo interueniente illud cenſeatur contractum. nu. 228.*
227 *Filiorum taciturnitas an ſufficiat ſi parentes pro filijs contrahant.*
229 *Matrimonium an contrahere poſſit dubitans de morte coniugis, de cuius morte eſt fama, ante quam certificetur. Et quid ſi moriatur miles in cõflictu, qui tamen non reperiatur inter mortuorum corpora a requirentibus, qui dicunt ſe credere eum mortuum. nu. ſeq.*
231 *Beneficium vacare dicitur, quando fama eſt in eccleſia clericum mortuum.*
232 *Vxor facta fide de viri morte, ſi nupſerit infra annum, an etiam ſi vere mortuus ſit vir, committat adulterium.*
233 *Matrimonij impedimentum olim vsque ad ſeptimum gradum durabat.*
234 *Diſtare licet æqualiter duo inter ſe poſſint, tamen a ſtipite vnus magis diſtabit.*
235 *Matrimonij prohibitio licet a iure ſit hodie ſaltem quo ad quartum gradũ, an per Papam, ſeu legatum diſpenſari poſſit.*
236 *Remotior quoto gradu diſtat a communi ſtipite, eodem diſtant ab inuicem.*
237 *Graduum in computatione & in probanda conſanguinitate, vnde incipiendum.*
238 *Deſcendentes a ſtipite, licet non poſſint cum ſtipite nec ab ipſo deſcendenti bus per rectam lineam contrahere, poſſunt tamen cum eius filio & vltteriorib. per aliam lineam indirectam.*
239 *Infideles etiam ad fidem reuerſi citra quartum gradum coniuncti, an ſeparari debeant.*
240 *Proles ſuſcepta ex primis nuptijs ex vxore præmortua an poſſit contrahere cum filijs ſecundæ ex alio matrimonio natis.*
241 *Affinitas licet mutet genus, non tamen gradum.*

IN nomine igitur Ieſu, in quo omne genuflectatur, cę leſtium, terreſtrium & infernorum, & omnis lingua confitebitur illi. ipſe enim veritas eſt, vt habetur Ioannis xiiij. c. & ſine veritate nullum bonũ eſt, vt habetur Iacobi. 1. c. Lecturus igitur materiam arboris conſanguinitatis & affinitatis, per cuius inſpectionem oculorum & figuram materia ipſius clarior & lucidior efficitur, quia certior aure arbiter eſt oculus, cum per eam cognoſcitur quoto gradu aliqui diſtent ab inuicem quotoque gradu diſtent
1 a ſtipite, † cum probatio, quæ fit per oculorum inſpectionem, vincat omnes probationes, l. ſi irruptione. ff. finium regund. l. contra negantem, & ibi per Bal. C. ad l. Aquil. & in rubrica, de probat. c. quia iudicante, extra, de præſumpt. Ordinem in ipſo tractatu. ſ. ſcriptum obſeruabo. primò quidem, quia præſtantior & efficacior eſt prohibitio, quæ procedit ex matrimonio tam ex cauſa prohibente, quam ex cauſa prohibita: Ideo ab exordio videndum erit de pluribus circa matrimonium. Et primò videndum erit, quod ſit matrimoniũ, cum reliquis quæſitis ſuis, & præcipuè, quot ſint impedimenta matrimonij. Secundò, quid ſint ſponſalia. Tertiò, aggrediar matrimonium arboris conſanguinitatis, quæ per plura quæſita expedietur. Quartò, materiã arboris affinitatis. Quintò, & vltimò quęrendum erit de pluribus quæſtionibus, quę ad hanc materiam pertinere videntur.

2 VEnio ad primum, Et communiter ſic diffinitur, † Matrimoniũ eſt maris & fœminæ coniunctio, indiuiduam vitæ conſuetudinem continens, vt j. di. ius naturale. 27. q. 2. in princip. & 29. q. 1. §. 1. & de præſumptio. illud. c. 2. de conuer. infi. & habetur Inſti. de iure naturali, in prin. Hoſtien. tamen addit diuini & humani iuris communicatio, quæ additio ſecundum communiter Doctor. videtur eſſe ſuperflua, cum iſta verba comprehendantur ex præmiſſa diffinitione, & notan-
3 ter ponderantur iſta verba, maris & fęminæ, † quia vnius vxoris vnicus debet eſſe maritus, c. gaudemus, de diuor. chriſtiano. 34. q. 1. dicitur maris & fœminæ, ſcilicet nõ prohibitorũ:
4 † verba enim debẽt intelligi ciuili modo, ſcilicet de idoneis, de reſcrip. cum adeo c. ſi cui. de præb. li. 6. l. vt gradatim. §. ſed ſi lege. ff. de mune. & hono. Item ponderatur in alio verbum, maris, & fœminæ, vt comprehendantur homines, qui ratione ſunt participes, non bruta, iuxta illud Ouid. Metamorphoſeos, in prin.

Pronaque cum ſpectent animalia cætera terram, &c.

Et quod denotat viri conſuetudinẽ, quod Vin. exponit cõuerſationem cum ratione. ad hoc facit. cap. debitum, de bigamis. Ex quo incidenter noto, quod per coniunctionem & commiſtionem carnis inter maritum & vxorem denotatur vnio, quæ eſt inter Deum & eccleſiam: per ſolum autem cõſenſum denotatur vnio & caritas, quę eſt inter Deum & proximum, ideo ſolus conſenſus non conſtituit quem bigamũ, ſed conſenſus cum copula bene, quæ bigamum conſtituit. vnde cum eccleſia ſemper fuerit vnita, ideo ille qui diuiſit corpus ſuum in duas, prohibetur promoueri ad eccleſiam, quæ ſemper fuit vnica, vt no. in dicto c. debitum. & eadem ra
5 tione poteſt dici, † quod quando nondum eſt conſummatũ matrimonium, poteſt alter coniugatorum ingredi religionem irrequiſito aſſenſu alterius, vt habetur per glo. in cap. ex publico. de conuer. coniu. cum multis ſi. Item ponderantur illa verba, indiuiduam. debet enim contrahi matrimonium ad illud propoſitum, & cum iſta intentione, vt 32. q. 2. c. ſolet. per illa verba, indiuiduam vitę, &c. complectitur vniuerſi ſacri coniugij donum, quod appellatur ſacramentum, c. fin. de condi. appo. Do. autem Cardi. aſſerit aliam poſſe diffinitionẽ
6 adaptari, videlicet, † ꝙ matrimonium eſt vnio viri & mulieris, qua alter alteri vnitur, tria bona coniugij, quæ eſſe dinoſcuntur, fides, proles, & ſacramentum, de quibus habetur in d. c. fi. de cond. appo. Nec aliquod obſtaculum generatur præfatæ diffinitioni, dum dicitur coniunctio, quia ex eodem videtur ſequi, quod tot ſint matrimonia, quot ſint coniunctio-
7 nes, quia multiplicata cauſa multiplicatum producit effectũ. l. ſcire debemus. ff. de verb. oblig. & l. etiam. §. 1. ff. de minor. & 2. q. 3. §. notandum. in ver. ſi plura. & habetur in c. in Geneſi, de electionib. & in cap. ſi duo, de procurat. lib. 6. quia reſpondetur quod iſta coniunctio conſideratur non habito reſpectu ad coniunctionem carnalem, ſed reſpectu coniunctionis ſacramentalis, & Doc. exponũt coniunctio, ſcilicet ſacramẽ-
8 talis. † Eſt enim matrimonium vnum ex ſacramẽtis eccleſię,
9 de quibus per glo. in cap. veniens. de tranſact. † Copula aut ẽ, & coniunctio carnalis, eſt executio huius ſacramenti. de hoc etiam habetur per Magiſtrum ſententiarum, quarto ſententiarum. di. 27. Nec obſtat etiam, quod dici poſſit de beata Virgine, quæ nullo modo ad carnalem cõiunctionẽ aſpirauerit, vt habetur. 27. q. 2. §. cum ergo. in ver. beata Virgo. cum ipſa vouiſſet caſtitatem per illa verba Euangelij, quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco. quæ verba exponuntur, ideſt non cognoſcere decreui. quia reſpondetur quod iſtud poceſſit diuinitus ex iſtinctu ſpiritus ſancti, qui voluit eos in huius ſacramenti miſterium conſentire, licet carnalis non interceſſerit copula. Item ſcito, qđ ꝑ iſtud quod dicit, in diuiduam uitæ, &c. excluditur coniunctio concubinæ, quæ pro libito abiicitur, vt 32. quæſt. 4. cap. dicat aliquis, & c. meretrices vbi patet quod Abraam Gar a ſua domo expulit, quę vt concubina, ſibi obſequebatur. Notandum eſt etiam,
10 ſecundum Gaſp. Cal. † quod interdum dicuntur largo modo ſponſalia matrimonij, vt probatur in cap. iuuenis. de ſpon & in coniunx. Quandoque etiam matrimonia appellantur, &c. vt 32. q. 4. nuptiæ. & perſpicue habetur Inſtit. de pat. pot. in princi. ibi, nuptiæ ſiue matrimonia. & 27. q. 1. in prin. Nuptię tamen proprie accipiuntur pro ſolennitate nuptiarum, vt 30. q. 5. cap. nullum. Quandoque eriam matrimonij appellatione coniugiũ continetur, ex quibus omnibus videtur, ſecũdum D. Card. dicere poſſe quod hæc, ſcilicet coniugium, nuptiæ, & matrimoniũ ſint ſinonima, ideſt idẽ ſignificantia.
11 Secundo quæro † vnde recipiat denominationem matrimonium? & reſpondetur quod a matre, & dicitur quaſi matris
12 monium, quia munitur a matre, c. 2. de conu. infi. † & dicitur matrimonium, non patrimonium, quia grauiora ſubit onera mulier, quam vir, vt d. c. 2. Neque obſtat quod denominatio debet fieri a digniori, vt capit. cleros. 21. diſtinctio. in ver.
13 preſbyter. † ſed in matrimonio dignior eſt vir, quam mulier, 30. q. 5. c. hæc imago, & c. caput, & cap. ſequen. Similiter non obſtat, quia ſi attendatur cauſa finalis, mulier eſt facta propter virum, & non econuerſo, vt in c. eſt ordo. 34. q. 5. Eſt ſimiliter cauſa efficiens, & principium conſiſtit in homine, vnde primo interrogatur vir, quam mulier. cap. ſi inter. deſpon. Item cauſa materialis conſiſtit in viro, & ex materia viri, plaſmata eſt mulier. Item ſi attẽdimus cauſam formalem, adhuc vir magi. ſe habet per modum formæ cum ſe habeat tanquã agens mulier, vt patiens, quæ eſt quaſi famula ipſius viri, vt dicto c. hæc imago, & c. caput. Quia omnibus iſtis reſpondetur, ꝙ ideo fit denominatio a matre tanquam a fine: † finis
14 enim principalis matrimonij, eſt bonum prolis, in cuius procreatione mater magis deſudat quam vir, vt d. c. 2. de conu. infi. vbi liquet, quod mulier poſt cõceptum oneroſa, in partu doloroſa, & poſt partum laborioſa. Secunda ſolutio ſubiungitur contrarijs, quia propter finem & cauſam finalem magis fit denominatio a matre, quam a patre per prædicta, & actus debet denominari a cauſa finali, vt dicto capitu. cleros,

Source : BIU Cujas

ros, & decimasexta quæstione prima. si cupis.

14 Tertio quæritur, † quæ fuit causa finalis matrimonij. Inno. in cap. iuuenis, de spon. dicit, quod causæ principales fuerunt duæ. prima fuit susceptio sobolis procreandę. secunda fuit vitatio nephariæ fornicationis, 32 quæstio. secunda. §. iis ita. & facit vltra allegata per ipsum, c. nerui, 13. distinctio. ibi, vnusquisque habeat suam propter fornicationem euitandam. Aliæ etiam causæ sunt permultæ circunferentes, scilicet instauratio seu reformatio patris, venustas mulieris, & opes immensæ, & multæ aliæ, secundum ipsum Innocen. clarius secũdum dominum Card. dicendum est, quod aut sumimus consideratione circa statum primæuum rationalis creaturæ in Paradiso, & tunc finalis fuit multiplicatio prolis ad recuperationem Angelorum irremediabiliter lapsorum, vt habetur Ezechiel. iij. capi aut consideramus statum secundarium post peccatum, & tunc vltra prolem fuit secunda causa, scilicet vi-
15 tatio fornicationis. ex quo infertur, † quod matrimonium fuit institutum ante lapsum primi parentis. 22. q. 2. in §. iis ita. & facit c. vnicum, de voto, lib. 6. & 34. q. 2. in fin.

16 Sed contra prædicta sic opponitur, † & videtur quod matrimonium nõ sit sacramentum, qđ sic ostenditur. Sacramẽta sunt inducta, vt sint remedia contra morbum & peccatũ. c. cum omne, de consec. di. 2. & quod ibi no. sed tempore innocentiæ nullus erat morbus, neque peccatum. Ad cõfirmationem huius vltra Doc. facit, quia ars & natura nihil faciunt & nihil operantur frustra. l. adoptio. ff. de adop. l. qui bis idem. ff. de verbo. obli. Gaf de Cal. soluit istud contrarium, quod institutio respicit vsum matrimonij, & imò hoc sacramentum differt ab aliis, quia non est tantum in remedium peccatorũ & morborum, sed etiam est in officium & obsequium, scilicet causæ prolis procreandæ, & fornicationis euitandæ, secũdum distinctionem, de qua supra. 27. q. 2. c. nuptiarũ, in prin. de hoc etiam habetur latius per Magistrum sententiarum, 4. sententiarum, di. 16.

17 Quartò quæritur, † a quo fuerit institutum ipsum matrimonium? & respondetur quod a Deo, vt probatur in dicto §. ijs ita. 32. q. 2. & de voto. c. vno, & in c. fi. de fri. & malef. Nec obstat quod dici posset quod fuerit institutum ab homine per illud verbum, hoc nunc os ex ossibus meis, vt in c. debitum. de biga. c. gaudemus, de diuor. Quia respõdetur quod Deus dicitur instituisse ipsum matrimonium, quia Adam illustratus a Deo ista verba protulit, hoc nunc os ex ossibus meis, 35. q. 10. c. fraternitatis, & dicto c. debitum. Glo. tamen
18 Insti. de iure nat. gen. & ci. dicit † quod matrimonium triplici iure nititur, scilicet naturali, gentium & ciuili, tamẽ originaliter est a Deo tantum. potest dici, sustinendo istam glo. quod est de iure naturali, quia naturaliter masculus inclinatur in fœminam, vt ff. de iusti. & iure, & ibi no. in l. 1. & 1. di. ius naturale. Quod licet omne animal appetit conseruari, & cum non possit seruari secundum suum individuum, idest in seipso, curat conseruari in sua specie, vt habetur per Aristotelem in secundo de anima. & hæc potest esse ratio quare pater magis diligit filium, quam seipsum, vt ff. quod me. causa. l. isti quidem. quia plus in eo conseruatur. & quod matrimonium sit de iure naturali, tenuit etiam Innocen. in cap. fraternitatis. in verbo, dubitabilis. Dicitur etiam matrimonium de iure gentium, quia ex illo tanquam ex dictamine rationis surgit, quod sit vna vnius viri, & econuerso, cum nõ liceat duas vxores habere, c. Christiano, 34. distinct. vbi dicit, Christiano nedum non licet plurimas vxores habere, sed nec plures facit. c. gaudemus, de diuor. licet Socrates & Plato dixerint, q̃ ad bonam peliciam esset, q̃ vxores essent communes. quorũ opi. reprobat Philosoph. j. Politico. hoc probatur multis rationib. & causis, de quibus ibidem per ipsum plenè. Et quod matrimonium etiam fuerit de iure gentium, probatur plene in Gene. 24. c. vbi habetur, quod dum Abraam esset senex, dixit ad Eliẽ procuratorem domus suæ, pone manum tuam super fœmore meo, & iura mihi per Deum cęli & terræ, quod non accipias filio meo Isaac vxorem de filiabus Gen. inter quas habito, sed ibis ad cognationem meam, & inde accipias ei vxorem, qui iuxta mandatum Domini sui progressus est in Mesopotaniam, ibiq; & feberam in vxorem procurauit tradi Isaac. & ita opere factum fuit, cum esset de generatione spiritus Abrahę. Probatur & secundò per aliud exemplũ Iacob, qui alias Israel appellatur profectus Mesoporaniam ad iabari auunculum suum propter timorem Esau, quem circa primam genituram supplantauerat duas simul vxores matrimonio copulauit, scilicet Cham & Zachel, vt habetur Genesis 30. cap. Salomon ẽt Rex Israel plurimas habuit vxores, quas filiam habuit Pharaos Regis Egipti, ex qua dicit scriptura genuisse filium in xj anno, vt habetur Reg. iij. c. multa etiã de hoc possent dari exempla. Tertio etiam potest dici matrimonium de iure positiuo, quia habet dependentiam a l. positiua, vt c. j. & c. penul. de spon. duo. de iure naturali, & de iure gen. & de iure positiuo.

19 Quintò quæritur, † quid requiratur ad hoc, vt sit matrimonium? Respondetur, quod sufficit solus consensus, vt c. 1. & c. sufficiat, 27. q. 2.

20 Sextò quæritur, † quis possit contrahere matrimonium? circa hoc dixit Innocen. in c. iuuenis, de spon. quod quilibet, qui cõsentire potest in carnalem effectum, nisi prohibeatur, vt minor 14. annis, & c. tuæ, de spon. vbi etiam ille, qui caret vtroque testiculo, c. quod sedem, de frigi. & malefi. vt etiam furiosus. est enim edictum de matrimonio de genere prohi-
21 bitorum, vt c. cum apud. de spon. † Vtrum autem contrahi potest matrimonium per procuratorem, hoc hodie est decisũ per c. fi. de procura. lib 6. per ea, quæ habentur per Innocen. in c. iuuenis. s̃. de spon. hoc tamen videtur illo casu speciale in illo casu, videlicet quod si dominus reuocet mandatum ignorante procuratore, & ea cum qua debet contrahi matrimonium, quod ignoret, nihilominus impeditur contractus matrimonij, quod secus est in procuratore ad iudicia, vbi requiritur quod certificetur procur. l. aduersarius. l. si mandassem. ff. mand. c. mandato. s̃. de procur. Sed tamen alias solitus sum dicere in Clementina j. de renuncia. quod ille non est casus specialis in dicto capit. fina. ideo continet ius commune.
22 ratio, † quia vbicunque agitur de dominij translatione impeditur translatio dominij, licet reuocatio procuratoris non perueniat ad notitiam aduersarij. l. 3. §. si quis donaturus. ff. de donat. l si pater. ff. de manu. vin. Et habetur per gl. & Doc. in dicta Clementina prima. de renun. quæ bene ponit in hoc casum specialem, vt valeat renunciatio beneficij facta per procuratorem reuocatum, licet reuocatio nõ peruenerit ad notitiam procuratoris. & ponitur ratio in illa Clementina, ne illusio habeat locum in beneficialibus.

23 Item quæritur, † quæ causæ sint impeditiuæ matrimonij, & quæ personæ impediantur? Innocen. in c. iuuenis. s̃. allega. enumerat xij. impedimenta ipsius matrimonij. Primum impedimentũ secũdum ipsum est furor, vt c. neque furiosus, 32. q. septima. quod debet intelligi, quando furor suberat tempore contracti matrimonij: secus si superueniat post contractũ matrimonij, quia per hoc non dissoluitur, nam multa impediuntur fieri, quæ facta tolerantur. l. patre furioso. ff. de iis, qui sunt sui, vel alie. iur. c. quemadmodum. de iureiuran. &
24 hoc probatur in dicto c. neque furiosus. Item † in simili furiosus non potest testari. c. cum dilectus, de succes. ab intesta. &
25 Insti. quibus non est permi. fa. test. §. furiosus. † Item furiosus non acquirit possessionem, nec in eum transfertur. l. meo. §.
26 si furiosus. ff. de acquiren. poss. † Item furiosus non potest renunciare beneficio, nec valet, vt 17. q. 2. Gonsaluus. Si tamẽ furiosus habet dilucida interualla, & illo tempore contraheret, teneret matrimonium, vt c. cum dilectus, de spons. & no.
27 glo. in dicto c. neque furiosus. † Item furiosus retinet dignitatem, quam acquisiuit tempore sanæ mentis. l. qui furem. ff. de
28 statu homi. † Item retinet filios in potestate, vt ff. de iis qui sunt sui, vel alie. iur. l. patre furioso. potest tamẽ cadere, quod quis erit constitutus in conspectu vmbratæ quietis, vnde nõ teneret matrimonium contractum cum illo, quia deficit cõ-
29 sensus, vt 15. q. 1. in c. aliquos. † Quomodo autem probetur furor, & quem esse furiosum? Respondetur quod ex dictis, q̃ fatuus fatua loquitur. ita legitur in Isaia, de quo in c. legimus. 89 distinct. Item ex factis. l. quidam in suo. ff. de condi. instit. & faciunt nota. in dicto c. cum dilectus, de succes. ab intesta.
30 Sed quæritur circa hoc de vna q. † mulier contraxit cum furioso, quo casu a principio matrimonium est nullum, sed post quam reuersus est ad sanam mentem, mulier consentit in ipsum, an valeat matrimonium? & arguitur q̃ sicut, vt s̃. de eo, qui duxit in matrimonium, quã pol. per adul. c. 1. & c. veniẽs, & proposuit, de coniug. seruo. Io. verò Glossator tenuit contra ęa ratione, quia consideramus in hoc initium, & initio defuit consensus, vt 30. q. 2. vbi non est. sed glo. in ca. dilectus. s̃. allega. tenet quod istud matrimonium valet prout ex nunc, non prout ex tunc, quæ glo. communiter approbatur. & præ dicta procedunt, etiam si altera pars sciret aliquem esse furiosum, puta pater & filia, per hoc non teneret matrimonium. sed tamen ille, qui sciuisset furorem alterius perderet arras, quas dedisset licet matrimonium non teneret. l. fi. §. patrem. C. de nup. Sed cõtra prędicta fortiter instatur & videtur quod matrimonium valeat contractum cum furioso, quod sic probatur. Nam furiosus potest generare, ergo & contrahere. cõsequen. probatur in c. puberes, de despon. impube. Item furor est morbus accidentalis, vt xv. q. 1. c. aliquos. Item matrimonium est de iure naturali. 1. dist. ius naturale. Naturalia autem tolli non possunt, quia sunt immutabilia, Inst. de iure naturali,

Source : BIU Cujas

naturali, gen. & ci. §. naturalia. Clementi. pastoralis, de re iud.
Item impotentia coeundi non impedit matrimonium, nisi 36
sit impedimentum perpetuum, vt cap. laudabilem, de frig. &
malefi. ergo nec ipse furor, qui quandoque durat ad tempus
31 tantum. Item † furiosus potest baptizari, c. queris, de consec.
distinct. 4. de baptis. c. maiores, in fi. ergo matrimonium con
trahere, quia cui vnum genus sacramenti conceditur, aliud
negari non debet, 15. distinct. illud. 13. q. vlt. c. fatendum, So.
illa est ratio, quare furiosus matrimonium contrahere non 37
potest, quia caret consensu, vt supra dictum est. Item non ha-
bet potestatem sui corporis, quod requiritur in contrahenti-
bus matrimonium, vt tradant ad inuicem potestatem sui cor
poris. de consang. & affin. c. non debet. Non ob. modo respō-
sio ad contraria, & primo q̄ licet furiosus possit generare, ta-
men non sequitur quod etiam possit contrahere propter de-
ficientem cōsensum. nec etiam c. puberes. hoc probat, quod
quicunque qui potest generare, possit contrahere, quia ani-
malia bruta, quæ possunt generare, possent & contrahere: sed
solum probatur, quod qui ætate non impeditur generare, cō
trahere potest, idest respectu ætatis non impeditur, licet non
dum sit pubes ratione annorum. Ad secundum verò contra
rium respondetur, quod licet furor sit morbus accidentalis,
& casu possit desinere, tamen dum durat, impedit matrimo-
nium. Et ad illud quod dicitur quod naturalia sunt immuta-
bilia. respondetur quòd licet ipsum vinculum matrimonij sit
de iure naturali, tamen quod iste, vel ille sit habilis, vel inhabi
lis, est ex accidenti. Ad tertium, dum dicitur de impedimen-
to coeundi, quod est momentaneum. Respondetur, quod
consensus concernit contractum matrimonij, qui perficitur
in tempore instantaneo, & sic si tunc subest inhabilitas con-
sensus, nullum est matrimonium. Sed impotentia coeundi
concernit vsum matrimonij, quia respicit totum tempus du
rantis matrimonij, ergo vt impediat perpetuò, requiritur q̄
sit perpetua. Ad quartum, dum dicitur de baptismo, respon-
detur, quod aliud est in baptismo, in quo sufficit q̄ non con-
tradicat baptizandus. d. c. maiores. sed in matrimonio requi-
32 ritur consensus positiuus. † Item opponitur contra prædicta,
quod non semper requiratur, quod simul cōsentiant, vt quā
do quis contrahit cum absente, vt c. fin. de procur. in vj. Solu.
etiam tunc oportet q̄ consensus viri perduret vsq; quo mu-
lier consentit, & econuerso, vt ibi habetur. Item secundum
Hostien. oportet q̄ absens sit talis persona, quæ consentire
possit, & quod vtriusque consensus concurrant in idem, &
eodem tempore. Item opponitur, quod furiosus possit con-
trahere, si postea perueniat ad sanam mentem Nam videmus
quod tutor datus tpe furoris, si factus sit sanæ mētis, acceptat
ipsam tutelam, & valet ipsa datio, vt Insti. qui da. tu. pos. §. si
furiosus. & furioso etiam potest causa delegari, vt ff. de iudi. l.
cum furiosus. Sol. hoc procedit, quia talia possunt etiam in
nuitum conferri, & etiam in absentem & furiosum, vt ff.
de reg. iur. potest. secus in matrimonio, vbi requiritur con-
sensus vtriusq;. Et idem esset dicendum in electione, vt quia 38
si furiosus eligeretur ad prælaturam, non valeret electio, secū
dum Vinc. quem sequitur dominus Car. arguendo de matri
monio carnali ad spirituale. tamen illi qui elegerunt scienter 39
talem furiosum priuantur potestate eligendi, 33. dist. c. mari-
tum. Secus si ignoranter. faciunt not. in c. cum in cunctis, de
electionib. & in c. innotuit, & in c. per inquisitionem, eo. tit.
33 Quid autem in collatione, † nunquid valeat collatio facta fu-
rioso? dicit D. Cardin. q̄ idem est quod de electione. & licet
sufficiat quod vel is cui fit collatio consentiat ex post facto,
vt c. quam sit, de elect. in 6. & de præben. si tibi absenti. tamen
expedit quod tempore electionis vel collationis sint habiles
ad consentiendum, vel non penitus inhabiles, q̄ dicitur pro-
pter monachum, qui non est omni modo habilis. secus de fu
rioso, qui est tanquam corpore vitiatus. 33. di. c. maritum. 50.
distin. qui in aliquo. nec etiam idoneitas superueniens con-
firmat electionem nullam, de elect. dudum. c. si eo tempore.
de res. in vj. Et ponit D. Card. generalem regulam circa furio-
34 sum, † quod furiosus nullum negotium agere, vel contractū
inire potest, de reg. iur. l. in negociis. & in gl. no. siue requira-
tur expressus consensus, vt ff. de iu. codic. l. 2. §. furiosus. & in 40
glo. siue tacitus, vt sunt locu. l. quia ad certum. & no. glo. in di
cta l. in negotiis, nisi sit casus in quo non posset contradice-
re, si foret sanæ mentis, quia tunc habetur pro non contradi
cente, vt ff. sol. matr. l. 2. §. voluntate. Item furioso acquiritur
35 obligatio, sed qui gerit eius negotia tenetur furioso actione 41
negotiorum gestorum. ff. de neg. gest. l. 3. §. si furiosi. & in glo.
& est ratio, quia sufficit q̄ non interuenerit prohibitio in hac
actione, vt in l. fin. C. de neg. gest. & l. si ex duobus. ff. cod. titu.
no. glos. in dicta l. in negotiis. Item ex quibuscunque causis
ignorantibus nobis actiones quæruntur, & eisdem etiam
furioso. l. si a furioso. ff. si certum petatur.

Quid autem de ebrio, † vtrum possit contrahere matrimo
nium? Do. Card. dicit, secundum Boatinum, quod si est ita
ebrius, quod nullo modo habet vsum rationis & nescit omni
no quid agat, idem dicendum est quod de furioso: secus si
non est tanta ebrietas. Ad hoc faciunt notata per gl. summæ.
15. quæst. 5. in summa, & in cap. inebriauerunt, & 25. distin. in
§. criminis.

† Nunquid autem ebrietas sit peccatum mortale, vel venia
le? reperio Archid in hoc, alias dixisse in c. sexto die. 34. dist.
vbi ipse sic distinguit, triplicem esse ebrietatem, & causari.
vno modo sic, q̄ nescit potum esse immoderatum, & nescit
vini fortitudinem, & huiusmodi, ebrietas potest esse sine pec
cato, & sic creditur Noe inebriatum fuisse, vt habetur in cap.
venter, eadem distin. Alio modo, & secundo, tangitur ebrie-
tas, quia aliquis bene percipit potum esse potētem, & immo-
deratum, nō tamen extimat virum potentem inebriare, pro
ut fortè se extimat, & ista ebrietas est cum peccato veniali.
Tertio modo potest contingere, quod aliquis bene aduer-
tit potum esse immoderatum & inebriare, & tamen vult
magis ebrietatem incurrere, quam a potu abstinere, & talis
propriè dicitur ebrius, & hoc modo secundum ipsum, incur-
rit peccatum mortale, quia peccata mortalia recipiunt spe-
ciem ipsam mortalitatis non ab his, quæ per accidens euē-
niunt, præter intentionem, sed ab eo quod est per se in inten-
tione, & tunc ebrietas est peccatum mortale, quia secundū
hoc homo sciens & volens priuat se vsu rationis, quo seruitu
tem operatur, & ad peccatum declinat, & tunc peccat morta
liter periculo peccandi se committens. ad hoc allegat dictum
Ambrosij. in c. sanè, 15. q. 1. vbi dicit ipse esse dixerim per quā
crimina cauere non possum: namq; sobrij cauerem per ebrie
tatem Ambrosius vitandam ebrietatem ignorantes commit
timus, nesciunt quid loquuntur, qui nimio vino indulgent,
iacent sepulti, ideoque si quis per vinum deliquerit, apud sa-
pientes indicentur venia quidem facta donantur, sed leuita-
tis damnantur authores. quod intelligit gl. quod non punitur
pro eo, quod ebrius fecit, sed pro eo quod locus erat ad ine-
briandum se, quasi velit dicere gl. quod dedit operam ad ine-
briandum se. glo. tamen in c. inebriauerunt, eadem causa, &
quæstione. in gl. super verbo, nō tantum, dicit aliter q̄ Loth,
de quo ibi, inebriatus fuit, propter quam inebrietatem com-
misit incestum cum filiabus suis, punitur de ebrietate, sed nul
lo modo punitur pro incestu. Vel recitando aliam opi. dicit,
quod punitur etiam pro incestu, sed non tantum quantum in
cestus mereretur, si esset commissus ex deliberatione. quæ
opin. videtur satis æqua esse & iuri consona, quia actionem
potandi præbuit se inebriando, & tunc videtur saltem in tan-
to, licet non in toto debere puniri: quia qui actionem damni
dat, &c. c. sicut dignum, & c. si perfodiens, de homi. & sunt c.
fi. notabiliter de homic. in vj. vbi dicitur, q̄ cogitare debuit,
quod euenire posset.

Venio nunc ad secundum impedimentum, q̄ est secun- 38
dum Iunocen, quando quis est sectus & impotens coire. 32.
q. 7. hi, qui. vt sunt castrati. i. castè nati, spadones, & ij, qui vxo-
rem cognoscere non possunt: † in matrimonio enim exigun- 39
tur tria bona, s. fides soboles & sacramentum re, vel spe, vt
27. q 2. c. omne. Dicunt tamen aliqui in dicto ca. ij qui, prout
refert gl. q̄ si habet virgam erectam, siue resoluatur spina, si-
ue non, quod possit contrahere matrimonium, & contractū
valeat, & teneat. adducit rationem, quia talis mulieri satisfa-
ciat, & mulier satisfacit viro, siue resoluat spina, siue non: suffi
cit enim secūdum ipsum, q̄ sit spes filiorum in matrimonio,
& tunc sufficit q̄ non euitet prolem, vt cap. solet, 32. q. 2. quæ
opi. reprobatur communiter, quia qui vtroque caret testicu-
lo, non potest contrahere matrimonium. addunt vnicā rōnē
in d. c. ij qui. quia cum omne matrimonium fiat cā prolis pcreandæ & vitandæ fornicationis, & in tali secto cā vtraq; de
ficiat, ergo nullum matrimonium cum eo, puta si quis in cō-
trahendo hanc ponat p̄dōnem q̄ filij nō nascātur, nihil agit.
32. q. 1. aliquādo. c. fi. de cond. appo. ergo vbi tale est impedi-
mentum, q̄ naturaliter inest, nullum erit coniugiū, cū iste nō
possit in carnalē copulā p̄sentire, s̄m Gof. † secus aūt est in eo,
q̄ caret tm̄ vno testiculo, quia ille bene pōt p̄here mr̄imoniū.
l. si serua. ff. de iu. dot. secus aūt, q̄ vtroq;, & illā ēt opin. dicunt
Doc. tenuisse ipsam, & Hugu. in d. c. ij qui. de quo per Gof. in
summa, de frigi. & male. in § de castratis.

† Nunquid aūt per coitū castrati p̄hat affinitas, q̄uis sit in- 41
habilis ad generandū? Dixit Arch in d. c. ij qui. Vgu. tenuisse
q̄ sic, licet ibi non sit commistio seminū. adducit rōnē, quia
aliqñ in primo coitu mariti & fœminæ sæpe non fit p̄mistio
seminum, quia fortè tunc mulier non spermatizat, & ta-
men ibi contrahitur affinitas, secundum Vgu. tamen contra

ipsum

Source : BIU Cujas

ipſum facit id,quod habetur in cap.extraordinaria,35.queſt. 3. Ray. autem in ſumma ſua, tenuit oppoſitum dicit enim, firmiter tenendum eſſe,quod illi qui habent ſecta virilia,inepti ſunt ad reddendum debitum matrimonij,& ideo contrahere non poſſunt,ſicut nec pueri.cap.quod ſedem, de frig.& male. & ſi contrahunt, nullum eſt matrimonium. vnde ſunt diuidendi, ſecundum eundem Ray.in ſumma ſua, in rubrica.de impo. coeundi. in §. vidimus. & habetur 27.q.2.c.omne.& hanc opi. ſequitur Archi.ibidem.

42 Nunquid autem † extraordinaria pollutio cauſet affinitatem? & reſpondetur quod non, vt dicto capitu.extraordinaria.Nec etiam ſecundum glo.1.ibidem, ſi aliquis reſeraret ſeras pudoris, non tamen proceſſiſſet ad conſummationem operis, talis commixtio non impediret matrimonium cum conſanguinea illius, quia ibi non eſt ſanguinis commixtio, nec carnis vnitas.

Sed ante quam veniam ad tertium impedimentum. Quæ-
43 ritur de tali quæſtione, † nunquid ſi contrahens matrimonium non habet reſpectum ad cauſas,propter quas fuit inſtitutum, videlicet ad cauſam prolis procreandæ, & ad cauſam fornicationis euitandæ,de quibus in cap.fin.de condi.appo. an per hoc impedietur matrimonium ? Innoc.in capit.iuuenis,de ſpon.tenet quod non, niſi contra illas cauſas expreſſè intenderet,puta quod non naſceretur ſibi ſoboles.32.quæſt. 2.capi.ſolet.& dicto capit.fin.de condi appo. Item quæritur,
44 † an per matrimonium infundatur gratia ſicut in alijs ſacramentis ? & dicendum eſt,quod ſic.V. capi.vnico.ſupra de ſa. vnctio.licet.1.quæſt.j.quidquid.tenuerit oppoſitum,ex quo infertur non eſſe verum id,quod dicit Vgo.31. quæſt.1.quomodo.verum dicit vſum matrimonij non poſſe adimpleri ſine peccato ſaltem veniali,quod etiam ſenſit gloſ.in capit.vir cum propria,33.quæſt.4. Nam hoc non eſt verum, quia finis poteſt eſſe meritorius, cum hoc fiat bono intuitu, ſicut ſi fuiſſet in ſtatu innocentiæ, & poteſt iſtud reduci ſecundum Gaſp.de Cal.ad actum virtutis iuſtitiæ, quia reddit quod debet,12.quæſt.2.capit.deuotiſſimam.vel religionis, quia vult prolem Deo dedicare.ſin autem hoc fierer,verum niteretur ſoli concupiſcentiæ modum excedendo, tunc bene eſſet veniale peccatum, vt habetur in d.c.vir cum propria.

45 †Venio nunc ad tertium Impedimentum,quod eſt,ſecundum Innocen.in loco ſupra allegato §.affinitatis.capi.diſcretionem,de eo, qui cog.conſan.vxo.ſuæ.& circa iſtud impedimentum, vt clarior & vberiòr habeatur intelligentia, ſciendum eſt † quod iſtud impedimentum cauſatur dupliciter,
46 vno modo per carnis commixtionem cum legitima vxore, capi.tranſmiſſæ, de eo qui cogno.conſan.vxo.Aliquando ex coitu,etiam illegitimo,vt capit.1.2.& 3.eod.titu.qui cogno. conſan.& iſti impediuntur contrahere matrimonium cum conſanguineis illarum, quibus iam fuerunt copula carnali coniuncti ſiue legitimo ſiue illegitimo,vt iuribus ſupra allegatis. & ad cauſandum talem affinitatem requiritur carnalis commixtio,per quam vterque efficiatur vna caro,capit.fraternitatis.35.quæſt.vlt.& notatur in capit.fraternitati,de eo,
47 qui cogn.conſan.vx.ſuæ.† Neque per extraordinariam pollutionem cauſatur talis affinitas etiam ſi hoc fiat maritali affectu.cap.extraordinaria,vbi no.35.quæſt.3.no.in capi.iuuenis. infra de ſpon. & in dicto capitu. fraternitati. ſupra alleg.hæc tamen extraordinaria pollutio extra fores pudicitiæ mulieris licèt non cauſet affinitatem,quo minus poſſit cõtrahi matrimonium cum conſanguinea ipſius mulieris,cauſat tamen impedimentum publicæ honeſtatis,ſi hoc fiat maritali affectu, quod impedimentum habet impedire matrimonium contrahendum dirimendum, iam contractum, ita probatur in dicto capit.extraordinaria,a contrario ſenſu.ita no.glo.& Docto.in dicto capitu.fraternitati. ita etiam no.in capit.fina. ſupra de ſpon.

48 Sed circa hos paſſus quæritur, †nunquid ſi interueniat pollutio alterius tantum,& intra clauſtra pudoris mulieris,nunquid erit contracta affinitas ? Et Innoc.tenet quod non,in dicto capit.fraternitati.nec matrimonium conſummatur, niſi fiat ex affectu maritali.vnde licet mulier ſemen emittat,ſi vir non emittit,non contrahitur affinitas. vnde dixit Innoc.eſſear.de frigido, qui palpitando mulierem prouocat ad ſeminis effuſionem, & econuerſo, vt ibi non ſit matrimonium, vel commixtio ſeminis.Nec etiam affinitas,ſed ſi vir emittet ſemen in membrum mulieris,& non mulier,maior eſt dubitatio, ſecundum ipſum Innocen. quod ſponſalia prius contracta ratificantur propter conſenſum matrimonialem, qui ibi eſt vel præſumitur,arg.præallegati capi.extraordinaria.dummodo ſint matrimonio apti vel proximi. quod ſi non ſunt matrimonio apti, quod non ſit contracta affinitas. quæ opinio non placet Hoſti.quia de commixtione ſeminis vtriuſque, non facilè poteſt fieri fides coram iudice, quia ſi fieri poſſet quod apparet prolem inde ortam, pro hoc eſſet facta fides de hoc, quia ſecundũ commixtionẽ ſeminum non generatur proles. Vincen.autem idem quod Innocen.videtur velle in dicto capit.fraternitati. dicens quod ſi vir mulierem cognoſcat.infra ætatem legitimam, & ipſa ſemen non effundit, non erit matrimonium verum, quia circa ætatem hoc eſt factum:nec etiam prẽſumptum,quia cognitio non interuenit ex vtraque parte. dicit tamen quod vir ab ea non poſſet diuertere etiam adueniente ætate, ſi illa vult cum eo remanere,& ita intelligitur de deſpon.impube.in capit.de illis. nec etiam ante ſi mulier cognoſcibilis eſt.capit.fin.de eo,qui cog.conſan.vx.ſuæ. dicit tamen idem Vincen.quod eſt quædam præſumptio,quam habet eccleſia,vel quicunque,qui videt maiorem cũ minori copulari, quia credit eccleſia quod vterque ſemen effundat.& idem credit in matrimonio,ſi videt ſanum copulari furioſæ, vbi ſponſalia præceſſerint furorem: ſed hæc tamen prẽſumptio recipit contrariam probationem.32.quæſt.1.capit.dixit.& 1.quæſt.1.nec aliqua.vnde non dicitur tale matrimonium verum, vel præſumptum, quia talis copula vel intra ætatem,vel in furore poſt ſponſalia non facit matrimonium tale præſumptũ de quo loquitur.capit.is,qui.de ſpon.Non enim prẽſumitur toraliter pro maiori,cum minorem cognoſcit,cum minor prẽſumptionem etatis pro ſe habet,qui dicit ſe non cognoſcere.quid autem ſi in oſtio ſerarum vterque ſemen effundat?dicit idem Vincen.& ſequitur dom..Cardi.quod non erit matrimonium præſumptum, ex quo cognitio non eſt intra vas pudicitiæ, & admitti poterit probatio in contrarium per ipſorum iuramenta,vt no.in dicto capit.extraordinaria. Item poterit probari quod eſt virgo, & ſic probabitur ipſam non eſſe cognitam, 27.quæſt.7.capit.nec aliqua.& de probatio.capit.propoſuiſti. & concludit Vincen.cum Innocen.quod ſi non ſunt apti matrimonio non contrahitur affinitas,quia requiritur commixtio ſeminis vtriuſque.capitu.fraternitatis.35.quæſt.vlti.& 27. quæſtio.2.capitu.lex diuinæ. vbi dicitur, non aliter virum & mulierem fieri vniri carnem, niſi carnali copula ſic coeant & fiat ſanguinis commixtio, & hanc opin.tenet etiam Vgu. Lau.& Archi.in capit.extraordinaria.ſupra allegato.& ſecundum prædicta, & prædictos Docto.fit limitatio ad cap.is qui fidem, vbi habetur quod copula ſubſequens facit matrimonium præſumptum, quia debet intelligi, quando hoc fit inter habiles.Sed contra iſtud dictum inſurgit domi.Cardi.per capitu. fraternitati. ſupra allegatum. vbi habetur.quod talis pollutio non impedit matrimonium, dummodò non intra naturalia. ergo a contrario ſenſu, ſi fiat pollutio intra naturalia, quia videbitur eſſe matrimonium, & ſic videtur ſufficere quod ſemen viri ſit receptum in membrum mulieris. Dicitur enim quod mulier concurrit ad generationem paſſiuè tantum,& tunc fit commixtio ſanguinis eo ipſo quod intra clauſtra ſuſceptum eſt ſemen viri, & hoc videtur probare ille tex.in capitu.fraternitati. Nam in dubio potius debet cenſeri quod commixtio interceſſerit, & tunc, quod ſit contracta affinitas,maxime quia in puella multum præuenire poteſt ætas.capitu.fina.de eo, qui cogno.conſan.vx.& per Archidia.de ſpon.in capit.vno.in vlti.& per Frede.de Senis, in ſuis conſilijs, conſilio penulti.& per domi. Cardin.in clementina vna.de conſangui.& affinita.Ex quo videtur dicendũ,quod ex ſolo ſemine viri poſſit fieri generatio.Auicenna tamen lib.4.feu.20. dicit, quod quando mulier non emittit ſperma,non fit filius,& ſic oportet ſecundũ eum,quod concurrant ſperma viri & mulieris,& de hoc plenè in dicto cap. fraternitati.Dicit tamen do.Car.in cap.fi.ſupra de ſpon.quod difficilis eſt probatio quod non ſit conſummatũ matrimonium, ex quo apta ſunt clauſtra mulieris & membrũ viri ingreſſum eſt.& ſuper hoc ſtabitur teſtimonio matrinarũ,quę ſi eã inueniant aptã iudicabitur pro matrimonio. faciunt no. 35.q.5.extraordinaria. Neq; eccleſia ſolum admittit probationes contra hoc, nec admittit ad ingreſſum religionis, de quo per Arch.in d.c.extraordinaria.vbi dicit,ꝙ in dubio præſumitur quod ſit facta vna caro, de quo etiam ſe remittit ad c.nam ſi.l.3.di.& 53.q.7.ij quĩ.

49 Venio nunc ad quartum,ꝙ eſt,quando eſt error in perſona vel in conditione, puta quia eſt ſeruus.Et iſti duo errores habent impedire matrimonium.c.j.& 2.& quaſi per to. de coniu. ſeruo.c.j.& 2.& quaſi
50 per to.29.q.2.†tamen pro clariore inueſtigatione diſtinguendi ſunt quatuor errores.vnus eſt error fortunæ,puta qñ extimatur aliquis diues,q eſt pauper.Scds eſt error qualitatis,puta qñ extimatur aliquis bonus,q eſt malus. Tertius eſt error perſonæ,puta qñ creditur ꝙ Martinus ſit Petrus, & eſt Ioannes. Quartus eſt error ꝯditionis,puta quãdo aliquis extima-

Source : BIU Cujas

51 tur quod ſit liber & eſt ſeruus.† Primi duo errores non impe diunt matrimonium, ſcilicet error fortunæ & qualitatis, vt vult Gratian.31.quæſt.1.§.1. ſecundi verò errores habent impedire matrimonium, quod procedit non ex ſui natura, ſed ex conceſſione eccleſiæ. Nam ſimiliter potuiſſet conſtituere,quod error qualitatis impediret,& quod nullus error impediret, & quod etiam eſſet matrimonium, vbi eſt error perſonæ,& quod teneret,ſicut tenet pignus, licèt ſit ibi error, vt ff.de pigno.act.l. 1. vnde ex natura rei non habet error quod impediat, licèt ſit argumentum contra de Iacob & Lya, quã acceperat ipſe Iacob,credẽs ipſam Rachel,vt habetur in Geneſi, 24.cap.& per Gratia.tranſlatiuè 29.impij.de quo ibidẽ per Gratianus, qui ſoluit illud contrarium.error tamen non impedit emptionem, vt ff.de contrahen.emptione.l.qui tamen . ſed tamen dicunt quod ibi habetur . Sed pro declaratione præcedentium quæro, quando dicatur error in perſona?Circa quod glo.ſummæ,29.quæſt.1.dicit,quod nunquam cadit error in perſona, niſi prius habita notitia de ea, cuius nomine alius ſe repræſentet. Vnde ſi aliquis offert ſe ſub nomine Regis Franciæ alicui puellæ, ſi ipſa nunquam audiuit aliquid de Rege Franciæ, nec aliquam notitiam de eo habet,per famam, vel alio modo, & putat hunc eſſe Regem Franciæ,non erit error in perſona,ſed in fortuna,vel qualitate,vel nomine: ſed ſi aliqua conſentit in aliquem viſum, vel non viſum,tamen aliquo modo ſibi cognitum,ſcilicet fama, vel alio modo, ſi poſtea accipiat alium per errorem etiam ſi ab eo fuerit cognita, debet reddi primo: ſi tamen ille in eam etiam conſenſerit in maritũ,vel alio modo:ſi vero nullo modo ſibi fuerit cognitus,quamuis per errorem accipiet aliquã, nunquam reddetur primo, quia inter eam, & primum non fuit matrimonium, nam in penitus incognitum,nec amorẽ, nec conſenſum dirigere poſſumus. vnde dicit Auguſtinus. Non viſos diligere poſſumus, qui nobis per famam, vel a io modo cogniti ſunt: Incognitos autem diligere nequiuimus. de quo latius per glo.ſummæ,.29.quæſt.1.& per hæc eſt expeditum.quartum & quintum impedimentum, ſcilicet errore in perſona,vel conditione, & errore in qualitate vel fortuna.

52 †Nunc autem venio ad quintum impedimentum.quod votum ſolemne & profeſſio ſeu promotio ad clericatũ, de quo in c.inſinuante.qui cle.vel vouen. & habetur in capi habit o. de voto, in ſexto, & circa votũ fit diſtinctio, quia aut eſt votum ſimplex, vel ſolenne: ſi eſt votum ſimplex, & tunc licèt habeat impedire matrimonium,non tamen dirimit iam contractum.cap.furioſus.capi.iuuenis.qui cle.vel vo.& habetur in dicto cap.vnico,de voto,lib.6.votum verò ſolemne,nedũ habet impedire matrimonium contrahendum, ſed etiam di
53 rimere iam contractum,vt iuribus ſupra allegatis.† quæ autẽ ſit ratio differentię inter vtrunque votum,dixit gl.2.in dicto ca.rurſus. quod iſtud ſurgit ex conſtitutione eccleſiæ & non extra naturam voti.Nam ſi hoc ſurgeret ex natura voti,pariter debet impedire ſimplex votum,ſicut ſolemne,& hoc potuit eccleſia:quia licèt conſtitutio diuina,dicat votũ ſeruandum eſſe, & dicat non tenere matrimonium poſt contractũ, & eccleſia diuinam conſtitutionem interpretari poſſet. capi. licet ex quadam, de teſti 28.quæſt.1.idolatria & c.iam nunc. & capi placuit.& quod iſte procedat ex conſtitutione eccleſiæ,& non ex l.diuina, patet ſecundum Hoſtien.in ca.rurſus. qui cler. vel vouen. quia per l. diuinam tantum certæ perſonæ prohibentur contrahere matrimonium, de quibus in ca. gaudemus.de diuor.& in capit.literas, pe reſtitu.ſpolia.inter quas perſonas vouens non conuertatur,& edictum de matrimonio prohibitorium eſt, vt in c.cum apud,de ſpon.Ex quibus infert domi. Cardi.in dicto cap.rurſus.quòd conſiderata l.diuina, & excluſa l.canonica, matrimonium contractum a monacho vel preſbytero valet, licet & ſacerdotes veteris teſtamenti contrahebant matrimonium, 32. diſtinc.capitu. tenere.& Græci ſimiliter contrahunt,qui.l.canonica non tenentur,vt 31.diſtin.cap.in præterito.& dicit Hoſtien.in loco ſupra allegato,quòd ex duobus vnum oportet cõfiteri,quod aut errat eccleſia, ſeruando matrimonium contractũ a ſimpliciter vouente, quod non eſt longè alienum ab hæreſi, vt 22.quæſt 2.omnis 24.quæſt.1.hæc eſt fides.& in cap.ad abolendam,de hæreti aut.quod ſicut in ſimplici,ſic & in ſolemni poſſet Papa diſpenſare & ſtatuere, quod teneat matrimonium pro hoc quia datis opinionibus, quarum altera fauet poteſtati clauium,ſtandum eſt ei,quæ fauet,vt no.in cap.propoſuiſti.de conceſſio.præben. per Hoſtien. & per eundem in ſumma.qui cle.vel vouen.in §.qui vouens.Quæ autem ſit differentia in modo vouendi ſimpliciter, & in modo vouendi ſolenniter.de hoc habetur per gloſ. in dicto capitu rurſus,& capitu.vnico, de voto. Sed vltra procedendo,tenendo opin. veram. quod votum ſimplex non dirimat matrimonium de

54 præſenti poſtea contractũ,licèt habeat impedire contrahendum.Quæritur circa hoc,† an ſic vouens poterit exigere debitum ſine peccato? Hoſtien.dixit quod non in dicto capit. rurſus. ſed bene tenetur reddere. allegat capitu. quidam.de conuer.coniug.& tunc placet,& debet agere pœnitentiam, cum graui dolore cordis debitum reddere, vt capitu.tranſmiſſæ de eo,qui cog.conſan.vxo.ſuæ.in fi.ver.contraxerit.cũ licentia ſed.Ap.ſuper hoc ex certa ſcientia diſpenſantis,quod poteſt,vt habetur in cap.vno,de voto,in ſexto. probat etiam ipſe Hoſtien.quod non debeat exigere per capit.nuptiarum. 27.quæſt.1.in gloſ.hæc duæ.& in capitu.de viduis.& in capit. Agathoſa.Ioan.And.verò tenuit opinionem dicens, æquius videri quod etiam poſſet exigere,& hoc habetur in dicto capitulo rurſus.in verbo,ambiguitatis,in gloſ.adducit Ioannes And.rationem, quia votum eſt ſolutum per contractum matrimonium,ergo non impedit & perinde eſt ac ſi non vouiſſet.Item quia oneroſum nimis & periculoſum eſſet,tale matrimonium,ſi peccaret mortaliter, exigẽdo debitum,& hoc eſſet mittere laqueum contra dictum capit.de viduis.27.q.1. Sicut ergo in vouente ſimpliciter ingreſſum religionis artioris, qui profitetur, laxiorem nulla remanet obligatio ex voto priori, licèt de tranſgreſſione debet pœnitere, vt capit. qui poſt votum, de regula.in ſexto. ſic & in caſu primo,poſt contractum & conſummatum matrimonium ceſſare debet obligatio voti.ſed de fractione pœnitebit.Ioann.tamen Andreæ refert in dicto cap.rurſus.quod opin.ſolen.habet, quòd tenet contractus, quam etiam tenet Magiſter ſententiarum quarto ſententiarum, 28.diſtinc.articulo 3. & hæc opin.vult diſpenſationem eſſe fictiuam ſuper debito exigendo. Ioan. no.Cald.dixit, quod etiam ſine diſpenſatione poſſet exigere aliàs probat ipſe per deductionem ad abſurdũ.Pone enim,dicit ipſe,quòd vir & mulier antequam cõtraherent emiſerint tale votum,ſecundum opin.contrariam, neuter poterit exigere ſine peccato: & tunc in tali matrimonio quantum ad propoſitum deficit bonum prolis,quia ceſſabit copula ſecũdum intentionem, quam debet contrahen. habere contra id,quod habetur 27.quæſt.2.§. cum ergo. ex quo ſequeretur qđ matrimonialiter quo ad Deum non eſſet matrimoniũ inter tales,quod eſt falſum.ad hoc 32.quæſt.2.capitu.ſecundo. Item tales coniuges non poſſunt commiſceri ſine peccato contra.cap.1.33.quæſt.5.Item abſurdum videretur,quod talis copula culpabilis haberet ſignificatum ſanctũ & ſpirituale,de quo in capitu.debitum,de biga. Dicit ergo non eſſe neceſſariam diſpenſationem,ſed ſufficere auctoritatem generalem eccleſiæ approbantis huiuſmodi matrimon. Gaſ autem de Cal.tenet contrarium & communem opinio. & ad rationes Ioan. Cal.reſpondet per nota.in dicto capit. de viduis.& dicit quod per matrimonium nõ extinguitur votum,& hæc opin.tutior eſt, ſecundum opin.communiter Docto. quantum ad hoc,vt in dubio petatur diſpenſatio. De ſtricto tamẽ rigore iuris videtur opi.contraria verior,quia ex quo propoſitum vouentis continentiam, & propoſitum nubentis ſunt contraria, per matrimonium videtur extingui votum,cum vnum contrariorum aliud excludat, vt de pœniten.diſtinct. 1.capitulo 1.

Ad iura autem allegata in oppoſitum pro opin. Hoſtien. dicit Ioan. And.quod non poteſt dici,quod eccleſia injiciat laqueum tunc,nec aliquid approbet, quia dicit ipſe Ioannes And.quod illa iura loquuntur, quando poſt matrimonium alter coniugum ſe impedit vouendo, & ſic loquitur capitu. quidam,& cap.placet,de cõuer.coniuga.ad capi.tranſmiſſæ.
55 dicit,quod vir inceſtuoſus non peccat mortaliter exigendo debitum ab vxore non affine. iſta autem opin. communis. In dubio videtur tenenda, vt tutior via eligatur in re dubia, cap.iuuenis, de ſpon.cum tutius ſit ad omne periculum euitandum petere diſpenſationem ſuper huiusmodi voto,licet fuerit ſimplex.

Sed præſuppoſita opin.pro vera,quod requiratur diſpenſatio,quæ habet,vouentem ſimpliciter non poſſe ſine peccato
56 exigere debitum,niſi diſpenſetur: Quæritur,† quis poſſit diſpenſare.Hoſtien.in dicto capit.rurſus.tenuit quod ſolus Papa. Ioan.And.verò tenuit oppoſitum, quòd imò etiam hoc poterit Epiſcopus commutare in aliud bonum, vt cap. 1. de voto.& opin. Hoſtien.ſecundum Ioan. And.procedit reſpectu contrahen.quod vouens ſimpliciter peccat, contrahendo niſi diſpenſando Papæ permiſerit eum contrahere.& idẽ poſtquam contractum eſt reſpectu conſummandi, quia vſq; ad conſummationem ligat votum ſimplex. ſupra de ſpon.c. commiſſum. ſed poſt cõſummationem ſolutum eſt uotum. Item etiam reſpectu contrahendi, poteſt epiſcopus diſpenſare, & iſta opinio etiam uidetur comprobari per Specul. in capitulo ſecundo. §. nunc de epiſcoporum. uer. 33. ubi

dicit

Source : BIU Cujas

dicit epiſcopum ex cauſa diſpenſare poſſe, vt ſimpliciter vouens contrahat. hanc etiam opi. tenuit do. Car. in c. veniens, in fi. qui cle. vel vo.

Nunc vero capiam aliam partem rubricæ, qui clerici vel
57 vouen. & quæro, † qui ſunt clerici, qui prohibeantur contrahere matrimonium, & permiſſi contrahere? Pro cuius deciſione ſic diſtinguitur, aut loquimur in clericis conſtitutis in minoribus ordinibus, & tũc ſiue loquimur in eccleſia orientali, ſiue occidentali, licite contrahitur, 32. diſt. ſi quis eorũ. & c. lectores. & c. placuit. ſed conſtituti in ſuperioribus ordinibus, nec apud Græcos, nec apud Latinos poſſunt contrahere, nec etiam poterant a tempore Apoſtolorum, & ſi contrahant, non eſt matrimonium. & hoc patet ex vj. ſinodo, quæ in oriente fuit celebrata, & regulam ſtatuit eis, vt 32. di. ſi quis eorum, & 31. diſt. Auicenna. & 84. diſti. c. eſt in. ptãte.
58 † In hoc tamen eſt differentia inter Græcos & Latinos. Græci enim, ſiue ſint coniugati, ſiue non, promouentur ad ſacros ordines, non promiſſa continentia, vt 31. di. c. quoniam. ſed nos occidentales non promouemur niſi cõtinentia promiſſa, vt 28. diſt. c. nullus, & c. aſſumi. a tempore autẽ Sir. & Inn. non licuit occidentalibus ad diaconatum, vel ſupra promoueri, niſi promiſſa continentia, vt 83. di. propoſuiſti. & c. plurimos. ſed ſubdiaconibus bene hoc licuit, vſq; ad tẽpus Gregorij, vt 31. diſ. c. triẽnium. poſt tempus autem Gregorij etiã hoc ſubdiaconibus prohibitum fuit. orientales autem licite vtuntur matrimonio cõtracto ante ſacros ordines, vt 31. di. c. quoniam. ſed poſt receptum ſacrum ordinem nõ poſſunt contrahere, de quo per gl. no. in c. diaconi, 28. di. Et ſi quæratur de ratione differentiæ inter orientales & occidentales. reſpondetur, quod orientales diuerſum ritum habẽt ab occidentalibus, quem tollerat eccleſia Romana, vt eſt caſus in c. cum olim, de clericis coniugatis.
59 † Nunc venio ad ſextum impedimentum, quod eſt enormitatis criminis, quod eſt quando quis eſt machinatus in mortem prioris coniugis, vel ducere eam promiſit, de quo in c. j. c. ſignificaſti. & c. fin. de eo, qui duxit in matrimo. quam pol. per adul. & habetur etiam de hoc 30. q. j. per to. Pro cuius loculentiori doctrina ipſius paſſus, ſumendo materiã totius tituli de eo, qui duxit in matrimonium, &c. ſciendi ſunt aliqui caſus in quibus non eſt prohibitum matrimonium: & ali
60 qui, in quibus eſt prohibitum. † Primus caſus eſt, ſi quis viuente prima vxore contrahit cum ſecunda, etiam ſciente, q̃ ipſe eſt coniugatus, alio non interueniente, puta copula carnali poſt mortem primæ, ipſe ſecundam ducere poterit, vt c. fi. de
61 eo, qui duxit, &c. † Secundus caſus eſt, ſi quis viuente prima vxore dat fidem ſecũdæ, etiam ſcienti de contrahendo mortua prima poterit ipſam ſecundam ducere, q̃ intelligo non interueniente aliqua copula carnali cum ſecunda, vt d. c. fin.
62 † Tertius caſus eſt, ſi quis viuente prima, cognoſcit ſecundã, etiam ſcientem, alio non interueniente, quod intelligo. cum ſcilicet contractum matrimonij vel fide præſtita, poteſt mortua prima ducere ſecundam, vt c. ſignificaſti. de eo, qui duxit
63 in matrim. &c. † Quartus caſus eſt, ſi alter coniugum machinatur in mortẽ alterius, nam ex hoc non impeditur cõtrahere. ſimiliter nõ impeditur extraneus, qui machinatus eſt: vnde ſi mulier aliqua machinatur in mortem alterius mulieris, tenet effectum, vt qa interfecit, põt eſſe vxor mariti mulieris interfectæ. c. ſuper eo. ti. ſupra alleg. & hoc procedit, quia hæc fuit ſimplex machinatio cum effectu, ſine aliquo adulterio, ex quo fuit machinatio alterius tantum ex contrahentibus: ſecus ſi vtriuſq; fuiſſet machinatio, puta quia maritus mulieris mortuæ conſenſiſſet tali machinationi cum effectu. c. 2. de conuer. infide.

Alię vero ponuntur regulæ negatiuę, in quibus impeditur
64 matrimonium. † Prima regula eſt, ſi viuente prima vxore vir dat fidem ſecundæ. & eam ſcientem de prima cognoſcit, non poterit eſſe vxor, mortua prima. capit. j. à contrario ſenſu, titulo præallegato. & c. ſequenti. ſecus ſi ignorauit de prima, vt
65 ibidem habetur. † Secunda regula eſt, ſi habens vxorem de facto contrahit cum alia ſciente, & eam cognouit, non poterit poſtea eſſe vxor ipſius. capit. 2. & c. tunc habetur. & cap. fi.
66 eo. tit. † Tertia regula eſt, ſi extraneus cum altero coniugum machinatur cum effectu in mortem alterius, non poteſt matrimonialiter coniungi coniunx ſuperſtes, cum iſto, vt capit.
67 2. de conuer. infide. † Quarta regula, ſi viuente prima cognoſcit ſecundam, quæ machinatur in mortem primæ cum effectu, non poteſt vnquam ducere ſecundam, vt capit. ſuper eo. & cap. ſignificaſti, eodem titu. Idem etiam, ſi ipſe vir machinatur, vt dicto capit. ſignificaſti. & idem etiam eſt, ſi interuenit fidei datio cum machinatione, vt dicto capit. ſuper eo. tamen in dicto capitu. ſuper eo, interceſſit adulterium. vnde in hoc vltimo poſſet dici contrarium, ex quo hoc non reperitur expreſſum.

Sed iuxta prædicta quæritur de aliquibus quæſtionibus,
68 † quia ſupradictum, quod propter ignorantiam mulieris excuſatur ita, vt poſſit accipere in maritum illum, quem ignorabat habere aliam vxorem, an taliter excuſabitur ita quod filij nati ex tali matrimonio ſint legitimi? Gloſ. in capit. 1. tenuit, quòd ſic. quæ procedit, ſi matrimonium fuit contractũ ſeruata formæ, de qua in dicto capit. fina. de clandeſ. deſpon.
69 Item quæritur, † quid ſi contingat, quod pendente primo matrimonio, ſecunda mulier facta fuerit conſcia, virum habere aliam vxorem, quomodo conſuletur ſibi? Reſpon. ſecundum Hoſtien. in dicto capit. 1. quod non debet permittere ſe cognoſci carnaliter: aliàs ſi permitteret ſe cognoſci, in perpetuum non poſſet eſſe vxor. cap. fin. ſupra allegato. cap. dominus, de ſecundis nup. & 34. quæſt. 2. quod per bellicam, & cap.
70 ſi virgo. Item quæritur de alia quæſtione, † ſi maritus mortua vxore ducat aliam vxorem, antequam illa, cum qua contractũ fuerat ignoranter ex parte ipſius mulieris, repetat ipſum, nunquid tenebit matrimonium? gloſ. fin. in dicto c. 2. tenet, quod ſic, per cap. veniens, eo. titu. dicit tamen Hoſtien. quod viro imponetur pœnitentia de contemptu, c. cum Apoſtolica, de ſpon. & ſecundum caſum dicti c. 1. contractus matrimonij dicitur claudicare, quia ſecunda propter ignorantiam ſuam poteſt repetere virum mortua prima vxore, ſed vir ipſe propter ſcientiam ſuam non poteſt illam petere, ſecũdum communem ſententiam Doctorum in dicto c. 1. contra tamen prædicta facit id, quod habetur Regum 2. de Dauid, qui occidi fecit Vriam & polluerat Berſabe vxorem adulterio, ipſo viuente, de quo etiam habetur in cap. cum olim, de offic. deleg. So. huius contrarij ponitur 31. quæſt. 1. in §. ſed obijcitur. vbi dicit Gratianus, quod multa permittebantur in veteri teſtamento, quæ in nouo fuerũt prohibita. quia hæc prohibitio eſt de iure poſitiuo, & ſic ante iſta iura hoc licebat. Itẽ
71 quæritur de tali quæſtione, † Aliquis interfecit aliquẽ in bello, non eo propoſito vt velit eius vxorem ducere, an poterit eam ducere? & glo. in cap. ſuper hoc, loco ſupra allegato, determinat quod ſic, & quod dicitur in bello idem etiam ſi caſu, ſecundum Tancre. & Hoſtien. non tamen intelligendum eſt, ſecundum Ioan. And. in cap. ſuper hoc, & domin. Cardi. quod ſecus ſit, ſi hoc propoſito feciſſet vt duceret vxorem ſuam, quia ſola machinatio ex ſolo animo prẽmiſſo facta ſine copula, & ſine fide, non dirimit matrimonium, niſi interueniat machinatio vtriuſque, vt cap. ſignificaſti, & capit. fin. ſupra allegato. licet Innoc. & Hoſt. tenuerunt oppoſitum. Inci-
72 denter circa præmiſſa quæritur, † nunquid excommunicatus poſſit contrahere matrimonium? & videtur quod non. 95. diſt. in. capi. illud. vbi dicitur, quod cum vnum genus ſacramenti inter dicitur, alia etiam videntur eſſe prohibita. ſed ſacramenta regulariter ſunt prohibita excommunicato, c. ſi celebrat, & c. illud, de cle. ex. mini. veritas tamen eſt in oppoſitum, & ita determinant Docto. in cap. ſignificaſti. ſupra allegato. Nec ob. contrarium, dum dicitur, cui denegatur vnum, denegantur omnia, quia iſtud debet intelligi, quando ſunt eiuſdem generis. matrimonium autem non eſt eiuſdem generis cum alijs ſacramentis, vt eſt pœnitentia, euchariſtia, baptiſmus, extrema vnctio, quæ denegantur excommunicato, de quibus per glo. in cap. veniens, de tranſact. Nam matrimo-
73 nium eſt contractus, † & excommunicatus poteſt contrahere. c. ſi vero. de ſenten. excom. vbi de hoc. & c. veritatis. & vbi etiam de hoc. de do. & contu. & de hoc etiam per Spec. in tit. de ſpon. §. 1. ver. ſed nunquid. & per Archi. in c. illud, & habetur etiam 28. quæſt. 1. non oportet. & per aliquos in clemen. j. de priuileg. & etiam per Docto. & quod dicitur, quod matrimonium non eſt eiuſdem generis cum alijs ſacramentis, debet intelligi non quod non ſit ſub eodẽ genere ſacramenti, ſed quia in matrimonio eſt alia ratio, cum ſit contractus, vt ſupra dictum eſt. Vltimo quantum ad iſtum articulum
74 quæritur de tali quæſtione. † Quidam dedit fidem ſecundæ vxori vel mulieri, viuente prima, non tamen cognouit ipſam ſecundam, ſed conatus fuit cognoſcere prima viuente, nunquid ex hoc prohibetur mortua prima ducere ipſam? Vin. in capit. fin. ſupra allegato, tenuit quod non. ad hoc allegat. c. fin. de ſpon. & 35. quæſt. 3. extraordinaria. & ff. quod quiſque iuris. l. 1. vbi habetur, quod verba debent intelligi cum effectu. qui Vincen. dicit quòd licèt iſte fuerit cum ſecunda nudus cum nuda: ſi tamen non cognouit, hoc ſufficit. Hoſtien. verò tenuit oppoſitum, & allegat iura, de quibus in dicto capitulo fin. & reſpondet ad capitu. fina. de ſpon. quod hoc delinquebat, in ver. non ad capitulum, extraordinaria, reſpondet & dicit, quod ibi non erat tentatio affectu maritali. Dicit tamen Hoſtien. quod hoc determinare non audet, quia etiam in delictis plerunque non obeſt conatus, ſed

Source : BIU Cujas

requiritur affectus cum ope.c. nup. de big.& c.fi.& qđ no.c. sup hoc,ti. supra allegato. & de hoc etiam habetur in Specu. in ti.de eo,qui duxit in matrim.& c.ver.tenet dñs Card.in dicto c. fi. Non enim agitur de pœna delinquentis, sed de matrimonio dirimendo.

Septimum impedimentum, quando est disparitas cultus fidei. Sequitur videre de animo impedito, quod est quando disparitas cultus fidei, puta inter Christianum,paganum,vel
76 Iudęum,vt cap.caue,18.q.1.Sed est dubiū circa hoc,† quid si contractum fuerit matrimonium inter fideles,& alter coniugum transeat ad infidelitatem:nunquid dissoluatur matrimonium? Respon.quod nō, quia inter fideles matrimonium est verum & ratum,c.quanto.j.de diuor.secus autē si ex duobus infidelibus alter cōuertatur ad fidem: quia si alter nolit sic cōtrahere, vel nō possit sine Dei blasphemia, vel sine peccato mortali, soluitur matrimonium, & conuersus contrahere potest,vt dicto c.quanto, & hæc est differentia inter matrimonium catholicorum & infidelium: quia inter infideles licet sit matrimonium verum,non tamen est ratum,quia potest dissolui.inter catholicos autem est verū & ratum, & exponitur ratum.i.indissolubile, secundum Inno.& hoc etiam vult glo.in verbo,quia potest, cum glo.seq.in dicto c.quanto.& sic infertur quod matrimonium inter catholicos est fortius quā inter fideles,& sic difficilius dissoluitur.c.ij.de transla.præla. & est ratio huius differentiæ, quia baptismus est ianua omnium sacramentorū.c.fi. de presbytero non baptiza. ideo super ipso tanquā solido fundamento adueniens matrimoniū non dissoluitur, quia sacramentū fidei nunquā amittitur, vt probatur in d.c.quanto & de con.distinc.4.ostenditur.deficiente autē præmisso fundamento baptismi,debilius est matrimonium, vt.1.q.1. cum Paulus. ideo primum non soluitur, nisi morte, quæ omnia soluit. secundum verò dissoluitur etiam aliter quam per mortem. & exponitur litera in illo c.quanto.in illo durante.s.baptismo,secundum Pet.& Abb.quia sacramentum fidei.i.baptismus non amittitur. durat.n.propter caracterē,qui imprimitur.vel secundū Host.exponitur,illo durante.s.coniugio, ꝙ durat quamdiu coniuges viuūt,& nō vltra,quia mors omnia soluit,vt in Auth.de nup. §.deinceps.c.penul.& fi.de sec.nup. Sed quæritur pro maiori
77 declaratione,†nunquid si alter coniugū conuertatur ad fidē & sic quantū ad conuersum est solutum matrimonium,nunquid dicetur esse solutū quantum ad illū,qui remansit in infidelitate? & respon.ꝙ sic,vt vult glo.c.quanto.in verbo,relinquitur. sed in hoc est differentia inter conuersum & remansum, quia conuersus ad fidē potest contrahere matrimoniū sine peccato, sed ille qui remansit non potest contrahere sine peccato, & sic non claudicat matrimoniū quo ad vinculum,licèt claudicet in aliquo quantū ad effectum:nā aliquando dicitur matrimoniū claudicare quantū ad effectum,puta quantū ad reddendum debitū illi,a quo quis non potest exigere, quia vnus coniugatorū tenebitur reddere debitum, & tamen non potuit exigere. de conuer. coniug.c. quidā.& de eo,qui cog.con.vx.c.transmissæ. Item quādoq; tenetur vnus ad matrimoniū & non alter.c.j. de eo qui duxit in matrimoniū.& de despon. impu.c.ꝙtinebatur.& c.de illis. Item quæ-
78 ritur,† nunquid conuersus ad fidem si non potest cohabitare infideli ꝙiungi sine blasphemia creatoris, statim & simpliciter possit contrahere matrimonium? dicunt Docto.maximè Hosti.in d.c. quanto. quod tunc esset cautū ꝙ iudex assignaret terminū infideli ad se conuertendum: Alias elapso primo termino possit conuersus contrahere, arg.c.lator.qui fil.sint le.de conuer.coniu.c.ex publico.& de pręben.si tibi absenti. lib.6.faciunt no.in l.mancipiorū, cum l.seq.in simili.ff.de op. le.vir tamen talis non dicetur esse bigamus,cū non diuiserit carnē suam in plures, secundū Vin.Lau.& Goff.de hoc tamē videtur esse tex.in contrariū in c.præcedenti.Item quæritur,
79 † quid de hæreticis, qui baptizati fuerunt, vt dicit Inn.quod hæc quæstio non potest habere locū, nā siue infans, siue maior fuerit baptizatus in forma ecclesiæ,habet verū sacramentum.etiā si ab hæreticis vel infidelibus,collatum sit, & sic inter tales ratū est matrimonium,& non tantū verum.Aut baptismus non fuit collatū in forma ecclesiæ, & tales non sunt fideles.Et sic matrimoniū inter eos licèt sit verū,tamen non est ratum.pro hoc facit c.j in §.sacramentū.de sum.tri.& ha-
80 betur in c.j. de scisma.Item quæritur,†nunquid conuersus ad fidē possit coire cū vxore infideli? & respon.ꝙ sic,secundum Host.in c.gaudemus,de diuor. quia sanctificatur vir infidelis per mulierem fidelem,& econuerso.28.q.j.iam nunc.Ex quo infertur, ꝙ cum ipsa non debeat dimitti remanebit vxor, vt c.j & c.ex parte, de spon.ꝙ tamen procedit, secundū Pet.de consilio,quia bene potest illā dimittere, si vult, vt 28.q.j.iam tunc.& 28.q.2.c.fi.dimissa vero cū alio ꝙtrahere non potest, vt habetur in d.c.gaudemus.in §.quia vero. Quod debet intelligi,quando antequā appareat, an conuersus velit eam habere in coniugē, & ipsa velit secū cohabitare & sine peccato & contumelia creatoris,vt in c.qui autē. an autē ipso iure soluatur matrimoniū propter contumeliam creatoris, habetur per gl.in verbo,cōpellentur, in c.gaudemus.supra allega vbi plenè de hoc.tutū tamen est,vt statuatur terminus in infideli, si velit conuerti per ea, quæ dicta sunt supra & habetur in
81 c.quanto,de diuor.Nunquid † autē pagani possint contrahere.in secundo gradu? & videt ꝙ non,vt c.literas.de restit.spol. & in gl.super verbo, leuitico.tamen in hoc est distinguendū, quod secundus gradus est prohibitus in linea inæquali, non autē in linea æquali.& sic intelligitur quod not. 30.q.j.c.pitatium. vt no.in d.c.literas,vbi enumerantur.13.personæ, quæ prohibentur iure diuino contrahere matrimoniū ad inuicē.
82 Nunquid † autem Iudæus vel paganus ligetur l.ciuili, vel canonica,ita ꝙ nō possit plures vxores ducere? & respon.quod excusatur, per l.3.C.de incest.nup.& l.quid ergo.ff.de his, qui no. infa. in l. liberorum. nec excusantur etiā prætextu ignorantiæ iuris,cū hoc sit cōtra ius gen.naturale, vt ff.de adulte. l.si adulteriū,primo responso,& §.j.& 2.naturale autē ius est, de quo.omnes arctantur.c.j.de consti. & cap.fin.de consue. Ex quo infert Host.in c.gaudemus,ꝙ tūc infidelis subiaceat, licèt non immediatè. Nam Imperator & eius lex,subiacet canonicæ, ꝙ ergo.l.canonica non potest per secularē iudicem, exercebit & Iudæus capitu.per venerabilem. ver.rationibus. qui fil. sint legi. & facit de vsur. post miserabilem. & c.quanto.& 17.di.nec licuit.& de iudic.cū non ab homine.& etiam
83 dicunt Doct.in d.c.gaudemus,†ꝙ etiam legibus canonicis liganī Iudæi, si stant in terris de pīmonio ecclesiæ & hoc quo ad pœnas temporales, in quibus cessat ratio c.gaudemus.qđ procedit in pœnis spiritualibus & temperalibus.n.pari ratione debent ligari canonibus in terris ecclesiæ,sicut ligantur legib.in terris imperij ad hoc facit c.multi.2.q.j.vbi Archi.pro sequitur enumerando canones, quibus ligantur infideles. Sed contra prædicta opponitur & videtur, quod etiā Iudæi arctentur canonibus & non sint separandi, licèt sint cōuersi ad fidē,quia quos Deus coniunxit homo non separat.33.q.2. quos Deus.& de consang.& affi.de infi Ad hoc respon quod hoc procedit,nisi sit canonicū impedimentum,sed vbi est canonicū impedimentum, contrahunt Iudæi contra Deum,& sic episcopo cos separant.Non ob.præmissa auctoritas euangelij,quia tales non sunt per Deū coniuncti:nam tale priuilegium prædictū non concernit hæreticos ex fauore fidei,non debet ergo cōtra fidē retorqueri.C de legib.ꝙ in fauore, &
84 in Auth.de priuil.do.§.placet.Nunquid † autē priuilegia concessa dotibus mulierū & mulieribus, retineant mulieres infideles? & respon.ꝙ non,licet mariti sint conuersi ad fidem.& quamuis permuttantur vti matrimonio,licet maritus sit conuersus ad fidem, non tamen per hoc sequitur, quod mulier infidelis debeat habere alia priuilegia dotis data Christianis, sed post etiam conuersionē bene habebunt priuilegia dotis, de quo, plenè in c.gaudemus,circa princi.per Doc.de diuor.
171 Quid † autem ſi contrahatur cum aliqua ſub conditione, deinde cum alia purè, pendente conditione, nunquid tenebit matrimonium. & reſpondet quod ſic, ſecundum ea, quæ habentur in d. c. per tuas. etiam ſi poſtea exiſtat conditio. gl. tamen in d. c. per tuas, arguit quod teneat primum matrimonium, quia conditio retrotrahitur, vt. ff. qui po. in pig. ha. l. potior. c. fraternitatis. de frigi. & ma. in fi. tamen contrarium determinat, & ipſam ſequuntur Doct. dicentes, ꝙ in matrimonio conditio non retrotrahitur in pręiudicium matrimonij contracti, nam contrahendo matrimonium purũ, receſſum fuit a conditionali, quia non operabatur matrimonium cõditionale pendente conditione plus quam ſponſalia de futuro. conſenſus enim eſt collatus in futurum ex ſponſalibus de futuro, cui pręiudicant ſequentia ſponſalia de præſenti. ca. 1. de ſpon. duo. Nec ob. l. potior. quia ibi obligatus conditionaliter, non potuit tollere obligationem obligando ſe purè, iõ ſecunda intelligitur ſine præiudicio primæ. c. ſi pro te. de reſcrip. in 6. vbi de hoc in gl. 4. & ad c. fraternitatis. reſpondetur quod facit contra. Ibi enim ex facto ſequenti declaratur, ꝙ a principio tenuit matrimonium hoc autem conſtat quod primum non habuit efficaciam matrimonij, ſed potius ſponſaliorum de futuro, & hoc reſpectu temporis, quo pendet ꝫditio: licet reſpectu temporis, quo purificatur, ſit differentia inter ſponſalia de futuro contracta ſub conditione, & ſponſalia de præſenti etiam conditionalia, vt habetur in c. de illis. ſupra alleg. ſed tamẽ ex verbis ſupradictis non videtur eſſe ſolutũ contrarium. l. qui balneum, in princ. ff. qui po. in pig. vbi eſt talis caſus, quod ſi aliquis conduxerit fundum ab aliquo & appoſuerint talem conditionem, quod ſi non ſolucrit mihi mercedem obligat talem rem pignori, deinde ipſam rem alteri ſecundo loco obligat, quod ſi non ſoluat mihi mercedem, talis res erit pignori obligata, & ſic conditio retrotrahetur, cuius contrarium vult gl. in d. c per tuas. Cui tamen lęgi videtur eſſe alia contraria. l. potior, in princ ff eo. vbi eſt talis caſus, Aliquis dixit ſi pecuniam mutuam accepero, nolo quod talis res ſit pignori obligata, ſi poſtea pecuniã recepit,

condi-

Source : BIU Cujas

con ditiõ non retrotrahetur,ſed præfertur ipſe ſecundus, cui purè rem obligauit .

Et cum illa l.potior,in princ.concordat.c.ſi pro te, de reſcrip.in 6. quare Paulus de Liaza.vt refert Gemi. in d.c.ſi pro te,ita dixit pro concordia iſtorum iurium, quod aut conditio ſuſpendit tantummodo effectum obligationis,& tunc ↄditio retrotrahitur, & iſte eſt caſus in l. potior,in princ.ſupra allegato,licèt §. 1.in illa l.videatur contradicere & concordare cum dicta l.qui balneum,in princ. tamen Ioan.de Lig.reprobat illam ſolu.in d. ca.ſi pro te.quia ex quo diſpo tio eſt conditonalis,non dicitur nata a principio aliqua obligatio. pro quo facit,quia ea quæ ſunt in conditione,non ſunt in diſpoſitione.l.ſi quis ſub conditione fundorum.ff qui.ob.cau. teſt.c.verum,de condi. appo.vnde ipſe ſoluit aliter ipſum ↄrium,quod in l.qui balneum,in princ. fuit mitus contractus, licèt conditionaliter,& ſic ius eſt quæſitum,licèt ſub conditione,& ideo adueniente conditione retrotrahitur, & præfertur primus ſecundo. Sed in l potior.primo reſponſo,non trahitur retro conditio, ſicut in caſu quæſtionis ſupra formatæ. Nec etiam in caſu dicte l. potior, in princ. quia non fuit initus contractus,ſed bene fuit habitus tractatus de ineundo ipſum contractum,& ideo non trahitur retro ipſa conditio. Io.verò de Fantutijs in d. c. ſi pro te,aliter ſoluit iſta contraria,ſic dicens, quod quandoque implementum conditionis dependet a voluntate grauandi vel grauati,& exiſtentia conditionis non trahitur retro,quia ex quo id remanet in poteſtate grauati,vel obligandi, eſt perinde ac ſi illa diſpoſitio ↄditionalis adhuc non eſſet facta,& iſte eſt caſus in d.l.potior, primo reſponſo. abſurdum enim eſſet in poteſtate eius eſſe excludere eum,cui medio tempore eſſet ius quæſitum.quãdoque implementum conditionis non dependet a voluntate,vel poteſtate obligandi, ſed ab inſidijs fortunæ,vel ab alio extrinſeco, &tunc trahitur retro,vt dicta l. qui balneum, in princ.Iam enim ibi erat perfectus ↄctus, licèt ſub conditione,taliter quod non poterat reſilire ab obligatione, ſecus ſi in ptãte ſua eſſet,& iſtud eſt quod dicunt Doct.in d.c.ſi ꝑ te. Ego autem dum legerem cap.ſi pro te, ſolitus ſum ita diſtinguere in hoc articulo, non recedendo tamen ab opin. Doct. Et dico eſſe diſtinguendum,quod aut nos loquimur de ijs,q̃ dependent a voluntate vnius tantum, & tunc conditio non retrotrahitur,& iſte eſt caſus in c.ſi pro te.vbi habetur,quod ſi Papa mandat prouideri alicui ſub conditione,ſi interuenerit conſenſus Epiſcopi & capituli,deinde pro alio mandat purè,præfertur ſecundus. primo, licet ſit purificata conditio ipſius primi,quia interuenerat conſenſus Epiſcopi, & capituli. & eſt ratio,quia cui plus confert & donauit, illũ videtur plus dilexiſſe,iuxta illud Euangelicũ,cui plus donauit,plus diligit. & probatur in c.duobus,de reſcrip. in 6. aut vtimur in actu, qui dependet a voluntate duorum, & tunc ſubdiſtinguendum, aut conditio verſatur nedum circa executionem contractus,ſed etiam circa natiuitatem ipſius obligationis,vtputa quando implementum conditionis pẽdet a poteſtate obligandi,& tunc conditio non retrotrahitur, & iſte eſt caſus in d.l. potior, in princ.aut conditio verſatur ſolummodò circa executionem ipſius obligationis, & tunc conditio bene retrotrahitur,& iſte eſt caſus in d.l. qui balneum, in princ.

Et in hoc Paulus videtur bene dixiſſe, licèt ab antiquis reprehendatur in d.c ſi pro te,quia licèt conditio videatur impedire natiuitatem ipſius obligationis,iſtud eſt verum quãtum ad natiuitatem effectualem, non autem quantum ad natiuitatem ſaltem ſub ſpe futuræ venturę conditionis. quod ſatis probatur,quia partes non poſſent reſilire a contractu, licèt conditionali l.potior.§. 1.ſupra alleg. facit cap.verum.de cond..appo.& in hoc videtur bene dixiſſe. iſtud autem videtur fallere in matrimonio, quia ſi ↄtrahitur matrimoniũ ſub conditione cum vna, deinde contrahatur cum alia purè, tenet matrimonium ſecundum, & ſi conditio non retrotrahitur.& eſt ratio, quia matrimonium licèt cõtractum per verba de præſenti,ſub conditione tñ, non habet vim niſi ſponſaliorum de futuro,vt c.1.de ſpon.duo.

Et dicunt Doct.in d.c.de illis, & c.per tuas,de condit.appo. ꝙ ſponſalibus de futuro præiudicatur per ſequens matrimonium de præſenti, vt eſt caſus in d. c. 1. quia hodie operatur ſuperuenientia maioris vinculi, ſcilicet matrimonium contractum per verba de præſenti,quod eſt indiuiduum,& indiuiduam vitę cõſuetudinem retinens,vt dictum fuit in princ. huius apparatus.

172 Item quæritur, † quid ſi contrahat matrimonium ſub cõditione omnino extitura, an ſuſpẽdatur ipſum matrimoniũ. gl.in c.per tuas, tenet quod non , quia perinde eſt ac ſi purè contraxiſſet. dat exemplum de conditione omnino extitura,puta ſi dicatur, contraho tecum matrimonium, ſi ante Chriſtus naſcetur, vel ſi dies clareſcet,vel ſol orietur.glo.tamen poſtea tenet oppoſitum. pro hoc facit. c. com.niſſa, de elec.lib.6. Sed Hoſtien. tenet primum dictum in Summa,de condi.appo.in §.quæ conditio.ver. quid ſi contraho.& hanc opi. ſequuntur Doct. communiter in dicto c.per tuas.ea ratione , quia conditio eſt omnino extitura, nam habetur pro non adiecta, vt ſi dicitur,vt ſi cœlum digito non tetigeris,vt l.hæres meus.ff. de condi. & demon. & l. ſub conditione.l.in diem.ff.de condi.inde. vbi habetur,ꝙ debitum ſub conditione omnino extitura ſolutum,non repetitur, quia talis conditio non habetur pro conditione, & ſic non facit actum conditionalẽ,ſicut nec conditio quæ ineſt.de elec.c. ſignificaſti. & pro hoc facit,quia quando aliquid debetur in diem , obligatio ſtatim tenet,vt.ff.de condi.inde.l.in diem.neque repetunt ſolutum ante diem , vt ibi. aliquando promiſſum ante interdictam diem habetur ac ſi eſſet ſub conditione , ita ꝙ ſolutum ante diem repetitur,vt .ff.de condi. indeb.l.ſub conditione.§.repetitur.quando eſt dies incerta, quia tunc habetur pro conditione , ita quod ſolutum ante illam diem bene repetitur , & ita intelligitur d.l ſub conditione.§.quod autẽ. puta promitto tibi centum quando nubam : quia tunc talis dies bene habetur pro conditione, quæ habet ſuſpendere actum.ſecus ſi eſt dies certa,an & quando , quia tunc non ſuſpendit, vt d.l.in diem,vt ſi promitto Kalen.Ianuarij.Si verò dies eſt certa an , ſit ventura ſed dubia , quando, vt ſi quis promittit cum morietur.ſ.ille,cui fit promiſſio, & tunc non ſuſpendit actum,vt ff.de condi.& demon.l. hæres meus.&l. ſi cum moriar.ſecus ſi dicat promitto cum moriar, quod tũc eſt dies incerta , quia poſſet mori ille , cui fit promiſſio antequam moriatur promittens, & iſte eſt caſus in l.1. ff. de condit.& demon.

173 Item quæritur de tali quæſtione , pone † contractum eſt matrimonium ſub conditione, ſi pater conſenſerit , deinde pater contradixerit , poſtea ſubſequitur copula carnalis inter ipſos contrahentes,queritur , nunquid talis copula inducat matrimonium præſumptum,ſicut ſi interceſſiſſet ante ↄditionem patris, & ſic ante defectum conditionis , ſecundũ caſum.c.per tuas? & gl.penult. in d.c.per tuas,dicit quod nõ, quia nihil reperitur quod confirmet ipſa copula , quia cõtractus eſt ſolutus propter conditionẽ patris , & ſic propter defectum conditionis.& hanc opi. etiam tenet Innoc.in dicto c.per tuas qui tamen refert quoſdam tenuiſſe oppoſitum , ſi poſt contradictionem parentum alias ignorantes contrahentes conditionem eſſe impletam commiſcẽtur , quia tunc intelliguntur renunciare conditioni.ſed tamen primum dictũ eſt verius, quia cum ſit diſſolutus contractus , non poteſt ex copula præſumi ſuperueniente.cap. ad diſſoluendum. de deſpon.impub.hæc conditio quantum ad caſum.c.per tuas,debet innoteſcere mulieri, vt probatur in d. c. per tuas, quia licet in abſentia mulieris pater contradixerit, ſicut dicunt teſtes in d. c. per tuas. non tamen debet hoc obeſſe mulieri, q̃ debuit certificari,nec decipietur, nec pateretur ſe cognoſci, ar.opti.in c.mandato. de procuratori.& quod ibi no.niſi ipſa latitaret, vel aliàs non poſſet haberi eius copia. c. cauſam.de dolo & contu.c.paſtoralis,ad fi. de offic. ord. Sed videtur ꝙ nulla conditio habeat vitiare matrimonium , & ſi ſit contra ſubſtãtiam matrimonij,& bona ipſius, vt cap. cum M. ſupra de conſti.cuius contrarium vult tex.in c.fin.de condi. appo. Do.Card. in d.c.fi. ſoluit hoc modo iſtud contrarium, quod in caſu c.cũ M. procurator nõ habuit conſenſum aduerſarij, ſecus autem ſi habuit conſenſum aduerſarij, & propter hoc Inno.in d.c.fi.in verbo, conditiones, dixit quod melius eſſet dicere pacta pro hoc,quia conditio poteſt apponi ab vno ſolo , pactum autem requirit duorum conſenſum . ff. de pact. l.1.& hoc probat tex.aperte in dicto c.fi. dicens idem Innoc. quod niſi ambo conſentiant conditioni,non impeditur matrimonium,vt 32.q.2.aliquando.etiam ſi vnus dicat,contraho tecum ſi generationem prolis cuites. Idem dicit , ſed alter taceat , quia præſumitur contradicere fauore matrimonij,vt c.per tuas.ſ.alleg.quod eſt valde no. ad declarationem dicti c.fi.& idem etiam tenet Hoſti. quod ipſa decretalis finalis eſſet ſæpius prædicanda,vt mulieres pro hoc eſſent inſtructæ. Nam fortè volẽs decipere mulierem apponat vnam de iſtis conditionibus contra ſubſtantiam matrimonij , vt mulier permittat ſe cognoſci , quę ſi fuerit inſtructa, quod non poſſet eſſe matrimonium,niſi conſentiant vbi remittatur ↄditio , & ſi vir conditio.remittat & poſtea cognoſcat mulierem , iudicabitur matrimonium , ſaluo quod ſi nullo modo conſentit , quia tunc in foro pœnitenti iudicabitur contra. cap.tua,de ſpon.

Sed opponitur contra præcedentia de c.2.10.q.1.vbi habetur,quod tenet contractus non obſtante conditione contra

natu-

Source : BIU Cujas

naturam contractus.gl.in c.fi.de condi. appo. formauit contrarium,& etiam in dicto c.2. Et tamen non bene ſoluit. vnde Doct.maximè Do.Card. in d.c. fi. ſoluit contrarium hoc modo,ꝙ conditio iſta.ſ.quod dos eccleſiæ non ſit in poteſta te Epiſcopi,quamuis ſit contra ſubſtantiam regiminis & ordinations eccleſiæ, non tamen eſt contra ſubſtantiam conſecrationis,de quo tamen habetur ibi per gl.Subſequenter op. de c.diaconi 28. diſt. vbi tenet ordinatio, quamuis dicat ordinatus ſe velle habere vxorem. So.ibi conditio non eſt contra ſubſtantiam ordinis & impreſſionis caracteris, licèt ſit ꝙ executionem ipſius ordinis,vt probatur 31. diſt. Nicena, & cap. quoniam. Item oppo. & videtur quod turpis conditio, aliàs impoſſibilis in matrimonio habeatur pro non adiecta. & quod ideo vitiet matrimonium,vt.ff.de verb.oblig.l gene raliter.l.ſe.glo. in d.c.fi. videtur adducere illa iura pro ſimilibus. Vbi in hoc quod ſicut cõditio turpis vel impoſſibilis habetur pro non adiecta:ita ibi actus non habeat obligare, & eſt ſimilitudo per contrarium. Sed iſtud non eſt ſoluere ipſum contrarium.Vnde Do. Car.ibidem ſol.iſtud contrariũ, quod in hoc differunt alij cõtractus a matrimonio, quia ſpeciale eſt in matrimonio propter ſui fauorem, vt d.c. fin.dicit tamen gl. ibidem eſſe ſpeciale in teſtamentis & inducunt iura.Huius reddunt aliqui rationem , quia teſtamentum nõ ex plurium,ſed ex vnius voluntate depẽdet, contractus autem ex voluntate plurium.l.non ſolum. ff. de ac. & ob. vnde melius dicendũ eſt, quod ſpeciale ẽt eſt fauore vltimæ voluntatis,de quo habetur in c.per tuas,de teſta.in gl.2.de quo etiam per gl.& Doct.in d.c.fi.

Tamen cõtra prẽcedens dictum inſtatur, quod imo etiam in teſtamentis conditio impoſſibilis vitiat ipſam diſpoſitionem,vt Inſti.de le.§. fi.So.Vincen.quod prædicta procedunt ſi apponitur conditio in perſonam legatarij vt.ff.de legat.1.l. ab omnibus.§.1. & 2. ſecus ſi in perſonam hæredis, vel alterius,vt in dicto.§.fi.vel aliter per alia verba, licèt idem ſit effectus , quod aut apponitur conditio impoſſibilis in perſonam grauati, vt hæredis, qui oneratur alteri dare ſub conditione impoſſibili,& talis conditio habet vitiare ipſam diſpoſitionem : aut impoſſibilis conditio apponitur in perſonam honorati,vt legatarij,vel hæredis ſub conditione inſtituti, & tunc non vitiat, & de hoc in l. 1.C. de his, qui pœnæ no.in fi. vbi etiam gl.notabilis ponit hanc diuerſitatem & idem dicit in d.§. fi. & in l. ab hominibus tenuit. ff. de condi. & demon. vnde ſi teſtator dicit hæredi,præcipio vt cœlum digito tangas,aliàs deſ. 10.Titio,non valet legatum , quamquam enim hęres non adimpleat,non propterea ſubditus eſt pœnæ, vt d. l.1. de his,qui pœnæ no.ſinautem dicat, lego vel hæredem inſtituo, ſi cœlum digito tetigeris , conditio habetur pro non adiecta,& valet legatum,Inſti.de hære.inſti.§. fi. & poteſt eſſe ratio fauor vltimæ volũtatis,& quia fauorabiliores ſumus ad liberandum,quàm ad obligandũ.l.Arianus.ff.de ac. & ob.

174 Item quæritur, † nunquid ſint alij caſus quàm illi poſiti in cap.fi. in quibus conditio eſt contra ſubſtantiam matrimonij. Vinc.dixit quod ſic,dicens,quod iſti tres caſus ponuntur gratia exempli, quia idem eſſet,vbicunque eſſet alia ratio,vt ſi dicat , conſentio in te ſi conſentis in illam:tum licèt ſint alij caſus reducuntur ad aliquem iſtarum trium, de quibus in d.c.fi.de quo per Doct.in d.c.fi.

Finaliter quo ad iſtud impedimentũ conditionis appoſitæ.

175 Quæro, † nunquid ſicut appoſitio conditionis contra ſubſtantiam matrimonij carnalis valet impedire ipſum matrimonium,ita habeat etiam impedire matrimonium ſpirituale,vt ſi quis dicat,profiteor religionem, ita tamen quod poſſim tenere proprium,& vti matrimonio.gl.in d.c.fi.ar.quod tenuit matrimonium per ca. inſinuante,qui cler. vel vo. vbi habetur de hoc,& per c.2.de ſta.mo. tamen poſtea tenet oppoſitum dicens,hoc eſſe contra ſubſtantiam matrimonij,ar. c.dudum,de conu.coniug. & c. 2.de ſta. mo. Cum gl.autem concordat Bart.Brix.1.q.5.& Goffr.in Summa de reg.ver.qd dices.tamen gl. in dicto c. fi. dicit alios tenuiſſe oppoſitum , videlicet ꝙ non vitietur ipſe ingreſſus. & hanc opin. tenuit gl.32.q.2.ſolet in fi.magnæ gl.ſimiliter hanc opi.tenuit Goff. Vinc.& Hoſtiẽ.in d.c.inſinuante.& Inno.ibidem,licèt alternatiuè videatur hoc tenere in c.1.de condi.appo.vbi dicit, ꝙ conditio ꝯtra naturam non vitiat matrimonium.idem Goff. & Phi.in d.c.2.de ſta.mo.gl.in auth.ingreſſi.C.de ſacroſan.ecclc.& ibi Iac.de Ra.& Pet.de Bellaperti. tamen gl.in l.per ſeruum.§. denique.ff.de vſu,& ha.diſtinguit.

Quod aut pactũ apponitur incõtinenti, & vitiatur ingreſſus:aut ex interuallo,& vitiatur pactum,& de hoc habetur in Spec.in tit. de ſta.mona.ver. 49. vbi nihil videtur approbare. & quia pro opinione gl.in d.c. fi.videtur ibi eſſe caſus comparando matrimonium ſpirituale & carnale, Phi. in dicto cap. inſinuante,tenens opi.contrariam reſpondet ad dictum c. ꝙ matrimonium fuit inſtitutum a Deo, qui dixit,& erunt duo in carne vna id eſt ad diuinã carnem procreandum. ceſſante igitur cauſa,ceſſat matrimonium. Sed quod monachi nõ habeant proprium,inſtitutum eſt ab eccleſia.12.q.1.nolo eccleſia aũt illud tollere poteſt, & hæc ratio in hoc vltimo dicto videtur velle quod teneat monachus, & quod poſſit habere proprium.quia hoc procedit , niſi ex diſpenſatione Papæ, ſecundum not. in cap. cum ad monaſterium, de ſtatu regu. hanc etiam opi. quod non teneat monachus tenuit Archid. 32.q.2.ſolet.dicens quod nõ eſt contra ſubſtãtiam quod monachus habeat proprium,ſed ex conſtitutione eccleſiæ.hanc etiam opi.tenet.Io And.dicens,quod in matrimonio carnali recipiens eſt in culpa, quę non debet ſibi eſſe lucroſa. Vnde non eſt mirum , ſi non obligatur contrahens, ſed in profeſſione qua quis obligatur Deo , ipſius Dei cui oblatus , nõ eſt culpa nec ẽt abbatis recipientis profeſſionem licet conſentiat. & idẽ dicit Io.An.in ordinante,vt c diaconus.28.diſt.

176 Et declarando dicit Io. And. † qđ matrimonium eſt contractus vltro citroq; obligatorius , ex quo naſcitur quod eſt proprium contractuum,vt.ff.de verb. ſignific.l. Labeo, la 2. & ſic oportet, quod vir obligetur certę mulieri , & econtrario nec matrimonium recipit incertitudinem, imo nec ſpõſalia,c.vno,de ſpon.in 6. in princ. profeſſio verò quandoque incertitudinem, vt patet in tacita profeſſione non mendicãtium,vel expreſſa mendicantium ordinum , quę fit iuxta annum probationis, vt c. non ſolum, de regu.in 6. & cap.conſtitutionum .

177 Item dicit,† licèt profeſſio poſſet dici contractus vltro citroque,&c. cap. ad apoſtolicam , de reg. non eſt tamen illius formæ, cuius eſt matrimonium , nam in matrimonio par eſt vinculum vtriuſque, nam vterque matrimonium cõtrahit , ſed in profeſſione non profitetur vterque,ſed alter recipit.& idem eſt in ordinatione.dicit etiam quod matrimonium eſt ſacramentum eccleſiæ,non ſic profeſſio & ratio ſacramenti eſt id ꝙ præter quod recipit indiſſolubili.vt de transla. præla. per totum titulum. ſic quod principalis intentio contrahentium matrimonium eſt obligari illi,cum quo contrahit, propter cuius etiam mortem diſſoluitur, vt c. pen. & fi.de ſecũ. nupt. principalis verò intentio profitentis vel per ordinem recipiẽtis eſt obligari Deo. Vnde propter mortem ordinantis vel recipientis profeſſionem,niſi diſſoluatur ordo vel profeſſio,concluditur prædicta diuerſitas,vt culpa miniſtri recipientis obligationem , quæ Deo fit, non diſſoluat. Pau.verò in Clementina,eos,de reg. tenet etiam gl.in d.c. fi. de condit. appo.dicens quod ſicut proteſtatio contra ſubſtantiam rumpit matrimonium,vt d.ca.fi.ita monachus,quia ſimilis ratio eſt in vtroque. vnde ſicut abbas,qui habet incorporare religioni, recipit talem proteſtationem proteſtatio tuetur profiten. de quo puncto per dictum Pauli, in cle. eos. Gaſ. verò de Cal.diſtinguit inter forum iudiciale, & procedit iſta opinio,quod tenet monachus:& pœnitentiale,& procedit opi. gl.in d.c.fi.Do.autem Card.in d.c.fi.diſtinguit,quod aut profitens præciſè ſtetit in ſua proteſtatione dicens,quod non aliter intendebat profiteri,& tunc verior ſit opi. gl.in d.c.fin. nam verè,poteſt obligari ſi velit. & ad id quod dicit Arch. ꝙ habere proprium non eſt ꝯtra ſubſtantiam monachatus.Dicit ipſe Do. Car. quod imo contrarium eſt verum,quia hãc ſubſtantiam recipit monachus ex inſtitutione Eccleſiæ, vt dicto c.cum ad monaſterium,de ſta.regu.& ſic ſi abbas recipit profeſſionem cum proteſtatione hac , vitiatur profeſſio, ex quo proteſtatio habet ſua ſubſtantialia. i. conſenſum vtriuſque. Nec procedit quod dicit Io. And. quod profeſſio quandoque habet incertitudinem:nam ſaltem ab ipſo initio requiritur quod certæ perſonæ fiat , quæ poſſit incorporari religioni,c.porrectum.de reg.

Item dũ. dicit, ꝙ culpa miniſtri non debet diſſoluere obligationem quæ fit Deo,non procedit . hic enim nõ diſtinguitur,imo verius non oritur obligatio,ex quo profitens nõ intendit ſe obligare ad ea,quæ ſunt de ſubſtantia monachatus, ſed potius contrarium.Item iſta opi.quod obligetur, licèt videatur fouere æquitatẽ, tamen multis reſpectibus fouet iniquitatem . ex quo enim iſte non voluntariè profitetur , non poteſt haberi ſpes quod laudabiliter in monaſterio conuerſetur. Voluntarium enim militem elegit Chriſtus , coactum autem diabolus emit,vel acquirit.15. q.1.non eſt.c.abbas.ꝙ me.cau.in gl.1.ad fi.gl.autem in auth.ingreſſi.C.de ſacroſan. eccle. dicit quod reſeruatio proprietatis in profitente nõ habeat vitiare profeſſionem , quia impoſſibilis exceptio nihil excipit,nec minuit de reg.ff.de hære.inſti.l.ſi quis ita hæres inſtitutus ſuit excepto fundo. Sed Ia.But. in d.authen.ingreſſi, limitat iſtam gl. vt procedat vbi per modum conditionis ſit

facta

Source : BIU Cujas

facta.reseruatio, puta si dicat, profiteor si mihi retinere talem fundum in proprietate, vt. l. non solum. ff. de ac.& ob. cap.fin.de condi.appo. Item si protestor,quod volo profiteri hoc pacto, & non aliter, nec alio modo, quia ista verba habent vim conditionis,vt no.in l.si qui dom.C. de excep.Pet. autem de Bella pertica ibidem dixit idem, quod dicit glos.in authen.ingressi,per talem rationem, quia ista retentio nō respicit essētialia,licet accidētalia, quæ possunt adesse & abesse. Nam quod hūc fundum transferam in monasterium, id non est de substantia,vt in Auth.de monachis.§. illud. substātiale ergo non vitiatur per accid. secundū Pet. & Cyn.in l si pater. ff. de adopt. nisi dicant quod reseruatio contra naturam actus est ad diminuendum, & vitiatur actus regulariter si fit antequam actus assumat esse suum perfectum. Sed hoc fallit fauore religionis, vnde tenent ꝙ valeat ingressus, & istud sit speciale fauore religionis. Sed si fit ad augendum,nunquā vitiat.vt.ff.de pact.l.cum precario. Bald.autem in dicta auth. ingressi, tenet opin. Pet.& Cy. cum limitatione, quod si ista verba non fuerunt prolata in ipso ingressu, sed ante, puta in tractatu, nunquam habent vitiare ingressum. cap.cum dilectus,de suc.ab intest.&.ff.loca.l.cum in plures:§ locator horrei quasi sentiat quod secus sit,si verba sint prolata in ipso ingressu,& ista opin.gl.in dicto c.fi. & tenentium ipsam, videtur de iuris rigore verior,quia de hoc videtur tex.in dicto c. fi. quanquam fauorabilior & benignior sit contraria opinio fauore religionis, vt vtilis ingressus non vitietur per inutilē reseruationem,vt regula,vtile,de reg.iur. in 6.

Expeditus de hoc impedimento defectus cōditionis, venio ad aliud impedimētum, quod est cognatio spiritualis, &

178 quæro † quid sit cognatio spiritualis? Respōdetur quod duplex est.quædam impedit & dirimit matrimonium,vt c.fi de cog.spi.& c.1.in fi.eo.tit.in 6. Quædam est,quæ impedit, sed non dirimit, vt ea quæ contrahitur per catechismum, vt in cap.fi.eo.tit.lib.6.& prima ita diffinitur, ꝙ est vinculum surgens ex eo,quod aliquis aliquam baptizet,vel confirmet vel de baptis.vel confirmat.suscipit, impediens & dirimens matrimonium inter personas, per quas vel per earum alteram orta est. Alia autem sacramenta non inducunt tale impedimentum,vt cap.fi.de cog.spi.lib. 6.

179 Item quęritur † qualiter diuiditur hæc cognatio? & dicit Inno.quod diuiditur inter paternitatem filiationem & sororitatem: & est compaternitas inter baptizantem & baptizatum, leuantem & leuatum filiatio.Sororitas autem seu fraternitas inter ipsos baptizatos vel leuatos cum filijs baptizātis vel leuantis. compaternitas autem est respectu leuantis, vel baptizantis,& parentes baptizati vel leuati, de quo in ca. Martinus,de cog. spir. & hæc cognatio non transit ad nepotes,nec vlteriores,secundum Innoc.in rub. de cog.spi.

180 Ex quo infertur, secundum ipsum, † quod filia spiritualis leuantis potest contrahere matrimonium cum filia filij mei leuantis,& cum nepote patris leuati,licèt non cum filio suo. Ad hoc facit in ar.30. quæst.3. ca. fi. & sufficit quod inter tales non inuenitur prohibitum matrimonium, ergo videtur esse permissum.cap.tu apud.de spon.de materia autem habetur 30.q.1.3.&.4. per to. & 33.quæst. 2. si quis cum matre, & repetitur in 6.& illud, quod dicitur,quod filia mea spiritualis non potest cōtrahere matrimonium cum filio meo, procedit ſm Innocen.in filio naturali,secus in filio adoptiuo,de quo in cap.fin.de cog. spi.nec refert vtrum filius naturalis sit legitimus vel illegitimus, quia in vtroque prohibitio est, vt habetur in dicto cap.fi.

181 Nunquid autem hæc cognatio contrahatur per Iudæum paganum vel hæreticum baptizantem, vel leuantem? & cōcluditur ſm Doct. de Iudæo & pagano,quod non, cū careāt baptismo,qui est ianua omnium sacramentorum.de presbytero non baptizato. cap.1. 2.& 3.de conse.di.4. in baptismate.secus in hæretico,cū sit baptizatus,de quo per Io.An.in regula,ex eo quod.de reg.iu.& quod dicitur ꝙ inter baptizatū & filios baptizantis, vel suscipientis prohibitum est matrimonium,debet considerari quod ista prohibitio habet locum in persona tantum, per quam deuentum est ad compaternitatem. ita no.in cap.1.de cog.spi. vnde dicit text. in c. fi.30.q.3. quod cōpater potest accipere in vxorem filiam cōmatris suæ per quam non est deuentum ad compaternitatem,& sic pater spiritualis secundum gl. ibidem potest copulari sorori filiæ spiritualis,qnia talis cognatio non extenditur ad alias personas quam prohibitas. similiter ibi dicit gl.quod pater potest sumere filiam spiritualem filij Car.licèt enim cognatio spiritualis descendat de patre ad filios,non tamen de

182 filio ad patrē,† & vt habeatur notitia,quæ personæ sint prohibitæ contrahere matrimonium,respectu huius cognationis spiritualis. Respondetur secundum Doct.in c. Martinus, de cog.spi.& secundum Gemi.in c.1. eo.tit.lib.6.vbi enumerat 20.casus, in quibus cōtrahitur spiritualis cognatio, quos etiam enumerat Ioan.And.ibidem.

Primus casus est inter baptizantē & leuantem. Secundus inter baptizatos & filios leuantis. Tertius inter baptizatum & cōiugem leuantis prius cognitam, secus si post. Quartus inter parentes leuati & leuatę. Quintus inter parentes leuati & coniugem leuantis. Sextus inter baptizatum & baptizantem. Septimus inter baptizatum, & filios baptizantis. Octauus inter baptizatum & coniugē baptizantis prius cognitam. Nonus inter parentes baptizati & coniugem baptizantis prius cognitam. Decimus inter confirmantem & leuantem. Vndecimus inter confirmantem & parentes confirmati. Duodecimus inter confirmantem & leuati filios. Tertiusdecimus inter confirmatum & coniugem leuantis prius cognitam. Decimusquartus inter parentes confirmati, & coniugem leuantis prius cognitam. Decimusquintus inter leuantem & parentes confirmati. Decimussextus inter confirmantem & confirmatum. Decimusseptimus inter confirmatum, & filios confirmantis. Decimusoctauus inter confirmatum & coniugem confirmantis prius cognitam. Decimusnonus inter parentes confirmati & coniugem confirmantis prius cognitam. Vigesimus inter confirmantem & parentes confirmati,& intelliguntur parentes, scilicet pater & mater tantum, & isti casus colliguntur ex cap. Martinus, & cap.fi. de cog.spi.& ex c.1.eo.tit. lib.6.

183 Sed dubitatur de tali q. † Maritus post cognitam vxorem carnaliter leuat puerum de sacro fonte,ita quod vxor sua est effecta mater spiritualis ipsius, vt hī in d. cap.Martinus, deinde moritur secūdus maritus, & ista transit ad secunda vota, & ex secundo marito habet filiam,quæritur,an illa possit cōtrahere cum isto puero? Gemi.in dicto c.1. refert quod pendente q.de facto D.An. consultus respondit quod non,tamē postea etiam per solam viam consilij deliberati dixit etiam idem,quia iste erat vnus ex filijs, per quem est deuentum ad compaternitatem. vnde negari non potest ipsam matrē spiritualem esse leuati. Finaliter tamen sibi contrarium visum est esse verum,quia hæc prohibitio est exorbitans,nec reperitur ista prohibitio in iure expressa, sed solum reperitur in coniuge leuantis, inquantum velit contrahere cum patre leuantis vel parēte, vnde nō debet addi iste casus alijs casibus, licèt sit eadē ratio, quia sufficit quod non reperiatur expressum,vt 30.q.3.c.1.& de spon.cap. cum apud, & iste casus non reperitur expressus per scribentes circa prohibitos, nec per aliquos Summistas. & potest esse ratio huius determinationis,quia hæc non est directa compaternitas,sed indirecta,& mediata,quia mediante marito contracta extendit se ad vxorem,ergo est indirecta ad paternitatem,& filiationē,sed non ad fraternitatem.Gemi.autem ibi dixit contrarium, quia satis est in iure expressum, talem sub regula generali comprehendi,videlicet ꝙ filij duorum compatrum, per quorum alterum est deuentum ad compaternitatem, nō possunt ꝫhere mrimoniū,vt c.sup eo.de cog.spi. sed negare nō pōt, quin ista fuerit carnalis filia matris spūalis illius,ex quo erat mater spūalis medio marito & sufficit ꝙ casus reperiatur in genere,vt no.gl. in c.fi. de cog. spi. Itē ſm ipsū Gemi. vī hic casus in c.tua nobis,eo.ti.vbi dicit tex.seruare literā ibi per Io.An. expositā,ꝙ quis nō pōt ꝫhere matrimoniū cū filia patris,vel cū matris suæ,& cū sorore sua spūali,& sic patet ꝙ ꝑ alternatiuā ibi positā, ꝙ prohibitio hēt locū ēt si sit mater filij carnalis ēt ex altero ipsorum & leuantium, cū dicit cōpatris vel cōmatris,& c. præsupponit ꝙ sit natus ex altero ipsorū. Ego aūt puto opin.Ant.de Bu.veriorem esse,& ēt probo hoc tali rōne,quia si ꝫriū diceremus sequeretur ꝙ duæ fictiones pñt oriri in eodē subiecto,ꝙ est ꝫ.l.cum post.§.gener.ff.de iu.do & ꝫ,l.vnicā,C.de inoffi.do. ꝙ sic oñditur. quia ꝙ compaternitas ꝫcta per maritum transeat ad vxorem,est vna fictio,& vna iuris præsumptio,vt d.c. Martinus. deinde ꝙ transeat de vxore ad filios ex matrimonio, esset alia fictio, quod est impossibile de iure. Nec ob.motiuū Gemi.vt ista prohibitio sit inter baptizatū.& filios suscipientis,qa istud dēt intelligi prius de filijs suscipientium,sed ipsa vxor non suscepit,licèt ex quadā iuris fictione ista cognatio transeat de marito ad vxorem,quia sunt vna caro.Itē quia ista pars est fauorabilior, & sic amplectenda,cū sit pro mrimonio,ar.c.fi.de re iu. hoc ēt sentit gl.in c.1.in gl.3.de cognatione spūali.hoc ēt clarius tenuit gl. 30.q.4.in sūma. vbi ēt patet ꝙ ego possum accipere ī vxorē cōmatrē vxoris meæ,qñ illa cognatio spūalis fuit ꝫcta anteq̄ eā vxorē carnaliter cognouerim. Cōprobat istud a-

184 lia rōne,† qa maritus & vxor bene participāt adinnicē actiones,sed non passiones,vt c.Martinus. & no. gl.sūmæ,ea.causa,& q.30.q.4.& vult dicere,quod si maritus, vel vxor susci-

Source : BIU Cujas

piant aliquem de ſacro fonte, vxor quæ antea fuit carnaliter cognita, erit commater. Sed ſi filius alterius tantum ſuſcipiatur de ſacro fonte, alter coniugum, cuius filius non eſt, nō erit compater, & ſic quis poterit habere duas commatres in vxore diuerſis temporibus. Sed iuxta prædicta quæritur de
185 vulgata q. † an compaternitas ſeu cognatio ſpiritualis poſſit contrahi per procuratorem? Archi. in cap. 1. de cog. ſpi. in 6. tenet quod non per illum tex. ponderando verbum, ſuſcipit, ibi poſitum, & per multa alia iura, quæ vtuntur ſimili verbo, quæ denotant requiri actum corporalem, & ad hoc etiam facit. l. nec. ff. de adopt. & l. in adoptionibus. Io. verò An. ibidē dixit, ꝙ Dominus ſuus tenuit contrarium in quadam ſua diſputatione, de qua fit mētio per ipſum plenius in regula, pōt quis, de reg. iu. in 6. li. in merc. vbi ſimiliter approbat opi. Arc. per c. de his. 30. q. 1. Idem etiam tenuit Bar. in l. Gallus. §. ſi forſan. ff. de li. & poſthu. Do. autem Angelus diſtinguebat ibidē ꝙ aut fit actus leuationis per procuratorem, & tūc procedat opi. Archi. & Io. An. ſimiliter aut fit per nuncium, &c. vnde poteſt contrahi, arg. l. licet. ff. de conſti. pecu. quod no. in c. fi. de proc. li. 6. per Io. An. in nouella. tamen Imola, vt refert Gemin. in d. cap. 1. ſtat cum opi. Archi. & Io. An. quia eorum rationes pariter concludunt in nuncio, & procuratore, & quia in iſtis actibus ſpiritualibus & inſeparab. a perſona, nō eſt differentia inter procuratorem & nuncium, vt eſt gl. no. in clemen. 1. de renū. & probatur etiam in l. qui ita. §. 1. ff. ad Treb. & in l. quod in eo. ff. de acquir. poſſ. ſi poſſeſſio. eo. titu. Sed tenendo iſtam opi. communem reuocat Ioan. An. in dubium, in dicta regula, poteſt quis, an ipſe procurator leuans nomine alterius efficiatur compater? & ipſe determinat quod ſic, per iura quæ ponderant actum leuantis.

Nec obſt. ſi dicatur, ſecundum ipſum, quod hoc non intēdebat ipſe leuans, quia reſpondet per c. 1. 30. q. 1. & per cap. 1. de deſpon. impub. lib. 6. per quæ iura patet, quod ſi intendēs effici compater meus, credens leuaſſe filium meum, leuat filium tuum, non meus, ſed tuus compater eſt, quia videmus, ꝙ ſæpe inducitur effectus extra id, quod agit c. vnico. 2. reſp. de deſpon. impub. li. 6. & ff. commo. l. ſi is qui. ad fi. Federicus
186 verò de Senis, ſuo conſilio 16. format q. de ſindico in vniuerſitate, & arguit pro & contra, an ſindicus leuans nomine vniuerſitatis faciat vniuerſitatem contrahere cognationem ſpiritualem. & tenet quod non, per iura allegata de dño leuāte per procuratorem.

187 Secundo, † an ſindicus efficiatur cōpater. & determinat, quod non, quia ad hoc non intendebat & animus requiritur. Vnde ſi Chriſtianus leuat tanquam procur. Iudæi, nec Iudæus, nec Chriſtianus efficiuntur compatres. Nec ob. ſecundum ip. um ratio Io. An. quod vltra annum actus quandoque inducatur, per text. in c. 1. de deſpon. impub. quia iſte tex. non probat hoc, quia ibi contrahentes voluerunt adinuicem obligari, licèt non fuerint in tantum obligati quantum voluerunt ętate repugnate. In caſu autem noſtro, nullo modo voluerunt ſe obligare ſuo nomine.

Item ſponſalia ſunt initium matrimonij, vt no. in cap. 2. de transla. præla. Vnde ſi ætate prohibente non poterunt perficere cōtractum, ſaltem vnanimiter faciunt quod eſt pars vel initium ipſius contractus, vt ſic vtile non vitietur per inutile. Non ob. etiam. l. ſi is qui, in §. ſi libero homine. ſup. alleg. Nam ibi voluit commodare & commodatarium obligare ſibi, licèt crederet commodare ſeruo, qui tamen liber erat, & ſic non deficit volūtas ex parte ſua. Nec ob. iura, quæ volunt ꝙ mandatarius in delictis teneatur, vt c. cū quis. de ſen. excō. in 6. cū multis ſi. quia in talibus mādans, nec iuſſus, nec præceptū obligatur, & ſi eſt in dolo iniquū eſt præceptum, & non tenetur executioni mendare. Itē illud ſit ne maleficia remaneāt impunita, ſed in caſu noſtro nō erit maleficiū, ſed quaſi ꝯctus, quia patrinus efficit quaſi fideiuſſor baptizati. cū ergo ſuo nomine nō leuat, nō efficit cōpater. Itē in his, q̄ ſunt grauia, taciturnitas nō hr̄ ꝓ ꝟſenſu, ſed requirit expreſſius ꝟſenſus, vt in rſa, is q tacet, de reg. iu. in 6. Non ob. ēt ꝙ actus leuātis inducit cognationē, quia illud eſt verum, qñ leuat vt ipſe, nō vt alius. Nō ob. ēt c. tua. de deſpō. quia ibi nō alieno noīe, ſed ſuo deſpōſauit, licèt fraudulenter ſibi mutauerit nomen. Non ēt ob. c. maiores. de baptiſmo. quia ibi voluit baptizari, licèt ꝓ vim, quia coacta volūtas, pure eſt voluntas, vt l. ſi mulier. §. ſi metu. ff. ꝙ me. cau. & 15. q. 1. meritò, & iſta pars ſm ipſum Fede. vr̄ eſſe verior, quia qñ quis facit actum, ex quo inducitur obligatio, ꝙ ipſe non hēt intentionē ſe obligandi, & hoc ꝟſtat, nō inducitur obligatio, & nō hēt intentionē ſe obligandi, vt no. gl. fi. in cle. eos, de regu. nā licet aſſumat habitū profeſſorū, ſi dicat ꝙ non animo profitendi, & ſe obligandi, hoc facit, non inducitur aliqua profeſſio. Itē pro hoc facit ſm ipſum Fede quia in huiuſmodi ſacris ad hoc vt inducatur obligatio, requiritur animus & intentio obligare volentis. vnde licèt baptizetur ille, qui non intendit baptizari, nō erit baptizatus, vt. j. q. j. ecce. & de conſe di. 4. ſolet, ad fi. & no. Io. An. in c. fi. de bap. tñ iſtud dictū dēt intelligi, quo ad gratiā, q̄. ꝟfertur per bap. quia iſta nō ꝟſequitur, niſi volēs c. maiores. de bap. ſed quo ad caracterem ille bene erit baptizatus. Ego aūt putarem ſic fore diſtinguendum articulum, ꝙ aut ꝟſtat, ꝙ procurator, vel nuncius leuans voluerit ēt leuare nomine proprio, & tūc procedat opinio Io. And. aut nō ꝟſtat, & tunc ꝓcedat opinio Feder. Tñ putarē hoc relinquendū. ꝟſcientiæ ſuæ, quia ſi habuiſſet animū leuādi nomine proprio, deberet ſe abſtinere a matrimonio cū illis perſonis, cum quibus eſt prohibitum matrimonium ratione compaternitatis, ar. ca. inquiſitioni. de ſenten. excom. c. literas, de reſt. ſpo.

188 Nunquid † aūt ſicut per leuationem viri vxor efficitur cō mater prius cognita, ita ēt concubina, quia aſſumptum probatur in c. Martinus. §. alleg & in c. 1. in princ. eo. tit. in 6. & reſpondetur ꝙ nō. ita tenet gl. in dicto c. 1. Hoſti. tamen varias recitat opi. in d. cap. Martinus. tamen Doct. ſequuntur opin. gl. in dicto c. 1. Non ob. ꝙ affinitas contrahatur ēt ex concubinatu, quia iſtud eſt ex vinculo carnali, quod poteſt per carnalia & illicita contrahi. & hanc opin. tenet Archid. in cap. ſi quis. 30. queſt. 4.

189 Item quæritur † ad quid obligetur patrinus leuato de ſacro fonte? & reſpondetur quod tenetur eum docere ſymbolum, oratione dominicam, & quædam alia, quæ pertinent ad ſalutem directè. de cōſe. di. 4. vos autem. vbi dicitur quod apud Deum patrinus eſt fideiuſſor pro filiolo, per quod arguit ibi Archid infidelem non poſſe eſſe patrinum, ex quo videtur periculoſum eſſe leuare aliquem de ſacro fonte ſi eſt fideiuſſor apud Deum: quia ſi ille erat in fide patrinus tenetur. tamen ad hoc reſpondet Archid. in cap. ante baptiſmū, de conſe. diſt. 4. dicens, quod ſecundum modernum tempus non eſt ita periculoſum, quia puri Chriſtiani poſſunt exiſtimare quod parentes eum in fide erudient. ſecus autem erat in primitiua eccleſia, vbi puri Chriſtiāni cum infidelibus ꝟuerſabantur. Et ideo diligentior cura adhibenda erat a patrino. ſimile etiam eſſet, ſi parentes pueri eſſent ſuſpecti de infidelitate, vel ſi pueri interim fideliter conuerſarentur cum infidelibus, ſecundum Arch. in loco ſupra allegato.

190 Item quæritur, † an compaternitas contrahatur, ſi leuans reſpondet. & reſpondet Archid. quod ſic, in dicto c. 1. & probat in tex. qui dicit ſuſcipientem. & ſic pōderatur ſuſceptio, non autem reſponſio. Hoſti. tamen in Summa, de matrimonio, in §. aliter ꝟhatur. in ver. ſed nunquid, tenuit oppoſitū. & pro iſta opi. facit ſm Io. And. quia ſicut in baptiſmate requirit verbū, vt de bapt. c. ſi quis. 2. de. conſe. diſt. 4. §. pē. & 1. q. de contrahen. ſic requiratur etiam in leuante, qui reſpondere debet, vt de conſe. diſt. 4. paruuli. nec ſufficit annuere, ſed debet dicere, nolo, ita quod emiſſa ſit cautio, vt dicto cap. 1. & facit id, quod no. in gloſ. ex quo infertur, quod ſicut inuitus non poteſt baptizare, ita nec puerum tenere, vt dicto ca. paruuli. Nam reſponſio ſpectat ad celebritatem ſacramenti, de conſe. diſt. 4. pro paruulis. & capit. nihil. Sed Archid. dicit quod iſtud verbum celebritatem, accipitur pro ſolemnitate. Non enim omnia, quæ dicuntur, vel quæ fiunt in celebritate ſacramentorum, ſunt de ipſorum ſubſtantia, vt de conſe. diſtinct. 2. vtrum. Subſtantia autem baptiſmi eſt aqua & ſor. euangelica. 1. q. 1. detrahere. de conſecr. diſtinct. 4. paruuli. tamen ſub dubio tenetur, quod requiratur vocalis reſponſo. Gemin. autem in cap. 1. concordat opin. quod aut leuans nihil reſpondet verbo, vel ſignis, & tunc procedat opin. Hoſtien. aut non reſpondet verbo ſed ſignis, & tunc procedit dictum Archid. quia & nutu & ſignis dicitur quis loqui. facit ad hoc cap. cum apud, de ſponſ. & no. Ioan. And. in cap. conſtitutionem. ſupra alleg. & gloſ. 3. in 6. & iſta diſtinctio videtur æqua.

191 Item quæritur de tali quæſtione, † an in adulto poſſint interuenire plures leuantes. & Hoſti. in eodem tit. lib. 6. cap. fi. tenet quod nō. Et ſic extendi cap. fi. de cog. ſpi. lib. 6. de paruulis ad adultos. & ſic videtur innuere, quod etiā in adultis debet eſſe leuans in baptiſmo. Sed contra hoc opponitur & videtur, quod hoc requiratur ſolummodo in baptiſmo paruulorum, quia tamen requiratur. reſponſio, quod abrenunciat ſathanę, & quod credit quod paruuli hoc facere nō poſſunt, ideo requiritur quod patrinus pro eo hoc faciat, vt dicit tex. in capitu. quam paruulus. & cap. paruulum. de conſe. diſtinct. 4. Sed quando baptizatur adultus, ipſe debet reſpondere per ſe. ſi ergo iſta eſt cauſa, quare in paruulis requiritur patrinus, ergo ſecus in adultis. & pro hoc facit text. in dicto capitulo fina. qui dicit infantem, tamen in contrarium facit, vt not. in capitulo primo. de cogna. ſpirit. de criſmate.

in

Source : BIU Cujas

in fronte,vt isto casu ēt si sit adultus,debet interuenire leuās & sicut paruulus per se stare non potest in baptismo,quia semel debet leuans eum admonere,vt sit firmus in fide, vt dicit tex. in cap.vos autem.de conse.distin.4.& assignatur ibi p Archid. ratio alia, qui dicit quod presbyter baptizans tenetur oēs baptizatos per se instruere . & quia multis impeditus, nō potest hoc, committit curam primo leuanti.Sed patet,quod alia est causa, quare requiritur leuans in baptismo, quæ etiam concludit in adultis & illam etiam opi.tenet Gemin.in d.cap.fi.

192 Item quæritur,† quid si leuans non tangit puerum, sed linteum , quo est inuolutus an contrahat compaternitatem? Archid dicit quod sic,secundum Hug. & probat hoc tex.in dicto cap.fin.qui dicit accesserunt, sed non requiritur solum tactus pueri.idem etiam no.Archi.30.quæst.4. cap.fi.vbi dicit,hoc esse verum si in linteo tenetur puer dum baptizatur.

193 Item quæritur † an compaternitas contrahatur inter ipsos leuantes?Doct. determinant communiter , quod non in dicto cap.fi.sed contrahitur cum susceptо & parentibus susceptі , & non inter ipsos susсipientes . de quo per Innoc. & per alios in cap. Martinus.& idem Archid.& Ioan.An.in d.ca.fi. & in gl.30.q.4.in ca.fi.

194 † An autem episcopus possit dispensare , vt plures possint leuare de sacro fonte? & respondetur, quod sic,quia episcopi dispensant contra ius , vbi non est eis prohibitum. ca. at si

195 clerici.de iudi. Item quæritur, † an duo filij spirituales vnius possint adinuicem contrahere matrimonium? & respondetur ꝙ sic, sicut duo filij adoptiui vnius possunt inter se contrahere,ita tenet gl.in c.vnico,de cog.legali.

Sequitur nunc videre de alio impedimento matrimonij, ꝙ causatur ex cognatione legali. pro cuius euidentia. quæ-

196 ritur † quid sit legalis? & respondetur ſm Hostiē. quod est ciuilis propinquitas per quā quis deputatur filius vel nepos , vel frater , vel affinis, licet naturaliter non sit pene naturam imitans.ff. de adop.l. adoptio & l.nec ei.§. eorū. & §.p. eo.ti.

197 Item quæritur,† quotuplex sit talis cognatio,an vna,vel plures?& respondetur ſm Hosti.in d.rub.de cog. le. ꝙ est vna in genere,quæ habet duas species,& vna transit in non & dicitur arrogatio : altera vero non generis, & dicitur adoptio.vt ff.de adop.l.1.§.fi.& arrogatur paterfam.& transit in potesta tem patris arrogatoris, & acquirit quasi omne ius,quod hēt filius naturalis. Si verò aliquis adoptauit filium fa.iste remanet in potestate patris naturalis , & ab intestato succedit cū legitimo,nisi ab auo paterno vel materno fiat adoptio. Nam tunc quia simul concurrunt iura sanguinis & ciuilia , transit in potestatē adoptantis,& ista probatur.ff.de adop.l.1. & 2.& l.cum in adoptiuis.Co. eo. & talis adoptio potest fieri coram quolibet competente iudice, seu magistratu, vt dic.l.2.ff. de adopt.& l.2.ff.de of.procō.sed in arrogatione impub.quæ fit auctoritate imperiali, quædam sunt specialia, de quibus in l. si pater.§. fin.cum duabus ll. seq. ff. de adop. & l.non aliter. & l.his verbis , eodem titulo,& quilibet masculus potest adoptare , qui sit sui iuris , siue masculos habeat, siue non , dummodo illum,quem adoptat,excedat an.18.vt sit omnino certum ꝙ potuisset illum generare, nam & oportet , ꝙ sit talis q generare possit saltem de facto.& puber quo ad patrimonialia potest adoptare.tamen contrafacit Insti.de adopt.§.sed illud.ad quem tex.respondit Hosti.ꝙ iste tex.non facit contra, sed solum dicit ꝙ hoc nō possunt, nec adoptare.mulier autē adoptare non pōt , nisi ex causa per rescriptū Principis hoc fuerit impetratū, vt.ff.de adop.l.2.§.istud. & l. si pater.§. fi. & l.se.& l.arrogato.§.penul.ff.de adop.

Soluitur aūt talis cognatio legalis, & tale impedimentū per emancipationem alterius,& hoc quando est facta coram iudice cōpetente,cui hoc ex consue.cōpetit.l.1.C. de eman.li. & finita patris adoptiui ptāte , nullum ius ex pristino retinet

198 vestigio.Qualiter,† aut inter quas personas impediatur matrimoniū pp hanc cognationē legalē? & rn̄detur quod inter filiā adoptiuā,& filiū naturalē prohibetur mr̄imoniū , & ista prohibitio hēt locū nedum inter adoptatū.& filias adoptantis, sed etiam inter ascendentes ipsius adoptantis , & vxorem ipsius,& alias personas,inter quas esset alias naturalis cognatio,& hoc tenuit Hosti.in c.vnico, de cog.legali.Optat tamē Hosti.vt dicitur in d. c. vnico, ꝙ hæc prohibitio reuocetur , sicut dicitur de prohibitione pub. ho. Sciendum tn̄ est, ꝙ licèt inter adoptatum & filiam adoptantēnaturalē non prohibeatur matrimonium finita adoptione, puta emācipationē, vt d.c.vnico, & ibi no.tn̄ inter vxorem adoptantis & ascendentes ipsius & adoptatam vnde prohibetur matrimonium etiā finita adoptione,vt est casus in l.adoptiuus.ff. de ri.nupt.

199 Finaliter quæritur, † nunquid istud impedimentum sit efficax,nedum ad impediendum matrimonium,sed etiam ad dirimendum.& gl.fi.in d.c.vnico,refert quosdam dicere quod non dissoluitur matrimoniū , cum impedimentum sit temporale,vt probatur in c.2.& 3. de matrimonio contrac. ꝯ inter.ec.gl.tn̄ refert Hug.tenuisse oppositum. Io. And.videtur tenere primam opi.ibidem adducens rationem,quia si separentur,separatio videtur frustratoria.tamen Io.de Lig.tenet oppositum,& ista opi. probatur dicto c. vnico,de cog.le.vbi dicit,nuptiæ consistere non possunt,& sufficit quod prohibitio esset perpetua.l.sufficit.ff.de condit. inde.Item quia filius adoptiuus assimilatur filio naturali.l.adoptiuus. ff. de ri.nup.

Videndum nunc restat de alio impedimento,quod causatur ex frigiditate vel maleficio,de quo impedimento habetur in titu.de frig. & malefi.quæ impedimenta habent inducere impotentiam coeundi.de materia habetur 33.q.1.per totum.& in tit. de fri.& malefi.additur etiam aliud impedimētum in muliere , quando est nimium arcta ita quod propter arctationem præter diuinum miraculum absque corporali periculo habilis reddi non potest,quia tunc etiam separatur matrimoniū , vt c.fraternitatis. de fri.& ma. Quod tamen reintegratur , si postea apparet ecclesiam fuisse deceptam in ferenda sententia diuortij,puta quia contingit quod mulier inuenit alium, qui seras huiusmodi mulieris referauit , vt habetur in dicto cap. fraternitatis . Primò pro euidentia & intelligentia ho-

200 rum impedimentorum quæritur,† quid sit frigidus , vel quis sit frigidus,& respondetur secundum Doct.in cap.fi.de fri.& ma.quod dicitur frigidus,qui licet habeat membrum habet tamen naturaliter inutile ad copulam.quod potest melius facto perpendi quam ver. experiri. & debet fieri tale experimētum & inspectio per viros peritos , de quo in cap.laudabilē , de fri.& malef.maleficiat. aūt est is , q naturaliter est aptus ad copulam, sed per maleficia seu incantationes factus est inhabilis. & communiter fit inhabilis cum certa muliere tātum, & non est cum alijs,vt c.fi.eo.ti. & sic eccl.permittendo separari matrimonium propter maleficium, videtur fateri quod sit possibile fieri talia maleficia,vt habetur in eo. tit. supra al-

201 legato.† Quæro pro declaratione Zē. de principali articulo, qui versatur circa hanc materiam. Nunquid matrimonium propter frigiditatē statim separetur probata impotētia coeūdi,an verò expectetur per trienniū.tex.in cap.1.eo.titu.videtur velle quod statim separetur matrimonium. text. vcrò in cap.laudabilem. eo. titu. vult quod debeant cohabitare per triennium,vtrum superueniat potentia coeūdi. Sed ista duo iura videntur esse communia. So. principaliter duobus modis legitur.capitu.1. primo modo legitur secundum Lau. & Vin.quod non continet ius , maxime cum non inspiciamus ipsius auctorem , quia nullus auctor ibi intitulatur.ad hoc facit l.fina.ff.de fal. Sed ista lect.communiter reprobatur,cum hodie sit redacta in volu.de compilat. Gregoriana, in qua nihil superfluum ponitur,vt in proœmio ipsius compilationis, & no.in cap.series.de testi.

224 titulũ, de matrimonio ⁊cto ⁊ interdic. eccl. † Nunquid autẽ iſtud procedat ī interdicto Papæ? & gl. in c. ad diſſoluẽdũ, de deſpon. impu. tenet q̃ ẽt nõ diſſoluitur, q̃ a fortius eſt mr̃imo niũ q̃ interdictũ Papæ. Et iſtud ẽt vr̃ ſentire ipſa gl. in verbo, irritũ, in d. c. ad diſſoluẽdũ. exponit. n. irritum i. puellæ nõ p̃iu dicans, vel q̃ a potentẽ cum ſeparatur. vel dicit gl. q̃ obtinet hoc in ſponſalibus, nõ in matrimonio. & vr̃ q̃ ſi ⁊hatur mr̃i moniũ. nihilominus tenet, ſed fiet ſeparatio ad tp̃s. Hoſt. in d. c. ad diſſoluendũ. tenet oppoſitũ dicens, q̃ ſi Papa interdixe rit & appoſuerit decretũ, quãuis non ſubſit aliquod impedi mentũ, non tenebit mr̃imoniũ, vt in hoc ſit priuilegiata vox Principis, vel ſaltẽ recurre in hoc ad intentionẽ ſuã, cũ ipſe ⁊ hoc faciat ⁊feſſionẽ connaturalẽ. & ſic facere poſſet p̃ſonalẽ & localẽ, de ⁊ſang. & affin. non dẽt. 29. diſt. ſciendum. 35. q. 3. quædã. & tũc erit hoc ſpeciale in Principe, ſicut & alias ⁊. de ſent. excõ. ſignific. nec mirũ, cũ ſit lex animata in terris, vt in Auth. de ⁊ſulib. ante fi. & viua vox dignior eſt mortua, vt in Auth. de ⁊ſulib. ante fi. & de inſtru. f. cau. & fi. ſi verò tale. idẽ ẽt tenuit Ala. per d. c. ad diſſoluendũ. licèt poſtea dubitauerit de hoc. c. 1. de mr̃imonio ⁊cto ⁊ interdictũ eccleſiæ. mo tus p̃ decretalẽ, ad diſſoluẽdũ, & vr̃ eſſe verius dictũ Inn. q̃ gl. ex quo ⁊ſtat de mente Papæ p̃ cl'am decreti. ad rõnẽ gl. in d. c. ad diſſoluendũ. reſp. D. Car. q̃ licèt mr̃imoniũ poſtquã eſt ⁊ctũ ⁊ſumatũ ſit fortius q̃ matrimoniũ Papæ, q̃a quos Deus ⁊iunxit, &c. vt c. 2. de transla. præla. vbi de hoc in glo. 5. tñ ſe cus eſt anteq̃ ⁊hat, vel ẽt poſtq̃ ⁊ctũ eſt, ant eq̃a ⁊ſumetur põt. n. ẽt ⁊ctũ matrimoniũ nondũ ⁊ſumatũ per Papã diſſolu ui. c. ex publico, de ⁊uer. cõiu. & ſic fortius põt diſcerni nul lũ, ſi ⁊ctũ fuerat ⁊ interdictũ Papæ. & pro hoc facit, quia Pa pę diſpoſitio diuina cenſetur, de transla. c. j. & pro hoc tollit iſtud, q̃ dr̃, quos Deus ⁊iunxit, &c. quia non facit hoc, vt ho mo, ſed vt Deus, vt d. c. 2. ver. non enim. de transla. præla.

Item

Source : BIU Cujas

Item illud, quos Deus cõiunxit, &c. procedit in matrimonio consummato: posset tamen seruari opi. glo. & Inno. in d. c. ad dissoluendũ. quod per clausulã decreti, nõ redditur matrimonium nullũ postea secutum, quãdo decretũ fuit generaliter. secus si specialiter, vt adijcitur ipsi decreto, quod si cõtra interdictum, &c. etiam si ad matrimoniũ processerint decreuimus irritũ & inane. Ratio diuersitatis est, quia licèt Papa posset dissoluere matrimoniũ non consummatũ, non tamẽ debet nisi ex magna causa, & rarò facit, vt d. c. ex publico, cũ ibi no. de conuer. coniu. vnde non est verisimile, quod hoc facere voluerit ex verbis generalibus reg. decreti. & per hoc l. sed si quis. §. quæsitũ. ff. si casu. & de commo. c. vno. de offi. vica. c. fi. tamẽ debet intelligi, quod Papa facit causa cognita: alias etiam si specialiter interdixerit, s. sine causæ cognitione non egerit matrimonium nullũ, vt videtur concludere do. Card. Quod aut tale interdictũ fit per Papam cũ causæ cognitione, & tunc habet impedire matrimoniũ & dirimere. aut fit sine causæ cog. & tũc secus, & idẽ tenet gl. in c. 2. de fri. & male.

225 facit. l. sancimus. C. de nup. Item quæritur, † nũquid senectus seu decrepitas habeat impedire matrimoniũ? & quanquam posset argui pro parte negatiua, quod habeat impedire, quia deficit spes prolis, quæ est vnũ ex bonis matrimonij, de quibus in c. debitum, de biga. & in c. fi. de con. app. tamen gl in c. nuptiarum. 37. q. 1. tenuit oppositũ in gl. super verbo, in quibusquam. quæ gl. dicit quod in senibus & humanitatis ipsum matrimoniũ. l. contrahitur, vt seruiatur eis, in suis necessitatibus. per quod dicit glo. ibidem, quod ex quo senes, qui iam assurgere non possunt cõtrahunt. & adducit gl rationẽ, ꝙ nemo est adeo senex, quin calere possit naturali artificio, quod tamen non est in frigido, vel in pueris, vel spadone. & ideo senex est habilis ad contrahendũ. sufficit. n. quod prolem non euitet 30. q. 2. solet. sic. n. generare dicitur, qui non euitet prolem, & aptus est ad coeundũ, de quo etiam per glos. 32. q. 7. hi qui. vbi etiam gl. dicit, ꝙ sufficit quod tua bona adsint in matrimonio re, vel spe. & ista est cõmunis sententia. Sed tamen maior relinqueretur dubitatio in muliere sene, vel decrepita, in qua deficit omnis spes prolis, licèt non deficiat in viro, per ea quæ supradicta sunt. potest dici quod in muliere ẽt sufficit spes procreandi sub illa conditione, si Deo placuerit, sicut dicitur de beata Virgine, vt habetur in §. cum ergo. 27. q. 2. dicitur etiã de beata Elisabet, quæ peperit filium in senectute sua ex dispositione diuina, Io. Baptistam præcursorem, vt habetur in euangelio Ioannis. Item in nouo testamento matrimonium institutũ fuit, vt sit infirmitatis remediũ, hoc est fornicationis euitandæ, vt probatur in d. c. nuptiarum circa prin. & facit c. nerui, 13. dist.

226 Nunc venio ad aliud quæsitum alterius quæstionis, quæ est † vtrum defectus verborũ, seu ipsorum expressio in scientibus loqui, habeat vitiare matrimonium. & arguitur pro parte affirmatiua quod sic, & de hoc videtur casus in c. tuæ. de spon. Item facit, c. significatũ. 27. q. 3. & facit etiam c. cũ locum. de spon. Item probatur in hoc 32. q. 2. ijs qui. In contrariũ facit tamen, quia quis dicitur consentire etiam nutu. l. nutu. ff. de leg. 3. Item si parentes contrahant pro filijs præsentibus & scientibus, sufficit eorũ taciturnitas. 32. q. 2. honorantur. l. sed quę patris. ff. de spon. Item probatur, ꝙ nõ refert an aliquid proprio nomine exprimatur aut per circũlocutiones, & circunstantias debitas. c. licet ex quadã. de testi. l. certum. ff. si cer. peta. qua de re, quia iste articulus est dubitabilis apud Doc. venit examinandus. & in hoc sciendũ est, quod variæ fuerunt sententiæ. quidam. n. intelligunt, quod c. tuæ. supra alleg. habet locũ in fari valentibus, vt ibi requirant vel contrahentiũ, vel eorum qui pro eis contrahunt. & istum intellectũ ponit gl. 2. in d. c. tuæ. licèt in ipso non persistat. imo videtur sentire, quod sufficiũt signa. & idẽ gl. pen. sentit, quæ dicit ꝙ verba vel signa, & consensus sint necessaria. Secundus fuit intellectus & opi. aliorũ dicentiũ, quod in fari valentibus non sufficiunt signa, sed requiruntur verba, vel contrahentium, vel eorum, qui pro eis contrahunt. quod tenet Goff. & Inn. & Lau. & inducit Lau. simile: nam & matrimoniũ spirituale contrahitur consensu eligentiũ & electi, de transla. præla. inter cor. & tamen necessaria sunt verba. de elec. cum inter canonicos. & c. quod propter. & c. ecclesia, la j. pro hoc facit, quia ex quo quis potest fari, non baptizatur nisi respondeat. de conse. dist. 4. cũ pro priuile. facit etiam, c. si inter. de spon. & c. licet. de spon. duo. ibi, vtroq; dicente. & quod no. 43. di. sit rector. & videtur secundum Inno. quod etiã si constet modo, quod adinuicem consenserit, vt quia hoc confitentur, tamen non tenet matrimoniũ sine verbis, vt d. c. tuæ. & hoc, quia ecclesia ita statuit, licet sit contra ius naturale, secundũ quod solo consensu contrahitur matrimoniũ, sed fuit iusta causa huius statuti, ne tantum sacramentũ esset in incerto, & si contrarium diceretur absurditas sequeretur, quod si vir & mulier eundo per viam inuicem desideraret in corde suo esse coniuges, inter eos esset matrimonium, quo nihil esset periculosius. tamen idem

227 Inno. dicit † quod si parentes contrahunt pro filijs, sufficit taciturnitas filiorũ, vt 22. q. 2. honorãtur. & ff. de spon. l. sed q̃ patris. & c. accessit de despon. impu. & in c. de illis, eo. ti. Et ad id, quod dicit Inn. de absurditate, quæ sequeretur, adducit cõfirmatio, quia in cõtractibus non attenditur quod in mente gerunt contrahentes, sed quod exprimunt. C. de transac. l. si maiores. & C. quod me. cau. l. cũ te. & ff. de condi. ob causam. l. si repe. & hanc opin. quod verba requirantur, tenet Magist. sent. 4. sent. di. 27. vbi Thomas, q. 2. ar. 2. dicit, quod cõiunctio matrimonialis fit ad modũ obligationis, quæ fit in cõtractibus: contractus autem non potest fieri, nisi contrahentes sibi inuicem voluntatem suã exprimant. Vis. vnde & in matrimonio verba requiruntur, quæ se habent ad matrimoniũ sicut ablutio exterior ad baptismũ. sed illa est necessaria, vt j. q. j. detrahere. ergo & verba in matrimonio. & quãuis obliget quo ad Deum in matrimonio spirituali, vel in voto, siue verbis, vt 17. q. j. qui bona. secus tamen in matrimonio carnali est, quia in voto non est aliqua formalis obligatio, sed spiritualis tantum, ideo non oportet quod fiat ad modũ matrimonialium cõtractuũ. pro hoc etiã facit, quia in voto est obligatio vnius tantũ, in matrimonio duorum, & ideo non expedit falli fidẽ, quia ipse Deus intuetur cor. 14. q. 5. si qu. d inueniſti. dicit tamen Bar. & Tho. quod in puellis tacentibus ob verecundiã verba parentũ sufficiunt, quæ reputantur verba ipsarũ, sed tamen appositа sint iura. s. c. j. c. cum apud. c. cum locũ. de spon. vbi iura probant, quod sufficit sit consensus sine verbis. tamen ad c. 1. possit responderi quod bene perficitur matrimonium consensu, vt ibi. consensus debet exprimi verbis, si fari possunt ad euitanda præmissa. ad c. autem, cũ apud, respondetur, quod iste tex. loquitur de muto. ad c. is, qui. de spon. quia iste tex. loquitur de matrimonio præsumpto, nos autem loquimur de matrimonio vero. Itẽ ibi præcesserunt verba apta ad spõsalia, ideo postea per copulã præsumitur matrimoniũ. vnde etiam dicit Inn. quod nisi præcesserunt aliqua verba apta ad sponsalia contrahenda, vel matrimoniũ, postea tamen per solam cap. prę̃sumitur matrimonium, vt c. veniens, de eo qui duxit in matrim. & de coniu. seruo. c. fi. & ad id quod dicitur, quod parentes contrahunt pro filijs. respondetur quod interuenerũt verba parentum, quod sufficit, quia alia est solutio & alius intellectus, quod verba non sint necessaria, etiam in fari valentibus. quod etiam videtur sentire glo. 2. in d. cap. tuæ, & hoc tenet Vin. in c. fi. de despon. impu. & alia in c. licet. de spo. duo. & etiam Hosti. hoc tenet, qui inducit. l. nutu. ff. de leg. 3. adducit rationẽ, quia si is qui loqui nõ potest, aptus est contrahere per nutum, fortius is qui fari potest. non. n. quærimus, an verba sint apta, sed quærimus consensum, vt l. si stipulanti. ff. de verb. obli. sed melius facit d. l. nutu. Inducit etiam Hosti. quod mulier etiam tacendo dicitur consentire, vt ff. de spon. l. in sponsalib. la j. & l. sponsa. & l. sequenti, & in l. 2. ff. de ritu nup. & ex hoc dicit quod quanquã vis & forma verborum deficiant, sed tamen de violentia præsumptiue constat euidenter in foro contentioso, pro matrimonio videtur, qd quid sit de pœnitentiali. de hoc habetur per ipsum Hosti. de spon. super rubri. in §. qualiter contrahatur. & §. j. 2. & 3. & 4. vbi inducit ad prædicta. c. 2. de clan. despon. vbi sola publicatio videtur facere matrimonium. & per hoc facit etiã, quia sufficit quod quis scribat voluntatem suã. l. iubemus, in prin. C. de test. & l. vlt. in fi. eo. tit. Idem per scripturam contrahitur matrimonium spirituale. j. q. 7. saluberrimũ. & 20. q. j. vidua. 27. quęst. 1. omnes fęminæ. & plus est factis quam verbis. ff. de leg. l. de quibus. & de ap. dilecti. il 2. & de coniu. seruo. c. fi. ibi enim nec verbo consenserit in eandem. & hanc opinio. tenet Hug. de sancto Victore, qui (vt refert Io. Cal.) dicit, ꝙ oportet eos, qui coniunguntur, consentire inuicem, vt se spontanee recipiant. quod videtur fieri in despon. nisi contradicat. Ad rationes autem inductas per Innoc. & sequentes. respondet Hosti. & primò ad primam, cũ dicitur, quod in matrimonio spirituali requiruntur verba. dicit ipse quod non semper procedit arg. de spirituali carnali, & econuerso, vt habetur plenè in c. tuæ. de spon. Ad illud quod dicitur de baptismo. respondet ipse, quod in baptizato forma verborum est de substantia, ad c. tuę. cũ se. & ad c. pen. primo respon. ibi vel alia secundo. responso, & seu verba similia dicit ipse, quod faciunt potius contra, quæ verba sint necessaria, licèi non referat qualia sint, vnde tenen. hanc opi. dicit ipse, quod idẽ est de signis, quæ succedunt hoc casu loco verborum. ad absurditatẽ autem, quam inducit Inn. de euntibus per viã. respondet Host se fateri quod ecclesia non indicabit pro matrimonio. non

enim

Source : BIU Cujas

enim constat per verba vel per alia æquipollentia verbis, sed in exemplo Inno. non posset fieri fides ecclesiæ de consensu, nam dicuntur consentire, cum alter ignoret de reliquo. vnde licet vtriusq; sit sensus, non tamen consensus, quia non inuicem coniungitur vterq; consensus, quod requiritur.
Sed tamen contra hanc istam lec. Hosti. est litera in d.c.tuæ. quæ dicit quod verba sint necessaria quantum ad ecclesiam, tenendo tamen hanc lec. respondet do. Car. ꝙ verba sint necessaria vel aliud, ꝙ idem importat, puta signa, per quæ constet de consensu. Nam paria sunt aliquid exprimi per verba, vel per circunlocutionem. c. licet ex quadam. de testi.

Tertia est lec. & intellectus distinguentiū, quod quandoq; præcessit tractatus de contrahendo matrimonio, quandoq; nō. ptimo casu procedit opi. Hostien. secundo casu procedit Inno. & pro hoc facit id, ꝙ habetur in c. vlti. de coniu. seruo. in glo. 2. & inducunt etiam aliqui id, quod notauit Archi. 27. q. 2. in alea duobus. vbi dicit quod per osculū quandoq; contrahitur matrimonium. Idem notatur in c. pe. in gl. j. de spon. quæ dicit etiam in eo, qui potest loqui, sufficere consensum exprimi. Sed idem Archi. 43. dist. sit rector. ad fi. dicit, quod si verba præcesserunt, licèt non habuerint effectum, postea tamen ipso facto cōtrahitur matrimonium. de conuer. coniu. c. fi. secus, si nulla verba, & sic secundum eum, si non præcesserit tractatus, qui ad notitiam vtriusq; partis peruenerit, non sufficit solus consensus sine verbis, alias sic. ex quibus verbis colligitur tertia lec. quam tenet Io. An. Gas. vero dicit, quod inter istas opi. parua est differentia. Nam opinio prima vult, ꝙ contrahatur matrimonium sine verbis vel signis. tertia vero vult quod etiam sine verbis, quod intelligen. est quando facta sint æquipollentia verbis. quod dictum Gasp. non procedit quia prima opinio nihil dicit de signis, sed præcise dicit de verbis. sed forte Gasp. habuit respectum ad glo. 2. & pen. quæ dicit de verbis vel signis. In hac autem varietate non est tutum præcipitare sententiam. do. Card. qui tamen dicit secundam opi. veriorem videri: nam dicit ipse, siue præcesserit tractatus, siue non, dummodo signa sufficienter appareāt, quæ indicant consensum, erit matrimonium. Cum enim non sit certa forma tradita in exprimendo consensum, sufficit quomodocunq; detegatur consensus vtriusq;. facit id, quod no. de iudi. c. j. & videtur de hoc casus in c. ex parte, de restit. spol. ibi in tex. cum per solam traditionem, quam non præcesserūt sponsalia, vel cōsensus, &c. Nā alternatiua cadit inter diuersa, & sufficit alterum esse verum. c. inter cæteras. de rescrip. regula, in alternatiuis. de re. iur. cle. in plerisq;. de elec. quod ergo dicit de vel consensu, debet intelligi sine verbis, vt differat a verbo sponsalia. & est ille tex. ad hoc singularis. ad hoc etiam facit. ff. de leg. 3. l. nutu. & l. in epistola. vbi dicitur nutu legare posse, si tamen is qui legat, sit talis qui possit loqui. i. quod nō sit mutus a natura, de quo muto an possit testari, vel matrimonium cōtrahere, habetur in c. cum apud. de spon. per do. Cardi. q. 16. Sin autem impediatur morbo loqui, bene legari potest, vt d. l. nutu. & quod ibi no. probat ergo illa l. quod etiā in his, qui possunt loqu, sufficiunt signa. & quo ad matrimonium finge, quod sit consuetudo quod volentes contrahere accesserunt ad ecclesiam, & sacerdos benediceret vtrunque, vel poneret eis manum super caput, vel quid aliud, quo facto reputabitur matrimonium sine dubio, & hoc sufficiet.

228 Item de desponsatione †vel alio signo, si est consuetudo, quod eo interueniente censeatur contractum matrimonium per ea, quæ habentur in c. fi. de despon. impu. per domi. Car. in 2. & 3. q. & ideo quia varietas potest esse in cōsuetudinibus, & quia difficultas est in probanda ꝓsuetudine, qua cessante difficile est exemplificare, cū non constabit de cōsensu inter eos, qui fari possunt. ideo dicit do. Car. quod licet secunda lectura vera sit, tamen tutior est prima, vt verba interueniant, & ita obseruatur quod saltem interueniant verba viri, quo casu si mulier interrogata, an consentiata annuit capite, hoc sufficit, & dicit ita Paduę practicari. Nam quandoq; etiā sine verbis contrahentium sufficiunt verba aliorum, puta parentum, quo casu taciturnitas contrahentium etiam sine signo annuendi vel alio sufficit pro approbatione. de despon. impu. c. vno. li. 6. Secus in alijs quam in parentibus, quia tūc oportet, quod expresse ratificent, vt d. c. vno. vide hoc ibi. tenendo autem secundam lec. Vin. necessaria, quod est in litera d. c. tuæ. debet exponi necessaria, idest vtilis, &c. do. Car. tenet quod q̄ de necessitate non sunt, nō sint necessaria, dūmodo constet de consensu. & sic videmus variationem opinionum esse in hoc articulo. Nam Inno. tenuit verba necessaria de substantia, quo ad ecclesiam militantem in loqui valentibus & hoc statuit ecclesia secundum eum, ne tantum sacramentum esset in incerto. Host. verò tenuit contrariū dicens, quod satis est qualitercunq; appareat de consensu. Inno. verò distinguit, quod aut præcessisset tractatus, & nunc requiruntur verba, alias autem verba sunt necessaria. in d. c. tuæ. dicit communem opin. Doc. modernorum, quod verba non sint necessaria, neq; de substantia, quādo aliter apparet per signa de consensu, & sic tenent cum Host. nam verba exprimūtur secundum Panor. ad ostendendum consensum, ideo satis esse debet quod per signa appareat de ipso consensu. & hanc opi. dicit ipse semper tenuisse & probat ipse Panor. istam opi. per tex. d. c. tuæ, hoc modo, ꝙ consultatio fuit facta in genere & Papa respondendo probat verba non esse de substantia, ad ducendo exemplum in muto. si enim quo ad validitatem matrimonij voluisset æquiparare mutum & loqui valentem, inepte abduxisset exemplum de muto. & licèt postmodum dixerit, verba esse necessaria, habuit respectum, quia qui communiter loqui valent exprimunt consensum per verba.
Item dicit ipse Panor. videmus quod legatum & fideicōmissum potest relinqui nutu etiam in loqui valente, vt l. nutu. ff. de leg. 3. & ad idem facit tex. in c. cum apud, de spon. vbi dicitur quod sufficit consensus. Nam illud dicitur sufficere, quo posito nihil aliud requiritur ad substantiam actus, vt no. in c. statutum, de rescrip. li. 6. Item non refert quid ex æquipollentibus fiat, vt in c. licet ex quadam. supra alle. Item probatur ex alia tatione secundum ipsum. Nam matrimonium est de iure diuino. c. vno, de voto. lib. 6. de iure verò diuino non distinguitur inter mutum & loqui valentem. illud autem certū est, quod mutus potest contrahere matrimonium sine verbis, dummodo exprimat signis, vt c. cum apud. supra alle. nisi personam respiceret non statuendo de nouo, sed secundum ius antiquum. ergo post hoc poterit valens loqui, cum sit melius consensum signis ostendere. Item nullus tex. præcise requirit verba. nec ob. c. tuæ. quia Papa respondet ad consultationē, & sic non ponit ius de nouo. c. consultationi. de temp. or. c. de muliere, de spon. & pro hoc tollitur motiuum Inno. secundum Panor. dum dicit quod ecclesia hoc statuit. namque hoc statutum ibi habetur. ad id facit c. ex parte, de restit. spol. & hanc opi. etiam sentit glos. no. in c. sufficiat. 27. q 2. vbi gl. exponit tex. in d. c. tuæ. quo ad ecclesiam, & quo ad probationem. probatus verò consensus non restringitur ad verba tantum, vt d. l. nutu. ff. de leg. 3. Et ita concludit D. Panor. mihi autē videtur non recedendum a mente Doct. maximè modernorum, & Io. And. videtur in hoc. c. esse sic distinguendum. Quod aut signa sunt in mente ordinata ad ipsum matrimonium contrahendum & absolute ita quod nō possunt aliter interpretari. & tunc per signa contrahitur matrimonium, vt in hoc exemplo, aliquis interrogatur vtrum velit contrahere matrimonium cum tali, signum facit cum capite, vel cum plite, vel dando anulum: & tunc videtur contractum matrimonium, & tale signum sufficat etiam sine verbis. Istud comprobatur, quia rñsio semp intelligitur in dubio esse ꝙformis interogationi. l. si defensor. §. si interrogatus. ff. de interro. act. aut signa non ordinantur in mente & absolute ad matrimonium ꝯhendum, sed possunt aliud habere, & tunc per signa nō necessaria probatur matrimonium, nisi plura essent signa concurrentia cum fama, secundū casum c. illud, de præsum. In iudicando tamen non est recedendum a cōmuni sententia, a qua ista consideratio non deuiat. Sed circa prædicta q̄ritur de tali q. pone, dicit statutum quod talis contractus possit consensu celebrari, sed verba adhibeantur, vt probari possit, aut probari poterit per alia signa. & ar. quod sic, ꝑ ea, quæ supradicta sunt in præcedenti. q. in contrarium tamen facit, quod non debet recedi a verbis statuti, vt 6. q. 3. scriptum. & de iniur. c. in nostra. secus est in dispositione iur. cōmunis, quia licet dicat verba esse necessaria, non tamen est verisimile, quod talia verba iur. communis, prout est in casu. c. tuæ. de spon. voluerit restringere facultatem detegendi consensum matrimonialem ad probationem verborum tantum. Item probatur, quia verba statuti aliquid debent operari vltra ius commune. l. si quando. ff. de leg. j. & no. Doc. maximè Inno. in
229 c. vt circa, de elec. in 6. Itē quæritur de alia quæstione, †Nunquid dubitans de morte coniugis, de cuius morte est fama, possit contrahere matrimonium antequam certificetur de eius morte. Respondet quod non, & si contraxerit, non potest exigere debitum, licèt teneatur reddere, & si sciat postea primum viuere, dimittat secundā & redeat ad primam, vt c. dominus, de secun. nup. Nam in dubio præsumitur matrimonium, & matrimoniū durare, quia non potest esse matrimonium. & quando constat de contracto, præsumitur pro ipso matrimonio, vt d. c. dominus. secus si nullo modo posset esse matrimonium, quia tunc quod certius & tutius est, est tenendū. c. iuuenis. de spon. & per gl. in d. c. dominus. & si cōiux credens alium coniugem defunct ū contrahat cum alio, vel

cum

Source : BIU Cujas

cum alia, & poſtea conſtet ſibi de vita prioris coniugis,& nō relinquat vltimam,vel vltimum,dicitur committere adulterium,ſecus antequā conſtet ſibi. Nam ex quo putabat coniugem defunctū,non fuit adulterium quod non committatur ſine dolo, vt ff.de adul.l.peu.& 32.q.7.propoſito.& 34.q.2.ſi virgo.& c.in lectū. poſtquam aūt ſciuit de vita prioris coniugis, ſtatim debet recedere a ſecunda. c. fraternitatis. de fri.& ma.de ſen.excom.inquiſitioni.alias committat adulteriū.vn de non debet eſſe nimis credulus, vel credula, de quo in d.c. dominus.& debet ſeruari forma, de qua in auth.hodie.C.de diuor.quod non ſufficit quod vxor habuit famā, vel literas de morte coniugis, niſi miſſo proprio nuncio,per ipſum poſtea certificetur de morte ipſius, & poſt ipſam certificationē etiam diſtulit certo tempore antequam alteri nubat, & tenetur talis nuncius ēt iuratus, qui ſi falſo iurauit punitur. & ꝯceditur ipſi viro ſi reperiatur viuere facultas petendæ vxoris. dicunt tamen Docto.etiam iuris ciuilis,maximè Alberi.in d. auth.hodie,quod deberent ſeruari iura canonica,vt habetur in c.pen.& fi.de ſecun.nup.& per Vin. Inno.& Hoſt.& 34.q.j. per to.& c.cum per bellicā. & de ſpon.c.in præſentia. cum ibi no.& vt lite non conte.quoniam frequēter.§.ſin autem.quia habita notitia de'morte,poteſt ſtatim nubere non expectato anno: filij tamen nati ex ſecundo matrimonio ſunt legitimi, licet poſtea appareat durare adhuc primum matrimonium, vt extra qui filij ſint legitimi. c. perlatum. vbi de hoc. & ff.de adul.l.miles.§.ſi mulier.& ibi in gl. Item notandū, quia ſuper morte alicuius ſtatur dicto vnius teſtis, vt ꝓbatur in d. auth. hodie,alios etiam caſus no. Alberi.in l.iureiur.circa fin.C.de
230 teſti.† circa quam materiā quærit Cy.ſi in quodam cōflictu moriatur aliquis miles vxoratus,qui per conmilitones requiſitus inter cadauera mortuorū non reperitur,& redeūtes dicant ſe credere eum mortuum, licèt pro certo non aſſerant, vtrum.hoc ſufficiat & talis probatio:& videtur quod non,p illam auth.hodie. quæ requirit quod iurent de veritate: ipſe tamen dicit ſufficere coniecturas & probationes, quia viderunt eum in loco periculoſo, & viſi alij mortui fuerunt.
Nam quod liquidò non poteſt probari,argumētis probatur. ff.de re mili.l.non omnes.§.a barbaris, ſecundū Ia.de Ra.vnde ex prædictis oritur quæſtio vtrū per famā probetur mors alicuius.gl.Ber.in d.c.quoniam freq.§.ſin autem, tenet quod ſic,& idem videtur gl.pen.in l.ſi quis.C.ſo.ma.& ad hoc bene facit l.miles.§.ſi mulier.ff.de adulte.& de acqui.hæred.ff.ſi qs in bona.§.plane.& in l.2.ff.quis or.in bo.poſ.ſeruetur.& in l.ſi cum vel in vtero.C. teſtamen.mili.& idem ſentit gl.ff.quemadmo.teſt.aper.l.2.§. ſi dubitetur.& etiā alia gl.quæ eſt in l.3. §.eiuſdem.ff.de teſt.ſuper verbo,conſentiens fama, licet fuerit additio Spe.in tit.de notorio crimine,in §.fama.vbi ſupra eod. & etiam hodie videtur approbata de iure canonico
231 prima opinio,† quia beneficiū dicitur vacare,quando fama eſt in eccleſia clericū mortuū.cle.vnica,in fi.de conceſ.preb. in contrarium tamen facit.l. quæſitum. ff.quando ac.de pec. eſt annalis,& ibi etiam per Azo.in ſumma,& habetur in d.l.ſi quidē.C.ſo.ma.Guido vero de Suza.diſtinguit.Aut mors eſt recens,& de proximo,& non ſufficit probare per famā,ſed p teſtes: aut antiqua,& longo tpe,vt mors Iuſtiniani vel Chriſti, & tunc per famā, quia impoſſibile eſſet reperire teſtes de ſcientia.ſic etiam recipitur teſtimonium de auditu in his,de quibus non exiſtat memoria. ff. de probatio.l ſi arbiter.& de aqua plu.ar.l.in ſumma.§.idē Labeo.ai .ri natura.in cōmen. abiente.ff.de neg.geſt.& idem dicunt ſi probari debeat mors alicuius exiſtentis in longinquis partibus, tunc ſufficit fama. Et hanc opi.dicit Alberi.in auth.hodie, ſupra alle.vidiſſe cōmuniter ſeruari,& ſint ſtatuta, in pluribus locis,quod ſi quis velit probare mortem alicuius mortui extra diſtinctio.ſufficit probare per famā.nec ob.d.auth.hodie.quæ videtur velle, quod etiā ſi in longinquis partibus aliquis moriatur & agatur probatio ſcientiæ & viſus,quia dicit ſpeciale eſſe in fauore matrimonij. refert tamen Alberi. quendam Gabrielem de Aſſeſellis in quodam ſuo ſubtili tractatu de fama,in §.nūc ſupereſt,vt ad portam,in ver.an autem ſufficiat fama ad probandū mortem alicuius.vbi hanc q.plenè tractat, qui reprobat prædictam opinionē Old.& ſequacium,dicens quod prædicta eorū diſtinctio iure aliquo non fulcitur.vnde ipſe concludit, quod ſola fama non ſufficit,niſi ſint aliqua alia adminicula,puta quia ille,de cuius morte probanda agitur,erat antiquus vel infirmus: talibus enim præſumptionibus naturæ, vel qualitatis morbi concurrentibus cū fama, dicit mortem probari,non autem per ſolam famā,& hoc indicat tex in d.l. 3.§.eiuſdem.ff.de teſti.ibi,conſentiens fama,ideſt cū alijs ſentiens.Item reprobat opi.aliorum,inter quos.eſt Cy.in l.ſi quidem.C.ſo.ma.dicentiū quod hoc ipſo quod probatur aliquē exceſſiſſe ætatem 100.annorū,qui eſt abſens,quod præſumatur,per l.fi.C.de ſacroſan.eccl.facit l. an vſusfructus.ff.de vſufru.Non enim dicunt illę ll. quod homo non poſſit plus viuere, ſed dicunt quod tantū præſumitur viuere poſſe. vnde ſi p alia indicia, vel adminicula probetur de morte, non ſufficeret ſecundū eum.& eius opi.forte de iure eſt verior,licèt alia opi.ita obſeruetur de facto. Sed pro declaratione prædicto-
232 rum quæritur,† quid ſi vxor facta fide de morte mariti,quæ tenetur adhuc expectare per annū, nupſerit infra annum, & tamen re vera maritus mortuus erat,vtrū committat adulterium.& refert opi.quorundam dicentium,quod ſic,vt magis inſpiciatur opinio contrahentiū quàm veritas, quod eſt notabile, ſecūdū Alberi.ex quo eſt ar.quod ſi aliquis contrahit cum ſoluta,credens eam non ſolutam, quod committit adulterium,de quo in l.quoniā multa facinora,& ibi no.C.ad leg. Iul.de vi pub.

Nunc venio ad vltimum impedimentū matrimonii,quod eſt conſanguinitatis, ſuper quo formabitur materia arboris. Sed antequam ad ipſam deueniā expedit aliquas regulas po-
233 nere pro ipſius intelligentia.† Prima regula tenet quod olim impedimentū matrimonij duradat vſq; ad 7.gradum, vt c.de gradibus.cum ſe.35.q.8.hoc autem reſtringitur vſq; ad quartum gradū incluſiue tantum.c.non debet,de conſang.& affi.
234 † Secunda regula eſt,quod duo inter ſe poſſunt æqualiter diſtare,& tamen vnus magis diſtabit a ſtipite quā alter.c.quod dilectio,de conſan.& affi.& hoc ſecundū canones,in quibus habetur conſideratio ad ſtipitem.ſecundū.l.autem ſecus eſt, quia perſona addita perſonæ conſtituit gradū. & de iure ciuili non habetur conſideratio ad ſtipitem circa computationē graduum,ſed habetur conſideratio de perſona ad perſonam,
235 de quibus agitur.† Tertia regula eſt,quod quāuis a iure ꝓhibitio ſit etiam hodie ſaltem quo ad quartū gradum,tamen p Papam poteſt diſpenſari, vel legatū, ſi habet ad hoc ſpeciale mandatum,vt c.quod dilectio.de conſang & affi.& ibi no.& 35.q.3.c.quædam.debet tamen exprimi in ipſa diſpenſatione cauſa ipſius diſpenſationis.c.quod circa,de conſang.& affini. alias ipſa diſpenſatio nullius eſſet momenti.quia vbi diſpenſatio fit conditionaliter,vel vbi diſpēſans alias non eſſet diſpenſaturus,niſi cauſa diſpenſationis ſit vera,diſpenſatio eſt nulla & falſa, cauſa habet vitiare ipſam diſpenſationem. l. j. C. de falſa ca.adiec.le.l.ſi ſit.ff.de le.j.& habetur in d.capit.quod circa. alias autem cauſa falſa non habet vitiare diſpoſitionem.
236 l.cum tale.§.falſam.ff.de con.& demon.† Item alia regula ponitur,quod quoto'gradu remotior diſtat a communi ſtipite, eodem diſtant ab inuicē. c.fi.& c.quod dilectio,de conſan.& affi.conſuetudo autem diſponere poterit,quod vterq; eodē gradu diſtat a ſtipite, quia tunc iſta regula ceſſaret, & etiā diſpenſatio ſuper citeriori gradu, non tolleret talem conſuetudinem,maximè quando generaret ſcādalum, vt d.c.quod dilectio.Item conſuetudo poteſt limitare & diſtinguere diſpēſationem, ſi diſpenſaretur cum aliquibus in interiori gradu prohibitionis.debent antē ambo æqualiter diſtare a communi ſtipite,vt d.c.quod dilectio, & ſic cōſuetudo poteſt reddere alias habiles de iure.probatur in d.cap.quod dilectio. Neque ob.ſi dicatur,quod talis conſuetudo eſt contra ius,& ſic nihil debet operari,maximè in matrimonio, quia reſpondeē quod talis conſuetudo non eſt contraria iuri, ſed habet limitare, declarare, diſpenſare, quia ſi conſuetudo dictaret indiſtinctè quod ambo,de quibus agitur,debuit diſtare æqualiter a communi ſtipite, talis conſuetudo non valeret, vel ſaltem non dirimeret matrimonium cōtractum, vt no.in d.c.quod dilectio.& hoc quando conſuetudo.non eſt a iure reprobata ſeu reſeruata: ſecus quando conſuetudo diſponeret hoc, qñ agitur de diſpenſatione declarando ipſam diſpenſationē. vbi vero conſuetudo eſſet a iure reſeruata, talis cōſuetudo bene eſſet ſufficiens ad dirimēdum matrimonium, & ideo eſt caſus ſecundum communē intelligentiam, quæ fuit Hoſti.primo in c.ſuper eo.de cog.ſpi.vbi habetur quod licèt de iure illi filij poſſunt matrimonialiter copulari duorum compatrū, per quos vel alterū ipſorum nō deuentū eſt ad compaternitatem, tamen ſi conſuetudo quæ generaret ſcādalum etiam inducerer prohibitionem,quo ad illos ꝑ quos non eſt deuentum ad compaternitatem, talis conſuetudo eſſet ſeruāda, & haberet dirimere matrimonium contra ipſum contractū, vt eſt caſus in d.c.ſuper eo,& maximè quādo generaret ſcandalum. Nam talis conſuetudo reſeruatur per c.primum,eo. ti.de cog. ſpi. vnde diſpoſitio canonis ſuperueniens non habet tollere talem niſi de ipſa fiat ſpecialis mentio. c.1.de con.
237 lib.6.Item alia regula ponitur, † quod in computatione graduum & in probanda conſanguinitate debet incipi a ſtipite, vel a duobus fratribus qui ſunt in primo gradu de iure canonico,& iſtud probatur in c.licet ex quadā, & c.ſeries,de teſti.
238 & in c.tua.de conſan.& affi.Item alia regula ponitur,† quod

licet

Hierony. Magniariæ, in arborem Conſang.

licèt deſcẽdentes a ſtipite nõ poſſint cũ ſtipite, nec cum alijs deſcendentibus ab ipſo per lineã rectam contrahere, tamen poſſunt contrahere cũ filio ſtipitis, & cum vlterioribus, per aliam lineam indirectam, a quibus iſte non deſcendit. c. fin. & ibi no. & in c. tua. de conſan. & affi. & habetur in expeditione arboris. & eſt ratio, quia inter illũ, de quo agitur, & ſtipitem, deſcendens a ſtipite a quibus ille originem habuit, dicitur eſſe linea recta, & gradus aſcendentiũ & deſcendentium inter eos eſt perpetua prohibitio, vt videbimus in arbore: ſed inter alios, qui ſunt de linea tranſuerſali indirecta, vt in linea, quæ eſt ex alio latere, puta quia vnus deſcendit ab uno fratre ex duobus fratribus, alius verò deſcendit ab alio fratre, quia tũc non erit prohibitio, dũmodò non ſint in gradu prohibito. ſ. intra quartũ gradũ incluſiuè. Item alia regula ponitur, quod omnes deſcripti. in arbore ſint prohibiti contrahere matrimoniũ cũ Petrutio deſcripto in cellula vacua, quia oẽs ſunt ſibi coniuncti ſaltẽ in quarto vel citeriori gradu. Item alia, ꝙ licèt coniuncti citra quartum gradũ, & ſic minus legitimè. l. canonica debent ſeparari: ſecus tamen eſt de infidelibns etiã reuerſis ad fidem, dummodò non ſint coniuncti contra. l. diuinam & Moſaycam. c. de infidelibus, & ibi no. de conſan. & affi. & de gradib. prohibitis. l. diuina, habetur in gl. ſuper verbo, Leuit. c. literas. de reſtit. ſpol. & in c. pitatium. 30. q. 3. Nec ob. c. gaudemus, vbi fit ſeparatio, quando alter infidelium reuertitur ad fidem, quia iſtud habet locũ, quando alter tantũ remanſit in infidelitate, & alter reuerſus eſt ad fidem, vt habetur in c. de infidelibus, de conſan. & affi. & in d. c. gaudemus. de diuor. Nos autem loquimur, quando nullus eſt reuerſus
240 ad fidem. † Item alia regula ponitur circa materiam affinitatis, ꝙ proles ſuſcepta ex primis nuptiis ex vxore præmortua, poteſt contrahere cũ filiis ſecũdæ vxoris, natis ex alio matrimonio, puta in hoc exemplo, Titius habuit vxorem, ex qua ſuſcepit filium, deinde moritur ipſa vxor, ipſe Titius accipit aliam vxorem, quę habet filiam ex alio matrimonio, filius Titij poterit illam ducere filiam in vxorem, licèt olim ſecus eſſet, vt in c. non debet, de conſang. & affini. Item alia regula,
241 † ꝙ affinitas licèt mutet genus, tamen non mutat gradũ, & non tranſcendit primum genus. vnde frater mariti præmortui poterit accipere in vxorem filiam vxoris quõdam fratris ſui quam ſuſcepit ex ſecundo matrimonio, quia talis prohibitio ratione affinitatis non excedit primum genus affinitatis. idem eſt, ſi mortuo ſecundo marito tranſeat ad ſecundũ & ex ipſo habeat filium vel filiam, prout plenius videbimus in expeditione arboris affinitatis. Venio nunc propius ad expeditionem arboris, in cuius expeditione hunc ordinem obſeruabo. primo namq; formaliter legam apparatum Io. And. ſuper ipſa, vt iuxta inſpectionẽ & viſum ipſius arboris habeatur declaratio ipſius Io. And. ſuper ipſa, quem apparatũ prius & ante omnia diuidam, & ipſum in locis, vbi obſurè loqui viſus eſt, declarabo legendo literam, quas declarationes interſerã, deinde veniã ad apparatũ Doctorum ſuper ipſa, ipſorum doctrinam recitando, & declarando. Diuiditur igitur Commentatio ipſius Io. And. principaliter in duas partes. Nam in prima tractat in genere de aliquibus circa ipſam materiam: in ſecunda verò in ſpecie. ſecũda ibi, deinde ad arborem cõſanguinitatis ſpecialiter deſcendamus.

Secunda principalis diuiditur in ſeptem. Nam in prima tractat quærendo, quid ſit cõſanguinitas, quid linea, & quid gradus. in ſecunda ponit formam ar. circa aſcendentes & deſcendentes. in tertia circa collaterales. in quarta ponit regulas ad congitio. collateralium, in linea æquali, & inæquali. in quinta ponit vnum dictum Doc. in ſexto ponit vnam doctrinam. in ſeptima quærit de vna quęſtione. ſecunda ibi, formatur ſic arbor. tertia ibi, ad collaterales tranſeamus. quarta ibi, mõ videndum quibus regulis. quinta ibi, ſcire debes. ſexta ibi, ſciendum eſt. ſeptima ibi, demum quæritur. lego ipſam lecturam arboris, &c.

Circa lecturam arboris

diuerſis olim diuerſum modum tenentibus, Ioannes de Deo Hiſpanus poſt illos lecturæ ipſius arboris nouum modum aſſumens, per ſuas meritas regulas ipſius intellectum fuit nixus reperire, ſed propter multitudinem, & verborum obſcuritatẽ aliquibus notum ignotum, aliis ignotũ ignotius reddidit. Attendens igit ego Ioannes Andreas, inter Decretorum Doctores minimus, & indignus, inuentionem arboris ex eo fuiſſe, vt habentibus notitiã conſanguinitatis, & affinitatis ignotam & habẽtibus notam, ex oculorum inſpectione notiſſima foret, ideo antiquorum ſcripta reuolui, & prout expedire credidi, compilaui primò quærens ad vtranq; arborem, ad quid fuerit inuentio arboris neceſſaria. ſecundo, an ſit authentica. tertio, ad quid in volumine Decretalium repetita, quæ olim fuerat in Decretis. primæ quæſtionis ex ſuperius dictis patet ſolutio. probatio. 11. ad oculum alias vincit, Inſtit. de gradi. §. agnationis. 27. quæſtio. prima. nec aliqua. & ex oſtenſione facti quædam melius percipiuntur, quam eloquutione, de dona. apoſtolicæ, ver. fi. hinc eſt ꝙ agrorum menſio ſubiicitur oculis. 16. q. 3. inter. & de præſcrip. quia indicante. C. fi. regu. l. 3. ventris inſpectio, an mulier ſit prægnans. ff. de ven. inſpic. l. 1. in princ. locorum pudicitiæ inueſtigatio, an mulier ſit virgo. de probat. propoſuiſti. an arcta, de frigi. fraternitatis. vel aliter impedita. ff. de fer. l. 2. & literæ Papales, an ſint veræ vel falſæ. de cri. fal. licet. Ad ſecundum dic, ꝙ arbor authentica eſt, quod patet ex canonibus Iſidori, & Alexandri, 35. q. 5. c. 2. & vlti. Ad tertium dic, ꝙ quia in Decretis tractatur de conſanguinita. & affinitate, vtile fuit ibi ponere arborem; & quia in Decretalibus eſt idem tractatus, & in hoc volumine vtile fuit repeti, ex eo maxime quia nemini venit in dubium id ſatis eſſe validum, ſatisq; famoſum, quod repetita lectio probat. C. de emen. Iuſt. Cod. l. vna. Item ex eo ꝙ antiqui canones circa iſtã materiã multum erant correcti: vnde expediens fuit ſecundum ſtatũ nouorum iurium antiquam arborem decidere, demum ad arborem conſanguinitatis ſpecialiter deſcẽdamus, & primò quæro, quid ſit conſanguinitas, vnde dicatur, quid linea, quid gradus; ſecundò, quomodo arbor formetur, & quare ſic formetur, & quare ſic punctetur, & interſeremus regulas, per quas gradus cognoſcuntur, demum ponemus quædam notanda, & quaſdam quæſtiones. Ad primum dic quòd conſanguinitas eſt attinentia perſonarũ ex eo proueniens, quia vna deſcendit ab altera, vel ambæ ab eadem, vel eſt vinculũ perſonarum ab eodem ſtipite deſcendentium pro carnali propagatione contractum, quod ſatis eſt idem. dicitur autem conſanguinitas, quaſi ſanguinis vnitas, a con, & ſanguine, quia de communi ſanguine deſcẽdit. & quo ad probationem coniugij, non diſtinguo an tales ſint conſanguinei producti ex vxorio coitu, an ex fornicario, quod eſt expreſſum extra de probatio. c. per tuas. linea verò eſt collectio perſonarum ab eodem ſtipite deſcendentium, gradus cõtinens, & numeros diſtinguens, & eſt linea graduum aſcendentium, & deſcendentium, & collateraliũ, vt infra patebit, & ff de gradi. l. Iuriſconſultus. Gradus eſt habitudo diſtantium perſonarum, qua cognoſcitur quota agnationis vel cognationis diſtantia duæ perſonæ inter ſe differunt; & dicuntur gradus ad ſimilitudinem graduum ſchalarum, vel locorum pedum, quæ ita gradiuntur de proximo in proximum. ff. de gradib. l. Iuriſconſultus. §. gradus. Formatur ſic arbor. j. vide cellulas aſcendentium, & inde deſcendentium, demum collateralium, aſcende ſupra cellulam vacuam, quæ remãſit ideo vacua, quia nõ potuit proprium nomen habere, cum aliæ cellulæ exceptis his, quæ nominantur per genitiuum ſumant nomen ab ipſa: quomodo enim poſſemus illam cellulam nominare, quam dicimus filiã pris, fratrem fratris, patrẽ filijs fris, & ſic de ſingulis, & alij vocant eam Ioachim, alij Protheum, alij truncum, nos a nomine bidelli noſtri vocemus Petrucium. & ſcire debes ꝙ illæ cellulæ mediæ aſcendentium, & deſcendentium, diuiderẽtur directè per medium, vt a latere dextro cellularum illarũ ponerentur nomina marium, vt abauus proauus, &c. quia poſitæ a latere dextro deſcendunt a maioribus; & econtra, ſupra cellulam vacuam eſt cellula hoc continens pater, & mater, & vnum punctum rubeum, & vnum nigrum; ſupra illam eſt cellula auus proauia, continens duo puncta rubea, & duo nigra; ſupra illam eſt proauus proauia, continens tria puncta rubea, & tria nigra; ſupra illam eſt abauus abauia, & habet quatuor puncta rubea, & quatuor nigra, deſcẽdentes ſub cellula vacua habente filium, & filiam, & habet vnum punctum rubeum, & vnum nigrum, ſub illa habes nepotem & neptem & duo puncta rubea & duo nigra; ſub illa pronepotem & proneptem, & tria puncta rubea & tria nigra; ſub illa abnepotem & abneptem, & quatuor puncta rubea & quatuor nigra. antequam ad collaterales trãſeamus, ſcire debes, ꝙ punctorũ numeratio, eſt numeratio graduum habito reſpectu ad cellulam vacuam, & puncti rubei denotãt computationem ſecundum ius canonicum, & puncti nigri denotãt computationem ſecundum ius ciuile. ponitur autem cõputatio canonica in ſuperiori parte, ciuilis in inferiori, vt detur intelligi excellentia iuris canonici ad ciuile, & maximè quo ad hunc caſum, quo inſtruimur in matrimonium, quæ licitè poſſunt contrahi nec ne & cum matrimonium ſit ſacramentũ eccleſiæ, in eo pręcipuè lex immitetur canones, de ſecun. nup. c. pen. & vlti. vides autem ex punctatione prædicta, ꝙ in computatione aſcendentium & deſcendentium concordat vtrunq; ius, quia in eis ſemper perſona addita perſonę p carnis propagationem gradum addit. Ad inueniendum autem gradus inter eos ſecundum vtrunq; ius, tolle hãc magiſtram

regulam

regulam aſcendentium,quot ſunt perſonæ de quibus quęritur,cõputatis intermediis,vna dempta, tot ſunt gradus inter eas.ſi igitur vis ſcire, quid diſtet abauus a patre, vtroq; cõputato & intermediis,quinq; ſunt perſonę,demas vnã,quatuor ſunt gradus. Idem dico de patre ipſo ab nepote,quia eodem modo erit reperire quinq; perſonas, & ſic quatuor gradus.ſi vis ſcire quid diſtet abauus P.ab abnepote Petri, inuenies ibi nouem perſonas computato P. & ſic octo ſunt gradus. ſcias autẽ, ꝙ iſte P.non habet totã conſanguinitatem ſuam in arbore:ſcias etiã ꝙ quilibet habet duos parẽtes, quatuor auos, octo proauos,ſexdecim abauos, & ſic ſemper aſcẽdentes duplicantur,vnde impoſſibile fuiſſet tot perſonas in arbore ſcribere.Quæro,an inter aſcendentes & deſcendentes prohibitio copulæ coniugalis excedat iiij.gradũ. & Goffr.in Sum.de conſan.& affi.§.item quandocunq;.no.ꝙ non, per decretalem, non debet,quæ generaliter loquitur.Alij cõiter contradicentes inter aſcendentes, & deſcendentes perpetuam eſſe prohibitionem, & quod de quarto gradu dr̃ in collateralib. locum habet, ad hoc.35.q.3.c progeniem.& duob.ca.ſeq in quibus dicitur ꝙ olim non ſolum vſq; ad ſeptimũ gradum, ſed etiam in quantum erat notitia parentelæ extendebatur prohibitio.ex quo ergo certum eſt alterum aſcendentem, & alterũ deſcendentem, perduret prohibitio.ad idem Inſtit.de nup.§.1.ff.de ri.nup.l.nuptiæ.& hoc verum puto.Ad collaterales tranſeamus, & fratrem, & ſororem, & cauſa breuitatis proſequendo ſolum partem mediam arboris ad modum vexilli, qua intellecta reliqua intelligũtur, quod per ſe patet, dicamus de fratre & deſcendentibus, ſub cellula fratris filius filia, ex illa fratris nepos neptis, ex illa fratris pronepos proneptis, frater P.eſt cum P.in primo gradu ſecundum canones, in ſecundo ſecundum leges,eius filius in ſecundo ſecundum canones, in tertio ſecundũ leges, eius nepos in tertio ſecundum canones quartus per leges eius nepos in tertio ſecundũ canones in quarto ſecundum leges fratris pronepos eſt ipſi P.in iiij.ſecundũ canones,in quinto ſecũdum leges,& ſic debet eſſe vtraq; punctatio,& iſti ſunt collaterales ad P.& nunc de cellula patris facimus ſtipitem,fac conſequenter ſtipitem de auo ex eo patruus amita, ex illa frater patruelis, & amitinus ſoror patruelis,& amitina,ex illa horum filius filia,ex illa horum nepos neptis, patruus eſt.P.in ſecundo gradu, frater patruelis eſt in ſecũdo,filius in tertio,nepos in quarto,ſecundum canones:per leges autem patruus in tertio,frater patruelis in quarto, filius in quinto, nepos in ſexto & ſic debet eſſe vtraq; punctatio.poſtea fac proauum ſtipitem,& habet filios patruum magnũ & amitam magnam,auum & auiam,auunculũ materteram magnam, illos tamen proſequimur ex cellula patrui magni, propior ſobrinus propior ſobrina, ex illa horum filius filia,ex illa eorundem nepos neptis.& quia P.diſtat proauo quem nunc feci ſtipitem tertio gradu, ergo & a patruo tertiò, & propiori ſobrino tertio, & a filio tertio, & a nepote qui exit lineam æqualitatis.iiij.ſecundũ canones, ſed ſecũdum leges diſtat a patruo magno.iiij. a propiori ſobrino quinq; a filio vj.a nepote.vij.& ſic debet eſſe vtraq; pũctatio. modò fac abauum ſtipitem cũ tribus filiis,ſ.propatruo,proamita,proauo & proauũculo.de proauũculo non proſequor, ex cellula propatrui oritur cellula horum filia, ex illa horum nepos neptis,ex illa eorundem pronepos proneptis. iſti omnes ſunt cũ P.in quarto gradu, quia P.diſtat a ſtipite, quarto gradu,& ex alia linea nullus exit lineam æqualitatis,ergo omnes ab eo diſtant, iiij.ſecundũ leges propatruus diſtat quinto,filius ſexto,nepos ſeptimo, pronepos octauo,& ſic debet eſſe vtraq; punctatio. Nunc videndũ,quibus regulis gradus iſtorum collateralium cognoſcantur: collateralium in linea æquali,quoto gradu quis eorum diſtat a communi ſtipite,toto diſtant inter ſe, vel ſibi attinent, hoc ſecundum canones. exemplum pone,cum facis abauum ſtipitem in Petro, & pronepote propatrui, iam illi ſunt in linea æquali, quilibet diſtat a ſtipite, iiij.ergo & inter ſe, iiij. ſecundum leges regula aliter eſt'& ſic dicimus, collateralium in linea æquali quoto gradu quis eorum diſtat a communi ſtipite,toto duplicato diſtant inter ſe,vel ſibi attinẽt.vides ergo ex ſuperius dictis & expunctatione, ꝙ prędicti P.& pronepos ꝙ patrui diſtant, viij.& in ſurgit iſta diuerſitas, quia ſecundũ leges in collateralib.quælibet perſona facit gradũ. vnde duo fratres faciunt duos gradus, ſecundum canones duæ perſonæ faciunt gradum vnũ, vt pater in cellula fratris,frater P.eſt cũ Petro in primo gradu ſecundũ canones,ſecundum leges in ſecundo,ſed computatio eorũ ob aliud fit quàm noſtra.35.q.5.c.2. bene ergo dicitur ſecundum leges, ꝙ in ęquali linea collateralium, ſit paris numeri ſiue diſparis,non eſt reperire diſparem gradum,vide in linea paris numeri ſecunda vel quarta diſparis numeri prima vel tertia in prima linea ſecundus gradus,in ſecũda quartus,in tertia ſextus,in quarta octauus, quod non eſt ſecundũ canones,quia in æquali linea diſparis numeri habemus diſparem gradũ,quia in prima primũ,in ſecunda ſecundum,in tertia tertiũ,in quinta quintum,& ſic de ſingulis.Nunc reſtat videre de collateralibus in linea inæquali, circa quos traditur talis regula, collateraliũ in linea inæquali quoto gradu diſtat a communi ſtipite, toto diſtant inter ſe, hoc ſecundũ canones. exemplum pone, faciendo abauum ſtipitem P.& filius propatrui ſunt in linea inæquali: computemus ergo a remotiori,ſ.a P.ſed diſtat a ſtipite,iiij.ergo & a filio propatrui,iiij.& idem in deſcendentib.vſq; ad lineam æqualitatis. & hoc eſt quod dicimus, ꝙ perſona addita perſonæ vſq; ad lineã æqualitatis non creſcit gradus, quia propatruus, filius eius nepos, pronepos, omnes diſtant a P.iiij.ſed aliter ſecundũ leges, ſecundum quas talem tradimus regulam. Collateralium in linea inæquali quot ſunt perſonæ ſtipite dempto,tot ſunt gradus,vnde P.diſtat a ſtipite,iiij.a propatruo,vt a filio,vj.a nepote,vij.a pronepote viij. & ſic quælibet perſona facit gradũ.vides ex ſupradictis,ꝙ P.non poteſt contrahere cũ aliqua de arbore:diſtat.n.a ſummo,ſ.ab auo, ab imo.ſ.a nepote ab extremis collateralium,ab omnibus his, iiij.a mediis citeriori.per quod ſatis patet,ꝙ cum nulla contrahere poteſt, ſed ſi extremus in collateralibus,vt quia ſi pronepos propatrui,vel pronepos fratr.s procrearet fil.ã,poſſet P.cum illa contrahere:licet autem contrahatur in quinto gradu,remanet tamen conſanguinitas.prohibitio enim, quæ per ius poſitiuũ proceſſerat tolli potuit,ſed naturalia ſunt immutabilia.1.diſt. in prin. Scire debes ꝙ communiter dicũt Doc.ꝙ abauus proauus & auus ſunt bigami,dicẽtes ꝙ ſi non eſſent bigami,non poſſent filij eorum coniungi,cum eſſent fratres.ſed de hoc non multum curo,quia eadem ratione ſic eſſet dicendum de aliis cellulis duplicibus, ꝙ perſonæ ipſarum eſſent bigamæ.vnde fingamus perinde ac ſi in qualibet duplici cellula haberemus iiij.perſonas, ac ſi diceretur propatruus & vxor, proamita & maritus: vnde duplicatio poſita fuit vt nomina non demonſtraret in vtroque ſexu,non vt eos denotaret coniuges.ſciendũ eſt enim ꝙ in collateralibus æqualis lineæ bene ſequitur iſta regula affirmando & negando, ego & tu ſumus conſanguinei æquali linea,ego poſſum filiam tuam,ergo tu meam; & negatiuè ego non poſſum accipere tuã, ergo nec tu meã. affirmatiua procedit in æquali linea quarti gradus, negatiua in tertio vel citeriori: ſed in linea inæquali illud nõ procedit affirmando nec negando,quia ſi vnus in quarto,alter in tertio vel citeriori,qui eſt in tertio vel citeriori poteſt cõtrahere cũ filia eius,qui eſt in iiij.& non econtra. Demum quæritur, an collaterales, quorum vnus eſt in quinto, alter in primo,puta filia P.& propatruus poſſunt adinuicem cõtrahere. dixit Hoſti.ꝙ non,& hoc no.s̃.c.quod dilectio.& c.tua,.& in Summa huius tituli, de conſan.§.nũquid.verſic.& in primo. quod per ſua arg.nititur probare ſic, ſ.pater & filius vna perſona cenſentur. C.de impub. & al.ſubſti.l.vlti.ſicut ergo non contrahitur cũ ſtipite,ſic nec cum filio ſtipitis. bene facit decretalis prędicta,tua,vbi fratres ſui videntur poni pro ſtipite, contrariũ tenet B.quod colligitur ex glo.quam ponit,s̃.eo.c. vlt.Ray.& Io.de Deo,& eſt veriſſimũ ꝙ probant verba regulæ traditæ,s̃.eo.c.vlt.dũ dicit ibi, deſcendentium ab eodem, ſed certum eſt ꝙ propatruus deſcendit a ſtipite.Præterea aut dices ꝙ eſt inter eos prohibitio aſcendentium & deſcendentium,aut collateraliũ.de primo patet negando, quia certum eſt,filium Petri non deſcendiſſe a propatruo:ergo prohibitio collateraliũ. ſed certum eſt ꝙ iſti diſtant, v.quid igitur impediet hoc collaterales contrahere,non video.

Expeditus de forma & declaratione arboris, ſecũdum Io. And. nunc pro maiori declaratione venio ad expeditionem apparatus Doct ſuper ipſa, vt id ꝙ ſæpius & variis ſeu repetitis modis declaratur,clarius eluceſcat.

SVMMARIVM.

1 *Conſanguinitas, quid.& vſque protendatur,& duret.*
2 *Conſanguinitas vnde dicatur.*
3 *Conſanguinitatis arborem quis adinuenit, & quare inuenta.nu.4.*
5 *Conſanguinitatis arbor,cur ſic dicatur.*
6 *Stipes quid & quare ſic dicatur inter aſcendentes & deſcendentes.*
7 *Linea,quid ſit in arbore conſanguinitatis,& quotuplex.*
8 *Gradus,quid.& vnde dicatur.*
9 *Arbor quid & quare ſic formetur.*
10 *Arbor vel gradus conſanguinitatis, quot & quibus regulis cognoſcatur.*
11 *Lineæ vtriuſque arboris conſanguinitatis,nouem ſunt perſonæ.*
12 *Gradus quod ſecundum leges aliter computentur,aliter ſecundum canones, quæ eſt ratio diuerſitatis.*

Source : BIU Cujas

Hierony. Mangiariæ, in arborem Conſang.

3 *Gradus quomodo computabuntur, ſi per ſtatutum determinetur de ſucceſſione vſque ad certum gradum.*
14 *Matrimonij prohibitio an vltra quartum gradum duret, indiſtinctè, & etiam tollatur conſanguinitas. nu. ſeq.*

IN expoſitione arboris cõſanguinitatis & affinitatis plurimi laborarunt, inter quos etſi non ſit multa diuerſitas in ſententia, tamen in tradendi modo, aliqua eſt varietas. verum quia, vt dicitur. 1. q. 3. & 4. arbor fuit inuenta, vt non tantũ ex auditu, ſed etiam figuræ viſu certior eſſet conſanguinitatis & affinitatis doctrina, ideo curabo ordinem proſequi, & illã tantum. vnde vt plenè poſſit haberi materia & percipi, ſicut diſtinguit conſanguinitas, & affinitas, ita ꝑ diſtinctionẽ proſequere vtrãq; arborẽ. Et primò conſanguinitas qm̃ a gradibus conſanguinitatis grad. affinitatis cognoſcuntur, vt dicã in arbore affinitatis. q. 5. ipſam verò arborem conſanginitatis. per 12. q. explicabo. Et primo quæratur, quid ſit conſanguinitas. ſecũdo vnde dicatur. tertio quis arborem conſanguinitatis adinuenit. quartò quare dicitur arbor. quinto quia in arbore fit mentio de ſtipite & de linea, & de gradu, quid ſit vnumquodq; iſtorum. ſeptimò qualiter diffinietur arbor, & quare ſic formetur, quomodo punctetur. octauò quibus regulis cognoſcatur gradus conſanguinitatis. nono de ratione diuerſitatis in computando gradus inter leges & canones. decimò de q. ſtatuti circa hoc. vndecimò, an prohibitio conſanguinitatis ſit indiſtinctè ſublata vltra quartum gradum. duodecimò an in collateralibus duret conſanguinitas vltra quartum gradum.

1 Quæro itaque, † quid eſt conſanguinitas. dic ꝙ eſt ſanguinis vnitas ſeu attinentia ſeu proximitas perſonarum ex eo, quod vna deſcendit ab altera vel ambæ ab eadem. Sed Azo in ſumma Inſti. de gradibus. §. conſanguinitas. addit vſq; ad ſeptimã generationẽ, & ſic ſecundum eum vltra vij. generationẽ non protenditur cõſanguinitas, quod procedit in collateralibus, non in deſcendentibus, vel aſcendẽtibus, in quibus perpetuo durat vſq; ad prohibitionem matrimonij. 1. quæſt. 11. Item & in collateralibus procedit quo ad numer. cognatorum, qui ſuccedunt vſq: ad vij. gradum, ſed agnati vſque ad x. Inſti. de ſucceſſ. cog. §. hoc loco. hodie autem quo ad ſucceſſiones ſublata eſt differentia cognationis & agnationis, Authen. de hære. quæ ab inteſ. defe. §. 1. vnde admittuntur etiam cognati vſq; ad x. gradum, vt no. Azo. in ſumma de leg. habetur & gl. in d. §. fi. & hoc quo ad ſucceſſionẽ. Quo ad prohibitionẽ verò matrimonij durat vſque ad quartum, olim vſque ad 7. c. non debet. extra eo. ti. Et hoc de iure canonico, cui ſtatur in hoc. ca. pen. & fi. de ſec. nup. De iure autem ciuili aliter eſt, ꝙ dico in j. q. Sed quo ad alios effectus, quando quæritur de conſanguinitate, non reſpectu ſucceſſionis vel matrimonij, ſed vt in caſu, de app. poſtremo. conſanguinitas videtur durare in perpetuum & infinitum. ff. de leg. præſtau. l. j. §. generaliter. dicit ꝙ ſic eſt cautum vſque ad quem gradũ computetur conſanguinitas, ſ. quo ad matrimonium & ſucceſſionem, ſed quo ad alium effectum ſtabitur legi. alias videtur arbitrarium, ar. ff. de iure deli. l j. de offi. dele. de cauſis. quod plenius dixi in d. c. poſtremò. & hoc etiam. j̃. q. 12.

2 Secundo quæro, † vnde dicitur conſanguinitas. dic quod a con, quod eſt ſimul, & ſanguine conſanguinei. Nanque ſint qui ſunt ex viro, ideſt ex vno patris ſemine nati ſunt, vt dicit Papias. Et quod dicit patris, dicit vel matris, pro hoc quod dico de verb. ſigni. nam & ego. & non conſideratur quo ad matrimonium an ex legitimis parentibus alias nuptiis, an verò ex fornicario coitu ſint. de proba. per tuas. de hoc per Hoſti. in ſumma, eo. §. & vnde dicatur.

3 Tertio quæro, † quis arborẽ conſanguinitatis adinuenerit dic quod Iuſtinianus Imperator, Inſti. de gradi. §. fin. vbi poſt narrationem graduum, iuſſit eos ibi inſcribi, quia veritas magis oculata fide, quàm per aures animo infigitur. fuit etiam hæc adiunctio per canones, 35. q. 5. ad ſedem. in 4. col. ibi in pictura arboris & pro hoc eo. ti. vir qui. vbi fit mentio de ſtipite & gradu & de linea, quæ ſint partes arboris principales, & quid ſint, dico. 1. q. 7. ex his patet ſolutio q. ſequentis. patet etiam id ꝙ ſolet quæri, an hæc arbor ſit authentica, quia dicendum quod ſic, cum ſit iure ciuili inuenta, & canonico approbata, ar. C. de legi. l. leges de conſti. c. j.

4 Quarto quæro, † quare fuit arbor adinuenta. So. vt in proxima q. fuit inuenta, vt non ſolum ex auribus, ſed ex oculorũ inſpectione perfectiſſimam graduum conſanguinitatis doctrinam poſſimus adipiſci, vt in præalle. cap. fi. Inſti. de gradi. Quædam enim magis oſtenſione facti, quàm oculorum alias elocutione percipiuntur, de dona. ad apoſtolica. ad fi. vn de & agrorum meſſio ſubiicitur oculis. 16. q. 3. inter. de præſcrip. quia iudicante. C. fi. re gun. l. fi. & ſimilia plura ſunt quod aliqui proſequuntur, ſed non expedit.

5 Quinto quæro, † quare dicitur arbor? dicitur, quia ſimilitudinem habet cum arbore naturali, quia ſicut in naturali fructifera quatuor attenduntur, ſcilicet trũcus, rami, & fructus & frondes: ſic in iſta eſt truncus cellula vacua. ſicut enim arbor ſurſum producit palmitem ex leteribus ramos deorſum pedamenta ſeu radices, ſic cellula vacua ſurſum erigit palmitem & lineam aſcendentem ex lateralibus ramos, quo ad lineas collateralium deorſum pedamenta quo ad lineam deſendentem, attinentiæ autem tanquam fructus & frondes, quæ formantur ad intellectum arboris, vel ſunt quædam lineæ, quæ ducuntur ab vna cellula ad aliam, quæ in aliquibus pinguntur, tanquam frondes. de hoc per Goffr. in ſumma. §. parte 1. rub. ver. & quia in qualibet. vel ſecundum Hoſtien. in ſumma de conſanguinitate. §. quare. ſic pingitur ſub. §. qualiter arbor. frondes ſunt cellulæ ſeu puncta iuris poſita, in quo non eſt vis qualitercunque dicantur.

6 Sexto quæro, † quia in arbore fit mentio de ſtipite, de linea & de gradu, quid ſit vnumquodque ipſorum? dic quod ſtipes dicitur quaſi truncus aliquid ſubſtinens, vt ſit ſtipes, quaſi ſtans pes, vt dicit Vgutio in deriuationibus, & quo ad propoſitum dicitur ſtipes communis parẽs, a quo plures deſcenderunt. c. quod dilectio, eo. ti. vbi hoc no. in glo. j. ſufficit tamen quod vnus deſcenderit. pater enim eſt ſtipes ad filium, d. cap. quod dilectio. & c. tua, & cap. fi. & hinc ſtipitem canones vocant truncum. 35. q. 5. ſeries. & c. ad ſedem. ad fi. ibi quaſi quidam truncus: linea verò eſt longitudo ſeu protenſio varias continens perſonas, quæ ab eadem communi ſtipite, vel quarum vna ab altera deſcendit, vt d. c. quod dilectio. & c. fin. & hoc quantum ad propoſitum ſpectat in eo quod quæritur de linea, prout ponitur in arbore conſanguinitatis. Generaliter
7 autem diffinitur per geometras ſic, † linea eſt longitudo ſine latitudine, cuius extremitates ſunt duo puncta, vt dicit Euclides, in primo. Eſt autem alia linea rub. quæ per ſe patet, quia eſt extenſio ab vno pũcto ad aliũ, in extremitates ſuas vtrunque punctorum recipiens, vt dicit idem Euclides. ibi aliqua obliqua, vt in circulo vel ſemicirculo. Sed in hac arbore aliter dicimus, ſcilicet quod alia eſt linea æqualis, aliqua inæqualis. æqualis eſt, cum duo æqualiter diſtant a communi ſtipite, vt duo fratres reſpectu patris. Inæqualis eſt cum inæqualiter diſtant, vt patruus vel neptis, vel cum vnus eſt ſtipes ad alium mediatè, vel immediatè, vt in linea aſcendentium & deſcendentium, vt cum quæritur de duobus, quorum alter ab altero immediatè deſcendit, vt pater & filius vel auus & nepos & ſic de aliis. vult dicere, quod filius & nepos deſcendunt a communi ſtipite ſed vnus immediatè, ſcilicet filius, nepos verè mediatè. ſic patruus hoc eſt frater patris, deſcendit ab auo immediatè, nepos verò mediatè, ſcilicet mediante perſona patris. Quandoq; dicitur collateralium, quando quæritur de duobus, quorum neuter ab altero, ſed vterq; ab alio tanquã a communi ſtipitè deſcendit, vt duo fratres vel eorum filij reſpectu patris vel aui. & ſic de aliis. iſtæ tamen lineæ reducuntur ad rectam & obliquam, quia linea æqualis eſt recta, & eſt recta reſpectu aſcendentium & deſcendentium, & reſpectu collateralium eſt obliqua, ſi ſunt in linea inæquali. imo etiã ſi ſint æquali in linea. ſi de vno debet ad alium ingredi pergendo ad ſtipitem & poſtea deſcendendo per aliam lineã adhuc eſt obliqua. Sed ſi non itur vltra ſtipitem eſt recta, vt nunc
8 dixi, & hoc de ſe patet, & clarius in arbore. † Gradus autem generaliter dicitur aſcenſus, ſeu id per quod aſcenditur ad aliud, & dicitur à gradior ris, quia gradimur per gradus aſcendendo & deſcendendo, vt eſt in gradibus ſcalarum, vel locorum procliuium. ff. de gradi. iureconſultus. §. gradus. Quantum autem ad propoſitum gradus ſecundum Goffr. in ſumma, eſt habitudo ſine diſtantia perſonarum ad inuicem facta collatione ad communem ſtipitem. ſed per hoc non comprehenditur gradus perſonarum, quarum vna eſt ſtipes ad alteram, vt pater ad filiũ. Item ipſe gradus non eſt diſtantia, ſecundum menſuram diſtantiæ. ſed ꝙ dicit habitudo, poteſt intelligi pro mẽſura vt 1. pro habitudine, intelligatur reſpectus ſeu relatio ſeu conſideratio diſtantiæ inter quas perſonas, de quibus quæritur habito reſpectu ad ſtipitem. dic ergo quod gradus in conſanguinitate eſt menſura diſtantiæ, qua cognoſcimus quoto conſanguinitatis gradu aliqui diſtant. Nam ſi de duob. quæritur, quo gradu diſtant menſuramus diſtantiã gradualiter inter ipſos per regulas, de quibus. j. q. 8.

9 Septimo quæro, † quomodo formet arbor, & quare ſic formetur, & quomodo punctuetur, & quare ſic punctuetur. dic quod formatur incipien. in medio & ponendo cellulam vacuam, & ſint cellulæ quædam loca rotunda, in quibus ſingulatim

Source : BIU Cujas

latim deſcribuntur perſonæ ex eadem conſanguinitate progredientes.poſſunt tamen cellulæ formari quadratę, vel alterius figuræ, ſed conuenientior cellularum rotunditas, quia omnium propriiſſima & de ſe perfecta, vt dicitur 2. de cœlo.poteſt etiam dici,quod ideo fit rotunda & non quadrata, quia quadratum habet angulū,qui angulus denotat putredinem,vt dicit glo.in clemen.2.in verbo, tonſuram, de vita & hone.cleri. fit autem hæc cellula vacua, quia non poteſt habere nomen determinatum, tamen aliæ cellulæ præter illas, quæ nominantur per genitiuū ab ipſa nomen accipiant. vnde vario reſpectu aliqui eam variis nominibus vocant, ſcilicet pater reſpectu filij, filius reſpectu patris, frater reſpectu fratris,& ſic de aliis. Sed conuenienter dicitur truncus, & ſic vocatur a canone, & hoc eo.reſpectu quo de ipſa facimus ſtipitem, vt ſupra quæſt.proxima. quanquam autem non poſſit habere proprium nomen conſanguinitatis, aliud tamen habere poteſt. Et ali vocant Protheum propter prædictam varietatem nominū. Nam Protheus fingitur a poetis eſſe deus marinus,qui in varias figuras ſe tranſimutut quod variè exponitur.Sed communiter dicitur habere varias figuras propter aquarum voluntatem.hinc Horatius.

Quo teneam nodo mutantem Prothea vultus.

Alij dicunt aliter, & ſic eam nominãt quidam,vt Io.An.a nomine ſui bidelli Petrucium. domi. Car.appellat a nomine bidelli ſui Coradum,ſed hoc nõn eſt curandum. Sed quia inchoauimus in ſuperiorib.a nomine Petrucij, ꝓſequamur eo retento,ſupra cellulam vacuam eſt pater mater, & pone vnū punctum rubeum,ſeu numerum denotantem vnum & alterum punctum nigrum,ſupra hanc eſt auus auia,& duo puncta rubea & duo nigra,& intelligendo quod non interuenerit inceſtus,non intelligas quod auia fuerit vxor aui: tunc.n. ex eis generati nõ potuiſſent cõtrahere ſed dic auus & vxor eius auia & maritus eius.habet enim quilibet quatuor auos, ſi eſt ex licito complexu, ſcilicet patrem & matrem patris, qui ſint aui materni. ſimiliter habet octo proauos ſedecim abauos, & ſic vltra duplicãdo, quia per numer.duplicantur. 35.queſt.5.primo gradu.ff.de gradib.l.iuriſconſultus.§.ſecundo gradu.Ex inceſtu autem quis non poſſet habere niſi duos auos.vt ſi frater & ſoror generant filium;vel tres,vt ſi quis generat filium ex ſorore,quæ eſt matris tantum,vel ex parte patris tantum,pro hoc quod in ſimili no.Spec.eod.tit.in fine. Et per hoc vltimum dixerunt aliqui,quod auus proauus ſint bigami.quod procedit intelligendo quod pater & quod mater ſint ex licito complexu,ſed ſubaudiendo vt prædixi,auus & vxor, auia & maritus, non debet dicere quod ſint bigami. Ex his dic, quod illa cellula auus auia, & ſuperiores, habent vim duarum & communiter diuidendæ ſunt per lineam ex vno latere ſit auus,ſcilicet paternus,ex altero auia,ſcilicet materna,quia hæc arbor habet vim duarum arborum, vt ex latere dextro computetur genealogia ex parte maſculorum, ex latere ſiniſtro ex parte fœminarum, & ſic vtraque arbor eſt tantum media quod fit ad euitandū ſuperfluitatem. Et quia hæ arbores licèt non completæ,tamen ſufficiunt pro intellectu conſanguinitatis. Item ſi vellemus omnes perſonas enumare,cum vt proxi.dixi aſcendendo duplicantur, eſſet quaſi quædam infinitas,quæ vitanda eſt. de reſcriptis.cum in multis.lib.6.nec potuiſſet facilè tanta multitudo poni, 13.q.2.§. econtra.ſupra cellulam hanc eſt proauus proauia & tria puncta rubea & tria nigra.Supra abauus abauia,& quatuor puncta rubea & quatuor nigra. Et notant puncta rubea computationē ſecundum ius ciuile. ponitur autem punctatio ſecundum canones in parte ſuperiori,& notetur excellentia iuris canonici ad ciuile,prꝯipue quo ad matrimonium,in quo præſertim leges non dedignantur ſacros canones imitari. de ſec.nup.c.fi.Et de hac materia per Hoſti.in ſumma,in proœmio.§.vnde habuit originem.§.eſt ergo hęc.quare autem de rubeo & nigro potius quàm de alio colore fiant hæc puncta, non oportet reddi rationem,quia fuit hoc ad placitum,ar.de reſcrip.ſi q.& quod ibi no.& quod iſtis coloribus vtimur tanquam magis vſitatis in ſcriben.ſic etiam dicitur de diuerſitate,quare computatio canonica per colorem rubeum, & legalis per nigrum deſignetur:tamet dicit Ioan.de Ligna.quod hoc fit, quia color rubeus nobilior eſt, tanquam qui habet plus de lucido,&minus de terreo:niger verò econuerſo plus de terreo q̃ de lucido,vt in libro de ſenſu & ſenſato, demum ſub cellula vacua, & ſub illa eſt filius & filia & vnum punctū rubeum,& alterum nigrum,ſub illa nepos neptis,& duo puncta rubea,& duo nigra ſub illa ꝓnepos proneptis,& tria puncta rubea & tria nigra, ſub illa abnepos abneptis & quatuor puncta rubea, & quatuor nigra, & completa eſt linea aſcendentium & deſcendentium. Nam aliæ lineæ dicuntur collaterales,quod dixi ſupra.q.proxima, in arbore autem antiqua ponebantur plures gradus,qui hodie ſint remoti,tamen non extendatur prohibitio vltra quartum gradum conſanguinitatis, vt in capit.non debet,eodem titu. & dic.1.quæſtio.11. & enumeratio punctorum refertur in tota arbore ad cellulam vacuam. Et vt vides in hac linea, non eſt varietas inter ius ciuile & canonicum: ſecus in collateralibus,vt infra eod. quæſt.& q.ſequenti, de collateralibus vero fama ſic, quia iuxta cellulam a deſtris eſt frater, & vnum punctum rubeum & duo nigra, infra fratris filius filia, & duo puncta rubea & tria nigra, infra fratris nepos neptis,& tria puncta rubea, & quatuor nigra,ꝯ.fratris ꝓnepos ꝓneptis,& quatuor pũcta rubea, & quinq; nigra. Et nunc de patre fecimus ſtipitem fac ſtipitē de auo,infra patruus amita,& duo pũcta rubea,tria nigra,ſcilicet frater patruelis & amitinus, ſoror patruelis & amitina & duo puncta rubea,& quatuor nigra, & eſt frater patruelis is, qui mihi naſcitur ex fratre patris mei, ſoror amitina eſt, quæ naſcitur ex ſorore patris mei. ff. de gradib. Iuriſconſultus. §. quarto gradu.circa medium 35. quæſt.5. primo gradu. infra horum filius filia, & tria puncta rubea, & quinque nigra,infra horum nepos neptis & quatuor puncta rubea, & vj.nigra. Fac de proauo ſtipitem, infra patruus magnus,amita magna: fac tria puncta rubea & quatuor nigra. dicitur patruus magnus patris mei patruus.idem aui mei frater.l.iuriſconſultus. §. quarto gradu. ff. de gradib.& ſimiliter amita magna patris mei amita.idem ſoror aui mei,vt ibi,& in dicto §.primo gradu.35.quæſt.5. infra proprior ſobrinus & proprior ſobrina, & tria puncta rubea, & quinque nigra & poteſt etiam dici proprior per &, ſed proprior deriuatur a prope & prior proprior deriuatur a proprie, vt ait Vgutio.& ſiue dicatur propior, ſiue proprior, idem eſt dicere quod proximus. dicitur autē proprior ſobrinus propria ſobrina,is vel ea qui vel quę patris mei eſt conſobrinus,vel conſobrina,vt dicta l.Iuriſcõſultus.§.quarto gradu.ff.de gradi.& Inſtitu.de gradi.§.quinto gradu.& dicto cap.primo gradu.vbi dicitur proconſobrinus proconſobrina. infra horum filius & horum filia,& tria puncta rubea & ſex nigra, infra horum nepos neptis, & quatuor puncta rubea, & ſept. nigra, fac ſtipitem de abauo, infra propatruus proamita, & quatuor puncta rubea, & quinque nigra, & dicitur propatruus proamita aui frater proaui ſorori. Inſtit.de gradi.§. quinto gradu.& dicuntur etiam patruus maior, & amita maior, ideſt patris mei patruus magnus amita magna, vt dicta l.Iuriſconſultus.§.quinto gradu. & dicto capi.primo gradu.infra horum filius filia, & quatuor puncta rubea & ſex nigra. infra horum nepos neptis, & quatuor puncta rubea,ſeptem nigra. infra eorum pronepos proneptis,& quatuor puncta rubea,& octo nigra,& eſt completa arbor ex parte maſculorum.

Nunc formemus ex latere materno, & iuxta cellulam 2. eſt ſoror, & vnum punctum rubeum, duo nigra, & ſtipes eſt pater mater. vnde quantum ad illam lineam non poteſt plus dici ex latere paterno,quam materno. declaro,quia non eſt dare,niſi vnum patrem,& vnam matrem: ſecus quo ad alias ſequentes, vt in eis patebit. infra ſororis filius filia, duo puncta rubea, & tria nigra.infra ſororis nepos & neptis, tria puncta rubea,quatuor nigra. infra ſororis pronepotis, & quatuor puncta rubea,quinque nigra. Fac ſtipitem de auia, & ſicut dixi ſupra q.ea.ſubaudi materna.& ſic ſolum ex parte matris eſt hæc linea.& ſequen.infra auunculus matertera,& duo puncta rubea, tria nigra. & eſt auunculus matris frater, matertera matris ſoror.dicta l.Iuriſconſultus.§.tertio gradu. Inſtitu.de gradi.§.tertio gradu,35.quæſt.5.primo gradu.ver. tertio gradu.infra conſobrinus conſobrina,& duo puncta rubea,quatuor nigra.& dicuntur conſobrini ex duabus ſororibus nati, quaſi conſororini, dicta l.Iuriſconſultus.§. quarto gradu. Inſtitu.de gradi.§.quarto.dicto capit.primo gradu, & melius.ff.de gradi.l.prima.infra horum filius filia,& tria puncta rubea, quinque nigra. infra horum nepos neptis, & quatuor puncta rubea, ſex nigra. Fac ſtipitem de proauia. infra auunculus magnus, matertera magra, ideſt auiæ maternæ frater & ſoror ſeu matris meæ auunculus matertera. dicta l.Iuriſconſultus.§. quarto gradu.Inſtitu.de gradi.& dicto capitulo primo gradu, & hæc tria puncta rubea, quatuor nigra infra proprior ſobrinus,proprior ſobrina,ideſt auuncula magna, ſeu materteræ magnæ filiæ filia. dicta l. Iuriſconſultus.§.iſto gradu. Inſtitu. de gradi.§. quinto gradu.& ij etiam dicuntur proconſobrinus proconſobrina. dicto capitu. primo gradu. & hæc tria puncta rubea,quinque nigra. infra horum filius filia, & tria puncta rubea, ſex nigra. infra horum nepos neptis, & quatuor puncta rubea, & ſeptem nigra. Fac ſtipitem de abauia. infra proauunculus promatertera, ideſt proauiæ maternæ ſoror & frater.dicto capit.primo gradu.& Inſtitu.de gradi.§.quinto gradu.dicuntur etiam auunculus

Source : BIU Cujas

culus maior, matertera maior. dicta l. Iuriſconſultus. §. quinto gradu. & hæc quatuor puncta rubea, quinque nigra. infra horum filius filia, & quatuor puncta rubea, ſex nigra. infra horum nepos neptis, & quatuor puncta rubea, ſeptem nigra. infra eorum pronepos proneptis. quatuor puncta rubea, octo nigra. infra eorum, & ita completa eſt formatio arboris. Ex ijs patet tota quæſtio, quomodo formetur arbor & quare ſic formetur, & hoc vltimum declaratum eſt multiplici reſpectu & quare non ponuntur niſi quatuor gradus, ſecundum canones. Item quare formentur hæ arbores non completæ, ſicut de aliis declaratum eſt etiam qualiter punctuetur & quare ſic punctuetur.

10 Octauo quæro, † quot & quibus regulis cognoſcatur arbor conſanguinitatis vel gradus? dic quod quinque. vna eſt reſpectu aſcendentium & deſcendentium, alia reſpectu collateralium. prima regula inter aſcendentes & deſcendentes, quot ſint perſonæ, de quarum conſanguinitate quæritur computatis intermediis, vna dempta, toti ſint gradus. Si ergo quæritur quoto gradu diſtet P. a patre, & matre, duę ſunt perſonæ P. pater, mater, & ſic vnus gradus ab auo diſtet poſt ſecundo gradu. quia tres ſunt perſonæ, ſcilicet C. pater & auus a proauo tertio gradu, quia quatuor ſunt perſonæ, ab abauo quarto gradu, per modum præmiſſum. & idem ſi proceditur per lineam fœminarum, vbi quæritur quoto gradu diſtat P. ab auia vel proauia, vel ab abauia, & hoc deſcendendo ſimiliter ſit quoto gradu ſit diſtantia, quia P. diſtat a filio primo gradu a nepote ſecundo a pronepote tertio ab nepote quarto: demitur autem vna perſona, quia ſtipes cum eo, qui immediatè deſcendit, facit vnum gradum, ſed vltra primum quælibet perſona, quæ adiungitur per propagationem ſeu generationem adiicit gradum: ipſe vero pater & filius ponendo patrem ſtipitem, non poſſunt facere duos gradus, & dat Azo in ſumma Inſtitu. de gradi. ſimile. Nam ſi quis vult facere feneſtram, requiruntur duæ columnæ ſeparatim poſitæ: ſed ſi vult aliam, iuxta illam facere, addita vna columna efficitur duæ. pater ergo & filius non diſtant gradibus, ſed ſunt in vno gradu: ſed addita vna perſona filio deſcendendo habetur ſecundus gradus, & ſic vlra. pro hoc. ff. de gradi. l. 1. §. ſed ſuperior. & l. Iuriſconſulus. §. ſunt ex lateribus. dic rationem ſtrictiorem, quia vt dixi, quæſtio. prima. conſanguinitas eſt ſanguinis vnitas, ſeu attinentia perſonarum, & vt ibi. præſupponit ergo conſanguinitas ſaltem duas perſonas, quæ vniuntur. vnde ſicut non poteſt eſſe matrimonium niſi duæ perſonæ, ſcilicet vir & vxor interueniant, quæ iungantur conſenſu matrimoniali ad indiuiduam vitæ conſuetudinem, de præſump. illud. Et ſicut non poteſt eſſe idem pater ſui met, ſiue loquamur de patre carnali, ſiue de ſpirituali, de bap. debitum. ita nec conſanguineus ſuimet inter correlatiua debet eſſe diſtinctio, dicto capit. debitum, & capit. fina. 11
de inſti. pro hoc, quod dico in ſequenti arbore queſt. prima. & hæc regula ſufficit ſecundum vtrũq; iũs, vt dixi ſupra, q. proxima, in linea aſcendentium, & deſcendentium, non eſt diſtinctio inter leges & canones. Sed de collateralibus dantur quatuor regulæ, quia vt ſupra dixi, quæſtio. 6. duæ ſunt lineæ collateralium, altera æqualis, altera inæqualis. Et reſpectu vtriuſque dantur duæ regulæ, vna ſecundum ius canonicum, altera ſecundum ius ciuile. Eſt ergo de linea inæquali hæc regula, ſecundum canones. In collateralibus æqualis lineæ, quoto gradu vter eorum, quorum de conſanguinitate quæritur diſtat a communi ſtipite, tot diſtant inter ſe, ſecundum canones. & colligitur hæc regula ex capitu. quod dilectio. eodem titu. iuncta gloſ. 4. & exemplifica, quia ſi quæritur quoto gradu diſtat P. a pronepote propatrui cum quo eſt in linea æquali, poteſt inchoari vel a patre, vel ab ipſo pronepote: & cum vterque diſtet a communi ſtipite, qui eſt abauus quarto gradu, ergo inter ſe quarto. In eo quod dixi, toto gradu diſtant inter ſe. dicit Hoſtien. in ſumma, de conſanguinita. & affinita. §. qualiter computentur. vbi ſciendum quod in linea æquali non diſtant gradu, quia fuit in eodem gradu, ſed melius dicitur quod ſibi attinent, quod procedit habitò reſpectu ad communem ſtipitem, quia pariter ab ipſo diſtant. ſed habito reſpectu ad ipſas perſonas, licèt ſint in eadem linea, tamen quia volumus ſcire de conſanguinitate inter ipſas, debet accedi de vna ad alteram aſcendendo ad ſtipitem, & deſcendendo per lineam aliam. Et ſic inuicem diſtant, & hoc verbo diſtant, vtitur Goffre. in ſumma eo. & in hac linea bene ſequitur, ego & tu ſumus conſanguinei, & ego poſſum accipere filiam tuam, ergo & tu meam, vt quia ſumus conſanguinei in quarto gradu. ſimiliter ſequitur negatiue, ego non poſſum accipere tuam filiam, ergo nec tu meam. & quia ſumus circa quartum gradum. Secundum verò leges eſt hæc regula, in collateralibus æqualis lineæ, quoto gradu vter eorum de conſanguinitate, de quorum conſanguinitate quæritur, diſtat a communi ſtipite, toto duplicato numero diſtant inter ſe, ſecundum leges. & ſic P. a pronepote propatrui, a quo nunc dixi diſtat quarto gtadu, ſecundũ canones, octauo ſecundum leges. quæ autem ſit ratio diuerſæ computationis inter leges & canones. dico infra quæſtione ſequenti. Ex hac regula infertur, quod in æquali linea collateralium non eſt reperire diſpenſare gradum ſecundum leges, quia in prima cellula, vbi eſt frater ſecundus gradus, in ſecunda quartus, in tertia ſextus, in quarta octauus. Non ſic ſecundum canones, quia in prima primus, in ſecunda tertius. In linea verò inæquali eſt hæc regula, ſecundum Cano. in collateralibus lineæ inæqualis, quoto gradu remotior diſtat a ſtipite, toto diſtet quilibet per alienam lineam deſcendentem, vnde P. diſtat ſecundo gradu, quia ſtipes eſt auus a quo P. diſtat ſecundo gradu, & ab ipſo P. tanquam remotiori debet fieri computatio. Sed a patruo magno diſtat P. tertio gradu, quia diſtat ipſe P. a proauo tertio, & proauus eſt communis ſtipes, a propatruo verò diſtat quarto, quia abauus eſt ſtipes, a quo potius diſtat quarto, & ſimiliter diſtat quarto a filio propatrui & abauia nepote, & ſimiliter abauia pronepote. ſed hoc vltimum neſcitur per hanc regulam, ſed per præcedentem de linea æquali, ſecundum canones. Si autem pronepos propatrui generarent filium, ille diſtaret a P. quinto gradu, quia ab illo filio tanquam remotiori fieret computatio, & ipſe diſtaret ab auo quinto, & a P. quinto. ex his infertur, quod P. non poteſt contrahere cum abauo, quia vt dico in quæſtio. 12. in linea aſcendentium & deſcendentium eſt perpetua prohibitio. per hoc tollitur quod not. Hoſtien. in ſumma, eodem titulo, quod dilectio. vbi dicit, quod qui non poteſt contrahere cum ſtipite, non poteſt cum filio ſtipitis, cuius contrarium ibi dixi, in tertio notabili. & eodem titu. vir. quæſtione prima. & in hac linea non ſequitur, ego & tu ſumus conſanguinei, & ego poſſum accipere filiam tuam, ergo & tu meam. & ſimiliter non ſequitur negatiuè, Nam ſi ego in quarto a ſtipite diſto, tu in tertio ego non poſſum accipere filiam tuam, tu non potes accipere meam. Et ſic non obſtat aliud quàm conſanguinitas. At ſecundum leges eſt hæc regula collareralium lineæ inæqualis, quot ſunt perſonæ computatis intermediis vtriuſque lineæ, vſque ad ſtipitem, & dempto ſtipite tot ſunt gradus, vnde P. diſtat a fratre ſecundo, quia ſtipes eſt pater, & ſic tres ſint perſonæ, ſcilicet P. fater & pater. ergo ſtipite dempto ſunt duo gradus: a patruo verò diſtat tertio, quia ſunt quatuor perſonæ, ſcilicet P. pater & auus, & patruus a patruo magno quarto, quia quandoque ſunt perſonæ a propatruo quinque, quia ſex ſunt perſonæ, a filio propatrui ſexto, quia ſeptẽ ſunt perſonæ vtriuſque lineæ a nepore propatrui.

Octauò, † quia nouem ſunt perſonæ vtriuſque lineæ, & 11
hæc regula ſecundum leges procedit indiſtinctè, tam inter aſcendentes, quàm deſcendentes, quàm etiam inter collaterales, ſiue ſint in linea æquali, ſiue inæquali, quia ſemper quot ſunt perſonæ dempto ſtipite, tot ſunt gradus. poſita eſt autem regula præcedens in linea æquali, ſecundum leges, vt clarius exemplificetur arbor & hæc regula probatur. ff. de gradi. l. prima, & l. Iuriſconſultus. 35. quæſt. quinta, primo gradu. & melius Inſtitu. de gradi. §. hactenus. vbi dicitur, quod quæque perſona grauata gradum abicit. & per hoc quod ibi no. in gloſ. hoc poteſt. Quæ verò ſit ratio diuerſæ computationis inter leges & canones, dic vt in ſequenti.

Nono quæro, † quia vt ſupra quæſtione proxima dixi ali- 12
ter computantur gradus ſecundum leges, aliter ſecundum Canon. quæ eſt ratio diuerſitatis. So. hæc quæſtio ſoluitur ex diſtinctio. 35. quæſtione quinta, ad ſedem. quia in legibus computantur gradus, vt hæreditas vel ſucceſſio ab vna ad alteram perſonam inter conſanguineos deferatur. In canonibus vero, vt monſtretur vſque ad quotam generationem conſanguineorum ſit a nuptiis abſtinendum, & quia hæreditas deferri nequit, niſi ab vna perſona ad aliam, ideo ſecundum leges in ſingulis perſonis ſunt ſinguli gradus. Sed nuptiæ ſine gradibus fieri non valent, & ideo canones duos in gradu conſtituunt perſonas, ita dicitur ibi. vbi etiam ſubiungitur, quod ſi vtraque computatio fuerit attentè perſpecta, idem ſentit lex & canon, & eſt ſenſus, quod canones conſiderarunt quoto gradu, ſanguis deſcendit, & pro quolibet gradu poſuerint vnam generationem, quanquam eſſent diuerſæ. perſonæ. ſicut ergo frater eſt cum patre in primo gradu, ita ſecundum canones etiam cum fratre, quia ſanguis paternus nõ protenditur vltra vnum gradum. Nepos autem ſicut eſt cum auo in ſecundo gradu, ita etiam cum fratre patruele in ſecundo, quia ſanguis auitus non deſcendit, niſi duobus gradibus, & ſic vltra.

Secundum

Source : BIU Cujas

Secundum autem leges duo fratres ſunt in ſecundo gradu, ſi lij fratrū in quarto, quia ſi dēt fieri hæreditas de vno ad aliū, ad ſciendum quoto gradu diſtāt aſcendimus ad ſtipitē, & deſcendimus per aliam lineam numerando ꝑſonas, vt in q. prę-cedenti, & ſic inuenimus inter fratres duos gradus, quia tres ſunt perſonæ, & in filijs fratrum quatuor gradus, quia quinq; ſunt perſonæ. vnde ſecundum Canones, cum quæritur, quo to gradu diſtant, ſenſus eſt, quem quoto gradu ſanguis, qui connumerat a ſtipite, deſcenderit. Sed ſecundū leges eſt quæ rere, quoto gradu ſunt numerando ꝙſanguinitatē inter vnā perſonā & aliā, ex iis vī, ꝙ ſtabitur cōputationi Canonicæ quo ad matrimonium in terris eccleſiæ, ſed quo ad ſucceſſio nes, legali ſtabit ꝙputationi, ēt in terris eccleſiæ. pro hoc de no. ope. nū. c. 1 & ꝙ ibi no. & de hoc etiam in ſeq. quęſtione.

13 Decimo quæro circa hoc, ſi per ſtatutum determinatur de ſucceſſione vſq; ad certum gradū, qūo ꝙputabuntur gradus. Sol. Iac. But. in qōne, quæ incipit, ſtatuto ciuitatis Senarum, determinauit ꝙ ſecundum ius ciuile, quia ꝙſtitutio cor rigens, interpretans, vel declarans, dēt ſumi eodem mō quo ius correctum interpetratum, vel declaratū. Auth. de fil. an. dot inſtru. na. ad fin. ff. ſi quis teſta. liber iuſſus fuer. l. 1. §. hæc actio. de hoc ꝑ Spe. in Spe. de ſucc. ab inteſt. ſuper ver. ſed an filij. & per Bal. C. de ſucceſ. edic. l. 2. Et dicit Io. And. in additio nib. ꝙ cum fuit determinatum rōne præmiſſa, ꝙ ſi ſtatutum imponit pœnam ꝫhentib. matrimonium in quarto, vel citeriori gradu rōne ſubiecti. i. materiæ, de qua tractat, intelligit de gradu ſecūdum ꝙputationem canonicam. pro hoc quod dixi in proxima q. Si aūt ſtatutum eſt in alia materia, q̄ hæreditatum vel matrimonij, vt quia dicit ꝙ qui accuſauit non producit teſtes in tertio gradu vel citeriori: tūc dicit Io. An. ibi, ꝙ ſtabitur computationi iuris ciuilis. Si aūt eſt ſtatutum ep̄i, ꝙputabuntur gradus ſecundum ius canonicū. facit de te ſta. cum eſſes. & ꝙ no. x. di. conſtitutiones. & in Spe. de diſpu. & alle. in §. porrò. ad fi. & de no. oper. nun. c. 1. pro hoc ꝙ no. Bal. in d. l. 2. C. de ſucceſ. edic. vbi refert Ia. But. in eodem conſuluiſſe, ꝙ ſi ſtatutum dicit ꝙ extantib. agnatis vſq; ad quartū gradum, non ſuccedat mī defuncti, computabuntur gradus ſecundum leges. & dixit idem Ia. Bu. in eodem conſilio, ꝙ ve rā computationem graduum quæ fit ſm leges, ius Canonicū non potuit immutare. ar. ff. de vſuf. earum rerum, quæ vſu cō ſu. l. 1 & 2. & ꝙ ſecundum leges fiat vera computatio probat: quia fit ſecūdum arithmeticam artem, quæ eſt ars naturalis. ꝙ vltimum non vī propriè dictum, quia ſolam philoſophiā naturalem dicimus ſcientiā naturalem: tñ qūo ſubordinetur arithmetica aliis ſciētiis, dic vt dixi ſ. in proœmio. & vult dicere Ia. Bu. ꝙ ſm veram computationem melius procedit cō putatio legalis, quia quot ſunt perſonæ, vna adempta, tot ſūt gradus: & tot gradibus proceditur de vna ad aliam. & pro hoc vī ꝙ ēt in terris eccleſiæ dēt ſtari computationi legali, in aliis præterquā in nuptiis, quia cum ius canonicum cōputet tñ reſpectu coniugij. 35. q. 5. ad ſedem. ergo in aliis ſtandum legi, ar. ff. de iud. cum prætor. de præſump. nonne. pro hoc 35. q. 5. primo gradu. niſi computantur gradus ſecundum leges. ꝙ dico de ap. poſtremò. ſed poſſet dici ꝙ ſicut computatio canonica fit ſolum reſpectu matrimonij, ita ciuilis ſolum reſpectu deferendarum hæreditatum, d. c. ad ſedem. in legibus ſi quidem ob nihil aliud &c. vbi hoc apertè dī. vnde quo ad nuptias de iure ciuili prohibētur aliqui, qui ſunt in prædicto gradu. Nam fratris neptē ducere nō licet, quamuis ſit ī quarto gradu, ſecundum leges: & tamen filij fratrum duorū, qui ēt ſunt in quarto gradu ſecundum ll. licitè coniunguntur, Inſti. de nup. §. ſed nec neptē. & §. duorum. & ſic ius ciuile, quo ad nuptias potius prohibet perſonas q̄ gradus. & hoc attēto dic quod q̄uis cōputatio ciuilis videatur propria, attenta numeratione perſonarum, tñ ēt canonica eſt propria attendendo deſcēſum ſanguinis, vt in proxima q. & propterea extra casū matrimonij, vel hæreditatis pōt teneri ꝙ dixi ſ. eo. ꝙ ſtabitur computationi ciuili in foro ciuili, & canonicæ in foro canonico, arg. c. ſi duob. de appel.

14 Vndecimo quæro in eo, quod dixi ſ. q. prox. ſ. 7. ꝙ non connumerantur in arbore niſi quatuor gradus de iure canonico, quia vltra illum gradum non durat prohibitio matrimonij, an hoc locum habeat indiſtinctè. dic ꝙ inter collaterales oēs ꝙcordant, ꝙ ſic per c. non dēt. e. ti. in gl. Sed in linea aſcendentiū & deſcendentium eſt varietas. Nā Gof. in ſum. de conſang. §. item cum quæritur. dicit ꝙ in hoc caſu locum hēt c. non dēt. Contrarium cōiter tenetur, ar. 35. q. 3. progeniem. & duob. c. ſeq. vbi dī, ꝙ olim vſq; ad quartum gradum. ſed ēt in quantum erat notitia parentelæ, extendebatur ꝓhibitio. ex quo ergo ꝙſtat alterum aſcendentium, alterum deſcendētiū, durat prohibitio. ſic inducit Io. An. in illo c. Sed Io. Cal. dicit ꝙ c. progeniem, intelligitur ſecundum c. de ꝙſanguinitate. ibi ſequens. & iſtud loquitur diſtinctiue. ſ. ꝙ quis non ducat conſanguineam vſq; poſt generationem vij. vel quouſque parentela eſt cognoſcibilis. Item ambo illa capitula intelligunt ſecundum c. ad ſedem. 35. q. 5. vbi dicitur, ꝙ canones dicentes a conſanguinea abſtinendum vſque quo generatio recordatur, non diſcordant a canonibus dicentib. ꝙ poſt vij. generationem poſſunt iungi, quia poſt generationem vij. nec ꝙſanguinitas inuenitur, nec nomina graduum reperiuntur. tñ Io. Cald. tenet ꝙ inter aſcendentes & deſcendentes ſit perpetua prohibitio per c. in copulatione. 35. q. 3. vbi ſine diſtinctione dicit, ꝙ non licet accipere conſanguineam, quouſq; ſit gnationis recordatio. dicit ēt ꝙ idem vult c. præall. de ꝙſang. quia ibi negatio præcedit diſiunctiuā, & ſic ſtat pro ꝙiuncta, ff. de ver. ob. ſi quis ita. de re. du. is qui ducenta. §. vtrum. 33. di. maritus. 34. di. præcipimus de biga. c. 1. Ad c. ad ſedem. dicit ꝙ loquitur de collateralib. & reſpicit factum, quia ita eſt de facto, ꝙ poſt 8. generationem memoria conſanguinitatis non retinetur. Et hoc ꝙ ſit perpetua prohibitio in linea aſcendentiū placet, quia hoc expreſſe dicitur Inſti. de nup. §. 1. & ff. de ritu nup. nuptiæ. & canones non ꝫdicunt ſpecialiter, ſed gnaliter in eo, ꝙ olim permittebatur matrimonium poſt vij. gradū. c. ad ſedem. hodie poſt quartum. d. c. non dēt. ſed debēt reſtringi ad collaterales, vt iura iurib. concordentur, de ele. cū expediat. li. vj. hæc tñ qō non eſt neceſſaria, quia non occurrit, ꝙ inueniatur aliquis habilis ad ꝫhendum cum ea, quæ deſcendit ab eo, & diſtat vltra quartum. Sed vtile eſt hoc diſtinguere propter iura intelligenda, & vt ſi quo caſu occurreret, ſciatur quid iuris. q̄q̄ aūt perpetuo duret prohibitio, tñ fit differentia in nominib. quia aſcendentes dicuntur parentes ſolū vſq; ad tritauum, & ab inde, ſ. dictum eſt, & dñr maiores: & deſcendentes dñr liberi, vſq; ad trinepotem, & vltra poſteriores vocantur. ff. de gradi. Iuriſconſultus. §. parentes. & hoc proprio ſumpto vocabulo: ſecus de benigna interpretatione, ꝙ cum aſcendentes dñr parentes, vt in infinitū, & ſi'r deſcendentes dicuntur liberi. ff. de in ius vocan. quiq;. §. parente. vbi gl. no. ſic intellige glo. Inſti. de bo. poſſ. §. primo. quæ incipit, quid eſt. quæ in fine dicit nomine liberorum, contineri oēs deſcendentes. dic. ſ. ex interpretatione, & in eo ꝙ dixi inter aſcendentes & deſcendentes perpetuam eſſe prohibitionem, hoc tenendo dicit glo. in præal. l. nuptiæ, ꝙ ſi Adā viueret, nullam accipere poſſet. vnde ob. 32. q. 1. integritas. & dī ꝙ quis non cogitur ꝙtinere. ad quod dicit Io. Cal. ꝙ cogeretur ꝓp impedimentum obſtans. vult dicere ꝙ cogeretur ꝓp accidentiam facti, quia ſic accideret, ꝙ impediretur quo ad oēs, ſeu ēt alij impediuntur, quo ad deſcendentes, & ſe. ſi tñ non eſſet alius vij. poſſet contrahere propter neceſſitatem humani generis ſeruandi. 35. q. 1. cum igitur.

15 Duodecimo quæro, † quia dixi ſ. qōne proxima, ꝙ prohibitio conſanguinitatis reſpectu matrimonij non dirimit inter collaterales vltra quartum gradum, an ēt tollatur ꝙſanguinitas? Gof. in ſum. eo. ver. item quæritur. dicit ꝙ nō tollitur, ſed durat quo ad ius ſuccedendi, per hoc inducunt aliam, ꝙ ꝓhibitio matrimonij, quæ erat vſq; ad vij. gradū, cum ſit de iure poſitiuo, tolli potuit per c. non dēt. ſed non conſanguinitas, quæ eſt de iure naturali. quia naturalia immutabilia. 5. diſt. in princ. dic, ꝙ aſſignatio graduum eſt de iure poſitiuo, & vltra gradus aſſignatos nō durat conſanguinitas cum effectu, alias oēs homines dicerentur conſanguinei tanquā habentes cōmunem parentem. ſ. Adam. de hoc tñ dic, vt ſupra q. 1.

SVMMARIVM.

1 *Affinitas quid ſit. & nu. 3. & quare ſic dicatur. nu. 2. & 4.*
5 *Affinitas an ſit perpetuum impedimentum.*
6 *Affinitatis genera, quot, & quomodo cognoſcantur.*
7 *Affinitatis arbor, qualiter formetur, & quis eam adinuenerit.*
8 *Affinitatis gradus, quibus regulis cognoſcatur.*

ARborem affinitatis, Et ad eius materiam tranſeamus, & primò videndum eſt, qd ſit affinitas, vnde dicatur; quomodo ipſius genera inſurgunt, & gradus computentur, demum arborem oriri faciemus, ponemus poſtea quædam notabilia, & quaſdam

1 quæſtiones. Eſt autem affinitas perſonarum proximitas ex coitu prouenies omni carens parentela. hoc ſecundum canones. ſed ſecundum leges eſt proximitas ex nuptiis, & requiritur ſecundum le. quod legitimæ ſint nuptiæ non interdictę, vt contrahatur affinitas. ff. de gradi. l. non facile. §.

2 ſciendum. Et dicitur affinitas eo quod duæ cognationes diuerſæ per nuptias, ſecundum le. per coitum ſecundum nos copulant̄, & altera ad alterius cognationis finē accedit; vt ĵ. eod. §. affin. Sed quod per fornicarium & inceſtuoſum

Source : BIU Cujas

Hierony. Mangiariæ, in arborem Affinitat.

coitū fecundum nos ꝯhatur affinitas, patet de eo qui cogn. conſan. vxo. ſuæ. diſcretionem. & c. penult. Sed conſideratio legis fuit circa hæreditatem & tutelas deferendas, & ne cogantur aduerſus affinem teſtimonium dicere. ff. de gradi. iuriſconſultus. & ff. de teſti l. 4. & 4. q. 3. §. item in criminali. ver. item l. Iulia. Sed ius canonum quo ad matrimonium prohibendum conſiderauit vnionem carnalem, quæ inſurgit ex copula, & eſt videre ſm hoc, ꝙ occurrere pōt attinentia cōsā guinitatis & affinitatis, qua ſi quis cognoſcit ꝓſanguineam ſuā cōes ꝓſanguinei vtriuſq;, ſunt affines vtriq;. Scias aūt, ꝙ affinitas eſt ꝑpetuū impedimentū, ꝙ perdurat ēt mortua ea ꝑſona, qua mediante ꝯhitur. 35. q. 10. fraternitatis. nec oritur ex pollutione extraordinaria affinitas quę fit extra clauſtra pudoris, vt 35. q. 3. extraordinaria. adde ꝙ ibi no. & inſurgit affinitas ex coitu cū publica honeſtate. interdū ſine ēt publica honeſtate, interdū ſine affinitate. Si cognoſco vxorē, vel ſponſam, hic eſt impedimentū publicæ honeſtatis & affinitatis: ſi cognoſco non ſponſam, hic eſt affinitas ſola, ſi ſpoſā nōdum cognoui, ibi ſola publica honeſtas. hoc dico ſi morien te vxore tua, ſi vis ꝯhere de diſpenſatione eccleſiæ cum ꝓſanguinea ſua, & eccleſia diſpenſet, ꝙ poſſis cum illa ꝯhere. Nō ob. ꝙ fuit tibi affinis tali gradu per hanc diſpenſationē adhuc ꝯhere non poteris, quia licēt ſublatum ſit impedimentum affinitatis, non eſt ſublatum impedimentum publicæ honeſtatis. debes ergo facere exprimi, ꝙ poſſis cum tali ꝯhere, non ob. impedimento pub. honeſtatis pro eo ꝙ deſponſaſti ꝓſanguineā ſuā ī quarto gradu. Nō ob. ꝙ eſt tibi affinitas in quarto, pro eo ꝙ dictā deſponſatā carnaliter cognouiſti, & tunc matrimonium ꝓcedere pōt. genus affinitatis cognoſcitur ꝑ hanc regulā, perſona ꝓiuncta ꝑſonæ per carnis copulā mutat genus, ſed non gradum. & reliqua videantur ſecundū apparatum Io. An. ad quem videndum me remitto. & me conuerto ad apparatū Doc. maxime D. Car. qui latius in hac materia loquitur & proſequitur. vnde aliter ſecundum Doct. & maxime per ipſum D. Car. hæc materia expeditur, & ſequendo ipſius ordinem, hæc materia per octo qōnes venit expedienda. Primo quæritur, q̄d ſit affinitas. ſecundò vnde dicat. tertiò, an ſit impedimentum perpetuum. quartò, quot ſunt affinitatis gña, & qūo cognoſcantur. quinto, qualiter formetur arbor. & ibi tāgitur, quis arborē hanc adinuenerit. ſextò, qb. regulis cognoſcuntur gradus affinitatis. ſeptimò, an inter aſcendentes & deſcendentes ſit perpetua prohibitio affinitatis. octauò, de qōne facti, an relictus ſororis poſſit ꝯhere cū
3 relicta fratris. Quæro itaq;, † quid ſit affinitas. Sol. variè diffinitur. Nā Azo in ſum. C. de nup. duob. modis diffinit. ipſe idē in ſum. Inſti. de gra. aliter etiam diffinit Gof. & Hoſti. in ſum. & cum periculoſum ſit in iure diffinire, vt ff. de reg. iur. l. omnis diffinitio, periculoſius eſt in tāta varietate. pro intellectu tamē vocabuli dic, ꝙ affinitas eſt proximitas, ſeu attinentia ex copula proueniens, per q̄ ꝓſanguinei mulieris efficiuntur affines viro, & econuerſo, & eſt affinitas impedimentum matrimonij, eo. ti. non dēt. ꝙ dico. ĵ. q. 3. & 4 Et hoc, ſi eſt primi generis, ſecus ſi ſecundi, vel vlterioris. ꝙ dico. ĵ. e. q. 4. Et dicit Papias, ꝙ affinitas dr̄ proximitas, quia denotatur propinquitas eorum, qui prius fuerant extranei. dicit tū, ꝙ ēt inter ꝓsāguineos pōt oriri affinitas, cū ēt ꝑ fornicariā copulā ꝯhatur, vt c. diſcretionem. de eo qui cog. ꝓſan. vx. in gl. hic reprobat. & c. penūl. & fi. & hoc ſecundū Canones, qui ꝓſiderāt vnionē carnis per copulā: ſed ſecundum leges non vr̄ induci affinitas, niſi nuptiæ interueniant. ff. de grad. l. non facile. §. affines. & ar. ff. de ri. nup. l. nihil. cum l. adoptiuus. §. ſed uiles. Sed quo ad deferendas hæreditates & tutelas, ſecundum gradū Inſt. de bo. poſ. §. ſunt aūt. & ne quis cogatur aduerſus affinē teſtimoniū dicere. ff. de gra. Iuriſconſultus. in prī. de teſti. l. 4. & 4 q. 3. §. vt in criminali. & §. item l. Iulia. non ꝯhitur affinitas ſine nuptiis. d. §. ſciendū. & §. affines. & pro hoc ꝙ not. Hoſt. in ſum. de ꝓſan. & affi. in prin. & gñaliter vr̄ poſſe dici, ꝙ cum quæritur de affine quo ad omnem alium effectū præterquā quo ad prohibitionē mr̄imonij requiruntur nuptiæ, cū lex hoc dicat, nec canon ꝯdicit, niſi reſpectu mr̄imonij. & ſic ſi ſtatutū dicit ꝙ affines cogātur ꝓmittere, vel quid ſimile, dēt intelligi de affine mediantib. nuptiis, licēt æquè poſſet diſtingui, vt dixi de ꝓputatione graduū ꝓſanguinitatis. s̄. proxima arbore, q. 9. & 10. ſ. ꝙ ī foro ciuili requirūtur nuptię, ſed in canonico nō. Ex hoc ꝙ dixi, & ex fornicaria copula oriri affinitatem. infertur ꝙ quandoq; ꝓcurrit affinitas cum ꝓſanguinitate. Nā ſi quis cognoſcat ꝓſanguineā, orit affinitas, vt prædixi. Et ſic ꝓſanguinei ipſorū ꝑꝑ hāc copulā efficiūtur affines mulieris. eo. ti. ꝙ ſuper his. ex quo. n. vir & mulier ſunt vna caro, nō poteſt aliquis eē ꝑpinquus vni, qn & alteri, 35. q. 10 fraternitatis. ſed inter ꝓſanguineos viri, & ꝓſanguineos mulieris, nulla oritur affinitas, d. c. ꝙ ſuper his. vnde pr̄ & filius ꝯhūt cū mr̄e & filia. ipſe aūt vir & vxor nō affines efficiuntur, ſed ſunt affinitatis cā, vt no. gl. ff. de proc. ſed & hæ. in prin. & no. de procurat. ꝓſtitutus. alias ſi eſſet inter eos affinitas, ſequeretur, ꝙ qs non poſſet ꝯhere cū ea, q̄ cognouit ꝯ id,, de quo de eo, q̄ cogno. ꝓſan. vx. ſignāſti. & rō quare iſti non efficiunt affines, eſt quia ꝑ copulā efficiūtur vna caro. de biga. debitum. vnus aūt & idem ſi non attinet, qa attinentia præſupponit pluralitatē perſonarum, vt s̄. dixi, in arbore proxima, q. 8. Ex his vides, qūo ꝓcurrit affinitas cū ꝓſanguinitate. ꝓcurrit ēt qñq; ꝓſanguinitas & affinitas cum publica honeſtate, vt ſi quis cognoſcit ſponſam: nā ex ſponſalib. ſurgit publica honeſtas, de ſpō. ad audientiā. & c. vno, eo. ti. li. 6. Quādoq; tñ eſt affinitas ſine publica honeſtate, vt ſi quis cognoſcit non ſponſam. Qñq; honeſtas publica ſine affinitate, vt ſi nōdum cognouit ſponſam. vnde ſi mortua vxore tua vis ꝑ diſpenſationē ꝯhere cū eius ꝓſanguinea, oportet ꝙ fiat mentio de impedimento duplici. ſ. affinitatis & publicæ honeſtatis, vt de vſu pallij ex tua rū. de obſer. ieiu. c. fi. & c. 1. & ꝙ ibi no. glo. ꝑ p̄miſſa infert, ꝙ quinq; circa eiuſdē ꝑſonas plures attinentiæ oriuntur, ꝙ dic vt in ℔pe. de conſan. §. 1. Hoſt. etiam ponit verſus.

Nate nepos frater dixit puero, ſua mater
Verum dicebat, ſi quis ſcit ſoluere, ſoluat.

Et dicit, hoc pueriliter dicit, & ꝙ ꝓtingit in teſta. valet ſi ex mr̄e ſua ſuſcepit filiā, puta Bertā, & ſic eſt frater p̄ Bertæ, deinde Berta creſcēte ex ea ēt ſuſcepit filiū puta P. aui eſt filius Bertæ. Item d. T. eſt pr̄, & auus & auunculus ipſius P. Sed hæc expoſitio non declarat qūo pr̄ ſit frater Bertæ. Qua de re D. Car. multum dubius & obſcurus in exēplo dando in ſuo apparatu vtitur his verbis formalib. Ego aūt cū mihi accūbenti & vix excitato dicti verſus occurrerent, nec tenuerim expoſitionem q̄ aliàs audiuerā, nec alia ſe offerret, nec parū vexaret me, vt interea ſomnū nō caperent oculi, cępi dicere pſalmū, Miſerere mei Deus, vt audirēt illa cura, & rediret ſopor. quo pſalmo necdū finito, cū breuis irruiſſet ſomnus, & mox excitato prior redijſſet moleſtia, cępi dictā p̄miſſam orationē, & cū iterū atq; iterū quotiēs neſcio cōtigiſſet id, ꝙ prius tandē cōplacuit ei, q̄ ſuis ꝓditor non ſinit nos tentari vltra q̄ ſufficiamus, ſoporato mihi viſus eſt quidā notus adeſſe, & q̄rere, quid tā affligerē in ſenſu verſuum, qui erāt ꝑfaciles. vide. n. inquit, ſi ponis ex fratre vel ſorore natū puerū, quē ipſū natū pr̄ ipſorū fratris vel ſororis adoptauit: nōne frater & ſoror hac rōne dicit filiū genitū, & dicit nepotē. & quia a pr̄e adoptatū dicit ēt fratrē eſſe. Sed ſatis admirandū venit de tacito viro, qui talē expoſitionē, & exēplū dedit de pr̄e adoptā te, & quia aliter in coniunctione carnali pōt poni exēplū. Nā Berta pōt appellare ꝑ filiū, quia mr̄ carnalis pōt ēt appellare ipſum nepotē, qa filius T. qui T. eſt frater Bertæ, pōt ēt ipa Berta appellare ipſum P. fratrē, quia ipſa Berta & ipſe P. ſunt filij T. & ſic clara remaneat ipſa expoſitio, & explicatio in terminis naturalibus non quærendo ex. terminos & cōicationes ciuiles. vnde dicit ipſe in ti. de ꝓſan. & affi. ꝙ inter eaſdē ꝑſonas plerūq; plures attinentiæ oriunt, vt ecce duæ mulieres habent duos pueros, quos tenent ꝑ manus, & ij pueri ſunt filij ipſarū mulierū, & ſunt filij & fratres duorū maritorū, & vterq; eſt patruus & nepos alterius, quod ꝓtingit ſi mr̄ & filius Narbonenſis ꝯhunt cū mr̄e & filio Pariſien. pueri. n. ex his duob. coniugiis nati, hoc exēplū verum reddūt. v. g. Berta Narbon. habet filiū Martinū; itē Teberga Pariſien. hēt filiū Boſonem: Berta ꝯhit mr̄imoniū cū Boſone, ex quo mr̄imonio naſcitur Caius. Itē Teberga ꝯhit cū Martino ex quo naſcitur Scæuola. Iſti ergo pueri .ſ. Caius & Scæuola idē filij mulierū ipſarum. Nā Caius eſt filius Bertæ, & Scæuola Tebergæ. ſunt ēt filij & fratres filiorū ſuorū, & ipſarū mulierū. nam Caius eſt filius Boſonis filij Tebergæ, & eſt frater Martini, quia vterq; eſt filius Bertæ. Item Scæuola eſt filius Martini filij Bertæ, & frater Boſonis, quia vterq; eſt filius Tebergæ. sūt etiam filij & fratres maritorū ſuorū. Nā Caius eſt filius Boſonis Marti. Bertæ, & eſt frater Martini mariti Tebergæ. & eſt vterq; patruus & nepos alterius. Nā Caius cū ſit frater Martini, quia ex eadem matre Berta eſt, & patruus Scæuolæ. Et per prædicta infertur ꝙ inter virgines non poteſt eſſe affinitas: non enim contrahitur niſi vir & mulier carnali copula cohabitent. 32. q. 2. l. diuina. de eo, qui coguouit conſan. vxoris ſuæ. fraternitati. & requiritur vera copula. vnde pollutio extraordinaria, quæ fieret extra clauſtra pudoris, non induceret affinitatem, 35. quæſtio. 3. extraordinaria. ſic nec etiam ex vitio ſodomitico, vt not. Archid. in cap. vnico. de ſponſ. in vi. etiam ſi fiat cum muliere, & membro mulieris ad hoc non conceſſo vtatur. 32. q. 7. adulterij. & c. vſus. ex ipſa igitur copula vera inducitur affinitas, etiam ſi habita ſit cū inuita. de eo qui cog. conſan. vx. ſuæ. diſcretionem. & idē ſi cū ignorante.

Source : BIU Cujas

rante.No.Host.de spo.§.qualiter hæc doctrina. idem si cum
4 dormiente.no.in c.1.de eo qui cog.consan.vxo.suæ.†Secundo quæro,vnde dicatur affinitas? Dic,quod vna cognatio ad alterius finem accedit.ff.de gra.l.nō facile. §.affines. quod est dicere ꝙ duæ cognationes diuersæ approximantur,& iungūtur per affinitatem, quæ surgit ex copula eo modo,quo s̄. &
5 exponitur affinitas ex ad,& finis,& dimittatur in fi. † Tertio quæro in eo,ꝙ dixi s̄.q.1.in prin.quod affinitas est impedimētum matrimonij,an sit perpetuum? Dic,ꝙ sic,adeo quod ēt mortua vxore vir non potest accipere aliquam de consanguinitate ipsius vxoris vsque ad quartum gradum,& ecōtra. 35.q.10.fraternitatis.eo.ti. non debet. Oppono contra hoc. 3.q.7.§.tua.ff.de postulan.l.3.§.1. Sol. vt no. in d.c.fraternitatis.in glo.s̄. & dic,ꝙ non tollitur affinitas per mortē, quo ad matrimonium.est etiam nepos Scæuolæ,cum sit filius Bosonis fratris Scæuolæ ex eadem matre.s.Reberga. Item Scæuola est patruus,Caius filij Bosonis. Nam Scæuola & Boso sunt fratres,est etiam nepos Caij, cū sit filius Martini fratris Caij. Nec esset alia probatio Neronis, quam præcedens, quia ex quo vnus est patruus alterius,ergo alter nepos. vnde pro clariori intelligentia sequens figura depingitur ad hoc ostendēdum & verificandum,quam similiter ponit Spec.loco s̄.allegato durat quo ad impediendas nuptias.Insti.de nup. §.affinitatis. sed quo ad alios effectus oportet, quod affinitas sit præsens,vt in contrarijs.vnde gl.in d.§.affinitatis.dicit quod non est dissoluta affinitas, licēt dissolutum sit matrimoniū. & tunc facit ad statutum,quo præcipitur quod affines cogātur promittere ꝙ intelligitur,dum est patris affinitas, & idē in similibus.melius dic,vt dixi in alia q.s̄. prox. quod in foro ciuili stabitur legibus,secundum intellectum gl.præmissæ,in canonico canonibus,vt semper duret per d. §. affinitatis.per quod posset sustineri, quod indistincte duret quo ad omnē effectum,etiam secundum leges,nisi vbi reperitur contra in iure,sicut in casu d.l.3.§.1.& hoc probatur ar.eius, quod no. de ope.nunc.c.1.& ita vidi publicè terminari. Sed hæc opin. non videtur vera, quia finita causa priuilegij, finitur ipsum priuilegium.l.sed hoc ita.ff.de re iudi.& ibi gl. no. & hoc voluit Bar.in d.l.3.ff.de postu. vt indistinctè finita affinitate, finiatur priuilegium,præter quam quo ad probibitionem matrimonij.Quartò†quæro in eo quod dixi s̄.q.1.in prin.quod affinitas impedit matrimoniū solum in primo genere, quot sunt affinitatis genera,& quomodo cognoscuntur.dic ꝙ genera possunt esse multa, de quo ꝯ. e. q. Cognoscuntur primò per hanc regulam, persona addita personæ per carnis copulā mutat genus,sed non gradum.& dic genus.s.attinentiæ,quia is qui est mihi consanguineus, si cognoscit aliquam,illa efficitur mihi non consanguinea,sed affinis in primo genere, & sic mutatur genus, sed non mutatur gradus:quia quoto gradu ille erat mihi consanguineus, toto gradu illa efficitur mihi affinis.xxxv.q.v.porrò.& q.3. de propinquis.& c. nullum. & c.æqualiter.supra eo.c.1. In quibus probatur ꝙ æqualiter abstinendum est a consanguineis vxoris, vt a propriis, & sic eodem gradu attinent:persona verò addita personæ per carnis propagationem, non.ꝙ dicit per carnis propagationem, & non per carnis copulationem,quia illa mutat genus, sed non gradum,prout supra dictum est, mutat gradum, & non genus,quia si es mihi consanguineus in secundo gradu in linea æquali,& tu generas filium, ille est in eodem genere, qa etiam est mihi consanguineus, sed non eodem gradu: quia vbi tu mecum eras in secundo ipse est in tertio,vt patet in arbore prædicta. & dicitur ꝙ mutat nupta genus, sed generata gradum.& habes exemplū primi generis. Sed si illa, quæ fuit cognita a consanguineis vel consanguineo meo, cognoscit ab alio non meo consanguineo, ille efficitut mihi affinis eodem gradu,quo ipsa,sed non eodem genere,imo vbi ipsi erāt mecum in primo genere,ipse est mecum in secundo, & si ille factus mihi affinis in secūdo gñe aliā cognoscit prima erit mihi affinis in tertio gñe,& eodē gradu, & vlterius addendo ista quæ est mihi in tertio gñe,& eodem gradu per solā copulā,ille erit mihi in quarto gñe,& sic vltra.de hoc ꝯ.eo.tit.non dēt.in gl.3. & hæc gña præter primū non habent hodie ꝓhibitionē,vt d.c.non dēt.de quib.ēt gñib. dicit Azo in sum. de nup.ꝙ per ipsam illa querelantur homines, sed tamen canones antiqui habuerunt respectum charitatis ampliandæ. ar. 35.q.1.cū igitur.ratio vero quare sunt sublata, ponitur in dicto c nō dēt.sicut aūt ꝑ dictū c.nō dēt, restringitur prohibi-
7 tio ꝟsanguinitatis intra quartū gradū,ita ēt affinitatis.Quinto quæro,qualiter formetur arbor affinitatis.Sol.pone in medio quatuor cellulas vnam sub alia, & in prima scribitur primus gradus, in secunda secundus,in tertia tertius, in quarta quartus,a dextera huius lineæ est alia linea ēt ꝟtinēs quatuor cellulas,vnā sub alia,quarū prima est frater, in secunda fratris filius,in tertia fratris nepos.Iuxta hāc est alia linea ēt ꝟtinēs quatuor cellulas,in quarū prima est vxor fratris,olim relicta, in secunda vxor filij fratris, in tertia vxor nepotis fratris, in quarta vxor ꝑnepotis fratris. Iuxta cellulā vxor fratris olim relicta.quinta cellula est,in qua est relictus relictæ fratris,a sinistris est linea ꝟtinens quatuor cellulas,vnā sub alia, quarū prima est soror,in secūda sororis filia,in tertia sororis neptis, in quarta sororis proneptis. iuxta hāc lineā, est alia linea ēt ꝟtinens quatuor cellulas,vnā sub alia, in quarū prima est vir sororis,olim relictus;in secunda vir filiæ sororis; in tertia vir neptis sororis,in quarta vir proneptis sororis. iuxta cellulam vir sororis olim relictæ est alia cellula,in qua est relicta relicti sororis, & est sic completa formatio arboris, de qua si quærat quis eā adinuenit, vt quæritur de præcedēti arbore, ꝙ in ea dixi in 3.q.dic, quod fuit adinuenta vsu magistrorū ex cā, de qua dixi in d.q.vt ex ostensione ad oculū gradus affi. melius intelligantur,ex quo ad hoc vt de affinitatis gradib.notitia habeatur,ꝟsidera ꝙ ponunt in linea media illa verba, primus gradus,secundus gradus,&c.& non dr affinitatis, qa illi gradus potius,sed ꝟsanguinitatis,& denotat prima cellula,ꝙ frater & soror sunt in primo gradu ꝟsanguinitatis, secūda in qua est secunda gradus,gradus denotat,ꝙ filij duo fratrū sūt in secūdo gradu ꝟsanguinitatis,& sic de aliis,vt supra in arbore proxima q.8.gradus verò affinitatis nulli sūt.ff.de grad.l.4. §.gradus.ꝙ intellige propriè,gradus.n.dñr rōne naturalis cognationis.Nā inter ꝟsanguineos est naturalis cognatio,sed inter affines dñr gradus.ff.de grad.iurisconsultus.in prin. eo.ti. nō dēt.& dic impropriè, qa nō ꝑ se,sed gradus affinitatis cōputant ſm gradus ꝟsanguinitatis,vt supra q.prox.Nā ēt affinitas orit ex ꝟsanguinitate,mediāte copula,vt d.q.prox. & s̄.q. 1.& 2.Sed gña affinitatis cognoscūtur in arbore ꝑ quasdā lineas,quę superius dñr ab vna cellula ad aliā,& primo ducitur vna linea a cellula frater, & sunt ī cellula vir sororis.Et in ea scribitur primū genus affinitatis:frater.n.& vir sororis in primo gñe sunt,a cellula soror ducitur linea,in qua ēt linea scribitur primū genus affinitatis.Nā soror & vxor fratris sunt affines in primo gñe.ducitur ēt alia linea a cellula relictus relictæ fratris ad cellulā relicta relicti sororis, in qua linea scribūtur aliqui,secundum genus affinitatis, & male: sed dēt scribi quartum genus,quia isti sunt in 4 genere.per ea quæ.s̄.q.px. Sed si vis habere secundū genus,duc lineā a cellula,vxor fratris olim relicta ad cellulā,vir sororis.cū.n. vir sororis sit fratri in primo gñe, vt nūc dixi,ergo vxor fratris, q̄ adiungitur ei per copulā, mutat genus, & sic est in secundo genere, vt nunc dixi. ergo si vxori fratris adiungitur persona ꝑ copulā. s.ipse maritus relictæ fratris,ipse erit in tertio gñe. pro hoc videas quare in cellula vxor fratris,ponitur olim relicta,& simi liter in cellula,vir sororis,dicitur olim relictus,vt denotetur ꝙ isti cano.diuersē habuerūt copulā,ꝙ indicatur dux cellulæ extremæ ab vtroq; latere.s.relictus relictæ fratris,& relicta relicti sororis.in cellulis aūt aliis nō ponit verbū relictus,vel relicta,quia pro exēplo diuersorum generum affinitatis sufficiunt cellulæ præmissæ. Sed sub cellula, relictus relictæ filij fratris, tūc in cellula vxor filij fratris deberet dici, olim relicta, & sic de aliis. Ex his patet quare in extrema cellula a dextris dicitur, relictus relictæ fratris: Et a sinistris,relicta relicti sororis, tamen in istis duabus posset dici in altera vir relictæ fratris,in altera vxor relicti sororis,& nō surgeret diuersitas,quia idē importatur.s.ꝙ isti sunt in quarto gñe.porrò de noīb.qb.appellant affines,hr.ff.de gradi.l.4.§.nomina.35.q.5. ꝙ aūt.Ego aūt ipsā arborē affinitatis aliter & clarius formādā duxi,vt inspiciētib. clarior notitia materiæ habeatur, vt dicā
8 in fine sequentis qōnis.Sextò quæro, †qb.regulis cognoscuntur gradus affinitatis. Sol.patet ex dictis in duab.proximis qōnib.ex qb.colligit vna regula, quæ sola sufficit, & est talis,per carnalē copulā viri & mulieris,inter ꝟsanguineos mulieris & virū est affinitas, & ꝟsanguineos viri & mulierē orit affinitas primi gñis,& eius gradus,cuius est ꝟsanguinitas.& dixi viri & mulierē,& nō viri & vxoris,ꝑ id ꝙ dixi s̄.q.j.reliqua verba lucidius declara ꝑ d.q.& exēplifica in arbore. Nā fr & sorors sūt in primo gradu ꝟsāguinitatis, & est vxor fratris sorori in primo gradu affinitatis filia sororis est fratris in scdo gradu ꝟsāguinitatis,& sic maritus eius est fratri ī scdo gradu affinitatis. Itē neptis sororis est fratri in tertio ꝟsanguinitatis,cuius maritus in tertio affinitatis. Itē ꝑ neptis sororis est fratri in quarto ꝟsanguinitatis,cuius maritus in 4.affinitatis, & sic ex altero latere: Nā fratris filius est sorori ī scdo ꝟsanguinitatis, eius vxor in scdo affinitatis,fratris nepos in tertio ꝟsanguinitatis, cuius vxor in tertio affinitatis,ꝑneposī 4.ꝟsāguinitatis, eius vxor in 4.affinitatis,& iste fratris ꝑnepos,cū sit in 4.gradu cō sanguinitatis cū quolibet descendēte per aliā lineā. sub cellula soror sic,& eius vxor in 4.affinitatis cum quolibet illorum.

Source : BIU Cujas

Sed ſi pro nepos generet filium, cum ille ſit in quinto conſanguinitatit. Et ſi idem pronepos generet filiam relictus ſororis poſſet hanc accipere,& ſimiliter relictus filiæ ſororis,& relictus neptis & relictus proneptis, quia quilibet illorum in quinto gradu affinitatis. Ex his & ex dictis. ſ. q. prima, infertlo. An. q ſtatim quod ego ſim tibi affinis,& filius quem procreo, non erit tibi affinis, ſed conſanguineus tuus eſt, & ſic mutat genus attinentiæ. Sed quando nil tibi attinet, vt ſi maritus conſanguineæ ex altera filium procreat, ille nec consãguineus, nec affinis tuus eſt. Quandoque iſte procreatus mutat gradum,& non genus, vt ſi tu conſanguineus vxoris meę procreas filium, ille mihi eſt affinis, ſicut tu. ſed non ſemper eodem gradu. nam ſi tu & vxor mea eratis conſanguinei in linea æquali, in ſecundo gradu, licet tu ſis mihi affinis in ſecundo, ipſe filius tuus non eſt in ſecundo ſed in tertio. Quandoq; iſte procreatus, nec mutat genus, nec gradum, vt ſi tu & vxor mea eratis conſanguinei in tertio gradu, in linea inæquali, & vxor mea erat remotior a ſtipite, ſi tu procreas filium, ipſe ẽt erit affinis meus,& tertio gradu, ſicut tu. Infert ẽt idem Ioan. And. quod non ſequitur, ego & tu ſumus affines,& ego non poſſum accipere filiam tuam, ergo nec tu meam, quia ſi habeo conſanguineam tuam in vxorem, tu potes contrahere cum filia, quam habui ex alia vxore, quia vt dixi in quæſtione iſta, inter conſanguineos viri & mulieris nulla oritur affinitas, ſed ego non poſſum contrahere cum filia tua, ſi erat intra quartum gradum conſanguinitatis cum vxore mea defuncta. &c.

FINIS.

TRACTATVS

Affinitatum per quæſtiones Gregorij Rhamnuſij Tarinatis. I. V. D.

SVMMARIVM.

1 *Affines vnius coniugis an & in quo genere ſint affines alteri & an inter eos nuptiæ concedantur.*

2 *Affines ſunt viri & vxoris cognati.*
Affinitas eſt regularitas perſonarnm omni carens parentela ſanguinis.
Perſona addita perſonæ per carnis copulam mutat attinentiæ genus non autem gradus.
Triplex affinitatis genus vniuſcunq; origo & cuius libet exemplum ſubiicitur.

3 *Sororis meæ vir vxoris meæ affinis eſt in ſecundo genere quo caſu licite forent inter eos nuptiæ.*
An relictus ſororis cum relicta fratris matrimonium contrahere poſſit, quod ſic & quare.
Vir ſororis & vxor fratris non ſunt inuicem affines & quare.
Vxores duorum fratrum in ſecundo genere ſunt affines.
Is qui vnam ex vxoribus fratrum acceperit alteri fit affinis in tertio.
Vxor mea & ſororis meæ vir in ſecundo genere ſunt affines & ſimiliter mariti duarum ſororum & vxores duorum fratrum.
Vxores duorum fratrum hodie non ſunt affines.
Vxor fratris vxoris meæ in ſecundo genere mihi eſt affinis.
Vxor mea ſororis meæ viro & viri duarum ſororum & vxores duorum fratrum in ſecundo genere inuicem ſunt affines.
Vxor poteſt accuſare virum de adulterio commiſſo cum vxore fratris vxoris vel filij vxoris ex altero viro.
Inter affines committitur inceſtus.

4 *Cui non conuenit diffinitio nec eius illi conuenit diffinitum.*

5 *Omnes conſanguinei vxoris ſiunt ea mediante affines viro.*

6 *Inter affines primi generis olim non concedebantur nuptiæ niſi in 7. gradu: ſed inter affines 2. generis vſque in quartum tantum prohibebantur.*

7 *Affinitas contrahitur cum conſanguineis & affinibus iuncti vel iunctæ.*
Affines mei ſunt affines vxoris meæ.
Cuius inire nuptias non licet, nec eius coniugis licet.

8 *Affines viri non ſunt vxori, nec affines uxoris uiro, & inter eos matrimonium conceditur.*
Filij non debent eſſe melioris conditionis quam parentes eorum.

9 *Affinitas 2. & 3. generis de iure canonico tantum introducta eſt, & non per leges ciuiles.*
Vxores duorum fratrum de iure ciuili ſunt affines.
Vxores duorum fratrum habent ſpeciale nomen affinitatis, & dicuntur inuicem ianitrices, ſeu interes, ſeu fratriæ.
Viri duarum ſororum dicuntur Aelij.
Penes ius ciuile 2. & 3. genus affinitatis incognitum eſt.
Ius ciuile prohibet inter me & vxoris meæ affines matrimonium contrahi.
Sancti patres & Pontifices cupientes charitatem inter homines ampliari non conceſſerunt matrimonium niſi in longè remotioribus gradibus.

10 *Vir & vxor vna caro dicuntur.*
Argumentum a coniugatis ualidum eſt affirmatiue & negatiuè.
Quicquid uni coniugatorum conuenit alteri conuenit.
Nulla maior coniugatio quam uxoris & uiri.

11 *Vxorem quondam patris mei adoptiui mihi etiam emancipato non licet ducere.*
Vxor patrui iure diuino mihi affinitate coniungitur.

12 *Naturale uinculum maioris potentiæ eſt quam ciuile.*
Facilius amittitur quæſitum ex diſpenſatione, & de iure ſpeciali neceſſitate conceſſum quam naturali iure quæſitum.
Naturalis cauſa uincit accidentalem.
Ius naturale eſt immutabile, ciuile vero ſemper mutari ſolet.
Cognati dicuntur frater & ſoror uxoris.

13 *Vxores duorum fratrum ſunt in primo genere affinitatis.*

14 *Tribus modis quis nobis affinis fieri poteſt.*
Primi generis affinitatis tres enumerantur ſpecies.
Vxor priuigni mei & conſequenter quæ ſe cognationi uxoris meæ appoſuit tanquam affinis mihi uxor fieri non poteſt.

15 *Perſona addita perſonæ per carnis copulam mutat attinentiæ genus, tunc demum quando perſona addita additur perſonæ additæ per carnis copulam cum ea & exempla ſubiiciuntur.*

16 *Diffinitio eſſentiam, deſcriptio intelligentiam claudit, ſeu demonſtrationem, & declara §. affines.*

17 *Non omnes affines primi generis eodem gradu tantum iunguntur, nam inter eos qui inter ſe loco parentum uel liberorum habentur in nullo gradu nuptiæ conceduntur.*
De iure ciuili prohibentur nuptiæ inter liberos & parentes in infinitum.
Nouerca genere affinis eſt in primo gradu auunculus autem in 3.
Inter collaterales de iure ciuili conceduntur nuptiæ in quarto gradu niſi parentum & liberorum loco habeantur.
Secundum Canones diuerſis gradibus affines primi generis poſſunt copulari.
Plures uni additi cognationi inuicem attinentes fiunt omnesq; dicuntur quirites.
Quæcunque uni & eidem ſunt eadem inter ſe ſunt eadem.

18 *Inter conſanguineos naſcitur amicitia ex communicatione naturali per carnis propagationem, aut quia unus eſt ab alio aut ambo a 3.*
Conſanguinitas eſt quędam naturalis communicatio ſanguinis, quia ſanguis ultima digeſtione digeſtus eſt materia proxima ſeminis.

19 *Inter nos uni additos cognationi eſt quoddam uinculum debilius, quam ſit inter nos & conſanguineos coniugum, prout inter fratres, quam inter patrem & filium,& quare.*
Adhærentes ſunt qui ſunt eiuſdem uelle cuius eſt principalis.
Maior eſt affectio inter principalem, & quamlibet ſibi adhærentem quam inter ipſos adhærentes.
Dilectio principis tanta eſſe debet erga adhærentes quod ſine ipſis pacem facere non debet niſi primo eos tutos, ac ſecuros reddet.

20 *Natus ex affine mea, & non ex conſanguineo ſed ex alio nihil ad me attinet, quomodo intelligatur.*
Spirituale uinculum eſt maius & potentius quam carnale, intenſiue tamen non extenſiue.

21 *Si quis cognoſceret decem mulieres, illę omnes eſſent inuicem affines, & conſequẽter qui cum una earum contraherent, cum alia earum non poſſet contrahere, quod tamen eſt falſum, ut infra.*

22 *Omnes quæ mihi copulantur meis conſanguineis affines fiunt, non autem inuicem ſecum. Decẽ ame cognitæ & ego ſumus unus corpus facti cuius corporis ego maſculus ſum caput & nulla illarum.*
Non ſolum uxor & uir fiunt una caro, ſed etiam concubina & concubinarius.

23 *Duas cognatas affines num quis poſſit uxores capere, diſtinguendum eſt ut infra.*

24 *An quis uxores duorum fratrum diuerſis temporibus poſſit capere.*

25 *Inter coniugem coniugis conſanguineæ meæ & me non eſt affinitas & nuptiæ inter nos non ſunt uetitæ.*
Inter me & coniugem conſanguinei vxoris meæ adeſt affinitas & prohibẽtur nuptiæ.
An inter me & coniugem affinis mei ſit affinitas diſtinguẽdum eſt, & colligitur.

26 *Quod tu quando meam potes uxorem capere, non autem ego tuam.*

27 *Tribus modis uidetur quis affinis mihi poſſe fieri primi generis, & ſubiiciũtur exempla.*

28 *Coniugem conſanguinei coniugis meæ mihi affinem eſſe & inter nos nuptias non licere.*

Source : BIU Cujas

Communis opinio in iudicando & conſulendo, eſt ſequenda.

29 *In caſu dubio id capi debet, quod tutius eſt & animæ vel honoris periculo caret.*

30 *Hodie computantur genera affinitatis, licet eorum prohibitio ſit ſublata, quare.*

31 *Nunquid duarum ſororum viri inuicem in primo an in ſecundo genere ſint affines.*

32 *Poſtulans contra priuignæ virum, an contra affinem poſtulet.*

33 *Stante ſtatuto quod affinium cauſæ compromittantur, lis oritur inter duas vxores fratrum quæritur, an compromitti debeant.*

34 *Emancipatus ante emancipationem erat vere & proprie agnatus.*

35 *Statuti verba proprie debent intelligi.*

36 *Affines primi generis tantum a teſtimonio repelluntur.*

37 *Stante ſtatuto quod affines compromittant, an affines ſecundi gradus compromittere cogantur diſtinguendum eſt vt infra.*

38 *Nulla ſecundi generis affinitas ex ſimplici copula contrahitur.*

39 *Multum refert noſſe cuius generis ſint affines quæ vtilitas ex huiuſmodi cognitione proueniat & plura affinitatis ſingularia enumerantur vſq; ad numerum. 54. exclus.*

54 *Amitam priuigni mei, & ſororem & filiam mihi eſſe affinem vt pote ad quas ego acceſſionem fecerim ſicut etiam mater ſoror amita, & filia ſoceri ſocrusque affines ſunt genero cum ad eas ille appulerit.*

55 *Is qui meæ conſanguineæ iungitur omnibus de conſanguinitate mea & illius conſanguineæ eſt affinis in primo genere.*

56 *An vitrici matrem aut generi filiam quis poſſit capere.*

57 *Defenſores ciuitatum patres dicuntur ciuium.*

58 *Vnus & idem poteſt vni & eidem eſſe patruus & ex fratre Nepos, vt in exemplis.*

59 *Nuptias cum liberis eius quæ patri meo iuncta eſt concedunt canones, eas tamen cum eius liberis, quæ patruo vel auunculo nupta eſt prohibent, diſtinguendum vt in ſeq. nu. 60.*

61 *Affines improprie dicuntur ad quorum affines fit acceſſio, proprie vero tantum ſunt qui acceſſionem fecerint.*

62 *Diſpoſitum in vno ex correlatiuis, cenſetur etiam diſpoſitum in altero.*

Gener per copulam ſuam ſocero & vniuerſis ſuæ coniugis conſanguineis fit affinis, & conſequenter ad omnes acceſſionem facit, ſocer vero non per ſuam ſed per filiæ copulam cum viro ad Generi ſui accedit cognationem non quo ad ipſum tantum generum, & illi tantum fit affinis.

Ab ethimo non ſemper verborum proprietas capitur.

Argumentum ab ethimo eſt probabile non concludens.

63 *Affinitas improprie pluribus modis capitur quorum aliqui enumerantur.*

Affinitas impropriiſſimè capitur, vt infra.

DIVINO Implorato ſuffragio affinitatis materiam tractaturus, ſparſim per ſcribẽtes & obſcure diffuſam, vt ipſam lectorib. præbeam pinguiorem & clariorẽ, ac nouas & hactenus ab eis intactas quæſtiones ad perpetuã vtilitatẽ eorum præſertim, qui in Sacro Pœnitẽtiariæ parco Ro. Cur. verſantur allaturus, illas in ſex partibus principaliorib. diuiſi, De Generibus, videlicet affinitatis, in qua ardua illa quæſtio diſputabitur, an affines vnius coniugis ſint affines alteri, & in quo genere, & an liceat inter eos matrimonium cõtrahere. Rurſus de affinitatis origine, vbi multa belliſſime cumulata leguntur. Tum de affinitatis diſſolutione, vbi de profunda, ardua & difficili quæſtione diſputatur, in qua Doctores omnes vacillare videntur videlicet, An ſoluto matrimonio ſoluatur etiam affinitas. Quarto, de affinitatis gradibus & vſque ad quem gradum affinis eſſe intelligaturi. Quintò, quorum nominum appellatione affines veniant. Poſtremo de matrimoniis iure diuino tantum, affinitatis ſeu etiam conſanguinitatis ratione vetitis ſeu permiſſis.

Primã igit partẽ aggredior reliquas ꝑpediẽ editurus, ſi ea ſatis lectoribus diſplicere non videatur: videlicet, Super generibus affinitatum.

1 Et primo quæritur, †affines vnius coniugis, an & in quo genere ſint affines alteri, & an inter eos nuptiæ concedantur. Quæſtio hæc lata plurimas in ſe continet ſpecies, quarum nõ nullæ nominatim per ſcribentes exprimuntur, omnes tamen huc redeunt. Generalem enim tradendam tradunt regulam, ex qua multarum ſequatur deciſio quæſtionum, vt per D. Ant. de But. in c. nam concupiſcentiam, extra de conſtit. vt ibidem refert And. Sicu. num. 7 pro quo dicit facere glo. in c. cum ſit ars. de æt. & qualit. Et quia graduum affinitatis materia difficultate non caret, ſicut nec vtilitate, vt per Io. And. in arb. affin. & per alios ſcribentes in materia, & exempla manifeſtius declarant, l. vt rñſum. C. de trãſ. l. ꝓtori. §. Iulianus. ff. de coll. bon. §. hactenus. Inſt. de gradib. §. ſed ſi Inſt. de acti. & ibi gl. Et lõgũ iter eſt per præcepta, breue & efficax per exẽpla, ſecundum Senecam, vt refert Io. Pe. Ferr. in for. interro. in glo. Ad declarationem, in principio. Pro faciliori igitur præfatæ quæſtionis & infra dicendorum dilucidatione exemplis vtemur, vtq; illuſtrium nomina noſtram illuſtrent narrationem, in Heroibus & Heroinis inferius ſcriptis ea ſumemus.

CAmill⁹ Gaetanus Herſiliæ Ioãnis Frãciſci Vrſini vxoris frater Beatricẽ Traiecti Ducis filiã Federici Ferdinandi Portiæ & Ioannæ ſororem duxit coniugem.

Ex eaq; Bonifacium Caterinæ Piæ virum Honorati Agneſinæ Columnæ viri & Beatricis Angeli Cæſii vxoris Patrem genuit. Federicus cum Caterina Sanſeuerina, Ferdinãdus cũ Caſſandra Capuana Portia cum Diomede Carrafa, Ioanna cum Ioanne Bernardino Aquæ viuæ Nericiorum Duce contraxit nuptias: Defuncta Beatrice Camillus Flaminiam Hoſtilii Sabelli Violantis Vrſinæ viri & Claudiæ Aloiſii Gaddi vxoris germanam accepit vxorem ex qua Nicolaum Cardinalem ſuſcepit filium.

Hæc autem affinitatum ſchemata ſemper in conſpectu atque ob oculos habenda ſcribentes admonent, ſi quæ de ea ſcribuntur perfectè ac perſpicue intelligere legentes voluerint.

Nunc in hac queramus ſpecie, Camilli affines, an & in quo genere ſint Flaminiæ. Videtur dicendum nullos Camilli affines affinitate primi generis Flaminiæ iungi, cum quibuſdam tamen eorum permitti, cum quibuſdam ſemper prohiberi nuptias. Si enim affines ſunt viri & vxoris cognati, iuxta. l. nõ facile. §. affines. ff. de grad. Camilli affines ſunt Flaminiæ ſecũ
2 dæ & Beatricis primæ coniugis cognati. nec non & coniuges conſanguinearum & conſanguineorum ſuorum, indeq; illi de Traiecto exprimas & Sabelli ex ſecũda cõiuge & Vrſinus Pia, Ceſius, & Colũna, vt cognati ꝯiugum eorũ & earũ. Nulli aũt ex ſupradictis Flaminiæ vñr affines ꝓprie loq̃ndo ĩ primo videlicet genere. Cognati ſiqdẽ eius videlicet, Sabelli, licet ſint facti affines Camillo, non tamen inde facti ſunt Flaminiæ ſed remanſerunt ei poſt nuptias ẽt cognati, cum affinitas ſit regularitas perſonarum oĩ carens parentela ſanguinis, vt per glo. 1. §. affinitatis. Inſti. de nupt. & poteſt etiã colligi ex d. l. non facile. §. affines. ff. de grad. & not. in c. nõ debet. extra de conſan. & affi. Beatricis autem primæ vxoris cognati, videlicet illi de Traiecto & ꝯiuges cognatorũ ſeu cognatarũ Camilli, vtputa Vrſinus, Pia Cæſius, & Colũna, licet ſint Camillo in primo gñe affines, Flaminiæ .n. vñr in ſecundo & tanquam non ſint affines proprie, quod inter eos concedantur nuptiæ per d. c. non debet. Nulli igitur ex prædictis Camilli affinibus videtur in primo genere affines Flaminiæ, & cũ iſtis poſtremis, videlicet cum illis de Traiecto, & cum coniugibus cognatorum Camilli ei permitti nuptias, cum primis vero, videlicet cum Sabellis non propter affinitatẽ, ſed propter cognationem prohiberi.

Quod aũt illi de Traiecto & coniuges conſanguinearum, vel conſanguineorum, licet ſint ei in primo, tamen Flaminiæ videantur in ſecundo, videtur probari ex regula c õiter recepta, de qua in glo. in d. c. non debet. extra de conſan. & affi. vbi vult quod perſona addita perſonæ per carnis copulam mutet attinentię genus, non autem gradus: Indeque fieri vñ, quod cum Camillus additus fuerit per carnis copulam Beatrici, factus illis de Traiecto puta Federico, Ferdinando, & Portiæ affinis in primo genere, & in primo gradu. Attinentia ſiquidem tantum mutata, eſt nam Beatrix eis erat attinens conſanguinitate in primo gradu de iure Canonico, Camillus autem additus, factus eſt attinens in eodem gradu, tamen affinitate, addita poſtea Flaminia per copulam Camillo, mutatur etiam hic attinentiæ genus, non tamen gradus. Vnde cũ Camillus eẽt Beatricis fratrib. attinẽs affinitate primi gñis & primi gradus, quia gradus nõ mutatur ſecundi tñ generis. Item, vt per ſanctum Bonauen. 4. ſenten. diſt. xli. verſ. Ad intelligentiam. nu. 8. & per Riccard. d. diſt. artic. 1. q. 4. verſ. Reſpondeo. Primum affinitatis genus ſurgit ex conſanguinitate, & prima ſanguinis commixtione: Secundum verò ſurgit ex affinitate & ſecunda ſanguinis commixtione T:ertium ex ſecũda affinitate, & tertia ſanguinis commixtione. Exemplũ, dicunt, frater tuus contrahit cum Maria, ea fit inde tibi affinis in primo genere, ſi illa ſecundo nubat, ille fiet tibi in ſecũdo: ſi ille poſtea alteri iungetur mulieri, illa tibi in tertio genere affinis efficitur. Hæc illi, vnde collige infraſcriptos verſus.

Primi eſt, iuncta tibi, cui nupſerit inde, ſecundi.
Tertij erit, fratri quam capit ille tuo.

Camillus igitur per copulam cum Beatrice factus eſt Federico,

Source : BIU Cujas

derico,& reliquis eius fratribus in primo genere affines,Flaminia mox Camillo iuncta facta eſt Federico & reliquis in ſecundo genete & illi, ecõtra.Quod ſi alteri poſtea copulata fuiſſet Flaminia. Secundus eius vir in tertio genere in primo tamen gradu Beatricis euaſiſſet fratribus

3 Videtur & quod inter eoſdem quandoq; primi & ſecundi generis affinitas concurrere poſſit, vt ſi ſoror vxoris meæ nuberet relicto ſororis meæ,mihi tunc in primo & ſecundo foret ipſa affinis genere. Hinc ſi Portia Beatricis ſoror mortua Herſilia nupſiſſet Vrſino, fuiſſet Camillo in primo & ſecundo genere affinis. vnde verſus.

In primo genere atque gradu genere in que ſecundo eſt,
Nupta ſoror ſponſæ cui ſoror ante meam.

Vnde cum Flaminia facta ſit affinis Federico ex affinitate, quæ inter Federicum & Camillum erat,& ex ſecunda ſanguinis commixtione videlicet,Prima ex Camilli cum Beatrice, & poſtea ex ſua cum Camillo, merito dicenda eſt affinis in ſecundo genere facta Federico,qui Camillo affinis in primo fuerat & nuptias inter eos concedi. Et pariter inter eandem & Vrſinum ſecundi generis videtur affinitas, cum inter eos ea proceſſerit ex affinitate,quæ inter Camillum & Vrſinum contracta fuerat,& ex copula Vrſini cum Herſilia & Camilli cum Flaminia.Et licet Vrſinus ſit Camillo in primo genere, Flaminiæ tamen in ſecundo videtur affinis, cum ex ſecunda affinitate &ſecunda ſanguinis commixtione affines facti ſint & conſequenter inter eos matrimonium permitti. Et idem inter Camillum & Vrſinam ſiue Sanſeuerinam vel Capuanam. Et ita in terminis tenet Præpo. in d.c. non debet.col.4. verſi. ad ſecundum & in Arbo. affini. col.8. in glo. in ver.ad demonſtrandum,ſcribens ſororis meæ virum vxori meæ affinem eſſe in ſecũdo genere, quo caſu licitæ forent inter eos nuptiæ,vt d.c.non debet.

Idem in col.pen.verſ.in glo.in ver.vxoris,ex ea concluſione quod quis duorum fratrum vxores capere poſſit,aliam dicit quæſtionem poſſe decidi, videlicet an Relictus ſororis cũ relicta fratris matrimonium cõtrahere poſſit? concludit poſſe,quia in ſecundo tantum ſunt affines genere,& refert quod Card. ibidem ſcribit ſuper hoc articulo a quodam ſuo auditore fuiſſe conſultum & quod ſeparati fuerant contrahentes quoniam putabãt,quod ſicut maritus eſt fratri vxoris in primo genere affinis, ita etiam ipſius eſſet vxor,ag.c. Martinus, de cogna.ſpir.vbi vir & vxor actiones ſibi communicant.Sed quod ibi alia ratio eſt, inquit ipſe:nam ibi actio eſt totaliter ſpiritualis. Item quia vxor fratris non efficitur ſorori affinis eadem cauſa, & quod frater per viri ſororis cum ſorore copulam fit affinis,ſed vxor fratris per copulam cum ipſo fratre. Cum igitur Flaminia facta ſit Vrſino affinis per ſuam cum Camillo copulam, Camillus vero per copulam Herſiliæ cũ Vrſino, cum ſit diuerſa ratio affinitatis inter Flaminiam cũ Vrſino quam inter Camillum cum eodem,diuerſa etiam videtur affinitas, dicitq; quod hinc ſurgit id,quod dicit Io.An. in glo.quod perſona addita perſonæ per carnis copulam, mutat attinẽtiæ genus.Et vidiſtis inquit,de facto in Magnif.Iur. vtriuſq;Doctore & milite Domino Antonio de Lonate, qui Domini Andreæ ſororem in vxorem duxerat,ea autem mortua & dicto domino Andrea accepit dominam Conteſinã eius coniugem.

Et idem Præpoſitus in d.c.non debet,col.4.in fi.verſ. quæro pro intellectu,vbi affinitatis declarans genera, dicit cõiunctus maritali vel fornicaria copula alicui affini meo in primo genere mihi fit in ſecundo.Item Pet.de Palu.4. ſen.41.diſt.q. 2.quod vir ſororis & vxor fratris non ſunt inuicẽ affines,quia affinitas affinitatem non cauſat ſed quod opus eſt perſonam quæ affinitas eſt cauſa alteri illorum de quorũ affinitate quæritur conſanguineam eſſe,nam per hoc fit mihi quis affinis ꝙ ipſe vxori meæ vel concubinæ conſanguineus eſt.Et ſimiliter Sanctus Bonauentura in d.diſt.quæſt.2.per plures rationes tenet affinitatem in alterum non tranſire.

Affinitatis igitur Camilli cum illis de Traiecto,vel cũ coniugibus conſanguineorum ipſius, videtur in Flaminiam tranſire non poſſe,& conſequenter nec fratres Beatricis nec Vrſinum,nec Caterinam Piam,nec Ceſium,nec Agneſinam affines fuiſſe Flaminiæ , quamuis omnes fuerint Camillo in primo genere.Indeq;nec Gadum nec Vrſinam Camillo fuiſſe, licet Flaminiæ fuerint.Item nec Carraſam,nec Aquam viuã, nec Sanſeuerinam,nec Capuanam fuiſſe affines Camillo,quę tamen Beatrici primæ eius vxori in primo genere affines fuerant. Et ſimiliter inde fieri videtur ac in proxime dictis nec Angelum Ceſium Agneſinæ Columnæ affinitate iungi, qui tamen Honorato iunctus eſt eius viro: Nec Sanſeuerinam Capuanæ,licet ſint earum coniugibus.

Et per ſupradictam regulam , de qua in d.c.non debet,glo. tenet,vxores duorum fratrum in ſecundo genere affines eſſe Et ſimiliter Abb ibidem ſubdens,quod is qui vnam ex vxoribus fratrum acceperit , alteri fit affinis in tertio. Sentiens vt ibi glo.vxores duorum fratrum eſſe in ſecundo.Vnde additũ illum,eſſe in tertio.Item Hoſtien.in ſum.in tit.de affin.§.qualiter ipſa genera,verſ.Hoc autem ſecundum genus, tenet vxorem meam & ſororis meæ virum in ſecundo genere affines eſſe,& ſimiliter maritos duarum ſororum & vxores duorum fratrum.Idem in §. qualiter ipſa arbor.verſ. Tertia quæſtio.quod vxores duorum fratrum hodie nõ ſunt affines.Itẽ Ant.de But.in d.c.non debet. verſ.ad tertiam, & Steph.Coſt. in tract.de affin.in princ.col.3. num.9. verſ. Tertio quæritur. & Marc.Ant.Blan.in tract.de compro. quæſt.3.num.30. col. 2.& Oliuer.in tract.de affin.num. 31. verſ.Secundum genus, tenent vxorem fratris vxoris meæ in ſecundo genere mihi affinem eſſe.Et vxorem meam ſororis meæ viro & viros duarũ ſororum,& vxores duorum fratrum in ſecundo genere inuicẽ affines eſſe.Et idem videtur ſentire Salic.in l.1.C.de adult. dicens,quod vxor poteſt accuſare virum de adulterio commiſſo cum vxore fratris vxoris vel filij vxoris ex altero viro, nec dicit etiam de inceſtu, cum ſi eſſe eos affines inuicẽ crederet,dixiſſet de inceſtu,cum inter affines committatur inceſtus etiam ita refert Aug. ad Ang.de malef.in glo.che me ha adulterato.verſ.Quæro,quia video.num.25.

4 Pro prædictorum & communi opin. præter ſupradictas rationes & regulas nos infraſcripta etiam adducimus fundamenta.Cui non conuenit diffinitio,nec eius illi conuenit diffinitum, vel econtra, vt.l.1.§.dolum, & ibi Bar.ff.de dolo.& in l.fi.iuncta glo. ff. de verb. ſig.& 27. quæſtio.2.in princ.& c. dudum.de electio.Sed affinium diffinitio non competit illis de Traiecto cum Flaminia,nec & cum eadem & coniugibus conſanguineorum vel conſanguinearum Camilli,non igitur ſunt inuicem affines:ſunt enim affines viri & vxoris cognati, text.in d.l.non facile.§.affines.ff.de gradi.& glo.in.c.poſt vxo-
5 ris.30.quæſtio.4.Quod omnes conſanguinei vxoris fiunt ea mediante affines viro.& eſt text.in c. quod ſuper. de conſan. & affin Cognati vero Beatricis primæ vxoris Camilli ſiue cõ iuges conſanguineorum ſeu conſanguinearum Camilli non ſunt cognati Camillo,non igitur videntur Flaminiæ poſſe dici,& ſic etiam de alijs,de quibus ſupra loquuti ſumus.

6 Item fortius, Inter affines primi generis olim nõ ꝓcedebãtur nuptię,niſi in 7.gradu,vt in cap.nullum.35. quæſtio.3. ſed inter affines ſecundi generis vſque in quartum tantum prohibebantur,c.de propinquis.d.q Et Steph. Coſt.in tract. de affin.nume.12.in princip.Sed relictam conſanguineorum vxoris meę vſque in quartum gradum ducere prohibebar,& nõ vſque in ſeptimum,vt in c contradicimus.d.quæſt.vxor igitur conſanguinei vxoris meæ non in primo , ſed in ſecundo videntur affines genere.

Coniuges igitur conſanguinearum Camilli,puta Vrſinus, Cæſius,& Pia,in ſecundo genere videntur affines Flaminiæ; Et ſimiliter coniuges conſanguinearum Beatricis & Flaminiæ in ſecundo genere affines Camillo,& conſequenter Carafam ſeu Gadum non fuiſſe affines Camillo, nec etiam Sanſeuerinam aut Capuanam eaſque licuiſſe Camillo mortua Beatrice vxores capere.

COntrariam vero partem inter cognatos primæ vxoris Camilli & Flaminiam.Item inter eandem,& coniuges conſanguinearum Camilli ſentire videtur idem D. Anto. de Butr.in d.c.non debet.verſ.Quæro cum quibus.dicens quòd affinitas contrahitur cum conſanguineis & affinibus iuncti, vel iunctæ.Vnde ſi habeo conſanguineos vel affines, ſunt affines vxori meæ.Et eius conſanguinei vel affines ſunt affines mihi. Conſanguinei vero mei vel affines cum conſanguineis vel attinentibus vxori meæ matrimonium recte cõtrahunt.Hæc ille. Et Præpoſ.in d.c.non debet. verſ.Ad quintum.eiſdem vtitur verbis,&idem ſentire videtur, licet alias ſecus ſenſerit, vt ſupra viſum eſt. Si ergo vt ipſi dicunt hic, Affines mei ſunt affines vxoris meæ ſequeretur quòd cognati Beatricis, cum ſint affines Camillo in primo genere, ſint etiam & Flaminiæ. ſic etiam coniuges cognatorum ſeu cognatarum Camilli,cum ſint Camillo, ſint etiam Flaminiæ affines primæ,intelligendo primi generis.Hotom. in tract. de affin.col.fi. indiſtincte tenet interpretatos matrimonium eẽ prohibitum, & ponit hanc regulam,cuius inire nuptias non licet,nec eius coniugis licet,per tex.l.vxorem. ff. de ritu nup. Porrò text. ille multum vrget. Siquidem vxorem quondam priuigni coniũgi matrimonio victrici dicit,nõ oportere nec in matrimonium nouercam ei conſentire,qui priuignæ maritus fuerit, & idem ius de aliis ſimilibus Hoto. arbitratur, propter eandem rationem. Nihil tamen ad deducta pro contraria parte ipſe,vel Ant.de But.vel Præpo.reſpondent.

Si vero

Source : BIU Cujas

Si vero vera foret Hotom. regula, nulli relictã alicuius capere liceret, cum eius coniugẽ capere prohibeatur, per l. cũ vir. C. de adul. Nec vlla relictũ alterius per l. fẽdissimam. C. eo. Vn de contraria suæ regulæ videtur verior, videlicet, Cuius inire nuptias licet, eius non licebit coniugis: Flaminia enim, secundum Hotom. regulam, non potuisset Camillo iungi, cũ non potuisset Beatrici eius coniugi per iura supra deducta. Si verò ipse Hotom. intelligit suam regulã, hoc velle ꝙ nemo possit nuptiis ei iungi, cuius viro si ipse mulier esset, vel ei cuius vxori si ipse mas esset, iungi non liceret, nec hoc tñ vr verũ. Nã relictũ sororis meæ altera soror mea capere non posset: eius autem vxorem si mas esset, non prohiberetur, cum relictus ille in primo genere sit affinis sorori meæ, eius autem vxor in secundo. Portia. n. Beatricis soror Camillum capere non potuisset, cum sit in primo genere affinis, sed bene Flaminiam capere, si altera earum esset mas, cum tantum secundi generis affinitas sit inter eas. Et vt clarius hoc aperiatur, ponemus exemplum in Aemilia, quæ post xij. annum sui cũ Bulano matrimonij in marem versã Aemilius factus vxorẽ duxit, de qua per D. Fortu. in suo tract. de natur. virgi. concep. de qua forte & multis aliis alias dicemus. Nonne verũ est Bulani fratrẽ Aemiliã fratris relictam capere non potuisse, cum sit affinis in primo genere? Aemilij vero facti relictam potuisse, cũ sit in secundo. Quoquo igitur modo Hotom. capiatur regula, posse procedere non videtur. Circa vero principale quæsitum, nunquid affines vnius coniugis sint etiam alteri? Postrema opin. Anto. & Propo. & Hotom. affirmatiua non videtur omnino vera. Non enim perpetuum est, affines meos vxori meæ affines esse: Federicus enim & Ferdinandus Camillo affines erant in primo genere, Flaminiæ vero in secundo. & nuptiæ inter eos fuissent licitę, per d. regulã, de qua ĩ d. c. nõ dẽt.

8 Contra vero priorem & cõmunẽ opin. quæ vult affines viri non esse vxori, nec affines vxoris viro, & inter eos matrimonium concedi, multum obstat text. in d. l. vxorẽ. ff. de ri. nup. allegatus per Hotom. vbi inter vxorem priuigni & victricum & inter nouercam & virum olim priuignæ prohibẽtur nuptiæ, ergo inter affines coniugum non videntur concedi. Et affines vni coniugi etiam alteri videntur. Item videt absurdũ dictu, quod coniunctior quis sit mihi q̃ parentes eius, quorum ratione filius ipse attinet, cum propter quod vnũ qđ que tale & illud magis, auth. multo magis. C. de sacrosan. eccle. Et idem iudicatur de causa, quod de causato: quinimo fortius, vt no. Pau. de Cast. in l. maritus. C. de procura. Et filii non debent esse melioris conditionis, q̃ parẽtes eorũ. l. si viua matre. §. in nepotibus. C. de bon. mat. Et ꝙ per Bart. in l. 2. §. videdum. ff. ad Tertul. Et per Bal. in l. maximũ vitiũ. C. de lib præt. vt ꝑ Corn. consi. cxcix. volu. 2 num. 40. & Thom. Gramma. in decis. 1. nu. 4. & in decis. 63. num. 12. Sed filii coniugis consanguineæ sunt affines vxori meæ, ergo & parentes eorũ eodẽ genere, cum fuerint affinitatis causa. Indeq; sicut Flaminia non posset vlli consanguineo Camilli iungi, ita nec alicui alicuius eius consanguineę viro, cum nec possit eius, qui gradu remotior est. Hinc videtur nõ posse iungi Vrsino, cũ nec eius filio. Præterea ſecundi, & tertii generis affinitas de iure Canonico tantum introducta est, & non per leges ciuiles, vt in c. licet ex quadam. extra de testib. & in c. cum igitur. 35. q. 1. & per Io. And. in decla. arbo. affinitatis, in fi. vbi etiam ꝙ huius introductionis causa fuit propter ampliandam charitatem. Sed de iure ciuili vxores duorũ fratrũ sunt affines, vt d. l. non facile. §. affines. ff. de grad. Et ita tenet etiam glo. in l. si super. C. de transa. videtur igitur intelligi de primo genere affines esse, cũ alia affinitatis genera tẽpore illo essent incognita. Accedat ꝙ nullum speciale nomẽ affinitatis secundi vel tertij generis etiam de iure canonico descriptum reperitur: vxores autẽ duorum fratrum habent speciale nomen affinitatis, cũ dicantur inuicem Ianitrices, vt in c. qđ autem. 35. q. v. & in d. l. non facile. §. affines. vel Inateres, secundum Alci. lib. ij. dispun. c. 23. fo. 234. Itẽ dicuntur fratriæ. Idẽ Alci. in d. l. si super. in glo. a fratre. Itẽ duorum sororum viri dicuntur Aelii, vt per Alci. in d. lib. dispun. videtur igitur primi generis affines dicendi. Et si ius ciuile, penes qđ incognitum est secũdum & tertium affinitatis genus: Et qđ in propinquiori gradu concedit nuptias, vt in §. duorum. Instit. de nupt. prohibet inter me & vxoris meæ affines matrimonium contrahi, vt d. l. vxorem. ff. de ri. nupt. Quo modo sit credendum, qđ ius canonicum & sãcti patres & Põtifices id concesserint? cum ipsi charitatẽ inter homines ampliari cupientes, vt per Augu. in lib. de ciuit. Dei. & transumptiue in c. cũ igitur. 35. q. 1. nõ nisi in lõge remotioribus illud concesserint gradibus, vt 35. q. 2. & 3. per totum, & in d. c. nõ debet, extra de consa. & affi. Nec mirum, quoniã vir & vxor vna dicuntur caro. c. admonere. 33. q. 2. c. debitum. de biga. c. ad Apostolicam, de conuer. coniu. c. gaudemus. de diuor. c. fraternitatis, 35. q. 10. Et si sunt vna caro, quomodo potest alĩ quis vni pertinere, quin pertineat alteri? vt d. text. c. fraternitatis. Cum igitur vxori fratris ego affinis sũ & illa mihi, cur nõ etiam vxori meæ pari modo pariq; affinitate sit affinis? Et si validum est argu. a coniugatis affirmatiue & negatiue, vt per Boet. in Topic. & quicquid vni coniugatorum conuenit, alteri conuenit, vt ibidem. ad quod. l. damnati. C. de hære. & mani. Quæ maior autem coniugatio q̃ vxoris & viri? certe nulla, secundum Bald. in cons. cc. considerato. in princ. vol. 5. vt refert Nicon. in arg. 7. nu. 13. in suis ducẽtis argumentis. Cur igitur, qui mihi affinis est eius vxor mihi non sit affinis in supra dictis casibus? licet argumentum a coniugatis aliter intelligatur: 11 Et si adoptiui patris mei quondam vxorem mihi etiam emancipato ducere non licet, vt l. adoptiuus, in princ. ff. de ri. nupt. Cur vxorem fratris vxoris meæ liceat mihi capere? Ibi aderat ciuile vinculum. s. inter me & patrem adoptiuũ, quod pariter per aliud ius ciuile. s. per emancipationem est sublatũ & tamen prohibeor eam vxorem ducere, quæ adoptione stãte mihi loco nouercæ tantum erat, vt ibi. hæc vero inter me & fratrem vxoris est affinitatis vinculũ ꝙ naturale est, argu. c. requisisti. §. si vero. extra de testam. & Bal. in l. affinitatis, in princ. C. cõm. de succes. secundũ Præpos. in arb. affi. col. 3. in fi. & aperte patet, Leuit. cap. 18. vbi iure diuino mihi patrui vxor affinitate coniungitur. Naturale autem vinculum potentiæ maioris est q̃ ciuile. Bal l. senatus. C. ad Velleia. Et facilius amittitur quæsitum ex dispensatione & de iure speciali necessitate instante, q̃ naturali iure quæsitum, vt per d. Ant. in ca. de famulis. extra de ser. non ord. per illũ text. & naturalis causa vincit accidentalem. l. qui habebat. ff. de tutel. Abb. in c. si quis contra. num. 12. de fo. compet. & ius naturale est immutabile, ciuile vero semper mutari solet, Instit. de iu. nat. gent. & ciui. §. pen. sicut igitur vxorem eius, qui per fictionem quãdã ciuilem dum is vixerat & adoptio durabat mihi attinẽs erat, etiam post emãcipationem, & sic post adoptionis dissolutionem in vxorem ducere vetor: sic & magis vxorẽ eius qui dũ vixit mihi naturali vinculo coniunctus erat, ducere prohiberi videor. Pro hac etiam opin. videtur facere Ruth. cap. 1. vbi Noemi dixit Ruth nurui sue: en, reuersa est cognata tua ad populũ suũ: intelligẽs de Orpha inatere ipsius Ruth. erãt. n. vxores duorũ fratrũ, videlicet Maalon & Chelion filiorũ. Elimelech. & Noemi. vñ Noemi vocat suas nur⁹ inuicẽ affines inter eas capiẽdo cognata ꝑ affine: sicut ẽt capit ĩ c. qđ aũt. 35. q. 5. vbi cognati dñr fr & soror vxoris, & Exod. c. 18. & Num. c. 10.

Siquis autem ad secundum pro hac opin. fundamentũ respondeat filium consanguineæ viri, vxori affinem esse ratione consanguineæ sui viri, & non ratione viri illius consanguineæ: Non ne ad hæc responderi posset, quod non potest quis mihi ex matre tamen affine primi generis affinis nasci, nec ex pre solo in eodem genere? Quicunq; enim nascitur ex duobus, quorum alter tantũ mihi affinis est in primo genere, ipse tamen natus non erit mihi in primo, vt per glo. in d. c. non debet, in ver. secundis nuptiis. de consa. & affi. & per Io. And. in arb. affi. & inter eos hodie matrimonium cõceditur, vt in d. c. non debet, sed natus ex viro consanguineæ vxoris meæ est mihi affinis in primo genere, vtpote cognatus vxoris meę iuxta d. l. non facile. §. affines. ff. de grad. Non igitur consanguinea tãtum vxoris meæ, sed vir etiam eiusdem in primo genere affinis est mihi. Nam si alteri tãtum eorum in primo genere affinis esset, eorum filii non essent in primo. Et quod vxores duorum fratrum sint in primo genere, vr ẽt probari per text. in c. contradicimus. 35. q. 3. vbi dicitur quod si contigerit alicui ex vxoribus duorum fratrum vxorẽ ducere post eius mortem, vir non poterit affinem superstitem coniugem ducere, nisi in quinto gradu affinitatis inueniatur: vnde si tu cepisti vxorem consanguinei mei, tunc demum ea mortua meã vxorem posses capere, si in quinto gradu affines essẽt illæ mulieres: secus igitur si essent in proximiori? sed si vxores duorũ consanguineorum essent in secundo gñe affines, tu additus per carnis copulã esses alteri in tertio, ꝑ supradictã regulã cõsequẽs est falsũ, ergo & antecedẽs l. 2. §. 2. ff. si cert. pet. l. apud antiquos. ver. qm̃. C. de fur. si. n. esses ĩ tertio ꝓcederent inter nos nuptię in secũdo gñe, vt Host. in sũ. in tit. de affi. & cõsan. §. vsq; ad quẽ gradũ. Ver. Genus tñ tertiũ. & ꝑbat in d. c. cõtradicimus. in fi. Sed inter nos nõ ꝓcedunt nuptię, nisi ĩ 5. gradu affi. essetis: nõ igr uos in tertio, sed in secũdo gñe affines estis, & consequenter illi erant affines in primo. Item ex alio colligere possumus duorũ cõsãguineorũ vxores in primo gñe affines esse: Nã Fabianus & Iulius, põtifices antiqssimi, solũ de secũdi gñis affinitate & eius impedimẽto sẽtiebãt, nã tertiũ genus addidit Paschalis Papa secũdus, qui post illos fuerat per plura secula, vt colligitur ex d. c. cõtradicimus, in fi. Sed Fabianus prohibuit eũ qui duxerat vxorẽ vnius, ne caperet postea

Source : BIU Cujas

vxorem alterius conſanguinei viri prioris vxoris, niſi illæ eſſent in v. gradu affines. Sentiebat igitur Fabianus inter te, qui ex duabus vxoribus conſanguineorum ceperas vnam, & illā alteram eſſe affinitatem ſecundo genere tātum, & conſequē ter inter illas eſſe primi generis. Nam ſi inter eas fuiſſet ſecundi, inter te, & alteram fuiſſet tertij. Quo circa non prohibuiſſet ipſe matrimonium illud, cum poſtea fuerat introductum tempore Paſcalis ſecundi, tertium genus, vt in d.c. contradicimus. in fi. Qui Paſchalis fuerat de anno Domini 1100. Fabianus vero de anno Domini 240. & fuit XL. Pontifex. Paſchalis ſecundus autem fuit clxviij. ex prædictis igitur videntur vxores duorum fratrum non ſolum ſecundum leges vt ſupra oſtenſum eſt ſed etiam ſecundum canones primi generis affines eſſe. Inde etiam intellectus per nos datus ad dictā regulam de perſona addita, a vero nō videtur alienus. Si enim intelligenda foret, put hactenus intellecta eſt, vxores duorū fratrum eſſent ſecundi & non primi generis affines, cuius contrarium arguunt per nos deducta, vt infra videbitur.

Hæc ſunt, quæ non modicum dubiam videntur facere cō munem opin.

Sed nonne poſſemus ex ſupradictis colligere quod affinis
14 fit quis nobis non ſolum duobus modis, vt putant, ſed etiam tribus, videlicet vno ex his tribus, aut quia nos ad eorū, aut quia ipſi ad noſtram, aut quia vterque noſtrum ad tertij per copulam acceſſerimus cognationem? Et ſi volumus cognoſcere, an quis ſit nobis affinis, inſpiciamus an aliquid ex his tribus interuenerit inter nos, nam ſi interuenit aliquid, tunc affines ſumus ſi nullum eorum accedit, non ſumus in primo genere affines. Vnde verſus.

Affinis mihi, nupta meis, cuiusq; propinquis
Iunctus ego, aut illis addita queis & ego.

Et conſequenter quod ſicut tria affinitatis ſunt genera, primum videlicet ſecundum & tertium: ita primi generis, quod hodie ſeruatur, tres ſint ſpecies. Prima eorum, qui ad noſtrā acceſſerunt: Secūda eorum, ad quorum nos acceſſimus. Tertia eorum, qui ad eorum, ad quorum etiam nos, cognationē per copulam acceſſerunt. Vnde verſus.

In genere eſt primo, ſpecieq; affinis eadem
Quæ conſanguineo iuncta puella meo.
In genere affinis primo, ſpecieq; ſecunda
Cognatus ſponſi creditur eſſe mei.
Affines generis ſpecies dat tertia primi
Cognatum noſtri dum capit illa viri.

Item.

Cum conſanguineis cocuntes corpore noſtris.
Affines prima dicimus in ſpecie.
Fortia præterea ſpeciei vincla ſecundæ,
In conſanguineis coniugis eſſe noto.
Cum conſanguineis coeuntes coniugis omnes
Affines nobis tertia norma dabit.

Item.

Victricus, affinis primæ, atq; iniuſta nouerca
Progener atq; gener pronurus atq; nurus.
Priuignus, leuir priuignaq; gloſq; ſecundæ:
Proſocer atq; ſocer proſocrus atq; ſocrus
Poſtremæq; manent Aelius, Inatereſq;
Victricus vxoris, victricus atq; viri.
Vxor priuigni, priuignæ virq; nouerca,
Victricus & ſocrus coniugis, & ſoceri.

Et ex his quod affines primæ ſpeciei vnius coniugis ſint alteri in eodem genere & gradu in quo eſt illi. Hinc illi qui facti ſunt affines Camillo, quia acceſſerunt ad Caetanam cognationem, & conſequenter primæ ſpeciei facti Camillo sūt etiam Flaminiæ, hinc Vrſinus Pia Ceſius & Columna, ſicut Camillo, ita & Flaminiæ fuerunt affines in primo genere, & pari gradu. Vnde verſus.

Quos dederat ſpecies affines prima marito,
Quo genere eſt illis ſponſus, & vxor erit.

Affines vero ſecundę vel tertię ſpeciei vni ex coniugibus, videlicet illi ad quorum cognationem cōiunx acceſſerat vel illi qui ad eorum ad quorum coniunx ipſi etiam acceſſerunt cognationem alteri cōiugi ſunt remotiores vno genere: hinc verſus.

Tertia quos vero ſpecies vel forte ſecunda
Illis proximior coniuge ſponſus erit.

Hinc illi de Traiecto, ad quorū acceſſit Camillus, & Carafa, & Sanſeuerina, & Capuana, qui ad eorum, ad quorū & Camillus, acceſſerunt cognationem, Camillo ſunt in primo genere, Flaminiæ vero in ſecundo Si vero coniuges illorum de Traiecto tranſiſſent ad alia vota ſecundi eorum viri, fuiſſent Camillo in ſecundo genere, Flaminiæ vero in tertio.

Et ſuper propoſita quæſtione videlicet, An affines Camillo ſint affines Flaminiæ, videtur poſſe dici, Aut illi sūt affines Camillo, quia ſe Camilli appoſuerunt cognationi per copulam, & conſequenter Camillo affines in prima ſpecie & tunc dicamus eos affines Flaminiæ in eo eſſe gradu & genere affines, quo ſunt Camillo. Indeq; fieri quod Vrſinus, & Pia, & Cæſius, & Columna, qui Caetanæ cognationi per copulā ad hæſerunt, ſicut Camillo in primo genere, & in primo gradu primi duo, reliqui vero in primo genere, & in ſecūdo gradu affines, pariter in eodem genere & gradu facti sūt affines Flaminiæ. Et inter eos nuptias prohiberi per text. in d.l. vxorem. ff. de ri. nup. vbi vxor priuigni mei, & conſequenter quę ſe cognationi vxoris meæ appoſuit, tanquam affinis mihi vxor fieri non poteſt. Item per text. d.l. non facile. §. affines. ff. de gradi: vbi vxores duorum fratrū inuicem dicūtur affines. Hinc Capuana Sanſeuerinę affinis facta eſt, illa Ferdinando, hæc Federico, fratrib. nubendo. Nec dari poſſit quod aliqua cognationi vxoris meæ per copulam iuncta quæ mihi nō ſit affinis per ſupradictas, & inferius in ſolutionibus dandis exponēdas rationes. Aut illi ſunt affines Camillo, quia ipſe eorū per copulam adhęſit conſanguinitati, puta Federicus & Ferdinandus & conſequenter in ſecunda ſpecie: Aut quia ipſe & illi vni & eidem ſe appoſuerunt ſanguini, vt Sanſeuerina & Capuana, & ſic in tertia ſpecie, & horum nulli ſint affines Flaminiæ in primo ſed in ſecundo genere. Et in huiuſmodi affinibus ſecundæ & tertiæ ſpeciei primi generis procedit dictum ſancti Bonauen. & aliorum dicentium affinitatem ex affinitate nō trahi, huiuſmodi enim affines vnius coniugis non inde ſunt alteri coniugi, ſed bene affines primæ ſpeciei vnius coniugis ſunt etiam alteri. Non video igitur quomodo bene dixerint D. Ant. & Præp. indiſtinctè dicentes affinitatē contrahi cum affinibus iuncti vel iunctę inter iunctum, & iunctam, cum tātum vno ex tribus modis inter eos eſſe poſſit affinitas, videlicet in prima ſpecie hoc eſt inter coniuges conſanguineorum coniugis, non autem procedit in alijs duabus ſpeciebus. Hinc Flaminia facta eſt affinis Vrſino, & Cæſio, & Columnæ. & Piæ affinibus Camilli, quia illi ſe eidem cognationi per copulam adhæſerunt, cui & ipſa: non autem Federico, vel Ferdinādo quorum cognationi adhęrendo per copulam Camillus affinis eis factus eſt. Nec etiam facta eſt affinis Sanſeuerinæ, & Capuanæ, quæ affines erant Camillo quod omnes eidem ſe appoſuerunt cognationi. Datur autem quandoq; quod qui mihi ſit affinis quia vni & eidem adhæſerimus cognationi q̄ fit etiam pariter vxori meæ affinis, non ea tamen ratione, q̄ ille ſit mihi affinis, ſed quia iunctus eſt cognatæ vxoris meæ. Hinc Aloiſius Cadus erat affinis Camillo, quia ſe ambo Sabellæ cognationi appoſuerant affinis erat Flaminiæ non ea ratione q̄d affinis eſſet eius viro, ſed quia vir erat Germanæ ipſius Flaminiæ.

Verum quia tota huius opin. difficultas conſiſtit in ſoluendo adducta in contrarium, ideo vt veritas magis perſpicue appareat ne pigeat candide lector, ſequentes perpendere ſolutiones ſpectandæ an exigendæ ſint potius.

15 Ad primum itaq; fundamentum pro contraria & communi parte factum, videlicet ad regulam, quæ vult quod perſona addita perſonæ per carnis copulam, mutet attinentiæ genus, quæ videtur omnes ad contrariam deduxiſſe ſententiam, nonne poſſet huiuſmodi dari reſponſio, videlicet Regula illa tunc demum procedit quando perſona addita additur perſonæ additæ per carnis copulam cum ea. Et conſequenter in exemplis per glo. ibi datis, vti fratris vxor additur fratri, & inde cum frater viri eſſet viro conſanguineus, fit illius vxori affinis & illa illi. Ei vero additæ vt ſupra ſi additur ſecundus vir, fiet ille prædicto fratri prioris viri affinis in ſecundo genere. Cui ſecundo viro, ſi additur alia per copulā, erit in tertio gne affinis prædicto fratri prioris viri. Si vero adderetur perſonæ non additæ, non mutaretur attinentiæ genus. Nā ſi frater ducit ſecundam vxorem licet illa addatur primæ, quia tamē nō additur illi per mutuā carnis copulam, illa ſecūda fratris vxor non erit mihi in ſecundo, ſed in primo genere affinis, prout erat prima vxor. Et licet addita ſit fratri per mutuam copulā, quia tamen non eſt addita per copulam perſonæ, ſimiliter additæ per copulam, tamen frater ſit mihi additus per propagationem & non per copulam ipſa non dicitur mihi affinis in ſecundo, ſed in primo genere. Item ſi relicta fratris poſt ſecundum virum acciperet tertiū, licet tertius ille ſit perſona addita per carnis copulam cum vxore fratris mei, ex quo videbatur affinitas in tertio genere quia intercedentibus tribus nuptijs & tribus perſonis, & quia tertio loco emanauit & per carnis copulam additus tertio loco. Tamen quia carnis copula nō fuit cum tertio & ſecundo viro, cui additus eſt tertius: ſed cum relicta fratris addita fratri meo, ille mihi non in tertio ſed in ſecundo affinis eſt genere, qualis eſt & ſecundus.

Non

Non enim habet locum ea regula in coniugibus consanguinearum coniugis meę: Nam vxor fratris vxoris meę non est persona addita per copulam, additæ per copulam mihi, nec ego illi: nō igitur inter nos secundi generis est affinitas. Dicta enim additio ad eum fieri debet, quem Hoto. in tract. de affi. car. 36. dici proprie affinem putat, videlicet eum qui accessionem fecerit, non eum cui accessio facta est. Quare cum ego ad fratris vxoris meæ cognationem accesserim, per copulam cum eius sorore, si qua mihi postea coniungeretur per copulam fieret fratri vxoris meæ in secundo genere affinis, quoniā addita esset mihi qui additus fueram eius cognationi per carnis copulam, cū eius sorore. Pari rōne vxor mea addita meæ cognationi per copulam facta est meis consanguineis in primo genere affinis si postea caperet alium sic adderetur ille vxori meæ per copulam, fieret ille in secundo genere affinis iis qui vxori meæ erāt in primo, vnde cum Io. Franciscus additus fuerit cognationi Caetanæ & Flaminia eidem addita fuerit cognationi, non inde inter se dicendi sunt affines in secundo genere cum nullæ interceserint secundæ nuptiæ inter aliquem ex eis, quibus inuicem contracta sit affinitas, & cum nemo eorum additus fuerat per carnis copulam alteri personæ, similiter per copulam additæ, prout opus fuisset: licet enim Flaminia ad Caetanam cognationem accesserit quia tamen Camillus non Vrsinam, sed Ioannes Franciscus ad Caetanam accessit cognationem, inter Io. Franciscum & Flaminiam secundi generis affinitas dici nō potest. Eodemq; modo vxores duorum fratrum vt Sanseuerina & Capuana, quæ vni & eidē cognationi de Traiecto per copulam adhæserunt: primi inter se generis non secundi factæ sunt affines, nam neutra earum addita est per carnis copulam alteri additæ similiter per copulam. Nam licet Sanseuerina per copulā cum Federico fuerit addita & facta Ferdinando affinis in primo genere, cui Capuana copulata fuit, eaq; Federico in eodē genere affinis facta sit: quia tamen nullæ interceserunt secundæ nuptiæ non est inter eas secundi, sed primi tantum affinitas generis. Ita etiam & Camillus & Aloisius per copulam Sabellæ adhæserunt familiæ in primo tantum sunt affines genere.

16 Nec moueat text. d. l. non facile. §. affines. vbi videtur affines soli consanguinei coniugis vnde videtur quod sororis meæ vir non sit affinis vxori meæ, & consequenter nec viri duarum sororum, vel vxores duorum fratrum, nam responderi potest quod hæc non est affinium definitio. Alioquin si ibi ipsi ibidem contradiceret iureconsultus, cum ibidem ipsæmet vxores duorum fratrum inter affines connumeret. Est igitur potius descriptio quædam affinium. Et vt inquit Bal. in l. maximum vitium. C. de lib. præte. quem refert etiam Ni. Euer. in loco, a diffi. Diffinitio essentium, descriptio intelligētiā claudit, seu demonstrationē, secundū eūdē Bal. in l. cū qs. col. v. C. de iur. & fac. ign. Sentit enim ibi iure cōsultus omnes vxoris cōsāguineos, viro affines esse, & oēs viri cognatos vxori affinitate iungi, nec inde intēdit nullos affines meos vxori meæ affines esse, vel eius mihi, cum contrarium appareat sentire in d. §. affines. & in d. l. vxorem. ff. de ri. nupt. Dum itaque legitur affines sunt, viri & vxoris cognati, punctus sit post verbum sunt, & non post verbum affines. sic enim legendo verum dicitur. Et hoc intenditur, vxoris & viri cognati sūt affines, & nulli sunt vxoris vel viri cognati, qui non sint affines, quod verum est. si vero punctus esset post verbum affines, intenderetur omnes affines esse vel viri vel vxoris cognatos, & nullos affines esse qui non sint vxoris vel viri cognati, quod falsum est, vt ex prædictis euidentissime patere videt.

17 Ad aliud, dū dicebatur quòd cum olim prohiberentur nuptię inter me & relictam consanguinei vxoris meæ vsque in quartam vel tertiam generationem, ex eo inter nos non videtur primi generis affinitas, cum in primo genere non concederentur nuptię, nisi in vij. gradu: licet hoc argumentum valde vrgeat. videtur tamen responderi posse, quod non omnes affines primi generis eodem gradu tantum iunguntur. Nam inter eos, qui inter se, loco parentum vel liberorum habentur, in nullo gradu nuptiæ conceduntur, vt per Hosti. in sum. in tit. de affi. §. vsque ad quem gradum. vers. sed nunquid. linea tamen. hoc videtur procedere inter ascēdentes & descendētes consanguineos, & non inter affines. Nam de iure ciuili prohibentur nuptiæ inter liberos & parentes in infinitum; Vnde Adam, inquiunt, vxorem hodie capere non posset, iuxta tex. & glo. §. non omnes. Instit. de nupt. Sed inter affines qui liberorum & parentum locum obtinent vsque ad tertiū gradum tantum affinitatis prohibentur. Prohibemur enim patris, aui, & proaui tantum vxorem ducere. Item vxorem filij, nepotis, & pronepotis. Item filiam, neptem, & proneptē vxoris, vt est tex. l. adoptiuus. §. nunc videamus. ff. de ri. nup.

Nec mirum, quia nurus est mihi loco filiæ, & non filia. §. affinitatis. Insti. de nupt. Et ius ciuile parificat affines liberorum & parentum obtinentes locum consanguineis transuersalibus, qui eandem vicem obtinent, nam vtrosque loco filiorum & parentum esse dicit, & inde inter eos matrimonium prohiberi, vt in d. §. affinitatis. & §. socrum. & §. amitam. Inst. de nup. Hinc videmus inter eos non concedi matrimonium etiam in quinto gradu de iure ciuili, vt l. sororis proneptē. ff. de ri. nupt. vbi sororis proneptem capere in vxorem nequeo, quoniam parentis loco ei sum, vt ibi dicit tex. quæ mihi est in quinto gradu de iure ciuili. §. quinto. Insti. de gradi. licet Ang. Aret. in §. fratres. Insti. de nup. contrarium sentiat. Quin maiorem rationem in huiusmodi consanguineis inducit prohibendo inter eos nuptias arbitratur glo. in l. auunculo. ff. de cond. si. cau. in §. fin. in glo. fi. cum dicat inter hos iure naturali, inter affines autem iure ciuili prohibitas esse nuptias, p intellectu verbi magis, ibi positi. Sed ille tex. videtur sentire magis esse prohib. tas inter priuignū & nouercam, vel nurū, & socerum, quam inter auunculum, & sororis filiam, si volumus illud verbum in ea specie, referre ad proximum, hoc est ad nouercam & reliquos, cum natura huius pronominis is, sit ad proximum subiectum referri, secundum gl. in c. accedens. 2. vt li. non contest. & Soci. in consi. in materia feudali. nu. 40. fol. 100. Nisi fortè dicamus, q socero maior sit adhibēda veneratio, q auunculo, arg. c. affinitatis. Insti. de nupt. Sed quo ad prohibitionem nuptiarum pariter prohiberi, vel iō in tex. illo videntur magis prohibere inter eos affines, eo qa sunt in gradu proximiori attinentes, quam auunculus. Nouerca enim genero affinis est in primo gradu, Auunculus autem est in tertio, Insti. de gradi. §. tertio. & not. in d. c. non debet, de consa. & affi. Et ideo tex. ibi dicit, Atqui vel magis in ea specie nulla causa dotis dandę fuit, videlicet propter proximiorem gradum, quo affines illi sunt iuncti: Sed siue in perpetuum etiam inter affines parentum & liberorum loco habitos prohibeantur nuptiæ, vt sentit Ostien. siue vsque ad gradus per nos adductos supra satis patet inter affines primi generis non fuisse in pari gradu prohibitas nuptias, cum in remotiori gradu prohibeantur affinibus parentum & liberorū locum obtinentibus, quam transuersalibus, etiam de iure ciuili. Non igitur bona est sequela, his affinibus conceduntur nuptiæ in propinquiori gradu quam illis, ergo hi sunt in secūdo gñe, illi in primo affines, cum tam socrus quam collaterales affines sunt in primo genere. Vnde inter collaterales non inuenitur prohibitum matrimonium vsq; in tertium gradū, sicut inuenitur inter affines parentum & liberorum loco habitos esse prohibitum vt d. l. adoptiuus. ff. de ritu nupt.

Et similiter videmus inter collaterales de iure ciuili concedi nuptias in quarto gradu. §. duorum. Instit. de nupt. ramē inter collaterales, qui parentum & liberorum habentur loco, non conceduntur in quarto vt. §. fratris Instit. eo. l. sororis pneptem. ff. de ri. nupt. vbi nec in quinto, & hoc secundum leges ciuiles.

Non mirum igitur videndū est quod secundū Canones diuersis gradib° affines primi generis possint copulari. Indeq; inter affines collaterales, eosq; in. 7. gradū phibeat matrimoniū, vt in d. c. nullum, videlicet inter eos q erāt affines ea ratione, qua erant consanguinei vxoris, inter eos vero qui non ea ratione, sed quia vterq; ipsorum vni & eidem appositus erat cognationi in quinto gradu concedebantur, vt in d. c. contradicimus, vt sunt Camillus & Aloysius & Violantes, qui oēs Sabellæ cognationi per copulam adhęserunt. Et cum quilibet eorum Sabellis affinitate attineant in primo genere, ipsi etiam inter se eodem attinent genere, pariter etiam Flaminia, Io. Franciscus, Catherina, Pia, Agnesina Columna, & Angelus Cæsius, cum per carnis copulam ad Caetanam accesserint cognationem, sicut Caetanis in primo genere facti sunt affines, ita etiam inter ipsos inuicem eodem genere iuncti sunt, quia quilibet ipsorum vni & eidem additi sunt per copulam cognationi. Subiiciamus exempla, sicut enim Narnienſis factus in omnibus & per omnia ciuis Tarinas dicitur conciuis Rheatini similiter Tarinatis facti: licet enim originarij propriè dicantur ciues, tamen hi qui in omnibus & per omnia facti sunt ciues, dicuntur etiam propriè ciues, vt per Bal. in l. si non speciali. nu. 7. ver. originarius. C. de testa. ord. & in l. omnes populi. col. penul. ff. de iust. & iu. vt refert Ias. in l. j. num. 16. ff. de leg. j. & per Roma. consi. 82. versi. secundo. & si Narnienſem illum Rheatinus ille offenderet, conciuem offendisse diceretur, quoniam cum ipsi additi sint Tarino per eam vtriusque eidem oppido factam additionem, conciues facti sunt. Ita etiam plures vni additi cognationi inuicem attinentes fiunt. Ita enim Lucerum sicut Rānensium tribus erat conciuis Tarienſi, quoniam Lucerum & Tarienſiū tribus

bus additæ fuerant Rannenſi,& omnes dicuntur Quirites. Liui.lib.i.facit text. Inſtit.de iu.nat.gent.& ciui.§. ſed ius quidem.Et in huiuſmodi terminis procedit dictum ſancti Bonauentu.in d.q dicentis,Quęcunque vni & eidem ſunt,eadem inter ſe ſunt eadem.

Et ſi pater tuus arrogat Iuliam & Paulum, non ſolum tibi prohibetur nubere Iulia, quod facta ſit de tua cognatione,ſed etiam Paulo,eo quod vterq; eorum vni & eidem additi ſunt per adoptionem agnationi,vt per,Io de Pla.& Ang. in §. inter eas.Inſtit. de nupt. Cur qui tuas ſorores duxerint non ſolum tibi facti ſunt affines eo quod ſe tuę appoſuerint, agnationi, ſed ēt ipſis inuicē credantur affines,eo qđ vterq; ipſorū eidem ſe appoſuerint ꝙſanguinitati. Item ſicut ſi ego addor imperatoris exercitui, dicor Imperatoris cōmilito, & ipſe mihi.l.j.ff.de milit.teſta.& ſi tu poſtea adderis, non ſolum Imperatoris, ſed etiam meus diceris commilito. l. Lutius.ff.e.& l.milites.C.eo.& l.ij.§.initium.ff.de orig.iu.ita etiā additi vni cognationi inuicem attineant. Nam vt per meam & vxoris copulā fit commixtio mei ſanguinis cum vxoris, quæ eſt de ſui fratris ſanguine,ita per copulam fratris vxoris meæ commiſcetur ſanguis eius cōiugis ſanguini vxoris meę & conſequenter ambo eidem commiſcemur ſanguini.

19 Item ſicut inter conſanguineos naſcitur amicitia ex communicatione naturali, per carnis propagationem, aut quia vnus eſt ab alio, aut ambo a tertio, Ariſto. Ethico. viij. Eſt enim conſanguinitas quædam naturalis communicatio ſanguinis,quia ſanguis vltima digeſtione digeſtus, eſt materia proxima ſeminis.Riccar.xl.diſt.art.j.q.j. verſ.Reſpondeo.iiij. ſenten. ita inter affines dicendum videtur quod ſit inter eos affinitas & amicitia ex communicatione naturali per carnis copulam, aut quia vnus ſe alterius appoſuerit cognationi, aut quia ambo tertij appoſiti ſint cognationi,etiam ſicut frater amat fratrem, non quod ipſe ex eo ſit, ſed quod vterque ab vno eorum patre.Ita ego & vxor fratris vxoris meæ ſimus affines & inter nos eſt amicitia & naturalis communicatio, non quoniam ego illius,aut illa meæ appoſita ſit cognationi, ſed quia vterque noſtrum vni & eidem additi ſimus conſanguinitati & ratione dictæ communicationis ſit inter nos amicitia & affinitas.

Sic etiam coniunctus ſiue adunatus vel contingens per poteſtatem dicitur quis mihi,ſiue ego habeam eum in poteſtatem,ſiue ipſe me,vel vterque noſtrum ſub eiuſdem ſimus poteſtate.& ſic tribus modis vt §.ſed neque. Inſti.de teſtam. ordi.ita tribus modis affinitate mihi ꝙiunctus quis dicitur, ſiue ego ad illius, ſiue ille ad meam, vel vterque noſtrum ad
20 eandem acceſſerimus cognationem. Attamen quia inter nos vni additos cognationi eſt quoddam vinculum, neſcio quo pacto debilius quam ſit inter nos & conſanguineos cō iugum,prout etiam inter fratres quam inter patrem & filiū, quia illi coniuncti ſunt ex eo quod vterque eorum eſt ab eodem;Hi vero quia vnus eſt ab alio,hinc magis amat filius patrem & pater filium, quam frater fratrem.l.fi. C.de cura.fur. Et inde inter plures deſcendentes ab vno quandoque conceduntur nuptiæ, inter aſcendentes autem & deſcendentes nunquam vt ſuperius oſtenſum eſt. Inde fit quod inter nos plures vni appoſitos cognationi in proximiori gradu concedebantur nuptiæ; in remotiori vero inter conſanguineos ꝙiugum,vt d.c.contradicimus.& c. hoc quoq; ſtatutum.35. q.3.vbi dicitur de relictis conſanguineorum vxoris. ſed in c. nullus d. q. dicitur de conſanguineis coniugum. Sicut ēt quando duo eidem factioni principali adhærēt, dicunt eiuſdem interſe adhærentiæ, magis tamen quilibet eorum ſuo principali quam ſuo coadhærenti dicitur adhærens,cū adhęrentes ſint qui ſunt eodem velle,cuius eſt principalis,text. in c.apoſtolica.de re iud.in vj.vt per Mart.de Lau. in trac. de ꝙfęd.pact.verſ.27.& tenet Ang.in Auth.de hær.& falc.in prin. col.2.& per Fel.in c.olim,nu.4.extra de accuſ.& per Mar.Anto.Blan.in trac.de indit.in ver.conuerſatio.nu.163.Et maior eſt inter principalem & quēlibet ſibi adhærentē, quam inter ipſos adhærentes affectio.Nam propter quod vnum quodq; tale,& illud magis,auth.multo magis.C.de ſacroſ. eccl.Dilectio Principis tanta eſſe dēt erga adhærentes, quod ſine ipſis pacem facere non debet,niſi primò eos tutos ac ſecuros reddat.d.c.apoſtolica.de re iud.in vj.Ang.in conſi.289. incip.inter capitula,vt refert & ſequitur idem Mart.in d.trac.ver.52. ita maius vinculum inter me & vxoris cognatos,quibus ego me appoſui, quam inter me & conſortem alicuius cognati vxoris meæ eidem appoſitum cognationi.

Et ita in terminis declarat tex. in c. porro, in fi.35.q.3.vbi dicitur,quod illud. G.& I. Papæ, qui prohibuerunt vſque in vij.gradum,intelligitur de viri & vxoris conſanguinitate, vt poſt mortem alicuius eorum nulli de cognatione defuncti ſuperſtes matrimonio copuletur. Nec text dicit quod in affinibus primi generis intelligatur, ſed tantum in conſanguineis coniugum:in eis igitur ſolis intelligi debet, & non de omnibus primi generis affinibus,cum diſpoſitio limitata limitatū parere debet effectum,l.in agris.ff.de acq.rer.dom.Nec extēdi debent limitata,Bal.in l.non modus. C.de ſeru. & aq. Quin potius ex verbis d.c.porro.videtur innui quod aliqui ſunt affines primi generis, qui non conſanguinei coniugum, iuxta no.in l.in iis.ff.de legibus.

Et per ſupradicta ſoluitur quod dicit ſanctus Bonauen. affinitatem in alterū non tranſire,quia vxor fratris vxoris meę non inde mihi affinis eſt,quod affinitas eius viri,quę mecum eſt in eam trāſiuerit,ſed quod ego & ipſa fuimus additi vnuſquiſq; noſtrum cum coniuge ſuo per carnis copulam vni & eidē cognationi ſui viri & inde inuicem facti ſumus affines. Sed non idem eſſet de affinibus eius viri,ex eius priore coniuge,ſiquidem cognati primæ vxoris eius, quamuis ei ſint affines,ſecundæ eius vxori minime ſunt.Inde fit quod licet Federicus & reliqui de Traiecto ſint affines Camillo propter copulam Camilli cum Beatrice,non tamen ſunt Flaminiæ, quia hæc affinitas Camilli non tranſit in ſecūdam vxorem:Rō eſt, quia non Federicus additus eſt cognationi Caetanæ,ſed Camillus ſe ad Federici appoſuit cognationem, cui ſe Flaminia non appoſuit.Vnde non illis facta affinis quibus eſt vir. Et ſi-
21 militer dictum ibidem ſancti Bonauen.dicentis natum ex affine mea,& non ex conſanguineo,ſed ex alio nihil ad me attinere, intelligendū videtur de affine mea per appoſitionem ſui ad meam cognationem factā, alias falſum videretur eius dictum.Nam & Nicolaus natus ex Flaminia affine Aloyſii,& Camillo non conſanguineo eius,tamen negari nō poteſt Nicolaus affinis Aloyſii, cum ſit cognatus Claudiæ eius vxoris iuxta.l.non facile.§.affines.ff. de gradi.

Etſi dicas,& ſi ſpirituale vinculum eſt maius & potētius,q̄ carnale,vt in.c.ita diligere.30.q.3.& Bal.in l.ſiq alumno.C.de nupt.& tamen poſſum illam in vxorem capere, quæ per ſpirituale vinculum acceſſit ad cognationem eandem ſpiritualē, ad quam & ego leuando de ſacro fonte eundem puerum,iuxta no per Inno.in c.Martinus.extra de cogn. ſpirit.& tex.in c. fi.c.30.q.4.ſenſit ibi glo.Cur non liceat eam, quæ per carnale vinculum accedit,ad eam cognationem ad quam & ego.Ad hæc non ne poſſet reſponderi quod ſpirituale eſt maius & potentius intenſiue,& non extenſiue?Carnale enim latius eſt cū per copulam duorum tota cognatio vnius vſq; ad quartum gradum incluſiue contrahere prohibeatur matrimonium cū altera.c.non debet.de conſa.& affi. ſpirituale nō ita dilatatur.

22 At ſiquis dixerit, ex iſtis tuis tamē rationibus ſequeretur, vt dicit ſanctus Bonauen.in d.diſt.q.2.quod dum quis cognoſceret decem mulieres, illæ omnes eſſent inuicem affines, & conſequenter ꝙ qui cum vna earum contrahit cum alia earū non poſſet contrahere.quod eſt manifeſte falſum: Nam omnes illę quę mecum iunguntur,meo miſcentur ſanguini,ergo inuicem videntur affines per rationes & exempla de quibus ſupra.Ad hæc reſpondetur,quod omnes quæ mihi copulantur meis conſanguineis affines fiunt,non autem inuicem ſe-
23 cum.omnes enim illæ decem a me cognitæ & ego ſumus vnum corpus facti,cuius corporis ego maſculus ſum caput, & nulla illarum.c. cum caput,& c.manifeſtū. 35.q.j. & c.1.& ibi Abb.de frig.& malef.& non ſolum vxor & vir fiunt vna caro, ſed ēt cōcubina & cōcubinarius. vt ꝑ Bauer.in.§. pater.Inſti. de teſtam.col.14.vt refert Io. Neuiz.in ſyl.nupt.fol.14. nu.69. lib.1.facit text.in c.in eo fornicator. 32.q.4. &.c.laudabilē,de frig. & malef. in c.1.33.q.1. ſicut enim affinitas non eſt inter me,& earum aliquam,licet ſanguinis inter nos cōmixtio fuerit,vt per Præpoſ.in arb.affi.col.2.in fi.ver.Sed quæro. allegat text.in.l.maritus.C de procur.& per Bal.in l.affinitatis, nu.3. verſ.Item not.quod affinitas.C.cōm.de ſucceſſ.& in l.1.C.vn de vir.Ita etiam nec inter eas quas ego cognoui affinitas interuenit.Cum enim non fuerit inter caput & membra cōtracta affinitas tanto minus inter ipſa membra tantum. Non ne poſſemus etiam reſpondere ſic?dato quod illę decē a me cognitę inde factæ fuerint inuicem affines, non tamen inde qui vna ex eis duxerit alteram ducere videtur prohibendus. Nā per matrimonium per eum cum prima vxore contractum ille factus eſſet aliis mulieribus affinis in ſecundo genere & nō in primo,per regulam de qua in d.c.nō debet. ergo inter eos licitæ forent nuptiæ. Nec moueat quod cognoſcens conſanguineam Iuliæ non poſſit Iuliā capere, ex quo videtur quod cognoſcens affinem Iuliæ Iuliam accipere prohibeatur,cum pariter a conſanguineis & ab affinibus abſtinere debeamus, c.ęqualiter.35.q.3.& d. c.non debet.de conſa. & affi.Nam ad hęc apparebit ſolutio ex his, quæ in proxima dicentur quæſtione.

Duas

24 **Duas cognatas,** Nunquis possit vxores capere, non dico consanguineas, sed affines prout hoc verbum capitur in c.quod autem.34. q.5.& iuxta vulgarem loquendi modum. Diceret forte quispiam,si vera sunt quæ tu superius deduxisti, nō poterit.Nam Violantes Vrsina est cognata. i. affinis Flaminiæ Sabellæ vt pote vxor Hostilii eius germani, & per te Camillus qui Flaminiam duxit nō posset Violantem ducere,Flaminiæ cognatam affinem.Non igitur duas cognatas licet capere.Alter vero contrarium verius forte diceret, etiam p ea quæ supra deduximus,dicens vxores duorum fratrum siue consanguineorum per tua fundamenta sunt affines in primo genere, & tamen potest quis eas successiue capere,cum per te sit capienti in secundo genere.Duas ergo cognatas per tua fundamenta videtur quilibet posse capere, vnde ipsa sibi ipsis aduersari videntur. Et hanc opin.quod liceat duas cognatas capere tenet glo.in d.c.nō debet. quam refert & sequitur Steph.Cost. in d.tract.de affi.§.1.num.16.versi.7.videtur.

Cur autem potius non dicamus saluis fundamentis distinguendum eē in hmōi quęstione hoc mō videlicet, aut loquimur de duabus cognatis quæ per vtriusq;earum eidē cognationi appositionem factę sunt affines,& tunc qđ liceat eas capere prout vxores duorum fratrum. Hinc qui post Federici mortem Sanseuerinam duxisset, posset ea mortua Capuanā ducere,licet illæ fuissent cognatæ videlicet duorum fratrum Federici & Ferdinandi coniuges,quamuis ipsæ insimul affin. sint in primo genere, quia ducenti Sanseuerinam facta esset Capuana in secundo genere tantum affinis.

Aut loquimur de cognatis siue affinibus non per vtriusq; eidem cognationi appositionem factis sed per alterius tātū, & tunc non licere:Indeq; fieri cum Violātes & Flaminia sint affines per solius Violantis appositionem ad Sabellos & non per vtriusq; nec Camillus nec vllus alius Flaminiæ vir posset Violantem capere. Sed tunc demum quis non potest duas cognatas capere quando incępisset ipse contrahere copulā cum ea quæ non fecerat accessionem ad consanguinitatem alterius cognatæ,vt in proxime dicta specie videlicet eū Flaminia:si vero incępisset cum ea quæ ad alterius cognatæ consanguinitatem accesserat,tunc posset vtrāq; capere:qui enim caperet Violantem posset postea Flaminiam capere,qui vero Flaminiæ iungitur nullus Violantem postea posset ducere.

Quare in hac quæstione videtur ita distinguendum,quādo quæritur an quis duas cognatas possit capere, aut loquimur de inateribus siue ianitricibus vt quidam vocant, & tunc qui vnam earum ceperit posset alteram capere a quacumq; earū cęperit. Aut loquimur de ea quæ dicit Glos,in.l.non facile.§. affines.ff.de de grad.& de ea quæ vocatur Fratrissa,in c.quod autem.35.q.5. & tunc qui cepit fratrissam vnius possit capere glorē alterius.Sed qui cepit glorē vnius non possit fratrissā alterius.Hinc qui cepit Sanseuerinam poterit postea Capuanæ iungi, & econtra qui Capuanæ iungitur posset postea Sanseuerinam ducere. Et qui cepit Violantem posset postea Flaminiam. Nullus autem qui Flaminiam ceperit Violanti iungi poterit, nec Portiæ iunctus aliquis posset Sanseuerinæ iungi.

Videtur etiam aliter posse distingui, hoc,videlicet modo: aut ex matrimonio contrahendo cum secunda cognata fit quod vnus tantum eorum contrahentium possit dici cum duabus cognatis contraxisse, & tunc quod liceat. Aut ex eo fieret quod vterq; contrahentium dici possit duabus cognatis adhæsisse.& tunc non liceat,vnde qui capit duas ianitrices puta Sanseuerinam,& Capuanam a quacunq; incęperit earū ipse solus dicitur duas cepisse cognatas, sed nulla earum dici poterit inde duobus iuncta cognatis. Et similiter si Camillus cepisset prius Sanseuerinam Federici relictam & postea Beatricem Federici germanam, ipse solus Camillus duabus iunctus fuisset cognatis,nulla tamen earum duos cepisset cognatos.Sed cum incęperit a Beatrice & sic factus cognatus Federico Beatricis fratri & Sanseuerinæ viro,si postea cepisset Sāseuerinam factum esset,quod tam Camillus quam ipsa etiam 25
Sanseuerina duobus adhæsisset cognatis, siquidem Sanseuerina Federicum & Camillum inuicem cognatos & Camillus Sanseuerinam & Beatricem similiter cognatas cepisset Indeq; in prima specie licuisset,in secunda vero secus.

Item & aliter videtur posse dici.Aut ex copula cum prima nasci potuissent filij futuri consangninei proli alterius cognatæ ex priore viro,& tunc non liceret;aut non essent futuri inuicem consanguinei, & tunc liceret inde quia nascituri ex Sanseuerina Inatere Capuanæ, ex secundo eius viro, non essent futuri consanguinei filiis Capuanæ ex Ferdinando: & similiter nascituri ex Capuana & secundo eius viro non essent futuri consanguinei filiis Sanseuerinæ & Federico primo viro, ideo liceret matrimonium inter eos. Et posset secundus vir Sanseuerinæ Capuanam capere, vel secundus Capuanę vir Sanseuerinam ducere. Item siquis Sanseuerinam relictā Federici caperet, Portiam posset capere, quia nascituri ex eo & Sanseuerina non attinerent filiis Portiæ ex priore viro, & ideo nuptiæ inter eos concedendæ.

At si prius Portiam deinde Sanseuerinā caperent filii Portiæ attinerent filiis Sanseuerinæ ex priore viro,& econtra,& prohibendæ sunt nuptiæ inter eos tanquam inter affines primi generis.Non enim licet cuiquam qui se per carnis copulā alicui cognationi per se principaliter apposuerit, eidem postea cognationi principaliter aut per se iterum per copulam apponere,sed bene si secundario alicui se addiderit,poterit eidem cognationi per copulam cum altera secundario & non per se principaliter apponere.Inde fit quod Camillus qui per copulam cum Flaminia Sabellæ cognationi principaliter adhæsit non posset eidem Sabellæ familiæ per copulam principaliter & per se apponere capiendo alteram de Sabellis. Nec etiam secundario,videlicet capiendo aliquam eidem cognationi Sabellæ per copulam carnis per additam qualis est Violantes. Hinc qui Sanseuerinam caperet principaliter se apponeret Sanseuerinæ cognationi, secundario autem cognationi de Traiecto. Inde fieret Sanseuerinis in primo genere affinis; In secundo autem genere fieret cognationi de Traiecto. Capiendo postea Capuanam principaliter se Capuanæ apponeret cognationi, secundario autem familiæ de Traiecto,cui & Sanseuerina & Capuana principaliter se apposuerant. Et consequenter ille qui istis duabus iungeretur per eas nuptias nunquam vni cognationi principaliter bis apponeretur,sed semel tantum Sanseuerinæ familiæ, & semel tantum Capuanæ principaliter per se, bis vero familiæ de Traiecto,nunquam tamen principaliter sed semper secundario, quod prohibitum non est. Inde etiam qui ceperit Flaminiam, quia per hanc copulam principaliter per se appositus est Sabellis non potest Violantem capere, & consequenter secundario se Sabellis apponere quibus Violantes principaliter per se appositus est. Sed bene qui secundario alicui additus sit consanguinitati & non per se posset postea eidem principaliter apponi cognationi. Inde qui Sanseuerinam ceperit, & Capuanam, bis familiæ de Traiecto appositus esset, quia tamen semper secundario, videlicet per coniuges, & non per se posset postea tertio eidem per se apponi cognationi, & consequenter post eas, capere Portiam. Sed si primo fuisset illi familiæ per se appositus,nunquam posset eidem cognationi secundario vel per alterum se apponi. Quādo enim quis per copulam alicui appositus est cognationi, qui ex eis nascuntur nuptiis,fiunt consanguinei filii coniugum eorum contra se eidē appositæ per copulam sunt familiæ. Nati enim ex Camillo & Beatrice sunt consanguinei natis ex Federico & Sanseuerina.Ideo Camillus Sanseuerinam ducere prohibetur,quia filii ad inuicem sunt consanguinei,& Camillus est ei in primo genere affinis.Sed qui secundario per alios se apponit Sabellis,puta capiendo eorum vxores, filii qui inde nascūtur non essent alicui ex Sabellis inde consanguinei. Ideo possent Sabellam capere, quamuis secundario per Violantem sit Sabellis additus, quia secundi generis & non primi affinis esset.

Nec ad rem pertinet,qđ dicitur in c.ęqualiter.35.q.iij.quia ibi cauetur q̄ pariter a nostris consanguineis & affinibus abstineamus,qđ procedit in omnib. Sed non dicitur ibi æqualiter a consanguineis & affinibus coniugis nostræ.

Et ex prædictis solui videtur quæstio de decem mulierib. ab vno cognitis, quod siquis vnam duceret non prohibetur alias capere,quia posito quod essent inuicem affinesin primo genere, quia tamen essent affines factæ ex appositione omnium earum eidem cognationi,& non per vnius earum tantum appositionem ille, qui vnam ex eis capit,fiet aliis in secūdo genere affinis.Et filii inde nati siue ex prima,siue ex secunda nihil ad agnationem primi eas cognoscentis attinerent.

Hinc vana videtur quæstio Præpo.in d.arb. affinit. in prin. columna.3.versic.Nunc etiam quæritur, & aliorum quærentium, an quis vxores duorum fratrum diuersis temporibus possit capere,cum teneant eas esse in secundo genere affines, si ita esset vt ipsi præsupponunt,non ne is qui vnam ex eis accipit,alteri in tertio genere fieret affinis? vt vulgo tenetur per d.regulam de persona addita.Et ita tenet glo.magna circa medium in d.c.non debet.Cur igitur dubitandum inter eos licere matrimonium,cum in secundo nedum in tertio concedatur?Porro dubitare,an vxores fratrum sint in primo, an in secundo affines,non videtur absurdum,cum hinc & inde allegari posset.an autem ambas quis possit capere, seu primi sint illę generis seu secūdi, nemo negare posset per d.c.nō debet.

Et

Source : BIU Cujas

Et tandem vt paucis colligam ex ſupradictis, quid dicendum videatur circa principalem q. & reliquas inde ſequẽtes,
26 nonne ita diſtingui conuenit? videlicet. Aut quærimus an inter coniugem coniugis conſanguineæ meæ, & me ſit affinitas, & nuptiæ inter nos ſint vetitæ, & tunc dicatur quod non per ſupradictam regulam.

Hinc Flaminia coniunx Camilli olim Beatricis coniugis non eſt affinis Federico, vel aliis de Traiecto, & matrimoniũ inter eos licuiſſet. Aut quærimus an inter me, & coniugem conſanguinei vxoris meæ, & tunc dicam affinitatem eſſe, & prohiberi nuptias. Superiores enim ſunt ſecundi generis, inferiores primi affines. Et inde Camillum Violãti in primo genere affinem fuiſſe. Aut quæritur an inter me, & coniugem affinis mei ſit affinitas, & tunc diſtinguendum eſſe hoc modo: Aut ille erat affinis mihi, eo quia ipſe ſe meæ appoſuerat cognationi per carnis copulam; Aut quia ego & ipſe vni & eidem dicto modo appoſiti fuimus cognationi. Aut quia ego me eius appoſui. Et tunc in prima & ſecunda ſpecie dicẽ dum non eſſe affines, & matrimonium licere. In tertia vero affines eſſe, & prohibitum eſſe matrimonium. Vnde illi de Traiecto potuiſſent Flaminiam capere, & hoc ex prima regula. Indeq; cui nuberet Sanſeuerina poſſet etiam & Capuana ex ſecunda regula. Hinc etiam & Camillus non poſſet Violantem capere, ex tertia regula; quia ipſe Camillus cognationi Hoſtilij Sabelli Violantis viri ſe appoſuerat.

27 Et ex his datur colligi, quod tu quandoque meam potes vxorem capere, non autem ego tuam. Camillus enim nullam vxorem illorum de Traiecto potuiſſet capere: illi autem omnes Camilli vxores præter Beatricem potuiſſent capere, & Camillus nullas Sabellorum vxores; ſed bene Sabelli potuiſſent, præter Flaminiam habere. Ratio diuerſitatis eſt, quia inter illos de Traiecto & ſecundas vxores Camilli ſecundi generis eſt affinitas. Inter Camillum vero & vxores omnes illorũ de Traiecto eſt primi generis, & ſimiliter inter Camillum & Sabellorum vxores, quia Camillus & illæ eidem ſe appoſuerunt cognationi, & inde ſe affines in primo genere, illi vero de Traiecto & vxor ſecunda Camilli non ita. Nam nec illi de Traiecto ſe per copulam Caetanæ cognationi, nec ſecunda vxor Camilli per ſe principaliter familiæ de Traiecto appoſita eſt, ſed tantum ſecundario videlicet per Camillum ſuum coniugem, qui ſe familiæ de Traiecto appoſuerat. Nec illi de Traiecto & Flaminia eidem per ſe additi ſunt cognationi, nõ igitur inter eos primi generis eſt affinitas cum ea, licet ſit inter Camillum & quamlibet vxorem illorum de Traiecto, nec mirum quia Camillus & coniuges eorum de Traiecto eidem ſe per capulam appoſuerunt Flaminiæ.

28 His enim rribus modis videtur quis affinis mihi poſſe fieri primi generis, videlicet. Aut quia ego eius cognationi per copulam me appoſui, Aut quia ille meæ: Aut quia ego & ille vni & eidem conſanguinitati appoſiti fuimus. Ex primo modo fit affinis gener ſocero: Ex ſecundo ſocer genero. Ex tertio fiunt lanitrices ſiue Inateres, & victricus & vxor priuigni. Ita enim colligi videtur recte inſpiciendo ex tex. d.l. non facile. §. affines. ff. de gradi. & ex l. vxorem. ff. de ri. nupt. & ex aliis textibus & rationibus ſuperius allegatis, licet hunc tertium modum non legerim ab aliis ponderatum.

Siquis autem opponeret quod cum affines dicantur eo quod duæ cognationes, quæ diuerſæ ſunt inter ſe per nuptias copulenrur, & altera ad alterius finem accedat, vt in d. §. affines. inter duas igitur tantum cognationes contrahitur affinitas, & nõ inter tres, vt ex iſta opin. ſequeretur, Qui enim duas dicit in pluribus negat, clem. fi. §. ipſos. & ibi gl. de ſta. mona.

Nonne ad hæc reſponderi poteſt, quod ibi ſentit tex. ad affinitatem contrahendam neceſſarium eſſe ſaltem duas cognationes per nuptias copulari, non quod neget quin poſſint & plures: vel quod ibi ponitur duas per plures, vt ſępius in iure verbum duo capitur, vt in l. vbi numerus. ff. de teſtib. l. eum qui duas. C. de adult. l. qui duas. ff. de in ius voc. vt eant. C. in omnibus diſt. l. 31. & rubr. de duob. re. Et ſecundus locus dicitur, dummodo non ſit primus, ſed quicũq; alius. l. 1. §. quibus. C. de no. Cod. fac. cum ſimilibus, ad hoc vt iura concordentur iuribus.

29 Videtur igitur ex præmiſſis per ſatis validas rationes dicendum, coniugem conſanguinei coniugis meæ mihi affinem eſſe, & inter nos nuptias non licere, & ſatis fuiſſe reſponſum ad fundamenta communis opin. contrarium tenentis, & ad quę nos per ea deduxeramus.

Et licet comunis opin. in iudicando & conſulendo ſit ſequenda, vt per Bar. & alios in l. fi. C: de pæn. Iud. qui ma. iud. & in l. cum prolatam. ff. de re iud. & not. in c. ne innitaris. de cõſtit. Fallit tamen, quando communis opin. poſſit rationabiliter conuinci, quod bonus iudex acuti ingenii iudicabit, vt p Io. And. in c. 1. de conſtit. vt refert Abb. ibidem, nu. 15. Item quando text. eſt clarus contra eam. tunc enim contra eam cõ ſulendum & iudicandum eſt, vt per Bal. Abb. & Doc. in d. c. j. de conſtit. refert Bero. in q. 62. nu. 2. facit text. l. 1. C. de. vet. iu. enucl. Verſ. ſed neq;. quod ex multitudine autorum iudicandum non eſt, quia vnius poſſet forſan & deterioris ſententia multos & maiores in aliqua parte ſuperare. Et ſępe Deus reuelat paruulis quod abſcondit ſapiẽtibus, vt per Abb. d. num. 15 Cum igitur text. aperte prohibeant matrimonium inter coniuges conſanguineorum coniugis, tam legum, quam etiam canonum de quibus ſupra & adſint validæ rationes contra communem: Cur in huiuſmodi ſpecie non ſit potius contra eum iudicandum & conſulendum? Et eo maxime cum in ca-
30 ſu dubio id capi debet quod tutius eſt; & aĩæ periculo caret vel honoris, l. adoptiuus. §. contra pudorem. in ſi. ff. de ri. nup. Et tutior pars ſit eligenda. no. gl. l. ſi pupillarum. §. 1. ff. de reb. eo. c. iuuenis. extra de ſponſal. c. ſignificaſti. de homic. clem. exiui. de verbor. ſignific. glo. c. 1. de ſcruti. Cur igitur non ſit potius conſulendum & iudicandum quod prædicti a nuptiis inuicem abſtineant? ne forte in peccatum incidant prohibitas contrahendo nuptias; quam dicendum ſit eos affines non eſſe; & matrimonium inter eos concedi; cum ex huiuſmodi conſilio poſſint in peccatum adduci, & inceſtas contrahere nuptias, & quæ ex eis ſequerentur pati; non autem ex noſtro.

31 De ſecundo & tertio genere ſcripta Hoſtien. in d. tit. de affin. §. vſque ad quem. verſ. ſed hodie. dicit plus ad inſtructionem quam ad vtilitatem facere. Et Præpo. in arb. aff. col. 8. in fi. verſ. in glo. in ver. quæ hodie. Quærit cur hodie computentur illa affinitatis genera, cum eorum prohibitio ſit ſublata? reſpondet, quia bonum eſt diſcere, vt per exempla intelligamus. Item prõpter memoriam eorum qui introduxerunt, ſicut dicimus de lege abrogata, quod ſcire bonum eſt, diſt. 7. c. fuerunt, & c. nouit. & quod ibi not. extra de iudi. Sed rogo, nonne maximi põderis, vtilitatis, & neceſſitatis, eſt huiuſmodi noſſe genera & longe maioris quam ſit teſtamentorum addidiciſſe antiquitatem? de qua in Inſtit. de teſtam. in prin. vt inferius apparebit.

32 Nonne multum refert ſcire, nunquid duarum ſororum viri inuicem in primo genere ſint affines, an in ſecundo; ſi quis eorum forte vult ſe affinitate tueri quod interfecerit aliquẽ, eo quia contra eius affinem armatus impetũ faciebat, iuxta not. per Marſ. in. l. 1. nu. 56. ff. de ſicar. Si contra eum opponere tur quod non eſt affinis in primo genere, ſed in ſecundo, nõ ne hic refert multum cognoſcere affinitatis genera qualiter
33 intelligãtur & cognoſcantur? Quid ſiquis vult quod ego cõtra priuignæ virum poſtulem, ego vero poſtulare detrecto, negans me cogi contra affinem poſtulare, iuxta. l. aut affinita te. ff. de procur. & ibi per Bart. ille negat nos affines per rationes ſuperius pro cõmuni opi. adductas; ego per alias me affinem contendo. Statuta etiam paſſim affinium cauſas com-
34 promitti iubent; lis eſt inter duas vxores fratrum; vnde quæritur an compromitti debeat, licet enim huiuſmodi ſtatutum ſecundum Pau. de Caſt. in l. qui ſe patris. nu. 2. C. vnde libe. habeat etiam inter ſecundi generis affines locum, quem refert Iaſ. in l. 2. C. de in ius voc. nu. 6. & ſimpliciter cum eo tranſit, & in l. 4. §. prætor ait. ff. eo. vt refert Blanc. in tract. de comprom. in. 3. q. nu. 30. in princ. & Tiraq. in tract. de ceſſ. cau. in ver. affinitatis. num. 34. videtur idem ſentire allegans Paul. de Caſt. in d. l. qui ſe patris, dicentem tale ſtatutum comprehendere etiam eos qui ſunt in ea affinitate, quam ius non conſiderat, & quod Iaſ. eum ibi ſequitur, & extollit. & in d. l. 4. §. prætor ait. col. 2. in 4. not. ff. de in ius voc. Tamen opi. Pau. de Caſt. reprobatur per Iaſ. in d. l. qui ſe patris. ver. Item adde ad deci. nu. 59. hac ratione, quod licet ex doctrina Bal. ibidẽ ſtatutum mandans, cognatorum cauſas compromitti, quia fauorabile eſt, habeat inter emancipatos ipſos præfatum ſtatutum etiam locum, non tamen inde ſequitur quod idem iuris ſit in huiuſmodi affinibus, cum de iſtis ſecundi, & tertij generis nihil ciuile ſeu canonicum ius modo curet, & nullum huiuſmodi affinitas effectum habeat ſed emancipati, dato quod ſint improprie agnati, tamen huiuſmodi agnatio eſt alicuius effectus, quo ad tutelam, & quo ad ſucceſſionem legitimam. Nec Iaſ. ſequitur, & extollit Paul. de Caſt. vt putare videtur Tiraq. ſed dictum Bal. de ſtatuto inter agnatos compromitti lites mandantes, loquentis & in emancipatis, eo quod fauorabile ſit locum habere putantis. ex cuius Bal. dicto Paul. infert ad affines qui de iure non conſiderantur, quod reprobat
35 Iaſ. per ſupradictas rationes. Quibus etiam addere poſſumus quod ex alio eſt inter præfatos emancipatos & dictos affines diuerſa ratio. Nam emancipatus ante emancipationem erat vere, & proprie agnatus. Indeq; verum eſt, cum aliquãdo proprie illis agnatum fuiſſe. Hic autem in ſecundo & tertio gene

Source : BIU Cujas

re affinitatis nunquam mihi fuerat proprie affinis; Vnde in habentibus ſymbolum, facilior eſt tranſitus, l. in rem. §. item quicunque. ff. de rei vendi. Bart. in l. Centurio. ff. de vulg & pupil & res de facili ad ſuam reuertitur naturam, Inſtit. de rer. diuiſ. §. pauonum & l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. verſ. Quid ſi in ſpecie. ff. de pact. & in c. ab exordio. 35. diſtin. vt per Corn. conſil. 95. num. 6. volum. 3. Item potius in agnatis emancipatis locum habere videtur ſtatutum, quam in dictis affinibus, qui impropriiſſime dicuntur affines. Quin videtur non poſſe dici affines, qa qđ caret effectu nec nomẽ habere meretur, l. j. & ibi Bal. C. de nud. cur concur. glo. c. admonere. 32. q. 2. Iaſ. in l. re coniuncti. nu. 33 ff. de leg. 3. & vana nomina, i. quæ nihil ſignificant, aboleri debent; not. Bal. in l. 1. C. dediti. lib. roll.

Et ſi re priueris, nec nomen habere mereris. c. poſtquam. xiij.
36 q. ij. glo. d. c. admonere. Et ſtatuti verba proprie debent intelligi. l. 3. §. hæc verba. ff. de neg. geſt. & intelligi debent ſecundũ ius ciuile, vt per Bal. in l. ſi nondum C. de furt. & in l. fin. C. de ſucceſſ. edic. Sed de iure ciuili affinitas ſecundi & tertii generis non habetur in conſideratione & fuit incognita apud ipſum; de primi igitur tantum generis ſenſiſſe videtur ſtatutũ
37 præfatum. Hinc primi tantum generis affines a teſtimonio repelluntur, vt per Steph. Aufr. in tracta. de teſti. repro. in glo. affinis, num. 9. Sed Blanc. in tract de compro. num. 30. q. 3. dũ
38 q̃rit, an ſtãte; dicto ſtatuto poſſint affines ſecũdi gñis ad ꝓmiſſum cogi, diſtinguendo ꝓcludit: Quod aut affinitas contracta eſt ex ſimplici copula, in qua vna perſoua tantum concurrit; vt ſecundus vir relictæ fratris mei eſt mihi in ſecundo genere affinis, & tunc non compellitur, aut ex duplici copula contrahitur affinitas, vt inter vxores duorum fratrum, & illæ coguntur, ne fratres ob earum litem ad diſcordiam veniant. An autem duarũ ſororum viri de rebus propriis litigantes compellantur, dicit forte non compelluntur.

Sed cur tam varie per Blanc. reſpondetur, aut ſtatutum dicendum eſt habere locum in affinib. ſecundi generis, & tũc cur non etiam ex ſimplici; vt ipſe dicit, copula factos compræhendat affines; Aut dicendum eſt non habere locum in affinibus ſecundi generis; Et tunc cur ex duplici copula cogantur; ſi ſunt in ſecundo etiam ipſi genere? Si vxores duorũ fratrum ſunt in ſecundo genere affines, vt ipſe putat, cur ad compromiſſum cogantur, cum ſtatutum per ſupradicta de primo genere intelligatur: Et ſi inter eas compromittendum eſt, & ſunt in ſecundo genere: Cur potius inter eas, quam inter nouercam & priuigni coniugem, & alios ſimiles qui ſecundum eum, & reliquos in ſecundo etiam genere ſunt affines.

Præterea quomodo diſtinctio Blanc. vera eſt? cum nulla
39 ſecundi generis affinitas ex ſimplici contrahatur copula, maritus enim relictæ fratris mei ex duplici & non ex ſimplici affinis factus eſt mihi in ſecundo genere, videlicet primo per copulam fratris cum vxore, quia vxor facta eſt inde mihi affines in primo. Deinde per copulam relictæ cũ ſecundo viro; & ſic ex prima affinitate nata eſt ſecunda ſecundi generis: niſi ambæ iſtæ interceſſiſſent copulæ, ille mihi non eſſet in ſecũdo genere affinis, & ſic de reliquis ſecundi generis affinibus; & non ſolum in exemplo per Blanc. poſito apparet contrarium eius, quod ipſe putat, ſed in omnibus, cum dari non poſſit ſecundi generis affinitas, niſi binæ interceſſerint nuptiæ. Nonne igitur Iaſ. opi. per ſupradictas rationes verior eſt. Et
40 conſequenter multum refert noſſe cuius generis ſint affines. Præterea nonne etiam affinitatis rationem detractare teſtimonium volenti contra aliquem ferre per l. iuriſconſultus.
41 in fi. ff. de gradib. ſi opponitur quod non ſit in primo genere, ſed in ſecundo, parui momenti nõ eſt cuius ſint generis. Vel ſiquis contra te depoſuit quem dicis affinem aduerſarii eſſe. Indeque ſuſpectum iuxta tradita per Iaſ. in l. admonendi. nu. 148. ff. de iureiur. licet ſi adeſſent duo alij teſtes, qui deponerent de auditu vel de publica fama, tolleretur affinitatis ſuſpitio, vt per Paul. de Caſt. in conſil. 126. in fi. volum. ij. per no. in l. ſi duo patroni. in princ. ff. de excuſ. tuto. & l. 3. §. 1. de teſtib. & c. fi. de ſucce. ab inteſtato. vel ſi producitur affinis ad reprobationem teſtium productorum contra ipſum, quo caſu non debet admitti licet affinis admittatur ad probandam in-
42 nocentiam affinis, vt per Tho. Gramm. in deciſ. 34. vel ſi contra accuſatorẽ opponit qđ eſt affinis, cũ de iure repellatur, vt c. ſi militẽ. 3. q. 5. & c. absẽs. & l. 2. 3. q. 9. vel ſi qs tanq̃ affinis ꝓ
43 condemnato appellauit & vult iudici ſuam ſententiam capitalem exequi volenti reſiſtere, pro vt poteſt affinis, vt per Hypp. Marſ. in l. j. nu. 23. ff de ſicar. Iudex autem dicit eum ſecundi tantum generis affinem, ille ſe primi aſſerit vel ſi latro
44 nẽ receperit quem affinem dicat, & affinitatis ratione ſe mitius puniẽdũ; iuxta l. 2. ff. de recept. vt ꝑ Nou. in trac. ad defẽ ſã, ĩ ti. de rñ. reo. nu. 43. fol. 86. De quo ẽt ꝑ Bonif. Vitel. in ti. de furt. num. 30. & 3. & 4. de recep. & ibi per totum. Sed negetur affinis in primo genere. Vel ſiquis vt affinis cogitur com
45 promiſſum in ſe factum accipiat, ad quod cogi poteſt, vt per Felin. in c. cum quidam. col. pen. de iureiur. Bal. in conſ. 33. vt refert Nouel. in trac ad defen. in ti. de reſpon. reo. in cõſt. nu. 48. fol 86. & Ange. & Doct. in l. 1. §. quamuis. ff. vbi pup. edu. deb. & ibi Bal. vt refert Bertac. in induction. in ver. coniuncta. num. 28. & Barb. ad Bal. in l. fi. C. de verb. ſign. in ver. modo quæritur, tenet idem argum. d. l. 2. §. 1. ff. vbi pup. edu. deb. vel
46 ſiquis tanquam affinis cogitur, vt apud eum alimentetur pupillus, ad quod affinis cogi poteſt, vt in locis proxime deductis, & per Franc. Crem in ſingul. 18. vel ſi reſcriptum quis impetrat pro aliquo, quem ſibi affinem aſſeret, quo caſu valeret
47 impetratio; ꝑ Spe. in ti. de reſcr. preſen. §. rõne aũt impetrãtis. ver. ſed quid de affinib. col. 2. Inn. in c. nõnulli. ĩ gl. perſonis. ex̃ de reſcript. & Alex. in conſ. lx. num. 8. cum ſeq. vol. 2. vel quia res aliena tibi donata præſente & ſciente domino dicis quod
48 ſit facta tua propter ſcientiã domini, & affinitatem inter te & dominum, iuxta l. ſi ſeruus communis. ff. de don. inter vir. & vxor. licet, in alijs ſecus ſit. vel ſi dicat quis licet receperim malefactorem poſt commiſſum crimen, domi meæ, non tamen contra me eſt iudicium quod fuerim conſcius eiuſdem criminis, quia receptus eſt mihi affinis, ceſſat huiuſmodi ſuſpitio, ſiue indicium contra me, affinitatis ratione, vt per Nouel. in prati. in forma conſpiciendi cadauera num. 30. fol. 41.
49 Item ſiquis occiderit aliquem quem negat dolo occiditſe, & quod ita propter affinitatem inter eos præſumendum eſſe dicat, vt not. in l. 1. C. de ſicar. vel ſiquis recuſatur iudex vt affinis aduerſarij qui poſſet, niſi ſit perſona religioſa bonę cõſciẽ
50 tiæ & integritatis, vt per Steph. Aufr. in titu. de recuſ. verſ. Tertia. num. 7. & per allegatos per eum, & in ver. Quadrageſi maſeptima. num 31. Item ſiquis veſtem ſordidam rei nomine in publicum habeat capillumue ſummiſerit tanquã affinis, cum aliter teneretur iniuriarum, vt in l. veſtem. ff. de iniur. Solebãt enim gentiles in amicorum morte in triſtitiæ ſi-
51 gnum ſinere capillos creſcere. Leuit. cap. x. & ibi Lyr. Item ſi tutor qui propter remotionem infamaretur, dicit ſe non eſſe remouendum, ſed ei curatorem dari propter affinitatis vinculum, inter ſe, & pupillum, iuxta l. ſi tutor aliquo. ff. de
52 ſuſpec. tutor. Item ſi pro damnato in metallum quis impetrauit eum a præſide dimitti propter infirmitatem vel ſenectutem, tanquã affinis quo caſu admittitur, vt tex. eſt ĩ l. in metalum, & ibi glo. ff. de pen. Omittamus autem alias multas ſpecies, in quib. multum prodeſſet affinitatum noſſe genera ſeu quo genere quis affinis ſit nobis, dicamus ſuper matrimonio ſuper quo noſtra cęperat queſtio. Et generum affinitatis co
53 gnitione vera poſſumus intelligere infraſcripta, videlicet. An vir conſanguineæ vxoris meæ mihi ſit in primo an in ſecundo affinis genere. Item an vir conſanguineæ viri mei: An vir priuignę meæ. An vir filiæ priuignæ meæ. An vir filiæ priuigni mei. An victricus viri mei. An victricus vxoris meæ. An victricus ſocrus meæ. An victricus ſoceri mei, An nouerca vxoris meæ. An nouerca viri mei. An nouerca ſocrus meæ. An nouerca ſoceri mei. An vxor conſanguinei viri mei. An vxor priuigni mei. An vxor filij priuigni mei. An vxor filię priuignæ meæ. Et ſic de alijs aſcẽdentibus, & deſcendentibus prædictorum. Omnes hi ſupradicti ſi vera eſt cõmunis opin. ſunt in ſecundo genere affines, & matrimonium inter eos ſecundum communem opin. permittitur. Contrarium tamen ſuadere videtur rationes & fundamenta, quæ ſupra deduximus per quæ videntur primi generis affines, & inter eos nuptias de iure non concedi.

Sed ſi communis opin. vera eſſet & liceret mihi vxorem fratris vxoris meæ capere. Quid ſi in patria noſtra reputaremur affines inde primi generis prout in multis reputãtur locis vbi inuicem dicuntur cognati. An ſi ſimul contraheremus matrimonium valeret. Et licet tanquam contra conſciẽ tiam facientes peccare videamur, arg. c. literas, de reſtit. ſpol. tamen plus poſſe videtur veritas quam opi. iuxta l ſi pater. §. quotiens. ff. de manu. vindi. Contrarium tamen ſentire videt glo. & Abb. in c. ſuper eo. de cogna. ſpirit. vt refert, & ſequitur Corſet. in ſing. in ver. matrimonium. vbi ꝙ ſi hodie in aliquo loco eſt conſuetudo, quod non poſſit contrahi matrimonium in aliquo gradu, olim prohibito, hodie conceſſo, quod ne generetur ſcandalum, huiuſmodi matrimonium nõ valeret, per rationem de qua ibi.

Et ſi ſtatutum mandat affinium cauſas compromitti debere, & altero cauetur quod aliquis non habeatur pro affine, nõ debet inter eos compromitti, ſecundum Rom. in conſil. 82. per rationes de quibus ibi.

54 Neſcio autem, quomodo Hoto. qui alios vt affinitatis ſchemata ſemper in conſpectu atq; ob oculos poſita habeant admoneat,

Source : BIU Cujas

moneat,ſi quæ de ea ſcribuntur ꝓfecte atque perſpicuè intel
ligere voluerint, ipſe ibidem in tract. de gradi.affin. fol 37.
pag.1.amitam priuigni mei,& ſororem, & filiam mihi affinē
eſſe exiſtimat, vtpote ad quas ego acceſſionem fecerim, ſi-
cut etiā mater, ſoror, amita, & filia ſoceri, ſocruſque affines
ſunt genero, cum ad eas me appulerit: ſed vbi nam in ſuo vel
in alterius cuiusuis affinitatis ſchemate amitam,aut ſororem
conſanguineam tantum priuigni victrico affinem eſſe lege-
rat?aut viderat ? vbi etiam quod ad illas eccesſionem fecerit?
Ad filiā quidem germanamq; ſiue vterinam ſororem priui-
gni victricum acceſſiſſe reperio; ad conſanguineam autem
tantum ſororem ſiue ad amitam nec in ipſius Hotom.nec in
alterius affinitatis ſchemate ſcriptum, aut pictum reperio.
Nec mirum ille quidem vxoris meæ matriſque priuigni con-
ſanguineæ ſunt, vt Inſtit.de ſucceſſ.cogna.§.vulgo quæſitos.
indeque mihi affines.l. non facile. §. affines. ff. de gradi. Hæ
verò non ſunt vxori cognatæ, nec vxoris cognatorum ſunt
cōiuges,nec vni,& eidem cognationi per copulam appoſitę,
quomodo igitur mihi affinitate coniunctæ? ego enim nō ad
priuigni cognationē,vt Hotom.exiſtimare videtur, acceſſi;
Sed ad matris eius ad vxoris inque meæ finem appuli.Consā
guineis igitur vxoris, & non priuigni cognatus factus ſum
affinis,quare priuigno meo eiuſque filiæ ſororique germanæ
atque vterinæ, cum vxoris ſint cognatæ me factum affinem
video.amitæ vero illius aut conſanguineæ ſorori quomodo
affinis dicar neſcio, cum nec vxoris ſint conſanguineæ, nec
eius cognatorū ſint coniuges, niſi fortaſſe de ſecundo affini-
tatis genere,Hotom.ſenſerit,de quo nuſquam in ſuo conſide
rauiſſe videtur opuſculo.

55 Nec etiam ſcio quomodo ſaluari poſſit dictum Præp.in d.
c.non debet. col.3.ver.Quæro pro intellectu. de conſan.& af
fi. vbi affinitatis volens genera declarare, dicit quod is qui
meæ iungitur conſanguineę, omnibus de conſanguinitate
mea,& illius conſanguineæ eſt affinis in primo genere; Nam
hoc vltimum verum eſt, illud autem primum non video
quomodo. Factus eſt enim affinis omnibus conſanguineis
conſanguineæ meæ,meis autem non omnib. Flaminia enim
iuncta Camillo facta eſt affinis omnibus conſanguineis viri,
& conſequenter Bonifacio ſuo priuigno, non tamen omnib.
conſanguineis Bonifacij,nam nō illis de Traiecto facta eſt af-
finis in primo genere,qui tam Bonifacij ſunt cognati,cum eſ-
ſent Beatricis eius matri agnati,non igitur vere poſſet dicere
Bonifacius, ea quæ iungitur meo conſanguine, fit omnibus
meis conſanguineis in primo genere affinis; Sed bene omni-
bus eius viri conſanguineis.

Sunt enim quandoque plures filio cognati quam patri. &
Caterina Pia licet fuerit affinis facta Nicolao Bonifacij ꝓſan-
guineo, tamen non fuit etiam Sabellis facta quibus eſt Nico-
laus, & cognati ſororis meæ conſanguineæ tantum non ſunt
mihi cognati, & inter nos matrimonium licet, vt Inſtit. de
nupt.§.duorum, & c.ſuper iis. de conſ.& affi. Affinitas enim
non cum conſanguineorum conſanguineis, ſed cum coniu-
gis contrahitur, vt d.l.non facile.§. affines. ff. de grad.illi igit̄
mei conſanguinei qui non ſunt etiam ſororis, ſeu conſangui
nei non erunt earum viro affines nec illæ illis.

56 Idem Hotom. in d. tract.fol. penul.pag. .. quęrens an vi-
ctrici matrem, aut generi filiam,quis poſſit capere; cupit in
huiuſmodi ſpecie ſummum iudicium ſummamque prudē-
tiam adhiberi,quoniam illam qui duxerit & priuignam & vi
ctricum,hanc autem & ſocerum & generum vnum eundem
que vni eidemque dici neceſſe ſit, ſeque has tam contrarias
& repugnantes functiones ſimul vnaque in re quis ferre,aut
quo vero exemplo tueri poſſit,non ſatis intelligere affirmat;
Quod quis eiuſdem ſocer & victricus ſit vel gener & priui-
gnus maxima harum functionum conuenientia eſt, vt qui fi-
lius fingitur,ſiue pater poſſit ſecundo hanc induere functio-
nem,eſſe autem vel fingi aliquem vni & eidem perſonæ &pa-
trem & filium ſimul nil tam abſurdum aut præpoſterum dici
poſſit,vt ipſe putat.Sed cur inter hos matrimonium prohibe-
ri debeat,cum nulla inter eos ſit perſonarum attinentia?Quæ
nam abſurditas dici poteſt, quod vni & eidē perſonæ vna &
57 eadem perſona pater & filius fingatur diuerſis tamen ratio-
nibus?Nonne defenſores ciuitatum patres dicuntur ciuium?
vt not.Bal.in l. 1.C.de rati.ope.pub.& patr.ciuil.Eſt igitur de-
fenſor ciuitatis ſui vere patris filius ſui etiam patris ficte pa-
ter?patruo vero vt nepos loco filij vt defenſor patris loco. Itē
epiſcopus Bononienſis ſi à Beroo addiſcat canones, nonne
vt epiſcopus locum patris in Beroum obtinet, vt not. in c.
quis dubitet.diſt. 96. nonne vt diſcipulus, filij? Et Berous,vt
ſubditus eſt loco filij?vt magiſter patris? cum magiſter plus in
diſcipulo,quā pater in filio, quandoque iuris habeat,vt not.
in c.circumcelliones. 23. q.5. Hinc genitus dicitur a me, quē
ego docui,vt 1.Chorin.cap. 4. & ibi Lyr. & 2. Thimo. cap.4.
58 Nonne vnus & idem poteſt vni, & eidem eſſe patruus & ex
fratre nepos? vt cum auia tua paterna nupſerit patri meo, &
tuo patri auia mea paterna nupta eſt, ex qua tu natus es ego
autem ex illa; Aut ſi mater mea tibi, tua vero mihi nupſerit
maſculi qui ex nobis naſcentur inuicem erunt patrui, fœmi-
næ aūt amitæ inuicem,& ꝓſequenter & pīis & filij vnus in al-
terum,& matris & filiæ vna in alteram functionē obibit, di-
uerſis tamen rationibus, vt eſt text.in l.iuriſcōſultus. §. auia
paterna.ff.de grad.Vnde infraſcriptorum apperere veritas vi
detur carminum.

Eſt nati priuigna mei mihi iuncta marito
Et factus nurui ſum gener ipſe meæ.
Eſt ſocer ille meus qui cum mea filia iuncta eſt,
Atque nurus generi nuncupor ipſa mei.

Videlicet quādo ego Iuliam Camillæ filiam vxorem ceperim.Filius autem meus Camillam Iuliæ matrem duxerit,vt in
d.§. auia paterna,ibi ſi vir & mulier. Et conſequenter ego fi-
liam nurus meæ filius autem matrem ſuæ capit nouercæ in
vxorem,& Iuliæ victrici patrem, Camilla vero generi filium
in virum habet, & tam ego quam filius, quam Iulia, quam
Camilla diuerſis tamen rationibus vni & eidem parentis, &
filij locum obtinemus.Nonne poteſt quis minor, & maior
eſſe altero,& ſuperior,& inferior vni, & eidem diuerſis reſpe
ctibus?vt no. glo. in c. quæritur. 2. q.7.& per Abb.in c.ſane.
quia,de off. deleg.num.3.

59 Summam idem Hoto. in d. tracta. car. vlti. nos cogi ca-
nonicorum deſiderare prudentiam aſſerit, qui cum nuptias
mihi cum eius liberis,quæ patri meo iuncta eſt conceſſerint,
eas tamen cum eius liberis quæ patruo vel auunculo nupta
eſt quatuor continuis canonibus prohibeāt, vt in c.ſi cuius,
60 cum tribus ſeq.35.q.10. Cur autem tam acerbè cum canoni-
cis Hoto. agit? Nonne inter eas diuerſa ratio eſt filia eius q̄
patris vxor eſt mei ex affine mea nata non fuit,licet modo ſit
affinis meæ filiæ,Bald.in l.imperialis.§.his illud. C. de nupt.&
ibi Bart.vbi quod non dicitur regis filius vel preſbyteri,is qui
antequam pater rex erat vel ſacerdos natus eſt. & no. in l.
ſenatoris.ff.de ſenatorib. vt per Bart.in l.cum ſatis.C.de agri-
co.& cenſi. vbi etiam,tenet non dici primogenitum regis fi-
lium ante regalem dignitatem adeptam natum: Filia vero
eius quæ patruo vel auunculo quondam nupta fuerat ex affi
ne mea dicitur nata,cum inter eam, & me quo ad matrimo-
nium ſaltem impediendum ſecūdum omnes duret affinitas,
& eius filia ex matre mihi affine in primo genere, ex patre in
ſcḋo nata ſit. Hac rōne ſancti pīes ad ampliandā inter hoīes
charitatē īter me,& eā nuptias,phibebāt.Inter filiā nouercæ
& me, cum neuter noſtrum ex aliquo parente alteri noſtrū
vllius ſit generis affine natus, cur non facilius cōcedantur,&
conceſſæ fuerint ſemper nuptiæ. Et quia idem Hotom. in d.
61 tract.fol.36.affines improprie dici putat eos, ad quorū fines
fit acceſſio,proprie vero tantum eſſe, qui acceſſionem fece-
rint; Vnde nouerca,& vitricus proprie,priuignus autem im-
proprie,& paſſiue affinis dicatur;& hoc ex vocabuli ethimo,
ac notatione animaduertendum fore. videamus igitur ſu-
per hoc articulo.

Profecto ſi vera eius eſſet opin.nec ſocer,nec ſocrus vel pri
uignus mihi affines ꝓprie dici poſſēt,cū nō ipſi acceſſionē fe
cerint ſed ego ad ipſos.Et ſtatuta de affinib.loquentia, nec in
p̄dictis nec in glore vel leuiro locū haberent; eū ſecundū, eū
omnes hi dicer ētur affines improprie,ſtatuta autem proprie
intelligenda ſunt, l.3.§.hæc verba, & ibi Bart. ff. de neg.geſt.
Sed nonne colligitur ex tex. l.non facile.§. affines. ff. de gra.
quod prædicti omnes vocantur affines, & ſpecialia retinent
affinitatis nomina? Cur igitur proprie non dicantur affines?
62 Inſuper diſpoſitum in vno ex correlatiuis cenſetur etiam
in altero, in his contra ſe habent per modum eſſentiæ; vt per
d.Bapt.de S. Blaſ.in tract. de correl.in 4.q.3.venio ad quartū.
nu.8.ver.Nono procedit. Sed gener, & ſocer ſunt correlati-
ua,igitur ſi gener eſt affinis proprie, cur non etiam ſocer? Si-
cut enim tu mihi vicinus vel ſocius vel affinis es, eo modo
opus eſt ego ſim tibi. Hinc etiam videmus quod ſi actio. ex
vna parte correlatiuorū eſt bonæfidei, ſimiliter etiam ex alia
parte erit bonę fidei, vt in §. actiones. Inſti.de actio. & D.Bap.
in d.trac.d.par.num.24.verſ. Septuageſimoſexto. Nec etiam
videtur verum quod vnus tantum acceſſionem faciat, puta
victricus vel gener prout Hotom.putare videtur Nam priui-
gnus & ſocer, & alij etiam acceſſionem faciunt:In duobus ta
men differunt.Primo quod illi de quibus per Hotom.per eo-
rum copulam accedūt,alij vero non per tuam, ſed per vnius
ex conſanguineis cum coniuge concubitum. Item quia il-
li ad totam coniugis cognationem accedūt, alij vero ad ipſā
tantum coniugem.Gener enim per copulam ſuam ſocero,&

vniuer-

Source : BIU Cujas

vniuersis suæ ꝓiugis ꝓsãguineis fit affinis; & ꝓsequenter ad ōēs accessionē facit; socer vero non per suam sed per filiæ copulam, cū viro ad generi accedit cognationē sui, non quo ad omnes, sed quo ad ipsum tantū generum, & illi tantum fit affinis. Et idem tantum de reliquis similibus dicendum est.

Item ex ipso etiam ethimo videtur posse ꝓtra Hoto. argui, siquidē affines inde dict. sunt, vt est text. in d. §. affines, quod duæ cognationes, quæ inter se diuersæ sunt, per nuptias copulātur, & altera ad alterius finem accedit. Non vnus igitur solus, vt ipse autumat, sed vtraque cognatio accessionem facit. Latior tamē est vnius, qui ad omnes coniugis cognatos quā eorum vtpote, qui ad ipsius vnius tantum cognationē appellant, & illi soli affines fiunt. Ille vero omnib. vxoris cognatis. Et est aduertendum quod tex. non dicit quod vnus ex coniugibus ad alterius cognationem accedat, vel quod duo coniuges per nuptias copulantur, & alter ad alterius cognationem accedit; prout diceret, si vera Hoto. foret opi. Sed dicit cognatio altera ad alterius; licet igit̄ copula duorū ꝓiugū sit accessionis causa, tota tamen cognatio, & vtriusque ad alteram accedit, licet non ad totam, sed vna quæq; cognatio ad sui consanguinei coniugem accessionem facit, ipsi vero coniuges ad totam sui consortis consanguinitatem. Facit etiam quod dicitur in d. §. affines. Affines sunt viri & vxoris cognati, nec dicit quod sint affines hi qui sunt cognatorum coniuges, prout dictu fuisset opus, ꝓ eius opinione. Cum igitur priuignus meus & socer meus sint vxoris meæ cognati, & reliqui similes. cur nō affines etiam proprie dicuntur? etiam ꝙ ethimus repugnaret, cum ab ethimo non semper verborum proprietas capiatur, vt per Doct. in l. 1. ff. de acqu. poss. & l. 2. §. appellata. ff. si cert. pet. & per Alci. in l. detestatio. §. familiæ. ff. de verbo. sign. quod arg. ab ethimo est probabile non concludens, licet idem. in l. taberna. distinctione sit vsus, de qua ibi. Non ne igitur potius iuxta descriptionem affinium, per iurecon sultum datam, quam ethimum, dicendum est, affines proprie dici non solum qui accessionem fecerint, sed etiam eos ad quos accessio facta est; & consequenter non solum coniuges consanguineorum, seu consanguinearum nostrarū, sed etiam consanguinei & consanguineæ coniugis nostrę? Quin etiam & coniuges consanguineorum & consanguinearū cōiugis nostræ, prout colligi videtur ex tex. d. §. affines. & latius superius ostensum est? Et de istis loquuntur diffinitiones datæ per scribentes in affinitatis materia, & in prædictis locum habent & intelligi debent, de quib. remittamur ad scribētes.

62 Improprie autem affinitas capitur plurib. modis; primo pro matrimonio ponitur quia per illud affinitas contrahitur, vt in §. socrum. Instit. de nupt. & est text. in l. videamus generaliter. de vsur. secundum Oliue. in tract. de affi. num. 23. vers. Item propter. Item capitur pro iure affinitatis. d. l. non facile. §. fi. Item pro nominibus affinitatis. l. cui eorum. §. affinitates. ff. de postul. Item pro ipsis affinibus, vt in d. §. affinitates. Item affines improprie dicuntur, & vxor inuicem & spōsus & sponsa. tex. in l. non ideo. C. de hæred. insti. vt per Iaf. in l. quod Seruius. ff. de cond. ca. da. Bal. in l. affinitatis. C. com. de succes. & ī l. fi. C. de ver. si. & in l. 1. C. vn. vir & vxor. Itē affines dñr improprie ꝓsanguinei, tex. est in c. de affinitate. 35. q. 2. & c. hæc salubriter.. 35. q. 8. & in l. sancimus. C. de pę. & ī l. fi. ff. vbi pup. educ. & in c. fraternitatis. & ibi Arch. 35. q. 10. & Barb. in c. cū M. nu. 22. de const. & Cice. ad Heren. lib. 1. in ca. de exordio. Sed fortasse melius diceretur in supradictis locis, affinitatem non pro consanguinitate solum poni, sed pro qualibet attinentia, siue ex ꝓsanguinitate, siue ex affinitate procedat. Et ꝓsequenter affinitatem capi in genere & specie, sicut etiam adoptio & cognatio, Instit. de adopt. in princ. & de legi. agna. tut. § 1. Improprijssime dici vidētur affines pro connexis, vnde dicitur affinitas etiam non personarum, sed aliarum rerum: Hinc dicuntur aliqui actus affines alijs pro cō nexis; Bal. ad Spe. in tit. de positio. ver. licet pars. Item similiter improprijssime dicuntur cōsanguinei vxoris consanguineis viri, vel econtra. Hinc Cic. decla. orat. dixit. P. Crassum cum Seruio Galba, cuius 6. filio filiam suam collocaret, affinitate sese coniunxerat. Vnde affines inuicem vocat socerum filij, & socerū nurus, ita forte dictū habita rōne. C. filij ad P. Crassum, & sic generi ad socerum, vt ecōtra Teren. in Hecira ibi, noster socer video venit, pro filij socero. Qui tamen inter se non sunt affines, vt latè per Scribentes in arb. affi. volentes affinitatem nullam esse inter viri consanguineos, & vxoris ad inuicem. Item improprijssime dicūtur affines inter quos est secundi vel tertij generis affinitas; de quibus per Scribētes in d. c. non debet. & in arb. aff. Et Bud. in l. postliminij. ff. de capt. & postli reuer. in annot. reliquis, vocat affinitatem misticam, quæ lauacro initiali contrahitur natali innocentiæ hominū beatrice, quam cognationem spiritualem vocant.

Ex prædictis verò, quę multis pro clariori & faciliori præfatorum intelligentia dicta fuerūt, breuius videtur, posse colligi, ꝙ sicut affinitatis genera tria sunt, videlicet primū, secūdū & tertiū, ita primi generis, quod modo seruatur, tres sint species. Prima eorum, qui ad nostram accesserunt cognationem: Secunda eorum, ad quorum nos additi sumus; Tertia eorum, qui vni, & eidem additi sumus consanguinitati; Vel primi sunt coniuges consanguineorum seu consanguinearū nostrarū. Secđi sunt ꝓsanguinei vel ꝓsanguineæ ꝓiugum nr̄arū; Tertij sunt coniuges cognatorum vel cognatarum coniugis. Nomina quorundam specialia in qualibet specie ponūtur per Iureconsultum in d. l. non facile. §. affines. ff. de gradi. In prima enim gèner, nurus, progener, pronurus, victricus, & nouerca. In secunda socer, socrus, priuignus, priuigna, leuir ꝓsocer, ꝓsocrus, & glos: In tertia spē ponunt̄ lanitrices quas alij inateres appellant. Sunt ēt, & alij affines non tñ peculiaria habētes nomina penes Iureconsultos expressa. Affines itaq; vni ex coniugibus, an sint alteri dū quæritur, & in quo genere videtur dicendum, Aut illi sunt affines in prima vel tertia specie, vt si coniunx ille se illorum apposuit cognationi, aut ipse & illi, vni & eidem; & tunc affines illius coniugis sint alteri coniugi in secundo genere affines; & qui sunt illi primo coniugi in ꝺo sint alteri ī tertio. Et inde fiat, vt stemus in ꝓ posita specie, ꝙ illi de Traiecto, ꝙ sunt affines Camillo in prima specie, & primo gñe, & ꝓiuges eorū vel earū, vt Sāseuerina, & Capuana & Carafa, ꝙ sunt eidē Camillo in tertia specie affinitatis, primi gñis, sint omnes isti Flaminiæ in secundo genere affines. Et si Sanseuerina, vel alij eorum de Traiecto coniuges, alij matrimonio iuncta postea fuisset, eius secundus vir Camillo in secundo, Flaminiæ vero in tertio affinis fuisset genere. Aut illi affines sunt primo ꝓiugi in secūda specie, videlicet quia se ad eius cognationem appulerat, & tunc in eo genere, in quo sunt vni ex cōiugibus, sint etiam alteri; indeque fieri vt Vrsinus & Pila, & Cæsius qui se per copulam ad Caetanam cognationem apposuere, sicut Camillo ita & Flaminiæ in primo sint genere. Et secunda vxor Vrsini sicut est Camillo in secundo, ita Flaminiæ affinis genere. Et qui eam postea caperet, & Camillo, & Flaminiæ in tertio forent affines genere. Verum quia oculorum sensus acrior est quam aurū, vt per Quintil. lib. xi. de memoria. Et segnius irritant animos demissa per aures, quam quæ sunt oculis subiecta fidelibus. Horat. in poet. & gl. §. fi. Inst. de gradi. Ideo non absonum fore duximus præfatas tres species per infrascriptam figuram apertius aperire. Et vt facilius, & iucundius qui volet eas memoriæ mandet, placet hic eandem versibus annotare.

QVAE SIT AFFINIS.

Affinis mihi, nupta meis, cuiusque propinquis
Iunctus ego, aut illis addita, queis & ego,

SPECIES AFFINITATVM.

In genere est primo, specieq; affinis eadem,
Quæ consanguineo iuncta puella meo,
In genere affinis primo, specieq; secunda,
Cognatus sponsi creditur esse mei.
Affines generis species dat tertia primi
Cognatum nostri dum capit illa uiri.

QVAE SIT AFFINIS TIBI NVBERE prohibita.

Nupta tuo generi, cuius uel iungeris, eius
Tu cuius quarto uel copulata gradu.

SPECIES.

Cum consanguineis coeuntes corpore nostris
Affines prima dicimus in specie.
Fortia præterea speciei vincla secundæ
In consanguineis coniugis esse noto.
Cum consanguineis coeuntes coniugis omnes
Affines nobis tertia norma dabit.
Victricus affinis primæ, atq; iniusta nouerca
Progener atque gener, pronurus atque nurus.
Priuignus, leuir, priuignaq; gloſq; secundæ,
Prosocer atq; socer, prosocrus atq; socrus,
Postremæq; manent Aelius, Inateresq;
Victricus vxoris, victricus atque viri.
Vxor priuigni, priuignæ virq; nouerca;
Victricus & socrus coniugis & soceri.
Quos dederat species affines prima marito;
Quo genere est illis sponsus & uxor erit.
Tertia quos uero species uel sorte secunda
Illis proximior coniuge sponsus erit.

Source : BIU Cujas

Grego. Rhamnusij Thar. Quæst. super affi.

Primi generis	Affinitatis	Species.
PRIMA	SECVNDA	TERTIA.
Gener	Socer.	Inateres vel Ianitrices.
Nurus	Socrus	Aelij
		Priuigni vxor.
Progener	Prosocer	Priuignæ vir.
Pronurus	Prosocrus	Victricus viri soceri, uxoris & socrus.
Victricus	Leuir	
	Glos,	Nouerca uxoris uiri, soceri & socrus.
Nouerca	Priuignus	
	Priuigna	
Reliqui cognatorum & cognatarum coniuges.	Reliqui cognati & cognatę cõiugum.	Cæteri cõiuges cognatorũ uel cognatarũ coniugis,

Source : BIU Cujas

TRACTATVS NOTABILIS, SINGVLARIS, ET VTILIS

De dotibus, & dotatis mulieribus, & earum iuribus & priuilegijs,

Editus, per Excellentiſs. ac Celeberrimum Iuris Pontificij, & Cæſarei Docto. Monarcham, & Aduocatum Conſiſtorialem, D. Baldum de Bartholinis, de Peruſio:

PRAESENTIS operis & materiæ tractatum diuidendum & ſubordinandum duxi in duodecim partes. Prima pars erit, quot modis ponatur, & accipiatur, ſeu accipi poſſit ipſa dos in iure noſtro. Secunda pars, circa quidditatē doris propriori modo ſumpto, & an conſiſtat in quodā iure vniuerſali & de multis circunferentibus ad prædicta. Tertia pars, an contractus dotis ſit de iure gentium vel de iure ciuili. & an ſit contractus nominatus vel innominatus. Quarta pars, an contractus, vel iudicium dotis ſit bonæfidei, vel ſtricti iuris. Quinta pars, an dos ſeu dotis cauſa ſit cauſa pia, & quomodo in dote capiatur cauſa pia, ſeu dici poſſit eſſe cauſam piam. Sexta pars veniendo ad priuilegia dotis, quæ ſunt dotis priuilegia ante matrimonium. Septima pars, quæ ſint dotis priuilegia conſtante matri. Octaua pars, quæ ſint dotis priuilegia ſolu. matrimo. Nona pars, quæ ſint dotis priuilegia circa ipſum dotis iudicium. Decima pars, an dos ſolum confeſſata habeat ſua priuilegia, & quomodo. Vndecima pars, an dos putatiua habeat priuilegia. Duodecima pars, an & quando dotis priuilegia egrediantur perſonam mulieris.

SVMMARIVM.

1 *Dos largiſſimo modo accipitur pro omni circunferentia ad ſufficientiam alicuius rei.*
2 *Dos large accipitur pro dote eccleſiæ, maxime nouiter conſtructæ.*
3 *Eccleſia non debet ſine dote ædificari.*
4 *Epiſcopus ſi conſecrat eccleſiam dote nondum conſtituta, tenetur eam dotare de ſuo.*
5 *Fundans vel dotans eccleſiam quærit ſibi ius patronatus, & ſi vnus fundat & alter dotat, ambo ſunt patroni.*
6 *Quarta non detrahitur de dote collata eccleſiæ.*
7 *Donans vel legans aliqua ſtabilia eccleſiæ pauperi, preſumitur, quod ſit pro dote.*
8 *Dos data eccleſiæ in fundatione, an ſit alienabilis vel præſcriptibilis.*
9 *Filiæ intranti monaſterium pater tenetur aſſignare congruam dotem, ſicut nubenti in ſeculo.*
10 *Monialis ſi migret ad aliud monaſterium, debet cum ea tranſire ipſa dos.*
11 *Filio intranti monaſterium, an pater teneatur aliquid aſſignare pro vita.*
12 *Dos accipitur pro matrimonio carnali & ſpirituali, vt ſupra, nu. 8. & nu. 13. 14. 15. 16. & 19.*
17 *Dos data ſponſæ ſi reperitur non ſecutis nuptijs, habet priuilegium ante lationis & tacitæ hypothecæ, & interim eſt inalienabilis.*
18 *Dos putatiua, videlicet pro matrimonio inualido, an habeat priuilegia.*
20 *Statuto ſtante, quod filia dotata non ſuceedat, an tunc legatum filiæ relictū pro matrimonio futuro dicatur dos, & an dictum ſtatutum obtineat in filia remanente vidua ſine dote, quia pater fuerat ſibi ſtipulatus dotem reddi, & maxime ſi exegerit. 21.*
22 *Statuto diſponente, quod omnes cauſæ compromittantur exceptis cauſis dotium, quid ſi petatur dos legata, licet nondum contractis nuptijs.*

CIRCA primum, ſcilicet quot modis accipiatur dos in iure noſtro. † Et quidem dotem accipimus aliquando per modum largiſſimum, videlicet pro omni circunferentia ad ſufficien
1 tiam alicuius rei, vel perſonæ, vt patet iuxta communem vſum loquendi. puta iſte fundus eſt bene dotatus, vel iſta domus eſt bene dotata, ideſt habet omnes habitudines & commoditates requiſitas ad fundum, vel domū, ita accipit Iuriſconſul. in l. ſæpe. §. Seio. ff. de fun. inſtru. ibi, cum dotibus & reliquis colonorum ſic etiam dicimus, iſte iuuenis habet bonas animi dotes, vel eſt bene dotatus in vir-
2 tutibus & moribus. Aliquando † accipimus dotem non ita largiſſimè, nec etiam ita ſtricte & proprie, ſed large, vt contingit aliquando circa eccleſiam, vel capellam nouiter conſtitutam, vel conſtructam iam, cum ipſa cenſeatur ſponſa futura rectoris ibidem inſtituendi pro deſeruiendo ipſi eccleſiæ, vel capellæ, vt habetur in capitulo ſecundo, de tranſlatio. prælato. hinc eſt, quod eſt opus tali eccleſiæ & ſic ſponſæ fu-
3 turæ dotem conſtitui, aliàs non † poteſt, nec debet ædificari [ADDITIO.] Nec debet ædificari. Eccleſia fundari non debet niſi dotetur. quod verum eſt, niſi ex neceſſitate fundata ſit, & dotari non poſſit. Abb Sic. poſt Hoſtien. in capitulo, ad audientiam. 1. de eccle. ædi. Item nec debet conſecrari, vt 16. quæſtio. vlti. piæ. prima quæſtione ſecunda, placuit. prima quæſtio. tertia. ſi quis prębendas, Car. in clem. prima, 13. quæſtio. de vita, & honeſta. clerico.] vel fundari, nec conſecrari dote prius ſibi non conſtituta, vt habetur de conſecra. diſtinc. 1. ca. cum ſit, de conſecratio. eccle. vel alta & in Authen. vt nullus fabricet oratorij domū. §. primo. Et ſi fundans eccleſiam a principio eam non dotauit, poteſt poſtea compelli, vt eam dotet, & dotem ſibi conſtituat tanquam ſponſæ futuræ, vt eſt expreſſum in dicto ca. cum ſit. & quæ dicatur congrua dos ſibi conſtituenda, not. ibidem per Doct.

Source : BIU Cujas

Imo ſi ipſe fundans & ædificans ſit impotens ad dotandum,
4 non debet epiſcopus eam conſecrare,† aliàs conſecrando
tenetur ipſe de ſuo dotare; vt no.habetur in dicto capi cum
5 ſit. Ex† qua dotatione acquiritur iuſpatronatus ipſi dotanti,
ſcilicet in præſentando rectorem ad dictam eccleſiam,etiam
ſi eſſet laicus,vt habetur 16.quæſt.7.capit.piæ mentis.& cap.
placuit. & in toto titu.de iure patro. & ſi vnus fundauit & al-
ter dotauit,ambo ſunt patroni,vt ibi not.maxime per Archi.
6 & hæc dotatio habet priuilegium† vt de bonis aſſignatis pro
dote [ADDITIO Pro dote no.quod quarta non debetur
epiſcopo pro fabrica vel alio certo relicto ad certum pium
vſum, vide Bald. in l. ſi quis ad declinandum. §. in omnibus.
verſicu.2. concluſio eſt,quod eſt verum,etiam ſi relictum ſit
factum ad piam cauſam,prout Titius elegerit,& Titius eligat
eccleſiam fieri de eo. Barto.in l.vnum ex familia.§.primo,de
legat. ſecundo.] eccleſiæ vel capellæ non poſſit defalcari
portio canonica epiſcopalis , cum ad perpetuum diuinum
cultum cenſeatur aſſignata per id, quod habetur in capi-
tulo fina.de teſtamen.& in capitu.1. de cenſi.& ibi hoc tenet
Abb.Siculus,& Petrus de Peru.in ſuo tractatu canonicæ epi
ſcopalis.in 7.capi.quod eſt no.nam facit,quod ſimiliter de le-
gato facto mulieri de dote non detrahitur falcidia,de quo in-
fra dicetur in ſexta parte,circa priuilegia dotis ante matrimo
7 nium. Imo dicebat ibi Petrus † quod ſi a principio in funda-
tione eccleſiæ, vel poſt ipſe fundans donaret aliqua ſtabilia
eccleſiæ, licet non dixerit quod pro dote eccleſiæ donaret,
vel legaret. Præſumitur in dubio,quod pro dote hoc fecerit,
vt ſic non poſſit detrahi dicta portio epiſcopalis, ex quo ad
hoc tenebatur facere, in ar.quod habetur in l.2 C.de acquir.
poſſeſſio.& in l.quædam mulier.ff.de rei vendi.& quia ex pri-
mordio tituli poſterior formatur euētus.l.prima.C.de impo.
lucr.deſcrip.libro 10.Sed imo poteſt dici,quod etiam ad hoc
non teneretur, puta quia alia perſona quàm fundans eccle-
ſiam legaret aliqua ſtabilia ipſi eccleſiæ, præſumitur quod ex
cauſa dotis conſtituendæ hoc fecerit, quando eccleſia erat
pauper & indotata, quando ita ſuadet ſubiecta materia, per
id quod habetur in l.quod autem.ff.de iure do.de cuius legis
intellectu dicetur in d. 6. par. Et ex prædictis poteſt inferri,
8 quod † ſicut dos data pro matrimonio carnali eſt in aliena-
bilis,& conſequenter etiam impræſcriptibilis, vt habetur in-
ſtitu.quib.alie.non licet,poſt principium,& in toto titu.ff.de
fun. do. & in l.ſi fundum.eod. titu & in l. vbi lex.ff de vſucap.
& in l in rebus. §. omnis. C. de iure dot. ſic etiam dicendum
videtur in dote data a principio pro ſuſtentatione eccleſiæ
fundatæ, & ſic infertur, quod licet alia bona eccleſiæ poſſint
alienari,ſeruata tamen forma,de qua in cap.ſine exceptione.
12.quæſtio.2 & in capitu.2.de rebus eccle.non alienan.Et ſic
etiam poſſint præſcribi res eccleſiæ ſicut aliorum priuatorū,
vt habetur capitu.1.& in capitu.ſanctorum.& capit.de quar-
ta , de præſcrip. tamen ſecus in bonis aſſignatis pro dote ec-
cleſiæ , pro quo etiam facit ſingu.glo.in capit.nouum genus.
de deci.quæ vult,quod de fructibus bonorum ab initio con-
ceſſorum pro dote eccleſiæ non debeantur decimæ prædia- 10
les. Tamen cum ſimilis quæſtio ſuperioribus temporibus
fuerit inter epiſcopum Interanenſem, & ipſam communita-
tem pro certis redditibus iam ab antiquo per ipſam commu
nitatem aſſignatis pro dote in noua fundatione epiſcopatus
dictæ terræ, cum poſtea per multa tempora non fuerunt exa
cti per epiſcopos. Nam dicebant nonnulli aduocati in curia,
quod non potuit dicta communitas præſcribere contra ip-
ſam dotem eccleſiæ cathedralis, cum etiam dos aſſignata
pro matrimonio carnali ſit impræſcriptibilis, vt ſupra,& ma- 11
xime quia magis videbatur fauendum reſpectu matrimonij
ſpiritualis; cum illud ſit magis fauorabile & maioris poten-
tiæ,quod patet,quia tollit & extinguit matrimonium carna-
le, cuius vinculū de ſui natura eſt inſeparabile, vt habetur in
capitu.ex parte,& capitu.ex publico.de conueſio.coniuga.vi
delicet quando non eſſet conſummatum per carnalem co-
pulam,vt ibi habetur; tamen in fauorem communitatis fuit
conſultum per collegium Peruſinum, & ſic quod poterint
dicti redditus præſcribi per multa iura & rationes, & maxi-
me quia diuerſa eſt ratio in dote mulieris, cum ipſa nullum
conſtante matrimonio ius habeat dominij,vel quaſi,nec po
teſt ipſa interim agere , ideo contra eam non poteſt præſcri-
bi, vt habetur in dicto §.omnis , quæ ratio ceſſat in eccleſia,
de quo tamen infra tangetur in 7. parte. circa priuilegium,
quod ponit gloſ.vt res dotalis non poſſit alienari. Præterea
nullo iure cautum reperitur,quod bona eccleſiæ a principio
aſſignata pro dote non poſſint alienari ſaltem cum ſolennita
te requiſita a iure,vel non poſſit præſcribi, & glo.in dicto ca-
pitulo nouum genus,dum vult quod non ſoluantur decimæ
de bonis dotalibus eccleſiæ non confert ad propoſitum,quia
non ſequitur,non ſoluuntur decimæ, ergo non poſſunt alie-
nari,vel præſcribi. Præterea eſt glo.illi contraria in capit.1.de
cenſi.vbi idem tenet Hoſtien.& illam communiter ſequun-
tur ibi Docto.poſt Hoſtien. in dicto capitu. nouum genus,
cum debeant bona collata eccleſiæ tranſire cum ſuo onere
tributi debiti ipſi Deo in ſubſidium egentium animarum.ca
pitulo tua nos.de decimis. Alio modo & tertio accipitur dos
circa matrimonium ſpirituale non pro dote eccleſiæ ſed pro
dote puellæ intrantis religionem, & per modum non ita lar-
9 gum, ſed magis ſtricte, puta ſi filia † vult intrare [ADDI-
TIO Intrare monaſterium. Adde hic,quod refert Ioan.And.
in addit.Mar.de Fano.&c.& Ludo.Roma.in ſingu.verſi.dos.
vide Barto.in l.poſt dotem. ſolu.matrimo. quod eſt verum,
etiam ſi habeat aliunde. Ange.in §. quia vero.in Authen. de
æqual.dot.] monaſterium,& ſic nubet in Deo,& non in vi-
ro,tenetur pater ſibi aſſignare congruam dotem,prout tene
tur pro matrimonio carnali.l. qui liberos.ff. de ritu nup.& l.
obligamur.§.lege.ff.de actio. & obligatio. cum non minoris
ſit fauoris matrimonium ſpirituale,quàm carnale,imo maio
ris,ex quo tendit in fauorem animæ. l. ſancimus. C. de ſacro-
ſanctis eccle.& ſupra dictum eſt, prout hoc voluit gloſ.no.in
authen.ſed quamuis, & ibi Cyn.C.de rei vxo.actio.vbi dicit,
hoc eſſe verum,ſi intraret religionem approbatam.Et ſic di-
cit,ſecus eſſe in iſtis bizocharis,quæ ſunt indutæ habitu bea-
ti Franciſci,dicendo ita ſe habuiſſe a Ioann. Andr. ſed cum
hodie earum regula & vita ſit approbata per ſummum Pon-
tificem,dicendum eſt idem in eis,prout in intrantibus mona
ſteria regulæ approbatæ,& dicit hoc fuiſſe de mente eiuſdem
Ioan.And.tamen procederet,quando intrarēt clauſuram ali
cuius congregationis,non ſic in iſtis quæ remanēt in domo,
non in totum relinquendo ſeculum: nam cum iſtæ poſſint
commode percipere alimenta in domo paterna,non tenetur
pater eis aſſignare aliquid pro dote, cum tunc ceſſet ratio,
quæ viget in ſtantibus ſub clauſura. Cogita tamen,quia gloſ.
ibi & Cy.loquuntur in filia,quæ remanſit vidua,cum iam vi-
detur quæſitum ius fuiſſe in dote, per id quod habetur in di-
cta authen.ſed quamuis,tamen Docto.communiter idem te
nent in ea,quæ nunquam fuit, cum idem ſubſit vinculum &
officium paternum in dotando,vt dictis iuribus, vt l.fina.C.
de indic.vidui.tol.adde etiam,quod ſi pater tempore ingreſ-
ſus monaſteri concedit aliquam pecuniam,vel rem ſtabilem
tali monaſterio,licet non dicat pro dote dictæ filiæ,in dubio
videtur aſſignare pro dote ipſius filiæ , ſecundum Barto.no.
in l.prima.§.ſi parens.ff.ſi quis a paren.fuer.manumiſ bene fa
cit l.quod autem.ff. de iure dot. & etiam quod dictum eſt ſu-
pra in fundatore eccleſiæ. Effectus reſultat magnus, quia il-
lud computandum veniret in legitima ipſius filiæ ſibi debita
poſt mortem patris: per id, quod habetur in l.quoniam no-
uella.C.de inofficio.teſtamen.prout etiam voluit ipſe Barto.
in dicto §.ſi parens.vbi ſi videret patrem ſimpliciter donaſſe
monaſterio non contemptione dotis non computaretur
dicta legitima. Præterea ſi dicta filia † poſtea tranſiret ad aliud
monaſterium eiuſdem regulæ, vel alterius, puta de licentia
abbatiſſę,vel per alium modum a iure permiſſum,ſecundum
quod habetur in capitulo licet.de regularib.& in capit.quod
Dei timorem,de ſtatu regularium,tunc deberet cum ea tran
ſire ipſa dos , per id quod habetur in l. ſi is qui. §.primo.ff. de
iure dot.& tamen ſecus eſſet,ſi non cenſeretur illud aſſigna-
tum pro dote, ſed per viam ſimplicis donationis, quæ ſim-
plex donatio non computatur in legitima, vt per Barto. &
alios Docto.in l.in quartam.ff. ad leg. Falcid. † quid autem in
filio intrante monaſterium.Dicas,quod licet ſic intrando vi-
deatur contrahere matrimonium ſpirituale.capit.2.de tranſ-
latio.præla.tamen pater nō tenetur aliquid aſſignare tali mo
naſterio pro dote, cum ſolum ſponſæ & non ſponſo debea-
tur dos,ſcilicet aſſignanda per patrem . Poteſt tamen dici, q̄
ſi dictum monaſteriū eſſet debile in facultatibus:poſſet tunc
ex perſona dicti filij intrantis petere legitimam aſſignari per
patrem,licet enim regulariter legitima non debeatur filio in
vita patris, vt habetur in l.fin.ff.de libe.agno.& in Authent.
vt liceat matri & auiæ.§. præterea. tamen in caſu iſto poſſet,
cum idem videamus in caſu econtra, ſcilicet patre intrante
monaſterium; vt filius legitimam petere poſſit ante mor-
tem dicti patris naturalem ſaltem de æquitate canonica, vt
eſt caſus ſingu.in capit.cum ſimus.de reg.& communiter ita
ſequuntur canoniſtæ ibidem, & tenet Bald.in authen. ſi qua
mulier.ad finem. C. de ſacroſanc.eccle. licet ſecus de iure ci-
uili, vt ibidem, quod maxime videtur procedere , ſi mona-
ſterium eſſet inops & impotens ad ſubſtentandum talem fi-
lium.cogita tamen, quia ſaltem videretur tunc indubitanter
dicendum,

Source : BIU Cujas

dicendum, patrem teneri ad aliquid assignandum in vita sua pro alimentis dicti filij, vbi si monasterium esset potens dicta alimenta non deberentur, per id quod habetur in l. si quis a liberis. in §. si filius. de libe. agno. tamen in filia intrante monasterium sine dubio tenendum videtur, patrem teneri ad eam dotandam, etiam si monasterium esset potens, per id, quod habetur notanter in d. l. fina. de do. promis. vbi etiam si filia est diues in suo patrimonio, adeo quod posset ex suis bonis dotari, nihilominus pater tenetur ad eam alimentan-
12 dum. Quarto modo † accipitur dos per modum magis proprium & strictum, quando constituitur pro matrimonio carnali, super quo similiter potest considerari, quod aliquando accipimus dotem proprie & stricte, aliquando late, aliquando larius, & aliquando latissime. Primo modo non potest proprie & stricte dos dici, nisi vbi est matrimonium, & vbi non est matrimonium, ibi non est dos. l. fin. C. de dona. ante nup. & l. 3. ff. de iure do. Hinc est, quod solu. matrimo. non potest proprie amplius dici, cum matrimonium & eius onera sint causa dotis. d. l. 3. & l. pro oneribus. C. de iure dot. ergo finito matrimonio cum cessent onera, cessat etiam ipsa dos, licet autem non sit proprie amplius dos, tamen remanent eius reliquiæ & eius fauores, vt dicetur proxime & etiam infra, in
13 septima parte, ad hoc l. etiam directo. ff. de fun. dot. † Secundo modo accipitur large seu clare, & tunc etiam solu. matri. dicitur dos, & pro ea agitur actione de dote, & hodie ex stipulatione, vt habetur in §. fuerat. Institu. de actio. & in l. 1. & per totum. C. de rei vxo. act. cum infinitis si. & ideo durant eius priuilegia, imo ex tunc vt plurimum incipiunt habere effectum, scilicet ea quæ in fauorem mulierum sunt introducta, de quibus latissime infra dicetur super d. 7. par. Imo non so-
14 lum † in re ipsa dotali, sed etiam pro fructibus perceptis post solutum matrimonium, qui proprie nō sunt dos, datur actio de dote, & etiam eius priuilegia locum habent, vt est tex. no. in l. si marito. §. fin. ff. soluto matrimo. & tangetur latius infra, in 2. par. & est glo. no. in l. diuortio. §. ob donationes. ff. soluto matrimo. & ideo etiam solu. matrimo. durat fundus dotalis & eius priuilegium, vt sit inalienabilis & imprescriptibilis, vt l. etiam directo. & l. 3. ff. de fun. dot. Intellige donec ipsa dos sit restituta mulieri, & sic donec duret actio de dote, vt dicta
15 l. 3. Post † restitutionem autem dotis non potest aliquo modo dici amplius dos, nec amplius durant eius priuilegia, vt notanter probatur a contrario sensu in dicta l. 3. no. Bald. in l. si constante. in princip. ff. soluto matrimo. & in l. prædium. ad fin. C. de iure dot. & in l. dotalem. ff. de testamen. milita. licet tunc per quendam modum latissimum posset nominari dos,
16 vt infra tangetur. Tertio † modo circa matrimonium carnale accipitur dos largius seu latius, videlicet ante matrimonium & post sponsalia de futuro contracta. Nam licet pro ea repetenda non secutis nuptiis non detur actio de dote, nec ex stipulatu expressa vel tacita, sed datur condictio ob causam, si a principio fuit data dos sponsō, vt incontinenti efficeretur dominus, prout in dubio sic præsumitur esse actum. l. dotis fructus. in fi. cum sequen. ff. de iure do. alias daretur rei vendicatio, vt ibi habetur, tamen potest lato modo dici dos quo ad multos effectus, & aliqua priuilegia, quod habeat priuilegium antelationis in personalibus, vt est casus singul. in l. 2. §. fina. cum sequen. ff. de priuileg. credito. & hodie haberet tacitam hypothecam etiam cum prelatione, vt est ibi glo. nota. & in l. fina. C. qui pot. in pigno. hab. & tangetur infra, in
17 6. parte. circa priuilegium hypothecæ. Item † quia habet priuilegium legis Iuliæ, de fundo dot. vt sic etiam sit inalienabilis & imprescriptibilis, sicut est proprie dos, vt est casus sing. in l. lege Iulia. ff. de fundo dot. Et idem dici potest in dote data pro matrimonio non vero, sed quasi matrimonio, videlicet quando esset inualide contractum inter ignorantes, cum dicatur tunc quasi dos. l. si serua. ff. de iure dot. cum etiam dicto casu habet priuilegiū prælationis inter personales actiones, vt habetur no. in l. si cum dotem §. fina. ff. soluto matri.
18 & ibi dixi, ad hoc dicta l. 2. ff. de priuileg. credito. An † autem habeat dicta quasi dos, videlicet pro matrimonio putatiuo priuilegium tacitæ [ADDITIO. Priuilegium tacitę. no. hic quod dos putatiua habet priuilegia veræ dotis & hypothecę in bonis viri. l. si cum dotem. §. fi & ibi Docto. solu. matrimo. Bal. & Pet. in l. 1. C. de condi. ob causam. Et ideo dotis putatiuæ instrumētum habet exeeutionem paratam sicut veræ dotis, Bal. in d. l. 1. de condi. ob cau.] hypothecæ, & maxime cū prælatione, no. in dicto §. fin. & tangetur in 12. par. huius operis. & ibi etiam plene tangetur, an interim durante tali matrimonio putatiuo maritus putatiuus lucretur fructus dotis, etiam extantis, & an stante pacto, quod vxore prędecedente, vir lucretur dotem, vel certam partem dotis, habeat tunc locum, si prædecedat mulier in matrimonio putatiuo, de-
quo etiam dixi in l. si ante nuptias. ff. soluto matrim. Quarto
19 modo accipitur † dos largissime, videlicet vbi non erat matrimonium verum, vel putatiuum nec etiam sponsalia de futuro, sed habetur respectus ad matrimonium futurum, puta si pater legat dotem pro filia nondum nupta etiam pupilla, te
20 stamento, vel codicillis. Nam † per modum latissimum potest dici dos, quasi tale legatum sit pro dote destinatum. l. cum plures. §. cum tutor. ff. de administra. tutorum. iuxta glo. nota. ibi. & ibi per Barto. & per eundem in l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de condi. & demonstra. & in l. qui pupillam. ff. de adulte. Et sic solet induci ad statutum, quod filia dotata a patre non succedat extantibus masculis, vt tunc satis dici possit dotata a patre modo prædicto, ex quo dos fuit sibi destinata per patrem pro matrimonio futuro. Et licet Cyn. post Petr. & Iacob. de Are. contrarium dixerint, vt refert Barto. in l. non sine. C. de bon. quæ liber. vbi dicit, idem tenuisse Rayn. de Forli. vt sic tale statutum sit restringendum, tendat in odium & in exhæredationem quandam ipsarum filiarum, per id quod habetur in l. cum quidam. ff. de liber. & posthum. cum simil. Tamen Barto. in l. Titio centum. dicto §. Titio genero. & dicto §. cum tutor. & dicta l. qui pupillam, tenuit contrarium, quod imo tunc excludatur filia. Et idem tenuit post multa Bal. in dicta l. non sine. C. de bon. quæ libe. & ibi etiam Ange. & per eundem Bald. in l. fina. ad fin. & l. si pater. C. de sponsa. & in l. penulti. C. con. inser. & in l. Deo nobis. C. de episcop. & cleric. Et ista est communis opinio. pro qua videtur pluries fuisse consultum per solennes Docto. Nec ab ista opinio. discrepauit Cyn. & Iacob. de Are. & alij, vt supra, quia termini quæstio. Iaco. de Are. & Cy. sunt in
21 statuto disponente † quod mulier maritata & dotata a patre debeat esse contenta dote, & non succedat cum fratribus, vt non habeat locum in filia, quæ fuit desponsata per patrem per verba de futuro cum dote, cum illud statutum sit exorbitans, ergo non trahendum extra terminos proprios, cum licet fuerit desponsata, tamen non potest dici, quod fuerit maritata, licet dicat Cyn. quod contrarium fuit iudicatum & male. sed licet non possit dici, quod fuerit maritata, tamen potest dici, quod fuerit dotata. ergo non sic esset si statutum simpliciter diceret de filia dotata, vt ibi per Bald. vidi etiam consultum & obtentum in quæstione facti, vbi pater fuit stipulatus dotem sibi reddi soluto matrimo. & filia remaneret postea vidua, decessit pater restituta dote eidem patri. Nam dicebat filia se non esse dotatam, cum dos fuerit reuersa ad patrem, & in eum fuisse dotem consolidatam ex dicta stipulatione paterna. Tamen contrarium fuit conclusum, ex quo adhuc sibi filiæ remansit ius petendi dictam eandem dotem, vt possit congrue renubere etiam contra filios & hæredes ipsius patris, ideo censetur dotata tanquam sibi sit destinata dicta eadem dos pro alio matrimonio, per id quod habetur in dicta authen. sed quamuis. C. de rei vxo. actio. & in l. fina. C. communia vtriusque iu. & quod per Cyn. in dicta l. 1. §. videmus. de rei vxo. actio. & per Barto. in l. post dotem. & l. si marito. §. primo. solu. matrimo. facit ad prædicta tex. in l. non est matrimonium. ff. de ritu nupt. & in dicto §. Titio genero. in ver. sed cum ante nup. de conditio. & demonstratio. & maximè prædicta procedunt hodie attento communi vsu loquendi, quia dicimus, talis puella habet bonam dotem, licet adhuc sit pupilla, & sic etiam vidua, quæ etiam post dotem taxatam communiter dicitur, quod habet bonam dotem, vt dicebat Bart. in dicto §. Titio genero. Et hæc omnia sunt vtilia ad statuta loquentia de dotibus, quomodo intelligantur, puta si statutum dicat, vt vidi in plerisque locis, quod omnes
22 † causæ compromittantur ad petitionem partis hoc petentis, exceptis causis dotium an habeat locum dicta exceptio statuti non solum quando dos peteretur per mulierem solu. matrimo. vel ab eius hæredibus, contra virum vel eius hæredes, an autem etiam quando peteretur dos legata licet nondum si contractum matrimonium, & maxime quando tale legatum esset purum, vel si non repeteretur dos a sponso propter non secutas nuptias. Nam potest dici esse ponderanda verba statuti: nam si statutum diceret, exceptis causis dotium, tunc possunt magis late intelligi, vt sic quicquid tangit causam dotis habeat idem priuilegium, argumen. tex. in clementina dispendiosam, de iudi. bene facit. l. Stichus. ff. de leg. 3. & bene facit no. doctr. Bar. in l. solent. ff. de alimen. leg. dum loquitur de causa alimentorum priuilegiata, inducendo ibi etiam circa statutum, quod in causis damnorū datorum stetur iuramento damnum passi, quod dicto casu quicquid tangit causam damni dati habet idem priuilegium, vt ibi per ipsum, sicut etiam habetur in causis alimentorum, vt etiam voluit Bald. in l. prima C de rebus credit. Et multo magis si statutum diceret, exceptis causis, quæ essent super dotibus,

Source : BIU Cujas

cum dictio ſuper, accommodetur ad cauſam etiam remotam, videlicet occaſione dotium per id quod not. Bald.in l. prima.C.communia de leg. per gloſ. ibi ſuper ver. ſuper, ſed ſi ſtatutum diceret, omnes cauſas debere compromitti exceptis dotibus. & tunc forte ſtatutum prædictum non poterit intelligi, niſi de dotibus, pro quibus competeret actio de dote, vel hodie ex tacita ſtipulatione tam ex parte viri petentis quàm mulieris repetentis, vt ſic dictum ſtatutum debeat intelligi in dote vera & propria, & ſic ſtricto modo, per id quod habetur in l. quicquid aſtringendæ. ff. de verbo. obligatio.& in l.ius ſingulare.& in l. quod verò.ff.de leg.& in regu.quæ a iure,in ſexto.ſed in contrarium faciunt dicta ſup. & maxime circa ſtatutum de filia dotata,& hoc videtur verius,& maxime quia illa verba ſtatuti ibi,exceptis dotibus,habent relationem ad proximè præcedentia,& ſic debet intelligi, exceptis dotibus, ſcilicet cauſis dot.argumen.l.fin.§.cui dulcia.ff.de vino triti.& oleo leg. Et quia exceptio debet eſſe de reg.vt not.in l.1.de regu.iur. per gloſ. & etiam per Dyn.in rubri.de regu.iur.in 6.

PARS SECVNDA.

SVMMARIVM.

1 *Dotis diffinitio ſecundum Bart.reprobatur ſex validiſſimis argumentis.*
2 *Sententia ſi eſt incerta,non hoc reſpectu, in debeatur,vel quid debeatur,ſed de qua re iudex ſenſit,tunc eſt certificanda ex ipſo libello.*
3 *Dotem petere non ſufficit,ſed etiam petendum eſt & probandum quantum ſit in dote.*
4 *Res dotalis ſubtracta viro ſi reſtituatur cum pęna quadrupli, tale lucrum non ſubycitur reſtitutioni.*
5 *Precium ſuccedit loco rei in dote,& res loco precij.*
6 *Fructus petuntur iure actionis ſpeciali fauore dotis.*
7 *Fructus percepti poſt matrimonium non poſſunt retineri ob impenſas neceſſarias,ſicut poteſt ipſa dos. Item nec ob impenſas vtiles, licet in hoc ſit ſpeciale fauore mulieris.& nu.8.*
9 *Hypotheca contracta in ipſa etiam ad fructus ipſius rei ſe extendit.*
10 *Dilatio nulla datur pro fructibus perceptis ſolu.matrimo. reſtituendis mulieri vel eius hæredibus, non pro fructibus ante matrimonium perceptis.*
11 *Vir ſi poſt moram vxoris vel ſoceri dotem recipit,propter hoc non ſibi præiudicatur in fructibus vel intereſſe.*
12 *Pactum in contractu dotis, quod vir non teneatur ad onera, an valeat.*

DESCENDO nunc ad ſecundam partem,ſcilicet circa quiditatem dotis pro priori modo ſumptæ, & diffinitur vt per Azo.in ſumma. C.de iure dot. & per Barto. in rubri. ff. ſoluto matrimo. qui tan-
1 dem reprobata opin. Azo. dicit dotem † eſſe ius quoddam in ſe continens id,quod a muliere,vel eius patre,viro vel eius patri traditũ eſt, vel pro tradito habitum propter onera matrimonij ſupportanda. Concludendo in effectu, dotem eſſe ius quoddam incorporale, & vniuerſale, ſicut hæreditas & peculium, & hoc per Barto. per l. quod dicitur, la prima,in tex. & gloſ. ff. de impen. vt latius per eundem in dicta rubri. Nam adde,quod Bart.& alij eum ſequentes moti ſunt ad hoc tenendum,quia videbatur eis eſſe caſus in terminis,cui non poſſit bene reſpon.in dicta l.quod dicitur, reſpondendo ad l. fin.C.de ſenten.quæ ſine certa quantitate. Et pro certo ſi d.l. quod dicitur, non eſſet, nullus vnquam fuiſſet auſus tenere dictam opinio.Ange.licet in aliquibus contradicat Bart.maxime dum dicit Barto.quod in dote res ſuccedit loco precij, & econtra, ſicut in vniuerſalibus per id, quod habetur in l. Labeo, & Sabinus.§.1.ff.de verborum ſignificat. & quod ibi per glo. Nam dicit Ange.illud eſſe ſpeciale in dote,prout alia multa ſunt ſpecialia in ipſa dote, vt infra patebit in progreſſu huius operis, & tamen ipſe Ange.implicat ſibi contradictionem,dum ipſe tandem fatetur, dotem poſſe dici ius quoddã vniuerſale, per d.l.quod dicitur.Ioan.de Imo.& Ludoui.de Roma, in dicta rub. in effectu ſequuntur,Barto. maxime per d.l.quod dicitur,cui dicunt,non poſſe dari ſufficiens reſponſum.ſed Bald.in l.prima.ff. ſoluto matrimo.deridet opin.Bar. niſi vniuerſitas ſit in dote,vt peculium,vel hęreditas:fatuum enim eſt dicere ſecundum eum,quod ſi decem petantur nomine dotis,quod ſit vniuerſalis petitio iſta,quæ certos & ſpecificatos habet fines,quod dicit eſſe menti tenendum, tamẽ ipſe Bald.videtur intelligere d.l.quod dicitur, quod ibi in dote erat data vniuerſitas, non videtur bona reſpon. ad illam l. vt infra dicetur.ipſe tamen Bald. in l.fin. §. præterea. C.de iure dot.videtur ſequi Barto.& ſeq opi.impræmeditate in curſu lectionis tranſiuit,ſed magis præcogitate in d.l.fina.tenui contrariam opinio.contra Bart.videlicet dotem non eſſe iu-
vniuerſale, & idem tenuit Rapha. Cuma. in rubri. ff. ſoluto matrimo.niſi quando eſſet datum aliquid, quod de ſe foret vniuerſum, ſic intelligendo tex.in dicta l. quod dicitur.& in l.1.§.ſed quod dicimus.ff. de dote præleg quæ tamen intelligentia ad illum tex.non videtur bona, vt dixi: imo in totum alternatiua. Pro Barto.tamen multum facit tex.in glo.in l.ſi marito.§.fin.ff.ſoluto matrimo. maximè intelligendo illam, prout eam intellexit Barto. in dicta rubri. & in d.l. ſi marito. §. fin. & in l. diuortio. §. ob donationes. ff. eodem titu. ſed contra opin. Barto.facit glo.quam ipſe pro ſe alleg.in d.§. in l.Labeo.& in l.ſi vt proponis. C. de rei vendi.dum volunt illud procedere non ex natura vniuerſi,ſed ſpeciali fauore dotis & mulieris,vt etiam dixit Ange.in d.rubr. & infra dicetur. Et hæc opin.contra Barto.poteſt in puncto iuris intrepide teneri. Primo per caſum in dicta l.fin.ad quam friuola videtur reſpon. Barto.quod ideo non valuit ibi ſententia, quia erat incerta,& reſpectu ipſius vniuerſi, cum in ea non fuerit habita mentio de dote,ſed ſolum iudex dicit pronunciando contra maritum, ea, quæ bona fide accepiſti, ſolue, ſubdendo in d.rubr.Barto.quod ſi ibi iudex dixiſſet,ea,quæ bona fide pro dote accepiſti, ſolue, licet non expreſſiſſet quantitatem vel ſpeciem acceptam pro dote,valuiſſet dicta ſententia. Et pro certo videtur, quod hæc reſpon.non procedat, quia ſatis videtur tacitè ibi habita mentio de dote in ſententia,ex quo in libello fuit petita dos, & ſic ex cauſa dotis fuit facta petitio, vt patet in tex.ibi,dotem, quæ repeteretur, non liquidam eſſe,ergo in libello repetebatur dos,tamen erat incertum quãtum ab eo repeteretur pro dote,vt patet in princip.l.ibi,cum incertum eſſet & accepiſſet quantumcunque ab eo peteretur, ergo fuit repetita dos in libello, licet non eſſet declarata quantitas.Et ſic ſententia illa reſpectu ipſius rei petitæ & cauſæ deductæ in libello veniebat declaranda ſecundum petita, vt ſic cenſeatur conformis ipſi libello per id,quod habetur in l.vt fundus.ff. communi diuidun. & in l.fin. C. de fidei. liber.
2 cum ſimi.ſed tunc obiicitur, † quia quando ſententia eſt incerta reſpectu quantitatis,ſcilicet quantum debeatur,vel an debeatur, tunc ſi aliter in ea non habeatur expreſsè relatio, veniat certificanda per relationem non ad acta aſſertoria, & ſic ad ipſum libellum,ſed ad ipſa acta probatoria per id,quod habetur in l.ait prætor.§. ſi iudex.ff.de re iudic.& ibi per Bar. & alios in l.3.de ſenten. quæ ſine certa quantita.puta ſi dicatur,condemno Titium in quantitate,quam debet. Nam debet intelligi, ideſt quatenus conſtat ex actis,quod & quantũ debeat. Nam aliter intelligendo,videlicet quod referatur ad libellum,hoc eſſet abſurdum,cum non poſſint hæc conſtare iudici ex ipſo libello & aſſertione actoris, ſed ex actis probatoriis, vt habetur in dicto §.ſi iudex. & in dicta l.3. Et ſecundum hoc non valuiſſet ibi ſententia tanquam incerta per relationem neceſſario fiendam ex actis,cum ex actis non conſtabat aliqua certitudo etiã reſpectu vniuerſi, licet forte conſtaret ex libello ipſa certitudo reſpectu ſaltem vniuerſi, ad quem libellum ſententia non eſt referenda vt ex eo habeat certificari vt ſupra. Sed poteſt reſponderi quod quando in ſententiis non reſultat incertitudo reſpectu iuris ipſius actoris vel rei: & ſic an debeat, & quantum debeat, ſed ſolum dubitatur de qua re iudex ſenſerit in ſua ſententia,tunc ipſa ſententia debet neceſſario intelligi ſecundum ipſum libellum, vt bene hoc intelligitur ex dictis Bart.in l.1.C.de errore calculi.Vnde ponamus quod actor petit fundum Cornelianum ex cauſa emptionis ipſum confinando: Et poſtea iudex condemnat reum conuentum ad fundum tradendum, aliter ipſum non demonſtrando, nullus dixerit hanc ſententiam non valere tanquam incertam.Nam imo eſt certa reſpectu ipſius fundi, cum videatur condemnaſſe ad fundum petitum & ex cauſa deducta in libello,videlicet emptionis,iuxta glo.no.in l.hæ enim cauſæ.ff.de ſuſpec.tut.bene facit,quod habetur in l. ſi quis ad exhibendum. & quod ibi per glo. & Barto. ff. de excep.rei iudic. Debet enim ſententia & eius verba intelligi & accommodari ſecundum materiam ſubiectam deductam in libello, vt patet ex tex.cum glo.no.in l.& puto. §.1.ff.famil. erciſc. Sic etiam ſi mulier in libello aliquã rem petit a viro, ſeu eius hæredibus ex cauſa dotis reſtituendæ, puta Titianũ, & iudex condemnat virum, ſeu eius hæredes ad fundum reſtituendum mulieri, debet intelligi, ſcilicet ad fundum petitum,& ſic ex cauſa dotis.

Merito concludendum eſt ad terminos.d.l.fi.quod ex quo mulier petit in ſuo libello dotem acceptam a viro ſibi reſtituí,ſi iudex poſtea condemnando virum dicat in ſententia, quæ bona fide accepiſti,redde mulieri,debent intelligi dicta verba.ſ.quæ accepiſti ex cauſa dotis petitæ,redde &c.

Conſe-

Source : BIU Cujas

Consequenter ergo infertur, quod ibi sententia fuit certa saltem interpretatiue, scilicet respectu ipsius dotis, sed non respectu quantitatis dotis. Et sic inquantum fatemur, ipsam dotem esse quid vniuersum, sententia fuisset certa respectu ipsius vniuersi petiti, scilicet respectu dotis, & tamen ibi non valuit. Vnde per hæc non videtur bona responsio Bart. nec etiam obstat, si diceretur, quod in dicta l. fin. fuit dos petita, tamen incerta, vt videtur probari ex tex. ibi, dotem, quæ peteretur. Et sic procedat ibi libellus incertus in dote, quod non videtur ex alio nisi ex natura vniuersi, per id quod habetur in l. prima. ff. de eden. Et sic etiam valuisset ibi sententia, si fuisset ibi aliquid probatum de dote data vel promissa, sed non fuisset probatum quid vel quantum fuisset promissum. verum quia nihil fuit ibi probatum, ideo non valuit sententia, sicut non valeret in aliis vniuersalibus, quando nihil de ipso iure vniuersali constitisset iudici per id, quod habetur in l. prolatam. C. de senten. cum simil. prout etiam Barto. sensit hanc rationem in dicta rubrica. Nam po-
3 test responderi, quod imo ille text. clare probat non † sufficienter esse probatum dotem esse datam, nisi etiam esset probatum, quod accepisset pro dote, vt patet ibi, cum incertum sit, scilicet ex actis, quid accepisset, & ibi dotem, quæ peteretur, scilicet in libello non esse liquidam, id est non esse liquidatum ex actis supple, vt certa possit ferri sententia. Et intentio Imperatoris ibi fuit annullare illam sententiam non ex eo, quod sine causæ cognitione vel aliqua liquidatione præcedente fuisset lata, sed ex eo quia illa sententia fuit incerta, alias non bene conueniret titu. contra l. Imperatores. ff. de in diem adie. & quod not. glos. in capitu. bonæ. de confirma. vtili. vel inuti. Imo plus dico, quòd licet non fuisset per testes, vel instrumentum liquide, vel plene probatum de dote data vel promissa, tamen sententia condemnatoria mero iure valeret, licet foret iniusta, & per appellationem possit rescindi, cum tunc dicatur lata contra ius litigatoris, & non contra ius constitutionis per id, quod habetur in l. præses, & l. cum prolatis. ff. de re iudica. & in capitulo, cum inter vos. & capitulo, quod ad consultationem. eodem titulo. Vnde sequitur, quod si ibi probatum plene fuisset de ipsa dote, sententia tamen debeat ferri certa & non incerta, quia sententia incerta valere non potest, etiam si certificari possit per acta probatoria, si ad ea non sit expressa relatio, quando etiam ipse libellus esset incertus, quia tunc ruit vna cum libello, vt habetur in l. finali. C de anna. except. & in l. prima. §. si quis argentum. ff. depos. & not. Instit. de act. §. curare. Et sic necessario concluditur, quod in dicta l. fina. sententia erit certa respectu dotis, scilicet propter libellum, ad quem debet referri, tamen quia erat incerta respectu quantitatis vel rei pro dote promissæ per virum, ideo non valuit, vt patet ibi in tex. quantumcunque peteretur. Et sic innuit ibi tex. expressè, quod non sufficit petere dotem, cum etiam sit opus petere, & probare, quantum sit in dote. Præterea tex. ibi se fundat, quia incertum erat iudici quid illi maritus accepisset in dotem. Et sic dicatur ibi intelligi non sufficere iudici constare dotem esse datam, puta si vir esset confessus se dotem accepisse, cum ex hoc non posset sequi sententia certa, nisi etiam constet iudici quid accepisset pro dote, & tamen in vniuersalibus non esset hoc necesse, cum sufficeret, quod in executione sententiæ liquidetur, vt per glos. & Docto. in l. prima. ff. de eden. Vnde si quis velit recte intueri verba & mentem illius tex. est ibi casus rotundus contra Barto. Secundo contra dictam opinionem facit, quia id dicitur esse vniuersale quod continet, vel aptum continere vniuersalitatem iurium actiue & passiue, vt est hæreditas, peculium, & si. l. pecuniæ. §. primo. ff. de verborum significatione, & l. peculium. ff. de pe. leg. & habet incrementa & decrementa, vt dictis iuribus. sed nullus dixerit, quod quando datur pro dote certum corpus, puta domus, vel fundus & similia, vel certa quantitas pecuniæ, possit consistere in dicta re ius vniuersum respectu iurium actiue & passiue. Et licet dos habere possit aliqua incrementa extrinsecus, tamen illud non procedit ex natura alicuius vniuersi, sed magis ex quadam æquitate ponderata per Iurisconsul. in l. quoties. ff. de iure dot. concurrentibus ibi pluribus. Primo, quia illud lucrum superuenit ibi ex causa dotis datæ æstimatæ. Secundo, quia tale lucrum ibi fuit vir consecutus cum damno mulieris, quæ remansit indotata respectu illius rei cuictæ, & etiam vltra hoc soluit pœnam dupli. Inde est, quod ibi causatur illa singularis æquitas, vt expressè ibi dicitur. Et consequen-
4 ter quod sequitur, † si res dotalis furto subtracta viro restitueretur sibi cum pœna quadrupli, tale lucrum non augeret dotem, nec subiiceretur restitutioni soluto matrimonio, ex quo tunc cessat ratio æquitatis ibi ponderata in tex. quod tamen secus esset, si deberet dos restitui tanquam vniuersum per id, quod habetur in l. vtrum, in fi. cum sequen. ff. de petit. hæredita. Et sic etiam potest inferri, quod si dos ibi æstimata data fuisset non a muliere, sed ab aliquo extraneo, a quo vir fuisset postea consecutus lucrum pro pœna dupli stipulationis propter euictionem secutam, huiusmodi lucrum non augeret dotem, ex quo tunc cessat æquitas. dicta l. quoties, cum mulier non sit passa illud damnum pœnæ soluendæ, & tamen secus esset, si ius quoddam vniuersum esset. Et sic bene ponderando illum textum, & eius rationem, multum vrget pro hac opinio.

Tertio satis mouet, quia id dicimus esse ius vniuersale, quia licet omnia eius corpora sint extincta, tamen adhuc durat ipsum ius, puta hæreditas, vel peculium. d. l. peculium. §. 1. cum si. Sed si domus data in dote funditus esset combusta, vel fundus dotalis casmate, vel alluuione pereat in totum, vel euincatur, totaliter definit esse dos, & mulier dicitur remanere indotata, vt habetur in l. 1. C. de iure do. Et puerile foret dicere, quod remanet ipsa dos tanquam ius vniuersale, facit l. plerunque. ff. de iure dot.

Quarto, quia mulier in dote soluto matrimonio, dicitur esse successor, particularis, & non vniuersalis, vt habetur per glo. no. in l. diuortio. in princip. ff. sol. matri. & habetur in l. filiofamilias §. fi. eo. tit.

Quinto, quia dos vendicatur. l. in reb. C. de iure dot. & tamen incorporalia non vendicantur, vt habetur in l. j. & l. vendicatio ff. de rei vendi.

Præterea & sexto, quia omnia iura communiter dicunt, dotem dari, & aliquando dicunt tradi, & aliquando restitui, & non dicunt rem dotalem, vt l. dedit dotem. ff. de colla. bo. & l. secunda. §. fin. ff. de priuileg. credi. & ff. de iure dot. licet. & l. dotem a patre. C. eodem titulo. l. si a genero. ff. de vsu. pro dote. l. prima, cum multis similib. Item bene probatur in l. etiam. C. de iure dot. vbi tex. facit differentiam inter dotem reddi, vel rem datam in dotem reddi, quæ verba proprie non cadunt in corporalibus, Instit. de rebus corpo. & incorporali. in princip. & in l. si seruus. §. incorporales. ff. de acquirendo rerum dominio. Et licet Ange. saluet diffinitionem Azo. dicendo, quod Azo inspexit communem vsum loquendi, secundum quem dos data in dotem consueuit dici dos, prout etiam accipitur in dicta l. dotem. cum simi. supra alleg. qui communis vsus loquendi debet attendi. l. anniculus. ff. de verbo. significa. Sed Barto. considerauit ipsam proprietatem rei, secundum quam dos est quoddam ius vniuersum; tamen ista saluatio videtur satis puerilis, cum indiffinitionibus attendamus effectum rei, & non ipsam locutionem rei, arg. l. 2. in fi. C. com. de leg. cum simi.

Nunc restat respondere ad contrarium, quod magis videtur difficile, scilicet dicte l. quod dicitur. & dicto §. sed quod diximus. Nam dico, quod intentio Iurisconsul. ibi pro certo hæc fuit scilicet, quòd impensæ necessariæ non minuunt ipsa corpora dotis, idest non defalcant pro rata seu pro quota, prout defalcat lex falcidia, sed bene minuunt dotem in vniuerso, hoc est in totum impediunt ipsum iudicium dotis, videlicet impediendo in totum eius effectualem repetitionem & exactionem, scilicet per viam retentionis totius & vniuersæ dotis, donec soluantur impensæ prædictæ integraliter. Et hæc intelligentia expressè declaratur & colligitur ex tex. in terminis in l. si is qui Stichum. §. sed quod dicitur. ff. de iure dot. Vnde si impensa illa necessaria esset in vno floreno, & corpus dotis valeret mille, poterit vir totum retinere, & propter hoc censebitur in effectu mulier recuperasse tantominus de dote sic vniuersaliter sumpta, non autem dicetur rehabuisse dotem diminutam in corporibus propter restitutam illam impensam. Et sic dum tex. in d. l. quod dicitur, in fi. prin. sonat ibi, non enim ipso iure corporum, sed dotis fit diminutio, debet intelligi dotis, idest ipsius iuris & actionis de dote, scilicet in consequenda ipsa dote. fatendum tamen est, quod licet dos non dicatur ius vniuersale, tamen est quoddam ius diuisum ab ipsa re data in dotem. Nam ipso iure dotis causatur obligatio & actio ipsi mulieri, non autem ex ipso corpore dato. sic etiam possumus dicere, quod commodatum, depositum, vel pignus, seu hypotheca est ius quoddam separatè sumptum in abstracto ab ipsa re commodata, deposita, vel pignorata. Cum ex ipsa re non oriatur obligatio & actio, scilicet ex ipso commodato, deposito, hypotheca facit text. in l. prima, ad fi. ff. de rerum diuis. Et ita debet intelligi ille tex. in dicta l. quod dicitur. & in dicto §. sed quod diximus, dum facit differentiam inter ipsam dotem & corpus datum in dotē. Et dum tex. dicit de vniuersitate dotis, debet intelligi, idest de totalitate dotis, vel de vniuerso iure, quod competit mulieri ad ipsam rem datam in dotem. Item non videtur verū

Source : BIU Cujas

quod † in dote ſuccedat precium loco rei propter naturam v niuerſi, imo propter duo concurrentia neceſſario videtur, quod hoc ſit actum inter virum & vxorem, ꝙ ſuccedat pretium loco rei datæ in dotem, vel res loco pretij dati in dotem, ſecundum quod hoc expediet mulieri & ſic cedat ad eius vtilitatem, aliàs non cauſatur talis conuerſio ſeu ſucceſſio, vt probatur ex tex. iuncta gloſ.no. in l. ex pecunia. C. de iure dot.& ex tex.in l. ita conſtante. ff.ſoluto matrimo. Vnde ſi illa duo non concurrent, nequaquam cauſari poſſet dicta conuerſio obſtante regula, quæ eſt, vt in particularibus non ſuccedat res loco pretij,vel econtra,vt habetur in l.ſi vt proponis, & l.ſi ex pecunia.de rei vendic. & in l.prima.C.ſi quis alteri vel ſibi, cum ſimi.Et dum glo.in dicta l.ſi vt proponis, ponit aliquas fallentias a dicta regula,inter alias interſerit fallentiam & ſpecialitatem in dote. Et ſic dicta gloſ.in d.l. ſi vt proponis,de directo facit contra opin.Barto.& ſimiliter glo. in dicta l.Labeo, & Sabinus. vbi diuerſificat dotem ab vniuerſalibus.Dum tamen illa gl.ibi dicit eſſe ſpeciale in dotem, vt precium ſuccedat loco rei,nihil boni ad hoc allegat, & nō videtur illud verum indiſtincte, niſi concurrant illa duo, vt ſupra. Pone enim quòd maritus vendit rem dotalem valentem centum pro quinquaginta,abſonum foret dicere,quòd illa centumquinquaginta ſint in dotem mulieris, niſi ita fuiſſet actum inter coniuges.ſic etiam ſi vir pro dote habuit centum, ex quibus emit fundum valentem centum quinquaginta, nullus dixerit, dictum fundum cedere in dotem, niſi hoc fuiſſet actum a principio, vt bene probatur ex dicta l.pecunia,cum glo.ibi, pro dote. & in dicta l.ita conſtante. Et facit l.ſi mulier.& l.cum maritus.in princip.ff de pact.dot.Nec etiam obſtat illud de fructibus augentibus dotem,ſuper quo ſe fundat Barto.quia omnia iura hoc dicentia loquuntur de percepis ante matrimonium, vt patet in l.videamus. §. ante matrimo.ff.de vſu.& l.ſi ante nuptias. ff. ſoluto matrimo.& l. dotis fructus,poſt princip.ff.de iure do.cum ſimi. Et hoc nimirum, cum iſtud cauſetur ex tacita intentione mulieris, quaſi additamenti cauſa cenſeantur dati in dotem, ſi non apparet contrarium, vt dicit text.in l. inter ſocerum. §. cum inter.ff.de pact.dot.ad hoc l.etiam.C.de iure dot.quæ ratio ibi ponderata per Iuriſconſul.non fuiſſet ibi neceſſaria,ſi tales fructus augerent dotem ex natura vniuerſi.Et licet hic Ang. dicat, hoc non procedere per viam augmenti, ſed conuerſionis per dic.l.dotis fructus.§.primo,tamen hoc in idem recidit quia ſiue per viam augmenti, ſiue per viam conuerſionis in dotem, eadem etiam actione petuntur.dicta l ſi marito.§.fina.licet propriè tales fructus percepti poſt ſolu.matri. non ſint dos, prout dicit gloſ. Et quidem rectè dicit, quòd non ſint dos, ex quo ſunt percepti eo tempore quo res ipſa data in dotem, ex qua ſunt percepti, iam deſiit eſſe dos, ex quo iam deſiit eſſe matrimonium, cum iſta ſint inter ſe correlatiua,quia vbi non eſt matrimonium,ibi non eſt dos.l.fin. C.de donatio.ante nupt.& l.3.ff.de iure dot.cum ſimi. Et vbi eſt matrimonium,ibi dos eſſe poteſt,vt dictis iuribus.Eſt ergo in dicto §.fin. vnum † ſpeciale, quòd ibi fructus licet non ſint propriè dos, tamen actione de dote petuntur, quaſi cenſeantur ibi venire per viam augmenti dotis, licet per modum improprium. Et ſic patet,quòd non ex natura vniuerſi, prout voluit Barto.ſed ex quadam natura dotis priuilegiatæ, vt ſupra,petuntur dicti fructus eadem actione. Præterea dicta ratio Ange.de conuerſione ceſſat, cum ante matrimonium non poterat dici propriè dos,l.3.ff.de iure do.ergo nec ipſum ius dotis ſiue vniuerſale, ſiue particulare poterat dici ante matrimonium. Et ſic talis conuerſio non poteſt tunc cauſari ex natura vniuerſi, cum non reperiat tunc ſua extrema habilia, ſed dicta conuerſio cauſatur ex tacita quadam conuentione,& ſic per viam taciti additamenti, vt ſupra dixi. Nec obſtat prædictæ concluſioni tex. in dicta l.ſi marito. §. fina. iungendo finem cum principio illius. §. qui videtur multum vrgere. Nam poteſt intelligi illud principium in fructibus perceptis ante matrimonium:vel ſi velis intelligere de perceptis poſt ſolutum matrimonium, vt videtur, ex eo quòd illi fructus dicantur eſſe dos, licet loco dotis habeantur,& ita in terminis intelligit ibi glo.quòd tales fructus non ſunt dos, vt res dotales, prout ſunt ipſæ res ex quibus fuerunt percepti,& idem voluit gloſ.in dicto §.ob donationes. Et licet Barto.aliter intelligat illam gloſ.videlicet quòd fructus non ſint dos, ex quo dos differt a rebus dotalibus tanquam ius vniuerſum,tamen ſalua pace,iſta non fuit intentio gloſ.imo voluit gloſ. quòd fructus non ſint dos nec dotales, quia nec expreſsè nec tacitè fuerunt dati in dotem, & hic colligitur ex ll.quas alleg.ad hoc glo.ibi, vt aliàs per Barto.in l.non ſolum.§.ſi liberationis. ff.de libe.leg. Et ſecundum hoc reſultat vnum aliud pulchrum & notabile ſpeciale in dote, videlicet circa fructus & acceſſoria,vt poſſint peti iure actionis, per illum textum.ſingul.in d.§.fin.ſicut in vniuerſalibus, licet regulariter in particularibus veniant officio iudicis mercenario, vt habetur in l.tertia. C.de bon.quæ libe.& in l.fina. ff.de eo quod certo loco.de quo tamen per Bald. in l.fina. §. præterea.C.de iure dot.& tangetur infra in octaua parte huius operis. Et ex his reſultant magni effectus,nam ſi dicti fructus eſſent propriè dos, vel res dotales, tunc haberent dotis priuilegia, puta quia pro eis competeret tacita hypotheca, & etiam priuilegiata ſicut pro ipſa dote, quod an ſit verum, dicemus in ſexta parte,vbi tractabitur de priuilegiis dotium ante matrimonium, & etiam dixi in l. diuortio.§.ob donationes.ff.ſoluto matrimonio. Item † ſi eſſent dos,poſſent tales fructus retineri ſicut alia corpora dotis propter impenſas neceſſarias per id, quod habetur in dicta l. quod dicitur. quod tamen non videtur verum,cum proprie non ſint dos, vt ſupra dixi, & quia hoc videtur in damnum mulieris, & non in fauorem, ſed diſpoſitio, de qua in dicto.§. fina.tendit in fauorem mulieris, ideo ibi inducitur dictum ſpeciale, de quo ſupra eſt dictum.Item † propter impenſas vtiles non haberet in dictis fructibus locum retentio,fienda per virum, ſicut nec in ipſis rebus ſtabilibus dotatibus, in quibus eſſet facta impēſa per id, quod habetur in l.prima.§.ſed nec impenſas.C.de rei vxo.actio.licet poſſit dici,quòd in hoc nulla cauſetur ſpecialitas, cum de iure ius retinendum propter impenſas non habeat locum niſi in ea re,in qua eſt impenſa, vt habetur in l. ſi in area. ff.de condictio.indebi.& in l. ſi non ſortem.§.ſi centum.eodem titu.ergo non in fructibus, qui ſunt ſeparati a re ipſa, licet non ſic in retentione, quæ cauſatur ex re pignoris quamuis. C. in quibus cauſis pign. vel hypothe. taci.contra. quod eſt notabile. Sic etiam ſi ageret mulier,vel eius hæredes contra virum ad fructus perceptos poſt matrimonium contractum, nec interim ſubiuit onera matrimonij. Nam dubium eſt, an illi augeant dotem, vt veniant reſtituendi ſoluto matrimonio. An † autem mulier poſſit conſtante matrimonio illos repetere ſaltem ratione intereſſe, ex quo interim oportuit ſe ipſum alere de ſuo, de quo dixi in l. de diuiſione. ff. ſoluto matrimo. An quod in illis repetendis poſſit competere tacita hypotheca, maxime cum priuilegio antelationis, ſicut pro ipſa dote reſtituenda. Et poteſt dici quod ſic, cum ſaltem habeantur loco dotis, ſic etiam in viro ſi ageret ad fructus vel intereſſe dotis promiſſæ,& ſibi non ſolutæ, quando interim ſubit onera matrimonij, cum etiam in iſtis acceſſoriis habeant locū dicta priuilegia, ſicut in ipſa dote per ſupra dicta, de quo etiam dixi in l. ſi cum dotem.§. finautem. ff.ſoluto matrimo. Item † alius reſultat effectus, quia ſi dicti fructus eſſent dos, hodie haberet maritus annum poſt ſolutum matrimonium, ſicut in aliis mobilibus, per id quod habetur in dicto §. exactio. l. 1. de rei vxo. actio. Tamen forte dici poſſet contrarium, cum hoc tenderet in damnum mulieris, quia ſi non haberentur pro rebus dotalibus, vir teneretur incontinenti eos reſtituere vna cum ipſis ſtabilibus,in quibus non datur aliqua dilatio tanquam acceſſoria ad ipſas res ſtabiles dotales per id, quod habetur in d.§. exactio. glo.tamen ſingu.in l.diuortio.§. interdum. ff. ſoluto matrimo.in verſicu.reddet, tenuit contrarium,dum voluit, quod in ipſis fructibus habet locum dicta dilatio hodie, quod videtur mirabile, vt ſic maiorem dilationem habeant ipſa acceſſoria,quàm ipſum principale, tamen glo.forte tranſiuit ibi cum ſuo errore, prout tranſiuit in l.ſecunda,in princ. ff.ſoluto matrimo.tenendo quòd de iure Digeſtorum dabatur dilatio etiam in ſtabilibus & non bene,vt ibi dixi. In fructibus tamen perceptis ante matrimonium ſine dubio vir habebit annum hodie per dictū §. exactio. cum illi propriè fuerint in dotem conuerſi ex quodam tacito pacto,vt ſupra. Et ſic veniunt æquè principaliter, & ideo non ſortiuntur naturam ſtabilium,ex quibus fuerunt percepti. Alius etiam ſequitur effectus ex opin.Barto.communiter retenta,vt ſupra, quod procederet libellus, & etiam ſententia,licet in proceſſu non ſit facta aliqua certificatio quantitatis dotis, ſed ſolum probatum eſſet,quod mulier,vel ſocer dotem promiſerit,non tamen expreſſa certa quantitate.Et ſic poſtea in executione ſententiæ poterit liquidari,quæ ſit congrua quantitas dotis per id, quod habetur in l. 1. de eden. quod videtur mirabile,& forte in puncto iuris non verum,quia imo debet liquidari ante ſententiam ſecundum arbitrium boni viri, vt probari videtur in l.3.C.de do.promiſ. Sequeretur † etiā alius effectus not.quod lata ſententia pro dote reſtituenda, licet non ſit facta aliqua mentio de fructibus vel intereſſe etiam in ipſo libello, poterunt tamen poſtea peti actione de dote, ſeu ex tacita ſtipulatione, tanquam veniant æquè princi-

principaliter tanquam dos, vt probari videtur no.in d.§.fin. l.ſi marito.vbi ſi non venirent æque principaliter, & ſic ſolum officio iudicis non poſſent poſtea peti, per id, qnod habetur in d.l.4. C. depoſi. & facit, quod habetur in l. 3. §. ſi rem. ff. de legat. 3. & l. non ſolum. ff.de rei vendica. quod eſt not. quia ſæpe contingit de facto quòd mariti poſt longam moram vxoris, vel ſoceri recipiunt dotem integram, nulla facta ſibi reſeruatione, nec ſolutione, ſeu proteſtatione in fructibus, vel intereſſe ſibi debitis ratione moræ. Nam per hoc non præiudicaretur ei, ex quo peti poſſunt æquè principaliter actione de dote permiſſa, ſeu ex tacita ſtipulatione, licet regulariter contra per id, quod habetur in l.ſi.& in l.centum Capuæ.ff.de eo quod certo lo. Sed poteſt dici tenendo opin. contra Bart.magis iuri conſonam, videlicet quod dos non ſit ius vniuerſale, ſed ſit quoddam particulare: tamen in ea ſit ſpeciale, quòd fructus & acceſſiones poſſint peti æquè principaliter tanquam dos, & cum priuilegiis ipſius dotis, cum pro eis competat actio de dote ſingulari priuilegio dotis per caſum ſingularem, iuncta glo.in d.§.fin.vt ſupra eſt dictum, & facit gloſ.no.in d.§.ob donationes. Inſuper aduertendum eſt quòd Angel. hic ex alio etiam impugnauit diffinitionem Azo.& etiam Bar.& ſequacium, dum ponunt illud verbum, propter onera matrimonij ſupportanda. Nam ſequeretur,
12 quòd quando eſſet factum pactum, quòd ipſe vir non tenea tur ſubire onera matrimonij, quod quidem pactum valet, vt l.fin.in princip.ff.de exce.doli, & in pleriſque aliis ll.hoc probatur, tunc nō poſſet dici dos, & tamen iura illa probant contrarium; ergo dicta diffinitio non bona, cum in omnibus non conueniat ſuo diffinito. Et ideo dicit, quòd illa verba ſunt ſuperflua, ſeu non bona in dicta diffinitione. Sed Imo. in d.rubr.ſol.matri.reſpon. quòd vltra alimenta expedit mulieri alia habere a viro, videlicet veſtes precioſas & alia ornamenta & iocalia precioſa, vt experientia docet. facit l.veſtis. §.muliebria. & l.ornamento. ff.de au.& argen.leg.cum ſimi. Cuius dictum nihil valet, quia poſſet etiam per pactum fieri, ꝙ etiam ad illa non teneatur maritus. Et ſic vniuerſa onera ſubeat mulier, vt dicit tex.in l.4.in fi.ff.de pac.dot. Sed poſſet ſaluari diffinitio Azo.& Bart.& aliorum, quòd procedat attenta communi natura dotis, & prout communiter dos conſtituitur, argum.l.ſemper.ff.de regu.iur.& in regula, inſpicimus.in 6. Et ſic ſecundum communiter accidentia, argum.l. nam ad ea.ff.de legi. vt etiam dicebat hic Imo. Nec deſtrui debet diffinitio propterea, quòd aliquando non conueniat cū ſuo diffinito in aliquo caſu de raro contingenti per id, quod habetur in d.l.nam ad ea.& maximè in mulierib.quæ naturaliter ſunt auariſſimę etiam cum maritis.l.ſi a ſponſo.C.de do. ante nup.facit, quod habetur in l.ſed ſi ego.ff.ad Velleia Imò glo.no.in l.ſi ſtipulata.§.1.ff.de dona.inter vir.& vxo. dixit eſſe vnum de mirabilibus, quòd mulier faciat tale pactum, vt vir non teneatur ipſam alere, ſed vt ipſam alat de ſuo. Et ideo dixit Tho. de Aquino in libro de perfectione vitæ ſpiritualis, quòd ea quæ miranda ſunt, non ſunt trahenda in conſequentiam, nec in eis ponenda eſt certa doctrina. Aliàs ſequeretur quòd diffinitio illa hominis, qnòd eſt animal rationale & mortale, non eſſet bona, cum aliquando reperiantur homines ſine aliqua ratione, vt ſunt furioſi & mentecapti. Dicebat tamen Lud.de Ro. ſuper d.rub. huiuſmodi pactum non valere, uiſi verſa vice fiat pactum, quòd fructus dotis conuertantur in dotem, & ipſam augeant continuè. Et ſic illos in effectu vir non lucretur, alle.tex.ſingul.in d.l.4.in fi.qui tamen tex.hoc non probat, ſed bene probat, quòd quando fieret pactum inter coniuges, quòd fructus in dotem conuertantur, & ſic eam augeant, illud non valeret, niſi verſa vice fieret pactum, quòd mulier ſe ipſam alat de ſuo. Vnde quando ſimpliciter fit pactum, quòd vxor de ſuo ſe alat, & maritus nihilominus dotem habeat, multa iura hoc permittunt; vt tunc ipſe vir etiam lucretur ſibi fructus dotis, & dotis vſuras loco fructuum. Nec requirunt, quòd verſa vice neceſſe ſit paciſci, quòd fructus conuertantur in dotē, vel ipſæ vſuræ dotis non ſolutæ in dotem conuertantur, imò ſunt præcipuæ ipſius viri, vt patet in d.l.fin.in princi ff.de excep.doli.& clarius in l.ſi quis pro vxore.in fi.ff.de dona.inter vir.& vxo. dicitur, quòd tunc poteſt vir fructuari ſibi talem dotem, licet tunc poſſit, ſi velit permittere vxori ſua dote frui. Dubium tamen facit, quomodo valere poſſit tale pactum, cum videatur eſſe contra ſubſtantiam contractus dotis per id, quod habetur in l.cū precario.ff.de precar.& in l.vbi ita donatur.ff.de donat.cauſa mor.& quod ibi per Bar.cum iura dicant, dotem dari & conſtitui, vt deſeruiat onerib.matrimonij, vt d.l.pro onerib.& d. l.dotis fructus.cum ſi.

Poteſt dici, quòd onera matrimonij ſint multa, non ſolum vt alat vxorem, & eam veſtiat, ſed etiam vt multa alia obſequialia onera ſubeat in perſona mulieris, vt habetur in l.ſi cum dotem.§.ſinautem.ff.ſolu.matrimo. Et difficile eſt maritum ſupportare defectus & mores mulierum, quæ communiter ſunt intolerabiles, & habetur in Auth.vt mulieres debitrices & creditrices.§.quia verò. & per gloſ. in d.l.nam ad ea. & no.in l.pater Seuerinam.§. ſocrus.ff.de condi. & demonſt. Et ſic poteſt inferri, quòd licet valeret pactum, quòd non teneatur vir alere vxorem, etiam ſi dotem habeat vir; tamen non valeret pactum, quòd vir non teneatur ſubire alia onera obſequialia matrimonij erga vxorem, & econtra, ſcilicet ꝙ mulier teneatur illa ſubire erga virum, puta in caſu infirmitatis & in cohabitando, ſeruiendo, & operando: cum iſtud eſſet contra ſubſtantialia matrimonij, quæ ſunt circa indiuiduam vitæ conſuetudinem & ſocialem vitam, vt Inſtitu.de pat.pote.in princ.ad hoc.l.aduerſus.C.de crim.expil.hære.& habetur in d. §. ſinautem. & dixi in l. de diuiſione. eod. titu. Similiter etiam non valeret pactum, quòd vir habeat dotem & fructus non lucretur, ſed dotem augeant, nihilominus teneatur vir ad ſupportanda onera, cum huiuſmodi pactum eſſet contra ſubſtantialia dotis, & hoc niſi dos ſit adeo ampla, vt fructus ſuperexceſſiui vltra onera habeant eſſe ad commodum interuſurij, vel eſſet factum pactum, ꝙ mulier ſcipſam alat, vt eſt caſus ſing.in d.l.4.de cuius legis intellectu dixi in l. diuortio.§.pen.ff.ſol.matri,

PARS TERTIA.

VENIO nunc ad tertiū principale qtæſitum, videlicet, an contractus dotis dicatur eſſe de iure gentium, vel ciuili. Nam Bar.in d.rubri.ſolu.matri. dixit eſſe de iure gentium, per l. eas obligationes. ff.de cap.diminut. Tu dicas hoc procedere reſpectu inuentionis prout eſt i pſum matrimonium, quòd fuit cauſa dotis.l.1. §.ius naturale.ff.de iuſti.& iu.vbi latius per Bald. dicentem, quòd aliquo reſpectu matrimonium poteſt dici de iure ciuili propter verborum formam, iuxta glo.illam nō.in l.cum notiſſimi, in princ.C.de præſcrip.30. anno. Tamen illam glo.ſolitus ſum impugnare, tu latius vide in d.l.1.§. qui præſens.& §.ſi quis ita ff.de verbo.obligat. gloſ.etiam in l.ius ciuile.ff.de leg. dicebat, matrimonium eſſe de iure naturali, ſed reſpectu formæ eſt de iure ciuili; quia præcedunt ſponſalia per verba de futuro,& poſtea ſequitur conſenſus de preſenti, per quem perficitur matrimonium.l.nuptias. de regul.iur. ſed malè loquitur, quia ad formam matrimonij non requiruntur ſponſalia præcedentia, cum ſine alia promiſſione de futuro prius facta poteſt contrahi matrimonium; cum ſolus conſenſus ambarum partium de præſenti requiratur. d. l. nuptias. cum ſimili. Fatendum tamen eſt, quòd contractus ſponſaliorum de futuro ſimiliter eſt de iure gentium, cum ſolo conſenſu perficiatur.l.4.ff.de ſponſa.& eſt contractus præparatorius ad contractum matrimonij.l.oratio.ff. de ſponſa. & communiter in tali contractu ſponſaliorum inititur contractus dotis, nec etiam eſt verum, quòd contractus matrimonij ſit de iure naturali, capiendo iure mero naturali, prout videtur fuiſſe de mente glo.d.l.ius ciuile, fortè motæ per id, quod dicit tex. in l.1.in fi.ff.de iuſti.& iu. quia ſecundum hoc matrimonium conueniret cæteris animantibus, quod eſt abſurdum, vnde ꝙ ibi dicitur de coniunctione maris & fœminæ, debet intelligi reſpectu coitus, qui ſicut in brutis, non vituperatur: ita etiam in hominibus, quando ſit per modum permiſſum, quē quidem modum appellamus matrimonium: ita eſt intelligēdus ille tex. ne incidamus in vitium locutionis. Vnde tu dic, ꝙ reſpectu primæ inuentionis, matrimonium fuit de iure diuino, cum a primordio inſtitutū fuerit in paradiſo terreſtri, vt habetur in c.1.de voto.in 6.& Geneſ.1.

Poſtea verò de iure gentium primæuo, quo tempore gentes ſine ll.& moribus viuebant, matrimonium erat incognitum; & omnes paſſim ex quacunque muliere nati legitimi dicebantur, vt dicit text.in Authen.quib.mod.nat.effi ſui, in princip. & in §. & licet. Succeſſit poſtea ius gentium ſecundarium, de quo matrimonium fuit recognitum & ordinatū ad bonos mores conſeruandos, & ad euitandum fornicationem & ſcandalorum materiam, & vt quiſque recognoſceret propriam ſobolem, & quilibet haberet ſuam in vxorem. Sic etiam de dicto iure gentium ſecundario fuerunt inuenti alij contractus, & ſicut inter gentes fuerunt diuiſa prædia, ita & mulieres, qtòd vnuſquiſque haberet ſuam. Vnde eodē tempore fuit inuentus contractus dotis ob ſupportāda onera matrimonij, vt d.l.eas obligationes.vbi dicitur, ꝙ dotes habent naturalem præſtationem.i.quia naturali ratione a iure gentium cōſideratæ fuerunt dotes ordinatæ, & ſic intellige Bar.

Source : BIU Cujas

vt ſupra. Qui tamen contractus dotis nõ erat contractus nominatus,nec nomen habebat elegans ſicut alij contractus iuris gentium, niſi quando erat facta traditio, ſicut etiam dicimus in donatione quæ propriè dicitur donidatio. l. ſenatus.§.donatio.ff.de do.cau.mor.aliàs quãdo incipiebat a conuentione, magis dicebatur pactum de donando q̃ donatio, vt per Bar.in l.ſi.ff.de con.ob cau.& l.iuris gentium.in prin.ff. de pac. Et idem dicebatur hic in dote promiſſa, vt tunc non diceretur dos,nec contractus dotis:ſed magis pactum de dotando. Vnde quando incipiebat a traditione, vel qñ a conuentione,& poſtea etiam ex interuallo ſequatur traditio:tũc ius ciuile primæuum condonauit ſibi propriam actionem,ſ. de dote reſtituenda,cum actiones de iure ciuili ſint proditæ. l.2.§.poſt originem.ff.de orig.iu.& Inſti.de act.§.ſed iſtæ. Vnde ſi marito erat dos promiſſa citra ſtipulationem,non poterat olim agi per virum actione de dote : cum talis promiſſio remanſerit in ſimplici nomine conuentionis ſeu pacti nudi, cui ius ciuile non aſſiſtebat.l.iuriſgentium. §. igitur nuda.ff. de pac.cum ſi.vt etiam de hoc per Bar.in d.l.iuriſgentium.in prin.Sed poſtea ius ciuile videns æquum fore,virum non remanere debere ſic deceptum,vt ſic habeat ſubire onera mat. ſine dote,& etiam conſiderans in hoc fauorem mulieris, ne à viro reiiciatur velut indotata.l.fin. C.ad Velle. ex æquitate prouidit indulgendo remedium, vt poſſit niti maritus ex tali promiſſione dotis veſtiendo tale pactum nudum ex iuris miniſterio;vt habetur in l.ad exactionem.C.de do.promiſ.& vocatur veſtimentum legis auxilio, vt per glo.no.& ibi per Bar. in l. legitima. ff. de pac. vt ſi dicam hodie talem contractum promiſſionis dotis eſſe quodã reſpectu de iure ciuili; ex quo ius ciuile dat ſibi fomentum, ſicut idem dicimus in contractu donationis,quando incipit a conuentione.Nam olim nõ erat contractus innominatus,niſi quando incipiebat a traditione, licet hodie etiam quando a promiſſione incipit, dicatur contractus nominatus propter fomentum iuris ciuilis,vt habetur in l.ſi quis argentum.C.de do.& per Bar.in d.l.leg.& in l.iuriſgen.in prin.ff.de pac.& per eundem in l.fi.ff.de cond. ob cau.Hodie tamen poteſt dici contractum dotis eſſe de iure ciuili tam reſpectu dotis dandæ, quam reſtituendæ propter tacitam ſtipulationem hodie inductam a iure ciuili,ſublata in totum rei vxo.act.vt in l.1.in princip.& in §.ſed vt plenius.C.de rei vxo.act.& Inſti. de actio.§.fuerat.quæ tacita ſtipulatio fuit poſtea ampliata in fauorem viri circa dotem promiſſam,vt habetur in d.l.1.& in d.§.fuerat. Item in alio hodie contractus dotis poteſt dici eſſe de iure ciuili,videlicet reſpectu mulieris, quando extraneus dotem dedit viro pro mulie re. Nam licet tunc mulier fuerit abſens vel aliter ignorans, nihilominus fingetur hodie talem mulierem fuiſſe ſtipulatã a viro dotem prædictam ſibi reddi,quando ipſe extraneus nõ fuit aliter pactus ſibi reddi,vt eſt tex.ſingul.in d.l.1.§.accedit. Ex his ergo patet, Bar.in d.rubri.ff.ſolu.matri.circa hanc q.in aliquib.fuiſſe defectiuum.Bal.autem in l.fin.ff.ſol.mat.fuit in noua conſideratione,quia dicit, quòd ſicut mutuum eſt triplex,videlicet mutuum naturale.Item mutuum ciuile,cui natura cooperatur,& mutuum merè ciuile,vt not.in l.2.in fi.ff. ſi cer.pet.Item etiam dicit,dotem ſeu contractum dotis eſſe triplicis ſpeciei, videlicet dotem merè naturalem,quãdo fuit numerata.Item dotem ciuilem,cui natura cooperatur,vt dicitur in mutuo,in l. cũ enim & l. precedenti.ff.de noua.Item dotem merè ciuilem abſtractam ab omni naturalitate ; vt in dote ſolùm confeſſata non apparente alia numeratione: & hanc appellat dotem fictam:dicit tamen,q̃ hodie de æquitate canonica non eſt reperire dotem fictam ex confeſſione, ſicut nec in mutuo ciuili ſolùm confeſſato,alle.no.per Dy.in regu.locupletari.in 6.ſed de hoc vltimo dicetur in j.par.præſentis tract. Videtur tamen velle Bal.vt ſupra,q̃ diſpoſitio d. l.cum enim,cum precedenti,obtineat etiam in dote:vt ſi mulier numerat dotem, vel vir confitetur ſe habuiſſe, vel recepiſſe dotem : & incontinenti ſequitur ſtipulatio,quia vir per ſtipulationem promittit reſtituere ſolu.matrimo.quod nec olim, nec hodie agit, vel agi poſſit actione de dote pro tali dote reſtit. nec ex ficta ſtipulatione, quæ hodie ſuccedit in eius locum,per l.1.in princ.C.de rei vx.acti.ſed ex ipſa ſtipulatione expreſſa, ſicut dicitur in mutuo in d.l.cum enim. & ideo ſi tunc in libello ageretur hoc modo, videlicet, ago quia numeraui,cum matrimonium ſit ſolu.tunc ineptè ageretur,vt in ſimili per Bar.in mutuo in l.certi condi.§.ſi nummos.in 1.con.ff. ſi cert.peta. & idem videtur fuiſſe de mente Bar.in l.ſingularia.ff.ſi cer.peta.cir.6.ſpeciale,dicendo quòd idem eſt in dote,prout dicitur in mutuo in d.l.cum enim. & alle.l.1.§.accedit. C.de rei vxo.act.qui tamen tex.nihil facit: quia vbi actus numerandi vel promittendi factus per extraneũ,ſi non fuiſſet ſequuta ſtipulatio,non producebat actionem ipſi numeranti, ſed ipſi mulieri , meritò ibi cadit quædã nouatio ex illa ſtipulatione,videlicet,quia impedit actionem oriri mulieri ex illa numeratione vel promiſſione, ſed in d.l. cum enim. actus numerandi erat pro eodem ſtipulante,prout erat actus ſtipulandi.Nec etiam videtur bona intelligentia Bart.ad d.l.cum enim.videlicet, vt illa no.diſpoſitio procedat , quando præcedens actus numerandi poteſt per ſe eſſe contractus, & etiam non eſſe contractus ſecundũ intentionem agentis,vt eſt numeratio, vel alterius rei traditio.Nã ibi actus numerandi nõ fuit ſimplex, ſed per modum mutui, quia fuit data pecunia mutuò,& poſtea fuit ſecuta ſtipulatio. Ergo intentio agentis ibi fuit clara, q̃ actus numerandi eſſet ex cauſa mutui. Et ſic ex contractu mutui manauit actus numerandi.Vnde nonnulli Modernorum impugnant illud motiuum Bar.vt fuit D. Fran.de Ramp.& ibi dixi latius in repe. d.l.ſingularia,& etiam in repe.quam feci ſuper rub.ff.de ver. obli.adducendo ibi multa arg.& rationes contra Bar.& maximè dum vult,q̃ diſpoſitiõ d.l.cum.n.iuncta præcedenti l.obtineat non ſolum in mutuo, ſed etiam in omnibus aliis contrac.qui retrahuntur:vnde ſi deponerem apud te,vel tibi cõmodarem rem aliquam,& ſtatim per ſtipulationem promittis mihi reſtituere, q̃ tunc non poſſem agere ex depoſito vel commodato,ſed ſolũ ex ſtipulatione, quaſi ſtipulatiõ videatur in dubio ſubiecta animo nouandi, quaſi præcedens tradi tio videatur facta gratia implendæ ſtipulationis . Et ſic idem dicit in dote: & ſic videtur velle,q̃ ſi mulier in traditione dotis ſtipulatur a viro dotem ſibi reddi, q̃ tunc non poſſet agere ſol.mat.actione de dote:ſed ſolum ex ſtipulatu,quaſi in dubio dicta traditio præſumatur facta gratia implendæ ſtipulationis,vt eſt de intentione Bar.ibi,quod vltimum poſſet procedere hodie ex noua diſpoſitione.l.1.in princip.C.de rei vx. actio.ſecundùm quam hoc haberet locum,non ſolum quando ſtipulatio apponeretur in ipſa traditione dotis , ſed etiam in ipſa ſimplici promiſſione, promittendo ex tunc maritus p ſtipulationem reſtitutionẽ dotis,vt intelligatur actio de dote,quæ olim appellabatur rei vxorię,in totum transfuſa in dictam ſtipulationem,vt ibi dicitur,& in d.§.fuerat.Inſt.de act. Imo etiam ſi non fuiſſet interpoſita ſtipulatio fingeretur hodie interpoſita incontinenti ex diſpoſitione ſingulari d.l.1.licet ſtipulatio eſſet interpoſita incontinenti in traditione vel promiſſione dotis : tamen per hoc non cenſebatur ſublata actio rei vxoriæ, quæ erat actio de dote . Et ſic de directo eſt cõtra Bart.nec §.accedit,in aliquo cõfert,vt ſupra dixi.Nec ob.tex.in d.l.auia,C.de iu.do.& in l.quoties.ff.ſolu.mat.quia poteſt reſponderi vt ſupra fuit reſpõſum ad tex.in §.accedit . quia pater dans dotem ſtipulando eam ſibi reddi , & ſic non filiæ,cenſetur ſibi voluiſſe prouidere, & non ipſi filiæ:ex quo ſi non fuiſſet ſtipulatus, actio non quærebatur integra patri, ſed patri & filiæ.l.2.§.1.ff.ſol.mat.cum ſi. Illud etiam,quod dicit Bart.in d. l. ſingularia , q̃ diſpoſitio d.l.cum.n.obtinet locum non ſolùm in mutuo, ſed etiam in depoſito & commodato,& in aliis contractibus qui re celebrantur, non videtur verum,ex quo in eis eſt diuerſa ratio, quàm ſit in mutuo : qa ex mutuo ſolùm obligatur,qui recipit mutuum.Et ſic ſolùm agitur de obligando mutuatarium & non mutuantem.ſic ẽt in ſtipulatione, de cuius natura eſt, vt ſolùm obligetur promiſſor & non ſtipulator, vt l.5.§.ſtipulatio.ff.de verb.obli.Et ideo nõ immeritò facilius fit tranſmiſſio de vno in alterum : quia in habentibus ſimbolum facilis eſt trãſitus. l. ſi in rem. §.item quicunque.ff.de rei ven. Sed in depoſito & commodato poteſt ex eodem contractu obligari non ſolum depoſitarius & commodatarius : ſed etiam econtra ipſe deponens & commodans.Hinc eſt,q̃ dantur duæ actiones,ſ.directa & contraria,vt habetur in l.conſenſu.ff.de actio.& obli.Et ideo ſi per ſtipulationem incontinenti appoſitam fieret nouatio , & ſic impediretur oriri actio depoſiti & commodati , p hoc præiudicaretur ipſi depoſitario & cõmodatario circa actionem commodati & depoſiti contrariam circa expenſas , & alia, propter quæ datur actio contra.l.in rebus. §. poſſint. ff. commo.vbi ſi eſſet facta tranſlatio de vno contractu in aliũ, per hoc non eſſet conſultum commodatario & depoſitario, ſicut commodanti & deponenti,cum contrahentium æqua debeat eſſe conditio,aliàs eſſet quid captioſum,contra l.ſi id quod,in fi.ff.de reſcin.ven. Ex quo infero, q̃ in contractibus vel quaſi,qui a re ipſa denominantur,& ſic ab ipſa traditione ſubſtantiantur, ſi tradens non eſt futurus obligatus, ſed ſolũ ipſe accipiens:tũc ſtipulatio incontinenti appoſita dictæ traditioni in fauorem tradentis nouat & transfundit impediendo actionem oriri ex dicta traditione,etiã ſi in certam ſpeciẽ contractus ſonaret,quod nõ ſolum obtinet in mutuo, ſed ẽt in quocunq; alio cõtractu,vel quaſi, vt patet in ſolutione indebiti,per tex.no.in l.ſi ſine.& quod ibi per Bar.ff.rẽ rat.ha.&

per

Source : BIU Cujas

per eundem Bart.in l.1.ff.de condi.indeb.& sic etiam idem si donās causa mortis in ipsa traditione stipularetur rē sibi reddi in casu reconualescentiæ. Nam tunc fiet repetitio non p̄ condictionem ob causam,sed ex stipulatione.In dote autem si apponebatur stipulatio in ipsa traditione etiam per ipsam mulierem non præsumebatur olim nouatio, nec in stipulationem transfundebatur actio de dote: quia non erat contractus, qui celebraretur gratia dantis tantum,sed vtriusque. l.ex stipulatione.ff.de actio. & obligat.& sic ex actu tradendi obligatur etiam ipsa mulier tradens,scilicet de euictione, vt habetur in l.1.C.de iure dotium. Intellige,quando traditionem præcessit promissio,secundum quod ibi dicitur.Ergo si incœpit a traditione, & fuit sequuta stipulatio facta mulieri tradenti, tunc fuisset facta nouatio etiam de iure antiquo. Hodie tamen indistinctè transfusa esset actio de dote in stipulationem, per id quod habetur in dicta l.1. Et hoc procedit quando sumus in dubio. quando autem est expressum q̄ non animo nouandi mulier stipulatur. Et tunc arbitror actionem de dote rei vxoriam nō esse sublatam etiam hodie, ex quo ita inter partes appareret esse actum: & tunc cessaret dispositio noua.d.l.1. quæ procedit, quando aliter non constaret de intentione partium:tunc enim indistinctè, siue incœperit a traditione, siue a conuentione simplici, actio de dote intelligitur esse trāsfusa in stipulationem, siue expressā, siue tacitam,secundum quod ibi dicitur.Sed si aliter appareret tunc de partium voluntate,videlicet,quod nō animo nouandi, sed quod vtraque maneat, tunc cessaret dispositio dicta l.1. ex quo sequitur, quod actio ex stipulatu tunc coæquęua duret in sua propria natura,prout olim. Et sic remaneret stricti iuris, & non bonæ fidei,nec priuilegia actionis de dote essent transfusa in actionem ex stipulatu:sed vtraque retineret suam propriam naturā secundum notata Bart. in d.l.singularia.in dicto sexto speciali.de quo vltimo dubitaui ibidem,vt ibi latius dixi in repeti. tamen hoc satis bene p̄batur in dicto §.fuerat.& in d.l.1 in princ. dū prę̄supponitur, q̄ actio ex stipulatu, quæ erat olim appositа super dotis traditione,erat stricti iuris; nec habebat priuilegia dotis: vnde dicto tempore videbatur expediens mulieri magis agere actione de dote quam ex stipulatu, vbi hodie non esset expediens. Et sic potest inferri ex prædictis, posse sustentari dictū Bal.in d.l.1.de qua supra,videlicet posse dari,& appellari dotē ciuilem,cui natura cooperatur: quia si appareret facta traditio dotis,agetur ex stipulatione expressa vel tacita, & non ex contractu dotis, vtpote trāsfuso in stipulationem expressam vel tacitam,per d.l.1.vbi olim secus erat dicēdum per supradicta. Potest etiam tentari, & quidem non improbabiliter posse dici dotem naturalem,cui ius ciuile cooperatur per fictionem aliquam:puta,quia ius fingit mulierem, vel alū dotem numerasse, qui non numerauit, vt est quando mulier, vel alius pro dote constituenda delegat suum debitorem viro:tunc fingitur esse facta numeratio.l.promittēdo.§ si a debitore.& l.cum vir vxori.ff.de iure dot.vel quando debitum ex vna causa conuertitur in causam dotis: vt si maritus futurus erat debitor mulieris:& tale debitum cōuertitur in causam dotis.d.l.promittendo.§.1.& d.l.licet,in prin.& §.1.Tūc enim fingetur breui manu acceptū a muliere, & marito datum dicit tex.in d.l.1 §.licet. Nam simili modo potest magistraliter dici in mutuo, quando iuris ministerio fingitur esse facta numeratio ex causa mutui,vt tunc appelletur mutuum naturale,cui ius ciuile cooperatur secundum Bar.& Doct.in l.2.§.fi.si cer.pet.& no.in l.singularia.eo.tit.

Ex prædictis omnibus possunt elici aliquæ conclusiones. Prima est,q̄ ℈ctus dotis olim erat de mero iuregentiū. Secūda,q̄ olim erat cōtractus nominatus solùm, quando incipiebat a traditione: sed quando incipiebat a promissione, erat innominatus respectu viri,cui erat facta promissio: licet postea iuris ciuilis auxilio adiuuaretur, prout dī in donatione, vt supra dixi,& per Bar.& Doc.in d.l.iurisgentiū.in priu. Tertia conclusio,q̄ hodie indistinctè contractus dotis de iure ciuili propter stipulationem expressam,vel tacitè subintellectā transfundentem actionem de dote in actionem ex stipulatu:& consequenter hodie debet adscribi inter contractus nominatos.Quarta conclusio,q̄ si inter partes est actum, q̄ nō fiat nouatio per stipulationem expressam vel tacitam,cōtractus dotis tam ex parte mulieris viri remanebit inter contractus iurisgentium. Quinta conclusio, quod contractus dotis proprie capiendo erat inter contractus qui re contrahūtur:licet quando incipiebat a conuentione,tunc respectu viri & ante dationem dotis diceretur pactum de donando magis,q̄ contractus dotis, vt hęc conclusio ex dictis Bart.in d.l. iurisgētium in prin.& in d.singularia.in 6. speciali colligitur. Sexta cōclusio,q̄ potest saltem magistraliter dari dos seu dotis constitutio ciuilis,cui natura cooperatur saltem hodie,videlicet propter iuris ciuilis ministerium, quod hodie transfundit dotis contractum, etiam quando incipit a traditione in actionem ex stipulatu.Septima conclusio, quod potest saltem magistraliter dici dotem seu dotis cōstitutionem naturalem,cui ius ciuile cooperatur ex quadam iuris fictione: vt supra dixi.Octaua conclusio,q̄ potest similiter dici dotē merè ciuilem, vt quando non apparet de aliqua numeratione, sed solum de confessione dotis habitæ & receptæ,prout dicimus in mutuo iure ciuili, vt voluit Bal.in d.l.1.ff.solu. matri. de quo tamen dicetur infra in decima parte.Pōt tamen incidenter dubitari vltra prædicta, an sit reperire actionē de dote directam & cōtrariam prout in depositо,commodato, & similibus,vt videtur casus in l.omnino.ff.de impen. secundū lectu.secundam glo.ibi, quod si pro expensis factis per virū ad perpetuam rei vtilitatem detur viro contra mulierē, vel eius hæredes actio de dote contraria,sicut directa datur mulieri contra virum ad ipsius dotis restitutionem:sed illā opinionem non sequitur ibi gl. dicens non meminisse se legisse quod pro expensis detur viro actio de dote contraria. Et intelligit gl. quod vir non deducit talem expensam per iudiciū dotis,idest, deductionem non facit propter expensas per iudicium de dote,idest,iudicio de dote conuentus,sed per viā retentionis. Et secundum hanc intelligentiam esset ibi casus in terminis,quod de iure Digestorum erat permissa viro retentio rei dotalis propter impensas in ea re factas, prout etiā ibi fuit opinio quorundam,vt ibi refert gl.quod no.ad dicenda infra in 7 parte ad intellectum tex.in d.§.taceat.circa priuilegium prohibitæ retentionis. Barto.autem in d.l.omnino tenuit opi.contrariam, videlicet quod sit dare actionem seu iudicium contrarium de dote ad impensas,non autem actionem negociorum gestorum,& probat primò per casum illius l.secundò,per vrgentem rationem: quia ea quæ fiunt ex necessitate contractus,veniunt in actione ex eo contractu.l. hæredes.§.si vnus.ff.fa.erc. Sed impensæ in re dotali fiunt ex necessitate contractus dotis.l.& in totum.eo.ti. ergo actione de dote petuntur.Item actio de dote est bonæfidei ex parte viri & vxoris,vt per glos.in l.diuisione solu.mat.ergo in ea debet venire,quicquid est æquum,vt Inst.de act.§.in bonæ fidei.Vnde dicit ipse non video æquitatem, quare in hoc cō tractu non competat viro actio contraria de dote,sicut in alijs bonæfidei iudicijs,de quibus supra,videlicet in commodato,depositо,pignore,& similibus. Et sic tenet opi.Rog.ibi positam.sed hæc opi.non videtur vera,& est expressè contra tex.in d.§.sed nec ob impensas.vbi dicit Imperator, quod vtiles expensę̄ factæ in re dotali olim non aliter in re vxoria detinebantur, quam si voluntate vxoris factæ essent. Sed dicit Imperator, quod non ab re est aliter hodie prouidere,videlicet,quod non habeat locum detentio:sed si quidem ex volū tate mulieris factæ sunt, competat pro eis repetendis actio mandari: si verò sine voluntate mulieris, & vtiliter negociū sit gestum,tunc sufficit quod per actionem negociorum gestorum consulatur viro. Ergo clarè ibi deciditur,quod nō p̄ actionem de dote contrariam. Nec videtur vera ratio Bart. quod huiusmodi expensæ fiant ex necessitate contractus: nā illud procederet in expēsis necessarijs, puta in reparando domos dotales collapsas,seu quæ ruinam minabātur, vel in curando feruós ægrotantes, & sic de similibus, vt habetur in l. diuortio.§.impēdia. ff.solu. matr. & in l.& in totum. cū seq. ff.de impen.non autem procederet in expensis vtilibus,licet perpetuam vtilitatem concernentibus, de quibus in l.quod dicitur.la j.in fi.cum se.eo.tit.cum non reperiam iure cautū, quod ad illas vir teneatur, & q̄ si ad illas vir teneatur,& q̄ si illas non fecerit, debeat condemnari mulieri ad aliquod interesse:sed solum ī necessarijs, hoc est expressum.d.l.& in totum.vbi a contrario sensu per argumētum a speciali satis bene probatur, quod ad vtiles non tenetur uir: sed ad necessārias.& hinc est,quod tex.in d.§. sed nec ob impensas,nō immerito voluit eas debere & posse repeti per actionem negotiorum gestorum,de cuius actionis natura est, quod non detur,quando ex necessitate aliqua quis erogauerit,vt habetur in l.siue pro fratre. C. de neg.gest. & in d §.si vnus. Et sic stat intentio firma contra Bart. quod vir ad vtiles impensas non arctatur ex necessitate contractus dotis.Nec ob.alia rō,quia in iudicijs bonæ fidei venit,quod est æquum. Nam respondetur,q̄ licet sit hoc æquū,videlicet expensas vtiles debere red di viro:tñ super tali æquitate est prouisum per iura de remedijs:quia in impēsis necessarijs prouidetur viro etiam hodie per diminutionem dotis ipso iure factam, vt habetur in dicta l.quod dicitur.& in d.§.sed nec ob impensas. Et si dos esset restituta non facta tali deductione: tunc habet vir repetere per cōdictionē indebiti,quasi plus debito soluerit:vt hī in

d.l.

Source : BIU Cujas

d.l.quod dī.§.pen. In expensis autem vtilibus adhibent iura distinctionem. An sint factæ ex voluntate mulieris, & tūc fit repetitio per actionem mandati. Si citra voluntatem mulieris per actionem negotiorum gestorum, vt in d.§.sed nec ob impensas. & habetur in dicto § impendia. Nec ob. text. in d.l. omnino, quia imò tacit pro hac opinione secundum primū intellectum gl. ad verbum alioquin. Et secundum intellectū ibi positum in gl. debet intelligi illa litera, prout intelligit ibi Accu. Cogitandum est tamen super prædictis: quia non transeunt sine dubio, & maximè dum dixi cōcedēdo, quod actio negotiorum gesto. non datur viro circa repetitionem expensarum necessariarū: & ad quas vir tenebatur, prout habetur in d.l. & in totum. Nam ibi tex. si bene ponderetur, loquitur tam de expensis necessarijs, ad quas maritus tenebat, vt est in reædificatione domorum, vt patet ibi iuncta d.l. & in totum. Item in curando seruos dotales infirmos, vt l.2.eo. tit. quam etiam de expensis vtilibus, videlicet ædificādo nouam domum in fundo pro vtilitate fundi. Nā ista est inutilis, & non necessaria quò ad virum, vt habetur in d.§. impendia. & in l. impensæ. ff. de ver. sig. Et tamen ſm primum intellectū gl. in vtraque impensa datur actio negotiorum gestorum. Et similiter secundum intellectum secundum ibi positum in vtroque datur actio de dote contraria, & sic etiam vbi vir ex voluntate expendit, & nō ex necessitate. Et sic iste articulus vī nō parum dubius: tū mihi vī, q ſm primum intellectum, ille text. magis procedat clarè denegando, q pro impensis repetendis siue necessarijs, siue vtilibus, de quibus ille tex. loquitur, detur viro iudicium de dote, sed negotiorū gestorū, prout videtur casus quasi expressus in d.§. sed nec ob impensas. dum dicit, sufficere actionem negotiorū gestorum. Et sic ex prædictis potest inferri ad tria valde notabilia. Primò, q licet pro necessarijs impensis, quando dos fuit restituta non facta deductione, detur ↄdictio incerti, seu ↄdictio indebiti, ut habetur in d.§. pen. tamen non negatur, quineriam detur actio negotiorum gestorum: & quando dos erat tota in corporibus. Secundò infertur, quod licet regulariter quādo qs impendit ex necessitate, non detur actio negotiorum gesto. sed alio remedio sit opus, vt supra est dictum, tñ fallit in dote, vt sit speciale: & licet in hoc non versetur fauor mulieris, sed viri, tamen non potest negari, quin sit speciale in dote: & maximè vbi nō daretur aliud remedium viro. Cum actio de dote contraria nō detur vt supra, & hoc vt mariti nō sint remissi, imò promptiores in talibus expensis vtilibus erogādis. Et sic in consequentiam veriatur in hoc fauor mulierū. Tertiò, q in dote non sit dare iudicium de dote cōtrarium, quod vltimum procedere videtur hodie de iure Codicis sine dubio. Nam cū omnis actio de dote, seu rei vxoria sit trāsfusa in actionem ex stipulatu expressam vel tacitam, vt d.l.1. C. de rei vxo. actio. absurdum esset dicere, q agatur per virū contra mulierem ad dictas expensas ex stipulatione expressa vel tacita, vt hoc voluit gl. sing. in d.l. omnino, cum natura stipulationis non sit eam dari ad id, quod a principio non fuit actum. l. si id quod aurum. ff. de ver. oblig. cum si. Ex quo etiā potest inferri ad quartum, videlicet quòd pro prædictis expēsis repetendis per virum, sicut non est orta hodie tacita stipulatio, sic etiam nec erit orta tacita hypotheca; quod est notādum ad dicendum infra in 7.par. circa priuilegium tacitæ stipulationis & tacitæ hypothecæ.

PARS QVARTA.

DESCENDO nunc ad quartam partem, videlicet, an contractus dotis sit bonæfidei vel stricti iuris. Et hæc inuestigatio non est parum vtilis propter maiores & vberiores effectus, qui causantur in iudicijs bonæfidei, quam stricti iuris, vt habetur Insti. de act.§. actionum. & maximè circa fructus: cum in stricti iuris non veniant, nisi post litem cōtestatam. Sed in bonæfidei veniūt etiam antea tempore moræ, vt habetur in l. videamus.§. si actionem. ff. de vsu. & in l. cum fundus. in prin. ff. si cer. pet.

Et circa hoc primò quęro ex parte mulieris. Circa quod dic, quod ex parte mulieris, vel eius hæredum in dote repetēda est bonæfidei, tam de iure antiquo in re vxoria seu actione de dote. quam etiam de iure nouo circa actionem ex stipulatu expressam vel tacitam succedentem in locum actionis de dote, hodie trāsfusam in actionem ex stipulatu, per d.l.1. vt probatur in d.l.1.§. sed & si non ignoramus. & etiam in §. fuerat. Instit. de actio.

Secundò quæro, an ex parte soceri, s. patris mulieris in dote profectitia. Circa quod respondeo, quod si quidem pater agat pro dote repetenda tanquam pro dote communi & in partem nondum appropriata vel considerata, & similiter est bonæfidei, vt probatur in l. sed & si maritus. ante fi. in versi. cum enim. ff. solu. matr. referendo illum ver. non solum ad ꝓxima, sed etiam ad omnia præcedētia, vt sic subnectat ibi rationem omnium quæ supra erant disposita. Et sic etiam qñ socer ageret pro dote restituenda.

Et eodem modo dicendum est in actione ex stipalatu expressa vel tacita succedente hodie in locum actionis de dote communi patri & filiæ. Nam sicut pater habet solus exercitium, & non filia, vt habetur in l.2.§. fi. ff. solu. mat. ita etiam hodie solus exercitium dictæ actionis ex stipulatu: vt proba tur in d.l.1.§. sed hoc ex rei. Et sic succesſit cum omnimoda eius natura. d.§. sed & si non ignoramus. Quinimo etiam po test dici, quod quando pater ageret solus actione in eum ap propriata ex aliqua causa, prout habetur in d.l. 2.§. fi. in eū ↄ solidata puta per mortem filiæ prędecedentis in matrimonio, per l. dos a patre. C. solu. matr. similiter erit bonæfidei siue olim in re vxoria, siue hodie in actione ex stipulatu expressa vel tacita. Nam licet cōuolet dicta actio de vna persona in aliam per dictum modum appropriandi vel consolidandi in alium: tamen conuolat cum eadem natura, cum eadem sit, seu duret actio, numero, & specie, vt no. glo. in d.l. 2.§.1. super verbo amissa. & etiam in gl. fi. & ibi per Bar. & alios. Vnde arguendo tunc patri venient vsuræ & fructus a tempore moræ: sicut in bonæfidei iudicijs. l. mora. §. in bonæfidei. ff. de vsu. & hoc voluit glos. no. & ibi Barto. in l. insulam. §. vsuras. ff. solu. mat. Sic quoque dicendum erit versa vice eadem ratione in actione de dote, vel dote ex stipulatu consolidata in filiam effectam sui iuris, puta morte patris vel emancipatione. & l.1.§. videamus. & illa sit bonæfidei, & olim, & hodie cum transeat & consolidetur in filiam cum eadem natura, prout erat quando manebat communis ante mortem patris, vt in d.§. sed hoc ex rei. facit. l. si marito. §. si voluntate. ff. solu. mat. & quod ibi no.

Tertiò prosequendo circa dictam dotem repetendam q si pater stipulatur dotem sibi reddi, quo casu potest in præiudicium filiæ innouando per stipulationem, non sic si per simplex pactum. l. auia. C. de iu. do. & l. quoties. ff. solu. matr. An dicta stipulatio erit bonæfidei; & vt hæc qō magis clarè decidatur, subuectam prius 4.q. videlicet, quid in extraneo dotante & pacisceute dotem sibi reddi, quo casu potest, quādo incontinenti & citra stipulationem, vt habetur in d.l. auia. & in l.1.§. accedit. C. de rei vx. act. An iudicium in tali dote repetenda, puta per stipulationem, si interceſſit, vel si nō interceſſit stipulatio, sed simplex pactum, tunc per actionem præscriptis verbis, vt habetur in d.§. accedit, sit bonæfidei vel stricti iuris, gl. est. l.2. in prin. super verbo, nec cogitur. ff. sol. mat. quę reputatur singularis, voluit, quod sit stricti iuris: & ita communiter sequuntur ibi Doc. post Dyn. & Bar. & idem tenet Bar. & communiter Doc. in l. de diuisione. ff. eo. tit. ex ratione, quia illa non reperitur inter actiones bonæfidei, in §. actionum. Insti. de act. & ibi non versatur aliquis fauor dotis, nec aliquis fauor ex parte vxoris, vel ex parte viri. Sed ipse idem Bart. maturius cogitando & distinguendo in l. si constā te. in princ. in 6.q.2.par. ff. solu. mat. tenet contrarium. videlicet, quod etiam ex parte extranei repetentis sit bonæfidei & non stricti iuris, reprobando illam gl. in d.l.2. Primò, per tex. in d.l.1.§. sed vt plenius. vbi dat actionē ex stipulatu, siue mulier ipsa dederit dotem, siue alius pro ea, vt eadem l. §. sed & si non ignoramus. vbi dicit actionem ex stipulatu, de qua primo dixerat, esse bonæfidei: & dicit hoc ibi tenere Pe. Item dicit hoc probari ex d.§. fuerat. Insti. de act. vbi dicitur, actionē ex stipulatu esse bonæfidei apud quemcunque sit. Nec obstat secundum cum versiculus ibi, præferri autem. Nam imò facit pro: quia illa aduersatiua autem, videtur inducere contrariū iuris esse in præcedētibus. ff. de dam infe. l. hoc amplius. §. his autem. in 2.glo. & ibi no. Vnde quicquid dixerat ibi Imperator ante ver. præferri autem, est cōmune omnibus. quod verò postea sequitur in ver. præferri. aūt, illud cōpetit mulieri tantum: & dicit hoc idem tenere gl. in d.i. de diuisione. addu cit etiam, quod not. per Doc. in l.1. C. de priui. do. & in l. assiduis. C. qui po. in pi. ha. in vl. q. per Cy. & hęc sunt verba quasi formalia Bart. in d.6.q. Sed mihi placet, salua reuerentia Bar. opi. gl. & Doc. communis in contrarium, q imo sit stricti iuris quo ad extraneum repetentem. Nam aut quærimus quid de iure fforum. Et tunc sine aliqua hęsitatione dicam illam esse stricti iuris, siue agat extraneus ex stipulatu, cum illa secundum sui naturam sit stricti iuris. d.§. sed & si non ignoramus, cum si. Siue agat præscriptis verbis, cum actio præscriptis verbis resultans ex contractu innominato circa illas quatuor species contractuum innominatorum, siue præscriptis

verbis

Source : BIU Cujas

verbis generalis indistinctè sit stricti iuris, cum non connumeretur in d.§.actionum, secundum ibi no. Nam,vt dixi supra in 3.par. quando extraneus promittebat dotem nullo intercedente pacto, non censebatur contractus dotis, sed pactum de dotando, & olim ex illo non oriebatur actio tãquã ex simplici & nudo pacto: licet hodie vestiatur legis auxilio per condictionem.l. ad exactionem.C. de do.promis. Sed facta traditione dotis per ipsum extraneum, tunc censebatur contractus dotis respectu ipsius mulieris, cui censebatur facta donatio.d.§. accedit. & l.si ego.ff.de iu. do Vnde si adijciebatur pactum in fauorem extranei,ex illo pacto non oriebatur actio ex dicto contractu dotis informato ex d. pacto, quia ex quo contractus dotis solum inducitur in fauorẽ mulieris,non vestiet pactum contra ipsam mulierem, per id qđ habetur in l.si tibi.C.locati.& no in l.petẽs.C. de pac.& in l. legem.& in l.bonæfidei eo.titu. Et sic concluditur,ꝙ de iure antiquo extraneus dotans non poterat repetere dotem per pactum ex aliquo contractu bonæfidei.Ergo necessariò seqtur, ꝙ ex contractu seu iudicio stricti iuris, per quod in d.§. actionum.Insti. de actio. De iure autem Codicis per dispositionem.d.l.1.C.de rei vxo.act. similiter nõ videtur, ꝙ dictũ pactum de se non tendens ad contractum bonæfidei hodie ex priuilegio d.l.1.efficiatur bonæ fidei, & hoc ex pluribus. Primò, quia non fuit intentionis Imperatoris ibi fauere in dotibus,nisi mulieri in repetenda dote, vel eius patri,scilicet socero dotanti & eorum hæredibus, & etiã viro vel eius patri in dote promissa petẽda,vt patet in d.l.1.§.sed vt plenius, ibi,sed vt plenius dotibus subueniatur &c.Nam illa verba apposita in principio & exordio illius constitutionis declarant & limitant omnia sequentia in propria cõstitutione: & ideo ab eis est licitum arguere.l.si.§.initium.ff.de iur.& fac. ign.ad hoc etiam tex.& ibi per Bal.in proœmio Codicis,in §.quib. facit l.fi.ff.de hær.insti.& l.Titia. §. idem respond.ff. de verb. oblig.Ergo non fuit propositi Imperatoris ibi nisi prouidere dotibus, & priuilegiare ipsas tam per tacitam stipulationem,quam etiam per tacitam hypothecam,& etiam in trãsfusione fienda in actionem ex stipulatu, & cum eadem natura iudicij bonæfidei, quæ ratio cessat,quando extraneus dotans non vellet dotem debere remanere penes mulierẽ sol. mat. sed debere ad ipsum extraneum redire. Hinc est quod Doc.communiter tenent, ꝙ in extraneo paciscente dotem sibi reddi non oritur racita stipulatio, nec etiam tacita hipotheca,vt tenet Pet.& Cy.in d. §. sed vt plenius. & probat per tex.in d.§.fuerat.ibi, sed & tacitam ei.dicit gl.l mulieri deimus hypothecam,vt ibi, cũ ipsa mulier de dote sua experiatur, & hoc ꝙ in extraneo paciscente non sit hodie inducta tacita stipulatio,nec tacita hypotheca,est cõmunis Doc.opin. vt dicetur ſ. in 6.par.tam circa priuilegium tacitę stipulationis,quam etiam tacitæ hipothecæ. Ergo respectu extranei paciscentis dotem sibi restitui nihil est immutatum, per d.l.1. circa ipsa remedia repetendi dotem,meritò sequitur, & necessariò infertur,ꝙ siue agat ex stipulatione interposita, siue præscriptis verbis ex pacto circa stipulationem interposito incontinenti erit actio stricti iuris hodie sicut olim. Secundò ad idem facit, quia ius nouum, de quo in d.l.1.immutat ius antiquum in hoc,quia vbi mulieri per restitutionem dotis dabatur contraria actio de dote,quæ appellabatur rei vxoriæ actio,si esset secuta expressa & valida stipulatio, vel si nõ esset expressa vel esset expressa,tamen per modum inualidũ, omnis virtus ipsius actionis de dote intelligatur esse transfusa in dictam stipulationem expressam vel tacitam, cum hodie tacita subintelligatur esse transfusa in d.stipulationem expressam vel tacitam,cum hodie tacita subintelligatur.Sed in extraneo dotante & paciscente nulla poterat dici esse orta, vel posse oriri actio de dote pro dote repetenda, vt supra dixi. Meritò nulla potest dici esse inducta transfusio in stipulationem vel actionem præscriptis verbis cum natura bonæfidei.Et si dicatur,ꝙ imo in d.§.sed vt plenius,prouidetur etiã quando non cadit transfusio actionis bonæfidei,vt est quando marito promittitur dos competit ipsi marito actio ex stipulatu cum priuilegio bonæfidei, vt ibi satis probatur, iuncto sequenti.§.sed & si non ignoramus.tamen ad hoc respõdetur,ꝙ hoc ideo procedit,quia fauẽdo ipsi marito,cui dos fuerit promissa,prouidetur & subuenitur ipsi doti, quam vir est habiturus pro supportandis oneribus matrimonij.l. pro oneribus. C. de iu.do.& ita apparet ex verbis Imperatoris in d.§.sed vt plenius.ibi,sed vt plenius dotibus subueniatur, sed fauendo ipsi extraneo in dote repetenda, propter hoc non subuenitur dotibus,imo per contrarium per tale pactum derogatur fauori dotis:quia si contingeret matrimonium solui diuortio vel morte viri,vxor ipsa est remansura indotata. & sic contra publicum interesse.l.2.ff. de iu.do.& l.1.ff.sol.mat.

Item & tertio,quia non reperimus iure antiquo vel nouo expressum, ꝙ actio competens extraneo dotanti pro dote sibi restituenda sit bonæfidei,ergo ꝙ non est iure dispositum,nõ debemus nos præsumere nouis adinuentionibus. l. illam.C. de coll.& cap.2.de transla.cum sim. Nec ob. tex.quem alleg. Bart.in d.§.sed vt plenius. ibi dum dicit, siue ipsæ principales personæ dotes dederint,vel promiserint, siue aliæ pro his psonæ &c. quia ille text. debet intelligi secundum præcedentia:videlicet quando dotes essent perpetuo remansuræ apud mulierem,cum ibi Imperator id statuat, vt prouideat dotib. & non contra dotes, vt esset, quando essent restituendæ ipsi extraneo. Nec ob.tex.in §.fuerat.quia non dicit tex actionẽ ex stipulatu esse bonæfidei apud quemcunque sit, prout alleg.Bar.imo ille tex.satis bene probat opin. contrariam,quia loquitur de actione de dote hodie transfusa in actionem ex stipulatu,vt dicatur transfusa cum eadem natura, vt sic dicta actio ex stipulatu sit bonæfidei. Sed in extraneo stipulante non cadit nec cadere potest dicta transfusio,ex quo in eo nõ poterat accommodari olim actio de dote pro dote restituenda,sicut in muliere vel socero dotante, vt supra dictum est, merito,&c.Præterea olim sibi prouidebat extraneus dotans per simplex pactum incontinenti appositum in promissione dotis, illa præscriptis verbis actio non erat bonæfidei, quomodo hodie illa potest dici bonæfidei, cum solum Imperator illud prouideat circa actionem ex stipulatu,in quam hodie est transfusa actio antiqua de dote.Et per prædicta in pũcto iuris arbitror opi.gl in d.l.2.in princ.ff.sol. mat.esse verio rem,cum qua communiter Doc. pertrãseunt ibi, & in d.l.de diuisione.vbi ipse Bar.idem tenet. Tamen satis æqua videtur opi.Bar.in l.si constante. maximè ea ratione, quia si extraneus promittendo dotem,vel simplici pacto, vel pro tali dote promissa danda stipulatio expressa vel tacita censetur bonæfidei in fauorẽ dotis,vt ſ. dicetur·Ergo æqua lance & versa vice videtur dicendum in dote restituenda ipsi extraneo dotanti ex pacto per stipulationem, vt sic contrahentium æqua sit conditio.l.si id quod.§.fi.ff.de rescin. ven. Et cõfert in simili ratio Bart.in l.de diuisione.ff sol.matr.licet posset respõderi,quod sit diuersa ratio in vno casu quam in reliquo, quia primo casu versatur fauor dotis,in secundo est fauor cõtra dotem, ideo non inconuenit, quod claudicet cõtractus fauore dotis,sicut in simili fauore pupilli.l.Iulianus.§.si quis a pupillo.ff.de act.emp.& vend. Quid autem si extraneus nõ dotauit, sed voluntate mulieris constante matrimonio per viam delegationis est sibi extraneo promissa per virum dotis restitutio,vt in casu.l.2.in princ.ff.sol. mat.vel etiam soluto matrimonio est facta delegatio.Potest dici,quod si extraneus est submissus per mulierem, vt ad commodum mulieris recipiat, secundum quod habetur in l. quę dotis.ff. solu. mat. Et tunc dicta repetitio fienda per extraneum erit bonæ fidei propter generalitatem d.l.1.§. sed & si non ignoramus, ex quo hic versatur fauor dotis,& sic mulieris.d. §. sed vt plenius. in princ. & etiam facit text. ibi, dum dicit,siue ex parte mariti per restitutionem,& multo magis quando soluto matrimonio promitteretur marito secundo ipsa restitutio dotis per virum primum,vel eius hæredes, prout habetur in l.si prior.eo.ti. Si verò extraneus recipit promissionẽ restitutionis dotis ad sui commodum, puta tanquam creditor mulieris,& tunc erit stricti iuris,sicut supra concluſum est in extraneo dotante.imo multò magis in hoc extraneo, in quo nullus potest versari fauor dotis, & hoc est de mente Doct. in l. quæ dotis. Nunc autem subijcio qnæstionem quam supra pmiseram,quid si pater dotans stipulatur dotem sibi reddi eo casu quo potest, puta quando incnntinenti, prout habetur in d.l.quoties.& in d.l. auia, an pater repetendo intentet iudicium ex stipulatu bonæ fidei vel stricti iuris.dubium facit, quia per hanc stipulationem est innouata actio de dote, quæ esset communis patri & filiæ. i. impedita est oriri per dictam stipulationem. d.l. auia. Et sic est eadem cum actione de dote,imo est diuersa. Nam quando pater agit solu. mat. etiam ex vi consolidationis,illa est eadem,& ideo habet eadem priuilegia etiam respectu tacitæ hypothecæ, vt supra dixi,quicquid aliter dixerit Cyn.in d.§. sed vt plenius. vt dicetur in 6. par.circa priuilegium tacitę hypothecæ.Sed potest concludi in isto casu distinguendo,quod aut euenit casus restituendæ dotis propter obitum filię prædecedentis in matrimonio, & tunc hæc actio ex stipulatu competens patri stabit in sua propria natura stricti iuris, ex quo hic nullus versatur fauor dotis, & sic non extenditur hoc priuilegium ad patrem. Et sic cessat ratio,de qua in dicto §.sed vt plenius, & hoc etiã fuit de mente Dy. in d.l. post dotem, circa fi. & maximè ex quo isto casu per huiusmodi stipulationem fuit in aliquo detractum lfauori ipsius mulieris.Si autem matrimonium fuit dis

solu-

Source : BIU Cujas

ſolutum per diuortium,vel per mortē viri: tunc ex quo adhuc verſatur ſeu verſari poteſt fauor dotis & mulieris, cum pater teneatur reſeruare dictam dotem pro ſecundo matrimonio:ideo dicta ſtipulatio paterna, vel eius iudicium erit bonæfidei propter generalitatem d.§. ſed & ſi non ignoramus.iuncto d.§.ſed vt plenius, cum per tale iudicium ſubueniatur dotibus. Et ex prędictis notanter infertur, q̄ ſi pater fuiſſet dotem ſtipulatus reddi ipſi filiæ, cum ex dicta ſtipulatione videatur dos conſolidata in filiam etiam matrimonio ſoluto in vita patris per diuortium, vel per mortem viri, vt ſic tunc poſſit ipſa filia agere & eſſe in iudicio ſine conſenſu patris,vt no.in l.poſt dotem.ff.ſolu. mat. maximè ſecundum lecturam Bened.de Plumb.& per Bal.in l.2.§.1.eo. tit. vbi dicit ita conſuluiſſe Iac.de Bel. & Iac.But. Certè tale iudicium actionis ex ſtipulatu erit bonæfidei, & non ſtricti iuris propter generalitatem.d.§.ſed & ſi nō ignoramus.iuncto.§. præced.ſed vt plenius. Et maximè ibi, ſiue ex parte mariti pro reſtitutione dotis,& maximè cum tunc inſit fauor mulieris & dotis,vt ſic ipſi doti ſubueniatur, vt fuit intentio.d.§.ſed vt plenius,vt patet ex tex.in princ. Quinimo etiam dici poteſt, quod iſto caſu, licet pater iſte fuerit pactus citra ſtipulationem, & ſic per ſimplex pactum, tunc tacita ſubintelligitur ſtipulatio fauore mulieris per tex.in dicta l.1.poſt principiū. & in d.§.ſed vt plenius,ibi,ſiue aliæ pro his perſonæ.licet ſi p̄ ſe pater paciſceretur,non ſubintelligeretur tacita ſtipulatio. d.l.auia & d.l.quoties.Vnde ſicut tacita ſubintelligitur ſtipulatio,eodem modo illa tacita ſtipulatio erit bonæfidei,ſicut expreſſa.d.§. ſed & ſi non ignoramus. Imo etiam de iure antiquo & antedictis ll. illud pactum ſimplex appoſitum per patrem produceret actionem ex eo contractu,& ſic ex contractu dotis, qui erat bonæfidei tanquam informata ex pacto, per id quod habetur in l. iuriſgētium. §. quinimo. ff.de pac.Ergo eodem modo ſi tale pactum deducatur in ſtipulationem, talis ſtipulatio etiam olim erat bonæfidei,ex quo in continenti fuit appoſita & ſic inerat ipſi contractui bonæfidei, vt ibi. Et ſic cenſebatur pars ipſius contractus. l. fundi partem.ff.de contrahen.empt. & facit l.emptor.in prin.ff.de pac. Ergo multo magis hodie erit & durabit bonæfidei per id quod habetur in d.l.1.

Quarto quæro circa dotem promiſſam,an ex parte viri agentis ſit bonæfidei? Cy. in d.§. ſed & ſi non iguoramus, refert quoſdam tenuiſſe quod non ea ratione, quia ſolum eſt bonæfidei olim, & hodie illa actio, quæ competebat pro dote reſtituenda mulieri eſt transfuſa in ſtipulationem,vt habetur in d.l.1.in princ. & in dicto §. fuerat. Sed in dote promiſſa danda marito non reperiebatur iure cautum, quod eſſet bonæfidei, ſed potius ſtricti iuris, quia non erat contractus nominatus,nec veſtitus, niſi legis auxilio d.l. ad exactionem. Tandem refert Pet.tenere contrarium. & ita ipſe videtur ſequi,per d.§. fuerat. cum ex vtraq; parte ſit hodie bonæfidei, vt ibi.& in dicto §. ſed & ſi non ignoramus. Et idem voluit gloſ. quam communiter ſequuntur Doc. poſt Dy. & Bart.in l.de diuiſione.ff.ſolu.mat.Et adducit Bart. rationem, quia ex parte mulieris agentis ad reſtitutionem,eſt bonæfidei, eodē modo & æqua lance debet eſſe bonæfidei ex parte viri agentis ad dotis promiſſæ ſolutionem, vt ſic contrahentium ſit ęqua conditio. Nec reperitur quod ex eodem contractu actio ſit pro vna parte bonæfidei,& pro alia parte ſtricti iuris, ſecundum Bart.ibi. Sed hæc ſua ratio non ꝯcludit:quia imo de iure antiquo ante d.l.1.ex parte viri agentis nō erat bonæfidei,ſecus ex parte mulieris, vt ſupra dixi. Nec eſt verum, q̄ ſit vnus & idem contractus, quia vir non agit ex contractu dotis,ſed contractu promiſſionis dotis. Sed mulier agit ex ꝯtractu dotis. Reperio etiam Do.Pau.de Caſt.in d.l.de diuiſione. tenere contrariam opin.videlicet quod ex parte viri agētis actio eſt ſtricti iuris, & dicit eſſe caſum quaſi in terminis in l.fi.§.pręterea.C. de iu.do. ante fi.ibi dum dicit poſt biennium obſeruari, quæ leges pòſt litis conteſtationem pro omnibus huiuſmodi rebus definiunt,quaſi velit tex. quod ſi nō eſſet ibi prouiſum de dilatione biennali ex ſpeciali prouiſione illius legis mora non ꝯhetur cōtra promittentem dotē p̄ interpellationem factam per virum extraiudicialiter, ſed a tempore litis conteſtatæ,quæ quidem non cadit,niſi in iudicijs ſtricti iuris,vt habetur in dicta l.cum fundum.in prin.ff.ſi cer.pet.& in d.l.videamus.§.ſi actionem.ff.de vſu.qui text.videtur multum vrgere.pro qua opi.poteſt adduci text. in d.§. fuerat. vbi Imperator dicit, ſe condonaſſe naturam bonæfidei iudicij actioni ex ſtipulatu, quæ erat in actione de dote, quæ dabatur mulieri pro dotibus exigendis.Vnde quoniam pro dotibus promiſſis ſoluendis nihil dicit ille tex. ergo remanere debet iſte caſus in diſpoſitione iuris communis, de quo talis promiſſio dotis non erat inter contractus bonæfidei numerata reſpectu viri agentis ad dotem.Tamen non videtur recedendum a communi opi. quam etiam tenuit Cy. poſt Pet. d.§. ſed & ſi non ignoramus. licet non allegent glo. prædictam in d. l. de diuiſione, pro qua videtur caſus in d.§. ſed vt plenius,ad fi.ibi,ſimili modo intelligi factam ſtipulationem & hypothecam ex vtraque parte, quaſi fuerit ſcripta, & poſtea immediate ſequitur, ſed & ſi non ignoramus, qui venit continuatiuè ad præcedentia, volens quod dictæ ſtipulationi ſiue expreſſæ ſiue ſubintellectæ ex vtraque parte mulieris vel alterius promittentis dotem, ſiue ex parte viri obligati ad reſtitutionem dotis inſit natura, & beneficium iudicij bonę fidei. Nec obſt.tex. in d.§.fuerat, quia ibi non perfectè refertur diſpoſitio noua,de qua in d.l.1.de rei vx.act. Vnde quod ibi defecit, habetur completè in dicta l. 1. & maximè in d.§.ſed vt plenius.& in dicto §. ſed & ſi nō ignoramus. Nec ob.tex.ſuper quo ſe fundat Pau.de Caſt.in d.l.fi.§.Præterea, quia ibi tex. procedit exaggerando moram dotantis, vt poſt biennium dicatur non ſolum in mala fide, ſed etiam in peſſima,prout ſunt illi debitores, qui expectant contra ſe litem conteſtari. Et hanc opin.ſequitur etiam ibi Bald.volens inſuper, quod ſi ante biennium fuiſſet dotans interpellatus etiam extraiudicialiter, quod ex tunc venirent fructus & vſuræ, prout in alijs contractibus bonæfidei, vt habetur in l. mora.in princ.& in §.in bonę fidei.ff. de vſu. Et hoc etiam p̄cedit in extraneo dotante,prout loquitur ille tex. & prout illum tex.intelligit illa gl. 1.in prin.ſup̄ verbo ſi quis, & prout etiam intellexit Bar.illum tex.in d.l.de diuiſione. Vnde multo magis eſt hoc dicendum in ipſa muliere, vel patre mulieris promittente dotem, adeo quod non ſolum a die interpellationis extraiudicialis, ſed currit mora irregularis hodie, quo vir duxit vxorem ad domum, & ſic incœpit ſubire onera matrimonij, & conſequenter impleuit ex parte ſua,prout dicitur in contractu emptionis & venditionis in l.curabit.ff. de ac.& emp. vt etiam ibi tenuit gl.& eſt communis opin.reſpondendo ad §. præterea vt loquatur in extraneo dotante, vt ſupra dixi, q̄quid aliter tenuerit Iac. de Are. & alij ſequaces,de quo ibi latius dixi legendo. Et per prædicta iam conſului in quæſtione facti in quodam patre mulieris, qui promiſit dotem pro filia cuidam curatori recipienti pro quodā ſuo adulto,& nepote ſuo ex fratre, & in contractu matrimonij & dotis promiſſæ fuit conuentum, quod dictus curator teneret dictum ſuum nepotem in ſtudio Peruſ.expenſis propijs dicti patrui,donec dictus nepos, idemque ſponſus perueniret ad perfectionem ſtudij,& ad gradum doctoratus:cū dictus nepos non eſſet potens de ſuo ſufferre dictas expēſas, & ita ſub iſtis pactis fuit ſecutum matrimonium.Nam mortuo dicto patruo quærebatur,quomodo conſuleretur dicto ſponſo, vt poſſet expenſis hęreditatis dicti ſui patrui manutenere ſe in ſtudio Peruſino. Nam dictus nepos non fuit præſens dictis pactis: & ſic non poterat agere ex ſtipulatione facta cum dicto ſuo ſocero,per id quod habetur in §.alteri.l.ſtipulatio iſta.ff.de ver.obli.Nec etiam videbatur, quod dictus ſocer poſſet agere ex dicta ſtipulatione, cum ſua non intereſſet reſpectu commodi & intereſſe communis, ſeu pecuniarij,prout videtur requiri in d.l.ſtipulatio iſta. §.ſi ſtipuler. Nihilominus conſului contrarium,quod dictus ſponſus poſſet agere contra hæredes dicti patrui ad obſeruantiam dictæ p̄miſſionis:quia non poteſt negari, quin ſit intereſſe affectionis reſpectu coniunctionis, quę eſt inter ſocerum & generum, qui habetur loco filij.l.quia parentis.ff. ſol.mat.quo-caſu in contractibus bonæfidei habetur conſideratio dicti intereſſe affectionis, quando aliter non poſſet agi, vt eſt text. in l.cum ſeruus extero.ff.man.& ibi per Barto. & Bald & per Bar.in l.1.C. de ſenten.quæ pro eo quod intereſt. non ſic in contractibus ſtricti iuris,vt habetur per gl.no l. fideiuſſores. ff.de pac. Cum ergo reſpectu ſoceri promittentis dotem talis contractus ſit bonæfidei tam in dote per eum promiſſa danda,quam in data per eum ſibi reſtituēda,vt patet ex prædictis,meritò etiam pactum dicto ꝯtractui appoſitū ſimiliter ſapit naturam bonæfidei,tanquam acceſſorium,& etiam pars ipſius contractus,per id quod habetur in d.§. quinimo. l.fundi partem.ff.de contrahen. empt. quæ omnia ſunt bene not. Vltimò quæritur quid ſi matrimonium eſt ſolutum per mortem mulieris,hæredes mulieris agunt contra virum pro dote reſtituenda,an hoc iudicium ſit bonæfidei vel ſtricti iuris. Quidam dicunt,quod reſpectu hæredum eſt ſtricti iuris, & non bonæfidei,& inducunt tex.in d.§. fuerat. in fi. ibi, cuius ſolius prouidentia hoc induximus,referendo dictam vltimam clauſulam ad omnia præcedentia, prout in dubio debet referri, quare commodè fieri poteſt,vt habetur in l.ſi idē cum eo.§.fi.ff.de iuriſd.om.iud.& no.in l.1 C.de lib.præt. Itē inducunt no.per Bar.in l.Neſennius.§.fi. ff.de re iu.vbi dixit,

quod

Source : BIU Cujas

quod priuilegium, de quo in l.in rebus. vt hodie illico solu. matr. transferatur dominium in mulierem: licet secus sit de iure antiquo, vt habetur per Bar. in l.filiofamilias.ff.sol.mat. non extenditur ad hæredes mulieris,si matrimonium soluatur morte mulieris. Sed communiter tenetur contrarium, & melius, quia ex quo a principio in personã mulieris cœpit esse bonæfidei, non valet postea ex persona hæredis natura actionis narrari, ar.l.2.§.ex his.ff.de ver. ob.quod quidē sine dubio procederet, quando cœpit iam competere mulieri ipsa actio, quia ante eius mortem fuit solutum matr. tamen si non cœpit competere mulieri, quia mulier prædecessit in matrimonio,cum ante solutum mat. non sit obligatum,nec actio nata, secundum communem opin. vt habetur in l. sed & si alia.ff.de bo.dam.& no.in l.si constante.§.1.ff. solu.matr. Nam non potest negari, quod saltem contractus dotis fuerit initus in vita mulieris: ergo fuit initus cum sua natura, vt sit bonæfidei. Meritò debet durare bonæfidei tã in vita mulieris, quàm etiam post mortem in persona hæredis:non .n. ipsius contractus status,qui a principio fuit, debet ex postfacto mutari.l.insulam infra biennium.ff. de verb.oblig.& hæc opin.communiter tenetur, vt etiam tenet Bar.Bal.& Ang.in l.1.ff.solu. matr. Non ob. text.in d.§. fuerat.in fi.quia imo illa verba vltima:ibi,cuius solius,&c.necessariò referuntur ad proximum substantiuum: vt est de natura relatiui, vt l.1.§ eum qui.ff. de postu. Item quia illud relatiuum, cuius solius,facit relationem ad ipsam mulierem, cum de dote sua agit hypothecaria, vt talis hypotheca sit priuilegiata: ergo debet limitare dictum suum antecedens, ad quod refertur cum sua qualitate.l.filio.§.testator.ff.de alimen.lega.& l.si pater impub.ff. de vulg.& pupil.& quod per Bar.in l.si quis seruum.§.fi ff. de leg.2. ver.sed quæro testator. Meritò illud relatiuum, cuius solius, debet referri ad mulierem solum circa priuilegiũ hypothecæ. Nec obst. dictum Barto. in dicta l. Nesennius.§. fi. quia illud priuilegium.d.l.in rebus,non datur actioni vel contractui de dote, vel ex stipulatu propter dotem, prout datur illud, quod sit bonæfidei,sed solum datur ipsi mulieri. Meritò non transit ad hæredes.l.quia talis.ff.sol. matr. cum simil.

PARS QVINTA.

SVMMARIVM.

1 *Causa pia quando accipiatur largissimo modo.*
2 *Statutum quòd in causis pijs procedatur summariè uel diebus feriatis,non obtinebit in causis ultimarum uoluntatum.*
3 *Dotis causa largo modo dicta pia.*
4 *Dos si legetur personæ pauperi,an illa dos dicatur causa pia.*
5 *Donatio facta pro dote mulieris olim egebat insinuatione, nisi fuisset facta pauperi,hodie secus.*
6 *Alimentorum causa an & quando pia dicatur.*
7 *Executores dati in testamento ad distribuendum in pias causas, poterunt erogare pro dote puellæ pauperis, & non aliter.*
8 *Redimens aliquem ab hostibus repetit pretium.*
9 *Expensa pro funere uidetur in dubio facta animo repetendi: licet dicatur causa pia.*
10 *Executores ad erogandum in pias causas poterunt pro redemptione captiuorum pauperum, uel pro funere pauperis.*
11 *Priuilegia omnia dotium data mulieribus, communiter procedunt etiam in muliere diuite.*
12 *Executores ad erogandum pro dotibus puellarum, vel simpliciter ad pias causas, poterunt pro dote puellæ iam nuptæ sine dote vel cum parua viro etiam existente paupere,aliàs secus.*
13 *Priuilegia omnia data piæ causæ attribuuntur dotibus circa mulierem pauperem,aliàs secus.*
14 *Iudex ecclesiasticus est competens in causa dotis etiam mulieris non pauperis.*

NVNC me transfero ad quintam partem operis, vt videamus, an dos seu dotis causa sit pia,quomodo in ipsa dote dici possit causam esse piam, & hæc inuestigatio est magni effectus, & admodum vtilis. Nam licet causa dotis multa & plurima habeat priuilegia & fauores, de quibus infra seriosè dicetur in 6. 7. & 8. parte, tamen valde plura possent sibi attribui priuilegia,si possemus causam dotis appellare verè piam, quæ priuilegia causæ piæ multa sunt, & penè infinita,q̃ sparsim in corpore iuris tam ciuilis quã canonici,si daretur otiũ, adinuenire possemus,& aliqua ponit Spec. in tit.de instr.edi. §.nunc verò aliqua.versic. & si scias.& etiam Bal. in auth.similiter C.ad leg.Falcid. & valde plura ponit Petr.de Peru.in suo tract canonicæ portionis, in 10.cap. & per Bar.& Bald.in l.1.C. de sacros. eccl. & quæ vltra alios latè prosequitur Lud. de Rom. in repet.d.autheh. similiter. Sed pro clariori euidẽtia & veritate huius articuli possumus cõsiderare tribus modis posse dici causam piam. Primò, per modum largissimũ seu largiorem. Secundò,per modum largum.Tertiò per modum strictum,& magis proprium.

1 Primò † quidem respectu per modum largissimum possumus appellare causam piam, vbi aliquis humanitatis intuitu fauor adhibetur a iure, vt est circa deficientium voluntates & testamenta.l. si pars iudicantium.ff.de inoffic. testa.& c.fi. de re iud. Cum enim in ipsius morientium voluntatibus amplius non redeat arbitrium.l.1.C.de sacrosan.eccl.Meritò leges humanitatis & pietatis intuitu disponunt,quantum possibile est,debere faueri testamento in iudicijs.l.in conditionibus primum locum.ff. de cond. & demõ.& l.fideicommissa. §.item si quis.ff.de leg.3.ff.de lib.præt.cum multis similibus. Et ideo dicit Imperator in l.cum quidam.post prin.C.de necess. seruis hær. insti. quod semper vestigia sequimur testatorum. & dicit ibi Bart.quod lex pedetentim vadit post voluntatem testatoris, sicut venator post leporem. Vnde hac ratione iura appellant voluntatem testatoris tanquam causam piam sequendam.l. contra voluntatem.C. de testa.manu. & ibi tex.probat expressè, quod veniens contra voluntatem testatoris dicitur iura pietatis violare, etiam si huiusmodi voluntas tendat contra fauorem libertatis,tamen (vt dixi) hoc admittimus per modum quendam latissimum, & non p modum strictum & proprium.Vnde si statutum disponeret † q̃
2 p in pijs causis procedatur diebus feriatis,vel summariè, de plano,sine strepitu,& figura iudicij, fortè hoc non obtinebit in causis vltimarum voluntatum non continentibus causam
3 piam stricto modo, de quo infra tengetur. Secundò † modo accipitur pia causa non per modum,vt ita latissimum,sed per modum largum: licet per modum strictum,vt esset quãdo caderet in muliere pauperie & versaretur fauor animæ,vt infra tangetur. Cum enim causa dotis dicatur esse præcipua & fauorabilis,quia per eam deuenitur ad matr.& sic repletur ciuitas liberis hominibus, & sic versatur etiam in hoc fauor publicus.l.1. ff. solu.matrim.& l.2.ff.de iure do. & ff.de priuil. credi.l.2.& l.hoc legatum.ff. de condi.& demon.Hinc est, q̃ iura appellant dictam causam fauorabilem.c.fi.de re iud.& l. duo iudices.ff.de re iud.& eadem ratione appellant dotẽ causam piam [ADDITIO Causam piam.Adde hic,quod dos & causa pia æquiparantur. vt no.Bar.in l.2.§. Titio. de dona. & in l.si ego. in prin.& §.1.de iure dot. & Bal. in l.fi.C. de act. & oblig.& in l. mandatum.C.mandati.& Alex. in l.cum is.§. si mulier.de cond.indeb.] vt dicit text.in l.cum is.§.mulier. ff.de cond. inde. Et ideo communiter Doct. appellant dotẽ esse causam piam,per d.§.mulier.vt appellat Bart.& communiter Doc.in l.1.ff.solu.matr. & in l.2. §. fi.ff.de dona.& in l. si ego, in prin.ff.de iure dot.& in plerisque alijs locis.idem Bal. in l.mandatum. C. man. & in l.sicut. C. de actio.& oblig.& l. qui aliena.§.quanquam.ff.de neg.gest.& in repet.l.1.C.de sacrosan.eccle.Et ideo plerosque vidi tenere, quod legatum factum pro dote alicuius puellæ non patitur falcidiam hodie, tanquam in ea versetur causa pia,per id quod habetur iu authen.similiter.C.ad leg.Falcid. non habita distinctione an legetur puellę pauperi, vel non pauperi, cum iura indistinctè dicant esse causam piam.d.§. mulier.& adducunt tex.ad hoc in l.fi.C.de iu. do. in princ.vbi donatio,quæ fit mulieri ab extraneo propter dotem,non eget insinuatione, quod non est ex alio,nisi quia talis donatio concernit causam piam, in qua causa pia remittitur onus insinuãdi,vt l.illud.C. de sacrosan. eccl. Sed salua pace hoc dictum non videtur verum, vt etiã dicetur infra in proxima sexta parte, circa 26. priuilegium. Nam ad effectum priuilegij, ne detrahatur falcidia, requiritur,quod versetur causa pia per modum proprium strictum, videlicet quando respicit fauorem animæ ipsius relinquentis: tunc enim dicitur propriè & strictè propria causa, vt per gl.no.in l.si quis Titio.ff.de leg.2.si enim non concernit fauorem animæ testatoris vel donatoris, nõ dicitur tunc propriè pia causa,qui fauor animæ est, quando fit ecclesiæ,vel hospitali,vel eorum fabricæ,vt in Auth. de eccl.ti.§. si quis autem. cum seq.& in Auth. de monac. §. illud ergo. ad hoc cap.nos quidem.de test.ad hoc in Auth. vt cum de appel.cognos.§.si vnum,ad finẽ,vbi dicitur, quod bona applicata ecclesiæ pro sunt animæ illius, cuius erant bona.Idẽ quando in redẽptione captiuorum, vt habetur in auth. si captiui.C.de episco.& cler.& quod habetur in l.quamuis.& ibi de hoc per Bal.ff.solu.matrim.& in dicto §.si vnum. ibi, ipsorumque ex hac pia causa animæ subleuetur. Idem si pauperi personæ, vt no.in dicta l.illud.& ibi glos. no. quæ dicit non sufficere,si donetur alicui pro anima donatoris, si donatur p̃sonæ diuiti, secus si pauperi.

Source : BIU Cujas

pauperi,licet eſſet conſanguineus.de quo etiam no. in ca. 2. de ſepulturis. Vnde ad propoſitum infero ad ipſam dotem, vt licet largo quodam modo dicatur continere in ſe cauſam piam,tamẽ capiendo cauſam piam ſtricto modo & proprio dos ipſa non continet cauſam piam, niſi † quando pro puella paupere [ADDITIO. Paupere. No. quod legatum pro puella paupere eſt pium,quia tũc Deo videtur relictum.Bal. in l.poſt mortem.de fideicom. Alex. in l.cum is.§. ſi mulier, de condi.indeb.& in l.ſi cum dotem. §. eo autem.ſol.matr.] promitteretur, ſeu traderetur, vel legaretur in teſtamento, & dicto caſu falcidia non detrahetur. ſed quando pro mulie re non paupere, & quæ non poterat congruè dotari de bonis ſuis, vel a patre ſuo, tũc falcidia detraheretur,& hoc modo procedat gl.illa no.in l.tali.ff.de iure do. Nec ob.tex.in dicta l.ſi.in prin.ff.de iu. do. qũia imo ille tex.de directo facit in
5 contrarium, dum vult, quod † ante diſpoſitionem d. l. talis donatio pro dote egebat inſinuatione.Ergo preſupponebatur dotẽ nõ eſſe cauſam piam ita indiſtinctè, cum aliter dicẽdo non egebat inſinuatione, per id quod habetur in dicta l. illud.vt de hoc dicetur infra in 7.proxima parte,circa 27.priuilegium.circa diſpoſitionem d.l.ſi. Et idem dicendum †
6 eſt in cauſa alimentorum, quæ æquiparatur fauori dotis, vt per Bart.in l.cum de in rem verſo.ff.de vſu. & per Cy.in l.nõ omni.C.de admi.tut.cum etiam d. cauſa dicatur pia,vt per gloſ. no.in l.ſi cui annuũ. ff.de annu.lega. Nam licet ipſum legatũ alimentorum mulieris habeat fauores,& multa ſint in eo ſpecialia,etiam quando diuiti relinqueretur, vt habetur in l cũ hi.§.ſi cum in annos.ff.de tranſact.tamen non habet ſpecialitatem piæ cauſæ ſtricto modo ſumendo, niſi quando pauperi relinqueretur, puta quò ad detractionem falcidiæ, vt voluit Bart.in l.diuus.ff.ad leg. Falcid.Et licet ibi videatur ſentire Bart. quando relinquitur pauperibus in genere, & in hoc reprehendatur ab Ange. ibi, & etiam a Ioan. de Imo. dicendo quod idem quando certæ perſonæ in ſpecie relinquitur aliquid pro alimentis, vt tunc ceſſet falcid.. tamen intentio Bar.non fuit ſe reſtringere, quando in genere.ſ. loquitur abſolutè in plurali, vt eſt communis vſus loquendi. Vnde idẽ ſi in ſingulari certę perſonæ relinqueretur per id, quod habetur in l.1.C.de condit inſer. & idem voluit ipſe Bart. in l.alio. ff.de alim.leg.in 3.contrario,& in ſuo tracta. de alim.& Bald. in l.cum hi.§.hæc oratio.ff.de tranſa.& in l.1.ff.de leg.2.in repet. vbi dicit, quod dos non concernit cauſam piam ſtricto modo ſumendo. & ſic non habet priuilegia cauſæ piæ, niſi quando donaretur vel legaretur perſonæ pauperi. Ex quo in
7 infero † quod executores dati in teſtamento ad diſtribuendum in pias cauſas poſſunt erogare pro dotibus puellarum pauperum,non ſic pro puellis, quæ poſſunt ſe congruè dotare, vel haberent patrem non egenum & impotentem ad dotandum. Poſſet bene dici, & equidem non improbabiliter, quod ſi eſſet puella, quæ ſecundum ſuam conditionem,vel nobilitatem mereatur maiorem dotem quàm eſſet ſufficientia ſui patris, & propter hoc non poſſet inuenire virum condignum ſuæ conditioni, quod tales executores poſſent ſupplere vſque ad congruam dotem,ad hoc vt poſſit condecenter ſecundum ſuam conditionem maritari, quia tunc cenſeretur cauſa pia ad hoc vt matrimonium condignum cõtrahatur:quia non dicitur poſſe nubere,quando honeſtè nõ poteſt nubere ſecundum ſuam conditionem, arg.l.nepos Proculo.ff.de verb.ſigni.facit l.plenum.§.equitij.ff.de vſu,& hab. Sed tunc videtur obſtare prædictæ concluſioni, quia videmus, quod quando aliquid datur concernens cauſam piam, tunc videtur datum non animo repetendi,ſed magis animo donandi,vt probatur in l.liber captus.C. de capti.& in l.& ſi quis.§.ſed interdum.ff.de reli. Sed quando aliquis extraneus promittit, vel dat dotem pro muliere, nec aliter exprimit, ꝙ animo repetendi,tunc videtur donare non habita diſtinctione, an illa ſit diues,vel pauper, vt eſt tex.in l.1.§.accedit.C.de rei vxo. actio. Ergo non ob aliud niſi,quia eſt cauſa pia,quia aliàs repeteretur per ſupradicta, & per text.in dicto §. ſed interdum.poteſt etiam ad hoc allegari.l.cum is.§.ſi mulier.Sed poteſt reſponderi,quod diſpoſitio no.d.§. accedit. non emanauit ex eo,quod dos ſit cauſa pia,ſumẽdo proprie & ſtrictè, vt ſupra,ſed ex eo, quia eſt cauſa fauorabilis & præcipua,ꝓp fauorem matrimonij & nuptiarum & mulierũ, pro quibus datur ipſa dos,vt l.1.ff.ſolu.matr.l 2.de iu.do. Nam ſimile videmus in alimentis, quæ licet lato quodammodo reſpiciunt
13 cauſam piam,vt habetur in d.l. ſi cui annuum, tamen ſi ſunt data,ſeu erogata pro perſona non paupere, non cẽſentur data animo donandi, niſi quando ab aſcendente,licet ille errãs non fuerit proteſtatus, vt habetur in l. Neſennius.ff. de neg. geſt.& in l.alimenta. C.eo.tit.tamen ſecus ſi ille alimentatus eſſet pauper perſona, non habens vnde ſe aleret,vt no.in dictis iuribus. Sic etiam videmus in † redimente aliquem ab
8 hoſtibus, quia licet actus ipſe redimendi quem ab hoſtibus ſeu a captiuitate in ſe poſſit dici pius largo modo,etiam quãdo perſona non pauper redimeretur, tamen proprio & ſtricto modo non dicitur continere cauſam piam, niſi quando redimeretur perſona quæ non eſſet ſoluẽdo,nec haberet vnde ſe redimere poſſet, quia tunc videtur animo donandi redemptus, aliàs quando potuiſſet de ſuo redimi, tunc videtur redemiſſe animo repetendi,vt eſt tex. no.in l.liber captus.C.
9 de cap. Sic † quoque in actu expendendi pro funere vel ſepultura, quia ſic talis erogans præſumitur in dubio animo repetendi & non donandi animo feciſſe, niſi aliter conſtet, ꝙ pietatis intuitu fecerit,vt dicto §.ſed interdum.Et tamen nullus dixerit quod expenſa pro funere, vel ſepultura non concernat cauſam piam,vt patet in §. ſed interdum,& ſequenti. & no.Bart.in l. hæreditas.§.j.ff.de pe. hære.& Ange. & ibi per Imo.in l.1.§.fi.ad leg. Falci. prout ſupradixi in actu redimendi,quia etiam largo modo cenſetur actus pius, vt ſupradixi. & tamen propriori modo dicitur cauſam piam concernere, quando concernit fauorem animæ, & ſic quando pro egentibus erogatur,per d.§. ſi vnũ.ibi,& ipſorum quoque ex hac piiſſima cauſa animæ ſubleuentur,& in Auth.de eccle.ti.§.ſi quis autem pro redemptione, ibi, & huiuſmodi pium opus impleri &c. ad hoc etiam tex.in Auth.de ſanc.epiſ.§.ſed hoc præſenti, ad fi. ibi in redemptione captiuorum, aut egen-
10 tium alimoniam. Vnde executores † dati ad erogandum in pias cauſas,poſſent erogare in redemptione captiuorum egẽtium, ſecus ſi poſſent ex ſuis facultatibus ſe redimere. Sic etiam poſſent diſpenſare pro funere & ſepultura alicuius pauperis, quando ex hæreditate illius non poſſet extrahi talis expenſa. Et ſic ex prædictis inferendum eſt ad dotem, vt ſic diſpoſitio d §.accedit, vt ibi. præſũmatur animo donandi &c. nõ procedat ex eo, quod dicta promiſſio dotis fiat ex cauſa pia,æquando cauſam piam propriori modo, quia tũc illud ſolum procederet, quando promitteretur pro muliere paupere per dicta ſupra.ſed procedat ex quodam ſpeciali fauore
11 dotis, † qui fauor adhibetur dotibus tam pro muliere paupere, quam etiam pro muliere, quæ etiam ſuo poterat ſe dotare. Vnde dicti executores,vt ſupra dati, non poſſent dotes conſtituere niſi pro puellis pauperibus. Nã pro aliis puellis nõ dicerẽtur erogaſſe ad pias cauſas,vt ſupra dixi, & hoc fuit de
12 intentione Bal.in auth.niſi rogati.C.ad Treb.Vidi tamen dubitatum in quæſtione facti incertis† executoribus datis in teſtamento ad erogandum pro dotibus puellarum, an poſſint dicti executores aſſignare dotem pro puella iam nupta ſine dote vel cum modica dote. Quidam dicebant quod ex quo ceſſat fauor nubendi, per conſequens ceſſare debet fauor piæ cauſæ: quia imputari debet tam mulieri, quam viro qui ſine dote contraxerunt matrimonium, alle. no. Barto.in l. obligamur.§.1.ff.de act.& obl. Sed poteſt pro veritate diſtingui, quod an vir, qui accepit talem puellam indotatam erat de ſe potens in facultatibus, vt poſſet onera matrimonij ſupportare,& tunc non poſſint dicti executores dotare, vel dotem augere:quia nõ cenſetur dicta puella pauper quo ad iſtũ effectum,de quo quærimus, ex quo ſibi non poſſunt deficere alimenta,cum vir teneatur illam alimentare, & ſibi in neceſſarijs ſubuenire,licet ſit indotata, quia debet ſibi imputari,ex quo indotatam non curauit accipere,per id quod habetur in l.quod ſi nulla.ff.de relig.& ſump.fun.& no.in l.ſi cum dotem.§.ſi autẽ.ff.ſolu.matr.ſi autem vir eſſet egenus,adeo quòd non ſufficeret ad ſupportanda onera matrimonij: & tunc ſunt ponderanda verba teſtamenti, an dicant pro dotãdis puellis; tunc poſſunt tali mulieri dotem aſſignare,vel dotem augere,ſi videatir eſſe neceſſe pro ſupportandis onerib. matrimonij: quia adhuc ſubeſt cauſa pia & neceſſitas matrimonij. Nec ob.no.Bar.in d.§.j.quia ibi poteſt imputari filiæ, quæ nupſit ſine conſenſu patris. Item illud dictum Bar.in d. §.1.communiter non tenetur, vt dicetur infra in 6. par.circa 16. ſpeciale. l. qui liberos. ff. de ri. nup. An autem dicant pro puellis maritandis: & tunc ſecus, quia non videtur ſatisfactum intentioni, nec etiam verbis teſtamenti, & maxime ſi diceretur pro virginibus maritandis. Et ad hanc concluſionem confert no. Bar.in l.ſocius.ff.de.leg.2. & quod per Doc. cõmuniter eum ſequentes in l.filia legatorũ. C.de leg.& per Petr.de Anch.& Ioan.de Imo.in c.filius. de teſta. & ex prædictis omnibus poteſt concludi,quòd † priuilegia ex ſpeciali attributa piæ cauſæ in quantum competant piæ cauſæ ſtricto modo ſumendo, ſcilicet quando concernunt fauorem animæ, attribuuntur etiam dotibus, quando mulier de cuius promiſſa,legata,vel data tractatur,eſſet egena,aliàs ſecus,qđ eſt no.ad no.per Doc in præalleg. locis, & maximè per Lud. de Ro. in d. auth. ſimiliter. quod eſt vtile ſcire ad multa, &

maxi-

Source : BIU Cujas

maximè an de legato dotis detrahatur hodie Falcid. vt ſupra dixi, & tangetur in d 6. par. circa 26. priuilegium in ordine, & ibi reſpondetur ad d.l cum is. §. ſi mulier. ff. de cond. indeb. & etiam in eadem 6. par. circa priuilegium d. §. ſi mulier. in or
14 dine 28. † Item an iudex eccleſiaſticus competens pro executione legatorum ad pias cauſas maximè ob negligentiam hæredis, vel executorum datorum in teſtamento, vt habetur in cap. nos quidem. de teſt. & in l. nulli. C. de epiſc. & cler. poſſit adiri, vel ſit competens circa legatum dotis. Et quidē ſi dos eſſet legata pro muliere paupere, non eſt dubium poſſe adiri, & poſſe executioni demandari huiuſmodi legatum per ſupradicta, & eodem modo eſſet competens pro dote p̄miſſa pro huiuſmodi muliere paupere, cum tūc ſit cauſa pia, & facit quod no. in dicta l. hæreditas. §. 1. de pet. hær. & etiam iudex eccleſiaſticus eſt iudex competens etiam inter laicos in cauſa pauperum ſeu miſerabilium perſonarum, vt habetur cap. ſignificantibus. de offic. deleg. Si autem mulier non erat perſona egena, videtur magis dubium, quia cum cauſa matrimonialis eſt ſpiritualis, & ſpectat ad eccleſiaſticum, vt habetur in cap. cauſam quæ, extra qui filij ſint legitimi. & no. in l. Titia. ff. ſolu. matr. & dos ſit quid accedens ſeu dependēs a matrimonio, & ſic a ſpirituali: ideo videtur quod ſpectare poſſit ad eccleſiaſticum, per id quod habetur in clem. dispendioſam. de iud. In contrarium facit tex. in c. de prudentia, de do. inter vi. & vxo. vbi ſolum videtur permitti talis cognitio ſuper dote, quando venit incidenter ad cauſam matrimonij, de quo tamen latius dicetur in nona parte operis.

PARS SEXTA.

NVNC deueniendum eſt ad ſextam partem: incipiendo in ea tractare de priuilegijs dotium, exordium faciam de ipſarum dotium ſpecialibus priuilegijs, quæ tempus reſpiciunt ante matrimonium, ſuper quo aduertendum erit, quia multa ſunt priuilegia quæ poſſunt accommodari ad vtrunque tempus: tamen huiuſmodi priuilegia vt vbique accommodabilia interſerimus ad id tempus, in quo cōuenientius verſari poſſe videbatur, ſiue ante matrimonium ſiue conſtante matrimonio, ſiue ſoluto matrimonio, quæ dotium priuilegia cuiuslibet temporis proſequitur gl. licet minima ex parte in l. 1. ff. ſol. matr. & licet Doc. ibi legentes latius dilatando fimbrias ſatagūt alia & plurima vltra gl. ibi ſuperaddere: tamen ego alia multa magno, copioſoque numero priuilegia, quæ ſparſim in toto iuris corpore poſita aut enunciata fore comperierim, & a Doctoribus ibi legentibus non digeſta, & d. l. 1. non poſita, imo nec excogitata hoc in opere non parū elaborato ingenio deſcribenda fore duxi, ſimul & inueſtigāda, approbando vel improbando aut limitando, prout diuino accedente ſuffragio intellectus mihi ſubminiſtrabit fore iuri conſentaneum.

PRIVILEGIVM I.

SVMMARIVM.

1 *Dos nudo pacto conſtituitur per quamcunque perſonam.*
2 *Dotis promiſsio olim erat contractus innominatus, nec appellabatur contractus dotis, ſed pactum de donando.*
3 *Dote promiſſa per modum pollicitationis, non fingitur tunc ſtipulatio.*
4 *Promiſit verbum in inſtrumento ſicut præſumitur cum ſtipulatione, ita uerbum, fuit pollicitus, in inſtrumento præſumitur per viam pacti.*
5 *Fideiuſſor dotis dandæ etiam nudo pacto obligatur.*
6 *Stipulatio hodie non fingitur in promiſsione dotis incerta.*

PRIMVM itaque priuilegium, quod etiam pro primo & principali in primo tempore ſcilicet ante matrimonium ponit glo. in dicta l. 2. ſcilicet quod
1 † nudo pacto dos conſtituitur per id quod habetur in l. ad exactionē. C. de do. promiſ. ſiue igitur p̄ mulierē, ſiue per patrem mulieris, & ſic ſocerum, ſiue per alium extraneum marito, vel alteri recipiēti pro marito dos ſimplici pacto circa ſtipulationem promittitur, huiuſmodi pactum eſt efficax ad agendum, videlicet per cōdictionem l. ad exactionem. C. de do. promiſ. contra regulam, de qua in l. iuriſgentium. §. igitur nuda. ff. de pact. hodie tamen ſubintelligitur tacita ſtipulatio, & fingitur dos promiſſa per ſtipulationem p̄ l. 1. C. de rei vxo. ac. Nam licet principaliter ibi ficta ſtipulatio fuerit inducta a lege in fauorem mulieris circa dotem repetēdam. Et ſic in totum ibi Imperator tollit actionem de dote, quæ appellabatur rei vxoria circa dotem repetendam: tamē illam ſuam prouiſionem extendit etiam in fauorem viri circa dotem promiſſam, vt patet ibi poſt principium, dum generaliter loquitur ibi, ſancimus omnes dotes, & in §. ſed vt plenius. maximè in fi. in verſ. ſimili modo intelligi factam ſtipulationem & hypothecam ex vtraque parte &c. Et ſic poſſet inferri, quod hodie fortè propter dictam tacitam ſtipulationem eſt ſublata prouiſio conditionis ex d. l. ad exactionē, ſicut eſt ſublata actio de dote circa dotem repetendam. & iō ſi maritus ageret contra mulierem, vel alium dotem promittentem, non innitendo ex ſtipulatione expreſſa vel tacita, ſed ex ſimplici promiſſione, fortè libellus nō procederet, de quo tamen dicetur infra in hac ſexta par. circa priuilegium tacitæ ſtipulationis. Sed verius eſt dicere, quod non ſit ſublata, nec transfuſa in ſtipulationem expreſſam vel tacitam, per d. l. 1. & per d. §. fuerat. Inſti. de act. cum dicta diſpoſitio noua reſpectu transfuſionis fiendæ in ſtipulationem ſolum loquatur in actione de dote, quæ ſolum dabatur pro dote reſtituenda, vt clarè patet ex litera ibi nec diſpoſitio. l. ſi ita ſtipulatus. cum ſequenti. ff. de noua. haberet locum iſto caſu, vt latius de hoc dixi in 3. parte, & ibi etiam dixi, quod reſpectu viri contractus dotis &c Senſit etiam notanter gloſ. in dicta l. 1. quod
2 † reſpectu viri contractus dotis promiſſæ non erat nominatus, vt dixi ſupra in tertia par. Licet quidam dixerunt cōtrarium, vt per Bal. in dicta l. ad exactionem, inducendo quod habetur toto tit. ff. de vſuc. pro dote, & malè. Nam non videmus aliquo iure cautum, quod actio de dote detur, niſi mulieri dotem repetenti. Nec obſtat illud de vſucap. pro dote, quia verum eſt, quod contractus dotis erat nominatus, & inducebat habilem titulum ad præſcriptionem, quando erat facta traditio, vt habetur in l. ſi fundum. ff. de fun. dot. vt etiā videmus in vſucapione pro donato, de qua in tit. ff. pro donato. cum donatio non dicebatur contractus nominatus, niſi quādo fiebat traditio, ſed ante traditionem ex ſola promiſſione non reſultabat contractus donationis, ſed potius dicēbatur promiſſio de donando, licet hodie per l. ſi quis argentum. C. de dona. poſſit dici cōtractus nominatus, vt habetur per Bar. & alios in l. fi. ff. de condic ob cau. Vnde ſicut hodie ibi immutatum eſt in dona. ſic etiam hodie in promiſſione dotis, per d. l. ad exactionem, vt ſic pactum nudum veſtiatur hodie legis auxilio ſpeciali fauore dotis, & ita intelligo gloſ. in d. l. ſic etiam voluit gl. in l. legitima. ff. de pac. & ibi Bart. dicit, quod dotis datio eſt contractus iuriſgentium, ſed dotis promiſſio eſt contractus innominatus, qui tamen hodie fomentum recipit a iure ciuili. Imo dicebāt quidam, quod mera pollicitatione dotis poſſet agi, ſicut quando fit pollicitatio reipublicæ, vt etiam voluit Cy. in rub. C. de do. promiſ. & videtur hoc probari in l. fi. C. ad Velle. ibi, dotem, vel pollicitus fit, vel ſpoponderit. Sed Bald. in d. rubr. tenet contrariū, vbi etiam eſt de mente gl. cum exponit pollicitationem pro pacto nudo, vt hoc idem ſenſit gl. in dicta l. fin. C. ad Velle. & hoc fortè videtur verius, niſi fortè vltra pollicitationē incæperit poſtea ſoluere, & ita hoc æquiparetur fauore reipublicæ. ar. l. 1. ff. ſolu. matr. iuncto eo quod habetur in l. 1. §. cæpiſſet. ff. de pollici. & facit, quod no. gloſ. in l. & ſi dotis. C. de iure do. & gloſ. in rubr. C. de priui. Cum etiam quidam teneant, quod fauore eccleſiæ vel piæ cauſæ non poſſit agi ex pollicitatione, quæ pollicitatio propriè dicitur, quando fit abſenti promiſſio, & nullus ibi præſens recipit pro abſente. Et ſic nullus receperat pro eccleſia, vt per gl. no in l. illud. C. de ſacroſan. eccl. de quo vide d l ſtip. iſta. §. alteri. ff de verb. oblig. & etiam ibi dixi in repet. rub. Imo poſſet notanter dici & nō
3 improbabiliter, quod quando † dos fuit promiſſa non per pactum, ſed per pollicitationem, dicto caſu non inducatur ficta ſtipulatio, ex quo non recepit extrema habilia, & maximè quia ficta ſtipulatio, hodie eſt inducta in locum actionis de dote, vel actionis inductæ per legis auxilium circa nudum pactum. Et ſic vbi aliàs poterat efficacitet agi ad dotem datam repetendam per mulierem, vel ad dotem promiſſam petendam per virum, vt bene probatur per tex. in d. l. 1.

Adde etiam ſingulare verbum Bal. in l. 1. C. de do. promiſ.
4 quod ſicut † verbum promiſit, poſitum in inſtrumento inducit præſumptionem ſtipulationis, vt habetur Inſti. de inut. ſtip. §. item ſi ſcriptum. & in l. ſciendum. ff. de verb. obli. Sic ēt verbum pollicitatio, poſitum in inſtrumēto inducit præſumptionem, quod ſaltem ſit pactum ſimplex, & ideo eſſet efficax etiam circa contractum do, vt ſaltem de iure cano poſſit effectualiter agi, per no. in c. 1. de pa. licet ex mera pollicitatione nō poſſit agi etiam iure canonum, vt dixi latè in repe. rubricæ. ff. de verb. oblig Sed poteſt dici, quod ſi in inſtrumē to dicatur, Titius fuit pollicitus Sempronio centum, q̄ præſumatur Sempronium fuiſſe præſentem, ſicut ſi dixiſſet, Titius

Source : BIU Cujas

tius promisit Sempronio: licet aliter non exprimatur Sempronio, scilicet præsenti, vt probatur no. in l. 1. iuncta glos. C. de contrahen. & commit. stipu. Et sic illud verbum, pollicitus, propter subiectam materiam se habet ad promissionem. Et maximè quia aliàs non esset præsumendum notarium ita scripsisse. Imo fortè esset puniendus de falso, si probaretur, Sempronium tunc non fuisse præsentem, per id quod no. gl. no. in l. iubemus. C. de test. & facit l. si stipulatus. ff. de vsu. & quod habetur in l. & si vno. ff. loc. cum sim. Meritò potest dici, quod dicto casu intelligatur non solum quod per pactum fuerit pollicitus Sempronio præsenti, sed etiam per stipulationem per supradicta iura. Et per supradicta idem
5 potest referri in † fideiussore dotis dandæ, vt etiam nudo pacto possit accedere speciali fauore dotis contra regulam, de qua in l. blanditus. C. de fideiuss. vt est text. no. in dicta l. fi. C. ad Velle. Et multo magis in fideiussore dotis restituendæ eo casu, quo potest accedere, & maximè si posset accedere ex forma statuti vel consuetudine loci: cū tunc versetur maior fauor dotis, de quo tamē infra in 21. priuilegio circa pri-
6 uilegium. l. 1. ne fideiuss. dotium dentur. Si tamen fiat † promissio, vel fideiussio de dore incerta: tunc non valeret per pactum nudum, per text. singularem secundum vnum intellectum in dicta l. 1. C. de do. promis. & habetur in l. cum post. §. gener. ff. de iu. do. in gl. no. Nec isto casu subintelligeretur tacita stipulatio, ne inducantur circa idem tot specialitates, de quo tamen infra dicetur circa specialitatem dotis promissionis incertæ in 20 priuil. pactum autem simplex & citra stipulationem interpositam per patrem de dote sibi reddenda soluto matrimonio sine dubio nec olim, nec hodie valet, nec vestitur legis auxilio, nec cohærentia contractus, nec subintelligitur tacita stipulatio, vt habetur in l. auia. C. de iure do. & l. quoties. ff. sol. matr. secus fortè si paciscereturdotem reddi filiæ etiam citra stipulationem, quia olim vestiebatur cohærentia contractus dotis, quando in ipsa traditione dotis fiebat tale pactum. Si autem in ipsa promissione, fortè secus, quia erat contractus non nominatus, & sic non erat potens ad vestiendum, sed fortè sequuto implemento ex parte patris promittentis vestiebatur, per id quod habetur l. iurisgētium, in princ. ff. de pact. hodie tamen in tali pacto subintelligeretur tacita stipulatio, vt infra dicetur in proximo sequen. priuilegio.

PRIVILEGIVM II.

SVMMARIVM.

1 *Stipulatio tacita hodie fingitur in dote, & quibus detur priuilegium. 6. & 7. an se extendat in promissione dotis incerta. numero 11.*
2. *Fictio iure inducta & præsumptio iuris quomodo differant.*
3 *Stipulatio nō fingitur in muto uel surdo promittente uel recipiente dotem: quando tale impedimentum esset a natura, secus forte in accidentali. & nu. 4. & 5.*
8 *Pactum simplex in extraneo promittēte dotem, uestit aliud pactū simplex incontinenti de dote sibi reddenda, non sic in patre promittente.*
9 *Pactum nudum uestitum legis auxilio uestit aliud pactum nudum incontinenti appositum, quod est notabile.*
10 *Stipulatio semper præsumitur interposita in instrumento: sed an subintelligatur ficta, uide plenè.*
12 *Statuta, quòd instrumenta pro dote restituenda habeant executionem paratam, extendentur pro dote promissa danda, & quid econtra.*

1 SECVNDVM speciale priuilegium est in dote, q̄ † fingitur tacita stipulatio, licet nullo modo fuerit interposita: tamen minus solenniter, nihilominus solenniter fingatur interposita, ut patet notanter in dic. l. 1. post princ. C. de rei uxo. act. Et in tantum inducitur fictio, quòd etiam si probaretur per confessionem partis, stipulationem non interuenisse: tamen fingetur interuenisse, pro ut est de natura fictionis, quòd sit contra ueritatem. ut not. in d. l. 1. & habetur in l. si duo. ff. de acq. hær. licet non sic in stipulatione præsumpta à iure: quia contra eam admitteretur probatio in contrariū non solùm, per cōfessionem partis, sed etiam per quancunque aliam probationem, ut no. in l. fin. in princ. ff. quod me. causa, per glos. & Doc in l. siue possidetis. C. de probat. Vnde iura, quæ dicunt, quod quando apparet promissio facta in instrumento præsumit stipulatione, ut habetur Instit. de inut. stipu. §. item si scriptum. & no. in l. sciendum. ff. de uerbo. obligat. non procederet, quando probaretur per testes, uel aliter, q̄ stipulatio non intercessit, vt dixi in d. l. sciendum Si autem pro stipulatione assisteret præsumptio iuris & de iure: tunc non admitteretur probatio in contrarium, ut potest poni exemplum in stipulatione præsumpta, de qua in l. cum ostendimus. §. fi. ff. de fide-
2 iuss. tut. Tamen † hæc præsumptio iuris & de iure, q̄ fuerit interposita stipulatio, quæ differt à ficta stipulatione, non dicitur inducta contra veritatem, sed solum operatur, vt nō possit probari contrarium, vt per gl. no. in dicta l. fi. & habetur in cap. is qui. de spon. & in clem. 1. de probat. Bene tamen admitteret probationem in contrarium per confessionem partis, vt per gl. singularem in Authē. de æqua. do. in §. illud. & per Cy. in auth. sed iam necesse. C. de do. ante nup. & per Bart. in l. Iul. ff. de cond. indeb. Quæ tamen tacita seu ficta stipulatio non haberet locum, nisi quando essent extrema habilia. Vn-
3 de si mutus † & surdus, qui non possunt veram & expressam stipulationem concipere, reciperent dotem, vel promitterent, non fingeretur stipulatio, nisi quādo haberent seruum; quia tunc per seruum fingitur promisisse per stipulationem, vel fuisse stipulatos, per id quod habetur in l. prima in princ. ff. de verb. oblig. iuncto eo quod habetur in l. qui ad certum. ff. loc. Imo. autem in l. 1. ff. solu. matr. dicit indistinctè, quod ēt si non haberent seruum, fingeretur stipulatio, vt saltem per notarium intelligatur esse facta stipulatio, per id quod habetur in l. nec ei. ff. de adopt. & in l. 2. ff. rem pup. sal. fore. Cuius dictum posset procedere, quādo notarius fuisset ibi præsens tempore dotis promissæ, vel receptæ per mutum seu surdū, aliàs non videtur, quod tunc sint extrema habilia, si probaretur, quod nullus notarius erat ibi præsens, & maximè in loco seu domicilio illo. Item hæc procedunt in muto vel surdo a natura. Si autem ex impedimento accidentali, & tunc fortè nō impeditur dicta fictio circa stipulationem inductā. Sicut in simili dicimus in adoptione, in qua lex pcedit p modū fictionis. & sic qui nō pōt generare nō pōt adoptare. l. adopti o. ff. de adopt. & tamen non habet locum, nisi in illo, qui est impotens a natura, & non ex accidenti, vt habetur in l. 2.
4 §. illud. ff. de adopt. Quid autem † si per nuncium, vel epistolam mutus vel surdus promittit dotem, an tunc fingatur stipulatio? dubium facit, quia non videntur esse extrema habilia ad fingendum. Et si dicas, quod tunc lex fingit illos fuisse præsentes. Certè induceretur duplex fictio contra ea, quæ habentur in l. 1. C. de do. promis. & quod per Barto. in d. l. si is qui pro emptore. ff. de vsuc. vnde licet etiam haberent seruū,
5 tamen fictio non operaretur. Imò † posset dubitari etiam in valente loqui, quando per nuncium vel epistolam promitteret dotem, cum similiter videatur duplex fictio induci. Prima, quod illi habeantur pro præsentibus, vbi erant absentes. Secundò, quod inter ipsos sic fictione iuris inter præsentes fingatur interposita stipulatio per modum congruum, scilicet præcedente interrogatione, & illico sequuta respōsione,
6 vnde cogita. Hoc † autem priuilegium fictę stipulationis datur ipsi doti, seu eius contractui, non autem ipsi soli mulieri, vt in d. l. 1. in princ. Et sic etiam marito recipienti promissionem dotis, vt supra dixi circa primum priuilegium, per tex. in d. l. 1. §. sed vt plenius, maximè in fi. ibi simili modo intelligi stipulationem extra hypothecam ex vtraque parte, vt ibi ēt voluit glos. quod etiam procedit, si extraneus promisit dotē pro muliere, vt contra eum fingatur stipulatio in fauorem viri, sicut etiam fingitur in fauorem mulieris in casu dotis restituendæ, vt est tex. no. in §. accedit. d. l. 1 Vnde quanto am-
7 plius dicendum est † in patre dante dotem, vt soluto matrimonio possit niti ex tali ficta stipulatione pro dote communi sibi & patri, patet in d. l. 1. §. extraneum. versicu. parenti. Et sic eodem modo quando dos consolidatur in patrem superstitem filia præmortua in matrimonio, & sic etiam econtra, quando consolidatur in filiam factam sui iuris, vt probatur eadem l. §. videamus. & §. & hoc ex rei, & fuit de mente glos. in d. §. fuerant. insti. de actio. licet quidam dicant, q̄ respectu patris non fieret reconsolidatio in tacita hypotheca, de quo infra dicetur. Si tamen ipse pater faceret pactum de dote reddenda ipsi filiæ in casu soluti matrimonij, quo casu dixi supra in primo priuilegio, quod tale pactū est efficax in fauorem filiæ pro iure consolidationis in eam causatæ ex pacto, & citra stipulationem, cum etiam per modum tacitū efficax sit huiusmodi pactum per id, quod habetur in l. si cū dotem. in princ. ff. soluto matrimo. secundum intellectum retentum ibi per Bar. An in tali pacto subintelligatur hodie tacita stipulatio, potest dici quod sic ex generalitate dic. l. 1. in princ. ibi, omnes dotes per stipulationem, & in §. & vt plenius, in fi. in ver. nihil enim. Imo hodie esset dicta actio, quæ olim nascebatur ex dicto pacto, transfusa in dictam tacitam stipulationem, de quo dixi in 4. par. Dicta tamen tacita stipulatio non fingitur in fauorem extranei dotantis. & paciscentis dotem sibi reddi soluto matrimonio, vt probatur no. in d. §. accedit. ibi, pacto vel stipulatione. quasi velit ibi Imperator, quod tunc non habeat locum stipulatio nisi expressè imponatur.

Source : BIU Cujas

terponatur. Et ſic iſto caſu non tantum fauetur extraneo: ad hoc gloſ. not. in l. ſecunda. in princip. ff. ſoluto matrimo. & dixi ſupra. in 4. par. licet tale pactum de dote ſibi reddenda dicatur veſtiri cohærentia contractus, videlicet præambulę promiſſionis dotis, vt habetur in d.§. accedit. & in l. auia. C.
8 de iure do. Et hoc eſt mirabile, quod † nudum pactum per extraneum de dote per eum promiſſa veſtiat aliud pactum ſi bi cohærens & iuxta ſe poſitum, ſcilicet de dote ſibi reſtituẽ da, licet non ſic in parte promittente dotem, vt habetur in d.l. auia. & in l. quoties. ff. ſoluto matrimo. Et eſt ratio, quia illud primum pactum de dote danda, licet non tranſeat in ꝓtractum nominatum, maximè olim, vt ſupra dictũ eſt in 3.
9 par. tamen † non eſt ſimpliciter nudum, ſed veſtitum legis auxilio contra ipſum promittentem in fauorem mulieris, per id quod habetur in l. ad exactionem. C. de do. promiſ. Et ideo veſtit aliud pactum nudum iuxta ſe poſitum contra ipſum virum & mulierem in fauorem ipſius extranei, vt probatur in dicto §. accedit. Intelligendo tex. ibi, quod pactum interpoſitum per extraneum de dote ſibi reſtituenda fuit appoſitũ in ipſa ſimplici promiſſione dotis. Nam ſi a principio fuiſſet dos data & in ipſa datione interueniſſet dictum pactum, tũc eſſet magis clarum, ꝙ tale pactum veſtitum veſtiretur rei traditione, vel rei interuẽtu, & oriretur præſcriptis verbis actio, prout oritur ex illis quatuor ſpeciebus contractuum innominatorum, vt habetur in l. iuriſgentium. in princip. §. quinimo. ff. de pact. Sed ſi in promiſſione dotis interueniſſet illud pactum: tunc daretur prę ſcriptis actio generalis informata ex pacto illo præcedenti ueſtito legis auxilio Et ita debet intelligi text. in d. §. accedit, dum loquitur de prę ſcriptis uerbis actione. Et eſt notabile, quod calor ueſtimenti legis auxilio ſe extendit etiam ad aliud pactum contra illum ſeu illam, in cuius fauorem primum ueſtimentum fuit inductum ex legis auxilio: quod eſt notandum, ad not. in l. legitima. ff. de pact. & in l. petens. C. eodem titulo. Sed cum hodie in illo pacto dotis dandæ factæ per extraneum fingatur tacita ſtipulatio, poſſet dubitari, an dicta ſequens ſtipulatio veſtiat ſequens pactum, vt ſic ex ea poſſit agi per ipſum extraneum tanquã informata ex pacto incontinenti appoſito. Nam ſolet dubitari etiam quando ſtipulatio fuit expreſſa: an veſtiat pactum contra ipſum ſtipulantem, de quo vide not. in dic. l.
10 petens. Quid † autẽ ſi in inſtrumento reſtitutionis dotis vel promiſſionis dotis, non contineatur ſtipulatio ſcripta per notarium. An tunc fingatur ſtipulatio. dubium facit, quia ex quo ante prouiſionem nouam dictæ l. 1. ſuccurrebatur pactum ex prę ſumpta ſtipulatione per id quod habetur in §. itẽ ſi ſcriptum. inſti. de inut. ſtipulatio. & in d.l. ſciendum. ff. de verborum obligationibus. & in l. prima. C. de contrahen. & commit. ſtipul. Ergo non erat opus iſto caſu prouidere per fictionem, ex quo erat prouiſum per præſumptam veritatẽ, Text. tamen eſt valde not. in contrarium in l. prima. §. ſed vt plenius, ad fi. ibi, quaſi dotalibus omnibus inſtrumẽtis a prudentiſſimis cõfectis &c. Licet quidam intelligant illum tex. ꝙ tunc Imperator prouiderit ſolum per ſtipulationem præſumptam & non per fictam: & reſultat notabilis effectus: qa ſi præſumatur ſtipulatio dicto caſu, & nõ aliter fingatur, tũc poſſet probari contrarium per id, quod habetur in l. ſiue poſſidetis. C. de proba. & per gloſ. in l. fin. ff. quod met. cau. Et ideo intelligas illum text. vt loquatur de ficta, cum hoc ſit magis vtile mulieri & etiam viro, quod fingatur ſtipulatio & non præſumatur. Et ſic debet eſſe cautus ipſe agens, vt non agat ex ſtipulatione præſumpta, ſed potius ex ficta. Imo dixit Bal. in d.l. 1. ꝙ ſi ſtatutum diſponeret, ꝙ inſtrumenta publica habeant executionem paratam, & vt non poſſint contra ipſum opponi, niſi certæ exceptiones, vendicabit ſibi locum etiam in ficta ſtipulatione reſultante ex dicto inſtrumento, li- 12
cet de hoc dubitauerit Barto. in l. prima. ff. de his quæ in teſt. delen. de quo per eundem Bal. in l. ad probationem. C. de proba. idem tenet licet aliud videatur voluiſſe in l. ſi pro te. C. de do. promiſ. & in l. ab Anaſtaſio. C. man. de quo etiam per Ange. in ſimili in l. reos. §. cum in tabulis. ff. de duo. reis. licet forte non ſic eſſet dicendum, quando quis ageret ex ſtipulatione præſumpta in inſtrumento notarij, & aliter ibi nõ expreſſa, de quo tamen vide quæ dixi in l. iuriſgentium. §. ꝙ ferè. ff.
11 de pact. Et † prædicta omnia limita, quando dotis promiſſio eſſet de re, vel quantitate certa, ſecus ſi incerta: quia tũc licet ſpeciali fauore dotis valeat promiſſio incerta, vt l. cum poſt. §. gener. ff. de iure do. & etiam infra tangetur in alio priuilegio dotis incertæ: tamen dicto caſu non fingeretur ſtipulatio, ſi eſſet promiſſa pacto nudo, ne concurrant duo ſpecialia circa idem, ſicut etiam tunc non admittebatur ſpecialitas, ꝙ poſſet agi ex pacto nudo ad dictam dotẽ incertam, vt eſt caſus notabil. in l. prima. C. de do. promiſ. quo d videbatur eſſe notandum ad limitationem d.l 1. C. de rei vxo. actio. Et ideo tunc ſi in inſtrumento eſſet promiſſa dos incerta, neceſſarium foret recurrere ad ſtipulationem præſumptam. Cum in ſtipulatione præſumpta nulla ſubſit ſpecialitas de dote. Imo eſt regulare in omnibus aliis conuentionibus cõtentis in inſtrumento publico vel priuata ſcriptura, vt habetur in d.§. itẽ. ſi ſcriptum. in l. 1. C. de contrahen. & commit. ſtipul. & in l. 1. C. de vſu. Tamen tu cogita, quia non poteſt negari, quin ſit aliqua ſpecialitas in hoc, cum dicta ſtipulatio præſumpta ſit tacita extra aliquam expreſſionẽ verborũ, & inducatur ſpecialitas fauore inſtrumenti vel ſcripturæ, cum non ſit idem quando probaretur conuentio per teſtes, vt habetur in d.l. j. C. de vſu. Et ſic videntur concurrere etiam dicto caſu plura ſpecialia circa idem, & hoc etiam probatur in d.l. 1. C. de do. promiſ. vbi præſupponitur, ꝙ in inſtrumento continebatur dicta promiſſio incerta. Vnde cogita de quo etiam tangetur infra circa promiſſionem dotis incertæ.

Adde etiam, quod ſi ad petitionem mulieris vir conſtante matrimonio, vel poſt promitteret dotem alteri ſe reſtituturũ, & ſic per viam delegationis, non poſſet hoc effectualiter facere citra ſtipulationem expreſſam, nec tunc fingeretur ſtipulatio, nec ex tali pacto nudo oriretur actio, vel condictio, ex quo actus geritur omnino extra perſonam mulieris, vt probatur notanter in l. 1. in princ. ibi, ſtipulanti. ff. ſoluto matrimo. quod forte non procederet, ſi mulier illum ſubmitteret vt tanquam procurator mulieris ſeu ad mulieris vtilitatem reciperet talem promiſſionẽ, ſecundũ ea quæ habentur in l. quæ dotis. ff. ſoluto matr. cum etiam verſetur fauor mulieris in ipſa dote promiſſa, quod eſt notandum ad limitationẽ d.l. 1. de rei vxo. actio. In fideiuſſore autem dotis dandæ fingitur ſimiliter ſtipulatio, nec forte ex tali nudo pacto oriretur actio, ex quo actus geritur omnino extra perſonam mulieris, vt ſentit gloſ. ſingul. in l. fin. C. ad Velleia. Et idem dici poſſet eadem ratione per l. fin.

In fideiuſſore dotis reſtituendæ vel conſeruandæ quis poteſt interuenire, ſoluto matrimonio, vt l. ſi conſtante. §. quoties. ff. ſoluto matrimonio. Et idem ſi interueniſſet ante matrimonium retenta opinio. Dy. quę tamen ſolet reprobari, vt per Barto. in dic. §. quoties. vel ſecundum opinio. communem in patre, vel in aliis coniunctis perſonis fideiubenti bus, vt ibi dixi, & idem ſi eſſet conſuetudo in loco, vt pro dote reſtituenda fideiuſſor interuenire poſſit etiam a princip. vt tunc fingatur ſtipulatio, ſi interuenit ſine alia expreſſa ſtipulatione: licet ſoleat dubitari, an valeat talis conſuetudo, de quo dixi in d.§. quoties. Vnde ſi in fideiuſſore dotis dandæ fingitur ſtipulatio, ergo idem & multò magis in fideiuſſore dotis reſtituendæ. facit gloſ. not. in l. exigere dotem. ff. de iudic. quæ voluit, quod omnia priuilegia dotis dandæ extenduntur ad dotem reſtituendam & econtra, bene facit tex. ad hoc. not. in dicta l. prima. §. ſed vt plenius, ibi, & vtroque late re, quod poteſt induci ad ſtatuta ſimpliciter priuilegiantia inſtrumenta dotis, puta, vt habeant executionem paratam, vel quid ſimile, vt non ſolum habeant locum, quando dos peteretur dari per virum a muliere vigore inſtrumenti, ſed etiam quando peteretur reſtitui per mulierem, vel eius hæredes ab ipſo viro, facit dic. l. prima. poſt princip. iuncta glo. in verbo exigi. & in dic. §. fuerat. in fi. Inſtitu. de actio. quinimo licet in inſtrumento dotis receptæ per virum non aliter promittatur ipſius dotis reſtitutio in caſum ſoluti matrimonij: tamen quia tacitè ſubintelligitur, ideo etiam prętextu illius taciti per dictum inſtrumentum habebit executionem paratam ex forma dicti ſtatuti, vt ſupra dixi, & per Bal. in dicta l. prima. & maximè quia hoc venit ex natura contractus, ideo habetur pro expreſſo l. cum quid. ff. ſi cert. peta. cum ſimil. Sed vidi dubitatum de facto, ſi ſtatutum dicit † quod inſtrumentum pro dote reſtituenda habeat executionem paratam pro dote in eo promiſſa danda, & ſic contra mulierẽ vel ſocerum. Et poteſt dici, quod ſic per ſupra dicta, & etiam propter naturam correlatiuorum, per id quod habetur in l. fi. C. de iudic. vidui. & quia vir & vxor debent iudicari a pari, vt ſic ſtatutum in vno extendatur ad alium, capi. gaudemus, de diuor. bene facit, quod habetur in cap. 2. de mutu. peti. vbi licet reſcripta ad lites ſint ſtrictè intelligenda, vt habetur in cap. P. & G. & cap. ſuper eo. de officio delega. & ſic non extendantur vltra perſonam in eis expreſſam: tamen clauſula appoſita cõtra reum in fauorem actoris extenditur cõtra actorem in fauorem rei propter naturam correlatiuorum. Et ideo vide conſil. Ant. de Butr. circa ſtatutum Peruſinum diſponens, quod a ſententia lata ſuper executione inſtrumenti guarentigiati contra debitorem non poſſit appellari, extenditur vt verſa vice pronuncietur contra actorẽ petentem executionem inſtrumenti in fauorem rei, puta in-

Source : BIU Cujas

ſtrumentum non exequendum, non poterit ſimiliter ipſe actor appellare, vt ſeruetur æqualitas inter litigantes, argumen. tex. in dicto capitu. ſecundo. & propter naturam correlatiuorum, vt ſupra, & ita vidi pluries ſeruari de facto in ciuitate Perusij.

PRIVILEGIVM III.

SVMMARIVM.

1 *Pater dotando filiam de ſe diuitem, cuius eſt legitimus adminiſtrator, uidetur de ſuo dotaſſe, & non de bonis filiæ, non ſic ſi extra cauſam dotis, & nu. 2.*

3 *Mater non tenetur dotare filiam, niſi filia non poſſet de ſuo, & utroque caſu non repetit, ſi dotauerit. & nu 4.*

5 *Mater alimentans filiam etiam quæ de ſuo poterat, niſi fuerit proteſtata, non repetit, niſi quando ſua bona adminiſtrat, ſic etiam ſi redimat filium ab hoſtibus.*

6 *Mater dando in dotem pro filia fundum communem, uidetur in dubio partem ſuam donare.*

7 *Vir & uxor ſi ſimul ſe obligant pro dote filiæ communis, non uidetur mater animo donandi, ſed intercedendi pro uiro, & ideo a uiro repetere poteſt, niſi uir forte ex ſeipſo non eſſet potens ad tantam dotem.*

TERTIVM priuilegium reſultat ex l.fi. C. de do. promiſ. quod vbi aliàs negociorum geſtor ſeu adminiſtrator bonorum explicando actum concernentem perſonam eius, cuius negocia adminiſtrat, intelligatur velle de bonis illius, & ſic animo repetendi ab eo ſoluere, & ſic vt non ſoluat de ſuo, per id quod habetur in l. cum poſt mortem. ff. de adminiſtr. tuto. & in l. Neſennius. ff. de procurato. tamen ſe-
1 cus † in filia fauore dotis, vt ſic dotata a patre intelligatur de bonis patris, ADDITIO. [De bonis patris. No. quod pater dotãs filiam ſimpliciter præſumitur dotare de bonis ſuis, & non de bonis filiæ. l. fina. & ibi Barto. C. de do. promiſ. niſi ſit negociorum geſtor filiæ habẽtis bona aduentitia, gl. & ibi Barto. in l. Neſennius. ff. de neg. geſt. ſed Barto. reprehenditur ibi per Alexan. per dic. l. fin. & per Ludo. in l. 1. ff. ſolu. matrimo. & dic. gloſ. loquitur in extraneo, & ſic melius loqtitur Barto. in l. 1. §. nec caſtren. de caſtr. pecu. ſecundum Alex. qui idem dicit in auo, & in alijs, qui tenentur dotare.] & non ipſius filiæ etiam emancipatæ, cuius negocia gerit, licet ipſa filia de ſe eſſet diues, vt eſt caſus ſingularis in dicta l. fi. Dices tu, quod imo illud non eſt ſpeciale, cum onus dotandi ſpectet ad patrem & non ad ipſam filiam. facit in argumen. l. magis. ff. de ſolutio. Sed reſponde, quod licet ſpectet ad patrem onus dotandi, tamen videbatur hoc procedere quando filia non habebat, vnde poſſet ſe dotare de ſuo patrimonio. Vnde ſi filia eſſet diues in patrimonio, puta ex ſucceſſione materna, ceſſare videbatur tunc dictum onus dotandi de ſuo, ſcilicet de bonis paternis: ſicut aliàs dicimus in alimentis. l. ſi quis a liberis. §. ſi filius. ff. de lib. agnoſcendis, cum ſoleant dos & alimenta procedere a pari ratione, vt per Bart. in l. cum de in rem verſo. ff. de vſur. & in l. ſolent. ff.. de alimen. & cib. leg. Item ſi pater dotaret filiam de ſuo, tamen tenetur congruenter dotare inſpecta qualitate ſui patrimonij & ſuæ conditionis, vt habetur in dicta l. fina. & in l. ſi filię.
2 ff. de leg. 3. Et tamen licet dotauerit filiam † vltra congruentiam, tamen etiam dictum exceſſum præſumitur promiſiſſe ſeu dediſſe de ſuo & non de bonis filiæ, vt probatur no. in di
3 cta l. fi. † In matre autem adminiſtrante bona filiæ dicas quod in dubio præſumitur dotaſſe de bonis filiæ. ADDITIO. [De bonis filiæ. No. hic, quod mater non tenetur dotare filiam de bonis ſuis, niſi ex cauſa, & in ſubſidium, per l. fina. de do. promiſ. & l. auia. C. de iu. do. gloſ. Doct. & Bald. in Auth. res quæ. C. communia de leg. & ibi Bart. & Pau. de Caſt. conſil. 116. Ange. in l. filia. ad Trebel.] Et non ipſius matris, & ſic animo repetendi, etiam ſi mater eſſet valde diues, vt eſt gloſ. not. in dicta l. fin. & probatur in dicta l. Neſennius, cum mater non teneatur dotare filiam ſicut tenetur pater, vt per glo. no. in l. mater. C. de iure do. & in d. l. fin. niſi ipſa filia & eius pater eſſet inops, vt habetur not. & per hoc patet notabilis limitatio ad l. primam. §. accedit. C. de rei vxo. act. vt non ha-
4 beat locum † in matre, vel fratre, vel quocunque alio adminiſtrante bona ipſius mulieris per ipſum dotatæ, vt etiam voluit Bar. & hic, in d. l. Neſennius. & Bal. in dicta l. fi. Si tamen dos data per mulierem vel fratrem vel alium adminiſtrãtem excederet patrimonium ipſius puellæ, & tunc in illo exceſſu videbitur de ſuo dotaſſe ipſam mulierem, licet diuitem, & ſic animo donandi, per dictum. §. accedit, iuncto. §. extraneum. vbi expreſse fit mentio de matre, dum loquitur de quocunque aſcendente per lineam fœmininam.

5 † Nec ibi diſtinguitur, an filia dotata ibi, vel neptis a matre vel auo, ſeu auia maternis eſt diues, vel inops, quod etiã probatur in dicta l. Neſennius. vbi mater non repetit alimenta præſtita filiæ, quam tenebat in domo etiam quando filia de ſuo poterat alimentari quando ſua bona mater non adminiſtrabat, de quo etiam nota. in l. alimenta. C. de neg. geſt. cum pari fauore procedant dos & alimenta, vt ſupra dixi. Sic etiam ſi mater redimat filium captum ab hoſtibus, non videtur animo repetendi ſoluiſſe, niſi proteſtata fuerit, vt eſt text. ſingu. in l. liber captus. C. de capti. Nec ibi diſtinguitur an ipſe filius redẽptus fuerit inops, vel diues, non ſic ſi extraneus redimeret, quia tunc in dubio animo repetẽdi videtur feciſ-
6 ſe, vt ibi probatur. † Ex quib. infertur, quod ſi mater dat ſimpliciter fundum communem cum ipſa filia, videtur in dubio partem donare ſecundum Bald. not. in dicta l. fina. Hæc tamen non procederent, ſi filia haberet patrem forte abſentando, licet aliter non proteſtetur, poſſet ſaltem ab ipſo patre repetere per actionem negociorum geſtorum, ex quo onus dotandi non ſpectabat ad ipſam filiam, ſed ad patrem: prout idem dicimus in alimentis in l. ſi quis a liberis. §. ſi mater. ff. de libe. agnoſcendis, & per Bart. in dicta l. Neſennius. & in dicta l. alimenta. Imo forte poſſet dici idem in quocunque alio extraneo. Et ſic poſſet limitari multum notanter diſpoſitio dic. §. accedit. vt habeat locum quando onus dotandi ſpectabat ad ipſam mulierem. Si autem ipſa mulier haberet patrem, qui poſſet & teneretur filiam dotare, quæ tamen non dotatur a patre, quia forte eſt abſens, vel a remotis, vel in carceribus, vel forte perfidia detentus nollet maritare, & dotare filiam, tunc ſi alius amicus vel coniunctus dotem promittit, licet aliter proteſtetur, quod animo repetendi promittat, nihilominus non preſumitur donatio. Imo poterit repetere ab ipſo patre per actio. negociorum geſtorum, ex quo vtiliter geſſit negocium patris, quaſi in rem patris ſit verſum, & facit l. nihil. ff. de in rem verſo. & maximè æquiparando dotem alimentis, & ſic bene facit dic. §.
7 ſi mater. quod videtur bene notandum. Vidi etiam † de facto conſultum, quod ſi pater & mater ſimul promittunt dotem pro filia obligando ſeipſos marito, quod tunc mater videatur magis intercedendi animo pro marito promittere, quàm de ſuo aliquid donare, & ſic repetere poteſt, ex quo negocium ſpectabat in totum ad virum ſuum, argumen. l. vir vxori. §. fina. ff. ad Velleianum. valebit tamen dicta interceſſio tacita reſpectu generi, cui facta fuit promiſſio. Et reſpõdebatur ad authen. ſi qua mulier. C. ad Velleia. quæ vult ꝙ mulier ſe obligans pro viro, vel vna cum viro, tamen in cauſam viri, eſt ipſo iure tuta, & non valet obligatio, quia diſpoſitio illius authen. non obtinet niſi in caſu quo mulier erat olim tuta Velle. vt ſic vbi olim erat mero iure obligata, ſed iuuabatur exceptione, hodie non ſit ipſo iure tuta. Vnde cum beneficium Velleiani non patrocinetur mulieribus intercedentibus pro dote promiſſa, vt habetur in l. fin. C. ad Velleianum, ideo conſequenter ceſſat diſpoſitio dictæ authẽticæ. Si tamen vir non eſſet potens ex ſeipſo ad tantam dotẽ, quanta fuit promiſſa pro ipſa filia communi, tunc ipſa mater diues ad illud reliquum videtur ſe obligaſſe de ſuo, nec illud repetet, per id quod habetur in ſimili in dicta l. fina. de dotis promiſ. & ita iam conſului.

PRIVILEGIVM IIII.

SVMMARIVM.

2 *Alimenta licet non debeantur filiæ uel filia de ſe ualenti alere, tamen ſecus in dote. & nu. 2.*

3 *Dos magis dicitur ſuccedere loco legitimæ, quàm loco alimentorum.*

ET ex prædictis inſurgit quartum ſpeciale priuilegiũ
1 fauore dotis, videlicet, quod † dos erit magis priuilegiata quàm ipſa alimenta, quæ non debentur a principio filio vel filiæ valentibus ex ſe vel ex ſuo alimentari, vt d. l. ſi quis a liberis. §. ſi filius. Et tamen dotem
2 tenetur conſtituere de ſuo ipſi filiæ etiam diuiti. † Et per hãc infertur, quod nõ ſemper dos ſuccedit loco alimentorum,
3 imo dicunt quidam † ꝙ magis hac tatione ſuccedit loco legitimæ: cũ legitima debeatur filio vel filiæ de bonis patris, licet ipſe filius vel filia eſſet perſona ditiſſima de patrimonio ſuo, puta materno. Quod ẽt pater, quia data per patrem pro alimentis in vita patris non imputantur in legitimam, per id quod habetur in l. ſcimus. §. repletionẽ. C. de inofficio. teſta. Sicut nec imputantur in legitimã donata in vita patris, quando

Source : BIU Cujas

do a principio valuerunt, vt per Bart. in l. 4. ff. ad legem Falcidiam. Et tamen secus in datis pro dote, vt in l. quoniam nouella. eodem titu. & ex quo dos computatur in legitimã, ideo confertur.

PRIVILEGIVM V.

SVMMARIVM.

1 *Donationes in filium uel filiam licet non conferantur, tamen non sic in datis pro dote.*
2 *Dos differt a legitima.*

ET sic resultat ex hoc aliud speciale in dote, & sic quin-
1 tum, quod † vbi aliæ donationes simplices vel ob causam factæ a patre in filium vel filiam non conferuntur, vt habetur in l. fin. C. de collat. & in l. si donatione. eodem titu. & in authen. vnde si parens. C. de inoffic. testamento. tamen
2 secus † in datis seu donatis ex causa dotis vel donationis propter nuptias, vt habetur in dic. l. fina. licet possit dici, quod hoc speciale magis sit contra fauorem dotis, & ipsius mulieris: & forte non ex alio, nisi quia dos succedit loco legitimæ, licet supra dixerim quod magis succedit loco alimentorum quàm legitimæ, eo maximè quia debetur in vita, licet non sit legitima, vt habetur in l. fina. ff. de libe. agnoscendis. Dicas etiam, si dos ipsa iam habita per filiam sit deperdita sine culpa filiæ, puta quia vir est factus inops, forte quia fuit in mari vel dos consistens in re stabili casmate vel alluuione perijt, tunc illa non imputabitur in legitimam post mortem patris: cum etiam tunc pater teneatur redotare, si posset: vt habetur in authen. sed quamuis. C. de rei vxor. actio. & ita iam de facto respondi.

PRIVILEGIVM VI.

SVMMARIVM.

1 *Pater dotans filiam si exprimat, quod eam tam de bonis suis quam de bonis filiæ dotat: nihilominus censebitur dotata solum de paternis, si dos esset æquiualens uiribus patrimonij patris.*

ALIVD etiam singulare priuilegium colligitur ex dicta l. fina. de do. promis. & erit sextum. Nam si dues
1 in promissione seu datione dotis expressit q̃ promittebat seu dabat dotem de bonis tam suis quàm etiam ipsius filiæ: licet tunc secundum propriam vim verborum intelligeretur promisisse de bonis pro dimidia parte, & pro alia dimidia de bonis filiæ per id quod habetur in l. reos. §. cum in tabulis. ff. de duo. reis. & dicta l. prima. C. si plures vna sentent. tamen speciali fauore mulieris illa copula, &, ponetur pro disiuncta, scilicet quod in defectum, & inquantum bona patris nõ sup peterent, in illo pluri intelligatur promisisse de bonis filiæ & non aliter, & sic verba ibi impropriantur speciali fauore mulieris in eius dote. Imo non solum inducitur ibi illa interpretatio contra propriam & strictam significationem verborũ, sed etiam contra verisimilem intentionem patris promittentis per illum tex. ad finem, quod est mirabile. Et propter hoc hodie multi patres incauti, nolentes consulere peritiores, remanent delusi, maximè etiam stante imperitia tabellionum, dum in instrumento dotis dicitur, quam dotem, puta mille promisit dictus pater, computato in ea omni eo quod debetur ipsi filiæ tam de bonis maternis, quàm paternis. Nam hoc non obstante poterit ipsa filia post mortem patris petere bona materna vltra dictam dotem, probando tot bona esse in facultatibus patris, quæ sufficiebant ad dictam dotem promissam, & tamen si pater ipse hoc scisset ita esse de iure, nunquam promisisset tantam dotem, sed fortè dimidiam, cum illa fuisset dos congrua, & ita vidi consultum per recolendæ memorię Do. Ioan. de Monteſperello apud Pistorium in fauorem cuiusdam domini Petri militis Tudertini, per tex. in d. l. fi. & ita etiam me subscripsi.

PRIVILEGIVM VII.

SVMMARIVM.

1 *Hypotheca tacita datur etiam pro dote danda in bonis mulieris uel soceri promittentis, & multomagis alterius extranei.*
2 *Hypotheca tacita transit in patrem mulieris, etiam si agat ex iure consolidationis in eum factæ.*
3 *Hypotheca tacita non datur extraneo dotanti paciscenti dotem sibi reddi.*
4 *Hypotheca tacita extenditur ad interesse pro re dotali euicta a uiro.*

SEPTIMVM speciale colligitur ex d ic. l. 1. §. sed vt ple-
1 nius. C. de rei vxo. actio. tam ex parte † viri, quàm etiã ex parte mulieris, vel soceri promittentis dotem, vbi pondera verbum ibi, ex parte mulieris, & sic non dixit simpliciter bona mulieris etiam tacitè obligata, & etiam bona viri, sed magis amplè & generaliter loquitur, scilicet quod tacita hypotheca inducitur ex parte mulieris: & etiam ex parte viri, & sic quicunque promittit pro parte mulieris: puta pater, mater, vel alius extraneus, bona sua omnia intelligũtur tacitè obligata. Et sic similiter erunt obligata bona fideiussoris intercedentis pro dote danda. Et sic etiam idem in fideiussore pro dote restituenda eo casu, quo potest interuenire, quod quando procedat, dicetur infra in 21. priuilegio huius 6. partis. sic etiam posset dici, si interueniret post matrimonium solutum in terminis dic. §. quoties. l. si constante. ff. solu. matrimonio, & vide glos. not. in dicta l. fi. ad fi. C. ad Velleianum.

Sic etiam si vir non recipit dotem, sed eius pater, erunt bona patris tacitè obligata, imò etiam si solum pater consenserit, licet non receperit, sed filius, similiter erunt bona patris obligata, per dicta Bart. in l. si cum dotem. §. transgrediamur.
2 ff. solu. matrimo. & ibi tetigi. Vnde hoc † priuilegium tacitæ hypothecæ transit ad patrem vxoris & ad patrem viri actiuè & passiuè. vt est glossa singu. in dicto §. fuerat. licet Bald. in l prima. C. de priuileg. do. illam limitauerit, nisi pater agat ex iure consolidationis in eum factæ, puta per suam stipulationem, secundum quod habetur in l. quoties. ff. solu. matrimo. vel per mortem filiæ, secundum quod habetur in l. dos a patre. C. solu. matrimo. tamen nihil allegat, nec videtur hoc dictum suum esse verum, & est contra mentem glos. in dicto §. fuerat. indistinctè loquentis. & contra tex. in dicto §. sed vt plenius, ibi ex vtraque parte, quod etiam voluit Bart. in l. 1. ff. sol. matr. dum dixit quod hoc priuilegium tacitę hypothecæ datur actioni, & non personæ.

Et ideo transit ad quamcunque personam, ad quam conuolat ipsa actio.

Confert etiam, quia paribus passibus ambulat priuilegium tacitæ hypothecę, & tacitæ stipulationis, vt sic ibi locum etiam habeat & reliquum, d. §. sed vt plenius.

Ergo cum priuilegium tacitæ stipulationis obtineat in patre repetẽte dotem etiam ex iure reconsolidationis in eum factæ, vt supra dixi in secundo priuilegio, sic etiam dicimus in tacita hypotheca, sed plenius de hac materia dicam, infra in vlti. parte operis, vbi tractabitur magis per extensum, an & quando dotis priuilegia egrediantur personam mulieris.

Et ex prædictis inferri potest ad practicam statutorum Italiæ de quibus supra dixi in secundo priuilegio, scilicet quod instrumenta confessionata vel guarentigiata habeant executionem paratam. Nam locum habebunt etiam si petatur executio vigore dictæ tacitæ hypothecæ, licet multos viderim tenere contrarium, ne inducantur tot exorbitantiæ, & ne in pluribus offendatur ius commune, per id quod habetur in dicta l. 1. C. de dotis promissione. & c. cum dilectus, de consue.

Primò, quod instrumentum habeat executionem paratã, cum hoc exorbitet a iure communi, per id quod habetur in l. 3. §. si ex conuentione. ff. de re iudic.

Secundò quod tale priuilegium executiuum locum habeat in non expressis in ipso instrumento. Communiter tamen solet teneri contrarium, vt supra dixi in tacita stipulatione circa secundum priuilegium, vt fuit de mente Bart. in d. l. 1. ff. de his quæ in testamen. delen. & Bal. in dicta l. 1. post princ. C. de rei vxo. actio. & in l. ad probationem, C. de prob. Vidi tamen consultum, quod dicta communis opinio procedat, quando agetur via executiua per tacitam hypothecariam contra ipsum principalem nominatum in instrumento, vel eius hęredes, non sic si contra tertios possessores, cũ illi neque expresè, neque tacitè censeantur nominati in instrumento, vt etiam fuit de mente Bal. in l. 1. Communia de lega. & facit no. Bal. in l. 3. C. de pigno.

3 Vidi etiam dubitatum. † an extraneus habeat dictam tacitam hypothecam contra bona mariti in dote sibi restituenda ex pacto.

Nam videtur, quod sicut illa tacitè contrahitur contra ipsum extraneum promittentem, & sic in fauorẽ viri, vt supra dixi, ita etiam econtra habeat locum contra virum recipientem in fauorem ipsius extranei dotantis, vt sic contrahentium æqua sit conditio. l. si quod. §. fina. ff. de rescind.

Source : BIU Cujas

vendi. Et maximè propter naturam correlatiuorum, per id quod habetur in dicta l. fina. C. de indic. vidui. & in l. fina. ff. de accept. & facit quod in simili dixit Bart. in l. de diuisione. ff. soluto matrimonio.

Contrarium tamen concludi potest, & potissimè ea ratione, quia (vt dixi) tacita hypotheca & tacita stipulatio in dote paribus passibus ambulant, dicto §. sed vt plenius. Sed in fauorem extranei dotantis, & pacisscentis dotem sibi reddi non fingitur stipulatio, vt supra dixi in dicto secundo priuilegio, & probatur in dicto §. accedit, & tamen contra ipsum extraneum promittentem fingitur stipulatio, vt supra dixi. Ergo idem fatendum videtur in tacita hypotheca. Item quia actio de dote seu ex stipulatu competens extraneo pro dote restituenda non est bonæfidei, sed stricti iuris, vt voluit glos. not. in l. secunda, in princ. ff. soluto matrimonio, quam ibi tenet Bartolus, Baldus, & communiter Docto. Et idem ipse Barto. in l. de diuisione. eodem titu. licet ipse Barto. variauerit in l. si constante. in principio, in septima quæstione secundæ. soluto matrimonio. de quo vide latius supra in tertia parte.

Tertio probatur, nam tunc actio ex stipulatu in dote est priuilegiata, quando succedit in locum rei vxoriæ actionis antiquæ, quo casu ius semper fingit ipsam stipulationem & etiam ipsam tacitam hypothecam, vt patet in dicta l. prima, in principio, & in dicto §. sed ignoramus. Ergo vbi lex non fingit, sed exigit expressam stipulationem, tunc non succedit dicta stipulatio seu promissio dotis restituendæ in locum rei vxoriæ actionis, quæ erat bonæfidei, sed remanebat promissio seu ficta stipulatio extraneo dotandi in sua propria natura: & sic sine aliquo priuilegio, & sic erit stricti iuris & nō bonæfidei, vt dixi in dicta quarta parte. Et per prædicta potest concludi, quod priuilegium tacitæ hypothecæ non datur extraneo, cui ex delegatione facta mulieri dos fuit promissa per virum, cum etiam tunc non detur priuilegium tacitæ stipulationis, quæ paribus passibus ambulat, vt supra dixi, & est text. bene ponderatus, & ibi dixi in l. 2. in principio, ff. soluto matrimonio, vbi text. non sine misterio in dicta delegatione requirit stipulationem non obstante fauore dotis, vt sic delegatio non possit fieri in dote nudo pacto. & hoc no. ad dicta supra in primo priuilegio. Et sic priuilegia actionis nouatæ non transeunt in actionem nouantem per viam delegationis, quod no. ad notata in l. alia. ff. de noua. & in l. quarta. §. si ex conuentione. ff. de re iudicata, & facit, quod habetur in l. si marito. § voluntatem. ff. solu. matr.

Tamen posset dici & non improbabiliter, quod si dicta delegatio fuit facta in ipso actu promissionis dotis a principio, & sic ante aliquod ius quæsitum, etiam spe ipsi mulieri: tunc procedat dicta opinio, cum non videatur dictus extraneus, cui facta est dicta promissio, venire ex persona mulieris: secus si ex interuallo, cum tunc videatur venire, & succedere in iure iam quæsito mulieri. Vnde cogita, quia forte posset dici, quod saltem quo ad ipsam fuit iure nouata & transfusa prima actio de persona mulieris in dictum extraneum, etiam quando incontinenti, per textum in l. auia. C. de iure dotium, & l. quoties. ff. soluto matrimonio, & faciunt, quę dixi in l. quæ dotis. ff. soluto matrimonio, super glos. &
4 dicetur in dicta 12. parte. Hæc autem tacita † hypotheca, quæ contrahitur pro dote data restituenda, vel pro dote promissa soluenda, contrahitur generaliter in omnibus bonis mariti, vxoris, vel soceri, vel alterius dotantis, non solum presentibus, & quæ erant in bonis tempore contractæ hypothecæ, sed etiam in futuris, & sic postea quæsitis, vt est textus not. in l. hac edictali. §. omnibus. C. de secun. nupt. An autem bona viri sint tacitè hypothecata pro interesse alimentorum debitorum a viro vxori, sicut pro ipsa dote, tradit Bartol. in l. si cum dotem. §. finautem. ff. soluto matrimonio, vbi post Iacobum de Are. tenuit partem affirmatiuam, scilicet quod sint obligata, per l. Lucius. ff. qui potior. in pigno. hab. & idem Specu. in titu. qui filij sint legitimi. §. formatis. versicu. sed nunquid bona. & idem Bald. in dicto §. sed vt plenius, vbi idem tenuit Iacob. de Are. Sed Ioannes Andr. in dicto versiculo, additio. contrariam partem amplectitur: & eandem opinionem tenet Bartol. in l. Lucius. ff. de alim. lega. variando ab his quæ ipse dixit in dicto §. finautem. prout etiam hanc etiam partem tenuit Guido de Suza. & etiam idem tenuit disputando quidam dominus Iaco. Ruffin. de Parma, vt refert ipse Bartol. in dicta l. Lucius. & in dicto §. finautem. & ita vidi consultum per dictum Frā ciscum de Alber. respondentem in dicta l. Lucius. qui potior. in pigno. hab. quod ibi fuit hypotheca expressa etiam pro vsuris, concludendo notanter, quod hypotheca conuentionalis, vel legalis contracta pro principali sorte vel credito, non extenditur ad vsuras, vel interesse causatum ex mora, quod patet in vsuris, quia petuntur diuersa actione, scilicet ex stipulatu, & maximè vbi essent incertæ, vt habetur in l. vbi autem. §. penulti. ff. de verborum obligationibus, & eandem opinionem, circa vsuras, vt ad eas se non extendat hypotheca, nisi expresse sit actum, tenuit ipse Bartolus post dictum Iacobum Ruffin. dicta l. Lucius. ff. de adimen. leg. Et hanc opinionem contra Bartolum & Iacobum de Are. tenuit post multa Ludouic. Ro. in dic. §. finautem. dicendo se ita consuluisse: Paulus autem de Castr. ibi tenuit opinionem primam Bartol. post Iacob. de Are. quam dicit tenuisse eundem Bart. in suo tractatu alimentorum, subdendo quod cum hæc quęstio fuisset de facto, ita obtinuit per tres sententias, tamen nihil allegat.

Tu potes concludere in hac materia, quod aut dos fuit in stabilibus, aut in pecunia.

Primo casu petitur aut interesse alimentorum per mulierem, vel eius hæredes post solutum matrimonium, vel etiā eo constante tanquam fructus dotis non cedens lucro viri, sed vxoris propter onera matrimonij non supportata per virum, secundum not. in l. de diuisione. ff. soluto matrimonio, & tunc sit contracta tacita hypotheca, cum tales fructus per virum dicantur cedere in augmentum dotis, sicut fructus percepti per virum ante matrimonium, vel post matrimonium ante ductionem vxoris ad domum, & sic ante onera matrimonij supportata, secundum ea quę dixi & concluśi in dicta l. de diuisione. & quod habetur in l. si ante nuptias. eodem titulo. Tunc enim bene procedit opinio Barto. in dicto §. finautem. cum censeantur tunc alimenta petita tanquam augmentum dotis, & ita etiam eadem ratione in fructibus perceptis per virum post solutum matrimonium, cū illi possint peti tanquam dos vna cum ipsa vera dote. l. si marito. §. fin. ff. soluto matrimonio. Ergo consequenter quod eis competit hypotheca, sicut pro ipsa principali dote, vt etiam tenuit Baldus in §. exactio. C. de rei vxo. actione. Sed tunc in contrarium facit glos. no. in dicto §. ob donationes. l. diuortio. dum vult quod priuilegium prohibitæ compensationis, vel retentionis in dote non se extendit ad fructus. Tamen potest dici quod illa glos. non sit vera, quia licet fructus non sint verè ipsa dos, tamen ex priuilegio speciali dotis actione de dote petuntur, vt retentum est supra, in secunda parte operis.

Vn le videtur, quod ipsa hypotheca tanquam accessoria ad ipsam actionem personalem de dote se extendat ad omne id, ad quod se extendit ipsa actio de dote, per id quod habetur in l. 2. C. per quas personas.

Et per hoc concludo, quod versa vice non idem sit dicendum in viro, si petatur interesse alimentorum propter dotem consistentem in stabilibus non solutam ipsi viro per mulierem, vel socerum, postquam ipse vir subijt onera matrimonij. Nam tunc tale interesse non potest peti per virum iure actionis, sed mero officio iudicis, prout in aliis actionibus bonæfidei. & sic tanquam accessorium, prout etiam habetur in simili in l. curabit. C. de actio. emp. & vendi. & per glos. ita æquiparantem in dicta l. de diuisione. Vnde non puto, quod tunc ad bona mulieris, vel soceri extendatur hypotheca expressa vel tacita, quæ competit viro pro dote promissa sibi soluenda. d. §. sed vt plenius. vt infra etiam dicetur de vsuris, & alijs accessionibus.

Infertur etiā ex prædictis, quod si dos soluta viro æstimata vel inæstimata fuit euicta, tunc ex quo pro interesse euictionis potest agi eadem actione principali, quando incœpit a promissione, vel a traditione, & fuit data æstimata secundum quod habetur in l. prima. C. de iure dotium. Ideo tunc pro tali interesse euictionis competeret ipsa hypotheca viro ad bona mulieris, vel soceri, perinde ac si ipsa dos non esset data vel soluta, vt etiam de hoc est casus notabilis in terminis in d. §. sed vt plenius, post principium. ibi, vel pro rebus dotalibus euictis.

Secundo casu principali quando dos fuit in pecunia, & peteretur interesse alimentorum per mulierem propter dotem sibi non solutam legitimo tempore post solutum matrimonium, quod quando hoc possit procedere non est parua dubitatio, de qua per Bartolum, Baldum & alios in l. diuortio. in principio, soluto matrimonio. & ibi latius per Ioannem de Imola, & Ludouicum Romanum, & diffusius tetigi legendo in l. in insulam. §. vsuras. eodem titulo. Et tunc non diceretur contracta tacita hypotheca, cum non petatur, nec peti possit tale interesse æquè principaliter, & sic actione de dote, sed per modum accessorium, & sic officio iudicis, cum videa

tur

tur hoc veriſſimum, quod hypotheca expreſſa vel tacita cõtracta pro ipſo debito, vel ſorte principali, nõ ſe extendat ad intereſſe vel vſuras, niſi hoc ſit expreſsè actum, vt tenuit Bartolus poſt dictum Iacobum Ruffini in dicta l. Lucius, de alimentis legatis. & etiam dominus Franciſcus de Alber. & dominus Ludouicus vt ſupra, quicquid aliter dixerit Iacobus de Aret. & pro hoc videtur eſſe caſus cum gloſ. non aliter violando literam in l. pignoribus. C. de vſuris, & in l. per retentionem. eodem titulo, & dicta l. Lucius. ff. qui potiores in pigno. habeantur, ponderando illum textum, qui ſe fundat ex eo, quia fuit expreſsè res pignorata etiam pro vſuris, quicquid aliter dixerit Cynus & Baldus in dicta l. pignoribus. cum ibi contra eos ſit ille textus & gloſ. & etiam in dicta l. per retentionem. & maximè quia ratio Cyni ibi non eſt vera, videlicet dum ſe fundat, quod pignus videtur datum pro ſorte, & omni cauſa. Nam imo ſolet concludi contrarium, quia datio pignoris & fideiuſſoris æquiparantur, & procedũt a pari. Inſtitut. de emptio. & venditio. §. pretium. Sed fideiuſſor datus pro ſorte, non videtur datus pro vſuris, vel intereſſe, niſi expreſsè dicatur, vel niſi fideiuberet in omnem cauſam, vt l. quæro. ff. loca. & l. fideiuſſores magiſtratuum. §. ſi pro Aurelio. ff. de fideiuſſoribus. tu. & notatur in l. fina. ff. de eo quod certo loco. & ibi latius per Bartolum. Et ſic ex prædictis poteſt etiam inferri idem eſſe concludendum in marito petente intereſſe alimentorum ratione dotis promiſſæ ſibi non ſolutæ, vt tunc non habeat tacitam hypothecam in bonis mulieris, vel ſoceri pro dicto intereſſe, ex quo tale intereſſe non petitur nec peti poteſt ęquè principaliter, & eadem actione de dote, vel ex ſtipulatu expreſſa, ſeu tacita, magis officio iudicis mercenario deſeruiente tali actioni bonæfidei.

Vnde talis hypotheca non ſe extẽdit ad dictum intereſſe, ſicut nec ad vſuras. Et ideo bona cautela eſt, prout conſueuerunt tabelliones periti & practici, quod in inſtrumẽto dotali tam ex parte mulieris, quàm ex parte viri promittentis inſeratur clauſula, ſub obligatione bonorum præſentium, & futurorum damna & intereſſe propter non obſeruantiam promiſſorum &c.

PRIVILEGIVM VIII.

SVMMARIVM.

1 *Dos uel eius quantitas indiſtinctè remitti poteſt in arbitrium alterius contrahentium etiam reſpectu ſubſtantiæ obligationis, licet non ſic in eius uoluntate.*

1 OCTAVVM priuilegium eſt, quod ponit gloſ. in d. l. 1. quod ſit † ſpeciale in dote, ivt poſſit indiſtinctè remitti dos ADDITIO. [Remitti dos. No. hic, quod dos promiſſa ad arbitrium alterius cõtrahentis valet, quo non arbitrante debet dari ad arbitrium boni viri, & peti poteſt, contracto matrimonio per actionem in factum. l. quoties. de præſcriptis verbis. Quod verum eſt ſecundum perſonarum conditionem. l. cum poſt. §. gener. & l. quæro. ff. de iure dot.] & eius quantitas in arbitrium alterius contrahentium. Imo etiam ipſa ſubſtantia contractus. & ita quidã ponderauit gl. in d. l. 1. ſed indiſtinctè loquẽtem per textum in l. cum poſt. §. gener. ff. de iure dotium, ęp tamen non videtur verum, videlicet quando remitteretur tota ſubſtantia obligationis, & non ſola quantitas.

Et ſic an quis ſit futurus obligari, puta ſi promitto tibi dotem pro filia mea, vel pro alia, ſi voluero, quia tunc non videtur valere, ſicut etiam in alijs contractibus. l. in ementis. C. de contrahenda emptione. & l. centeſimis. §. finali. ff. de verborum obligationibus. quod etiam videtur procedere, ſi ſit expreſſa quantitas, puta promitto tibi centum pro dote ſi volam, vel ad meum arbitrium.

Nec refert, an remittatur in voluntatem, vel in arbitrium promittentis, quia vtroque caſu non valeret, probatur in l. hæc venditio. ff. de contrahenda emptione. & l. ſtipulatio non valet. & ibi dixi. ff. de verborum obligationibus. Tamen contrarium videtur tenere Baldus in l. prima. ff. ſoluto matrimonio, in penult. columna', dicendo quod ſi promitto tibi dotem, quam voluero tibi dare, licet quidam dicant non valere talem promiſſionem, per id quod habetur in dicta l. in ementis. C. de contrahenda emptione. & ff. de verborum obligationibus. l. Titio. §. finali & ff. de regulis iur. l. in perſonam. §. & generaliter. quia verbum voluntatis, denotat adeo plenum arbitrium, quòd quis poteſt præferre iniquum ęquo. l. fideicommiſſa. §. quamquam. ff. de legatis tertio. & eſt verbum ab omni neceſſitate abſtractum, & regulæ iuris non ſubmiſſum. ff. de pecu. l. ante litem. Tamen refert dominum Cynum tenuiſſe contrarium in l. 3. Cod. de dot. promiſ. & dicit Baldus, quod hæc eſt veritas, vt ſit ſpeciale in dote: cùm etiam aliquando nulla facta promiſſione dotis maritus poſſit agere, quia ſubintelligitur facta. Cod. de rei uxo. actione. §. primo. C. de dot. promiſſ. l. ſi uoluntate. & quia actio quæ dependet à iuris neceſſitate, non regulatur ſecundùm uoluntatem hominis, ſed ſecundùm iuſtum arbitrium. ff. de adoptionibus. l. ſi arrogator. §. ſed an impuberi. alleg. in ſimili de dote prælega. l. Theopompus. & in argumen. capitu. cùm tibi. de teſtamen. æquiparando piam cauſam doti. Sed uerior uidetur opinio contraria, uidelicet quòd ſolùm ſit ſpeciale in cõtractu dotis quòd poſſit remitti ſiue ſubſtantia, ſiue quantitas ſolùm in arbitrio promittentis: non autem in meram uoluntatem. Cùm tunc concurrant duo ſpecialia in dote circa idem contra id, quod habetur in l. 1. C. de do. promiſſ. uidelicet quòd uaderet promiſſio in certa dote.

Item quod poſſit remitti voluntati illius, qui eſt futurus obligari. Vnde quando promittitur dos incerta, illud totum videtur remitti in arbitrium boni viri, vt dicetur infra, in proximo priuilegio.

Ergo remittendo dotem in arbitrium promiſſoris, nihil aliud importat, quàm in arbitrium boni viri, per id quod habetur in dicta l. hæc venditio, ſed remittendo in voluntatem promiſſoris: tunc non videtur remiſſum in arbitrium boni viri, ſed in meram voluntatem promiſſoris. Et ſic vt poſſit præferre inquum æquo, quod eſſet abſurdum, & ſic læderetur ius commune & eius regula in pluribus, vt ſupra dixi. Nec obſtat §. gener. l. cum poſt. ff. de iure dotium, quia ille textus debet intelligi, quando fuerit remiſſa non ſubſtãtia obligationis, ſed quantitas dotis, vt proximè dicam, quo caſu quando in arbitriũ alterius contrahẽtium remitteretur quantitas dotis, procedit dic. §. gener. & l. 3. C. de do. promiſ. & hoc ſpeciale in dote etiam quando in arbitrium ſimpliciter remitteretur, quicquid dixerit Cynus in dicta l. 3. licet Ioannes de Imola in dicta l. prima. ff. ſoluto matrimonio, videatur ſequi opinionem Cyni, & fortè malè p ſupradicta. licet regulariter ſecus in alijs contractibus, etiam ſi ſimpliciter in arbitrium remitteretur, vt patet in l. quod ſæpe. §. 1. ff. de contrahenda emptione. & in dicta l. ſtipulatio non valet. & not. in dicta l. in ementis. & non ſolum procedit hoc, quãdo in voluntate eius, qui futurus eſt obligari, ſed etiam ſi in voluntate eius, cui habet obligatio quæri in dote, puta ipſius mariti, vt eſt textus nobabilis in dicta l. 3. licet in hoc vltimo caſu idem eſſet in alijs contractibus, vt notat Barto. & alij in dicta l. centeſimis. ff. de verb. oblig.

PRIVILEGIVM IX.

SVMMARIVM.

1 *Arbitratore meo non arbitrante recedi tur a perſona fauore dotis, licet non ſic in alijs contractibus.*

2 *Incertitudo poteſt remitti in arbitrium alterius contrahentium.*

1 ITEM ex prædictis no. infertur ad nonum ſpeciale priuilegium, quod poteſt aſſignari in dote, † quod licet in aliis contractibus arbitratore non arbitrante ADDITIO [Non arbitrante. Adde hic, an arbitratore non arbitrante vel mortuo recurratur ad iudicem, vide Barto. & Alexan. plenè in l. ſi quis arbitratu. de verborum obligationibus, & per Baldum & Doctores in l. prima. C. de contrahen. empt.] non recedatur a perſona, vt habetur in l. ſi quis arbitratu. ff. de verborum obligationibus. & in l. ſi coita. ff. pro ſocio. tamen non ſic in contractu dotis, per textum in dicto §. gener. & in l. 3. quia in dote receditur a perſona & recurritur ad arbitrium boni viri, vt ſic contractus non dicatur conditionaliter initus, videlicet ſi ille fuerit arbitratus, licet non ſic in alijs contractibus. l. fin. de contrahenda emptione. Et hoc ne vxor remaneat indotata, ſi ille non fuerit arbitratus, per textum in dicto §. gener. Tamen poſſet dici, quod hoc non ſit ſpeciale in dote. Imò ſit regulare in omnibus alijs contractibus, videlicet quod vbicunque poteſt remitti aliquid in arbitrium vel voluntatem alterius contrahentium, quod quando ſit, patet ex notatis in dicta l. ſi quis arbitratu. tunc illo nõ arbitrante, recedit a perſona & recurritur ad arbitrium boni viri. Et ſic remanebit contractus firmus, ne aliàs ſequatur abſurdum, quod ſit in illius patris poteſtate, an contra-

ctus perficiatur vel non, vt probatur in dicta l. hæc venditio, poſt principium,& dixi plenè in d.l.ſi quis arbitratu. Imo dicunt quidam non eſſe hoc ſpeciale in dote, ſcilicet quod poſſit remitti in arbitrium alterius contrahentium.

Sed iſtud venit in ſequelã neceſſariam ex priuilegio, quod datur in dote, vt valeat promiſſio incerta, prout de hoc in proximo priuilegio. Et dicunt hoc probari per §. gener. ibi, arbitrio quoque detracto. Et ex hoc inferunt,idem eſſe dicendum in quolibet alio contractu vel diſpoſitione,quæ nõ vitiatur propter incertitudinem,puta ſi promitterem tibi alimenta ſecundum arbitrium Titij. Nam Titio non declarante, vel quia noluit, vel quia non potuit fortè morte præuentus, remanebit nihilominus promiſſio valida per dictum §. gener. Cum etiam ſi aliter non fuiſſet facta remiſſio in Titium, valeret dicta promiſſio, licet incerta, per id quod habetur in l ſi cui annuum.ff. de annuis legatis. Sed quando incertitudo vitiaret, tunc ſi eſt remiſſa declaratio in tertium: verum eſt, quod illo non arbitrante non receditur a perſona ex eo, quia remanet contractus omnino incertus & ſic inualidus. Qua ratione iura volunt, quod talis contractus fuerit. dicta l.finali. Vnde illo non arbitrante, & ſic non impleta conditione, remanet cõtractus nullus & imperfectus omnino. Et hac ratione iura volunt non recedi a perſona, quia ſi recederetur, & ſic ſuccederet arbitrium boni viri,tunc cõditio non eſſet impleta in forma,prout debet impleri, per id quod habetur in l.Mæuius. & l.qui hæredi. ff. de conditionibus & demonſtrationibus. benefacit, quod habetur in l.multa.eodem titulo. Et ſic ex prædictis concludunt, quod in dote non eſt ſpeciale,vt recedatur a perſona, ſed eſt ſpeciale,qa valet promiſſio incerta, ſicut in alijs cauſis pijs ſeu fauorabilibus, vt proximè dicetur. Quæ opinio licet videatur ſatis vrgere, tamen multum obſtare videtur textus in dicto §. gener. Nam ſecundum hoc ſequeretur,quod in caſu dicti §.gener. cauſarentur duo ſpecialia circa eandem promiſſionem.

Primum, quod valeret promiſſio incerta.

2 Secundum, quod † ipſa incertitudo poſſit remitti in arbitrium alterius contrahentium. contra id quod habetur in dicta l prima. C. de dot. promiſ. & quod not. gloſſa, in dicto §. gener. Et maximè quia in terminis dictæ l. 1.in promiſſionibus dotis concurrebat illud ſpeciale priuilegium, videlicet quod valeat promiſſio dotis incertæ: ideo cum eo non debet concurrere aliud ſpeciale,quod poſſit remitti in alterum contrahentium. Vnde neceſſariò ſequitur,quod poſtea valebit contractus incertus,etiam ſi non remitteretur aliquid cõcernens ſubſtantiam contractus,cum non haberet perfici ipſe contractus ex arbitrio patris,poſtea referendo eum,etiam ſi non arbitraretur, habet remanere pro miſſio valida & vtilis, & faciunt, quæ dixi in dicta l.ſi quis arbitratu. Et tunc nõ abſurdè admitterentur illa duo ſpecialia, quando vnum venit per ſequelam alterius, vt aliàs habetur in l. ſingularia. ff. ſi cer.pet.& l.ſi verò non remunerandi. §. idem Marcellus.ff. mand.ad hoc textus,& ibi nota.in cap.quia in tantum.de prębendis. Vel poteſt dici ſaluando prædictorum opiniones, qp in dote non ſit peciale,vt valeat promiſſio incerta,vt tangetur in vigeſimoprimo ſpeciali.

Adde etiam quia tenendo, quod ſpeciali fauore dotis poſſit remitti in arbitriũ patris maximè dotantis etiam ipſa ſubſtantia obligationis,vt tenent quidam ita notando gloſ.in dicta l.prima.ff. ſoluto matrimonio. vt ſupra, quod tunc poſſet tentari,quod ſi iſte promittens dotem moreretur, antequam declaret ſe velle obligari vel nolle obligari ſpeciali fauore dotis, & maximè ne mulier remaneat indotata. Sicut aliàs dicimus in fauorem vltimæ voluntatis per textum notabilem in l.vxorem.§.finali.ff.de legatis tertio,& benefacit textus in l.fideicommiſſa.§.ſi ſic.eodem titulo, & per Bartolum in dicta l.centeſimis. §. finali, ad hoc etiam confert textus in l.poſt dotem. ſecundum lecturam finalem gloſ. ibi. ff. ſoluto matrimonio. & quod ibi per Bartolum, vbi fauore dotis & mulieris bene reſtitutio dotis eſt remiſſa in volũtatem filiæ, tunc verificatur vt moriendo filia cum liberis antequam declaret ſe velle vel nolle,videatur tunc velle, de quo tamen dicetur infra.

PRIVILEGIVM X.

SVMMARIVM.

1 *Pater ſi ſtipuletur dotem reddi ad filiæ uoluntatem, filia poſtea moriente cum liberis antequam declaret, uidetur uoluiſſe dotem reddi ſibi pro filijs.*

1 DECIMVM ergo ſpeciale priuilegium in dote erit qualiter in alijs † contractibus, quando remiſſio fit ſecundum voluntatem partis eo caſu, quo poteſt fieri, vt habetur in l.centeſimis.§.fina.ff.de verborum obligationibus, tũc ipſa parte decedente antequã declaret cotractus ipſe redderetur nullus,vt eſt textus ibi notabilis,tamẽ ſecus in dote, quia ſi reſtitutio dotis fienda per virum in caſum ſoluti matrimonij per ſtipulationem factam per patrem eſt remiſſa in voluntatem ipſius filiæ nuptæ,& dotatæ, verificatur vt moriendo poſtea filia in matrimonio cũ liberis, antequam declaret ſe velle, vel nolle, videatur tunc velle dotem ſibi reſtitui pro liberis ſuis. Si autem moriatur in matrimonio ſine liberis, tunc habetur ac ſi non eſſet adiectum illud verbum ad voluntatem filię, & debet reſtitui patri,vt eſt textus ſingularis in d. l. poſt dotem, ſecundum vltimam lecturam gloſ.ibi. & hoc totum cauſatur in fauorem ipſius mulieris,ſcilicet filię,& ipſius dotis,de quo tamen dixi latius poſt Bartolum in dicta l. poſt dotem, in dicta quinta & vltima lectura gloſſæ.

PRIVILEGIVM XI.

SVMMARIVM.

1 *Legatum uel promiſſio dotis incerta reſpectu rei, ſiue reſpectu quantitatis ualet.*

2 *Incertitudo circa corpus ignotum, etiam in dote uitiat.*

1 VNDECIMVM ſpeciale ſurgit in dote: quia † valet promiſſio dotis incerta, puta incertæ rei, vel quantitatis, vbi regulariter eſt contrarium in alijs contractibus. Et idem ſi in vltima voluntate legetur dos, vbi ſecus regulariter diſponitur etiam in vltimis voluntatibus ſicut in contractibus, vt in l. ita ſtipulatus. la grandeį. ff. de verborum obligationibus. & l.triticum. eodem titulo.& in dicto §.gener.& in l. ſi domus. in princip. ff. de legatis primo. & quod hoc ſit ſpeciale in dote,voluit gloſ. in dicta l. prima. C. de dotis promiſſione, in dicto §.gener. & communiter tenent Doctores poſt Bartolum dicendo in dicta l.prima. ff ſoluto matrimonio,idem eſſe in alijs cauſis pijs,puta in alimentis, vt habetur in l.ſi cui annuum.ff.de annuis legatis, quos etiam refert & ſequitur Cynus in dicta l. prima. C. de dot.promiſ. licet quidã teneant contrarium, dicendo quod imo non ſit hoc ſpeciale in dote propter cauſam piam. Imo ſit regulare in omni contractu & etiam in vltimis voluntatibus habentibus in ſe admixtam aliquam cauſam,propter quam poſſit ſumi interpretatio ipſius quantitatis vel valoris, quæ opinio in puncto iuris poſſet ſuſtineri. Nam ſi dico, dono vel lego tibi fundum, vel pecuniam, non demonſtrato fundo, vel non demonſtrata quantitate, nulli dubium eſt quod hæc promiſsio nõ valeret,ita loquitur. §. gener. & alia iura.ſupra allegata, cum nullam contineat cauſam,ex qua poſſit certificari quantitas fundi, vel pecuniæ. Sed ſi dico, dono vel lego fundum, vel pecuniam pro alimentis: tunc licet non ſit demonſtratus fundus vel quantitas: tamen tacitè ineſt demonſtratio & certitudo ſecundum qualitatem alimentorum, cum dicta cauſa alimentorum habeat in ſe certitudinem quandam arbitrio boni viri, conſideratis perſonis, quibus legantur vel promittuntur alimenta,& quantitate patrimonij legãtis,ſecundum quod habetur in l.cum vnus. §. fina.ff. de alimen. leg. facit l. cum hi.§.modus. ff. de tranſactio. & hac ratione iura dicunt valere legatum alimentorum incertum, vt habetur in dic.l. ſi cui annuum. Nec videtur verum, quod hæc procedant, quando legantur alimenta,vel promittuntur pauperi, & ſic propter cauſam piam, quia eſſet hoc multum reſtringere dicta iura. Nam ſequeretur, quod ſi alimenta legantur diuiti, non aliter facta declaratione, quod non valeat tale legatum, nec etiam promiſſio alimentor ſi facta diuiti valeret, & eſſet contra textum dictæ l. ſi cui annuum, indiſtinctè loquentis. Nam bene ſciuiſſet Iuriſconſultus ibi hoc declarare & reſtringere,ſi voluiſſet, argumento l.1.§. finautem ad deficiẽtis. C. de caducis tollendis, & in c.ad audientiam.de decimis.Nam etiam ſequeretur, quod ſi dos legaretur, vel promitteretur pro muliere diuite, non valeret, ſi eſſet incerta, ex quo tunc non concerneret piam cauſam. Cum dos non dicatur cauſa pia, niſi quando cadit in perſona paupere, vt ſupra dictum eſt circa quintam partem principalem, quod eſſet contra iura indiſtinctè loquentia, vel volẽtia valere legatum vel promiſſionem dotis non obſtante incertitudine, vt dicto §. gener. & l.1.& 3. C. de dotis promiſſione. & l.ſi filiæ.ff. de legatis tertio,cum ſimilibus.

Item

Source : BIU Cujas

Item non video, quomodo possit responderi ad leg. cum quidam.ff.de lega. 2. & dicere quod ibi sit speciale in legato facto ad refectionem viæ,vt dicit Bart.in d.l.1.ff.soluto matr. hoc nullo modo deprehenditur ex illo textu.

Sed ibi Iurisconsultus se fundat ex quadã certitudine surgente ex iuris interpretatione propter causam adiectam lega to habentem in se quandam tacitam quantitatem, pro modo & quantitate operis.

Quid enim si non pro via reficienda, sed pro reficienda domo Titij amici testatoris legaretur pecunia, non expressa quantitate. Certè idem respondisset ibi Iurisconsult. Vnde tunc arbitrium boni viri versabitur, quanta pecunia possit erogari pro refectione talis domus, sicut aliàs in simili dicitur in l.continuus.§. cum ita. & §. item si insulam.ff.de verb. oblig.Quid etiam si legaret testator,debere solui per eius hæ redem matri vel vxori testatoris pecuniã pro vestibus vidua libus,vel si legat pe cuniam pro emenda vna domo commoda suæ vxori,vel alicui suo consanguineo, etiam non pauperi, nullus dixerit non valere legatum propter nõ expressam quantitatem,neque text.in dicto §.gener.fundat se super aliqua specialitate dotis,sed vult, quod satis possit dici legatum dotis esse certum, vel promissionem dotis esse certam ex eo, quia dos videtur habere certam limitationem secundum ar bitrium boni viri, habita consideratione qualitatis personæ dotatæ, & etiam patrimonij dotantis.dic.l.filiæ.& l. quæro. & l.siue generalis.ff. de iure dotium, & in Authen. de restitutionibus,& ea quæ parit.§. quamobrem. Vnde est sumpta authentica, res quæ. C. communia de legatis. Nec etiam obstare videtur, quod dicebat Barto.in dicta l.1.ff. solu. matri. confutando videlicet, quod si esset vera prædicta ratio, eadem ratione debet valere emptio & locatio,licet certum precium non sit declaratum cum possit declarari secũdum rei qualitatem. & idem in legato, cum fiat propter merita.l.nec adiecit.ff. pro soc. Ergo poterit quantitas legati certa censeri secũdum quantitatem & qualitatem meritorum legatarij quod esset contra textũ in d.§.gener.& in dicta l.ita stipulatus.& Instit.de empt.& vend.in §.pretium.& ff.loca.l. si merces,in princ.

Ad hoc potest responderi, quod si in dictis ꝓtractibus nõ esset facta mentio de pretio,& eius quãtitate, sine dubio nõ valeret vt emptio vel locatio,quia ad esse dicti contractus requiritur,quod fiat emptio de pretio,aliàs peccaret in sui forma,puta si dicerem,vendo,vel loco tibi talem rem, & si esset facta mentio de pretio, tamen non esset declarata quantitas: similiter peccaret in sui forma, vt non valeat tanquam emptio per dicta iura, tamen bene valeret tanquã contractus innominatus, non obstante incertitudine pretij: puta si diceretur,vendo seu loco tibi istam domum pro precio condecẽti,vel pro pretio iusto, quia tunc succederet arbitrium boni viri in declarando pretium ex qualitate rei,per tex. nota. Insti.de loc.§.qua ex causa. per quem tex. ita voluit Bal.in l. cõtractus.C.de fide instr.& dixi plenè in l.si quis arbitratu. & in l.sciendum.ff.de verb.oblig.Et posset responderi ad l.1. C.de do.promis. intellectam secundum communem opinonem, quod ex quo ibi speciale est in dote, vt valeat promissio incerta,non debet concurrere aliud speciale, quod valeat cum pacto nudo.Nam licet iste contractus sit communis: tamen pro certo illa non fuit intentio Imperatoris ibi, maximè cũ præsupponatur ibi, quod dicta promissio fuit facta in instrumento. ergo non est ibi speciale in pacto nudo, cum præsumatur stipulatio, per id quod habetur in l.sciẽdum.ff.de ver. oblig.& dixi supra in secundo priuilegio.

Præterea videmus, quod in dote possunt concurrere plura specialia circa idem,vt in promissione facta nudo pacto p mulierem fideiubentem pro dote, vt dicetur in sequenti priuilegio. Et potest dici, quod ideo nõ valuit dicta promissio; quia non apparet facta in instrumento de præsenti, vnde illud,quod habetur in d.l.sciẽdum.& in d.§. item si scriptum. procedit in promissione facta de præsenti & tempore scripti instrumenti. Secus si in instrumento notarius ex assertione partium scriberet, promissionem factam de præterito, & sic non in sui præsentia, quod est bene notandum ad limitationem dictorum iurium, licet multum videatur obstare tex.in l.ea quæ.ff. de dona inter virum & vxorem.de quo dixi in dicta l. sciendum. Doctores tamen communiter transeunt cũ ista glos. Sed opinio contraria, quę fuit Cy. vt supra, posset bene sustentari per supradicta. Posset tamen limitari, nisi
a † incertitudo versaretur circa aliquod corpus: puta promitto tibi fundum pro dote Titiæ non adiecto, de quo fundo intellexerim. Nam tunc etiam in dote non valeret talis promissio incerta: licet secus quando esset incerta respectu quãtitatis, vt hoc bene colligitur ex tex. in d. §.gener.quia quantitas potest limitari & extendi secundum qualitatem personarum & quantitatem patrimonij, non sic in specie vel corpore incerto, de æquitate tamen canonica indubitãter esset tenendum,vt in decimis, valere promissionem incertam etiam circa causam dotis, quando propter aliquam causam adiectam, vel tacitè subintellectam, posset certificari secundum arbitium boni viri,vt voluit Archidiaconus in ca. nonnulli.1.q.1. per illum text. prout etiam refert & clarius tenet Abb. Siculus in c.1.de decimis.

Et adde prędictis,quia fuit de facto,quia dicebatur in quodam instrumento testamenti hoc modo videlicet. Item relinquo filiam meam hæredem in dotibus, aliàs per eum ordinatis,nec reperiebatur aliqua ordinatio, vel constitutio dotis facta per dictum patrẽ, qui in testamẽto instituerat hæredem vniuersalem suum fratrem consanguineum.ista filia dicebat se præteritam,quia fuit instituta in dote,quæ non erat constituta, & sic tanquam instituta in re, quæ non erat in rerum natura tempore testamenti,vt aliàs per Bart.in l.scimus. in princ.C.de inof.test.in 3.col.

Item quia institutio vitiatur propter incertitudinem eius, ad quod refertur. Patet in terminis l.2.§.finali.ff.de hæredibus instituendis. In contrarium tamen uidebatur: quia in certitudo nõ uitiat constitutionem dotis,quia satis uidetur esse certa,ex quo habet certificari & declarari secundùm arbitrium boni uiri per supradicta. pro hoc etiam facit· quia licet dicta institutio in dote referatur ad dotem iam ordinatam,nec reperiatur dicta ordinatio:tamen non vitiatur,quin debeat ordinari secundùm arbitriũ boni uiri,qui habeat cõsiderare qualitatem personæ & facultates patrimonij,vt iuribus supra allegatis.

Confert ad hoc bonus textus in simili, in l.in testamento. ff.de cõditionibus & demonstrationibus. Nam legatum,seu mandatum testatoris circa monumentum fiendum pro sua sepultura,licet non fuerit declaratus locus, vel modus impensæ,& sic videatur incertum,tamen valet legatum, vt sic hæres intelligatur, nihilominus astrictus ad constructionem dicti monumenti secundum arbitrium boni viri, secundum qualitatem personæ testantis, & facultates patrimonij, quia si hoc inducit ratio & fauor piæ causæ, vt valeat legatum incertum, vt per glos. in dicta l. si cui annuum.ff. de annuis legatis, & habetur in l.cum quidam.ff.de legatis secundo. hæc ratio & fauor pietatis similiter viget in legato constructionis monumẽti testatoris.l.& si.qs.§.licet interdũ.& §.sequẽti.ff. de relig. & etiam videtur textus in l.hæreditas. §. 1. ff.de petitione hæreditatis. ibi, vel quantum testator iusserit. Ergo si testator non iusserit quantum debeat expendi, similiter seruandum est iudicium testatoris, facit l.his consequenter. §.2. ff. familiæ erciscundæ. Et tamen si testator iusserit fieri sibi monumentum ad exemplum cuiusdam alterius monumenti, quod erat in tali loco: & ibi non reperiatur, nihilominus illa relatio vitiatur, & non vitiat, ac si sine alia designatione & demonstratione mandasset, quo casu debet fieri secundum arbitrium boni viri, vt est textus notabilis in dicta l.in testamento. Vnde ad propositum videbatur,quod dicta institutio facta in dotibus, aliàs per dictum testatorem ordinatis, non videtur propterea quamuis non appareat dicta ordinatio dotis facta per dictum testatorem, quod incertitudo in dote vitiet, & bene confert dicto §. gener.ibi,arbitrio quoque. Nam si promittitur, vel legatur dos secundum declarationẽ talis,& talis non declaret, vel non possit declarare,quia mortuus,non vitiatur promissio, vel legatum huiusmodi, & sic eadem ratione, si ille talis non reperiebatur in rerũ natura tempore testamenti, vel promissionis. Cogitandum est tamen, quia si dicimus, quod sit speciale in dote, hoc non potest cadere nisi fauore mulieris,ne aliter dicẽdo remaneat indotata per id', quod habetur in l. 2. ff. de iure dot.& in l.prima.ff.soluto matrimonio. Sed in casu præmisso hoc redundaret in damnum mulieris, videlicet illius filiæ, ꝙ institutio valeat,ne dicatur prẹterita,& remaneat excluſa ab hæreditate paterna,contra id quod habetur in l.quod fauore.C.de legi.& in regula,quod ob gratiam.in 6. & quod habetur in l.filio prẹterito.ff.de iniu.rup.& irri. test. licet posset ad hoc responderi,quod hic etiam concurrit fauor testamenti, ne rumpatur, cum etiam versetur in hoc pia causa, cum piũ sit obsequi voluntati testatoris, ne iudicium suum euacuetur.l.contra voluntatem.C. de test. manụ. Sicut etiam fauetur testamento, ne ruat', vt habetur in l. placet. ff. de liber. & posthum. in glos. not. & ibi per Doctor. Et ideo stante tanta difficultate, ego in dic. consil.non curaui hanc dubitationem decidere, eo maximè quia ex alio subsistebat intentio consulentis propter clausulã codicillarẽ appositam in dicto testamento,per quã etiam si filia prædicta diceret se præteri-

Source : BIU Cujas

tam, tamen tenebatur hæreditatem & bona restituere scripto hæredi, detracta tamen legitima, per not. in l. 1. ff. de iure codicil.

PRIVILEGIVM XII.

SVMMARIVM.

1 *Mulier fideiubens pro dote danda non iuuatur Velleiano. Et idem pro dote restituenda. & nu. 2.*

DVODECIMVM speciale priuilegium sumitur ex l. fi. C. ad Velleia. & illa lex est multum notabilis
1 & singularis, videlicet † quod mulier fideiubens pro dote non iuuetur Velleiano. Imo plus & notanter probat illa lex, quòd possunt concurrere duo specialia circa idem, scilicet quod pactum nudum ibi est efficax ad agendum etiam sine obstaculo exceptionis Velleiani aliàs cõ petentis ipsi mulieri promittenti pro alia, quod videtur esse contra ea quæ habentur in l. 2. C. de dot. promis. vbi non obstante fauore dotis magno indulto mulieribus a iure nõ possunt concurrere duo specialia circa idem, vt communiter intelligunt Doc. post gl. in d. l. 1. & in proximo priuilegio est dictum, n si dicamus, q̃ in d. l. 1. nõ possunt concurrere duo specialia simul ad eundem effectum causandum: secus si ad diuersos effectus, vt patet in d. l. fi.

Nam primum speciale est ibi, quod valeat promissio per pactum nudum, & hoc quo ad vnum effectum causandum, scilicet ad producendam actionem, vel condictionem ex illa lege, non obstante pacto nudo, prout etiam habetur in l. ad exactionem. C. de do. promis.

Secũdum speciale est in ipsa actione iam producta ad causandum alium effectum, vt per except. Velleiani non excludatur ipsa actio, vel condictio ex l. iam producta. sic & videmus etiam causam dotis, quod circa diuersos effectus causandos iura inducũt plura & diuersa specialia circa eundem actum, maximè quando vnus effectus sequitur post alium, vt habetur in l. singularia. ff. si cert. peta. & in l. 3. in fi. ff. de dona. inter vir. & vxo. Et adde, quod dispositio d. l. fi. licet loquatur in muliere fideiubente pro dote danda: tamen idem est dicẽ-
2 dum ex eadem ratione fauoris. Imo † maiori, quando fideiuberet pro dote restituenda eo casu, quo potest accedere fideiussor, quod quando procedat, dicetur infra in 21. priuilegio, ad hoc text in l. 1. post princip. & in d. §. sed vt plenius. C. de rei vxo. actio. vbi priuilegium tacitæ hypothecæ & tacitæ stipulationis in dote ꝓmittenda viro, & in dote restituenda mulieri, procedunt a pari, vt etiam supra in secundo & in tertio priuilegio dictum est. Ergo idẽ in fideiussore vt sic effectualiter cessèt Velleianum tam in dote promissa dãda viro, quã in dote data restituenda mulieri, & hoc scire est magni effectus. nam vidi de facto dubitatum in matre intercedente & se obligante pro filio recipiẽte dotem. Nam cum soleat communiter teneri, vt titulus. C. ne fideiuss. dot. dentur, locum sibi non vendicet in parentibus intercedentibus pro filio recipiente dotem, vel econtra, per text. no. in l. fi. C. de dote cauta. & dixi post Bar. in l. si constante. §. quoties. ff. solu. matrim. Imo etiam in aliis coniunctis personis idem solet teneri, vt per Bart in d. l. si constante. in 8. q. 1. partis. & dicetur in d. 21. priuilegio. Ergo dicta mater sic se obligans pro filio nõ iuuabitur Velleia. Imo vidi iam de facto obtentum, quod renunciatio tunc facta per matrem iuri hypothecario sibi effectualiter nocet, etiam si ipsa mulier aliunde nõ habere posset regressum contra bona mariti, quod est notandum ad notata in l. Mæuia. § fundum. ff. solu. matri Quinimo etiam concludebatur, q̃ licet vxor obliget se vna cum viro pro restitutione dotium eorum communis filij, qui vxorem accepit, non iuuaretur beneficio auth. si qua mulier. C. ad Velleia. quod est notandum. Nam cum d. auth. prouideat mulieribus, vt ibi de iure antiquo, mulier intercedens pro viro iuuabatur exceptione Velleiani, hodie tamen sit ipso iure tuta. ergo cũ etiã de iure antiquo, vel saltem de iure Codicis mulier intercedens pro viro suo vel alia persona in causam dotis dandæ vel restituendę non iuuabitur Velleia. ergo nec hodie iuuare tur beneficio d. auth. Et si dicatur q̃ mulier non potest fideiubere pro dote restituenda, per id quod habetur in l. j. & per totum Cod. ne fideiuss. do. den. poterit responderi, quod ipsa dicatur persona coniuncta respectu sui viri. l. cum alienã. C. de legatis. Imo nulla maior est coniunctio per id, quod habetur Insti. de patr. potest. in princ. & dicuntur duo in carne vna, vt habetur Gen. 1. & c. debitum. de bigam. ergo potest fideiubere pro viro pro ipsa dote restituenda, vt habetur in d. l. si constante. Nam tunc cessat ratio perfidiæ generandę inter coniuges ponderata per leges, vt patet in l. 2. C. ne fideiuss. do. den. Vidi tamen quosdam tenere contrarium non aduertentes ad rationem supra assignatam circa intelligentiam dictæ auth. si qua mulier. & de hoc etiam dixi legendo in l. si cum dotem. §. transgrediamur. ff. solu. mat. tamen cautũ est set, quod in eodem instrumento filius ipse, qui accepit vxorem & dotem, vel pater pro eo obligetur vna cum matre: qa negari nequit, q̃ respectu ipsius filij mater sit coniuncta persona, & possit pro eo fideiubere per id, quod hĩ in d. l. fi. C. de dote cau. Hodie tamen cum communiter in instrumentis apponantur iuramenta, nulla esset dubitatio, quin saltem propter vinculum iuramenti talis mulier sit effectualiter obligata, per id quod habetur in c. cum contingat. de iureiur. & dixi in d. §. fundus.

PRIVILEGIVM XIII.

SVMMARIVM.

1 *Res subiectæ restitutioni pro causa dotis possunt alienari & obligari, etiam non obstante prohibitione testatoris.*

2 *Trebellianica licet hodie possit prohiberi, tamen diminutio illius fienda pro causa dotis etiam ultra legitimam, si ad congruam dotem non sufficeret. Idem si ex causa donationis propter nuptias. & nu. 3.*

DECIMVMTERTIVM speciale priuilegiũ in dote sumitur ex auth. res quæ. C. cõia de leg. quia licet a-
1 lias † regulariter res subiectæ restitutioni per fideicommissum seu ex vltima voluntate non possint alienari interim effectualiter, vel hypothecæ titulo dari per ipsum hæredẽ grauatum, vt habetur in l. fi. §. sed quia nostra. & §. sinautem. C. communia de leg. tamen speciali fauore dotis possunt alienari & obligari pro dote ipsius hæredis grauati, scilicet siue pro dote danda per ipsum hæredem, si erat filia testatoris, vel neptis, siue etiam pro filia vel nepte ipsius hæredis grauatis, si legitima ipsius hæredis non erat sufficiens ad ipsam dotem congruam constituendam. & sic est ibi casus singularis
2 † quod hæres grauatus potest diminuere de bonis testatoris etiam vltra legitimam sibi de iure naturæ debitam, etiam inuito testatore pro dote danda vel restituenda. imo glos. fi. in Auth. de resti. & ea quæ parit. §. quamobrem. vnde sumitur d. auth. res. quæ, videlicet in glos. quæ incipit nonne, voluit notanter, q̃ testator non posset prohibere in suo testamento dictam diminutionem per hypothecam vel alienationem fiendam per hæredem pro dote danda vel restituenda, quatenus legitima nõ sufficeret, licet secundum communem sentẽtiã possit prohibere trebellianicam, vt no. in auth. sed cũ testator. C. ad leg. Falci. & per Bar. in l. Marcel. §. quod autem. ff. ad Trebel. & ibi etiam per alios legentes. Et sic etiam idẽ
3 † dicitur in donatione propter nuptias, si filius grauatus ad hoc vt haberet competentem sibi dotem, oportuit donare mulieri propter nuptias etiam excedendo mensuram suæ legitimę, & idem si pro dote restituenda oportuit diminuere de fideicommisso vltra suam legitimam, si ipsa legitima non sufficeret pro congrua dote habita vel habenda, & postea restituenda in casum soluti matrimonij, vt bene probat tex. in corpore, & etiam ibi voluit gl. & in d. auth. res quæ, & cõmuniter Doc. sequuntur, quę tamen singularis dispositio solum haberet locum in dote actualiter data vel numerata, non aũt confessata, quia talis confessio facta per hæredẽ grauatum de dote per eum habita non aliter probata solutione non valeret in præiudicium fideicommissarij, ex quo videretur emanasse in materia suspecta, & sic in fraudem fideicommissi ſm Ang. no. in d. §. quamobrem. & ita dum Pisis legebam consului apud Florentiam, vt hoc bene probatur in d. corpore in §. hæc igitur omnia. & facit gl in si. in l. fin. C. qui po. in pig. ha. & in l. si quis post hanc. C. de bo. dam. & tex. cũ not. Bar. & Bal. in l. per diuersas. C. man. & quod aliàs per Bar. in l. cum quis decedens. §. codicillis. & §. Titia honestissima fœmina. ff. de leg. 3. & quod habetur in l. fi. C. de sponsa. & de materia dictæ auth. vide plenè no. per Doct. ibi.

PRIVILEGIVM XIIII.

SVMMARIVM.

1 *Promissio facta per sponsam sponso licèt sine causa expressa ualet.*

2 *Donatio propter nuptias facta constante matrimonio non ualet quatenus excedit dotis quantitatem.*

3 *Vxor non constituta tradens aliqua bona ante matrimonium uiro presumitur in dubio, quòd ex causa dotis, licèt etiam ex hoc causaretur dos excessiua.*

Deci-

Source : BIU Cujas

DECIMVMQVARTVM ſpeciale priuilegium in dote ſumi poteſt ex l. quod autem.ff. de iu.do.quia licet aliàs promiſſio ſeu ſtipulatio ſine cauſa non valeat ſaltem ope exceptionis, ſecundum ꝙ habetur in l.2. §. circa. ff. de excep.doli.tamẽ ſecus ſi in ſtipulatione facta per ſpõſam ſponſo,quia licet non ſit expreſſa cauſa, tamen valet, vt ſic intelligatur,ꝙ ex cauſa dotis ſit facta.Bar.tamen in l j.ff.ſol.matri.& communiter Doc.tenent illud non eſſe ſpeciale in dote,imo idem videtur in omni alia promiſſione,in qua propter ſubiectã materiam & conditionem perſonarũ poteſt tacite ſubintelligi aliqua cauſa, vt illa tunc de iure præſumatur, vt ſic nõ reddatur inutilis ipſa ſtipulatio,quod bene no. Et poſſet poni exemplum,quando eſſet facta promiſſio perſonæ coniunctæ, vt tunc in dubio præſumatur cauſa donationis, ſicut qñ ſimpliciter daret non adiecta cauſa per id,quod habetur in l. ſi ſeruus communis.§.j.ff.de dona.inter vir.& vxo. vt aliàs per Bar.& Doct.in l.cum quid ff.ſi cer.pet.& retigi poſt Bart.in l. quæ dotis.ff.ſol.matri. vel ſi probaretur merita præceſſiſſe,vt tunc præſumatur promiſſio facta ex cauſa remunerationis, per tex.in l.ſi vero non remunerandi. §.idem Papi.ff. man.& per Bar.in præalle.locis.ad hoc etiam tex.in l.quod autem.§. ſi vir.ff.de dona.inter vir.& vxo.

Quid autem ſi iam contracto matrimonio, nulla apparente priùs facta promiſſione dotis, vxor ſimpliciter promittat viro certam quantitatem,vel rem nõ adiiciendo ex cauſa dotis, vel ſi ipſa vxor tradat viro aliqua bona non aliter expreſſo ꝙ pro dote. Iam vidi de facto dubitatum,tamen hoc nõ dependet ab alia quæſtione, an promiſſio, vel traditio dotis facta ab vxore conſtante matrimonio,vbi a principio nulla apparet dos conſtituta,valeat,ſuper quo iam cõſului.Nam Bar. in ſua diſpu.quæ incipit,mulier habẽs amplum patrimoniũ, in effectu voluit, ꝙ ſi non apparet de aliqua promiſſione, vel traditione facta per mulierem viro, nec de aliqua expreſſione cauſæ dotis, licet ipſe vir tenuerit, & fructuauerit bona mulieris,puta ſtabilia,ſciente & patiente ipſa muliere,ꝙ per hoc non præſumatur titulus dotis,licet longo tempore ſic tenuerit,& hoc niſi ipſe vir dixiſſet publice ſciente & patiente muliere,quod illa tenebat tanquam dotalia,vt ibi per eum.Et reſpondet ad l.cum de in rem verſo. ff.de vſuris, & etiam ad d. l.quod autem,vt intelligatur altero de duobus modis,vt etiã intellexit ibi glo.parua,videlicet,ꝙ licet tempore promiſſionis non fuerit expreſſa cauſa dotis, tamen probatur extrinſecus, ꝙ ita fuit actum inter partes, videlicet per verba præcedentia vel ſequentia,vel ꝙ loquatur ibi in ſtipulatione quam recepit vxor a viro de quantitate dotis reddenda ipſi mulieri ſoluto matrimonio. Merito ſubintelligitur,ꝙ ex cauſa dotis. Tu aduerte, quia primus intellectus eſt expreſſe diuinatiuus ad illum text.imo contra mentem & verba. Secundus etiã intellectus non videtur applaudere literæ,nec congruit titulo,in quo tractatur de promiſſione dotis dandæ,& nõ de promiſſione dotis reſtituẽdæ,de quo vltimo tractatur in eo. tit.ff.ſol.mat.arg.l.Imperatores. ff.de in diem adiec.cum ſim. Et iura,ſuper qbus fundat ſe Bar.ibi,videlicet.l.fi.C.de diuor. & in Auth.de nup.§.ſi quis autẽ.verſi.ſi mulierem, non probant,quia loquuntur,quando conſulte mulier nupſit ſine dotalibus inſtrumentis,& ſic voluit accipere vir vxorem indotatam. Vnde non video,quomodo poſſit reſponderi ad l.qđ autem,æquiparando traditionem ipſi promiſſioni,arg.l.fi.C. ad le.Falc.& vt ſupra dixi per no.in d.l.cum quid. Vnde poſſunt poni tres caſus.

Primus eſt,ſi vxor tempore matrimonij,vel poſt promiſit viro bona ſua,non expreſſa aliqua cauſa.

Secundus eſt,ſi non promiſit, vel tradidit expreſſe ipſi viro bona, puta in præſentia rei, vel etiam in abſentia dicendo trado tibi bona mea,vel talia bona, non aliter expreſſa cauſa, quia tunc ſaltem videtur data licentia de accipiendo poſſeſſionem propria authoritate, ſecundum quòd habetur in l. prædia.ff.de acqui.poſſeſ.

Tertius caſus eſt, ſi non tradidit aliter, ſed fuit paſſa virum tenere & fructuare bona ſua, aliter non apparente de aliqua dote.

Primo caſu nullus dixerit, dotem non eſſe conſtitutam p caſum in terminis in d.l.quod autem. non violando literam, vt ſupra declaraui.Nec ob.ꝙ poſt matrimonium fuerit facta dicta promiſſio, & ſic inter coniuges videatur prohibita per id,quod habetur in l.j.& per totum,de dona inter vir.& vxo. Nam licet videatur prohibita donatio inter coniuges,ſiue dicatur,tamen non cenſetur prohibita dotis conſtitutio, maxime quando a principio nulla apparet dos data, vel promiſſa, cum tunc reſpectu viri dicatur haberi talis dos ex titulo oneroſo,& non lucratiuo,per id quod habetur in l.penu.ff.de exceptio.doli.& l.fin.§.ſi a ſocero. ff.quæ in frau.credi.& in l.ex ſtipulatione.ff. de actio & oblig. Quinimo non poſſet ſolum dos de nouo conſtitui conſtante matrimonio, ſed etiam conſtituta poteſt augeri, vt eſt expreſſum in l. ſi conſtante.C. de dona.ante nupt.

Præterea tunc videtur talis mulier magis debitũ agnoſcere, quàm de nouo donare, ex quo veriſimiliter præſumitur nupſiſſe cum dote, ſi habebat bona, arguẽdo a communiter accidentibus, arg.l.certi condictio.§.quoniam.verſi.nam & quotidie.ff.ſi cer.pet.ad hoc etiam gl.no.& ibi per Doct.in l. neq; natales.C.de proba. & quod aliàs habetur in c.j.de cleri. non reſi Et idem videtur ſi a principio nihil habebat mulier, & poſtea ſibi obuenerunt bona, puta ex aliqua ſucceſſione, quaſi ſit veriſimile, ꝙ ſi dicta bona habuiſſe a principio, illa conſignaſſet in dote,ſi erant ad congruentiam & menſuram dotis inſpecta perſona viri. Vnde illa poſtea dando conſtante matrimonio non videtur fieri locupletior ipſe, cum receperit propter onera matrimonij,quæ habebat ſupportare. & ſic in quandam recompenſationem, quæ non eſt prohibita inter coniuges.d.l. quod autem. §. ſi vir. de dona.inter vir.& vxo.& facit gl.no.in l.4. C.de do.promiſ. donatione facta per coniugem in recompenſationem ſuæ ſenectutis, vel nobilitatis alterius coniugis,vt etiam per Bart.in l.ſi diuortio.ff.de verb.obli.Et ſi dicatur,ꝙ ad illa onera matrimonij tenebatur vir,& ſibi imputet,ex quo vxorem duxit ſine dote,l.ꝙ ſi nulla.ff.de relig.Nam poteſt reſponderi, ꝙ ideo illam duxit ſine dote, quia videbat eam inopem, vbi aliqua bona habuiſſet, veriſimiliter eam indotatam non accepiſſet, arg.l.cum deinde.ff.de proba.& c.j.de cler.non reſid.

Præterea aliter tenetur vir ad onera circa vxorem indotatam,& aliter circa dotatam, vt dixi in l.ſi cum dotem.§.ſiautem.ff.ſol.matr. & ſic multum intereſt mulieris ſtare cum viro dotata quam indotata,aliàs de facili ſperneretur ab ipſo viro, maxime ſi bona ſeorſum haberet,ar.l.fi.C.ad Velle. Et ſiç non videtur mulier ob hoc fieri pauperior, vt ſic prohibeatur talem dotem ex nunc conſtituere, licet conſtante matrimonio, licet forte hodie requireretur, ꝙ ipſe vir tantundem de ſuo aſſignet mulieri pro donatione propter nuptias,per id
2 quod habetur in d.l.ſi conſtãte.† Et forte poſſet tentari, ꝙ in locis,vbi non eſt talis obſeruantia propter nuptias.nihilominus valeret talis noua conſtitutio dotis facta per mulierem conſtante matrimonio, licet forte nõ valeret per viam augmenti dotis,cum in augmento dotis non ſubſit eadem ratio, ex quo vir tunc magis videt tractare de lucro,quàm de damno euitando propter onera matrimonij.

Adde etiam,in d.l.ſi conſtante,videtur probari,ꝙ ſi vir recepta dote ab vxore a principio abſq; eo ꝙ verſa vice vir fecerit donationem propter nuptias, quia forte de ea non curauit. Si tamen poſt matrimoniũ & dotem habitam ipſe donet vxori propter nuptias, licet eo tempore ad hoc non teneretur: tamen valeret talis donatio licet inter coniuges. Imo etiam ſi aliter non exprimeret ꝙ propter nuptias donet: tamen hoc non præſumeretur propter ſubiectam materiam, vt notanter probatur in d.l.ꝙ autem.iuncta gl.Et hoc procederet, vbi eſſet conſuetudo circa dictas donationes propter nuptias, vt ſic dicta conſuetudo habeat interpretari dictam tacitam cauſam, per id quod habetur in l. ꝙ ſi nolit. §. quia aſſidua.ff.de ædi.edi. & quod no.in l.excepta.& l.licet.C.loca. aliàs vbi non eſſet dicta obſeruantia donationis propter nuptias,dicendum forte eſſet contrarium.Quidam tamen dicebant,ꝙ dicta donatio propter nuptias facta conſtante matrimonio in recompenſationem dotis datæ vel promiſſæ, vel quælibet alia donatio facta in recompenſationem inter cõiuges, quatenus excedit quantitatem ſeu valorem dotis datæ vel meritorum præcedentium non valeat,per id quod habetur in l.ſi conſtante.& auth. ibi poſita, & in d. §. ſi vir.quod etiam voluit Bar.de Salic.in l.j.C.de dona.ante nup.& dixi in d.l.diuortio.& ſic idem dicendum videtur eadem ratione in dote poſtea promiſſa ipſi viro,ſi aliter non appareat, ꝙ ante matrimoniũ fuerit dos conſtituta, dummodo ſit conueniẽs dos ſecundum onera matrimonij, pro quorum recompenſatione ipſa mulier promiſit, quia(vt dixi)vir ipſe non efficitur propter hoc locupletior, quia licet lucretur fructus, tamen illos habet pro oneribus matrimonij, l. pro oneribus. C. de iure do.facit, quod habetur in l.de fructibus.ff.de dona.inter vir.& vxo.& in l.fructus.C.eo.tit.quod per Bar.in l.diuortio. in prin.ff.ſol.mat.Et pro hac opi.videtur caſus in l.ſi quis pro vxore.§.ſi vxor.ff.de don. inter vir.& vxo. vbi proprie loquitur tex.quãdo vxor conſtante matrimonio promiſit dotem, & dotis vſuras,& quæritur ibi,an prohibeatur hoc inter cõiuges,& reſpondetur ꝙ non.Nam ſi ante matrimonium fuiſſet dos promiſſa, fatua & indubitabilis fuiſſet quæſtio contra id,

quod

Source : BIU Cujas

quod habetur in l.quod Labeo.ff.ad carbo. & l.ancillæ.C.de vsu.cum simi.& etiam hoc probatur in fi.tex.intelligendo,q̃ ante matrimonium mulier promisit dotem,& etiam fuit pacta, q̃ seipsam aleret suis sumptib.quod quidem pactum valet,vt ibi probatur,& in l.pure.§.j.ff.de excep.doli.& dixi sup. in secunda parte principali:nihilominus si vir postea constante matrimonio donauit fructus dotis mulieri, vt ipsa subiret onera matrimonij,valet illa donatio,licet vt ipse non teneretur illos fructus sibi concedere propter præambulum pactū. Sic etiam ad propositum, licet ipsam mulierem teneatur vir alere de suo, etiam si dotem non habuerit a princi.tamen si postea mulier ipsa grate & humane se habens erga virum donauit fructus alicuius rei stabilis,ipsam consignando pro dote in recompensationem onerum matrimonij, non est hoc prohibitum inter coniuges.Et sic per prędicta possunt notanter concludi,q̃ promissio facta per virum mulieri post matrimonium contractum de certis bonis vel quantitate valeat, vt sic præsumatur, q̃ per viam recompensationis onerū matrimonij talem promissionem fecerit, licet aliter causam expresserit per supra dicta,iuncta d.l.quod autem.

Secundus casus principalis est, si constante matrimonio vxor tradit viro aliqua bona,vel pecunias,nō expressa aliqua causa,& tunc siquidem dos erat iam constituta, præsumitur in dubio tradidisse magis ex causa gerendæ administrationis per virum,seu gubernij,quàm ex alia causa,puta donationis, vel dotis, ex quo donatio illa erat prohibita & inualida, nec fuit expressum,q̃ pro augmento dotis,cum in dubio nō præsumatur, q̃ pro augmento, nisi expresse hoc dicatur, vt probatur in d.l.si constante.& Insti.de dona.circa fi.& bene probatur in l.fi.C.de pact.conuen.& in l.si ego.§.in dotis.ff.de iure do.& facit,quod habetur aliàs in l.cum pater.§.pater pluri
3 bus.ff.de leg.2.de traditione clauium. Si autē nulla † erat dos constituta viro,& tunc siquidem ante matrimonium fuit facta talis traditio, præsumitur q̃ ex causa dotis propter subiectam materiam matrimonij imminētis & eius onerum, arg. tex.in d.l.quod autem. arguendo de promissione ad traditionem,per id, quod habetur in l.fi.C.ad leg.Falci.& maxime ex quo tunc potest facile præsumi alia causa, quàm donationis, videlicet dotis & recompensationis onerum futuri matrimonij,per id quod habetur in l.si cum aurum.ff.de solu.& l.si vero non remunerandi.§.idem Papi.ff.manda.& quod per Bar. in d.l cum quid.& hoc non negasset Barto.in d.sua dispu.qui non ponit casum veræ & expressæ traditionis.Sed quādo vir administrauit,& tenuit bona mulieris ipsa sciente & patiente, vt ista tangetur in tertio casu. Vnde potest dici,q̃ si dicta bona non superexcedant congruentiam dotis, præsumi debet, traditionem esse factam ex causa dotis propter subiectā materiam, sicut supra in simplici promissione probauimus. Imo etiam forte potest tētari, q̃ si dicta bona essent superexcessiua vltra congruentiam dotis, idem dicendum prout supra dictum fuit in simplici promissione, cum non inconueniat,imo aliquando assolet,q̃ mulieres dant in dotem vniuersum patrimonium, vbi congrua dos fuisset minor inspecta qualitate mariti. Si autem post matrimonium cōtractum ex interuallo mulier tradidit dicta bona viro.Et iste est casus super quo consului, quia iam mortua vxore sine liberis stante statuto in loco, q̃ vxore prædecedente in matrimonio sine liberis vir lucretur dimidiam partem dotis, & agebatur contra virum per hæredē mulieris ad bona,quæ obuenerunt mulieri post cōtractum matrimonium ex successione materna, & vir probare non poterat,q̃ dicta bona fuerunt sibi data in dotem. Nec obstabat, q̃ ipsi viro dos nunquam fuisset promissa. imo apparebat quod tempore matrimonij nihil habebat ex bonis paternis, sed sperabat bonam successionem sibi obuēturam post mortem matris,& ipse vir probauit in processu causæ, q̃ non solum dicta bona sic obuenta mulieri tenuit & fructuauit per longū tempus sciente & patiente vxore:sed etiam probauit per aliquos testes,q̃ ipsa mulier tempore sibi obuentæ successionis protulit erga virum hæc verba vel similia. Trado tibi ista mea bona,vel concedo,& tuæ dispositioni committo, nulla habita mentione q̃ ex causa dotis.Nam consului debere præsumi mulierem consignasse viro ex causa dotis,ex quo valide & licite poterat tunc dos cōstitui,licet constante matrimonio,ex quo de alia dote nō apparebat per supradicta.Et maxime mouebar,quia vna cū dicta traditione prędcedenti facta per talia verba fuit continua, diuturna, & longa possessio viri postea sequens sibiipsi fructuādo sciente & patiente ipsa vxore per totum tempus suæ vitæ, vt sic ex sequenti illa longa & continua possessione cū patientia mulieris præsumatur titulus ex causa dotis in d.simplici traditione, per id quod habetur in l.quædam mulier.ff. de rei vendi.& l.j.C.de impo.lucra.descrip.lib.11. Nam ex sequenti possessione habita conscientia & patientia domini, præsumitur aliquid,quod aliàs non erat præsumēdum,vt habetur in l.5.C.de acquiren.possess.& no.in l.4.ff.eo.tit.& facit, quod aliàs habetur in l.sicut §.superuacuum.ff.quib.mo.pig. vel hypothec.fol.vt sic sequentia arguant ad præcedentia, & econtra, vt aliàs habetur in l.quisquis. ff.de leg.3. & in l.si seruus pluriū.§.fi.ff.de leg.j.& facit,quod habetur in l.si qui adulterij.C.de adult.& l.moueor.C.de ser.expor.cum simili.

Tertius casus principalis est,quando non apparet nec probatur de aliqua promissione, nec de traditione expressa, sed solum de continua possessione viri per longum tempus vsq; ad mortem, coniuncta patientia mulieris, & ita est propria quæstio Bar.in dicta sua disputatione, vbi ipse in effectu concludit propter hoc non probari titulum dotis, per id, quod habetur in d.l.cum de in rem verso.de vsuris, vbi ipse Barto. idem tenet,& hoc nisi probetur, q̃ ipse vir publice & palam dicebat se tenere & possidere illa bona tanquā dotalia sciente hoc ipsa muliere,& non contradicēte, vt per eum in dicta sua disputatione.& idem tenuit Bart.de Salic.in l.nulla.C.de iure dotium,& multomagis procederet dicta sua conclusio, quando apparet expresse,q̃ ipsa mulier a principio nupsit sine dote,vt quia eo tempore nulla bona habebat.Sed forte sibi subuenerunt constāte matrimonio, q̃ etiam procederet, si dicta bona non erant superexcellentia congruam mei suprā dotis. Cum de promissione dotis nihil apparebat, licet in incorporalibus patientia cum taciturnitate habeat vim traditionis.Et sic operetur idem,quod vera traditio in corporalibus,vt per glo.notabilē in l.2.C.quando fiscus vel priua.Et ideo quādo transiret longum tempus, prę sumeretur titulus secundum q̃ habetur per Bart.post gl.in l.seruitus.ff.de serui. & in l.j. ff. de aqua plu.arcen. & per eundem in d.l. cum de in rem verso.vnde cum in ipsis corporibus patientia non haberet vim traditionis.etiam cum longo tempore,nisi appareat expresse titulum præcessisse, vt habetur in d.l.2.C.de acquir. possess.& per Bart.in d.l.quæ dotis.ad fi.merito ex tali patientia licet diuturna & longa ipsius mulieris non probatur, nec præsumitur titulus, vt ibi per Bart.Et conferunt ad prædicta, quæ no.Ant.de But.in c.peruenit.de censi.

PRIVILEGIVM XV.

SVMMARIVM.

1 *Pater cogitur dotare filiam & in hoc speciali fauore dotis surgit obligatio quædam inter patrem & filiam.*

1 DECIMVMQVARTVM speciale priuilegium in dote surgit ex l.qui liberos.ff.de ritu nup.scilicet, q̃ † pater in vita sua cogitur assignare filiæ aliquam partem sui patrimonij pro sua dote, sicut etiam tenetur assignare alimenta in vita filiis, vt habetur per totum titu.ff.de libe.agno.& l.fi.§.ipsum autem filium C.de bo.quę libe.& C.de rei vxo.actio.§.taceat,cum sim. Est tamen differentia, quia alimenta non cogitur pater dare nisi successiuis temporibus.Dotem autem tenetur totam assignare a principio : vnde non posset dicere pater, volo assignare marito loco dotis congrua alimenta de tempore in tempus, vel vsumfructum talis fundi,imo tenetur assignare in plena proprietate, sicut dicimus in legitima.l.scimus. §. repletionem. C. de inoffi.testam.imo assignando pater simpliciter fundum pro dote,videtur assignasse in plena proprietate,vt sic etiam post eius mortem, & etiam post mortem filiæ duret talis assignatio,cum in ea fiat reconsolidatio mortuo patre & etiam eius hæredes, tanquam proprium patrimonium filiæ, secundum eūdem, quod habetur in l.j.§.& hoc ex rei.C.de rei vxo.act. & in l.filium emācipatum. ff.de coll.bon. & in l.3.§.sed vtrū. ff.de mino. Secus tamen esset, si pater simpliciter assignasset filio fundum pro alimentis, quia tunc mortuo filio fundus deberet reuerti ad patrem,vel eius hæredes,ex quo alimenta morte finiuntur.l.cum hi.§.modus.ff.de transac. & no.Bart. in l.fi.ff.de his quib.vt indi.Et sic infertur,non esse vsquequaque verū illud,quod dici solet,videlicet dotē succedere loco alimentorū,vt sic iudicentur a pari,vt aliàs per Bar.in l.cū de in rē verso.ff.de vsur.& per Cy.in l.non omni.C.de admi.tut.

PRIVILEGIVM XVI.

SVMMARIVM.

1 *Iudicium potest consistere inter fratrem & filiam pro dote sibi assignanda, & etiam pro reddenda,tamen petita veniā.*

2 *Filia licet nolit nubere, sed monasterium ingredi, cogitur pater congruam sibi*

Source : BIU Cujas

sibi dotem assignare, & viduæ volenti ingredi religionem tenetur sibi eandem dotem dare.

3 *Auus paternus tenetur ad dotandum.*

4 *Mater Iudæa vel hæretica, an teneatur dotare filiam Christianam etiam diuitem.*

5 *Filius non tenetur ad dotandam matrem inopem, nisi per hoc præseruaretur honor filij.*

6 *Leges imperiales & statuta laicorum non valent in matrimonialibus.*

7 *Dos promissa vel constituta etiam post contractum & consummatum matrimonium habet sua priuilegia.*

8 *Filia si fuit ab extraneo vel ab ipsomet marito dotata, & matrimonium contractum, tamen adhuc tenetur pater de suo dotem sibi congruam assignare.*

1 ET ex illa l.qui liberos, resultat 16.speciale priuilegiū in dote, videlicet ꝙ † inter filiam & patrem potest consistere iudicium agendo & implorādo officiū iudicis contra patrem, vt eam dotet: licet regulariter contra, vt l.lis nulla.ff.de iudi. Intellige tamē petita venia, quæ etiam requiritur quādo imploratur officium iudicis, vt per gl.no.in l.si socer.in prin.ff.sol.mat.& l.ita tamen.§.qui rogatus.ff.ad Trebel. de hoc tamen dicetur in nona parte, dum tractabitur de priuilegiis dotis, & mulieris circa iudicia. Et multo magis dicas, vt pater teneatur officio iudicis ad redotandum filiam viduam, secundum quod habetur in auth.sed quamuis.C.de rei vxo. act.& l. si socius pro filia. ff.pro soc.& 2 per gl.no.in d.l.si socer.in prin. Adde etiam † ꝙ si illa nollet nubere, sed potius ingredi monasterium, tenebitur etiam ipse pater eam dotare, vt commode possit stare & viuere in seruitio Dei, tanquam Dei sponsa, vt monasterium possit onus alimentationis subire, vt no.voluit Bal.in l.fin.C.de do.promis. & etiam fuit de mente Bar. in l.j.§.si parens.ff.si quis a paren. fue.man. Quinimo etiam si semel fuit nupta, licet cum ampla dote, & tunc vidua velit religionem profiteri, tenebitur eandem dotem assignare monasterio, vt voluit Io.And.in addi. Spec.tit.de dona.inter vir.& vxo.in §.formatus.ad fi.& Cyn. in auth.sed quamuis. C.de rei vxo.actio. & ita consului apud Spoletum, & dixi supra in prima parte. imo etiam si dos assignata primo viro sine culpa mulieris periisset, tenetur pater iterū assignare, si potest, vt probatur in dicta auth.sed quamuis, cum aliàs difficulter posset renubere sine dote, & sic impediretur matrimonium. quæ ratio facit, ꝙ si constante primo matrimonio dos periisset, puta cassmate vel alluuione, nō teneretur pater iterum constituere dotem: tamen Bart.in d.l. fi.sensit contrarium, quando sine culpa viri & mulieris superuenit talis inopia, dicendo hoc idem esse, quando defererūt facultates viri, puta quia rupit in mari, de quo tamen dixi in l. 2.§.1.ff.soluto matrimonio, super gl.no. Et potest dici, quod durante tali matrimonio non teneatur pater per viam constitutionis nouæ dotis sed alimentorum, si potens subuenire esset eis, argum.d.l.fin.§.ipsum autem patrem, de quo latius dixi in l.si cum dotem.§.j.ff.soluto matrimonio, vbi etiam p gl.& Bart. An autem dispositio.d.l.qui liberos, locum habeat 3 in † auo, dicas quod sic in paterno, [ADDITIO. In paterno. no.quod auus paternus tenetur dotare neptem.l. nihil.de in rem verso.l.dedit. & ibi Bar.in 2.no.& in versic.item dicitur hic.ff.de col.bo.& Bal.in auth.res quæ.versi.quæro si teneor. C.commu.de leg.vbi dicit verum esse etiam in alimentis, qđ nota.] vt habetur in l.dedit dotem.ff.de collat. bono. & in l. ideo.ff. de in rem verso, non sic in auo materno, [ADDITIO. In auo materno. Auus maternus non tenetur dotare neptem.vide Bar.in l.dedit dotem, in versic.idem in auo materno.ff.de collat.bono.] cum etiam ipsa mater ad hoc non teneatur, vt est glo.no.in d.l.fi.C.de dotis promissione, & in l.mater.C.de iure dotium.& in l.a filia.ff.ad Treb. & hoc nisi filia, vel neptis esset inops, quia tunc sicut mater, ita etiā auus maternus, si essent diuites tenentur dotare, secundum Bald. no.in d.l.mater.& hoc nisi filia vel neptis esset hæretica secūdum glo.notab.in d.l.fin. & in d.l.& ideo.per l.fin.C.de hære. 4 econtra † vero, si mater sit Iudæa, vel hæretica, tenebitur dotare filiā, vel neptem Christianam etiam diuitem, vt notan. sensit glos.notab.in d.l.mater. Quod forte non est verum ex quo non reperitur hoc iure cautum, & regula est in contra- 5 rium in matre, vt supra dixi. Filius † autem non tenetur dotare matrem viduam secundum Angelum in d.l.1.ff.sol.matri. ne cogatur conferre ad sui iniuriam, allegat, quod habetur in Auth.de non elig.secun.nub.§.Gregoriana. Bald.in d.l.1.ff. solu.matri.simpliciter se remittit ad Guliel.de Cu.in l.1.C.de inoffi. donat. & in l.3. de præscrip. lon. tempo. Tu adde tex. notab.in l. tutor secundum dignitatem.ff.de administr.tuto. quem pro singulari alleg.Bald.in prooe.fforum.no. Guliel.de Cu.in l.1.C.de inoffi.donat. Sed Imo.in d.l.1.ff.solu.matrim. non videtur in hoc dicto residere, quia dicta iura non probant. Sed tu dic, quod imo d.l.tutor, bene probat, etiam suadet ratio, quia anima viri, & sic patris sui propter transitum vxoris ad secunda vota, & sic suæ matris contristatur, in Authen.de nup.§.soluto.& §.si non expectet.& in d.§. Gregoriana.in versi.prospeximus. Potest dici, quod si per talem donationem cōseruaretur honor filij potius, quàm sequatur iniuria, quia esset suspicio incontinentiæ, & mater esset iuuenis, & pulchra, & pauper, & ipse filius diues, teneatur tunc ipsam dotare, ne alias per indirectum inducatur ad meretricium, & hoc quando filius non haberet bona paterna, aliàs haberet locum dispositio auth.præterea. C.vnde vir & vxor. Et multomagis teneretur, si mater sua non habuit patrem huius filij in maritum, & sic ipse filius naturalis & diues teneretur tunc dotare, cum cessaret ratio iniuriæ & contristationis viri, licet autem filius non teneatur matrem dotare: tamen bene tenetur eam alimentare, etiam si esset natural.s, vt infra tangetur. Econtra autem an pater cogatur dotare filiam naturalē, Bar. in d.l.1.ff.solu.matrimo dicit quod non.& idem Bal.in d.l.1. ff.solu.matrimo.& in d.l.fi.allegat Iacob.de Are.in l.vxorem. §.pater naturalis.ff.de lega.3. Sed ipse idem Barto.in d.l.vxorem.§.pater naturalis.ff. de lega.3. & in l.fin. ff. de his quib.vt indig.tenuit contrarium, si ipsa filia non haberet vnde se dotaret. Et sic propter hoc impediretur in matrimonio contrahendo, cum stāte tali inopia etiam si ipsa esset filia ex damnato coitu teneretur ipsam alere de æquitate canonica, per id quod habetur in capi.cum haberet.de eo qui duxit in matrimo.licet non sic de iure ciuili, vt habetur in auth.ex complexu. C.de incest.nupt.& sic tenuit Bart.dotem in hoc casu succedere loco alimentorum. & idem tenuit Bal.Ang.in d.l. mater. imo videntur ipsi velle, quod talis æquitas canonica debeat seruari in terris imperij, & suadet ratio, ne sequantur crimina & illiciti coitus in periculum animarum, quando talis filia aliter non posset nubere de suo, & sic in concernētibus periculum animarum debet seruari ius canonicum vbique, vt habetur in regula possessor.in 6.& in c.fin.de præscrip.non tamen posset, nec teneretur assignare vltra mensuram alimentorum: puta si assignaret vnum magnum potere secundum Bald.in l. eam quam. C.de fideicom.in 13.colum. vbi videtur velle, quod mortua tali filia talis dos redit ad hæredes patris, quia finita est causa alimentorum, & sic etiam in dote. Sed procederet, quando pater inuitus soluisset talē dotem. Sed quid si pater vellet, quod transiret ad filios mulieris.consuluit Barto.prout ipse refert & tenet in l.fina ff.de his quib.vt indi.quod possent in testamento relinquere dotem tali filiæ cum hoc, quod post eius mortem remaneat filiis dictæ filiæ naturalis, per id quod habetur in l.fi.C.de naturalib. liberis. Sed quid si statutum est in loco, quod vxore prædecedente in matrimonio sine liberis vir lucretur tertiam partem dotis, vel dimidiam, vel totam.

Potest non improbabiliter dici tunc non reuerti ad dictos hæredes patris, cum iuris necessitate causatur tale lucrum. & sic in illo pater non videtur exercere aliquam iurisdictionem in talē filiam. imo videtur illud lucrari in recompēsationem onerum matrimonij.

Præterea dato etiam ꝙ esset illud merum lucrum respectu viri, tamen non reperitur iure cautum, ꝙ pater non possit donare tali marito filiæ, imo etiam potuisset illud facere per pactum etiam sine statuto, ex quo nihil quæritur filiæ ex tali pacto, quod no. Si tamen talis filia haberet aliqua bona, vel aliquam honestam artem, vnde posset se sustentare, tunc non haberet locum dicta æquitas canonica, ad hoc l.si quis a liberis.§.filius.ff. de liberis agnoscendis. & sic ex quo non tenetur pater tunc ad alimenta, eodem modo nec ad dotandū secundum Bal.in l.mater. quod non est ita dicendum in filia legitima & naturali, quam etiam diuitem tenetur pater dotare de suo, licet non alere, vt supra dictum est per d l.fi Imo.tamen in d.l.1.ff.solu.matri.dubitat, circa prædicta, inclinat tamen, quod teneatur pater filiam naturalem dotare, & ex damnato coitu, quando nihil habet: tamen dicit, ꝙ ipsa filia naturalis etiam non ex damnato coitu non habebit priuilegiū, ꝙ videatur in dubio de suo dotare, qñ filia haberet aliunde, sicut præsumeretur in dubio in patre legitimo & naturali, per d.l.fi. quod vltimum dictum non videtur verum, quando pater non administrabat bona talis filiæ naturalis.

Nam si hoc dicimus in extraneo, vt in dubio præsumatur dotasse de suo, vt in l.j.§.accedit.C.de rei vxo.act. multo magis videtur dici posse in ipso patre, cum in eo magis vrgeat ratio naturalis, vt videatur fuisse liberalis erga filiam magis, quàm extraneus.l.nihil.§.facilior.ff.de bo.libe.

Quod tamen supra dixi de honestate, dicas procedere, nisi esset filia naturalis alicuius magni nobilis, qui forte nō excu

saretur

Source : BIU Cujas

ſaretur, ſi diceret, quod ipſa filia poſſet ſe alere.& ſic etiam ſe dotare ex arte aliqua, quando illa non eſſet condecens ſuæ conditioni,puta in texendo vel ſimilia,vt aliàs dicebat notāter Azo in ſumma. C. de patria poteſtate, quod licet mater non teneatur alimentare filium vel filiam: tamen tenetur lactare vſque ad triennium.l. nec filium. C.de pa.poteſt.& c.fi. de conuerſio.infidelium.

Tamen ſi mater eſſet nobilis,cui ſecundum morem patrię eſſet indecens, vel dedecori lactare filium, vel filiam, quod tunc excuſaretur: licet plerique Canoniſtarum illud dictum Azonis mordeant in dicto capit.fin. cum talis mos patriæ ſit potius corruptela & contra rationem quandam naturalem. l.1.in fi.ff.de iuſti.& iure.

Nec excuſaret a peccato talem matrem,vt eſt tex.no.5.diſ. ad eius concubitum.& vide in d.authen.ex complexu.& ibi etiam per Ang.tamen poteſt dici, quod talis mater prætextu talis conſuetudinis licet non rationabilis excuſaretur a pœna peccati,per id quod voluit glo.no.in c.cum venerabilis.& ibi per Docto.de conſue.& in c.denique.4.diſt.Senſit tamen Ang.in d.auth.quod mater naturalis tenetur alere & dotare filium,vel filiam inopem,cum inter ipſos ſit ſucceſſio,niſi ſit mater illuſtris habens filios legitimos, licet non ſic in patre naturali.Inſti.de ſucceſ.cogna.§.vulgo. & habetur in l.ſi qua illuſtris.C.ad Orfic.Et ſic eſt econtra in filio vel filia reſpectu matris naturalis,vt teneātur eam dotare, ſi eſt inops,& filius ſit diues, ex quo tenentur etiam ad alimenta.l.ſi quis a liberis,in prin.ff.de libe.agno.quę cum indiſtincte loquatur,procedit etiam in parente naturali, & maxime cum ius alimentandi deriuet a quodam iure naturali.d.l.1. in fi.de iuſti.& iure.quę natura eſt communis omnibus filiis tam legitimis quā non legitimis.l.hos accuſare.§.omnibus. ff.de accuſa.& quia a principio omnes legitimi naſcebatur, vt in Authen.quib. mod.nat.effi.ſui.§.licet.

Sed poſſet dubitari in matre ex damnato coitu: nam de iure ciuili videtur, quod filius nō teneatur eam alere:ſicut nec econtra tenetur pater,vel mater filium ex damnato coitu natum alimentare. d. authen. ex complexu.& in corpore vnde ſumitur,ergo nec dotare. Et ſic debet limitari d.l.ſi quis a liberis,in princ.Et de æquitate canonica ſecus videretur,quia ſicut pater & mater tenerentur filium alere, vt ſupra, ita etiā econtra filius ſic natus teneatur patrem & matrem alere ſcilicet inopem, argum.l.nam & ſi parentibus.ff.de inoffi.teſta. & conſequēter tenebatur eadem ratione talis filius matrem prædictam dotare de ſuo, ſi eſſet diues.& illa cupiat honeſtè viuere, & ſe reducere ad frugem melioris vitæ, vbi alias ſueſet iuuenis pauper daretur ſibi occaſio meretricandi.l.in fundo.ff.de rei vendi.cum ſim.

In fratre autem dicas eum teneri ad dotandum ſororem,ſi eſſet ex eodem patre nata, ſecus ſi eſſet ſolum vterina,intellige quando aliter non poſſet ſe dotare, vt eſt tex.no.in l.cum plures.§.cum tutor.ff.de adminiſt.tut.& glo.notab.in l.non omni.C.de adminiſtra.tuto. & per Gulielmum de Cuneo in proœmio Digeſtorum,ad quem Bald.in d.l.1 ff.ſolu.matri.ſe remittit.& nota.in l. Neſennius.ff.de'nego.geſt.cum dicto caſu idem ſit in onere alimentandi,& vide tex.notab.in l.1.§.1. ff.de tutelis & rationibus diſtrahendis.& idem per Bar.in l.1. ff.vbi pupillus educari debeat. & ibi etiam per Bal.& in d.l.ſi quis a liberis.§.item diuus.

Vnde ſtante ſtatuto,quod filia fœmina non ſuccedat ſtantibus maſculis: tunc onus,quod incumbebat patri ad filiam dotandam,tranſit tunc in filium maſculum tanquam ad hæredem:cum etiam tunc tranſeat onus alimentorum,argum. d.l.ſi quis a liberis.§.item reſcriptum.& facit no.poſt Dyn.in l.ſi marito.§.voluntate.& in l.poſt dotem.ff.ſolu.matrimo.& maxime cum dictum ſtatutum ſit excluſiuum filiæ a ſucceſſione,non videtur ſibi tollere alimenta,imo non poſſet tanquam de iure naturæ. d.l.ſi quis a liberis.§. ſi vel parens.& d. l.1.in fi.de iuſtitia & iure.iuncto eo quod habetur Inſti.de iure naturali, gentium & ciuili.§.ſed naturalia, & in l.eas.ff.de capitis diminutione.

Et ſic etiam non videtur tale ſtatutum illam excludere a dote,quæ ſuccedit loco alimentorum, vt per Bal.in l.cum lege.C.de epiſco.& cleri. & per Imo.poſt Bart.in l. Titio centum,§.Titio genero.ff.de condi.& demonſtr.& per eundem Baldum in ſuo conſilio,quod incipit,antiquum ſtatutum Peruſij. Imo ſi pater filiam exhæredauit,& iuſtè,vt ſic non poſſit aliquid conſequi de ſuis bonis, tamen ipſe filius maſculus ex dubio fraternitatis,ſi eſt ex eodē patre natus,tenebitur ipſam ſororē inopem dotare,licet tunc non teneatur iure hæreditario,vt probat tex.in d.§.cū tutor.ſic indiſtincte loquens.

Quid autem in patruo. Baldus hic ſe remittit ad dictam l. nihil.ff. de in rem verſo. Sed ibi nihil de patruo dicitur, ſed de auo.Ang.in d.l.1.ſol.matrimo.dicit indiſtincte, cum non teneri ad dotandum neptem ex fratre inopem,cum non reperiatur hoc iure cautum quod reneatur ad alimenta, vel dotem.& idem de cæteris agnatis.

Tu dic hoc procedere,niſi patruus, vel alij agnati vocarentur ex forma ſtatuti ad ſucceſſionem inteſtati, excluſa ipſa filia vel nepte defuncta,de cuius hæreditate agitur, quia tunc tanquam hæredes ſuccederent in onere dotādi ſicut alimentandi per prædicta,arg.d.§.item reſcriptum.

Sed poteſt dici, quòd tenerentur cauſatiuè ſaltem ad alimenta,ne perdant ſucceſſionem, quam perderent,ſi ipſi mulieri non ſubuenerunt de alimentis,& propter hoc ipſa incurrit infirmitatem aliquam,ex qua deceſſit,quaſi videantur illa neceſſe.l.vel necare.ff.de libe.agno.& propterea excluſi intelligantur a lucro ſucceſſionis per id,quod habetur in l.ab hoſtibus.§.fi.ff.ſol.matri.

Sed quid ſi filia nubit inuito vel ignorante patre:nam iure canonum valet matrimonium, licet non ſic de iure ciuili, vt habetur in l.Paulus.ff.de ſtatu homi.& ibi per glo.no.& habetur in c.cum cauſa.de raptoribus.An tunc pater poſſit licitè denegare dotem?dicas ꝙ non,vt ſentit gl.in d.l.Paulus.& expreſſius in c.hoc ſanctum 32.q.2.& propter hoc non poterit pater hodie illā exhæredare, & ſic tex.in §.ſi alicui.in Auth. vt cum de appel. cogno. eſtet in totum correctus de iure canonico,quod ſeruandum eſt vbiq; in materia matrimonij,vt per illam glo.no.& vulgarem, in §.6. gradu.Inſtitu.de gradi. quod tenuit Hoſti.& Io.And.& communiter Cano.ſequuntur in c.1.de deſpon.impube.

Quicquid aliter ibi dixerit Goff. & gl.in c.de rapto.36.q.1. cuius opinio procederet, ſi filia elegiſſet indignum virum, vel vilem inhoneſtam,ſecundum Docto.in d.c.vt etiam voluit glo.ſecundum aliam opinionem in d. c. de rapto. & facit glo.no.& quod ibi per Bart.in l. non tantum. §. ſi emancipa. ff.de contrahabu.per quem tex. & ibi no. idem voluit Bald.in l.1.ff.ſolu.matrimo.

Quod vltimum procederet,niſi filia debito tempore expectaſſet, videlicet vſq; ad 25. ann. nam tunc indiſtinctè pater ita negligens eam nuptui tradere & dotare,non poſſet priuare ipſam filiam dote ſibi debita.imo nec etiam exhæredare licet inhoneſtam poſtea vitam elegiſſet,vel nupſiſſet indigno, per id quod habetur in auth.ſi poſt.C de inoffic.teſtam.& in corpore vnde ſumitur, videlicet in d.§. ſi alicui. & idem voluit gl.ibi,Arch.in d.de rapto.

Quidam tamen admittunt illud procedere in exhæredatione,non ſic in dotatione,vt ſic teneatur pater illam dotare,licet non expectauerit filia 25.annum,vt eſt de mente Hoſt.& Io.And.in d.c.j. tamen videtur idem dicendum eſſe in dotatione, cū iſta procedant a pari,ſ.ꝙ omnis cauſa quæ eſt ſufficiens ad exhæredationem, ſufficiat etiam ad denegationem alimentorum,ſecundum gl.no.in l.ſi quis.de lib.agnoſ.Cum dos ſuccedat loco alimentorum,vt ſupra pluries eſt dictum.

Vnde ex quo ipſa filia propter metum exhæredationis, ſi habere expectare 25. annum limitatum a iure ciuili propter hoc retraheretur a libertate matrimonij contrahendi, ideo nubendo etiam ante 25.annum, ſi expectauit tempore congruo ſecundum morem patriæ, puta vſque ad 20.annum, & tamen propter hoc non curauit ipſam maritare,& dotem ſibi conſtituere,ſi ipſa poſtea nubat licet perſonę ſibi indignę, & ante 25.annum patre ignorante, vel contradicente, non videtur, ꝙ propter hoc poſſit exhæredari,ne aliàs per indirectum tollatur ipſi filię libertas matrimonij,quam libertatem nō poteſt impedire ius ciuile,vt no.in d.c.j.& per gl.& Doct. in c.ſtatutum.de hære.in 6.Cum ius canonicum nō curet de patria poteſtate circa matrimonium,& alia ſpiritualia,vt habetur in c.fi.de iudi.in 6.& in c.non eſt nobis.de ſpon.

Et ita reperio tenere Abb. Sicu.in d.c.j.dicendo ita ſe conſuluiſſe,& quidem rectè. Nam cum pater fuerit in culpa,non poteſt culpa imputari filiæ,cum culpa patris fuerit cauſa ſuæ culpæ,argu.l.cum mulier.& l.viro atq; vxore.ff.ſolu.matri.& quod per gl.iuncto tex.& l.cùm in fundo,verſic.ꝙ ſi acciderit.ff.de iure do.Secus forte ſi dicta filia non expectauit tempus conſuetum ſecundum morem patriæ,nubendo perſonæ indignæ.Imo forte idem eſſet,ſi nupſit perſonę indignę ignorante vel inuito patre non expectato dicto tempore cōgruo, vt tunc pater non teneatur dotem dare,ex quo præceſſit culpa filiæ, ita irreuerenter & impudenter ſe habentis erga patrem, & hoc forte niſi pater prius tractaſſet ipſam filiam tradere alicui perſonæ indignæ ipſi filiæ non decenti. Vnde tūc præpōderaret culpa patris culpæ ipſius filiæ.d.l. cum mulier. Si autem filia elegiſſet vitam inhoneſtam meretricando etiā ante 25.annum,tunc fatendū eſſet, diſpoſitionem d.§.ſi quis alicui.remanere hodie incorrectam de iure canonico, quod

ſolum

ſolum ſe intromittit circa matrimonia. Vnde propter hoc ſine dubio poſſet pater ipſam exhæredare, & etiam per conſequens alimẽta ſibi denegare, & ſic etiam dotem, per id quod no. gl. in d. § ſi quis ex his.

Sed poſſet non improbabiliter dici, q̃ ſi dicta filia vellet ſe reducere ad frugem melioris vitæ, adeo q̃ ſi haberet dotem, inueniret virum, licet non ſatis æquè dignum conditioni ipſius patris, vt tunc cogatur ipſe pater eam dotare, ne aliàs ob hoc impediatur matrimonium & ẽt vt illa amoueatur a meretricio, & ſic a materia peccandi, cui rei multũ fauet ius canonicum, vt in c. inter opera charitatis. de ſponſalib. Nec diſpoſitio. §. ſi quis alicui, deberet extendi ad hũc caſum, vt ſic impediatur matrimonium per dicta ſupra. Imò etiam ſi expreſsè ipſum ius ciuile diſponeret contrarium, non valeret
6 quia † leges & ſtatuta principum & aliorum laicorum nõ valent in matrimonialibus, & maxime inducentia pœnam, & præcipue etiam ſi aliquo tacito, vel indirecto modo per illa impediretur libertas matrimonij contrahendi, vt no. voluit Ioan. And. in d. c. ſtatutum. & per Ant. & ibi etiam per Abb. Sicu. in c. 1. de ſponſalibus. & per Bald. in l. in copulandis. C. de nup. de quo etiam per eundem in l. 1. §. ius naturale. ff. de iuſtitia & iure. & no. in c. fi. de ſecun. nup. dum ibi concluditur per canones, q̃ pœnæ inductæ de iure ciuili contra mulieres nõ expectantes annum luctus, ſed ſecundo nubendo, ſunt hodie ſublatæ, vt etiam notatur in l. 1. C. de ſecun. nup. & in l. decreto. C. de infamibus. Et ſic etiam eadem ratione ſunt ſublatæ pœnæ inductæ a iure ciuili contra filiamfamilias, vel filiumfamilias nubentem ignorante vel contradicente patre, quod vltimum fuit de mente Bal. in l. 2. §. 1. ff. ſol. matri. ſuper glo. dum ibi glo. alleg. l. ſi proponis. C. de nuptiis. Prædicta autem procedunt, quando filia nupſit ignorante, vel contradicente patre, tamen promittendo dotem. Si verò nulla fuit facta promiſſio dotis, ſed maritus accepit eam indotatam præ nimio amore forte, an pater teneatur tunc dotem conſtituere. Et ſimiliter etiam quæri poſſet, quando nupſit indotata de voluntate patris. Nam Bart. poſt Gui. in l. obligamur. §. lege. ff. de actionib. & obligationib. tenet, q̃ ex quo tunc iam ceſſat cauſa difficultatis matrimonij contrahendi, cum iam ſit contractum, non teneatur pater, vt ibi per eum. Et idem poſſet dici eadem ratione quando pater ſibi aſſignauit paruam dotem, quia maritus non curauit de maiori, vbi pater poterat & tenebatur maiorem conſtituere ſecundum cõditionem ſuæ perſonæ, & quantitatem ſui patrimonij. Et idem etiam tenuit ipſe Bart. in authen. res quæ. C. communia de lega. Dicendo, quod diſpoſitio dictæ authen. non habet locum in filia, quæ nupſit cum parua dote, vel ſine dote quæ tamen erat grauata a patre vel matre de reſtituendo hæreditatem poſt mortem ſuam, vt non poſſit dotem de nouo conſtituere, vel augere diminuendo fideicommiſſum, ex quo iam ceſſat cauſa fauoris matrimonij contrahendi, per ſupradicta. Et idem in effectu ſequitur ibi Bar. de Salice. & etiam Rapha. Fulg. idem etiã ſequitur ibi Ang. in certis lecturis, & eandem opinionem ſequuntur pleriq; Canoniſtæ, vt Abb. Sicu. in d. c. 1. de deſpon. impube. & c. 1. de adulteriis.

Tu aduerte, quia gl in d. §. lege, tenuit contrarium. & idem Bal. in d. l. j. ff. ſolu. mat. Dicendo, q̃ opinio contraria procederet, quando filia nupſiſſet ex ſeipſa perſonæ indignæ, vt per eum in d. l. & idem tenuit ipſe in d. auth. res quæ. Et pro iſta vltima opinione facit, quia licet nõ ſubſit cauſa matrimonij, de qua in d. l. j. tamen ſubſit alia ratio, propter quam tali filiæ faueri debet in dote habenda, videlicet ne propter pauperta tem vadat meretricando, & ſic fœdus matrimonij rumpatur, & maxime ſi etiam vir ipſe eſſet pauper. Subeſt etiam alia ratio, quia ſi ſtabit ita indotata ſpernetur a viro, & ſic non ita libenter tolerabit onera matrimonij, & maxime circa infirmitates & alia ſibi neceſſaria. nam intereſſe iſtud, ne mulieres vadant meretricando, conſideratur a iure, fauendo eis in dotibus, vt eſt expreſſum in l. 3. ff. de iure dot. & in d. l. aſſiduis, & quia ſpernitur, imò pellitur a viro ſaltem de facto vxor indotata, vt in Auth. de nup. §. ſi verò altera. & l. generaliter. C. ad Velle. & facit tex. in Auth. de non eligendo ſecundo nuben. circa finem. licet vir teneatur de iure eam alere de ſuo, & alia onera ſubire, ex quo ſibi imputandum eſt, q̃ eam accepit indotatam. l. ſi nulla. ff. de re. & ſump. func. & dixi in l. ſi cum dotem. §. ſinautem. ff. ſol. mat. Et ſic ex pluribus cauſis finalib. circa vnum diſpoſitum licet aliquæ ceſſent, ſufficit vnam remanere, vt in d. l. liberorum. §. notanter. ff. de infa. & ibi per gl. & in d. §. ſi verò altera, & in l. ſi non lex Aelia ſentia. ff. de hæred. inſti. & etiam per Bar. in ſimili, in d. l. j.

7 Ex cuius dictis colligitur, q̃ † ſi mulier a pincipio nupſit ſine dote & poſt matrimonium contractum dotem cõſtituit, talis dos etiam habebit ſua priuilegia, licet ceſſet cauſa fauoris matrimonij contrahendi. Nam non ceſſat cauſa matrimonij conſeruandi cum bona pace & ſinceritate animi, per prædicta. Et hæc opinio videtur verior & benignior, quam etiã poſui in d. l. 1. & multi alij Moderni, & cum ea etiam tranſit Pau. de Caſt. in d. auth. res quæ. dicens ſe pluries ita conſuluiſſe. & alle. ibi Ange. idem tenere in d. auth. in quibuſdam lect. & ſubeſt alia ratio pro dicta opinione, quia dos data in vita ſuccedit loco legitimæ debitæ poſt mortem, vt ſupra dixi pluries. Vnde ex quo talis pater propter hoc non excuſaretur, quin teneatur legitimam relinquere dictæ filiæ poſt mortem per ſupradicta. Ergo ſimiliter non debet excuſari, quin teneatur in vita ad ipſam dotem, quę ſuccedit loco legitimę. Et ſic
8 etiam intertur † q̃ ſi alius extraneus, vel etiam ipſe maritus ipſam filiam dotaſſet de ſuo, q̃ nihilominus ipſe pater teneretur ſibi dotem conſtituere cõgruam de ſuo patrimonio, per id quod habetur in d. l. fin. Cogita tamen, quia vidi quoſdam tenere contrariam opin. & ſic Bar. etiam quo ad terminos d. auth. res quæ. mouendo ſe per tex. in corpore vnde ſumitur, in §. hæc ergo omnia, vbi dicit tex. q̃ ſi ipſa filia grauata de reſtituendo nupſerat cum parua dote, vel filius grauatus paruã conſtituit donationem propter nuptias, non poterunt fideicommiſſum diminuere de bonis reſtitutioni ſubiectis, ſi voluit dotem, vel donationem propter nuptias augere, qui tex. licet videatur non parum vrgere, tamen poſſet reſponderi, illum textum procedere, quando filius vel filia poſt mortẽ parentis talem dotem vel donationem conſtituit, videlicet paruam, vbi poterat maiorem conſtituere ſecundum condecentiam ſuæ perſonæ, & ſic habẽt quid ſibi imputetur. Si autem pater ipſe in vita dotem vel donationẽ propter nuptias conſtituit paruam, vbi tenebatur maiorem conſtituere, tunc videtur eſſe ratio multum vrgens & concludens, vt ipſe filius vel filia poſſint augere, ex quo tunc ſibi non eſt culpa imputanda, ſed patri. Vel poteſt intelligi ille tex. quando filius vel filia aſſerebat dotem vel donationem eſſe paruam, vbi vero erit congrua, & hic hoc dicebat in fraudem fideicommiſſi, quæ omnia ſunt bene no.

PRIVILEGIVM XVII.

SVMMARIVM.

1 *Pater cogitur aſſignare pro filio donationem propter nuptias pro compenſatione dotis habitæ vel habendæ ab vxore filij.*

2 *Pater licet teneatur dotare filiam, tamen poterit ſtipulando ſibi eam appropriare in caſum ſoluti matrimonij, & tunc impeditur conſolidatio in filiam fieri.*

3 *Filia ſi conſenſit patrem paciſci dotem ſibi patri reddi, valet tale pactum etiam citra ſtipulationem, & veſtitur cohærentia contractus.*

4 *Facultates ſuperuenientes tempore mortis patris debent inſpici in congruitate dotis, & non facultates, quæ erant tempore donationis.*

5 *Filia licet agnouerit legatum factum ſibi cum clauſula, quod non poſſit plus petere, aliàs cadat & c. tamen poterit petere ſupplementum congruæ dotis. Item ſi eſſet aliud onus adiectum.*

6 *Statutum licet dicat, quod filia debeat ſtare contenta dote per patrem aſſignatæ, poteſt nihilominus petere ſupplementum congruæ dotis.*

7 *Filiæ ſi præ rubore pudicitiæ non audet petere a patre, vel a fratre ſe maritari, & congrue dotari, poſſunt cognati hoc petere coram prætore.*

1 POteſt etiam inferri ex prædictis iunc. d. l. qui liberos, ad 17. ſpeciale priuilegium, quod † pater non ſolum cogitur aſſignare donationem propter nuptias pro ipſo filio, videlicet in loco vbi ita eſt conſuetum donari propter nuptias mulieri in recompenſationẽ dotis, vt etiam ſatis probatur in d. l. fin. C. de dotis promiſ. & hoc ea ratione, vt filius magis de facili contrahat matrimonium, & ſic inuenit vxorem, cum aliàs ſi non daretur donatio propter nuptias, non inueniret dotem.

Et adde, quod intantum pater tenetur dotare filiam per d. l. qui liberos. & d. l. fina. C. de do. promiſ. & etiam propter hoc poſſit conſiſtere iudicium inter patrem & filiam implorando officium iudicis, vt ſupra dixi, quod ſi pater ad hoc condemnatus recuſat, q̃ propter hoc poterit cogi captis pignoribus, & mulcta indicta, vel etiam detineri in carceribus, cum hæc ſit obligatio quædam legalis. d. l. obligamur. §. lege. ratione cuius poteſt quis præciſè compelli ad factum, per id quod habetur in l. ſtipulatio. §. ſiue autem. ff. de noui ope. nuncia. & per Bar. in l. ſtipulationes non diuiduntur. in 8. q. ff. de verb. obliga. & facit quod habetur in l. 3. §. tutores qui. ff. de ſuſpec. tutoribus. Sed ſi pater omnino recuſat, & forte potius vellet mori in carceribus, quàm dotare filiam, tunc iudex ex officio poſſet dotem conſtituere, vt infra tangetur in proximo priuilegio. Licet autem teneatur pater dotare filiam, & ſimpl. citer

Source : BIU Cujas

pliciter dotando dos ipsa & eius actio non quæratur præcipua ipsi filiæ,sed remaneat communis patri & filiæ, vt l.2.§.1.
2 ff.sol.mat.tamen poterit † pater prouidendo stipulari dotem sibi reddi,& in hoc præiudicare ipsi filiæ,dummodo hoc fiat incontinenti & etiam per stipulationem, & non per pactum nudum, secundum quod habetur in l.quoties.ff.sol.matrim. Licet extraneus possit per pactum citra stipulationem quando incontinenti, secundum ꝙ habetur in l.j. §. accedit. C.de rei vxo.actio.Et de ratione differentiæ inter patrem & extraneum, no.per glos. & Docto.in l.auia.ff.de iure dot.& latius
3 dixi in l.si cum dotem.in prin.ff.sol.matri. Nam † illa est ratio, quia ex quo talis contractus dotis,ad quam cogitur pater,est inductus in fauorem filiæ,ideo non debet vestire pactum incontinenti appositum contra fauorem dictæ filiæ,vt sic talis contractus inductus in fauorem filiæ præstet arma contra ipsam filiam,per id quod habetur aliàs in l.si tibi.C.loca.& aliàs in l. petens. C. de pac. ex quo sequitur, ꝙ si filia consentiret tali pacto:tūc cessaret dicta ratio fauoris filiæ,& ideo tunc tale pactum vestiretur cohærentia cōtractus in fauorem dicti patris,quod est notabile & nouum, & dixi in d.l.quoties.

Adde etiam, ꝙ licet pater in dote, quam cogitur dare pro filia,possit apponere tale onus,videlicet vt dos soluto matrimonio reddatur sibi, & non filiæ, adeo quod tunc etiam ipsa filia postea effecta sui iuris impeditur in eam conso iidatio fieri,secundum veram opinionem,vt per Bart.in l.post dotem. ff.sol.matri.& ibi per Doct.& in l.j.§.videamus.C.de rei vxo. actio. Tamen non poterit dotem congruam diminuere in quantitate conuenienti,imo cogetur congruam dotem constituere pro dicta filia secundum arbitrium boni viri,vt dicetur in proximo sequenti priuilegio,& alio sequenti.

Et ex prædictis sequitur, quod non procedunt omnino a pari dos & legitima,ad quam tenetur pater ipsi filio,vel filiæ post mortem.l.Papinianus.§.quarto.ff.de inoffi.testam.cum vulgaribus, cum in legitima non possit pater apponere aliquod onus,puta si in testamēto grauat filium vel filiam post eius mortem, quod reuertatur ad masculos, vt habetur in l. quoniam in prioribus.C.de inoffi. testa.& in l.scimus.§.cum autem.eo.titu. Et tamen secus in dote,quia potest apponere onus,quod sol.matrimo.redeat ad ipsum patrem,& eius hæredes,vt supra ad hoc l.vxorem.§.testamento.ff de leg.3.Sed dic esse rationem,quia in dote non multum præiudicatur ipsi filiæ, cum non obstante tali stipulatione paterna,pater & eius hæredes teneantur redotare ipsam filiā in secundo matrimonio,secundum quod habetur in auth. sed quamuis.C. de rei vxo.actio.Item prouidetur per remedium.l.fi.C.communia vtriusque iudi.Item præiudicat,quia filia habere possit legitimam in bonis patris, licet non sit hæres instituta in quota hæreditatis,vt per Bart.in d.l.post dotem. Sed in legitima,si onus,de quo supra,posset apponi per patrem,non subueniretur aliter ipsi filio,vel filiæ,quod debeat habere legitimam integram & sine onere.Vnde in hoc magis fauetur legitimæ quàm doti. Et ideo si relinqueretur filiæ dos titulo institutionis, & sibi substitueretur, si decesserit sine filiis, tunc vsque ad concurrentem quantitatem legitime reiiceretur tale onus substitutionis,& in residuo dictæ dotis obtineret substitutio, vt habetur in l.fi.§. filiæ.& ibi per Barto.ff.de leg.2.& no.per Cy.in d.§.videamus.

Et prædicta conferunt ad statutum volens, quod filia dotata nō succedat stantibus masculis,& pater dotauerit filiam in vita, & fuit stipulatus dotem sibi reddi & eius hæredibus. Nam ex quo per tale onus prejudicatur filiæ,cum non possit sibi aliter subueniri in legitima,a qua censetur excluſa per statutum:meritò videtur, quod tunc teneantur filiæ remittere tale grauamen,cum aliter censeatur dos incongruè assignata,& statutum excludēs filiam dotatam debet intelligi, dum modo sit congruè dotata, ita no. voluit Bald. post Iacob.de Are.in l.fina.C.de do.promis. & idem voluit in similibus terminis post Iacob.But.in d.l.quoniam in prioribus. Similiter etiam si dicto casu filia haberet modicam dotem sibi assignatam per patrem in vita, vel in testamento respectu contradictionis patris & patrimonij,quia filia licet non possit propriè tunc agere ad supplementum legitimæ, ex quo non succedit ab intestato propter statutum: & legitima commensuratur respectu successionis ab intestato.l.cum quęritur.C.de inoff. testam.cum sim.tamen poterit agere ad supplementum congruæ dotis, secundum Bald. no.in d.l.fina. Et subdit ibi Bald. no.quod si statutum vltra procederet dicendo, quod stantibus masculis filia debeat stare contenta dote sibi data per patrem, quod tunc qualiscunque sit dos non potest filia conqueri de incongruitate dotis.Et idem voluit in auth.res quę. C.commu.de succes.

Refert ergo,an statutum dicat,filia debet esse contenta dote sibi assignata per patrem,an simpliciter dicat,quod debeat stare dote contenta, quo vltimo casu potest supplementum congruæ dotis petere saltem conuenientis vsque ad mensuram legitimæ,licet hoc vltimo casu contrarium senserit ipse Bald.in d.l.si defunctus.circa princ.C.de suis & legiti. An autem dicat, quod refert, an filia sit dotata a patre, & nondum sit a patre dotata,sed sit dotanda a fratribus, vel agnatis casu, quo non sit dotata. Primo casu sufficiat quomodocunq; sit dotata a patre,nec tunc sit referenda quæstio, quod pater incompetenter dotauit,cum ipse pater melius quàm alius consilium sciat capere pro filiis.l.nec in ea.ff. de adult. & quod sibi competens visum fuit pro filia dare,non debet alteri videri incompetens, arg.ff.de cura.furi.l.si furioso impu.in fi.nec redargui potest a quoquam, cum nullus amor vincat paternum.l.fi.C.de cura.furi.

In secundo casu quando est dotanda a fratribus, vel aliis, tunc requiritur,ꝙ sit conuenienter dotata per id, quod habetur in l.quæro.ff.de iu.dot.Et hanc opin.tenet Pau.de Cast.in consilio, quod incipit, super primo quæsito, circa 7.dubium consultationis,inbdendo ibi,ꝙ patris dotatio semper præsumitur cōueniens,& hoc nisi ex magno excessu appareat contrarium manifestè,ita ꝙ dolum patris possit redarguere ipsa, argu.ff.pro soc.l.vnde & si Neruæ.Sæpè enim parentes malignè se habent erga filios.

Quid enim, dicit ipse, si pater est diues de decem milibus, vnicam habens filiam fratre instituto relinqueret filiæ ducenta tantum in dotem,cum inspecta qualitate bonorum & conditione personæ meretur duo milia. Certè tunc apparet manifestè indiscreta dotatio,cui in dubio nō esset standum.Sed si in mille dotasset,non fiet in hac dotatione subtilis indagatio,non sic in facta ab alio.& hoc totum debet relinqui arbitrio boni viri, vt ibi per eum, cuius dicta mihi non placent vsquequaque,inquantum vult,quod stante dicto statuto,excluſiuo filiæ fœminæ dotatæ a patre, non possit filia conqueri de incongruitate dotis sibi assignatæ,nisi quando esset magnus excessus,quia contrarium voluit Bal.in d.l.& quia communiter Doc.in hoc concordant, ꝙ statutum videatur,tunc velle,quod dicta dos succedat loco cuiusdam legitimę,vt voluit Bal.post Iaco.But.in d.l.quoniam in prioribus.Ergo non debet esse dicta dos minor, quàm esset sua legitima, si esset successibilis. Vnde arbitrium boni viri debet in hoc versari, videlicet ꝙ debeat habere considerationem ad multa in arbitrando dotem congruam.

Primò ad quātitatem patrimonij patris. hoc probatur per multa iura maxime in l.si filiæ.ff.de leg.3.& l.quæro, cum seq. & l.cum post.§.gener.ff.de iure dot.

Secundò ad numerum liberorum.d.l.si filiæ.

Tertiò ad qualitatem & dignitatem personæ ipsius patris, & sic etiam filiæ.d.§.gener.& d.l.quæro.Et intātum debet attendi conditio personæ, quod etiam si legitima non sufficeret secundum conditionem & nobilitatem personæ, ad hoc vt ipsa dos sit congrua,potest & debet excedere ipsam legitimam, vt notanter probat tex.in Auth.de restit.& ea quæ parit,in §.quamobrem.& eodem modo potest dici,ꝙ consuetudo patriæ & maxime familiæ dicti patris & suorum maiorum esset ab antiquo, vt dos fœminarum dictæ domus esset excessiua legitimæ: nam tunc sine dubio non diceretur dos congrua, si dictam legitimam non excederet,dummodo supperetant facultates patris, argu.l.Imperatores.ff.de contrahen. emp.& l.nummis.ff.de leg.3.& l.quod si nolit.ff.quia assidua. ff.de edi.edic.& l. Titianus.ff.quod cum eo.cum simi.Communiter tamen mos regionis regulatur in plus vel minus, prout se habet conditio personarum, & vires patrimonij paterni,& numerus liberorum,& in his debet versari discretio & arbitrium boni viri non curando,an commensuretur cum legitima vel non,imo etiam vltra mensuram legitimæ poterit arbitrari per supra dicta,& maxime per tex.in d.§.quāobrem.& ita etiam tenuit Bal.in suo consilio,ꝙ incipit,antiquū statutum,& in alio,quod incipit,hæc quæstio habet quatuor capita, & in alio consilio,quod incipit, hæc materia diuiditur in duas partes, & in pluribus aliis suis consiliis. Et idem Bar.& Sali.in quadam sua disputatione, quæ incipit, statuto cauetur,per tex.in d.§.quamobrē. & Ang.in consi.310.quod incipit, Do.Gregorius, & ego pluries consului, & maxime apud regnum in ciuitate Aquilæ super constitutionem re-
4 gni,de muliere nupta de paragio.imo si tempore,quo † pater dotauit filiam erat non multum diues, adeo ꝙ secundum illud tempus dos illa erat competens, & tempore mortis fuerunt satis auctæ facultates patris,poterit dicta filia petere supplementum congruæ dotis,inspectis facultatibus patris,quæ erant tempore mortis,quia statutum volens, ꝙ filia dotata a patre stante masculo nō succedit,intelligitur de dotata congruenter,

Source : BIU Cujas

gruenter, & iſta qualitas debet eſſe tempore mortis eius. de cuius hæreditate agitur, argu.l.in delictis.§.ſi extraneus.ff.de noxa. & ita etiam decidit conſulendo Pau. de Caſt.in conſil. quod incipit, licet iſta domina Liſa, in ordine 129.ſubdendo etiam no.†q licet pater in teſtamento legauerit dotem filiæ cum onere, vt non poſſit plus petere &c.& dicta filia ſimpliciter agnouerit dictum legatum: tamen poterit ſupplementum congruę dotis petere non obſtante dicta acceptatione, prout aliàs dicitur de legitima in l.ſi quando.§. etiam generaliter.& ibi per Bald.C.de inoffic.teſtam.cum per ſtatutum videatur aſſignari tali filiæ dos loco ſuæ legitimæ portionis, & idem videtur velle ibi ſi in dicta dote pater grauauerit eam, ſi deceſſerit ſine filiis.Sed hoc minime procederet,niſi dos ſine relicta eſſet ſuperexceſſiua vltra congruentiam debitam, quia tunc ſaltē in illo exceſſu valeret dictū grauamen,per notata aliàs per Bar.in l.ſi.§ filiæ ff.de leg.2.& in l.Lucius.§.maritus.ff.ad Treb.& per Cy.in l.j.§.videamus.C.de rei vxo.act.Si autem pater in teſtamento dotaſſet dictam filiā,vt ipſam dotem conſequatur tempore, quo uuberet, & tunc non poſſet filia de hoc conqueri,dicendo dotem eſſe incongruè aſſignatam per patrem,cum etiam ſi id non expreſſiſſet pater,ſubintelligitur dicta conditio propter naturam dotis.l. tali.& l.ſtipulationem.ff.de iure do.& no. per Bar.in l.Titio centum.§. Titio genero.ff.de condit.& demon.& per Bald in l.generaliter.C.de epiſc.& cler. Et licet in patre hoc non procederet de iure communi,quando filiæ reliquiſſet dotem iure inſtitutionis, adeo q non haberet plus de bonis patris, quia tunc non videtur potuiſſe filiam grauari,etiam expreſſe,ſi dos prędicta non excederet legitimam,ſed quatenus excederet,potuiſſet, vt ſupra dixi,& per Bart.in d.§.Titio genero.Ergo non videtur tacitè ſubintelligi dicta conditio oppoſita,ex quo expreſſe non potuiſſet,vt ibi per Bar.tamen quando eſſet in loco tale ſtatutum excludens filiam dotatam propter maſculos,voluit Bar.ibi idem etiam dicendum,q in extraneo dotem relinquente, cum tunc fruſtra tractamus de legitima in filia, quæ non eſt ſucceſſibilis ab inteſtato, cum legitima reguletur ſecundum ſucceſſionem ab inteſta.d.l.cum quæritur, & auth. nouiſſima.eod.tit.Et licet plerique Doctorum legentium in hoc mordeant Bar.ea ratione,de qua ſupra,quia tunc ſtatutū videtur voluiſſe, q dos aſſignanda per patrem ipſi filiæ ſuccedat loco ſuæ portionis legitimæ ſibi debitæ de iure communi,vt etiam hoc voluiſſe videtur Bal.in d.l.quoniam in prioribus.& in l.ſancimus.C.de nup.poſt Cy.& Ricar.Malum.& licet poſſit ſtatutum minuere,licet non in totū tollere,de quo etiam per Dy.in regula,indultum. in 6.tamen ſaltem i lam diminutam debet habere ſine aliquo onere, vt ibi per eos,per Bald.in d.l.quoniam, tamen communiter tenetur opin.Bart. vt etiam videtur voluiſſe Ioan. de Imo.in d.§. Titio genero. Imo plus voluit ibi,quod ſtatutum poteſt in totum tollere legitimam filiæ.Nam ex quo ſtatutum poteſt collere ius ſuccedendi in totum, ergo conſequenter etiam ipſam legitimam, quæ debetur propter ius ſuccedendi competens ipſi filiæ.Iura enim ſuccedendi fuerunt inuenta a iure ciuili,& ſic a iure poſitiuo, vt dicit Bald.in l.lege 12.tab.C.de leg.hære.& iura, quæ dicunt,ſucceſſiones deſcendentium eſſe de iure naturali,vt habetur in l.ſcripto. ff. vnde lib.cum ſim.debent exponi idem de iure ciuili ſuadente ratione naturali, vt ibi per eum, qui in effectu concludit,quod per ſtatutum poſſint huiuſmodi ſucceſſiones in totum tolli, ſicut poſſunt tolli alia iura poſitiua in loco.l.omnes populi.ff.de iuſti.& iu.& idem ipſe voluit in l.cunctos populos.C.de ſum. Trini.& fide catho.& in l.ius naturale.ad finem.ff.de iuſtit. & iu.& in l.cum lege.C.de epiſco.& cleri.Et ſic conſequenter poteſt in totum tollere legitimam,& hæc opinio videtur veriſſima,& poſſet multis rationibus comprobari, quas nunc breuitatis gratia miſſas facio, non autem poteſt tollere alimenta debita a patre filiæ. Et ſic cum dos ſuccedat locum alimentorum, vt per Bart.in l.cum in rem verſo ff.de vſur.& ſuperius dixi. Meritò non videatur, quod ſtatutum potuerit tollere filiæ ius alimentorū, quæ de iure naturali debentur. d. §. ius naturale. ſecundum Bald.ibi, & in d l.cum lege.& Ioan.de Imo.in d.§.Titio genero & conſeqnenter non videtur potuiſſe tollere dotem ipſi filiæ.Merito communiter ſtatutum loquitur de filia dotata, ſed ſimpliciter diſponeret, q ſtantibus meſculis filia fœmina non ſuccedat, nihilominus poterit filia petere ſe congruenter dorare,ſi velit nubere, & ſi non velit nubeee, poterit petere competentia alimenta. Cum ſtatutum non intelligatur voluiſſe tollere huiuſmodi iura naturalia cum etiam ſi voluiſſet,non potuiſſet. Inſtit.de iure natu.gen.& ciui.§.ſed naturalia, & l.teria.ff. de vſufruc. earum rerum quæ vſu conſumuntur.

Et ex prædictis poteſt concludi, q ſtante tali ſtatuto, pro vt communiter viget per Italiam, videlicet q filia dotata nō ſuccedat ſtantibus maſculis;cum huiuſmodi dos ſuccedat loco alimentorum,dicetur magis accedere ad naturam alimentorum,quam ad naturam legitimæ.Et ideo cum menſura alimentorum debitorum a patre filię vel filio correſpectiuetur ad vires patrimonij patris.l. ſi quis a liberis. §. denique. & §.ſi quis ex his.ff.de libe.agnoſ.& l.pen.& fi.C.eo.tit.Item ſecundum conditionem perſonarum,nam alia debent eſſe alimenta & diuerſæ æſtimationis, quæ debentur filiis ruſticis,& alia quæ filiis ciuibus, & vrbanis.l.ſeruis vrbanis.ff.de leg.3.& ſic etiam maioris æſtimationis,& alia debent eſſe alimenta,quæ debentur filiæ vel filiis nobilioris conditionis,quam illis,quę ſunt inferioris conditionis.l.cum his.§.modus.ff.de tranſ.Sic quoque arbitrium boni viri verſabitur circa declarandā congruitatem dotis,cum dos & alimenta regulentur a pari,vt eſt tex.no. in l.cum vnus.§.fi.ff.de alim. leg.non ergo ſecundum menſuram legitimæ. ſed ſecundùm modum & menſuram alimentorum æſtimabitur congruitas dotis per ſupra dicta. In hoc tamen differunt, quia cum dos cenſeatur proprium patrimoniū filiæ.l.3.§.ſed vtrum.ff.de minor.& l.filiū emancipatum.ff. de colla. bono. ideo debet ita dari & decerni, vt perpetuò ſit apud mulierem, etiam poſt ſolutum matrimonium,ſi pater,a quo eſt profecta,tunc non viueret,vel ſi viueret, & prius eſſet effecta ſui iuris per emancipationem, tunc enim quando pater ſuperuiueret,& adhuc exiſtente ea in poteſtate,æquum eſt, vt redeat ad patrem a quo fuit profecta.l. dos a patre. C.ſolu.matri tamen cum onere redotandi eam, ſi filia ſuperuixit in matrimonio.l.ſi ſocius pro filia ff.pro ſoc. & in Authen.ſed quamuis.C.de rei vxo.actio. Sed ſi non ſuperuixit, ſed deceſſit in matrimonio: tunc ſimiliter redit ad patrem in ſolacium & refrigerium amiſſæ filiæ.l.iure ſuccurſum.ff.de iure dottium,etiam ſi deceſſerit in matrimonio cū liberis,licet ex æquitate hodie & ex conſuetudine tunc remaneat apud maritum pro filiis, vt no.in d.l. dos a patre, & in l. poſt dotem.ff.ſolu.matrimo.Sed quando ipſa mulier ſuperuixit ſoluto matrimonio patre non ſuperſtite, vel patre ſuperſtite,tamen erat tunc effectu ſui iuris,& tunc iura volunt,dotem eſſe perpetuò menſuram apud eum iure conſolidationis & etiam poſt eius mortem apud eius ſucceſſores,vel prout ipſa diſpoſuerit.d.l.1.§.videamus,licet non ſic in alimentis que debentur filiis vel aliis, quia illa de eorum natura ſint merè perſonalia, & cum vita finiuntur. d.l.cum hi.§.modus. cum ſimilib.quò ad modum ergo congruitatis dos magis aſſimilatur alimentis quam legitimæ.Sed quò ad eius vitam & durationem magis aſſimilatur legitimę.Meritò ſequitur,quod ſtante dicto ſtatuto de quo ſupra, non poteſt per patrem apponi onus doti ſuæ filiæ,propter quod dos ipſa non ſit perpetuò manſura pęnes ipſam filiam, & eius ſucceſſores, prout non poteſt apponi in legitima.Et ſic non poſſent in dote grauare filiam poſt mortem,per ſupradicta.

Sed reſpectu quantitatis & menſuræ dotis poſſet pater ſtante dicto ſtatuto aſſignare dotem in minori quantitate, quàm eſſet legitima ſua, ſi ex illa poſſit congruè alimentari. Et ſi non poſſet ex illa congruè alimentari inſpecta qualitate & conditione ſuæ perſonæ & conſuetudine illius loci, ſi non excederet menſuram legitimæ, & tunc non ſufficeret vſque ad legitimam,ſed in maiori quantitate eſſet decernenda, quando vires patrimonij patris ſuppeterent ad inſtar alimentorum. Et hoc niſi conſuetudo regionis aliter limitaret pea ſupradicta.

Et ex prædictis ſequitur ſtante ſtatuto, de quo ſupra ſi pater legaret dotem filiæ,cum erit nubilis ætatis,ſine dubio poterit apponi talis conditio,ex quo ante nubilem etatem non poteſt propriè & vere conqueri filia, quòd non ſit congruè dotata; cum verè & propriè non poſſit ante dictam ætatem incipere dos.l.an in patrem. ff. quod fal. tut. aucto. & idem ſi relinquiſſet dotem in tempus nuptiarnm. l. ſancimus. C. de nup.quia licet ſit nubilis ætatis: tamen reliquit,quod nuptiæ contrahantur.d. l. ſancimus. Vnde idem eſſet quando pater ſimpliciter reliquiſſet dotem,cum tunc inſit talis tacita conditio, quam pater poſſet per expreſſum apponere ſtante tali ſtatuto,cum per hoc non tollatur congruitas dotis,nec prę-iudicatur in hoc ipſi filiæ, cum ſit interim alimentanda a fratribus, cum pater non potuiſſet filiæ dicta alimenta tollere obſtante dicto ſtatuto per ſupradicta. ad hoc tex. & ibi per Bald.in l.qui filium.ff. vbi pupil. educa. debe. Et per hoc ſolitus ſum tenere dictum Bart.in d.§. Titio genero. Vnde infertur, quòd ſi filia prædicta decederet, antequam nuberet, & ſic ante dictam conditionem, non tranſmitteret dictum legatum dotis ad hæredem, per l.1.§. ſin autem ſub conditione.C.de cad.tol.cum ſuis vulgaribus.Quicquid aliter dixerit Bal.poſt Cy.in d.l.ſancimus.

Sed

Source : BIU Cujas

Sed tunc videtur obstare, quia stante dicto statuto loquente de filia dotata, videlicet quòd filia dotata a patre non succedat stantibus masculis, debet intelligi iuxta suos terminos, scilicet quando filia esset dotata tempore mortis patris, & sic tempore, quo agitur de ipsa filia excludenda, aliàs si postea frater eam dotaret, vel offerret eam dotare, non excluderetur dicta filia a successione, quia qualitas iuncto verbo importat secundùm tempus verbi. l. in delictis. §. si extraneus. ff. de noxa. & l. Titius. ff. de testamen. milit. cum simil. & ita consuluit Barto. in consilio quod incipit, quidam decessit intestatus. nume. mihi 81. & Bald. in l. non sine. C. de bon. quæ libe. & aliàs per eundem in l. si matre. C. de suis & legi. & in l. si plures. C. de conditio. inser. & per Alber. de Rosa. in suo tract. statutorum. in 2. parte. quæstio. 119. & consuluit Pet. de Ancha. in consil. mihi in ordine 188. quod incipit, posset probabiliter dubitari.

Vnde si pater reliquit filiæ pupillæ dotem instituto filio masculo, posset allegare filia se non esse dotatam tempore mortis patris, quia dicto tempore non potest esse dos, ex quo nec etiam potest esse matrimonium. l. fina. C. de donat. ante nupt.

Reperio Pau. de Cast. consuluisse in eod. consil. quod incipit super eo, de quo quæritur mihi in ordine 106. quòd dicto casu talis filia non excluditur a successione per dictum statutum, quia cum tale relictum sit conditionale, ergo ante conditionis euentum non potest dici talis filia dotata, arg. l. cedere diem. ff. de verb. signifi. & idem tenuit Cyn. post Iaco. de Are. in l. non sine. C. de bon. quæ libe. vbi Bald. refert idem tenuisse Rayn. de Forli. Sed Barto. in d. l. Titio genero, tenet contrarium, quia satis dicitur dotata a patre, ex quo dos iam fuit destinata per patrem. allegat glos. in l. cùm in pluribus. §. in primis. ff. de admini. tuto. vbi idem tenet Bar. & in l. qui pupillam. ff. de adult. Sed Bal. in l. non sine. tenet opinionem Bar. nisi statutum vltra procederet, videlicet quòd vxor nupta & dotata non succedat, vt ibi per eum. super quo articulo multa possent adduci, tamen non expedit nunc multis euagari. teneo in hoc opinionem Bar. quam etiam tenet ipse Bal. in l. fin. C. de sponsal. quia largo modo potest dici dos etiam ante matrimonium, quando ad matrimonium est destinata, vt est tex. in l. non est matrimonium. ff. de ritu nup. & dixi latius supra in prima parte, & maxime quia statutum considerauit propositum patris, qui in vita vel in testamento voluit prouidere filiæ circa dotem.

Et per prædicta satis lepidè declaratum patet, quomodo dicatur & capiatur congruitas in dote respectu filiæ, & an dicatur accedere ad naturam legitimæ, an verò ad naturam alimentorum, maximè stante dicto statuto vigente communiter per Italiam, vt supra.

Infertur etiam ex prædictis, quòd illud dictum Bal. in d. l.
6 fina. C. de dot. promis. quando statutum diceret † quòd filia non succedat stantibus masculis, sed debeat stare contenta dote sibi per patrem assignata, vt hoc casu non possit filia conqueri de incongruitate dotis, quasi statutum velit stari iudicio patris, vt etiam idem videtur voluisse in d. authen. res quæ. Non videtur de iure procedere, quando dicta dos data in vita, vel assignata per patrem in testamento non esset congrua respectu mensuræ alimentorum. de iure naturali debitorum ipsi filiæ a patre d. §. ius naturale. & l. 1. §. sed nec retentio. C. de rei vxo. actio. & l. fin. §. ipsum autem filium. C. de bonis quæ lib. quæ iura naturalia sunt immutabilia per statuta locorum, vt supra dixi, quæ mensura alimentorum ad dictam dotem constituendam æstimabitur eo modo, quo supra est declaratum.

Nunc reuertor ad illud, super quo principalis nostra dirigebatur intentio, videlicet circa hoc 17. priuilegium, de quo suprà in d. l. qui liberos. & l. finali. C. de do. promis. dum dixi, patrem teneri in vita ad filiam dotandam. Nam si pater non vult dotare, vel vult dotare: tamen incidenter & incongruè secundùm qualitatem suæ personæ, & vires sui patrimonij, certè poterit cogi ad id explendum, & quidem præcisè mulcta indicta, vel pignoribus captis, & etiam si opus erit ponendo ipsum in carceribus, prout ad id ipsum cogi pōt circa alimenta filio præstanda. l. si quis a liberis. §. si quis ex his. ff. de libe. agno. & etiam de hoc dixi supra. Et hoc sine dubio procederet, quando filia hoc peteret adeūdo prætorem, & querimoniam exponendo contra patrem, & per modum honestum cupiendo maritari, diceret volo esse mater, volo filios procreare, prout similis locutio ponitur in capi. 1. ad fin. de
7 frigi. & malefic. Sed si † dicta filia præ rubore pudicitiæ non auderet per seipsam comparere coram iudice, tunc possent consanguinei & cognati in hoc casu sine alio mandato comparere coram iudice, & petere talem patrem debere cogi ad maritandam, & congruè dotandam dictam suam filiam, cum ratione coniugij, aliàs possunt cognati adire prętorem, vt in l. si cùm dotem. §. sinautem. ff. sol. matri.

PRIVILEGIVM XVIII.

SVMMARIVM.

1 *Iudex potest, etiam filia non petente, cogere ex officio patrem negligentem ad congruenter dotandum filiam suam.*

1 ET ex prædictis iuncta d. l. qui liberos, insurgit aliud priuilegium, & 18. ꝙ † si ipsa filia præ rubore virginali non auderet se maritari, & dotari, & pater esset negligens, vel fortè expressè renitens, vt aliquando contingit, nec fortè haberet cognatos, qui vellent hoc onus adeundi iudicem suscipere, & ipsa foret iam matura viro: tunc iudex ex officio suo, & illa petente, potest & debet impartiri officium suum in cogendo talem patrem constituere dotem congruam, vt est tex. no. in l. 3. post princip. ff. de iure dot. Et sic surgit speciale contra regulam, de qua in l. 4. §. hoc autem. ff. de dam. infec. & alia iura volentia, quòd iudex non potest supplere ex officio, sed suum officinm debet impartiri parte petente. Nam hoc fallit fauore dotis, sicut etiam fallit dicta regula, vbicunque versaretur fauor publicus, vt per Innocen. & Docto. in capi. ad nostram. el 2. de iureiuran. Sicut etiam solet dici, quando quis vellet testamentum facere, tamen non audet propter timorem proximorū consanguineorum, qui ipsum impediunt fortè ęgrotantem, & timentem accelerationem mortis. Nam potest tūc iudex ex officio suo accedere ad talem infirmum, & testes adhibere & notarium, vt sic illi non tollatur libertas testandi, vt est casus singularis secundum intellectum Odof. ibi in l. curent. ff. de testib. cum versetur fauor publicus, vt testamenta fiant & suum possint habere exitum. l. vel negare. ff. quemadmo. testamen. aperiantur.

PRIVILEGIVM XIX.

SVMMARIVM.

1 *Iudex potest ex officio supplere longam absentiam patris constituendo dotē de bonis dicti patris pro filia.*

1 DEcimumnonum speciale priuilegium resultat † ꝙ licet aliàs circa bona absentis soleat dari curator, vt in eod. tit. ff. de cu. bon. dan. tamen fauore dotis & ad euitandum talem circuitum ipse iudex sine tali curatore hoc ipsum explicabit ex suo officio, constituendo dotem in bonis patris absentis, scilicet congruam & pro modo facultatum patris, vt bene probatur in d. l. 3. & §. 1. & 2. & facit tex. in Authen. vt cum de appel. cogn. in §. si alicui. Et prædicta non solum habent locum in dote danda seu constituenda, sed etiam in dote repetenda, si pater dotem repetens soluto matrimonio est improbatæ vitæ, seu dilapidator, & mulier non vellet contradicere propter reuerentiam paternalem: tunc iudex posset ex officio supplere causa sibi cognita, videlicet quod talis pater esset huiusmodi conditionis, vt est tex. no. in l. si cum dotem. §. eo autem tempore. ff. sol. mat. de quo etiam tangetur infra in 8. par.

Ex prædictis etiam omnibus iufertur ad illud priuilegium, de quo supra dictum est in 4. speciali. l. fin. C. de do. promis. videlicet quod dos erit magis priuilegiata, quàm ipsa alimenta, quæ non debentur a patre filio vel filiæ habenti vnde se alant de suo. l. si quis a liberis. §. si filius. ff. de libe. agnosen. & tamen tenetur pater dotem constituere de suo, filiæ etiam diuiti.

PRIVILEGIVM XX.

SVMMARIVM.

1 *Pater potest cogi ad se & sua obligandum, pro restitutione dotis habitæ vel habendæ per filium, vbi donatio propter nuptias non est in obseruantia, quod sex modis limita, vt numero 2. 3. 4. 5. 6. & 7.*

8 *Pater quando expresse vel tacite se obligat inuitus pro dote filijs, tūc etiam surgit tacita bonorum hypotheca.*

9 *Pater si est mentecaptus, vel furiosus, an & quando habeatur pro consentiente.*

10 *Pater quando non obligat se expresse pro dote filij, tunc ex dote nullum consequitur lucrum ex statuto, vel pacto de lucrando.*

Infertur

INfertur etiam ex prædictis ad vigesimum priuilegium,
1 † vt teneatur pater, [ADDITIO Teneat pater. Adde hic, quod pater cogitur se obligare pro dote data filio, nisi vxorem acceperit indignam, & patre inuito. Bart. Bal. Alex. Ang. & Io. de Imo. in l. si cũ dotem. §. transgrediamur. fol. ma. Pau. de Cast. consi. 14. & Dy. & Doc. in l. si quis in tres. §. 1. de excusat. tutor.] & sic etiam cogi possit ad obligandum se & sua bona pro restitutio. dotis mulieris, cum quo filius est matrimonium contracturus. vbi alias non posset cum illa matrimonium contrahere, & hoc in locis, vbi donatio propter nuptias non est in obseruãtia, alias satis esset, vt teneatur & oneratus sit pater ad constituendũ donationem propter nuptias, vt habetur in l. fina. C. de do. prom. & dixi supra in 17. priuilegio. Vnde vbi talis donatio non est in obseruantia, tunc tenenda est post Bart. opin. Dy. quod pater teneatur ad se obligandum, vt supra, vt voluit ipse Dy. in l. si cum dotem. §. transgrediamur. ff. sol. mat. maxime ea ratione, quia si hoc inductum est in fauorem tutelæ per filium administrandæ. l. fi. ff. de suspec. tutor. multo magis in fauorem matrimonij contrahendi, per id quod habetur in l. prima. ff. soluto matrimonio. vt per eum in l. sicum dotem. §. transgrediamur. eodem titulo.

Adde, quòd Baldus, & Angel. in d. §. trangrediamur, post Oldrad. tenent opin. Dyn. indistincte per id, quod habetur in l. quemadmodum. ff de iure do. & in Authen. vt non fiant exactiones. §. illud. quæ tamen iura parum probant secundum Imo. in d. §. transgrediamur, in effectu tenentem opin. Bart. tanquam magis æquam, idem tenet Pau. de Cast. in dic. §. transgrediamur, licet Ro. in dic. §. teneat indistinctæ opi. Dy. etiam si nunquam fuisset dispositio. d. l. fin. de suspec. tut. vt quidam dixerunt illam esse apocrysam, vt dicit Azo. in sum. tit. quod cum eo, tamen posset in uia disputandi teneri contrarium, etiam vbi donatio propter nuptias non esset in obseruantia, nec dispositio specialissima, d. l. fin. debet trahi in consequentiam contra regulas iuris communis vulgares, & contra titulum. C. ne fil. pro pat. & in l. cùm filius, in princ. ff. de verbo. obliga. vt idem etiam tenuit Ant. de Pisis, & maxime per id, quod habetur in l. 1. C. ne fideiuss. do. dent. pro qua opin. facit: quia æquiparatio tutelæ ad matrimonium procederet, quando esset eadem ratio inducendi. Sed in tutela illud procedit: quia filius tenetur non solum se obligare pro ea bene gerenda, sed etiam vltra tenetur satisdare, alias non posset se ingerere: quæ satisdatio cum difficilis esset filio familias, meritò aliud disponitur. Inde dicimus, quòd ubi tutor non tenetur satisdare, vt est testamentarius, tunc filius familias potest cogi tutelam administrare absque eo, quod pater se obliget, nec tunc potest cogi pater ad se obligandum, vt est casus no. in l. Lucius Titius Caium. ff. de adm. tut. Et sic idem esset quòd in tutore dato ex inquisitione. Inst. de Attiliano tut. §. fi. vt sic ipse pater tunc non teneatur pro illo se obligare, secundum Bal. no. in l. 1. C. quod cum eo. Vnde cum hæc ratio cesset in filio contrahente matrimonium; quia non tenetur satisdare pro ipsa dote restituenda, imò hoc est regulariter prohibitum, vt habetur in d. l. prima. & per totum. Ergo nec pater tunc tenebitur pro eo se obligare, sicut non tenetur pro filio se obligare in tutela, in qua non exigitur satisdator. Sed tenendo communem opi. eam limita pluribus modis.

1 † Primò vt dicebat Bart. in dicto §. transgrediamur, dum modo filius vxorem accipiat honestam; & suæ conditioni condignam, alias non tenebitur pater, argumento eius quod habetur in l. non tantum. §. si emancipatus. ff. de contratabu.

3 Secundò † limita, nisi filius fuisset ingratus patri, ex quo etiam tunc posset sibi denegare alimenta, & etiam dotem, vt dixi supra in decimo sexto speciali priuilegio. Et sic posset etiam denegare donationem propter nuptias dictis duobus casibus, & consequenter recusare etiam dictam obligationem.

4 † Tertio limita, si filius posset aliter cautam reddere vxorem absque eo, quòd pater se obliget, puta si bona habet aduentitia, secundum Imo. in d. § transgrediamur, quod tamen dicit hoc residere in iudicis arbitrio. Nam si cõmode posset inuenire vxorem sibi condignam sine tali obligatione paterna non obstante q̃ habeat dicta, & pater renueret, videtur in fraudem hoc facere, ne vxorem inueniret, quod etiam tenet Ro. in d. § transgrediamur. & facit, quod habetur in authen. res quæ C. communia de lega.

5 † Quarto limita, nisi filius iam inuenerit vxorem, & dos sibi fuerit promissa: nam licet vxor postea dicat se nolle dotem soluere, nõ poterit se defendere, propterea quod dicat se velle cautam facere ex obligatione paterna: quia debet sibi imputari, quare a principio sibi in hoc non prouidit, argumen. eiũs quod habetur in l. si ab arbitro. ff. qui satisd. cogan. Et sic cessaret ratio, de qua supra, cum filius iam vxorem inuenerit, & dotem habere possit, & ita reperio voluisse dom. Franciscum Tigrini in d. l. fin. de suspect. tut. Bene facit, quod alias voluit Bart. in l. obligamur. §. lege. ff. de act. & obl. Cogita tamen: quia contrarium fuit de mente Bart. in d. §. transgrediamur, dum voluit, quando filius iam acceperat vxorem & non dignam sibi, ad hoc etiam dicta supra in 16. priuilegio circa reprobationem illius dicti Bar. in d. §. lege.

6 † Quintò limita, si pater vellet dotem sibi assignari, & ipse subire onera matrimonij. Nam si filius recusaret hoc, non cogeretur pater se obligare, maxime si filius esset suspectæ uitæ, & timeretur de dilapidatione, etiam si filius esset emancipatus, vt fuit de mente Dyn. in d. §. transgrediamur. Secus tamen esset dicendum econtra, si pater esset suspectæ vitæ, arg. eius, quod habetur in §. eo autem tempore. l. si cum dotem. ff. sol. mat. & in l. fi. C. de sen. pa.

7 † Sextò limita, vt solus filius possit hoc petere contra patrem implorando officium iudicis, vel condictione ex lege non autem posset ipsa nurus hoc petere contra socerum, vt se obliget, secundum Pau. de Cast. in d. §. transgrediamur, cum tunc nulla obligatio sit cum illa, sicut est cum suo filio, cum etiam non posset nurus petere contra socerum donationem sibi fieri propter nuptias, sed solus filius hoc possit, per id quod habetur in d. l. fin. C. de do. promi. Cogita tamen super hoc; quia principale fundamentum Dy. & Barto. est propter dispositionem d. l. fi. de suspi. tu. vbi tamen patet, quod potius pro parte pupilli & pro suo interesse potest cogi pater tutoris ad se obligandum pro filio, quam pro parte ipsius filij possit peti. Sed potest dici, quod prima opin. procederet ante factum. Secunda opi. procederet post factum, i. post contractũ matrimonium, & promissam dotem: cum primo casu versetur interesse solius filij. Secundo casu veretur principaliter interesse ipsius vxoris. Adde etiam, quod retenta dicta com
8 muni opinione, si pater † obligaret se expresse, vel tacite pro dicta dotis restitutione, non esset opus hoc facere cum expressa hypotheca bonorum, cum tacite illa surgat, per tex. in d. l. 1. §. sed vt plenius. C. de rei vxo. actio. dum vult, quod non solum bona viri, sed etiam omnium se obligantium ex parte viri contrahitur talis tacita hypotheca bonorum, quod no. ad dicta supra in septimo priuilegio, & fuit hoc etiam de mente Barto. in dicto §. transgrediamur. intantum etiam, quod essent tacitè obligata bona patris, licet restitutioni subiecta per singularem dispositionem dictæ authent. res quæ. quod etiam est no. ad dicta supra circa decimumtertium priuilegium inductum in dote per dispositionem dictę authent. res quæ. Adde etiam, quod si pater recusaret se obligare & iniustè vt supra, posset ad petitionem filij, vel etiam ex officio suo, filio etiam non petente, iudex præcisè cogere ad hoc ipsum patrẽ pignoribus captis, vel mulcta indicta, & etiam per incarcerationem, cum ista sit obligatio legalis per supradicta in simili in decimoquinto, & decimosexto priuilegio. quod si adhuc perfidè persistendo pater non curaret de captura pignorum vel de pœna indicta, vel etiam de incarceratione, non curando etiam ibi mori, tunc ne matrimonium impediatur, quominus possit filius vxorem inuenire, & sic fauor reipublicæ impediretur per id, quod habetur in dicta lege prima. ff. soluto matrimonio. Iura permitterent, quod iudex ex suo officio possit obligare patrem, & eius bona pro dicta restitutione dotis, sicut potest dotem constituere pro filia in bonis patris, quando pater recu et dare, vel esset absens & non de proximo reuersurus. Et sic eadem ratione in casu prædicto per tex. not. in dicta lege tertia. §. secundo. ff. de iure dotium. & dictum est supra in decimo octauo priuilegio, & decimonono. Et similiter etiam eadem ratione posset iudex ex officio constituere donationem propter nuptias pro filio, vbi illa esset in vsu, & quod habetur alias in authent. si captiui. Cod. de episcopis & clericis. vt fauore piæ causæ, scilicet redemptionis a captiuitate possunt vendi & obligari bona patris. Imo forte argumento illius tex. posset dici, quod ipse idem filius posset obligare solus bona patris recusantis se obligare, & consequenter suum matrimonium impedire, & facit quod alias habetur in lege, si procuratorem. §. si ignorante. ff. mand. & quod alias per Bart. in l. 4. § Cato. ff. de verborum obligationib. in tertio contrario. Vel posset tentari & non improbabiliter, quod stante tali perfidia & contumacia patris, quando legitime requisitus coram iudice nollet consentire, quod tunc habeatur pro consentiente, & consequenter pro se obligante, argumento eius, quod habetur in l. eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cau.

Source : BIU Cujas

9 Quid etiam si pater esset†mentecaptus,vel furiosus, & sic non posset consentire, nec se obligare. dixit Pau. de Cast.in d.§.transgrediamur, se respondisse in quæstione facti, quod talis pater habetur pro consentiente, & sic pro obligato, ex quo si fuisset sanæ mentis, potuisset ad hoc compelli. Et hoc quidem factum non fuit, quia fieri nequiuit. Vnde videtur haberi pro facto & succedat dispositio legalis, vt saltem detur actio vtilis,arg.l.si finita.§.eleganter,in fi.cum ibi no.ff.de dam.infec.& l.2.de euict.quod dictum videtur satis rationabile,& bene facit tex.cum ibi notatis per Bart. in l.2. §.fina.ff. solu. matrimo.

10 Adde etiam, quod eo casu, quo pater †non se obligauit pro tali dote filiæ restituenda, tunc nullum lucrum consequetur ex dicta dote,puta si statutum disponeret quod vxore prædecedente lucretur vir certam partem dotis, de quo statuto an prosit patri recipienti dotem pro filio, vide not. post Bart.& Dy.in §.transgrediamur, & ibi dixi latius. Et dicam in 8.parte,in 16.priuilegio.Nec etiam talis pater fructus dotis faciet suos tanquam de aduentitijs, per id quod habetur per Bar.post glo.in l.contra nurum.§.quoties.ff.rer. amo. Idem forte si consensisset & coactus vel aliter inuitus fuit obligatus, arg.eius qđ habetur in l.ita tamen.§.qui compulsus.ff.ad Treb.licet in cõtrarium faciat tex.in simili, & quod ibi dixi, in dicta l. si cum dotem.§.sinautem.ad fin. ff.soluto matrimonio.

Et ex prædictis omnibus sequitur, quod licet regulariter pro dote restituenda non posset accedere fideiussor,vt l.1.C. ne fideiuss.do den.tamen fallit in patre:nam ex quo ipse tenetur,imo cogi potest ad se obligandum pro filio,multo magis potest esse fideiussor voluntarius pro ipso filio, de quo dicetur infra in proximo priuilegio.

PRIVILEGIVM XXI.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor non potest accedere pro dote.quod limita 13.modis, ut nu.2. 3. 4 5.6.7.8.9.10.11.12. & 17.*

13 *Iuri prohibitiuo non potest per partes renunciari.*

14 *Donatio inter coniuges firmatur iuramento secundùm communem sententiam.*

15 *Iuramentum non firmat pactum,per quod inducitur uotum mortis secundùm communem sententiam.*

16 *Fideiussio ultro præstita firmatur iuramento.*

18 *Consuetudo an ualeat contra legem derogatoriam ipsius consuetudinis. & nu.19.*

1 VIgesimumprimum priuilegiũ,est quod†licet regulariter pro quolibet obligato possit fideiussor accedere, vt in to.ti.ff.& C.de fideiuss.tamen fallit in dote, pro qua non potest dari fideiussor. [ADDITIO.Fideiussor.no.quod non debet dari fideiussor per maritum de dote conseruanda. l. 1. & 2 C.ne fideiuss.dot.dent.nisi sit pauper, & vergat ad inopiam.cap.per vestras.de do.inter vir.& vxor.& Bar.in l.si constante.§.quoties.& ibi Alexan.& §.si pater. soluto matrimonio.Item nisi cum iuramento,vt per Doctor. in l. si quis pro eo.ff.de fideiuss.Ioan de Imo.in cap.cum contingat, de iureiur.Pau.de Cast.consi.167.& in d.l.si constante.§.quoties. solu.mattimo.& in d.l si quis pro eo.contra Anton. de Butr.in d. capit. cum contingat.Item nisi coniunctus vel extraneus principaliter se obliget pro dote non simul cum marito secundum Pau.de Cast.in consi.167. & 168. Item nisi duo fratres,vel pater & filius,per Barto.& Alexand.in d.§.quoties.] & si est datus,talis fideiussor est ipso iure nullus, patet in l. 1. & 2. C. ne fideiuss.do. den. Quod tamen limita secundum Dy. procedere in fideiussore,quando dabatur pro dote conseruanda, vt patet per verba tex. d. l. 1. Secus ergo pro dote restituenda,pro quo facit.Nam cum dispositio illius tituli & illarum legum procedat prohibitiue, & videatur odiosa & exorbitans a regulis iuris communis, vt supra,ideo videtur restringenda iuxta terminos illius l. 1. & ita refert Cyn. Dyn. consuluisse de facto, & sequitur eum ibi, & idem tenuit Odofr. Sed Bart & Ray. de Forli.& communiter Doct. tenent contrarium.l. si constante.§.quoties.ff.sol.mat. & idē ipse Bart.in d. l. si constante,in princ.eo.tit.in quinto contrario.& idem voluit glo.in d.l. 1. & fuit de mente Spec.titu.de don.inter vir.& vxor.§.2.ver.id quoque. & ibi ēt Ioan. And. in addi.& ita est tenendum:quicquid aliter tenuerit Ioan. de Imo.& maxime quia tex.in l.2. eo.tit.venit ampliatiue, dum dicit ibi, nullam satisdationem &c. Præterea pro hac communi opinio. facit: quia etiam si tex. in dic.l.2. non loqueretur ita vniuersaliter, sed simpliciter loqueretur seu indefinitè, idem esset dicendum:cum indefinita æquipolleat vniuersali.l.si pluribus.ff.de leg.2.cum vulgaribus. Et maximè cum subsit eadem ratio in dote restituenda sicut in conseruanda, videlicet vt cesset ratio perfidiæ, ergo idem ius est. l. si a Titio.ff.de verborum obligationib. cum similib. Imo necessario includitur sub obligatione de conseruando etiam obligationē de restituendo, vt pater in fideiussore dando per vsu fructuarium de vtendo & fruendo salua rerum substantia,cū necessario videtur obligatus de restituendo ipsa corpora salua & illæsa,vt patet in l.1.& per totum. ff. vsufruct. quemadmodum caueat.

2 Prætereа†licet tex.in d.l.1.loquatur de dote conseruanda, tamen rubrica loquitur generaliter, videlicet ne fideiussores dotium dentur,& loquitur dispositiuè. Vnde quando rubrica est generalior nigro, possumus & debemus arguere ab ipsa rubrica magis generaliter loquente,vt per glo.in l.1.& in rub.C.si ob chyrographa.pecu. & in Authent.de incest.nup. in princip.& in l.1.C.de capit.ciui.cen.exim.en.lib.x.& in Authen.vt factæ nouæ constitutiones.§.1.super ver. huiusmodi lex.Nec obstat illud,quod dispositio d.l.1.& 2.sit exorbitans &c. quia concedo, quod non solum est exorbitans a regula iuris communis vt supra. Imo etiam procedit correctiuè, vt infra dicetur.Sed hoc non venit per viam extensionis,sed potius per viam comprehensionis ex verbis generalibus d. l.2. quo casu etiam lex correctiua extenditur,vt per glo.in auth. minoris debitor.C.qui da.tu. pos.

3 †Secundò fallit,nisi fideiussor daretur per virum sol. matr. per tex.in d.§.quoties,& ibi per glo. idem etiam tenet in d.l. 1.Et est ratio;quia tunc cessat ratio perfidiæ,quæ subesset cõstante matrimonio.

4 †Tertiò limita in patre, qui potest esse fideiussor pro filio in dote restituenda. Imo aliquando posset cogi ad se obligandum pro filio secundum dicta proximè,& probatur in l.fi.C. de dote cau.non numerata, & ex no.in d. §.transgrediamur. Et ita potest procedere tex.in l.fi. C.de dote cau.non numerata.si intelligamus illum textum,quod ibi se obligauerit pro dote filius cum patre in eodem instrumento tanquam duo rei debendi, & sic insolidum, licet text ibi hoc non aperiat, quod an procedat in duobus reis infra tangetur,& hoc in patre videtur clarum cum in eo cesset ratio perfidię ponderata per Imperatorem in l.vlt. C. de dote cau. Sed solet dubitari, quid de fratre & aliis coniunctis. Bart.de hoc dubitauit in d.l. si constante.in 8.quæstio.primæ partis,tamen inclinat in partem affirmatiuam,vt possint intercedere, quando simul habitarent,cum tunc in illis cesset ratio perfidiæ. Sed arbitror, quod non sine ministerio Bart.non se firmauit:quia imo non videtur esse eadem ratio in aliis coniunctis personis, cum illæ censeantur extraneæ respectu patris, per id quod habetur in §.extraneum. C. de rei vxor.actio. Nam naturalis charitas patris erga filium, & econtra, non patitur aliquid esse inter eos suspicionis siniſtræ,argumen.l.Aurelius.§.Titius.ff de liber.leg.& l.Paulo Callimaco.§. Pomponius. & quod ibi per glo.ff.de legat.tertio.& l.isti quidem,in fi ff.quod metus cau. Quæ ratio cessat in fratribus & aliis coniunctis.Vnde si vxor diceret viro vel sponso,nolo tibi committere meam dotem, nisi frater tuus pro te fideiubeat, vel se obliget vna tecum, certè ex hoc sine dubio versaretur indignatio non parua,videlicet viri erga vxorem, quod de eo non confidat in dote, cui etiam commisit corpus suum.l.hac lege. ff.de pact.conuen.Et vt dicit tex.in cap.per vestras,de do.inter vir.& vxor. ad fi. & quod velit ipsum virum semper stare obnoxium, & obsequiosum erga dictum fratrem propter dictam fideiussionem,cum etiam inter fratres sit stimulus, vt nolit pati alium confratrem sibi superiorem,& sic inæqualem.l.cum pater.§. euictis.ff.de leg.2.& quod ibi no.& quod habetur in l.1.§.veteres.ff.de acq.poss.

5 †Quartò limita in fideiussore, qui ab inuito marito extorqueretur,puta si vxor, vel socer non aliter vellet soluere dotem. Secus si sponte & vltro se offerret satisdare, vt videtur hoc probari per tex.in dicta l. 1. dum vult quod siue ex iure scripto hoc permittente, siue ex non scripto,videlicet ex cõsuetudine exigatur a muliere vel eius patre fideiussor,vbi dicta dispositio specialis, videlicet loci, habeatur pro non scripta, & ex tunc habeatur pro abolita & cassa, & similiter. l.2. eo.titu.quæ venit ampliatiuè ad dic.l.1.vt ibi dicit tex. & sic ampliat dispositionē.d.l.1. vt ſ. dixi, videlicet circa quācūq; satisdationem,& etiam vt non solū quando exigeretur a marito,sed etiam si a socero, vel ab omnibus, qui dotem suscipiunt hoc non possit fieri,& si satisdatio esset data nō valeat, & sic videtur loqui,quādo nondum maritus dotem recepit, sed in actu receptionis mulier nō aliter vult dotem soluere, vel promittere,nisi sibi satisdetur, & etiā probatur ex verbo exigere,

Source : BIU Cujas

exigere, quod propriè denotat ab inuito extorquere, siue de facto, siue de iure per id, quod habetur in l. fideicommissa. §. si rem. ff. de legat. tertio, & no. in l. non solum. ff. solu. matrimonio. Et licet glo. in d. l. 1. & Cy. & communiter Doctor. teneant contrariam opinio. vt procedat dispositio prohibitiua illius text. non solum quando a marito inuito extorquetur, sed etiam quando sponte dedit fideiussorem, & hæc pars in decisiuis tam in iudicando quam in consulendo esset tenenda tanquam communis, per id quod no. in l. omnis diffinitio. ff. de regu. iu. & in cap. ne innitaris. de constitut. Tamen in puncto iuris & in via disputandi posset satis probabiliter teneri ℈rium. Nam patet, quod de iure fforum, & ante dispositionem dic. l. 1. & 2. C. ne fideiuss. do. den. non reperimus iure aliquo cautum, quod fideiussor non possit accedere pro dote vel conseruanda, vel restituenda. Imo potius contrarium, cum edictum de fideiussoribus sit prohibitorium, quia omnes in omnibus casibus videntur admittendi, qui non reperiuntur prohibiti. l. 1. & l. fideiussor, el 1. § j. ff. de fide iussoribus. facit l. necnon. §. quod eis. ff. ex quibus cau. maio. Imo videtur hoc expressum in indiuiduo in l. & si fideiussor. ff. de re iudic. quæ venit continuatiuè ad præcedentem, & debet intelligi secundum sequentem §. ibi, vt sic ex præcedentibus & sequẽtibus dignoscamus illam l. loqui in fideiussore dotis restituendæ. facit, quod habetur in l. quisquis. ff. de le. 3. & in l. si seruus plurium. §. fi. ff. de leg. 1. & magna esset restrictio ad illum tex. vt loquatur de fideiussore dotis post solutum matrimonium. Imò cum simpliciter sic indistincte loquatur, debet indistincte intelligi. l. 3. ff. de offic. præsid. & l. de pretio. ff. de publi. cum vulgaribus. Item & tertiò videtur tex. sic indistincte loquens, in l. cum dotis causa. ff. de iu. do. Licet gl. illum tex. ibi nitatur destruere restringendo ipsum sic generaliter seu indistincte loquentem. Item & quartò, quia si erat licitum viro recipere fideiussorem a muliere pro dote restituenda, cum vir & vxor non debeant ad imparia iudicari. c. gaudemus. circa me. de diuort.

Insuper & quinto, quia potest mulier petere a viro, nolo de te confidere pro restitutione meæ dotis mihi fienda, sed volo, quòd promittas alteri tertio per viam derogationis ipsam dotis restitutionem. & hoc non potest denegare vir, nisi quando aliquod incommodum suspectum haberet, vt est tex. no. a contrario sensu in l. 2. in princip. ff. solu. matrimo. & ibi no. & tamen non poterat negari, quin propter hoc viro causa indignationis præstaretur. Sexto hoc fortificatur per regulam. l. in omnibus. ff. de iudi. & maxime cum subsit fauor mulieris, & dotis, ergo videtur, ℘ posset mulier petere sibi caueri propter superuenientem suspicionem, vt ibi habetur: Imo fauore mulieris posset post sol. mat. sine alia superuenienti suspicione, vt habetur in d. §. quoties. Septimò ꝓbatur hoc per verba illius tex. l. 1. ibi, iubemus. & l. 2 ibi, sancimus. quæ verba denotãt, ℘ dispositio, de qua ibi, sit noui iuris promulgatoria, & non antiqui iuris declaratoria, prout de verbo statuimus. dixit gl. no. in c. statuimus. de off. deleg. in 6. & in c. 1. de cle. non resid. in verbo, receperit. & in clem. fi. de rescr. & de verbo volumus. in cle. 1. de off. vic. & in cle. j. de rer. perm. & per Bal. in l. j. C. de sum. Tri. & fi. cat. in j. col. & de verbo decernimus. ꝓ gl. in cle. per literas. de præb. & in cle. 2. de reb. eccle. nõ alie. Cum ergo dicta dispositio l. 1. & 2. sit conrra regulas iuris communis: item sit dispositio noua & contra permissionem iuris antiqui, non debet extendi extra terminos, de quibus ibi in tex. qui loquitur, quando satisdatio exigeretur per mulierem a marito, vel ab eius patre, & sic ab inuito. Secus ergo si præstaretur a marito sponte offerente: quia tunc stamus iuri communi & antiquo, cum in illo casu non reperiatur immutatum, & quod non mutatur &c. l. sancimus. C. de testamen. cum similib. Et hæc opin. non solum innititur veritati in puncto iuris, sed etiam æquitati, cum tunc quando sponte offerret, cessaret ratio perfidiæ ponderata per tex. in d. l. 2. & etiam cum ista opinio sit fauorabil's mulieribus, & dotibus, in dubio est tenenda, per id quod habetur in l. in ambiguis, de regu. iuris. Quomodo autem poterat dici ab inuito extorqueri in ista materia, dicetur infra in proxima limitatione, non tamen esset recedendum in decisiuis a communi opin. vt supra dixi. Et tenendo hanc opinionem, quæ videtur verissima in puncto iuris, videlicet quod dispositio, de qua in d. l. 1. & 2. & in rubri. C. ne fideiuss. do. den. sit dispositio noua, & non declaratoria iuris antiqui, inferri potest quod de iure fforum poterat mulier contra virum incipientem laborare inopia petere sibi satisdari per dispositionem. d. l. in omnibus, vt hoc tenuit Cy. post Dy. in d. l. vbi adhuc. Imo plus videntur sentire, videlicet, quod etiam hodie posset mulier vti beneficio. ꝺ. l. in omnibus, vt refert Bart. in d. l. si constante, in princip. in quinto contrario. Et licet ipse impugnet dictam opi. per tex. in d. l. 1. & 2. secundum opinio. communem supra retentam, videlicet quod obtineat dicta dispositio etiam in dote restituenda, tamen sua impugnatio est contra dicta sua in d. §. quoties. dum vult, quod fideiussor possit dari in casu inopiæ per d. capitu. per vestras, de dona. inter virum & vxorem, quod an procedat de iure, patebit ex proximè dicendis in proxima fallentia.

6 Quintò † limita dispositionẽ dictarum legum procedere, nisi propter superuenientem suspicionem inopiæ, vel dilapidationis exigeretur dicta satisdatio per ipsam mulierem, secundum Bar. in d. §. quoties, per d. cap. per vestras, sed hoc dictum sic indistinctè non placet. Nam hæc mulier principaliter petit a viro sibi satisdari propter vergentiam ad inopiam, & tunc licet de iure antiquo hoc potuisset per dispositionẽ d. l. in omnibus. vt supra concluси. Et sic poterat vti dicto remedio, etiam si nondum vir venisset ad extremam inopiam: tamen hodie non posset hoc a viro exigere, per tex. in d. l. 2. Si autem mulier peteret dotem restitui sibi propter talem vergentiam ad inopiam, secundum quod potest de iure, vt habetur in d. l. si constante. in princip. & in l. vbi adhuc. C. de iu. do. & in l in rebus. §. omnis, eo. titu. & in Auth. de æqual. dotis. §. illud. & tunc potest vir vt euitet talem restitutionẽ offerre satisdare per tex. singularem in d. c. per vestras. Et sic talis satisdatio permittitur tunc viro in eius fauorem ad hoc vt euitet restitutionem dotis, quæ est sibi magis damnosa & ignominiosa, & subest tũc ratio in promptu: quia tunc cessat ratio perfidiæ, immo hoc permittitur a iure, vt euitetur maior perfidia, secundum Abb. Sicul. in d. cã. per vestras. & bene. Vnde isto casu potest procedere dictum Bart. in d. § quoties. & valebit dicta satisdatio tam in fauorem viri, vt euitet dotis restitutionem, quam in fauorem mulieris in casu soluti matrimonij, si viri facultates non sufficerent, & isto casu si non posset inuenire fideiussorem, non credo tunc debere & posse recurri ad iuratoriam cautionem: quia per eam non esset consultum indemnitati mulieris, de quo tamen uide no. in d. capit. per vestras. per Anton. & Imo. post Ioan. Andr.

7 † Sexta limitatio surgit ex prædictis: quia in casu, quo esset permissa sequestratio ad petitionem mulieris contra virum, vt est quando vir malè tractat bona dot. ea consumendo, & dilapidando, vt est casus singu. in l. si cum dotem. §. finautem. in ver. si verò dotem. ff. soluto matrimon. & tangetur infra, in 7. parte circa 25. priuilegium, & per Bart. in d. l. si constante, in princip. in 4. contrario, tunc poterit fortè euitare maritus dictam sequestrationem offerendo idoneum fideiussorem ipsi mulieri, vt se obliget, & promittat pro eo dictæ dotis conseruationem & restitutionem in euentum dotis restituendæ, cum per hoc consulatur tam viro, vt euitet dictam sequestrationem, quam etiam mulieri pro eius indemnitate, cum hoc sit de natura sequestrationis, vt reuocetur per datationem fideiussoris, vt l. 1. & l. si fideiussor. §. fin. ff. qui satisda. cog. & l. fi. C. de ord. cog. & dixi in l. interesse puto. ff. de acqui. poss. & per hoc etiam bene facit ratio æquitatis, tex. in simili in d. c. per vestras. vt dixi supra in 1. fallen. quod maximè procederet stante opin. de qua supra dixi in 4. fallentia.

8 †Septimò limita procedere, quando mulier vellet sibi consuli, & sibi caueri a viro per viam fideiussionis sibi dandæ pro dote restituenda: secus si per viam delegationis, videlicet petendo, ℘ vir promittat dotem restitui alteri, quam sibi, quando ex hoc vir nullum haberet timere incommodum, per tex. sing. a contrario sensu in d. l. 2. in prin. ff. solu. mat. qui tex. procedit non solum si ante matrimonium, & etiam tempore promiss. dotis hoc petat mulier, sed etiam si post solutum, & etiam si post habitam dotem hoc peteret mulier, vt ibi voluit glo. & communiter sequuntur Doctor. ibi. Vnde ille tex. ẽst multum notabilis & fauorabilis mulieribus, quæ videntes nõ posse extorquere a viro fideiussorem de dote sibi restituenda in casum restituendæ dotis per d. l. 1. & 2. C. ne fideiuss. do. dent. Immo nec etiam a volente & sponte offerente secundum communem opinionem. Et dubitaret mulier, ne fortè propter potentiam viri, vel naturam litigiosam ipsius viri, & conditionem mulieris debilem non esset facilis futura exactio fienda per eam vel eius hæredes, vt tunc in dictũ casum deleget ipsum virum alicui personæ æquè potenti, de qua ipsa confidat, & per quam dotis exactio magis facilis redderetur, & ad hoc poterit vir cogi, vt per stipulationem promittat illi adhibito, si ex hoc non posset vir allegare aliquod sibi suspectum incommodum, nec poterit vir allegare se non teneri, & frustratoriam esse talem delegationem, cum in ea sit eadem ratio generãdæ perfidiæ & maleuolentiæ inter ipsos cõiuges, propter quam etiam prohibetur datio fideiussoris. d. l. 2. Sed pro parte mulieris poterit responderi, ℘ dispositio d. l. 1. & 2. debet intelligi in propriis suis terminis, nec est exten-

Source : BIU Cujas

denda ad alium casum, cum sit odiosa & exorbitans a regulis iuris communis, vt supra. Immo est correctiua iuris antiqui, vt supra dixi per l. præcipimus. in fi. de appellat. cum suis vulgar. & ita debemus tenere & transire, cum communiter omnes Doctor. in d. l. 2. præsupponant, quod prouisio d. l. 2. in princip. ff. soluto matrimonio. etiam hodie obtineat. Sed posset non improbabiliter teneri contrarium, quod hodie prouisio illa d. l. 2. in princip. licet sit fauorabilis mulieribus, prout olim erat etiam datio fideiussoris: tamen sit correcta per nouam dispositionem. d. l. 1. & 2. C. ne fideiuss. do. den. Nã cum ibi sit expressa ratio illius prohibitionis, videlicet ne causa perfidiæ in connubio generetur. Vnde cum ratio sit ibi expressa, ampliari debet dicta dispositio ad alium casum vbi subesset eadem ratio, licet ibi non expressum, vt alias per glos. no. in clemen. prima. de electionib. in verbo, eligatur. facit l. adigere. §. quamuis. de iure patron. Vnde est cogitandum, maximè quia Doctores non dicunt, ad prædicta non aduertentes.

9 Octauò limita dictam †prohibitionem. l. 1. & 2. procedere in dote conseruanda vel restituenda per virum, vel eius socerum, secus econtra in dote promissa danda per mulierem vel socerum, quia circa hanc obligationem potest fideiussor accedere, vt per glo. & communiter Doctor. post Cy. in dicta l. 1. ita intelligentes textum in d. l. cum dotis. ff. de iure do. & est communis opinio, & ita intelligunt & restringunt Doctor. d. l. & si fideiussor. ff. de re iud. & in d. l. cum dotis. Sed talis restrictio est multum violatiua literæ illarum legum, vt supra dixi in quarta limitatione, sed pro ista limitatione est casus in l. fina. C. ad Velleia. Nec obstat, quòd non debent ad imparia iudicari &c. Nam potest dici, quod non sit eadem ratio in marito, cui promittitur dos per mulierem, si pro promissione dotis voluit fideiussorem, quia hic non est tanta causa generandæ perfidiæ inter coniuges, cum respectu viri obligari fideiussor censeatur habere causam perpetuam perfidiæ: qa etiam ipsa dos similiter censetur habere causam perpetuam ad virum, vt l. 1. ff. de iure dotium. Sed respectu mulieris obligatæ ipsa obligatio non est habitura causam perpetuam, ex quo incontinenti debet solui, & sic dicta causa indignationis, si qua foret, videretur habere causam quasi momentaneam & non duraturam.

10 Nono limita, vt †procedant in cautione accipiẽda per mulierem a marito per dationem fideiussoris, secus si per pactionem pignoris secundum glo. in dic. l. 2. licet se non firmet propter textum in d. l. dum generaliter prohibet omnem satisdationem, cum satis videatur pignus esse loco fideiussoris: quia procedunt a pari, Insti. de rerum diuis. §. venditæ. & l. si rem. §. satisfactum, ff. de pignora. actione. Sed communiter Doct. tenent secus in pignore, per textum in l. 1. ff. qui pot. in pign. hab. & in l. quamuis, alias incipit Calippus. ff. de solut. ad hoc l. quod autem. §. si vxor. ff. de donat. inter virum & vxorem, & cum hac opinione videtur transire Dy. & Cy. in d. l. j. & Bart. in dicto §. quoties. & communiter alij legentes text. Sed illa iura loqui videntur in hypotheca, quæ contrahitur solo consensu sine alia traditione. Vnde secus fortè in pignore proprio modo accipiendo, quod solum cõstituitur actuali traditione. l. si rem. § 2. de pigno. actio. Et subest ratio differentiæ, quia per hypothecam non generatur causa alicuius perfidiæ inter coniuges, cum bona hypothecata remaneant in plena possessione apud maritum, & ideo si etiam non esset expressa hypotheca, hodie iura volunt contrahi tacitam in omnibus bonis viri pro restitutione dotis. l. 1. §. 1. C. de rei 12
vxoriæ actione. & dictum est supra in septimo priuilegio. Sed quando constituitur per traditionem alicuius rei stabilis, vel mobilis, quæ fieret per virum vxori pro cautela suæ dotis, ex quo transit tunc omnis possessio in mulierem tam ciuilis quam naturalis, & sic nulla remanet penes virum, vt habetur in l. 1. §. per seruum qui pignori. ff. de acquiren. possess. & in l. cum notissimi. §. illud. ff. de præscript. triginta anno. tunc videtur ex hoc dari occasio perfidiæ & maliuolentiæ viri contra vxorem non confidentem de eo, prout eadem ratione dicitur in fideiussore, cum in vtroque casu videatur vxor diffidere de marito, & sic ipse conciperet aduersus eam non paruã indignationem, & iura volunt quod nulla sit inter coniuges perfidiæ vel indignationis occasio, vt in d. l. 2. ad hoc. C. de institu. & substitut. l. repræhendenda. & licet tex. in d. l. 1. & 2. non dicat de pignore, tamen possunt verba illa generalia ibi, nullas satisdationes, accommodari etiam ad pignus, & maximè quia quando fuit facta traditio mulieri sit eadem ratio prohibitionis ponderata per Imperatorem in d. l. 2. & sic non dicetur extensio sed comprẽhensio, vt in simili est dictum in 7. limit.

11 †Decimò limita, nisi alius vna cum marito obligaretur ad dotis restitutionem: quia tunc valeret talis obligatio, per tex. in l. fi. C. de dote cau. non nu. & voluit gl. per illum tex. in d. l. 2. & etiam Dy. vt refert Bar. in d. §. quoties. Sed, vt dicit Bar. in d. §. quoties, ibi, si ambo obligarentur insolidum tanquam duo rei, & tunc ex quo in effectu censetur alter fideiubere pro altero, vt habetur in l. vir vxori. ff. ad Velle. merito nõ possent hoc modo se obligare, quia veniretur contra mentem d. l. 1. & 2. facit l. non dubium. C de leg. Obligabitur ergo non insolidum sed ad quemlibet pecunia dotalis peruenit: quia tunc verè quilibet censetur principalis pro rata, pro qua quilibet eorum recepit. Si aũt vir solus recepit dotem, & tũc alter in nullo erit obligatus: quia tunc propriè censeretur fide iussor, & esset color quæsitus, vt habetur in d. l. vir vxori. Nõ ob. d. l. fi. quia ibi non dicitur, ꝙ fuerunt duo rei debendi, sed debet intelligi, ꝙ ibi quilibet erat obligatus pro sua rata per id, quod habetur in l. reos. §. cum in tabulis. ff. de duo. reis. Intellige. s. pro rata pro qua recepit seu confessus est se recepisse. Imo si ambo sunt confessi se recepisse, tamen si probaret, ꝙ in veritate solus maritus receperit, talis cõfessio nihil operatur, tanquam in materia suspecta, & solus maritus esset obligatus, argu. l. idem quæritur. ff. comm. Imo plus potest tentari, ꝙ etiam si aliter non probatur, ꝙ in veritate solus maritus receperit dotem, sed ambo simpliciter fuerunt confessi se recepisse, illa confessio alterius non probat, nec nocet, maximè si ille erat omnino extraneus, tanquam sit facta in materia suspecta, ubi ille non poterat aliter se obligare, videlicet tanquã fideiussor lege prohibente. per id quod hĩ alias in l. per diuersas. C. man. & alias in l. fi. C. de sponsa. & alias per Bar. in l. cum quis decedens. §. Titia. ff. de lega. 3. Et maxime ex quo coniectura & præsũptio subsit, ꝙ dos peruenerit tota ad manus mariti, ex quo non ob aliud datur, nisi pro supportãdis oneribus matrimonij, & sic ad eum spectat tale onus, ad hoc l. si is qui Stichum. §. ibi dos. ff. de in. dotium. prout etiã alias idem in simili dici potest, quando uir & xor se obligant pro dote nurus restituenda, confitẽdo ambo se dotem recepisse pro filio marito. Nam ex quo negotium & onus dictæ dotis habendæ spectat ad ipsum virum & non ad vxorem pro supportandis onerib. dicti matrimonij contracti per eorũ filiũ, presumitur, ꝙ dicta cõfessio mulieris fuerit facta colore quæsito, ad hoc vt potuerit se obligare tanquam fideiussor pro dote restituenda, de quo tamen vide, quæ dixi s. in 12. speciali, & etiam quod dixi s. in 3. limit. quia potest dici, ꝙ in matre sic promittente & se obligante etiam quando per viã expressam fideiussionis non subsit ratio perfidiæ, imo in totum cessaret, sicut in patre propter naturalem affectũ & charitatẽ maternam, vt dixi in prædicta tertia limit. qua rõne non reputo matrem esse extraneam ad hunc effectũ validãdæ fideiussionis, & sicut in dote danda põt mulier accedere, nec tunc est tuta Velleiano speciali fauore dotis. C. ad Velle. Item ẽt pari rõne in dote restituenda. Nec isto casu militaret dispositio auth. si qua mulier. C. ad Velle. vt dixi latius in d. 12. priui. Et sic per prædicta habes satis bene explicatũ illũ articulum, an duo rei possint cõstitui in dote, de quo tetigit Bar. in d. §. quoties. & ẽt ibi per Ang. & in princ. illius l. si constante. in 8. q. 1. partis per Bar. & per eundem in d. l. fi. C. de do. cau. non num. & per Io. And. in addi. Spe. in tit. de do. inter vir. & vxo. §. pen. ver. illud. vbi ẽt videtur velle, ꝙ simpliciter coniunctæ personæ possint interuenire pro viro: tamen videretur illud procedere solum in patre, & matre, secus in alijs remotioribus, vt dixi supra in secunda limitatione.

12 †Vndecimò limita in extraneo dotante mulierem, & stipulante vel paciscẽte: quia põt, vt hĩ in §. accedit. l. 1. C. de rei vx. ac. gl. in d. l. 2. vĩ velle idẽ, qđ in muliere vel socero dãte dotem, cũ videatur eadẽ æquitas, & Doc. cõiter ꝓtranseunt cũ illa gl. Sed imo vĩ, ꝙ pro tali dote reddenda extraneo possit accedere fideiussor, cũ inter istas personas cesset rõ perfidiæ. Nam ꝓꝓ hoc non põt maritus aliquid impingere mulieri, si ille extraneus dotãs de suo voluit esse bene cautus, & sibi ꝓuideri de securitate in restituenda dote. Vnde cũ non sit eadẽ æquitatis rõ ponderata per illas leges, ergo ad istũ casum non se extendet dicta prouisio: cũ ꝓuisio dictarum legum dirigatur erga personã mulieris volentis sibi prouidere ꝑ dationem fideiussoris, ad hoc l. quod verò. & l. ius singulare. ff. de legi. & maxime cũ dicta dispositio sit exorbitans a regulis iuris cõis, imo sit correctiua iuris antiqui, vt s. pluries dixi, & maximè circa quartam limitationẽ, fatendum tñ est, ꝙ talis extraneus dotans, si sibi a principio non prouidit tpe dotationis ꝑ dictam satisdationem, nõ posset postea illam a marito inuito extorquere, nisi propter superuenientem inopiam, vel suspicionem inopiæ per dispositionem. l. in omnibus. ff. de iudi. vt etiam hoc voluit Barto. in d. l. si constante. in 6. q. 2. partis. & maxime cum dicto extraneo non competat cõtra virum remedium

Source : BIU Cujas

medium.dicta l.si constante,in princip. & l.vbi adhuc.vt voluit ibi glos. & etiam ibi Barto. d.6.quæstio. & communiter sequuntur Doct. dicta l.2.licet ibi Lud de Roma,aliter dixerit & fortè malè, vt ibi plenius tetigi legendo. Dicebat tamen Bald. ibi, quod etiam poterit dicto casu prouideri ipsi extraneo dotanti per sequestrum, cum via sequestri bene compatiatur cum via satisdationis, vt in dic. capitu. per vestras.Dicit Ioan.de Imo.ibi,quod hoc de sequestro procederet,si mulier consentiat, vel si non possit satisdari per virum de dote restituenda, vel si mulier forte sit suspecta de dilapidatione:adducit,quod habetur in d.l.si cum dotem.§.sinautem.alias videtur, quod non obtineat sequestratio, & sic videtur de mente dicti capi. per vestras.secundum eum. Sed potest dici quod termini d. cap. per vestras.non habeant locum in casu nostro, quia ibi mulier est, quæ vult esse secura de sua dote, hic autem loquimur in ipso extraneo dotante, qui sine dubio si a princip.verisimiliter cognoscebat virum inopem & suspectum,debet sibi imputari quare a princi.non prouidit,per id quod habetur in l.si creditoris.ff de priuileg. credit.& potuit ipse propter hanc culpam conditionem dotis facere deteriorem,quæ ratio cessat in ipsa muliere, vt per Bart.in d.l.si constante . in 6 quæstio.1. partis,& ibi dixi. Si autem post donationem emersit suspicio,& maximè post datam dotem,& tunc emersit suspicio propter culpam viri incipientis dilapidare,& tunc poterit petere sequestrationem, per id quod habetur in l.si fideiussor.§.fina. ff.qui satisd. cog. quæ tamen sequestratio reuocabitur, si maritus offerat idoneam cautionem per ibi not. & etiam supra dixi in v. limitatione. Item poterit etiam peti a princip. satisdatio per remedium d.l.in omnibus.quia ista remedia bene inter se compatiuntur,aut emersit suspicio citra culpam viri, sed ex alio casu fortuito inopiæ, & tunc non reperio,quod in hoc casu de iure sit permissa sequestratio, cum regulariter sit prohibita, vt in l.1.C.de prohib.sequest.& tunc non video posse succurri dicto extraneo, nisi per remedium d. l.in omnibus.vt voluit Bart.in d.6.q.

13 †Duodecimò limita,nisi priuilegio & prouisioni d. l.1. & 2.esset renunciatum cum iuramento;quando autem renunciatum esset sine iuramento, tunc communis est Doctorum opin.quod non possit,vt etiam voluit glos.in d.l.2.& ita ibi sequitur Cyn.post Pet.& etiam voluit Dyn. Bart & communiter omnes. Nam cum dicta dispositio procedat prohi-

14 bitiuè,meritò †non potest ei renunciari per partes, & ita solet allegari illa glo.ibi pro no quod iuri prohibitiuo non potest renunciari,licet aliqua ex parte emanare dicatur in fauorem ipsius renunciantis, & maximè quando verba prohibitionis diriguntur in personam,seu personas, vt est in nostra materia, vt patet ex verbis tex. in d. l. 2.ibi, iubemus nullam satisdationem a marito vel viro exigendam &c. & etiam patet ex verbis rubricæ,ne fi.do.den.quæ cum loquatur dispositiuè,potest per tex.arguendo allegari,vt est ibi glo.no.& habetur in rubri.C.ne in vna eademq; causa.li.ter.prouo. & ibi per glo. & no.in l.fi.ff.de eo per quem fac.erit.& hoc est notãdum ad no.per Doc.in l.pen.C.de pac.& per Ange.in c.si diligenti.de foro comp.& tenet Bar. in l.si quis pro eo.ff.de fide iuss.circa tertium membrum,notando hoc ad statuta, vt ibi per eum.Sed tunc dubium remanet,quando interuenisset iuramentum.& Bar.in d.l. si quis pro eo, circa dictum tertium membrum,tenet non firmari,innitens sua noua rõne, q̃ quãdo lex vel statutum prohibet actum dirigendo verba in personas,ex quo tunc contrahens veniendo contra præceptũ legis vel statuti,& sic superioris mandato non obedire mortaliter peccat, vt in c.omnis.de maio. & obe.ideo iuramentum non firmaret, cum eius obseruantia nutriret peccatum,& ex hoc infert ad statuta, quæ communiter sunt per Italiam prohibentia minores & mulieres contrahere vel se obligare sine certa solennitate,vt ibi per eum.sed hoc suum fundamẽtum communiter non recipitur a Canonistis,quos debemus sequi in materia iuramenti tanquam spirituali, vt late per Anton.de Butr.in d.cap.cum contingat, circa tertium membrum,& per Ioan.de Imo.latius ibidem in sua repe.super tertio casu secundi membri principalis, videlicet de effectu iuramenti,quando repugnet iuri in 14.char. licet quantum ad terminos nostros pleriq; aliorum sequantur opin. Barto. vt fuit Anto.de Butr.vt supra in dicto tertio casu,non per suam rationem, sed ex ratione per dictam fideiussionem dandam pro dote conseruanda, vel restituenda, surgit seu surgere potest quædam confidentia inter coniuges, dicit tex. in d.l. 2.in fine.quia si mulier committit personam suam de eo confidendo, multo magis debet committere dotem, & de eo confidere absque alia cautione per fideiussorem . argumen. l.hac lege.C.de pact.conuen. ad hæc tex. in dicto capitu. per vestras, ante fin. Et ideo videtur dicta promissio esse contra bonos mores, & consequenter non debere firmari iuramento,per regulam,non est obligatorium,in 6.Cum videatur dari occasio perfidiæ & indignationis inter coniuges, quæ occasio tolli debet & non permitti sub velamine iuramenti, ad hoc l.reprehendẽda,C.de insti.& substit.Tu aduerte:quia hæc ratio d. Anto. non videtur sufficiens ad tollendum vinculũ iuramenti:quia si hæc ratio militaret,similiter etiam iuramẽtum non firmaret alienationem rei dotalis factam per virum cum consensu mulieris: quia mulier consentiendo viro videtur hoc facere potius ex metu reuerentiali viri,quam ex spontanea sua voluntate ;& sic esset causa indignationis intrinsecæ & non paruæ inter eos, & maximè quia propter hoc posset venire mulier ad extremam inopiam, & tandem remanere indotata, vt dicit tex.in l.1.§. & cum lex. C. de rei vxo. actio.Et hæc est ratio, quare lex ciuilis prohibet talem alienationem etiam cum iuramento,vt ibi per glo. & facit l. non dubium.C. de legi. & dic. capitu. cum contingat.& capit.2.eodem titu.in vj.dum ibi præsupponit tex.quia lex ciuilis improbat etiam iuramentum. Et tamen lex canonica, quæ seruanda est in materia iuramenti, de hac ratione non curans,voluit iuramentum esse seruandum,vt in d.cap.cum contingat,& c.2. eod.titu.in 6. Sic etiam potest dici in pacto de futura successione perdenda,q̃ leges reputant esse contra bonos mores,ex ratione secundum Bald.in l.pactum dotali. C.de colla.in 19.q.quia si tale pactum de non succedendo patri valeret, contigeret inconueniens: quia filius videns tale pactum valere, & consequenter se destitutum spe successionis paternæ,non curaret præstare obsequia patri, & sic daretur occasio, ut esset rebellis & inobediens patri. Et sic offenderetur ius naturale contra l. veluti. ff. de iusti. & iu.vbi si uideret & speraret se successurum patri,accederet ad obsequia paterna,& ad viuendum virtuosè,vbi aliter sperando sequeret contrarium,vt supra,& tamen ius canonicum de ratione tali non curauit,volens tale iuramentum esse seruandum per talem filium vel filiam, vt patet in capi.2.de pact.in 6. Similiter etiam potest dici in donatione inter coniuges,quæ est improbata a iure ciuili,ne mutuo amore se spolient,vt dicit tex. in l. prima . ff. de donat. inter vir. & vxor. Et sic posset sequi, quòd alter coniugum ex sua in alterum liberalitate induceretur ad extremam inopiam.Et consequenter causaretur inter eos vltimo loco indignatio & perfidia ex parte illius,qui videret se quasi omnibus bonis spoliatum ex dicta liberalitate, quam fecit alteri, dum premebatur calore & stimulis iuuentutis,cui difficile est reprimere iuueniles calores, vt l.fina.§. filij autem. C. de bon.quæ liber. Vnde poterit sequi, quod dum in senium demergũt,calores libidinis & amoris conuertantur in odia propter dictam causam:quia calor cõcupiscẽtię qui calescit & abundat in iuuene, arescit in sene.† Et tamen de iure canonico huiusmodi donationes firmãtur iuramento secundum communem sententiam,vt per Bart.in d.l. si quis pro eo. in 10.membro.& in l. Seius & Augerius. ff.ad legem Falc.& Guil.in l.sed & si possessori.§. item si iurauero. ff.de iureiur.& per Feder.de Sen.consil.140.& tenet Anto.& Io.de Imo.in d.cum cõtingat.vt per Ant.in 2.casu circa fi. & Io.de Imo.in 3.quęst. decimi & ultimi membri usque ad finẽ suæ repetitionis. Vnde super hoc aliter nõ insisto,& hanc partem, quòd firmetur iuramento talis fideiussio, post multa sequitur Ioan. de Imo. in decimo membro . in 2. quæst. Et respondet ad illud de occasione mali, quæ potest sequi, quod hoc venit contingenter & necessariò, de quo non curauit ius canonicum: sed magis curauit de salute animæ iurantis, ex quo iuramentum potest seruari sine peccato, dic. capitu-

16 lo cum contingat.cum similibus. Sed tunc obiicitur, † quia pactum inter aliquos de futura successione viuentis non valet, quia ex hoc datur occasio voti captandæ mortis illius viuentis, vt l. fina. C. de pactis. Et ideo hac ratione non firmatur tale pactum iuramento secundum communem sententiam, vt per glos.Barto.& omnes ibi legentes, & maxime ibi Ioan.de Imo.& Ludoui.in l.qui superstitis.ff.de acquirenda hæreditate. & in dicta l. fina. & in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verborum obligat. & sequuntur communiter Canonistæ, vt per Anto.de Butr.in repe.d.cap. cum contingat.& ibi etiam Ioan. de Imo. circa primum casum secundi membri principalis de effectu iuramenti inquantum repugnet iuri . Vnde eadem ratione videretur dicendum

17 †in datione fideiussoris pro dote conseruanda vel restituenda, vt non firmetur iuramento, ex quo datur occasio perfidiæ & odij inter coniuges, & sic veniret contra naturam matrimonij, quod est vinculum indiuiduam vitæ consuetudinem seruans inter coniuges. Institu.de pat.potest.in princ. & est coniunctio animorum & vnitas cordium. l. j. ff. de ritu

Source : BIU Cujas

nupt.& ex ea cauſatur identitas perſonarum in vna carne. capit.debitum.de biga. non ergo debet iuramentum eſſe cauſa contraria dictæ naturæ matrimonij,prout eſſet,ſi firmaret talem obligationem fideiuſſoris contra dictã l.ſecundã. Po-
18 teſt dici,quod ſi maritus†præſtaret talem fideiuſſorem inuitus:puta ſi conſuetudo ita diſponeret, quod maritus teneatur,& poſſit cogi ad talem fideiuſſionem præſtandam tenendo,quod non valeat huiuſmodi conſuetudo,vt proximè tãgetur,& tunc iuramentum non firmat,ex quo non occaſionaliter, ſed de directo & incontinenti inducit dictam materiam perfidiæ & maliuolentiæ inter coniuges,prout idem dicetur in iuramento de futura ſucceſſione, quod de directo & immediatè inducit votum captandæ mortis, & ita procedat opini.Canoniſtarum.Si autem ſpõte & vltro maritus offerret talem fideiuſſionem, & tunc iuramentum firmaret,ex quo non de directo, ſed occaſionaliter ex poſt poſſet ſequi dicta occaſio perfidiæ & indignationis, & hoc modo procedat opi.Bar. & ſequacium.

19 Decimotertiò†& vltimò limita, niſi in loco eſſet conſuetudo,quod fideiuſſor poſſit dari pro dote:quia tunc valeret conſuetudo, vt videtur velle Ioan.Andr.poſt Tanc. in dicto capitu.per veſtras. Sed in contrarium facit tex.in dicta l. prima.C.ne fideiuſſ. do. den. vbi princeps reprobat talem conſuetudinem iubendo eam aboleri. Sed poſſet reſponderi, quòd reprobat antiquam conſuetudinem: tamen non derogat futuræ, quo caſu reprobata conſuetudine antiqua non videtur derogari futuræ,vt eſt glo. no. in clemen.ſtatutum. de electionib.in verbo,conſuetudine.& voluit Cyn. in l. dudum.C.de contrahen. empt. quod etiam fuit de mente Bart. in l.cunctos populos.C.de ſumma Trinit. & fide cathol.in 7. col.circa intellectum.l.fina. C.de teſtamen. & etiam ſenſit in l.de quibus.ff.de legi.in antiqua lectura.Et licet allegent quidam Bar. voluiſſe contrarium in l.omnes populi. ff. de iuſtit. & iu.circa tertiam quæſtionem principalem. An ſuper his, quæ ſunt diſpoſita a iure ciuili, poſſint fieri ſtatuta contraria: tamen ſi bene ponderentur eius verba, ipſe loquitur, quando lex reſiſtit ſtatuto prohibendo ne fiat. Et ſic dirigendo verba in futurum,& ita videntur inrelligere text.in l.eos.§.1. C.de vſu.& in auth.nauigia, C.de furtis.

Sed antequam perueniam ad deciſionem caſus noſtri,poteſt pro veritate diſtingui, an valeat conſuetudo contra legem derogatoriam ipſius conſuetudinis, quod aut lex in aliqua materia expreſsè derogat præteritæ conſuetudini etiam futuræ,& tunc ſine dubio non valet conſuetudo poſtea emanans:aut ſimpliciter derogat nõ faciẽdo mentionem de præterita vel futura conſuetudine, puta non obſtãte aliqua conſuetudine in contrarium, & tunc ex quo loquitur ita indefinite,debet intelligi derogatũ etiam futuræ,per id quod habetur in l.ſi ſeruitus.ff. de ſeruit. ruſtic. prædio. & maxime quia ita eſt de natura legis, vt ad futura trahatur.l.leges.C.de legi. & l.fin.de conſt. & hoc forte niſi conſuetudo de nouo introducta ex noua cauſa a principio non cogitata propter varietatem temporis,vel ex præterita, quæ erat veriſimiliter incognita ipſi legum latori,arg.l.ſi hominem.ff.mand.& quod ibi per Bal. & etiam not.in §. quibus.in procemio: quia ſecundũ varietatem temporum ſtatuta variantur, vt c.non debet. de conſan.& affi. & l.1.in prin. C. de cad.toll.quod etiam voluit Abb.Sicu.in c.2.de proba.Vnde poſito, quòd diſpoſitio.l. fina.C. de teſt.traheretur etiam ad futuras conſuetudines contrarias eas abrogando: tamen ſi poſtea emanaret conſuetudo, ꝙ tempore peſtis valeret teſtamẽtum cũ quinque teſtib. vel forte minori numero, valeret talis conſuetudo, & eadẽ ratione ſtatutum: quia introducit ex iuſta & rationabili cauſa,veriſimiliter tunc non cogitata per principem, ex quo hodie videmus ꝙ oẽs paſſim fugiũt,& hominem peſtifero morbo confectum euitant,licet conſanguinei ſint,vel attinentes, vbi olim non ita refrigeſcebat charitas in ſic fugiendo,maxime apud conſanguineos. Imò poteſt attentari, ꝙ etiam ſi lex abrogaret etiam expreſſe futuræ conſuetudini,idem eſſet dicendum:quia ad nouã cauſam habentem rationabilem prouiſionem nouiter factam ſe non extendit talis clauſula generalis derogatoria, de qua ſi fuiſſet cogitatum, non fuiſſet ſic generaliter derogatum, argu.d.l. ſi homnem. & quia intelligitur rebus ſic ſtantibus & habentibus.l.quod Seruius.ff. de condi.ob cauſam.& l.ſi cum Cornelius. & quod ibi per Bart. ff.de ſol. Aut fuit facta mentio de præterita conſuetudine eã abrogando,& tunc aut fuit expreſſum de irrationabilitate dictæ cõſuetudinis,& tunc videtur reprobata etiam futura cõſuetudo in contrarium, & ita voluit Bal. in auth. omnes peregrini.C communia de ſucceſ.quod procedit, quando ſubeſſet eadem ratio nunc de præſenti, prout erat tempore d. l. abrogantis:quia non reprobationis habebat perpetuam cauſam. Si autem dicta ratio nunc non ſubeſſet, vel propter varietatem temporum, vel alio modo, & tunc valeret conſuetudo poſtea contraria.& ita not. voluit Bal.in d.l. dudum. C. de contrahen.empt.Ad propoſitum dico, quòd in terminis noſtris valet:quia d. l. 1. reprobat ſimpliciter conſuetudinem, nec aliter dicit de præterita vel futura.Certe etiã videtur improbare futuram: quia videtur eſſe expreſſa ratio improbationis.Nam licet in d. l. 2.non ſit expreſſa: tamen apparet ex preſſa in l. 2.in fi.eod titu. propter quam rationem videtur ſe mouiſſe imperator in d. l. 1. ad reprobandum conſuetudinẽ contrariam.Tamen crederem,hoc procedere, quando conſuetudo arctaret virum, vel ſocerum ad fideiubẽdum pro dote reſtituenda adeo ꝙ inuitus poſſet cogi. Si autem non arctaret,ſed ſimpliciter permitteret talem fideiuſſionẽ; tunc ex quo non ſubeſt tanta ratio perfidiæ,quando maritus ſponte offerret: cum tunc etiam verſetur fauor mulieris, & dotis,qua ratione ſe mouit dicta conſuetudo, vel ſtatutum loci ita permittendo, & tunc valeret talis conſuetudo, vel ſtatutum,ex quo tunc non eſt eadem ratio, ſicut quando ab initio extorqueretur, quam rationem videtur conſideraſſe tex. in d.l.1. dum præſupponit, quod conſuetudo loquebatur præceptiuè, videlicet quòd vir exhibeat fideiuſſionem mulieri &c. Vnde cogita: quia hæc opi.videtur ſatis æqua,& etiam fauorabilis mulieribus & dotibus: & ideo videtur tenẽda per id,quod habetur in l ĩ ambiguis.ff.de reg.iu.&hoc modo poteſt procedere opin.Ioann.Andr.&Tancre.in dicto capitulo per veſtras.

PRIVILEGIVM XXII.

SVMMARIVM.

1 *Aſcendens etiam per lineam maternam poteſt ſtipulari ſuo deſcendenti ſpeciali fauore mulieris & dotis ac nuptiarum,imo ſecundum Bar.idem in quolibet extraneo.*

2 *Mulier ſi ſtipuletur dotem reddi alicui tertio abſenti, non quæritur illi actio.*

3 *Mulieri magis fauetur in dote quam fiſco, cui aliquis priuatus ſtipuletur.*

1 VIgeſimumſecundum ſpeciale priuilegium eſt,† quia licet de rigore iuris aſcendens per lineam maternam nõ poſſit ſtipulari, & obligationem quærere ſuo deſcendenti.l. debitor.in fine.ff.ad Trebellian. vbi idem econtra dicitur, ꝙ non poſſit dictus deſcendens ſtipulari, vel actionem quærere,etiam vtilem ſuo aſcendenti,ad hoc etiam.l.Caius.verſic. ſed dicendum.ff.ſoluto matrimonio. licet ſecus in aſcendente per lineam paternam. Cum poſſit quærere ſaltem vtilem ſuo deſcendenti etiam emancipato:habetur in l.id quod dicitur.ff.de verborum obligation. & in l. pactum. C. de pact. conuen.Intellige vtilem & non directam,vt ibi no.Et ſic debet intelligi text.in l.ſi genero. C. de iure dot.tamen ſpeciali fauore mulieris & dotis poteſt ex æquitate aſcendens per lineam maternam ſtipulari deſcendenti, vt eſt tex.ſingu.in d.l. Caius. in fi. Barto.tamen quem multi ſequuntur ibi inclinat idem etiam eſſe in quolibet alio extraneo dotante, cum tex. ibi in fi. ſolum ſe fundet ſuper æquitate inducta fauore nuptiarum, & dum ſubdit ibi de affectione perſonarum loquitur per verbum maximè.Et ſic implicatiuè, ergo vult idem, ſi non caderet dicta coniunctio perſonarum, ad hoc l. illud. ff.ad leg. Aquil.& cap.ſponſam,de ſponſ.cum ſimi.Et in hanc partem inclinant Ioan.de Imo.Pau.de Caſt.& Ludo. de Ro. qui etiam ſe mouet ſtante æquitate,de qua in l.quoties C.de don.quæ ſub modo. Nam ſi ibi fauore exercentis liberalitatem ſpecialiter prouidetur, vt donans poſſit quærere alteri actionem ſuper re ſua, quæ non erat duratura ſua:licet regulariter ſecus.l.proprium.ff.communia prædio. & d.l.pactum. multo magis in terminis noſtris vbi concurrit duplex fauor, ſcilicet exercentis liberalitatem, & etiam fauor dotis: licet enim reſpectu viri ipſa promiſſio dotis concernat titulum oneroſum.l.ex promiſſione.ff.de actio.& obligatio.& l.purè. §.penult.ff.de exceptio. doli. tamen inſpecta perſona dotantis,quæ principaliter ducit ad liberalitatem in dotãda mulie re,& etiam inſpecta perſona mulieris, erga quam principaliter habetur reſpectus, ipſa dotatio procedit ex cauſa lucratiua.Et ſic donationis vt in §.accedit.l.1.C.de rei vxo.ac.quod procedit etiam reſpectu ipſius patris dotantis: licet enim ad dotandum teneatur ex officio paterno:tamen non poteſt negari,quin exerceat liberalitatem & donationem in filiam,vt probatur in l.2.C.de bonis quæ lib.ibi, paterna munificẽtia. ad hoc etiam tex.cum gl.& ibi dixi poſt Bar. in l. Mæuia.§. 1. ff.ſol.mat. & in l. fi.§.ſi a ſocero. ff. quæ in fraud.credit.Vnde

ſatis

satis mihi placet hęc opinio, maxime cõcurrente hodie dicta æquitate d.l. quoties. Confert etiam: quia talis stipulatio extranei iuuatur suffragio legis, quæ fingeret stipulationem, si extraneus non fuisset dicto modo stipulatus, vt in d. §. accedit. Et sic potest dici, ꝙ dicto casu non subintelligitur ficta stipulatio interposita a muliere, de qua in d.§.accedit. quia nunquam lex fingit nisi in subsidium & ex magna causa, vt per Bar. in l. si is qui pro emptore. ff. de vsucap. quod est notandum ad limitationē d.§.accedit. Et sic potest dici, ꝙ dicto casu non intelligatur ficta stipulatio interposita a muliere, de qua in d.§.accedit quia nunquam lex fingit nisi in subsidium & ex magna causa, vt per Bart. in l. si is qui pro emptore. ff. de vsuc. quod est notandum ad limitationem d.§.accedit. Et prædicta etiam opin. fuit de mente Bart in l. vxorem. §. testa. ff. de leg. 3. Sed tunc pulchrum esse dubium, an hoc possit facere extraneus simplex pactum citra stipulationem. Nam si pacisceretur dotem sibi reddi, sine dubio posset, quādo incontinē ti. d.§.accedit. Sed quando alteri paciscereturreddi: puta mulieri, non posset citra stipulationem, per tex. in d l. Caius. ibi, pactum & stipulationem. & bene videtur probari in d. l. pactum. C. de pact. conuen. in 2. responso. & maximè etiam quia tunc pactum nudum appositum iuxta contractum vestitur eius cohærentia, quando apponitur in fauorem ipsorum contrahentium. Secus si pro fauore & interesse tertij: per id quod habetur in l. petens. de pact. & ibi not. quod sine dubio procederet de isto iure: tamen hodie isto casu fingeretur forte tacita stipulatio interposita per ipsum extraneum dotātē in fauorem mulieris, per text. in d.l.1.§. sed vt plenius, ibi, siue aliæ pro his personæ & dos aduentitia fuerit. Vnde non esset isto casu opus fingere stipulationē interpositam per mulierem cum viro, prout disponitur in d.§.accedit. Potest etiam dici, ꝙ hodie ex speciali æquitate d.l. quoties. quæratur illi alteri etiam citra stipulationem, vt ibi probatur, quod est no. ad not. in d.l. petens. Item aduertendum est: quia ex d.l. Caius. vers. sed dicendum. satis euidenter colligitur, ꝙ singularis dispositio & æquitas, de qua in d.l. quoties. non erat tempore florum, nisi etiam cõcurreret fauor dotis: & sic illa est dispositio noua de iure Codicis inducta per principes, & sic posset
2 inferri notanter, quòd † etiam quando per ipsum dotantem etiam extraneum esset factum pactum de reddēdo dote alteri quam mulieri, valeret, & illi quæreretur actio vtilis ex æquitate d.l. quoties. licet non versetur tunc fauor mulieris & dotis, vt etiam hoc videtur probari notanter in l. pater pro filia. C. de pact. conu. Intelligendo quòd ibi ille dotans fuit pactus dotē reddi nepotib. natis ex illa filia exprimo mrimonio: licet enim respectu mariti, qui ita promisit restituere non sit liberalitas (vt supra dixi) tamen inspecta persona dotantis dicitur esse liberalitas etiam in dotando filiam, vt supra dixi. Imo tunc tale pactum prodesset ipsi tertio etiam citra stipulationem fauore exercentis liberalitatem, dummodo incontinenti fiat, vt supra dixi, per tex. in dicta l. quoties. & in dicta l. pater pro filia, quæ omnia sunt bene notanda, & a doctoribus non tacta. Ex prædictis sequitur, quod si mulier dotans stipularetur dotem reddi non sibi sed alteri tertio in casum soluti matrimonij, tunc illi tertio nulla quæreretur actio, tunc cessat æquitas & fauor dotis, de qua in d. l. Caius. Item cessat æquitas dictæ l. quoties. ex quo respectu mulieris & viri non est liberalitas. Imo est causa onerosa, vt supra dixi, ad hoc l. ex promissione. ff. de actio. & obligat. cum simil. & hoc etiam voluit Bal. notanter in d.l. fina. C. communia vtriusque iudi. ad fin. allegando ad hoc tex. no. in d l. debitor. ad fin. ff. ad
3 Trebell. Et † per prædicta omnia patet, ꝙ in hoc maior censetur esse fauor mulieris in dote quam fisci & reipublicæ, cui p liberam & priuatam personam etiam sibi subiectam nō quæritur actio, vt est tex. no. in l. 1. ff. de iu. fis. & ibi per Barto. & dixi in l. stipulatio ista. §. si stipuler. ff. de verb. oblig. & no. in l. arbiter intra certam. ff. de arbi.

PRIVILEGIVM XXIII.

SVMMARIVM.

1 *Mulieri absenti quęritur propter fauorem dotis.*

1 ET ex illa l. Caius, potest colligi aliud speciale priuilegium & vigesimumtertium, † quòd in casibus specialibus, quibus quæritur actio alteri sine cessione de quib. per Bart. & ibi dixi in d. l. stipulatio ista. §. si stipuler. oportet, quòd saltem verba permissiua & substantifica obligationis dirigantur ad ipsum stipulantem, alias si in ipsum tertium absentem in nihilo valet, adeo quòd etiam naturalis obligatio impeditur. l. quæcunque gerimus. ff. de actio. & oblig. & ita communiter tenetur in d.§. alteri. & §. si stipuler. tamen speciali fauore dotis quæreretur vtilis actio mulieri absenti sine cessione, etiā si verba promissiua essent directa in eam & nō in stipulationē & ita multi legentes tenent in d. l. Caius. per illum text. & dicunt fuisse de mente Barto. ibi in noua lectura & etiam Bal. in d. l. fin. in pen. col. Sed ego tenerem contrarium; quia tex. in dicta l. Caius. illud non bene probat. Et quia quando aliter non apparet per verba stipulationis quod ipsa verba promissiua fuerint relata ad personam ipsius tertij. vel stipulatoris, debet in dubio præsumi, stipulatorem voluisse referre ad personam suam & sic actus valeat, ad hoc text. no. in l. si seruus communis Mæuij. §. si seruus Titij. ff. de stip. seruo. Confert etiam quia aliter dicendo, inducerentur hoc casu circa eundem actum & effectum plures exorbitātiæ & specialitates contra regulas iuris communis contra id, quod habetur in l. 1. C. de do. promis. & l. cum post. §. gener. ff. de iu. dot. prima ellet, ꝙ alteri absenti posset quis stipulari fauore dotis cõtra regulam vulgarem, de qua in §. accedit. Itē quòd per liberam personam alteri quæratur actio sine cessione cõtra regulam vulgarem, de qua in l. solutum. §. per liberam. ff. de pigno actio. & in l. possessor. §. & si possessor. ff. de acquiren. possess.

Item & tertiò, quòd ex actu nullo modo fundato in persona stipulatoris obligatio & actio nascatur cõtra regulam, de qua in d.l. quæcunque. & in l. obligationum substantia, eod. tit. & sic infertur, quòd si extraneus dotans stipularetur hoc modo, promittis mulieri absenti istam dotem sibi restituere in casum soluti matrimonij ꝙ tunc nihil ageret. Posset tamē dici, ꝙ hodie ex singulari dispositione. l. 1. C. de rei vx. actio. fingeretur talis stipulatio, & haberetur pro valida, per tex. ibi post princ. ibi, & multo magis si inutilis est, validam eam effici, cuius dispositio obtinet etiam, quando alia persona quæcunque dotem daret pro ipsa muliere, vt supra dixi per text. in d.§. sed vt plenius. ibi dum dicit, vel alius pro ea dotem daret, vel reciperet etiam aduentitiam &c. & hoc, quod supra dixi in proximo priuilegio, est bene notandum ad dicta supra in secundo priuilegio tacitæ stipulationis. Sed si extraneus paciscereturin fauorem tertij, & tunc non valeret sine dubio, etiam quò ad dispositionem singularem. d. l. quoties. Si promissio de directo cõferretur in ipsum tertiū, & non in ipsum dotantem, quod nota.

PRIVILEGIVM V.

SVMMARIVM.

1 *Mulieri quæritur ex stipulatione per alium nomine mulieris facta.*

1 ITem ex ratione æquitatis dictæ legis Caius, potest inferri ad aliud priuilegium, & sic. 24. quod licet † per procuratorem, vel negotiorum gestorē stipulantes nomine nostro per verba inflexa surgat vtilis stipulatio, vt habet in l. huiusmodi. in prin. ff. de l. 1. in 2. not. & per Bar. & alios in d.§. si stipuler. tamē opus sit cessione, aliàs non quæreretur actio. d.§. & si possessio. cum sim. Tamen speciali fauore dotis non esset opus cessione. Nam si hoc conceditur in auo materno, imo etiā in quolibet extraneo dotāte, stipulante nomine proprio & non nomine mulieris secundū cõmunē opin. vt supra est dictum in 22. priuilegio. quanto amplius est hoc dicendum, quādo stipularetur nomine mulieris, & sic per verba inflexa, quo casu magis vtiliter & firmiter cõcipitur stipulatio. quod etiam voluit Bal. in d.l. fi. communia vtriusq. iud. in pen. car. Et maximè quia etiam si dotans nomine mulieris: puta vt p curator, vel neg. gest. aliter nō stipularetur dotem reddi, ramē fingitur tunc tacita stipulatio per eum interposita in fauorē mulieris, per tex. in d. §. sed vt plenius. ibi, siue ipsæ principales personæ dotem dederint, vel promiserint, vel susceperint, siue aliæ pro his personæ &c. Vnde si dicta stipulatio, quæ fingitur interposita per ipsum ꝓcuratorē mulieris, quereretur illico ipsi mulieri iuris ministerio, & sic sine alia cessione, multo magis expressa quæreretur. arg. l. qui ad certum. ff. loca. Dices tu, quod imò isto casu potius fingeretur stipulatio interposita pet mulierem quam per ipsum promittentem dotem nomine mulieris per d.§ accedit. Sed potest responderi illud esse, ideo quia non erat ibi aliquod aliud extremū habile ad fingendum stipulationem, nisi in persona mulieris absentis, ex quo ille dabat dotem nomine suo, & non tanquam procurator vel negotiorum gestor mulieris. Et hæc vltima inuestigatio non est inutilis: quia si mulier ageret tanquam ex stipulatione per suam personam interpositam, fortè inutiliter ageret.

Source : BIU Cujas

PRIVILEGIVM XXV.

SVMMARIVM.

1 *Disiuncta posita inter personas honoratas speciali fauore dotis, hodie non reddit actum inutilem.*

1 VIgesimumquintum speciale priuilegium resultat ex d.l. Caius,†quia licet disiuncta posita inter personas honoratas,quibus poterat quæri, redderet de iure fforum stipulationem totam ipso iure inutilem. l. 1. §. si usufructuarius.& l. proinde cum seq. ff.de stipu. seruo.tamen speciali fauore dotis talis stipulatio erat & est vtilis,vt est casus singularis in d.l. Caius.Intantum quod Dy.& Bart.& communiter Docto.ibi tenent quod hodie dispositio d.l.non est immutata,per singularem & nouam dispositionem l.cum quidã. C.de verb. sign.

PRIVILEGIVM XXVI.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio l.cum quidam.C.de ver. sign.non obtinet speciali fauore dotis & mulieris.*

EX quo surgit aliud singulare priuilegium & vigesimum sextum,q̃ licet hodie dispositio d.§.si vsufructuarius,cũ
1 sim. sit immutata & correcta † per singularem dispositionẽ. d.l.cum quidam. vt hodie disiuncta posita inter personas honoratas valeat & ponatur pro coniuncta etiam in contractibus, vt sic ponatur vel,pro &, vt sic cuilibet quæratur hodie pro virili: tamen speciali fauore dotis disiuncta non ponitur etiã hodie pro coniuncta,vt patet in d.l.Caius.quia auus fuit stipulatus dotem reddi illi nepti, aut sibi,& tamen nepti quæritur actio de dote insolidum, & non pro rata, nec hæredibus aui præmortui aliqua quæritur actio, ut tenet ibi Bar. & communiter Doct.per illum tex.in fi.iuncto princ. ibi, an & cui actio ex hoc pacto ex stipulatione competat,& utrũ hęredi materni aui an nepti, &c.

Et sic quærendo ibi iurisconsultus,cui quæratur actio ex illa stipulatione,& nominatim,an quęrat hęredi mortui aui,& respondendo ibi in fi.q̃ illi nepti ex æquitate fauore nuptiarũ detur actio,ergo per expressum videtur negare,dari actionem hæredi aui paterni .l.cum prætor.ff. de iudi.& cap. nonne . de præsump.cum sim. Quinimo Bar.& communiter Docto.ibi tenẽt,q̃ etiam si fuisset vnus auus tpe diuortij facti illi non cõpeteret actio, quasi uideatur adiectus solutioni & non obligationi fauore nuptiarum, & ne mulier remaneret defraudata dote, si auo competeret actio, & sic eadem ratio æquitatis ibi vigeret in auo,sicut in eius hæredibus . & idem tenuit Bar. in d.l.vxorem.§.testamento.& fuit de mente Bal. in d.l.fi.C.communia utriusque iudic.ante finem.& ita est tenendum, quicquid aliter voluerit Bald. in d.l.Caius.aliter intelligendo illum textum secũdùm nouum intellectum Petri de Bellapertica.

PRIVILEGIVM XXVII.

SVMMARIVM.

1 *Alternatiua perdit naturam suam propter specialem fauorem dotis: quia non potest verificari in quolibet extremorum.*

ET sic ita tenendo & intelligendo illum tex. prout communiter intelligitur, resultat aliud notabile speciale fauore dotis & vigesimumseptimum, q̃ licet de natura alter-
1 natiuæ†sit,vt possit verificari in quolibet extremorum,vt habetur in l.si is qui ducenta.§.vtrum.ff.reb.dub.cum si.Tamẽ speciali fauore dotis perdit in totũ suam naturã, vt illud primum extremum de persona aui non possit verificari sed solum in persona mulieris quo ad obligationis efficaciam.

PRIVILEGIVM XXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Persona tertij si sit ipsa mulier dotata,tunc siue sit posita in prima, siue in secunda parte alternatiua censetur apposita obligationi, & non solutioni tanquam adiecta.*

2 *Extraneus dotans si stipulatur dotem reddi sibi, aut cui de iure debetur, soli mulieri quæritur actio,& nii 4.*

3 *Dispositio l.Caius, & eius æquitas non obtinet, si illa stipulatio esset facta in omnem casum soluto matrimonio,& esset solutum morte mulieris.*

1 ITem quæritur aliud speciale & vigesimũoctauum, quod †quando stipulatio fit per alternatiuam personarum, regulariter persona tertij, siue sit adiecta in prima parte, siue in secunda, semper censetur adiecta obligationi in puncto iuris,vt bene probatur in d. l. Caius. uer. sed dicendum. tamen fallit spãli fauore dotis:quia si psona tertij est mulier dotata, cẽsetẽ ipa adiecta obligationi,& stipulator dotãs cẽsetẽ adiect9 solutioni,vt ẽ tex.sing.ibi referẽdo finẽ illius tex.ad vers. p̃cedẽtẽ,sed dicẽdum. Tñ aduerte:quia Bal. in d.l.fi.dicit,tex.d.l. Caius,procedere ex eo,quia ille auus posuit se in 2. par.alternatiuæ & mulierem in 1.par.hic est,quod ex hoc videtur ibi voluisse principaliter stipulari mulieri,cui poterat quæri speciali fauore dotis. hinc est, quod secundum eum forte esset secus,si auus ibi posuisset se in 1. par. alternatiuæ: quia tunc principaliter videtur voluisse fundare actum in persona sua, & ideo tunc mulier videretur adiecta solutioni secundum regulam,quæ solet haberi in adiecto per alternatiuam.l.si cum Cornelius.de sol.cum simil.Et licet ibi Bal.dubitatiuè loquatur,scilicet,per verbum fortè:tamen hæc sua opinio videtur multum rationabilis & æqua:quia non sine ministerio Iurisconsultus in d.l.Caius.fecit vim, in ponendo casum, quando stipulator posuit mulierem in prima parte alternatiuæ. Et hanc opinionem magis firmiter tenuit Bar. de Sal. in l.auia. C.de iure dot.& etiam Lud.de Roma. in d. l. Caius. pro qua opi.etiam mouet: quia ex quo casus ille est multum exorbitans a regulis iuris communis, vt patet ex prædictis: ideo debet restringi iuxta proprios terminos,arg.l.si verò. §.de viro. ff.sol.mat.& l.quod verò.& l.ius singulare.ff.de legib. cum si. licet Bar.in d.l.Caius.& expressius in d.§.testamento. voluerit contrarium .

2 Et † per prædicta potest inferri ad quæstionem de facto , si dotans stipulatur dotem reddi sibi , aut cui de iure debetur. Nam tenuit Bar.in d.l.Caius.se de facto respondisse,quod soli mulieri quæritur actio,perinde ac si dixisset, dotem reddi sibi,aut mulieri:quia mulier est illa,cui de iure debetur,vt in d.§.accedit.Bal.autem in d.l.fi.communia utri.iud. in penul. col.aliter distinguit,videlicet,q̃ aut dotans est pater , & tunc illa verba, sibi, aut cui de iure debetur, recipiunt interpretationem secundum iuris ordinem & intellectum, videlicet,si matrimonium soluatur morte viri: tunc intelligatur stipulatum fuisse ipsi filiæ & patri cõmuniter.Sed si pater esset præmortuus:tunc intelligatur stipulatus soli mulieri.l.1.§.videamus.C.de rei vx.act.Sed si filia esset præmortua in matrimonio , intelligatur tunc stipulatio facta soli patri , per id quod habetur in l.dos a patre.C.solu.matrimo.Sed tu dic,q̃ hodie stante consuetudine,de qua per gl.in d.l.dos a patre quia tũc debetur de iure consuetudinario filijs remanentib. ex eodẽ matrimonio & non patri, secundum dicta in l. post dotem . ff.solu.matrimo.tunc censeretur facta stipulatio pro dictis filiis , quibus de iure debetur de iure non scripto , & facit not. eiusdem Bal.in l.2.C.de bon.quæ lib.Si autem stipulator erat extraneus,& tunc dicit Bal. quod aut stipulator adhibet nudum suum ministerium,puta promittis mihi stipulanti & recipienti pro eo , cui de iure debetur , & tunc refertur ad ius commune : quia videtur stipulatus pro muliere , cum ita ius disponat.d.§.accedit.Si autem stipulatur sibi, aut cui de iure debetur,& tunc quicquid dicat Bart.ipse inclinat , q̃ isto casu ex quo posuit suam personam in prima parte alternatiuæ, & sic intentio fuit stipulari sibi , q̃ quidem potuit de iure.d. §.accedit. ergo postea adiiciendo illa verba , aut cui de iure debetur,non videtur voluisse stipulari mulieri, quia sibi mulieri de iure non debetur, quando ipse dotans prouidit prius sibi per d.§.accedit . Quinimò etiam dic , q̃ si fuisset stipulatus dotem reddi sibi , aut mulieri, ponendo mulierem in secunda parte , videtur eam adiecisse solutioni & non obligationi,vt supra est dictum. Vnde multo minus videtur secundum eum , quando fuit stipulatus sibi , aut cui de iure debetur.Et sic non nominati... , & eãdem opi. contra Bar. fuit sequutus Bar.de Saly.in d.l.auia. & etiam Lud.de Roma, in d.l. Caius.& in d.l.post dotem.Tu cogita : quia illud, quod dixit Bal.quando nominatim fuit stipulatus sibi aut mulieri, sit satis rationabile,vt supra est dictum : quia non sine ministerio Iurisconsultus in d.l.Caius.posuit casum,quando dotans posuit se in secunda parte alternatiuæ , quo casu videtur se posuisse tanquam adiectum solutioni & non obligationi fauore mulieris & dotis,ne fraudetur mulier ipsa dote .

Et aduertendum est,quia videtur præsupponere Iurisconsul.ibi,q̃ licet tunc videatur se adiecisse solutioni,vt sic possit solui ipsi auo tanquam adiecto:tamen propter hoc nõ habebit remanere fraudata mulier commodo suæ dotis tanquam posuerit se ipse dotans pro nudo ministerio ipsius mulieris. Sicut etiam idem foret si posuisset alium tertium quàm seipsũ

dotantem

Source : BIU Cujas

dotantem in dicta ſecunda parte alternatiuæ, vt tunc illi tertio nulla ſit quæſita actio: ſed poſſit ſolutionem recipere tanquam adiectus, vt ſic & ſoluendo maritus vel eius hæredes liberentur, per id quod habetur in d.l. ſi Cornelius. & l. vero procuratori. ff. de ſol.

Sed tunc pulchrum eſt uidere, quomodo conſulatur tunc mulieri contra illum auum, vel alium tertium adiectum ſolutioni ſi ſolutionem receperit.

Poteſt dici, ꝙ poſſet de iure fforum mulier agere actione in factum, ſeu præſcriptis verbis generali in ſubſidiū ex æquitate. l. quoties. ff. de præſcrip. verbis. Ne remaneat mulier defraudata ſua dote, vel ſaltem officio iudicis ex æquitate. l. planè. & l. fi. ff. de peti. hære. Sed hodie forte poſſimus dicere, ꝙ fingatur tacita ſtipulatio interpoſita per mulierem contra dictum auum dotantem, quo caſu ipſe, vel alius pro eo dotem recipiat ſol. matrim. per id quod habetur in d. § accedit. licet Doc. ſuper hoc non aduertant in d.l. Caius. Sed quantum ad terminos quæſtionis Barto. quando non nominatim fuit ſtipulatus mulieri. ſed ſibi, aut cui de iure debetur, tunc eſt diuerſa rō, & quidem ſatis urgens, ꝙ habeatur perinde, ac ſi fuiſſet ſtipulatus hoc modo, uidelicet mihi aut mulieri inquātū ſibi de iure deberetur: quia illud relatiuum cui, importare videtur ꝙditionem, id eſt, quatenus alteri perſonæ de iure deberetur, quam mihi, ſi ſimpliciter dotarem ſine alio pacto, argu. l. Stichum qui meus erit. ff. de le. 1. Quę tacita conditio nō poteſt intelligi, quando fuiſſet ſimpliciter ſtipulatus ſibi aut mulieri: & ita ego conſului ſecundùm opin. Bar. apud Camerinum, & multi ſolennes aduocati curiæ Marchiæ ſe ſubſcripſerūt. imo plus dicebam, quòd illa verba magis habebāt operari in fauorem mulieris, quàm ſi nominatim eſſet facta ſtipulatio, uidelicet ſibi aut mulieri. Nam iſto † caſu quæreretē mulieri tunc demū quando ipſa ſupereſſet poſt ſolutum matrimonium, vt ſunt termini d.l. Caius. Nam tunc propriè militat ratio d.l. Caius. in fine. Sed † quando ſtipulatio eſt facta, videlicet dotem reddi ſibi aut mulieri in omnem caſum ſoluti matrimonij, & matrimoniū ſolutum foret morte mulieris: tunc fortè hæredes eius non uenirent, imo præferretur ipſe auus dotans vel eius hīdes: quia tunc ceſſat ratio æquitatis & fauoris dotis, uidelicet ne mulier remaneat indotata. Super qua ratione ſe fundat tex. in d.l. Caius. in fi. & hoc not. voluit Barto. de Salyce. in d.l. auiæ. & ſequitur Ioan. de Imo. & Ludo. in d.l. Caius. Et tamen ſi dicto caſu fuiſſet ſtipulatus ſibi, aut cui de iure debetur, videtur tunc ſuccedere diſpoſitio. d. §. accedit. quaſi voluerit ipſe dotans, ꝙ inquantum alteri potius, quā ſibi de iure deberetur, ꝙ illius ſit actio ad dotem repetendam, prout diſponitur in d. §. accedit.

Si aūt extraneus ſtipularetē copulatiuè, ſ. ſibi & cui de iure debetur, tunc cuilibet pro parte æquali competeret actio, ſicut ſi dixiſſet ſibi & mulieri ſecundum Bar. in d.l. Caius. per id quod habetur in l. ſi mihi & Titio. ff. de verbo. oblig. Bald. tamen in d.l. fi. ad fin. dicit, quòd licet copula poſita inter perſonas ſoleat diuidere obligationem in partes. l. reos. §. cum in tabulis. ff. de duob. reis. Tamen in dictis terminis credit, ꝙ non diuidat, ſed intelligatur de ſucceſſoribus ſuis: quia eis de iure debetur, vt per eum, cuius dictum non uidetur verum, & cōtrarium eſt de mente Bar. vt ſuprà. Nam ex quo de iure debetur mulieri, ſi nullum eſſet pactum, ergo perinde habetur, ac ſi dixiſſet, dotem reddi ſibi & mulieri, quo caſu cuilibet pro rata. d. §. cum in tabulis. Nec obſtat quod dicit Bald. in d.l. fi. per tex. in l. ſecundum reſponſū. C. de ℈h. & commi. ſtip. quia ibi ſtipulatio erat incerta: quia fuit ſtipulatus ei, cui poſt mortem ſuam vellet relinquere. Nec obſt. quod habetē in l. pactū. ff. de prob. ꝙ in dubio uidetē voxuiſſe ad hæredes tranſire: nā illud procedit in caſu dubio, ſeu quando ſimpliciter fuiſſet ſtipulatus, ſed ultra adijciendo illa verba, & cui de iure debetur, videtur voluiſſe aliquid addere primæ ſtipulationi: non enim debent intelligi verba eſſe poſita incaſſum, & ſine virtute aliquid importandi. l. ſi ſtipulatus. de vſu. cum ſimilib.

In patre autem ſtipulante ſibi & filiæ ſine dubio illa copula &, non ſtaret in ſua propria uirtute, ſed debet intelligi ſecundùm ordinem iuris & intellectus. Et ſic non improbauit uiriles portiones; ſed ambas perſonas inſolidum comprehenderet ex ſpeciali natura & fauore doris contra id, quod habetur in dicto §. cum in tabulis. cum ſimilibus.

PRIVILEGIVM XXIX.

SVMMARIVM.

1 *Pater ſtipulando ſibi & filiæ, talis copula non ſtat propriè, ſed operatur ſecundum iuris intellectum.*

1 ET hoc erit vigeſimumnonum priuilegium in dote ut † ſi contingat alterum præmori, videlicet patrem filiæ, vel econtra, talis copula operabitur, vt videatur facta ſtipulatio. ſecundùm Bar. notanter in d.l. vxorem. §. teſtamento. per id, quod habetur in ſimili in l. Gallus. §. 1. de libe. & poſth. & benè probāt in d. §. teſtamento. & fuit de mente Bal. in d.l. fin. in pen. char. & ſequuntur communiter Docto. in d.l. Caius. in d.l. poſt dotem. dicēdo non fore in hoc differentiam, an pater ſtipuletur copulatiuè vel alternatiuè, puta ſibi vel filiæ, vel ſtipuletur, aut cui de iure debetur, vel ſi ſtipuletur ſibi & cui de iure debetur: quia tunc copula & alternatiua vel, nō ſtant in eorum propria natura, ſed accumalatiuè vel ſubordinatiuè, prout ordo iuris & ſubiecta materia ſuadet, ſecundùm quod caſus euenerit & vt ſupra dixi, debet attendi non ſolùm ordo iuris cōmunis, ſed etiam iuris conſuetudinarij, de quo per glo. in d.l. dos à patre. puta quando filia prædecederet in matrimonio ſuperſtitibus filijs ex illo matrimonio. Et idem ſi ſtatutum loci circa hoc aliquid prouideret, vt iam uidi conſultum in ſtatuto diſponente, quòd filiaſami. prædecedentis in matrimonio cum filijs maſculis tota dos remaneat apud eos, ſed ſi cum filiab. fœminis reuertatur dimidia ad auum paternum, ſi ſupereſt, aliàs ad filios maſculos ipſius aui. Nam ſtipulando pater dotē reddi ſibi aut cui de iure debetur, dicta verba debent referri & intelligi ſecūdum ius ſtatutarium loci & eius ordinem cū quo ſtatuto intelliguntur contrahentes tacitè ſe voluiſſe cōformare, ſicut cum iure communi, ar. l. ſi duo. ff. de acquir. hæred. bene facit no. Bar. in l. vt iuſiurandū. §. ſi liberi. ff. de ope. lib. & ꝙ alias per eundem in l. hæredes mei. §. cum ita. & l. hæredibus. in prin. ff. ad Trebell.

PRIVILEGIVM XXX.

SVMMARIVM.

1 *Pater ſtipulando imperſonaliter, ſcilicet dotem reddi, intelligitur ſibi & filiæ. Sed in extraneo ita ſtipulando intelligitur mulieri prouidiſſe.*

INFERTVR etiam ex prędictis ad trigeſimum ſpeciale, ꝙ licet regulariter pater ſtipulando, alternatiuè ſcilicet, ſibi aut filiæ videatur ſolùm appoſuiſſe perſonā filiæ ſolutioni & non obligationi, vt ſic ſolùm poſſit ei ſolui tanquam adiecto, licet filiæ poſſit quæri ex ſtipulatione paterna, vt eſt caſus in l. Stichum. §. quæſitum. ff. de ſolut. & l. eum qui ita. §. qui ſibi. ff. de verb. oblig. Tamen fallit ſpeciali fauore dotis, quando pater ſtipularetur dotem ſibi, aut filiæ reddi, quia tunc videtur adieciſſe perſonam filiæ nō tanquam adiectam ſolutioni, ſed obligationi ſecundùm prædicta.

1 Quid †aūt ſi fuiſſet ſtipulatus imperſonaliter, uidelicet dotem reddi, & tunc ſi eſt pater, valet ſtipulatio & debet intelligi non de ſola perſona patris, ſed etiam ipſius filiæ, vt actio ex ſtipulatu ſit communis, prout de iure diſponitur in actione de dote, vt eſt caſus ſing. in d. l. poſt dotem. ſecundum tertiā lect. gl. & tenent communiter Doct. ꝙ ſi extraneus ita ſtipularetur imperſonaliter, ſimiliter debet intelligi, prout diſponit de iure, videlicet ꝙ ſoli mulieri quæratur per d. §. accedit.

PRIVILEGIVM XXXI.

SVMMARIVM.

1 *Perſona mulieris in ſtipulatione imperſonali cenſetur extrinſeca ſub intellecta.*

1 ET ſic reſultat trigeſimum primum priuilegium fauore dotis, ꝙ † ubi aliàs tertia perſona non debet extrinſecus ſubintelligi in ſtipulatione perſonali, ſed ſolū d̄ pſona ſtipulatoris. l. ſtipulatio iſta. §. ſi qs ita. & l. ſi ita ſtipulatus. §. Griſogonus. verſ. ſequens ſtipulatio. ff. de verb. obl. & etiam vt actus ſtipulandi uideatur in dubio factus potius nomine ſuo, proprio quā alieno, ar. l. & magis. ff. de ſol. Tamen ſpeciali fauore dotis & mulieris debebit interpretari, ꝙ magis videatur ſtipulatus mulieri quam ſibi, vt ſingulariter voluit Bar. in d.l. Caius. & cōmuniter ibi Doc. licet Ioan. de Imo. de hoc dubitauerit in d. l. Caius. per tex. in d. §. Griſogonus. tamen ille tex. debet intelligi, quando non ſubeſſet fauor dotis, & etiam quia ibi illi tertiæ perſonæ ſcilicet patrono non poterat actio quæri ex ſtipulatione liberti. Et idem tenuit Pau. & Ludo. in d.l. Caius. Si tamen teneretur opi. quæ fuit gl. & multorum, & extraneus non aſcendens ſaltem per lineam maternam non poſſit ſtipulari mulieri, tūc ſtipulando imperſonaliter, videtur magis voluiſſe ſtipulari ſibi,

Source : BIU Cujas

bi,quàm mulieri.Et ſic explicare actum validum magis, quã inualidum,arg.l. 3.ff.de teſt.mil.& l.ſi ſeruus cõmunis Mæuij & Titij.ff.de ſtipu.ſeruorum.

Cogita tamen: quia fortè poſſet dici, ꝙ etiã ſi eſſet vera dicta opi.contraria:tamen ex quo hodie poſſet valere ſaltem ex æquitate.l. quoties. C. de dona. quæ ſub modo.Ideo uideret potius ſtipulatus mulieri quã ſibi, maximè ex quo de iure deberetur mulieri,ſi nullum eſſet interpoſitum pactum.d. §.accedit. Vnde non ſine miniſterio text.in d.§.accedit. requirit, ꝙ ipſe extraneus dotem conferat per ſtipulationem in ſuam perſonam: ergo a contrario ſenſu,puta quando non in ſuam perſonã, ſed imperſonaliter,tũc quæreretur ipſi mulieri.Sed poſſet reſponderi ad motiuum ſupra factum,per d. l.quoties, ꝙ ex quo actus donandi principaliter tunc exercetur cum perſona mariti, & ſic nõ concernit liberalitatem reſpectu uiri:ergo non obtinet illa benigna interpretatio, de qua in d.l. quoties.Sed poſſet non improbabiliter dubitari, quid ſi eſſet impersonalitas ex parte promiſſoris, puta ſi pater vel extraneus diceret promittunt tibi marito centum pro dote Titię, vel pro matrimonio contracto vel contrahendo cum Titia. Et quidem ſecundum regulas iuris hæc promiſſio eſſet inutilis,per id quod habetur no.in authen.ſi quando.C. de conſtit. pecu.& no.in l.fin.ff.ſi cert.petat.Tamen ſpeciali fauore dotis poteſt dici contrarium,vt nota.voluit Paul.de Caſt.in d.l.Caius.& ita ibi ſecutus ſum legendo.

PRIVILEGIVM XXXII.

SVMMARIVM.

Incertitudo ſeu imperſonalitas ex parte promiſſionis dotis non uitiat, & ſubintelligitur perſona loquentis.

ET hoc erit trigeſimumſecũdum priuilegium arguendo ex ratione.d.l.Caius. in fi. quia alias remaneret mulier, imo etiam ipſe vir defraudatus dote, & haberet ſubire onera matrimonij ſine dote.Et ſic vbi circunſcripto fauore dotis talis promiſſio non valeret tanquam incerta: tamen ſpeciali fauore dotis cenſeretur eſſe certa, & deberet ſubintelligi perſona ipſius loquentis, ſcilicet promittuntur tibi centum, ſcilicet per me.Sed dum legebam,fuit fortiter oppoſitum & argutum. Nam aut fuit facta ſtipulatio per modum reſpõſionis & interrogationis præcedentis:quia dixit maritus,promittis mihi centum pro dote iſtius mulieris, & ille reſpondet promittuntur, & tunc non haberet locum diſpoſitio dic. authent.ſi quando,quia reſponſio debet intelligi, vt conformet ſe cum interrogatione.l. 1.§. cum adijcit. ff.de verborum obligatio. & Inſti.de inuti.ſtipu.§.præterea,ad hoc.l.ſi defenſor.§.qui interrogatus.ff.de interrog.ac.& ita legendo tenui.d.l.fi.ſi cert. pe.& in l. ſtipulatio iſta.§.ſi quis ita.ff.de verb. oblig.

Si autem per uiam ſimplicis pacti ille dixit, promittuntur tibi decem pro dote &c. Et tunc ne cõcurrant duo ſpecialia, videlicet ꝙ dos debeatur nudo pacto,& etiam incerta reſpectu perſonæ promittentis non debet valere, per id, quod habetur in l.1.C.de do.promiſ.& no.in l.cum poſt.§. gener.ff.de iu.dot. Tamen reſpondebam, ꝙ illud dictum,de quo ſupra, procedere poſſet quando præceſſit interrogatio imperſonaliter:puta ſi dicat maritus interrogatiuè erga ſocerũ,,pmittunt ne mihi centũ pro dote tuæ filiæ vel ꝑ dote ſororis? Nã tunc illa inutilis & inualida ſtipulatio dẽt reputari pro vtili & valida,& etiã certa fauore dotis,per tex.in l.1.poſt princ. C.de rei vxo.act.immo etiam poteſt dici, quòd diſpoſitio d.l.1.ſecundùm communem intellectum procedit, quando à principio erat incertitudo reſpectu dotis. quia tunc temporis non poterat ſurgere aliqua certitudo, niſi de futuro per declaratio-
1 nem fiendam arbitrio boni viri.Sed in caſu noſtro ex tũc ꝓterat ſurgere & haberi certitudo iuris interpretatione, quòd intelligatur de perſona loquentis fauore dotis, ſicut etiam dictum eſt ſupra, in decimoquarto priuilegio ſumpto ex l. quod autem. ff. de iu. dot. vbi valet promiſſio incerta reſpectu cauſæ non expreſſę fauore dotis, vt ſubintelligatur cauſa dotis, quando ſubiecta materia ſuadet,& tamen Doc. in hoc non faciunt vim,an promittatur dos per ſtipulationẽ, vel per ſimplex pactum, vnde cogita,quia Doctores hic non tangunt.

PRIVILEGIVM XXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Dos aduentitia olim & hodie quærebatur,& quæritur filiæfam. pleno iure, & non patri.*

ITEM ex d.l. Caius,colligitur aliud ſingulare priuilegium & 33 fauore dotis,& mulieris, quod licet de iure fiorum omnia aduentitia quærerentur patri pleno iure, nec ſtabant momento penes filiũ vel filiamf.l.placet.de acq.hęr.ff.& Inſt. per quas perſonas nobis acquir.§.1.cum ſi.

1 † Tamen non ſic in dote aduentitia promiſſa, vel data pro filiafam.quia illa pleno iure quærebatur filiæ & non patri,puta ſolu. matrimon. Nam ibi præſupponitur, quod illa neptis erat in patria poteſtate,& quæritur ibi, an & cui ex illa ſtipulatione competat actio,quaſi dicat,an patri,vel nepti,vel hæredibus aui dotantis,& tamem ibi in fine reſpondetur, fauore nuptiarum eam neptem actionem habere.ergo videtur negare de patre & de hæredibus aui,arg.l. cum prætor.ff.de iud. cum ſim. & ita communiter ibi ſequuntur Doct.legentes, & in l.poſt dotem.poſt Bar. in 3.q .ff. ſolu.matri. Et hæc inueſtigatio eſt vtilis hodie.

Nam ex hoc poteſt inferri,quòd etiam hodie de iure Codicis nihil erit in hoc immutatum, per l.cum oportet.C.de bo. quæ lib. cum ſim. vt ſic etiam hodie talis aduentitia reuerſa ad ipſam filiam remanentem viduã retineatur per eam pleno iure.ſ. proprietatis & vſusfructus, quia iura Codicis cõcedũt vſumfructum patri in locum proprietatis.Et ſic de his bonis, quæ bona olim ipſi patri pleno iure quærebantur. Vnde cũ iura noua abſtrahant proprietatem ab ipſo patre, volendo, quòd illa remaneat apud filiam, & ſic lædunt in hoc ipſum patrem. Ideo in recompenſationem cõcedunt patri hodie vsũfructum,vt d.l.cum oportet.poſt princ.ibi, eas ſuis parẽtibus non in plenum, ſicut antea erat ſancitum, ſed vſque ad ſolum vſumfructum acquirat &c.Cum ergo in dote aduẽtitia nihil ſit innouatum per iura Codicis.Immo iura antiqua remanẽt intacta,cum nihil tollatur patri.Meritò ipſa filiafamil.in dote aduentitia ius conſequitur plenum etiam hodie,quod etiam tenuit Ludoui.de Roma,in d.l. Caius.

PRIVILEGIVM XXXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Pater non eſt legitimus adminiſtrator filiæ in dote aduentitia.*
2 *Filia eſt capax iudiciorum in dote aduentitia etiam ſine patris conſenſu.*

INferendo ad notabile priuilegium in dote aduentitia, &
1 hoc erit trigeſimumquartum † ꝙ pater non ſit etiam hodie legitimus adminiſtrator ipſius filiæ prout eſt in alijs aduẽtitijs, cum dicta legitima adminiſtratio concedatur patri ratione vſusfructus,[ADDIT.Ratione vſusfructus. No. hic, ꝙ pater non eſt legitimus adminiſtrator filiæ nuptæ in dote conſtan.matri. nec in ea dote debet habere uſumfructum, & ideo patris authoritas non requiritur in iudicio, quo filia cõ ſtante matrimo.repetit dotem a viro vergente ad inopiam: ſed tunc citari debet pater niſi periculum ſit in mora expectãdi,quando dos eſt profectitia.Si verò eſt citandus pater. Bal. ſin.in anthen.quod locum.4.q.C.de colla.] vt l. 1. C.de bon. mater.

2 †Et per hoc infertur ad aliud priuilegiũ.ſ. ꝙ filia eſt capax iudiciorum ſine conſenſu patris,de quo dicetur in 9. par. operis in 8.priuileg.

PRIVILEGIVM XXXV.

SVMMARIVM.

1 *Dos ſi eſt aſſignata famil.per mulierem vel ſocerum, illa ſibi quæritur pleno iure & non patri,olim & hodie.*

ET ex prędictis poteſt inferri ad aliud priuilegiũ & trige
1 ſimumquintum,† ꝙ ſi filiusfamilias dotẽ recepiſſet pro vxore & nõ eius pater, ꝙ dicta dos quæritur ipſi filiofamilias pleno iure,etiam de iure antiquo fforum, nec habeat locum regula d. l. placet.Et ſic etiam fructus percepti ex dicta dote quæruntur ipſi filio & non patri, vt fuit de intentione Barto. in le.contra nurum.§.quoties. ff.rerum amotarum.

PRIVILEGIVM XXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Vſusfructus non quæritur patri in dote aduentitia,nec eſt legitimus adminiſtrator filio ſeorſum habitante.*
2 *Donatio inter patrem & filium in fructibus aduentitiorum valet.*
3 *Fructus percepti ex dote per virum filiumfamil. maximè ſeorſum habitantem non communicantur cum fratribus poſt patris obitum.*

Ex

Source : BIU Cujas

1 EX quo ipſe ibi notanter infert ad aliud ſingulare priuilegium in dote & trigeſimum ſextum,† ꝙ hodie de iure Codicis ipſe pater non habebit vſumfructum dictæ dotis per d.l.cum oportet.cum ſimil.

Et conſequenter ſequitur, ꝙ in dicta dote pater non erit legitimus adminiſtrator. Tamen ipſe limitat hoc procedere,qñ dos erat in corporib.ſeu ſpecieb.ſecus ſi in pecunia:quia tunc de iure fforū efficiebatur peculij profectitij patris, & ſic transibat in domum patris,qui tenebatur de peculio pro dote illa reſtituenda, per tex.in l. depoſui.§. 1. & l.ex facto.ff.de pecu. pro quo facit:quia mulier ipſa in hoc gaudet priuilegio etiã qñ dos non deſeruit oneribus matrimonij: puta antequam nubat,vel poſtquam remanſit vidua, vt nihil iuris habeat pater in tali dote aduentitia,vt ſupra dixi in 33. priuilegio.Multo magis videtur dicendum in ipſo filiofamil. conſtante matrimonio, & ſic quando dos cohæret in matrimonio & eius oneribus deſeruit, argumen. l. dotem. in fi. ff. de caſtren. pecu. Nam iſto caſu concurrit duplex fauor, ſcilicet dotis & etiam matrimonij. Aduerte tamen, quia hoc dictum Barto. forte procederet, quãdo filius ſeorſum habitaret a patre vna cum dote habita a muliere, ſeu ſocero: & maxime ſi poſtquam ſeorſum habitauit, duxit vxorem & dotem recepit. Nam æquum eſt, quòd ibi ſit dos pleno iure,& ſic dotis fructus, ubi ſunt onera matrimonij. l. cum his. §. ibi dos. ff. de iu. dot. Vnde poteſt dici,quòd etiam de iure fforum,non ſolùm ipſa dos ſit in domino ipſius mariti filijſa. ſed etiam ipſi fructus ex dote percepti, vt ſic eos omnes ſibi lucrifaciat & non pater,& hoc fauore dotis,& matrimonij vt ſupra.Et multomagis hoc fatendum eſſet ſi filius accepiſſet vxorem, dum cohabitaret cum patre, & poſtea receſſit a patre cum dote ſibi conſignata per patrem, quam ipſe pater receperat, quaſi tunc pater ipſe videatur conſentire filio, vt ipſe ſolus onera matrimonij ſupportet cum dicta dote. Vnde etiam ſi fructus dotis ſuperexcederent onera matrimonij,videatur pater illos ſibi tacite donaſſe, quæ donatio de facili præſumitur propter tantam coniunctionem perſonarum,per id quod habetur in l.Publia. in principio.ff.depoſi.& in l. ſi ſeruus communis. ff. de donatio. inter virum & vxor. Et maxime cum videatur quid modicum donaſſe,ratione cuius modici magis de facili præſumitur donatio.l.vtrum.ff. de donatio inter virũ & vxo. Nec obſ.quòd videatur in peculium conceſſiſſe magis quam donaſſe per id, quod habetur in l.filiæ cuius. C.fam.erciſcun. & in l.ſi donantis.C.de coll.quia,illa iura procedunt, quando à principio non potuiſſet valere vt donatio. Vnde ſecus quando a principio potuit valere vt donatio inter patrem & filiũ, prout eſt in dote & eius fructibus per id quod habetur in l. Pomponius Philadelphus.ff.fami.erciſ & in l.ſi cum dotem. in princ. ff.ſolu.matri.quæ iura licet loquantur in patrefamilias: tamen eadem ratio fauoris reſpectu dotis & matrimonij
2 uidetur militare in ipſo filiofamilias.Et maximè †quia etiam circunſcripto fauore dotis in ipſo vſufructu aduentitiorum quoruncunque valet donatio facta per patrem filio. [ADDITIO. Nota, quod donatio uſusfructus aduentitiorum facta filio per patrem valet. Adde hic, ꝙ intelligitur ſecundùm Bal. in auth.excipitur.in fi.C. de bon quæ lib. Adde per Barto. in l.cum quidam. de annu. le. & Alex. in l. ſi ſeruitus. §. futuro. de ſerui.vrban. præd.] vt eſt caſus ſingularis, & ibi etiam per Bal.poſt Barto. in l.cum oportet. §. an autem. C.de bon. quæ lib. Et ſi valet per modum expreſſum, eodem modo per modum tacitum, argum.l. cum quid. ff. ſi certum petat.cum ſimil.quæ tacita donatio præſumitur, vt ſupra. Vnde poſſet forte dici, quòd licet non probet expreſſe dicta cõſignatio dotis facta per patrem,tamen eo ipſo quòd pater promittit filiũ de per ſe tenere & fructuare dotem ſuæ vxoris,vel quid aliud aduentitium,tacite videtur donare dictos fructus, vt no.volunt Bald.in authen.ex teſtamento.C.de collat.in 14.c.& etiã idem ipſe ſenſit in l.2.C.famil erciſcun.& etiam Barto. in ſuo tract.de duobus fratrib. & licet Azo in ſumma illius titu. de bon.quæ libe.poſt prin.videatur aliter ſentire, tamẽ ita communiter tenet,vt ſupra eſt ſpeciale in uſufructu,qui conſiſtit in iure tenui & de facili perdendo: & ita ego conſului. & etiã conſuluit Petr.de Anch.conſi.quod incipit, præmittendum eſt,in ordine 177. quòd bene no. Si autem ipſe filius habitaret cum patre: Et ſic pater ipſe onera matrimonij ſubiret alimentando filium & vxorem, & tunc non ſolùm ſi ipſe pater recepiſſet dotem,ſed etiam ſi ipſe filius ſolus recepiſſet,poſſet tamen non improbabiliter dici, quòd de iure fforũ dominiũ dotis quærebatur ipſi patri. Et conſequenter fructus dotis eſſent ipſius patris, etiam ſi dos conſiſteret in ſpeciebus etiam ſtabilibus. Nec reperio, quòd iura faciunt differentiam inter dotẽ in pecunia,& in ſpeciebus, prout facit Bart.in d.§.quoties. Nec d.l.ex facto.& d.l.depoſui. probant dictam differentiam. immo etiam ſi detur filiofamilias ſpecies pro dote, illa efficiebatur peculij perfectitij patris,& tenebatur pater de peculio pro ea reſtituenda,ſicut pro alijs rebus paternis cõſiſtẽtibus apud filium in peculio, vt eſt text.in l. filiofamilias.la 2. ſolu.matrim.& probatur in l. filiofam.la 1. & in l.ſi cum dotẽ. §.tranſgrediamur.cod.tit.cũ tex.ibi indiſtincte loquatur, ad hoc etiam text.eadem l.fin.immo poteſt dici, quòd ſi dictus pater conſenſit dicto matrimonio expreſſe vel tacite,ex tunc videtur ſe obligaſſe inſolidum,& ſic ultra peculium pro reſtitutione dotis ſecundum hanc & no.poſt Bar.in d.§.tranſgrediamur. Videtur autem tacite conſenſiſſe,ſi vxor filij fuit ducta in domum ſuam & onera matrimonij ſupportauit, cum hoc ipſum faciendum præcedebat obligatio legalis, ar.eius, quod habetur in l.2. C. de acqui.poſſeſſ. idem eſt, ex quo ipſe pater eſt obligatus ad conſeruationem dictæ dotis. Meritò conueniens eſt,quòd illa efficiatur de dominio ipſius patris. An autem pater poſſit cogi ad ſe obligãdum pro filio pro dote reſtituenda, not.in d.§.tranſgrediamur.& dixi ſupra in.20. priui Vnde iſto caſu de iure Codicis pater haberet vſumfructum dictæ dotis, vt hoc fuit de mente gloſ.in d. l.dotem.ff. de caſt.pec.in fin.verbis.quæ per hoc ſentit, quòd hodie proprietas dictę dotis quę olim erat apud patrem pleno iure,erit de iure Codicis apud filiũ licet vſusfructus ſit patris, quæ tamen gl non procederet,quando filius ſeorſum habitaret a patre & onera matrimoni ſubiret, vt ſupra eſt dictum.Et hæc omnia ſunt notabilia & vtilia in practica, quia ſi filius habet vxorem ſeorſum habitãs a patre,dotem poſſidet & fructuat,
3 talis vſusfructus non efficitur patris† nec fructus inde percepti ſunt communicandi [ADDIT. Adde an fructus dotis reſtituendæ vxori percepti ab ea miſſa in poſ.bo.viri computẽtur in ſortem,l.Titia.de ſol. Ang.in l.diuortio. ſol.mat. Alex. in l. ſi conſtante. eodem titu.]cum fratribus etiã ſi erat eorũ æſtimatio valde ſuperexceſſiua vltra onera matrimonij. Immo etiam poſſet dici, quòd ſi dos eſſet apud patrem,qui nollet eam conſignare tali filio, quòd ex quo non debetur ſibi uſusfructus,poterit filius mortuo patre illos fructus, vel eorum æſtimationem reperere a fratribus coheredibus pro eorum ratis.Et hoc quando filius deceſſiſſet ſine repręhenſione forte de voluntate patris, vel forte præter patris voluntatem ex iuſta cauſa, quia male tractabatur a nouerca vel alia ſimili cauſa. Si autem deceſſit ſine voluntate patris & ſine iuſta cauſa,tũc eſſet ſibi imputandum. immo etiam ſi filius cohabitaret cum patre, & pater onera matrimonij ſubiret:tamen pater ipſe permitteret filium tenere & fructuare de per ſe dictam dotem,& de fructibus ad libitum diſponere:tamẽ tacite videtur ſibi donaſſe dictum vſumfructum, vt ſupra dixi. Et ideo tunc filius dictos fructus & pecunias ex eis redactas & lucra exinde percepta, non teneretur communicare alijs fratribus, vt etiam not.voluit Bal.in d.auth.ex teſtamento.in 14.c.& in d.l.2. C.famil.erciſcun.

PRIVILEGIVM XXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Filiusfam.recipiens dotem ſi ſtipulatur lucrum dotis in caſum ſol. matr. illud erit ſibi prꝛcipuum.*
2 *Donatio expreſſa vel tacita in filium circa lucrum dotis valet.*
3 *Lucum dotis ob adulterium uxoris quæritur filio, eidemq; marito, & non patri.*
4 *Pater ſi fuit ſibi ſtipulatus lucrum dotis, illud erit ſibi prꝛcipuum & non filio. Et hoc ſi pater ſubiuit onera matrimonij, alias ſecus.*

1 EX quibus etiam infertur ad aliud ſpeciale priuilegium & trigeſimumſeptimum, † quia filiusfamlias, qui recepit dotem a muliere, vel ſocero, fuit ſtipulatus de dote vel eius parte ſibi lucranda in caſum ſoluti matrimonij per mortem mulieris, tale lucrum dotis eſſet ipſius filij, quod ſine dubio procederet,quando ipſe filius onera ſupportaſſet, & nõ pater. Sed ſi pater onera ſubiret,videtur magis dubium.

2 Poſſet tamen non improbabiliter dici, ꝙ ipſe pater ꝓſentiẽdo expreſſe vel tacite tali matrimonio & pacto inito per filiũ videatur renunciaſſe & donaſſe filio dictum lucrum dotis: & ſic ipſi filio pleno iure quærebatur. Vnde mortuo poſtea patre non teneretur filius communicare alijs fratribus:cum potuerit valere donatio expreſſa vel tacita per patrem filio circa dotem facta, prout valet in filiofa. vt habetur in d.l. Pomponius Philadelphus, & in d.l.ſi cũ dotem.in prin. & in d.l.poſt dotem.Et multomagis ſi pater fuit ſtipulatus, ꝙ filius lucretur dictam partem dotis in dictum caſum. In contrariũ tamen facit tex.in l.1.& 2.in fi.C.de bon. mater. vbi generaliter loquitur, ꝙ omnia, quæ obuenerunt filiofamilias ex ſubſtantia

ſtantia ſuæ coniugis, quærantur ipſi filio quò ad proprietatẽ, & patri quò ad vſumfructũ. Et ſic videtur præſupponere, ꝙ de iure fforum quærebãtur patri pleno iure. Et reſtringere illum tex. vt procedat in alijs bonis obuentis viro filiofamilias, præterquam in lucro dotis, eſſet contra mentem illius literæ, & etiam contra mentem Bart. in d.l. dotem. & in l. ſi cum dotem. §. tranſgrediamur. ff. ſol. mat. Et ſi tale lucrum obuenit filio viuẽte patre, hodie haberet pr̃ uſumfructum: ergo ſequit̃, ꝙ olim pleno iure quærebat̃ ipſi patri. Et ſic videtur inferri, ꝙ fauor, qui dabatur filiæfamilias circa lucrum ſuę dotis aduentitiæ & p̃ofectitiæ, prout ſupra eſt declaratum, non extẽditur ad ipſum filiumfamilias. Vnde cogita, & tangetur infra in alia quæſtione circa ſtatutum concedens tale lucrum. In vno tamen caſu poteſt dici, ꝙ de iure antiquo lucrum dotis
3 quærebatur filio & nõ patri, videlicet † quando propter adulterium vxoris. Nam ex quo hoc lucrum, quod conſequitur filius propter iniũriam violati thori. Ideo in tali iniuria pater nullo modo poteſt præiudicare filio, vt eſt tex. not. ĩ l. Lucius. ff. ſol. mat. Et ideo ſimiliter lucrum erat præcipuum filij & ſibi pleno iure quærebatur. Vnde multo fortius hodie quæritur filio pleno iure, cum iura Codicis in hoc non immutent iura antiqua, vt ſupradixi, in ſim. caſib.

4 † Si autem pater recipiens dotem fuiſſet ſtipulatus ſibi tale lucrum dotis, non eſſet dubium, quod illud lucrum eſſet præcipuum patris etiam quo ad proprietatem hodie, quod tamẽ procedit, niſi ipſe pater recuſaſſet ſubire onera matrimonij, quæ forte ſubiuit filius ſeorſum habitans: cum tale pactum videatur in ſe habere tacitam conditionem, ſi onera matrimonij ſupportauerit, cum non ob aliud cenſeatur tale lucrũ ſibi fuiſſe ſtipulatum, niſi in recompenſationem onerum matrimonij, vt probatur in d.l. dotem. Et ideo ſi pater ipſe non impleuit ex parte ſua, ceſſat dictum lucrum, arg. l. tali. & l. ſtipulationem. ff. de iu. do. facit. l. quæro. §. inter locatorem. ff. loca. non tamen credas quod tunc huiuſmodi lucrum applicet filio ſupportanti onera matrimonij. Cum reſpectu filij caſus iſte fuerit omiſſus in ſtipulatione. l. quicquid adſtringẽdæ. ff. de verborum oblig. Nec ſtipulatio, vel pactum trahitur ad perſonam non expreſſam. l. ſi vnus. §. ante omnia. ff. de pactis. & l. ſi pro dote. C. de dot. prom. ſed ſatis ſtt filio, quod ad eius preces poterit dicta vxor diſponere de tota dote, vbi ſi pater ſubiuiſſet onera matrimonij non potuiſſet ipſa mulier de tota dote diſponere obſtante dicto pacto.

Et per prædicta poteſt inferri ad ſtatuta locorum diſponẽtia, quod vxore p̃decedente in matrimonio ſine filiis vir lucretur certam partem dotis, & filiusfamilias accepit vxorem, an lucrum dotis ſit patris, vel ſit præcipuum ipſius filij, de quo per Bar. poſt Cyn. in §. tranſgrediamur. & in d. l. dotem. & in ſuo tract. de duob. fratrib. & per Bal. in auth. ex teſt. C. de coll. 13. c. & per eundem poſt Cy. in l. 2. C. famil. erciſc. Nam gloſ. no. in d. l. dotem. diſtinguit an mulier decedat viuente ſocero vel poſt, idem Dyn. in d. §. tranſgrediamur. & hoc ſi pater onera matrimonij ſuſtinuit, aliàs eſſet præcipuum ipſius filij. & idem ſequitur Cyn. in d. l. 2. Sed Bar. in d. l. dotem. & in d. §. tranſgrediamur, videtur tandem tenere contra Dyn. ſecundum iura hodierna, ſecundum quæ tale lucrum dotis dicitur aduentitium, & ſic quæritur ipſi filio: licet pater habeat uſum fructum per id, quod habetur in l. 2. ad fin. C. de bon. quæ lib. aduentitia non conferuntur inter alios cohæredes poſt mortem patris. l. fi. C. de coll. & hoc quando ſtatutum loqueretur in perſona viri, videlicet ꝙ vxore prædecedente vir lucretur &c. Si autem diceret, ꝙ recipiens dotem lucretur, & tunc procedat opinio Dy. & hæc etiam opinio fuit Tho. de Formaginis, vt refert Bal. in d. l. 2. in d. authen. ex teſtamento. Sed ipſe idẽ Bart. in d. tract. ſequitur in effectu opinio. Dy. diſtinguendo, qui ſubierit onera matrimonij, an pater, an filius, & an vterque, vt ibi per eum, dicendo ꝙ ſatis poteſt dici huiuſmodi lucrum eſſe profectitium & non aduentitium, ex quo proceſſit ex re patris, videlicet propter alimẽta per patrem pręſtita: licet ſtatutum loquatur in perſona filij, vt ibi per eum, in cuius opin. tanquam magis æquam inclinat Bal. in d. l. 2. Sed in d. auth. ex teſtamento. vbi videtur magis maturè loqui & procedere, tenet poſt multa indiſtincte illud lucrum eſſe aduentitium, & ſic præcipuũ ipſius filij & communicandi maxime ea ratione: quia maritus eſt cauſa immediata huius lucri: cum eius contemplatione & propter fœdus matrimonij quę ratur, quę immediata cauſa debet magis attendi quàm remota, ſcilicet alimentationis. per id, quod habetur in l. ſed ſi plures. §. in arrogato. ff. de vulga. & pupil. ſubſtitu. & in l. fi. C. de vſufruc.

Et hanc opin. tanquam communiorem & in puncto iuris magis ſubſtentabilem tu teneas: prout tenuit ipſe Barto. in lecturis, vt ſupra, vt ſic tale lucrum dicatur magis aduentitiũ quam profectitium. Nam proxima & finalis cauſa dicti lucri eſt proprie ipſius matrimonij & eius coniugalis ſocietatis & fœderis, vt hoc probatur in l. cum quis. circa me. ff. de dote præleg. ibi dum dicit, quia matrimonij cauſa lucratus eſt non ex patris iudicio. Et ſic etiam probat, ꝙ ſi pater fuit ſtipulatus tale lucrum dotis ipſi filio ob vxoris prædeceſſum, illud erit aduentitiũ, & non profectitium: cum ex cauſa matrimonij videtur lucratus, quod matrimonium cohæret perſonæ filij vel patris. Sicut etiam eadem ratione ſolet dici de lucro dotis, quod prouenit propter iniuriam uiolati thori, ſeu coniugij, vt proxime dicetur in alio priuilegio. Præterea ponamus, ꝙ ſtatutum ſe mouerit etiam propter onera matrimonij, vt videtur probari in d.l. dotem. in fi. ſecundum intellectum glo. ibi ſecundum: tamen tex. ibi ponderat primo & principaliter ipſam cohærentiam matrimonij, & ſic debet attendi cauſa principalior & potentior, argumen. l. quæritur. ff. de ſta. homi. Et maxime quia illa ratio oneris matrimonij nõ videtur multum attendenda, cum pater tenatur ad alendum vxorem filij & eius liberos. l. filia. §. 1. ff. famil. erc. & ſic etiam indotatam, arg. l. quod ſi nulla. ff. de relig. & ſumpt. funer.

Poteſt etiam ſubintelligi alia cauſa dicti ſtatuti, quaſi in ſolatium amiſſæ ſuæ dilectæ coniungis tale lucrum ſibi viro cõceſſerit, vt alias in ſimili dicitur de matre cui Senatuſconſultum Tertullianum conceſſit ſucceſſionem filij, vt eam ſubleuaret in ſolatium amiſſi filij, Inſti. ad Tert. poſt princ. & alias in ſimili. in l. iure ſuccurſum. ff. de iu. do.

Et hinc eſt, ꝙ ſolet communiter teneri, vt lucrum dicti ſtatuti conſequatur vir etiam in vxore nondum ducta, quæ deceſſit poſt matrimonium contractum per verba de præſenti, & ſic licet nunquam ſubierit onera matrimonij: quia ſaltem remanet alia ratio finalis vinculi & fœderis matrimonialis, facit, quod habetur in Auth. de nupt. §. ſi verò altera. & Inſti. de nupt. §. affinitatis. & per gl. in l. liberorum. ff. de infa. quod & tenuit Bar. in l. nihil. ff. rerum amo. & per Bald. in l. non ſine. C. de bon. quæ libe. & in l. Deo nobis. C. de epiſc. & cle. & per Bart. de Salice. in l. ſi cum in te. C. de dona. ante nupt. & per Abb. Sicu. in c. illud. de præſump. & videtur caſus in Auth. de ſanc. epiſ. in §. ſponſalibus. Et hanc partem, quod tale lucrũ ſit præcipuum filij, tenet Pau. de Caſt. in d. §. tranſgrediamur. & Roma. in d. authen. ex teſtamento. & ita etiam vidi de facto conſultum.

PRIVILEGIVM XXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Vir filiusfamilias quicquid lucratur de dote ob uiolatum thorum & olim & hodie pleno iure quæritur ipſi filio.*
2 *Pater non poteſt remittere iniuriam violati thori ſine filio.*

TRigeſimumoctauum ſpeciale priuilegium ſumitur ex eo, quod habetur nota. in l. Lucius. ff. ſolu. mat. Nam licet olim de iure fforum omnia lucra quæ obueniebant filio vel filiæ quærerentur patri pleno iure, nec ſtabant momento penes filium. l. placet. ff. de acquir. hæred. & Inſtitu. per quas perſonas nobis acqui. poſt princip. cum ſuis vulgar.

1 Tamen hoc erat † ſpeciale in lucro dotis proueniente filio familias eidemq́; marito propter iniuriã violati thori ſeu diuortij ſecuti culpa mulieris, propter quòd ipſa mulier perdit dotem, vt habetur in l. conſenſu. C. de repu. Nam huiuſmodi lucrum quæritur pleno iure ipſi filio, eidemque marito & non patri, vt optime probatur in d.l. Lucius. vbi patet, ꝙ li-
2 cet poſt tale diuortium ſic ſequutum culpa vxoris † pater reconciliauerit ſponſalia cum eadem muliere, & citra conſenſum dicti filij, nihilominus ipſe filius retinebit dictam dotem non obſtante ꝙ fuerit hęres dicti ſui patris reconciliantis, ꝙ non eſt ex alio, niſi quia dicta reconciliatio non potuit fieri in præiudicium dicti ſui filij, cui dicta dos iam fuerat quæſita & non patri. Nam ſi fuiſſet quæſita patri, pater potuiſſet dictam iniuriam remittere ſine filio. Imo etiam inuito filio. l. ſed ſi vnus. §. ſi filio. ff. de iniur. Cum ergo ex tali remiſſione facta per patrem ita reconciliantem non fuerit quæſita actio, vel exceptio, nec replicatio ipſi mulieri. Ideo dictus filius hæres patris potuit uenire contra factum patris, vt ibi dicit gloſ. no. & etiam ibi declarat Bart. & Doct. communiter ſequuntur, faciunt no. in l. cum vir prædium. ff. de uſucap.

Et ex prædictis iuncta d.l. Lucius. ſequitur notabilis limitatio ad tex. in d. §. ſi filio. vt non obtineat in iniuria violati thori: quia illa adeo adhæret perſonæ filij, vt illam non poſſet remittere pater ſine filio: maxime quòad effectũ, de quo ſupra.

Item ſequitur ex illo tex. dictæ l. Lucius. a contrario ſenſu, videlicet quia ſi ibi filius cõtraueniſſet dictis ſponſalibus,

per

Source : BIU Cujas

per dicta ſponſalia & eorum reconciliationem eſſet remiſsũ crimen adulterij reſpectu ipſius viri, vt non poſſit accuſare mores dictæ mulieris: ſicut per reconciliationem factam per contractum ſecũdi matrimonij. Et etiam notatur ampliatio ad l.vxor.§.fi.de adul.

Reſultat etiam notabilis limitatio ad dicta ſupra proximo priuilegio: quia tenendo opinionem Dy.& ſequacium, ꝙ lucrum dotis proueniens pacto, vel ſtatuto propter obitum vxoris prædeceedẽtis in matrimonio ſine filijs ſit ipſius patris & non filij, maxime quando tempore quæſiti lucri pater ipſe, idemque ſocer ſuperuiuebat, de quo habetur in d. l. dotem. ff.de ca. pecu. & in d. §. tranſgrediamur. & in alijs plerisq; locis: tamen ſecus in lucro dotis proueniente ex iniuria uiolati thori, vel diuortij ſecuti ex culpa vxoris. Cum proueniat ex quadam iniuria inhærente oſſib. dicti filij ſui. Et ſequitur notabilis effectus, ꝙ etiã hodie iure Codicis talis pater ex tali lucro aduentitio non habebit uſumfructum per dicta ſupra in alio proximo priuilegio. Et etiam poterit eſſe hodie in iudicio ſine conſenſu patris, prout etiam olim poterat eſſe in iudicio ſolus ſine patre. Imò etiam forte inuito patre ad perſequendum talem iniuriam violati thori, videlicet circa accuſationem adulterij dictæ ſuæ vxoris, vt eſt tex.uo. in l.intra liberos.§.fi.ff.de adul.quæ omnia ſunt bene notan.

PRIVILEGIVM XXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Metus in promiſſione dotis non purgatur per actionem de dote, ſed ipſo iure reddit actum nullum.*

2 *Stipulatio ficta non ſurgit quando per metum fieret dotis promiſſio.*

1 TRigeſimumnonum ſpeciale priuilegium eſt in † dote promiſſa per metum, qui metus licet regulariter nõ annullet actum ipſo iure: ſed cauſet reſciſſionem per actionem quod metus cauſa, vt l.2.& per totum.ff. quod met. cau. Tamen ſpeciali fauore mulieris promittentis dotem per metum uiri ipſo iure eſt tuta, & talis promiſſio penitus non valet, vt eſt caſus ſing.in l. penul.§. ſi dos.ff. quod met.cau. vbi tamen Bart.poſuit notabile motiuum dicendo, non eſſe ſpeciale in dote, ſed in quolibet pacto alias de ſe nullo, quando haberet veſtiri legis auxilio, de quibus pactis legis auxilio veſtitis per glo. magiſtam, & ibi per Doc. in l.legitima ff. de pact.& tunc quando per metum iniretur, talis promiſſio nõ veſtietur, ſed remanet in ſua nullitate.

Et ſic infert, ꝙ ſi per expreſſam ſtipulationem dos promitteretur: tunc valeret mero iure, licet per actionem, quod metus cauſa poſſet reſcindi, quod dictum eſt notabile in ſe.

2 † Et ſic inferri poteſt, ꝙ diſpoſitio l.1.in prin. C.de rei vxo. actio. ſubintelligens tacitam ſtipulationem fauore dotis ceſſaret, quando dos eſſet promiſſa per metum, ex quo talis ſtipulatio auxilio & miniſterio legis inducitur. Tamen aduerte: qa communiter gl. & Doct. antiqui ante Bar. tranſiuerunt cum dicta ſpecialitate dotis, & ſic quomodocunque promittatur, ſiue cum ſtipulatione: ſiue ſine, talis promiſſio non valet, vt voluit gl.& ibi etiam Innocen. & communiter Doct. ſequũtur in c.2.quod met.cauſa, quod etiam per expreſſum tenuit ibi Abb. ſic impugnando iſtud dictum Barto. dum infert, ꝙ ſi per ſtipulationem expreſſam promitteretur dos per metũ mero iure valeat, cum tex.in d.§.ſi dos. loquatur ſimpliciter & indiſtincte per verbum, quod poteſt accõmodari & intelligi etiam, quando per ſtipulationem. l. ſciendum. §. edictum. ff. de ædil. edic. & Inſti. de uerbo. obliga. §. item ſi ſcriptum. Alias ſequeretur ex d. Bart. ꝙ ſi mulier conſtituit dotem per metum per viam liberationis, liberando maritum futurum ab aliqua obligatione per pactum de non petendo, prout habetur in l.licet.ff.de iu. do. ꝙ tunc talis conſtitutio dotis mero iure valeret, ex quo pactum de non petendo nõ eget legis auxilio, & parit exceptionem efficacem. l. iuriſgentium. §. igitur nuda.ff.de pact.

Preterea tex.in d.§.ſi dos. dicit, ꝙ promiſſio eſt nulla, & tamen ſine legis auxilio eſt valida in uim pacti nudi efficax ad nonnulla, maxime per viam retentionis vel compenſationis, vt videtur in l.etiam.ff.de compenſ. & tamen per metum eſſet ipſo iure nulla ad omnem effectum per text.ibi. Sed tunc ſurgit probabile dubium, præſuppoſito ꝙ talis promiſſio dotis ſit ipſo iure nulla, remanebit ne matrimonium ſine dote, & vir habebit ſubire onera matrimonij ſine ſpe dotis habendæ. Certe non videtur, nec poteſt dici hoc habere cauſari in odium viri inferentis metum; quia ſatis videtur puniri, vt promiſſio ſic facta ſit ipſo iure nulla, contra regulas iuris, de quibus ſupra. Cũm annullatio actus ſit pœna, vt l. Senatus.ff.de contrahen.emp.& per glo.nõ. in cap.decet. de immu.eccleſ. in 6. unde non videtur debere excludi a conſecutione congruę dotis, ne duplici pœna afficiatur ex eodem facto, ar.l 1. §.licet.ff.nau.cau.ſtab. Vnde poteſt dici, ꝙ talis promiſſio ſic per metum facta licet annulletur a iure reſpectu quantitatis, vel rei in dicta promiſſione deductæ: tamen remanebit dicta promiſſio valida, ac ſi a principio ſimpliciter fuiſſet promiſſa dos per mulierem non expreſſa certa re vel quantitate; quia tunc valet, & debet intelligi de dote congrua ſecundum arbitrium boni viri.l.cũ poſt.§. gener.ff. de iu. do.& l.3.C.de do. prom.cum ſim. quod eſt bene notan. licet Docto. aliter hoc non declarent in d.§.ſi dos.

PRIVILEGIVM XL.

SVMMARIVM.

1 *Mulier ſi eſſet decepta in contractu dotis promiſſæ ipſo iure non valet contractus.*

1 ET ex prædictis inferri poteſt ad 40. ſpeciale priuilegium † quod ſi in contractu dotis promiſſæ mulier eſſet decepta etiam per dolum incidentem; & ſic non dantem causã contractui dotis: nihilominus erit nullus ipſo iure cõtractus fauore dotis & mulieris: ſicut idem dicimus infra in diſtractu dotis, quando mulier eſſet decepta in 9. par. circa 18. pri. per tex.in l.ſi cum dotem §.ſi mulier.ff ſol.mat.& etiã, quod proxime dicetur. pro quo facit, quod ſupra dixi in proximo priuileg. & tangetur in ſequentib priuileg. In contrarium tamen facit, quod habetur in l.1.C. ſi aduer.dotem. & in l.ſi ex cauſa.§. in dotis.ff.de mino. vbi habetur, ꝙ datur reſtitutio in integrum ſi mulier minor eſt leſa ſeu decepta in dando maiorem dotem quam eſſet conuenientia ſuæ congruæ dotis: ergo mero iure obligatur, quia alias non eſſet opus reſtitutione. d.l.in cauſæ. in prin. Niſi dicas, dictas regulas procedere, quãdo mulier eſſet decepta & læſa ſui facilitate: ſecus ſi dolo aduerſarij ꝙ ſupradicta, quod eẽt no. ad lim. d. ctorum iuriũ. Et bene facit d.§. ſi dos, æquiparando dolum, non velatum, qui cadit in metũ, dolo velato, imo plus ſolet inficere dolus velatus, quam ipſe metus: quia metus regulariter non reddit contractum ipſo iure nullum, ſed reſcindendum per actionem quod met.cau. quia, voluntas coacta volũtas eſt. l.ſi. §. ſi mulier. quod met.cau.& habetur in toto d.ti.& tñ non ſic in diſtincte dicimus in dolo, qui aliquando ipſo iure annullat, vt habetur in d.l. eleganter. Et ſic ſaltem debent iudicari a pari dolus incidens & metus quò ad reſciſſionem actus, ergo ſi metus reddit contractum dotis ipſo iure nullum. d.§ ſi dos. ſimiliter etiam dolus incidens. Bar. autem in d §. ſi dos, dixit non eſſe ibi ſpeciale fauore dotis quando dos eſſet promiſſa nudo pacto. Nam cum tunc tale pactum veſtiatur legis auxilio fauore dotis, vt habetur ī l. ad exactionem. C. de do. prom. & dictum eſt ſupra in 3. par.& etiam ſecũdo priuilegio circa priuilegium tacitæ ſtipulationis, ideo ipſa lex præbens tale veſtimentum magis dedignatur, quam in contractib. alijs de ſe veſtitis. Et ideo eſt ibi caſus quòd metus ipſo iure impedit tale veſtimentum: qua ratione idem poteſt dici, quando per dolum etiam incidentem parificando dolum ipſi metui, vt ſupra, quæ opinio Barto. an ſit vera ad illum tex. dixi ſupra in uigeſimonono priuilegio.

PRIVILEGIVM XLI.

SVMMARIVM.

1 *Mulier ſi in dotis promiſſione exceſſit uires patrimonij, talis promiſſio non valet ipſo iure.*

2 *Curator ſi ſcienter plus promiſit pro dote ſuæ adultæ quàm eſſent res patrimonij, tenebitur de ſuo ſupplere.*

1 ESſet tamen bene ſpeciale in dote, & hoc erit 41. priuilegium: quia ſi mulier † minor promiſit vel dedit maiorẽ dotem, quam eſſent uires ſui patrimonij, talis ꝓmiſſio, vel datio eſſet nullius momenti, quatenus excedit vires, etiam ſi cum curatoris authoritate. Et ſic nõ eſſet opus reſtitutione, vt eſt caſus ſing.in l.ſiue generalis.ff.de iu. do. ſed infra uires mrimonij mero iure teneret & remaneret valida: tñ daretur ſibi reſtitutio, ſi ẽt in hoc eſſet læſa: quia ẽt uſque ad vires dos eſſet enormis, vt ibi eſt tex.no. & no.in l.1.C. ſi aduerſus dotem. & ibi etiam per gloſ. Si tamen curator mulieris adultæ ſciebat non eſſe tantum in bonis, quantum promiſit pro dote, & tunc teneretur de ſuo refundere ipſi viro, quaſi videatur donaſſe, vt eſt caſus ſingular.in l.cum poſt mortem.§.1.ff.

de

Source : BIU Cujas

2 de adminiſtr. tut. Vnde talis† dolus curatoris licet adhibitus ſit in fauorem ſuæ adultæ vt forte inueniret maritum ſibi placentem,& forte magnæ conditionis,cedet in damnum curatoris a lucro mulieris,vt ſic remaneat dotata ultra quam ſint vires ſui patrimonij, quod videtur mirabile,vt ſic hoc totum operetur dolus dicti curatoris ad fauorem dotis & mulieris, vt propter hoc inducatur ficta donatio contra veriſimilem dicti curatoris intentionem per illum text. contra regulam, de qua in l.cũm de indebito.ff.de probatio.iuncta regula, de qua in l.non omnis.ff.ſi cert.petat. cum ſimilibus.

PRIVILEGIVM XLII.

SVMMARIVM.

1 *Mulier ſi adeo exceſſit congruentiam dotis, vt exceſſerit duplum congruæ dotis, illi ſubuenitur, etiam ſi maioris eſſet ætatis.*

ET hoc erit quadrageſimumſecundum priuilegium, & prædicta locum obtinent in muliere minore.In maiore autem ſi dederit uniuerſum ſuum patrimonium,ſibi imputetur,etiam ſi ultra conuenientiam congruæ dotis.l.nulla.C.
1 de iu.do.& hoc quando ſcienter. † Si autem fuit circunuenta,& tunc ſi ſui facilitate,in nullo ſibi ſubuenitur,niſi eſſet læſa in dando dotem tam enormem, vt ſit maior dos in duplum, quam ſit iuſta & congrua dos reſpectu conditionis ſuæ & viri & quantitatis matrimonij. Nam tunc iuuabitur ex æquitate.l. 2. C.de reſcind.uend. Cuius remedium habet locum etiam in contractu dotis, vt eſt glo. not. in d. l. ſi ex cauſa. §. in dotis. ff. de minor. Si autem non excederet duplum, puta ſi dos congrua erat in ducentis, & dedit quadringenta,vel abinde infra, nec aliter fuit dolo viri inducta: tunc non poterit aliquo iure iuuari, cum infra dimidiam iuſti ſpretij licitum ſit contrahentibus ſe decipere, vt l. item ſi pretio.ver.quemadmodum.ff.loc.& ibi per gl.in d.l.in cauſæ. ff.de mino.poſſet tamen non improbabiliter dici, quod fuit læſa ultra duplũm,licet tunc ſubſit æquitas d l.2.ad reſcindendum talem contractum propter enormem læſionem cauſantem dolum re ipſa, tamen non intentabitur dictum remedium per modum alternatiuum:videlicet quod dos reducatur ad iuſtam menſuram,vel quod ex toto diſcedatur a contractu dotis. Nam ſi matrimonium iam erat contractum, & ſic eſt factum irreuocabile:ita etiam debet ſecum habere cõ comitantiã dotis propter onera matrimonij ſupportanda. l. pro onerib. C.de iu. do. cum ſimilib. Et quia inter partes fuit actum,quod mulier eſſet dotata,licet in quantitate dotis fuerit cauſata læſio, alias poſſet ſperni. Imo etiam reijci ab ipſo viro, per id quod habetur in l.fin.C. ad Velle. & ideo ipſa mulier tunc debet ſolum agere, vt dos reducatur ad congruam menſuram.

PRIVILEGIVM XLIII.

SVMMARIVM.

1 *Læſio enormis ſolum eſt cauſa, vt agatur ad reducendum contractum ad dotis congruentiam.*

2 *Dolus dans cauſam non annullat ipſo iure in dote promiſſa per expreſſam ſtipulationem rite interpoſitam.*

3 *Mulier maior ſcienter promittens maiorem dotem, quam eſſent ſuæ vires, obligatur.*

4 *Vir ſi in æſtimatione dotis eſt enormiter læſus,etiam ſine dolo promittentis,tamen ex æquitate ſuccurritur viro.*

5 *Maritus minor 25. ann. ſi fuit læſus in accipiendo dotem minorem quam eſſet congruentia, reſtituitur in integrum, non ſic tamen maior.num.6.*

ET per hoc multum notabiliter limitatur diſpoſitio d. l. 2.vt ſaltem reſpectu medij alternatiui, de quo ibi, non obtineat in dote, & hoc erit quadrageſimumtertium priuilegium.

1 † Si autem dolo mariti fuerit mulier maior læſa & decepta circa quantitatem dotis,poteſt diſtingui, quod aut dolus dedit cauſam contractui,aut incidit: primo caſu ſine dubio nõ valebit ipſo iure contractus, ſicut idem eſt in alijs contractibus bonæfidei, per id, quod habetur in dicta l. eleganter.Si vero incidit, & tunc ſecus ſecundum quoſdam.Sed dubium ſurgit, ſi dos fuiſſet promiſſa per expreſſam ſtipulationem ex quo tunc videtur, quòd remanet in ſua virtute ſtricti iuris,quòd etiam ſi dederit cauſam tali ſtipulationi, mero iure valeat, licet poſſit reſcindi per actionem de dolo, per no.in dicta l. eleganter.

2 † Sed ſi nõ fuerit interpoſita expreſſa ſtipulatio,ex quo hodie ſurgit tacita ſtipulatio ſubintellecta a lege, tam ex parte viri,qui dotem recepit,quam ex parte mulieris, vel ſoceri dotem promittentis,quæ tacita ſtipulatio habet naturam bonę fidei. dic. §. ſed non ignoramus. ideo tunc ſine dubio dolus dãs cauſam tali contractui redderet ipſum ab initio nullum. dic.l. eleganter. quòd intellige reſpectu quantitatis promiſſæ non ſic reſpectu ſimplicis promiſſionis tanquam remaneat firma velut a principio facta ſine certa quãtitate, vt dixi ſupra, in 29. priuilegio,circa dotem promiſſam per metum. Nec videtur, quòd dictus. §. ſed non ignoramus. habeat locum quando vir ſibi prouidit per expreſſam ſtipulationem rite & valide interpoſitam, cum per prouiſionem hominis videatur receſſum a prouiſione legali, maxime extraordinaria per id, quod habetur in l.fin. C. de pact.conuen. & probatur in dicta l.prima.poſt princip.Sed quando dolus incidit, tunc videtur eſſe magis dubium per dicta ſupra. Tamen inclinarem, talem contractum non valere propter fauorem dotis, per id quod habetur in d. §. & quod dixi ſupra in 39. priuilegio,circa dotem per metum promiſſam.

Quid autem ſi mulier maior promiſerit dotem amplam, cum non eſſet ſoluendo, vel parum eſſet ſoluendo reſpectu tam magnæ quantitatis. Iſto caſu poſſunt diſtingui tres caſus.

Aut enim hoc fecit ſcienter, vel ignoranter, aut ſumus in dubio.

3 †Primò caſu mero iure obligatur:quia talis promiſſio cenſetur magis difficultas,quã impoſſibilitas,& ideo non reddit obligationem nullam.l. continuus.§. illud.ff. de verbo. obligatio.Sicut diximus in illo,qui promiſit mille marcas auri,vt per gloſ.in l.2.§. de his. ff. de verb.obligatio.Et iam fuit de facto in quadam vidua, quæ vt haberet virum pulcrum & iuuenem,promiſit omnia ſua bona in dotem,aſſerendo aſcendere ad valorem duorũ milium ducatorum,& poſtea compe rijt vir contracto matrimonio hæreditatem paternam illius mulieris eſſe magno ære alieno preſſam, adeo quòd uix aſcẽdebat ad trecenta. Certum eſt enim, quòd propter huiuſmodi dolum non poteſt reſcindi matrimonium, licet dederit cauſam contractui:cum matrimonium ſit quid ſpirituale & ſacramentale, vt per glo.in capitu. ueniens. de tranſactio. Ideo non poteſt retractari ratione doli commiſſi etiam per reſtitutionem in integrum ratione minoris ætatis, vt no.gl. & ibi Doct.in cap. ex parte.de reſtitutio.ſpolia.& in l.ait prætor.in princip.& ibi per Bald.ff.de mino.Et ſic etiam non poteſt retractari matrimonium ratione doli, ſiue carnale, ſiue ſpirituale,ſcilicet per ingreſſum monaſterij, vt per glo. no.in cap.ex parte, il ſecondo,& cap. dudum, de conuert.coniuga. & no.in cap.ueniens.eod. titu.& per Innocen.in cap.2.eod.titu. & in capit. cum dilectus. quod met. cau. imo etiam ſimplex oligatio ſine alia ſolenni profeſſione non vitiatur, vt habetur in capit. in præſentia. de probat.& ibi no.licet tunc vitietur iſta obligatio bonorum facta expreſſe vel tacite in monaſterium ratione dicti doli ſecundum glo.ſingul.in cap.conſtituit.20.quæſt.3.Et tenet Innocen.in d.cap. dudum.dicendo, quòd bona debent reſeruari uenientibus ab inteſtato. Sed hæc videntur procedere quando monaſterium,& ſic totum capitulum commiſit talem dolum, non ſic ſi aliqui de monaſterio,per id quod habetur in reg.delictũ.in 6. & quod ibi per glo.16.quæſt.6.cap.Epiſcopum.Item procederet, quã do dolus fuit malus:quia principaliter fuit inductus ad ingreſſum propter ſpem quærendorum bonorũ illius. Secus forte ſi bono zelo,& ſic dolus fuit bonus, vt principaliter proficeret animæ illius: licet forte ſecundariò monaſterium applicauerit animum ad ipſa bona.Et in dubio debet præſumi quod principaliter bono zelo, arg.l. meritò. ff. pro ſoc. quod etiam tenet Abb. Sic. in capit. dudum. Sed ego dicerem, quòd etiam quando malo zelo, tunc illa bona debeant aſſignari uenientibus ab inteſtato demum expectata morte naturali illius ingreſſi.Et ſic interim erũt apud monaſterium; quia talis ſucceſſio reſpectu venientium ab inteſtato debet expectare mortẽ naturalem,ar.l.ex facto.§.ex facto.ff.ad Treb.& l. Statius Florus.§.Cornelio Fœlici.ff.de iure fiſci.Ad propoſitum ergo poteſt dici, quod tale matrimonium valuit, nec potuit retractari propter huiusmodi dolum:& etiam reſpectu dotis valuit contractus. Nec tamen mulier poſſet iuuari per beneficium ne conueniatur,ſiue exigatur vltra, quam facere poſſit, de quo in l.maritum.ff.ſol. mat.cum ſi.ex quo ſcienter & ſic dolosè promiſit talem dotem, per tex. no.in l.pen.ff.de iu. do.Cum tale beneficium perdatur propter dolum.l. etiam §. licet.ff.ſol.mat. Et eadem ratione quis diceret etiam debere perdere beneficium ceſſionis per id, quod habetur & no.in l. fi. ff. quæ in fraud. cred.& per Dyn.Inſtitu. de act.§. item ſi quis in fraudem.Tamen tu dicas contrarium,cum illud bene

ficium

Source : BIU Cujas

ficium detur ad finem, vt quis non detrudatur in carcerem. Mulier autem pro quouis debito ciuili non potest incarcerari, vt in authentica, sed nouo iu. C. de offic. diuer. iud. Posset tamen expelli a viro & alimēta sibi denegare propter non solutam dotem ei promissam, per id quod habetur in lege finali. C. ad Velleia. Tamen iure canonico, quod seruandum est in hac materia, non posset vir propria authoritate expellere, sed cum iudicio ecclesiæ per id, quod habetur in capi. porrò. de diuortijs. Tamen si socer fuit in tali dolo, non solum sibi denegaretur beneficium illud, ne exigatur vltra, quam facere possit, per tex. in dicta l. penultima in fine, sed etiam posset detrudi in carcerem circumscripto dicto beneficio cessionis, per id quod habetur in d. §. fin. l. fin. Super quo tamen vltimo esset cogitandum, quia actus incarcerandi est iniuriosus & turpis. l. cum & filij. C. qui bo. ced. pos. Et huiusmodi remedia turpia cessant non solum inter coniuges, sed etiam inter generum & socerum. l. nihil. ff. rerum amo. iuncta l. 2. eodem titulo. quod no. Sed pone quòd pater non habens nisi vnicam filiam, vt eā bene collocaret, dixit in instrumento dotis, vel in præsentia testium, quod pro dote dabat hæreditatem suam post eius mortem. Iam hoc uidi de facto tractari, tamen potest dici, quod licet hæreditas non possit inter uiuos pacto dari, vt l. 1. ff. de hæred. vel actio. uend. & l. hæreditas. C. de pact. conuen. Tamen hoc procedit, quando ageretur, quod quis habeat ius hereditarium, & sic tanquam hæres dicta bona consequatur, sed secus si appareret de partium intentione, quod voluerit donare, vel alter concedere bona sua post mortem: quia tunc valeret per id, quod habetur in l. fin. C. de pact. & ibi per glo. & Doc. & in l. licet inter priuatos. eodem titu. Sed si essemus in casu dubij: quia aliter non constaret de dicta intentione, tūc vt actus magis valeat, quam pereat. l. semper. de reg. iu. cum similib. dici potest prę sumi hàbuisse animum, concedere bona sua simpliciter & non proprie hæreditatem ipsam. Vnde no. inconuenit aliquā do, quod verba improprientur ad hoc, vt actus saluetur, & non deducatur ad irritum. l. sed & si possessori. §. 1. ff. de iureiuran. & alias per glo. no. in l. & puto. §. 1. ff. familiæ erciscundæ. Et maxime propter subiectam materiā contractus dotis, quando datur vniuersalitas bonorum. l. 1. §. vniuersale. ff. de usucap. pro dote. & in l. nulla. C. de iu. dot. & l. mulier bona communia. ff. de iu. dot. Et sic non inconuenit, quòd impro prientur verba contractus propter subiectam materiā l. si stipulatus. ff. de usu. & l. si uno. ff. loc. Optime confert tex. iuncta glo. no. in l. quæsitum. §. si seruus. ff. de legatis primo, & ibi per Barto. & Doctor. quæ interpretatio maxime procedere debet in dote propter infinitos eius fauores.

Præterea non minori aliquando vtitur priuilegio mulier in dote, quam ipse miles in testando, vt habetur notabiliter in l. dotalem. ff. de testamen. milit. & ibi notabiliter. Et tamen fauore militis ualeret donatio hæreditatis collata post mortem, etiam quando donauit tanquam hæreditatem, vt est casus sing. in d. l. inter priuatos. ergo debet ualere multo magis fauore mulieris, quando expresse non apparet, quod tanquam propriam hæreditatem donauerit. Verum posito, sine præiudicio, quòd talis contractus non ualeat, & maxime si probaretur quod intentio fuisset illius soceri proprie ipsam hæreditatem voluisse dare in dotem. Potest adhuc dubitari, an ille vir remaneat in totum delusus & sine dote. Nam Baldus sensit quod sic in lege, pactum quod dotali. C. de pact. licet ponat terminos secundum quòd ibi habetur in text. puta si pater forte senex promisit genero futuro & filiæ relinque re ipsi filiæ suam hæreditatem post eius mortem, & quòd illa cederet in dotem. Sed potest teneri contrarium: quia est verisimile, talem virum errore iuris ductum fuisse; quia non accepisset aliter vxorē indotatam, argumento l. si cum de in debito. ff. de probationib. qui error iuris eum excusat, vt sibi non noceat in damnis. l. iuris ignorantia. cum seq. ff. de iur. & fac. ignoran. Et titulus dotis respectu viri est onerosus. l. ex promissione. ff. de actio. & obligat. & l. fina. §. si a socero. ff. de his quæ in fraud. credit. Vnde non videtur esse æquum, talem virum sic remanere læsum & deceptum, & esse habiturū talem mulierem indotatam. Nam etiam non parum versatur interesse mulieris, vt remaneat cum suo viro indotata, & propter hoc ab eo sit spernenda & reijcienda, dicta l. fina. ad Velle. & facit l. si cum dotem. §. finautem. ff. solu. matrimon. Et ideo posset hic viro succurri ex æquitate. dicta l. 2. Cod. de rescind. uendi. vt possit agere contra dictum socerum tanquam sit enormiter læsus in constitutione dotis non solum in duplum: sed etiam in totum, ex quo nihil consequi potest. Et si dicis, quod tale remedium l. 2. est rescissiuū. quæ rescissio non cadit in terminis nostris, ex quo contractus est ipso iure nullus. l. nam si sub conditione, post prin. ff. de iniu. rup. & l. in causæ. la seconda, ff. de min.

Potest responderi vt supra dixi in xxxix. priuilegio, videlicet quòd talis promissio est nulla respectu rei in promissionem deductæ, scilicet ipsius hæreditatis; tamen remanebit promissio ualida perinde, ac si esset facta sine expressione alicuius rei, vel quantitatis, ex quo inter partes videtur actū saltem in genere, vt quædam maritus habeat in dotē, vel poterit agi ex æquitate. l. iure succursum. §. fina. ff. de iu. dot. quod remedium fauore dotis indulgetur etiam maiori, quando esset deceptus re ipsa, ideſt, enormiter, & ibi loquitur non solum in muliere decepta re ipsa, sed etiā in viro circa dotem sibi promissam, vt patet in tex. ibi, circunuentus sit alteruter.

4 Et secundum prædicta si vir esset † deceptus in dote: quia credebat fundum in dotem valere ducenta, ubi non valebat cētum, vel mulier dederit in dotem nomē debitoris pro ducentis; vbi attenta eius inopia, vel alia sua mala conditione tale nomen non valebat centum, poterit vir iuuari ex æquitate. dic. l. iure succursum. cum re ipsa sit deceptus etiam si mulier, vel socer non fuissent in dolo ex proposito, forte quia credebant verisimiliter tale p̄dictū, vel nomē debitoris eē valoris ducentorum: & ita asserebant. Nam saltem non pōt negari, quin vir sit læsus enormiter, quæ læsio enormis causat dolum quendam re ipsa, vt habetur in l. si quis cum aliter. ff. de verbo. obliga. & in dic. l. 2. Vnde tale remedium dictæ l. iure succursum. licet deriuet ab eadem æquitate, prout deriuat remedium dic. l. 2. tamen habet diuersum modum concludendi: quia non per modum alternatiuum: sed solum per modum præcisum intentaē, vt dos ipsa reducatur ad modum conuenientem & decētem viro & vxori, quod bene no. ad dicta supra. Si autem dicta lęsio non esset enormis: quia forte non esset dos constituta infra dimidiam cogruæ dotis: sed supra dimidiam partis pretij a princip. inter partes nominati pro dote Et tunc imputaret viro per id, quod habetur in d. l. in causæ. §. fin. & in dicta l. item si pretio. nisi vir fuisset deceptus dolo ipsius mulieris, vel soceri ex proposito per id, quod no. ibi gl. & bene facit pro hoc ult. d. l. iure succursum. secundum unum intellectum glo.

Quid autem si vir non fuit deceptus in valore rei, vel nominis dati in dotem: sed in ipsa dote: puta ubi dos respectu suæ conditionis & patrimonij mulieris erat congrua in mille, accepit pro dote valde minus, forte allectus calore amoris siue
5 feruore. Dic, quòd isto † casu si esset minor 25. annor restituetur in integrum ratione minoris ætatis per id, quod habetur in dic. l. si ex causa §. in dotis. ff. de mino. qui text. licet loquatur in muliere circunuenta, tamen idem dicas eadem ratione in viro, cum iudicentur a pari. l. fina. C. de indic. viduit. tollen. & c. gaudemus. de diuor. Et maxime in circunuentione dotis, in d. l. iure succursum. ibi, circunuentus sit alteruter.

6 †Si autem esset maior, & tunc potest concludi idem quod supra in muliere: videlicet quòd si esset deceptus, quia haberet minus, quam dimidiam congruæ dotis, poterit iuuari ex æquitate dictæ l. iure succursum. iuncta etiam æquitate d. l. 2. de rescind. uend. cuius æquitas etiam militat in contractu dotis, vt supra dixi per glo. in d. §. in dotis. Si autem læsio non esset enormis: & tunc sibi imputabitur, nisi fuisset dolus ex proposito, vt supra est dictum in muliere, quæ omnia sunt bene notanda in practica.

PRIVILEGIVM XLIIII.

SVMMARIVM.

1 *Indebitum solutum per errorem pro dote mulieris nuptæ non repetitur.*

2 *Solutum pro qualibet causa pia non repetitur, si apparet ex pietate solutum.*

1 QVadragesimumquartum priuilegium est: quia † licet alias indebite solutū per errorem repetatur per ɔdictionem indebiti: tamen fallit quando solueretur pro dote alicuius mulieris nuptæ. Nā cū cessaret tunc repetitio non obstante tali errore, vt est casus singularis in l. cum is. §. si mulier. ff. de condictio. indebi. Sed aduerte: quia Bart. ibi, quem communiter sequuntur ibi Docto. videtur restringere illum tex. quando soluens soluebat pro alia muliere dotem: & causa, quæ inducebat eum ad credendum se obligatum, erat causa pietatis: quia credebat se teneri ex pietate ad dotandum talem mulierem, ubi de iure non tenebatur: puta si erat mater, vel frater, vel alius coniunctus, qui credebat se teneri ad dotandum talem mulierem ex officio pietatis, quo casu solutum

Source : BIU Cujas

tum ex hac cauſa; licet de iure non vera: tamen non reperitur, vnde ſecus ſi ex alia cauſa per errorem ſoluiſſet talem dotem pro muliere, vt ibi per eum. Sed (vt dixi ſupra in quinta par.) ille text. debet intelligi capiendo cauſam pie-
2 tatis ſtricto modo: videlicet quando pro † muliere paupere & non valente ſe de ſuo dotare: quia tunc verè & propriè ſubeſt cauſa pietatis. Nam cauſa dotis poteſt conſiderari eſſe cauſa pia dupliciter.

Primò per modum largum propter matrimonium ex tali pietate poteſt conuenire etiam circa mulierem diuitem, & talis cauſa pietatis poteſt operari effectum, vt iu dubio præſumatur donatio in quocunque promittente vel ſoluente dotem pro muliere etiam diuite. & ita procedit tex. in l. pri. §. accedit. C. de rei vxor. actio. & quod notat Barto. in l. quæ dotis .ff. ſoluto matri. Sicut etiam alios operatur effectus, videlicet vt mandatum non expiret morte mandantis, vt l. ſi ego. §. primo. ff. de iureiuran. Sicut idem in qualibet pia cauſa: puta libertatis. l. ſi pater. ff. de manu. vin. & per Bald. in l. mandatum. C. de manu. in quarta columna & in l. ſicut. Cod. de actio. & obligatio. non attento, an mulier ſit diues vel pauper. Sicut etiam ad effectum inſinuationis non neceſſariæ in conceſſione dotis etiam facta ab extraneo, vt lege fina. in principio. Cod. de iure dotium. & in iſto caſu non haberet locum diſpoſitio d. § ſi mulier.

Secundo modo conſideratur pia cauſa in dote magis ſtricte, videlicet, quando datur dos pro muliere paupere, & tunc proprie procedit tex. in dicto §. ſi mulier. quia non poteſt negari, quod fecerit ex pietate: licet crederet ille quod dicta cauſa pietatis arctaret eum de iure ad ſoluendum dictam dotem. Nam ceſſante dicto errore, remanet cauſa pietatis, ex qua ſe mouit ad ſoluendum, ex cauſa pietatis ſolutum ſine dubio non repetitur. Et idem poſſet dici in omni alia cauſa pia. Nam ponamus, quod quis redimat ſanguinem ſuum ab hoſtibus ſoluendo magnam quantitatem, vel quod quis eroget pecuniam pro funere ſui conſanguinei: tunc ſi non appareat quo animo ſoluerit, poteſt repetere. l. ſi quis. §. ſed interdum. ff. de religio. & ſumptib. funer. Et idem in redimente captiuum, niſi eſſet mater: quia tunc præſumitur potius, quod animo repetendi quam donandi, vt habetur in l. liber captus. C. de capti. Si autem appareat, quod hoc fecerit ex pietate forte hoc exprimendo: tunc valet, licet non dixerit, quod animo donandi, vt in dicto §. ſed interdum. & bene probatur in dicto §. ſi mulier. in fine. & hoc quando ſponte ſoluit non credens ſe ad hoc teneri. Aliquando autem quis ſoluit ex pietate tamen non ſponte, ſed credit ſe ad hoc obligatum de iure propter officium pietatis, & non repetitur, caſus eſt ſingularis in dicto §. ſi mulier. Et ſic idem dicendum eſt in redimente ſuum coniunctum ab hoſtibus, fortè perſuaſus & inductus ad hoc faciendum ab aliqua perſona ad inſtantiam ipſius capti ex eo quod diceret, ipſum eſſe obligatum ad redimendum talem captiuum. Nam ſi magnam quantitatem ſoluiſſet non poſſet repetere, quando tempore redemptionis ille captus erat non ſoluendo, ſecus ſi eſſet ſoluendo: quia tunc talis credulitas cauſaret errorem magis ſupinum, & ideo tunc repeteret, & idem in ſoluente dotem pro muliere ſibi forte attinente. Nam ſi tertia perſona forte doctor volens fauere tali mulieri induxit illum ad ſoluendum dictam dotem, aſſerendo quod de iure ex officio pietatis tenebatur ſoluere. Nam tunc ſi quidem illa mulier erat pauper, nec aliter poterat ſe dotare de ſuo: tunc non repeteretur, licet erraſſet in iure. Et licet forte per dolum fuiſſet inductus ad ita credendum; ex quo non poteſt tunc negari quin ſubeſſet cauſa pietatis, ex qua ſolutum non ſolet repeti etiam ceſſante dicto errore. Si autem dicta mulier poterat ſe dotare de ſuo: licet forte non cum tam ampla dote, prout ille ſoluit, & tunc poſſet repetere: quia tunc ceſſat cauſa pietatis, quæ non poteſt excludere repetitionem ſoluti: licet ille credidedit ſe ex pietate teneri: quia talis error poteſt magis appellari groſſities quam ſimplicitas, & ſic magis videtur ſuccurrendum tali ſoluenti prætextu talis erroris: licet ſupini, ex quo tractatur de damno & perdendo, vt l. iuris ignorantia. cum ſeq. ff. de iu. & fac. igno. Cum etiam in facto proprio error ſupinus non impediat repetitionem ſoluti. l. ſed ſi me putem. ff. de cond. inde. Vnde cogita: quia hæc ſunt bene notanda ad intellectum illius tex. in d. §. ſi mulier.

PRIVILEGIVM XLV.

SVMMARIVM.

1 *Solutum uel promiſſum etiam pro muliere diuite præſumitur ex cauſa donationis ſpeciali fauore dotis.*
2 *Mater & alij coniuncti adminiſtratores præſumuntur de bonis mulieris dotaſſe, non ſic in patre adminiſtratore.*

1 QVadrageſimumquintum priuilegium eſt: quia † fauore dotis in dubio præſumitur donatio. dicto §. accedit. licet regulariter ſecus per regulam, de qua in l. cum de indebito. ff. de probationib. & in l. ſi cum aurum. de ſolutionib. cum ſimilib. niſi aliæ concurrant coniecturæ ad præſumendum dictam donationem, de quibus per Barto. & Docto. in l. quæ dotis. ff. ſoluto matrimonio. & in l. cum quid. ff. ſi certum petatur. Et procedit diſpoſitio dicti §. accedit. etiam in muliere diuite quæ poterat ex ſuo patrimonio commode dotari: cum tex. ibi loquatnr indiſtincte, & ita communiter ſequuntur Doctor. per illum tex. & per tex. in l. fina. C. de do. promiſ. vbi plus probatur, quod etiam pater, qui arctatur ad dotandum filiam promittendo, intelligitur de ſuo & non de bonis filiæ etiam habentis amplum patrimonium fortè ex ſucceſſione mater. & idem in matris & fratre & ſimilibus.

2 In † hoc tamen differunt, quia mater & ſimiles ſi adminiſtraret bona mulieris, præſumeretur in dubio adminiſtratorio nomine dediſſe, vel promiſiſſe dotem, vt ibi per Bald. & alios, bene facit l. Neſennius. ff. de negot. geſt. & hoc niſi talis mater vel pater ſcienter promiſiſſet vltra vires patrimonij dictæ mulieris, quia tunc de ſuo intelliguntur promiſiſſe, quatenus excedit, etiam ſi dixerit, quod adminiſtratorio nomine, vt eſt caſus ſing. in l. cum poſt. ff. de adminiſtratione tutorum. In patre autem licet ſit legitimus adminiſtrator bonorum filiæ. l. prima. C. de bonis maternis. tamen in dubio præſumitnr dotaſſe de ſuo, ex quo ad hoc tenebatur, vt eſt caſus ſingula. in dicta l. finali. & dixi ſupra in tertio priuilegio. Et procedit diſpoſitio dicti §. accedit. etiam quando alia ſubeſſe poſſet cauſa quam donationis. Quando enim nulla alia excogitari poſſet cauſa, quam donationis, tunc nihil ſpecialitatis eſſet in dote. Immo foret regulare, vt tunc præſumatur dediſſe ex cauſa donationis per id, quod habetur in l. hoc iure. ff. de donatio. & in l. Campanus. ff. de oper. liber. & per no. per gloſ. in l. cum quid. ff. ſi certum petatur. Et ideo alias dicebam poſſe attentari, quòd ſi ille, qui dedit, vel promiſit dotem pro muliere, erat alias debitor eiuſdem mulieris in eadem quantitate, vel maiori, & non expreſſit quod animo compenſandi, vel ſe liberandi a propria muliere hoc facere præſumitur, quod animo donandi, magis quã animo ſe liberandi ſpeciali fauore dotis propter generalitatem diſpoſitionis. dicto §. accedit. quod eſt bene not. Vnde licet forte talis dotans gereret in animo, quod animo compenſandi, vel animo repetendi a muliere ſolueret, tamen ſibi dẽt imputari, quia voluntas illa in mente retenta ſibi nihil prodeſt in actu, qui ſui natura ad alium ſonat effectum. l. ſi repetendi. C. de condict. ob cau. Vnde ſi proteſtaretur, quod animo repetendi ſoluebat, tunc repeteret a muliere per actionem negociorum geſtorum, ex quo negotium vtiliter geſſit per id, quod habetur in ſimili. in dicta l. Neſennius. immo amplius dici poteſt, quòd promiſiſſet, vel ſoluiſſet dotem cõtradicente ipſa muliere paupere, dicendo quod animo repetendi, poſſet tunc repetere, ex quo pro cauſa tam fauorabili & pia expendit, arg. l. & ſi quis. §. idem Labeo. ff. de religio. & ſump. funer.

PRIVILEGIVM XLVI.

SVMMARIVM.

1 *Mutuans filiofam. exiſtenti in ſtudio: licet contra patris uoluntatem mutuauerit: tamen poteſt repetere ab ipſo patre.*
2 *Soluens medico pro curando infirmum repetit.*
3 *Soluens uel promittens dotem uiro ſi dixit ſe ſoluere nomine mulieris, non cenſetur tanquam negotiorum geſtor.*

1 IT hoc erit quadrageſimumſextum priuilegium fauore dotis contra regulam. l. fina. C. de nego. geſt. ſicut alias † dicimus in illo, qui mutuauit filiofamilias exiſtenti in ſtudio: licet contra voluntatem patris mutuauerit: quod poſſit repetere ab ipſo patre, vt eſt gloſ. ſingul. in lege. ſed & Iulianus. §. quod dicitur. ff. ad Macedonianum. & hoc fauore ſtudiorum: cum ita interiit

Source : BIU Cujas

interſit reipub.vt aliàs per gloſ. no.in l.1. C.de ſtudiis libera. vrbis Romæ.lib.12.& per Bar.& Doct.in l.1.ff.ſolu.matri. Et ſic non videtur impar eſſe cauſa fauoris dotis & ſtudiorum, per tex.in d.l.1.Et ſic etiam fauore funeris,qui ſimiliter reſpicit piam cauſam.d.§.idem Labeo. quod maxime procedit, ſi talis mulier ex cauſa dictæ dotis ſolutæ vel promiſſæ tradiderit ſe nuptui, vel alias remanſiſſet innupta. Et ſic erat veriſimiliter ſuſpicandum de impudicitia propter iuuentutem & paupertatem:cum præponendus ſit fauor caſtitatis & pudicitiæ conſeruandæ ipſi periculo mortis. l. 2. §. Virginius. ff.de orig.iur.& l.iſti quidem. ante finem.ff. quod met. cau. Si autem talis mulier tempore, quo promiſit, vel ſoluit pro ea dotem, iam erat nupta. Et tunc ſi quidem ſine dote nupſerat, non poſſet tunc repeti: cum iam ceſſet cauſa, de qua ſupra: cum etiam a viro tunc ſit alimentanda,licet ſine dote.l.quòd ſi nulla. ff. de relig.& ſump fune. & not. in l. ſi cum dotem.§. ſinautem.ff.ſol.matr.Si autem ipſa mulier iam nupſerat cum dote promiſſa & non ſoluta,forte dici poſſet quòd ſi erat mulier non ſoluendo:tunc ſi maior ratio & cauſa pietatis ſit pro ea,ſoluenda;licet contradicente,poſſit repetere,quando animo repetendi ſoluitur, vt ſupra, cum vir tali mulieri poſſet denegare alimenta:& ſic fame periret.l.necare.ff.de libe.agn. Et ſic etiam poſſet eam expellere. propterea propter paupertatem poſſet labi in impudicam vitam per ſupradicta,iuncto
2 eo quod habetur in l fin.C.ad Velle.Sic † etiam alias ſolet dici de ſoluente medico pro curando infirmum,maxime quando ſtat in periculo mortis, vt poſſit repetere, licet infirmus contradixerit ſoluere, vt per gl.no. 80.diſt.§.1 & alias per Io. And.in c.cum G. laycus.de foro compe.in 6.de ſoluente pro redimendo captiuum licet contradicentem,& faciunt no.in l.quamuis.ff.ſol.matri.

Quid autem ſi mulier erat iam obligata viro pro matrimonio contracto vel contrahendo, videlicet pro dote per eam promiſſa, an ſoluendo extraneus pro ea præſumatur, quòd animo donandi vel repetendi,vt ſic poſſit repetere per actionem negotiorum geſtorum tanquam geſſerit negotium mulieris vtiliter liberando eam a dicta obligatione,per l.ſoluendo.ff.de nego.geſt.cum ſim. Dubium facit,quia tex.in d.§.accedit,loquitur in donante,& ſic in conſtituente dotem,vbi a principio mulier non erat dotata,necdū dos conſtituta, quia ſatis dicitur mulier dotata, quando dos fuit promiſſa, licet nondum data.l.cum poſt mortem. verſi.ſed is.de quo iuncta glo.in verbo habet dotem.ff.de adminiſtra. tuto.& quod per Barto.in l.iubemus.§.ſanè.C.de ſacroſan.eccle.& per Bal in l. fin.C.de do. promiſ. & per Barto.in l. Titio centum.§. Titio genero.ff.de conditio. & demonſtr.& maxime quia tex.in d. §.accedit.loquitur in tali perſona donante,quæ poterat facere pactum de dote ſibi reſtituenda ſolu. matrimo. Sed in ſoluente dotem pro muliere obligata animo liberandi mulierē non videtur cadere tale pactum.Item ſi fideiuſſor intercedit pro muliere obligata ad dotem,videtur in dubio intercedere non animo donandi.Ideo ſoluens repetit,niſi probetur,ꝙ ex ſua liberalitate interceſſerit,vt probatur in l.fi.C.ad Velle. & in l.& ſi fideiuſſor.iun. gl ff. de re iu.qui tex.non poteſt intelligi in dote reſtituenda, per id quod habetur in l.1.& per totum. C.ne fideiuſ.do.den.

Poteſt tamen in hoc articulo ſic diſtingui,ꝙ aut loquimur in ſocero,vel alia perſona obligata per dotem citra ipſam mulierem,aut in muliere.

Primo caſu non præſumitur, quòd quis ſoluendo dotem prædict, hoc feciſſe & animo donandi tali ſocero vel alteri perſonæ:& tunc ſtamus regulæ hoc caſu,quia tex.in d.§.accedit.loquitur in promittente vel ſoluente dotem pro muliere. Nec etiam verſatur tunc fauor mulieris: cum omnino ſit dotata, vel dotanda ab alio, quòd etiam videtur procedere, quando nulla adhuc præceſſerat promiſſio ſoceri:cum onus dotandi non incumbat mulieri,ſed patri. Sicut alias dicimus in alimentis in l. ſi quis a liberis.§. ſi mater.ff.de libe.agno. & per Bart.Bal.& alios in l.alimenta. C.de nego.geſt.& l.Neſennius.eo.tit.Secundo caſu quando onus incumbebat mulieri: & tunc aut quis ſoluit pro muliere prius non dotata nec obligata pro dote,& non repetit.Ita procedit tex.in d.§.accedit. Aut ſoluit pro muliere prius obligata ad dictam dotem: & tunc aut ſoluit tanquam fideiuſſor, & repetit, quia in dubio videtur a principio fideiuſſiſſe animo repetendi per iura ſupra allegata.Aut ſoluit ſimpliciter, & tunc aut ipſe ſoluens facit pactum de dote ſibi reſtituenda in caſu ſoluti matrimonij:& tunc videtur, quòd animo donandi: cum aliàs tale pactum eſſet ineptum & ineffi cax,ſi dicat poſtea ſe ſoluiſſe animo repetendi a muliere:in dubio enim debet præſumi noluiſſe inire pactum vtile & validum & non inualidum, arg.l.3.ff. de teſtam.mili.& facit l.ſemper.ff.de reb.dub. cum ſim. Aut nullum iniuit pactū de ſibi reſtituendo:& tunc aut erat prius debitor mulieris,ſcilicet ille,qui ſoluit dotem,& videtur animo ſe liberandi a muliere hoc feciſſe ſoluendo creditori.l.ſi onera.ff.de excep.doli.& quod no.in l.ſolutum.§.ſolutam.ff. de pig.act. Aut non erat debitor mulieris: & tunc videtur in dubio ſoluiſſe animo donādi ſpeciali fauore dotis per illum tex.§.accedit.indiſtinctè loquentem.

3 †Quid autem ſi ſoluens,vel promittens dixit ſe ſoluere nomine mulieris, nec probatur mandatum, an pro illa videatur ſoluiſſe tanquam negotiorum geſtor: & ſic animo repetendi per actionem negotiorum geſtorem? videtur dicendū ꝙ ſic: & maxime ex quo ipſe ſic poſtea declarat ſua verba. Nam dicendo nomine talis,videtur intelligi,ꝙ non nomine ſuo proprio,ſed alieno promiſit,quia dicta verba poſſunt accommodari, quod tanquam negotiorum geſtorum alterius ſecundum Bar.in l.1.§.nunciatio.ff.de no.ope.nunc.Et ſecundum hoc idem dicendum ſi diceret,promitto dotem pro tali muliere,quia illud verbum,pro tali,idem importat,ꝙ nomine talis.l.fideicommiſſa.§.interdum.ff.de leg.3.& ibi notabiliter & per Bart.in d.§.nunciatio.quod eſſet abſurdum.Nam imo tunc videtur ſuo nomine promittere: & illud verbum, pro tali,in iſta materia debet intelligi,ideſt,ad vtilitatem mulieris, vt hoc multis iuribus poſſet ꝓbari, vt patet in l.ſi ego. poſt principium.ff.de iure dot.& in l.fin.in princip.C.eo.titu. Et ſic etiam poteſt dici, quando dixit, promitto dotem nomine talis mulieris, aliter non exprimendo, vt illud verbum intelligatur, ideſt, ad vtilitatem talis mulieris propter ſubiectam materiam, ad hoc tex.no.iuncta glo.ibi in l.tutorem.ff. de his qui.vt indig.& in l.Polla. C.eo.tit.& no.Bart.in l.interdum.poſt prin.ff.de acqui.poſſ.

PRIVILEGIVM XLVII.

SVMMARIVM.

1 *Donatio pro dote mulieris etiam ſi excedat legitimam ſummam. non eget inſinuatione.*

2 *Statutum generaliter diſponens,quòd omnia legata & donationes debeant inſinuari, non ſe extendit ad legatum vel donationem pro dote.*

1 QVadrageſimumſeptimum priuilegium eſt, † quia licet præſumatur donatio fauore mulieris.d.§. accedit. vel licet expreſſe donauerit, & excedit legitimam ſummam:tamen non requiritur inſinuatio [ADDITIO.Inſinuatio. Nota, ꝙ fauore dotis non inſinuatur donatio pro dote, etiam ſi excedat legitimam ſummam,vt hic. Item nec donatio facta eccleſiæ,vel pio loco, vel ciuitati, vide Bart.contra Bal.in l.illud.de ſacroſan.eccl.l.ſancimus. C.de do.& ibi Doc. Pau.de Caſt.in conſi.30.glo.in Auth de non al.§.ſancimus.] talis donationis ſpeciali fauore dotis, vt eſt caſus ſing.in l.fin. in princ.C.de iure do. Super quo diligenter aduerte,quia ante dictam l.fi.quæ eſt noua,requirebatur inſinuatio talis donationis:licet pro dote eſſet facta,vt ibi expreſſe colligitur:& maxime dum loquitur per verbum,ſancimus,quod eſt noui iuris introductorium, prout etiam eſt verbum ſtatuimus,& decernimus, vt per gl.no.in c.ſtatuimus.de offi.deleg.in 6.& in c.1.de cler.non reſi. circa verbum receperit, & in cle per literas,de præb.& in clem.2.de reb.eccle.non alie. Tamen videbatur contrarium, cum cauſa dotis eſſet fauorabilis, imo etiam pia.l.cum is.§.ſi mulier.ff.de condi.ide.Et ad piam cauſam donatio etiam vltra legitimam ſummam non indigebat inſinuatione.l.illud.C.de ſacroſan.eccl.Et ſic ex hoc ſatis clarè deprehenditur, ꝙ proprio & ſtricto modo dos non concernit cauſam piam,quod no.ad dicta ſupra in 39.priuilegio.

Sed hodie procedit tale priuilegium circa inſinuationem cum ante dictam l. fi.non egerit inſinuatione per l.illud. non acceſſoriam fauore dotis, magis ratione piæ cauſæ in genere propter fauorem matrimonij, quàm ex alio reſpectu. Vnde etiam ſi mulier, pro qua dos fuit ſoluta animo donandi expreſſo vel tacito, & vltra legitimam ſummam eſſet diues de ſuo patrimonio, adeo ꝙ poterat congruenter ſe dotare: nihilominus procedit dictum priuilegium.l. fin.ex quo loquitur ſic indiſtincte.Ex quo ſequitur,ꝙ ſi dos fuiſſet ſoluta pro muliere: tunc etiam ante tempus d.l.fi.non fuiſſet neceſſaria inſinuatio,per id quod habetur in d.l.illud.

Et per hoc infert Bart. de Sali. in dicta l. fina.ad ſtatutum [ADDITIO. Ad ſtatutum. Donatio propter nuptias non debet inſinuari vigore ſtatuti de donationibus inſinuandis. vide Bald.in authen. iure ſuccurſum.in fi. C.de donatio ante nupt. & Paulum de Caſt. conſil.130. Barto.in l.cum multæ in princip. C. eodem titulo. Sed tex. eſt in contrarium, & ibi
2 Bar.in l.fi §.ſimiliq́ue modo C.de iure do.] volens † ꝙ omnia

Source : BIU Cujas

legata & donationes, ſi excedant ſummam decem ducatorum, debeant inſinuari, alias poſſit peti caſſatio, tamen non haberet locum tale ſtatutum in legato dotis, vel in dote promiſſa pro muliere etiam per extraneum & animo donandi, vt ſic talis mulier non teneatur inſinuare, quia tale ſtatutum recipit interpretationem reſtrictiuam & limitatiuam a iure communi fauore dotis per id, quod habetur in l. fina. Et ex hoc ipſe arguit notanter, quòd diſpoſitio quantumcunque generalis requirens aliquid pro ſolennitate actus alias annullando & cæt. reſtringitur, vt non obtineat, quando actus fieret circa dotem promiſſam, vel datam pro muliere: cum aliter intelligendo mulier remaneret infœlix & indotata per illum text. ad hoc etiam tex. no. in l. promittendo. in princip. ff. de iure dot. dum dicit, quòd promittendo dotem, omues obligantur cuiuſcunque ſint conditionis. Nam ponderanda ſunt dicta verba, ex quo geminatè & reiteratè loquitur per verbum generale. Primo dicendo, omnes, & poſtea ſubiungendo, cuiuſcunque ſint conditionis: & ſic non ſine virtute aliquid operandi tex. loquitur per verba vniuerſalia duplicata. facit, quod habetur per glo. no. iuncto tex. in capit. vt circa. de elec. in 6. ſuper verbo, omnia & ſingula. ad hoc etiam l. Baliſta. ff. ad Trebel. & tex. ibi no. in l. cum virum. C. de fideicommiſ.

PRIVILEGIVM XLVIII.

SVMMARIVM.

1 *Mulier quando poſſit ſe obligare ſine certa ſolennitate.*
2 *Dotando quis mulierem habentem patrem diuitem licet videatur animo donandi id facere: tamen talis donatio eget inſinuatione.*

ET hoc erit quadrageſimumoctauum priuilegium notabile & generale in materia dotium, ſicut etiam dicimus alias fauore reipub. cp diſpoſitio licet generalis reſtringitur, maxime quando eſſet odioſa, & quando aliter intelligendo redundaret contra fauorem reipubli. vt eſt tex. no. in l. ſi quis in graui. §. hi quoque. ff. ad Sille. iuncta l. vt gradatim. §. ſed ſi lege. ff. de mun. & hono.

1 † Vnde ſtante ſtatuto, quòd mulier, vel filiusfamilias non poſſit ſe obligare ſine interuentu certarum perſonarum, vel patris, non haberet locum, quando mulier, vel filiusfamilias ſe obligaret pro dote alicuius mulieris. facit l. fina. C. ad Velle. & in d. l. promittendo. Et idem ſi loqueretur ſtatutum de minore. Sicut etiam videmus quòd prædia minorum non poſſunt alienari etiam cum decreto, niſi pro ære alieno: tamen etiam citra æs alienum poſſent alienari pro dote, ad quam tenebatur minor, vt habetur in l. prædia. C. de prædiis mino. & l. ob æs. eo. titu. iuncta glo. & in l. lex quæ tutores. C. de adminiſtra. tut. Nam etiam dicto caſu ſi minor ſe obligaret reipu. puta ratione alicuius officij publici: licet ſine dicta ſolennitate ſtatuti valeret, vt no. voluit Albe. de Roſa. in ſuo tractatu ſtatutorum, in ſecunda parte, circa fin. vt refert & etiam tenet Ludo. Roma. in d. §. hi quoque. Et propter hoc ego iam conſului circa ſtatutum Peruſinum volens, quòd obligatio, contractus, vel charta factus, vel facta per filiumfamilias non valeat ſine conſenſu patris: & quidam filiusfamilias ſe obligauit fideiubendo pro quodam ſuo amico, qui emit certam gabellam a communi, quòd non poterat iuuari tali ſtatuto. Et ſic etiam poſſet dici, quòd ſi fideiuſſiſſet pro dote mulieris: licet autem ſtatutum prædictum non extendatur ad minorem fideiubentem pro dote, vt ſupra, quominus valeat talis fideiuſſio; tamen forte ſibi non tolleretur beneficium reſtitutionis in integrum per id, quod voluit alias glo. no. in l. 1. C. ſi de momen. poſſ. per quam dicebat ibi Bald. quòd licet ſtatutum in aliquo caſu diſponat alienationem rei minoris valere vbi alias non valebat: tamen propter hoc non cenſetur denegata reſtitutio in integrum ratione læſionis, & minoris ætatis, vt etiam alias per eundem in authen. ſi captiui. C. de epiſco. & cleri. & facit tex. ad hoc nota. in l. prædium. C. de præ. mino.

Redeo nunc ad l. fi. C. de iure do. circa quam diligenter attẽde, quia diſpoſitio notabilis illius l. videtur procedere, quando onus dotandi ſpectabat ad ipſam mulierem.

2 † Si autem ipſa habebat patrẽ, qui tenebatur eam dotare: tũc forte non procederet diſpoſitio d. l. imo talis donatio egeret inſinuatione, quaſi tunc dotando animo donandi magis videatur illum geſſiſſe negotium patris, quàm mulieris: & ideo ſi non animo donandi, tunc poſſet petere non a muliere, ſed a patre, arg. l. ſi quis a liberis. §. ſi mater. ff. de libe. agn. & quod no. in d. l. alimenta.

Poſſet tamen diſtingui, quòd aut donauit contemplatione mulieris: & tunc non eget inſinuatione, aut contemplatione patris: & tunc quia ipſi patri videtur donaſſe animo liberandi eum ab onere dotandi, argum. l. ſed ſi plures. §. in arrogato. ff. de vulga. & pupilla. Et ideo indigeret inſinuatione: & hoc niſi pater ob eius inopiam non poterat dotare dictam filiam maxime congruenter. Nam tunc ſimiliter non egeret inſinuatione per id, quod habetur in d. l. illud. & maxime cũ in effectu hoc redundet in fauorem mulieris & matrimonij. Et ideo videtur eſſe par ratio fauoris, vt non indigeat inſinuatione. Aut ſumus in dubio: & tunc præſumitur quòd contemplatione mulieris, & non patris, argumen. l. cum aliquis. C. de iure delib. & quod habetur in l. dedit dotem. ff. de colla. bono. Poſſet tamen dubitari, quando pater poterat dotare de ſuo, an talis filia dotata ab extraneo poſſit petere, quòd etiam ipſe pater dotet. Et poteſt dici quòd ſic, per id, quod habetur in l. fin. C. de do. promiſ. Intellige, niſi iam ſit contractum matrimonium, quia tunc ceſſaret ratio, de qua in l. qui liberos. ff. de ritu nupt. ex quo iam mulier reperit ſe nuptam & etiam dotatam congruenter. Vnde ſecus ſi incongruenter, quia tunc poſſet petere ſibi ſuppleri a patre vſque ad congruam dotem, & maxime ne ſpernatur a viro, quod nota ad dicta ſupra in 15. priuilegio. & no. ad Bar. in l. obligamur. §. lege. ff. de act. & obliga.

PRIVILEGIVM XLIX.

SVMMARIVM.

1 *Legatum dotis non patitur falcidiam, quando ſit mulieri pauperi, ſecus ſi diuiti. Et quid in legato dotis reſtituendæ.*

1 QVadrageſimumnonum priuilegium eſt, vt † legatum dotis non patiatur falcidiam tanquam cauſa pia per id, quod habetur in authen. ſimiliter. C. ad leg. Falci. & licet ſoleat allegari glo. ſingul. in contrarium l. tali. ff. de iure dot. Tamen poteſt illa gloſ. ſaluari, quando tale legatum eſſet factum mulieri diuiti, & ſic quæ poterat ſe dotare de ſuo: cum tunc non dicatur proprio & ſtricto modo cauſa pia: ſed largo modo reſpectu matrimonij, vt ſupra dictum eſt in proximis priuilegiis pluries. Si autem mulier erat pauper, & tunc ex quo proprio & ſtricto modo dicitur cauſa pia: ideo tunc obtinet diſpoſitio d. authen. ſimiliter. & hoc etiam voluit Ludo. Roma. ibi in ſua repetitione poſt principium. Sicut etiam idem dicimus in legato alimentorum: cum largo modo reſpiciat cauſam piam, ex quo legantur cauſa vitæ hominis. Et ideo multa obtinent priuilegia ipſa alimenta, & eorum legatum etiam quando legarẽtur diuiti, vt ſic non poſſit ſuper eis tranſigi, vt l. cum hi. ff. de tranſactio. & etiam valet legatum alimentorum incertum. l. ſi cui annuum. ff. de annu. lega. & ſic de ſimilibus priuilegiis: tamen de tali legato alimentorum detrahitur Falcidia, niſi quando eſſet factum perſonæ pauperi, vt per Barto. notatur in l. alio. ff. de alimen. leg. in ſecunda colum. & per Ange. & Imo. in l. diuus. ff. ad leg. Falci. Et ideo ſtante ſtatuto, quòd mulier dotata non ſuccedat patri ſtantibus deſcendentibus maſculis: tunc ſi pater in teſtamento legat dotem filiæ inſtitutis maſculis hæredibus vniuerſalibus, tale legatum non patietur Falcidiam, ex quo filia nihil aliud habet. Si autem dicta filia haberet bona materna, vidi quoſdam dicere, quòd tunc tale legatum patietur Falcidiam. Sed tu dicas contrarium, quia tunc dos ſuccedit loco cuiuſdam legitimæ de iure naturæ debitæ, quæ non defalcatur, ex quo videtur talis legitima & conſequenter ipſa dos, tanquam æs alienum. Nec capitur iure hæreditario, vt per gloſ. & Docto. in l. cum a matre. C. de rei vendic. & facit, quod habetur per Bal. poſt Iacob. Butr. in l. quoniam in prioribus. C. de inoffi. teſtamen. An autem poſſet pater in tali dotatione apponere aliquod onus ipſi filiæ, dependet ex no. per Barto. & alios in l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de conditio. & demonſtra. & per Cyn. & Bald. in l. ſancimus. C. de nupt. & per eundem Bal. in dicta l. fina. C. de do. promiſ. & etiam per eundem in ſuo conſilio, quod incipit, antiquum ſtatutum Peruſij.

PRIVILEGIVM L.

SVMMARIVM.

1 *Modus appoſitus in fauorem eius, cui legatum promittitur, importat cauſam impulſiuam, & non finalem.*
2 *Legatum pro dote alicuius mulieris non reſpicit fauorem ſolius legatarij, ſed etiam reipublicæ.*

Quin-

Source : BIU Cujas

1 QVinquagesimum priuilegium habes, quia solet dici, ꝙ † vbi causa apposita in actu non venit per modū conditionis, sed per viam modi, vt in toto tit. de cond. ob cau. vt est in contractibus innominatis & similibus: tunc si talis mòdus respicit vtilitatem terti: & sic alterius quā eius, cui datur, vel acquiratur: puta do tibi centū, vt emas fundum Titio: tunc talis causa præsumitur fin. & non impulsiua: & ideo si fundus non ematur, reuocatur actus l. Titio centū. in prin. & l. quibus dieb. in fi. ff. de condi. & demon. Si autem respicit cōmodū eius, cui datur, & tunc causa censetur impulsiua & non fin. d. l. Titio centū. secundo responso. tamen fallit, nisi talis causa respiciat fauorem dotis, quia tunc præsumitur causa fi. tex. est no. in l. si ego. in prin. ff. de in. do. & no. Bar. in l. 2. §. fi. ff. de don. super quo tu aduerte, quia ex dictis Bar. ibi potest satis bene colligi, ꝙ hoc procederet, quando dos promitteretur & daretur pro muliere paupere, non sic si pro diuite, ex quo Bar. ibi dicit, ꝙ ibi est fauor piæ causæ: & ideo idem dicit in qualibet pia causa per l. si quis pro redemptione. C. de dona. Nam secundum eum videtur, ꝙ pro anima sua fecerit ille, qui donat, scilicet pro dote mulieris, & sic non tantū ad vtilitatem vel fauorem illius, cui dat: sed etiam ad vtilitatem sui dantis, scilicet pro anima sua, & ideo cessante, vel non secuta tali causa, non habet effectū talis donatio, quod est not. In contrarium tamen facit tex. not. in c. verum. de condi. appos. Nam secundum hunc intellectū probatur ibi, quòd modus appositus importat causam impulsiuam & non finalem: & tamen ibi erat fauor piæ causæ, quia donabatur ecclesiæ. Tamen si bene aduertatur ad illum text. magis apparebit illū concordare cum supradictis. Nam debes scire, quòd quando modus appositus est causæ finali ipsius contractus, videlicet quia alias non fuisset contracturus: tunc etiam in contractibus nominatis operatur, vt possit discedi a contractu, modo illo non impleto, casus est no. in l. cū te fundum. iuncta glo. C. de pac. inter emp. Sed si modus appositus nō est causa finalis, sed impulsiua, quia alias erat cōtracturus, vt est in dubio semper præsumendum in contractibus nominatis: tunc non potest agi ad ipsius contractus resolutionem propter talem modum non seruatum, sed debet agi ad eius modi obseruantiā, alias vt teneatur ad interesse, vt habetur in l. 2. C. de condi. ob cau. per Bald. & alios, ad hoc l. ea conditione. C. de rescinden. vendi. Sed in contractibus innominatis semper modus censetur causa finalis, & ideo eo non seruato potest agi cōdictione ob causam ad resolutionem, vt not. in d. l. 2. tamen fallit, quando talis modus tenderet ad vtilitatem eius, cui datur, argu. d. l. Titio centum. 2. respon. & hoc nisi datio concerneret causam piam, quia tunc modus appositus censetur causa impulsiua, & datio censetur causa finalis, & ideo non resolueretur per cessationem dicti modi: & ita est casus singu. in d. c. verum. intelligendo illum tex. quòd modus ibi appositus de non alienando magis concernebat vtilitatem ipsius donantis, quàm ecclesiæ, ad hoc vt res donata seruiret cultui diuino perpetuo in fauorem animæ dicti donatoris. Et sic licet alias dicatur, quòd donatio sit contractus nominatus, videlicet olim quando incipiebat a traditione: & etiā hodie quando a promissione, per l. si quis argentum. C. de dona. tamen hoc procedit, quando donatio fieret simpliciter, secus si ob causam, quia tunc est contractus innominatus, vt per Bart. in d. l. 2. & in l. fin. ff. de condi. ob cau. & in l. 1. ff. de dona. Nam illud procederet, nisi donatio fiat ecclesiæ, vel aliter tenderet in fauorem piæ causæ, quia tunc talis donatio censetur contractus nominatus: & ideo non potest agi ad eius resolutionem propter modum non seruatum, cum talis modus nō importet tūc causam finalem: sed magis impulsiuam, prout idē solet dici regulariter in contractibus nominatis, vt supra dixi. Vnde ad propositum, si ego dono mulieri pauperi centū, vt nubat: licet iste modus prima facie videatur respicere vtilitatem, vel fauorem mulieris, cui datur, & hoc respectu censeretur causa impulsiua, argu. d. l. Titio centum. 2. respon. tamen principaliter respicere videtur fauorem donantis, ideſt, animæ suę. Et sic talis donatio remanet in virtute contractus innominati. Et sic potest reuocari propter causam nō sequutam, tanquam causa finalis fuerit magis in fauorem ipsius donātis quàm mulieris, bene facit, quod no. Bar. in l. pater. §. Tusculanus. ff. de lega. 3. & ita procedit tex. in d. l. si ego. & quod ibi per Bar. & hoc nisi probaretur, ꝙ ego alias eram donaturus, quia tunc non sumus in casū dubio, sed claro, & ideo tūc causa nuptiarum erat impulsiua & non finalis, sic debet intelligi tex. in l. si donaturus. in princ. ff. de condi. ob cau. & facit l. 3. ff. de dona. & ideo si fuisset dictum quòd nuptiis non secutis reddantur donata, tunc etiam sumus in casū claro, quòd illa fuit causa finalis & non impulsiua. & ita etiam probatur in simili casū in d. c. verum.

2 Et sic per prædicta videtur posse inferri, ꝙ ex quo donando quis mulieri diuiti vt nubat, cessat tunc illa causa fauoris animæ illius donantis, vt habetur in d. l. illud. C. de sacrosan. eccle. etiam si fuisset dictum, ꝙ pro anima, vt ibi per glo. no. Ideo illa causa præsumeretur impulsiua & non finalis, & ideo non reuocaretur propter deficiētiam dicti modi, quasi alias fuisset donaturus: & ita etiam potest intelligi tex. in d. l. si donaturus. Cogita tamen, quia licet Bart. in d. l. 2. consideret piā causam respectu fauoris animæ & propter hoc præsumatur causa finalis, videlicet quando datur pro dote: tamen ipse idē Bar. in l. Titio centum. §. Titio genero. de condi. & demonst. tenet, quòd legatum pro dote non respiciat fauorem solius legatarij, sed fauorem reip. arg. l. 1. ff. sol. matri. & l. 1. ff. de iure dot. Item respicit fauorem incertæ personæ: cum qua habebit contrahi matrimonium cum dicta dote, quæ ratio secunda est multum debilis. Nam secundum hoc si legantur Titio decem, vt fundum emat, diceretur concernere etiam fauorē incertæ personę, videlicet cū qua contrahat. d. l. Titio. in prin. Sed alia ratio, videlicet fauore reipublicæ, videtur satis vrgere, quo respectu potest dici largo modo pia causa, vt supra dixi in 5. par. videlicet tanquam ad piū vsum. s. matrimonij, qui censeri debet causa finalis, vt etiam voluit Bald. in l. generaliter. C. de epis. & cle. & ita communiter est de intentione Doctorum, ꝙ indistinctè promissio vel legatum pro dote contineat causam finalem & non impulsiuam.

PRIVILEGIVM LI.

SVMMARIVM.

1 *Pœnitentia non habet locum ex parte implentis in contractu innominato, vbi datur aliquid in dotem pro matrimonio contrahendo.*

1 QVinquagesimumprimum priuilegium est, quia † licet alias quando datur ob causam sit locus pœnitentiæ ex parte dantis rei integræ, videlicet nondū sequuto implemento ex parte eius, cui datur. l. si pecuniam. in princ. ff. de condi. ob cau. Tamen fallit, nisi detur aliquid in dotem pro matrimonio contrahendo in genere, vel contrahendo cū tali, quia tunc non habet locū pœnitentia, & sic non potest repeti ex capite pœnitentiæ: sed solū ex capite causæ non secutæ, p tex. no. in d. l. si ego. in prin. & in §. j. per quē tex. voluit Bar. in l. quod Seruius. in fi. ff. de cond. ob cau. tamen ille tex. in d. l. si ego, non multū vrget videre meo, sed melius probat tex. in l. in potestate, 2. resp. ff. de spon. & idem voluit Bal. in l. mandatum. C. manda. in 4. col. extendens hoc no. ad omnem piam causam, vt in contractib. innominatis non habeat locū repetitio ex capite pœnitentiæ, quando respiceret piam causam, quod est bene notan. licet in cōtrariū faciat, qa fauor libertatis non excludit talem pœnitentiā, vt probatur in l. si pater. ff. de manu. vindi. & in l. 3. ff. de ser. expor. Et sic nec etiā fauor ecclesiæ, vt per Bar. no. in l. qui Romæ. in §. Flauius. ff. de verbo. obli. & ideo hoc dictū egeret maiori discussione, vt etiā iam vidi diuerso modo consultū per solennes Doctores circa veritatem illius dicti Bart. in d. §. Flauius. Tamen hodie indubie procederet in persona hæredis ipsius donatoris, vt nō possit pœnitere: licet forte potuisset suus defunctus, vt pxime dicē.

PRIVILEGIVM LII.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum non finitur morte mandantis re integra ob fauorem dotis.*

1 QVinquagesimumsecundum priuilegium † est, quia licet regulariter mandatum finiatur motte mandantis re integra, vt l. mandatum. C. manda. cum sim. Tamen fallit fauore dotis, vt est tex. sing. secundum vnum intellectū in d. l. si ego. §. 1. Sicut alias idem dicimus fauore libertatis in d. l. si pater. ff. de manu. vin. Et sic idem potest dici generaliter, vbicunque mandatum respiceret fauorem piæ causæ secundum no. in d. l. mandatū. in 5. col. & per eundem in auth. licentia. C. de epis. & cle. ipsē vero Bal. in auth. si qua mulier. ante fi. C. de sacrosan. eccl. dicebat de hoc esse casum vnicū, nec habere socium in c. exiit qui seminat. de verb. sig. in 6. in vers. in eo vero casu. sed ipse non fuit memor iurium supra allegatorū.

PRIVILEGIVM LIII.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum non expirat morte mandantis ob fauorem dotis iatantū quod hęres non possit reuocare mandatum.*

Source : BIU Cujas

1 QVinquagesimnmtertium priuilegium est,† quia in casibus in quib.mandatum non finitur morte, sed durat post mortem,illud procedit, donec hæres mãdantis reuocet.l.fundi venditor.§.j.ff.de acqui.pos.& tamen hoc vltimum fallit,nisi versetur fauor dotis, & sic piæ causæ,quia tunc durat,etiam vt hæres non possit reuocare,ex quo defunctus non reuocauit:iste est casus no.secundum alium intellectum in d.l.si ego.§.j.& quod habetur in d.l. si pater. & in d.l. 3.de seruis expor.& in l.fi.C.si mancipium ita fue.alie.& etiã probatur in d.c. exiit qui seminat. §. in eo vero casu. & quod per Bal.in d.auth.si qua mulier.ante fi.

PRIVILEGIVM LIIII.

SVMMARIVM.

1 *Pactum legis commissoriæ non est probatum in pignoribus fauore dotis dandæ.*

2 *Pactum legis commissoriæ pro dote restituenda est improbatum,licet versetur fauor mulieris.*

1 QVinquagesimumquartum priuilegium est,†quia licet pactum.l.commissoriæ regulariter fit improbatum in pignoribus.l.1 & 2.C de pac.pign.tamen fallit speciali fauore dotis.puta si mulier,vel socer promisit dotem in pecunia dando in pignus fundum interim tenendũ & fructuandum per virum pro oneribus matrimonij cum pacto,q̃ si infra certum tempus pecunia non soluatur,fundus ille cedat loco dotis,vt no.voluit Bal.in c j.de feudo dato in vicẽ.l.commisso.allegat,quod habetur in l.ita constante.ff.de iu.do.quę lex parũ facere videtur,quia tex.ibi non dicit, q̃ res illa, quæ potest permutari, vt sit in dote loco pecuniæ, fuerit res data in pignus pro dote,alle.etiam l.quamuis, alias Calippus.ff.de
2 soln.dicendo,q̃ ibi est speciale in dote.† Sed tamen licet lex illa loquatur in dote:tamen loquitur in dote restituenda a viro soluto matrimonio, non autem in dote soluenda a muliere vel socero ipsi viro. Imo ibi probatur totum contrarium, videlicet q̃ tale pactum non valet.hinc est,q̃ vir potest offerre pecuniam debitam pro dote non obstante dicto pacto. & licet Doct.post Bar.& ibi gl.communiter intelligant,q̃ illud pactum fuit factum ex interuallo post habitam dotem & nõ a principio,quo casu licet valeret ad retinendum si creditor possideret pignus, vt est casus no.in l.Titius.ff.de acqui.poss. & l.2.C.de pac. pigno. secundum vnam lecturam: tamen ad agendum non prodest ipsi creditori,ita intelligendo dictam l.quamuis.tamen q̃ ibi fuerit pactum ex interuallo est in totum diuinare ad illum tex. Vnde probatur ibi quòd indistincte tale pactum legis commissoriæ non valet,in pignore etiã fauore mulieris creditricis.In dote tamen bene valeret fauore mulieris & etiam fauore dotis, prout supra sunt positi termini.& ita potest saluari dictum Bal. in d.c.1. sumendo argumentum ex generalitate d l.ita constante.quia tunc subest ratio. Nam quare tale pactum fuit improbatũ a iure in pignoribus est illa ratio potissima, quia debitores egentes pecunia præstabant se multum faciles ad consentiendum creditori in tali pacto,ex quo sequebatur vt plurimum magna læsio debitorum, quia postea reluere non valebant in termino, & sic res data in pignus cedebat in solutum ipsi creditori pro debito, & quia vt plurimum huiusmodi creditores & fœneratores volunt, q̃ pignus valeat valde plus debito, & sic tale pactum videbatur continere quandam asperitatem creditoris contra debitorem,ideo iura ipsum improbant,vt hanc rationem ponderat Bar.& communiter Docto.in d.l. Titius.& in d.l.quamuis.& Doct.in c.significante.de pig.quę ratio cessat in promissione dotis, quia communiter & frequentius contingit, q̃ ipsi viri magis solent allici ad faciendum pacta proficua mulieri,quam sibi, vt dicebat Cyn post Pet.in l.in contractibus.post prin.C.de non num.pecu.& ea ratione iura se mouerunt ad subueniendum viris confitentibus se habuisse dotem dando eis exceptionem non numeratæ dotis, vt ibi per eum.Vnde mulier vel socer promittens dotem non eget pecunia, sed eget dilatione in soluenda pecunia pro dote, in qua dilatione dãda communiter viri sunt faciles & liberales. Vnde in contractu dotis & pignore,quod datur pro dote nõ subest illa ratio, quæ mouit iurislatores in aliis debitis & contractibus ad improbandum tale pactum, prout etiam subest dicta ratio in ipsis viris se obligantibus ad dotem restituendam,qui sunt magis faciles pro habenda vxore ad inundum tale pactum pro dote restituenda.

Præterea tale pactum, q̃ pignus cedat in dotem non tendit ad merum lucrum mariti creditoris, prout tendit in aliis debitis ad merum lucrum creditoris,cum in dote tale pactũ cedat etiam in fauorem ipsius mulieris, ad quam tandem ipsa dos erit reuersura.Nam quando versatur interesse alterius quàm creditoris,tunc respectu illius non est improbatum tale pactum,vt est tex.no.in l.fi.in prin.ff.de contrahen.emp.& ita superiori tempore consului apud Lucam in quæstione facti,licet ibi essent termini,vbi tale pactum,q̃ pignus cederet in dotem pecunia non soluta in termino, fuit appositum ex interuallo, quo casu tale pactum non est improbatũ, saltem ad retinendum, vt est tex.no.in d.l.Lucius, quæ omnia bene nota,quia sunt quotidiana.

PRIVILEGIVM LV.

SVMMARIVM.

1 *Res emphyteutica licet non possit legari,vel donari etiam iure emphyteutico tamen speciali fauore dotis posset per titulum dotis transferri irrequisito domino.*

1 QVinquagesimumquintum priuilegium est, quia licet sit dubium,† an emphyteuta possit donare vel legare rem emphyteuticam sine consensu Domini faciẽdo aliũ emphyteutam, qui habebat a Domino cognoscere rem ipsam. quam quæstionem tanquam hic impertinentem aliter non attingo, sed de ea per Doct.vide post Bart.& ibi dixi in l.si domus.§.fi.ff.de leg.j.& per Bal. & Sali.in l.fi.C.de iure emphy.& per eundem Bal.in l.fin.C.ne rei domi.vel temp.& aliqualiter per Io.de Imo.mulier petere potest,vt fiat restitutio per modum possibilem,vt probatur in dictis iuribus.

Præterea quando proceditur per viam restitutionis non potest congrue subintelligi de commoditate sola,sed de ipso vsufructu prius dato ipsi viro & sic reddendo ipsum vsumfructum proprie intellexit de vsufructu iam dato, alias proprie non esset redditio.l.1.§.si pecuniam.ff.depos.& l.verbũ reddendi.ff.de verbo.signifi.

PRIVILEGIVM LVI.

SVMMARIVM.

1 *Alienatione rei prohibita non censetur prohibita concessio commoditatis fructuum,nec etiam locatio ad longum tempus,quando non fiat præiudicium Domino directo.*

1 QVinquagesimumsextum est, quòd licet in aliquo casu † prohibeatur alienatio alicuius rei,puta feudi,vel emphyteusis irrequisito Domino: tamen non censetur prohibita concessio commoditatis fructuum,vt probatur in dictis iuribus, & maxime in d.l.necessario.§ fi.& in d.l. arboribus.§.2.& in d l.si vsusfructus.& in d.c.nuper.quod videtur notandum.multum tamen obstat, quia per locationem non videtur fieri alienatio rei.l.non solet. ff.loca. sed solum videtur concedi commoditas percipiendorum fructuum: & tamen locatio ad longum tempus videtur esse prohibita stante prohibitione alienationis, vt no.in l.codicillis.§.instituto. ff.de leg.2.per Barto.& alios,& in clem.1. de rebus eccle.non alien.facit,quod habetur in l.fin.C.de reb.alien.non alienan. Vnde cogita,quia posset dici,multum referre, an simpliciter prohibeatur alienatio propter se, & tunc iudistincte censeatur prohibita locatio,vel concessio commoditatis fructuum ad longum tempus, & ita procedit, quod habetur in d. §.instituto.& in d.clem.1.& in d.l.fi.C.de rebus alie.non alienan. An autem prohibeatur alienatio, nec fiat præiudicium tertio ratione sui dominij, & tunc forte non erit prohibita locatio, seu concessio commoditatis ad longum tempus, ita procedit,quod habetur in d.c.nuper,& in d.l.vsufructu,cum aliis supra allegatis.

PRIVILEGIVM LVII.

SVMMARIVM.

1 *Senatusconsultum Macedonianum cessat,quando filiosamil.fuit mutuatum in causam dotis.*

1 QVinquagesimumseptimum priuilegium est,quia filiusfamilias recepit pecuniam mutuò, vt eam conuertat in causam dotis filiæ suæ vel sororis, obligatur tunc efficaciter,nec iuuatur exceptione † senatusconsulti Macedoniani. ita allegat quidam.l. item si alius. alias incipit, sed & Iulianus.§.sed & si filius.ff. ad Macedo. cum etiam speciale sit fauore studiorum, vt accipiendo filiusfamilias, qui est in stu-

Source : BIU Cujas

in ſtudio, pecuniam mutuò, efficaciter obligetur, vt eadem l.§.quod dicitur. & l.Macedoniani. C.eo.& facit, quod aliàs no.in ſimili in l. cum filius. ff. ſi cer. peta. & dicta ſupra in 46. priuilegio. cum cauſa ſtudiorum concernat intereſſe publicum ſicut cauſa dotis, vt no.Docto.poſt Bar.in l.1.ff.ſol.mat. & faciũt dicta ſupra in 48.priuilegio. Tu tamen aduerte,quia dici poſſet, quòd in d.l.item ſi filius.illud ideo procedit propter abſentiam patris, & etiam quia in rem patris cenſetur mutuum fuiſſe verſum, quo caſu ceſſat ſenatuſconſultum Macedonianum, vt eadem l.§. proinde. & maxime cum illa videatur cauſa neceſſaria, quo caſu quando in neceſſariam cauſam accipit mutuum, ceſſat dictum ſenatuſconſultum Macedonianum.d.l.ſed & Iulianus.§. pen. Poſſet tamen non improbabiliter ſuſtineri,quòd etiam ſi pro alia extranea muliere filiusfamilias mutuum accipiat, vt in illius dotem conuertat, maxime quando illa aliunde non poſſet ſe dotare obligaretur efficaciter propter generalitatem. l. promittendo. in prin.ff.de iure dotium, & etiam per dicta ſupra in 48.priuilegio.& etiam quia ſenatuſconſultum Macedonianum emanauit ex quodam mero rigore & aſperitate iuris poſitiui,qui rigor & aſperitas ſolent ceſſare & moliri, vbi verſatur fauor dotis,vt dicit tex.in l.fi.C.ad Velle.& quia ſi fauore dotis ceſſat ſenatuſconſultum Velleiani, quod eſt merè fauorabile, multomagis debet ceſſare ſenatuſconſultum Macedonianum,quod eſt merè odioſum,vt no.in l.qui exceptionem.ff. de condic.inde.

PRIVILEGIVM LVIII.

SVMMARIVM.

1 *Bona minoris licet non poſſint quoquo titulo alienari vel hypothecari ſine tutoris authoritate & iudicis decreto, tamen pro cauſa dotis poſſunt.*

2 *Hypotheca legalis ſicut contrahitur in bonis maioris, ita etiam in bonis minoris.*

1 QVinquageſimumoctauum priuilegium eſt,quia†licet bona minorum non poſſint vendi, vel quoquo alio titulo diſtrahi,& etiã titulo hypothecę obligari ſine interuentu tutoris, vel curatoris & decreto iudicis.l.2.ff.de rebus eorum,& l.fi.C.de rebus alie.non alienan.tamen pro cauſa dotis poſſunt obligari, imo tacita ſurgit hypotheca in rebus minoris promittentis dotem,vel viri recipientis dotem. Nam ex quo lex permittit minorem contrahere matrimonium,ergo & acceſſoria ad matrimonium, ſcilicet dotem recipere,& conſequenter pro dote ſua bona obligari permittitur,cum aliàs daretur quoddam impedimentum,vel difficultas quædam ad libertatem matrimonij,quia non aliter de facili quis inueniret vxorem cum dote pro oneribus ſupportandis, niſi permitteretur dicta hypotheca bonorum, arg.l. 2.de iuriſdi.omnium iudi. & facit quod in ſimili no.Bar.poſt Dy.in l.ſi cum dotem.§.tranſgrediamur.ff.ſolu.matri. De neceſſaria obligatione patris pro dote & matrimonio ſui filij confert etiam ratio, quæ ſumitur in l.mutus.in princi.ff.de iure dotium,& hoc videtur fuiſſe de mente glo.notabi.in vltima ſua opinione, in l.fin. C.de legi.hæredib.quam etiam ibi tenuit Cyn.cum illa non ſit hypotheca contracta per ipſum minorem ſimpliciter,ſed tacitè ſurgit ex legis authoritate.Et ſecundum hoc non foret ſpeciale in dote,ſed in omni hypo-
2 theca merè legali, vt illa ſicut † contrahitur in bonis maioris,ita etiam in bonis minoris.gl.tamen notabiliter ſentit cõtrarium in l.item quia.ff.de pac.& Dy.in §.item Seruiana.Inſtit.de actio. de quo tamen me remitto ad no.per Barto.in l. ſi conſtante.in prin.in 4.q.3.partis.ff.ſol. matri.vbi etiam plenius tenuit poſt Ioan. de Imo. & per legentes in l.item quia, & licet non ſit parua hæſitatio reſpectu viri minoris dotem recipientis: tamen reſpectu mulieris minoris dotem dantis videtur intrepidè poſſet teneri, quòd ſicut non poteſt dotẽ conſtituere,maxime in immobilibus ſine tutore,vel curatore & decreto iudicis, vt habetur in l. lex quæ tutores. C. de admini.tuto.Similiter etiam non poſſet pro dicta dote bona ſua obligare, cum hypotheca tanquam acceſſoria ſequatur naturam ſuæ obligationis perſonalis.l.3.C per quas perſonas nobis acqui. cum ſimi. Et ideo ſimiliter non cauſabitur tunc hypotheca tacita legalis,cum ipſa lex improbet ipſum principalem contractum,argu.l.non dubium.C.de legib.cum ſimi. Aut conſtituitur dos cum tutore,vel curatore & decreto iudicis, & tunc licet aliter non fuerit conuentum expreſſe de hypotheca bonorũ, nihilominus tacitè ſurgit ipſa hypotheca, per id quod habetur.C.de rei vxo.act.l.j.§.j. Et decretum iudicis porrigitur ad dictam hypothecam tacitè contrahendam: ex quo enim permiſit iudex ipſum principalem contractum,videtur etiam tacitè voluiſſe, q̃ ipſa hypotheca cauſetur,argum.optimum in l.ſi pupillorum.§.ſi pupillus.ff.de rebus eorum. Vnde permittente hoc legis miniſtro videlicet quòd dos detur pro muliere, videtur etiam ſuccedere legis diſpoſitio ad dicti contractus robur & maiorem ſolidationem,vnde cogita.

PRIVILEGIVM LIX.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio bonorum minoris propter dotem, an extendatur ad donationes propter nuptias.*

1 QVinquageſimumnonum priuilegium † eſt, quialicet regulariter bona minorum prohibeantur alienari ẽt cum decreto,niſi duntaxat propter cauſam imminentis æris alieni, vt l.ob æs.C.de præd.min.& l.1.poſt princip.ff. eod.tit.Tamen ſpeciali fauore dotis talis promiſſio extenditur ad alienationem fiendam propter dotem,vt l.lex quæ tutores.C.de adminiſtra. tuto. & ibi no.Solet tamen dubitari, an extendatur ad alienationem propter nuptias donationis in recompenſationem dotis. & communiter tenetur quòd ſic, vt habetur in l.fi.§.fi.C.ſi maior factus, & per gl.& Doct. in d.l.lex quæ tutores. in l.prædia. C. de præd. min. & no.in l. Titiã.ff.de iure dot.

PRIVILEGIVM LX.

SVMMARIVM.

1 *Res mobiles etiam hodie poſſunt alienari ab adulto cum curatore ſine decreto propter cauſam dotis, vel donationis propter matrimonium contrahendum.*

2 *Res mobiles minoris, an poſſint dari propter nuptias.*

3 *Munera conſueta ex cauſa nuptiarum circa mobilia,etiam quæ ſeruari poſſunt,poſſunt donari per tutorem etiam ſine decreto.*

1 SExageſimum priuilegium eſt, † quia licet res minorum etiam mobiles ſint prohibitæ alienari ſine tutore vel curatore & decreto iudicis & tamen dicto caſu ſolum propter æs alienum,ſicut diſponebatur olim in immobilibus, ita hodie in mobilibus, vt habetur in d.l.lex quæ tutores. tamen quando alienantur per mulierem minorem propter cauſam matrimonij contrahendi,ſeu propter nuptias, vel ſponſalia, poſſunt alienari ſine decreto,quando ab adulto cum conſenſu curatoris.imo tunc non eſt locus reſtitutioni in integrum prætextu minoris ætatis,vt eſt tex. notab.in l.j.C.ſi aduer.dona.& fuit de mente Bart. in l. ſi ante nuptias.ff.ſol. matri.dum vult, quòd ſi mulier, quę ducitur ad domum viri cum dote: tamen matrimonio nondum contracto de iure propter impedimentum ætatis non legitimæ,fortè ex parte ipſius mulieris,vel ſponſi cum pacto,vt interim vir ſuſtineat onus alimẽtationis & interim lucretur fructus dotis,tale pactum valet, ſi cum decreto iudicis,ſi mulier erat pupilla,vel ſi erat maior, puta adulta tunc valeret etiam ſine decreto, imo plus ſentit ibi Bart.quòd etiam ſi non eſſet factum tale pactum, tamen tacitè videtur ineſſe tanquam propter recompenſationem onerum quaſi matrimonij tunc inualidum, vnde multomagis quando eſſet factum tale pactũ per viam expreſſam. Bar. tamen ibi nihil alleg.niſi d.l.lex quæ tutores.quæ tamen non facit, & maxime cum ibi non fiat differẽtia inter pupillam & adultam:licet multi ibidem ſequantur Bart.& maxime Io.de Imo.ex eo quia videtur ſubeſſe iuſta cauſa alienationis propter onera quaſi matrimonij. Et maxime quia fructus ſunt de rebus, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, vt per glo.illam no.in l.1.C.ſi aduer.vſuc.tamen hæc ratio concluderet idem in pupillo,quod in adulto etiam ſine decreto, per id quod habetur in d.l.lex quæ tutores,in fi.& in l.ſancimus.§.fi.eodem titu. Vnde poteſt dici vtroque caſu talem virum non lucrari illos fructus, & ſic etiam poſſet repetere expenſas onerum dicti quaſi matrimonij interim factas:qa licet res mimoris poſſint alienari pro dote cum decreto.d.l. lex quæ tutores. tamẽ non debet illud extendi ad aliam cauſam quàm dotis. Imo,
2 vt dixi in proximo priuilegio,ſolet dubitari,an † poſſit donari propter nuptias, & tamen tenendo quòd poſſit per tex.in d.l.fi.§.fin.C.ſi maior factus, tamen talis alienatio fructuum non cenſetur facta,vt illi ſint dos, vel vt ſint donatio propter nuptias, quia illa fit a viro vxori in recompenſationem dotis. l.fin.C.de dona.ante nupt.Eſt ergo quædam donatio ex cauſa quaſi dotis & quaſi matrimonij. Et licet poſſint fructus

Source : BIU Cujas

alienari ſine decreto tanquã ſint de rebus,quæ ſeruando ſeruari non poſſunt.d.l.lex quæ tutores.in fi.& d.l.ſancimus. tamen hoc procedit,quando alienarentur ex cauſa,ne corrumpantur,quia tunc ita expedit minori,licet nõ expediat minori,quando fructus rei datæ in dotem ſuperexcederent expenſas onerum dicti quaſi matrimonij.Ludouicus tamen Rom. in d.l.ſi ante nuptias.dicit,tale datum valere etiam ſine decreto, dummodo tria concurrant.ſ.ꝙ propter nuptias futuras. Item ꝙ in rebus mobilibus. Item ꝙ cum tutore vel curatore, alleg.ad hoc tex.ſing.in d.l.j.C.ſi aduer.dona.& vltra ſubdit, ꝙ in tantum valet pactum, ꝙ ſi non ſequatur matrimonium:tamen videtur nõ reuocabilis talis donatio fructuum, ſicut non reuocatur donatio remuneratoria per id,quod habetur in l.ſi pater.§. fin.ff.de dona. Cuius dictum ſolitus ſum impugnare in d.l. ſi ante nuptias. & maxime in hoc vltimo, quia in d.l.1.donatio fuit remuneratoria, ſeu recompenſatoria, videlicet propter nuptias & propter dotem datã ipſi minori,& tamen reuocaretur ibi non ſequuto dicto matrimonio,ſicut etiam reuocaretur dos data ipſi minori. Et ſic verſa vice poteſt dici,ꝙ reuocaretur dicta donatio fructuum & ſimiliter vice mutua repeterentur expenſæ factæ in dicta puella.Bar.tamen in d.l.1.intelligit illum textum procedere in rebus mobilibus,quę ſeruando ſeruari non poſſunt.Et ideo tũc non datur reſtitutio in integrum in illo caſu, ex quo donatio fuit facta propter ſpem matrimonij, & etiam in dictis rebus, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt. Et ſic ſentit, ꝙ ſi ſeruari poſſent, non valeret ibi illa donatio ſine decreto, qui intellectus videtur multum reſtringere, & etiam diuinare ad illum textum,ſic ſimpliciter loquentem. Et ideo gl.ibi,cũ qua tranſit ibi Cy.& etiam Bal. & Ang. ſimpliciter dicit illum textum procedere in rebus mobilib.indiſtinctè,vt ſic non ſolum valeat ibi illa donatio ſine decreto, ſed etiam non poſſit reſcindi prætextu reſtitutionis in integrum, vt vult ibi gl.quod ſit ſpeciale ibi in re data propter ſpem matrimonij, ſed Bald.ibi ſentit,ꝙ ideo non reſtituitur ibi minor,quia eſt vſus iure cõmuni,cum illa munera ſint conſueta fieri,vt hoc etiam colligitur ex eius ſummario, quia ſolent mitti dicta munera ad ſponſam, & ideo tutor vel curator non poſſet de hoc redargui per id, quod habetur in l. cum plures. §. cum tutor.ff.de admin.tut.Et iſta opinio de iure videtur verior iudicio meo, & probatur ex illo tex.l.j.ibi, concurrenti moderatione,quæ congruens moderatio munerum erit, vt fiant ſecundum ſoli tam obſeruantiam loci,& ſecundum conditionem perſonarum & facultatũ dicti minoris in huiuſmodi nuptiis. Et hoc caſu ſi erit facta donatio per adultum cum authoritate curatoris circa huiuſmodi mobilia, quæ conſueuerant dari, vel mitti ipſi ſponſæ,valebit etiã ſine decreto,nec poterit aduocari per reſtitutionem in integrum,cum tũc ſit vſus iure maioris,ex quo ita expediebat ipſi minori facere per id,quod habetur in l.j.C.de in integ.reſti.& hoc etiam eſt de mente gl.in d.l.j. bene probatur in d. §. cum tutor. maxime ſi in litera eſt ibi verbum, ſolita munera, vt multi libri habent, licet aliqui
3 habeant verbum ſolennia munera.† Si autem fieret donatio immoderatè & præter dictas circunſtantias,tunc non valeret, ex quo facta eſſet per modum non expedientem ipſi minori,vt probatur a cõtrario ſenſu in §.cũ tutor.ibi, ſi hoc pupillo expediet.Ergo ſecus, ſi nõ expediet.Et ſic nõ eſſet opus reſtitutione ſtante regula prohibitæ alienationis rerum minorum etiam mobilium.d.l.lex quæ tutores, ꝙ procedit etiã in mobilib.quæ ſeruando ſeruari non poſſunt,quando fieret pro cauſa non expediente minori,vt ſupra dixi.

PRIVILEGIVM LXI.

SVMMARIVM.

1 *Patre exiſtente furioſo vel mentecapto,filiafam.licet in eius poteſtate ſit, poteſt de bonis patris ſui promittere pro ſua dote, & pacta inire cum viro de dote lucranda.*

1 SExageſimumprimum priuilegium eſt,quia†patre exiſtente furioſo vel mentecapto,filiafamilias licet in illius poteſtate conſiſtat,poteſt de bonis talis ſui patris promittere pro ſua dote,& etiam pacta inire cum ſuo viro de dote lucranda, vt eſt caſus ſing.in l.quoties ff.de pac.dot.tamen forte poteſt dici, ꝙ hodie ille tex.non procedat, quia imo tunc requiritur,ꝙ interueniat curator dicti patris furioſi vel mentecapti & etiam propinqui dictæ mulieris in conſtitutione dictæ dotis & etiam iudicis authoritas,per l.furioſi.C.de nup. Vel dicas, ꝙ cum legum correctio ſit euitanda per id quod habetur in l.præcipimus.in fi C.de app.cum ſuis vulgarib.ꝙ diſpoſitio d.l ſi furioſi.procedat, quando furioſus vel mẽtecaptus haberet curatorem, ſecus ſi non haberet curatorem, & filia eſſet maior 25. ann. in qua non eſſet præſumptio alicuius læſionis. Nam tunc non poſſet ipſa ſola abſq; eo, ꝙ debeat dari curator dicto ſuo patri, & ita procedat tex.in d.l.quoties.& facit quod habetur in ſimili in l.ſi cum dotem. in §. ſi ſoluto. ff.ſol.mat.tamen tunc cautius eſſet,ꝙ interueniret ipſe iudex per id,quod habetur in l.3.§.j.ff.de iu.do.

PRIVILEGIVM LXII.

SVMMARIVM.

1 *Prælegatum dotis non venit in reſtitutione fideicommiſſi.*
2 *Pater an poſſit grauare filiam expreſſe per fideicommiſſum.*

1 SExageſimumſecundum priuilegium eſt, quia licet regulariter † prælegata veniant in reſtitutione fideicommiſſi vniuerſalis, vt habetur in l.Marcellus.§.quidam liberis. ff.ad Trebel.& l.cum virum.C.de fideicommiſ.tamen fallit in prælegato dotis facto per patrem filiæ inſtitutæ vna cum fratre, vel ſorore, vel cum alia perſona, vt hoc poteſt colligi per ea, quæ habentur in l.a filia.ff. ad Trebel.& voluit Bald. in auth. res quæ.C.communia de leg.in vlt.colum.ſuper quo tamen diligenter aduerte,quia ſi dos fuit data, vel promiſſa per patrem in vita, clarum videtur, quòd non veniat in reſtitutione fideicommiſſi, etiam ſi per verba generalia, puta ſi quid ad te perueniret de bonis meis &c. tanquam illud ſit æs alienum & ſic quaſi debitum filiæ & ius quoddam, quod iam exiuerit de patrimonio patris.l.pater filiam ff.ad legem Falci. Meritò non videtur venire in reſtitutione fideicommiſſi,ſic debet intelligi tex.in d.l.a filia. Si autem pater in teſtamento prælegauit dotem,& tunc durum videbitur,quòd filia deducat dotem de dicto fideicommiſſo,& maxime hodie,cum dicta filia poſſit deducere duas quartas, ſcilicet legitimam & Trebellianicam,ſecundum quod habetur in capi.Raynu.de teſt. & communiter hodie obſeruatur etiam in terris Imperij,vt habetur in l.quanquam.C.ad leg.Falcid.& per Bald.in l. iubemus.C.ad Trebel.Et ideo poteſt dici,quòd tale prælegatum dotis imputabitur in ipſa legitima per id, quod habetur in l.quoniam nouella.& l.omnimodo. §. imputari.& in l.ſcimus.§.repletionem.C.de inofficio.teſtamen. Et ſi dicta dos tranſcenderet legitimam,tunc illud plus imputabitur in Trebellianica per id,quod habetur in l.in quartam.ff.ad leg.Falc. Si autem Trebellianica non poſſet retineri forte,quia incontinenti debebat fieri reſtitutio,vel erat prohibita a teſtatore, cum ſecundum communem ſententiam poſſit prohiberi ſicut & facidia, ſecundum quod no.per Docto. in authen. ſed cum teſtator. C.ad leg.Falcid.& in d.l. Marcellus.§.quod autem.ff.ad Trebel. tunc illud quod tranſcenderet legitimam, non veniret in reſtitutione fideicommiſſi vniuerſalis, argumento eius, quod habetur in d.authen.res quæ. Nam ſi ipſa filia poteſt diminuere fideicommiſſum pro dote ſua per eam data vel promiſſa, etiam ſi excederet legitimam, dummodo eſſet dos congrua,vt d.authen.res quæ.& in corpore vnde ſumitur,eodem modo,eademque ratione poteſt illam ſibi retinere ſibi a patre relictam,cum ipſe pater,idemque teſtator relinquendo dictam dotem videatur ipſam congruentiam & conuenientiam dotis exiſtimaſſe, & ſecundum hoc non ita eſſet dicendum in dote prælegata ab alio,quam aſcendente, cuius officium non erat dotare dictam mulierem, cum tunc ceſſet ratio d.authen.res quæ.& ita de facto vidi conſultum & obtentum in ciuitate Peruſij in qnadam cauſa,in qua eram aduocatus. Nam teſtator inſtitutis duabus filiabus ſuis hæredibus vniuerſalibus prælegauit alteri filiæ, quæ minorem dotem habuerat,augendo ſibi dotem,& volendo quòd eſſent in dote æquales, poſtea eas inuicem ſubſtituit,ſi decederẽt ſine filiis prohibendo omnem deductionem falcidiæ. Nam illa, cui fuit factum augmentum dotis in teſtamento, prædeceſſit ſine filiis inſtituto viro ſuo hærede vniuerſali. Nam fuit obtentum, quòd etiam reſpectu illius augmenti dos haberet ſuum priuilegium,vt non veniret in reſtitutione fideicommiſſi, quatenus eſſet vltra legitimam, per ſupra dicta, quia augmentum cenſetur venire cum eadem natura & priuilegio, vt habetur in l.ſi conſtante.C.de donatio. ante nupt.& quod aliàs no.in l.ſi conuenerit.§.ſi nuda.ff.de pigno.
2 actio. & quod ibi per Barto. An † autem pater poſſit in dote grauare filiam expreſſe per fideicommiſ.maxime ipſa decedente ſine filiis. vide no.in l.Lucius.§. maritus.ff. ad Trebel. & in l.fina.§.filiæ. & ibi per Barto.ff. de lega.2. & in l. 1. §. videamus.C. de rei vxo.actio. & per Ioan.And.in addi.Spe.tit. de inſtru.edi.§.vt autem. in additione quæ incipit,ſed incidit alia quæſtio,quam diſputauit Dominus meus in legibus.

PRIVI-

Source : BIU Cujas

PRIVILEGIVM LXIII.

SVMMARIVM.

1 *Tutor an possit donare pauperculæ coniunctæ pupillo.*
2 *Maior 18.ann.licet minor 25. potest necessariam sibi personam ab hostibus redimere.*

SExagesimumtertium speciale priuilegium, quia licet tutor dicatur dominus rerum pupillarium.l. qui fundum. §.si tutor.ff.pro emptore.tamen non propterea habet liberũ arbitrium donandi etiam in minimis per id,quod habetur in
1 l.creditor.§.Lucius.ff.man.& in c.2.de do. Tamen pro†dote alicuius pauperculæ coniunctæ pupillo potest donare, vt est gl.no.iuncto tex.l.cum plures.§.tutor.ff.de admini.tut.secundum quosdam.Sed dici potest,ꝙ ibi pupillus ad hoc tenebatur,videlicet dotare sororem pauperem, de quo dictum est supra in 3.priuileg.& etiam in 16.

Imò hoc casu posset tutor solus dotare sine decreto iudicis,quando esset dos in pecunia,secus si in stabilib.vel mobilibus,quæ seruãdo seruari possẽt, vt l.lex quæ tutores.C.de admini.tut.quia tunc sicut non potest tutor, vel curator pro dote suæ pupillæ vel adultæ sine decreto, vt dixi supra in 59. priuilegio.ita & multominus pro dote alterius:videtur.n.tũc subesse quoddam æs alienum, ex quo pupillus ad dictam donationẽ tenebatur,vt sup.& ideo iusta est causa interponendi decretum, & sic infertur, ꝙ si minor tenebatur dotare, licet mulier illa esset coniuncta & pauperrima persona, & sic res foret piissima illam dotare,tamen talem pietatem exercere non posset tutor vel curator de bonis pupilli,nec etiã posset iudex interponere decretum,ex quo non subest causã ęris alieni, sicut etiam si vellet tutor vel curator redimere ab hostibus necessariam seu coniũctam personam pupillo vel adulto,etiam si cum decreto iudicis,quia hęc est causa iusta alienandi vel aliquid diminuendi de bonis minoris. & quia minor 10.& 8.ann.non incurreret pœnam, de qua in auth si ca
2 pti.C.de epis.& cle. In†maiore aũt 10.& 8.ann.& minore 25. forte posset tolerari, vt minor possit saltẽ in pecunia,talẽ redẽptionẽ facere, ꝑ tex.d.auth.& in corpore vnde sumit.Imò fottè posset dictus minor solus alienare bona sua ob dictam causam,siue habeat curatorẽ siue nõ, òa in hoc ipsa lex facit ipsum maiorem & legitimæ ætatis, si excedit 18. annũ abbreuiando ætatem 25.ann:Et ideo posset pro dicta causa alienare, & immobilia sine decreto tanquam maior per illum tex. ex quo etiam posset inferri,ꝙ sibi non competeret restitutio in integrum aduersus huiusmodi actum, sicut etiam nõ posset restitui, si talis minor & maior 10.& 8.ann.neglexisset redimere,vt hoc voluit ibi gl.no.ex qua gl.ibi solet notari iunctis dictis Bal.ibi quòd vbicunque lex vel statutum procedit limitando ætatem, puta abbreuiando ætatem 25. ann.tunc cessat restitutio in integrum.Et sic etiam econtra,quando lex vel statutum elongaret ætatem 25.ann. Nam tunc etiam vltra tempus.25.ann.daretur restitutio in integ.vt est tex.no.in l.fin.C.de repu.hæredi.

PRIVILEGIVM LXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Pactum incontinenti appositum per patrem appropriantem sibi dotem citra stipulationem,non vestitur cohærentia contractus.*
2 *Mulier si consentiat pacto incontinenti apposito per patrem, tunc vestitur pactum.*

1 SExagesimumquartum speciale priuilegium,†quia licet regulariter pactum nudum appositum iuxta contractũ vestiatur eius cohærentia,& sic ipsum contractum & eius veterem actionem informet, vt detur actio ex eo cõtractu ad id, quod in pacto deuenit & non nouam pariat actionem præscriptis verbis, vt habetur in l.iurisgentium.§.quinimo.ff.de pac.& in l.legẽ.& in l.bonæfidei.C.eo.tit.Tamen fallit in contractu dotis a patre promissæ per id, quod habetur in l.auia. C. de iu.do. Et ideo in patre sic paciscente requiritur stipulatio,vt ibi & in l.quoties.ff.sol.ma.non sic in extraneo,in quo seruatur regula, de qua in d.§. quinimo. vt l.j.§.accedit.C.de rei vxo.actio.& hæc specialitas surgit in dote ex eo,quia talis contractus dotis est necessarius ipsi patri,qui tenetur ad talẽ contractum incundum fauore ipsius filiæ.d.l.fi.C.de do.promis.& in l.qui liberos.ff.de ritu nup. Ideo non videtur esse æquum,ꝙ contractus causatus ex præambula obligatione patris in fauorem mulieris vestiat ipsum pactum iuxta se positum contra fauorem ipsius filiæ,vt dixi in d.l.quoties.legendo.Et hæc ratio fuit de mente gl.in d.l.auia.Vel potest dici,ꝙ ex quo pater cogitur dotare filiam, & sic talis contractus est necessarius patri,& hoc est inductum a iure in beneficium ipsius filiæ & matrimonij contrahendi.Certè nõ videbatur de iuris rigore patrem posse etiam per stipulationem sibi appropriare actionem de dote,quia hoc beneficium videbatur largè interpretandum in fauorem filiæ. l.fi.ff.de const.prin.& in regula,indultum.in sex.nihilominus tamen iura dispensatiuè permiserunt patri sibi posse paciscì & hoc cum modificatione quadam.s.vt non per nudum pactum,sed cum stipulatione sibi prouideret. Et hinc est,ꝙ in tali pacto non subintelligeretur hodie tacita stipulatio,de qua in l.1.in princ.C.de rei vxo. actio. ex quo illa non tenderet in fauorem filiæ, sed potius in diminutionem sui iuris,vt supra dixi in secundo priuilegio, & hoc fuit concessum patri, scilicet quòd per stipulationem possit sibi appropriare actionẽ de dote propter communionem actionis de dote inductam a iure inter patrem & filiam, quæ communio fuit permissa patri propter onus redotandi, quod sibi patri incumbit, vt no.in l.2.in princi.& l. non solum.ff.soluto matrimonio.

Ex quo sequitur,ꝙ in aliis personis,quæ necessitantur aliquando ad dotãdum, vt in matre diuite & etiam in fratre vt supra est tactum in proximo priuilegio & etiam supra in tertio priuilegio,videlicet ꝙ si paciscerentur,non subintelligeretur hodie tacita stipulatio, de qua in d.l.j.nec posset sibi prouidere etiam per stipulationem de dote sibi reddenda in casu soluti matrimonij, quia in eis cessat dicta cõmunio actionis de dote & etiam onus redotãdi, quod vltimum est bene notan.ad limitationem.d.§.accedit. & etiam eius, quod habetur in auh.sed quamuis.C.de dot.promis.

2 Et ex † prædictis potest inferri,ꝙ si mulier esset præsens tali contractui,de quo in d.l.quoties.& consentiret patri,ita paciscenti,tunc vestiretur tale pactum cohærentia dicti cõtractus,quando incontinenti,ex quo tunc cessat ratio,de qua supra.Et quia potest mulier renunciare tali fauori suo in fauorẽ patris sui, secus tamen esset, si ex interuallo consentiret, quia tunc non prodesset patri tale pactum nisi cum stipulatione, vt probatur in d. l. quoties.in 2. respon.& maxime cum tunc non subsit subiecta materia,cum non dicatur inesse pactum ipsi contractui,vt sic ab eo vestiatur,nisi quando incontinenti.d.§.quominus.& l.lecta.vers.dicebam.ff.si.cer.pet.Et ita potest intelligi tex.in l.post dotem.sol. mat.dum Iureconsul.præsupponit, quod pater sibi prouidit post dotem datam & sic ex interuallo per stipulationem:licet cõsentiente filia,& hoc secundum vnum intellectum ibi.Raph.autem Ful.in hac materia quo ad intellectum d.l. auia.& d. l. quoties. fuit in noua opinione, vt per eum in d.l.lecta.& in d.l.traditionibus.ff.de pac.de quo tamen dixi in d.l.quoties.Tamen tu teneat rationem esse,& quidem verissimam,prout supra dixi. Ex quo sequitur, ꝙ si pater vellet paciscì in fauorem ipsius solius filiæ, videlicet dotem reddi filiæ sol. matri. tunc posset etiam citra stipulationem.vt probatur in l.si cum dotem.in princ.ff.solu. matri.secundum intellectum communem,ꝙ ibi actio sit solius filiæ & non communis, & idem si fuisset stipulatus pater impersonaliter,videlicet dotem dari, quia intelligeretur dotem dari vtriq;, vt habetur in d.l.post dotem.secundum vnã lecturam:licet istis duobus vltimis casib.hodie subintelligeretur tacita stipulatio.Si autem ex interuallo fuisset pater stipulatus dotem dari filiæ, & tunc non vestiretur tale pactum etiam in fauorem filiæ, ex quo nõ est materia apta ad vestiendum vt supra. Et ita etiam potest intelligi tex. in d.l.post dotem.secundum alium intellectum. Fatendum tamen esset ꝙ dicto casu fauore mulieris subintelligeretur hodie tacita stipulatio, & idem si incontinenti propter generalitatem d.l.1. quæ omnia sunt bene no.& per Doc.non tacta.

PRIVILEGIVM LXV.

SVMMARIVM.

1 *Pactum expressum citra stipulationẽ in casu l.si cum dotem, licet sit inefficax respectu patris paciscentis, tamen pactum tacitè surgens ex illo expresso est efficax in fauorem præcipuum filiæ etiam citra stipulationem,quod est mirabile.*

1 EX quibus infertur ad 65.speciale priuilegium † quòd illud tacitum pactum surgens in casu notabili. l. si cum dotem.in prin.ff.soluto matrimonio,secundum intellectum communẽ,ꝙ ibi sit quæsita actio de dote præcipua ipsi filiæ in casu omisso, intelligendo secundum intellectum Bart.ibi ꝙ illud expressum pactum patris non fuit cum stipulatione, & sic fuit inefficax respectu patris, tamen causauerit pactum tacitum

Source : BIU Cujas

tacitum in fauorem filiæ efficax ad agendum ſine alia ſtipulatione,& hoc videtur mirabile,ꝙ pactū ibi expreſſum incontinenti appoſitū non veſtiatur cohærentia contractus, & tamen tacitum pactū ſurgens ex illo expreſſo & vtili pacto veſtiatur cohærentia cōtractus dotis, vt ſic maioris ſit potētiæ & efficaciæ tacitum,quàm expreſſum cauſans ipſum tacitum contra omnia iura mūdi,volentia,ꝙ quando vitiatur expreſſum,vitiatur tunc & ipſum tacitum ſurgens ex ipſo expreſſo. l.3.C.ſi pend ap.mors interue.Et quia expreſſum inducēs abnegationem alterius actus nonvalet tunc,etiam quod conſequutiuè abnegabatur,ſi mulier non valet.l.ſi iure.ff.de leg.3. facit.l. ſi ita ſtipulatio. ff. de ope. libertorum. propter quæ & multa alia argumenta & rationes ſolet impugnari d lectura Bar.& vide latius,quæ dixi in d.l.ſi cum dotem,in principio, propter quod ſi teneamus dictam lecturam Bart.oportet dicere, ꝙ ibi illud ſit ſpeciale fauore filiæ, vt dictam dotem habeat liberam & præcipuam propter dictum pactum factum per patrem in vnum caſum ſibi patri expreſſe prouidendo:licet inutiliter,vt ſaltem reſultet ex hoc pactum tacitum & vtile fauore dotis,aliter non poſſet dicta lectura Barto.ſuſtineri propter multas impugnationes Doctorū, & maxime d.Bart. de.Salic.ibi in ſua repetitione,vt ibi dixi reſpondendo multis modis ad l.planè.nu.j.in prin.ff de leg.j. & quia in d.l.ſi cū dotem,non præſupponitur,ꝙ ibi filia fuiſſet præſens imò loquitur tex.ſimpliciter & indiſtinctè.

PRIVILEGIVM LXVI.

SVMMARIVM.

1 *Pactum tacitum prodeſt filiæ abſenti etiam in uirtute agendi. & nu.2.*
3 *Actus tacitus non uidetur eſſe tantæ potentiæ quam expreſſus circa inducendam uel deriuandam ex eo aliquam ſpecialitatem cōtra iuris regulas.*

1 REſultat ſecundum aliquos alia ſpecialitas,& erit ſexageſimumſextum ſpeciale priuilegium,ꝙ pactū illud tacitum ibi prodeſt filiæ abſenti citra nunciū vel epiſtolam contra regulam, de qua in l. j. ff. de pac. Vnde dicebat ibi Ludo.ꝙ erit vnum mirabile fauore dotis, vt concurrant plura ſpecialia ex eodem fonte deriuantia circa idem.Primum ꝙ ibi pactum nudum ſit efficax ad agendum . Secundum,ꝙ tacitum pactum prouidet abſenti,vt illi quæratur actio ex eo. Tertium, ꝙ licet pactum veſtitum veſtiat aliud pactum,aliàs de ſe nudum, vt per gl.& Doc.in l petens.C.de pact.& per gl.notab.in l.2. C.de euictionibus, & illud obtineat ſolùm inter eaſdem partes paciſcentes, & non inter alias perſonas, arg.l.ſi tibi.C.loca.tamen fallit fauore filiæ & dotis in terminis d.l. ſi cum dotem . vt ibi per eū latius. Sed tu potes dicere tenendo prædictum intellectū Bar.ꝙ pactum illud aliàs de ſe nudum veſtitur cohærentia contractus per regulam, de qua in d.§.quinimo.cum ſimil.nec tunc ſumus in terminis d.l.auia.& d.l.quoties.cum iſto caſu illud pactum apponitur in fauorem ipſius filiæ, in cuius etiam fauorē principaliter talis contractus dotis initur, vt ſupra dixi. Illud autem,ꝙ profit filiæ abſenti,videtur dubiū,quia ipſemet Bar. in l.ſi conſtante.in prin.in 5.q.2 partis dicit,oportere intellige re,ꝙ in d.l.ſi cum dotem,filia ibi erat preſens,ſed Bar.de Sali. ibi tenet contrarium,& dicit hoc eſſe regulare,ꝙ in omni pacto tacito reſultante ex iuris interpretatione acquiſitio etiā fiat abſenti,alle.l.2.& quod ibi no. C.de pac.& in l.ſi creditores.co ti.Sed Lud.dicit † ꝙ ideo in caſu dictarum legum tacitum illud pactum prodeſt abſenti , quia illud tendit ad exceptionem parandam & ſic ad liberationem,quæ liberatio facilius quæritur alteri abſenti per alterum , quàm ipſa actio per id,quod habetur in l.reſcriptum.§.fi.ff.de pac. Hinc eſt,ꝙ pactum liberatorium prodeſt abſenti,vt per glo.no.in l.non ſolum.§.ſi liberationis.ff.de libe.leg.Tu aduerte quia Bart.in d. §.ſi liberationis.tenuit contrarium,prout etiam contrarium tenuit gl.& ibi etiam Bar.in l.idem in duob.in fi.ff.de pac.Tamen difficile videtur reſpōdere ad d.l.2. & l.ſi creditores,niſi dicas, ꝙ in d.l. 2. tacitum illud pactum ideo prodeſt abſenti ; quia videtur factum a procuratore ipſius abſentis , licet in rē ſuam.ideo prodeſt abſenti per id , quod habetur in d.l.reſcriprum.& ita multi poſt Bar.intelligunt illum tex.procedere in d.l.2.ſed in d.l.ſi creditores.prodeſt pactum abſenti,quia duo ibi concurrunt,ſ fauor liberationis . Secundum, quia ibi res redit de facili ad ſuam priſtinam naturam, quæ eſt, ꝙ in contractu & obligatione duorum quilibet intelligatur pro ſua virili obligatus.l reos.§. cum in tabulis.ff.de duob.reis.& l.Paulus.ff.de re iudi.& ita poteſt limitari no.gl.& opi.Bar.in d.§.ſi liberationis.vt dixi legendo in d.l.idem in duob. Vnde ſimiliter dici poteſt in caſu d.l.ſi cum dotem, ꝙ ideo ibi illud tacitum pactum prodeſt filiæ abſenti,quia duo ibi concurrunt,ſ. fauor filiæ, & dotis, & etiam quia res ibi de facili redit ad ſuā priſtinam naturam,quę natura dotis eſt,ꝙ dos ſemel data vel promiſſa per patrē pro filia dicatur egredi de patrimonio patris, & efficitur proprium patrimonium filiæ ex quadam donatione patris valida fauore filiæ & dotis, vt l Pōponius ff. hy ladelphus.ff.fam.ercis.& l 3.§.ſed vtrum.ff.de minorib.& l.filium emancipatum.ff.de colla.bon.Vel poteſt dici, & melius forte, ꝙ ibi ſit ſpeciale fauore mulieris & dotis,vt acquiratur mulieri etiam abſenti ex illo tacito pacto propter perſonam aſcendentis ita prouidentis per id , quod habetur in l.Caius. ff.ſol.mat.Imò etiam idem in extraneo prouidente,vt ibi cōmuniter tenetur,& dictum eſt ſupra in 22.ſpeciali priuilegio circa diſpoſitionem d.l.Caius.Si etiam acquiritur mulieri abſenti in §.accedit.C.de rei vxo.actio.Sed ibi illa ſtipulatio fingitur interpoſita per ipſam mulierem,& ſic arquiritur ibi mulieri abſenti ex tacito pacto patris.Cogita tamen,quia negari nequit , ꝙ in d.§.accedit.non concurrant duæ ſpecialitates, videlicet ꝙ fingatur ſtipulatio ibi interpoſita per mulierem. Secunda,ꝙ fingatur interpoſita per abſentem tanquam præſentem . Sic etiam poteſt dici in d l.ſi cum dotem.ꝙ inducatur ibi pactum tacitū.Secundò,ꝙ ex illo pacto quæratur filię abſenti,& ſic videtur contra doctrinam, quæ ſolet ſumi in d. l.j.C.de do.promiſ & per gl.in l.cum poſt.§.gener.ff.de iu.do. Vel poteſt dici,ꝙ ex illo pacto tacito patris immediatè quæratur filiæ abſenti tanquam videatur initum pactum non cum ipſa filia , ſed cum ipſo marito de reſtituendo dictam dotem filio in caſu ibi promiſſo, & conſequenter filiæ abſenti quæratur per id , quod habetur in d.l.Caius.& erūt duo ſpecialia. Primum,ꝙ ſurgat illud pactum tacitum tanquam factum cū genero Secundū,ꝙ ex illo quæratur filiæ abſenti,nec incongruit,cum illa duo ſpecialia veniant non æquè principaliter, ſed vnum ſequitur ex alio, quo caſu admittitur talis contractus plurium ſpecialitatum, per id quod habetur in l.ſingularia ff.ſi cer.pet. & in l.3.ff.de do.inter vir.& vxo.ad fi.Sed tūc
3 obſtare videtur,quia tacitus actus non videtur eſſe tantæ potentiæ quantum expreſſus circa inducendam vel deriuandā ex eo aliquam ſpecialitatem contra iuris regulas , vt per Bart. no.in l.ſi rem aliquam.ff.de acquir.poſſeſ.& per Bald.in l.cum filia.C.de iu.& fac.igno.niſi dicamus, quòd ſit ſpeciale fauore dotis,vt tacitus actus ſit tantæ potentiæ,quantum expreſſus,vt ex eo deriuet ſpecialitas aliqua fauore dotis , ſicut deriuaret ex actu expreſſo,per tex.in dicta l.ſi cum dotem.iunctis prædictis.

PRIVILEGIVM LXVII.

SVMMARIVM.

1 *Caſus omiſſus non habetur pro omiſſo, ut ſic remaneat in diſpoſitione iuris communis ſpeciali fauore dotis & mulieris.*

1  Exageſimumſeptimum ſpeciale priuileg.eſt, quia licet aliàs dicatur ꝙ caſus omiſſus debet haberi pro omiſſo [ADDITIO. Pro omiſſo.An & quando caſus omiſſus remaneat in diſpoſitione iuris communis, & quando habeatur pro expreſſo. Bald.in l.3. C. de inſti. & ſubſti.ſub condi.fac.in l.ſi extraneus.ibi per Alex.de condi. ob cau.in l.ſi cum dotem.in prin.ſol.ma.in l.commodiſſimè. de lib.& poſth.& oīno per And.Barb.in conſ.ſpectabilis &c. quod eſt poſt conſil.46.Alex.de Imo.4.par.& gl.in l.tale.§.fi. & ibi Bal.ff. de pac.] & remanere in diſpoſitione iuris communis.l.ſi cū extraneus.ff.de condi. ob cau.& l.commodiſſimè.ff.de lib.& poſth.cum ſi.Tamen vbi verſatur fauor dotis, ſecus eſt dicendū, videlicet quando in caſu omiſſo poſſet reſultare aliquis effectus fauorabilis ipſi mulieri & doti vltra ius cōmune, vt eſt in caſu no.d.l.ſi cum dotem.in prin.ſecundum communem intellectum, ꝙ ibi Iuriſconſultus voluerit mulieris eſſe actionem,ſ.præcipuam paciſcendo vel ſtipulando pater ibi in vnū caſum,ſ.dotem ſibi patri reddi , videatur in alio caſu omiſſo renunciaſſe iuri ſuo in dicta dote:& ita voluit Bar.eſſe hoc ſpeciale fauore matrimonij & dotis, in d.l.ſi cum dotem,& in d.l.ſi conſtante.in d.5.q.2.par.

PRIVILEGIVM LXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Prouiſio hominis expreſſa an faciat ut aliquando recedatur a prouiſione legis ordinariæ:imo nec extraordinaria. & nu.2.*
3 *Mulier ſol.mat. recipiendo fidei iuſſorem uel pignus a uiro uel eius hæredib. non uidetur receſſiſſe ab hypotheca legali.*

Sexageſi-

Source : BIU Cujas

SEXAGESIMVMOCTAVVM priuilegium surgit,quia & ſi aliàs dicatur,quod† per prouiſionem hominis expreſſam nunquam videtur receſſum a prouiſione legis ordinaria, vt habetur in l.2.C.de iu.emph.in gloſ.no.& l. cum ex filio.§.filij. ff.de vulg. & pupil. Secus ſi eſſet extraordinaria & ſpecialis, vt habetur no.in l.fi.C.de pac.conuentis. & l.certè.§. eum qui.ff.de precario. tamen vbi verſatur fauor dotis,tunc cenſetur receſſum a prouiſione legis ordinaria,& ita ponderantur notanter multi tex.in d.l.ſi cum dotem.Sed vt dixit ibi Barto. prouiſio patris expreſsè ibi fuit circa alium caſum. Nam id quod habetur in d.l. 2. procedit, quia in eodem caſu videbatur receſſum a prouiſione ordinaria legis,& tamen ibi contrarium no. gloſ. Poteſt tamen dici procedere dictum priuilegium circa prouiſionem legis extraordinariã, vt regula,de qua in d.l fi. & in d.l. eum qui, non procedat fauore dotis. imo per prouiſionem † hominis expreſſam non videtur receſſum a prouiſione legis extraordinaria,vt ſi mulieri pro dote obligauit vir in ſpecie certa prædia, vt propter hoc nõ cenſeatur receſſum a tacita hypotheca legali, de qua in l.1.C.de rei vxo.act. & voluit gloſ. ſing. & ibi Cyn. eam ſequitur, & communiter Doct. in dic.l.fi.Et vidi iam de facto in quodã inſtrumẽto dotis, vbi vir pro reſtitutione dotis obligauit omnia ſua bona mobilia & immobilia. Nam certum eſt,quod tunc non cenſentur obligata nomine debitorum: cum illa faciant tertiam ſpeciem, vt habetur in l. quàm Tuberonis.§.alia.ff.de pecu.& no. in l.a diuo Pio.§. in venditione.ff.de re iud. & in l.1.ff.de ſta.ho.& per Bal.poſt Guil. Nam mulier ſol. matr. agebat hypothecaria ꝯ debitorem viri,tanquam illud nomen fuerit ſibi tacitè obligatum,& tamen opponebatur, ꝙ ex quo mulier expreſsè ſibi prouidit per hypothecam bonorum mobilium & immobilium, videbatur receſſiſſe ab extraordinaria,& ſpeciali prouiſione legis circa tacitam hypothecam omnium bonornm,& tamen obtentum fuit contrarium,& per gl.ibi no.in d.l.fin. & maximè dicebatur gl.illam eſſe veram, quia etiam expreſsè non potuiſſet ipſa mulier renũciare dicto ſuo priuilegio circa tacitam hypothecam faciendo ſuæ dotis conditionem deteriorem,per id quod habetur in l.2.& l.de die.& l.Attilicinus.ff. de pac. dot. & faciunt dicenda infra in octaua parte, in decimo priuilegio,circa pactum, quod non valet factum per mulierẽ in præiudicium ſuæ dotis, ergo ſi non valet in vim expreſſi, multo minus in vim taciti, per id quod habetur in l. cum quid.ff. ſi cer.pet.& in l.qui ad certum ff. loca. Allegabatur tandem in contrarium,quod habetur in l.etiam.& l.iubemus.C.ad Velleia.vbi habetur, ꝙ poteſt mulier renũciare ſuæ hypothecæ, etiam ipſi viro,de quo tamen vltimo no.in l Mæuia.§.1.ff.ſo. matr.& ibi dixi. Nam fuit reſponſum,quod illa procedunt in hypotheca conuentionali, quia non videtur eſſe tanta prohibitio, vt mulier non poſſit renunciare fauori inducto ex ſuamet prouiſione.Nam ſic in hypotheca tacita hodie inducta a iure, per d.l.1.de rei vxo. actio. quæ tempore dictarum legum nondum erat cognita, quo caſu maior eſt ratio & difficultas, vt poſſit mulier illi derogare,ſicut poteſt ſuę hypothecæ conuentionali. Nam lex ſuum magis,quàm tuum auxilium cõſeruat,arg. eius,quod habetur in l.fi.C.qui potior. in pign.habe.per gl.in l.1. C. ſi aduerſus tranſact. quod etiam fuit de mente Cy.in d.l.fi.dum allegat l.ſi vnus.§.quòd in ſpecie dotis.ff.de pactis. quod eſt bene notandum ad limitationem d.l.etiam.& l.iubemus.

Ex prædictis infertur,non idem eſſe in hypotheca viri, quę hodie tacitè contrahitur in bonis mulieris pro dote promiſſa ſibi danda Nam ſi voluit, quod mulier in inſtrumento dotis promiſſæ obligaret ſibi certum podere, vel bona ſua mobilia & immobilia:tunc videtur receſſiſſe ab hypotheca legali & extraordinaria.& idem ſi vir accepit a muliere fideiuſſorem pro dote reſtituenda,vt dixi ſupra in 21.priuil.& aliqualiter tangetur infra in 8. par. in 10. priuil. Nam tunc videtur receſſiſſe ab hypotheca tacita per id quod habetur in d. l.fi. pro hoc etiam bene facit tex.no.in l.pe.ff.quib.mo.pi.vel hypoth.ſol. vbi quis recipiendo a colono ſuo fideiuſſorem, videtur renunciaſſe hypothecæ tacitæ de rebus inuectis & illatis,ſecundum ꝙ habetur in l.item quia.ff.de pac. & in l.certi iuris.C.loc.Secus autem in cõuentionali hypotheca, quia ab illa nunquam videtur receſſum per acceptationem fideiuſſoris poſtea dati ipſi creditori,vt eſt tex.no.in l.item liberatur.ff.quibus mo.pig.vel hyp.ſol.Cui non obſt. ꝙ in d.l. pen. fuit etiam expreſsè conuentum de ipſa hypotheca, & tamẽ tollitur accipiendo poſtea fideiuſſorem ibi, quia reſponderetur,quod illa expreſſio hypothecæ nihil operatur ibi,ex quo tacitè inerat de ipſis inuectis & illatis, per id quod habetur in l.non rectè. C. de fideiuſ. & iſta eſt vera ſolutio ad illũ tex. quia alia poſita ibi per gl. & in d.l.item liberatur. eſt expreſsè diuinatiua.ad prædicta bene facit tex.in l.1.§.ſciendum.de ſepara. qui ſolet ponderari pro notabili, quod vnus correorũ debendi dando fideiuſſorem pro ipſo debito, videtur receſſiſſe & renunciaſſe prouiſioni & beneficio legali & ſpeciali, circa exceptionem diuiſionis, de qua in auth. hoc ita. C. de duo.reis,quæ omnia ſunt bene notanda.

Et † ex prædictis poteſt inferri, ꝙ licet mulier recipiat fideiuſſorem ſoluto matrimonio de dote ſibi reddẽda poſt tempus indultum a lege, ſecundum quod habetur in l.ſi conſtante.§.quoties.ff. ſolu. matr. Tñ propter hoc non vtreceſſiſſe a prouiſione legali ſuæ tacitæ hypothecæ bonorũ, & idem ſi reciperet aliqua pignora in ſpecie & hoc fauore dotis, per gl.no. in d.l.fi. iunctis prædictis. Cogita tamen, quia fortè in hoc vltimo poſſet tentari contrarium,ex quo mulier poteſt ſoluto matrimonio per pactũ ſibi præiudicare in dote, licet non ſic ante matrimonium,vel eo conſtante, vt infra dicam in 8.par. in decimo priuilegio.

PRIVILEGIVM LIXX.

SVMMARIVM.

1 *Remunerationis cauſa non præſumitur, ubi uerſatur, fauor dotis, ubi aliàs præſumeretur à iure.*

2 *Adhibitus ad ſtipulãdum a creditore in dubio adhibitus præſumitur tanquam procurator, vel miniſter.*

3 *Mulier ſi poſt donationem factam per extraneum aliquid dedit, vel promiſit ipſi dotanti, fortè non præſumeretur, quòd animo remunerandi, ſed potius animo repetendi, niſi illud eſſet quid modicum.*

SEXAGESIMVMNONVM ſpeciale priuilegium: quia † licet aliàs præſumatur donatio ex cauſa remunerationis, proter merita aliqua præcedentia erga ipſum donantem,vt eſt tex.no. in l.ſi non remunerandi.§.idẽ Papinianus. ff.mand.& per Bar.in l.cum quid.ff.ſi cer.pe.& in l.quæ dotis. ff.ſol.matr. Vnde ſi mihi aliquid donaſti,& poſtea te adhibeo ad ſtipulandum incertam ſummam, vel quid a meo debitore,præſumitur, te fuiſſe adhibitum animo tibi donandi,non autem tanquam meum procuratorem, per text. in d.§. idem Papinianus. & tamen ſecus eſt in dote,& vbi fauor dotis verſatur,vt eſt caſus ſing.in l.idemque.§.ſi mater.ff. mand.& ita illum tex. ꝙ notabili allegat Bar. & Doct.in l.quæ dotis.ff.ſol. matri. Regulariter autem ſi aliæ non ſubſint coniecturæ in contrarium præſumeretur,quod te adhibuerim vt meũ procuratorem ſeu miniſtrum, non autem animo tibi donandi, vt l.mulier bona.§.fi.ff. de iu. dot. & in d.l.idemque.§. ſi cui. & no in d.l. quæ dotis.Sed,vt dixi in d.l.quæ dotis.licet cõmuniter Doct.pertranſeant cum hoc dicto:tamen poſſet reſponderi multum faciliter ad d.§.ſi mater.quod ideo ibi non præſumatur cauſa remunerationis,quia ibi illa filia adhibuit ad ſtipulandum matrem per viam mandati ſuſcepti ab ipſa matre poſtea ſtipulante, cum videatur nomine filiæ ibi fuiſſe ſtipulatum propter præcedens mandatum, & non nomine ſuo, per id quod habetur in l. poſt dotem.ff.ſolu.matr.in tertia lectura.gl.facit l.qui in aliena.§.1. ff. de acquir. hæredi. & ita etiam poſſet † dici,quod ſi ſimpliciter ibi filia adhibuiſſet illam matrem ad ſtipulandum, videretur animo donandi ex præſumpta remuneratione, per id, quod habetur in d.§.Papinianus,quæ donatio præſumeretur facta ſolum in caſu ſoluti matrimonij per mortem filiæ, non ſic per mortem mariti,ne ipſa mulier remaneat indotata,per id,quod habetur in l.2. ff.de pac.dot.& in l.1.in prin.ff.de dote præleg.

Ex quibus poteſt inferri,ꝙ ſi extraneus dotem promitten do pro muliere,licet paciſcendo vel ſtipulando dotẽ ſibi reddi.ſoluto matrim. præſumatur ad ſuam vtilitatem & ſuo nomine prouidiſſe,& non mulieris.l.1.§. accedit. C. de rei vxo. act.& facit l.& magis.ff.de ſolu.tamen hoc procedit, niſi ſtipularetur ſibi reddi tanquam adhibitus ab ipſa muliere,ꝙa tunc videtur ad vtilitatem mulieris fuiſſe ſtipulatus,per tex. no.in d.§.ſi mater.quod eſt no.ad limitationem.d.§.accedit. Et multò magis ſi nomine mulieris a principio promiſit dotem, & ſic non ſuo nomine, quia tunc videtur tanquam negot.geſt.promiſiſſe,per id quod no.Bart. in l.ſtipulatio iſta.§. ſi ſtipuler.ff.de verbo. oblig. non ſic fortè ſi ſimpliciter promiſit pro tali muliere & eius dote,quia tunc fauore mulieris videretur magis promiſiſſe ſuo nomine,quàm nomine mulieris,per id quod habetur in d.§.accedit. ſed in cõtrarium facit,quod no.Bar.& ibi Doc.in l.1.§.nunciatio.ff. de no.oper. nunc.vbi dixi, non eſſe differentiam, an dicatur facio nomine Titij,vel dicendo pro Titio.Si autem promiſiſſet certum quid pro dote talis mulieris,ſine dubio videretur promiſiſſe nomine ſuo,& ſic animo donandi, ſecus quãdo noĩe mulieris,

Source : BIU Cujas

ris, & ſic tanquam neg.geſt.ex quo tunc videtur animo repe tendi per actionem negotiorum geſtorum, cum tunc non ſimus in caſu dubio,prout ſunt termini d. §. accedit. & effectus reſultat non paruus ex prædictis, quia quando nomine mulieris promiſit vel dedit dotem:licet poſtea ſtipuletur do tem ſibi reddi, & ſic non paciſcatur dotem reddi mulieri, tamen præſumitur, ꝙ nomine mulieris fuerit ſtipulatus.Et ſic repetita prima qualitate per id,quod habetur in d.l. poſt dotem, ſecundum 3. lectu. glo.& etiam ſecũdum lecturam Dy. & quintam.& quod habetur in l. ſi ita ſtipulatus.§. Griſogonus.ff.de verb. oblig. & in l.ſi poſt mortem. ff. quando ex fac. tut.& ibi per Bart.quæ omnia ſunt bene no. & adde ad dicta ſupra in 45. priuileg.

3 † Quid etiam ſi in terminis d.§.accedit. poſtea mulier ex in teruallo aliquid dedit, vel promiſit dicto extraneo dotanti. nec aliter appareat de animo donandi,¦vel remunerãdi,dicere t quiſpiam,ꝙ in dubio præſumatur animus remunerandi, per id quod habetur in d. §. idem Papinianus. & per Bart.in d.l.cum quid. &l. quæ dotis. Tamen fortè dici poſſet contrarium per ſupradicta, & per id, quod habetur in d.§. ſi mater. cum aliter preſumendo non diceretur mulier in effectu habuiſſe dotem ex cauſa donationis ſeu lucratiua propter compenſationem præſumptam, quod maximè videtur præſumẽdum in muliere: cum mulierum genus ſit auariſſimum, & in eis magis difficiliter præſumatur donatio.l.ſed ſi ego.ff. ad Velleia. & in l.ſi ſtipul.in fi. ff. de donat.inter virum & vxor. Vnde cogita, quia fortè poſſet dici, quod ſi dicta res data, vel promiſſa per mulierem tali extraneo eſſet non magni pretij,& nullo modo aſcendat ad equiualentiam dotis:tunc magis de facili præſumatur remuneratio, per id quod habetur in l.vtrum.ff.de donat.inter virum & vxor.& in l.& omnino. & in l.pen.ff. de impenſ. aliàs ſi eſſet in magna quantitate: ſecus eſſet præſumendũ, quia aliter dicendo magis videretur mulier in effectu dotata de ſuo, q̃ de bonis dicti extranei.

PRIVILEGIVM LXX.

SVMMARIVM.

1 *Sequeſtratio licet regulariter ſit prohibita, tamen ſpeciali fauore mulieris & dotis eſt permiſſa, uiro incipiente malè tractare bona dotalia.*

1 SEPTVAGESIMVM ſpeciale priuilegium,quia licet regulariter ſit prohibita ſequeſtratio,vt † habetur in l.1. C.de prohib. ſeq. tamen hoc non procedit,vbi verſaretur fauor dotis, puta in viro dilapidante,vel malè tractante res dotales, quia tunc poteſt peti ſequeſtratio dictæ dotis, etiam ſi vir ipſe de ſuo patrimonio eſſet ditiſſimus, vt eſt tex. no. in l. ſi cum dotem.§. ſinautem.ante fi.ff.ſol.matr. An autem hodie illud habeat locum, ex quo hodie ſaltem de iure nouiſſimo viro incipiente labi facultatibus poſſit mulier petere cõſignationẽ dotis ſibi fieri, vt habetur in Auth.de equalitate dotis, in §. illud.vide no poſt Bart. in l.ſi conſtante.in princ. ff.ſol.matr. Nam poteſt dici,ꝙ habeat hodie vtrunque remedium,quia per diſpoſitionem iuris noui, vel nouiſſimi non videtur receſſum a prouiſione iuris antiqui, quominus mulier habere poſſit plura remedia contra ipſum virum, per id quod habetur in l.vbi adhuc. C. de iure dot. imo poſſet dari caſus, ꝙ ſi vir malè tractaret bona dotalia: tamẽ per hoc nõ diceretur labi facultatibus,ſeu vergere ad inopiam,maximè ſi in ſuis rebus eſſet ditiſſimus & diligentiſſimus, & tamen poſſet tunc locum habere remedium ſequeſtrationis, per dictum tex. quod no.

PRIVILEGIVM LXXI.

SVMMARIVM.

1 *Mulier ſi dat in dotem nomen debitoris, tranſit utilis ſine ceſſione, licet regulariter ſecus.*

2 *Mulier ſecundò nubendo cum prima dote expreſſè uel tacitè . non uidetur per hoc in dotem dediſſe nomen primi uiri.*

3 *Ius quando ſuperuenit actori poſt concluſum in cauſa, licet ex cauſa de preterito non conualidatur iudicium.*

1 SEPTVAGESIMVMPRIMVM ſpeciale priuilegium eſt, † quod ſi mulier, vel ſocer dat in dotem nomẽ debitoris, tranſit vtilis actio in virum ſine alia ceſſione, vbi aliàs regulariter requireretur ceſſio,vt eſt tex.no.in l.2.C. de actio.& oblig. prout etiam eſt ſpeciale, quando per titulum emptionis,vt ibi ꝓbatur,& in l.emptor.C.de hære.vel actio. vend.licet regulariter ſecus, vt habetur in l.1.eo.ti.prout etiã hoc ſpeciale voluit in d.l.1.Et licet Cyn.poſt Pet.in d.l.1.aliter dixerit,intelligendo illum tex.ꝙ ibi fuit facta ceſſio,tamẽ Bart.& Bal ſequuntur gl.vt ſupra,& idem Ang. & communiter Doct.in d.l.1. & ita eſt tenẽdum cum ad illum tex. in l.2. non poſſit bene reſponderi. Et vidi iam de facto in mnliere, quæ tranſiuit ad ſecunda vota nondum exacta dote ab hæredibus primi viri,quæ erat in pecunia,& vir ſecundus egit cõtra hæredes non aliter ſibi facta ceſſione per vxorem innitẽdo ex eo,quia talis mulier cenſetur in dubio nupſiſſẽ cum eadem dote,licet aliter non appareat de alia promiſſione, ꝓ id quod habetur in l.pen.§.vxor.ff.ſolu.matr. & ibi not.ad hoc l.diuus.ff.de iure dot.& per Bar. in diſputatione ſua,quæ incipit, mulier habẽs amplum patrimonium, & dixi ſupra in 14. priuilegio. Nam aduocando in dicta cauſa obtinui ſuccumbentiã contra talem virum,licet aduocati partis aduerſę fundarent ſe ex eo, quod habetur in d.l.2.tamen ineptè fundauerunt talem libellum,quia licet in dubio videatur nupſiſſe cũ eadem dote,tamen talis tacitus actus non debet operari magis quam expreſſius, arg. l. qui ad certum.ff.loc. cum ſi. Nam
2 † etiam ſi expreſsè nupſiſſet,cum eadem dote,ex tali promiſſione eiuſdem dotis non ſurgit, ꝙ videatur mulieri dediſſe in dotem nomen debitoris ſ. primi viri, ſeu eius hæredum, ſed videtur ipſa promiſiſſe dotem ſoluere, nec tunc liberaretur cedendo actionem contra illos hæredes, quia aliud pro alio &c. vt habetur in l.2.§.appellata.ff.ſi cer.pe. & bene facit tex. & quæ ibi dixi in l nuptura.ff.ſolu.matrim.

Præterea dato ſine præiudicio, ꝙ nubendo ſecundo viro, nõ aliter facta mẽtione dotis,intelligatur tacitè in dubio dediſſe nomen debitoris.ſ.primi viri in dotem,tamen talis tacitus actus non debet aliam operari ſpecialitatem, ꝙ ceſſeatur tacita actio iuris miniſterio,per id quod habetur in l.1. C.de do.prom.& in l.cum poſt.§.gener.ff.de iure dot.Præterea qñ ex aliquo actu ſeu cõtractu reſultat aliqua ſpecialitas & exorbitantia contra regulas iuris communis: tunc nunquam talis actus cauſat talem ſpecialitatem,quia ipſe actus reſultaret tacitè ex aliqua iuris preſumptione,vt no.voluit Bart. in l. ſi rem aliquam.ff. de acquir.poſ. & Bal.in l.cum falſa.C. de iu. & fac.igno.Et ſic per prædicta poteſt notabiliter limitari,qđ habetur in d.l.2. vt procedat, quando aſſignatio nominis debitoris fieret expreſsè, ſecus ſi reſultaret per modum tacitũ. Vnde infertur notanter,ꝙ eo caſu,quo mulier nõ aliter facta dotis mentione nuberet, videretur omnia bona ſua in dotẽ dediſſe,ꝙ quãdo ſit, reſultat ex not. per Bart. in dicta ſua diſputatione.& per Bal.& Bar. de Sali. in l.nulla.C.de iure dot. & dixi ſupra in d.14. priuil. Et ſic etiam venirent nomina debitorum, per ea quæ habentur per Bald.poſt Gul.in l.1. ff.de ſta hom.& no.in l.a diuo Pio.§. in venditione.ff.de re iudic. non poſſet tunc vir agere contra dictos debitores niſi facta ceſſione per ſupradicta:tamen aduocati partis aduerſæ ppẽ-
3 dendo ſe male egiſſe,fecerũt,† ꝙ dicta mulier pendente iudicio ceſſit actionem ipſi viro,vt ſic tanquam ex cauſa de præterito ius ſuperueneritactori, conualidaretur iudicium,per id quod habetur in l.ſi rem.§. fi.ff.de pign.act.& l.ſi mandauero.ff.man.ſed hoc nõ profuit eis,quia iam erat concluſum in cauſa tempore dictæ ceſſionis factæ,quo caſu non haberet locum d.§.fi.vt ſimpliciter voluit Bart.quem ibi Doct.ſequuntur in l ſi mater.§.eandem. ad fi. ff. de excepr. rei iudic. facit, quod habetur in cap. paſtoralis. de cauſa poſ. & proprie. qa paria ſunt eſſe poſt la-am ſententiam,& eſſe ante ſententiam latam,tamen poſt concluſum in cauſa, vt ibi,ad hoc l.qui pene.§.diuus. ff. de manu. & quod habetur in l. ſi rem. §. fin. & l.& ideo. in princip. cum gloſ. not. ff. de euict. An autem illud prodeſſet, quando poſt ſententiam & in cauſa appellationis ſuperueniret, vide per Bald.not. in l. per hanc.C. de tem. appel.in 3.colla.

PRIVILEGIVM LXXII.

SVMMARIVM.

1 *Dos ſi fuit relicta in teſtamento inter alia legata: & poſtea in codicillis fuit appoſita clauſula diminutiua legatorum in teſtamento factorum, talis clauſula non refertur ad legatum dotis.*

1 SEPTVAGESIMVMSECVNDVM ſpeciale priuilegiũ,qa ſi in † teſtõ inter alia legata fuit dos relicta, & poſtea in codicillis fuit appoſita clauſula diminutiua legatorum factorum in teſtamento, talis diminutio non refertur ad legatum dotis,ita reperio quoſdã dicere per tex.no.in l.liberis.§.poſthumus.ff.de alimentis legatis.Qui tamen tex.loquitur in legato alimentorum: tamen cum dos parem fauorem obtineat,vt per Bar.in l.cum de in rem uerſo.ff.de uſu.&

ſuprà

Source : BIU Cujas

ſuprā pluries dictum quo ad diuerſos effectus. ideo poteſt trahi ille tex.ad fauorem legati facti pro dote. Et poteſt generaliter notari, quod omnes fauores & ſpecialitates, quæ reperiuntur a iure conceſſæ alimentis, & cauſæ alimentorum, de quibus fauoribus per Bart. in l. Mela. ff. de ali. leg. extendantur ad dotem, ꝙ maximè procedit, quando eſſet dos relicta pauperi perſonæ, ex quo tunc verè & propriè loco alimentorum videtur relicta, vt ſic ex ea poſſit ſuſtentari, & vir ſubijt onera matrimonij propter talem dotem, arg.l.pro oneribus.C.de iure do. & l.ſi cum dotem.§.finautem.ff.ſolu.matrim. facit quod habetur in l.cum hi.§. ſi in annos.ff.de tranſactio.& l.ſi cui annuum.ff de annu.leg.& quod per Bart. in l.Stichum.§.ſtip.ff.de verb.oblig.quod no.

PRIVILEGIVM LXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Nummorum ſi certa ſumma legatur uel promittitur, in dubio. intelligitur de maiori fauore dotis.*

1 SEPTVAGESIMVMTERTIVM ſpeciale priuilegium, quia licet aliàs regulariter † in legando vel promittendo certam ſummam nummorum intelligatur in dubio. de min. l.nummis.ff. de leg.3. & l. ſi ſeruus plurium.§. fi.ff.de leg.1.& l.inter ſtipulantem.§.2.ff.de verb.obli. & l.ſemper in ſtipulationib.de reg.iu.cū ſi.fallit, niſi ex cauſa dotis fiat huiuſmodi legatum, vel promiſſio, quia tunc, quod maius eſt videtur eſſe in obligatione, vt eſt tex. no.in d.l. nuptura.in fi. iuncta gl. fi. in princ. Nam ſic etiam idem dicimus quando viriaretur, fauore religionis, ſeu alterius piæ cauſę. Nam ſi lego Titio lancem, vbi habebat argenteam & auream vel maiorem vel minorem, videor legaſſe argenteam vel minorē, vt habetur in l.qui lancem.ff.de au. & arg. leg. tamen non ſic legaretur eccleſiæ. Vnde ſi legarem eccleſiæ calicē, videtur in dubio ſenſiſſe teſtator de pretioſiori, per tex.not. & quod ibi per gl.& Bart.in l.Titia.§.fi. de au. & arg. lega. Super quo tamen cogita, quia ſemper dubitaui ſuper intellectum illius tex.quia licet ſemper ita ſoleat allegari gl. ꝙ fauore religionis venit in dubio, quod eſt maius: tamen bene ponderando illum tex. probat totum contrarium, quia ibi Iuriſc.fundat ſe, quia in eo templo non conſueuerunt fieri dona, niſi de auro vel argento. & ſic præſupponere videtur, ꝙ ſi dona erant ſolita fieri ibi etiam de ſigno æreo, tunc in dubio cenſetur legatum ſignum æreum per regulam, de qua ſupra.

Præterea ſi ibi ſolitum erat ſolum de auro vel argento fieri dona, ergo fauore religionis deberet præſumi legatum eſſe factum de auro & non de argento, niſi conditio teſtatoris ſuaderet, & tamen ibi indiſtinctè reſpondetur contrarium: videlicet quod de argento teſtator videtur ſenſiſſe. Vnde cogita pro reſponſione.

PRIVILEGIVM LXXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Tempus nuptiarum in promiſſione inſpicitur: & non tempus promiſſionis.*

ET ex prædictis ſurgit aliud priuileg.& 74.ꝙ licet in alternatiua ſummarum minor ſumma cenſeatur eſſe in obligatione.l.ſi ſtipulatus fuero 10. aut 5. ff. de verb. oblig. & l. ſi ita relictum.§.fi.ff.de leg. 1. tamen fallit fauore dotis, vt intelligatur maior ſumma veniſſe, vt probari poteſt in d. l.nuptura.ad fi. & ita illum text. pro notabili & ſpeciali fauore dotis reperio ponderatum per Raph. Fulg. in l.cum is.§.ſi mulier. ff.de cond.indeb. ad limitationem d.l.ſi ſtipulatus fuero. Tamen Ludo Rom. in d.l. ſi ſtipulatus.dicit, ꝙ hoc non probatur ex illo tex.in d.l.nuptura. quia ibi non fuit obligatio alternatiua, ſed ſimpliciter fuit dos conſtituta, ꝙ filiusfamilias debebat mulieri, non autem alternatiuè, videlicet in eo, quod filius, aut pater debebat mulieri: quia hunc ſecundum caſum dicit eſſe ſenſum in l. ſi pater.§. quæ debitorem.eod. tit. videlicet, quod cenſeatur venire in obligatione id, quod filius debet. & ſic totum debitum, vbi ſi veniret, ad id, quod pater debet, non eſſet in dote totum debitum, ſed quātum eſt in peculio, & non plus, & hoc ſpeciali fauore dotis & mulieris. Sed mirandum eſt de Ludo. qui ibi allegat caſum in terminis contra ſe, & conſequenter etiam contra Raph. ſecundum intellectum gl. ibi, intelligendo, quod ibi alternatiua illa poſita in tex.ibi committi debes, vel committit filius tuus, debet intelligi ſicut verba partium contrahentium, & ſecūdum hoc tex. ibi, & glo. vult quod in obligatione veniat minor ſumma, videlicet quod pater debet, & ſic quantū eſt in peculio, non plus. Vnde dici poteſt, quod allegatio Raph. ſit magis fundamentalis, & probetur per argu.d.l.nuptura. in fi. iuncta gloſ. fin. ibi in princip. dum Iuriſconſultus probat ibi per rationem d.l. in ambiguis. Et poteſt dici pro conſtanti, quod intellectus gl.in d.§. quæ debitorem. nō ſit verus, nec in ſe nec quo ad lecturam ibi. Nam bene ponderando text. ibi illa alternatiua eſt Iuriſconſulti & non partium, quaſi dicat, ſiue dos conſtituatur hoc modo quod mihi tu debes, ſiue conſtituatur hoc modo, quod mihi filius tuus debet, tūc
1 quantum ſit in peculio † debet inſpici tempus nuptiarū poſtea ſequuturum & non tempus dictæ promiſſionis. nec illi literæ obuiat tex. d. l. nuptura. quia ibi Iuriſconſultus in d.§. quæ debitorem. non intendit decidere, quid in dubio videatur eſſe actum inter partes, quia iſtum caſum in dubio decidit Iuriſconſultus in d. l. nuptura. Sed eo caſu quo ſenſerint de obligatione patris reſpectu peculij, an tunc habeatur reſpectus ad tempus promiſſionis, vel nuptiarum, & hic caſus deciditur in d. §. quæ debitorem.

Præterea non eſſet vera in ſe dicta lectura, quia eſſet cōtra fauorem dotis & mulieris contra infinita iura & contra caſum quaſi in terminis in d.l.nupt.iuncta d.l.in ambiguis.

PRIVILEGIVM LXXV.

SVMMARIVM.

1 *Fructus uerbum prolatum ab homine circa fructus pendentes nō intellige tur de integris: ſed deductis expenſis fauore mulieris.*

1 SEPTVAGESIMVMQVINTVM ſpeciale priuilegium eſt, † quia licet quando verbum fructus, prolatum ab homine circa fructus pendentes intelligatur de integris, & ſic non deductis impenſis, puta ſi vendo tibi vineam plenam vuis, non potero deducere impenſas ibi factas in eo anno, etiam vendo tibi vineam cum fructibus. nam intelligeretur non deductis impenſis, per id quod habetur in l. ſi pendentes. & l.quoties.§.ſi colono.ff.de vſufr. & l.fin. §. pen. ff.quæ in frau.cred. & l.Iulianus.§.ſi fructibus.ff. de actio.empti. ſecus in materia, quæ concerneret fructus naſcituros: quia intelliguntur fructus, qui reſtant deductis impenſis. l. fundum Trebatia.ff. de vſufr.leg.& per glo.no.in l.ſi quis argentum.C.de do.& per Bar.in l.ſi fructus.eo.tit.tamen ſecus in dote, puta ſi mulier dat in dotem fundum etiam pendentibus fructibus, tamē intelligitur deductis expenſis, per tex. no.in d.l.fructus. quem ibi notanter ponderat Ioan.de Imo. mirum tamen videtur, quod Doct. aliter non aduertentes, non ponderant illum tex. qui hoc videtur probare, & eſt ratio ſecundum eūdem ibi, videlicet pro æqualitate ſeruanda inter virum & vxorem, ex quo enim poſtea vir ſolu.matrim. de fructibus, qui ſunt diuidendi, deducit expenſas, vt ibi, ſic etiam verſa vice debet mulier deducere de fructibus pendētibus datis a principio cum fundo dotali, non tamen dicas, quod mulier dato tali fundo cum fructibus in dote poſſit dicere viro, volo deducere expenſas, quas feci pro vinea colēda, quia tunc contra eam ſurgerent iura ſupra alleg. ſed debet expectare futurum euentum, & ſecundum hanc rationē Imo. poteſt inferri, quod ſi vir nollet deducere expenſas in fructibus vltimi anni, quo ſolutum eſt matrimonium, fortè quia fuerunt paruæ, & fructus fuerunt in copia: nam tūc nec ipſa mulier poſſet deducere expenſas fructuum primi anni. Vnde vir poterit in hoc eſſe bene cautus, vel eius hæres, ſi videat ſibi fore magis expediens non deducere ſuas expenſas factas pro fructibus primi anni, ſi fortè illæ expenſæ mulieris fuiſſent maiores. Item ſequeretur, quod ſi non caderet deductio expenſarum in vltimo anno, quia fortè nullos fructus percepit propter intemperiem aeris, vel grandinem, vel guerram, ſimiliter non deducit mulier.

PRIVILEGIVM LXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Conditio tacita ſemper intelligitur in promiſſione dotis, ſi matrimonium ſequatur.*

2 *Legatum factum mulieri pro dote, uel dotis nomine, an ſit conditionale.*

1 SEPTVAGESIMVMSEXTVM ſpeciale priuilegium eſt, † quia ſemper in promiſſione dotis ſubintelligitur tacita conditio, ſi matrimonium. ADDITIO [Si matrimonium. An autem legatum ſit conditionale, videlicet, ſi nu-

ſi nuptiæ ſequantur. vide Bar.Bald. & Raph.in l. Titio genero.ff.de condi.& demonſtr.& no.quod pro matrimonio cõ tracto eſt purum,pro contrahendo autem eſt conditionale, per Bald.in l.ſcimus.C.de nupt.vbi dicit, quod eſt purum, & ibi Cy.& Saly. & Bal.in l.1.C.de priu. dot. & in l.non ſine. C. de bon.quæ lib.quod eſt conditionale,& non tranſmittitur, in l.qui filium.ff.vbi pupil. edu.debe. vbi dicit Bald.ꝙ ſtatim qñ eſt nubilis, licet nondum ſit nupta,vt ibi.& vide per Bal. in auth.niſi rogati. C. ad Trebel. quod legatum pro dote eſt purum,ſecus ſi fiat ſub conditione donandi. Idem Bal.in l.1. §.ius naturale.ff.de iuſti. & iu. & in §. Titio genero. dicit, ꝙ licet dos legata ante nubile tempus non debeatur, tamen debentur alimenta.& Pau.de Caſt.conſil.76. vnde eſt condi tionale, quod etiam tenet Pau. de Caſt. in conſil.108.2.q. & Bar.in conſil.pater legauit filiæ, &c. quem etiam vide in l.1. & in l.quibus.§.Termilius.de cond.& demon.Bar. autem in l.qui negociationem.§. puellæ.de admi.tut.dicit,quod ſi pater legat ſimpliciter filiæ, poteſt ſtatim peti legatum nõ expe ctato tempore nubili. Et ſi legauit pro dote quatenus eſt in legitima ſtatim debetur, ſed ſi legauit quatenus eſt ſupra legitimam poteſt eſſe contentio,quia videtur purum.]Sequitur, & ſic interim nulla eſt orta obligatio,vt l.ſtipulationem. & l.tali.& l.promittendo.ff.de iure dotium,& l.item quia.de pact.cum ſim. Et ſi interim detur dos,transfertur dominiũ, licet non ſequutis nuptijs poſſit conduci,ivt habetur in l.dotis fructus.in fi.cum ſeq.ff. de iure do.

2 Quid† autem dicendum ſit in legato facto alicui mulieri pro dote,vel pro ſe maritando,vel dotis nomine,an ſit cõditionale,adeo quod illa decedente antequam nubat, dicatur eſſe factum caducũ, & remaneat apud ipſum hæredem. An autem dicatur eſſe purum vel modiale, eſt materia multum diffuſa & dubitabilis, vt per Barto. poſt gloſ. in l. Titio centum. §.Titio genero.ff.de condit.& demonſtr.per Cy. Bald. & Salyc.in l.ſancimus.C.de nupt. & per Bal. in l. generaliter. C.de epiſc. & cleri. Et iſta inueſtigatio eſt magni effectus, qa tenendo, quod ſit purum & ſub modo, poteſt peti a principio tale legatum cum cautione de nubendo,per id quod habetur in l.quibus diebus.§.Termilius.ff. de condi.& demon. & idem ſi interim moriatur mulier, antequã nubat, ex quo per eum nõ ſtetit,deberet remanere apud hæredes dictæ mulieris,& nõ apud hæredem teſtatoris grauatum, per id quod habetur in l.ſi fundum per fideicommiſſum.§.1.ff. de lega 1. ex quo tale priuilegium modi deficit per caſum, vt ibi no.& in l.ſi quis Titio.ff.de leg.2.no.gloſ.in l.1.C.de inſti.& ſubſtit. & in l.1.§. in nouiſſimo.C.de cadu.tollen.in fi. gloſ. magnæ. Si autem tale legatum cenſeretur conditionale, tunc antequam nubat,non poſſet peti.l.cedere diem.ff.de verbo.ſigni. Et ſi interim ipſa moreretur, deficeret legatum, & remaneret apud hæredem,non autem tranſmitteret ad hæredem talis puellæ, quod procederet,etiam ſi eſſet tale relictum factũ eius ſponſo vel marito futuro pro eius dote., & ille morereẽ ante contractas nuptias. Et ſic talis mulier remaneret indotata,quia tunc videretur conditio mixta,quæ deficiat,etiam per caſum,etiam in perſona, cui debet impleri, deficit legatum,vt l.legatum.C.de condit.inſer.& no.in d.l.1.de inſti. & ſubſti. Poſſunt ergo diſtingui tres caſus. Primus eſt, ſi eſſet dictum lego tali puellæ centum, vt nubat, & tunc ab ipſo initio debetur legatum, etiam antequam nubat, imo etiam ſi adhuc non ſit nubilis ætatis: tamen tenebatur cauere de nubendo. d. §. Termilius. & ſi interim decedat, tranſmittit ad hæredem ſuum, ex quo caſu & non culpa ſua deficit conditio.d.§. 1. l. ſi fundum. ſupra alleg. & idem ſi fuit dictum, vt nubat tali:nam ſi ille talis interim moritur, nihilominus conſequitur legatum per dicta iura. An autem tunc tenebitur talem rem,vel pecuniam legatam conuertere pro nuptijs cũ alio contra hæredes, tangetur infra. Secundus caſus eſt, ſi fuit dictum,lego tali puellæ,ſi nubet, & tunc ſine dubio ipſa decedente antequam nubat, non tranſmittit, imo remanet apud hæredem.d.l.Titio centum. §.Titio genero.uerſicu. ſi ante nuptias. Quod etiam procedit, ſi fuiſſet dictum, ſi nubet Titio,& ipſa nõ poſſit nubere,quia Titius poſtea eſt mortuus, & ſic remanebit indotata.ut eſt text.in l.legatum.C.de cond.inſer.An autem hæres teneatur illam rem legatam cõ uertere ꝑ alio matrimonio alterius puellæ pauperis,infrà tãgetur. Tertius caſus eſt,ſi eſſet dictũ, relinquo tali puellæ ꝑ dote,uel pro ſe maritando,ſeu nubendo,& iſte eſt caſus dubitabilis.Nam in contractibus, ſi promittitur per aliũ hoc modo pro dote, vel ſe maritando, nõ eſt dubium,ꝙ eſt cõditio, vt ſupra dixi per iura ſupra alle. Sed in vltimis voluntatib.qõ eſt ardua. Et ſi ponerẽ omnia, quæ reperio ſcripta in hac materia,multas occuparem membranas,& Bal.latè diſputando, & alias diſputationes recitando in d.l.generaliter,finaliter decebat, ꝙ ſi mulier non eſt talis perſona,cui nõ ſit neceſſe relinqui pro legitima, ꝙ iſtud relictum tanquam pium ad vsũ relictum cenſetur, & ſic non trãſmittatur propter cauſam fi. all.ff.de condi.inde.cum is.§.ſi mulier.vbi eſt expreſſum,ſed cauſa dotis in dubio cauſa fin.præſumitur.Nec obſtat determinationi meæ.l.tutor.§.1.ff.de excuſatio.tuto. Primò facit pro me, quia ibi non fuit expreſſum per modum cauſæ. Nã ſi fuiſſet expreſſum per modum cauſæ, puta lego decem cognato meo,vt gerat tutelam, tunc non debetur,ſi tutela nõ geritur,quia deſtructo ordine perueniendi ad fi.&c.vt ff. de excuſ.tut.l.Neſennius.cum ſeq.& iſta eſt veritas, & quicunque vult berlẽguare berlenguet, iſta ſunt verba ſua ibi. Quæ opi.videtur eſſe ex medulla cordis ipſius Bal. & cum magno penſamento.& tamen cum reuerentia,vereor,ne ſit friuola, quia non ſequitur,quod cauſa finalis legati fuit ipſum nubere, ergo cenſeẽ condit. & ſic non tranſmittit. Nam etiam quando legatum fit expreſsè per modum, qui modus ſic expreſſus eſt cauſa final. legati, tamen ſi modus non poteſt impleri caſu fortuito, adhuc non remanet penes hæredẽ,ſed remanet penes legatarium, vel eius hæredes, vt ſupra dictũ eſt,per d.l.ſi fundum per fideic.& d.l. ſi quis Titio. Nã ponamus,ꝙ legatur alicui,vt ſuſcipiat tutelam filij,non eſt dubiũ, ꝙ concernit cauſam fi.talis modus,vt fatetur ipſe Bal.per d.l. Neſennius.& tamẽ ponamus, ꝙ ille nõ exercet tutelã ex eo, quia non velit,vel quia ſe excuſat,ſed quia non poteſt impedimento iuris, certè non perdit legatum.l.cum filius.§. non iure.ff.de leg.2.& no.in l.ab adminiſtratione.C. de leg. Vnde multò magis ſi morte præuentus nõ potuiſſet tutelam ſuſcipere.d.§ 1.& per gloſ.in d.l.1.de inſti. & ſubſti. & in l.pater.§. Tuſcul.ff.de leg.3. Et ſic eodem modo ſi relinqueretur puellæ per viam modi, puta vt nubat Titio.Certè ſi Titius vel ipſa interim moritur, remaneret legatum apud hæredem, vt ſupra dixi. Non ergo eſt ratio illa,ꝙ non præſumatur eſſe cõditio,quia cenſetur eſſe cauſa fi.legati ipſę nuptiæ. Vnde mihi videtur,ꝙ verior ſit opin. Bart.& ſequacium non ex rõne Bal. vt ſupra,ſed ex ratione a Doct. non põderata, videlicet, quia legando pro dote, videtur habuiſſe reſpectum ad tẽpus nuptiarum,& ſic matrimonium,cum dos non poſſit eſſe niſi vbi eſt matrimonium, & ante matrimonium non eſt dos, vt l.fi.C.de dona.ante nupt. & l. 3. ff. de iure dot. ergo antequam nubat, & ſic antequam poſſit eſſe matrimonium non debetur legatum.Sic etiam ſi diceretur:lego tali mulieri centum ad ſe maritandum. Sic etiam ſi diceretur: lego Titio cẽtum ad honorem ſui conſulatus,cum non eſſet conſul.Nam iſta eſt conditio,quia antequam ſit conſul,non poteſt ſubeſſe ſubſtantia dicti legati,vt l. Publius.ff.de condi.& demõ. & iſta eſt ratio,quæ mouit iurislatorem ad diſponendum,ꝙ ꝑmittendo quis certum quid pro dotè alicuius mulieris, talis promiſſio hẽt in ſe tacitam conditionem,vt in terminis probatur in l.tali.ff. de iu.do. dum dicit deberi ex die, quo dos.i. quo nuptiæ ſunt &c. & nõ magis eſt intuenda res ipſa quam ſonus verborum,dicit tex. in l.promittendo.eo.titu.quæ rõ eodem modo militat in vltimis voluntatibus.& bene facit l. a Titio.ff.de verborum obligatio. Præterea legando teſtator pro dote tali mulieri, non videtur eſſe onus adiectum mulieri,ſed totum videtur eſſe adiectum ipſi hæredi grauato,videlicet grauãdo hæredẽ certo modo:quo caſu ipſi grauato adijcitur onus,& ſic totum hoc explicandum eſt per grauatum, tunc videtur magis importari conditio, quàm modus: ſecus quando adiicitur honorato,vt no.declarat Bart.in d. §. Termilius.ita intelligendo tex.in l.a teſtore. eod.titu.& maximè etiam quando hoc dependet ex viribus fortunę, quia eſſet poſſibile, ꝙ antequam nubat, vel ſit nubilis ætatis moriatur. Vnde poſſet ex hoc inferri, ꝙ etiam ſi eſſet dictum hoc modo: lego tali mulieri centum pro dote, vt nubat Titio, ex quo non poteſt dari pro dote,& ꝙ ſit dos,niſi nubat,quod erit conditio & non modus per ſupradictam rationem. Nã licet ipſum nubere ſit explicãdum per mulierem honoratã, tamen ipſum dare pro dote eſt onus adiectum cũ dicta qualitate in perſona grauati, vt ſupra dixi. Si autem diceretur,lego tali mulieri centum,vt nubat Titio,vel ſimpliciter vt nubat, & ſic non relinquit pro dote,nec dotis nomine,videtur eſſe tunc relictum,ex quo hoc non expreſſit,vt etiam voluit Bal. in l.legatũ.licet ſimpliciter legauit hoc modo vt nubat, ex quo iſtud onus appoſitum ſimpliciter in perſona honorati non importat conditionem,ſed ſimpliciter ipſum modũ. ideo ipſa prius moriente antequam nubat, vel præmoriente dicto Titio,non remanebit apud hæredem, vt ſupra dixi. ſecus ſi dixiſſet, ſi nubat.d. §. Titio genero. verſic.ſi ante nuptias.& ad d.l.legatũ.de cond.inſer.Sed tunc ſuccedit pulchrũ dubium,ſi eſſet dictum: relinquo Bertæ centum pro dote,ſi Titio nubet,& Titius moriatur antequam ipſa nubat; & per

eam

Source : BIU Cujas

eam non remanſit, vel fortè nondum erat nubilis. Bald. in d. l. legatum, mouet quęſtionem iſtam, quia videtur, ꝙ tunc non procedat legatum ſpeciali fauore dotis, ſicut eſt ſpeciale fauore alimentorum. l. 1. C. de leg. ſin vnam lecturam, quę cõmuniter tenetur. facit l. annua, in prin. ff. de annu. leg. Sed ipſe Bald. ibi tandem inclinat in contrarium, per tex. cui fortè non videbat poſſe reſponderi, in d. §. Titio genero. verſi. ſi ante nuptias. Sed durum mihi videtur, quod cauſa alimentorum habeat maiorem fauorem dotis: cum pari fauore procedat, vt per Bar. in l. cum de in rem verſo. ff. de vſu. Imo maior, cum in dote verſetur fauor non ſolum piæ cauſæ, prout in alimentis, ſed etiam fauor reipub. vt l. 1. ff. ſol. matr. Poteſt dici, ꝙ ſi dicta puella erat pauper, adeo ꝙ ſi non haberet dictum legatum, remaneret indotata: tunc licet deficiãt dictæ nuptię per mortem dicti Titij, nihilominus debetur ſibi legatũ, & maximè cum videatur teſtator etiam reſpexiſſe ad alimẽta, cum dos ſit relicta pauperi, ſuccedit loco alimentorũ, & maximè attenta mente teſtatoris, ad hoc, quod habeat aliàs in l. cum hi. §. ſi in annos. ff. de tranſac. & in l. ſi cui annuum. ff. de annu. leg. & ſic militat ratio fauoris, de qua in d. l. 1. C. de leg. & in d. l. annua. & per Bar. in l. in illis liber. ff. de condit. & demon. & in l. in teſtamento. co. tit. & gl. in d. l. 1. C. de inſtit. & ſubſti. ſub condit. fac. Si autem dictum legatum ſic factũ, fuit factum mulieri diuiti, quæ aliunde poterat dotare: & tũc ex quo teſtator non videtur habuiſſe intuitum ad alimenta, procedit tunc tex. in d. §. Titio genero, in ver. ante nuptias. & dictum Bal. in l. legatum.

PRIVILEGIVM LXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Puella pauper, cui factum fuit legatum, vt nubat Titio, & ſi Titius pręmoritur, an dictæ puellæ debeatur tale legatum. & nu. 2. & 3. Et quid ſi talis puella nollet maritari, ſed uellet religionem ingredi. 2. nu. 4.*

5 *Teſtator ſi dixerit, ſi filius meus deceſſerit ſine filijs ex ſuo corpore deſcendentibus: tamen intrando poſtea monaſterium, excluderetur ſubſtitutus contra mentem teſtantis.*

EX prædictis reſultat ſeptuageſimumſeptimum ſpeciale priuilegium fauore dotis contra regulam, de qua in dic. ver. ante nuptias. & in d. l. legatum. & per gloſ. in d. l. 1. C. de condi. inſti. pro quo etiam facit, quia teſtator tunc propriè videtur habuiſſe reſpectum ad piam cauſam, videlicet animæ ſuæ ex quo legauit pauperi, per id, quod habetur in l. illud. C. de ſacroſan. eccl. Dicas tamen, ꝙ dicta † puella pauper non conſequitur dictum legatum, niſi nubat alteri, quia ſi non poteſt habere locum eo modo, quo teſtator diſpoſuit debet conuerti in alium ſimilem pium vſum, vt infra tangetur. Quid autem, ſi ſtantibus ſupradictis terminis non moriatur Titius, ſed ipſa mulier, antequam nubat Titio, & erat relictum mulieri pauperi, ſine dubio † deficit tunc legatum nõ ſolum in perſona mulieris, vt non tranſmittatur ad eius hæredes, ſed etiam in perſona dicti Titij, ex quo deficit conditio nuptiarum, vt in l. j. §. ſinautem ſub conditione. C. de cad. tol. & in verſ. ſi ante nuptias. & in d. l. legatum. Sed quæro, nunquid reuertatur ad hæredem cum onere dictam pecuniam erogandi in ſimilem caſum. nam videtur, ꝙ non: quia quando legatum efficitur caducum, vt per defectum conditionis: licet redeat ad hæredem cum eodem onere. l. 1. §. ſinautem ſub conditione C. de cadu. tol. tamen quando eſt tale onus, quod cohæret perſonæ legatarij, vt eſt de nubẽde: tũc redit legatum ad hæredem ſine aliquo onere, vt ibi in verſic. ne autem. ibi, vxorem accipere &c. tamen cõtrarium puto dicendum in terminis ſupra dictis: nam licet teſtator habuerit reſpectum ad perſonam dictę Bertæ, tamẽ principalis mẽtio & cauſa finalis legati fuit ipſa pia cauſa: & conſequenter fauor animæ teſtatoris, quia illa cenſetur ſemper cauſa finalis legati magis, quam fauor perſonæ legatarij, vt dixi ſupra in quinquageſimo priuilegio. & probatur in cap. verum. de cõdi. appo. & etiam iura volunt, quod relicta ad aliquem pium vſum, ſiue cauſam piam, ſi illa cauſa, ad quam fuit factum legatum, aliquo ex caſu impeditur: tunc debet conuerti ad aliquam cauſam ſimilem & æquè piam, vt habetur in l. legatũ. ff. de vſufr. leg. & ibi per Bart. & in l. legatum. ff. de admin. rerum ad ciuitatem pertinen. & in c. nos quidem. de teſt. & ibi no. & hoc etiã poteſt decidi ex no. per Bar. in l. poſt. §. Tuſculanus. ff. de legatis tertio. Vnde ad propoſitum dico in terminis prædictis, quod mortua dicta Berta tenetur hæres eandẽ pecuniam erogare in dotem alterius puellæ pauperis pro anima dicti teſtatoris, & ita poteſt ad hoc cogi, maximè per epiſcopũ, per id quod habetur in prælegatis locis: & maximè in d. c. nos quidem. Et hoc eſt verum, niſi talis puella, cui a principio fuit relictum pro dote, vel vt nubat Titio, vel ſimpliciter vt nubat, fuiſſet perſona multum cõiuncta & dilecta teſtatori, adeo quod eſſet veriſimile, quod nõ reliquiſſet alteri: quia tunc videtur magis reliquiſſe contemplatione pernæ, quam pro anima: & ſic debet attendi, quod principaliter magis mouit teſtatorem, vt l. qui exceptionẽ. & ibi no. ff. de condi. indeb & aliàs in l. ſed ſi plures. §. in arrogato. ff. de vulga. & pupil. cum ſimilib. vt etiam hoc deprehenditur ex dictis Bart. in d. §. Tuſculanus. In dubio autem præſumendum eſt, quod magis contemplatione piæ cauſę & animæ, quàm perſonæ, videtur reliquiſſe fauore religionis & animæ, arg. l. ſunt perſonæ. ff. de relig. & ſum. func. ſed Bart. ibi not. & bene facit, quod ipſe Bar. in ſimili concluſit in conſilio, quod incipit, teſtator in teſtamento. nume. 26. vbi omnino vide. Et hæc dicta poſſunt optimo argumento trahi ad legatum ſic factum pro dote puellæ pauperi maritandæ, quæ interim moritur, vt in terminis hoc etiam voluit Abb. Sic. in dicto capit. nos quidem. ad fi. fundando ſe ſuper dictis Barto. in d. §. Tuſculanus. vbi tamen dicit, quod ſi illa puella iam eſſet talis conditionis, adeo quod ſit veriſimile, quod non legaſſet alteri: puta, quia diu ſtetit in ſeruiendo teſtatori in domo: nam videtur principaliter quod magis ex cauſa remunerationis, quàm pro anima legauerit, & ſic quod non legaſſet alteri, aliàs teneretur hæres erogare pro dote alterius puellæ, vt ibi per eum. Facit, quod aliàs habetur in l. cum alienam. C. de lega. & aliàs in l. demonſtratio falſa. ff. de condit. & demonſtr. in gloſ. pen. & ibi per Bart. Confert optimè ad prędicta quod no. Bald. poſt Iacob. de Are. in l. ſi quis ad declinãdam. C. de epiſcopis & clericis, in 6. colum. in verſic. quæro, ſi teſtator. vbi dicit, quod licet quando inſtitutio eſt pro nõ ſcripta propter aliquod iuris impedimentum: tunc remanet hæreditas apud hæredes ab inteſtato ſine onere appoſito in d. inſtitu. de caduc. tollen. §. in primo. tamen hoc procedit, niſi onus concernat piam cauſam, quia tunc etiam illud eſt explicandum per venientes ab inteſtato, alleg. ff. de fideicommiſ. liber. l. cum non. §. ſi pro non ſcripto, ſecundum Iacob. de Are. in ſuo tractatu executorũ, & ipſe Bal. pro hoc alleg. l. eam quam. C. de fideicommiſ. ſecũdum vnam lecturam ſingularem ibi. & aduertẽdum, quia ex quo teſtator deputauit tale legatum ad pium vſum maritandum, non poſſet hæres dicere, volo expendere in alium pium vſum ſimilem, puta pro dote alicuius capellæ, vel alterius, quia talis dos nõ concernit pium vſum matrimonij. Imo etiam epiſcopus non poteſt diſpẽſare ſuper tali commutatione, ſed ſolus Papa poſſet ex abſoluta eius poteſtate, per id quod habetur in cle. quia cõtingit. de relig. domi. Imo legatus de latere non poſſet facere talem commutationem, vt voluit ibi gl. multum not.

Et ſic poteſt concludi, quod dicto caſu hæres debet dictam pecuniam expendere pro dote alterius puellæ maritãdo æquè pauperem, & fortè talem electionem non poſſet facere hæres ſine epiſcopo loci, nec epiſcopus ſine hærede, p id quod habetur in l. legatum. ff. de vſufrũ. leg. & in d. l. legatum. de admi. rerum. quia non poteſt negari, quod non alteretur legatum primum propter impedimentum ſequens ex morte puellæ, cui fuit relictum: ergo non poteſt ſolus hæres, nec ſolus epiſcopus, per ibi no per Barto. & bene ad prædicta facit no. Iacob. de Are. in dicta l. ſi quis ad declinandam. prout etiam ibi refert Barto. in 4. colum. vbi dicit, ita conſuiuiſſe Iacob. Butrig. & Docto. decretaliſtas & legiſtas, quod legatum factum pro ſuſtentatione, vel alimentatione pauperum non poteſt conuerti per epiſcopum in redẽptionem captiuorum: licet videantur hæc inter ſe ſimilia, & magis in terminis ipſe Bald. in l. 1. C. de his quæ pœ. no. ad fi. idẽ dicit in legato facto pro puellis maritandis, vt non poſſit etiã per epiſcopum in alium pium vſum conuerti, vt ibi per eum. Illud tamen de legato pro alimentis pauperum non procederet, ſi ſimpliciter eſſet legatum pro diſtribuẽdo inter pauperes, & pro ſuſtentatione pauperum, quia tunc poſſet conuerti pro redemptione captiuorum pauperum, cum non dicatur aliqua commutatio legati, vt aliàs per Ioan. Andr. in cap. fin. de teſt. legato facto, vt bona ſua erogentur pauperibus, vt tunc poſſit expendi pro refectione alicuius eccleſiæ indigentis, vt etiam refert Bal. in d. l. ſi quis ad declinandam.

Ex quo etiam poſſet inferri, quod ſi hæres vellet dictam pecuniam dare pro dote alicuius puellæ pauperis, quæ vellet intrare monaſterium, non poſſet epiſcopus diſpenſare, ex quo non ſeruatur voluntas defuncti circa eundem vſum pium, prout erogauit teſtator, quando legauit dictæ mulieri pro dote, vel pro ea maritanda, vel quando nubet, quod etiam fuit de mente Bal. in dicta authen. niſi rogati. vbi voluit, ꝙ executores dari in teſtamento ad virgines maritandas non poterunt

Source : BIU Cujas

runt pecuniã erogare pro dote puellę,quæ vellet intrare monasteriũ ẽt pauperis,quia non potest negari ꝙ alteretur vsus pius.Nec obst.d.auth.quia illa debet intelligi in propriis suis terminis:videlicet, quia talis alimẽratio fierer pro eadẽmet puella,cui fuit factum legatum pro ea maritanda,quod illud fiat illo iure nouissimo permittente,ne impediatur ingressus monasterij, vt infra subdetur. Nec posset episcopus allegare talem vsum pium dispositum per testatorem, nisi in casu necessitatis: videlicet quando subesset aliquod impedimentũ iuris vel facti, propter quod mandatum testatoris nõ potest habere effectum eo modo,quo disposuit,vt habetur in d.l.legatum.ff.de vsufr.leg.& ibi per Barto. in d.l. legatum. de admi. rerum.& in d.cap. nos quidem. & per Bald. in d. l. si quis ad declinandam.& in d.l.1.C.de his quæ pœnæ no.ad fi.Et si dicatur, quod non videtur alteratus pius vsus, cum per vtrunque modum dicatur contrahi matrimonium, videlicet quia vnũ est corporale,& alterum spirituale, quod spirituale videtur magis præualere, & maioris esse fauoris,per id,qđ habetur in cap.2.& cap.fin.de transla. præla. & cap.ex parte. & cap.ex publico.de conuer.coniu. Quia respondetur,quod licet vtrunque dicatur matrimonium:tamẽ de tali matrimonio spirituali non videtur sensisse testator, per id, quod habetur in authen.cui relictum.C.de ind.vidui.tollen.& in corpore vndę sumitur:vbi conditio legati facti per coniugem,si ad alias non transiuerit nuptias,nõ intelligitur defecta,si mulier fuit facta monacha.Imo ibi dicitur,quod dicto casu deficit spes nuptiarum, quod maximè procedit attento cõmuni vsu loquẽdi & intelligendi ipsius vulgi,per id, quod habetur in l. librorum . §. quod tamen Cassius. ff. de legat. tertio ,& in l.Labeo.§. idem Tubero.ff. de supel. le. Vnde attenta verisimili mente testantis diceretur hæres ad diuersum vsum expendisse pecuniam legatam. Et licet dicta puella, cui fuit taliter legatum, posset consequi intrando monasterium, vt habetur in dicta authentica, nisi rogati. C. ad Trebel. & in corpore vnde sumitur, quod videtur procedere, etiam si esset dictum pro Berta maritanda per carnale coniugium, per infra dicẽda,tamen illud non procedit ex eo,ꝙ videatur impleta voluntas testatoris, sed speciali fauore religionis,& ne propter hoc tollatur libertas ingrediendi monasterium, vt tenent Docto.in dicta authentica,nisi rogati,& in cap.in præsentia.de probat.quo respectu dicitur dicta conditio nuptiarum haberi pro non scripta & inualida,vt dicit tex. in corpore ibi,tales conditiones & inualidas,& pro non scriptis haberi, & quæ ratio cessat in casu nostro:cum non impediatur talis libertas in persona,cui fuit relictum.

3 Et per prædicta infero † ꝙ quando esset factum legatum pro dote mulieris,vt nubat certæ personæ, & illa persona esset mortua ante nuptias:licet supra dixerim, ꝙ legatum non euacuatur,quando illa puella erat pauper: tamen debet cõuerti in eundem vsum pium: videlicet vt nubat alteri, sed si nollet nubere,tunc posset hæres, & teneretur conuertere ꝑ alia puella paupere maritãda,per supradicta. verũ si illa vellet religionem ingredi, potest non improbabiliter dubitari, an tunc consequatur legatum. Nã prima facie dicendum videtur,quod sic per id,quod habetur in d. auth. nisi rogati.& in corpore vnde sumitur.Sed ad illum tex.posset responderi vt procedat, quando legatum esset factum simpliciter sub conditione nuptiarum,non expressa aliter certa persona. Nam si esset dictum,vt nubat Titio, sine dubio videtur tenendũ, ꝙ illa, si recusaret nubere Titio, non posset religionem ingrediendo consequi huiusmodi legatum: nec dicto casu dicta conditio haberetur pro inualida & pro non scripta, si Titius esset persona sibi digna.l. cum ita.ff. de condit. & demõ. Continere etenim videtur duo capitale legatum, videlicet
4 ꝙ nubat,& ꝙ Titio nubat. Et sic licet † ex primo capite solo posset eludere talem conditionem intrando monasterium, tamen non ex secundo: cum respectu illius capitis conditio sit honesta,& debet seruari ad vnguem, vt seruetur mens testantis,& cum dispositio d.§.sed hoc prẹsenti. in Authen.de sanc.episc.vnde est extracta d.auth. nisi rogati. sit exorbitãs, non solum a regu. iur. volentibus conditionem debere impleri in forma propria & specifica.l. Mæuius.& l. cui fundus. & l.qui hæredi.ff.de condit. & demon. sed etiam a mente testantis.ideo non debet extendi ad alios terminos, quàm ibi positos,vt not.Doct.post gl. in d.auth. nisi rogati. per id, qđ habetur in l.ius singulare. & l.quod vero.ff.de lega.cum alijs
5 vulgaribus. In tantum quod cõmuniter tenent Doct. † ꝙ si testator dixerit, si filius meus decesserit sine filijs ex suo corpore descendentibus, tamen intrando postea monasterium excluderetur substitutus contra mentem testantis,quicquid aliter voluerit Rich. Malum. vt consuluit Dyn. & etiam ipse Dyn. & Bar.in dicta authen.nisi. & in l.si ita quis.§.ea lege.ff. de verb.oblig. & etiam ipse consuluit in suo consilio, quod incipit, Nursienſis quidam. & etiam consuluit Franc. Tigri. de Pisis, tenet Anto. de Butr. & Abb. Sicul. & communiter Canonistæ in capit. in præsentia. de probat. & Ange.in dicta authen. nisi. & etiam in d. §. sed hoc præsenti. & etiam consuluit Gas. Cal. & est communis opi. ne impediatur libertas ingrediendi monasterium, & etiam vita contemplatiua, vt supra dixi. Cum ergo dicta dispositio sit non solum contra iuris regulas, sed etiam contra mentem testatoris,non debet extra terminos suos operari, vt etiam voluit gl. in d.authen. nisi. & not. Doct.post Ioan.Andr.in d.cap.in præsentia.ergo non debet extendi ad casum, quando conditio nuptiarum adhæret certæ personæ,cui nubat.Ex quo sequitur ꝙ ex quo non potest nubere dicto Titio præmortuo, debet seruari voluntas defuncti, qui reliquit ad piam causam, in eadem pia causa: videlicet nubendo alteri, non autẽ ingrediendo monasterium: cum a principio dictum legatum habuit dictam certam formam: videlicet matrimonium carnale ineundi, quæ non poterit in matrimonium spirituale extendi, vt supra. non enim dispositio, quæ a principio habuit certã formam, potest ex post facto mutari, arg. l. insulam intra biennium. ff.de verbo.oblig. In contrarium tamen facit:quia res videtur reducta ad eum statum, prout si a principio fuisset factum legatum sub solo primo capite, scilicet nuptiarũ, ex quo illud secundum caput deficit, seu est factum impossibile, vt aliàs habetur in l.si quis ita institutus. ff. de condi.insti. & aliàs in l.Celsus.ff.de arbit.& aliàs in l.si mihi & tibi.§. si qs seruus.ff.de leg.1. & ibi per Bal.& in l.hęc scriptura.ff. de cõdit.& demonstr. quo casu quando esset factum legatum tali mulieri pro ea maritanda, posset ingredi religionem, etiam si testator dixisset pro ea maritanda per coniugium carnale, vt supra dixi, quia conditio reijcitur, & haberetur pro non scripta fauore religionis per illum tex.in d.§. sed hoc præsenti. Ergo videtur, ꝙ dicta mulier mortuo illo Titio possit cõsequi legatum ingrediendo religionem: licet hoc resultaret contra intentionem testantis:& fortè hæc opinio est verior, licet non transeat sine dubitatione,& Doct. non tangunt.

PRIVILEGIVM LVIII.

SVMMARIVM.

1 *Verba enunciatiua de præterito etiam propter aliud probant & disponunt fauore dotis.*

2 *Instrumentum diuisionis si reperiatur inter fratres, in quo fiat mentio de detrahenda dote uxoris alterius fratris, quæ fuit in tanta summa, talia uerba prosunt dictæ uxori pro sua dote consequenda.*

3 *Confessio prodest patre absente fauore dotis.*

4 *Confessio uel promissio non prodest fauore fisci, si nullus sit præsens, qui pro fisco recipiat.*

5 *Verba in instrumento, quod socer soluit decem pro rata centum dotis promissa faciunt fidem de dicta dote centum promissa.*

6 *Promissio facta de soluendis usuris pro certa sorte principali facit præsumi obligationem sortis præcessisse fauore dotis, aliàs secus.*

1 SEPTVAGESIMVMOCTAVVM speciale priuilegium est, quia † verba enunciatiua de præterito, etiam. ADDITIO. [Etiam. Verba enunciatiua de futuro emissa, vel de præterito sine expressione rei non disponunt.l.Titia,la prima, in princ.de leg.2. & ibi Bar.secus si res, species, vel quantitas fuisset expressa, quia disponunt ẽt emissa propter aliud,gl.ibi, in verbo,legasse. vide etiam Bart. in l. ex hac scriptura.in versicu. sed contra prædicta vĩ.ff.de don. & Ange. in reper. ver. verba.] propter aliud faciunt ẽt disponunt fauore dotis,vt est tex. sing. in l.2. C. de do. promis. intelligendo iuxta intellectum secundum glos. ibi, videlicet ꝙ ibi non apparebat expresẽ de dote promissa, sed solũ de promissione vsurarum pro debito dotis, vt ex hoc possit agi nõ solum pro ipsis vsuris promissis, sed etiam pro ipsa sorte dotis tanquam promissæ, & ita illum textum ad hoc allegauit Barto. in simili in quodam consil. quod incipit, factum sic se habet,prout etiam refert,& etiã videtur sequi Pau. de Ca. in suo consil. quod incipit, ꝙ præfata sententia arbitralis, in ordine mihi 72.vbi ponuntur termini,& similiter in d.cõsil.
2 Bart.ꝙ † vbi reperitur instrumẽtum diuisionis inter fratres, in quo inter alia cõtinetur,quod alter frater debeat ante omnia deducere tantam quantitatem, vel talem rem pro dote vxoris suæ ab eo recepta & posita in communi. Nam concludit Barto.ꝙ vxor potest ex tali instrumento viti: licet aliã probationem non habeat, quia verba enunciatiua pro dote inducunt plenam probationem, & allegat ad hoc casum in d.l.2.Nec obst.ꝙ fuerunt prolata dicta muliere absente,quia

ista

Source : BIU Cujas

ista diuisio est quædam ratio composita inter fratres. Sed ratio inducit probationem contra confitentem etiam in fauorē absentis, ex quo confecta est scriptura per notata per eundem Bart. in l. nuda. ff. de dona. & in l. Publia. §. fin. ff. de dep. & in l. quædam. §. nummularios. ff. de eden. sicut liber rationū compositus inter tutores probat contra eos in fauorem absentis. l. fi. C. arbitr. tute. ista sunt verba Bart. formaliter in d. consil. ſm Paul. vt supra, quæ saltem in dote, quæ est fauorabilis, videtur posse procedere secundum ipsum Paul. ibi, licet regulariter seruandum esset, quod no. ipse Barto. in l. admonendi. ff. de iureiuran. circa medium, in versicu. quid si instrumentum public. & per Cyn. in l. desiderium. C. dep. & in l. antiquæ. C. ad Velleia. in tertia quæstio. Sed ipse Paul. in d. consil. magis audacter concluſit in fauorem dictæ vxoris, quia ibi fuit confessio reiterata postea in testamento dicti mariti, vt ibi per eum latius. Super quo aduertendum duxi, quia ex causa dotis non est dicendum, quod instrumentum celebratum inter fratres super diuisione, si alter deduxit ante omnia certam qnantitatem vel rem, quam dixit habuisse mutuo, vel commodato a Sempronio, & posuit in communione, quod dictum instrumentum probet in fauorem dicti Sempron. quia illa confessio tanquam facta absente parte, & sic ipso Sēpronio absente sibi prosit per id, quod habetur in l. fin. ff. de interroga. actio. & in l. certum. §. si quis absente. ff. de confes. & nota. in capitu. fina. eodem titu. & etiam voluit Cyn. in d. l. desiderium. & in d. l. antiquæ. & Bart. in dicta l. admonendi. licet faciat semiplenam probationem, vt ibi per eum nota. quicquid aliter voluerit Bald. in dicta l. desi. per illum tex. Cyn. tamen ibi dicit, quod ille tex. hoc nō probat, & bene dicit, prout glos. ibi ponit casum. Imo ipse idem Bald. ibi in fi. dicit illum text. posse intelligi, quod confessio facta ibi fuit præsente vtraq; parte, & sic præsente primo deponente. Nec obstat rat. Barto. in dicto suo consilio, dum se fundat per id, quod habetur in dicta l. nuda. & in dicta l. fina. C. arbitr. tut. quia illud procedit, quando verba scripturæ de directo diriguntur in ipsum absentem vt creditorem, tanquam illa verba loquantur cum ipso absente per medium illius scrip. vel lib. rationum. & ita sunt termini Bar. in d. l. nuda. & in d. l. certū. §. si quis absente. Similiter ēt pōt
3 dici in terminis cons. Bar. & Pau. de Cast. vt supra, quia † nō reperitur iure cautum, quod fauore dotis concessio facta absente ADDITIO. [Absente Adde quod confessio facta absente parte non nocet ꝓfitenti. l. fi. ff. de interrog. actio. l. certum §. si quis absente. de confe. de quo Pau. de Cast. in consil. 81. & consil. 172. quia dicit verum, etiam si fiat in iudicio, nedum extra iudicium, & Bart. in l. 1 in ver. op. de l. certum. C. de confe. Adde latè per Pa. in cap. ex par. in ver. 5. requiritur. de confes. cum concor. ibi per Alex in consil. 18. in 4. par.] parte prosit & probet in fauorē mulieris. Nā licet sit speciale, vt quęratur actio de dote mulieri absenti, vt l. Cajus. ff. sol. mat. tamen secundum multos est speciale in ascendente stipulante pro muliere decedēte, vt dictum est supra, in 22. priu. & etiam tenendo idem esse in extraneo quocunq; vt ibi est dictum. Tamen ideo est, quia actus tendebat de directo ad obligandum: sed confessio sui natura non tēdit ad obligandum, sed simpliciter ad probandum. l. Publia. §. fi. ff. depo. vt etiam hanc rationem ponderauit in simili Bart. in l.
4 cum quis decedens. §. codicillis. de lega. 3. Præterea † si fisco absente non quæritur, quando nullus recipit pro eo promissionem non obstante eius fauore, vt habetur in l. 1. ff. de iure fis. & ibi per Bart. ergo nec mulieri pro dote, cum mulier & fis. paribus passibus ambulent, vt habetur in l. 2. C. de priu. fis. & in l. dotis. C. de iu. do. Insuper si maritus in testamento confitetur habuisse pro dote suæ vxoris centum, quæ mandat restitui sibi, nec aliter appareret de solutione dotis factæ viro, nisi ex dicta confessione, non potest vxor viri vigore dictæ confessionis, sed solum agere vigore legati, vt habetur in l. si non designata. C. de fal. causa adiec. le. & not. in l. qui vxori. ff. de au. & arg. lega. Sicut hoc est regulare in alijs legatis, & hoc præsente vxore, vt habetur in l. Lucius. §. quisquis. el 2. ff. de leg. 2. & per Bart. in d. l. cum quis decedens. §. codicillis. de leg. 3. & hoc est vtile scire, quia cōmuniter inter istos comitanenses, non fiunt instrumenta, nec de promissione dotis, nec de solutione facta, & deducunt mariti confitendo in testam. de do. recepta quam mandant restitui, post quorum mortē instant creditores totum patrimonium absorbendo, cum præferantur legatarijs. l. fi. §. licētiam. C. de iu. deli. Et sic pauperculæ mulieres reperiunt se indotatas. Nam sæpe de facto respondi, ꝙ si vna cum dicta confessione mariti in testa. probarentur aliquæ coniecturæ, saltem facientes semiplenā probationē: puta ꝙ aliquando maritus asseruit se habuisse ꝓ dote dictæ suæ vxoris: licet tunc vxor non fuerit præsens, cū tunc faciat saltem coniecturam quandam inducentem saltē semiplenam probationem, vt per Bart. in d. l. adm. coniungerentur dictæ duæ confessiones reiteratæ, & facerent plenā probationem, per no. in d. l. adm. & per Dy. in l. 2. §. 1. ff. de excu. tu. & quod habetur in c. fi. de suc. ab inte. & aliàs per Bart. in l. cum scimus. C. de agri. & censi. li. 11. & ita etiam concluſit Pau. de Cast. in præall. cons. dicendo, ꝙ saltem illa verba affirmatiua in instrumento diuisionis inter fratres circa dotem vxoris alterius fratrum detrahenda facerent saltem semiplenam probationem, vt sic iuncta cum cōfessione mariti in testamento, vt supra sufficerent, vt dicta mulier saltem concurrere possit cū alijs creditoribus in bonis dicti mariti, nō autē vt præferatur propter tacitam hypothecam cum alijs creditorib. quia illud priu. prælationis, de quo in l. fi. C. qui potio. nō habet locum in dote solum confessata, vt ibi no. & latius dicetur infra in decima parte operis. Nūc reuertor ad id, qđ supra dicebam de verbis enunciatiuis, pone in quæstione in
5 qua de facto consuluit, † quia in instrumento vel coram testibus fuit dictū, Berta, vel eius pater soluit Titio marito Bertæ decem pro rata cētum dotis promissæ. An possit maritus agere ad dicta cētum tanquam promissa? nam videtur quod non, quia verba enunciatiua de præterito in contractibus, quando emanant, non principaliter, propter se, sed propter aliud, non disponunt, nec fidem faciunt, etiam quando ad liberandū emanauerunt, vt fuit in terminis nostris, quia fuit facta confessio ad liberandum ab illis decem, licet aliqualē prę sumptionem inducant, per id quod habetur in l. iubemus. C. de lib. cau. in dicta l. quidam. ff. de proba. & l. optimam. C. de contrahenda & committenda stipulatione, & per Barto. in l. ex hac scriptura ad fi. ff. de dona. & per Bal. in l. ex verbis. C. de testam. milit. & in l. 3. C. de fal. causa adiec. lega. & no. in c. fin. de succes. ab inteſt. Tamen contrarium arbitror posse dici in casu præmisso speciali fauore dotis, cum fauore causæ piæ verba enunciatiua, etiam propter aliud probent, vt est tex. no. secundum vnum intellectum in c. fin. de succes. ab inteſt. vt ibi per d. Ant. & alios. & hoc respectu poterit dici dos causa pia, ne vxor talis remaneat sine dote, per id quod habetur in l. cū is. §. si mulier. ff. de condi. inde. & dixi supra in quinta parte operis, cū etiam idem soleat dici fauore libertatis. l. 1. §. sed si quis. C de lati. lib. tol. & ibi per Bal. nec dubium est, libertatē respicere causam piam. l. 1. §. pen. C. de commu. ser. manumis. & l. in testamento. ff de fideicom. liber. & facit ca. fi. de re iud. Sed quid plura? de hoc videtur text. in terminis bene intellectus in d. l. 2. C. de do. promis. & ita pro notabili allegauit Bart. in prælleg. suo consil. relato, vt supra per Pau. in suo consil. in ordine 82. qui videtur sic simpliciter transire cum Pau. quando dicta verba enunciatiua fuissent prolata in præsentia partis, & ita etiam illam l. 2. secundum intellectum glos. ibi ad hoc allegauit Ludo. de Ro. in dicta l. ex hac scriptura. & in dicta l. ex his verbis, vt multi habent. & licet ibi glos. non faciat vim in fauore dotis, sed quod operatur lō gæua & continuata præstatio vsurarum per l. cum de in rem verso. ff. de vsu. vt ibi etiam sequi videtur Cyn. & Bald. & Barto. in dicta l. cum de in rem verso. ff. de vsu. tamen pro certo hoc non placet: cum valde minor ratio sit in simplici promissione per momentum vnius horæ facta, quam in solutione continuata per longum tempus, videlicet decem
6 ann. Aut enim promittit quis † vsuras pro tempore præterito, & tunc ex quo potuerunt esse vsuræ pro duobus annis, absurdissimum esset dicere, quod plus operetur promissio vsurarum præteritorum duorum annorum, quam ipsa solutio facta pro duobus annis, & sic per non longum tempus, quo casu non præsumetur præcedens promissio dotis, sed solum ꝓ lapsum decem ann. d. l. cum de in rem verso. cum non minus sit aliquid facto exprimere quàm verbo. l. de quibus. in fi. ff. de lega. Imo plus operatur aliquid ostendere facto quam exprimere verbo. l. si tamen. §. 1. ff. de ædil. edi. & cap. dilecti. de arbit. qua ratione posset dici, quod etiam si promitteret vsuras pro decem an. idem esset tenendum, quia nō potest negari, ꝙ magis operentur plura continuata facta de anno in annum, quam vnica promissio pro pluribus præcedentibus annis, vt in simili voluit Cyn. in d. l. secunda, de solu ente vsuras semel pro pluribus annis præteritis: nam esset eadem ratio, sicut quando fieret actualis solutio continuata de anno in annum pro decem ann. Aut promittit vsuras pro tempore futuro, & tūc ex quo talis promissio adhuc habet suum esse, sed est in pendenti ex futuro euentu, non debet ex nunc producere aliquod tacitum cum suo perfecto esse, vt sic plus operetur in taciro quam in expresso, contra l. qui ad certum. ff. loca. cum similibus. Potest ergo concludi, quod intelligendo illam l. 2. prout intellexerunt quidam, vt refert ibi gl. quod ibi non aliàs constabat de promissione dotis,

tis, nisi per promissionem vsurarum pro ipsa dote promissa, & vt illud sufficiat ad hoc, vt dos possit peti tanquam promissa, & quod ibi procedat ex illis verbis enunciatiuè prolatis, sed propter aliud, quod illud sit speciale in dote contra regulas communis iuris, vt intellexit Bart. in dicto consil. & Pau. & Ludo. vt supra. Et sic pater responsio ad quæstionem supra positam, quod si probatur, quod fuit solutum aliquid pro parte dotis promissæ, ex hoc possit peti dos tanquã promissa, & hoc procederet non solum quando ipsa sors, & eius quantitas esset expressa: puta Titius soluit decem pro parte centum dotis promissæ pro eius vxore, sed etiam si non fuisset aliter quantitas expressa, cum valeat promissio dotis incertæ, vt dictum est supra in vndecimo priuilegio. Nec obstat, quod hoc casu concurrerent duo specialia circa idem quod non videtur admittendum etiam in dote: maximè quando promittitur dos incerta, vt habetur in l. 1. C. de do. promis. quia hic duo specialia concurrunt circa diuersa, vide licet vnum circa modum probandi, & aliud circa effectum obligandi, seu disponendi, quo casu possunt concurrere, vt habetur in l. singularia. ff. si cert. peta. & probatur in l. fin. ad Velleia. C. vbi valet fideiussio in dote danda citra stipulationem, & erga effectum tollendum exceptionem Velleiani.

PRIVILEGIVM LXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Extraneus quando tanquam debitor soluit sponso futuro animo donandi pro dote mulieris non inest tacita conditio, & ideo non sequutis nuptijs non repetit. & nu. 2.*

3 *Extraneus si solum promisit sponso animo donandi, & non soluit, tenetur sponsus non sequutis nuptijs cedere actionem mulieri, quod est notabile.*

4 *Extraneus creditor successoris mariti quando liberat ipsum maritum per acceptilationem animo donandi mulieri pro causa dotis, talis liberatio habebit effectum, etiam non sequutis nuptijs.*

SEPTVAGESIMVMNONVM speciale priuilegium. Nam qui scienter soluit indebitũ, non repetit, qua si videatur donare, l. j. & l. quod quis sciens. ff. de condi. indeb.
1 & l. cuius per errorem. ff. de reg. iur. † Item si extraneus promittit vel soluit dotem pro muliere, videtur donare l. i. §. accedit. C. de rei ux. act. & tamen illa donatio habet tacitam cõditionem, si nuptiæ sequentur. l. stipulationem. & l. si ego. ff. de iure dotium, & dixi supra in septuagesimosexto speciali priuilegio. & si nuptiæ non sequuntur, repetit per condictionem ob causam. l. si extraneus. ff. de condictio. ob causam. cũ similib. & tamen secus quando per viam tacitæ donationis, de qua suprà. Pone exemplum, si quis tanquam debitor mulieris sciens tamen se non esse debitorem soluit pro muliere ipsi sponso futuro, fortè ne illum inducat in suspicionem. Nã tunc dicta tacita donatio non habet in se illam tacitam con-
2 ditionem, si nuptiæ sequentur. † nam non repetit nuptijs nõ sequutis. Immo tamen repetitur per ipsam mulierem ab ipso sponso tanquam ipsa dederit, text. est sing. in l. qui se debere. versic. sed cum sciret. iuncta glos. ff. de condictio. ob causam. Imo etiam si solum promisisset ita scienter & non soluisset, talis promissio ita scienter indebitè facta non habet dictam tacitam conditionem. Imo ipsa mulier tunc agit contra ipsum promittentem secundum quod ibi notanter habetur. Nam non video rationem, quare hoc magis cauetur in tacita donatione, quam in expressa. l. cum quid. ff. si certum petatur. Imo maioris esset efficaciæ tacitum, quam expressum, contra l. qui certum. ff. loc. Nisi dicamus hoc procedere habita mixta consideratione fauoris dotis & mulieris, & etiam odij ipsius scienter soluentis pro dicta muliere indebitum. Vel potest distingui, quod aut vterque sciebat, scilicet ipse assertus debitor soluens, vel promittẽs, & etiam ipsa mulier debitum non subesse, & tunc videtur vera donatio, & tũc habet locum condictio ob causam non sequutis nuptijs, nisi probaretur, quod ille in omnem euẽtum erat donaturus. d. l. si extraneus. Aut solum ipse assertus debitor sciebat, & non mulier. Imo ipsa credebat se creditricem, & sic non recipiebat tanquam ex donatione: tunc habet locum, quod habetur in dicta l. qui se debere. quia non videtur tunc vera donatio per notata, per Bart. & Doct. post glos. in l. prima. ff. de do. Licet Doc in d. l. qui se debere. ad hoc nõ aduertant. Et videtur esse ratio in promptu, quia cõdictio ob causam & indebiti, & similes condictiones dantur ex neg. gest. vt l. si nõ sortem. §. libertus. ff. de condic. indeb. Sed dictus assertus debitor soluendo sponso tanquam debitor mulieris gessit principaliter negocium, vt est in apparẽti, vt se liberet a muliere, non autem ex causa matrimonij contrahendi, & ita hoc animo recepit talis sponsus, & multo magis si hoc faciat † iussu
3 mulieris. Vnde licet ipse soluens gerat in animo, quod soluat animo donandi: tamen quia nec sponsus recipiens, nec mulier ipsa hoc in animo gerebat. Imo per expressum agebatur, quod non animo donandi, ideo non potest dari condictio ob causam ipsi soluenti, propter nuptias non secutas, quia hæc voluntas dicti soluenti, propter nuptias non secutas, quia hæc voluntas dicti soluentis in mente retenta nihil operatur. l. si repetendi. C. de condi. ob causam, & facit, qđ nota. in l. qui mihi donatum. ff. de dona. non ergo ille soluit apparẽter ex causa matrimonij principaliter, sed tanquam debitor mulieris: & ita spõsus recepit & mulier consensit. Sed quando mulier similiter sciebat illum soluere indebitũ scienter inter eos videtur negocium gestum quod soluat ex causa veræ donationis propter futuras nuptias, per not. per Barto. in d. l. 1. ff. de donat. & ideo non secutis potest soluens, idemque donans repetere per condictionem ob causam: secus quãdo expresse quis promisisset dotem pro muliere animo donandi, & non tanquam debitor mulieris, prout in dubio tunc præsumitur semper quod animo donãdi. l. 1. §. accedit. C. de rei vxor. act. & dictum est supra in quadragesimoquinto priuilegio. Aduerte tamen, quia hæc intelligentia est cõtra mentem Bart. in d. l. qui se debere. vbi vult, quod quando extraneus soluit sponso futuro animo donandi mulieri pro dote ipsius mulieris, quod non insit tũc tacita conditio. Imo tunc non secutis nuptijs mulieris est repetitio, vt est ibi casus no. & alter l. si extraneus. eodem titulo, in versic. nisi forte. Si autem solum promisit & non soluit, licet gl. ibi in verbo, quoniam, sentiat, quod tunc insit tacita conditio, nisi ex presse fit actum, quod non insit tacita conditio, ita intelligẽdo tex. ibi, tamen ipse Bart. tenet ibi contrarium, quod imo in dubio non inest dicta tacita conditio respectu mulieris, per text. in d. l. si extraneus. in versicu. nisi. licet insit respectu ipsius sponsæ, vt sic ipse sponsus non secutis nuptijs non possit agere condictione ob causã pro suo interesse, vult dicere Barto. quod mulier potest agere contra talem sponsum, vt sibi cedat talem cõdictionem ob causam, quæ licet sit inutilis ipsi sponso propter non secutas nuptias: tamẽ erit vtilis ipsi mulieri ad effectum cessionis, quod est no. vt etiam ibi voluit glos. nec istud aliquando inconuenit, vt alias habetur in l. fi. in princip. C. de iu. do. & alias in l. si socer. §. Lucius. ff. solu. matrimo. & dicetur in 7. par. in 8. priuilegio. Et licet hoc idem fuerit de mente Bal. volendo, q̃ quando extraneus promittit animo donandi, tunc non inest tacita conditio, imo non secutis nuptijs habet locum promissio respectu mulieris, per tex. ibi no. tamen vt supradixi, ille tex. potest & dẽt intelligi, quãdo ille debitor promittens, & non ipsa mulier sciebat debitum non subesse, quo casu videtur esse ratio in prõptu, vt supra dixi, & maximè cũ non sit vera donatio, vt tũc sit speciale fauore mulieris, mixta etiam consideratione odij talis asserti debitoris scienter promittentis indebitum: cum etiam si soluisset, non posset ipse repetere per condictionem ob causam, ex quo dicta causa solutionis ꝓpter nuptias quã faciebat animo donandi fuit sibi in mente retenta & nõ expressa in dicto actu promissionis vel solutionis indebiti. Si aut mulier similiter scierit illud non esse debitum, & sic illum promittere vel soluere animo donandi, & tunc illa est propria & vera donatio, ex quo ex vtraque parte hoc videtur agi, vt per Bart. in d. l. 1. de dona. ergo non plus debet operari tacitum quam expressum, vt sic in vtroque casu insit tacita conditio, videlicet si nuptiæ sequentur, nec videtur vera opin. Bart. & Bal. in d. l. qui se debere. ibi videntur velle, qnod quãdo animo donandi extraneus promittit, vel soluit dotẽ pro mullere, tunc nõ insit tacita conditio respectu mulieris, per tex. ibi, & dic. l. si extraneus. in d. versicu. nisi fortè. Nam ipse idem Bart. in l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de condit. & demonstra. tenuit contrarium reprobando opinionem quorundam, de qua ibi in glos. distinguentium inter patrem vel ipsam mulierem promittentem dotem & ipsum extraneum promittentem: cum iura indistinctè loquãtur in quocunque promittente dotem pro muliere, quod semper insit tacita conditio, sicut in legato pro dote a quocunque fiat, & sic expresse præsupponit in extraneo promittente etiam animo donandi, sicut etiam ipsum legatum, cũ sit quædam donatio. l. legatum. ff. de legatis secundo. & ita ꝓcedant omnia iura loquentia de promittente dotem ꝓ muliere, vt tacitè videatur promittere sub conditione, si nuptię sequentur, in l. promittendo. & l. stipulationem. & l. tali. ff. de iure dotium, & l. item quia. ff. de pact. cum multis similibus, & ista est vera & communis opinio, quam etiã sequitur Angel. & Ioan. de Imo. & alij legentes in d. §. Titio. & ita etiam

concluſi

concluſi ſupra in 76. ſpeciali priuilegio, & eſt text. clarus in dicta l. ſi ego. primo & ſecundo reſponſo. Nec obſtat text. in d. l. ſi extraneus. quem pro ſe alle. in d. l. qui ſe debere. Bart. qa imo eſt caſus de directo in contrarium, prout etiam ibi voluit Bar. ſecundum veram & communem lecturam gl. ibi, cp ibi ille caſus non ſecutarum nuptiarū omiſſus remanet in diſpoſitione iuris communis, quod vult, cp quando extraneus promittit, vel ſoluit dotē pro muliere, præſumitur cp animo donandi, & quod videtur ſemper tacitè actum, quod non ſecutis nuptiis promiſſio, vel ſolutio non haberet effectum etiam ſi ibi ille extraneus nullum pactum feciſſet. Nec obſtat tex. ibi in verſi. niſi fortè, quia debet intelligi ille tex. quando probaretur, quod ideo dictus donator noluit exprimere caſum nō ſecutarū nuptiarū, ſed ſolum caſum ſoluti matrimonij, quia voluit in dictum caſum omiſſum proſpicere mulieri & non ſibi, videlicet cp dicto caſu dicta dos eſſet mulieris, & ille eſt verus intellectus ad illum tex. Item non obſt. tex. in l. licet. §. 1. ff. de iure do. in verſi. niſi forte ſic accepto tuliſſet,
4 vbi videtur velle tex. quod † quando extraneus creditor ſuccеſſori mariti liberat ipſum maritum per acceptilationem animo donandi mulieri pro cauſa dotis, quia tunc haberet effectum dicta liberatio etiam nuptijs non ſecutis, & ſic non ineſt tunc tacita conditio, ſi nuptiæ ſequentur, cuius contrarium videtur ibi velle tex. in princip. d. §. quando acceptilatio fuiſſet interpoſita non animo donandi. Sed reſpondeo ad hoc, quod ille text. debet aliter intelligi, videlicet quod totus d. §. loquatur, quando extraneus accepto tulit marito futuro animo donandi, prout in dubio ſemper debet hoc pſumi. d. §. accedit. Sed tamen multum refert, an ſimpliciter voluit accepto ferre animo donandi, & tunc ineſt dicta tacita conditio per iura ſupra allegata, vt etiam ibi gloſ. intelligit, ſuper verbo non ſequetur, dum pro cōcordante allegat d. l. ſi ego. primo reſponſo. An autem appareat cp in totum voluit donare, ideſt, in omni caſu: & tunc non ineſt dicta tacita conditio. Vnde non ſine miniſterio, & virtute aliquid operandi Iuriſconſultus ponit ibi illud verbum in totum, ibi dū dicit, vt velit mulieri in totum donatum, ideſt, in omni caſu. per id quod habetur in l. ſi quando. in princi. ff. de leg. 1. & in l. ſi ſtipulatus. ff. de vſur. tunc enim credendum eſt breui manu acceptum a muliere, & marito per ipſam mulierem datū, vt dicit ibi text. & ideo tunc datur condictio ob cauſam ipſi mulieri, prout eſt, ſi per ipſam mulierē fuiſſet datum ex cauſa dotis: vnde tunc non ſecutis nuptijs repelleretur mulier, vt d. l. 1. in princ. & iſte eſt verus intellectus illius tex. prout etiā intellexit ibi gloſ. dum alleg. d. l. ſi ego. Item non obſtat dictæ concluſioni d. l. qui ſe debere. in d. verſi. ſed cum ſciret. quia debet intelligi ille tex. prout ſupra fuit dictum, videlicet quādo ſolū ipſe aſſertus debitor erat ſciens debitum non ſubeſſe, ſecus ſi etiam ipſa mulier. Vel poteſt dici, & quidem non improbabiliter, cp cum ille tex. loquatur ibi ſimpliciter & indiſtinctè dēt & poſſit indiſtinctè intelligi. l. de pretio ff. de pub. cum ſimil. & ſic etiam quando ipſa mulier hoc ſciebat: & dictum eſt veriſimile, & erat contingibile, ſi extraneus fortè pro nimio amore, quem gerebat erga illam mulierem, forte ſibi amicam, vel amaſiam volebat eſſe erga eam maritus gratioſus & nec volebat, quod propter hæc aliqua ingereretur ſuſpicio ipſi marito futuro fortè non accepturo illā in vxorē ſi per viam donationis dictus extraneus dotem promiſiſſet, quando inter dictum extraneum & mulierem fuit actum, cp ipſi promitteret & ſolueret tāquam debitor ipſius mulieris. Vnde hoc caſu ſingulariter prouideretur ibi, quod in tali caſu non inſit dicta tacita conditio, imo fingatur tunc eſſe ſolutum matrimonium & per mulierem viro. Vnde ex quo tūc præſumitur ex cauſa turpi hoc factum, cp potior ſit conditio mulieris tanquam poſſidentis. l. penulti. ff. de condic. ob turpem cauſam. & licet ipſa verè non poſſideat, ſed ſponſus: tū fingitur ipſa poſſidere hoc caſu, ex quo cenſetur ſponſus ab ipſa muliere habuiſſe: & hoc ſpeciali fauore mulieris & dotis & mixta conſideratione odij dicti ſoluentis, vt ſupra dixi in princ. imo etiam quando dictus aſſertus debitor nondum ſoluiſſet, ſed ſolum promiſiſſet ex cauſa, tunc videtur fuiſſe vera donatio, ex quo inter ambos videtur hoc tacitè actū, talis donatio iſto caſu non habebit dictam tacitam conditionem, & habebitur promiſſio illa pro quadam ſolutione, arg. l. ſi. C. ad leg. Falc. & tunc prouidebitur mulieri per modum fi ctum, prout gl. ibi notabiliter dicit.

PRIVILEGIVM LXXX.

SVMMARIVM.

1 *Donatio inter patrem et filiamfam. ualet etiam ut ſoli filiæ quæratur: & non patri dotis repetitio. et nu. 2.*

1 OCTVAGESIMVM ſpeciale priuilegium eſt, † qa licet inter patrem & filiamfamil. non valeat donatio in profectitijs, & hoc propter regreſſum, ſicut nec ſubſiſtit aliqua obligatio vel contractus, vt habetur in l. ſecunda. C. de inofficio. donat. Tamen fallit in dote, quando pater dat, vel promittit aliquid pro dote filiæfamilias, quia tunc valet olim & hodie. l. Pomponius Philadelphus. famil. erciſcun. & per gl. in dicta l. 2. quæ idem dicit in donatione propter nuptias, quæ fieret per patrem pro filiofamilias accipiente vxorem, & notatur in l. 2. §. primo. ff. ſoluto matrimonio, quod procedit non ſolum, vt quęratur tunc actio filiæ communiter: & ſic vt actio ſit communis patri, & filiæ, vt eſt regulariter, vt habetur in d. §. 1. & etiam quod ad effectum cauſandæ poſtea reconſolidationis in ipſam filiam poſtea effectam ſui iuris morte patris vel emancipatione. l. 1. §. videamus. C. de rei vxor. actio. Sed etiam vt ab ipſo initio poſſit tota dos quæri ipſi filiæ, puta ſi pater ſtipularetur dotem reddi ipſi filię, quo caſu efficitur præcipua ipſi filiæ ex quadam donatione paterna, & ſic etiam vt ipſa filia poſſit ſola agere ſecundum Dyn. Barto. & Docto. communiter in l poſt dotem. ff. ſoluto matrimonio. & Bald. & communiter Docto. in l. 2. §. 1. vbi dicit Bald. ita conſuluiſſe Iacob. de Beluiſ. & Iacob. Butr. & intellige hoc, etiam ſi ipſa filia tempore dictæ ſtipulationis paternæ fuiſſet abſens, cum poſſit pater ſtipulari filiæfamilias abſenti, vt habetur in l. quod dicitur & l. quodcūque. §. 1. ff. de verb. oblig.

Sed poſſet tunc dubitari, quid ſi non per ſtipulationem, ſed per ſimplex pactum prouiderit ipſi filiæ reddi ſolu. matrimo. Poteſt dici idem. dummodo incontinenti, quia ſi poteſt hæc prouiſio procedere per tacitum pactum inductum ex prouiſione facta per patrem in vnum caſum ſolu. matrimo. vt in alium caſum omiſſum videatur prouidiſſe filiæ, ſcilicet vt filiæ dos ſit præcipua, vt eſt caſus ſingul. in l. ſi cum dotem. in princip. ſecundum vnam lecturam approbatam ibi per Bar. multomagis per pactum expreſſum, vt poſſit tunc filia agere actione de dote informata ex illo pacto, vel præſcriptis verbis, prout dicimus in extraneo paciſcente ſibi dotem reddi l. 1. §. accedit. C. de rei vxor. act. imo fortè poſſet dici, quod hodie tale pactum maximè habebit tacitam ſtipulationem fauore mulieris. Et idem poteſt dici, quando extraneus dotaſſet, per text. in d. l. 1. §. ſed vt plenius. ibi, ſiue aliæ pro his perſonæ, & dixi ſupra in 22. ſpeciali priuilegio, & etiam in 23. & conferunt etiam dicta ſupra in 65. priuileg. imo
2 † intantum valet dicta donatio inter patrem & filiam in dote, quod etiam quæritur actio ipſi filiæ, licet fuerit abſens, tali pacto expreſſo vel tacito, puta in caſu no. d. l. ſi cum dotem. ſecundum dictam lecturam, cum etiam ex donatione extranei quæratur ipſi mulieri, licet tunc abſenti, vt probatur in dicto §. accedit. Vnde multomagis quæritur filiæ: licet abſenti ex facto patris. d. l. quod dicitur. cum ſim. Et licet Barto. in d. l. ſi conſtante. in princ. ff. ſolu. matr. in 5. q. 2. partis aliud videatur voluiſſe, & malè per ſupradicta, & vide quæ dixi latius ibi ſuper glo. 2. in 3. parte gl. ibi, & etiam dixi ſupra in 60. ſpeciali priuilegio.

PARS SEPTIMA.

EXPEDITA eſt ſexta pars circa priuilegia cōcernentia tempus ante matrimonium, in qua maiorem numerum ſum complexus quàm in alijs duobus temporibus poſita videbuntur: licet multa interſerta ſint, quæ ad alia etiam tempora accommodari poſſent: tamē non curaui ea in hac 6. parte deſcribere, licet magno numero: congruentiorem enim eum locum fore exiſtimaui, & quidem magis communem ad omnia ſupraſcripta priuilegia quàm loca. 7. & 8. partis.

Deſcendo igitur ad 7. partem, in qua priuilegia dotium cō ſtante matrimonio complectemur.

PRIVILEGIVM I.

SVMMARIVM.

1 *Fundus dotalis non poteſt alienari, quę quidem regula habet multas fallentias, quas uide in nu. 2. 6. 7. 8. & 9. et conſequenter uſque ad nu. 23.*
3 *Res mobiles quæ ſeruari poſſunt datę in dotem, an & quando poſſint alienari.*
4 *Alienationis prohibitio circa res dotales non eſt inducta in rebus mobilibus.*

Source : BIU Cujas

5 *Oratio diui Imperatoris prohibebat res minorum alienari, & hoc tamen non extẽdebatur ad mobilia: niſi quòd poſtea fuit facta extenſio per l. lex quæ tutores. C. de admin. tutor.*

PRIMVM igitur ſpeciale eſt, & quidem maximum con-
1 cernens dotis & mulieris fauorem: ut fundus † dotalis prohibente l. Iulia non poſſit alienari, ut in to. titu. ff. & C. de fun.do. & C. de rei ux.act. in §. & cum lex. quæ quidem
2 regula multas patitur fallentias. Et † primò ſecundum quoſdam, ut ſolum habeat locum in immobilibus, non ſic in mobilibus, ut tenuit Azo in ſum. C. de fun. dot. quia lex Iulia ꝓhibendo alienationem in fundo dotali ſiue ruſtico, ſiue urbano: & ſic circa immobilia, uidetꝫ permiſiſſe circa mobilia. Sed gl. in l. libertas. ff. de reg. iu. tenuit, ꝙ etiam ſe extendat ad res mobiles dicta prohibitio: & idem uidetur tenere gl. in d. §. & cum lex. licet non uidetur ibi ſe firmare: & idem tenuit Odofred. reſpondendo, ꝙ gratia exempli dixit de fundo dotali, q̃ reſponſio uidetur ſatis debilis, & gl. Inſti. quib. alie. non licet, tenuit opinionem Azo. Iaco. de Ra. ut refert Barto. in l. 1. ff. ſolu. matr. fuit in quadam opi. media, videlicet, ꝙ interim põt vir alienare mobilia, ex quo non reperitur in contrariũ cautum de iure, niſi in immobilibus. Sed ſolu. matrim. reuertetur dominium ad mulierem, & ſic ipſa poterit vendicare, argu. l. 3. §. idem ſcribit. ff. de in diem adiec. Sicut in rebus quæ ſubiacent reſtitutioni, vt in auth. res quæ. C. communia de leg. quam opi. tenuit ipſe Bart. procedere de iure antiquo, ſed
3 ſecundum ius Authẽticorum, nouiſſimum, †ſi ſunt res, quę ſeruando ſeruari poſſunt: tunc non poſſunt alienari, niſi cũ ſolennitate requiſita, de qua in auth. ſiue a me. C. ad Velleia. & in corpore vnde ſumitur. Si verò non poſſunt ſeruari, tũc tenet indiſtinctè poſſe alienari, per text. in l. res in dotẽ. ff. de iure do. Ang. verò dicit illam l. procedere in rebus, quæ ſunt in pondere, numero vel menſura, quia in illis videtur a principio datum arbitrium ipſi viro alienandi, vt dicit tex. ibi Imo. verò in l. 1. ff. ſolu. matr. dicit, ꝙ de iure antiquo ante diſpoſitionem l. in rebus. C. de iu. do. non poterat mulier ſolu. mat. vendicare, quia nõ reuertebatur dominium ad eam, ſed ſolum agere poterat actione perſonali de dote contra virũ, vel eius hæredes, per tex. in l. 1. ff. de fun. do. & in l. quædam. ff. de acq. rer. domi. de quo tamen vltimo infra tangetur in 8. par. in 6. priuilegio, circa priuilegium dictæ l. in rebus. No. tñ ex dictis Bar. in d. l. 1. ff. ſolu. matri. ꝙ ſingularis illa diſpoſitio d. l. in rebus. obtinet etiam circa res mobiles dotales. Et po-
4 teſt dici, ꝙ imo multa iura probant, ꝙ † prohibitio alienationis circa res dotales non eſt inducta in rebus mobilibus, imo magis permiſſa etiam conſiſtentibus in ſpeciebus, vt probatur in l. diuortio. §. ſi fundum. ff. ſolu. matrimo. vbi ſi bene põderetur tex. loquitur ibi in rebus mobilibus dum facit differentiam, an res ipſæ exiſtant, vel non exiſtant, quæ conſideratio propriè cadit in rebus mobilibus, & non in ſtabilibus, probatur etiam in l. ſi ex lapidicinis. ff. de iu. dot. Nec eſt credendum, ꝙ lex Iulia fuerit loquuta niſi cum magno miniſterio ſolum exprimendo de fundo dotali, & non de alijs rebus dotalibus, de quibus bene potuiſſet dicere, ſi uoluiſſet, arg. l. 1. §. ſi autem. C. de caduc. tollen. & cap. ad audientiam. de decim. Imo non ſolum dixit in prohibendo de fun. dot. ſed prohibuit ſolum de fundo dotali Italico. Et ſic tacitè permittebat alienationẽ fundi prouincialis, vt in terminis dicit tex. in dicto §. & cum lex. & Inſtit. quib. alien. non licet, in princ. Vnde ſicut Imperator ibi immutat extendendo de nouo ꝓhibitionem l. Iuliæ ad fundos prouinciales, etiam ſi voluiſſet, extendiſſet ab mobilia, ita nec mirũ, quia magis erat prohibita alienatio circa immobilia: cum in ipſis vertebatur tãtum preiudicium, & maximè cum non poſſit tandiu teneri,
5 ſeu conſeruari ſicut immobilia. Hinc eſt † quod oratio diui Imperatoris prohibebat res minorum immobiles alienari: & tamen non extendebatur illud ad mobilia, niſi quod poſteà fuit facta extenſio per l lex quæ tutores. C. de adminiſtratio. tuto. videlicet circa mobilia, quæ ſeruando ſeruari poſſunt. Et ſic ibi patet, quod ſi non eſſet illud de nouo prohibitũ, poſſent alienari etiam hodie res mobiles minorum ſine ſolennitate, de qua ibi. Vnde ſic dicendum eſt in terminis noſtris, cum hodie non reperiatur aliquid de nouo prouiſum vel immutatum in rebus mobilibus, argumen. l. ſancimus. C. de teſtamẽ. cum ſim. Sic etiam patet in Authentico, vt immobilia ante nuptias, collatio. 5. vnde ſumitur d. auth. ſiue a me, vbi ſolum prohibetur alienatio rei donatæ propter nuptias in immobilibus, & ſic circa mobilia eſt ꝓmiſſa alienatio, vt ibi no. Sed contra prædicta & pro opinione contraria facit dic. l. in rebus. §. omnis. vbi prohibetur conſtante matrimonio rem dotalem præſcribi poſſe non ſolum in præſcript. one decem vel 20. ann. ſed etiam præſcriptione trienꝛnali, quæ propriè dicitur vſucapio circa mobilia, vt habetur Inſtit. de vſucap. poſt princ. ergo non obſt. illud, niſi quia prohibita eſt alienatio etiam rei mobilis, & conſequenter vſucapio, per id quod habetur in l. alienationis. ff. de verb. ſignif. & per gl. no. in l. vbi lex. ff. de vſucap.

Et poteſt reſponderi, ꝙ non prohibeatur vſucapio conſtãte matrimonio in re mobili dotali ante diſpoſitionem d. l. in rebus. ex eo quia non poterat præſcribi contra mulierem: cum erat impedita agere tanquam ſit non domina conſtante matrimonio, ſed ipſe maritus. l. doce ancillam. C. de rei vendi. in quam mulierem dicto tempore non reuertebatur dominium ſolu. matrimo. vt infra tangetur in 8. parte, in ſexto priuileg. circa ſpeciale dic. l. in rebus. Et ſic ſibi non competebat rei vendicatio, per id quod habetur in l. 1. in fi. C. de anna. excep. Vnde ex quo hodie oritur talis actio ipſi mulieri pro rebus dotalibus generaliter, & ſic etiã pro mobilibus, per dictam l. in rebus. Et ideo hac ſola ratione motus Imperator in d. §. omnis. vult, ꝙ conſtãte matrimonio non currat præſcriptio contra mulierem.

Et ſic poteſt concludi, quod ex quo res mobilis non prohibetur alienari. Hinc eſt, quod contra virum currit præſcriptio, quod etiã procederet hodie tenendo, quod de iure nouiſſimo poſſit alienari, vt infra tangetur, cum tunc non ſit ſimpliciter prohibita alienatio talis rei mobilis dotalis, ſed ſit ꝓhibita caſu, quo nõ interueniat certa ſolennitas, de qua in auth. ſiue a me. & in corpore vnde ſumitur, & ideo tunc non videtur prohibita præſcriptio, vel vſucapio, vt per gloſ. no. & ibi per Bart. & Bal. & alios in l. fin. quib. ex cau. in integrum reſtitu. non eſt neceſ. & per cano. poſt Anto. in c. cum non liceat. de præſcript. vbi dicunt, quod res eccleſiæ ſunt præſcriptibiles, quia ipſarum alienatio non eſt prohibita ſimpliciter, ſed cum certa ſolennitate, de qua in 12. q. 2. cap. ſine exceptione. & habetur in cap. 1. & 2. de reb. eccle. non alien. in 6. non ſic in re immobili dotali, in qua ſimpliciter eſt prohibita alienatio, nec in ea iura exigunt aliquam ſolemnitatẽ, vt infra tangetur. & hinc eſt ꝙ ſimpliciter prohibita eſt præſcriptio etiam contra virum per id, quod habetur in l. ſi fundum. ff. de fun. do. Licet ſoleat dubitari, an ſit prohibita præſcriptio 30. ann. cum per illam omnia iura extinguantur, de quo infra tangetur.

Et ſic per prædicta poteſt limitari glo. illa no. in d. l. vbi lex. vt procedat in vſucapione largo modo ſumpta, ideſt in præſcriptione circa immobilia & ſic longi temporis, cum etiam iura illam appellent vſucapionem, vt l. ſeruitutes. ff. de ſeruit. & in pleriſque alijs legibus hoc probatur.

Poteſt tamen diſtingui circa hoc, an res mobilis dotalis poſſit alienari, quod aut loquimur de iure antiquo, aut de iure nouiſſimo Auth. Primo caſu, aut res eſt data æſtimata, aut ineſtimata. Si æſtimata, & indiſtinctè tunc poteſt alienari, etiam ſine conſenſu mulieris, ſi fuit aliter data, vt induceretur emptio. Cum etiam idem in immobilibus. l. quoties. ff. de iure do. cum ſimilibus. Sed ſi aliter fuit data æſtimata, vt nihilominus remaneret dotalis, & tunc dicas idem prout infra, in proximo caſu. Secundo caſu quando ineſtimata: & tunc aut de iure antiquo ante diſpoſitionem dic. l. in rebus. aut poſt: primo caſu, aut in dote eſt genus, ſcilicet conſiſtens in pondere, numero, vel menſura, & indiſtinctè poteſt vir alienare ſine alia voluntate vxoris, quia videtur tacitè actum, quod in eodem genere & bonitate reddatur per id, quod habetur in l. cum quid. ff. ſi certum peta. Et ſi ex natura rei videtur a principio datum arbitrium diſtrahendi, vt dicit tex. in d. l. dedit dotem. quæ alienatio etiam hodie eſſet in totum reuocabilis non obſtante diſpoſitione noua. dic. l. in rebus. Aut in dote eſt ſpecies, & tunc aut ſeruando ſeruari non poteſt, vt poteſt contingere, ſi mulier habuerit patrem mercatorẽ, & dedit mercantias in dote inæſtimatas. Et ſic cum ſint vænales, dicuntur eſſe res non conſeruabiles ſui natura, vt aliàs ſolet dici in pecunia, vt per gloſ. no. in l. 1. §. fuit quæſitum. ff. ad Trebel. & ibi dixi, in l. ſi ex legati cauſa. ff. de verb. obliga. & maximè quia poſſunt eſſe mercantiæ de facili corruptibiles, vt aliàs per gloſ. no. in l. 1. C. ſi aduer. vſucap. Et tunc poteſt dici idem ea ratione, quod ſupra in genere, vt videatur data a lege, vel a contrahentibus tacitè licentia diſtrahendi, per id quod habetur in l. eſtimatæ. ff. ſolu. matrimon. facit tex. in l. diuortio. §. interdum. eo. tit. Si autẽ poſſent cõſeruari diu, & tunc ſimiliter poſſunt diſtrahi & vẽdi per virum, vt ex eadem pecunia ematur res alia, quæ ſit dotalis, dummodo accedat conſenſus mulieris, & etiã eius vtilitas, prout in dubio vr̃ ꝙ interſit mulieris magis pecuniã reddi, quæ amodo ſibi perire non poteſt. l. incendium. C. ſi cert. peta. quam dotem ipſam remanere in ſpeciebus, quæ ſi deteriorarentur, vel perirent, hoc cadet ad ſui damnũ. l. plerun-

Source : BIU Cujas

runque. in princ. ff. de iure do. & l. si æstimatis. ff. solu. matri. vbi tex. propriè loquitur in rebus mobilibus, cum ibi fiat differentia an extent, vel non extent. Et sic probatur not. q̃ siue res sit data inæstimata, siue sit data æstimata: tamen vt remaneret dotalis, non potest alienari per virum sine consensu mulieris: & sic ibi capitur quædam media via, cum immobilia non possint alienari etiam cum consensu mulieris. l. 1. §. & cum lex. C. de rei vxo. actio. de quo etiam dixi in d. l. si æstimatis. Si autem mulier non consentiret, vel consentiret, tamen caderet ad sui damnũm: tunc licet alienatio valeret & esset irreuocabilis ante dispositionem d. l. in rebus. tamen teneretur vir vxori ad interesse: videlicet quantum magis nũc interesset mulieris rem illam non esse venditam, cum talis commutatio non possit fieri nisi duobus concurrentibus, vt supra, & hoc per tex. & glos. not. in l. si ex pecunia. C. de iure do. & ita etiam debet intelligi tex. in l. constante. ff. de iu. dot. vbi vult, quòd corpora dotalia possint cõmutari in pecuniã, & sic distrahi pro pecunia redigenda, vt illa sit dotalis, qui tex. non potest intelligi in mobilibus: quia tunc esset de directo contra l. Iulianus. ff. de petit. hæred. & multa iura indistinctè prohibentia alienationem rei immobilis dotalis. Si autem loquimur post dispositionem d. l. in rebus. & tunc in speciebus, vel alijs mobilibus, vbi non requirebatur voluntas mulieris in alienando: vt suprà dixi, tunc indistinctè alienatio esset irreuocabilis, licet mulieris consensus non interuenerit, ex quo lege permittente, vt etiam permittente ipsa muliere saltem tacitè vir alienauit. Sed in speciebus, in quibus requiritur mulieris consensus: tunc eo interueniente similiter erit irreuocabilis alienatio, ex quo muliere permittente fuit facta consequenter. l. permittente, verùm si fiat sine consensu mulieris: tunc licet interim valeat, & dominium transferatur, tamen erit reuocabilis, vt sic dominio translato ĩ mulierem soluto matrimo. possit ipsa vendicare, & ita est de mẽte Bart. in l. 1. ff. soluto matrimonio, post Iacob. de Rauen. licet ante dictam l. in rebus, non posset. Nec obst. illud de re subiecta restitutioni per id, quod habetur in dicta authen. res quæ. quia procedit in re subiecta restitutioni ex vltima voluntate, secus si ex contractu per id, quod habetur in l. si ita quis. §. ea lege. ff. de verbo. obliga. & in l. dotalem. ff. solu. matrimo. & ibi etiam dixi. Et est ratio: quia ex vltima voluntate transfertur dominium eueniente conditione sine alia retraditione, vt l. fina. §. sed quia. C. communia de legat. Vnde idem eadem ratione quando transferretur dominium ex cõtractu, vt est hodie in dote, per d. l. in rebus. valet tamen interim alienatio, prout etiam idem tenetur communiter, quando ex vltima voluntate, vt no. in d. §. sed quia.

Quid autem in talibus mobilibus, quæ possunt conseruari: vt supra, an impediatur hodie interim alienatio prout prohibetur in stabilibus, per d. l. Iulianus. Barto. in l. 1. ff. solu. matrimo. tenet quòd sic, concurrente tamen solennitate, videlicet, quòd mulier consentiat a principio, & quòd iterum post biennium confirmet. Item quòd vir habeat bona sufficiẽtia pro restitutione pretij bonorum alienatorum, vt dicit hoc p̃ bari in d. auth. vt immobilia ante nuptias. vnde est sumpta d. auth. siue a me. vbi tex. in fi. extendens eam prohibitionẽ alienationis immobilium propter nuptias datorum mulieri ad alienationem rei dotalis, non aliter limitat in stabilibus, ut suprà dixerat in donatione propter nuptias: sed generaliter loquitur. Et quia si hoc intelligeretur in stabilibus: vt supra dixerat in donatione propter nuptias, nisi de nouo prouideret dic. authenti. cum de hoc erat clarè prouisum per iura antiqua. Et cum hac opin. Barto. videtur transire Bald. in dic. l. 1. & Imo. & communiter Doct. & fuit de mente glos. in dic. authent. Sed tu cogita: quia licet opinio ista sit communis, tamen pro certo posset in puncto iuris teneri contraria; nec videtur de mente iurium: & maximè illius text. in dicta authent. Nam ibi dum idem dicit in dote non alienanda: licet loquatur sic simpliciter, tamen se refert ibi Imperator ad iura prẽcedentia: & sic antiqua, ibi dum dicit, prout hæc a nobis declarata & sancita sunt, quæ iura antiqua solum prohibebant in stabilibus: vt supra dixi, & Bartol. & communiter Docto. hoc fatentur, scilicet quòd ante dictam authenticam non reperiebatur prohibita alienatio circa mobilia dotalia: nec etiam est credendum, quòd ibi Imperator ex illo vnico verbo: ibi, ne quid dotis &c. uoluerit corrigere iura antiqua cum tanta diligentia ordinata, argumen. l. si quando. in princip. C. de inoffi. testamen. & c. ecclesia vestra. de elect. tenendo tamen supradictam opin. quæ est communis, vt supra, idem esset dicendum, si secundus consensus mulieris non appareret aliter post biennium, tamen elapsum esset tempus 30. annor. per cuius temporis lapsum censetur interuenisse dictus iteratus mulieris, ut est glos. singul. cum qua Doct. communiter transeunt, in cap. peruenit. de emp' & vendit. Imò fortè sufficeret lapsus 10. anno. ad dictam præsumptionem inducendam, scilicet interuentus iterati cõsensus, maximè possessione emptoris continuata per dictum tempus, per id quod habetur in l. si filius. C. de petit. hæredi. & in l. qui in aliena. & ibi per Docto. post Bar. & Angel. ff. de acquir. hæred.

Sed circa prædicta potest generaliter quæri, an sit verum ĩ distinctè q̃ res dotalis maximè immobilis non possit alienari, super quo ponas regulam cum multis fallentijs.

Nam regula est, q̃ non possit alienari, vt in toto titu. ff. & C. de fun. dota. cum suis vulgaribus.

Fallit primò secundùm aliquos, quando mulier consentiret viro alienanti concurrente postea secundo consensu post biennium, & quod uir sit sufficiens, per tex. in dicta authent. ut immobilia ante nuptias. ibi, mulieri per uirum, vel alium ex ea parte: & postea extenditur ad dotem, quod uoluit etiam Pla. & multi Docto. & etiam glos. in dicto c. peruenit. Tamen glos. in dicta auth. siue a me. & in corpore vnde sumitur, & Doct. communiter tenent contrarium, & etiã in d. c. peruenit. quia ex hoc sequeretur, quod illa dispositio extendens fauorem dotis, operetur diminutionem fauoris, & sic contra eius priuilegium, inter quæ illud est maximum, vt indistinctè non possit alienari etiam cum consensu mulieris, vt in d. §. & cum lex. & Insti. quibus alien. licet, in princ. probatur etiam ex tex. in dicta authen. vbi vult remanere firma priuilegia dotis. & hinc est, quod etiam hodie constante matrimonio non currit aliqua præscriptio etiam contra virum in re dotali, cum indistinctè prohibeatur alienatio, per id quod habetur in d. l. vbi lex. quod tamen secus esset, si hodie posset alienari secundum solennitatem, de qua in d. auth. vt supra dictum est. Et hinc est, quod etiam hodie curreret vsu capio contra virum in rebus mobilibus dotalibus, vt supra dixi, quod bene no. Potest tamen non improbabiliter dici, q̃ saltem locum habeat præscriptio longissimi temporis, maximè 40. ann. per quod indistinctè præscribitur hodie omni iuri. l. omnes, in fi. C. de præscr. 30. ann. & fortè sufficeret præscrip. 30. ann. per l. sic. eo. tit. quæ præscriptio longissimi temporis de iure fforum etat incognita, vt per glos. no. in l. non solũ. ff. ex quib. cau. maior. & l. qui occidit. §. 1. ff. ad leg. Aqui. Vnde res, quæ olim erant in vsucapibiles, efficiuntur præscriptibiles dicta prẽscriptione longissimi temporis, vt erant res furtiuæ, secundum glo. no. in §. furtiuæ. Insti. de vsucap. Et sic etiam res fisci, & quæ erant patrimonij Cæsaris, quæ sunt inalienabiles, vt habetur in l. apud Iulianum. §. fi. ff. de lega. 1. & cõsequenter sunt impræscriptibiles, vt l. 1. C. ne rei domini. vel templorum. tamen præscribuntur tali longissimo spatio, secundum gl. no. Insti. de vsuca. in §. res fisci. Vnde idem dicẽ dũ videtur in rebus dotalibus, vt prohibitio præscriptionis inducta a l. ex quo sunt inalienabiles, per id quod habetur in d. l. vbi lex. ff. de vsuc. & in l. alienationis verbo. ff. de verb. sig. non se extendat ad p̃scriptionẽ longissimi tẽporis hodie inductam a iure Codicis, & maximè 40. ann. per d. l. oẽs. in fi. & ita ẽt reperio tenuisse. Io. de Imo. in c. cum non liceat. de præscrip. licet in cõtrarium faciant no. Ang. in d. l. omnes. vbi dicit, q̃ quando lex vel statutum inhibet præscriptionem in aliquo casu speciali, vt tũc ẽt sit prohibita prẽscriptio 30. vel 40 ann. licet tunc non censeatur prohibita præscriptio cẽtum ann. alleg. gl. no. & ibi per eundem Ang. in dicta l. 1. C. ne rei do. vel temp. Sed potest dici, q̃ forte procederet dic. opinio Ioan. de Imo. quando tractaretur de præscribendo contra ipsum maritum, ex quo sibi non denegatur potentia agendi, & recuperandi res dotales. secus in muliere, quæ interim est impedita agere cõstante matrimonio, vt l. in rebus. §. omnis. C. de iure do. Et ideo licet soluto matrim. adhuc fundus duret dotalis, donec mulier ipsum recuperet, & sic interim nõ possit alienari, vt l. etiam. & l. 3. in fi. cum sua glos. ff. de fun. do. tamen tunc contra mulierem curreret dicta præscriptio longissimi temporis, licet non curreret ante solutũ matrimonium, ex quo matrimonio soluto nõ est mulier impedita agere. Et sic etiam potest dici, quando vir vergit ad inopiam, & sic potest mulier agere ad dotem, secundum q̃ habetur in l. si constante. ff. soluto matrim. & in l. vbi adhuc. C. de iu. do. & tunc contra imulierem inciperet currere dicta præscriptio longissimi temporis, vt etiam hoc videtur probari in d. §. omnis. aliàs viro non vergente ad inopiam, etiam si matrimonium duraret per centum ann. contra mulierem nulla curreret præscriptio etiam lõgissimi tẽporis, cum sit impedita agere. facit l. 1. in fi. C. de anna. excep. Et ideo potest inferri, quod etiã dato, q̃ dos ecclesiæ a principio sibi constituta, sit inalienabilis, de quo supra dixi in 1. parte, tamen quia contra ecclesiam admittitur præscriptio longissimi tẽporis, videlicet 40.

Source : BIU Cujas

ann.vt habetur in l.fi.C.de ſacroſan. eccleſ. & in c.de quarta. de præſcrip. cum ſim. nihilominus fundus dotalis eccleſiæ prę̃ſcriberetur dicto longiſſimo ſpatio, ſicut præſcriberetur dos mulieris dicto ſpatio longiſſimo,qñ mulier potuiſſet agere,cum etiam ipſa eccleſia interim nunquam fuerit impedita agere,& ita fuit cõcluſum per collegium Peruſinum in fauorem cõmunitatis Interanenſis,vt ſupra retuli,in 1.par.

6 Secundò fallit,quando † alienatio dotis facta per virum tẽ deret in fauorem mulieris, puta quia fundus erat parum vtilis,& illa pecunia ſic redacta eſſet magis eis proficua, vel pro emendis alijs ſtabilibus,vel in ponendo pecuniam ad bancũ, vt ſtet ad licitum & honeſtum lucrum,ſecũdum ꝙ habetur in c.per veſtras.de don.inter vir. & vxo.& aliàs per Bart. in l. atqui natura.§.non tantum. ff. de neg.geſt. & in l.diuus. ff. ad leg.Falc.Vnde poteſt vir & vxor talẽ contractum ſequi,licet emptor vellet reſcindere,forte poſtquam ſibi innotuit rẽ eſſe dotalem. Et ſic claudicabit ꝓ̃ctus in fauorem mulieris & viri,ſicut aliàs dicimus in pupillo in l.Iulianus.§. ſi quis a pupillo.ff.de act.empt.& aliàs in l.obligari.§.1.ff.de auto.tut. & quod no.in l. quod fauore.C.de leg.Et ita iam de facto reſpõ di ſuper quadam venditione facta per virum, & vxorẽ de re dotali, de qua nondum erat confectũ inſtrumentũ,& ſic nõ poterat dici adhuc contractum eſſe firmatum iuro, per cap. cum cõtingat.de iureiur. Vnde mulier poterat hoc acceptare &velle nõ reſcindi,ſi dicat,ꝙ ſi pecunia eſſet ſibi vtilior,& ita erat in veritate. Allegabam præterea tex. in d.l.ita conſtãte.ff.de iure do.dum videtur loqui generaliter,ꝙ res dotalis poſſit conuerti & computari in pecunia, ſi hoc apparet eſſe vtile,vnde multomagis ſi conuerteretur pro emendo fundo vtiliori,facit ẽt l.quamuis.ff.ſol. mat.licet quidam reſpondiſſent cõtrarium ea ratione moti,quia per hoc videretur euacuari totus titulus.ff.de fun. dot. nec deberet attendi , an vir vel mulier ex hoc ſint facti locupletiores ad effectum,vt valeat alienatio , & ſic vt dominium ſit translatũ, per id quod habetur in l.ſi fundus.in princ.ff.de re.eo. & quod ibi ꝑ Bart. & in l.cum hi.§.eam tranſactionem.ff. de tranſact. & reſpondebant ad d.l.ita conſtante , vt procedat eo caſu, quo lex Iulia non obſtaret,& ſic in rebus mobilibus dotalib. Tamen poteſt dici,ꝙ præſuppoſita veritate,ꝙ ita expediret viro & vxori magis illam pecuniam hr̃e & ipſam ponere ad honeſtũ lucrum, vel ad conuertendum in rem habilem vtiliorẽ, vt põt conringere ſi fundus dotalis erat magis precioſus q̃ fructuoſus,vel fuit uenditus pro maiori precio q̃ valeret. Et propterea forte emptor quæreret reſcindere talem contractum, ꝙ tunc non audiretur. Si autem ſtante tali vtilitate viri & vxoris nihilominus ipſi vellent reſcindere talem venditionem emptore inuito , & tũc bene audirentur,non obſtante quod emptor allegaret & probaret,ꝙ ipſi ex tali venditione ſint facti locupletiores, & ita procedat , quod habetur in dicta l.ſi
7 fundus . & in dicto §. eam. Tertiò limita † niſi venderetur fundus pro emendo aliam rem ſtabilem magis expedientem per ſupradicta, dummodo concurrat conſenſus mulieris, per id quod habetur in dicta l.quamuis.& in l.ſi ex pecunia.C.de iure do. & in l.mutus.§. manente.ff.de iure do. tũc interim antequam ematur alius fundus alienatio eſſet in pendenti. Quid enim ſi poſtea alius fundus non ematur expre cio redacto,vel ematur: tamen in vero non ſit vtilior. Certè nulla erit prima venditio per id quod habetur in l. ſi mulier.ff. de pac.dot.& in dicta l.ſi ex pecunia. Et intellige,quod tempore emptionis apparebat, & ita indubitatè erat vtilior. nã licet poſteà caſualiter efficeretur deterior, nõ propterea infirmabitur prima venditio, quia ſufficit , rem fuiſſe vtiliter geſtam a ſui initio per id, quod habetur in l.ſed an vltro.ff.de neg.geſt. & in l. in totum. ff. de impen. Sic etiam econtra, ſi ex tali pecunia redacta ex tali alienatione fuit poſtea emptus alius fundus, qui eo tempore non erat vtilior. Nam licet poſtea caſualiter ſit factus vtilior , puta ex incremento alluuionis,vel ex alia cauſa,non propterea confirmabitur prima alie 14 natio,quæ a principio fuit nulla. Vnde poterit mulier poſtea dicere , puta ſoluto matrimonio , volo quod primus fundus ſit dotalis,nec tamen poterit dicere,volo quod ſecundus fundus ſit dotalis , vt probatur notanter in l. cum maritus, in
8 prin.ff. de pact.dota.† Quarto limita, niſi alienaretur per mulierem de conſenſu viri,vel ecõtra , pro exſoluendo ære alieno,quo ipſa mulier eſſet aſtricta,per tex. no.in l.fin.ff.de iure
9 do. † Quintò limita, quando alienaretur in caſibus ſpecialibus,de quibus in l.quamuis,cum ſeq. ff.ſolu.matr.& ibi dixi.
10 † Sextò limita,niſi dotalis fundus fuiſſet datus æſtimatus , tñ vt remaneret dotalis,& ſic propriè non habetur pro empto, quia tunc poteſt alienari,ſi res ſit mobilis,quæ ſeruari poſſit, dummodo de conſenſu mulieris,per tex.ſingu. in l.ſi æſtimatis.ff.ſol.matr.de quo ibi dixi,cum ille tex.loquatur de rebus mobilibus,vt patet ex d.l.ibi dum dicit,quæ extant , vt ſupra dixi,licet opinio communis ſit in contrarium,vt ſupra eſt dictum. † Septimò ſi ſoluto matrimonio & nondum dote reſtituta vir alienaret de conſenſu mulieris , ex quo non poteſt dici omnino fundus eſſe dotalis,ſecus ſi ſine conſenſu mulieris, quia tunc omnino eſſet nulla alienatio , ſicut ſi alienaſſet ante ſolutum matrimonium ſecũdum quoſdam, per tex.no. in l.ſi conſtante.C.de do.ante nupt.& quia mulier ita cõſentiendo matrimonio ſoluto potuit facere dotis conditionẽ deteriorem per id,quod habetur in l.licet.ff.de pac.do.& in l. & hær.§.filia. ff. de pac. tamẽ quando mulier non ꝓſenſit, & dos nondum fuit reſtituta , tunc cẽſetur fundus dotalis quo ad ipſum virũ,per tex.ad hoc ſingularem in l. etiam directo. ff.de fun.do. quod etiam tenuit Bald. in l. ſi prædium. ad fin. C.de iure do.& ibi etiam hoc ſentit gloſ.Cogita tamen,quia tex.in l.3.ff.de fun.do.iuncta glo. vult, ꝙ donec duret mulieri actio de dote,non poteſt alienari talis fundus . Vnde licet ſit ſolutum matrimonium , ſiue fundus ſit apud virum,ſiue apud hæredes eius,eſt inalienabilis, & ſic etiam impræſcriptibilis,qñod procedit viuente ipſa vxore, mortua aũt ipſa muliere licet adhuc non fuerit dos reuerſa ad ipſam mulierem , vel ad eius hæredem,tunc deſinit eſſe dotalis,& ideo ipſę hæres,etiam ſi eſſet filius,poteſt alienare,ſecundum Bal.in d.l.1. ff.ſolu. matrimo. & ꝙ etiam matrimonio ſoluto indiſtinctè non poſſit alienari,donec reſtituatur mulieri , voluit Bald.in l.dotalem. ff. de teſtamen. mili. Vnde ponamus dotem non eſſe reuerſam ad patrem per mortem mariti , certè antequã ad eum reuertatur,quia adhuc durat actio ad ipſam dotem, erit inalienabilis , etiam ſi conſentiat pater ipſi filiæ alienanti, vel filia ipſi patri , cum videatur tunc eſſe eadem rõ, prout in marito. Sed poſtquam ad patrem fuit reuerſa , poſſet alienari quando ipſe pater eſſet potens ad redotandum,aliàs ſecus,vt no.voluit Cy.in Auth.ſed quanuis. C.de rei vx. act.
12 † Octauò limita , niſi mulier alienaret dotem conſtante matrimonio conferendo ipſam alienationem in tempus ſoluti matrimonij,puta poſt mortẽ ſuã,vel poſt diuortium per tex. a contrario ſenſu,& ibi eſt gloſ.no.in d.l.ſi conſtante.In contrarium tamen facit , qua ante matrimonium ſolutum non poteſt cauſam dotis deteriorem facere,etiam conferendo in tempus ſoluti matrimonij, vt probatur no. in dicta l. licet. & l.Attilicinus.ff.de pact.do.& ita etiam tenuit Io.de Imo.in repet.c. cum contingat. de iureiur. in 9. col. Videtur tamen, quod prima opinio ſit verior,& ſic illa gloſ.ſit tenenda,quia illa iura procedunt quãdo ipſa mulier paciſceretur cum marito,ſecus ſi cum alio,maximè coniuncto , puta cum fratre , vel cum patre præiudicando ſibi in dore in tẽpus poſtea matrimonij ſoluti,per tex. in l. ſi cum dos.ff. de pact.do.& in l.2. §. 1. ff. ſoluto matrim. & l. quoties. eod. titu. & l.dotis. C. de colla. & probatur a contrario ſenſu in d.l. ſi conſtante. vnde
13 cogita. † Nonò limita, quando mulier alienaret cũ cõſenſu viri , vt probatur a contrario ſenſu in d.l. ſi prædium . quod etiam tenuit ibi Cy.poſt Iaco. de Are. reſpondendo ad §. ſed cum lex.C.de rei vxo. act. ꝙ loquatur in caſu econtra, quando vir cum cõſenſu mulieris alienaret, in quo videtur maior ratio prohibitionis. Bal. tamen ibi & Saly. tenent contrariũ, & melius , cum imo videatur tunc eadem ratio prohibitionis,quod etiam tenuit Ioã.de Imo. in d.cap.cum contingat . reſpondendo ad d.l.ſi prædium,vt non debeat aſſumi ibi arg. a contrario ſenſu , ex quo reſultaret abſurdus intellectus , & contra alia iura per id, quod habetur in l.2. C. de condit. inſer.ad hoc glo. no.in cap.1. de ætate, & qualitate, in 6. Decimo limita , niſi poſtea ſolu. matr. puta per mortem mulieris vir ſuccedat ipſi mulieri in hæreditate , vel ſaltem in ipſa dote iam per eum alienata,puta ex teſtamento mulieris, vel per pactum factum de lucranda dote , vel ex forma ſtatuti , quia tunc confirmatur ipſa præcedens alienatio,vt habetur notã. in l.prædium.ff.de vſuc.

Vndecimo , † quando mulier alienaſſet cõſentiente,vel nõ conſentiente viro, & poſtea ſolu. matrim. & ſic dote ad eam reuerſa per diſpoſitionem d.l. in rebus. C. de iu.do.vellet petere ab ipſo emptore.Nam ex quo ſibi ſuperuenit ius in dote prædicta, ideo videtur confirmari dicta alienatio eadẽ ratione prout ſupra in viro,per id quod habetur in d.l. cum vir.& de hoc eſt gloſ.ſing.in d.l. ſi conſtante. quam videtur tenere Cyn.Bal.& Saly.in d.l.ſi prædium.& Spec.in titu.de emptio. & venditio.§.3. loco. verſic. ſed nunquid confirmetur. licet idem Specu.in eo.§.ver.conſueuit autem, variauerit.& hoc vltimum videtur eſſe verius , quia non ceſſat cauſa prohibitionis legis Iuliæ,propter matrimonium ſolutum, ex quo ipſa mulier remanet indotata . Imo quidam tenuerunt quod etiam ſi fiat alienatio ſolu. matr. vt ſupra in 7. limitatione , & hoc idem tenuit gl.ſing.Inſti. qui.alie.non li.poſt princ. &

ibi

Source : BIU Cujas

ibi etiam Ioan.Fa.ut eum refert & tenet Io.de Imo. in d.cap. cum contingat.

15 Duodecimò † limita ſecundum quoſdam, quia licet non valeat alienatio quò ad præiudicium mulieris,vt ſic etiã dominium non transferatur:tamen vir ipſe alienans non poterit venire contra repetendo ab emptore, vt voluit glo.no.in d. l. cum vir. quam ibi etiam tenuit Ange. dicendo ꝙ tenetur etiam fideiuſſor datus per virum de euictione.Et ſic etiã patet,virum teneri de euictione,ſi poſtea talis fundus repetatur per mulierem poſtea ſol matr. Ergo ſi agenti obſtabit exceptio, de qua in l. vendicantem.ff.de euic. & quia non poteſt venire contra factum ſuum.l. poſt mortem.ff.de ado. & quod teneatur fideiuſſor, alle. quod habetur in l. ſi is qui.C. de præ.mi.bene facit,quod habetur in d.l. ſi prædiũ. & quod ibi per Bal. & Barto. in l.cum lex. ff. de fideiuſ.& in d l.dotalem. ff. de teſt. mil. Et ſubdit Ange. hoc procedere, ſi vir reperat ex perſona ſua: ſecus ſi ex perſona mulieris.ita dicit ꝓcedere gloſ. not.in dicto §.ſed cum lex. Tu aduerte, quia cõmuniter tenetur, ꝙ indiſtinctè poſſit repetere etiam ex perſona ſua,vt eſt de mente illius gloſ.d.§. ſed cum lex.& gl. Inſti.qui.alie.non licet, in princ.Nec obſtat regula,de qua in d. l.poſt mortem. quia non habet locum,quãdo prohiberetur a iure alienatio ratione publicæ vtilitatis, vt ibi notanter per Bart. & alios, & in d.l.cum lex.de fideiuſ.Nam quomodo poteſt vir nomine mulieris petere, cum ipſa mulier non poſſit conſtante matrimonio,quia non eſt domina.l.doce ancillã. C. de rei ven. quod etiam tenuit Spe.in d.§. tertio loco.ver. quid ergo ſi vir. ad fi.etiam ſi fuiſſet ignorans,cũ adhuc ſubſit ratio vtilitatis propter publicam vtilitatem, quod etiam ſi vir ipſe iuraſſet, vt voluit Io. An. & ibi expreſſius Anto. & Imo.in d.c. cum contingat, per illum tex. a contrario ſenſu, cum iuramentum non liget ipſum iurãtem in præiudicium tertij & ſic mulieris.ad hoc tex. in cap.quamuis. de pact.in 6. ad fi. & etiam probatur a contrario ſenſu in d.c.cum contingat. ad fi. de iureiu. & ꝙ aliàs per Barto.in l. Titia.§. Imperator.ff.de leg.2. & per Bald.in l.1.C. de inoffic.do.in 7.colum. de quo infra in vlt. fallentia,prout etiam aliàs dicitur de prælato alienante, qui poteſt reuocare etiam non obſtante ſuo iuramento, ex quo reuocat pro intereſſe eccleſiæ & nõ ſuo, vt habetur in c. peruenit.& cap. ſicut noſtris.de iureiur.licet in conſequẽtiam reſultet etiam in commodũ ſuum propter fructus per eum percipiendos. Et per hoc reſpõdetur,quod imo conſtante matrimonio tendit in præiudiciũ ſui & non mulieris, cum ille ſit dominus, & ipſe capiat fructus & ſuſtineat onera matrimonij. Nam ex quo tenetur illos ꝙuertere in onera matrimonij,ideo verſatur intereſſe mulieris.& licet in conſequentiam verſetur intereſſe viri, tamen de hoc non eſt curandum,per id quod habetur in l.1.ff.de aucto.tuto.& aliàs in l.dictantibus.C.de teſta.& per gloſ.in l.1.§. huius ſtudij.ff.de iuſti.& iu. Et ſic ſtant hæc ſimul, ꝙ ipſe vir ex perſona ſua reuocet,non autem nomine mulieris, tamen propter præiudicium & intereſſe mulieris. Et prædicta procedunt, ſi vir eſſet etiã locuples:cum etiam tũc uerſetur intereſſe mulieris, ut magis diligenter uir ſibi ſubueniat,& mulier magis de facili recuperabit dictam rem dotalem ab hærede uiri ꝙ ab extraneo.& bene faciũt,quæ habentur in d.cap.peruenit. & d.cap.ſicut.& quod no.Anton. de Butr.in cap.cum veniſſet. de inſti. Quid autem ſi vir eſſet negligens in recuperando,cum poſſit, an tunc mulier poſſit pro ſuo intereſſe recuperare dictã rem dotalẽ. & quidem ſi vir non vergat ad inopiam,& habet alia bona ſufficientia ad dotem,videtur dicẽdũ, ꝙ non poſſit, ex quo tunc non eſt proditum ſibi remedium,de quo in l.ſi conſtante, in princip.ff.ſol.matri.& l.vbi adhuc.C. de iure do.Quidam tamen tenent contrarium, vt tunc per negligentiam uiri in ſubſidium ipſa poſſit audiri implorando officium iudicis, vt dicta res dotalis, maximè ſi eſſet magni redditus,reſtituatur viro pro ſupportandis oneribus matrimonij ex æquitate.l.is qui Stichum.§ vbi dos.ff.de iure dotium.de quo tñ dixi in l.ſi conſtante.in prin.& in §.1. eiuſdem legis. Et prædicta procedant quo ad effectum repetitionis, quo ad effectum autem euictionis an teneatur ipſe vir vel mulier,ſunt opiniones,vt per Spec.in dicto ver.vbi diſtinguit,an emptor fuerit ſciens, vel ignorans, communiter tamen tenetur virum teneri de euictione quando venditio fundatur in perſona ſua. ſecus ſi vendat vxor, quia tunc ipſa obligabitur etiam naturaliter,& conſequenter,nec eius fideiuſſor per id, quod habetur in d. l. cũ lex.quicquid aliter ſenſerit gl.in d. l. ſi prædium. cum in viro non prohibeatur alienatio propter virum, ſed principaliter propter mulierem ẽt ad effectum, vt non tranſeat dominium, licet ipſe ſit dominus, vnde licet reſpectu obligationis perſonalis teneretur,ſi poſtea euincatur per ſe vel ſoluto matrimonio per mulierẽ, ſeu eius hæredes. & ſic multo magis eius fideiuſſor, vt tenet Barto.poſt Dyn. in dicta l. cum rei. & in d.l.cum vir.& Bald. in dicta l. ſi prædium. & Cyn. in dicta l.ſi is qui. & Anto. de But.poſt Ioan. Andr.& Ioan. de Lig.in d.cap.cum cõtingat. & ibi etiam Imo. quod procedit, ubi emptor fuit ignorans non ſolùm factum, ſcilicet rem eſſe dotalem, ſed etiã ſi errauit in iure, dummodo ſit perſona, in qua tolerat iuris ignorantia,pura ruſticus,minor, uel mulier, per id quod habetur in l.reg. ff. de iur.& fac.igno.& l. cum de indebito. de proba. Item procedunt prædicta reſpectu precij repetendi, nõ autẽ alterius intereſſe,ſecũdùm Imo.in d. c.cũ cõtingat.licet Specu.in præalleg.verſic. gloſ.in d.l.ſi prædium. tenuerit contrarium, pura reſpectu expenſarum per id quod habetur in l. ſi prædium.C.de prædi.min.& ne maritus ſit in lucro cum aliena iactura & hoc uidetur verius,& bene facit gloſ.in l.quem admodum.C.de agric. & cenſi.lib.11. Si autem fuit omnino ſciens emptor,& tunc licet quidam dicant, quod ſaltẽ recuperet precium,& non aliud intereſſe per id, quod habetur in l.fin & in authen.qui res.& ibi per gloſſ.C.de ſacroſ. eccle.tamen communiter tenetur cõtrarium,ꝙ nihil recuperet: cũ videatur ei, imputandum.Nec obſtat,quod habetur in l.fin. §.ſed ſi emptor.C commu.de lega.quia ibi non eſt prohibita alienatio,imo transfertur interim dominium, vt ibi not. & gloſ. in d.authen. qui res. ſolet reprobari per d.l.quemadmodum. & eſt glo.contraria in Authen.de non alienan.§.ſi quis illud.de quo per Doct.in cap.ſi quis presbyterorum.de rebus eccle.non alienan. Et ſi dicas,ergo vir remanebit in lucro ex ſuo dolo.reſponde, ꝙ hoc non inconuenit:cum ſunt in pari cauſa turpitudinis. Vel poteſt dici & fortè melius,quòd pretium applicatur fiſco, ut voluit gloſ. not. in d.l.quemadmodum.& aliàs per gloſſ.in l.2.C.de condic. ob turp. cau. & in l. Lucius de iure fiſci.Quę etiã procedunt, ſi emptor fuiſſet ex preſsè ſtipulatus de euictione,vel lucro,vt no. voluit Imo.in d.ca.cum contingat.cum videatur cõtinere turpem cauſam ex parte vtriuſque,ex quo contra legum interdicta ſunt mercati per id,quod habetur in l.generaliter.ff. de verbor. oblig. & ibi per eum.Si autem mulier alienaſſet, tunc teneretur de euictione ſolùm ad pretiũ & non ad intereſſe, ne ipſa ſit lucro,& conſequenter etiam ne fideiuſſores per id, quod habetur in d l.cum lex Et per prædicta habes deciſionem quid dicendum,quando vir & vxor ſimul vendiderunt. Nam multum intereſt emptoris, ꝙ quilibet obligetur inſolidum:cum aliàs in dubio ſolum teneretur quilibet pro virili,& ſic vir nõ teneretur de euictione,nec fideiuſſor ſuus,niſi pro ſua virili, quod etiam tenuit Barto.in ſuo conſil.quod incipit,punctus quæſtionis talis eſt, quædam mulier domina nupſit,nu. 134. tamen communiter tenetur, quod tunc vir teneatur inſolidũ quaſi mulier fuerit nominata in inſtrumento ad maiorẽ cautelam emptoris,& ſic animo intercedendi,quo caſu eſſet mulier ipſo iure tuta, licet ambo ſunt confeſſi in inſtrumento pretiũ recepiſſe per id,quod habeẽ no. in auth. ſi qua mulier.C.ad Velleia.vt no.voluit Specu in tit de ſol.& ob.§.ante omnia. verſic. quid ſi vir & vxor. quod ſic tenuit Bald.in l.1 C. de duo.reis.& in d.authen.ſi qua mulier. & ſequuntur Mod.legentes ibi, dixi in l. ſi cum dotem. §. tranſgrediamur. ff. ſolu. matrim. Nam conſului de facto, & hoc fuit obtentũ hic Peruſij,quod iſta procedunt, quando notarius in inſtrumento eſſet rogatus de confeſſione viri & vxoris confitentium pretium peruenisſe ad eos, quia tunc nihilominus iura preſumunt,ꝙ totum pretium peruenerit ad manus mariti,& ſic color fuerit quæſitus in tali materia ſuſpecta confeſſionis mulieris per id quod habetur in l.vir vxori.in fi.ff. ad Velleia. cum res vendita licet eſſet dotalis, tñ pertinebat tunc cõſtante matrimonio ad ipſum virum & non ad vxorem. Si autẽ notarius in inſtrumento atteſtaretur, quod vir & vxor pretium recepiſſent: tunc intelligitur, ꝙ actualiter de præſenti habuerint & receperint per id, quod habetur in gl.no.in l. ſi ex caurioue.C.de non nu.pec.& no.in l.ſi ex pretio.C. ſi cer. pet.licet cauti tabelliones ſoleant dicere,& habuerunt & receperunt in præſentia mei notarij & teſtium ſupraſcriptorũ &c. de quo tetigi in d.§.tranſgrediamur.

16 Decimotertiò † limita niſi eſſet datus fideiuſſor, quia tunc obligaretur, quando eſſet datus per maritum alienantem, probatur no.in l.ſi prædium.C.de iu.do.ibi per Bal.poſt Cyn. per Bart.in d.l.cum lex. & in l.dotalem.ff.de teſt. mil.& tactũ eſt ſupra in proxima fallen.

17 Decimoquarto limita ſecundum quoſdam circa † ſeruitutes fundi dotalis, quia illæ ſaltem ſunt alienabiles, & ſic perdi poſſunt præſcriptione ſecundum gloſ.ſing in l.ſi filiofam. la 1.ff.ſolu.matr. Sed communiter tenetur contra illam glo. de quo ibi dixi.

18 Decimoquinto † limita in fundo quaſi dotali,& ſic in ma-

Source : BIU Cujas

trimonio putatiuo, ut non habeat locum priuilegium d.l.Iu liæ.ſecundùm quoſdam,ut ſic caſus uerus comprehẽſus ſub prohibitione l.Iuliæ,nõ extendatur ad caſum fictum, ſeu pu tatiuam dotem, & ſic quaſi dotem per id,quod habetur in l. 3.§.hæc uerba.ff.de neg.geſt.cum uulgaribus.Sed gloſſ.ſing. eſt in contrarium,quæ communiter ſolet teneri in l.dotalẽ. §.fin.ff.de fun.dot.no.Doct.& ibi dixi & in l.ſi cum dotem.§. fin.ff.ſolu. matrim. Nam etiam in ſponſa, quæ nondum eſt uxor, non poteſt eſſe uera dos. exquo nondum eſt matrimo nium, per id quod habetur in l.fi.C.de do. ante nup.Et ſic po teſt dici quaſi dos,& tamen ad talẽ quaſi dotem extenditur prohibitio.l. Iuliæ, ut eſt caſus no. in l.lex Iulia.ff.de fun. do. Sic etiam patet, quod quo ad priuilegiũ ante lationis in perſonalib. æquiparantur illa, quæ non eſt uxor uera, ſed quaſi uxor. & ea quæ nondum eſt uxor,ſed ſponſa,vt eſt tex.nota. in l.2.in fi cum ſeq.ff.de priuil.cred.

19 Decimoſexto limita † quando maritus locaret fundum do talem ad non modicum tempus, quia licet communiter teneatur, ꝙ illa ſit ſpecies alienationis ꝓ id quod habetur in l. 1.§.quod ait.ff.de ſuperficie.& Inſtit.loca.§.1.& per Barto. in l.qui fundum. ff. loc. adeo ꝙ prohibitus alienare cẽſetur etiã prohibitus locare ad lõgum tempus, & ſic ad decem annos, vel vltra, vt tenet Bartol. & Bald. poſt Dyn. reprobata gloſ. ſing.in l. codicillis.§.inſtituto. ff.de legatis ſecundo,& voluit gloſ.not.in clemen.1.de rebus eccle.non alienan.tamen fortè hoc nõ procederet in viro,nec lex Iulia prohibens fundũ dotalem alienari videtur habuiſſe mentem ad talem locatio nem, quia non videtur vera & propria alienatio,ex quo ma ritus non abdicat a ſe dominium, imo loco talis fundi habet pẽſionem annuam loco fructuum.*l.* penſiones. ff. de petitio. hære. Et ſic ex tali fructu ſeu redditu pẽſionis poteſt ſuppor tare onera matrimonij, ſicut ſi ipſe percepiſſet fructus abſq; locatione. Quid etiam ſi locaſſet non pro pecunijs, ſed pro certa rata fructuum habenda quolibet ann. & idem multo magis ſi locaſſet colono partiario ad 10. ann. cum per hoc nullum fiat præiudicium doti tam reſpectu viri,quàm mulie ris,& maximè ſi talis locatio cederet in cõmodum ipſius vi ri, quia fortè magis confert ſibi ita locare fundum, licet ad lõgum tempus,quàm apud ſe habere, & ipſum cultiuare vel coli facere. Quid etiam ſi maritus venderet vſumfructum di cti fundi. nam vendendo vſumfructum etiam ad modicũ tẽ pus cenſetur alienare,vt l.fin. C.de reb.eccl.non alienan. Ab ſurdum eſſet dicere,ꝙ vir non poſſit facere,& maximè quan do vendit in fauorem & commodum ſui. Quid etiam ſi vir haberet caſtrum in dotem & vẽderet fructum pedagij, adeo ꝙ eſſet magis venditio fructuum percipiendorum per talem emptorem,quàm eſſet contractus locationis,iux.no.per Bar to.in l. cotẽ ferro.§. qui maximos. ff. de pub. Abſurdum eſt dicere,ꝙ maritus non poſſit hoc facere. Vnde poſſet dici ꝓ hibitionem legis Iuliæ ad hunc caſum non debere extendi, & maximè quia licet tale ius videatur conſtitutum in ratione cuiuſdam dominij: tamen per hoc non habet præiudicare mulieri,quia reſoluto iure datoris & ſic mariti,reſoluitur ius acceptoris, argumẽ.l.lex vectig. ff.de pign. Et poteſt imputari tali conductori vel emptori vſusfructus,qui veriſimiliter ſciebat & ſcire debebat tale ius debere reſolui poſtea ſo luto matrimonio,& ſic pleno iure tranſire in mulierem,maximè hodie per ſingularem diſpoſitionem.l.in rebus.C.de iu re do.bene facit.l. ſi quis domum. ver. hinc.ff.locati. & tetigi in l.ſi filiofamil.§.fi.ff.ſolu.matrim. Vnde cogita, quia hoc a nemine reperi tractum.

20 Decimoſeptimo limita † procedere in alienatioue voluntaria,ſecus in neceſſaria, habetur notanter in l. 1. ff.de fun.dot.

Ex quo infertur, quod ſi eſt datus vnus fundus cum alio communis pro indiuiſo poterit procedere alienatio per viã licitationis, ex quo tunc cenſetur talis alienatio neceſſaria, vt eſt tex. not. in l. cum fundo.§.ſi fundus.ff.de iure dotium. hoc tamen procedit, quando ipſe vir prouocaretur conſorte ad diuiſionem. Si autem ipſe prouocaret, tunc non au diretur, quia alienatio, quæ poſtea ſequeretur, puta per viã licitationis, deriuaret ex cauſa voluntaria ipſius viri, vt eſt tex.not. in l.2. C. de fun. dot. Sed cum ſemel ſuper hoc fuiſſem de facto interrogatus dixi, quod ſi maritus videret, ꝙ talis diuiſio eſſet ſibi & vxori multum expediens, quia forte conſors eſt perſona rixoſa, vel propter talem communionem parum vtilitatis & fructus habet vir, quod tunc poſſet petere talem diuiſionem per id, quod habetur aliàs in l. ſi conuenerit. ff. pro ſocio, & quod aliàs habetur nota.in l. iubemus. in princip. C. de ſacroſan. eccleſ. & quod ibi per Bald. & maximè ſi maritus vellet commutare dictam pecuniam habendam ex licitatione in aliquam aliam rem ſtabilem vtilem & fructuoſam de voluntate mulieris, vt ſic illa res commutata cedat in dotem, per id quod habetur in l.ita conſtante.ff.de iure dot.& l.quamuis.ff.ſolu.matri.quæ omnia bene nota.

21 Decimooctauo fallit, † quando verſaretur fauor libertatis, nam tenendo, ꝙ res mobilis, quæ ſeruando ſeruari põt non poteſt alienari, vt multi tenuerunt, vt dictum eſt ſupra in prima fallentia:tamen fallit in ſeruo dotali, qui manumitteretur per virum de voluntate vxoris per tex.no.in l.ſi con ſtante.§. ſi ſeruus.ff.ſol.matr.& ibi dixi.

22 Decimonono fallit,† quando alienatio rei dotalis tranſiret cum vniuerſitate alienata vel translata in alium, vt habetur in d.l.1.ff. de fun. do. Et ſic fortè poſſet inferri ꝙ ſi mulier habens caſtrum dedit in dotem viro quoſdam redditus dicti caſtri, quod poſtea vendendo mulier ipſum caſtrum, potuit etiam cum eo transferre in emptorem dictos redditus.bene facit l. quædam. ff. de acq. rerum do. & quod habetur in l.in modicis.ff.de contrahen.emp.& in c.literis.de iurepatr.

23 Vigeſimo & vltimo † limita in alienatione, in qua interueniret iuramentum per tex.in c.cum contingat.de iureiur. & in c.licet mulieri.eo.tit.in 6.quo tamen caſu quãdo ſolus vir alienaret etiam cum iuramento,non firmaretur talis alienatio iuramento,ex quo tenderet in præiudiciũ mulieris,tunc non admitteretur vir ex perſona mulieris per id,quod ſupra eſt dictum in 11.fallen. facit,quod habetur in l.1.& 2.ff.de libe. cau.& quod aliàs per Bal.in l. fina.§.in computatione.C. de iure delib.Et ſic ϗ, quando mulier alienaret etiam iurando, quia non valeret in præiudicium viri per illum text. ſed ſolum in præiudicium mulieris iurantis, vt ſic etiam ſoluto matrimonio non poſſit veniri contra, vt ibi no.tamen iuramentum non firmaret actum in præiudicium viri,vt dixi.facit, quod aliàs per Bal.in l.cum quis decedens.§.codicillis.& §. Titia.ff.de leg.3.& per Bal.in l.1 C.de inoffic.dona.An autem tale iuramentum tranſeat ad hæredes mulieris,vide omnino per Ang.& ibi per Imo.& Pont.ad finem in l.qui ſuperſtitis.de acq.hæred.Si autem vir alienaret cum conſenſu mulieris,& ipſe vir ſolum iuraſſet & non mulier: tunc ex perſona ſua non poſſet vir conueniri,ſed ex perſona mulieris poſſet:ex quo talis conſenſus mulieri non præiudicaret ſine eius iuramento in præiudicium ſuæ dotis per id, quod habetur in l. Attilicinus. & l.de die.ff.de pact.do. Et ſic etiam ipſa mulier poſſet conſtante matrimonio petere per officium iudicis ex æquitate.l.ſi is qui Stichum.§. qui dos. ff. de iure do.vt dos ipſa conſignetur ipſi viro pro intereſſe mulieris pro ſupportandis onerib.matrimonij.Et multo magis poſſet petere ſoluto matrimonio non obſtãte dicto conſenſu per dicta ſupra.& per id quod habetur in d.§. ſed cum lex. de reivxor. actione.

PRIVILEGIVM II.

SVMMARIVM.

1 *Pater hodie non habet uſumfructum dotis habitę per filiumfam. pro ſua uxore.*

2 *Dos non ſolum eſt in poteſtate filii mariti: ſed etiam ipſi fructus ex dote percepti, ut eos omnes ſibi lucrifaciat, non pater.*

3 *Vſusfructus dotis filii mariti ſeorſum à patre iuſtè habitantis an ſint patris. Et quid ſi filius ſeorſum habitaret contra patris uoluntatem & ſine iuſta cauſa.nu.4.*

SECVNDVM ſpeciale in dote eſt,ut etiã eſt de mẽte Bar. in l. contra nurum.§.quoties.ff.rerum amo.quod hodie
1 † de iure Codicis ipſe pater nõ habebit vſumfructum dotis.

ADDITIO. [Vſumfructum dotis. No.ꝙ pater nõ habet uſumfructum in dote filio emancipato ſeorſum habitante a patre,aliàs ſic.Bal. & Docto.in l.ſi cum dotem.§.tranſgrediamur.ſol.matr.Io.de Por.in l.ſi conſtante.§.1.eo.tit.& vbiq; ꝓ Bal.& in l.3.C.de bon.mater.quod eſt verum,ptæſertim quã do pater non obligatur pro dote recepta. vide Bart.in l.contra.§.1.ff. rerum amot. vbi dicit verum,ſi ſpecies in dotẽ data eſt, vel pecunia ex qua empta eſt ſpecies, de cuius ſpeciei fructibus ſi vir lucratur nil patri quæritur. Sed ſi pecunia in dotẽ datur,cum qua alius lucratur, patri quæritur.vide Bart. in l.1. C. de bon. quæ lib.& per Alexan.in l.ſi cum dotem.§. tranſgrediamur. ſoluto matrimonio.] receptæ per filiumfamil. pro vxore, per l. cum oportet. C. de bon. quæ liber. eum ſimil. Et conſequenter ſequitur, quod in dicta dote pater non erit legitimus adminiſtrator: tamen ipſe limitat hoc procedere, quãdo dos eſſet in corporibus,ſeu ſpeciebus, ſecus ſi in pecunia, quæ tunc de iure fforum efficiebatur peculij profectitij patris. & ſic tranſibat in dominium patris,

Source : BIU Cujas

patris, qui tenebatur de peculio pro dote illa restituenda, ꝑ tex.in l.depositi.§.1.& l.ex facto.ff. de pecu. pro quo facit, qa si ipsa mulier in hoc gaudet priuilegio, etiã quando dos non defuit oneribus matrimonij,puta antequam nubat,vel postquam remansit vidua, vt in ea nihil iuris habeat pater in tali dote aduẽtitia,vt infra dicam in octaua parte,in decimo priuileg.multo magis videtur dicendũ in ipso filiofamilias constante matrimonio. Et sic quando dos cohæret in matrimonio & eius oneribus defuit,argumẽ.l.dotem.in fi.ff.de castr. pecu. Nam isto casu concurrit duplex fauor,scilicet dotis & etiam matrimonij. Aduerte tamen, quia hoc dictum Barto. forte procederet, quando filius seorsum habitaret a patre vna cũ dote habita a muliere, vel socero,& maximè si postquam seorsum habitauit, duxit vxorẽ & dotem recepit. nã æquum est, ꝙ ibi sit dos pleno iure, & sic dotis fructus,vbi sunt onera matrimonij.l.cum his.§. ibi dos.ff.de iure dotiũ.

2 † Vnde potest dici etiã, ꝙ de iure fforum non solum ipsa dos sit in dominio ipsius mariti filijfamilias, sed etiam ipsi fructus ex dote percepti,vt sic eos omnes sibi lucrifaciat, & nõ pater, & hoc fauore dotis & matrimonij, vt supra: & multo magis hoc fatendum esset, si filius accepisset vxorem cum cohabitaret cum patre, & postea recessisset a patre cum dote sibi consignata per patrem,quã ipse pater receperat,quasi tunc ipse pater videatur consentire filio, vt ipse solus onera matrimonij supportet cum dicta dote. Vnde etiã si fructus dotis superexcederent onera matrimonij, videatur illos sibi tacitè donasse, quæ donatio de facili præsumitur propter tãtã ꝙiunctionem personarũ,per id quod habetur in l. Publia. in princ.ff.depositi.& in l.si seruus communis.ff. de dona.inter virum & vxorem. Et maximè cum videatur quis modicum donasse,rõne cuius modici magis de facili præsumitur donatio.l.vtrũ.ff.de don. inter vir. & vxor.Nec obstat,quod videatur in peculium concessisse magis quam donasse, ꝑ id quod habetur in l.filiæ cuius.C.fam.erci.& in l.si donatione. C.de col.quia illa iura procedunt, quando a principio nõ potuisset valere,vt donatio, vnde secus quando a principio potuit valere vt donatio in patrem & filium, prout est in dote,& eius fructibus,per id quod habetur in l.Pomponius Philadelphus.ff.fam.erciſc.& in l.si dotem.in princ.ff. solu.matr. quæ iura licet loquantur in filiafamilias: tamen eadem ratio fauoris respectu dotis & matrimonij videtur militare in ipso filiofamilias. Et maximè etiam quia circũscripto fauore dotis in ipso vsufructu aduentitiorum quorumcunque valet donatio facta per patrem,ut est casus singul. & ibi etiam per Bal. post Barto. in l. cum oportet. §. non autem. C.de bonis quæ libe. Et si ualet per modũ expressum eodem modo per modum tacitum,argum.l.cum quid.ff.si cert.peta.cum sim. quæ tacita donatio præsumit ut supra. Vnde posset forte dici,quòd licet non probetur expresse dicta consignatio dotis facta per patrem, tamen eo ipso quòd pater permittit filium de per se tenere & fructuare dotẽ suę uxoris, uel quid aliud aduentitium, tacitè uidetur donare dictos fructus,ut notanter uoluit Bald. in authen.ex testamento.C.de col.in 14.col. & etiam idem ipse sensit in l.2.C.fam.erciſc.& etiam Bart. in suo tractatu de duobus fratribus, licet Azo in sũ. illius tituli de bonis quæ lib. post prin.videatur aliter sentire: tamẽ Docto. communiter tenẽt, ut supra,& est speciale in vsufructu, qui cõsistit in iure tenui & de facili perdendo,& ita iam ego consului & etiam cõsuluit Pet. de Anch.consilio,quod incipit, præmittendum est . in ordine 177. quod bene no. Si autem ipse filius habitaret cum patre,& sic pater ipse onera matrimonij subiret,alimentando filium & uxorem,& tunc non solùm si ipse pater recepisset,dotem, sed etiam si ipse filius solus recepisset, posset non improbabiliter dici ꝙ iure fforum dominium dotis quęrebatur ipsi patri & cõsequẽter fructus dotis essent ipsius patris, etiam si dos cõsisteret in speciebus etiam stabilibus.nec reperio,quòd dicta iura faciant differẽtiam inter dotẽ in pecunia & in speciebus, pro ut facit Bart. in d.§. quoties.nec d.l.ex facto.& d.l. deposui.probãt dictam differentiam. imo etiam si detur filiofami.species in dote illa efficiebatur peculij profectitij patris & tenebatur pater de peculio postea restituendo sicut pro rebus paternis consistentibus apud filium in peculio, ut est text. in l. filiofamilias. la 2. ff.sol.matr.& probatur in l. filiofamilias. la prima. & in l. si cũ dotem.§.transgrediamur.ff.eo.tit. cum tex.ibi indistinctè loquatur, ad hoc etiam tex. eadem l. in §. fin. Imò potest dici, quòd si dictus pater cõsensit dicto matrimonio expresse uel tacitè,ex tunc uidetur se obligasse in solidũ, & sic ultra peculium pro restitutione dotis secũdùm dicta & nota. post Bar. in dicto §. transgrediamur. Videtur autem tacitè cõsensisse si uxor filij fuit ducta in domum suam & onera matrimonij supportauit:cum ad hoc ipsum faciẽdum præcedebat obligatio legalis,argum.eius quod habetur in l.2. C. de acquir.pos. Inde est quod ex quo ipse pater est obligatus ad conseruationem dictæ dotis, meritò conueniens est,quod illa efficiatur de dominio ipsius patris. An aũt pater possit cogi ad se obligandũ pro dote restituenda,notatur in d.§. transgrediamur. vnde isto casu de iure Codicis pater haberet vsumfructũ dictæ dotis, vt hoc fuit de mente gl. no. in d.l. dotem.ff.de castren.pecu. in finalibus verbis, quæ per hoc sentit,quod hodie proprietas dictæ dotis,quæ olim erat apud patrem pleno iure,erit de iure Codicis apud filium, licet vsusfructus sit pa-

3 tris, quæ tamen gl.† non procederet, quando filius seorsum habitaret a patre & onera matrimonij subiret,vt supra est dictum, & hæc omnia sunt notabilia & utilia in practica, si filius habens uxorem seorsum habitãs à patre dotem possidet & fructuat,talis vsusfructus nõ efficit patris,nec fructus inde percepti sunt communicandi cum fratribus, etiam si erat eorũ æstimatio ualde superexcessiua ultra onera matrimonij. Imo etiam posset dici,ꝙ si dos esset apud patrem,ꝙ nollet eã consignare tali filio. quod ex quo tunc non debetur sibi usus fructus poterit, filius mortuo patre illos fructus, uel eorum æstimationem repetere à fratribus cohæredibus pro eorum raris,& hoc quando filius discessisset sine reprehẽsione, forte de uoluntate patris,uel forte præter patris uoluntatem ex iusta causa, quia malè tractabatur a nouerca, uel alia simili cau-

4 sa.† Si autem discessisset sine uolũtate patris & sine iusta causa, tunc esset sibi imputandum. Imò etiam si filius cohabitaret cum patre, & pater onera matrimonij subiret, tamen pater ipse permitteret filium tenere & fructuare de per se dictã dotem,& de fructibus ad libitum disponere,tunc tacitè uidetur sibi donasse dictum usumfructum,ut supra dixi. Et ideò tũc filius dictos fructus & pecunias ex eis redactas,& lucra ex inde percepta non tenetur communicare aliis fratribus,ut ẽt uoluit notanter Bald.in d. authen.ex testamento, in 14. cap. & in d.l.2.C.fam.erciſc.& istud speciale, de quo supra, super abundat errore scriptoris, quia positum est supra in 6. parte, in 35.& 39.priuilegio.licet illa duo aptius possint accommodari ad hanc septimam partem.

PRIVILEGIVM III.

SVMMARIVM.

1 *Fructus rei in pignus datæ pro dote mulieris non computantur in sortem.*
2 *Dispositio c. salubriter, obtinet, etiam si res esset in pignus data,cuius fructus non subijcerentur futuro iudicio.*
3 *Vsurę nõ solùm in dote,sed etiam in contractu uenditionis possunt deduci in pactũ, ut interim termino durante aliquid soluatur, licet nulla sit mora contracta, & hoc nisi quantitas promissa superexcederet iustum interesse.*
4 *Pactum ualet,quòd socer tantum soluat pro cẽtenario pro singulis annis dati termini.*

TERTIVM speciale priuilegium est, quia licet in alijs contractibus seu debitis, si datur res in pignus, fructus percepti per creditorem non cedant eius lucro, imo habent sortem extenuare.l.1.&.2.C.de pign. act. cum si. tamen

1 hoc † non obtinet in pignore dato uiro pro dote, quia fructus cedunt lucro ipsius mariti propter onera matrimonij.q̃ ipse suffert, ut est tex.no.in c. salubriter.de usur. & in tantum dixit ibi Ioan.And. esse speciale in dote, ꝙ ille tex. nõ debet trahi extra proprios terminos:quia in iure non reperitur usura permissa, nisi in illo casu, & qui allegat casum similem,

2 debet adducere casum expressum, dicendo ex hoc † ꝙ si pro mitteretur interim aliqua quantitas certa pro dicto interesse onerum matrimonij, puta pro singulo mense, uel singulo anno tantum,quo dos non solueretur,non ualet,& tale pactum inhæreret prauitati usurarum, non sic in fructibus fundi, qui subijciuntur diuino iudicio, & possunt nasci & nõ nascit, uel nasci, tamen recolligi in paruissima quantitate. hinc est, ꝙ æquitas canonica non habet tale lucrum pro usura ꝑp dubium euentum, & etiam propter fauorem dotis.Nec obstat secundùm eum si diceretur, hoc permittitur uiro,ut ualeat sustinere onera matrimonij, quia posset responderi per id,quod habetur in c.per uestras,de donat.inter uir.& uxor. uult dicere forte,quòd tunc posset uir prouidere, ut fundus uendatur,uel ut dos deponatur apud mercatorẽ, ut ex eius honesto lucro uir possit onera matrimonij supportare, quæ responsio uidetur multum puerilis; quia si posset dos deponi apud mercatorem,ergo multo magis solui posset ipsi uiro sine alio pignore.

Et ex dicto Ioan.And.inferri potest,ꝙ licet dos fortè esset parua,& ex fundo dato in pignus uir percepisset tot fructus,

Source : BIU Cujas

qui valde ſuperexceſſiſſent expenſas onerum matrimonij, ꝙ tales fructus ſuperexcedentes cederent lucro viri, ex quo potuiſſet etiam pauciores percepiſſe, quam eſſent onera matrimonij. Ant. etiam de But. in d. cap. ſalubriter. ſimiliter videtur reſtringere d. ſpoſitionem d. c. vt procedat, quando fuit commiſſa mora per mulierem, vel ſocerum in dote ſoluenda. Vnde infert, ꝙ ſi a principio factum fuit pactum de dote ſoluenda in certo termino: tunc nil poteſt vir interim lucrari de fructibus rei pignoratæ, ex quo nulla mora præceſſit: vnde ſi dos debuiſſet ſolui incontinēti, & tamen fuit mulier, vel ſocer in mora, tunc procedit, quod ibi dicitur vt ꝑ intereſſe poſſit lucrari fructus, videlicet quantum veriſimiliter fuit lucratus cum illa pecunia promiſſa pro dote, & ſic habetur ratio lucri ceſſantis.

Sed aduerte, quia dictum illud primum Io. Andr. vt ſupra communiter impugnatur ibi per Doct. poſt Io. Cal. & An. & etiam per Io. de Imo. in l. inſulam. §. vſuras. ff. ſoluto matri. Nam videtur nimium reſtringere illum tex. qui loquitur indiſtinctè, & ſic videtur habere locum in qualibet re data in pignus pro dote. Et ſic etiam ſi daretur domus vel apotheca ſolita locari in pignus, cuius poſſeſſio poteſt eſſe certa & non ſubiecta diuino iudicio, ſicut fructus fundi. Nam ſecundum intentionem Io. And. fructus talis penſionis nō cederent lucro viri, quod eſſet cōtra illum tex. ſic indiſtinctè loquentē. Item quia ſi ratio Io. Andr. militaret, idem eſſet dicendum in alijs contractibus, quando in pignus daretur res, cuius fructus eſſent incerti & diuino ſubijcerētur iudicio, vt tunc cedant lucro creditoris, nec habeant extenuare ſortem, quod eſſet ⁊ omnia iura mundi. Sed Ioan. And. reſpondet, ꝙ ſit ſpeciale in dote propter onera matrimonij. Et ſic poſſet vir eſſe in damno, ſi nullos, vel paucos fructus perciperet, quod non ꝯtingeret in alijs creditoribus. Item contra Io. An. facit, quia incertitudo & periculum non excuſat quē a labe vſurarum, vt habetur in c. nauiganti. & c. in ciuitate, de vſu. & ideo opi. Io. An. non ſolet teneri, vt etiam eam improbat Abb. Sic. in d. c. ſalubriter. Illud etiam dictum Ant. de Butr. communiter ſolet morderi a legentibus ibi, vt ibi per Ab. Sic. & etiam per Imo. & Lud. in d. §. vſuras, qui tenent, ꝙ etiam a principio li ceat paciſci ratione dicti termini a principio indulti per virum: cum aliàs ipſe dictam dilationē non feciſſet, niſi ꝓpter quantitatem promiſſam ratione ſui intereſſe. Vnde ſi ſimpliciter mulier, vel alius dotans remanſiſſet purè obligatus, teneretur ad vſuras rōne intereſſe viri, per id quod habetur in l. de diuiſione. ff. ſolu. matr. & propter æquitatem l. curabit. C. de act. emp. Et ſic idem pōt concludi ſecundū eos, quando
3 venditur fundus † cum termino ſolutionis pretij cū pacto, ꝙ interim ſoluatur aliquid durāte dicto termino pro intereſſe venditoris, vt ſic tale pactum valeat, ex quo aliàs dictum terminum non feciſſet emptori; quo caſu poſſet venditor petere dictum iuſtū intereſſe, per d. l. curabit. Et ſic nō videtur ſapere tale pactum labem aliquam vſurarum, nec iura canonica improbant huiuſmodi pacta, qñ ratione intereſſe vſura promitteretur, cum non poſſit tunc propriè dici vſura, vt habetur in l. ſocium, qui in eo. ff. pro ſoc. & not. in c. cōqueſtus. de vſu. Fatēdum tamen eſſet ꝙ ſi quantitas promiſſa ſuperexcederet iuſtum intereſſe mariti, quia expenſæ onerum matrimonij non æquiualerent, tunc illud vltra, eſſet vſura, & idem in venditore ita paciſcente. Poſſet tamen fortè ꝓcedere opin. An. ſi vir feciſſet terminum, & reciperet pignus, nec aliter paciſceretur de lucrandis fructibus, tūc. n. tales fructus non faceret ſuos, nec ratione pacti, quia nihil fuit conuentum, nec ratione moræ, quia durante dicto termino non poteſt cenſeri dotans eſſe in mora, quod eſſet notandum ad intellectum & limitationem d. c. ſalubriter.

Sed tunc ſuccedit pulchra dubitatio, quid ſi vir eſt perſona induſtrioſa & ſolita negotiari & lucrari cū pecunia, & dicat, ꝙ licet expenſæ & onera matrimonij non aſcendant ad dictam ſummam promiſſam durante dicto termino, tamen ipſe fuiſſet lucratus veriſimiliter cum illa pecunia dotali durante tempore dictæ dilationis dictam ſummam promiſſam pro intereſſe. Poteſt dici ipſum audiendum eſſe, quia ſi non fuiſſet facta dicta dilatio, & ſic mulier, vel ſocer fuiſſet in mora, potuiſſet vir petere dictum intereſſe lucri ceſſantis, vt voluit Ant. de But. in d. c. ſalubriter. & ita Doct. communiter ſequuntur non ſolum Legiſtæ, ſed etiam Canoniſtæ in d. c. cōqueſtus. poſt gl. ibi per tex. in l. 3. §. de offic. de eo quod cer. lo. & ibi no. & nota in l. 1. C. de ſen. quæ pro eo quod intereſt. & per Ange. poſt Barto. in l. commiſſa. ff. rem rat. habe. Et idem in venditore quando erat ſolitus negotiari cum pecunia, vt tenent Doc. in d. l. curabit. & in d. l. de diuiſione, & ibi dixi. & Bar. & Sal. in l. 3. C. de vſur. Vnde poteſt idem dici, qñ in pacto deduceretur, ꝙ tantum debeat ſolui durante termino a principio dato, quantum eſſet ſuum veriſimile intereſſe ratione lucri ceſſantis: cum eadem ratione licitum videatur tale pactum, quādo venditor eſſet ſolitus negotiari vt ſupra. Sed ſi apud ſe retinuiſſet fundum venditum, & durante dicto termino percepiſſet tot fructus, qui aſcendiſſent ad dictam quantitatem. Dices tu ꝙ hoc videtur eſſe contra textum in c. in ciuitate, de vſu. vbi habetur, quod propter terminū datum ad ſoluendum non debet venditor carius vendere, aliàs eſſet vſura. Nam ſatis dicitur emptor carius emere, ſi vltra pretium rei ſoluit dictam ſummam ratione termini. Sed reſpondet intelligendo illum text. vt notanter intellexit eum Barto. in rub. C. de vſur. quod procedat ſolum in rebus mobilibus conſiſtentibus in pondere, numero, vel menſura, in quibus committitur vſura, non ſic in domo, fundo & ſimilibus: maximè ex quo ex his habētur interim fructus per emptorem, & ideo tunc in illis magis toleratur vſura, ideſt inter eſſe propter compenſationem fructuum, quos interim percepit emptor. Et iſta eſt ratio intrinſeca æquitatis d. l. curabit. Hinc eſt, ꝙ ſi interim emptor nullum fructum perciperet, non ſuaderet tunc ratio prædicta, vt ſic tunc non cenſeatur eſſe in mora, vt per gloſ. no. in d. l. de diuiſione. & ibi dixi, & probatur ex tex. & gloſ. in l. Iulianus. §. ex vēdito. C. de actio. emp. & hoc eſt valde notandum ad limitationem d. c. in ciuitate, quod etiam voluit Petr. de Anch. in ſua diſputatione de monte Florentino.

4 Et ex prædictis poteſt concludi circa terminos noſtros † de dote valere pactum, quod ſocer teneatur ſoluere tot pro cē tenario dotis promiſſæ quolibet anno dati termini ad ſoluēdam dotem, quia etiā procedit, ſi dicta ſumma excederet expenſas onerum matrimonij quando veriſimiliter perſona viri eſſet talis conditionis, ꝙ veriſimiliter fuiſſet tantum lucratus, ſi a principio dictam dotem habuiſſet, aliàs autem ſi non fuiſſet talis conditionis, tunc nō poſſet licitè & ſine labe vſurarum conſequi dictam ſummam, quatenus excederet expēſam onerum. Et ſic etiam infertur, quod diſpoſitio d. ca. ſalubriter, obtinet, etiā ſi vir dilationem indulſiſſet mulieri vel ſocero, vt tunc etiam interim lucretur fructus omnes, quatenus non excederent onera matrimonij. Si autem excederent, & conſuetus eſſet lucrari cum pecunia, & veriſimiliter fuiſſet tantum lucratus, quantum aſcendūt dicti fructus vel vltra, ſi pecuniam dotalem a principio habuiſſet, ſimiliter faceret fructus ſuos per ſupra dicta.

Et ſic ex omnibus prædictis infertur, quod diſpoſitio d. c. ſalubriter. non manauit propter ſpecialē fauorem dotis, ſed propter intereſſe per ſupradicta. Vnde ſi venderem tibi fundum pro centum ſoluendis infra certum terminum conſtituendo me tuo nomine poſſidere, & in ſpecie obligas mihi dictum fundum pro dicto pretio. Certè fructus interim per me percepti cedent lucro tui emptoris, & extenuarent ſortem, niſi eſſet pactum factum ꝙ cederent lucro mei intereſſe. Et idem fortè dicendum foret ſi mihi venditori eſſet data aliqua alia res in pignus, puta domus, pro dicto pretio ſoluendo infra certum tempus, cum ſit eadem ratio, & ſic eadem ſurgit diſpoſitio. l. a Titio. ff. de verb. obliga cum ſim. quæ omnia bene notabis ad intellectum, & ampliationem d. c. ſalubriter.

PRIVILEGIVM IIII.

SVMMARIVM.

1 *Compelli quis præcisè poteſt in obligationibus rem tradi, uel in alijs obligationibus facti, fallit tamen in dote, ut nu. 2.*

1 QVARTVM ſpeciale priuilegium eſt, quia licet ſit regula † quod in obligationibus rem tradi, vel alijs obligationibus facti quis præcisè non poſſit compelli etiam poſt moram ad tradendum, ſeu ad ipſum factum, ſed poſt moram ſuccedit obligatio ad intereſſe, etiam inuito creditore. l. ſtipulationes non diuiduntur. §. Celſus. & l. ſi rem tradi. cū
2 ſi. ff. de ver. oblig. Tamen fallit in dote, vt † ſi quis promittat dotem pro muliere conſiſtentem in facto, puta in fabricando domū, vel ēt de tradendo fundum in dote. Nam poterit præcisè ad hoc cōpelli, maximè ſi poteſt, nec liberabitur ſoluendo intereſſe ꝓ tex. no. in l. fi. C. ad Velle. ibi dū dicit, oīno compellatur, quod verbū, omnino, ſonat in præciſam coactionem. q. d. præcisè cōpellatur. videtur enim reſpicere magis actualem executionem quàm obligationem, vt per Bar. no. in l. 1. ff. de iudi. ſolut. ad intellectum l. ſancimus C. de fideiuſ. facit tex. & quod ibi no. in authen. vxore. C. de ſecun. nupt. ibi, omnino ſeruandum eſt, & maximè, quia tex in d. l.

fi.

Source : BIU Cujas

ſi.non ſine miniſterio geminat illa duo verba, ſcilicet, omnino compellatur, & ſic ad finem vel ad aliquid dicta duplicatio vltra operetur, quàm ſi ſimpliciter dixiſſet, compellatur. facit, quod habetur in l.ſi ſtipulatus.ff.de vſu.& quod habetur in l.ſi quando. in prin.ff.de leg.1.& quod per gl.no.in c.vt circa. de elec.ſuper verbo,omnia & ſingula. & quod in l. Baliſta.ff.ad Trebel. & aliàs per gloſ. no.in l.cum pœna.ff.de arb. & tex.cum glo.in l.promittendo. in princ.ff.de iure do.Confert etiam,quia fauore vltimę voluntatis obligatio ad factum importat præciſam coactionem.nec liberatur hæres,vel legatarius obligatus ad factum ſoluendo intereſſe, vt eſt tex.no. in l.fideicom.§.fi.ff.de leg.3. & per Bar.& Doct.in d.l.ſtipulationes non diuiduntur.in 8.q.

PRIVILEGIVM V.

SVMMARIVM.

1 *Mulier intantum poteſt præciſe compelli pro donatione dotis,vt etiam poſſit in carcerem detrudi.*

1 IMò comperio quoſdam dixiſſe per illum tex.l. fin.& hoc erit quintum priuilegium, † ꝙ mulier poterit pro tali debito dotis promiſſæ incarcerari, ſed regulariter mulier ꝓ debito ciuili non poſſet in carcerē detrudi, vt in auth. ſed nouo iure. C. de offi. diuer.iu. Intellige tamen hoc in alia muliere quàm vxore,quando nō haberet,vnde ſolueret,ex quo habet beneficium, ne exigatur vltra quàm facere poſſit.l.ex diuerſo.§.1.ff.ſol.mat.niſi doloſe hoc fecerit.l.fin.ff.de iu.do. tamen illud dictum videtur mihi dubium, & forte non verum, nec probatur ex illo tex.l.fi.quia ſatis eſt, ꝙ illud verbū, omnino compellatur,importet ſpecialitatem contra regulas iuris communis tam circa amiſſionem beneficij Velleiani, q̄ etiam præciſam coactionem, vt poſſit compelli ad factum multa indicta & pignoribus captis.Vnde non debet extendi, vt in tot¦& tantis lædat ius commune, videlicet etiam circa ipſam detruſionem in carcerem, arg c.cum dilectus.de conſue.& quod habetur in l.1.C.de dot.promiſ.

Præterea videmus, ꝙ fauor mulieris,ne detrudatur in carcerem,præponderat fauori pupilli, ſi forte mulier,quæ geſſit tutelam vel curam pupilli, male & forte doloſe adminiſtrauit, vt propter hoc non perdat beneficium d.auth.ſed nouo iure. & hoc niſi in aſſumptione tutelæ vel curæ renunciauerit dicto beneficio ſaltem in¦genere, vt bene colligitur ex dictis Bar.in l.ſi quis ſub cōditione.ff.de teſt.tu.& in Auth.matri & auię.C.quando mul.tut.offi.fun.poteſt.ꝙ maxime procedit, ſi talis mulier eſſet perſona bonæ conditionis & famæ, facit, quod no.Bal.in l.conſentaneum.C.quo.& quan.iud.& maxime ſi eſſet matrimonio copulata, cum etiam forte tunc non poſſet expreſſe renunciare dicto priuilegio, & tunc etiā verſaretur verecundia viri, & etiam damnum eiuſdem viri, in cuius eſt poteſtate quo ad debita & obſequia coniugalia, qua ratione dicimus, quòd non poteſt mulier ſe obligare ad votum itinerationis,vel ſimilis actus ſine conſenſu viri,quādo per hoc ſubtraherentur ipſi viro obſequia coniugalia, vt habetur in c.manifeſtum. 33.q.5.ex hoc poſſet etiam dici, ꝙ etiam ſi mulier eſſet perſona vilis & parum honeſta poſſet renunciare priuilegio d. auth. vt etiam fuit de mente Io.And. in addi.Spe.in rubri.de ar.

PRIVILEGIVM VI.

SVMMARIVM.

1 *Donatiò facta filię pro dote imputatur in legitimam,non ſic tamen aliæ donationes.*

SExtum priuilegium eſt,quia licet alię dooationes collatę in filiam in vita patris non imputentur in legitimā quando a principio valuerūt, vt habetur no.in l.ſi quando.§.fi.C. de inoffi.teſta.& in l.etiam.§.& ſi non mortis.ff.de bon.lib.&
1 per Bar.in l.in quartam.ff.ad leg.Falci.† Tamen fallit in donatione facta filiæ pro dote,quia tunc imputatur in legitimam. l.quoniam nouella.C.de inoffi. teſta.cum filia dicatur habere dotem ex quodam titulo lucratiuo,& ſic donationis.l.fin. §.ſi a ſocero.ff.de reuo.dona.& no.in l.Meuia.§.j.ff.ſol.matr. & ibi dixi poſt glo.Licet poſſit dici,ꝙ non cedat in fauorem & priuilegium ipſius mulieris,ſed potius in damnum, vt ſic non poſſit habere¦legitimam & etiam dotem de per ſe & præcipuam,& hoc non ex alio,niſi quia dos videtur cedere locc cuiuſdam legitimæ datæ per patrem in vita,quod nota ad dicta ſupra in 6.par.in 3.4.& 5.priuilegio.

PRIVILEGIVM VII.

SVMMARIVM.

1 *Donatio pro dote ſicut propter nuptias confertur.*

1 SEptimum ſpeciale priuilegium eſt,quia licet † aliæ donationes, quæ à principio ualent factæ per patrem filio vel filiæ non conferantur cum fratribus.l.illud. C.de coll. & habetur in auth.unde & ſi parens.C.de inoffi.teſt. Tamen fallit in dote,quæ confertur,& ſimiliter in donatione propter nuptias,vt habetur in d.l.illud.& l.ut liberis. eod.tit.

PRIVILEGIVM VIII.

SVMMARIVM.

1 *Donatio pro dote facta per mulierem uiro conſtante matrimonio ualet, & maximè ſi à principio fuit indotata.*

2 *Dos licet à principio matrimonij ſit conſtituta, tamen poſtea poteſt augeri per mulierem.*

3 *Congruitas dotis conſideratur non modo reſpectu onerum matrimonij, ſed etiam reſpectu conditionis & dignitatis uxoris & viri.*

1 OCtauum ſpeciale priuilegium eſt, quia † licet regulariter inter coniuges ſit prohibita donatio, ut in toto titulo.ff.& C.de do.inter vir.& vxor. Tamen ſi mulier fortè à principio nupta ſine dote poſtea conſtante matrimonio donat viro aliqua bona ex cauſa dotis, valet tunc donatio. Nā ſi hoc pōt facere mulier dotata à principio per viam augmēti dotis, vt eſt expreſſum in l.ſi conſtante.& l. fin. C. de don. an. nupt. & licet dos reſpectu viri dicatur haberi ex titulo oneroſo, & non lucratiuo, ex quo¦habet propter onera matrimonij ſupportanda.l.ex promiſſione.ff.de act.& obl.l. pure.§.pen.ff.de excep.doli.& l.fin.§.ſi a ſocero.ff.de his quæ in frau.cred.Nam veriſimile eſt,ꝙ ſi dos ſibi non fuiſſet promiſſa,dictam mulierem non accepiſſet,vt dicit tex.in d.§.ſi a ſocero.& in d.§.pe.tamen quando a principio non curauit vir de dote, ſed dictam vxorem accepit indotatam,ceſſat dicta ratio,imo tacite videtur ſe obligare ad ſubeunda onera matrimonij de ſuo.l.quod ſi nulla.ff.de relig.Vnde ſi mulier poſtea conſtante matrimonio ſe obligat ad dotem, videtur ex quadam liberalitate,& datione hoc facere,ex quo ad hoc tenebatur.l.donari.ff.de reg.iur.& l.donare.ff.de dona.

Præterea ſi mulier donando pro dote remittit viro liberaliter onus alimentādi de ſuo, ad qđ tenebatur, ergo proprie videtur mulier donare,& maxime quia ex hoc vir videtur fieri locupletior:cum per hoc minus de ſuo expendit,& mulier videtur fieri pauperior,ex quo ſibi abeſt,quod habitura fuiſſet ex dictis fructib.rei datæ viro adhoc, quod habetur in l.ſi fructus.C.de dona.inter vir.& vxo. & quod no.in l.pro oneribus.C.de iure do.& tamen tex.in d.l. ſi conſtante.probat, ꝙ etiam poſt matrimonium contractū ſine dote poteſt de nouo dos conſtitui per mulierem.& idem probatur expreſſe in d.l.fin.poſt principium.in ver.quare.n.& expreſſius,Inſtit.de do.§.eſt & aliud.in ver. & primus quidem. & ibi gl.& idē voluit glo.magna,in l.1.ff.ſol.mat.quæ ſimpliciter & indiſtincte dicit, dotem poſſe conſtante matrimonio conſtitui per mulierem,per d.l.ſi cōſtante.probatur etiam in l.ſi quis pro vxore.§.ſi vxor.ff.de don.inter vir.& vxo.vt induxi ſupra in 6.par. circa 14.priuilegium ad intellectum l.quod autem.ff.de iure do.Imo probatur expreſſe in d.l.ſi conſtante.& in d.l.fi.quod
2 † etiam licet dos a principio matrimonij ſit cōſtituta, poteſt poſt matrimonium contractum augeri per mulierem, & loquuntur illa iura generaliter & indiſtincte, ergo procedunt generaliter, etiam quando a principio dos erat congrua ad ſupportandum onera matrimonij,arg.l.3.ff.de offi.præſi.& l. de precio.ff.de pub.cum ſimi.Nec videtur obſtare,ſi diceretur,ꝙ illa iura procedunt, quando talis conſtitutio dotis,vel augmētatio facta conſtāte matrimonio fieret propter æqualem donationem propter nuptias factam mulieri per virum. Quia reſponderi poteſt,ꝙ imo illa iura hoc non dicunt,ꝙ dicto¦caſu bene poſſet vir donare tali vxori æquialētiam, nec talis donatio eſſet tunc prohibita,quaſi fiat per viam cuiuſdā compenſationis.Vnde non preſupponunt illa iura,ꝙ vir ſimiliter donabat,ſed ꝙ poterat tunc donare, vel de ilio iure tenebatur vir facere æquiualentem donationem tali mulieri,ſed hodie teneatur per ius nouiſſimum, vt habetur in auth.dos data.C.de dona.ante nupt.vbi tamen gl.& Doct.communiter ſequuntur,ꝙ mulier poſſet negligere talem æquiualentē donationem petere ſibi fieri,& tamen valeret dicta ſua noua conſtitutio & augmentatio dotis.Et ideo comperio pleroſq;

tenere

Source : BIU Cujas

tenere ꝙ hoc totum toleretur a iure ex æquitate ſpeciali fauore dotis contra iuris regulas. Sed poſſet dici,& quidē non improbabiliter, ꝙ eo caſu, quo vir non faceret æquiualentē donationem propter nuptias,& mulier non curaſſet illam ſibi fieri,vel vbi eſſet conſuetudo,ꝙ vir non arctaretur ad talem donationem propter nuptias,prout in multis partib.cōſueuit, vt per Bal.poſt Odofr.in d.auth.dos data.ꝙ iſtis caſib. non valeret dicta augmentatio dotis, niſi quādo a principio dos erat parua, adeo ꝙ nō ſufficiebat pro oneribus matrimonij, quo caſu ſi dictum augmentū non eſt exceſſiuum reſpectu onerum matrimonij, valet dictum augmentum, quia ex hoc vir non efficitur locupletior, ex quo totum conſumit ꝓ oneribus matrimonij , per tex.no.in ſi.in d.l. ſi quis pro vxore.§.ſi vxor.in fi.& quod no.per gl.in l.pro oneribus. C.de iu. do.quatenus autem excedat valor fructuum expenſam onerum matrimonij , & tunc non valeret, & poſſet per mulierē repeti, quia tunc negare nequit , tale augmentum cedere in veram & expreſſam donationem:cum per hoc vir efficiatur locupletior,& mulier pauperior,bene facit tex.cum gl.in d.l. ſi fructus.C.de dona.inter vir.& vxo.& ita per hunc modum poteſt & debet limitari , quod habetur in l. ſi conſtante. & l. fi.vt etiam hoc idem dixi in d.14.ſpeciali 6.patris. Poſſet etiā
3 non improbabiliter dici ꝙ † ſi dos eſſet congrua [ADDITIO. Si dos eſſet. Adde hic & no. ꝙ dos dicitur congrua inſpecta quantitate patrimonij,numero liberorum & qualitate coniugum. Bald.in auth.res quæ. C.communia de leg.] & ſufficiens reſpectu onerum matrimonij:tamen non congrua reſpectu conditionis ipſius viri,forte quia erat vir nobilis & magnæ conditionis, adeo ꝙ dicta ſua conditio requirebat maiorem & nobiliorem dotem , ꝙ hoc caſu procederet dicta augmentatio dotis conſtante matrimonio, licet nō ſit facta econuerſo per virum donatio propter nuptias, nec mulier curauit dictam recompenſatiuam donationem ſibi fieri, cum congruitas dotis non ſolum conſideretur reſpectu mēſuræ expenſarum & onerum in perſonam mulieris,ſed etiam reſpectu conditionis perſonæ mulieris & etiam conditionis & dignitatis viri,vt dicit tex.in l.quęro.ff.de iu.do.Vnde non poteſt cenſeri vir eſſe factus locupletior ex dicto augmento dotis ſi a principio tantam dotem meruiſſet a dicta muliere, quod maxime procederet,quando fuit vir contentus tali dote ſibi incongrua, quia videbat dictam eius vxorem deficere in facultatibus,& non poſſe ampliorem dotem dare.vnde cū poſtea ſecuto matrimonio ſuperueniſſent aliæ facultates ipſi vxori, forte ex aliqua ſucceſſione, poſſet tunc mulier dotem augere vſq; ad dignam congruitatem dotis habito reſpectu non ſolum ad menſuram onerum matrimonij , ſed etiam ad conditionem & dignitatem dicti ſui viri . Nec propter hoc poſſet dici virum effectum eſſe locupletiorem, quia (vt dixi) eius cōditio merebatur tantam dotem, nec minorem dotē, ſeu dictam vxorem cum dicta minori dote recepiſſet, ſi ipſa mulier fuiſſet potens in facultatibus,prout fuit ex poſt facto , licet aliter mulier non curauerit recompenſatiuam donationem ſibi fieri Si autem dictum augmētum conſtitueret totā dotem ſuperexceſſiuam tam reſpectu onerum matrimonij, quàm reſpectu conditionis mulieris & viri, & tunc ſatendū eſt reſpectu dicti exceſſus non valere, niſi econtra donationem faceret vir mulieri propter nuptias per ſupradicta.

Et ex prædictis ſurgit deciſio,quando a principio nulla dos fuit cōſtituta per mulierem in eius patrem, nec expreſſe,nec tacite ſecundum dicta ſupra in d. 14. priuilegio.Nam hoc caſu maior ſubeſt ratio,vt poſſit poſtea conſtante matrimonio dos de nouo conſtitui , & maxime quando a principio nulla dos fuit conſtituta propter paupertatem,& tunc imminentē in perſonam mulieris ſeu ſoceri . Nam eſt veriſimile,ꝙ ſi potuiſſet congrue dotare de bonis ſuis illam non accepiſſet ſine congrua dote prout ipſe merebatur, & ſic conſtituendo poſtea congruam dotē non videtur fieri locupletior,ex quo merebatur talem dotem. Sed quatenus eſſet poſtea de nouo conſtituta vltra congruentiam dotis non valeret , quia tunc cenſeretur cedere in loco donationis,ex quo talis videtur factus locupletior , & ita reſtringi & limitari poſſunt dicta iura ſupra alleg. Et hæc ſunt valde notanda & noua ad limitationem dictorum iurium.& licet videantur æquitate & ratione ſuffulta, tamen multum reſtringunt diſpoſitionem d.l.ſi conſtante.& d.l.fina. cum loquitur ſimpliciter & indiſtinctè , & eſt veriſimile, quod Imperator ibi de hoc cogitauerit, & tamen non curauit ſe arctare & limitare ad caſus,de quibus ſupra,& ſi voluiſſet,hoc dixiſſet , arg.l.1.§.pen.C.de cad.toll.& c.ad audientiam. de deci. Et ideo comperio aliquos Moderniores dicere , ꝙ in dictis legibus dicta noua conſtitutio, vel augmentatio dotis cōſtante matrimonio procedat indiſtinctè,etiam quando a principio dos fuiſſet cōgrua omni reſpectu,& etiam quando dicta augmentatio vel conſtitutio noua dotis eſſet ſuperexceſſiua, licet mulier non habuerit , nec curauerit habere a viro æquiualentem donationem , & hoc ſpeciali fauore dotis , licet per alium modum donando mulier viro nihil ageret obſtante prohibitione donationis inter coniuges , vt ſupra. ꝙ ſi eſſet verum aperta & parata eſſet via malignandi in fraudem legum per hanc viam indirectā contra id,quod habetur in l.hæres meus. ff.de condi.& dem.& l. Seius & Augerius.ff.ad leg.Falc.& contra.l.in fundo.ff.de rei vendi. cum ſi.vt dixi in d.14.priuileg.vnde cogita.

PRIVILEGIVM IX.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonio conſtante dos poteſt minui ſicut augeri, ita tamen ut ècontra æqualis donationis propter nuptias fiat diminutio.*

2 *Maritus conſentiendo dotis diminutioni tacitè uidetur conſentire dotis reſtitutioni,quæ regulariter conſtante matrimonio fieri nequit . & nu. 3.*

4 *Pactus ſi eſt factum de lucranda dote tota uel quota,eatenus cenſetur uerſa uice tacitè factum pactum de lucranda donatione propter nuptias.*

5 *Res propter nuptias donata mulieri eſt inalienabilis , etiam de uoluntate mulieris, ſicut etiam res dotalis.*

1 NOnum priuilegium eſt econuerſo, videlicet † circa diminutionem [ADDITIO. Circa diminutionem. An conſtante matrimonio dos poſſit augeri vel minui de cōſenſu partium,in Auth.de nup.§.de augmentis.Pau.de Caſt.cōſ. 109.ꝙ ſic per auth.ſed iam neceſſe. de dona. ante nup. Et an dos minuatur propter ſumptus factos in eius exactione.gl.& Docto.in l.1.ff.de impen. Item an dos minuatur ex impenſis neceſſariis.in l.quod dicitur,de impen.l.in reb.dot.in l.ſi is.§. quod dicitur.de iure do.& in l.1.§.ſed nec ob impenſas.C.de rei vxo.actio.]dotis,quę fieri poteſt conſtante matrimonio: ſicut enim data eſt poteſtas augendæ dotis conſtante matrimonio,ſic etiam datur poteſtas diminuendæ,vt eſt tex.in d.l. ſi conſtante.ver.ſed & ſi econtrario.In hoc tamen eſt aduertendum , quia iſta non procedunt omnino a pari . Nam licet per mulierem poſſit conſtante matrimonio fieri dotis augmentum abſq; eo, ꝙ fiat econtra per virum donationis adæquamentum , ſi mulier de tali donatione non curaret , vel ſi in loco eſſet talis donationis propter nuptias conſuetudo,vt ſupra proximo priuilegio eſt oſtenſum , tamen non ſic fieri poſſet conſtante matrimonio dotis diminutio etiā viro conſentiente,niſi econtra fieret donationis iam factæ æqualis diminutio,vt expreſſe probatur per illum rex.in d.verſi.ſed & ſi econtrario.ibi,ad diminuendum dotem & donationem propter nuptias conſentiunt.Et ibi,vt pacta de ambarum diminutionibus firma & legitima eſſe intelligantur. Vnde ex hoc videtur,ꝙ propter talem dotis diminutionem mulier non dicatur effici locupletior , nec vir pauperior , quia licet mulier vna ex parte videatur lucrari rehabendo partem dotis pleno iure,quę erat apud virum,& ſic etiam vice verſa vir videatur effici pauperior,perdendo dotem,vel eius partē. & ſic decætero habebit neceſſe de ſuo onera ſubire, vbi a principio ſubibat de ipſa dote ſibi data a muliere:tamē ex alia parte mulier perdet donationem propter nuptias in parte,& vir releuabitur in reacquirendo bona donata pro aliqua parte , pro qua eſt facta dotis diminutio.Nam ſi econtra non fieret diminutio donationis propter nuptias,clarum eſſet,ꝙ non procede
2 ret dotis diminutio . Nam † tunc maritus conſentiendo tali diminutioni dotis in conſequentiam videretur cōſentire dotis reſtitutioni conſtante matrimonio,quæ ſicut eſt prohibita in totum,vt proxime dicam,ſic etiam dicetur eſſe prohibita in parte,arg.in l.quæ de tota.ff.de rei vendi.conſtat enim ꝙ reſtitutio dotis non poteſt fieri per virum mulieri conſtante matrimonio,vt l.1.C.ſi dos conſtan.mat.& hoc nō ob aliud, niſi quia hoc cederet in vim donationis,quæ eſt prohibita inter coniuges,vt ibi no.& ex hoc vir perderet lucrum fructuū dotis, & haberet neceſſe onus alimentandi ſubire de ſuo vbi ſubibat de redditu dotis ſibi datæ per mulierem,& ſic ex hoc vir ipſe fiebat pauperior,& mulier locupletior,ideo ſtat tunc prohibitio talis donationis reſultantis ex reſtitutione dotis conſtante matrimonio,vt habetur in d.l.1.Sed quando haberet per mulierem remitti viro donatio propter vim cuiuſdā recompenſationis,non durant tunc leges de dicta dotis diminutione ſeu reſtitutione in totum vel in partem ſecūdum dicta in d.l.ſi conſtante.

Et ex hoc infertur,ꝙ ſicut talis dotis diminutio poteſt fieri in parte dotis,quando æquiualenter fieret donationis propter nuptias diminutio,eadem ratione poſſet in totum diminui, quando etiam in totum diminueretur donatio propter

nuptias,

Source : BIU Cujas

nuptias, quia etiam quando quid reducitur ad nihil, dicitur esse deuentum ad minus. ff.de verbo.sign.l.illud.§ minus.sic econtra appellatione pluris,totum continetur,arg.l.cæterorum.ff.de verb.signi.facit gl.in l.hac edictali.vers.si verò plusquam.C.de secun.nup.in verbo diuidi. Sed tunc fortiter obstat, ꝙ licet diminuatur donatio propter nuptias per virum, non tamen resultat æquiualentia, quin maritus perdendo dotem in totum, vel in parte reddendo eam vxori,ex tali diminutione efficiatur pauperior, & vxor locupletior, quia ēt ante diminutionem dictæ donationis mulier non habebat, nec lucrabatur fructus rei sibi donatę per virum propter nuptias. imo vir ipse ipsos fructus percepit, licet dominium sit apud ipsam mulierem, vt habetur in auth.dos data.C.de dona.ante nupt.& ibi per gl.& Doc.& per Azo.in sum.illius tit. & etiam habetur in auth.promissa.eo.titu.Vnde vir ex diminutione dotis perdit & mulier lucratur. Et propter hoc gl.in d. l. si constante. in verbo firma, timore huius contrarij fuit coacta intelligere & restringere illum tex.quando diminutio dotis fieret in casibus illis specialibus,in quib.est permissum de iure dotem restituere constante matrimonio contemplatione mulieris,puta vt mulier se,suosq; alat, vt fundum idoneum emat &c.vt patet in l.mutus.§.manente.ff.de iure dot. sic etiam in aliis casibus,de quibus in l.quamuis.cum l.seq.ff. sol.matri. Sed ista intelligentia & restrictio glos.ad illum tex. communiter non placet Doctoribus, quia est contra mentē Imperatoris ibi loquentis simpliciter & indistinctè.ergo indistinctè debet intelligi,per iura vulg.& quia si hæc fuisset intentio Imperatoris ibi,hoc expressisset, ideo ergo non expres sit,quia noluit, argum.d.l.1.§.pen.C.de cad.toll.& d.c.ad audientiam.de deci.

3 † Præterea non videtur, ꝙ Imperator exigeret tunc fieri æqualem dotis diminutionem, cum in dictis casibus potuisset fieri restitutio dotis,& sic diminutio sine dicta diminutione donat.vt volunt illa iura.Et ideo gl.videns ꝙ dicta solutio & restrictio ad illum tex.non erat conueniens ad illum text. imò in totum diminutiua transiuit ad secundam solutionē, videlicet ꝙ ille tex.procedat & intelligatur,quando dos nondum erat soluta,sed solum promissa viro,quo casu potest vir per pactum remittere mulieri etiam constante matrimonio: licet soluto non possit restituere, quæ solutio similiter nō tenetur per Doc.quia prohibitio donationis inter coniuges ac commodatur etiam ad remissionem iuris quando ex illa altera coniunx, cui remittitur,fieret locupletior & remittens fieret pauperior, vt l.si sponsus.§.circa.ff.de dona.inter vir.& vxo.quod procedere potest non solum,quando vir remitteret vxori petitionem dotis promissæ,sed etiam si remitteret petitionem vsurarum sibi promissarum pro dote non soluta.l.si quis pro vxore. §.si vxor.ff.eo.titu.nec vlli dubium esse debet,ꝙ si vir remittit vxori, vt dotem promissam nō soluat, ex hoc vir ipse efficitur pauperior,ex quo habebit subire onera matrimonij erogando de suo,vbi erat erogaturus de bonis mulieris.& sic mulier ex hoc efficitur locupletior:meritò talis remissio est prohibira inter coniuges,vt probant dicta iuta. Constat enim ꝙ remissio iuris, vt esset,quando fieret pactum de non petendo,habet tacitè inclusum titulum donationis,vt l.contra iuris.§.fi.ff de pac.& ibi per gl.in l.1.ff.quib. mo.pig.vel hypo.sol.& no.in l.si quis delegauerit.ff.de noua. Et licet vice uersa per vxorem fieret viro remissio donationis propter nuptias:tamen (vt dixi) ex hoc quia nihil deperit viro inspecto statu præsenti, cum fructus rei donatæ poterat sibi retinere,cōstante matrimonio, vt supra dixi,& voluit gl. in d.auth.dos data. Vnde Cy.in d.l.si constante.post Iaco.de Rau.reiectis dictis duabus solutionibus gl.dicit,ꝙ per illum tex.limitatur tit.C.si dos constan. matr.vt quod ibi habetur, procedat quando restituitur dos sola.Sed quādo diminuitur vice uersa donatio propter nuptias, tunc potest hoc fieri, & assignant rationem,quia quando restituitur, vel diminuitur dos sola,vir censetur donare fructus dictæ dotis,qui pertinebant ad eum,quasi velit præsupponere,ꝙ si econtra remittat donatio propter nuptias ipsi viro,tunc videatur vir ipsos fructus recuperare per talem remissionem,& sic sentiunt,ꝙ ante remissionem donationis fructus dictæ rei donatæ pertinebant ad mulierem,cuius contrarium tenet ipse idem Cyn.& cōmuniter Doc.in d.auth.dos data.& Azo.in sum.illius titu. vt supra dixi,& etiam supra in proximo priuilegio.& etiā voluit glo.ordi.Insti.de do.§.est & aliud.in versic.& primis quidem. in verbo exequentur. aliàs si mulier lucraretur fructus talis donationis,sequeretur vnum absurdissimum,quia cum de iure communi hodie vir teneatur ad petitionem mulieris facere ipsi mulieri æqualem donationem propter nuptias ēt post matrimonium contractum, vt in d.auth.dos data.& in corpore vnde sumitur. Si ipsa mulier ex ea donatione haberet lucrari interim fructus,iam ipsa dos data per mulierē non haberet deseruire oneribus matrimonij in effectu: cum vxor recuperaret fructus dotis ex tali donatione sibi facta, quod esset contra naturam dotis.d.l.pro oneribus. C.de iu. do.Imo

4 † valeret pactum contrarium.l.4. ff. de pac.dot. & dicetur infra in proximo priuilegio.Et pro certo non est credendū tantos,tamq; celebres viros voluisse firmare se in hac ratione solum de se friuola: cū verisimiliter credatur dictos Doctores fuisse memores eorū, quæ habentur in d.auth.dos data, prout ipse idem Cyn.ibidem hoc ipsum firmauit. Et ideo potest dici,ꝙ dispositio singularis d.l.si constante, circa potestatem diminuendæ dotis procedat de iure ante dispositionem.l.1. §.sed vt plenius.C.de rei vxo.actio.Nam eo tempore nō erat inducta tacita hypotheca in bonis viri pro restitutione dotis in casu soluti matrimonij. Vnde si pro parte mulieris aliter non prouidebatur pro expressa obligatione bonorum viri,& postea contingeret matrimonio soluto,vel etiam constante matrimonio mulierem velle recuperare dotem suā propter inopiam viro contingentem, vel propter solam vergentiam ad inopiam secundū dispositionem.l. si constante.ff.sol.mat. & l.vbi adhuc C.de iure do. ipsa mulier remanebat defraudata & indotata sui facilitate propter creditores alios habentes expressas hypothecas,si non reperiebantur tot bona viri creditoribus hypothecas prosequentibus obnoxia,quæ sufficerent mulieri pro suæ dotis restitutione.Tamen tūc inter alias securitates mulieris inoleuit mos,vt vir,cui dos promitteba tur,faceret æqualem donationem mulieri,ex qua donatione etiam si non sequebatur traditio, illico in mulierem transibat dominium,vt dicitur infra proximo priuileg.tamen fructus exinde non lucrabatur,vt supra est dictum.Vnde fuit solum inuenta dicta donatio pro securitate mulieris, non autē vt constante matrimonio exinde quicquam lucraretur. Et ista securitas consistebat in duobus, vt dicit gl.& communiter Doc.in d.auth.dos data.& clarius gl.in d.§.est & aliud.in verbo exequentur. quia per eam consulebatur mulieri solu. mat. vel eo constante & ad inopiam vergente viro si res dotales non existant,vt tunc donatæ res possint vendicari p mulierem, vtpote tanquam in eam iam translato dominio tempore donationis a die cōtracti matrimonij. Imo potest dici, ꝙ si dos fuisset in pecunia, tunc consulebatur mulieri non solum per actionem personalem de dote,sed etiā poterat tunc pro sua securitate vendicare per actionē in rem, ipsas res donatas,siue tunc existentes apud virum, vel eius hæredes, siue apud tertios possessores etiam prætendētes hypothecam,qñ fuissent hypothecatæ per virum post factam donationem tamen postea refusa sibi mulieri pecunia pro quantitate datæ dotis teneretur illas res ita vēdicatas restituere detracto pro rata lucro sibi mulieri quæsito ex pacto de lucrando si matrimonium fuisset solutum morte viri,ita hæc probantur in d. auth.promissa. C.de do.ante nup.& in corpore vnde sumitur & in d.l.vbi adhuc.& etiā in Auth.de do. posita super d.l. vbi adhuc, & etiam in auth.siue a me. C.ad Velle. quod pactum de lucrando dictam donationem propter nuptias tacitè censetur inesse,etiam si non fuisset aliter expressum pro modo pacti facti inter vir.& vxo.de lucranda dote in casu soluti matrimonij per mortem mulie.cum paribus passibus ambulent, vt est tex.no.in l.fi.C.de do.ante nup.

5 Secunda † securitas causabatur ipsi mulieri pro sua dote, qa res donatę propter nuptias mulieri licet interim sint apud virum,etiam quo ad vsumfructum,tamen non possunt per virum alienari etiam de voluntate dictæ vxoris, sicut non possunt alienari res dotales,vt est expressum in d.auth.siue a me. Fallit,nisi interueniant illa duo, de quibus ibi,licet si essent dictæ res solum hypothecatæ mulieri & non factæ de dominio mulieris, potuisset mulier consentiendo dictæ alienationi renunciare iuri suo hypothecę,per id quod habetur in l.etiam. & l.iubemus. C. ad Velleia. & talis securitas prodest ipsi mulieri non solum pro faciliori recuperatione suæ dotis, sed etiam pro conseruatione lucri sibi quærendi ex dicta donatione ex pacto supradicto de lucrando expresso vel tacito, vt ibi per gl & Doc.

His ergo ita præsuppositis infero intellectum d.l.si constāte.in d.ver.sed & si econtrario, vt intelligatur, vt valeat dotis diminutio facta constante matimonio,siue iam dos esset data,siue solum promissa,quando econtra fieret æqualis diminutio donationis propter nuptias, videlicet solum in fauore mulieris.s.ad hunc finem & effectum, vt interim constante matrimonio non possit vir dictam dotem remissam vt reddi tam vxori repetere vel petere non traditā ab ipsa vxore, nec se fundare tanquam dicta remissio cesserit in locum donatio nis prohibitæ inter coniuges, quo casu possunt taliter donata & tradita repeti per actionē in rem,si sunt corpora.Si esset

pecunia

Source : BIU Cujas

pecunia per cõdictionem indebiti, vel ſine cauſa, vt habetur in l.3.§.ſciendum.ff.de dona.inter vir. Licet enim prima facie videatur mulier ex hac diminutione, ſeu remiſſione dotis facta locupletior, quia propter hanc diminutionem ſeu remiſſionem dotis ipſa vice verſa perdit dominium rerũ ſibi donatarũ iam ſibi quæſitũ etiam cõſtante matrimonio, & conſequenter perdit omnem ſuam ſecuritatem, de qua ſibi prouiderat recipiendo donationem propter nuptias pro conſeruatione & reſtitutione ſuæ dotis. nam caſu quo per dictam reperiatur ſoluto matrimonio non eſſe effectam locupletiorem forte, quia dictam dotem ſibi reſtitutam dilapidauerit, quo caſu poterit iterum dotem ſuam repetere a viro, vt proximè tangetur, cum dicto caſu eueniente nõ poterit pro nouã reſtitutione dotis ſibi fienda vendicare res ſibi donatas, & maximè ſi interim forent alienatæ per virum, quæ potuerunt alienari etiam contradicente vxore, videlicet pro rata, ꝑ qua eſſet facta diminutio dictæ donationis. Ideo non immeritò poterit eſſe, ꝙ mulier ex hac donatione non ſit facta locupletior ad finem, vt poſſit vir durante matrimonio repetere dotem diminutam pro rata, pro qua eſt facta diminutio, ſi fuiſſet retradita mulieri. imo mulier ipſa ſtante diminutione reciproca poterit agere contra virum, vt reſtituat pro rata diminutionis factæ, alias de vento prouidiſſet Imperator in d. l.ſi conſtante, arg.c.commiſſæ.de elec.in 6. Et ſi dos ſic diminuta per dictum pactum reciprocum nondum fuiſſet ſoluta per mulierem, tunc eſſet mulier tuta per exceptionem pacti de non petendo validi hoc caſu inter coniuges durante matrimonio. Si autem cõtingeret caſus, ꝙ matrimonium eſſet ſolutum per mortem vel diuortium, & dos illa remiſſa per virum ſit reſtituta mulieri in totum vel in partem non reperiretur apud mulierem vel eius hæredes, quia iam fuiſſet malè conſumpta per mulierem, adeo ꝙ ex illa reſtitutione mulier nõ reperiretur facta locupletior, quo caſu poſſet de nouo peti reſtitutio tanquam nunquam fuiſſet facta, vt habetur no. in d.l.1.C.ſi dos conſtante matrimo. Et certè iſto caſu ad iſtũ effectum in fauorem mulieris non valuiſſet dicta diminutio dotis facta ex communi conſenſu non obſtante reciproca & ęquali remiſſione donationis propter nuptias facta per mulierem viro, & iſto caſu non haberet locum diſpoſitio d.l.ſi conſtante, ex quo ad iſtum effectum mulier non reperitur facta locupletior, & ſic valebit dicta diminutio dotis ſecundum diuerſitatem contingentiæ & caſus, prout verſatur fauor mulieris, & iſte eſt verus intellectus d.l.ſi cõſtante. & ita ſorte fuit de intentione Pet. & Cy. ibi, licet Doc. non aliter aduertendo ad illum tex. non viderint anguem in herba iacentem, quod eſt ſingulariter notãdum ad limitationem neceſſariam illius, quia aliter intelligendo, & maximè ita ſimpliciter & indiſtincte illum tex. incideremus in multos legum laqueos.

PRIVILEGIVM X.

SVMMARIVM.

1 *Dominium transfertur ſine alia traditione ex ſolo titulo donationis propter nuptias fauore dotis.*

DEcimum priuilegium deberet hic ſubiungi ſecundum remiſſiones alias datas, ſed illud ponetur in 11. Sed vt annectamus, quod videtur reſultare magis ad præcedentia pertinens. Vnde ponendum eſt x. ſpeciale, quia licet ſit illud
1 regulare, ꝙ † ex ſolo tit. ſine traditione nõ transferatur dominiũ, Inſti. de rer.di. §. traditę. & l. traditionibus. C. de pac. cũ ſi. In tantum ꝙ etiam per contractum dotis promiſſæ nõ transfertur dominium rei dotalis in virum, niſi facta traditione, vt eſt tex. in l. de diuiſione. ff. ſol. ma. & ibi dixi poſt Bal. tamen in fauorem mulieris & dotis fallit in donatione ꝓpter nuptias, quæ fit a viro mulieri in recompenſationem dotis datæ vel promiſſæ viro per mulierem. Nam cum illa fiat principaliter pro ſecuritate mulieris in ſua dote, vt ſupra dixi in proximo priuilegio, & per gl. & Doc. in d. auth. dos data. & per glo in d. §. eſt & aliud. Inſtit. de dona. in verbo exequentur, & maxime vt interim res donata non poſſit alienari, vt ſic habeat ſtare & durare pro cautela dotis. Ideo iura volunt, ꝙ ex ſolo illo titulo donationis factæ mulieri per virum, ex tunc ipſa mulier efficiatur domina, & ſic in eam dominium ſit illico translatũ, vt ſic tanquam res non amplius perſiſtens in dominio viri non poſſit alienari per virum etiam cõſtante matrimonio, & dum ex illa percipit per ſe fructus etiam de voluntate mulieris, ita ſingulariter probatur in Auth. de do. poſita ſuper l. vbi adhuc. C. de iure dot. & in corpore vnde ſumitur. & ibi per Cy. & alios, in auth. permiſſa. C. de dona. ante nupt. quòd eſt bene no.

PRIVILEGIVM XI.

SVMMARIVM.

1 *Pactum factum cum muliere, per quod remaneret indotata, non valet. hæc regula fallit decem modis, vt numero 2 3. 4. & 9. 10 11. 12. 13. 14. & 15.*

5 *Pactum de lucranda dote ſoluto matrimonio, an habeat locum quando mulier intrat monaſterium de conſenſu viri.*

6 *Adultera mulier hodie perdit dotem ſine aliquo repudio, dummodo ſit petita iudicialiter thori ſeparatio. & nu. 7.*

8 *Mulier ſi ſua ſponte receſſit a viro ob timorem viri propter adulterium, nec vir aliter curauit, poteſt eius hæres dotem retinere.*

16 *Iura permittentia patri a principio paciſci per ſtipulationem eo modo quo uelit circa dotem filiæ, procedunt circa dotem reſtituendam, non ſic, ſi fiat circa dotem retinendam per virum.*

17 *Pactum, quòd mulieri dos reddatur in illis terminis, quibus viro ſoluta eſſet, non ualet, ſi ex hoc contingeret, quòd longiori tempore quàm a iure ſtatuto haberet dos reſtitui.*

VNdecimum priuilegium eſt, quia licet omnia iura clament, pacta eſſe ſeruanda. l. iuriſgentium. §. ait prætor. ff. de pac. & nihil ſit ita decens humanæ fidei, quàm pacta ſeruare, & graue ſit fidem fallere. l.1.ff. de pac. & l.1.ff. de conſti.
1 pecu. tamen ſpeciale eſt in muliere, vt † non teneatur ſoluto poſtea matrimonio ad obſeruantiam pacti, per quod ipſa mulier in totum, vel in parte remanebit dotata, vel aliter ſuæ dotis cõditio efficeretur deterior. l.3. & l. Attilicinus. & l. de die. ff. de pac. dot. verum quia multa iura probare videntur contrarium, vt infra patebit: ideo pro clara Doctorum intelligentia & veritate, pono regulam negatiuam ſupra.

2 Quam † primo limita procedere, quando per tale pactum ſequeretur caſus, ꝙ mulier remaneret indotata, adeo ꝙ impediri poſſet matrimonium ſecundum, vt eſt ſi ſoluatur matrimonium per mortem viri ſuperſtite vxore, etiam ſi remanerent filij ex eodem matrimonio. Et idem ſi ſolueretur diuortio, & ita procedit tex. in d.l.2. & l.j. poſt prin. ff. de do. præleg. Secus ſi ſequeretur caſus ſoluti matrimonij per mortem mulieris. Vnde ſi pactum fuit ſimpliciter factum per mulierem de dote non repetenda ſoluto matrimo. tale pactum non eſt inutile, ſed ſecundum futurum euentum erit vtile vel inutile per ſupradicta, per tex. in d.l.2. & d.l.1. Vnde ſi præmoriatur vir, poterit mulier dotem repetere nõ obſtante dicto pacto, licet etiam ſuperſint filij ex eodem matrimonio, vt probatur in dictis iuribus & voluit gl. no. in l. ſi dotali. ff. ſol. mat. Nam ſi eſſet dictum generaliter, ꝙ quocunq; modo ſoluatur matrimonium liberis interuenientibus non extenderetur ad caſum, quando vir prædeceſſeret, cum etiam ſi dicto caſu fuiſſet expreſſum, pactum non valeret. d.l.2.

Ex quo poteſt notanter inferri, ꝙ ſi ſtatutum loci ſimpliciter diſponeret, ꝙ ſolu. matri. dos remaneat apud liberos eiuſdem matrimonij: tale ſtatutum reciperet interpretationem reſtrictiuam a iure communi, ſicut & pactum, de quo ſupra, vt intelligatur ſtatutum prædictum ſol. matri. morte mulieris, & hoc ne alias ſequatur abſurdum, ꝙ mulieris conditio fiat deterior in dote, imo ne remaneat indotata. Nam hoc caſu fauor mulieris præponderat fauori filiorum, vt d.l.2. & ita reperio Bal. dixiſſe in d.l.2. in certis lecturis, & maxime ne ſtatutum videatur lucrum iniuſtum inducere cum aliena iactura. ſ. mulieris, ar. l.2.C. de noxa. cum alias eſſet cõtra fauorem pub. videlicet impe. matr. contra id, quod habetur in l.1.ff. ſo. mat. & in l.1.ff. de iure dot. & multomagis hoc eſt dicendum, ſi ſtatutum diſponeret, ꝙ ſol. matri. vir lucretur certam partẽ dotis. cũ. n. verba ſtatuti referantur ad virum, oportet ꝙ tempore ſoluti matrimonij vir ſuperſit, ar. l. in delictis. §. ſi extraneus. ff. de noxa. & l. Lucius. ff. de teſta. mili. cum ſi. Plus etiam poteſt tentari, ꝙ ſi ſtatutum expreſsè diſponeret, ꝙ in caſu ſoluti matrimonij per mortem viri dos remaneat apud filios eiuſdem matrimonij ſuperſtites, nõ valeret tale ſtatutum, cũ eſſet impeditiuũ ſecũdi matrimonij, & hoc per no. per Doc. poſt Ant. & Abb. in c.j. de ſponſ. & per Io. And. in c. ſtatutum. de hære. in 6. & ita etiam reperio conſuluiſſe Anto. de But. Et multomagis valeret, ſi ſtatutum diſponeret expreſsè ꝙ dos remaneat apud virum, ẽt ſi matrimoniũ ſoluat per ingreſſum religionis ipſius mulieris eo caſu, quo poteſt ſolui, ſecundum ꝙ habetur in c. ex parte. & c. ex publico. de conuer. coniug. Ex quo tale ſtatutum eſſet impeditiuum matrimonij ſpiritualis per indirectum, per id quod habetur alias no. in auth. niſi rogati. C. ad Trebel. & etiam quia per indirectum videtur diſponere ſuper materia ſpirituali & eccleſiaſtica, cõtra ea quæ habentur in c. cauſam quæ. qui fi. ſint legi. & in c. eccleſia S. Mariæ. de conſtit. An autem pactum de dote lucranda in caſum

Source : BIU Cujas

ſum matrimonij extendatur ad caſum, quo matrimoniũ ſolnatur per ingreſſum religionis,tangetur infra.

3 Secundò limita dictam regulam procedere,† quando tale pactum fieret conſtante matrimonio, vel in contractu matrimonij,ſecus ſi antequam matrimonium contrahatur,quia tunc valeret per tex. cum glo. no. in l. & hæredi. §. filia.ff. de pac.& l.cum dos.verſi.ſi verò ſic pacta ſit filia.ff.de pac.dota. pro quo facit, quia magis videntur huiuſmodi pacta tolerari a iure ante nuptias, quàm poſt,vt patet in l.ſi liberis.§. 1.aliàs incipit l. quæris. ff de pac. dota & cum illo intellectu gloſ.in d.§.filia.videtur tranſire ibi Bar.licet dicat tutius fore,tenere, ꝙ ibi pactum fuit factum poſt ſolutum matrimonium ante exactam dotem.Sed tu dic,quod imò illa intelligentia glo.ꝙ ibi poſt matrimonium ſolutum pactum fuerit factum,eſt ne ceſſaria per ſupradicta,aliàs eſſet contra multa iura, & maxime ſupra allegata, & etiam cõtra tex.in l.Pomponius.in prin. ff.de pac. dot. vbi non valet pactum etiam ante matrimoniũ videlicet tempore promiſſæ dotis,ꝙ vir non teneatur,niſi de dolo tantũ,& non de aliqua culpa.Vnde intelligamus, quòd d.§.filia. procedat eo caſu, quo de iure poteſt valere tale pactum de dote non repetenda,videlicet in caſu,quo matrimonium ſolueretur morte ipſius filiæ iam factæ ſui iuris per ſupradicta,vt ſic eo caſu proſit tale pactum viro etiam in præiudicium patris ſuperſtitis, licet ab eo dos fuerit profecta,& ita intelligendo tex.ille eſt ad hoc notabilis,& ſubeſt ratio, quia res eſt deducta ad eum caſum, quo iam dos ipſa facta erat propria & præcipua ipſius filiæ factæ ſui iuris,puta per emancipationem.l.1.§.videamus.C.de rei vxo.actio.licet tempore initi pacti per illam filiam actio non eſſet eius propria,& præcipua,ſed communis, quia erat in poteſtate patris,& bene ad hoc facit tex.in l.2 §.quòd ſi in patris.in fi.ff.ſolu.matrimo.& hunc intellectum ad illum tex in §.filia.tenuit etiam Ioan.de Imo.& Ludo.Roma.in d.l.ſi ſocer.§.Lucius.ff. ſol.matrimo. per tex.in d.l.2. & in d.l.1.de do. præleg. & etiam per tex.in d. l.de die.& d.l.Attilicinus. nam ſi non valet pactum, quòd vlteriori die, quàm a lege ſtatuta dos ſolu.matrimo.reddatur, etiam ſi fiat ante matrimonium,vt ibi,quia per hoc fieret dotis conditio deterior, maxime pro ſecundo matrimonio, quod propter hoc poſſet impediri,ergo multo amplius quando in totum,& perpetuò haberet impediri petitio dotis. Ex quo etiam poteſt inferri,quòd ſupradicta iura ſibi vendicant locum etiam quando fieret pactum de non petenda parte dotis,etiam minima. nam quòd longiori tempore ſoluatur dos cenſeretur tunc ſolui in minori ſumma, argu.l.1.§.dies.ff.de eden.& Inſtit.de actio.§.minus.& l.1.§. ſi creditori. ff.ad leg. Falci.cum ſimilib. Nec obſtat prædictis.d.l.quæris.quia ex litera ibi colligitur ratio deciſionis, quia per illud pactum ibi videtur ab ipſo initio minor dos conſtituta. Præterea illud pactum ibi tendit in præiudicium viri, cui lex non reſiſtit, quin poſſit paciſci in ſui præiudicium,vt patet in d.§.Lucius. cum multis ſimilib. Item non obſtat ſi dicatur debere valere tale pactum, ex quo eius effectus eſt collatus poſt tempus matrimonij ſoluti, & ſic in tempus licitum, quo licet paciſci per mulierem per id,quod habetur in l. in tempus.ff.de hære. inſti.& l.quod ſponſæ.C.de dona.ante nupt.& in l.ſi eum.§.fi. cum ſequen.ff.de dona.inter vir.& vxo. quia reſponſio patebit ad dicta iura in ſequentibus, & quia dicta regula d.l.quod ſponſæ.cum ſimi.habet locum, niſi lex reſiſtat ipſi initio.l. ſi minor.ff.de ſer.expor.& aliàs per Bar.in l.ſi conſtante.§.quoties.ff.ſol.matri.

4 Tertiò limita,vt † valeat tale pactum,de quo ſupra,ſi contingeret caſus,quo matrimonium ſolueretur diuortio culpa mulieris,quia tunc ex quo de iure deberet ipſa perdere dotẽ, & ſic dos remaneret apud virum, vt habetur in l. Lucius.ff. ſolu.matri.& l.conſenſu. C de repu. ideo tale pactum poteſt ad hunc caſum permiſſum trahi, & ita debet intelligi tex.in d.l.1.de do.præleg. Alij autem intelligunt textum illum procedere etiam, quando diuortium non fieret culpa mulieris, dummodo tunc ſupereſſent liberi ex eodem matrimonio, vt voluit ibi glo.& etiam glo.in d.l.ſi dotari.ff.ſolu.matrimo. quæ dicit hoc procedere, niſi diuortium fieret culpa viri, quia tunc tale pactum non porrigetur ad eum caſum, cum non valeret, & ſi expreſsè hoc eſſet dictum ex quo inuitaretur vir ad delinquendum, contra l.conuenire.ff.de pac.dota. Et ſic tenet ibi gloſ.quòd ſi diuortium fieret ſine culpa mulieris, & etiam viri, puta quando communi conſenſu, licet hodie iure canonum hoc non poſſit,tale pactum extenderetur ad dictum caſum ſubdẽdo quòd poſſet mulieri in talem caſum expreſsè paciſci,vt dotẽ non repeteret maxime quando exprimeretur de ſuperexiſtentia liberorum tempore talis diuortij, cuius dictum non placet: cum dicto caſu ſubſit eadem ratio, quæ eſt, quando matrimoniũ ſolueretur morte viri,vt ſic mulier non remaneat indotata, & ne poſſit impediri ſecundum matrimonium,imo etiam ſi communi culpa ſolueretur, idem eſſet dicendum: cum tunc mulier non perderet dotem, vt no. in d. l. conſenſu. cum vir non poſſit obiicere culpam mulieri, cum etiam ipſe fuerit in culpa per id quod habetur in l.viro atque vxore.& l. cum mulier.ff.ſoluto matrimo. quidquid aliter ſenſit glo.in d.l.1.Item aduerte, quia licet glo.ibi dixerit, quòd huiuſmodi pactum de lucranda dote ſit fruſtratorium, & nullius effectus,quando diuortium eſſet ſequutum culpa mulieris, nam videtur, quòd imo aliquid poſſit operari tale pactum tanquam illud ſit fortius & potentius quam ipſa prouiſio legis, quando ex ſola prouiſione legis vir lucraretur dotem, tale lucrum de facili perditur, puta ſi non accuſauit mulierem de adulterio, vel aliter ſi illam non repulerit, vt no.in d.l. conſenſu. & in l.rei iudicatæ.§.1.ff.ſoluto matrimo.vel ſi per longum tempus ſtetit, quòd tale lucrum non petiit a muliere, vt habetur in l. cum poſt.in princi.ff.de iure dot. & per Bart.in l.quæ dotis.ff. ſoluto matrimo.dum alleg.illam l.Et tamen ſecus dicendum foret,ſi vir ſibi prouidiſſet per expreſſum pactum de dote lucranda, quia in dictis caſibus & ſimilibus perditionis talis lucri lex ſuum non tuum denegat auxilium, vt alias habetur per glo.in l.aſſiduis. C.qui pot.in pigno.hab.& in l.1. C.ſi aduerſ. tranſ. & quia fortius eſt vinculum acquiſitionis quod habeo ex mea prouiſione,quàm ſit vinculum prouiſionis legalis vel alterius.l. ſi filius.§.erit. ff. de fideicommiſ. lib. Confert etiam, quod alias habetur in l.3. §. ſi rem.ff.de lega.3. & alias in l.non ſolùm.ff.de rei vendi. Aduertendum etiam puto,quia quod ſupra eſt dictum de diuortio,quod fit bona gratra,videlicet ex communi conſenſu & citra aliquam culpam alicuius coniugum,procederet, niſi fieret ex ea ingreſſus religionis viro remanente in ſeculo. Nam tunc poteſt diſtingui, quòd aut ſeparatur matrimonium quo ad thorum tantum & non quo ad vinculum vt eſſet, quando matrimoniũ iam fuit conſummatum per copulam, & poſtea mulier de licentia viri ingreditur monaſterium, quo caſu non permitteretur hoc niſi quando ceſſaret ſuſpicio de incontinentia viri,ſecundum ꝙ habetur in c.j.de conuer. coniug. & tunc pactum lucrandæ dotis in caſum ſoluti matrimonij non trahitur ad hunc caſum.nam licet dicatur ſolutum matrimonium quodam reſpectu,videlicet thori:tamen verè & propriè matrimonium durat,vt ſic dici nequeat verificatum eſſe caſum ſoluti matrimonij, & ſic idem in ſtatuto ita diſponente, cum parificentur pactum & ſtatutum circa dictum lucrũ dotis, vt ſupra dixi,vt l.Deo nobis.poſt prin.& ibi per Bal.C.de epiſ. & cler.& l.pen.de ſecun.nup.

Item quia illud verbum,ſoluto matrimonio,debet intelligi in potiori ſignificato, arg.l.1.§.qui in perpetuum.ff.ſi ager vecti.vel emphy.pe. & etiam probatur hoc in Auth. vt nulli iudi.§.adulteram. vt infra inducam. Et quia aliter dicendo, daretur materia impediendi libertatem matrimonij ſpiritualis,& ſic ingreſſum religionis, ſi mulier cupiens profiteri religionem, ob hoc ipſa haberet perdere dotem,contra id quod habetur in ſimili de matrimonio carnali in l.fin.C.de ſponſa. & l.Titia.in princi.ff.de verbo.oblig.& in c.Gemma.de ſpon. Sed bene tunc expectatur mors naturalis talis mulieris ingredientis, & tunc vir ſuperſtes conſequeretur tale lucrum, quia tunc verè ſucceſſit caſus ſoluti matrimonij per mortẽ, ſcilicet naturalem mulieris, facit, quod habetur in l. Statius Florus.§.Cornelius Felici. ff.de iure fiſci.& l.cum pater.§.hæreditatem.el j.ff.de lega.2.& quod no.in l.ex facto.§.ex facto. ff.ad Treb. Si autem vir moreretur ante dictam vxorem iam ingreſſam,videtur magis dubium.Nam videtur,ꝙ habeat locum dicto caſu tale pactum, ex quo tunc ceſſat ratio prædicta,quòd ob hoc habeat impediri ſecundum matrimonium, quam rationem conſiderant iura,vt ſupra dixi.Sed in contrarium facit, quia ſi ob hanc cauſam vir haberet lucrari dotem tanquam in caſum ſoluti matrimonij per mortem cuiuſlibet eorum, & vbi mulier non ingrederetur religionem, vir non lucraretur,niſi per mortem mulieris,ergo propter hoc videtur impediri libertas matrimonij ſpiritualis, quia non ita de facili mulier ipſa induceretur ad talem ingreſſum per ſupradicta. Item quia adhuc ipſa mulier videtur eſſe nupta & in matrimonio ſaltem ſpirituali,ergo debet eſſe nupta cum dote,cum etiam ab ipſo initio conueniat dotem dari monaſterio pro oneribus ſupportandis pro tali ingrediente tanquam nupta, vt per Cyn.no.& per Bal.in authen.ſed quamuis.C.de
5 rei vxo.act.† Et prædicta procedunt,quando ſua ſponte mulier ingrederetur monaſterium. Si autem coactè, videlicet propter delictum & pœnam adulterij, ſecundum ꝙ habetur in authen.ſed nouo iure. C.de adul.& tunc licet vir prius decedat, & ſic matrimonium ſit ſolutum per mortem viri remanente

Source : BIU Cujas

manente vxore ita incluſa in monaſterio, hæredes viri dotẽ poſſent retinere vigore talis pacti, per tex.in Authen.vt nullus iudicum.§.adulteram. vnde ſumitur d. authen. ſed nouo iure quem tex.ad hoc inducit Pon.in l.Lucius.ff.ſol.matr.ibi dum dicit tex. vt per omnes caſus viro pecunia dotalis illata inſtrumentis ſeruetur. dicendo, ꝙ dictus tex.a nemine ante ipſum fuit ad hoc ponderatus: & tamen ibi matrimonium non erat ſolutum, quia vir non miſerat libellum repudij,& a die qua fuit incluſa mulier in monaſterium tranſiuit biennium, intra quod tempus vir eam non repetierat, quo caſu non poteſt vir amplius eam repetere,licet bene potuiſſet intra biennium. Si autem vir propter adulterium miſiſſet libellum repudij, & ſic ſolutum eſſet matrimonium propter dictum adulterium & repudium,tunc incontinenti non expectata morte mulieris vir lucratur dotem. ita debet intelligi tex.in d.l. conſenſu.& in Auth. vt liceat matri & auiæ.§.quia verò plurimas, qui tex.videtur contrariari ad d.§.adulteram. vbi a contrario ſenſu videtur probari, quòd per adulterium mulier non perdit dotem, niſi quatenus pacta dotalia ſuffragentur.Sed,vt dixi,ille tex.debet intelligi,quando ob adulterium mulieris vir non curauit ſeparare matrimonium, mittendo libellum repudij.

Et ſic patet ſingularis limitatio ad d. l. 2. & alia iura ſupra alleg. Nam ceſſat tunc ratio conſiderata a iure, videlicet, ne impediri poſſit ſecundum matrimonium,quia dictæ mulieri ſic incluſæ non datur facultas amplius nubendi, ſed debet perpetuò agere pœnitentiam in dicto monaſterio, ſecundũ
6 pacta vbi ſupra. Sed tu dices † quòd iſta ratio ſola non ſufficeret, niſi concurreret delictũ adulterij ipſius mulieris propter quod eſt coacta manere in monaſterio. Nam ſi non ob delictum ſed ſponte intraſſet monaſterium viro remanente in ſeculo,tunc aliter eſſet dicendum,prout ſupra dictum fuit. Et per illum tex.probatur notanter, quòd tale pactum de dote lucranda ſoluto matrimonio non extenditur ad caſum, quo matrimonium ſolueretur tantùm quo ad thorũ, etiam ſi hoc contingeret propter adulterium mulieris. Sed tunc debet expectari mors naturalis,quod no.ad dicta ſupra. Vnde cum hodie etiam propter adulterium non poſſit diuortiũ fieri quo ad vinculum,ſed ſolùm quo ad thorum,videlicet iure canonum, quod in hoc ſeruandum eſt vbique, vt no.ff.de
7 nego.geſt.in l.diuortio.cum ſimilib.Hinc eſt † ꝙ mulier perdit hodie dotem ſine aliquo repudio, dũmodo per iudicem eccleſiæ petita ſit thori ſeparatio propter iuſtam cauſam, vt in c.fin.de adul. Sed ſi non eſſet ſeparatio petita, & ſic expectanda mors naturalis,vt vir conſequatur ex pacto vel ſtatuto,cum requirat matrimonium eſſe perfectè ſolutum, vt ſupra dixi. Sed ſi adulterium eſſet notorium, propter quod vir vxorem a ſe repuliſſet, cum tunc poſſit propria authoritate & ſine iudice eccleſiæ, vt no.in d.c. fin.& c. porrò. de diuor. Tunc ſine alia ſententia,vel iudicio mulier perdit dotem,vel ſaltem ope exceptionis poſſit vir vxorem repulſam,dotem re petentem repellere, vt per tex.no.in c.pen.de donatio.inter
8 vir.& vxo. Et † idem ſi ipſa mulier propria voluntate diſceſſiſſet a viro ob timorem commiſſi adulterij,& ideo dicto caſu pactum prædictum parum operatur etiam ſoluto poſtea matrimonio per mortem, cum lucrum dotis iam fuerit cauſatum ab adulterio. Si autem nõ fuiſſet cauſatum forte,quia vir non petiiſſet ſeparationem thori, vel a ſe non repuliſſet vxorem, quando in publico fuiſſet notoriũ,vt ſupra, & tunc dictum pactum operaretur muliere prædecedente,& econtra ſi vir prædeceſſiſſet,& tunc ſecus,vt ſupra per id quod no. in d.l.2.ne impediri poſſit libertas ſecundi matrimonij, non poſſet hæres mariti obiicere de adulterio mulieris, ex quo vir in vita non obiecit.imo ſecũ cohabitando vſque ad mortem videtur eius mores approbaſſe,vt habetur in l.rei iudicatæ.§.1.& quod ibi per Bart.& Docto.ff.ſol.mat.& no.Spe.tit. de dona.inter vir.& vxo.§. fin.ver. quid ſi mulier. & in tit.de cenſi.§.viſo.ver.item quare.Si autem vir vxorem non reiecit ſed ipſa ſponte diſceſſit ob timorem adulterij, non reperio hunc caſum tactum per Docto.

Poteſt dici,quòd hæres poſſit repellere vxorem dotem repetentem probãdo de adulterio,ſicut poteſt defunctus in vita, nec poteſt mulier ſe fundare, quòd vir videtur iniuriam remiſiſſe,ex quo eam non accuſauit,nec petiit ſeparationem fieri in iudicio eccleſiaſtico. Poteſt reſponderi, ꝙ ideo non petiit, nec accuſauit, quia videbatur non eſſe hoc expediẽs, ex quo ſeipſam ſeparanit, nec vir curauit eam repellere, nec poteſt mulier allegare talẽ culpam viri,ex qua ipſa lucrũ accepit, quia remanſit impunita propter talem culpam, argu.l.cũ in fundo. ver.quid ſi. ff.de iure dot. & hoc de primo mẽbro, quando ſeparatũ eſt matrimonium quo ad thorum. Quando autẽ ſeparatur quo ad vinculũ per ingreſſum religionis, vt eſt quando matrimonium non eſt conſummatum per copulam carnalem, vt habetur in c.ex parte & c.ex publico.de conuer. coniug. & tunc pactum de dote repetenda ad hunc quoq; caſum ſe extendit, vt eſt tex.in l.Deo nobis.C.de epiſc. & cler. imo plus probant illa iura, ꝙ etiam ſi pactum eſſet factum in caſu ſoluti matrimonij per mortem mulieris,obtinebit vir tale lucrum propter caſum ſoluti matrimonij per ingreſſum non expectata morte naturali mulieris, vt eſt glo.in l.ſi cum dotem in princi.ff.ſol.matri.Et ſic iſto caſu mors ciuilis æquiparatur naturali etiam quo ad conditionis implementum, contra no. in l. ex ea parte. §. inſulam.ff.de verbo. obliga.Sed quod communiter Docto.dicunt, vt per Cyn.& Bal.in d.l.Deo nobis.& per Barto.& alios in d.§.inſulam. hoc procedit, vbicunque mors ciuilis operatur id, quod naturalis.l.Gallus.§.& quid ſi tantùm.ff.de libe.& poſth. ſecus ſi nõ operaretur eundem effectum,quia tunc mors ciuilis non æquiparatur naturali,ita procedunt alia iura, vt in d.§.in inſulam.& l.cum pater.§.hæreditatem.ff. de leg 2. & quod habetur in l.ex facto.ff.ad Trebel.& quod no.glo 23.q.1.c.placuit. & per Bald.in authen.ingreſſi. C.de ſacroſan. eccle.in princi. Ideo autem operatur mors ciuilis in l. Deo nobis. quia ſicut per mortem naturalem ſoluitur matrimonium,ita etiam per illam ciuilem mortem ibi, quæ ratio non videtur concludere, quia etiam olim quando per deportationem ſoluebatur matrimonium, quod erat, quando alter coniugum mutabat affectionem, vt habetur in l.1.C.de repud.nihilominus propter hoc vir non lucrabatur dotem ex pacto,vt eſt glo.ſingu. in d.l.ſi cum dotem.in princi.& tamen talis mors ciuilis operabatur eundem effectum reſpectu ſoluti matrimonij. Vnde alia ratio erat in d. l. Deo nobis. vltra rationem diſſolutionis matrimonij, quia per tale lucrum ex tunc acquirendum viro non habebit impediri libertas alterius ſpiritualis matrimonij,quia ſecuta profeſſione non poterat ad ſeculum redire,vt habetur in cap.1.de voto,in 6.& in c.2.qui cle.Sed mulier deportata poterat etiam poſt deportationem alteri nubere, cũ matrimonium ſit contractus iuriſgentiũ, vt habetur in l eas obligationes.ff.de cap.dimi. & dixi ſupra in prima parte operis,qui contractus iuriſgentium non ſunt prohibiti deportato, vt habetur in l.ſi tibi mandauero.§.is cui.ff.manda.

Præterea poſſet mulier poſtea reſtitui per principem & ſic renubere poſtea per id,quod habetur in l..ntercidit.ff.de condit. & demon. Sed tunc prædictis multum obſtare videtur, quia imo in terminis d. l. Deo nobis. adhuc ſubeſt impedimentum libertatis matrimonij ſpiritualis,quia vidẽs mulier, ꝙ profitendo haberet perdere, non ita de facili induceretur ad ingreſſum,imo potius retardaretur,ne propter hoc haberet dotem perdere & ſtaret in matrimonio ſine dote, & maxime ſi nihil haberet in bonis niſi ipſam dotem.Et ideo Ant. de But.in ſuo primo conſilio dubitauit,an diſpoſitio d l.Deo nobis.& d.l.ſi vero conſtante.procedat de iure canonico,cũ per indirectum ob talem perditionem dotis haberet impediri ipſa profeſſio,& etiam fauor animæ,circa quod non poſſet ſic per indirectum lex humana etiam Imperatoris diſponere per dicta ſupra,& per no.in c.1.de ſponſa.per Ant.& Abb. Sicu.& facit,quod habetur per Io.in c.ſtatutum.de hęre.in 6. confert etiam, quod habetur in auth.niſi rogati.C.ad Treb. & in corpore, vbi diſponitur ꝙ hæres grauatus de reſtituendo hæreditatem ſi deceſſerit ſine liberis, & ipſe hæres non vellet matrimonium carnale cõtrahere ſed ſpirituale,ad hoc vt non impediatur talis libertas matrimonij ſpiritualis, iura volunt,ꝙ ex tunc habeatur conditio pro defecta ad excluſionem ſubſtituti ſic ingrediendo, quaſi tunc monaſterium habeatur loco filij, de quo etiam habetur in c.in præſentia, de probat. vnde pari ratione dicendum videretur circa tale pactum vel ſtatutum de dote lucranda per virum ſi ſoluatur matrimonium, etiam ſi diceretur de caſu ſoluti matrimonij per mortẽ mulieris, & multomagis ſi diceretur,ſi mulier deceſſerit in matrimonio ſine liberis, vt tunc ſatis videatur,mulier decedere in matrimonio cum liberis, ſi intrat monaſterium,quaſi monaſterium habeatur loco filij,& maxime vt dicebam ne impediatur libertas ingrediendi monaſterium,vnde nogita,quia Docto.communiter tenent,quòd diſpoſitio d.authen.non habet locum,niſi in vltimis vnluntatibus, non autem in contractibus,licet ſubeſſe videatur eadem ratio impedimenti libertatis matrimonij ſpiritualis, vt fuit de mente glo.in d.c.in præſentia.& etiam ibi voluit Ioan.Anto.& communiter Doct.poſt Marti.Sili.

Inſuper aduerte,quia licet cum præallegata glo.in l.ſi cum dotem,tranſeant communiter Doct.dum vult, ꝙ per deportationem mulieris non videtur eſſe locus dicto pacto de lucrando dotem: tamen non videtur procedere intelligendo, quod mens glo.fuerit, quando matrimonium eſſet ſolutum

per

per talem deportationem,referendo glo.ad proxima præcedentia. Nam ſi non eſſet ſolutum matrimonium, quia forte nullus coniugum mutauit affectionem, ſecundùm ꝙ habetur in d.l.1.C.de diuor. Nullum eſſet dubiũ,ex quo non euenit caſus ſoluti matrimonij, ſed quando matrimonium eſſet ſolutum per deportationem,gl.illa malè videtur loqui. Nam imo poterit vir dotem retinere, nec tunc confiſcabitur, niſi in quinq; caſibus,de quibus in l.quinq; legib.ff.de bo.dam.vt hoc probatur in l.ſed ſi alia.eo.ti. ſecundùm intellectũ Dy.& Bar.ibidem.& eſt ratio, quia tunc talis mors ciuilis operatur eundem effectum quem operatur naturalis,videlicet diſſolutionem matrimonij.Nec tunc obſtat,ꝙ mulier remanebit ſine dore,ſi poſtea vellet renubere: nam non poterit cum eadem dore,quia ſi dos remaneret apud virum propter tale pactum,illa tranſiret cum publicatione bonorum ipſius mulieris,vt l.ſi conſtante §.fin.ff.ſol.mat.Ex quo ſequitur,ꝙ ſi fuiſſent tali mulieri deportatę reſeruata bona fortè ex gratia principis, vel aliter in ſententia eſſent reſeruata bona, ſecundùm ꝙ habetur in l.eas.ff.de cap.dim.in gl.no. Tunc fortè vir non lucraretur talem dotem,ex quo dicta mulier volendo poſtea renubere cum poſſit non obſtante deportatione, quia contractus matrimonij eſt de iure gentium,vt habetur in d.l.eas. qui contractus iuriſgentium non denegatur deportato. d. l. ſi tibi. §. is cui. ff. manda. propter dictam perditionem doris poſſet impediri tale matrimoniũ. Si autem bona fuiſſent publicata, & poſtea mulier eſſet reſtituta a principe,tũc non ſolùm recuperaret bona ſua a fiſco, ſed etiam fortè dictum lucrum quæſitum viro propter talem deportationem, per id quod habetur in d.l.intercidit,& maxime cum tunc verſetur fauor dotis & matrimonij contrahendi per ſupra dicta.

9 Quartò limita dictam regulam procedere, quando† pactũ eſſet factũ cum muliere,ſecus ſi cum alio dotante mulierem, videlicet extraneo,puta matre,vel alio coniuncto:nam licet extraneus poſſit ab inuito paciſci de dote ſibi reddenda ſoluto matrimonio, vt in §.accedit.C.de rei vxo.act.tamen non ſic ſi ex interuallo, vt ibi: & tamen ſi ex interuallo ſtipularetur a viro de volũtate mulieris per talẽ conſenſum ſibi pręiudicaret & ſic poſt ius ſibi quæſitum, vt eſt caſus ſingu.in l.ob res.§.1.ff.de pac.dot. Et pro certo ſi non eſſet ille tex.multi dicerent contrarium per regu am ſupra aſſumptam, & iura ſupra alleg.& ſic habebit mulier remanere indotata propter talem conſenſum.poteſt dici,ꝙ talis conſenſus mulieris ſolùm ſe extendat ad caſum, quo matrimonium ſolueretur morte mulieris,vt dixi ſupra,in ſimili ad intellectum d.§.filia.& l.hæredi.ff.de pac.non ſic ergo ſi morte viri,vel diuortio ſolueretur ſine culpa mulieris. nec refragatur huic intellectui tex. in d.§.1.dũ dicit, ꝙ poſtquam extraneus dotem dederit, ſi vult 11
ſtipulari,debet conſentiente muliere: nã debet intelligi,quia tunc ipſi paciſcenti quæritur actio propter conſenſum mulieris,ſ.eo caſu quo mulier per ſuum conſenſum poteſt dotis conditionem deteriorem facere, vt eſt, quando ſolueretur matrimonium per eius mortem. Vel fortè poſſet dici,& non improbabiliter,ꝙ iſto caſu poteſt mulier conſentire indiſtinctè tali dotanti propter cauſam remunerationis, vbi ratione meræ donationis non valeret talis conſenſus incluſam habẽs tacitam remunerationem iuris ſui,arg.eius,quod habetur in l.quod autem.§.ſi vir.ff.de don.inter vir.& vxo.& quod aliàs per gl.no.in l.ſi voluntate C.de do.promiſ.& per Bar.& alios in l.ſi diuortio.ff.de verb. oblig.& facit l.ſi verò non remunerandi. §. idem Papinianus. ff. manda. & hoc videtur fuiſſe de mente Bar.in l.quæ dotis.ff.ſolu.mat.in ſolutione contrarij.l. idemq;.§.ſi mater.ff.man.Nam ibi eſt caſus notab.ſecundum communem intellectum, ꝙ adhibitus ſimpliciter ad dotem pro muliere non præſumitur in dubio animo remunerandi, licet talis adhibitus fuerit ille, qui dotauit mulierem,vt ſic in muliere non præſumat in dubio remuneratio, & hoc fauore dotis,vt dixi ſupra in 69.priuil.6.partis. Et ſic videtur præſupponere Bar.quem communiter ſequuntur Doct.ibi in d.§.ſi mater.ꝙ illud procedat in caſu dubio, ergo ſi expreſsè appareret de mente illius mulieris, ꝙ adhibuerit dictam matrem animo donandi, ꝙ præiudicaſſet ſibi ipſa mulier in tali dote. Quod quidem ſine dubio procederet,quando incontinenti tempore donationis hoc fuiſſet factum, per §.accedit. Sed quando ex interuallo, & tunc idem ſi contingeret caſus, ꝙ matrimonium ſolueretur morte dictæ mulieris,ſed ſi morte mulieris, tunc eſſet aliquale dubium per ſupradictam regulam,niſi limitetur propter cauſam remunerationis,& ita procedat tex.in d.l.ob res.§.j.vnde cogita.

Et ex prædictis infertur ad quintam limitationem, vt d.re-
10 gula non procedat,quando† mulier conſentiret patri dotanti ex interuallo ſtipulanti dotẽ ſibi patri reddi,per tex.in l.quoties.ver.cæte.ff.ſol.matri.& l.2.§.1.co.tit.a contrario ſenſu,& in l.cũ dos.2.reſp.ff.de pac.Et forte eſt ratio in patre,quia tale pactũ non videtur multùm eſſe præiudiciale ipſi filiæ,ſi contingat matrimonium ſolui morte viri,vel diuortio.nã ſi non propter huiuſmodi pactum dos remanſura eſſet apud virum, tenebitur pater iterum redotare filiam. l. ſi ſocius pro filia.ff. pro ſoc.& auth.ſed quamuis.C.de rei vxo.actio.

Ex quo inferri poteſt, ꝙ ſi tunc pater non reperiretur potens ad redotandũ talem filiam, talis conſenſus præſtitus per filiã non haberet ſibi obeſſe, vt non habeat remanere indotata,bene facit glo.in d.l.2.§.j.ff.ſol.mat.ſuper verbo ſui iuris. & hoc etiam probatur notanter.in l. poſt dotem. ff.eo. tit.ſecundum nouam lect.quam ibi ponit Barto.& ibi pariter pleriq; alij Doct.ibi limitando ſingulariter.d. §.quoties.ver.cæterum.Nam licet ibi dicatur,ꝙ pater ſtipulando ex interuallo de filiæ volunrate poſſit ſibi appropriare actionem de dote repetenda,& ſic eã adimere filiæ. Tamen fallit,niſi poſtea tempore ſoluti matrimonij filia haberet iuſtam cauſam imponendi & contradicendi patri, puta ſi erat ſuſpectæ vitæ tunc, adeo ꝙ illam dotem cõſumeret,& propter hoc filia omnino remaneret indotata,& non poſſet ſecundo modo nubere.Et licet illam lecturam improbet ibi do. Bene.cum filia habeat ſibi imputare,quare patri ita ſuſpecto a principio conſenſerit ſic ſtipulando,arg.l.ſi creditores.ff.de priuil. cred.cum ſi.Tamen hæc ſua ratio non multũ vrget, maxime ſi ſuſpicio contra patrem emerſerit ex poſt. Tamen idem dici poteſt,quando a principio inerat.nam ſcientia filiæ circa ſuſpicionem vitæ patris non debet nocere ipſi filiæ, ex quo etiam ſi expreſſè vellet, non poſſet ex tali certa ſui ſcientia ſibi præiudicare, & dotis conditionem deteriorem facere,vt ſic habeat remanere indotata per ſupradicta,ſicut etiam in ſimili dicebat notãter Bart.in l.ſi conſtante.in prin.in 6.q. 1.par. Quando mulier a principio dotem promiſit viro,quem tunc ſciebat ſuſpectũ & labi facultatib. vt ſic non ſit deſtituta remedio d.l. & bene facit.c.per veſtras.de dona.inter vir.& vxo.Et per prædicta ſequitur,ꝙ multominus nocet filiæ,ſi ipſa conſentiret patri dotanti & paciſcenti de dote retinenda per virum ſoluto matrimonio,quia ſi ſolueretur morte viri,vel diuortio,& pater reperiretur inops ad redotandum, vt poſſit tunc agere contra virum in ſubſidium non obſtante tali pacto & conſenſu filię, per id, quod habetur in l.quamuis. C.de pac.dot. Poteſt tamen dici, ꝙ iſto caſu quando pater eſſet potens ad redotandum, tale pactum præiudicaret filiæ propter ſuum cõſenſum per ſupradicta.& facit tex.in l.aliud,in ſimili.ff.de pac.do.ſupplendo ibi verbum maxime, prout ſubaudit glo.non ſic ſi pater fuiſſet ita potens etiam a principio ſine cõſenſu filiæ,quia tale pactum nullo modo ſibi filiæ nocet,vt dicetur infra in vltima limitatione. Sextò limita,† quando per pactum mulieris remitteretur viro obligatio,quia tenetur mulieri ad dotẽ reſtituendam,quando accepit pro dote nomen debitoris inſolutum,ſi contingat poſtea talem debitorem effici non ſoluendo.Et ſic per pactum poteſt mulier in ſe ſuſcipere periculum nominis talis debitoris, vt eſt tex.no.in l.Pomponius.ff. de pac.do.vbi idem probatur,quando dos eſſet data æſtimata viro, nam poteſt mulier per pactum in ſe periculum ſuſcipere talis rei datæ æſtimatæ,vt eſt caſus ſing. Vnde ſi dos eſſet data fortè in rebus mobilibus æſtimatis, puta in armento boum, poſſet mulier per pactum ſuſcipere in ſe periculũ interemptionis dicti gregis, ſi cõtingat animalia caſualiter mori,& ſic mulier remaneret indotata ſine ſui culpa, & ſic idem in periculo nominis,vt ſupra,quod procedit,quando nomẽ debitoris eſſet datum æſtimatum,& ſic inſolutum pro dote, vt ſupra, vt tunc circa pactum periculum ſit viri,per id quod habetur in l.nomen.ff.de hære.vel act.ven. Si autem debitor mulieris ſimpliciter dotem pro muliere promiſit,& tunc periculum eſſet mulieris, nec præceſſerit aliqua culpa viri, quia potuit ipſum nomen exigere & non exiget,vt probatur in l.promittendo.§.1.ff. de iure do.a contrario ſenſu.& no.in l.Mæuia.ff.ſol.matri.& ibi dixi, & in l ſi cum dotem.§.ſi mulier.eo.titu. Et ſic etiam in dote data æſtimata quando culpa viri præceſſit dictum caſum, puta mortis animalium. Nam tunc tale pactum non ſe extendit,quando culpa viri preceſſit talem caſum. Sed dicet quiſpiam, non potuit mulier per pactum renunciare,vt vir non teneatur de culpa,quia licet per pactum non poſſit remitti dolus futurus, imo nec per teſtatorem.l.ſi vnus.§.illud nulla.ff.de pac.& l. cõuenire.ff.de pac. do.& l.quidam decedens.in prin.ff.de admi.tut.tamen culpa de futuro poteſt remitti,vt eſt tex.no.in l.qui plures.ff.de admini.tuto.& etiam probatur in d.l.quidam decedens.iuncta glo.in verbo ſenſerit.facit tex.in l. ſi ſeruus vetitus.ff.de leg.1. Non ſic fortè in lata culpa, quia cum illa dolo æquiparetur l. quod Nerua. ff.depoſi. cum ſimil. non videtur poſſe remitti, ſicut nec dolus de futuro. Et ſic remiſſio poteſt ſe ſolùm extendere

tendere ad leuem culpam,vel leuiſſimam de futuro,& nō ad dolum,vt hic fuit de mente illius gl.no.in verbo ſenſerit.propter quod iam de facto reſpondi, ꝙ remiſſio facta de omnib. damnis illatis & inferendis, licet non tollat actionem legis Aquiliæ pro damno poſtea illato per dolum vel latam culpā: tamen intelligeretur ſublata pro damno poſtea illato ex leui vel leuiſſima culpa etiam faciendo,de quo alias.Nam poteſt reſponderi, ꝙ hæc non procedunt circa dotem in muliere, quæ non poteſt per pactum remittere culpam mariti de futuro etiam leuem,ad quem ipſe tenetur, vt habetur in l.etiā. §.1.ff.ſol. mat.vt de hoc eſt tex.no.in d.l.Papinianus.in princ.
12 quod no.Septimò limita,† quando eſſet tale pactū per quod non veniretur contra naturam dotis ſeu eius actionis,ſed potius per dictum pactum rediremus ad propriam naturam ipſius actionis,vt eſt tex.no.in l.ſi vnus.§.pactus ne peteret.ver. quòd in ſpecie dotis.ff.de pac.Nam ſi mulier ab initio fuit pacta,quòd dos, puta, conſiſtens in pecunia reſtitueretur ſoluto matrimonio incontinenti, & ſic non expectata dilatione legati,quæ hodie eſt annus, vt in §.cum autem.C.de rei vxo. actio.& poſtea per pactum fuit contenta, quòd dos non redderetur incontinenti, ſed poſt aliquod tempus, licet per hoc pactum fieret conditio mulieris deterior, in tali dote tamen valeret, vt ibi, & ratio notabiliter aſſignatur ibi, quia res de facili redit ad ſuam priſtinam naturam.Intellige tamen,dummodo talis dilatio poſtea facta non excedat dilationem legalem,alias tunc non valeret tale pactum,per id quod habetur in l. de die. & d. l. Attilicinus. licet fortè tunc non vitiaretur tale pactum vſque ad dilationem legalem,argum.l.ſancimus. in princi.C.de do.

Et ex prædictis ſequitur,ꝙ ſi mulier ab initio dotis fuit pacta,ꝙ vir teneatur non ſolùm de culpa leui,ſed etiam de leuiſſima, & etiam de caſu, & poſtea ipſa mulier remiſit viro dictum pactum,ei renūciando, valeret tale pactum remiſſiuū, licet ſuæ dotis conditio deterior fieret, quia non fit deterior contra propriam naturam dotis, imo reditur ad naturam dotis, quæ eſt, vt maritus non teneatur de culpa leuiſſima, neq; de caſu,vt habetur in l.pen.in princi.& d.l.etiam.§ 1.ff.ſoluto matri.ꝙ bene no.Et ꝙ dictum eſt ſupra de pacto inualido,vt dos vlteriori die ſoluatur,per id quod habetur in d.l.d: die.& d. l. Attilicinus.procedit, quando matrimonium ſolueretur diuortio,vel morte viri,ſecus ſi morte mulieris.nam tunc ad dictum caſum extenderetur, ſicut extenderetur pactum de dote omnino non petenda, vt d.l.de pac do Cum hæc inter ſe æquiparentur,vt ſupra dixi in d.l.quod autem,& maxime, quia tale priuilegium non trahitur ad hæredem mulieris tanquam merè perſonale,vt habetur in l.1.C.de priui.dot.etiam ſi eſſet filius eiuſdem matrimonij, cum adeo ſit merè perſonale,& ſolam mulieris perſonam concernens,vt nullo modo poſſit accommodari ad eius filios: cum tunc ceſſet ratio,ne remaneat mulier indotata,vt ſic poſſit renubere per ſupradicta,vnde talis hæres etiam filius neceſſe habebit expectare talem dilationem,licet longam,& vltra metam temporis legalis indultam per mulierem a principio dotis, non ſic forte, ſi conſtante matrimonio talis mulier dictam dilationem conceſſiſſet viro, ex quo ſaperet donationem quandam, ſuper quo tamen vltimo cogita,quia videretur dicendum hoc procedere, quando dilatio eſſet adeo magna, propter quam ipſa mulier & eius hæres efficeretur pauperior, & vir locupletior, alias ſecus.

13 Octauò limita dictam regulam procedere† quando pactū de dote petenda fieret ante matrimonium vel conſtante matrimonio,ſecus ſi eo ſoluto, quia tunc valeret, vt voluit gloſ. no.in l.cum dos.ff.de pac Pro quo facit, quia ſolu.matri.poteſt mulier ſibi præiudicare donando tunc viro, quia tunc oratio diui Pij prohibens donationem inter coniuges non eſſet impedimento, & facit, quod alias dixit gloſ.in ſimili,de pacto, vt vir teneatur etiam vltra quàm facere poſſit, ꝙ ante matrimonium vel eo conſtante non valet,in l.alia.§.eleganter.ff.ſoluto matrimo. Et tamen pactum ſoluto matrimo.valeret vt voluit ibi gloſ.no. Et licet multi poſt Dy.illam impugnent:tamen Bar.& multi alij illam ſequuntur,vt etiam ibi legendo hoc idem tenui per multa iura & rationes. Sed tunc multùm ob.tex.in l.licet.ff.de pac.do.vbi non ſolùm pactum de dote non repetenda longiori tempore non valet,niſi ſuadente aliqua iuſta cauſa,& glo.ibi intelligit, ſcilicet paupertatis viri, quæ cauſa paupertatis adeo iuſta cenſetur, ꝙ poſſet vir omnino excuſari a dote reddēda,donec perueniat ad pinguiorem fortunam,ſecundùm ꝙ habetur in l.maritum.ff.ſoluto matr.cum ſuis vulgaribus.Et iſta procedunt a pari,vt vbi non poteſt fieri pactum, ꝙ longiori die ſoluatur dos, ſimiliter, imo multominus poteſt fieri, vt omnino dos non ſoluatur,vt vult tex in l.vt autem.ff.de pac.do.

Præterea ſi pactum poſſet fieri ſolu.mat.ꝙ dos non reddatur,eadem ratione videretur poſſe fieri ante matrimonium: cum conferatur ad tempus,quo tale pactū poteſt valere,arg. l.in tempus.ff de hæredi.inſti.& facit glo.in l.quod ſponſæ.C. de dona.ante nup.& tamen conſtat, ꝙ etiam ante matrimonium non poteſt fieri,vt patet ex prædictis. Et ideo Ioan.de Imo.in d.l. Lucius. pro concordia diſtinguit, ꝙ aut interuenit iuſta cauſa,& valebit tale pactum,arg.d.l.licet.& ita intelligatur glo in d.l.cum dos.Aut non interuenit iuſta cauſa, & tunc non valet per d.l.licet,a contrario ſenſu, & iuſtam cauſam dicit ſacis adeſſe, ſi fiat pactum in caſu, quo de iure permitteretur ante matrimonium. Et ſic ſequitur,ꝙ in caſibus, in quibus tale pactum valet, & ſe extendit,quando ceſſet factum ante matrimonium, in eiſdem caſibus valebit & ſe extenderet, quando factum eſſet ſoluto matrimo. aliàs ſecus. Vnde ſi ſol.matri.per diuortium,vel per mortem viri mulier paciſceretur cū viro,vel eius hærede de dote non repetenda, non valeret tale pactum, niſi quando vir eſſet factus inops, adeo ꝙ poſſet dotem retinere per beneficium videlicet, deducto ne egeat.Et ſic fieret pactum ex cauſa paupertatis viri, aliàs contra publicam vtilitatem,ſi talis vxor remaneret indotata & impediretur libertas nuptiarum. Sed ſi fortè mulier dum eſſet in ægritudine faceret pactum hæredi viri de dote non repetenda, ſi contingat eam mori, & tunc valeret, quia per hoc nō efficeretur indotata,nec impediretur libertas matrimonij, & hæc fuerunt de mente Ioan.de Imo.ibi,vt ſupra, & cum eius opi. concordat Lud.ibidem, ſubdendo inter alia rationem, quia etiam ſol.mat.dicitur prædium dotale reſpectu priuilegij,vt ſit inalienabile,vt eſt tex.in l.etiam directo. ff. de fun. do. Vnde ſicut conſtante matrimonio non poteſt mulier ſibi præiudicare in dote ipſam alienando,ſic etiā non poteſt ſoluto matrimo. vt ibi eſt caſus,cuius dictum & ratio militaret in rebus ſtabilibus,vel mobilibus dotalibus,in quibus obtinet prohibitio legis Iuliæ de fundo dotali, ſecūdùm latè dicta ſupra in primo priuilegio huius ſeptimæ partis.Sed quando dos eſſet in pecunia,non cadit tunc dictum priuilegium, niſi dicamus arguendo a ſimili & ab identitate rationis,ſuper quo aduerte, qa quādo dos eſſet in ſtabilib.vel mobilibus,vbi locum ſibi vendicaret prohibitio legis Iuliæ, tūc ante reſtitutam dotem,& ſic donec competeret actio de dote ipſi mulieri,non poſſet mulier paciſci viro vel eius hæredibus de dote non repetenda,quia videretur per hoc dotē alienare,ꝙ non poſſet etiam ſol.matri.donec eſſet ſibi reſtituta, per tex.no.in l.3.ff. de fun. do. Et ſic debet intelligi tex. in d.l. etiam. Vnde eadem ratione poteſt dici, quando dos eſſet in pecunia, vt donec ſibi mulieri competit actio ad dotem,adhuc videtur durare dos,& eius priuilegia etiam ſoluto matri
11 monio,& ideo tunc non valeret pactum de dicta dote non repetenda,& ſic faciendo ſuæ dotis conditionem deteriorem, ſed poſtquā dos fuit reſtituta ipſi mulieri, & ſic extincta fuit actio dotis ſolutione.Inſti.quib.mod. tol.obli.in princi.tunc valeret pactum vel donatio facta per mulierem ipſi viro vel eius hæredi,quia non poteſt dici amplius dos, nec fundus dotalis, vt probatur in d.l.3. Vnde ſi ponatur contingētia caſus, ꝙ aliqua ex cauſa ipſe vir, vel eius hæres poſtea rehabuit dictam rem dotalem,tunc valeret pactum de non petendo gratuitum, cum aliam actionem, quam de dote videatur remiſiſſe,idem ſi pro dote conſiſtente in pecunia vir dederit mulieri inſolutum certum prædium, tamen antequam mulier poſſeſſionem nanciſcatur, fecit pactum de non petendo ipſi viro vel hæredi,valeret quidem, licet per illud pactum remaneret indotata: cum etiam poſſet cuicunque alij extraneo talem rem donare: imo etiam omnia ſua bona,nec poſſet talem donationem impugnare ex eo,ꝙ poſtea dicat ſe remanſiſſe indotatam, & non poſſe renubere, cum nullo iure hoc cautum reperiamus:cum etiam ipſi viro poſt matrimonium ſolutū, puta diuortio, poſſet dotem iam acceptam ſicut alia bona donare: cum ſolū hoc ſibi prohibeatur conſtante matrimonio,ne mutuo amore ſe expolient,vt habetur in l.j.2.& 3.ff. de donat. inter vir. & vxo. ſed ante habitam dotem non poſſet ipſam donare viro non ſolùm ſi cōſtat in corporibus, ſed etiam ſi in pecunia:cū adhuc duret dos ſupra dicta,quod eſt bene no.Quid autem ſi conſtante matrimonio fuit factū tale pactum per mulierem de dote non repetenda. Dicas, ꝙ ex quo tale pactum patitur duplicem defectum. Primò,quia conditionem dotis deteriorem facit. Secundò,quia ſapit donationem,quæ eſt prohibita etiam extra res dotales conſtante matrimonio,ideo non valet,etiam ſi contingeret,mulierē prædecedere in matrimonio. Nec obſtat,ꝙ collatum videatur in tempus ſolu.matri.& ſic licitum,argum.l.in tempus.ff. de hæredi. inſtit. prout etiam videtur fuiſſe de mente gloſ.in d.l.quod ſponſæ, dum dicit, ideo valere donationem cauſa

mortis

mortis inter coniuges. ſ. quia collata eſt in tempus licitū ſol. mat. allegando tex. in l. ſi cum. §. fi. cum ſeq. ff. de do. inter vir. & vx. nam reſpondetur, q̄ iō valet talis donatio cā mortis: qa modici eſt præiudicij, cum ſit reuocabilis. Vnde ſi inter cōiuges fieret donatio cauſa mortis, vel collata poſt mortē, adeo q̄ eſſet irreuocabilis, non valeret ab ipſo initio: quia illa eēt magni preiudicij, licet conferatur in tps ſoluti matrimonij ſecundum Pau. & Pon. vt ſupra, allegant ad hoc tex. no. & ſingularem in l. vbi ita donatur. ff. de do. cau. mor. Et ipſi non reſpondent ad dictam rationem, qua forte fuit mota gl. d. l. q̄ ſponſæ. per d. l. in tempus. Sed tu reſponde, q̄ illud ar. vulgariter ſumptum ex d. l. procedit, niſi lex reſiſtat ipſi initio, per id, q̄ habetur in l. ſi minor. ff. de ſer. expor. & per Bal. in l. quoties. l. ſi conſtante. ff. ſol. ma. nam lex reſiſtit ab ipſo initio. ſ. eo tempore, quo eſt ſuſpicio, nē coniuges mutuo amore ſe ſpolient, per id quod habetur d. l. 1. & 3. ff. de do. inter vir. & vx.

14 Nonò limita: †niſi tale pactum eſſet iuratum, nam tunc iuramentum, ex quo ſeruari poteſt per ipſam mulierem ſine diſpendio ſalutis æternæ, ideo ſeruandum eſt, per tex. in ca. cū contingat. de iureiur. vbi fauor animæ iurantis mulieris præfertur fauore matrimonij & dotis, quod quidē indubiè procedit, quando mulier feciſſet pactum tale in omnem caſum ſoluti matrimonij, ēt per mortem viri. Sed ſi ſimpliciter feciſſet pactum de dote non repetenda in caſum ſoluti matrimonij. Forte poſſet dici, q̄ tale iuramētum recipit interpretationem ſecundum terminos iuris cōis, vt ſupra dixi in ſtatuto diſponente ſuper tali lucro dotis, vt ſic videantur partes, & maximè mulier ipſa intellexiſſe de caſu ſoluti matrimonij, p eius mortem, & hoc propter ſubiectam materiam, ita ſuadēte fauore dotis & matrimonij, ne impediat, ar. d. l. 2. C. de pac. dot. & maximè fauore publicæ vtilitatis. Ad hoc ēt eſt glo. 3. in l. cum dos. ff. de pac. dot. Iuramentum .n. & eius virtus reſtringitur ſecundum materiam ſubiectam ipſius actus, vt hr̄ in l. fi. ff. qui ſatiſd. cog. & l. fi. C. de non nu. pec. bene facit tex. & quod ibi no. Io. An. in c. quemadmodū. de iureiu. & quod hr̄ in c. P. & G. de renun. Pōt dici, & nō improbabiliter, q̄ eo caſu, quo per tale iuramentum ſibi mulier præiudicaſſet in tali pacto, & mulier non haberet aliunde, ex quo ſe poſſet dotare pro ſecundo matrimonio, q̄ poſſet petere abſolutionē a tali iuramento ſēcuto tali caſu ſoluti matrimonij per mortē viri; tum quia videtur enormiter læſa, tum ēt quia ſurgit impedimentum matrimonij contrahendi, per id quod not. Io. An. & Doc. communiter ſequuntur in d. c. cum contingat. circa terminos d. c. & ſimiles.

Decimò & vltimo limita dictam regulam procedere in
15 muliere †paciſcente, ſecus in patre; quia tunc ſi incontinenti tempore donationis paciſcitur in præiudicium filiæ, valebit ſi cum ſtipulatione, licet ſecus ſi ex interuallo, vt l. quoties. ff. ſol. mat. & l. cum dos. in prin. quod procedit, niſi matrimoniū ſolueretur morte viri, & ſic remanet filia, quia tunc non vr̄ filiæ præiudicare eo caſu, quo actio eſſet reintegranda filiæ, puta factæ ſui iuris morte patris, vel emancipatione, vt bene p-bare vr̄ tex. in d. l. aliud. in fi. ff. de pac. do. a cōtrario ſenſu, vbi patet, q̄ ſi pater paciſcitur, q̄ vlteriori die quàm ſtatura lege dos reddatur, tale pactum nocet ipſi patri, puta ſi ſuperſit tēpore ſoluti matrimonij diuortio, vel morte viri. Sed ſi pater non ſupereſſet, quo caſu dos venit reintegranda filiæ. l. 1. §. videamus. C. de rei vx. act. tunc filiæ non noceret dictū pactū, niſi ipſa eſſet hęres patris: tunc .n. tenetur ſtare facto ſui defuncti, vt ibi eſt tex. & ideo poteſt dici, imo multomagis ſi pactū fuiſſet factū per patrem ab initio, q̄ dos retineretur per virū ſol. ma. per mortem viri, ēt ſi fuiſſet dictū, q̄ nomine liberorum haberet detineri, vt eſt tex. ſecundum verū intellectum, quem ibi communiter tenēt Doc. poſt Pe. & Cy. & ēt ibi Bal. in l. quamuis. C. de pac. dot. Vr̄. n. tunc tale pactum aduerſari publicæ vtilitati, & ideo nō valet in præiudicium filiæ, vt ibi: ita ēt illum tex. intellexit & notauit glo. 3. in d. l. cum dos. in prin. ante aūt q̄ filia efficeretur ſui iuris, noceret ſibi tale pactum patris, vt probatur in l. 2. §. q̄ ſi in patris. ad fi. ff. ſo. mat. a contrario ſenſu, vt ſic ipſa non poſſet agere contra virum, idē ſi eſſet effecta ſui iuris, puta per mortem fratris, & ei eſſet hæres: quia tunc pro ea rata, pro qua eſt hæres, noceret ſibi tanquam pactum, per d. l. aliud. in fi & facit tex. in l. Lucius. ad fi. ff. ſo. ma. Dices tu, q̄ immo deberet nocere filiæ, licet effectæ ſui iuris, ſaltem reſpectu viri, vel eius hæredum, vt non poſſit contra eos agere, ex quo ipſi filiæ pōt eſſe conſultum in agēdo contra patrem, ſi eſt emancipata, vt eā redoret, per id qd̄ habetur in auth. ſed quamuis. C. de rei vx. acti, & ſi pater eſſet mortuus poſſet agere contra hæredes patris, qui ſuccedūt ēt in onere redotandi, vt p Dy. in l. ſi marito. §. 2 ff. ſo. ma. p Bar. in l. poſt dotem. eo. ti. & ſi pater, vel eius hæredes eſſent impotētes ad redotandum: tunc ex æquitate reſtitueretur filiæ priſtina actio contra eius hæredes, per id quod habetur in l. fi. ff. de eo per quem fac. erit, & quod no. gl. in l. 2. §. 1. ſuper ver. ſui iuris. ff. ſol. mat. & dixi ſupra in 5. limit. quando filia conſenſit patri, vt ſtipularetur dotem ſibi patri reddi. Nā reſpondetur, q̄ iſto caſu iura a principio conſiderant hunc futurum euentū paupertatis viri poſſe contingere, & iō ab ipſo initio annullant tale pactum, vt patet in d. l. quamuis. Et iō licet poſtea appareat, q̄ pater poſſit redotare: nihilominus quod ab initio fuit nullum, non poteſt recōualeſcere, vt l. quod ab initio. ff. de reg. iu. & in regula, non firmatur. in 6. & in l. ſi rem meā. ff. de ver. ob. ita ſingulariter dicit Cy. in d. l. quamuis. Sed qñ filia conſenſit patri ita paciſcenti: tunc iura non conſiderāt ab initio dictum futurū euentum aduerſæ fortunæ, licet poſtea dicto caſu adueniente, ſ. paupertatis patris, prouideant indēnitati mulieris & dotis fauore publicæ vtilitatis, vt ibi dixi.

16 Et †per prædicta habes notabilem limitationem ad iura diſponentia & permittentia patri a principio facere, q̄ pactum velit circa ipſam dotem. d. l. quoties. & d. l. auia. & d. l. cū dos. in prin. vt procedant in pacto circa dotem reſtituendam, ſecus in pacto circa dotem retinendam per virum, vt tunc nō poſſit illud facere in præiudicium filiæ, vt d. l. quamuis. Cum tunc videatur non contra filiam, ſed etiam contra vtilitatem publicam eſſe factam, vt etiam voluit d. gl. 3. in d. l. cum dos. & hoc niſi filia poſtea fuiſſet hæres patris: quia tunc debet ſibi imputari, cūm teneatur ſtare pacto ſui defuncti. d. l. aliud, in fi. Itē niſi filia ꝯſenſiſſet tali pacto patris, quo caſu dic vt ꝯclu ſum eſt ſupra in quinta limitatio. Et per hoc ſequitur, q̄ ſi filia adhibuerit patrem ad ſtipulandum dotem reddi eidē patri, tunc ēt ſi animo donandi adhibuiſſet, valebit talis ſtipulatio in præiudiciū filiæ, propter eius cōſenſum, ſed poſſet tūc ipſi filiæ ſuccurri patre exiſtente inope, vt dixi. Sed ſi mulier ipſa adhiberet alium, quam patrem ad ſtipulādum aīo ſibi donandi, talis ſtipulatio ſe non extenderet ad caſum quo matrimonium ſolueretur diuortio, vel morte viri. & ſic reſtringeretur ad caſum ſolum, quo ſolueretur matrimonium p mortem mulieris per ſupra dicta, iuncta d. l. 2. de pac. do. & l. vt autē. eo. ti & d. l. 1. de do. præle. Cū ēt ſi expreſsè adhibuiſſet ad ſtipulandum in dictum caſum, non valeret ſtipulatio per dicta iura, vt ēt hoc tenuit Io. de Imo. & Lud. in l. Lucius. quod no. ad no. in d. l. quæ dotis. An autem in dubio præſumatur adhibuiſſe patrem animo donandi, patet ex dictis ſupra.

Item adde ad prędicta, dum dixi circa pactum de dote ſoluenda long ori tempore: nam multi errarent in iſto caſu, ſi
17 in inſtrumento promiſſionis dotis fuerit dictum q̄ †mulieri dos redderetur in illis terminis, in quibus dos ſoluta eſſet viro per ipſam mulierem vel ſocerum. Nam ratione æqualitatis ſeruandæ & mutuæ dilectionis inter eos cōſiderandæ videbatur valere tale pactum, argu. eius, quod habetur in l. fideicommiſſo. C. de tranſa. & in l. ſi pater puellæ. C. de inoffi. teſta. Et tamen caſus eſt no. in contrarium. d. l. Attilicinus. vbi dicit Bar. quòd ſi ille caſus non reperiretur deciſus ibi, quilibet reſponderet in contrarium. Sed in ſocero videbatur minus dubium, quod non noceret filiæ, vt patet in dicta l. aliud. Q̄ſidam tamen dicunt, illud procedere, quando a principio partes conuenerunt de termino ſoluēdæ dotis, vt ſic propter datam dilationem a viro in dote ſoluenda nō potuit vice mutua dari dilatio in dote reſtituenda per uirum in eodem tempore. Vnde ſecus ſi contingeret, dilationem eſſe cauſatam in dote ſoluenda viro propter moram mulieris: quia tunc videtur valere tale pactum recompenſatiuum culpæ viri cum culpa mulieris. tamen non videtur hoc eſſe verum per tex. in d. l. Attilicinus. qui ſimpliciter & indiſtincte loquitur. Imo ēt idem probat eſſe, quando mulier fuiſſet in mora ſoluendi, vt patet in illo tex. dum loquitur de ſerotina ſolutione & ſic de moroſa. Dicas tamen, quòd bene valebit ſtatutum ita diſponens, vt Peruſij, quòd in eiſdem terminis debeat dos reſtitui per virum mulieri, vel eius hæredibus, in quibus fuit ſoluta viro, poſtquam ſubijt onera matrimonij, ſed poſſet de hoc dubitari, ex quo videtur impedire libertatem nuptiarū per ſupradicta, vnde cogita.

PRIVILEGIVM XII.

SVMMARIVM.

1 *Caſus futurus aduerſę fortunę eſt in conſideratione fauore dotis.*

1 DVodecimum priuilegium eſt, † quia fauore dotis non hēt locum illud vulgare, de quo in l. inter ſtipulantē. §. ſacram. ff. de ver. ob. quia iura volunt, q̄ caſus futurus aduerſæ fortunæ non ſit in conſideratione vt ibi, & tamē ſecus eſt fauore dotis ſecundum Cy. no. in l. quamuis. C. de pact. con-

Source : BIU Cujas

uen. quod tamen declara vt ſupra in proximo priuilegio eſt dictum.

PRIVILEGIVM XIII.

SVMMARIVM.

1 *Grauatus in vno, in alio debet releuari. hęc regula fallit fauore dotis.*

1 DEcimumtertium priuilegium †eſt, quia fauore dotis fallit regula illa vulgaris l. ſecūdum naturam. ff. de re. iu. ſecundum Bar. in l. ſi conſtante, in princ. in 5. q. 4. par. ff. ſol. ma. quod declara vt ibi per eum, & bene facit tex. in d. l. Attilicinus. ff. de pac. dot. quia videbatur dicendum, ꝙ mulier ſequatur incommodum matrimonio ſoluto, ex quo ſtante matrimonio habuit commodum in dote ſoluenda, & ſic maritus interim habuit incommodum ſubeundo onera matrimonij ſine dote propter moram mulieris, & ſic videbatur uice verſa debere ſequi commodum, & releuari matrimonio ſoluto in dote reſtituenda, cuius contrarium ibi dicitur, & ſic etiam econtra illud vulgare, qui in vno releuatur, in alio debet grauari. l. eum qui. ff. de iureiu. cum ſim. & rorum illud operatur fauor dotis ne interim mulier remaneat indotata, & ſic innupta, per dicta ſupra in 11. priuilegio.

PRIVILEGIVM XIIII.

SVMMARIVM.

1 *Debitor perdit beneficium ceſſionis bonorum ratione doli commiſſi, diſſipando bona in fraudem creditoris.*

1 DEcimumquartum priuilegium eſt: quia † licet dicatur in l. fin. §. fin. ff. de his quæ in fraud. credit. & ibi per Bar. ꝙ ratione doli commiſſi per debitorem in diſſipatione bonorum in fraudem creditoris perdat ipſe debitor beneficium ceſſionis bonorum, de quo etiam per Cy. in §. ſi quis in fraudem. Inſt. de act. per Bar. in l. alia. §. eleganter. ff. ſo. mat. ad fi. licet ſecus ſi per culpam latam diſſiparet, vt proba ur ſingulariter in l. etiam. §. licet. ff. eo. ti. vbi probatur ꝙ licet ratione doli in diſſipando perdat maritus beneficium illud ſibi indultum a iure ne excutiatur vltra quam facere poſſit: tamē ſecus ſi per culpam latam, de quo ibi vide quæ dixi: tñ predicta fallunt, quando in re dotali eſſet commiſſa culpa in diſſipando: quia tunc talis culpa facit virum perdere ſuum beneficium, per tex. ibi nota. de quo ibi vide dicta.

PRIVILEGIVM XV.

SVMMARIVM.

1. *Res empta per virum etiam ſi a principio eſſet actum, quod non efficeretur dotalis: tamen dotalis efficitur in ſubſidium fauore mulieris.*

1 DEcimumquintum ſpeciale priuilegium eſt: quia res †empta per virum ex pecunia dotali efficitur dotalis in ſubſidiū, quando non ſunt facultates viri ſufficientes, & ſic præfertur mulier omnibus alijs tanquam domina, licet a principio non fuerit dicta res empta cum duob. illis concurrentibus & requiſitis vt conuertatur in dotem, videlicet, ꝙ de cōſenſu mulieris ab initio ſit actum, ꝙ conuertatur in dotem. Secundo ꝙ conditio mulieris per hoc efficiatur melior, vt habetur in l. ex pecunia. & in l. ſi inter virum. C. de iu. dot. tñ ēt ſi a prin. hæc non interuenerint, tamē in ſubſidium, vt §. poteſt ad eam rem regreſſus haberi tanquam rem dotalem, vt probatur no. in l. vxor viro. ff. de do. inter vir. & vxo. & de hoc vide per Bal. no. in l. in rebus. C. de iu do. in 6. col.

PRIVILEGIVM XVI.

SVMMARIVM.

1 *Contrahens cum perſona, quam tunc ſciebat ſuſpectam, ſibi debet imputari.*

1 DEcimumſextum priuilegium eſt, †quia alias contrahēs cum perſona, quam tunc ſciebat ſuſpectam ſibi debet imputari, vt ſic non poſſet tunc petere ſibi caueri. ſecundum formam l. in omnib. ff. de iu. vt habetur in l. ſi creditores. ff. de priu. cred. & no. in l. 2. in prin. ff. ſo. ma. Tñ fallit in muliere fauore doris: quia licet promiſerit, vel dederit dotem viro, quē ſciebat nō eſſe ſoluendo: tñ poterit poſtea pp talem ſuſpicionem petere ſibi caueri a viro, ſecundum Bal. no. in auth ꝙ locum. C. de coll. & bene facit, quod no. Bar. in l. ſi ꝑſtante. ff. ſo. ma. in 6. q. 1. par. vñ per hoc ſingulariter limitatur totus titulus. C. ne fideiuſ. do. den tñ cogita: quia ſi hoc eſſet verū, ſurgeret magna reſtrictio ad dictū titulū, & maxime cū tūc non ceſſet rō pfidiæ inter coniuges, quæ mouit legislatorē ad phibendum fideiuſſores dari pro dote reſtit. vel ꝰſeruanda, & maxime cum ipſa mulier habeat paratum aliud remediū, de quo ī l. adhuc. C. de iu. do. & ī auth. ꝙ locū, & in cor. vñ ſumit̄.

PRIVILEGIVM XVII.

SVMMARIVM.

1 *Bonis uiri condemnati publicatis non cenſentur publicata bona dotalia.*

1 DEcimumſeptimum ſpeciale priuilegium eſt, quia licet †publicatis bonis alicuius condemnati intelligantur ēt publicata dominia, & iura, & alia bona, q̄ ſubiacent reſtitutioni poſt mortē illius ꝰdēnati, tñ cum ſua cā & onere reſtituē di poſt mortem, vt ſic reſoluto iure illius ꝰdemnati dicatur reſolutum ius ipſius fiſci, vt l. ex facto. §. ex facto. ff. ad Treb. facit l. lex vectig. ff. de pig. & no. in l. finita. §. ſi de vectig. ff. de dā. infe. Et ſic per hoc videretur, ꝙ dominium rei dotalis, qđ eſt penes virum ꝰſtante mat. l. doce ancillam. C. de rei ven. intelligatur illico tranſire in fiſcum, ſicut alia dominia viri, per id quod habetur in l. fideicommiſſa. ff. de pu. & in l. cum duob. §. idē reſpondit. ff. pro ſocio. tñ hoc non eſt verū in dñio rei dotalis, nec publicatis bonis viri intelliguntur publicata bona dotalia, vt vī voluiſſe gl. no. in l. ſed ſi alia. ff. de bo. dā. pro qua quidem alle. tex. ad hoc ſingu. in l. ſi quis poſt hāc. C. de bo. dam. vbi vī probari, ꝙ mulier pōt incontinenti vendicare bona dotalia a fiſco tanq̄ domina, facit l. ſi marito publi. in prin. ff. ſol. ma. Nec poterit fiſcus dicere ſe velle retinere dicta bona, quouſq; poterat maritus, & ſic vſq; ad tps ſo. ma. Nam imo incontinenti deberet reſtituere, vt ſic interim ipſa dos maneat apud mulierē, licet matrimonium non eſſet ſolutū, prout hodie non ſoluitur ex quacunque donatione facta de viro, vt in auth. quod hodie. C. de do. inter vi. & vxo. Et multominus ſoluitur de iure canonico, qđ vbiq; ſeruandū eſt in materia matrimonij. Sed aduerte: quia illud de dñio, ꝙ illico transferatur in mulierem, maximè iure iſto, nō vī eſſe verū, imo tranſit in fiſcū cum ſua cā. vt eſt tex. no. in l. 1. in fi. cū ſeq. ff. de fun. do. Nec ob. d. l. ſi quis poſt hāc. quia loquitur in prin. de bonis propriis mulieris, & ſic nō doralib. & dū poſtea ſubdit de bonis dotalib. non repetit illud verbū vendicari, vt ſ. ſubdetur in prox. priui. Vnde pōt intelligi, ꝙ d. l. ſi qs. procedat de iure nouo Codicis, vt l. vbi adhuc. C. de iu. do. qa non pōt negari, ꝙ p talē publicationē bonorum non dicat̄ vir ad inopiā vergere, vt per Bar. in l. ſi ꝰſtāte. in 5. q. 1. par. ff. ſol. mat. & ſic eſt dos in ca u reſtitutionis, quo caſu multi tenent, ꝙ illico trāſeat ipſo iure dñium recta via in mulierē, ſicut tranſit hodie ſol. ma. per l. in reb. C. de iu. do. ꝙ an ſit verū, vide quæ latius dicā ſ. in 8. par. circa priuil. d. l. in rebus. in 6. ſpeciali.

PRIVILEGIVM XVIII.

SVMMARIVM.

1 *Sententia non poteſt mandari executioni in rebus dotalibus pro debito viri, imo nec etiam pro debito communi viri & vxoris.*

2 *Maritus, quando timet ſibi de inſultu ſuorum creditorum contra ſua bona, debet meliora bona conſignare mulieri, vt conuertantur in dotem quæ erat in pecunia, & eſt bona cautela.*

1 DEcimumoctauum priuilegium: quia † viro condēnato etiam pro debito ciuili & priuato non poteſt fieri executio in re dotali mulieris, etiam ſi debitum eſſet commune viri & mulieris ſecundum glo. no. in d. l. ſed ſi alia. & ſequitur Bald. in l. ob maritorum in fi. C. ne vx. pro mari. ꝙ eſt vtile in practica, vt in executione ſnīæ, vel inſtrumēti cōfeſſionati ꝰ virum mulier poſſit ꝰparere; & ſe opponere ad impediendū, ne fiat executio in bonis dotalib. cum tunc eſſet quædā alienatio, q̄ ē prohibita p l. Iuliā. de fūn. do. Dubiū tñ facit: qa iſta vī eſſe q̄dam alienatio neceſſaria, quæ nō vī eſſe prohibita p l. Iuliā, vt probat̄ in d. l. j. in fi. cū ſeq. ff. de fun. do. tñ rñde, ꝙ illud procedit in publicatione omniū bonorū, q̄ in effectu nō eſt p̄iudicialis mulieri, cum poſſit illico mulier recuperare, &
2 maximè hodie, vt ſ. proximè dixi, & iō cauti aduocati ꝺocēt cautelam, qñ vir dubitat, ne bona ſua occupentur a creditoribus pro executione eorum debiti, vt tunc vir tanquam vergens ad inopiam, ſeu incipiens labi facultatibus conſignet, ſeu inſolutum pro dote mulieris conſiſtente in pecunia det ipſi mulieri bona ſua, & maximè vtiliora & precioſiora, vt p

Bar.

Source : BIU Cujas

Bar. In d. l. si constante. in 5. q. 4. par. Quæ bona sic consigna ta censebuntur esse dotalia & in dotem conuersa, quod quidem fieri potest etiam circa causam vergentiæ ad inopiam, ex quo conditio mulieris efficitur melior, ut habetur in l. ita constante. ff. de iu. do. & l. quamuis. ff. sol. matri. & sic poterit postea mulier pro suo interesse comparere ad impediendū talem alienationem, seu adiudicationem fiendam pro execu tione sententiæ pro suo interesse: tamen uidi in practica, ꝙ aduocati ipsorum creditorum allegabant, ꝙ saltem non poterat mulier impedire missionēm in tenutam, seu possessionem ex primo decreto de qua l. a diuo pio. §. in venditione. & seq. ff. de re iu. Vt sic maritus tædio affectus procuret solue re creditoribus. Tamen respondē, ꝙ ex quo per tale primum decretum & tenutam constituitur pignus prætorium, seu iu diciale, ideo potest mulier impedire tale pignus: cum largo modo censeatur species alienationis, & iō lex Iulia se extendit ēt, vt non possit res dotalis iure pignoris obligari, vt not. voluit Azo in sum. C. de fun. do. ante fi per tex ī l. fi. C. de reb. alie. non alienan. ad hoc ēt tex. Insti. quib. alie. licet. post prin. ꝙ no. in pract. Si aūt mulier vellet impedire dictā executionē fiendā tanquā in bonis viri, quæ nondum essent sibi consignata pro dote propter vergentiam ad inopiam. Vidi dubitatum, an mulier possit pro suo interesse comparere ad impediendum talem executionem. Nam dicebatur ꝙ sic propter ius suæ hypothecæ, per id quod habetur in l. a diuo Pio. §. sed illud. Sed in contrarium allegabatur: quia hypotheca nondū est orta, sicut nec personalis, nisi soluto matrimonio, per id quod habetur in d. l. si constante. §. 1. vel postquam est certū, virum vergere ad inopiam. d. l. vbi adhuc & iō cautela est, ꝙ mulier in sua comparitione dicat, virum vergere ad inopiā, & sic iam certum esse, hypothecam suam esse natam, offerendo se probaturum incontinenti, & ꝙ interim non fiat execu tio in dictis bonis: cum ipsa intendat incumbere suo pignori & hypothecæ dotis ob dictam vergentiam viri ad inopiā, imo tunc non audirentur creditores, offerentes mulieri debitum suæ dotis, vt sic habeat eis relaxare dicta pignora, vt voluit sing. Cy. in l. cum tibi. C. qui po. quod vltimum an sit verum, dicam infra, in x. par. operis, circa fi.

PRIVILEGIVM XIX.

SVMMARIVM.

1 *Legatum dotis pro filia præfertur, & ante omnia legata detrahitur velut es alienum contra alios collegatarios, licet non contra creditores.*

2 *Obligatio quædam surgit contra patrem pro dote filiæ, qua non iure obligationis, sed officio iudicis pater potest arctari.*

1 DEcimumnonum priuilegium est, † quia legatum dotis factum per patrem filiæ ante omnia alia legata detrahitur, & sic aliis legatis præfertur tanquam æs alienum, secundum Bar. no. in l. 2. §. si sponsa. ff. de priui. cred. Et sic ēt pōt dici ꝙ de tali legato falcidia non detrahatur, tāquam videatur legari dos debita filiæ. facit, quod habetur in l. cum dotem. l. sed si vsusfructus. §. 1. ff. ad l. Fal. de quo tamen vltimo dictū est supra, in 6. par. in 49 priui. cum. n. officium paternū sit dotare filiam. l. qui libertos. ff. de ritu nup. ideo non vī habere in vim meri tituli. Et licet filia dicatur habere titulum lucrativum in ipsa dote profectitia. l. fi. §. si a socero. ff. de priuil. credi. & habetur in l. Mæuia. § 1. ff. eo. per gl & Doc. & tamen ꝓp hoc non ob. quin quodam respectu dicātur debita filiæ, imo
2 quidam volunt ꝙ † sit orta quædam obligatio & actio cōtra patrem ad ipsam filiam dotandam, vt fuit de mente glos. in l. obligamur. §. ea lege ff. de act. & obli. quam gl. tenuit Ang. in l. mulier. §, cum proponeretur. ff. ad Treb. dicendo ꝙ datur condictio ex lege. C. de dot. promi. & ex d. l. qui liberos. per id quod habetur in d. l. j. ff. de cond. ex lege, nisi dicas secundum eum, ꝙ illæ leges non sunt nouæ sed antiquæ, & sic se nō firmat: tamen hanc ēt opi. tenuit Pau. de Cast. in l. socer. in prī. ff. sol. matrim Sed communiter tenetur, ꝙ non iure obligationis, sed officio ex æquitate possit cogi pater, quod officiū iudicis nullam præsupponit obligationem. l qui per collusionem. §. pretij socer. ff. de actio. emp. & l. quintus. ff. de an. leg. Et idem voluit glo. in d. l. si socer. etiam in actu redotationis filiæ iam viduæ. & idem Bar. in dic. §. lege. & Iaco. de Are. & Imo. & alij Moder. legentes in d. §. cum proponeretur. dicentes, ꝙ verba dictarum legum & maxime dic. l. qui liberos. diriguntur ad iudicem, quo casu non datur condictio ex l. sed iudicis officiū surgit, vt no. in d. l. 1. ad hoc l. si soror. C. de co'. & ibi no. vnde ad propositum dicas, ꝙ dos dicatur deberi filiæ magis ex quadam ęquitate naturali, quam ex iure alicuius obligationis, licet largo modo, qui tenetur officio iudicis, cē seatur teneri ex quadam obligatione ratione & æquitate naturali inducta, vt per gl. no. in l. si seruum. § sequitur. ff. de ver bor. obli. & in l. promissor Strichi. ff. de constit. pec. Et ideo ne gari nequit, dotem filiæ cōputari largo quodam modo inter æs alienum quò ad aliquem effectum, maxime vt præferatur aliis legatarijs, vt dixi: licet dicatur deberi ex quadam causa lucrativa, qua ratione non concurreret cum aliis creditorib. sicut nec & legitima. l. Papinianus. §. quarta. ff. de inoffic. test.

PRIVILEGIVM XX.

SVMMARIVM.

1 *Donatio per virum vxori facta pro victu licet ualeat, tamen si superexcederet uires dotis, quatenus excederet onera matrimonij non ualeret.*

1 VIgesimum priuilegium est: quia licet † fructus dotis sint viri, etiam quatenus excederent onera matrimonij, vt l. dotis fructus. ff. de iure dotium, & l. 4. ff de pac. dot. & alias dicatur, ꝙ si vir donat vxori aliquid annuum pro victu & amictu: tunc quatenus illud excederet vltra necessarium, similiter superabundarent vltra necessitatem onera matrimonij, valeret talis donatio tanquam ex quadam compensatione. Sed si superexcederet tale annuum vires dotis, non valeret, vt est casus singu. in l. ex annuo. ff. de do. inter vir. & vxo.

PRIVILEGIVM XXI.

SVMMARIVM.

1 *Legatum factum in testamento a testatore dicendo, quod pro dote filiæ legat, importat titulum restitutionis.*

1 VIgesimumprimum priuilegium est, † quia licet regulariter quando filiæ aliquid relinqueretur sine titulo institutionis non valeret testamentum tanquam filia esset præterita, vt in Auth. vt cum de app. cog. in §. aliud quoque capitulum. Tamen si legaret ipsi filiæ aliquid dicendo pro sua dote, valeret testamentum perinde, ac si esset dictum pro sua legitima, vt no. voluit Anton. de But. per illum tex. in ca. Rayn. de testa. iunctis his quæ habentur per Bar. & Bal. in authen. si parens. C de inoffic. test. & per eundem Bal. in l. humanitatis. in 2 col. C. de imp. quod tamen dictum semper tenui pro dubitabili, quia nullo modo probatur, quod dicendo pro dote, importetur titulus institutionis, de quo per Imo. & Abba. Sicu. in d. c. Ray.

PRIVILEGIVM XXII.

SVMMARIVM.

1 *Legatum rei alienę licet ualeat saltem in estimatione, tamen non sic in legato rei dotalis alienæ.*

1 VIgesimumsecundum priuilegium † est, quia licet rei alienæ valeat legatum saltem in æstimatione, secundum tamen distinctionem, de qua in l. cum alienam. C. de leg. etiam quando aliqua ex parte esset prohibitum commercium, vt no. in l. si quis inquilinos. ff. de leg. 1. Tamen rei alienæ dotalis legatum factum non valet indistinctè, etiam quo ad æstimationem secundum gl. no. in l. dotalem. ff. de testa. mil. Cuius tamen dictum non solet teneri, vt ibi per Bar. no. per Cy. in l. si prædium. C. de iu. do. & vide per Io. de Imo. post Ang. in l. apud Iulianum. §. fi. & ibi dixi. ff. de leg. 1. Et ibi quid de re ecclesiæ legata alteri, de quo vide no. in c. filius. de test. & per Bal. & alios in d. l. cum alienam.

PRIVILEGIVM XXII.

SVMMARIVM.

1 *Res æstimata quando datur in dotem, licet sit quædam emptio, non uenit dicta, tamen sicut in emptione uenit.*

1 VIgesimumtertium priuilegium est, † quia licet qñ in dotē datur res æstimata dicat esse facta quædā emptio. l. plerunq; §. si ante. ff. de iu. do. adeo ꝙ tūc venit emptio, rōne cuius pōt agi ex ēpto ꝑ virū, siue ceperit a ꝑmissione, siue a datione dos ipsa, licet secus hoc vltimo casu qñ esset data inęstimata, vt hī in l. j. C de iu. do. & alias dicatur, ꝙ ex ꝯctu venditionis venditor teneatur emptori promittere duplam per stipulationem, etiam si aliter a prin. de hoc non fuerit conuen-

Source : BIU Cujas

tum, vt habetur in l.emptori duplam. & l.2.ff.de euict. Tamen non sic in contractu dotis datæ æstimatę: quia non tenetur dotans ad duplam, nisi de hoc ab initio fuerit conuentum, vt est tex.singu.in l.non solum.ff.de iu.dot. & licet glo. ibi supplendo videatur destruere illum tex.& Bal.ibi eam sequatur: tamen videtur maxima violatio ad illum tex.simpliciter loquentem & videtur esse ratio, quam assignat Iurisco ſultus in l.quoties.eod.tit.quia non censetur proprie & omni respectu esse emptio, seu datio ex causa dotis, vnde quo ad vnum tantum effectum scilicet periculi vt transeat in virū judicatur emptio, vt dicebat glo.in d.§.si ante. Item quo ad effectum vt non dicatur fundus dotalis respectu legis Iuliæ de fundo dotali.de quo vide dicta in l.si æstimatis.infra eo.tamen in subsidium poterit dicta res vendicari per vxorem, etiam si esset apud tertios possessores, quando alia bona non reperirentur, vt dixi in alio priuilegio per tex.sing.in l.in reb. in princ.C de iure dot.

PRIVILEGIVM XXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Dos potest peti consignari milieri constante matrimonio ex causa inopiæ uiri.*

2 *Mulier potest comparendo impedire executionem petitam in bonis uiri ad petitionem creditorum.*

1 VIgesimumquartum priuilegium: quia † licet sit regula vulgaris, quod constante matrimonio non possit peti dotis restitutio ex parte mulieris: cum tunc non sit casus restituendæ dotis, sed demum soluto matrimonio, vt habetur in l.2.in prin.ff. sol. matrimonio.imo restituendo maritus ante solutum matrimonium non liberatur, vt habetur in l.1.C. si dos constan ma.Tamen fallit ex causa inopiæ viri, vt l.si cōstante in princ.ff.sol.matr.cp hodie procedit, etiam cum facultates viri adhuc sufficerent pro dotis restitutione, dummodo tamen vir incipiat labi facultatibus, vel ex sui culpa, vel ex aliquo infortunio, vt habetur in d.l.si constante. & in l.vbi adhuc.C.de iu.do.& in l.in rebus.eo.ti.& in auth. quod locum. C.de colla.& in corpore vnde sumitur.videlicet in Auth. de æqua.d.§.illud.quam tamen materiam nō expedit hic examinare, sed recurrendū est ad plenè no.per Bar.& alios legentes in d.l.si constante.& ibi etiam plenè scripsi, per Cy.& per Bal. in d.l.adhuc. Vnde pro remedio dictorum iurium est plenè succursum & cōsultum maxime hodie indemnitati mulierū pro recuperatione suarum dotium contra creditores viri, qui accipiunt de bonis viri tenutam pro executione sententiæ, vel instrumenti guarentigiati, seu confessionati, quod secundum statuta Italiæ cōiter habet executionem paratam,
2 non poterit ipsa mulier† comparere ad impediendum dictā executionem pro iure suæ dotis allegando & etiam probando dictam vergentiam viri ad inopiam. Nam in quæstione facti vidi dubitatum: quia aduocati creditorum dicebāt, quòd hoc non posset facere mulier, nisi prius agat contra ipsū maritum,& faciat pronunciare ipsum vergere ad inopiam,& sic esse locum restitutioni dotis, sicut alias dicitur in authē.hoc si debitor. C. de pign.& in corpore vnde sumitur. ubi habetur, cp hodie non potest creditor prosequi suam hypothecā contra tertios possessores, nisi prius intentata personali contra principalem debitorem, immo etiam prius facta discussione in bonis debitoris, super quo haberet pronuntiari, discussionem esse factam, & non reperiri bona sufficientia pro tali satisfactione sui crediti, vt per Bar.& alios in l.stipulatio.§.habet.ff.de no. oper.nun.& ibi per legentes in l. exitus.controuer.& ibi late scripsi. ff.de acq. possess. Insuper allegabant hoc voluisse Pau.de Cast.in l.2.in prin.super glo.ff.solu.matri. Sed ego fui in contraria opi. cp immo isto casu non sit opus mulieri prius intentare personalem contra virum.immo sufficeret ipsi mulieri cōparere coram iudice adito super dicta executione,& opponere iura suæ hypothecæ sibi acquisitæ in dictis bonis propter vergentiam viri ad inopiam, prout possūt alij creditores comparendo,& de iure suæ potioris hypothecæ opponēdo & docendo possunt impedire huiusmodi executionem contra tertium, vt habetur in l.a diuo Pio. §. sed illud ff.de re iu.Nec ob.quod habetur in d.auth.hoc si debitor.quia si dispositio noua illius auth. obtinet, quando creditor pro iure suæ hypothecæ vellet agere contra tertium possessorem pro aduocando rem ipsam hypothecatam, volēdo ipsam apud se retinere & pignori incumbere, donec sit ei satisfactum de suo debito.Nam olim poterat indistincte etiā non aliter agendo prius contra principalem debitorē etiam existentem soluendo.l.distractis. C. de pign. tamē hoc hodie est correctum, vt non possit hoc facere, vt in d. auth. hoc si debitor. tamen quando creditor non per viā agendi, sed per viam excipiendi comparet pro iure suæ potioris hypothecæ ad impediendum alium creditorem: hoc casu non est aliud immutatum, nam hoc potest facere etiam si obtinuisset sententiam contra suum principalem debitorem etiam existente soluendo, & sic nondum facta aliqua discussione in bonis dicti debitoris, dummodo doceat de suo credito & sua potiori hypotheca, vt habetur in d.§.sed illud.& ibi legēdo.vt etiā ibi hoc tenet Io.de Imo.dicta.n.auth.tanquā exorbitās, imo correctiua iuris antiqui nō est extendenda extra suos terminos, per id quod hr in l.præcipimus. in fi. cū suis vulga. ēt qa non est tanta rō, qñ per viā excipiendi creditor ꝓsequit ius suæ hypothecæ, sicut qñ p viam agendi: quia facilius paratur exceptio q̄ actio.l.iurisgentiū.§.igitur nuda.ff. de pac. & l.ēt. ff de ꝓpen Cū exceptio maiori nitatur æquitate q̄ actio.l.qa æquitate.ff.de excep.do. Admitterē tñ illud, qđ dicebat Pau. de Cast.in d.l.2.in princ.videlicet cp ante oīa Iudex, corā quo vertitur talis ꝓtrouersia, habeat plenè cognoscere & discutere super tali vergentia ad inopiā, ex quo non agit ꝓtra virū, sed contra tertios creditores, quib.paratur plenū ꝓiudiciū, vt per Bar.in d.l.si ꝓstante.in 1.q.1.par. & maximè circa fin. qua cognitione habita si ltīmè sibi ꝓstiterit de tali vergentia ad inopiā, prout ibi tradit Bar. debebit super hoc interlocutoriè pronuntiare, videlicet dictū vergere ad inopiam, prout supra dixi de interlocutoria ferenda circa discussionē, videlicet discussione bonorū debitoris esse factā, & nō reperiri bona sufficientia pro credito, vt p Bar.& alios in d.§.hēt, plene dixi in d.l.exitus ꝓtrouersiæ. Aduertendū tñ: quia isto casu speciali fauore dotis & mulieris nō seruabit forma tradita in d. §.sed illud.videlicet, vt tunc procedatur ad venditionē bonorū dicti viri captorū in tenutā pro executione sententiæ,& de precio inde redacto prius satisfaciat dicto priori creditori,& residuum soluatur pro executione dictæ sententiæ. nā imo poterit mulier dicere, volo incumbere pignori, vt ex dictis bonis alatur ipsa & sua familia vna cum viro, per tex. in d. l.vbi adhuc.nec isto casu dicti creditores habebunt ius offerendi, vt dicetur ĵ.in pe.& vlt.priui.huius 7.par. Hęc volui scripsisse hic: quia sunt notanda & vtilia in prac.nec per Bar. & alios legentes tacta,& in d.l.si ꝓstante. Posset ēt non improbabiliter dici, cp speciali fauore dotis ēt qñ mulier principaliter ageret ꝫ tertios possessores ꝑ iure suæ hypothecæ, non sit opus sibi prius agere ꝫ suū virū vel eius hæredes, nec prius fieri facere discussionē bonorū, de quo tñ dicetur ĵ.in 8.par.in pe.priuil.

PRIVILEGIVM XXV.

SVMMARIVM.

1 *Sequestratio dotis est permissa circa bona dotalia, quæ per virum incipiunt dissipari.*

1 VIgesimumquintum priuilegium est, † quia fauore dotis est permissa sequestratio cōtra virū dissipantē circa bona dotalia, de quo tñ dixi supra in 6.par. in priui.7o. tñ cōgruentius debebat in hac 7.par.poni, vt ēt me remisi, dū posui in d.6.par. 21 priu.circa titulū.C.ne fideiuss.dot.den.& maximè in 6.& 11.limit.quorū ibi dictis adde, cp licet Bart.in d.l. si ꝓstante.in 1.q.3.par.& ēt in 4.contrario. videatur voluisse, cp in casib.vbi hēt mulier remedium sequestrationis, nō possit ēt hodie vti remedio d.l.vbi adhuc.& d.§. sed illud. Tamē hoc non vr esse verū: cum interfit nostra habere plura remedia ēt circa idē, vt l.non est nouum.ff.de acti. emp.& illa sunt de electione creditoris.l.cum filius.§.variis. ff.de leg. 2. cū si. vnde multomagis hoc admittendum est in ipsa muliere magis priuilegiata pro recuperatione suæ dotis, in qua est specialе, vt sibi dent plures actiones ēt incompatibiles inter se, vt patet in d.l.vbi adhuc.& no.in auth.permissa.C.de do. an. nup. & tangetur ĵ.in 8.par.circa 35.priuil.

PRIVILEGIVM XXVI.

SVMMARIVM.

1 *Dos potest repeti per mulierem constante matrimonio per condictionem ob causam in casu l.quemadmodum.ff.de iu.dot.*

1 VIgesimumsextum priuilegium est, vt † possit dos repeti constante matrimonio in casu. l. quemadmodum. ff. de iure dot.vbi est casus, quod etiam constante matrimonio repetitur per mulierem res, quæ dotalis fuit effecta, vt dicit glo.in d.l.2.in prin.ff.solu. matrim.sed ibi ideo, quia non per

actionem

Source : BIU Cujas

actionem de dote, sed per condictionem ob cām, ex eo quia cā, propter quam fuit dicta res tradita seruo pro dote sui domini homino inscio, non fuit secuta: quia dominus non habuit ratam dictam traditionem, vnde sequitur, ꝙ in illo casu non oriretur tacita stipulatio, de qua in l. 1. in princ. C. de rei vxo. ac. sed si de voluntate domini fuisset facta dicta traditio tali seruo, ex tunc fingeretur, mulierem fuisse stipulatam a seruo de voluntate domini. Si aūt voluntas domini postea fuit secuta per ratihabitionem, & tunc ex parte ratihabitionis fingeretur interposita dicta stipulatio. Et hæc sunt vtilia ad procuratorem mariti recipientem dotem a muliere, nam si præcessit mandatum speciale, vel ēt generale, ex tunc recipiendo fingitur stipulatio interposita de dote restituenda, & ēt finge re tur tacita hypotheca. Si aūt non præcessit aliquod mandatū, fingeretur stipulatio & hypotheca ex die ratihabitionis. si aūt talis procurator viri recepit a muliere simplicem promissionem de dote danda: tunc similiter in fauorem viri fingere tur tacita stipulatio & hypotheca bonorum, cum ista parib. passit. ambulent circa tacitam stipulationem & hypothecā. d. l. j. §. j. ibi, ex vtraque parte, iuncto ibi, siue aliæ pro his personę. Et si mandatum non præcesserit, non ex tunc, sed ex die ratihabitionis fingeretur. An aūt transiret in mulierē vel virum talis stipulatio sine cessione. Pōt dici saltem fauore mulieris & nuptiarum quæri ipsi mulieri dictā actionem saltem vtilem sine cessione, per id quod habetur in l. Caius. ff. sol. ma. & dicta supra, in 24. priuil. 6. par. non sic in marito per regulā, de qua in l. possessio. ff. de acqu. pos. quæ omnia sunt notanda ad dicta supra, in eadem 6. par. in 2. & 7. priuil.

PRIVILEGIVM XXVII.

SVMMARIVM.

1 *Dos redit ad mulierem proprietariam ob negligentiam viri constante matrimonio.*

1 VIgesimum septimum priuilegium, † quia in casu singula ri. l. cum in fundo. §. 1. ff. de iu. do. cōstante matrimonio dos reuertitur ad mulierē & descendit a viro, & illud procedit ex iuris censura pp naturam vsusfructus, qui de facili recō solidatur cum sua proprietate iuncta culpa viri non vtentis longo tpe ipso vsufructu sibi dato in dotem per ipsam vxorē proprietariam. Et sic facit in arg. ꝙ si quædam magna domina dedit in emphyteusim aliquod magnum potere vel castrū suo viro pro dote sua, & postea dictus vir non soluit canonē debito tempore, vel vendiderit irrequisita muliere, ꝙ pp hoc dicta bona reuerterentur ad dictam vxorem, cum inciderint in commissum. Et sic remanebit sine dote ex sui culpa, nec mulier ex eo ꝙ remaneat indotata, censebitur esse in damno, ex quo vtile dominium, quod erat apud virum, reintegratur (vt ita dixerim) cum dominio directo, & acquisiuit plenā proprietatem, per tex. in d. §. 1. Sed dubium esset, quid si accepit dictum castrum vel potere in emphyteusim pro dote a socero, & sic a patre mulieris, & sic socero est facta reintegratio propter dictā causam & culpam viri. Et similiter potest queri in vsufructu dato in dotem a socero proprietario. Potest dici, ꝙ interim constante matrimonio vxor remanebit indotata, nec propter hoc damno afficietur: qui vir tenebitur onera matrimonij subire sicut prius, & ac si remansisset dotata, ex quo culpa sua dotem amisit, argum. d. §. 1. Sed soluto matrimonio tenebitur mulieri ad restitutionem fiendam eo modo, quo pōt. s. ad æstimationē dictorum bonorum datorū in dotem, non æstimando respectu plenæ proprietatis, sed respectu iuris emphyteusis prout valuisset, si dicto tempore soluti matrimonij remāsisset emphyteutica. Et si fuisset usus fructus datus in dotem per socerum, vt supra, tunc fit restitutio mulieri per modum, de quo in d. l. cum in fundo. §. 3. & sequ. & faciunt not. in l. usufructu. ff. solu. matrimo. Et hoc, nisi tempore soluti matrimonij mulier ipsa extitisset hæres dicti sui patris, eiusdemque soceri, ex quo tunc ipsa in plena proprietate dictorum bonorum succedit, & sic nihil deperit, & multomagis dicendum est, si dicta pœna incessionis in commissum, vel amissionis usufructus contigisset viro post mortem dicti soceri & ipsa muliere existente hærede sua: quia tūc habetur ac si ipsa mulier a princip. dictam dotem constituisset dicto casu vt suprà.

PRIVILEGIVM XXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Vir an libertur soluendo dotem mulieri constante matrimonio.*

1 VIgesimum octauum priuilegium est: quia licet † regulariter vir soluens dotem mulieri constante matrimonio non liberetur, quin etiam soluto matrimonio teneatur mulieri de nouo refundere, vt est casus in l. 1. C. si dos cōstan. ma. quasi videatur vir donasse mulieri: quæ donatio inter coniuges constante matrimonio est prohibita: & ideo posset non obstante dicta restitutione de nouo repetere, put alia donata possunt repeti, vt in eod. tit. & C. de do. inter vir. Tamen si soluto matrimonio mulier reperiatur non consumpsisse dictā dotem redditam: sed locupletiorem effectam ex ea restitutione, tunc non tenebitur vir, vel eius hæredes, vt voluit glono. in l. 2. in prin. ff. solu. matrim. & ita ibi sequitur Bart. & cōmuniter legentes, ita limitando text. in d. l. 1. licet Iacob. de Are. dixerit simpliciter & indistincte nō liberari virum per illum text. dum dicit, ꝙ vir videtur voluisse donare, nec videretur esse donatio, si esset liberatus. Tamen Cy. in dic. l. 1. & communiter Docto. tenent, vt supra, & maxime per tex. in Auth. de nup. in §. dotes. de quo tamē per Bar. in d. l. 2. in prin.

PRIVILEGIVM XXIX.

SVMMARIVM.

1 *Casus quot sint, in quibus vir liberatur soluendo dotem mulieri constante matrimonio.*

2 *Vir potest sponte & non inuitus soluere dotem mulieri.*

VIgesimum nonum priuilegium est in casibus, de quibus in l. quamuis. cum sequ. ff. solu. matrimo. in quibus maritus soluendo dotem constante matrimonio liberatur, etiam si nō esset ex hoc mulier facta locupletior, videlicet si soluat vir, vt mulier liberetur ab ære alieno, quia premebatur forte debitis paternis, vel alia causa, vel si soluit dotem ad hoc, vt mulier prædia meliora, aut vtilia emat, vel si soluat ad hoc, vt parentes mulieris, vel eius fratres, vel filios ex alio matrimonio egentes gubernet, vel huiusmodi personas, vel alias necessarias mulieri personas a captiuitate seu a carceribus.
1 liberet, vt patet in dictis legibus † qui casus omnes possunt reduci ad tres casus Doct. ibi.

Primus ubi est urgens necessitas, vt quādo propter æs alienum, ad hoc etiam l. fi. ff. de iu. dot.

Secundus, ubi est euidens vtilitas, puta vt prædia utilia aut meliora emat, ad hoc l. mutus. §. manente. ff. de iu. do Quod tamen intellige, secundum ꝙ habetur in l. ita constante. cod. tit. secundum Bart. & communiter Docto. in d. l. quamuis. & de hoc vide dicta supra, in 1. speciali huius 7. par. Et maxime in 2. fallentia. Nam, vt ibi dixi, licet hic text. & tex in d. §. manente. loquatur, quando solueretur dos, vt ematur fundus vtilis mulieri: tamen aliquid dicitur gratia exempli, cum exēplum non restringat regulam. l. damni infecti stipulatio. ff. de dam. inf. Vnde idem est dicendum in omni alio casu, quando pecunia solueretur per virum, vt dos conuertatur in melius & vtilius. Et intellige hunc secundum casum, dummodo illud emptum conuertatur in dotem, vt habetur in d. l. ita constante, vt etiam hoc voluit gl. in d. §. manente.

Tertius casus, vbi est pietatis ratio. Vnde quod dicitur in d. §. manente. videlicet vt dos possit solui mulieri constante matr. vt in exilium, vel in insulam relegato alimoniā præstet, est positum gratia exempli. Nā idē est dicendū in omni alio casu, vbi esset similis pietas, vt patet in tex. d. l. quānis, videlicet, vt parentes ipsius mulieris & fratres & filios ex alio mrimonio egentes nutriat, & vt dictas personas vel alias psonas mulieri necessarias redimat a captiuitate, vel carceribus, & idē si pro persona mariti capti, vel aliter egentis dos tota vel erogaretur, vt probatur in d. §. manente. Adde tertium, ꝙ in omnib. dictis casib. vir ipse licet possit sponte soluere & soluēdo liberetur, vt supra: tā inuitus non cogitur, quia dicta iura relinquunt hoc ptāti viri & non necessitati, ex quo loquunt per verbum pōt, vt patet in dictis iurib. & voluit gl. in d. §. manente. & in ver. reddi pōt. prout ēt tenuit Io. de Imo. & Lud. Rom. in d. l. quanuis licet gl. in d. §. manente, senserit, quod in casu d. l. fina. ff. de iure do. cogatur maritus inuitus dotem reddere, tamen hoc nullo iure probatur, & text. in dicta l. fina. hoc non probat, sed solum disponit, quod vir consentiat, vt de dote soluatur æs alienum, quo præsumatur vxor propter debita patris, cui exitit hæres, ad hoc vt præseruentur prędia hæreditaria meliora & fructuosiora, propter hoc non fit ui
2 ro præiudicium. Non autem ibi dicitur, quòd † vir cogatur inuitus hoc facere, vel ad hoc consentire, & hoc videtur verius, vt etiam est de mente præfatorum Doc. in d. l. quamuis. Bar. autem in d. l quamuis. videtur sentire contrarium, dum dicit, ꝙ si vir aliquid impēdit de dote pro redimendo paren-

Source : BIU Cujas

tes mulieris, vel aliquem suum proximiorem a captiuitate ignorante muliere redimeret: quia negotium spectabat ad eam re ipsa, cum alias fuisset priuata successione per id, qđ hĩ in auth. si captiui. C. de epi. & cle. Nam si ipsa mulier non potuisset cogere virum ad hoc, ergo non erat obligata stante impossibilitate. Sed potest responderi, ꝙ hoc operatur consensus viri. Nam renetur mulier consentire tali redemptioni, si ipse vir hoc vult, & ideo tunc mulier priuaretur successione, si dissentiret, alias autem non esset iusta causa exhæredationis filiæ a successione paterna, quando non staret per filiã sed per virũ, qui ad hoc non posset inuitus cogi ꝑ supradicta.

PRIVILEGIVM XXX.

SVMMARIVM.

1 *Iudicium familiæ ercisc. non datur inter cohæredes sed ipsi exhæredato ad hoc ut dos sibi reddatur constante mat. pro oneribus subeundis.*

1 TRigesimũ priuilegium, ꝙ licet alias dicatur, ꝙ †si socer, qui dotem recepit pro nuru decessit relictis plurib. hæredib. siue mariti filius fuerit institutus, siue exhæredatus, potest per iudicium fam. ercis. petere, vt ante partem sibi consignetur per cohæredem dos suæ vxoris, videlicet directo iudicio, si est hæres patris, & si esset exhæredatus vtili iudicio, ad hoc vt dos sit apud illum, qui subit onera matrimonij, & hoc est mirabile, vt tale iudiciũ detur non inter cohæredes, sed ipsi filio non hæredi sed exhæredato speciali fauore dotis pro ipsius dotis consecutione constante matrimonio, vt est expressum in l. 2. secundo responso. ff. de do. præleg. & no. in l. 2. C. fam. ercis.

PRIVILEGIVM XXXI.

SVMMARIVM.

1 *Hæreditas soceri qui dotem recepit si nondum est adita per maritum & alios cohæredes, tamen interim ex æquitate poterit uir dotem petere, ut deseruiat oneribus matrimonij adhuc constantis.*

1 TRigesimum primum priuilegiũ est: quia† dato ꝙ dictus filius, idemq; maritus non sit hæres patris, nec ẽt alius adiuerit eius hæreditatem, & sic non possit dotem suæ vxoris recuperare per iudicium fam. erc. nec per actionem personalem de dote sibi restituenda: quia illa non est nata constante matrimonio, vt no. in l. si constante. §. 1. & ibi per Bart. & Doc. cõiter hoc tenentes, & consequenter ẽt non sit nata hypothecaria tanquã eius sequela & pedissequa. l. 2. C. per quas pers. nob. acqu. & maxime ẽt qa actio de dote & hypothecaria pro dote restituenda datur soli mulieri & non viro, vt habẽt in l. 1. in prin. & per totum. C. de rei vxo. act. Tamen qa subest quędam æquitas, vt dos debeat esse penes virum, qui sustinet onera matrimonij. l. si is qui §. 1. ff. de iure do. iõ speciali fauore dotis & mariti, qui subit onera matrimonij, in subsidium datur actio in factum, vel officium iudicis ex æquitate d. l. si is qui. ita voluit gl. singu. in d. l. 2. §. 1. ff. de do. prælega. & ibi per Bar. & per Cy in d. l. 2. C. fa. erc. & per Bar. in d. l. si constãte. in prin. in 8. q. 2. par. intellige tu, ꝙ dicto casu opus erit dari curatorem bonis & hæreditati iacenti, contra quem vir habebit intentare dictum remedium, per id quod habetur in l. si quis ita instituatur. ff. de hær. insti. & sensit Bart. in d. l. si constante. §. 1. ad fin.

Sed quid si vir ipse in hoc est negligens, an aliquo modo subueniatur mulieri, proximè tangetur.

PRIVILEGIVM XXXII.

SVMMARIVM.

1 *Mulier constante matrimonio potest ad dotem agere contra hæredes soceri, qui dotem habuit, & decessit filio marito exhæredato & incipiente subire onera matrimonij. & nu. 2.*

3 *Maritus si esset negligens in exigenda dote ab hæredibus soceri, eiusdemq; patris posset succurri mulieri ex æquitate l. si is qui. §. 1. ff. de in. do.*

1 TRigesimum secundum priuilegium, † quia licet ex singulari prouisione d. l. si constante. in princ. tuisset a iure proditum remedium mulieri pro sua dote recuperanda ẽt constante matrimonio, videlicet quando constabat euidentissimè bona viri non sufficere ad integræ dotis exactionẽ, vt tunc ꝙ virum posset agere, vt supra est dictum in 24. speciali. Tñ ẽt qñ ꝙstabat bona illius, qui dotem recepit, & onera subibat, sufficeret ad dotis exactionẽ. Adhuc ẽt põt gi, qñ vir non obligatus ad dotẽ habebat onera matrimonij subire, & dotem non habebat. Vt est qñ pater, idemq; socer totẽ recepit pro nuru, & postea decessit ipso filio eodemq; marito exhæredato: tunc. n. licet hæreditas patris opulentissima, & sic sufficiens ad dotem: tñ quia per hoc non est ꝙsulti plenè ipsi mulieri: cum ipsa dos non sit mansura penes mariũ, qui habebat subire onera matrimonij, iõ æquũ vr, tunc ipsi mulieri succurri ꝙ hæredes soceri pro ipsius dotis recuperatione, postquã hæreditatẽ adiuerint, & iste ẽ casus sing. n d. l. si ꝙstante. §. 1. Et iste est verus intellectus & nouus ad illũ tex. prout ibi legendo dixi. Nec placet intellectus Bart. & cõiter Doc. sequendo lec. Ro. ꝙ ibi non ponatur casus differens in effectu a prouisione illius l. in prin. licet sit diuersus in facto. Sed fiat vis in inopia ipsius filij eiusdemq; mariti quæ cãtur ꝓp exhæredationem factã a patre. Sed cum exhæredatio nõ sumat effectum, nisi hæreditas sit adita. l. filiũ. § sed cũ exhæredatio. ff. de contrata. Iõ non censetur inopia esse euidens, nisi a die aditæ hæreditatis, cũ ex dicta prouisione. l. si ꝙstãte. requiratur, ꝙ inopia sit euidens, imo euidentissima, vt patet in tex. ibi euidentissimè &c. Nã pro certo hic intellectus vr esse satis extraneus a tex. illius §. 1. & ẽt a mente Iurisconsulti ibi, & ẽt forte a mente Rog. Sed verus intellectus illius §. est iste. Nã secundum nouam prouisionẽ d. l. si ꝙstante prouidebat mulieri ꝙtra virũ obligatum ad dotis restitutionem, qñ euidentissimè ꝙstabat bona viri, qui dotẽ recepit, non sufficere ad integræ dotis exactionẽ, quæ prouisio extenditur ẽt ad socerũ, qui dotem recepit, vt ibi dicit gl. & Bar. ibi. in 7. q. j. par.

2 †Sed poterit dubitari, quid de hæredibus soceri, si constante matrimonio socer decessit, & tunc si quidem hæreditas soceri non erat sufficiens ad dotis exactionem, tunc sine dubio poterat mulier contra eos agere, sicut potuisset cõtra socerum: quia ex persona hæredis conditio obligationis nõ alteratur l. 2. §. ex ijs. ff. de verbo. obliga. Si autem hæreditas erat sufficiens & soluendo, tunc videbatur dicendũ, mulieri tunc non dari repetitionẽ constante matrimonio, ex quo ipsa est bene cauta pro sua dote, & cessat tunc ratio intrinseca & finalis iurislatoris. d l. si constante. Quod etiam videbatur procedere etiam quando maritus, idemque filius fuisset exhæredatus a patre alijs institutis hæredibus. Nam contra filium, eundemq; maritum non poterat mulier agere, cum dotem non receperit, contra hæredes institutos etiam videbatur nõ posse agere, vt supra, quia bona erant sufficientia.

Præterea cum dicto casu, quando maritus fuit exhæredatus, fit proditum remedium marito, vt possit ad dotem agere contra hæredes per vtile iudicium fam. ercisc. vt supra est dictum. in 29. priuileg. Non videbatur esse opus dari actionem aliquam mulieri ad ipsam dotem dicto matrimonio constante sed suo viro, vt supra. Et tamen isto casu quando maritus fuit exhæredatus a patre, emanauit singularis & noua prouisio de qua in d. §. sed cum exhæredatio. vt competat mulieri dotis exactio contra hæredes scriptos non incontinenti, sed postquam adiuerint hæreditatem, vt ibi expresse dicitur, & ponderanda sunt verba Iurisconsulti ibi dum dicit, quod incipiet dotis exactio, nõ autem dicitur, ex tunc esse ortã actionẽ. Nã actio fuit a prin. videlicet a tpe mortis soceri ꝙtra hæreditatem, licet a tpe ad. tionis incipiat exercitiũ actionis cõtra hæredes adeuntes, vt l. apud Iulianum. §. fi. ff. qui. ex cau. in pos. ea. cum sim. vel põt intelligi, dum dicitur, dotis exactio. i. actio, prout ẽt intelligitur in prin. d. l. quia totũ hoc causatur ex quadam æquitate ꝓp exhæredationẽ dicti mariti, ex qua verisimiliter videtur causata quædam inopia, & sic impossibilitas supportandi onera matrimonij, quæ exhæredatio non sumit aliquem effectum, nisi a die aditæ hæreditatis. d. §. sed cũ exhæredatio. Iõ Iurisconsultus dictam æquitatem in petẽdo dictam dotem non vult locum habere, nisi post aditam hæreditatem ab hæred. b. scriptis. Nam esset possibile, ꝙ hæredes scripti forte dubitantes de viribus dicti testamenti propter dictam exhæredationem fortè iniustam, hæreditatem ex dicto testamento non adirent, sed magis repudiarent, & sic reduceretur ad causam intestati, & sic dictus filius, idemq; maritus esset hæres ab intestato, & cessaret dicta verisimilis inopia cõsiderata a lege, propter quam ex æquitate erat proditum remedium ipsi mulieri vt supra, vnde satis aliena & diuersa est prouisio d. §. a prouisione d. l. in princ. cum nullo modo possit in dicto casu accommodari illud dictum seu requisitũ in prin. l. videlicet euidentissimè constante mariti facultates ad dotis exactionem nõ sufficere. quomodo enim potest dicto casu in persona mariti accõmodari dotis exactio, ex quo ad ipsam dotem nullo modo erat obligatus, cum dotem ipse nõ receperit, sed pater eius, idemque socer. Differunt ergo inter se prouisiones prædictæ, videlicet d. l. 1. in princ. & §. quia in

ꝓrin.

Source : BIU Cujas

prin.prouidetur mulieri principaliter,ne dotem perdat,& sic indotata remaneat.Sed in §.1.principaliter ꝓuidetur ipsi mulieri, vt dos sua oneribus matrimonij deseruiat. Sed cum videat mulier ipsa virum suum a patre esse exhæredatum,& sic verisimiliter impotentem ad subeundum onera matrimonij,cum nec facultates paternas,nec dotem suam apud se habeat. Et cum decens sit, mulierem ipsam cum sua familia ex sua dote alimentari.Ideo tanta æquitate suadente proditum est nouum & singulare remedium, de quo in d.§.1. solūmodo causatum ex dicta exhæredatione filij. Et etiam hunc intellectum bene sensit glos.in l. sed si pro dote.§.1.ff. de legat. præstan.dum simpliciter vult, quòd sola exhæredatio mariti facta per patrem est causa, vt mulieri detur actio contra hæredes soceri pro dote cōstante matrimonio per tex.in d.§. Nec obst.si obijceretur per dictos hæredes soceri quòd non tenētur tibi dotem restituere, sed tuo marito exhæredato, per id quod habetur in d.l.2.§.1.ff. de do. præleg. & sic obijciendo de iure tertij:quia poterit replicare mulier,habeo suspectum virum de mala erga me,& familiā gubernatione & circa onera matrimonij supportanda:quia si pater noluit sibi filio bona sua committere, multominus debeo ego vxor hoc ꝓmittere, ꝙ quidem in patre non sine magna causa debet contra filium proprium ita præsumi.l.isti quidem.in fi.ff.quod met. causa & nullus amor vincit paternum.l.fi.C. de cura.fu. omnia enim liberis nostris ex naturali voto paramus.l.nihil. §. facilior.de bon.liber.& quod habetur in l.Paulo Calimaco.§.j. ff.de le.3.in glo. Vnde quando pater se spoliat a tali naturali suo voto,non est verisimile, nisi ꝙ ob malos mores talis filij fuerit ad hoc motus.

Concluditur ergo, ꝙ magna æquitas mouit Iurisconsultū in d.§.1.ad prouidendum suspicioni mulieris circa suū gubernium & obseruationem suæ dotis. Recolendæ tū memoriæ D.Ang.de Periglis,præceptor meus,legendo poluit alium nouum intellectum ad d. §. 1. quod ibi competat actio mulieri ꝯ hæredes soceri,vt dos restituatur viro sustinenti onera matrimonij.& hoc ex æquitate d.l.si is qui.§.1.ff.de iu.do.Tamē ego ibi legendo dubitabam de dicto intellectu: quia licet videatur hoc in se æquum, tamen non vī posse hic intellectus applicari ad illum tex.dū in fi.dicit, ꝙ mulieri datur exactio, ergo non solum ipsum agere,sed ēt ipsum exigere est mulieris:cum exigere importet executionem & sic solutionem sibi fiendam,per id quod habetur in l.fideicommissa.§. si rem. ff.de leg.3.& in l.non solum.ff.sol. mat. Item quia æquitas d. §.ibi dos,non est causa inducendæ actionis de dote, & sic ēt obligationis,sed officij iudicis, vel saltem condictionis ex illa l.vt dicit Bar.in l.si constante.in d.8.q.2.par.

Præterea videtur, ꝙ dicta æquitas magis sit prodita ad subueniendum ipsi viro, ad quem spectant onera matrimonij, quam ipsi mulieri,per id quod habetur in d.l.2 C. fam. ercis. & voluit gl.in d.l.2.§.1.& Bar.in d.8.q 2.par.& dixi supra 30. priuil.Nam cū onera matrimonij spectent ad virum potius, quam ad mulierem, quo respectu dos viro dicitur deberi ex tit.oneroso.l.ex promissione.ff.de acti. & oblig.ideo æquum est,vt apud eum sit dos.d.§.ibi dos. ideo ipsi viro debet competere actio & non mulieri.

Præterea cum æquitas,de qua in d.§.ibi dos.sit subsidiaria & in defectum ordinarij remedij, seu ordinariæ actionis inducta,vt per gl.in d.l.2.§.1.& per Bar.in d.8.q.Meritò videt, ꝙ ex quo lex adinuenit remediū,seu vtilem actionem marito per vtile iudicium fam.ercis.vt supra,videtur cessare dicta æquitas,de qua in d.§.ibi dos.& facit l.si maritus.ff.fami. erc. Vnde posset dici circa prædicta & quidem non improbabiliter,† ꝙ aut maritus est diligens in petendo dotem ab hæredibus soceri,& esset homo probatæ vitæ, & tunc non audiretur mulier non solum in agendo & allegando, vt velit dotē apud se manere,sed etiam si peteret dotē reddi viro, ex quo tunc cessat omnis æquitas dandæ actionis, vel alicuius alterius remedij ipsi mulieri, aut maritus non esset probatæ vitæ, & esset suspicio de futura dilapidatione paterna, vt esset in dubio probata exhæredatione paterna,vt hic,nisi aliter in contrarium constaret, vt habetur in l. siue possidetis. C. de probat.& tunc posset petere dotem sibi reddi a dictis hæredibus soceri etiam constan.matr.hunc tex.ad hoc no. secundū intellectum nouum infra datum.Et in tantū audiretur tunc mulier ꝯ hæredes soceri, ꝙ si concurreret tunc etiam ipse vir in repetendo dotem ꝯ dictos hæredes,tunc p̄feretur ipsa mulier,vt sic dos sit potius apud ipsam mulierē mansura,q̄ apud virum ita suspectum,vt exinde ēt ipse vir alatur, vt alias in d. l.vbi adhuc.ad fi. Posset ēt forte hodie vti ipsa mulier remedio,de quo in c.per vestras.de do.inter vir.& vxo. quod c. licet loquatur,qñ dos nondum fuerat soluta per mulierem vel socerum ipsi marito. Tñ eadem vī subesse æquitas in terminis nostris,videlicet qñ dos fuerat soluta socero, & euenit casus ipsius dotis soluendæ ipsi viro,puta per mortem soceri.Si aūt ipse maritus erat homo probatæ vitæ,nec ꝯ eum vigebat suspicio de dilapidatione,vel alia cōsumptione. Tamen erat negligens in recuperanda dote a dictis hæredib.patris,& tūc procederet opi.præfati domini mei, vt tunc mulier audiatur petēdo dotē restitui suo viro, vt exinde melius possent sufferre onera matrimonij, maximè circa ipsam vxorem. & licet hoc non probetur ex hoc tex.tamen suffragatur æquitas, de qua in d.§.ibi dos.

PRIVILEGIVM XXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Libellus,ago ut soluas alteri,quam mihi mulieri, uidelicet viro meo dotē procedit fauore dotis.*

2 *Dotem si alius quam vir receperit,adeo quod uir non est obligatus ad dotis restitutionem,tunc uiri inopia non est causa dandæ actionis mulieri.*

1 ET hoc erit trigesimum tertium priuilegiū in dote. Nec inconuenit aliqñ, † quod procedat iste libellus, ago vt soluas alteri, qñ in hoc versatur meum interesse, vt alias hī in l.stipulatio ista.§.si stipuler.ff.de ver.ob.quod maximè procedere debet speciali fauore mulieris & dotis, prout alias in simili est speciale fauore mulieris,qñ agit ꝯ maritum, vt agat ꝙtrà hæredes soceri ad dotem pro interesse ipsius mulieris, vt habetur in l.socer.§.Lucius.ff.so.ma.& dicetur ꝯ.in 8. par. in priuil.24.& alias qñ agit contra virum vt alteri promittat & soluat,in l.2.§.1.ff.e.ti.Et iō si dictus maritus esset grauatus ære alieno,cautela esset, ꝙ differrent.Si aūt ipse filius exhæredatus a patre probaret esse virum diligentem,& ꝙ fortè magis ob culpam patris, vel ob nouercales persuasiones fuisset exhæredatus,q̄ culpa dicti filij,eiusdemq; mariti,& tunc nō procederet dicta opi.Rom.Bar.& sequacium. Nā dato ꝙ vir ipse esset inops:tamen ex quo esset suspicandum de mala sua gubernatione, vel administratione tā circa vxorem q̄ ēt circa dotē,si sibi redderetur per hæredes soceri, non video rōnem,quare tunc dos magis deberet reddi mulieri,q̄ viro.Itē ex quo tunc est locus remedio ordinario,vt tunc possit agere ad dotē,vt habetur in d.l.2.§.1.de do.prę leg. cessare debet extraordinarium proditum mulieri in subsidium vt ꝯ.per id quod habetur in l.in prouinciali.ff.de no.ope.nun.

Et quia æquitas est magis pro viro, quam pro muliere, vt dos debeat residere apud eum, qui sustinet onera mr̄imonij. d.§.ibi dos.Nec reperio iure cautum, ꝙ ꝓp inopiam viri competat repetitio mulieri,qñ vir non recepit dotē,& vbi dos est in securo:qa vt dicit gl.in d.§.sed cum exhæredatio.dicto casu nec plus nec minus mulier hēt timere de ꝓditione suę dotis.Et si diceres, imo hēret timere si dos reddat viro suo inopi.

Sed respondebitur, ꝙ tempore fforum iura non curabant de inopia viri,nisi quando erat adeo suprema inopia,propter quam constabat euidenter, ꝙ viri facultates non sufficiebant pro ipsius dotis restitutione.& ita erat prouisum in d.l.si cōstante. in princ. vt etiam declarat Bar.in tertio contrario, & ibi latius legendo dixi. siue ergo dos restituenda tali viro sit in corporibus,siue in pecunia, ipsa erit in securo magis apud dictum virum diligentem & probatum quam apud ipsam mulierem. Imo fortè isto casu non vendicabunt sibi locum remedia d.l.vbi adhuc.& d.§.illud.in Auth. de æquali. dot.Si talis vir non esset pressus alijs debitis, nec contra eū laboret aliqua suspicio de mala administratione: quia non abutitur vt sunt termini.§.illud.imo est homo diligens,adeo ꝙ est verisimile, vt habita cōsideratione quantitatis doris mulier nō poterit conqueri de mala gubernatione vel de sua necessitate, ac si dos ipsa esset apud ipsam mulierem æque diligentem, & sic essemus extra teminos d.l.vbi adhuc.& d. §. illud. vt ēt declarat ipse Bart.o in d.3.contrario.Et hanc opinionem reperio etiam tenuisse dictum Franc.Tig.de Pisis in d.l.si constante.in princ.super gl. ibi magna ad fi.Dicendo ꝙ illa in vltima
2 particula videtur sentire contrarium, dū dicit,quòd † si alius quam vir recepit dotem, & sic vir non est obligatus ad dotis restitutionem, sed alius puta socer, vel forte extraneus, puta frater viri,qui erat maior natu,qui omnia amiserat,vt aliquā do assolet.Nam dicit glo. ibi,quòd eadem æquitas est dandæ restitutionis ipsi mulieri:nam si vis glo.intellexisse,quòd propter inopiam viri detur actio tūc mulieri, tunc esset hoc contra opi. glo.in d.§.sed cum exhæredatio.in reprobatione opi. Roge. Tamen ipse Franc.dicit ꝙ hoc non fuit de intentione illius gl.sed potius intellexit de inopia dicti alterius, qui dotem recepit, & ista est veritas, & ita etiam ibi Dyn & etiam Bar.in 9 quæst. 1.par. Dicit tamen Franc.ibi, quod vidit con

Source : BIU Cujas

trarium iudicari in quæſtione facti, & male, & contra gl. in d.§.ſed cum exhæredatio. & quia tunc nulla ſubeſt æquitas dandæ actionis ipſi mulieri, & hoc videtur eſſe veriſſimum. Solum ergo prouidetur mulieri in caſu ſingulari.d.§.ſed cum exhæredatio.quando eſſemus in caſu quo perſona exhæreda ti filij eſſet perſona non probatæ vitæ & ſuſpecta de mala adminiſtratione ſeu gubernatione,prout in dubio hoc eſt veriſimiliter præſumendum propter exhæredationem paternã, niſi probetur contrarium, vt ſupra dixi.quod maxime proce dit de iure iſto, de quo præſumebatur contra filium exhæredatum propter iudicium paternum,vt habetur in l. liberi. C. de inofficio.teſtam.Licet hodie reſpectu effectus ipſius exhę redationis, ne filius ex ſolo iudicio patris remaneat deſtitutus bonis paternis de iure naturæ ſibi debitis.l. cum ratio . ff. de bo.dam.& hoc ſit immutatum, vt habetur in l. omnimõ. C.de inofficio. teſtam.& in auth.non licet.C.de lib.præter.& in corpore unde ſumitur. Nec hodie per prouiſionẽ d. l.ubi adhuc.& d.§.illud,eſſet ſubuentum mulieri in iſto caſu quando vir non erat obligatus ad dotem,quia eam non receperat ſed ſocer qui deceſſit. Sed ſolum erat prouiſum in hoc per diſpoſitionem.d.§.ſed cum exhęredatio.

Quid autem ſi ſocer, qui dotem recepit adhuc viuit & filius ſeorſum habitat cum ipſa vxore, an iſto caſu competat aliquod remedium pro dote repetenda à ſocero, proximè tangetur.

PRIVILEGIVM XXXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Socer mulieris ſi conſignat dotem filio ſeorſum habitanti muliere conſentiente liberatur à muliere.*

2 *Maritus licet poſſit per uiam delegationis ſe liberare alteri promittendo de uoluntate mulieris,licet ad hoc non cogatur, tamen hoc uon procederet, quando conſtante matrimonio ita promitteret.*

3 *Conſignatio dotis facta per patrem filio ſeorſum habitanti de dote ſuæ uxoris ipſa nuru conſentiente, non nocet ipſi nurui, quando filius erat in poteſtate.*

4 *Filius poteſt ex iuſta cauſa ſeorſum a patre habitare maxime cum uxore. Et tunc pater non poteſt iuſte denegare alimenta & dotis reſtitutionem & nu. 5.*

6 *Filius diuertens a patre ex iuſta cauſa ſi non eſſet perſona diligens:pater non teneretur ſibi dotem conſignare nec liberaretur etiam ſi mulieris conſenſus accederet.*

7 *Maritus ſi conſtante matrimonio dotem conſignat ſocero de uoluntate mulieris filiæſam.uidetur eſſe liberatus in caſu ſoluti matrimonij.*

1 TRigeſimumquartum priuilegium † vt licet ſocer paterque mariti ſoluendo conſtante matrimonio dotẽ non liberetur: quia eadem ratio videtur ſubeſſe in ſocero, quę eſt in marito, & maxime quia dicta ſolutio habet ſe ad inſtar donationis, vt d.l.1. C. ſi dos conſtan.matri. quæ donatio eſt prohibita inter ſocerum & nurum, ſicut inter ipſos coniuges.l.3.§.1.& ibi no.ff.de do.int.vir. & vxor.Tamen ſi ipſe ſocer conſignat dotem habitam ipſi filio ſeorſum habitanti de voluntate vxoris,tunc ipſe ſocer erit liberatus, adeo quod mortuo poſtea filio non poterit nurus amplius dotem repetere ab ipſo ſocero, vel eius hæredibus, ita ſing.dixit Bar.in l. ſane.ff.de iu.do.ar.illius tex.dicẽdo ita notaſſe illũ tex.ibi Ric. de Malũ. Sed aduerte; quia Bar.loquitur quando pater emancipauit filium, & ſic reputatur pro extraneo, quo caſu ceſſat rõ prohibitæ donationis, de qua ſupra.Cum tunc maritus nõ ſit in poteſtare ſoceri, & ſic ceſſat ratio de qua in d. §. 2. l. 3. Vnde illa liberalitas mulieris erga ſocerum in liberando ipſum ab actione de dote debet & poteſt ipſi mulieri nocere. Sed ſi filius non eſſet emancipatus,& ipſi filio ſeorsũ habitanti pater conſignaret dotem de voluntate nurus pro ſubeũdo onera matrimonij, hoc eſſet magis dubium. Nã reperio Pau. de Caſt.in l.2 in prin.ff.ſo.ma. hoc tenuiſſe,non faciendo vim in emancipatione filij, & allegando Bar. in d. l. ſane.vt ſupra. Tamen non ſine miniſterio Barto. & Ricar.Malumb.loquuntur in filio emãcipato & ſic vim facere videreẽ in emãcipatione. Nam ſi eſſet emancipatus, & ſic reputaretur pro extraneo.l.1.§.extraneum, C.de rei vxo. actio.Satisfacere videtur tex.in d. l.ſane.iuncta l. debitor.eodem titu.ad quam in l.ſane continuatur, dum vult ille tex. quòd ſi debitor mulieris pecuniam debitam promiſit viro ſoluere ex cauſa dotis, & poſtea vir dictum debitorem liberauerat per acceptilationem iuſſu dictæ mulieris, quòd nihilominus mulier erit obligata viro per actionem mandati, vt tantumdẽ conuertatur in dotẽ,& poſtea ſoluto matrimonio ſi mulier de dote ageret, poterit ſibi compenſari obligatio prędicta orta ex mandato,ut ſupra.ita dicit in d.l.ſanè.Tamen aduertendum eſt, nam poteſt dici,quòd d.l.ſanè.cum præcedenti,non conferat ad terminos,de quibus ſupra.Imo poteſt dici contrarium de iure; quia non poteſt mulier per ſuum conſenſum dotis conditionem facere deteriorem,vt l.de die.& l.Attilicinus. ff. de pac. dota.cum ſuis vulga.& dictum eſt ſupra in 11. priuilegio huius 7. partis. Sed in d.l.debitor. & d.l.ſane, conſenſus & iuſſus mulieris circa liberandum dictum debitorem non verſatur in dote:quia tempore dicti conſenſus ille non erat debitor mulieris, ſed viri, & ſic in dote non erat nomen debito-
2 ris. Sed quia † dictus debitor per delegationem cenſetur ſoluiſſe viro.Tunc quicquid ſit, non poteſt negari, quin per talem conſenſum in effectu,& ſaltem per uiam indirectam efficiatur cõditio dotis mulieris deterior,ex quo ibi ſoluto matrim. remanebit indotata propter talem iuſſum. Vnde põt dici,quod regula,de qua in d.l.de die. & l. Attilicinus procedat,quando in fauorem viri conditio dotis efficeretur deterior:ſecus ſi non verſaretur fauor viri,ſed fauor tertij, vt patet in ſimili in d. l. 2. in prin.verſ.nec cogitur. ff.ſol. matr. ubi poteſt mulier petere a virõ, vt dotem promitteret alteri per viam delegationis in caſum ſoluti matrimonij:& licet tũc vir cogatur ad hoc,quando timeret de aliquo ſuo damno.Tamẽ quando non eſt ſuſpitio de ſuo damno cogeretur, vt ibi probatur a contrario ſenſu,& ibi no.

Præterea licet non cogatur tunc quando eſt ſuſpicio de ſuo damno.Tamen ſi vult pater,& tunc liberareẽ, & ibi probatur a contrario ſenſu.Et tamen eſt poſſibile, quod propter hoc remaneat ſoluto dicto matrimonio indotata.Sed poteſt dici, quòd hoc procederet, quando ab initio & ante matrimonium & poſt promiſſam dotem hoc peteret mulier, non ſic ſi conſtante matrimonio, & hoc niſi in caſibus, de quibus in dic. l. quamuis. cum ſequ. eod. tit.& dictum eſt ſupra in 29.priuile.Sic ergo ad propoſitum dico, ꝙ in caſu d.l.debitor. cum ſeq. ſi dicta acceptilatio iuſſu mulieris fuit facta per virum conſtante matrimonio, tunc non liberatur, & perdit dotem. Si autem ante nuptias contractus, & tunc perit dos periculo mulieris:quia potuit tunc ſibi pręiudicare, per dicta ſupra in dicto undecimo priuilegio, in ſecunda limitatione. Et iſte eſt verus intellectus d.l.debitor.vt patet ibi ad fi.in uer. nam ſi ſequutis nuptijs, & tex.l. non enim.cum l.ſane. repetit caſum, quando ante nuptias fuit facta talis acceptilatio, & poſtea nuptiæ fuerunt ſequutæ.

Et diſtinctio, quam facit glo.in d.l.debitor. ſuper verbo, perdit dotem. videlicet, an vir accepto tulit iuſſu mulieris animo donandi,an verò non animo donandi. Vt primo caſu dos pereat viro, nec liberetur.Secundo caſu dos non pereat viro.Non videtur eſſe tuta in ſecundo caſu, quando ex hoc mulier eſſet damnificata forte, quia voluit complacere tali debitori, vt ſibi accepto ferretur per virum animo donandi dicto debitori, vt ſic ipſa haberet refundere dotem de nouo ipſi viro, nec haberet recipere à dicto debitore commodum æquiualens, & ſic in effectu remaneret indotata, & maxime ſi non eſſet potens ad ſoluendum marito de nouo aliã dotem, & idem ſi eſſet potens tempore dictæ acceptilationis, vir non curauit repetere ab ea id, quod accepto tulit ſuo iuſſu & tempore ſoluti matrimonij reperit mulier ſe ſine dote, adeo quod non poſſet de nouo ſe remaritare.Si autem matrimonium eſſet ſolutum morte mulieris,& tunc forte potuiſſet mulier in hoc caſu præiudicare per dicta ſupra, in d.11.priuilegio, in prima limitatione.

3 Nunc redeo ad primum propoſitum,quando † mulier cõſentit ſocero, vt dotem conſignet viro ſuo, eidemque filio dicti ſoceri ſeorſum habitanti: tunc ſiquidem ipſe filius erat in poteſtate, neç pater cogebatur dictam dotem aſſignare dicto filio, & tunc ſibi non nocet talis ſuus conſenſus: quia ita conſentiendo uidetur liberaliter remittere ſocero dictam obligationem, & remiſſio iuris habet vim donationis.Et ſicut cenſetur prohibita inter virum & vx.l.ſi ſponſus.§.circa. & §.ſi vxor.ff.de do.inter vir.& vx.ita etiam eſt prohibita inter nurum & ſocerum.d.l.3.§.2.eo.tit.

Item in ſecundo: quia non poteſt mulier per ſuum conſenſum dotis ſuæ conditionem facere deteriorem,vt ſupra dixi. Et hæc ratio eſt melior quam prima: quia tunc remiſſio non valet, quando ex remiſſione iuris ſeu liberatione facta marito vel ſocero, ipſe vir vel ſocer eſſet factus locupletior, alias valet,l.ſi cum mulier.ff.de dona.inter vir.& vxorem. Sed ſocer ex tali liberatione non eſſet factus locupletior,ex quo dotem ſoluit voluntate mulieris.Si autem filius eſſet emancipatus a patre:& tunc ex quo pater tenetur dotem conſignare dicto filio ſeorſum habitare volenti, vt proximè dicetur, ideo ſoluendo ipſi viro de voluntate mulieris liberatur, quia hoc fecit l. permittente.

Ideo

Source : BIU Cujas

Ideo ex hoc nō debet pati dānum.l. Gracchus. C.de adul te.alias iniquum eſſet, quod ſub clipeo legis ita permittentis haberet periclitari dictus ſocer,contra l.j.C.de his qui ve. æta.impet.

Et iſti ſunt termini Bar.poſt Ric.Malum.in d.l. ſanè.

Imo forte poſſet dici, quod etiam quando ſine voluntate mulieris, & maximè eo ignorante ſolueret dotem marito,eidemq; filio ſeorſum habitanti, ſi dictus filius erat tunc homo diligens & probatæ vitæ, ex quo ſoluit dotem, vt ex ea dote poſſet ſe & vxorem cum ſua familia gubernare, ꝙ tunc eſſet liberatus tanquam bene ſoluerit filio non perdituro,prout in ſimili dicitur in l.quamuis. ff. ſolu. matrimon. & dixi ſupra in 21. priuilegio . cum ſubſit eadem ratio, quæ eſt in caſu d.l. quamuis . Et licet tempore ſoluti matrimonij non reperiantur tot bona viri, quæ ſufficiant ad dictam dotem: tamen non tenebitur propterea vir vel eius hæres, ex quo a principio ſolutio fuit ex iuſta cauſa facta, per no.in ſimili in d. l. quamuis. cum ſequen. quia debet inſpici bonum initium per id,quod habetur alias in l. ſed an vltra. ff. de neg. geſt. & alias in l. & in totum. ff. de impen. In hoc tamen non aliter me firmo, & relinquo cogitandum, & tangetur infra in ſimili in 8.parte.ad fi ſuper veritate illius gl.no.in l.ſi cum dotem.§.1.ff.ſoluto matrim.ſuper verbo iuſtis cauſis,& alterius glo.no.in l.2.§.1.eod:titu. ſuper verbo, ſui iuris. An autem ſi filius diuertit a patre ſeorſum habitando cum ſua vxore poſſit petere a patre dotem vxoris ſibi conſignari, tactum eſt aliqualiter,ſupra in 6 par.in 36. priuilegio. Nam Bal. in l.ſi cum dotem.§.tranſgrediamur.ante fi.refert Dy.conſuluiſſe, & eum ſequitur,ꝙ ſi filius prædictus eſt emancipatus,& ſupportat onera matrimonij, tenebitur pater ſibi dotem conſignare,nec eam poterit retinere ſaltem pro dimidia vſusfructus ſibi conſignandi pro præmio emancipationis, ſecundum quod habetur in l.cum oportet.§.cum autem.C.de bo. quæ lib.& idem ipſe Bal.tenet in l.2. C.famil. erciſcun.dicendo Dy.ita conſuluiſſe in hac ciuitate Peruſij, videlicet quod licet pater dicat, volo onera matrimonij ſubire in alendo te & vxorem,& mihi retinere & fructuare dotem:tamen filius poterit hoc recuſare dicendo,volo ſeorſum habitare,& vxorem apud me retinere, & onera matrimonij ſubire,quia iſta ſunt quaſi inſeparabilia.l.ſi maritus,ff.fam.erc.& quia ſicut filius p mortem patris poteſt petere dotem prę̨cipuā, vt ibi,ſic etiam per emancipationem factam a patre:cum emancipatio æquiparetur morti.ff.de iure do.l.ſi pater filiæ, & l.ſi ſocer. in prin.ff.ſol.mat.& l.1.§.videamus. C. de rei vxo.act.Item quia ſimile eſt, quem eſſe emancipatum & exhæredatum. ff. quod cum eo.l. 2. Sed exhæredatio eſt cauſa, vt filius poſſit petere dotem præcipuā,vt l.2.§.1.ff. de do præle. ita & emancipatio & dicit idem tenere Iac.de Are.in l.ſi conſtante,in prin.ff.ſol. ma. Et ſubdit, quòd pater poterit petere a dicto filio ſibi caueri,vt conſeruet eum indemnem a dicta muliere,arg.l.pater,in princ.ff.de dote præleg.& ff.de leg.3.l.fideicommiſſa.§. interdum. Et per hæc ſentiunt expreſſe prætati Docto.quòd licet hoc poſſet petere emancipatus: non ſic ſi eſſet adhuc in patria poteſtate. Sed Ang.in d.§.trāſgrediamur,ſimpliciter tenet hoc in filio, non diſtinguendo inter emancipatum & filiumfa. quia dos debet eſſe penes illum, apud quem ſunt onera matrimonij, per regulam.l.ſi is qui. §. 1.ff.de iure do.Io.de Imo.in d. §.tranſgrediamur. non ſequitur Ang. in filio in po-
4 teſtate † niſi qñ incępiſſet ſeorſum habitare cum ſua vxore de voluntate patris,ſecus ſi abſque voluntate patris: qa tunc imputeť filio ex quo ſeorſum vellet habitare, niſi forte pp aliquam iuſtā cām non poſſet ſimul cohabitare cum patre; nā ſicut ex cauſa poteſt cogere patremad emancipandum iuxta ea, quæ no.in l. nec auus. C. de emancip.li. & l. quidam cum filiū.ff.de verb.ob.Ita etiam videtur, ꝙ ex cauſa poſſit ſeorsū ab ipſo habitare.Subdit tamē,quòd ſi filius eſſet ſuſpectus de mala adminiſtratione; forte tunc ſufficeret patrem prębere alimenta: cum ipſe ſit ille,qui eſt obligatus ad dotis reſtitutionem. & ſic non debet cogi reſtituere, niſi eſſet ſibi cauendū de indemnitate,argu.l.2 §.1.& l.pater. ad fi.ff.de do. præle. In filio autem emancipato tenet opin. Bal. vt ſup. quia eo ipſo, quòd pater emancipauit, videtur eum poſuiſſe in libertate alibi morandi:cū per emancipationem dicatur exiuiſſe familiam paternā,l.fi.ff de cap.dim.Et ideò cum vxor non debeat ſeparari a cohabitatione viri, & debeat deſeruire onerib. matrimonij merito tenetur dare dotem ipſi filio.Sed Lud.Rom. in d.§.tranſgrediamur.altius exordiēdo hanc materiam primò,examinat,an pater hodie habeat uſumfructum ex bonis dotalibus ſiuę nurus. Et poſt multa concludit quòd ſic, non diſtinguendo, prout diſtinxit Bar.in l.contra nurum.§.quoties.ff re.amo. Et per multa iura & rationes,de quibus ibi per eum. Super quo aliter non inſiſto: quia videtur verum concludere, vt ēt ſ. concluſi in d.36.priui.6.partis.tandem in filio in poteſtate concludit contra opinio.Ioan.de Imo.de qua ſupra dicendo,quòd dicta ſua videntur ſomnia,quia ex quo hodie talis dos eſt peculij aduentitij,vt ſupra conſequens eſt, vt eius omnimoda adminiſtratio ſit penes patrem. & conſequēter non poſſe peti per filium quamuis ſeorſum habitantem per l.1.C.de bon.mater.Et quòd ipſe pater tenebitur tali filio ſeorſum habitanti prouidere de alimētis pro ſe & vxore & liberis ex eis,& quia ad hoc tenetur, vt habetur in l.ſi quis a liberis.§ non tantum,iuncta gl. ff. de libe.agnoſc. & l. ſi filia.§. 1.ver. hoc amplius.ff. famil. erciſ. Nec ex eo quòd filius velit
5 ſeorſum habitare poteſt † ei alimenta denegare, quia qui tenetur ad alimenta, nō eſt excuſatus, ſi dicat ſe nolle præſtare extra domum ſuam,& ſic illi ſeorſum ab eo habitanti, vt habetur in l.liberis la 1.§.fi.ff.de alim.lega. Nam ſi hoc procedit ibi quando alimenta debētur ex diſpoſitione hominis,multo magis quando ex diſpoſitione legis,cum qua mitius agitur.l. Celſus,ff.de arbit.quòd maxime dicit procedere,ſi filius iuſtā habuit cauſam diuertendi a patre,quo caſu poterit filius adire iudicem, vt cogatur patrem pati filium ſeorſum a ſe habitare,arg.l. fi. ff.de interdi. & releg. & l.moris.in prin.ff.de pœ. Idem dicit, non eſſe ita de iure expeditum vt filius poſſit cogere patrem ad ipſum emancipandum,ibi per eum.Sed ſalua pace opi.Io.de Imo.quam dicit eſſe ſomnium, uidetur eſſe Euangelium, & ſua reprehenſio meretur apocripham, maxime dum videtur præſupponere, quòd etiam quando filius diſcedat à patre ſine iuſta cauſa, teneatur pater ſibi alimenta ſubminiſtrare:quia obligatio ad preſtanda alimenta non requirit identitatē cohabitationis &c. Nam in filiofa. reſpectu patris hoc eſt falſum : quia ſicut ratio naturalis arctat patrem ad alendum, ita econtra ratio naturalis arctat filiumfamilias ad morandum cum patre & in eadem domo obſequia præſtandum propter vinculum patriæ poteſtatis . & ideo dicuntur ſui:quia domeſtici id eſt in domo patris nati, & moram ibi trahentes.Inſti.de hær. qualit.& different.§.ſed ſui.& ſub eodem tecto vna cum patre & vxore morantes . ff. ad Syllanian.l.1.§.ſi vir. Et ſicut vxor morari debet cum viro & in domo operari,ita & filius.dicit Bal.in authen.ex teſtamento,C.de collat.in 7. colum. Vnde ſi filius non vult ſtare cum patre,& ſibi in domo obſequia præſtare,non poteſt conqueri de patre ſi vice verſa alimenta denegat.& ſic culpa cū culpa compenſatur.l.ſi ambo,ff.de compen.& l.viro atque vxore.ff.ſoluto matrim. Vnde inepta ſatis ac puerilis videtur illa inductio,quod qui ex legis diſpoſitione tenetur ad alimenta alteri, arctetur ad illa præſtandum abſque eo, quod ille ſecū cohabitet,ſicut quando ex diſpoſitione hominis . Nam hoc non procedit in patre vel alia perſona, quæ habet alimentarium obligatum ad ſecum cohabitandum,ſicut etiam eſſe dicimus in marito,qui tenetur alere vxorem,vt l.ſi cum dotē. §.ſinautem.ff.ſol.matrim.Nam ad hoc non teneretur, quando non vellet cohabitare cum viro, & tūc omnes fructus dotis ſuo lucro cederent, vt ibi no. & per Bal. in l. 1. C.de lega. in penul.colum.& per glo.no.in cap.ſignificaſti. de diuor. in fi.gl.magnæ.Si autem ſubeſſet aliqua iuſta cauſa,propter quā filius vellet ſeorſum habitare a patre, forte propter nimiam ſæuitiam,vel propter nouercales cōtentiones,vel quia filius haberet vxorem iuuenem & pulcram, & pater eſſet homo improbatæ vitæ, & admitteret in domo ſocios ſibi ſimiles, vel alia ſimili cauſa, tūc ſine dubio abſque alia auctoritate & ſentētia iudicis poſſet a tali patre diſcedere & recuſare morationem domus, argum. l. Caius.§. 2. cum ſuis concord.ibi.ff. de alim. lega. & quod habetur in l. non aliter. ff. de vſu & ha. & tunc non eſſet excuſatus talis pater a præſtatione alimētorum,argum.d.§. fi. Et ideò cum tunc filius habeat ſubire onera matrimonij erga ſuam vxorem,videtur dici poſſe, ꝙ tenea tur dotem nurus conſignare tali filio ex æquitate.d.l.ſi is qui. §.ibi dos.ff.de iure dot.& ita debet intelligi voluiſſe Ange.in dicto §.tranſgrediamur.Sed tunc opponitur,ſi pater tenetur tali filio ex iuſta cauſa diuertenti alimenta adminiſtrare,ergo pro ſe & vxore & ſua familia,vt l.ſi filia.§.1.verſi.hoc amplius. ff.fam.erciſc.& per glo.in d.l. ſi quis a liberis. §. non tantum. ergo in effectu dicetur talis pater ſubire onera matrimonij, & non filius . ergo dotem poteſt & debet apud ſe retinere, & ſic fructus dotis ſibi lucrifacere, ſicut poterat ante diſceſſum filij, ex quo etiam tunc ſubierat onera matrimonij, vt dictū eſt ſupra in 6. parte . in 36. ſpeciali. Nec poteſt negari, quod dictum lucrum fructuum dotis dicatur eſſe de lucris nuptialibus, & iura volunt, quod hodie pater habet vſumfructum omnium lucrorum nuptialium prouenientium ex perſona filij,vt probatur in l. 1.& 2.& l.quod ſcitis.C.de bo. quæ liber. & per Bar.in l.contra nurum. §. quoties, ff. rer. amot.& retulit Lu.in d.§.tranſgrediamur. Sed tu reſponde, ꝙ licet dictus

pater

Source : BIU Cujas

pater ſubminiſtret alimenta: tamen non poteſt dici proprie propter hoc ſuſtinere onera matrimonij, ex quo ſecum non cohabitat nurus: nec familia viri, eiuſdemque mulieris cum ipſo viro, qui habet dietim, & per continuum tempus & continuam cohabitationem ſupportare ipſam vxorem, & idem in omnib. neceſſarijs magnis & minimis dietim ſupplere, tam in ſanitate quā in ægritudine ipſius mulieris, & maxime dum erit prægnans & in partu, ante partum, & poſt partum, & in medelis & ſimilibus, vt habetur in d. l. ſi cum dotem. §. ſinautem. Pater autem ipſe idemque ſocer ammodo ab omni iſta cura erit exēptus & ſe expediet & liberabit aſſignando in initio cuiuslibet anni vel menſis ipſi filio, quod ſufficiat ad victum, ſecundum quod no. in l. pecunia. ff. de alim. lega. & ibi per Barto. & in l. fi. ff. de libe. agno. Item quia debet inſpici magis cauſa proxima & immediata oneris matrimonij, quæ eſt in viro, quam cauſa remota & mediata, quæ eſt in ſocero, argum. l. ſocium. §. fi. ff. pro ſoc. & l. pater qui caſtrenſe. ff. de caſtren. pecul. Meritò dicendum eſt, quòd opi. Ange. intellecta ſecundum diſtinctionem Io. de Imo. eſt verior de iure, & tanquam æquior & benignior eſt tenenda, argum. l. proxime. ff. de his quæ in teſtam. delen. & maxime quia per eam magis fauēt dotibus & mulieribus, quarū intereſt, vt dos magis cō ſiſtat apud maritum, quando eſſet perſona diligens, quā apud ſocerum. facit l. in ambiguis. ff. de iure dot. An autem ſocer reſtituendo dictam dotem dicatur liberatus à mulierē in caſu ſoluti matrimonij, dictum eſt ſuprain proximò priuilegio. Tamen Dy. & Bart. vt ſupra in d. l. 2. videtur ſentire non eſſe liberatum, ideò dicunt quòd pater poteſt extorquere cautionem de indemnitate ab ipſo filio, alias non teneretur reſtituere. Sed tenendo opin. Bart. in d. l. ſanè. ff. de iure doti. poſſet dici, quòd ſi mulier conſentiret tali conſignationi, non teneretur filius dare fideiuſſorem de indēnitate, ſed ſufficeret nudo verbo cauere ad abundantiorem cautelam patris: quia ſuperfluis remedijs nō eſt v tendum. l. ſtipulatio. §. diuus. vt le
6 gatorum nomine caueat. vt ſupra. Si autem talis filius † diuertens a patre, etiam ſi ex iuſta cauſa hoc faceret, non eſſet perſona multum diligens, & eſſet ſuſpicio de mala adminiſtratione, & tunc eſſet verum, ꝙ pater non teneretur eidē aſſignare, nec liberaretur ab ipſa muliere, etiam ſi conſenſiſſet, per dicta ſupra. Et ſi dictus ſocer eſſet etiam perſona ſuſpecta, tūc mulieri prouideretur per remedium. d. l. vbi adhuc. C. de iu. do. de quo per Bart. in d. l. ſi conſtante. in princ. in 7. q. 1. par. Et ſi maritus eſſet perſona diligens, ſimiliter poſſet contra perſonam agere per remedium d. l. ſi is qui. §. 1. ff. de iure do. per dicta ſupra maxime in 31. priuilegio. & per Bart. in d. l. ſi conſtante. in princ. in 8. q. 2. partis, & facit, quod alias habetur in l. fin. C. de ſent. paſſ. & alias in l. Imperator. ff. ad Treb. & per Bart. in l. 2. §. 1. ff. ſol. matrim & per Bald. in l. cum oportet. §. non autem. C. de bon. quæ lib. Et prædicta omnia procedunt, quando ſocer obligatus ad dotis reſtitutionem conſignaret dotem conſtan. mat. alteri quam mulieri, ipſi tamen de volun
7 tate mulieris. Sed ſi maritus † conſtan. matr. conſignat dotem ſocero, patriqué mulieris & ſine iuſtis cauſis, de quibus in d. l. quamuis. cum ſeq. ff. ſolu. matrim. Tunc ſi ſine voluntate mulieris, clarum eſt, ꝙ non liberatur ab ipſa muliere. Sed ſi cum voluntate filiæ hoc facit, videtur ꝙ ſit liberatus ab ipſa filia, vt ſic poſtea ſol. matrimo. non poſſet dicta mulier a viro petere etiam mortuo patre, allegando dotem in eam eſſe cō ſolidatam, per l. 1. §. videamus. C. de rei vxor. act. vt probatur no. in d. l. 2. §. 1. ff. ſol. matrim. & a contrario ſenſu, ꝙ maritus accepto ferendo dotem a ſocero conſtan. mat. de voluntate vxoris, liberatur ab ipſa vxore, & hoc forte eſt ſpeciale, ex quo talis conſenſus mulieris tendit in fauorem patris, quo caſu poteſt conditionem ſuæ dotis facere deteriorem, vt probatur in l. quoties. ff. ſol. matr. & in l. cum dos. ff. de pact. dota. & dixi ſupra in 11. priuilegio, in 5. limi. & in decima.

PRIVILEGIVM XXXV.

SVMMARIVM.

1 *Mulier quando fuit læſa in æſtimatione rei dotalis, licet citra dimidiam iuſti pretij, tunc viro datur electio vel rem dotalem reddere: licet conſtante matrimonio, vel mulieri reſpondere vſque ad iuſtam æſtimationem.*

2 *Dolus in contractu bonæfidei plures res continente ſi dedit cauſam reſpectu unius tantum: tunc reſpectu illius rei tantum cōtractus erit nullus, in alijs valido remanente, quod eſt notabile.*

1 TRigeſimum quintum priuilegium eſt: quia † etiam in alio caſu repetitur dos conſtante matr. videlicet in caſu l. ſi res. §. 1. ff. de iure dot. Quia quando mulier fuit decepta in æſtimationem rei datæ in dotem, quia minori pretio fuit eſtimata, & tunc datur electio mulieri vel rem repetere & iuſtā æſtimationem præſtare, licet dicta res iam fuerit facta dotalis, aut rem dimittere apud maritum, licet regulariter non audiatur quis ex tali læſione, niſi quando vel dolo aduerſarij decepta ſit, vel quādo eſſet citra mediam iuſti pretij decepta in æſtimatione, vt habetur in l. in cauſæ. §. fi. ff. de minor. & not. in l. 2. C. de reſcin. uen. Et ita ſecundum unam lectu. gl. in tex. hanc ſpecialitatem probat, in d. §. 1. & allegat pro concord. tex. in l. iure ſuccurſum. §. fi. eo. tit. Quia in hoc grauatur maritus contra regulam, de qua in d. l. §. fin. releuatur in alio: quia datur ſibi electio, an velit reddere rem, an autem iuſtam æſtimationē. Aduerte tamen: quia ſi eliget non ſupplere mulieri vſque ad iuſtam æſtimationem, ſed rem ipſam ſibi reddere, licet aliter text. non declaret; tamen ipſa mulier tenebitur dare viro dotem pro pecunia ſecundum æſtimationem factam a princip. de dicta re, ne aliter dicendo mulier ſit in lucro, & vir in damno, quod eſſet iniquum, & hæc æquitas probatur ex tex. in d. l. iure ſuccurſum. §. fi. & hoc maxime procederet, quando nihil fuiſſet datum in dotem, quam dicta res æſtimata: licet minus æſtimata quam valeret, alias iniquum eſſet, ꝙ vir cogerēt habere vxorem indotatam. l. ſi donaturus. §. 1. ff. de condi. indeb. quod no. ad d. §. in 42. priuilegio 6. partis. Si autem intelligatur ille tex. in §. ſecundum aliam lecturam gl. ibi, videlicet quòd ibi fuit decepta vltra dimidiā iuſti pretij, & tunc non reſultat aliquod priuilegium in contractu dotis: quia tunc datur electio ipſi conuento per remediū. l. 2. C. de reſcin. vē. Cū illud ſit remedium alternatiuum, vt electio detur ipſi conuento, vel rē reddere, vel vt res reducatur ad iuſtum pretiū, vt ibi, & in c. dilecti. de empt. & uend. Sic ēt in ꝓtractu dotis, qñ deceptio fuit in æſtimatione rei datæ in dotem, electio erit mariti conuenti, vel vt rem reddat mulieri, vel vt iuſtam æſtimationem prēſtet, i. ſuppleat mulieri vſque ad iuſtam æſtimationem rei. Tu intelligas, vt ſ. dixi, ꝙ ſi vir eligeret reſtituere rē, debebit mulier ſibi viro refundere æſtimationem cōuentam. Si autem decepta fuit mulier principaliter, ideſt ipſa re data in dotem: quia non erat intentionis ſuæ dictam rem dare in dotem, & tamen per dolum fuit inducta ad dandum rem prædictam, & tunc contractus dotis eſſet ipſo iure nullus, cum ſit bonæfidei. §. fuerat. Inſti. de act. iunctis his quæ habentur in l. eleganter. in prin. ff. de dolo. Tamen eſſet in electione mulieris, vel reſcindere contractum & rem repetere, vel ſtare dicto contractui per not. in d. l. eleganter. & ita probat tex. ad hoc not. in d. l. ſi res. §. 1. vt eſt de intentione glo. ibi, & etiam Barto. & Baldi ibidem. & videtur præſupponere text. & Doct. vt ſupra, ita illum tex. intelligentes poſt glo. ꝙ poſſit mulier in totum annullare dictum contractum dotis quò ad illam rem, in qua ſolus dedit cauſam contractui, & ſic ſi nihil aliud fuiſſet in dote remanebit vir ſine dote, quod eſt no. & hoc procedit propter dolum dicti mariti: cum alias ipſa mulier dictam dotem non tradidiſſet viro, & ſic iſtud procedit, quando dediſſet cauſam contractui in totum, vel in partem. Et ſic reſultat unum no. ad
2 no. in d. l. elegāter. quod ſi dolus † det cauſam in parte & non in totum: puta in una ex pluribus deductis in contractu bonę fidei, ꝙ reſpectu illius partis vel rei tantum contractus erit nullus, & in alijs remanebit validus. facit in argum. l. qui duos, ff. de contrahen. empt. Et vide quæ circa hoc dixi in l. ſcire debemus. in princ. ff. de verbo. obligat. Si autem mulier volebat dotem conſtituere & dare viro: tamen non in re illa, ſed in alia, vel in pecunia, & tamen per dolum viri fuit inducta ad dandum dotem in re illa: & tunc ex quo huiuſmodi dolus poteſt dici incidēs, ꝙ daret cauſam contractui, ideo valeret mero iure talis contractus: tamen poſſet mulier repetere etiā conſtante matrimonio rem illam iam effectam dotalem: tamen tunc eſſet in arbitrio mulieris petere æſtimationem dictæ rei, vel rē ipſam, & hoc etiam modo poteſt intelligi tex. in d. §. cum loquatur ſimpliciter & indiſtincte. An autem per actionem ex contractu, vel de dolo agere poſſet mulier dicto caſu, ibi tex. innuit, ꝙ per actionem ex eo contractu purgabitur talis dolus viri, quod eſt no. ad hoc. in d. l. eleganter. & in l. ſi cum aurum. ff. de verb. obl.

PRIVILEGIVM XXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Dolus ſi incidat: quia mulier dotem dedit in re, quam ipſa non fuiſſet datura, ualebit contractus.*

1 ET erit in iſto caſu aliud ſpeciale in contractu dotis, & hoc erit 36 ſpeciale, † videlicet ēt qñ dolus incidit in cō tractu dotis; quia mulier eſt decepta per dotem, in dando in

dotem

dotem magis vnam rem,fortè ſibi vtiliorem, q̃ aliam minus vtilem,de qua danda erat ſua intentio:tũc nõ ſolum põt mulier agere ad intereſſe,& ſic ad æſtimationem ſui damni, ſed etiam poteſt recedere a contractu repetendo dictam rem datam,vt ibi eſt caſus ſingularis, ſecũdum hunc intellectum. Tamen tu intelligas, quòd eo caſu, quo elegit rem ipſam repetere, tenebitur viro reſarcire,ac totum, ſuper quo erat prima intentio mulieris in dote danda, ſi non fuiſſet dolo decepta in dicta re dãda, ne alias reſultet iniquitas, quòd ipſa mulier remaneat indotata, & vir in dando per dicta ſupra in dicto quadrageſimoſecundo priuilegio ſextę partis, & quadrageſimotertio,& quadrageſimo primo, vbi non fuit põde ratus nec allegatus d. tex. in d.§. 1. l. ſi res.qui tamen viget in materia illa,& iſta eſt valde notabilis.

PRIVILEGIVM XXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Dos ſi eſt ſoluta filiofamil iuſſu patris, præſumitur ſolutum contemplatione vtriuſque,& uterque tenetur inſolidum.*

1 TRigeſimum ſeptimum priuilegiũ eſt: qa ſi filius † accepit pecuniam iuſſu patris, tunc non eſt obligatus filius, ſed pater,vt l.1.& per totum .ff quod iuſſu, & hoc niſi ꝓtemplatione vtriuſque ille ſoluerit filio:quia tunc vterque tenetur, per id quod not.in l. ſi pupilli.§. 1.ff. de negotijs geſtis, & ibi per glo. & Doctor. & facit l. cum mandato. ff.manda. Tamen hoc procedit,quando in ipſo actu ſoluendi exprimeret, quòd contemplatione vtriuſque ſoluit filio, alias preſumitur quòd cõtemplatione ſolum ipſius patris iubentis ſoluat, vt ibi no.quia voluntas in mente retenta nihil habet operari, ſi poſtea ipſe diceret,quòd ipſe egit in mente,quòd contemplatione vtriuſque ſoluerit, argu.d.l.cum mandato. Tamen hoc fallit ſpeciali fauore dotis: quia præſumitur mulier vel ſocer ſoluens viro filiofam. iuſſu patris ſoluiſſe contemplatione vtriuſq; : cum ita interſit mulieris, vt duos habeat obligatos. argum.l in ambiguis.ff.de iure dotium,iuncto eo,quod habetur in l. 3. §. fina. de libe. lega. & hoc ſingulariter voluit Bartol. poſt Iac. de Are. in l. ſi cum dotem. §. tranſgrediamur. ff. ſolu. matrimo. Vnde per hoc videtur velle Barto. poſt Iacob.de Are. quòd in dicto caſu, quando expreſſe, vel tacite fuit data dos filio iuſſu patris, contemplatione vtriuſque videatur:tunc quilibet obligatur inſolidum, vt ſic videatur voluiſſe eſſe obligatum tam patrem iubentem, quam etiam filium recipientem ad dictam dotem reſtituendam. Sed in hoc aduertendum: quia glo.in dicta l.ſi pupilli. §. 1. loquitur circa mandatum,& non circa iuſſum patris vel domini. Nam verum eſt, quòd quando quis mandat certæ perſonæ, vt pecuniam numeret alteri,puta Titio,nec exprimat,quod numeret illi Titio, tanquam recipienti nomine mandatis, ſed ſimpliciter mandat:tunc eſt verum,quod ille numerans, ſi aliter non exprimit,videtur velle habere illum recipientem obligatum tanquam nomine ſuo, & mandantem habere obligatũ tanquam mandatarium,& ſic vt interceſſore.m, per text.in l. ſi literas. C. manda. & etiam ibi per Doctor. & per Barto. in d.l.ſi pupilli. ſed ſi expreſſit, ꝙ mutuet illi tãquam recipienti nomine ipſius mandãtis, & tũc ille recipiẽs in nihilo eſt obligatus, niſi aliter aſtrinxerit fidem ſuam, per id ꝙ habetur in l. procurator qui pro euictione. ff. de procurat Vnde in hoc nulla eſt ſpecialitas in dote, cum etiam hoc ſit ſingulare in omnibus, quando non fuit expreſſum in mandato, cuius nomine haberet numerare pecuniam. Et diſtinctio illa, quã facit glo.in d. §. tranſgrediamur.ſe remitendo ad not.in d.l.ſi pupilli.§.primo.ff.de neg.geſt. procedit, quando mandatum fuit directum ad incertam perſonam,& ita debet credi,quod gloſ.in dicto §. tranſgrediamur, intellexerit, dum ſe remittit ad id, quod dixit in dic. §. 1. Ex quo eſt bene no.ꝙ diſtinctio glo.de qua ibi, dum loquitur in mandato reſpectu extranei,habet locum in omnibus, & per omnia in iuſſu reſpectu patris & filij, quod eſt bene no.ad declarationem totius titu. ff.quod iuſſu.In hoc tamen eſt ſpeciale in dote:quia in dubio dicto caſu videtur actum,ꝙ contemplatione vtriuſque ſolua tur dos.& ſic ambo ſint obligati,videlicet filius nomine ſuo, & pater quod iuſſu: vbi quando eſſet alius contractus puta mutui,videtur actum,ꝙ ſolum contemplatione filij recipientis, quod vltimum videtur dubium,quando mutuãs erat certus de tali iuſſu patris,licet directò ad incertam perſonam,ex quo tunc videtur elegiſſe uiam magis ſibi ꝓficuam pro ſuo intereſſe,ut haberet duas perſonas ſibi ad idem obligatas,argum.d.l 3.§.fin. intelligendo ergo illum text.in d. §. tranſgrediamur, & dicta Barto.poſt Iacob. de Are.ibi, ꝙ iuſſus patris continebat certam perſonam, videlicet mulieris, vel ſoceri, ꝙ numeraret dotem tali filiofamil. ſponſo ſeu mariro, certe tunc illa numerando, & aliter non exprimendo, cuius contemplatione videtur voluiſſe habere obligatum filium, eundemque maritum nomine ſuo,& patrem quod iuſſu.Credas tamen,ꝙ illi non cenſentur obligati tanquam duo rei debendi inſolidum, ex quo non fuit actum, & etiam quia non videtur ambo ſimul contrahere:cum pater erat abſens, & non cogitauit unus de alio, & ita fuit expreſſe de mente Barto. in l.ſi conſtante.in princ.in 8.queſtio.1.partis. ff. ſolu.matrim.Si autem ambo erant præſentes in receptione pecuniæ,& tunc forte poſſet dici eſſe ſpeciale in dote, per l fin. C. de do.ca,vt cenſeantur facti duo rei,& tanquam duo rei debendi teneantur,ꝙ eſt no.

PRIVILEGIVM XXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Pater & filius ſi in eodem inſtrumento confitentur ſe dotem habuiſſe, cuilibet eſt obligatus inſolidum,& cenſentur duo rei debendi.*

1 ET ſic ſurgit trigeſimumoctauum priuilegium in dote,ꝙ ſi pater † & filius in eodem inſtrumento confitentur ſe habuiſſe dotem ab vxore, vel patre vxoris, & tunc quilibet eſt obligatus inſolidum, & cenſentur duo rei debendi facti, quod etiam fuit de mente Cy. & etiam Bal. ibidem, videlicet in l.ſi.C.de do.cau.intelligendo illum tex.ꝙ ibi pater & filius ſimul obligati pro dote fuerunt facti duo rei debendi,qui poſſunt conſtitui in dote, ſecundum Bald. ibi, licet non poſſit fieri expeſſa fideiuſ.Et idem fuit de mente Cy. in l. vbi adhuc.in 2.quæſtione.C. de iure dotium, & etiam Barto. in l. ſi conſtante.§. quoties.ff ſolu. matrim.dum intelligit d.l.fin.ꝙ ibi filius cum patre recipiendo dotem cẽſentur facti duo rei debendi inſolidum. Dicit tamen Rom. in d. §. tranſgrediamur. ꝙ ſi probaretur expreſſe dictã dotem peruenſſe ad manus alterius,puta patris vel filij,licet inſtrumentum cantet,ꝙ ambo receperint: tamen debebit prius excuti ille, ad quem tota dos peruenit,ſumptibus tamen & periculo alterius correi,per id quod haberur no.in l.inde quæritur. ff.commo.Cuius dictum videtur dubitabile:quia text.ille loquitur in duobus reis obligatis inſolidum:tamen quando quilibet tenetur pro parte,ceſſaret ratio illius tex.& duorum reorum debendi,de quo per Barto.in l.3.§. vbi duo. ff. de duobus reis. & ita etiam per eundem in l. duos reos. eodem titu. Tamen in caſu prædicto, quando pater & filius confitentur ſimul ſe recepiſſe dotem,dicas ꝙ tunc quilibet pro ſua virili ſunt obligati, niſi aliter appareat,ꝙ tanquam duo rei receperint dictam dotem:quia nõ videtur vnus cogitaſſe de obligatione alterius, vt tenuit Bart. in d.8.quæſtio.& etiam fuit de mente Dy.in d. §. tranſgrediamur. & etiam ſequitur Bald & Ange. ibidem, per id quod habeẽ in l.vir vxori. §. fi. ad Velleia.& facit l.reos §. cum in tabulis. ff. de duobus reis. Poteſt tamen diſtingui, ꝙ aut pater & filius ſimpliciter ſimul ſe obligant,vel confitentur ſe habuiſſe dotem in eodẽ inſtrumento: & nunc ſit vera opi.Bart. in d. l. ſi conſtante.& ita etiam procedat opi. communis Docto.quia nullo iure cautum reperimus,ꝙ iſto caſu fauore dotis exorbitent, ſeu lædant regulas iuris communis, volentes ꝙ vbi aliter nõ apparet,ꝙ duo ſimul obligati voluerint ſe conſtituere duos reos debendi inſolidum,tunc in dubio quilibet ꝓ ſua virili cẽſetur obligatus.d.§.cum in tabulis. & d.l.vir vxori.in fi.& l.1.C.ſi plu.vna ſen.& maxime quia ita ſuadet natura copulæ, vt habetur in l.cum quidam C.de leg. Nec obſtat.d.l. fina. C. de do. cau. quia ibi nihil dicitur, an quilibet ſit obligatus inſolidum, vel pro virili: ſed ſolum diſponitur, ꝙ quilibet habeat exceptionem non numeratæ dotis. Aut conſtat, ꝙ filius recepit totam dotem, tamen iuſſu patris: & tunc ſi eſt actum inter eos, ꝙ contemplatione vtriuſque mulier ſoluerit, prout in dubio præſumitur ſpeciali fauore mulieris in dote, vt ſupra dictum eſt in proximo priuilegio: & tunc oportet neceſſariò fateri,ꝙ videatur actum, vt quemlibet habeat obligatum inſolidum diuerſa actione: videlicet filium actione de dote, & patrem actione quod iuſſu,vel actione mandati tanquam mandante patre ſoluerit:& ſic quilibet eſt inſolidum obligatus propter diuerſum reſpectum,videlicet filium,quia recepit,& patrem,quia iuſſit:pro ut alias in ſi.habetur in l.3 in fi.ff.de neg. geſt.& in d.l.ſi pupilli.§. 1. eodem titu. & etiam probatur a contrario ſenſu in l. cum mandato.ff.man. Nam ſi ego mutuo tibi pecuniam mãdato Titij,licet in dubio videar tunc mutuare contemplatione Titij mandãtis, & non tua:& ſic non poſſum gere contra te mutuatarium certi condictione ex mutuo:ſed ſolum con

tra

Source : BIU Cujas

tra Titium actione mandati, tamen quando appareret, ꝙ contemplatione vtriuſque mutuauerim, tunc poſſum agere contra quemlibet inſolidum diuerſa actione, contra te certi condictione ex mutuo, & contra Titium actione mandati, vt habetur in d.l.cum mandato. Ergo idem in muliere ſoluente dotem filio & viro ſuo iuſſu & mandato patris, & ſic ſoceri, vt habeat quemlibet obligatum inſolidum, non tanquam duos reos debendi propriè, cū vnus non cogitauerit de obligatione alterius: & qui ſub diuerſa ſpecie obligationis: ſed tanquam duos diuerſo modo obligatos ad eandem rem, quā do expreſſe vel tacite apparet, ꝙ contemplatione vtriuſque ſoluerit mulier. Præterea ſi dicimus hoc ſpeciale eſt fauore mulieris, vt habeat plures perſonas obligatas ad idem, per id quod habetur in l.3.in fi.de lib.leg. Puerile quidem eſſet dicere, ꝙ tunc quilibet ſit obligatus pro ſua rata. Nam ſi hoc eſſet verum, magis intereſſet mulieris habere ſocerum ſolum obligatum & inſolidum, quā pro ſua virili, cum filius de facili credendum ſit, ꝙ non eſſet ſoluendo, maxime de iure fforum. Vnde intrepide tenenda eſt opin. eiuſdem Bar. poſt Iacob. de Are. in dic. §. tranſgrediamur. quicquid aliter ipſe dixerit in dic.l. ſi conſtante. ponendo terminos, quando ambo non ſimul ſe obligant, ſed filius eius dotem recepit iuſſu patris.

PRIVILEGIVM XXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Dupla non uenit tacite in contractu emptionis, qui ſurgit in dote data æſtimata.*

1 TRigeſimumnonum priuilegium eſt: quia licet quando †datur in dotem res pro æſtimata, tūc cēſeat emptionis ℈ctus, & tūc incōmutabiliter tranſit dñium in virū, & in reſtitutione nō venit res, ſed æſtimatio, vt habetur in l.plerunq;. §.ſed ſi ante.ff.de iure do.vbi dicit tex. quod eſt vera venditio: & habetur in l.res in dotem.eod.tit.in l.æſtimatę. ff. ſolu. matrim.& l.cum dotem. C.de iure do. & regulariter in contractu euictionis venit dupla de neceſſitate, quando res pretioſæ venduntur, vt habetur in l.emptori duplam.ff de euic. Tamen in æſtimatione pro dote non venit, niſi voluntariè promittatur, vt eſt tex.in l.non ſolum.ff.de iu.do.qui text.loquitur ſimpliciter & indiſtinctè.

PRIVILEGIVM XL.

SVMMARIVM

1 *Re data in dotem æſtimata euicta in reſtitutione fienda ſoluto matrimonio venit dupla promiſſa.*

1 QVadrageſimum priuilegium eſt, quia quādo in contractu dotis † datur res æſtimata, & eſt promiſſa dupla, & contingat rem ipſam poſtea euinci, & propter hoc vir fuit conſecutus duplam a muliere, tūc illa dupla ſuccedit loco dotis, & dotē auget, adeò ꝙ ſol.mat.venit reſtituenda mulieri, vel eius hæredib. ſicut veniſſet reſtituenda ipſa dos, ſi nō fuiſſet euicta, vt eſt caſus notab.in d.l.non ſolum.& expreſſius in l.quamuis.eo.ti. Vnde licet in alio tempore illa dupla cederet in merum lucrū emptoris, & incommutabiliter adeo ꝙ emptor recuperat pretiū a venditore pro dicta euictione & ēt duplam, tamen non ſic in muliere dante fundum vel aliā rē æſtimatam pro dote, quia tunc duplum recuperat tanq̄ conuerſum in dotem ex ęquitate.d.l. quoties. quæ fundat ex eo, quia non dēt vir lucrari ex damno mulieris, de cuius intellectu dixi ſupra in 2.parte operis circa diffinitionem dotis, dicē do ibi, ꝙ diſpoſitio no.d.l.quoties.non haberet locū, ſi vir haberet dotem ab alia perſona quam a muliere. nam cum tūc mulier non ſit in damno: quia duplam non habuit vir ab ipſa muliere, ſed ab alio dotante, cum reſpectu mulieris illa dos data reſpiciat cauſam lucratiuam & donationem, vt habetur in l.1.§. accedit. C. de rei vxo. act. ergo ceſſat ratio æquitatis dic. l. quoties. Qua ratione idem dici poteſt, etiam ſi pater dotaſſet & pro dote æſtimata euicta vir conſequutus fuiſſet duplam ab ipſo ſocero, cum iſta mulier non fuerit in damno in ſoluendo dictam duplam, ſed ſocer ipſe, quod eſt bene not.

PRIVILEGIVM XLI.

SVMMARIVM.

1 *Contractus aliquando claudicat fauore dotis, & diuerſo iure cenſebitur.*

1 QVadrageſimum primum priuilegium eſt, quia fauore doris † aliquando erit dare caſum, ꝙ unus & idem contractus diuerſo iure cēſeatur & claudicabit ℈ id, quod habetur in l eum qui ædes.ff.de uſuc.& in cap tua nos.de dec. ſicut etiam aliquando claudicat contractus fauore, pupilli in l. Iulianus.§.ſi quis a pupillo.ff.de acti. emp.& alias ꝓp culpā alterius contrahentium in l.poteſt. ff. mand. ita voluit gl.nō. in dote æſtimata in l.cum dotem. C.de iu.do. Dum dicit, ꝙ licet datio dotis æſtimatæ cadat in cōtractum emptionis & uē ditionis ad hoc.d.l.plerunque.§. ſed ſi ante.ff. de iu. do. tamē ex parte. viri oriretur actio ex empto pro traditione rei ſibi fienda, ex parte vxoris nō dabitur actio ex vendito ad pecuniam ſibi reſtituendam ſolu. matri. ſed dabit actio ex ſtipulatu tacita hodie, per id quod habetur in l.1. C. de rei vxo.ac. & ſic hoc reſpectu claudicat contractus. ſed vt dicit ibi Cy.& Bald ibi ideò eſt, quia iam videtur dicta pecunia ſoluta mulieri, & breui quadam manu reddita viro, vt ſit apud eum pro dote, & ſit conuerſa in dotem, vt alias in l.ſingularia.ff.ſi certum petat. Et ſic videnī tunc iniri duo cōtractus, ſcilicet emptionis & venditionis, & contractus dotis, & illico unus videtur conuerti in alium, vt alias in l.ſi permutata. C.ſi certum petatur.

PRIVILEGIVM XLII.

SVMMARIVM.

1 *Contractus dotis licet ſit oneroſus reſpectu viri: tamen ſi dos data inæſtimata euincatur, non venit euictio, ſi incœpit a traditione.*

1 QVadrageſimum ſecundum priuilegium, ꝙ † licet in cōtractib. oneroſis, vbi agitur de re in alium transferenda veniat euictio, vt patet in cōtractu emptionis & vēditionis, vt in toto ti.ff. & C. de euict. Item in contractu dationis inſolutum pro æſtimata.l. ſi prædium. C. de euic. Item in contractu diuiſionis, vt habetur in l.ſi fratres. C.fa.erc. Itē permutationis & in aliis contractib. tam nominatis quam innominatis, vt habetur in l.fi. ff. de cond.ob cau. In lucratiuis autem ſecus, niſi quando inciperetur a promiſſione, vt habetur in l Ariſto.ff.de don.& in l.2.C.de euic. Tamen in contractu dotis, licet ſit oneroſus tam ex parte mariti, quam mulieris dotātis. l. ex promiſſione. C. de act.& ob.& l. pe. ff. de exce. doli. cum ſim. Tamen non tenetur ipſa mulier de euictione, quando incœpit a traditio. vt l.1.C. de iu.do.& ita debet intelligi, quod habetur in l.1.§. ſed vt plenius. ad fi. C. de rei vx. act. vt ibi no. & hoc videtur mirabile in contractu dotis, vt ſic vir remaneat in damno, & ſubit onera matrimonij ſine dote. & hoc quando mulier fuit ignorans dando in dotem rē alienam, quam credebat eſſe ſuam & inæſtimatam dedit. ſecus ſi ſcienter: quia tunc competit de dolo actio ad inſtar contractus donationis, vt habetur in d.l. Ariſto. vt eſt tex. in d.l.2.in fi. Cogita tamen, ſi mulier eſſet dives habens alia bona parafernalia: cum intentio ambarum partium fuerit, ꝙ matrimonium illud non eſſet ſine dote, & ſic etiam mulieris: cum veriſimiliter vir aliter eam non accepiſſet in vxorē, & ſic ſine dote, & quia ſpernitur a viro vxor indotata. l. fi. C. ad Velleia. quia forte iſto caſu vir licet agat de euictione contra mulierem: tamen ꝙ non poteſt per viam actionis, poſſet per viam exceptionis: quia poſſet tali vxori de ſe diuiti denegare alimenta, & ſi ipſa mulier ageret contra virum ad alimē ta præſtandum, ipſa poſſet excipere, ꝙ non tenetur ad hoc, ex quo dotem non habet, & intentio contrahētium a principio fuit, ꝙ matrimoniū non eſſet ſine dote, unde quia hoc æquū eſt, & ipſa eſt ad hoc potēs, vt de ſuo ſe alat & dotē de nouo conſtituat, & omnis exceptio nititur æquitate. l. quia æquitate. ff. de exce. do. Qua ratione facilius paratur exceptio quā actio. l. iuriſgentium. §. igitur nuda. ff. de pac. & hoc eſt bene no. ad ea quæ habentur in d. l. 4. C. de iu.do. Et ſic erit caſus, quo poteſt peti conſtitui dos de nouo conſtante matrimonio, quod no. ad dicta ſupra in 8. priui.

PRIVILEGIVM XLIII.

SVMMARIVM.

1 *Solutio dotis per virum facta ante conditionis euentum dominium non transfertur, nec eueniente conditione præſtat liberationem.*

1 QVadrageſimumtertiū priuilegium eſt, quia licet † obligatus ſub conditione, ſi ante conditionem ſoluat, trāſferat dominium, & eueniente ꝙ dōne contingit incommutabilis liberatio. l. ſub conditione. ff. de ſo.no. inſ. dotis fructus.

Source : BIU Cujas

ctus. §.1. ff. de iu.do. & l.ſtipulatio iſta. §. inter certam.ff. de verb.ob.tamen ſecus in dote: quia licet maritus ſit obligatus ad dotem reſtituendã ſub conditione, videlicet ſi matrimonium ſolueretur & ante cõditionem exiſtentem non ſit orta obligatio,vt no.in l.in reb.§.omnis.C.de iu.dot.& in l.ſi conſtante.§.1.ff.ſo.ma.Tamen ſi ante matrimonium ſolutum : & ſic ante conditionis euentum ſoluit mulieri dotem, nõ tranſfert dñium,nec eueniente conditione contingit liberatio,vt eſt expreſſum in l.1. C ſi dos conſt. ma & hoc niſi mulier reperiretur eſſe facta locupletior ex dicta dotis reſtõne facta ante ſolutum matrimonium, vt ibi no. & in l.2. in prin.ff. ſo. ma. & per gloſ. & Bart.Et eſt ratio prædictorum:quia ſoluendo vir ante dictam donationem videtur donare, vt d. l.1.quæ donatio inter coniuges dicto tpe eſt a iure prohibita, & iõ dñium tunc non tranſfertur ex contractu illo tacito donationis a iure prohibito,vt l.pen.C.de do.inter vir.& vx.cum ſuis vulgaribus.

PRIVILEGIVM XLIIII.

SVMMARIVM.

1 *Pactum licet videatur contra ſubſtantiam dotis,uidelicet quando per tale pactum dos redditur inutilis ipſi uiro ſubeunti onera matrimonij:tamen tale pactum ualet.*

2 *Pactum appoſitum in contractu dotis:per id,quod dos redditur inutilis, eſt reale.*

1 QVadrageſimumquartum priuilegium: quia licet† non valeat pactum de dote, quod eſſet contra naturam & ſubſtãtiã dotis,videlicet ꝙ mulier,vel ſocer & nõ maritus lucretur fructus, vel ꝙ ſint dotis, & nihilominus vir ſubeat onera matrimonij,vt habetur in l.4.ff. de pac. do. Item patet in caſu l.Iulianus.ff.de iu. do.Item in caſu l.ſi pater mulieris. in fi. ff. eo.ti. Tamen valet pactum, ꝙ conſtan.ma. dos promiſſa non petatur:quia hoc nõ eſt contra naturam dotis, cum dos iam ſit conſtituta,ſed eſt differre ipsã dotis exactionem,ita dicit tex.in d.l. Iulianus.ꝙ quidem ſine dubio procederet, quando pactum eſſet perſonale & ab ipſo ſocero dotãte petatur, quia tunc dotis promiſſio non erit omnino inutilis,ex quo poterit dari caſus,in quo dos poterit peti,ſ.ab hære de ipſius ſoceri poſt mortem ſoceri, l.qui in fructum.§. ſi ex altera.ff.de pact. & ff. ſol.matr. l.ſi marito. §. 1. & l.ſi ſocer.§. Luc.& l.ob res. §. 2.de pac.do.Sed quando pactum eſſet reale, quia non eſſet dictum, ne a ſocero petatur. Sed eſſet dictum,ne dos promiſſa petatur,per virum, tũc eſſet magis dubium.Nam multa iura vñr ſimpliciter velle, ꝙ ualet tale pactum ,vt probatur in d.l. Iulianus.& in l.ſi pater dotem. & in l.fi. ff. de pac.do. Et tamen dos erit inutilis marito,quia tunc ẽt ab hærede ſoceri non petetur. l. ꝙ de reddenda. ff. de pac. do.Poteſt dici,ꝙ ſi fuit factum pactum de lucrãda dote in totum vel in partem ſol.ma. & tunc valebit talis promiſſio dotis cum dicto pacto de non petendo, & hoc propter intereſſe dicti lucri, alias non videtur valere,immo in totum uitiat promiſſio dotis, vt fuit de intentione gl.in d.l.Iulianus. Qũo n.põt dici dos,ex quo nunquam onerib. matrimonij deſeruire poteſt,& ideo tale pactum vitiatur & vitiat, vt ſic habeat perinde, ac ſi nulla promiſſa fuiſſet,vt probatur in d.l. fi.& in l.ſi pater.§ 2.in fi.eo.tit.ſecundum unum intellectum,quia tale pactum videtur eſſe contra ſubſtantiã dotis, ergo vitiatur & vitiat, per id quod habetur in l.cum precario. ff. de preca. erit ergo dicta vxor indotata, cum ab ipſo initio poſſit eſſe matrimonium ſine dote,vt hr̃ in l.fi.C.de do.ante nup.operatur tamen tale pactum,quia vbi non fuiſſet appoſitum,valuiſſet promiſſio dotis, & vtilis fuiſſet,& hoc procedit quãdo in ipſa promiſſione dotis,& ſic ab ipſo initio fuiſſet appoſitum. ſi autem ex interuallo,& tunc aut conſtan.ma.& tunc ſi cum ſocero vel extraneo dotante valeret tale pactum in præiudicium mariti, & non vxoris,per id quod hr̃ inl. cum dos.ff. de pac. do. Sed ſi ante matrimonium in ſocero valebit, per id quod habetur in l.quoties.ff.ſolu. matri. & in l. 1. §. accedit. C.de rei vxor. act. His ergo præmiſſis, ſurgit hoc ſpeciale in
3 cõtractu dotis, †quòd pactum appoſitum in cõtractu dotis, per quod dos redditur inutilis ipſi marito, vt ſic ipſe habeat ſubire onera matrimonij,& dos & eius lucrũ remaneat apud mulierem,vel ſocerum,valebit, vt eſt qñ fit tale pactũ de nõ petendo,& eſt reale,vt ſ.& tñ videbatur ℈rium, ꝙ imo vitiatur,& non redderet dictũ ℈ctũ inutilẽ oĩno,ex quo eſt ℈ ſubſtantiã ipſius dotis,per id qd̃ hr̃ in l. cũ precario ff de preca.vt no.ꝑ Bar.in l.Vbi ita donatur. ff.de do.cã mor. & in terminis hoc probatur in d l.4.ff.de pac.do.ubi pactum appoſitum in contractu dotis,quod eſt contra naturam & ſubſtãtiã dotis, uitiatur,imo uitiat, vt eſt qñ fieret pactum, ꝙ fructus percipiendi ex fundo dotali ꝙuerterentur in dotem,& ſic non efficerentur ipſius viri, vt ex eis habeat ſubire onera matrimonij,& tñ illud pactum,de quo ſ.videlicet de non petendo dotem ſeu fundum dotalem, valeret, licet ꝓp hoc nec dos,nec eius fructus habeant deſeruire onerib.mrimonii,qd̃ vr̃ mirabile.aduertendum rñ: quia in hoc nõ video verſari aliquem fauorem dotis,imò tale pactum tendere videtur ad excluſionem ipſius dotis,vt ſic mulier ipſa in effectu remaneat indotata,& vir ſuſtineret matrimonij onera ſine dote. Et poteſt reſponderi ad iura ſupra dicta:quia aliquãdo pactum appoſitum in ipſo contractu tendit contra ſubſtantiam ſeu naturã ſubſtantiæ ipſius contractus, non tñ directò tendit ad excluſionem ipſius contractus: & tunc ſi poteſt tale pactum operari ꝙ conuertatur in naturam alicuius alterius ſpeciei contractus: & tunc valet & operatur dictam conuerſionem, vt in l. vbi ita donatur. ff. de do. cauſa mor. Aut non poteſt operari dictam conuerſionem,& tunc vitiatur & non vitiat,vt d.l.cũ precario.& in cõtractu dotis patet expreſſe in d. l. 4.Nam ibi illud pactum,ꝙ fructus cõuertantur in dotem, non eſt pactũ in totum excluſiuum & ademptiuum ipſius contractus,cum non faciat deſinere fundum eẽ dotalem, nam ex quo fundus erat prius dotalis, conſequetur vir ipſum fundũ & ẽt fructus percipiet: tñ illud pactum, ꝙ fructus conuertantur in dotẽ, negari non poteſt eſſe contra naturam ſubſtantialem dotis, & ideo vitiatur & non vitiat,vt in ſimili in d.l.cum precario. Aut pactum appoſitum in ipſo contractu, vel ſimili diſpoſitione eſt non ſolum contra ſubſtantiam contractus:ſed ẽt eſt in totum excluſiuum, ſeu ademptiuum ipſius contractus,vel actus, & tunc vitiatur & vitiat, vt eſt caſus in l. per ſeruum.§. fi.ff.de uſu & hab.ubi ſi dono,vel vẽdo, vel lego tibi vſumfructum mei fundi cum pacto,ꝙ tu non habeas uſum,certe quã do tale pactum , vel talis reſeruatio uenit ad excluſionem dictæ confeſſionis in totum,tunc vitiat in totum ipſum actum, vt ibi:ſic etiam in contractu dotis ſi mulier, vel ſocer dotem promittit,& facit pactum,ꝙ dicta dos non petatur conſtante matrimonio,vel ſimpliciter,ꝙ non petatur,& tunc non vitiatur tale pactum , imò valet in vi totius excluſionis dicti contractus dotis,ac ſi nulla fuiſſet dos ꝓmiſſa per iura, de quibus ſupra, & hoc niſi fuiſſet pactum factum de lucrando,quia valebit tale pactum de non petendo ſolum vi conſeruatiua dicti lucri dotis:quia in recompenſationem onerum matrimonij ſuerit appoſitum,vt per glo.in d.l.Iulianus.

PRIVILEGIVM XLV.

SVMMARIVM.

1 *Pactum cum ſocero,ne eo viuo dos petatur,cenſetur perſonale fauore dotis*

1 QVadrageſimumquintum priuilegium reperio eſſe in dote:†quia licet pactum factum in contractu dotis ꝑ ſocerum,ꝙ dos promiſſa per eum non petatur conſtãte matrimonio,valeat, & eſt reale, vt ſic in effectu nulla dos videatur conſiſtere,& ſic ipſa mulier remaneat dotata etiam ad fi. vt mulier etiam contra impium virum ita paciſcentem non poſſit agere nec cõtra eius hæredes ſolu. matrimo. ſecus ſi ex interuallo fuerit factum,vt dictum eſt ſupra in proximo priuilegio : tamen ſi paciſcatur pater, ne ſe viuo petatur dos, & ne ℈ſtante mrimonio petatur : tunc tale vltimum pactum erit perſonale ſicut primum,& ſubintelligetur repetitũ in ſecundo illud verbũ ipſo patre viuo, ꝙ erat in præcedenti appoſitum,vt eſt caſus ſing.in l.cum pater. ff. de pac. do & hoc vr̃ mirabile, vt ſic illa verba ſequentia non intelligantur appoſita cum virtute aliquid operandi contra omnia iura mundi volentia,ꝙ nullum verbum dẽt cenſeri appoſitum in contractu,vel alia diſpoſitione, niſi ad aliquẽ effectum operandũ d. l.ſi ſtipulatus.ff.de vſu.& l.ſi quando.ff.de le.1.& cap. ſi Papa. de priuil.in 6.cum infinitis ſimil.Et ſic ſurgit ſpecialitas quædam, vt aliquando verba contractus reducantur ad nihilum propter ſubintellectam repetitionem qualitatis præcedentis, vbi alias non fieret repetitio prædicta: & hoc totum ſpeciali fauore dotis,ne mulier in effectu remaneat indotata. Et hoc ex quadam benigna interpretatione tam contemplatione paternæ pietatis, vt non voluerit per illud pactum ſecundũ filiam eſſe indotatam, & ẽt ne contraria ſententia dotis fructum ab onerib.matrimonij ſepararet,& indigniſſimum eẽt, vt ipſe maritus & mulier non habuiſſe dotem exiſtimetur.ita in terminis dicit ille tex.no.in d.l.cum pater. Et licet aliqui velint intelligere illum tex.vt ibi non ſit aliqua ſpecialitas in dote, imo illud ſit regulare in omnib. ꝙ licet qualitas in præcedenti non intelligatur repetita in ſequenti p. ricula,vt habeẽ

in l.

Source : BIU Cujas

in l.in actionibus. ff.de his qui no.infa. iuncta l.1.eo.tit. & ibi no. Tamen illud procedit, quando id,quod continetur in ſequẽti particula,poteſt per ſe ſtare,niſi fieret repetitio, & tũc intelligitur facta repetitio: ita intelligunt illum tex.vt etiam videtur intellexiſſe Bar ibi ita limitando, quod habetur in dicta l.in actionibus. & ſic non eſt ibi ſpecialitas propter fauorem dotis.ad hoc etiam facit,quod habetur in ſimili, ĩ l.cum ſeruus.ff.de conditio.inſtit.& in l.auia.ff.de condit.& demõſtrati. quod ſemper qualitas vel conditio cenſetur repetita in ſequenti diſpoſitio vel legato, quando alias legatum redderetur inutile:ſic econtra, nunquam cenſetur facta repetitio, quando per repetitionem legatum redderetur inutile, vt habetur in l.fin.ff.de fideicom.liber.& in l.ſi ſeruo alieno.§.ſi ab impubere.ff. de lega.1. & l.ſi quis à filio.in princ. eodem tit. Tamen in caſu.d.l.cum pater,illa ſequens particula ibi, neve conſtante matrimonio dos petatur, non redditur inutilis & nullius effectus operatiua, imo ualeret, ſi non reperiretur præcedens qualitas ibi,ſe viuo: quia operaretur præcedentis contractus dotis adeptionem, vt ſupra eſt oſtenſum.

Præterea, quod ibi non ponatur deciſio ſecundum iuris communis regulas, patet: quia regulam habet in contrarium, de qua ſupra,videlicet quia non debet fieri interpretatio,per quam verba pacti eſſent ludibrio poſita & ſine virtute aliquid operandi, vt ſupra, & maxime quando per modũ copulæ & additiue ponitur aliud ſequens diſpoſitum, vt patet in terminis in d.l. ſi ſtipulatus, vbi quando copulatiue in contractu quis promittit tradere & dare plus ſe obligat, quã quando ſimpliciter promittit tradere, vel ſimpliciter promitteret dare,vt etiam per Bart.in l.ſi filius.§.1.ff.de verbo.obligat. Et alias de geminato verbo, vt per glo.in l.cum pœna. ff. de arbi.& alias per Bar.in l.generali.ff.de uſufr. lega.

Inſuper & tertio hoc patet expreſſe: quia iuriſconſultus ibi ſe mouit ex quadam benigna interpretatione, ergo in contrarium vergebat rigor iuris,ſeu ius poſitiuum, quæ benigna interpretatio communiter accipitur in iure contra iuris regulas,vt habetur in l.quoties.C.de do.quæ ſub mo.& in l.ſi ita ſcriptum.ff.de lib.& poſth.

Quid enim ſi fiat contractus aliquis hoc modo; puta dono tibi vſumfructum talis fundi ad decem annos cum hoc pacto, ne me viuo petas; & ne durante dicto tempore petas. Abſurdum eſſet dicere,quod iſto caſu intelligantur in illa ſecunda particula pacti relicti illa verba, me viuo, cum verba ſint clara:& in verbis claris non eſt locus coniecturę ſeu interpretationi. l.continuus.§.cum ita.ff.de verbo. oblig. cũ ſuis vulg.Et nõ ob aliud fuiſſe poſita intelligantur illa vltima, niſi ad finẽ perimendi & tollendi totam ſubſtantiam dicti contractus;& ſic erit negatio quædam, vt in ſimili habetur in l. ſi debitor.§.1. ff.quib. mod. pign. vel hypo. ſolui. & in l.ſi quis a filio.in princip.ff. de lega.1.Sicut ſi pater promiſiſſet dotem pro filia cum hoc ſimplici pacto, ne dos ipſa conſtante matrimonio petatur;quia vt ſupra dixi, iſta pacta appoſita in contractu totum perimentia effectum ipſius contractus vitiant ipſum contractũ, & hæc niſi poſſint operari conuerſionem in aliam ſpeciem contractus,ad hoc l.cum manu ſata.§.j.ff.de contrahen. empt.

Concludendum eſt ergo, ꝙ in d. l. cum pater,totum illud eſt ſpeciale fauore dotis.

PRIVILEGIVM XLVI.

SVMMARIVM.

1 *Verba aliquando intelliguntur prolata ſine virtute aliquid operandi,ne ſequatur iniquitas mulieris indotatæ.*

ET ſic etiam reſultat aliud ſpãle & erit quadrageſimum ſextũ ſpeciale contra regulam,de qua in d.l.ſi ſtipulatus.
1 de uſu.cũ ſim.ſupra allegatis, ꝙ † fauore dotis verba ADDITIO. [Verba. No. hic quod verba aliquando intelliguntur prolata ſine virtute operandi fauore dotis. Adde etiam ꝙ verba contrahentium impropriãtur,vt actus valeat. l.inſulã. de præſcriptis ver.c.conſtitutus. de relig.do. l. ſi uno.in prin. loca.l.ſi olei.C eo.ti Ale.conſ.42.quarta par.vbi plene.] intelliguntur prolata aliquando virtute aliquid operãdi,ne ſequatur iniquitas, vt mulier remaneat indotata, quod etiam fuit de mente Bal.in d.l.cum pater.Et hæc omnia ſunt bene no.& a Doc. nõ ponderata. Poſſet tamen dubitari ſtante intellectu ad d.l.cum pater.vt totũ illud procedat ſpeciali fauore dotis.

Quid ſi extraneus & nõ pater mulieris dotem promiſiſſet cum dicto pacto, ne dicta dos ſe viuo petatur neve conſtãte matrimonio petatur.Poſſet quiſpiam dicere, ꝙ iſto caſu ceſſat benigna diſpoſitio.d.l.cum pater,cum vim faciat in patre ita promittente.ergo noluit ſic loqui in extraneo,quia potuiſſet etiam in quocunq; dotante diſponere, ſi uoluiſſet, ar.l.1. ante fi.C. de ca. tol & c.ad audientiam.de deci. Item quia ibi iuriſconſultus dictam benignam interpretationem fundat in tribus.ſ.ne mulier ſit indotata, & ne vir habeat ſubire onera matrimonij ſine dote.Item & tertio propter paternam pietatem:Sed in extraneo ceſſat illud tertium,marito &c.ar l.ſi hęredi plures.ff.de condi.inſti.cum ſuis vulga.Sed poteſt dici cõtrarium:quia cenſentur dictæ rationes,quibus ſe mouit ibi iuriſconſultus,eſſe finales.vnde licet vna ceſſet,ſufficit alias vel aliã remanere,vt habetur in l.ſi vero lex Aelia ſentia.ff. de hæred.inſt.& in l.liberorum.§.notanter.ff. de infa. per glo. & in Auth.de nup.§.ſi vero altera.

PRIVILEGIVM XLVII.

SVMMARIVM.

1 *Mulier ſi agat hypothecaria contra tertium etiam creditorem,ipſe creditor non habebit ius offerendi ad impediendum ipſam mulierem,viro ad inopiam vergente.*

QVadrageſimumſeptimum priuilegium poſuit Cyn. in l.
1 cum tibi. C. qui po.in pig. ha. ꝙ licet † tertius poſſeſſor vel creditor forte poſterior habeat ius offerẽdi primo creditori.l.Paulus.§. qui pig ff. quib.mod.pig. vel hyp.ſol.Tñ ſecus in muliere agente hypothecaria pro ſua dote,vel etiam retinente bona hypothecata.ꝙ tamen dicit procedere,quando mulier retineret ante ſo. ma. propter vergentiam ad inopiam:ſecus ſi poſt ſol.ma quia tunc mulier tali priuilegio nõ vtetur:& idem tenuit ipſe Cy.in l.vbi adhuc.in 13.q. C.de iu. do. & tetigi ſupra in 24. priuil huius ſeptimæ partis. Sed non parum mirandũ eſt,ꝙ Bar.in l.ſi conſtan.ff. ſo. mat.ſuper hoc dubio nihil dixerit,nec etiam Bal.in d.l. vbi adhuc.licet reperiam Pau.de Ca.illud dictum Cy.in l.2. in prin.ff. ſo. mat.dicẽdo,ꝙ Bar.idem conſuluit.Et poteſt eſſe ratio motiua domini Cy. quia ante matrimonium ob cauſam vergentiæ ad inopiam tunc non eſt propria & vera dotis reſtitutio, vt voluit gl.& Bar.& communiter Doct.ſequuntur in d. l. ſi conſtante. quicquid aliter dixerit ibi Ludo. de quo ibi latius dixi. Tenebit ergo mulier dicta bona tanquã ſibi obligata pro ſua cautela & tanquam poſita in loco tuto,& ex fructibus dictorum bonorum ſe & familiã ſuam cum viro ſubſtẽtabit d. l. vbi adhuc. Nec tales fructus cõputabuntur in ſortem dotis, ex quo ſunt conſumpti pro oneribus matrimonij: & ſic intereſt mulieris potius habere apud ſe dicta bona ſibi hypothecata,quã pecuniã dotalem ſibi oblatam a tertio poſſeſſore, vel ab aliis creditorib. cum mulier non poſſit ſic de facili ex dicta pecunia lucrari, & vitam ſuam ducere ſicut ex fructib.dictorũ bonorũ. Et ideo poſſet dici, ꝙ ſi dicta bona obligata, quæ apud ſe retineret,vel aduocare vellet propter dictã cauſam vergentiæ ad inopiam eſſent bona mobilia: puta mercantiæ, vel eſſent nomina debitorum ſibi obligata, ex quibus non poſſet facile ſe ſubſtẽtare,niſi dicta bona redigeret ad pecuniam pe nes ſe tenendam: tunc forte liceret alijs creditoribus pecuniã dotis offerre mulieri: ex quo tunc ceſſat ratio prædicta: cum omnimodo mulier pro ſupportandis oneribus matrimonij habeat dicta bona ad pecuniam redigere, aliter abſurdiſſimũ & iniquiſſimum videtur, ꝙ dicta mulier poſſet per talem retentionem damno efficere alios creditores, vel forte illum ꝙ emit dicta bona obligata a viro, ſi dicant ſe velle effectualiter ſoluere pecuniam ipſi mulieri debitam pro dote.

Quid etiam ſi dicta bona, quæ mulier ſibi vellet retinere pro ſua hypotheca,eſſent in magno patrimonio:quorum fructus valde ſuperexcederẽt expenſas onerum matrimonij: cũ tunc mulier certaret de lucro, & poſſeſſor ſeu creditores de damno,& ideò eis videtur magis fauendum per id, quod habetur in l.fin. §. licentiam.ff.de iure delibe. Licet enim fauea tur mulieri in ſua dote: non tamen iura hoc permittunt, vt lucretur propter hoc mulier cum aliena iactura.l.iure ſuc curſum.§.fin.ff.de iure dot. Alias eſſet in poteſtate mulieris, quando videt virũ labi facultatibus eludere alios creditores, dicendo ſe velle retinere vniuerſa bona pro dote, quod eſſet captioſum in iacturam aliorum creditorum, & quia malitijs hominum obuiandum eſt.l. in fundo.ff.de rei vend.& quia eſſet aperire viam fraudibus aliter dicendo contra ea, quæ habentur in d.l.in fundo & in c.ſedes.de reſcr. Licet poſſit mulier ratione ſuæ hypothecæ anterioris & priuilegiatæ eligere ſe velle retinere de multis bonis mariti ſui vnum prędium,vel vnum potere forte de meliorib.quod eſſet ſufficiens pro dote ſua & oneribus matrimonij ſupportandis, & alia bona relinquere alijs creditoribus, per id quod habetur in l. creditoris

arbi-

Source : BIU Cujas

arbitrio ff. de pignor. Nisi creditores alij, vel possessor: puta emptor offerat mulieri integram suam dotem soluere in pecunia: & hoc modo posset saluari opinio Cy. vnde cogita, quia sæpe venit de facto.

PRIVILEGIVM XLVIII.

SVMMARIVM.

1 *Muliere comparente ad impediendum executionẽ sentẽtiæ suæ hypothecæ non habet locum forma, de qua in l. a diuo Pio. §. illud. ff. de re iudica.*

ET ex prædictis potest inferri ad aliud & ultimum priuilegium, & 48 ꝙ licet alias dicatur, ꝙ quando creditor habens hypothecata bona debitoris quæ sunt capta iure prętorij pignoris pro executione sententiæ possit comparere & impedire dictam executionem: & tũc seruatur forma, de qua in l. a diuo Pio. § sed illud. ff. de re iudi. videlicet, vt tunc procedatur ad venditionem, & prius de pretio satisfiat dicto creditori: & de residuo soluatur pro executione dictæ sententiæ Tñ
1 hoc† nõ procederet in muliere comparente ad impediendũ executionem sententiæ, vel instrumenti guarentigiati habẽtis executionem paratam secundum statuta communiter in Italia allegando vergentiam mariti ad inopiam, vt dixi in 24. priuil. huius 7. partis, nam poterit mulier dicere, volo incumbere pignori, quòd tamen limita & restringe, vt supra proxime dixi.

PARS OCTAVA.

EXpedita est Septima Pars. circa priuilegia concernentia tempus ꝑstantis matrimonij: licet in ea parte nõnulla sint priuilegia intermixta, quæ accommodari possunt etiã ad tempus sol. mat. tamen non est curandum cum aliqua ex parte possint deseruire vtrique tempori: Nunc deueniamus ad priuilegia vltimi temporis, videlicet solu. matrimo.

PRIVILEGIVM PRIMVM.

SVMMARIVM.

1 *Compensatio non potest opponi mulieri dotem repetenti, quod limita tribus modis, vt nu. 3 4. et 5. et 2. 3. 4. et 5. in secundo priuilegio sequenti.*
2 *Retentio poterat olim admitti sicut compensatio.*

ET quidem inter alia primum ordinandum censui, quod posuit gl. in d. l. 1. ff. sol. mat. videlicet, ꝙ mulieri dotem repetenti nõ potest opponi compensatio: ADDITIO. [compensatio. Contra dotem non potest opponi vxori eam repetenti vigore legati ei facti per virum de rebus sibi donatis, vel per eam amotis, si dos consistat in specie: secus si in quantitate. glo. no. in ver. numeratæ. & Bald. in l. 3. versicu. item dicit glo. C. de fal. causa adiec. leg. & etiam in l. 1. C. rerum amo. Adde insuper, quod compensatio potest fieri per vxorem cõtra virum, & non econtra. Vide Bar. in l. filiof. in princ. ff. sol. ma.] & aduerte quia tex. in d. §. taceat. in illa gl. allegata nõ loquitur de ꝑpensatione, sed de retentione: & iõ glos. sentit ibi contrarium in sua vltima opi. se remittendo ad id, quod dixi in l. neque. C. de compen. vbi tenet, ꝙ capiendo compensationem proprio mõ. s. qñ fit de quãtitate ad quãtitatem, põt opponi contra mulierem: & idem voluit gl. in l. rei iudicatæ. §. 1. & in l. diuortio. § ob donationes. ff. solu. matri. & ita tenetur communiter per illa iura. Et idem voluit glos. in l. si constante. §. si vxor. & in l. in his. §. j. & in l. si cum dotẽ. §. j. ff. eo. & omnes illi tex. hoc idem probant, glos. tamen in l. si filiofam. la 1 in prin. ff. eod. tenuit idem, quod glo. & idem Bald. post Guil. in d. l rei iudicatę. §. j. & ibi etiam Lud. Ro. dicendo ꝙ ille tex. in §. taceat. dum loquitur de retentione non potest intelligi, nisi de compensatione, cum retentio proprie non cadat nisi in re, in qua, vel pro qua est facta impensa, vt habetur in l. fi. C. commo. & no. in l. si non sortem. §. si centum. ff. de cond. indeb. vt ergo ille tex. aliquid operetur & aliquid de nouo inducat, debet intelligi de retentione per modum compensatonis: tamen Mod. Doct. communiter sequuntur opi. aliarum glo. de quibus supra. quam sequitur Bar. post Dyn. & alios in d. §. 1. & ibi Ange. Imo. & Pau. pro quibus facit: & sic contra Lud. & glos. in d. l. 1. quia ex quo iura communiter permittunt compẽsationem fieri, nec reperiuntur in hoc expresse correcta, non debet sic de facili fieri interpretatio ad illum text. in §. taceat. vt veniat correctiue contra iuris regulas, arg. l. præcipimus. in fi. C. de app. cum sim. Nec ob. illud de retentione, vt sic ibi tex. de nouo nihil induceret. Nam immo inducit de nouo, quia lex antiqua, quæ emanauit super actione rei vxoriæ, permittebat fieri tales retentiones, de quibus ibi, contra iuris regulas & contra fauorem dotium. Sed vbi iuris regulę non prohibent, immo permittunt fieri retentionem, videlicet quando propter impensas in re petita, secũdum quòd habetur in d. l. fi. C. comm & in d. §. si centum. Imperator ibi speciali fauore dotis & mulieris prohibet fieri retentionem propter impensas vtiles, vt in d. §. sed nec ob impensas. ea. l. 1. nisi quando impensæ forent necessariæ: quia tunc ipso iure minuunt dotem, vt habetur ibidem. & in l. qđ dicitur. ff. de impen. Nec vera videtur ratio Lu. quòd eadem videatur esse ratio in compensatione, sicut est in retentione: nam imo ratio magis vrget, quòd permittatur compensatio ad dotem, quam retentio: quia compensatio ipso iure extinguit debitum petitum, sicut ipsa solutio: cum habeatur loco solutionis eo ipso quòd est oppolita. l. amplius nõ peti. ff. rem ratam habe. Sed tetentio non extinguit debitum sed solum impedit executionem, vt habetur in l. fi in area. ff. de con dict. indeb. nec obst l. per. C. depos. quam allegat Lud. dicendo quòd si est speciale fauore contractus depositi, vt non admittatur compensatio, multo magis fauore cõtractus dotis: cum sit magis priuilegiatus propter infinita eius priuilegia: & maxime fauore reipub. vt in d. l. 1. ff. solu. matri. Nam potest dici, ꝙ immo Imperator in §. in bonæfidei. Insti. de actio. excludit omnes alios cõtractus etiã bonæfidei, de quibus prædixerat, ponendo etiã de contractu dotis in præcedenti. §. loquendo per dictionem taxatiuã ibi, sola depositi causa excepta. Et sic expresse videtur permittere compensationem in contractu dotis, de quo prædixerat, argum. l. 4. §. cum Titio. ff. de adi. lega. Et potest esse ratio specialitatis in solo depositio, quia cum propria natura depositi sit, quòd fiat in specie & non in pecunia numerata, & sic non in quantitate, ad quã speciem non permittitur compensatio. l. si conuenerit ff. de pignor. action. Ideò si depositum fiat in numero, talis contractus depositi egreditur proprios fines depositi, vt l. Lucius. & l. die sponsaliorum. ff. depos. Et ideò non est inconueniens, quòd excedens suos terminos, excedatur a non suis terminis, vt habetur in l. fin C. de edic. diui Adria. tollen. vt sic ad talem pecuniam numeratam in depositio nõ admittatur compensatio, sicut non admitteretur in proprio depositio, quãdo fieret secundum sui naturam, & sic in ipsa specie. Et licet hæc opin. sit communior: tamen æquior videtur opinio glo. d. l. 1. ff. solu. matrim. & maxime cum ei assentiant multi Docto. non paruæ authoritatis vt supra. Et in dubijs amplectenda videtur opin. quæ est pro dote, vt in l. in ambiguis. ff. de iure dotium, prout infra proxime dicetur, & maxime per text. in d. §. taceat. quia licet loquatur de retentione, tamen ibi Imperator capit retẽtionem generaliter, cum quis compensando videtur velle retinere apud se pecuniam debitam & non soluere: & sic hoc respectu potest appellari retentio, vt est text. in l. 4. ff. de compen. ad hoc text. in l. si cum filio. eod. titu. vbi probatur, quòd per recõpensationem dicitur seruare nobis, quod debemus, & sic retinere nobis. Item tex. loquitur ibi in terminis d. §. ob donationes. & dic. l. rei iudicatæ. §. 1. vbi dicit, quòd ob res donatas, vel amotas, vel ob mores compensatio fieri potest, licet non in fructibus, vt in dicto §. ob donationes. & tex. in dicto §. taceat, referendo se ad illa iura dicit, ꝙ taceat retentio ob mores, vel ob res amotas, vel donatas. Po-
2 test etiam non improbabiliter dici, quòd† sicut de iure antiquo poterat opponi compensatio proprio modo sumpta, ita etiam poterat fieri retentio dotis propter impensas, vt probatur in l. si cum dotem. §. fin. cum sequen. ff. solu. matrim. qui tex. licet loquatur in dote, putabam idem tamen, ex quo tex. ibi procedit per viam æquiparationis ad dotem veram circa aliqua priuilegia, vt ibi etiam per glo. ergo debet intelligi, ꝙ eodem modo circa ius retinendi propter impensas factas in re dotali, vel quasi dotali, & hæc opi. videtur placuisse glo. in l. omnino. ff. de impen. licet Hug. dixerit contrarium, tamen secundum verum intellectum glo. videtur ibi casus de hoc, vt etiam dixi supra in 3. par. dum quæsiui, an sit dare actionẽ de dote contrariam. Item pro hac opi. videtur casus cum gl. in l. vtilium. ff. de impen. & etiam tex. in dicto §. sed nec ob impensas. ibi, non aliter detinebatur &c. referendo se ad ius antiquum, de quo detinebãtur res dotales propter impensas, quando erãt factæ de voluntate mulieris &c. Et tenendo hãc opinio. tanquam æquiorem, videlicet ꝙ de iure hodierno nõ habeat locum compensatio, sicut nec retentio.
3 †Posset limitari, nisi compensatio opponeretur per viam extenuationis sortis principalis propter fructus perceptos ex

re

re ipsa hypothecata pro dote, quando fructus essent consumpti, per text. in d. §. ob donationes & in l. Titia. ff. so. ma. prout etiam hoc tenuit Io. de Imo. in d. §. pen.

Secundò potest limitari, quando opponeretur ipsi restitutioni dotis: secus si restitutioni fructuum perceptorum p virum, vel eius hæredes post so. ma. vel in vltimo anno sol. ma. pro rata tangente ipsi mulieri, qui fructus essent consumpti: & sic deberetur eorũ æstimatio: quia tunc posset opponi cõpensatio. Et sic diuerso iure censerentur fructus ab ipsa dote: licet alio respectu possint peti tanquam dos & actione de dote, per tex. no. in d. §. ob donationes, & ibi dixi, & tactũ est supra, in 2 par. operis circa diffinitionem dotis.

Tertiò limita, vt non habeat locum, quando opponeretur compensatio non ab ipso viro contra mulierem, sed econtra a muliere contra virum agentem aduersus mulierem, puta ad res donatas, si essent in pecunia, vel in specie fuissent: & tamẽ essent consumptæ: & sic deberetur æstimatio pro rebus amotis. nam posset mulier conuenta obijcere contra virum vel eius hæredes de eo quod sibi debetur pro dote, vt est tex. in l. si filiof. la tertia, in prin. ff. sol. mat. & ibi per Bar. post Iaco. de Are. Nam cp in dote non habeat locũ compensatio, obtinuit in fauorem mulieris: ergo non debet resultare in eius odiũ, l. quod fauore. C. de leg. cum sim.

Et per prędicta etiam potest limitari illud aliud speciale, vt fauore dotis nõ possit fieri hodie retentio. d. §. taceat. & d. §. sed nec ob impensas. Nam illud obtinet quando allegaretur retentio circa ipsam dotem: secus si circa fructus dotis, put supra dictum est in compensatione, per tex. in d. §. ob donationes: quia tunc non esset prohibita retentio fructuum perceptorum post solutum matrimonium, vel in vltimo anno sol. matr. propter impensas, quod est no. & dixi in §. ob donationes. licet ipsi fructus speciali priuilegio dotis censeantur dos, & actione de dote peti possunt. l. marito. § fin. ff. sol. mat. Non autem possunt retineri dicti fructus propter res amotas, vel donatas, ex quo tunc esset hoc contra naturam retentionis, quæ fieri potest solum pro debito surgente in re vel propter rem retentam, vt supra dixi, per id quod habetur in d. l. fi. C. commo. & in d. §. si centum. Vnde multo minus, qñ n õ solum esset hoc ꝺ naturam retentionis, sed etiam cõtra fauorem mulieris & dotis, qcquid alij dicãt. in d. §. ob donationes.

4 Secunda limitatio surgit † ex tex. in d. §. sed nec ob impensas. & in d. l. quod dicitur. quando opponeretur retentio propter impensas necessarias factas ad perpetuam vtilitatẽ, quia tunc ipso iure talis impensa minuit dotem, quod intellige, vt supra fuit declaratum in d. 2. par. operis.

5 Tertia limitatio surgit † vt habeat locũ dictum priuilegiũ, qñ retentio opponeretur contra mulierẽ, secus si mulier vellet retinere contra maritum, vel eius hæredes: puta res amotas, vel donatas, dicendo cp ipsa vult retinere pro dote sibi debita, siue consistat dos in corporibus siue in pecunia, vt uoluit no. Bar. post Iac. de Are. in d. l. si filiof. in prin. dicendo, cp hoc erit speciale fauore mulieris, vt etiam respectu anterioris debiti etiã omnino diuersi petiti a viro vel eius heredib. possit ipsa mulier retinere ipsam rem petitam pro dote sibi debita: & donec sibi de dote erit plene satisfactum.

PRIVILEGIVM II.

SVMMARIVM.

1 *Retentio non habet locum in dote, vide hic quatuor limitationes ad regulam præcedentem in primo priuilegio.*

1 ET sic ex hoc habes secundum priuilegium & singulare fauore mulieris & † dotis in materia retentionis contra regulam, de qua in d. §. si centum. & in d. l. fi. C. commo.

Quartò limita, qñ vir hẽat restituere fundũ plenũ fructib. mulieri: nã si vir petat sibi caueri de fructib. sibi restituẽdis p mulierem pro rata vltimi anni sibi tangente, & mulier detineret, haberet locum retentio fundi, donec sibi caueatur, vt est tex. sing. in l. diuortio. §. interdum. ff. sol. matr.

Quintò limita si vir ex alia causa timeret damnum incurrere propter obligationem, qua astrictus esset occasione rei dotalis, nã est licita sibi retentio rei dotalis, donec sibi caueatur de indemnitate, per casum no. in l. cum mulier. la 2. solu. matr ad hoc etiam tex. in l. si filiof. la 2. §. fi. ff. eod.

Sextò limita habere locum d. §. taceat. & §. sed nec ob impensas, quando mulier ageret actione personali de dote tanquam contra virum vel hæredes viri, secus si tanquam contra simplicem possessorem, ex quo tunc non potest mulier niti fauore dotis, ex quo remedium dotis non intentat, per id quod habetur per Bar. & alios in simili, in l. si filiofamil. la secunda. ff. solu. matrim. & per no. in l. maritum. ff. eo. Et ideo si maritus cõstituisset se precario nomine mulieris & eius hę redum tenere & possidere fundum dotalẽ eueniente casu restitutionis dotis, quo casu mulier & eius hæredes possent agere contra virum vel eius hæredem tanquam contra simplicẽ possessorem remedio l. fi. C. de acqu. pos. tunc haberet locum retentio ob impensas, vel simili causa, per id quod habetur in l. 3. §. illud. & §. si rem. ff. de acq. poss.

Septimò limita in casu singulari. l. penult. §. seruus. in fi. ff. sol. mat. & ibi dixi. Et ex illo patet, cp est magis priuilegiata expensa facta in persona serui mulieris non dotalis, videlicet circa vestiarium, quam facta in putatiua, quia propter illam habet locum retentio dictæ dotis, vt est casus sing. in l. cũ dotem. §. fi. cum seq. ff. sol. matr.

PRIVILEGIVM III.

SVMMARIVM.

1 *Actio ex stipulatu datur & ad certum contra eius naturam.*

1 TErtium priuilegium est, † quia licet natura actionis ex stipulatu sit, vt solum detur ad incertum, non autem ad certum in stipulationem deductum, sed tunc datur certi condictio, vt Instit. de verb. obl. post prin. tamen speciale fauore dotis actio ex stipulatu datur ad quodcũque scilicet incertũ & certum, vt probatur in l. 1. in prin. C. de rei vxo. act. iun. glo. 2. & idem voluit glo. esse hoc speciale in dote, in ea. l. §. sed & si non ignoramus. quod tamen procedit in actione ex stipulatu subintellecta a lege. Vnde forte secus in stipulatione expressa & valido mõ ꝓcepta p dotis restitutione, vel dotis promissione, cum illa non videatur habere aliquod priuilegium.

PRIVILEGIVM IIII.

SVMMARIVM.

1 *Actio ex stipulatu pro dote est bonæfidei, licet regulariter sit stricti iuris.*

1 QVartum priuilegiũ est: quia † actio ex stipulatu licet sit stricti iuris & ñ bonæfidei ex quo ñ ꝓnumerat ĩ §. actionũ. Inst. de act. & est tex. in d. l. 1. §. sed & si nõ ignoram⁹. ibi ex stipulatu actionem ex stricto iure vallatam & nõ ex bona fide descedentẽ: tamen illa ex stipulatu, quæ hodie datur loco rei vxoriæ actionis sublatæ est bonæfidei, vt dicit tex. in d. §. sed & si non ignoramus. Sed dic, cp nõ est bonæfidei: sed tũc assumit naturam bonęfidei, vt ibi dicit tex. Et est ratio: quia illa hodie est subrogata in locũ dictæ actionis rei vxoriæ, quæ erat bonæfidei, meritò assumit eius naturam, per id qd hr̃ in l. 1. §. hæc actio. ff. si quis testa. lib. esse iust. fuer. Qd̃ sine dubio procedit, qñ daretur pro dote restituẽda. Sed si daret pro dote promissa soluenda viro, vr̃ dubium: cum tũc non succedat in locum actionis rei vxoriæ, qa illa solum competebat p dote restituẽda, q̃ hodie est sublata, & in eius locũ subrogata est dicta actio ex stipulatu, subintellecta a lege, vt patet in d. l. 1. in prin. Et idem si esset expresse apposita stipulatio a partib. cũ similiter succedat in locum actionis rei vxoriæ. Sed in dote p̃missa viro vr̃, cp actio ex stipulatu remaneat in sua ꝓpria natura, ex quo nõ succedit, nec subrogat in locũ dictæ actionis rei vxorię, sed olim dabat actio ex stipulatu, si erat interposita, & si non erat interposita, agebat condictione legis, ad exactionem. C de do. promis. Tamen dicas, cp etiam illa, quæ datur viro contra mulierem, vel socerum, est bonæfidei, vt hr̃ in l. de diuisione. ff. so. ma. per gl. & Doc. & dixi supra in 4. par. operis.

PRIVILEGIVM V.

SVMMARIVM.

1 *Seruus factus liber, tenetur pro obligatione ante contracta fauore dotis reddendæ.*

1 QVintũ priuilegiũ est, quia † licet r̃r seruus factus liber, non teneatur ex obligatione antea contracta, vt l. 1. & per totum. C. ne seruus ex suo facto, tamen fallit fauore dotis reddendę, vt est casus no. in l. si serua seruo. ff. de iure do.

PRIVILEGIVM VI.

SVMMARIVM.

1 *Dominium illico sol. matr. retransit in vxorem sine alia retraditione, vel noua apprehensione limitata, vt nu. 4. 5. 7. 8. 9. 10 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 23. et 24.*

Dominium

Source : BIU Cujas

2 *Dominium directum non retranſit illico, licet mulieri detur actio utilis in rem ſpeciali fauore dotis.*

3 *Diſpoſitio l. in rebus. C. de iu. do. eſt noua, & non procedit de iure antiquo: nec etiam de iure Codicis primæuo.*

6 *Diſpoſitio l. in rebus, an habeat locum in dote profectitia.*

18 *Mulier ſi ſolu. matri. intret poſſeſſionem rei dotalis propria auctoritate, non incidit in pœnam l. ſi quis in tantam. ſi poſſeſſio adhuc erat uacans.*

19 *Exceptio dominij poteſt obijci contra uiolentum poſſeſſorem, quando uiolentia eſt uera, ſecus in quaſi uiolentia.*

20 *Mulier ſoluto matrimonio poteſt propria authoritate ingredi poſſeſſionem bonorum uiri propter clauſulam precarij appoſitam in inſtrumento dotis, & hypothecæ bonorum uiri.*

21 *Mulier ſi remanſit in domo viri, ſol. mat. poteſt apprehendere & incumbere pignori propria authoritate.*

22 *Actio l. Aquiliæ, olim non dabatur mulieri pro damno dato in re dotali, hodie ſecus.*

SExtum priuilegium reſultat ex ſingulari diſpoſitione l. in
1 rebus. C. de iure do. † vbi ſpeciali fauore mulieris ſoluto matri. illico in eam tranſit [ADDITIO. In eam tranſit. No. ꝙ dominium tranſit in vxorem ipſo iure ſol. mat. ſcilicet dominium rerum dotalium. Bal. in l. 3. C. de iure dot. no. in l. in rebus. co. tit. & in l. dotis actio. ſol. matri. Bart. in l. 1. ff. de fun. dot. vbi dicit hoc verum hodie, quia ſecus olim. & in l. in rebus. per Bar. & in l. ſi dotis. C. de iure do. Item non tamen poteſt vxor propria authoritate ſine iudice ingredi poſſ bono l. dotis. io. matri. ſecundum Salic. in l. 2. 4. q. ad fi. C. de iu.] dominiũ rei dotalis iuris miniſterio ſine alia traditione contra regulam, de qua in l. traditionib. C. de pac. cum ſi. Super quo aduerte, quia licet olim nonnulli dubitauerint, A. conitante matri. vir ſit dominus rei dotalis: tamen communis eſt ſententia, ꝙ vir habeat dominium & non mulier, imo etiam poſſeſſionẽ, per id quod habetur in l. ſciendũ. ff. qui ſatiſd. cog. & in l. doce ancillam. C. de rei ven. & in l. ſeruus dotalis. ff. ſol. mat. & in l. ſi dotis. C. de iure do. & in l. dotalem. §. 1. ff. de fun. do. & no. in l. diuortium. §. ſi fundum. ff. ſolu. matri. Ideo videbatur non debere dictum dominium ab eo recedere poſt ſolutum matrimonium, ſed durare apud eum, donec traderet mulieri: & ita multi tenebant, vt refert Bart. de Salyc. in d. l. ſi dotis. quia ſicut per contractũ dotis non transfertur dominium in virum, niſi a die traditionis. l. de diuiſione. in fi. ff. ſol. mat. & ibi no. iun. d. l. dotalem. §. 1. Ergo idẽ verſa vice videbatur, ꝙ per diſtractum dotis non transferatur in mulierem ſine traditione, per regulam, de qua in l. ab emptione. ff. de pac. & in l. nihil tam naturale. ff. de reg. iur. & probabam per tex. in l. ſi filiæ. la 1. §. 1. ff. ſol. matri. & ita tenet Iaco. de Are. ibi per illum tex. & in l. ſi mora. & ibi refert Bart. ff. eo. Et reſpondent ad l. in re-
2 bus. quia datur ibi vtilis † actio in rem non ratione dominij, vt alias habetur in l. 1. C. de dona. quæ ſub modo, licet largo modo habens vtilẽ actionem in rem cẽſeatur habere quoddam quaſi dominium, vt ibi no. quod etiam probatur in d. l. in rebus propriis, quæ dictio, quaſi, eſt improprietatis nota. l. fin. de duo. reis. Et licet poſſet hæc opinio teneri in puncto iuris: tamen non videtur recedendum a communi opi. Doc. vt ſupra, ſecundum quam conclude, ꝙ de iure antiquo vir remanebat Dominus etiam ſo. mat. vt probatur in l. fi. ff. de fun. dot. & l. quædam. ff. de acqu. rer. domi. vt etiam fuit de mente gl. in d. l. ſi filio. ſuper verbo noſtras.

3 Hodie † tamen de iure Codicis ſecus eſt: imo illico dominium tranſit in mulierem per d. l. in rebus. vnde diſpoſitio d. l. noua eſt, & exorbitans a iure antiquo: & ita tenet Bar. in d. l. ſi filio. §. 1. & in l. ſi mora. & in l. ſi filio. la 2. eo titu. & ibi etiam Bal. Ang. & communiter legentes, & in l. Neſennius. §. fundũ. ff. de re iu. poſt Bar. & idem ipſe tenet in l. ob res amotas. ff. de rer. amo. vbi tex. optimè probat, ꝙ de illo iure dominiũ adhuc remanebat apud virum: imo etiam de iure Codicis primæuo idem erat, probatur in d. l. & ſi do. vbi Bal. refert audiuiſſe Bar. in voce in ſcholis hoc dicere, & tamen ipſe ibi videt reprehendere Bar. & ꝙ imo de iure fforum iſtud priuilegium de quo in l. in rebus. erat introductũ, & hoc probat per reductionem ad abſurdum, ꝙ ſi vir illico ſol. mat. remanſiſſet Dominus, ergo fructus percepti per virum in vltimo anno ſolu. mat. omnes eſſent viri, donec fundus reſtitueretur, & hoc ratione dominij, argu. l. Herennius. ff. de vſu. & ſic non diuiderentur proportionabiliter, ꝙ eſſet contra l. diuortio. ff. ſolu. matri. cum ſua materia: cuius ratio ſalua pace, eſt inepta, quia non ſequitur, vir adhuc durat Dominus: ergo non reſtituit fructus. Nam concedo, ꝙ fructus ſunt in eius dominio, ſicut ipſa dos, ſed teneretur reſtituere pro rata temporis, quo nõ ſubiit onera matrimonij, & maxime quia quando res nunc tua eſt debita mihi, quia iam fuit mea, tunc teneris ad fructus a prin. etiam ſine mora, vt habetur in l. ſi mora. ff. ſol. matri. & infra tangetur. Conclude ergo, ꝙ hodie illico dominiũ tranſfertur in mulierem: licet olim ſecus, quod tamen pluribus modis poteſt limitari.

4 Et primò † vt procedat, quando mulier remanſit poſt ſolutum matrimonium: ſecus ſi vir ſolus, quia dominiũ non tranſit illico ad hæredes mulieris, niſi per modum regularem: & ſic ius antiquum in hoc remanet illæſum, vt voluit no. Bar. in d. l. Neſennius. §. ſi fundum. & communiter ſequuntur Doct. quia termini d. l. in rebus. ſunt, quando mulier remanſit ſolu. matri. ad hoc etiam confert, quia ibi Imperator dictum priuilegium confert circa ipſam actionem in rem ad ſimilitudinẽ hypothecariæ in priuilegio prælationis contra creditores viri. & tamen certum eſt, ꝙ dictum priuilegium prælationis in hypotheca non tranſit ad hæredes, vt habetur in l. 1. C. de priui. dot. & in l. fi. C. qui po. & dicetur infra in 12 par. operis. poteſt tamen teneri, ꝙ dictum priuilegium circa actionem in rem tranſit ad filios mulieris & eius hæredes. ſ. eiuſd. matrimonij, prout communiter tenetur in priuilegio prælationis hypothecæ, in d. l. fi. & in d. l. 1. & dicetur infra in d. 12. par.

5 Et ſic poteſt inferri ad ſecundam limitationem, vt † non habeat locum d. l. in rebus. in perſona patris agentis ex iure conſolidationis in eum factæ propter ſtipulationem vel præceſſum filiæ, cum d. l. in rebus. ſe fundet principaliter ſuper fauore mulieris, prout dicetur in ea. 8. par. in vlti. priuil. quod non extendatur ad patrem, vt dicetur in d. 12. par. licet Bal. etiam referendo Bar. contrarium ſenſerit in l. & ſi dotis. C. de iure dot. tamen nihil allegat.

6 Sed tunc ſurgit pulchrum dubium, quid in dote † profectitia, cuius actio communis eſt patri & filiæ? gl. in l. 2. §. 1. ſuper ver. dos. ff. ſol. mat. & in l. non ſolum, in gl. 2. in princ. eo. tit. videtur velle, ꝙ licet ipſa actio perſonalis de dote ſit communis: non tamen ipſa dos eſt cõmunis, ideſt, ipſum corpus dotis, quaſi velit, ꝙ ipſum corpus dotis ſit ſolius patris: & ſic reſpectu dominij. Et licet Bart. & plerique alij intelligant glo. de ipſa dote, prout eſt ius vniuerſale ſecundum opin. Bart. & ſequacium in l. j. ff. ſol. matri. ſuper diffinitione dotis: tamen iſta non fuit intentio glo. maxime in d. l. non ſolum. dum ſubdit, ꝙ ipſa dos eſt viri, quando eſſet conſumpta. Et ſic intellexit de ipſo corpore dotis, cum iura vniuerſalia proprie non recipiant conſumptionem, imo ſenſit ibi glo. a contrario ſenſu, ꝙ quando ipſa dos, ideſt ſpecies dotis eſſet conſumpta, tunc ſolu. matrimo. non eſſet mulieris, nec ſoceri: ſed adhuc duret in dominio viri, quod ſine dubio poterat procedere ſecundum tempora Digeſtorum. Bal. in d. l. non ſolum dicit, ꝙ ex quo hodie pro dote competunt tres actiones, ſcilicet perſonalis, item hypothecaria, item actio in rem, de qua in d. l. in rebus. ꝙ iſtæ tres actiones pariformiter procedunt, vt omnes communiter & inſolidum competant patri & filiæ, ſicut olim cõpetebat actio perſonalis de dote, & ſic etiam dominium inter eos commune & apud quemlibet inſolidum ſoluto matrimonio ſicut ipſa actio de dote. Nec obſt. § ex contrario. & quod ibi habetur in l. 3. ff. de acquiren. poſſeſſio. quia iſtud dominium habebit naturam anomalam, & non erit de notatiuum partis, ſed denotans ius quoddam connexũ conſiſtens in intellectu: & erit apud quemlibet inſolidum: connexo tamen modo vt vnus non habeat exercitium ſine alio, in quo plures & vt vna perſona repræſentantũr, vt habetur in ſimili in l. in ſuis. ff. de libe. & poſthu. & contraria dicit procedere in non connexis ſed ſeparatis. Io. tamen de Imo. ibi dicit nõ videri poſſibile, quod dñiũ eiuſdem rei ſit penes duos inſolidum in eadem ſpecie dominij contra omnia iura, vnde dicit tutius eſſe tenere, ꝙ reſpectu dotis profectitiæ conſiſtẽtis in ſpecie nihil ſit innouatum, per d. l. in rebus. & ſic pro ea non competat rei vendicatio: ſed ſolum alię duę actiones, & ideo ſecuta exactione ſit dominium penes ipſum patrem, reſpectu cuius dominij ſit in eum facta quædam reconſolidatio, per l. fi. C. cõmunia vtriuſque iudi. vbi dicit eſſe caſum, & facit tex in authen. ſed quamuis. C. de rei vxo. actio. & in corpore vnde ſumitur. Sed Ludo. Roma. ibidem dicit, ꝙ iſta iura, prima fronte non probant, quia licet dicant, dotem exactam factã eſſe de ſubſtantia patris: tamen non negant, quin etiam ſit proprium patrimonium filiæ. l 3. §. ſed vtrum. ff. de mino. Et ſubdit, ꝙ ſi tenemus opin. ꝙ dominium transferatur etiam in filiam, vt tenere videtur Bal. non eſſet inconueniens dicere, ꝙ illud ſit penes patrem & filiam: diuerſis tamẽ reſpectibus, prout etiam conſtante matrimonio dicitur eſſe penes maritum & vxorem, vt probatur in d. l. in rebus. quod plenius declara, vt ibi per eum. Qui tandem ſubdit, ꝙ licet opinio ſit communis, ſcilicet ꝙ dotis profectitiæ ſolu. matri. dominium transferatur ipſo iure, vt ſit penes patrem & filiã inſolidum: tamen diuerſis reſpectibus. Sed dicit, ꝙ hæc opinio non eſt vera, per tex. in d. l. in rebus. qui præſuppoſit, ꝙ

Source : BIU Cujas

res ab initio fuerunt ipſius mulieris.& ſic non poteſt intelligi de dote profectitia,cuius ab initio fuit ipſius patris.Et ſi quiſpiam vellet.d l.intelligere etiam in profectitia,oportet ipſum fateri, q̃ retranslatio fiat ſolùm in ipſam mulierem,quia tex. in d l.in rebus.loquitur ſolùm in muliere, & de patre non eſt ibi expreſſum,arg.l.ſi vero.§.de viro.ff.ſol.mat.Ergo oportet, q̃ ſtemus regulæ, de qua in d.l.traditionibus.cũ ſimilib. Nec eſt verum, q̃ priuilegium datum mulieri extendatur ad eius patrem, vt dicit probari in l.aliud.ff.de pac.dot.innctis legib. præceden.& facit,quod ſupra dixi in princ.huius fallentię ſecundæ. Et ſic ceſſabit obiectio.d.§.ſi duobus vehiculum.l.ſi vt certo.ff.commo. Vel dicit ipſe, non eſt verum illud, quod communiter dicunt Doc.per d.l.in rebus. quia non videtur, q̃ ille tex.dicat dominium transferri illico in mulierem, ſed dicit dari rei vendicationem mulieri, tanquam dominium ſemper apud eam remanſerit, & hũc dicit eſſe ſuum nouum intellectum ad d.l.prout iuxta literam & illam non violando debet intelligi.Sed tu dic,q̃ imo oportet ita intelligere illum tex.prout communiter Doc.intelligunt poſt glo.ibi, ſcilicet q̃ loquatur de quodam dominio velato, quod eſt apud mulierem propter ſpem translationis fiendæ poſt ſolutum matrimonium,vel loquatur de quodam dominio, quod erat ab initio,ſ.de iure primæuo,videlicet pro quodam communi & naturali vſu. Et ſic cõſiderato ipſo dominio rudi, prout erat tempore antiquo ante iuſgentium ſecundarium,de quo in l. ex hoc iuregentium. ff.de iuſti. & iu. Et ſic illa verba tex.ibi, iuris ſubtilitate, debent intelligi de ſubtilitate & ab inuentione iuriſgentium ſecundarii, & aliter intelligendo illum text. multa præſupponeret & exorbitantia in iure. Et ideo verior videtur opinio, q̃ diſpoſitio d.l in rebus.nõ loquatur, niſi in dote reuerſa ad ipſam mulierẽ ſolã ſoluto matrimonio,quæ opinio videtur etiam fuiſſe de mente Bal.in d. l. non ſolum. Nam ipſe in 2.ſua opi.non ſe firmat:ſed dicit, q̃ ſi quis vellet tenere, q̃ dominium tranſeat ipſo iure in patrem & filiam in ſolidum &c.Et mouetur ad dictam opin.tenendam,quam ẽt tenuit Imo.vt ſupra, quia certum eſt, q̃ de iure Digeſtorum licet actio de dote eſſet communis:tamen exactio ſpectabat ad ſolum patrem: & ſic eo ipſo q̃ pater recuperabat dotẽ ſoluto matrimo illa efficiebatur de dominio & ſubſtantia patris,vt probatur in d.l.fi.C commu.vtriuſq; iud.Et idem erat in omnibus aliis actionib quæ erãt communes patri & filio, de quibus per glo.magnam in l.ſi longius.§.1.ff.de re iu.Nam res, vel pecunia exacta per patrem vigore dictarum actionũ tranſibat illico in dominium patris,per regulam d.l.placet.cũ ſimilib. Vnde idem erat dicendum circa dotem exactam in tantum, q̃ poterat pater illam diminuere in ſecundo matrimonio,ſi ſecundus maritus non erat ita dignus:licet hodie p d.auth.ſed quamuis.hoc non poſſet,vt per Bar.in l.poſt dotẽ. in 2.q.ff.ſol.matr.vnde ſtante hoc,q̃ dominium dotis exactæ tranſeat in ſolum patrem, reſpectu cuius videtur fieri quædam conſolidatio in patrem,etiam ſi ipſe non fuerit eam ſibi ſtipulatus,vt etiam tenet Bart.in d.l.poſt dotẽ.& aſſentit Bal. in d.l.non ſolùm. bene facit l.pen.§.filia.ff.ſol.matri & ibi no. Sequitur ergo, q̃ diſpoſitio d. l. in rebus. ſolùm innouat ius antiquum:videlicet q̃ vbi de iure antiquo dos,quæ erat in caſu reſtitutionis, habebat effici de dominio mulieris ſequuta traditione, hodie ſine alia traditione ipſo iure in eam tranſit dominium:& ſic non debemus d.l.in rebus intelligere,q̃ offendat,vel corrigat ius antiquũ in pluribus,quãdo poſſumus intelligere, q̃ aliquid de nouo prouideat, per id quod habetur in c.cum dilectus.de conſue. & in l.1.C.de do.promiſ.facit l. præcipimus. in fi. C. de appellat. Cum ergo de iure antiquo dominium dotis profectitiæ non habeat tranſire in filiam ſed in patrem per traditionem,vt ſupra,ergo in iſto caſu non vendicat ſibi locum. d. l. in rebus. & ita videtur tenendum,prout etiam vltimo loco videtur hoc ſequi Ludo.in d.
7 l.non ſolùm.Et ex † his poteſt inferri ad 3.limita.videlicet q̃ dicta diſpoſitio l. in rebus. non obtineat etiam quando eſſet reconſolidata in filiam,adeo q̃ poſſet ſola agere & eam exigere ſoluto matrimonio, puta iam facta ſui iuris per mortẽ vel emancipationem patris vel propter ſtipulationem paternã: prout habetur in d.l.poſt dotem.vel per expreſſum vel tacitũ pactum patris,vt habetur in d.l.ſi cum dotem.in princi.vel ſi pater eſſet abſens, vel non probatæ vitæ, ſecundum q̃ habetur in d.l.ſi cum dotem.§.ſi patri.& §.eo autem tempore, vel ex ſimilibus aliis cauſis,de quibus tetigi in l.2.§.fina.ff.ſoluto matri.Nam ex quo dicta dos,vel eius dominium non fuit ab initio & ante matrimonium ipſius mulieris: ſed patris, ideo ceſſare videtur ratio dic.l.in rebus. ibi ab initio. Tamen poteſt teneri contrarium, q̃ ſatis videtur ab initio fuiſſe mulieris, ex quo alius nomine mulieris dedit, argum.l. licet.§.1.ff. de iure dot.& quod no. Barto.in rub.ſolu.matri.circa diffinitionem dotis: & etiam ſuper glo.d.rubri.in ver.reputatur.& per eundem Barto.in l.ſi mora.ff.eo.tit. Alias ſequeretur abſurdum, q̃ etiam dotis aduentitiæ datæ per extraneum non transferretur dominium in mulierem illico,ſoluto matrimo. per d.l.in rebus.quod eſſet abſurdum. Nec obſt.illud, q̃ ibi dicitur ab initio,quia debet intelligi ſcilicet ab initio contracti matri.tempore, cum etiam durante matrimo.ipſa mulier cenſeatur durare in ſuo dominio velato, quod ipſa vel alius pro ea a princ.dedit ipſi marito,& videtur contra intentionẽ omnium Docto.Nam gaudet mulier ſuo priuilegio,ſiue dos data ſit per mulierem,ſiue per alium pro ipſa muliere.l.ſi nuptura.§.1.ff.de fun.dot.ad hoc etiã tex.in l.1.§. ſed vt plenius. C. de rei vxo. actio. ibi, ſiue ipſe principales perſonæ dotem dederint, ſiue aliæ his perſonæ &c. Sed poſſet reſpon.quòd tex.in d.l. in rebus.fundat ſe ſuper rei veritate ibi dum dicit, ideo rei veritas &c. Sed ſecundum rei veritatem non fuerũt a princ.in dominio mulieris:ſed alteris dotantis:licet per modum quendam fictũ videatur ipſa dediſſe, & in conſequentiam tranſtuliſſe dominium in virum:tamen non videtur recedendum a prædicta opin.quæ eſt de intentione Docto.licet per expreſſum non loquantur,prout ſentit Barto.in d l.ſi mora.& tex.in d.l.in rebus.poteſt ntelligi, vt loquatur ſecundum rei veritatem, ſcilicet conſiderato dominio, quod erat de illo iure primæuo, ſcilicet pro communi quodam vſu, vt
8 ſupra. Et ſic poteſt ex his inferri ad 4. limita. † vt non habeat locum d.diſpoſitio l.in rebus.quando mulier a prin. non fuit domina nec alius qui pro ea dedit fuit Dominus, ſed fuit data in dotem res aliena, quam maritus poſtea durante matrimonio bona fide & tit.prę ſcripſit:& ſic per vſucapionem dominium quæſiuit, cum non ſimus tunc in terminis d.l.in rebus.nec ratio ibi poſita compræhendit hunc caſum, vt alias legendo dixi in l.alienam.ff.ſoluto matrim.licet enim hæc res per præſcriptionem ſit facta proprie dotalis, & ſubiiciatur reſtitutioni ſolu.matri prout aliæ res dotales,quaſi ad opus mulieris vir vſuceperit,vt habetur in l.Pomponius.§. in dotem. ff.de acquir.poſſeſ.niſi in caſu ſingu.l. Proculus.ff.de iure do. Tamen verum eſt dicere,hanc dotem a princ.non fuiſſe mulieris, & in mulieris permanſiſſe dominio: vnde cogita, quia Doct.non tangunt. Et poteſt dici,q̃ vir in quærendo tale dominium videtur ipſum accepiſſe ab ipſa muliere, quæ occaſionem præſtitit vſucapiendi.l.qui alienam.ff.de dona. cauſa mor.niſi dicas,illud eſſe per quandam fictionem. Sed quid ſi mulieri ſuperuenit dominium forte,quia verus Dominus legauit rem ipſam mulieri conſtante matrimo. Dicas tunc non eſſe opus priuilegio d.l.in rebus. Imo de iure Digeſtorum ſine alia traditione ſolu matrim.mulier erat domina,non quidem per viam dominii de nouo in eam trãslati,ſed tanquam perſeuerauerit in ſuo dominio in eam translato vigore dicti legati,quia licet ius ſuperueniens authori proſit ipſi ſucceſſori: tamen non ad effectum, vt ex tunc dominium quæſitum authori tranſeat in ipſum ſucceſſorem vigore præcedentis tituli & traditionis iam factæ, imo requireretur noua traditio,vt probatur no.in l.ſi a Titio.ff.de rei ven.& in l.apud Celſum.§. ſi a Titio. ff.de excep.do. per Barto. in l. cum vir præ-
9 dium.ff.de vſuc.hoc bene no. † Quintò limita.d.l.in rebus.habere locum in dominio,nõ ſic in quaſi dominio,quod quæritur ex publiciana, ſuper quo conſidera, quia licet prima facie quis diceret contrarium ex regula, quæ ſumitur in l.eum qui.§.in publiciana. ff. de public. ſcilicet, q̃ rei vendicatio & publiciana procedunt a pari, & eiſdem regulis ſubiiciuntur. Et ſic in caſibus vbi dominium transfertur ſine traditione, ſimiliter & quaſi dominium ex publiciana.l.1. in fi.cum ſeq. & l.cum ſponſus.§.is cui.ff.de public.Tamen hoc non procedit ſic ſimpliciter.nam verum eſt,q̃ tunc transfertur quaſi dominium per publicianam ſine alia traditione,quando ipſa publiciana erat iam quæſita ipſi authori,a quo ſucceſſor habuit cauſam: vnde ſicut ipſum dominium ad hoc vt transferatur ſine traditione in caſib.ſpecialib.oportet eſſe penes vel apud ipſum authorem:ſic etiam ipſum quaſi dominium, vt no.gl. & ibi etiam Bart.in d.l.j.Diſtingue ergo, q̃ aut maritus conſtante matrimonio habebat publicianam in re aliena data in dotẽ forte,quia eam habuit a ſocero,ſciens eſſe alienam,quo caſu ex tit.dotis non quæſiuit ſibi publicianam, & ſic quaſi dominium.l.eum qui.§.pen.de publ.cum ſim.Et tunc ſoluto matrimo.mulieri nullum quæreretur illico quaſi dominium niſi traditione ſecuta per virum, ſi forte mulier erat in bona fide.Si autem fuiſſet ſibi quæſitum quaſi dominium ex publiciana,quia a prin.fuit in bonafide,& tunc ſicut in re non aliena dominium conſiſtens penes virum hodie transfertur illico in mulierem per diſpoſitionem.d.l.in rebus. Sic etiam in re aliena ipſum quaſi dominium iam quæſitũ viro ex titulo dotis & bonafide transferretur hodie illico in vxorẽ ſine alia traditione.

Source : BIU Cujas

traditione. Dicet quispiam, ꝙ dispositio d.l.in rebus. loquens in dominio cū sit exorbitans a reg.iu.cōis & a iure antiquo, non debet extendi ad quasi dominium, arg.l.quod verò. & l. ius singulare. ff. de legi. & in regula, quæ a iure. in sex. Præterea Bal. in l. ancillæ. C. de fur. dixit, ꝙ non semper procedit illa regula, de qua in d.l.eum qui. §. 1. videlicet ꝙ publiciana & vsucapiendi cōdictio procedunt a pari, dicendo ꝙ dispositio noua auth. malæfidei possessor. C. de præscrip. lon. tempo. prohibens hodie præscriptionem, quādo author immediatus licet singularis fuisset malæfidei, non se extendit ad publicianam, vt ibi per eum. Nam respon. ꝙ diuersa potest assignari ratio in publiciana quàm in præscriptione quo ad terminos d. authen. vt ipse Bal. declarat in d.l. ancillæ. & faciunt no. Bar. in d. l. cum vir prædium. Præterea dictum Bal. non solet teneri per Moder. vt dicunt in l. rem quæ nobis. ff. de acqui. poss. Bar. tenuit contrariū. & etiam voluit contrarium gl. sing. in d.l.eum qui. §. prætor ait. Vnde licet maritus acceperit in dotem rem alienam bonafide: tamē si socer erat in malafide sicut hodie ipse maritus, non præscriberet, per d. auth. malæfidei. ita etiā non haberet vir hodie publicianā, quod bene no. Et non obstat, quod dixi per d.l. quod vero. Nam imo cū dispositio d.l. in rebus. sit merè fauorabilis concernens merum fauorē mulieris & dotis, potest & debet extendi ex indentitate rationis: licet sit exorbitans, & maxime cum concernat piam causam. l. cū is. §. mulier. ff. de condi. indeb. ergo debet extendi per id, quod habetur in l. illud. C. de sac. eccle. ibi per Doc. post gl. & in l. si constante. in prin. ff. sol. matri. Præterea ex quo ista duo sunt parificata a iure antiquo per modum regulæ d. §. in publiciana. cum si. Ergo dispositio noua in vno debet se extendere ad aliud, vt per gl. no. in d.l. quod vero. & l. si quis seruo. C. de fur. ad hoc etiam glo. no. in clem. per literas. de præben. Nec refragatur, si diceretur, ꝙ prædicta procedunt, quando a principio illud quasi dominium ex publiciana fuit apud mulierem, antequam traderetur res dotalis: secus si mulier nunquam habuit dictum quasi dominium, quia d.l. in rebus procedit propter dominium antiquum mulieris. Sed in terminis nostris hoc quasi dominium fuit de nouo quæsitum viro, postquam habuit dotem. Nam respondetur, vt supra dixi in dominio quæsito viro cōstante matrimonio ex præscriptione, vt sic videatur istud quasi dominium maritus habuisse a muliere, per id quod habetur in d.l. alienam. Nec ob. quod dicta dispositio noua non debet extēdi de dominio vero ad dominium fictum, per id quod habetur in l. 3. §. hæc verba. ff. de nego. gest. cum si. Nam imo talis extensio de casu vero ad fictum est permissa, quando casus fictus habet eandem rationem fauoris, per id quod habetur in l. Gallus. §. & quid si tantū. & ibi etiam per Io. de Imo. & in §. si eius. ff. de libe. & posth. Et maxime quando casus verus & fictus reperiuntur æquiparati a iure antiquo circa eundem effectum, per id quod habetur no. in c. ad audientiam. & c. cum dilectus. de cler. nō resi. & tradunt Mod. in l. j. §. bonorum. ff. ad Treb. & ibi dixi, quæ æquiparatio de dominio vero ad fictum ex publiciana habetur ex regula d.l.eum qui. §. in publiciana. cum similibus.

10 † Sexto limita non habere locum d. dispositionem. l. in rebus. in dominio vtili quæsito ipsi viro ratione vsusfructus sibi dati in dotem. Nam licet dicatur, ꝙ habens vsumfructum formalem dicatur habere quoddam dominium saltem vtile in ipsa re, vt probatur in l. 4. ff. si vsusfruct. pe. vel quoddā dominium respectu iuris vsusfructus, vt per gl. illam no. in l. 3. §. desinere. ff. vsufruc. quemadmo. ca. tamen tale dominium tanquam procedens ex iure quodā merè personali & non trāsmissibili de sui natura, non transfertur in mulierem sol. matr. Sed tunc adhibentur alij modi & cautelæ ad hoc, vt vxor loco restitutionis in effectu non remaneat indotata, de quibus in l. vsufructu. ff. sol. mat. & in l. si vsusfructus. ff. de iu. dot.

11 † Et per hoc posset inferri ad 7. limitat. vt non obtineat dispositio d.l. in rebus. in dominio vtili quæsito viro in re emphyteutica sibi data in dotem: cū enim possit fieri noua alienatio, & sic dominij noua translatio in mulierē, vel eius hæredes sol. matri. sine consensu proprietarij, per id quod habetur in l. 2. C. de iure emphyt. & in c. potuit. de loca. Hinc est, ꝙ illud, quod non potest fieri per veram traditionem, non videtur etiam posse fieri citra traditionem legis ministerio, vt hoc fuit de mente Bart. in d.l. vsufructu. ad fi. dicens idem esse in re feudali vxoris data in dotem viro: subdendo, ꝙ tunc modus sit, vt fiat restitutio per modum indirectum, prout habetur in d.l. vsufructu. Et sic ientit, ꝙ tunc debet fieri restitutio mulieri, vel de consensu proprietarij, vel sine eius consensu, concedendo mulieri solam commoditatē rei emphyteuticæ vel feudalis. Sed pro veritate huius articuli oportet primo discutere, an emphyteuta possit a princi. ipsam rem emphyteuticam dare in dotem, vel rem feudalem, maxime pro

sua filia citra cōsensum domini, de quo tamen dixi supra in 6. par. in 45. priuilegio. Nam præsupposito ꝙ possit dari in dotē, tunc res trāsiret sine dubio, ꝙ sicut a princ. posset mulier, vel socer dictam rem emphyteuticam alienare pro dotis contractu. ita etiam ex causa distractus dotis permitteretur retranslatio in casum sol. matri. arg. l. ab emptione. ff. de pac. cum suis vulga. Sed præsupponendo, ꝙ non possit sine consensu domini, vt videtur per expressum velle Bart. in d.l. 1. sol. mat. tamen non videtur, ꝙ postea in noua trāslatione in casum sol. matri. requiratur de nouo consensus Domini. Nam ex quo a princi. ipse consensit in datione dotis, necessario etiam videtur consentire secundæ alienationi fiendæ postea in mulierem sol. mat. propter naturam contractus dotis, prout iura disponunt, arg. l. si vno. ff. locati. & quia illud videtur velle consequens, qui cōsensit suo antecedenti. l. illud. ff. de acqui. hære. & l. quamuis simpliciter. C. de fideiuss. cum si. Nam pone, ꝙ ille, qui vendit rem emphyteuticam de consensu Domini, agit postea ad rescissionem contractus, puta remedio d.l. 2. C. de rescin. vendi. vel si eodem contractu fuit appositum pactum de reuendendo, absurdum esset dicere, ꝙ non posset fieri noua retranslatio dominij in venditorē sine nouo consensu Domini. & eandem opinio. cōtra Bart. tenuit Io. de Imo. & Lud. in d.l. vsufructu. & idem ibidem fuit sequutus legēdo, per tex. maxime in l. si pupillorum. §. si pupillus. ff. de re. eo. vbi cōsensus seu decretum prætoris in pignoratione rei pupilli se extendit, vt creditor postea possit ipsam rem pignoratam vendere iure creditoris sine alio permissu prætoris.

Et secundum hoc potest concludi, ꝙ tale vtile dominium rei emphyteuticæ, vel feudalis transfertur in mulierem ipso iure sine alia traditione, vel consensu proprietarij, per dispositionem d.l. in rebus. sicut supra dixi in quasi dominio ex publiciana. Nec ob. illud de vsufructu, quia in eo est diuersa ratio, cum vsusfructus sit ius omnino intransferibile & inseparabile a persona. s. vtile dominium, quod erat apud mulierem emphyteutam, sicut fuit translatum in virum: ita etiam illud idem habet transferri in eandem mulierē. Et sic potuit transferri, vt illud sit idem specie & numero, prout erat apud mulierem, quia nihil prohibet, ꝙ vtile dominiū non possit transferri de vno in alium, sicut transfertur vtilis actio, vt habetur in l. emptor. C. de hære. vel actio. vendi. per gl. no. in l. ex asse. ff. ad Treb. non sic in vsufructu, quia etiam consentiente Domino non dicitur transferri de vno in aliū: imo tunc de nouo alius vsusfructus creatur, vt no. in d.l. vsufructu.

Nota tamen ex dictis Bar. in d.l. vsufructu. dum sentit, ꝙ licet emphyteuta non possit rem emphyteuticam alteri concedere sine voluntate Domini, vt illud procedat respectu vtilis dominij: tamen bene posset concedere commoditatem fructuandi alteri sine voluntate Domini, quod dictum, si procederet indistincte esset multum no. tamen non videtur procedere, quando concederetur talis commoditas ad longū tempus, quia tunc esset species alienationis, per id quod habetur in l. j. §. quod ait, ff. de superficie. & per Bar. in l. codicillis. §. instituto. ff. de leg. 2. & in l. qui fundum. ff. loc.

12 † Octauò limita non habere locum d.l. in rebus. in iuribus personalibus quæsitis viro cōstante matrimonio ex causa ipsius dotis, quæ essent in causa restitutionis vna cū ipsa dote. Nam in his necessaria est cessio fienda per virum, vel eius hæredes ipsi mulieri, per id quod habetur in l. si filiofam. §. fin. ff. sol. mat. vbi si vir locauit constante matrimonio fundum dotalem iussu locatoris, non transit in mulierem dominiū contra colonum nisi possessionem. ad idem etiam d.l. vsufructu. & d.l. si constante. §. si vir. in fi & l. dotalem. & l. si vero. versi. sed si. co. tit. Nam hæc iura personalia non ita de facili euolāt de vna persona in aliam, sicut ipsum dominium circa corporalia. l. possessio. §. & si possessor. ff. de acquir. poss. & l. 1. C. per quas perso. ad hoc l. 1. §. dare. ff. de vsufruc. Dispositio igitur noua d.l. in rebus. prouidens de translatione dominij circa corpora dotalia non se extendit ad translationem actionum illico inducendam de viro in mulierem sol. matri. sine cessione, cū in talibus iuribus personalibus sit diuersa, imo fortior ratio impediens dictam translationem, vt supra, licet in contrarium faciat gl. illa no. in l. fi. C. quando fiscus vel priua. & in l. 2. C. de hære. vel act. ven.

Sed regula illius gl. procedit affirmatiuè & non negatiuè, vt voluit Bal. in l. traditionibus. C. de pac. & sensit in l. 1. C. de actio. & oblig. dispositionem d.l. non procedere in rebus mobilibus dotalibus secundùm quosdam, vt refert Bart. in l. obres amotas. ff. rer. amo. per illum tex. quam tamen opin. reprobat ibi Barto. Bald. autem in l. & si dotis. C. de iure dot. tenet, ꝙ ex quo hodie habet annum vir circa ipsa mobilia, vt in §. exactio. C. de rei vxo. act. ideo non transfertur illico dominium, sed demum post annum. & hoc probat per tex. in d.

Source : BIU Cujas

§.exactio.& ita dicit se audiuisse a Bar.in voce in scolis:& idē tenet ipse Bal.in d.§.exactio.adducit etiam,quod habetur in l.Sempronius Attalus.ff.de vsufruc.lega.quæ opinio non placet.& licet forte Bar.hoc dixisset verbo volatili, tamen vidēs ipse hoc dictum non esse fundatum in iure, voluit postea in scriptis resecare: & ideo ipse in d.l.ob res amotas.indistinctè tenuit, d.l.in rebus.habere locum tam circa mobilia, quàm immobilia,cum loquatur generaliter, imo tex.in prin.loquitur etiam de mobilibus, nec distinguit ibi tex. inter mobilia & immobilia,vt primo casu demum post annum,& secundo casu illico tempore soluti matrimonij transferat dominium.

Et fortè Bal.fuit motus ad hoc tenendum, quia tex.in d.§. exactio. dum in ver. fructibus, loquendo de immobilib.dicit, ꝙ fructus immobilium sunt illico restituendi a tempore sol.matri quasi velit,ꝙ fructus immobilium sunt illico restituendi ex tempore ante elapsō,cū ipsa mobilia interim sint apud virum:ergo videtur velle,ꝙ interusurium respectu fructuum perceptorum exinde interim sit ipsius viri, ergo non ex alio nisi quia interim maritus est dominus.facit.l.si cōstante.§.quoties.ff.sol.mat.

Sed imo ille tex.nō debet sic intelligi,quoniam concedo, ꝙ fructus interim percepti ex ipsis mobilibus durante anno debeat esse apud virum,sicut ipsa mobilia dotalia:& vir habebit interusurium illorum fructuum: & fortè posset illos distrahere & preciū ipsorum conuertere in suum vsum durante ipso anno:sed post annum tenebitur ipsos fructus vel ipsorum preciū restituere, sicut ipsa corpora dotalia:& hoc probatur per tex.ibi in fi.versi.similiq; modo.Intelligendo similiq; modo,idest a die sol.matri.sicut in fructibus immobilib. prædixerat. fructus ergo intrinseci sunt interim ipsius mulieris, licet eorum interusurium sit ipsius viri.d. §.quoties.vt ēt ibi tenet Bar.& communiter Doc.post Dy.& ibi dixi,& in l. diuortio.§.non solùm.& ibi tex.in fi.eo. tit. & tenet in l.mulier.§.rerum.ff.rer.amot.& Bal.in d.§.exactio.imo etiam hoc procederet de iure Digestorum. de quo iure vir remanebat Dominus:& hoc propter regulam,quæ traditur in l.si mora. ff.solu matri.& in l.indebiti.in princip. ff.de condic.indeb.& etiam infra tangetur.

13 Nonò limita † dispositionem d.l. in rebus. non procedere in fructibus perceptis in vltimo anno soluti matrimonij, qui erant restituendi mulieri pro rata temporis, quo vir in eodē anno non amplius subiit onera matrimonij, secundùm materiam d.l.diuortio &l.de diuisione.eo.titu.& in §.sed nouissimi.C de rei vxo.actio.Nam videtur, ꝙ ex quo illi fructus verè & propriè non sunt dos, sed fructus dotis:licet actione de dote peti possint.l.si maritus.§.fin.ff. sol.matri. Ideo non habet priuilegium, vt hodie illorum fructuum dominiū transferatur,sicut & dos, vt in fim.voluit gl.sing.in § ob donationes.d.l diuortio. & ibi dixi:tamen Bal. in d.l.1.in princi.C.de rei vxo. actio. post Iaco. de Are. ibi videtur voluisse contrarium,dum dicit,ꝙ priuilegium tacitæ hypothecę subintellectæ a l.in dote danda vel restituenda extenditur ad fructus & accessoria: & facit,quod no.Spec.in tit.de donat.inter vir.& vxo.vers.formatur.dum tenet,ꝙ illa tacita hypotheca intenditur, vt etiam bona viri sint obligata pro alimentis debitis per virum vxori.& sic etiam contra bona vxoris,vel bona soceri sint obligata tacitè viro pro alimentis vel interesse non solutæ dotis.quod an sit verū,vide quæ dixi post Bar.& alios in l.si cum dotem.§.si autem.ff.sol.matri. Nam Bart.variauit ibi ab eo, quod ipse dixit in l.Lucius.ff.de alim.lega.& etiam tactum est supra,in 6.par.in 7.priuilegio. Tamen in terminis nostris potest indistinctè teneri,ꝙ dominium dictorum fructuum nō transferatur in mulierem sic indistinctè, & potest dici, ꝙ aut loquimur in fructibus perceptis per virum in eodem anno,sol.matri.tamen postquam matrimonium fuit solutum etiam tunc eorum dominium a princ.fuerit vxoris & non viri, & sic etiam ante restitutionem dotis, quia ex quo ipsa mulier immediate sol.matri.est effecta domina hodie ipsius rei dotalis, ex qua postea sunt percepti fructus per d.l.in rebus. consequenter dominium ipsorum fructuum ad eam spectat.l.non solùm.§.meum.ff.de rei vendic.& l.Herennius. ff. de vsucap. Et ideo tales fructus non solùm poterunt peti actione de dote per id, quod habetur in d.§.exactio.sed etiā per actionem in rem dominij. Aut loquimur in fructib.perceptis ab ipso marito ante matr.sol.tamen in anno sol.matri. & tūc in illis non habet locum dispositio d.l.in rebus. ex quo fuerunt percepti per ipsum maritum tunc temporis Dominum. nec potest subesse ratio d.l. in rebus. quæ fundatur ex veteri dominio, quod habuit mulier in ipsa re dotali, de cuius dominio transferēdo tractatur. Sed in d.fructibus mulier nunquam habuit dominium verè nec interpretatiuè. Nec ob quod priuile.dotis extendatur ad fructus & accessoria, vt supra dixi,quia potest resp.ꝙ hoc procederet,quādo esset eadem ratio in ipsis accessoriis: sed ratio in qua fundatur dic.l. in rebus.non subest in dictis fructibus,vt supra dixi.Præterea licet priuilegia ad accessoria extendantur: tamen vbi sumus in correctiuis exorbitantibus, tunc fortè secus, per id quod habetur in auth.quas actiones C.de sacrosan.eccle.

14 †Decimò limi.nō habere locum d.dispositionē d.l.in reb. quando dos esset in casu restitutionis ante sol.mat.puta propter vergentiam viri ad inopiam secundum materiā.l. si constante.ff.sol.marr.& l.vbi adhuc.C.de iu.dot.& sic non transferatur dom.in vxorem.& sic non potest intentare actionem in rem ratione dominij,sed solùm ratione hypothecæ,vel ratione personalis,vt voluit gl.in ver.vendicare d.l.vbi adhuc. & in d.l.doce ancillam.C.de rei vendi.& id multi sequuntur, vt fuit Ange.in d.l. si constante. & in d.l.seruum. ff. de manu. vbi se solùm fundat super actione personali, quæ tamen iura nihil faciunt: cum loquantur secundùm tempora Digest.secundùm quæ nondum erat cognita dispositio d. l. in rebus. vt supra est dictum.vnde Bar.in d.l.si constante.tenet,dominium hodie transferri in mulierem propter dictam vergentiam ad inopiam: & ita etiam fuit de mente Cy.in d. l. vbi adhuc in 9. q. & idem voluit Bald.ibi in 3.no. Et postea in 3. col.idem sentit in authen.quod locum C.de col.& idem sequitur Imo.& Ludo.& in d.l.si constante.& maxime per tex. in d.l.vbi adhuc. vbi loquitur,per verbum vēdicare,quæ opi. licet videatur esse communis de mente glo. in authen. donationem.posita super d.l.vbi adhuc. tamen in puncto iuris videtur posse teneri contra opin.nam communiter Doc.se fundant per tex.in d.l.vbi adhuc.dum dicit vendicare: & tamen si bene consideretur, ille tex.non habuit respectum ad vendicationem ratione dominij, sed hypothecæ, quia largo modo dicitur vendicari etiam res,quę auocatur per hypothecariam:cum ipsa sit actio in rem scripta,vt habetur Insti.de act. § item Seruiana & C.de pigno.l.pignoris.cum si. Et ideo dicitur res vendicari per hypothecariam.l.si fundus.§.in vendicatione. ff. de pigno. Imo aliquando largo modo dicitur res vendicari etiam per actionem personalem.l.si peculium.post prin.iuncta glo.super ver.vendicatio.ff.de pecu.lega. & facit, quod habetur in l. vendicatio. ff. de rei vendi. & ꝙ illud verbum vendicare,ponatur ibi,scilicet per hypothecariam,prout ibidem ponit glos.clarè ostenditur per tex.illum in princi. ad quem se refert illud verbum vendicare; dum loquitur de bonis mariti suppositis pro dote.i. obligatis quomodo circa d.bona consulatur mulieri tam aduersus maritum d.bona tenentem,quàm etiam aduersus alias personas dictorum bonorum suppositorum pro dote detentores: hoc etiam declaratur per tex.in d.l.in rebus in fi ibi,hypothecarias suas exercere iam nostra l.humanitatis intuitu diffinitum est.Vnde non reperio aliquo iure cautum, ꝙ pro bonis dotalibus marito vergente ad inopiam detur rei vendicatio mulieri:sed solùm iura loquuntur de personali actione & etiā hypotheca. Mouet & secundo pro hac opi. quia iura sunt inducta ad fauendum mulieri dicto casu in subsidium humanitatis intuitu,ne ipsa remaneat indotata & inalimentata ex sua dote, vt dicit tex.in d.§.omnis.ibi,humanitatis intuitu.& in d.l.vbi adhuc. ex quo ergo in subsidium iura in dicto casu prouident & succurrunt mulieri per actionem de dote & hypothecæ,non videtur verisimile, ꝙ dispositio d.l.in rebus.quæ fuit facta post d.l.vbi adhuc.vt patet ex tex.ibi in fi.habuerit oculos retro ad dispositionem d.l.vbi adhuc.anteriorem, per quam erat plenè consultum ipsi mulieri:& sic non videtur voluisse inducere nouum remedium quasi frustra, argu. l. hæc stipulatio. §. diuus.ff.vt leg.no.ca.& frustra fit per plura &c.l. dominus testamento.ff.de condi.indeb.Præterea nō sine ministerio tex. in d.l.in rebus.in prin.dum loquitur de actione in rem danda mulieri,solum loquitur, quando sol.est mat.& bene sciuisset Imperator ibi etiam ponere casum, quando ante matrimonium maritus vergit ad inopiam, prout loquitur in fi.illius tex.ad alium tamen effectum,scilicet præscriptionis. Et si diceres,etiam Impetator in d.l.in rebus.laborat frustratoriis remediis, cum satis erat mulieri ante d.l.in rebus.esse consultū non solùm per actionem personalem, sed etiam per tacitam hypothecam. Nam respondetur, quòd in casu d.l.in rebus. Imperator non fuit motus ad succurrendum mulieri in subsidium circa rem dotalem datam inæstimatam, sed procedit ampliando fauorem dotis, vt in fini.facit in l. 1. C.commu. de leg.ampliando fauores legatorum,accumulando plura remedia; sed in d. l. vbi adhuc. Imperator processit ad succurrendum mulieri humanitatis intuitu,vt supra dixi. Vnde sufficit, ꝙ in casu talis subsidij & vltimi remedij in paucis amico consulatur,argumen.l.tutori.C.de nego.gest. Tertiò fortificatur hæc opinio, quia quando lex, vel princeps inducit

aliquid

Source : BIU Cujas

aliquid de nouo in beneficium alterius, illi debet cēseri prouisum sine iactura tertij: maxime quando posset tale beneficium transire sine damno ipsius tertij l. impuberib.ff. de adminis.tut.& l.2.§.meritò.& §.si quis a principe ff.ne quid in loco publi.Sed si mulier efficeretur domina rerum dotalium propter superuenientem inopiā viri, consequenter maritus perdet suum dominiū.l. Pomponius.§ sed & hic.ff.de procu. Nam licet iura subueniant mulieri ad hoc ne sit in damno, & ne remaneat indotata & inalimentata: tamen non debet censeri in iacturam & damnū ipsius viri, vt probat dominiū suum,quando potest aliter esse consultum mulieri. Et quia limitata causa fauoris propter vergentiam ad inopiā viri,limitatum debet producere effectum.s.generaliter. C. de episc.& cler.& l.sicut.§.si debitor.ff.quib.mo.pig.vel hypo.sol.

Sed causa quare succurritur mulieri per dictum beneficiū d.l. vbi adhuc. est, ne mulier sit in damno ex humanitatis intuitu.ergo nō debet trahi dicta dispositio,vt propter hoc mulier consequatur lucrum, q̄ maxime verſaretur quando dominiū a viro recederet, & sibi mulieri applicaretur propter fructus.Pone.n.dotem esse amplam,adeo q̄ fructus valde superexcederent onera matrimonij,certè si vir remaneret dominus, tales fructus superabundantes cederēt eius lucro.Vnde si mulier est facta domina, cedunt lucro mulieris per id, quod habetur in l.Herennius.& in d.§.meum. Fuit.n.intentionis legislatoris, vt subueniret mulieri in damno.non autē in asserendo,sibi lucrum propter talem vergentiā viri ad inopiam,nec videtur præsumendum voluisse addere infortuniū aliud infelicitati ipsius viri,& sic afflictionē afflicto.d.l.diuus. de offi.præsi.Cum tale beneficium detur mulieri ex causa infortunij ipsius viri.d.§.omnis.ibi,ex quo eius hoc infortuniū illatum est: vnde vbi mulier deberet esse particeps infortunij ipsius viri.l.si cū dotem.§.maritus.ff.sol.mat.sequeretur contrarium totum,quia mulier haberet lucrari ex infortunio viri,nec videtur verum dictum Bar.in d.l.si constante.in 7.q 4. par.dum dicit,q̄ mulier debet restituere illos fructus superexcedentes onera matrimonij. Nam si præsupponimus mulierem esse factam dominam,non reperio aliquo iure cautum, q̄ tales fructus non sequantur dominium. & si dicis hoc esse propter onera matrimonij, certè hæc onera magis dicitur subire mulier, quàm vir per dictam restitutionem dotis, vt probatur in d.l.vbi adhuc.

Item quia causa limitata onerū non se extenderet nisi vsq; ad mensuram fructuum æquiualentē ipsis oneribus:ergo alij excedentes fructus deberent iequi ipsam mulierem dām. Vnde rectius est dicere, vt euadamus tale scrupulum, q̄ dominium remaneat apud ipsum virum.Confert etiam ad prædicta,quia Bar.in d.l.si constante.in 3.q.4.par.& ibi communiter Doct.sequuntur,tenet, q̄ per remedium d.l.vbi adhuc. conditio non habet fieri deterior:sed non est dubium,ipsam effici deteriorem, si haberet vir perdere dominium rerū dotalium:& consequenter omne emolumentum,quod sibi prius contingebat. Insuper etiam adhoc facit,quia in casu d. l.si constante.& l.vbi adhuc.non dicitur propria & vera restitutio dotis:cum adhuc sit matrimonium: & fiat hoc ad finē, vt mulier exinde se,suosq; alat, vt voluit glo.no.in d.l.si constante.& in l.vbi adhuc.vt etiam ibi Cy.in 5.q.& Bar.in 5.q.2. par.& in d.l. si constante. & communiter sequuntur Docto. quanquam aliter tenuerit Pont.& malè, ergo dispositio.d. l.in rebus.loquens de propria & vera restitutione non debet extendi ad propriam restitutionem,arg.l.3 §.hæc verba.ff.de neg.gest.cum similib.

Accedit etiam,quia aliàs sequeretur absurdum,nam ponamus,q̄ ab ipso initio matrimonij,vel datæ dotis vir laboraret inopia. Nam non possumus dicere, q̄ mulier dando dotem non transtulerit dñium:cum concurrat titulus habilis & traditio:& etiam animus in translatione dñij per id qaod habetur per d.l.in traditionib.cum etiam aliàs animus sit sufficiēs in transferendo dñium:licet sit etiam error in causa,vt habetur in l.3.§.subtilius ff de cond.ob cau.aliàs si non transferretur dñium in virum, fundus non efficeretur dotalis.l.dotalē. §.j. ff.de fun.do. Ergo si talis inopia a princ.non impedit trāslationem dñij,multominus si postea superueniret,non operaretur dominij perditionē,sicut econtra,diuitiæ superuenientes non faciunt deficere effectum iam causatum propter inopiam.l.sciendum.§.fi.ff.qui satisd. cog. & quia res venit ad eū casum a quo potuit incipere,arg.§.ex contrario.Insti.de leg. cum si.Et tamen propter talem inopiā viri,quæ erat a princ. non impeditur repetitio dotis cōstante mat. etiam si mulier aprin sciuisset,per id qđ habetur in c.per vestras.de don.int. vir.& vxo.& per Bar.in d.l.si constante.in 5.q.j.par.imo ex d. c. per vestras. satis colligitur q̄ dominium talis pecuniæ vel rei depositandæ penes mercatores est ipsius viri & non mulieris. Vltimò mouet ad hanc opi.amplectendam,quia si tenemus contrarium,s.q̄ dominium illico trāsfereretur in mulierem viro vergente ad inopiam, multa simul concurrerent specialia & exorbitantia circa idem conrra id, quod habetur in l.j.C.de do.promis.Primum,quod constante matrimonio possit dos repeti contra regulas communes. Secundum, q̄ possit repeti actione in rem propter dominium translatum illico in traditione, contra regu.in l.traditionibus.cum simi. Tertium, quia in re propria concurreret hypotheca contra regulam l.neq; pignus.& l.nec ex prætorio.ff.de reg.iur.Et sic concurrerent actiones incompatibiles.Quartum,q̄ transfefatur dominium ti.contractus vel distractus, cōtra reg.l.num quam nuda.ff.de acq.rer.domi. vbi quando solu.est matrim. tunc subest talis tit.distracti matrimonij & doris,quia ex tūc desinit esse dos proprio & vero modo loquendo: ideo non immerito ratio vrget, q̄ tūc desinat esse dominium viri propter titulum distractus:& sic dispositio d.l.in rebus.habet extrema habilia ad ita transferendum dominium propter titu. distractus magis quam vbi nondum est inductus distractus matrimonij & doris,ex quo adhuc dicit dos,& deseruit oneribus matrimonij,& durat fundus dotalis etiā quo ad prohibitionem l.Iuliæ.ff.de fun.do.& l.vbi adhuc.vbi si dominium esset abdicatum a viro, videtur q̄ non bene posset dici fundus dotalis,vt d.l.dotalem.§.1.Et hanc etiam opi.tenuit præceptor meus D.An.de Pe.in d.l.si constante.licet non ita amplè eam comprobauerit,prout supra est deductum.Inferendo etiam, q̄ si mulier auocasset dotem per actionem personalem,& lata sententia peteret sibi assignari aliqua bona viri insolutum per ipsum iudicem,q̄ dominium talium bonorum non esset translatum in mulierem: sed potius dicta bona remanebunt in dominio viri, sicut alia bona dotalia, vel saltem illico recipiendo mulier dicta bona tanquam pro dote,videtur recepisse non solùm nomine suo, sed etiam ipsius viri ad hoc, vt dicta bona sint supposita oneribus ma.vt se & virum suum & familiam alat ex dictis bonis:& sic videtur sic accipiendo, q̄ dicta possessio mulieris prodesset viro, etiam vt in eum transferatur dominium nouum, quia vbi a princ. dominium erat apud se incommutabile,nūc efficiatur commutabile.Quæ tamen opi.videtur dubia:cum ipsa mulier dictam actionem de dote intentet nomine suo proprio & non nomine viri. Imo contra ipsum virum magis & executionē sententiæ inde ferendæ petit nomine suo & pro suo interesse licet secundario,& in consequentiā vir ipse assequatur commodum propter alimenta & alia onera matrimonij. Et ideo veriori fortè videtur opinio. Spec.post Vber.de Bo. in tit.de dona.inter vir.& vxo.§.fin.versi.sed hunc.vt ipsa mulier assequatur bona dotalia, vel bona viri pro executione sententiæ magis iure pignoris possidendo quàm iure dominij,quam tamen opin.non sequitur Bart.in d.l. si constante. in 2.q.4.par. tenendo q̄ imo poterit petere,vt assignentur sibi dicta bona insolutum, per quam assignationem poterit iudex expresse adiudicare iure dominij,distinguēdo tamen vt ibi per eum. & alle.tex.in Auth.de æquali. dot.§.illud quoq;.ibi,sic enim habitura erat in collationis ratione res proprias vndiq; sine diminutione &c. Sed posset intelligi ille tex.secundum largū modum loquendi:cum etiam constante matrimonio dicantur quodammodo res dotales esse propriæ mulieris, saltem spe, vt habetur in l.diuortio. §. si fundus.in fi. & in d.l.si constante.§.si maritus.sicut etiam dicit tex.in d.l.in rebus. Vnde patet,q̄ quando mulier ageret actione personali, & vellet sibi res adiudicari insolutum,nō debet ipsa deterioris esse conditionis quàm alij creditores, quibus fit adiudicatio iure dominij, vt habetur in l. a diuo Pio.in §. si pign. & seq.ff.de re iudi.& in l.ordo.ff.de excep.rei iudi. Et in hoc solùm est differentia,quia dicta res adiudicata mulieri succedet loco dotis, & stabit apud mulierem cum onere alimentandi, & tunc esset concedendum, q̄ dominium transferetur in mulierem: non ipso iure,sed per sententiam adiudicatiuam secuta traditione: nec per hoc læderetur regula iuris communis, de qua in d.l.traditionibus.cum per tit. sententiæ vel secundi decreti non rransferatur dominium sine traditione,vt habetur Instit.de offi.iu.§. fin.& in l.prætoris officium. ff.de dam.infec. Si autem dos fuisset in corporibus & tunc ageretur actione personali non ad finem adiudicationis fiēdæ, sed vbi dos erat apud virum quo ad dominium & possessionem debeat possessio naturalis & ciuilis residere penes mulierem: non autē vt fiat adiudicatio dotis post sentētiam,vt habeat iure dominij,sed iure cuiusdam administrationis,vt ex ipsa dote mulier se,virumq;,suum & familiam suam alat,dicit tex.in d.l.in reb. & eodem modo & multo clarius quādo mulier intentauerit hypothecam,& erit hic magnus effectus,quia primo casu qñ per viam adiudicationis dominij, vt est quando dos erat in

Source : BIU Cujas

pecunia,fructus,qui supereſſent vltra onera matrimonij,erũt ipſius mulieris tanquã proprietarij, nec poterunt creditores viri recurrere ſuper illis tanquã ſuper bonis viri: ſed ſecundo caſu eſſet dicendum,ꝙ eſſet bene no.& videtur ſatis rationabile,ꝙ ex quo a princ.illa res erat dotalis,& etiam ex poſt habeat remanere dotalis, non habeat fieri cõmutatio reſpectu dominij: ſed ſolum reſpectu qualitatis,vt ammodo ſit in adminiſtratione mulieris & poſſeſſione, vbi prius erat viri,quæ ratio ceſſat in primo caſu: cũ non poſſit de nouo res illa viri effici nunc dotalis,niſi per viam translationis dominij,argu.
15 d.l.dotalem.§.j.ff.de fun.do. Et† ex prædictis poteſt inferri ad vndecimam limita.ꝙ publicatis omnibus bonis viri propter delictum ex forma iuris vel ſtatuti,ex quo etiam iura paſſiua tranſeunt in fiſcũ, vt teneatur loco viri dotem reſtituere mulieri.l.ſi marito.in prin.ff.ſol.mat.dominium transferetur illico in fiſcum etiam ſine alia apprehenſione per id,quod no.in l.commiſſa.ff.de pub.& c.cum ſecundum. de hære.in 6.tamẽ cum onere reſtituendi ipſi mulieri etiã conſtante matri.Poſſet tamen mulier antequam bona veniant in fiſcum agere ꝛ talem maritum præueniẽdo, videlicet per remedium d.l.vbi adhuc.vt per Bar.in d.l.ſi cõſtante.in 5.q.1.par. Si autem iam bona peruenerunt ad fiſcum: & tunc poſſet mulier cõtra fiſcum intentare perſonalem, vel hypothecariã,prout poterat contra virum propter cauſatam inopiam per id,quod habe-
16 tur in d.l.ſi marito.iuncta d.l.vbi adhuc.† Duodecimò lim.vt non habeat locum in dote putatiua, videlicet data pro matrimonio inualido fortè contracto inter ignorantes, quia talis dos non poteſt repeti per actionem de dote: & ſic tanquam propriè dos,ſed per condictionem ob cauſam,vt habetur in d.l.ſi cũ dotem.§.fi.& in l.j.C.de cond.ob cau.cum nulla condictio detur Domino ſed cõtra Dominum.Inſti.de act.§.ſic
17 itaq;.& dixi in d.§.fi.† Decimotertiò limita,vt licet transferatur dominiũ per diſpoſitionem d.l.in rebus. tamen non poſſeſſio: cum illa difficilius transferatur ſine apprehenſione, q̃ dominium.l.cum hæredes.ff. de acq.poſ. Et idem in alijs perſonis priuilegiatis, vt in fiſco & eccleſia, in quos licet dominiũ transferatur ſine apprehenſione l.fi. C.de ſacroſan.eccle. & l.commiſſa.ff.de publi.tamen non poſſeſſio,vt per glo.in l. cum duob.§.idem reſpondit ff.pro ſoc.cum fiſcus,eccleſia & mulier paribus paſſibus ambulent circa priuilegia, vt per gl. in l.ſi ex pecunia & l.ſi vt proponis. C.de rei vendi.& in l.do. C.de iu.do.Et per hoc reſultat ſolutio quæſtionis,quam glo. ſolutam dimiſit in l.ſi mulier. §. rerum. ff. rer. amot. videli-
18 cet† ſi mulier ſol.mat.propria authoritate & de facto intrauit in poſſeſſionem,an incidat in pœnam l.ſi quis in tantam.C.vn de vi.vel l.extat.ff.quod met.cau. Nam ex quo ipſa prius non poſſidebat, videtur in dictã pœnam incidiſſe,ſecundũ Odof. ſed Dyn.in d.§.rerum.quem videtur ſequi Bar.ibi,tenet contrarium: cum d.l.ſint pœnales,quia inducunt pœnam priuationis iuris,ſed actiones pœnales non dantur cõtra coniugẽ. l.2.ff.re.amo.cum ſi.Bal.etiam in l.ſi dotis.C.de iu do.videtur ſentire contrariũ,& fortè melius, quia actiones pœnales ceſſant,quando amotio, ſeu occupatio eſſet facta matrimo.conſtan.ſecus ſi poſt,vt l.& ideo.ff.rer.amot.Sed poteſt diſtingui, ꝙ aut mulier intrauit in poſſeſſionem adhuc vacantem,quia fortè nondũ erat apprehenſa hæreditas,vel poſſeſſio,& tunc non videtur,ꝙ habeat locum pœna iſtarũ ll.videlicet in poſſeſſione vacante: ſed tunc habet locum pœna & remediũ l.fi. C.vn.vi. Tamen tenendo opi.gl.quia communiter approba-
19 tur in d.l.fin.videlicet ꝙ ratione domini;,qđ† eſt apud ipſum occupantem poſſeſſionem vacantẽ,vt poſſit obiicere de ſuo dominio,mulier ipſa erit tuta. Nã licet exceptio dominij nõ obſtet vero ſpoliato,& ſic quando ageretur ex capite violentiæ veræ,vt habetur in l.ſi quis ad ſe fundum.C.vnde vi.tamẽ ſecus quando ageretur ex violentia ficta & non propria,vt in caſu d.l.fi.& ibi per gl.& tenet Bar.in l.ſi de vi.ff.de iudi.& dixi latius in l.naturaliter.§.nihil commune.ff.de acqui.poſ.ad fi.Et ex hoc apparet,ꝙ diſpoſitio noua d.l.in rebus.habet hodie producere magnum effectum in fauorem mulieris,quia cum communiter poſt mortem viri hæredes non ita repente apprehendant poſſeſſionem rei dotalis, poſſet iſta mulier præuenire in apprehendendo propria authoritate, & ſic impune,non ſic tamen poſſet apprehendere poſſeſſionem aliorum bonorũ viri ratione ſuæ hypothecæ, quia tunc incideret in pœnam diui Marci,,de qua in d.l.extat.maxime ſi eſſet
20 apprehenſa prius per hæredem.† Si tamen in inſtrumẽto dotis,in quo obligando ſua bona omnia pro reſtitutione dotis eſſet clauſula precarij, vel ſimplicis conſtitutionis, videlicet conſtituendo ſe precario nomine mulieris ſua bona obligata tenere in caſu reſtitutionis: & tunc vigore dicti precarij poſſet mulier propria authoritate intrare & apprehendere poſſeſſionem dictorum bonorum viri, ẽt ſi eſſent apprehenſa.l.certum.§.quæſitum.ff.de preca. & quod no.per gl.in l.cũ creditor.ff.de fur.& per Bar.in l.3. C.de pigno. & Bal.in l.ſi filiofam.la 2.ff.ſol.matr.& dixi in l.interdum.ff.de acqui.poſſeſ.
21 imo etiam † ſi non eſſet dicta clauſula, & mulier remanſiſſet in domo viri poſt eius obitum poſſet non ſolùm bonorũ dotalium,ſed etiam mariti poſſeſſionem apprehendere propria authoritate pro dicta ſua hypotheca,volendo incumbere pignori, quaſi tunc ſine vitio videatur intrare, ex quo prius ſtabat in quadam poſſeſſione iure familiaritatis.l. qui iure.ff.de acqui.poſ.& hoc no.voluit Bal.in l.pen.C.de pign.actio.& facit quod habetur per Bart.in l.ſi nõ ſortem.§.ſi centum.ff.de condi.indeb.& no. per Mod.in l.diuortio.§.ob donationes. ff.ſol.matri.Sed in re ipſa dotali nullum eſſet dubium ratione dicti ſui dominij in eam translati per diſpoſitionem d.l.in rebus.ex quo apparet, ꝙ ſupradicta inueſtigatio circa d.l.in rebus.non eſt inutilis, imo eſt magni effectus. Ex alio eſt vtilis
22 d.inueſtigatio, † quia ante d. l. in rebus. mulieri non dabatur actio l.Aquiliæ. etiam pro damno dato in rem dotalem poſt ſol.matri.antequam fieret reſtitutio,cum illa detur ſolùm domino.vnde illa actio competeret mulieri,vt per Bart.no.in l. ſi mora.ff. ſolu.mat.de quo tamen ibi vide dicta per me.Tertius effectus poteſt ſequi propter fructus perceptos per virũ, vel eius hæredes ſol.mat.ex re dotali,vt ſupra eſt dictũ. Quartus effectus ſequitur,quia poſſet dici,ꝙ hodie ſol.mat.immediate fundus deſinit eſſe dotalis,cum apud virum non ſit amplius dñium, quæ ratio ſumi videtur ex l.3.ff. de fun.do. quæ lex declarat,quod habetur in l.etiam. eo.ti.& facit ratio l.dotalem.§.j.eo.tit.propter quod reperio quoſdam dicere, ꝙ ex tunc efficeretur alienabilis maxime in mulierem vtpote dominam effectã non obſtante l. Iulia,de fun. do. tamen cautũ eſt tenere,ꝙ adhuc remaneat dotalis, donec effectualiter redeat ad mulierem, & ſic non ſolùm reſpectu dominij ſed redeat reſpectu poſſeſſionis,cum adhuc competat actio ẽt perſonalis de dote contra virũ vel eius hæredes. & ſic debet intelligi d.l. 4 & hæc opi.videtur verior & fauorabilior dotib. ipſius mulieris,ideo amplectenda, arg.l.in ambiguis.ff.de iu. do.Quintus no.effectus ſurgit quo ad præſcriptionem, quia ſi præſcriptio fuit inchoata circa rem dotalem eo caſu, quo erat vſucapibilis ſecundum latius dicta ſup.in 6 par.in priuilegio.Certè olim vbi præſcriptio inchoata contra maritũ complebatur poſt ſolutum matrimonium in præiudicium mulieris in totum, non poſſet ipſam rem dotalẽ recuperare ab ipſo præſcribente, licet poſſet agere contra virũ ſaltem ad æſtimationẽ re præſcripta per id, quod habetur in l.mater. C.de rei ven & in l.ſi ſeruum.§ fi.ff.de verb.oblig.tamen hodie ex quo immediate ſolu.mat.dominium,quod erat apud virum conuolat ad mulierem, non poterit ille præſcribens vti acceſſione temporis, quo poſſedit contra virum, vt compleat præſcriptionem contra mulierem,nunc effectam dominam, quia illa præſcriptio inchoata non potuit currere contra mulierem conſtante matrimo.tanquam impeditã agere,ſed incipiet currere de nouo a die ſol.mat.quo iſta mulier potuit agere contra illum præſcribentẽ ratione ſui matrimonij, vt probatur in d.l.in rebus.§. omnis.quod dictum eſt no. Sextus effectus cauſatur,quia licet de iure valeat alienatio rei mobilis dotalis, adeo ꝙ ſol.matri.olim non efficeretur reuocabilis,licet vir teneretur ad æſtimationem, ex quo ſua culpa amiſit: tamen hodie per diſpoſitionem d.l.in rebus.quæ locũ habet etiã in re mobili,vt ſupra dixi. talis alienatio in effectu reſcinderetur,cum poſſit mulier ſol. mat.illam rem aduocare propter dominium in eam translatum, ſicut dicimus in rebus ſubiectis reſtitutioni ſub cõditione ex vlti. volun.vt habetur in l.fin.§.ſed quia.C.com.de leg.licet hoc cõiter teneatur,vt etiam ab initio non valeat alienatio rei mobilis dotalis, niſi interueniat ſolennitas,de qua in auth.ſiue a me.C.ad Velle.& in corp.vnde ſumi. licet in puncto iuris tenuerim cõtrarium in d.1.priuileg.7.par. Iſte tamen effectus remaneret hodie in ſeruo dotali manumiſſo per virum inuita vel ignorante muliere, quod poteſt, vt habetur in l.dotalem.ff.ſol.matri.Nam hoc procedebat de iſto iure,de quo etiam ſol.mat.vir adhuc remanebat dominus: nam licet mulier poſſet aduocare talẽ ſeruum per actionem perſonalẽ de dote agendo contra virũ vel eius hæredes,ſaltẽ ad hoc vt conſequatur æſtimationem: tamen contra ipſum tertium,in quem fuit facta alienatio,talis actio perſonalis non poterat dari.l.j.§. ſi hæres ff. ad Treb. cum ſi.Sed cum hodie mulieri competat actio realis propter remedium in eam translatum per d.l.in rebus.Meritò diſpoſitio d.l.dotalem.hodie non haberet locum propter d.l.in rebus.iuncto eo, quod habetur in d.l.1.§.ſed quia.C.comm.de leg.& in l.ſeruum ſub conditione.ff.de manu. Cuius diſpoſitio haberet locum etiã,quando res ſubiaceret reſtitutioni ex contractu: cum eadem ſubſit ratio,quæ ſubeſt in vlti.volun.

Et

Source : BIU Cujas

Et ſi diceretur, ꝙ ibi ſit fauore vlti.voluntatis, certè non minori fauore eſt digna mulier in ſua dote, vt no.in l.2.in princ. ff.ſolu.matri.& quod ibi per Bar.& alios.& ſi diceretur, ꝙ hic verſatur fauor libertatis,in tali ſeruo manumiſſo ſubiecto reſtitutioni,hoc eſſet contra tex. in d.l.ſi ſeruum. Et hoc tenebat Iaco.de Are.in d.l.dotalem.dicendo eſſe rationem, quia non transferebatur illico dominium in mulierem eueniente conditione.ſ.ſol.mat. Vnde ſequitur ex hac ſua ratione, ꝙ cū hodie transferatur illico dominiū eueniente conditione ſol. mat.diſpoſitio d.l.dotalem.non habet locum.Et ſubdit ratio nem rationis, quia conditio exiſtens facit, vt trahatur retro ad tempus manumiſſionis, quam rationem Bar.improbat in d l.dotalem. quia in d. §. ſed quia.dici nequit', conditionem trahi retro,cū in vltimis voluntatibus conditio exiſtens non trahatur retro.l.1.§.ſerui.ff.ad Sylle.& l.ſi mater.§.eandem.ff. de excep.rei iudi.& propter hoc ipſe Bart.coactus eſt dicere in d.l.dotalem.ꝙ etiam hodie obtineat dicta diſpoſitio.& ſit ſpeciale fauore libertatis iuncta etiam cauſa dotis,quę datur, vt perpetuò ſit apud virum.Sed hec repræhenſio Bar.non videtur concludere,cum etiam in vltimis voluntatibus conditio exiſtēs circa res ſubiectas reſtitutioni trahatur retro quo ad reſciſſionem alienationis interim factā perinde, ac ſi nunquam eſſet facta, vt eſt tex in terminis in d.l.fin.§.ſinautē ſub conditione.& ibi hoc etiam declarāt & tenet Bar.& commuiter Doc.in d.§.ſinautem.dicendo ꝙ d.§.ſerui.& alia ſimilia iura,quæ volunt,ꝙ in vltimis voluntatibus conditio exiſtens non trahitur retro,intelliguntur quo ad cōmoda & effectus interim cauſatos pendente conditione,non quo ad reſciſſionem alienationis vt ibi.Præterea in d.l.dotalem.fauor libertatis non poſſet operari per id,quod habetur in d.l.ſeruum ſub conditione.& no.in l.quidam ita.§.1.ff. ad Trebel.Item illud de voto coniugum,vt dos ſit perpetuò penes virum,videtur ſatis debilis ratio: nam imo natura dotis & votum coniugū eſt, vt dos ſit perpetuò penes virum.i.durante vita viri,imo etiam aliquando,vt ante diſcedat dos a viro ſi mulier prædecederet,vt habetur in l.1.ff.de iu.do.iuncto eo quod habetur in l.j.ff.pro ſoc.& quod habetur in l.Titia cum teſtamento.§. Titia cum nuberet.& quod ibi per Bal.ff.de le.2. Vnde Ioan. de Imo.in d.l.dotalem.dicit oportere tenere vnū de duobus, vel vt euitemus legum correctionem, ꝙ ſit ſpeciale propter duo concurrentia.ſ.fauorem libertatis & reuerentiam & ſocietatem maritalem, cum coniuges cenſeantur ſocij diuinæ & humanæ domus.l.aduerſus. C.de cri.expila.hære.& l.1. & 2.ff.de ritu nup. vel ꝙ dicamus, vt diſpoſitio d.l. dotalem. cum ſi.hodie remaneat correcta propter nouam diſpoſitionem d.l.in rebus.cū ratio legis antiquæ, de qua ibi hodie ceſſet. imo ſubeſt ratio inducens nullitatem alienationis ſupra ponderata per Iaco.de Are. Nam correcta ratione l.antiquæ condecenter videtur corrigi ipſa lex, per id quod habetur in c.miramur.de ſer.non ordi. Et hæc opin.videtur verior in puncto iuris.Nam dicere, ꝙ diſpoſitio d.l.dotalem.ſit fundata ſuper fauore libertatis eſt cōtra tex.in d.l.ſeruum ſub conditione.& ratio ſocialis cōiugij nihil facit,ex quo tendit contra fauorem dotis:& ſi illa ratio hodie impediret retranslationem dominij inductam in fauorem mulierum & dotiū,eſſet ſatis abſurda opi.& maxime quia quando opi.ſe fundat ſuper ſpecialitate,eſt ire ad refugium miſerorum,vt per glo.illā no. in l.filium quem habentem.C.fami.ercis.& maxime quando poteſt eſſe aliqua alia ratio fundata in iure, vt poterat olim eſſe in caſu d.l. dotalem. & ſimilium ll. vt ſupra eſt dictū poſt Iaco.de Are.imo ipſi Bart.placuit ratio Iaco.de Are.licet ergo diſplicuerit ratio rationis, videlicet ꝙ conditio illa retrotrahitur,& in hoc ipſe malè ſenſit,vt ſupra dixi. Vnde poteſt concludi,ꝙ ratio ſi.d.l.dotalem:fuit,quia de illo tempore cōditio poſtea exiſtens ſol.mat. non operabatur retranslationē dominij. Cum ergo illa ratio ſit finalis & vnica, & illa hodie ſit correcta per diſpoſitionem d. l.in rebus. conſequenter & neceſſariò reſultat correctio d. ll. quæ fundabantur ſuper dicta ratione, vt alias eſt glo.no.& ibi per Bar.in l.1.ff. de leg.tu. Et optimè facit tex.& ibi no.in d.c.miramur.Vel poſſet dici, ꝙ diſpoſitio d.l.dotalem. procedit pro fauore libertatis, qui quandoque concurrit cum fauore matrimonij: & ſic etiam dotis,vt eſt caſus ſing.in l.Titio vſusfructus.§.ſi.ff.de cond.& demonſt.Sed tunc ob.d.l.ſeruum.ff.de manumiſ.niſi reſpondeas ꝙ illud ibi procedit propter fauorem vlti. volun. cuius fauor prefertur fauori libertatis ibi,& ſic oporteret dicere, ꝙ fauor vltimæ voluntatis eſſet potentior quam fauor dotis. Vnde mihi videtur, ꝙ præcedens opin. ꝙ dicta diſpoſitio d.l. dotalem.hodie non procedat per ſupradicta. Tamen ſi quiſpiam tenere vellet opi.Bar.videlicet ꝙ in d.l.& ſimilib.ſit ſpeciale propter fauorem libertatis concurrentis voto coniugū.

23 Reſultaret† 14.lim.ad d.l.in rebus,vt eius diſpoſitio non extendatur ad ſeruum dotalem alienatum conſtante ma.per virum per modum manumiſſionis propter duo concurrentia, vt ſupra eſt dictum poſt Bar.& Iac.de A re. Et ſecundum hāc opi.ſurgit alius no.effectus, ꝙ vbi ceſſat dictus fauor libertatis:& ſocialis vinculi coniugum,& eſſemus in caſibus in quibus alienatio rei mobilis dotalis valeret a princ.vt plenè fuit dictum in gl.magna,in particula ſupra relata,hodie tamen in effectu non valeret,quia mulier poſſet reſcindere poſtea ſol. mat.agendo actione reali contra poſſeſſorem,quod maxime procederet,ſi ſine cōſenſu mulieris res fuerit alienata. Et idē poſſet dici in re immobili,qñ eſſet data æſtimata cum pacto, vt remaneret dotalis,quia licet poſſet alienari cum conſenſu mulieris,ſecundum ꝙ habetur no.in l.ſi æſtimatis.ff.ſol.mat. Nihilominus poſſet hodie mulier ſol.matr.illam alienationē reſcindere agendo reali actione contra ipſum poſſeſſorē propter dominium in eam translatum, vt ſic talis conſenſus hodie ſibi non præiudicet,nec videtur renunciaſſe d.beneficio l.in rebus.ſibi cōpetituro ſol.mat.imo non potuit ſibi præiudicare etiam ſi voluiſſet expreſsè faciendo ſuæ dotis conditionem deteriorem per id, quod habetur in l. Attilicinus.ff de pac. do. quod maxime procederet in ſubſidiū per d.ſupra
24 in 11.priuileg.7.par.† Vltimo limita ſecundum quoſdam diſpoſitionem d.l.in reb.ſolùm obtinere in ipſa dote,quæ ſolu. matri.habet reuerti ad mulierem, non ſic in donatione propter nuptias ſibi facta a marito, quæ ſol.mat.per mortem viri habet cedere lucro mulieris,quia illa non gaudet pari priuil. dotis,vt l.ſi. C.qui pot.licet in aliquibus gaudeat eo.priuileg. maxime quo ad tacitam hypothecam, vt habetur in d.l.ſi.de dot.promiſ. & etiam quo ad tacitam ſtipulationem & multa alia,vt habetur in l.2. C.de bonis quæ libe.Et quia poteſt mulier petere ſibi dictā donationem conſignari ante ſolutū matrimonium viro vergēte ad inopiam,ſicut poteſt petere dotem,vt eſt caſus no.in d.l.vbi adhuc. Tamen videtur, ꝙ non poſſit per actionē in rem,vt ſic non dicatur dominiū translatum in mulierem,ſicut in re dotali.gl.tamen ſing.in auth.donationem,poſita ſuper d.l. vbi adhuc. tenuit contrarium per illū tex.ibi,dum dicit vendicare. Et ſic vult, ꝙ non ſolùm ſol. mat.ſed etiam eo conſtante transferatur dominium in mulierem ipſius rei donatæ propter nuptias propter vergentiā viri ad inopiam, licet effectuale lucrum habeat expectare mortē viri,quod eſt mirabile. & dicit ibi illa glo. ꝙ ſi a princ.mulier fuiſſet inducta in poſſeſſionem: tunc habet directam rei vendicationem, demum viro vergente ad inopiam, aliàs ſi nunquam fuiſſet inducta in poſſeſſionem,haberet vtilem rei vendicationem,cum qua etiam tranſit ibi Cy. Tamen poſſet nō improbabiliter dici, ꝙ tex.in corpore illius auth.dū loquitur: per verbum vendicare,debet intelligi de hypothecaria & nō de propria rei vendicatione, vt ſupra dixi in alia limitatione circa effectum.d.l.in rebus. Nam etiam tenēdo, ꝙ competat rei vendicatio in caſu d.l. vbi adhuc.pro dote conſignanda: tamen non videtur eſſe eadē ratio in donatione propter nuptias,ex quo adhuc eſt incertum rerum natura:& ſic etiā ipſi legi,an dicta donatio cedat lucro mulieris, tamē hoc pēdeat ex futuro euentu, ex quo poſſet mulier prædecedere in matrimonio, non ſic in dote, cum ipſi legi ſit certum, ꝙ in omnem euentum dos eſt reſtituenda mulieri,& matrimonium aliquando debere diſſolui. vnde quando tractamus de tranſlatione dominij ex ſolo l.miniſterio, tunc lex ipſa nunquam inducit dictum effectum,quando adhuc res eſt in pendenti, vt per Bar.in l.ſi pluribus.ff.de leg.1.vnde videtur illum tex.in d.auth.& in corpore, neceſſario debere intelligi de vendicatione per hypothecariam, & non propter aliquod dominiū adhuc translatum in mulierem dictæ rei donatæ.Vnde videtur, ꝙ licet poſſint eſſe extrema habilia,vt transferatur dominium dictæ rei matrimonio ſoluto propter mortem viri: tamen hoc non reperimus iure cautum: vnde ſtādum videtur regulæ,de qua in d.l.traditionibus.nec diſpoſitio noua.d.l.in rebus.ſe extēdat ad donationem propter nuptias, & maxime cum in ea non ſubſit ratio antiqui dominij,ponderata ibi per Imperatorem ſi tamen poſſeſſio fuiſſet a princ.data mulieri. Et tūc ex quo præſumitur adhuc poſſidere etiam tpe ſo.mat. per id quod hr̄ in l.ſiue poſſidetis.C.de proba.Et tunc fatendum eſſet, dñium transferri illico ſine alia traditione, vel apprehenſione noua,per id quod hr̄ in l. qua rōne.§.interdū.ff. de acq.poſ.& in l.certi cōdictio.§.fi. cū ſeq.ff.ſi cer.pe.qđ no.

PRIVILEGIVM VII.

SVMMARIVM.

1 *Repetitio rei datæ in dotem æſtimatæ adeo vt faciat emptionem in ſubſidiū datur etiam contra tertium pro dote recuperanda.*

Source : BIU Cujas

SEptimum priuilegium ſumitur ex ead.l.in reb.circa prin.
1 nam licet regulariter qñ res datur æſtimata, talis æſtimatio faciat emptionem etiam in dote, quando aliter non eſſet dictum expreſsè vel tacitè ꝙ res remaneat dotalis, vt tunc dominium transferatur in virum, vt amplius non ſubiiciatur reſtitutioni, vt habetur in l.plerunq; in prin. & l.quoties. ff. de iure do. cum ſi. Tamen ſpeciali fauore mulieris & dotis quando non haberet regreſſum ad alia bona viri pro recuperatione ſuæ dotis: tunc in ſubſidium datur actio [ADDITIO. Datur actio. Adde hic, in quibus locum habeat repetitio, vide Bar. in l.licet Imperator. ff. de leg. 1. & in l.ſi fundum. §. ſi pater. eo.tit. & in l.doli. de ſer.cor. & Bal. in l.Titius. C. de ope.libe.] in rem mulieri contra tertium poſſeſſorem, ſi dicta res æſtimata fuerit poſtea alienata per virum, vt eſt caſus ſing. ibi ſecundum communem intellectum, & communiter tenent Doc. ꝙ detur vtilis in re. & ſic dominium quoddam vtile dicatur eſſe translatum in mulierem, vt aliàs habetur in caſu ſing. fauore alimentorum in l. 1. C. de do. quæ ſub mo. & idem dicas, quando vir ad inopiam vergeret, vt per Bart. in l.ſi conſtante. in prin. ff. ſol. mat. in 1. q. 2. par. Et iſta actio vtilis in rem præfertur dominio directo, quod eſſet penes illum tertiũ: puta emptorem, & ſic vltra hypothecariam daretur ibi rei vendicatio. Et hoc eſt magni effectus, quia ſi competeret ſolùm hypothecaria: tunc alij creditores, qui haberent hypothecariam anteriorem & expreſſam præferrentur mulieri etiam in bonis poſtea quæſitis, vt habetur in l.ſi. C. qui po. Nam ſi præfertur habenti dominium directum per ſupradicta, & facit, quod habetur aliàs in l.ſiue autẽ. §. ſi duobus. ff. de pub. multomagis præfertur illi, qui nullum haberet dominium ſed ſolam hypothecam, ex quo dicta hypotheca non potuit cauſari in præiudicium mulieris, ſaltem habentis ſpe quadã ipſum dominium vtile ſibi acquiſitum, vel acquirendo in ſubſidiũ ſol. matri. ſuper eadem re. & multomagis prædicta procedũt, quando bona eſſent data æſtimata tali æſtimatione, quæ nõ faceret emptionem ſecundùm ꝙ habetur in d.l.ſi æſtimatis. & in l.ſi inter virum. C. de iure do. Nam ſi poſtea eſſent alienata etiam de cõſenſu mulieris, quo caſu valet a prin. alienatio, vt eſt ſupra dictum: tunc in ſubſidium viro exiſtente non ſoluendo poſſet mulier vendicare per tex. in d.l. in rebus. qui indiſtinctè loquitur. imo forte tunc etiam ſi eſſet ſoluendo. per dicta ſupra in proximo priuileg. circa pe. limit. & bene conferunt dicta in ſi. in 7. par. circa 15. priuileg.

PRIVILEGIVM VIII.

SVMMARIVM.

1 *Socer ſi ſoluit dotem genero ignoranter habebit repetitionem non per condictionem indebiti, ſed per actionem de dote.*

2 *Diſpoſitio l.qui exceptionem. ff. de cõdictione indebiti. non obtinebat quando ſoluenti ignoranter competebat exceptio quæ a ſui natiuitate actionem non elidebat.*

1 OCtauum priuilegiũ eſt, quia † ſi pater mulieris, qui erat obligatus viro pro dote promiſſa credens matrimonium adhuc durare, vbi erat ſolutum diuortio, dotem ſoluit, & ſic indebitè ductus errore facti ſecundũ regulas iuris communis, daretur cõdictio indebiti ad repetẽdum, per id quod habetur in l.1. & per totum. ff. de condi. indeb. Tamen ſpeciali fauore dotis non datur cõdictio indebiti, ſed habet locum repetitio per actionem ex eo contractu. ſ. per actionẽ de dote, ac ſi eſſet ſoluta dos conſtante matrimonio, vt eſt caſus ſing. in l.ſi pater ignorans. ff ſol. mat. & etiam voluit gl. in l.ſi quis fundum. §. pen. ff. loc. dicens eſſe ſpeciale in dote. & idẽ Bart. poſt Pet. in d l.ſi pater. ſubdendo rationem, quia in hoc verſatur intereſſe filiæ, vt repetatur per actionem de dote, & non per condictionem indebiti, quia ſi actio de dote competit, illa eſt communis etiam ipſi filiæ, non ſic ſi ageretur condictione indebiti, quia tunc illa eſſet ſolius patris & non filiæ volunt dicere, quia cum talis condictio detur ex neg. geſ. l.ſi non ſortem. §. libertus. ff. de condi. indebi. & nullũ negotium geſtum eſt cum filia ſed cum ſolo patre ſoluente indebitum, ideo non poſſet dari dicta condictio ipſi filiæ alij autẽ vt Iac. de Are. dicebant, ꝙ imo in d l.ſi pater ignorans. non ſoluit ibi pater indebitum, quia etiam ſol. mat. durat actio contra ſocerum & eius hæredem. l.ſi donaturus. ff. de condi. ob cau. & l.ſi ſocer. §. Lucius. ff. ſol. mat. Ideo non videtur pater ſoluiſſe debitum, quia opin. procederet, quando verſaretur aliquod intereſſe ipſius mulieris. ſ. ꝙ actio adhuc competat viro, vt eſt in terminis. §. Lucius. l ſi ſocer. ff. ſol. mat. vt ſic mulier ibi non remaneat denudata iure petendi dotem ſuã, quia contra patris hæredem non poſſet ipſa agere ad dotem promiſſam viro, vt l.ſi pro te. C. de do. promiſ. Ideo ſpeciali fauore mulieris iura volunt, ꝙ adhuc duret actio de dote ipſi viro contra hæredes ſoceri: ad hoc vt eam dotem exigat & ſoluat mulieri, vel ſaltem ipſam actionem cedat ipſi mulieri: & hoc erit aliud priuilegium in dote, quod ponetur infra in 24. ſpeciali. At in terminis d.l. ſi pater. non videtur verſari tale intereſſe mulieris, de quo in d. §. Lucius. quia etiam ſi dos fuiſſet ſoluta marito ante ſolutum matrimonium, filia non habebat, nec habere poterat exercitium de dote contra virum viuente patre: ſed ſolus pater, per id quod habetur in l.2. §. fin. & in l.dotem. ff. ſolu. matri. Sed in §. Lucius. cum pater iam eſſet mortuus, actio erat iam conſolidata in filiam. l. 1. §. videamus. C. de rei vxo. actio. Et ideo actio non competebat viro contra ſocium in d.l. ſi pater. ex quo ceſſat ratio, de qua in d. §. Lucius. & ideo erat ibi indebitum ſaltem ope exceptionis. Bal. autem ibi dicebat, non eſſe ſpeciale ibi in dote danda. no.
2 † doctrinam ad ea quæ habentur in l. qui exceptionem. ff. de condi. indeb. & ille tex. procedat in exceptione, quæ a ſui natiuitate elidebat actionem: & tunc ſolutum ignoranter repetitur per condictionem indebiti. Si autem competebat exceptio, quæ a ſui natiuitate non elidebat actionem, ſed tunc demũ ſi opponatur, vt exceptio, dolo facis petere, quod incontinenti reſtituturus eſſet, vel exceptio cõpenſationis: & tunc non facit indebitum, antequam opponatur: & ideo tunc ſolutum non repetitur per condictionem indebiti: ita dicit eſſe caſus notabilis in d.l. ſi pater. cum cuius dicto tranſit ibi Ioã. de Imo. & plerique Moder. Tamen licet illud dictum ſit no. & ſine dubio procedat in exceptione compenſationis: tamẽ in dicta exceptione, dolo facis petere, & maxime quo ad terminos d. l. ſi pater. non videtur procedere, quia dicta exceptio, dolo facis petere, &c. habet in ſe incluſam exceptionẽ, tua non intereſſe agere, quæ exceptio ab initio ſuæ natiuitatis elidit actionem iam ortam. Nam vbi ex poſtfacto intereſſe, quod competebat a prin. deſinit nunc competere, tunc ẽt deſinit competere ipſa actio. l. ſinautem. §. poſſidere. ff. de rei ven. & l.ſi enim. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cau. & per Bart. in l.qui autem. eo.tit. & per Bal. in l.ad comparandas. C. manda. Imo non ſolum deſinit actio competere, ſed etiam ipſum iudicium iam cœptum extingui, ſi pendente ipſo iudicio deſinat intereſſe. l.ſi mulier. ff. ſol. matri. & ideo magis placet opi. glo. Pet. & Barto ꝙ in d.l.ſi pater ſit ſpeciale in dote propter rationem ſupra aſſignatam, quia intereſſe ipſius filiæ, vt detur actio de dote, vt ſic remaneat communis, quod non eſſet ita, ſi daretur condictio indebiti: & maxime ſi antequam pater ipſe repetat decedat.

Præterea etiam verſatur ibi intereſſe patris ſicut ſi fuiſſet a prin. ſtipulatus dotem ſibi reddi. quo caſu illa erit præcipua patris. l. quoties. ff. ſol. matr. Et ſic ſibi patri ad repetendam dictam dotem ſic ſolutam daretur etiam tacita hypotheca, quę nõ daretur per condictionem indebiti, cum illa non ſit priuilegiata. Nam tale priuilegium tacitæ hypothecæ in bonis viri tranſit etiam in ipſum patrem, quando ſibi eſſet dos conſolidata, vel per ſtipulationem, vel per mortem filiæ, vt eſt glo. ſing. quæ communiter tenetur in §. fuerat. Inſti. de actio. & dictum eſt ſupra in 6. par. in 7. priuilegio, quod eſt no. & tangetur infra in vltima parte.

PRIVILEGIVM IX.

SVMMARIVM.

1 *Vſusfructus datus in dotem per mulierem proprietariam, & ſic ad tempus matrimonij, non extinguitur ipſo iure finito matrimonio.*

NOnum priuilegium eſt, quia vſusfructus tanquam ſeruitus perſonalis & non realis poteſt conſtitui duraturus ad tempus: adeo ꝙ poſt tempus ipſo iure extinguitur & conſolidatur proprietati, vt l.4. ff. de vſufruc. & l. cum vſusfructus. ff. de vſufruc. leg. non ſic in ſeruitutibus realibus, vt habetur in l.4. ff. de ſerui. & ibi per Barto. de ratione differentiæ. Et
1 ſic videretur ꝙ † mulier habens fundum ſi dat marito non ipſum fundum ſed vſumfructum fundi pro dote & ſic pro matrimonio, ſi poſtea matrimonium ſoluatur diuortio, vel morte, & maxime viri, quod tunc dicatur extinctus ipſo iure talis vſusfructus, & redeat ad proprietatem quaſi ad tempus ſit datus, ſcilicet, duraturus quouſq; durat matrimonium. Et tamẽ nihilominus iura volũt, ꝙ adhuc duret ipſum ius vſusfructus in perſona viri, nec extinguatur ipſo iure, ſed opus ſit reſtitutione fienda per virum per modum ceſſionis, vt eſt tex. no. in l. vſufruc. verſicu. quòd ſi fundi. ff. ſoluto matrimonio. quod videtur mirabile, & maxime, quia vltra hoc videbatur ſubeſſe ratio fauore mulieris, vt ipſo iure ad eam redi-

ret

Source : BIU Cujas

ret vſusfructus, & ſic ad proprietatē, abſq; eo quod ipſa mulier haberet aliter laborare in petendo reſtitutionem talis dotis. Tum etiam, quia ſubeſt æquitas euitandi circuitus, quando pōt immediatè & de directo cauſari effectus ſine alio circuitu, argum. l. dominus teſtamento. ff. de condi. indeb. & l. cum fundus. §. ſeruum tuum imprudens. ff. ſi cer. peta. Nam quando fundus fuiſſet alterius dotantis, quam mulieris, qui pro dote conſtituiſſet vſumfructum in dicto ſuo fundo, tūc ſurgeret ratio & æquitas, vt non cenſeatur tunc vſusfructus conceſſus ad tempus, l. durationis matrimonij, vt ſic non extinguatur matrimonio ceſſante propter fauorē mulieris, ne remaneat indotata, ſed tunc fiet reſtitutio talis vſusfructus per modum de quo in d. l. vſufructu. & in l. vſusfructus. ff. de iure do. Sed quādo ceſſat talis ratio, & etiam fauor mulieris, vt ſ. videbatur aliter dicendum, & idē qñ matrimoniū eſſet ſolutum per mortem mulieris: licet iſto ſecundo caſu adhuc vigeat aliqua æquitas, vt non extinguatur vſusfructus; quia cū dos videatur data pro muliere animo donandi perpetuo & non pro ſolo tempore matrimonij, vt patet no. in d. §. accedit. l. 1. C. de rei vxo. act. meritò tunc talis vſusfructus tranſiuit ad hæredes mulieris duraturus vita mariti vſufructuarij durante, faciendo reſtitutionē ſecundum modū de quo in d. l. vſufructu. Tñ quando mulier erat a princip. plenè proprietaria, & dedit vſumfructum in dote, non video rationē aliquam vrgentem, ꝙ tunc vſusfructus non extinguatur ipſo iure tanquam conceſſus ad tempus, & maximè cum hic nō ſubſit fauor dotis, ſed potius cōtrarium, niſi dicamus, quòd ſit ratio: quia vſusfructus eſt quoddam ius perſonaliſſimum, adeo quòd ſicut cum perſona finitur, ita difficiliter ab ipſa perſona euellitur ſine facto ipſius vſufructuarij. Sed hæc non habet inſtantiam: quia quādo datur vſusfructus ad tempus, non difficiliter euellitur a perſona, imo ſatis faciliter recedit a perſona poſt ipſum tempus vt ſupra. Vnde poſſet aſſignari alia ratio: quia dotis cauſa eſt de per ſe perpetua l. 1. ff. de iure do. Hinc eſt, quòd videtur datus vſusfructus in dotē perpetuò & dicetur perpetuus vſque ad vitam viri, argu. l. 1. ff. ꝓ ſoc. iuncto eo quod habetur Inſti. de vſufructu in §. finitur. cum ſi. verum quia non videtur conueniens, ꝙ poſt ſolu. ma. amplius dos ſit apud virum, ex quo amplius non durant onera matrimonij: ideo poteſt peti reſtitutio dotis. Hinc eſt, ꝙ olim dominium rei dotalis durabat apud virum etiam ſoluto matrimonio. l. 1. ff de fun. dota. licet hodie ſecus pp nouam diſpoſitionem. l. in rebus. C. de iure do. ideo petebatur reſtitutio. Sed ad hanc rationem poteſt ſatis clare reſponderi, ꝙ ideo durabat dominium poſt matrimonium ſolutum; quia contrahentes nec expreſsè, nec tacitè poterant facere, ꝙ dominium non duraret apud virum ſol. matr. licet poſſet peti reſtitutio dotis, & ꝑñter dominij. facit, quod habetur in l. ſi ita quis. §. ea lege. ff. de verb. oblig. Hinc eſt, ꝙ etiam ſi a princ. inter coniuges fuiſſet actum, quod ſolu. matri. dominium non remaneret apud virum, ſed illico ab eo recederet, & transferretur in mulierem, nihil ageretur per ibi no. & in l. ſi ea lege. C. de condi. ob cau. tamen non ſic in vſufructu, quia pōt pacto fieri, vt duret ad tempus & non vltra, vt dixi ſupra. Vnde non video, ꝙ poſſit aſſignari alia ratio niſi iſta, ex quo vir grauatur in vno & fauetur mulieri, vt durante matrimonio poſſit talis dos conſtituta in vſufructu de facili perdi ipſi viro propter non vſum, vel alios modos, quibus ſolet ipſo iure perdi vſusfructus, vt Inſtit. de vſufruc. §. fina. cum ſimil. & habetur in l. cum in fundo. verſic. quod ſi mulier. ff. de leg. 1. Ideo in alio releuatur vir & grauatur ipſa mulier, vt talis vſusfructus in dote datus non extinguatur illico ſoluto matrim. Vnde cogita, quia poſſet inferri ex prædictis, quod ſi expreſsè fuiſſet actum, quod vſusfructus datus in dotem ſit duraturus per tempus matrimonij, quod tunc immediatè extingueretur ſoluto matrimonio. Et ſic non opus eſſet alia reſtitutione, per id quod habetur in d. l. 4. ff. de vſufruc. Poſſet etiam tentari, ꝙ ſi non eſſet factum tale pactum, non transferretur illico in mulierē, & hodie per nouam diſpoſitionē dic. l. in rebus. C. de iure dot. ex quo diuerſa eſt ratio in vſufructu, q̃ in ipſo dominio, de quo dictum eſt ſupra in 6. priu. circa limitationes d. l. in rebus.

PRIVILEGIVM X.

SVMMARIVM.

1 *Filiafam. de iure Digeſtorum habebat hæredem ab inteſtato in dote profectitia, uel aduentitia conſolidata filiæ, licet regulariter ſecus.*

2 *Filiusfa. miles ſi decedit inteſtatus, relicto filio iam emancipato ab auo ſuccedit in caſtrenſibus nepos ex tali filio excluſo auo, etiam ex iure ueteri. & nu. 3.*

1 DECIMVM priuilegium eſt, † quia licet regulariter filiafam. de iure fforum non haberet hæredem etiam ab inteſtato, vt habetur in l. 2. ff. de caſt. pecu. tamen in dote tā aduentitia, quàm etiam profectitia in ipſam filiamfa. conſolidata. ADDITIO. [No. quod filiafamil. habet hæredem ab inteſtato de dote profectitia. Bart. in l. filiæ. ſoluto matrimo. & in l. poſt dotem. 5. q. & per Bald in l. pro hæreditatis. C. de hære. act. vbi dicit, ꝙ l. dos a patre. C. ſo. ma. intelligitur ab inteſtato: & in filia in poteſtate patris non in emancipata. Pau. de Caſt. in conſ. 122. dicit, ꝙ non habet hęredem. vide ibi Io. de Imo. in l. nupta. §. quoties. ff. ſolu. matr. qui tenet idem, & per Bal. & Pau. de Caſt. in l. ſenium. C. qui teſt. fac. poſ. Et plenè per Alex. in l. poſt dotem. & ibi vidè, quid de dote aduentitia. in quo tenet quod ſic poſt Barto. ibi in 3. & 4. q.] habebat hæredem ab inteſtato: cū enim ipſa dos ꝓfectitia conſolidata in filiāfam. & ſibi facta præcipua quæratur ipſi filię pleno iure, vt eſt quando per ſtipulationem paternam, vel pactum paternum expreſſum, vel tacitū dos debet reddi filiæ ſoluto matrimonio, vt dictum eſt ſupra in vltimo ſpeciali 6. par. & habetur in l. ſi cum dotem. in princ. ff. ſoluto matrim. Meritò dici poteſt, quod in tali dote profectitia hēbit ipſa filiafam. hæredē ab inteſtato, vt probatur in l. poſt dotem, ſecundū vnum ſingularem intellectum gloſ. & probatur in l. inter ſocerum §. cum inter. ff. de pact. do. Et in aduentitia videtur multomagis dicendū: cum illa quæratur ſine dubio pleno iure ipſi filiæfam. nec vllum participium habet pater hodie nec olim, ſecundum dicta ſupra in 6. parte in 33. & 34. priuilegio. Merito in ipſa dote aduentitia habebit hæredem, vt hoc probatur in l. auus. ff de pact. dota. & ita tenet Bartol in d. l. poſt dotem. in 3. & 4. quæſti. & hoc etiam ſentit gloſ & Dyn. ibi, aduentitia. Tu aduerte: quia multi tenent contrarium, prout etiam ſentit glo. in l. nupta. §. 1. & l. filiæ meæ. ff. ſolu. matrimo. & maximè ea ratione, quia videmus, quòd caſtrenſia, vel quaſi caſtrēſia de iure Digeſtorum pleno iure quærebantur filijsfam. & in eis habebantur ꝓ patrefam. adeo ꝙ poterant teſtari l. fi. C. qui teſta. fa. poſ. cum ſi. & tamen ab inteſtato non habebant hæredem etiā in caſtrēſibus, ſed pater omnia occupabat iure peculij, ergo multomi nus filiafam. in dote, licet ſibi pleno iure quæſita, cum non ſit minor fauor militiæ quàm dotis: cum in ea verſetur publicū intereſſe. l. 1. & per totum. ff. ſolu. matrimo. & pari priuilegio gaudeat, vt habetur in l. dotalem. ff. eodem titu. Sed reſpondet Bart. in d. l. poſt dotem. hoc ideo, quia etiam de facto nō poteſt hoc contingere in filio milite: quia ſi filiusfa. miles relinqueret deſcendentem, ille eſt remanſurus in poteſtate aui, & ſic propter auitam poteſtatem haberet dictam hereditatē quærere ipſi auo paterno. Vnde vt euitet talis inutilis circuitus, iura voluerunt, ꝙ eo tempore pater occuparet iure peculij, & habebant iura ꝓ abſurdo, quòd pater ab inteſtato veniret vt hæres ſui filij. Et ideo per uiam quandam indirectā fecerunt ipſum patrem non hæredem directum, ſed bonorum poſſeſſorem, vt occuparet iure peculij. facit, qđ habetur in l. tam ex contractibus. ff. de iud. Quę ratio ceſſat, ſi ipſa filia relinqueret filios: quia illi non remanēt in poteſtate aui materni, ſed eorum patris, meritò ipſi ſuccedunt. Sed tunc obſtat: quia poſſet eſſe, quod filiusfam. miles haberet filium emācipatum ab auo paterno, & ſic mortuo filio talis nepos non eſt remanſurus in poteſtate aui. Reſpondet Barto. quod ex quo talis nepos eſt liberatus ab auita poteſtate: ideo non eſt conueniens, quod manumiſſio aui habeat in hoc ſibi nocere per id, quod habetur in l. 1. §. nepos. ff. ſi quis a paren. fue. manu. Et ideo talis nepos debet excludi ab ipſo auo. Sed Io. de Imo. in d. l. poſt dotem. dicit primo, quod d. l. auus. nō probat, quia licet ibi auus qui dedit dotem pro nepte non contemplatione patris, eſſet mortuus tempore ſolu. matrim. tamen nō aperit ibi tex. quod matrimonium fuerit ibi ſolutum per mortem illius neptis. & ſic vt dicta dos tranſiret ad eius filios tanquam eius hæredes. imo potius ſentit ibi text. quod illa neptis erat viua, & ſic quod matrimonium fuerit ſolutū morte viri, vel diuortio. & ideo dos non debet redire ad patrem tanquam aduētitia, ſed remaneret apud neptē per id, quod habetur in d. l. Caius. Secundo dicit, quod non videtur bona ratio Barto. circa d. l. 2. de caſtr. pec. Quia imo

2 dictus † filiusfam. miles poſſet habere nepotem ex filia, qui non eſt in poteſtate aui materni. Et tamen tex. ibi dicit indiſtinctè, talem filium non habere, hæc impugnatio fuit etiā do. Bene. de Ful. in repetitione d. l. poſt dotem. Tertiò dicit non obſtare d. §. nepos. quia ratio diſpoſitionis illius tex. colligitur ibi, videlicet ne fraus fiat auo emancipati volenti ſuccedere nepoti, quem ipſe ſua gratia liberauerat a patria poteſtate, quæ ratio ceſſat in caſu noſtro, in quo nulla emancipatio interuenit. & ſic dicit Barto. non bene ſenſiſſe, quia ſi filiusfam.

Source : BIU Cujas

filiusfam. non poteſt habere hæredem in caſtrenſi peculio, in quo plus iuris habet filius, quã filia in dote aduentitia, cũ filius poſſit ſucceſſionem patris, quã habet iure peculij, ſibi tollete teſtando, multominus ipſa filiafam. in dote aduẽtitia habebat hæredem, cum nõ poſſet per teſtamentum talẽ ſucceſſionẽ iure peculij tollere patri, arg. authen. multomagis. C. de ſumma Trinitate, & fide catholica, cum ſimilib. Eandẽ opin. contra Bart. tenet Bal. in d.l. poſt dotem. licet ex alia ratione, videlicet quia videtur inconueniens, quod ipſa filia haberet hæredem in aliquibus bonis. ſ. in dote, & in alijs bonis non haberet hæredem. arg. l. 1. §. ſi ex fundo. ff. de hær. inſt. & ibi per eum. Cuius rationes tanquam multũ debiles improbat ibi Ioan. de Imo. vt ibi per eum, qui per prædicta infert, quod ſimiliter etiam eadem ratione de iure digeſtorum filia fam. non habebat hæredem in dote profectitia conſolidata filię, quicquid aliter tenuerit ibi Bart. in 4. quæſt. Et reſpondet ad tex. in d.l. poſt dotem. quia habet varias lecturas & ex ea non poteſt capi bonum fundamentum, nec poteſt capi argum. a contrario ſenſu: cum eſt valde exorbitans contra regulas iuris cõis, vt ibi per eum latius. Tu aduerte, quia licet hæc quęſtio hodie ſit ſublata, cum de iure Codicis & Auth. hodie filiusfam. in aduentitijs habeat heredẽ deſcendentem non obſtante patria poteſtate, vt habetur in l. quod ſcitis. C. de bonis quę liberis. & in Auth. de hære. quæ ab inteſta. §. 1. & ſic etiã eadẽ ratione in profectitijs quęſitis pleno iure ipſi filio vel filiæfam. tamen non eſt inutilis propter multa ad inueſtigandum quid de iure antiquo. Et pro certo non videtur recedendum ab opin. Barto. & Dy. quæ eſt communis, cum non poſſit bene reſponderi ad tex. in d.l. poſt dotem. & in d. l. auus. qui multum vrget: cum loquatur indiſtinctè, nec ibi Iuriſconſultus ſe reſtringit, qñ matrimonium fuit ſolutum diuortio vel morte viri, ſed ſimpliciter dicit, dotem ad patrem non reuerti, ſcilicet in caſu dotis reſtituendæ, & quia tenendo hanc opinionem pro vera difficilis videtur reſponſio ad d. l. 2. de caſtr. pecu. Ideo ſemper mihi viſum fuit, quod d.l. procedat ſecundum communiter accidentia: quia deſcẽdentes ex ipſo filiofam. milite mortuo remaneant in poteſtate aui, ſicut erant a princ. & ſic ſubeſt ratio euitandi circuitum inutilem per id, quod habetur in l. dominus teſtamẽto, ff. de condictio. indebiti. Vnde ſi daretur caſus, quod filius natus ex dicto filiofam. milite mortuo ipſo milite nõ eſſet in
2 poteſtate aui, forte quia emancipatus ab auo. † Pro certo mihi videtur, quod talis nepos ſuccedat patri in caſtrenſibus, nec tunc auus paternus affert iure peculij: cũ prima cauſa ſit liberorum per iura vulgaria, & etiam quia tunc ſuadet fauor militis, cuius votum veriſimiliter magis dirigitur erga filium ſuum, quam erga patrem. l. nihil. §. facilior. ff. de bo. liber. iuncto eo quod habetur in l. iſti quidem. ff. quod metus cauſa. Nec obſtat d. §. nepos. quem allegat Bart. quia non facit. Nã ibi loquitur tex. in caſu, quando nepos emancipatus ab auo deceſſit, & ſic ibi tractatur de ſucceſſione nepotis emancipati ab auo: tunc enim eſt ratio in promptu, quod dictus auus præfertur patri ipſius nepotis emancipati ex eo, quia ab auo fuit manumiſſus. & ſic æquum eſt, auum ſuccedere tanquã in bonis quaſi liberti. Sed hic tractamus de ſucceſſione ipſius filij circa caſtrenſia. Nam cum prima cauſa ſucceſſionis ſit liberorum, vt iura volunt, videtur præferendus filius militis ipſi patri militis, eidemque auo paterno. & maximè cũ in hoc non offendatur ipſe auus in iure ſibi quæſito per ſuã manumiſſionem, cum in omnem euentum habeat poſtea ſuccedere dicto nepoti in dictis bonis ſibi quæſitis tãquam in bonis quaſi liberti.

Præterea ponamus, dictum nepotẽ dediſſe ſe in adoptionem alteri extraneo de voluntate aui, qui nepos poſtea fuit emancipatus ab ipſo patre adoptante, & poſtea moriatur eius pater naturalis. ſ. filiusfamil. miles, tunc ceſſat omnino ratio Bart. & nihil prohiberet, quominus dictus nepos ſuccedat patri militi in caſtrenſibus remoto auo paterno, ergo idẽ eſt dicendũ in filiafam. circa dotem aduentitiã, vel profectitiam reconſolidatam, vt ſupra, ex quo nihil iuris in ea habet pater: imo ipſa habetur pro matrefamil. merito habebit hæredem ab inteſtato, ſicut etiam filius miles in caſtrenſibus, qñ deſcendentes non ſunt remanſuri in poteſtate aui, vt ſupra eſt probatum, quæ opin. probatur de directo in d.l. poſt dotem. a contrario ſenſu. Et puerilis vr reprehenſio Imo. in
3 filiofa. milite habente nepotem ex filia nupta: † cum de iure fforum ille nepos tanquam cognatus non poterat venire ad excluſionem aui materni, qui cenſetur agnatus ſuo filio, quia a patre trahit iura ſanguinis, q̃ iura ſanguinis ſolum cadebãt in agnatis, vt habetur Inſti. de leg. agn. ſuc. poſt prin. licet hodie ſit ſublata dicta differentia per id, quod habetur in auth. defuncto. C. ad Tertul. & in corpore vnde ſumitur.

PRIVILEGIVM XI.

SVMMARIVM.

1 *Falcidia licet detrahatur de legato dotis dandæ: tamen non ſic in legato dotis reſtituendę reſpectu commodi repræſentationis.*

2 *Legatum dotis reſtituendę non expreſſa quantitate, ſi non poteſt operari re ſpectu commodi repręſentationis: ualebit ſaltem, ut per illud uideatur ſublatum beneficium, ne hæres teneretur, niſi inquantum facere poſſit, quod eſt notandum.*

1 VNDECIMVM priuilegium † eſt, quod licet de legato dotis dandæ pro muliere non detrahatur falcidia, de quo dictum eſt ſupra in 6. par. in 49. priuilegio, & ibi circa veritatem illius glo. no. in l. tali. ff. de iu. do. ſatis plenè diſcuſſum fuit, non ſic fortè in legato dotis reſtituendæ eo caſu, quo valeret propter commodum repræſentationis, vt l. cum vulgari. & per totum illum titu. ff. de do. præleg. Nam reſpectu illius commodi nõ detrahitur falcidia, vt videtur probari in l. cum dotem. ff. ad leg. Falcid. licet ſecus in alijs legatis, q̃ conſiſtunt ſolum in commodo repræſentationis, quia de tali commodo detrahitur falcidia, vt habetur in l. 1. §. ſi creditori. ff. ad leg Falcid. cũ ſim. Et ſic reſultat dictum ſpeciale in dote, vt hoc fuit expreſsè de mente Bald. in l. §. ſed & ſi ignoramus. C. de rei vxo. actio. dum alleg. l. ſed & vſusfructus. §. dos. ff. ad leg. Falcid. Tu aduerte, quia glo. in d.l. cum dotem. videtur tenere contrarium reſtringendo illũ tex. & d. §. dos. vt procedat inſpecto exitu, quia quod detrahitur per Falcidiam petitur per actionem de dote, ſed conſiderato effectu detrahitur, videlicet reſpectu commodi repræſentationis, vt ibi per gloſ. cum qua videtur tranſire Barto. & communiter Doct. pro quo facit, quia non poteſt negari, quod reſpectu talis commodi repræſentationis & interſurij medij temporis legatũ non conſiſtat: & ideo ſtante ſtatuto, quod de quolibet legato ſoluatur gabella, videlicet tãtum pro qualibet libra, quod reſpectu æſtimationis illius commodi repræſentationis ſoluetur dicta gabella: non autem de ipſa ſumma legata, ſecundum Bal. in l. ſi non deſignata. C. de fal. cau. adie. leg. & Barto. poſt gloſ. in l. 2. §. vnde quæritur. ff. de do. præle. videtur per expreſſum hoc voluiſſe, prout tenuit gloſ. in d.l. cũ dotem. Sed in iſta materia poteſt diſtingui, quod aut aliter conſtat, quam per confeſſionẽ viri ita legantis, ſcilicet dotem eſſe ſolutam. Et iſto caſu poteſt diſtingui, quod ſi ipſa mulier eſſet pauper, & nõ poſſet aliter viuere, niſi apud ſe haberet dictam dotem de præſenti, & tũc videtur vir legaſſe mulieri dictum cõmodũ repræſentationis, & ipſum ademiſſe ab eius hærede, vt ſic non habeat expectari terminus ſoluendæ dotis, videlicet ex quadam pietate, & conſequenter propter piam cauſam. Nam tunc videtur in effectu ratione alimentorum legaſſe mulieri dictam dotẽ, vt interim ex ea ſe alimentet, quo caſu quando alimenta legantur pauperi, non detrahitur Falcidia, vt latè dictum eſt in dicto 49. priuileg. 6. patris. Et ſic iſto caſu ſubeſt eadem ratio in legato dotis dãdæ ſecundum ibi dicta. Nec obſtat ſi diceretur, quod non poteſt tunc ſubeſſe ratio paupertatis mulieris, cum debuiſſet alimentari interim durante dicta dilatione legali ab ipſis hæredibus viri per id, quod habetur in §. exactio. C. de rei vxor. actio. per gl. & Doct. in l. diuortio. in princ. ff. ſolu. matr. Nam reſpondetur, q̃ dicta prouiſio legis volentis, quod durante dicta dilatione mulier debeat alimentari interim ab hæredibus, tollitur per prouiſionem hominis, per id quod habetur in l. fi. C. de pac. conuen. ideſt ipſius teſtatoris volentis, quod debeat mulier per manus hæredũ alimentari, & maximè ſtãdo in domo cum eis, ſed per manus ſuas & de ſua dote inconuenienti ſibi ſoluẽda, & ſic pro maiori fauore & honore ipſius vxoris, tunc viduæ forte, vt magis præſeruaretur pudicitia ipſius mulieris ſtando de per ſe & ſeipſam alimentãdo, maximè ſi erant hæredes extranei. & ideo videtur feciſſe tale prælegatum dotis pro ſeipſa alimentanda, ex quo nihil aliud habebat aliunde, ex quo poſſet alimentari. & ideo tunc nõ detrahetur falcidia, & procedat diſpoſitio d.l. cum dotem. & d. §. dos. Si autem talis mulier non eſſet pauper, quia habebat aliũde, ex quo poſſet alimentari, fortè bona parafernalia: & tunc procedat opin. contraria, vt poſſit detrahi falcidia de tali commodo repręſentationis, & tunc ceſſaret diſpoſitio d.l.
2 cum dotem. & d. §. dos. Aut aliter † non conſtat de dote data viri, niſi per tale legatũm, ex quo reſultare videtur quædam confeſſio dotis receptæ: & tunc non de commodo repræſentationis, imo de tota ſũma dotis p̃lega tæ poſſet detrahi falcidia tanquam legatum conſiſtat in ipſa tota ſumma dotis prælegatæ, & non in ſolo commodo repræſentationis temporis, vt no. per Barto. in l. qui vxori. ff. de au. & argen. leg. & no. in d. l.

d.l.ſi non deſignata.& ibi etiam per Bart.& gl.no.Inſt.de leg. §.ſed ſi vxori. ſuper verbo inſtrumentum dotis. vbi dicit, ꝙ tunc detraheret falcidiā de toto dicto legato dotis, ſi feciſſet inuentarium,facit l.Lucius.§.quiſquis.2.ff.de leg.2.& in l. Lucius.§.1.ff.de leg.3.& per Bart.in l.cum quis decedens.§. codicillis.ff.de legat.3. vbi dicit, quod ſi dicta vxor fuiſſet tunc præſens, quando fuit ſibi factum tale prælegatum dotis p virum,probaret talis confeſſio.Et ideo infertur,quod tūc non procedunt prædicta,nec etiam dictum Bar.in d.l. qui vxori. & ſic tunc non detraheretur falcidia,niſi reſpectu commodi repræſentationis.Et adde ad prædicta,dum dixi de cōmodo repræſentationis reſpectu dilationis legalis. Nam idem eſſet dicendum, quando hæredi cōpeteret dilatoria illa,ne exigatur vltra quàm facere poſſit,ſecundum quod habetur in l.ēt. in princ.ff.ſol.mat. Nam ſi maritus prælegaret dotem mulieri,tunc non teneretur hæres niſi inquantum facere poteſt ſecundum gl.no.in d.§.ſed ſi vxori.Nam tunc in legato cenſeretur eſſe tantum, quantum hæres potuiſſet detrahere propter dictum beneficium eadem ratione ſicut ſupra in beneficio dilationis legalis competens marito vel eius hæredi,de quo in d.§. exactio.& ideo falcidia eſſet detrahēda habito reſpectu æſtimationis dicti commodi, quo hæres venit priuandus propter dictum prælegatum & idem in quolibet alio intereſſe competenti hæredi ex pacto a princ.inito inter cōiuges ſecundum gl.no. in d.§.ſed ſi vxori. Intellige tamen dūmodo tale prælegatum dotis non cenſeatur factum mulieri ex pietate ſecundum dicta ſupra.Item intellige,quod dixi de beneficio,ne hæres teneatur vltra, quam poſſit, quando fuit factum legatum expreſſa quantitate: ſecus ſi non expreſſa quantitate per id, quod habetur in l.ſi prior.ff.ſolu. matri.& aliàs in l.Mæuio.§.ſi a me.ff.de lega.2. & in d.l.ſi non deſignata.Poſſet tamen dici, quod ſi fuiſſet factum pactum a princ. ꝙ dos, quæ erat in mobilibus, debeat reſtitui incontinenti, vbi de iure olim annua, bima, trima die, hodie poſt annum. d.§.exactio. tunc ſi maritus legaret mulieri dotem ſimpliciter non expreſſa quantitate:tunc valeret legatum, vt hæres non vtatur dicto beneficio,de quo in d.l.etiam.vt ſic aliquid operetur, vbi aliter dicendo in nihilo valeret, arg.l. ſi quando.ff. de legatis primo. & facit l.fundus qui locatus.ff.de fun. inſtruc. & l.Titia cum teſtāmēto.§. Lucius.ff.de leg.2. quod eſt bene no. in dicta l. ſi prior.& in dic. §. auus. & in dicta l.ſi non deſignata.

PRIVILEGIVM XII.

SVMMARIVM.

2 *Cautio, uerbum fauore dotis intelligitur cum fide iuſſore, licet regulariter ſecus.*

1 DVODECIMVM ſpeciale eſt,† quia licet regulariter quando à lege uel ſtatuto, uel teſtatore requiritur cautio intelligatur tunc nudo uerbo per ſtipulationem & ſine fideiuſſore, ut l. ſancimus.C.de uerbo. ſignifica. & ibi no. Tamen fallit fauore mulieris & dotis, ut ſic ſemper intelligantur cum fideiuſſore, ut probatur no. in l. ſi conſtante. §.quoties .ff. ſolu. matrimon. Et ita nota. dixit Bald. per illum tex. in l.diuortio.§.interdum. eodem titulo. Et ſic facit, quòd ſi ex forma ſtatuti diſponeretur, quòd maritus ad omnem petitionem uxoris etiam conſtante matrimonio teneatur ſibi de dote reſtituenda cautionem facere,intelligeretur cum fideiuſſore non obſtante eo,quod habetur in l.1.& per totum. C.ne fideiuſ. do. den. cum aliàs dictum ſtatutum cenſeretur quaſi ludibrio poſitum, & de uento prouidiſſet mulieri, & maximè quādo dubitaret de inopia uiri,ſi ſolo uerbo ſufficeret caueri mulieri. Vnde non immerito fauore mulieris & dotis intelligunt dicta verba ſtatuti de cautione,ſcilicet idonea,quæ idonea cautio dicitur eſſe, quādo cum fideiuſſore, vt habetur in l.ſi mandato Titij.§.fina.ff.manda. Multum tamen videtur obſtare gloſ.iuncto tex. in l.1.§.cum autem. C. de rei vxor. actio. Tamen poteſt reſponderi, quod prima opin. gloſ. ibi ſit verior, videlicet quod ibi cum fideiuſſore per ſupradicta. Vel poteſt dici, ꝙ illud verbum cautio, eſt prolatum a lege circa perſonam veriſimiliter non facilè valentem inuenire fideiuſſores, videlicet circa perſonam inopem, vt erat ibi maritus,qui vtebatur priuilegio, ne conueniatur vltra, quam facere poſſit ab ipſa muliere. Nam durante dicta egeſtate tenetur de iure ſaltē cauere de reſtituēda dote,cum peruenerit ad pinguiorem fortunam, & iō debet intelligi de verbali cautione. Et ſic facit in argum. quod licet iura dicant, quod debetur,cui eſt indulta dilatio a principe,vt intra certum tempus poſſit cōueniri a creditoribus, teneatur interim cauere non nudo verbo,ſed cum fideiuſſore,vt habetur in l.vniuerſa.C. de precib. impera. offeren. tamen illud procederet, quando ſuperior dictā dilationem ſeu ſaluumconductum indulgeret ex alia cauſa quam paupertatis,puta propter incommoditatem aliquam, vel quando indulget cruceſignatis, ſecus ſi exprimeretur in reſcripto, ꝙ propter paupertatem debitoris ita indulget, quia tunc non eſt veriſimile, ſuperiorem velle, illum teneri interim ad ſatiſdandum, ne dictum reſcriptum videatur fruſtratorium & ludibrio conceſſiſſe,arg. cap.ſi Papa.de priuil.in 6. cum ſimil.Vnde ſufficeret tunc præſtare iuratoriam cautionem ſecundū ꝙ habetur in authen. generaliter.C. de epiſc.& per gloſ.no. in l.1 ff.qui ſatiſd.cog.Imo tunc fortè teneretur cauere cum generali hypotheca bonorum & etiam cum adiectione pœnæ, ſecundum quod habetur in l.prætoriæ. ff. de præto.ſtip. & ibi per Barto. & per gloſ.& per Ange. in l.2. §.ſi dubitetur. ff.de iu.& no.in l.filio.ff.vt leg. no. caue. quæ omnia ſunt bene not.

PRIVILEGIVM XIII.

SVMMARIVM.

1 *Extraneus ſi legat, quicquid ad eum peruenerit de dote talis mulieris, non intelligitur deductis impenſis, licet uerbi ſignificatio aliud importet, ſic in uiro delegante.*

1 DECIMVMTERTIVM priuilegium,† quia ſi vir legat dotem mulieri,legaſſe videtur, quod reſtat de dote deductis impenſis. l. dote prælega. ff. de do. prælega. Et multomagis ſi dictum fuerit, quicquid ad me peruenerit de dote, quia cum hoc verbum peruenerit, importet effectualem peruentionē l.2.§.peruenisſe.ff.de hęr. vel acti.vendi & l.cogi.§.vnde quæritur.ff. ad Trebel.Ideo non cenſetur in effectu peruenisſe totam dotem ad virum, ex quo pro ea tantam pecuniam impendit,maximè ſi fuit neceſſario impenſa. Nam hoc procedit in teſtamento viri:ſecus in teſtamēto extranei prælegantis, licet ſignificatio verborum aliud importet,vt eſt tex.no.in l.Mæuio.§.a me.ff.de lega.2.& ibi per Bar. & voluit gloſ.in l.tertia. C. de fal.cau.adiec. leg. & licet Bart. in dic.§. a me. hoc dixerit ſub dubio fortè: tamen videtur hoc poſſe dici firmiter per illum text. in l.fina. dum facit dictam differentiam inter virum & extraneum legantem,quæ autem ſit ratio differētiæ, tex.ibi non aſſignat, & difficile videtur aſſignari poſſe, qua ratione gloſ.ibi voluit non eſſe differentiam,& fortè malè. Vnde poteſt dici eſſe rationem differentiæ,quia quando debitor legat creditori, non videtur legare,niſi commodum repræſentationis in tempore,vt habetur in l.ſi creditori.ff. de legat. 1. Et ſic videtur negari ipsū interuſurium temporis,quod ipſe debitor habebat,ſeu habiturus erat.Item quia ipſe idem legans erat creditor reſpectu dictarum expenſarum,& ideo ex quo legatum poteſt eſſe in aliquo vtile, videlicet reſpectu ipſius interuſurij:ideo nō debet extendi ad aliud commodum, ne videatur hæredem grauare duplici onere.l. Titia.§. qui in vita.ff.de legat.2. Sed qū extraneus, qui non eſt debitor mulieris, legat dotem, tunc non cadit ibi commodum interſurij: cum ipſe legans tale commodum non habebat. Vnde totum corpus dotis legare videtur, & ſic ſine aliqua deductione expenſarum, in quibus impenſis ipſe nullum ius habebat. Et ideo poteſt inferri, ꝙ ſi vir legat dotem mulieri, in qua dote nullū interuſuriū habebat:tunc debet intelligi legata dos, vt integra debeatur ſine impenſarum deductione,aliàs legatum eſſet inutile,cōtra l.ſi quando,in princ.ff.de leg.1.& l.Titia.§.Lucius.ff.de lega.2.Nec obſt.d.l.dote præleg.quia debet intelligi,quia legatum valebat,& erat utile in alio. ſ. reſpectu commodi repreſentationis,& ſic erat ibi dilatio. Dices tu, ꝙ ibi loquitur inſtabilibus,in quibus nec olim,nec hodie datur dilatio a lege.l.1.§ exactio. C. de rei vxo.act. Nam reſpondetur, ꝙ licet eſſet in ſtabilibus in aliqua parte: tamen pro alia parte erat in pecunia,vel forte ibi erat dilatio data per partes in ipſo cō tractu dotis,ſcilicet pro dote reſtituenda, quæ omnia ſunt bene notanda.

PRIVILEGIVM XIIII.

SVMMARIVM.

1 *Mulier ſi faciat generalem remiſſionem de omnibus legatis ſibi factis per uirum tanquam ſibi ſolutis: non uenit legatum dotis ſibi prælegatæ.*

1 DECIMVMQVARTVM priuilegium eſt, † quia in generali remiſſione vel liberatione, quam vxor relicta

Source : BIU Cujas

cta omnibus legatis sibi factis per virum facit hæredibus tanquam sibi solutis,non venit legatum dotis prelegatæ,vt post multa concludit Pau.de Cast.in suo consil.234.& prosequere,vt ibi per eum,qui no.loquitur,& indigeret maiori indagine,& istud priuilegium magis procederet ex natura prælegatæ dotis, quia habet commodum repræsentationis propter diem legalem tacitè subintellectum,prout etiam in alijs legatis debitis in diem, quæ valent propter commodum repræsentationis.d.l.si creditori. de leg.1.Et sic similis quæstio posset cadere in testatore & debitore in diem,quia legando debitum valet legatum,vnde si creditor, cui in eodem testamẽto erant facta multa alia legata,vltra legatum dicti debiti facit liberationem hæredi de omnibus bonis legatis &c. compræhenditur dictum legatum debiti. Si tamen non esset aliud legatum,quod dictum debitum esset clarum, cum non posset referri nisi ad illud.arg.l.fundus qui locatus.de fun.instruc. Et idem si non esset legatum vnum vltra illud debitũ, quia loquendo in plurali de omnibus legatis,necessariò compræhendit illud,arg.l.vbi numerus,de testi.aliàs non saluaretur ratio recti sermonis, contra l.Plautius.ff.de auro & argẽ. lega.bene facit l.fin.ff.ad Trebel.

PRIVILEGIVM XV.

SVMMARIVM.

1 *Iudex potest supplere ipsa parte, uidelicet mulieris,non opponente & hoc speciale fauore dotis.*

1 DECIMVMQVINTVM speciale † quod licet regulariter iudex non debeat, nec possit ex officio de facto supplere, & sic parte non opponente, vt habetur in l.3.§. hoc autem.ff.de dam.infec.cum suis similib. Tamen speciali fauore dotis, quando pater, qui esset improbatæ vitæ dotem repeteret a viro,vel eius hærede solu. matri. & conuentus non opponeret contra socerum sic repetentem de eius inhabilitate,& etiam ipsa filia, quæ remansit vidua similiter non opponeret,nec contradiceret patri fortè præ rubore seu reuerentia paternali, & ipsi iudici constaret de insufficientia patris, posset ex officio talem patrem repetentem dotem repellere, per text.no.& singul.in l.cum dotem. §. eo autem tempore.ff.solu.matrim & faciunt dicta in simili supra in sexta parte, in 18. priuileg. vbi simile priuilegium ponitur circa dotem constituendam per iudicem ex officio pro ipsa filia maritanda.

PRIVILEGIVM XVI.

SVMMARIVM.

1 *Actio de tote licet anomalam quandam naturam habeat citra alias actiones: quia ista non est hereditaria competens patri,non transit in hæredem: etiam lit. contest. sed conuolat ad filiam, etiam hæredem.*

1 DECIMVMSEXTVM priuilegiũ est, quod † actio de dote habet anomalam quãdam naturam citra alias actiones, quæ communiter sunt hereditariæ maximè non pœnales, vt l.1. & per totum. C. de hære. actio. quia ista non est hæreditaria, quia ipsa competens patri ADDITIO. [Competens patri. An & quando dotis actio competat patri,& quando filiæ. Doct.& Barto.post glos.in l.post dotem. solu.matri.& in l.2.eodem titu.& in l.Caius.eodem titu.Bart. in l.vxorem.§.testamento,de lega. 3. & in l.auia. C.de iu.dot. quod quæritur patri, si eam sibi stipuletur, aliàs non, sed in extraneo dotante solum pactum sufficit,& per Pau.de Cast. consil. 123.] per eius mortem non transit in eius hæredem etiam lite per eum cõtestata transit & volatum facit in filiã, ADDITIO. [Adde q̃ licet dotis actio sit communis patri & filiæ: tamen solus pater agit,nisi filia contradicat ex causa iuxta.l.2.§.quod si in patris.cum gl.& Doct.in l.si cum dotem.§. eo autem. solu.matr. & Pau. de Cast.consil.126.incipiente.viso dicto libello.] licet non hæredem,in quam consolidatur ipsa actio de dote per mortem patris. ADDITIO. [Nota hic, q̃ dos, vel eius actio consolidatur in filiam morte patris vel emancipatione, vide Pau.de Cast.consil.126.l.j. §.videamus. C.de rei vxor.actio.Bal.in l.maximum.de liber. præter. Et an per filiæ ingressum consolidetur actio in patrem. Alex.consil.139. in secunda parte.] l.1.§.videamus. & §. sed hoc ex rei & ibi per glos. C. de rei vxor. actio. sicut etiam in alio casu habet naturam anomalam, quia competat patri & filiæ & cuilibet insolidum, vt no. in l.non solum. ff. soluto matrimo. post Barto. & tale ius insolidum competẽs cuilibet habet naturam quandam extraneam, quia non potest æquiparari iuri seu actioni competenti duobus reis stipulandi cuilibet insolidum, in quibus non est dare, quod sit vna,& eadem actio vtrique & cuilibet competens insolidũ, sed sunt duæ actiones,vt habetur in l.3. ff. de duobus reis. Et multæ aliæ assignantur differentiæ, vt no.in dicta l.non solũ. post gl.ibi. Nec põt commoda dari æquiparatio ad aliquem alium casum omnino similem. Item conuolat de patre in filiam etiam lite contestata & pendente. imo etiam lata sententia pro patre agente transit ius executiuum sententiæ in filiam ipsoiure, & sine alia cessione, vt no. in l. si marito.§.2. ff.soluto matrimonio.

PRIVILEGIVM XVII.

SVMMARIVM.

1 *Maritus soluto ma.tenetur ad restitutionem pœnæ,quàm fuit consecutus ab ipsa muliere ratione dotis euictę, ne mulier remaneat in totum indotata.*

1 DECIMVMSEPTIMVM priuilegium est, quia solet dubitari an pœna † quam quis consequitur ratione rei meæ, quam quis debet mihi restituere, sit mihi restituenda cum ipsa re, de quo per gl. & Docto. in l.vtrum. cum seq. ff.de peti.hæred. & in l.si pignore.ff.de pign.actio. & per Bar. latius in l. prętor.§.quod de fructibus.ff.de bon.aut. iud.poss. Et inter alia solet dici, quod quando ille, qui tenetur mihi restituere, fuit consecutus pœnam aliquam a me: tunc illa nõ venit in restitutione, secus si ab alio,vt est tex.in d.l.vtrũ. cum sequen. Sed tunc obst.tex. in dicta l.quoties.ff.de iu.do. Soluunt multi, vt etiam fuit Bart. ibidem, & in d.l. si pignore.& d.§. quod de fructibus. quod ideo ibi pœna restituitur: quia ipsa pœna succedit loco rei amissæ, quæ erat restituenda,& sic loco rei datæ in dotem. quando autem non succedit loco rei, & tunc illa non venit restituenda, ita procedit tex.in l. si pignore. quæ solutio non videtur bona ad d.l.quoties. quia Iurisconsultus non fundat se ex illa ratione, sed ex quadam æquitate, ne mulier sit in damno, & sic reperiat se in totum indotatam.

Præterea dicta ratio Bar. non est vniuersalis,nam pone,q̃ locator promisit sub pœna ipsum conductorem non molestare,nec impedire,quominus,vt possit vti frui re conducta: & postea,quia conductor fuit impeditus in suo vsu, & commoditate rei conductæ,consecutus fuit pœnam a locatore, quæ pœna succedit loco sui interesse, tamen si postea habet ipsam rem restituere locatori, absurdum esset dicere, q̃ habeat restituere pœnam, cum illam habuerit loco sui interesse, vt probatur in l. is quidem. ff.loca. Quæ ratio cessat in creditore, qui fuit consecutus pœnam, etiam si illam habuisset ab ipso debitore, qui rem ipsam subtraxit, vel aliter impediuit.cum creditor non habeat vsum & commoditatem rei, sicut habet conductor,vt hanc rationem differentiæ assignãt Doct.post gl.in d.l.si pignore.Vnde illa ratio,quæ est in conductore, videtur subesse in marito. imo maior: cum non solum habeat commoditatem rei datæ, sed etiam dominium, vel quasi l. doce ancillam. C.de rei ven. cum si. Vnde maritus fuit consecutus pęnam contractus ex eo, quia socer,vel mulier impediuit virum vti frui,non teneretur vir talem pœnam restituere solu.matri. Sic etiam videbatur dicendum in terminis d.l.quoties, cum maritus fuerit ibi consecutus duplam pro omni suo interesse, quia diu postea stetit sine dote subeundo onera matr. & ideo videbatur ipsum nõ teneri ad restitutionem dictæ pœnæ ma. sol. Tamen ibi est speciale ex quadam æquitate, ne mulier sit in damno, vt sic remaneat indotata. Et licet ibi tex.ponderet rationem:videlicet ne vir sit in lucro:tamen illud procedit, quia omnis pœna apponitur pro lucro, sicut dicimus in vsuris, vt habetur in l.qui semisses. & l. cum quidam. §. diuus. ff. de vsu. licet apponi soleat ratione interesse, vt habetur in l. fin. ff. de præto. stipu. vnde cogita.

PRIVILEGIVM XVIII.

SVMMARIVM.

1 *Mulier si per delegationem, uel nouationem pro dotis restitutione accepit reum inopem ignoranter; etiam sua facilitate decepta, præseruatur illæsa ipso iure quo ad pristinam obligationem.*

1 DECIMVMOCTAVVM priuilegium est, † quia licet aliàs per nouationem seu delegationem, quæ sit interuen-

interuẽtu nouæ perſonæ, prima obligatio ipſo iure tollatur. Inſti.quib.mo.tol.oblig.§. præterea. adeo ꝙ non pōt creditor ad primum debitorem redire, licet debitor aſſumptus p delegationem reperiatur non ſoluendo.l.inter cauſas.§. abeſſe.ff.mand.quod ēt procedit, qñ dolo primi debitoris creditor fuit inductus ad talem delegationem, quo caſu ſolū ſubuenitur ſibi per actionem de dolo, vt habetur in l.ſub prætextu. C. de tranſact.& l. promittendo. §. ſi debitorem.ff. de iu. dot. Tamen ſpeciali fauore mulieris,& dotis ipſo iure præſeruatur mulier illæſa, vt tunc redeat ad priſtinam obligationē contra virum, vel eius hæredem debitorem dotis, qui fuit in dolo, vt eſt caſus ſing.in l.ſi cum dotem.§. ſi mulier.ff.ſol. matr.quaſi talis obligatio habeat in ſe tacitam conditionē ſi nomen delegatum ſit ſoluendo, quod eſt no.Docto. tamen communiter intelligunt illum tex. dum dicit decepta, procedat ſiue ſit decepta dolo mariti, ſiue ſui facilitate: cū text. loquatur indiſtinctè,arg.l.3.ff.de offi. præſid. cum ſi. & hoc eſt magis no. & facit quod habetur in ſim. in l. qui rem.ff. de ſol. & ſubdemus in proximo priuileg. licet citra causā dotis tunc mulier, vel alia perſona in nullo iuuaretur ſic recipiendo tale nomen debitoris inutile decepta ſolum ſui facilitate niſi eſſet minor 25. annis, quia tunc iuuaretur beneficio reſtitutionis in integ. l.patri.§. pen. ff de minor. Et ſic patet, ꝙ magis fauetur mulieri in dote, quam ipſi minori extra dotē, cum minori mero iure prꝙiudicetur: licet ſibi detur reſtitutio:tamen mulier ipſo iure præſeruatur illeſa.

PRIVILEGIVM XIX.

SVMMARIVM.

3 *Actio prima non extinguitur per dationem inſolutum nominis debitoris, vel alterius rei inutilis pro dotis reſtitutione.*

EX quo poteſt inferri ad decimumnonum priuilegium, vt idem ſit dicendum in datione inſolutum, vt ſic prima † obligatio & actio non extinguatur. imo poſſit mulier ad illam redire, quando nomen debitoris, vel alia res daretur inſolutum pro dote,& poſtea appareret,quod ſibi mulieri tale nomen eſſet non ſoluendo,vel alia res ſibi data inſolutum eſſet ſibi inutilis,vt eſt caſus ſing.in d.l. qui rem.

PRIVILEGIVM XX.

SVMMARIVM.

1 *Delegatio licet ſit contractus ſtricti iuris,tamen dolo dante cauſam tali contractui annullatur ipſo iure fauore mulieris in dote.*

1 VIGESIMVM priuilegium ſurgit ex prædictis iūcto dicto §.ſed ſi mulier.† quod licet delegatio ſit contractus ſtricti iuris, quia non fit niſi per ſtipulationem,vt in dicto §. præterea. Et ſolebat dici, quod dolus dans cauſam cō tractui ſtricti iuris, quia non annullat ipſo iure, licet cauſet reſciſſionem per actionem de dolo,vt habetur in d.l.eleganter. in princip.ff. de dolo.& in dicta l.ſub prætextu. & in l.ſi id quod.ff. de verb. obligat. licet ſecus in contractu bonæfidei: quia ipſo iure annullat, vt habetur in d. l. eleganter. Tamen fallit ſpeciali fauore dotis,vt talis contractus delegationis ipſo iure ſit nullus, quando dolus dedit cauſam, vt probatur in dicto §. ſi mulier. indiſtinctè loquens, dum dicit ibi decepta. Et ſic poteſt intelligi, quando mulier non erat liberatura virum per delegationem, niſi quia fuit ad hoc inducta dolo ipſius viri,& hoc etiam eſt de mente glo.in dic.§. ſi mulier.& communiter ibi Doct. ſequuntur. Tu tamen potes dicere, quod imo illud non ſit ſpeciale in dote. nam ex quo delegatio venit per modum diſtractus & ad reſoluendum primam obligationem dotis per viam transfuſionis,& cum ipſe contractus ſit bonæfidei vt ſupra, ſimiliter etiam eius diſtractus, qui initur per viam delegationis ſortietur eādem naturam bonæfidei, vt aliàs traditur no. in dicta l. tutela.C. de integ. reſtitu.mino.& no.in d.l.ſub prætextu.Et ſic idem poteſt dici in acceptilatione, quæ licet fiat per ſtipulationem,& ſit remiſſio gratuita.l. vir ab eo.ff. de iure do. cum ſimilibus. Tamen ſi veniat ad extinguendum contractum bonæfidei, tunc ipſo iure erit nulla, quando dolus dedit cauſam, & ſic mulier ſolu.matrimo. liberet per acceptilationem maritum, vel eius hæredes eius ſocerum dolo ad hoc inducta:tunc ipſo iure acceptilatio erit nulla,& poterit mulier redire ad priſtinam actionem de dote per id quod habetur in d. §. ſi mulier. Sed ſi intelligamus illum text. in dicto. §. ſi mulier,procedere etiam, quando dolus incidit in ipſa delegatione,quia fauore dotis,vt talis delegatio licet ſortiatur naturam bonæfidei velut diſtractus dotis: tamen redderetur ipſo iure nulla propter talem dolum incidentem. & ſic non ſit opus,vt re ſcindatur per actionem de dolo, quod eſt no. Et dicas tunc verum eſſe in dolo, ex quo ſciuit talem debitorem eſſe non ſoluendo, & mulier hoc ignorauerit aliter ab eo non certificata, argumen.eius,quod habetur in l.1.in fi.ff. de acti. emp. quod etiam tenet Pau. de Caſt.in dicto §.ſi mulier. Non ſic autem eſſet in viro recipiente a muliere per viam delegationis, vel in ſolutum nomen debitoris pauperis pro dote ſibi promiſſa ab ipſa muliere hoc ſciente, & ſic per dolum, quia talis delegatio mero iure tenet, licet veniat reſcindenda per actionem de dolo per tex.in l.promittendo. §. ſi debitorem. ff.de iure dot. Aduerte tamen, quia dici poſſet, quod in caſu d. §. ſi debitorem. ſi mulier fuit in dolo dante cauſam tali delegationi, & ſic diſtractui, quod tunc ſimiliter poſſet vir redire ad primam actionem, ex quo delegatio venit ad diſtrahendum contractum bonæfidei, maximè ſecundum iura hodierna, ſecundum quæ etiam ex parte viri, cui dos eſt promiſſa, contractus eſt bonæfidei,ſeu ſortitur naturam bonæfidei, vt ſupra dixi per d.§.ſed & ſi non ignoramus.Ex quo poſſet inferri,quod ſi ab ipſo initio mulier non incæpit a promiſſione dotis,ſed a donatione in ſolutum dando talem ſuū debitorem viro pro dote per viam delegationis: tunc forte talis delegatio ſtaret in ſua virtute contractus ſtricti iuris. & hoc forte, niſi in tali delegatione non interueniſſet ſtipulatio, ſed debitor mulieris nudo pacto promiſiſſet viro, quia tunc fingeretur ſtipulatio ſecundum id,quod habetur in dicta l.1.§.& vt plenius.quæ ficta ſtipulatio maximè hodie habet naturam bonæfidei.d. §. ſed & ſi non ignoramus. quod no.ad gl.no.in l.2.in princ.ff.ſolu.matrimonio.

PRIVILEGIVM XXI.

SVMMARIVM.

1 *Maritus debitor licet ante ſol.mat.nullo modo ſit obligatus, tamen ſoluendo ante non liberatur.*

1 VIGESIMVMPRIMVM ſpeciale eſt, qa † ex quo tempus ſoluendę dotis cœperat a die ſoluti matrimonij & non ante, nec ante orta eſt aliqua obligatio, ſecundū quod habetur no.in l.ſi conſtante.§.1.ff.ſoluto matrimonio. & regulariter debitor ſoluendo ante tempus, vel ante conditionem liberetur, vt poſtea eueniente die vel conditione non poſſit amplius agi contra eum, vt habetur in l.ſtipulatio iſta.§. inter certam.ff. de verbo. obligat. & ibi no. & no. in l. poſt mortem. C. fideicōmiſ. Tamen fallit in dote, quia mulier recipiendo dotem a viro ante ſolutum matrimonium, vt aliquando viri fatui faciunt concorditer volendo ſeorſum habitare, tamen non liberatur, quin iterum poſtea ſol. matri. ſoluere teneatur,vt eſt caſus no. in l.1. C. ſi dos conſt. mat.& hoc caſu niſi mulier reperiatur nūc facta locupletior, vt ſic apud ſe habeat dotem non conſumptam,nec aliqua ex parte diminutam, ſecundum gl.no.in l.2.in princ.ff.ſol.matr. & ibi per Barto. & communiter legentes, & per Cy. in d.l.1. Item niſi eſſet ſoluta dos pro cauſis, de quibus in l.quamuis. cum ſeq.ff.ſol. mat. Si tamen mulier ſic recipiens iuraſſet nō contrauenire,nec amplius dotem repetere,& tunc repellere tur prætextu dicti iuramenti per id, quod habetur in c. cum contingat. de iureiuran. & etiam dixi in d.l.2.in prin.ff.ſolu. matr.& tetigi ſupra in 6.par.in 24.priuil.& alijs ſeq.

PRIVILEGIVM XXII.

SVMMARIVM.

1 *Mulier ſi ſol.mat.incumbat pignori in bonis mariti, fructus interim percepti non extenuant ſortem dotis.*

1 VIGESIMVMSECVNDVM ſpeciale † eſt, quia ſi mulier ſol.matr. incumberet pignori in bonis mariti ſine vitio, iuxta no. Bald.in l.penul. C. de pigno act. vel per ſententiam in executione, & ex illis bonis fructus percipere, huiuſmodi fructus non extenuarent ſortem dotis. imo cederent lucro mulieris, licet regulariter contra,vt habetur in l.1.& 2. C.de pign.actio.cum ſimi.& hoc no. voluit Bal.in authen. ei qui.C. de bo.auth.iud.poſ.in pen.char. Cuius tamen dictū ſolet morderi a multis per tex.in l.Titia. ff. de ſol. de quo vide, quæ dixi latius in l.in inſulā.§.vſuras.ff. ſol.mat. Nam poſſet ſaluari dictum Bal. quando mulier dictos fructus conſumpſit pro oneribus ſui victus, ſi aliunde non habebat,

Source : BIU Cujas

bebat,ex quo alimenta pro ſe & ſua familia perciperet, & iã vir vel eius heredes fuiſſent in mora per lapſum anni per id, quod habetur in l.1.§.exactio. C.de rei vxor.acti. Alias ſolet teneri,ꝙ pro dote reſtituenda non debeatur mulieri intereſſe ratione alimentorum, ſicut debetur viro pro dote danda: cum hoc ſecundo caſu debeatur intereſſe viro ratione onerum matrimonij, vt habetur in l.de diuiſione.ff. ſolu. matri. & dixi latius in d.§. vſuras. circa diſpoſitionem c. ſalubriter. de vſur. & idem ſi mulier eſſet perſona ſolita negotiari & lucrari cum pecunijs,quia tunc ratione moræ & lucri ceſſantis poſſet dictos fructus pro recompenſatione quadam ſibi retinere. &de hoc etiam dixi in d.§.vſuras. per ea quæ habentur in l.3.§.de offic.ff.de eo quod certo loco. & in l.commiſſa.ff. rem ra.ha.& no.in l.1. C. de ſent. quæ pro eo quod inter.& ꝑ cano.in c.conqueſtus. de vſur.

PRIVILEGIVM XXIII.

SVMMARIVM.

1 *Hypotheca dotis in bonis uiri maximè expreſſa incipit a tempore promiſſionis dotis & non a tempore ſolutionis.*

1 VIGESIMVMTERTIVM ſpeciale eſt,quia † hypotheca dotis in bonis viri maximè expreſſa incipit a tempore promiſſionis dotis & non a tempore ſolutionis, & ideo ſi interim maritus obligaret bona ſua alteri recipiendo ab illo pecuniam mutuo,hypotheca mulieris præferretur:licet poſtea ipſa dotem ſoluiſſet.& dicebat Cyn.nota.in l. aſſiduis. C.qui pot. hoc eſſe ſpeciale fauore dotis, per tex. in l.1. ff.eodem titu. de quo tamen uide, quæ infra dicentur in hac octaua parte in ultimo priuilegio.Nam non uidetur hoc eſſe ſpeciale in dote,ſed regulariter in omni hypotheca conditionali: quia conditio non eſt in poteſtate debitoris,ut habetur in l. potior.& l. qui balneum. ff. qui pot. Et reſpondent Bart. & Bald.in d. l. prima, quòd ibi non poteſt commodè dici, quòd ſit in poteſtate mariti non recipere dotẽ,ut ſic ſubeat onera matrimonij ſine dote. Sed pro certo videtur, quod dictum Cy.ſit verius, quia non ſequitur, vir non poteſt nõ recipere dotem, ex quo habet onera matrimonij ſubire.Nã imo ſi vellet, poſſet non recipere dotem,cum non teneatur, nec poſſet inuitus teneri & cogi ad dotem recipiendum pro muliere,cum poſſit renunciare ſuo fauori interim conſtante matrimonio faciendo pactum de nõ petendo maximè ipſi ſocero,vt habetur in l. ſi ſocer. §. Lucius, & l.nupta. §. primo. & l.ſi marito.§.1.ſolu.matri. Et ideo videtur, quod ibi illud diſponitur per viam cuiuſdam fictionis fauore mulieris, ne interim ipſa mulier remaneat indotata,argumen.l.2.ff.de iure do. & quia ſperneretur a viro, ſi interim eſſet indotata. l.fi. C. ad Velleian. quæ bene no. quia conferunt ad dicenda infra in d.vltimo priuilegio huius octauæ partis.

PRIVILEGIVM XXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Actio de dote oritur contra uirum ſol. matr. ad dotis reſtitutionem ſi ſibi non fuit ſoluta nec fuit in culpa in exigendo,quod eſt mirabile.*

1 VIGESIMVMQVARTVM priuilegium eſt, nam certum eſt † quod ſecundum communem opinionem act. de do. non naſcitur ad dotem repetendam niſi demum ſolu.matrim. vt habetur in l.ſi conſtante.§.1.ff.ſolu. matr.ad hoc l.in rebus.§. omnis. C. de iure do. Et ideo non videbatur naſci contra virum,niſi poſtquam fuerit conſequutus dotem. Si autem dotem ſibi promiſſam a ſocero nunquam accepit, & ſocer mortuus eſt ante matri. ſolu. Diceres tu prima facie, non videri actionem de dote tunc reconſolidari in mulierem, niſi quando vir fuit in culpa, quare dotem a ſocero non exegit, & tamen contrarium probatur no.in l. ſi ſocer.ff.Lucius.ff.ſolu.matrimo. & ibi per gloſ. & Doct. hoc ergo non ex alio inductum eſt, niſi ſpeciali fauore mulieris & dotis,& ſic infelix mulier indotata non remaneat, vt aliàs dicit tex.in l.fi.in princ.C.de iure do. Nam cum dos promiſſa non fuerit mulieri, ſed viro, non poteſt mulier agere contra hæredes patris ad ipſam dotem viro promiſſam. l. ſi prote. C.de do.promiſ.& ideo in ſubſidium ſuccurſum eſt mulieri, vt ipſa poſſit agere contra virum tanquam dotem receperit, vbi ipſam nunquam habuit, nec in culpa fuit in exigendo, ſed bene eſſet tunc in culpa in non exigendo contra hæredes patris,cum poſſit,vt dicitibi gl.magna,circa fi.quod eſt mirabile.

PRIVILEGIVM XXV.

SVMMARIVM.

1 *Intereſſe petendi dotem ſol. matr. licet deficiat uiro, tamen ſpiciali fauore mulieris ne remaneat indotata,agit uir, licet non habeat ex ſeipſo intereſſe agendi.*

1 EX hoc ſequitur aliud priuilegium, & ſic vigeſimumquintum fauore mulieris & dotis, uidelicet † quòd actio ad dotem promiſſam per ſocerum uiro, ubi prima facie uidebatur non durare poſt ſolu. matrimo. ex quo deficit intereſſe viri, propter quod ſibi datur actio, videlicet ob matrimonium & eius onera ſupportanda.l. pro oneribus. C. de iure dot.Et ideo ubi vir non ſupportaret onera matrimonij, non poſſet petere dotem etiam conſtan.matrimonio,ſecundùm quòd habetur in l.dotis fructus.ff. de iu. dot. per gl. not.in l.de diuiſione.ff.ſolu.matrimo.Et regula eſt,quòd vbi deficit intereſſe etiam ex poſt;ibi deſinit actio orta cõpetere ſaltem ope exceptionis.l.ſi eum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cau.ad hoc.l.ſi mulier.ff.ſolu.matrimo. & not.in l.quia autẽ. §.illud.ff.ſi quis cau.Tamen fauore mulieris & dotis non deſinit actio competere uiro: imò ad hoc poteſt effectualiter agere contra hæredes ſoceri, & hoc nõ pro intereſſe ipſius viri,ſed ipſius mulieris,ne remaneat ſine dote,cum ipſa non poſſit agere contra dictos hæredes ad dictam dotem promiſſam, vt ſupra, & ſic poterit & debebit vir agere contra dictos hæredes, & ab eis exigere dictam dotem, vt ſic eam exactam illico reſtituat mulieri, & ſic iura permittunt dictam exorbitantiam contra regulas iuris communis, vt ſupra etiam per modum circuitus:vt ſic mulier agere poſſit contra virum,& vir contra hæredes ſoceri. verùm quia non videtur æquum, quòd vir propter hoc ſit in damno, ideo iura permittunt viro,vt poſſit talẽ actionem cedere mulieri,& hoc modo liberari,vt probatur not.in d.§.Lucius.& maximè quia tunc ſtat regula,de qua in l.quod debetur.ff.de pecu. quòd ille,qui tenetur ex eo,quia actionem hẽt,illam cedendo liberatur.Sed Pet.de Bel.tenuit contrarium,& ꝙ tex. ibi, dum loquitur alternatiuè ibi,neceſſe habebit maritus,aut exactam dotẽ, aut actionem ei præſtare,debet intelligi,ꝙ ibi electio ſit mulieris ſpeciali fauore dotis.Sed Bal. ibi tenet,quòd imò eſt mariti,ꝑ id,quod hẽ in d.l.quod debetur,& per gl.in l. 2. §. idem Nerua.ff.ne quid in loco pub.& ita ẽt eſt de mente glo.in d.§.Lucius.videlicet in gl.magna ad fi.& maximè dum allegat d.l.ꝙ debetur. Et poſſet dici.ꝙ opin.Pet. ſit verior, quia in d.§.Lucius.illa poteſt magis dici alternatiua remediorum, quam rerum, vt ſic mulieri competat duplex remedium,ſ. in agendo contra virum, vt agat, & exactam dotem ſibi reſtituat,vel agendo,vt cedat ſibi actionem,& conſtat,ꝙ in alternatiua remediorum electio eſt actoris.l.cum filius.§.varijs.ff.de legatis ſecundo.

Præterea attendendo mentem iurium,vir non eſt obligatus mulieri ex eo, quia actionem habeat contra hæredes ſoceri, ſed ex eo, quia videtur eſſe vir in culpa in non exigendo dotem ab hæredibus cum poſſet, vt ibi voluit gloſſa magna ad finem. Et ſi dicis,non videri æquum,quod vir agat,& ſic teneatur ad quoddam factum, vt alteri proſit,& ſua non interſit in aliquo. Vnde ſatis videtur eſſe, quod cedat actionem, argum. l. nec creditoris. C. de noua. & quod habetur Inſtit. de actio. §. præterea. quia poſſet reſponderi, ſpeciale eſſe in dote fauore mulieris,vt maritus cogatur facere,quod mulieri prodeſt,& ſibi non nocet, vt habetur in l.2.in princ. ff.ſolu.matrimo.ad hoc etiam gloſ.no.& ibi per Bart.in l.qui ſe debere.in ver. ſed cum ſciret.ff.de cond.inde.& vide,quod dixi ſupra in 79. ſpeciali 6. par. quod quis tenetur ex eo,quia habet actionem,non liberatur actionem cedendo ſpeciali fauore dotis,ſicut etiam fauore vltimæ voluntatis.l.quia poterat.& l. recuſare.§. fi. cum ſeq.ff.ad Trebel. vbi etiam probatur, quod hæres tenetur itinerare fauore fideicommiſſarij, quando nulla ſibi eſſet excuſatio. Poteſt tamen dici eo caſu, quo vir ageret pro intereſſe mulieris ad dotem ſibi dandam, quando non fuiſſet aliter in culpa, teneretur mulier ſibi dare pecuniam pro expenſis litis per id,quod habetur in l.quia poterat. & in l.ſed eſt ſciendum. eo.titu.

PRIVILEGIVM XXVI.

SVMMARIVM.

1 *Socer ſi legat dotem genero: tunc enim licet poſſit gener agere ad tale legatum pro ſuo intereſſe conſtan.mat. tamen ſoluto matrimonio non potuerit agere.*

Et

Source : BIU Cujas

ET hęc ſunt bene no.& ſi vera eſſent ſurgeret 26.priui.ad limit.dictæ regulæ.l.quod debetur.cum ſim.

Nunc redeo ad no.diſpoſitionem dic.§.Lucius. dum dicebam, quod licet ibi vir non fuiſſet in culpa in exigendo dotē a ſocero: tamen nunc ſolu. matrimo. pro intereſſe mulieris iura concedunt,vt poſſit.& teneatur vir agere ad dotem exigendam,& ad eam exactam ſoluēdam mulieri,ex quo ſequitur, quod ſi ceſſaret dictum intereſſe mulieris, quia poſſet p alium modum ei ſuccurri,ceſſaret etiam rigor iuris commu
1 nis cauſa æquitatis.§. Lucius. puta † ſi ſocer legaſſet dotem genero:tunc.n.licet poſſit gener agere ad talem legatum pro ſuo intereſſe conſt. mat. maximè cum verba legati ſint directa.l.Titio centum.§.Titio genero.ff.de cond.& dem.tamen ſolu.matr.non poſſet agere, qa tunc ceſſat oē ſuum intereſſe,& ipſa filia tunc pōt agere.ſic debet intelligi tex.no.in l.ſeruo legato. §.ſi teſtator.ff.de lega. 1. Nec ob.quod habetur in d. l. ſi pro te. quia in legatis non ſic ſtrictè proceditur ſicut in contractibus, in quibus non fit extentio ad perſonam non expreſſam in promiſſione.l. ſi vnus. §. ante omnia. ff.de pact. facit l. in teſtamentis.ff.de regul.iur. & no.in dicto §. ſi teſtator.per Doct. poſt gloſ.facit l. cum pater.§. dona.ff. de lega.2.- Et multomagis dicendum foret hoc, ſi mulier ipſa erat obligata, & poſtea facto diuortio vir ipſe ageret ad dotem ſibi promiſſam, certè tunc non audiretur, imo etiam tunc delegaretur viro ipſa actio,licet prætenderet intereſſe propter interuſurium medij temporis ſecundum Barto. no.in d.§.Lucius. per l.ſi donaturus. in fi.ff. de condic. ob cau. per quem not. limitat quod habetur in l. fina. §. primo. ff. vt leg. no. caue. vbi dicitur, quod licet exceptio illa, dolo facis petere, qđ reſtituturus es,obtineat, quando eſt reſtituturus incontinenti. ſecus ſi ex interuallo. Nam illud procedit, quando tale interuallum veniret ex natura obligationis vel ex facto,vel diſpoſitione teſtatoris: ſecus ſi eſſet conceſſum miſerationis cauſa, quia tunc talis exceptio, dolo facis petere &c. obſtaret, per tex.no. in d.l.ſi donaturus.facit l.depoſui.§. ſi nuptura. ff. de pecu. quod dictum licet in ſe ſit no. tamē ſemper eſt mihi viſum dubiū. Et per prædicta liquet, quod licet ex poſt facto deficiat intereſſe viri in petendo dotem ſoluto matrimonio, tamen propter hoc actio iam orta non expirat ipſo iure, ſed ſolum ope exceptionis elidit ur,& ſic mero iure mulier, vel ſocer adhuc remanent obligati viro ad dotem ſoluendam. ad hoc. l. prima. §. ſed ſi dotem. ff. de do. prælega. quod no. ad no.per Bar. in l.qui autem. §. illud.ff.ſi quis cau.

PRIVILEGIVM XXVII.

SVMMARIVM.

1 *Maritus tenetur facere quod mulieri prodeſt & ſibi non nocet,etiam quãdo tractatur de mero lucro.*
2 *Dilatio indulta uiro miſerationis cauſa ceſſat, quando uir non ſatiſdaret, etiam ſi non poſſet ſatiſdare, quo caſu dimitteretur ſibi interuſurium.*

EX quibus infertur ad aliud no. priuilegium,& 27. magis ampliando fauorem dotis & mulieris, quod licet regu-
1 lariter † quis non teneatur facere, quod ſibi non nocet & alteri prodeſt, quando tractatur de mero lucro & non de damno euitando, per id quod habetur Inſtit. de act. §.præterea. Tamen ſpeciali fauore mulieris & dotis ſecus eſt, vt probatur in l. 2. ff. ſoluto matrimonio. Sicut etiam idem ſolet dici fauore vltimæ voluntatis, vt l. quia poterat. ff. ad Trebel. de quo per Bar. in l.2. Et ſic facit, quod ſi mulier habet pecuniã in contanti in bancho mercatoris ſoluēdam ſibi in certo termino, & velit nunc nubere, nec poſſit cōmodè hoc facere, niſi illam pecuniam habeat incontinenti dandam viro futuro in dotem, quia poterit talis debitor illam incontinenti ſoluere dimiſſo apud illum interuſurio medij temporis. Nã ex quo mulieri prodeſt,& mercatori non nocet, quia habet pecuniam paratam & etiam eſt habiturus ſuū intereſſe lucri ceſſantis propter interuſurium,& ſubſit fauor dotis & matrimonij ℈hendi,ideo poterit cogi. Nã idē videmus eſſe prouiſum ſpeciali fauore fiſci in l. 1. C. de condi.ex lege.vbi ſingulariter habetur,quod fiſcus poteſt agere ad debitū ſuum etiã ante tempus,quando vrgeret aliqua neceſſaria cauſa habendæ pecuniæ: dimiſſo tamē interuſurio medij temporis apud ipſum debitorē, vt ibi probatur no. iuncta gl. & Bal.ibi ad fi. videtur idem ſentire in dote,dum dicit,ſicut in dote, allegando l.ſi conſtante.§.quoties.ff. ſol. matri. Sed tex.illius.§.licet probet illud de interuſurio, prout ibi ēt gl.ipſum allegat: tamen quod ante diem poſſit mulier conuenire debitorē ſuū ille text. hoc non probat, nam ideo ibi mulier poteſt cogere virum ad ſoluendum ante tēpus ſibi datum a lege, quia ipſe vir tenebatur interim ſatiſdare mulieri de ſoluendo eue-
2 niente tempore,nam lex † indulget viro dilationem ad dotē reſtituendam gratia miſerationis cum iſta qualitate & modificatione, dummodo vir ſatiſdet de ſoluendo dotem in tēpore, vnde non ſatiſdando viro, ceſſat tunc dicta dilatio, vt tunc poſſit incontinenti cogi ad ſoluēdum cū diſtinctione tamē: quia ſi non ſatiſdat ex eo, quia nolit,tunc nullum ſibi dimittitur interuſurium. Aut ex eo,quia non poſſit inuenire fideiuſſorem, & tunc dimittitur ſicut interuſuriū medij temporis:tamen pro ipſa muliere bene facit ratio d.tex.l.2. & ſpecialitas dotis & eius fauoris, quæ eſt ratio finalis illius tex. Item quia ſi in d.l.1. illud procedit ſpeciali fauore fiſci,ergo eadem ratione ſpeciali fauore mulieris & dotis, cum paribus paſſibus ambulēt mulier& fiſcus,vt habetur in l dotis.C.de iu.do. & in l.2.C. de priuil.fi. Accedit etiam, quia fauore religionis & piæ cauſæ ſimiliter procedit d. regula affirmatiua, ꝙ quis cogatur facere, quod alteri prodeſt & ſibi non nocet ſecundum Barto.in d.l.2.per l.ſi cui ſepulchrum.ff.de reli.& ſumpt. fune.& l.2.§.pen.eo.ti. Et maximè quia videtur mulier dicto caſu prætendere intereſſe, ne damnū ſubeat,ſi innupta remaneat,vel non poſſet congruenter nubere forte, quia tunc inueniebat virū ſibi condecentē, vbi ſi pecuniam ſuã non haberet de præſenti, remaneret fruſtrata & priuata tali ſpe Aduerte tamen,nam quidam dicunt,quod in d.§.pen. nō ſit ſpeciale fauore religionis & piæ cauſæ, ſed illud ſit regulare, vt fuit de mente gl.no.ibi dum allegat pro concordanti.l.ſi quis domum.in princ.ff.loc.& gl.etiam in l.ſi cui.ad fi. de ſerui. & expreſſius ibi Bar.voluit per tex.in d.§. pen. Quia ſi tu habes ſeruitutem in fundo meo,ſcilicet eundi per certam partē fundi, & ego velim tibi concedere in alia parte fundi tibi æquè commoda,& ſic in commutando locum.Sed tu cogita quia tex. multum vrget in contrarium in l.fi.ff.de vſu,& habi.& ēt tex.ſic indiſtinctè loquens in d. l. ſi cui. Sed poteſt in hoc diſtingui,ꝙ aut ego volo locum itineris commutare, vt quitē aliquod damnū,& tunc poſſum ea ratione, quia videor velle reducere aliquid in priſtinum ſtatum, & ſic reducere locū illum ad libertatem priſtinam. quo caſu poſſum hoc petere, ex quo tibi non nocet, habendo alium locum æquè tibi idoneum per id,quod habetur in l. 2. §. idem Varus. ff. de aqua plu. ar.& per no.Bar.in d.l. 2. ff. ſoluto matrimo. bene facit.l. apparet. poſt princ. ff. de itine. actuque priua. Si autem hoc peterem ad merum lucrum:puta quia vellem per dictum locum plantare vineam,vel arbores, & tunc non poſſem,& ita poteſt procedere text. in dicta l.ſi cui.ad fin.quæ omnia ſunt bene nota.

PRIVILEGIVM XXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Debitor poteſt delegari inuitus ſpeciali fauore dotis, ſi hoc ſibi non noceat.*

1 VIGESIMVMOCTAVVM priuilegium eſt,† qa licet regulariter debitor non poſſit delegari a ſuo creditore inuitus, vt l. prima. & l. nec creditoris. C. de no. tamen fallit ſpeciali fauore mulieris & dotis, vt probatur ſingu. a contrario ſenſu in l.2.ff. ſolu. matrimo. poſt ptincip. in ver. nec cogitur, videlicet quod maritus dotē a muliere vel ſocero ſibi datam vel promiſſam cogitur alteri promittere, ſcilicet vel promittendo tempore ſolu. matri.vel etiam ante a prin.in caſu ſol.matr. ſi hoc ſibi viro non noceat contra regulam, de qua in dicta l.2. & in d.l.nec creditoris. & ita communiter ibi ſequuntur Doct. poſt Bar. & gloſ. licet Bald.poſt Pet.ibi aliter dixerit.

PRIVILEGIVM XXIX.&XXX.

SVMMARIVM.

1 *Debitor ad tempus poteſt ante tempus cogi ſatiſdare ſpeciali fauore dotis.*
2 *Fauor dotis & ultimę uoluntatis, quomodo æquiparentur.*

1 VIGESIMVMNONVM priuilegium eſt † quia licet debitor in diem ante tempus non cogatur ſatiſdare creditori de ſoluendo in termino,niſi quando iuſta emerſerit ſuſpicio poſt contractum in bonæfidei iudicijs,ſecundū quod habetur in l. in omnibus.ff.de iud. & in l. ſi creditores. ff.de priuil. cred. Tamen ſpeciali fauore dotis & mulieris vir qui dilationem habet in dote reſtituēda ſol.mat.interim ante tempus ſatiſdare tenetur etiam nulla aliter emergēte cauſa, vt eſt tex.no.in §. quoties.l.ſi conſtante. ff. ſolu. matri. ita communiter ibi tenetur & per gl.& Doct.in l.2.eo. tit.prout etiam

Source : BIU Cujas

etiam est hoc speciale fauore vltimæ voluntatis,vt in toto ti. ff.vt leg.no.ca. Ex quo potest inferri æquiparando in hoc fa-
2 uorē dotis & vltimæ voluntatis,vt supra,q̄ sicut in dote non tenetur vir satisdare, quando sibi laboriosum esset inuenire fideiussorem, vt ibi. Sic etiam dici potest in vltima voluntate, vt sic hæredi obligato ad tempus ad legatum laboriosum foret inuenire fideiussorem,non teneretur tunc fideiubere, nec posset deueniri ad missionē in possessionem,ex quo non videtur esse in contumacia. & dicebat Pau. de Ca.in d.l.2. q̄ tunc debet stari iuratoriæ cautioni hæredis, & alię sibi possibili securitati, puta cum hypotheca bonorum suorū & adiectione pœnæ.facit,quod habetur in l.cum non facilè.ff.si cui plusquam per l.falci. & in l.filio.ff.vt le.no.ca. & glo.no.in l.1. ff.qui satisd.cog.Dicendo hoc no.ad limitationem torius tit. ff.vt leg. no. ca. Sed imo tu dicas,q̄ in dote non sufficit viro offerre iuratoriam cautionem, & etiam aliam sibi possibilē securitatem, vt supra, imo incontinenti posset tunc contra eū,vel eius hæredes exactio fieri, dimisso sibi interusurio medij temporis,per tex.in d.§. quoties,indistinctè loquentem, & per dicta supra in 28. priuil.quod non esset dicendum in vltima voluntate,imo etiam si cōtumaciter nollet hæres cauere,cum posset,non potest ob hoc statim cogi ad legatum soluendum, sed fit missio in possessionem ex primo decreto, vt habetur in eo.tit.ff.vt in poss.leg. Et tamen in dote dicto casu fieret restitutio dotis incontinenti, & sic non expectato tēpore, & non dimisso sibi interusurio, vt supra dixi per d. §. quoties.Ex quibus liquet, q̄ iura maiorem exhibent fauorē doti quàm vltimæ voluntati.Posset etiam non improbabiliter dici,quod si iam transiuit annus, vel dote constitente in stabilibus,quæ debet incontinēti restitui l.1.§.exactio. C.de rei vxo.ac. maritus vel eius hæres recusaret restituere,& mal let litigare cum muliere teneretur dicto casu incontinenti satisdare de dote restituenda, seu de iudicato soluendo, cum hoc idem disponatur in legatis puris, quando hæres dilatat, & vult magis litigare, quā soluere,vt l.hæc stipulatio,in prin. & l. etiam de præsenti. & l.postquam. §. Imperator. ff. vt leg. no.caue. cum non sit minoris fauoris causa dotis, quam vltimæ voluntatis, imo maioris,vt supra,licet regulariter nullus suo nomine conuentus teneatur hodie satisdare, vt Insti.de satisd.§.sed hodie.

Tamen dicta regula in vltima voluntate & dote non procederet, vt supra. Et hoc erit 30.priuilegium.

PRIVILEGIVM XXXI.

SVMMARIVM.

1 *Lucrum si quis sperat ex morte alterius:& talis sperans sit causa mortis illius,non est ipso iure priuatus dicto lucro:tamen ab eo aufertur a fisco, tamen fallit in lucro dotis.*

1 TRIGESIMVMPRIMVM priuilegium est,quia licet regulariter † quando quis sperat lucrum ex morte alterius, tunc si talis ita sperans esset causa mortis illius, non est ipso iure priuatus dicto lucro, tamen remanet incapax & ab eo aufertur a fisco, vt ab indigno, vt habetur in l. indignum.ff.de his qui.vt indi.& l.cum ratio. in fi.ff.de bon.dam. &l.Lucius.ff.de iure fisci. tamen fallit in lucris dotalibus, seu nuptialibus. puta in dote, quam debebat vir lucrari per mortem mulieris prædecedentis in matrimonio.Nam si vir esset causa mortis mulieri ipso iure est priuatus, & factus incapax tali lucro, & sic transit dos ad hæredes mulieris & non ad fiscum,vt est casus sing.in l.ab hostibus.§. fi.ff.sol.mat.vbi Bar. dixit illud esse speciale in lucris nuptialibus, tamen ipse idem Bar. variauit, aliter intelligendo illum tex.in l.fi.ff.de his qui. vt indi.& aliter in l.3.ff.si quis ali.testi.prohi.de quo vide,quæ latius dixi in d.§.fi.

PRIVILEGIVM XXXII.

SVMMARIVM.

1 *Mulier habens actionem de peculio contra socerum,potest opponere compensationem.*

1 TRIGESIMVMSECVNDVM speciale est,† quia licet aliàs sit speciale,quod habēs actionem de peculio non possit opponere compensationem de eodem, vt l. cum fundus.§.seruum tuum imprudens.ff.si cer.peta. & l.si creditor.§.1.ff.de pe.licet posset per solutionem liberari.& sic isto casu compensans non habetur pro soluente, contra id,quod habetur in l.si debitor. ff. qui po.in pig. hab. in l.amplius non peti.ff.rem ra.ha.tamen hoc speciale non procederet contra mulierem in dote habentem actionem de peculio cōtra socerum: & hoc speciali fauore dotis & mulieris, & est casus sing.ad hoc ponderatus per Lud. Ro. ibi in l.filiofam.la 2. in princip.ff.solu. matr. quicquid aliter ibi intelligendo dixerit Bart.super quo tamen vide ibi dicta.

PRIVILEGIVM XXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Testator licet expressè,vel tacitè non possit in testamento prouidere, quòd unus cohæredum soluat totum debitum, quin creditor volendo agere non agat contra omnes cohæredes; tamen non habet locum fauore dotis.*

1 TRIGESIMVMTERTIVM priuilegium est, quia † licet testator expressè, vel tacitè non possit in testamento prouidere,q̄ vnus cohæredum soluat totum debitū, quin creditor volendo agere personali habeat eam intentare ꝯ omnes cohæredes:cum lex 12.tab eludat ipso iure actiones actiuas & passiuas inter hęredes pro ratis hæreditarijs,vt habetur in l.1.C. si cer. pet.cum vulg. & facit, quod habetur in l.eum qui ita.§.te & Titium.ff.de verb. oblig. Et est ratio, quia quo ad partem tangentem cohæredi, ille alius cohæres reputatur pro extraneo ipsi defuncto:tamen fallit speciali fauore dotis legatæ per maritum vxori,vt est casus sing.in l.cū ab vno.ff.de leg.2. secundum primum intellectum glo.ibi,& tenent communiter Doct. post Cy. in l. pro hæreditarijs. C. de hære.act.Bar.in d.l.cum ab vno.& in l.continuus.§.fi.ff.de ver.oblig. ad fi. ibi. Et sic in hoc mulier est magis priuilegiata, quam fiscus, qui tale priuilegium non habet, vt patet in d.l.pro hæreditarijs.Et licet gl. in d. l. pro hęreditarijs. dicat, istud esse regulare,quando testator legauit ab vno hæredum causa debiti compensandi: tamen non videtur tūc esse ratio vrgens, & ideo communiter Doct. tenent, illud esse speciale fauore dotis & mulieris, vt mulier non habeat actionem distinguere contra plures, & sic sequitur,q̄ si vellet cōtra alios cohęredes agere: forte quia sua interesset, & tunc posset, ex quo fauor non debet retorqueri in eius odium.l quod fauore. C de leg. Potest ergo si vult,non tamen cogitur.facit l. quamuis.C.de pig.act.Adde etiam,q̄ prædicta specialitas ꝓcedit,quando cum ea concurrit fauor vltimę voluntatis, vt est de mente Doct.in præallegatis locis.& est expressè de mē te Bar.in d.§.fi.vnde si in contractu dotis maritus in casu restitutionis dotis in instrumento obligaret se & eius hæredes, volens, q̄ dotem possit repetere & effectualiter consequi cō tra vnum hæredem insolidum,vel omnes & singulos, prout de sua processerit voluntate,tale pactum nullius erit effectus per id,quod habetur in d.§.te & Titium.non obstante fauore dotis, quod no. Item prædicta procedunt, quando aliter apparet de debito dotis quam per ipsum testamentum,secus si solum per verba testamenti,quia tunc non videtur propriè dos prælegata, sed simplex legatum dotis,per text. & ibi no. per Bart.in l.qui vxori.ff.de au.& arg.leg.Et hoc videtur probari per illum tex.in d.l.cum ab vno.vbi agebatur actione de dote. ergo probatur aliter,quam per testamentum. Cogita tamen,quia potest dici idem esse & multomagis,quando aliter non appareret de dote:cum tunc censeatur solum deberi,vt legatum, & constat, q̄ testator solum vnum hæredem grauaret in legato.l.si tibi homo.§.1. de leg.1. cum sim.

PRIVILEGIVM XXXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Res empta de pecunia dotali licet non sit dotalis; tamen in subsidium potest agi actione reali tanquam pro dotali.*

1 TRIGESIMVMQVARTVM speciale est,† quia licet soluto matri.possit mulier agere actione reali, vel personali cōtra bona viri,quæ non sunt dotalia,sed solū tunc agere poterit hipothecaria pro expressa vel tacita hypotheca orta in bonis viri, vt habetur in l.1. §. & vt plenius. C. de rei vxo.act.Tamē fallit in casu singu.l.in rebus.in princ. C.de iu.do.& ibi per Bal.in l.vxor viro.ff.de dona.inter vir.& vxo. videlicet duobus concurrentibus. s. q̄ dicta res fuerit empta de pecunia dotali,quamuis non fuerit actum,q̄ esset dotalis.

Secundò, quando non essent alia bona mariti sufficientia pro integra dotis restitutione & sic in subsidium, vt dictum est supra in 6.par in 15. speciali, & hoc est multum vtile mulieribus in practica pro consecutione suarum dotium.

PRI-

Source : BIU Cujas

PRIVILEGIVM XXXV.

SVMMARIVM.

1 *Remedia multa etiam inter se incompatibilia competunt mulieri soluto matrimonio.*

1 TRIGESIMVMQVINTVM † speciale surgit ex dispositione d.l.in rebus, vt fauore dotis sol. mat.dētur mulieri actiones incompatibiles circa idem, videlicet rei vē dicatio & hypothecaria, cum aliàs hypothecaria non possit competere in re propria l.neque pignus.& l.neque ex prætorio.ff. de reg.iur.ita probatur in d.l.in rebus.& ibi per gl. Cy. & Bart. & habetur in d l.vbi adhuc. & in auth.promiſ C. de dona.ante nupt. & ibi per Bal. ſicut etiam eſt ſpeciale fauore vltimæ voluntatis, vt habetur in l.1. C.communia de leg. Et idem quando propter vergētiam ad inopia.m , vt habetur in d. l.vbi adhuc. C. de iure do. Sitamen eligeret mulier alterā ex his, ſcilicet hypothecariam, vel rei vendicationem, & in illa ſuccumberet, vel renunciaret liti, non poſſet ad alteram redire, ſm Doct.in d. l.in rebus. & facit, quod habetur in l.fi. C. de cond. & l.quod in hæredem.§.eligere. ff.de tributo. & eſt vtile ad hoc id, quod dixi in 25.priuil.ſeptimæ partis.

PRIVILEGIVM XXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Hypotheca tacita olim ſi non erat inuenta in bonis uiri,mulier in ipſa perſonali de dote præferebatur omnibus alijs creditoribus etiam anterioribus non habentibus hypothecam.*

1 TRigeſimumſextum erat olim ſpeciale, † quo tempore nondum erat inuenta tacita hypotheca in bonis viri pro dotis reſtitutione in cauſam ſolu. matrim. quia prę ferebatur mulier in ſua actione perſonali dotis omnib. alijs creditoribus non habentibus hypothecam, licet eſſent anteriores in tempore,vt eſt caſus ſingu.in l.2. ff.de priuil.cred.quod priuilegium non extendebatur ad ipſum virum agentem cō tra mulierem, vel ſocerum pro dote ſua conſequenda, quia tunc ſeruabatur ius commune,vt concurreret cum alijs creditoribus,ſicut nec hodie extenderetur dicta prælatio ad virum,qui hodie hēt tacitam hypothecam in bonis mulieris, vel ſoceri pro dote ſibi promiſſa conſequenda,vt dictum eſt ſuprà in 7 priuil.6.partis. Sed ſolùm dicta prælatio datur mulieri in bonis uiri vel ſoceri, vt habetur in.l. fin. C.qui potio. & tangetur infrà in proximo priuilegio, & etiam tangetur in vltima parte operis.Sed cum hodie tacita hypotheca ipſi mulieri hoc priuilegium, quod olim dabatur in perſonalibus,parum aut nihil ſibi proderit contra alios creditores habentes ſolam perſonalem,ex quo ipſa mulier eſt tuta per hypothecariam, ſaltem tacitam, ut tāgetur infrà proximo priuilegio. & plenius tangetur in 10.par.operis.

PRIVILEGIVM XXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Mulier poteſt agere hypothecaria pro dotis reſtitutione contra tertios poſſeſſores, ante quam principalis conueniatur & diſcutiatur.*

2 *Reipublicæ & fiſci fauore pōt agi contra fideiuſſorē non diſcuſſo principali.*

1 TRIGESIMVM SEPTIMVM.ſpeciale eſt,volunt quidā quòd pro dote mulier † poſſit agere hypothecaria contra tertios poſſeſſores non aliter facta diſcuſſione contra bona mariti principalis debitoris,licet regulariter contra, ut in auth. hoc ſi debitor.C. de pign.gl. not. in l. ubi adhuc. C. de iu.do. tenuit contrarium.& idem ibi Cy. in 11.q.& ibi Bal.dicens, quòd licet mulier in dote plurimos habeat fauores & priuilegia, tamen non reperitur in hoc ſquo ad modum diſcuſſionis, q̄ habeat aliquod priuilegium. & idem Barto. in l.ſi conſtante.in 2.q.3.par.ff.ſol.mat.& hoc etiam videtur p̄bari per tex.in d.l. vbi adhuc.ibi,ſecundum legum diſtinctionem moueat.Sed aduerte,quia alij,qui tenebant contrariū, vt refert Cy.ibi,videntur magis probabiliter dixiſſe: nā iſtud iudicium dotis eſt ſummarium,vt infra dicetur in 9.parte.& in eo procedi debet ex bono & æquo,quo caſu rigor & apices iuris nō curantur.l.ſi fideiuſſor.§.quædam ff.man. Sicut
2 ēt non curantur, qñ tractatur † de intereſſe reipublicæ · puta fiſci, ad cuius petitionem poteſt agi hypothecaria contra tertium poſſeſſorem,non aliter diſcuſſo ipſo principali debitore fiſci,vt eſt not. in l. Moſchis.ff.de iure fiſci. ergo eodem modo fauore dotis,in quo ēt verſatur faūor reipūblicæ, vt l. 1.ff. de iure do. Et ideo in priuilegijs mulier & fiſcus ambulant a pari,vt habetur in l.2.C de iure fiſci. per gl.& Doc.& in l.dotis.C de iure do.& maximè circa hypothecam,vt ibi no. Sic etiam videmus, quod fauor fiſci & reipublicæ eſt,vt poſſit agere contra fideiuſſores non facta diſcuſſione cōtra principalem, vt habetur.C. de decu.lib. 11. & in l.libertus.§. 1 ff. ad muni.& no.in l.cum filius.& ibi dixi.ff.de verbo.oblig. Et ideo Pon.in d.l.ſi conſtante.dicebat,oportere dicere,nō eſſe veram illam gloſ. quæ ſolet allegari pro ſingul. in l.ſi mancipium.§.ſi communi,diui.ff. de euic. ſi teneamus opinionem communem, de qua ſupra,q̄ requiratur excuſſio etiā in hypotheca dotis. Nam gl.illa voluit, quod exceptio illa excuſſionis prius non factæ vel alia exceptio prępoſterationis eſt de apicibus iuris,& ideo vbi agitur de bono & ęquo,non debet opponi. Sed tu dic,q̄ illa gl.communiter tenetur, vt etiā tenuit Bart.& Bal.& communiter legentes in l.1. C.cōmuni diui.& ideo ſi non opponatur ante litem conteſtatam : non poteſt poſtea opponi, & valet proceſſus & ſententia, per id quod hī not.in l.1.C.de app.& per Bart.in l.naturaliter.§. nihil commune.ff.de acq.poſ.in 2.q. prin. Vnde cum non poſſit negari in cauſa dotis, q̄ non agatur de bono & æquo, vt ſupra, ideo talis exceptio excuſſionis non factæ cenſetur eſſe extranea in tali iudicio, tanquam concernat merum rigorem & apices. Nec ob.d.l.vbi adhuc. ibi ſecundum diſtin.legum, quia debet intelligi non de diſcuſſione, ſed de alia diſtin.& modificatione,prout requiritur in hypothecaria,videlicet probando de anterioritate temporis,& quod res erat in bonis mariti,& ſic de ſimil.Nam tempore d.l. vbi adhuc. talis ordo diſcuſſionis erat incognitus.nā poſtea fuit inductus per ius Auth. vt hī in d.auth. hoc ſi debitor.& in auth.præſente.C.de fideiuſ. & in corpo. vnde ſumitur. & ita poſſet teneri in puncto iuris, licet in deciſiuis fortè non eſſet recedēdū a communi opi. Sitamen facultates viri manifeſtè ſeu notoriè eſſent non ſoluendo,tunc ſine dubio procederet d.opin. q̄ non requiratur diſcuſſio ſiue poſt ſolu.mat. ſine ante propter vergentiam viri ad inopiam,per id quod habetur in l.niſi duntaxat.ff.de pac.per gl.& Doct.& in l.fi.ſi cer.pet. & not. Bar.in l.decem.ff.de verb.oblig.

PRIVILEGIVM XXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Hypotheca mulieris etiam tacita preſertur omnibus alijs creditoribus habentibus hypothecam.*

1 TRigeſimūoctauum & vltimū priuilegium,& quidē maximū eſt in dote,† vt hypotheca mulieris ēt tacita in ipſa dote reſtituēda pferatur oībus alijs creditoribus, ēt hñtib. hypothecā,vt eſt text.in l.fi.C qui po. & in §.fuerat. Inſtit.de act.quod an & qñ ſit verum,& maximè ſic indiſtinctè, & q̄d in dote confeſſata, latius diſcutietur infra in 10.par. oper.

PARS NONA.

ABSOLVTA & expedita eſt pars Octaua, nunc reſtat deuenire ad Nonā, & in qua multa priuilegia complectemur communia, & accōmodabilia ad omne tempus tam ante matrimonium, q̄ conſtante matrimonio,& etiam ſol.mat. concernētia ipſum iudiciū dotis,ſeu actus iudiciales conferibiles ad ipſam dotem.

PRIVILEGIVM I.

SVMMARIVM.

1 *Iudex in dubijs tam in modo procedendi quàm decidendi, debet magis inclinare pro dote quàm contra.*

2 *Inſtrumenta eadem die facta ſi reperiantur, illud, quod eſt pro dote preſumitur prius factum, & nu.3.*

4 *Fiſcus non præfertur anterioribus creditoribus in quæſitis ante ſuam hypothecam, ſecus in muliere circa dotem.*

5 *Priuilegium fiſci circa prioritatem extenditur ad eccleſiam, & quamlibet piam cauſam agentem hypothecaria contra cauſam lucratiuam à debitore eccleſiæ, uel piæ cauſę, quod eſt notabile.*

1 PRIMVM itaque priuilegium, & generale eſt in materia dotiū,videlicet q̄ † in dubijs iudex in modo procedē di & decidendi debet magis fauere mulieri agenti, vel inſiſtenti pro dote, quam alteri, vt in l.in ambiguis. ff. de iu. do.

Source : BIU Cujas

Sic inquit Dyn. & Barto. & communiter Docto. in l.prima. ff. ſoluto matrimonio, per d. l.in ambiguis. iuncta d.l. 1. ar-
2 guendo † quod ſi reperiuntur duo inſtrumenta de eodem die, nec aliter apparet, quod fuerit prius, & quod poſterius, præſumatur ſemper præceſſiſſe inſtrumentum dotis, & non erat olim hoc multum & vniuerſaliter vtile in perſonalibus, in quibus præferebatur mulier alijs creditoribus, etiam anterioribus non habentibus hypothecam, vt habetur in l.2. ff.de priuil. credit. & dixi ſupra in 36. priuilegio 8 partis.Sed hodie eſt hoc vtile mulieribus, cum hodie habeant tacitam hypothecam, quæ ſecundum opinionem communem non præfertur anterioribus creditoribus habentibus expreſſam, ſecundum quod habetur in l. fin. C. qui potio. & dixi ſupra in ſeptimo priuilegio, ſextæ partis, & etiã dicetur infra in 10.
3 parte. Vnde ſi reperirẽtur illa † duo inſtrumenta eodem die facta, præferetur creditori alterius inſtrumenti etiam habenti expreſſam, licet inſtrumentum mulieris nõ contineat expreſſam hypothecam. Si autem contineret expreſſam: tũc etiam olim ante dic. l.fin. præferebatur mulier tanquam anterior iuris præſumptione, ex ſpeciali priuilegio dotis.& hęc procedunt etiam ſi cum muliere concurrat fiſcus ſecundum Bal. no.in l.dotis. C.de iure dot. Vnde licet fiſcus multa habeat priuilegia, de quibus per Bald. not.in l. prima.C. de hæred. vel actio. vend. tamen non habet tantum priuilegium, vt præferatur priuilegio mulieris: imo cæteris paribus præfertur mulier. Sed tu aduerte, quia iura videntur velle, quod mulier & fiſcus iudicantur a pari circa fauores, & paribus paſſibus ambulant, ſecundum gloſ. dic. l. dotis, vt habetur in l. ſecunda. C. de priuil. fiſ. ergo mulier non debet vti priuilegio contra fiſcum, & econtra fiſcus contra mulierem, per id quod habetur in authenti. quas actiones.C. de ſacroſanc. eccleſ. in l. fin. §. exceptis. & ibi gloſ. voluit, quod mulier non vtitur priuilegio antelationis contra fiſcum. ad hoc etiam text. no. in l. prima. C.de iure fiſ.lib.11. vbi fiſcus eſt priuilegiatus cæteris paribus circa prioritatem hypothecæ. ad hoc etiam, quod habetur in l.ſi is qui. ff. de iure fiſci. vbi fiſcus in quæſitis poſt ſuam hypothecam præfertur omnibus alijs creditoribus etiam anterioribus, ergo non ſolum in dubijs, ſed etiam in certis interpretamur pro fiſco non contra fiſcum. Et ſic videtur quod mulier nõ vtatur ſuo priuilegio contra fiſcum, vt in dubio præſumatur hypotheca mulieris anterior. & ratio Bal. in dicta l. dotis. contra fiſcum, per l. non puto. ff. de iure fiſci, non videtur eſſe bona, nec etiam videtur procedere dictum Barto. poſt Dyn. in dicta l.non puto. quod ſi reperiantur duo inſtrumenta eodem die celebrata, vnum fiſci, alterum priuati cũ hypotheca, præſumendum ſit inſtrumentum fiſci poſteriori hora confectum.nam imo videtur dicendum contrarium per ſupradicta, & per text. in dicta l.is qui. & in l. prima. & etiam contra dictum eiuſdem Barto. & in dicta l. is qui. vbi dixit, quod ſi fiſcus conuenitur hypothecaria tanquam tertius poſſeſſor, debet agens creditor probare ſuam hypothecam fuiſſe priorem, & præceſſiſſe acquiſitionem bonorum debitoris, niſi dicamus, quod illud dictum Barto. in dicta l. is qui. procedat, niſi apparerent inſtrumenta ambo eodem die confecta: quia tunc ſi conuenitur fiſcus ipſe habet probare, quod ſuum inſtrumentum fuerit prius celebratum, & ſecundum hoc non eſſet ſpeciale in dote, quando contenderet mulier cum fiſco, quia idẽ eſſet, quando fiſcus contenderet cum alio priuato non priuilegiato, quod videtur mirabile & contra intentionem Barto. in d. l. is qui. & contra tex. in dicta l. prima. Et licet Barto. in d. l. prima. reſpondeat eſſe ibi ſpeciale, quando fiſcus agit contra donatarium habentem cauſam a debitore fiſci, & ſic contra prætendentem cauſam lucratiuam.Et ſic videtur velle ſecus eſſe, quando ageret contra prætendentẽ cauſam oneroſam, quia tunc haberet locum dic. l.non puto. & idem voluit Ange.in Authen. de triente & ſemiſ. §. illud quoque capitulum. Tamen Bal.in dicta l.ſi debitor. de priui. fiſ. dicit idem eſſe, quando fiſcus ageret contra emptorem, & ſic prætendentem cauſam oneroſam. & idem fuit de mente Ange. in l. matrem.ad finem. C. de probationibus. Immo ipſe idem Bald. in l. prima. C. de hæred. vel actio. vend. vbi ponit multa priuilegia, quæ habet fiſcus, inter alia poſuit illud maximum pro generali quodam priuilegio fiſci, quod vbicunque eſt dubium de prioritate, maximè circa hypothecam ſemper fiſcus præfertur, allegando dic. l. primã. de iure fiſci. Et hæc opin. videtur verior, quia text. in dicta l. prima. de iure fiſci. C. non facit vim in donatione, & ſic in cauſa lucratiua, ſed ſimpliciter reſpondet conſultationi, quo caſu nunquam eſt interpretandum, quod reſponſio principis vitietur ſuper iure diſpenſatiuo, ſed ſuper regula communi, vt per gloſ. & Doct. in cap. ex parte Adę. de teſti. & ca. conſultatio. de temp. or. Si enim ibi princeps ſe fundaſſet propter ſpecialitatem cauſæ lucratiuæ, hoc expreſſiſſet, argumen. cap. ad audientiam. de deci. & poſſet reſponderi ad dic. l. non puto. vt procedat, quando eſſet dubitatio ſuper aliquo articulo iuris. Nam princeps vult, quod contra fauorem fiſci, & conſequenter ipſius principis fiat interpretatio, & maximè quando fiſcus contenderet circa pœnas ſibi applicandas, per id quod habetur in l. ſi præſes. & l. ſi de interpretatione. ff. de pœn. & ita intellexit illum text. gloſ. ibi in vltima ſua opi. quæ vltima opin. ſemper videtur eſſe conſentanea gl. vt per gl. no. in l. qui filium. §. Sabinus. ff. ad Treb. & per Bal. in auth. ex teſtamẽto. C. de colla. Et quia ſi iura volunt, ꝙ fiſcus in ſua hypotheca præferatur alijs etiam anterioribus circa bona poſtea quæſita, hoc non niſi propter fauorem fiſci cõtra alios priuatos inductum eſt. ergo multo magis quando dubitaretur in facto de prioritate temporis, qua ratione dici poteſt, ꝙ in terminis d.l. is qui. ſi dubitaretur, an bona fuerint quæſita poſt contractam hypothecam fiſci, vel ante, in dubio præſumendum eſt, ꝙ fiſcus præuenerit, niſi alius creditor probet contrarium per text. in d.l 1. quicquid aliter ſenſerit Bart. d.l. is qui.

Et per prædicta põt inferri ad illud dictum Bal. in præalle. l. dotis. vt non ſit vſquequaq; verum, & maximè ex quo concurrunt adinuicem duo priuilegiati, qui parib. paſſibus ambulant, vt eſt mulier & fiſcus, vt dicit glo. in d. l. dotis. & in l. 2. C. de priuil. fiſ. imo aliquando præfertur fauor fiſci fauori mulieri, & dotis etiam quando mulier eſt anterior, vt habetur in l. ſatis notum. C. qui. cau. pign. ta. con.

Quid autem ſi mulier ageret hypothecaria contra illum, cui vir bona ſua alienauit, & ille negat alienata fuiſſe in bonis viri tempore contractæ hypothecæ mulieris, & quod p antea fuerunt ſibi alienata per virum. Poſſet dici, ꝙ ex quo mulier ambulat paribus paſſibus cum fiſco circa præſumendum proprietatem, cum vtroque caſu verſetur fauor publicus, vt l. 1. ff. ſol. matr. dicendum videtur, onus probandi incumbere illi conuento, prout idem dicitur fauore fiſci in d. l. 1. vbi circunſcriptõ fauore dotis cõtrarium eſſet dicendũ, per id quod habetur in l. de rebus. C. de do. ante nup. & quod ibi per Bal. poſt Cyn. imo maior videtur eſſe ratio in ipſa muliere, quàm in fiſco, cum eis magis faueatur circa proprieta-
4 tem hypothecæ quàm fiſco. Nam fiſcus † non præfertur anterioribus creditoribus in bonis quæſitis ante ſuam hypothecam, ſed ſolum in quærendis. l. aſſiduis. C. qui po. in pign. ha. ꝙ maximè procederet, ſi ille poſſeſſor haberet cauſam a viro lucratiuam, & ſic donationis, tenendo opi. Bal. in d. l. 1. vt procedat ſolum, quando fiſcus agit contra poſſeſſorem habentem cauſam lucratiuam, vt ſic idem ſit dicendum in muliere reſpectu dotis, quod etiam fuit de mente Lud. Ro. in rep. auth ſimiliter. C. ad legem Falcid. in 5. char. & 13. fallen. vbi
5 dixit idem in qualibet pia cauſa, & maximè fauore † eccleſiæ agentis hypothecaria contra tertium habentem cauſam lucratiuam a debitore eccleſiæ æquiparando fauore eccleſiæ fauori fiſci, vel reipublicæ. l. fi. C. de ſacroſan. eccl. & ita dicit iam conſuluiſſe dominum Franc. de Al. Vnde videtur poſſe ſimiliter hoc trahi ad fauorem dotis, æquiparando ipſum fauorem fiſci vel reipublicæ, cum paribus paſſibus ambulent, vt ſupra dixi. & hoc eſt bene no. & practicabile priuilegium circa ipſam hypothecam mulieris in dote.

PRIVILEGIVM II.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegia circa præſumendam proprietatem in hypotheca non egrediuntur perſonam mulieris.*

1 ET hoc ſit ſecundum priuilegium mulieris in dote, hæc † autem duo priuilegia circa præſumendam anterioritatem, vt ſupra, non videntur poſſe egredi perſonam mulieris, & ideo non transferrentur ad eius hęredes, niſi fortè eſſent filij eiuſdem matrimonij, per id quod habetur in dicta l. aſſiduis. & in §. fuerat. Inſti. de act. Et ideo fortè huiuſmodi priuilegium non extẽderetur ad maritum in ſua hypotheca tacita, vel expreſſa in dote ſibi ſoluenda, de quo dicam plenius in vltima parte operis. Dubium tamen facit quia tex. in d. l. in ambiguis. ſimpliciter indulget hunc fauorem dotib. meritò videretur militare tam ex parte mulieris quàm viri, argum. l. 1. §. & vt plenius. C. de rei vxo. actio. vbi patet, quod illud priuilegium datum ſimpliciter dotibus cõprehendit fauorem tam in dote promiſſa a viro ſoluenda, quam etiam in dote ſoluta, reſtituenda etiam circa hypothecam tacitam, vt ſic paribus paſſibus ambulent, & ſic iudicentur a pari vir & vxor.

Source : BIU Cujas

vxor. Posset tamen ad hoc responderi, quod in priuilegio antelationis non ambulant paribus passibus, vt plenè dicetur infra in 10. parte, nisi dicamus, quod priuilegium, de quo in d. l. assiduis. obtinet, quando certũ est de ipsa anterioritate hypothecę tam ex parte mulieris, quam ex parte aliorum creditorum, & tunc est verum, ꝙ non egreditur personam mulieris, nec extenditur ad virum: sed quando dubitatur de anterioritate, & quis prior, & quis posterior, & tunc priuilegiũ quod in dubio pro dote non concernit simpliciter personã mulieris, sed ipsam dotem, debet extendi ad virum, vt etiã de hoc tangetur infra in quarto priuilegio. Ad de tamen, ꝙ prædicta non vendicarent sibi locum, quando essent illa duo instrumenta confecta ab eodem notario eodem die, cum ex ordine scripturæ sui prothocolli possit apparere quod prius, quod posterius, quia etiam prior contractus in scriptura cẽsetur etiam prior in tempore, argum. l. si quis ex argentarijs. §. si initium. ff. de eden. de hoc etiam. l. quoties. ff. de vsufruc. & voluit Bal. in d. l. in rebus.

Sed quid si non appareant instrumenta, sed probatur per testes, quia aliter creditor probat, quod tali mẽse, puta Ianuarij, fuit contractum suum debitũ cum hypotheca, & mulier probat, ꝙ de dicto eodem mense fuit contractum matrimonium, & dos data: tamen non recordantur testes de die. Potest dici, ꝙ si non apparet probatio de die pro aliqua parte, sed solum de mense, & tunc sine dubio præsumatur præcessisse contractum mulieris per supradicta, iuncta d. l. in ambiguis. Sed si aliter creditor probaret de mẽse & de die per instrumentum vel testes, & mulier solum probaret per testes de eodem mense, & nõ de die, fortè succumberet mulier, ex quo ꝓbatio alterius partis est magis specificata & indiuidua, & sic non sumus in terminis paribus. & hoc per singulare dictum Cy. & Bal. in l. de rebus. C. de do. ante nupt. Fortè tamẽ posset dici, si mulier non ageret, sed esset rea cõuenta per hypothecariam ab alio creditore, tunc ex quo vertitur duplex fauor, videlicet dotis & etiã quia rea, cui in dubijs probationibus magis fauetur quam actori, vt no. in cap. ex literis. de probatio. facit l. Arrianus. ff. de actio. & oblig. ꝙ tunc non haberet locum illud dictum Cy. & Bal. vnde cogita super hoc, quia esset non parui effectus.

PRIVILEGIVM III.

SVMMARIVM.

1 *Testes quando discordant, iudex debet adhęrere testibus pro dote.*

1 ET ex prædictis potest inferri ad aliud priuilegium & tertium,† quod si testes mulieris super dote sua sunt cõtrarij testibus alterius partis instantis contra dotem, pura si mulier agit contra hæredes viri ad mille pro restitutione suæ dotis. Et hæredes se opponendo dicunt, ꝙ quando vir fuit ꝓfessus de dote recepta non fuit dictum, nisi de quingentis, & ita probant testes, ꝙ solum audiuerunt de quingentis, & nõ vltra, & sic astringẽdo negatiuam bene coarctatã, videlicet ꝙ non potuisset tunc dici de mille, quin ipsi audiuissent, secundum ꝙ habetur in l. 1. §. fi. ff. de itine. actuq; prima. per gl. no. in Auth. de hære. & falc. §. si vero absint. & per Bald. in l. 2. C. de bono. pos. secundum tab & in l. si præsidi. ad fi. C. de don. ante nupt. Testes verò mulieris deponunt se tunc audiuisse de mille. Potest dici debere stari testib. deponentib. pro muliere speciali fauore dotis, arg. d. l. in ambiguis. licet alij testes deponant pro reo. bene facit, ꝙ hĩ aliàs in simili de testib. deponentibus pro. libertate, vt l. pen. ff. de manumis. & ꝑ gl. in d. c. ex literis. vbi aliàs circunscripto dicto fauore cæteris paribus staretur testibus deponentibus pro reo, vt supra, cum fauor dotis & libertatis æquiparentur, vt est text. no. in c. fi. de re iudic. Et idem qñ deponerent testes pro matrimonio, ſm gl. no. in d. c. ex literis. vbi gl. etiam non extendit ad fauorem dotis ponendo illos versus, Stat testamentum, libertas, coniugium dos, Si sunt æquales, qui producuntur vtrinque.

PRIVILEGVM IIII.

SVMMARIVM.

1 *Iudices quando discordant, licet in dubio standum sit sententiæ illius, qui pro reo sententiauit: tamen si esset contra dotem standum est sententię, quę est pro dote etiam agente muliere.*

1 ET sic ex prædictis põt inferri ad quartum speciale, ꝙ sicut † qñ inter pares numero iudices ordinarios est discordia, tunc statur sententiæ, quæ pro libertate pronuncia-

tur, etiam si esset cõtra reum, eodem modo debet stari sententiæ, quæ fertur pro dote, vel etiam pro matrimonio, cum istæ causæ omnes sint etiam fauorabiles, vt est tex. in l. 1. ff. solu. matr. & in d. c. fi. & no. in l. inter pares. ff. de re iudic.

Potest tñ dubitari, quid si fertur snĩa pro dote in fauorem viri, puta pro dote sibi dãda maximè per extraneum. potest dici idem esse, cum similiter sit fauorabilis, ex quo datur pro matrimonio, & propter dotem magis hẽt præseruari ipsum matrimonium, & amor coniugalis, quia spernitur a viro vxor indotata, vt l. fin. C. ad Velleia. Et text. in d. cap. fin. simpliciter se fundat super fauore dotis, sicut super fauore matrimonij. nec potest negari, quod si sententia fertur pro viro in fauorem matrimonij etiam contra mulierem, quod habeat locum dispositio d. c. fi. & facit tex. iuncta gl. in cle. dispẽdiosam. de iudi. dum extendit causam matr. ad causam dotis, & illa gl. obtinet, siue petatur dos per virum, siue per mulierem, de quo dicetur infra in 12. speciali circa priuilegia causæ summarietatis. Et idem potest dici in priuilegio supra proximo, quando testes essent contrarij super promissione dotis facta viro, quia testes soceri deponerent de dote promissa tali loco & tempore, & testes soceri deponerent de negatiua per modum, de quo supra, quod no. ad dicta supra in 2. priuilegio, & ad dicenda in vltima parte operis.

PRIVILEGIVM V.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentis duobus stantibus contrarijs preferendum est instrumentum pro dote.*

1 ET per prædicta potest inferri ad aliud 5. priuil. † si reperiuntur duo instrumenta inter se contraria, vnum productum ab actore, aliud a reo conuento, vt preferatur instrumentum concernens fauorem dotis tanquam magis dignum & fauorabile, per id quod habetur per gl. no. in l. scripturæ. C. de fide instr. iuncto eo quod habetur in d. c. fi. & d. c. ex literis. & d. l. pen. ff. de manumis.

PRIVILEGIVM VI.

SVMMARIVM.

1 *Iudicum unus si in decem, alter in quinque condemnat, stabitur sententia pro decem circa dotis restitutionem.*

RESVLTAT etiam ex prædictis aliud no. priuilegiũ, & sic sextũ, quia licet dicatur in l. inter pares. ff. de re iu.
1 quod † vbi iudices plures sunt inter se discordes, quia vnus condemnat in 10. alius in 5. quod statur sententiæ eius, qui condemnat in quinque, & sic in minori summa. Tamen fallit, si esset summa pro dotis restitutione, quia vnus iudex ꝯdemnat decem esse restituenda mulieri pro dote, & alius in quinque, quia stabitur sententiæ eius qui condemnat in decem. hoc sensit glos. singu. in l. nuptura. ff. de iu. do. dum allegat d. l. inter pares. argum. illius tex & esset singu. limitatio ad illum tex. & ad tex. in l. diem proferre. §. si plures. de arb. quod videtur dubium, quia in illa maiori vnus solus iudicat, sed licet sit vnus solus: tamen propter hoc non sequitur, quod in causa fauorabili alterius solius sententia pręualeat, vt supra dixi per d. c. fi. quod no.

PRIVILEGIVM VII.

SVMMARIVM.

1 *Appellari an possit a sententia lata pro dote. & nu. 3.*
2 *Appellatur a sententia lata in causa alimentorum, licet per hoc non debeat executio interim impediri, quando pars appellata esset inops.*

1 SEPTIMVM speciale est, quia † a sententia lata in causa dotis in fauorem mulieris nõ potest appellari, sicut nõ potest a sententia pro alimentis pręstandis, vt l. fi. ff. de appel. re. vt ibi per Dy. & Bar. vt etiam hoc vltimũ voluit ipse Bart. in l. Mela. ff. de ali. leg. Aduerte, quia non videtur hoc esse expeditum, ꝙ non possit appellari a snĩa lata pro alimentis, qa tex. in d. l. fi. solum videtur loqui in sententia lata in fauorem militum pro eorum vsu & alimonia, quasi tunc versetur publica vtilitas, & sic videtur probari, quod quando agitur pro alimentis in fauorem priuatarum personarum: tunc secus esset, arg. l. cum prætor. ff. de iu. cum suis vulg. Præterea licet reperiam quosdam ita dicere in sententia lata pro dote, tñ vĩ

Source : BIU Cujas

hoc contra'casum in l.fi.C. de sent. quæ sine cer. quan. Circa primum tamē de alimentis Spec. in tit.de appel.§. in quibus. ver.8. & seq.posuit varias opin.& tandem post Mar.de Fano concludere videtur,ꝙ quando alimenta petuntur iudicis officio, ꝙ est in quibusdam personis, quando propter inopiā, 2 † tunc non appellatur, ex quo huiusmodi causa dilationem non capit,ita intellexit d.l.fi.secus si iure actionis, vt ibi per eum,& sic etiam videtur sequi Bart. in d.l. fi. Sed hæc ratio subesset,etiam quando peterentur iure actionis:puta ex testamento, qñ essent legata personæ inopi,'vnde ex quo aliàs nō haberet vnde se aleret,& sic res requirit celeritatē, ne pereat fame. ideo videtur eadem militare dispositio.l. a Titio. ff. de verb.oblig.cum sim.& facit,quod habetur in l.2.ff.de re iud. cum tūc deberent abbreuiari termini siue iure actionis,siue iudicis officio petantur alimenta a persona paupere.Gui.aūt de Suz. vt refert ibi Io. An.in addi. dicebat,non reperiri iure cautum,ꝙ a sententia pro alimentis non appelletur, argum. l.illam.C.de colla. Dicit tamen æquum esse, quod si ille,pro quo est lata sententia,nōhaberet interim,vnde se alat, quod pendente appellatione pars appellans dabit alimenta, argu.l. instituta.§.pen.ff.de inoffi. testa. & facit,quod habetur in ca. ex parte. de accu. & in hac opin. videtur tandem residere ibi Io. An.quæ mihi satis placet.Et sic pōt concludi,ꝙ tex.in d.l. fi. & exempla ibi posita procedunt,scilicet,vt non possit appellari ad finem suspensionis, & impediēdæ executionis latæ sententiæ.Nam non obstan.appellatione sententia mandabitur interim executioni propter periculum in mora. Nec est verum, ꝙ text.in d.l. fi.ponat specialitatem,quando pro vsu & victu militum, nā illud ponitur ibi gratia exempli.& text. in prin. loquitur generaliter, videlicet quando res dilationē non capit:exempla.n. non arctant regulam positam.l.damni infecti stipulatio, in fi. de dam. infec. Et negari nequit, causam alimentorum celeritatem requirere, quia non recipit dilationem,quando ab inope peterentur. imo tunc die feriata procedi potest l.2.ff.de ferijs. & dicam infra. in 13. priuile.Et 3 sic potest similiter concludi in causa † dotis,quando sententia esset lata pro dote, & requireret celeritatem:puta quia repeteretur a muliere vidua, vt possit se remaritare, vel exinde se alere,quia nihil aliud haberet, vel a puella paupere,vt exinde possit se nubere.& licet tunc possit appellari a tali sententia: tamen propter hoc non impedietur eius executio, quia (vt dixi)non potest negari,quin talis causa non capiat dilationem,sicut non capit causa alimentorum, vt infra dicā in 13. priuil.& est tex.in d.l.fi.in prin.dum simpliciter dicit, quod si res dilationem non recipit,non potest appellari:debet intelligi ad finem impediendi executionem per supradicta.ad quæ etiam facit,qnod no.Spec.tit.de offi.iudi.§.1.versic.sed an in eisdem Confert etiam,quod aliàs legitur no.in cle.1.de re iudic.& p Bal.in l.1. C.ne liceat ter. prouo. Et per prædicta pōt responderi ad tex.d.l.fi.C.de sent. quę sine cer.quanti.vt procedat ad finem, vt sententia lata super dote etiam ad fauorē mulieris possit retractari per appellationem quando esset iniusta,cum etiam in minoribus causis & summarijs quibuscū que possit appellari.l.& in maioribus.C.de appel. & quia edictū de appellationibus est prohibitorium, i. quia regulariter in omnibus causis pōt appellari,nisi a iure reperiatur expressè prohibitum,vt per gl.no.in l. qui restituere.ff. de rei vend. tñ speciale est in causa dotis,& alimentorum,& similibus, q̄ non recipiunt dilationem,vt in eis sententia lata non suspendatur per appellationem:quominus interim executio fiat.ita potest intelligi,quod Bal.no. in l.1.ff.sol. mat.in 4. col. vbi vī velle,quod a sententia lata super dote non possit appellari,vt procedat, scilicet ad fi. vt interim non impediatur executio talis sententię, per supradicta, & hoc intelligo, quando esset data pro dote in fauorem mulieris,non sic quando esset data contra mulierem:quia tunc cessat ratio,de qua supra.

Quid autem si esset data pro marito petente dotem promissam, & sic contra mulierem,vel socerum,vel extraneum, dubium facit, cum isto casu, licet versetur fauor dotis pro subeundis oneribus matrimonij: tamen non versatur fauor mulieris. Posset tamen dici,ꝙ si maritus esset inops,adeo ꝙ impossibile esset sibi,vel difficile dicta onera matrimonij sup portare sine dicta dote, quia tunc idem sit dicendum,prout supra est dictum in causa alimentorum, cum pari passu ambulent,vt per Bart.in l.cum de in rem verso.ff.de vsur.

PRIVILEGIVM VIII.

SVMMARIVM.

1 *Filiafam. potest esse in iudicio sine consensu patris pro dote aduentitia.*
2 *Pater nullum habet hodie usumfructum in dote profectitia consolidata in filiamfam.*

OCTAVVM speciale est contra regulam,de qua in §. necessitatem.l.fi.C. de bon.quæ libe. vbi dicitur quod filiusfam. licet hodie sit capax aduentitiorum, saltem respectu proprietatis, tamen non est capax iudicij mouēdi sine cōsensu patris. Nam hoc † non procedit in dote aduentitia, vt 1 probatur in l.Caius.in fi.ff.sol.matr. dum dicit,quod illa filiafam. fauore nuptiarum in ea dote habet actionem.Nam debet intelligi effectualiter, & sic quo ad plenum exercitium, argumen.l.1.§.hæc verba.ff. quod quisque iur.cum sim. Vnde licet quidam dicāt, hoc esse solum de iure nouissimo, per auth.quod locum.C. de collat. & in corpore vnde sumitur, tamen contra eos multum vrgent text. in dicta l.Caius.in fi. & etiam a contrario sensu text.in l.2.§. 1. ff.soluto matrimo. iuncta glos.not.in verbo, perfecta, circa princ. ad hoc etiam glos. in d. §.necessitatem. quod maximè etiam procedit de iure can.de quo circa matrimonium filiafamil. habetur pro matrefamil. & sic patria potestas non curatur, & potest esse in iudicio sine consensu patris, sicut in alijs spiritualibus.cap. si annum. de iudi. lib. 6. Imò etiam contra ipsum patrem, vt habetur in cap.non est nobis.de sponsa.ergo eadem ratione pro ipsa dote, quæ est de appenditijs matrimonij, vt aliàs per glos. not. in simili in clemen. dispendiosam. de iudic. & facit,quod aliàs habetur in l. qui liberos.ff. de ritu nuptia. & dixi supra in sexta parte, in 15. & 16. priuileg vnde si dos esset relicta mulieri a matre vel alia coniuncta persona, posset ipsa filiafamil. sola agere, & non posset pater agere tanquam legitimus administrator filiæ, licet posset tanquam coniuncta persona, & sic cum cautione rati, & non aliter, per id quod habetur in l.2.§.fin.& ibi dixi.ff.soluto matrimonio.ad hoc glo.no.in l.1.C.si per vim vel alio modo. & ideo si appareret de contraria voluntate filiæ expressè vel tacitè: puta, quia ipsa constituisset procuratorem ad petendum dictā dotem, non posset tunc pater agere, etiam cum cautione rati, per id quod habetur in l.non solum §. fi. ff. de procurato. Et ideo vidi iam de facto dubitatum,si pater, qui administrauit certa bona relicta filiæ suæ pro dote per auum maternum, illa bona pro maiori parte dispersit, & alienauit, an propter hoc filia habebit tacitam hypothecam in bonis patris. Nam 2 dixi, quod † cum illa tacita hypotheca sit inducta a lege circa administrationem aduentitiorum,in quibus pater habet vsumfructum, & sit etiam legitimus administrator. l. cum oportet.§. fina. C. de bonis quæ liber. ideo se non extendit circa dicta aduentitia, in quibus pater non habuit legitimā administrationē. Vidi tamen quosdam consuluisse contrarium, per id quod habetur in l.pro officio. C. de administra. tutor.in glos.no.quæ tamen glos. non facit, quia illud procedit in personis, quæ administrant tanquam tutores vel curatores minorum vbi non sunt, sed in filiafamil. a patre administrante bona filiæ, hoc non cadit, ex quo pater in dicto casu se non gessit tanquam tutor vel curator filiæ, sed tanquam pater, nisi fortè probaretur, quod ipse pater ita administrans credebat se esse legitimum administratorem, vbi non erat, quo casu intelligeretur dicta tacita hypotheca legalis inducta, sicut quando esset verus, & legitimus administrator, per id quod habetur in dicta l. pro officio,quod esset no. ad ampliationem eius, quod habetur in dic.§. fina. Amplius etiam dici potest, quod si dictus pater fuit consequutus dictum legatum factum pro dote dictæ filiæ suæ, hæres, qui soluit, non esset liberatus a dicta filia legataria,quominus possit filia agere contra eum, argum.l.qui hominem. §. si gener. ff. solu.imo agendo tunc filia contra dictum patrem posset repelli tanquam agēs sine actione,& hoc nisi hęres, qui tenebatur ad dictum legatum solutū indebitè dicto patri esset factus non soluēdo, quia tunc daretur vtilis actio ipsi filiæ contra patrē in subsidium ex æquitate.l. fin. ff.de eo per quem fac. erit. Nec poterit repelli filia agens tunc contra patrem, per regulam l. lis nulla. de iudi. quia illa regula non habet locum in filiafamil. agente contra patrem ratione dotis, vt supra dixi in 6. parte, in 15. & 16. priuileg. Et quæ dicta sunt supra in dote aduentitia eadem ratione obtinent in profectitia eo casu, quo dos consolidaretur in filiam viuo patre, vt est, quando pater stipulatus est, vel aliter pactus est expressè, vel tacitè dotem reddi filiæ soluto matrimo. vt habetur not. in l.post dotem. & in l.si cum dotem.in princip.ff. soluto matr. maximè secundū intellectum Barto. vel quando pater non esset probatæ vitæ, vt habetur in d. l.si cum dotem. §. eo autem tempore, & alijs similibus casibus, cum dictis casibus possit sola filia agere & esse in iudicio sine patre & eius consensu, vt legitur & nota.in d.authen. quod locum. & ibi per Docto. & per Barto.in d.l.post dotem.4. q. Vnde sequitur, quod in tali dote profectitia reconsolidata in filiamfamil. viduam effectam, ipse pater etiam hodie nullum

ium habebit vsumfructum, & sic non censebitur legitimus administrator filiæ, cum etiam olim pater nihil iuris habebat facta dicta consolidatione in filiam, & sic iura noua Codicis nihil hodie immutãt in tali dote profectitia, sicut supra dixi in aduentitia. & maximè, quia indistinctè hodie in profectitijs iura antiqua remanent intacta, vt per glos. no. in l. frater a fratre. ff. de condictio. indeb. & est tex. in d. l cum oportet. post principium ibi, non ex eius substantia, cuius in potestate sit, & idem etiam dixi post Pon. in dicta l. 2. §. 1. ff. soluto matrimonio.

PRIVILEGIVM IX.

SVMMARIVM.

1 *Ius executiuum sententiæ latę cum patre in dotis restitutione transit in singularem successorem, idest in filiam succedentem ex ui consolidationis.*

1 NONVM priuilegium, quia licet † regulariter ius executiuum sententiæ non soleat transire in singularem successorem tam actiuè quam passiuè, tu vide de hoc latè per Barto. in repe. l. 3. C. de pign. & dixi post ipsum Barto. in l. a diuo Pio. §. si super. ff. de re iudica. Tamen speciale est in dote, vt sententia lata contra virum in fauorem patris, qui egit actione de dote, possit mandari executioni ad petitionem ipsius mulieris post mortem dicti patris propter consolidationem factam in eam per mortem patris, & sic dictum ius executiuum sententiæ ipso iure transit in filiam, siue velit agere actione iudicati, siue officio iudicis pro dicta executione sententiæ, secundum quod habetur in l. debitoribus. ff. de re iudi. & sic si sine alia cessione sibi fienda per hæredes soceri, vt nota. probatur in l. marito. §. secundo. soluto matrimonio. sicut ergo transit instantia dicti iudicij de dote in filia, vt dicetur infra proximè: ita etiam transit instantia iudicij executiui, licet propriè non posset dici instantia in executione, vt per Barto. in l. litibus. C. de agri. & censi. lib. 11.

PRIVILEGIVM X.

SVMMARIVM.

1 *Instantia iudicij in dote transit in singularem successorem, uidelicet in filiamfam. factam sui iuris, licet regulariter contra.*

1 DECIMVM, quia licet regulariter † instantia iudicij cœpta non soleat transire in singularem successorem. l. 2. §. non solum. ff. de hered. vel ac. ven. & no. per Barto. & alios in l. si eum hominẽ. ff. de fideius. & hoc nisi scienter sic cesserit in vitium violentiæ, quia tunc in eum transit instantia passiua, sicut tunc transit rescriptum, vt est casus no. in in c. quia V. de iudi. vt sing. voluit ibi Innoc. Tamen secus instantia cœpta per patrẽ super dote repetenda, quia eo mortuo transit in filiam, vt sic ex eadem instantia possit ipsa prosequi, licet non si hæres, & solet allegari tex. pro no in §. sed hoc ex rei. l. 1. C. de rei vxor. actio. & dixi in l. si marito. §. 2. Bart. autem in d. l. si eum hominem. intellexit illum text. ꝙ non sit speciale ibi in dote, sed sit regulare in omni singulari successore, in quem ex iuris necessitate transiret ipsa res, su per qualis est mota, & alle. d. §. sed hoc ex rei. & l. in iudicio. ff. famil. erci. & no. Iaco. de Are. in l. inter quos. §. 1. ff de dam. infec. Sed tu aduerte, quia tex. in d. §. sed hoc ex rei. nõ bene probat illud, ꝙ in filiam ibi transeat instantia cœpta, & sic eã possit prosequi sine nouo iudicio, licet gl. in l. si vnus. § filio. ad fi. ff. de iniur. hoc idem voluerit per illum text. in d §. sed hoc ex rei. Nec videtur bonum simile de actione iniuriarũ cœpta per patrem ad actionem de dote, quia tex. in d. §. filio. in fi. debet intelligi, quando pater egit nomine filiæ, & sic intentauit actionem iniuriarum competentem filio, aliàs si pater intentasset actionem competentem sibi, non video quomodo filius possit prosequi tale iudicium cœptum per patrem, cum competant duę actiones ex iniuria illata filiæ, vna patri & alia filio. l. non solum. §. si pater. ff. de procurat. Etsi intelligamus, quod ibi pater intentauit sibi actionẽ cõpetentem, oportet dicere, quod propter absentiam patris filius nõ prosequatur eandem instantiam cœptam per patrẽ, sed de nouo possit incipere iudicium super actione sibi competente, tanquam sit persona sua habilitata propter absentiã patris. facit l. si longius. in princ & §. si filius. ff. de iudi. Tenendo tamen communem opi. sequeretur. ꝙ si vir constante matrimonio egit ratione dotis sibi assignatæ contra tertiũ possessorem rei dotalis, vel contra debitorem, cuius nomẽ fuit sibi assignatum in dotem, & nondum lite finita matrimoniũ esset solutum per mortem viri, fortè tunc ex quo mulier videtur succedere in dicta dote ex iuris necessitate, quod in ip sam transeat dicta instantia cœpta, nisi dicas, quod non videtur, quod ipsa mulier succedat in dicta actione intentata per virum, quæ non fuit actio de dote contra illum tertium intentata, & maximè quia actio prædicta comperens viro non transit ipso iure in mulierem solu. matri. nisi facta cessione, vt probatur in l. si filiofam. la j. §. fi. & ibi dixi. ff. solu. matri. & in l. si vsufru. eo. titu. & etiam dixi supra.

PRIVILEGIVM XI.

SVMMARIVM.

1 *Mulier pro suæ dotis restitutione potest petere ut sibi edantur instrumenta per uirum, uel hæredes eius conuentos.*

1 VNDECIMVM priuilegium est, quia licet regulariter quis non teneatur edere instrumenta & dare actori ad intentionem fundandam. l. fin. C. de eden. & no. in l. prima. §. editione. ff. eo. titu. Tamen secus est in causa dotis: puta si mulier sol. matr. vult dotem petere, nec habet apud se ꝓbationes, vel instrumenta ipsius dotis, puta promissæ, & instrumentum promissionis dotis sit apud virum, vel eius hæredem, poterit petere sibi fieri editione dicti instrumenti in iudicio, vt nota. voluit Anto. in c. 1. de prob. & sequuntur ibi Ioan. de Imo. & alij Moder. Nam fauor fisci & dotis procedit a pari, vt habetur in l. dotis. C. de iu. do. & l. 2. C. de priuileg. fis. per glos. & fauore fisci eduntur instrumenta etiam ad intentionem fundandam, vt habetur in l. nec quicquam. secundum vnam lecturam. ff. de eden. de quo tamen in l. 2. §. Diuus. ff. de iu. fis. per Bar. & in l. in fraudem. §. neque. eo. titu. ergo idem in dote fauore mulieris, & idem quando versatur fauor matrimonij, vt ille, qui stat pro matrimonio possit petere sibi edi, vt no. voluit Io. And. in addi. Specu. tit. de instrum. edi. §. videndum. versi. ex præmissis. in fi. vbi dicit, ita fuisse disputando concluſum: ergo idem in dote, quæ dependet a matrimonio, & sic debet pari gaudere priuilegio, & maximè cum vtrobique versetur fauor publicus. facit, quod habetur in c fi. de re iud. Et idem dicit ibi Ant. in qualibet causa pia, de quo ibi per Doct. & maximè per Abb. Sicu. qui hoc tenet procedere in subsidium, & quando aliæ probationes deficerent, vt ibi per eum. Verum dici posset, quod quando aliæ deficerent probationes, & sic non posset aliter actor in sua iustitia foueri, & reus nollet instrumenta edere, & sic lucraretur cum aliena iactura, fortè posset per denunciationẽ euangelicam cõpelli reus, ne sit in peccato, per id, quod habetur in c. nouit. de iudic. & quod ibi per Doc & quod ibi ꝓ Ant. post Ioan. Andr. & per Bar. in extrauaganti ad reprimẽdam. in verbo per denunciationem. cum etiam possint testes cogi ad perhibendum testimonium, vbi aliàs de iure nõ possent, puta contra parentes, vel patronum, quando aliàs non esset possibile veritatem ipsam probare. Imo multi tenent, quod tunc de æquitate & in foro fori possit de nouo probationes extorquere, vt no. Doct. in capitu. dilectorum. & in cap. fi. de testi. cogen.

PRIVILEGIVM XII.

SVMMARIVM.

1 *Dotis causa est summaria, sicut causa alimentorum, non tamen ut non requirantur plenę probationes.*

DVODECIMVM speciale est, quia causa dotis vltra alias causas est priuilegiata, quia in ea debet procedi
1 † summariè & dilationes, & termini debent abbreuiari per iudicem, vt celeriter expediatur, maximè propter fauorem matrimonij, si illa esset vidua, & vellet se nubere, prout est verisimile, quia esset iuuenis, & sic esset periculum, quia difficile est reprimere iuueniles calores. l. fina. §. filij autem. C. de bon. quæ liber. Et hæc voluit glos. not. in l. prima. ff. soluto matrimo. quam etiam sequitur Barto. & communiter Docto. per id, quod habetur in l. 2. ff. de re iud. quicquid aliter dixerit Dyn. dicendo quod potius hoc esset odium & damnum mulieris, quam fauor, & quia hoc non reperitur iure cautum. & habemus regulam in contrarium, quod omnis causa est ordinaria, & plenaria, vt l. iudices. C. de iudic. nam imo reperimus hoc iure cautum in similibus causis, videlicet alimentorum, vt habetur in dicta l. 2. & in l. si quis a

Source : BIU Cujas

liberis. §. si vel parens. ff. de lib. agno. cum dos & alimenta procedant a pari, vt per Barto. in l. cum de in rem verso. ff. de vsu. Et posset dici, quod cum hoc priuilegium detur causæ quod idem esset, quando vir ageret ad dotem promissam pro supportandis oneribus matrimonij, & sic pro alimentan da vxore & sua familia: imo satis in genere reperimus hoc ex pressum in omnibus causis requirentibus celeritatem, vt habetur in dicta l. secunda. de re iudic. vbi idem not. Docto. in omnibus alijs causis pijs & fauorabilibus, nec esset hoc de damno mulieris vel viri: imo esset damnum si periret sua iu stitia, & causa dotis propter tempus instantiæ, per id quod habetur in l. secunda. C. vt intra cert. temp. & ita potest hoc vltimo modo saluari dictum Dy. per dicta supra, de quo infra in alio priuilegio: non tamen propter talem summarietatem debent omitti probationes legitimæ & plenæ, secundum Barto. & Doct. in dicta l. prima. ff. soluto matrim. quod quidem procedit, quando verteretur plenum præiudicium, vt esset quando ageretur contra virum, vel eius hæredes ad dotis restitutionem propter solutum matrimonium. Sed si ageretur ex causa vergente ad inopiam, in qua non verletur plenum præiudicium contra virum, cum ex dote ipse ha beat alimentari vna cum vxore, vt habetur in l. vbi adhuc. C. de iure dot. tunc sufficerent semiplenæ probationes tam super vergentia ad inopiam, quam etiam super debito dotis promissæ & datæ, vt voluit Barto. in l. si constante. in 6. que stio. 3. partis. facit, quod habetur per eundem in fin. in l. a diuo Pio. §. si super rebus. ff de re iud. & in l prima. in fi. ff. de præt. stip. Si autem ageretur contra extraneum ex dicta causa; puta hypothecaria, & tunc secus, cum in eo versetur plenum præiudicium.

PRIVILEGIVM XIII.

SVMMARIVM.

1 *Dotis causa potest agi etiam in diebus feriatis.*

1 DECIMVMTERTIVM priuilegium est, quia † in causa dotis potest procedi etiam diebus feriatis etiam de iure ciuili, sicut in causa alimentorũ. l. 2. ff. de fe. vt communiter tenent ibi Docto. moder & in l. 2. ff. de re iud. quod etiam tenet Specu. titu. de fer. §. sequitur. in prima colum. æquiparans in hoc causam dotis causę alimentorum, quod etiam probatur in l. publicas. C. de fe. vbi in causis publicis, & sic concernentibus publicam vtilitatem cessant feriæ. Intellige prędicta de ferijs indultis ob vtilitatem hominum, non sic si ob honorem Dei, cum etiam causæ alimentorum, quæ requirunt celeritatem dicto tempore non possint agitari, vt habetur in dicta l. secunda. & tenet Specu. vt supra. ad hoc etiam glos. in dicta l. publicas. quod etiam hic tenet Ange. & Imo. & etiam patet, quia in causis matrimonialibus, licet non sint feriæ inductæ ob vtilitatem hominũ, tñ bene seruari debent feriæ inductæ ob honorem Dei, vt per glos. & Docto. in clemen. dispendio. de iudic. Et forte potest dici idem in viro agente ad dotem, vt supra dixi in proximo priuilegio.

PRIVILEGIVM XIIII.

SVMMARIVM.

1 *Dotis causa seu instantia, an finiatur triennio.*

1 DECIMVMQVARTVM priuilegium est, quia se- cundum † quosdam causa dotis non finitur triennio, si cut regulariter finiuntur aliæ causæ, seu instantia aliarũ causarum. l. properandum. C. de iudi. Et licet Bald. de hoc dubitauerit in rubri. C. de priuileg. do. tamen Ludo. Rom. in suis singularibus tenet hanc opin. pro quo facit dic. l. properandum. post princ. vbi in causis fiscalibus, & super publicis functionibus, idest officijs, talis instantia non perimitur tali tẽpore. pro quo etiam facit, quia causa dotis est dependens a causa matrimonij, cuius instantia est perpetua, sicut aliæ causæ spirituales, imo sicut & temporales de iure canonico, vt in cap. fina. de iudi. tamen communiter solet teneri contrarium, vt tenet Barto. in l. 1. ff. soluto matrimonio. & sequitur Ange. & Imo. & communiter legentes. Nec obstat dic. l. properandum. quia licet ibi text. excipiat causas fiscales & causas publicas super functionibus, idest super tributis, quia excipiendo ibi dictas causas videtur confirmare regulam super alijs non exceptuatis, argumen. l. nam quod liquide. de penu. leg. ff. & in Authen. de non alienandis. §. vt autem. & 32. quęst. 7. capit. dominus. Nec obstat si dicatur, quod exceptio extenditur etiam ad alium casum non exceptuatum habentem eandem rationem, cum exceptio, vt per glos. no. & ibi per Bald. in l. prima. C. de condict. indeb. facit capit. cum dilecta. & quod ibi per Abb. Sicu. de confirmatio vti. vel inuti. Nam potest negari quod sit eadem ratio in causa dotis, quia ibi forte Imperator magis illud induxit contra fiscum, quam eius fauorem, argumen. l. non dubito. ff. de iure fisci. cum sua interesset, quod causa contra eum mota perimeretur tempore, & non esset perpetua. Vnde forte posset dici dictam exceptionem non habere locum, quando fiscus ageret, & eodem modo in muliere. Nam cum dos & eius causa habeat multos fauores & plenè infinitos, certè esset magis odium & damnum mulieris, quod sua instantia perimeretur tempore, quam quod non perimeretur. Vnde ibi ideo fortè excepit causam fiscalem, quia esset damnum fisci, si sua causa perimeretur tempore, quando fiscus esset actor, & pro hac intelligentia facit tex. ibi, dum loquitur de causis publicarum functionum, in quibus ipse fiscus vel respublica semper sustinet partes actoris, & non rei agendo pro tributis. Vnde super hoc cogita. quia posset ille text retorqueri contra dictam opinionem, quia excipiendo ibi Imperator causam publicam, quando verteretur super publicis functionibus, ergo expresse videtur velle stari regulæ in alijs causis publicis, quæ agitarentur super alijs rebus & iuribus fisci & reipubl. argumen. l. cum prætor. ff. de iud. & cap. nonne. de præsumption. cum similib. & maximè etiam arguendo ex illo tex. a contrario sensu per iura vulgaria. & prædicta procedunt, quando causa dotis ventilaretur in foro seculari, & in terris, quę non essent de temporali iurisdictione ecclesiæ. Si autem tractatur in foro ecclesiastico, quod potest, vt dicet infra in decimosexto priuilegio, & cum tunc debeant seruari iura canon. secundum quæ omnis causa est perpetua. capit. fina. de iudi. Ideo tunc non finietur talis instantia triennio. & idem si agitaretur coram seculari in terris ecclesiæ, per no. in d. cap. fin.

PRIVILEGIVM XV.

SVMMARIVM.

1 *Libellus non requiritur in causa dotis, nec litis contestatio.*
2 *Dotis causa licet semper dependeat a matrimonio, tamen non semper dependet a causa matrimoniali.*

1 DECIMVMQVINTVM speciale est, quia secun- dum quosdam in causa dotis † non requiritur *libellus.* ADDITIO. [Non requiritur libellus. Adde tamen, quod libellus requiritur in repetitione dotis a viro vergente ad inopiam. vide Bartol. in l. si constante. 6. quæst. sextæ par. solu. matrimo. & quomodo formetur, habetur in Specul. de donat. inter virum & vxorem. §. fin. versic. sed quo iure.] nec litis contestatio, & alia solemnia iudiciorum, sed debet & potest procedi summariè, de plano, sine strepitu & figura iudicij, sicut in causa matrimonij, per tex. in Clemen. dispendiosam. de iudi. iuncto eo, quod habetur in Clemẽ. sæpe. de uerbor. signific. prout etiam uoluit glos. in d. Clemen. dispendiosam. per illum textum, dum loquitur de alijs causis dependentibus a causa matrimoniali, vel alijs spiritualibus, uel quomodocunque dictas causas spirituales tangentibus, cum nõ possit negari, quin causa dotis tangat ipsum matrimonium, vel ab ipso matrimonio dependeat, Bartol. autem in l. prima. ff. solu. matrimonio. & expressius in l. si cõstante. in sexta quæstio. 3. partis eodem. titu. tenuit contrarium, dicendo d. Clemẽ. & quod ibi habetur procedere, quando non tractatur de pleno præiudicio in casu dotis sed semipleno. Tu aduerte: quia licet Doctot. communiter dicant d. Clemẽ. cum glos. procedere de iure canonico, & non sic de iure ciui. Tamen potest dici quòd dispositio illius Clemen. procedit de iure nouissimo, nam ante tempus d. Clemen. in matrimonijs, & alijs spiritualibus quibuscunque non poterat procedi lite non cõtestata, quando contra præsentem, sed solùm erat speciale, quã do contra absentem & contumacem, vt in capitulo, quoniã frequenter. §. porrò. vt lite non contesta. Vnde successit posstea dispositio d. Clemen. quod indistinctè etiam quando contra præsentem non requiratur ordo iudiciarius. & sic illa dispositio est noui iuris promulgatoria, & non antiqui iuris declaratoria, vt patere potest ex verbis ipsius text. & etiã ibi tenent legentes. Et sic patet, quod etiam de iure canonico antiquo in causa matrimoniali requirebatur litis contestat. vnde multò magis in causa dotis. de iure autem Ciuili etiã Digestorum hoc est clarissimum, vt patet in l. si cum dotẽ.

§. eo

Source : BIU Cujas

§.eo autem.& in l.ſi mulier.& in l.ſi marito.§ ſecundo. ff.ſolu. matrim.idem etiam de iure Codicis.l. tertia. C.de do.promiſ. ibi, more iudiciorum. Ange. in dicta l. prima. idem tenet, dicendo tamen, quod diſpoſitio d. Clemen. obtineret, quando cauſa dotis tractaretur incidenter, & ſic quando cauſa matrimonij intentaretur principaliter. Et poteſt poni exemplum, ſi ageretur de matrimonio de facto contracto ſeparando: puta propter aliquod impedimentum, vel quo ad thorum petendo etiam ipſa mulier dotem.Nam tunc poteſt intelligi, q̃ cauſa dotis tanquam tunc dependens a cauſa matrimonij, vel ipſa cauſa matrimonij contingens gaudeat eodem priuilegio quo ad iudiciarium ordinem remittendū, ſecus ſi ageretur principaliter ad ipſam dotē propter caſum ſoluti matrimonij. Nam tunc ordo iudiciarius eſt ſeruandus, vt iura ſupra allegata volunt. Et ſubdit, quod idem eſſet eadem ratione, quo ad iuriſdictionem iudicis eccleſiaſtici,coram quo pendet cauſa matrimonij,vt ſic incidenter poſſit cognoſcere & pronunciare ſuper ipſa dote tanquam dependente ab ipſa cauſa matrimonij,allegat capitu.de prudētia.de donat. inter virum & vxorem. non ſic ſi principaliter intentaretur cauſa dotis propter ſolu. matrimo.quia tunc coram ſeculari tantum eſſet tractandum, de quo vltimo infra proximo priuilegio tangetur. Imo.autem in dicta l.1. tenet, quod etiam quando principaliter ageretur pro dote, non eſſet ordo iudiciarius ſeruandus, per text. in dicta Clem.dum ſic generaliter loquitur de dependentibus, vt ſupra, & ſic etiam idem dicit in cauſa ſponſaliorum de futuro, etiam ſi principaliter ageretur,per illum textum.Et dicit idem tenere ibi dominum Cardi. Zabarel.Floren. Tandem ipſe concludit concordando, quod illa Clemen. ſeruetur in foro eccleſiaſtico, ſiue incidenter, ſiue principaliter agatur, & in foro ſeculari ſeruetur ſententia contraria, cum moderatione Ange. imo tunc & in terris eccleſiæ in foro ſeculari,per id quod habetur in capitu.ſecundo, de arbitr. in ſexto, & idem tenet Ludo.Rom. in dicta l.ſi conſtante.ſuper d.6. quæſtio. Barto. & licet iſta videatur eſſe communis opinio: tamen quia (vt dixi) dic. Clemen. inducit ius nouum exorbitans a diſpoſitione iuris antiqui etiam cano.videtur, quod debeat reſtrinxi iuxta ſuos terminos, & non ampliari vltra ſuos terminos, per id quod habetur in l. quod verò. & l. ius ſingulare. ff. de leg. & in regula,q̃ a iure, in ſex. loquitur enim in cauſis matrimonialibus. & dum ſubdit, vel in cauſis eas tangentibus, vel ab eis quomodolibet dependentibus. Et ſic debet intelligi, ſcilicet in dictis cauſis matrimonialibus & alijs ſpiritualibus.

2 † Sed cauſa dotis, licet dependeat ſemper a matrimonio, quia ſine illo eſſe non poteſt l.3. ff. de iure dotium,cum ſimilibus: tamen non ſemper dependet a cauſa matrimoniali, quia ſine cauſa matrimoniali eſſe poteſt, puta quando non eſſet quæſtio, vel cauſa ſuper matrimonio, ſed ſolum ſuper dote repetenda ſolu.matrim.& nullus dixerit, imo abſurdiſſimum eſſet dicere, quod iſta cauſa dotis dependeat a cauſa matrimonij. Sed bene poſſumus dicere,quod dependeat ab ipſo matrimonio iam contracto.ergo iſto caſu remanere debent iura antiqua intacta. Et ſic poteſt dici, q̃ in puncto iuris etiam in terris eccleſiæ, imo etiam in foro eccleſiaſtico,ſi contingat cauſam dotis ventilari ibi principaliter, talis cauſa requireret iudiciarium ordinem, prout regulariter aliæ cauſæ: licet alio reſpectu deberet eſſe ſummaria propter dilationes abbreuiandas, vt ſupra fuit dictum.

PRIVILEGIVM XVI.

SVMMARIVM.

1 *Dotis cauſa eſt utriuſque fori.*

1 DEcimumſextum ſpeciale eſt, quia cauſa dotis habet priuilegium:quia eſt mixti ſeu † vtriuſque fori, videlicet, quòd poteſt de eo cognoſcere tam iudex eccleſiaſticus,quā ſecularis,etiam principaliter, & abſque eo q̃ vertatur aliqua quæſtio ſuper matrimonio,vt no.uoluit Innocen.d.c.de prudentia.& dicit Ioan.de Imo.in l.1.ff.ſolu. matrimo. quod idē ſequitur Hoſtien.& Ioan.And.in d.l.1. licet gloſ. ibi contrarium dixerit,quando principaliter: quia tunc ſolùm iudex laicus eſt iudex.& ita ſequutum dicit ipſe Imol.alleg. cap. ex literis.de pign.Sed Angel.in d.l.1. ſequitur opi. gloſ. ibi, vt ſupra eſt relatum in proximo priuilegio.Tu aduerte: quia Ioā. Andr.in d.cap.potius inclinat in opi.gloſ.dicendo opi.Innocen.procedere in muliere vidua oppreſſa, quia tunc eccleſia poteſt eſſe iudex tanquam in cauſa miſerabilium perſonarum. facit, quod habetur in capitu. ſignificantibus. de offic. deleg. & per gloſ. & Docto. in capitu. cum ſit generale.de foro competen. & ſic videtur velle, quod quando cauſa non eſſet cum vidua: puta quia repeteretur dos conſtante matrimonio propter vergentiam viri ad inopiam, ſecūdum quod habetur in d.l.ſi conſtante.ff. ſolu. matrim.Vel propter ſeparationem thori: tunc iudex eccleſiaſticus non eſſet competens,& idem videtur eſſe de mente An. ibidem. Sed Abb.Sicu. indiſtinctè ſequitur ibi opin. Innocen. pro qua alleg. tex. in capitu. 1. & 2. & cap. per veſtras. eod. titu. & quia ratione connexitatis ampliatur iuriſdictio, vt in cap. quanto.de iudi. Item, quia eccleſia debet eſſe fauorabilis mulieribus in ſuis dotibus.dic.cap. per veſtras. & cap. nuper. eodem titu. Multi etiam tenent, quod tunc dicitur cauſa viduarum & pupillorum, & ſimilium perſonarum eſſe pia, quando eſſent pauperes: ſecus ſi eſſent diuites, vt voluit Specu. titu. de inſtrumen. edi. §. nunc verò aliqua. dum tractat materiam exemptorum & miſerabilium perſonarum. verſicu. fin. cuius dictum procedit quo ad effectum, de quo ibi,ſcilicet an relictū factum talibus miſerabilibus perſonis dicatur ad pias cauſas, ſed quo ad effectum, de quo ſupra, ſcilicet priuilegij cauſæ dotis placet dicta opi. tanquam fauorabilis & benignior pro mulierib. & dotibus, per id quod habetur in l. in ambiguis. ff. de iure dotium, & quod no. Ioan. Andr. poſt Hoſtien.in cap. 1. de cogna. ſpi. videlicet temperando eam, dummodo ſit vidua: licet aliter non oppreſſa, ſeu licet non alleget ipſa mulier in ſua petitione dictam qualitatem oppreſſionis,prout videtur requirere opinio Ioan. Andr. quia viduæ dicuntur eſſe perſonæ miſerabiles, vt habetur in l.prima. C.quan. impe. inter pu. & vid. & quod habetur in capitulo,ſignificantibus, de officio delega. Et eccleſia debet dictis viduis fauere in dotibus, quia eccleſia hortatur eas, vt mortuo viro renubant, vt in capitulo fina. de ſecundis nupt. Et ſic diceretur tunc fauere non ſolum doti, ſed in conſequentiam ipſi matrimonio, vt ſic facilius renubant. Subeſt etiam fragilitas ſexus, & quia iam dicuntur derelictæ, & orbatæ viro, & ſic domino ſuo. facit quod habetur in capitulo ex parte. de foro competenti. Et idem eſt de mente Pau. de Caſt. in l.1. ff. ſoluto matrimonio. Et ſic ſequitur ex prædictis,quod ſi dos repeteretur ex cauſa inopiæ viri conſtante matrimonio, vel propter ſeparationem thori, & ſic non repeteretur per viduam, tunc procedat opin. gloſ.in dicto capitu.de prudentia. & Ange. in dicta l.1. ſoluto matrimonio. & idem ſi repeteretur a patre mulieris, vel viua filia, vel poſt eius mortem: vt tunc coram eccleſiaſtico contra laicum non poſſit tale iudicium intentari. & idem ſi repeteretur ab hæredibus mulieris, & multominus ſi dos peteretur a viro tanquam promiſſa, quia tale priuilegium mixti fori eſt merè perſonale, videlicet, quando dos peteretur a muliere vidua, per ſupradicta.

PRIVILEGIVM XVII.

SVMMARIVM.

1 *Mulier minor 25 ann. poteſt eſſe in iudicio pro dote ſecundum aliquos.*

1 DEcimumſeptimum priuilegium eſt, quia † mulier etiam minor 25. annis poteſt eſſe in iudicio pro dote ſua repetenda ſoluto matrimonio ſecundum quoſdam, quia fauore dotis etiam filiafamil. quæ aliàs non habet perſonam integram ad ſtandum in iudicio, tamen in dote habet perſonam habilem, vt in authen. quod locum.C. de collat. & per glo.in l.2.§.1. in verbo perfectam.ff.ſolu.matri.& facit l. promittendo,in princ.ff. de iure do.ad quod etiam allegant text. in cap.fi.de iudi.in 6.ſecundum Ludo.Ro.in l.ſi conſtante.in princ.in 7.q.Bar.3.partis.ibi tamen Bar. tenuit contrarium in diſtinctè per tex. in dicta authen. quod locum, & forte melius, quia licet tolleretur inhabilitas filiæ ratione patriæ potestatis eo caſu, quo in eam eſſet reconſolidata: tamen non ſic tolleretur inhabilitas ratione minoris propter imbecillitatē conſenſus, ſiue animi. & ita in terminis videtur probari in d. authen. quod locum. Et poteſt reſponderi ad d.c. fi.vt procedat, quādo cauſa dotis agitaretur vna cum cauſa matrimonii,& ſic veniret incidenter vel per modum connexum,quia tunc ſicut ipſa mulier minor 25.ann.& maior 12.habet perſonam habilem in cauſa matrimonij per eam nota. ita etiam in cauſa dotis, quę venit tunc per viam conſequentiæ ad ipsam cauſam matrimonij, cum multa permittantur per viam incidentiæ, quæ non permitterentur principaliter, per id quod habetur in l. quoties. C. de iudi. & quia tunc propriè dicitur cauſa dotis dependere a cauſa matrimonij, vt dixi ſupra in proximis duobus priuilegijs.

Source : BIU Cujas

PRIVILEGIVM XVIII.

SVMMARIVM.

1 *Maritus si receperit dotem in loco non sui domicilij, sed mulieris uel soceri, non poterit ibi conueniri pro dotis restitutione, sed in loco sui domicilij, etiam si diuortium alibi fiat.*

1 DECIMVMOCTAVVM priuilegium est, quia licet † vir recipiendo dotem in loco sui domicilij possit ex causa dictæ obligationis ibi conueniri, non quidem ratione contractus, sed ratione domicilij. auth. qua in prouincia. C. vbi de cri. cum simil. Tamen non sic, si dotem reciperet in loco non sui domicilij, quia tunc ratione contractus non posset ibi conueniri, sed solum in loco sui domicilij, ita solet allegari casus singularis in l. exigere dotem. ff. de iudi. mirum est hoc: cum potius tendat in iacturam mulieris. Sed dicunt Docto. esse rationem, quasi vir recipiendo dotem alibi etiam in domicilio vxoris, videatur ex tunc contulisse solutionem fiendam pro restituenda dote in loco sui domicilij, arg. l. contraxisse. ff. de act. & oblig. secundum Bar. ibi, & Ang. dicit ibi, ꝙ tunc videtur habere animum discedendi, & sic ibi contrahere videretur tanquam aduena. Sed tu cogita, an hoc procederet, si postea contingat diuortium fieri, vel aliter matrimoniū seperari in loco alio quàm domicilij, quod tamen patebit in proximo priuilegio.

PRIVILEGIVM XIX.

SVMMARIVM.

1 *Maritus potest conueniri ad dotem restituendam, ubi dissoluitur matrimonium non obstante priuilegio fori, vt est, si diuertatur Romæ.*

2 *Iudex potest supplere de facto in causa dotis, etiam parte non petente, maximè in fauorem mulieris non opponentis.*

1 DECIMVMNONVM speciale est, quia † vbi dissoluitur matrimonium, ibi poterit vir conueniri ad dotē reddendam, licet ibi aliàs non posset conueniri ratione priuilegij fori, vt est text. singu. cum glos. in l. si vxor. ff. de iudi. Sed aduerte, quia hoc non videtur priuilegium, sed potius ius commune, quia per diuortium factum inter coniuges, videtur induci quidam quasi contractus de dote soluenda, ratione cuius quasi contractus facti in loco potest legatus conueniri ibidem sicut ratione contractus, non obstante suo priuilegio, vt no. in l. de eo. iuncta l. interdum. ff. de iudi. Item, quia non videtur posse negari quin per diuortiū inducatur quidam distractus matrimonij, & consequēter distractus dotis. & sicuti ratione contractus quis sortitur forum in loco, vt l. hæres absens. §. 1. & l. omnem obligationem. ff. de iud. ita etiā sortitur ratione distractus, vt l. si is qui loco certo. ff. de cond. indeb. & no. in l. 2. C. vbi & apud quem. Ideo videtur ibi legatus posse conueniri ratione talis distractus non obstāte suo priuilegio sicut ratione contractus. Sed potest dici, quod sicut est speciale in dote, vt per distractum, id est per diuortium factum in alio loco quàm in domicilio viri ipse vir non sortitur forum, quem aliàs ibi non habebat, sed solum vt possit cōueniri in loco sui domicilij, per id quod habetur in d. l. exigere dotem. Si autem poterat vir conueniri aliàs de iure: tamen ratione priuilegij fori poterat declinare forum, vt est in legato, qui est Romę, nā tunc poterit ibi conueniri non obstante dicto suo priuilegio per casum singu. in dicta l. si vxor. quod est no. ad limitationem eius, quod habetur in d. l. exigere. Tamen cogita, quia videretur, ꝙ etiam subsit fauor dotis, & mulieris, quod in loco diuortij possit vir conueniri, sicut & in loco domicilij, vt sic diuortium addat forum foro, & maximè quia censetur quidam distractus, vt supra dixi, qui distractus est eiusdem effectus, cuius est contractus ēt quo ad sortitionem fori, vt supra dixi, & etiam ne sit deterioris conditionis mulier quam aliæ personæ non priuilegiatæ.

2 Vnde cogita, quia † Doct. communiter intelligūt & præsupponunt ꝙ per diuortium non inducatur ex tunc aliqua obligatio de nouo ad dotem restituendam, sed magis per ipsum videtur purificari conditio restituendæ dotis ex antecedenti contractu dotis, ita intelligendo d. l. si vxor.

PRIVILEGIVM XX.

SVMMARIVM.

1 *Locus contractus magis attenditur quo ad sortitionem fori, quam locus, ubi est purificata conditio, fallit tamen in dote.*

EX qua surgit singulare aliud priuilegium, & sic 20. quod licet quo ad sortitionem fori non attendatur locus, vbi est purificata conditio, sed magis locus contractus, per id quod habetur in l. si filius. ff. de verb. oblig. & glos. est ad hoc
1 no. in d. l. si vxor. ff. de iu. † Tamen fallit fauore dotis, nō quidem vt ibi in loco diuortij dicatur de nouo contrahi forus, sed quo ad hoc, vt forum ibi de iure communi sortitum nō possit vir declinare ratione sui priuilegij, vt est casus singu. in d. l. si vxor. & dixit ibi Ange. hoc priuilegium esse no. & non positum per Bar. inter alia priuilegia in l. 1. ff. sol. mat.

PARS DECIMA.

SVMMARIVM.

1 *Hypothecam tacitam prior habens pro dote an præferatur alijs creditoribus habentibus anteriorem hypothecam expressam.*
2 *Iudex, qui pronunciat pro hypotheca dotis contra habentes anteriorem expressam, an teneatur in syndicatu.*
3 *Mutuans pro re emenda in ipsa non præfertur alijs creditoribus maximè anterioribus, nisi dictam rem habeat pro sua pecunia obligatā, in quo casu præfertur mulieri & fisco etiam in postea quæsitis.*
4 *Dos solum confessata habet priuilegium tacitæ hypothecæ contra uirum, si infra tempora non opponeretur exceptio non numeratæ dotis.*
5 *Renunciatio exceptionis non numeratæ dotis non tenet in eadem confessione, secus si ex interuallo. & nu. 6.*
7 *Confessio dotis receptæ facta per uirum constante matrimonio non ualet.*
8 *Donatio recompensatoria tunc ualet inter coniuges, quando reciprocè uersaretur commodum bursale.*
9 *Vir plebeius nihil nobilitatis assumit ab uxore nobili, licet secus econtra.*
10 *Mulier nobilis nubendo ignobili, suam nobilitatem denigrat.*
11 *Priuilegium antelationis habet mulier non solum contra tertios creditores prætendentes anteriorem expressam hypothecam, sed etiam tacitam, quando dos esset solum confessata, quod limita. ut nu: 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. & 20. & consequenter usque ad nu. 36.*
37 *Hypotheca in dote a quo tempore incipiat.*
38 *Maritus non præsumitur uelle subire onera matrimonij sine dote.*
39 *Iura, quæ dicunt, quod hypotheca trahitur retro a tempore promissionis dotis, debent intelligi a tempore contracti matrimonij & non ante, etiā si ante esset soluta.*
40 *Hypotheca, quæ contrahitur pro legatis, non trahitur retro ad tempus aditæ hæreditatis in legato conditionali conditione purificata.*
41 *Dispositio l. qui balneum. non obtinet in ultimis uoluntatibus.*
42 *Hypotheca conuentionalis non sequitur naturam siue principalis obligationis surgentis ex ultima uoluntate.*

PRIVILEGIVM I.



BSOLVTA est nona pars principalis circa priuilegia dotis, & mulierum in ipsa dote cō cernentia ipsa iudicia. Nūc descendo ad partem decimam, videlicet an dos, quæ nō probatur numerata, sed surgit solum probatio per confessionem mariti vel soceri, quā vulgari modo appellamus dotem confessatā, habeat priuilegiū, maximè circa ius antelationis contra alios creditores. Et antequam attingamus medullam qōnis, expedit examinare articulū, de quo s. remissiuè, & breuiter tactū est in vltimo pri-
1 uil. s. par. An † dictum priuil. antelationis se extendat etiā ꝯ creditores habentes anteriorem hypothecā ADDITIO. [Nota, quod hypotheca tacita prior præfertur expressę posteriori, etiam fisco l. 1. 2. respon. C. rem ali. ge. vide glos. in l. pignus. qui po. in pig. ha. Idem credo in altera dote, vt expressa posterior non excludat tacitam priorem ad dotem competentem, per l. assiduis. §. fi. vbi dicit in dotibus præferri priorem, cogita] expressam, an solum obtineat aduersus creditores habentes tacitam, licet anteriorem, de quo per glos. in l. fi. C. qui pot. in pig. hab. quam disputationem latè ponit Cy. ibi, & licet glos. communiter tam iuris ciuilis, quam canonici restringant illam l. in habentibus tacitam, vt etiam per gl. & Doct. can. in c. ex literis. de pig. & Bar. & cōiter alij post eū teneāt hanc opinionem: tñ multi Doct. magnæ authoritatis tenebāt contrarium, quæ secunda opin. in via disputationis posset satis faciliter teneri, quia tex. in d. l. fi. loquitur gñaliter & indistinctè, nam pro certo si ibi Imperator voluisset se restringere ad creditores anteriores habentes solum tacitā hypothecam hoc expressisset, & sic quia non expressit vr̄ intellexisse etiam de habentibus expressam, argu. l. 1. §. finautem ad deficientis. C. de cad. tol. & c. ad audientiam. de deci.

Item quia videmus, quod mutuans ad refectionem, seu conser-

Source : BIU Cujas

conſeruationem alicuius rei, habet in illa re tacitā hypothecam, quæ præfertur prioribus creditoribus, non ſolum habē tibus tacitam, ſed etiam expreſſam, vt eſt caſus no. in l. interdum. ff. qui pot. in pigno. habean. vnde multo magis in dote quæ non videtur habere minus priuilegium, cum per matrimonium conſeruentur non ſolum res ipſæ inanimatæ: ſed etiam totum genus humanum. Ciuitas etiam conſeruatur ac immortalis efficitur, dicit tex. in Authen. de nup. in princ. imo videtur dos ipſa magis priuilegiata, quàm ſit talis mutuans ad nauem reficiendam, quia ei præfertur in ſua tacita hypotheca, vt eſt caſus ſing. in Authen. de æquali. do. §. conſequens. vnde ſubeſt illa regula, ſi vinco vincentē te, ergo vinco te, vt habetur in l. Claudius. ff. qui pot. in pigno. hab. & in c. authoritate. de concet. præben. in 6. vnde ſi mulier vincit talē mutuantem ad refectionem nauis in ipſa hypotheca, multo magis vincere debet creditores qui vincuntur ab illo, cōiter tamen practicatur opin. contraria. & Bar. & alij tenentes eam moti ſunt, quia lex magis de facili inducitur ad tollendū ſuā prouiſionem, q̄ prouiſionē hominis in ipſius hominis præiudicium; inde ſolet dici, ꝙ lex ſuum & non tuum denegat auxilium, vt habetur in l. 1. C. ſi aduer. vēdi. & quia fortius & tenacius eſt ius mihi quæſitū ex prouiſione mea, quàm ex prouiſione alterius, & ſic etiam legis l. 2. ff. de offi. proconſ. & l. qđ princi. & l. ſi Auguſtæ. ff. de leg. 2. & l. ſi filius. §. erit. ff. de fideicom. libe. Et quia magis de facili tollūtur quæſita ex iure ſpeciali, quàm quæſita ex iure cōi. l. militis codicillis. §. militia miſſus. ff. de teſta. mili. Tamen ad hæc generalia poſſet mulkū
2 de facili reſponderi, & fortè † iudex qui in ſententia ſua inclinaret in partem & fauorem mulieris, non teneretur in ſyndicatu, quia negari nequit, ꝙ articulus ſit dubius, & in articulis dubiis pronunciandum eſt pro dote. l. in ambiguis. ff. de iure dot. & dixi ſupra in 9. par. in 1. priuilegio. & tenendo d. opin. communem, illa procederet, etiam ſi mulier prætenderet hypothecam expreſſam, prout hodie communiter ſolet apponi in inſtrumentis dotalibus; ne illa non præferatur prioribus hypothecis expreſſis, ſed ſolum tacitis, quia d. l. fin. non dat illud priuilegium prælationis magis hypothecæ expreſſæ quàm tacitæ in dote, cum etiam idē dicamus in fiſco, qui licet ſoleat habere priuilegium in ſua hypotheca, vt habetur in l. 1. C. de iu. fiſ. lib. 10. & in l. ſi is qui. ff. eo tit. Tamen non præfertur in ſua hypotheca etiam expreſſa aliis creditoribus anterioribus. l. ſi pignus. ff. qui pot. in pign. hab. Et tamen mulier & fiſcus paribus paſſibus ambulant. l. quamuis. & ibi no. C. de priuile. fiſ. & l. dotis. & quod ibi per gl. C. de iure dot. Si tamen prætendens hypothecam expreſſam concurreret cū muliere in tempore, quia eodem die apparerent facta inſtrumenta ſeu cōtractus celebrati: tunc preferretur mulier, vt dixi ſupra in 9. par. in 2. priuilegio. Poſſet tamen non improbabiliter dici, ꝙ ſaltem in quæſitis poſt contractam hypothecam mulieris præferatur ipſa mulier creditoribus habentib. priorem expreſſam. Nam licet hypotheca generalis nō ſolum expreſſa trahatur ad poſtea quęſita, vt habetur in l. fi. C. quæ res pi. ſed etiam tacita, vt eſt tex. no. in l. hac edictali. §. omnibus. C. de ſecun. nup. Tamen ſicut dicimus in fiſco, vt ex ſuo ſpeciali priuilegio præferatur in poſtea quæſitis aliis creditoribus anterioribus, etiam prætendentibus expreſſam hypothecam, vt eſt caſus no. in l. ſi is, qui idē dicendum ſit in ipſa muliere: cum mulier & fiſcus parib. paſſibus ambulent, vt ſupra dictum eſt. Imo circa priuilegium in hypotheca magis fauetur mulieri in dote quàm fiſco, vt ſupra dictum eſt, licet ipſa ſit poſterior in ſua hypotheca: tamen præfertur prioribus habentib. tacitam. d. l. fi. Et tamen fiſcus nō præfertur prioribus, etiam habentibus tacitam, vt ſolet communiter teneri cōtra gl. illam ſin. in d. l. ſi pignus. vt per Bart. poſt Dy. in d. l. ſi is qui. Regulariter autem qui prior eſt tempore in hypotheca, eſt potior in iure, etiam in quæſitis poſt ſecundam hypothecā, vt probatur no. in d. §. omnibus. & ibi per Bal. & probatur ēt
3 in d. l. fi. & per Bart. in d. l. ſi is qui. In † tantum ꝙ etiam præfertur ſecundo creditori qui mutuauit ad dictam rem emendā, niſi dictam rem ſic empram ex pecunia mutuata habeat ſpecialiter obligatam ad dictum precium, quia tunc in illa re præfertur etiā anterioribus, vt eſt caſus ſing. in l. licet. C. qui pot. Et ſic poſſet præcedens dictū limitari, ꝙ mulier & fiſcus præferantur in quæſitis poſt eorum hypothecam poſteriorē contractam omnibus creditoribus anterioribus per d. l. ſi is qui. niſi in re quæſita ex pecunia mutuata & obligata ſpecialiter ad dictum mutuum, per d. l. licet. & idem forte poſſet dici in re poſtea empta, & ſpecialiter obligata venditori, vt in illa hypotheca præferatur omnibus aliis creditorib. anterioribus, p id, quod no. in l. quamuis. C. de pigno. & in l. quod quis. de priuileg. fi. & tetigi in l. ſi cum dotem. §. fi. ff. ſolu. matri. His ergo præmiſſis deſcendo ad quæſtionem principalem: nam ſiue teneamus opinio. ꝙ dictum priuilegiū antelationis obtinea ſolum contra alios creditores habētes anteriorem hypothecam tacitam, ſiue teneamus, ꝙ etiam contra habentes anteriorem expreſſam: an ſe extendant ad dotem confeſſatam: & ſic ante non probaretur datio dotis niſi per confeſſionem, & an contra ipſum maritum confitentem operetur dicta confeſſio, & quomodo. Nam tex. in d. l. fi. & gl. ibi in verbo, data. videtur velle, ꝙ ſolum in dote verè data & numerata locum habeat: & ſic non in dote ſolum confeſſata, & pro hoc facit, quod habetur in l. ſi quis poſt hanc. C. de bon. dam. & quod alias per Bar. & alios in l. qui per diuerſas. C. man. quod maxime procedit, quando fieret conſtante matrimonio & ſic in materia ſuſpecta, quaſi tunc videatur fieri in fraudem donationis, quæ eſt prohibita inter coniuges, ſuper quo tamen, an ſit verum, ꝙ dos confeſſata per virum habeat ſua priuilegia in omni caſu: aduerte quia glo. in l. exigere dotem. ff. de iu. ſolet allegari in contrarium, & ſic ex illa oriatur tacita hypotheca, ſicut quando appareret de vera numeratione. Bar. tamen in d. l. fi. dixit, ꝙ ſi eſſet tranſactum tempus datū ad opponendum exceptionem non numeratæ dotis, illa gl. ibi non eſſet vera. Sed Bal. hic ſimpliciter tranſit cum illa glo. Ang. autem hoc diſtinguit, an tunc mulier velit vti priuilegio contra creditores priores prætēdentes ſimiliter debitum ex confeſſione, & tunc poſſit, & non ſit vera illa gl. An autem ex vera numeratione, & tunc procedit illa gl. & ita trāſit hic Io. de Imo. Sed tu pro veritate diſtingue duos caſus principales.

Primus eſt, an habeat talis dos ſuum vigorem & ſua priuilegia contra virum & eius hæredes.

Secundus caſus, an habeat ſua priuilegia contra tertios.
4 Primo caſu † ſine dubio habet ſua priuilegia, & ſic etiam tacitam hypothecā in bonis viri, & procedat gl. in d. l. exigere dotem, & hoc niſi infra legitima tēpora opponeret vir, vel eius hæredes exceptionem non numeratæ dotis, quo caſu poſſet vir venire contra confeſſionem ſuam, & ſic etiam eius hæredes transferendo onus probandi in ipſam mulierem, vel eius ſocerum, per id quod habetur in l. fin. & in auth. ibi poſita. C. de do. cau. non nu. Sicut dicimus in confeſſione mutui, vt habetur in l. ſi ex cautione. & per totum. C. de non nu. pec. licet Bal. in l. 1. C. de priuile. do. dixerit non oriri tacitam hypothecam in dote confeſſata & malè, vt communiter tenent Doc. hic legentes: & etiam Bal. & Ang. & etiam fuit de mente glo.
5 in princ. dum dicit & omni caſu. † Si autem vir renunciaſſet dictæ exceptioni, prout communiter in inſtrumentis dotalibus hodie ſolet fieri, tunc non audietur vir vel eius hæres, ſecundum Bart. in d. l. fi. C. qui po. Cuius dictum non ſolet ſic indiſtinctē teneri, & contrarium eſt de mente Ang. hic, & ipſe ibidem Bar. contrarium voluit in d. l. ſi ex cautione, quando ita incontinenti, quia eadem facilitate inducitur ad renūciandum, qua inducitur ad confitendum, ar. l. doli mali. verſ. diuerſum. ff. de noua. facit l. iudex circunuēto. ff. de mino. Vn
6 de ſecus eſt † quando ex interuallo renunciaret ſecundū Bar. ibi, & poteſt procedere dictum Bart. in d. l. ſi ex cautione. & in l. 1. C. de do. cau. & idem ſi ante dictum tempus datum ad opponendum dictam exceptionem vir iterū ex interuallo fuiſſet confeſſus, quaſi tunc magis deliberatè hoc fecerit, & ſic non ſub ſpe numerationis futuræ, vt per gl. no. iuncto tex. in l. in contractib. C. de non num. pec. & quod alias habetur in l. ſancimus. C. de agrico. & cenſi. lib. 11. & quod ibi no. per Bar. Et in tantum poteſt vir, vel eius hæres iuuari dicta exceptione, ꝙ etiam ſi ipſe vir iuraſſet ſuper tali contractu dotali, nihilominus tale iuramentum non extenderetur, quominus poſſit poſtea opponi talis exceptio propter non ſecutam numerationem, quaſi tale iuramentum habeat tacitam conditionem, ſ. ſi ſequatur iuramentum, per id quod habetur no. in l. fi. C. de non nu. pec. Cuius diſpoſitio obtinet etiam de iure cano. & hoc niſi cum dicto iuramento ſit facta renunciatio dictæ exceptioni, vel niſi iuramentum ſit aſſertorium de præterito: puta ſi in inſtrumento dicatur, quæ omnia & ſingula iurauit vera eſſe & fuiſſe, vt de his latè Io. de Imo. in repe. c. cum contingat. de iureiur. ſuper 7. membro. char. 41. & ſuper 10. memb. char. 52. Et prædicta procedunt, quando confeſſio vel renunciatio emanaſſet ante matrimonium: vbi autē conſtante matrimonio: tunc indiſtinctè non valet talis diſpoſitio tanquam in materia ſuſpecta, quaſi animo donādi fuerit confeſſus, vt ſupra dixi. & per id, quod habetur in d. l. per diuerſas. & in l. fi. C. de ſpon. & in l. qui teſtamentum. ff. de probatio. & alias per Bar. & Doct. & in l. ſi donatione. C. de colla. & p Bar. in l. cū quis decedens. §. Titia honeſtiſſima fœmina. ff. de leg. 3. cum inter ipſos coniuges ſit prohibita donatio conſtante
7 matrimonio, vt ſupra. Vnde † ſicut non valet donatio, ita ēt non valet confeſſio viri de dote recepta, quod etiam voluit Bal. in l. 1. C. de priuileg. dot. ꝙ an procedat, quando ante matr. mo-

Source : BIU Cujas

trimonium præceſſerat promiſſio dotis, infra tangetur. ſi tñ vir ipſe cõfitens prædeceſſiſſet in matrimonio, tunc ſicut donatio expreſſa confirmatur morte, vt habetur in l. donationes.C.de dona.inter vir. & vxor.cum ſimil.ita etiam dicta tacita donatio inducta per dictam cõfeſſionem: licet enim ad confirmationem donationis per mortem requiratur traditio, vt eſt tex.no.in l.Papinianus.ff.de dona.inter vir.& vxo. tamen talis cõfeſſio viri de recepto habetur loco traditionis, & ideo confirmatur morte,per tex.ſing.iuncta glo.in l.quod de ſuo.C.de do.cau.non num.quod etiam voluit Bal.in d.l.1. C.de do.ante nup. Licet multi impugnent illam glo.& de ea dubitauerit Pau.de Caſt.cõſi.63.quod incipit ſuper iſto puncto occurrunt multa.& ibi refert vidiſſe quandam diſputationem cuiuſdam magni Docto.filij Ray.de Forli.vbi multis rationibus & iuribus illam impugnant,tamen ipſe Pau.dicit,ꝙ dato, ꝙ illa gl.ſit vera,tamen debet intelligi procedere in terminis ſuis, videlicet quando interuenit acceptilatio, quæ inducit fictam ſolutionem,vt ibi per eum. Tamẽ quicquid ſit, Docto.communiter intelligunt illum tex.procedere etiam, quando non per viam acceptilationis, ſed per ſimplicẽ confeſſionem vir ſe obligat ad dotis reſtitutionem cõfitendo ſe eam habuiſſe & recepiſſe,vt tunc valeat ſaltem in vim donationis confirmatæ poſtea per mortem viri confitẽtis & prædecedentis ante mulierẽ, vt ſatis bene probatur ex illo tex.& ita intelligit Bart.& Bal.in d.l.Papinianus. & etiã idem Bal.in d.l.1. de dona.ante nup. & Barto.in d.§.Titia.ad fi.& Cy.poſt Pet.in l.j.in fi.C.de ſacroſanc.eccle. & ita ſeruatur in practica. Si autem ipſa mulier prædeceſſerit, & tunc nullo modo valeret. An autem confirmetur iuramento,proxime dicetur.

Quid autem ſi talis confeſſio fuit facta ante matrimoniũ & conſtante matrimonio vir renunciaſſet dictæ exceptioni non numeratæ dotis? Dicas idem,ſ.ꝙ non valet talis renũciatio tanquam facta tempore ſuſpecto:cum renũciatio habeat ſe ad inſtar donationis, vt habetur in l.ſi quis delegauerit. ff. de noua.facit glo.in l.ſi quis obligatione.ff.de reg.iur.ad hoc etiam tex.no.in l.ſi ſponſus.§.ſi vxor.ff. de donat.in 6. Dicas etiam ꝙ ſi vir ante matrimonium fuit confeſſus ſe habuiſſe dotem & appareret hoc feciſſe ſcienter & non animo donandi,tunc valeret.nec poſſet opponi dicta exceptio non numeratæ dotis intra ſua tẽpora,vt habetur no.in d.l.1 C.de dona. ante nup.& in d. l. quod de ſuo. tamen in dubio ſi aliter non conſtat,preſumeretur fuiſſe confeſſum potius ſub ſpe futurę numerationis,quàm ex cauſa donationis,vt habetur no.in d. l.1.quod etiam ibi expreſſe voluit Bal. nam quælibet alia cauſa,quę poſſet ſubeſſe,cauſam donationis excluderet,vt habetur in l.cum autem.de ſolu.Conſtante autem matrimonio ſi emanaret talis confeſſio viri, ex quo tunc ſumus in materia ſuſpecta,præſumendum eſt magis, ꝙ animo donandi, quàm ſub ſpe futuræ numerationis dotis vir ſit confeſſus, ſecundũ Bald.ibi nota.vbi tamen limitat hoc, niſi eſſent coniuges inter ſe diſpares reſpectu nobilitatis, vel iuuẽtutis,puta ſi ignobilis, vel ſenex maritus confiteretur ſe habuiſſe dotẽ ab vxore nobili vel iuuene, quia tunc præſumeretur, ꝙ ex cauſa recompenſationis hoc fecerit, quo caſu non eſt prohibita donatio,& hoc per ea quæ no.gl.ſing.in l.ſi voluntate.C.de do. promiſ.quam gl. ibi ſequitur Cy.& communiter alij.& Bart. in l.ſi diuortio.ff.de verbo.obligat.& in l.ſi ſtipulatus.§.ſi tibi nupſero.ff.eod.tit.Licet in puncto iuris,& per viam diſputationis realiter tenerem contrarium, vt latius de hoc dixi in d.l.ſi diuortio.per multa iura & rationes, & maxime per tex. quaſi in terminis in l.3.§.videamus.ff.de dona.inter virum & vxo.vbi Iuriſconſultus improbat donationem factam a liberta filio ſenatoris,cum quo contraxerat matrimonium,& hęc ex eo dicit ibi textus, quia inter eos matrimonium non valet, ergo ſi valeret, apertè ibi præſupponit Iuriſconſultus, ipſam debere valere.

Præterea tex.in §.ſi vir.l.quod autem.ff.de dona.inter vir.
8 & vxo.procedit † quando donatio facta reciprocè conſiſtebat in commodo burſali,ſed maritus accipiendo vxorem nobilem,vel iuuenem nihil recipit ab ea conſiſtens incommodo burſali,& ſic non debet eſſe in conſideratione.l.quod adipiſcendæ.ff.eo.tit.Vnde non eſt congrua proportio,arg.l.planè.2.§.fi.ff.de lega.1.non enim poteſt fieri locupletior vir ex eo,ꝙ habet vxorem nobilem, & ideo ſibi donauit,ſed ex dotatione, quam facit vir in perſona vxoris, ipſa efficitur locupletior,& vir donans pauperior,ergo non valet.

9 † Præterea vir nihil nobilitatis aſſumit ab vxore nobili, ſicut econtra conſequitur vxor a viro nobili, dicebat Bar.in l. fi.C.de verbo.ſignifi.vt ibi etiam per Bal.facit,quod habetur in l.mulieres.C.de dign.li.12.& in l.fœminæ.ff.de ſena.Et ideo hoc dictum forte potius procederet econtra, quando vxor ignobilis donaret viro nobili aliquid vltra dotem in actu matrimonii,ex quo ipſa dignitatem acquirit a viro. facit, qđ habetur in l.ſi Auguſtæ.ff.de leg.2 & licet ex hoc ipſa vxor non efficiatur locupletior,ſed potius pauperior reſpectu intereſſe burſalis:tamen eſt ſpeciale,quando ex hoc ipſa aſſequitur dignitatem,vt patet in l.ſeq.poſt l.quod adipiſcendæ.ff.de don. inter vir.& vxo. vbi ſi vxor donat veſtem viro cõuenientem pro dignitate viri aſſumpta valet donatio:& tamen non poteſt negari, ꝙ ex illa veſte vir nõ efficiatur locupletior,& maxime quia ipſe vir erat eam facturus de ſuo. Vnde cogita,qa communiter Docto. ita tranſeunt cum illa gl.in l.3.C.de do. promiſ.per Bar.& Ang.& Imo.& communiter Doct.in d.l.ſi diuortio.& tenet Bar.& Saly.poſt Bal.in d.l.3. Et poſſet forte
10 ſaluari dicta opin.ex eo,quia † mulier nobilis nubendo ignobili ſuam dicitur perdere nobilitatem.dicit tex.iu l.mulieres. & l.interdicimus.C.de murile.lib.12. & merito, quia facit ſe famulam dicti viri ignobilis,cũ vxor dicatur famula viri quodam reſpectu,vt 33.q.4.c.hæc imago.& c mulierem.& ſic ex hoc videtur fieri pauperior,vnde cogita. Tamen retenta cõmuni opi.illa non procederet,quando dos confeſſata eſſet ſuperexceſſiua,adeo ꝙ ſecundum arbitrium boni viri eſſet magna inæqualitas,& mala compenſatio habito reſpectu nobilitatis vel iuuentutis mulieris ad talem donationem ſuperexceſſiuam, quia tunc ſaltem quatenus eſſet inæqualitas & ſuperexceſſus non valeret, argu.eius quod habetur in l.ſi conſtante.C.de dona.ante nup.Inſuper vidi dubitari,an talis prę ſumpta donatio inducta ex tali confeſſione eo caſu, quo nõ valeret de iure,firmetur iuramento.& quidem quãdo donatio eſſet facta per modum expreſſum, communiter tenetur eam firmare iuramento, adeo ꝙ non indiget alia confirmatione per mortem viri.Nam imo ſi vir prædeceſſerit,nihilominus valeret, vt tenuit Barto.in l.ſi quis pro eo.ad fi.ff.de fideiuſ.& etiam tenet Io.And.in addi.Spec.tit.de donat.inter vir.& vxo.videlicet in rub.circa fi. vt latius de hoc per Io.de Imo.in c.cum contingat.de iureiur.in 10.membro, char.52. Tamen quando ſurgit præſumpta donatio ex confeſſione facta per virum de dote recepta aliter non apparente numeratione reperio Ludo.Roma.ſuo conſi.44.quod incipit, ex ſupra narrato themate. tenuiſſe non firmari iuramento, alleg. Cy.poſt Pet. hoc voluiſſe no.in l.1.ad fi.C.de ſacroſan.eccl.& Bar.in l.cum quis decedens.§.Titia.ff.de le.3.& maxime quia iuramentum non firmat,quando eſt interpoſitum ſuper cõtractu ſimulato,ex quo tunc abeſt cõſenſus per id, quod no. gl.in l.3.C.plus va.quod agi.& facit,quod no.per Bal.in l.non dubium.C.de leg.& in l.ſed patronus.C.de ope.libe.& Bar.in l.nemo poteſt.ff.de leg.1.Tamen hæc ſua opin.nunquam mihi placuit, & ſæpius vidi conſultum in contrarium, & etiam ego conſului,quia licet iuramentum non firmet actũ, prout eſt in apparenti: & ſic non eſt verum, tamen hoc non ex alio procedit,niſi quia in illo actu apparẽti & non vero abeſt conſenſus, tamen actum tacitum & verum, ſeu qui in vero inter partes geſtus eſt,firmat iuramentum,ex quo ibi adeſt cõſenſus, vt hæc eſt concluſio Docto.in d.c.cum contingat.& ibi hoc tradit Ant.de But.in 8.membro,& ibidem Io.de Imo.in 7.membro,char.41.nec ob.dictum Cy.& Bart.vt ſupra,quia loquuntur in iuramento aſſertorio de præterito: puta ſi vir conſtante matri. confeſſus eſt,ſe habuiſſe tantum pro dote: & ita iurauit eſſe verum,quia videtur tunc in fraudem iuraſſe, & ea ratione,qua fuit motus ad confitendum non verũ,quia ita ius præſumit, ꝙ in fraudem donationis fuerit confeſſus, eadem ratione fuit motus ad iurandum rem ſic fuiſſe,argu.l. doli mali.verſ.diuerſum.ff.de dona. Secus in iuramento promiſſorio, quia ſicut illud firmat expreſſam donationem inter coniuges, vt ſupra, ita & firmat tacitam & præſumptam donationem, vt ſic idem operetur iuramentum in tacito, quod in expreſſo, arg.l.cum quid.ff.ſi cer.peta.l.de quibus.in fi.ff.de leg.cum ſi.

Nec tunc habebit locum exceptio non numeratæ dotis, quia (vt ſupra dixi) talis confeſſio in dubio magis videtur facta ſub tacita intentione donandi,quàm ſub ſpe numerandæ ſibi dotis,ex quo ita conſtante matrimonio fuit facta. Refert ergo,an ſit dictum in inſtrumento,talis vir fuit confeſſus habuiſſe & recepiſſe tantum pro dote ſuæ vxoris, & ita iuraret, & tunc tale iuramentum de præterito non trahitur ad obſeruantiam tacitæ donationis de futuro. & ita procedunt dicta Cy.& Bart.An autem promittendo dictam dotem reſtituere in caſum ſolu.matri.& ita iurauerit,& tunc tale iuramentum de futuro firmat ipſum actum tacitum & verum, & ſic ipſam donationem præſumptã, & ita poſt multa tenuit Io.de Imo. in d.l.cum contingat.in 10.membro, & char.52. quod videtur eſſe veriſſimum.

Secundus caſus principalis eſt,an dicta dos confeſſata valeat & habeat ſua priuilegia contra tertium,circa quod multa &

Source : BIU Cujas

ta & varia reperio Doct. scripsisse, & maxime Bald. & Bart de Salyc. in l. 1. C. de priuile. dot. & in d. l. fi. C. qui potio. & etiam per Lud. in d. l. 1. fol. mat. & in l. si constante. fol. matr. in 4. q. 4. par. Bar. Sed potest ex multis distingui, ꝙ aut contendit mulier cum tertio creditore vel possessore non prætendente hypothecam in bonis viri, videlicet solu. matri. vel eo constante, & viro iam vergente ad inopiam prætendendo hypothecam expressam vel tacitam contra dictum tertium vigore talis dotis cōfessatæ: & certè admitteretur secundū Raph. Cu. in d. l. j. quia non reperitur iure cautum contrarium, tex. cū glo. in d. l. fi. loquitur quando alius creditor contendens cum muliere prætenderet hypothecam, & sic quando mulier vellet vti priuilegio antelationis suæ hypothecæ contra aliū creditorem viri prætendentem priorem, & tacitam hypothecā. Item non obstat, quod habetur in auth. sed iam necesse. & in corpore vnde sumitur. ex qua auth. Doct. sumunt argumentum, ꝙ confessio facta per maritum obstāte matrimonio de pecunia, vel aliis mobilibus pro dote, quādo vir haberet creditores, non præiudicat dictis creditoribus, vt per Cyn. in d. auth. & per Bar. in d. 4. q. ad fi. Nam ille tex. vult, ꝙ mulier pro tali dote non possit vti priuilegio prælationis in sua hypotheca contra alios creditores hypothecam habentes, licet anteriorem tamen tacitā, vt satis clarè colligitur ex tex. in d. auth. Ergo quando vellet vti priuilegio solum tacitæ hypothecæ contra alios quoscunq; creditores non habentes hypothecā licet anteriores: tunc Imperator in d. auth. hoc bene concedit, ex quo solū facit vim in creditoribus habentibus hypothecas, & gl. in d. l. fi. C. qui potio. super verbo, datæ. iuncto illo tex. solum ponderat dotem requiri esse numeratam & nō confessatam ad effectum dicti priuilegij in hypotheca, & in hoc non facio differentiam, an confessio dotis fuerit constante matrimonio, vel ante. Et hinc est, quòd de iure antiquo, de quo nondum erat iuuenta hypotheca tacita pro dote, sed mulier præferebatur aliis creditoribus etiam anterioribus in tempore, quando non habebant aliquas hypothecas, vt habetur in l. 2. ff. de priuil. credi.

Tamen iura indistinctè procedebant, siue dos esset confessata, siue numerata. vnde licet mulier prætenderet debitū dotis solum ex confessione viri: nihilominus præferebatur aliis creditoribus etiam anterioribus circa personales actiones. Nec reperio, ꝙ tit. ff. de priuile. credi. faciat vim magis in creditoribus prætendentibus verā numerationem, quàm in prætendentibus confessionem debiti, & hoc forte nisi probaretur, ꝙ debitor confiteretur in fraudem aliorum creditorum, si in hoc adessent coniecturæ fraudis, arg. l. si priuatus. ff. qui & a qui. & per Bar. in l. post contractum. ff. de do. Et ita debet intelligi tex. in l. 1. §. qui mutuam ff. quæ in frau. patro.

11 Sit ergo conclusio, † ꝙ hypotheca mulieris expressa vel tacita operatur contra alios creditores etiam anteriores non habentes aliquam hypothecam, quia in hoc non reperimus aliquid in contrarium expositum, & multomagis cōtra alios possessores bonorū mariti non habentes ius hypothecæ anterius, si tamen tertius possessor, cōtra quem mulier, vel eius hæredes agerent hypothecaria, opponeret exceptionem nō numeratæ dotis, audiretur, dummodo intra tempus datum ipsi viro, vel eius hæredi ad opponendum, per tex. in l. si cui. C. de non nu. pecu. quod voluit Bar. in d. l. fi. Imo probat d. l. si cui, ꝙ si adhuc dictum tempus non esset elapsum: tamen vir non posset illam opponere, vel eius hæres, quia forte renunciasset eo casu, quo potuisset renūciare, secundū dicta supra.

Tunc similiter ipse tertius non posset opponere, secundū Bar. in d. l. fi. & etiam voluit Bal. in d. l. si cui. Potest tamen dici, ꝙ tunc ipse tertius, vel alius creditor audiretur circa talē exceptionem, quándo prætenderet causam ab ipso viro immediatam, vel mediatam, puta quia emisset ab ipso viro, vel ab alio, qui emit a viro, aliàs non dicitur, ꝙ posset opponere, puta si possideret de facto vel cum titulo: tamen non habito ab 14 ipso mariro immediatè vel mediatè, aliàs non video quomodo talis possessor possit vti iure vel beneficio ipsius viri & allegare ius tertij contra id, quod habetur in l. loci corpus. §. competit ff. si seruit. vendi. & quod habetur in l. 1. ff. de excep. rei iudi. facit, quod habetur in l. si mater. §. fi. ff. fol. mat. & in l. si superatus. ff. de pig. Et ita intellige, & limita, quod no. in d. l. si cui. quod etiam fuit de mente gl. ibidem. & facit, quod habetur in l. tam manda. ff. fol. mat.

Aut ipsa mulier contendit cum tertio prætendente se creditorem cum hypotheca, in eisdem bonis viri. Et tunc dicas, ꝙ aut ille creditor prætendit hypothecam expressam & anteriorem: & tunc sine dubio mulier non præferetur etiam in dote numerata, & etiam si haberet hypothecā expressam secundum communem opinio. de qua supra. Aut prætendit hypothecam, tamen tacitam, cum isto solo casu mulier habeat priuilegium antelationis secundum opinio. vt supra, & tunc conclude, ꝙ priuilegia dotis circa ius antelationis non habent locum in dote solum confessata, scilicet in præiudicium talium creditorum, vnde opus est sibi probare veram numerationē dotis, ad hoc vt eis præferatur in sua tacita hypotheca & ita procedat tex. cum gl. in d. l. fi. quod tamen pluribus modis limita.

12 † Primò, nisi transiuerit tempus datum ad opponendum exceptionem non numeratæ dotis, secundum Bart. in d. l. fin. quod etiam tenuit hic Bald & fuit de mente Ange. in l. si ita stipulatus. §. Chrisogonus. ff. de verborum obligationib. Vnde ex quo non competebat viro, similiter non debet competere suis creditoribus, per id quod habetur in d. l. si cui. & etiam per supra dicta.

Quidam de hoc dubitant, vt fuit Pau. de Cast. tamen videtur tenenda opin. Bart. communis, & etiam propter eius authoritatem. Tum etiam, quia in ambiguis est tenenda opin. quæ facit pro dote. l. in ambiguis ff. de iure dot. & maxime si creditores habuissent notitiam de dicta confessione viri, cū posset eis imputari, quare infra tempus legitimum sibi non prouiderunt circa querelam non numeratæ dotis, alias forte si ignorassent: secus esset, per id quod habetur in l. mater decedens. ff. de inoffi. testam.

Tamen dicas idem esse data ignorantia, ex quo tales creditores non possunt vti adminiculo ipsius mariti, a quo habuerunt causam, nisi cum sua causa, argum. l. Pomponius. §. cum quis adminiculo. ff. de acq. pos.

Et sic potest inferri idem esse, si vir renunciasset tali exceptioni non numeratæ dotis, vt communiter in instrumentis solet talis renunciatio poni, vt per glo. no. in l. j. C. de do. cau. Intellige, ꝙ eo casū renunciatio valeret secūdum supra dicta.

Et idem dicas si in instrumento confessionis fuisset iuramentum, videlicet promissorium de futuro: cū tale iuramentum excludat dictā exceptionem non numeratæ dotis secundum tamen supra dicta. Aduerte tamen, quia prædicta procederent, quādo dicti creditores vellent sē iuuare contra dictā confessionem per exceptionem non numeratæ dotis.

Si autem dicerent & allegarent, dictam confessionem fuisse simulatam factam in fraudem creditorum: & tunc si quidē confessio fuisset facta ante matrimonium, tunc non possent talem fraudem allegare, quia nullo iure cauetur, ꝙ talis confessio præsumatur facta in fraudem creditorum, nisi aliter extrinsecus probaretur de fraude. Si autem fuisset facta constante matrimo. & tunc si tempore confessionis maritus premebatur magno ære alieno, & tunc eo ipso præsumitur facta in fraudem creditorū, & est præsumptio tanta, quæ vocatur iuris & de iure: contra quam nō admitteretur probatio in contrarium. ita solet allegari tex. in arg. pro sing. in d. auth. sed iam necesse. & in corpore vnde sumitur, qui tex. licet loquatur, quādo vir confiteretur se habuisse aliqua mobilia pro augmento dotis: tamen Doct. illum tex. trahunt ad confessionem etiā ratione primæ dotis confessatę constante matrimonio, vt ibi voluit Cy. & etiam ibi sequitur Bart. de Salyc. & etiam Bar. in d. l. si constante. in 4. q. 4. par. ad fi.

Et sic ex prædictis iuncto tex. in d. auth. resultat secunda li- 13 mitatio ad d. gl. in d. l. fi. vt † non habeat locum, quando creditores non vellent se iuuare ex eo, ꝙ dicta cōfessio fuerit facta sub spe futuræ numerationis, sed ex eo, ꝙ præsumatur facta in fraudem creditorum, quia tunc audirentur duobus cōcurrentibus, scilicet, ꝙ fuerit facta constan. matrimo.

Secundò, quòd tunc temporis, maritus premebatur magno ære alieno. si autem essent creditores in parua quantitate, & tunc non resultaret dicta præsumptio fraudis secundum glo. sing. in d. auth. sed iam necesse. quia pro parua quantitate debiti non causatur dicta suspicio fraudis, facit cap. & si quæstiones. de simo.

Tertiò limita, † quando confessio esset facta mulieri: secus si fieret extraneo, qui dotauit mulierem, confitendo vir ab eo recepisse dotem, quia tunc talis dos confessata habet priuilegium non solum circa tacitam hypothecam, sed etiam circa priuilegium prælationis contra alios creditores, secundum Bald. no. in l. 1. C. de priuile. dot. Vnde sequitur, quòd dicto casu non haberet locum singu. dispositio d. auth. sed iam necesse. quod est bene no. & forte dubitabilis, maximè quando talis extraneus esset persona, in qua versaretur suspicio, puta, si esset persona coniuncta ipsi marito, qui dicto tempore premebatur magno alieno ære. Nam tunc ratione sanguinis subesset suspicio fraudis, per id quod habetur in l. data. C. de donat. & per Bart. in l. post contractum. ff. eod. secundum casum principalem primi temporis. & facit glo. no. in l. illud. C. de sacrosan. eccl. Et multomagis si vir confiteretur dotem a socero constan. matri. quia videtur subesse eadem suspicio,

prout

prout in ipsa vxore, per id quod habetur in l.3.§.qui in eiusdem.ff.de dona.inter vir.& vxo.

15 Quartò limita,†quando tali confessioni viri essent coniuncta aliqua adminicula, & indicia arguentia veritatem dotis datæ,secundum Bal.in d.l.1.puta si vir diu alimenta uit vxorē taquam dotatam:vel si post cōfessionem ex magno interuallo iterum ipse maritus recognosceret debitum dotis, argu.l. cum de in rem verso.ff.de vsu.vt ibi per eū,quæ tamen coniectura videtur multum debilis nec multum vrget. Nam fuit possibile, quod a princ.vxorem duxit indotatam,vel forte cū parua dote,& forte vir confiteretur habuisse maiorem dotē, quo tempore imminebant multi creditores.Item illud de recognitione debiti non videtur sic indistinctè verum, quando eadem suspicio,quæ erat tempore primæ confessionis,duraret etiam tempore recognitionis debiti, imo videretur, ꝙ per talem reiteratam confessionē surgat maior suspicio tanquam ex nimia cautela emanauerit, per id quod no.glo.alias in l.4 de condi.insti. Cogita etiam, quia licet supra dixerim, ꝙ confessio reiterata excludit exceptionem non numeratæ pecuniæ, secundum illam glos.no.in l.in contractibus. C.de non nume.pecu. Tamen illam ibi Cy.post Pet.non tenet indistinctè,nisi quando secunda confessio habuit magnum interuallum,videlicet duorum annorum,per id quod habetur in l.si mulier.& in auth.siue a me. C.ad Velleia.de quo etiam per eundem Cy.in l.cum fidem.C.de non nume.pec.Tamen ad excludendum præsumptam fraudem,de qua in d.authen. sed iam necesse. non noceret dicta secunda confessio etiam post biennium contra ipsos creditores,qui imminebāt tempore dictæ secundæ confessionis: cum illa sit præsumptio talis, contra quam non admittitur probatio in contrarium, & sic multominus per confessionem illam geminatam,alias parata esset de facili via malignandi ipsi viro, & sic eludendi ipsos creditores, & consequenter etiam euitandi dictam dispositionem,de qua in d.auth.per iura vulgaria.

16 †Quintò limita,nisi alij creditores prætenderent eorū credita & hypothecam similiter ex sola confessione eiusdem viri, secundum An.hic no.& in d.§.Chrisogonus.quod etiam hic sequitur Imo.& fuit originale dictū Bal. in d.l. fi. qui pot. in pign.hab.quod tamen dictum non videtur esse tutū,quando tempore confessionis factæ priori creditori non imminebat magnum æs alienum,& sic dicto tempore non erat suspicio fraudis, & maxime contra futuros creditores, & sic contra dictam mulierem postea ductam ab eodem viro per id qđ habetur in l.1.C de iu fis.li.10.& prout dicetur proxime in alia fallentia. Vnde non videtur esse par ratio in vtraq; confessione, ex quo tempore confessionis secūdi debiti dotis imminebat magnum æs alienum. Vnde cogita,quia magna est authoritas præallegatorum Docto.

17 †Sextò limita,nisi creditores, qui se opponunt contra mulierem in tali dote confessata, contraxissent cum marito post dictam confessionem dotis,& sic tēpore,quo non erat suspicio fraudis,emanauit talis confessio. Si autē esset aliqua præsumptio,ꝙ in fraudem futurorum creditorum fuerit facta,& maxime quando incontinenti contraxit dicta debita, & tūc illi non noceret,arg.l.4.§.in bonis.ff.de priuile.credi.& quod habetur in l.1.& ibi per Bart.ff.si quis test.lib.& quod per eundem Bar.in l.post contractum.ff.de do.& ita debet procedere & intelligi, & saluari gl.no.in d.auth.sed iam necesse.vt ibi per Bal.post Cy.de quo etiam per Bar.in l.ait prætor.§.ita demum.ff.quæ in frau.credi. vbi sic limitat.d. glos.in d.auth.de quo etiam per eundem in d.l.1.C.de iure fis.lib.10.

18 †Septimò fallit,quādo confessio esset facta constante matrimonio,vbi precesserat vera promissio dotis ante matrimonium,quia tunc videtur virū magis fuisse confessum, vt vellet recognoscere bonam fidem,quàm in fraudem creditorū, vt quidam Moderni dicunt in d.l.1.ff.sol. mat.vt fuit recolendæ memoriæ D.Ang.de Peri.Doctor meus,dicens,hoc fuisse de mente Cy.in l.in contractib.C.de non num.pecu.& quod ita fuit consultum Paduæ per solennes Docto.allegando no. Ioan.And.in addi. Spe.tit.de don.inter vir.& vxo.super rub. ad fi. & idem & magis expresse hoc tenet Ludoui. Roma.in l.si constante.ff.so.mat.in 4.q.4.par.Bar.dicendo ita se consuluisse in ciuitate Castelli. Tu tamen super hoc aduerte, quia Cy.post Pet.in d.l.in contractib.dicit per illum tex.in ver.illis etiam securitatibus,ꝙ quando præcedit instrumentum promissionis dotis, & sequitur postea confessio mariti constante matrimonio facta,ꝙ non habet locum tunc exceptio non numeratæ pecuniæ,mouendo se ea ratione, quia priusquam maritus habeat vxorem obligatam ad ipsam dotem,iam habet,quod affectauerat,scilicēt vxorem cum dote,quam vxorem potest ad libitum conuenire pro consecutione suæ dotis,quæ ratio cessat,quando confitetur ante matrimonium, quia vt plurimum viri inducuntur ad confitendum dotē habuisse,ad hoc vt ipsam vxorem habeant, sperantes postea sibi debere solui ipsam dotem. Et hac ratione iura simpliciter indulserunt marito dictam exceptionem non numeratæ dotis,vt non possint venire contra eorum confessionem etiam transferendo onus probandi in mulierem cōtra regulam, de qua in l.generaliter.C.de non nu.pecu.Et eadem ratione mouerunt se iura ad indulgendum exceptionem non nu.pecu. in mutuo, vt habetur in l.si ex cautione. C.de non nu.pecu. quia vt experientia docebat,videbant,ꝙ vt plurimum homines egentes pecunia confitebantur creditori mutuanti se habuisse pecuniam mutuo,quam nunquam habuerant,sperantes tamen habere,imo alibi confitebantur se plus habuisse in mutuo, quàm in vero habuerunt. Vnde succursum dederūt debitoribus contra creditores mutuantes, vt possent opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ infra biennium, transferendo onus probandi in creditorem:& sic venire possent contra eorum confessionem contra regulam, de qua in d.l.generaliter.vt ibi per Cy.Ex qua ratione tanquam verissima, quæ mouit legum conditores, potest argui, ꝙ si confessione per me facta de mutuo recepto præcessit promissio facta per creditorem,qui solenniter mihi promiserat mutuare dictam pecuniam per me reddendam inde ad certum tēpus, non potest tunc opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ,ex quo promissio & obligatio præcesserat de mutuando.& sic habebam illum obligatum per id, quod habetur in l.si pecuniam.ff.de verb.oblig.Et sic non poterat tunc subesse ratio, ꝙ videam illam confessionem fecisse tanquam affectans,& vt illum faciliorem reddam ad pecuniam numerandam,quod est multū no.& maxime ad no.in d.l.si ex cautione.& in l.2.§.fi.ff.si cer.pet.Vnde confert,ꝙ habetur in simili.in l.si Titius.ff.de pigno.act.& ibi per Bar.& ꝙ alias per eundem in l.si fundus.§.fin.de pigno.Aduerte tamen,quia ex dictis Cy.& Pet.vt supra resultaret,ꝙ quādo non præcessit promissio dotis,& vir constante matrimonio confessus est,non posset tunc opponi exceptio non numeratæ dotis, ex quo cessat ratio eorum, cum dicto tempore vir iam habuerit, ꝙ affectauerat.imo ille tex.in d.versic.illis etiam securitatibus, probaret per argu.a speciali, imo etiam a contrario sensū, ꝙ vbi confessionem dotis non precesserunt dotalia instrumenta,ꝙ tunc possit opponi dicta exceptio non numeratæ dotis, nisi dicas illum tex.debere intelligi, quando instrumentū dotale,& confessio sequens manarunt ante matrimonium:Si autem confessio fuisset post matrimonium contractum,posset tunc dici attenta ratione prædicta Pet.& Cy.ꝙ non possit opponi prædicta exceptio, sicut etiam non posset, quando per prius factum esset instrumentum dotale,cum vtrobiq; sit eadem ratio,nisi dicas, ꝙ non sit per omnia eadē ratio in vtroque,quia quando per antea manauit promissio dotis, tūc vir postea confitendo se recepisse,videtur præsumendum magis quod bona fide confessus est,& sic animo recognoscendi bonam fidem de receptis circa numerationem antea factam,& tam præcedentis debiti dotis,quæ ratio si vera esset,argueret ꝙ non præsumatur tunc facta dicta confessio in fraudem donationis prohibitæ inter coniuges, & hoc probatur no.ex illo tex.in d.versic.illis etiam.Nam si præsumeretur,ꝙ in faudem donationis,tunc confessio esset nulla,sicut est nulla donatio, & ideo frustra tractaretur ibi de exclusione exceptionis non numeratæ dotis. Potest ergo distingui in hoc articulo,ꝙ aut confessionem viri factam constante matrimonio nulla præcessit promissio dotis, maxime ante matrimonium, & tunc in vanū tractamus de exceptione non numeratæ dotis, quia non præsumitur tunc facta sub spe futuræ numerationis, sed magis in fraudem prohibitæ donationis, vt supra dixi in primo membro, per l.quod de suo.C.de dote cau.non nume & per Bal.post Cy.in d.l.j.C.de dona.ante nupt.Nec tunc oritur tacita hypotheca dotis, ex quo in viro non fuit facta ex causa dotis.Imo plus & nota.dico,ꝙ si in dicto instrumento confessionis dotis esset apposita expressa hypotheca, tunc illa nihil operaretur tanquam nulla & simulata, sicut est ipsum suum principale,per id quod habetur in'd l.fi.C.de non nume.pecu. & l.fi.ff.qui satisda.cog.cum similib.Ex quo no.sequitur, ꝙ si talis donatio præsumpta confirmaretur morte, tamen propterea mulier non præferetur aliis creditoribus vigore talis hypothecæ,& ita iam vidi de facto obtentum.Nec ob.quod supra dixi de iuramento,quod non annullatur appositum super tali confessione, quin eā firmet in vim tacitæ donationis inter coniuges,vt dixi in primo membro. Quia illud procedit in iuramēto promisso de futuro, sed dicta hypotheca habet se tanquam super actu de præterito,scilicet pro dote iam recepta me & mea bona obligaui in casum restitutionis dotis. Vnde ex quo non sumus in casu vero restitutionis, quia

dos

dos nō fuit numerata, merito illa hypotheca nihil operatur, maxime contra tertios, quod bene no. Aut confessionem dotis constante matrimonio factam præcessit instrumentū dotale: & tunc aut quærimus, an talis cōfessio excludat præsumptam donationem inter coniuges, & sic valeat in præiudiciū mariti ad excludendum eum, & etiam alios habentes causam ab eo: & excludit, vt per tex. ibi glo. ad hoc in d. l. in contractib. & in d. ver. illis etiam. Aut quærimus an talis confessio excludat exceptionem non numeratæ dotis, de qua in l. fi. & in authen. ibi posita. C. de do. cau. & similiter excludit, per tex. ibi glo. secundum Cy. post Pet. per quem tex. non limitatur dispositio. d. l. fi. & auth. ibi positæ. Nec ob. tex. in fi. illius l. in cōtractibus. quia debet secundum eum intelligi secundum terminos d. l. fi. videlicet quando non præcesserunt instrumenta dotalia, & hoc casu possunt procedere dicta præallegatorum Docto. & Ioan. And. in dictis addi. super rub. de dona. inter virum & vxo. Aut quærimus, an dicta confessio sic sequēs post instrumentum dotale valeat ad exclusionē præsumptæ fraudis in præiudicium creditorum, secundum ℘ habetur in d. authen. sed iam necesse, & tunc quicquid aliter dixerit Lud. in d. l. si constante. & quicquid ipse vel alij consuluerunt, tenendum videtur, ℘ propter dictam promissionem dotis præcedentem non excludatur præsumptio iuris, imo ēt iuris, & de iure, de qua in d. auth. & in corpore vnde sumitur, ex quo ille tex. loquitur ind. glo. ē. Nam cum tempore confessionis imminebat magnum æs alienum, potuit talis vir confiteri, imo ita præsumitur magis in fraudem creditorum, quàm ex causa, vt velit recognoscere bonam fidem. Nec Cy. & Pet. & Io. And. vt supra dixi, tangunt illum casum, nec tex. in d. versi. illis etiam, facit pro dicta opin. quia solum loquitur ad exclusionem exceptionis non numeratæ dotis in præiudicium ipsius viri confitentis. Imo potest dici, quod tex. in d. authen. & in corpore vnde sumitur: non aliter debet intelligi, nisi quando † appareret de præcedenti instrumento, seu promissione dotis. nam si non appareret de debito dotis præcedentis, ad quid esset opus, ℘ textus ibi dicat, ℘ mulier non potest vti sua hypotheca contra creditores habentes priores hypothecas. Si enim in instrumento confessionis viri facto constante matrimonio diceretur, ℘ dos iam fuerat promissa pro matrimonio contrahendo, & sic hypotheca contracta, cui dubiū est, ℘ talis assertio viri in materia ita suspecta, non probaret dictam priorem hypothecam in præiudicium aliorum creditorum, per tex. in l. scripturas. C. qui pot. in pign. hab. quod etiam voluit Spe. tit. de solutio. §. ante omnia. versic. sed pone ecce. allegando d. l. scripturas. & l. Seia. ff. ad Velleia. facit l. 2. §. qui mutuam. ff. quæ in frau. patro. & ideo necessario est intelligendus tex. in d. authent. quando confessio seu augmentum dotis fuit facta seu factum constante matrimonio, & præcesserat promissio. & licet textus ibi loquatur de augmento dotis in pecunia, vel in aliis mobilibus: tamen Doct. vt supra dixi, inferunt, idem esse ex eadē ratione in dote confessata constante matrimonio, vt mulier tunc non possit vti contra creditores priuilegio prælationis seu hypothecæ, quæ prælatio non cadit, nisi quando allegaret contra priores creditores, quòd sua hypotheca præcessit: cum illa sit orta a tempore dotis promissæ, & non a tempore solutionis, vel soluti matrimonij, vt supra dictum est.

20 † Octa uò limita, nisi statutum disponeret, ℘ instrumentū confessionatum dotis, seu confessionis dotis mandetur executioni, sicut sententia, quia tunc ex quo statutum figit pedē super ipsa confessione & non super ipsa dote data, non haberet tunc locum illa glo. de qua in l. assiduis. secundum Bal. no. in d. l. 1. de pr uileg. dot. & in l. pecuniæ. C. de solutio. quod dictum non videtur esse tutum: cum dictum statutum debeat intelligi secundum ius commune, & ab eo interpretationē passiuam recipere, secundum ℘ habetur in l. 2. C. de noxa. & in c. cum dilectus. de consuetu. & maxime ne inducat plures exorbitantias, videlicet primo ℘ quamuis instrumentū confessionis, vel alterius debiti veri de iure communi nō habeat executionem paratam, vt habetur in l. 4. §. si conuentione. ff. de iudi. & per Ange. in l. ait prætor. §. si iudex. ff. de re iudic. & per Barto. & alios in l. si possessio. §. & si possessio. ff. de acquir. possess. Tamen ex forma dicti statuti meretur executionem sicut sententia, quæ transiuit in rem iudica. Secundum exorbitans esset, ℘ dicta executio data a statuto extenderetur ad alias personas, quàm expressam, in instrumento: & sic non solum contra maritum, vel eius hæredem, sed etiam contra tertias personas, scilicet tertios possessores, contra id quod habetur in rubri. C. res inter ali. acta, per totum. & in l. sæpe. ff. de re iudic. bene facit nota. Bart. in l. a Diuo Pio. §. si super rebus. ad fi. ff. de re iudic. & ibi dixi post Imo. & Bart. in l. 3. C. de pigno. dum tractat, an priuilegium executiuum sententiæ extendatur ad tertios possessores. & ita iam vidi consultum per solennes Docto. vt tale statutum solum habeat locum contra maritum, vel alium debitorem confitentem, & eius hæredes, nō autem contra tertium possessorem. ad hoc etiam no. Bald. in l. j. C. communia de lega. in 2. col. in lectura antiqua. Quinimo
21 dicebat in dicto consilio, † ℘ etiam si statutum diceret, ℘ instrumenta confessionis dotis mandentur executioni contra quemcunque possessorem, vt est statutum Florentiæ: tamen dictum statutum reciperet interpretationem passiuam a iure communi, vt intelligatur, quando dicta confessio dotis haberet hypothecam suam priuilegiatam cōtra ipsum tertium possessorem secundum casus supra positos in limitando theoricam illam gl. in d. l. assiduis. Si autē essent tales possessores, qui prætenderent hypothecam anteriorem, & potiorem, q̄ sit hypotheca mulieris in sua dote solum confessata, tunc ad illos statutum non extenditur, ne videatur dictum statutum esse inductum in perniciem & damnum creditorū habentium iura potiora, arg. l. 2. §. merito. & §. si quis a principe. ff. ne quid in loco publico, & quod habetur in c. quamuis. de rescrip. in 6. imo si esset actum cōtra maritum, vel eius hæredes, dicta via executiua statuti possent dicti creditores cōparere & allegare eorum hypothecam potiorem. & sic impedire dictam executionem, maxime fiendam vigore secundi decreti per id, quod habetur in d. l. a Diuo Pio. §. illud. vnde multo magis possent se defendere per viā retentionis pignoris. l. inuitū. §. cui damus. ff. de rebus dubiis, & in d. l. j. § quod ait. ff. de superfi. Cogita tamen, quia in ciuitate Florētiæ apud practicam, vt intelligo, adest aliter & alio modo.

22 Et nunc † hucusq; fuit satis plane discussa prima limitatio data ad dictum priuil. dotis, circa ius prælationis in hypotheca. de quo in d. l. assiduis. quod fuit positum pro vltimo in 9. par. vbi nulla fuit facta de hoc disceptatio: sed me remisi ad dicenda in hac decima par. vt etiam supra dixi. Multæ etiam dari possunt aliæ limitationes ad dictum priuilegium.

23 Nam secunda est, † vt solum habeat locum, quando tractaretur de dote restituenda ipsi mulieri post solutum matrimonium, secus si patri ex iure consolidationis post mortem filiæ, & maxime quando ageret ex stipulatione per eum interposita de dote sibi patri restituenda, ex quo tunc agit ex persona sua & non ex persona mulieris, & sic filiæ, quia tex. in d. l. assiduis, solum indulget dictum priuilegium ipsi mulieri, & etiam probat tex. in §. fuerat. Insti. de actio. de quo per Bar. in l. post dotem. ff. sol. mat. quemadmodum dos petat. in vlti. q. ibi per Doc. communiter tenentes contra Bar licet forte opi. Bar. posset teneri, quando pater ageret actione de dote in eū consolidata, secus si ageret ex sua promissione facta per stipulationem interpositam, & multo magis est hoc dicendum in extraneo, qui fuit stipulatus dotem sibi reddi, vt probatur in d. §. fuerat. imo dicto casu vltimo non esset orta tacita hypotheca, de qua in l. j. C. de rei vxo. actio. de quo tamen dictum est supra in septimo priuilegio 6. par.

24 † Et ex prædictis infertur ad tertiam limitationem, quòd tale priuilegium antelationis non transit in cessionarium mulieris, de quo vide no. post Barto. in d. l. post dotem. & per Bald. post Cy. in d. l. 1. C. de pri. do. potest dici, quòd si cessio fuit facta ad commodū mulieris & eius periculo. Et sic quicquid exigitur ad mulieris commodum vertitur, & tunc est locus dicto priuilegio, secus si ad commodum cessionarij, vt in simili alias habetur per Bart. post Iaco. de Are. in l. facta. §. si hæres. ff. ad Treb.

25 † Et sic etiam quarto limitatur, vt non habeat locum quando delegatio esset facta de voluntate mulieris ante solutū matrimonium, vel post, quia maritus promisit alteri stipulāti de voluntate mulieris restitutionem dictæ dotis. Tamen potest eodem modo distingui, an fuerit facta delegatio ad vtilitatē mulieris, vel non, & vide d. l. 2. in prin. ff. sol. mat.

26 † Quintò vt non habeat locum in hærede mulieris, nisi sit filius, vel alius descendens, vt est tex. in d. l. assiduis. ver. exceptis. imo oportet, ℘ sit filius eiusdem matrimonij, vt communiter tenetur ibi per Docto. & in d. l. 1. C. de priuile. do. facit, quod habetur in l. etiam. in princip. ff. solu. matrimo. Et hoc procederet, nisi filius veniret ad ipsam dotem vigore consuetudinis, de qua per glo. in l. dos a patre. ff. solu. matri. Si teneremus, quòd filij mulieris abstrahant dictam dotem immediatè ab ipso auo, materno vigore dictæ consuetudinis, & nō tanquam hęredes mulieris, vt voluisse videtur Bar. in d. l. post dotem. & expressius in l. in quartam. ff. ad leg. Falc. licet tenea tur communiter, ℘ consuetudo vocet ipsos filios tanquam hæredes matris, de quo dixi in d. l. post dotem. & aliquid in l. si cum dotem. in prin. eo. tit.

27 Sextò limita, † vt dictum priuilegium obtineat in bonis mariti, vel soceri mulieris pro dote restituenda, nō sic in bo-

nis

nis mulieris,vel ſoceri,vel alterius dotantis pro dote promiſſa exſoluenda ipſi viro: licet quidam teneant contrarium,dicendo ꝙ in ipſa hypotheca procedunt a pari vir & vxor, & ſic ex vtroq; latere. & ſic tam pro danda quàm pro reſtituenda dote, hypotheca ſit priuilegiata, per tex.in l.1.§.& vt plenius.C.de rei vxo.act.ibi,ex vtroque latere.Tamen communiter tenetur contrarium, maxime per tex.in d.§. fuerat.ibi, præferri autem aliis creditoribus in hypothecis cenſuimus, cum ipſa mulier de dote ſua experitur,cuius ſolius prouidentia hoc induximus.Nec obſtat,quod alij dicunt,ꝙ alius,quãdo mulier dotaſſet, videtur ad fauorem mulieris cedere in quandam conſequentiam, vt dos facilius vadat ad virum, & ſolidius apud ipſum virum ſit manſura, quia tex.in d l.fi.qui po.& in d.§ fuerat.loquitur taxatiuè ibi,cuius ſolius.Et ſic videtur excludere omnem aliam perſonam.l.3.§.cum Titio.ff. de alim.lega.cum ſimilib.

28 Septimo limita, † niſi mulier concurrat cum alia perſona eodem modo priuilegiata, puta cum alia vxore primi matrimonij,vel filiis & hæredibus dictæ primæ vxoris,cũ habeant parem fauorẽ in hypotheca, & maxime anteriori, vt eſt tex. in d.l.fi.§.exceptis.Et intellige, quando illi filij eſſent ſuſcepti ex eodem matrimonio,videlicet ſuæ matris & eiuſdem viri, in cuius bonis fuit contracta hypotheca: vnde ſecus ſi eſſent ex alio viro, quia tunc illis præferretur iſta ſecunda vxor vel eius filij & hæredes,vnde multo magis præferretur aliis hæredibus extraneis dictæ primæ vxoris. & hoc niſi pro dote primæ vxoris fuiſſet contracta hypotheca expreſſa,quia tunc illa eſſet potentior per dicta in vltimo priuilegio 9. par. & etiã in princi.huius 10 par.Et ſic poteſt inferri ad octauam limitationem, vt non procedat, quando prior creditor eſſet fiſcus habens hypothecam tacitam, & anteriorem,per no.in l.2.C. de priui.fiſ.& etiam probatur a contrario ſenſu in l. dotis. C. de iure do.& no.glo.in d l.fin.Imo ſi vir eſſet obnoxius fiſco ex cauſa primipilari, pręferretur fiſcus, etiã ſi eſſet poſterior, 36 vt eſt caſus no.in l.ſatis notum. C.qui.cau. pign.taci. cont.& no.in l.1.C.de priuileg.fiſ.

29 † Nonò limita in debito funerario, quod habet priuilegiũ, vt antecedat omne aliud creditum, & cum pignore.l.pen.C. de relig.& ſum.fu.& voluit glo.no.in d.l.fi.in ver.pœnæ.& licet communiter Docto.ibi tranſeant cum illa gl.tamen non videtur vera, quando debitum & hypotheca dotis antecederet, & maxime quando mulier haberet expreſſam hypothecam per id, quod voluit gl.in d.l.pen.Tamen videtur idẽ in tacita, ex quo mulier habet anteriorem, & priuilegiatam, ergo in pari cauſa priuilegij præfertur mulier in dote, quando habet anteriorem per id,quod habetur in d.l.fi.§.exceptis. ſicut etiam tunc præfertur fiſco, vt ſupra dixi, & habetur in d.l.dotis.C.de iure do.& licet tex.in d.l.pen.loquatur per verbum vniuerſale omne, tamen debet reſtringi, vt non comprehendat creditum dotis, quia fauore dotis verba legis, licet generalia reſtringuntur, vt non comprehendant caſum in præiudicium dotis,per tex.in l.fi in prin.C.de iure dot.per quem tex. Bart. de Saly.ita dicebat no. quòd verba generalia non extenduntur contra fauorem dotis, & facit tex. no.in l. permittendo.in princip.ff.de iure dot. & dixi ſupra in 48.priuilegio 6 partis.

30 † Decimò limita,vt tale priuilegium ſolum ſit conceſſum mulieri in dote recuperanda, ſecus ſi in conſequenda donatione propter nuptias.Nam licet dos & talis donatio paribus paſſibus ambulent circa priuilegium tacitæ hypothecæ,vt l. vbi adhuc. C.de iure dot.tamen non in priuilegio antelationis,per tex.no.in d.l.fi.ad fi.

31 † Vndecimò limita in dote data pro contracto matrimonio ante vel poſt,ſecus ſi non eſſet contractum,puta ex pœnitentia, vel ex alia cauſa, & ſic repeteretur per condictionem ob cauſam per ipſam ſponſam: vnde licet talis dos data per ſpõſam ſit priuilegiata inter perſonales actiones.l.2.§.ſi ſponſa .ff.de priuile.credi.tamen non quo ad ipſam hypothecam, quia quęlibet hypotheca præferretur ẽt ſi eſſet poſterior, cũ in tali dote repetenda non cõtrahatur hypotheca tacita,nec reperitur hoc iure cautum,vt no.Doc.in d.§.ſi ſponſa.tamen etiã dato,ꝙ contrahatur tacita hypotheca:nihilominus non eſſet priuilegiata,vt fuit de mente glo.in l.eos.C.qui po.& ibi hoc tenet Sali.& Bar.poſt Dy.in d.§.ſi ſponſa.licet gl.ibi dixerit contrarium, & etiam Cy.in d.l.1.in 6.q. Sed poteſt diſtingui,ꝙ aut repetitur tanquam per ſponſam,& ſic tanquã nunquam matrimonium fuerit contractum, & procedunt prædicta. Si autem repeteret tãquam pro matrimonio putatiuo iam contracto.& tunc ſit vera opi.gl.& Cy.per id,quod habetur in l.ſi cum dotem.§.fi.ff.ſol.matr.

†Et ſic reſultat duodecima limitatio,vt dictum priuilegiũ non procedat in dote putatiua, videlicet ratione matrimonij inualidi, quod putabatur validum ſecundum quoſdam, vt voluit glo.ſing.in l.ſi ſponſam.ff.de iure do.tamen glo.no. eſt contraria in d.l.ſi cum dotem.§.fi quæ vult,ꝙ dos putatiua habeat priuilegium tacitæ hypothecæ & etiam prælationis hodie,ſicut olim habebat in perſonalibus,vt in d.l.2.& ita communiter Doc.tranſeunt cum illa glo.in d.§.fi.poſt Bar.& Dy.& etiam in d.l.2.

33 † Decimotertiò limita in eo, qui mutuauit ad militiam emendam,& de hoc eſſet factum publicum inſtrumentum, vt eſt tex.ſingu.in Auth.de æqua.do.§.his conſequens. vnde eſt ſumpta auth.quo iure.poſita ſuper d.l.fin.& intellige hoc, quando talis mutuans eſſet anterior in tempore, vnde ſecus ſi eſſet poſterior, quia tunc præfertur mulier cuicunque priuilegiato: cum etiam præferatur tunc fiſco,niſi ex cauſa primipilari, vt ſupra dixi.& ita fuit de intentione glo.in d.auth. quo iure.& etiam in cor.

34 † Decimoquartò fallit in eo, qui mutuauit ad nauem, vel domum reficiendam vel conſeruandã,vel quid ſimile. Nam ex quo iſte habet ſuam hypothecam priuilegiatam,vt l.interdum.ff.qui pot.in pig.hab.Ideo mulier poſterior eis non præfertur,vt eſt tex.in d.§.his conſequens.vnde ſecus ſi eſſent poſteriores in eorum hypotheca.

35 † Decimoquintò fallit in eo, qui mutuauit ob hoc, ꝙ aliqua res exinde ematur, & ꝙ ſit illa ſpecialiter obligata pro pecunia mutuata,ſecundum ꝙ habetur no.in l.licet.C.qui pot. & hoc voluit glo.no.in d.auth.quo iure.ita extendens no.diſpoſitionem d.l.etiam,ad creditum dotis. ſed Doct. communiter tenent contrarium, cum hoc non reperiatur iure cautum, vt per Barto.in d.l.interdum.Et intellige hoc,ſi mulier excedit in hypotheca, non ſic ſi poſterior ſit, ex quo iſte eſt priuilegiatus, & habet expreſſam hypothecam. & quia mulier nõ præfertur aliis priuilegiatis habentibus hypothecam anteriorem,vt ſupra dixi.

†Decimoſextò & vltimò limita,vt dictum priuilegium de quo in d.l.fi.obtineat contra creditores anteriores habentes tacitam hypothecam,ſecus ſi expreſſam,vt ſupra fuit concluſum, ſecundum communem opin.circa princ.ſuper hac particula gl.licet fortè in puncto iuris poſſet teneri contrarium, non eſſet hoc improbabile tenere circa hoc quandam mediam viam, vt opin.illa communis procedat,quando mulier iuuaretur ſolum ex hypo.tacita,vt tunc non præferatur prioribus habentibus expreſſam. Si autem iuuaretur expreſſa hypotheca, prout hodie communiter apponitur in inſtrumentis dotalibus, & tũc præferatur prioribus habentibus expreſſam.& ita tenuit Ang.in d.l.fi.& etiam in d.§.his conſequens, dicendo ita ſeruari de conſuetudine.quæ opin. videtur ſatis æqua, & maxime fauore dotis amplectenda,per id quod habetur in l. in ambiguis. ff. de iure dot. & quia non eſt incongruum,imo ſatis tolerabile,ꝙ ſtante contrarietate opinionũ, de quibus in d.l.fi. capiatur quædam media via,iuxta doctrinam iuriſconſulti in l.ad eo.§. cum quis.de acquir. rer.domi. & Papæ in c.quærenti.de offi.delega.Poſſet etiam dici, quòd etiam creditoribus prioribus habentibus expreſſam præferatur mulier in poſtea quæſitis ad ſimilitudinem fiſci, vt l.is qui.ff.de iure fiſci. Et licet glo. in hoc vltimo inclinauerit in contrarium: tamen Bald.ibi inclinat pro muliere fauore dotis, quod videtur verius, quia mulier & fiſcus paribus paſſibus ambulant,vt habetur in l.dotis.C.de iure dot.& in l.2.C. de priuile. fi.imò maiorem habet fauorem mulier,quia fiſcus non habet priuilegium antelationis in quæſitis ante ſuam hypothecam, ſed ſolum in quærendis & contra priores habentes tacitam, vt habetur in d.l.ſi is qui. & tamen ſecus in muliere,vnde cogita.

37 † Sed tunc ſurgit no.dubium,videlicet a quo tempore incipiat iſta hypotheca mulieris,ſcilicet, an a tempore promiſſionis dotis, an a tempore ſolutionis. & quidem ſi eſſet factũ inſtrumentum dotis, in quo contineretur promiſſio de dote reſtituenda cum expreſſa hypotheca bonorum, vt communis eſt mos tabellionum,non eſſet dubium tunc,ꝙ inſpiceretur tempus celebrati inſtrumenti,non autem tempus ſolutionis dotis poſtea ſecutæ,& multominus inſpiceretur tempus ſol.mat.vt eſt tex.in l.1.ff.qui pot.in pig.hab.& vide Cy.in l.ſi cum tibi.C.qui pot.in pign.hab. vbi dicit, ꝙ in d.l.1.eſt caſus ſpecialis fauore dotis.Et licet hypotheca non oriatur ante ſolutum matrimonium, ſed matrimonio ſoluto vna cũ actione perſonali ſecundũ communem opi.vt habetur in l.ſi conſtante.§.1.ff.ſol.matri.& ibi dixi poſt Bar. tamen ex tunc quo oritur ipſa hypotheca, retrotrahitur ad tẽpus contracti matrimonij: ex quo.n.videtur contrahi obligatio ſub quadam conditione, videlicet, ſi matrimonium ſoluatur, quæ conditio eſt caſualis, ergo trahitur retro hypotheca ad tempus promiſſionis dotis reſtituendæ, quia ita eſt regulare in contractibus,

Source : BIU Cujas

tractibus, vt conditio retrotrahatur, vt l.potior.& l.qui balneum.ff.qui pot. Tamen non sic quando conditio esset potestatiua, videlicet quia esset in potestate debitoris, ꝙ committatur, vel non committatur obligatio, vt dictis iuribus.& l. pen.ff.quæ res pigno. Nec ob.si dicatur, ꝙ imo videtur esse in potestate mariti, an sit futurus obligari, vel non:& sic accipere vel non accipere pecuniam sibi promissam pro dote:& sic in liberando ipsum debitorem dotis per pactum de non petendo, vel acceptilationem.l.vir ab eo.ff.de iure dot. Nam re-
38 spondetur, ꝙ † nō videtur esse hoc verisimile, nec potest hoc fieri commodè, vt sic vir ipse habeat subire onera matrimonij sine dote: & sic vxorem indotatam habere, ita no.dicit Iurisconsultus in d.l.1.ff.qui pot.& ibi hoc etiã declarat Bar. quod maxime procedit, quando alia persona, quàm mulier promisisset dotem, cum tũc dos sit facta proprium patrimonium mulieris,& ideo non potest fieri tale pactum, vel acceptilatio in præiudicium mulieris, & sine mulieris voluntate, per id quod habetur in l.pen.§.si vir.ff.sol.matr. Et licet supra
39 dixerim, hypothecam † trahi retro ad tempus promissionis dotis: tamen intelligi debet & contracti matrimonij, arg.l.tali.ff.de iure dot. quia licet dos fuerit promissa ante matrimonium, tamen adhuc propriè non potest censeri dos.l.fi.C.de dona.ante nup. quod etiam fuit de mente Bar.in d.l.fi.C.qui po. Et ex ista inuestigatione resultat effectus, quia si esset factum instrumentum dotale tempore sponsaliorum, vt communiter fit, puta per annum ante matrimonium contractũ, in quo instrumento esset promissio de dote restituẽda, cum expressa hypotheca bonorum, & post annum sequatur matrimonium,& dos postea fuit numerata per annum, vel vltra post matrimonium contractum, si maritus contraxisset aliqua debita cum expressa hypotheca bonorũ post tale instrumentum: tunc si quidem contraxisset ante matrimoniũ contractum, mulier tali creditori non præferetur, sed bene præferetur creditori, qui contraxit post initum matrimonium, licet ante solutionem dotis, quia hypotheca mulieris trahitur retro a tempore contracti matrimonij, & non a tẽpore promissionis dotis, quod etiam procederet si a princi. tempore sponsaliorum dos fuisset soluta, ex quo dicto tempore non erat dos, & si dos soluta fuisset in stabilibus, & interim sponsus fructus percepisset, qui postea matrimonio contracto cederent in dotem, & dotis augmentum.l.si ante nuptias.ff.sol. 41
mat. tamen pro illis fructibus, seu eorum æstimatione hypotheca mulieris nõ se extenderet, nisi a tempore matrimonij contracti,& non ante, per supra dicta. Si autem promissio dotis non appareret facta ante matrimonium contractum, sed post matrimoniũ,& tunc hypotheca traheretur retro a tempore promissionis & non a tempore contracti matrimonij. Si vero non appareret instrumentum dotale, sicut vt plurimum contingit in comitatensib.& sic solum tractaretur de tacita hypotheca dotis, & non expressa, tunc magis est dubium, an talis tacita hypo. trahatur retro ad tempus promissionis dotis, si forte de ea probaretur per testes,& sic contracti matrimonij. An autem a tempore solutionis dotis: nam gl. in d.l.fi.ver. hypothecam. tenuit, ꝙ talis tacita hypotheca nõ trahetur retro a tempore contracti matrimonij & promissionis, sicut traheretur expressa, quæ glo. non reperitur alibi secundum Bal. ibidem, qui videtur cum ea transire,& maxime per iura, quæ ibi alleg. glo. Et si hoc esset verum, sequeretur notabilis limitatio ad omnia iura supra alleg. & eandem opi. tenuit Spec. tit. de sol. §. ante omnia. ad fi. versi. sed pone contraxi. dicendo ibi ipse Spec. ꝙ talis tacita hypotheca incipit a die datæ dotis,& non a die promissionis, & se fundat per tex. in d.l.fi. ibi, si in re ipsa.& etiam per tex.in l.1.C.de do.cau. ibi, re ipsa.& idem sequitur ibi Bal. in suis addi. dicendo hoc esse no. pro opi. facit, quia aliter dicendo cõcurrerent duæ fictio- 42
nes. prima, ꝙ hypotheca tacita intelligatur contracta fauore dotis. secunda, ꝙ retrotrahatur & fingatur a tẽpore promissionis dotis,& contracti matrimonij. quod videtur inconueniens &; contra id, quod habetur in l.1.de do.promissio.& in in l. ei a quo. ff. de vsucap. & alias per eundem in l. si rem aliquam ff.de acqui.poss. vbi non dixit, ꝙ vbi titulus est tacitus, non est ita sufficiens ad translationem possessionis & dominij per modum fictum, sicut titulus verus & expressus, super quo tamen est cogitandum, quia Bar. in l.fi. tenuit contrariũ, dicendo idem in hypotheca tacita, quod in expressa, vt trahatur retro ad tempus contracti matrimonij, si promissio præcessit matrimonium,& sic fuerit sequuta ad tempus promissionis, vt ibi per eum. pro cuius opin. facit tex. in l. cum oportet. §. fin. C. de bon quæ libe. dum vult, ꝙ tacita hypotheca, quæ contrahitur in bonis patris pro bonis maternis alienatis trahitur retro ad tempus, quo cœpit administrare ipsa bona aduentitia filij: vnde super hoc est cogitandum, quia authoritas glo. & Spec. est maxima.& maxime procedit, quando non appareret de vera numeratione, sed solum de confessione dotis receptæ, quæ non est tantæ potentiæ, maxime in præiudicium aliorum creditorũ per supra dicta, & ideo optima est cautela, ꝙ mulier, vel socer mariti prouideant per expressam hypothecam. Vidi tamen dubitari, si non appareat aliter de promissione dotis, nec de solutione: sed solum apparet instrumentum refutationis & confessionis dotis factum constante matrimonio per ipsum maritum. nam licet dicatur in instrumento, ꝙ maritus fuit confessus, se habuisse & recepisse dotem sibi promissam per mulierem, vel socerũ ante matrimonium contractum: tamen talis assertio non noceret anterioribus creditoribus etiam prætendentibus tacitam, vt supra dixi, per id quod habetur in l. scripturas. C. qui pot. in pigno. habean. Spec. tit. de solu. §. ante omnia. versic. sed pone ecce. Et si aliter maritus nõ assereret dotem fuisse promissam ante matrimonium, sed simpliciter confiteretur, se habuisse & recepisse dotem sibi promissam: tunc præsumeretur promissionem & solutionem sibi factam tempore refutationis, vt alias per Bar. in l. post dotem. ff. solu. mat. in 1 q.& in l. si ita stipulatus. §. Chrisogonus. ff. de verb. oblig. & si confiteretur dotem habuisse tempore contracti matrimonij, nec aliter appareret, similiter non staretur dictæ assertioni in præiudiciũ creditorum per supra dicta,& ideo tunc non esset tractandũ de hypotheca bonorum extendẽda ante tempus dicti instrumenti refutati onis, quod est no.& vtile in prac.

Et prædicta omnia faciunt ad q. super qua hoc anno consului in ciuitate Florentiæ. Et plerique alij subscribendo assense
40 runt. † An tacita hypotheca, quæ contrahitur in bonis defuncti pro legatis factis in testamento vel codicillis, vt habetur in l. 1. C. communia de leg. si legatum fuit conditionale illa trahatur retro purificata conditione ad tempus aditæ hæreditatis, quia hæres interim alienauit aliqua bona hereditatis, vt sic legatarius eueniente conditione legati posset agere contra ipsum emptorem hypothecaria. nam dubium faciebat, quia tempore existentis conditionis,& sic hypothecæ contractæ ipsa bona non reperiuntur in dominio hæredis, & sic fictio illa retranslatiua ad tempus aditæ hæreditatis non repetit extrema habilia: nam dicebant quidam aduocati, ꝙ dicta hypotheca retrotrahitur etiam in vltimis voluntatibus, allegando tex. no. † in d.l.balneum. in versi. sed si hæres. & respon
41 debant ad id ꝙ habetur in l.1.§.serui.ff.ad Sylla.& ad alia iura volentia, ꝙ in vltimis voluntatibus conditio legati existens non trahitur retro, non habet locum, quando verfaretur, vel verteretur non paruum præiudicium legatarij,& alle. tex. in l.si.§.sinautem sub cõditione. C. communia de leg. & hoc etiam videtur fuisse de mente Ioan. de Imo. in l. si filius. ff. de verb. oblig. licet ibi Bar. contrarium voluerit, videlicet ꝙ dispositio d.l.qui balneum. cum simi. non obtinet in vltimis voluntatibus, nam ibi Io. de Imo. dicit, ꝙ contra ipsum est tex. in eadem l. qui balneum. in d. versicu. sed si hæres. sed in contrariã sententiam fuit conclusum, tenendo opin. Bar. in d.l.si filius. quam etiam expressius firmauit in d. l. si is qui pro emptore. ff. de vsucap. & fuit responsum ad d. versi. si hæres. quia ibi non erat hypotheca procedens ex vltima volũtate, sed hypotheca conuentionalis, vt etiam ibi respondet Ange. in d.§. & etiam Bar. in quibusdam lecturis,& fuit responsum ad d.§. sinautem. secundum ꝙ ibi voluit Bart. & quia cum agitur de perditione vel acquisitione hypothecæ non versatur magnũ interesse, vt habetur in l. fin. C. quæ res pig. & in l. 3. §. pen. ff. de leg. 3. præterea, si vera esset opi. gl. in d.l.fi. qui po.& Spe. vt supra, hypotheca illa tacita, quæ contrahitur pro legato non est tantæ potentiæ quantam haberet expressa ad effectũ, vt possit trahi retro: & sic ex illo tex. in d. versic. sed si hæres, resultat
42 vnum valde no. ꝙ † hypotheca conuentionalis non sequitur naturam suæ principalis obligationis surgentis ex vltima voluntate, cum illa trahatur retro, sicut est conditio & natura ipsorum contractuum conditionalium: licet in contrarium faciat, quod habetur in l. si legati serui. ff. de leg. j.

PARS VNDECIMA.

RElíquum est, vt veniamus nunc ad partem 11. videlicet circa dotem putatiuam, & eius priuilegia. Ibi autem dicimus, dotem esse putatiuã, vbi dos vera non potest consistere, quia ibi est vera dos, vbi est verum matrimonium, seu vbi prętextu veri matrimonij contracti vel contrahendi est data, & vbi non est matrimonium ibi non est dos. l. 1. ff. de iure do.& l. fin. C. de dona. ante nup. cum vul. Sed vbi matrimonium contractum vel contrahendum est inualidum, & in

figura

Source : BIU Cujas

figura dicti matrimonij dos quæ datur tũc, non eſt propria, nec vera dos, ſed dicitur dos impropria, ſeu putatiua, vt habe tur in l.ſi cum dotem.§.fi.cum ſequ.ff.ſolu.mat.& in l.1.C.de condi.ob cau.& l.fin.ff.de condi.ſine cauſa. Vnde primum & ante omnia eſt videre, an vbi dos eſt data propter matrimonium inualidum aut a iure ciuili, vel canonico improbatum, poſſit repeti per ipſam mulierem, vel eius hæredes. Secundò eo caſu quo repeti poteſt. An talis dos putatiua habeat priui legia dotis veræ.

PRIVILEGIVM I.

SVMMARIVM.

1 *Dos ob matrimoniũ inualidum data, an & quando poſſit repeti, & an talis dotis repetitio habeat fauores ſpeciales dotis veræ. vide quinq; opiniones notabiles diuiſas in 14.membra, vt num.2.3.4 & conſequenter vſque ad num.14.*

15 *Fructus percepti in matrimonio inualido ab altero coniugum, an & quando repetantur. & nu.16.17. vide ſex not.combinationes. num.18.19 20.21.& 22.*

23 *Maritus ſi accipiat rem alienam pro dote, quam credebat non eſſe alienam, an faciat fructus ſuos contra dominum.*

24 *Maritus putatiuus, quando poſſit retinere dotem pro oneribus matrimonij.*

1 CIrca primum varias Doctorum reperio opin.nam Placen.poſt Irnerium tenuit, q̃ indiſtinctè poſſet† repeti ſiue inter ignorantes, ſiue inter ſcientes fuerit contractum, vt hæc opinio recitatur in d.l.fi.ff.de condi.ſine cauſa.& in d. l.j.C.de condi.ob cau.& in c.& ſi neceſſe.de dona.inter vir.& de do.poſt diuor.reſtitu.fundãt ſe per tex.in d.l.fi.de cond.ſine cauſa, ſic ſimpliciter & indiſtinctè loquentem,& etiam in d.l.j.ff.de condi.ob cau. & probatur in l.a Diuo Pio.ff.de ritu nup.& in l.ſi tutor.C.de interdi.matri.

Sed hęc opi.communiter reprobatur, quia videtur contra tex.in l.qui contra.C.de inceſt.nup.ibi, nihil ex eodem matrimonio ſiue ante nuptias donatũ, ſiue deinceps quoquo modo datum fuerit, conſequenter &c. Iuncto ibi, exceptis tam fœminis quàm viris, qui aut errore acerrimo &c. ergo a contrario ſenſu quando ex certa ſcientia & non per errorem nihil repetitur, vt ſupra dixerat.

Item eſt contra tex.in auth.inceſtas.ibi poſita ibi, fœmina quoque ſcienter talia perpetrauerit ſimili pœna ſubiungenda &c.& melius probatur in corp.vnde ſumitur, videlicet in Auth.de inceſt.nup.§.1. probatur etiam Inſti.de nup.§.ſi aduerſus.ibi, ſequitur ergo, vt diſſoluto tali coitu nec dotis, nec donationis exactio ſit.

Item quia non poteſt negari, q̃ vterq; non ſit in delicto veniendo cõtra legum interdicta.l.quemadmodum.C.de agri.& cenſi.li.1.& in pari cauſa delicti potior eſt conditio poſſeſſoris.l.pen.ad fi.& l.3.ff.de condi.ob turpem cau.cum ſimilib. An autem tunc in tali dote ſuccedat fiſcus, infra tangetur.

Nec ob.tex.in d.l.j.de condi.ob cau. quia illa debet intelligi in caſibus, vbi repeti poteſt dos data propter matrimoniũ inualidum, vt eſt, quando inter ignorantes vt infra ſubdetur: & tunc non ſit repetitio dotis per actionem de dote, cum in vero nulla ſit, ſed repetitio per condictionem ob cauſam. Et ita etiam reſpondetur ad d.l.fi. vt ibi reſpondet gl. q̃ procedat illa lex, quando credebatur, matrimonium valere inter illos coniunctos, vbi non valebat, quia tunc non videtur datum ex cauſa inceſtus, ſed ex cauſa matrimonij: vnde licet tunc cauſa ſit nulla: tamen non eſt turpis, vt probari videtur ex tex. ibi, ſed reor rectè defendi, non tam turpem cauſam in propoſito, quàm nullam fuiſſe, cum pecunia, quæ daretur, in dotem conuerti nequit: non enim ſtupri, ſed matrimonij gratia datum eſſe.

Nec obſtãt verba præcedentia illius tex.ibi,& in delicto pari potiorem eſſe poſſeſſorem &c. quia reſpondet ibi glo. & Bart.& communiter Docto. q̃ ibi Iuriſconſultus dicta verba retulit ad alios extrinſecos caſus, & nõ ad caſum, de quo ibi, qui debet intelligi, quando partes & maxime ipſa mulier, quę dedit dotem, errabant in iure, licet fortè non in facto, quia credebat matrimonium non eſſe prohibitũ de iure inter ipſos ſic coniunctos, & ita ibi Iuriſconſultus interpretatur ſaltem ex parte mulieris dotem dantis, vt crederet matrimoniũ ſubeſſe, nec committere crimen ſtupri, quæ iuris ignorantia ibi præſumitur in ipſa muliere,& etiam excuſatur, vt nõ cenſeatur committere ſtuprum, nec voluiſſe ſtuprum committere, veriſimiliter credens ſibi licere, vt probatur ex illo tex. ibi, Non enim ſtupri, ſed matrimonij gratia data videtur. Præterea dato quòd præſupponeretur, quòd ibi eſſet ſciẽtia tam facti quàm iuris: tamen ibi matrimonium nõ fuit ſequutum, ideo dos non perditur, vt infra tangetur.

Nec etiam obſtat d.l.a Diuo Pio. quia ibi nõ dicitur, quòd poſſit repeti dos per illam mulierem, quę ſciebat ſe libertam, & decepit ſenatorem contrahentem matrimonium tanquã cum ingenua, ſcilicet quòd vir non lucratur aliquid ex tali dote data vigore pacti initi de lucranda dote in caſum ſoluti matrimonij, licet poſſit agere actione de dolo ratione talis lucri amiſſi. vnde ibi eſt caſus ſing. iuncta glo. quòd actio de dolo licet ſit in ſe odioſa,& non detur niſi in ſubſidium, vbi alia actio deficit.l.j.ff.de do. tamen datur non ſolum ratione damni cauſati propter talem dolum, ſed etiam ratione lucri ceſſantis, illum etiam tex.cum glo.allegabat Bal.pro ſingulari in l.non dubium. C.de legi.in 9.oppoſi.ad fi. quòd licet vbi dolus dat cauſam contractui bonæfidei tunc actus claudicet, quia eſt in poteſtate dolum paſſi illum actum annullare, ſeu nullum dicere, vel confirmare, vt habetur no.in l.eleganter. in princi.ff.de dolo.

Tamen hoc procedit, niſi contractus talis eſſet celebratus contra prohibitionem legis, quia tũc non claudicat, vt ibi eſt tex.iunc.gl & idem dicit allegando gl.illam cum tex.pro no. ad hoc in l.1.in fi.2.col.C.plus val.quod agitur. Similiter non obſt.tex.in d.l.ſi tutor.C.de interdi.mat. quia ibi fuit error in iure ex parte illius pupillę vel adultę, quę preſumitur ius ignorare, & etiam excuſatur ab errore eius, cùm in iſta materia parcatur ætati.d.l.qui contra.& facit l.ſi adulterium cum inceſtu.§.nonnunquam.ff.de adul.& maxime cum ibi concurrat imbecillitas ætatis,& etiam ſexus.& ſic ſit duplex impedimentum in d.l.1. per id, quod habetur in l. vbi exigitur. ff.de eden.& in l.cum indebito.ff.de proba.

Fuit ſecunda opinio, q̃ ſi ignoret ius: tamen non factum, quia ſciebat ſe conſanguineam, tamen credebat poſſe de iure contrahere, non repetit etiam nuptiis non ſecutis, argu.l.ſi ignorans.C.ſolu.mat.a contrario ſenſu,& intelligitur d.l.fin. quando ignorabant factum & ius, quæ opinio recitatur in gl. 1.in fi.in d.l.fin. Sed hæc opin.reprobatur per Bar.in d.l.fin.& etiam per gl. quia in d.l.fi. ſciebat factum, ex quo erat in tam proximo gradu, qui præſumitur ſciri inter conſanguineos.l. octaui. ff. vnde cogna. Nec obſt. d.l.ſi ignorans, quia non debet ibi ſumi argum. a contrario ſenſu contra alia iura per id quod habetur in l.2.C.de cõdi.inſer. Sed melior eſt, quod debet ſumi argum.a contrario ſenſu, quando ſciebat ſtatum illius ætatis, & ſic quando ſciuiſſet eum eſſe ſeruum, & etiam veriſimiliter ſciebat, q̃ de iure non poterat cũ illo contrahere matrimonium: & ſic quãdo ſciret factum & ius. Præterea ibi loquitur, quando nuptiæ fuerunt ſequutæ, videlicet de facto, de quo infra. Et ideo alia fuit opi. Io.& Azo.& communiter glo. diſtinguentium, q̃ aut dans dotem ſciuit factum & ius prohibitiuum: & tunc dotem non repetit, nec applicatur viro, licet omnino ignorauerit, ſed applicatur fiſco, vt d.l.qui ꝫ.& d. auth. inceſtas.& in cor.vnde ſum.aut ignorauit ius & factum: & tunc repetit per tex.in d.l.qui contra.ver.exceptis. & etiam a contrario ſenſu, in d.auth.inceſtas.& in cor.vnde ſumitur. & etiam eſt tex.in d.l.ſi ignorans. & etiam probatur in d.l. fin.ſecundum intellectum Placen.aut ſciuit factum, ſed ignorauit ius: & tunc aut nuptiæ non ſunt ſecutæ, & repetit: & iſte eſt caſus no.in d.l.fi.ibi, neque nupſit. Aut ſunt ſecuta: & tunc non repetit, ſed dos applicatur fiſco per tex.in d.l.qui contra. in ver. exceptis, vbi requirit errorem non ſolum iuſtum, ſed etiam iuſtiſſimum ad hoc, vt data non applicetur fiſco,& loquitur tam in fęminis, quàm in maribus. Quæ opi. non placet ex toto ipſi Bar.in d.l.fin. Et primo dum voluit, q̃ quãdo ſciuit ius & factum indiſtinctè non repetit. Nam imo repetit, quando dos fuit data propter ſponſalia de futuro, & tamen poſtea mulier non nubit, quia ſua ſpõte non vult contrahere matrimonium, quia tunc repetit. & ita ſaluat opi. Pla. & hoc probat per illum tex.in d.l.fin. dum ibi præſumitur, q̃ illa mulier non nupſit. Item præſupponit ibi Iuriſcon. quòd fuit turpitudo ex parte vtriuſque. & ideo videbatur, quòd potior eſſet conditio poſſidentis, quia oportet, quòd turpitudinis cauſa ſit proxima & non remota ad hoc, vt non poſſit repeti, vt l.3.§.ſed quod meretrici.de condi.ob turp.cau. proxima enim tamen erat in d.l.fin. videlicet cauſa dotis, quæ non eſt turpis, licet ibi ſit nulla, licet matrimonium, quod eſt cauſa remota, ſi copularetur, eſſet turpe. vnde dicit ibi Bar. quòd ratio motiua Iuriſconſ.in d.l.fi. non eſt propter ignorantiam, ſed quia cauſa eſt turpis.

Item in alio reprobat opin.Io.& ſequacium, dum tenet, q̃ quando ſcit factum, tamen errat in iure: tunc dotem non repetit, ſed eam perdit & applicatur fiſco, vt ſupra. Nam imo poteſt reperi, ex quo ibi tractatur de perditione proprij, vt probatur in d.auth.inceſtas.& in corpore vnde ſumitur, vbi ponderatur ſcientia: ergo a cõtrario vbi eſſet aliqua ignoran-

tia,

Source : BIU Cujas

tia,puta vel in facto vel iure,non perdit dotem, & respondet ad d.l.qui contra.per quam se fundat Io.& alii,quia ibi loquitur solum de perditione lucri,puta quod nisi fiat errore iniustissimo perdat lucrum donationis propter nuptias,& vir lucrum dotis, non autem loquitur in perditione proprij, & sic in perditione dotis: nam magis subuenitur erranti in iure in damnis,quam in lucris,vt l.error.ff.de iu.& fac.igno. cum similib.vt ibi per eum latius. Qui ex prædictis ponit suã quartam opin.in d.l.fi.& etiam in l. si adulterium cum incestu. ff. de adult.videlicet q̃ aut sciuit ius & factum, & tunc dos fuit data propter sponsalia contracta, aut propter matrimonium contractum.

Primo casu,aut mulier sponte recessit ab eis, & tunc repetit dotem,per tex.in d.l.fin.,ex quo delictum non fuit consumatum.facit l.qui cum maior.§.accusasse.ff.de ꝓpt.lib.& ita potest procedere & saluari opin.Pla.Aut post dicta sponsalia fuit sequutum matrimonium, & sic mulier non recessit sua sponte a matrimonio,immo ipsum contraxit,sed oportuit p sententiam ab eo recedere,& tunc non repetit dotem, & dicit hoc probari per tex.in l.cum hic status. §. fi.iunc.gl. ibi.ff. de do.inter vir. & vx.

Secundo casu quando dos fuit a principio data propter matrimonium de præsenti scienter contractum, & tunc licet postea non fuerit consumatum,sentit Bart.quod non repetit dotem:quia non potest dici, quod sua voluntate recesserit,sed magis ex iuris necessitate,cum oporteat separari per sententiam,facit d.l.qui cum maior.§.accusasse. & l. in seruitute.§.petiisse.eo.ti. & l.Papinianus.§.meminisse.ff.de inofficioso testamen. Vnde multomagis tunc perderet dotem, quando matrimonium fuit postea de facto sequutum, & sic cum copula.

Si autem hoc casu sciret factum & non ius, & tunc tenet vt supra,vt dotem non perdat,licet perdat alia lucra,quę opi. fuit etiam Io.glo.iuris canonici in d.c.& si necesse.ita intelligendo illum tex.Sed hæc opi.Bar.licet placeat in primo casu, quando dos fuit data propter sponsalia de futuro, & postea mulier sua sponte recessit quia noluit matrimonium contrahere,vt no.probatur in d.l.fin.Tamen dum sentit,immo quasi per expressum præsupponit Bart. quod si fuit data dos propter matrimonium, vel propter sponsalia, & fuit sequutum matrimonium de præsenti,& fuit sequuta copula,quod tunc perdat dotem,hoc videtur dubium,ex quo delictum,vel turpitudo non dicitur consumatum,vel consumata,& proxima causa fuit ipsa dos, vel ipsum matrimonium, quod de se non est turpe,sed ipsa copula, quæ causat incestum, est turpis, ita probatur in terminis in dicta l. fina. ibi dum dicit, non enim stupri, sed matrimonij gratia dotem esse datam. Et sic ibi iurisconsultus non ponderat actum matrimonij, sed ipsum actum stupri, quod quidem stuprum, cum non fuerit secutum:quia coitus non interuenit,ideo ibi dos repetitur.

Item quo ad pœnam confiscationis in odium contrahentis illicitum matrimonium,iura põderant ipsam ductionem in domum viri,vt est tex.in l.cum hic status.§.fin.ff.de do.inter vir.& vx.& in l.2.§.item si quis.ff.de his quib.vt indi. & in l.fi.ff.de leg.1.per quam ductionem prẽsumitur copula sequuta, vbi ætas est legitima:quia ex simultanea cohabitatione viri & vxoris præsumitur coitus,argum. cap.literas. de præscri. Et maximè in casu quando præcessit contractus matrimonij vel sponsaliorum, quasi ad finem consumandi matrimonij videtur facta ductio,& ex ductione mulieris ad domum mẽchatio.ad prædicta facit, quod habetur in l. cum fuerit. ff. de condic. & demonst. & in l. mulierem. cum sequen.ff.de ritu nup. vnde non sine misterio iura supra allega.ponderant ipsam ductionem,nisi quia requirunt delictum consumatum, & hanc opi.fuit etiam sequutus Ant.de Butr. in capi.& si necesse.de don. inter vir. & vx. & ibi post multa sequitur Abb. Sic.vt infra subiiciam.

Præterea in alio videtur Bar.posse reprehendi, dum tenet sic indistinctè contra opi.Io.quod licet mulier sciat factum, puta consanguinitatem: tamen erret in iure non perdit dotem, licet fuerit sequutum matrimonium & consumatum. Respon. ad d. l. qui contra. quod ibi loquitur de perditione lucrorum,videlicet dotis respectu viri & donationis propter nuptias respectu mulieris,vt ibi per eum.Nam tex. in d. l.qui contra.ponit duo dicta. Primò respectu donationis propter nuptias repetendæ per virum eo casu non cederet lucro mulieris.s.quãdo mulier prętenderet in matrimonio,vt in auth. dos data.C.de do. ante nup.

Item in dote repetenda per mulierem non obstante pacto de lucrando dotẽ, vt est, quando vir prædecederet in matrimonio,vel culpa viri fieret diuortiũ, & isti duo casus ponuntur in princ. d. l. qui contra. vsque ad ver.idque totum.& sic istis casibus non competebat repetitio nec viro, nec mulieri contrahenti incestas nuptias, vt patet ibi, nihil ex eodem matrimonio siue ante nuptias donatum,siue deinceps,quoquomodo datum fuerit, supple secundũ gl.scilicet pro dote consequenter,ita intellexit illum Azo in summa. C. de ince. nup.circa prin.

Secundus est in d ver.idque totum.vbi ponit casum,quando facta donatio cederet lucro mulieris,& dos lucro viri per dissolutionem matrimonij, & similiter deciditur, quod non possunt lucrari,sed id totum aufertur, vt ab indigno & applicatur fisco,& tamen tex.ibi in ver.exceptis, excipit, quando iustissimo excusarentur errore,qui error iustissimus est,quãdo erratur in facto & non in iure,qui error iuris licet aliquando reputetur iustus: tamen non potest appellari iustissimus prout error facti.Item contra Bar facit:quia nunquam error iuris excusat etiam mulieres nisi in casibus expressis a iure, vt est tex.cum glo.no.& magistra,in l.fina.C de iu.& fac.ign. & in tex.& glo.in l.regula.in princ.ff.eo. ti. Sed iste casus non reperitur in iure expressus, meritò &c.immo potius regulariter in contrarium, quod maximè procedit, quando matrimonium esset prohibitum propter incestum inter personas gradu proximas, quasi videatur tunc error iuris supinus, & causatus a iuregentium seu naturali ratione,in quo non parcitur sexui,nec rusticitati, vt habetur in l. 2. C. de in ius voc. & facit,quod habetur in l.fin.C.qui petant tut.Et hanc opin. Io.glo.iuris ciuilis tenuit Ioan.And.in d.cap. & si necesse.maximè quia hoc non reperitur iure expressum, quod talis error iuris excuset etiam mulieres, per id quod habetur in dic. l.fina.de iuris & facti igno.& hoc etiam tenuit Cyn.in d.l.qui contra.allegando d.l fi.Reperio quintam opi.quæ fuit Bal.in rub.ff.fol. matrim.super glo. ibi distinguendo, quod aut dos est data propter matrimonium, quod non tenuit ratione turpitudinis: aut propter aliam causam non sonantem in turpitudinem, & hoc secundo casu indistincte repetitur non habita distinctione inter scientem & ignorantem, ita intelligit procedere.l.1.C.de cond ob cau.& l.a diuo Pio. ff. de ri. nup. nec videtur donare,ita scienter dando:quia expressa causa licet inualida facit cessare præsumptionem tacitæ donationis, vt l.si cum aurum. ff.de sol. Aut matrimonium non tenet ex causa turpitudinis, & tunc aut est datum ab ignorante ius & factum probabiliter,& repetitur,nec perditur dos.

Aut a sciente factum & ius,& non repetitur,vt d.l.qui contra.C.de incest nup.Aut a sciente factum & ignorante ius,& tunc si talis ignorantia consistit in iure naturali,& non repetitur,arg.l.2.C.de in ius voc. Aut consistit circa ius ciuile, & sic merè positiuum,& repetitur,& ita etiam intelligitur d.l.j. C.de cond.ob cau. Sed si quæritur an talis ignorantia præsumatur,distinguit.

Aut est error in facto,& præsumitur per id, quod habetur in l.consensu.§.fina.de re iu. & hoc nisi sit nimia proximitas personarum, quia tunc præsumitur potius scientia quam ignorantia.l.octaui.ff.vnde cog.Aut est error in iure, & tunc si circa ius naturale,vel quasi naturale, seu gentium, & tunc sicut non excusat vt supra.ita etiam non præsumitur. Si circa ius ciuile & sic positiuum, & tunc non præsumitur, fallit in mulieribus,dicta l.si adulterium cum incestu. §.j. Item fallit,nisi ex perspicuis indiciis aliud præsumatur, vt l. Senatus. C.de his qui sibi ascribunt.Ex cuius dictis potest elici, quod in casu dictę l. auunculo. vbi est incestus circa collaterales,inter quos est prohibitio matrimonij de mero iure positiuo, mulier non perderet dotem, licet matrimonium fuerit sequutum, videlicet si allegaret ignorantiam iuris, licet sciret proximitatem, non sic si matrimonium esset prohibitum de iure gentium, quod potest appellari ius naturale, vel ratione naturali procedens, vt est, quando inter ascendentem, & descendentem,vt habetur in l. fina. ff. de ritu nuptiarum. Et hæc opinio Bald. videtur inter alias opiniones minus deuiare a iuris rationibus & argumentis, vt patebit per infra dicendis,licet in vno videatur dubia,dũ vult,q̃ quando matrimonium est illicitum ex alia causa, quam causa turpitudinis: tunc etiam repetitur dos per mulierem scientem. Nam videtur contra casum a contrario sensu in l.si ignorãs. C.solu.matrimon. Et ideo pro veritate huius articuli in iure dubiissimi subiiciam multa membra seu multos casus respondentes.

2 Primus casus est, quando datur dos in sponsalibus, & sic pro matrimonio contrahendo, quod postea non fuit secutũ vel propter sententiam, vel propter mortem alterius, videlicet sponsi,vel sponsæ,& tunc siue scienter,siue ignoranter derit,indistinctè repetitur, per tex. no. & ibi per Bar. & alios in d.l.fi. ff.de cond. sine cau.& in isto casu potest saluari opin.

3 Plac.Secundus casus est, quãdo fuit matrimonium secutum

Source : BIU Cujas

per verba de præsenti:tamen nondum consumatum per copulam,& isto casu similiter repetitur,siue fuerit solutum per mortem alterius, siue per sentẽtiam diuortij,non curo,quia factum prohibitum,seu delictum non fuit consumatum, & ideo non incurritur pœna confiscationis,de qua in d.l.qui cõtra.& in d.auth.incestas.& in alijs iuribus,& ita potest intelligi procedere tex. in d. l. 1. C. de cond.ob cau.& etiam potest sic intelligi text.in d.l. auunculo. dum ponderat stuprum magis quam ipsum matrimonium verbale,prout videtur sic intellexisse Bald.ibi,maxime summando d.l.hoc modo. titulus coloratus velat maleficium & turpitudinem,scilicet quando est factum in finalibus verbis, & non est processum ad executionem facti.hoc dicit.Hęc sunt verba sua, ita summando cõfert ad hanc partem: quia vbi pęna imponitur a iure ipsi facto,tunc semper requirit factum consumatum & non inchoatum. l. 3. §. hæc verba. ff. quod quisque iur.ita dicit no. Bart. in d.rubr.ff.solu.matrim. alleg. no. Ioan. Andr. in cap. perpetuæ. de elect.in 6. & idem ipse no. in regula, in pęnis. eo. lib. Sic etiam no.& refert ipse Bald.in l. si quis non dicam rapere. C. de epis.& cle.Et sic potest concludi,quod dos propter matrimonium prohibitum inchoatum & non consumatum carnali copula & scienter repetitur, quicquid aliter dixerit Bart. in d.l.fin. Pro qua facit tex.in cap.& si necesse.inducendo ipsum,vt infra inducetur in fine sexti casus,ad hoc facit text.in d.l.fi.vbi ponderatur causa proxima,videlicet quia ibi gratia matrimonij contrahendi non gratia stupri, quod causatur ex coitu, dos fuit data. Sed quando dos datur pro matrimonio contracto: tunc nihil restat,nisi ipse coitus, & sic ipsum stuprum,ergo tunc ipsum stuprum est causa proxima.Sed quando datur dos pro matrimonio contrahẽdo,causa proxima est ipsum matrimonium, & causa remota est ipsum stuprum exinde sequendum.Sed potest responderi,quod illa non fuit intentio iurisconsulti, quia causa prohibitionis matrimonij ita se habet ad sponsalia de futuro,sicut ad ipsum matrimonium. l.oratio.ff.de spon.& l.si quis tutor.§ quamuis. Vnde non videtur differentia,an dos detur in sponsalibus,& sic pro matrimonio contrahẽdo, vel detur in matrimonio contracto per verba de præsenti: quia vtroque casu videtur datum gratia matrimonij, quod est nullum, magis quam gratia stupri,vt supra dixi, quia iura quo ad dictam pęnam exigunt ductionem ad domum viri, vt probatur in d.l.cum hic status.§.fin. de donatio.inter vir.& vxor.& in d.l.2.§.item si quis ff.de his qui vt indig.& in d.l.fi. ff. de leg.1.vt etiam tenuit do. Ant.de
4 Butr. & Abb. Sicu.in d c.& si necesse.† Tertius casus, quando est datum contemplatione matrimonij, quod esset nõ cõtra l. resistentem,vel contra l.prohibentem,sed quia lex non assistit tali matrimonio, vt inter liberam & seruum vel econtra, & tunc videtur,quod etiam si scienter non perditur dos, nec applicatur fisco,quia hoc nõ reperitur iure cautum,quia d.l.qui contra.& auth.ibi posita loquitur,quando contra præceptum legum,seu constitutiones Imperatorũ est matrimonium contractum,nam magis peccatur,quando aliquid fit lege resistente, vel prohibente, quam quando lege aliter non resistente,vt l.quemadmodum.C.de agri.& censi.& quod habetur per Barto.in l.cum lex.ff. de fideiuss.& quod habetur in l.si non sortem,in prin.ff. de condict.indeb. & quia tunc magis in contemptum legis videtur actus explicari, per id quod habetur in l. si libertus minorem.ff. de ope.lib.

Item quia licet causa tunc sit nulla, non est turpis, vt in simili dicitur in d. l. fi. ff. de condict.ob causam.& in d.cap.& si necesse. & hoc videtur probari in c. 2. de coniugio seruorũ, vbi dos redditur mulieri, quæ existens serua scienter contraxit cum libero ignorante, immo voluit Bal.in d.rubr.ff.solu. matri. quod etiam quando matrimonium contrahitur contra prohibitionem legis:tamen non est causa turpis, etiam si scienter dos non perderetur,imo repeteretur,vt supra est relatum.Et sic etiam potest idem concludi, quando mulier maior daret dotem pro matrimonio contracto per verba de præsenti inter ipsam & virum nondum nubilis ætatis, licet forte esset proximus pubertati:tamẽ nondum habilis ad matrimonium de præsenti, forte quia malitia non suppleret ætatem pid,quod habetur in cap.puberes.& cap.de illis.el secondo.de despon.impu.postea contingat alterum sponsorum mori, puta virum nondum perfectæ ætatis, posset mulier dotem repetere, licet præsupponeretur talem mulierem sciuisse tale matrimonium non potuisse de iure cõtrahi,& hoc eadem ratione vt supra: quia tale matrimonium non est nullum ratione alicuius prohibitionis, seu restrictiæ legis,nec etiam alicuius turpitudinis, sed quia iura non assistũt tali matrimonio. Sed tunc prędictis multum obstare videtur tex.a contrario sensu in d.l si ignorans.C.solu.matrimo. vbi text. facit vim, quod ignoranter fuit dos data ob matrimonium contractum inter liberam & seruum,& ideo repetitur per cond.ob cau. ergo a contrario videtur innui,secus si scienter fuerit data.

Secundo obstat tex.Inst.de nup.§.si aduersus vbi in præcedentibus videlicet a prin.illius tituli vsque ad d.§. fuerunt posiți multi casus impeditiui matrimonij,inter quos erat impedimentum propter cõditionem seruilem ex parte amborũ, vel alterius tantum.Item impediment̃um ætatis, vt patet in primo & secundo responso illius tituli.& tamen in d. §. si aduersus,in versic. sequitur ergo, dicitur quod in omnibus prædictis casibus impeditur dotis exactio,qui tex.non potest intelligi, nisi quando scienter:quia quando ignoranter non impeditur dotis exactio,vt habetur in d.l.qui contra.& authen. incestas. imo videtur velle tex. in princ. illius tituli, Instit.de nup.in dicto primo & secũdo responso, quod etiam in dictis duobus casibus videtur matrimonium contractum cõtra legum prȩcepta,vt etiam hoc fuit de mente glo.magistræ iuncto tex.in §.sunt & aliæ.eod. tit.vbi connumerat glo. omnes casus,in quibus matrimonium contrahitur contra legum p̃cepta, vel contra iuris prohibitionẽ enumerat inter primos casus dictos duos casus.ad hoc etiam tex in cap.2. de despon. impu. vbi Papa prohibet, ne matrimonium contrahatur inter personas non legitimæ ætatis,ergo contrahendo sic scienter,puta mulier maior cũ masculo adhuc puello, videtur cõtrahere contra legum & canonum præcepta,ergo dotem ob hoc datam non repetit, vt in d.§.si aduersus, in versi.sequitur ergo.Sed videtur posse concludi in hoc secundo casu,quãdo minor ætas obstaret contractui matrimonij,vt dos non perdatur:quia impedimentum non habet causam perpetuã prohibitionis:cum speretur talem debere peruenire ad legitimã ætatem de proximo, argum.eius, quod habetur in l.non solum.§.si libertus.cum seq & l.post susceptam ff de excusa.tutor. vnde spes collata in tempus licitum excusat actum in tẽpore illicito,ad hoc l.si quis officium. ff de ritu nuptia. vnde licet mulier sciuerit illum nõ esse ætatis ad legitimum matrimonium:tamen est verisimile, quod ꝺixerit sub spe, vt matrimonium habeat confirmari ob superuenientem legitimã ætatem,& ideo non tantum peccat talis mulier, quantum illa, quæ verisimiliter non cogitat de tali superuenientia legitimi matrimonij.

Nec obstat d.§ si aduersus.in versic.sequitur ergo.quia dictus ver.non debet referri ad istum casum,vbi de directo nõ venitur contra legum præcepta habentium perpetuam causam prohibitionis, & vbi non versatur peruersa intentio contrahentis tale matrimonium: affectu enim propensiore magis,quam dolo malo talis mulieris id factum esse videtur, ad hoc bonus tex.in l.an in patrem.ff.quod falso tuto.autho.per quem tex.videtur posse decidi iste casus.

In primo autem casu, quando scienter liberam & seruum potest concludi,quod mulier libera cõtrahens cũ seruo matrimonium scienter perdat dotẽ, nec ipsam possit repetere: quia non solum lex non assistit tali matrimonio, immo etiã resistit ab ipso initio, vt probatur in d.§. si aduersus. referendo illum tex.ad omnia præcedentia,prout debet referri,vt patet expresse ex continentia illius tex.iuncto ver. seq. ibi sequitur ergo &c.& probatur,immo videtur casus a contrario sensu, in d.l.si ignorans.

5 Quartus casus est,quãdo† pro matrimonio prohibito sciẽter cõtrahendo nondum est soluta dos,sed sunt solutæ arrhę, & isto casu voluit glo.in l.fin. C. de spons. super ver.tantummodo, quod repetant̃ arrhæ daræ per ipsum ignoranter dantem quo casu si accipiẽs sciuit matrimonium prohibitum,illas restituet duplicatas. Si autem ex parte dantis fuit scientia, & tunc non repetit,immo illæ applicantur fisco,sicut applicatur dos data,per tex.in d.l.qui contra.& authen.incestas.Sed Cy.ibi,post Iac.de Ra. tenet contrarium.ex quo matrimoniũ non fuit secutum,per text.in d. l. fin. de cond. sine causa. Sed mihi videtur, quod nec glo.nec Cyn. in hoc bene senserint, nam d.l. fin. & eius dispositio, super qua se fundat Cyn. non confert ad terminos istos,videlicet respectu arrharũ,& diuersa sit ratio in arrhis, quam in dote:quia arrhæ dãtur ad finem, vt si matrimonium culpa ipsius dantis non sequatur, quod tũc perdat arrhas,& eas sibi lucrifaciat ipse accipiens, & si nõ sequatur matrimoniũ culpa accipientis, eas reddat duplicatas, vt d. l. fi. Sed dos data datur ad finem matrimonij contrahendi,& vt ipsa dos reddatur in casum dissolutionis matrimonij per iura vulg. non ergo potest dici matrimonium dissolutum, vbi non fuit contractum.cap.ad dissoluendum. de desponsa. impu.& l. decem.ff.de verbor.oblig. Si ergo matrimonium non est contractum nec de iure nec de facto, & sic propter hoc cessat causa,propter quam datur dos.ideo repetitur.Sed natura arrharum est per contrarium: quia tunc perduntur,quando culpa dantis non est secutum matrimoniũ,

vnde

Source : BIU Cujas

vnde hic culpa non dantis,ſed ex iuris prohibitione non fuit ſecutum matrimonium.Nam poteſt reſponderi,q̃ pars,quę dedit arrhas,fuit in culpá, immo in dolo, ideo non poſſunt repetiiimo accipiens ſibi lucrifacit: quia verum eſt, nuptias non eſſe ſecutas, & ſi repetens arrhas alleget, q̃ nuptiæ non fuerunt ſecutæ:quia erant prohibitæ,replicatur de dolo dicti repetentis, qui inducit aliam partem ad contrahendum tale matrimonium prohibitum:quia ipſe accipiens veriſimiliter credebat,non eſſe prohibitum : quia dictum matrimonium non contraxiſſet, ſi ſciuiſſet fuiſſe prohibitum. ducitur enim ignorãtia facti vel iuris excuſabilis, ad quod bene facit tex.in d.l.a diuo Pio.ff.de ritu nup.imo poteſt dici, q̃ culpa ſui tale matritnonium eſt impeditum; quia ſi altera pars, quæ dedit arrhas,ſciuiſſet talem prohibitionem, non contraxiſſet dicta ſponſalia. Et ideo non fuiſſet opus deuenire ad dictam diſſolutionem ſponſaliorum. & ſic culpa ipſius dantis arrhas propter matrimonium contrahendum, quod ſciebat non poſſe contrahi,eſt deuẽtum ad dictam diſſolutionem, vt ſic dicta culpa fuerit cauſa licet non immediata talis diſſolutionis: qa ſi certificaſſet tale impedimentum,non fuiſſent contracta talia ſponſalia, & conſequenter non eſſet poſtea deuentum ad eorum diſſolutionem, vbi propter talem culpam fuit opus deuenire ad dictam diſſolutionem,ergo illas arrhas ſibi lucrificare debet dicta alia pars recipiens per id, quod habetur in d.l.ſi.& conſequenter nón debent confiſcari quicquid aliter dixerit gl.in d.l.ſi.licet cum ea tranſiuerit Bal.in d.rub.ff.ſolu. matrim.vel ſi velles tenere dictam gl.cuius magna eſt authoritas, & in dubio ab ea non eſt recedendum in deciſiuis, vt notant Doct.poſt Iacob.Butrig.in l.1. C. qui pro ſua iuriſdic. ipſam limita,niſi eſſet factum pactum de lucranda dote promiſſa pro tali matrimonio contrahendo: nam tunc ex quo vir ipſe,qui erat in iuſta ignorantia, defraudatur tali lucro ex dolo mulieris,vel ſoceri ſcienter cõtrahentis talia ſponſalia: tunc ſi mulier vel ſocer repeteret arrhas datas repellentur exceptione doli per talem ſponſum putatiuum,& ſic per hũc modum ſibi lucrificaret dictas arrhas, nec uenirẽt ad fiſcum per id,quod habetur no.in d.l.penul. ff.quod falſo tutore . & in d.l.a diuo Pio .

6 Quintum membrum, ſeu quintus caſus eſt,† quando dos eſt data propter matrimonium interdictum per leges ſeu cõſtitutiones, & ſic lege reſiſtente, non tamen tonaret in turpitudinem,vt eſt quando lex merè poſitiua reſiſteret, puta inter ſenatorem & libertam.

Item filium tutoris vel curatoris & pupillam vel adultam, vel inter gerentem magiſtratum in loco ſeu prouincia & ipsã prouincialem, & ſic de ſimilibus, de quibus per gl.magiſtrã in §.ſunt & aliæ.Inſt.de nup.dico ſecundùm iura ciuilia, licet aliter hodie ſecundum ius canonicum quod debemus ſequi vbique in materia matrimoniali,vt per gl. in § ſexto gradu . Inſti.de gradi.facit l.Paulus. ff. de ſtatu homi.cum ſua gloſ.& tunc ſecundum Baldum,in d.rubr.ff.ſolu. matrimo. indiſtinctè poteſt repeti dos etiam ſi matrimonium eſſet contractũ, immo ſi fuiſſet de facto conſummatum non habita diſtinctione inter ſcientem & ignorantem ita intelligendo tex. in l.1.C.de condict. ob cauſam . allegando etiam dictam l. a diuo Pio. & ita poſſet ſaluari vt procedat opin. Placen. Tamen hæc opinio videtur contra concluſa ſupra in tertio caſu per tex.in d.§.ſi aduerſus.iunc. ver. ergo ſequitur, Inſti. de nupt. cum in d.§.ſi aduerſus.referatur litera ad omnes caſus prohibitiuos mixti in poſitos in titulo & ad oẽs alios poſitos in libris digeſtorum. Et tamen conſtat q̃ multi ſunt caſus immo pro maiori parte in quibus matrimonium eſt prohibitum de mero iure poſitiuo & non ex cauſa turpi,vt eſſet non ſolũ in nephariis nuptiis videlicet inter aſcendentes,& deſcendẽtes,ſed etiam in nup.inceſt.videlicet inter agnatos & cognatos ex latere de quib habetur in Auth. de inceſt. nup. §. 1. & ibi per gl.& in d.l.ſi. ff.de ritu nup.

Aduerte tamen:quia gl.in d.§.ſi aduerſus.in d.verſi. ſequitur ergo.dum dicit, q̃ in prædictis caſibus nulla eſt dotis exactio,intelligit,ſcilicet per actionem de dote, vel ex ſtipulatu, de qua in §.fuerat.Inſti.de act. ſed per condictionem ob cauſam, vel ſine cauſa datur repetitio ſaltem ex parte ignorantis,licet Placen.dixerit,q̃ etiam ex parte ſcientis, vt ſupra dixi,circa princ.in prima opi.Sed dato q̃ opinio Placen. nõ eẽt vera ita indiſtinctè,vt patet ex prædictis,tamen ſi intelligeremus illum textum ita indiſtincte, quod etiam non daretur exactio dotis per condictionẽ ob cauſam in illis caſibus hoc eſſet contra multa iura,maxime contra dictam l 1. C.de condic. ob cauſam. & ideo oportet neceſſario intelligere illum tex.ſic indiſtincte loquentem,q̃ in dictis caſib.nulla ſit dotis exactio.ſ. per actionem de dote, quæ hodie transfuſa eſt in actionem ex ſtipulatu,vt dicit gl. & ideo ſic intelligendo illũ tex.non faceret contra opin.Bal.pro qua opin.Bal.videtur ca ſus in l.præfectus. in fi. ff.de ritu nup. vbi neceſſe eſt præſupponere,q̃ ibi inter ſcientes fuit contractum matrimonium, & q̃ illa mulier,quæ contraxit,ſciebat illum eſſe præfectum, & officio poteſtatis fungi in illa prouincia,& tamen ibi dicitur in fin. q̃ dos debet ſibi,aut hæredib. ſuis reddi, ergo non ex alio, niſi quia talis prohibitio matrimonij non fit ex cauſa turpi,ſed ex alia ratione poſitiua,niſi dicas, q̃ ibi ideo dos reſtituitur:quia talis mulier licet ſciret factum, tamen errabat iu iure,quia credebat tale matrimonium poſſe contrahi inter tales perſonas,de quo tamen infra tangetur. quicquid ſit, non auderem diſcedere a communi opinio. quæ habet,q̃ ſi contrahatur matrimoni ũ illicitum, q̃ dos data a ſciente nõ repetitur,immo efficitur caduca,& ſic applicatur fiſco,quocunque modo matrimonium ſit illicitum,& ſic etiam ſi mero iure poſitiuo,& etiam ex cauſa non turpi, vt probatur per tex.in d.§.ſi aduerſus. iunc.d.verſ. ergo ſequitur . indiſtinctè loquente,& per tex.in l.dote per illicitum. ff. de ritu nupt.& etiam per tex.in d.l.ſi ignorans.a contrario ſenſu,cum inter liberam & ſeruum matrimonium ſit interdictum per leges,vt probatur in d.§.ſi aduerſus.iuncto primo reſponſo illius titu li.Nec ob.tex.in d.l.j.C.de cond.ob cau.& in l.a diuo Pio.ſuper quib.ſe fundat Bar.quia tex.in d.l.j.debet intelligi, quando inter ignorantes, quo caſu etiam quando ex cauſa turpi, dos repetitur per condictionem ob cauſam,vt infra ſubiiciã.

Item dicta l.a diuo Pio. nullo modo probat: quia ibi non dicitur, q̃ dos repetatur, ſed q̃ ille ſenator ita deceptus poteſt agere actione de dolo ad intereſſe propter lucrum dotis amiſſum culpa illius mulieris.

7 Sextus caſus, quando† dos datur propter matrimonium prohibitum ex cauſa ſui natura turpi,& a ſciente,vt quando nuptiæ eſſent nephariæ & inceſtæ, puta inter aſcendentem, & deſcendentem.

Item quando eſſent ſolum inceſtæ, vt inter cõſanguineos & collaterales,& tunc quicquid aliter dixerit Placen. & Irnerius, dicendum eſt,dotem effici caducam, & non poſſe repeti,immo applicatur fiſco per tex.in d.l.qui contra.in authen. inceſtas.ibi poſita,& in corpore vnde ſumitur.& in l.inceſtę. & in d.l.dote per illicitum.ff.de ritu nup. cum multis ſimilibus . Et ſic etiam verſa vice perderetur donatio propter nuptias data pro parte viri ſic ſcientis,vt dictis iuribus . & licet pro opi.Placen.multum faciat tex.in d.c.& ſi neceſſe.vbi ille rex Logonenſis dedit quædã caſtra ꝑ donatione propter nuptias pro matrimonio,q̃ contraxit cum filia regis Caſtigliæ, quæ erat ſibi coniuncta in gradu ſatis propinquo cum pacto, q̃ ſi ipſam aliqua ratione relinqueret, dicta caſtra remaneant ad lucrum dictæ filiæ regis Caſtigliæ,dicitur ibi,q̃ ſi rex relinquat dictam vxorem propter ſententiam diuortij inter eos latam propter cauſam conſanguinitatis, q̃ dicto regi Logonenſi debent reſtitui dicta caſtra ſic vt ſupra donata propter nuptias, nec dicta donatio debet cedere lucro dictæ mulieris,nec dos lucro dicti regis,ne quod in pœnam deberet iniũgi,habeat conuerti in lucrum,& ſic præſupponitur,q̃ ex parte amborum erat ſcientia illiciti matrimonij,alias nihil debebat iniungi in pœnam.licet fuiſſent ignorantes.

Gloſſa ibi & Doctores multum laborant, & inter alia ponit ibi gl.ſing.intellectum, videlicet, q̃ ibi fuiſſet in pœnam tam dos, quam donatio propter nuptias confiſcan. Sed ibi non erat fiſcus inter illos reges:quia non recognoſcebant ſuperiorem,ex hoc no.ibi Abb. Sicu.illum textum ſic inductũ per gl.quod licet in non recognoſcentib.ſuperiorem de iure vel de facto Papa poſſit in defectum adiri tanquam ſuperior, vt per Innoc.in capit.licet ex ſuſcepto. de foro competen. & in capit.nouit.de iudic.tamen non poteſt adiri, vt exigat aliquas pœnas applicandas ſuo fiſco, ſed ſolum vt faciat iuſtitiã, & per ſententiam cenſuræ rogat ad obſeruantiam, quod eſt bene notanda.

Alij autem intelligunt illum textum, quod ibi ſciebant illi contrahentes impedimentum facti & conſanguinitatem inter eos,ſed errabant in iure. Sed certè ibi non eſt veriſimile, q̃ ignorent ius, & maximè illi reges tum propter multarum rerum experientiam occaſione tanti regiminis, ad hoc l. eũ quem temerè.§.j.de iud.tum ẽt quia ſolent iuxta ſe habere ꝑceres & conſiliarios doctrinatos propter officium iudicandi.l.fi.ff.de offi aſſeſ.cum ſim.

Item quia ibi tex. præſupponit,q̃ illi erant magis puniẽdi, quam vocandi ad præmium,ergo erant in delicto:quia ſcientiam non ignorantiam volumus obligari,dicit tex.in l.generali.C.de tabula lib x. Et ideo quicquid ibi dicant Doctores intelligendo illum text. q̃ ibi licet eſſent ſcientes illi legum: tamen matrimonium non fuit conſumatum carnali copula, & etiam audio hoc bene deprehendi ex regiſtro & hoc

Source : BIU Cujas

modo intelligendo est ibi casus pro eo,quod est concluſum ſupra in ſecundo caſu,vbi illum tex.allegaui.

8 Septimus caſus eſt,†quando ignorabatur factum, & eo caſu eſſet excuſabilis ignorantia, prout eſt in dubio.l.fin.ff.pro ſuo.& l.verius. ff. de probat. & tunc ſine dubio non perditur dos,nec donatio propter nuptias,per textum in d.l.qui cõtra. & probatur in d. au h.inceſtas,a contrario ſenſu, & in corpore vnde ſumitur, & hoc eſt indubitatum, vt per glo.in d.l.fina & in dicta rubri. ff. ſolu. matrim.& in d. l. 1.de condic. ob cauſam.

Si autem non eſſet excuſabilis ignorantia talis facti, prout eſſet,qñ diceretur ſe ignoraſſe eſſe ibi conſanguineum in gradu prohibito: quia ex quo talis gradus non eſt multum a remotis,in eo non cadit ignorantia.l.octaui.ff.vnde cog.& l.de tutela.C.de reſt. in inte.& uoluit gl.in d. l.fi.

Ideo dicas,q̃ tunc perditur dos, quia ad hoc vt non perdatur dos ex parte mulieris & donatio propter nuptias ex parte viri propter ignorantiam oportet q̃ ſit error iuſtiſſimus, vt probatur in d. l. qui contra. & hoc niſi vna cum tali errore facti non excuſabili allegaretur etiam error iuris, ſecundum tamen dicenda infra proxime.

9 Octauus caſus eſt, †ſi ſciret factum,& ignoraretur ius, puta quia mulier dans dotem ſciebat virum eſſe ſibi coniũctum in certo gradu:tamen credebat,quòd de iure non eſſet prohibitum matrimoniũ inter eos, & iſto caſu ſurgit maior dubitatio: quia gl.in d. l. fin. ſecundum opinio.Ioan.voluit, vt ſupra in tertia opinione, non poſſe repeti etiam ex parte mulieris, & ſic dos hoc caſu ſimiliter applicet fiſco: quia ad hoc ut dos repeti poſſit propter errorem,oportet,q̃ ſit error iuſtiſſimus, vt probatur quaſi in terminis in d. l. qui contra. tamen (vt ſupra dixi) iſta opinio Ioan. licet fuerit de mente glo.tamen non videtur vera,ſed tanquam verior & benignior tenẽda eſt opi. Bart. ſupra recitata quarto loco,prout etiam ſupra eſt deductum in dicta tertia opinione Ioã. pro qua opinione Bart. videtur eſſe caſus in ca. 3. de donatio. inter virum. vbi debet præſupponi,quòd illi coniuges ſciebant factum videlicet eorum conſanguinitatem in tam propinquo gradu. l. ſi filium. C. de liber.cauſa. & in d.l.octaui ff. vnde cogn. & in d. l. de tutela.C.de in integ. reſt.tamen ex quo ignorabant ius prædictum prohibitum, Papa mandat, quod feratur inter eos ſententia diuortij & tamen dos reſtituatur mulieri, & illa fuit opinio Ioan. glo. iuris canonici, quam communiter ſequuntur ibi Canoniſtæ,& ibi Ant.de But.& Abb.Sicu. quicquid aliter ſenſerit ibi Io.And.in d.c.& ſi neceſſe, vt ſupra retuli in quarta opinione, quæ fuit Bar. vt ſupra retuli ad fi. d. quartæ opinio.

Adduco ſecundo textum pro hac opinione in l.præfectus. ad finem.ff.de ritu nuptiarum,vbi neceſſe eſt præſupponere, quod ibi non ſolum vir, ſed etiam mulier ſciebat factum,ſcilicet illũ eſſe præfectum illius prouinciæ, & ibi exercere officium tanquam publicum per id quod habetur in l. ſi tutor. C.de pericu.tutor.& tamen ibi mandatur debere dotem reſtitui mulieri ſeu eius hæredib.& hoc nõ ex alio, niſi quia illa erauit in iure,credẽs licere de iure, cum illo præfecto matrimonium contrahere:quia ſi ſciuiſſet, nullum dubiũ eſſet, q̃ dos non deberet reſtitui, ſed confiſcatur, vt ſupra eſt concluſum circa quintum caſum.

Tertio videtur caſus,prout adducit Bar.in d.auth.inceſtas, a contrario ſenſu,melius in corpore vnde ſumitur.

Quarto:quia ſaltem in muliere vt non perdat dotem confert: quia mulieres magis excuſantur ab ignorãtia iuris quã maſculi, vbi tractamus de damno vitando, per tex. in l.cum de indebito.ff.de probat.

Nec obſtat ratio Ioan. An. in d. cap.& ſi neceſſe, quod fœminæ non excuſantur ab ignorantia iuris,niſi in caſibus in iure expreſſis per id quod habetur in l.fin.C. de iur. & fac.ignoran.quę opinio fuit orignaliter Cy. in d.l.qui contra. quia in terminis noſtris ſatis hoc probatur iure,vt patet in d.auth.inceſtas.a cõtrario, & in corpore vnde ſumitur, & etiam in d.l. præfectus. in fi.& in d.cap. tertio. de donatio. inter virum,& vxorem,ſupra alleg.

Quinto probatur: quia videmus quod quando coitus fit ſub colore matrimonij inter illos,qui coniungebantur gradu prohibito conſanguinitatis, ſi erat mulier vel maſculus: tamen minor 25.annis excuſatur a pœna inceſtus, propter iuris ignorantiam,quę in fœmina & minore iſto caſu toleratur, vt eſt tex.in l.ſi adulterium cum inceſtu, poſt prin.verſi.quia mulier.& in § fratres.& ibi etiam per Bar.

Si ergo excuſatur à pœna inceſtus, ſequitur, quod dotem non perdat: quia non propter aliud mulier perdit dotem contrahendo inceſtas nuptias, niſi in pœnam, & pœna eſt damnũ,qđ reſpicit perditionẽ mrimonij, vt l.3.ff.de dam.inf.

Cum ergo mulier excuſetur propter iuris ignorantiam a pœna inceſtus, quando ſub colore matrimonij ipſum admiſit vt ſupra,merito &c.

Nec videtur poſſe aſſignari aliqua diuerſitatis ratio inter vnam pęnam & aliam,vt voluit Azo in ſum.C.de inceſt.nup. in ver.ſi verò eſſet error in iure.

Sed tunc prædictæ opi.ob.tex.in d.l.qui contra.prout eum induxit contra hanc opi.Bar. ſupra in ſua 4. opi.ſed poteſt reſponderi duobus modis.

Primò,q̃ dictus ver. exceptis,referatur ſolum ad id, quod proximè dixerat de perdendo lucro dotis vel donationis propter nuptias vigore pacti a principio initi. videlicet in verſic. idque totum, quod ab alterius liberalitate in alterum proceſſerit &c.vt tũc requiratur error acerrimus,ideſt, fortiſſimus & iuſtiſſimus,vt gl.& Doct.exponunt ad hoc,vt alia lucra nõ perdant, non autem referatur dictus verſicu. exceptis, ad illud,quod dixerat in principio, & ſic ad remota, vbi diſponitur de perdenda dote, vel donatione propter nuptias:quia in illa pœna erat prouiſum per alia iura, vt etiam error iuris excuſet:licet non dicatur error acerrimus, ideſt iuſtiſſimus:ſed iuſtus quo ad euitationem damni per ſupra allega. iura, nam clauſula in fine poſita non refertur ad omnia præcedentia, ſed ſolum ad proxima, quando aliter ſequeretur iurium correctio,vt habetur in d.l.ſi idem cum eodem.§.fin.ff.de iuriſd. omnium iudicum,& facit glo.in l.talis ſcriptura. ff.de legat.1. & quod ibi per Bar.

Vel ſecundò poteſt reſponderi intelligendum illum tex. l. qui contra.vt tam in prin.quam etiam in d.ver.idque. totum loquatur de amiſſione lucri dotis,vel donationis propter nuptias,vt etiam intelligit ibi Bar.illum tex.

Nec obſtat regu.Ioan.And.per glo.in l.fina.C.de iur.& fac. ignoran.quia immo reperitur expreſſum, quòd mulier excuſatur a tali ignorantia iuris per tex. in d. l. ſi adulterium cum inceſtu. vt ſupra.

10 Nonum † membrũ eſt circa donationes propter nuptias, de cuius natura eſt, vt ſicut dos redditur mulieri diſſoluto matrimonio propter mortem viri,vel propter diuortium ſecutum non culpa mulieris, ita & donatio propter nuptias debet reſtitui viro ſecuta diſſolutione matrimonij propter diuortium ſecutum non culpa viri,vel propter mortem mulieris,in authen.dos data.C.de donat. ante nup. cum ſimil. quia iſta procedunt a pari,vt hñ in l.ſi §.finaliũ.C.de do.ante nup.vn de ponamus,virum contraxiſſe matrimonium prohibitũ, & ſic neceſſe fuit diſſolui ſaltem de facto, vel per mortem mulieris, an repetat donationem propter nuptias per eum factam mulieri in recompenſationem dotis.

Poteſt concludi,q̃ ſi ſcienter contraxit,ſine dubio non repetet,dicta lege qui contra.& d.auth. inceſtas. in verbo, tam cæterorum. poteſt tamen dici, q̃ fuit donatum propter nuptias: & nuptæ non fuerunt ſecutæ etiam de facto, non perdat tunc vir dictam donationem propter nuptias, imo poteſt repetere, prout idem diximus ſupra in proximo membro in muliere circa dotẽ, cũ inter hæc ſit quædam coæqualitas, vt ſtatutum in vno,cenſeatur etiam in alio,& maxime cum verſetur eadem ratio,vt d.l.fi.§.finautem. cum ſim.

Et idem poteſt dici ſi matrimonium fuit ſecutum per uerba de præſenti,tamen non conſumatum per copulam,vt dixi ſupra in muliere reſpectu dotis in 2.membro.

Si autem matrimonium fuiſſet ſecutum & conſumatum per copulam,& vir allegaret ignorantiam,& ſi quidem dicat, ſe ignoraſſe factum,& tunc nõ perdit,ſi eſſet excuſabilis ignorantia,alias ſecus, vt infra dicetur.

Sed ſi allegaret ſe erraſſe in iure, licet ſciret factum, puta conſanguinitatem:quia dicat,ſe credidiſſe matrimonium valere, an poſſit repetere data per eum mulieri ex cauſa donationis propter nuptias, hic eſt maior dubitatio. Nam videtur dicendum,quod poſſit repetere ab ipſa muliere, vel eius hærede.

Primo propter coæqualitatem,quæ eſt inter ipſam dotem & donationem propter nuptias.d.§.finautem.cum ſim.

Vnde ſicut in dote ſupra proximo membro eſt cõcluſum, etiam locum eſſe repetitioni ex parte mulieris vel eius hæredum.Sic eodem modo ex parte viri reſpectu donationis propter nuptias.

Secundo: quia videtur caſus in d.c.& ſi neceſſe.vbi parificat tam data pro dote,quam propter dotẽ ideſt,ex cauſa donationis propter nuptias matrimonio diſſoluto propter conſanguinitatem,vt reddantur hincinde.

Tertio: quia error iuris excuſat non ſolum fœminas, ſed etiam mares in damno euitando. l. error. in fi. ff. de iuris & facti ignor.

Sed nulli dubium eſt,q̃ damnum eſſet viro non recupera

re

Source : BIU Cujas

re donationem propter nuptias, quæ de ſui natura repetitur matrimonio diſſoluto ſuperſtite ipſo uiro, vt ſupra dixi.

Quartò quia abſurdum, immo iniquum videretur, quod dicto caſu dos reddatur vxori, & viro non reddãtur data per eum propter nuptias, & ſic daretur talis inæqualitas cõtra ſupra dicta iura, & ſic claudicaret talis contractus contra l. ſi id quod ff. de reſcin. vend. cum ſim. & hæc opinio fuit de mente Bar. in d. l. ſi adulterium cum inceſtu, vbi primo mebro quãtum ad pœnã inceſtus contra contrahentes inceſtas nuptias ductos iuris ignorantia facit differentiam inter maſculum & fœminam, ſed quantum ad pœnas reſpectu illiciti matrimonij, de quib. in d. auth. inceſtas. & ſimilib reſpectu iuris ignorantiæ non facit differentiam inter maſculum & fœminam, vt indiſtincte excuſentur.

In contrarium tamen, videlicet quod vir non excuſetur talis iuris errore, ſicut excuſatur mulier, probatur in d. auth. inceſtas, vbi fit mentio tam de dote mulieris contrahentis inceſtas nuptias, quam de donatione propter nuptias viri cõtrahentis dictas inceſtas nuptias, vt patet in tex. ibi, in verbo, cæterorũ. & expreſſius in corpore, & tamẽ quando ibi Imperator intenderet, quod etiam fœmina pœna, de qua ibi punitur, limitatè loquitur, reſtringendo ſe, quando ſcienter peccaret, quaſi voluerit ſpecialiter excipere mulierem a pœnis, de quibus ibi, quando ignoranter, videlicet ignorantia iuris non ignorãtia facti excuſaret etiam mares. quòd intellexerit de ſciẽtia & ignorãtia iuris, patet ex textu, in corpore ibi, mulier vero ſi legem ſciens hanc quidem neglexerit, inceſtis autem ſemetipſam tradiderit nuptijs ſub eadem ꝓſtituenda pęna, vnde videtur pœna expreſſe de intentione Imperatoris in dicto corpore ab ignorantia iuris ſolum excipere fœminas reſpectu pęnarum, de quib. ibi & mulier incurrat dictas pœnas ſi ipſa fuerit ſciens dictam legem prohibentem, in maſculo autem indiſtinctè diſpoſuit, & ſine alia limitatione ſeu diſtinctione.

Secundò probatur: quia quando maſculus contrahit inceſtas nuptias, licet ignoranter, ſibi non parcitur, quin incurrat pęnam, niſi ſtatim cum cognouerit, pęnituerit, & hoc niſi ſit minor annis, vt d. l. ſi adulterium. §. nonnunquam. & §. idem Pollioni. cum ergo amiſſio donatorum propter nuptias ſit pęna: quia concernit perditionem patrimonij, merito ab illa pœna non excuſatur.

Tertiò, quia hoc eſt regulare, ꝙ maſculus, quando committit aliquid illicitum, nunquam excuſatur a pœna pp iur. ignorantiam, vt d. l. ſi adulterium cum inceſtu. §. nõnunquã. in fi. ad hoc l. quemadmodum. C. de agrico. & cenſi. lib. 11. cum ſimilib. Et hæc opinio videtur verior per iura & fundamenta ſupra adducta, licet aliter ſenſerit Bart. in d. l. ſi adulterium. vt ſupra dixi, & hoc niſi eſſet minor 25. ann. cum propter fragilitatẽ ætatis ſibi magis parcatur in huiuſmodi ignorantia iuris, vt patet in d. l. ſi adulterium. §. idem Pollioni. & §. fratres. quia in huiuſmodi ignorantia iuris æquiparatur minor ætas ſexui mulieris, & facit tex. in d. l. qui contra. ad hoc gl. in d. l. vbi exigitur. & ſic idem poteſt dici, ſi talis vir eſſet rudicus per id, quod habetur in d. l. vbi. & in l. 2. ff. ſi quis in ius vocatus non ierit. & in l. cum de indebito. ff de probat.

Nec ob l. 1. C. de interdic. matr. quia ille tex. communiter intelligitur, ꝙ ibi ideo: quia clam matrimonium fuit contractum, quo caſu præſumitur dolus per id, quod habetur in l. fi. ff. de ritu nupt. de quo etiam infra.

Nec ob. illud, quod ſupra primo loco adducebatur de rõne æqualitatis inter dotem & donationem propter nuptias: quia illud procederet, quando eſſet eadem ratio inter dotem & donationem propter nuptias per iura ibi alleg.

Sed hic non eſt eadem ratio; quia in viro, & ſic in maſculo magis de facili præſumitur ſcientia, quàm in fęmina, vt ſupra, & max. mè quia habet maiorem habilitatem in eundo ad cõſulendum peritiores, quam habeant fęminæ.

Item non ob. d. c. & ſi neceſſe. quia licet ibi fuerit ſcientia facti, ideſt conſanguinitatis inter illos Reges: quia conſanguinitas inter Reges & alios Principes cenſetur magis notoria, quam inter alias priuatas perſonas, tum etiam quia in gradu non multum remoto, vt ibi dicit glo. magna, circa medium. Sed etiam erat ſcientia in iure, quæ ibi præſumitur propter illud pactum appoſitum, ꝙ ſi rex ille Legionenſis dictam filiam regis Caſtellæ de dicta commiſſione fienda propter impedimentum conſanguinitatis, & maximè ſurgit mala ſuſpicio de hoc, quia tale pactum eſt inſolitum apponi in contractu matrimonij, per id quod not. gloſ. illano. in l. 5. ff. de cond. inſt.

Præterea ex quo illi reges non recognoſcebant ſuperiorẽ ſaltem de facto, vt præſupponit ibi glo. ideo dicuntur ipſi eſſe principes & Imperatores in eorum regnis, vt habetur in cap. per venerabilem. qui filij ſint legitimi, & ſic fũguntur vice Imperatoris, qui iura non præſumitur ignorare, imo omnia iura in ſcrinio pectoris habere. l. omnium. C. de teſta. & hoc non ex alio niſi propter aſſiſtentiam multorum Doctorum, & aliorum peritorum, qui ſemper aſſiſtunt, vt no. in d. l. omnium. facit l. humanum. C. de legi.

Sic etiam idem ſeruatur in regibus maximè non recognoſcentib. imperatorem. Nam, vt quotidiana docet experiẽtia: multos apud ſe habent viros Iuriſconſultiſſimos, qui in reb. maximè arduis habent iurium notitiam: non ergo donationem illam propter nuptias Papa ibi mandat reſtitui ex cauſa ignorantiæ: quia imo præſupponi debet, ꝙ ibi fuit ſcientia tã in facto quàm in iure, vt ſupra eſt dictum.

Sed illud mandat Papa debere fieri propter ſcandalum euitandum, & vt pax ſeruetur inter illos reges, & illud ſpectat ad curam & ſolicitudinem Papæ, & ita intelligit ibi gl. cum qua communiter tranſeunt ibi Doctores, quæ intelligẽtia nõ placet, quia quãdo Papa diſpenſatiuè aliquid, quod ſit contra iura, mandat propter pacem ſeruandam, & vt ceſſet ſcãdalum, ſemper illam talem cauſam exprimit, ne videatur cõtra iuſtitiam expreſſam diſponere, vt in multis canonibus hoc probatur, 6. quæſt. 6. ca. hoc quippe. & in capi. niſi cùm pridem. §. pro graui quoque ſcandalo, de renunciat. & in cap. 2. de deſp. impu. & in c. niſi eſſent. de præb. cum ſim. potuiſſet quippe de facili in d. c. exprimere, ſi propter dictam cauſam pacis conſeruandæ id mandaſſet, vnde ideò nõ expreſſit, quia de dicta cauſa non cogitauit, arg. c. ad audientiam. de decimis. & l. 1. §. pen. C. de cad. toll.

Et ideò datur ſecunda intelligentia per gloſſ. ibi ad illum text. videlicet quòd ex quo illi reges non recognoſcebant ſuperiorem, puta Imperatorem, ideò nullum habebant fiſcum ſupra ſe.

Et ideo dicta bona data per dictum regem pro donatione propter nuptias dictæ filiæ regis Caſtellæ, cum qua matrimonium contraxerat, non fuerunt confiſcata, licet ſcienter contraxerit: quia non erat aliquis eorũ ſuperior, cuius fiſco dicta bona potuiſſent de iure applicari, quod eſt bene notandum.

Sed dicet aliquis, nonne erat eorum ſuperior ipſe Papa, qui propter defectum Imperatoris ſuccedit in omnibus loco Imperatoris, per id quod habetur in cap. licet ex ſuſcepto. de foro compet. vnde ſicut uacante imperio in totali dominio imperij, puta propter mortem Imperatoris, ante electionem ſucceſſoris ſuccedit Papa in totali poteſtate vt ibi, ita etiam quando vacaret de facto imperium in aliquo loco, vel principatu, vel regno de facto, vel ex priuilegio, vel antiqua præſcriptione, vt hodie videmus de facto in pluribus regibus, & etiã ciuitatib. maxime Italiæ, vt per Bar. in l. hoſtes. ff. de captiuis. ſuccedit & ſucedere debet poteſtas Papæ, vt poſſit ipſe adiri, & ad eius tribunal recurri in defectum ſuperioris, & ſic iuſtitiæ, vt probatur in d. cap. licet ex ſuſcepto. & ibi notant Doctores: tamen licet hoc verum ſit, tamen nõ propterea dicti Reges & ciuitates ſubijciuntur in aliquo ipſi fiſco cameræ apoſtolicæ, videlicet in pœnis imponendis, & maxime ſi ſubeſt illa ratio: quia dicto caſu cõtra tales principes Papa ſolum vtitur, & uti põt mucrone ſpirituali ſ. cẽſuræ eccleſiaſticę; & ſic excommunicationis, vt hoc etiam probatur in d. ca. & ſi neceſſe. in fi. quem textum iuncta prædicta glo. & eius intellectu Doctores, & maxime Abb. Sic. notant pro multum ſingulari ad limitationem eorum, quæ habentur in d. cap. licet ex ſuſcepto.

Sed tunc poſſet contra hanc ſolutionem & intelligentiam inſtari, quia ex quo præſupponitur, quòd ibi fuerit ſcientia tam in facto, quam in iure, ex parte vtriuſque, & ſic ex parte vtriuſque fuit turpitudo. nam ex quo erat impedimẽtum cõ ſanguinitatis inter eos, turpitudo erat hincinde ſe cõiungendo per matrimonium illicitum: ergo potior eſſe debet conditio poſſeſſoris per id quod habetur in l. pen. & per totum. ff. de condict. ob turpem cauſam, & in regula, in pari. in 6. cum ſim. Sed reſponde, quòd illa regula procedit, quãdo cauſa turpitudinis erat proxima & immediata, ſecus ſi erat remota & mediata, vt fuit in dicto caſu dicti c. & ſi neceſſe. ꝓbatur not. in d. l. fi. & ibi not.

Præterea, vt dixit ibi gloſ. & Barto. & dixi in tertia opinione, & quarta Barto. quam ponit ibi ad illum textum, ideò ibi non eſt potior conditio poſſeſſoris: quia turpitudo ibi nõ fuit conſumata, ex quo nuptiæ non fuerunt ſequutæ, & ideò poſſet dici, quòd in d. cap. & ſi neceſſe. ſimiliter matrimonium non fuit conſumatum per carnalem copulam, licet fuerit ꝛctum per verba de præſenti. hinc eſt, quòd dos repeti poteſt per id, quod habetur in d. l. fin. Et ſic facit pro his, quæ dixi ſupra in ſecundo membro. Cogita tamen, quia text. in dicto ca. & ſi neceſſe. oſtendit, quòd matrimonium fuit carnali co-

Source : BIU Cujas

pula consumatum ibi,dum dicitur, ꝙ copula inter eos fuit dissoluta,facit l.decem.ff.de ver. ob. nisi intelligas ibi de copula coniugij,& sic de coniunctione per mutuum consensū, non autem de copula respectu coitus.

Aduertendum tamen est:quia pluries dictum est de ignorantia tam iuris, quam facti:quia prima excusat in hac materia, videlicet tam fœminam quam masculum. secunda non excusat masculum:quia perdat donationem propter nuptias, sed fęminam sic, vt non perdat dotem secundum dicta & supra concluſa.Potest dubitari, an hæc ignorantia tam facti q̄ iuris præsumatur in hac materia:quia licet supra aliquid ipsarum tactum sit:tamen pro clariori intelligentia potest distingui, ꝙ aut loquimur de ignorantia iuris, aut de ignorantia facti.

Primo casu,aut in mare,aut in fęmina.Si in mare non præsumitur: quia in eo non est excusabilis error iuris in ista materia etiam in damno, videlicet ad finem perditionis donationis propter nuptias,vt d.l. qui contra. & supra est dictum in proximo membro,& hoc siue clam, siue palam contraxerit. hoc tamen fallit in minore,& rustico,prout infra dicetur in muliere.

Si verò loquimur in fœmina,& hoc casu distingue, ꝙ aut loquimur in ignorantia iurisgentium, aut iuris ciuilis, & sic iuris positiui. Primo casu indistinctè non præsumitur ignorantia talis iuris etiam in fœmina, cum etiam si probaret se ignorasse,non esset excusabilis etiam si palam contraxerit, ꝑ tex.indistinctè loquentem in d.l.fi. de ri.nupt.& sic idem potest dici in minore & rustico, quibus non parcitur in tali iuregentium quod dicitur quasi naturale per id,quod habetur in l 2.C.de in ius voc.& bene facit tex.in l.fi.C. qui petāt.tut. cum etiam ignorantia facti, quæ est magis de se excusabilis, in huiusmodi impedimento iurisgentium non præsumatur, nec sit excusabilis,vt infra subdetur.

Dicitur autem impedimentum de iure gentium propriè, quando inter ascendentem & descendentem contraheretur matrimonium, vt supra dixi pluries, etiam si posset dari casus,ꝙ sint in gradu satis remoto, vt per tex. & glo. in d.l. fina. primo respondo. hoc enim casu dicerentur nuptiæ non solū incestæ,sed etiam nefariæ,vt habetur in d.Authen.de incest. nupt.in princ.& ibi glo.magna.vnde si Adam hodie resuscitaret, non posset contrahere matrimonium, & dicerentur nuptiæ incestæ & nephariæ,vt dixit glo.Institu. de nupt. post principium,in ver.ergo non omnes.Aut loquimur in impedimento iuris positiui,& in mare non præsumatur talis ignorantia, & etiam si probaret se ignorasse non excusaretur, cū requiratur in masculo error non solum iustus, immo etiam iustissimus in hac materia,vt est tex.in d.l qui contra.

Fallit, si esset minor vigintiquinque annis, vt in eadem l. exceptis.nam ibi probatur, quod magis parcitur ætati quam sexui,vt etiam probatur in l.regula,post principium ff. de iuris & fac.ign.ad hoc etiam d.l.si adulterium.vers.denique. Et sic eodem modo si esset rusticus:quia tales personæ & personarum conditiones æquiparantur quantum ad iuris ignorātiam,vt habetur in l. cum de indebito. de probatio. & quod habetur in d l.vbi exigitur.Aut loquimur in muliere, & tunc præsumitur in ea iuris ignorantia,& est excusabilis in ista materia quo ad non perditionem dotis, vt supra concluſum est in 8.membro,& prædicta procedunt,si prædictæ personę sic priuilegiatæ contraxerunt palam.

Si autem clam,& tunc præsumitur in eis magis scientia talis iuris,quam ignorantia, vt infra dicemus in ignorantia facti.Sed tunc prædictis obstat, dum dixi in muliere præsumitur scientia impedimenti de iuregentium:nam immo videtur, quod non præsumitur, immo sit in ea excusabilis talis ignorantia per tex.in d.l.si adulterium cum incestu. §. nonnunquam ibi,incestus dicitur committi contra iusgentium. Et tamen ibi excusatur mulier a pęna incestus, si matrimonium contraxerit ignorantia iuris ducta, secus si coiuerit sine colore matrimonij.

Sed potest dici, ꝙ in hac materia iura dupliciter assumunt iusgentium. Nam quoddam appellauit iusgentium naturali ratione procedens, quo prohibetur ascendens quicunque contrahere cum suo descendente,de quo loquitur tex. cum gl.in d.l.fina.in prin.ff.de ritu nuptiarum. quo casu dicuntur nuptiæ non solum incestæ,sed etiam nephariæ,vt supra dixi, & hoc casu non præsumitur in muliere talis ignorantia, ex quo etiam si ignoraret, nullo modo talis ignorantia in ea excusaretur,vt supra dixi per id,quod habetur in d. l.2. C.de in ius vocan. & in l.fi.C.qui petant tuto. & ideo mulier tunc dotem non repeteret,vt etiam voluit Bald.in rub. ff.sol.mat. Et ideo (vt dixi) nec minor, nec rusticus excusaretur,quod etiam voluit Bal.in d.rub.solent enim in huiusmodi æ quipa rari mulier,minor & rusticus,vt habetur in d. l.vbi exigitur, & in l.cum de indebito.de prob Et sic debet restringi & limitari tex.in d.l.si adulterium cum incestu. & §. fratres.vt non loquātur de tali specie iurisgentium. Et sic etiam limitatur tex.in d.l.qui contra.§.exceptis.dum loquitur in minore, vt non procedat in nuptiis incestis simul & nephariis,vt sic a tali ignorantia minor non excusetur, & similiter nec mulier, nec rusticus,& hoc quando dotem dedisset, vel vir donationem propter nuptias pro matrimonio contracto:secus si pro matrimonio contrahendo,quod postea non fuerit sequutū: quia tunc repetit.sic etiam repetit,quando omnino scienter contraxissent secundum dicta supra in primo membro: immo potest dici,idem iuris esse, quādo fortè pro matrimonio contracto,tamen postea non cōsumato per carnalem copulam secundum dicta supra in secundo membro, quod maximè procederet, quando probaretur, ꝙ tunc non fuit matrimonium consumatum propter compertum errorem, & sic superuenientem notitiam talis impedimenti argumento eius,quod habetur in simili in d.l.qui contra. ibi, aut errore comperto &c.

Quædam autem dicitur prohibitio iurisgentium magis largo modo sumendo, videlicet quia iuregentiū cępit tanquā matrimonium sit inhonestum impediri: & istud cœpit desinere contrahi & impediri inter coniunctos ex latere, & de hoc iuregentium loquitur tex.in d.l.si adulterium .post principium,ver.quare mulier. licet proprio & stricto modo non possit dici esse iurisgentium,sed magis iuris positiui, vt bene probatur hoc in d.l.fina. ff. de ritu nuptiarum. in vers. si vero ex latere.

Sed quia contra bonos mores gentium videtur esse ꝙ ꝓtrahatur matrimonium inter istos coniunctos, licet ex latere,videlicet qñ in gradu non remoto,vt hī in l. in celebrādis. C.de nup.& Inst.eo.in §.fratres.& seq.rale.n impedimētū nō ꝓcedit a iure seu rōne quasi naturali. Sed qa vī ꝫ bonos mores,vt dicit tex.in l.si stipuler ff de verb.obl. Vnde aliquando sic largo modo leges appellant esse prohibitionem iurisgentium, videlicet quia ita moribus gentium cœpit esse talis prohibitio: & ideo tales nuptiæ dicuntur esse incestæ, tñ non nephariæ: prout sunt illæ,quæ cōtractæ essent contra iusgentium supra in prima specie. qua ratione etiam cum nouerca matrimonium dicitur prohibitum esse de isto iuregentium in secunda specie,& sic ita largo modo sumendo,vt est tex.in d. l. fin. de cond. sine causa. Nam contra bonos mores esse, visum fuit gentibus, quòd quis contrahat matrimoniū cum nouerca, ex quo illa habita est loco matris, ex quo fuit vxor patris illius, vt dicit text. Institu. de nupt.§. socerum. & ideò hoc respectu omne impedimentū matrimonij ratione consanguinitatis, & etiam affinitatis dicitur largo modo esse de iuregentium secundum Bart.post Azon.in d.l. si adulterium. Sed quia in effectu videtur tale impedimentum concernere magis ius positiuum, quā proprio modo concernere iusgentium,quod cēsetur esse ius quoddam naturale, idest naturali ratione procedens, vt habetur in l.itaque.ff.ad l. Aquil.& habetur per gl. in l. 1. in princ. ff.de acquir. poss.& in l.cum amplius.§. is natura debet.ff. de regulis iuris.Ideò mulier est excusata ab ignorantia talis iuris, & consequenter in ea præsumitur ignorantia talis iuris, per d. l. si adulterium. §. nonnunquā.& §. Imperatores, & per dicta supra in octauo membro. Et consequēter etiam minor & rusticus facta inter eos in ista materia omnimoda æquiparatione per dicta supra.

Sequitur secundus casus,videlicet circa ignorantiam facti. Quid enim si quis,puta mulier confitetur, vel aliter probaretur,eam sciuisse iuris impedimentum: tamen dicat & alleget se ignorasse factum,puta proximitatem gradus,vel aliud impedimentū in facto, an præsumatur talis ignorantia, vel sciētia, & similiter potest dubitari in viro ita contrahente incestas nuptias, vel aliter de iure prohibitas,vt sic euiter pœnas de quibus in d.l. qui contra. & d.auth.incestas. Potest similiter distingui,quòd aut est impedimentum in prima specie iurisgentium,& sic circa incestas simul & nepharias nuptias, vt esset inter ascendentes & descendentes,& tunc tam in fœmina, q̄ in masculo non præsumitur talis ignorantia facti. Sed potius scientia præsumitur, etiam si palam contraxerint, per tex in d.l.fi.in prin.iuncta gl.& sic idem in minore, & rustico,si dicant se ignorasse talem coniunctionem, etiam si esset dare casum, quod essent inualidæ remoto gradu. Aut est impedimentum iurisgentium in secunda specie,& tunc contrahitur clam & secrete,& non præsumitur ignorantia, sed potius scientia,tam in masculo quàm in fœmina, & sic etiam tā in minore quàm in rustico, per id quod habetur in d.l.fin.de ritu nupt.& per gl.in l.1.C.de interdicto matrimonio, glo & Bar.in d.l.si adulterium. quasi ita clam contrahendo præsu-

matur

matur, ꝙ ex conſcientia prohibitæ materiæ hoc fecerint.

Et ſic idem poteſt dici in quolibet alio impedimento, vt infra ſubdetur, quod maximè procedit, ſi aliquando diu perſtiterint in tali ſecreto matrimonio: quia tũc multò magis præſumitur fraus ſecundum Bal. in l. fraus. ff. de legib. qui allegat Iac. de Are. in l. filiæ meæ. ff. ſol. mat.

Aut contrahitur palam, & tunc aut eſt nimia perſonarum proximitas, & præſumitur ſcientia talis proximitatis in quocunque, & ſic etiam in fœmina per l. ſi filium. C. de lib. cau. & in d. l. octaui. ff. vnde cogna. & in d. l. de tutela gl. & Bart. in d. l. fina. de condictione ſine cauſa, & gloſ. in dicto capitulo, & ſi neceſſe. circa medium magnæ gloſſæ, & Bal. in dicta rubri. ff. ſoluto matrimonio. Vnde non excuſaretur tunc mulier, minor, vel ruſticus, ſi probetur per confeſſionem, vel aliter eos non ignoraſſe iuris prohibitionem. Sed allegant ignorantiam facti, quaſi talis ignorantia cenſeatur craſſa & ſupina, quæ nullum excuſat. l. regula. ff. de iur. & facti ignorantia. Aut talis proximitas gradus eſt remota, & ſic non tam propinqua: & tunc non præſumitur etiam in maſculo per tex. a contrario ſenſu in dicta l. ſi filium. & in dicta l. octaui. ad fin. & in dicta l. de tutela, ibi dum dixit, ſanguinis proximitas, & non dixit ſanguinis coniunctio, & ſic ibi requirit tex. coniunctionem ſanguinis eſſe proximam ad præſumendam ſcientiam conſanguinitatis. hoc tamen totum, videlicet an conſanguinitas ſit nimia, vel ſit proxima, vel remota, verſabitur in arbitrio iudicis, qui fortè arbitrabitur, quod illa dicatur nimia proximitas, vel coniunctio gradus non remota, videlicet vſque ad gradum de iure ciuili prohibitum in matrimoniis, puta in fratribus primi gradus, non ſic in vlterioribus fratribus, puta, patruelibus vel conſobrinis qui ſunt in quarto gradu.

Sed in illis fratribus vlterioribus de iure ciuili non erat hæſitandum: quia inter eos valebat matrimonium. l. in celebrandis. C. de nupt. licet cum aliquibus aliis non valeret, licet eſſent in gradu quarto, vt habetur Inſtitu. de nuptiis. §. fratris. cum ſequenti. Vnde poteſt dici, quod ignorantia facti, videlicet circa coniunctionem conſanguinitatis non præſumatur tam in maſculo, quam in fœmina, & ſic idem in minore & ruſtico, ex quo verſatur in gradus proximitate propinqua, & non remota.

Sed circa ignorantiam iuris, videlicet ꝙ in tali gradu prohibetur matrimonium a iure, præſumatur in fœmina, licet non in maſculo per dicta ſupra circa ignorantiam iuris, vnde cum hodie de iure canonico prohibitio vigeat in vlteriori gradu circa matrimonium, videlicet vſque ad gradum quartum, vt habetur in c. non debet. de conſan. & affin. capiendo gradum ſecundum ius canonicum, quod ſeruandum eſt vbique in materia matrimonij, vt ſupra dixi, & dicuntur de iure canonico eſſe in quarto gradu illi, qui de iure ciuili dicuntur eſſe in octauo conſiderata computatione graduum ſecundum quod habetur in cap. fin. de conſanguinitate & affinitate, & in c. ad ſedem. 35. q. 5. & per Legiſtas in l. 2. de ſucceſ. edi. quam computationem pro nunc non proſequor, quia non expedit.

Ideo poteſt ſatis rationabiliter dici, quod non ſolũ in fœmina, ſed & in maſculo etiam minore præſumatur in dubio ignorantia facti, ideſt dictæ coniunctionis, quando eſſet vltra gradum quartum, prout capitur a iure ciuili: quia iura ſolum excuſant, & ꝓſumunt talem ignorantiam facti, quando eſſet proximitas, ſeu coniunctio non nimia. Et contra ꝓſumunt ſcientiam & notitiam, quando eſſet nimia, ſeu non multum remota coniunctio, ſeu proximitas, vt ſupra dixi ꝑ d. l. octaui. & dictam l. ſi filium, cum ſupra allegatis. vnde ſi hodie contraheretur matrimonium inter filios duorum fratrum patruelium vel conſobrinorum, qui vocantur ſobrini, ſunt infra quartum gradum conſideratum a iure canonico.

Et ſic non valet tale matrimonium. d. c. non debet. tamen ex quo ſunt vltra quartum gradum conſideratum a iure ciuili videlicet in ſexto gradu, vt l. ſexto gradu. ver. item qui ex fratribus. ff. de gradibus. ideo non punirentur tales in perditione dotis in muliere, vel in maſculo in perditione donationis propter nuptias, ſi allegarent ſe ignoraſſe factum, ideſt talem coniunctionem maximè in tali gradu: quia præſumeretur talis ignorantia per ſupra dicta, licet probaretur nõ ignoraſſe ius. i. iuris prohibitionem, prout hoc probatur præſumptiuè in maſculo maiore per ſupradicta, & ſic fortè idem eẽt dicendum in illis, qui inter ſe attinerẽt in quinto gradu de iure ciuili, vt inter eos in dubio præſumatur ignorantia facti, quo ad euitandum dictas pœnas, licet in ipſo maſculo nõ ꝓſumeretur ignorantia iuris: quia talis præſumpta ſcientia nõ ſufficit ad ꝑtitionem donationis propter nuptias, & etiam arrharum, cum in eo præſumatur ſaltem ignorantia facti excuſabilis, non obſtante d. l. qui contra. quæ requirit errorem non modo iuſtum, immo iuſtiſſimum: quia in iſta materia error in facto excuſabilis eſt, & reputatur iuſtiſſimus, vt ſupra pluries dictum eſt, & ſentit glo. & Bar. in d. l. fin. ff. de condic. ſine cau.

Præterea ibi poteſt intelligi quantum ad perditionem lucri dotis, vel donationis propter nuptias, vt intellexit Bar. in d. l. fi. Et prædicta procedunt, niſi eſſet publica vox & fama, ꝙ tales eſſent inter ſe conſanguinei, vel affines in gradu ſic propinquo; quia tunc ꝓſumeretur ſcientia & notitia inter eos, ex quo cum tali fama concurrit veritas per id, quod habetur in l. ſi tutor. C. de periculo tutorum. & quod habetur decimaſeptima diſtinctione. c. quod dicitis. imo iſto caſu ſufficeret de hoc fama in eorum parentela, ſeu cognatione, vel cõuicinia: quia ſic inter eos publicè dicebatur & reputabatur. Nã hoc magis ſpectat ſciri in parentela eorum, & in conuicinia, quã inter alias perſonas, vel in alio loco, vt habetur per Bart. in l. de minore. §. tormenta. ff. de quæſtio. ver. 2. quæro. in quo loco debet eſſe fama, & de fama viciniæ habetur in ca. illud. de ꝓſump.

Si autem eſſemus in alio impedimento, quam conſanguinitatis, vel affinitatis, cum multa alia ſint impedimenta ſolũ de iure ciuili, de quib. per gl. magiſtram, Inſt. de nup. in §. ſunt & aliæ. licet non omnia procedant hodie de iure canonico, quod debemus ſequi in hac materia, vt ſupra dixi, ſecundum ꝙ habetur in c. cum ſecundum. de hẽre. in vj. Sed ẽt multa, & valde plura ſunt de iure canonico, de quo multa & in maiori numero reperiuntur expreſſa, quorum enumeratio, & deſcriptio non eſſet doctrinati ingenij, ſed potius laborioſa & faſtidioſa, & parum vtilis. Et tamen quotidie videmus, ꝙ multi aberrant in contrahendo matrimonium prohibitum per canonicas ſanctiones, & maximè circa impedimentũ publicæ honeſtatis iuſtitiæ, de quo habetur in c. 1. de deſpon. impub. in 6. & in c. ſponſam. de ſpon. de quo pauci habent peritiam, etiam mares, prout eſt circa impedimentum affinitatis iam finitæ per mortem alterius coniugum, & maximè in gradu ita remoto prohibito per canones, vt ſ. & vt habetur in dicto toto titulo, de conſan. & affi. & ẽt circa impedimentũ cognationis ſpiritualis, quod cauſatur ex compaternitate, de quo toto titulo, de cognatione ſpirituali. Et tamen durũ & inhumanum eſſet, tales ſic errantes debere puniri amiſſione dotis, aut donationis propter nuptias. Nã ſine dubio in fœmina non ſolum excuſaretur talis ignorantia, imo ætas præſumeretur per ſupradicta circa prohibitiones ex cauſa conſanguinitatis, in qua non videtur ita veriſimilis ignorantia, ſicut in huiuſmodi prohibitionibus, vbi prohibitio videtur magis, (vt ita dixerim) ſcrupuloſa & rigoroſa, & ſic idem in mare minore vigintiquinque annis, vel ruſtico, per dicta ſupra. Sed in maſculo maiore non ruſtico, tunc circa amiſſionem lucri dotis ex pacto vel ſtatuto loci procedentis ignorãtia talis iuris non excuſaret, nec præſumeretur per id, quod habetur in d. l. qui contra eum. tunc requiratur error iuſtiſſimus, vt dicetur infra proximo membro. Sed circa damnũ videlicet in amiſſione donationis propter nuptias, vel in perditione arrharum datarum per eum videtur dubium. Nã Bart. in d. l. & ſi adulteriũ. & in d. l. fi. de cond. ſine cauſa, circa ignorantiam iuris, quando tractatur non de conſecutione lucri, ſed de amiſſione & perditione bonorũ in pœnã talium contrahentium, non fecit differentiã inter fœminã & marẽ, & reſpondet ad d. l. qui contra. vbi requiritur error acerrimus, & ſic iuſtiſſimus, vt procedat in pœna amiſſionis lucri dotis, donationis ꝓp nuptias, vt proximè dicetur in vltimo mẽbro, vt eſt relatũ in 4. opi. & ẽt circa mẽbrum octauũ. Sed põt dici, ꝙ licet ignorantia circa impedimẽta iuriſgentiũ tã in prima ſpecie, quã in ſecunda non præſumitur in maſculo: imo ẽt ſi probaretur ignoraſſe maſculus, tamen non excuſaret talis ignorantia: in fœmina autem non ſolum ꝓſumitur ignorantia in dicta ſecunda ſpecie, ſed ẽt ipſa ignorantia in ipſa fœmina eſt excuſabilis, & ita procedunt dicta ſupra. Tamen circa alia impedimenta, quæ de mero iure poſitiuo tam iuris ciuilis, q̃ canonici ſunt inducta, ꝓſumatur in dubio ignorantia in maſculo, & etiam excuſetur, & ſic non ſit in hoc differentia inter fœminam & marem circa pœnam amiſſionis iurium, & bonorum, & ita poſſit procedere opin. Bar. in d. l. ſi adulterium. & d. l. fi. pro qua opinione videtur gl. in d. l. ſi adulteriũ. §. nonnunquam. in gl. 1. facit tex. in l. 3. §. ſi quis ignorans. ff. ad Sill. pro qua etiam confert glo. in l. fi. C. de ſponſ. dum vult, ꝙ ſtante ignorantia dantis arrhas, ipſæ arrhæ non perdantur, imo repetantur per ipſum dantem, nec facit differentiam in hoc caſu, an ipſe dans arrhas ignoranter ſit maſculus, vel fœmina, de quo dixi ſupra in quarto membro.

Source : BIU Cujas

Quæ tamen gl debet limitari ſecundum prædicta, videlicet, niſi talis ignorantia dantis arrhas verſatur circa iuſgentium, ſiue eſſet in prima ſpecie, ſiue in ſecunda: quia tunc maſculus non excuſaretur a tali ignorantia, ſecus in fęmina, quãdo eſſet in ſecunda ſpecie per ſupradicta.

An autem quando in maſculis nõ reperiretur propter nõ excuſabilem ignorantiam, vt ſupra, tunc dictæ arrhæ datę deberent cedere ad lucrum recipientis, an autem applicentur fiſco? Dicas, quòd tunc fiſco applicantur, per textum in dic. authen. inceſtas, in verbo, cæterorũ. & in l. qui contra. poſt principium, ibi, quoquo modo datis, coniunctis ſequẽtibus, quod no. ad dicta ſupra in dicto quarto membro, dato tamen ſine præiudicio veritatis, quòd in maſculo non præſumatur talis ignorantia iuris mere poſitiui circa prohibitionẽ matrimonij etiam ad euitationem pœnæ amiſſionis donationis propter nuptias, vel alterius iuris, tunc contra talem præſumptionem poſſet admitti probatio in contrarium, videlicet quòd ignorauerit, vt eſt de natura præſumptionis iuris, vt habetur in l. ſiue poſſideris. C. de probationibus, cum ſuis vulgaribus.

Et ſic differret in hoc maſculus a fœmina: quia in fœmina præſumeretur ignorantia abſque eo, quòd probet ſe ignoraſſe tale ius mere poſitiuum, cum etiam excuſetur circa ignorantiam iuriſgentium in ſecunda ſpecie, vt ſupra eſt dictum, in maſculo autem non præſumitur, ſed bene poſſet probare ſe ignoraſſe, quo caſu talis ignorantia erit excuſata a dicta pœna, ita probãt quaſi in terminis in dic. l. 3. §. ſi quis ignorans. dum dicit textus, quòd excuſatur ibi a dicta pœna: quia aperuit tabulas teſtamenti ante habitam vindictam necis defuncti, ſi propter ruſticitatem, aut imperitiam hoc fecit. Nam ibi imperitia talis iuris mere poſitiui, licet in actu non ſonante in delictum oportet, quòd probetur; quia ſi ibi præſumeretur, non eſſet differentia inter ruſticum, & nõ ruſticum: quia ibi parcitur ruſticitati, videlicet vt in eo non ſolum excuſetur talis ignorantia: ſed etiam vt in eo præſumatur: quia ponuntur ibi illa duo mediante copula, & ſic tanquam diuerſa p id, quod habetur in rubrica C. de iuris & facti ignorantia, & ita poteſt etiam intelligi dic. glo. in d. §. nunquam. poſſet tamen forte dici, qđ ex quo ſumus in his, quæ dependẽt ab animo, ſtaretur ſaltem iuramento ipſius allegãtis talem ignorantiã, ex quo in huiuſmodi, quæ dependent ab animo alicuius, difficilis eſt probatio ab extra, & ideo iura de facili permittunt, poſſe declarari per iuramentum illius, de cuius animo quæritur, vt per gloſſam notabilem, Inſtitutio. de actionib. §. aliæ. & per gloſſam notabilem. in l. ſi qui. §. finali, ſuper verbo docere. ff. de accuſatio. & quod habetur in capitu. paſtoralis. de excep. & in capitu. in præſentia. de teſt. & tex. cum gloſ. in capitu vt circa, & capitu. nullum, de electio. in ſexto. & maxime, quia contractus huiuſmodi matrimoniorum non ſonãt in delictum: nam vbi actus ſonaret in delictum, & quis vellet ſe excuſare propter ignorãtiam iuris etiam merè poſitiui, tũc opus eſſet probare talem ignorantiam aliter, quam per proprium iuramentum per text. iunc. gloſ. in l. etiam ſenatus. C. de his qui ſibi aſcribunt, & hoc quando non ſonarent in delictum ſpecificum, ſeu in aliquam ſpeciem delicti, & tunc forte etiam ſi probaretur ignorantia per alium modum legitimum, quam per iuramentum, tamen non cenſetur talis ignorantia iuſta, & excuſabilis in maſculo maiore, prout eſſet, quando ex contractu talis matrimonij cauſaretur crimen inceſtus etiam in ſecunda ſpecie prohibitionis iuriſgentium, vt probatur not. in d. l. ſi adulterium. licet mitius tunc puniatur probata tali ignorantia, vt ibi eſt tex. not. Et prædicta omnia ſunt vtilia inueſtigare, & ſcire in practica, non ſolum circa repetitionem donationis propter nuptias, & etiam arrharum datarum per virum putatiuum: ſed etiam circa repetitionem aliorum. Nam vidi in facto, quòd quidam iam in ſenio conſtitutus, & etiam paruæ conditionis, accepit vxorem quandam iuuenem & nobilem mulierem, & ſibi conſtituit dotem in non parua quantitate confitendo ex certa ſcientia ſe dotem prædictam fuiſſe conſecutum a ſocero cum pacto, quòd ſi contingeret eum præmori in matrimonio ſine filijs, reſtitueretur ſibi & hęredibus ſuis dimidia dictæ dotis, & poſtea fuit repertum dictum matrimonium contractum, & iam carnali copula conſumatum, & iam finitum per mortem vxoris decedentis ſine filiis non tenuiſſe propter impedimentũ conſanguinitatis ex latere materno in quarto gradu de iure canonico, & petebatur per hæredes vxoris dimidia dictę dotis iam reſtitutæ, & vt alia dimidia remaneret apud virũ vigore dicti pacti, duo obijciebantur pro parte viri. Primò, cp dicta conſtitutio dotis non valeret tanquam facta ex cauſa donationis, & maxime ex certa ſcientia, ut ſupra, tanquam eſſet prohibita inter coniuges, etiam quando fieret ante matrimonium, cum conferatur in tempus matrimonij per id, quod habetur in l. 1. C. de donatio. ante nup. Secundò obijciebatur: quia dato cp dicta conſtitutio dotis valuiſſet tanquam ex cauſa remunerationis, & talis confeſſio habeat vim tacitæ traditionis ex cauſa donationis per id, quod habetur in l. quod de ſuo. C. de dote cau. non nume. Tñ quia dictum matrimonum nõ tenuit obſtante impedimento conſanguinitatis in gradu prohibito, & fuit ignoranter contractum, ſicut ſi fuiſſet vere facta tradi tio, poſſet repetere cõdictione ob cauſam. d. l. 1 C. de condic. ob cau. Ideò & multò magis habet locum retentio: quia magis de facili conceditur retentio quam petitio, p id quod habetur in l. etiam. ff de compenſa. & l. 1. §. quod ait. ff. de ſuperficieb. & multa poſſumus iuſte retinere, quæ non poſſumus petere. l. 1. §. 1. ff. de var. & extraord. cog.

Circa primum reſpondebatur, quòd immo talis conſtitutio dotis ſic facta valeret tanquam ex cauſa renunciationis, quæ non eſt prohibita inter coniuges. l. quod autem. §. ſi vir. ff. de donatio. inter vir. Et licet de hoc glo. dubitauerit in l. ſi voluntate. C. de do. promiſ. tamen Bar. in l. diuortio. ff. de verbo. obligat. hoc firmauit, & in l. ſi ita ſtipula. §. ſi tibi nupſero. ff. eodem titu. & vtrobique Angel. & Bald. in dic. l. 1. C. de donatio. ante nupt. hoc pro nunc non examino, quia latius dixi legendo in dic. l. ſi diuortio. ſatis dubitando de veritate dictæ opinionis Bar. in dictis locis. Sed prę ſuppoſito pro vera opin. Barto. tanquam communi dicebatur, quòd dicta repetitio debuiſſet cõcedi dicto olim marito putatiuo, ſi quid vere dediſſet dictæ putatiuæ vxori ex cauſa dicti matrimonij. Et conſequenter non poſſet etiam nec retentio prædictæ dotis, vel exceptio, ſi queniatur pro reſtitutione dictæ dotis habere locum: quia dictus maritus perdidiſſet dictam dotem contrahendo matrimonium ſic a iure inter eos prohibitũ, nec ſibi daretur repetitio per id, quod habetur in dic. l. qui contra. & inſti. de nup. §. ſi aduerſus. Sed deciſio patet ex prædictis: quia ſi quidem vir ſcienter contraxiſſet tale matrimonium tam ſcientia facti, quam iuris: & tunc ſine dubio dicti hęredes mulieris, vel eius pater, ſi viueret poſt obitũ mulieris, non poſſet ipſe petere niſi dictam dimidiam, prout ex pacto conuenit. Sed alia dimidia, quæ debet apud eum remanere vigore dicti pacti a principio initi, applicaretur fiſco per tex. in dic. l. qui contra, & in dic. authen. inceſtas. & in corpore vnde ſumitur. & in dic. §. ſi aduerſus. Si autem allegaret ſe ignoraſſe, & tunc præſumeretur ignorantia facti, ex quo non erat in gradu propinquo, ſi hoc affirmaret ſuo proprio iuramento, & hoc niſi publice ſciretur ſaltem inter conſanguineos, & cognatos, quo caſu licet non præſumatur ignorantia facti: tamen iuris forte præſumeretur, & maxime ſtante ſuo iuramento per ſupra adducta: quia talis contractus matrimonij non erat de iure mero poſitiuo, nec ſonabat in delictum per dicta ſupra. Et ita de facto reſpondi. Alij autem dicebant, cp magis videbatur dicendum illud eſſe lucrum, cp dictus maritus fuit ex pacto conſecutus, quã perditio proprij, quo caſu quæritur fiſco non obſtante iuris ignorantia, cum tunc requiratur error iuſtiſſimus per d. l. qui contra. per dicẽda infra in proximo membro. Sed hoc dictum non placuit, nec placet: quia non poteſt dici fuiſſe lucrum cõſecutus, put requirit tex. in d. l. qui cõtra. ex quo non dicitur proceſſiſſe ex alterius liberalitate, prout requirit text. ibi, cum non poſſit dici, dictam mulierem exercuiſſe ex hoc aliquam liberalitatẽ de ſuo in dictum virum, imo potius ex pacto oportuit ab ipſo inuito in hoc conſentire: quia aliter dictam dotem non cõſtituiſſet. & ſic non videtur mulier donaſſe per id, quod habetur in l. donari. ff. de regul. iur.

11 † Decimum membrum eſt, quando alicui eſſet donatum per uirum vxori, vel econtra, & traditum inter coniuges conIunctos per matrimonium ſic prohibitum. Super quo reſpõde, quòd ſiquidem ambo erãt ſcientes non valere, vel ſaltem ipſe donans ſciebat, licet aliter, cui fuit donatum, crediderit valere ex iuſta ignorantia, tamen nihilominus fiſco queritur, nec remanet apud coniugem, cui eſt donatum, licet ignoranter receperit per tex. in l. cum hic ſtatus. §. fin. de donatio. inter uirum. Sed ſi donator ignorauerit, repetit, & non applicatur fiſco: imo non confirmatur morte hoc caſu, per text. in l. 2. §. item videamus, in fi. eodem titulo, & l. ſi ex voluntate. C. eodem titu. Sed ſi coniunx recipiens donationem ignorauit, & donans ſciuit, tunc ab eo non repetitur, nec fiſco applicatur, ſi matrimonium putatiuum fuit conſumatum per carnalem copulam, per tex. in l fin. ff. de legat. 1. & in l. 2. C. de his qui. vt indig. Sed ſi fuit matrimonium contractum per verba de præſenti, non tamen conſumatum per carnalem copulã, tunc applicatur fiſco, nec remanet apud recipientem, per tex. in dic. l. cum hic ſtatus. §. fin. Et ratio eſt differentiæ: quia quãdo nondum fuit conſumatum matrimonium, res adhuc durauit integra, & poteſt ſine difficultate alteri nubere. Sed qñ

fuit

fuit consumatū dictum matrimonium,licet de facto res non est integra,& vxor remanet corrupta, de facili non potest alteri nubere,quasi iam steterit pro concubina alterius,& non pro vera vxore,vt dicit tex.in d.§.item videamus.vnde in recompensationem talis amissi pudoris, iura indulgent dictam retentionem dotis,& non curant applicari fisco,quod est no. An autem quo ad supradictos effectus præsumatur scientia vel ignorantia,tam in muliere,quam in masculo,patet ex prę dictis in proximo membro,quia refert,an clām,vel palam cōtraxerit. Et si palam,an fuerit prohibitum contra iusgentiū, vel contra ius positiuum.& si contra ius positiuum,aut illud sonat in delictum, vel in rem de se turpem, seu inhonestam, puta in tutore ducente vel pro se vel pro suo filio pupillam, quo casu videtur sonare in rem de se inhonestam:facit,quod habetur in l.si patris.C.de interdi. mat.Et ideo tunc in dubio non præsumetur ignorantia iuris,etiam ad finem euitandi pę nam amissionis donationis propter nuptias, vel arrharum, vel donationis per eum factæ non repetendæ propter dissolutum tale matrimonium de facto contractum. An autem tendat in rem de sui natura non inhonestā, sed ex mero iure positiuo ex aliqua alia ratione introducta, puta in habente officium in illa prouincia,vel simili, & tūc præsumitur ignorantia etiam in masculo quò ad prædictos effectus per supradicta. Quid autem si non per viam donationis inter viuos, sed aliquid ex vltima voluntate durante quasi matrimonio alter coniugum conferret in alterum. Quidam dicunt non idem esse, prout quando per viam donationis,vt per Cy.in d.l.qui contra.tamen iura superius allegata non videtur facere vim, seu talem differentiam: pro nunc tamen non curo super hoc aliter insistere.

12 Vndecimum membrum est,† Si allegatur ignorantia vel scientia non ipsorum coniugum in tali matrimonio contrahendo,sed patris, puta ipsius mulieris dotatæ vel patris ipsius viri,qui dicitur pro filio, fecit donationem propter nuptias: quia tempore cōtracti matrimonij ipse vir erat minor viginti quinque annis,& sic in eo præsumebatur ignorantia per dicta supra.Nam pone,ꝙ pater mulieris scienter copulauit nuptias pro filio stante iuris impedimento, postea fuit detectū tale impedimentum, an talis dos applicetur fisco: Potest responderi,ꝙ si dissoluatur per iudicium ecclesiæ, & si applicaretur fisco,vxor remaneret indotata fortè,quia pater,vel eius hæredes non essent potētes ad redotandum propter eorum inopiam.& idem si de facto solueretur propter mortem viri: quia talis scientia patris dictæ filiæ non debet nocere,arg.l.liberorum.§.fi.cū seq.& seq.ff.de his qui no.inf. sicut ēt econtra,delictū, vel culpa filij circa perditionem dotis nō dēt nocere patri,vt per gl.in l.consensu.C.de repudiis.& in l.si dotē. C.de iu.do.& per Cy.& Bal.& quod habetur in l 2.§.j.ad fi.ff. sol.matr. & quod ibi per Bar.cum pater teneatur redotare filiam quomodocunq; soluto matrimonio, vt habetur in l. si socius pro filia. ff. pro socio.& auth. sed quamuis. C.de rei vx.actio.vnde si non posset,quia fiscus auferret,succurri debet mulieri in subsidium.Si autem pater,vel eius hæredes essent soluendo, & valerent redotare dictam mulierem, tunc dos applicabitur fisco,& maxime cum nulla actio possit dici nata dictæ mulieri pro dicta dote putatiua, cum nulla fuerit dos,ex quo nullum fuit matrimonium.l.fin.C.de dona. ante nuptias,cum similib. Et si pater dotans fuisset ignorans, tūc ad repetendum daretur solùm condictio ob causam. l. 1. C. de cond.ob cau.quæ condictio ob causam daretur solum patri,vel hæredib.non autem mulieri, cum qua nullum negotium fuit gestum,arg.l.si pro te.C de do. promis.& cond.ob causam & similes condictiones dantur ex negotio gesto inter dantem & recipientē.l.si non sortem.§.libertus.ff.de ꝓdi. inde.de quo etiam tangetur j̄. vnde si soli patri,aut eius hæredib.daretur,& non mulieri, tale ius repeten.ergo ab ipso pr̄e aufert & auocat fiscus, & dolus patris dēt ipsi pr̄i nocere,maximè quia ita scienter contrahendo tale matrimoniū pro filia videtur esse in dolo.Et sic non ob.quod habetur in l.an in patrem.ff. qđ fal. tut. auth.quia ibi ponitur casus specialis,vbi ignoscitur patri scienter collocanti filiam adhuc existentem in ætate immatura:nam ibi non erat perpetua causa prohibitionis,vt etiam ita intelligit in d.l.j.de cond.ob causam.Et iō ex quo pater est soluendo,tenetur iterum de suo redotare & non fiscus. Sed quando pater,vel eius hæredes non essent soluendo ad redotandum talem mulierem,tunc ex æquitate,& in subsidiū deberet succurri tali mulieri,ne remaneret indotata etiam contra fiscum,arg.l.fin.ff.de eo per quem fac. erit. & gl.in simili no.in d.l.2.§.1.in ver. sui iuris. quæ ratio cessaret in patre ipsius mariti scienter donantis mulieri & sic nurui propter nuptias: quia tunc indistinctè applicaretur fisco per tex.in d.l.qui contra. Nam vir putatiuus nullum ius peni tus haberet repetendi talem donationem,nec in eo habet locum æquitas,de qua supra,videlicet quæ est in muliere,ne remaneat indotata.Dicerem tamen, ꝙ si sequuta tali inopia patris,propter hoc fiscus non auocauit talem dotē,tamen i psa mulier postea non fuit renupta,& decessit viuente patre,tūc ex quo cessat dicta ratio fauore redotantis, licet pater iam exegerit dictam dotem a primo viro putatiuo vel eius hæredibus,tunc poterit fiscus eam auocare, & idem si mulier fuit renupta, & postea decessit in matrimonio sine filijs: quia ex quo tunc dos redit ad patrem,per d.l.dos a patre.C. sol.mat. ideo dicta dos redibit ad fiscum propter delictum, seu culpā patris per id,quod habetur in simili in d.l.2.§.1 in fi. ff so.ma. & quod ibi per Bar.& Doc.Et quod dictum est s̄.in patre sciē te, idem dicendum,si pater allegaret iuris ignorantiam, non præsumptam nec excusabilem in masculo, secus si esset excusabilis per dicta supra.

13 Succedit duodecimum membrum, quando† tractatur de lucro dotis, vel donationis propter nuptias perdendo propter prohibitas contractas nuptias: puta si mulier dedit dotem cum pacto de lucrando dotem vel partem dotis, puta si matrimonium solueretur morte mulieris, vel si esset statutum de lucranda dote tota,vel etiam eius parte matrimonio dissoluto per mortem mulieris sine filijs. Et postea contingat matrimonium dissolui propter impedimentum aliquod prohibitiuum matrimonij, potest distingui, quòd aut vterque fuit sciens, & tunc non solum tale lucrum, quod debet quæri alteri coniugi,sed etiam tota dos data, vel promissa applicatur fisco,per textum in dic.l.qui contra. C. de ince. nuptijs, & hoc si nuptiæ fuerunt sequutæ. Si autem fuerunt sola sponsalia, & matrimonium non fuit sequutum, tunc repetitur totum, nec confiscatur,per text. in d.l fina ff.de cond. sine causa,secundum dicta supra in primo membro & secūdo. Si autem sciuit alter tantum, & alter ignorauit, & tunc si solum sciuit mulier, vel socer dotans, & vir ignorauit, & tunc frustra tractatur de lucro:quia tota dos publicatur, & eam totā reddere debet maritus fisco sine aliqua detractionis ratione dicti lucri propter dictum pactum, vt l.dote per illicitum, & l. incestæ.ff.de ritu nuptiarum & l.qui contra.tamē ex quo dicta mulier fuit in dolo, potest vir deceptus propter amissū dictum lucrum agere ad interesse contra dictam mulierem actione de dolo,per tex. notabilem in l.a diuo Pio. ff. de ritu nuptia.

Et hæc procedunt, quando ex tali scientia causaret dolus ipsius mulieris,vel soceri dantis dotem, vt regulariter debet ita præsumi:vbi autem non esset dolus, puta quia alia verisimilis causa excusaret a dolo,vt est in casu sing.l.an in patrem. ff.quod falso tuto.autho.videlicet, quando pater tradidit suā filiam nondum nubilis ætatis nuptui, tanquam esset nubilis ætatis viro,qui ita credebat esse nubilis ætatis, & cū pacto de lucrando, & tunc quia videtur propensiore affectu hoc fecisse magis quam dolo, & quia de proximo sperabat tale impedimentum ætatis cessare,& sic matrimonium conualescere, ideo excusatur a tali dolo, & dos sibi restituitur, nec tenetur ad interesse ratione lucri prædicti deperditi,si dicta puella interim decesserit,per text.singularē in d.l. an in patrē.qui etiā no.probat,ꝙ tunc talis dos non confiscatur,vt etiam dixi supra:quælibet.n.causa colorata, immo rudis excusat a dolo.l. igitur.ff.de lib.cau.& l.1.ff.de abig.& per gl.iuncto tex.in l.satisque pœnæ.ff.de in ius vocan.& l.plagij.C. de plagia. si verò ignorauit mulier & vir, qui fecit pactum de lucrando sciuit tale impedimētum,& tunc similiter tale lucrum dotis, quod erat consequuturus talis vir,perdit & applicatur fisco, vt d. l. qui contra.In cōtrarium tamen facit,quia huiusmodi pacta, vel statuta de lucranda dote in casum sol.mat restringuntur, quando matrimonium solueretur morte vxoris, non sic, si morte viri, ne vxor remaneat indotata, immo tunc etiam per expressum non valeret tale pactum, vt l. si conuenerit.la prima. ff. de pac. dot. & dixi supra circa vndecimum speciale septimæ partis:ergo multo magis dicendum videtur, quādo per expressum tale pactum fuit specificatum in casum sol.matrim.per mortem mulieris,vt tunc non extendatur, quando fuisset sol.matr.per sententiam diuortij propter impedimentum aliquod iuris: quia destructo principali omnia accidentia ad illud ruunt.1.q.1.cum Paulus. & est de hoc casus in l. j. C.de cond.ob causam. & ibi no.per Bal. Sed fortè potest dici, ꝙ primum dictum procedat, quando tale matrimonium putatiuum esset solutum morte mulieris,videlicet de facto: quia de iure non potest dici solutum,ex quo a principio non valuit.c.ad dissoluendum.de despon. impub. Si autē esset solutum per diuortium, videlicet per iudicium ecclesiæ superuenientibus ambobus coniugibus. & tunc procedat quod habetur in d.l.1.de cond. ob cau. Ad hoc ēt ꝙrit:quia scien

tia

tia mariti non debet præiùdicare vxori putatiuæ, vt propter hoc ipsa defraudetur dote tota vel quota propter dictum pactum, vel statutum, ex quo tale pactum non potuit verificari: quia verum est, mrimonium nõ fuisse solutum morte ipsius mulieris, ergo si non potuit tunc quæri tali viró putatiuo, non potest fiscus ab eo auferre tanquam ab indigno. Sed in primo casu quando non fuit ante mortem coniugum dissolutum de facto per iudicium ecclesiæ, sed mors mulieris præuenit, tunc largo modo dici posset matrimonium solutum morte mulieris, & ideo tũc forte locum obtinet tale pactum. Et maxime si fuisset dictũ, quòd quomodocunque matrimonium solueretur vir lucraretur dictam dotem per id, quod habetur in l. si quis sic stipuletur. ff. solu. matrimo. cogita tñ quia ex quo sumus in pœnalibus, forte posset dici, q̃ in isto casu non vendicaret sibi lucrum dictum statutum, vel pactum de lucrando, ex quo proprie non censetur matrimoniũ solutum morte vxoris, vel alio modo, cum nunquam fuerit matrimonium. Et verba statuti, vel pacti debent intelligi in casu proprio & vero. l 3. §. hæc verba. ff. de negotijs gestis. & l. quicquid astrigendæ. ff. de verborũ obligationibus, maxime in pœnalibus & in odiosis, argumen. l. cum quidam. ff. de liberis & posthumis, in regula, odia. in sexto, cum similib. & secundum hæc dic. l. quæ contra, multum ueniret restringenda, ui delicet vt procedat, quãdo ambo coniuges fuissent scientes: quia quando alter tantum, puta mulier, vel eius pater dans dotem sciuisset tale impedimentum, & non maritus, tunc frustra tractatur de dicto lucro dotis perdendo, cũ tota dos ueniret confiscanda, vt supra est dictum in precedenti proximo casu, & si maritus tantum fuisset sciens & non mulier. Similiter non videtur tractandum, quòd maritus sciens perdat lucrum, ex quo sibi non potuit quæri propter conditionem pacti vel statuti non purificatam, quia non potest dici tũc matrimonium esse solutum per mortem mulieris. Si ergo non potuit quæri tali viro, ergo non venit fiscus, qui fiscus uenit auferendo ab eo tãquam ab indigno, & sic præsupponunt iura, primò debere quæri viro, & successiue a dicto viro postea auferri tanquam ab indigno, vt multa iura hoc ꝓbant in ista materia lucrorum inter coniuges, qui cotraxerunt matrimoniũ prohibitum, & maxime in l. cum hic status. §. fina. de donatio. inter virũ. & in l. 2. & in l. Claudius. ff. de his quib. vt indignis.

Aduertendum etiam: quia quando fuit dictum quòd lucretur dotem in omnẽ soluti mrimonij cãm, vel quomodocunque soluatur matrimonium, & sic ista verba ita vniuersaliter posita non videntur posita solum ad vnum casum, videlicet si per mortem mulieris solueretur matrimonium, sed ad plures casus, per id, quod habetur in ca. solitæ, de maiorit. & obedient. nec posset hodie tale pactum extendi ad casum soluti matrimonij per diuortiũ: quia hodie de iure canonico, quod debemus sequi in matrimonijs, non permittitur diuortium, seu separatio matrimonij per diuortium, vt nota. in ca. quanto. & cap. gaudemus. de diuortijs. per totum. & no. in l. diuortio. C. de nego. gest. ergo vt alias vniuersalis locutio aliquid operetur, intelligatur, quãdo solueretur de facto per iudiciũ ecclesiæ, facit, quod habetur in d. l. si quis sic stipuletur. Sed hoc non placet: quia non est interpretandum, q̃ partes de dicto casu cogitassent: quia cogitassent de delicto, q̃ non est credendum, arg. l. meritò. ff. pro socio. & sensit Bal. in l. 1. C. de cond. ob causam.

Poterit autem dicta vniuersalis locutio accommodari ad casum, quando solueretur matrimonium non quò ad vinculum, sed quò ad thorũ in sua mutua cohabitatione ex cã fornicationis carnalis, vel spiritualis, vel simili, vt habetur in d. cap. porrò. & cap. quanto. & cap. gaudemus. & per totum titulum, de diuortijs. intelligo, quando propter culpam mulieris fieret talis separatio, & non aliter, vt habetur in c. plerunque. de dona. inter vir. & ux. & ibi no. q̃ si facta separatione quò ad thorũ propter mulieris fornicationem postea detegatur impedimentum, propter quod tale matrimonium fuit nullum.

Vnde super prædictis est cogitandum circa intellectum d. l. qui contra. Et eadem dubitatio caderet in lucro donationis propter nuptias, quando deuoluitur in mulierem soluto matrim. per mortem viri ratione seruandæ æqualitatis, per id quod habetur in l. si constante. & in auth. ibi posita. C. de donatio. ante nup. Si mulier sciuisset impedimentum, & nõ vir, & econtra vir putatiuus, qui donationem prædictam constituit non mulier.

Si autem vterque coniugum ignorauit impedimentum: tunc siquidem esset ignorantia facti excusabilis, & non habet locum dicta pœna amissionis lucri dotis, vel donationis propter nuptias, vel arrharum, & similis lucri nuptialis: nam non deuolueretur ad fiscum, sed repeteretur, si esset iam datum, per id quod habetur in d. l. 1. & in d. l. qui contra. vbi text. excludit casum, quando esset error acerrimus, id est iustissimus, prout potest appellari error facti.

Si autem esset error in iure, dicas, quòd in masculo non præsumitur, & si probaretur, quòd errauerit in iure, non excusaretur a tali pœna perditionis lucri dotis: quia in masculo talis error iuris nõ est iustus, maxime quo ad dictum effectũ, vt habetur in d. l. qui contra. cũ requiratur error iustissimus, vt ibi. Tamen in hoc casu non caderet dicta pœna perditionis lucri, cum non cadat perditio, vbi nulla fuit, nec potuit esse acquisitio, l. decem. ff. de verbo. obliga. cum vulg. Cũ enim mulier fuerit ignorans, in ea nõ solum præsumitur, sed etiam excusatur talis ignorantia iuris, vt dotem non perdat, immo posset totam repetere secundum concluſa supra in octauo membro, & etiam circa nonum. Ideo non potuit dicta dos in aliqua eius parte tali viro quæri, nec esse quæsita, etiam si fuisset in iusto errore, & consequenter nõ potest dici, quod fiscus eam auocet a dicto viro tanquam ab indigno, & sic isto casu non potest militare dispositio d. l. qui contra.

Si autem mulier tali iuris ignorantia lapsa esset, licet sciret factum, propter quod causatur tale iuris impedimentum, & si matrimonium tenuisset, eius dissolutione lucraretur donationem propter nupt. tunc licet Cy. & plerique aliorum in d. l. q̃ contra. quos etiam fuit sequutus Ioan. And. in cap. & si necesse. de dona. inter vir. & vx. voluerit non esse fiendam differẽtiã inter mulierem & virum putatiuum, vt indistincte iuris error non excuset etiam fœminam, per text. in d. l. qui cõtra quæ requirit errorem iustissimum, & etiam per id, quod habetur in l. fin. C. de iuris & fac. igno quæ vult, quòd mulier non excusatur ab ignorantia iuris nisi in casibus vbi reperitur a iure hoc expressum. Bar. in d. l. fi. de condict. sine causa. & in d. l. si adulterium. quò ad hunc effectum perditionis lucri non fecit differentiam inter marem & fœminã, & q̃ vtroque casu obtineat talis pœna: tamen mihi videtur, quòd isto casu mulier nõ consequatur tale lucrum donationis propter nuptias arguendo a sufficienti diuisione: Nam aut ipse vir, qui fecit donationem propter nuptias mulieri & recompensationem dotis sibi datæ vel promissæ pro parte mulieris fuit in errore excusabili: quia ignorauit factum, vnde causabatur impedimentum iuris circa tale matrimonium, licet mulier non ignorasset tale factum, licet errasset in iure: & tunc sicut non valet matrimonium, ita etiam non valet dicta donatio per dictum virum errantem facta prætextu dicti matrimonij. & ideo ipsa repetit dicta donata propter nuptias, per id q̃ habetur in d. l. 1. C. de cond. ob cau. & ideo non potest hic tractari de lucranda dicta donatione propter nuptias per mulierem, & consequenter q̃ ab ea habeat tale lucrum auferri per fiscum tanquam ab indigna.

Aut fuit in errore iuris solum, & tunc supra est finaliter cõcluſum per multa media in nono membro, q̃ vir non excusatur a tali iuris ignorantia, quin perdat dictam donationem factam mulieri, & applicetur fisco in pœnam ipsius viri contrahentis prohibitas nuptias.

Si ergo applicatur fisco, quomodo possumus dicere quòd remaneat apud ipsam mulierem, & eius lucro cedat, & maxime quia tale lucrum defertur mulieri eo modo, quo deferẽ viro lucrum dotis ad æqualitateni seruandam, vt in l. seruandæ. C. de dona. ante nupt. & auth. ibi posita. Sed lucrum dotis non defertur viro, nisi in casu soluti matrimonij per mortem viri, vt supra est dictum. ergo similiter & æqua lance lucrum donationis propter nuptias nõ defertur mulieri, nisi in casũ soluti matrimonij per mortem viri. Sed iste casus nõ euenit, nec euenire potuit, cum non fuerit matrimonium, & consequenter nõ potuit dissolui maxime per mortem coniugum, sed de facto per iudicium ecclesiæ, meritò &c.

Sed posito, sine præiudicio veritatis, q̃ opinio cõtraria esset uera, videlicet q̃ vir non perdat donationen propter nuptias, si errauit in iure, nec tunc applicetur fisco, q̃ tenuit Bar. & multi sequuntur, vt dixi circa dictum nonum membrum, adhuc frustra tractaremus de aliqua perditione lucri donationis propter nuptias ex parte ipsius mulieris: Nam ex quo nuptiæ nõ tenuerunt, ergo nec ipsa donatio propter nuptias, tanquam eius sequela, vt supra dixi, ergo restituitur viro, perinde ac si non esset facta donatio, & cõsequenter mulier nõ potest eam lucrari, meritò nec ab ea potest fiscus auferre tanquam ab indigna per dicta supra in simili.

Et per prædicta sequitur, quòd pena d. l. qui contra. & eius dispositio multum restringitur circa coniuges ignorantes, vt locum non habeat, nõ solum respectu perditionis proprij: sed etiam respectu perditionis lucri dotis vel donationis propter nuptias, siue tractetur de ignoratia facti, siue iuris, nisi dicamus, quod habeat locum, quando mulier fuit sciens quæ dedit dotem viro ignoranti cum pacto de lucrãdo, quia tunc perdit

Source : BIU Cujas

perdit dotē, & applicatur fiſco, nec aliquid lucratur talis vir, qui dicit ſe deceptum, ſi fuit in errore iuris.

Sed ſi fuit in errore facti, iuſtiſſimo: & tunc fiſcus ab eo non aufert lucrum dotis, quod fuiſſet conſequuturus ſi matrimonium tenuiſſet: & iſte eſt caſus ſingul. in d.l. qui contra. Sed tunc obſtaret, quod ſupra dixi in caſu, quando mulier ſciuit, & uir ignorauit, & maxime per tex. ind. l. a diuo Pio. ff. de ritu nupt.

Sed poſſet tentari, quòd lex, a diuo Pio, & eius diſpoſitio procedat, quando viro non poſſet de facili eſſe conſultum aliter, forte quia apud eum non erat dos; quia nondum habuit, vel ſi habuit, fuit auocata per fiſcum, nec aliter fuit uſus contra fiſcum retentione dictæ dotis, vel eius parte propter dictum pactum factum de lucrando, vt tunc in ſubſidium ſuccurratur per actionē de dolo ſibi tanquam decepto. Sed ſi fiſcus ageret contra eum pro dicta dote ſibi applicanda, & ipſe opponeret quòd lucrum dictæ dotis non dēt ſibi auferri per fiſcum: quia ipſe fuerit deceptus per milierem, & ipſe fuerit in acerrimo errore, & tunc poſſet iuuari contra fiſcum ita excipiendo, per textum notabilem in d. l. qui contra. in verſic. exceptis. ibi, tam iuris, quā aut errore acerrimo &c. alias ſi intelligeremus dictum textum l. qui contra. ſic indiſtincte, videlicet, vt qui lucrum dotis, quod ex pacto ſolet apponi per virum, illud non perdat; quia fuit in iuſtiſſimo errore, oporteret præſupponere, quòd d. l. a diuo Pio, eſſet hodie correcta per d. l. qui contra. quam correctionem in dubio ſemper debemus euitare, per id quod habetur in l. præcipimus. C. de appell. cum ſimilib. Et ideo quia congruum eſt, iura iuribus concordare, quòd non ſint inter ſe contraria, vt l. 1. C. de inoffic. do. & c. cū expediat. de elect. in ſextò. intelligamus d. l. a diuo Pio. quando aliter viro decepto non poteſt eſſe conſultum, vt ſupra dixi: quia tunc in ſubſidium ſubuenitur per actionē de dolo, quæ non datur niſi in ſubſidium, videlicet quando aliud remedium nō competeret ipſi decepto, vt l. j. poſt prin. ff. de dolo, quod eſt no. ad limitationem dictorū ſupra poſt principium huius membri, etiam allegādo ibi d. l. a diuo Pio. quæ lex eſt multum ſingularis, & maxime ad effectum, de quo ibi dixi, vt etiam ad alium effectum no. illam Bald. poſt Cy. pro ſingulari, in l. ea quæ. C. de dona. ante nupt.

Vnde ſecundum prædicta ſequitur, q̄ diſpoſitio d. l. qui cō tra. nō poteſt accommodari ad pœnam perditionis lucri donationis propter nuptias irrogandam mulieri, quæ contraxit prohibitas nuptias. Nam ſi vir donauit ignoranter, tunc repetit donationem, ſicut mulier ignorans repetit dotem. d. l. 1. de condictio. ob cauſam. Si vir donauit ſcienter, tunc in eius pœnam applicatur fiſco, nec q̄ritur mulieri. d. l. qui contra. & authen. inceſtas. ibi poſita, & dixi ſupra poſt princ. huius membri. & tamen text. d. l. qui contra, in verſ. exceptis, de directo vult cōtrarium, videlicet, quòd pœnam perditionis lucri donationis propter nuptias euitat mulier, quæ fuit in iuſto errore. Et ſic præſupponit ibi text. quòd talis mulier ſic iuſte errans lucratur dictam donationem propter nuptias, ſi cōtraxerit prohibitas nuptias, & ideo vt euitemus iuriū diſcordiam, vt ſupra eſt dictum circa lucrū dotis ex pacto, hoc ipſum dicendum eſt etiā in lucro donationis propter nuptias, vt intelligatur d. l. qui contra. quando vir ſcienter contraxit tale mrimoniū prohibitum, & mulier fuit ignorans, & tūc mulier tanq̄ decepta poſſit tale lucrū retinere, & vir nō poſſit repetere, ne fiſco applicet, ſicut nec dos eꝫ applicatur, vt ſ. eſt dictum, vt ſic a pari iudicentur, & vt non detur inæqualitas inter lucrum donationis propter nuptias & lucrum dotis, per id quod habetur in d. l. ſi conſtante & in cap. fin. de donatio. inter virum immo in muliere maior viget ratio, vt lucretur, quam ſit in viro, ex quo enim propter hoc mulieris pudor eſt læſus, & maxime ſi a principio duxit eam virginem, eius virginitatem deflorando contra eius pudicitiam, videtur eſſe magis æquum, quòd in recompenſationem amiſſi pudoris remaneat apud eam tale lucrum, vt dixi ſupra in ſimili caſu circa decimum membrum in donatione facta inter coniuges putatiuos conſtante matrimonio: dum tamē ibi allegaui ad hoc propoſitum l. cum hic ſtatus. § fin. ff. de donatio. inter virum & vxorem, ille text. facere videtur in contrarium. Nam ille tex. communiter intelligitur, quādo coniunx putatiuus, vel vxor putatiua donauit ſcienter, vt ibi intelligit gl. in l. ſi ex voluntate. & ibi Cynus. C. eodem titulo, & etiam infra tangetur in proximo membro, tunc ſiue ſcienti, ſiue ignoranti, non cedit lucro recipientis, ſed applicatur fiſco, etiam ſi vxor fuerit ducta, & ſic deflorata. Sed poſſet reſponderi, quòd in illo caſu donatio valuit; quia non fuit facta tanquam inter coniuges, ſed tanquam inter ſponſos, quo caſu ēt ſi vere nūiſſent ſponſi, valuiſſet. l. ſi ſponſus. in prin. ff. de donat. inter vir. & l. cum in te. C. de do. ante nupt. cū ſi. & ideo cum valuerit, & ſic mero iure fuerit quæſita coniugi recipienti talem donationem, meritò cadit, q̄ auferatur ab ipſo recipiente per fiſcum. Sed hæc reſponſio non placet, quia ſi valuiſſet, & quæſita fuiſſet illi mulieri ignoranti, & ſic non fuiſſet in culpa, non poſſet tā quam ab indigna auferri, & tamen tex. ibi dicit, q̄ aufertur tā quam ab indignis.

Præterea non eſt verum, quod ibi donatio valeat, ex quo n. fuit facta donatio tanquam ſponſæ, quæ in vero nō poterat eſſe ſponſa de iure, merito non uaiet talis donatio, ſicut non valeret etiam facta tanquam vxori, quæ nō erat vxor, nec poterat eſſe vxor, quo caſu adeò non valet, vt etiam non confirmetur morte, cum in hoc caſu ceſſet oratio diui Pij, confirmantis donationes inter coniuges per mortē donatoris prædecedentis. l. cū hic ſtatus. §. 1. & ſeq. ff. de do. int. vir. & proba tur hoc in d. l. 2. §. videamus. & ideo melius eſt intelligere illū textum quando vterque fuit ſciens, & ſic etiam ipſe recipiens donationem, quòd quaſi per expreſſum probatur ex illo tex. ibi, quaſi ab indignis, & ſic præſupponitur, quòd vterque erat indignus, & ſic vterque erat in culpa, & ſic vterque ſciebat, & ſic etiam recipiens, & ita etiam illum text. intelligit glo. in l. ea quæ, C. de do. ante nup. dicendo, quòd ibi illa mulier, quę recepit, erat etiam ſciens, cum qua glo. ibi tranſit Cy. & communiter; Doct. Et ſic præſupponit ibi glo. q̄ ſi in d. §. fin. illa mulier, quæ recepiſſet donationem, fuiſſet ignorans, ab ea nō repeteretur, nec fiſcus ab ea auferret, licet gl. in d. l. qui cōtra. in verbo, fiſco, poſt prin. intellexerit illum textum in. §. fin. q̄ ille, qui recepit, erat ignorans, & male, per ſupradicta.

Et ſecundum prædicta ſequeretur, quòd etiam ſi dictum matrimonium putatiuum non fuerit conſumatum p carnalem copulam: tamen adhuc mulier ignorans, & decepta poſſit retinere talia donata, & ſibi lucrifacere, non ſolum ſi eſſet donatio facta propter nuptias in recompenſationem dotis cum pacto de lucrando, ſed etiam donationem ſimplicem poſſit retinere, per textum illum indiſtincte loquentem in d. l. qui cōtra. ibi, ſiue deinceps quoquo modo datum fuerit, iūcto ver. exceptis. nec ibi fit differentia, an fuerit matrimoniū conſumatum per copulam carnalem, vel nō: licet aliter dixerim non ſic accurate loquendo ſupra in decimo membro, p text. in l. cum hic ſtatus. §. fin. qui hoc in vero non probat. pro hoc facit, quia ex quo turpitudo verſatur ſolum ex parte dantis, & non recipientis, transfertur dominium in recipientem, cum ſpe non repetendæ, argumen. l. idem eſt. §. ſed quod meretrici. de cōdicti. ob turpem cauſam. Et ideo ex quo iam fuit quæſitum dictæ mulieri, non eſt cōueniēs quòd fiſcus ab ea auocet tanquam ab indigna, cum ipſa nō fuerit in culpa. hoc voluit glo. in d. l. ea quæ. argum. illius text. in §. ſed quod meretrici. & etiam glo. fin. in l. eum qui. C. de adulter. Sed quando donans ignorauit, tunc indiſtincte repetit, nec fiſcus aufert, etiā ſi recipiens fuit ſciens, vt dixi in dicto decimo membro, vt eſt caſus in d. l. ſi ex voluntate. Et prædicta conferunt etiā ad lucrum arrharum, an coniunx recipiens lucretur arrhas propter non ſequutum matrimonium ex cauſa impedimenti iuris vt diſtinguaṫ, prout ſupra in aliis lucris datis inter tales coniuges putatiuos, quod no. ad dicta ſupra in quarto membo. & hæc omnia ſunt neceſſario addenda ad dicta ſupra in decimo membro. Vnde nunc poſſumus condecenter redire ad ſupra poſitum dubium. Quid ſi ex parte recipiētis eſſet ignorantia non facti excuſabilis, ſed iuris. An tunc poſſit retinere huiuſmodi lucra, puta vir dotem propter pactum, vel mulier donationem propter pactum vt ſupra dixi, & ſimiliter poteſt quæri de alijs lucris, diſtinxi ſupra inter maritum putatiuum & vxorem putatiuam, vt primo caſu indiſtincte perdat tale lucrum, & applicetur fiſco, per tex. in d. l. qui contra. qui requirit in mare errorem iuſtiſſimum.

Sed in ſecundo caſu videtur magis dubium: quia Bart. in d. l. ſi. de condictio. ob cauſam. & in d. l. ſi adulterium. circa talem pœnam perditionis lucrorū non fecerit differentiam inter marem & fœminam, & etiam idem voluit Cy. & Io. And. vt ſupra relatum eſt. Tamen in hoc caſu caperem quandam mediam viam: quia aut tale impedimentum matrimonij ſonat in turpitudinem, & tunc ſine dubio talis ignorantia iuris non excuſat mulierem, maxime circa lucra retinenda, per id quod habetur in l. fina. in fi. ff. de actio. & obligatio. & voluit Bal. ſic indiſtincte loquens in rubrica. ff. ſolu. matrim. ad finē. Et ſic idem eſt dicendum, ſi eſſet impedimentum de iuregentium in prima ſpecie: quia illud nullum excuſat, immo ſemp in eo præſumitur ſcientia in quacunque perſona, vt probatur in l. fina. iuncta gloſ. ff. de ritu nupriarum. Si autem non ſonaret in turpitudinem, & tunc ſi eſt impedimentum de iuregentium in ſecunda ſpecie, vt eſt illud, quod verſatur inter coniunctos ſanguine ex latere, de quo in d. l. ſi adulterium. & dixi ſupra circa nonum membrum, & iſto caſu ſit vera opin. Bar.

Source : BIU Cujas

Dy.& aliorum, videlicet, ꝙ non ſit differentia inter marem & fœminam circa pœnam perditionis lucrorum per tex. indiſtincte loquentem in l.inceſtæ. ff. de ritu nuptiarum.ibi dū dicit, omne quod perceptum &c. Et ſic ſiue ſit perceptum per virum, ſiue per mulierem perditur, licet reſpectu mulieris dos non perdatur, ut applicetur fiſco, quando fuit in tali ignorantia etiam iuriſgentium in ſecunda ſpecie, vt eſt concluſum ſupra in octauo membro.

Et per hunc modum poteſt intelligi tex.in ca.& ſi neceſſe. de do. inter virum. vbi mulier perdit lucrum donationis propter nuptias, & ipſam reſtituit viro putatiuo, licet ignorauerit tale impedimentum conſanguinitatis ibi. Et debet intelligi ille tex.ꝙ ignorauerit ignorantia iuris:quia ſi ignorantia facti,& ſic excuſabili,non perdidiſſet tale lucrum donationis ꝓpter nuptias, immo ipſa tanquam decepta a viro ibi ſcienter retineret dictam donationem,per id quod ſupra dixi per tex. in d.l.qui contra.& quod habetur in d.l. ea quæ.C.de do. ante nup per gl.& Doct.

Si autem eſſet aliud impedimentum matrimonij emanans a iure mere poſitiuo. & tunc non ſit vera opin. Cy.& Bart.& aliorum, vt reſpectu pœnæ perditionis lucrorum non ſit fienda differentia inter marem & fœminā vt indiſtincte perdāt, & applicentur fiſco,videlicet in caſib.quib.non eſſet fienda reſtitutio ipſi danti: immo vr̄,ꝙ ſit fienda differentia per tex in d.l.qui contra,in d.ver.exceptis,ibi,tam fœminis quam viris, qui aut errore acerrimo &c. referendo illud relatiuum,q, ad illud proximum verbum iuris,& non ad illud pręcedēs remotum verbum fœminis:quia congrua relatio debet fieri ad proxima,& non ad remota,quando commode fieri poteſt, vt hr̄ in l.ſi idem cum eo.§.fi.ff.de iuriſ.om.iud.& maxime quia referendo illud relatiuū,qui,ad verbum fœminis,non eſſet cōgrua latinitas, nec ſeruaretur rō recti ſermonis, per not.in d. §.fi.quaſi fuerit intentio tex.ibi, ꝙ in fęminis non requiratur iuſtiſſimus error,prout in marib.ſuper quo tamen aliter non auderem me firmare, nec recedere ab opi.Cy.& Bar.tanquā communi,vt ſupra.

14 Tertiumdecimum membrum eſt †de lucris prouenientibus ex vltima voluntate alterius coniugum putatiuorum,puta ſi maritus putatiuus,vel vxor putatiua in teſtamēto,vel codicillis reliquit alteri titulo legati vel inſtitutionis. Circa ꝙ dic,ꝙ ſi vterque fuit ſciens,tunc valet tale legatum, vel inſtitutio hæredis,tamen in pœnam aufertur, & applicatur fiſco. l. Claudius. & l. 2. ff. de his qui. vt indign. & l. vxori maritus. ff. de vſufruc. lega. prout etiam ibi communis litera, videlicet,repeti poſſe,& ſecundum hoc communiter intelligitur il le tex. ꝙ etiam legataria erat ſciens: & ibi per Bar. & in l.fi. ff. de leg. 1.& perglo. in l. præfectus. ff. de ritu nupt.immo ſi per hæredem eſſet ſolutum tale legatum, poteſt ab illo legatario repeti per tex. in d.l.vxori. ſecundum communem intellectū poſt Bar.ibi,tamen dubium facit:quia hic intellectus non applaudet illi literæ: quia in fiſco ibi nō cadit proprie repetitio, ex quo ipſe non dedit,nec ſoluit,ſed hęres: & ſic in fiſco magis caderet petitio, quam repetitio, per id quod habetur in l. 1.§.eleganter.ff.depoſiti.& in rub.ff. ſol.ma Et pro certo non fuit alia mens Iuriſconſulti ibi,niſi intellgere, ꝙ ibi repeti poſſit ab ipſo hærede, qui ſoluit illud legatum inualidum, & ſic per condictionem indebiti, vel ſine cauſa. Et ideo poteſt dici, ꝙ ibi de mero iure datur repetitio ipſi hæredi, ſi forte fiſcus non curabat petere, nec agnoſcere tale legatum, nec poſſet tunc talis legatarius opponere de iure fiſci, & ſic tertij per id quod habetur in l.his conſequenter.§.1. ff. de his qui. ut indi. Et ita intelligendo eſſet ibi caſus contra opi. Bar.quam poſuit in l.fi.ad fi.ff.de cond. ſine cau.dum dixit ſub dubio tamē forte, ꝙ tunc acquiritur fiſco tale lucrum ab ipſo initio ipſo iure,etiam antequam aliter expreſſe agnoſcat,& ſic poſſet tunc opponi de iure fiſci, ſicut de iure cuiuſcunque tertij, quando in totum eneruat fundamentum agentis, vt no. in l. 2. ff. de except. rei iudic. in l.ſi ſeruum quiſpiam.C. de ſeruis fugit. & ſi hoc eſſet verum,hæres in d.l.vxori.nulliter ageret repetendo,cuius ꝭrium ibi videtur præſupponi.Sed poteſt diſtingui, ꝙ aut loquimur in legato,aut in datis vel donatis inter viuos.

Primo caſu non ipſo iure applicato fiſco ab ipſo initio,ſed tunc demum, ſi velit agnoſcere, & ita procedit tex.in d.l.vxori. Aut in donatis vel datis inter viuos, & tunc ipſo iure applicentur fiſco, & ita procedat opinio Bar.in d.l.fi.& hoc ꝙ text. in d.l.qui contra.ibi dum dicit, fiſco vendicari,de cuius verbi efficacia eſt quòd importetur dominij acquiſitio. l. peculiū. ff.de pecu.lega. iuncta gloſ.& l.vendicatio.ff.de rei vend.cum ſi ;& cum agitur de dominio quęrendo fiſco, tunc fit acquiſitio ab ipſo initio ipſo iure.l. commiſſa.ff. de publica. & l. cum duob.§.idem reſpōdit.& ibi per gl.ff.pro ſocio.& c.cum ſccūdum,de hęr.in 6.cū ſi.ſup quo tn̄ eſt cogitādum. Aut vterque ignorauit,& ſic nullus fuit in dolo,vel culpa, & tūc valet ſine dubio tale legatum,nec aufertur a fiſco ꝓ tex. in l. præfectus ff.de ritu nuptia. Aut unus ſciuit, & alter ignorauit,& tamen ſi ſciens reliquit ignoranti valet, nec aufertur a fiſco, vt l. fin. ff.de lega.2.& l.2.§. 1. ff de his qui. vt indig.Si autem econtra ignorans relinquat ſcienti,& tunc licet valeat mero iure tale legatum,tamē a tali legatario aufertur vt ab indigno & applicatur fiſco,d.l.2.§.fi.& d.l.2.ver. per cōtrarium. Et ſecundum prædicta eſt differentia inter donationes factas inter tales cō iuges putatiuos & legata, videlicet quantum ad hoc, ſcilicet quando donans eſſet ignorans, licet alter qui recepit, eſſet ſciens: quia tunc donans, vel eius hæres repetit, nec aufert fiſcus,vt ſupra dixi in proximo membro, per l.ſi ex voluntate.C. de do. inter virum. & etiam dixi ſupra in decimo membro,licet gl.in d. l. præfectus.dixerit contrarium, videlicet ꝙ imò non repetit donans, & fiſcus aufert, allegat d.l. cum hic ſtatus.§.fi.& l. ea quæ. C. de do.ante nupt. quæ iura non probant: quia(vt ſupra dixi in proximo membro)d. §. fi. intelligitur, quando recipiens donationem ſciebat matrimonium non valere,& ſimiliter donans,quod patet:quia ibi dicitur, ꝙ ambo ibi dicuntur eſſe indigni, vt ſupra dixi d. l. ea quæ. Similiter non probat: quia ibi ideo non petitur, quod eſt promiſſum in cauſa donationis: quia cauſa non fuit ſequuta de iure, ex quo donauit propter nuptias, & ſic propter cauſam nuptiarum futurarum,quæ cauſa non fuit ſequuta,nec poterat de iure ſequi,quia erat turpis, ſeu de iure improbata, maxime reſpectu promittentis, quia ſciebat nuptias cōtrahi nō poſſe, per id quod habetur in l.cum donationis.C.de tranſac. Nec huic dicto obſtat,quod no.Bart.ſequendo opin.Iaco.de Are.& Cy. & Vltram. in l.affectionis. ff. de donat. & in l. 4.§. ſed quod meretrici.ff.de condictio.ob turpem cauſam & cōmuniter ſequunturD oct.in l.2.C.eod.tit. quòd quando verſatur turpitudo ex parte promittentis,& non recipientis,puta quando promittitur aliquid meretrici ex cauſa coitus, valet promiſſio,per tex. in d.l.affectionis.indiſtincte loquētem. ſic ergo videtur in caſu prædicto,ex quo in recipiente nō erat turpitudo.Nam reſpondetur, quod illud procedit ex eo,quia cauſa nec apparenter, nec exiſtenter eſt turpis ex parte recipientis. Sed in terminis d. l. ea quæ. cauſa non erat turpis ex parte,nec promittentis, nec recipientis: quia promittebatur ex cauſa, quæ apparenter dicebatur ex parte vtriuſque eſſe iuſta, & non turpis: tamen exiſtenter erat prohibita & turpis ex parte vtriuſque, ideo non ualet dicta promiſſio, nec poteſt ſtipulator ex ea niſi ipſe non eſſet in praua & turpi intentione, ſicut erat promittens.Et eſt tex.no. ſingulariter limitans no.per Bart.& alios in d.l.affectionis.& in d.§.quod meretrici.Et poteſt eſſe ratio dictæ differentiæ, de qua ſupra,videlicet inter donationem inter viuos,& relicta ex ultima voluntate:quia donationes inter viuos ratione matrimonij illiciti ſeu prohibiti, ſiue fiant ante matrimonium,ſiue conſtante matrimonio ſunt a principio nullæ, vt d. §. uideamus. & ideo non quæritur aliquid ipſi donatario, ſed habentur pro infectis, & ideo remanent apud ipſum donantem ac ſi non donauerit ex quo donans non eſt in culpa: quia ignorāter fecit,nō eſt ęquum,quod ab ea auferatur vt ab indigno. Sed in vltimis voluntatibus valet legatum mero iure factum per ignorantem ſcienti, & ideo ab eo aufertur vt ab indigno.

Nec obſtat tex. in d. l.ſi ex voluntate. vbi dicit,quod ualet dicta donatio ipſo iure: quia reſpondetur, quòd valet dicta donatio ipſo iure, ideſt attento rigore iuris improbantis ſolum donationem inter virum & vxorem, & ſic vbi eſſet matrimonium, ſed ex æquitate & honeſtate non valet, ita dicit text.in d.§.videamus.procedit ergo æquiparatio inter donationem & legata in hoc, videlicet quando coniunx ſcienter accepit a ſciente, vt voluit gloſ.in d. l.ea quæ. in fi. vbi æquiparat iſta,quò ad hoc.gloſ.etiam in dicta l.qui contra. in verbo, fiſcus. in alio fecit differentiam inter legata & donationes:quia quando legatur a ſciēte ignoranti,valet indiſtincte, nec aufertur a fiſco, vt ſupra dixi, non ſic quando a ſciente donatur ignoranti:quia tunc valet per text.in d. l.qui contra. licet Docto. ibi communiter cum illa gl. tranſire videantur: tamen non bene loquitur, imò eſt differentia cum hoc ſecū do caſu valeat aliquando, nec aufertur a fiſco ipſi ignoranti per dicta ſupra ad plenum in præcedenti membro.

Quid autem ſi tempore contracti talis putatiui & prohibiti matrimonij ille, de cuius perditione dotis, vel donationis propter nuptias,vel alterius lucri tractatur, erat ignorans. Et poſtea durante tali matrimonio prohibito eſt factus, vel eſt facta ſciens: nihilominus perſeuerat in tali matrimonio, an ex tunc incurrat pœnam perditionis dotis, vel donationis propter nuptias,vel arrharum,vel alterius,vel pœnam perditionis lucri, ac ſi a principio fuiſſet ſciens.

Circa

Source : BIU Cujas

Circa quod respondeo per casum expressum in d.l.qui contra. circa finem, vbi licet parcatur mulieri vel marito qui a principio fuit in iusta aut excusabili ignorantia,vt sic non incurrant pęnam prædictam perditionis dotis, vel donationis propter nuptias, vel lucri ex pacto: tamem si postea cum ad eos, vel alterum eorum peruenerit scientia,non procurauerit tale matrimonium dirimere, tunc habeꝫ, ac si a principio fuisset sciens,& idem in minore masculo, qui a principio excusatur ab ignorantia iuris positiui,si postea factus maior perseuerat in eadem ignorantia; tunc non excusatur a tali pœna, vt est ibi casus no.& sic ibi non consideratur nec inspicitur initium, & quod tempore illegitimæ ætatis fuit causata excusatio, seu immunitas ab aliqua pœna, si in eodem delicto, seu culpa postea perseuerat. Et sic videtur esse ibi quasi casus decidens quæstionem in simili,si mater, quæ tempore mortis mariti erat minor vigintiquinque annis: qua ætate minori durante non petijt tutorem dari filio pupillo:nam dicta minori ætate durante si decesserit filius ante pubertatem est excusata, vt non incurrat pęnam perditionis successionis filij, de qua in l.2.§.si mater.ff.ad Tertul.& habetur in l.2.C.si aduersus delictum. Nam pone, quòd dum filius durat impubes, ipsa mater peruenit ad legitimam ętatem:nam uidetur, quòd ex tunc incipiat non excusari: Et ideo si postea decesserit filius in pupillari ætate, & maxime post annum a die, quo mater est facta maior, non excusatur a dicta pęna perditionis successionis per illum textum, ex quo tunc cessauit causa excusationis suæ. facit l. Titia Seyo. §.usuras.ff. de legat. 2. & quod alias habetur in ca. 2.de coniugio seruo. Et sic facit cõtra opin.quam tenuit Bal.post Spec. vt ipse refert in d. l. 2. & per eundem post gl in simili in l.2.C. in quib.cau.in integrum restitutio.de quo tamen vide ibi nota.quia nescio quomodo possit bene responderi ad illum text.d.l.qui contra.

15 Decimumquartum membrum est, quid† de fructibus interim perceptis per illum, cui est datum pro dote putatiua, vel pro donatione, vel legato factis ex causa dicti putatiui matrimonij, an fructus percepti per illum cedant lucro ipsius, an autem repetantur per fiscum, vel alterum coniugum eo casu,quo non fiscus,sed alter coniugum donans, vel eius hæres repetere potest datam, & sic articulus non parum habet dubitationis: Nam videtur primò dicendum, quòd fructus percepti indistincte repetantur, per text. in l. incestæ. ff. de ritu nuptiarum. Item & secundo per text. in l. vxori maritus. ff. de usufruc. lega. Confert ad hoc & tertio: quia paria sunt motrimonium non esse contractum, & nulliter contractum, argumen.l.quoties.ff.qui satisda.cog.& quod habetur in l.4.§.condemnatum.ff.de re iudi.& in l.1, in fi. ff. de pęn & in l.2.§.primo.ff.quemadmodum testa. ape. Sed certum est, quòd quando maritus dotem fuit consequutus nondum cõtracto matrimonio non facit fructus suos, imo ipsos restituit, si matrimonium validum non sequatur. & si postea sequatur,illi conuertuntur in dotem, & sic non cedunt lucro viri. l. si ante nuptias. ff. soluto matrimo.& l. dotis fructus.in prin.& §.1.ff.de iure dotium.Ergo idem est dicendum, quando matrimonium fuit sequutũ, tamen nulliter per dicta iura.

Nec obstat,si dicatur, quòd ex quo onera matrimonij vel quasi matrimonij subijt,ergo dēt facere fructus suos, per id, quod habetur in l. pro oneribus. C. de iu. dot. Nam respondetur, q̃ non sufficit onera subijsse, nisi etiam sit matrimonium,vt in d.l.dotis fructus.& etiam ibi tradit glo.inferendo ibi notabiliter, q̃ si maritus duxit vxorem ad domum, quæ non erat nubilis ætatis, & eam nutriuit,tamen non lucratur fructus dotis per eũ habitæ.& sic debet eos restituere,si interim decedat mulier ante nubilem ætatē, licet interim onera alimentorum subierit.

Ad idem &quarto: quia dos sic data intuitu talis matrimonij, quod postea nullum detegitur, reperitur per cõdictionē ob causam,vt l.1.C.de condic.ob causam.& ideo tunc per talem cõdictionem ob causam repetitur non solum dos data: sed etiam fructus interim percepti ex dicta dote, vt est tex. 16
in l. videamus.2.post prin.ff.de usu.& l.qui se debere.§.fi.ff.de cond.ob cau. merito &c.

Ad contrariam partem arguitur,videlicet,q̃ non repetantur dicti fructus,immo remaneant apud ipsum maritum putatiuum,arguēdo a sufficienti diuisione.Nam aut talis maritus ignorauit, & sic fuit in bonafide circa dictum matrimonium,& sic bonafide possidendo, & fructuando dictam dotem, & onera matrimonij putatiui subeundo:& tunc fructus non videntur ab eo posse repeti:& maxime si eos consumpsit in onere talis matrimonij,per tex.in l.in insulam.§ fructus.ff. solu.matrim.

Secundo per tex. in l.penul. quod falso tuto.autho.ubi ille vir qui credebat se duxisse puellam nubilis ætatis, quæ nondum erat,vbi socer fuit sciens, & ita falso eum induxit ad contrahendũ matrimonium per verba de pręsenti, & per ductionem ad domum non perdit lucrum dotis, quod fuit stipulatus in recõpensationem onerum matrimonij, & si interim puella decedat in ætate adhuc illegitima, licet possit socer repetere dotem, tñ poterit per uirum sibi obijci de retentione dicti lucri dotis,licet matrimonium nõ ualuerit.Si ergo illud est dispositum in tali lucro propter pactũ, quod solet apponi in recompensationem onerum matrimonij, ergo idem eadē ratione in lucro fructuum interim perceptorum ex dote p̃ oneribus talis matrimonij. d.l. pro oneribus. cum simil. Et ideo glo. notabiliter ibi infert ad fructus dotis datæ pro puella,quæ fuit traducta ad domum viri, licet matrimonium dicto tempore non potuerit esse,vt illi non repetantur saltē ex æquitate,prout etiam hoc idem voluit gl.in l.si ante nuptias. ff.solu.matrimon.& in l.2.C.de do. promis.& Azo in sum.C. de iure dotium in fi. punult.colum. Aut tale matrimonium fuit contractum inter scientes, & tunc ex quo dans dotem scienter dedit, videtur donasse, argum. leg. 1.& l. quod quis sciens.ff.de condic.indeb & l.cuius per errorē ff.de regul iur.

Ad idem & secundo: quia in pari causa turpitudinis potior est conditio possidentis,& maxime circa matrimonium illicitum, per expressum dicit text. in l.fin. ff.de condict. sine causa.

Tertio,quia patiendo talis mulier, vt dictus maritus putatiuus percipiat & consumat fructus talis suæ dotis putatiuæ videtur eos donare, seu concedere tales fructus ex certa eius scientia,non ex causa turpi, seu illicita videlicet illiciti matrimonij. Sed ex causa remunerationis, seu recompensationis onerum, quæ subijt dictus vir erga dictam mulierem, quæ est causa proxima & immediata,& non est de se turpis, seu illicita, licet causa matrimonij esset turpis seu illicita, q̃ causa proxima nõ turpis debet esse in consideratione,& non dicta causa remota,vt dicitur in simili in d.l.fi. ff.de cõd.sine causa.

Ad idem & quarto,quando potest subesse causa turpis & illicita,& causa non turpis & licita,vt est illa causa recompensationis onerum, tunc semper debemus coniecturare & præsumere causam licitam magis, quam illicitam, arg. l.marito.ff. pro socio.& facit, quod habetur in c.estote misericordes. de reg.iur.cum sim.

Vnde non obstat,si diceretur,quod etiam per modum expressum non ualet donatio cuiuscunque rei, & consequēter nec fructuum ex causa illiciti matrimonij contracti vel contrahendi,vt l.2.§.videamus.& l.cum hic status.§. fi. de dona. inter virum. & l. ea quæ de donatio.ante nuptias.cũ similib. & dictum est supra in decimo & duodecimo membro: quia (vt dixi) illa non potest dici proprie donatio, sed remuneratio quædam propter onera supportanda, vel quæ continuè alias vir supportat. Et licet ī aliqua materia sit prohibita donatio,non est prohibita remuneratio.l.quod autem. §. si vir. ff. de donatio inter virum & vxorem, & quod alias per Bar.in l. si diuortio.ff.de verbor.obligatio.& ibi no. per Doct.Et quãdo potest cadere verisimilitudo aliqua remunerationis, illa semper est præsumenda potius,quam donationis, argum.l si vero non remunerandi.§.idem Papinianus. ff. manda. & per Bart.in l.cum quid. ff.si certum petat. & in l.quæ dotis.ff.solu. matrimo. Et sic per prædicta videtur iste passus non parum dubius.Sed pro veritate huius articuli possunt distingui duo membra.

Primum est, quando impedimētum matrimonij haberet perpetuam causam prohibitionis.

Secundum membrum erit, quando non habet perpetuã causam prohibitionis,sed habet spem cõualidationis in futurum,vt est, quando contrahitur matrimonium cũ puella nõ dum nubilis ætatis,vel si contrahuntur solum sponsalia,& illa est ducta ad domum spõsi cum consignatione dotis.Et sic eo tempore,quo non potest esse dos, cum adhuc non sit matrimonium.l.fi.C.de dona.ante nup.cum sim.

Assumo primum membrum† in quo distinguo, quod aut ambo sunt scientes,quo casu non repetit mulier talem dotē, immo fiscus aufert.d.l. qui contra. cum simil. Et tunc ipse fiscus aduocat eam ab ipso viro etiam cum fructibus interim ab eo perceptis, licet onera talis matrimonii sustinuerit ipse vir,vt est tex.no. in d.l. incestæ. ff. de ritu nupt.Et etiam bene facit text.in d.l.vxori maritus.ff. de usufru.leg. intelligendo illum secundum lecturam communem, & affirmatiuam in fi. videlicet reperi posse', & prout intelligit Bar. & communiter Doct.q̃ ibi repetat fiscus, & facit etiam tex.a contrario sensu in d.l.in insulā.§.fructus.ibi dum dicit, bonafide perceptos, ergo secus si malafide. immo per d.l. incestæ sic indistincte loquentem,potest dici, quod dictus vir non potest repetere expensas erogatas erga dictam vxorem illicite ductam & retentam:

Source : BIU Cujas

tentam:a fisco enim consequi non potest, vt bene potest colligi ex illo tex. Si enim ab eo posset consequi, hoc non posset nisi per viam retentionis, ex quo cum eo nullum negotium est gestum, per id quod habetur in l.si in area ff.de condict.in debet.Sed per viam rerentionis nō videtur posse:quia malę fidei videtur erogasse erga personam eius,quam sciebat non esse suam vxorem iure prohibente,argum.Instit.de rerum diuisio.§.ex diuerso.ff.de acquiren.rerum domi.l.adeo.§. ex diuerso.Item quia text.ind.l. incestæ. loquitur indistincte & pcise, quod fiscus petit etiam fructus interim perceptos ex tali dote.Nam si posset habere locum retentio dotis propter tales expensas,expressisset ibi Iurisconsultus.Sed ideo hoc non expressit: quia non curauit, quasi præsupponendo,quod dictæ expensæ non possent impedire talem repetitionem fructuum, argum.cap.ad audientiam.de deci. & l.1.§.pen.C.de cad. toll.Et hoc videtur fuisse de mente Bal.in simili,quando vir duxit puellam nondum nubilem, quod expensas repetit, vt infra tangetur in secundo membro principali.

Cogita tamen, quia videtur hoc dubium: quia in contrarium facit tex. in l. dote per illicitum.ff.de ritu nuptia.vbi expensas necessarias factas in dote putatiua etiam a viro sciente, consequitur ipse vir a fisco, patet quia tales expensæ minuunt ipso iure dotem putatiuam prædictam etiam contra fiscum, vt est casus singularis sicut minuunt dotem veram. l. quod dicitur.ff.de impensis. Vnde si hoc respectu fauemus talibus expensis necessariis factis in rebus mulieris magis, quam fauemus doti,quæ est ibi fauorabilis, multo magis debemus fauere ipsius expensis factis in persona ipsius mulieris, cum persona sit magis digna, quam res ipsæ, vt Instit. de iure naturali, gentium & ciui. §. fin. & l.iustissime.ff.de ædil edic.

Item quia si fauemus expensis factis in rebus ratione culturæ agrorum:cum illæ retineantur etiam per malæfidei possessores.l.fundus ille.ff.familiæ erciscundæ.& l. si a domino.§. fin.ff.de peti.hære.ergo multo magis debemus fauere expensis necessariis factis circa personam maxime liberi hominis.

Cogita tamen: quia potest concludi contrarium, & quod prima opinio sit verior,videlicet, quod dictas expensas non potest repetere,non quidem ab ipsa muliere,vel eius hæredibus: quia eas non erogauit animo repetendi ab ipsa muliere, ex quo enim retinebat dotem pro dictis oneribus supportandis,ideo non expendit animo repetendi, ergo non potest habere locum actio negotiorum gestorum, quæ datur illi solum, qui expendit animo repetendi.l. alimenta. in fi. C. de negotijs gestis.& maxime quia credebat se ad hoc arctari ex quadam necessitate.quo casu non solet dari neg.gesto.actio, vt no.in l.siue pro fratre.eod.tit.

Item actio negotiorum gestorum datur ei, qui impendit nomine alieno, non ei qui impendit nomine suo, vt no.in d. l.si in area.& ibi per Bart & alios.Et eo maxime hoc procedit in ipsa muliere:, vt ab ea non repetat tales expensas:quia dos, ratione cuius factæ sunt tales expensę,ad ipsam mulierem nō redijt,sed ad fiscum, minus etiam consequi potest a fisco, ad quem redit dos,etiam per viam retētionis,ex quo fuit in malafide, vt probatur per textum a contrario sensu in l. in insulam.§.fructus.ff.soluto matrimonio.vbi permittitur retentio ppter expensas factas in dote putatiua, quando vir erogauit bonafide,ergo secus si mala fide,vt est quando sciebat matrimonium inter eos esse prohibitum & non valere: de quo etiam dicetur infrà in secunda quæst.princ.huius vndecimę partis,ergo magis tunc videtur animo donandi, quam repetendi, ex quo ex certa scientia expendit, per id quod habetur in d.§. ex diuerso.& in d.l.si in area.Nec obst.d.l.dote per illicitum.quia illud quod ibi dicitur,habet locum,quando ille quasi maritus erat in bonafide,quia credebat matrimoniū esse licitum,vbi erat illicitum,forte errans errore facti excusabilis,alias forte secus per supradicta.

Sed cogita:quia glo.ibi videtur velle intelligere illum textum, quando ille coniunx fuit sciens, & iō glo. ibi intelligit, quod maritus soluere debet dotem cum fructib. ipsi fisco,p id quod habetur in d.l.incestæ.de ritu nuptiarū.quia si ignoranter fuisset contractum ibi matrimonium inter coniuges, tunc fiscus non auferret,sed restitueretur mulieri, vt in d.l.q contra. C.de incest.nup. & l. 1. C. de condi.ob causam. vnde durum & periculosum esset recedere ab intellectu glo. ibi, quam non reperio impugnatā a Doctoribus,per ea quæ no. Iaco.But. in l.1. C.qui pro sua iurisdictio.& in l.2 C.de sent. quæ sine certa quantitate. & ibi Bald.& per eundem in auth. cessante.C.de legi. hære.& in d.l.fi.§. necessitatem.C. de bonis quæ liber.& in l.cum hæreditas.C. de depos. quod maxime procedit in expensa necessaria,in qua non solet haberi differentia inter malefidei possessor. & bonæfidei possessor. per infra dicenda in alio proximo casu.

Et ideo potest responderi,quod in nostro casu non potest accommodari materia,seu ratio vrgens retentionis. Nam remedium retentionis est quoddam remedium contra strictū rigorem iuris ciuilis;quia datur non ex iure ordinario, sed in subsidium, vbi nulla datur actio.d.l.si in area.

Item non datur per viam propriam exceptionis, & sic ex æquitate,vt dicit tex.in l.plane.ff.de petitio.hæredit.cum omnis exceptio innitat æquitate.l.quia ex æquitate.ff. de except. doli.& Insti.de exceptio.post princip.& tamen tex. in d. l. plane.denegat exceptionem. Sed ipsa rerentio est quædam species defensionis per modum non ita firmum. quantum est p modum exceptionis. Sed causatur ex quadam benignitate, pro qua imploratur officium iudicis in subsidium;vt ibi dicit tex.licet ibi aliter declaret Bart. in l. in fundo. ff. de rei vendicat.Et hinc est,quod licet tutus exceptione fauorabili soluēs ignoranter repetat,vt habetur in l.qui exceptionem.ff. de cō dic.indeb.non tamen sic si esset tutus solo remedio retentionis, vt habetur d.l.si in area.licet etiam tenendo opin. Bart.in d.l. plane. quam etiam videtur sequi Bald.in l.domum. C. de rei vendica.eadē militet ratio,videlicet, quod dicta exceptio doli datur ex equitate per modum retentionis,& nō alio modo,& ideo si res non extaret,in qua est facta expensa,non haberet locum dicta exceptio:quia non subest materia accommodata ad dictam æquitatem exceptionis dandę,scilicet per viam retentionis respectu malefidei possessoris, vt d. l.plane,

Vnde in materia retentionis cum sit ius debile ꝓcedimus multum stricte,videlicet, vt solum habeat locum, quādo fit in eadem re, in qua esset facta expensa, & non aliter, vel alia re, vt legitur & no.in l.si non sortem.§. si centum.ff.de cond. indeb.& ibi per Bart.& Doctores.& no.C.commo.l.sub prę textu.Vnde ad propositum dico,quod licet expensæ necessariæ ipso iure diminuant dotem, vt d.l.quod dicitur.ff.de impen.cum simi.& hoc ipsum locū obtinet etiam in dote putatiua,vt d.l.dote per illicitum.tamen illud procedit per viam quandam retentionis totius dotis, considerando dotem tanquam quoddam totum, vel vnū corpus, licet plures res sint datæ in dotem:quia licet sit facta expensa necessaria in vna re ex pluribus dotalibus, tamen potest tota dos retinere tanquā vnum corpus, vt probatur in d.l. quod dicitur,in l. 1. §. sed quod diximus. ff.de dote præleg. & declaraui supra in secunda parte operis circa diffinitionem dotis. Sed cum in terminis nostris expensa non sit facta iure dotali, vel in corpore dotis.Sed in psona mulieris licet necessaria fuit expensa:ideo cessat tunc materia & ratio retentionis tanquam in re omnino separata,si fieret talis retentio per supradicta.

Et sic non obstat, quod supra dicebam per d. l.fundus ille. quia illud speciale procedit solum per viam retentionis fiendæ in eadem re,in qua,vel pro qua est facta expēsa, videlicet in retentione fructuum, pro quibus est facta expensa.

Rursus illa specialitas,quod etiam credo, habet ius retentionis pro expensis factis pro ipsis fructib. recolligendis, est inducta fauore culturæ, vt sic agrorum cultura non deseratur,& vt fertilitas in patria præseruetur,vt alias specialia multa fauore culturæ a iure inducuntur, vt patet in l.omnes.la j. C.de ferijs.& in l.eorum.C.de malef.& Math.ad hoc l.quemadmodum.C.de agr.& censi.lib.11.Et sic non est trahenda talis specialitas ad casum alium, maxime non omnino similē, per id quod habetur in l.quod vero.& l.ius singulare. ff.de legib.& in regula,quæ a iure.in 6.

Et sic per prædicta fatendum esset, quod nec expensa facta vtiliter ad perpetuam vtilitatem esset deducenda contra fiscum, sed quod expensa solum facta gratia dictorum fructuū recolligendorum, vt est illa, quæ facta esset immediate pro cultura,& recollectione fructuum posset deduci per dictum virum contra fiscum per dicta iura:& quia iura, quæ dicunt, ꝙ fiscus repetit dotem cum fructibus perceptis, debent intelligi, ꝙ fructus dicantur illi, qui supersunt deductis expensis, vt habetur in l.fructus.ff.soluto matrimonio.& in d.l.si a patre.cum simil.

Si autem non sunt ambo coniuges scientes, & tunc si ipse maritus putatiuus est sciens, & mulier ignorans, & tunc est dicendum totum contrarium.Ex quo enim tunc dos prædicta putatiua venit restituenda mulieri erranti, si erraret in iure positiuo, imo etiam si in iuregentium in secunda specie, vt supra est concluſum in octauo & nono membro, debebit restitui,etiam cum fructibus perceptis interim ex tali dote, nec illos facit suos, ex quo malafide percepit, vt probatur a contrario sensu in d.l.in insulam.§.fructus. & voluit Dy. in l. si ante nuptias.ff.soluto matr.& ita etiam potest intelligi tex. in d.l.qui se debere.§.fin.ff.de cond.ob causam.qui tex.loquitur propriè, quando matrimonium non est sequutum, quæ verba possunt applicari ad casum nostrum.Nam ideo non est

sequu-

Source : BIU Cujas

ſequutum,quia non potuit ſequi, quia fuit contractum matrimonium iure prohibente.

Præterea iſto caſu non poteſt mulier repetere,niſi per condictionem ob cauſam, vel ſine cauſa, vt habetur in d.l. 1. C. de cond.ob cau.in qua condictione regulariter veniunt fructus, vt habetur in d.l.qui ſe debere.& in l.videamus.la 2.circa princ. ff de vſu.

Sed tunc ſurgit hoc dubium,an poſſit dictus maritus retinere talem dotem propter expenſas factas per dictum virum erga perſonam mulieris. dubium facit; quia hic verſatur turpitudo non ex parte dantis,ſed ſolum ex parte recipientis dotem,& ideo mala fide expendit: & ideo non videtur poſſe dictas expenſas conſequi,argum.d.§ ex diuerſo.Inſti.de re.diui ſio.quia non per viam alicuius actionis,& maxime negotiorum geſtorum actionis,ex quo nomine ſuo proprio expẽdit, & non mulieris, tanquam ſuum negotium geſſerit, & quod ad ſe ſpectabat,ſeu ſpectare credebat,& non ad ipſam mulierem,vt ſupra dixi, per id quod habetur in d. l. ſi in area. & in l.ſi pupilli.§. ſed & ſi quis.ff.de neg.geſt.nec etiam animo repetendi a muliere expendit,nec aliter fuit proteſtatus, per id quod habetur in d. l. alimenta.& in l. Neſennius. eo. tit. non etiam per viam retentionis: quia vt dixi,remedium retentionis,& eius æquitas ſolum verſatur, quando retentio fieret in eadem re,in qua eſſet facta expenſa, vt habetur in d. §. ſi centum.& in d.l.ſub prætextu.C.commo.

In contrarium tamen facit;quia non videtur quis donare, quod ſe putat facere ex neceſſitate,argu.leg. rem legatam.ff. de adimen.leg.Arbitrabatur enim ſe teneri alere dictam putatiuam vxorem,prout de iure tenetur vir alere vxorem. l.ſi cum dotem.§.ſinautem.ff.ſol.matri.& ideo non videtur donare,facit l.mortis ſuæ cauſa.ff.de don.inter vir.& vxorem,& quod per Bar.poſt Dy.in l pen.§ ſeruis.ff.ſol.matrimon. non enim debemus coniecturari,ꝙ animo donandi,quando alia cauſa poteſt præſumi,vt habetur in l.ſi cum aurum. ff.de ſolutionibus.& in l.eleganter.§.qui reprobos.ff.de pign.act.In de dicimus,ꝙ expenſæ factæ in perſonam eius, cuius quis negotia gerit, non pręſumuntur factę animo donandi, ſed animo gerendi negotium illius.l.fi.ff.de pet.hæred.& habetur in d.l.Neſennius.

Sed in terminis noſtris ideo præſtitit alimenta: quia fructus dotis putabat fieri ſuos ſic in recõpẽſationem fructuũ, ſeu quaſi dotis talia onera ſubiit,& ideo ex quo tales fructus non facit ſuos,ſed tenetur eos reſtituere tali mulieri,vel eius hæredib.ideo poteſt tales expenſas conſequi per viã retẽtionis dotis, alias non videtur eſſe æquum, nec æquitati conſonum,quod talis mulier locupletetur cum aliena iactura, & ꝙ fructus dotis cõſignatæ pro oneribus matrimonij repetat, & dictas expenſas pro dictis oneribus factas per virum non refundat, ſaltem per remedium extraordinariũ officij iudicis, per id quod habetur in d.l.plane.& in l.fi.ff. de petit.hæredi.& maxime ex quo eſt conuerſa in eius vtilitatem, & ideo non debet deficere ſibi æquitas in prouidendo ei per aliquod remedium ſubſidiarium,vt alias in ſim.in l.ei qui.& ibi per Bal. C.quod cum eo.

Præterea dato,ſine præiudicio,quod videretur donare tales expenſas,tamen ex quo ſcienter fecit inter coniuges, non ſolum veros,ſed etiam putatiuos,non valet donatio.l.2.§.videamus.ff.de dona. inter virum & vxor. Ideo ipſas expenſas poſſet deducere, argumen. le.ſi vxor filio. in fine. ff. de dona. inter virum.& quod per gl. ibi. & in l. cum vir.ff. de exceptio. doli.& quod no.Bart.in d.l.in fundo. pen.col.

Sed circa hoc dubium diſtinguerem, quod aut loquimur de expenſis factis in perſona mulieris,aut rebus dotalibus,vel quaſi dotalibus.

Primo caſu,aut fuit expenſa neceſſaria, puta circa victum & veſtitum quotidianum,& non pretioſum,& illa poteſt deduci per viam retentionis dotis, vel ſaltem implorando officium iudicis ex æquitate, de qua in d. l.plane. ne alias ſequatur quid iniquum, quod mulierem contingat locupletari cũ aliena iactura contra l.nam & natura.ff.de cõd. indeb.iuncto eo quod habetur in d.l. plane.& in d.l. fi & in l. domum.C.de rei uend.& quod alias habetur in d.l.ei qui. & ideo ex quo in tali officio iudicis multum verſatur æquitas, debebit iudex arbitrari, an operæ talis mulieris putatiuæ correſponderint dictis expenſis, vel non: quia non ob aliud tenetur operari viro,niſi quia verſa vice eam alimentat,argumẽ.l.ſi id quod. §.1. ff. de do.inter vir. & quod alias per glo. & Doc.in l.ſicut. ff.de ope.lib. & facit,quod alias per gl.& Doc.in l.paterno.C. de neg. geſt.

Si autem fuit expenſa non neceſſaria, ſed vtilis vel voluntaria:puta circa veſtes non quotidianas & neceſſarias: ſed veſtes ſumptuoſas,ſeu pretioſas,& illas veſtes,ſi quidem ipſę extant,poterit deducere, alias nihil repetet, nec erit locus retentioni, per id quod habetur in d. l. domum, in fi. & in d.l. plane.

Si autem fuit expenſa facta in rebus dotalibus, & tunc ſi fuit neceſſaria,illa deducitur; quia ipſo iure diminuit dictam quaſi dotem, per tex.in d.l.dote per illicitum.

Si autem eſſet expenſa vtilis vel voluntaria, an talis vir ſciens deducat.& tunc diſtingue,prout in aliis malæfidei poſſeſſoribus, videlicet an ſit expẽſa circa recollectionem fructuũ, vel ſit ad perpetuam rei vtilitatem,vt per Bar.Ang.& Bal in l. in fundo.ff.de rei uen.&per Doc.in d.l domum.C.de rei ven.

Sequitur tertius caſus,quando ipſe vir eſt ignorans,mulier autem ſciens: & tunc dotem conſequitur fiſcus, per id quod habetur in d.l.qui contra.tamen expenſa neceſſario facta per virum in re dotali ipſo iure minueret dotem prædictã putatiuã,ꝙ tex.in d.l.dote per illicitum.fructus autem dotis non cõ ſequitur fiſcus a dicto marito tanquam bonæfidei poſſeſſore d.l.in inſulam. §. fructus. & maxime ex quo ſubijt onera. Sed tunc verſatur dubium,ſi vir multas expenſas fecit neceſſarias in dicta re dotali, quę dotẽ minuũt, vt ſupra dixi per d.l.dote per illicitum. Nam conſtat, ꝙ in dote vera fructus interim percepti nõ extenuant dictam expenſam, ſeu eius repetitionẽ,ſicut extenuãt in bonęfidei poſſeſſore, de quo ĩ l.ſumptus. ff.de rei vend. vt hoc probatur in l.diuortio.§.impẽdia. & ibi no.ff.ſo. matrimo.in d.l in inſulam.§.fructus.& ibi etiam per Bal. & facit glo. no. in ſimili,in l. emptor. in princip. ff. de rei vend.maxime cum vir perceperit vt dominus.l. doce ancillã. C. de rei vend. Sed in dote putatiua redigimus talem virum ad inſtar cuiuslibet bonæfidei poſſeſſoris,vt d.§.fructus.Et iõ dici poteſt,quod impenſa neceſſaria minuit dotem putatiuã, ſcilicet illa ſolum,quæ reſtaret facta compenſatione fructuũ perceptorum, & non aliter,ita debet reſtringi & limitari notabiliter ſingularis diſpoſitio d.l. dote per illicitum.quantum ad caſum ſupra dictum per tex.d.§.fructus.videlicet,quando fructus percepti haberent cedere lucro talis viri putatiui,nec eſſent reſtituendi fiſco, vel mulieri ſecũdum dicta ſupra. Sed ſi eſſent reſtituẽdi,vt contingeret, quando ipſe vir fuit ſciens ſecundum concluſa ſupra, tunc non caderet hæc dubitatio: cum non debeat fieri deductio talium expenſarum propter fructus perceptos.ſic etiam poteſt dici, quando eſſent factæ expenſæ vtiles ad perpetuam vtilitatem, adeo quod in plus ſe habent tales expenſę,quam fructus exinde percepti,vel ſe habeat æqualiter adeo, quod non poſſent repeti: quia compẽſant cum fructibus perceptis,per id quod habetur in d §. fructus.& in l.ſumptus.ff.de rei vend. & ſic onera ſubijt talis putatiui matrimonij in perſona vxoris ſine lucro fructuũ excludentium repetitionem expenſarum, vt ſupra.Et quidem poterit illas petere a dicta vxore ſic ſcienter contrahente per actionem de dolo, cum etiam poſſet petere dicta actione lucrum deperditum, quod fuiſſet cõſequuturus ex pacto de lucrando dotem, quod lucrum non fuit cõſequuturus propter dolũ vxoris ſcientis impedimentum matrimonij, & nõ reuelantis ipſi viro, qui non contraxiſſet, ſi ſciuiſſet, & hoc per tex.no.in d.l. a diuo Pio. ff. de ritu nuptiarum. & bene facit tex.cum gl.in d.l.pen.ff quod falſo tuto.autho.

Vnde ſi poteſt recuperare lucrum deperditum, vt ſupra, multo magis poteſt petere damnum ab ipſa muliere, cum iura magis de facili ſubueniãt certãtibus de damno,quam certantib.de lucro. l.fi. §. licentiam.C.de iure delibe. cum ſimi. & hoc quaſi per expreſſum voluit glo.in d.l.pen.in glo.fi.

Reſtat quartus caſus,quando vterque fuit ignorans.ſuper quo breuiter dicendum eſt,quod dos eſt reſtituẽda mulieri, & fructus remaneant apud virum putatiuum vel eius hæredes, licet eorum æſtimatio deductis expenſis valde ſuperexceſſerit onera dicti quaſi matrimonij,per tex.in d. l.in inſulã. §.fructus. Poteſt etiã dici, quod expenſæ neceſſarię minuũt dictam dotem putatiuam ipſo iure, ſicut dotem veram, per tex.in d.l.dote per illicitum.ſi enim inter ſcientes hoc procedit per ſupradicta, multo magis inter ingorantes,effectus eſt magnus:quia in dote vera dicta expenſa neceſſaria tota,& in nullo diminuta ipſo iure dotem minuit. Sed in tali putatiua dote non integra minuit,ſed prius facta deductione fructuũ perceptorum per dicta ſupra in proximo caſu.

Abſolutum eſt primum membrum, ſequitur videre circa ſecũdum membrum, videlicet quando impedimentum nõ habet cauſam perpetuam,ſed ſperatur,quod ceſſet,puta propter ſuperuenientem legitimam ætatem,vt eſt quando puella nondum nubilis ætatis eſt ducta ad domũ ſponſi, vel viri putatiui cum dote, pro qua vir ipſe ſupportauit onera ipſam gubernando circa victum & veſtitum, & ſimilia,an talis vir

lucre-

Source : BIU Cujas

lucretur fructus,adeo ꝙ ſi puella decedat ante nubilem ætatem,vel vir interim decedat, illi non reſtituantur, vel an augeant dotem,ſi ſequatur matrimonium propter ſuperueniẽtiam legitimæ ætatis, quo caſu ſponſalia prius contracta per verba de futuro, vel per verba de præſenti tranſeunt in matrimonium,ſecundum quod habetur in c.1.de deſpon.impu. in 6.Et multo magis ſuperueniente copula, vt habetur in c.is qui.de ſpon.

In hoc articulo varias reperio Doctorum opiniones.Nam Azo in ſum.C.de iure dot.in fi. pen. col.in verſi. ſi autem ante nuptias percipiantur fructus.tenet, quod de æquitate talis vir lucretur fructus,quaſi velit ſecus eſſe de rigore,de quo tales fructus conuertuntur in dotem,& ipſam dotem augent, per id quod habetur in l.ſi ante nuptias. ff. ſolu. matr. & in l. dotis fructus.ff.de iure dot.Et ſic videtur talem rigorem limitare,vt procedat quando ante matrimonium cõtractum vir onera non ſubijt. Sed ſi ſubijt onera, tunc ſecundum Azo. ſubeſt æquitas,vt fructus faciat ſuos, ſed nihil allegat ad hoc. glo.tamen in d.l. ſi ante nuptias.alleg.pro opinio.Azo.rationem; quia non ob aliud lucratur vir fructus dotis, niſi quia ſubijt onera.l.pro oneribus.C.de iure do.& d.l.dotis fructus. Sed hæc eadem rario videtur eſſe in tali puella ducta a marito &c. argumen. l. illud.ff. ad l. Aquil. cum ſim.tamen glo. ibi aliter hoc non firmat,ſed dicit,quod hæc æquitas ſeruetur Bononiæ. Sed ſiue per ſimplicem conſuetudinem, ſiue per ſtatutum expreſſum ſeruetur Bononiæ, talis obſeruantia non ſe extendit ad alia loca.l.fi.ff. de iuriſdict.omn. iud. cum vulg.opi.tamen Azo tenuit Spec.in tit.de do. inter virum.§. formatis. verſi. quod ſi mulier.fundando ſolum ſe ex æquitate. quaſi velit ſecus eſſe de rigore iuris,& eandem opinionem fuit ſequutus Hoſt. in ſum.de do. inter vir. & vxor. Sed cum æquitas iſta non reperiatur ſcripta ſpecifice,non dẽt preferri rigori ſcripto,per id quod habetur in l.j.C.de legib.& in l.placuit.C.de iud.Et ideo alia fuit opinio Accurſij in d.l.dotis fructus.volẽtis indiſtincte non lucrari fructus, nec facit vim ibi glo. in aliqua æquitate in contrarium, & ſic videtur glo. ibi adhærere rigori ſcripto, de quo in d.l. ſi ante nuptias.& in l. dotis fructus.cum ſi.

Tertia fuit opin.glo. in l. 2. C. de dot. promiſſ. vòlens ſimpliciter debere lucrari fructus talem virum ſic ſuſtinentem onera, ſicut quando eſſet matrimonium, non aliter diſtinguendo inter æquitatem,& rigorem.quaſi velit, quod etiam de iuris rigore ad ſimilitudinem mariti, quando matrimonium ſubeſt, & onera ſubijt vir, immo plus dicit, & no: ibi glo.quod dicto caſu ſi dos non eſſet tradita, vel ſoluta, tunc poſſent peti vſuræ ratione intereſſe,vel fructus,ſi dos promiſſa eſſet in ſtabili, quæ opi. an ſit vera, tam in primo quam in ſecundo dicto patebit ex infra dicendis.

Quarta fuit opini. Dy. in d.l. ſi ante nuptias.& in d.l. 2. vt refert Cyn. ibi, & Barto.in d l.ſi ante nuptias, quod aut talis vir, qui ita ſubijt onera, credebat matrimonium valere, & tunc facit fructus ſuos:aut ſciebat non valere, & tunc ſecus, videlicet quia tunc valeret tanquam donatio,per text.in d.l. dotis fructus. §. primo,prout etiam refert Cy. in d. l. 2.C. de do. promiſſ.

Quinta fuit opin.Cy. in d.l. 2. qui dicit, quod aut dos non dum fuit ſoluta, & tunc non poſſunt peti fructus vel vſuræ, licet vir onera ſubierit,ex quo adhuc non eſt dos, quicquid aliter voluerit ibi glo. aut dos fuit tradita, & tunc etiam ſi partes ſciunt matrimonium non valere,facit talis maritus fructus ſuos.& hoc non tanquam fructus dotis,ſed ex tacita donatione,vel potius remuneratione propter onera,quæ eſt ſubiturus talis ſponſus, argumen. leg. ſi vero non remunerandi.§.idem Papinianus.ff.manda.quæ opinio non placet, nec videtur æqua ſic indiſtincte,ſi dos eſſet magna,& magnus ex ea reditus, & onera parua eſſent, & ſic non præſumitur tunc donatio in tam magno exceſſu,argumen.l.cum de indebito. ff.de probat.& quod per Barto. in l.cum quid. ff. ſi cert. peta. & facit quod habetur in l.vtrum.ſupra de dona. inter virum &vxorem.

Præterea,vt dicit Bart.in d.l. ſi ante nuptias, etiam ſi puella vellet expreſſe donare tales fructus, non poſſet etiam cum decreto,nec etiam dotem conſtituere,vt ff.de iure dot.l.ſiue generalis.cum ſequen.& C.de adminiſtra.tutor.l.lex quæ tutores.vt habetur in l. prædia. C. de præd. minor.& quod fructus non lucretur,allegat Barto.tex. in l. penult.ff.quod falſo tuto. autho. Vnde ipſe diſtinguit, quod aut talis puella eſt pupilla: & tunc non lucratur talis ſponſus: aut eſt maior, & tunc procedit opinio prædictorum. & ita dicit procedere gl. in d.l.ſecunda. & l. in inſulam. §. uſuras. ff. ſolu. matrimonio. quæ opinio non videtur procedere:quia eadem ratio eſſet in maiore pupilla.& ſic quæ eſſet extra pupillarem ætatem,& tamen minor vigintiquinque annis:quia diſpoſitio l.lex quæ tutores.non facit differentiam inter pupillam & puberem. Sed indiſtincte vult,quod mobilia, quę ſeruando ſeruari poſſent, non poſſint alienari ſine authoritate tutoris,vel curatoris, & etiam decreto iudicis.Sed in mobilibus,quæ ſeruari non poſſunt,ius antiquum non immutatur: quia poſſunt ſine decreto,vt ibi habetur,ergo fructus alienari potuerunt per dictam pupillam, dummodo cum tutoris authoritate, ſi eſſent tales, quæ ſeruari non poſſunt, & qui ſint tales fructus habetur per glo.in l.1.C.ſi aduerſus vſuca.

Præterea dum ipſe Bar.dicit, quod etiam cum decreto nõ poſſet dotem conſtituere,non bene loquitur, vt infra ſubdetur. Bald.in d.l.ſi ante nuptias.dicit,quod in puncto iuris non lucratur fructus talis vir,& licet de æquitate ſeruetur in practica opi. Azo.tamen dicit,quod talis æquitas non reperitur ſcripta,& ideo præferri debet rigor ſcriptus,de quo nõ lucrat fructus, ex quo nondum eſt dos.& ita dicit tenere glo. in d.l. an in patrem.quæ eſt d.l.pen.

In pacto autem de lucrando dotẽ intrepide & ſine aliqua dubitatione, tenet quod non lucratur talis vir per tex. in d. l. an in patrem. cum tale pactum non habeat locum in ſponſa, quæ nondum eſt vxor, per text. ibi, & ita dicit tenere Guliel. de Cun.in l.non ſine.C.de bonis quæ liber.& ſic videtur tenere Bald.quod etiam ſi vir credidiſſet matrimonium valere nõ lucratur tales fructus per tex. in dicta l. an in patrem, cum ſua gloſ. Sed tex.in dicta l. an in patrem.non confert in termi nos noſtros, videlicet circa fructus eo caſu quo vir fuiſſet ignorans, & ſic in bonafide: quia tunc videtur quod lucretur fructus ſaltem conſumptos ad inſtar bonæfidei poſſeſſoris, per id quod habetur in d.§. fructus. maximè ex quo ſubiit onera.

Præterea tex.in dicta l.an in patrem, loquitur in puella habente patrem, qui poterat expreſsè, vel tacitè diſponere de fructibus talis dotis.Idem Bal.in l. prima. C. de vſucapionib. pro dote.diſtinguit, quod aut matrimonium fuit ſequutum ſuperueniente legitima ætate, & tunc lucratur tales fructus propter onera quaſi matrimonij, quæ ante ſubiit: aut non fuit ſequutum, & tunc ſicut condicit dotem, vt habetur in l.quod ſeruus. ff.de condictio. ob cauſam.ita etiam fructus, & quicquid dicta occaſione fuit conſecutus, vt l. cum veterum. C. de don.ante nupt. pro quo facit: quia in tali conditione ob cauſam repetuntur etiam fructus interim percepti.d.l. qui ſe debere.§.fi. ff.de condict.ob cauſam.& l. videamus. la 2.circa principium. ff.de vſur. quæ opin.procederet, quando fuit dos data ex cauſa futuri matrimonij, & ſi tunc ſponſus ſciebat matrimonium non ſubeſſe. Sed quando ipſe credebat valere matrimonium iuſto errore ductus: quia pater puellę ita aſſerebat,vel ſi non habebat patrem, ex aſpectu veriſimiliter putabat eſſe nubilis ætatis, tunc ex quo ipſe credebat eſſe dotem,& habere dominium dotis,& onera ſubijt, tanquam eſſet matrimonium:tũc ceſſat diſpoſitio d. l. qui ſe debere.& d.l.videamus.& ideo tunc videtur, ꝙ lucretur fructus,velut bonæfidei poſſeſſor,vt d.§.fructus. l.in inſulam.Io. de Imo.in d.l.ſi ante nup.tenet dictam opi. ꝙ lucrẽ fructus, ſi vir fuit in errore excuſabili: quia ex aſpectu credebat eſſe maiorem 12.annis,ar.d.§.fructus.ſaltem ſi interuenit authoritas tutoris,& decretum iudicis, per id quod habetur in d.l. lex quæ tutores.& in l.Titia.ff.de iure dot.ſubdendo, ꝙ hoc caſu poſſit tolerari pactum expreſſum,ꝙ vir lucretur fructus, etiam ſi ſciat illam minorem 12.annis,cum iuſta cauſa videatur ſubeſſe,& ſolummodo iſto caſu alienãtur fructus,qui ſeruari non poſſunt,vt l.cum plures.§.penult. ff.de adminiſt. tut. & fortè ſecundum eum tacitè videtur hoc agi,videlicet ꝙ lucretur fructus,& in recompenſationem onerum,arg. l.ſed ſi lege.§.conſuluit.ff.de pet.hær.& d.l.ſi verò non remunerandi.§.idem Papinianus. cuius dictum,dum videretur requirere authoritatẽ tutoris,& decretum iudicis, ad hoc vt dictus maritus putatiuus faciat fructus ſuos, non videtur procedere,& maximè dum preſupponit hoc etiam in fructib.qui ſeruando ſeruari non poſſunt, cum in illis alienandis non videatur neceſſarium decretum iudicis, etiam ſi tractetur de illorum donatione expreſſa vel tacita: cum dicta alienatio mero iure valeret, vt in d. l. lex quæ tutores. Sed poſito, ꝙ valeret mero iure ſine decreto talis donatio expreſſa vel tacita,tamẽ quando fructus eſſent multum ſuperexceſſiui vltra expenſas onerum talis puellæ educandæ, poſſet peti reſtitutio in integrum ratione talis læſionis non paruæ & dictæ minoris ætatis per totum tit.ff.de mino. & ſic contingeret tale matrimonium non eſſe ſequutum, & ſic in effectu talis vir putatiuus non lucraretur dictos fructus.

Præte-

Source : BIU Cujas

Præterea tex.in d. §. fructus. magis facit in contrarium, & contra opin.Dy.vt ibi illum inducit Bart.contra Dy.dum ibi
17 tex.videtur velle, ꝙ † ſolum illi fructus, qui ſunt conſumpti pro oneribus talis matrimonij putatiui, non repetantur a tali viro. ergo alij, qui ſunt conſumpti vltra onera, reſtituuntur.Ludoui.Roma.in d l.ſi ante nuptias.eſt in eadem opin.in qua fuit Dy.Ioan.de Imo.reprehendit Bar.dum voluit,quòd etiam cum decreto iudicis non poſſit ſponſa, cuius onera ſuffert ſponſus, paciſci, ꝙ fructus rei dotalis quam dat ſponſo cedant lucro ſponſi.Nam dicit,ꝙ Bar.in hoc falſiſſimè loquitur,quia licet etiam cum decreto iudicis nō poſſit res immobilis per puellam minorem ſponſo donari.l.prædia.C.de prædiis minor.non ſic in dote, & donatione propter nuptias, d.l. lex quæ tutores.& l.fin.§. ſinautem. C.ſi maior factus.tamen res mobilis cum authoritate ſolius tutoris poteſt ſponſa donare ſponſo,etiam ſine decreto iudicis,& dicit de hoc eſſe caſum ſingu.in l.1. C.ſi aduerſus dona.ſecundum veram lecturam.quem tex.etiam alleg.gl pro contrario in d.§.ſinautem. dicit tamen,quòd ſi matrimonium non ſequeretur, poſſunt tales fructus donati repeti per ſponſam.l.cum veterum.C.de dona.ante nuptias.& l.ſi a ſponſo.eod.titu.In contrarium tamen ad hoc vltimum alleg.l ſi pater.§.fi.ff.de dona.quæ vult, remuneratoriam donationem nullo modo poſſe reuocari, & in hanc opin.inclinat reſpondendo ad d.l.cum veterū,& l. ſi a ſponſo. quia procedunt in ſimplici donatione & non in remuneratoria.plus ibi ſubdit,poſſe teneri,& quidem nō improbabiliter, ꝙ talis donatio remuneratoria fieri poſſit per ſponſam minorem etiam in ſtabilibus, dummodo interueniat ſolennitas decreti iudicis & authoritas tutoris, per tex. no.12.q.2.c.pro remuneratione.& cap.quicunque ſuffragio. vbi diſponitur, ꝙ res eccleſiæ regulariter ſunt donari prohibitæ:tamen pro remuneratione donari poſſunt.Sic etiam pari ratione dicit in minore,cum hi duo æquiparentur, vt in c. 1.de reſtitutione in integrum.Adducit etiam tex.in ſimili in l.viuus libertus.ff.ſi quid in frau.patro. vbi liberto eſt permiſſa donatio remuneratoria,etiam ſi pro illa diminuatur legitima portio patroni,licet per ſimplicem donationē non poſſet hoc fieri,& dicit maxime hoc eſſe verū,ſi ita ſe haberet conſuetudo loci circa ſimiles donationes remuneratorias, quæ fierent per ſponſam ſponſo,prout dicit glo.in d.l.ſi ante nupt. eſſe Bononiæ. Et ſic præſupponit gloſ. ibi valere talem conſuetudinem, adducit, quod in ſimili habetur no.in cap.cæterum.de do.vbi licet prælatus non poſſit donare res eccleſiæ, tamen valet conſuetudo,quòd poſſit donare,dummodo nō exceſſiue donet. Et per hoc dicit poſſe notabiliter limitari, quod habetur in d.l.fin.§.ſinautem.C.ſi maior factus.vbi dicitur, quòd minor non poteſt res ſuas donare etiam cum decreto. Nam hoc procedit,niſi ſit donatio remuneratoria,qa poteſt etiam ſine decreto per ſupradicta, cuius dicta an procedant,patebit ex infra dicendis.

In tanta vero Doctorum & opinionum varietate poſſunt pro veritate huius articuli fieri plures combinationes.

18 † Prima combinatio eſt, quando maior 20. annis, & quæ habet liberam ſuorum bonorum adminiſtrationē contraxit ſponſalia per verba de futuro,& poſtea fuit ducta in domum viri, nec fuit ſequuta copula, nec etiā aliquis actus inter eos, per quem poſſit apparere, ꝙ ſponſalia illa de futuro tranſiuerint in matrimonium ſeu in ſponſalia de præſenti,quia per ſolam ductionem in domum viri non tranſeunt ſpōſalia de futuro in matrimonium de præſenti, vt probatur in l.quæſitū. ff.de ritu nup.& licet aliqui Legiſtarum teneant contrarium, vt etiam fuit de mente Bart.in l.cum fuerit.ff.de conditionib. & demonſtrationibus,& probari videtur in l.mulierem ff.de ritu nup.& in l.Seia.ff. de do.inter vir. & vxor.& l. ea quæ. ff. ad muni.& in Auth.de nup.§ quæ vero.etiam voluit Io.An. in c.fin.de ſponſa.per tex.in d.l.quæſitum. tamen (vt dixi)ille tex. de directo probat contrarium, ſi bene ponderetur. alia etiam iura, quæ ad hoc alleg.Ioan.And.hoc non probant, tamen communiter Cano.tenent contrarium,videlicet quòd per ſolam ductionem ad domum ſine copula ſponſalia de futuro non tranſeant in matrimonium de præſenti,ſi alia ſigna non interuenerunt in contrarium. Nam etiam ſi fuerit miſſus ad copulam per talem actum ſponſalia de futuro nō tranſeunt in matrimonium, vt tex in d.c.fi.etiam plus probat ſic indiſtinctè loquens ꝙ etiam ſi fuit ducta in domum ſponſi, non aliter apparendo de matrimonio de præſenti, per talem niſum ſponſalia de futuro non tranſeunt in matrimonium etiam ſi puella eſſet uiripotens,quod eſt notabile,quod tamē procederet,quando in tali niſu puella non conſenſit, ſed violenter ſponſus tentauit coitū, vt aliquando aſſolet,licet non perfecerit.Si autem conſenſerit tamen coitus non habuit effectum,forte impediti propter ſuperuenientiā alicuius,tunc forte dicendum eſſet contrarium iuris præſumptione, quod maxime procederet, quando a principio fuerant contracta ſponſalia per verba de præſenti: tamen propter impedimentum ætatis iuris intellectu conuertuntur in ſponſalia de futuro,per id quod habetur in c.j. de deſponſa.impu.in 6. Nam ſi poſtea ſuperuenīte legitima ætate ſuperuenit talis niſus,puto ꝙ iuris præſumptione cenſeatur cōtractum matrimoniū, cum etiam dicto caſu per amplexationem poſtea ſecutā inter ipſos ſic inter ſe amplexantes ſponſalia tranſeant in matrimonium,vt probatur in c.j. de matrimonio contracto contra interdictum eccleſiæ, & ita poteſt limita tex.& quod ibi habetur in d.l.fin. Et iſto caſu eſſet differentia inter niſum & copulam, quia primo caſu oritur præſumptio iuris, contra quam admitteretur probatio in contrarium.Sed in ſecundo caſu oritur preſumptio iuris,& de iure,contra quam non admitteretur probatio in contrarium per tex.in c.is qui.eo.tit. & facit glo.& quod ibi no.in l.fi.in,prin.ff.quod metus cauſa. per ſolam ergo ductionem puellæ ad domum ſponſi cōſtanter credo non præſumi matrimonium contractum,licet præceſſerint ſponſalia de futuro,quia hoc nullo iure probatur,& (vt dixi) d.l.quæſitum,probat de directo contrarium, quicquid aliter dixerit Io.And.vt ſupra,ita etiam ſequitur Ant.de But.poſt Io. Cald.in d.c. fi.& etiam ſequitur ibi Abb.Sicu.& communiter Doc.ibi legentes,& iura, quæ allegantur in cōtrarium nullo modo hoc probant, & hoc aliquando contingit,quādo puella eſſet etiā nubilis ætatis,licet ſit ducta in domum ſponſi:tamen ob aliquam ægritudinem ſponſi, vel etiā ſponſæ non curat aliter contrahere matrimoniū de præſenti,vel ſi contingat,ꝙ ſponſus ſit abſens de longinquo per aliqua tempora,tamen ſponſa,quæ forte remāſit orbata parentib.iuit ad domū ſponſi, & patris dicti ſponſi,& tamen ſponſus,vel eius pater recipit dotem.

Reuertendo igitur ad propoſitum dico,ꝙ ſi talis ſponſa de futuro erat maior 25.ann. & ſic habebat liberam ſuorum bonorum adminiſtrationem,& dotem tradidit ſponſo,ſeu eius ſocero, qui pro ea onera ſubiit, eam gubernando & alimentando, dico, ꝙ tales fructus interim percepti in dotem non conuertuntur poſtea ſequuto inter eos matrimonio, quaſi videatur tacite in recompenſationem onerū, & ſic pro quadam remuneratione conſenſiſſe, vt dictam dotem teneat & fruetuet, licet forte fructus ſuperexcedāt onera prædicta, ar. d.l.ſi vero non remunerandi.§.idem Papinianus.ff. mand.& quod per Bart.in l.cum quid. ff.ſi cer.peta. & per glo.in l.quæ doris.ff.ſolu.matri.& ibi per Bar.& Doc.& in hoc nullus Doctor contradicit,vt etiam per Imo.in d.l.ſi ante nup.& etiam ibi Ludo.& ita poteſt procedere opin. glo.in d.l.2. & iſto caſu bene limitat opin. & ratio Cy.ibidem dum alleg. l. ſed & ſi lege.§.conſuluit.ff.de peti.hæredi.& hoc eſt notabile ad limitationem iurium dicentium, ꝙ fructus percepti ante matrimonium per virum augent dotem,vt in l.ſi ante nup.& l.dotis fructus.& in l.inter ſocerum.§.cum inter. ff. de pac. dota. cum ſimil.vt procedant,ſi vir ipſe interim onera ſubierit,qa tunc cedūt in tacitam donationē ex cauſa remunerationis eo caſu,quo mulier eſſet etiam talis conditionis,vt poſſet donare tales fructus.Si tamen contingeret caſus,quo nuptiæ non ſequerentur, forte quia interim ſponſus vel ſponſa deceſſit, vel forte renouauerint ſponſalia cum altero, vel altera contrahendo,an tales fructus reperantur.puto ꝙ non,ex quo talis donatio fructuum fuit facta per viam remuneratoriam, & non ſimpliciter ex cauſa futuri matrimonij,& ſic nō obſtan. d. l. cum veterum. & l. a ſponſo, vt etiam ſupra retuli ſecundum do. Ludo.cuius dictum videtur ſatis iuri conſonum.& facit d.l.doti fructus.§.j.

Aduertendum tamen puto, quia ſi talis mulier & ſponſa vltra dotem conceſſiſſet tacite, vel expreſſe ipſi ſponſo, ſeu eius ſocero alia ſua bona,quæ dicuntur parafernalia ex quib. ipſe ſponſus fructus percepiſſet,tam ante matrimonium contractum,quàm etiam poſt matrimonium contractum,certe perceptos ante matrimonium non lucratur, prout lucraretur perceptos poſt matrimoniū, licet illos in domo conſumpſerit vna cum dicta ſponſa, quia in illis ceſſat prædicta ratio præſumptæ remunerationis, ex quo ſatis eſt, ꝙ dotem conceſſit ex dicta cauſa onerum,vt ſupra, nec etiam tūc obtinet diſpoſitio l.fi.cum gl.ſua. C.de pactis conuentis.& quod no. in l.pen.ff.ad le.Falci.quia illud obtinet in marito propter tacitam & præſumptam ſibi conceſſam adminiſtrationem ratione vinculi coniugalis,nec diſpoſitio d.l.fi.quæ videtur aliqualiter exorbitans a iure communi, debet extendi ad caſum, vbi nondum eſſet matrimonium, licet eſſent ſponſalia. per id quod habetur in l ſi vero. §.de viro.ff.ſol. matri.& in l. quod vero.& l.ius ſingulare.§. de legi cum ſi. quod no. & ita de facto iam interrogatus reſpondi dum legebam Piſis.

Source : BIU Cujas

19 †Secunda combinatio eſt in puella minore 12.ann.tradita per patrem & ducta ad domum ſponſi cum dote ſibi tradita: tunc ſiquidem ſponſus accepit,& etiam pater dedit tanquam ſponſam de futuro, & ſic etiam ſciens eam non eſſe nubilis ætatis.Et ſimiliter poteſt cõcludi,ꝙ interim lucratur fructus, ex quo pater potuit talem rem, tanquam rem ſuam alienare, ſicut potuiſſet mulier ſui iuris,& maior,cũ in dubio cenſeatur dediſſe animo dominium transferendi,d.l.dotis fructus.in fi. cum l.ſeq.Et ſic duo concurrunt iſto caſu ad cauſandum lucrum fructuum, videlicet dominium apud ipſum ſpõſum.facit,quod habetur in l.Herennius.ff.de vſu.

Item & ſecundo præſumpta cauſa donationis fructuum ex tacita remuneratione,argu.d.§.idem Papinianus.& ſi nuptiæ non ſequerentur,non reſtituerentur dicti fructus, quia licet dos cenſeatur data,& dominiũ translatum ſub quadam conditione, ſcilicet ſi nuptiæ ſequentur.dicta l.dotis fructus. cum ſequenti, tamen donatio fructuum non cenſetur habere illam tacitam conditionem, ex quo cauſa ipſa remunerationis in ſe eſt pura, & de præſenti, bene facit dicta l.ſi pater. de donat. ſupra allega.& hoc etiam caſu poteſt procedere d. glo.in d.l.2. C. de dot.promiſſ.cum dictis Cy. ibidem. Si autem pater dictam puellam tradidit ducendam in domũ ſponſi, tanquam vxorem, & tanquam nubilis ætatis, vbi erat adhuc in ætate non legitima ad matrimonium, & tunc ex quo videtur agi, vt fructus percipiat non tanquam ſponſus, ſed tanquam maritus,& tanquam propter verum matrimoniũ, & ſic interim talis maritus onera ſubiit,pnto quòd talis ſponſus fructus lucratur, quia tria videntur concurrere. Primo eius bona fides. Secundo,quia onera ſubiit per id,quod habetur in d.l.in inſulam.§.fructus. Tertio,quia pater ſic ſcienter tradendo dotem & puellam, videtur voluiſſe ſua voluntate largiri dictos fructus, argumento eius,quod habetur in §.ex diuerſo,Inſtit.de rerum diuiſio.& in l.adeo.§.ex diuer.ff. de acquir.rerum domi.& in l. cuius per errorem. ff. de regu. iur.& hoc fuit de mente glo.in d.l.penulti.ff.quod falſo tuto. argumen.illius tex.& ideo dicendum eſt,quòd iſto caſu tales fructus, ſic interim percepti ante nubilem ætatem, & antequam ſequatur verum matrimonium,non conuertuntur in dotem,& maxime ex tacita & præſumpta voluntate dicti patris imo poteſt dici,quòd ſi tale matrimonium non perficeretur,dicti fructus interim percepti, ex quo pater videtur donaſſe,maxime in recompenſationem onerum,nõ repeterentur per dicta ſupra.Si autem eſſet factum pactum de dote tota,vel eius parte lucranda in caſum ſoluti matrimonij,an tũc talis vir lucretur,& quomodo ſubueniatur, tunc obtinet diſtinctio d.l.pen.videlicet, an dictus pater ſic ſciens dolo, vel propenſiori affectu fecerit.

20 Tertia combinatio,† ſi puella eſt ducta ad domum ſponſi dote ſibi promiſſa,& tamen nondum tradita,& interim onera ſubiit, an dictus ſponſus poſſit agere ad vſuras ratione intereſſe. ſi dos promiſſa erat in pecunia vel intereſſe ratione fructuum ſi dos erat in ſtabilibus,prout in ſimili legitur & notatur in l.de diuiſione. ff.ſolu. matri. quando vir ſubiit onera matrimonij.Nam glo.no.& ſing in d.l.2.C.de do.promiſ voluit quòd ſic, æquiparando quando ſponſus onera ſubiit ſicut quando maritus. & hoc ſaltem ex quadam æquitate, ex quo interim ſponſus onera ſubiit, cum quo videtur ibi tranſire Bal.& etiam videtur fuiſſe de mente Dy.prout colligitur ex dictis Dy.in d.l.2.Sed Cy.ibi tenet cõtrarium in dote nondum tradita, ex quo nondum eſt vxor, & etiam nondum eſt dos nec verè nec fictè, ex quo nondum eſt tradita, & ſubdit Cy.ibi,quòd etiam in dote vera nondum tradita expectatur biennium antequam mulier ſit in mora,vt l.fi.§.præterea.C. de iure dot. Sed hæc vltima ratio non concludit, quia communiter tenetur, quòd in muliere, vel ſocero promittente dotem currit mora irregularis a principio a die,quo vir duxit vxorem:& ſic cœpit onera ſubire, vt tenet Barto.poſt glo.& communiter ſequuntur Docto.in d.l.de diuiſione.& reſpondent ad §.præterea.vt loquatur in extraneo promittente dotem, vt etiam loquitur principium illius tex.& etiam fuit de mente glo.ibi, de quo dixi plenius in d.l.de diuiſione.tamen ratio prima Cy.bene concludit, quia quod dicitur in d. l.de diuiſione, in glo.in d.l.dotis fructus. procedit ex quadam ratione naturali fundata ex æquitate. l.curabit. C de actio.empti. & in l. Iulianus.§. ex vendito.ff.eo.titu.videlicet quando contractus eſt vltro citroq; obligatorius,& alter contrahentium incepit implere ex parte ſua,ex tunc conſtituitur mora irregularis contra alterum non implentem, vt teneatur ad fructus,& vſuras in contractibus bonæfidei ſine alia interpellatione. Sed in terminis noſtris nõ ſubeſt dicta æquitas,quia nondum fuit initus aliquis contractus matrimonij,& ſic nec etiam contractus dotis, licet dictus ſponſus onera ſubierit,illa non ſubiit tanquam ex cauſa veri matrimonij, nec vllo iure probari poteſt illa opi.gl.d.l.2.

In tantum etiam,ꝙ ſi pater expreſſe promiſiſſet etiam per ſtipulationem dotem & dotis vſuras, tales vſuræ non committerẽtur, nec currerent, niſi poſt ſecutum matrimonium, & non a die ductionis,quia talis promiſſio habet tacitã conditionem,videlicet,ſi nuptiæ ſequentur.l.ſtipulationem.& l. tali.ff.de iure do.cum ſimilib.Si tamen pater,dum tradidit dictam puellam nondum nubilis ætatis,promiſit dotem incontinenti,& ſi non daret,promiſit vſuras,licet ſciret non eſſe legitimæ ætatis, tũc videt magis ex cauſa remunerationis onerum talem intempeſtiuam dotis dationem promiſiſſe, quàm ex cauſa matrimonij. Et ſic per iſtum modum poſſet ſaluari opin.glo.in d.l.2. vt tunc poſſint peti vſuræ, vel fructus ratione intereſſe.farendũ tamen eſſet, quod eo caſu,quo non poſſet petere ſponſus talis dotis promiſſæ vſuras,vel intereſſe fructuum dotis promiſſæ: & onera ſubiiſſet, poſſet petere dictas expenſas a dicta puella, vel eius patre,ad quem ſpectabat de iure onus alimentorum per id, quod habetur in l.ſi quis a liberis.§.ſi mater.ff.de libe.agnoſc.& in l.alimenta.C.de neg. geſt.quia non videtur talis ſponſus feciſſe tales expenſas animo donandi,quia animus donandi in dubio nunquam præſumitur.l.cum de indebito.ff.de proba.maxime quando poteſt ſubeſſe alia cauſa quàm donationis, per id quod habetur in l.cum aurum.ff.de ſolu.

Quarta combinatio, ſi puella nondum nubilis ætatis eſt ducta in domum ſponſi cum dote ſibi tradita forte conſtituta per patrem prædefunctum,aut per tutorem,& ſic interim ſponſus, vel eius pater onera ſubiit, ſciens illã eſſe ætatis non legitimæ, poteſt diſtingui, ꝙ aut talis puella tranſiuit ſine tutore,aut cum tutore.

Primo caſu ſine dubio tales fructus interim percepti augent dotem,deducto tamen ante extra quod expendit ſponſus, vel eius pater in exhibitione talis puellæ: tunc enim non fiunt proprie dos,ſed quaſi dos, contra quam admittitur compenſatio propter expenſas. l. ſi cum dotem. §. fina. ff. ſoluto matrimo. nec poteſt dici, quòd tunc ſponſus facit fructus ſuos integros ex quadam tacita donatione, & remuneratione propter onera, quia talis donatio etiam expreſſe non potuiſſet fieri per talem puellam non habentem tutorem, licet fructus ſint de rebus quæ ſeruando ſeruari non poſſunt:nam in eis alienandis eſt data poteſtas ſolum tutoribus,vt poſſint ſine decreto,non autem ipſis ſolis pupillis, d.l.lex quæ tutores.in fi & l.fi.in fi C.de adminiſtra.tuto Sicut enim pupillus vel pupilla non poteſt obligari per aliquem contractum ſine tutoris authoritate,Inſti.de autho.tuto.poſt princ.cum ſim, ita etiam non poteſt per contractum alienare, quia iſta conuertuntur per id quod habetur in l.is cui bonis. ff. de verbo. obligat.& in l.ſi ad reſoluendum. C.de præ di.mino.nec eſſet opus aliqua reſtitutione.

Secundo caſu,quando pupilla habet tutorem,& de cõſenſu tutoris fuit ducta in domum ſponſi cum dote ſibi tradita, & tunc aut talis ſponſus percepit ex tali dote fructus, qui ſeruando ſeruari poſſunt,vt eſſet oleum & etiam pecunia forte ex redditu dotis conſiſtentis in pecunia, quæ ſtabat ad vſuras,vel hodie ad honeſtum lucrum. Nam quidam dicunt,pecuniam connumerari inter res,quæ ſeruãdo ſeruari poſſunt, licet alij contra, de quo per glo.& Doct.in l.1.§.quæſitum.ff. ad Trebel.& habetur in l.agitur.ff.de iure deliberan.& in l.Iulianus.ff.de petitio.hæreditã.& tales fructus,aut alia mobilia, quæ ſeruari poſſunt, ex quo non poſſunt alienari, etiam per tutorem ſine decreto hodie, vt habetur in d. l. lex quæ tutores.ideo talis ſponſus non lucratur, imo conuertuntur in ſortem, quia non potuit tutor donare expreſſe,ergo nec tacite, nec etiam præſumitur voluiſſe id facere tutor, quod etiã expreſſe non potuiſſet, argumen.l.ſi conuenerit.el primo.ff.de pac.dot.& quod per glo.in l.1.§.1.ff.de offic.eius,cui manda. eſt iuriſdic. in glo. quæ incipit, argumen.triplex.in fi.& ideo tales fructus ſic percepti per ſponſum augent dotẽ. Nec obſt. l.1.C.ſi aduer.vendi.vt infra ſubdetur. Aut ſunt tales fructus percepti, qui ſeruando ſeruari non poſſunt, & tunc aut ſunt æquiualentes, vel ſunt in minori valore, quàm ſunt onera, & tunc ſine dubio præſumuntur donati in recompenſationẽ talium onerum, & quia tunc ſatis de facili præſumitur tutorem voluiſſe in recompenſationẽ onerum illos largiri dicto ſponſo,quia tunc eſt poteſtas alienandi, & etiam præſumpta voluntas, cũ non verſatur damnũ pupillæ, imo magis ſubeſt commodum & vtilitas ad hoc vt pupilla facilius & libentius alimentetur, facit l.cum in plures.§. cum tutor.ff.de admini. tuto.ad hoc etiam tex.in l.tutor ſecundum dignitatem,ante fi.ff.de admini.tut.tum etiam quia in omnem euentum tales fructus haberent in totũ retineri & æſtimari propter expenſas

sas factas in persona dictæ puellæ. vnde etiam constanter puto, ꝙ isto casu nõ sit necessarium decretum iudicis, cum ista datio, seu consignatio taliũ fructuum erat necessaria pro alenda puella per tex. in l. qui filium. ff. vbi pu. edu. de. Et licet in contrarium faciat tex. videlicet quod requiratur decretum in l. 1. post princi. versic. sed nonnullos. ff. de tutel. & ra. di. ibi, decreto. s. interueniente, tamen Dy. ibi Bal. post Ray. de For. in d. l. qui filium. supplet ad illum textum, scilicet maxime, sed quia consonum est iura iuribus concordare iuxta l. 1. C. de inoffi. do. quia tex. in d. versi. sed nonnullos, loquitur quando pupillus teneretur erga personas sibi coniunctas alendas ex honestate & pietate, vt in matre & sorore scilicet vterina, de qua etiam loquitur tex. in d. §. cum tutor. tunc enim requiritur decretum in tali largitione, sed lex, quæ filium. loquitur, quando etiam ex iuris positiui necessitate tenetur, vt in alenda, vel dotanda sorore consanguinea, vt ibi patet. & ibi dum dicit cum aliter ei contingere non posset, vnde multomagis quando tutor aliquas res, puta pecunias, vel fructus cuiuscunque generis concederet sponso, vel patri sponsi pro alenda ipsa puella Aut dicti fructus superexcedunt onera, & tũc aut talis superexcessus est modicus habito respectu ad ipsas expẽsas onerum & quantitatem dotis, & hoc casu forte potest dici, quòd illud cedat lucro sponsi nec auget dotem. Nam præsuppono, quòd tutor possit quid modicum donare & elargiri, quando subest aliqua iusta & honesta causa, videlicet pro honore & cõmoditate pupilli, vel pupillæ, etiam sine decreto, vt probatur in d. §. cum tutor. ibi, solennia munera parentibus cognatisve mittet.

Secundò probatur per textum a contrario sensu in d. l. 1. C. si aduer. dona. ibi congruenti moderamine. Causa. n. satis honesta & iusta dicitur in casu nostro, quia propter hoc sponsus & eius pater magis libenter & liberiori animo tractabit puellam in sui gubernatione & regimine illecti tali præmio licet exiguo fructuum percipiendorum.

Tertiò probatur ex eo, quod habetur in c. 2. de donat. vbi prælatus potest ex causa aliqua iusta vel honesta in modico facere donationem de rebus ecclesiæ: nam æquiparatur tutor prælato ecclesiæ, & econtra, vt per glo. in capi. qualiter & quando. el 2. de accusa. & alias per glo. in capi. sint manifestæ. 12. quæstio. 2. facit, quod habetur in capitu. & si quæstio. de simo. vbi ratio modici permittitur, quod alias non permitteretur, vnde si tutor in huiusmodi modico potest diminuere de patrimonio pupilli ex causa honesta, & rationabili vt supra. Ideo data tali potestate ipsi tutori sequitur, quòd ipse tutor presumatur, voluisse donare illud modicum pro quadam remuneratione, quia in modicis magis de facili præsumitur donatio, quàm in aliis non modicis, vt habetur in l. vtrum. ff. de donat. inter vir. & in l. omnino. ff. rer. amo. & per Barto. in d. l. quæ dotis.

Si autem tales fructus essent valde superexcessiui vltra dictam impensam onerum: tunc arbitror, ꝙ non possit tutor donare illos etiam cum decreto, quia non subest causa, propter quam fieri possit dicta donatio, imo magis in contrariũ, ex quo donatio non censetur facta moderate, & tunc magis videretur interuenire tutor ad perdendum & diminuendũ patrimonium pupilli, quàm ad augendum, nec decretum iudicis validat isto casu, ex quo in rebus, quæ seruando seruari non possunt, iudex non habet interuenire, vt supra, & probatur hæc opinio a contrario sensu in d. l. j. C. si aduer. dona. & causa interponendi decretum in alienãdis rebus minoris eo casu, quo haber interuenire, est in iure expressa, & limitata, quia solũ propter æs alienum, vt l. ob ęs. C. de prędiis mino.

Item propter dotem. d. l. lex quæ tutores.

Item propter donationẽ propter nuptias propter recompensationem dotis, vt ibi no. in l. prædia. C. de prædiis minorum. & in l. Titia. ff. de iu. do. & in l. fin. §. finautem. C. si maior factus. Vnde præter has causas non est permissa alienatio rerũ pupilli, vel minorum etiam cũm decreto. Et hæc opinio, quæ fuisse videtur Bar. in d. l. si ante nuptias, mihi placet, quicquid aliter dixerit Ludouicus ibi, per textum in d. l. 1. C. si aduersus donationem. & probatur per textum in d. l. fi. ante fi. C. si maior factus. vbi prohibet omnem donationem rei minorũ & cum decreto excepta donatione propter nuptias, quæ fit per virum in recompensationem dotis, quia tunc illa saltem cum decreto potest fieri, & est permissa. Merito sequitur, quod aliæ donationes prohibentur ex quacunq; alia causa, argu. l. cum prætor. ff. de iudi. cum si. Et ideo si fieret donatio sponsalitia, illa non est permissa etiam cum decreto, vt habetur in l prædia. C. de præd. minor.

Nec obstat tex. in dic. l. 1. super qua se fundat Ludouicus, quia illa loquitur in donatione propter nuptias, quæ olim appellabatur ante nupt. vt ibi dicit glo. & sic illa lex loquitur secundum iura antiqua, quæ hodie immutant tale nomen, volendo ꝙ appelletur propter nuptias, vt habetur in l. fin. C. de donationibus ante nuptias, & ita communiter Docto. hanc intelligentiam sequuntur. Vnde illa lex debet intelligi secundum alia iura volentia, quòd donatio propter nuptias non possit fieri de re minoris, nisi cum decreto, & non per solum tutorem, vel curatorem, vt vult tex. in d. l. fin. ante fi. C. si maior factus. quia consonum est iura iuribus concordare. d. l. 1. C. de inofficiosis dotibus. & capi. cum expediat. de electio. in sexto. non enim vertebatur dubitatio, an dicta donatio valeret sine decreto, vel cum decreto. Sed dubitabatur stante validitate talis donationis an possit peti in integrum restitutio. & ibi dicitur quòd non, ex quo ille maritus, licet esset minor, fuit vsus iure communi, quia ad hoc necessitabatur saltem causatiuè, si volebar habere vxorem cum dore, & maxime si illa aliter non valebat dotem dare vel constituere nisi in recompensationem haberet donationem propter nuptias secundum quòd habetur in d. l. fi. C. de in integrum restitutio. Et iste est verissimus intellectus ad illum textum. l. 1. C. si aduersus donationem. vel si volumus intelligere, quòd ibi res minoris fuit donata ante nuptias sine decreto, debet intelligi eo casu, quo sine decreto potuisset fieri alienatio, videlicet non de rebus stabilibus sed mobilib. vt ibi voluit glo. quæ intelligentia communiter a Doctorib. approbatur, & Bart. ibi supplet ad glo. videlicet de mobilibus, quæ seruando seruari non possunt, secũdum ꝙ habetur in d. l. lex quæ tutores. quia in mobilibus, quæ seruari possunt, eadem viget prohibitio, sicut in bonis stabilibus, vt ibi est tex. non enim est credendũ, ꝙ gl. ibi intellexerit de mobilibus, quæ seruando seruari possent contra d. l. lex quæ tutores.

Item non est credendum, quòd ibi glo. voluerit intelligere esse ibi speciale in quibuscunque mobilibus, etiam quæ seruando seruari possent, vel donari possent cum authoritate solius tutoris vel curatoris & sic sine decreto iudicis, quia hoc esset contra tex. in dic. l. lex quæ tutores. & in d. l. fina. ad fin. C. si maior factus. Et si dicatur, quòd in d. l. 1. sit speciale fauore nuptiarum, vt valeat talis donatio in mobilib. quibuscunque etiam sine decreto, certè per hoc esset multum restringere d. l. fin.

Præterea ibi Imperator respondet ad cõsultationem, ergo nõ debet intelligi, ꝙ ibi inducat nouum ius & specialitatem contra regulam iuris communis, de qua infra, vt per gl. nota. in capitulo consultationi. de tempo. ordi. & in capitulo ex parte Adæ. de testi. Nam si Imperator voluisset respondere per viam dispensatiuam & specialitatis contra iura communia simpliciter prohibentia talem donationem, pro certo hoc expressisset, argumen. capitu. ad audientiam. de deci. & in l. 1. §. penulti. C. de caducis tollendis. Dico ergo, quòd ibi non fuit donatio simplex propter sponsalia, sed fuit donatio propter nuptias in recompensationem dotis, prout fit de sui natura. Et ideo vbi in rebus, quæ seruando seruari possunt, fieret per tutorem vel curatorem cum decreto iudicis, tamen in rebus, quæ seruari non possunt potest fieri per solum tutorem vel curatorem sine decreto.

Præterea non video rationem vrgentem, quare tunc valeat talis donatio mobilium, & sic fructuum, quia tunc non dicitur propter nuptias, vt est illa, quæ fit per virum in recompensationem dotis vt supra, nam si illa lex intelligeretur de donatione propter nuptias, & quòd possit fieri per solum tutorem vel curatorem etiam in mobilibus, quæ seruando seruari possent, & sit speciale in illa, quæ fit ex causa nuptiarũ magis, quàm ex alia causa, maxime quando esset necessaria, esset absurdum. nam non posset talia mobilia, quæ seruando seruari possent alienari præter causam exoluendi æris alieni, puta si haberet necesse reparare domos ruentes, nec haberet pecuniam pro ipsarum reparatione, non posset talia mobilia, quæ seruari possent, alienari, quia ista non est de causis permissis, vt habetur in d. l. ob æs. & in d. l. lex quæ tutores. si ergo non potest fieri alienatio ex causa, ex qua haberet sequi augmentum patrimonij ipsius pupilli, nisi ex causis expressis & limitatis iure etiam cũ decreto, videlicet ex causa æris alieni, dotis, & donationis propter nuptias, vt supra est dictum, multominus posset fieri alienatio ex causa, ex qua haberet sequi perditio & diminutio patrimonij, cum donare sit perdere. l. cum de indebito. de proba. ff.

Concluditur ergo quòd tutor non potest donare mobilia pupilli, quæ seruãdo seruari possunt ex causa donationis propter nuptias sine decreto, vnde oportet intelligere illum textum. d. l. j. in mobilibus, quæ seruando seruari non possunt, vt fuit de mente glo. ibi, expressius ibi voluit Bar. & communiter sequuntur ibi Doc. quo casu potest alienare solus curator minoris sponsi ex dicta causa donationis propter nuptias

Source : BIU Cujas

tanquam neceſſaria in recompenſationem dotis conſtitutæ & promiſſæ dicto ſponſo.

Nam (vt dixi) dicta donatio videtur neceſſaria, & non voluntaria in tantum, quod teneri ſolet, vt ſicut pater cogitur dotare filiam ad hoc, vt inueniat maritum, ſic etiam tenetur ſe obligare ad donandum propter nuptias pro filio, ad hoc vt inueniat vxorem, vt per Bar. & Docto. poſt Dy. in l. ſi cum dotem. §. tranſgrediamur. ff. ſolu. matri. confert etiam, quia donatio propter nuptias non dicitur propriè donatio, ſed magis datio ob cauſam, & magis dicitur accedere cauſæ oneroſæ quam cauſæ lucratiuæ, vt habetur in auth. eo decurſum. C. de do. ante nup.

Sed hic ſumus in caſu multum diuerſo, quia tutor puellæ donaret ſponſo ex cauſa merè volũtaria dictos fructus ſuper exceſſiuos, licet eſſent tales, qui ſeruãdo ſeruari non poſſunt, non. n. reperimus iure cautum, ꝙ tutor, vel pupillus cum authoritate tutoris poſſit alienare per viam donationis res ipſius pupilli etiam quæ ſeruando ſeruari non poſſent.

Et licet ante diſpoſitionem d. l. lex quæ tutores. iura permittant tutoribus & curatoribus alienare res mobiles tam quæ ſeruari poterant, q̃ quæ ſeruari non poterant, tñ permittebant talem alienationem per modũ venditionis, vt ex eis pecunia redigeretur, & vt ex illa pecunia vſuræ, vel reditus aliqui haberentur, vt dicit tex. in d. l. lex quæ tutores. in prin. nõ autem dabatur poteſtas eis, vt tales res donarent, &, tamen ibi prouidetur, de nouo prohibendo talem diſtractionem mobilium tutoribus, & curatoribus, niſi fiat cum decreto, & ex cauſis alias permiſſis in aliis bonis ſtabilibus. & licet in fine illa lex excipiat res mobiles, quæ ſeruãdo ſeruari non poſſunt: tamen illa exceptio ad hoc vt extrahatur ex regula data in principio legis per id, quod habetur in l. nam quod liquide. ff. de penu. lega. cum ſimilibus, neceſſario debet intelligi, ſ. ꝙ talia mobilia, quę ſeruando ſeruari non poſſunt, valeant alienari pro redigendo pecuniam ex eis, vt etiam hoc liquido patet ex tex. ibi in fi. & melius declaratur in l. fin. in fi. eod. titu. ergo non pro cauſa donationis, vt etiam hoc probatur ex regula prohibitiua generaliter ſumpta ex tex. in d. l. fin. §. ſinautem. C. ſi maior factus. vt etiam patet ex gloſ. ibi dum excipit aliquos caſus, & maxime dum excipit, quòd pro alimentis pupilli poteſt immobilia dare & concedere, & etiam pro alimẽtis ſororis pupilli, dum allegat d. l. cum plures. §. cum tutor. & l. 1. §. ſed non nullos. & quia in d. §. ſinautem. excipitur donatio propter nuptias, ergo omnis alia donatio intelligitur incluſa ſub regula prohibitiua, argu. a ſpeciali l. 1. C. de theſau. lib. 10 cum ſim.

Et ita debet intelligi tex. in d. l. 1. C. ſi aduer. dona. vt ſic intelligatur proprio modo de donatione propter nuptias, quæ datur, & fit in recompenſationem dotis, vt ſupra dixi, nõ autem de donatione, quæ fieret per ſponſum ſponſæ, vel econtra mera liberalitate, quia non poſſet fieri per tutorẽ, vel curatorem, vel cum eorum authoritate, ex quo tunc tractatur de perdendo per iura & rationes ſupra alleg.

Nam, vt dixi, ex quo donatio propter nupt. quando fit per modum æqualem ad dotem, & ſic moderatè, videtur fieri ex quadam neceſſitate ſaltem cauſatiua. & ideo ibi diſponitur, ꝙ non conceditur tunc reſtitutio, quæ ratio ceſſat in donatione ſponſalitia, quia illa eſt merè volũtaria, & ideo abſurdũ eſſet tunc denegari reſtitutionem in integrum. illam tamen l. 1. intellige ſecundum communem intellectum glo. & maxime cum declaratione Bart. ibi & communiter Docto. notabiliter limitantium prędicta, ꝙ talis donatio propter nuptias, quando fieret de rebus mobilibus, quæ ſeruando ſeruari nõ poſſent, poteſt fieri per tutorem, vel curatorem, vel eorum authoritate ſine decreto, & non mirum ex quo tunc tria ibi concurrunt ad hoc.

Primò, quia illa donatio propter nuptias cẽſetur eſſe quædam alienatio, ſeu conceſſio neceſſaria, vt ſupra dixi.

Secundò, quia eſt de rebus, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, in quibus iura magis de facili permittunt tutoribus & curatoribus alienationem.

Tertiò, quia ibi fuit donatio propter nuptias moderata, vnde ſecus ſi immoderata, vt præſupponit ibi tex. Nam tunc non diceretur talis donatio fieri ex neceſſitate, quatenus excedit modum dotis datæ, vel promiſſæ per virum. ſecundum quòd habetur in d. l. ſi conſtante. & in l. fin. verſic. ſi igitur. C. de dona. ante nup.

Ex prædictis ergo poteſt breuiter diſtingui circa hanc combinationem, quòd aut pupilla dedit dotem ſponſo ſine tutore, & tunc etiam ſi expreſsè donaſſet fructus propter onera ſubeunda, non valet talis donatio, etiam ſi cum decreto, quia cum etiam non potuiſſet dotem conſtituere cum decreto ſine tutore, vt voluit Barto. in d. l. ſi ante nupt. & bene. aut cum tutore, & tunc aut fructus ſunt tales, qui ſeruari poſſent, & tunc ſimiliter non poteſt, imo etiam cum decreto, ex quo non alienatur ex cauſa permiſſa, de qua in dicta l. lex quæ tutores. & in d. l. ob æs. vt etiam hoc fuit de mente Bar. in d. l. ſi ante.

Aut ſunt fructus, qui ſeruando ſeruari non poſſent, & tũc aut erant æquales in valore cum expenſis onerum, & tunc ex quo magis dicitur compenſatio cum expẽſis onerum, quàm donatio, ideo potuit hoc fieri etiam ſine decreto, & non conuertuntur in dotem. Aut tales fructus excedunt onera, & tũc ſiquidem in modico eſt exceſſum, & valet etiam ſine decreto, & ille modicus exceſſus non conuertitur in dotem. Aut exceſſus non eſt modicus, & tunc patet ſupra concluſum, ꝙ etiam cum tutore & cum decreto non poſſunt tales fructus donari, quatenus ſuperexcedunt immoderatè, ex quo ſequitur, ꝙ multominus faceret talis ſponſus fructus ſuos, quando aliter expreſſe non eſſent donati. Et ſic conuertuntur in dotem, & ſi matrimonium non ſequeretur, poſſent repeti, quatenus excedunt, vt ſupra eſt concluſum, quia ex quo non poterat tutor etiam cum decreto per modum expreſſum, ergo ſimpliciter tradendo dotem cum puella, non præſumitur tacite facta donatio, cum etiam expreſſe non potuiſſet, ar. l. qui ad certum. ff. loca. cum ſimi.

21 † Quinta combinatio eſt, ſi puella, quæ eſt nubilis ætatis, & ſic ſupra 12. annos, & minor vigintiquinque annis eſt ſponſa de futuro, & eſſet ducta ad domum ſponſi nondum contracto matrimonio, nec per copulam, nec per verba de præſenti: tamen cũ dote tradita ipſi ſponſo, vel patri ipſius ſponſi, vt poteſt contingere, ſi ſponſus nondum eſſet ætatis legitimæ ad matrimonium, vel forte eſſet ſponſus aliqua ægritudine preſſus, & pater ſponſi ſubiret onera gubernãdo & veſtiendo talem ſponſam forte orbatam patre, nam poteſt diſtingui, ꝙ aut talis ſponſa habebat curatorem, & ſine authoritate curatoris dictam dotem conſignauit, & tunc ſine dubio nec expreſſe, nec tacite poteſt dici donatio: cum talis puella habens curatorem æquiparetur pupillæ, vel pupillo habenti tutorẽ, vt habetur in l. ſi curatorem habens. C. de in integ. reſti. & ſic non poſſet pupilla ſola donare fructus, & alias res, etiam quæ ſeruando ſeruari non poſſent, vt dictũ eſt ſupra in prima combinatione, eodem modo nec adultus habens curatorem per ibi no. & facit, quod habetur in l. j. §. fuit quęſitum. ff. ad Treb. & in l. ſi ex legati cauſa. ff. de verb. oblig.

Vnde ſi non poſſet talis puella donare expreſſe dotis fructus, etiam pro remuneratione, ſeu recompenſatione onerũ, multo minus poſſet, vel diceretur velle donare tacite, arg. d. l. qui ad certum. & l. ſi conuenerit. de pac. do. vnde tales fructus interim percepti per talem ſponſum, vel eius patrem, antequam matrimoniũ contrahatur, quatenus excedunt onera, conuertuntur in dotem, & ſi matrimonium non ſequeretur, poſſent condici, ſicut condiceretur dos, per id quod habetur in d. l. qui ſe debere. §. fi. & in d. l. cum veterum.

Si autem dicta puella ſic ducta cũ authoritate curatoris, dictam dotem conſignaſſet nondum ſecuto matrimonio ſaltem per verba de præſenti, vel ipſa ſola quando non haberet curatorem: poteſt hoc caſu dubitari, an idem dicẽdum ſit, vt ſupra in proxima combinatione in puella non legitimæ ætatis ſola, vel cum curatoris authoritate conſignante dotem: nam videretur dicendum ꝙ poſſit expreſſe & etiam tacite talis puella adulta donare dictos fructus interim perceptos, licet excedentes onera, ex quo tenacior videtur eſſe actus geſtus per adultum, vel adultam cum curatoris authoritate, q̃ geſtus per pupillam cum tutoris authoritate, patet: quia authoritas tutoris in pupillo accedit ad ſupplendum defectum iudicij, & intellectus, qui eſt in pupillo, qui non habet integrum, & plenum intellectum, ſed ſemiplenũ, vt habetur Inſti. de inuti. ſtipu. §. pupillus. & in l. j. §. furioſus. ff. de act. & obli. facit, quod habetur in l. quamuis. §. infans. ff. de acqui. poſſ. Sed authoritas curatoris circa adultum præſupponit iudicium & conſenſum adulti eſſe magis plenum & integrum. Et ideo actus ipſe videtur eſſe magis efficax, & maioris roboris, cum adultus mero iure obligetur, licet non habeat curatorem: & ideo videtur, ꝙ ſaltem cum curatore poſſit alienare mobilia, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt.

Nec obſtat d. l. lex quæ tutores. in fine, & d. l. fi. C. de adminiſtra. tuto. quia loquuntur de ſolis curatoribus ita alienantibus, vt non poſſint alienare dicta mobilia, niſi illa vendendo, vt ex eis pecuniam redigant, vt probatur ex illa l. lex quæ tutores. in prin. & poſt princ. iuncto. §. fin. d. l. fi. ad finem. non ſic videtur, quando curatores alienarent dicta mobilia cum ipſo adulto, vel adultus cum authoritate curatoris: nam tunc valeret alienatio ex quocunque titulo facta: licet ſi eſſet læſus competeret reſtitutio, vt habetur in l. 1. & per totum. C.

ſi tutor

si tutor vel curator interuenerit. quicquid sit, potest cõcludi contrarium, quia dicta iura loquuntur de curatoribus circa alienationem dictorũ mobilium, & ipsa iura parificant ipsos curatores tutoribus, vt sic procedant a pari circa distractionem dictorũ mobilium, vnde curatoris authoritas circa suũ adultum non videtur esse maioris potentiæ, q̃ authoritas tutoris circa suum pupillum in tali alienatione, quod etiam patet in d.l.j.C.si aduer. dona. vbi patet, ꝙ sicut non potest pupillus donare propter nuptias ipsa mobilia sine tutore, eodẽ modo nec potest adultus hoc facere sine curatore, etiam si fieret donatio propter nuptias, quæ videtur esse necessaria ipsi sponso pro recõpensatione dotis sibi datæ, vel promissæ, vt supra dixi in proxima combinatione. Et sic infertur, ꝙ talis sponsus non lucratur dictos fructus imo augerent dotẽ, quatenus excedunt expensas onerũ, prout supra dixi in pupilla.

22 † Sexta combinatio, si sponsus deceptus in ipsa ætate puellæ forte ex aspectu puellæ, vel propter assertionẽ matris, vel consanguineorum contraxit matrimoniũ per verba de præsenti cum dicta puella, credẽs ipsam esse nubilis ætatis, ipsam ducendo ad domum suam cum dote & onera subeundo, & postea nondum contracto matrimonio per copulam, vel aliter per verba de præsenti, ipse vir, vel puella decessit, an teneatur ipse vir, vel eius hæredes restituere dotem cum fructibus interim perceptis, dubium surgit, quia licet non tractetur de donatione expressa, vel tacita, seu præsumpta, quia partes videlicet mulier & vir, vel saltem vir ipse credebant esse matrimonium, & sic fructus habere & lucrari & consequi tanquã fructus dotis pro matrimonio contracto, & sic ex necessaria natura dotis & onerum sequutorum d.l. pro onerib. & l. dotis fructus. tamen saltem videtur potuisse talem virum putatiuum facere fructus suos, videlicet consumptos propter suã bonam fidem, & ad instar cuiuslibet bonæfidei possessoris, quod voluit Dy. in d.l.si ante nup. per tex. in d.l. in insulam §. fructus. Cuius opi. licet multi Doc. sequantur in d.l. si ante nup. & etiam Cy. in d.l.2. C.de do.promis. tamen videtur dubia, quia tex in d.§.fructus. præsupponit, ꝙ illi fructus percepti p dictum maritum putatiuum & bonæfidei possessorem erant consumpti in oneribus dicti putatiui matrimonij, & ideo Bart. ibi tam in suo summario quam etiam in dictis suis ibi, dum opponit de l.certum. C.de rei vendic. dicit notanter, ꝙ regula d.l.certum. & aliorum iurium dicẽtium, ꝙ bonæfidei possessor suos fructus facit consumptos & etiam habetur in l. bonafide. ff.de acqui.rer.do. habet locum in bonæfidei possessore, qui putat se incommutabiliter Dominũ, non sic in eo, qui putat se Dominum commutabiliter, vt est in viro, qui putat, & putare debet se teneri ad restituendum solu. matri. & sic eodem modo vir putatiuus, quia tũc non facit fructus suos, & ideo quatenus illos non consumpsit circa onera talis matrimonij putatiui restituet, per illum tex.

Aduertendum tñ est, quia licet multi allegent Bart. ibi ita dicere, tamen si bene considerent verba Bar. aliter sonant: nã dicit, ꝙ regula, de qua in d.l.certum. cum simi. procedit in eo bonæfidei possessore, qui putat se Dominum, & sui contemplatione fructus percepit non alio respectu, vt erat ibi in viro putatiuo, qui respectu onerum matrimonij fructus percepit. ista sunt verba Bart. sed licet maritus percipiat fructus ratione onerum matrimonij: tamen hoc non sufficit, nisi etiã
23 putaret se Dominum rei dotalis: nam & † ille, qui scienter cõtraxisset matrimonium inualidũ, percipit fructus ex dote ratiene onerum illius quasi matrimonij, & tamen fructus suos non faceret, vt probatur ibi a contrario sensu, & in l.incestæ. ff.de ritu nup. & etiam dixi supra circa princ. huius 24.membri. Et tamen tex. in d.§.fructus. se fundat super bonafide dicti mariti putatiui. non ergo sufficeret maritum percepisse fructus ratione onerum matrimonij, si non esset Dominus dictæ rei dotalis. Vel saltem se Dominum non putaret, vnde ponamus matrimonium esse validum: tamen dotem esse datam in re aliena, & vir crederet dotem non esse alienam, sed accepisse eam tanquam propriam mulieris, certè fructus talis dotis faceret suos contra Dominum euincentẽ non ex eo ꝙ onera subiit, sed ex eo, quia se Dominum putauit, & sic ẽt si credidisset alienam, tamen fructus percepisset tanquam p oneribus matrimonij supportandis: tamen non faceret suos. Sed posset saluari opi. Bar. in d.§.fructus. ꝙ suum dictum procedat, quando dos & fructus percepti repeterentur per aliũ, quàm per ipsam mulierem, vt fuit in d.§.fructus. quia repetebantur per Dominum rei dotalis: cũ ibi mulier non erat, nec fuit domina, cũ fuerit detecta serua, secus si repeteretur dos per ipsam mulierem cum fructibus, si forte matrimoniũ esset detectum nullum, vt tunc possit repetere fructus, quatenus excedunt onera matrimonij, quæ supportauit talis maritus, ex quo ipsos percepit de voluntate Domini iuncta bonafide ipsius mariti, quæ tamen saluatio videtur, ꝙ ista opin. Dy. indistinctè sit vera, nec ratio Bar. videtur concludens, cũ tempore talis perceptionis fructuum non solum erat bonafides: sed etiam erat possessor pro suo, & possidebat vere tanquam rem suam, & non tanquam alienam inspecto statu præsenti secundum veram & communem opi. ꝙ maritus haberet dominium rei dotalis, vt habetur in l doce ancillam. C.de rei vendi & in l.diuortio. §.si fundum. ff.sol. mat. vnde ponamus ꝙ vino fuit data in dotem res alienam, quam vir possidebat tanquam suam, & tanquam sibi datam ab vxore, certe licet fructus percipiat ratione onerum matrimonij, tamen (vt dixi) hoc non sufficeret, nisi quia etiam concurrit bonafides circa ipsum dominium, & tamen maritus scit se aliquando esse restituturum in casum soluti matrimonij, & tamen absurdum esset dicere, ꝙ talis vir interim non faceret fructus suos etiam consumptos, & hoc maxime concurrente vero titulo dotis, & bonafide mariti, quod ostenditur, quia facilior est acquisitio fructuum in bonæfidei possessore, quam acquisitio dominij dictæ rei ex præscriptione, quia in præscriptione requiritur titulus. Item longũ tempus & bonafides ipsius possessoris per iura vulgaria, nõ sic in acquisitione fructuum, in qua sufficit sola bonafides sine tit. vt habetur d.l. bonæfidei. de acq.rer.do. & in d.l.certum. Item in acquisitione per præscriptionẽ non sufficit habere bonamfidem causatam ex errore iuris, vt l.nunquam. ff.de vsucap. & tñ non sic in acquisitione fructuum, in qua error iuris nõ nocet, imo optulatur, vt habetur in l.si far decesserit. & ibi per Bar. ff.de vsuca. & in l.sed si lege. §.scire. ff de peti.hære. cum sua gl. & tamen maritus licet possideat rem, quæ erat dotalis putatiua, & illã possideat non tanquam propriam & incommutabiliter, & sic nõ ratione dominij proprij, & incommutabilis, tamẽ præscribit propter suam bonam fidem, vt habetur in d.l. fundum. ff.de fun.do. & in l.si alienam ff. sol.mat. & ibi no. in l.Pomponius. § in dotis ff.de acq.poss. ergo multo magis fructus facit suos, & lucratur, sicut quilibet bonæfidei possessor.

Item sequeretur secundum opi. Bar. & sequacium, ꝙ si quis possideret bonafide rem, vt non propriam simpliciter, sed tanquam rem propriam, talis ecclesiæ, videlicet vt emphyteuticam, vel vt feudalem talis Domini, & tamen erat res alterius & contingat postea talem rem euinci a tali bonæfidei possessore talis teneretur ad fructus perceptos & consumptos, quia non possedit, vt propriam incommutabiliter, sed ex alio respectu, quia erat emphyteutica, vel feudalis, quod esset iniquissimum, & maxime quia talis posset præscribere contra verum Dominum tale ius emphyteuticum propter eius bonam fidem, & maxime iunctam cum titulo, vt no in l.competit. C de præscri. 30. anno. & in c.ad audientiam. de præscrip. l. cum sponsus. §. in vectigalib. ff.de publi. & in l.fi. C.de præscr. lon. temp. & no. in l.iusto. §. non mutat. ff. de vsuca. ergo multo magis acquirit sibi fructus ex tali sua bona fide per suprà dicta, & facit, quod habetur in l.qui scit. §. in alieno. ff de vsu. vbi habetur, ꝙ non solum ille, qui possidet tanquam Dominus, sed qui possidet tanquã vsufructuarius: licet in vero non haberet ius vsusfructus, tamen propter eius bonam fidem lucratur fructus consumptos contra Dominum euincentem.

Vnde per prædicta potest concludi, ꝙ vir putatiuus, licet possideat rem commutabiliter, & sic hoc respectu tanquam alienam, quia scit se teneri ad restituendum soluto matrimonio, & sic respectu onerum matrimonij percipiat fructus: tamen si est in bona fide iusto errore ductus credendo matrimonium tenere, & sic rem illam esse dotalem, & sic esse in suo dominio, licet commutabiliter, tamen facit fructus suos etiam quos percepit excedentes onera dicti matrimonij putatiui, & hoc fuit de mente gl. in d.§.fructus. dum dicit, ꝙ nõ lucratur propter matrimonium, quod in vero non est, sed propter eius bonam fidem, & ita etiam est de mente Bal. ibi, & maxime in suo summario, & etiam fuit de mente Ioan. de Imo. ibidem. Et pro hac opin. videtur satis benefacere tex. in d.§.fructus. in ver. sumptus vero. vbi Iurisconsultus vult, quòd si putatiuus fecit aliquas expensas necessarias, vel vtiles in prædiis quasi dotalibus, illæ non repetuntur, sed excomputantur in fructibus interim durante tali putatiuo matrimonio percepros: & hoc est de natura sumptuum necessario, vel vtiliter factorum per bonæfidei possessorem, quia licet illos fructus faciat sibi lucrari tãquam bonæfidei possessor: tamen si tales sumptus sunt facti in prædiis cõpensantur ex quadam æquitate cum dictis fructibus, sic loquitur secundum regulam tradita in l. sumptus. ff. de rei vendicatione. sic etiam in viro putatiuo in terminis loquitur tex. in dicto §. fructus. nam si fructus perceptos non faceret suos, non caderet dicta cõpensatio ex aliqua æquitate, ex quo illi in omnem euentum essent restituendi, quatenus supra onera essent percepti. & sic tex.

Source : BIU Cujas

in d. verſi. ſumptus verò. oportet neceſſario intelligere in fructibus, qui eſſent percepti ſupra onera matrimonij: nam illi licet cedant lucro dicti viri putatiui propter eius bonam fidē: tamen compenſantur cum ſumptibus vtilibus vel neceſſariis factis in prædiis quaſi dotalibus ſecundum formam d.l. ſumptus. vnde licet d. verſic. ſumptus verò. contradicat principio illius. §. oportet intelligere, ꝙ illud principium non concedit, ꝙ fructus, qui non fuiſſent conſumpti in oneribus illius matrimonij putatiui, ſed exceſſiſſent onera, poſſint repeti. Sed in illis diſponitur in verſ. ſequen. videlicet ibi, ſumptus vero &c. quòd fiat compenſatio cum ſumptibus factis in prediis quaſi dotalibus, prout in aliis bonæfidei poſſeſſoribus ſecundum diſpoſitionem d.l. ſumptus.

Item non debet capi argumen. a contrario ſenſu in princi. illius tex. ibi, & mulieris oneribus aſſumptos, cōtra iura communia per id, quod habetur in l. 2. C. de condi. inſer. & in c. 1. de æta. & qualita. in 6. cum ſuis vulg. vt ſic a contrario ſenſu videatur diſponi, ꝙ fructus percepti bona fide per illum maritum putatiuum & non cōſumpti oneribus matrimonij, ſed reſtantes vltra onera non efficiantur dicti mariti ſuſtinentis onera matrimonij cum tale argumen. reſultaret contra regulas iuris communis, de quo in d.l. certum. & d.l. bonæfidei. & Inſtit. de rer. diui. §. ſi quis a non Domino. volens, ꝙ tales fructus percepti ꝑ bonæfidei poſſeſſorem putātem ſe Dominū ex quadam æquitate & naturali quadam ratione, maxime ꝙ cultura & cura ſint ipſius bonæfidei poſſeſſoris, imo in caſu noſtro maior ſubeſſe videtur ratio, quia iſte putatiuus maritus habebat titulum dotis ſaltem putatiuum, qui titulus dotis arctabat eum ſaltem iuſta opin. motum ad onera dicti matrimonij ſupportanda: & ita ſubiit dicta onera. Intantum etiā vt dici poſſit, ꝙ fructus extantes tempore deductæ talis nullitatis matrimonij vel vertente lite ſuper dirimendo dicto matrimonio retinere poſſit pro expenſis onerum dicti putatiui matrimonij, ſi fructus iam percepti & conſumpti non ſufficerent ad dicta onera ſupportāda, quia non videretur eſſe æquum, nec ratio naturalis ſuaderet, ꝙ talis maritus putatiuus perdat de ſuo, & mulier ipſa ſit in lucro ſic interim alimentata ſumptibus alienis. arg. l. nam hoc natura. ff. de condi. indeb. vbi ſi talis vir ſciuiſſet tale impedimentum, dicta onera & expenſas non ſupportaſſet, vt etiam hoc idem voluit Ioan. de
24 Imo. in d. §. fructus. plus etiam dici poteſt, † ꝙ ſi fructus etiā extantes non ſufficerent vna cum fructibus perceptis pro dictis expenſis factis erga mulierē, & ſic pro oneribus dicti putatiui matrimonij, poſſet tunc talis maritus putatiuus retinere dotem, vel ſi dos fuiſſet in pecunia, allegare compenſationem, per id quod habetur in l. ſi cum dotem. §. fin. cum ſeq. ff. ſol. mat. & dicetur infra in ſequen. parte, & etiam eſt ſupra dictum in primo, ſecundo, & tertio membro huius decimiquarti membri principalis.

SVMMARIVM.

1 *Dos putatiua, & dos vera, in quibus conueniant. & nu. 6. 7. 8. & conſequenter vſque ad numerum 24.*

2 *Dos data pro matrimonio legitimo contrahendo, quod non fuit ſequutum, habet priuilegium prælationis: fallit tamen, vt patet nu. 3. 4. & 5.*

25 *Dos vera & dos putatiua, in quibus differant. & nu. 26. 27. & conſequenter vſque ad nu. 44. item vide in nu. 48.*

45 *Priuilegia dotium non obtinent in matrimonio contracto inter infideles.*

46 *Infidelis uel hæreticus ſi ad fidem redeat, conſequitur, uel recuperat priuilegia dotium.*

47 *Infidelis ſi conuertatur ad fidem uxore remanente infideli debet ei dotem reſtituere, tamen ſine priuilegijs, nec ob hoc auditur quòd dicat non uelle reſtituere ad hoc, ut facilius eam reducat: ſed ſi uxor poſtea ueniret ad fidem uirum recuperaret.*

49 *Maritus licet ſuccedat vxori ab inteſtato propter uinculum coniugale, & ccontra: tamen non ſic ſi eſſent coniuges putatiui.*

HActenus expeditum eſt ſecundum membrum decimiquarti membri principalis, quod ſecundum membrū explicauimus per ſex combinationes, & ſic omnia quæ ad hanc primam partem dotis putatiuæ ſpectare viſum eſt. Supereſt, vt veniam ad ſecūdam partem principalem, videlicet eo caſu quo dos putatiua poteſt repeti, an talis dos habeat eadem priuilegia [ADDITIO. Eadem priuilegia. No. ꝙ dos putatiua habet priuilegia veræ dotis: & hypothecæ in bonis viri. l. ſi cum dotem. §. fi. & ibi Doc. ſol. mat. Bal. & Gui. de Su. in l. 1. C. de condi. ob cau. & idem inſtrumentum dotis putatiuę habet executionem paratam ſicut inſtrumētum veræ dotis, vide Bar. in d. l. j. de condi. ob cau.] & eoſdem fauores, prout habet dos vera, tam ex parte mulieris, quàm ex parte viri. & hanc partem diuido in tria membra.

1 † Primum, in quibus conueniat dos putatiua cum dote vera circa priuilegia & fauores ſpeciales tam ex parte mulieris, quàm ex parte viri.

Secundò, in quibus conueniant circa alias qualitates & circunferentias.

Tertiò, in quibus inter ſe differant.

Circa primam partem dico, ꝙ conueniunt primo in actione perſonali, quia ſicut olim dos vera & pro vero matrimonio data in eius repetitione habebat inter perſonales priuilegium prælationis, quia omnibus aliis creditoribus nō habentibus hypothecam præferebatur, licet eſſet poſterior in tempore, vt l. dotis. C. de iu. do. & in l. aſſiduis. in prin. C. qui pot. in pign. habean. cum ſimi. ita etiam habebat dos putatiua, vt l. 2. §. ſi ſponſa. ff. de priuileg. credi. & l. ſi ſponſa. ff. de iu. dot. nam
2 † etiam vbi adhuc non eſſet matrimonium verum, vel putatiuum: ſed data eſt dos pro matrimonio contrahendo, habet locum dictum priuilegium, vt dictis iuribus. multo ergo magis vbi eſſet matrimonium putatiuum, vt ibi patet in puella, quæ nondum exiſtēs nubilis ætatis, deducta eſt domū ſponſi tanquam vxor. & ſic tanquam ſponſa de præſenti, vt patet in d. § ſi ſponſa. in fi. ibi, idem puto dicēdum etiam ſi minor 12. annis in domum quaſi vxor deducta ſit, licet nondū ſit vxor, & eſſe non poſſit, & idem dicitur in d.l. ſi ſponſa. vt ſic ſi renunciatum ſit matrimonio contrahendo, vel de facto contracto vt ſupra, & dos repetitur, præferatur talis mulier omnibus aliis creditoribus in recuperatione dictæ ſuæ dotis datæ, ſi forte ſponſus vel maritus putatiuus reperiatur non ſoluendo: & ſi eius patrimoniū non ſufficiat pro ſatisfaciendo omnibus ſuis creditoribus, & idem ſi aliter matrimonium non tenuiſſet propter aliquod aliud impedimentum per tex. no. in l. ſi cum dotem. § fi. ff. ſol. mat.

3 † Sed hæc poſſunt limitari multis modis. Primò, ſi mulier, quæ dedit talem dotem pro matrimonio inualido ignoranter contraxiſſet: ſecus ſi ſcienter, quia tunc in eius odiū ceſſabit tale priuilegium, vt probatur a contrario ſenſu in d. §. fin. ibi, ſi mulier in conditione mariti errauit &c. Dicet aliquis, ꝙ iſto caſu non daretur repetitio dotis mulieri ſic ſcienter contrahenti, ſed fiſco, qui a dicta muliere aufert tanquam ab indigna per id, quod habetur Inſtit. de nup. in d. § ſi aduerſus. in fi. iuncta l. qui contra. C. de inceſt. nupt. Sed poteſt reſponderi per ea, quæ dixi ſupra in tertio membro principali huius vndecimæ partis, quia aliquando nō ſuccedit fiſcus, vt eſt in muliere maiore, quæ ſcienter contraxit matrimonium cum viro nondum legitimæ ætatis, ex quo tale impedimentū non habebat cauſam perpetuam prohibitionis: ex quo. n. talis mulier commiſit in legem, fruſtra legis auxilium & fauorem inuocat. l. auxilium. ff. de mino. & c quia fruſtra. de vſucap. cum ſimilibus, ꝙ forte procederet in ipſa muliere ſic ſcienter contrahente. ſecus forte ſi pater eius ſic ſcienter contraxit: nam iſto caſu, ex quo mulier non fuit in dolo vel culpa, non deberet tale priu legium perdere, ſi ipſa haberet talem dotem recuperare forte mortuo patre, quia tunc ſubeſt ratio, de qua in d.l. 2. in fi. cum ſequentib. de priuileg. credi. Si autem pater ipſe viueret & recuperaret matrimonio non ſecuto, vel ſecuto de facto: & tunc ſi hoc non fecit dolosè ſed propenſiore affectu motus, & tunc forte tanquam excuſatus non perdet tale priuilegium prælationis, argum. eius, quod habetur in l. penu. ad fi. ff. quod falſo tuto. autho. Aut fuit dolosè verſatus ſic ſcienter tradendo nuptui filiam innubilem, vel aliter vbi matrimoniū non poterat ſubſiſtere, & filia eſſet de hoc ignara: & tunc non haberet tale priuilegium prælationis, argum. tex. in d.l. ſi cum dotem. §. fin. a contrario ſenſu. & hoc forte, niſi talis pater non præferretur aliis creditoribus, talis filia haberet remanere indotata propter inopiam patris, quia tunc in ſubſidium debet ſuccurri tali mulieri, vt poſſit alteri nubere ſumpta ratione tex. in d. l. 2. in fi. cum ſequen. de priuileg. credi. & facit quod alias habetur per æquitatem. l. fin. ff. de eo per quem factum erit. & glo. in ſi. in l. 2. §. 1. ſuper verbo ſui iuris. ff. ſolu. matrimo. & quia iſto caſu verſatur intereſſe potius ipſius filiæ, quàm ipſius patris repetentis, vt alias per glo. no. in §. fuerat. Inſti. de actio. in glo. penul. ad fi. Si autem mulier ſcienter contraxiſſet cum ſeruo, qui ſorte gerebat ſe pro libero, tamen non ignara ſuæ conditionis, quo caſu non haberet ipſa dotis repetitionem, ſed fiſcus, vt poſt multa concluſi in d. tertio membro. Dico, quòd fiſcus non haberet priuilegium antelationis, quia non venit tunc fiſcus ex perſona ſua, ſed ex perſona dictæ mulieris, a qua tanquam indigna ipſe fiſcus aufert. & ideo aufert cum omni iure ſuo, & ſua qualitate, ergo ſine dicto priuilegio antelationis. Ex quibus inferri poteſt, quòd ſi mulier contraxit ſcienter ſponſalia de futuro & prohibita dando dotem tali ſponſo: nam tunc nuptiis de facto nō ſecutis habet mulier dotis repetitionem, nec eſt lo-

cus

Source : BIU Cujas

eius fisco, vt supra est concluſum in primo principali membro huius vndecimæ partis, per tex.no.in l.fi.ff.de condi.ſine cauſa. tunc non repeteret dictam dotem cum dicto priuilegio antelationis, & multominus ſi contraxiſſet tale matrimonium per verba de præſenti ſcienter, nec fuiſſet conſummatum matrimonium per copulam, quo caſu concluſi in ſecundo membro principali, non denegari tali mulieri dotis repetitionem: tamen eodem modo & eadem ratione, imo maiori ratione denegaretur tale priuilegium prælationis in tali dotis repetitione per ſupradicta, arg tex.in d.§.fi vbi Iuriſconſultus facit vim, quia talis mulier erranter contraxit, & ideo ſibi concedit dictum priuilegium.

4 † Secundò limita procedere, quando tale matrimonium putatiuum fuiſſet ſeparatum viuente muliere, quia tunc ſub eſt ratio tex.quæ ponitur in l.3.ff de priuileg. credi. videlicet vt iterum nubere poſſit mulier, quia ſic intereſt reipublicæ. Sed ſi ſeparatum eſſet tale putatiuum matrimonium morte mulieris, & cum hęc dotem repeteret, & inter creditores eſſet contentio de prælatione, & hæres, videlicet filius talis mulieris allegaret priuilegium, fuit obiectum, quòd tale matrimonium non valuit, quia contractum iure prohibente, licet inter ignorantes. nam licet tale priuilegium, quod olim dabatur in perſonalibus in dote vera non tranſeat ad hæredem extraneum: tamen ad filium mulieris tranſit, vt habetur in l.1.C.de priuileg.dot.in tex.& glo.ibi, & ita communiter tenetur.facit, quod habetur in l.dabimus.§.j.de priuil.credi.quod maxime procedit, quando eſſet filius eiuſdem matrimonij, vt ibi no.& in l.aſſiduis.§.excep.C.qui pot.in pigno.habean. tamen non ſic in tali dote putatiua, quia tunc ceſſat ratio renubendi ponderata per tex.in d.l.3. Et ſic hæres mulieris etiã filius non habebit tale priuilegium, etiam ſi eſſet natus ex eodem putatiuo matrimonio, etiam ſi eſſet legitimus: cũ poſſit hoc contingere, quòd matrimonium non valeat, licet filij inde nati ſint legitimi propter iuſtum errorem, vt habetur in l ſi quis inceſti.C.de inceſ.nup & per gl.in l.qui contra, eo. tit.& habetur in l.qui in prouincia.§.diuus.de ritu nupt.& in c.pen.qui filij ſint legitimi.

5 † Tertiò limita procedere in ipſa dote putatiua numerata, non ſic in ſolum confeſſata, quia tunc non videtur, q priuilegium antelationis in perſonalibus datum a iure antiquo ſpeciali fauore dotis, & extenſum ad dotem putatiuam extenda tur, niſi ad dotem putatiuam verè numeratam, non autem ad ſolam confeſſatam, & ſic vt ius ſingulare ita multipliciter non extendatur.l.ius ſingulare.ff.de legi. & maxime vbi verſa tur præiudicium tertij, quo caſu confeſſioni non ita fauemus ſicut veræ numerationi. l. 1. §. qui mutuam. ff. de his quæ in frau. patr. & quod habetur in authen. ſed iam neceſſe. C. de dona.ante nup. & quod habetur in l. qui teſtamentum.ff. de proba.& bene facit, quod habetur in d.l.aſſiduis.C.qui pot.in pigno.habean. vbi priuilegium antelationis nouiter ibi conceſſum mulieri in ſua hypotheca non extenditur ad dotem confeſſatam, vt probatur in tex.& glo.& ita ibi Cy.Bar.Bal.& communiter omnes. & dixi ſupra in 10. parte operis in 125. char. & ſic eadem ratione poteſt dici, q etiam olim de iure antiquo, de quo nõ erat orta tacita hypotheca pro dote mulieris, & etiam ſi erat expreſsè hypotheca appoſita, illa non erat cum priuilegio antelationis contra creditores prætendentes hypothecam anteriorem: ſed ſolum iura indulgebãt mulieri ius prælationis in perſonalibus, vt habetur in l.j.C.de priuile. do.tale priuilegium prælationis non habebat locum in dote ſolum confeſſata per rationes ſupra adductas, licet contrarium fuerit concluſum in dicta 10. parte in 125. char. licet pro nunc dicta cõcluſio mihi videatur dubia per ſupradicta tamen poſito q opinio ibi poſita procederet, nihilominus non eſſet hoc extendendum ad dotem putatiuam: maxime ne tot ſpecialia concurrant circa idem, & ne in multis lædatur ius cõmune, per id quod habetur in l. 1.C. de do.promiſ.& in c.cum dilec.de conſue.cum ſimilib.

6 † Secundò conueniunt dos putatiua & dos vera in tacita hypotheca, vt pro reſtitutione dotis etiam putatiuæ, & ſic pro matrimonio inualido, quod credebatur validum omnia bona viri putatiui ſint tacitè obligata, ſicut ſunt obligata pro dote vera. l.1.§.1.C.de rei vxo. actio.& hoc voluit glo. no.in d.l.ſi cum dotem.§.fin.& glo.in d.l. 2. cum ſequ. de priuileg. credi.& idem glo.in d.l. aſſiduis.& ibi Cyn.in 7.quæſt.vbi dicit ita communiter teneri. & ibi Bart. tranſit & etiam in d.§. fin.& communiter ibi Docto.legentes ſequuntur. Sed Dy.& Iacob.de Are. & plerique aliorum tenent contrarium, cum quibus tranſit Bar.in d.l.2.in fi.vbi dicit, quòd ita tenent omnes.& idem fuit de mente glo.in l.eos.C qui pot.in pign.hab. & in l.ſponſam. ff. de iure dot. & hæc opin. videtur mihi verior in puncto iuris.

Moueor primo, quia ius ſingulare circa tacitam hypothecam nouiter inductam per d.l.1.§.j.C.de rei vxo.act.eſt inductum ſpeciali fauore dotium, & eſt indultum dotibus, ergo non debet extendi ad quaſi dotes, & quæ verè non ſunt dotes, cum dos non poſſit eſſe, vbi non eſt matrimonium l.fin. C.de dona.ante nup.cum ſim. Et caſus verus non trahitur ad non verum, ſed fictum, vel contra verum in materia exorbitanti a regulis iuris communis.l.conſtitutionib.ff.ad munici. & l.3.§.hæc verba.ff.de neg.geſ.cum ſim.& maxime vbi non eſſet eadem ratio fauoris, ſed certum q non eſt eadem ratio in matrimonio non vero, ex quo non repletur ciuitas liberis & legitimis hominibus, ſicut eſt in matrimonio vero per id, quod habetur in l.1.ff.ſol.mat.

Item & ſecundo, quia talis tacita hypotheca eſt indulta a iure actioni ex ſtipulatu hodie tacitè ſubintellectæ, vt dicit tex.in d.l.1.§. ſed vt plenius.ad finem ibi, ita & huiuſmodi actioni, ſcilicet ex ſtipulatu damus ex vtroque latere hypothecam: & quia ibi tex.vult, q procedunt a pari tacita ſtipulatio & tacita hypotheca, vt patet ibi, ſimili modo intelligi factam ſtipulationem & hypothecam ex vtraque parte, quaſi fuerit ſcripta &c. & etiam patet ex princi.d.§. ibi, ita & huiuſmodi actioni damus ex vtroque latere hypothecam &c. & ſic loquitur in actione ex ſtipulatu tacitè ſubintellecta ex noua diſpoſitione d.l.1.vt dictæ actioni ſit indulta tacita etiam hypotheca. Sed clarum eſt, q in dote putatiua a iure non eſt indulta tacita ſtipulatio, ſicut eſt indulta dotiveræ, vt dixit gl.Inſti. de nupt.§.ſi aduerſus.ad finem.quod patet, quia pro ea repetenda ſolum datur condictio ob cauſam, vel ſine cauſa, vt habetur in l.1.C.de condi.ob cauſam.& in l.fin.ff.de condi.ſine cauſa.& dicetur infra in tertio & vltimo membro, videlicet in quibus diſconueniunt: ergo ſimiliter non eſt indulta tacita hypotheca dictæ condictioni ob cauſam. Præterea hoc nullo iure cautum reperimus, ergo nec nos debemus ex nobis ipſis adinuenire.l.illam.C.de colla. & c.2.de tranſla.epiſ.cum ſi.dato tamen q opinio prima procederet, quam communiter tenuerunt glo.eſſet limitanda modis quibus ſupra eſt deductum in proxima conuenientia.

Item limita, vt tacita hypotheca non habeat locum in dote putatiua in caſu d.l.ſi cum dotem.§.fin.videlicet, ſi mulier contraxit matrimonium cum ſeruo, qui reputabatur liber, quia non poteſt ſeruus contrahere hypothecam bonorum, quia ipſe nihil habet, nec habere poteſt quod poſſit obligare de ſuo, nec etiam bona Domini poteſt expreſsè obligare, ergo nec tacitè, argum.l.cum quid.ff.ſi cer.peta.& l.qui ad certum.ff.loc.niſi haberet liberam peculij adminiſtrationem.l.ſi conuenerit.§.fin.ff.de pign.act.ſecundum Bar.& communiter Doct.in d.§.fi.Fatendum tamen eſſet, q ſi Dominus conſenſiſſet tali matrimonio inualido & dotis receptioni fingendo fortè ſe non Dominum, tunc ſibi eſſet præiudicatum in caſu hypothecæ bonorum ſuorum: quia qui conſentit actui videtur conſentire omnibus effectibus, qui ſequuntur ex natura illius actus.l.quamuis ſimpliciter.C.de fideicommiſſ.& conſenſus in principali extenditur ad ſuum acceſſorium ſeu conſecutiuum.l.ſi pupillorum.§.pupillus.ff.de reb. eo. & l.2. C.eod.tit.& quod habetur per glo. no.in ca. quia in tantum. de præben. Ex quo inferri poſſet, quòd ſi minor accepit talem vxorem putatiuam cum dote, ex quo ipſe non poteſt ſine curatore, imò etiam cum decreto obligare bona ſua.d.l. lex quæ tutores.ideo nec etiam tacitè ſurget talis hypotheca bonorum. Et licet in vera dote ſit hoc dubium ſecundùm no.per Barto.in l.ſi conſtante, in princip.ff.ſolu.matrimonio. in 2 quæſt.3.partis, de quo ibi latius per Docto & ibi dixi, & per Cyn & Bald.in l.fina. C. de legiti. tuto. & per Doctor. in l.item quia. ff.de pactis.tamen in dote putatiua tenerem opinio. negatiuam, videlicet quòd tacita hypotheca bonorum minoris non contrahatur, cùm in ea non ſit tanta ratio fauoris.

7 † Tertiò conueniunt: quia conceſſo, quòd dicta tacita hypotheca obtinet etiam in dote putatiua, illa obtinet cum priuilegio antelationis, de quo in d l. aſſiduis. ſicut ibi habetur in dote vera, quod voluit gloſ. ibidem in magna gloſ ad fin. & ibi Cyn.in 7.quæſt.vbi dicit ita communiter teneri, idem gl.in d.l.ſi cum dotem.§. fi.& in d.l. 2. § fi. etiam tranſit Bar. in d.l.aſſiduis.& in d.l. ſi cum dotem. §. fin. & ibi etiam Imo. Paul. Ludou. Roman. & communiter Doctor. Sed (ut ſupra dixi) in tacita hypotheca Dyn.& Iacob.de Are.& plerique aliorum in d. l.2.§.fin. tenent contrariam opinio. quòd nec tacita hypotheca, nec etiam cum priuilegio antelationis cõtrahatur, cum quibus tranſit etiam ibi Bart.dicens, ſic omnes tenere. ſed tenendo opin. quòd tacita hypotheca cõtrahatur etiam in dote putatiua; & quod in dicta dote putatiua obtineat priuilegiũ prælationis in perſonalibus, de quo dictũ

Source : BIU Cujas

eſt ſupra in prima & ſecunda conuenientia, poſſet non improbabiliter tentari, quòd dicta hypotheca ſimiliter habeat priuilegium prælationis, ſicut habet actio perſonalis, vt ſic ſortiatur naturam ſui principalis, ſcilicet actionis perſonalis per id, quod habetur in l.2. C.per quas perſo. no.acqui.vt ſic acceſſorium ſortiatur naturã ſui principalis per regulam acceſſorium.de regu.iur.in ſexto. Ex quo poſſet inferri, quòd de iure antiquo ante diſpoſitionem d.l.1. § ſed vt plenius. & d.l.aſſiduis. §. ſi mulier. in contractu dotis exigebat a marito expreſſam hypothecam pro reſtitutione dotis, quòd illa hypotheca ſic expreſſa præferebatur omnibus aliis creditoribus etiam præcedentibus hypothecam etiam anteriorem,& eadem conſimilique ratione dicendum eſſet in dote putatiua. Sed hoc non videtur poſſe ſuſtineri de iure, quia ſecundum hoc fruſtratoria fuiſſet noua diſpoſitio d.l aſſiduis. quæ fuit in diſpoſitione d.l.j.§.ſed vt plenius.C.de rei vx.act. nam illa tacita hypotheca ibi nouiter inducta ex noua diſpoſitione d.l.j.non fuit orta cum priuilegio prælationis,quã habet rei vxoris actio perſonalis: & iõ de nouo fuit prouiſum p d.l. aſſiduis. quod ibi hypotheca haberet priuilegium prælationis, prout habet actio de dote perſonalis, ſeu ex ſtipulatu pro dote.ſolum.n.hypotheca ſortitur naturam priuilegij prę lationis incumbentis perſonali actioni, ſuper qua apponitur, quando in eadem re contrahitur hypotheca cõuentionalis, pro qua erat datum priuilegium antelationis ipſi perſonali actioni,vt eſt tex.no.in l.licet.C.qui pot.in pigno habean.no. in l.interdum cum ſeq.ff.qui pot.in pigno.habean.

8 † Quartò conueniunt,quia ſicut res empta ex pecunia dotali efficitur dotalis. l. ſi ex pecunia. C.de iure dot.ita etiam res empta ex pecunia quaſi dotali efficitur quaſi dotalis, vt eſt tex.no.in d.l.ſi cum dotem.§ fin. cum ſeq.vt ſic talis mulier putatiua in tali re ſic empta præferatur cæteris creditoribus licet anterioribus.

Sed aduertendum,dixi ſuper hoc,quia gl.in l.Labeo & Sabinus.ff.de verbo.ſignifi.voluit,vt hoc,ꝙ res empta ex pecu- 12
nia dotali efficitur dotalis,eſſet inductum ſpeciali fauore dotis, cum regulariter contra dicamus, vt habetur in l.ex pecunia.C.de rei vendi. quia in particularibus res empta ex pecunia mea non efficitur mea, vt ibi habetur. Sed Bar & Ang.& communiter Docto.tenent hoc non eſſe ſpeciale fauoris dotis, ſed hoc eſſe ex natura vniuerſi, ſecundum quam res ſuccedit loco precij & precium loco rei, vt l.ſi & rem & preciũ. ff.de peti.hæredi. & l.Imperator.§.fin.ff.de lega.1. Sed de hoc latius dixi in ſecunda parte operis concludendo contra opinio.communem,& pro opin Bal.quam etiam aliqui Moder. ſequuntur,quòd imo hoc nõ venit ex natura vniuerſi,in do-
9 te: † tunc res empta ex pecunia dotali efficitur dotalis,quan do duo concurrunt, ſcilicet ꝙ accedat conſenſus mulieris. 13
Secundo, quòd hoc vertatur in vtilitatem mulieris, & ſic ꝙ conditio dotis efficiatur melior,vt probatur in l ita ſi cõſtante.ff.de iure dot.& in d.l.ſi ex pecun a.& ibi glo.C.de iure do. & in l.ſi inter virum.eod.titu. & dixi in 7 parte.in priuilegio
10 15.char.186. Vnde idem dicendum † puto in pecunia quaſi dotali, videlicet quando eſſet data pro matrimonio inualido putatiuo,quod tunc efficiatur quaſi dotalis,quãdo dicta duo concurrerent, de quibus ſupra, & ita intelligatur procedere tex.in d.l.fin. Vel poteſt dici,quòd in ſubſidium fauore mulieris res empta ex pecunia dotali efficiatur dotalis, videlicet quando alias bona mariti non ſufficerent pro reſtitutione dotis, & conſequenter præferatur tunc omnibus creditoribus etiam prætendentibus hypothecam etiam expreſſam & anteriorem etiam quando illa duo,de quibus ſupra non concurrerent per tex.ſingu.in l in rebus.in princip.C.de iure do. & probatur in l.vxor viro.ff.de dona.inter virum & vxorem, vt dixi in d.15. priuilegio. Et ſic idem dicendum ſit in quaſi dote,ſeu in dote putatiua, & ita procedit tex.no.in d.§ fi.qui ſimpl'r & indiſtinctè loquitur,& hæc erit quinta ꝙuenientia. Vel dicamus, quòd licet res empta ex pecunia dotali non efficiatur dotalis niſi duobus illis concurrentibus,de quibus ſupra tamen poterat mulier ſi videret ſibi expediret vti ſuo priuilegio antelationis,quod olim habebat in perſonalibus, videlicet dicendo ſe velle vti dicto ſuo priuilegio in dicta re empta ex ſua pecunia dotali, vt ſic in illa præferretur omnib. aliis creditoribus etiam prioribus in tempore, quod procedebat, etiam ſi dictus maritus eſſet ſoluendo: tamen mulieri expediebat magis velle executionem ſuæ dotis impetrare a iudice in dicta re empta ex pecunia dotali, quàm in aliis rebus,& ſic etiam erat dicendum in re empta ex pecunia dotis putatiuæ per tex.no.in d.§.fin.& ſic iſta erit ſexta conuenientia: tamen de illo iure videtur fortè,quòd mulier non poterat hoc obtinere,ſi alius in illa re haberet hypothecam,& maxime ſpecialem,quia ius antelationis in perſonalibus tantum competit,quando creditor,licet poſterior haberet hypothecam, vt no in l.quod quis.ff.de priuileg. credi.& ideo hodie ſubuenitur plenius per diſpoſitionem d.l.aſſiduis.propter tacitam hypothecam hodie priuilegiatam.& ſic idem in dote putatiua,vt dictum eſt ſupra in tertio ſimili.Sed per notabilem diſpoſitionem d.l. in rebus. eſt pignus ſubuentum circa rem emptam ex pecunia dotali, vt præferatur omnibus creditoribus etiam prætendentibus anteriorem etiam expreſſam non ſolum tacitam,vt ad illam poſſit mulier recurre re in ſubſidium tanquam ad rem propriam dotalem, & tanquam illa a principio fuiſſet data in dotem, & idem priuilegium ſic in ſubſidium indultum, vt ſupra extendatur ad rem emptam ex pecunia quaſi dotali vel data pro dote putatiua per textum notabilem in d.§ fi.

11 † Septima conuenientia, quia ſicut expenſa neceſſaria ipſo iure minuit dotem veram, vt l.quod dicitur.ff.de impen. & in l.1.§.ſed quod dicimus.ff. de dote prælega cum ſimilib. ita etiam ipſo iure minuit dotem putatiuam, vt eſt caſus ſingu.in l.dote per illicitum.ff.de ritu nuptia.Et ideo ſi tota dos ſit in corporibus, tunc fit diminutio per viam retentionis propter expenſas neceſſarias non obſtante fauore dotis. Si autem partim eſt in corporibus, & partim in pecunia, tunc propter dictas expenſas factas in corporibus defalcatur ipſo iure pecunia, quæ debetur pro dotis reſtitutione ſecundum veram & communem opinionem,quæ ponitur in l.quod dicitur,la prima.ff.de impen.& ibi per Bart.vnde(vt dixi)idem eſt dicendum in dote putatiua,vt talis expenſa neceſſaria facta in corporibus ipſo iure minuat dotem in ea parte, pro qua pecunia eſt in reſtitutione,&ſi eſſent tantum corpora,talis diminutio fit per viam retentionis, licet in expenſis vtilibus ſit diſcrepantia inter dotem veram & putatiuam circa retentionem fiendam vel non fiendam, vt dicetur infra in tertio membro, quando ponetur, in quibus non cõueniunt dos putatiua & dos vera.

† Octaua conuenientia eſt ſecundum aliquos, quia ſicut dos vera dicitur eſſe quoddam ius vniuerſale ſecundum opinionem Bar.& aliorum, vt dixi in ſecunda parte operis, eodẽ modo ipſa dos putatiua cenſetur eſſe ius quoddam vniuerſale.hinc eſt, ꝙ non propter aliud iura volunt, ꝙ impenſa neceſſaria ipſo iure minuat dotem putatiuam,vt dicit tex.in d.l. dote per illicitum, niſi quia hoc procedit ex natura iuris vniuerſalis,prout dicit tex in dote vera in d l quod dicitur. Sed tenendo ꝙ imo in dote vera non verſatur vniuerſalitas iuris, quando dos non eſt in aliquo vniuerſo:ſed in pecunia, vel in re particulari, vt dixi plenius in ſecunda parte operis,idem dicendum eſt, & tenendum erit in dote putatiua, imo multo magis,cum in ea non ſubſit tanta ratio.

13 † Nono conueniunt in modo procedendi ſecundum Bal. in l.1.C.de condi ob cau ad fi.vbi dicit, ꝙ in tantum dos putatiua obtinet priuilegia dotis veræ,ꝙ ſtãte ſtatuto,ꝙ inſtrumentum dotis habeat executionem paratam,ꝙ ſimiliter inſtrumentum dotis putatiuæ habebit executionem paratam, tamẽ ad hoc nihil allegat,niſi quia ſe mouet per id, quod ibi gl.dum vult, ꝙ illa condictio ob cauſam, quæ datur ad repetendum dotem putatiuam eſt priuilegiata in prælatione temporis, ſicut actio de dote, per l.2.in fi.ff.de priuileg.credi de quo ſupra dictum eſt in prima conuenientia,& ſi verum eſſet hoc dictum Bal.idem dicendũ eſſet circa modum procedendi,vt ſupra dixi,vt ſic abbreuientur dilationes, vt dictum eſt ſupra in nona parte operis,in 12.ſpeciali,char.121.& ſic etiam vt procedi poſſit diebus feriatis, vt in 13.ſpeciali,& ſic vt hodie non requiratur libellus,nec litis conteſtatio,& ſic vt non ſolum in his, quæ dependent a matrimonio vero habeat locum diſpoſitio.clem.diſpendioſam.de iudi.Sed etiam in his, quæ dependent a matrimonio putatiuo,quod videtur notabile,& maxime ad dicta ibi in 15.ſpeciali.& etiam poſſet hæc conuenientia extendi ad multa alia priuilegia concernentia modum procedendi,decidendi,& iudicandi in dote vera,de quibus in dicta nona parte, ſuper quo tamen cogita, quia eſſent iſta magni effectus, & non parua eſt authoritas Bal.in d. l.1.in fi.de condi.ob cau.cuius dictum non reperio impugnatum a Doctoribus,ꝙ tamen eſſet limitandum,vt ſupra limitaui in prima conuenientia.

14 † Decimò conueniunt circa prohibitionem l Iuliæ de fundo dotali,quia extenditur etiam ad dotem putatiuam, videlicet datam pro matrimonio inualido, quod credebatur validum,vt ſi tali durante putatiuo matrimonio fiat alienatio talis rei dotalis non valeat ipſo iure,ſicut quando alienatur res proprie dotalis, vt eſt glo.ſingu.in l.dotale.§.dotali ff de fundo.& probatur in ſimili in l.lex Iulia quæ eſt quarta, eo.titu. vbi dos data pro matrimonio cõtrahendo,& ſic in ſponſalib. de futuro gaudet dicto priuilegio legis Iuliæ:& etiã vide dicta ſupra

Source : BIU Cujas

cta ſupra. in 7 parte operis, in primo priuil. 16. fallentia, char. 73. & etiam in prima par. char. 2. & ſic etiam ſi fieret talis alienatio per maritum de voluntate vxoris putatiuæ non valeret, ſicut etiam non valet, quando fieret de voluntate vxoris alienatio veræ dotis, vt l. 1. §. & cum lex. C. de rei vxo. act.

15 † Vndecimò, quia ſicut maritus in dote vera lucratur fructus etiam ſuperexcedentes onera matrimonij, vt habetur in l. dotis fructus. ff. de iu. do. & in l. 4. ff. de pact. do. & maximè, quia eſt dominus rei dotalis. l. doce ancillam. C. de rei vend. ita etiam maritus putatiuus lucratur fructus dotis putatiuæ etiam ſuperexcedentes, quod an ſit verum vide dicta ſupra in prima parte huius 11. partis in 14. membro, in ſexta combinatione.

16 † Duodecimò, quia ſicut quæ venerunt ad virum ex cauſa veræ dotis dicuntur eſſe apud virum ex titulo oneroſo, & non lucratiuo. l. ex promiſſione ff. de act. & oblig. & l. fi. §. ſi a ſocero. ff. quæ in frau. cred. & l. ſi donaturus ff. de ꝓdi. ob cau. ita etiam in obuentis ad maritum putatiuum ex titulo putatiuæ dotis, vt habetur no. in l. Proculus. ff. de iu. dot. & ibi per gloſ. fin. & not. dum infert ad no. limitationem. l. mater. C. de rei vend. vbi dicitur, ꝙ ſi res mea conſiſtens apud alium eſt perempta, vel preſcripta, poſſim ex æquitate in ſubſidium agere ad pretium rei, habēdo ratum, quod nomine meo nō eſt geſtum: nam illa æquitas habet locū, qñ ad illum, qui vendidit rem meam, res ipſa peruenit ex lucratiuo tit. ſecus ſi ex tit. oneroſo: puta ex tit. dotis verę, vel tit. dotis putatiuæ, vt erat in caſu dictæ l. Proculus. de qua etiam per Doct. in d. l. mater. & ibi per Cy. maximè in 7. quęſt.

17 † Tertiodecimò, quia quemadmodum titulus dotis veræ eſt habilis ad cauſandam vſucapionem, ſi in dotem daretur res aliena, vt l. Pomponius. §. in dote. ff. de acq. poſſeſ. & in l. 1. & per totum. ff. de vſucap. pro dote, ſic etiam titulus dotis putatiuæ, vt eſt tex. notabilis in d. l. Proculus. & videbatur eſſe dubium, quia ſicut matrimonium ibi non tenebat, & ſic erat ipſo iure nullum, videlicet inter ſeruam & liberum hominem ibi, & ſic non eſt vera dos nec verus titulus dotis, ſed quaſi dos. l. ſi ſerua. eo. titu. ita etiam videbatur, quod titulus dotis pro dicto matrimonio nulliter contracto eſſet tanquam acceſſorium, vt in regula, acceſſorium. in 6. cum ſimil. Et titulus nullus non præſtat iuſtam cauſam præſcribendi non obſtante errore iuris. l. nonnunquam. ff. de vſucap. Sed poteſt dici, quod imo etiam titulus nullus eſt ſufficiens propter iuſtum errorem facti, quaſi error facti habeatur pro titulo, vt habetur in l. Celſus. ff. de vſucap. quod procedit etiam in præſcribendis rebus eccleſiæ alienatis ſine ſolemnitate requiſita, vt tunc error iuſtus in facto præbeat iuſtum titulum ad præſcribendum etiam contra eccleſiam ſecundum gloſ. notabilem in capitu. apoſtolicæ. de dona. in verbo præſcriptione.

18 Ex hoc poteſt inferri ad 14. conuenientiam, videlicet † ꝙ ſicut maritus verus præſcribendo conſtante matrimonio rē dotalem illam præſcribere cenſetur etiam ad vtilitatem mulieris, vt ſic ſoluto poſtea matrimonio teneatur vir, vel eius hæres dictam rem præſcriptam tanquam verè dotalem effectam reſtituere mulieri, vel eius hæredibus, vt hī in dic. §. in dote. l. Pomponius. & no. in d. l. ſi alienam. ff. ſolu. matrimo. & in l. qui alienam. ff. de do. cau. mor. ſic quoque dicendum in marito putatiuo, qui preſcripſit conſtante putatiuo matrimonio rē alienam tanquam dotalem, vt probatur no. in d. l. Proculus. in ver. quod ſi vir. ff. de iu. do. a contrario ſenſu. & facit, quod habetur in d. l. qui alienam. & quod aliàs habetur in l. indebiti. §. quod ſi nummi. ff. de cond. indeb. Fallit tamen in caſu notabili. d. l. Proculus. in dicto verſi. ꝙ ſi vir, videlicet quando matrimonium erat nullum, quia coniux, quę dotē dedit, erat ſeruilis conditionis, & ſic non poterat inter eā & virum eſſe matrimonium, quia vir erat homo liber & ignorans illam tāquam liberam accepit, vbi in vero erat ſerua, & ſic erat talis perſona, cui nihil poterat quęri. l. quod attinet. ff. de reg iur. imò ſentit ibi textus hoc, procedere, ſi vſuca. fuiſſet completa illa vxore putatiua adhuc durante ſerua, ſi interim ante vſucapionem completam illa mulier fuit facta libera, fortè, quia erat ſtatulibera, & cōditio libertatis euenit durante tali matrimonio putatiuo, & ſic durante etiā dicta præſcriptione, & tunc ex quo dicto caſu conualeſcit mrimoniū propter ceſſans impedimentum, & ſic præſcriptio fuit cōpleta poſt dictum matrimonium conualidatum, tunc talis præſcriptio completa proderit mulieri, vt ſic matrimonio poſtea ſoluto talis dos reddi debeat dictæ mulieri cū ſua cauſa, & ſic cū dominio quæſito per dictam præſcriptionem completā poſtquam matrimoniū recōualuit, quod eſt notabile. An autem hoc ſit verū, ꝙ ibi probetur, videlicet ex illo tex. quod ex tunc matrimonium conualeſcat, ſi non apparet de nouo conſenſu, infra tangetur. Et ſic infertur ad aliū caſum ſi matrimonium non tenuiſſet propter aliud impedimentū, q̄ ſeruilis conditionis mulieris, puta, ſi puella erat nondum, nubilis ætatis, tamen maritus eam deſponſauit tanquā vxorem per verba de præſenti, & dos ſibi fuit tradita in certa re, q̄ erat aliena: tñ fuerit cœpta præſcribi per ipſam mulierem, vel eius patrem cum titulo & bonafide, tunc ſiue antequam peruenerit ad annos nubiles, vir compleuit præſcriptionem, ſiue compleuerit poſtea, intelligitur præſcriptio cōplet i etiā ad commodum talis mulieris, ex quo erat talis conditionis, cui poterat ſibi quæri, nō ſic ſi fuiſſet ſerua, vt d. l. Proculus. quia tunc diſtinguitur, vt ſupra dixi. & ideo etiam ſi fuiſſent contracta ſolū ſponſalia de futuro dote etiam tradita, & poſtea nuptiæ non eſſent ſequutæ, præſcriptio prodeſſet dictæ ſponſæ, vt poſſit repeti per condictionem ob cauſam talis res ſic tradita & præſcripta per id, quod habetur in d. §. ſed ſi nūmi. & in d. l. qui alienam. Vnde multò magis ſi fuiſſent ſequutæ nuptiæ etiam per copulam, tamē de facto, quia erat impedimentum conſanguinitatis, quo tempore vir putatiuus & ignorans præſcripſiſſet talem rem datam pro dote putatiua, vt profit mulieri pro reſtitutione ſibi fienda, ſicut prodeſſet verę vxori per ſupradicta: ſi tamen mulier ſcienter contraxiſſet cum viro iuſtè errante, quia non credebat impedimentū: puta conſanguinitatis eſſe, tunc poſſet præſcribere talis vir propter iuſtum eius errorem, non tamen ad vtilitatem mulieris, ſed fiſci, qui aufert tanquam ab indigna, per l. qui contra. C de inceſt. nupt. & ſecundum plenè dicta ſupra in prima parte huius 11. partis.

Dicet aliquis, ꝙ ſāltem hodie non procederet talis præſcriptio, ſi eſſet longi temporis, propter malam fidem authoris. ſ. mulieris dantis dotem ſic ſcienter per id, quod habetur in authen. malafide. C de præſcrip. lon. temp. & ſic non prodeſſet etiam ipſi viro putatiuo, quia poteſt reſponderi, ꝙ diſpoſitio d. auth. procedit, quando malafides authoris verſaretur circa ipſam rem, ſeu eius dominium, quia ſciret eam non ſuam & conſequenter eſſe alienam. l. fi. C. vnde vi. & ſic habebant malam fidem aduerſus dominum. Sed in caſu noſtro malafides dictæ mulieris non verſabatur circa dominium, nec contra verum dominū, imo reſpectu domini erat in bonafide, quia credebat eſſe ſuam. Sed ſua malafides verſabatur circa ipſam cauſam dationis, quia ſciebat matrimonium non valere, licet vir crederet valere. & ideo iſta malafides non nocet in præſcriptione, vt habetur in l. ſi quis fundum. ff. de acquir. poſ. & in l. indebiti. §. ſed ſi nummi. ff. de cond. inde. & ibi per alios, & per Bal. in l. 1. C. de vſucap. tranſ.

Reuertor nunc ad intellectum. l. Proculus, quia ſupra dixi probari ex illo tex. ꝙ ſi durante tali matrimonio putatiuo illa mulier eſt facta libera, puta propter euentum cōditionis, vel alio modo, ꝙ tunc reconualeſcit matrimonium. Tamen dubium facit: ex quo enim dictus maritus neſciebat illam eſſe ſeruam, & ſic erranter in eam conſenſit, & nunc ea facta libera adhuc eſt in eodem conſenſu, prout erat in principio, ergo vī etiam nunc durare primus conſenſus cum eadem qualitate erroris, meritò videtur, quod non conualeſcat matrimonium, niſi vir ille de nouo conſentiat, nec ille tex. in dic. l. Proculus. probat contrarium, dum dicit ibi, antequam matrimonium eſſe inciperet, nam intelligo ſ. quod ſequuto nouo conſenſu partium maximè ipſius viri putatiui, & hūc intellectum ad illum tex. l. Proculus. reperio fuiſſe glo. in cap. 1. de eo qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulterium. determinando per illum tex. ſimilem caſum, ſi vxoratus aliam ſuperinducit vxorem, illa ſecunda ignorante eum vxoratum, & contingat primam vxorem mori, an ex tūc reconualidetur matrimonium cum illa ſuperinducta ſine alio nouo conſenſu, & tandem concludit ꝙ non: quia conſenſus requiritur de nouo, non aūt ſufficit primus continuatus, ex quo cum eodem errore videtur continuatus prout ēt probatur in d. l. Proculus. ante fi. fm gl. in d. c. 1. cum qua cōiter tranſeunt Doct. ibi poſt Io. And. & etiam voluit gl. in c. fi. de cōiug. ſeruo. Sed Imo. in d. c. 1. tenet contrarium, arg. l. quā uis. & l. ſi mulier. la 2. C. ad Velleia. & l. 3. § Seio ff. de mino. & pro opi. gl. facit tex. & gl. illa no. in l. 3. in princ. ff. de acq. poſſ. dum voluit, ꝙ intrans poſſeſſionem animo continuandi poſſeſſionem tanquā iam de præterito ſibi quęſitam, quæ in vero non erat quæſita, non quærit tunc poſſeſſionem, quia animus tenendi, ſeu continuandi non operatur animū de nouo quærendi. ſed pro opi. Inno. facit, quia Barto. ibi poſt Dyn. & cōiter tenent contra illam gl. quia ſufficit adeſſe animum in poſſidendo, nam qui habet animum retinendi, ſeu continuādi, etiam cenſetur habere animum poſſidendi, allegat cōtra illam gloſ. in arg. quod habetur in l. 1. C. commu. vtriuſ. iud. & in l. poſthumus. §. fi. de inius. rup. & irri. teſt. & in l. qui liberis.

§. teſta-

Source : BIU Cujas

§.teſtamento.ff.de ſecun. tab. Sed duo prima iura parum faciunt,& §. teſtamento facit de directo in contrarium, quia imo nō ſufficit nō apparere de diſſenſu, vel de reuocatione, ſed opus eſt noua declaratione animi, & ſic de nouo cōſenſu.Sed licet in terminis d.glo.l. 3, verior videatur opin. Bart. ibi, cum qua communiter tranſeunt ibi Doct. & etiā ego legendo ibidem tenui, vt ibi latius dixi, tamen illa deciſio Bar. & gl.ibidem contrariæ non confert ad terminos noſtros: nā licet ille intrans poſſeſſionem non habeat animum de nouo quærendi poſſeſſionem,tamen nō pōt negari,quin habeat animum poſſidendi. vnde ſufficit animus poſſidendi in quærenda poſſeſſione,vt probatur in d.l.3.& in l.licet.C.eo. titu. tamen in terminis,de quibus in d.l. Proculus. & in d.capit. 1. de eo qui duxit in matr.oportet, quod ſit animus cōtrahēdi matrimonium ad hoc, vt intelligatur matrimoniū de nouo contractum,vnde perſeuerando in primo matrimonio non dicitur quis hodie contrahere,cras contrahere,& ſic ſucceſſiuis temporibus. Sed qui continuat poſſeſſionem de præterito,dicitur hodie poſſidere, cras poſſidere, poſt cras poſſidere,& ſic ſucceſſiuis temporibus,quia poſſeſſio eſt actus cōtinuus,non autem momentaneus, vt per Bart. in l.Celſus.ff. de vſucap. & dixi in l.1. ff. de acquiren. poſſeſ. in diffinitione poſſeſſionis. Præterea animus & conſenſus, qui a principio nulliter interuenit ob aliquod impedimentum, non ita de facili facit actum reconualeſcere propter ceſſans impedimentum, niſi appareat de nouo de perſeueratione voluntatis,vt eſt text. iuncta gl. & ibi no.in l. 1. §. ſed ſi filius.ff.de leg.3.Sic eſt in caſu noſtro,cum primus conſenſus fuerit nulliter præſtitus ob impedimentum ſeruilis conditionis, de quo in d.l. Proculus.vel aliud impedimentum de quo in d.c. 1.vel aliud ſimile impedimentum, non ſic quando a principio animus vtiliter interuenit in actu, ſed ex poſt redditur actus nullus propter aliquod ſuperueniens impedimentum, nam ſi poſtea id impedimentum ceſſaret, an tunc reconualidetur ſine alia noua voluntate, eſſet diſtinguendum,vt per Barto. in l. ſi quis filio exhæredato. §. finali. ff. de iniuſto, rupto teſtamento.

19 † Decimoquintò conueniunt,quia ſi extraneus dotem dedit ſponſo futuro pro dote mulieris, intelligitur conditio, ſi nuptiæ ſequentur.l. ſtipulationem. ff. de iure dot.cum ſim.& tunc ſequutis nuptis preſumitur donatio in perſona mulieris,& ſibi acquiritur actio ex tacita ſtipulatione hodie p dotis reſtitutione,vt in §.accedit.l.1.C.de rei vxor act. & ſi nuptiæ non ſequentur, puta mittendo nuntium repudij: tunc talis extraneus repetit per condictionem ob cauſ. ſi dedit ea conditione,vt ſtatim fiant accipientis.l.ſi ego,ſecundo reſpōſo.ff. de iure dot. In dubio autem videtur agi,vt ſtatim fiant accipientis,vt l.dotis fructus,in fi.cum ſeq.eo.tit.Si autem apparet, q voluerit effici ſtatim accipientis,ſed tunc demū nuptijs ſecutis, tunc non ſecutis nuptijs non agetur condic. ob cauſ. ſed poterit talis extraneus vēdicare tanquam rem ſuā, vt in d.l.ſi ego.& hæc omnia ſimiliter locum hñt in dote putatiua data per extraneum pro matrimonio ꝯhendo de iure inualido,quod credebatur validū: nam non ſolum ſi nuptiæ non ſequentur de facto,ſed ēt ſi de facto ſequētur,ſ. per verba de præſenti, imo etiam ſi facta foret ductio ad domum talis ſponſi, & etiam ſequuta copula de facto haberet locum repetitio per cōdictionē ob cauſam in perſona dicti extranei: quia paria ſunt nuptias non eſſe ſecutas in matrimonio legitimè contrahendo,vel eſſe ſequutas de facto in matrimonio nulliter contracto vel contrahendo,vt probatur in dicta l. ſi ego,poſt princip.ibi, quare etiam ſi ſequi nuptiæ nō poſſunt propter matrimonij inductionem &c. Et ideo dicto caſu poſſet dictus dotans repetere deducendo & allegando inualiditatē matrimonij, licet ipſi coniuges inſtarent pro ipſo matrimonio, cum interſit dicti dotantis propter conditionem illā tacitè ſubintellectam non impletam de iure, quod eſt notabile,maximè ad limitationem d.§. accedit. ex quo ſequitur, q ſi tale matrimonium fuiſſet ſolutum morte viri,vel mulieris, & extraneus ipſe, qui dotauit, nunc compertum haberet tale matrimonium non tenuiſſe, repetere poſſet dictam dotem inuita dicta vxore, nec teneretur eā reddere pro matrimonio nouiter de nouo & legitimè contrahendo per talem mulierem,ex quo talis dotatio ad tale matrimonium nouum ſe non extendit, per id quod habetur in l. ſtipulationē. cum ſequen.

20 Et ex hoc inferri poteſt ad 16. ſimile,ſi extraneus † qui omnino erat donaturus mulieri, iuſſu mulieris eius ſponſo putatiuo numerauit pecuniam pro dote putatiua, nec nuptiæ ſequutæ ſunt, tunc ſicut nuptijs legitimis non ſequutis miſſo nuncio repudij talis dos non repeteretur per extraneum ipſum dotantem, ut habetur in l. ſi donaturus. in princip. ff. de condict.ob cauſam.ad hoc l.ſi extraneus.uerſic.niſi fortè. eodem tit. ita etiam in dote putatiua ſoluta per ipſum extraneum ſoluente ſponſo putatiuo animo donandi ipſi mulieri, vt dictis nuptijs non ſequutis de facto, vel ſequutis,tamē de facto & non de iure dicta dos non poſſet repeti per ipſum extraneum. Sed debet reddi mulieri, vt probatur a contrario ſenſu in dicta l. ſi ego. iuncto dicto verſicu. quare etiam. cum dicta lex loquatur,quando extraneus aliàs non eratdonaturus, niſi ſecutis nuptijs: ergo ſi eſſet aliàs donaturus, dictus verſi. quare etiam,probat a contrario ſenſu, quod res datæ non remanent ſuæ,videlicet dicti donatoris,ſed debent reddi mulieri, & ita etiam probatur ex generalitate tex.& literę in d.l.ſi donaturus.in princ.intelligendo tex ibi, nec nuptiæ ſequutæ ſunt, videlicet nuptiæ validæ; quia paria ſunt, nuptias non eſſe ſequutas, vel eſſe ſequutas & inualidè, arg. l. non erit.§. dato. ff.de iureiur.& in l.2. in princ. ff. queadm. teſtam.aperian.& in l.4.§. condemnatum.ff.de re iudic.& c. fin. eod.tit.in 6.cum ſim.

21 Ex quo infertur ad 17. ſimile, † quòd ſi dicto caſu talis extraneus non ſoluiſſet talem dotem promiſſam animo donandi, & poſteà detecto impedimento nuptiæ non fuerunt ſequutæ, vel ſi fuerunt ſequutæ, fuerunt retractatæ propter tale impedimentū, nihilominus tenebitur mulieri facta ſibi ceſſione à dicto ſponſo,ſeu marito putatiuo,prout idem dicitur, quando nuptiæ erant legitimè contrahendæ.l.qui ſe debere.verſic.ſed cùm ſciret.iuncta glo.ff.de cōdict.ob cauſ.ex quo etiam poteſt inferri,quòd ſi talis maritus peteret à dicto extraneo talem dotem ſibi promiſſam,& ipſe promittens opponeret de inualiditate matrimonij, propter quod ipſe promiſit, nihilominus non audiretur, quia ſua non intereſt, ita opponere, cùm in omnem euentum erat ſoluturus,& ſicut non audiuntur agentes, quorum non intereſt, ita etiam nec excipientes:l.poſthumus.§.ſi quis ex his. ff.de inoffic.teſtam. & Inſtit.de excep.poſt princ.Si autem non fuiſſet omnino donaturus, niſi ſequutis nuptijs, vt in dubio ita præſumitur, ut not. in d.l.ſi donaturus. & in d.l. ſi extraneus. & tunc ſi contra eum ageretur ex dicta ſua promiſſione poſſet opponere de inualiditate matrimonij per ſupradicta.

Aduertendum tamen eſt, quia ſi mulier ſcienter contraxiſſet tale matrimonium inualidū ignorante dicto extraneo promittente dotem, tunc in locum dictæ mulieris ita lucrantis ſuccederet fiſcus, per text.in d.l. qui contra. C. de inceſt. nupt. & ſic poſſet fiſcus agere contra dictum maritum putatiuum, vel eius hæredes, vt cedant, prout poſſet mulier, ſi ignoranter contraxiſſet per ſupradicta, & per id quod habetur in d.l.qui ſe debere, uerſi. ſed cum ſciret.ex quo etiam ſequitur,quòd eo caſu quo extraneus non animo in totum donandi dotē dediſſet pro matrimonio contrahendo.& ſic ſub tacita conditione,ſi nuptiæ ſequentur,tunc etiam ſi ſcienter dediſſet, quia ſciebat matrimonium non tenere,nec nuptiæ ſecutæ fuerunt,tunc dotem repeteret per condictionem ob cauſam,nec fiſco quæreretur,ſicut etiam daretē repetitio dicto caſu ipſi mulieri ſponſæ, per id quod habetur in l.fi.ff. de condic.ſine cauſa. & ſecundum dicta ſupra in 1. parte huius vndecimę partis,in primo caſu ſeu membro,& idem ſi ſequutæ fuiſſent nuptię,non tamen conſumatę per carnalem copulam ſecundùm dicta in ſecūdo membro dictæ primæ partis. Si autem nuptiæ fuiſſent conſumatæ per copulam,& tunc tali dotandi nō daretur repetitio,nec etiam ipſi mulieri,ſed fiſco, per id quod habetur in d.l.qui contra.& per no. in d.l.fi. & dicta ſupra in 1. parte huius vndecimæ partis, maximè in 6. membro. Et poteſt concludi,quòd in omnibus caſibus,in quibus concluſi nō competere repetitionem mulieri ſciēter dotē ſoluenti in eiſdem denegatur extraneo ſciēter dotanti eadem ratione.

22 Decimaoctaua conuenientia, quia † dos putatiua licet ꝓpriè & ſtrictè dici non poſſit,ex quo dos non poteſt eſſe ſine matrimonio.l.fi. C. de do. ante nup. & matrimonium inualidum non poſſit dici matrimoniū & conſequenter nō poſſit in eo verſari proprium nomem dotis, tamen largo modo poteſt dici dos, & conſequēter talis mulier poteſt dici eſſe dotata, vnde ſtante ſtatuto quòd filia vel mulier dotata à patre, vel matre,fratre,vel alio conſanguineo non poſſit ſuccedere vnà cum fratre maſculo &c.locum obtineret ad excluſionē dictæ mulieris,etiā ſi foret dotata pro matrimonio inualido obſtāte aliquo impedimento, & ita iam vidi de facto conſultum apud Piſas per Doc.ſolennes, & ita etiam me ſubſcripſi, eo maximè quia ad dictum effectum ſtatuti illa filia videtur dotata, cui pater dotem aſſignauit, licet adhuc non eſſet matrimonium,ut per Bart. in l.Titio centum.§.Titio genero.ff. de cond.& demonſt.& maximè per tex.in l.non eſt matrimonium.ff.de ritu nuptia. & in l.qui pupillam.ff. de adult. & ibi

etiam

Source : BIU Cujas

etiam per Bart. ad hoc etiam glo. & ibi etiam not. Barto. in l. eum plures. §. cum tu or. ff. de admin. tut. facit l. vnum ex familia, in princ. & § 1. ff. de leg. 2. & l. cum pater. §. fidei. eo. tit. imò si pater, vel mr &c. dotem promisisset spōso futuro, licet nondum esset matrimonium, censeretur esse dotata ad effectum dicti statuti, licet pater decessisset ante solutionem, & etiam ante nuptias contractas, ad hoc gl. in l. cū post mortē. §. pen. ff. de admin. tut. & idem voluit Bald. in l. non sine C. de bo. quæ liber. & in l. si pater. C. de spons. & per eundē in l. pen. C. de cond. inser. in antepen. col. & in l. Deo nobis C. de epis. & cle. Vnde ad propositum, licet talis dos data pro dicto matrimonio inualido non esset propriè dos, dos tamen est, ex quo fuit destinata doti, nec potest dici, ꝙ pater non exercuisset in filiam actum donandi, ideo excluderetur a successione, sicut si fuisset verè & propriè dotata.

23 Decimanona, † quia stante statuto, vel consuetudine loci, vt est in quibusdam locis, quod acquisita per coniuges, seu alterum coniugum constante matrimonio efficiantur communia, & veniant æqualiter diuidenda soluto matrimonio, vendicat sibi locum etiam in matrimonio putatiuo, ac si matrimonium tenuisset, vt probatur in c. 2 de dona. inter vir. & vxo. secundum intellectu aliquorum ibi, quem etiam ibi sequitur Abb. Sicu. qui tamen intellectus non probatur ex illo tex. licet gl. ibi tertia in princ. aliqualiter faciat pro hoc dicto: tamen nec tex. nec gl. hoc probat bene intelligendo. Nā verba tex. ibi, & non est aliud quod obstat, debent referri ad ius commune, & non ad consuetudinem: obsisteret autem de iure communi ipsi mulieri, quominus dotis restitutio non deberet sibi fieri, quando ipsa scienter contraxisset matrimonium illicitum per id, quod habetur in l. qui contra. & in authen. ibi posita. C. de incest. nupt.

Item intentio gl. ibi fuit loqui de pacto, vel consuetudine loci, ꝙ vxore prædecedente vir lucretur dotē, vel eius partē, dum allegat gl. tex. in c. fi. eo. tit. & ꝙ illud dictum non sit verum, apparebit infra in tertio membro, dum ponetur sexta differentia inter dotem veram & putatiuam circa pactum, vel statutum de dote lucranda.

24 Vigesima conuenientia, quia † sicut ea, quæ quærit vxor constante matrimonio, vera præsumuntur quæsita de bonis viri, vt cesset suspicio turpis q̄stus, vt habetur in l. Quintus. ff. de donā. inter vir. & vxor. de quo tamen remitto me ad notata per Bal. & alios in l. si vxorem. C. de cond. inser. & dixi in l. ex diuerso. §. 1. ff. sol. mat sic etiam dicendum est in quæsitis per vxorem putatiuam durante matrimonio non vero, vt ꝓbatur ex tex. iuncta gl. fi. in d. c. 2. quod videtur satis æquum, quando versabatur tale matrimonium inter ignorantes, sup quo tamen aliter non insisto, quia non cōcernit propriè materiam nostram circa dotem putatiuam, prout etiam non cōcernit aliud supra proximum simile. Et per prædicta apparet expeditum esse primum membrum, & consequenter etiam secundum, cum ex supra deductis appareat esse ostensum, in quo conueniunt dos vera & dos putatiua, tam circa priuilegia dotis, quàm etiam circa alias qualitates, & circunferentias dotis.

25 Sequitur tertium membrum, videlicet in quibus † differant dos vera & dos putatiua & quidem primò differunt in actione, seu quò ad remedium agendi, quia pro dote vera dabatur olim rei vxo. actio, seu actio de dote, & in locum eius succedit tacita stipulatio, vt habetur in l. 1. in princ. C. de rei vxor. actio. & in §. fuerat. Instit. de actio. Sed pro dote putatiua restituenda, quæ est data pro matrimonio inualido, datur solum condictio ob cau. & ꝓdictio sine causa, vt habetur in l. 1. C. de condic. ob causam. & in l. fi. ff. de condi. sine causa. & no. in dicta l. si cum dotem §. fi. & dixi supra in secū da conuenientia ad finem.

26 Ex quo sequitur secunda differentia, † quia licet pro dote vera profectitia restituenda actio de dote, seu hodie ex stipulatu sit communis patri & filiæ, vt l. 2. §. 1 ff. solu. matr. tamen non sic in dote putatiua illa condictio ob causam pro ipsa repetenda erit dicta communio, vt illa sit communis patri, & filiæ, imo erit pręcipua ipsius patris, vt dixi supra in prima parte huius 11. partis circa 11. membrum, & subest ratio, quia condictio ob causam oritur ex negocio gesto inter accipientem & repetentem, prout est etiam de natura condictionis indebiti, imo multò magis in condictione ob causam & in condictione indebiti, cum condictio ob causam requirat factum explicandum ab homine. Bar. in l. is cui hæreditas. ff. de condic. indeb. cum ergo nullum negotium sit gestum inter ipsum maritum, & vxorem filiam dotantis. ergo nulla communio potest esse inter patrem & filiam pro dicta dote repetenda per condictionem ob causam.

Ex quo potest inferri ad tertiam differentiam, videlicet ꝙ

27 † licet in dote vera & profectitia, postea effecta sui iuris morte patris, vel emancipatione ipsa dos, & eius actio reconsolideretur in filiam, vt l. 1. §. videamus. C. de rei vxor. actio. Tamen non sic in dote profectitia putatiua, videlicet data per patrem pro matrimonio inualido, quod credebatur validū, nam si pater ignoranter dotauit, tūc soluto tali matrimonio putatiuo per mortem viri post mortem dicti patris dotantis dotis repetitio non spectabit ad dictam mulierem. Sed ad hæredes dicti sui patris repetendo per condictionem ob causam, & si fuisset emancipata & matrimonium esset solutum per mortem viri putatiui, vel etiam ante mortem dicti viri fuisset matrimonium retractatum per iudiciū ecclesiæ propter aliquod impedimentum: tunc dos non esset reconsolidata in filiam prædictam, sed pleno iure repetitio ad dictum patrem spectaret per condictionem ob causam. plus dico, ꝙ si dictus maritus putatiuus expresse per stipulationem promisisset dictam dotē restituere in casum soluti matrimonij, & sic personaliter: nam tunc dicta stipulatio intelligitur de restituendo, cui de iure debetur, per id, quod habetur in l. post dotem. ff. solu. matrimon. in tertia lectu. glos. Et si fortè hoc casu non censeretur stipulatus sibi & filiæ, quia verba stipulationis reassumunt interpretationem, prout de iure cōmuni disponitur, vt a iàs in simili per eundem Barto. in l. vxorem. §. testamento. ff. de lega. 3. & aliàs per eundem in l. vt. iureiuran. § si liberi. ff de oper. lib. & facit. l. si duo. cum sua gl. ff. de acquir. hæred. Fatendum tamen esset, quod prædictis casibus dicta dos censeretur reuersa ad patrem, vel eius hæredes cum onere redotandi dictam mulierem per id, quod habetur in auth. sed quamuis. C. de do. promis. & aliàs per Bar. in d. l. post dotem.

Quarta differentia, quia maritus putatiuus in talis dotis putatiuæ restitutione non habebit dilationem anni, prout habet maritus in dote vera, videlicet quando dos consistit circa mobilia, vt habetur in l. prima. §. cum autem. & §. ex actio. C. de rei vxor. actio. & probatur ex tex. indistinctè loquente l. 1. C. de condictio. ob ca. & est glos. singul. in dic. §. exactio. in gl. fi.

28 Quinta differentia est, † quia maritus in talis dotis putatiuæ restitutione non habet beneficium indultum a iure in restitutione dotis veræ, videlicet ne ꝙueniatur, vel exigatur, nisi in quantum facere potest. Et licet glos. nota. relata ad illum tex. in c. 1. de dona. io. inter virum & vxor. dixerit contrarium: tamen Ioan. Andr. ibi, & communiter Docto eum sequentes tenēt vt supra, & melius, nam dictum priuilegium fuit indultum viro ob reuerentiam maritalem, quæ durat ēt solu. matrimo. propter reliquias matrimonij & eius vinculi, propter quod vir & vxor dicuntur fuisse socij diuinæ, & humanę domus. l. aduersus. C. de crimine expil. hæred. & etiam quia censentur fuisse vna caro. cap. debitum. de bigamis & facit Insti. de patria potèsta. post principium. iuncto eo quod habetur in l. alia. §. eleganter. ff. solu. matrimo. in tex. & glos. ibi. quæ ratio cessat, quando non fuit inter eos verum & legitimum matrimonium, licet reputaretur verum. & pro hac opinione videtur casus in d. cap. 1. vbi non sine ministerio ibi Papa mandat reddi mulieri totam dotem, quando matrimonium separatur ex aliqua causa legitima, & sic sine aliqua diminutione, quia nihil aliud importat illud verbum totam, vt aliàs per glos. not. in l. decem. ff. de fideicom. lib. quam pro notabili allegat Bald. in authen. sed cum testator. C. ad legē Falc. quod si testator mandat hæredi, vt soluat totam rem legatam, videtur ex tunc prohibuisse Falcidiam. & facit text. in l. Iulia. in princ ff. de leg 3.

29 † Sexta differentia est circa pactum de lucrando dotem totam, vel eius partem, vt solet apponi in instrumentis dotalibus, scilicet quod vxore prædecedēte in mrimonio sine filijs vir lucretur dotem totam, vel eius partem nam si contingat postea tale matrimonium fuisse nulliter contractum ob aliquod iuris impedimentum, debet restitui dos mulieri tota per ipsum virum, nec est locus retentioni propter dictum pactum de lucrando dotem, vt est text. no. in l. 1. C. de condic. ob caus.

Ex quo infert ibi Bal. not. idem esse in statuto de dote vel eius parte lucranda per virū vxore prædecedente sine filijs, cum procedant a pari tale pactum & statutum circa dictum lucrum, ad hoc. cap. fin. ad fi. de dona inter virum & vxor. & per Bart. & alios in l. si ab hostibus. §. si vir. ff solu. matrimo. quod procedit non solum si tale putatiuum matrimonium fuit dissolutum inter coniuges viuentes per iudicium ecclesiæ, sed etiam per mortē ipsius mulieris, & postea detegatur talis nullitas, quę poterit allegari per hæredes talis mulieris contra talem virum volentem retinere dictam dotem propter dictum pactum, vel statutum de lucrando propter ge-

nera-

Source : BIU Cujas

neralitatem d.l.1.vt etiam hoc idem voluit Barto.de Salyce. & tenet Ioan.de Imo.Pau.de Caſt.& Ludo. Roma.in l.ſi ante nuptias.ff.ſolu. matrimo.quod intelligo procedere, etiam ſi vir ignoranter cõtraxiſſet, cum ille tex. in d.l.1.indiſtinctè loquatur.Et licet gl.fin.d.cap.1.de dona.inter virum & vxor. ſenſerit contrarium relata ad illum text. & ipſum intelligendo ibi, & niſi aliud obſiſtat &c. videlicet quando eſſet factũ pactum de lucranda dote, vel eſſet de hoc conſuetudo loci. tamen etiam ibi moderni legentes tenent contrariũ per tex. in d.l.1.& ita eſt tenendum, vt etiam probatur in dic. cap.1. ibi dum dicit,totam dotem, quaſi dicat, quod nihil de dicta dote poſſit retineri per virum, fortè ſi aliegaret dictum ius retinendi propter dictum pactum, vel ſtatutum ſeu conſuetudinẽ loci, ſi hæredes agerent per condictionem ob cauſam, vel ſine cauſa prout ibi agebatur. Si autem hæres ageret actione de dote, ſeu ex ſtipulatu tacita vel expreſſa ſecundum quod habetur in l.1.C. de rei vxor. actio. & tunc ex quo hæres dictam viam elegit, ſibi debet imputari, argu. l. ſi mulier. §.fi.ff.quod met. cau. ex quo dictæ actioni de dote ſic intentatæ ineſt tale pactum ſic incontinenti appoſitum, cum non poſſit aliter intentari,niſi cum ſua qualitate inhęrente, & ſic cũ exceptione rei inſita in ipſa actione intentate. arg.l. lecta. §.dicebam.ff.ſi cert.peta.& quod ibi per Bar.& eundem in l. eũ qui ita.ff.de ver. obl. Et prædicta omnia procedunt,quando vir ignoranter contraxiſſet. Si autem ſcienter ipſe vir & ſimiliter ipſa mulier contraxiſſet. & tũc ſicut dos applicatur fiſco per tex.in d.l.qui contra.& auth.ibi poſita.& dictum eſt ſupra in 6.membro 1.partis huius 11.partis,ita etiam lucrum illud,quod viro erat quęrendum ex pacto vel ſtatuto per d.l. qui contra.vt dictum eſt ſupra in 10 & 12.membro 1. partis. Sed ſi mulier ignoranter contraxiſſet,quo caſu ipſam dotem non perdit,tunc tota dos eſſet ſibi reſtituenda, nec ſciẽtia viri dẽt ſibi obeſſe,vt ſic pp ſcientiam viri lucrum, quod ſibi eſſet quærendum vigore pacti vel ſtatuti loci,vt ſupra,ſit applicandum fiſco in præiudicium dictæ mulieris,vt ſic ipſa remaneat indotata in totum,vel in partem, & maximè vt nõ poſſit commodè alteri renubere. & hoc propter generalitatem tex.in d.l.1. & facit in ratione ſui, quod habetur in l.2.§. fina. cum ſeq.ff. de priuileg. cred. & in l.2.ff.de iu. dot. Et ſic codẽ modo eſt dicendum, ſi puella nondum nubilis ętatis fuit deſponſata per verba de præſenti, & ſic non valuit matrimonium, & antequam matrimonium reconualidaretur adueniente legitima ætate, vel aliter puella deceſſit, vt tunc vigore dicti pacti, vel ſtatuti loci, talis ſponſus non lucretur dictam dotem, vel eius partem. Sed dubium eſt non mediocre, imo ſatis arduum,an ſi ſponſalia fuerunt ſequuta de præ 31
ſenti, & ſic fuit contractum matrimonium, tamen mulier nondum ducta ad domum viri deceſſerit, an vir talis lucretur dotem prædictam vel eius partem vigore dicti pacti vel ſtatuti. Nam ſi ſolum fuiſſent ſpõſalia de futuro non eſt tunc dubium ſponſum non lucrari ſecundum dicta ſupra in ſecundo membro decimiquarti membri huius vndecimæ partis in ſecunda combinatione. & per Bal.in l. 2. C. de do.promiſ. Solum ergo eſt dubitatio in ſponſa de præſenti nondum ducta. Nam Barto. in l.nihil,rerum amot. tenuit talem virum lucrari, & etiam Bal.in l. Deo nobis. C. de epiſco. & cler. per illum textum. vbi in vero videtur caſus, prout ipſe inducit. & etiam in Authen. de ſanct.epiſco. §. ſponſalibus. cum ſeq. & cum opin.Barto. tranſiuit idem Bald. in l.ſancimus. C. de nupt. Sed idem Bal.in l. non ſine. C. de bonis quæ libe. tenet 32
contrarium, quia tale lucrum attribuitur viro propter onera matrimonij. Vnde ſicut dos debetur ex cauſa oneroſa, ita etiam tale lucrum dotis per id, quod habetur in l. ſi donaturus.§.1. & ibi per glo.ff.de condict.ob cau.& ita dicit ſe conſuluiſſe Vincentiæ: vbi tamen limitat, niſi per mulierem, vel ſocerum ſteterit,vel niſi vir fecerit præparamenta & ex- 33
pẽſas pro ducendo ipſam mulierem, quaſi ex tunc incæperit ſubire onera,& ſic intelligit,quod habetur in d.l.Deo nobis. & in d.§.ſponſalibus, quia ſtetit per ipſam mulierem propter ingreſſum ſuum ad religionem. Sed de hac quæſtione plenè per Abb. Sicu. in cap. 3. loco. de præſumpt. vbi refert conſilium ſuum,& poſt multa tenet, & ita conſuluiſſe ſe dicit pro opin.Bar.vt ſupra.Sed Bart.de Sal.in l. cum in te. C. de dona. ante nupt.aliter diſtinguit,an dicatur in ſtatuto, muliere decedente ſine liberis, quo caſu videtur intellexiſſe de matrimonio conſumato per copulam,cũ aliter non poſſint accõmodari verba dicti ſtatuti, an autem ſimpliciter dicatur, muliere prædecedente in matrimonio,vt ibi p eũ, & hanc conſiderationem fecit etiam Bal.in dicto ſuo conſil. & etiam ipſe Bart.de Salyc.in quodam ſuo conſil. quod vidi, & incipit, circa examinationem dubiorum. Sed opin. prima quam tenuit Barto. eſt magis communis, quam tenuit Paul.de Caſt. in dic.l. Deo nobi.per illum tex.& ibi etiam Raph. Fulgo.dicens ita ſe aliàs conſuluiſſe cum pluribus Doctoribus, & idẽ ipſe Pau.in l.ſi ante nupt. & in l. ſi marito.§. 1. ff. ſolu. matri. dicendo ſe vidiſſe pluries conſultum pro hac parte, & etiam quod ipſe conſulnit, idem tenet Rapha. Cuma. in d.l.ſi ante nupt.& in d.l. nihil. & in eandem partem inclinat Ange.in l. 1.C.de impo.lucra.deſcript. lib.10.& poſt multa idem ſequitur Petr.de Anch. in repet.ca. canonum.de conſtit.41. char. in 14. q.prin.verſ.quæro de quæſtione,quæ mihi occurrit de facto Venetijs. volui hæc dixiſſe,quia hæc quæſtio ſæpe de facto contingit,& ego iam conſului pro dicta opin. Bart.quando ſtatutum ſimpliciter diſponeret,quod vxore prædecedẽte &c. Secus ſi ſtatutum diceret, q̃ vxore prædecedente in matrimonio ſine filijs, prout de facto proponebatur dictare ſtatutum, quia tunc illud verbum,in matrimonio ſine liberis,habet denotare talem conſuetudinem matrimonij,vt latius dixi in dicto conſilio per multas rationes ſatis fundamẽtales. Quod autem ſupra dixi de dicto lucro dotis vigore pacti vel ſtatuti loci, vt non obtineat in matrimonio putatiuo,limitãt quidam procedere,niſi mulier,vel eius pater ſciẽter contraxiſſet ignorans, quia tunc tale lucrum non perdit talis vir putatiuus, quaſi tunc dolo mulieris, ſeu ſoceri factũ ſit, vt talis dos non ſit conuerſa in eius lucrum ſecundum Ludo.Roma.in d.l.ſi cum dotem.§.fina. allegat caſum ſingu. in l.an in patrem.ff. quod falſo tuto. autho.Sed imo dicendum eſt quod dicto caſu tota dos applicatur fiſco,nec talis vir aliquid retinet per dictam l. qui contra. tamen ſi mulier vel eius pater fuit circa hoc dolo verſata vel verſatus, poteſt talis vir putatiuus per actionem de dolo petere intereſſe dicti lucri deperdiri,per tex.not.in l.a Diuo Pio. ff. de ritu nuptia. in caſu tamen dictæ l. an in patrem diſtinguitur an dictus pater ſic ſciens hoc fecerit propenſiori affectu paterno,non autem fraudulento,de quo dixi latius in vndecimo, & duodecimo membro dictæ primæ partis huius vndecimæ partis & etiam aliqualiter eſt tactum in tertio membro ad fi.

Septima eſt differentia,quia† licet in dote vera prohibeatur retentio propter impenſas vtiles etiam ad perpetuam vtilitatẽ factas in ipſa re dotali, ſed tunc opus ẽ viro agere negotiorum geſtorũ actione pro earum repetitione, vt habetur in l.1.§.ſed nec ob impenſas.C. de rei vxor. act.tamẽ ſecus in in dote putatiua, quia tunc poteſt retineri pro dictis expenſis, vt eſt tex.no.in d.l.ſi cum dotem.§.fi.cum ſeq.ff.ſol.matr. & ibi no.& dixi in 4. parte operis.in primo & ſecundo priuilegio. & ibi in octaua fallentia.

Octaua differentia reſultat ſecundum dicta ſupra in 14.cõ uenientia, videlicet quando † matrimonium eſſet nullum ratione ſeruilis conditionis mulieris,quæ dotem habet in re pertinente ad alium,& ſic quę erat aliena:nam licet maritus verus,qui rem alienam accepit ab vxore,præſcribat eam titulo dotis ad commodum etiam mulieris,adeo q̃ ſol. matri.talem rẽ ſic viro quæſitam ex præſcriptione teneatur reſtituere mulieri, vel eius hæredi, ac ſi a principio illam tanquam propriam mulieris accepiſſet.l.Pomponius.§.in dote.ff.de acquir.poſ.vt dictum eſt in d.14. conuenientia: tamen non ſic in dote putatiua mulieris ſeruilis conditionis per tex. no.in l. Proculus.ff.de iure do.& ibi d.14. conu.dixi rationem differentiæ,licet ſecus, q̃ matrimonium eſſet nullum propter aliud impedimentum, quia tunc præſcriberetur etiam ad vtilitatem vxoris putatiuæ ſecundum ibi dicta.

Nona differentia, † quia licet fructus dotis veræ vir faciat ſuos etiam excedentes onera matrimonij:tamen non ſic fructus dotis putatiuæ, quatenus ſuperexcederent onera quaſi matrimonij,vt videtur a contrario ſenſu in l.in inſulam.§.fructus.ff.ſol.mat.& ibi etiam voluit Bar.quod an ſit verum,patet ex dictis ſupra in 6. combinatione 14. principalis membri huius 11 partis.

Decima differentia,† quia intantum lucratur vir fructus veræ dotis etiam excedentes onera,quod ex illis non ſit neceſſe deducere expenſas factas in dotem,vt l.diuortio. §. impendia.ff. ſol. matrim.& habetur.ff.de impen. per totum: tamen non ſic in dote putatiua,quia expenſas,quas vir putatiuus fecit in ea, etiam ad perpetuam vtilitatem deducere debet de dictis fructibus, ſicut deducit quilibet bonæfidei poſſeſſor, etiam ſi tantundem onerum ſuſcepit in perſona vxoris putatiuæ,vt eſt caſus ſingularis in dicto §.fructus.in verſic. ſumptus verò. vt etiam voluit gloſ. in verbo compenſatis. & ẽt gloſ. no.in dic. §.impendia.in gloſ. fi. quæ aſſimilat talem virum putatiuum bonæfidei poſſeſſori,qui licet fructus perceptos faciat ſuos,tamen ſi quas expenſas vtiles,vel neceſſarias fecit in re ipſa, ipſas non recuperat, quatenus aſcendunt ad valorem fructuum perceptorum, ſed ſolum quatenus excedunt, vt habetur in l.ſumptus.& in l.emptor. in princip.ff.de

rei

Source : BIU Cujas

rei vendic.& in l.ſuper empt. C.de euict. quod forte poteſt limitari procedere in expenſis vtilibus, ſed in neceſſarijs videtur poſſe dici, quod ipſo iure extenuant dotem putatiuam, ſicut dotem veram, vt l.dote per illicitum. ff. de ritu nuptia. & dictum eſt ſupra in ſeptima conuenientia. Cogita tamen, quia tex.in d.§.fructus. quo ad prædictum effectum parificat ſumptus neceſſarios ſumptibus vtilibus, & ſic procedũt a pari quo ad extenuationem fiendam de fructibus perceptis. Vnde poſſet limitari tex.in d.l.dote per illicitum, videlicet vt ipſo iure neceſſariæ impenſę extenuẽt dotem putatiuam, ſcilicet quatenus ſuperexcederent fructus perceptos per text. in d.§.fructus. vnde cogita.

34 Vndecima differentia † circa ſingularem diſpoſitionem l. in rebus. C. de iure dot. ut non extendatur ad dotem putatiuam, vt dixi ſupra in octaua parte operis circa ſextum priuilegium in 12. fallentia, quia ſi dominium dotis putatiuæ illico retransferretur in mulierem diſſoluto tali matrimonio putatiuo per mortem, vel ſententiam non poſſet dari pro ea repetenda condictio ob cauſam vel ſine cauſa: cum nulla cõdictio detur domino, Inſtit. de act. §. ſic itaque diſcretis. & l. 1.ff. vſufruct. quemadmo. caue. & tamen pro tali dote putatiua reſtituenda mulieri non poteſt agi niſi condictione ob cauſam, vel ſine cauſa, vt habetur in l. 1. C. de condi. ob cau. & l.ſi.ff.de cond.ſine cau. & per gl.in rub.ff.ſol.matr. & dixi in d.l.ſi cum dotem.§.fina.

38 Duodecima differentia, † quia licet dos vera in mobilibus conſumptis non poſſit repeti incontinenti ſoluto matr. ſed demum poſt annum hodie.l.1.§.exactio.C.de rei vx.act. tamen non ſic in dote putatiua, quia põt incontinenti repeti per ipſam mulierem, vel eius hæredes, vt eſt glo. no.in d.§. exactio. Reperio tamen, quod quidam Moderni legentes in dicta l.ſi cum dotem. §. fi. tenent contrarium. & allegant gl. in l.3.de dona.inter virum & vxo. in fi. glo. primæ referendo eam ad illum tex.ibi, qui loquitur in dote data pro matrimonio nulliter contracto propter impedimentum conſanguinitatis, tamen Docto. communiter tenent vt ſupra, vt etiam tenuit Abb.Sicu.in d.c.3.& etiam eſt de intentione Io.And. in c.2.eod.tit.quia tale priuilegium non datur doti, nec actioni de dote, ſeu ſimpliciter marito miſerationis cauſa, ſicut dilatio, vt non teneatur, niſi inquantum facere poteſt, donec peruenerit ad pinguiorem fortunam: cum iſta duo priuilegia procedant a pari in fauorem viri, vt patet in l. 1. §. cum autem.C. de rei vx. actio. Vnde ſicut ſupra concluſum eſt in quinta differentia, quod tale beneficium denegatur viro putatiuo, etiam qui ignoranter contraxit, eadem ratione dicendũ eſt in beneficio dilationis anni indultæ marito vero. Cõfert ad hoc, quia tex.in d.cap.3. non ſine miniſterio mandat totam dotem debere reſtitui, & ſic ſine aliqua diminutione, prout etiam loquitur tex.in cap.1.eo. titu. non autem diceretur tota reſtitui, ſi reſtitueretur poſt annum & non ante, quia imo tunc diceretur reſtitui minus propter commodũ repræſentationis, argumen. Inſtit.de actio.§. minus. & quia dies dicitur eſſe pars ſummæ.l.1.§. dies.ff. de eden. facit l.1.§. fi creditori.& l.cum dotem.ff.ad leg. Falcid. Et multo minus conſequeretur vir priuilegia dilationis tam anni, quàm etiã, ne exigatur vltra quàm facere poſſit, quando peteret fiſcus propter dotem ſibi applicatam, auferendo eam a muliere, vt ab indigna, quando vxor ſciuiſſet impedimentum: licet vir ignoraſſet per id, quod habetur in l.qui contra.C.de ince. nup.& dictum eſt ſupra in 6. caſu, ſeu membro primæ partis huius vndecimę partis: cum tunc fiſcus ſuccedat in locum dictæ mulieris, ergo ſicut contra ipſam mulierem vir non vtitur dictis priuilegijs, ſimiliter nec contra fiſcum in eius locũ ſuccedentem, facit l.apud Celſum.§. de authoris.& ibi no.ff. de except.doli. hæc omnia erant ponenda ſupra in 4.differentia, tamen in aduertenter fuerunt ibi omiſſa.

36 Decimatertia differentia, † quia licet propter adulterium per l.conſenſu.C.de repu. perdat mulier dotem veram, & applicetur viro: tamen non ſic in dote putatiua ob violatum matrimonium putatiuum & non verum, vt expreſsè præſupponunt Doctores omnes poſt gloſ. in cap. plerunque. de do. inter virum & vxorẽ. ea ratione, quod tunc non poteſt dici adulterium, ex quo verè non eſt vxor per id, quod habetur in l.ſi vxor. fi. de adult. & vbi non eſt verum matrimonium, ſed putatiuum, ibi non cadit adulterium, vt ibi habetur, & in l.ſerui.C.de adult. ergo non cadit perditio dotis, quæ propter adulterium imponitur in dic.l.conſenſu.& dic. cap. plerunque. & hoc niſi iam ſit lata ſententia ſuper perditione dotis propter adulterium: quia licet poſtea ſit repertum dictũ matrimonium fuiſſe inualidum, tamen propter hoc non debet ſententia lata ſuper dotis perditione retractari, vt eſt gl. no. hanc quæſtionem diſputans, & hanc opi. vltimo loco amplectens in dicto capit. plerunque. cum qua communiter ibi tranſeunt Doctores.

37 Decimaquarta differentia, quia vxor † vera diſcedens a viro propria authoritate & ſine iudicio eccleſiæ perdit dotem, vt l.fina.C.de repu.& ibi no. non ſic in vxore putatiua, & maximè ſi ex cauſa dicti impedimenti receſſit, licet propria authoritate, & ſine iudicio eccleſię, vt voluit gloſ. nota. cum qua communiter tranſeunt Doctores in dicto capit. plerunque. in gloſ.2.

38 Decimaquinta differentia, quia conſtante † matrimonio vero non poteſt interim præſcribi contra dotem in præiudicium mulieris, niſi eſſet ante matrimonium cœpta præſcriptio, vt habetur no.in l.ſi fundum. ff. de fun. dota. ad hoc l.in rebus. §. omnes. C.de iu. dot. Tamen ſecus in dote putatiua ea ratione, quia conſtante matrimonio vero mulier non poteſt agere pro iure ſuo, quod habet in ipſa dote, ex quo omne ius ſuum tranſtulit in virum, qui eſt factus perfectè dominus rei dotalis.l. doce ancillam. C. de rei vendica. cum ſimil. Et ſic ſuccedit regula, quod impedito agere impedimẽto iuris non currit aliqua præſcriptio.l. 1.in fi.C.de anna.exce. Sed mulier quando matrimonium non valuit, non tranſtulit ex tali titulo dotis nullo dominium in virum, ergo poteſt agere tanquam non impedita a marito &c. Sed in contrarium facit, quia imo talis mulier tranſtulit dominium in virũ putatiuum, licet ex falſa cauſa.l.3.§.ſubtilius.ff.de cond.ob cauſam. paret, quia mulieri repetenti datur condictio ob cauſam, vel ſine cauſa. l. 1. C. de condictio. ob cauſam. & in l.fi. ff. de condict. ſine cauſa. ergo neceſſario non præſupponitur domina, ſed magis præſupponitur dominium eſſe apud talem virum, Inſtit.de actio. §.ſic itaque diſcretis. Aut ergo fundus non fuit traditus, & tunc non dicitur dotalis, & ſic poteſt interim præſcribi, vt habetur in dicta l. ſi fundum. Aut fuit traditus tali viro putatiuo, qui poſtea cecidit a poſſeſſione, & tunc ex quo mulier iam tranſtulit dominium, non potuit agere vendicando dictum fundum, ergo ibi non currit præſcriptio.

Præterea dixi ſupra in primo membro, videlicet in quibus conueniunt in decima conuenientia, quod etiam in dote putatiua obtinet priuilegium prohibitionis alienationis per l. Iuliam.de fun.dota. ergo ſi non poteſt alienari, nec etiã præſcribi, d.l. ſi fundum. & l. alienationis.ff. de verbo.ſignific. & habetur in l.vbi lex.ff. de vſucap. Et ideo poteſt concludi per ſupradicta, quod non currat præſcriptio in dote putatiua, quod procedit fortè conſtante matrimonio putatiuo inter ignorantes contracto: ſecus ſi inter ſcientes, & maximè quando mulier fuiſſet ſciens per ſupra dicta circa primam conuenientiam in prima fallentia.

Item procedit durante tali matrimonio putatiuo, ſecus eo diſſoluto de facto, vel per mortem, vel per ſententiam, quia tunc non eſt ratio, quare duret tale priuilegium licet nõ ſic in dote vera per id, quod habetur in l. etiam. ff. de fun. dota. & dixi ſupra in primo priuilegio ſeptimæ partis in 8. fallentia, char. 71. eſt tamen cogitandum ſuper prædictis, ex quo mulier putatiua ſemper habuit experiundi poteſtatem, allegando matrimonium non tenere, & ſic non videtur eſſe eadem ratio, quæ eſt in dote vera, & ſic quando matrimoniũ valuit, dico ſaltem quo ad effectum præſcriptionis, vt mero iure currat, licet fuerit impedita impedimento facti, ga ignorando tale impedimentum & reputando tale matrimonium valere, conſequenter etiam cogitabat ſe non poſſe agere ad ſuam dotem recuperandam contra tertiũ poſſeſſorem. Conſtat autem, quod impedimentum ignorantiæ etiam iuſtiſſimæ non impedit curſum præſcriptionis, vt l.fin. C.de præſcr. lon.temp.& l.1.C.de vſuca. tranſ. tenendo tamen hanc opinionem non denegaretur tali vxori putatiuæ beneficium reſtitutionis in integrum ex clauſula generali, ſi qua mihi iuſta cauſa eſſe videbitur, de qua in l.1. in fi. ff. ex quib. cau. maio. quæ iuſta cauſa verſatur etiam propter iuſtũ errorẽ, ſeu ignorantiam facti, vt l.2 ff.de in integ. reſti. ad hoc l. Attilicinus. ff.de ſerui.ruſti.præd.& no.Barto. in l.1.§. ſi quis autem.ff. de itine.actuque priua. & glo.in l.1.C.de patria pote.& in l.ſi patrem.§.1.& l.ſi ſic, in princ.ff.quemadm.ſerui.amit.& no.Spe. in tit.de præſcript.§.1.ver.quid ſi colonus.

39 † Decimaſexta differentia, quia licet in dote vera ſoluto matrimonio fructus vltimi anni veniant diuidendi inter virum & vxorem vel eius hæredes habita conſideratione, videlicet pro tempore, quo a principio fundus cœpit eſſe dotalis, & vir onera matrimonij ſubire, ſecundum quod traditur in l. diuortio.ff. ſol. matri.& in l.1.§. ſed nouiſſimi.C.de rei vxor. actio. tamen non ſic in dote putatiua data pro matrimonio, quod poſtea repertum eſt non valuiſſe, quia tenendo opinionem, quod vir putatiuus non faciat fructus ſuos ratione putati-

Source : BIU Cujas

putatiui matrimonij,& eius onerum,ſed magis ratione eius bonæfidei, prout tenuit Barto.& plerique aliorum ſecundū ſupradicta in decima differentia, & etiam in ſexta combinatione ſecundæ partis decimiquarti membri: ideo ceſſat iuriſ conſulti diſpoſitio & eius cōſideratio circa fructus vltimi anni,de qua in d.l. diuortio, & ideo diſtracto tali matrimonio vel per mortem, vel p̄ ſententiā diuortij ratione dicti impedimenti incontinenti fructus illius anni ſunt mulieris,& ipſi mulieri integraliter ſunt reſtituendi,intelligo tamen,quatenus ſuperexcedunt impenſas onerum dicti quaſi matrimonij ſecundum dicta in præalleg.locis.

40 † Decimaſeptima, quia licet poſt ſolutū matrimoniū pro honore & reuerentia maritali & reliquijs matrimonij,quod cenſetur quodam reſpectu adhuc durare, vt habetur in l.fin. C.de bonis mater.& in Authen. de nup.§.ſoluto,iura velint, non dari cōtra mulierem actionem famoſam,puta furti, ſed iudicium rerum amotarum, vt habetur in l.1. & per totum ff.rerum amot. tamē non ſic in vxore putatiua, vt eſt tex.no. in l.ſi concubina.in princip. ff. rerum amota.ex quo tex. ſumit gl. ibi argumentum, quod non debetur idem honor illi mulieri, quæ poſtea eſt,vel fuit vxor non vera, ſed putatiua, ſicut vxori veræ, quod no. ad ſupradicta in quinta differentia,vbi dixi beneficiū, quod datur miſerationis cauſa, ne vir exigatur vltra quam poſſit, nō competere marito putatiuo.

41 Ex quo infertur ad 18.differentiam, quod † licet hodie nō ſit permiſſa viro,vel eius hæredi contra mulierem dotem repetentem compēſatio ob res amotas per vxorem,per text.in l.1.§.taceat.C. de rei vxo.act. vt voluit Bald. & plerique aliorum poſt gloſ.in l.diuortio.§.ob donationes.& in l.rei iudicatæ.§.1.ff.ſolu.mat.& licet hæc opin. multorum ſit in contrarium,cui adhæſit Bart. tamen verior & æquior videtur opinio prima, vt latius dixi ſupra in octaua parte operis, in primo priuilegio.char.99. hoc non procederet in vxore putatiua, & vbi matrimonium apparet, non fuiſſe legitimè contractum, licet reputarentur inter ſe coniuges etiā probabili errore ducti,vt propter res amotas poſſit obijci compenſatio: videbatur enim dubium reſpectu rerū amotarum, vt contra talem vxorem putatiuam ſimiliter non poſſit obijci dicta amotio per viam compenſationis propter honorem quaſi maritalem & pudicitiam coniugalē,quæ videtur fuiſſe inter eos per id,quod habetur in l.fi.§. videamus ff.de donat. inter virum,& vxor.& tamen contrarium eſt dicendum,quia reſpectu rerum amotarum reputatur talis vxor putatiua tanquā omnino extranea, vt habetur in d.l. ſi concubinam. Et eadē ratione dicendum eſt,& multò magis in qualibet compenſatione ex quacunque alia cauſa, intelligo,quando de pecunia ad pecuniam fieret: quia aliàs non poſſet admitti, puta de ſpecie ad quantitatem,vel econtra.l.ſi conuenerit.ff.de pigno.actione, cum ſimil. per viam enim propriæ retentionis ſine dubio non caderet retentio dotis propter res amotas,& non ſolum dotis putatiuæ, quæ reſpectu retentionis proprio modo ſumptæ non habet par priuilegium cum dote vera ſecundum dicta ſupra in 7. differentia, ſed etiam reſpectu cuiuſcunque alterius debiti, cui propriè retentio promittatur 47 ſolum quando fieret in eadem re, in qua, vel reſpectu cuius fieret expenſa, vt habetur in in l.ſi non ſortem.§. ſi cētum.ff. de condi.indebi.& in l.fi. C.commodati.

42 Decimanona differentia † eſt, quia inter coniuges putatiuos licet ſit de æquitate quadam prohibita donatio conſtāte tali matrimonio putatiuo, & nulliter contracto, ſicut eſt prohibita inter ꝯiuges veros, licet non ſic de rigore, vt habetur in d.l.2.§.videamus.& in d.l.ſi voluntate.C.eo. titu.tamen illa non confirmatur donatio inter veros coniuges, vt ibi probatur,& ibi eſt gl.& probatur in l.cum hic ſtatus.§.pe. in fi.eo.tit. quem tex. ad hoc allegauit pro notabili & ſingulari Bald. in l. eam quam. C. de fideicommiſ. in ſecunda col. in verſicu. modo quæro, nunquid iſta lex habeat locum in contractibus.

43 Ex quo infertur ad 20. differentiam, q̄ † retenta opin. de qua ſupra in ante proxima differentia, q̄ hodie in dote vera non habeat locum cōpenſatio,& maximè reſpectu rei amotæ viro ab vxore,vel donatæ per virum vxori, vt eſt text.in d. §.taceat. l.1.C. de rei vxo. act. tamen ſecus in dote putatiua, cum donatio inter tales putatiuos coniuges ſit penitus nulla & infirma,vt ſupra.

44 Vigeſimaprima differentia, quia † priuilegia data dotibus pro fauore matrimonij, ſecundum quod dicitur in l.1.ff. ſoluto matr.& in alijs iuribus vulgaribus obtinent in matrimonio vero & rato, ſeu confirmato ab eccleſia fidelium,& apoſtolica, vt eſt matrimonium cōtractum inter catholicæ fidei
45 perſonas:† non ſic in matrimonio quod eſſet inter infideles, quia licet matrimonium inter iſtas perſonas ſit permiſſum, tamen non eſt ratum, & confirmatum ab eccleſia, vt in cap. quanto.& cap.gaudemus.de diuor. & no.in cap. de infidelibus.de conſang. & affinita. hinc eſt, quod huiuſmodi matrimonium tanquam non ita tenax magis de facili poteſt diſſolui,etiam quo ad vinculum,& ambobus viuentibus, vt habetur in d.cap.gaudemus.& c.quanto.Et ideo dotes talium mulierum infidelium non gaudent priuilegio aliarum dotium mulierum fidelium, quorum matrimonia ſunt vera & rata ab eccleſia,ut eſt tex. Authen.de priuil.do. hære. mulie. non præſtan.coll.8.vnde eſt ſumpta authen. itē priuilegium.C.de hæret.vbi diſponitur idem, ſi mulier in hæreſim foret lapſa: quia tūc dos huiuſmodi mulierum nullo gaudet priuilegio, licet enim dictum matrimonium fuerit verum, ac etiam ratum & firmum,& ſi dos data cęperit eſſe fauorabilis & priuilegiata: tamen propter prauitatem hæreſis omne priuilegium perdit, vt ibi habetur. Et idem eadem ratione poteſt dici in uiro infideli,vel hæretico,vt non habeat priuilegium ratione dicti ſui matrimonij, & ideo poterit conueniri inſolidum, & ſic vltra quam facere poſſit, vt eſt de mente glo.in d.authen.item priuilegiū, & probatur in corpore.in uerſic. igitur.ibi his qui alienant ſemetipſos,& ſic loquitur etiam de
46 maſculis, & ſic etiam maritis. Si tamen † illa quæ fuit infidelis ad fidem tranſit, vel mulier hæretica pœnitens ſui erroris ad fidem reuertatur, tunc conſequitur & recuperat priuilegium in ſua dote, vt eſt gloſ.not.in d.corpore. & ibi probat tex.quia ſufficit,q̄ tempore, quo mulier vult vti priuilegio, ſit fidelis,& ſic qualitas illa fidei orthodoxæ ſit tempore vſus priuilegij,argumen.l.ex facto.ff. de vulga. & pupil. cum vulg. & ita communiter tenēt Doctores, & maximè can. poſt Io. And. in d. cap. gaudemus. Sed quid ſi poſtquam mulier in hæreſim eſt lapſa, & propter hoc diuortium factum fuit, & matrimonium, ſaltem quò ad thorum ſeparatum, & conſequenter talis mulier dotem perdidit: cum culpa ſua fuit factum diuortium,per id quod habetur in l. Lucius.ff.ſol. mat. & in l.conſenſu.C.de repu.& notant Doct. in cap.fi. de conuer.coniuga. & ibi per.Abb. Sicul. cum tunc dicatur mulier incidere in fornicationem ſpiritualem, vt habetur 38. q.1. cap.idolatria.& no.in d.cap.fi. An mulier prædicta poſtea reuerſa ad fidem dictam dotem recuperet, videtur dubium, quia videtur ipſo iure reſtituta,vt videtur probari ex præallegata gloſ.in corpore, & in tex. ibi, licebit autem eis melioris facti ſententiæ &c. & facit, quod habetur in l.1.& fin. C. de ſent. paſ. In contrarium facit, quod habetur in l. Deo nobis. §.fin.verſic.quod ſi fortè. C. de epiſ.& cler. Poteſt diſtingui, quòd aut fuit in breui reuerſa ad virum,& tunc recuperat,argumen.l.diuortium.ff.de diuort.& de pœni.di. 1. cap. diuortium. aut ex interuallo, tunc aut eſt res integra, quia uir dotem interim aliter non alienauit, & recuperat. Aut res non eſt integra; quia alienauit, & tunc non recuperat in præiudicium alterius tertij, per id quod habetur in d.l.fi.C. de repu. hæredi.& in l.quod ſi minor.§.Scæuola.ff. de mino. & quod aliàs habetur in ca. quamuis.de pact.in 6.& aliàs in l. Gallus. §.& quid ſi tantùm ff.de liber. & poſthu. Sed uidi aliàs dubitatum † ſi infidelis,puta iudæus vxoratus conuerſus eſt ad fidem, vxore remanente in Iudaiſmo, nō eſt dubium q̄ ſi illa non vult conuerti, debet rehabere dotem ſuam a tali conuerſo, quia propter hoc, quòd non velit conuerti, non debet perdere dotem, quia nullus cogitur accipere fidem, ſed voluntariè eſt inducendus,vt 23.q.5.cap.ad fidem. & 45. di. c.qui ſincera.& ca.de Iudæis & habetur in c.maiores.§.item quæritur. de baptiſ. tamen illa talis mulier non recuperaret tunc cum aliquo priuilegio per ſupradicta. Sed quid ſi poſtmodum illa tādem ad fidem eſt conuerſa,an recuperabit dotem.cum priuilegio.Poteſt dici,quòd ſi illa conuerſa reperit primum virum iam conuerſum,quod quidem facere poteſt, vt habetur in d.c.fin.de conuer.coniug.intelligo niſi ille iam ſecundæ ſe adhæſerit vxori, quia cum prima infideli non poterat cohabitare ſine contumelia creatoris,ſecundùm quòd habetur in d. cap. quanto. Et tunc durante tali matrimonio tanquam nunc rato,&approbato ab eccleſia,dicta dos habebit priuilegia, puta tacitæ hypothecæ,& ſimilia, ſi uult illam recuperare vir & vxor à ſocero,vel alijs cognatis infidelibus Nam ſi Chriſtiana lapſa in hæreſim poſtea rediens ad fidem recuperat dotem cum ſuis priuilegijs,vt ſupra eſt dictum, eadem ratione de nouo nunc conuerſa illa priuilegia conſequitur,imò multò magis, quia magis peccauit fidelis, quæ ad infidelitatis tranſit errorem, quàm illa quæ in ſuo errore nata eſt, & manſit à principio, inde dicitur, q̄ magis delinquit fidelis apoſtatando,quàm infidelis in ſua infidelitate perſiſtendo, 32.q.4.c.in eo.& in tex.& gl.in verbo maior. in d.c. quāto. Vnde multò magis gaudebit priuilegijs poſt mortē dicti ſui viri. Amplius dici poteſt,quòd ſi talis mulier conuerſa ad

fidem

Source : BIU Cujas

fidem vellet recuperare dotem a primo viro remanẽte in Iudaiſmo, poterit illam recuperare cum ſuis priuilegiis, ex quo nunc tempore, quo petit dotem, reperitur fidelis & catholica, quia nunc verum eſt dotem eſſe mulieris catholicę, ergo habet priuilegia, quia qualitas iuncta verbo importat, & operatur ſecundùm tempus verbi. d. l. ex facto. & l. Titius. ff. de teſta. mil. & l. in delictis. §. ſi extraneus. ff. de noxa. iuncto tex. in dicto corpore de priuilegijs dotis hæreticis mulierib. non præſtandis, circa medium ibi, illis dedimus ſolis quatenus his fruantur & vtantur, & quę diligentiam habent rectã, vt adorãdam noſtram fidem &c. Quinimò ſi primus vir iam erat conuerſus ad fidem, & aliam fortè acceperat vxorem, tenebitur primę vxori nunc conuerſæ dotem reſtituere cum ſuis priuilegijs, eadem ratione per ſupra dicta. Poſſet tamen dubitari, quid de infidelibus ambobus coniugibus ſimul conuerſis ad fidem, qui tamẽ contraxerant prius matrimonium de iure prohibitum, poteſt diſtingui, quòd ſi talis prohibitio erat de iure diuino, & tunc licet iura permittant diſpenſatiuè, vt nunc non ſeparentur, imò vt filij exinde ſuſcepti reputentur legitimi propter publicam vtilitatem, & vt alij infideles animentur ad conuerſionem, tamen matrimonium non valet, vt habetur in cap. fi. qui filij ſint legitimi. & ideo poteſt dici, quòd dotes talium mulierum non habent priuilegia, licet ſint nunc perſonæ catholicæ: quia non debent propterea eſſe melioris conditionis, quàm mulieres natę in fide, quæ non excuſantur ab ignorantia prohibitionis iuris diuini ſecundùm dicta ſupra in nono membro primæ partis, & ſic æquiparentur ſcientibus, & ſic faciunt dicta ſupra in prima conuenientia in prima limitatione. Ex quo habes notabilem limitationem ad diſpoſitionem l. qui cõtra. C. de inceſt. nup. videlicet, vt in caſu iſto contra contrahentes prohibitas nuptias, ex quo non erant in errore iuſto, non obtinet locum pœna, de qua ibi, & in authen. ibi poſita, & maximè confiſcationis dotis, & hoc fauore fidei, quod no. ad dicta ſupra in prima parte huius 11. partis, maximè in primo membro, & etiã in nono. Si autem talis prohibitio erat de iure poſitiuo, & ſic a lege canonica, & non diuina: & tunc propter talem eorum conuerſionem fauore publicæ vtilitatis diſpenſatiuè iura cõfirmant tale matrimonium, vt habetur in cap. gaudemus. in prin. de diuor. & no. in d. c. fi. meritò dotes talium mulierum ſortiuntur priuilegium propter talem earum conuerſionẽ, & approbationem.

Vigeſimãſecundã addo differentiam, & quidem generalem in iſta materia, quia † licet in aliquibus & quidẽ in multis mulier putatiua habeat priuilegia, quæ dotibus veris, & legitimis vxoribus indulta ſunt a iure, vt patet per extenſum in primo membro poſito circa conuenientias ipſarum: tamen quo ad alios effectus, circa quos matrimonium verum ſpeciales habet fauores citra ipſam dotem, non eſt facienda extenſio ad ipſum matrimonium putatiuum, non legitimè contractum, licet inter ignorantes. ita ſingulariter tradit Bart. per illum tex. in l. ſi concubina. in princ. ff. rer. amot. allega. ſupra in 17. differentia. 48

Ex quo inferri poſſet ad multas differentias vltra differentiam ibi poſitam, & maximè vt † licet propter vinculum cõjugale ſuccedat ab inteſtato vir vxori, & ecõtra deficientib. agnatis & cognatis, etiam excluſo fiſco, vt habetur in l. 1. ff. & C. vnde vir & vxor. tamen non ſic ſi eſſent coniuges putatiui, eſt text. in dicta l. 1. ff. vnde vir & vxor. Vnde etiam ſi poneremus, quod ſtetiſſent tales putatiui coniuges in tali matrimonio ſic bona fide contracto per longiſſimum tempus, propter quam diuturnitatem temporis iuncto dicto iuſto errore, & ſic bona fide coniugum filij ex ſingularis iuris diſpenſatione efficiuntur legitimi, vt eſt caſus ſing. in l. qui in prouincia. §. diuus. ff. de ritu nupt. cuius diſpoſitio licet emanauerit de iure ciuili, tamẽ eam approbat æquitas canonica, vt no. cano. poſt Innoc. & Ioan. And. in c. pen. qui filij ſint legitimi. & gloſ. allegans illum text. in c. fi. co. titu. Tamen ſi alter dictorum coniugum decederet ab inteſtato poſtea ſine filijs cognatis, fiſcus excludet putatiuum coniugem ſuperuenientem a tali ſucceſſione, probando nunc impedimentum ſic de nouo compertum, quod eſt nota. Ex prædictis etiam poſſet inferri ad alium effectum videlicet, quia in tali coniuge putatiua remanente inope, & indotata, vel cum parua dote ſibi cõſtituta, ceſſaret ſingularis diſpoſitio auth. præterea. C. vnde vir & vxor. vt ſic nõ ſuccedat in illa portione, de qua ibi ẽt cum filijs cõibus etiam ſic diſpenſatiuè vt ſupra legitimatis ob diuturnitatem temporis, quod eſt bene notãdũ ad limitationem eorum quę habentur in d. authen. præterea. 49

SVMMARIVM.

1 *Priuilegia dotis an & quando egrediantur perſonam mulieris, & an extendantur ad alias perſonas.*

2 *Actio ex ſtipulatu, in quam rei uxoriæ actio antiqua hodie eſt translata, tranſit mortua muliere in matrimonio ad eius hęredes ſecundum naturam.*

3 *Priuilegia actionis nouatæ, licet non ſoleant tranſire in ſtipulationem nouantem, tamen ſecus eſt, quando fit nouatio, ſeu transfuſio ex legis cenſura.*

4 *Priuilegia, quæ doti dantur, quomodo extendantur ad perſonam uiri pro dote ſibi promiſſa.*

5 *Stipulatio paterna non habet priuilegium tacitæ hypothecæ.*

6 *Hypotheca tacita tranſit ad omnem perſonam, ad quam tranſit ipſa actio.*

7 *Hypotheca tacita tranſit in ſocerum pro dote promiſſa ſibi danda & etiam in patrem mulieris.*

8 *Hypotheca tacita tranſit contra bona paterna, etiam quando reſultat tacita obligatio paterna pro ipſius dotis reſtitutione.*
Item quando pater ſe obligat inuitus.

9 *Priuilegium prælationis hypothecæ non extenditur ad hæredem niſi ſit filius eiuſdem matrimonij.*

10 *Priuilegium prælationis hypothecæ non tranſit ad perſonam uiri pro dote ſibi promiſſa.*

11 *Priuilegium prælationis hypothecæ non tranſit ad perſonam extranei dotantis & paciſcentis ſibi reddi.*

12 *Antelationis priuilegium, an tranſeat in ceſſionarium.*

13 *Priuilegium, quod datur rei dotali, uidelicet quod non poſſit alienari, an tranſeat ad hæredem.*

14 *Priuilegium. quod datur contractui dotis, uidelicet quod ſit bonæfidei, tranſit ad hęredem.*

15 *Priuilegiũ, quod datur mulieri in actione perſonali de dote, uidelicet quod tacita hypotheca ſit priuilegiata, non tranſit ad ſucceſſores.*

16 *Priuilegium antelationis an ſit ceſſibile.*

17 *Ceſſionarius ſi intentet directam nomine cedentis, uel utilem ſuo nomine quid differat.*

18 *Mulier quando cedit ad ſui utilitatem, ut ſic ceſſio uertatur in mulieris cõmodum, tunc tranſit in ceſſionarium priuilegium prælationis.*

19 *Ceſſio quando tendit principaliter in alterius fauorem, tunc etiam per expreſſum non tranſit priuilegium prælationis in ceſſionarium.*

20 *Priuilegium, quod fauore mulieris illico transferatur dominium ſolu. mat. an egrediatur perſonam mulieris.*

21 *Priuilegium ſupradictum, de quo in l. in rebus. C. de iure dot. non ſe extendit ad extraneum dotantem, & paciſcentem ſibi reddi ſoluto matrimonio.*

22 *Mulier ſi a principio ſtipulatur dotem reddi alteri, non habet locum priuilegium, de quo in l. in rebus. C. de iu. do.*

23 *Mulier ſi conſtante matrim. donaret dotem alicui conferendo eius effectum poſt mortem, in illum non tranſibit illico mortua muliere dominium per diſpoſitionem l. in rebus.*

24 *Mulier donando cauſa mortis, uel legando in teſtamento rem dotalem, tunc non tranſibit recta uia dominium, prout tranſit fauore ultimarum uoluntatum, & hoc niſi conſtante matrimonio uir ceperit labi facultatibus.*

25 *Priuilegium, quod in re data eſtimata in ſubſidium præferatur mulier alijs creditoribus, an tranſeat ad hæredem.*

26 *Priuilegium, de quo in l ſi conſtante. & in l. ubi adhuc. C. de iu. do. an poſſit per ipſam mulierem cedi alteri, ut poſſit ceſſionarius nomine mulieris conſtante matrimonio experiri, diſtingue, ut num. 27.*

28 *Priuilegium, quod in dubio pro dote ſit iudicandum, an tranſeat ad hæredem, & an ad patrem. nume. 29. item an ad ceſſionarium mulieris. nume. 30.*

31 *Priuilegium de quo in §. accedit. l. 1. C. de rei uxo. act. an tranſeat in hęredem, & an in ceſſionarium.*

32 *Mulier, ſi pro dotis reſtitutione accepit in ſolutum, uel per uiam delegationis ignoranter debitorem inopem, quid tunc conſiderandum ſit, ſi eius hęres matrimonio ſoluto per mortem mulieris acceperit talem debitorem.*

33 *Priuilegium, de quo in l ſi cum dotem. §. ſi mulier. ſol. matri. quando tranſeat ad hęredem mulieris.*

34 *Priuilegium ſupradictum non extenditur ad uirum, ſi ignoranter receperit nomen debitoris pauperis inſolutum pro ſatisfactione dotis ſibi promiſſæ & nu. 35.*

36 *Priuilegium, quod non ualet pactum, per quod dotis conditio efficitur deterior, an & quando extendatur ad uirum, & quando ad hæredem mulieris. nu. 37.*

38 *Priuilegium, quod non ualet pactum &c. an extendatur ad pactum factũ per patrem mulieris.*

39 *Priuilegium de quo in l. Caius. ſol. mat. an extendatur ad aliam perſonam, quàm mulieris.*

40 *Extraneus dotans, an poſſit alteri ſtipulari.*

41 *Pater dotans, quomodo poſſit ſtipulari.*

42 *Priuilegium, quando mulier poſſit obligari effectualiter pro dote alterius mulieris abſque beneficio Velleia. quomodo tranſeat ad hæredem mulieris.*

43 *Priuilegium ſupradictum, an & quando tranſeat in patrem.*

44 *Priuilegium quod pater ſtipulando dotem filiæ reddi ſoluto matrimonio, an tranſeat*

Source : BIU Cujas

transeat in hæredem filiç, uide consequenter tres notabiles casus. nu. 45.46 & 47.

48 *Statutum disponens, quod omnia instrumenta confessionata habeant executionem paratam, an obtineat in tacita stipulatione.*

49 *Pater si fuerit stipulatus filiæ, ut filiæ, an ut extraneæ, uidelicet ut benemeritç, an & quando ualeat stipulatio, & nu.* 50.

51 *Dos sol.mat.morte filiæ, an & quando transeat ad patrem, non tanquam hç redem, sed iure consolidationis.*

52 *Auus maternus, an præferatur auo paterno in successione nepotis in bonis quæsitis ex linea materna.*

53 *Dispositio l.quod scitis.loquens de auo materno præferendo debet hodie extendi ad auum paternum præferendum materno in quæsitis ex linea paterna.*

54 *Fratres uterini licet de iure uouißimo parificentur fratribus consanguineis tantum circa successionem, hoc tamen limitatur, ut procedat in alijs undecunque quæsitis, præterquam ex materna uel paterna linea.*

55 *Statutum, quod frater consanguineus tantum præferatur uterino tantum, restringitur, præterquam in bonis a matre fratris, de cuius successione agitur.*

56 *Filiusfam. recipiendo mutuum pro dote danda utiliter obligatur.*

57 *Priuilegium, de quo in auth. res quę. C. communia de leg. an extendatur ad dotem restituendam.*

58 *Priuilegium, quod prælegatum factum ab ascendente pro dote danda, ut nõ ueniat in restitutione fideicommissaria, an extendatur, quando esset factum ab alia persona.*

59 *Priuilegium, quod res dotalis sit inalienabilis, an extendatur ad donationem propter nuptias.*

60 *Donatio propter nuptias habet tacitam hypothecam, non tamen priuilegiatam.*

61 *Priuilegium quod res dotalis non possit alienari setiam cum consensu mulieris, extenditur, quod nec etiam cum consensu soceri ipsius uiri alienantis, etiam si dos esset in casu restitutionis.*

62 *Dispositio l.quoties.ff. de iure dot. an extendatur ad aliam personam.*

63 *Priuilegium, quod non possit obijci contra mulierem de retentione, an extendatur ad hæredem mulieris repetentem dotem.*

64 *Priuilegium, quod mulier possit uti retentione rerum per eam amotarum non extenditur ad eius hçredem.*

65 *Priuilegium, quod maritus possit cogi inuitus tanquam delegatus alteri promittere dotem restituere, an & quando extendatur ad patrem mulieris.*

66 *Pater, qui dotem exegit, si postea est factus pauper, non imputatur uiro, qui soluit a principio patri, ut sic non possit iterum exigi a muliere pro se remaritanda.*

67 *Priuilegium, quod a sententia lata super dote non possit appellari, ut executio impediatur, an extendatur, quando fuit lata pro uiro contra mulierem. Et an extendatur ad hæredem mulieris, si fuit lata pro muliere, & nume.* 68.

69 *Mulier, si pendente appellatione, petijt executionem sue sententię: & facta pronunciatione de exequendo decesit, an talis interlocutoria habebit effectum in hærede ipsius, distingue & amplia hoc, ut num.* 70.

71 *Priuilegiũ, quod filiafa. pro dote aduentitia possit esse in iudicio et sine consensu patris, & idẽ in profectitia iã cõsolidata, an extẽdatur ad filiũfa. in casu, quo dos suæ uxoris uel lucrum dotis sunt appropriata ipsi filio.*

72 *Priuilegium, quod causa dotis sit summaria. Item quod non offeratur libellus, nec lis contestetur, & quod procedatur diebus feriatis, extenditur ad uirum uel socerum mulieris agentem pro dote promissa, non sic in socero agente post matrimonium solutum morte filiæ suæ.*

PARS DVODECIMA.

1 EXPEDITA est undecima Pars, sequitur Duodecima Pars, videlicet, † an & quando dotis priuilegia mulieris personam egrediantur, & sic an extendantur ad alias personas, super quo aduertendum duxi, quia reperio in hac materia iura vario ac diuerso modo loquentia. Nam text. in l.1. C. de priuile.dot. simpliciter & indistincte dicit, quod dotis priuilegia ad hæredem ipsius mulieris non transeunt, idem probatur in l.fina. C. qui pot. in pigno. habea. in §. exceptis. vbi declaratur esse speciale in filijs ipsius mulieris præmortuæ, vt gaudeant prærogatiua dotis circa ius prælationis: ergo in alijs hæred.bus extraneis videtur denegari. l. cum prætor. ff. de iudi. cum vulgaribus, & ideo probatur in superiori litera eiusdem legis ibi, quapropter hypothecam mulieri indulgemus. Et sic solum datur personæ mulieris, & non dicit actioni dotis indulgemus.

Tertio probatur in §. fuerat. Insti. de act. in fi. ibi, cuius solius, s. mulieris prouidentia hoc induximus, ad hoc etiam tex. in l dabimus. ff. de priuileg credito. ibi, dabimus ex his causis ipsi mulieri priuilegium. Ad idem tex. in Auth. vt exactiones instantis dotis. §. 1. ibi, non enim alijs dedimus dudum, nec damus hoc priuilegium hæredibus, aut creditoribus, sed solis filijs. Et licet iura supra allegata in suis certis casibus loquantur, tamen videntur posse extendi per tex. in d.l.1. de priuileg. dot. qui loquitur generaliter, & sic de omnibus alijs priuilegijs. Similiter etiam & magis per expressum loquitur tex. in Authẽ. vt immobilia ante nuptias. § fi. ibi, dũ dicit, omnibus priuilegijs doti datis a nobis in sua firmitate manentib. quando mulier mouit, aliis enim omnibus præter mulierẽ huiusmodi priuilegia, nec ex antiquo dedimus, nec nunc damus. Sed in ꝓrium, quod dotis priuilegia extendantur vltra mulieris personam, probat tex. in l.1. C. de rei vxor. act. in §. illo proculdubio. qui videtur velle de directo contrarium, dum dicit, quod actio ex stipulatu illa tacita, & subintellecta a lege ex speciali fauore transmittitur ad hæredes mulieris in matrimonio decedentis, videlicet secundum sui naturam, quæ verba, videlicet secundum sui naturam, videntur sonare, ꝙ transmittatur ad hæredes cum suis priuilegijs.

Item secundo, quia actio ex stipulatu ficte, & sic cum suo priuilegio fictæ stipulationis extenditur ad ipsum patrẽ mulieris, & eodem modo cum priuilegio tacitæ hypothecæ, vt est tex. in d.l.1. §. extraneum. ver. parenti, qui tex. licet loquatur de ficta stipulatione, tamen Doctores communiter extẽ dũt etiam ad tacitam hypothecam: cum hęc duo priuilegia procedant a pari, vt sic, vbi est locus tacitæ stipulationi, similiter etiam est locus tacitæ hypothecæ, vt patet in d.l.1. §. & vt plenius ibi, ita & huiusmodi actioni damus ex vtroque latere hypothecas siue ex parte mariti pro restitutione dotis, siue ex parte mulieris pro ipsa dote prestanda.

Tertio ad idem tex. in d.l. fi. ante medium in versic. sancimus. ibi, sancimus ex stipulatu actionem, quam mulieribus pro dote constituenda dedimus, cuique tacitam donauimus hypothecam &c. Et sic cum procedant a pari, infertur, quod quibus personis est donata tacita stipulatio, censetur etiam donata tacita hypotheca.

Quarto, quia iura videntur dare huiusmodi priuilegia ipsis dotibus, vt patet in eo § & vt plenius. ibi, Si enim & stipulationes, & hypothecæ inesse dotibus intelligantur &c. & etiam in supra allegata litera ibi, ita & huiusmodi actioni damus ex vtroque latere hypothecas: ergo dicta priuilegia non personæ mulieris, sed ipsi actioni attribuuntur, quo casu succedit regula. l. in omnibus. ff. de reg. iur. quod vbi personæ conditio locum facit beneficio, tunc deficiente dicta persona, deficit & beneficium, sed vbi beneficium, vel priuilegium datur actioni, tunc ad quem transit actio, transit & beneficium. Vnde ex quo actio in hæredem transit, transit beneficium. l. priuil. eod. titu. Sed actio de dote transit in hæredem mulieris absque dubio. d. §. illo proculdubio. cum sim. ergo priuilegia ipsi actioni seu doti attributa transire debent in hæredem mulieris.

Quintò probari videtur ex tex. in ea. l. fi. circa prin. ibi, pro speximus in personalibus actionibus ipsi rei vxor. act. sic videtur ibi tex. applicare priuilegium ipsi actioni, & non personæ, vt etiam probatur similiter ex litera sequenti ibi, rei vxoriæ actioni, quam in præsenti sustulimus, magnam prærogatiuam præstantes Et tex. in d.§. fuerat. dicit, sed & tacitam ei dedimus hypothecam. loquitur enim de ipsa rei vxoriæ act. hodie conuersa in tacitam stipulationem, prout hoc declaratur per superiorem literam illius §.

Item & sexto tex. in d.§. & vt plenius, extendit dictum priuilegium tacitę stipulationis, & tacitæ hypothecæ ad virum, cui dos fuit promissa, si pro ipsius dotis cõsecutione agatur.

Et sic per prædicta iura, & multa alia, quæ ad propositum induci possent, apparet, ꝙ in ista materia an extẽdantur dotis priuilegia ad alias, quàm ipsarum mulierum personas vario modo loquuntur.

Similiter etiam Doctores in hac materia inter se discrepãtes comperio: nam Odofredus dixit, huiusmodi priuilegia ꝓcedi a iure personæ mulieris, & non actioni, patet, quia si concederentur actioni transirent ad omnem personam, ad quã transit ipsa actio, vt d.l. in omnibus. & l. priuilegia.

Sed constat, ꝙ in hæredem mulieris transit ipsa actio, vt supra, & tamen non transit priuilegium actionis. d.l.1. C. de priuilegio dotis. merito &c. Tamen ipse non respondet ad contraria supra assignata.

Dy. autem in l.1. ff. sol. mat. prout refert Bar. ibi, & vt refert Cy. in d.§. & vt plenius aliter dicebat, videlicet, quod priuilegia dantur actioni, tamen rõne personæ mulieris, & ita videntur voluisse saluare iura supra allegata, dum videntur attribuere dicta priuilegia ipsi doti, seu actioni de dote, & sic in effectu videtur velle, quod non egrediantur personam mulieris, quod tamen est contra multa iura supra allegata pro ſecunda parte. dominus Cy. etiam variauit, quia distinguendo

multa

Source : BIU Cujas

multa priuilegia dotium in d.l. fin. C. qui potiores. ad finem dixit post Iaco de Are. quod tacita hypotheca nō transit ad extraneum hæredē. & in d.l. 1. de priuilegio dotis, dixit post Petrum totum contrarium Bar. verò in d.l. 1. dixit, ꝙ priuilegium quoddam datur ipsi actioni, vt est priuilegium tacitæ hypothecæ, & hoc transit ad quemcunque, ad quem transit ipsa actio. probat hoc per text. in d. §. fuerat. in fi. à contrario sensu, vbi tex. loquitur per aduersatiuam.

Item per text. in dic. §. & vt plenius. idem dicit, si detur ipsi contractui dotis, vt est priuilegium fictæ stipulationis.

Item priuilegiū, quod illa stipulatio sit bonæfidei, & hæc transeunt ad hæredem. Idem si detur ipsi doti, idest rei in dotem datæ, vt est, ne possit alienari obstante l. Iulia. & hoc priuilegium similiter transit ad omnes, ad quos transit ipsa dos, & sic transit in hæredem, vt possit vendicare fundum dotalē alienatum, sicut ipsa mulier poterat. l. fundum dotalem. ff. de fun. do. vel dicit ipse, pone exemplum in priuilegio, quod habet dos, vt in dubio semper ꝓ ea fiat interpretatio, quia tex. in l. in ambiguis. ff. de reg. iur. & in l. in ambiguis. ff. de iu. do. dicit, quòd in ambiguis ꝓ dote &c. & non dicit pro mulieribus in dote. Et ideo extenderetur hoc priuilegium etiam ad virum agentem pro dote promissa, subdit postea ipse Barto. quoddam est priuilegium, quod datur actioni fauore mulieris, vel datur mulieri in ipsa actione, vt erat olim in actione personali de dote sine alia hypotheca, in qua personali præferebatur mulieri etiam posterior in tempore omnib aliis creditoribus, vt d.l. dabimus. ff. de priuil. credito. quod etiam hodie obtinet in ipsa tacita hypotheca inhærēte ipsi actioni de dote, vt præferatur omnibus aliis creditorib. prætendentib. tacitam, de quo in d.l. fin. vt dictum est suprà in decima par. Et quia hoc priuilegium datur mulieri in ipsa hypotheca, siue dicamus, quòd datur hypothecæ mero fauore mulieris, nam in idem recidit, ideo hoc priuilegiū non extenditur ad alias personas, etiam hęredes mulieris, nisi essent filij & eiusdem matrimonij, vt in d.l. fi. §. exceptis. quoddā priuilegium datur instantię, scilicet vt in causa dotis procedatur summariè, & hoc etiam datur mero fauore mulieris. Et ideo sentit Bar. vbi suprà, ꝙ non transit ad hæredem, sed in ipso hęrede habebitur consideratio, prout in qualibet alia persona, videlicet si esset persona pauper, adeo quòd victus sibi deficeret, si causa non abbreuiaretur, per id quod habetur in l. 2. ff. de re iudica.

Vnde sentit Bart. quod si mulier ageret ad dotem indistinctè, causa ipsa esset summaria, & si eius persona non esset pauper vel miserabilis; tamen secus in hærede, vt suprà dixi, quæ dicta Barto. videntur satis notabilia, & cōclusiua in hac materia. tamen sua dicta pro maiori parte reperio fuisse extracta ex dictis Rayn. de Forli. in d.l. 1. Reperio tamen eundē Bart. in aliquibus ex his fuisse contrarium. Et primo dum dixit, quòd priuilegium, quod datur doti, idest, ipsi rei dotali, trāsit ad hæredem mulieris, quod sine dubio procederet, quā do ipse hæres vellet vendicare alienata per mulierem constāte matrimonio: quia in hoc non esset priuilegium in ipso hærede, cum dominium non fuit translatum. Et ita etiā exēplificat Barto. vt supra, non sic fortè si hæres alienasset rē dotalem nondum sibi restitutam per virum, vt voluit ipse idem Bart. in d.l. 1 per tex. in d. Auth. vt immobilia ante nuptias. §. fi. de quo infrà dicetur.

Itē ex dictis Bar. sequeretur, quòd priuilegium, de quo in l. in rebus. C. de iu. do. videlicet vt dominium rei dotalis retrāsferatur in mulierem ipso iu. soluto matrimonio, ex quo videtur datum ipsi doti, similiter transibit in hæredem mulieris prædecedentis in matrimonio etiam extraneum. in quem hęredem transit ipsa dos: & tamen idem ipse Bar. in l. Nesennius §. fundum. ff. de re iudica. tenuit contrarium, de quo tamen infra dicetur.

Item circa illud de hypotheca priuilegiata, vt non egrediatur personam mulieris, ipse idem Bart. reperitur contrarius in l. post dotem, circa finem. in versic. sextò quæro. ff. sol. mat. vbi post multa tenendo opinionem Dy. dicit, quòd hoc priuilegium antecationis extenditur ad patrem agentem nomine cōmuni, vel nomine administratorio. Et sic quando agit viuēte muliere, nō sic quando ea mortua, ita intelligendo glos. procederet in d. §. fuerat. videlicet in glo. pen. in fi. & similiter ibi tenet, tale priuilegium transire in cessionarium ipsius mulieris, quando ad vtilitatem mulieris ageretur, & fieret cessio, vt ibi per eum, de quo etiam plenius dicetur infra in 4. q. Similiter etiam illud de instantia non videtur verum, ꝙ tale priuilegium extendatur etiam ad personam viri, vel soceri agentium pro dote promissa consequenda, cum huiusmodi priuilegium detur doti, seu actioni ex stipulatu expressè vel tacitè iudicialiter intentatæ, vt probatur in clemen. dispendiosam. de iudic. iuncta gl. Et ideo transit in virum vel socerum agentes pro dote danda, sicut datur mulieri pro dote restituenda, per tex. in d. §. & vt plenius. de quo infra dicetur. Et ideo pro veritate huius materiæ non parum dubiæ subijciam signanter & particulariter aliquas quæstiones circa multa priuilegia, ex quarum decisionibus aperietur intellectus, quid dicendum & respondendum sit circa multa alia priuilegia, quę longum esset recensere, arguendo de similibus ad similia, iuxta l. non possunt. ff. de legi. & in cap. inter cæteras. de rescript. cum simil.

Et primò quæro de priuilegio tacitę stipulationis, simul etiam admiscendo priuilegium, quod ipsa sit bonęfidei, nam ista duo paribus passibus ambulant, vt supra adduxi, circa quæ, concluśiuè dico, ꝙ sine dubio transeut in hæredem mulieris, quia hæc priuilegia dantur contractui dotis, & sic non dantur principaliter personæ, & ideo transeunt ad quemcunque transit ipse contractus, & eius effectus per id, quod habetur in d.l. in omnibus. & in d.l. priuilegia. & ideo transeunt ēt in patrem etiam post mortem filiæ. Et licet Dyn. in d.l. post dotem dixerit contrarium, tamē Bart & communiter Doct. ibi, & in l. 1. eod titu. impugnant Dyn. ex quo dicta priuilegia ab ipso initio fuerint orta tempore dotis promissæ, & sic censetur facta executio à iure, vnde tractare dicimus potius de iure quæsito, quàm quærendo, vt etiam hoc idem sensit Bad. post Per. in d.l. 1. C. de priuileg. dot. & est pro hoc text. in d.l. 1. §. illo proculdubio. de rei vxor. actio. vbi expressè
2 dicitur, quod † actio ex stipulatu, in quam rei vxoriæ actio antiqua hodie est translata, trāsiuit mortua muliere in matrimonio ad eius hæredes secūdùm naturam, & sic cum sua natura, vt sit bonæfidei, put olim erat ipsa rei vxor. actio, vt eadem l. 1. §. sed etsi non ignoramus. & in d. §. fuerat. de quo etiam supra in quarta parte, circa finem. in pen. col. Vnde id quod dicitur in d.l. 1. C. de priuilegio dotis. debet intelligi, vt loquatur de alio priuilegio, quàm de istis duob. & sic etiam intelligatur tex. in d. Auth. vt exactiones instātis doris. ī prin. & in d. auth. vt immobilia ante nuptias. §. fin. & eadem ratione in tacita stipulatione, & præsumpta donatione, quādo ex tranęus dotat mulierem, de qua in §. accedit. de quo priuilegio supra in sexta parte in 45. priuilegio, vt sic transeat in hæredem mulieris, ex quo iam facta executio de iure vt supra, quod procedit non solùm in actione ex stipulatu tacita, seu ficta a lege, seu etiam in expressa, vt hodie in instrumentis dotalibus communiter exprimitur, vt sic etiam illa sit hodie bonæfidei; licet regulariter actio ex stipulatu sit stricti iuris, ex quo non connumeratur in §. actionum. Insti. de actio. & hoc probatur in d.l. 1. in princ. & expressius in d. §. illo proculdubio. vt sic possit dici, ꝙ illa expressa stipulatio, ex quo tacitè inest a lege, nihil ultra operatur, vt sic cum eadem natura, & qualitate intelligat expressa, prout tacitè inerat per id, quod habetur in l. non rectè. C. de fideiuss. & in l. si arrogator. ff. de adopt.

3 Ex quibus notanter infertur † ꝙlicet in stipulationem nouantem non soleant transire priuilegia actionis nouatæ, secus quando expressè actum fuit inter partes, ꝙ animo nouādi sit interposita, vt habetur in l. aliam. in fi. ff. de nouatio. & in l. 4. §. si ex cōuentione. ff. de re iud. & si prima erat bonæ fidei, non efficiatur stipulatio nouans bonęfidei, imo tunc nouat, vt persistat in sua propria natura stipulationis, de quo ēt nota. in l. qui bis idem ff. de verb obli. tamen quādo nouatio seu transfusio vnius actionis in aliam fit ex legis censura, tūc nouat cum eadem natura, prout erat prima, in cuius fauorē fuit facta transfusio, vt sic remaneat bonæfidei, prout erat a principio per dicta iura, quod est notandum ad notata in d.l. aliam. & in d. §. si ex conuentione. de quo etiam per Bal. in d.l. 1. §. sed etsi non ignoramus. & suader ratio, quia fauorabilius agitur cum lege, ꝙ cum hoīe, vt alias in simili in l. Celsus. ff de arbitris. & alias in c. illa. de elect. Et quia hæc † duo
4 priuilegia dantur doti, vt supra, ideo extenduntur etiam ad personam viri, cui dos fuit promissa, vt sic etiam fingatur ꝓ virum interposita valida. stipulatio pro dote sibi dāda, sicut fingitur in muliere in dote sibi restituenda, vt expressè patet in d. §. & vt plenius. & de hoc dixi plenè supra in 6. parte circa secundum priuilegium, videlicet tacitæ stipulationis. Cōcludendo etiam ibi hoc procedere non solum in dote promissa per mulierem, sed etiam per eius patrem, vel extraneum, & ꝙ extendatur ad patrem dote in eum consolidata per mortē filię. §. extraneum. vers. parenti. quicquid aliter senserit Dy. In d.l. post dotem. Idem si esset consolidata in filiam morte patris, vel ex pacto patris etiam ex interuallo, videlicet dotē reddi soli filiæ, nō sic vt fingatur fauore extranei paciscentis dotem sibi reddi.

Item non sic, quando per viam delegationis, nisi quādo ad

Source : BIU Cujas

mulieris vtilitatem fieret delegatio, prout etiam in fideiussore dotis restituendæ ad mulieris vtilitatem interueniente eo casu, quo potest de iure interuenire, vt dixi latius in dic. 6. par. circa dictum secundum priuilegium, inferendo ibi, quòd in casu legis, si constante. §. quoties. ff. sol. mat. fideiussor nudo pacto interueniens vtiliter obligatur, vt sic fingatur etiã tunc tacita stipulatio, subdendo etiam ibi, quid in fideiussore dotis danda, ad quæ ibi dicta me remitto.

Similiter etiã, quòd dicta tacita stipulatio subintelligatur circa personam viri, cui dos fuit promissa per mulierem, vel socerum, & sic extendatur ad personam viri cum sua natura, vt sic sit bonæ fidei, vt concluſi in 4. par. in 10. col. contra Pau. de Cast. & etiam in 7. par. dixi, videlicet in quarto priuilegio. & etiam quòd hoc priuilegium extendatur ad patrem agentem ex iure consolidationis in eum factæ, vt tunc etiam sit bonæfidei, quicquid aliter voluerit Dyn. vt supra. Non sic si ius stipulationis à prin. per ipsum patrem interpositum sit, dotem sibi reddi, vt latius dixi in d. 4. par.

Bar. tamen in d. l. post dotem. ad finem sensit contrarium ea ratione, quia priuilegium, in quo semel à principio est facta executio à lege, & sic immediatè quòd est dos priuilegiata, & sic transit ad quemcunque vadit ipsa dos. vnde cum ẽt viua muliere dicta actio sit quæsita patri soluto matrimonio, vt supra, ergo transit in patrem, si matrimonium soluatur morte filiæ, pro quo facit, quia nõ debet natura dictæ stipulationis variari, ex postfacto, ex quo ab exordio nata fuit cũ dicta natura sibi à iure attributa, videlicet quòd esset bonæfidei. facit in argumen. l. insulam intra biennium. ff. de verborũ obligationibus.

Sed hoc dictum nõ placet, imò dico, quòd à principio est facta à iure executio, vt sit bonæfidei, vel stricti iuris secundum futurum euentum. & prout causa fauore priuilegij durabit in persona mulieris, vel non, vt sic dici possit hoc pendere ex futuro euentu, vt aliàs in simili in l. si non sortem. §. si decem. ff. de cond. indeb. & aliàs in l. secunda. §. 1. ff. de verborum oblig.

Posset etiam nõ improbabiliter dici, quòd quando pater vult prouidere sibi soli in dote restituenda, sicut tunc non datur priuilegium tacitæ stipulationis, imò oportet, quòd interponatur expressa, vt habetur in l. auia. C. de iu. dot. & in l. quoties. ff. sol. mat. quo casu dicta stipulatio manet in sua natura, vt sit stricti iuris, nec tunc est priuilegiata, quòd efficiatur bonæfidei, sicut efficitur illa tacita, vt dixi supra in 6. parte circa primum priuilegium.

Nam nullo iure cauetur, quòd actio ex stipulatu pro dote repetenda sit bonæfidei, nisi illa, quę succesſit in locum rei vxoriæ actionis, & hoc ea ratione, quia subrogatum uenit cũ eadem natura eius, in cuius locum subrogatur, vt iura volunt, imò ita expressè dicit tex. in dicta l prima. §. sed & si non ignoramus.

Sed quando pater stipulatur dotem sibi reddi, hæc stipulatio stat in proprio suo esse, & sua natura, quia cessabat tunc rei vxo. act. d. l. auia. & l. quoties. quod maximè procedit tenẽdo opinionem communem, ꝙ dicta stipulatio patris nõ consolidatur in filiam postea sui iuris effectã per mortem patris, vel emancipationem, de quo per Bart. in d. l. post dotem. & ꝙ Dy. & per Bal. in l. pen. §. fi. eo. tit. & per Cy. & Bal. post gl. ibi in d. l. 1. §. videamus. & hoc videtur tenendum in puncto iuris pro nũc maiori adhibito studio, licet aliter dixerim supra
5 in 4. par. & sicut dicimus † ꝙ dicta expressa stipulatio patris, videlicet dotem sibi patri reddi, non est priuilegiata, vt sit bonæfidei, vt supra, sic etiam non est priuilegiata circa tacitam hypothecam, quia illa solùm, quæ succedit in locum rei vxoriæ actionis, habet hypothecam tacitam, vt hoc probatur in terminis in d. §. & vt plenius. iuncto princ. illius l. & in d. l. fi. C. qui pot. in verſic. sancimus. quicquid aliter in hoc vltimo senserim supra in sexta parte operis, in septimo priuilegio, vbi tamen me remisi ad dicenda in hac vltima parte, & repetetur infra proxima quæstione. Et hæc sunt vtilia, cum ex his resultet, quid concludendum sit circa vsuras, & fructus: nam si dicta stipulatio patris esset bonæfidei, venirent à tempore moræ, non sic si esset stricti iuris, vt dixi in d. 4. par. subiungendo ibi, quid in extraneo repetente dotem sibi reddi ex pacto, vt ibi latius inuestigaui, & sic etiam subdendo ibi, quid in extraneo per viam delegationis submisſo.

6 Secundò quæro de priuilegio † tacitæ hypothecæ an egrediatur personam ADDITIO. [Ad istam materiam vide Do. Alexan. in l. si cum dotem. §. finautem. ff. soluto matrimonio. Bald. in l. 1. §. & vt plenius. C. de rei vxor. actio. & Barto. & Docto. ibi multa per Pau. de Cast. in consil. octauo, incipien. ad primum respondeo. Ang. in consilio incipien. punctus talis est, Simon.] mulieris, & respondeo breuiter quòd ex quo datur actioni de dote, vel ex stipulatu, vt suprà, ideo trã sit tacita hypotheca, ad quem tanſit ipsa actio, vt habetur in d. l. in omnibus. & d. l. priuilegia. tum etiam quia à principio, & in ipso actionis ortu ẽ facta executio à lege, videlicet ipso iure producendo dictam taciram hypothecam, ergo transit cum sua natura sibi à principio attributa, & ideo sicut ipsa actio in hæredem transit, etiam in extraneum, sic etiam transit in ipsum hæredem dicta hypotheca, & sic cum sua natura tacitæ hypothecæ, & probatur hoc in d. §. illo proculdubio. ibi, secundùm suam naturam.

Vnde de hoc priuilegio non est intelligendus tex. in d. l. 1. de priuilegio dotis, vt communiter etiam ibi tenẽt Docto. & Dy. & Bar. & communiter Doc. in d. l. 1. sol. mat.

Et ex hoc sequitur, quòd sicut hoc priuilegium tacitæ hypothecæ transit in hæredem, sic etiam transit in cessionariũ ipsius mulieris per regulam l. ex pluribus. ff. de administr. tuto. quia quicquid est transmissibile ad hæredẽ, est etiam cessibile, quod etiam voluit Bar. in d. 6. quæs. in d. l. post dotem. licet aliter ibi dicamus de priuilegio prælationis, de quo vltimo tamen dicetur infra in 4. quæstio. Et idem uoluit Bald. in dicta l. 1. C. de priuileg. do. imò facta cessione actionis de dote per ipsam mulierem consequenter transfertur ipsa tacita hypotheca in cessionarium, tanquam pedissequa, licet de ea nihil sit expressum. l. emptori nominis. & l. venditor actionis. ff. de hæred. vel act. vend. licet videretur in hoc dubium, vt dicta iura intelligantur procedere in hypotheca expressa & cõuentionali, non sic in tacita dispensatiuo modo causata, arg. l. quod verò. & l. ius singulare. ff. de legib. Sed dicas contrarium, per id quod habetur in l. 1. C. per quas perso. nob. acqu. & hoc etiam tenet Bald. in dic. l. prima. de priuileg. dotis. in quinta colum.

7 Et hoc quidẽ † priuilegium tacitæ hypothecæ ex quo datur actioni vt supra, obtinet, siue competat actio mulieri, siue socero pro dote restituenda, siue competat viro, siue socero mulieris pro dote promissa sibi danda, vt est text. in §. & vt plenius.

Et an transeat in patrem mulieris pro dote in eum consolidata, dixi in 6 par. operis, in septimo priuilegio, vbi ponitur hoc priuilegium tacitæ hypothecę. Et licet glos. in d. §. fuerat, senserit, quòd sic, dum indistinctè loquitur, dicẽdo illud dari patri mulieris pro dote sibi restituenda, & etiam fuit de mente Bar. in d. l. 1. solu. matr. dicendo hoc priuilegium dari actioni, & ideo tanſire in omnem personam, in quam transit ipsa actio de dote. Vnde cum trãseat ipsa actio in patrem, vt dixi supra in priuilegio tacitæ stipulationis, & est tex. in d. §. extraneum. uersic. paret. transire etiam debet ipsa tacita hypotheca.

Bald. autẽ in d. l. 1. C. de priuilegio dotis. tenuit indistinctè contrarium, cuius dictum licet impugnauerim in dicto septimo priuilegio, tamen saluari potest, vt possit procedere in casu, quando pater ageret ex iure consolidationis in eum facta propter expressam stipulationem per eum à principio interpositam dotem sibi reddi, vt dixi supra in proxima quæstione ad finem. Nam sicut ita paciscendo non habet locum priuilegium tacitæ stipulationis, nisi expressa interponatur, d. l. quoties. & l. auia. & dictum est suprà in primo & secundo priuileg. 6. par. ita etiam non habet priuilegium tacitæ hypothecæ, cum dicta duo priuilegia procedant à pari, & per viã cuiusdam concomitantiæ, seu socialitatis, vt suprà dxii, & ꝙ batur in d. §. & vt plenius. & sic vbi nõ obtinet locum tacita stipulatio, similiter nec tacita hypotheca: & hinc est, quod talis expressa stipulatio paterna non habet priuilegium, vt sit bonæfidei, vt dictum est supra in proxima quæst. ante fi.

Item quia talis stipulatio tendit contra fauorem mulieris, & ideo non esset æquum quod talis fauor mulieris, videlicet vt habeat tacitam hypothecam, redundet in eius odium, & præiudicium, sicut etiam non habet dictum priuilegium extraneus dotans, & paciscens dotem sibi reddi, vt dictũ est in dicto septimo priuilegio, & ita videtur tenendum, quicquid aliter senserit glo. in d. §. fuerat. & quicquid aliter senserim in dicto septimo priuilegio. ad finem.

8 † Item transit hoc priuilegium in bonis patris promittentis dotem pro filia, etiam quando tacita resultaret obligatio paterna pro ipsius dotis restitutione, vt dixi in dicto septimo priuilegio. Sic etiam quando pater cogitur inuitus se obligare pro filio pro dote restituenda, vt habetur & nota. in d. l. si cum dotem. §. transgrediamur. ff. sol. ma. & dixi supra in sexta parte, in vigesimo priuilegio: tunc enim pater se obligando, licet inuitus, ex tunc surgit obligatio tacitæ hypothecæ, vt dixi in dicto vigesimo priuilegio: imo ex quo ibi dixi, ꝙ stante duritie patris nolentis se obligare pro dote recipienda p filium, & non habentis iustam causam dissentiendi, quod tũc

ex

Source : BIU Cujas

ex iuris censura habetur pro consentiente. Ideo tunc surgit ficto quodam consensu patris obligatio pro dicta dote restituenda,& consequenter etiam surgit secum tacita hypotheca,tanquam pedissequa,arg.eius,quod habetur in d.§.transgrediamur.iuncto eo,quod habetur in l.2.C.per quas personas no.acquir.

Nec obstat,si dicatur,quod tunc in eodem actu duæ concurrunt fictiones.Prima,quod fingatur pater consensisse,& consequenter se obligasse. Secunda, quod ex tali obligatione surgat ficta hypotheca contra id, quod habetur in l.1. C. de dotis promis.& per gl.in l.cum post.§. gener. ff.de iu.dot. Nam responderi potest, quod impedimentum talis concursus procedit,quando dicta duo specialia,vel dictæ duę fictiones concurrent circa idem.

Item quando veniunt æquè principaliter,secus si circa diuersa, vel quando vna veniret tanquam sequela ad alteram: nam tunc possunt concurrere,vt habetur in l.singularia.ff. si cert. peta.& in l.4.§.fina.ff.de dona.inter vir. & vxor.Sed ita est in proposito nostro, quia dicta tacita hypotheca venit consecutiuè ad dictam tacitam, seu fictam obligationem patris, meritò &c. Quid autem si pater post solutum matrimonium administrat bona dotalia filiæ viduæ,quando dos esset in ea consolidata, vel erat dos aduentitia, an tunc surgat tacita hypotheca in bonis dicti patris ꝓ mala administratione, vide suprà in 9.par.in 8.priuileg.

9 Tertiò quæro† circa priuilegium prælationis hypothecæ, de quo in d.l.assiduis.C.qui pot.in pigno.habean. de quo dixi in 8.parte. in vltimo priuilegio, & etiam in decima parte. An egrediatur personam mulieris. & quidem respectu eius hæredis est tex.ita cõmuniter intellectus per glos.& Docto. in d. l. 1. C. de priuilegio dotis. & in d. l. assiduis. & hoc nisi hæres sit de filijs. & in dic.l. assiduis.§ exceptis. quod intelligũt communiter Doc.ibi post gl.in filijs eiusdem matrimonij,quicquid aliter glo.in l.etiam.ff.solu.matrimo.dixerit de quo per Cyn. in dicta l. assiduis. in 9. quæstio. & in dicta l. 1. de priuilegio dotis,& tenent Doc.communiter in d.l.etiam. & in l. si cum procu. & l. sciendum .ff. de re iud. & dixi in 10. par.in 5. limitatione. Et licet fuerint opiniones, an extendatur tale priuilegium ad personam soceri, eiusdemque patris mulieris, quando agitur ex vi consolidationis in eum factæ, de quo dixi in 10.par.in 2.limitatione, & quid in persona viri agentis pro dote sibi promissa, vt suprà relatum est circa principium huius vltimæ patris, de quo tetigi in decima par
10 te, in sexta limitatione. Tamen potest concludi primò †circa personam viri, quòd ad eum non extendatur, quia tale priuilegium est concessum mulieri, vel si dicimus esse concessum actioni in sua tacita hypotheca, illud limitatè quodãmodo concessum est solùm fauore mulieris, & sic non simpliciter actioni, vt patet in d.l. assiduis. ibi, hoc nunc mulieri beneficium damus. Et ideo sicut non extenditur ad hæredem mulieris,multò minus extendi debet ad illam personam non ita repræsentãtẽ ipsam mulieris personam,& sic non ad virum, vt voluit gl.in ver.ex vtroque latere.in d.l. 1.§.& vt plenius. & ibi etiam hoc ipsum tenet Cy. & Bal. quia hoc priuilegiũ conceditur personæ mulieris, & sic non debet egredi eius psonam.d.l.in omnibus.ad hoc Inst.de iure naturali, gentium & ciuili.§.sed quod Prin.uers.planè.

Item quia non reperitur iure cautum, quòd hoc priuilegium detur viro, ergo non debemus nos nostro ex capite ad inuenire.l.illam.C.de colla.

Item quia rationes,propter quas se mouit Imperator in d. l.assiduis. ad dictum priuilegium mulieribus indulgendum, non conueniunt econtra in viro, ergo nec eadem subesse debet dispositio. l. adigere.§. quamuis. ff. de iure patron. cum similibus.

Præterea videtur tex.in d.§.fuerat. in fi.ibi,cuius solius,scilicet mulieris prouidentia hoc induximus, & etiam bene ꝓbatur in d.l.assiduis.vers. sancimus. vbi solùm dicit dari mulieribus,ad idem tex.in d.Auth. vt immobilia ante nuptias.§. fin.ibi,alijs enim omnibus prẽter mulierem huiusmodi priuilegia nec ex antiquo dedimus,nec nunc damus,& hæc est cõmunis Doct.opinio per Bar. & Docto.in d.l.1. soluto matrimonio.& Bal.& alij legentes in d. l. 1. de priuilegio dotis. Et
11 ex prædictis infertur, quòd † multò minus se extendit ad personam extranei paciscentis dotem alij reddi in casu soluti matrimonij. de quo dixi supra in decima parte, in secunda fallentia.

Circa personam autem patris mulieris maius est dubium. Nam gl.fi.in d.§.fuerat. in fi. tenet, hoc priuilegium dari patri.Et quia sicut ipsa hypotheca datur patri,eodẽ modo debet dari cum suo priuilegio antelationis. Bart.autem in hoc fuit contrarius in l.1.ab eo,quod dixit in l.post dotem.eo.tit. ad finem, vt suprà latius retuli. Bald. etiam in d. §. & vt plenius.indistinctè tenet,non dari patri,quando agit ex iure cõsolidationis,& sic nomine proprio,rõ probando gl.in d.§ fuerat.Sed Cyn. post Pet.in d.l.1.de priuilegio dotis,dictam glo. sequitur Dyn.etiam in d.l post dotem.tenet eam,videlicet ꝙ viuente filia habet pater tale priuilegium,quia tunc uersatur etiam fauor filiæ,& sic ita simpliciter loquendo, videtur ibi velle, quod si dos non esset consolidata in patrem, puta quia matrimonium solutum fuit morte viri, & filia viuente, dos non fuit exacta, sed nũc pater agit post mortem filiæ,ex quo tunc amplius non versatur fauor filiæ, pater non habebit dictum priuilegium prælationis. Bar. autem in d.l.post dotem. ad fin.distinguit,ꝙ aut agit pater nomine proprio,vt est,quãdo actio est in eum cõsolidata vel per mortem filiæ, vel ea viuente, at in casu.l.2.§.1 sol.mat. & tunc pater non habet priuilegium: aut nomine cõmuni agit,velut coniuncta persona filiæ, vel administratorio nomine, & tunc habet dictum priuilegium, vt ibi per eum.

Sed quicquid in hac materia vario modo loquantur Doc. potest concludi circa personam patris,ꝙ aut pater agit actione ex stipulatu, quia prouidit stipulando dotem sibi reddi, & sic innouando sibi actionem de dote eo casu, quo potest, secundũ ꝙ habetur in d.l.quoties. & in d.l.auia. & tunc sicut matri,vel alij extraneo dotanti,& ita paciscenti non datur tale priuilegium prælationis,ita etiam non datur tunc patri qđ euidenter ex hoc ostenditur, quia dicto casu non datur patri tacita hypotheca,vt suprà post multa concluſi in proxima q̃stione. ergo consequenter non datur priuilegium antelationis, quia deficiente ipso subiecto,idest,ipsa hypotheca,deficere debet ipsa qualitas inhærens subiecto, arg.l.eius qui in prouincia.ff.si cer.pet.Nec isto casu haberet pater priuilegiũ contra alios creditores prætendentes solùm personalẽ actionem,prout olim dabatur ipsi mulieri, antequam esset sibi ꝓuisum de tacita hypotheca & priuilegiata, quia tale priuilegium dabatur solùm mulieri,& non alij,vt dicit tex.in d.l.dabimus.ff.de priuileg.cred. Et ideo etiam de iure antiquo nõ transibat ad hæredem mulieris, vt ibi notatur,& probatur ẽt ex tex. in d.§.fuerat. & in d.l.assiduis.post princ.

Nec obstat ratio gl.in d.§.fuerat.& Dy in d. l. post dotem. & Cy in d l.1.de priuil.dot. videlicet qa in consequentiã consulebatur vtilitati mulieris in eius vita, ad hoc vt ex dicta dote denuo posset remaritari.facit d.l.2.ff. de priuile. cred quia dicta ratio consideratur à iure in actione competẽte ipsi mulieri soluto matrimo. siue sit facta eius præcipua, siue remãserit communis cum patre:sed quando actio competit patri, dicta ratio non est in consideratione, cum iura cõsiderẽt, ad cuius vtilitatem principaliter intentetur iudicium dotis, & non quod secundariò subsequitur,arg.eius, quod habetur in l.si quis nec causam.ff.si certum petatur. & in l.qui exceptionem.ff.de cond.indeb.& in l.1.ff.de author.tutor hinc est, ꝙ isto casu iura dicũt, tale priuilegium dari mulieri:& sic quando mulier ipsa agit, vel alius eius nomine, vel cõi nomine.

Sed si pater non fuit stipulatus dotẽ sibi reddi: tamen dos fuit in eum aliter consolidata, & facta præcipua, seu propria ipsius patris, & tunc aut fuit in patrem consolidata post mortem filiæ præcedentis in matrimonio per l. dos à patre.C.soluto matrimonio.& tunc licet in eum consolidetur cum priuilegio tacitæ hypothecæ, vt suprà dixi in proxima quęstio. & etiam in sexta parte, in septimo priuilegio, tamen dictam hypothecam non puto transire cum priuilegio antelationis, ex quo isto casu nullo modo mulieri prouidetur, & iura dicunt, quòd solius mulieris prouidentia indultum est dictum priuilegium, vt pater in d.§.fuerat.& alijs iuribus,suprà allegat. quod & voluit Dyn.in d.l.post dotem.& Cyn. post Petr. in d.l.1.de priuil. dot.Et in hoc quasi omnes concordant, vt etiam tenet Rayn.in d.l.1.ff.solu.mat.

Aut fuit consolidata in patrem ante mortem,vt in aliquibus notatis in l.2.§.1.ff.solu. mat. & ibi latius dixi ponendo multos casus,& tunc aut pater agit vt cõiuncta persona filiæ, quia potest, si vult, & sic renunciando suo fauori, cum potuisset tunc proprio nomine agere,vbi est tex. secũdùm vnũ intellectum, & in l.cum dos.ff.de pactis dotalibus.& tunc locus esset dicto priuileg. ex quo videtur tunc agere etiam nomine filiæ,& hoc modo potest ꝓcedere opi.gl.in d.§.fuerat. & Dy. & Cy.vt suprà.

Si autẽ ageret pater nomine suo proprio,& non vt coniuncta persona filiæ,nec vt administratorio nomine,tunc nõ esset locus dicto priuilegio in tali hypotheca tacita, quia soli mulieri datur.s.agenti.d.l.assiduis.& d.§.fuerat. cum alijs supra alleg.& ita in hoc sequor opi.Bar.in d.l.post dotem.

Nec obst. si dicatur, ꝙ isto casu potest etiam versari vtilitas mulieris, cum pater teneatur eam redotare cũ eadẽ do-

Source : BIU Cujas

te,ut in d.auth.ſed quamuis. C.de rei vxor.act quia fortè ſi dictum priuilegium ceſſaret, non poſſet pater recuperare talē dotem propter alios creditores anteriores,qui abſorberent totum patrimonium viri. Et ſi pater non recuperaret, reperiret ſe impotentem ad redotandum filiam cum eadem dote,& ſic reſultaret damnum ipſi filiæ,vt propter hoc non poſſet congruè renubere: & ſic eſſet contra fauorem nuptiarū, contra id quod habetur in d.l.2.ff.de priuil.cred. Nam poteſt reſponderi,quòd de hoc intereſſe mulieris ita conſiderato ꝑ viam ita remotam iura non curarunt, tanquam veniat per modum ſecundarium,per id quod habetur in d.l.1.ff.de aut. tutor.cum ſimil.ſuprà allegatis.

13 Item priuilegium † quod datur rei dotali, videlicet quòd non poſſit alienari.

Sed ſolùm indulgent ipſi mulieri dictum priuilegiū quando ipſa ageret, vel nomine ſuo ſaltem admixto ageretur pro ſua dote recuperanda,vt dicit tex. expreſsè in d.§.fuerat. ibi, præferri autem alijs creditoribus in hypothecis tunc cenſuimus,cum ipſa mulier de dote ſua experiatur &c. quę verba obtinent,ſiue ipſa mulier agat,ſiue alius ſuo nomine, vel ſaltem nomine communi experiretur: aliàs ſequeretur abſurdum,quòd oporteret,quòd ipſa mulier perſonaliter comparet in iudicio,& non per procuratorem,quod eſſet contra mulieris pudicitiam, ita ſe in publicum exhibendo, & acta deſcribi faciendo in earum perſona,contra id,quod habetur in l.optimam.C.de contraheu.& commit.ſtipu.ad hoc l.ſi filij.C. de dona.inter vir. & vxo.& in l.ſi pupillus. §. penu.ff.de author.tutor.Vnde multò magis quando pater ageret nomine communi,vt eſt,quando actio de dote durat communis, prout eſt regulariter d.l.2.§.1.uel quando pater agit coniuncta perſona filiæ,vt ſuprà,non ergo ſufficit, ꝙ effectus agendi contingenter poſſit reſultare in vtilitatem filię, niſi cōcurrat aliud,videlicet,quòd agatur nomine ipſius filiæ, vel proprio,vel communi,vel admixta, ſeu coniuncta perſona filiæ, vt ſuprà, quia in his caſibus verum eſt dicere, quòd commune eſt, meum eſt, vt habetur in l. ſerui electio. §.j.ff.de leg.1. Sed quando pater agit nomine ſuo proprio & non admixto nomine filiæ,tunc verum eſt dicere,quòd mulier tunc de dote non experitur,& ideo tali priuilegio prelationis tunc non eſt locus, vt expreſsè patet in d.§.fuerat. ver.præferri autem. vbi duo requiruntur,videlicet,quòd verſetur vtilitas mulieris vt patet ibi,cuius ſolius prouidentia &c.

Secundò,quòd ipſa mulier experiatur, intelligo, ſiue ipſa agat, ſiue ſuo nomine agatur. Ex quibus ſequitur ꝙ multò minus tali priuilegio locus eſſet, ſi propter diſſolutionē matrimonij actio de dote fuiſſet communis, puta per mortē viri prædecedentis; tamen poſtea mortua etiam filia pater ageret,cum tunc amplius non verſetur aliquod commodum filiæ,vt ſuprà dixi, & multò minus ſi hodie pater ageret tanquam hæres filiæ,cum hodie filiusfamil.habeat hæredem,vt habetur in auth.defuncto.C.ad Tertul.& in corpore vnde ſumitur.Vnde licet ſit ſpeciale, vt tale priuilegium tranſeat ad hæredes mulieris,ſi ſunt ſibi deſcendentes.d.l.aſſiduis, tamē non tranſit ad hęredes mulieris aſcendentes,& maximè,quia non aliter ad deſcendentes,niſi eiuſdem matrimonij, vt ſup. dixi,quæ ratio ceſſat in hæredibus aſcendentibus.

Quartò,quia dixi ſuprà in 2.q circa principium quòd taci
12 ta hypotheca tranſit in ceſſionariū mulieris. Quæro † nunc, an tranſeat cum ſuo priuilegio prælationis,de quo in d.l.aſſiduis. & maximè ſi cederetur expreſsè cum dicto priuilegio. hanc quæſtionem dicit Bald. in d.l. 1. C. de priuilegio dotis. eſſe pulchram, de qua aliqualiter tactum eſt ſuprà in decima parte,in tertia limitatione, circa quam varias reperio Doct. opin.Nam Dy.in l.ſi minoris.ff. de adminiſt.tuto. ſimpliciter tenuit partem negatiuam,motus ea ratione, quia ex quo dictum priuilegium non eſt tranſmiſſibile ad hęredes,niſi ad filios eiuſdem matrimonij, vt ſuprà, ergo non eſt ſucceſſibile ex regula ſumpta per Iuriſconſultum, in l. ex pluribus. ff. de adminiſtra. tuto.

Et ex quo non tranſit in vniuerſalem ſucceſſorem, in quo videtur maior ratio, multò minus in ſingularem ſucceſſorē, in quo eſt minor ratio,cùm facilior ſit translatio in ſucceſſorem vniuerſalem,q̃ in ſingularem.l. quędam.ff. de acquir.rerum dominio Refert tamen ibi Dyn. quoſdam tenere cōtrarium per l.quod ſi minor.in princ.ff.de minorib.& beneficiū reſtitutionis in integrum, quod eſt merè perſonale indultū perſonę minorum propter ętatis fragilitatem,poteſt cedi per ipſum minorem perſonæ maioris ætatis.

Sed ipſe reſpondet, quia in terminis noſtris perſona mulieris eſt immediata cauſa priuilegij. Sed in dic. l.quod ſi minor.immediata cauſa priuilegij eſt ipſa læſio, vt etiā ipſe Dy. notat in regula,priuilegium perſonale.in ſexto, ita etiam refert Rayn. de Forli. in l.1.ff. ſolu. mat. dicens, quòd quidam reprehendunt hanc rationem Dy. quia perſona mulieris non eſt cauſa immediata priuilegio huic, quia cum omni caſu & omni tempore ſit mulier,& ſic etiam ante matrimonium,ergo ipſa mulier & in omni caſu haberet priuilegium, quod eſt falſum.Sed bene tenent opinionem Dy. ex alia ratione, quia cauſa huius priuilegij non eſt tranſitoria ad hæredes mulieris.d.l.aſſiduis.Sed in l.quod ſi minor.eſt tranſitoria ad hæredes,vt l.non ſolùm.ff. de in integrum reſtitutio. tandem ipſe Rayn. dicit poſſe ſaluari utranque opinionem, videlicet, ꝙ priuilegium,quod datur actioni de dote,prout eſt tacita hypotheca,bene tranſit ad omnem ſucceſſorem.

14 Item priuilegium†quod datur contractui dotis,videlicet, quòd ſit bonæfidei ſimiliter tranſit ad hæredem. Sed priuilegiū † ꝙ datur ipſi mulieri in actione perſonali de dote mero
15 fauore mulieris,videlicet, ꝙ illa tacita hypotheca ſit priuilegiata,non tranſit ad ſucceſſores.d.l.aſſiduis.& l.priuilegia. & l.in omnibus.ff.de reg.iur.& ideo nec etiam tranſit ad ceſſionarium. hæc ſunt verba dom. Rayne. in d.l. 1. contra quam opinionem facit, quia mulier & fiſcus circa priuilegium antelationis paribus paſſibus ambulant, vt habetur in l.2. C.de priuile.fiſci. & in l. dotis. C. de iure dot. Et tamen conſtat, quòd priuilegium prædictum antelationis poteſt cedi per fiſcum,vt l.fin.& 3.eo.tit.Ergo & ſimiliter mulier poteſt cedere.Cynus autem in l.1.C.de priui.dotis. refert Dyn. tenuiſſe in d.l.ſi minoris.vt ſuprà.Sed dicit,quòd quidam tenent cōtrarium, videlicet, quòd poſſit cedi, quia fiſcus & mulier in dote paribus paſſibus ambulant.d.l.2.de priuilegio fiſci.& tamen priuilegium fiſci tranſit in extraneum per viam ceſſionis.l.vl.eo.tit. adducunt etiam pro hoc. l. ſi tibi.§. ſi pactus.ff. de pact.& l.& hæredi.eo.titu.& l.1.C.ſi aduerſus do.

Item quia licet ceſſionarius in rem ſuam agat, tamen hoc proficit mulieri,quia ipſa tenetur de.euictione ſec undùm naturam contractus.Subdit ipſe Cy. ſe inueniſſe in quadam gl. extraordinaria,quam Accur.hic tenuit non obſt. ſecundùm prędictos Doctores d.l.ex plurib.quia plenior fit ceſſio in emptorem, vel donatarium, quàm in vnum ex tutoribus. Nam tutor tenebatur ex perſona ſua inſolidum,ſed ille,cui mulier vēdit,vel donat,non tenebatur prius mulieri ad aliquid.Subdit tamen ipſe Cyn.ibi,quòd ratio illius l.ex pluribus. eſt multùm generalis,& ſic valde obſtat, dum dicit, quòd ideo non poteſt cedendo tranſire,quia moriendo non tranſit ad hæredes,quaſi dicat,quòd illud, quod non eſt tranſitorium ad hę redes,eſt etiam tranſitorium ad ceſſionarium, niſi dicamus, quòd illud, quod eſt tranſitorium in dicta l. ex pluribus. eſt ideo, quia non eſt ceſſibile, ergo quodlibet aliud eſt ceſſibile, licet non fit tranſmiſſibile. Tandem ſubdit Cynus ibi poſt hæc verba.

16 Ego dico,quòd†priuilegium,quod datur mulieri in dote, datur perſonæ,vel ſi datur cauſæ,datur ratione perſonæ,quia perſona eſt immediata cauſa priuilegij concedendi,vt no.ff. de regulis iuris. l. in omnibus. & per Dynum in l.1. ff. ſoluto matrimonio.& Inſtitut. de actio. §. fuerat. & ideo ſi vera eſſet opinio iſtorum, proficeret priuilegium ei, cui eſt ceſſa actio viuente muliere, vel mortua relicto filio hærede: aliàs non, vt d.l.ſi tibi.§. pactus. quod forte non eſt improbabile, niſi dicamus,ꝙ aliud eſt in pacto ſpeciali,& aliud eſt in priuilegio legis. Ex quibus verbis Cy. non apparet quod ipſe bene ſe firmauerit in hac materia, licet Bart. in d.l.poſt dotem, dicat,Pet.& Cyn.tenere,ꝙ viuente muliere tale priuilegium tranſit, & prodeſt ceſſionario, quia ad vtilitatem mulieris pertinet,per dic. l. fina. C.de priuileg. fiſci. Sed ſi bene ponderentur verba Cy. prout ſupra retulit ipſe, non figit pedes,licet referat opinio. licet illa, quam refert Barto. fuerit opinio Pet. de Bellaperti. qui plus voluit,ſcilicet quod etiam mortua muliere proderit ceſſionario, ſi ipſa deceſſerit cum filio hærede, quaſi velit, quod ex quo tunc tranſit ad hæredem prædictum tale priuilegium, ideo tunc tranſibit in ceſſionarium, per d.l. ex pluribus. Barto.autem in dic.l. poſt dotem.ad finem,& in 6. quæſt. fuit in noua opinio. diſtinguendo, quod quædam eſt ceſſio, quæ fit ex neceſſitate ex vtraque parte,quia ille,qui cedit,cogitur cedere,& ille,qui emit, cogitur emere,& hoc caſu tranſit cum onere ſuo. ſic intelligit d.l.fin.de priuilegio fiſci.ſubdendo hæc verba, & ſi neſcires hunc intellectum extrahere ex illa l. venias ad me. Quædam eſt ceſſio,quæ fit ex voluntate, & hoc caſu tranſit priuilegium in ceſſionarium, ſi agat directa nomine cedentis, & hoc dicit probari per gl.in d.§.fuerat. ſecus ſi ageret ſua vtili. Ex quo infert ad quæſtionem, de qua ſupra proximè eſt dictum, videlicet, an tranſeat ad patrem agentem ad dotis reſtitutionem ſoluto matrimonio.

Nam ſi agit nomine filiæ, & tanquam adminiſtrator filiæ, quod

Source : BIU Cujas

quod potest, secundū ꝙ no. in l. cum dos. ff. de pactis dotalib & in l. 2. §. voluntate. & in l. si cum dotem. §. si pater. & hoc. casu haberet tale priuilegium. aut agit nomine suo, & ad suā vtilitatem, & tunc non habet priuilegium, vt ibi per eum qui videtur. idem tenere in effectu in d. l. 1. C. de priuileg. do.

Sed aduertendum duxi, quia nō video, quomdo possit extrahi ille intellectus ex d. l. fi. scilicet ꝙ ideo ibi ceditur tale ius prælationis in fisco, quia ille, qui cedit, tenetur soluere ipsi fisco. & sic etiam si fiscus consequēter tenebat ei cedere tale ius suū. Vnde fortè voluit intelligere Bar. illū tex. ꝙ fideiussor principalis debitoris soluit, qui ad hoc tenebatur, & ideo fiscus ibi cogitur cedere fideiussori ius suum, prout alius creditor, prout habetur in l. 2. ff. de distract. pignor. tamen hic intellectus est magna diuinatio ad illum textum d. l. fina.

Præterea est contra text. in l. 3. eod. titulo, vbi mulier, quæ soluit fisco pro suo marito, soluit voluntariè, & sine mandato. & ideo habet ibi contra maritum actionem negotiorum gestorum, vt ibi dicit gl. per id, quod habetur in l. soluendo. ff. de neg. gest. & tamen si fuisset cauta, potuisset ibi impetrare, vt sibi cedatur actio hypothecaria, quæ fisco competebat contra maritum.

Præterea licet fiscus, cui soluitur tanquam creditori, teneatur cedere ius suum soluenti pro debitore fisci, sicut quilibet alius creditor tenetur cedere per id, quod habetur ī l. mulier. ff. qui po. in pig. hab. & no. in l. Modestinus. ff. de solutio. & in l. si res obligata. in fi. ff. de leg. 1. cum sim.

Tamen hoc videtur habere locum, qñ ius est cessibile, sed priuilegium antelationis est merè personale, & ideo non est cessibile, vt est tex. in d. l. ex pluribus. per quē tex. vī ēt cōfundi illa distinctio Bar. videlicet an ex volūtate, vel necessitate.

Nam ibi contutor soluit suo olim pupillo ex necessitate ꝑ mala administratione sui contutoris, & quilibet tenebatur in solidum ipsi pupillo, & ideo sibi soluenti necessario debet fieri cessio, per illum olim pupillum contra alterum contutorē per id, quod habetur in l. 1. §. nunc tractamus ff. de tut. & ratio. distrahen. & in l. 1. C. de transact. & tamen in d. l. ex pluribus. dicitur, ꝙ dictum ius cessum non transit cum priuilegio antelationis indulto speciali fauore pupilli, quæ repræhensio fuit etiam de mente Ioan. de Imo. in d. l. post dotem, ad finē. de quo infra, & Bal. in d. l. 1. C. de priuilegio dotis. post multa distinguit, aut cedens est mortuus, & tunc expirat dictum priuilegium in cessionario, sicut expirat ipso cedente. l. non solum. § si pupillæ. ff. de ritu nupt. pro quo facit, quia expirante iure datoris, expirat ius acceptoris. l. lex vectigali. ff. de pignorib. Aut cedens adhuc viuit, & tunc aut intētat directam nomine cedentis, & tunc vtitur priuilegio cedentis. Aut intentat vtilem nomine suo, & tunc secus.

Ex hoc ipse elicit vnā doctrinam menti tenendā, ꝙ vbicūque tractamus de priuilegio, an egrediatur personam priuilegiati, differentia est inter directam & vtilem, vbi vult dicere, ꝙ facienda est vis, an quis intentet directā noīe cedentis, an āt vtilē nomine suo, quæ doctrina si esset vera, foret magni
37 effectus. Nā per hanc viam sequeretur, ꝙ † emens ius priuilegiatum in persona alicuius speciali illius fauore, & sic quātumcunque plenissimum posset cedi, vt saltem duret viuente persona cedentis, dūmodo intentet directas actiones, seu exercitium directarum nomine cedentis, licet ad vtilitatem cessionarij, secus si intentaret vtiles nomine suo, & sic solum esset differentia in modo agendi, & concludendi in libello per notata in l. qui stipendia. C. de procu. & in l. 1. C. de actio. & obligationibus.

Et sic permitteretur per indirectum, quod non permittitur ꝑ viam directam ꝯ id, quod habetur in l. Seius & Augerius. ff. ad leg. Falc. & in regula, cum quid vna via, in sexto.

Ex quo sequeretur, ꝙ si in casu d. l. ex plurib. ille cōtutor, q soluit, & cui facta ē cessio, intētaret directas noīe illius olim pupilli cedentis, quod tunc vteretur priuilegio prælationis dicti pupilli contra alios creditores, quod est contra mentē & rōnem d. l. ex pluribus. Cogitandum est ñ, quia hoc etiam vī fuisse de mente Bar. in d. l. post dotem. & si esset verum, esset multum notabilis, & vtilis in practica: tamen iure non videtur procedere, nec in se habet rationem differentię vrgētem. Et est differentia magis verbalis, quàm realis, cum vtroque casu petitio tendat ad vtilitatem cessionarij, & non mulieris, vt etiam eam impugnat Ludo. in dic. l. post dotem. de quo infra. Et posset procedere, quando quis intentaret directam ad vtilitatem mulieris, vt esset procurator, per dicta supra, & per id, quod habetur in l. si cum procurator. ff. de re iudica. Ioan. de Imo. in d. l. post dotem. contra distinctionē Bar. an cessio fiat ex voluntate, vel ex necessitate, allegat dictam l. ex plurib. inducendo vt supra dixi, nisi saluaremus Bart. ꝙ in d. l. ex pluribus. erat priuilegium, quod ad nullum hæredem transit. Sed in terminis nostris non est omnino non transitorium ad hæredē: quia saltem transit ad filios, & dicit hanc responsionem esse de mente Bar. in l. 1. C. de priuilegio fisci. iūctis his quæ ipse dicit in l. 1. C. de priuileg. dot. Subdit Imo. ꝙ fortè dicta responsio non est bona, quia ratio d. l. ex plurib. habet locum etiam in casu nostro, ex quo agitur de transferendo priuilegium in extraneum, & sic debet stare eadē dispositio, arg. l. a Titio. ff. de verb. oblig.

Item Bar. adducit tex. in dicta auth. vt exactio. instan. dotis, collat. septima, vbi dicit tex. creditoribus mulieris nō cōpetere hoc priuilegium, & tamē videtur, quod mulier de necessitate teneatur cedere, cum teneatur eis satisfacere, & respondet ad d. l. fi. C. de priuilegio fisci. quod loquitur in priuilegio, quod datur fisco, quod est perpetuum, cum fiscus nunquam moriatur, argumen. c. si gratiosè. de rescript. in 6. & l. proponebatur. ff. de iudic. Vnde non mirum si illud priuilegium facilius ad alium transire potest, hoc autē priuilegium erat finitum cum persona. Subdit postea, quod ꝑ Bar. facit, quod habetur in l. pro hærede. §. sed quod Papinianus. & §. quid tamen. ff. de acquirenda hæreditate. & l. peto. §. prædium. de legat. 2. Sed responderi potest, quod aliis casibus loquuntur, nec loquuntur propriè de iure concesso in priuilegium personæ, & per hæc verba apparet, quod ipse Io. de Imo. non est ausus se firmare, & magis videtur se inclinare in opinion. contra Barto. vt sic etiam, quando cessio fieret ex necessitate, nō trāsit tale priuilegiū prælationis in cessionarium, & maximè per textum in d. l. ex pluribus. illa tamen responsio, quam ipse Ioan. de Imo. dat d. l. fina. C. de priuilegio fisci. licet videatur aliqualiter persuasiua, tamen non videtur concludens. Nam licet fiscus non moriatur; tamen propter hoc non sequitur, quòd ius priuilegiatum datum speciali fauore fisci possit in alterum quàm ipsum fiscum transire per cessionem, ex quo tale priuilegium cohæret soli personæ fisci per id quod habetur in l. 1. §. ne autem. C. de cadu. tollend. & l. mulier. §. ex asse. ff. de iure dot. & not in l. qui ita. ff. ad Trebel. & vt suprà dixi, dic. l. fina. C. de priuileg. fisci. non probat, quod ibi cessio fieret ex necessitate respectu personæ, cui cedebatur, & quòd ille de necessitate haberet soluere fisco, vel debitori fisci illud, quod ibi soluit, imò potius probatur contrarium in l. 3. eod. tit.

Reperio Ludo. Roman in d. l. post dotem, qui in hac materia multa verba effundit more suo, & tādem recitat opin. Barto. in d. l. post dotem, & Bal. in dic. l. 1. de priuilegio dotis. dicit differentiam Bar. an ex voluntate, vel ex necessitate fiat cessio, vt suprà, esse contra tex. in d. Authen. vt exactiones instan. dotis. quem etiam suprà allegauit Ioā. de Imo. dum loquitur de creditoribus mulieris.

Itē contra tex. in d. l. ex pluribus. similiter allegatū & inductum per Ioan. de Imo.

Tertiò vltra Imo. allegat duas leges, quas tamen didicit à glos. in d. l. ex pluribus. videlicet in l. sed si restituatur. ff. de iud. & in l. cum patronus. ff. de lega. 2. inducēdo vt ibi ꝑ eū, & respondet ad l. fin. quā dicit esse fundamētū Bar. ꝑput suprà per Ioan. de Imo. quia loqui ī in fisco, qui non habet hæredē quia nunquā moriī. Et iō ex quo in vno videtur grauari: quia non potest trāsferre per successorem vniuersalem, releuatur in alio, vt possit transferre per cessionem fiendā inter viuos. Illam etiam differētiam, an agatur directa nomine cedentis, vel vtili nomine suo, dicit esse magis verbalem, q̄ realē, quia debemus in hac materia cōsiderare effectum, i. ad cuius vtilitatem agatur: nam ex quo vtroque casu agitur in effectu ad vtilitatē cessionarij non ipsius mulieris cedentis, merito cessat dictum priuilegium, cū solum, vt mulieri prouideatur esset inductum, vt dicit tex. in d. §. fuerat. ibi, cuius solius prouidentia hoc induximus &c. quod vltimum dictum satis placet per dicta supra in reprehensione opinionis dicti Bal.

Rñdet insuper alio modo ad d. l. fi. ꝙ ideo ibi priuilegium fisci transit in illū soluentē ꝑ debitore fisci, quia expresè & specificè fuit facta cessio, & translatio priuilegij fiscalis ꝑ ipsum fiscum. Et ideo ipse distinguit, ꝙ aut quærimus an cessa actione in alium intelligatur cessum, vel translatum in consequentiam ius prælationis competens illi cedenti in suæ ꝑsonæ priuilegium, vel in suæ ꝑsonæ specialem fauorem, & tūc transit non habita in hoc differentia an cessio fiat ex voluntate, vel necessitate, ita dicit procedere tex. in d. l. ex plurib. & in d. Auth. vt exactiones instantis dotis in ver. omnibus & in d. Auth. vt immobilia ante nuptias §. fi. & d. § fuerat Insti. de actio. & quod hī in d. l. in omnibus. & in l. priuilegia. ff. de reg. iur. & in l. cum patronus. & d. l. sed & si restituatur. & alia iura allegata contra Bar.

Source : BIU Cujas

Aut quærimus, an ſpecificè & expreſsè poſſit cedi tale ius priuilegiatũ,& tũc diſtinguit. Aut ceſſio fit ex voluntate, & non poteſt:allegat tex.in l.2.§.fi. ff. de relig. vbi licet debitor poſſit locum datũ pignori,facere religioſum,inferẽdo ibi cadauer ſuorum,vel ſi ſuum cadauer ſuus hæres intulerit:tamẽ tale priuilegium non poteſt debitor alteri cedere, allegat etiam nota. dictum Cyni in l. ad officium. C. communi diuidendo. vbi priuilegium datũ conſorti, vt poſſit reuocare alienationẽ factam alteri non conſorti eo non requiſito, non põt per talem conſortem alteri cedi : Aut ex neceſſitate, & tunc poteſt,per textum in l.quod ſi minor.ff. de minoribus. & in l.ſi minoris.ff.de admin.tut.& ita dicit procedere tex.in d.l.fi.C.de priuil.fiſci. videlicet q̃ ibi ſpecificè fuit per fiſcum translatũ ſuum priuilegium prælationis in actu illo recedendi,vt ꝫ illum tex.intellexit idẽ Lud.Et licet reprehenſio iſta ꝫ Bar.quæ primò fuit Io.de Imo.& poſtea prefati domini Lud. videlicet in differentia illa,an ex voluntate, vel ex neceſſitate fiat ceſſio, videatur de iure procedere, & maximè per dictos duos tex. quos primo allegauit Imo. videlicet in d.l.ex pluribus. vbi ceſſio fiebat ex neceſſitate, & tamen non tranſit ius priuilegiatũ pupilli, videlicet prælationis, & etiam in d. Authen.vt exactiones inſtãtis dotis. dum ſimpliciter & indiſtinctè dicit, tale priuilegium non tranſire ad creditores mulieris,& tamen non poſſunt cadere termini in creditoribus mulieris,niſi quando ex neceſſitate fieret eis ceſſio ſaltem cauſa tuitiuè,videlicet quia mulier ipſa cedit ſuis creditorib.ius ſuum, quod habet contra uirũ, vel hæredes viri in dote ſua, & hoc, vt ſatisfiat ſuo debito.imò aliquando ex neceſsitate præciſa, puta ſi creditoribus mulieris pro executione ſententiæ in defectum bonorum mobilium & immobilium mulieris oportet venire ad nomina debitorũ ipſius mulieris, & ſic propter hoc creditores mulieris caperent in ſolutum nomẽ hæredũ viri debitoris olim ipſius dotis ſecundùm formam traditam in l. à diuo Pio .§. in venditione.ff.de re iudic. & in l.ordo.C. de executio.rei iudi. profecto ſi queratur tunc, an dicti creditores ita ſuccedãt in dicto debito dotis cum priuilegio antelationis in actione pſonali de dote vel hypothecaria. text. eſt in terminis in d.auth. quod no. Et tamen talis neceſſitas ſurgit, non ſolùm ex parte mulieris cedentis, ſed ex parte creditorum, qui nõ habent vnde poſſit eis aliter ſatisfieri, & ſic etiam poſſet poni caſus in terminis auct.niſi debitor.C.de ſolu.iunctis notatis in l. ſi maritus.ff. ſol. mat. Tex. autem in l. ſed & ſi reſtituatur.ff. de iudic.& l. cum patronus. de legat.2. quos allegat Ludouic. parum faciunt, quia d.l. ſed & ſi reſtituatur. loquitur in reſtitutione fidei commiſſi, quę fit per hæredem , quæ cauſatur ex quadam iuris cenſura,& quædã ceſſio, per quam non transfetur in fideicõmiſſarium, niſi ius hæreditariũ, nõ aũt alia iura, quæ acquiſita eſſent hr̃di extra ius hr̃ditariũ,vt ẽ ibi priuilegiũ fori,ſicut & hac rõne nõ trãſferreꝫ infi deicõmiſſariũ inſtãtia cępta cũ hr̃de,qđ eſt plus:vt l.cũ hr̃ditas ex fideicommiſ.ff.ad Treb.&ibi no. & per Bar. in l.ſi cũ hoiem.ff.de fideiuſſ. Ius.n.priuilegij fori eſt merè pſonale, qđ nõ p̃t trãsferri ī ceſſionariũ,vt l.vẽditor.ff.de iud. Et iõ ſi ſtatutũ diceret,q̃ inter fratres poſſit peti cõpromiſſum, ceſſionarius fratris nõ peterit vti tali priuil.fori cõpromiſſarij cõtra fratrẽ ſui authoris cedẽtis, vt p̃ Bal.ī l. ſi poſt diuortiũ.ff.ſol.ma.& ibi no.lex ẽt cũ patronus.ff.de leg.2.non facit ad ꝓpoſitũ,qa nõ loquiꝫ de iure, qđ trãsferr̃ p̃ ceſſionem,ſed de iure,qđ acquiriꝫ,& ī aliũ trãſit ex repudiatione hr̃dis, qa nõ tranſit cũ priuilegio cõceſſo pſonæ ipſius repudiãtis.Opinio autẽ ſua,dum tenet indiſtinctè,q̃ qñ ceſſio fit de re,& ex neceſſitate, tunc per modum expreſſum tranſit hmõi priuilegium prælationis:ſecus ſi ex volũtate, ita intelligendo tex. in d.l.fi.de priuil.fiſci.non vr̃ de mente iuriũ,nec hẽt in ſerõnem vrgentẽ:nã, vt dixi,d.l.fi.nõ probat,q̃ ibi expreſsè fuerit ceſſum dictum priuilegiũ prælationis , ſed ſimpliciter dr̃, q̃ iudex aſcripſit illi ſoluẽti ius fiſci, quod ius fiſci principaliter ꝙſiſtebat in obligatione p̃ſonali , qua ille principalis debitor aſtringebatur fiſco, & ẽt in hypotheca tacita. & licet tale ius eſſet cũ priuil. antelationis, tñ de tali priuilegio nihil fuit expreſſum,prout Lud. præſupponit fuiſſe expreſſum ibi. ſimiliter ẽt in l.3.eo.ti.nihil apparet fuiſſe ſpecificè dictũ de iure fiſci reſpectu priuilegij prælationis. &l. quod ſi minor,in prin. ff.de minorib.& l.ſi minoris.ff.de adm.tut.Ex quib.ẽt ſe fundat Lud.nihil faciunt,qa loquuntur de priuil.ſpeciali reſtitutionis in integrũ,qđ eſt tranſmiſſibile ad hr̃dẽ.l.nõ ſolũ.ff.de in integ.reſt. Ego aũt in tãta varietate adhærendo fauori mulieris, ꝓput cõiter iura oĩa ita ſuadẽt eſſe adhærendũ, vt dicit
18 tex.in l.in ambiguis. ff. de iu. do.ſic diſtinguerẽ,q̃ † aut mulier iura ſua,quæ habet ad dotem contra virũ ſeu eius hæredes,cedit ad ſui vtilitatem,ita q̃ dicta ceſſio vertatur in commodum mulieris , prouidendo ipſa mulier neceſſitati , aut vtilitati ſuæ per talem ceſſionem , adeo q̃ tranſeundo dictũ priuilegium prælationis in ceſſionarium,hoc redũdet in mulieris cedentis commodum, & ſi non tranſiret , non eſſet ita prouiſum ipſi mulieri , & tunc tranſit in ceſſionarium ; quia non poteſt negari , quin tunc tale priuilegium deſeruiat vtilitati mulieris, cuius prouidentia eſt inductum, vt dicit text. in d.§.fuerat. ibi , cuius ſolius prouidentia hoc induximus . nec eſt fienda in hoc differentia , an in ceſſione fiat expreſſa mentio dicti priuilegij, vel non,ex quo per talem ceſſionem licet ſimpliciter factam trãſit hypotheca predicta mulieris, vt habetur in l.emptori nominis.ff.de hæred.vel actio.uend. & l.ſi ſolutum.C.de actio.& obligat.ideo tranſit in ceſſionarium, quicquid eſt tranſibile concernens ipſum ius ceſſum , vt l. venditore actio. ff. de hæredit. vel actio. vendita. quod etiam procedit, ſi poſt mortem mulieris fiat ceſſio per filios, & hæredes ipſius mulieris, qui ex eodem matrimonio ſuperſunt : nam cum tale priuilegium tranſeat in eos , vt in d. l.aſſiduis.vt ſuprà eſt dictum. ideo fiat ceſſio per eos concernens eorum vtilitatem.

Similiter tale eorum priuilegium , licet text.in d.§. fuerat. loquatur per taxatiuam, videlicet , cuius ſolius prouidentia, tamen non excludit fauorem filiorum qui eodem priuilegio gaudent.d.l.aſſiduis.facit,quod hr̃ in l.ob æs.C.de prædijs eu ria.& quod habetur ī l.ita pudor.C.de adulterijs.

Nam dictio taxatiua non excludit , quin diſpoſitio taxata extendatur per aliam legem, vt dictis iurib.ad hoc not. Bart. in l.ſi conſtante. in prin.ff.ſol.mat.in 9.q.1.part.

Nec fieri debet vis, aut differentia, an cedatur vtilis vel directa, ſeu exercitũ directæ, quia hæc conſideratio eſt potius verbalis,q̃ realis, quia ſatis eſt, q̃ tranſeat vtilis principaliter in mulieris, vel filiorum mulieris commodum, vt ſuprà.

19 Si autem † talis ceſſio fit principaliter ī fauorem alterius, & tunc non tranſit tale ius priuilegiatum in ceſſionarium ẽt per modum expreſſum, ex quo ſoli mulieri ſeu ſolius mulieris vtilitati eſt indultũ. d.§.fuerat.& in d. Auth.vt exactio.in ſtantis dotis, in prin.& in d.Authen.vt immobilia ante nupt. §.fi.cum ſim.Et ſimilis diſtinctio, videlicet an in commodũ cedentis, vel ceſſionarij tendat ipſa ceſſio, habetur per Bar.& alios in l.facta.§.ſi.hæres.ff.ad Treb.& l.fi.ff.de tranſact.

Poteſt poni exemplum in primo caſu , quando in vtilitatẽ mulieris tẽderet ipſa ceſſio , ſi mulier ſoluto matrimonio per mortem viri videat uiri hæreditatẽ eſſe implicitam multis debitis,& multi ſint creditores, qui habeãt bona viri obligata,partim per expreſſam hypothecam,partim per tacitam hypothecam & anteriorẽ,q̃ in hypotheca mulieris cedit iura ſua ſecundo viro ex cauſa dotis . Nam talis ſecundus vir vtetur priuilegio ipſius mulieris ſaltem contra alios creditores prætendentes tacitam hypothecam licet anteriorem , alias ſi non poſſet uti , remaneret dicta mulier fruſtrata ſua dote , & ſic eſſet indotata , quippe nullum dubium eſſe debet , quod tale priuilegium prælationis hypothecæ potuit cedi per dic. mulierem , ex ſic ex quo potuit cedi vnà cum actione perſonali de dote, quia ad prouidendum ipſi mulieri in dote ſua eſt facta ceſſio, meritò videtur ceſſa dicta hypotheca cum omni ſuo priuilegio , licet aliter de eo non fit expreſſum, argu.d.l.venditor nominis. Sic etiam ſi alius pro muliere prædicta dotem promiſit,& ſoluit dicto ſecundo uiro animo repetendi ab ipſa muliere , & ipſa mulier propter hoc dedit inſolutum nomẽ hæredis uiri debitoris ipſius mulieris pro reſtitutione dotis.Certè videtur ceſſum dictũ nomen cum hypotheca,& cũ priuilegio prælationis , vbi aliàs ſi dictum priuilegium prælationis nõ obtineret,ipſe qui ſoluit, haberet regreſſum contra ipſam mulierem,imò à principio nõ fuiſſet ita promptus in promittendo , & ſoluẽdo pro ipſa muliere , ſi ſciuiſſet mulierem non poſſe ſibi ſatisfacere effectualiter circa ceſſionẽ iuris hypothecæ cum priuilegio antelationis, & ſic multa alia poſſent poni exempla.

Exemplum in ſecundo caſu, videlicet quando ad utilitatem ceſſionarij , poteſt poni , quando ipſa mulier ex cauſa donationis cederet alreri ius ſuæ dotis repetendæ ab hæredibusuiri , & idem poteſt dici quando ex cauſa oneroſa cederet , puta ex cauſa iudicati , vt ſuprà induxi poſt Imo. & Ludo. tex. in dicta authent. vt exactiones inſtantis dotis , poſt princip. dum ibi dicitur,tale priuilegium non tranſire ad hæredes vel creditores mulieris , poſui exemplum.

Si mulier eẽt cõdemnata pro aliquo debito,& creditor videns,quòd mobilia & ſtabilia mulieris non poſſent poſſideri ſine controuerſia pro executione ſententiæ ſuæ, quo casu poteſt deuẽniri ad nomina debitorũ , ſecũdùm quòd habetur in l.à diuo Pio.ff.de re iudica.& ex ſecũdo decreto fuit facta

adiudicatio

Source : BIU Cujas

adiudicatio & ceſſio nominis debitoris ipſius mulieris, qui erat hæres ſui quōdam mariti pro ſuæ dotis reſtitutione, certè tunc non tranſibit in dictū creditorē ceſſionarium priuilegium mulieris, reſpectu prẹlationis, actionis perſonalis, vel hypothecæ, cum talis ceſſio tenderet in fauorem dicti creditoris, & non ipſius mulieris, ita in terminis probatur in dic. authen. vt exactiones inſtant. dotis, & ſic etiam ſi mulier pro reſtitutione ſuæ dotis egit hypothecaria contra hęredes viri, & ſibi fuit data poſſeſſio, ſeu tenuta in bonis dicti quoddam viri, vt interim incumberet pignori, donec fuerit ſibi de dote ſatisfactum: poſtea quidam alius creditor dicti quō dam viri fortè non prætendens hypothecā, vel ſi haberet hypothecam, illam haberet poſteriorem, obtulit velle mulieri pecuniam ſoluere pro dote facta ſibi ceſſione per mulierē, ſecundum ꝙ habetur in l. mulier. ff. qui po. in pig. habe. & in l. 3. & 5. ff. de diſtrac. pig. & in l. Modeſtinus. ff de ſolutio. & in l. ſi res obligata. ff. de lega. 1. Certè in talem ceſſionarium non tranſibit priuilegium prælationis contra alios creditores, ex quo ceſſio non fuit facta per mulierem ad eius vtilitatem, ſed ad vtilitatem illius alterius creditoris quærentis ſibi fieri ceſſionem à dicta muliere, & multa alia poſſunt poni exempla ad eundem effectum tendentia.

Nec obſt. text. in l fina. C. de priuilegio fiſci, ſuper quo miror, quòd Bart. & alij Doc. videtur facere vim in iſta materia, quia ſi bene & diligenter ille text. ponderetur, nihil dicit de priuilegio fiſci reſpectu iuris antelationis, ſed reſpectu taciæ hypothecæ, quam ex priuilegio habet fiſcus in bonis ſui cuiuſcunque debitoris. l. 2. C. in quib. cau. hypo. taci. cōtra. & habetur in l. 2. C. de priuilegio fiſci. Nā tale ius tacitæ hypothecæ poteſt cedi, imò tacitè tranſit vnà cū perſonali ceſſa, vt ſuprà eſt dictum, & habetur in l. venditor nominis. C. de hære. vel act. vend. & in l. ſi inſolutum. C. de act. & oblig. & ita etiam debet intelligi tex. in l. 2. eod. titu. de priuilegio fiſci. & ſic illa mulier ſoluens fiſco pro marito, qui fiſco tenebatur, arguitur ibi de negligentia, quia non impetrauit a iudice ius fiſci ſibi cedi, ſcilicet hypothecæ tacitæ. Sed in l. fin. ille ſoluens fiſco fuit cautus, & diligens in faciendo ſibi cedi ius fiſci, nec ibi præſupponitur, quod dicta hypotheca fiſci haberet ius prælationis ex ſuo priuilegio ſpeciali, nam competebat ius prælationis ex prioritate temporis, quo fuit contracta talis tacita hypotheca fiſci, & iō dicta iura nō probant, ꝙ ius prælationis in hypotheca competens ex priuilegio ſpeciali poſſit cedi. Et ſic ex prædictis poteſt petere reſponſio, quid dicendum, ſi eſt facta delegatio per mulierem, quia uir & ſocer ad petitionem mulieris promiſit per ſtipulationem alteri dotis reſtitutionem in caſu ſoluti matrimonij, de quo etiam dixi in decima parte in quarta limitatione.

Et per hæc apparet iſte articulus cōpletiſſimè expeditus.

20 Quintò quęro, an † priuilegium, de quo in l. in rebus. C. de iure dotium, videlicet, quod dominium rei dotalis illicò ſoluto matrimonio tranſeat in mulierem, de quo dixi latius ſupra in octaua parte, in ſexto priuilegio, egrediatur perſonam mulieris, & primo, an tranſeat in hæredem mulieris, puta ſoluto matrimonio per mortem mulieris.

Item an tranſeat in patrem circa dotem profectitiam, cuius actio perſonalis de dote ad repetēdum eſt communis patri & filiæ, & quid ſi dos eſt in eum reconſolidata per mortē filiæ prædecedentis in matrimonio, & quid ſi eſt effecta præcipua patris per ſtipulationem, vel alio modo, dixi latius in dicto ſexto priuilegio, in prima & ſecunda limitatione.

21 Ex quibus dictis, & concluſis ibi infertur, quod † dictum priuilegium l. in rebus. non vendicat ſibi locum in dote data per extraneum inæſtimata, quam fuit incontinenti ſtipulatus, ſeu pactus reddi ſibi in caſum ſoluti matrimonij: nā ſine dubio ſoluto matrimonio non tranſibit dominium illico in dictum extraneum dotantem, quia tale priuilegium non eſt datū rei dotali ſpeciali fauore mulieris: & ideo non dēt egredi eius perſonam, per dicta ſupra in proxima qōne, & per tex. in d. l. in omnibus, & in l. priuilegia. ff. de regu. iu. & arg. Inſtit. de iure naturali, gentium & ciui. §. ſed quod principi. verſ. planè, & l. quia perſonale. ff. ſol. mat. cum ſimi.

Item quia text. in l. in rebus, ſe fundat ex eo, quia dictę res dotales a principio fuerunt mulieris. ibi, cum eadem res, & a principio fuerunt &c. Quæ ratio ceſſat, quando dos fuit data per extraneum. Vnde res magis de facili redit ad dominium eiuſdem mulieris cum eius ſpeciali priuileg. arg. l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. ver. quod in ſpecie dotis. ff. de pact.

22 Et per hoc infertur, † ꝙ ſi mulier tpe contracti matrimonij & datæ dotis ſtipulatur dotē reddi alteri, puta fratri ſuo, vel filio ſuo, puta ex altero matrimonio ſuſcepto, nō tranſibit illico ſol. mat. puta per mortem mulieris dominium in illum, pro quo fuit ſtipulatus, & eodem modo ſi illum talē interpoſuit a principio ad ſtipulandum animo illi donandi, vel ex alia cauſa, & non tanquam procuratores mulieris ſecundùm ꝙ habetur in l. quæ dotis. ff. ſol. ma. vel per viam delegationis, pro vt habetur in l. 2. in prin. eo. tit. Nam ſol. ma. non tranſibit dominiū rei dotalis in eos, & ſic non haberēt actionem in rem, ſicut haberet ipſa mulier, ſi non fuiſſet ita ſtipulata, vel paſla ſtipulari.

23 Aduerte tñ, quia †qñ ipſa mulier fuiſſet ſtipulata alteri dotem reddi, nō vr eſſe hoc tutum, ꝙ illi quæratur actio etiam perſonalis p id, quod hr in §. alteri. & §. ſi ſtipuler. l. ſtipulatio iſta. ff. de uerb. obl. licet ſtipuletur reddi ſuo filio, puta ex primo matrimonio, vt ſuprà, licet ſtipulatio interponatur ſuper dotis reſtitutione fienda alteri, q̃ mulieri, per id, quod hr in l. debitor. §. 1. ff. ad Treb. & no. in l. quod dr. ff. de uerb. obli. & ibi per Bal. licet qñ interponitur per dotantē ſuper dote reddenda mulieri, tūc ſecus, vt dictum eſt ſuprà in 6. par. in 23. & 24. priuileg. Sed poſſet poni exemplum ſi talis, pro quo, & cuius nomine ſtipulatur erat, ibi prẹſens, quia tunc poteſt vtiliter illi ſtipulari, & illi quæritur ſaltem utilis ſine ceſſione propter illius præſentiam, per id quod habetur in l. ſi procuratori præſenti. ff. de uerb. oblig.

24 Sequitur ēt ex prædictis † ꝙ ſi mulier conſtan. mat. donaret alicui cauſa mortis rem ſuam dotalem, vel ēt donaret irreuocabiliter inter viuos, vel cederet iura ſua, tñ conferendo eius effectum poſt mortem ipſius mulieris, quo caſu poſſet per iſtum modum alienare ſuam rem dotalem ſecundùm gl. no. in l. ſi conſtante. C. de dona. ante nupt. de quo dixi ſuprà in 7. par. in 1. priuileg. in 8. vel 9. fallen. Nam mortua muliere non tranſibit illico in talem donatarium, vel ceſſionariū, dominium dictę rei dotalis ſine noua traditione, nā ex quo non tranſiret tale dominium in ſucceſſorē vniuerſalem mulieris, vt dixi ſuprà in 8. par. circa 6. priuil. in 1. limita. multò minus tranſibit in ſucceſſorem particularem, vel ceſſionatium, per id quod habetur in l. ex pluribus. ff. de adminiſtra. tutor.

Dicet quiſpiam, hoc eſſe dubium, qñ donaſſet cauſa mortis, in qua donatione ſicut in legatis transfertur illico dominium ſequuta morte donātis, ſine alia traditione, vt habetur not. in l. vel mortis. ff. de publi. Reſpondebitur, hoc procedere, qñ dominium erat apud ipſum donantem cauſa mortis, ſaltem tempore mortis, & ſic quando ſunt extrema habilia. nam uiuente ipſa muliere dominium erat apud virum, vt habetur in l. doce ancillam. C. de rei uend. cum ſi, ergo per eius mortem non potuit dominium transferre, quod apud ſe nō habebat. l. traditio. ff. de acq. rer. dom.

Ex hoc etiam infero not. ꝙ mulier legando in teſtamento rem dotalem conſtante matrimonio, dominiū non transfertur recta via in legatarium, prout regulariter transfertur dominium rei legatæ in legatarium, per regulam l. à Titio. ff. de furtis. & l. ſi tibi homo. §. cum ſeruus. de lega. 1. cum ſi. Cum tempore mortis dominium nō erat mulieris legantis, nec eſt tale dominium, quod trasferatur recta via in hæredem, ex quo non habet extremum habile, licet regulariter ſecus. l. cū hæredes. ff. de acq. poſ. Si ergo non transfertur in hęredem, multò minus in legatarium, qui non ita repræſentat defunctum, ſicut repræſentat hæres, licet quodam reſpectu legatarius habeatur loco hæredis. l. id tempus ff. de uſucap. & facit, quod hr in l. ſi ſic. §. ſi quis ita. ff. de leg. 1. & quod ibi per Barto. & alios. Et prædicta limita, niſi ipſe vir conſtante matrimonio inciperet labi facultatibus, quo caſu ex tunc retranſit dominium in mulierem non expectata diſſolutione matrimonij, vt per Bart. in l. ſi conſtante. in princ. in 2. q. 4. partis & licet ipſa mulier non egerit contra virum, vel contra tertios poſſeſſores actione reali propter dominium in eam retranſlatum, in dicto caſu vergentiæ ad inopiam, tamen non propterea ſequitur, quod dominium non fuerit in eam retranſlatum, & ſic ea mortua tranſit in hæredem cum tractēt de iure quæſito mulieri, per dicta ſupra in proxima quæſtione, q̃ omnia ſunt bene notanda, & per alios non tacta.

Sextò quæritur, quid in alio priuilegio, de quo in d. l. in re-
25 bus. in principio; ꝙ † in ſubſidium datur vtilis in rem mulieri, contra tertios poſſidentes rem datam æſtimatam pro dote, adeo ꝙ præfertur omnibus alijs creditoribus etiam habētibus hypothecam anteriorem, de quo dixi ſupra in 8 par in 7 priuileg. & p Bar in l. ſi conſtante. in princ. in 1. q. 3. par. ſol. matr. Et ſimiliter poteſt quæri in re empta ex pecunia dotali, licet a principio non fuerit actum, ꝙ eſſet dotalis, quia tūc in ſubſidium efficitur dotalis, vt dixi ſupra in ſeptima parte, in 15. priuileg. An tranſeat in hæredem mulieris, dubium facit, quia huiuſmodi priuilegium habet ſe ad inſtar priuilegij antelationis in hypotheca, de quo in dic. l. aſſiduis. quod non tranſit ad hæredem, vel ceſſionarium, vel alias perſonas ſe-

Source : BIU Cujas

cundum tamen dicta ſupra in tertia,& quarta quæſtionibus. Sed poteſt teneri contrarium, quia iſtud ius vtilis dominij, vel vtilis actionis in rem fuit à principio quæſitum mulieri, ſaltem potentialiter in eius vita, & potuit mulier propter virum ſuum non exiſtentem ſoluendo,& non valendo habere recurſum contra virum,vel eius bona,intentare vtilem actionem in rem contea tertios poſſeſſores, tanquam dictæ res à principio tempore contracti matrimonij fuiſſent datæ inæſtimatæ, quo caſu dominium etiam tunc directum, & ſic directa actio in rem oritur mulieri, conſtante matrimonio,viro vergente ad inopiam, vt proximè dixi in fine proximæ quæſtionis.

Item dum tractamus vtrum priuilegium perſonale tranſeat ad hæredem, debent poni termini de priuile.reſpectu iuris nondum quæſiti exequēdi. Sed quando in perſona defuncti fuit iam facta exequutio, quia iam fuit ius quæſitum, trā ſit ad hæredem ſecundum Bar.in d.l.poſt dotem. ad fi.in d.6. q.ad hoc gloſ.no.in ſimili in l.3.§.quod autem. ff. quod quiſque iuris. dum vult,ꝙ licet iura inducta in merum odium alicuius non tranſeant ad eius hæredem, hoc procedit, vbi iā a iure non fuit executio facta,ſecus in iure exequendo,vt etiam eam allegat Bald.ad hoc propoſitum circa priuilegium dotis merè perſonale in d.l.1.C.de priuil dotis,& quidam habent in rubrica,in 5.col.& bene faciunt no.Bart.in l.quia perſonale.ff.ſoluto matrimo.

Et ex prædictis infertur, quod ſimiliter tale priuilegium tranſibit in patrem mulieris,ſicut tranſit in hæredem.Et qui dem multo magis, maximè ſi matrimonium eſt ſolutū poſt mortem viri, cum verſetur intereſſe non ſolum patris,ſed etiam ipſius mulieris: cum dos redeat ad patrem cum onere dotandi ipſam mulierem, vt habetur in l.filia. ff. pro ſocio. & in authen. ſed quamuis. C. de rei vxor.act.Qua ratione dicimus, quod remedium d.l. ſi conſtante. tranſit ad patrem mulieris, vt voluit gl. quam communiter ſequuntur Doct. poſt Bart. in dicta l.ſi conſtante.de quo per ipſum Bart.ibi in 4.q.2.partis princip.

26 † Sed tunc congruenter applicatur ſupra proximæ quæſtioni in ſeptima quæſt. An priuilegium,de quo in d.l. ſi conſtante.in prin.& l.vbi adhuc. C. de iure do.vt in caſu vergēte ad inopiam poſſit mulier conſtante matrimonio agere contra virum in actione de dote, & ēt contra tertios poſſeſſores actione reali, vel hypothecaria, de quo dixi in 7. parte,in 24. priuilegio,cedi poſſunt per ipſam mulierem alteri, vt poſſit ceſſionarius nomine mulieris conſtante matrimonio dictis remedijs experiri.Bald.in d.l. 1. de priuilegio dotis. in 6. col. mouet hanc quæſtionem in ver.modo ego quæro, & breuiter ſe expedit tenendo,quod non,ſic inquiens.Et videtur dicendum, quod non : quia non eſt merum priuilegiū mulieris,& quia deputata eſt oneribus matrimonij, ideo cohæret perſonæ:nam ius alimentorum futurorum non videtur cedi poſſe,& maximè in præiudicium tertij,argum. ſolu.matrim. l.2.ver.nec cogitur,nec vltra dicit. Sed in contrarium facit, 31 quia dictū priuilegium egreditur perſonam mulieris reſpectu patris, vt proximè dixi, ergo etiam reſpectu ceſſionarij
27 mulieris. Sed poteſt diſtingui, quod aut mulier † cedit ſolum exercitium directarum, vt quando vult experiri contra virum per procuratorem nomine mulieris, & tunc ſine dubio poteſt, quia etiam in priuilegijs merè perſonalibus poteſt quis per procuratorem adeſſe.l. ſi cum procuratorem.ff. de re iudica.& in l.alia cauſa. ff.ſolu. matr. Aut vult per procuratorem in rem ſuam,& ſic tanquam ceſſionarium,& tūc aut ceſſio non tendit in fauorem mulieris cedentis, & non poteſt, vt ſic efficiatur deterior conditio dotis ſuæ, de quo dixi ſupra in ſeptima par. in vndecimo priuilegio. Aut dicta ceſſio tendit in fauorem ipſius mulieris cedentis,puta ſi bona viri vergentis ad inopiā,quæ ſunt obligata pro dotis reſtitutione, vel etiam ipſæ res dotales ſunt apud tertios poſſeſſores, & ipſa mulier fortè propter paupertatē, vel propter potentiam ipſorum poſſeſſorum videt, ſe non poſſe conſequi, vel recuperare dicta bona,cedit dicta ſua iura cuidam perſonæ potenti,vt ſuis expenſis & laboribus recuperet,& ceſſionarius vice verſa dat mulieri prædictæ aliquid, ex quo dicta mulier commodè poteſt ſe & virum ſuū ſuſtentare,arbitror iſto modo pro certo poſſe mulierem cedere ius ſuum, cum propter hoc ſua conditio efficiatur melior,cū aliter erat difficile ſibi recuperare,& fortè impoſſibile, vt ſolet aliquando hoc cōtingere in miſerabilibus mulieribus,& cum poſſit fieri ceſſio in fauorem cedentis,vt per Bar.in l.facta.§. hæres ex aſſe.ff.ad Treb. & poſſit fieri etiam propter titulum permutationis, ſeu contractus innominati, vt habetur in l. per diuerſas C.manda.ibi etiam per Bal.in princ.4.col. Et pro hac concluſione confert,quod ſupra fuit concluſum in 4.q.circa priuilegium prelationis in hypotheca.

Præterea cum hypotheca, & dominium iam ſunt orta & quæſita ipſi mulieri, etiam antequam agat contra virum vel alium tertium poſſeſſorem,videlicet eo ipſo quod vir incipit vergere ad inopiam,& ſic iam eſt facta executio a iure:ideo ſicut dicta hypotheca & dominium iam ſunt quæſita mulieri ipſo iure,licet conſtante matrimonio,& ideo tranſit in hæredem, vt ſupra eſt dictum in 5.& 6. q. ergo etiam tranſit in ceſſionarium etiam conſtante matrimonio, arg. regulæ l.ex pluribus.ff.de admin.tut.Fatendum tamen eſſet, ꝙ ſi mulier cederet actionem perſonalem ꝰ ipſum virum vergentem ad inopiam, vt ſic ceſſionarius in rem ſuam agat contra virum per remedium d.l. ſi conſtante. tale ius non poſſet cedi : tum quia non ſeruaretur per mulierem reuerentia coniugalis erga maritum, videlicet ꝙ cedat ius ſuum contra ſuum miet virum ſibi ſocium diuinæ & humanæ domus.l. aduerſus.C. de crimi.expi. hæ. cum communiter iſti redemptores litiū ſint perſonæ odioſæ & litigioſæ, & duri aduerſarij, vt dicit tex. in d.l.per diuerſas, & ſic vexaretur vir iurgijs & litigijs a perſona dura,& odioſa legibus, facit in argumentum l. alia.§. eleganter.ff.ſol.mat.tum ēt quia non poteſt verſari fauor mulieris,ſi virum ſuum indignatum veriſimiliter ex hoc ſibi facit odioſum,& inimicum, & propter hoc in ſupportandis oneribus matrimonij cauſaretur veriſimiliter detractio contra ipſum virum, & ſic militaret ratio Bal.in ſupra allegata l.1.

Octauo quæro, quia inter alia priuilegia mulieris in dote poſui in nona parte in primo priuilegio,† quod ſtante dubio 28
de prioritate,vel poſterioritate in hypotheca,puta quia per teſtes,vel inſtrumēta apparet probatio in vna & eadē die, ꝙ præſumi debet,hypothecā mulieris præceſſiſſe.An tale priuilegium egrediatur perſonam mulieris,de quo dixi in 2.priuileg.d.9.par.inclinando tandem, ꝙ egreditur perſonam mu-
lieris & tranſit ad hæredem.† Item ad patrem,item ad mari- 29
tum agentem ad dotem in ſua hypotheca tacita vel expreſſa pro dote ſibi ſoluenda,vt ibi plenius dixi,quod etiam tenuit Bart.& Dyn.& etiam Rayn.de Forli.in d.l. 1. & communiter ibi ſequuntur Doct. quia tex.in d.l.in ambiguis ff.de iure do. & in l.in ambiguis.ff.de reg.iur.ſimpliciter dicit,in dubijs de
bere faueri dotibus, & conſequenter poteſt inferri,tale † pri- 30
uilegium tranſire in ceſſionarium mulieris,ex quo eſt tranſmiſſibile ad hæredem per regulam,de qua in d.l. ex pluribus. ff.de admin.tuto.Similiter etiam eadem ratione circa priuilegium tertium,quartum,quintum,& ſextum, quæ ſunt poſita in dicta nona parte,vt illa extendātur ad hæredem mulieris,vt etiam ibi dixi in d.4.priuileg.

Item ad maritum,item ad patrem agentes.Item ad ceſſionarium,quia ſtāte dubietate in oīb.dictis caſib.fauere dēt doti,quæ repetitur per mulierē & ēt per alias prædictas ꝑſonas petentes,& repetētes dotē,quia omnia dicta priuilegia attribuuntur ſimpliciter doti,vt patet in c.fi.de re iud.& in l.inter pares.ff.de re iud.& per gl.in c.ex literis.de probat.

Nonò quæritur,† an priuilegium, de quo in §.accedit.l 1. 31
C. de rei vxor.actio. de quo ſupra dixi in 45.priuilegio, tranſeat in hæredē mulieris, ſi mulier prædecedat in matrimonio. Et in hoc bī & ſine dubio dicēdū eſt tranſire,qa ex quo extraneo ipſo dotante,& aliter in ſuā perſonā nō paciſcente, fingitur mulierem ipſam fuiſſe ſtipulatā ſibi reddi, ēt ſi tunc fuiſſet mulier abſens,vt eſt tex.no.in dicto §.accedit.& ſic ius quæſitum iam eſt quæſitum mulieri in vita,ergo cum tractamus de iure iam quæſito mulieri,cui dubium eſt,quod in tali iure quæſito ſuccedat eius hæres,imò etiam quicunque alius ceſſionarius,vt in ſimili per Bar.in d.l.poſt dotem.in 6.q. & per Bal.in d.l.1.C.de priuileg.dotis. & quia ficta ſtipulatio, quæ fingitur in perſona mulieris,tranſit ad eius hæredem, vt dixi ſupra in princ.1.q.

Decimo quæritur † circa priuilegium, de quo in l. ſi cum 32
dotem.§.ſi mulier.ſol.mat.de quo dixi in 8.par. in 18. priuil. vſque ad 20. quando mulier pro dotis reſtitutione accepit a viro, vel eius hęredibus in ſolutū, vel per delegationem debitorem viri inopem, vt licet etiā ſui facilitate decepta præſeruetur illæſa circa primam actionem,& vt ipſo iure ſit nulla talis delegatio vel diſtractio.

Quid ſi matrimonium fuit ſolutum morte mulieris, & eius hæres ita recepit talem inopem debitorem. poteſt dici ꝙ non,quia ratio ſpecialitatis,de qua ibi eſt,ne vxor remaneat indotata,quæ ratio ceſſat,ſi vxor iam erat mortua, & ſic dotis cauſa & eius fauor amplius non ſuberat.

Item quia ibi,etiam ſi mulier ſciebat illum eſſe inopem:tñ ſui facilitate circūuenta illum accepit,reſtituitur non minus ad priſtinam actionem,vt ibi hoc tenuit Lud.Ro. Et eſt rō ſecundum eum ibi, quia ſicut per modum,vel per pactum expreſſum non pōt mulier ſuæ dotis cōditionē facere deterio-

rem.

Source : BIU Cujas

rem.l.Attilicinius.& l.de die. de pactis dot. & dixi ſupra in 7. par.in 11.priuil.circa prin.& maxime facit,quod ibi dixi ad finem 5.limita.in char.83.quod procederet etiam,quando fieret pactum per mulierem poſt ſolutum matri.& non ſubeſſet aliqua iuſta cauſa,vt habetur in l.licet.co.titu.& dixi in d.11. priuil.in 8.limita.char.84.Sic etiam eadem ratione non poſſet ſibi præiudicare pactum tacitum, arg.l.cum quid.ff.ſi cer. pet.& ne plus operetur tacitū quàm expreſſum. l. qui ad certum.ff.loca.cum ſi.Quæ ratio ſi procederet ad illum tex.ſatis cōcluderet ad terminos noſtros,ſed de hoc dubitauit legendo d.§.ſi mulier.ſed ſufficit, ꝙ militet prima ratio ſupra aſſignata. Vnde cum iam mortua ſit mulier hæres ſic recipiēdo talem debitorem, redigitur ad terminos iuris communis,de quib.in l.inter cauſas.§.abeſſe.ff.manda.& ad alia iura,quę ibi allegantur pro contrario.

Similiter etiam dico in priuilegio prædicto, ne poſſit mulier per pactum efficere ſuæ dotis conditionem deteriorem, de quo in d. 11. priuile. vt non tranſeat ad hæredem mulieris, cum tunc iam non ſit amplius dos, & ceſſet ratio, ne mulier remaneat indotata,vt ibi dixi in 1.limita.& ſic non tranſit ad hæredem,etiam ſi eſſet filius eiuſdem matrimonij, vt dixi ibi
33 in 7.limita. Fateor tamen † ꝙ poſtquam tale priuileg.incępit competere ipſi mulieri ſic deceptæ per talem delegationem, ſi decederet,eius hæres poſſet eodem iure,& remedio vti,qđ incipit competere ipſi mulieri iam defunctæ, quia tunc non tractamus de iure quærendo, ſed de iure quæſito ipſi defunctę mulieri transferendo in hæredem, per ea quæ diximus in aliis, quæſt.ſupra,& maxime in 4.6.& 7.q.An autē trāſeat ad patrē mulieris, ſi pater ſoluto matrimonio pro reſtitutione ſuæ dotis accipiat a viro, vel eius hæredibus inſolutū,vel per viam delegationis nomen debitoris pauperis, dubium facit, quia diſpoſitio d.§.ſi mulier. emanauit principaliter in fauorem mulieris,& ſuæ dotis:tamen etiam concurrit ratio fragilitatis ſexus, propter quā magis de facili circunuenitur in iure,ſuo mulier,quàm maſculus.l.cum de indebito.ff.de proba. l.j.in fi.l.vbi exigitur.ff.de eden.cum ſi.Poteſt dici, ſi eſt ſolutum matrimonium per mortem viri,& ſic adhuc durat fauor mulieris,& dotis propter onus redotandi,ipſo iure præſeruabitur illæſus pater, ſicut & ipſa mulier, ex quo per hunc modum in conſequentiam prouidetur etiam mulieri, facit glo. Inſti.de actio.§.fuerat.in gl.pen.ad fi.nec in d.§.ſi mulier.tex. ibi,nec etiam ibi Doct.faciunt vim in fragilitate ſexus, ſed in fauore mulieris, ne remaneat indotata. Si autem matrimonium fuiſſet ſolutum morte mulieris, tunc ceſſaret dicta ratio fauoris, prout ſupra dixi in hærede mulieris,& ideo patri
34 tunc non ſubuenitur ſicut mulieri.† Et per hoc poteſt inferri, quòd ſimiliter dictum priuilegium non extenderetur ad virum recipientem pro ſatisdatione dotis ſibi promiſſæ per mulierem, vel ſocerum inſolutum nomen debitoris inopis, non ſolum quando ſcienter, & ſic ſui culpoſa facilitate recepit, vt eſt tex.in l.promittendo.§.ſi a debitore.ff.de iure dot. ſed etiam ſi ignoranter.

Nec ob.d.§.ſi a debitore. vbi a contrario videtur præſuppo-
35 ni,ꝙ†ſi vir recipit pro dote mulieris nomē debitoris pauperis ignoranter,ꝙ ſibi non præiudicetur,& habetur in l.is a quo.§.fi.cum ſua glo.& in l.2.ff.de fideiuſ. & ibi per Bar.poſt Dy.Nam reſpōdetur, ꝙ propter hoc præſeruatur ibi vir illæſus ipſo iure, vt poſſit reuerti ad priſtinam obligationē contra mulierem, quæ dotem promiſit,licet ſuccurratur dicto viro ignoranter recipienti agendo ad intereſſe,ex quo eſt in damno,cum inanis ſit ſibi actio propter inopiam talis debitoris delegati, vel inſolutum dati.l.nam is.ff.de dolo.iuncto eo, quod habetur in l.ſi ſtipulatus ſim Stichum aut Pamphilū.§. fi.ff.de verbo.oblig.& facit,quod no.Bar.in d.l.3.ff.de fideiuſ. Et tamen ipſa mulier eſt in lucro, quia pro pecunia per ipſam promiſſa pro ſua dote ſatisfacit dando nomen debitoris, qđ erat ſibi inutile,poſſet etiam petere reſtitutionem in integrū ex clauſula generali, ſi qua mihi iuſta cauſa &c. de qua in l.1. in fi.ff.ex quib. cau.ma. In qua iuſta cauſa connumeratur iuſta ignorantia facti.l.2.ff.de in integ.reſti.& quod habetur in l.Attilicinius.ff.de ſerui.ruſti.præd.& quod habetur in l.cum filius.§.in hac.ff.de verb.obli.Et tamen ſecus in muliere recipiente ex cauſa delegationis, ſeu dationis inſolutum pro reſtitutione ſuæ dotis rerum inopem, quia tunc ipſo iure præſeruatur illæſa.& redit ad priſtinā actionem, ac ſi talem reum non receperit,vt eſt caſus ſingularis in d.l.ſi mulier.ad hoc ēt, quod habetur no.in l.qui rem.ff.de ſol. Sic etiam patet, quia licet mulier ſcienter receperit talem inopem debitorem pro reſtitutione dotis ex ſui facilitate, forte quia credebat,quod rediret ad pinguiorem fortunam,tamen nihilominus ipſo iure præſeruatur illæſa ſecundum opi.Ludo. Roma.ibi.de qua ſupra dixi. & tamen viro ſic recipienti noceret.d.§.ſi a debitore.Et licet illa opin.Ludo.ſit dubia, vt ibi dixi legendo,tamen poſſet ſuſtentari, quando mulier habuiſſet aliquam veriſimilem ſpem, ꝙ inſtituturum rediret ad pinguiorem fortunam, vel forte, quia errabat in iure, credens ſe teneri ad recipiēdum talem delegatum, vt hoc voluit Pau.de Caſt.ibi per id,quod habetur in d.l.cum de indebito.Et licet extra cauſam dotis forte tali mulieri ſic erranti non ſubueniretur, & maxime ipſo iure: tamen fauore dotis ſubuenitur, vt eſt caſus ibi ſingularis,qui fauor ibi non extenderetur ad virum ſic errantē,licet ex cauſa dotis reciperet per ſupradicta,& vide quæ dixi in d.8.par.in 20.priuile.ante fi.quæ oīa ſunt bene notanda.

Subſequenter ſubiicio 11.q. Quid in priuilegio,de quo ſu
36 pra in 7.par.in 11.ſpeciali,videlicet†ꝙ non valeat pactum per mulierem factum,vel de eius conſenſu in aliquo actu,per quē conſenſum cōditio dotis efficiatur deterior. An extendatur ad aliam perſonam in præiudicium dotis.

Et primo,an extendatur ad virum ita paciſcentem,licet in præiudicium dotis: puta ſi paciſcitur vir, ne ipſe ſibi dotem promiſſam petat.Et videtur,ꝙ extendatur,ex quo propter tale pactum detrahitur oneribus matrimonij, & tendit etiam in quandam conſequentiam in mulieris iacturā, quia durante matrimonio remanet mulier indotata, & dicit tex.ꝙ reipublicę intereſt,mulieres eſſe dotatas,in l.2.ff.de iu.do.& in l. 1.ff.ſol.mat.quæ verba ſic ſimpliciter, & indiſtincte prolata accommodari poſſunt ad omne tēpus, & ſic conſtantis matrimonij,vt per gl.in d.l.1.& quia ſpernitur a viro vxor indotata.l.fi.C.ad Velle.Sed in contrarium facit tex.in l.ſi ſocer.§. Lucius.& l.ſi marito.§.1.ff.ſolu.mat.& l.Iulianus.ff.de iu.do. & in l.cum pater.ff.de pac. dota.& dicta ſupra in 7. par. in 44. priuile.& hoc eſt verius per ſupra allegata iura,& dicta in ſupra d.44.ſpeciali.& etiam tetigi in 11.ſpeciali in ſecūda fallentia ante finem,char.80.

Vnde poteſt dici,ꝙ aut tale pactum factum per virum tendit aliquo modo in præiudiciū mulieris de directo circa impediendam reſtitutionem ſuæ dotis in totum,vel in partem, & non valet, cum etiā ipſa mulier non poſſet ſic per pactum ſuum præiudicare,ſecundum dicta ſupra in d.21.ſpeciali.Aut tendit ſolum in præiudicium dicti viri, videlicet circa tēpus conſtantis matrimonij,quo tempore ipſe vir ſubiit,& ſubire tenetur onera matrimonij: & tunc valet ſecundum dicta tamen ſupra.in d.44.priuilegio.

Nec obſtat,quod ſupra adducebam, ꝙ in conſequentiam verſatur præiudicium mulieris, quia cenſetur interim indotata,& ſpernitur a viro &c.Quia reſpondetur,ꝙ imo nō cenſetur indotata, ex quo vir cēſetur dotem fuiſſe conſequutū, quantum ad ipſam mulierem, & ſua voluntate fecit pactum de non petendo ſuo ſocero vel alteri promittenti dotem pro muliere,tanquam ſi pecuniam acceperat & poſtea eam donauerit eidem promiſſori, ſicut etiam quando gratis dotem accepto tulit,vt l.vir ab eo.ff.de iure do.& illud,quod dicitur in d.l.fin.& C.ad Velle.procedit,quando mulier erat indotata, ideſt, quando dos erat promiſſa, & non ſoluebatur viro ſubeunti onera matrimonij contra eius voluntatem, quia non immerito tunc mulier ſpernitur a viro,ideſt, ſperni debet & poteſt. Sed quando ipſe per ſuum pactum non curat ſibi ſolui,ſibi debet imputari,& tenetur tūc ſubire onera matrimonij,ſicut tenetur,quando a principio vxorem accepit ſine dote.l.ꝙ ſi nulla.ff.de relig.& ſump.fun.Nec iura præſumunt,ꝙ dicto caſu vir ſpernat vxorem, & ſic faciat rem illicitam.l.merito.ff.pro ſocio.cum ſi.

Item adde, ꝙ licet mulier non poſſit ſibi præiudicare per pactum de lucranda dote per virū in caſum ſoluti matrimonij per mortē viri, vt dictum eſt in d.11.ſpeciali, tamen talis fauor non extenditur econtra ad virū circa pactū de lucranda dona.propter nuptias caſu,quo matrimonium ſolueretur per mortē mulieris an valeret, vt eſt caſus ſing.in l.quod ſcitis.§.1.C.de bon.quæ libe.& de ratione differētiæ ibi per Cy. & licet Bart.ibi impugnet ea ratione: cum viri & mulieris ſit æqua conditio, tamē Doc.communiter ſequuntur 1.opi.ex quo non eſt eadem ratio in vtroq;, quo caſu correlatiuorū non eſt eadem regula,vt habetur in l.curatorem.C.de interdic.mat.& in l.fi.C.de indi.vid.tol.per Doct.

37 † Aut quærimus, an tale priuilegiū extendatur ad hæredē mulieris. Dicas,ꝙ ſi dictū priuilegium habuit executionē in perſona mulieris,quia matrimonium fuit ſolutū morte viri, quo caſu pactū factum per mulierē viro,per quod dotis conditio fiebat deterior,non valet, vt ſupra. Et ſic non obſtante dicto pacto poterat mulier dotē repetere a viro,vel eius hæredib.matrimonio ſoluto per diuortium,vel per mortē viri, ſecundum dicta in d.11.priuil.in princ.& 1.limitatio. Nam ſi poſtea ipſa mulier moriatur nondum petita vel exacta dicta dote, poterit eius hæres ipſam petere a viro,vel eius hæredi-

bus

Source : BIU Cujas

bus non obstante dicto pacto, sicut poterat ipsa mulier, ex quo ius fuit iam quæsitum mulieri circūscripto dicto pacto, quia in iure quæsito,& sic vbi iam est facta executio a lege respectu acquisitionis iuris ipsi mulieri non obstante dicto pacto propter priuilegiū & fauorē mulieris & dotis,talis executio transit ad hæredem, vt dixi supra in 4.q & etiam in 5.&6. per id,quod no.glo.in l.3.§.quod autem.ff.quod quisq; iuris. & per Bar.in d.l.post dotem.ad fi.in 6.q.& Bar.in l.j.C.de priuile.dot.& alias per Bar.in l.quia personale.ff.sol.mat.

Si autem in vita mulieris tale ius non fuit sibi quæsitum in derogationem dicti pacti,vt est,si matrimoniū soluatur morte mulieris, & pactum esset factum de dote non repetenda, vel de repetenda vlteriori die,quàm die a iure statuta,& tūc tale priuileg.non transit ad hæredem mulieris, etiam si esset filius eiusdem matrimonij: cum tunc cessет ratio, q̄ mulier propter tale pactum remaneat indotata per id,quod habetur in l.2.ff.de pac.dota & dixi supra in d.11. priuileg.in 6.limita. char.84. Aut quærimus,an tale priuilegium extendatur ad patrem mulieris,qui dotē promisit, an possit paciscі in ipsa dote,vt sic dotis conditio efficiatur deterior,& tunc aut quærimus, an tale pactum noceat filiæ respectu renouandæ actionis de dote,vt fiat præcipua patris, & tunc potest præiudicare filiæ, quando incontinenti & per stipulationem, secundū q̄ habetur in l.quoties.ff.sol.mat.& in l.auia. C.de iu.do.licet fiat tunc præcipua patris cum onere redotandi,vt habetur in auth.sed quamuis. C de rei vxo.act. quod qualiter procedat no.in d.l.post dotem.per Bart.& alios legentes, & in §.videamus.C.de rei vx.act.per gl & Cy.& dixi in d.11.speciali in 10. fallen.vbi prædicta certo modo limitaui.

38 † Si autem pater stipularetur ex interuallo de consensu filiæ,an tūc filia consentiendo patri possit sibi præiudicare,dixi in d.11.priuil.in 5.limi. post duas col.Aut quærimus,an pater paciscēdo possit sibi præiudicare.& certe sic eo casu,quo ipsi soli patri dos erat restituenda:secus si filiæ, hoc est,nisi ipsa filia hæres esset patris, quia tunc tenetur stare cōuentioni. Et ideo si pater conueniret de dote retinenda per virum de reddenda longiori die,quàm a lege statuta:præiudicatur soli patri, & non filiæ, nec ipsa esset hæres patris,vt probatur in l. aliud.ff.de pac.do & dixi in d.10.limita.Quid autem si extraneus dotasset,nec a principio sibi prouidisset incontinenti,secundum q̄ habetur in §.accedit.l.j. de rei vxo.act.tamen sibi prouidit ex interuallo consentiente muliere, an tale priuilegium se extendat ad istum casum,vt per talē consensum possit sibi præiudicare, dictum est in d. 11. speciali, in quarta limitatione.

39 Duodecimo potest dubitari circa priuilegium,† q̄ fauore mulieris,& nuptiarum possit non solum ascendens etiam per lineam maternam stipulari, sed etiam quilibet extraneus dotans,vt fuit plurimorum,& magis communis opin.post Bart. in l.Caius. ff.sol.mat.de quo dixi in 6 par.in 22. speciali, char. 60.An se extendat non solum quando stipulatur dotem reddi mulieri:sed etiam si stipulatur dotem reddi alteri tertio, videtur q̄ non, quia æquitas d.l.Caius. consistit in duob.videlicet propter fauorem mulieris in dote, & propter fauorem nuptiarum,vt patet ibi in fi.ibi,ne commodo dotis fraudetur eam actionem habere: fauore enim nuptiarū,& maxime per affectionem personarū ad hoc decurrendum est. Vnde quando stipularetur alteri quàm mulieri, tunc mulier defraudare tur commodo dotis.Potest dici, q̄ aut ille talis stipulatur dotem reddi patri mulieris,aut alteri.

Primo casu,aut matrimonium soluitur morte mulieris,& tunc stipulatio redditur inutilis propter regulam,de qua in l. stipulatio ista.§.alteri.& §.si stipuler.ff.de verb. oblig.& quia tunc cessat fauor mulieris & dotis,& maxime quia stipulatur super re sua,quæ non est duratura sua.l.proprium.ff.communia prædio. & l.pactum. C.de pac.conuen. Aut matrimoniū soluitur morte viri,vel per diuortium,& tunc talis actio saltē vtilis quæritur patri, cum onere tamen redotandi dictam filiam,arg.auth.sed quamuis.C.de rei vxo.act.& l.si socius pro filia.ff.pro socio . Nā eo ipso q̄ stipulatur reddi patri,videtur hoc fecisse fauore mulieris,verisimiliter considerans,q̄ pater habeat filiam ex eadem dote in matrimonio iterum copulare,cum ad hoc teneatur ipse pater.l. qui liberis.ff.de ritu nup. q̄ maxime procederet, quando filia non esset a patre dotata saltem sufficienter,forte propter eius impotentiam: qualitas enim personæ, cui ille stipulatur: facit hoc præsumi propter affectionem patris erga filiam, arg.l.Paulo Calimacho.§.Pōponius.& ibi per glo ff de leg.3.facit in argumentum l.Aurelio.§.Titius.ff.de lib.leg.& l.si seruus plurium.§.fin.ff.de leg.j. ibi,& caritas & necessitudo, & secundum qualitatem personæ aliquid præsumimus, quod alias non præsumeremus.l.plenum.§.equitij.ff.de vsu, & habita. cum si. & ideo tunc subest ratio æquitatis,de qua in d.l.Caius. Et hoc est bene no.ad ampliationem dispositionis d.authē.sed quamuis. vt procedere possit in dote etiam aduentitia,quando extraneus dotās simpliciter stipularetur dotem reddi patri,similiter etiam est no. ad ampliationem dispositionis d.l.Caius. Si autem stipularetur talis dotans ipsam dotem alteri quàm patri, vel mulieri reddi in casu restituendæ dotis, & tunc non posset per regulam d.§.si stipuler.cum etiam ipsa eadem mulier,quæ se dotauit, non possit alteri stipulari, quàm sibi, per regulam prædictam,& quia tunc cessat fauor dotis & nuptiarum,quod etiā procedit, si stipularetur filiis suis ex altero matrimonio, vel etiam ex eodem matrimonio natis vel nascituris per tex.no. in l.pactum.C.de pac.conuen.

40 † Cogita tamen, quia videtur dicendum,q̄ extraneus dotans possit alteri stipulari, licet non ipsa mulier se dotans, vt supra, & hoc propter æquitatem singularis dispositionis l. quoties.C.de dona.quæ sub modo, scilicet fauore liberalitatis dotantis, quæ ratio cessat in muliere, quia respectu viri censetur dare dotem non ex causa lucratiua, sed onerosa.l.ex promissione.ff.de actio.& obli.Sed respectu extranei dotantis inquantum se mouit intuitu mulieris, censetur causa lucratiua,vt in d.§.accedit.& dixi in d.22.speciali post princi.& etiam circa fin.

Sed posset probabiliter dubitari,quid in patre dotante.An
41 † sicut potest stipulari sibi reddi incontinenti.l.quoties.ff.so. mat.possit etiam stipulari alteri.& quidem constat,q̄ si stipulatur filio,& posset etiam si emancipato,vt saltem vtilis quæratur,vt no.in l.pactum. C.de pac.conuen.& in l.pater pro filia.eo.tit.& no.in l.si genero.C.de iure do.Sed si stipularetur alteri,& sic extraneo,videretur non posse,cum tunc cessет ratio æquitatis. d. l. Caius. quia non est fauor mulieri. imo ipsa mulier tunc defraudatur dotis commodo post solutum mat. & videtur de hoc casus in d.l. si genero. secundum vltimum intellectum gl.ibi,qui videtur esse de mente glo.ibi per id q̄d habetur in l.filium.§. Sabinus.ff. ad Treb.& hoc etiam tenet ibi Cy.& hoc etiam probatur in l. cum patrem.eo.tit.intelligendo q̄ ille,cui pater fuit stipulatus dotem reddi,erat persona extranea,prout intellexit gl.& ibi sequitur Cy.& Bal.& cōmuniter Doct.Sed in contrarium facit, quia saltem videtur quæri vtilis actio illi tertio ex æquitate d.l.quoties.quia licet regulariter quis non possit stipulari alteri etiam super re sua, quando non est duratura sua, vt habetur in d.l.proprium.tamen quando iste stipulatur, tertio stipulatur, qui consequitur rem eandem ex causa lucratiua,est speciale,q̄ possit stipulari alteri, vt saltem tunc ex æquitate quæratur illi tertio vtilis actio. Sed non videtur posse negari, q̄ pater dotando filiā videatur in eam exercere liberalitatem, vt dicit tex.in l.2.C. de bon.quæ libe.ibi,parentum circa liberos munificentia retardetur.nihil.n.aliud est munificētia, quam liberalitas quædam.l.si constante.post prin.C.de do.ante nup.Vnde solet dici, q̄ filia censetur habere dotem a patre ex causa lucratiua, licet vir ex causa onerosa,vt l.j.§.si a socio.ff.quę in frau.cred. ad hoc tex.iuncta gl.in l.Mæuia.§.fundus.ff.sol.mat.& ibi no. ad hoc etiam tex.in Authen.de æquali.dot.§.quia vero.ante ver.si autem fortuita.ibi,ex largitione paterna.

Nec obstant iura supra allegata in contrarium: quia procedunt iura antiqua ante dispositionem d. l.quoties. sed hodie est immutatum ex benigna interpretatione principis,de qua ibi,videlicet fauore exercentis liberalitatem,vt ēt voluit Bar.in d.§.si stipuler.ante fi.& ibi dixi, quòd etiā probatur in l. Caius.vbi Iurisconsultus se non fundat ex fauore illius aui exercentis liberalitatem in dotādo, sed ex fauore mulieris in dote & nuptiarum.Vel potest dici,q̄ dispositio noua d.l.quoties.cū sit exorbitans a iure antiquo,vt supra,debet procedere in propriis suis terminis, videlicet quando exercetur liberalitas erga illū, a quo stipulatur, sed in terminis supradictis, cum stipulatur a viro, erga quem non exercetur liberalitas, cum habeat ex causa onerosa, vt supra dixi, merito &c.& ita procedat tex.in d.l.pactum.cum aliis supra allegatis.

Præterea licet dicatur habere dotem ex causa lucratiua,tñ illud dicitur respectiue ad ipsum virum, qui proprie hēt ex causa onerosa, idest, propter onera matrimonij supportāda. l.pro oneribus.C.de iu.do.tamen proprio & vero modo mulier non habet dotem ex mera liberalitate, & donatione paterna,cum ad illud arctetur de iure ipse pater.d.l. qui liberos. & l.obligamur.§.lege.ff.de actio.& oblig.& l.fi.C.de do.promiss.iuncta l.donari.ff.de regu.iur.& l.tenatus.§.donari.ff.de dona. Et ideo olim, licet quando extraneus dotabat,egebat insinuatione.tamen non sic, quando pater dotabat,vt probatur in d.l.fin.in princ.C.de iu.do.hinc est, q̄ non potest pater paciscі circa stipulationem de dote sibi reddenda etiā incontinenti, sicut potest extraneus, cum talis dotatio patris non procedat

Source : BIU Cujas

procedat ex mera liberalitate, ſicut procedit dotatio per extraneum, vt habetur in l.auia.C.de iure do. & in l.quoties.ff. ſolu.matrim.Et ideo poteſt concludi, quòd pater licet tempore dotationis poſſit ſtipulari dotem ſibi reddi, tamen non ſic ſi ſtipularetur dotē reddi alicui extraneo, per id quod habetur in d.l.pactum,& in d.l.cum patrem. Quinimmo etiam poſſet teneri, quod etiam ipſe extraneus dotans licet poſſit ſtipulari vel paciſci dotem reddi ſibi quaſi incontinenti, tamen nō ſic ſi ſtipularetur dotem reddi alteri,cum in virum, à quo ſtipulatur, non exerceat liberalitatem, prout ſunt termini d.l. quoties.vt ſupra dixi. Et licet cenſeatur exercere liberalitatem erga ipſam mulierem l.1.§.accedit.C.de rei uxo. act. tamen non ſtipulatur ab ipſa muliere, ſed ab ipſo viro, cum quo negotium contrahitur, & ex titulo oneroſo, vt ſupra, cum ipſa autem muliere nullum negocium contrahitur l.ſi pro te.C.de do.promiſ.Ergo non ſunt extrema habilia ad cauſandam ſingularem illam diſpoſitionem d. l. quoties, & hoc videt de iure verius, quicquid aliter in hoc dixerit Lud. Ro.in d.l.Caius, vt etiam retuli ſupra in 6.par.in dicto 22.ſpeciali, poſt princip.

Decimotertiò quæro circa priuilegium 12. de quo ſupra. 42 in 6.parte, vbi concluſi, ꝙ † mulier non ſolùm quando pro dote danda fideiubet,ſed etiam pro dote alterius reſtituenda in caſum ſoluti mrimonij, poſſit effectualiter obligari abſque beneficio Velle.vel beneficio authen.ſi qua mulier.C.ad Velle. & hoc fauore mulieris, vt dotem ſuam conſequatur, hoc dico in caſib.in quib. poteſt talis fideiuſſor accedere pro dotis reſtitutione,de quibus dixi ſupra in 6. parte, in 21. ſpeciali.egrediatur perſonam mulieris,in cuius fauorem alia mulier fideiuſſit, ſuper quo diſtingue, quòd Aut quærimus,an extendatur in fauorem hæredis mulieris, an autem in fauorē alterius, puta patris mulieris, vel alterius,ſi tractamus, an dictum priuilegium extēdatur etiam in fauorem hæredis ipſius mulieris matrimonio ſoluto.Nam videtur,ꝙ non extendatur ad eius hæredem per id, quod habetur in l.1.C. de priuileg.dot.& quia tunc videtur ceſſare ratio fauoris ponderata per tex.in l.fin. C. ad Velle.videlicet, ne mulier remaneat indotata. Poteſt concludi,quòd aut actio de dote repetenda incipit competere mulieri in eius vita cōtra talem virum, & conſequenter contra ipſam mulierem pro viro fideiubētem fortè, quia vir cœpit ad inopiam vergere per id, quod habetur in l. conſtante. in princ.ff.ſolu. matrim. & in l.vbi adhuc. C. de iure dot. Et licet ipſa non curauerit agere contra dictum virum fortè morte præuenta, & tunc ex quo ius fuit iam quæſitum ipſi mulieri ſuper dote repetenda, tranſit in eius hæredem, & ideo ſicut poterat ipſa mulier in vita experiri contra dictum virum fideiubentem, ſic etiam eius hæres, quia tunc tractamus de iure quæſito, & ſic iam executionem ipſo iure in hæredem transferendo, non ſic ſi ius nunquam incępit competere ipſi vxori in vita contra dictum virum fideiubentem, prout regulariter non competit, imo non eſt orta actio de dote conſtante matrimonio pro dotis reſtitutione, vt habetur in l. ſed ſi alia.ff.de bon damn & no. 45 in l. ſi conſtante. §. 1. ſoluto matrimonio. Et ſic tractamus de iure in ſui origine exequendo in perſona hæredis ex priuilegio indulto ipſi mulieri in ſua dote, quia illud non tranſit in hæredem per dicta ſupra in alijs quæſtionibus, & maximè in quarta, quinta, & ſexta. Nam tale priuilegium, de quo in dicta l.ſi.non eſt ſimpliciter conceſſum doti,ſed doti fauore mulieris, ne remaneat indotata, vt ibi hoc bene probatur. Et ſic pōt inferri, quod dicto caſu non tranſiret ſimiliter in ceſſionarium per dicta in ſupra allegatis quęſtionibus. Et ſic etiam ſequitur vnum notabile circa dictam concluſionem factam in dicto duodecimo priuilegio, in mulierе fideiubente, ſeu aliter intercedente pro dotis reſtitutione alicuius mulieris, videlicet quod non ſit illud indiſtinctè verum, vt effectualiter obligetur, ſed tenebitur, vel non tenebitur ſecūdum futurum euentum, quia ſi matrimonium ſolueretur morte viri efficaciter, tunc dicetur interceſſiſſe,ſi autem morte mulieris,tunc ſecus niſi ſuperueniente inopia
43 viri per ſupradicta. Aut quærimus † an dictum priuilegium extendatur ad patrem mulieris,& poteſt non irrationabiliter teneri, quod non extendatur ad patrem, vel eius hæredem, ſi matrimonium fuit ſolutum morte mulieris,& ſic reconſolidata foret actio de dote in patrem, per l.dos a patre. C.ſolu. matri.quia hoc caſu non verſatur fauor mulieris, vt ſupra dixi,& tale priuilegium non eſt indultum ſimpliciter ipſi doti, ſed doti fauore mulieris, vel ipſi mulieri in dote, quo caſu non tranſit ad hæredem, vt ſupra dixi, & per not. per Bart. poſt Dyn.in l.1.ff. ſolu. matri. ergo pariformiter, imo multò magis tranſit in patrem ſuccedentem in dote ex iure conſolidationis. Si autem matrimonium ſolueretur morte viri,& dos haberet reconſolidari in patre ex virtūte ſtipulationis p eum interpoſitæ, & tunc ex quo talis dos reconſolidatur cū onere, vt iterum detur pro ipſa filia remaritanda, & ſic verſatur in conſequentiam fauor mulieris, tranſiret in patrem tale priuilegium, vt ſic poſſit agere contra mulierem,qui interceſſit pro dotis reſtitutione ſine aliquo obſtaculo beneficij Velleiani,vel dictæ authenticæ, ſi qua mulier, cum per hoc cenſeatur eſſe prouiſum etiam in fauorem mulieris per id,quod no.in ſimi.gl.in d.§.fuerat. Inſtitu.de actio.in glo. fi. & dicta ſupra in 3.q.

Decimoquarto quæritur, circa priuilegium,de quo ſupra 44 in ſexta parte,nu.80. ſi pater † per modum expreſſum vel tacitum paciſcitur dotem reddi filiæ in caſum ſoluti matrimonij,nam poteſt in hoc vtiliter paciſci,& quęritur filiæ præcipua dotis actio & non patri, vt ſic non ſit tunc locus regulæ, de qua in l.dos a patre.C. ſolu. mat. & in l.iure ſuccurſum .ff. de iure dot.& ſic ſpeciali fauore dotis valeat tunc donatio patris in filiam, vt ibi latius dictum eſt, & contingat filiam prędecedere in matrimonio ſuperſtite patre,an dictus fauor extendatur in hæredem dictę filiæ maximè de iure hodierno, de quo non ſolùm in dote, ſed etiam in alijs vnd ecunque ſibi quæſitis habeat hæredem ab inteſtato,tam de media iuris prudētia, & ſic l.quod ſcitis.& l.cum oportet.in fi.princ. C. de bonis quæ liberis, quàm etiam de iure nouiſſimo, vt in authen.defuncto.C.ad Tertu.& melius in corpore vnde ſumitur, videlicet in Authen.de hæred. ab inteſta.§. ſi quis igitur.licet multorū ſit opinio,ꝙ etiam de iure antiquo filia familias, tā in dote aduentitia, quàm in profectitia poterat habere hęredes ab inteſtato, vt voluit Barto. poſt Dyn. & Iacob. de Bel.in l.poſt dotem.ff.ſoluto matrimonio. in 3. & 4. q.& dixi ſupra in octaua parte,in 10.priuilegio. Concludendo tandem pro d.opin. Barto. & ſequacium, quòd maximè poteſt procedere,ſi decedat filiafam.cum filijs, vt poſt multa in hoc reſidet Bal. in d. l. quod ſcitis. de quo etiam per eundem in authentica, ſed & ſi quis. C.de ſecund. nup. Nam dicendum videretur, quòd talis fauor, & eius effectus non trā ſeat ad hęredes dictæ filiæ, per regulam dictæ l.1. C. de priuilegio dotis. & in Auth. vt exac. inſtan. do. & in Authent. vt immob.ante nupt. & in dicto §. fuerat.Inſtitu. de actio. ſuprà pluries allegata.& quia illud eſt ſpecialiter receptum in fauorem mulieris & dotis, vt dos ipſa efficiatur præcipua filiæ ꝑ ſe maritanda, per id quod habetur in l.1.ff.ſoluto matrimonio, & in l.2.C.de iure dotium.& in l.fin. C. ad Velleianum, cum ſimi. quæ ratio fauoris ceſſat ipſa muliere iam mortua. Sed in contrarium facit, quia dictum priuilegium ſemel habuit ſuam executionem factam a iure in vita filiæ, quia fuit quæſitum ius filiæ in eius vita,quo caſu priuilegiū, licet perſonale tranſit in hæredem iam facta executione in perſona defuncti, per id quod habetur in l.3.ff.quod quiſq; iur.in §. quod autem.& ſuprà tactum eſt in alijs quęſtionibus,& maximè in 1.quæſt.poſt princi. & etiam in quarta, & in alijs ſequentibus.

† Tamen diſtingui poteſt, ꝙ aut pater fuit ſtipulatus dotē reddi filiæ & hæredib.eius,ſcilicet ipſius filiæ, vt hodie cō muniter conſueuit in huiuſmodi inſtrumentis dotalibus interponi ſtipulatio,& tunc extēditur ad hæredes mulieris excluſo ipſo patre mulieris ſuperſtite, ſi ſuperſunt filij mulieris, cum prima cauſa ſucceſſionis ſit filiorum excluſo patre.dic.authen. defuncto. cum ſimilibus, & ſi non reliquit filios, ſed alios: puta ſi decedat filia in matrimonio ſuperſtite patre & matre vel fratribus vtrinque coniunctis, vel ſuperſtitibus matre, & fratribns vnà cum patre, tunc ad dictam dotem profectitiam non vocaretur pater, tanquam pater, per regulam, de qua in dicta l. dos a patre. Sed vocaretur tanquam pater,& hæres filiæ vnà cum matre, & fratribus ipſius filiæ, per id quod habetur in dicta authen.defuncto. Nā ita ſtipulando pater, videlicet pro filia & hæredibus eius,videtur voluiſſe pater ſibi præiudicare in ſuo fauore, & beneficio ſibi indulto a iure in ipſa dote profectitia, quod eſt, vt mortua filiafam.in matrimonio dos reconſolidetur,& reuertatur ad patrem in ſolatiū amiſſæ filiæ, vt dicit text. in d.l. iure ſuccurſum.vnde licet dictis hęredibus filiæ tanquam ſibi extraneis non potuerit pater vtiliter ſtipulari,ſed ſolum ipſi filiæ,cum auus maternus,ſicut nec ipſa mater nō poſſit ſtipulari ſuis deſcendentibus ex ipſa matre,vt habetur in d.l. debitor.in fi.ff.ad Treb.& in l.pactū.C.de pace ꝙuen.& infra etiam tangetur. Tamen ex quo pater ita ſtipulando videtur voluiſſe, quod tale pactum non eſſet merè perſonale, ſed reale, & ſic tranſitorium ad hæredes, vt ſic ſtemus regulæ, de qua in l.pactum.ff. de proba. & in l.iuriſgen.§. pactorum. ff.de pact.ideo veniunt hæredes mulieris non ex eo,quod pater mulieris potuerit eis ſtipulari, ſed ex eo: quia ſecundum

formam

Source : BIU Cujas

formam dicti pacti apparet,dictum pactum fuisse reale,& nō personale,vt suprà.Nec puto,quòd isto casu possit dictus pater contendendo cum matre ipsius filiæ,eademque sua vxore,vel cum fratribus ipsius filiæ vtrinque coniunctis,vel mixtim,cum utriusque possit allegare diuisionem patrimonij ipsius filiæ,si fortę ipsa filiafam.habuisset bona aliunde sibi quę sita,vel non haberet alia bona,& dicetur, ꝙ ipse in bonis paternis,& sic in ipsa dote profectitia tāquam hæres ab intesta to præferatur,& præferri debeat matri & fratribus cohæredi bus,& in alijs bonis,si qua alia habuisset,dicat se velle venire communiter seu æqualiter cum matre ipsius mulieris,& fratribus,tanquam isto casu videatur suadere æquitas quædam, vt in bonis a se profectis præferatur,vt aliàs habetur in simili in d.l.quod scitis.secundùm lecturam Barto. & aliàs in l. de emancipa.C.de legitim.hæred.Nam imo dico, quòd hæc allegatio patris nō videtur aliqua lege subfulta: ergo nō exaudienda, argu.l.illam. C. de collat. cum suis similib. imò iura simpliciter & indistinctè dicūt,quòd pater succedat filio,vel filiæfam.vnà cum matre, & fratribus vtrinque coniunctis in bonis ipsius filij,vel filiæfa.non adhibita distinctione, an sint bona profectitia,vel aduentitia,vel castrensia,vt patet in Authent.de hære.ab intesta.in §.si quis igitur.ibi dum dicitur: licet enim defunctus sub alterius potestate sit,ī illis uidelicet rebus,quæ secundum alias nostras leges patribus non acquiruntur &c. Et licet Bartol.in d.l.post dotem. in finalibus suis verbis,ibi videatur voluisse contrarium, per textum in d.l. quod scitis.§.finautem.tamen termini Bar.in d.l.post dotem sunt, quando pater fuit stipulatus simpliciter dotem reddi filiæ,non sic est dicēdum,quando vltra processit,videlicet dotem reddi filiæ & eius hæredibus: quia in hoc casu pater ita stipulando dictam dotem profectitiam filiæ & hæredib. suis reddi, videtur intellexisse non de seipso tantùm, sed de alijs quibuscūq; hæredibus ipsius filiæ futuris, qui haberent succedere vnà cum dicto patre,vel sine patre: imò (vt ita dixerim)quodammodo magis de aliis hęredibus,quàm de seipso videtur intellexisse, argumē.l. si insulam.§.fi.ff.loca.& quod habetur in l.inquisitio.C.de solutio. licet hoc vltimum non firmem.

Nec obstat,quod habetur in d.l.quod scitis.& d.l.de emancipatis.quia illa iura loquuntur in alio casu diuerso, & etiam quia cùm sint casus speciales,non debent egredi terminos ꝑprios,argum.l.ius singulare.ff.de legib. cum similib. Et maximè in casu nostro, vbi pater sic stipulando hæredibus filiæ ipsam dotem profectitiam reddi, videtur voluisse suo iuri profectitio præiudicare per supradicta: non sic quando simpliciter fuit stipulatus dotem reddi filiæ. & licet hoc videatur satis rationabiliter dictum, tamen relinquo pro nunc cogitandum.

Præterea illa opinio Barto. non recipitur a multis Docto
46 ribus,& est dubia, vt infra subijciam. † Aut pater fuit stipulatus dotem reddi filiæ & eius filijs ex dicto matrimonio nascituris, tunc puto, quod dicta adiectio filijs, nihil vltra habeat operari, quàm si simpliciter dixisset, dotem reddi filiæ: quia pater non potest stipulari filijs filiæ, cum sint sibi extranei.l.1.§.extraneum.C.de rei vxo. act. Inde est,ꝙ non potest quis stipulari suis descendentibus ex latere materno,vt supra dixi,per id,quod habetur in d.l.debitor.& l.pactum.

Nec obstat,quod habetur in l.Caius.ff.solu. matrim. quia est speciale duobus concurrentibus, videlicet quando versatur fauor nuptiarum, & etiam fauor mulieris superuiuentis matrim. soluto, ad hoc vt remaneat dotata, vt dicit text. in dicta l. Caius.in fi. vt etiam per glos. no. & ibi per Cyn. & Bald. in l.si genero. C. de iure do. & in dicta l. pactum. C. de pac. conuen. super verbo actionem. & dixi supra in 6.parte, in 22.priuilegio. & clarius in 28.colum. 4. Ex quo sequitur, quod si dicti filij masculi, vel fœminæ non essent hæredes matris, fortè quia iustè exhæredati, vel repudiassent hæreditatem maternam, vel instituti in re certa, alio instituto hærede vniuersali,sine dubio non possent vigore dictæ stipulationis venire ad dictam maternam dotem,licet non supersit dictus auus maternus,idemque stipulator tempore mortis dictę filiæ: licet iam viderimus de facto consultum in cō trarium, & fortè malè per supradicta. Sed potest opinio dictorum consulentium saluari,si maritus, vel socer ita se obligauit de voluntate dicti patris mulieris, quod ipsa videatur prouidisse dictis filijs nascituris.

Si autem dicti filij,vel filiæ essent hæredes matris, supersitque dictus auus maternus,quid tunc dicendum sit,proximè
47 tangetur. † Aut fuit stipulatus pater simpliciter dotem reddi filiæ,non adijciendo illa verba, & eius liberis,vel eius hæredibus: & iste casus videtur in se nonnihil difficultatis cōtinere,si ꝓtingat filiam prædecedere in matrimonio,superstite dicto eius patre. Nam si dictus pater, idemq; stipulator non supereſſet tēpore, quo filia decessit in matrimonio,nulli dubium est, quod hęredes filiæ admittuntur,cum iam fuerit effecta sui iuris per mortem patris, & sic fuit illico mortuo patre,in eam consolidata dos ipsa profectitia,etiam si nulla fuisset stipulatio paterna interposita in fauorem filiæ.l.1. §.videamus.C.de rei vxoriæ actione. Vnde multò magis, si dicta paterna stipulatio interceſſisset,videlicet, dotē reddi filię. imo posset dici,ꝙ isto casu stipulatio p̄dicta nō operatur, ex quo tacitè inerat stipulatio, videlicet subintellecta a lege, vt filia, scilicet effecta sui iuris morte vel emancipatione.d.§. videamus. & dixi in 6.parte,in 10.priuilegio.in 4.colum. dicti priuilegij,ex quo expressa per partes nihil operatur, argumento l.non rectè.C. de fideiuss. & l.si arrogator. ff. de adopt.& in l. 3.ff.de leg.primo.cum simil. Potest tamen reneri contrariū, quod isto casu tacita stipulatio non est nata, vt voluit glossa notabilis in patre expressè stipulante in l 1.§ extraneum. C. de rei vxor.actio. in ver. tacitam. & ibi Cynus, dum volunt, quòd tunc illa tacita stipulatio non subintelligitur, quasi per prouisionem hominis specialem intelligatur recessum a prouisione legis generalis, argum.l.doli clausula. & l.stipulationes commodissimum.ff.de verborum obligat. & ꝓbatur in l.1.in prin.C.de rei vxor.actio.ibi,sancimus omnes dotes per ex stipulatu actionem exigi,siue scripta fuerit stipulatio, siue non, vt intelligatur re ipsa stipulationem esse sequutam, intelligo,quando stipulatio fuit scripta, frustra dicimus, quòd intelligatur stipulatio esse sequuta. vnde talis fictio iuris ibi inducitur a iure in defectum stipulationis non scriptę,vel qū fuit scripta,tñ inutiliter scripta, vt patet ex ver.codē mō,qui immediatè ibi sequitur. Concedo tñ, ꝙ talis expressa stipulatio erit bonęfidei tanquā succedens in locum veteris actionis rei vxoriæ, sicut succedit illa tacita stipulatio, vt in dicto §. sed etsi non ignoramus. & proximo præcedenti ad finem eiusdem l.& dixi supra in quarta parte,& nona colum. dictę partis, & tactum est supra in 6.parte, circa 22. speciale. Effectus erit non paruus, si exprimitur stipulatio. † Si statutum disponeret,quòd omnia instrumenta confessionata,seu guarentigiata habeāt executionē paratam sicut sententia: nam quidam dicunt, quòd si in instrumento ꝓfessionis dotis receptæ factæ per virum vxori,vel socero non appareret promissio,vel stipulatio de dote restituenda,talis stipulatio subintellecta a lege non haberet executionem paratam, sicut haberet expressa stipulatio contenta in dicto instrumento, de quo tamen dubitauit Bart.in l.1.in principio.ff.de his quæ in testa. delen.

Et licet Bald. in d.l.1.in princip.C.de rei vxor.act. & in l.ad probationem.C.de probationib.tenuerit, tale statutum extendi ad tacitam, seu fictam stipulationem, tamen uidi iā in contrarium consilium Domini Frāciſci de Albergotis, ea ratione maximè,quia si ita essent,concurrerent simul duo specialia,vnum,quòd cōtractus induceretur per uiam tacitam & fictam.

Item,quòd talis contractus tacitus & fictus haberet executionē paratam,sicut sententia,contra id quod in simili dicit in l. 1. C. de dotis promissione,& in l.cùm post.§. gener.ff. de iure dotium.in glo.notabili,vbi promissio incerta, quæ valet in casu ibi speciali, non operatur ad effectum, ut valeat sine stipulatione,& sic vt pactum nudum:& facit, quod aliàs per Bart.in l.si rem aliquam.ff.de acquir.poss. de tacito titulo: vt non operetur translationē dominij,quando traditio nō fuit vera,sed ficta:& sic ne concurrant duo ſpecialia in læsionem iuris communis,& priuilegiū datum legatis,vt in eis transferatur dñium sine alia traditione.l.a Titio.ff.de fur.cum si.nō obtinet in legatis tacitis.l.seruum filij.§.fi.& qđ ibi per Iacobum de Are. ff. de leg.1.& notanter Bar.in l.1.co.tit. quicqd sit,opinio Baldi vt sup.vr̄ cōior, & ita pluries vidi consultū in similib.terminis,licet ipse Bal.variauerit in simili in l. ab Anastasio.C.mand.& in l.1.C.cōia de leg.& Ang.in l.j.§. si hæres. ff.ad Treb.& vide dicta supra in 6.par.circa 2. priuilegium,in 6.col.dicti priuilegij.Si autem tpe mortis filiæ decedentis in mr̄imonio pater supereſſet,tunc (vt dixi) esset magis dubiū: & reperio quosdā distinguere ꝙ aut pater fuit simpliciter stipulatus filiæ,vt filiæ,aut filiæ tanquàm dè se benemeritæ.

Primo casu,cum dos dicatur tunc merè ꝑfectitia, merito dēt ad eum redire, ꝑ regulam d.l. dos a pr̄e. & sic talis stipulatio & acquisitio videatur restricta solùm ad ꝑsonā filiæ, qñ esset superstes mr̄imonio soluto,non aūt in casu, quo restitutio dotis non hēret fieri filiæ,sed eius hæredib. vt est qñ veniret casus restituendæ dotis ꝑ mortē filiæ p̄decedentis in matrimonio,tanquā nō videat,nec p̄sumatur in dictum casum pacti per stipulationē sic factam voluisse prouidere filiæ post eius mortē,sed solùm,ꝙ voluerit ꝑuidere filiæ in eius vita,

vt dos

vt dos sit præcipua in casu soluti matrimonij per mortem viri. Aut fuit stipulatus filiæ tanquã benemeritæ,& tunc ex quo videtur voluisse stipulari filiæ tãquam extraneæ, per id quod habetur in auth. vnde si parens. C. de inof. test. & in l. si tibi. §. si pactus. ff. de pac. & per Bar. in l. quod dr̃. ff. de ver. obli. Ideo dicta dos non censetur tunc tanquam merè profectitia, sed magis sit aduentitia, ideo dicta stipulatio trahitur etiam ad casum restituendæ dotis per mortẽ filiæ,& iõ tunc dos mere aduentitia non quæritur patri, nec in ea haberet communionem soluto matrimonio,& per mortem etiam iure veteri, vt plenè per glo. & Doct. in l. 2. §. 1 ff. sol. mat. & in l. auus. ff. de iu. & in auth. ꝙ locum. C. de coll Sic etiam ista dos sic profecta a patre filiã in stipulando, pater eam reddit filiæ vt benemeritæ quod maximè procederet hodie, quo tempore sine dubio filiafa. hẽt hæredem ab intestato in omnibus suis bonis, vnde cunque sibi q̃sitis, vt d. l. quod scitis. & d. l. cùm oportet. in fi. prin. & in d. §. si quis igitur. in Auth. de hæred. ab intest. Quæ opinio licet prima facie videat demulcere aures audientium tamen non vr̃ tuta, nec concludẽs. primò, dũ vñr isti p̃supponere, ꝙ quando dos fuit merè ꝓfectitia, tunc reuertatur ad patrem filia p̃decedẽte in matrimonio, siue cũ filijs, siue sine filijs, quod vr̃ esse non æquum, & contra tex. in d. l. post dotẽ. secundum lect. D. Benedic. de Plumbi. vt infra subijciam: licet quando prædeceſſisset sine filijs, dicta opinio videat multùm æqua & rationabilis, vt infra subdetur.

49 † Secundò nõ vr̃ procedere dicta opinio, dum p̃supponũt, dictã stipulationem pr̃nam valere factam in fauorem filiæ: licet tanq̃ benemeritæ,& sic tanquam extraneæ, qđ est contra eã, quæ hñr in d. §. si pactus. & d. auth. vnde si parens. & ꝙ Bar. in l. quod dr̃. de verb. obl. Et si ipsi rñderent, ꝙ hic versatur fauor mulieris & nuptiarum, per tex. in d. l. Caius. ff. sol. ma. ubi non solùm pater, imò auus maternus vtiliter stipulatur mulieri dotẽ reddi, imò ẽt q̃libet extraneus, vt ibi ꝙ Bar. & alios, & dixi sup. in 6. par. in 22. speciali, replicabitur, ꝙ imò isto casu .s. qñ matrimonium soluitur morte mulieris, cessat rõ ponderata per Iurisc. in d. l. Caius. in fi. &, vt s̃ dixi, allegando gl. in 51 l. si genero. C. de iu. do. & in l. pactum. C. de pac. conuẽ. & dixi
50 s̃. in 6. par. in speciali 28. Et ideo † põt aliter dici distinguendo, ꝙ aut dicta filia decessit in matrimonio superstitib. filijs, & tunc aut fuit stipulatio collata in filiam tanquam benemeritã,& hoc posset probari,& tunc ex quo nõ valet, vt s̃. dixi: ideo hr̃ perinde, ac si dictus pater non fuisset stipulatus ipsi filiæ, quia paria sunt, non esse patrem stipulatum, & inutiliter stipulatũ, arg. l. quoties. ff. qui satisd. cog. Et tunc incidimus in illud arduum dubium, de quo in l. post dotem. & in d. l. dos a patre, licet hodie staremus cõsuetudini, quæ est pro opi. Bal. Et an tunc dicti filij veniant tanquam hæredes matris. An autem immediatè ex beneficio dictæ consuetudinis per Bar. & Doc. in d. l. post dotem. & ibi dixi, & in l. si cũ dotem in princ. eo. tit. & per Bart. & alios in l. 1. & 4. ff. ad leg. Falc. Aut pater fuit stipulatus filiæ vt filiæ, s. dotem reddi, & tunc extenditur ad ipsos filios tanquam hæredes matris, nec tunc reuertitur dicta dos ꝓfectitia ad ipsum patrẽ, & hoc, ꝙ fuerit stipulatus filiæ vt filię, in dubio præsumitur, vt no. in d. §. si pactus & ꝙ Bar. in d. l. quod dr̃, quo casu ipsa dos remanet merè profectitia, nec reuertitur ad patrem: nam ea rõne ita stipulando dilexit filiã,& ipsam voluit sibi patri pręferri, faciendo dictã dotẽ p̃cipuã filiæ, eadẽ rõne vr̃ dilexisse filios ipsius filiæ, ar. l. Lucius. in fi. in vlt. char. ff. de hær. instit. & quod hr̃ in l. cum auus. ff. de cond. & dem. & in l. cum acutissimi. C. de fideicom.

Item, q̃a ideo pater fuit stipulatus dotem filiæ reddi, & nõ sibi, vt magis liberè deseruiret dos oneribus matrimonij tam contracti, q̃ ẽr de nouo & iterum contrahendi. Sed si ex matrimonio remanent filij, in eis durare adhuc vñr quædam reliquiæ matrimonij, & si conera reliquiarũ matrimonij, vt sic ex dote alantur liberi inde susceptl. l. mutus. §. manent. ff. de iu. do. ibi, vt se suosq; alat. & in l. vbi adhuc. C. eo. ti. ibi mariti filiorumque. facit. l. quamuis. ff. sol. mat. Filij enim sunt pars corporis, & viscerum matris. l. cum scimus. C. de agri. & cẽsi. lib. 11. & reputanr̃ vna p̃sona in l. fi. C. de impu. & alijs subst.

Itẽ, quia hmõi fauores, quos specialiter indulgent mulieribus in dotibus, licet sint & reputentur p̃sonales, & non egrediantur, vt plurimum p̃sonam mulieris, tñ extenduntur ad filios ipsius mulieris, vt habetur in l. fi. C. qui pot. in pig. habea.

Et ex p̃dictis sequitur, ꝙ si filiafamilias: reliquisset filios ex alio matrimonio, tunc illi essent hæredes dictæ eorũ matris: tñ non venirẽt vigore dictæ stipulationis paternę per id, qđ hr̃ in simili in d. l. fi. C. qui pot. in pig. hab. & ibi nota. & no. in ẽt l. in prin. ff. sol. ma. & quod notat Bart. & Doct. in simili in d. l. post dotem. circa dictam consuetudinem, de qua per glo. in d. l. dos a patre, vt non extendatur dicta consuetudo, qñ superessent filij alterius matrimonij, & pro hac opinione vr̃ esse casus in terminis a q̃rio sensu in d. l. post dotem. fm nouam lect. D. Benedicti de Plũb. proximè inductam. Aut dicta filiafamilias decessit in matrimonio non superstitibus filijs, tñ superstite patre, & alijs p̃sonis, quæ poterunt & possunt maximè hodie ab intestato succedere vnà cum patre ipsius mulieris, puta superstite matre, vel fratribus, vel matre & fratribus mixtim, & tũc talis filiafamilias in tali dote profectitia nõ hẽt hæredẽ ẽt hodie. Sed reuertitur ad patrem tanquam in hunc casum non præsumatur voluisse stipulari filiæ dotẽ reddi, sed solum in casum restituendæ dotis per mortem viri. & hoc casu puto opinionem prædictorum, de quibus s̃. ꝓcedere & eẽ satis æquam, & rõnabilem, ꝙ rõnes s̃. per eos adductas, ẽr ad hoc adducẽdo tex. in d. l post dotem, fm lect. nouam Dñi Bened. de Plũbi. in sua repetitione, punctando, seu virgulando post verbũ filiæ, vt sic verbũ filiæ, determinetur a verbo dari, quod sequitur, s. filiæ dari. & sic verbũ filię erit datiui casus, & nõ genitiui casus. & sic verbũ volũtate, qđ ponitur immediatè post verbũ dari, nõ ponatur ad determinandũ verbum stipulatus est, ibi p̃cedens, sed ad determinandũ verbũ illud facto diuortio, s. voluntate, & sic ꝙ modũ voluntariũ vtriusq; partis, vt sic ex diuerso modo punctandi resultent diuersi termini in facto, & ẽt quo ad diuersum iuris effectũ, & est q̃dã figura, q̃ vocatur amphibologia, vt aliàs hr̃. ff. de bon. lib. l. si ex modica. in prin. & l. cũ filiũ. C de inof. testa. fm quã lecturam non vr̃, ꝙ litera ibi patiatur aliquã voluntatẽ & ẽt euitantur multa q̃ria, quæ ibi assignantur maximè d. l. quoties. uersi. cęterùm. eo. tit. Ex qua lectura resultat hoc notabile a cõtrario sensu, videlicet ꝙ si pater est stipulatus dotem dari filiæ,& ipsa filia posteà decedat cũ liberis, tũc dicta dos trãsit ad filios, & nõ reuertitur ad patrem. dicebat tñ ipse D. Bened. ꝙ tunc nõ habebũt dicti filij vt hæredes filiæ, q̃a de illo iure filiafa. nõ habebat hæredem et iã in dote, & maximè profectitia, sed filij habebant dictam dotem ex quadam tacita voluntate dicti primi mariti ita stipulãtis. Sed si filia decederet sine filijs, tũc dicta dos reuertetur ad patrem, vt ibi probatur, negat tñ, ꝙ
51 † pater dicto casu vocetur ad dictam dotem, tanquam hęres filiæ, sed ꝙ venit tanquam occupans iure peculij, prout dr̃ in castrensi peculio filiafa. militis decedentis ab intestato per id, quod hr̃ in l. 2. ff. de castr. peculio. & ibi per ipsum, quæ lectura D. Bened. licet a multis Moderniorib. mordeatur, tñ vr̃ ſãtis equa, & procederet sine aliquo scrupulo cõtrarium: licet non multùm applaudat literę, vt ibi legendo dixi, dum tñ ipse D. Bened. tenet, ꝙ ibi pater post mortem filiæ decedentis sine filia agat ex stipulatu, non tanq̃ hæres filiæ peculij, tenendo contra opinionem Bart. & sequa. ꝙ in dote ẽt profectitia de illo iure fforum filia non habeat hæredem, vt ẽr multi alij tenuerunt: vt ẽt tenuit Io. de Imo. & aliqui alij legentes in d. l. post dotem. & Lud. Ro. in d. l. si cùm dotem. in princ. eo. tit. hoc non placet, vt ẽt dixi in 10. speciali, in 8. parte nec vr̃ concludens illa rõ ipsorum, ꝙ sicut filiusfa. miles in castrensibus nõ hẽt hæredem, vt in d. l. 2. ita ẽt, imò multò magis est dicendum in filiafa. in dote profectitia, vt non habeat hæredem,& ẽt aduentitia, cùm filiusfa. miles habeat p̃sonam magis legitimam, vt habeat hæredem ab intestato, ex quo potest hr̃e ex testõ. l. fi. C. qui testa. fac. poss. cum si. & tñ tunc non habebat hæredem ab intestato. Vnde multò minus dẽt filiusfa. in dote profectitia maximè, quia rñderi potest, ꝙ illa potuit esse rõ in filiofa. milite, quia ex quo filiusfa. poterat testando prę-iudicare patri relinquendo cui vellet,& hr̃ in l. fi. C. de inoff. test. Ideo volẽdo decedere sine testõ, vr̃ voluisse ꝙ omnia bona sua deberent remanere penes ipsum patrem iure peculij, rõne patriæ potestatis, arg. eius quod in simili hr̃ in l. 1. §. scien dum. ff. de leg 3. quæ ratio cessat in filiafa. quæ non potest testari etiam in dote, d. l. qui in potestate.

Item quia ex quo iura permittendo, filiumfa. militem testari in derogationem iuris patriæ ptãtis, sic grauatur in hoc ipse pr̃, & eius patria potestas dando iura hanc dispensationẽ patri, vt filius possit testari solùm per actũ emancipationis patris, ideò in alio voluerunt ipsum patrẽ iura releuare,& tñ volũt ꝙ citra emãcipationẽ possit filiusfamilias miles testari in castrẽsibus, ideò voluerunt ipsa iura releuare ipsum patrem in alio, videlicet, vt si filiusfa. miles non vult vti tali priuilegio decedendo intestatus, ꝙ habeatur filius oĩno,& in omnibus, & per omnia pro filiofa. ẽt in castrensibus,& tanquam a principio fuissent q̃lita patri, non obstãte priuilegio militię, per regulam l. placet. ff. de acqui. hære. cum si. argu. l. eum qui. ff. de iureiur. cum vulg. quę rõ cessat in filiafa. respectu dotis profectitiæ in eam consolidatæ, & sibi acquisitæ per stipulationẽ paternã. vnde dicendum est, ꝙ posito ꝙ dicta lect. D. Bened. sit vera, tam in se, quàm etiã quò ad illam literam d. l. post dotẽ. tamẽ sibi pater ageret ex stipulatione illa non tanquam simpliciter, vt pater, sed tanquã pater & hæres dictæ suæ filiæ

tenendo

Source : BIU Cujas

tenẽdo opinionem Bar. quæ etiam fuit glo. & Dy. & Iaco. de Are. & aliorum ſequacium.

Præterea tenendo dictam lect. D. Benedicti nõ probat opinionẽ illorum ſ. relatã in hoc caſu, videlicet, qñ ipſi filij non extarent, rõnabilem & æquam, vt ſ. dixi, quia quaſi ſecũdũ oẽs lecturas oportet intelligere ꝙ ibi matrimonium nõ fuit ſolutum per mortem filię decedentis ſine filijs, ſed per diuortium, quo caſu iam purificata fuit cõditio ſtipulationis paternæ interpoſitæ dotem dari filię ſequuto diuortio volũtate filiæ. quo caſu dos, & actio ex ſtipulatu q̃ſita fuit filiæ, & nõ patri ſine dubio, ſic ipſa filia tunc poſſet agere ſola, & eſſe in iudicio ſine patre, ſicut in dote aduẽtitia, per tex. in d. l. poſt dotem & dixi ſ. in dicto 80. priuil. 6. par. ergo ex quo dicta acquiſitio priuilegiatiuo modo indulta filiæ à iure iam fuit ſortita ſuum effectum, & ſic à iure fuit facta executio, nihil obſtat, quin trãſeat in hæredẽ ipſius filiæ, in qua dote eſt ſpeciale, vt ẽt olim ipſa filia haberet hæredem ab inteſtato, vt ſ. dixi. & ſic dicta ſtipulatio ſit facta realis, vbi ante excutionem erat perſonalis, per id quod hr̃ in l. 3. §. quod aũt. ff. quod quiſque iuris. & ſ. pluries dixi, & maximè in alijs qõnibus, vnde tunc ſi filia familias poſteà moriatur ſuperſtitibus filijs, tunc pater excludetur pp filios in dicta dote profectitia, cũ prima cauſa ſucceſſionis ſit filiorũ excluſo patre, d. auth defuncto. cum ſim ita ꝓbatur in d. l. poſt dotem. maximè ſecundùm dictã lect. D. Benedicti. Si aũt tunc non ſuperſunt filij, & tunc pater admittetur tanquam proximior hæres ab inteſtato, & nõ ſolùm hodie per iura noua, ſed ẽt olim de iure fforum, per tex. in d. l. poſt dotem. Reuertendo ergo ad terminos qõnis propoſitę, videlicet, qñ ſtante dicta ſtipulatione paterna, videlicet dotẽ reddi filiæ ſi matrimonium ſolueretur morte filię. Concludẽ dum eſt, ꝙ ſi quidem filij ſuperſunt & eiuſdem matrimonij, tunc ipſi ſuccedũt ſine dubio, & tanquam hæredes eorũ matris olim, & hodie in dicta dote ꝓfectitia, ẽt excluſo dicto eorum auo materno, à quo dos illa fuit profecta, vt ſ. eſt oſtenſum. Aut filij nõ ſuperſunt, & tunc dicta dos reuertitur ad patrem ex ſui natura, videlicet tanquã in eum reconſolidata pp ſolutum matrimoniũ per mortem filiæ. d. l. 1 §. videamus. C. de rei uxo. act. & d. l. dos à patre. cum alijs ſim. Et ſic nõ uenit dicto caſu tanquã hæres filiæ, vt multi volunt, nec tanquam ſucceſſor iuris peculij vigore dictæ ſtipulationis, vt voluit D. Bened. de Plum. & multi ſequaces, ſed venit ex iure reconſolidationis, tanquam dicta ſtipulatio nõ cenſeatur interpoſita in hunc caſum filiæ nõ extãtis ſol. matrimonio, ſed ſolùm vt ꝑ dictã ſtipulationẽ intelligatur pater voluiſſe ꝓuidere filię, caſu quo ſupereſſet filia matrimonio ſoluto, & ſic per mortẽ uiri, vel per diuortiũ, non aũt vt videatur voluiſſe per dictam ſtipulationem, ſicut ſ. tactum, ſuo iuri ꝓiudicare pater prouidendo filiæ, vt ſibi filiæ q̃ratur dicta dos tpe, quo filia moriẽ im matrimonio, ſed magis vt q̃ratur actio filiæ prẽcipuè in caſu, quo filia ſupereſſet poſt matrimonium, vt ſ. clarè eſt deductum. Et hæc opinio mihi vr̃ eſſe multùm æqua, & ẽt iuri cõſentanea, & multũ notabilis in practica. Effectus huius deciſionis erit magnus, ꝙa ſi teneremus, ꝙ dicta ſtipulatio nõ trahatur ad caſum, quo matrimoniũ ſolueretur morte filię, tũc mortua filia in matrimonio dos iret ad patrem, non tanquã ad hæredem filię, ſed iure conſolidationis: & tunc non incideret pater in contentionem cum matre eiuſdẽ filiæ, vel fratribus. Sed ſi teneremus, ꝙ ſtipulatio paterna trahatur ẽt ad iſtũ caſum, quo matrimonium ſolueretur morte filiæ, tũc dictus pater, idemq; ſtipulator mortua hac ſua filia, non poſſet venire ad hãc dotem ex iure conſolidationis, ſed ſolùm uigore dictæ ſtipulationis, vnde non poſſet uenire niſi tanquã hęres filiæ, maximè hodie, quo iure nouo & ẽt nouiſſimo ẽ indubitatum ſecundùm omnes, ꝙ filiafa. habet hæredem ab inteſtato ẽt in dote profectitia, vt ſ. dictũ eſt, & ſic ſi decederet dicta filiafa. ſupſtite dicto eius patre & matre, vel fratrib. vtrinque coniunctis, vel mixtim ſuperſtitibus matre & fratribus, tunc oportet incidere in illam arduam qõnem, An in hac dote profectitia pręferat dictus pater matri, & fratribus, vel ſororibus vtrinque coniunctis, nam Bart. in d. l. poſt dotem. in finali b verbis ſuis indubitãter ꝓſupponit, patrem præferri, ꝓ tex. in d. l. ꝙ ſcitis. §. ſinautem. ſ. alleg. nam ibi eſt caſus ſecundùm eũ, ꝙ ſi decederit nepos ſuperſtite auo materno, & auo paterno, ꝙ in bonis profectis à matre præfertur auus maternus auo paterno, vt ẽt ipſe Bart in d. l. quod ſcitis, hoc ipſum tenet, & in auth. itaque. C. cõia de ſucceſſ. ſubdendo, ꝙ eadem rõne dicendũ eſt verſa vice, videlicet in bonis profectis à patre præfertur auus paternus auo materno, & adducit, qđ hr̃ in ſimili in l. de emancipatis. C. de legi. hæredib. & idem conſuluit ipſe Bartol. bina vice, ut multi allegant in conſ. quod incipit, Vanius. nu. 70. & in alio conſi. quod incipit, an teſtm̃ ſit nullum, tertio in ordine ſecundum aliquos, licet prout cõ muniter hr̃ in ſtampis illa non reperiantur. Sed Bal. in auth. defuncto. C. ad Tert. tenet contra Bart. & ita ẽt inclinat Bart. de Salic. in d. auth. defuncto. & ẽt in dicta auth. itaque, mouetur ea rõne, quia etiam poſito, ꝙ dicta opinio probaretur per d. l. quod ſcitis. §. 1. tñ hodie eſſet correcta per dictã auth. defuncto. & tex. in corpore, videlicet, in §. ſi quis igitur. vbi tex. ſimpliciter vult, ꝙ hæreditas nepotis deſcendentis diuidatur inter auum paternum, & maternũ æqualiter, videlicet dimidia bonorũ delata auo paterno, & dimidia auo materno, nõ habita ibi differentia agnationis, & cognationis, pro ꝙb. facit, quia ſi Iuſtinianus ꝑſuppoſuiſſet, ꝙ ante dictam nouam conſtõnem ſuam in bonis maternis deberet ſuccedere in totũ auus paternus, & non ꝑ dimidia, pro certo ibi Iuſtinianus in §. ſi qs igitur. non dixiſſet ita indiſtincte, ꝙ paternus & maternus auus deberent ſuccedere æqualiter in bonis, & hæreditate nepoti, ſed diſtinxiſſet, ꝓut diſtinxit in d. l. quod ſcitis. vnde qa nõ diſtinxit in dicta noua prouiſione d. §. ſi quis igitur. ideo hoc nõ fecit, quia noluit, & quia habuit pro conſtãti, ꝙ in omnibus bonis tam paternis, q̃ maternis, & ẽt aliũde quæſitis ſuccederent æqualiter, arg. l. 1. §. pen. C. de cad. tollẽ. & in c. ad audientitiã. de dec. quod maximè perſuadetur, ꝙa, vt docet naturalis ratio, & cõis experientia, rarò moritur nepos in vita aui, & poſt mortem patris, niſi ſatis puer & adoleſcens, quo tẽpore non præſumitur quæſiuiſſe bona aliũde, & ſua opera & induſtria l. cæterum. ff. de rei ven. Et ſic magis ex ſucceſſione patris vel matris præmorientium, quã ex alia cauſa aduentitia, arguendo a cõiter accidentibus, & a cõi rerum experientia tanquam rerum magiſtra. l. certi condictio. §. ſi nummos. ff. ſi cer. pet. & l. neque natales. C. de prob. & c. q̃ ſit. de elec. cum ſim. veriſimiliter ergo intellexit ibi Imperator magis de bonis quæſitis ex ſucceſſione lineæ paternæ vel maternæ, & ſic conſanguineorum, q̃ aliunde, & ex alia cauſa, ꝙa debent adaptari leges ad ea, quæ cõiter contingunt. l. non ad ea. ff de leg. cum ſi. & tñ non curauit Imperator ibi diſtingue re inter bona ex linea paterna vel materna obueniẽtia. Inſuper & clarius vltra eos dico, ꝙ d. l. quod ſcitis. nullo modo poteſt intelligi, ꝙ † ibi cõcurreret auus paternus, & maternus 52
in ſucceſſione nepotis, ꝙa de iure fforum, & ẽt Codicis auus paternus tanquam agnatus ꝑferebatur auo materno tanquã cognato in ſucceſſione nepotis, ſicut. n. pater præferebat matri in ſucceſſione filij. l. 2 §. obijcitur. ff. ad Tert. eodem modo auus paternus præferebatur auo materno, & auiæ maternæ, Inſti. ad Tert. §. poſteà autem. ſicut. n. filius cenſetur proximus agnatus patri, ita econtra. l. filius. ff. de ſuis & legi. ſolum. n. de iure nouiſſimo Authẽticorum eſt ſublata differentia agnationis & cognationis, vt in auth poſt fratres. la 1. & 2. C. de legi. hær. & in corpore vnde ſumitur, & ſic agnati præferebantur cognatis. Inſt. de leg. agna. ſuc. poſt princ. cum ſuis vulg. nec reperitur in hoc immutatum eſſe ius fforum, ꝑ ius Codicis, & maximè reſpectu aſcendẽtium, & deſcẽdentium.

Præterea in d. ver. ſinautem. tex. apertè loquitur, ꝙ ibi non contendebat auus paternus cum auo materno ſecundùm clarum & planum intellectũ illius tex. ibi dum dicit, non ad auũ, ſ. paternum nepotis, ſed ad patrem eius, ſ. nepotis perueniãt, quaſi dicat, ꝙ perueniant bona nepotis ad patrem tanquam proximiorem, & non ad auum paternum, cùm ſit remotior, vt ẽt hoc modo intellexit ibi glo. ſuper ver. ſed ad patrem, licet auus paternus hr̃e debeat vſumfructum ꝓ patriam poteſtatẽ, quæ erat apud ipſum auũ paternum, in cuius poteſtate erat dictus nepos, & etiam filius, ex quo natus fuit nepos, & ſecundum hanc intelligentiam eſt neceſſe intelligere illũ tex. in d. verſi. ſinautem. quod proſequatur ibi Imperator caſum in muliere lucrante donationem ꝓp nuptias ex pacto, quod quomodocunque ſoluatur matrimonium ẽt ſi ꝑ obitũ mulieris ipſa mulier lucretur donationem ꝓp nuptias, vt ẽt hoc modo intellexit glo. ſuper verbo ex matre. Nam ſi poſteà dicta mulier decedat ſuperſtite filio ex eodem matrimonio, ac etiam ſuperſtite marito, & ſic patre ipſius filij communi, & etiam ſuperſtite auo paterno ipſius filij cõis lucrum tranſfertur ad dictum filium cõem reſpectu proprietatis, licet ad auum paternũ reſpectu vſusfructus, vt dixi in prin. Sed quid ſi ipſe filius decedit ſupſtite dicto patre dicti decedẽtis & ſuperſtite dicto auo paterno decedentis, videbatur dicendũ, ꝙ ſuccederet auus paternus ꝓpatriam eius poteſtatem, & etiã ex quo lucrum fuit initiatum in eius perſona, videlicet reſpectu vſusfructus & in vita nepotis, tñ rñdetur contrarium, ꝙ imò ſuccedit dicto filio mulieris lucrantis eius pater, non aũt auus paternus, videlicet reſpectu proprietatis, remanente tñ vſufructu apud dictum auum paternum quandiu uixerit, & ſecundùm hoc malè vr̃ intellexiſſe gl. 1. illius. §. ſinautẽ. dum dicit, ꝙ ibi proſequitur in filiafa. lucrante donationem ꝓp nuptias, vbi ſ. dixerat ẽt de filiafam. lucrante dotem. Nam imo

tex.

Source : BIU Cujas

tex.dēt intelligi de qualibet muliere,quę fuit lucrata donatio nem ꝑ nuptias, ēt ſi non fuiſſet filiafam.ſi poſtea decedat ſu perſtitibus filio, marito,& ſocero, & contingat poſtea dictū filium decedere ſuperſtitibus patre & auo ſuo paterno, vt ſ. dixi.& hunc intellectum tanquam clariorem ad illum tex. ſe quuntur ibi Raph.Fulgoſi. & Paul.de Caſt.licet Bart. de Sal. intelligat illum tex. ꝙ loquatur de auo paterno, ſ. matris, & de patre.ſ.illius nepotis decēdentis,ſed nō applaudent literæ, quia illa verba ibi,tam patre quam auo paterno ſecundū con gruitatem recti ſermonis & regulam grāmaticalem, debent determinari pariter ob eodē ſubiecto,videlicet tam patre q̄ auo, ſ. ipſius perſonę defunctæ, & ſic nepotis,de cuius ſucceſ ſione agitur, arg.l quamuis.& l.hæreditatem.C.de impub.& alijs ſubſti.& l.legatarius.ff.de leg 3.& bene facit glo.prout ēt no. ibi Bar.in l.extat.ff.quod me.cau. quod ēt oſtendunt ver ba ſequentia ibi,non ad auum,ſed ad patrem eius perueniāt, aliàs mala eſſet grammatica facere relationem ita diuerſimo dè per id, quod hr̄ in l.Plautius.ff.de au.& arg.leg.

Sed tunc vr̄ obſtare intelligētiæ ſupradictæ,videlicet intel ligendo,ꝙ loquatur de patre,& auo paterno dicti nepotis,de cuius ſucceſſione agitur, quia libri cōiter habent verbū idē nepos ibi,ſinautem idem nepos,& ſic vr̄ referri ad nepotem natum ex filiafa.quæ fuit lucrata donationem ꝑ nuptias, de qua proximè dixerat.& ita intelligit gl. i. & ſecundum hoc il lud verbum ibi,ſuperſtitibus tam patre,quam auo paterno, non poſſunt cōmodè referri ad eandē perſonam.ſ.nepotis,vi delicet ſuperſtitibus tam patre,ſ. ipſius nepotis,q̄ etiam auo paterno ipſius nepotis, q̄a tex. in princ. l. præſupponit, ꝙ illa mater eadē deceſſerit filiafa.ſuperſtite filio, & ſic dicto patri fuit acquiſitus vſusfructus,& dicto eius filio,eidemq; nepo ti fuit quæſita proprietas,& ſic intelligo, ſi referamus verbū, auo paterno, ad perſonam nepotis, mala eſſet intelligentia, q̄a auo paterno illius nepotis, de cuius ſucceſſione agit̄, non fuiſſet q̄ſitus vſusfructus, ſed auo materno. Et ideo ꝑ hoc glo.ibi ſuper verbo patre, intelligit text.ibi tam patre,ſ.ipſius mulieris lucrantis,& conſequenter auo materno ipſius nepo tis defuncti,de cuius ſucceſſione agitur. & ibi,quā auo pater no,ſ.eiuſdem nepotis,cuius pater p̄deceſſerat, ob cuius mor tem mater ſua fuit lucrata donationem ꝑ nuptias, vel fortè fuit lucrata ob mortem ipſiuſmet matris p̄decedentis in ma trimonio,quia ita ex pacto conuenerat,vt dicit glo.ibi ſuper verſic.ex matre. Sed vt ſupra dixi,hæc intelligentia in ſe non videtur continere veritatem,videlicet, ꝙ auus maternus,qui eſt cognatus, illo iure Codicis in aliquo ſuccedere non poſ ſit nepoti ſtante auo paterno,& ſic agnato.

Item quia litera ibi multum violaretur,& in duobus locis, videlicet, in principio ibi, ſuperſtitibus tam patre q̄ auo paterno,& ibi non ad auum,ſed ad patrē eius perueniant, quia debet intelligi ad patrem eius,ſ.nepotis,de cuius agitur ſucceſſione. & ideo multi libri non habēt illud verbū idem, ſed tex.ſimpliciter dicit ſinautem nepos &c. Licet Cy. intelligat hoc caſu tex.ꝙ intelligatur de patre & auo paterno ipſius ne potis,& malè,q̄a auus paternus non quæſiuiſſet ſibi vſumfru ctum, ſed auus maternus,idemq̄ue pater ipſius mulieris lu crantis,quæ deceſſit filiafa.prout dicunt ibi Bart.de Salyc.& Raph.Fulg.niſi dicas,ꝙ ex quo dicta mulier habebat quære re dictum lucrum ꝑ eius mortem, quod vr̄ quæſiuiſſe po tius poſt mortem, q̄ in eius vita, ergo vſusfructus potius fuit quæſitus patri ipſius nepotis,& marito mulieris prædeceden tis in mr̄imonio, q̄ patri ipſius mulieris, vt eſt de mente Pau. de Caſt.ibi,ſed non bene intelligit,quia imo dictū lucrū cen ſetur quæſitum in vita mulieris, licet ꝑ eius mortem, vt ſic in vno quaſi inſtanti dum moritur, ſibi quærit per id, quod hr̄ in l.fi.ff.de cond.inſt.& hr̄ in l.fi.ff.qñ dies leg. ced. & quia viuens dr̄ mori.l.qui duos.ff.de manumiſ.teſt.Et ideo ex tūc in illo puncto dum moreretur, ſicut fuit quæſita proprietas mulieri filiæfam.ita eodem inſtanti vſusfructus eius patri.Ea enim q̄ iuris miniſterio quæruntur,lex ipſa inducit per motū quendam,& per vnum inſtans, vt aliàs hr̄ in l.Arethuſa. ff. de ſtatu hom.& in l.poſt mortem.ff.de leg.1. Et licet gl.in dic.§. ſinautem. vacillauerit circa intellectum illius tex. quia in pri mis gl.intellexit tex.ibi dum dicit de patre: videlicet de patre mulieris lucrantis,& ſic de auo materno illius nepotis,tamē alia gl.ſuper ver.ad patrem.intellexit de patre ipſius nepotis, qui proximior eſt in gradu ipſi nepoti,q̄ ſit auus paternus, vt dixi ſupra.Tñ primæ intelligentiæ applaudit litera, ſi ibi eſſet verbū idem.& ſecundæ intelligentiæ applaudit litera, ſi non eſſet verbū idē.Sed quicquid ſit, ēt ſi vera litera eſſet cū ver bo idem,tñ debet intelligi,ꝙ illud relatiuum idem, nō faciat relationem omnimodam, videlicet, vt referat ſe ad nepotē natum ex filiafa. quæ fuit lucrata donationem,de qua proxi mè dixerat,ſed faciat ſimplicem relationem cauſæ euitandæ abſurditatis,vt aliàs in l.3.C.de nego. geſt. & aliàs no.in dic.l. Iulianus.ff.de hęred.inſti.& ibi per Bar.videlicet hoc modo. Si autem idem nepos,videlicet natus ex muliere prędeceḍē te,quæ fuit lucrata donationem ꝑ nuptias,decedat ſuperſti tib patre & auo ſuo paterno &c. Et ſi aliter intelligeremus, incideremus in maiorem incongruitatem,imò maiorē uio lationem illius litęr̄,vt ſ.eſt deductum.Et hęc opinio poſſet realiter,& ſine aliqua difficultate teneri in via diſputationis, & in puncto iuris, licet in via conſulendi & judicandi nō au derem recedere ab opin. Bart.circa intellectū illius tex.l. qđ ſcitis.prout ēt intellexerūt gl.primæ ibi,& ēt prout intellexit ibi Cy.ſi eſt verbum idē,prout eſt cōiter in illo textu.Et ꝙ ēt hodie in hoc non corrigatur ꝑ iura nouiſſima, dum volūt, ꝙ auus paternus & maternus æqualiter ſuccedant nepoti,nō aliter curando diſtinguere inter bona materna & paterna,nā debent reſtingi verba text. in d.§. ſi quis igitur. ſecundùm di ſtinctionem d.l.quod ſcitis.§. 1. licet contrarium ꝑ conſtāti præſuppoſuerit Dyn.in ſua diſputatione magna,quam ponit in auth.itaque. C. cōia de ſuc.quam ēt ibi ſequitur Cy. & ēt Ray.de Forli.cum qua opi. Bart. tranſiuit ēt Io. de Imo. in d. l.poſt dotem.in fi. Et idem poſt multa ſequitur Lud. Rom. in d.l.poſt dotem.in 10.char.dicēdo dictam opinionem eſſe te nendam tanquam magis ęquam,& eandem ſequitur Ang.in d.auth. itaque. & intantum eam tenet, ꝙ dicit poſſe teneri, ſub dubio tñ fortè, quod ēt ipſum patrem excluderet auus maternus in bonis prouētis à matre, cuius tñ dictū vltimum nullo modo vr̄ eſſe verum, & nullo iure probatur, & ēt eādē opi.Bart. ſequitur Pau.de Caſt.in d.auth.itaque.ad fi. dicens illum caſum eſſe mirabilem & notabilem,& maximè in hoc videlicet,ad conſiderandum & cognoſcendum,an bona pro ceſſerint à linea materna vel paterna, debeat inſpici cauſa im mediata & nō mediata,nam prima origo acquiſitionis ibi cir ca lucrum donationis ꝑ nuptias quæſitū mulieri proceſſit ab auo paterno illius nepotis,vel ēt à patre ſecundùm alium intellectū, & tñ quia dicta acquiſitio immediata proceſſit à dicta muliere acquirente,eademq; matre in ipſum nepotem, meritò dr̄ deriuaſſe à linea materna,quod dicit eſſe menti te nendum.& bene facit tex. in ſimili in l. ſocium, q̄ in eo.in fi. ff. ꝑ ſocio.vbi cauſa immediata dēt magis conſiderari,q̄ me diata,cum illa magis influat & operetur effectū, q̄ cauſa me diata.l.de die.§.tutor.ff.qui ſatiſd.cog. & l.1.circa princ. ff. de autho.tut.cum ſim.Et opinio.circa intellectum illius tex. ſe quitur Bal.in d. l. quod ſcitis. licet dicat, illud eſſe ſpeciale in lucris nuptia. videlicet in lucro dotis,& donationib. ꝑ nu ptias prouenientibus ex pacto, de quibus loquitur tex. ibi in prin. & in l.præcedenti. in quibus ille tex. eriam hodie rema neret incorrectus, & ſic in alijs lucris ſiue procedentibus ex linea materna,ſiue paterna pariter ſuccedat auus paternus & maternus,cuius dictum nō nulli ſequuntur,pro quibus facit quia ex quo ille tex. exorbitat a regu.iur.antiqui ēt Codicis, quo auus maternus indiſtinctè excludebat̄ ab auo pr̄no, tā quam agnato,vt ſ.dixi,ergo dēt intelligi & reſtringi, quantū poteſt, vt non egrediatur terminos,de q̄bus ibi,arg.l.ius ſin gulare.& l.quod verò. ff. de leg. & in regula quæ à iure. in 6. quæ ratio vr̄ multum vrgere ex eo, ꝙ dicta extēſio ad alia lu cra præterquam nuptialia, de quibus ibi, venit non ſolum in derogationem iuris antiqui, ſed ēt in derogationem iuris ter tij,videlicet ipſius aui paterni, qui per anteriora iura non ſo lum quod non excluderetur ab auo materno: imo ipſe auus maternus indiſtinctè excludebat maternum in quibuſcūq; bonis vndecunq; prouenientibus,& ſic erant duæ exorbitā tiæ, vnà contra ius cōe antiquū,& alia ius tertij contra.l. nec auus.C.de eman.lib. & l. impuberi.ff. de admin.tut. cum ſuis vulg.indictis his,quæ hñt in l.cum poſt.§.gener. ff.de iu.dot. & in l.1.C.de do.promiſ.Et ſecundum hanc opinionem Bar. & ſequacium probaret,ꝙ ibi auus maternus excludat auum paternum circa illud lucrum donationis ꝑ nuptias: tñ circa alia lucra,quæ vndecunq; obuenerunt dictæ matri,auus ma ternus non ſolum non excludit auum paternum, imo nullo modo admittitur,& ſolū auus paternus illo iure ad dicta bo na vocatur, ergo multo magis vocatur ſolus auus paternus illo iure ad alia bona vndecunque quæſita ipſi nepoti, etiam ſi ex linea paterna non deriuaſſent,cuius contrarium vol uit ibi Bartol. & in d.auth. defuncto. Et ex hoc poſſet inferri ad terminos noſtræ quæſtio. principal. videlicet poſito, quod in dote profectitia, quam pater fuit ſtipulatus reddi filiæ in caſum ſoluti matrimonij filiafamil. decedit in matrimonio ſuperſtitibus patre & matre & fratribus,ipſe pater ita ſtipula tus non poſſit venire niſi tanquam hæres filiæ,& non ex iure conſolidationis, tunc in tali dote non excluderet matrem di ctæ mulieris filiæfa. nec ēt fratres vtrinq; coniunctos, imò pariter venirēt ꝑ d.auth. defuncto.& in corpore vnde ſimit.

Nec

Source : BIU Cujas

Nec d.l. quod ſcitis.§.1. obſtat, quia loquitur in lucris nuptialibus quæſitis ipſi nepoti, de cuius hæreditate agitur ex linea materna. Sed termini quæſtionis nr̃æ ſunt in bonis quæſitis ipſi mulieri ex paterna ſubſtantia. & ſi dicatur, quòd hoc operatur natura, & regula correlatiuorum per id, quod habe
55 tur in l.fi.C. de indic.vidui. & in l.fi.C. de accept. videlicet, q̃ ſicut ibi diſponitur ſecũdùm intellectum Bar. & ſequacium, q̃ in bonis quæſitis illi nepoti, de cuius hæreditate agitur ex materna ſubſtantia, videlicet iam quæſita matri illius nepotis præfertur auus maternus auo paterno, ita econuerſo in bonis quæſitis a paterna linea præferri debet auus paternus auo materno.

Nam reſponderi poteſt, q̃ hoc argum. non poteſt ſumi ex illo tex. illius. l. ſecũdum quem auus paternus indiſtinctè præferebatur auo materno in quibuſcunq; bonis, vt ſupra dixi. ergo in bonis p̃nis non erat opus vti dicto tempore tali arg. Et ſi dicatur, q̃ poſſumus vti tali argu. hodie ſecundùm iura Authenticorum, ſecundum quæ auus maternus adæquatur auo paterno in ſucceſſione nepotis per d. auth. defuncto. & in corpore vnde ſumitur, vt ſic iura noua limitẽtur & diſtinguantur per iura antiqua per id, quod habetur in l.nam & poſteriores. ff. de legi.

Nam reſpondetur, q̃ iura noua recipiunt limitationem, & reſtrictionem per antiqua, videlicet in aliquo ſpecialiter prouiſo per iura antiqua, per id quod hr̃ aliàs in l. ſciendum. ff. qui ſatiſd cog. per glo. & Docto. & in auth. offeratur. C. de lit. conteſt. Sed in terminis noſtris ius antiquum, ſ. Codicis, ſolum prouidet in certo caſu, videlicet circa lucra, ſeu bona, quæ prouenerunt ex linea materna, ex ſubſtantia matris illius, de cuius hæreditate agitur, & non circa bona, quæ prouenerunt ex ſubſtantia paterna illius, de cuius hæreditate agitur, meritò &c. niſi dicas, q̃ licet per d.l. Codicis ſit prouiſum ſolùm in vno caſu, videlicet circa bona prouenta a matre, tñ hodie diſpoſitio d.l. quod ſcitis. extenditur ad bona paterna, ita reſtringendo iura nouiſſima Authẽticorum, p̃ naturam & regulam correlatiuorum, vt ſ. cum ſubſit eadem rõ reſtringendi & limitandi iura antiqua in vtroq; caſu, videlicet tam in maternis, quàm in paternis, per not. in d.l. fina. & per Ioan. de Imo. in repet. §. de viro. l. ſi verò. ff. ſolut. matrimo. in 3. fal. regulæ, an fiat extenſio in correctiuis; in 8. col. Et maxime q̃a alias ſequeret̃ abſurdum, q̃ melioris conditionis eſſet auus maternus, q̃ paternus, per id quod ibi Imo. cõcludit in 2 & 6. fal. Vnde ſecurior vr̃ opi. q̃ diſpoſitio d. l. quod ſcitis. §. licet. loquatur in bonis prouentis a mr̃e, vt in eis auus maternus præferatur auo paterno, ſecundum intellectum Barto. qui ẽt fuit glo. ibi primæ & ſecundæ, vt ſupra dictum eſt. Ita tñ ho-
53 eie † extendatur ẽt ad auum paternũ, & ſic ecõtra, vt in bonis prouentis a paterna linea præferatur auo materno, ſicut olim per d.l. quod ſcitis. auus m̃nus preferebatur paterno ĩ bonis prouentis ex materna linea, quã opin. ẽt fuit ſequutus Io. de Imo. vt ſupra dixi in d.l. poſt dotem. in fi. & ẽt poſt multa ibi Ludo. Ro. in 10. char. maximè innitens ex æquitate ſimili, de qua in d.l. de emancipatis. quæ hodie non eſt correcta in illo, vt tenet glo. in d. authen. itaque. & in auth. poſt fratres, de legit. hæred. Et cõiter ſequuntur ibi Doctores, & ẽt per id, qd̃ in ſimili diſponitur in l. cum alijs. C. de ſecun. nupt. & aliàs in l.ſi qua mulier. in fi. C. ad Tertul. Et põt r̃nderi ad id quod ſupra allegabatur in contrariũ, q̃ ante iura Authenticorũ auus maternus tanquã cognatus præferebatur auo paterno, vt ſupra dixi. Quia põt dici, q̃ iura antiqua in illo caſu ſunt immutata per ius Codicis, de quo in d.l. quod ſcitis. q̃ licet in alijs bonis non ſolum paternis, ſed ẽt vndecunque quæſitis auus maternus in nullo ſuccederet ſtãte auo paterno, tanq̃ in quæſitis a linea materna ſuccedit in totum, per text. ibi ſing. & in hoc a Doctoribus non põderatum. Item non ob. q̃ tex. in d. §. ſi quis igitur. loquatur indiſtinctè, q̃ auus paternus ſuccedit in bonis nepotis ſolùm in dimidia, & maternus in alia dimidia, non habita differentia agnationis & cognationis, quia dicta cõſtitutio noua recipere debet limitationẽ & reſtrictionem à iure antiquo, de quo in d.l. quod ſcitis. facit, quod hr̃ in d.l. nam & poſteriores. & in d.l. ſciendum. & d. auth. offeratur. Et pro hoc optimè facit, quod not. gloſ quam cõiter ſequuntur Doct. in d. auth. itaque. & in d. authen. poſt fratres. dum voluit, q̃ licet de iure nouiſſimo Authẽticorum proui
54 deatur † q̃ fratres vterini tm̃ ſuccedant fratri vna cum conſanguineis tm̃ non habita differentia agnationis & cognationis, vt hẽtur in auth. ceſſante. C. de legi. hær. & in corpore vnde ſumitur, tamen recipit limitationem & diſtinctionem ſecundùm ius antiquum. de quo in d.l. de emancipatis, vt intelligat̃ in bonis aliunde quæſitis per fratrem defunctum, de cuius hr̃ditate agitur, nõ de quæſitis ex materna, vel paterna linea, quia in quæſitis ex materna linea pręfertur vterinus tm̃, & in quæſitis ex paterna linea præfert̃ conſanguineus tm̃. Si aũt eſſet frater vtrinque coniunctus præfertur coniũcto ex vno latere tm̃, in quibuſcunque bonis, vt d. auth. itaque. Et iõ conſuluit Paul. de Caſtr. in qõne facti, vt ipſe refert in d.
55 auth. itaq; . † quia ſtatutum diſponebat, q̃ frater conſanguineus tm̃ præferatur uterino in ſucceſſione fratris, an in bonis quæſitis a matre habeat locũ dictũ ſtatutum, & arguit p̃, & contra, & tandem dicit cõſuluiſſe pro patre dicti illius vterini tanquam æquiori, & q̃ dictũ ſtatutũ recipiat interp̃tationẽ reſtrictiuam, & paſſiuam a iure cõi, videlicet d.l. de emancipatis. prout etiam eãdem interpretationem recipit ius nouũ Auth. vt per d. glo. & Doct. in d. auth. itaque.

Et hæc faciunt ad q. nr̃i ſtatuti Peruſini diſponẽtis, q̃ ſi qs deceſſerit ab inteſtato ſine filijs deſcẽdentib. ſup̃ſtitibus, matre & auo paterno, q̃ mr̃ ſuccedat in dimidia, & in alia dimidia auus paternus, & ſi nõ ſup̃eſſet mr̃, ſed ſup̃eſſet auus maternus, tunc auus m̃nus ſuccedat in dimidia, & in alia dimidia auus p̃nus, & ſi nõ ſup̃ eſſet auus p̃nus, ſed patruus, vel filius patrui, ſimiliter ſuccedat patruus vel filius patrui in dimidia, & mater vel auus maternus in alia dimidia, nã deceſſit quis ſine filijs ſuperſtite auo materno, & patruo, & dubitabat̃ de bonis, quæ ille defunctus habuit ex ſucceſſione matris, & vidi conſilia hic Peruſij pro & contra, & qõ fuit ardua, & tãdem terminata per tranſactionem. Tñ ego in tanto dubio inclinarem in partem aui materni tanquam equiorem, retẽta opi. Bart. tanquam magis æqua, & q̃ ſtatutum prædictum recipiat interpretationem reſtrictiuam & limitatiuã a iure cõmuni, prout in ſimili dr̃ per gl. & Doct. in d. auth. itaq; . & authen. poſt fratres. & quod ibi per Pau. de Caſ. vt ſ. retuli, tñ negari non poteſt, quin iſta qõ ſit dubijſſima in iure per ſupra allegata. Sed tenendo opinionem, q̃ ſtãte dicta ſtipulatione paterna, videlicet dotem reddi filiæ in caſum ſoluti matrimonij, dicta ſtipulatio non extendatur ad caſum, quo matrimonium ſoluitur per mortem filiæ, prout ſ. eſt concluſum, & qdem veriſſimè meo iudicio tũc euadimus dictam dubitationem, de qua ſupra, vt ſic dos dicto caſu reconſolidetur in patrem ex ipſius dotis profectitiæ natura, vt ſupra dixi. & hoc niſi fuiſſet adiectum, dotem reddi filiæ, & eius hæredibus, vt ſupra concluſi: nam tunc ſtipulando pater dotem reddi filiæ & eius hæredibus, vr̃ voluiſſe pater q̃ quoſcunq; hæredes ſit habitura dicta filia, ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato, illi ſuccedant in dicta dote, ſiue pater ipſe ſuperſit tpe mortis filiæ, ſiue non ſuperſit, quia talis indefinita loquutio æquipollet vniuerſali. l. ſi pluribus. ff. de leg 2 & c. quia circa. de priuil. cum ſi. Cognita tñ, quia poſſet reſponderi, q̃ non eſt præſumendum patrem cogitaſſe, ſeu conſideraſſe dictum caſum futuræ mortis filiæ ante patrem, & ſic turbato ordine naturæ contra id, quod habetur in l.nam & ſi parentibus. ff. de inoffic. teſt. & in l. cum impubere. ff. de reb. dub.

Decimoquinto quæritur circa 57. ſpeciale 6. partis, char.
56 55. ad finem dicti priuilegij, tentaui poſſe dici, q̃ † filiusfam. recipit pecuniam mutuo, vt illam cõuertat in cauſam dotis pro filia ſua, vel ſorore, imò dixi q̃ ẽt ſi pro extranea efficaciter obligatur ex dicto mutuo, vt ibi dixi, an hoc extendatur, qñ pro dote reſtituenda alicui mulieri p̃ cauſam ſol. matrimonij, & quidem ſi caſus reſtituendæ dotis contingeret p̃ mortem mulieris p̃decedẽtis in matrimonio, ſine dubio nõ obligaretur efficaciter p̃ exceptionem Macedoniani, quia tunc nullus verſatur fauor mulieris in dote, vel doris reſpectu mulieris. Sed ſi contigerit ob mortem viri p̃decedẽtis in matrimonio, & dictus filiusfamilias volẽs negotium vtile facere hæredibus viri, & etiam mulieris, vt ſuam dotem conſequatur, pecuniam accepit mutuo, & illam ſoluit dictæ mulieri, fortè poſſet dici, quod efficaciter obligatur, quia tunc ſubeſt fauor dotis, & etiam mulieris in dote, qui eſt publicus, vt l. 1. ff. ſol. mat. qui fauor ita ſubeſt in promiſſione dotis dandę ſicut dotis reſtituendæ, vt probatur in l. 1. poſt princ. iuncto §. ſed vt plenius. C. de rei vxo. actio. & faciunt dicta ſupra in 12. ſpeciali. 6. partis, vbi dixi, quod priuilegium, vt ceſſet Velleianum in muliere intercedente pro dote danda, extenditur etiam intercedente dote reſtituenda, ſic etiam de priuilegio, de quo in auth. res quæ. C. communia de lega. de quo in proxima quæſtione.

57 Decimoſexto quæritur † circa priuilegium auth. res quæ. C. communia de leg. quod res ſubiectæ reſtitutioni ex cauſa fideicommiſ. vt poſſint alienari & obligari pro dote mulieris filiæ hæredis grauati, vel ipſius filiæ grauatæ, de quo dixi ſupra in 6. parte. in 13. priuilegio, an extendatur etiam ad dotẽ reſtituendam. & dic, ſicut ibi dictum, & maximè per text. in corpore.

58 † Decimoſeptimo dubitatur circa priuilegium 62. char 57. in 6. parte, quod prælegatum ab aſcendente dotis dandę non

venit

Source : BIU Cujas

venit in restitutione fideicommiss. an extendatur, quando esset factum ab alia persona, cui onus dotandi nō incumberet. ibi est expedita hæc quæstio.

59 Decimooctauo, an priuilegium † datum rei dotali, vt obstante. l. Iulia, non possit alienari, de quo supra septima parte in primo priuilegio. char. 68 extēdatur ad rem donatam mulieri propter nuptias & dic ꝙ non etiam consentiente mulie re, vt in auth. siue a me. C. ad Velleianum, & in corpore, nisi duobus concurrentibus, de quibus in d auth. siue a me, vt dixi supra in 9. priuilegio, 7. partis, char. 79. 2. col. similiter ēt dicendum est, ꝙ priuilegium datum doti, vt tacita hypotheca bonorum viri contrahatur pro dote restituenda, ut habeē in l. 1. in prin. & §. 1. C. de rei vxo. actio. similiter contrahatur in bonis viri, pro donatione propter nuptias, etiam constāte matrimonio pp vergentiam viri ad inopiam, vt est tex. in l. vbi adhuc. C. de iure dot. Vnde multo magis solu. matr. propter mortem viri, & sic mulier possit lucrari illam ex pacto, sicut vir debebat lucrari dotem. & hoc etiam voluit gl. antepenul. in l. fina. C. qui potior. in pigno. habeant. & ibi probat hoc ille tex.

60 † Sed licet habeat tacitam hypothecam pro donatione ꝓpter nuptias, sicut habet pro dote; tamen nō habet eam priuilegiatam respectu anterioris temporis, vt est tex. cum glo. antepen. & licet glo. pen. in c. ex literis. de pig. dixerit cōtrarium: tamen ibi Inno. & Io. And. & communiter Doct. sequuntur, quod habeat saltem tacitam, licet non priuilegiatam, per tex. in d. l. vbi adhuc. & in l. assiduis. & ibi etiam sequitur Cy. & in d. l. vbi adhuc. imo glo. alia super verbo fauor. d. c. ex literis. idem sensit: pro qua opin. facit, quia similiter dicimus, quod sicut pro dote restituenda contrahitur ficta stipulatio, vt l. 1. in prin. C. de rei vxo. acti. & dictum est supra in 6. parte, in 7. priuilegio. ita etiam pro donatione propter nuptias, vt est tex. no. quem ad hoc ponderat & no. Bar. in l. 2. C. de bo. quę liber. & hoc procedit, quando esset donata propter nupt. quantitas: secus si species, vel quid immobile: quia tūc illico transit dōminium ex sola donatione absque alia traditione adeo, quod tunc non ageretur soluto mat. per mortem viri stipulatione, sed actione in rem tanquam mulier sit facta domina ab ipso initio, vt dictum est supra in 10. priuilegio. 7 partis, char. 79.

Decimonono potest quæri circa priuilegium, de quo su-
61 pra in septima parte, in primo speciali, quod res † dotalis non possit alienari etiam cum consensu mulieris obstāte. l. Iulia. An extendatur, quando concurreret in dicta alienatione facta per virum, non solum cōsensus mulieris, sed etiam patris mulieris & sic soceri respectu viri alienantis, vel alienaret pater cum consensu viri, & mulieris filiæfam. dico, quod etiam dicto casu est alienabilis, ex quo enim dos est facta proprium patrimonium filiæ, vt habetur in l. j. §. sed vtrum. ff. de min. & tamen consensus ipsius filiæfa. non validaret dictam alienationem, vt l. j. §. sed cum lex. C. de rei vxo. actio. multo minus consensus patris: quia illa dos licet profectitia magis dicitur esse in bonis & patrimonio filiæ, quam patris. l. filium emancipatum. ff. de collat. bon. imo plus dico, ꝙ si dos esset in casu restitutionis ob solutū matrimoniū per mortem viri, & sic erat orta actio communis patri & filiæ. l. 2. §. 1. ff. solu. mat. tamen antequam ipsa dos sit restituta patri, adhuc esset inalienabilis, nec posset alienari per virum, vel eius hæredes etiam de consensu patris & filiæ: licet secus postquam esset reuersa ad patrem, qui esset potens ad redotandum, vt dixi supra in septima parte in prædicto primo priuilegio, circa septimam limitationem, char. 71.

Item quia priuilegium illud, vt non valeat alienatio rei dotalis intantum, vt ipsa mulier etiam principalis in alienatione non teneatur emptori de euictione, licet secus in viro alienāte, an extendatur ad fideiussorem mulieris, vt similiter ipse non teneatur. vide, quod supra dictum est in dicto primo priuilegio, in 12. limit. char. 72.

62 Vigesimo, circa dispositionem no. l. quoties. ff. de iu. do. an extendatur ad aliam personam, quam ad personam ipsius mulieris se dotantis, etiam si pater mulieris dotasset, vide supra in 7. pār. priu. 40. char. 96.

Vigesimoprimo quæro circa priuilegium primum octa-
63 uæ partis, ꝙ non † possit vir, vel eius hæres vti remedio retentionis contra mulierem repetentem dotem, vt habetur in l. j. §. taceat. §. sed nec ob impēsas. C. de vx. rei act. an ecōtra extē dat contra mulieres repetentes dotem, dubium facit: quia tex. in d. §. sed nec ob impensas, loquitur de persona mulieris, vt mulieri non possit opponi compensatio, & sic priuilegium datur mulieri non actioni. ergo non transit ad hæredes, per id quod habetur in l. priuilegia. & in l. in omnibus. ff. de regu. iur.

In contrarium facit; quia priuilegium, quod datur viro, vt possit opponere contra mulierem dotem repetentē de adulterio, & propter hoc ipsum habere dotis retentionem, vt habetur in l. fin. C. de adul. & in l. rei iudicatæ. §. j. ff. solu. ma. non extenditur ad hæredem ipsius viri conuenti ad dotis restitutionem, vt habetur in dictis iuribus.

Sed potest responderi, ꝙ ideo illud ibi: quia vir tacendo in vita sua, & dissimulando dictum adulterium mulieris, tacitè videtur remisisse dictam iniuriam violati thori, prout alias habetur in simili in l. fi. C. de reuocan. do.

Potest distingui, ꝙ aut matrimonium est solutum morte mulieris, & tunc non extendatur ad eius hæredem, quin contra eum possit vti retentione dotis ob impensas vtiles in re dotali factas. Si autem est solutum morte viri, vel per diuortium, & tunc secus, & videtur subesse differentiæ ratio: quia hoc secundo casu tale priuilegium iam cępit competere mulieri. Et ideo nimirum si ad eius hæredem transferetur. Sed in primo casu nunquam cępit competere, sed cogitandum: nā posset teneri contrarium: quia licet matrimonium sit solutū morte viri, & sic muliere superstite, tamen ex quo mulier nō dum in vita dotem repetiit, & sic nondum fuit locus retētioni: ergo in vita mulieris tale ius nullā habuit, nec a iure, nec ab homine executionem, & sic res remansit omnino integra post mortem mulieris, prout erat ante mortem, & ideo priuilegium illud tanquam merè personale concernens personā mulieris repetentis dotem, non debet extendi ad eius hæredem: secus si aliqua esset facta a iure executio, vt supra pluries est dictum, per id quod habetur per tex. & gl. in l. 3. §. quod autem. ff. quod quisq; iur. & per Bar. in l. quia personale. ff. soluto mat. & dixi supra in 4. 5. & 6. quæstio. & in plurib. aliis. & hæc sunt notanda ad dicta supra in d. j. priu. 8. par. Similiter potest idem concludi circa secundum priuilegium, ibi, de priuile-
64 gio concesso mulieri, † vt possit vti retentione rerum per eā amotarum, vel sibi donatarum a viro, contra ipsum eundem virum repetentem dictas res amotas vel donatas, si dicat se illas velle retinere pro dote sibi debita a viro, vel eius hæredibus, vt per Bar. post Iac. de Are. in l si filiofam. in princ. la 2. ff. sol. ma. vt non extendatur ad hæredem mulieris volentis dictas res retinere pro dote mulieris, cui successit, cum illud priuilegium sit merè personale, & concessum mulieri, vel doti mero fauore mulieris, quod etiam est no. ad dicta in supra scripto secundo priu. & ad no. in d. l. si filiofa.

Vigesimosecundo quæritur, circa priuilegium vigesimū-
65 septimum, & aliud ibi sequens, de quo in octaua parte, ꝙ † maritus potest cogi inuitus per viam delegationis alteri promittere dotem restituere, quando sibi non nocet, & hoc fauore dotis & mulieris, vt habetur in l. 2 post prin. in ver. nec cogitur. ff. sol. ma. licet regulariter contra, vt l. nec creditori. C. de noua. an hoc extendatur ad patrem mulieris hoc petentem, dic ꝙ aut agit nomine communi, & sic actione communi, & quæ est communis patri & filiæ pro dote profectitia, vt habetur in l. 2. §. j. ff. sol. ma. & tunc posset hoc petere pater, quia ēt isto casu versatur fauor dotis & mulieris, & quia verum est agi nomine mulieris, ex quo agitur nomine communi, quia quod commune est, meum dr̄ esse. l. si quis seruos. ff. de leg. 3. & l. serui electione. §. 1. ff. de leg. 1. ergo si communi nomine agatur, dicitur agi nomine cuiusque per dicta iura, & ēt qa versatur fauor mulieris, cū dos redeat ad patrem cum sui natura, vt habeat iterum deseruire secundo matrimonio. l. si socius pro filia. ff. pro soc. & auth. sed quamuis. C. de rei vxo.

Aut pater agit nomine suo proprio, & tunc actio est in patrem reconsolidata pp mortē filię, per l. dos a patre. C. so. ma. & l. iure succursum. ff. de iure do. & tunc nō posset pr̄ hoc petere, & tunc staremus regulæ, de qua in d. l. nec creditoris qa tunc nullus versatur fauor mulieris. aut est consolidata in patrem· quia fuit pater stipulatus a principio incontinenti dotē sibi reddi, vt habeē in l. quoties ff. so. ma. & tunc potest dici, ꝙ posset pater cogere virum ad promittendum alteri per viam delegationis, si sibi viro non esset damnosum, ex quo versaē fauor mulieris, vt pp hoc possit mulier iterum redotari melius per pr̄em. & facit gl. no. in §. fuerat. Insti. de act. in glos. pe. Esset autem sibi dānosum, si timereē de consumptione pr̄is fienda: puta quia esset factus improbatæ vitæ, quo casu non hēt exercitium pater solus sine filia. l. cum dotem. §. eo autē tempore. ff. so. ma. Et ideo vir si soluendo sine voluntate filiæ expressa, non esset liberatus, ergo eodem mō soluendo p modum delegationis: quia ista æquiparantur. l 2. §. 1. ver. sic ergo. ff. solu. ma. & ideo tunc sicut non cogetur soluere vir tali patri, eodem modo, nec promittere per delegationem. & idē si non esset improbatæ vitæ, sed aliter est factus pauper, puta fortuito casu. & tunc fortè similiter non cogetur vir ꝓmittere per delegationem, per id quod no. glo. in d. §. 1. super ver-

Source : BIU Cujas

bo ſui iuris.quæ glo.plus voluit,& notanter,ꝙ etiam quando
66 pater tpe,quo exegit dotem a viro, non erat pauper,ſed † po
ſtea eſt factus pauper,nihilominus mulier haberet regreſſum
contra dictum virum in ſubſidium, arg. eius, quod habetur
in l.fi.ff.de eo per quem fac.erit. quæ glo.ſi ita intelligatur,vi-
delicet, quando pater factus eſſet inops,poſtquam dictus vir
dicto patrifam.ſoluit, non videtur bene loqui:quia debet in-
ſpici initium,& ſic tempus,quo ſoluit,quo tempore bene ſol
uebat patri, tunc non ſuſpecto. Et licet poſtea ſit factus pau-
per, tamen tempore dictæ ſolutionis erat excuſatus, & non
fuit in culpa,licet poſtea res male verterit, facit, quod habe-
tur in l. ſed an vltro. ff. de negot. geſt.& in l. & in totum. ff.de
impen.nec tunc debebat veriſimiliter credere talem aduersã
fortunam de futuro . l. inter ſtipulantem.§. ſacram.ff. de ver.
ob.imo potius debebat arbitrari contrarium,videlicet,quod
in futurum lucretur.l.ſi defunctus. C. arbi. tut. Nec obſtat.d.
l.fi.ff. de eo per quem fac. erit. quia ibi res habuit malum ini-
tium, videlicet propter dolum eximentis, hic vero nullus a
principio fuit dolus, vel culpa ex parte alicuius.

Item ibi reſtituitur actio contra illum, qui alias erat in lu-
cro:hic autem reſtitueretur contra maritum, qui eſſet in dã-
no. & iõ alij intelligere videntur illam glo. vt fuit Dy. & Bar.
quod a principio tempore ſolutionis factæ per virum pater il
le iam incipiebat eẽ pauper, & ſic erat factus ſuſpectus,& ſic
propter hoc perdidit exercitium actionis,& ideo iuſte vir po
terat ſibi denegare ſoluere,allegando, quod alias habetur in
l.Imperaror.ff.ad Trebellianum.

Vigeſimotertio dubitari poteſt circa ſeptimũ priuilegiũ,
67 de quo in nona parte,†quod ſententia lata ſuper dote in fauo
rem mulieris non poſſit appellari, videlicet ad effectum im-
pediendæ executionis, an extendatur, qñ eſſet lata pro viro
contra mulierem,vel ſocerum pro dote promiſſa danda, ibi
dixi ad finem dicti priuilegij.

68 † Sed nunquid extendatur ad hæredem mulieris.Dic, ꝙ ſi
fuit lata pro muliere pro dotis reſtitutione,a qua fuit appella
tum,vel adhuc poterat appellari,quia erat intra tempora ap-
pellandi, quæ mulier deceſſit poſt latam ſnĩam, & dicto ca-
ſu indubitanter talis appellatio procederet,& ſuſpẽdetur exe
cutio talis ſententiæ:quia tunc ceſſat fauor mulieris & dotis,
& ad hęredem non tranſit per id, quod habetur in l. 1. C. de
priuileg. quod etiam videtur procedere, ſi talis hæres eſſet
de filijs dictæ mulieris,etiam eiuſdem matrimonij,ſi forte ip
ſe non eſt hęres ſui patris forte quia repudiauit, vel fuit inſti-
tutus in re certa, vel exhæredatus:quia ſi eſſet ſpeciale in pri-
uilegio antelationis in hypotheca, vt tale priuilegium ad illũ
extendatur per l.aſſiduis.C.qui potiores. & dixi ſupra, in 4.q.
in prin.& in 10.parte,in.5. limitatione,talis ſpecialitas nõ eſt
extendenda ad alium caſum contra regulam iuris cõis, de
qua in d.l.1.C.de priuileg.dot.per id quod habetur in l.ius ſin
gulare.& in l.quod vero.ff.de leg.& in regula,quæ a iure. in 6.
& maxime vbi non eſt eadem ratio exten den. nam ſi tollere-
tur filijs eiuſdem matrimonij dictum priuilegium antelatio-
nis,& ſic quod alij creditores præferantur filijs prædictis in
dote, poſſet ſequi,quod ipſi filij haberent in totum defrauda
ri ſeu priuari commodo,& iure eis quæſito in dote materna,
quod videtur eſſe ſatis inhumanum, cum ipſi filij cenſeantur
eadem perſona, cum dicta eorum matre. l fin.C. de impu.&
alijs ſubſti.imo dicũtur pars corporis& viſcerum matris l.cũ
ſcimus.C.de agri.& cenſi. lib.11.non ſic ſi executio ſnĩæ latæ
differatur vſque in euentum ſnĩæ ferendæ in cauſa appellatio
nis:quia propter hoc non haberent priuari hæredes filij iure
quod haberent in dote materna: quia quod differtur,non au
fertur.l.ſi conſtante.§.quoties.ff.ſol.mat.Et idem,imo multo
magis matrimonium fuit ſolutum morte mulieris,& hæres
extraneus vt filius dictæ mulieris agat pro dotis reſtitutione,
& obtineat ſentẽtiam a qua appellatur per uirum ad eius hæ
redes, quia nihil obſtat, quin executio differatur per regulã,
de qua in toto ti.ff.nihil nouari appel.pe.& in c.venientes. de
iureiu. Si autem ſententia fuit lata pro muliere,a qua fuit ap-
pellatum viuente muliere,& pendente appellatione, mulier
petit excutionem ſententiæ, & ſi dotem recuperauit,& po-
ſtea deceſſit,mulier hæres eius obtinuit talem executionem
ſic factam non obſtãte,quod interim pendeat appellatio,cũ
iam ſit facta executio ex iuris prouiſione.quod priuilegium,
licet perſonale, tranſit ad hæredem poſt factam executionẽ
per dicta ſupra in 3.quæſtio.& tribus ſeq. & per id, quod ha-
betur in l. 3.§.quod autem.quod quiſque iuris. & per Bar. in
l.quia pſonale.ff.ſo.mat.& per Bald.in d.l.1.C.de priuileg.dot.

69 Si autem † mulier petijt executionem, & fuiſſet pronun-
ciatum ſententiã exequendã, & interim deceſſit ante actua-
lem executionem,certe talis interlocutoria nõ habebit effe-
ctum in hęrede,ex quo adhuc res erat integra,& aliud eſt exe
qui actualiter,& aliud pronunciare exequendum, ſicut alias
dicitur, ꝙ aliud eſt mittere in poſſeſſionem, & aliud pronun-
ciare mittendum, vt per glo.no.in l. iubere cauere.ff.de iuriſ-
di. om.iudi.& alias in l. ab executore.C.quo.appel.Sed incidẽ
ter poteſt dubitari,quid ſi facta excutione ad petitionem mu
lieris ipſa mulier renupſit cum dicta dote,quam conſignauit
ſecundo viro,poſtea ſententia in cauſa appellationis fertur cõ
tra mulierem,videlicet primæ ſentẽtiæ infirmatoria, quę trã
ſiuit in rem iudic. quomodo tunc ſubuanietur hæredibus vi-
ri, ſimiliter nihil aliud habet, vt poſſit retro refundere dictis
hæredibus viri,niſi dictam dotem datam viro ſecũdo, in qua
fuit facta executio pendente appellatione.

Poteſt reſpõderi,quod ſi quidem mulier egit reali actione
ex prouiſione. l in rebus.C.de iure do.tanquam dominio illi
co in eam translato,& ſic ſententia fuit pro ea lata declarato
ria dominij.l.ex diuerſo.§.j.ff. de rei uẽd.nunc certe ſi per ſe-
cundam ſententiã infirmatoriam primæ apparebit mulierem
nõ eſſe dominam,retractabitur executio iam facta contra di
ctos hæredes in eadem re, in qua fuit lata ſnĩa, & in qua fuit
facta executio,nõ obſtãte ꝙ dicta res ſit nunc apud maritum
ex titulo dotis.Et idẽ ſi egit perſonali actione,videlicet actio
ne de dote ad ipſam rem dotalẽ: quia eadẽ eſt ratio in vtroq;
caſu,& hoc per viam attentati, ex quo in eadem re,in qua ap-
pellatio pẽdet,eſt facta executio.& hoc per id,quod habẽt in
l.chirographis.§.1.ff.de admin.tut.& quod ibi per Bar.vbi eſt
tex.ꝙ attentata appellatione pẽdente reuocantur ꝑ modum
attentati etiam contra tertium poſſeſſorem,qui ſucceſſit, &
habuit cauſam ab ipſo appellante etiam cum tit.& bona fide.

Nec obſt.quod habetur in ca. Romana.§. in alium.de ap-
pell.in 6.vbi habetur, quod remedium attentatorum appella
tione pedẽte non obtinet contra tertium attentantem: nam
illud procedit, quando nec pars, nec iudex cum illa aliquid at
tentaſſet. Si autem tertius attentaſſet per medium partis ap-
pellantis, vel appellatæ, a quo habuit cauſam, & tunc ſecus
per illum tex.in d.§.1.quod etiam fuit de mente glo.in c.non
ſolum.de appel.in 6.in glo.ſuper verbo reducendum, in ver.
hæc autem omnia. & allegat,quod habetur in c.cum M.Fer
rarienſis,ad fi.de conſti.& in ca.2.vt lite pend.quod etiã vo-
lunt Docto.legentes in cap. bonæ. de appella. & ibi per Imo.
& Abb.Sicu.pro quo facit;qa vĩ tunc res affecta vitio litigio
ſi ſecundum Bar.in d.§.1.& bene facit,quod habetur in d.c.
2.vt li. pend.& multo magis videtur dicendum in caſu iſto,
ex quo res ipſa etiam antelationi erat iam affecta vitio attẽta
ti:quia ipſa mulier penden. appel.innouauit & executionem
obtinuit in dicta re vigore dictæ ſententiæ,a qua tamen erat
appellatum,quo caſu remedium attentati habet locum con
tra tertium poſſidentem, licet non habuerit cauſam a iudi-
ce, vel a parte, quæ innouauit, vt eſt caſus ſingul. prout ibi
no.& põderat Imo.in c.ex parte Adæ.de teſt.in antepe. nota
bili,ꝙ tñ ſe remittit ad gl ĩ d.c.nõ ſolũ.q̃ tñ requirit,qđ dictus
tertius habuit cãm ab ipſo iudice vel parte,& ita põt intelligi
tex.ĩ d.c.ex parte.ga ibi ille filius militis detinebat dictã eccle
ſiã tanquã habitã ab ipſo milite;qui obtinuerat ſentẽtiã ꝓtra
illum presbyterũ, a qua presbyter appellauit, quod maxime
ꝓcederet,quando ille tertius ſcienter ſucceſſiſſet in vitiũ,ar-
gu. eius, quod habetur alias in c.ex parte. de reſtit. ſpolia. &
alias in c.quia V.de iudicijs.

Nec obſtat,ſi diceretur,ꝙ prędicta vñr ꝓcedere, qñ aliqd
eſt illicite attentatum appellatione pendẽte: quia tũc vĩ hr̃e
locum remedium attentati,per id quod hĩ in c.veniens.de iu
reiu.Sed in caſu prędmiſſo licite ipſa mulier innouauit,ex quo
iure ꝑmittente per dicta ſupra iuncto eo, qđ habetur in l.
Graccus. C de adult. Sed reſponde, ꝙ hoc dependet ex futu-
ro euentu,an licitè, vel illicitè attentauerit : nam lata poſtea
ſententia contra ipſam mulierem apparet illicitè attentaſſe,
interim ergo eſt in pendenti, vt probatur in d.c.non ſolum.
vbi pendente appellatione ab interlocutoria nõ eſt prohibi-
tum innouare,& proſequi in cauſa, & tamen ſequuta poſtea
ſententia pro appellante, retro acta hñr pro illicitè attẽtatis.

Concluditur ergo, ꝙ lata poſtea ſententia in cauſa appella
tionis cõtra ipſam mulierem,bona adiudicata interim mulie
ri vigore dictæ ſententiæ reuocantur, & auferuntur non ſo-
lùm contra ipſam mulierem ſed etiam contra ipſum virum
habentẽ cauſam ab ea per ſupradicta. Sed dubitatio ſurge-
70 ret, & quidem non parua, quid ſi † dos fuit in pecunia, & mu
lier lata pro ea ſententia, & pendente appellatione interim
obtinuit executio nẽ:quia bona aliqua, puta ſtabilia fuerunt
ſibi adiudicata inſolutum ſecundum formam. l. a diuo Pio.
§.ſi pignora.ff.de re iudi.& illa eadem dedit in dotem ſecũdo
viro,an dictum remedium attentati lata poſtea ſententia in-
firmatoria in cauſa appellaaionis obtinebit contra virum, nã
vĩ ꝙ nõ,ex quo actus attẽtationis in parte dicti mariti, & ſic

tertij

Source : BIU Cujas

tertij poſſeſſoris nõ fuit in eadẽ re,ſup qua fuit lata ſnïa,& ſu per qua pendebat appellatio : quia ſententia fui lata in pecunia,& ſic ſuper pecunia appellatio pendebat, non ſuper dictis bonis adiudicatis, cum dictum remedium attentatorũ ſolum obtineat maxime contra tertium quando ſuper eadẽ re,ſuper qua eſt lata ſententia, eſt attentatum, quaſi tunc res ipſa dicatur effecta quodam quaſi vitio litigioſi propter pẽdentiam appellationis ſuper eadem re. & ita eſt de mente gl. ſupra allegatæ in d.c.non ſolum.& Doc.in d.c.bonæ.vñ tunc ſolum cõtra ipſam mulierem poterit ſuccurri ipſi appellanti, qui obtinuit in cauſa appellationis, & hoc forte niſi ipſa mulier non haberet alia bona,vbi poſſet ſuccurri ipſi appellanti, quia tũc forte in ſubſidium haberetur recurſus contra dictũ virum,argumen. l.fina.ff.de eo per quem fac.erit.facit glo.in l.2.§.1.in verbo ſui iuris.ff.ſoluto matrimo.cogita tamen.

71 Vigeſimoquarto quæritur † circa 8.priuil. de quo ſupra in 8.par. vbi.filiusf.poteſt eſſe in iudicio etiam ſine conſenſu patris pro dote aduentitia. Item in profectitia iam conſolidata in filiam,an hoc priuilegium extendatur ad filiumfa.eo caſu, quo dos ſuæ vxoris eſt facta propria ipſius filiſa. adeo quod pater in ea non habet etiam vſumfructum, & ſimiliter etiã in lucro dotis ex pacto,vel ſtatuto,quod quando ſit, dixi ſupra in 33.priu.6.par.vſq; ad 38.incluſiue.reſpondeo,quod ſic eadem ratione, videlicet,ex quo pater in talib. non eſt legitimus adminiſtrator, nec ſibi quæritur vſusfructus,vt ibi dixi. Et conſtat, quod in aduentitijs, in quib. patri non quęritur vſusfructus,ſed pleno iure quæruntur filio,tunc non requiritur conſenſus patris, ſiue agat.ſiue cõueniatur ipſe filiusfam. ſecundum communem opin.Doct.poſt Bart. in d.§.neceſſitatem.per text.in c.fin.de iud.in 6.& rationem ibi poſitam in tex.quia in talibus non verſatur intereſſe patris.Item quia,vt dicit ibi glo.nihil deerit patri, vnde ideo requiritur cõſenſus patris regulariter:quia regulariter acquiritur vſusfructus patri,& ſic poſſet aliquod deperire patri.hinc eſt,quando filius fa.ageret vt procurator alterius,tunc habet legitimam perſonam,vt eſt text. hodie clarus in c.qui generaliter.§.1. de procu. in 6. quia non verſatur aliquod intereſſe patris,licet de hoc dubitauerit glo.in d.§.neceſſitatem.tamẽ hodie eſt hoc expreſſum in d.c.qui generaliter.cõfert etiam,quia cauſa dotis eſt dependens a matrimonio,& ſic ſpirituali, vt per gl.iũcto tex.in clem. diſpendioſam.de iud. Et conſtat,quod in ſpiritualibus filiusfamil. habet legitimam perſonam ſtandi in iudicio ſine conſenſu patris.d.ca.ſi annum.iuncto princip.cũ ſi. illius tex.

72 Vigeſimoquinto circa 12.priuileg.9.par.cp † cauſa dotis ſit sũmaria,quando pro dote reſtituenda ageret mulier an extẽdatur ad virum agentem pro dote promiſſa ſibi danda: vide ibi,vbi dixi,quod extenditur: quia hoc priuilegium datur doti &cauſæ dotis,& ſic etiam in alio ſequenti proximo priuilegio quod non ſint feriæ.& idem poteſt dici in 15.priuileg.ibi intelligo,quando cauſa dotis venit cũ ꝙcurſu matrimonij,vt eſt quãdo vir agit,ex quo agit pro onerib.matrimonij ſupportandis. l. pro onerib. C. de iure do. cum ſi. Dices tu,ergo tale priuilegium non daretur mulieri,niſi quando ageret conſtã. matr. propter vergẽtiam viri ad inopiam, vt dixi in d.12. priuil.non ſic quando ageret iam ſol.ma.per mortem viri, cum tunc non ſit amplius matrimonium.Sed reſpondetur, quod tunc ſubeſt fauor mulieris in dote, & maxime vt ex ea interim alimentetur,& etiam vt poſſit renubere etiam incontinẽti iuxta verbum Apoſtoli, videlicet, mortuo viro nubat in domino.c.pe. & fi.de ſecun.nup.& no.in l.decreto.C. de infa. Idem eſſet dicendum,quando ageret ſocer. i. pater viri, cum etiam ipſe agat pro oneribus matrimonij ſubeundis, cum ad eum ſpectent onera matrimonij, vt l. ſi filia.§.filius. verſicu. nec ſolum. ff. fam. erc. non ſic ſi agat extraneus pro dote ſibi reſtituenda propter pactum per eum interpoſitum, vt habetur in l.1.§.accedit.C.de rei vxor.act. Sic etiam in patre agente ad dotis reſtitutionem per mortem filię,cum tunc non ſit amplius fauor, nec mulieris, nec onerum matrimonij. Si autem ageret pater propter caſum dotis reſtituendæ per mortẽ viri pro dote profectitia,& tunc haberẽt locum dicta priuilegia, etiam quando dos eſſet in eum conſolidata propter ſtipulationem interpoſitam, dotem reddi patri, ex quo adhuc dicta dos ſaltem habitu & ſpe quadam cenſetur deſtinata ſecũdo matrimonio, iuxta auth. ſed quamuis. C. de rei vxor.act. & propterea adhuc cẽſetur dicta cauſa dotis priuilegiata, per id quod not. gloſ. in d.§. fuerat.Inſtitu.de actio. in glo. pen. per quæ motiua,& rationes idem dicas in alijs ſequentib.priuilegijs,vt ſupra dixi.Et quid in priuileg.18.de quo in l.exige re dotem.ff. de iud. An extendatur, quando extraneus ſtipulatus eſt dotem ſibi reddi, vt habetur in d.§.accedit l. 1.C.de rei vxor actio.dic,quod non, vt per Bal.no.in l.1.C.de priuil. dot.in 2.col. & vide in priuileg. 26. dictæ 9.partis, videlicet, quod cauſa dotis ſit mixti fori, & ſic poſſit tractari coram iudice eccleſiaſtico,an extendatur ad alias perſonas, quam perſonam mulieris agẽtis pro dotis reſtitutione,ibi dictum eſt circa finem dicti priuilegij.

Explicit ſolennis ac famoſiſsimus Tractatus Baldi Nouelli, de Dote.

Source : BIU Cujas

D. IOANNIS CAMPEGII

QVAESTIONVM DE DOTE

ET DOTIS CONSTITVTIONE,

ET PRIVILEGIIS EIVS.

Pars Prima.

SVMMARIVM.

1 *Dos quid ſit.*
2 *Azonis opinio reprobatur in diffinitione dotis.*
3 *Dotis diffinitio ſecundum Bar. quomodo ſit intelligenda.*

PRIMO QVAERO.

1 QVID ſit dos. Dominus † Azo poſuit diffinitionem ſuam, quam recitat, & eam reprehendit Barto. in rubr. ff. ſolu. matri.

2 Addo, quod † diffinitio, quam poſuit Azo maximè mihi diſplicet: quia ex ea ſequeretur quod verba diffinitionis paterentur interpretationem vltra proprium ſignificatum. Item etiam quod poſſent intelligi in caſu ficto, quæ omnia ſunt falſa: quia alias ſequeretur, quod neceſſario ex ipſa diffinitione non oriretur proprietas vocabuli, quod debet eſſe. l. j. ff. de teſtam. l. j. ff. de tute. Inſtit. de obligat. in princip. attento quod fictio denotat improprietatem. Caſus eſt no. in lege, l. Cornelia. ibi, licet minus propriè. ff. de teſta. & ibi Bal. Vnde Bar. in d. rub. in 5. col. aliter diffinit, dicens: Quod dos eſt ius quoddam vniuerſale in ſe continens, quod a muliere, vel eius patre viro, vel eius patri traditum eſt, vel pro tradito habitum propter onera matrimonij ſuſtinenda. Et pro hoc poteſt allegari bonus tex. in l. ſi pater mulieris. ff. de iu. do. vbi dos non dicitur, quæ conſtituenda venit ſolum poſt mortem mulieris. Quod ideo eſt: quia tunc onera matrimonij, quod iam ſolutum eſt ſuſtinere non poteſt, ergo ſequitur, quod propter onera datur. Sed obſ. qđ dixit Ang. in d. rub. qui voluit, quod etiam ſi maritus onera matrimonij non ſupportet, dicatur dos, vt quia mulier conuenit, quod teneatur ſe alere, quod fieri poteſt. l. fina. in fi. princip. ff. de doli excep. & l. 3. ff. de pac. dota. Quidam reſpondent, quod dum †Bar. dixit propter one-
3 ra matrimonij, habuit reſpectum ad id, quod communiter accidere ſolet, videlicet quod maritus debet ſuſtinere onera matrimonij. l. pro onerib. C. de iu. do. ergo &c. Sed iſtud non eſt tutum propter l. omnis diffinitio. de reg. iu. vbi omnis diffinitio debet in quocunque caſu conuerti cum ſuo diffinito. Sed ſecundum prædicta videtur fateri, ꝙ nō dicatur dos, vbi non ſuſtinet onera matrimonij contra d. l. 3. cum aliis ſupra alleg. ergo &c.

Item ſi a communiter accidentibus poſſet ſumi diffinitio, certè non diceretur ita periculoſa, vt dicit d. l. omnis diffinitio. Vnde alij reſpondent, dato quod vir ex pacto non teneatur vxorem alere, non tamen ſequitur, ergo nec filios, nec ſeipſum, quæ tamen inter onera matrimonij numerantur, vt l. vbi adhuc. C. de iure dotium. Vel ſecundum Imo. dato quod onus alendi ſpectet ad mulierem; tamen alia onera quo ad veſtes ſpectant ad maritum. l. veſtis. & l. argento. §. ornamenta. ff. de auro & argento legato. quæ parum probant. Et contra Imo. facit, quod appellatione alimentorum veniunt etiam veſtes pretioſæ, ſi conueniunt dignitati, & conditioni mulieris. l. penul & ibi no. ff. de auro & argento legato. notat Bal. in l. ſi maritus. la vltima. ff. ſoluto matrimonio. Præterea Imola non bene videtur ponderaſſe tex. in d. l. 3. de pactis dotali. vbi probatur, quod ſuper omnibus iſtis oneribus ſupportandis per mulierem extra dotem poteſt apponi pactum, vt patet in illo tex. ibi, & vniuerſa onera ſua expediret. Vnde forte poſſet dari alia diffinitio, videlicet, dos eſt ius quoddam in ſe continens quod a muliere, vel eius patre marito, vel eius patri traditum eſt, vel pro tradito habitum propter matrimonium: nam dos non eſt ſine matrimonio. l. 3. ff. de iure dotium. l. fina. C. de dona. propter nupt. & hoc eſt magis tutum, quam dicere propter onera matrimonij. Et inquantum dixi, quod eſt ius quoddam, an ſit verum: vide infra in quarta quæſtio. Adde etiam, quod dos poſſet alio modo diffiniri, vt patebit ex dicendis infra proxima quæſtio.

SVMMARIVM.

1 *Dos promiſſa, an proprie dicatur dos.*
2 *Bartoli opinio defenditur.*
3 *Dos olim incipiebat a traditione.*

II. QVAERO.

1 AN dos promiſſa dicatur propriè dos. Et videtur quod † non: quia ei non congruit diffinitio Bar. de qua ſupra proximè, maximè in verbo, traditum, vel pro tradito habitum: quia ſi dos promiſſa haberetur pro tradita amplius peti non poſſet, & obſtaret marito exceptio, dolo facis, quia petis, quod intus habes. Contrarium tenet Ange. in l. prædiorum. C. ad legem Falcidiam. & in conſil. ſuo 79. incipien. In Chriſti nomine, pro euidentia. dicens, quod prædicta diffinitio Barto. eſt imperfecta; quia non comprehendit dotem promiſſam, quæ etiam dos dicitur ſecundum eum. l. ſi mulier ita in dotem. ff. de iure dotium. l. prima. verſicu. & ſi tantum promiſſa. ff. de collat. dot. patet in rubro & nigro. C. de dot. promiſſ. vnde ipſe in dicto conſil. diffinit aliter, quod dos eſt ius quoddam datum, traditum, vel promiſſum a muliere, vel eius patre marito, vel eius patri ob cauſam matrimonij.
2 Et hoc ſatis placet, poſſet tamen ſuſtineri opinio. † Barto. per tex. in l. ſi is qui Stichum. & in l. ſi pater mulieris. ff. de iure dotium. vbi dos promiſſa, quæ nondum tradita eſt; cum non ſuſtineat onera matrimonij, dos dici non poteſt. Secundo, quia cum quidam ſint contractus, qui ſolo conſenſu perficiuntur, puta emptio & ſimiles, vt Inſtitu. de obligat. in princip. & quidem, in quibus opus eſt rei interuentu, vt in commodato, depoſito, & ſimilibus contractibus, vt l. iuriſgentium. in fi. princip. ff. de pactis. & ibi Barto. declarat illud verbum, & cæteri contractus, exemplificari poſſe in contractu dotis. Et idem Barto. in l. legitimam. eod. titulo. Præterea in dicta rubr. ſoluto matrimonio. non voluit diffinire dotem
3 promiſſam, ſed traditam, † quia illo iure Digeſtorum propriè dicebatur dos incipere a traditione, & ſicut erat in dona. quæ eſt doni datio. l. ſenatus. §. primo. ff. de donatio. cauſa mortis. nec ante illa iura Digeſtorum dicebatur dos propriè, niſi eſſet tradita, quod patet, quia ante l. ad exactionem. C. de dot. promiſ. non poterat agi ex ſola promiſſione dotis abſque ſtipulatione: hodie tamen procedit opi. Ang. per d. l. ad exactionem.

SVMMARIVM.

1 *Dos an dicatur ſol. mat. poſtquam eſt recuperata a muliere.*

2 *Sta-*

Source : BIU Cujas

2 *Statutum disponens, quòd mulier teneatur æquis portionibus relinquere dotem suam filijs vtriusque matrimonij, habet locum etiam quando moritur mulier vidua, post solutum secundum matrimonium.*

3 *Mulier si propter adulterium perdat dotem, quid si vidua postquam recuperauit dotem commisit stuprum cum vno scholare, an perdat dotem.*

III. QVAERO.

1 AN dicatur dos soluto†matrimonio. ADDIT. [Sol. matrimonio. Adde, ꝙ dos sol.mat. restituta non dicit dos. Bal in l.2. in prin. sol. ma. Ioan. de Por. in rub. eo. ti. & per l. cũ in fundo. §. ꝙ si accedent. de iure do. Bal. in l.1. C. sine censu, vel reliq. Contrarium no. in l. etiam. de fun. do. secundum Bar. Cæp. in sing. ver. 111. Sed Bal. & Pau. in l.j. C. vnde vir. & Pau. in rub. solu. mat. dicunt, ꝙ statutum de non testando de dote intelligitur solu. matrimo. & per Bar. Soc. in d. rubr. solu. matr. in ver. 4. Et an, & quando amplius non dicatur dos: nec habeat priuilegia dotis, vide per eundem in consil. 147. in 1. par.]postquã est recuperata a muliere. Et videtur ꝙ non: qa non potest esse sine matrimonio. l.3. ff. de iure dot. l. fin. C. de do. ante nup. Sed hoc matrimonium est iam solutum, ergo &c. Contrarium est verius, quia prædicta procedunt, vbi nũquam matrimonium contractum fuisset, secus eo cõtracto, licet postea soluto, vt patet in rub. sol. matri. quemadmodum dos petatur. & in l.2. eo. ti. ibi, sol. matr. & bonus tex. in l. etiã. ff. de fun. dota. ponit Bar. in l. si marito. §. j. solu. matrim. & in l. filiæ dotem. ff. de colla. do. Et per hæc deciditur quæstio, quæ
2 fuit de facto, †quod statutum dictans, prout Mutinæ, ꝙ mulier teneatur æquis portionibus relinquere dotem suam filiis vtriusque matrimonij, habet locum etiam, quando moritur mulier vidua post solutum secundum matrimonium: quia tunc etiam dicitur dos, ita dicit Bal. fuisse iudicatum, in l.j. in fi. C. vnde vir & vxor. & Bal. in l. filiæ legatorum. C. de lega. & in quodam suo consi. incip. quidam Ioannes. An autem dicatur dotata mulier, quæ est vidua, & quæ recuperauit dotem suam, vt sic excludatur a successione patris ex forma statuti, dicam in vltima parte huius tractatus.

3 Et an si mulier propter adulterium perdit dotem, quid si vidua, postquam recuperauit dotem, commisit stuprum cũ vno scholare, an perdat dotem. videtur ꝙ sic, quia dicitur ẽt dos, licet solutum sit matrimonium vt supra. Veritas pendet ab illo articulo, an si aliquis accusat de adulterio, & probat de stupro, debeat obtinere. in quo Ang. multa bona dicit in trac. maleficiorum, in ver. Tu hai adulterato la mia donna. de qua quæst. dicam in tertia parte huius tractatus, in ver. quã do mulieri repetenti dotem obstet exceptio adulterij.

SVMMARIVM.

1 *Dos an sit ius vniuersale: & an valeat sententia incerta. & libellus super dote.*
2 *Dos ipsa aliud est, & aliud corpora dotalia.*
3 *Fructus non augent res particulares, sed vniuersales.*
4 *Pretium non succedit loco rei in particularibus, secus in vniuersalibus.*
5 *Mulier repetens dotem. sol. mat. non tenetur stare colono.*
6 *Peculium est uniuersitas.*
7 *Successor uniuersalis tenetur stare colono.*
8 *Libellus generalis, in quo dos petitur, procedit.*
9 *Sententia, in qua iudex condemnat maritum ad restitutionem dotis, ualet licet res specificatę non sint.*

IIII. QVAERO.

AN dos sit ius vniuersale. ADDIT. [Ius vniuersale. Adde Bal. in l.j. C. de bon. mat. & in auth. ei qui. de bo. author. iu. po. & in l. cum in fundo. §. si fundus. de iure do. Ang. in l. fi. C. de sen. quæ sine cer. quan. profe. But. in c. Ray. de testa. & per Bar. Soc. in consi. 180. in ver. confirmabam ibi, nam
1 dos, in 2. par.]&†an valeat sententia incerta. & libellus super dote. Bar. in rub. solu. matr. in 5. colum. tenet ꝙ sic per plures rationes.

Et primò per tex. in l. quod dicitur. §. j ff. de impen. ubi apparet, † ꝙ aliud sunt corpora dotalia, aliud est ipsa dos. facit
2 gl. ibi, in verbo, dotem, quæ æquiparat omnia ista dos hæreditas & peculium, sed hęreditas & peculium dicuntur esse quoddam vniuersale. l. hæreditas & l. hæreditatis appellatione. ff. de ver. sig. bo. tex. in l. quædam. §. nihil. ff. de eden. l. peculium. ff. de pec leg.

3 Secundo adducit Bar. quia † fructus non augent res particulares, sed vniuersales. l. item veniunt. §. fructus. de peti. hær. sed fructus augent dotem. l. si marito. §. fi. ff. sol. matr. l. etiam. C. de iure do.

4 Tertio mouetur Bar. †quia in particularibus pretium non succedit loco rei, secus in vniuersalibus. l. si rem & pretium. ff. de pet. hære. l. si ex ea. de rei ven. l. Labeo. §. item dominus, ff. de verbor. significa. Sed in dote pretium succedit loco rei. l. ita constante. l. res quæ ex dotali. ff. de iure do. ergo dos dicitur esse quid vniuersale. Idem tenet ibi Imo. & Bal. sibi contrarius. l.j. circa j. colum ff. de eden. & Bal. in l.j. in princi. C. de rei vxo. act. Idem Bart. in l.j. §.j. ver. impensæ. ff. de dote præle. & in l. fina. C. de senten. quæ sine cer. quantit. Pro quo vltra allegata per eum facit tex. quem ibi ponderat Do. Anto. in c. Raynutius. de testamen. nam ibi verbum relinquo, relatum ad dotem, trahitur ad institutionem, sicut quando refertur ad aliud vniuersale puta legitimam, vt in Auth. vt cum de appel. cog. §. aliud quoque. iuncto ver. cæterum. & per Imo. in l.j. §. si ex fundo. ff. de hære. instituen. ergo dos est ius vniuersale, & ita tenet Ang. in consil. 73. incipien. in Christi nomine, domina Andriola. In contrarium, quod non sit ius vniuersale facit: quia si esset ius vniuersale, mulier repetens dotem solu. matri. tanquam vniuersalis successor teneretur stare colono, argumento eorum, quæ no. in l. filio. §. si vir. ff. sol. matr.
5 & † tamen constat, ꝙ non tenetur stare colono, quod sic ꝓbo. Nam frustra in d. §. si vir. peteretur ab hæredibus viri cautionem præstari a muliere, stando colono, si illa de iure teneretur, nec posset ab ea recedere, arg. l. hæc stipulatio. ff. vt leg. no. ca. ergo constat, quod dos non est ius vniuersale. Adidẽ facit l. peculium. ff. de pecu. leg. vbi dicitur, ꝙ totum peculiũ non potest vendicari, sed singula corpora sunt vendicanda: tamen in l. in rebus. C. de iure do. dicitur, ꝙ dos potest in totum vendicari: ergo dos non est quid vniuersale, sicut peculium, & istam sententiam tenet Ang. hic, & Bal. in l. fina. C. de senten. quæ sine cer. quant. Et respondent ad allegata per Bar to. Et primò ad l. quod dicitur. §. 1 iuncta glo. quia secundum Ang. ille tex. habet locum tantum in casu suo. Bal. clarius loquitur in d. l. fin. dicens, quod in dicta l. quod dicitur. impensæ necessarię fuerunt factæ circa ipsam dotem, quo casu cum impensæ minuant dotem ipso iure: corpora vero dotalia minuere non possunt: quia speciei ad quantitatem non admittitur compensatio. l. si conuenerit. ff. de pigno. actio. l fin. cum ibi no. C. de compen. & ideo necesse fuit illo casu fingere vnum corpus intellectuale dotis, quod possit intelligi minutum ipso iure, sed in aliis casibus dos dicitur esse quid particulare, & istud satis colligitur ex litera. l. quod dicitur. quia quã do pecunia fuit data in dotem, quo casu potuit fieri compensatio quantitatis ad quantitatem: tunc non fingitur aliquod corpus intellectuale, sed fit diminutio ipso iure ipsius pecuniæ datę in dotem, vt ibi, ergo &c. Non ob. l. si marito. in fi. infra eo. & l. etiam. C. de iure dot. quia respondet Ang quod illa iura intelligunt, quod fructus augent dotem, idest cõuertuntur in dotem, quod nihil est dicere. Ideo Bald. in d. l. fin. aliter dicit, videlicet, quod fructus augent dotem. hoc est ꝙ ueniunt in actione de dote, quæ est bonæfidei, in qua venit quicquid bonum & æquum est venire. l. sed Celsus. ff. de contrah. empt. ergo sicut in cæteris actionibus bonæfidei veniunt fructus, ita etiam veniunt in actio. de dote. Non ob. l. res quæ. & l. ita constante. quia respondet Ang. ꝙ illud non est ex eo, quod dos dicat esse quid vniuersale, sed ex priuilegio dotis: quia dos habet multa priuilegia, vt solet notari in l. 1. ff. sol. mat. Vel aliter potest responderi, quod in dote pretiũ non succedit loco rei, nec econtra, vt est casus expressus in l. ex pecunia. C. de iure do. Non obstat etiam l. res quæ. & l. ita constan. quia debet intelligi, quod hoc fuit actũ ab vxore & viro secundum glo Bar. Bal. & alios, in d. l. ex pecunia.

Ego puto, quod possit sustineri opi Bar. per rationes suas, nõ tamen per d. c. Raynutius. quia nihil facit, vt ibi per Imo. quia sequeretur, quod si diceretur, relinquo peculium, intel
6 ligeretur iure institutionus.† Cũ peculium sit etiam vniuersitatis, vt no. Bar. in d. rub. sol. ma circa fi. quod tamen non reperitur alicubi expressum. Nõ ob. d. c. Raynutius. quia ideo ibi valuit testamentũ: quia de iure canonico nõ requiritur titulus institutionis, sed sufficit quoquo relicti titulo, licet secus de iure ciuili, vt peregrine ꝓbat Bal. in l. fi. C. fam. ercis. ꝙ no. Et cũ opi. Bar. ꝙ dos sit ius vniuersale cõcor. Bal. in l. emptorẽ. C. loc. & in l. frater a fratre. ff. de cond. ind. quicquid dixerit Ang. in cõs. 79. incip. quidam Petrolus. Non ob. argu. su
7 pra formatũ de d. §. si vir qa respondeo, ꝙ † successor vniuersalis tenetur stare colono: quia in totum repręsentat personam defuncti, vt l. 4. §. in omne. ff. de acqu. hæredi. quod non est in muliere succedente marito in dotem, imo non est proprie successio, sed quædam translatio, vt l. mulier bona. ff. de

Source : BIU Cujas

iure do.Non obſt.d.l peculio.inducendo vt ſupra, quia Bar. videtur reſpõdere in d.rub.quem vide.nam ibi facit differentiam inter vniuerſitatem,quę conſiſtit ex meris corporibus, & inter vniuerſitatem,quæ conſiſtit etiam in iuribus,ſed per hoc non tollitur contrarium d.l.in rebus.niſi dixerimus Bar. voluiſſe ſentire,quod quando dos cõſiſtit in vno corpore tã tum,quod tunc dos poſſit vendicari, alias ſecus: tamen iſtud nõ eſſet tutum,quia vniuerſitas conſiſtens,vel apta conſiſtere in iuribus & creditoribus,licet redacta ſit ad vnum corpus tamen vniuerſitas non poteſt in totum vendicare,d. l.ſi peculium.& eſt bo.glo.in l. vendicatio gregis.ff.de rei vend. Et puto Bar.aliter intellexiſſe, dum facit d.diſtinctionem in præall. rubrica,videlicet quod res dotales,id eſt corpora bene vendi eari poſſunt, ita intelligitur d.l.in rebus.Sed dos ipſa non poteſt in totum vẽdicari,prout eſt ius vniuerſale,& iſta ſine dubio fuit intentio & mens ſancta D.Bar. Nõ obſtant ſol ſupra datę ad argumenta Bar. & primo ad d.l. ſi marito.§.fi.vbi eſt optimum fundamentum pro Bar.inquantum Bal.dicebat,ꝙ ibi fructus augerent dotem, ideſt veniunt in actione de dote, quæ eſt bonę fidei, ſicut in cæteris actionibus bonæfidei fructus veniunt eadem actione &c. quia cum reuerentia reſpondeo,iſtud non eſt verum,imo veniũt iudicis officio mercenario deſeruienti ipſi actioni bonæfidei. l. qui per colluſionẽ. ff.de ac.emp.gl.3 in l.4.circa fi.C.depoſi.Sed in d. l.ſi marito.§.fina.dicitur, quod fructus veniunt in actione de dote iure actionis, non autem officio iudicis. ergo non eſt verum dicere,quod fructus veniant in ac.de dote,quemadmodum in cæteris actionibus bonę fidei;ergo &c. Raph.tamen vtitur quadam diſtinct. in d.rub. de qua non curo: quia in nullo eſt vera,ſed ſto cũ Bar.per ſupradicta.Ex his infert Bar.
3 quod † procedit libellus generalis, in quo dos petitur, licet quantitas non exprimatur, ſicut in cęteris vniuerſalib.procedit libellus vniuerſalis, iuxta no.in l.1. ff. de eden. Item ſicut in cæteris vniuerſalibus fructus percepti medio tempore pẽdente iudicio veniunt eadem actione,non autem officio iudicis, eodem modo eſt in ipſa dote iuxta no.in d.l.1.alle.etiã l.fi.C.de ſen.quę ſine cer.quã.quæ iudicio meo parum facit, quia ibi non apparet, quod fuerit oppoſitum libello, nec ibi dicitur,quod ſi fuiſſet oppoſitum, proceſſiſſet libellus, etiã ſi res in eo ſpecificatæ non fuiſſent, imo potius videt d.l. fi. facere in contrarium,ſi bene põderetur.Nam ibi dicitur,quod ſententia incerta lata ſuper ipſa dote non ualet,ergo nec procedit libellus incertus, cui ſentẽtia debet eſſe conformis.l. vt fundus.comm.diui.facit,quia tria debent eſſe conformia, libellus,probatio,& ſententia, ſecundum Bal.in l.Pomp. § ſed ſi id.ff.de procur.& in l.1.& 2. C. de offic. aſſeſ. In hoc tamen
9 vult Bar. in l.fina. in fi. præall. † quod valet ſententia, in qua iudex condemnat maritum ad reſti. do. licet res ſpecificatæ non ſint,idem tenet Ang.ibi.Sed Bal.contra, & Sal.& Bal.in l.1.ſolu.ma.& in l.1.4. col. mouentur, quia licet appareat dotem eſſe datam, tamen ſententia eſt nulla, vbi per acta probatoria non conſtaret de certitudine:nam tunc valeret,dato quod iudex in ſententia expreſſe non ſe referat ad acta ordinaria,eſt doctrina Barto.in l.ait prætor.§.fina.ff.de re iudic.& ſic dictum Bart. procedit,quando per acta probatoria conſtaret de certitudine : alias contra eum fortiter ſtringeret d.l.fina.Eſt verum,quod cum Bar. ſimpliciter tranſit Matthæſ.in ſuo nota. 121. & bene ſecundum Raph. in d. rub.ff.ſol.ma.ex mente Barto.ſi bene ponderetur in d.l.fi.dicit, quod quando eſt incertum,an dos fuerit data, & quanta fuerit data, & tunc non procedit libellus, nec ſententia incerta:quia tũc eſt incertitudo reſpectu vniuerſi,& in his terminis loquitur d.l.
fina. Aut ſumus certi dotem eſſe datam, ſed ſumus incerti quanta ſit ipſa dos,& tunc procedit libellus vniuerſalis,& ſententia incerta: quia non eſt incertitudo reſpectu vniuerſi, & ita procedit opin. Barto. Et talis ſententia incerta poſtea declarabitur & liquidabitur in eius executione, vel ſi fuerit facta liquidatio in proceſſu,tũc ſufficit per ſupra proximè dicta.

SVMMARIVM.

1 *Dos uel contractus dotis,an ſit de iuregentium uel ciuili.*
2 *Actio quæ oritur ex contractu dotis, an ſit de iuregentium.*

V. QVAERO.

1 AN dos,vel†cõtractus dotis ſit de iuregentium. ADDIT. [De iuregen.Vide Ale.in l.eas obligationes.ff.de cap. di. & in l.quinque.de bo.damna.]vel ciuili?Bar.in rub.ff.ſol.ma. in fi.tenet,ꝙ ſit de iuregen,per l.eas.ff.de capi.di.quem tex.tenemenți,quia ſingularis eſt ſecundum Bal. Idem dicit Bart. in l.legitima.in 2.col.ff.de pac.& alleg.l.ad exactionem.Facit; quia non reperitur connumeratus inter contractus iuris ciuilis,qui enumerantur per glo.in l.ex hoc iure.ff.de iuſt.& iu.

Limita eſſe verum, quando incipit a traditione, ſecus ſi dos eſt conſtituta per ſtipulationem expreſſam re nondum tradita:quia tunc contractus dotis,qui fit per ſtipulationem, dicitur eſſe de iure ciuili.l.ex diuerſo.§.1.ibi,iure ciuili. ff.ſol. mat.alij dicunt,ꝙ ibi non dicitur de contractu dotis. Et vide
2 omnino Bal.in rub.C.de priu.do.& Bar.ĩ d.l.eas.† Et an actio, quæ oritur ex contractu dotis ſit de iuregen.vel ciu.vide Bal. in d.rub.de priui.do.

An autem contractus matrimonij ſit de iuregen. vel ciui. ponunt Mod. in l.j.ff.de iuſt. & iu.

SVMMARIVM.

1 *Contractus dotis,an ſit nominatus,uel innominatus.*

VI. QVAERO.

1 AN ſit cõtractus†nominatus.ADDIT.[Nominatus.No. ꝙ contractus dotis eſt nominatus, vt communiter tenent Doc.in l.legem.ver.quæro,vnum.C.de pac.Adde Alex. in §.Flauius.de ver.obl.] vel innominatus: Bar.in l. legitimã. ff.de pac.tenet,ꝙ ſit nominatus,& adde Bal. in l. ad exactionem.circa prin.C.de do. promiſ. &,Bar. in l. iuriſgentium.in fi.princ.ff.de pac.Et in hoc ar.Bal.variauit; quia quandoque dixit eum nominatum, quandoque innominatũ,vt per Bal. in l.legem.C.de pac.& in rub.C.de rer.perm.& in d. l.ad exactionem.& in l.ſicut.C.de act.& obl.& in l.qui aliena.§.quanquam.ff.de neg.geſt.Bal.in l.j.ff.ſol.matrim. dicit, ꝙ ſolum de iure Digeſtorum erat contractus innominatus: quia ſolum pro dote competebat actio preſcriptis verbis.l.j.in §.accedit. C.de rei vxo.actio.l.auia.C.de iu.do. Sed cum hodie ſemper fingatur ſtipulatio,dicitur cõtractus nominatus,& hoc quãtum ad ipſam mulierem, ſed quantum ad extraneum ſi pepigit dotem ſibi reddi debere, tunc ex illo pacto adhuc hodie ipſi extraneo competit actio præſcriptis verbis. d.§. accedit. Si vero ſtipulatus fuit, tunc competit ſibi actio ex ſtipulatione,nec eſt paciſcendum aliquid tunc de actione de dote. Cõmunis opin. eſt, quod ſit contractus nominatus,quia habet ſpeciale nomen,iuxta no.in rub.C.de rer. perm.

SVMMARIVM.

1 *Paraphernales res quæ ſint,& unde dicantur,& quid iuris habet maritus in eis,& qua actione repetentur, & de fructibus earum.*
2 *Fructus induſtriales ſunt ſegetes & uinum.*
3 *Seruorum opera dicitur fructus,uel ſaltem fructibus æquiparatur.*

VII. QVAERO.

1 QVæ ſint† paraphernales, & vnde dicantur, & quid iuris habet maritus in eis,& qua actione repetantur,& de fructibus earum.

Et dicũtur paraphernales a para,quod eſt iuxta,& pherne. ꝙ eſt dos,quia a muliere inferuntur iuxta dotem in domum viri.Et ſi quidem inferantur ea mente,vt fiant viri,erunt eius, alioquin remanebunt mulieris.In dubio tamen,niſi aliud appareat,non tranſit dominium in virum, licet viro tradatur, & ſcribat ſe accepiſſe.Traduntur enim quandoque, vt maritus cuſtodiat eas, non vt eius fiant, & ideo depoſiti conuenietur maritus, vel etiam mandati. Item rei ven. agi poteſt. Sed vbi translatum eſt dominium, vel agetur ex conditione certi,vel ſine cauſa, vel ob cauſam. Et iſtæ appellantur apud Gallos peculium,vt ff.de iu.do.l.ſi ego Seiæ. §.dotis. & habetur per Azo.in ſumma.C.de iure dot.in j.col.

Qualiter autem maritus poſſit mouere act. pro iſtis rebus paraphernalibus,vel ſe impedire de eorum adminiſtratione habetur per Cy.& Bal.in l.fi.C.de pac.& in l.maritus.C.de pecul.aliquid per Sal.in d.l.ſi ego.§. dotis.

De fructibus autem ipſarum rerum paraphernalium quæ in domum ipſius habitationis deferebantur,an vxor repetat ab hæredibus viri, vel eorum æſtimationem & de conſumptis pro communi vſu, concludo ꝙ non aliquo modo: nam aut dicti fructus ſunt induſtriales,& tunc non eſt dubium, ꝙ eos potuit vir in domo cõmuni cum vxore ſua conſumere, ar.eius,quod dicitur de vſuris in l.fi.in §.cæterum. C.de pac. conuen.cum eadem ſit rõ in fructibus induſtrialibus,ſicut in
2 vſuris,vt ibi bene probat Cy.Fructus † autẽ induſtriales ſunt ſegetes,& vinum,& idem in oleo,cum in eo quęrendo de hominis induſtria & ſolicitudine agatur.facit,quod no.in l.ex diuerſo.in gl.mag.de rei ven.& in l.certum.C.eo.licet de oleo,

vtrum

Source : BIU Cujas

vtrum sit fructus industrialis, vel naturalis. Bar. dubitet in l.pe.ff.ad legem Falc. Bal. tamen firmat in l pro oneribus. C. de iure do. quod sit fructus industrialis, aut illi fuerunt fructus naturales, in quibus quærendis modica vertitur industria, vt in pomis & castaneis, tunc licet glo.in d.l.fi.C.de pac. conuen. videatur dicere, quod sit mulieris, tamen Martin.Sil. in publica disputatione determinat contrarium, cuius opi. sequitur Bar.in suo consi.125.incip.quæstio talis est.

3 Et probat tali fundamento, quia† opera seruorum dicitur fructus, vel saltem fructibus æquiparatur, vt l.2.3.&4.ff.de operis seruorum.& l.quæsitum.§.2.ff.de aquir.rerum dominio. Et fructus seruorum æquiparantur fructibus naturalib. cum in operis seruorum acquirendis non versetur industria, sed istas a viro perceptas mulier non repetit, vt l.1.& l.si id quod.§.si quas.ff.de donat. inter virum & vxorem. ergo fructus naturales restituendi non erunt. Nec obstat l.pen.in princip.ff.ad legem Falcid. quia intelligitur de eo quod ibi remanet apud virum de ipsa sorte, hoc est de substantia bonorum non de vsuris vel fructibus, & ita tenet ibi glos.& quod dixi de usuris vel fructibus intelligo consumptis: quia si extarent, vel maritus esset factus locupletior cũ ipsis fructibus, & hoc placet mulieri, bene tales fructus essent restituendi, & ita debet limitari illud consilium Bar. secundum Ang. licet de Barto. mentionem nõ faciat in §.fuerat.Insti.de ac.in ver.debent etiam restitui. & de istis bonis paraphernalibus vide aliqua, quæ ponit Ro. in suo nota.24. ibi tamen parum boni allegat nisi l.si stipulatus.§.1.ff.de iure dot.

SVMMARIVM.

1 *Mulier an sit priuilegiata in bonis paraphernalibus sicut in dote.*

VIII. QVAERO.

1 AN mulier † in dictis bonis paraphernalibus sit priuilegiata ADDIT. [Sit priuilegiata. Adde hic, quod tenet Bar.Cœpol.in sing.versic.157.] sicut in dote.

Gl.2.in l. ego Seyæ. §. dotis.ff. de iure dotium tenet quod non: licet actio, quæ competit p dato nomine dotis quę tamen dos non fuit, priuilegiata sit, vt in eod.titu.l si sponsa.& istud tenet Sal.in d.§.dotis. & Bal.in l.fi. C de pac. conuen.

SVMMARIVM.

1 *Mulier dicitur habere quasdam res, quæ neq; dotales; neq; paraphernales sunt. Et si maritus percipit fructus talium rerum, an sint sol.ma ipsi mulieri restituendi. nu.2.*

IX. QVAERO.

1 QVædam sunt res † quæ neque dotales, neque paraphernales sunt, & si maritus percipit fructus talium rerum ante solu.matri. sint ne ipsi mulieri restituendi.

Et p notitia veritatis præmitto, quod huiusmodi bona differunt a dote, & a bonis paraphernalib. quia vir in istis non hẽt dominium sicut in dotalibus, nec administrationem ex tacita, neque præsumpta voluntate vxoris, sicut in paraphernalibus. Hinc est, q̃ quando vir agit pro vxore sua ad hãc terciam speciem bonorum, tenetur cauere de rato, vt l.maritus. C.de proc. secus quando agit pro paraphernalibus, quia nullam præstat cautionem, cum videatur habere voluntatẽ vxoris circa ipsorum administrationem, vt l.fin. C.de pactis conuen. & ibi glo. tangit hanc differentiam. Tunc ad propositũ de fructibus talium bonorum, quę sunt in tertia specie, Bar.in l.fi.ff.ad legem Falci. ponit, quando vir est vsus bonis vxoris percipiendo fructus, & consumẽdo eos de voluntate, vel cõtra voluntatem vxoris. Et in hoc ibi communiter transeunt cum eo. Casum autem dubium, quando non constat de volũtate vxoris: Doctores ibi non tangunt, de quo ad perfectum tractatum dicere debuissent.

Vnde ego dico, quòd vir non lucratur fructus, neque extãtes, neque consumptos, neq; naturales, neq; industriales, sed tenetur eos restituere mulieri, & de his propriè loquitur. l.penul.in princ. ff.ad legem Falcid. nihil extra subaudiendo, & nullam vim faciendo literæ. Et est ratio; quia horum bonorũ fructus vir non intelligitur consumere de voluntate. Et hoc probo ex multiplici præsumptione.

Prima ex communi natura, quæ est, ne quis velit res suas iactare l.cum de indebito.cum vulgarib.ff.de probat.

Secunda præsumptio sumitur ex propria natura mulierũ: quia earum genus auariissimum est. l. si ego.ff.ad Velleia. & quia taliter entia agunt secundum propriam naturam & solitum & communem eorum morem l.non omnis.§.a barbaris. ff. de re milita.

Tertia præsumptio sumitur ex congruenti personarum cõditione, quia decet viros sustentare vxores de propriis, vel de fructibus bonorum dotalium, non viros ab vxorib. sustentari.l.ex anno.ff. de don. inter vir.& vxo.l.si cum dotem.§.sin autem.ff.sol. ma. & est expressum in l. si stipulatus. §. 1. ff. de iu.dot.& ibi no.gl. in verbo, contra naturam.

Quarta præsumptio sumitur ex personarum coniunctione & qualitate earum: quia inter virum & vxor. est quædam coniunctio habens annexam reuerentiam ex parte vxoris, propter quam ex patientia resultat præsumptio dissensus, seu voluntatis coactæ.l.1.§.quæ onerandæ.& ibi Bar.ff.quarum rerum actio non datur.& scribit Bar.in l.quæ dotis.in vlti.col.ff.sol.mat. Facit etiam, quia consumptio bonorum mulieris est ei præiudicialis, vnde videtur dissensisse.l.1.ff de fur. & l.2.C.de acquir.poss. Accederet etiam ætas pro ipsa muliere, si esset minor, cui non licuisset expresè, ideo eius voluntas non curatur.l.1.§.vnde quæritur.ff.de tur.& ratio. distra. l.fi. C.si ma.fac.ra.habuerit.& l.lex quæ tutores. C. de administr.

2 tu. Ex quibus concluditur† hæredes viri teneri dictæ mulieri reddere rationem fructuum prædictorum, cuius effectus est, vt restituantur, vel eorum æstimatio, quos non apparet esse versos in vtilitatem, nec necessitatem mulieris.l.2. C. de neg. gest.l.si libertus. ff de cond.& demon.l.cum seruus.eo.ti.nec intelligitur versum in vtilitatem vxoris, si vir conuertit in alimenta sua & vxoris, quia ad ipsum virum spectabant talia onera. vnde seipsum releuasse videtur, & in tantum esse locupletior.l.in summa.§. instrumento.ff.de cond. indeb. & ideo bene aduertant viri, qui habuerũt dotem vxoris suæ, quę postea succedit patri suo, & vir administrat talem hæreditatem, quę dicitur esse de ista tertia specie bonorum.

SVMMARIVM.

1 *Dos diuiditur, quia alia est profectitia, alia aduentitia.*

2 *Dos profectitia dicitur, quæ a patre, & tanquam a patre, vel auo, vel proauo paterno, idest de bonis eius profecta est pro filia, nepte vel pronepte.*

3 *Dos aduentitia quæ sit.*

X. QVAERO.

1 DOs diuiditur, † quia alia profectitia alia aduentitia, circa quod vide omnino totam l.profectitia ff.de iu.dot. vbi habes aliquos casus no.& ibi per Sali. & per Azo in summa, de iure do.in 1.col. aliqua autulum plenius per Hostien.in sum.de do.inter vi.& vx. §.vlt.

2 Et dicas, q̃ † dos profectitia dicitur, quæ a patre, vel tanquã a patre, vel auo, vel proauo paterno .i. de bonis eius profecta est pro filia, nepte, vel pronepte, vt d.l.profectitia. & intellige de filia in potestate constituta. Si verò sit emancipata, adhuc, quo ad quædam dicitur profectitia, videlicet quantũ ad no. in l.filiæ.ff.sol.matrim.& in l.si ab host. eo.ti. non tamen quo ad ius: quia actio est propria ipsius filiæ, vel neptis emancipatæ, vt no.in l.2.§.quod si in patris.ff.sol.matrim.no. Cy. in l.1. §.accedit. C.de rei vxo. act. Ex quod dixi a parente profecta, declara, siue ipse dederit, vel iusserit alium dare, vel eius procur. dederit, vel eius negotiorum gest. & ipse ratum habuerit. Idem si proc parentis prodigi, vel furiosi dederit, vel prætor, vel præses, vel etiam si quis parenti donaturus exhibuerit pro dote eius filiæ, nepti, vt de his omnibus est casus in d. l.profectitia.

Quod autem dixi, vel de bonis eius, intellige veritate inspecta, & ideo dicit tex.in d.l.profectitia.§.si pater. ver. q̃ si legitimè, q̃ si parens repudiauit legatum sibi factum, vt apud generum, qui erat hęres legantis, remaneret dotis causa, q̃ tunc non dicitur profectitia: quia pater nihil erogauit de suo patrimonio. Sed secundum glo. ibi potest dici profectitia attenta fictione: quia patris facto dos est constituta, vt probatur in ea.l.in princip.ibi, vel de facto eius.& ad hoc allego.l.si nuptura.§.fi.ff.de fun.do.& bonum tex.in l.3.§.fi. ff.de do.inter vir. & vxor.& quod no.Bal.in l.singularia.ff. si cer.pet. Et facit vrgens ratio: quia illud dicitur profectitium nedum, quod a patre realiter profectum est ad descendentem, sed etiam quod ab alio, contemplatione tamen patris: quia tunc ex substantia patris esse videtur.l.a Titio.ff.de acq.hær.l.si plures.§.in arrogato.ff.de vulg.& pupil.no. glo.in l.cum oportet. §.1.C.de bon.quæ libe. Et contemplatione patris in dubio intelligitur relictum, si de eo fuit facta mentio in dispositione, vt tenet Dy.in l.cum aliquis.C.de iure delib.& in l.fi.ff.de cond & demonst & ita debes intelligere, quod dixi supra, & si aliquis parenti donaturus. &c.

Source : BIU Cujas

Et ex hoc quidam inferunt, quod si aliquis legauerit centum filiæ Semponij pro ea maritãda, ꝙ esset in dubio dos profectitia propter id quod habuit mentionem Sempronij. Sed in contrarium facit l.fi.in fi. C. de usufr. vbi fuit facta mentio patris; tamen in dubio vult, ꝙ censeatur relictum cõtemplatione filij, quasi mentio patris sit facta causa demõstrationis. l.his verbis.in fi.ff.de hæred.instit. Posset dici, ꝙ præcedẽs opi. posset procedere, quando esset relictum sub ꝯmemoratione patriæ potestatis, puta filiæ existẽtis in potestate Sempronij eius patris: ita est de mente Bar. in l.si filio. ff. de do. cã mor. per l. filio. ff. de cond & demon. Tamen aduerte: quia ibi non simpliciter sub commemoratione patriæ potestatis reliquit, sed conditionaliter, si in patris potestate mansisset.

Præterea illo tempore quicquid quærebat filius, quærebat patri. l.placet. de acq.hær. ideo de facili eius contemplatione præsumebatur relictum, cui de necessitate erat acquirendũ: sicut hodie videmus in seruo. l.cum quid. C. de iu. delibe. & iõ de iure fforum dico, ꝙ idem erat in filio, cui simpliciter relinquebatur sub commemoratione patris, non dico patrię potestatis, quicquid dixerit Bar. in d.l.si filio. Sed hodie cum filius acquirat sibi quò ad ꝓprietatẽ, videretur sic dicendũ ꝙ nũc. Aut loquitur in alio relicto quam dotis, & tunc si fiat mentio simpliciter patris, nõ censẽt relictum cõtemplatione pris. Sed videtur facta eius commemoratio causa demonstrationis, vt supra dixi. Si vero relinquitur sub commemoratione patriæ potestatis, tunc quò ad usumfructum censetur relictũ factum contemplatione patris, cui quæritur, non quo ad proprietatem, & sic proprietas non erit profectitia. & hæc theorica colligitur ex præmissis. Si vero tale relictum fit pro dote, tunc siue simpliciter, siue sub commemoratione patriæ potestatis non censebitur relictum aliquid contemplatione patris, cum in dotibus ab extraneis prouentis non habeat pater aliquod ius, neque usumfructũ, cum ex iuris dispositione totum sit filiæ, sim. l. Pomponius Phyladelphus. ff. fam. ercis. & ideo isto casu, quãdo sumus in dubio, commemoratio patrię potestatis videtur facta causa demonstrandi.

3 † Ex prædictis de facili habetur, quæ dicatur dos aduẽtitia, quia dicitur illa, quæ relinquitur, seu datur ab alijs personis, quam supra dictis. no. bene prædicta.

SVMMARIVM.

1 *Dos a quo constituatur.*

XI. QVAERO.

1 A Quo † constituatur. ADDITIO. [Constituatur. Nota hic, quod dos debet cõstitui & dari a patre filiæ. l. Pompo. ff. fami. ercis. & erit ea pręcipua, etiam si postea instituatur hæres cum alijs filijs. Item ex quibus constituatur dos profectitia, gl. & Bal. in l.auia. C. de iure dotium.] dos. Est sciẽdum, ꝙ aliqñ dos ex voluntate, aliqñ ex necessitate. Nam ex voluntate ꝯstituitur dos a quacunq; muliere, vel quocunque alio quam uis extraneo eius nomine. l. promittẽdo. 2. respõso. ff. de iu. dot. l. 1. §. extraneum. C. de rei vxo. actio. ex necessitate autem constituitur ab aliquibus personis, de quib. infra per sequentes quæstiones.

SVMMARIVM.

1 *Vxor si promittat aliquid viro, an præsumatur promisisse ex causa dotis.*

XII. QVAERO.

1 SI mulier † promittat aliquid viro, an præsumatur promisisse ex causa dotis. Bar. in l.1.in 4. colum. ff. sol. mat. videtur dicere quod sic, si illud tacite agitur. & ita ipsa intelligit. l. quod autem. ff. de iure dot. vt ibi no. glo. vt quia in instrumẽto Titia sub commemoratione matrimonij dicat, quod ipsa intendẽs nubere Seio promittit ei &c. Idem no. Bald. in rub. C. de priuil. do. in princ. & plenius Bar. in sua disput. inci. quædam mulier habens amplum patrimonium. vbi dicit, ꝙ dic. l. quod autem, potest intelligi propter prędcedentem contractum matrimonium fuisse factam illam promissionem ex causa dotis. Idem tenet Bal. in l fina. C. de sent. quæ sine cer. quanti. & in l. mulier. C. de iure dot. Et de hac q. etiam aliquid inferius tangam.

SVMMARIVM.

1 *Pater an teneatur indistincte dotare filiam.*
2 *Comitissa quantumuis magna si nubat Doctori, non dicitur nupta indigno.*
3 *Filia, quę peccat in corpus suum, nec ali, nec dotari debet a patre.*
4 *Filius, qui commisit ingratitudinem, adeo quòd exhęredari potest, si pœnitentiam agat uiuo patre, non poterit exhæredari.*

XIII. QVAERO.

1 AN pater teneatur † indistincte dotare filiam. Videtur quod sic, glo. in l. obligamur. § lege. ff. de act. & obl. quę dicit, quod postquam filia est maritata potest implorare officium iudicis, vt cogatur pater eam dotare. Plus etiam sentit ibi gl. ꝙ pater sit obligatus, quod tamen reprobat ibi Bar. ꝙa solum officium iudicis competit filiæ, vt cogat patrem dare dotem. l. qui liberos. ff. de ritu nup. Quod officium iudicis nõ præsupponit obligationem. l. qui per collusionem. ff. de actio. emp. Reprobat etiam Bar. illam glo. dicens, quod licet pater possit cogi ad constituendum pro filia, antequam sit nupta: tamen postquam est nupta, non potest cogi ad ipsam dotandam, quia ideo cogitur dotare, vt nubat: ergo ipsa nupta cessat causa, & per consequens cessare debet legis effectus. l. ꝙ dictum. ff. de pac. cum vulgaribus. Et hæc intelligit vera, saluo nisi promisisset filię dotem, vt habere posset maritum, quia tunc pater posset cogi, licet filia esset nupta. ita tenet Bar. in auth. res quæ. C. cõmunia de leg. & ibi Sal. & Bar. in l. cum is. §. si mulier. de cond. indeb. & d. Abb. in c. 1. extra de adult.

Secundo limitat prædicta Saly. in d.l. qui liberos. qui dicit esse de intentione Bart. nisi pater fuisset negligens in tradẽdo filiam nuptui, & filia excessisset 25. annos, tunc si nubat etiam sine consensu patris, tenebitur eam dotare: quia tunc habet quid suæ tarditati ascribat, per auth. si post. a contrario sensu. C. de inoffic. testam. scilicet quando filia non peccauit in corpus suum.

Tertio limitat Bal. in l. fi. ff. sol. mat. prædictam opin. procedere, quando filia nupsisset indigno sine consensu patris: quia tunc posset ei dotem denegare, allegat l. 3. §. si emancipatus. ff. de contrata. sicut ibi filius potest exhæredari, qui vxorem duxit indignam. Idem tenet glo. in c. de raptoribus. 36. q. 1. & D. But. in c. accedens. de proc. Tene menti vnum notabile dictum Sal. per illum tex. in l. prouidendum. C. de postu. quod

2 † quælibet magna Comitissa, quę nuberet Doctori, non dicitur nupta indigno, & ibi Cy. ponit multa, in quibus sciẽtia legalis nobilitat hominem. Adde tamen, quod Imo. in d.l. 1. ff. sol. matrimo. dicit, quod ista non est iusta causa, propter quã pater posset dotem denegare: quia cum hodie ista non sit iusta causa exhæredationis, licet olim secus per d. §. si emancipatus, qui hodie corrigitur per §. causas. in Auth. vt cum de appel. cog. vbi nubere indigno non enumeratur inter causas exhæredationis. bene verum est, quod minor dos potest ei constitui: quia cõditio filiæ indigne nuptę dicitur esse denigrata. & ideo non debet tãtam dotem habere, arg. d. §. si emancipatus. Confirmo, quia ex eisdem causis possunt alimenta denegari, ex quibus quis exhæredari potest, vt est glo. no. in l. si quis a liberis. §. si quis ex his. ff. de lib. agnos. quæ quidem extenduntur ad materiam præstationis dotis, vt per Bal. in authen. res quæ. ergo cum dicta causa nubendi indigno, non sit iusta causa exhæredationis. d. §. causa. ita nõ denegationis dotis, aut alimentorum, licet forte posset dos minor ꝯstitui, vt dixi. Aduertatis: quia opin. glo. in d.l. obligamur. §. lege, videtur melior, quam opin. Bar. de qua supra, primo per d.l. qui liberos. vbi pater astringitur ad duo, videlicet ad maritandũ, & ad dotandum, & ideo licet primum misit impletum, cogitur nihilominus implere secundum, argu. l. si hæredi plures. ff. de condi. inst. Item quia non videtur cessare ratio in filia iam nupta: quia dos est necessaria ad sustinenda onera matrimonij, vt est bonus tex. in l. assiduis. §. excep. C. qui pot. in pign. hab. & istud tenet Bar. in l. nuptura. ff. sol. ma. sic est sibi contrarius. & Imo. in l. 1. ff. solu. matrimon. Istud etiam tenet Sal. in l. 1. §. 1. C. de rei vxo. actio. & Ang. in §. fuerat. Insti. de ac. in versicu. in glo. cum ipsa. in prin. Idem Bal. Ang. & Imo. in l. mulier. §. penul. ff. ad Trebellia. Mattheſi. in no. 106. & Bald. & Salyc. in l. fina. C. de dot. promiſſ. Et plus videtur de iure canonico, quod filia potest contrahere sine consensu patris, vt no. glo. in l. Pau. alias incipit, eum qui. ff. de statu homi. Et hoc casu si contrahat sine voluntate eius, cogetur pater eam dotare. glo. est notabilis in cap. hoc sanctum. 32. quæstio. 2. vide Bald. & Ro. in l. 1. ff. sol. mat. & per Bald. in l. fin. C. de senten. quæ sine cer. quanti. & in auth. res quæ. C. comm. de leg. & in c. cum is. §. si mulier. ff. de condic. indeb. bona glo. in d.c. de rapto.

3 †Prædicta vera, nisi filia peccauerit. ADDIT. [Peccauerit. Nota hic, ꝙ filia meretrix potest exhæredari a patre, vel matre. l. filiam. & ibi Bar. & Doc. C. de inof. test. & in l. in arenam. eo. ti. nisi mater sit meretrix, secundum Bal. ibidem.] in corpus

pus ſuum,quæ nec ali,nec dotari debet a patre,vt no. Spe. in ti.qui fil.ſint leg.§ pen.ver.quid ſi filia peccauerit.Et idem tenet Bal.in d.l.fi.C.de dotis prom. Et hoc intellige, niſi pœnitentiam egerit ſecundum Spec.vbi ſupra in verſ.Quid ſi pœnitentiam egerit.& qualiter debeat eſſe iſta pœnitentia,vide bonum tex.in l.imperialis.C.de nup.& 50.diſt.c.ferrum. & vide omnino Bal.in l.ſi filia.C.de inoffi.teſta.

4 Ex his inferri poteſt,† ꝙ filius,qui ingratitudinem commiſit,adeo ꝙ exhæredari poteſt,ſi pœnitentiam agat viuo patre, vel ante teſtamentum conſtitutum,non poterit exhæredari. Secundo, quod nec ſibi alimenta poterunt denegari, quod perpetuo no. Et ad hanc quæſt. de filia nupta ſine conſenſu patris,vide quod pulchre conſuluit D.Abb.de domina Tymbor.in ſuo conſil. 12. incip. Ieſu Chriſti &c. vt clarè materia thematis.in 2.col.

SVMMARIVM.

1 *Pater an poſſit dotare filiam in fraudem creditorum.*

XIIII. QVAERO.

1 AN pater poſſit dotare † filiam in fraudem creditorum. Conclude ꝙ non:quia æs alienum etiam legitimam filij antecedit.l.Papinianus.§.quarta.ff.de inoffi.teſtam.Sed ſi dotauerit, & gener fraude non participauerit, non tenetur ipſe,alias ſecus,vt eſt bonus caſus in l.2. C. de his quæ in frau. cred.Sed ipſa filia ſemper tenetur, cum dos fuerit ad eam ſol. mat.reuerſa,tex.eſt nota.& ibi Bar.in l.fi. §.1.ff. de his quæ in frau.cred.ſecus eſt in liberto,vt eſt tex.in l.1.§.ſed ſi libertus. ff.ſi quis in fra.pa.vide quod no.Ang. in §.item ſi quis. Inſti. de actio. & quod infra tangam in quæſt. de filia vſurarij, vbi latius proſequar.

SVMMARIVM.

1 *Dos ſi ſit conſumpta,an pater teneatur iterum filiam dotare.& nu.2.*

XV. QVAERO.

1 SI dos† eſt conſumpta, an pater teneatur iterum illam dotare? Gl.in l.2.§.1.in verbo dos.ff.ſol.mat.tenet ꝙ quomodocunque dos perdatur,pater tenetur iterum dotare:tamen communis concluſio Bar.Ang. Imo.& Mod. in l. ſi cum dotem.§.1.eſt, quod ſi filia fuit in culpa in perdendo ipſam dotem,pater non tenetur iterum filiam dotare, auth. quod locum.C.de col.& arg.l.etiam.§.1.ff.ſol.mat. Quod limito,niſi in caſu d.l.ſi cum dotem. §.1. videlicet, quando ipſa dos fuiſſet ſoluta ipſi filiæ ſine voluntate patris, quia licet tunc filia conſumpſiſſet dolo ipſam dotem, tamen pater tenetur adhuc ipſam redotare: eo quia non agitur de præiudicio ipſius patris,ex quo pater habet regreſſum contra ipſum maritum, vt no.in d.§.1.Sed ſi dos perdita eſt ſine culpa mulieris, tunc pater tenetur illam dotare, quia officium paternum eſt dotare filiam.l.qui liberos. ff. de ritu nup. & conſeruare dotem filiæ,authen.ſed quamuis.C.de rei vxo. actio.& l.fi. C. de do. promiſſ.Idem ſentit Bart. & Bal.in d.authen.quod locum.& Ang.in l.pater filiæ.ff.de cuictio.& iſtud onus non tantum reſpicit patrem, ſed reſpicit ſuum patrimonium, & per conſequens licet pater decedat relictis hæredib.etiam extraneis,& ſi dos eſt conſumpta ſine culpa filiæ, tenentur dicti hæredes de bonis patris iterum dotare.Et vide Ang. in §. fuerat.Inſti. de actio.in ver.in ea.glo.ibi,quia vero.

Addo declarando quod Cy.in d.auth.quod locum, tenet
2 ꝙ† pater non tenetur redotare filiam, quando ipſam dotem conſumpſit dolo, vel culpa lata: ſecus vero ſi conſumpſiſſet culpa leui. Sed Bal.& communiter moderni ibi tenent contrarium,quod puto verius,& ideo ſupra dixi ſimpliciter, quãdo ipſa filia culpa ſua perdidit dotem, quod intelligo ſiue lata,ſiue leui;ſecus tamen ſi leuiſſima,vide ſ. prox.2.

Et iſta poſſunt notari ad quæſtio. ſi pater ſoluit legitimam filio, qui eam perdidit,an tenetur iterum ipſi filio dare legitimam, ex prædictis patet', cum de dote ad legitimam ſit validum arg.videatur per nouiſ.in d.l.ſi cum dotem. §.1.

SVMMARIVM.

1 *Pater dotans filiam in dubio,an uideatur eam dotare de bonis ipſius patris, an uero filię.limita hoc, ut nu.2 3.4.5.*

XVI. QVAERO.

1 AN pater dotans† filiam in dubio videatur eam dotaſſe de bonis ipſius patris,an verò filiæ? Gl.in l.1.ſol.mat.dũ enumerat ſpecialia,ꝙ de bonis patris promiſſa creditur. Idẽ ibi Bar.in 3.col.allegat,quia officium paternum eſt dotare filiam. Adde,quod ideo gl.dixit hoc eſſe ſpeciale in dote, quia alias pater habens bona aduentitia filij & ſoluens aliquid pro filio,in dubio videtur ſoluere de bonis ipſius filij, vt l.filius. ff.de pet.hær.& l.Neſennius. ff.de neg. geſt. eſt ergo ſpeciale in dote,vt l.fi.C.de do.prom.vbi plus dicitur, quamuis pater expreſſe aſſeruerit ſe dotare filium in bonis ipſius filiæ, tamẽ intelligitur de bonis ipſius patris, non filiæ.

2 Limita primò,niſi pater eſſet inops, vt ibi.

3 †Secundo limita, niſi filia legitimè conſentiat. l.profectitia.§.fi.ff.de iu.do.nec diſtinguitur,an filia ſit emancipata,vel non ſecundum gl.ibi.

4 †Tertiò limita, niſi pater gereret negotia filiæ: quia tunc eam dotando etiam in dubio præſumitur de bonis filiæ eam dotaſſe, ſecundum Bar.in d.l.Neſennius.per tex.ibi, & glo.in d.l.fi.& faciunt no.per Bar.in l.alimenta,C.de neg.geſt.Adde tamen,ꝙ Imo.in d.l.1.in 4.col.ff.ſol.mat.in hoc tenet cõtrarium tam in filio in poteſtate, quam emancipato: ſecus in extraneo,& tunc procedit d.l. Neſennius . & ſic ad illam reſpondeas.Vel aliter non ob.d.l.fi.& d.l.alimenta.quia loquũtur in perſona,quæ præſtabat alimenta,ad quæ præſtanda nõ poterat cogi.nos autem ſecus,vt ſupra dixi.Pro opinio.Imo. facit optimè quo ad extraneum gl.in d.l.fi.in verbo,paternũ. Item pondera rationem d.l.fin.quæ eſt, ꝙ pr̃ cogit̃ dotare filiam,quæ rõ militat , ſiue pr̃ fuerit negotiorum geſtor filiæ, ſiue non.Et cõtra Bar.facit d.l.profectitia.§.f.ſi rectè inſpicia tur.Item contra Bar. facit : quia clarum eſt, ꝙ pater tenetur dotare filiam.d.l.fin.& l.qui liberos.de ritu nup. & hoc indiſtinctè,ſiue pater ſit negociorum geſtor,ſiue non.d.ll ſed traditioni quæ fit ex aliqua neceſſitate non poteſt apponi aliquod pactum expreſſum.l.ſi intra,& l.in traditionibus, ſupra de pactis.ergo minus poteſt apponi tacitum, & ſic multo minus præſumptum,vt præſumatur dotaſſe de bonis filiæ. Item & contra Bar.pondera tex.in l.fi. ibi, quocunque alio modo actionem contra patrem,Rom.etiam in d.l.1.addit plures rationes contra Bar.& dicit,ꝙ totus mundus eum reprehẽdit. Et hanc opi.contra Bar.probo vltra omnes per tex. in l. fi. C. de alim.pup.præſtan.& per id,quod voluit ipſemet Bar.per illum tex.in l.cum ſeruus.in 2.col.ff.de verb.oblig.& vide bo. tex.in l.fi.C.de dona.ante nup.vbi loquitur in patre, qui erat legitimus adminiſtrator,eadem videtur ratio,ſi fuerit merus neg.geſt. filiæ.

5 Quarto limita,niſi†in patre naturali,'qui in dubio non videtur dotare filiam naturalem de bo.ipſius patris ſecundum Bal.in l.Mæuius.§.duob.el 1.de leg.2. & ita dat iſtum intellectum ad tex.in l.vxorem.§.pater naturalis.ff.de leg.3.& de cuius veritate dicam infra proxima quęſt.Et ſi aduertas,ille tex. facit potius contra Bal. Nunquid autem dicta ſupra in patre habeant locum in auo, qui dedit dotem ſimpliciter pro ipſa nepte,vt intelligatur ipſam dotaſſe de bo.propriis, Docto.ꝙ ſic,per caſum.l.dedit dotem.ff.de col.bon.

SVMMARIVM.

1 *Pater naturalis an teneatur dotare filiam.*
2 *Pater tenetur alere filium etiam ſpurium de iure canonico.*
3 *Furioſus uel mentecaptus ſi contraheret matrimonium de facto,& ſic haberet filiam, ſi poſt reuerteretur ad ſanos mores,tenetur illam indiſtincte dotare.*

XVII. QVAERO.

1 AN pater naturalis † teneatur dotare filiam? Bar. in l.1. in 3.col.ff.ſo.ma.tenet quod non,per l.vxorem.§.pater naturalis.ff.de leg.3.idem Bal.ibi,& Imo.in 3.col.& Bal.in authen.res quæ.commu.de leg.& in l.fin.C.de dot.promiſ.& in l.qui liberos.in reportatis antiq.ff.de ri.nup. Et ita ſe habet cõmunis opin.quam etiam ſequutus eſt D.Iac.Put.motus,quia pater naturalis non poteſt aliquid donare filio naturali tantum.l.1.C.de natu. liber. Sed ipſa filia dicitur habere titulum lucratiuum in cauſa ipſius dotis.l.ex promiſſione.ff.de actio. & obl.l.ait prætor.§.ſimiliter l.fin.§.ſi a ſocero.ff.quæ in frau. cred gl.in l.ſi donaturus.ff.de cond. ob cau. omnino vide ad hoc,quod voluit Bar.in d. §. ſi a ſocero. in quæſt.an creditores parris poſſint reuocare data in dotem pro filia, tanquam in fraudem ipſorum creditorum factum fuerit &c. Ex qua no. ꝙ licet pater naturalis teneatur filiam alere,auth.licet.C. de natu.lib. tamen non tenetur eam dotare. Et ſic infero, ꝙ non procedit arg.de alimentis ad dotem ſecundum Ange.in l.a filia.ff.ad Treb.& ſecundum Imo.& Ro. in l.1. licet Doct. in pluribus locis vtantur illo argu.vt Cy.in d.l.fi.& in l.omni.

C.de

C. de administ. tut. & in l. mater. & ibi Bal. C. de iure do. & per Bar. in l. fi. C. de his qui. vt indi. de quo arg. an procedat tangã inferius in loco suo. Alij dicunt, ꝙ pater naturalis non tenet dotare filiam, quando habet vnde possit se alere, ita intelligitur d. §. quia naturalis pater habebat fideicom. alias verò alere eam tenetur sic, & tenetur in dotem dare tantum, quod ad alimenta sufficiat, secundum Bal. in d. l. mater. & Ro. in d. l. 1. ff. sol. mat. Et hæc opin. in dubio videretur amplectenda, arg. l. in ambiguis ff. de re. iu. Non ob. arg. D. Iac. quia si illud esset verum, sequeretur, ꝙ pater legitimus & naturalis non posset cogi dotare filiam, ex quo simpliciter non potest aliquid donare ipsi filiæ. l. donationes quas in parentes. C. de do na. inter vir. & vxo. Item ex illo arg. sequeretur, ꝙ pater naturalis non posset voluntariè dotare ipsam filiam naturalem, contra d. §. pater naturalis.

2 Ex his videtur inferri, ꝙ †sicut de iure cano. pater tenetur alere filium etiam spurium, tex. est sing. in c. cum haberet. eẽ, de eo qui dux. in ma. quam pollu. per adul. licet secus de iure ciuili. auth. ex complexu. C. de incest. nup. ita & dotare filiam. Et ita propriè in dote firmant in terminis Bar. & Imo. in l. Mœuius. §. duobus. el 1. in 3. q. de leg. 2. & Bar. in l fin. §. a socero. ff. quæ in frau. cred. & Bar. in d. auth. ex complexu. & in d. l. fin. ff. de his qui. vt indi.

Aduertatis quia istud fortè procederet in terris ecclesiæ, vbi seruatur ius canonicum, non autem ciuile, & ita reperio dixisse Imo. in l. ex facto. § si quis rogatus. ff. ad Trebellianum.

Dubito: quia contra prædicta facit, ꝙ licet pater teneatur eam alimentare, non sequitur, ergo & tantum in dotem dare, quod ad alimenta sufficiat: quia annua, & menstrua præstãtur alimenta. l. pecuniæ. ff de alim. leg. no. Bar. in l fi. ff. de libe. agno. Sed dos vnica præstatione dari debet, ergo non parum interest patris, iuxta no. in l. hæredes. §. idem iure. ff. fam. ercis. Et ideo forte sufficeret, si offert ei alimenta, & ita debent prædicta intelligi, quia si non vult alere, tunc tenebitur tantum in dotem dare, secus si vellet potius præstare alimenta, quod nota.

3 Vnum etiam tene menti, ꝙ †si aliquis furiosus, vel mentecaptus contraheret matrimonium de facto, & haberet filiã, si postea reuerteretur ad sanos mores, tenetur illam indistinctè dotare secundum Bal. in d. auth. res quæ. in fi. 1. col. ar. l. ad hoc. §. fi. ad Treb. Aduerte tamen: quia si postquam resipuit, perseuerauit in eodem matrimonio, talis filia deberet dici legitima. Sed quid si non perseueraret, cogita.

SVMMARIVM.

1 *Auus an teneatur neptem dotare.*

XVIII. QVAERO.

1 AN auus teneatur †neptem dotare? Distingue in auo paterno ꝙ sic, sed in auo materno, secus. & ita saluatur gl. in l. fi. C. de do. promis. quæ dicit, ꝙ auus non tenetur dotare neptem, quia intelligitur in auo materno: quamuis Bar. in d. l. 1. in 3. col. ff. sol. matr. reprehendat ipsam gl. limita prædicta secundum Bal. in auth. res quæ. C. communia de leg. nisi filius haberet, vnde dotaret filiam ex se natam: quia tunc ipse filius tenetur, & non auus, sicut in alimentis decidit Bar. in l. non quemadmodum. ff. de lib. agno. Et hoc sequitur Rom. in d. l. 1. & Sal. in l si filius in id. ff. ad Maced. alleg. l. pater. cum gl. ff. de euict. idem Bal. & Sal. in l. fi. C. de do. promis. & Spec. in tit. de iud. §. sequitur. versi. quid si vnus. in 4. par. idem Bal. in dicta l. pater.

SVMMARIVM.

1 *Patruus an teneatur dotare neptem.*

XIX. QVAERO.

1 AN patruus † teneatur dotare neptẽ? Ang. & Imo. in d. l. 1. ff. solu. ma. concludunt quòd non. Nec ob. l. & si nihil. ff. de in rem verso. quia loquitur in neptè quò ad auum. & ita illam l. intelligit Bald. ibi, & Salic. in l. si filius in id. ff. ad Macedonian.

SVMMARIVM.

1 *Frater habens filiam si eam dotauit sciente & consentiente fratre de communibus bonis, an in dubio uideatur consentire frater animo donandi, ita vt non possit postea in diuisione petere illud.*

XX. QVAERO.

1 FRater habens †filiam si eam dotauit sciente & consentiẽte fratre de communibus bonis, an in dubio videatur cõsentire frater animo donandi, ita vt non possit postea in diuisione petere illud? Pau. de Cast. consuluit ꝙ sic, per l. cum is. § mulier. de cond. inde. iuncta l. 1. §. accedit. C. de rei vxo. act. alij allegant ad hoc tex in l. si seruus communis. ff de donat. inter vir. & vxo. l. creditor. ff. man. Et istud in terminis firmauit Io. Fa. in d. l. fin. C. de do. promis. secus dicit, si frater, idẽq; patruus stetisset in finibus simplicis promissionis: quia tunc videtur promisisse tanquam de bonis suis, scilicet dotantis, & animo repetendi.

Vnum volo te notare, ꝙ si frater de communibus bonis emeret vxori iocalia, vestes, festucas, & similia, tunc frater tacens non videtur consentire animo donandi; quia nec ipse marirus videtur donare. l. si vt certo. §. interdum. ff. commo. quod no.

SVMMARIVM.

1 *Filius an teneatur dotare matrem.*

XXI. QVAERO.

1 AN filius †teneatur dotare matrem? Ang. in l. 1. ff. sol. ma. dixit ꝙ non, per l. tut. secundum dignitatem. §. fin. ff. de adm tu. Item quia ipsa nubente contristantur filij primi mri monij, vt in §. soluto. in Auth. de nup. & in Auth. de nõ elig. 2. nub. §. Gregoriana. versi. prospeximus. contristantur & amici viri secundum Ange per d. iura. Sed certè ibi non probatur si bene aduertatur secundũ Imo. adde ꝙ ꝑ prædictis facit l. 3. & ibi per Gul. & Ang. C. de præscrip. lon. temp. & tex. in l. 1. §. pen. & ibi Bal. ff. de tu. & ra. dist. quem tex. etiam allegat Bal. in l. 1. in fi C. de inoffi. do. & vide Bal. in l. si matre. C. de iu. do. & in proœ. digestorum. & in l. qui liberos. ff. de ri. nup. Adde tàmen, ꝙ filius tenetur matrem alere, si non habet aliunde. l. si quis a liberis. §. parens. ff. de lib. agno.

SVMMARIVM.

1 *Mater an teneatur dotare filiam.*

XXII. QVAERO.

1 AN mater teneatur †dotare filiam? Dic ꝙ nõ regulariter l. mater. C. de iure do. Sed Cy. & Bal. ibi, & in authẽ. res quę, C. communia de leg. limitat illam l. nisi pater esset inops, sicut dicimus in alimentis. l. si quis a liberis. §. 1. versi. ergo in matrem. ff. de libe. agno. & no. in l. alimenta, C. de neg. gest. & arg. l. cum in plures. §. pen. ff. de admi. tu. arguendo a fortiori ibi de fratre ad matrem. hic Ro. tamen tenet contrarium in d. l. 1. ff. sol. matr. quia non procedit arg. de alimentis ad dotẽ, vt tetigi supra, & hoc potest esse satis verum, nisi dicamus ꝙ mater tenetur dotare filiam, quæ non haberet vnde se aleret; nec mater vellet postea eam alere.

SVMMARIVM.

1 *Frater an teneatur dotare sororem.*

XXIII. QVAERO.

1 AN frater teneatur †dotare sororem? Gl. ꝙ sic in l. cũ plures. §. pen. ff. de admi tut. quando non habet vnde se dotet: quia si haberet legitimam, ex qua se dotare posset, tunc secus. Idem tenet Bar. per l. quæsitum. ff. vbi pu. edu. debet. Idẽ Cy. post gl. in l. non omni. C. de admin. tu. & Cy. in l. 1. C. de alẽdis lib. & Bal. in auth. res quæ. C. communia de leg. Plus dixit D. Abb. in c. peruenit. extra de arbi. ꝙ frater clericus tenetur dotare sororem de reditibus beneficiorum suorum. Et ad hanc quæstionem vide pulchrè Abb. in suo consil. 12. incipi. Iesu Christi Saluatoris, vt clarè materia thematis &c. in secũdo & septimo dubio, vbi concludit, ꝙ frater tenetur dotare sororem ex duplici capite, & quia hæres patris, & ex capite, quia frater, vt ibi per eum. Prædicta verò in sorore ex eodem patre nata, secus si ex alio patre; licet eadem matre, vt in d. l. cum in plures, quamuis Ang. in l. a filia. ff. ad Treb. referat, ꝙ Bar. in auth. res quæ. C. communia de leg. tenet idem, si ex eadem matre tantum, s. ꝙ teneatur eam dotare, quod ipse Ang. reprobat. sed certè Bar. in lectu. mea in authen. res quæ. illud non dicit, sed si dicat, potest saluari, quando frater erat diues,

& soror

Source : BIU Cujas

& ſoror non habebat, vnde ſe dotaret: quia eodem caſu tenetur eam alimentare: ergo &c.

SVMMARIVM.

1 *Frater habens bona communia pro indiuiſo cum ſorore eam dotauit de communibus bonis, an uideatur feciſſe quo ad partem ſuam.*

XXIIII. QVAERO.

1 POne ꝙ frater † habens bona communia pro diuiſo cum ſorore eam dotauit de communibus bonis, an videtur feciſſe quo ad partem ſuam? Io. Fab. in l. fina. C. de do. prom. & ibi Bal. tenet ꝙ non: ſed potius animo repetendi. Contrariũ tenet Cy. & Marti. de Fano, quos refert Sal. in d. l. fin. mouentur per l. 1. §. accedit. C. de rei vx. act. vbi extraneus dans dotẽ ſimpliciter, & non ſtipulans alij, videtur donaſſe mulieri. Sed certum eſt, ꝙ in materia dotis frater cenſetur extraneus. d. l. 1. §. per extraneum, ergo &c. Mihi æquior videtur prima opinio, arg. l. fi. ff. de pet. hær. Sed ſi non eſſet negotiorum geſtor, nec debitor, tunc intelligitur dotare: ita procedat opinio contraria. Et ideo puto, ꝙ fratres, qui dotant ſorores in eadem familia exiſtentes cum gerant negotia ſororum cura, & ſolicitudine intelligitur dotare animo repetendi, ſeu de patrimonio mulieris conſiderato exitu.

XXV. QVAERO.

QVid ſi ſtatuto cauetur, ꝙ ſoror dotata non ſuccedat cũ fratribus, an fuerat dotata, & ſi illam perdidit, teneantur iterum dotare. Vide infra in vltima parte huius tractatus.

SVMMARIVM.

1 *Dotare aliquam ſi quis teneatur ex diſpoſitione hominis, ſi illa ſemel fuerit dotata, & dotem perdidit, an teneatur iterum dotare.*

XXVI. QVAERO.

1 QVid ſi aliquis † tenetur aliquam dotare ex diſpoſitione hominis, an ſi ſemel fuit dotata, & illam perdidit, tenetur iterum dotare. ADDIT. [Iterum dotare. No. ꝙ licet pater teneatur toties, quoties opus fuerit dotare filiam; tamen ſi ſemel fuit dotata, & eam conſumpſit, non tenetur amplius eam dotare ſi ſua culpa conſumpſerit. Vide Bar. Soc. in conſi. 75. ver. 1. quia vltra, circa principium, in 1. par. vide etiam, quod no. Ias. de May. Inſti. de act. §. fuerat. nume. 17. & nu. 135.] Imo. in d. l. ſi cum dotem. §. j. ff. ſol. mat. concludit, ꝙ non: ſecus quando tenetur ex diſpoſitione legis. Et pro hoc al leg. l. planè. §. j. ff. vt in poſſ. leg. iuncta l. ſciendum. ff. qui ſatiſ. cog. ſed certè illa iura potius faciunt in contrarium: nam in l. ſciendum. obligatus erat ex diſpoſitione legis; tamen fideiuſſor ſi deſinit eſſe ſoluendo, non tenetur iterum cauere. ergo mitius agitur cum lege quam cum homine, ar. l. Celſus. ff. de arb. melius igitur facit pro Imo. tex. in l. veluti. §. hæc actio. ff. de eden. iunctis no. ibi per Bar. & iuncta l. fideicommiſſa. §. ſi quis 10. de leg. 3. in quibus iuribus dictio rurſus, in diſpoſitione l. intelligitur toties quoties. ſed in diſpoſitione hominis de ſecunda vice tantum. faciunt ad hoc no. per Bal. in l. qui per ſalutem. de iureiu. & per Rom. in l. prætor. §. hoc interdictũ. ad fi. in addit. nouiſ. ff. de ope. no. nun. & Pau. in l. ſi ſocius pro filia. per illum tex. ff. pro ſo. concluſio videtur ꝙ tenetur tantum ſemel dotare, quia ob. conuentionalis tollitur, & perimitur ex primo actu ſolutionis. l. prout. ff. de ſolu. §. præterea. Inſtitu. quib. mod. tollit. oblig. Sed obligatio legalis tantum durat, quãtum durat cauſa finalis inductiua ipſius obligationis, ſeu ipſa neceſſitas l. ſi is a quo. cum ibi no. ff. vt in poſſ. leg. l. 2. cum ibi no. ff. de fideiuſ. & ideo in caſu ſupra proxima 2. q. qñ filia perdidit dotem abſque dolo, lata, & leui culpa ipſius, pater tenetur iterum dotare, quia adhuc durat cauſa finalis, quæ conſiſtit in hoc, videlicet, ꝙ officium paternum eſt dotare filiam &c. Et ad iſtam rationem videãtur no. per Bal. & Mod. in d. l. veluti. & in d. l. qui per ſalutem. vbi dicitur, ꝙ ſtante ſtatuto, ꝙ ſi fuerit quæſtio inter affines, coguntur ad compromiſſum, non ſufficit, ſi factum eſſet vnum compromiſſum vel mille, ſed ſemper quouſque cauſa ſit ſopita, coguntur ad compromiſſum, de quo per Raph. in l. ſi finita. in princi. ff. de dam. infe.

Ego addo, ſecus ſi partes per ſtipulationem promiſiſſent facere compromiſſum de certa cauſa quia per primum compromiſſum factum, tunc expiraſſet, & partes eſſent liberatę a dicta ſtipulatione per ſupra dicta, quod no.

SVMMARIVM.

1 *Onus dotandi filiam, an tranſeat ad hæredes patris etiam extraneos.*

XXVII. QVAERO.

1 AN onus † dotandi filiam tranſeat ad hæredes patris etiã extraneos. Dic aliquantulum latius quam alij. Aut filia fuit inſtituta vna cum fratribus ſuis: tunc eo caſu, quo fratres haberent in ſimili lucro a patre tantum quantũ eſt quantitas dotis, & tunc mulier debet habere dotem præcipuam, vt eſt tex. in l. fi. C. communia vtriuſ. iud. Aut fratres nõ habent ſimile lucrum, & tunc dos filiæ venit diuidenda cum fratribus ſicut reliquum patrimonium, ex quo exacta fuit à primo viro per patrem, vel appropriata per ſtipulationem: & ſic mulier poterit ſe dotare de bonis, quæ venerunt ſibi in patrem. Quod tamen intellige, dummodo tantum ſit, quantum erat dos: quia pater non poteſt dotem minuere filiæ. authen. ſed quamuis. C. de rei vxo. act. Aut filia fuit inſtituta cum extraneis, & tunc ante partem ſuam, quam debet habere, habebit dotem præcipuam, vt eſt caſus ſing. in l. fi. C. communia vtri. iudi. Aut filia fuit exhæredata, & tunc aut legitimè, & videtur, quòd nihil poſſit petere: cum etiam perdat tali caſu ius petendi alimenta, vt l. ſi quid à liberis. §. ſi quis ex his. ff. de lib. agnoſcen. & clarum eſt, quòd dos ſuccedit loco alimentorũ, vt no. Cy. in l. ſancimus. C. de nupt. Quod intelligo verum, ꝙ non poſſit petere à talibus hæredibus dotem de nouo dari, ſed exactã per patrẽ videtur, ꝙ poſſit petere vt æs alienũ. l. 3. §. ſed vtrum. in verſi. ergo. & ibi. gl. ff. de mino. aut fuit iniuſtè exhęredata: & tunc rumpit teſtamentum, & de bonis, quæ ei obuenient, poterit ſe dotare. Aut pater ab inteſtato deceſſit, & tunc ſeruatur l. fi. C. communia vtri. iud. Ita colligitur ex mente Bar. & Imo. in l. poſt dotẽ. ff. ſol. ma. & ad hanc q. vide Bal. in l. fi. C. de do. pmiſ. & Bar. in l. ſicut. §. ſi debitor. ff. quib. mo. pig. vel hypo. Pau. in l. ſi ſocer. in prin. ff. ſol. mat. & in l. ſi marito. §. ſi voluntate. eo. tit. Et eſt vtile pro ſtatutis, quòd filia fœmina non ſuccedit, nam hæredes patris tenentur illam dotare, ita dicit in d. l. fi. C. de do. promiſ. & quamuis Imo. in d. l. poſt dotem. dicat, quòd hodie huic quæſtioni non eſt inſiſtendum, an onus dotandi filiam tranſeat ad hæredes, & arguit à ſufficienti partium enumeratione, vt ibi per eum. tamen vt ibidẽ aliàs ſcripſi, videtur, quò inſufficienter enumeret: ſi enim ponatur, dotem pro filia promiſſam in maiori quantitate, quam ſit portio, in qua fuit inſtituta, nec filia velit ſuccedere, ſed petit ſe dotari ab hæredibus ſecundum quã titatẽ promiſſam, certe poteſt. Et ſic remaneret inueſtigationem prædictam tunc non eſſe inutilem.

XXVIII. QVAERO.

QVid ſi pater dotauit filiam non actu, ſed promiſſiõne. Poſtea deceſſit filio & filia æquis portionib. inſtitutis, an onus dotandi ſpectet etiam ad filium pro dimidia, pro qua eſt hæres patri; Tex. eſt mirabilis quod non, in l. 1. §. filiam. ff. de coll. do. ſed ad filiam ſpectat onus ſe dotandi, & rationem illius vide poſt Bar.

SVMMARIVM.

1 *Pater ſi inſtituit filiam ſuam in poteſtate in centum, aut reliquit ei centum in dotem ſi nupſerit, an poſſit ſtatim peti tale relictum, a tempore nuptiarum.*

2 *Dictiones ſuſpenſiuæ non faciunt conditionem.*

XXIX. QVAERO.

1 SI pater † inſtituit filiam ſuam in poteſtate in 100. aut reliquit ei centum in dotem, ſi nupſerit, vel cum nupſerit, an poſſit ſtatim peti tale relictum, an demum tempore nuptiarum? Videtur primo quod non ſtatim peti poſſit: quia relictum eſt conditionale, vt in §. ſed hoc præſenti. in Auth. de ſanct. epiſ. & l. cum ita legatum. §. videamus. de cond. & dem. & l. legatum. ff. de cond. inſer. ergo peti non poteſt, tanquam exiſtat conditio. l. qui hæredi. §. fin. ff. de condi. & demon. l. 1. §. ſi autem ſub condi. C. de cadu. tollen. Teſtator enim conditionẽ appoſuit: quia eam impleri voluit. l. ſi quis locuples. ff. de annu. lega. & l. cum patrem. C. de condi. inſer. Sed verba, ſi nupſerit, rem perfectam ſignificant. l. 1. §. pen. ff. quod quiſque iuris. ergo ante nuptias relictum peti non poteſt. Abſurdum eſt enim, plus tribui, quam teſtator voluerit. l. aut facta. §. ſub conditione. ff. ad Trebel. Item dos non eſt ſine matrimonio, l. 3. ff. de iure do. l. fi. C. de don. ante nupt. ergo ante

matri-

Source : BIU Cujas

matrimonium dos peti non poteſt. Item cum teſtator ex ali qua cauſa relinquit, tunc demum debetur, cum cauſa ſubeſt, vt patet in relictis ad habitationem, vel diſciplinam, vt l. nec ſemel. §. cum in habitatione. ff. quando dies le. ce. l. actione. §. fi. ff. pro ſoc. l. quidam. §. ſi ſcriptum. ff. de leg. j. cum ergo teſtator in cauſa dotis reliquit, antequam cauſa ſubſit, peti non poteſt. Item pro hac parte videtur caſus plurium legum. Nam hæc conditio, ſi nupſerit, vel cum nupſerit, aut apponitur mulieri nubilis ætatis, & tunc non eſt locus coniecturæ temporis, ſed demum cum nupſerit, impletur conditio. & peti poteſt. l. hæc conditio. §. filiæ. ff. de cond. & demonſt. l. cum fuerit. ff. de le. 2. l. cum pater. §. pater certam. eo. ti. Aut apponitur mulieri non nubilis ætatis, & tunc ſaltem tempus nubilis ætatis expectatur, vt ff. quando dies le. ce. l. ſi dies. & l. quod pupillæ, & l. pater Seuerinam. ff. de cond. & demon. niſi appareat teſtatorem de matrimonio ſenſiſſe. l. ſancimus. C. de nup. vbi Cy. no. hanc q. Præterea lex dicit, q̃ quando aliquid datur cõ templatione certæ cauſæ, & illa cauſa non ſequitur, datum repetitur, ergo multo fortius excipitur, vt de cond. ob cauſam. per totum. & l. 1. in fi. de rerum permu. facit ad hanc partem; l. alumnæ. §. hæredibus. ff. de ali. & cib. leg. l. & ſi pater. §. 1. ff. ad Mace. l. dotis fructus. §. fi. ff. de iure do. l. Lucius. §. al. ff. de le. 2. l. creditor. §. ſi inter. ff. man. l. ſi hæres. ff. de cond. & demonſt. Item negari non poteſt, q̃ iſtud legatum non ſit in diem, vt dicit Bal. in l. quoniam in prioribus, C. de inofficioſo teſtam. Modo cum talis dies incertus dicatur conditio. l. dies incertus. ff. de cond. & demon. ſiue ſit in diem, ſiue ſub conditione ante nuptias peti non poteſt ſecundum Bal. quam opini. ſæpius conſulendo ſequutus eſt Pau. de Caſt. vt ipſe dicit in ſuo conſi. 76. & ibi dicit plures ſingulares viros ſecum cõcordaſſe. Ex hoc videtur, q̃ ſi pater aliud non relinquat filiæ ſuę, quam dotem, ſi nupſerit, vel cum nupſerit, dictam filiam in poteſtate poſſe teſtamentum patris nullum dicere: nam filia in poteſtate poſita poteſt dicere teſtamentum patris nullum eſſe, vt in Auth. vt cum de appel. cog. §. aliud quoque capitulum. & in l. maximum vitium, C. de liber. præter. ſed filia dicitur præterita, ergo, &c. Et patet eam eſſe præteritam: quia fuit inſtituta ſub conditione nuptiarum, vt probatur in d. §. ſed hoc præſenti. vbi expreſſe dicitur, q̃ tale relictum eſt conditionale. Item dictio cum, quando ponitur cum tempore futuro incerto facit conditionem, vt no. in l. qui promiſit. ff. de cond. indeb. & in l. qualitercunque, §. fi. ff. de verbor. obligat. Hoc expreſſe tenet Bar. in l. 1. ff. de cond. & demonſt. Sed filius in poteſtate inſtitutus ſub conditione caſuali, & mixta dicit teſtamentum nullum: quia interim eſt præteritus, vt legitur & no. in l. ſuus quoque, ff. de hær. inſti. & in l. ſi pater, C. de inſti. & ſubſt. ratione enim incertitudinis temporis & ętatis nubilis, & nuptiarum cenſenda eſt dicta inſtitutio, ſiue relictum conditionale, & ſic teſtamentum eſt nullum, quia inſtitutio, vel teſtamẽtũ ſub q̃ditione incerta inducit interim p̃teritionẽ ad hoc l. poſthuma. & qđ ibi no. ff. deli. & poſthu.

Non obſtat, q̃ inſtitutio fuerit pura, & præſtatio in diem: nam licet tempus certæ ætatis faciat diem, non conditionẽ, quando poſt legatum perfectũ adiicitur præſtationi. l. ex his, C. quando dies leg. ce. tamen ſecus ſi adiicitur tempus incertum præſtationi, quia tunc facit conditionem. l. quibus dieb. §. quidam Titio. ff. de cond. & demonſtra. hoc firmat gl. in l. Seyus Saturninus. ff. ad Trebelli. in l. ſi cui. §. hoc autem legatum. ff. de leg. 1. Ex his patet, q̃ inſtitutio eſt cenſenda conditionalis: quia præſtationi fuit adiectum tẽpus incertum nuptiarum, dum dixit teſtator, ſi nupſerit, vel cum nupſerit. Illud etiam eſt certiſſimum, quòd ſequentia reſtringunt præcedentia, & præcedentibus præſtant intellectum, tex. no. in l. ſi cum fundum. ff. de verbo. ſigni. Et ex vltimis apparet, qualiter præcedentia intelligantur, vt pulchrè no. Bar. in l. Aurelius. §. Sticho. ff. de lib. lega. ex tempore & die incerto appoſito præſtationi poſt inſtitutionem, vel relictum apparet, inſtitutionem fuiſſe & eſſe conditionalem. l. j. & l. hæres meus. & l. dies incertus. ff. de condi. & demon.

Non obſtat, ſi dicatur, quod hæc ſit cenſenda inſtitutio, puta quia dos ſuccedit loco legitimæ, vt plenè per Cy. in dicta l. ſancimus. & a legitima ſubducitur omnis conditio & omne grauamen, vt l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. teſtamen. & l. ſcimus. §. cum autem. eo. ti. vbi caſus in cõditione caſuali ſecundum Bar. ibi qui dicit hoc pluries cõſuluiſſe, Quia reſpõdeo, quòd l. quoniam in prioribus, loquitur in grauamine, ſed conditio caſualis nõ eſt propriè grauamen, vt no. ff. de hæredib. inſtituen. l. ſub conditione. & C. de cad. tol. l. 1. §. 2. Præterea illa prætendit firmare teſtamentum contra querelam, nõ contra vtilitatẽ, vt apparet ex titulo, ſub quo ſituata eſt, & iſta ratio videtur multum efficax. Nam l. quoniam in prioribus intendit tollere grauamen filiorum, non autem commodum. ſic & in d. §. cum autem. tollitur illud grauamen in commodum filij, ſed hic tolleretur commodum, nam commodum filiæ eſt, quòd teſtamentum non valeat ipſo iure. hoc voluit Cyn. in d. l. ſuus quoque. facit in argu. l. quòd fauore. C. de leg. Iſtud etiam non eſt grauamen: quia non valet teſtamentum, ex quo peccat in forma, & in ſolennitate, & in mandato, vt inſtituatur filius non ſub tali conditione. Omiſſio enim formæ vitiat actum quantumcunque fauorabilem. l. qui Romæ. §. Flauius. ff. de verbor. ob. volunt Doct. in l. 1. ff. de teſta. & in l. cum hi. §. ſi prętor. ff. de tranſact. & hanc opinionem tenuerunt Petrus, Cy. Rayn. Iac. de Are. & Bal. conſulendo. Et per hanc etiam partem alias conſuluit collegiũ Bononienſe. Item illud quod amoueatur conditio, loquitur quando filius inſtituitur ſub conditione poteſtatiua, quæ non includit vitium. d. l. quoniam in prioribus. & ita loquitur gl. quæ eſt in l. ſuus quoque. in prin. & apparet quod quoad illam conditionem ſignata eſt in ver. conſtat. Et quantum ad illam dicit, quod remouetur omne grauamẽ. Si ultra id quod relictum eſt ſub cõditione caſuali ſit aliquid relictũ iure inſtitutionis: tunc ſuppletur per l. odio querelæ. vt l. omnimodo. & l. ſancimus. in prin. C. de inof. teſ. Aut nihil eſt ſibi relictum niſi ſub conditione caſuali: & tunc refert. Aut præteritus non poteſt dicere nullum, ſed venire per contratab. vt emancipatus de iure digeſtorum & C. & etiam de iure Authenticorum ſecundum quaſdam glo. vt alias ſcripſi in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de lib. & poſth. & no. in l. filius. ff. de mino. ſaltem cũ diſtinctione, quam ponit glo. in §. exhæredatos. in Auth. de here. & fal. & tunc reijcit conditionis grauamen. l. omnimodo. C. de inof. teſ. vt ſicut querela excluditur: ita excluditur contratab. vt expreſſe ibi dicitur. Aut eſt talis præteritio, quæ ipſo iure teſtamentum annullat: & tunc iſto caſu teſtamentum poteſt dicere nullum: nec hoc caſu haberet locum. l. quoniam in prioribus. quia non prouidet contra nullitatem, ſed contra grauamen, nec in hoc ius antiquũ reperitur immutatum, nec eſt mirum ſi facilius tollitur querela, quam nullitas: nam in primo caſu teſtamẽtũ eſt aliquid: in ſecũdo eſt nullum & facilius eſt adiuuare, quod tenet pro ſe, quam de nullo aliquid facere. Item quia querela eſt odioſa reſcindens teſtamentum. Sed ius dicendi nullum fauorabile: querela etenim eſt inducta in pœnam teſtatoris: quia quo dammodo non inſtituit, ſed potius exhæredauit. l. Titia. ff. de inoffi. teſt. ſed ius dicendi nullum licet dicatur pęnale pro quanto annullat teſtamentum, vt l. fi. in fi. C. de poſth. hære. inſti. tamen proprie non eſt introductum in pęnam: ſed propter defectum ſolennitatis.

Item l. ſcimus. §. cum autem. non ob. nam iure. C. ſufficiebat quilibet titulus relicti, nec requirebatur inſtitutio, ideo non habebat locum ius dicendi nullũ, ſed querela inofficioſi, vnde nimirum ſi illa conditio amouebatur odio querelæ. ſed iure Authẽticorum requiritur titulus inſtitutionis, quo titulo caret pẽdente conditione nuptiarũ. Et ideo tanquam præterita interim dicit nullum, & ſic d. §. eſt correctus. Nam ſecundum veritatem non diſponit ille §. cum autem. in terminis nullitatis, ſed inofficioſitatis, quę inofficioſitas ceſſat ĩ lege, quando eſt nullum ratione præteritionis, vel alia cauſa. l. cum qui. & l. cõtra maioris. C. de inoff. teſt. & no. in l. ſi quis in ſuo. eo. tit. in ver. cum nepotem. & in auth. ex cauſa. C. de lib. præter. in glo. magna. & quia conditionis caſualis additio non onerabat filium etiam ante tempora. l. quoniam in prioribus. cum ipſo iure redderet teſtamentum nullum, vt no. in d. l. ſuus quoque. ideo non adaptatur intentio ipſius grauaminis: quia non eſt priuatio ſine habitu. l. decem. ff. de verbo. obli. loquitur ergo. §. cum autem. in caſu quo præteritio non irritauit ipſo iure teſtamẽtum ſecundum illa tempora, puta in filio, qui non erat in pateſtate, vel erat in aliquo inſtituendus, quod ex eo colliges: quia diſpoſitio illius §. venit ad remotionem querelæ, ſicut l. quoniam in prioribus. & querela non dabatur ſuo præterito. Similiter non obſt. glo. per aliquos allegata in l. ſi pater, C. de inſtit. & ſubſti. quia illa glo. non dicit, quod conditio caſualis tollatur per l. quoniam in prioribus, ſed potius dicit contrarium: quia dicit, quod hodie filius debet habere debitum bonorum ſubſidium ſine omni conditione & dilatione, quod quidem ex ſuperioribus non negat, ſed confirmat: ergo ſi non habuit, teſtamentum nullum redditur. Et ſimiliter non obſt. gl. in l. ſuus quoque. ff. de hære. inſti. in verbo cõſtat quia (vt dixi) loquitur relata ad tex. de poteſtatiua, cui erat neceſſe parere, non autem de caſuali, cui non erat neceſſe parere, ſed reducebat rem ad cauſam inteſti, ideo non onerabat. Probatur in ſimili in l. filius. ff. de condi. inſt. nam ſicut prætor non curabat remouere conditionem tempore oppoſitam in inſtitutione filij: quia non onerabat filium: ita l. quoniam in prioribus. non curauit remouere cõditionem

ditionem alias inutiliter adiectam: quia non onerabat. Non ob. prædictis quod no. Bal. in l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de condi. & dem. vbi dixit, quod cum pater legat filiæ pro dote, cui nihil aliud reliquerit, non videtur facere conditionale relictum, sed casuale & admonitorium potius, quam necessitatem: quia aliud esset dicendum, vbi verba essent casualiter concepta, vt in quæstione per eum ibi formata. Nam dictio pro, facit causam. l. Lucius. §. 1 ff. de leg. 2. secus est, si verba sint conditionaliter expressa, quia tunc important necessitatem expectationis euentus, vt l. sancimus. C. de nupt. Similiter non obst. l murus. §. hac autem. allegata per Barto.
2 quia fateor ꝙ † dictiones suspensiuæ non faciunt conditionem; quãdo apponuntur euentui necessario, vel apponuntur ei, quod tacite inest de necessitate personæ vel actui, cui apponuntur. & ita loquitur dictus §. hac autem. l. si pupillus. §. 1. ff. de noua. & l. in illa. in fi. de verb. obliga. & l. 3. cum sua materia. ff. de lega. 1. Sed in proposito secus est: quia imminet filijs necessitas nubendi, nec tacite suberat de natura actus, imo aberat de necessitate ab actu institutionis quæ fiẽda erat absque suspensione casualis euentus: ergo &c. Item vltra prę dicta, quod dictum relictum siue institutio, si nupserit, censeatur conditionalis. facit; quia conditio nihil aliud est, quam adiectio diei cessionem dum pendet impediens, vt no. Bal. in rub. C. de insti. & substitu. & l. cedere diem. de verb. signi. Et conditio est illa, quæ habet se ad esse & non esse, l. 1. & l. hæres meus. ff. de cond. & demon. cap. coram, in fi. de offic. deleg. Sed hæc est huiusmodi, ergo est conditio. Et si dicatur, quod hic dies fuit apposita præstationi, & sic non facit conditionem. l. Firmio. ff. quando dies leg. ced. & l. ex his. & ibi glo. C. eo. Respondeo vt supra dixi. Vel aliter: quia illud ꝓcederet, quãdo solus dies apponeretur, ita ꝙ ad præstationẽ sufficeret solus lapsus diei, ita loquũtur illa iura. secus vbi vltra diem requireretur conditionis implementum, vt in casu nostro, in quo non sufficeret, quod curreret tempus nubilis ætatis, nisi ipsa etiam nuberet; quia illa veba, si nupserit, rem perfectam significant, vt supra dixi & ita notabiliter vult Dy. in l. si mater. ff. de vulg. & pupil. Item ex prædictis patet, ꝙ ista est condõ casualis, vel saltem mixta non potestatiua, patet: quia non potuit impleri omni tempore; quia non tempore pupillaris ætatis, vt in c. 1. extra de dospon. impub ergo &c. l. fi. de cõdi. insti. Item consistit in facto dependente ex alterius volũtate, scilicet. mariti, vt l. nuptias, de reg. iur. ergo nõ potestatiua. d. l. suus quoque. & l. 1. cum ibi notat. C. de. inst. & substi. cum ergo sit instituta sub conditione nõ potestatiua, tan quam prẽterita ante euentum conditionis dicit testamentũ nullũ, si in alio capite non sit exhæredata per iura prædicta. Et si dicatur, ꝙ prædictis fortiter obstat text. in d. §. cum autem. vbi sumus in conditione casuali, vt ibi patet iuncta l. hæres meus. de condi. & dem. & tamen illa remouetur, & remanet firmum testamentum. Et si respondeatur, vt supra tetigi, per dominos Bononienses consulentes, uidelicet, quod tũc non requirebat de iure Codicis institutio, sed sufficiebat quoquo relicti titulo: & sic non competebat ius dicendi nullum, sed querela, vel contratabulas. Videtur, quod hæc solutio non procedat: quia licet non requireretur institutio, & in hoc bene dicunt, tamen adhuc erat ius dicendi nullum propter prætieritionem, vt est casus in d. l. omnimodo. §. si vero. & est bonus tex. de iure Codic. in l. si pater. C. de inst. & substitu. ꝙ institutus sub conditione non potestatiua dicit testamẽtum nullum, & illum valde commendat ibi Saly. tamen tex. in d. §. cum autem. dicit, quòd talis conditio non potestatiua remouetur, & valet testamentum fauore filij, & hæredis instituti, & testatoris, ergo ibi directò est casus, quòd conditio non potestatiua remoueretur etiam tempore, quo, si non remoueretur, testamenum esset nullum. Vnde potest responderi, ꝙ ille filius erat emancipatus, & sic testamentum valebat, & sic competebat contratabulas, vt supra. Vel quòd aliquid erat ei relictum purum, & etiam hæres extraneus grauatus, vt post mortem hæreditatem restitueret, quo casu bene testamentũ valuisset. d. l. omnimodo. sed quia non habet integram legitimam, vsque ad quantitatem legitimæ remouetur dicta conditio, & hoc vult ille tex. & hoc maximè procedit in terminis nostris secundum ea quæ singulariter dixit Bal. in quodã suo consilio, quòd reddidit in ciuitate Pistorij, cuius verba aurea sunt, vbi dixit etiam tenendo, ꝙ conditio casualis, vel mixta remoueatur per. l. quoniam in prioribus. tamen illud procedit, quando grauamen, vel conditio potest remoueri remanente commoditate relicti, vt si dicatur instituo te, si iueris Romam, potest enim remoueri conditio & institutus gaudere commoditate relicti, & ita sequitur. l. quoniam. secus quando non posset haberi commoditas relicti remota conditione, vt in casu nostro, quando instituitur in mille, si nupserit, vt illa sint in dotem, quæ debet subesse onerib. matrimonij. ergo non potest esse ante ipsam cõditionem purificatam, ergo est necesse expectare euentum conditionis, vt ipse dicit in prælegato consilio. Ex prædictis videtur satis constare, quod tale relictum, vt supra nõ dicitur purum, nec statim peti potest.

In contrarium, quod statim peti possit, facit: quia ex testamento pagani hæreditas ex die vel ad diem dari non potest, sed sublato vitio temporis remanet institutio pura, vt ff. de hære. insti. l. hæreditas. Sed testator in casu proposito videtur filiam instituisse ex tempore nubilis ætatis: ergo sublata vitio temporis statim peti potest, vt sic additio temporis vitiet̃ & non vitiet, vt est alias. ff. de manumis. test. l. libertas ad tempus. & l. ideoq;. Item sicut conditio impossibilis in institutionibus & legatis pro non scripta habetur, vt l nsti. de hære. insti. §. impossibilis. & dicitur impossibilis non solum natura: sed etiam contra bonos mores, vt ff. de cond. inst. l. conditiones. & l. filius. sed illa conditio dicitur inhonesta & contra bonos mores per quam filij fere fructu paterno defraudantur, vt C. de instit. & iubsti. l. generaliter. & de fide: com. l. cum acutissimi. quod esset, si filia deberet expectare conditionem prę dictam: careret enim alimentis, & nihil haberet, si conditio non existeret, vt ff. de cõdi. & demon. l. qui hæredi. ergo talis conditio pro non scripta habetur. Item ad dotandam filiam pater est debitor, vt C. de do. promis. l. fi. & dictum est supra eo. sed quando debitor legat creditori valet tale legatũ, quatenus est commodum creditoris, nõ autem ad diminutionẽ, in Insti. de leg. §. si quis debitor. & de lega. 1. l. si debitori. ergo in proposito dilatio adiecta circa dotẽ non tenebit, & statim peti potest. Et pro hac parte facit. ff. de admin. tuto. l. qui negotiationem. §. 1. Item facit: quia dicta conditio, si nupserit, videtur fauore filiæ adiecta, vt ff. de condi. & demõ. §. filia. in prin. Et sic videtur magis inclinari ad causam impulsiuã, quam ad finalem, & ideo causa cessante nõ cessat effectus, vt ff. de postu. l. 1. §. sexum. cũ ibi no. Et ad hãc partem vide Bal. Ang. Rapha. & Imo. in l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de cond. & demon. & Cyn. & Bal. in l. generi. C. de episco. & cler. & Bal. & Saly. in l. quoniam in priorib. C. de inoffi. testa. Cy. Bal. & Saly. in l. sancimus. C. de nup. Bal. in l. item quia. ff. de pactis. Bal. in l. fin. in pen. q. C. de lib. præte. & Bal. in l si pater. C. de institu. & substi. & per eundem in l. filia. C. de leg. & per Barto. in l. 1. & in l. quibus diebus. §. Termilius. ff. de cond. & demon. & per Ang. in sua disputatione quæ incipit, sacri consistorij. & Bal. in l. si plures. C. de cond. insertis. & Bal. in l. 1. in penul. q C. de priuilegio dotis. vide Bar. & Doct. in l. si diuortio. in fi. ff. de verbo. oblig. Ange. de Aretio in §. fuerat. Institu. de actio. in versic. vlterius quæro. quotidie parentes &c. vbi ex mente prædictorum Doctorũ concludit pro hac parte, ꝙ per quęcunque verba sit relictum dictæ filię vel sub modo, vel sub conditione, si maritetur, vel aliter, tamen dictum relictum quò ad valorem legitimæ dicitur esse purũ, quoniã omnis conditio, omnis dilatio, & omne grauamen de legitima remouetur, d. l. quoniam in priorib. & ibi glo. C. de inoffi cio. testamen.

Ex quo infertur, ꝙ si interim dicta filia moriatur quò ad legitimam illud sibi relictum transmittit ad hæredes suos, nec remanebit penes hæredes patris, ita etiam expresse dicit Bal. in l. generaliter. Et hæc vera sunt, nisi pater vltra relictum ꝓ dote reliquerit, quòd interim antequam maritetur, alimẽtetur de bonis hæreditatis suæ, quia tunc testator videtur cum pensasse dicta alimenta cum onere temporis, & dilationis. & sic hoc totum dicitur fauor filiæ, quæ interim alimentatur, nec potest ei perire quãtitas legata, & sic cessat ratio d. l. quoniam in prioribus. Idem dicendum esset, si statutum disponeret, quòd interim per fratres alimentetur. ita dicit Saly. in d. l. sancimus. C. de nup. Subdit tamen Ang in dicto §. fuerat. ꝙ isto casu quãuis sit prouisum de alimẽtis filiæ, & ꝙ non possit interim petere dotem, non tamen legatum erit conditionale, ita vt decedens interim non transmittat: quia imò transmittet ad hæredem suum. ubi autem nec per parentes, nec ex testamẽto eẽt prouisum de alimẽtis filiæ, tunc ꝓcedant al legata pro hac parte. Et hæc fuit opin. Ricard. Malumb. de qua Bal. in d. l. generaliter. facit mentionem, videlicet quòd statim omni conditione & temporis dilatione cessante filia relictum petere possit, & interim decedens transmittat ad hęredem suum quò ad quantitatem legitimæ, vt dic. l. quoniam in prioribus. Residuum autem vltra legitimam non potest interim petere, sed si defecerit sibi aliquid ad legitimam integram, poterit agere ad supplementum. l. omnimodo. C. de inoffic. testam. Ita dicit Sal. in d. l. sancimus, nisi statutum diceret, quod sit sua dote contenta: quia tunc succedit loco legitimæ, vt ibi per Cy. Non obst. quod no. Bar. in l. Titio centum.

Source : BIU Cujas

tum.§.Titio genero.ff.de cond.& dem.vbi dicit,quod quando aliquid relinquitur in tempus nuptiarum,vel pro dote,dicitur esse conditionale,& in minore duo requiruntur, scilicet, quod peruenerit ad ætatem nubilem, & quod nuptiæ contrahantur,vt ff.de condi.& demon.l.hæc conditio.ff.quãdo dies leg. ced. l. si pupillæ. Sed si relinquitur mulieri pro se maritanda,vel ad se maritandum, & tunc si relinqueret minori,idem dicendum:quia requirit tempus nubilis ætatis, nã tunc requiritur, quod causa instet.d.l.nec semel. §.in habitatione.Sed si ad ætatem nubilem peruenerit,tunc poterit petere legatum præstita cautione de nubendo:non enim requiritur hic,q nuptiæ contrahantur:nam ante contractum nuptiarum multæ expensæ sunt necessariæ, & sic istud legatum non habet in se conditionem matrimonij,sed sufficit, quod extendatur pro ipsa maritanda,licet non maritetur,& hoc demonstrat significatio dictorum verborum secundum eum. Quia respondeo,quod dicta theorica Bar.procedit, & ita loquitur,quando penitus extraneus fecit tale relictum mulieri, qui non tenebatur eam dotare, nec in bonis eius debebatur mulieri legitima, vt patet per iura allegata per eum, & idem dicerem in patre naturali tantum, quia non cogetur dotare filiam naturalem regulariter,vt dixi supra,& per consequens cum non possit petere legitimam suam, idem erit in ista filia naturali, quod in alia extranea, & habebit locum prædicta opinio, imo cum tale relictum succedat loco legitimæ, statim peti posset omni dilatione remota. Et ideo si statutum diceret, quod filiæ fœminæ sint contentæ dote sibi relicta, nec aliquid dicere possint contra testamentum patris,prout extat in egregia ciuitate Mantuæ, & in quampluribus aliis locis,tunc idem esset,q in extraneo,& in patre naturali, videlicet,q dicta dos peti non posset, nisi post euentum conditionis, quia sicut pater potuit diminuere legitimam in quantitate,ita in tempore secundum Bar.in d.l. Titio centum,§. Titio genero.in ver.quæro statutum est hic,de quo articulo late posuit Pau.de Cas.in suo consi.76.& in consi.231.Soluendo videtur, q Bal. in quodam suo consilio, quod incipit, in Christi nomine amen,super primo pũcto dico, q mater &c. senserit veritatem. Nam ibi distinguit sic, aut legatur nomine dotis extraneæ.Aut genero futuro. Aut præsenti,& isti cassus nihil ad nos. Aut legatur filiæ legitimæ & naturali in potestate.Et tunc,aut apparet,q voluit facere conditionem, vt puta si dixerit,lego,siue instituo filiam meam in centum nomine dotis,si nupserit,& non aliter.Et tunc est conditionale, & procedunt omnia allegata pro prima parte,maximè circa intellectum l.quoniam in prioribus.& l.sanci.§.cum autem. C.de inoffi.testa.Aut apparet,q voluisset esse purum, & erit purum.Aut dubitatur,& tunc,aut relinquitur incerta quantitas,& erit conditionale:quia ex qualitate mariti constituẽtis est modus dotis, & etiam ex aliis, quæ notantur in l. filiæ pater.ff.de lega.3.& in l. quæro. & in l. siue generalis. ff. de iu. do.ergo antequam de marito simus certi,de legato non possumus esse certi.Non ob.l.j.ff.de leg. 2. quæ dicit, tale legatũ habere in se certitudinem & purum esse: quia respondet, q habet in se certitudinem legis, idest apud legem, non apud hominem,vt alle.in l.sed & si restituatur.in fi.ff.de iud.& in l. si pecuniam.§.si seruum. ff.de cond. ob ca. Vel dic,vt ibi notamen isto casu cum dos succedat loco legitimæ,putat, q remoueretur talis dilatio,& posset peti dos secundum qualitatem,& quantitatem patrimonij testatoris, & hoc casu procederent allegata pro 2. par. maximè dum ibi pungo de d.l. quoniam in priorib.Aut relinquitur filiæ certa quantitas nomine dotis,& tunc non est conditionale sed causale,argu.l.si ego.ff.de iu.do.& in dubio est potius præsumenda causa quã conditio.l.item quæritur.§.inter locatorem. ff. loc. Et si dicatur,omnis causa debet præcedere causatum, ergo si matrimonium est causa dotis,debet præcedere præstationem legati,ar.ff.de æstimatoria act. l.fi.respondet Bar.verum est, q cã efficiens debet præcedere causatum.idem de causa materiali,sed causa formalis & causatum simul fiunt, & ista non est nostra materia,sed est causa fi. Causa autem finalis debet præcedere causatum in intentione, tamen posterior est & vltima in executione. Et sic non ob.& sic putarem concludendum in hoc passu quotidiano & valde vtili,de quo etiam articulo videatis omnino Alb.de Ros. in 2. par.statutorum.q. 4. Et quia tactum est, an pater relinquens filiæ dotem possit facere tale legatum conditionale. Succedit dubitatio,an in tali relicto dotis possit filia grauari onere substitutionis, vel restitutionis. Et concludo, q substitutio pupillaris valet: qa dicitur esse prouisio filiæ & non patris,quæ etiam in legitima admittitur.l.tribus.C.de inoffi.test.Sed in substitutione fidei commissaria,si decesserit sine liberis, videtur esse maius dubium.Tamen Pau.in suo cons.76. incip. in Christi nomine, viso puncto.tenuit,quod indistinctè valet talis substitutio.& idem consulit ipsemet Pau.in suo consi.106.& in consil.110. & seq.& Rom.in cõs.134.Sed vnum quæro, si pater reliquit filiæ dotem, & grauauit eam,si decesserit sine liberis,restituere dictam quantitatem Seyo, postea dicta mulier nupsit Titio Mediolanensi, vbi viget statutum, q mortua vxore sine liberis vir lucretur dotem, & dicta mulier decessit sine liberis,vtrum Seyus substitutus, vel maritus habeat dotem vigore dicti statuti. De hac quæstione dico in vltima parte huius operis,vbi notabiliter hoc examinabo.Et ibi etiam tracto,an valeat talis substitutio, & an possit dari aliqua cautela marito,dic vt ibi.

SVMMARIVM.

1 *Pater an possit relinquere filiæ minorem dotem in ingressu religionis, quã si nupserit.*

XXX. QVAERO.

1 AN pater possit † relinquere filiæ minorem dotem in ingressu religionis,quàm si nupserit.Alb.de Ros.in 2.parte statutorum.q.104.determinat, q non succedat loco debiti bonorum subsidij:secus si mulier esset extranea,& ita refert disputasse Thomam de Formaginis de Bononia.Facit, quod voluit Io.An.in addi.Spe.in ti.qui fil.sint legitimi.§.in hoc.in addi.quæ incipit,Martinus de Fano.vbi tenuit, q filia viduata potest petere eandem dotem sibi dari, si velit ingredi religionem, & idem sequitur Roma.in suis notabilibus,notabili 432.

SVMMARIVM.

1 *Minor 25. annis nubens, an possit dare totam hereditatem patris in dotem.*

XXXI. QVAERO.

1 AN minor 25.†annis nubens possit dare totam hæreditatem patris in dotem. Quidam dicunt, q non:quia in ea continentur prædia,quæ non possunt alienari,Glo.tamen videtur dicere, q ex causa dotis possunt alienari,quod intelligo interueniente decreto,vt no.ff.de iu. do.l.siue generalis,p gl.& per Sal.in l.Titia.eo.titu.dummodo vir sit dignus tanta dote,vt de hoc per gl.Bar.& Saly.in l.1 C.si aduer.dotem.vbi dicunt, q si mulier viro indigno constitueret magnam dotem,a tali posset petere restitutionem in integrum,& non solum ipsa,sed etiam hæres eius.Sed Bal.in l.nulla. C.de iu.dot. circa finem tenet per auth.sacramenta puberum,C.si aduer. ven. q siue vir sit dignus tanta dote,siue non, non est vis: qa vbi iuratum est, non potest prætendi læsio, nisi interueniat dolus aduersarij,de hoc supra aliquid dixi.

SVMMARIVM.

1 *Fundum si dederim Bertæ in dotem sub conditione nuptiarum, & interim decedo an poterit hæres meus illum fundum reuocare siue repetere.*

XXXII. QVAERO.

1 SI donaui Bertę †fundum in dotem sub conditione nuptiarum,& interim decedo:an poterit hæres meus illum fundum reuocare,siue repetere.Vide tex.sing.in l.si ego.§.si res. ff.de iu.do.vbi probatur, q ego cuidam sponso tradidi nomine futuræ dotis fundum, non vt statim transeat dominium, sed nuptiis sequutis, & ego decedo ante nuptias, & interim hæres meus adit hereditatem meam & fit dominus illius rei, q licet postea contrahatur matrimonium de iuris subtilitate,maritus non efficitur dominus, cum demum reperiatur apud hæredem meum,a quo inuito non recedit,sed de equitate secus est fauore dotis. vnde hæres meus compellitur ad consentiendum. Item eo inuito transit dominium, si nolit consentire, & sic apparet, q hæres pœnitere non potest, & ita signanter probatur ibi.

SVMMARIVM.

1 *Pater si dotet filiam vltra legitimam suam, & vltra aliquid petere prohibuit, an dicta filia possit petere dotem maternam.*
2 *Super,præpositio quid importet.*

XXXIII. QVAERO.

1 SI pater dotet †filiam vltra legitimam suam,& vltra aliquid petere prohibuit, an possit petere dotem maternam.

ADDI-

Source : BIU Cujas

ADDITIO.[Maternam. Adde hic, quod refert Pau. de Caſt. conſi. 176. ſcilicet an filia dotata a patre: quæ cum iuramento renunciauit, & promiſit nihil vltra petere, poſſit ſuccedere in bonis maternis, quæ ipſe pater poſſidet. Et ſi abſoluatur a iuramento, qua actione ageret, vide eundem Pau. de Caſt. vbi ſupra.]Bar. in l. vt iuriſiur. §. 1. in fi. ff. de oper. lib. format hanc quæſtionem, & dicit, ꝙ ſi pater iuſſit filiam eſſe tacitam, & cõtentam de centum ſibi legatis, & vltra de bonis ſuis petere non poſſit, quod tamen hoc non obſtante filia poteſt petere dotem matris ſuæ per l. prætor. §. emancipati. ff. de colla. bon. & l. ſi quando. §. fi. C. de inoffi. teſt. & quod no. Gul. de Cu. in l. de his. ff. de tranſac. Nam petit filia dotem matris tanquam æs alienum. Sed Bal. in l. liberti, libertæque. C. de ope. lib. in antepen. col. dicit, ꝙ aut dixit ſimpliciter, ꝙ non plus poſſet petere, & tunc videtur animo compenſandi relinquere, vt illa clauſula aliquid operetur. l. ſi debitor. ff. ad leg. Fal. aut appoſuit verbũ ſuper bonis ſuis, & tunc quia quod petit, eſt extra bona teſtatoris, quia eſt æs alienum, & tunc procedit dictum Bar. Vel dic, aut teſtator erat debitor ſpeciei, & tunc non fit compenſatio, aut quantitatis, & tunc aut teſtator habuit reſpectum ad bona propria, vt quia dixit, relinquo filiæ meæ ꝑ ſua legitima centum, & ꝙ non poſſit plus petere, & tunc non prohibetur petere dotem maternam.

Aut dixit relinquo cẽtum pro omni iure, quod poſſet prætendere ſuper hereditatem meam, & tunc non poſſit plus petere, & tunc nihil petet. Si autem res in obſcuro eſt, tunc cũ iſta prohibitio ſit quædam prouiſio facta hæredi vniuerſali, latè eam interpretabor, ar. ff. de reg. iu. l. in teſtamentis. & ſic animo compenſandi factum interpretor. Non ob. d. l. prætor. §. emancipati. vbi nomine bonorum ſuorum non includitur dos vxoris: quia illud eſt ſecundum ſignificationem verborum legis. Sed hic ſumus in interpretatione verborum extenſiua teſtamenti, quæ latius accipiuntur. l. cogi. in prin. cum ibi no. ff. ad Treb. Et de dictione ſuper, vide in l. j. §. ſuper his. C. communia de lega. Si autem teſtator diceret, nõ poſſit plus petere de bonis meis, tunc non includitur, ne petat de alienis, ſed ſignificat deciſionem, prout aliquid decidi-
2 tur ab aliquo, vt fruſtum a carne. Sed dictio ſuper, ſequitur acceſſionem. Et ideo non ſunt eiuſdem ſignificationis, quæ omnia no. Et de illis verbis, quod plus petere non poſſit, vide aliqua quotidiana, per Bar. in l. ſi adulta. C. de hær. act.

SVMMARIVM.

1 *Filia dotata ſi cedat, omnia iura, quæ habet in hereditate patris, an videatur cedere iura dotis maternæ.*

XXXIIII. QVAERO.

1 SI filia dotata † cedat omnia iura, quæ habet in hæreditate patris, an videatur cedere iura dotis maternæ. Bar. in d. l. vt iuriſiur. §. 1. de ope. lib. tenet ꝙ ſic. Secus ſi dixit ſuper bonis: quia tunc non poterit filia petere dotem maternam. Bal. in d. l. liberti, libertęq; in antep. col. limitat hoc ſecundo caſu, quando dixit ſuper bonis, ꝙ ſi aliud ius habebat contra bona patris: tũc refert, aut cedit ex contractu ſtricti iuris, & reſtringitur vocabulum bonorum, vt non includat æs alienũ. Aut ex contractu bonæfidei. Et tunc latè interpretamur. l. mulier bona. ff. de iu. do. Hoc intelligo verum, niſi pro ceſſione ſit datum precium. Nam tunc ex qualitate precij æſtimatur, vt no. ff. de ſuperfic. l. j. §. 1. facit in arg. l. j. ff. de reb. dub.

SVMMARIVM.

1 *Filia ſi renunciauerit cum iuramento, & dixerit, quod erat dote ſua contenta, an faciat partem aliis fratribus in legitima.*

XXXV. QVAERO.

1 SI filia renunciauit † cum iuramento & dixit, ꝙ erat ſua dote contenta. An faciat partem aliis fratrib. in legitima.

Conclude, ꝙ ſi filia in vita patris dixit, ꝙ erat ſua dote contenta, facit partem: quia videtur habere partem ſuam. Si aũt ex alia cauſa placuit ſibi ſic facere non propter dotem datã, tunc habetur pro mortua in vita patris, & ideo non accreſcit aliquid fratribus ex connumeratione ſororis: quia cum ſuæ legitimæ nunquam dies ceſſerit, pro nulla debet haberi, non autem pro caduca, arg. ff. de bo. lib. l. qui libertinus. in prin. Et de hac quæſtione, & de materia, quando filia excluſa faciat partem fratribus in legitima recurre ad repetitionem Bart. Bal. & Ange. in l. pater filium. ff. de inofficioſo teſtamento. & per Bar. in l. prima. ff. de contratab. & per Bald. in l. prima. C. quando non pet. partes.

SVMMARIVM.

1 *Pater ſi in teſtamento legauerit filiæ ducenta pro dote, deinde ſuperuiuens maritauit eam, & dedit centum in dotem, an videatur minuiſſe legatum.*
2 *Implementum cauſæ roborat & confirmat legatum.*
3 *Voluntas demonſtratur non ſolum uerbis, ſed etiam facto.*

XXXVI. QVAERO.

1 SI pater in † teſtamento legauit filię ducenta pro dote, deinde ſuperuiuens maritauit eam, & dedit centum in dotẽ, an videatur minuiſſe legatum.

Videtur primo ꝙ non, & ſic filia poteſt petere alia centum per l. alumnæ. §. filius. ff. de ali. le. l. Lucius. eo. titu. Item videtur caſus a contrario ſenſu in l. filia legatorum. C. de leg. vbi ſi totum fuerit ſolutum in vita teſtatoris nil poteſt peti: ergo ſi tantum pars, reſiduum peti poteſt. Item quia teſtator ex quo non mutauit teſtamentum, videtur in eadem voluntate deceſſiſſe, ideo reſiduum debetur. l. omnium. C. de teſt. Item ꝙa ſi voluiſſet pater filiam petere reſiduum, illud dixiſſet, quando eam dotauit in minori ſumma, argu. l. 1. §. ſinautem. C. de cad. tol. Item quia volũtas teſtatoris & legis a pari procedũt, ſed lex diſponit, ꝙ poſt mortem patris legitima debeatur filiis, & ſi pater eam præſtat pro parte in vita debet impleri reſiduum poſt mortem. l. ſi quando. C. de inoffic. teſta. ergo &c. Item hæc pars probatur authoritate Old. in d. l. filia legatorũ, quia legatum factum ſub taxatione certæ quantitatis nõ minuitur per adiectionem cauſæ, vt l. creditor. §. ſcienter. ff. mã. Poteſt adduci tex. in l. Lucius. de leg. 2. Item quia Bar. in l. ſi conſtan. ff. ſol. matrim. dicit, ꝙ dos conſtante matrimonio recipit augmentum, vt in l. fin. & in auth. ſed iam neceſſe. C. de do. ante nup. ergo pręſtita pro parte non eſt finita cauſa præſtationis dotis: quia in illo augmento poteſt & debet præſtari legatum factum pro dote, & in reſiduo legati conſtituetur augmentum dotis ex legato, & iſta ratio eſt ſatis fortis ſe-
2 cundum Bar. in d. l. filia legatorum. Item quia Bal. ibi dicit, † ꝙ implementum cauſæ roborat, & confirmat legatum, bo. tex. in l. ſi iam facta. ff. de cond. & demonſt. Item quia abſurdum videtur, quod ſit indotata pro reſto comprehenſo in legato. l. obligamur. §. lege. ff. de act. & ob. Item quia pater debitor filiæ pro dote neceſſarius, ergo videtur dotaſſe animo compenſandi vſque ad concurrentem quantitatem, ergo cõfunditur dos in legato, & reſiduũ peti poteſt. l. ſi cum dotem. § ſi pater. ff. ſol. mat. faciunt no. in l. ſi quidem. C. de noua. In cõtrarium cõcludo, quod filia repellatur quia legatum ob cauſam cauſa impleta peti nõ poteſt, vt l. liberis. ff. de ali. & ci. leg. qui tex. multum fundat iſtã partem. Sed videamus, an reſpondeo Bar. cõgruat illi legi, qui dicit, quod ibi fuit plus relictũ in ſecunda voluntate quam in prima. ergo nimirum ſi hac ſecunda petitur, & ex prima ceſſat petitio. Item in caſu noſtro ſecundum eum, ſi pater dotaſſet filiam in 300. Nam nihil petere poſſet ex legato. Sed ſalua reuerentia tanti Doct. male videtur calculaſſe: quia in teſtamento ibi legauit menſtrua 10. in cauſa alimentorum, & ſic in anno ſunt centum & 20. in codicillis legauit 7. menſtrua. & 10. annua, quæ ſunt in anno 94. & ſic 26. plus faciunt in prima uoluntate, quam in ſecũda: ergo reſpõſio Bar. non bona. Itẽ pro hac parte faciunt no in l. vltima. ff. de proba. Nã ſi in ſecunda voluntate impletur cauſa relicta in prima voluntate, ex prima ceſſat petitio. Item facit; quia ſi voluiſſet teſtator de toto dotare eã, de toto dotaſſet, quod ſi non fecerit, præſumitur voluntatem mutaſſe,
3 ar. C. de teſta. l. iub. Item quia † non ſolum verbis, ſed ẽt facto demonſtratur voluntas. l. Paulus. ff. rem ra. hab. & l. repræhendenda. C. de inſti. & ſubſti. ſub cond. fac. Sed ex hac actuali voluntate, in qua pater dotauit filiam in centum, tantum primæ voluntatis mutatio præſumitur, ergo &c. Item cauſa huic legato cohærẽs eſt impleta, ergo plus impleri non poteſt, cum ſufficiat prima impletio. l. ſi quis hæredem. C. de inſti. & ſubſ. Item ſi videretur legatum factum in augmentum dotis, vt voluit Bar. ergo tota ſumma deberetur: quia non poteſt aſſignari ratio, quare non dicamus, ꝙ dos augmentetur ex toto legato ſicut ex parte. Accedit: quia ex legato eſt debitor voluntarius, ergo ſi poſtea eam dotauit, non videtur compenſare. l. j. §. ſciendum. C. de rei vxo. act. Item rõ, quæ induxit patrem ad plus legandum, ceſſat per coniunctionem matrimonialem, quam de ea fecit, & per conſequens illius debet ceſſare diſpoſitio. l. cum tale. §. legato. ff. de cond. & demon. & l. legatum. C. de cond. inſer. Sed ratio forte, quia nõ inueniret tam

idoneum

Source : BIU Cujas

idoneum virum mortuo patre, ſicut viuo, ideo voluit, vt eo caſu dos eſſet maior, & ſic vbi collocauit, hæc præſumptio ceſſat, & ita concludo in diſputando.

Sed in decidendo non auderem ita affirmare, niſi hæredes patris eſſent pauperes, ita q̃ releuandi eſſent ab iſto onere. Et ita reperio fuiſſe diſputatum per Ia. de Iſolanis de Bononia, qui poſtea fuit Cardinalis Papienſis, anno 1392. die duodecima Maij.

Reſtat reſpondere ad allegata in contrarium. Et primo nõ obſtat prima nec ſecunda ratio, quia illi tex. loquuntur in legatis ſimplicibus, quæſtio noſtra in legato ob cauſam, qua impleta ceſſat legatum vt ſupra probaui. Non ob. q̃ volũtas non fuit mutata: quia imo fuit mutata iuris præſumptione, ar. d. l. Paulus. Non ob. quod pater non facit eam renunciare tempore inſtrumenti dotalis, quia vt prudens in iure cogitauit ſuperfluum fore, vel fuit obliuione omiſſum. Non ob. dictum Old. quia fateor, q̃ per adiectionem cauſæ non minuitur quantitas, ſed impletione ipſius cauſæ ſic. Non ob. doctrina Bar. quia tempore legati non erat dos: quia nõ erat matrimonium l. fi. C. de do. ante nup. Ideo in augmento non poteſt dici videri legatum. Non ob. doctrina Bal. per d. l. ſi iam facta. quia loquitur in implemento cauſæ a fortuna facto, hic ab ipſo teſtante. Præterea implendo cauſam hic abfuit pecuniariter teſtatori, ibi ſecus. Non ob. q̃ remaneret mulier indotata, ſi fuiſſet nupta abſque dote: quia negatur, imo ſecũdum facultatem matrimonij, & perſonarum conſtitueret̃. l. cum poſt. §. gener. de iure do. l. ſi filio. de leg. 3. Vel ageret̃ tunc vigore legati: quia cauſa non fuiſſet plene impleta: nam in cauſa dotis pro ea maritanda legatum fuit. ergo &c. Non ob. quod pater ſit neceſſarius debitor: quia reſponſio patet per allegata pro hac parte.

SVMMARIVM.

1 *Pater ſi legauit aliquid filię, & ſimpliciter poſtmodum dotauit eam an dos debeat compenſari in legato, an uero filia debeat habere utrunque.*

XXXVII. QVAERO.

1 QVid ſi pater legauit aliquid filiæ ſimpliciter, & poſtmodum dotauit filiam, an debet dos compenſari in legato, an vero debet habere vtrunque. Bar. in l. huiuſmodi. §. cum pater. circa fi. ff. de le. primo. tenet quod habet vtrũque; ar. l. quinquaginta. de probat. & quod no. in l. planè. §. 1. de leg. 1. Sed contrarium tenet Dyn. Iac. de Are. Old. Bald. & Imo. in d. §. cum pater. ſcilicet, q̃ etiam iſto caſu dos videtur dari animo compenſandi per l. filia legatorum. C. de leg. quæ hoc probat non violando literam. ad idem. l. Lucius. & ibi Bal. ff. de leg. 2. Non ob. d. l. quinquaginta. quia reſpondeo, q̃ ibi interuenerunt duæ diſpoſitiones vltimarum voluntatũ, vnde ſi ibi intelligitur in ſecunda diſpoſitione de eadem quã titate, certè illa ſecunda diſpoſitio redderetur inutilis, nimirum ſi intelligitur duplicatum legatum. Sed in caſu noſtro, modo aliud eſt, ſequens fuit inter viuos, vnde dato q̃ ſecundus actus cenſeatur factus animo compenſandi, de poſt tamẽ adhuc iſte ſecundus actus aliquid operatur: quia per illum ſuſtinentur onera matrimonij. Item per iſtum ſecundum actũ traditionis dotis fit conſtitutio dotis irreuocabilis. l. ſicut. C. de act. & obl. q̃ ſecus erat in legato. l. 3. ff. de adim. le. pro hoc facit, quia quando pater legat filiæ ſimpliciter, videtur in dubio legare pro dote & nomine dotis, tex. eſt no. in l. tali. §. fin. cum gl. 2. ff. de iure dot. & dixi ſupra. ergo ſequitur, quod dos videtur data animo compenſandi per ea, quæ dixi in præcedenti quæſt.

Reperio tamen, q̃ aliqui limitant prædicta, niſi legatum eſſet relictum filiæ infanti: nam hoc caſu videtur ceſſare ratio proximè reddita. Inquantum dictum eſt, q̃ pater videtur legare filiæ nomine dotis: nam hæc ratio ceſſat in filia infante, cum pater non poſſit compelli ad dotem conſtituendam. Sed de iſta limitatione modicum curo, & fortaſſe non eſt vera per ea, quæ no. Bar. in l. quod autem. ff. de iure do.

SVMMARIVM.

1 *Pater ſi dedit in dotem pro filia mille primo marito, cuius morte ſolutum eſt matrimonium, mox promittit ſecundo uiro alia mille in dotem pro filia, & ſi non fuerit exacta dos ab hæredibus primi uiri, & ita deceſſit pater, an filia habebit actionem contra hęredes primi mariti, & inſuper in dotem datam ſecundo uiro.*

XXXVIII. QVAERO.

1 POne, pater † dedit in dotem pro filia mille primo viro, cuius morte ſolutum eſt matrimonium, mox promittit ſecundo viro alia mille in dotem pro filia, & non fuit exacta dos ab hæredib. primi viri. Et ita deceſſit pater dote non exacta, quare cum de iure communi actio de dote mortuo patre conſolidetur in filiam. l. 1. §. videamus. C. de rei vxo. actio. l. ſi ſocer. ff. ſol. mat. An filia habebit actionem contra hæredes primi viri, & inſuper in dotem datam ſecundo viro. Imo. in ſupradicta. l. huiuſmodi. §. cum pater. de leg. 1. relinquit ſuper hoc cogitandum. Alij tenent, q̃ filia poſſit petere vtranque, quoniam cum pater dederit ſecundam dotem viro ex ſua voluntate, & non ex neceſſitate, vt no. Bar. Bal. & Doc. in l. ſi cum dotem. §. 1. in glo. j. ff. ſol. ma. Bal. & Bar. in auth quod locum. C. de coll. & in l. fi. C. de dot. prom. Iõ non videtur data illa dos animo compenſandi cum prima. l. cum quidam. & l. creditorem. de lega. 2. & per do. Iac de Are. Bar. & ſequaciũ in d. l. ſi cum dotem. §. 1. inquantum volunt, q̃ ille, qui nõ erat obligatus ex obligatione neceſſaria præcedente, ſi aliquid legat, non videtur relinquere animo compenſandi. facit, quod voluit Bal. in d. l. filia legat. in 4. q. Sed in caſibus, in quibus cõcludunt Doc. in d. l. ſi cum dotem. §. j. & in d. auth. q̃ locum. patrem teneri ad ſecundo dotandum filiam, tunc poſſet procedere opi. contraria.

SVMMARIVM.

1 *Mulier diues tranſeundo ad virum cum omnibus bonis ſuis, an videatur de diſſe in dotem illa bona.*

XXXIX. QVAERO.

1 AN mulier † diues tranſeũdo ad virum cum omnibus bonis ſuis videatur illa in dotem dediſſe. Concludo, quod ſi mulier dedit in dotem primo viro mille, poſtea nubendo ſecundo ſine expreſſione quantitatis, in dubio videtur illam dotem dediſſe, quam dedit primo marito, vt eſt tex. in l. dotẽ. cum ſeq. ff. de iu. do. Sed Bar. in ſua diſpu. quæ incipit, mulier habens amplum patrimonium. dicit hoc fore verum, ſi ex primo matrimonio non remanſerunt filij, ſed ſi remanſerũt, tunc non videtur illam eandem dotem ſecundo viro dare p caſum in l. hac edictali. in prin. C. de ſecun. nup. & in l. ſi conſtãte. §. pe. C. de do. ante nup. Si autem mulier non habuit amplius maritum, vel habebat alia bona, quæ non tradiderat, an poſtea ſimpliciter contrahendo matrimonium videatur oĩa bona in dotem dediſſe. glo. in l. mulier bona. ff. de iũ. do. tenet q̃ ſic. Sed Bar. in d. diſp. dicit. Aut mulier eſt minor & clarum eſt, q̃ non videtur omnia dediſſe in dotem: quia etiam ſi vellet expreſſe dare in dotem immobilia ſine decreto non poſſet, vt no. in l. Titia. ff. de iure do. de quo tamen dixi ſupra, ergo nec tacitè. Aut erat maior, & tunc etiam non videtur tacite actum, q̃ ſit dos, vt in Auth. de nup. §. ſi quis autem. ver. & ſi mulier. & l. fi. C. de repudiis. Facit, quod no. Bal. & Salic. in l. nulla. C. de iure dot. vnde debebit poſtea videri an mulier patiatur, q̃ maritus vtatur illis bonis tanquam dotalib. vel non. Et etiam poteſt colligi ex aliis coniecturis, de quibus per Bar to. in ſua diſp. & per Ang. in §. fuerat. Inſti. de act. in ver. aduer tas. Vide Abb. in ſuo conſil. 46. incip. omnipotentis Dei. tria mihi dubia. vbi ſequitur gl. in d. l. ſi mulier bona. mouetur tamen ſatis debiliter. vnde concluſio, quam ſupra feci, videtur vera. Dubito tamen de eo, quod dixit Ang. in d. §. fuerat. videlicet, q̃ debet attendi, an mulier patiatur virum vti dictis bonis, & diſponere tanquam de dotalibus: quia poſſet vti rebus ipſius, tanquam procurator conſtitutus ex traditione iuriũ, vt no. in l. fi. C. de pac. conuentis. Et ideo putarem, q̃ illa non eſſet ſufficiens coniectura, niſi alia adminicula concurrerẽt, quod no. Et hic adde ea, quæ dixi ſupra in illa q. ſi mulier promiſit aliquid viro &c.

SVMMARIVM.

1 *Dos qualiter expreße conſtituatur.*
2 *Res, quę dantur in dotem nulla facta ęſtimatione, non poſſunt per maritum alienari etiam conſentiente muliere.*

XL. QVAERO.

POſtquam dixi ſupra proxima quæſtione, & etiam in aliquibus ſuperioribus tetigi, qualiter conſtituatur dos tacite, videamus † modo qualiter expreſſe dos conſtituatur. Ad quod reſpondeo, q̃ multipliciter, aliquando ſtipulatione, aliquando ſimplici pollicitatione, vel pacto nudo, aliquando mortis cauſa, aliquando traditione, aliquando acceptilatione, aliquando per debiti remiſſionẽ, aliquando per delegationem debitoris. Ad primum, videlicet per ſtipulationem non

eſt

Source : BIU Cujas

est dubium posse dotem constitui, imo si non interuenerit stipulatio, fingitur hodie interuenisse, vt in l. 1. & per totam l. C. de rei vxo. actio. Item quod dixi posse constitui simplici pollicitatione, & pacto nudo, intelligitur, ꝙ licet de iure ciuili non detur regulariter actio ex pacto nudo: tamen speciale est dote, vt ex ea possit agi, vt l. ad exactionē C. de iure do. Et in constitutione dotis potest adijci persona extranei, vt si mulier promittat tali marito mille nomine dotis, aut Titio, quo casu Titius videtur adiectus ad solutionem tātum, non autē ad actionem querendam. l. si mulier ita dotem. ff. de iu. do. Et addo, ꝙ in tantum causa dotis respicit solum mariti personā, vt in constitutione dotis non possint rei stipulandi constitui, casus est in l. si id quod. ff. de duob. re. Item aduerte, quia in cō stitutione dotis tacite inest conditio, si nuptiæ & matrimonium sequantur. l. stipulationem. ff. de iu. dot. l. plerunque. §. si ante. eo. tit. Et ideo si remittantur nuptiæ, euanescit stipulatio in tantum, quod si postea eidem nupserit non conualescat stipulatio. l. licet. de iu. dot. facit l. inter stipulantem. §. sacram. cum ibi no. ff. de verbo. oblig. Et quia inest tacita conditio, de qua supra, sequitur, quod si mulier centum promisserit pro dote in anno proximo, non incipiet annus a die promissionis, sed a die nuptiarum. l. tali in princip. ff. de iu. dot. Item adde, quod tacita conditio intelligitur de primo matrimonio, de quo videtur cogitatum. l. dotis promissio. ff. de iu. do. l. boues. §. hoc sermone. de verbo. sign. l. inter socerum. §. fin. de pact. dot. facit. l. fideicommissa. §. si fideicom. de lega. 3. Item mortis casu constituitur dos, quādo pater mulieris, vel extraneus mortis suæ causa promissor dotem. Nam potest accidere, ꝙ moriatur promissio constante matrimonio. l. si pater mulieris. ff. de iu. dot. Sed mulier ipsa mortis suę causa non potest promittere dotē, vt ibidem, quia dos illa onerib. matrimonij non potest deseruire, vt tetigi supra eo. 2. q. bene verum est, ꝙ pro dote simpliciter constituta pōt pacisci, ne ea viuente petatur. casus est in l. Iulianus scribit. ff. de iu. dot. Item traditione constituitur dos, siue res tradatur ipsi marito, siue alij eius nomine, dum tamen maritus postea tantum habeat, alioquin periculum esset mulieris, & ipsa posset repetere, quod dedit. l. quemadmodum. §. 1. de iu. dot. nec refert, an tradantur res corporales in dotem, vel incorporales, puta vsusfructus, de quo usufructu in dotem constituto, dic vt in l. cum in fundo. ff. de iu. do. Item acceptilatione cōstituitur dos, de quo vide in l. perm. ttendo. §. acceptilatione. & in l. licet. in princ. ff. de iu. dot. Item per simplicem remissionem debiti sine acceptilatione cōstituitur dos, quando marito debitori remittitur quātitas debita gratia dotis constituendæ. Idem si erat species debita. quæ erat ipsius viri, quo casu videtur ipsa res breui manu ad ipsum maritum deuenisse. Sed si species debita non erat viri, tunc ad eum magis videtur liberatio obligationis deuenisse, quam res ipsa, quod est magni effectus. l. si sponsalibus. §. 1. de iu. dot. dic vt ibi. Item per delegationem ꝙstituitur dos, si mulier suo marito delegauerit suum debitorem, quo casu potest imputari suo marito, cur illum debitorem non coegerit ad solutionem, si erat soluendo, cum postea factus sit non soluendo, super quo tamen distingue, vt habetur in l. si extraneus. ff. de iu. dot. Et no. quod quando mulier pro dote delegat debitorem suum ante nuptias, nō poterit illum conuenire: quia ipsa promissio in pendenti est, l. si debitor. ff. de iu. dot.

Vnum tamen non omitto, quod valde aduertendum est
2 in constitutione dotis, nam † aliquando datur res in dotem nulla facta æstimatione, & tunc non potest per maritum alienari, ADDITIO [Alienari. adde hic, quod dos potest alienari in vtilitatem vxoris etiam ipsa vxore inuita. l. ita constante. §. fi. de iu. dot. Pau. de Cast. consi. 16] etiam consentiente muliere, Institu. quib. alien licet. in princip. An autem per ipsam mulierem alienari possit consentiente marito, tangam infra in quæstio. de priuilegijs dotalib. & etiam in §. de fundo. Aliquando etiam datur æstimata animo, vt habeat vim emptionis, & tunc res non remanet dotalis, ideo potest alinari etiā non consentiente muliere, tanquam res propria ipsius mariti. l. plerunque. §. pater. ff. de iure dot. Aliquando datur æstimatio, non vt fiat emptio, sed ad finem vt vitetur augmentum vel diminutio valoris rei, & tūc desinit res esse dotalis. l. quod si fundus. ff. de fun. do. Sed talis æstimatio operatur tunc, vt possit alienari consentiente muliere, quod aliter nō posset, vt supra dixi, casus est singularis, & ibi Bart. Bald. & Moder. in l. si æstimatio. ff. sol. matrimon Aliquando fit æstimatio simpliciter, & non apparet quo animo. Sed sumus in dubio, & tunc videtur facta, vt faciat emptionem, glo. no. l. si inter vi. & ibi Bar. C. de iu. dot. dicens pro ea casum in l. quoties. eo. titu. & eam sequitur Imo. in d. l. si ęstimatis. Et in hac materia vide omnino Barto. in l. si vt certo. §. nunc videndum. ff. commo. & quæ latissime dicam in quarta parte principali, infra.

SVMMARIVM.

1 *Pater fideiußor pro dote promissa pro filia ab extraneo soluens an repetat a promittente.*

XLI. QVAERO.

PAter fideiussor † pro dote promissa pro filia extraneo soluens, an repetat a promittente. Rom in suis singularibus nota. 169 tenet, quod non, etiam si soluit tanquam fideiussor per tex. in l. profectitia. §. si pater. ff. de iure dot. sed si consideres ille tex. parum facit, & forte in contrarium. tenementi authoritatem Ro.

SVMMARIVM.

1 *Testator si mandat quibusdam monialibus, quod recipiant filiam suam in sororem, pro cuius ingressu relinquit monasterio ducenta, alioquin priuat moniales legato, an tale grauamen valeat.*

XLII. QVAERO.

1 SI testator † mandauit quibusdam monialibus, ꝙ recipiant filiam suam in sororem, pro cuius ingressu reliquit monasterio ducēta, alioquin priuauit moniales legato, an tale grauamen valeat. Et videtur quod non, quia continet speciem simoniæ, Bar. in l. vxorem. §. hæres. in fi. ff. de lega. 3. tangit, & non decidit. Sed in l. ille aut ille, ff. de hæred. instit. in lecturis modernis, & ibi Bal. & Ange. concludunt, quod non valet, quia sapit simoniam, nisi secundum Ange. monasterium esset ita tenue, vt dicere posset, non comedes mecum, nisi portes tecum, quia tunc valeret. facit no. Bar. in l. Titio centum. §. 1 ff. de condit. & demonstr. vbi dicit, quod valet tale legatū, relinquo tali monasterio, si Caium recipiat in monachum pro alimentis, bene facit, quod no. Io. An. & canon. in c. non satis, extra de simon. & quod no, Docto. in l. 1. C. de his quæ pœnæ nomine.

SVMMARIVM.

1 *Titius habet centum pro dote Semproniæ si contraxerit matrimonium cum Seio. & in casu, quo non contraheretur matrimonium, promisit restituere illa centum Semproniæ, tunc si illa requisiuit Seium, vt contraheret matrimonium secum, & ipse dixit, se nolle contrahere, an statim possit ipsa petere illa centum.*

XLIII. QVAERO.

1 TItius habet † centum pro dote Semproniæ, si contraxerit matrimonium cum Seio, & in casu, quo non contraheretur matrimonium, promisit restituere illa centum Semproniæ, tunc si illa requisiuit Seium quod contraheret matrimonium secum, & ipse dixit, se nolle contrahere, an statim possit ipsa petere illa centum. Istud dubium videtur originē trahere ex lege, ita stipulatus. ff. de verbor. obligat. quæ dicit, quod stipulatio concepta sub conditione de non dando, vel faciendo committitur, cum desiit posse dari, vel fieri, vt no. in l. & si post tres. supra si quis cau. sed hic non est probatum, ꝙ desierit matrimonium posse contrahi, ergo &c. Et videtur voluisse glo. in l. quod Seruius ff. de condi. ob causam, vbi dicit, quod quando aliquid datur nomine dotis pro matrimonio contrahendo, tunc demum potest repeti, si spes nuptiarum defecerit, quod est altero mortuo, vel alias nuptias contrahente, vt ibi glos. magna. Et pro hac parte videtur text. in Authen. de nup. § quæ vero. in versicu. tantummodo. & C. de indicta vidui. tol. authen. cui relictum. ibi, nisi spes nuptiarum defecerit. Contrarium concludo, quod eo ipso, quod Seius denegat contrahere matrimonium, quod extiterit conditi. stipulationis, & ita reperio consuluisse Bart. in suo consil. 122. incipien. lator præsentis cædulæ. Pro hoc allegat tex. C. de institu. & substit. l. 1. ibi, recusante, ff. de condi. instit. l. vt ex fratribus. ibi, quia illa nubere noluerit, & ff. de cond. & dem l. Titio, §. ante nuptias. in versicu. quod si nollet eam vxorem ducere. Et si tu diceres, quod illæ leges loquuntur in vltimis voluntatibus, in quibus nō est eadem ratio. d. l. ita stipulatus. versicu Sabinus. Respond per notata per gl. in l. etsi post tres. ff. si quis cau. quod in contractibus sufficit diuortium sponsaliorum fieri, vt l. si ego. in princ. ff. de iure dot. & l. stipulatio.

Source : BIU Cujas

cod.titu.ibi, quia nuncius remittatur. & l. sequen. quæ incipit,& licet. quæ leges tollunt omnem contrarietatem. Non obstant contraria, & primo d. l. ita stipulatus. quia hic desiit contrahi posse ex his sponsalibus, vel fortè illa lex loquitur in eo,qui petiit,quod iam suum fuit.Nō obstat d.l.quod Seruius.quia imò facit pro, si tex simpliciter intelligimus. Non obstat glo.vlt.ibi posita:quia debet subaudiri dum dicit,alias contraxerit,adde.l.vel repudium miserit,alias malè diceret. Nec obstat glo.quæ est in l.si pecuniam.ff.de condic.ob causam.in princip.glo. quæ dicit, quod in illo casu non est locus pœnitentiæ:quia verum est,si volo pœnitere de eo, quod dedi nomine dotis,volo tamen,quod sponsalia maneant. sed si repudio omnino,tunc deficit spes, vt supra dixi. Non obstat §.quæ vero.& authen.cui relictum. quia loquuntur quando est conditio,vt nubat simpliciter,& tunc non potest impleri, nisi cum spes nuptiarum defecerit,vt ibi.Sed quando est conditio,si non nupserit,ex talib. sponsalib. tunc misso repudio extat conditio,quæ omnia nota.

SVMMARIVM.

1 *Pater si in testamento reliquit aliquid filię simpliciter, dn videatur relinquere pro dote,& filia dicatur dotata.*
2 *Testator si relinquat centum filię, si nubat, certum est, quod ipse reliquit pro dote.*

XLIIII. QVAERO.

1 SI pater in testamento reliquit aliquid filiæ simpliciter, an †videatur relinquere pro dote,& dicatur dotata. Videtur quod non,quia tale legatum, vel institutio multum differt a constitutione dotis.l.filia legatorum. cum ibi no. C. de lega. alias sequeretur,quod si mulier nunquam nupsisset, ex quocunque legato diceretur dotata,quod lege non probatur, & ita consuluit Franc. Tigri. Facit ad hoc, quod no.Bart.o.in l. huiusmodi.§.cum pater. ff.delega. 1. vbi dicit, quod si pater leget simpliciter filiæ,deinde illam dotē,filia petit vtrunque, de quo dixi supra,& sic patet,quod legatum non intelligitur factum ex causa dotis, ad quod vide no.in l.si cum dotem. §. si pater.ff.soluto matrimonio.& vide omnino Roma. in consil.203.Tamen reperio,quod Bart.decidit contrarium, quod propter tale relictum mulier dicitur dotata.in l quod autem.
2 ff.de iu.do. & ibi Pau. pro hoc allegat, † quia si testator legat centum filiæ,cum nubat,certum est,quod intelligitur pro dote.l.vxorem.§.testamento quoque.cum glo.in verbo, dedit. de leg 3.Fortè posset distingui,aut loquitur in patre relinquē te filiæ non nubilis ætatis, & tunc cum legatum fit a debitore voluntario,non præsumitur compensari in idipsum debitum dotis.l.creditorem. de lega. 2.l.prima.§.sciendum. C.de rei vxor. actio. Et quia pater tunc est debitor dotis in diem, cuius debiti non fit compensatio. l.quod in diem.& l. si cum miliți.§.1.ff.de compen. Aut loquimur in patre relinquente filiæ post tempus nubilis ætatis,& tunc videtur relictum pro dote,quia tunc pater ex dispositione legali est obligatus dotare filiam.l.qui liberos.ff.de ritu nup. cum vulgaribus.ideo legatum præsumitur factum animo compensandi in dotem.l. si cum dotem.§.si pater. supra alleg. in authen. præterea. C. vnde vir, & vxor. Nec obstat dicta l. quod autem. quia responsio euidenter ex se patet.de hoc articulo tangam infra in vltima parte.

SVMMARIVM.

1 *Testator si legauit filiæ pro dote quando nupserit, an intelligatur repetita conditio,si legauit pure domum.*

XLV. QVAERO.

1 SI testator legauit†filiæ pro dote, quando nupserit, an intelligatur repetita cōditio,si legauit purè domum Io. de Imo.& Pau de Cast.consuluerunt ꝙ sic,sed Flor.de Bon.doctor eximius, & Ioann.de Anan.contra, hos vltimos sequutus est Roman.per casum singul.in l.si iudicetur. §. fina.ff. de conditio. & demonstratio. vt ipse dicit in suis notabilibus, notabili. 231.

XLVI. QVAERO.

AN mulier & maritus possint dare fundum dotalē filiæ communi in dotem, de quo vide in tertia parte huius tractatus.

SVMMARIVM.

1 *Iudæus an teneatur dotare filiam effectam Christianam, & ei legitimam relinquere.*
2 *Iudæus per conuersionem ad fidem non perdit agnationem.*
3 *Iudæus effectus Christianus,an succedat patri Iudæo.*
4 *Ecclesia non acceptat legatum a quocunque decedente in peccato mortali.*
5 *Iudæus usurarius non debet baptizari nisi facta restitutione.*
6 *Vsura æquiparatur rapina.*

XLVII. QVAERO.

1 AN iudeus†teneatur filiam effectam Christianam dotare,& ei legitimam relinquere,& quid in Christiano manifestè vsurario, an in bonis quæsitis ex sua vsura debeatur legitima.Vī ꝙ sic, quia actus actiuorum sunt in patiente bene dispositō, Philosoph. in 2.de anima.sed iudæus effectus Christianus habet subiectū habile susceptiuū legitimæ successionis in bonis parentum, vt statim ostendam:ergo pōt petere legitimam,& filia dotem,nam iudæus per conuersionē ad fi-
2 dem nō perdit agnationem. Est. n.agnato de iure naturali.l. ius agnationis.ff.de pac.ideo non tollitur per conuersionem ad fidem.Facit,quod scribit Roma.in suis notabilib. notabili 39.vbi plus dixit,ꝙ non solum per baptismum, sed per monachationem perditur nobilitas,seu ius agnationis.& ideo glo. in c.iudæorum.28.q.1.dicit, ꝙ iudæi per baptismum exeunt patriam potestatem, tamen non perdunt successionem. Facit no.Bar.& alij in auth.sed episcopalis dignitas. C.de epis.& cle.& in l.item in potestate.ff.de his qui sunt sui vel alie.iur.& sic effectus Christianus non perdit ius agnationis, nō perdit patriam potestatē,quo ad sui commodum,non perdit etiam ius successionis,facit c.iudæi el 2.in fi. extra de iudæis. quinimo non posset exhæredari iudæus conuersus ad fidem, arg.l. Deo nobis.C.de epi.& cle.sumpto simili de ingressu, vt ibi ēt ꝓꝓ ingratitudinem commissam ante ꝙuersionē, tex.est sing. in c.non liceat.19.q vlt.facit l.cognouimus.C.de hær.vbi hērēticus tenetur dare filio catholico alimenta, & donationē ꝓꝓ nuptias.q̄ l.Sal.& Ful.ibi extendunt ad idoneū. ergo & dotare & lrīmam relinquere,sicut tenetur præstare alimenta; qa hæc ꝓcedunt a pari,vt dixi supra eo.Accedat,ꝙ voluit Bal.in l.mater.C.de iu.do.vbi extendit gl. dicentē, ꝙ mater hæretica tenetur dotare filiā,habere locū ēt in matre iudæa. Idē voluit Ang.in auth.res quæ.C.cōia de le.vbi loquitur de matre hæretica,& iudæa.Facit gl.in l.si verò.ff.de in rem versō,quæ æquiparat iudæum & hæreticum.Et non est mirū,si iudęus effectus Christianus succedit patri iudæo, quia siue dicamus successionem esse de iure diuino,vt hī Leuit.25.c.vbi dī hæreditario iure trāsmittes ad posteros.& 27.c.vbi dicit. homo cum fuerit mortuus absq; filio,ad filiā eius transiuit hæreditas.& Deuter.3.c. Dabo vobis terram hanc in hæreditatem. Siue dicimus esse de iure naturali,vt dixit tex. ī l.fi.in ver. lex naturæ eos fecit successores.C.quorum bonorum.& gl.j.dis. ius naturale,& Bal.in l.qui contra.C.de inoff.nup. bo. tex.in Auth.de hær.& fal.§.j. in ver. secundum ipsam naturā eis debebatur successio.Siue dicimus,ꝙ est de iure gentium,vt voluit Bar.in §.interdum.ff de cond.ind.Siue dicimus, ꝙ est de iure ciuili,vt voluit Bart. in rub.de acq.hær.& in l.qui a latro-
3 nib.ff.de test.†Iudæus succedit patri suo iudæo ergo fortius, si est effectus Christianus. Effectus est.n. melioris conditionis, ergo multo magis debet posse succedere patri suo licet iudæo.Facit illud,si in viridi, qd in arido:si iudęo patri succedit filius iudæus,quare nō Christianus.Et si aliud diceremus, sequeretur, ꝙ iudæus retraheret se a fide, si factus Christianus non succedit,quod esse non debet. Et hoc decidit formaliter tex.in d.c.iudæi.ibi a possessionib. suis nullatenus excludantur.& in ver.nec portionem hæreditatis,& ibi bonorum suorū ex integro exhiberi.Et sic vī apertè probare,ꝙ iudæus retinet partem hæreditatis, & per ꝙns ius succedendi, & ita allegat illum tex.gl.in d.c.iudæorum.Et pro hac parte adduco fortissimam rōnem. Nam excludere quē a iure succedēdi sibi debito est pœna.l.si quis maior. C. de transl.testamento Centurio.ff.de test.mi.Sed non dēt apponi alicui pęna priuationis,nisi sit in iure expressum, ita dicit gl.q̄ reputat sing. in c.fi.de iurepat.secundum do.Abb.ibi,sed ad idē allego glo.in c.cum vos.de of.or.& tex.in Auth.de non elig. sec.nub. §.cū igitur.in ver.nec est lex tale quid dicens,quē tex. alleg. Bal.in auth.ex testō.C.de sec.nup.ad idē est bo.tex. in l. sed & si qs. §.diuus.in ver.cū in eū pęna nō sit statuta.ff.de rel.& sumptu ne.Sed certū est, ꝙ nō reperīt imposita pęna priuationis hæreditatis, aut legitimæ iudæo si efficiatur Christianus, ergo nec nos illam imponere debemus.

Et ex his videtur satis persuaderi ,quod filia iudęa effecta Chri-

Source : BIU Cujas

Christiana possit petere dotem, seu legitimam in bonis patris Iudæi. In contrarium videtur veritas, pro qua dilucide eruenda præmitto, ꝙ scribitur Matth. 12. c. Redẽptor noster dixit Iudæis, tolerabilius erit Sodomis in die iudicij quam vobis. & Ezechiel propheta, iustificabis Sodomam, quod exponit Augustinus 1. q. 1. c. nonne. dicens, quod Iudæi sunt peiores gentilib. & sic Iudęus est in statu damnato. Et ideo dixit Oldr. in suo consilio 51. quod si Iudæus transit ad sectam sarracenorum non est puniendus: quia vterque est in statu damnato. vnde non curandum in qua secta sit, cum vterque sit extra ecclesiam, ideo nihil ad nos de his, qui foris sunt. 1. q. 1. c. multi. & facit glo. elegans in l. apud Iul. ff. de leg. 1. quæ dixit, quod esse Iudæum est delictum, quod est verum largè; non autem strictè & propriè capiendo delictum, vt concordes cum glo. in l. multum. ff de verbor. oblig. & sic quando Iudæus moritur, dicitur mori in notorio peccato, maximè quã do exercuit publicè vsuras, vnde præsuppositio etiam quod iste Iudæus fecisset testamentum, & reliquisset dotem, siue legitimam dictæ suæ filiæ effectæ Christianæ, tamen non posset illam petere, vel consequi in dictis bonis patris sui, qui publicè vsuras exercuit.

4 Et his præsuppositis pro fundamento arguo † sic, Ecclesia non acceptat legatum a quocunque decedente in peccato mortali, Bar. in l. 2 C. de sacrof. eccl. in ver. 6. quæro. allegat c. placuit. 33. quæst. 5. & quod habetur in ca. qui cum fuerint. c. quia in omnibus. extra de vsur. & Innocen. in c. cum voluntate. de senten. excommu. vbi dicit, ꝙ si excommunicatus legat pro anima sua, non valet, & sequitur Innocen. in c. quia. extra, de testib. vbi dicit esse incongruum, ꝙ ecclesia capiat relictũ ab eo, qui decessit in notorio peccato: quia habet causam mali exempli, & ab omni eo, quod habet speciem mali iussit Paulus abstineri. capit. cum ab omni. de vita & honestate cleric. facit l. si quis aliquid. §. qui abortionis. ibi, res mali exempli. ff. de pœnis. l. 3. §. sed etiam. & l. mulierem. ff. de ficar. & l. exemplo. C. de probation. Et pulchrè dixit Bal. in l. iubemus. C. de test. quod si testator decedit in tali statu, quod de fauore animæ suæ non tractandum sit, non valent relicta ab eo etiam ad pias causas. Et licet Bal. mordeat doct. Bar. in dicta l. prima. C. de sacrosan. eccle. & allegat contra Baldum l nulli. C. de episcopis & clericis. in versicu. Barbaricæ nationis. tamen videtur, quod Bal. male considerauit illum tex. Primò, quia glo. ibi exponit Barbaricæ, idest, incognitæ nationis: incognita enim erat patria illius defuncti. Secundò, quia tex. ibi dicit, pij testatoris, quod verbum non conuenit Barbaris aut Iudæis. sunt enim Iudæi impij, & cantat ecclesia in die veneris sancti. & pro perfidis Iudæis. Tertiò, quia iura loquentia de testamentis non vendicant sibi locum in Barbaris, vt per Bartolum & alios in l. qui a latronibus. ff. de testam. Et si quis opponat de eo, quod voluit Rycar. de Salic. in sua repet. solenni dictę l. primę. C. de sacrosanct. eccles. vbi dicit, quod licet vsurario manifesto, seu alias doloso & existenti in peccato notorio mortali, non debeat dari beneficium, vt l. 1. C de hære. tamen si habet firmum propositum redeundi, ecclesia non claudit ei gremium eius delicto postposito, & prima intentione depulsa: ergo debet acceptare legatum: quia respondeo, ꝙ Saly. ibi, & etiam Bal loquuntur in Christiano vsurario, sed nos loquimur in Iudæo, quo casu non debet ecclesia acceptare legatum, & allego tex. in c. obeuntibus. 13. quæst. 2. vbi ecclesia nihil debet acceptare ab his, qui non decesserũt vt veri Christiani, licet acceptare possit eleemosinam a peccatoribus, & indignis ex eo, quia priuati fiunt, non tamen posset acceptare oblationes, quæ fiunt publicè, sed actus testandi est publici iuris, & sit coram testibus, & publicatur, quo casu ecclesia non debet acceptare tale legatum. Præterea dico, quod licet relinquat ecclesiis; tamen non videtur habere animum redeundi, ex quo non restituit vsuras, aut non præstitit cautionem de illis restituẽdis. Et si dicatur, quod omnia prædicta videntur procedere eo casu, quando Iudæus legaret ecclesiæ pro anima sua, sed hic reliquit filiæ suæ dotem vel legitimam, & sic debitum. Et non est par ratio lucra non capere, & debita perdere. l. fina. C. de codicil. & tex. in dic. capitu. Iudæi. disponit, Iudæum effectum Christianum posse retinere hæreditatem, & sic intelligitur de hæreditate paterna: quia prima causa est filiorum, vt in Authen. de hære. ab intesta. & Instit. de hæred. qual. & differen. §. sui. & gl. in cap. cum Ioannes. de fide instrument. Quia respond. quod licet filius in legitima dicatur creditor, tamen dicitur ex causa lucrativa, glo. in l. si emancipata. C. de iur. & fac. ignor. & ibi Bar. vnde iura prædicta debent limitari, nisi filius iudæus efficeretur Christianus, & pater iudæus relinqueret ei legitimam, seu dotem, & multo magis prædicta haberent locum, si forsasse ille iudæus effectus Christianus intrasset aliquam religionem, licet talis religio esset capax acquisitionis: tamen nõ posset acquirere tale relictum per iura, & rationes supra allegatas. Non obstat d c. iudæi. quia glo. ibi, in verbo, a possessionibus. dicit, nisi ex vsuris fuerint emptæ, quas tenetur reddere & restituere, vt in ca. cum tu. extra de vsuris. Ex quo sequitur, quod multo minus petere poterit hæreditatem quæsitã ex viuris: quia facilius abdicatur a nobis ius quærendum, quã iam quæsitum. Et ideo Goffredus super illa glossa dicit idem, si res eorum mobiles sunt furtiuæ, & sic extendit illam glos. quod habeat locum etiam in rebus mobilibus. Et si dicatur, peccata delentur in baptismo, resp. non tamen extinguuntur actiones aliis competentes, vt no. in ca. gaudemus. de diuortiis. & 26. distinct. per totum. ad idem facit, quod voluit D. Car. in cap. debitum. de baptismo. in prima sua quęstione, vbi
5 dicit † si iudæus fuisset vsurarius, ADDIT. [Fuisset vsurarius. no. ꝙ iudæus non debet dimittere bona, nisi quæsierit ea ex vsuris, vide Abb. in c. iudæi. & glo. de consec. dist. 4. iudæi, quorum. vide etiam Alex. in consi. 85. in quarta parte. Et per Fel. in d. ca. iudæi.] non debuisset baptizari, nisi facta restitutione, vt est glos. de consecr. dist. 4 ca. iudæi. Ipse tamen dicit, quod sufficeret cautio sufficiens de restituendo. cap. quamquam. de vsur. in 6. Secus si non esset vsurarius, vel alias raptor, quia tunc esset baptizandus, etiam si non renunciaret bonis propriis, argumen. d. c. iudæi. de iudæis licet multi per imperitiam iuris contrarium credãt. Præterea videtur, quod in d. ca. iudæi. portionem hæreditatis, & bonorum suorum possit intelligi de hæreditate acquisita, antequam conuerteret ad fidem, sed de hæreditate in bonis delatis post conuersionem non loquitur ibi, & facit tex. ibi, bonorum suorum ex integro faciant exhiberi, & sic loquitur de hæreditate, & bonis quæsitis, & non de quærendis. Et licet tex. ibi dicat, ꝙ debet esse melioris conditionis effectus Christianus, quam esset antea iudæus, tamen restringitur per finem illius capituli ad bona sua, & sic quo ad quæsita ante conuersionem ad fidem. Præterea dico, quod non vr verũ dicere, quod iudæus effectus Christianus non perdat agnationem: quia imo perdit, & allego duas glo. in simili in capitu. primo. de pur. can. & in c. ea quæ. de statu monachorum. quæ dicunt quod monachi per ingressum religonis perdũt nobilitatẽ, & sic ius cognationis: ergo fortius iudęus perdit agnationem propter cõuersionem ad fidẽ. Facit illud Apostoli, expurgate vetus fermentum: nam p baptismum dicitur effectus nouus homo, vt no. in c. debitum. de baptis. & in cap. ferrum, quinquagesima dist. & ideo dixit glo. in d. capitu. iudæorum. 28. quæstio. 1. ꝙ per baptismum liberatur iudęus a patria potestate, & multo fortius in casu, quo concurrunt duo, Christianitas & religio, vt supra dixi. Facit ad prædicta quæstio, quam ponit Federi. de Senis in suo consi 61. incip. quidam vsurarius non habens nisi pecuniam vsurariam, maritauit filiam genero hoc sciente, & conuenit ꝙ dos restituatur filiæ in casu dissoluti matrimonij, an ista filia teneatur satisfacere creditoribus. & arguit ꝙ sic, ex quo constat, ꝙ bona vsurarij peruenerint ad ipsam per id, quod habetur in capit. tua nos. de vsur. tamen quia illa filia recepit illa bona cum onere suo tanquam subiecta restitutioni. ergo tenetur ea restituere per id, quod habetur in ca. pastor. de decimis. & in c. cum tu. in ver. sanè quod prædallegato. Istud tenet Specu. in titu. de vsur. circa finem, in ver. pone quod vsurarius. vbi dicit, quod tenetur talem rem restituere, quia succedit loco pretij, allegat d. c. cum tu Pro hoc facit tex. iuncta gl. in l. si me & Titium. ff. si certum petatur. vbi habetur, ꝙ si pecunia mihi debita peruenerit ad te, teneris mihi illam restituere. Pro hoc etiam, quod no. Host. in summa de penitentiis. c. vlt. ver. de his. vbi concludit, ꝙ siue scienter, siue ignorãter quis recepit aliquid de præda, vel rapina, vel sac
6 comãno tenetur restituere per d. l. si me & Titium. † Sed vsura æquiparatur rapinæ, ADDIT. [Aequiparatur rapinæ. no. quod vsura est rapina & furtum. Bal. in l. cum oportet. in ver. modo quæro, quid si ex pecunia. C. de bo. quæ lib.] 14. q. 4. si quis rapinam. facit l. fi §. 1. ff. quæ in frau. cred. vbi mulier, cui in fraudem creditorum fuit dos constituta per patrem, tenetur illam restituere, vt dixi supra. Sed vsurarius semper intelligitur in fraudem facere, vt no. in cap. pro possessore. de regu. iu. in 6. Facit etiam, quia vxor illud, quod recepit ab hæredib. viri, habet loco eius, quod datum fuit viro, & sic eodem iure censetur, vt in c. ecclesia. vt li. pend. & ideo dixit Io. An. in d. c. cum tu. ꝙ si ex causa vsuraria ematur domus, & postea vendatur, & ex eius pretio alia ematur, ꝙ succedit in locũ primę, & est subiecta restitutioni: arguit tñ Fede. in præfato cons. ad partem contrariam, quia ad æs alienum non tenetur singularis successor. l. æris alieni. C. de do. & hoc tenet Host. in sum. de vsur. nec distinguitur isto casu inter cãm lucratiuã, & onerosam. Item prædicta mulier non capit a parte vsurario, sed a

Source : BIU Cujas

marito,cuius hæredes non illam,ſed aliam reddiderunt pecuniam, pro quo facit,quod habetur in l.qui vas. §. fina. ff. de fur.quia non recipit pecuniã ſubiectam reſtitutioni ſed alienam,quæ ſpectabat ad hæredes viri, quæ non erat ad hoc affecta. præterea licet patris perſona eſſet obligata ſoluentibus vſuras,non tamen bona eius,qui recipit pecuniam viri. l.non omnis.ff ſi certum peta.l.ſi nummi alieni.ff.de ſolu. & ſic iſta filia recipiendo ab hæredibus viri,non recipit pecuniam vſurariam.& eodem modo reſpondet Federicus ad dictum Specu.ſupra allegatum.Nec ob.d.l.ſi me & Titium. quia ibi recipit pecuniam ſaltem debitam creditori de voluntate ipſius creditoris. Iſta vero filia nec pecuniam creditorum, nec patris,nec eis debitam recepit. Et ſic conſuluit, quod tenetur iſta filia reſtituere dotem talem. & iſtud conſilium refert & ſequitur Laurentius de Rodulphis in ſuo tractatu,de vſuris. q.72.Sed Pet.de Ancha. in d. ca.cum tu.faciens mentionem de dicto conſilio,an bene conſuluerit Federicus,vel non,vlterius non dicit.Subdit tamen, ꝙ contra Federicum facit illud,quod no.Bar.in rub.ff ſoluto matrimo.vbi dicit, ꝙ in dote admittitur libellus vniuerſalis,vt in petitione hæreditatis, vt dixi ſupra, ſed in vniuerſalibus vna res ſuccedit loco alterius.l.Imperator.in fi.ff.de leg.2.& licet iſta pecunia data a ſocero genero non ſit illa, quæ redditur per hæredem generi mulieri,ſed alia: quia tamen iſta non ſuccedit in locum alterius,dicit,quod non videt rationem,cur ad mulierem reuertatur occaſione dotis, & titulus dotis ſit lucratiuus ex parte mulieris.l.fina §.ſi a ſocero ff.quæ in fraud.cred. & ſic potius dicit ſubueniẽdum creditorib. quam ipſi filiç in eo, quod de bonis vſurarij reperitur habere, & propter hoc dicit ſe dubitare,an deciſio Federici ſit vera,& hoc etiam quaſi de verbo ad verbum ponit Ant.de But.in d.ca.cum tu. Hoc idem vult do. Ab. dicens, ꝙ deciſio Federici multum reſtringit illum tex.Et ꝙ licet Federicus loquatur,quando filia non eſt hęres, tamen non debet habere quartam,niſi deducto ære alieno. l. Papin.§.quarta.ff.de inoffic.teſtamen. Et ideo concludit, ꝙ deciſio Federici eſt valde dubia, & quod de æquitate verior eſt alia opin.Modo ad propoſitum quæſtionis noſtræ ſi id,de quo magis videtur ineſſe & non ineſt, ideſt, id quod magis videtur non reſtituendum,& tamen venit reſtituendum,ergo multò fortius non poterit quis illud, quod eſt reſtituturus,petere;quia videretur eẽ in dolo,ſed minus videbatur, ꝙ veniret reſtituenda dos data, & tamen venit reſtituenda, vt ſupra dixi,ergo multo minus debet poſſe peti dos, vel legitima in bonis vſurarum:cum veniat reſtituenda illis, a quibus extortæ ſunt vſuræ.Non ob.allegata in contrarium, & in primis inquantum dixi,ꝙ actus actiuorum &c.quia nego,ꝙ iſta filia effecta Chriſtiana habeat ſubiectum habile ab ſuccedẽdum patri iudæo in quæſitis ex vſuraria prauitate,vt pleniſſimè ſupra dixi.Nec ob.dum dicitur,ꝙ non perdit hæreditatẽ, ſiue ius ſucceſſionis:quia reſpõdetur, ꝙ illud verum eſt quo ad iam quæſita,ſeu quo ad quærenda, tempore quo erat Iudæa, ſecus quo ad quærenda tempore quo eſt Chriſtiana. Nec ob.dum dicitur, ꝙ eſt in patria poteſtate quo ad fauores: quia dico, ꝙ non procedit quo ad eum ſtatum, quo eſt effecta Chriſtiana,nec quo ad illicitè quæſita. Nec obſt.quod dictum eſt de Iudæo & hæretico æquiparando,qui tenentur dotare filiam Chriſtianam: quia intelligitur de bonis nõ quæſitis ex vſuris.Nec ob.dum dicitur, ꝙ ſucceſſio eſt de iure diuino,& gentium,& poſitiuo, ergo non perdit ius ſuccedendi: quia fateor iſta quo ad licitè quæſita, vt ſupra dixi. & ſic ſtat concluſio vera,& indubitata,ꝙ filia Iudæa effecta Chriſtiana non ſuccedit patri vſurario in bonis ex vſura quæſitis, nec de illis poteſt petere ſe dotari, nec legitimam ſibi dari, imo ſi fuit dotata,& mortuo viro dos ſit ſibi reuerſa,tenebitur reſtituere illis, a quibus vſuræ ſunt extortæ per prædicta, quæ omnia tene menti.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos ſi maritauit filiam ſuam ſpuriam de bonis paternis, aut de bonis eccleſiæ,an mortuo ſacerdote poſſit repeti illa dos per ſucceſſorem.*

XLVIII. QVAERO.

1 QVid ſi ſacerdos maritauit † filiam ſuam ſpuriam de bonis paternis,aut de bonis eccleſiæ, an mortuo ſacerdote poſſit repeti illa dos per coniunctos ſacerdotes, aut per ſucceſſorem. Bar.in l.fina.§.ſi a ſocero. ff.quæ in frau. cre.refert ſe conſului ſic,a marito non poſſe repeti: quia cauſam habet ex titulo oneroſo.Sed poſt quam ad mulierem eſt reuerſa, poteſt reuocari: quia habet eam ex titulo donationis.Sed pater filiæ ſpuriæ donare non poteſt.l.1. C.de natura. libe.ergo &c.Limita tamen verum,niſi quatenus de iure canonico filius, vel filia habere poteſt pro alimentis, vt in c. cũ haberet.extra de eo qui duxit in matr. quam polluit per adulterium.Adde,quod idem voluit Ang. in d.§. ſi a ſocero.& l. ignoti.C.de reuoc his quæ in frau.cre.& idem Bal.in auth.ex complexu.C.de inceſt.nup.

SVMMARIVM.

1 *Filia Iudęi effecta Chriſtiana, & quia non poteſt habere dotem in bonis patris vſurarij, an poſſit ſaltem petere partem ſuam bonorum paternorum.*

2 *Papa Martinus & Eugenius dederunt bullam Iudæis, quod poſſent fęnerari cum Chriſtianis.*

3 *Vſurę extortæ a Iudæis,an poſſint repeti.*

XLIX. QVAERO.

SI filia effecta Chriſtiana † non poteſt habere dotem in bonis patris vſurarij, vt ſupra dixi. An poſſit ſaltem petere partem ſuam bonorum paternorum, vt ſibi reſtituat malè ablata. Videtur quod ſic: nam tales hæredes poſſunt compelli ad reſtitutionem vſurarum, vt voluit glo.capi. iudæi.de iudæis.& eſt tex. in capitu. cum tu. de vſu.videtur, quod iſta filia poſſit talia bona capere,& diſtribuere his,a quibus extorta ſunt:Contrarium determino: quia reſtitutio malè ablatorum, aut ſpectat ad ſacerdotem: quia audiuit confeſſionem eius,qui tenebatur reſtituere,vt voluit Archidi. in capitu.2. de teſtamen.in 6.& in cap.ſanè.14 quæſt. 5. & Pau. de Liaza. in clemen.dudum §.huiuſmodi.extra de ſepul. & in clemen. religioſi.§.quibus.de priuileg.& Ioan. And.in ca. cum ſit.de iudæis.Aut ſpectat ad Epiſcopum loci,vbi extorſit malè ablata,vt voluit Hoſtien.in dicto capit.cum ſit,& in d.capit.cum tu.& in ſum.de vſur.& in ſumma de pœniten. & remiſſio. §. cui confitendum.verſicu.tu dic.& in §.forma.verſic.ſed vbi. Bar.in capit.primo. §.furtum.in titu. de pace iuramento fir. Ange.in Authen.de eccleſia titulis.§.ſi quis pro redemptione.Bal.in l.poſt deſertionem.C.de fur.& in authen.omnes peregrini. C. communia de ſuc. ergo ſequitur, ꝙ facultas reſtituendi non ſpectat ad ipſam filiam effectam Chriſtianã.Præterea,& plus dico, quod prædicta bona patris iudæi & vſura-
2 rij non ſunt in cauſa reſtitutionis † maximè præſuppoſita quadam bulla papali Martini & Eugenij, per quam permittitur ipſis Iudæis fœnerari Chriſtianis, & ſic licitum fuit fęnerari, tamen quia non committitur peccatum ex parte Chriſtianorum recipientium ad vſuras, vt no.in capit.ſuper eo de vſur. nec ex parte iudæorum mutuantium, nil ad nos de his, qui foris ſunt, ca.gaudemus.extra de diuor.& vt dicunt Canoni. ſuperuacuæ rei videtur dare operam, qui coercere nititur iudæos a peccato,vt quia iam damnatos propter perfidiam.Tolerandi ſunt igitur in eorum ritibus.40.diſtin.cap. qui ſincera.ergo cum huiuſmodi permiſſio de exercendis vſuris non videatur in ſe continere peccatũ, dicitur valida & eos tueri, cum omnia ſint de genere perm.ſorum, niſi expreſsè reperiantur prohibita.cap.inter corporalia. extra de tranſ.præla. Nam aliquando propter bonum,quod ex aliquo malo geſto ſequitur,ipſum malum toleratur, & ſimiliter propter maius malum. Nam Paulus cum quoſdam incontinentes in eccleſia inſpiceret, conceſſit minora, vt maiora declinarent, dicens propter fornicationem vnuſquiſque habeat vxorem ſuam 13.diſtinct.capitu. nerui. eccleſia enim tolerat publicas meretrices, & ſub diſſimulatione tranſit, vt euitetur maius malum,vt no.in cap.inter opera charitatis.extra de ſpon.ſed Papa permittit iudæis fęnerari propter maius malum euitandum, quod committeretur per Chriſtianos, qui fęnerarentur ſub vſuris, & ſubditi & forenſes non poſſent reperire pecunias mutuò.vnde orirentur ſcandala,& multa peſſima,vnde bonum eſt ſub dulci fœnore vſurarum,& ex hac cauſa poteſt defendi temporalis permiſſio in iudæis. Hinc eſt, quod dicitur, de iure diuino prohibita conceduntur iure humano,vt furtum, homicidium,& ſimilia.capitu.ſi quis propter. de fer.capi.licet.de feriis. clemen. prima. de homicid.& ideo D.Pet de Anchar.conſil.230.incipiente, Chriſtianiſſime & ſingulariſſime domine,ibi refert, quod quidam dominus ſecularis vna cum conſenſu populi fecit decretum, quod iudæi poſſent publicè fęnerari in territorio ſuo, nec interuenit permiſſio Papæ,decidit per rationes vrgentiſſimas,quod tale decretum valeat propter publicum bonum, cum ex neutra partium committat peccatum mortale. dicit tamen, quod non credit ſpectare ad iuriſdictionem domini temporalis,ſed ſpectat ad Papam.Accedat conſilium Pauli in numero 326.incipiente,non videtur expediens.vbi quædã ciuitas

ſubdita

Source : BIU Cujas

ſubdita dominio Venetorum conuenit cum iudæis, vt facerent vſuras cum certis capitulis, quæ confirmata fuerant per dominium Venetorum, modo iudæi petebant vſuras a Chriſtianis ſecundum diſpoſitionem pactorũ initorum cum ipſa ciuitate, Chriſtiani confitebantur debitum, ſed nolebant ſoluere vſuras, an poteſtas ſecularis poſſit mandare Chriſtianis ſalua cõſcientia, vt ſoluant vſuras ſecundum q̃ in pactis erat conuentum, & ſic illud decretum exequi, conſuluit quod ſic: quia talia pacta & conſuetudines vigent per totam Italiã, & concurrit etiam priuilegium Papæ Martini & Eugenij, de quo ſupra dixi. Et ſi dixeris, q̃ vſuræ ſunt regulariter prohibitæ tam diuina, quam humana lege. l. 1. C. de ſum. Trin. nec poſſunt licite fieri, nec aliqua obligatio, vel exactio pro eis petẽdis introduci. l. ſi non ſortem. in prin. ff. de condic. indeb. facit clem. 1. de vſuris. quæ improbat ſtatuta terrarum quæ diſponunt contrarium, tanquam ſi non eſſent prohibitæ, a cuius clementinæ diſpoſitione præfata dubia ſæpe oriuntur, ſed fruſtra ſecundum eum: quia illa cle. voluit obuiare proteruię & ſtultitiæ quorundam laicorum volentium plus credere capiti ſuo, quam ſcriptis diuinis & humanis, contra capitulum, ne innitaris. de conſtitu. & eis aliqua ratio ſuggerit, q̃ propter neceſſitates hominum vſuræ hodie debeant eſſe permiſſæ, ſicut olim erant de iure ciuili, & ita pertinaciter aſſerunt, & ſtatuta condunt, & condi faciunt, non ſolum in perſonis iudæorum, ſed etiam Chriſtianorum laicorum ſaltem in eorũ territoriis, & ſic communi ſententiæ contradicunt, quæ eſt in contrarium. c. per miſerabilem. de vſur. Talia namque ſtatuta & obſeruationes continentes hæreſim cõſtitutio illius cle. deteſtatur & annullat. Cæterum obſeruantia vniuerſalis, quæ viget per Italiam de tolerando iudæos, vt ſtent in ſingulis terris, & præſtent ad vſuras propter immenſas neceſſitates non eſt illius conditionis, & naturæ, cuius erat opin. illorum, qui dederunt cauſam illi clementinę, & quæ per ipſam reprobatur. Non enim populi Chriſtiani tales conuentiones faciunt cum iudæis, q̃ credant vſuras poſſe fieri licite: quia ſi hoc crederent ipſi inter ſe fœnerarentur, immo cum ſentiãt contrarium volunt potius illaqueari animas iudęorum, & ſic potius deteſtantur vſuras per præfatas conuentiones, quam approbent, & ſic non peccant, ſed peccatum euitant. Et ſic nec verba, quæ ſunt in principio illius clementinæ, conueniunt huic obſeruantiæ; nec verba, quæ ſunt in fine eiuſdem
3 cle. Ex his ſtat veritas, q̃ † huiuſmodi vſuræ extortæ a iudæis non poſſunt repeti, nec ſunt in cauſa reſtitutionis, & per conſequens hæredes ipſius iudæi non poſſunt inquietari per Epiſcopum, aut per ipſam filiam effectam Chriſtianã, pro dicta reſtitutione malè ablatorum. Taceat igitur ipſa filia.

SVMMARIVM.

1 *Maritus ſi donauit aliquid de bonis ſuis alicui, vt ille conſtitueret dotem uxoris ipſius donantis, an ualeat talis donatio.*

L. QVAERO.

1 SI vir donauit aliquid de bonis ſuis alicui, vt ille conſtitueret dotem vxori ipſius donantis, an valeat. Et concludo q̃ non: quia res, quæ erat ipſius viri, nõ potuit concedi ei in dotem: quia eſt titulus totaliter in maritum dominium tranſferens ſecundum veram opin. poſitam in glo. in l. in rebus. C. de iure do. & in l. doce ancillam. C. de rei ven. vnde res ſua nõ potuit amplius effici ſua, vt l. debitum ff. de pign. act. l. cũ res. ff. de contrahen. emp. & ſi dixeris, iam nõ erat amplius ipſius mariti, qui alteri donauerat ipſam rem ſuã, & ſic potuit poſt in dotem dari. Reſpon. quod cum extraneus dederit hãc rem in dotem vxori ipſius viri, qui vt ſupra rem ſuam donauerat certè videtur extraneus eam ipſi mulieri donaſſe. l. 1. §. accedit. C. de rei vxo. act. & quia res prius erat in patrimonio mariti donata ab extraneo de conſenſu mariti, videtur ab ipſo marito donata vxori, vt dicit notabilis tex. in l. ſi extraneus, de do. inter vir. & vxor. quia qui conſentit rem ſuam ab alio donari, ipſe donare videtur. l. ſi liqueat. in fi. C. de inoffic. do. l. 2. C. ſi aduerſus do. Sicut ergo ſi maritus de directo donaſſet vxori rem, vt poſtea eam ſibi vxor in dotem daret, etiam hoc expreſſo, non valet donatio, niſi morte viri confirmetur. l. ſi quis vxori ea conditione. ff. de dona. inter virum & vxorem. ergo nec ſimiliter valebit in hoc caſu, & non attendetur illa imaginatio, q̃ vir accipiẽdo in dotem rem propriam, videtur donare extraneo, & extraneus vxori: quia dico, quod illa videtur fuiſſe intentio mariti donantis extraneo, vt extraneus donaret vxori, ad quam peruenturum erat ex conſtitutione dotis, vt l. fideicommiſſa. §. interdum. ff. de leg. 3. ergo licet ipſe donet extraneo, vt donet vxori, non extraneus, ſed ipſe donaſſe videtur vxori, vt dicit tex. no. in l. profectitia. §. ſi quis centum. ff. de iure do. & ſic donatio non valet, niſi confirmetur morte mariti. l. ſed interim. §. idem Marcellus. & ibi glo. ff. de donat. inter vir. & vxor. eſt enim donatio facta per interpoſitam perſonam, quæ eſt prohibita. l. ſi ſponſus. in princ. eod. tit.

LI. QVAERO.

SI vir eſt confeſſus habuiſſe & recepiſſe dotem, quam ſoluto matrimonio promiſit &c. & in continenti alio inſtrumento promittitur dicto marito non obſtante dicta confeſſione dari dictam dotem, vel ſi poſt confeſſionem recepit partem dotis, an ob hoc preſumatur confeſſio ſimulata etiã quo ad reſiduum dotis. Tex. eſt ſing. qui non eſt alibi ſecundum Bal. ibi, quod ſic in l. ab Anaſtaſio. C. mand. Accedat, q̃ ſi confiteor habuiſſe centum, quæ mihi debes, & poſtea tu promittis mihi eadem centum, præſumitur facta confeſſio ſpe futuræ promiſſionis, tex. eſt ſing. in l. ſi minor, cui fideicõmiſſum. ſupra de mino. in princ. ſecundum Bal. in l. ſi abſentis. C. ſi certum peta. vide no. quæſtionem per Bal. in l. ſi voluntate. C. de do. promiſ. & quod no. Bar. & alij in l. fin. §. ſi vir. ff. ſolu. matri.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio dotis receptæ an teneat.*
2 *Innobilitas viri compenſatur cum nobilitate mulieris per ſuas diuitias.*
3 *Donatio inter uirum & uxorem confirmatur morte, ſi traditio interuenerit.*
4 *Confeſſio de dote recepta facta conſtante matrimonio, poterit quaſi donatio per maritum reuocari, licet ſit roborata iuramento.*
5 *Confeſſio dotis receptæ præſumitur in fraudem, ubi aliter non apparet de numeratione.*
6 *Animus donandi preſumitur, quando mulier eſt ita pauper, quod non eſt ſpes in ſolutione dotis confeſſatę.*

LII. QVAERO.

1 VTrum confeſſio † dotis receptæ teneat. Circa quod dubium pro clariori intelligentia formo tres quæſtiones. Prima eſt quando maritus futurus confitetur recepiſſe dotem ante matrimonium. Secunda, quando tempore diuortij. Tertia, quando conſtante matrimonio. Et quia iſta vltima eſt magis dubia, ideo illam in vltimo collocaui. In prima quæſtione concludo, q̃ ſi confitetur animo donandi, pura cauſa honoris, vt videatur recepiſſe, quod non receperit, & non valet confeſſio etiam ante matrimonium, caſus eſt no. in l. 1. C. de do. ante nup. Secus ſi donaſſet, & tradidiſſet vxori futuræ, & demum ab ea illud donatum receperit in dotem: quia tunc valeret, vt eſt ibi caſus no. In dubio autem quid iuris ſit, credo, q̃ non videatur facere animo donandi per ea, quæ infra dicam: quia interpretaremur in eam partem, in qua diſpoſitio non valeret. d. l. 1. q̃ minime eſt faciendum, vt infra dicam. Et ideo præſumetur potius facta ſub ſpe futuræ numerationis. Ita tenet Ioan. Andr. in addi. Specu. in rubrica de donatio. inter virum & vxor. in fi. ſequens opinio. Alber. Galeo. cum qua etiam tranſit Bal. & Imo. in l. penul. §. mulier. ff. ſoluto matrimonio. & ita intelligunt l. j. & totum titulum. C. de don. cau. Quod intellige, niſi efficaciter eſſet renunciatum exceptioni non numeratæ dotis cum iuramento de nõ contraueniendo, quo caſu præſumeretur animus donandi; quia tunc ceſſat coniectura, q̃ fecerit ſub ſpe futuræ numerationis: quia illi renunciatum eſt, quæ renũciatio nihil aliud eſt, quam donatio. l. ſi quis delegauerit. & ibi Bar. ff. de do. ſecus ſi iuraſſet in contractu prædicta eſſe vera, vt dicam infra in 3. q. In ſecunda q. ſi maritus confitetur tempore diuortij animo donandi ſe recepiſſe, quod non accepit, & diuortium fiebat ob iuſtam cauſam, ſine dubio valet. l. vitricus. cum l. ſequen. ff. de donatio. inter virum. licet quidam idem dicant, etiam ſi non ſuberat iuſta cauſa diuortij. l. ſed inter. in §. fina. cum l. ſequen. eodem titulo. Sed primum verius, per d. l. vitricus. & ita tenent Doctor. in l. ſi diuortio. ff. de verborum obligationib. In dubio autem in primo caſu dico, quod videtur feciſſe animo donandi, cum non poſſit accipi aliter coniectura, nec ex tali præſumptione vitietur diſpoſitio. Sed in ſecundo caſu ſi præſumeretur donatio, non teneret, vnde forte potius præſumeretur error, quam animus donandi. In tertia quæſt. an confeſſio receptæ dotis facta conſtante matrimonio valeat. Breuiter Doctor. faciunt tria membra: quia aut conſtat, quod talis confeſſio emanauit animo do-

Source : BIU Cujas

nandi. Aut constat expresse, vel tacitè, ꝙ facta fuit spe futuræ numerationis, aut sumus in dubio.

Primo casu non est dubium, non valere talem confessionem, per totum tit. ff. & C. de do. inter vir. nisi casu quo rusticus acciperet nobilem in vxorem, & constitueret sibi dotē, aut confiteretur animo donandi: quia tunc videtur tanquā facta in remunerationem nobilitatis secundum Bar. & Doc. in d. l. si diuortio. & allego ad hoc glo. sing. in l. si voluntate. C. de do. promis. quæ tamen secundum aliquos non probat; tamen idem tenent Bar. & Ang. in l. si ita stipulatus. §. si tibi nupsero. de verbor. oblig. Cy. in d. l. quod de suo. Bal. in l. 1. in fi. C. de do. ante nup. Ang. in consil. 5. Sed Bal. in d. l. si voluntate. dicit, ꝙ si est tanta inæqualitas, ꝙ mulier mereatur talem donationem, tunc valet, alias non, & ideo si vnus rusticus vel de diues acciperet vnam nobilem pauperem, non videtur es
2 se inæqualitas, quæ facit valere donationem, † quia innobilitas viri suppletur per suas diuitias, quæ debent compensari cum nobilitate mulieris pauperis. Sed istud fortè procederet viuente marito, sed eo mortuo non militat talis ratio: cum deterioris conditionis esset vidua pauper ad secundo nubendum, quàm virgo, & ideo videtur talem donationem valere, & ita tenet Bar. in d. l. si voluntate. & Imo. in rub. ff. soluto matrimonio. Item fallit, si interuenerit instrumentum, de quo infra dicam. Adde, quia prædicta procedunt, quando rusticus accipit nobilem in vxorem, & expressè constat, ꝙ facit talem confessionem animo donandi. sed dubium est, quid in dubio præsumitur. D. Pet. de Besu. in d. l. si diuortio. dicit idem; quia mulier propter eius nobilitatem nubendo ignobili videtur munus facere, & ideo confessio mariti in dubio debet præsumi animo remunerandi. l. si verò non remunerandi. §. idem Papinianus. ff. manda. idem tenet Bal. in l. 1. C. de donatio. ante nuptias. Bar in d. l. si voluntate. licet Cy. Bal. ibi, & Ray. in d. l. si diuortio. teneant contrarium, sed non bene. Attende tamen, quia licet regulariter non teneat ab initio talis confessio de dote recepta animo donandi; tamen morte mariti confirmatur: quia illa confessio cum promissione habet vim traditionis, vt est glo. notab. in l. secunda. C. de do. cau. quam Bart. & Doctor. singu. ibi notant, & Bal. in l. j. C. de donat. ante nuptias. Raphael in dicta l. si diuortio. Istud multum nota. pro ampliatione. l. Papinianus. ff. de donatio. inter virum & vxo-
3 rem. vbi est casus singularis, ꝙ † donatio inter virum & vxorem, ita demum confirmatur morte, si traditio interuenerit, & idem in similibus donationibus, quæ morte confirmant, vt donatio facta filio. l. donationes. C. de donatio. inter vir. & vxor. quia ex præmissis patet, quod licet vera traditio nō interuenerit, si tamen interuenit aliquid, quod loco traditionis habetur, sufficit ad confirmationem, vt est dicta confessio cū promissione, & hoc quando animo donandi cōfiterur: secus si sub spe futuræ numerationis secundum Saly. in dic. l. secunda. vel etiam simulata causa honoris secundum Bal. in d. l. 1. in secundo casu, quando constat tacitè, vel expressè, quod nō confitetur animo donandi; tunc habet locum titulus de dote cauta non numera. & potest opponi exceptio non numeratę dotis, nec potest confirmari in vim donationis per mortem. Sed hic quæro, per quas coniecturas apparebit, ꝙ confiteatur non animo donandi, sed potius animo consequendi numerationem. Ange. Are. in §. fuerat. Insti. de act. in 17. colum. dicit, quod si vna cum marito alius confessus est, & se obligauit ad dotis restitutionem, certè cum in extraneo non præsumatur animus donandi in dubio iuxta ea, quæ infra dicam, similiter nec in marito, ne eadem confessio mariti & alterius simul facta diuerso iure censeatur, argum. l. eum qui. de vsuc. & probatur in l fi. C. de do. cau. tamen istud argumentum iudicio meo est debile per l. hac cōsultissima. §. ex imperfecto. C. de testamen. vbi vnum & idem testamentum diuerso iure censetur. Aduertendum tamen est, in quantum Ang. allegat dic. l. fin. quæ loquitur etiam, quando pater mariti vna cum filio marito confitetur, & sic sentit quod tunc non præsumatur animus donandi, quod est no. digniſſimum. Item potest constare, quod non animo donandi, quando statim post confessionem talem pater mulieris, vel alius constituens dotem se obligat ad illam dandam. Et iste est casus, qui quotidie occurrit, & audiui ab eximio genitore meo, quod maritus per hoc videtur recepisse nomine promittentis insolutum. Ideo mortuo marito etiam ante solutionem sibi factam hæredes eius compellerentur restituere dotem ipsi mulieri, nec liberarentur cedendo actionem contra patrem, vel fratrem mulieris, vel alium promittentem dotem, quod no. per Bar. in l. penul. §. si vir. ff. solu. matrimonio. & Iaco. de Are. quos sequitur ibi Imo. & Raph. licet Bal. ibi aliter dixerit. In tertio casu quando sumus in dubio, an animo donandi, vel sub spe futuræ numerationis. Ange. Are. in præallega. §. fuerat. determinat, quod propter mutuum amorem viri & vxoris præsumitur in dubio fecisse talem confessionem animo donādi. Et ita dicit expresse sentire Bar. in l. Papinia. ff. de dona. inter vir. Sed in veritate Bar. ibi loquitur in terminis l. secundæ. C. de do. cau. non num. q̄ ipse allegat, quoniam Bar. loquitur, qū constat, confessionem fuisse factam animo donandi, non aūt loquitur in dubio. Item alleg. Bal. in l. 1. C. de dona. ante nup. & Bal. in l. j. C. de do. cau. vbi dicitur, ꝙ dos nuda confessione non constituitur. Sed nihil dicit, quid in dubio, imo ibi cōstabat, ꝙ non donandi animo, vt ibi dicitur in tex. Item allegat Bar. in l. si diuortio. ff. de verbor. obligat. & Saly. in l. secunda. C. de do. cau. Sed certè Bar. non loquitur, nisi secundum glo. ibi, quæ non loquitur in confitente, sed muliere stipulante, quam non declarat. Item constabat, quod animo donandi, vt supra dixi. Addo, ꝙ istam partem expresse videtur firmare Bar. in l. cum quis decedens. §. Titia. de lega. 3. vbi vult, quod
4 †cōfessio de dote recepta facta constante matrimonio poterit quasi donatio per maritum reuocari, licet iuramento sit roborata. Idem tenet Bal. in l. prima. C. de inoffi. don. & quod in dubio præsumatur donatio, firmat Raph. in d. l. si donatio. & Bal. in l. generi. C. de non nume. pecu. Iacob. de Are. vt refert Salyc. in d. l. secunda. C. de donatio. ante nup. & ibi Saly. refert.

Sed in contrarium, ꝙ imo in dubio non videtur donare, velle videtur Cy. in d. l. secunda. & ibi refert & sequitur Salyc. quia alias in paucis casibus haberet locum exceptio non numeratæ dotis, & in dubio vbi potest accipi alia coniectura, cessat coniectura donationis. l. cum de indebito. ff. de probat. Et pro hac parte facit auth. sed iā necesse. C. de do. ante nupt. vbi dicitur, ꝙ talis confessio de recepta dote non præiudicet creditoribus ipsius confitentis, tamen ipsi confitenti præiudicat, quod non esset, si non præsumeretur animo donandi fecisse: quia tunc non valeret, toto titu. C. de don inter vir. & vxor. Ego pro clariori dilucidatione, quia articulus est quotidianus & vtilis, primo ponam quosdam casus, in quibus in dubio non præsumitur facta animo donandi, deinde arguam ad partes, & concludam.

In primis si mulier, vel alius per stipulationem promisit dotem marito, & postea maritus confiterur, statim sibi præiudicat, casus est secundum intellectum Petri in l. in contractib. §. j. ibi, illis etiam securitatibus &c. C. de non numera. pecun. quem intellectum tenet ibi Saly. de hoc etiam est gl. in l. fin. C. de do. cau. & ita fortè intelligit Bar. in d. authen. sed iam necesse. vel etiam potest intelligi, quando confessus est, & renūciauit exceptioni non nume. dotis, vel lapsum est tempus opponendi, quo casu sibi præiudicat confessio, licet non creditoribus præteritis, & ita tenet Imo. in l. penul. §. si vir. in penult. col. ff. soluto matrimonio. Sed primo casu addo rationem, nam ex quo præcessit instrumentum promissionis dotis, non est mirum si confessio mariti postea facta de dote recepta sibi præiudicat: quia videtur facta occasione dictæ promissionis sibi factę per mulierem, quod tenemenți. Item quando esset confessio geminata de dote recepta diuersis temporibus, certè sibi præiudicaret, & non præsumitur animus donādi, vt d. l. in contractibus. §. 1. secundum alium intellectum. glo. ibi communiter approbatur, facit, quod solet dici de virtute actus geminati. Raph. in rubr. ff. de verborum obligationib. per Bartolum in l. cum scimus. C. de agricolis & censit. libro vndecimo. in l. Balista. ad Trebellianum. Præmissis autem casibus cessantibus arguo ad partes. Si quæratur, an in dubio præsumatur confiteri animo donādi, & videtur quod non: quia nunquam debemus taliter interpretari, quod actus sit nullus. l. quoties in stipulationibus, ff. de verborum oblig. imo debet esse vltima interpretatio, vt no. per glo. in l. inter stipulantem. §. 1. eodem titu. & l. veteribus. ff. de pact. potius ergo debemus interpretari, quod spe futuræ numerationis, quo casu valet dispositio, licet infra certum tempus possit opponi exceptio non numeratæ dotis. Præterea si in dubio præsumeretur animus donandi, ergo nunquam in dubio opponeretur excepto non numeratæ dotis. Sed tantum, quando cōstaret, quod spe futuræ numerationis hoc fecisset, quod esset valde restringere titulum. C. de do. cau. Item pro hac parte videtur casus in l. si sponsus. §. circa. ff. de donatio. inter vir. Item quia tunc talis confessio etiam cum renunciatione exceptionis non numeratæ dotis non prodesset mulieri, cum etiam talis renunciatio sit quædam priuatio. l. si quis delegauerit. & ibi Bar. ff. de noua. cuius contrarium vult Barto. in l. assiduis. C. qui po. in pign. dicens plus, quod talis dos confessata cum tali renunciatione habet priuilegia veræ dotis, & ita dicit communiter obseruari, de quo vltimo infra tangā in loco suo. Præterea ad idem videtur casus in l. fina. C. de do. cau. vbi expressè patet, quod loquitur in dubio, &

tamen

Source : BIU Cujas

tamen dat excep. non num. dotis etiam hæredibus mariti, quibus non daretur, si censeretur facta animo donandi: quia donatio morte confirmaretur. l. donationis. C. de donatio. inter vir.

Pro contraria parte, ꝙ præsumatur animo donandi facta adducitur: quia in constitutione dotis exigitur numeratio, vt no. in l. 1. C. de do. cau. non num. Sed habemus regulam, ꝙ vbicunque requiritur numeratio, & de facili potest committi fraus, seu simulatio: tunc confessio nunquam probat numerationem l. per diuersas. C. mand. per Imo. in l. si ita stipulatus. §. Chrisogonus. de verb. obl. Sed huic arg. respondeo fatendo, ꝙ non probatur numeratio, & ideo habet locum exceptio non nume. do. non autem præsumitur animus donandi. Item prædicta secunda procedit quantum ad præiudicium tertij, tamen bene nocet ipsi confitenti secundum Bar. in d. l. per diuersas. Bal. in l. prima. C. de inoffic. dona. Bar. in l. duobus. §. 1. de iureiu. no. in l. cum filius. in prin. ff. de verbor. oblig. in l. Titia. in prin. eo. ti. & etiam vult Bar. in propriis terminis in d. authen. sed iam necesse. Item pro hac parte arguo sic, vbicunque titulus lucratiuus est prohibitus inter eos, inter quos dispositio geritur, tunc confessio de recepto præsumitur in fraudem legis emanasse, & animo donandi, ꝙ alias non poterat, l. prohibente. casus est in l. qui testamentum. ff. de proba. gl. Bar. & Sal. in l. si donat. C. de col. Adde tex. in l. de suo. C. de do. inter vir. & facit, quod eleganter dicit Bar. in l. si fortè. per illum tex. de cast. pec. & quod no. lo. An in addi. Specu. 1. respon. de rebus eccl. non alien. Sed inter virum & vxo. est prohibitus titulus lucratiuus, vt in toto ti. de dona. inter virum & vxo. ergo dicta† confessio, vbi aliter non apparet de numeratione, præsumitur in fraudem l. animo donandi. Sed respondeo, ꝙ prædicta vera, quando non potest accipi alia coniectura, quam aut veræ receptionis, aut simulatæ confessionis in fraudem legis, quo casu inter incapaces potius præsumitur simulatio, & fraus, quam vera receptio. Sed in casu nostro potest accipi tertia coniectura præsumptiua, per totū tit. C. de dote cau. videlicet, ꝙ nec verè receperit, nec etiam confessus erit in fraudem legis animo donādi, sed potius spe futuræ numerationis, & hanc vltimam præsumptionem debemus assumere, vt sustineatur actus, per allegata pro alia parte. Vel aliter potest responderi, ꝙ d. l. qui testamentum. loquitur in vltima voluntate, quæ nunquam intelligitur facta sub spe futuræ numerationis, vt est glo. in l. 1. C. de fal. causa adie. leg. quam ad hoc singularem facit Bal. in ti. de pa. Constan. in versic. vasalli. el primo, & in l. fina. C. de non nume. pecu. Ad d. l. quod de suo. respon. vt ibi per Cy. videlicet, ꝙ constabat ibi, ꝙ fecit animo donandi. Ad no. in d. l. si forte. respon. ꝙ loquitur in casibus, in quibus non cadebat præsumptio futuræ numerationis, nec exceptio non numera. pecu. cum ita tantum habeat locum in certis casibus, de quibus in l. generi. & in l. in contractibus. & in l. si ex cautione. C. de non numera. pecun. Item pro ista parte facit ratio Cuma. in d. l. si diuortio. vbi dixit, ꝙ inter virum & vxo. & alios necessitudine coniunctos de facili propter mutuum amorem præsumitur animus donandi. l. vnum ex familia. §. 2. ff. de lega. 2. bon. tex. in l. Procula. ff. de probationib. Sed respondet per interpretationem, & argum. potest negari per l. si sponsus. in §. circa. cum sua gl. ff. de dona. inter virum. Vel aliter respon. quod prædicta procedunt, vbi donatio posset valere, alias secus. Tamen huic responsioni obstat l. si filij. cum sequen. & ibi no. Barto. C. de donat. inter virum. Vnde aliter respon. quod præmissa procedunt, vbi alia verisimilior coniectura non potest accipi, sed hic alia verisimilis & legibus approbata potest accipi, ergo &c. Item pro hac parte adducitur tex. in d. l. 1. C. de do. cau. vbi tex. loquitur in dubio, vt necessario ibi probat finis, & vult, ꝙ dos nuda confessione non constituatur. Et dicitur, ꝙ illud dicit propter exceptionem non numeratæ dotis. Respon. ꝙ non est verum, ꝙ ille tex. probet, imo probat, ꝙ cōfitens ipso iure sit tutus, vt patet ibi, ita demum ad petitionem &c. Item dicit, ꝙ dotem scriptura instrumenti dotalis non facit, sed numeratio, ergo non loquitur, quando confessus est sub spe futuræ numerationis quia tunc confessio faceret dotem, licet obstaret exceptio, quinimo effectualiter faceret dotem post tempus, de quo in l. fi. cum sua authen. C. de do. cau. non nu. Innuit ergo, ꝙ in dubio præsumitur confessio emanasse animo donandi, quo casu ipso iure tutus est confitens. Et si dixeris, ꝙ d. l. 1. loquitur, quando expressè constabat, ꝙ animo donandi. Respon. non est verum propter finem illius tex. ibi, si dotem, & de re ipsa datam &c. quæ verba tunc frustratoriè apponerentur, & glo. fi. ibi non bene dixit, inquantum videtur intelligere, ꝙ talis confessio non nocet, nisi lapso tempore opponendæ exceptionis non numeratæ dotis, & sic vult intelligere illum tex. in confessione facta spe futuræ numerationis, & ita etiam Bar. ibi. aduertendum puto: quia cum ille tex. loquatur in dubio, vt dixi, consequenter erit ibi decisio glo. ac etiam Bar. ꝙ in dubio præsumitur facta sub spe futuræ numerationis potius, quam animo donan. Tene tamen mente authoritatem illius glo. & in veritate ille tex. subtiliter intellectus fortiter viget, & Bar. in suo summario sentit veritatem, quia dicit, ꝙ dos confessata non numerata non potest effectualiter repeti: nam dicit effectualiter, propter exceptionem non numeratæ dotis. & quamuis repugnent verba ipsi literæ: tamen per rationes quas feci supra pro alia parte videtur, ꝙ ita debet necessariò intelligi, vel etiā potest dici, quod vbi maritus confiteret sub spe futuræ numerationis, ipso iure esset tutus, & illa exceptio esset intentionis, & facti: cum intra tempus opponendæ exceptionis sit solum ciuiliter obligatus secundum veram opi. de qua in l. cum quis. C. de iur. & fac. ignorantia. & in l. 1. ff. de condic. indeb. Et ista pars de iure, & æquitate videtur tutior, ꝙ in dubio videtur sub spe futuræ numerationis, & ideo in iuramento inesset ista tacita conditio. l. fina. C. de non numera. pecun. secus si præsumeretur donatio: quia tunc firmaretur iuramento secundum magis communem opin. de qua per Barto. in l. prima. ff. de dona. inter vir. in l. Seius & Augerius. ff. ad l. Falc. in l. si quis pro eo. de fideicom. per Imo. in cap. cum contingat. de iureiur. cum concord. Et istam partem, ꝙ in dubio talis confessio præsumitur facta spe futuræ numerationis, firmant Imo. & Roma. in dicta l. si diuortio. Dy. in quodam suo consil. incipien. quæritur, vtrum instrumētum dotis. Sal. in d. l. ꝙ de suo. Item tenet Ang. in consi. 5. incipien. Andræas Ioannis. & ita etiam audio consuluisse D. Bal. idem consuluit Pet. de Anch. in suo consi. 307. incip. nulli dubium.

6 Limito † tamen, nisi mulier esset ita pauper, ꝙ non esset spes in solutione dotis confessatæ, quia tunc bene præsumere tur animus donandi secundum Saly. in l. 2. C. de do. cau. non num. Alij in hoc articulo dicunt, aut dos est confessata sine alia renunciatione, & non præsumitur donatio, etiam si sit iuratum non contrauenire per l. fin. C. de non numera. pecu. Aut renunciatum est exceptioni non numeratæ dotis, tunc si sine iuramento, adhuc idem: quia non tenet renunciatio, vt dicam infra, in alia q. de hoc. Si verò cum iuramento, tunc si fuit iuratum de non contraueniendo, certè cum renuncia re exceptioni competenti sit donare. l. si quis delegauerit. ff. de noua præsumitur animus donandi in marito. ad quod vide Bal. in l. j. C. de priui. do. Si verò iurauit contenta esse vera: tunc quia vna præsumptio tollit aliam. l. diuus. ff. de in integ. rest. præsumam, ꝙ vere receperit: quia nemo præsumitur immemor salutis æternæ. l. fi. C. ad l. Iul. repe.

SVMMARIVM.

1 *Confessio dotis receptæ, an & quando præsumatur facta in fraudem creditorum, & quid in futuris creditoribus, nu 2.*

3 *Dominium non transfertur ex simulato contractu, quinimo nec possessio.*

4 *Iuramentum licet non firmet contractum simulatum de iure canonico, tamen firmat illum, qui in ueritate agitur, si est talis, qui possit firmari, uel iuuari iuramento, etiam si esset fęneratitius.*

5 *Confessio dotis facta cum renunciatione simplici, nullatenus prędiudicat creditoribus.*

LIII. QVAERO.

1 AN dicta† confessio. ADDIT. [An dicta confessio. No. ꝙ confessio mariti de dote recepta constante mat. nō nocet creditoribus, sed sibi, & prodest vxori. Bar. in auth. sed iam necesse. C. de do. ante nup. Ioan. de Por. in l. 1. in fi. & in l. si constante. ff. sol. ma. Sed Pau. de Cast. in consi. 116. dicit, ꝙ nec sibi præiudicat.] præsumatur facta in fraudem creditorum. & communiter tenetur, quod sic in pluribus creditoribus: si quidem dos confessata fuit in rebus mobilibus, vt est glo. ordin. in authen. sed iam necesse. in verbo debitor. C. de donatio. ante nup. & Barto. in l. si constante, in 4. quæsti. vltimæ partis, in verbo idem aduerte. ff. solu. matrimo. cum quo transit ibi Bal. & Imo. & Bar. & Doct. in l. post contractum. ff. de dona.

2 Quid autem † in futuris creditoribus, an videatur facta in fraudem? Doctor examinant in d authen. sed iam necesse, & vide omnino Bal. in rub. C. de his quæ in fraud. credi. Adde, quod glos. in d. authen. sed iam necesse, tenet, quòd etiam videatur facta in fraudem futurorum creditorum, & creditoribus postea factis non nocebit. Quod verum secundum Barto. & Ange. & Saiyc. ibi, si essent aliqua signa, seu indicia, ex quibus posset fraus præsumi. l. si maritus. ff. qui & a quib.

Source : BIU Cujas

alias secus in futuris creditoribus. Et quæ possint esse ista indicia, vide Barto. in l. ait prætor. §. 1. ff. de his quæ in frau. cred. & erit præsumptio fraudis, si statim post dictā confessionem maritus recipit pecunias mutuo ab aliquo, cui mulierem scit anteferri. Vide Cyn. & Salyc. in d. authen. & faciunt no. per Barto. in l. post contractum. ff. de dona. Et hęc vera, quando confessio allegatur simpliciter facta in fraudem creditorum, cæterum si allegaretur simulatio: tunc prodesset etiam futuris creditoribus: quia simulatio nulli creditorum nocet, ita dicit Ange. Aretin. in §. fuerat Insti. de act. in 18. col. allegans ad hoc. Bald. in rubr. quæ in fraud. cred. versi. quæro cum cœpisset &c. vbi dicit, quod tantum præsumitur facta in fraudem creditorum quibus non nocet, argu. notator. in l. secunda. C. de dote cau. & sic sentit, quod dicatur simulata, etiam quo ad creditores futuros, quod verū dicit, si sint creditores ex causa onerosa, secus si ex causa lucratiua, & quod confessio, de qua supra, dicatur simulata. Adde, quod hic vult Iacob. de Are. vt refert Saly. in d. l. secunda. Idem Bal. in authen. sed iam necesse. C. de donatio. ante nup. Et fortifico præmissam
3 opi. quia † ex simulato contractu. ADDITIO. [Ex contractu simulato. No. hic, ꝙ dominium non trasfertur ex ficto contractu. Sed possessio sic, vide Bar. in l. quēadmodū. C. de agri. & cēsi. lib. 11. & in l. emptor. de aqua plu. arcen. & Bal. in c. 1. ver. callidis. de prohi. feu. alie. Vide insuper Bar. Soc. in consi. 264. inci. visis instrumento. ver. circa 3. q. cū ver seq. 2. parte.] nō transfertur dominium, quinimo nec possessio. l. emptor. ff. de aqua plu. ar. l. 1. §. si vir. ff. de acqui. pos. ergo absque dubio nulli creditorum nocebit. Sed credo præmissam opi. veram tenendo, ꝙ confessio de dote recepta præsumatur in dubio facta animo donandi: quia tunc fieret simulatio de vno contractu ad alium, seu de vna dispositione ad aliam: quo casu sine dubio id, qu od simulate concipitur non nocet creditoribus etiam futuris, vt in rubro & nig. C. plus valere quod agi. d. §. si vir. nec etiam ipsis creditoribus postea factis per maritum noceret id quod inveritate agitur, videlicet donatio: qa non tenet, toto titulo de do. inter vir. & vxo. nec dixeris, morte confirmatur, & illa confirmatio trahitur retro quo ad fructus, non autem quo ad dominium propter inhabilitatem extremi, ad quod est glos. Barto. Bal. & Docto. in l. secunda. C. de inoffic. do. cum ergo iste titulus sit inualidus, & dominium non habeatur ante mortem mariti, consequenter iste donatarius dicetur posterior omnium aliorum creditorum. Ergo eis non debet præferri, potissimum si sint creditores ex causa onerosa, secus si ex causa lucratiua: quia tūc iste titulus lucratiuus impediret cōfirmationem fiendam per mortem, quasi alteri donando cēseatur maritus reuocasse. l. si maritus, la 2. C. de do. inter virum & vxorem. quinimmo & per hypothecam solam, vt est ibi casus singu. ideo si postquam donauit iocalia vxori, ea pignorauerit, videtur reuocasse secūdum Bald. in l. si quidem. C. eodem titu. vbi est casus. & tenendo opinio. de qua supra, & consequenter quod hic sit simulator insurgit mirabilis effectus: quia iuramentum interpositum secundum Ange. Aretin. in §. fuerat. Instit. de actio. non. tollit d. exceptionem simulationis: quia iuramentum interposi tum secundum Ange. Aretin. in §. fuerat. Inst. de action. non tollit d. exceptionem simmulationis: quia iuramētū nō ligat in casu simulationis, vt est glo. secundum eum communiter approbata in l. 3. C. plus valere, quod agitur, & ita dicit Ange. vt ipse refert in l. 1. C. de do. cau. & istud est, quod volunt quotidie aduocati.

4 Sed ego dico, † quod licet de iure canonico iuramentum non firmet contractum simulatum: tamē firmat illum qui in veritate agitur, seu prętat illi fomentum, si est talis, qui possit firmari, vel iuuari iuramento, etiam si esset fœneratitius, ideo non poterit cantraueniri sine absolutione a iuramento per Episcopum. Ita tenet Ange. in quodam consil. quod incip. domina Catherina. & Fed. de Sen. in consi. 279. vt refert Panor. in cap. cum contingat. extra de iureran. Et idem reperio firmasse Bart. & Salyc. in dicta l. 3. Modo in casu præmisso verus contractus, hoc est donatio inter virum & vxorem, potest firmari iuramento secundum veram opin. ergo &c. quinimmo, nec tunc videtur danda absolutio: cum ille contractus donationis non prohibeatur odio creditoris, sed propter alias subiectorum vtilitates, per notata per Bar. in l. si quis pro eo. ff. de fideiuss. & ideo nedum iuramentum est seruādum, sed (quod plus est) iuramentum firmat ipsum contractum & consequenter non videtur danda absolutio iuxta communem theoricam legistarum in d. l. si quis pro eo. & canonistarum in d. c. cum cōtingat, præallegato, & maxime si iurauerit omnia esse vera, quo casu statim fuit piurus, nec postea audiretur allegans turpitudinem suam. Sed nunc non præsumitur animus donandi, vt supra dixi, & circa iuramentum distingue, vt supra dixi, & (vt dixi) procederent præmissa tenendo, quod in dubio confessio dotis receptæ præsumatur facta animo donādi, prout multi tenuerunt iuxta ea, quę supra dixi. Sed tenēdo aliam opi. quam tenui, quod imo ipse future numerationis videatur fecisse talem confessionem, tunc si non esset renunciatum exceptioni non numeratæ dotis, ego dico, quod ista confessio non nocebit creditoribus etiam futuris habentibus bona mariti hypothecata: quia etiam ipsi poterunt obiicere exceptionem non numeratæ dotis, casus est valde notabilis in l. si cui. C. de non nu. pecu. quem Barto. ibi dicit menti tenendum. secus forte si bona non habebant abligata, licet Azo in summa illius titu. generaliter loquatur. Item secus si esset lapsum tempus opponendæ excep.

Sed aduerte, quia ille tex. innuit, quod etiam post lapsum tempus creditores possunt excipere, vt patet ibi, nec eo prohibeantur, quod principalis debitor ea nūquam vsus est &c. & hoc tenuerunt quidam, vt ibi refert Salyc. sed ipse dubitat propter principium & finem illius. l. dic vt ibi. Si vero maritus confitens recepisse dotem renunciauit exceptioni non numeratæ dotis, tunc teneo opinion. Barto. de qua in l. assiduis. C. qui potior. in pignor. habeant. videlicet, quod confessio cum renunciatione habeat vim veræ dotis, etiam quo ad priuilegia, consequenter præiudicat omnibus creditoribus etiam præteritis, sicut dos vere recepta, sed glos. ibi tenet contrarium, & Ang. Cu. & Imo. in l. 1. ff. sol. mat. quando ipsi creditores probant de uera ipsorum numeratione, seu donatione, vt statim latius dicam infra proxime.

5 Sed ego quo ad actiones personales dicerem sic, quod confessio dotis cum renunciatione simplici nullatenus præiudicat creditoribus, quasi in fraudem ipsorum præsumatur facta potius, quam vere receperit. Item quia exceptioni non nume. pecu. non potest simpliciter renunciari sine iuramento, vt statim dicam, sed casu quo sit renunciatum, & iuratum contenta esse vera: tunc adhuc præteritis creditorib. non nocet, sed futuris sic, quasi cesset pīsumptio fraudis quo ad futuros, & potius præsumatur quo ad se, & futuros ipsos creditores, quam falsum iurasse, & ita potest intelligi Bar. in d. auth. sed iam necesse. Si uero renunciauit cum iuramento de non contraueniendo, quo casu præsumitur donatio, vt supra dixi quæ firmatur iuramento: tunc dico, quod non nocebit creditoribus præteritis, nec etiam futuris: quia iuramentum non firmat contractum alias prohibitum in præiudicium tertij, seu creditoris, casus est in c. cū cōtingat. extra de iureiu. nisi velis restringere ad creditores præteritos, qui erant tempore, quo fuit iuratum. sed dic, quod hic sumus in casu simulationis, qui nulli creditorum nocet, vt vidisti per Bald. & Ange. Are. in hoc poterit saluari opin. Bal. Viso qualiter possit dos confessata præiudicare creditorib. quantum ad actiones personales, restaret nunc videndum, an dos confessata in casibus, in quibus tenet, habeat priuilegia circa prelationem in hypotheca, quam habet dos, de cuius numeratione constat, de qua quæst. dicam infra eo. §. in vltimo, vers. de priui. dotis &c.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio non numeratæ dotis, quæ solet apponi in confessionibus, quę fiunt de dote recepta, an teneat.*

2 *Iuramentum licet non adstringat hęredes, tamen vinculum obligationis firmatum per iuramentum bene adstringit eos.*

LIIII. QVAERO.

1 Quia in istis † confessionibus, quæ fiunt de dote recepta solet apponi renunciatio non numeratæ dotis. An talis renunciatio teneat. Glo. tangit in l. si ex cautione. C. de non nu. pec. & videtur velle ꝙ non: tamē operatur, vt renuncianti incumbat onus probandi. Sed Iac. de Are. tenet, ꝙ non prejudicet etiam quo ad onus probandi; quia eadem facilitate, qua inducuntur ad confitendū, eadem ad renunciā dum, & de pauco seruiret in his exceptio non nnmeratæ dotis, vel pecuniæ, & hāc opin. sequuntur Bart. Bal. Cy. & Sal. in d. l. si ex cautione. & hoc quando renunciatio est in eodē cōtractu, seu facta est eodem tempore, quo confessio, secus si ex interuallo: quia tunc ei præiudicaret non tam virtute renunciationis, quam agnitionis debiti ex ea resultantis, & pro hoc adduco, quod voluit in simili Bar. l. nemo potest. ff. de leg. 1. in renunciatione ex interuallo exceptioni simulationis, quē refert & sequitur Pan. in c. cum cōtingat, extra de iureiu. Adduco etiam quod ipse Bal. vult in l. Polipodius. alias incipit quamuis. ff. de sol. & Panor. in c. significante, extra de pign.

per

per l.2. C. de pac. pig. facit etiam l. Titius. ff. de pig. act. licet Sal. teneat idem, si ex interuallo in d. l. si ex cautione. Et præmissa procedunt, si non interueniat iuramentum. Quid si iuratum fuit, distingue sic: quia aut confessus est se recepisse dotem, & iurauit reddere sine alia renunciatione, & tunc in iuramento inest tacita conditio, si numeretur, sicut in simplici promissione, vt est casus in l. fi. C. de non nu. pec. quæ ita intelligitur secundum Pe. & Cyn. Si vero renunciauit cum iuramento de non cõtraueniendo, tunc licet de iure ciuili adhuc sibi non præiudicet: tamen de iure canoni. sic. c. cum contingat. extra de iureiu. secundum Pe; Cyn. Bart. Sal. & Doc. Adde tamen secundum Bar. in l. fin. C. de non nu. pec. q̃ licet sibi præiudicet; tamen si soluerit, poterit repetere, sicut dicimus de eo, qui iurauit vsuras soluere. c. debitores. extra de iureiu. & hoc sequitur Sal. in d. l. si ex cautione. & sentiunt, q̃ etiam ante solutionem posset petere absolutionem a iuramento ad finem contraueniendi, sicut etiam dicimus in iurante soluere vsuras, iuxta notata in d. cap. debitores. & in cap. primo. eod. ti.

Sed ego arguo, q̃ vtrunque sit falsum per no. per eundem Bar. & communiter legistas in l. si quis pro eo ff. de fideiuss. & canonistas in d. c. cum contingat. Ecce, vbi contractus est p̃hibitus odio creditoris, vt in vsurario, Macedoniano, & in iudice prohibito emere durante officio, si interueniat iuramentum, tunc licet iuramentum sit seruandum: non tamen firmat talem contractum. & ideo facta solutione remanet res apud creditorem sine causa, ideo nimirum si potest repeti, & etiam ante solutionem potest peti absolutio a iuramento, quo casu contractus remanebit postea in sua nullitate, cũ per iuramento non fuerit firmatus. Sed quando contractus prohibetur fauore debitoris, vt in Velleiano & in minorris cõtractu, tunc iuramentum bene firmat contractum, authẽ. sacramenta pube. & ibi gl. C. si aduer. vendi. Idem tenet Ioan. Cal. in d. c. cum contingat. & Fed. de Sen. in suis consi. & glos. in c. 2. de pac. lib. 6. ideoq; tunc potest peti absolutio, nec facta absolutione repeti; quia tunc non remanet res penes creditorem sine causa: quia contractus fuit firmatus. Et hanc differentiam sequuntur communiter Doct. vt refert Pan. in c. cum contingat, ac etiam Ang. post Bar. in l. si quis pro eo. p̃al
2 leg. Addo, q̃ hinc videmus, † q̃licet iuramentum non astringat hæredes; tamen vinculum obligationis firmatum per iuramentum bene adstringit eos, vt singulariter traditur per Ioan. And. in c. fi. extra de sepul & per Bu. in c. cum sit. de foro compe. Modo sic, quemadmodum exceptio Velleiani fauore mulieris non odio creditoris est inducta, ita quoque exceptio non nume. pecu. fauore debitoris est inducta nõ odio creditoris: quia in ea non versatur aliquis dolus, vt dicit Sali. in d. l. si ẽx causa. super glo. 2 & quæ hoc sentit declarando, vt ibi per eũ. Nam in dubio, nisi ex verbis appareat aliter dispositio præsumitur fauorabilis: licet in consequentiam redundet in odium alterius. Bar. & Doc. in l. qui exceptionem. ff. de cond. ind. idem sentit Bar. in l. secunda. ff. quod met. cã. tenẽs, q̃ exceptio metus est fauorabilis, non odiosa, de quo dic vt ibi: ergo iuramentum de non contraueniendo firmabit dispositionem, seu contractum mutui ciuilis, quod mutuum inducitur ex confessione, sicut firmat contractum mulieris & minoris. d. capit. cum contingat, & consequenter nõ erit locus repetitioni, nec etiam petitioni absolutionis. tamen qa libenter non recedo a Barto. cogitabam eum substinere hoc modo, vt id, quod dicitur, iuramentum firmare contractum prohibitum fauore contrahentis, non est verum, nsi ille contractus habeat in se tacitam conditionem; quia tunc licet iuramentum, quo se adstringit ad non contraueniendum, sit seruandum etiam ante euentum illius tacitæ conditionis; nõ tamen firmat contractum ante illam tacitam conditionem, ideo facta solutione poterit repetere. nam vbi quis cõfitetur recepisse pecuniam mutuo, & promittit reddere, inest tacita conditio, se numerabitur, & eadem tacita conditio inest inprædicta renunciatione præall. vt supra dixi. Si interuenit iuramentum de non ꝯtraueniendo, tunc etiam si petatur ante euentum conditionis, hoc est, ante numerationẽ, debet seruari iuramentum, non tamen ante confirmabitur dispositio. Sed posset argui, q̃ imo facta tali renunciatione cum iuramẽto, de quo supra, non insit aliqua tacita conditio: quia tunc præsumitur animus donandi, vt supra dixi, & consequenter ista præsumpta donatio pura firmabitur iuramento, nec erit locus repetitioni eius, quando est ex causa donationis solutum: quia respondeo, q̃ illud verum in confessione de dote recepta facta a marito, vt supra, vbi facilius præsumitur donatio, quam inter extraneos. l. si filij. cum l. seq. C. de do. inter vi. & vxor. cum aliis supra alleg. & idem dicerem eadem ratione in confessione mutui facta modo, quo supra inter coniunctos, in quos etiam de facili præsumitur animus donandi. l. Procula ff. de proba. l. vnum ex familia. §. fi. ff. de leg. 2. ideoq; tunc non procederet dictum Bar. sed solum procederet, quando confessio mutui recepti cum renunciatione, & cum iuramento, de quo supra, facta est inter extraneos, & hæc procedunt, quando iurauit non contrauenire, si vero iurauit contenta in instrumento esse vera, prout fit, certè tunc non videtur q̃ possit petere absolutio. vel etiam facta solutione repetere tanquam non recepisset; quia allegaret periurium & turpitudinem suam.

Contrarium tenuit Imo. in l. nemo potest. ff. de lega. 1. sed attende: quia loquitur, quando cõtractus dicitur simulatus, quo casu dicendum est, vt supra dixi, sed in casu præmisso iurando contenta esse vera, præsumemus q̃ re vera receperit, nec audietur volens dicere contrarium, quia allegaret turpitudinem suam, quæ ratio cessat, quando agitur de simulatione contractus; quia licet iurauerit contenta esse vera, non tamen sequitur necessario, q̃ sit periurus: quia potuit simulatè iurare ex mente deferentis iuramentum, quæ consideratur, vt in Auth. iusiur. quod præstatur & c. circa prin. & ibi gl. 22. q. 5. c. quacunque arte. In iuramento enim magis attenditur animus, quam verba. 11 q. 3. c. antecessor. & de hoc 12. q. 5. §. item obiicitur. & §. si ergo. vnde probando contractum simulatum, præsumitur quoque iuramentum simulatum: sed qa in dubio non est præsumendum, q̃ voluerit abuti iuramento, oportet petere absolutionem a iuramento iuxta ea, quæ supra dixi.

SVMMARIVM.

1 *Dos quando dicatur inofficiosa.*
2 *Vxor prætendit causam lucratiuam in dote, maritus vero oneroſam.*

LV. QVAERO.

1 QVando † dos dicatur inofficiosa, ita q̃ habet locum titulus de inoffi. doribus.

Et hic attende: quia iste titulus a plerisque male intelligitur, & habet aliquid difficultatis, & debes scire, q̃ ille titulus habet duos principales intellectus. Primus est glo. ibi, & Bar. videlicet, q̃ loquatur, quando mater habens prolem omnia bona sua dedit in dotem pacto apposito, q̃ ea mortua maritus eam lucretur, vel etiam sine pacto, quando vigore statuti debet eam lucrari, vel saltem dimidiam, vel tertiam: quia si per hoc lucrum diminuatur, legitima filiorum reuocaretur per querelam inofficiosæ dotis, q̃ non esset necesse, cessante tali pacto vel statuto; quia filij ea mortua succederent in dotem, sicut in aliis bonis matris. l. si quidem. ff. soluto matrimonio l. illam. C. de collatio. Sed huic intellectui obstat: quia & in casu premisso videtur prouisum filiis primi matrimonij remedio. l. hac edictali. C. de secund. nupt. sed solue, vt ibi per Bar. Item eiam obstat: quia in casu præmisso non debet dici inofficiosa dos: quia in ea nulla est inofficiositas, ex quo motua vxore eademq; matre debet reuerti ad filios iuribus præallega. sed potius debet dici querela inofficiosi pacti, seu donationis. Sed dic, quod solutio apparebit ex infra dicendis. Allegatur & secundo, quod intelligitur ille titulus ibi per glo. videlicet, quod mater ibi non det bona sua in dotem pro se ipsa, sed pro filia, vel alia extranea, & tunc secundum Ioan. Fab. ibidem nihil obstat: quia iste fuit intellectus Placen. in quo gl resident. ac Odof. Bal. & Io. Fab. Sed Azo in summa Cy. Iac. Bu. & Bar. dicunt, quod habet locum titulus de inoffic. don. quia illud dotare, est donare. l. vnica. §. accedit. C. de rei vxor. acti. sentiunt tamen secus in patre sic donante omnia bona sua pro filia in dotem: quia tunc non est donare, vt patet ex l. fi. ff. de do. quid dicemus.

2 Ego dico pro euidentia, quod debes scire, quod † filia in dote prætendit causam lucratiuam, maritus vero oneroſam. l. Meuia. §. j. ff. sol. matrim. & ibi glo. & Bar. & est causa onerosa quo ad maritum, etiam si fuit pactum de lucranda dote cã, vt est in l. si donaturus. ff. de cond. ob causam. hoc præmisso dicerem pro concordia non constituendo differentiam inter patrem & matrem dotantes, q̃ Azo, Bar. & sequaces solum considerarunt personam dantis dotem, qua inspecta est mera donatio. Pla. verò, & sequaces considerant personam mariti accipientis, qua inspecta non est donatio, vt dixi. vnde contra eum oportet mouere querelam inofficiosæ dotis, sed si contra filiam prætendentem causam lucratiuam moueretur lis, tunc competeret querela inofficiosæ donationis, & procedat opin. Bar. Azo. & sequacium. & quod nõ debeamus considerare personam dantis quantum ad querelam, sed potius accipientis, patet: quia alias in æternum non poſ-

set

Source : BIU Cujas

set sustineri primus intellectus supra relatus, qui est communiter approbatus: quia responsum ipsius dantis & pacisce tis de lucrando dotem deberet potius competere querela inofficiosi pacti, seu donationis. Sed quia quo ad maritum accipientem non est donatio, vt prædixi, datur querela inofficiosæ dotis. Et collige, quod non debemus considerare dantem, sed accipientem, & tene menti hæc ad multa. Et no. hãc præclaram doctrinam, & intelligentiam ad illum titu. quia alibi non reperies.

LVI. QVAERO.

VIdendũ est, an titulus dotis sit lucratiuus vel onerosus. & supra proxime dixi, quantum ad maritum dicitur onerosus, sed quo ad mulierem dicitur lucratiuus. Bar. in l. Mæuia. §. fundus. ff. sol. matri. Et ex hoc dedi perfectum intellectum ad titulum. C. de inoffi. do. Ideo pone, patrem dedisse omnia bona sua in dotem, prout vidi, & reuocetur per alios filios, vel filias: tunc si reuocetur a marito forte qui lucratus est ex pacto secundum quod supra quæstione proxima dixi: tunc reuocabitur per titulum de inof. dotibus. Si vero a filia reuocetur, tunc per titulum de inoffic. dona. Et dico etiã ex hoc insurgere alium notabilem effectum; quia debes scire quod quando creditores reuocant bona alienata per debitores in fraudem ipsorum, si sunt alienata titulo lucratiuo, tũc sufficit fraudem debitoris tantum interuenisse. Si vero titulus non est lucratiuus, sed onerosus, tunc oportet, quod tam debitor, quam acceptor participauerit de fraude, ad hoc vt possint reuocare alienata, vt C. de reuo. his quæ in frau. cred. l. pen. & l. quod autem. §. hoc edictum. & §. simili modo. ff. eot. tit. Et ideo per præmissa dicerem, quod si creditores experiuntur contra maritum, oportebit docere, quod ipse participauerit de fraude, secus si contra ipsam mulierem: quia quantum ad hæc vt similia consideramus per personam accipientis & eius contra quem agitur, non autem dantis. Et post quam præmissa cogitaui, reperi casum rotundum de omnibus his in l. fin. ff. de his quæ in fraud. credit. quẽ ppetuo no.

SVMMARIVM.

1 *Stipulatio, an fingatur hodie in promissione dotis ex parte viri.*
2 *Priuilegium fictę stipulationis & hypothecę non tantum competit vxori, sed viro & hęredibus.*

LVII. QVAERO.

1 AN hodie † in promissione dotis fingatur stipulatio ex parte viri. Imo. in l. j. ff. soluto matrimon. in ver. in ea. glo. ibi, nudo pacto, tenet quod sic, alleg. glo. in l. 1. §. 1. C. de rei vxor. actio. quam sequuntur communiter Docto. Adde, quod idem no. glo. in l. si diuortio. ff. de verbo. obligation. & in §. fuerat. Institu. de action. & in l. ad actionem. C. de do. promiss. & glo. sentit. in l. de diuisione. in glo. 3. ff. sol. ma.

Contrarium tenet glo. in l. 1. C. de iure dot. sed male. Et pro prima opin. allego tex. in l. 1. versicu. & nemo. C. de rei vxor.
2 actio. vbi est. tex. quod † non tantum vxori, sed viro & hæredibus competit priuilegium fictæ stipulationis & hypothecæ, de quibus pariter loquitur, vt patet ex fine illius tex. & istud placet reiectis diuinationibus. Ex parte vero vxoris nullum est dubium, quod fingitur stipulatio, dicta l. prima. in princip.

Sed quid si mutus accepit dotem? Barto. in dicta l. 1. ff. solu. matrimon. dicit, quod fingitur stipulatio interposita eo modo, quo potest, scilicet per seruum, vt l. 1. in pincip. ff. de verbor. obligat. vel si careat seruo per tabellionem, vt l. 2. ff. rem pu. fal. so. & Docto. communiter transeunt cum Barto. Sed ego valde dubito, & satis procedit dicta opin. quãdo dos fuisset promissa ipsi marito. sed si ponamus, quod mulier dederit dotẽ marito, qui sit mutus, qualiter fingi potest, quod mulier sit stipulata dotem sibi restitui a dicto muto, qui per se non potest promittere per stipulationem, nec reperitur, quod possit per seruum, vel per tabellionem ꝑmittere: quia seruus potest domino stipulari acquirendo, non autem obligando, vt l. seruus. C. de pactis. & l. seruus vetante. ff. de verborum obligat. Et si dicis, quod præsumitur mutum dedisse mandatum seruo de promittendo, hoc non satisfacit: quia tunc videntur plura specialia concurrere contra l. primã. C. de dot. promiss. nisi sustinendo Barto. diceretur, quod illa duo habentur tantum pro vno: quia vnum venit in consequentiam alterius, iuxta no. in l. singularia. ff. si cert. peta. & in l. 3. §. 1. de do. inter vi. & vxor. l. licet. ff. de iure do. circa quod vide no. in l. 1. C. de do. promiss. Et aduerte inquantum supra dixi, quod fingitur stipulatus per tabellionem, si caret seruo, quia tunc solum acquiritur vtilis actio ipsi muto ex ipsa ficta stipulatione, quia etiam ex vera stipulatione facta per tabellionem non fuisset quæsita nisi vtilis, legibus supra alle. secundum Imo. in d. l. 1. ff. sol. mat.

SVMMARIVM.

1 *Stipulatio dotis, an possit conferri in alteram ex partibus per uerba importantia meram uoluntatem.*
2 *Promissore non arbitrante, an & quando possit recedi ab eius persona.*

LVIII. QVAERO.

1 AN stipulatio † dotis conferri possit in alteram ex partibus per verba importantia meram voluntatem. Barto. in l. 1. ff. solu. matrimon. tenet quod sic, & ibi bene videtur loqui, quod potest conferri in arbitrium alterius. Sed tu dic idem per verba importantia meram voluntatem, ita tenet Cy. in l. 3. C. de do. promiss. licet alias non parum distet inter verbum liberam voluntatem, & arbitrium boni viri, vt l. si sic, in princ. cum sua materia. ff. de leg. 1. & pro Cy. facit: quia iura dicentia stipulationem conferri posse in alteram ex partibus, non faciunt huiusmodi differentiam. ergo &c.

2 Sed dubito † nunquid istis casibus ipso promissore nõ arbitrante possit recedi ab eius persona. Bal. in præallg. l. 3. C. de dot. promiss. tenet quod non. Contrarium puto verius per ea, quę dixi post Barto. in l. si quis arbitratu. ff. de verb. obliga. tene menti.

LIX. QVAERO.

QVi sunt casus, in quib. fingitur stipulatio a iure. Et quia hæc quæstio a foris est, vide per Barto. & scribentes in l. 1. ff. de verbo. oblig. in princip. per Ange. in l. optimam. C. de contrahen. & committen. stipu. per Ange. Inst. de actio. in §. fuerat. in versi. 2. ex glo. no. &c.

LX. QVAERO.

AN actio ficta dicatur vtilis vel directa. Cy. & Saly. in l. 1. §. 1. C. de rei vxo. act. tenent ꝙ sit directa: quia fictio habetur pro ueritate. Ideo perinde est ac si ipsa mulier esset stipulata. Igitur competit directa, quod est verum, quando fingitur stipulatio in persona eius, qui si vere fuisset stipulatus, competijsset actio directa, alias secus, vt dixi supra proxime. 3. q. in fine.

SVMMARIVM.

1 *Donatio propter nuptias constituitur per virum in tanta quantitate: quanta est dos data per mulierem.*
2 *Pactum dotis extenditur ad dona.*

LXI. QVAERO.

DE augmento dotis, pro clara intelligentia noscere oportet, quod habemus donationem propter nup. quę olim dicebatur ante nupt. Item habemus augmentum dotis. Item & tertio sponsalitiam largitatem, quæ omnia inter se multũ
1 differunt. † Nam donatio propter nuptias cõstituitur ꝑ virũ in tanta quantitate, quanta est dos data per mulierem. & licet olim propter prohibitionẽ tituli, de dona. inter vir. & vxor. non posset fieri, nisi ante nuptias, tamen hodie etiam constãte matrimonio potest fieri. l. fi. C. de do. ante nupt. quia simplex donatio est prohibita, non aũt ista, & hoc respectu non dicitur, amplius donatio ante nup. sed propter nup. vt ibidem dicitur, & ideo constituta dote potest mulier maritum astringere ad constituendum talem donationem in tantundem, authen. dos data. C. de do. ante nupt. quinimo multi tenent, ꝙ sit constituta ipso iure in simili quantitate, vt ibi per glo. & Doc. dic vt ibi, & hodie omnis ęqualitas seruatur inter hanc donationem & dotem tam in ꝯstituendo, quam in pactis lucratiuis: nam sicut maritus fit dotis dominus, ita mulier donationis propter nupt. licet habeat vsumfructum maritus, ne contingat dotem non seruire oneribus matrimonij, cum tãtundẽ reddatur vxori, & sicut dos soluto matrimonio vxori redditur, ita talis donatio viro. §. 1. in Auth. de æquali. dot. & quantum maritus ex pacto debet lucrari de dote, tantundem vxor de dicta donatione, vt æqualitas in omnibus seruetur licet nullum pactum in lucro talis donationis interuenerit:
2 quia † pactum dotis extenditur ad donatio. secundum Azo.

in

Source : BIU Cujas

in ſumma,de donatio.ante nuptias.dicens eſſe caſum expreſſum in l.vlti.§.ſi autem dona.eodem titu.& ibi glo.& Cy.ex quo ſequitur,quod tenendo opin.de qua ſupra,quod ſtatim data dote intelligatur donatio propter nup.celebrata ad ſimilem quantitatem & conſequenter ad ſimile pactum lucratiuum, conſequẽter parum prodeſſent hodie pacta,quę fiũt de lucranda dote,vel certa parte dotis, de quo vide per pulchre Cy.in d.authen.dos data.& dic vt ibi.& ſi quæſieris qua ratione fuerit introducta donatio talis. reſpon. quod ex ea conſulitur mulieri matrimonio ſoluto, ſi res dotales non exiſtant; quia illam non potuit alienare maritus etiam conſentiente muliere,licet alias viri hypothecæ poſſit mulier renunciare.l.etiam.C.ad Vellei.l.iubemus. & auth.ſiue a me.in eodem tit.& no. per. gl. in §.eſt autem.Inſtit. de do.per Azo.in ſumma.de do.ante nup.de conſuetu.tamen in pleriſque locis non fit talis donatio ſecundum Bald.in d.auth.dos data.ſubiicit tamen ,ꝙ in quibuſdam locis fit quædam parua donatio, ſicut fit Florentiæ.Nunc videamus de augmento dotis,ac ẽt donationis præmiſſæ,& ſcire debes, quod augmentum dotis fit ex parte mulieris, augmentum vero donationis propter nuptias fit ex parte mariti,quod olim eis non licebat conſtante matrimonio l.ſi conſtante.C.de dona.ante nupt.& muliere augente dotem, licebat etiam marito in tanto augere donationem de iure Codic.quod hodie de iure Authenticorũ redactum eſt ad neceſſitatem, vt muliere augente dotem teneatur maritus augere donationem propter nuptias in tantundem. authenti. ſed iam neceſſe. C. de donatio. ante nuptias.quæ tamen neceſſitas de conſuetudine non ſeruatur,vt refert Bal. in dicta l.ſi conſtante,etiam ſecundũ eum per conſuetudinem remanemus hodie in finibus d.l. ſi conſtante.

LXII. QVAERO.

QVæ ſit ratio, quare non poteſt fieri augmentum dotis ex vna parte? Dicit Abb.in ſuo conſ.46.incipien Omni potentis Dei &c. tria mihi dubia. in primo dubio dicit, ne fiat præiudicium ipſi mulieri. & hoc videtur dicere tex in Auth. de æqualitate dotis. §. aliud ibi, ne aliqua fiat circunſcriptio:ſed,vt dicunt Cyn.& Fran.Tigr.in authen. ſed iam neceſſe.C.de dona.ante nup.non video,ꝙ poſſit fieri circũſcriptio,vnde aſſignant rationem,quia dos & donatio propter nup. debent eſſe æquales tam in conſtitutione, quam in augmento,vt in d. Auth.de æqua. do. §.1.& quare requiratur iſta æqualitas, dic vt ibi.

LXIII. QVAERO.

QVod tempus inſpiciatur,vt ſciamus,an maritus ſit debitis prægrauatus. Reſpon. quod inſpicitur tempus facti augmenti, vt ſi tẽpore illo maritus non ſit debitis grauatus, mulier poſſit facere augmentum in quibuſcunque rebus:quia tunc non poteſt eſſe ſuſpicio, quod ſit factũ in fraudẽ creditorum,qui tunc nulli erant,vnde ipſa eſt potior in tẽpore & in iure. & hoc dicit tex.in dicta auth.ſed iam neceſſe. C.de donatio.ante nupt & expreſſius in corpore, in §.illud.& in §.ſi vero non fuerit.Nec obſtat prædictis, quod poteſt præſumi factum in fraudem futurorum & poſteriorum creditorum: quia reſponſio patet ex notatis per Bal.in d authen. ſed iam neceſſe. ſed ſi tempore facti augmẽti maritus erat debitis prægrauatus: tunc habet locum præſumptio, quod dicatur factum augmentum in fraudem cred.quibus ex priuilegio eſſet præferenda.Et ideo dicta authen.voluit, quod tunc fieret augmentum in rebus immobilib.& non mobilibus, alias mulier non habet priuilegium in augmento: quia poſſent creditores facilit er defraudari, cum mobilia lateant. Vnde dicere poſſet vxor,dedi augmentum, ſed maritus conſumpſit ſeu contrectauit:ita quod non poſſet clare apparere, vtrum vere fuiſſet datum augmentum. Sed ſi fiat augmentum in rebus immobilibus non poteſt ita de facili fraus committi,quia immobilia non latent,ſed patent, vnde ſi mulier dicat ſe feciſſe augmẽtum in immobilibus,puta fundo,vel domo, poterunt ſtatim ipſi creditores offerre ſibi res prædictas,argumen.quibus mod.pign.vel hypot. ſol.l.Paulus. §.qui pignoris.ita dicit tex.in dicta authen.in princip. & Cyn.& alij in d.authen.ſed iam neceſſe.

LXIIII. QVAERO.

SI dicatur,augmentum fuiſſe factum in rebus immobilib. ſed res non apparet, quam mulier dicit dediſſe in augmẽtum,an præſumatur fraus? ADDIT. [An præſumatur fraus. Adde hic,quod augmentum dotis præſumitur in fraudem factum,quando creditores ſunt marito:non alias vide Bal.in additio.Spec.de do.iner virum & vxorem.verſi. ſi. & ibi Spec. verſi.quid ſi vir.& per Bal.in conſi. maritus conſtante matr.] Doct. in d.authen. ſed iam neceſſe.tenent quod nõ. Nec obſt. quod dicta auth. loquitur indiſtincte,quia reſpicit frequentiam, nã frequentius accidit,quod immobilia appareant, & non lateant, mobilia econtrario quod lateant, & non appareant,argumen. optimum.C.quando & quibus quarta pars debetur.l.2.& ad hoc facit quod no.Cy. in l. fin.in 6.quæſt.C. de ſpon.

LXV. QVAERO.

SI vxor dicit ſe feciſſe augmentum dotis in rebus mobilibus, & illæ res extant penes maritum, ita ꝙ apparet fuiſſe datas in augmentũ,an tunc præſumatur fraus. Concludo, ꝙ nõ, & vxor in augmẽto vtetur priuilegio ſuo,quo ceſſat hoc caſu ratio præſumendæ fraudis.Nec obſtat,ꝙ dicatur hoc caſu quando augmentum ſit in rebus mobilibus, mulier non habet priuilegium in augmẽto,etiam ſi probet ſe dediſſe augmentum,vt no. Azo in ſumma.C.de do.ante nup.& notatur in corpore de æqua.dotis.quia reſpon.& tene menti, ꝙ illud forte procedit, quãdo vxor probat ſolummodo,quod dedit augmentum, ſed non probat, quod ſint modo penes maritum,quo caſu non ceſſat fraudis præſumptio.Nam pręſumitur,quod dederit,& quod maritus poſtea redd derit vxori in fraudem creditorum. Sed quãdo probat,quod illud augmentum eſt penes maritum, ceſſat omnis præſumptio fraudis, igitur &c.

LXVI. QVAERO.

SI maritus eſt debitis pgrauatus,mulier impedit facere augmentum dotis in rebus mobilib.& ſic facit,quod non habet priuilegium in augmento.Sed dubium videtur, quando dicatur maritus ære alieno impeditus, ita quod prædicta locum habeant.Glo.in dicta authenti. ſed iam neceſſe.videtur intelligere, quãdo maritus eſt debitor in magna quantitate, ſed Cyn. dicit, quod debet haberi reſpectus ad facultates mariti,vt ſi habet in facultatib.plus,quam debeat, non præſumatur fraus,alias ſi minus, vel tantundẽ habeat in bonis,dicitur ære alieno grauatus, allegat.ff. de iud. l. ſed & ſi ſuſceperit.§. ſed & ſi proponas. Franc. Tigri. in repet.dictæ authen.dicit, quod ſemper dicitur ære alieno grauatus,vt ſic præſumatur fraus ſiue in parua, ſiue in magna quantitate ſit debitor, & innuit tex.in Auth.de æqua.doris.§. aliud & §.ſi dos non fuerit.Et diſtinguit. Aut tempore facti augmẽti & tempore quo agunt creditores maritus habet tot bona, quod poſſet ex eis ſatisfacere creditoribus & mulieri de dote, & dicto augmento. Aut tẽpore facti augmenti habet,ſed tempore quo agunt creditores non habet. Aut contra, tempore facti augmenti non habet,ſed tempore quo agitur habet.

Primo caſu dicit, quod præſumitur augmentum factum in fraudem,ſed iſta præſumptio fraudis nil nocet vxori: quia non eſt neceſſarium ſibi priuilegium,cum omnibus creditoribus ſatisfieri poſſit,& ſibi de dote,& dotis augmento.

Secundo caſu præſumitur fraus in bonis, quæ habuit vir tẽpore facti augmenti, vt mulier non præferatur cæteris creditoribus propter ſuum priuilegium ſibi denegatum.

Tertio caſu dicit,quod præſumitur fraus, vt tamen ſi contingat maritum bona ſua augere, mulier præferatur cæteris creditoribus: nec ſuum priuilegium ſibi denegetur,hæc probantur in d.Authen.de æqu.do.ſi recte ponderẽtur verba d. §.ſi vero non fuerint.& hic ſemper fraus præſumitur,ſed fraudis pręſumptio quãdoq; nocet,quãdoque nõ,vt ſupra patet.

LXVII. QVAERO.

AN illud,quod ſupradictum eſt, habeat locũ,ſiue mulier ſciebat,ſiue non maritum debitis prægrauari? Franc.Tigri.& Bal.in d.authen.ſed iam neceſſe.tenent,quod tunc demum habeat locum,quando mulier ſciuit:quia illo caſu præſumitur factum in fraudem creditorum. Secus ſi ignorauit: quia tunc nullos putauit eſſe creditores.ergo tunc ceſſat fraudis pręſumptio:nã ignorantia excuſat quem a dolo,vt l.ſi quis in graui.§.ignorantia.ff.ad Syll.& l.plagij.ff.de plagiariis.& l.ſi quis id quod.§.dolo.ff.de iuriſ.omn.iud.

Concludo,quod ſi mulier probet ſe feciſſe augmẽtum, & quod tunc ipſa ignorabat maritum debitis obligatum,quod habet priuilegium in augmento.

LXVIII. QVAERO.

SI mulier fecit augmentum in rebus immobilibus, an ceſſet fraudis præſumptio,ſi datæ fuerunt æſtimatæ? Docto.

in

Source : BIU Cujas

in authen. ſed iam neceſſe. magis communiter tenent quod non: quia licet iſtæ res appareant & non lateant, tamen non poſſunt creditores dicere accipe res tuas, quia tunc non res, ſed earum æſtimatio debetur, vt l. quoties. C. de iure dot. & l. cum dotem, eodem titu. Item non debet tunc dici factum augmentum in rebus immobilibus, ſed in æſtimatione rerū, & ſic in pecunia: quia illæ res venditæ dicuntur mariti. d. l. cum dotem, & l. plerunque. §. ſinautem. ff. de iure dot. & pretium dicitur eſſe in dote, vt not. Cy. in l. cum dotem. Præterea poſſet fieri fraus: quia mulier daret augmentum in rebus immobilibus, vt puta domum valentem centum æſtimatā pro ducentis, & hoc modo poſſent fraudari creditores, & iō dicendum, ꝙ augmentum debet fieri in rebus immobilibus inæſtimatis, alias non habet priuilegium.

LXIX. QVAERO.

AN prædicta locum habeant ſiue ante, ſiue poſt contractum matrimonium fiat augmentum. Concludo, ꝙ d. auth. ſed iam neceſſe. locum habet in augmento facto ſolū conſtante matrimonio, ſed ante matrimonium contractum poteſt fieri in quibuſcunque rebus, & habebit priuilegium in augmento. Et eſt ratio: quia ſi fiat augmentum matrimonio conſtante præſumitur factum in fraudem creditorum: quia lex præſumit fraudem propter affectum, quem habent inuicem iugales. Sed ante contractum matrimonium non habent tantam affectionem vir & vxor, quantam poſt: quia incipit coniugalis amor, & ideo non ita de facili præſumitur fraus ſecundum Franc. Tigri. ind. auth. ſed iam neceſſe. Poteſt adduci fortior ratio: quia tex. in corpore vnde illa authen. ſumitur, licet quidam dicant, quod indiſtincte loquitur, tamen ſi ponderabis verba in pluribus partibus illius authē. expreſſe patet, quod loquitur conſtante matrimonio, & maxime ex rubrica, quę dicit de æqual. dot. & ſic loquitur quādo erat dos cōſtante matrimonio, argu. l. 3. ff. de iure dot.

LXX. QVAERO.

AN prædicta locum habeant, quando dos conſtituitur a princ. Cyn. in d. authen. ſed iam neceſſe, determinat, ꝙ non ceſſat ratio fraudis præſumendæ hac ratione, conſtante matrimonio prohibentur donationes inter coniuges, ſed nō ante, vt C. de dona. inter virum & vxorem. l. 1. Et pro hoc: quia l. dicit, quod mulier habet priuilegium in dote, vt l. fi. C. qui pot. in pig. habean. licet in dotis augmento diſtinguatur, an fiat rebus mobilibus, vel immobilibus, vt dicta authen. ſed iam neceſſe.

LXXI. QVAERO.

QVid ſi ante matrimonium fuit conſtituta dos, ſed poſt matrimonium ſoluta. Puto, quod tunc d. authen. ſed iam neceſſe. nō habet locum: nā nō præſumitur fraus ex conſtitutione, ſeu promiſſione dotis: quia facta fuit ante contractum matrimonium, non in ſolutione quæ ex neceſſitate facta fuit, ſcilicet vigore primæ promiſſionis, argum. ad hoc. in l. qui autem. §. apud Labeonem. ff. quæ in fraud. credi. & §. ſciendum. in ea. l. & eſt argum. in l. 3. §. Seio. ff. de mino. & per d. §. apud Labeonem. videtur dicere hoc eſſe verum tunc demum, quando mulier iudicis authoritate ſoluit coacta, & idem dicerem, ſi fuiſſet dos promiſſa conſtante matrimonio, ſed ſoluta poſt maritus fuiſſet debitis prægrauatus per præalleg. rationes.

LXXII. QVAERO.

QVid ſi mulier faciat augmentum in rebus mobilibus cō tra dictam authē. ſed iam neceſſe. an etiam priuetur iure communi ſuo? Cy. ibi dicit quod non: imo perdit ſuum proprium ſpeciale ius, quod habet, vt præferatur aliis creditoribus anteriorib. ſed iure communi poteſt vti. Adde, quod idem tenuit Ang. ibi, & in l. aſſiduis. circa 4. col. C. qui pot. in pigno. hab. per text. in d. auth. ſed iam neceſſe. in fi. & melius in corpore vnde ſumi. §. ſinautem.

LXXIII. QVAERO.

DIcitur quando maritus habet creditores, quod mulier debet facere augmentum in rebus immobilibus, alias non habet priuilegium pro augmento. Quæro: quia ſi non habet res immobiles, an poterit in mobilibus facere augmentum, & ſic pro eo habeat priuilegium? Videtur quod ſic per tex. a contrario ſenſu d. authen. ſed iam neceſſe. ibi dum dicit, cum mulier in bonis ſubſtantiæ ſuæ &c. Econtra videtur, quod non habeat priuilegium vt ibi, dum dicit, res mobiles &c. & in d. §. ſinautem. & hoc puto verius: quia mulier poteſt ex rebus immobilib. mobilia comparare, & illa poſtea in augmentum dare, facit, quo dicitur in d. auth. ſed iam neceſſe. ꝙ ſi vir non impeditur ære alieno mulier poteſt facere augmētum in quibuſcunq; rebus, & habebit priuilegium etiam in augmento: ergo aliud ſentit, quando maritus erat debitis in uolutus.

LXXIIII. QVAERO.

QVomodo tempore, quo mulier agit, probabit ſe dediſſe augmentum ante debita contracta. Reſpō. de facili ꝓbabit per inſtrumentum, vel teſtes, ex quibus apparebit de tempore dati augmenti, & ex inſtrumentis, vel aliis probationibus creditorū apparebit de prioritate, vel poſterioritate: habet tamen cauſa dotis hoc priuilegium, quod in dubio præſumitur prior in tempore, vt dicam infra.

LXXV. QVAERO.

AN ſufficiat, ſi maritus confiteatur, quod mulier ſibi dedit augmentum. Concludo, quod non: quia ſi hoc ſufficeret, poſſet ſemper maritus fraudare creditores. ſecundo, quia talis confeſſio præſumitur fieri in frau. cred. & ideo nō, arg. l. Seya. ad Velleia. & no. in l. repetita. C de fid. & l. ſi creditor. ff. de ſolu. accedat, quod no. Cy. in l. vbi adhuc. in 12. q. C. de iure dot.

LXXVI. QVAERO.

EO caſu, quo maritus erat debitor tempore, quo dicitur datum augmentum, & mulier dicit dediſſe augmentum in rebus immobilibus, quomodo hoc probabit mulier. Reſpondeo, quod hoc apparebit ex inſtrumentis, vel per teſtes, ex quibus probabitur, quod mulier dedit domum, vel aliud immobile, aut per apparentiam, vel exiſtentiam ipſarum rerum, quæ dicuntur eſſe datæ in augmentum. oportet enim, quod res appareat ad hoc, vt mulier habeat priuilegium, vt dixi ſupra.

SVMMARIVM.

1 *Maritus quare poteſt facere augmētum donationis propter nuptias in quibuſcunque rebus, etiam exiſtentibus creditorib. ſed uxor non, niſi in immobilibus.*

2 *Maritus licet ſit debitor, ſi tamen uxor non eſt debitrix, poteſt maritus facere augmentum in quibuſcunque rebus.*

LXXVII. QVAERO.

1 QVare † maritus poteſt facere augmentum donationis propter nuptias in quibuscunque rebus etiam exiſtentibus creditoribus, ſed vxor nō, niſi in immobilibus? Cy. in d. auth. ſed iam neceſſe. reſpon. quod per donationē ante nupt. & pro eius augmento nō competit hypothecaria priuilegiata, vt l. fi. in fi. C. qui po. in pign. hab. Sed hoc mihi non placet: quia imo competit priuilegiata, ſicut pro dote, vt plene no. Bal. & alij in l. ſi conſtante. C. de dona. ante nup. Vnde fortaſſe videretur diſtinguendum in donatione propter nuptias & eius augmento, ſicut in dote, & dotis augmento. Nam ſicut diſtinguitur in augmento dotis, an ſit impeditus maritus ære alieno, vel non, d. authen. ſed iam neceſſe. ita debet diſtingui in donatione propter nuptias, an vxor impediatur ære alieno, vel non: quia quod de vno dicitur, de alio intelligitur eſſe dicendum, cum in nullo differat dos & donatio propter nuptias, vt l. fi. C. de dona. ante nupt. Et pro hoc pondero tex. in Auth. de æqual. do. §. illud. ibi, maxime in parte mulieris: nam dictio, maxime, implicat idem in caſu econtrario, & ſic ex parte viri. l. illud. ad legem Aquil. Non ob. qđ dicitur in d. §. illud. ibi, vir autem &c. quia reſpon. quod loquitur ſolum, quando maritus eſt debitor, vt ibi patet. Nam licet

2 † maritus ſit debitor, ſi tamen vxor non eſt debitrix, poteſt maritus facere augmētū in quibuſcunque rebus, nec ex hoc creditores læduntur: quia ſiue faciat augmentum per promiſſionem, licet pro iſto augmento bona mariti ſint vxori tacite obligata tamen ipſa non habet priuilegium, vt ipſa creditoribus anterioribus præferatur, vt no. d. l. ſi conſtante. ſiue etiā faciat augmentum tradendo pro illo augmento non obligātur bona mariti vxori, ſed obligātur marito d. l. ſi conſtante.

vnde

Source : BIU Cujas

vnde ex hoc non læduntur creditores, & ita intelligitur tex. in d.auth.ſed iam neceſſe. Sed vbi mulier eſſet debitrix, tunc oportet maritum facere augmētum in rebus immobilibus, ſicut ſupra dictum eſt in augmēto dotis ex parte vxoris: quia eſt eadem ratio, & per omnia ſunt paria.l.fina.C.de dona.ante nuptias.& authent.æqualiter.C.de pact.conuent.

LXXVIII. QVAERO.

CVi incumbit probare, quod maritus non eſſet prægrauarus debitis tempore dati augmēti, an mulieri, an uero creditoribus, quod eſſet debitor. Doct.in d.auth.ſed iam neceſſe.tenent, quod creditoribus: quia ei, qui dicit &c. l. actor. C.de proba.& ff.eo.l.2. & l.quoties.§.qui dolo.cum ſimilib.

SVMMARIVM.

1 *Sponſalitia largitas quę ſit.*
2 *Mulierum genus auarum eſt.*
3 *Res quas uir mittit uxori, quando eam ducit, in dubio non uidetur eas donare, ſed accommodare potius, ut magis ornata accedat ad uirum.*

LXXIX. QVAERO.

VVdeamus tunc tertium genus donationis inter coniuges, quæ vocatur ſponſalitia largitas.† Et eſt donatio, q̄ fit a ſponſo ſponſæ ante matrimonium contractū; quia alias non teneret per titu.de dona. inter virum & vxorē. & datur ſimpliciter,& nō propter nupt. ineſt tamen ſemper conditio nuptiarum: quia intuitu matrimonij fit verè; tamen non pōt dici ꝓpter nupt.donatio, de qua ſupra diximus, eum non fiat ad recompenſationem dotis, vt no. gl.in Auth.vt ſponſalitia largitas, in princi.ineſt autem cōditio nuptiarum, niſi ſteterit per eos, quo minus nuptiæ fuerint ſecurę, tunc donatio facta per ſponſum ſponſæ reſcinditur in totū, ſi oſculum non interceſſit: oſculo autem interueniente reſoluitur donatio ſolum pro parte dimidia. † Sed ſi ſponſa dediſſet ſpōſo, ꝙ raro accidit, ADDIT. [Quod raro accidit. Adde hic, & no. ꝙ refert D.Bar.Soc.in conſ. 213. incipiente in cauſa, verſi.confirmat nam cum legis. in 2. parte. Nam mulierum genus eſt auariſſimum.] vt dicit tex.in l ſi a ſponſo.C. de dona.ante nupt.quia genus mulierum eſt auarum, gl.& ēt Azo in ſumma, tūc non diſtinguitur, vtrū interueniat oſculum, vel nō: imo in vtroq; infirmatur donatio in totum.d.l.ſi a ſponſo. vbi caſus de præmiſſis, etiam magis fauetur ſpōſæ,& ideo quia mulier dicitur dare oſculum, nō accipere, vt ibi dicit gl.& gratia viri nō autē mulieris fit; quia vir redit ad proprios lares alacrior, & ſpōſa remanet verecunda,& incurrit ruborē. ſecundū Azo in ſum. & Cy in d.l.ſi a ſponſo. Et ſic no.ex præmiſſ.quod vir oſculando mulierem, efficitur alacrior. & quia ſupra dixi, quod hæc donatio non poteſt fieri poſt contractum matrimonium, quid dicemus in dubio, ſi non conſtet, an ante vel poſt fuerit facta. Dicitur, quod ſi eſt facta in domo ſponſę tenet, quod cēſetur facta ante matrimonium: ſecus ſi in domo viri, vt eſt caſus in l.cum te.C.de dona.ante nup. qui caſus eſt ſingularis ſecundum Barto. ibi .& ex eo not. Bald. quod ex ductione ſponſæ ad domum ſponſi præſumitur matrimonium. Et ibi glo.quærit, quid ſi fiat donatio in via, dum ducebatur ad domum mariti,& reſpondet perinde eſſe, ac ſi facta fuiſſet in domo ſponſæ,& ſic valeret. Plus dicit Azo in ſumma, de donat. ante nup.prope finem; quia licet per conſenſum de præſenti contrahatur matrimonium; tamen quantum ad prohibitionem donationis videtur matrimonium perfectum antequam ſponſa ſit ducta, vnde & in itinere poterit ei donare,& poſtquam ſit ducta, ſi nō ſit in dicta domo ſeparata a viro.l.pen.§.1.ff.de do.inter vir.& vxor. Sed Iac.de Rau. Cy. Bal. in d.l.cum inter. dicit, quod vxor non conſueuit duci ad domum mariti, niſi nuptijs celebratis per verba de præſenti, iō non valebit donatio facta in via.& dicit Bal. ita tenere Doct. Et ex præmiſſis videtur, quod iocalia, & alia quæ ſponſi mittunt ſponſis ſuis ſint ipſarum ſponſarum, quod clarū, quando conſtat, quod animo donandi miſerunt. Sed quid in dubio? Bar.in l.ſi vt certo.§.interdum.§. commo.tenet quod non videatur feciſſe aīo donādi, dicens† ꝙ ſtagnalia argentea,& burſæ & coronæ, quas vir mittit vxori, quando eam ducit, in dubio non videtur donare, ſed magis accommodare, vt magis ornata accedat ad virum,& ideo non firmatur morte, nec debebit apud vxorem remanere, niſi aliter conſuetudo ſe haberet,& dicit eſſe caſum ibi,& ſequuntur cōmuniter Doct. Ego dico, quod ille text. hoc nullatenus probat: quia nō loquitur in dubio, prout loquitur Bar. in caſu, quo conſtat, virum accommodaſſe ſpōſæ, vel vxori, quo honeſtius culta ad ſe ducere-

1
2
3

tur, vt ibi exprimitur in tex. vnde in dubio quātū ad vxorē credo non præſumi donationem talium rerum pretioſarū: tum quia non ualeret, toto ti.de dona.inter vir.& vxor.tum etiam quia poteſt accipi alia coniectura, quam donationis, videlicet vt honeſtius culta ad ſe veniat, & per hoc conſueui dicere, quod ſi frater emat iocalia vxori ſuæ ſcientę & patiente fratre, qui eſt in communione non tamen videtur ipſe frater conſentire animo donandi: quia nec ipſe frater videtur in dubio id, quod tradit, vxori ſuæ tradere animo donandi, ergo multo minus alter frater tacens, quod ſingulariter notabis ad limitationem l ſi ſeruus communis, cum ibi no. ff. de dona.inter virum & vxo. & eſt quotidianum. In ſponſa autē pluſculum dubitationis eſt circa ea, quæ primo dixi, quia in ea poteſt videri donatio iuxta prędmiſſa. Tamen in contrariū facit: quia poteſt accipi alia coniectura, de qua ſupra, vnde ſuccedunt no. in l. cum deinde. ff. de probation. nec adhuc inter eos eſt fauor amoris, donec conſuetudinem dulcem inuicem habuerint, vt ſupra dixi poſt Cy. vnde non ita de facili debet præſumi donatio, & ad prędmiſſa, quæ ſupra dixi late, & quod in dubio non præſumatur donatio, videntur velle Barto.& Docto. in d. §. interdum. per illum tex. quem dicit menti tenendum, quem no. in quantum loquitur de ſponſa. quia ſi ibi eſt caſus in vxore, prout volunt Doct. etiam in ſpōſa, de qua etiā expreſſe loquitur, ſicut de vxore,& de veſtib. tam quotidianis quam feſtiuis, & alijs iocalibus trad.tis vxori, ſiue etiam ſponſæ, an in dubio debeant eſſe ipſius mulieris, vide infinitas opin. quas recitat Imo.in l.pe.§.ſeruus vxoris.ff.ſol.ma.& in ſponſa concludit effectu idem quo ad præmiſſa, quod in vxore, & de hac quæſtione dixi etiā in §. ꝓxi.

SVMMARIVM.

1 *Contractus ſeu conſtitutio dotis ornatur 32 priuilegijs.*
2 *Petitio generalis admittitur.*
3 *Dos poteſt peti coram iudice eccleſiaſtico.*
4 *Iudex poteſt dare dilationes breuiores, quam conſueuerit ratione dotis.*
5 *Priuilegia dotis ſunt 27.*
6 *Mulieri quot priuilegia dentur ratione dotis.*
7 *Marito dantur 14 priuilegia ratione dotis.*

LXXX. QVAERO.

OPortet diſcurrere per ſingula priuilegia dotis:. De quibus habetur glo.in l. 1. ff. ſol. mat.& ibi Pau. Rapha.& ſcriben omnes,& per Specu.in ti.de dona.inter vir.& vxo.in §.formatis.Say.in l.1. C.de priui.do. Alb.in l.1. C. de rei vxo. actio. Et reperio aliqua priuilegia eſſe data contractui, ſeu cōſtitutioni ipſius dotis, aliqua petitioni, aliqua actioni, aliqua foro, aliqua inſtantiæ, aliqua ipſi doti, hoc eſt rei dotali, aliqua vero marito † Contractus enim ſeu conſtitutio dotis eſt multipliciter priuilegiata. Primo quia multi ſunt, qui aſtringuntur a iure mulieres dotare, de quibus dic, vt dixi ſupra. Itē ſecūdo: quia conſtituitur nudo pacto efficaciter, l.ad exactionem. C. de do. promiſſ. & dixi ſupra. Item tertio, quia hodie fingitur ſtipulationem interueniſſe. l. 1. circa princip. C. de rei vx.act. Quarto, quia eius conſtitutio poteſt poni in arbitrium patris,& intelligitur de arbi boni viri. l 4 C de do.promiſſ. Sed poteſt dici, quod in hoc non eſt ſpeciale per l. hæc venditio.ff.de contrahen.emp.& per no per Bar.in l ſi quis arbitratu.ff. de verb.obl. licet Azo in ti.de do.promiſſ.ponat ꝓ ſpeciali in dote.& Bald.in d.l.3. Vel dicit, quod eſt ſpecialitas in hoc; quia nedum in arbitrio, ſed etiam in uoluntate alterius, puta patris, poteſt poni, ſecundum Cyn. in l.2. C. de do. promiſ.& ſequitur Ang.& Imo.& dixi ſupra.

Quinto, quia poteſt conſtitui dos incerta, licet talis prouiſio incerta non tenear. l. cum poſt. §. gener. ff. de iu.do. Attēde tamen, quia dico quod ex æquitate canonica ille tex. procederet in quacunque promiſſione incerta, & ueniret certificāda officio iudicis, ita ſingulariter Arch.in c.cū ſint multi.j. q.j.& But.in c.ex parte. extra de cenſi. & ſequitur ibi Panor. quamuis Goff.ibi ſentiat contrarium.

Sexto eſt priuilgiata conſtitutio dotis in tacito pacto præſumpto: quia in inſtrumento dotali plura tradita ſcripſiſti, quam ſuſceperis, præſumitur pactum fuiſſe conſecutum de his petendis, quæ deſunt etiam ex confeſſione liberatoria oritur tacitum pactum de agendo, quod eſt ſpeciale in dote, caſus eſt in l.ſi de voluntate. C. de do.promiſ.quæ non eſt alibi ſecundum Bald.

Septimo, quia dos intelligitur cōſtituta per patrem de bonis proprijs, licet filia habeat proprium, vt latius dixi ſupra,& hoc eſt ſpeciale in dote, vt patet ex l.fin.ff.de pe.hære. vbi caſus valde no.

Octauo habet ipſe contractus, ſeu ſtipulatio ficta priuilegium,

1
3
1
4
5
6
7
1

gium, quod habet naturam bonæ fidei contractus, vt in §. fue rat. Insti. de ac. & per Bar. in l. j. ff. sol. ma.

Nono, vt etiam si constituatur dos per extraneum, nisi sibi paciscatur expresse dotem restitui, videtur donare, & mulier censetur tacitè stipulata, & intelligitur extraneus omnis, qui mulierem, quam dotauit, non habet in potestate: pater vero seu parens habens mulierem in potestate, non videtur donare, & iõ actio cõis est pri & filiæ, quæ solidatur in filiã p pris obitũ. & ẽt si pr fuerit litem ꝓtestatus, in filiam transit in stantia. Ista omnia habentur in l. vnica. §. accedit. cum seq. C. de rei vx act. quos casus no. valde secundum Bal.

Decimo, quia pro dote constituenda possunt alienari res minoris cum debita solennitate. l lex quæ tutores. C. de adm. tu. quod alias non licet. l. ob æs. C. de præd. min. nisi imminen te ære alieno, vt ibi.

Vndecimo, quia pro dote ꝓstituenda possunt res, quæ sub iacent restitutioni, irreuocabiliter alienari, auth. res quæ. C. com. de le. & hoc tam pro se, hoc est pro eius dote, vel ẽt pro dote recepta restituenda secundum Bar. gl. & Doc. ibi, q̃ pro eius filiab. quas vult dotare, & hoc vbi grauatus est filius defuncti, quia pr est, & eius offiñ est dotare filiam. Item si filia defuncti esset grauata fideicommisso, quia ex illo posset dotare filiam suam, si eius maritus esset pauper, alias secus secundum Bar. in l. a filia. in prin. ff. ad Treb. d. auth. res quæ. quia ẽt tunc mr tenetur dotare, vt dixi supra. Item dicit Bald. in filio grauato quando tenetur dotare sororem, quod qñ sit, dixi supra. Sed Sal. dubitat; quia hic soror accepit legitimã a primo testatore iure institutionis, alias testamentum non valeret, q̃ pater voluit fideicommissarium prę̃ferri illi sorori, eidemq; filiæ, sed non filio hæredi instituto, nec eius liberis. l. cum acutissimi. C. de fideic. vos autem remitto ad d. auth. res quæ.

Duodecimo, quia pro constituenda dote potest diminui illa quarta, quæ reseruanda est fideicommisso, per grauatum de restituendo, si sine liberis decesserit, quicquid ex hæreditate supererit, vt est casus in auth. contra rogatus. C. ad Treb.

Tertiodecimo dotis constitutio est priuilegiata, vt si inceperit a traditione, non debetur euictio. Casus est singularis, & quem ibi commendat Bar. in l. j. C. de iu. do. dicens, q̃ si ille tex. non esset, l. mulier. signaretur. Et ego reputo singularem; eo qa titulus dotis nõ est ex parte mariti lucratiuus, vt dixi s. Itẽ est vltro citroq; obligatorius iudicio meo, per auth. dos data. C. de do. ante nup. licet in contrarium sensit Bal. in d. l. j. & non sumus in terminis. l. Aristo, ff. de do. in fi. l.

Quartodecimo est priuilegiata, quia licet cõstituatur dos per quemcunque, qui non teneatur, & respectu mulieris sit titulus lucratiuus, seu donatio; tamẽ nõ eget insinuatione, licet excedat summam legitimam. l. cum quidam. & ibi glos. Cyn. & Bar. C. de iure do. secus tamen in donatione propter nuptias, vt in ea. l. §. similique modo.

Quintodecimo, quia per solam confessionem rustici accipientis nobilem vxorem cõstituitur dos ex præsumpto animo renunciandi, vide signanter Barto. in l. si voluntate. C. de do. promiss. & specialitas patet per. l. 1. & fi. quia idem in donatione, licet alias sit reprobata inter vir. & vxo. vt no. Bar. in l. si diuortio. ff. de verb. ob. quia fateor, vbi de animo donãdi constaret, sed quod confessio præsumatur facta aĩo donãdi, seu remunerandi potius, quam spe numerationis, puto esse speciale in dote mixta ratione affectionis per d. l. 1. & fi. & intellige tñ, qñ est magna inæqualitas, iuxta ea. quæ dixi supra.

Sextodecimo est priuilegiatus ipse cõtractus dotis, & ex inuti stipul. agitur. l. vnica. §. 1. C. de rei vxor. act. & ratio ponitur ibi.

Decimoseptimo, vt possit constitui dos pro muliere incerta. l. a Titio. ff. de verb. obl. dicit Ang. ff. so. ma. sed videre meo ratio illius l. non fundatur super aliqua specialitate, sed super iure communi.

Decimooctauo: quia licet in dubio interpretemur contra loquentem in ambiguo. l. veteribus. ff. de pact. cum ibi no. tñ fauore dotis interpretamur pro loquente, vide tex. cum gl. in l. iuxta. ff. de iu. do. licet gl. ibi dicat esse speciale in dote, posset tamen dici, quod nulla sit specialitas: quia ibi sensus, qui faciebat pro loquente, erat verisimilior, vt patet. Et super hac ratione videtur etiam se fundare ille tex. in fi. ibi, verisimile est, ergo nulla est specialitas, per no. p gl. & Doc. in d. l. veteribus.

Decimonono contractus, seu cõst dotis dicitur priuilegiata: quia si mulier nupta in eodem instrumento se ad dotem pro filia communi obliget vna cum viro, valet talis obligatio licet alias vxor non possit obligari vna cum viro §. & aliud. in auth. si qua mulier. C. ad Vellcia. tamen erit speciale in casu illo fauore dotis secundũ Bal. in d. l. 1. ff. solu. ma. & sequitur ibi Ray. qui allegat idem velle Iac. de Bel. in d. §. & aliud. Item pro hoc alleg. l. cum vxor virum. ff. de iure dot. Sed in veritate si bene aduertatur, ille tex. parum facit: quia ibi maritus iussu mulieris soluens dotem filiæ ꝓmuni de bonis dotalibus vxoris suæ eatenus liberat ab vxore in actione de dote, sed non dicit ille tex. quod inuitus se obliget alicui, & sic natura actus ibi non patiebatur præsumptionem intercessionis pro marito, nec tex. ibi dicit, quod in eodem instrumẽto, vel contractu interceserit ꝓsensus viri, & vxoris, vnde istud priuilegium non videtur bene de iure probari: nec Iaco. de Bel. in d. §. & aliud. aliquid dicit, faciunt ea, quæ dixi in quarta parte in illa quæstio. vtrum valeat alienatio fundi dotalis pro dotanda filia communi.

Vigesimum speciale, seu priuilegium est secundum Ro. in d. l. 1. quia verba enunciatiua fauore dotis disponunt, de quo dixi infra eo. §. 1. q. an verba enunciatiua &c.

Vigesimumprimum priuilegium est, q̃ pro dote res litigiosa potest alienari. l. 1. in fi. C. de liti. secundum Salic. in l. 1. C. solu. matrimo.

Vigesimumsecundum priuilegium est, quod sicut fauore alimentorum ex trina præstatione legati in minus solenni voluntate relicti obligatur hæres in futurum. l. 1. C. de fideic. l. si certis annis. C. de pact. ita etiam fauore dotis, secundum Bar. in sua disp. quæ incipit, mulier habens amplum patrimonium. in d. l. si certis annis. & in l. cum de in rem verso. de vsu. licet quidam contra. & pendet ab illo articulo. an procedat ar. de alimentis ad dotem, de quo infra dixi.

2 Sunt & alia † priuilegia data petitioni, quia admittitur petitio generalis, vel vniuersalis, sicut in petitione hæreditatis, & similibus secundum Bar. & Imo. in rub. ff. so. ma. & dixi supra. Sed attende: quia dico, quod tenendo opin. Bar. in d. rub. videlicet, quod dos sit ius quoddam vniuersale, nulla existente specialitate per ea, quæ habentur in l. 1. ff. de eden. nisi dixeris, quod etiam speciale fauore dotis introductum sit, quod sit quid vniuersale, & tunc in consequentiam huius sequeretur illud, quod prædixi.

Actioni vero de dote primo datur priuilegium tacitæ hypothecæ in bonis mariti pro restitutione dotis, & etiam ex parte mulieris pro ipsa dote prestãda. l. vnica. §. & vt plenius. C. de rei vxo. act. §. fuerat. Insti. de act. illa tamen tacita hypotheca, quam habet maritus, non est priuilegiata, vt præferatur cæteris. sicut illa, quam habet vxor. l. assiduis. C. qui po. in pig. habe. itaglo. & Bar. in d. §. & vt plenius.

Secundo est priuilegiata actio: quia non potest elidi per exceptionem Velleiani: quia mulier intercedendo pro dote non iuuatur Velleiano. l. si dotare. & l. generaliter. C. ad Vell. nisi dixeris, quod potius illud priuilegium sit datum mulieri, quam actioni per rationem illius. l. generaliter. ibi, nec enim ferendum est &c. de quo aliquid tetigi supra in hac ead. q.

Tertio est priuilegiata actio de dote, ne detur, vbi daretur alias actio de dolo, vt habes casum cum sua gl. in l. si cum dotem. §. si mulier. & ibi Bart. & Doct. ff. sol. mat.

Quarto, quia ipsa actio personalis habet priuilegium hypothecæ, licet ille, qui recipit dotem, sit talis, qui nõ possit ita simpliciter bona obligare, puta minor. Istud priuilegiũ ponit Sal. post Bald. in rub. C. de priuileg dot. Ratio secundũ eum, quia ista obligatio est necessaria, & inseparabilis, & obligat ẽt absque ipsius consensu, de cuius virtute dicam infra in tertia parte huius operis.

Quinto, quia fructus percepti possunt eadem actione peti, quia augent dotem. l. si marito. §. fi ff. sol. mat. & dixi supra in illa q. vtrum dos sit ius vniuersale &c. alia peterẽtur officio iudicis, iuxta no. in l. ex diuerso. ff. de rei vend.

Sexto, quia pater dans dotem pro filia non potest simplici pacto incontinenti apposito eam sibi appropriare. l. auia. C. de iu. do. licet secus in extraneo, & in hoc priuilegiata actio, quantum ad patrem, nec est ius commune, vt patet ex l. 1. C. de pact. conuen.

Septimo, vt actio ex stipulatu pro dote detur ẽt ad certum. l. vnica. §. 1. & ibi glo. Bar. & Cy. C. de rei vxor. actio. & specialitas patet ex his, quæ habentur Instit. de verb. oblig. in princ.

Octauo, quia ex stipulatione actio, quæ est ex contractu, non tansit ad hæredes etiam lite cont. sed per mortem patris appropriatur ipsi filiæ. l. vnica. §. videamus. C. de rei vxo. act. & §. & hoc. vbi dicit, hoc esse speciale.

Nono datur priuilegium actioni de dote: quia si esset pro fectitia, esset communis patri & filiæ. l. 2. §. quod si in patris. ff. solu. matri. specialitas insurgit ex ratione glo. ibi ex parte patris, & ex ratione Bar. ex parte filiæ.

Decimo datur priuilegium: quia est reperire iudicium directum de dote, & istud competit mulieri, & iudiciũ contrarium, & hoc competit ipsi viro secundũ Ange. in l. 1. ff. so. ma trimo. allegat gl. sing. in l. omnimodo. ff. de impen. in rebus do. fac. Sed illa gl. subiungit, quod non meminit illud.

Ratione

Source : BIU Cujas

3 Ratione autem † fori datur priuilegium doti, vt possit peti coram iudice ecclesiastico, de qua natura dicam infra eod. Secundo: quia mulier sequitur forum viri, licet alibi sit celebratus contractus. l. exigere dotem. ff. de iudi. quod non est in extraneo, qui stipulatus esset dotem sibi reddi: quia ipse non transfertur in forum viri, sicut vxor.

4 Instantiæ autem † seu causæ iudicij datur priuilegium ratione dotis, quo ad dilationes, vt iudex possit breuiores dare, quam consueuerit, arg. l. 2. ff. de reg. iu. & citius firmatur secũdum Rayn. & Bald. & Imo. & Docto. in l. 1. ff. soluto matrim. & dixi infra eo. in quæsti. an dos sit priuilegiata in instãtia &c.

5 Ipsi autem † doti dantur plura priuilegia. Primum est, vt fundus dotalis non possit alienari. l. 1. ff. & C. de fun. do. etiam in ultima voluntate. l. dotale. ff. de testa. milit. An autem tũc debeatur æstimatio, tangit ibi glo. & Doct. Secundo, quia in ambiguis fit interpretatio pro dote. l. in ambiguis. ff. de iu. dotium. l. in ambiguis. ff. de regulis iuris. ꝑ quæ iura dicit Imo. in l. 1. ff. soluto matrimonio. quod vbicunque in materia dotis sunt opinio. in dubio est amplectenda opinio, quæ fauet doti nisi illa esset communiter reprobata secundum Imo. argum. l. minime. ff. de leg. Sed ego dico fortius, ꝙ etiam si opin. quæ fauet doti, non esset communis, tamen illa esset amplectenda: quia vbicunque singularis opin. est humanior & rationabilior & æquior, tunc præfertur communi. ita Host. & Pan. in cap. si vir. ubi eriã tex. probat extra, de cogn. spirituali. iõ dicunt, ꝙ vbi agitur de matrimonio, sustinendo singularis opi. præfertur communi tendenti ad dissolutionẽ, nisi communis opinio. habeat aliquem tex. apertum pro se, quod est singulariter no. secundum Panor. vbi supra: nam paucorum opi. in casu fauorabili præfertur opi. multorum, vt est casus. & etiam sequitur ibi But. dicens post Hostien. quod vbi magistri per suas glo. soluunt matrimonium, nec ius expressum inducunt, si reperias aliquem, qui scripserit contrarium illi adhæreas, ꝙ est bene menti tenendum. & adde vnum tex. singul. in l. 1. §. sed neque. C. de vet. iure enucle. vbi videtur, ꝙ vnius etiam deterior opi. potest plures & meliores in aliqua parte superare, ideo ex multitudine actorum non est iudicãdum, vt ibi in tex. etiam solco allegare ibi casum pro eo, ꝙ dicunt canonistæ in c. 1. extra, de consti. Tertio habet priuilegium dos, quia reuertitur ad patrem siue per pactum, siue iure potestatis eum: sua causa, hoc est, ꝙ filia denuo nubente non possit diminui. nisi substantia patris casualiter decreuerit, auth. sed quamuis. C. de rei vxor. actio. Et attende; quia dico, quod istud etiam erat de iure antiquo, vt habes casum notabilem in l. si socius. ff. ꝑ socio. Item plus vult, ꝙ etiam si reuertatur ad patrem vna cum socio bonorum, idem sit, vt possit diminui. vel dic de hoc vt per Bar. in l. post dotem. ff. soluto matri. Quarto habet priuilegium, vt non possit repeto ꝑ cõdictionem indebiti, licet ex errore fuerit indebitũ solutũ, casus est notabilis & singularis in l. cum is. §. mulier ff. de condi. inde. ẽt est ibi casus, ꝙ debitum omni iure solutũ per errorem non repetit, quod intellige, quando mater pro filia, frater pro sorore, consangineus pro consanguinea, nutriot ꝑ alumna credentes se teneri ad dotandum soluerunt dotẽ, & idẽ credo in quacunque alia persona, quæ crederet se ꝑ dote obligatã: quia tũc sublata falsa causa, remanet causa pietatis, vt ibi dicit iurisconsultus. secus si credebam teneri mulieri ex causa mutui, & non tenebar, & solui animo liberandi me a mutuo, certe repetã, vt l. si donaturus. & l. qui se debere ff. de cõd. ob causam. quod no. alias ille tex. deciperet. Quinto est priuilegiata dos; quia dos dicitur pia causa, vt patet ex præmissis, & infra dicam in q. an causa dotis dicatur pia &c. Sexto dos habet priuilegium, vt in ea nec maritus, nec vxor durante matrimonio habeant proprie & absolute dominiũ: sed mixtim & qualificatum, vt dicam infra. Septimo, quia de dote, seu relicto pro dote nõ potest detrahi falcidia, seu vsus fructus. l. fi. ff. ad leg. Falci. Octauo, quia ex delicto mulieris dãnatæ non publicatur dos constante matrimonio, nisi in quinque casibus, de quibus in l. quinque legibus. ff. de bo. damna. extra quos casus maritus lucratur dotem, quasi matrimonium sit solutum culpa mulieris delinquẽtis. Si vero nõ damnatur ad mortem, tunc absque dubio non publicatur dos; quia matrimonium durat. §. quod autem. in Auth. de nup. & etiam in illis quinque casibus si maritus fuerit pactus de dote lucranda, vel ex statuto debeat lucrari, vt per gl. & Bar. in l. quinq; legibus. vel melius tunc agit contra fiscum. l. omnes, in eod. tit. & ibi glo. & etiam Bar. vbi supra. Si vero mulier damnatur solu. ma. tunc dos indistincte publicatur secundum Iac. de Are. & Bart. & ita intelligunt l. si constante. §. fi. ff. solu. matri. Attende tamen, quia dico istud procedere de iure antiquo, & hodie bona damnatorum reseruãtur descendentibus vsque ad gradum tertium, auth. bona damnatorũ. C. de bo. proscript. de quo dic, vt ibi plene habetur de materia per Ang. Are. in tract. malefi. super verbo, & eius bona publicamus. Nono priuilegiatur dos, quia fructus interim percepti eam augent. l. si marito. §. fi. ff. sol. ma. Sed istud dependet ab eo, quod dixi circa priuilegium datum petitioni. Decimo est dos priuilegiata in casu notabili. l. 1. ff. qui po. in pign. hab. & declara, vt per Cy. in l. non tibi. C. qui po. in pig. hab. vbi dicit, quod & si dos non sit numerata, sed tantum promissa; nihilominus præfertur creditori facto post dictam ꝑmissionem, licet ipse numerauerit, quod est speciale in dote secundum Cyn. quia alias secus. l. potior. ff. qui pot. in pig. hab. & l. diuersis. C. eod. tit. & l. Titius. ff. quæ res pigno. obli. pos. Vndecimo, quia licet pater appropriauerit sibi actionem de dote secundum ꝙ potest. l. quoties. ff. soluto matrimo. tamen si tempore restitutionis fiendæ esset non soluendo, non tenetur quis restituere, vt dos dissipetur, ita Belutius in l. 2. §. ꝙ si in patris. ff. solu. matrimo. per rationem quæ ibi assignatur, tene mẽti ad limitationem d. l. quoties. plus sentiunt, ꝙ nec possit eam sibi appropriare, si tempore pacti non erat soluendo ista, quando non sunt penes me sine dubio, licet D. Ia. de Puteo transeat cum eis. Duodecimo, quia dos data donationem propter nup. meretur authen. dos data. C. de do. ante nupt. & ipso iure cõstituitur statim dote constituta secundũ opin. Martini, de qua ibi in glo. & eam sequitur ibi Iaco. de Raue & transit Io. Fab. & etiam approbant Cyn. & Bald. ibi, licet gl. aliter dicat. Tertiodecimo, quia promissor dotis per cursum biennij constituitur in mora, vt teneatur ad fructus & usuras expressas. l. fi §. præterea san. C. de iu. do. & declara, vt ibi per Bartolum. Quartodecimo, quia pro dote augenda toleratur liberalitas inter virum & vxorem, quæ alias est reprobata. l. si constante. C. de donationibus ante nuptias. Quintodecimo, quia res empta ex pecunia dotali solo consensu efficitur dotalis. l. res quæ ex dotali. ff. de iure do. quod est speciale in dote secundum Angelum, vt dixi supra, licet Bartolus aliter dicat. Sextodecimo, vt pater mariti cogatur se & sua obligare pro restitutione dotis. l. qui liberos. ff. de ritu nuptiarum. l. fin. C. de dotis promissione, quod qualiter procedat, dic, ut per Bartolum in l. si cum dotem. §. trãsgrediamur. ff. so. ma. Decimoseptimo, quia pater mariti simpliciter consentiendo filio recipienti dotem obligatur ipse & eius bona, secundum Bart. in dicto §. transgradiamur. de quo dic vt ibi. quia uenit in consequentiam præcedentis priuilegij, vt patet ex his, quæ dicit ibi Barto.

Decimooctauo, secũdum aliquos priuilegiata dicitur dos, quia fideiubentes pro constituente dotem secundum formã l. creditor. §. 1. ff. mand. si soluit, non repetit, vt est ibi casus singu. sed iudicio meo ibi fundatur super iure communi, non sũ per specialitate dotis.

Decimonono, quia prætor absente patre de bonis patris potest dotare. l. profectitia. in fi. ff. de iure dot. quia pro dote constituenda potest pater incarcerari.

Vigesimo, quia in traditione dotis, quæ fit ex necessitate præambulæ promissionis, cogitur maritus vltra aliquid promittere, quam conuentum sit in ipsa promissione contra id, quod habetur per glos. in l. traditionibus. ff. de pact casus est in l. 2. in 1. responso, secundum intellectum glo. & Barto. & Doct. ff. solu. mat.

Vigesimoprimo: quia hodie ipso iure sine traditione dominij rei dotalis retro transfertur sol. mat. in vxorem. l. in rebus. C. de iure dot. & infra dicam.

Vigesimosecundo, quia pro dote recepta restituenda possunt res subiacentes restitutioni alienari, authen. res quæ. & ibi glo. Bar. & Doct. C. communia de leg. & idem vidistis pro dote constituenda. s. circa priuilegia data cõstitutioni dotis.

Vigesimotertio, quia fauore dotis non admittitur compẽsatio, glo. & Bald. in l. diuor. §. ob donationes. ff. solu. matrim. dicam infra in 3. parte.

Vigesimoquarto dos dicitur priuilegiata, quia licet regulariter reus non edat actori ad fundandam intentionem suam; tamen fallit fauore dotis, sicut fauore fisci, iuxta l. 3. ff de edẽ. quia æquiparantur fiscus & dos. l. 2. C. de priuileg. fisci. secundum Roma. in l. prima. ff. solu. matrimo. allegat hoc tenere domi. Anto. in cap. 2 de probatio. & Ioan. And. in titu. de instru. edi. §. videndum. ver. ex præmissis. licet contrarium teneat Bal. in l. 1. in 4. colum. ff. de eden. & Saly. in l. fi. in fi. C eo. Bal. in rub. C. de priu. dot.

Vigesimoquinto dos dicitur priuilegiata, quia licet regulariter pactum de non petendo sit transitorium ad hæredes, vt no. Bar in l. si sic. de ver. obli. Fallit tamen in pacto de non petendo dotem facto per virum socero; quia non transit ad hæredes soceri. l. si marito publico iudicio. §. 1. ff. so. ma.

Vigesimosexto dos est priuilegiata, quia licet alias in pluribus

bus diuersis sententijs prævaleat illa, quæ ferẽ ꝓ reo. l. inter pares. ff. de re iu. fauore dotis, quia prævalet lata pro actore. c. fi. & ibi per canonist. de re iud.

Vigesimoseptimò est priuilegiata dos, quia licet nulla præscriptio præterquam 30. vel 40. ann. currat minori. l. sicut. C. de præscr. 30. ann. l. fi. C. in quib. cau. in inte. rest. non est necess. Fallit in præscriptione aduersus exceptionẽ non num. dotis, quæ currit marito etiam minori, vt est casus in authen. si minor. C. de temp. in integ. resti.

1 AN † soluto matrimonio res dotalis, siue mobilis, siue immobilis transeat in dominium mulieris, Bar. in l. in mora. in ver. vltimo oppo. ff. solu. matri. tenet, quòd non de iure fforum. per l. 1. in fin. ff. de fun dota. & l. quidam. ff. de acq. rer. dom. & l. si cum dotem. C. de iu. do. & no. in l. si filio. ff. soluto matri. Ad idem facit tex. in l. & si dot. C. de iu. dot. & in l. dotalem. ff. solu. mat. iuncta l. si seruo. C. de testa. mil. Bald. vero in d. l. si mora. tenet, quod dominium rei immobilis transeat in mulierem, quia immobilia statim restituebãtur, sed mobilia annua, bima, trima die, meritò in illis dominium erat apud virum. Imo. in dicta l. si mora. in penult. colum tenet cum Bart. Sed idem quod Bald. in l. si mora. tenet ipsemet Bald. in l. 3. C. de iure dot. & in l. 1. §. exactio. C. de rei vxor. act. vbi etiam dicit Bald. quod licet hodie secundum omnes transferatur dominium in mulierem. l. in rebus. C. de iu. dot. tamen illud est verum in rebus immobilibus, quæ incontinenti restitui debent, secus in rebus mobilibus, pro quibus hodie maritus habet annum, quia talis dilatio impedit transferri dominium ante illam finitam, vt l. Sempronius Attalus. de vsufruc. leg. vbi est tex. singul. quod licet legatum ad diem certam cedat quo ad transmissionem a die mortis testatoris, non tamen quo ad acquisitionem dominij. ita refert Bald. in l. 3. audiuisse Barto. dicentem, quod vltimum est not. & puto verum. Nec obst. si dicatur, quod d. l. in rebus. in ver. mobilibus, repugnat huic limitationi, maximè retẽta ratione, quam subiicit ibi Imperator, quia respondeo, quòd hæc limitatio non procedit in rebus mobilibus in specie consistentibus, sed tãtum in pondere, numero, vel mensura. Et tenendo opi. Bal. hæc responsio placet magis, dum vt dicunt quidã, q̃ d. l. in rebus. inquantum dicit, quod mulier in vendicandis rebus tã mobilibus, quam immobilibus habet prærogatiuam, intelligitur in rebus immobilibus statim, in rebus mobilibus idem transacto anno, & sic finito tempore dilationis datæ a l. ipsi marito, quia in veritate istud violat illum tex. licet fuerit opi. Iaco. de Are. in suis apostillis ibi. Si tamen velles tenere opin. Bar. quam sequitur Imo. & Pau. in d. l. si mora. videlicet quod de iure fforum non transferatur dominium ipso iure, maxime per d. l. 1. de fun. do. vbi probatur, quòd transit ad hæredẽ mariti. Posset responderi ad dictam l. si mora, vbi dicitur, q̃ fundus est mulieris, quod intelligitur spe non re, vt tenet Ange. in l. si marito. §. fi. in fi. per illum tex. eodem titulo, dum ibi litera dicit, acquisitum marito, non mulieri. Idem tenet Angel. in l. si constante. §. si maritus. eodem titulo per glos. ibi. licet vt mihi videtur, quod glo ibi non aperiat. Adde Bar. idẽ tenentem in l. ob res. per illum tex. ff. rerum amo. & in d. l. si filio. §. 1. ff. soluto matrimo. & Bart. in l. Nesennius. §. 1. ff. de re iud. vbi dicit Bar. quod est valde notandum, quod licet hodie retransferatur ipso iure in mulierem, non tamen transfertur in hæredem mulieris, quia l. in rebus. hoc concedit persone mulieris. & illud dictum reputat singulare Imo. in d. l. Nesennius, quod tantum intelligo verum in hæredib. extraneis, secus in suis hæredibus l. j. cum gl C. de priuileg. dot. l. etiam. & ibi nota. ff. soluto matrimonio. bonus tex. in l. assiduis. §. excepct. C qui pot. in pign. hab. Dicit etiam Bart. in l. Nesennius. quod prædicta procedunt, quando mulier agit contra maritum, vel eius hæredes. sol. mat. sub commemoratione matrimonij nunc soluti, secus si tãquam extranea, vide omnino ibi
2 Bart. & quæ ibi dixi. Sed † nunquid retransferatur possessio sine traditione vera vel ficta. Gl. tenet quod non. in l. cum duobus. §. idem respondit. ff. pro soc. vide post Barto. in l. fina. C. de sacrosanc. eccles.

XCV. QVAERO,

AN valeat donatio ex causa dotis inter patrem & filium in potestate? Respondeo, quod licet regulariter non valeat donatio inter eos. l. 2 cum ibi not. C. de inofficio. don. fallit ex causa dotis per tex. no. in l. si cum dotem. in prin. secundũ vnam lect. ff. solu. mat. & facit l. Pomponius Philadelphus. ff. fam. ercisc. quod procedit, etiam si contingit matrimonium non sequi, tex. est no. qui non est alibi, in l. si extraneus. §. fi. ff. de condi. ob causam.

XCVI. QVAERO,

AN iudex in causa dotis interponat officium suum etiam non imploratum? Tex. est in l. cum dotem. §. eo autem tempore. in ver. nec non. ff. soluto matrimonio. quem ponderat Imo. & Moder. probant quod sic. & si teneamus, quod causa dotis dicatur pia, ut dixi supra, hoc non habet dubium per ea, quæ no. Bart. in l. 4. §. hoc autem iudicium. in secunda quæst. ff. de damno infecto. vbi probat, quod iudex interponit officium suum non petitum circa actum pium & miserabiles personas, & si non interponit, punitur, vt ibi dixi. idem tenet Roma. in repeti. authen. similiter. C. ad l. Falcid. in 11. speciali circa iudicia. & pro hoc dicit esse tex. in l. profectitia. post prin. in ver. sed si ponamus. ff. de iu. do. vbi secũdũ eũ expressum, quod iudex potest ex officio suo nemine petente taxare dotem filio eo casu, quo pater non prouiderit. Et ita alleg. illum tex. Barto. in l. j. circa 4. col. ff. soluto matrimo. non tamen dicit Bar. illud verum nemine petẽte, nec etiam illud exprimere videtur tex. in d. l. profectitia. licet idem teneat Ange. in l. 1. ff. solu. mat. de quo tex. videas etiam Bald. in l. qui liberos. ff. de ritu nup.

SVMMARIVM.

1 *Dos putatiua in quibus sit priuilegiata.*
2 *Dos putatiua habet priuilegium, quòd alienari non possit. fallit, tamen, vt numero 3*
4 *Matrimonium putatiuum licet habeat priuilegium matrimonij veri, quò ad priuilegiandum exactionem dotis, tamen secus quo ad alia.*

XCVII. QVAERO,

1 AN dos † putatiua sit priuilegiata, & in quibus? Barto. in l. si cum dotem. §. si mulier. ff. sol. mat. tenet, q̃ dos putatiua habet priuilegium in personali. Item habet priuilegium in tacita hypotheca, & intellige vt ibi per eum, & per Cyn. in l. fin. in 7. q. C. qui po. in pigno. habean. vbi solùm disputat, an habeat priuilegium tacitæ hypothecæ, de quo aliquid per Modern. in l. 1. ff. solu. matri. Idem de omnibus priuilegijs uidetur velle Spec. in titu. de dona. inter virum §. formatis. ver. sed si matrimonium. pro quo facit, quod videmus multa priuilegia competere doti veræ, vt mulier possit facilius nubere in futurum, vt l. 2. §. fi. ff. de priuileg. cred. sed hæc ratio militat in vxore putatiua, ergo &c. Et ideo dicit Bald. & Salic. in l. 1 C. de condi. ob causam, in fi. per ibi notata per glos. quod si ex forma statuti instrumenta habent executionem paratam, idem erit in instrumento dotis putatiuæ, quod est mirabile, cum dictum statutum sit correctorium iuris cõmunis, quo iure communi instrumenta non habẽt executionem paratam; & tale statutum dicitur esse odiosum, vt dicam in ultimo §. huius tractatus. Et quia proprie dicitur, vbi est verũ matrimonium. l. 3. ff. de iu. dot. Tamen sustinendo dictũ Bal.

Source : BIU Cujas

poteſt dici, quod ſumus in materia fauorabili, ideo ex identitate rationis poteſt fieri extenſio, iuxta no. per Bar. & alios in l. ſi conſtante. in princ. ff. ſol. mat. cum hæc extenſio fiat ad id, quod ſublata propria ſignificatione dotis compræhenditur, arg. l. ſenatuſconſulto. ff. de ri. nup.

2 Quod autem dos† putatiua habeat priuilegium, quod alienari non poſſit, ſicut nec dos vera, eſt gloſ. not. in l. dotale. §.
3 dotale. ff. de fundo dotali. facit l. 3. eod. titu. † Fallit in priuilegio, de quo in l. 1. §. ſed nec ob impenſas. C. de rei vxo. actio. quia illud non habet dos putatiua, vt per Barto. in d. §. ſi mulier. in ſecunda oppoſi. Prędicta limita, niſi defectus matrimonij proceſſiſſet ex parte mulieris, quæ decepiſſet virum ſcienter, quia tunc non habebit mulier in dote putatiua priuilegium; vt ex dolo ſuo &c. l. a diuo. ff. de ritu nup l. ſiue hæreditaria. ff. de neg. geſt. & eſt optimum argumen. l. penult. §. fina. ff. quod falſo tuto. autho. bene facit l. fœminis. C. ad Velleia. Item prędicta ſunt vera ex parte mulieris, ſed ex parte viri nõ habet dos putatiua priuilegia dotis. l. in inſulam. §. fructus. & ibi not. ff. ſoluto matrimonio. vbi vir non lucratur fructus dotis putatiuæ, quos aliàs retinere poſſet, iuxta l. diuortio. in principio. & §. impendia. eod. titu. ſed eos facit ſuos, vt quilibet bonæfidei poſſeſſor. Et id ſolum retinet, quantum in re dotali, vel pro vtilitate mulieris impendit, reliquos reſtituere tenetur, vt ibi habetur. Et ibi vidiſti, vtrum ipſa mulier fit libera & maritus ſeruus, an econtra. quicquid dixerit gloſ. & Dy. in l. ſi ante eod. titu. Item maritus putatiuus non habet priuilegium. l. maritum ff. ſoluto matrimonio & tangam infra, in 3. §. Item pactum ipſius mariti de dote lucranda non prodeſt ſibi in dote putatiua. d. l. prima. de cõdi. ob cautam. & ibi firmant Bald. Ang. & Salic & Bald. in l. penul. quod falſo tutore autho. Ang. in d. Authen. de nupt. §. a criptio. vbi bonus tex. & eod. titu. §. ſi vero ab initio. Et idem dicunt in dote lucranda ex forma ſtatuti. Quod limita verum, niſi interceſſiſſet dolus dantis dotem putatiuam per tex. ſingul. & ibi Bal. in d. l. penul. In contrarium facit d. l. a diuo. Veritas videtur, quod vi pacti, vel ſtatuti directo non lucratur dotem putatiuam, etiam ſi dolus dantis dotem interceſſit, ſed per exceptionem doli, vel per actionem de dolo illud idem conſequitur. d. l. a diuo. cum gloſ. fin. & hoc ſatis colligitur ex verbis illius literæ. Ex his poteſt verificari illud, quod not. glo. in l. ex conſenſu. §. vir quoque. C. de repu. quæ dixit, quod maritus putatiuus non lucratur dotem ex adulterio vxoris putatiuæ, ſicut ſi vera eſſet vxor, ſimilis glo. in cap. plerunque. in gloſ. fi. & ibi per Canoniſtas, extra de donat. inter vir. Ex his etiam poteſt verificari dictum glo. not. §. exactio. in gloſ. 3 l. 1. C. de rei vxor. actio. quod maritus in dote putatiua non habet dilationes, quæ conceduntur pro reſtitutione dotis veræ, quia hoc priuilegium eſt ex parte mariti, & ſic videtur malè loqui Cy. in d. §. exactio. quia repræhendit illam glo. licet cum opi. Cy. concordet gl. quam ſequitur Domi. Anto. in c. de prudẽtia. extra, de donat. inter virum. Mouetur Cy. principaliter per l. 2. §. fi. ff. de priuil. cred. quæ lex nihil facit, quia loquitur ex parte mulieris.

Nec etiam procedit glo. in d. c. de prudentia. quia ſi intelligatur ſecundùm leges, quas allegat, certè non facit pro Cy. contra quem Cy. eſt tex. & ibi Bar. in l. ſi concubina ff. rerum amo. & illam gl. in d. §. exactio. ſequuntur ibi Ray. & Sali. quia ſecundùm eos non eſt eadem ratio fauendi viro, quę eſt vxori putatiuæ, vt ſupra dixi.

4 Adde etiam pro intellectu prædictorum, quod † licet matrimonium putatiuum habeat priuilegium matrimonij veri quo ad priuilegiandam exactionem dotis. d. l. ſi cum dotem. §. ſi mulier. tamen ſecus quo ad alia, vt probatur in d. l. ſi concubina in prin. Ex hoc verificatur illud, quod voluit. Bald. in l. eam quam. circa medium. C. de fideicom. vbi dixit, quod donatio facta inter coniuges putatiuos nõ confirmatur morte, alleg. tex. ſing. in l. cum hic ſtatus. § ſponſam. ff. de donat. inter virum. Idem Bal. in l. ſi voluntate. per illum tex. C. eodem titulo. pro hoc etiam ſucceſſio ab inteſtato inter coniuges putatiuos locum non habet. l. 1. in ver. iſtud matrimonium. C. vnde vir. & vxor. Quid autem ex teſtamento. dic vt in l. vxori maritus. cum concordan. ibi allegatis in gloſ. ff. de vſufru. leg. & in materia vide glo in l. Proculus. alias incipit, ancillã, de iure dotium. quæ dicit, quod quemadmodum titulus veræ dotis eſt oneroſus, ita & titulus dotis putatiuę, de quo dixi ſupra.

XCVIII. QVAERO,

SI minor recepit dotem, an bona ſua ſint tacitè obligata, & mulier habeat priuilegium hypothecæ, vide infra, §. 3.

XCIX. QVAERO,

AN mulier pro ſua dote poſſit impedire confiſcationẽ bonorum viri, ſeu deſtructionem domus, ſeu aliorum bonorum. vide per Imo. in l. ſi marito. in prin. in ver. extra gl. ff. ſol. mat. & dicam infra §. 3.

C. QVAERO,

QVid ſi mulier habet inſtrumentum dotale cum hypotheca bonorum, & qualiter procedatur in iſta contradictione. Vide infra, in d. §. 3. huius tractatus.

CI. QVAERO,

SI priuilegiatus, vt non ſoluat collectas, accepit vxorem, quæ ſoluebat pro datione in dotẽ, an ſoluere teneat? Alber. de Roſa. in 2. par. ſtatutorum. q. 186. tenet quod per collectam impoſitam teneatur, pro futuris non. & ita dicit fuiſſe de facto determinatum per l. incola. ff. ad municipa.

SVMMARIVM.

1 *Filiafam. an teſtari poſſit in dote conſentiente patre.*
2 *Pater an poſſit emancipare filium quo ad unum actum, puta teſtandi.*

CII. QVAERO,

1 AN filiafamil. poſſit † teſtari in dote conſentiente patre? Bald. in l. ſenium. C. qui teſtam. fac. poſ. tenet quod non. Idem notant Moderni in l. filiæ matrem. ff. ſol. mat.

2 † Sed an pater poſſit emãcipare filium quo ad vnum actũ, puta teſtandi. Bar. tangit in l. 1. §. in filij. ff. ad Treb. & vĩ dicere quod ſic, quod truffa eſt, quia patria poteſtas eſt indiuiſibilis, nec poteſt quis eſſe in duplici ſtatu contrario. l. 1. §. 1. C. de lat. lib. tol. ſecundùm Bal. in d. l. ſenium.

SVMMARIVM.

1 *Filiafamil. quando eſt ſtipulata patre uolente, an habeat hæredes in dote profectitia.*

CIII. QVAERO,

1 AN filiafam. in dote † profectitia quando ipſa filia eſt ſtipulata patre volente, vel pater eius nomine, vel alio modo pater donauit ipſi filię integram actionem de dote ab inteſtato, habeat hæredes, nam viua filia non eſt dubium, cp eſt ipſius filiæ, ſecundùm Dy. in l. ſi cũ dotem. in prin. ff. ſol. mat. & l. Pomponius Philadelphus. ff. famil. ercis. Sed filia mortua videtur, quod tranſeat ad filios filiæ hæredes, vt eſt caſus ſecundum lectu. Dy. in l. poſt dotem. ff. ſolu. matri. & hoc tenet ibi Bart. in 4. q Idem tenet Bald. in l. ſi extraneus. ff. de condi. ob cauſam. & in l. quod ſcitis. C. de bon. quæ lib. & in authen. ſed & ſi quis. in 8. col. eod. titu. & in l. pro hæreditarijs. in vlti. col. de hæred. act. & ſentit Bald. in l. dos a patre. C. ſoluto matrimo. & Paul. in d. l. ſi cum dotem. & eſt tex. clarus in l. inter ſocerum. §. cum inter. ff. de pact. dota. ſecundùm intellectum Iaco. de Bel. de quo tangitur per ſcribentes in d. l. ſi cum dotem. & tangam infra in 3. parte. Et idem tenet Bald. in l. quoniã nouel. C. de inoffic. teſtam. Contrarium tenet Bald. Angel. Imo. & Rom. in d. l poſt dotem. allegant l. quod ſi nulla. ff. de religio. & ſumpt. fun. Sed nihil facit, quia ibi nulla erat dos, nimirum ſi non habet hæredem in dote. & licet quidam reſpondeant ad iura Barto. Et primo ad l. Iul. ſcilicet, auus. ff. de iure dot. videlicet quod ibi loquitur quando auus, qui dotem dedit nepti non patris cõtemplatione, ſed ipſius neptis, erat mortuus tempore reſtitutionis dotis, & ſic poteſt intelligi, quod matrimonium ſit diſſolutũ morte viri, vel diuortio, vnde cum dos cẽſeatur aduentitia, non competeret actio patri neptis quo ad auum dotantem, ſed ipſi nepti per l. Caius. ff. ſolu. matrimo. Ego dico, quod licet ibi non probetur opin. Bart. tamen clarius probatur in dote profectitia, in l. dedit dotem. ff. de collat. dotis. vbi aperte dicitur de morte filiæ, ex quo matrimonium fuit ſolutum. hoc etiam manifeſtè probatur in d. §. cum inter ſocerum. qui neceſſario ita debet intelligi, vt dicam in 3 parte q. 135. hodie autem hoc videtur expeditum in §. 1. in Authen de hæred. ab inteſta. & vide ad hanc quæſt. omnino illud, quod dicam infra in 4. parte. in quæſtio, prælegata.

QVAE-

Source : BIU Cujas

CIIII. QVAERO,

AN ſponſa de futuro habeat tacitam hypothecã & priuilegiatam? Glo.in l.2.§.fi.ff.de priui.cred.tenet,quod ſic, quia eſt eadem æquitas.idem not.glo.in l.ſi ſponſa. ff. de iure dot.hoc tenet Cy.in l.aſſiduis.C.qui po.in pig.hab.in 8.q. ſed quod non habeat tacitam hypothecam,tenet glo.in l.ad eos. C.qui pot.in pig.hab.Idem tenet Dy. & Iac. de Are. & omnes Doct.ibi,& Bart.in d.l.2.§.fi.de priuil.cred.Ratio,quia l.j. C.de rei vxor.actio.& §.fuerat.Inſtitu.de actio.dat hypothecam pro dote. Sed non eſt dos ante contractum matrimonium.l.pen.C.de donat.ante nup.ergo &c.

CV. QVAERO,

AN per inſtrumentum dotis probetur matrimonium, vide in l.donationes in concubinam.ff.de dona.& in l.liberi.de ritu nup.& glo.30.q.5.aliter. Et quod probetur,videt caſus in cap.illud.extra de præſumptionibus.& ibi Innocent. Sed parum facit,quia loquitur in donatione propter nuptias, in qua eſt diuerſa ratio, vt ibi nota. Et in contrarium, quod non probetur, videtur caſus in l.neque. C. de nupt. ibi, non enim dotibus,ſed affectu matrimonia contrahuntur, vt l.iubemus.C.de repud.Bal.ponit in auth. ſi quis in aliquo. C. de eden.& in l.ab executore.C.quorum appella. non recip. & in rub. C.de priui.do.Ego ſic dicerem : aut quæritur, an probetur quo ad dotis reſtitutionem,& dic quod ſic, caſus videtur expreſſus in §.illud.in Auth.vt fratrum filij.Aut quo ad iudicandum ſuper matrimonio, videlicet an fuerit, vel non fuerit.Et tunc plene non probat, ſed ſemiplenè, ſeu præſumptiuè,caſus eſt in d.§.illud. & vide ad hoc glo.in l. ſi concubinã. ff.de concubi.

CVI. QVAERO.

AN verba enunciatiua fauore dotis inducant plenam probationem. Videtur quod ſic.tex.iuncta glo. in l.1. C. de dot.promiſ.& dicit Bart. idem ſi proferatur inter extraneos. ſed nunc ſemiplenam probationem inducit, ita dicit Bart.in ſuo conſi.Titius & Seius. allegat gloſſ. in l. capite quinto. de adult.ſed mihi videtur,quod illa loquatur de iudicio,& dicit Bar.in d.conſi. quod eſt nu.123.quod tantam probationem faciunt etiam inter extraneos,quod poſſet deferri iuramentum in ſupplementum probationis iuxta materiam l.in bonæfidei.C.de reb.cred.l.admonẽdi.ff. de iureiu. & iſtud idem Ro.in ſuis notabilibus,no.499.

SVMMARIVM.

1 *Mulier licet ſecundum iura digeſtorum. & C. poſſit renunciare rei hypothecę, tamen ſecundum iura authenticorum mulier non poteſt obligari pro viro.*

CVII. QVAERO,

AN mulier poſſit renunciare iuri hypothecæ, quam habet in bonis mariti.Videtur quod non, quia ille,qui poteſt repelli exceptione, dicitur teneri ad non petendum.l.ſi vnus. §.pactus ne peteret.ff.de pac.& ibi no.in l.ubi pactum. C.de tranſact.

1 † Sed mulier licet ſm iura fforum, & C. poſſet renuntiare rei hypothecæ,vt l.iubemus.& l.ẽt.C. ad Velleia.tamen ſecundum iura Authenticorum mulier non poteſt obligari pro viro, auth.ſi mulier.C.ad Velleia.ſed ſi renunciauit,obligatur ad non petendum pro viro,vt ſuprà dixi.ergo videtur, ꝙ non valeat de iure Authenticorum,quod concedit Iac.de Are.& Bar.in l.Mæuia.§.ſi fundus.ff.ſol.mat.quando vir non habet alia bona,tunc talis renunciatio nõ præiudicat mulieri,quia per hoc impeditur petere,ſecus ſi alia bona habet, argu. C.ad Velleia. auth. ſiue ibi aliæ res & c. cum Bart. tranſit Imo.& alij in d.§.ſi fundus.& vide per Iac. de Bel. in Auth. ut immobilia ante nup.dona.§.1.

PARS SECVNDA.

DE EXACTIONE DOTIS & commodo vel incommodo. Et periculo deteriorationis euictionis eius, Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Actio ex ſtipulatu competens marito contra uxorem, uel extraneum promittentem dotem,an ſit bonæfidei, uel ſtricti iuris.*
2 *Actio ex uno contractu non eſt bonęfidei ex una parte, & ex alia ſtricti iuris.*
3 *Actio ex ſtipulatu,quæ competit extraneo, eſt ſtricti iuris.*

I. QVAERO.

1 N actio ex † ſtipulatu competens marito cõtra vxorem vel extraneum promittentem dotem, ſit bonæfidei ADDITIO. [Bonæfidei. Actio ex ſtipulatu, quæ competit vxori, ſicut eſt bonæfidei , an ita etiam ſit bonæfidei,vt illa, quæ competit marito. & vtrum ipſe contractus matrimonij ſit bonæfidei, vide pulchrè Do.Iaſ. de May.in §. fuerat. in 2. nota. de act.] vel ſtricti iuris? Bart. in l.de diuiſione. in ſecunda colum. in fi.ff. ſoluto matrimon. tenet, quod ſit bonæfidei, ſequutus Petr. & Cy in l.1. §. ſed non ignoramus.C. de rei vxo. act. & gloſ.
2 in dicta l. de diuiſione. Et per rationem, quia † non reperitur, quod ex vno contractu actio ſit bonæfidei ex vna parte ex alia ſit ſtricti iuris. vnde §. fuerat. Inſtitu.de actio. debet intelligi ſecundum dictum §. ſed non ignoramus. fatetur tamen Barto. quod † actio ex ſtipulatu, quæ competit
3 extraneo, eſt ſtricti iuris, vt per eundem in l.2. eodem titu. Adde, quod Imo.in d.l.de diuiſione. tenet idem, quod actio ex ſtipulatu, quæ competit viro ſiue contra vxorem,ſiue cõtra extraneum,ſemper eſt bonæfidei. Et pro hoc facit, quia cum natura bonæ fidei ſit cõceſſa ſtipulationi introductæ a Iuſtiniano.d.l.1 §.ſed non ignoramus licet ſemper ſtipulatio fingitur tam ex parte mariti, quàm ex parte mulieris, & hoc fuit per Iuſtinianum introductum, vt no.gloſ.in dic. l.1.§.1. & probatur apertè in eadem l.§ nemo.& gloſ.in l.ad exactionem. C. de do. promiſ & dixi ſupra § proximo.ergo reſtat, quod ex parte viri eſt bonæfidei.Bald. in d.l.de diuiſione.refert, quod quando datur contra extraneum,eſt ſtricti iuris,ſi cui actio ex ſtipulatu, quæ competit extraneo repetenti dotem,vt ſupra dixi & hoc operatur ſecundũ eum ratio æqualitatis ſeruandæ.Pau.in d l.de diuiſione pro hoc inducit tex. in l. fi.§. penul. C. de iure dotium. vbi loquitur de extraneo promiſſore,vt ibi dicit gloſ. in verſi. ſi quis. & ibi vult litera, quod teneantur merito ad acceſſiones dotis promiſſæ poſt biennium,& poſt litem conteſta. ergo illa actio eſt ſtricti iuris, quia ſi fuiſſet bonæfidei, ex ſola mora veniſſent acceſſiones.l.mora.§.bonæfidei. ff. de vſu.iuncta l.videamus.§. actionem.eo.titu.& vtraque iſtarum opi.vr ſuſtentabilis.& in hac q.vide Ang.in d.§ fuerat.in gl.in ver.meruit.in fi.

II. QVAERO,

QVALITER formetur libellus in actione de dote ex parte viri? Ang.in d.§.fuerat.Inſtit.de actio.in ver. & in practica aduerras. dicit, quod quando vir petit dotem, poteſt eſſe libellus vniuerſalis, ſiue generalis, ſicut in petitione hæreditatis& fructus interim percepti veniunt iure actionis non officio iudicis,arg.notatorum per glo.magnam in l.1 in prin ff.de eden.Ita dicit Bart.in l.1.in verſi.3.quæro, hic dicitur dos, &c. in fi. illius ver. ff. ſol. matr.& dixi ſupra.& proxi. q.3. ex quo ſequitur, quod poteſt petere vir a ſocero ſuo dotem ſibi promiſſam vnà cum fructibus ſiue intereſſe ſibi dari,cum ſuſtineat onera matrimonij & ad prædicta ipſum ſocerum petit condemnari.

SVMMARIVM.

1 *Maritus ſi recepit a muliere rem non locupletem, an exigat contra mulierem.*
2 *Maritus ante matrimonium ſibi præiudicare non poteſt.*

Source : BIU Cujas

III. QVAERO.

1 QVid si maritus † recepit a muliere rem non locuple-
tem, an exigat contra mulierem? Bar. in l. si cum dotē. §. si mulier. in fi. ff. sol. mat. distinguit, aut accepit ignoranter, & non imputatur sibi. l promittēdo. §. cum debitorem. ff. de iu. dot. aut accepit scienter, & non valet, quia videtur donare, vt l. cum vir. de iu. dot. Rom. in d. §. si mulier. tenet contrarium, q̄ imo videtur feciſſe maritus ſub ſpe, quod in futurum efficiatur ſoluendo, arg. l. ſi defunctus. C. arbi. tut. & l. cura. §. deficientium. de mune. & hono. Idem tenet Bal. in d. l. promittendo. §. ſi a ſocero. per illum tex. idem ſentit Bart in l. Mæuiam. in prin. ff. ſol. mat. & ibi hanc contrarietatem Bar. expreſsè tetigit Imo. qui diſtinguendo nititur concordare. Quod aut conſtante matrimonio maritus accepit talem debitorē delegatum, & tunc procedit opi. Bar. in d. §. ſi mulier. Aut ante contractum matrimonium, & tunc ſecus, alleg. id quod no. glo. in l. cum dos. ff. de iure do. Sed hæc concordia non placet, quia ſi fiat ex cauſa dotis, eriam ſi fiat ante contractum matrimonium, ſemper videtur conferri in tempus matrimonij ſine quo dos eſſe non poteſt. l. fin. C. de do. ante nupt. l. 3. ff. de iure dot. Facit etiam, quia ſicut mulieri ſoluto matrimonio ea viuente non poteſt ſibi in dote præiudicare. l. 1. & l. quod autem. ff. de pact. dot. & hoc propter ſpem futuri matrimonij, ne indotata remaneat.

2 †Ita econtra, maritus ante matrimonium ſibi præiudicare non poteſt. l. contractio. de don. inter vir. & vxor. quando cā, propter quam ſibi præiudicare intendit, reſpicit tempus matrimonij, arg. l. in tempus. ff. de hæredi. inſti. cum ſi. Quidam ſuſtinendo Bar. in d. §. ſi mulier. in fin. dicunt, quod in eo, in quo non reperitur eſſe ſoluendo talis debitor delegatus, non valet delegatio, ſed in eo quod ſoluendo erat, procedat opin. Bal. & Ro. Truffa eſt, quia quæſtio noſtra formatur, & ita loquūtur omnes Doct. q̄n maritus recepit a muliere rē nō locupletem, ergo dubium eſt in eo. in quo debitor non eſt locuples. poſſet dici ſic, aut maritus accepit debitorem delegatū inopem ignoranter, & omnes concordant, q̄ ſibi non præiudicata: ut accepit ſcienter, & tunc ſi talis debitor delegatus promittit pure, indiſtinctè maritus præſumitur recipere animo donandi, ex quo de præſenti ille debitor non eſt ſoluendo, & ita procedit opin. Barto. in d. §. ſi mulier. ſi vero promittat in diem, vel ſub conditione, tunc procedat dictum Bal. quaſi maritus ſperauit, q̄ ipſe promiſſor pendēte cōditione efficeretur locuples, vel ſoluendo, per iura ſupraalleg.

SVMMARIVM.

1 *Maritus an poſſit dotem exigere ſol. mat. ut lucretur interuſurium medij tē poris.*
2 *Fienda multa ſunt quę impediunt, & iam facta non impediunt.*

IIII. QVAERO.

1 AN maritus ſoluto † matrimonio poſſit dotem exigere, vt lucretur interuſurium medij temporis? Bart. in l. nupta. §. 1. ff. ſol. mat. tangit & remittit ſe ad notata in l. ſi ſocer. §. Lucius. eo. tit. vbi ipſemet videtur facere iſtam differentiā. Aut maritus ſolu. matr. vult exigere dotem, quam nunquam exegerat, & tūc nō auditur, q̄ talis dilatio conceditur miſerationis cauſa, arg. l. ſi donaturus. in fi. ff. de cond. ob cauſam. Aut maritus exactam dotem ſoluerat mulieri conſtante matrimonio. deinde ſol. mat. eā reciperet p̄p commodum interuſurij medij temporis, & tunc poteſt vti. l. 2. C. ſi dos conſtāte matrimonio & l. ſi mulier. §. rerū. ff. rerum amo. Secundo, quia ille, qui repetit ex aliqua iuſta cauſa, videtur quodāmodo petere, vt tanquam ſpoliatus reſtituatur, vt l. interdum. & quod ibi nota. ff. de condi. indeb. & iura debent magis eſſe fauentia repetitioni, quā aduentitio lucro & dic. l. 2. & d. §. rerum. loquitur in repetente, cui fauetur propter interuſurium medij tēporis, licet haberet dilationem miſerationis cauſa, quod nō faceret, ſi principaliter peteret. d. l. ſi ſocer. §. Lucius in fi. & d. l ſi donaturus. Adde, quod in repetēte non videtur attendi commodum interuſurij medij temporis, ſiue dilatio detur miſerationis cauſa, ſiue non, vt l. in diem. ff. de condic. indeb. & l. nam ſi cum moriar. eo. ti. & no. gl. in l. cum quis. C. de iu. & fac. igno. & ibi Cyn. videtur reſidere in hac parte, q̄ debitum in diem ſi ſoluatur ante diem, quocunq; errore ſoluatur, non repetitur. & idem Barto. iuxta fi. vbi concludit, q̄ non habetur ratio interuſurij medij temporis, & ſic videtur ſibi contrarius. Idem ſentit glo. in l. fideiuſſor quamuis. ff. mā da. Poteſt dici pro concordia, quod interdum eſt nata repetitio, & hoc eſt certum, & tunc cōſeruabitur propter interuſurium medij temporis, etiam ſi dilatio detur miſerationis cā, & ſic intelligatur d. l. 2. cum ibi no. C. ſi dos conſtante matrimo. nam ibi data fuit repetitio viro, qui ſoluit dotem mulieri conſtante matrimonio, cū ſapiat vim donationis, quę non cadit inter vir. & vxor. Interdum vero non eſt certum ab ipſo principio natam eſſe repetitionem, & tunc nō naſcitur p̄p tale interuſurium, & ita intelligitur d. l. in diem. & quod not.
2 Bar. in d. l. cū quis. Facit pro ratione diuerſitatis, † quia multa impediunt fienda, quæ non impediunt iam facta. l. patrefurioſo. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iu. ſecundùm Imo. in d. §. Lucius. Mirum tamen videtur, quod ſi ſoluatur ante diem propter errorem facti probabilem, quod non debeat poſſe repeti, præſertim cum dies eſt valde prolixa, vel eſſe poteſt, vt quia eſt incerta, vel quia certa, an, vt dies mortis tertij, vt loquitur l. nam ſi cum moriar. Maximè attendo quod non eſt nata act. & ob. ſecundùm veram opi. de qua per gl. in l. in omnibus. de reg. iur. & per Bart. in l. ita ſtipulatus. de verb. obl. & in l. 1. C. vt actio. ab hæredi. & maximè attento quod condictio indebiti eſt fundata ſuper naturali æquitate. l. nam hoc natura. de condi. indebiti.

SVMMARIVM.

1 *Maritus cui facta eſt mora ab uxore in dote promiſſa tradēda an poſſit petere uſuras & intereſſe iure actionis.*
2 *Intellectus qui trahunt iura ad gratias ſunt fugiendi.*

V. QVAERO,

1 AN maritus † cui facta eſt mora ab vxore in dote promiſſa tradēda poſſit petere vſuras & intereſſe iure actionis, & per conſequens facta iam ſatisfactione de principali? Bald. in l. ſi marito. §. ſi fundum. in fi. ff. ſol. mat. dixit, quod nō quia ſecundum eū maritus petit odioſam vſurarū acceſſionē, pro qua nō cōpetit actio principaliter de per ſe, ſed ſolū iudicis officiū mercenariū, q̄ principaliter intētari nō pōt. l. ſi in iudicio. ſecundo reſponſo. ff. de excep. rei iu. & quod ibi no. Idem tenet Bal. in l. fi. §. præterea. poſt Pet. & Cyn. C. de iu. do. Ro. in d. §. ſi fundum. tenet contrarium, quia dos eſt quid vniuerſale. vnde ſicut propter hoc ex parte mulieris veniūt acceſſiones iure actionis, vt d. §. ſi fundum. Idem ecōtra eſſe oportet ex parte mariti, cum fauor dotis etiam marito cōceſſum ſit. l. 1. §. 1. C. de rei vxo. act. Ita tenent quidam Papi. in d. §. ſi fundum. Mihi placet opin. Pet. & Bal. quia ex parte mariti dos ſibi promiſſa non eſt ius vniuerſale, aliàs ſequeretur, quod ſi p̄ dote fundus eſſet promiſſus, quod fructus augerent dotem, & per conſequens etiam abſque mora mulieris deberentur, vt l. item veniunt. §. fructus. de peti hæredi. & l. 2. C. eo. tit. & d. §. ſi fundum. Sed iſtud eſt contra dictum. §. præterea. ubi marito non debentur fructus niſi poſt biennium, vel poſt lit. conteſta. nimirum ſi non eſt ius vniuerſale, cum pro eis non detur actio marito, vt in l. 4. C. depoſiti. Ang tamen in d. §. ſi fundum. dicit, quod in vno caſu ſingulari officium iudicis competit etiam ſublato principali, videlicet in caſu d l. 2. §. Iulia. ff. de eo quod cer. lo. nam ibi eſt ſpeciale, ne debitor locupletetur cum aliena iactura, non interueniente facto creditoris. Imo. in d. §. ſi fundum. tenet intellectum Barto. quia iſte intellectus Ange. eſt nimis exorbitans a regulis iuris communis, & nimis gratioſus, † fugiendi autem ſunt intellectus, qui trahunt iura ad gratias, ſeu ad ius gratioſum, vt no. Ioā. Andr. in c. ex parte Adæ. extra de teſtib. & in dubio ſemper eſt inhęrendum regulis. Bal. in c. j. de feu. da. in vi. legis commiſſio.

SVMMARIVM.

1 *Maritus cui facta eſt mora ab uxore in dote promiſſa tradenda, an poſſit petere uſuras etiam de iure canonico.*
2 *Maritus cui facta eſt mora in ſoluenda dote, an poſsit petere aliquid emolumenti nulla ſuper hoc pręcedente conuentione.*
3 *Maritus cui facta eſt mora in ſoluenda dote, ſi longo tempore tacuerit, puta per decennium, non poterit poſtea petere alimenta uel uſuras dotis.*

VI. QVAERO,

1 AN maritus † cui facta eſt mora ab vxore in dote promiſſa tradenda poſſit petere vſuras etiam de iure canonico. Et in hac q. duo occurrunt dubia. Primum, an & quando pręcedit conuentio de aliquid dando propter moram, ſi conuentio ſit licita. Secundum, an aliquo caſu maritus poſſit petere aliquod emolumentum propter talem moram nulla ſuper hoc præcedente conuentione. Circa primum Bar. tangit in l. in inſulam. §. uſuras. ff. ſol. mat. Inn. & Io. And. & Cano. in c. ſalubri-

Source : BIU Cujas

c. ſalubriter. extra de vſuris. Et communis concluſio canoniſtarum videtur eſſe, quod tex. in d. c. ſalubriter. intelligatur ſtrictè, vt in caſu illo, tunc ſit licitum uiro aliud recipere vltra ſortem, puta quando recipit fructus ex re pigno. data pro pecunia dotali, & iſtud ſit ſpeciale in dote, ut patet ex c. conqueſtus. de vſuris. & ex his, quæ habentur in c. illo uos. de pigno. & in c. ad noſtram. de emp. & ven. & ratio ſpecialitatis exprimitur in d. c. ſalubriter. quia frequenter dotis fructus nō ſufficiunt oneribus matrimonij, ſecus autem ſi uelit recipere aliquam pecuniam pro ipſa dote in pecunia conſiſtente, donec ſoluatur, quia tunc id non erit licitum, cum hoc non ſit iure cautum, & regula ſit in oppoſitū, quòd quicquid accedit ſorti, vſura eſt. 14. q. 3. c. plerique. nec eadem ratio, quæ eſt in fructibus ex pignore perceptis, quia illi ſubijciuntur iudicio diuino. Et ideo dicit But. in d. c. ſalubriter. quòd ſi res pignori data talis, q̄ eius fructus eſſent certi, quia fortè eſſet locata ad certum tempus: tunc non procederet tex. in d. c. ſalubriter. immo maritus tantum illos debet computare in ſortem, & ita debet limitari tex. in d. c. ſalubriter. quem ſecundò limitat procedere, quia ſecus dicit, ſi ab ipſo principio cōueniatur de dote danda ad tempus, quia tunc non erit licitum paciſci de aliquo emolumento pro illo tēpore, nec etiam procederet tūc caſus dicti cap. ſalubriter. quia tunc ſolùm ratione temporis perciperetur emolumentum, & ſic non videtur licitum. c. in ciuitate. de vſu. Sed certè hæc opi. nimis reſtringit d. c. ſalubriter. quod ſimpliciter & indiſtinctè loquitur, & quia ſi maritus ab initio recipit pignus, videtur accepiſſe conſiſus lucrari fructus aut horitate illius capit. ſecundùm Do. Abb. ibi. Item opi. Inn. & Ioan. And. non videtur vera, quia licet fructus ſubijciantur iudicio diuino, tamen communiter percipiuntur, & ideo non deberet eſſe permiſſum, alias data hac ſententia pro vera ſequeretur, quòd etiam creditori mutuāti deberet eſſe licitum percipere fructus ex re pignorata. Item in effectu videtur eſſe eadem ratio vtrobique maximè, quia dicitur mutuum nihil inde ſperantes. Vnde fortè poſſes dicere, q̄ aut vir facit pactum de percipiendo aliquid nomine vſurarum, & iſtud nullo modo eſt licitum, cum vſuræ ſint prohibitæ. Aut facit pactum, vt aliquid detur pro alimentis. & hoc videtur eſſe licitum, quia & valeret pactum, quòd ille, qui promittit dotem, ex quo non dat, debeat alere ipſam vxorem. l. pater. §. pen. ff. de doli excep. facit l. 4. & l. ſi pater. §. 1. ff. de pact. dot. Et pro hoc facit regula l. ſi is. §. quod dicitur. ff. de iu. do. ubi patet, quòd penes quem eſt dos remanet in effectu penes p̄mittentem, & ſic ad ipſum debet ſpectare onus alimentorū mulleri, ergo videtur licitum pactum, quod aliquid præſtet nomine alimentorum mulieri. An autem ſi quid ſupereſſet vltra alimenta, teneatur reſtituere? Dic vt colligitur ex tex. cum glo. no. in l. creditor. §. ſi inter virum. ff. man. quia ſi erat nudus miniſter, tenetur reſtituere, aliàs non. Aut fit pactum, quod vir debeat habere ad rationem ſex pro centenario pro alimentis, & hic caſus eſt magis dubius, quia videtur velle, q̄ pecunia accedat pecuniæ, & pariat pecuniam, quod eſſe non debet, vt not. Io. And. in regula. peccatum. de reg. iur. in 6. Tamen poteſt dici oppoſitum, ex quo pro alimentis, quę ſunt licita, fit promiſſio, vt ſic potius res valeat, quàm pereat, argu. l. quoties. ff. de verb. obl. Præſertim quādo dicta quantitas ſuffi cit ad alimenta, vel ſaltem non multum excedit, facit, quod not. Bald. in l. 1. §. exactio. C. de rei vxo. act. Quandoque facit pactum, quod recipiat ad rationem ſex pro centenario, nec dicit pro alimentis, & tunc eſt magna dubitatio, tamen cum id poſſit intelligi nomine vſurarum, vel alimētorum, videtur fienda interpretatio pro alimentis. d. l. quoties. Tutius eſſet tamen propter euitandas opi. practicare caſum d. c. ſalubriter. & ita multi faciunt, quia conueniunt, quod aliqua res immobilis detur in pignus, & q̄ fructus cedat in onus alimentorū, nam in hoc caſu non videtur peccare, quia eſt expreſſum in d. c. ſalubriter. & vbi agitur de periculo animarū tutior pars eſt eligenda. cap. iuuenis. extra de ſpon. Et per prædicta videtur etiam dicendum quod ſi aliquo caſu alimenta debeantur mulieri, quod quando ſit, dicam in §. prox. q̄ tunc licitum eſt mulieri paciſci, quod aliquid ſibi detur nomine alimentorum, & conſequenter recipere fructus de re pignorata in d. caſum. Et de hac materia vltra præallegata, vide in clemen. 1. de vſu. per Pet. de Anchara. in quodam ſuo conſi. 143. per Bal. in auth. ei qui iurat. C. de bon. autho. iu. poſſ. & per Bald. & alios in l. rogaſti. ff. ſi cer. pet. per Ang. in l. 1. ff. ſol. matri. per Imol. in d. l. in inſulam. §. vſuras. & per Aret. in §. fuerat. inſtit. de act. in ver. & eſt bonæfidei. Et ex mente omniū prædicta videtur eſſe vera concluſio.

2 Circa ſecundum dubium, an † maritus, cui facta eſt mora in ſoluenda dote poſſit aliquo caſu petere aliquid emolumēti nulla ſuper hoc præcedente conuentione. Imo. in d. §. uſuras. concludit, q̄ aut mora non eſt commiſſa in dote ſoluenda, quia fortè promiſſa fuit ad diem, & dies nondum venit, & tunc videtur nihil poſſe petere, cum dilatio videatur eſſe in dubio fauore debitoris adiecta, ut not. in l. eum qui calendis. ff. de verb. obl. Aut mora eſt commiſſa in dote ſoluenda, quod quando ſit, collige ex his quæ dicam infra 8. q. & tunc videretur poſſe petere vſuras, non tanquam vſuras, ſed intereſſe loco alimentorum, vt voluit Bart. in §. uſuras. & facit. quod habetur in tex. ſingulari cum glo. in l. ſocium, qui in eo. ſi pro ſoc. Sed in contrarium fortiter facit, quia ſi vult petere vſuras tanquam vſuras, non dubium eſt, q̄ non poteſt, cum illæ ſint prohibitæ, ſaltem de iure canonico, vt not. in auth. ad hæc. C. de vſur. & vult petere vſuras, vt intereſſe, quod lato ſumpto vocabulo poteſt dici vſura, quia ſorti accedit, licet vere & ſtrictè non ſit vſura, & tunc videtur q̄ non poſſit; qa cum ſimus in obligationibus dandi, nō ſuccedit obl. poſt mora ad intereſſe. l. ſi ſeruo. §. fin. ff. de verb. oblig. licet ſecus in obligationibus facti. l. ſtipulationes non diuiduntur. eo. titu. Aut vult petere intereſſe propter morā officio iudicis, cum actio ſit bonæfidei, & ſic videtur poſſe petere per d. l. ſocium, qui in eo. & ad inſtar eius, quod dicitur de arbitrijs, vt in l. 2. §. fi. ff. de eo quod certo loco. & tunc etiam videtur, q̄ nō poſſit, quia tunc intereſſe videtur venire in homine conſueto negotiari, & ſic lucrari ex pecunia, & ita loquitur d. l. ſocium qui in eo. vbi ſocij erant mercatores, & ſic etiam d. l. 2. §. fina. vt apertè patet ibi in tex. no. Barto. in l. 1. C. de ſenten. quæ pro eo quod intereſt, in illa quęſtio. an habeatur ratio pro intereſſe conſiſtente in lucro. Et ſic videtur, q̄ ſi maritus non ſit conſuetus negotiari, ex hoc capite venire non poſſit. Non videtur etiam poſſe agere actione negotiorum geſtorum, qua ſi onus alimentandi vxorem ſpectet ad alium, ex quo dos nō ſoluitur, vt eſt tex. cum gl. in §. fi. in Auth. de non eligendo ſecundo nub. & not. Cyn. poſt Vbertum de Bobio in l. quod in vxorem. C. de neg. geſt. & Bal. in l. ſi cum dotem. §. tranſgrediamur. ff. ſol. mat. Nam videtur, quòd etiam hoc petere non poſſit per notata in d. l. quod in vxorem. & ſic videtur, q̄ vnicum tantùm remedium habeat, ſcilicet remittere vxorē ad domum ſuorum. Sed fortè poteſt dici, q̄ aut iſte vir proteſtatur, q̄ facit ſumptus animo repetendi ab eo, ad quem ſpectat alere ipſam vxorem, & tunc videtur, q̄ repetere poterit per actionem negotiorum geſtorum, per notata in l. alimenta. C. de neg. ge. & quod no. in l. Neſennius. ff. eo. Nec obſt. d. l. quod in vxorem. quia loquitur in caſu dubio, nō autem in caſu certi, qñ interuenit proteſtatio declaratoria animi, vt ibi patet, aut non interuenit aliqua p̄teſtatio, & tūc pōt dici, qa aut mulier eſt ſana, & tunc poteſt repetere, ſi autem expenſa ſit facta in ipſam infirmam, tunc quia maior eſt pietas, videt fieri in dubio ex maritali affectione, & ſic loquitur d. l. quod in vxorem. Et pro huius diſtin. facit, quod not. in l. fin. ff. pro derelic. vbi ſimiliter diſtinguitur inter ſeruum ſanum, & infirmum, & maior adhibetur in caſu infirmitatis. Nec ob. prædictis, quod habetur in l. curabit. C. de actio. empti. & in cap. conqueſtus. de vſuris. vbi dicitur, quòd in actionibus bonæfidei habeatur ratio intereſſe poſt moram commiſſam etiam in lucro. Hinc eſt, q̄ uenditor poſt moram commiſſam p̄ emptorem in pretio ſoluendo, videtur poſſe petere haberi rationem intereſſe, & vſuras petere, & ſub nomine vſurarū nullo modo poteſt petere, tamen bene poteſt petere, quod habeatur ratio intereſſe ad quāritatem fructuum perceptorum ex re vendita. Quia non eſt æquum, q̄ emptor gaudeat re vendita & pretio, vnde illud contingit ibi, quia ille emptor percepit fructus ex re vendita, cuius occaſione debetur pretium, ſed hic promittens pretium in pecunia ex pecunia ipſa non percepit fructum, cum pecunia nullatenus germinet pecuniam, vt no. per Io. Andr. in d. regula, peccatum. ideo non eſt eadem ratio in caſu iſto Et de hac q. vide Bald. in l. vſuras. C. de vſuris. Ioan. And. & Mod. in c. ſalubriter. extra eod. Bald. in l. 1. C. de ſum. trini. vide Bald. in ſuo conſi. incipiente, Titius pro filia. † vbi limitat, omnia prædicta procedere, niſi
3 maritus longo tempore taceret, puta per decennium, quia non poterit poſtea petere alimenta, vel vſuras dotis. Nam tunc vt gratioſior eſſet apud debitorem, præſumitur omiſſa & remiſſa petitio vſurarum. text. eſt not. in l. cum quidam. §. diuus. ff. de vſuris.

VII. QVAERO,

QVid in hærede maritī poſſidente vel detinente pignus datum viro pro cautione dotis, nunquid ipſe lucretur fructus poſt mortem viri, ſicut ipſe maritus. Inno. recitat plures opi. circa hoc in d. c. ſalubriter. de vſuris. tandem

tenet

tenet quod non, & idem ſequitur ibi Do. Abb. quia in optione hæredis eſt, quandoque reſtituere pignus, & ſe liberare ab obligatione, ꝙ non eſt in marito, cum ipſe teneatur ad onera matrimonij. quod tene menti.

SVMMARIVM.

1 *Mulier quando dicatur eſſe in pręſtatione dotis.*
2 *Maritus tenetur ad onera matrimonij vltra menſuram dotis.*
3 *Locationes tot ſunt, quot ſunt anni.*

VIII. QVAERO,

1 QVando mulier † dicatur eſſe in mora in præſtatione dotis, ſi mulier promiſit pro ſeipſa mille in dotem, & dote non ſoluta acceſſit ad domum mariti, & vir ſuſtinuit onera matrimonij per quadriennium, modo agere vult contra vxorem pro dote nō ſoluta & petere intereſſe totius quadriennij, an poſſit. Bar. in l. de diuiſione. in 2. col. ff. ſol. mat. diſtinguit. Aut mulier ſeipſam dotauit, & tunc cum ei impleatur contractus per virum, qui ſuſtinet onera matrimonij ac ipſa mulier dicitur eſſe in mora. Aut dos fuit promiſſa ab extraneo, & tunc licet vxori vir præſtet alimenta, quantum ad extraneum nullum contractum implet, & ideo extraneus nō eſt in mora niſi per interpellationem, vel curſum biennij, & ita ipſe intelligit. l. fi. §. prętera. C. de iu. do. & ita ponderat ibi glo. in verbo ſi quis. quæ dicit, ſcilicet extraneus, & patet ex continuatione illius. §. ad præcedentia. ſecundum eum, cum quo tranſit Bal. in d. l. de diuiſione. Sed Iac. de Are. & Cy. in d. l. fi. C. de iu. do. tenent indiſtincte, quod nō committitur mora, niſi per interpellationem, vel curſum biennij, etiam quando mulier ſeipſam dotauit. Et hanc opi. ſequitur Imo. in d. l. de diuiſione. per d. l. fi. §. præterea. vbi non ſufficit, quod maritus onera matrimonij ſuſtineat, ad hoc vt promiſſor dotis dicatur eſſe in mora, & ad ceſſiones teneatur: ſed requiritur lapſus biennij. Et idem tenet ibi Alb. & Bal. per alias rationes, quas refert Imo. licet de Bal. mentionem non faciat. Non ob. quod d. §. præterea. in ver. ſi quis. loquatur in extraneo, vt dicit Bart. quia ſecundum Bal. eadem eſt ratio, quæ in muliere, attento maxime quod ob nullam aliam cauſam datur dos ab extraneo, niſi vt onera matrimonij ſuſtineat, ergo nō differt, an maritus impleat contractum ipſi extraneo, vel alij de eius voluntate, arg. l. ſolutum. ff. de pig. act. Non ob. d. l. curabit. C. de act. emp. tenendo iſtam opi. quia plurib. modis reſpondet Bal. in d. §. præterea. & maxime quia illa l. loquitur in contractu emptionis & venditionis, in quo hinc inde præſtatio eſt commenſurata. & dato vno, ſcilicet re vendita, & datur & reliquū. ſ. pretiū cōmenſuratum, ſed hic nos loquimur in oneribus matrimoniorum ſupportatis, quibus datis non dat̄ dos.
ADDITIO. [Non datur dos. Adde hic, an maritus non ſuſtinens onera matrimonij teneatur reſtituere integros fructus dotis iam perceptæ, ad alimenta tantū, vel neceſſaria, vide Pa. de Ca. in cōſ. 290.] cū poſſit eē mr̄imoniū ſine dote. l. fi.
2 C. de do. ante nup. & † dato quod ſit dos tradita, tamen maritus vltra menſuram dotis tenetur ad onera matrimonij, vt not. in l. quod in vxorem. C. de nego. geſt. argu. l. quod ſi nulla. ff. de relig. & not. gloſ. in l. ſi cum dotem. §. ſi autem. ff. ſol. matrimo. & facit, quia cum mulier promittit dotem, videtur ſub conditione voluiſſe maritum lucrari fructus, ſcilicet ſi ſequatur matrimonium, & onera ſuſtineat. l. dotis fructus. §. 1. ff. de iure do. ſed ſic eſt, ꝙ lex non tolerat, ꝙ euentus conditionis, qui producit in eodem inſtanti actionem & obligationem, conſtituat etiam debitorem in mora. l. quod dicimus. in princip. ff de ſol.

Secundo facit, quia cum Iuſtinianus in d. §. non ignoramus. allegatus per Bart. ſimpliciter tribnat naturam bonæfidei actioni de dote. Item cum habeamus, ꝙ Iuſtinianus non curat, an dos fuerit promiſſa a muliere, vel ab alio pro ea, eſt tex. in d. l. fi. §. præterea. C. de rei vxo. act. dicendum, quod nō cōſtituatur promiſſor in mora re ipſa, niſi interpelletur. Nec obſt. ille tex. in d. l. fi. §. præterea. dum dicit, quod ita demū cōſtituitur in mora, ſi lis fuerit conteſtata, vel lapſum ſit biennium, ergo ſequitur, quod loquitur in actionibus ſtricti iuris tantum, & ſic quæ competit extraneo &c. Quia reſpondeo, ꝙ ibi nulla interuenit interpellatio, vnde non negat ille tex. quod ſi interueniſſet, non fuiſſet in mora conſtitutus promiſſor, etiam ante litem conteſta. & lapſum biennij. Non obſt. ſi dicatur, ꝙ imo interpellatio interuenit, vt ibi, dū dicit, libellum iudici porrectum, quia dico, ꝙ talis porrectio vim interpellationis non habet, vt no. Bar in l. denunciaſſe. ff. de adult. & ſolet notari in l. 2. §. voluntatem. in fi. ff. ſol. mat. Nec obſt. ſi dicatur, ꝙ cum clarum ſit, ꝙ actio ex ſtipulatu competens extraneo pro dote reſtituenda ſit ſtricti iuris, vt ſuprà dictum fuit. Certè ſi diceremus, actionem ex ſtipulatu competentem contra extraneum eſſe bonæfidei, ſequeretur, ꝙ una & eadē actio ex vna parte ſit bonæfidei, & alia ſtricti iuris, quod eſſe non debet, ne eadem res diuerſo iure cenſeatur. l. eum qui ædes. ff. de vſucap. quia reſpondeo, ꝙ non eſt vna & eadē actio quæ datur extraneo contra maritum, & marito contra extraneum, ſed ſunt duæ, quod patet, quia nullibi reperitur, quod ſi extraneus dedit dotem, & non ſtipuletur ſibi reddi, quod fingatur talis ſtipulatio interueniſſe, prout fingitur in marito & vxore d. l. 1. §. ſed vt plenius.

Et per prædicta videtur, quod opin. Iac. de Are. ſit ſatis ſuſtentabilis, & in puncto iuris ſit melior, quàm opi. Bart. maxime per tex. in d. l. de diuiſione. qui videtur expreſſe cōtra Bar. non attentis ſolutionibus datis per glo. quæ omnes videntur eſſe diuinationes. Nam ibi contractum erat matrimonium, & maritus ſubibat onera matrimonij, tamen fructus non veniunt, ſed computātur viro demū a die traditionis, ergo, &c. Hanc etiam opin. tenet glo. in l. dotis fructus. ff. de iure dot. Non poteſt tamen negari, ꝙ opi. Bar. non ſit multum æqua, & ſi teneres eam, eſſet neceſſe reſpondere ad dict. l. fin. §. præterea. quod loquitur in extraneo, vt dixit ibi gl parua in ver. ſi quis. Item quia tex. non dixit, ſi qua. Item quia ſi loqueretur in muliere promittente acceſſiones, debuiſſent venire a tempore moræ non li. conteſt. cum actio competens contra mulierem ſit bonæfidæi, vt in §. fuerat. Inſti. de action. iuncta l. videamus. §. ſi actioni. ff. de vſu. & tamen tex. ibi ſentit oppoſitum, ergo ſequitur, quod loquitur in actione ſtricti iuris. Ad rationem Iac. de Are. poſſes melius reſpondere quàm faciat Bar. quia ſi verum diceret Iac. ſequeretur ꝙ nunquam maritus poſſet petere dotem niſi ſoluto matrimonio, quia ante non dicitur in totum onera ſupportaſſe & ſic contractum ex parte ſua impleuiſſe, quod tamen eſt falſum, ergo &c. Item ſequeretur, ꝙ mulier non poſſet in mora conſtitui per interpellationem contra d. §. præterea. Item dum Bart reſpondet ad rationem Pet. dicens, quod eſt contra l. curabit. adde illud probari ibi per ar. a fortiori, quia donatio eſt prohibita inter vir. & vxo. &c. Sed quia in veritate non eſt ſufficienter reſpōſum ad d. §. præterea. & rationes adductæ contra Bart o. non mediocriter ſtringunt, ideo poſſet audacter teneri cōtra Bar. contra quem etiam facit, dum allegat l. ædē. quia illa ratio facile tolli poſſet dicendo quod † tot ſunt locationes, quot
3 ſunt anni. l. ſi ſeruus Mæuij, & caſtrenſis peculij. & ibi no. Bar. ff. de ſtip. ſeruorum. Et ideo Cy. in d. §. præterea. ſuper hoc paſſu relinquit cogitandum.

SVMMARIVM.

1 *Maritus qui ſuſtinet onera matrimonii, quum non eſſet matrimonium, an lucretur fructus dotis.*

IX. QVAERO,

1 AN maritus † qui ſuſtinet onera matrimonij, cum non eſſet matrimonium, lucretur fructus dotis? Glo. in l. ſi ante nuptias. ff. ſol. mat. tenet, ꝙ non de rigore, ſed de æquitate lucratur, quia eſt eadem ratio in iſto, quæ in viro, quia ſubiit onera matrimonij. Et dicit obſeruari Bononię ex l. municipali. & hanc æquitatem firmat glo. in l. dotis fructus. in princ. ff. de iure dot. in l. pen. §. 1. quod fal. tut. auth. Idem tenet Specu. in tit. de dona. inter virum & vxo. §. fin. ver. ſed ſi mulier. Cy. in l. 2. C. de dot. promiſ ex mente Dy. diſtinguit, aut credebat vir matrimonium tenere, & lucratur fructus, aut non, & tunc ſecus, vt in l. in inſulam. §. 1. ff. ſolu. mat. niſi fuerit pactus de lucrandis fructibus, quia tunc lucratur, etiam ſi ſit ſciens, matrimonium non tenere, vt l. dotis. ff. de iure dot. plus dicit ibi Cy. ꝙ in caſu, quod mulier tradidit dotem, uidetur donaſſe fructus ex pręſumptione, quoniam benefacienti debemus benefacere, quod an ſit verum, dicam infra proxima q. Adde, ꝙ prima opin. quę habet, quod maritus non lucretur fructus de rigore, quæ fuit opin. Azo. in ſum. C. de iud. do. & videtur caſus in l. ſancimus. C. de nupt. de quo ēt vide per cano. in capi. ex parte, ſuper glo. 2. de reſtitu. ſpol. & in cap. ex publico. de conuer. coniuga. vide, omnino Bal. in l. 1. in 4. oppoſitio. C. de condi. ob cauſam.

SVMMARIVM.

1 *Sponſa an poſſit facere cum ſponſo, quod ipſe lucretur fructus dotis ante matrimonium.*

X. QVAE-

Source : BIU Cujas

X. QVAERO.

1 AN ſponſa † poſſit facere pactum cũ ſponſo, ꝙ ipſe lucret fructus dotis ante mr̃imoniũ. Bar. in l. ſi nuptias. ff. ſolu. ma. diſtinguit. Quod aut ſponſa eſt minor, & ſi expreſsè vellet donare, nõ poſſet, ergo nec ẽt valet pactũ de lucrãdis fructib. ſed ſi ſponſa eſſet maior, tũc valeret, & ꝓcederet id, qđ not. gl. & Cy. in l. ſi ꝓ ea. C. de do. ꝓmiſ. & in l. in inſulã §. vſuras. ff. ſol. mat. & tetigi ſup. proxima q. Adde & limita prædicta vera, niſi maritus haberet bonam fidem, quia putaret ipſam maiorem ex aſpectu corporis, vt per Imo. in d. l. ſi ante nup. Item limita illud, quod dicit Bar. in d. l. ſi ante nup. de ſponſa maiore, non procedere, ſi fructus excedunt quantitatem onerũ ſupportatorum, quia cũ maritus reciperet fructus mulieri reſtituendos, vt d. l. ſi ante. alendo eam non videtur ei alimenta donare, ſed propter fructus vxoris alere. l. Neſennius. ff. de negog. geſt. l. fi. ff. de peti. hære. Et ſic ceſſat ratio d. §. Pap. allegata per Bar. vnde iſto caſu erit idem concludendum, quod dicit de pupilla. Sed adde, quod ſi mulier expreſsè donaſſet, valeret cum eſſet maior, ꝓ l. dotis fructus. §. 1. ff. de iu. do. Imo. & Ro. in d. l. ſi ante. idem dicunt, ſi eſſet minor, etiam apparet, ꝙ voluiſſet expreſsè donare, quia poſſet donare fructus, qui ſeruando ſeruari non poſſunt cum videatur ſubeſſe iuſta cauſa, ſcilicet ob alimenta, per l. 1. C. ſi aduerſus dona. maximè ſecũdum intellectum Bar. ibi, qui intelligit, quod loquatur in rebus, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, vide gl. in l. 1. C. ſi aduerſus vſucap. & in l. diuortio. §. interdum. ff. ſo. mat. vbi dicũtur illi, qui vltra triennium non durant. Et ſubdit Imo. ꝙ iõ ſi mulier iſto caſu potuiſſet expreſsè donare. ita videtur ſecundum eum, ſub dubio tamen fortè, quod donaſſe præſumatur per dictum §. idem Papi. allegat l. cum plures. §. 1. ff. de admin. tu. quæ parum facit. & ſic Imo. & Ro. videtur tenere cũ opin. Dy. Sed mihi videtur, ꝙ non perfectè loquantur. Primò in quantum dicunt, ꝙ expreſsè potuiſſet donare, nam hoc verũ eſt, cum curatoris authoritate, non alias. Item cum curatore videt, quod non potuerit donare, ſi fructus excedant alimenta vxori præſtita, hæc duo probantur in l. 1. in ver. congruenter, & in verbo curatore. C. ſi aduerſus dona. Ad rationem dicti §. idem Papi. reſponde, vt ſupra dixi in primo caſu tenendo contra Bar. vnde concludendum vĩ iſto caſu, qñ mulier expreſsè non donauit fructus, quod aut maritus ſciebat matrimonium non eſſe legitimè contractum, & tunc licet maritus non lucretur fructus, tamen vſque ad neceſſarias & vtiles impenſas lucrabitur, etiam ſi mulier ſit inops, quia in tantundem locupletior effecta videtur. l. apud Celſum. §. ſi quis pupillo. ff. de doli excep. & quia malæfidei poſſeſſor tales impenſas deducit. l. domũ. C. de rei ven. & pulchrè no in l. in fundo. ff. eo. ti. Aut maritus putabat matrimonium legitimè ꝯctum & tunc lucratur fructus perceptos & conſumptos, non tanꝙ maritus, ſed tanꝙ qlibet bonæfidei poſſeſſor. l. in inſulã. §. fructus. & ibi no. ff. ſolu. mat. Hoc tamen intellige ſm diſtinctionem notatam in l. ex diuerſo. in prin. per gloſ. & Bar. ff. de rei ven. & ſecundum hanc diſt. & theoricam intelligo gl. in l. pe. ff. quod falſo tuto. autho. Et de hac q. vide Bal. & Doc. in l. 1. C. pro dote. in l. 2. & in l. dotis fructus. ſupra allegata.

XI. QVAERO,

FRuctus dotis ſpectãt ad virũ pro toto tempore, quo duraſſet matrimonium, & pro rata temporis vltimi anni, qui vltimus annus qualiter computetur, vide in l. de diuiſione. & ibi no. diſtin. Bar. in 2. col. ff. ſol. mat.

SVMMARIVM.

1 *Fructus an accipiantur deducta impenſa.*
2 *Hæres quando teneatur reſtituere fructus integros ad inſtar malæfidei poſſeſſoris.*
3 *Fructus dictio, quando profertur ab homine, refertur ad fructus exiſtentes in fundo, quod limita, ut nu. 4 5 & 6.*

XII. QVAERO.

1 FRuctus an † accipiantur deducta impenſa. conclude, ꝙ ſi verbum fructus, profertur a lege, intelligitur deductis impenſis, vt in l. fructus. ff. ſolu. mat. & ibi no. Bar. Fallit in decimis, vt in c. tua nos. extra de decimis, & per hoc facit, quod no. in l. ſi a patre, vel dño. ff. de petit. hæred. Adde, quod Bald. in d. l. fructus, & Sal. in l. 1. C. de fruc. & lit. expen. dicunt idem in gabellis ex forma ſtatuti ſoluendis, vt ſi dicat ſtatutum, ꝙ de fructibus poſſeſſionum ſuarum teneantur ſoluere tantum de gabella, quia non deducentur impenſæ, cum par debeat eſſe ratio iuris publici & diuini, vt l. fi. C. de ſacroſan. eccl. Idem tenet Pau. in d. l. fructus. quia ſecundum eum illa videtur fũiſſe intentio ſtatuti, quod ſimpliciter conſiderauit recipientẽ fructus ſoluere debere pro rata fructuum, & ſic conſiderauit ſolum onerare recipientem. Accedit, quia gl. in d. l. fructus. dixit, ꝙ verè ſunt fructus interim, licet inſpecto exitu non dicãtur fructus, niſi deductis impẽſis, ſicut aliàs dicitur in lucro. l. mutuis. ff. pro ſoc. vnde cũ in ſtatutis verba intelligantur in proprio ſignificatu, l. 3. §. hæc verba. ff. de nego. geſt. ergo &c. Nec ob d. l. fructus. quia ideo intelligitur deductis impenſis, quia maritus lucrari debet fructus pro ea rata vltimi anni, ꝓ qua durauit matrimonium, & onera ſupportauit, vnde ſi non fieret deductio impẽſarum, poſſet eſſe, quod plus eſſet impẽſa mariti quàm portio fructuum ſibi attingens, quod eſt contra mentem legis, ergo, quod abſurdum non militat in caſu ſtatuti. Ang. in d. l. fructus. contrarium tenet. ſ. quod ĩ ſtatutis fructus accipiantur prius deductis impenſis, & idem ſequitur Imo. allegant l. fundi Trebatiani. ff. de vſufruc. lega. mouẽtur etiam per d. l. fructus. Non obſt. quod dicitur de decimis, iuncta l. fi. C. de ſacroſan. eccle. quia reſpondent, ꝙ licet parificentur in caſu illo, non tamen ſemper æquiparantur, quia non eſt omnino eadem ratio, cum anima, quæ reſpicit ius diuinum, ſit præferenda rebus publicis. l. ſancimus. C. de ſacroſan. eccle. Quinimo dicit tex. in l. non puto. ff. de iure fiſci. ꝙ in dubio iudex non errabit, ſi fert ſententiam contra fiſcum, ꝙ ſecus dicendum in caſu animæ. d. l. ſancimus. & not. Innoc. in d. c. venerabilem. extra de elec. Et hanc opinionem Ang. videtur tenere Bal. in l. 1. in vlti. col. C. de fruc. & lit. expenſis. & in l. ſi a patre. §. ſi filius. ff. de pet. hære. & ita refert Butrig. conſuluiſſe. Idem eſt de mente Bar. in d. l. fructus. dum loquitur in ſtatuto. Pro quo vide not. per Bar. & alios in l. ſed ſi hoc. §. qdam. per illum tex. ff. de condi. & demonſtr. & in l. quoties. ff. ad l. Falc. & Bal. & Ange. in l. non amplius. in princ. ff. de leg. 1. Non ob. ratio diuerſitatis inter caſum ſtatuti, & d. l. fructus. quam ſupra dixi, & dico, quod ſicut iniquum eſt, maritum arctari ad fructus reſtituendos, non deductis impenſis, eodem modo videtur iniquum, quod ſtatutum arctet recipientem ad ſoluendum gabellam fructuum valorem excedentem cõſideratis impenſis, vnde ſtatutum generaliter loquens reſtringi debet ſecundum regulas iuris communis, ne quis indebitè grauetur. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure pat. & iſta pars videtur mihi æquior. Adde, quod idem puto in ver. reditus. ut in d. l. fundi Trebatiani. in verſi. ex locatione fundi redigere. quam ita allegat Bal. in l. neque. in fi. C. de compenſa. & in l. cohæredibus, C. famil. erciſ. & ita fuit de mente Bar. in d. l. fructus. dum allegat d. l. fundi. Ad idem tex. iuncta glo. in l. ſi quis argentum. §. 1. in verſi. tradere. C. de dona. Et adde vnum ſingulare, quod fortius dico, quod etiam ſi in l. vel ſtatuto fieret mentio de fructibus integris, tamen intelligi debet deductis impenſis, ita firmat Bald. & Salic. in l. 1. in 3. colum. C. de fruc. & lit. expen. allegant l. j. C. de his quibus vt indig. in verbo fructus integros. Ro. in d. l. fructus dicit, quod in contrarium facit l. fi. C. ad l. Falc. & glo. in l. decem. ff. de fideicom. liber. Non obſt. d. l. 1. C. de his quibus vt indig. quia dicit Roma. quod nunquam videre potuit, quomodo illa lex inducatur, vt faciat ad id, ad qđ eam allegat Bal. Dicit tamen, quod pro opi. Bal. eſt bonus caſus in l. fundus qui. in verſi. quia nullus caſus interuenire poteſt, qui hoc genus deductionis impedire valeat &c. ff. fami. erciſ.

Mihi videtur, ꝙ opi. Bal. optimè probetur in d. l. 1. C. de his
2 his quib. vt indi. dnm ibi dicit, † quod hæres qui nõ vindicauit necem defuncti, tenetur reſtituere fructus integros ad inſtar malæfidei poſſeſſoris. Modò ſic conſtat, ꝙ malæfidei poſſeſſor deducit impenſas. d. l. ſi a patre vel domino. §. fi. & l. domum. C. de rei ven. ergo optime facit pro Bal. pro quo etiam allego tex. in l. diuortio. in prin. in ver. integros, quod exponitur, ideſt, totius temporis, non autem ſine deductione impẽſarum. ff. ſol. mat. Non ob. no. per glo. in d. l. decem. quia intelligo ibi notata procedere in diſpoſitione hominis, ſecus in diſpoſitione legis vel ſtatuti. facit etiam, quod no. Bar. in l. centurio. ff de vulg. & pup. in illa q. an ſubſtitutio compendioſa facta a pagano filio impuberi per verba communia ſit omni tempore fideicommiſſaria.

3 Quid autem † ſi iſta dictio fructus, profertur ab homine. Bar. in d. l. fructus. concludit, ꝙ aut refertur ad fructus exiſtẽtes in fundo ſeu pendentes, & intelligitur de fructibus integris deductione non facta. allegat l. ſi pendentem. in princ. de ac. emp. & l. fin. §. pe. ff. de his quæ in frau. cre. licet gloſ. videatur aliter dicere in l. Iul §. ſi de fructibus. ff de act. emp. & in l. fi. in fi. ff. de iure fiſci.

4 † Limita hanc concluſionem Bar. procedere ſm Imo. in d. l. fructus. niſi in caſu illius legis, quia ſi mulier dixiſſet viro, do tibi

do tibi istum fundum fructibus plenum in dotem, certè intelligeret deductis impensis per d.l.fructus. quę loquitur, qñ fructus erant pendentes, qui censentur pars rei. Et istud est ratione æqualitatis seruandæ, quia sicut maritus potest impẽsas vltimi anni deducere, ita videtur, ꝙ possit mulier deducere impẽsas primi anni. Aut referẽ dictio, fructus, ad futuros fructus colligendos, & tunc secũdum Bart. intelligitur deductis impensis, allegat d.l. fundi Trebatiani. & glo. in l. si quis argentum. §. 1. C. de dona. Idem tenet Imo. in d.l. fructus. & Pau. de Cast. & Flo. in l. videamus. la 1. ff. de vsur. & Bald. in l. 1. C. de fruc. & lit. expen. refert ita consuluisse. Dicit tamen hoc verum esse in contractu ex causa lucratiua, secus ex causa onerosa, allegat not. in l. cum duobus §. in coeunda. ff. pro soc. & in l. fi. §. 1. de his quæ in frau. cre. quæ iura mihi non ꝙbant, vt etiam tangit Bar. in d.l. fructus. in versi. quæro loca. quis. dum respondet ad d. §. in coeunda.

5 † Secundo limita prædicta vera, nisi aliud actum sit tacitè vel expressè, vt in colono, qui conducit fundum ad dimidiã partem fructus, ꝙa si vellet ante omnia deducere sumptus, postea fructus diuidere per medium, non auditur, quia videtur tacitè actum, quod operas suas & illas impensas ponat ꝙ illa dimidia parte fructuum quam lucratur, & ita dicit Bart. seruari de consuetudine. Idem tenet Iac. But. & Bal. ibi. Bald. in l. prima. C. de fruc. & lit. expen. & Specu. & Ioan. And. in titulo de loca. §. postquam, versi. quid si tibi locaui. Cyn. in l. j. in fi. C. pro soc. & ibi Bald. in 7. q. & Bal. in d.l. si a patre vel domino, & in d. §. in coeunda. in reportatis antiquis, & facit, ꝙ no. Innoc. in d.c. tua nos. de decimis.

6 † Tertio limita prædicta vera, quando nomen fructus indeterminatè profertur, sed si determinate, vt promitto x corbes frumenti ex illo fundo tibi in dotem, tunc non habet locum dicta distinctio, nec intelligitur deductis impensis secũdum Bar. & Imo. in d.l. fructus. Ro. ibi limitat hoc verum. nisi essemus in contractibus ex causa lucratiua, quia non obstãte specificatione intelligetur deductis impensis, allegat gl. in d.l. si quis argentum. §. 1. sed contra tenet expressè Bald. in l. 1. in 3. col. C. de fru. & lit. expen. & sentit etiam Ang. in d.l. fructus. Et licet ipsi non dicant, tamen posset responderi ad gl. in d.l. si quis argentum. quia aut quæritur, si dono tibi decẽ corbes frumenti talis fundi, in quibus decem corbib. tanta fuit impensa, quæ absorbet, puta vnum corbem, si impensa de fructibus deducatur, vtrum per hoc videar donasse tantum 9. corbes. & dico quod non, sed immo decem, quia non intelligitur deductis impensis, & ita procedat opi. Bar. aut queritur an videar donasse fructus illos deductis impensis a te factis, & colendo fundum, vt ex eo colligere possis dictam quantitatẽ donatam. & dico quod sic, quia potes illas impensas deducere, adeo vt ibi 10. corbes supersint, & ita loquitur glo. in d.l. si quis argentum.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium si durauerit plures annos, cuius anni deducuntur impensæ factæ a muliere ante dotem datam pro fructibus primi anni, quos vir percepit.*

XIII. QVAERO,

1 SI plures † annos durauit matrimonium, cuius anni deducuntur impensæ factæ a muliere ante dotẽ datam pro fructibus primi anni, quos maritus percepit. Glo. quã approbãt Bart. in l. fructus. ff. sol. matrimo. dicit, quod de vltimis, quia vltimi succedunt loco primorum, ar. l. Imperator. §. fi. cum l. seq. ff. de leg. 2. & per casum d.l. fructus. Sed Rap. ibi tenet cõtrarium dicens, quod immo mulier debet deducere de fructibus primi anni, & similiter maritus debet deducere impensas factas in cultura vltimi anni de fructibus eiusdem anni. Nec ob. l. diuortio. §. impendia. eo. titu. quia secundum Raph. ibi, maritus recipit & retinet fructus illius anni, ĩ cui⁹ cultura facit impensas secus in casu nostro, quia vir restituit fundum fructibus plenum, aliàs sequeretur secundum eum, quia cũ aliquando mulier maiores fecisset impensas in cultura primi anni, quam fecerit ipse maritus in cultura vltimi anni, quod fieret subrogatio ad inæqualia, tamẽ teneo communem opi. Et ad hanc rationem respondeo, quod faciliter esse potest, ꝙ pinguiores erunt fructus percepti, quam impensæ attẽto eo, quod communiter accidit, quod qui plus impendit in similibus, plus recipit. Posset etiam contra Bart. allegari glo. in l. diuortio. §. impendia. in ver. satisfacit. ff. sol. mat. Sed respondeo, vt ibi per Bar. & ad hanc q. aliqualiter facit illud, quod dicam infra proxima q.

SVMMARIVM.

1 *Deductio nulla fiet ab aliqua partium, si in vltimo anno nulli fructus sunt in fundo, ex quibus impensæ factæ per mulierem pro fructibus primi anni deduci possunt.*

XIIII. QVAERO,

1 QVid si vltimo † anno nulli fructus sunt in fundo, ex quibus impensæ factæ per mulierem pro fructibus primi anni vt supra deduci possunt. Bart. o. in d.l. fructus. dicit, ꝙ nulla fiet deductio ab aliqua partium, vt ibi per eum. Rapha. ibi tenet contrarium, asserens ita tenere Per. & Iac. & Ray. Mouetur, quia cũ mulier potuisset sibi prouidere post annũ in deductione impensarum, & non fecit, videtur in dubio voluisse, quod tales impensæ augeant dotem, vnde cum maritus sit personaliter obligatus ad talem dotem sic auctam, frustrà tractatur de subrogatione, & si vltimo anno non fuerunt fructus, maritus imputet suo infortunio. Sed mihi placet opin. Bart. o. quæ est communis, pro qua optime facit text. in dicta l. fructus. in versi. nam si mulier. ibi, antequam portiones fructuum fiant &c & sic vult, ꝙ fiat deductio impensarum tempore diuidendorum fructuum vltimi anni: ergo sequitur, ꝙ ipla mulier statim tempore dati fundi in dotem non potuisset ipsas impensas deducere. Non obst. arg. Raph. nam dico, ꝙ tales fructus nullo pacto augent dotem, sed cedunt lucro mariti indubitanter sine vlla deductione impensarum, quando anno integro durauit matrimonium, & hoc si fundus nõ erat datus æstimatus, vt rectè vĩ probare tex. in d.l. diuortio. & in l. dotis fructus. ff. de iu do. vnde si inchoato secundo anno mulier deduceret impensas, iste maritus esset in damno; quia recit impensas in fructibus secundi anni, & non haberet fructus primi anni integros. vnde cum non sit certum tempore primi anni, ꝙ matrimonium non sit duraturum integro anno, non debet posse mulier deducere aliquas impensas, qñ maritus damnificaretur. dicendum est igitur, ꝙ cum maritus fecerit impensas in cultura secundi anni, & si similiter secundo anno fundus sit fructib. plenus, sicut primo anno, debet subrogari cultura secundi anni cum cultura primi anni. Ro. in d.l. fructus, vĩ tenere contra communem opinionem per l. si vno. in princ. ff. loca. Sed respondeo, vt colligitur ex notatis per Bald. in d. §. impendia, videlicet, ꝙ ibi omne commodum & incommodum non spectat ad colonum, quia si anno vno est sterilitas, fit remissio pensionis, dicta l. si vno & l. item cum quidam. vel fit compensatiõ cum vbertate alterius anni. c. propter sterilitatem. extra de loc. adeo ꝙ si omni anno sit magna vbertas, cogi potest soluere maiorem pensionem, vt not. in l. si merces. §. vis maior. ff. loca. Sed in casu nostro nulla istarum considerationum militare potest, quia si non sufficiunt fructus dotis, vir impendit de suo, vt notant Doct. in l. quod in vxorem. C. de neg. gest.

Secundo non obstat d.l. si vno. quia ibi tota pensio præcedentis anni non erat soluẽda de fructibus vltimi anni, sed hic impensa primi anni bene debebat solui & deduci de fructib. vltimi anni, & sicut si fructus primi anni non extitissent, damnum fuisset viri, ita si fertiles fuerunt, debet ipsius esse commodum, licet in possessione bonæfidei cõuento petitore hæreditatis locum habeat deductio impensarum per eum factarum, etiam si nulli sint fructus. l. quod si sumptus. ff. de petit. hæred. Secus in reo conuento rei vendicatione, etiam si sit bonæfidei. ita singulariter deciditur per Bart. in l. in fundo. in 2. col. ff. de rei vend. & ita videtur dicere Pau. in d.l. fructus. & in l. si fundus. §. 4. eo. tit.

XV. QVAERO,

ANimpensæ detrahantur de fructibus fundi in dotem dati æstimati. Bar. in l. fruc. in vlt. col. ff. sol. ma. tenet ꝙ non per l. 1. §. sed si nouissimi. C. de rei vxo. act. Et facit ratio, quia æstimatio facit emptionem, & ideo fundus videtur æstimatus carior propter fructus. l. quod ex Pamphila. de leg. 2. & l. fi. §. pen. ff. de his, quæ in fraudem credit.

SVMMARIVM.

1 *Mulier si sit alenda sumptibus hæredum mariti infra annum soluti matrimony, an tunc hæredes lucrentur fructus dotis.*

2 *Præferri debet, qui de damno euitando tractat illi, qui tractat de lucro.*

3 *Mulier si non habet, vnde se alat, & dos consistat in rebus mobilibus, tenentur hæredes viri incontinenti soluto matrimonio restituere tantum de dote, quod sibi sufficiat ad alimenta.*

QVAE-

Source : BIU Cujas

XVI. QVAERO,

1 AN ſi infra tannum ſol.mat.mulier ſit alenda ſumptibus hæredum mariti, an tunc hæredes viri lucrentur fructus dotis. Glo.quam ſequitur Barto.in l.diuortio.in princip. ff.ſolu. matr.tenet, quod mulier eſt alenda, quando non habet, vnde ſe alat. Item quòd hæredes viri debent lucrari fructus per regulam iuris, qui ſentit commodum, de re.iu. Sed aduerte, ꝙ illa gl.non procedit quo ad tex. in l.diuortio. quia ibi erat data res mobilis in dotem, quæ ſtatim ſol. matr. reſtituitur, & ſic non poteſt dici, ꝙ mulier non habeat, vnde ſe alat, ſm Imo.in l.diuortio. Vnde intelligo illam glo. ſm not.in d.l.1.§.exact.o.C de rei vx.act.& ita dicit Bal. & communiter Mod.in l.diuortio. Quod eſt verũ ſm Iac But. in d.l.1. §. illo. & Sal.in d. §. exactio. etiam ſi mulier haberet patrẽ, vel matrem, aut ſimiles, qui ad eam alendam tenentur, ſi res mobilis data eſſet in dotem, tenebuntur hæredes viri illam alere ex eo, quia pater dicere poteſt filiæ, nolo te alere, cum habeas, vnde ali poſſis, ſcilicet ab hæredibus viri. l. ſi quis a liberis § 1. verſ. Sed ſi filius. ff. de lib. agno. ideo hæredes viri, qui tractant de lucro propter fructus dotis, deberent ſecundũ dotis quãtitatem mulierem alere, allegant in arg.l. cum vnus. §. 1. ff. de
2 alim. & cib. leg. Item cum pater tractet de damno euitando, hæredes vero mariti de lucro, debet præferri, qui de damno tractat. l. fi. C. de cod. Sed aduerte, quia videtur, ꝙ etiam quãdo res mobiles ſunt in dotem datæ, hæredes viri non teneantur alere, ipſi verò non lucrentur fructus rerum mobilium poſt ſolutum matrimonium perceptos, ſed eos reſtituere debeant mulieri poſt annum. caſus videtur expreſſus in d. §. exactio. ver. fructibus. & verſi. ſimiliq́ue modo. & ſentit Bart. in l. ſi conſtante. §. quoties. ff ſol. mat. Pau. in d.l.diuortio. multum ſe inuoluit, & ſentit hoc dubium, & videtur velle, quod aut mulier non petit, vt petere non potuit, ſe ali ab hæredib. viri, & tunc procedant prædicta, ſcilicet quod fructus deberent reſtitui mulieri. Aut alimenta petit, & habuit, & tunc tantummodo pro rata alimentorum præſtitorum lucrentur hæredes fructus. arg.l. in inſulam. §. fructus. eo. tit. & ita intelligãt gl. in d.l.diuortio. & dicit, ꝙ Ang hoc dicat, imo ſimpliciter tenet, quod cum mulier infra annum ſol. ma. cenſeatur adhuc eſſe in primo matrimonio. l. omnem. C. de bo. mat. ſicut maritus pro oneribus matrimonij lucrabatur quoſcũque fructus etiam excedentes alimenta, vt l. pro oneribus. C. de iure do. ita debet eſſe in hæredibus loco eius ſuccedentibus, ar. regulæ, ſi quis ius alterius. de reg. iur. Alia tamen reſponſio vltra Pau. dari poteſt, vt not. per Bal. in d.l. ſi conſtante. §. quo. videlicet, quod vbi pecunia, quæ naturaliter fructum non producit, eſt data in dotem, tunc commodum tenendi pecuniam pertinet ad hæredes intra annum. nec tenentur ad aliquod interuſurium. Secus in alijs mobilibus fructum naturaliter afferentibus, & certe oppoſitio ſupra formata videtur valde difficilis, & eam ſentit Petrus & Cynus in d.§. exactio. Et dicunt
3 † quod ſi mulier non habet vnde ſe alat, & dos conſiſtat in rebus mobilibus, tenentur hæredes viri incontinenti ſol. matr. reſtituere tantum dotis, quod ſibi ſufficiat ad alimenta. Non ob. d §. exactio. vbi habet annum, quia caſus neceſſitatis ſecũdum eos legi non eſt ſuppoſitus. l. 2. C. de patrib. qui fil. diſtraxe. l. 1. ff. de offic. proconſulis. Ex prædictis opinionibus poſſes pro concordia diſtinguere; quod aut mulier non habet vnde ſe alat, & tunc tenentur hæredes ſibi reſtituere tot res mobiles ex dote, ꝙ poſſit ſe alere ſecundum opinionem Cyni. Aut habebat, vnde ſe aleret, & tunc ſi dos eſt in pecunia, hæredes non tenẽtur illam alere, nec pecuniam reſtituere intra annum, quia interim commodum reſtituendi dictam pecuniam ſpectat ad hæredes, qui mulieri nõ tenentur ad aliquod interuſurium ſecundum opinionẽ Bart. in d.§. quoties. Aut conſiſtebat dos in alia re mobili naturaliter fructuoſa, ut in pecude, & tunc ſecundum Pau. eſt diſtinguendum. Aut mulier petit alimenta, & habuit, & hæredes viri tunc lucrantur fructus ſolum pro rata alimentorum, ꝙ tamen indiſtinctè ꝓcedat, dubito, & ſtatim declarabo. Aut non petit alimenta, & tunc fructus reſtitui debent mulieri poſt annum vna cum rebus dotalib. d.§. exactio. verſi. fructibus & verſic. ſimiliq́; modo. Adde huic diſtinctioni in quantum Paulus dicit, ꝙ ſi fructus excedunt onus alimentorum, hæredes viri pro illo exceſſu non lucrãtur fructus, quia puto ꝙ licet opinio ſua in puncto iuris videatur verior, tamen in practica ſeruaretur cõtrarium, quoniam Bart. Ang. Imo. glo. in l diuortio. generaliter loquentes tenent contrarium. Et plus dicebant ibi Barto. & Ang. ꝙ ſi fructus dotis ad alimenta non ſufficerent, tenerẽtur hæredes viri ad integra alimenta intra annum: ſicut enim ita teneretur maritus, ſi viueret, vtique dicuntur teneri eius hæredes, cum mulier vidua remanens videatur eſſe in eodẽ matrimonio. d.l. omnem. Eſt bene verum, ꝙ Iac. But. in hoc tenet cõtrarium in d.§. illo procul. videlicet, ꝙ imo hærẽdes viri teneantur ſecundum facultatem fructuum dotis. alleg. d. l. cum vnus. §. fi. ff. de alimen. & cib. leg. & ideo dixit, ꝙ opin. Pau. in puncto iuris videtur vera. Pro qua etiam adduco, qa cum ſecundum glo. in d.l.diuortio. ideo teneantur hæredes ad alimenta, quia fructus habent, ergo iſta cauſa limitata limitatum parere debet effectum. l. in agris. ff. de acqui. rer. do. l. ita autem. in princip. ff. de adminiſt. tuto. Et tenendo contra hæredes viri, non obſt. arg. Bar. & Ang. quod ſicut maritus ita hæredes, quia argu. non procedit, nam clarum eſt, ꝙ maritus tenebatur ad alimẽta vxoris, & ſi mulier haberet, vnde ſe aleret, vt not. Doct. in l. quod in vxorem. C. de neg. geſt. & tangã infra eo. §. ſecus tamen in hæredib. qui non tenentur alere vxorem etiam intra annũ, ſi habet vnde ſe alat. & no. gl. ind. l. diuortio. ergo arguere de viro ad ipſius hæredes non vĩ congruum. patet etiam, quia maritus tenetur alere vxorem ẽt quæ nullam dotem habet. l. ꝙ ſi nulla. ff. de relig. & ſump. fun. no. in d.l quod in vxorem. ſecus tamen eſt in hæredibus viri, quia non reperitur, quod teneantur alimentare, niſi propter fructus, ergo &c. Si tamen velles ſequi opi. Bart. quæ (vt dixi) videtur magis communis, poſſes reſpondere, quod imo rat. o ſua concludit, vbi aliqua eſſet dos. & ſufficit, quod ratio concludat in indiuiduo, nam iſto caſu non vrget aliqua ratio diuerſitatis, quare non ſit idem in hæredibus, quod in viro, & pro hoc facit in arg. l. ſi creditor. §. ſi intra. ff. man. Non obſt. ꝙ quidam dicant contra Bar. ꝙ arg. non procedit de viro ad hæredes ipſius, etiam quando aliqua eſt dos, quia maritus tenetur alere, etiam ſi habet, vnde ſe alat. ſecus eſt in hæredibus. glo. in d.l.diuortio. Reſpondeo, ꝙ quando ſol. matri. habet, vnde ſe alat, hæredes viri non lucrantur fructus, vt in d §. exactio. & in d.l.diuortio, in glo. ideo tunc nõ tenetur alere, nã fructus, qui percipiũtur poſt ſolutum matrimoniũ, qñ mulier non alimentatur ab hæredibus, ſpectant ad mulierẽ, etiam in fructibus rerum mobilium, excepto qñ dos cõſiſtat in pecunia, vt ſupra dixi. & ſic apparet diuerſitas caſuum. Et ad hanc q. Ang. in §. fuerat. Inſt. de ac. in ver. circa hoc tĩ &c.

SVMMARIVM.

1 *Hæredes mariti ſi ſtatim mortuo uiro uelint reſtituere dotem conſiſtentẽ in rebus mobilibus, & non expectare annum, ne teneantur ad alimenta an poſſint.*

XVII. QVAERO,

1 QVid ſi † hæredes ſtatim mortuo viro volunt reſtituere dotem conſiſtentem in rebus mobil. bus. & nõ expectare annum, vt non teneantur ad alimenta, vt poſſint? Iac. de Are. tangit in l. ſi conſtante. §. quoties. ff. ſolu. matr. qui inducit illum text. ꝙ ſit in eorum electione. In contrarium allegat. l. qui Romæ. in prin. cum glo. ſua. & ibi etiam hoc not. ip ſe Iaſ. ff. de verb obl. Et mouetur tali ratione, quia cum hæredes ſint debitores vxoris in diem, ſoluere ante diẽ non pñt, ſi mulieris intereſt. & iſtud dictũ reaſſumpſit Bal. in auth. ei q iurauit. ĩ 17. col. ver. quæro mulier. in fi. illius ver. C. de bo. auth. iud poſ. & tenet ibi Bal. ꝙ imò ſit in electione hæredũ dotẽ ꝑdictã incontinenti reſtituere ꝑ d.§. quoties. Idẽ tenet Raph. in d.l.diuortio. Non ob. d.l. qui Romæ. qa illa regula procederet, qñ dies inerat actioni & obligationi a principio fauore creditoris, vel vtriuſq; ſecus, in die data debitori miſerationis cã ad ſoluendũ, quia põt tunc & inuito creditore renũciare, vt no. Bar. in l. ita ſtipulatus. in 1. qõne principali. ff. de ver. obl. vbi ponit multas differẽtias inter dotem daram miſerationis cã, & illam, q̃ ineſſet obligationi & actioni. Nec ob. quæ dixi ĩ præcedenti q. ſuſtinendo opi. Bart. & Ang. in d.l diuortio. qa loquuntur, qñ hæredes viri volunt retinere dotem, quo caſu vĩ ſe arctare ad alimẽta, etiam vltra facultates fructuum, nos autem loquimur, quando eligunt incontinenti dotem reſtituere, meritò ex ſeparatis nõ fit illatio. Plus autem dixit Bald. in d auth. ei qui. ꝙ iſto caſu poterunt hæredes viri incontinẽti reſtituentes ſibi retinere interuſurium medij temporis, ar. d.§. quoties. Et illud interuſurium conſiſtit in vſu pecuniæ, ſi dos eſt in pecunia, vel iu vſu commoditatis illorum fructuũ, qui percipiuntur ex rebus mobilib. vel ſe mouentib. declarat Bar. in d.§. quoties. ad hoc vide bon. text. in l. 4. ff. de pac. dota.

SVMMARIVM.

1 *Hæredes uiri an teneãtur alere uxorẽ poſt annum a die ſoluti matrimonij, uel ſi ſint in mora reſtituendi dotem: an mulier poſſit petere aliquod lucrum ex dote.*

Fructus

Source : BIU Cujas

2 *Dos si sit in pecunia, an mulier post annum debeat aliquid percipere, etiam si hæredes sint in mora.*

3 *Testator, quando damnat hæredem soluere uxori singulis annis octo pro centenario, donec dotem petat, siue restituatur, an sit usura.*

XVIII. QVAERO,

1 AN † autem hæredes viri teneantur alere vxorem post annum a die soluti matrimonij, vel si sint in mora restituendi dotem, mulier possit petere aliquod lucrum ex dote. Ange. in d.l. diuortio, dixit, ꝙ si mulier non habet, vnde se alat, & hæredes sint in mora, debebunt præstare alimenta, arg. l. fi. C. de bo. mater. & sic intelligit procedere, quod ibi dicit Cy. post Ric. Malum. qui dixit, ꝙ donec mulier est vidua, alimentanda est ab hæredibus viri, quod intellige, qñ hæredes sunt in mora, & mulier non habet unde se alat, alias secus, per l. Titia. ff. de sol. Et sic intelligit, quod not. Bar. in l. at qui natura. §. non tantum. ff. de neg. gest. & in l. in insulam. §. vsuras. ff. sol. mat. Bal. vero dicebat, ꝙ tunc debebitur interesse ꝓp moram, idem tenet Bal. in d. §. exactio. & in auth. ei qui iurat. 17. col. C. de bo. auth. iu. posi. Et hoc satis posset sustineri, qñ non habet, vnde se alat, vel aliter damnum ex mora hæredum pateretur, quia hodie vsuræ ratione damni emergentis peti possunt, vt per gl. in l. 2. C. de vsu. & in c. conquestus. extra de usuris. & per glo. in l. curabit. C. de act. em. de interesse autem lucri cessantis statim infra dicam. Sed Inn. & Io. And. in c. salubriter. extra de vsuris. videtur
2 velle, ꝙ † vbi dos est in pecunia post annum, mulier nihil debeat percipere, etiam si hæredes sint in mora, quia illud censetur lucrum usurarium, quod est prohibitum. c. quia in omnibus. de usuris. & no. in authen. ad hæc. C. de usuris. posses dicere, ꝙ dictum Inn. intelligatur, qñ aliunde habet. vnde se alat, vel qñ si esset solicita, posset de facili recuperare, sed non curat, quia potius vellet luerum, quam pecuniam: iam istis casibus non deberetur aliquid mulieri, secus si non habet vnde se alat, nec potest recuperare de facto, licet insistat, quantum potest, quia tunc uidetur esse eadem ratione, quæ est infra annum. facit, quod not. Bar. in l. 1. C. de senten. quæ sine certa quantitate. Idem uidetur, si mulier esset consueta dare pecunias mercatoribus ad honestum lucrum, nã tunc ratione moræ haberi debebit ratio interesse cõsistẽtis in lucro, quod verisimiliter mulier fecisset sicut fecit de alijs suis pecuniis, arg. l. 2. §. fi. ff. de eo quod certo loco. & eius, quod not. Bart. in l. 1. C. de sentent. quæ pro eo quod interest. Alias extra casus prædictos non videtur, ꝙ mulier possit aliquid petere ratione alimentorum, vel emolumenti. Et nota bene prædicta, quia quotidiana sunt, & Ang. dicit se sæpius in hac materia consuluisse. Et ex his prædictis etiam nota, ꝙ diligenter est ponderanda practica libellandi, quia non dẽt petere mulier alimenta propter moram, dote existente in pecunia, qñ aliunde poterat se alimẽtare, vel de facili poterat recuperare dotẽ, sed debet petere hæredes condẽnari ad interesse, subiungendo, ꝙ quia tantum esset lucrata ex pecunia dotali, quantum consueuit lucrari, & lucrata est ex aljis suis pecuniis datis ad partem honesti lucri mercatori, vel subiungendo ꝙ in tantum fuit dãnificata; quia non habebat, vnde se aleret. adde Cynum in auth. ad hæc. in 3. q. C. de usuris. & in d. §. exactio. Idem iuris esset, si mulier diceret, ꝙ emptura fuisset fundum. ex quo verisimiliter certos fructus perceptura fuisset, nam tale interesse petere potest, arg. l. sociũ, qui in eo, in prin. ff. pro soci. & pro isto facit doctrina Cy. in d. auth. ad hæc. in 2. q. cum sequen. dum ibi vtitur illo verbo, vel si pecuniam otiosam in capia erat retenturus. Idem Pet. de Anc. in consil. incip. in q. quæ vertitur. & in c. salubriter. aliter tamen nõ probat. vnde forte posset dici, ꝙ tex. in d. l. socium, qui in eo. loquitur in mercatore, vel in eo qui consuetus erat mercari. & ita intelligit eum Imo. in l. in insulam, §. vsuras. ff. sol. mat. ibi, quod plus est dicit idem in marito, hoc probatur per textum in d. l. 3. §. fundum. Sed si quis emit, vel locat fundum, non dicitur mercari; quia non est actus quę stuarius, vt not. Bar. in l. lega. in pen. q de legatis. 3. Pro quo allego textum optimum in. l. si cum villico. ff. de instito. facit l. mercis. la. 1. ff. de verb. signi. & quod notat glo in l. 1. in prin. ff. de tributo. Adde Petrum de Anch. in suo consil. 89.
3 vbi dicit, an † & quando testator damnat hæredem soluere vxori singulis annis octo pro cẽtenario, donec dotem petat, siue restituatur, an sit usura? concludit ꝙ sic, vt ibi. Et. adde omnino dictum Bartoli in l. amplius. ff. rem ratam haberi. Et circa ea, quæ supra tetigi, vide omnino Petrum de Anch. in consi. 143. vbi examinat, an de iure communi pro dote sibi non restituta possit aliquid petere ab heredibus maritis; vbi etiam quid iuris, quando fuit stipulata sex pro cẽtenario pro alimentis. Et adde dictum Baldi in l. de alimentis. C. de transactionibus. vbi dicit, an mulieres possint petere alimenta suarum dotium etiam si habent, vnde se alant, vide Hostiensem in summa de vsur. §. an aliquid. versi. econuerso. Barto. in suo consi. incip. Franc. habuit vxorem. facit l. 1. §. fi. de ventre in possessionem mittendo. l. Falc. in princ. ex quib. causis in possessionem eatur. vide Lauren. de Rodul. in repetit. cap. consuluit. q. 52. extra de vsur. & communis opin. videtur esse illa, quam tenent Io. Andr. & Innoc. in d. c. salubriter. secundum Rapha. in d. l. diuortio. & in d. §. vsuras. quicquid secundum eum dixerit Bald. in auth. ei qui iurat. C. de bo. author. iud. post. Idem tenet Pau in d. l. diuortio. quia cum mulier habuerit in potestate sua recuperare dotem, & non curauit, non debet posse aliquid petere, per l. 1 cum ibi no. per Glos. C. quæ sen. sine cer. quan. vbi habet in potestate sua exigere sortem, non potest deducere in iudicium vsuras futuri temporis, quæ aliàs deducere potuisset. Idem tenet Tancredus de Corneto in sua compendiosa in 10. rub. in 12. q. allegat, quia cum post annum cesset beneficium dilationis concessum hæredibus viri ad restituendum dotem per §. exactio. merito cessare debet onus alimentorum dictæ vxoris, quod in recompẽsationem dictæ dilationis iura concesserunt ipsi mulieri, allegat in arg. l. in omnibus. ff. de re iudic. Item aliam rationem adducit, quia cum intra annum propter alimenta sibi præstita tenetur operari hæredibus viri, vt no. in d. l. diuortio. certè reperitur iure cautum, quod post annum mulier teneatur operari hæredibus viri, imo totum oppositum est secundũ Bal. in d. l. diuortio. licet ipse non alleget, ergo sequitur, quod non debet habere alimenta post annum, arg. l. secundum naturam. de reg. iur. Subdit tamen Ang. in d. l. diuortio. ꝙ si mulier dotẽ peteret, & hæredes fuerunt in mora, nec habet mulier vnde se alat, procedat tunc opinio Ricar. Malum. & Cy. & idem in effectu tenet Abb. in d. cap. salubriter. & ita supẽrius concluſum est.

SVMMARIVM.

1 *Fructus dotis quomodo diuidantur inter uirum & uxorem soluto matrimonio.*

2 *Computatio fit a tempore, quo primũ fundus cæpit esse dotalis, & non a tẽpore sequutæ locationis, in diuisione fructuum & pensionum fienda inter uir. & ux.*

XIX. QVAERO,

1 FRuctus † dotis quomodo diuidantur inter virum & vxo. sol. mat. ante annum completum, & quid si vir locauerat fundum, quæ locatio excedebat annum matrimonij, an & pro qua parte pensio locationis diuidatur inter uirum &
2 vxo. Concludendo † ꝙ in diuisione fructuum & pensionum fiẽda inter virum & vxo. fit computatio à tempore, quo primùm fundus cœpit esse dotalis, non à tempore sequutæ locationis, in qua computatione si fundus sit datus plenus, tempus locationis inspicitur, vt sciamus quantum percipitur; & tempus matrimonij, vt sciamus pro quota parte anni vir fructus lucretur. Si verò fundus vacuus in dotẽ detur, locationis tempus non inspicimus. ista probantur ex tex. secundùm verum intellectum iuncta glo. in l. diuortio. in prin. vsque ad §. ob donationes. ff. sol. mat. Et quæ fuerit ratio illius legis, & quid fiat de pensione pro rata temporis, quod excedit annũ matrimonij. Ioan. de Imo. melius, q̃ cæteri hoc explicat ibi in ver. in ea glos. ibi quasi dicat, & materiam ipsius legis, diuortio, quia subtilis est, attingam infra per plures quæstiones, ybi videbitis.

XX. QVAERO

QVando maritus habere debeat de fructibus percipiendis post diuortium. Bar. in d. l. diuortio. in fi. 6. col. dicit, ꝙ si maritus percipit fructus ex fundo, nil sibi debetur à muliere de eo, quod percipiendũ est, sed quãdo maritus nõ percipit, tunc debetur sibi de ea quod percipiẽdum est à muliere post diuortium, & practicam istius diuisionis fructuum percipiendorum, vide per Bartolum in d. l. diuortio. §. interdum. & melius declaro infrà proxima quæstione.

SVMMARIVM.

1 *Mulier si ante contractum matrimonium locauerat fundum, & perceperat pensionem, qualiter prouidebitur marito de fructibus.*

2 *Maritus si scienter accepit fundum in dotem, quem mulier locauerat, & pensionem perceperat, tunc non habebit de fructibus sequentis anni.*

XIX.

Source : BIU Cujas

XXI. QVAERO,

1 QVid si mulier † ante contractum matrimonium locauerat fundum, & perceperat pensionem, qualiter prouidebitur marito de fructibus? Bar. in l. diuortio. in fine principij, quod vir debet habere de fructib. sequentis anni. & sic est casus, in quo ad maritum spectant fructus vlterioris anni q̃ vltimi, quod est diligenter notandum, Bal. ibi hoc dicit sustineri non posse, quia non debet aliquo modo annus contracti matrimonij esse sine commodo fructuum. l. de diuisione. ff. solu. mat. quod esset secundũ opinionem Barto. Sed Imo. Rapha. in l. diuortio. distinguunt, aut maritus tempore cõtracti matrimonij scieb it mulierem fundum locasse, & pensionem ab initio percepisse, & tunc procedat opinio glo. & Bar. aliàs secus, quoniã propter ignorantiã facti vir sibi prouidere nõ potuit, merito non debet remanere in damno, argum. l. si qs domũ. §. & hoc subiungi potest. ff. loca. & l. qui bona. §. de illo. ff. de dam. infec. facit l. si procurator. cum si. ff. ad leg. Aquiliam. Quidam sequuntur opinionem Baldi indistinctè per l. sed addes. §. 1. in fi. ff. loca. in ratione sui & l. pen. ff. de vsufru. leg. quoniam in culpa est mulier, quæ voluit ante tẽpus fructus colligere. Sed hęc ratio mihi placet, quia si ponamus, q̃ maritus fuerit sciens, certè cum ex conuentione fecerit, lege p̃mittente fecisse videtur. l. iurisgen. §. prætor ait. ff. de pac. arg. l. Gracchus. C. de adul. Ego tamẽ alia ratione sto cũ Baldo, quia cum maritus possit expellere colonũ, cui mulier locauerat, & communiter concludunt omnes in d.l. diuortio. si non expulit, gessit vtiliter negotium mulieris, quoniã alias tenebatur mulier ad interesse colono. l. si filio. §. si vir. ff. solu. matri. ideo poterit maritus actione nego. ges. consequi partẽ pensionis pro rata. s. temporis, quo durauit matrimoniũ, arg. l. si pupilli. §. si quid ergo. ibi, ipso gestu. de neg. gest. Clarissimus vir Domi. Iacobus Puteus fuit in alia opinione, dicens,
2 quod † si maritus sciens accepit illum fundum in dotem, quẽ locauerat, & pensionem perceperat, tunc non debet habere de fructibus sequentis anni, quia videtur accepisse ipsum fundum in dotem cum hac qualitate, vt pro primo anno sit sterilis penes ipsum maritum, sicut in simili, quando mulier tradit in dotem fundum plenum fructibus, ipse annus est fertilior ipsi marito. l. fi. ff. de exceptione doli, ergo &c. & hoc suadet ratio qualitatis secundæ, arg. l. fructus. ff. sol. matr. in practica tamen seruaretur opinio Bart.

SVMMARIVM.

1 *Fundus si fuit datus in dotem pro parte plenus, & pro parte vacuus, quid fiet circa fructus, si matrimonium non durauit per annum integrum.*

XXII. QVAERO,

1 QVid si fundus † fuit datus in dotem pro parte plenus, & pro parte vacuus, quid fiet circa fructus, si matrimonium non durauit integro anno. Ang. in d.l. diuortio, videtur velle, q̃ fundus datus pro parte plenus, & pro parte vacuus, puta iam percepta esse ante matrimonium vindemiam. Idẽ sit dicẽdum, ac si totus datus esset vacuus. Sed Imo. ibi tenet contrarium. Non obstat, quod habetur in d.l. diuortio. §. itẽ si messes. quia ibi fructus messium erat perceptus per virũ secundùm uerum intellectum nos autem loquimur, qñ esset perceptus per mulierem, & sic essemus in casu valde diuerso Et pro Imo. pondera glos. in d.l. diuortio in versi. ex contrario. in gl. magna, dũ dicit, q̃ potest dici, quod benignius agatur &c. Est verum, q̃ Bar. in d. ver. item si messes. videtur sentire idem quod Ang. licet non multum clarè loquatur, dum dicit, q̃ in versi. ex contrario. fructus erãt pendentes, & maritus recipit omnes. Mihi tamen magis placet opinio Imo. maximè per ea, quæ no. ipse idem Imo. super d. §. item si messes.

SVMMARIVM.

1 *Maritus an videatur stare colono vxoris, quæ dedit fundum locatum simpliciter in dotem.*

XXIII. QVAERO,

1 AN maritus videatur † stare colono vxoris, quæ dedit fundum locatum simpliciter in dotem. Raph. in d.l. diuortio. ff. solu. mat. ponderat ibi esse gl. in ver. inesse, q̃ sic. Et facit ratio æqualitatis seruandæ, sicut econtra vxor tenetur state colono mariti. Sed in contrarium facit, q̃ maritus est voluntarius successor, ergo non tenetur stare colono. l. emptorem. cum vulg. C. loca. accedit etiam, q̃ est singularis successor. l. nihil. §. 1. de leg. 1. Nec ob. ratio æqualitatis seruãdæ, quia fateor causatiuè mulierem teneri stare colono, non autem præcisè, vt notant Moder. in l. si filio. §. si vir. ff. sol. mart. quicquid dixerit Bal. male allegando illum in l. emptorem. C. loc. & idem tenet Ro. in d. §. si vir. Posset tamen dici, q̃ aut maritus ignorauit fundum esse locatum, quando fuit sibi in dotem promissus, tunc non tenetur stare colono, si aũt sciuit, tunc tenetur, quasi consensisse videatur recipere fundum secundùm eius qualitates, & procedat illa glo. quæ propter eius authoritatem fortè seruaretur, licet alia opinio in puncto iuris videatur verior.

SVMMARIVM.

1 *Maritus si fecit aliquas impensas pro fructibus sequentis anni, nihil tamen spectat ad eum de fructibus illius anni, qualiter detrahet impensas.*

XXIIII. QVAERO,

1 QVid si † maritus fecit aliquas impensas pro fructibus sequentis anni, nihil tamen spectat ad eum de fructibus illius anni, quia antea solutum sit matrimonium, qualiter detrahet ipse impensas, quas fecit, vt puta si fundus plenus datur in dotem. Et demum aliquas impensas in cultura sequentis anni facit, & postea incontinenti soluitur matrimonium. Imo. in d.l. diuortio. in princ. in pen. col. dicit, quod deducetur de fructibus iam perceptis, cum illi censeantur fructus eiusdem anni. Mod. cõiter tenent contrarium, q̃ imo deducetur de fructibus sequentis anni, quoniam licet factæ sint primo anno, tamen factæ sunt gratia fructuum sequentis anni, non primi, & sic in casu quæstionis nostræ non loquitur l. fructus ff. sol. mat. nec l. si a patre vel domino. de petitione hæred.

SVMMARIVM.

1 *Fundus si fuit datus æstimatus in dotem, postea reducitur ipse fundus non pecunia, an tunc diuidantur, fructus inter virum & vxorem.*

XXV. QVAERO

1 QVid si † fundus fuit datus æstimatus in dotem postea redditur ipse fundus non pecunia, an tunc diuidantur fructus inter virum & vxor. Ang. in d.l. diuortio, concludit q̃ sic, si electio erat mulieris, si vero electio erat viri, tunc quia ex voluntate restituti non diuidenter fructus; sed erunt mulieris, si mulier illos postea percipiat sicut dicimus in emptore. l. fi. ff. de iure fisci. Et ratio differentiæ est secundum eũ. quia vir in primo casu reddit ex necessitate. In secundo ex voluntate. Sed forte posset dici q̃ quando electio datur viro, intelligitur data secundum naturam subiectæ materiæ, arg. l. si vno. ff. loc. & l. si stipulatus. ff. de vsur. & sic videtur mens fuisse quod habeat eũ restituere, si hoc eligat eo modo quo alias consueuit reddi, vt sic prius diuidantur fructus, & vide quod dixi supra in 15. q. Et aduerte quia illa quæstio multum differt ab ipsa, si consideras.

SVMMARIVM.

1 *Anni initium quomodo computabitur ad diuisionem fructuum, si non appa ret de initio anni matrimonij.*

XXVI. QVAERO.

1 QVid si † non apparet de initio anni matrimonij, quia fortè sunt 30. vel 40. anni nec factum fuit instrumentum, nec super sunt testes, quomodo computabimus initiũ anni ad diuisionẽ fructuum? Ang. sequitur Imo. in d.l. diuortio. in fi. prin. ff. sol. mat. tenet, q̃ recurremus ad annum communem iuxta consuetudinem loci, & sic ad annum a natiuitate domini, si est talis consuetudo loci. Rapha. in d.l. diuortio. §. si vir. tenet, q̃ onus probandi mulieri incumbat, quia ipsa est, quæ se fundat in tempore, arg. l. matre. C. de proba. facit in simili, quod not. Bar. in l. si intra. ff. de rebus dub. Sed certe, q̃ si ipsa mulier non possit probare, tunc erit necesse recurrere ad theoricam Ang.

SVMMARIVM.

1 *Fundus dotalis si fructificat bis in anno, qualiter diuidantur fructus inter virum & vxorem, si matrimonium non durauit per annum integrum.*

XXVII.

Source : BIU Cujas

XXVII. QVAERO,

1 QVID ſi † fundus dotalis fructificat bis in anno, qualiter diuidantur inter virum & vxorem, ſi matrimonium non durauit integro anno Bar. in l. diuortio. §. quod in anno. ff. ſol. mat. dicit, ꝙ illud, quod habetur in anno, intelligitur de vna cultura, ſiue ſit maior, ſiue minor. & cum Bart. tranſeunt communiter ſcribentes, prædicta vtilia ſunt ad illud, quod dicit Bal. in l. æde. C. loc. & in l. certi iuris. in 2. q. eo. tit. Et ad declarationem c. potuit. de loca. l. 2. C. de iure emph. vbi emphyteuta eccleſiæ ceſſans per biēnium in ſolutione canonis, emphyteuta vero priuati per triennium cadit a iure ſuo, non habebit locum in eo, qui ceſſat per bienniū, vel trienniū, quā dotali biēnio vel triēnio vnus ſolus fructus ꝑcipiebatur, ſed tunc requiritur ceſſatio per duo biennia, vel triēnia. Et iſtud iudicio meo decidit quęſtionem in qua his diebus conſului. Conceſſa erat emphyteuſis ab eccleſia pacto appoſito, ꝙ emphyteuta ſolueret canonē ſingulo anno in feſto reſurrectionis, accidit ꝙ tranſiuit binus terminus reſurrectionis, ꝙ emphyteuta non ſoluit, non tamen tranſiuit totum biennium, an dicatur a iure ſuo cecidiſſe. conſului quod non per prædicta, & ita expreſſe tenet Ioan. And. in addi. Spe. in tit. de loca. §. nunc aliqua. ver. 84. quia requiritur lapſus biennij, non autem ſufficit, quod labatur binus terminus ſoluendi, & ita dicit ſentire Cyn. in l. 2. in 10. vel 11. q. in fi. C. de iu. emphy. & fuit de mente Bal. in l. æde. dū dicit, ꝙ ſi ſingulo ſemeſtre percipiebatur vnus fructus æquè principalis, ſi ceſſet per duos vel tres ſemeſtres in ſolutione canonis, non cadit a iure ſuo, quia nemo debet a ſuo iure priuari, niſi vbi eſt expreſsū in iure, ſed non reperitur expreſſum, ꝙ niſi per biennium, aut triennium emphyteuta ceſſans a ſolutione canonis cadat a iure ſuo. Et quid ſi vnum ſemeſtre ſit maius altero, quia primum fuit frumentum, poſtea milium. Glo. in d. §. ꝙ ſi in anno. dicit idem, quaſi vnus annus ſit fertilior altero. Si enim vnus annus eſt fertilior altero, hoc non inſpicitur, vt ibi no. Hoc intellige verum, ſi vnum ſemeſtre eſt fertilius altero ex caſu. Secus ſi ex alio, vt puta ideo ſeminatur milium, vt in ſequenti tempore poſſit facere frumētum, quod aliter non faceret, tunc puto, ꝙ totius temporis dicatur vna cultura, cum fructus vtriuſque temporis concludantur, & pro rata diuidantur, ſicut dicimus in meſſe & vindemia, vt l. diuortio. ver. item ſi meſſes. Et ſicut dicimus in lana & fœtu, vt infra proxi. quæſt Et ideò in aliqua iſtarum partium, in quibus ſeminatur vno anno frumentum, in alio nihil, vel alia leges minoris, puto totum biēnium computari pro vna cultura, & inſpici pro quota parte bienij matrimonium durauit ſecundùm Bartol. in d. §. ꝙ ſi in anno.

SVMMARIVM.

1 *Diuiſio qualiter fiat inter vir. & uxo. in fœtu animalium, & prędiorum urbanorum penſionibus.*

XXVIII. QVAERO,

1 IN animalium † fœtu & prædiorum vrbanorum penſionibus qualiter fiat diuiſio inter virum & vxorem. Docto. cōmuniter in d. l. diuortio. §. non ſolum. ff. ſol. mat. tenent, quod diuidantur pro rata anni, ſicut in fructibus ruſticorum prædiorum, quod intellige ſecundum Ang. in his, quæ tantum ſemel in anno fructificant, ſed in his tunc haberet locū illud, quod dictum eſt ſupra prox. q. Eſt tamen verum, quod tales fructus diuidantur inter virum & vxorem, cum a marito detur hodie annalis dilatio ad reſtituēdum mobilia data in dotem, licet olim reſtitutio fieret annua, bima, trima die, & ſic fructus percepti intra dilationem deberent eſſe viri, ar. notatorum in l. in fideicommiſſaria. ff. ad Trebel. Poſſet dici vltra ea, quæ dixi ſupra, in 16 q ꝙ ſecundum tpa Digeſtorum, ſolū habebat maritus dilationem in rebus mobilibus, quando conſiſtebant in pondere, numero, vel menſura, alias ſecus, vt no. in l. fi. §. cum autem. C. de rei vxor. act. Hodie vero attēto iure Codicis, de quo mobilia indiſtincte reſtituuntur poſt annum, dicendum eſſet, vt tetigi ſupra in 16 q. & de hoc articulo qualiter, & infra quod tempus mobilia reſtituantur de iure Digeſtorum, vel Codicis, dicam infra proximo. §.

SVMMARIVM.

1 *Arbores fundi dotalis computantur in fructibus fundi.*

XXIX. QVAERO.

1 AN arbores † fundi dotalis computentur in fructibus fundi? Concludo ꝙ ſic in arboribus cæduis, ſecus in arboribus fructiferis, & theſauris, vt eſt caſus in d. l. diuortio. §. ſi fundus. Quid in arbore exſiccata, an habeat̄ loco fructuū & cedat lucro mariti? Ang. in d. §. ſi fundus. tenet ꝙ nō, ſicut nec arbor vi ventorum deiecta, quod limitat Imo. niſi loco earum maritus ſubrogaſſet aliàs, bene facit. l. agri. ff. de vſufr. & in l. fraudem. §. conductor. vbi bonus tex. ff. de iure fiſci. Et quid ſi maritus ſuccidit arbores fructiferas fundi dotalis, qua actione tenebitur vxori? Bar. in d. §. ſi fundus. dicit, ꝙ tenetur actione de dote, ſecundum vnam opinionem ibi poſitam in gl. reprobando aliam opinionem, quæ volebat, ꝙ teneretur actione l. Aquiliæ, vt ibi per eum Bal. ibi ſuſtinet, ꝙ etiam detur vtilis actio legis Aquiliæ contra maritum, quia maritus non habet liberum dominium, ſed reſtitutioni ſubnixum, & nemini dubium, ꝙ contra talem, qui eſt dominus reuocabiliter, poteſt dari actio legis Aquiliæ. l. ſed proprietatibus. & l. ſed ſi hæres. ff. ad leg. Aquiliā. Quod tamen an procedat, ſcilicet ꝙ detur actio legis Aquiliæ vxori contra virum maximè conſtante matrimonio, vide per Mod. in l. ſi alienam. & in l. ſi mora. ff. ſol. mat. Prædicta limita vera, niſi loco inciſarū maritus ſubſtituat alias, vt ſupra dixi: hoc tamen puto verū in arboribus vetuſtis, adeo quod vtilius erat fundo illas incidere, & nouas ſuſtituere, & ita intelligo d. §. cōducto. & ita ēt voluit Ange. in l. ſi colonus ff. ar. fur. cæſar. & pro hoc facit l. agri. ff. de vſufr. iuncta l. æquiſſimum. §. 1. eo. ti. Limita ēt prædicta, ꝙ ſi maritus poteſt excidere arbores nō cæduas pro reparatione eiuſdem, ſecundum Bald. in l. 2. §. ſi fundus. allegat tex. notabilem in l. arboribus. in prin. ff. de vſufr. Sed certè ille tex. loquitur in arboribus vi ventorum euulſis, vel per tempeſtatem, vnde melius facit l. ex ſylua. in ver. ex non cædua, cum l. ſeq. eo. tit. & videtur etiam de mente glo. in d. §. ſi fundus. in verbo tenebitur.

SVMMARIVM.

1 *Lapis, qui renaſcitur, vel non renaſcitur, an dicatur eſſe in fructu.*
2 *Impenſa inutiliter facta pro excidendis marmoribus non renaſcentibus, ſi fundus propter hoc non reddatur fructuoſior, non repetitur.*

XXX. QVAERO,

1 AN lapis † qui renaſcitur, vel non renaſcitur, dicatur eſſe in fructu, & qualiter maritus deducat impenſam, quā fecit pro inuenienda lapicidina.

Reſpondeo, ꝙ deciſio huius quæſtionis pendet ab intellectu l. diuortio. §. ſi vir in fundo. ff. ſol. ma. vnde pro intelligentia dic, ꝙ primus fuit intellectus gl. & Bar. ad illum tex. videlicet, vt ille §. veniat ad decidendum tria.

Primo, vt loquatur de impenſa facta ad perpetuam vtilitatem rei, videlicet pro inuenienda lapicidina, & iſtam impenſam conſequitur maritus à muliere, vt in l. 3. ff. de impenſis in reb. dot. fac. & in d. l. diuortio. §. impendia. in fi. & aduerte, quia non dico de impenſa facta cauſa euellendorum marmorum, quia illa dicitur facta cauſa fructuum quærendorum, & ideo a muliere non repetitur. ſed de fructib. deducitur, vt d. §. impendia.

2 Secundo, ille. §. decidit, ꝙ † impenſa inutiliter facta pro excidendis marmoribus non renaſcentibus, ſi fundus propter hoc non reddebatur fructuoſior, non repetitur.

Tertio, decidit ille §. redeundo ab primum caſum, qñ impenſa vtilis facta fuit pro inuenienda lapicidina productiua marmorum renaſcentium, nā in prin. ſolum dixerat, ꝙ marmor cæſum erat mariti, poſtea vero addit, ꝙ impenſa repetitur, vt probatur ibi in dictione niſi, iunctis præcedentibus. alius erat intellectus. Mod. vt Raph. & Pau. ꝙ totus ille. §. ſi vir in fundo. loquatur, qñ fundus ex lapicidina inuēta & exciſa efficiebatur fructuoſior, & illud poterat duobus modis cōtingere. Primo, ſi lapicidina fuit inuenta & exciſa in loco, qui propter lapides ſterilis erat, nullam vtilitatem reddebat; quia ſeminari nō poterat, & iſto caſu fundus efficitur fructuoſior, qñ fundus ſeminari pōt, quia lapicidina non renaſcebatur, & tunc lapides ſunt viri, non tñ petit impenſam. Si autē lapicidina naſcet, in hoc ēt diceret fundus factus fructuoſior, & tunc petit impenſam; & lapis eſt in fructu, & pro iſto intellectu facit l. fi. ff. de fun. do. & dicunt, ꝙ intellectus gl. & Bar. repugnat literę in d. §. ſi vir in fundo. in ver. & impenſa. quæ continuatiuè loquitur, non autem mutant cauſam, prout volunt glo. & Bar. Fateor, ꝙ iſte intellectus eſt ſatis amicus litteræ. d. §. ſi vir in fundo, tamen iudicio meo procedere non poteſt, quia in primo caſu prę ſupponimus, fundum effectum fructuoſum ex eo, quia poteſt in futurum ſeminari, debere poſſe impenſam repeti pl. 3. ff. de impen. in reb. do. fact. Sed Raph. in d. §. ſi vir in fundo. ſentit hanc obiectionem, & dicit,

quod

Source : BIU Cujas

q̄ fortè in prin.illius §. marmor inciſum æquiualebat impenſæ,quaſi velit dicere,q̄ erit mariti loco impenſæ,ſed in eo qđ ad impenſam non aſcendit:ſentit tunc,q̄ procedat d.§.ſi vir. vt mulier non teneatur. Sed certè hæc ratio non poteſt ſuſtineri,maxime;quia violat & reſtringit tex. in d. §. ſi vir. ibi dū dicit eſſe mariti,ſed ſecundum Raph. deberet eſſe mulieris.l. ſi ex lapidicinis.ff. de iu.do. & ſic ſtarem cum intellectu gl. & Bar.Non ob.d.l.fi.quia ibi dicitur,q̄ ſi fundus eſſet effectus deterior,impenſa non repetitur,ſed hic erat fructuoſior, & pro intellectu & ampliatione d.§.ſi vir in fundo.vide tex.cum ibi no.in l.ſi fundus.in prin ff.ſol.mat.

SVMMARIVM.

1 *Mulier,quę nō permittit virū accipere marmor,quod eſt cæſum,qua actione teneatur.*
2 *Actio iniuriarum,an detur pro atroci iniuria.*

XXXII. QVAERO.

1 QVid ſi † mulier non permittit virum accipere marmor, quod eſt cæſum,qua actione teneatur? Glo.in d.l.ſi fundus.dicit, quod tenetur actione de dolo. Sed Iaco. de Are. & Bar. hoc reprobant, quia cum maritus ſit dominus rei dotalis,& habeat actionē ad exhibendum,& iniuriarum, ceſſat actio de dolo, vt l.qui pendentem. ff. de actio. emp.Et hoc verum conſtante matrimonio.Sed eo ſoluto haberet ēt maritus actionem mandati,vel neg.geſt. vt §.ſed nec ob impenſas.in l. vnica. C.de rei vxo.act. ergo ceſſat actio de dolo. Sed Imo.in d.l.ſi fundus.conatur ſubſtinere gl.& dicit, quod illa actio mandati,vel neg.ge.de qua,in d.§.ſed nec ob impenſas. loquitur pro impenſis factis ad perpetuam vtilitatem fundi, ſed tex. in l.ſi fundus. loquitur de impenſa cauſa fructuum quærēdorum.Mihi videtur mentem Bar.fuiſſe, quod in d.l. fundus, impenſa fuerit facta ꝓpter fundi vtilitatem, quod ſic demonſtro,nam aut eſt facta propter fructus,& tūc fruſtra quæretur, qua actione repetatur, quia cum fructibus compenſatur, vel de ipſis fructibus detrahitur.Item & quando facta eſſet propter fructus,certe non daretur actio de dolo,dicendum eſt ergo,quod facta eſt propter vtilitatem fundi, & tunc procedit d.§. ſed nec ob impenſas. allegatus per Bar. & Ang.in d.l. ſi fundus. dicit,quod habetur actio de dote contraria,ſicut in contractu mandati, in quo datur actio mandati contraria, vt eſt gl.in l.curatoris.C.de neg.ge. quam ſingularem facit Bal.in l. 1. in ti.quæ præcedere debeat in inueſtitura.& quod reperiatur actio de dote contraria,eſt tex. in l.& omnino.ff.de impenſis in reb.do.fac.ſecūdum intellectum Dy.& Bar.licet glo. ibi aliter ſentiat & male.& iſta opi. Ang.ſatis placet.Et aduerte,qa Bar in §.ſi vir. vt ſupra tetigi, ſentit,quod cōſtante matrimonio habeat locum actio iniuriarum inter vir.& vxo. Sed Ro. ibi tenet contrarium, quia actio quæ infamat,non datur inter vir. & vxo.l.2.cum ſi.ff rerum amo.Sed actio iniuriarum infamat.l.1.§.furti. ff de infamibus.& l.infamet. ff.de publi.iud. Et pro hoc,quod non militet inter eos actio iniuriarum, vide Io.And. in addi.Spec.in
2 rub.de iniurijs.vbi quærit †an pro atroci iniuria detur coniuges iniuriarum actio,& dicit primo videri quod non per d.l. 2.ff.rerum amo. In contrarium adducit l.pen.§. pen verſic.ſi quis ex liberis.ff.de iniurijs, tamē concludit,rutius eſſe,q̄ detur actio in factū,per l.non dēt.ff.de dolo.facit bonus tex. in ſimili ī fi.§.fi.C.de fur.& hoc ſentit gl.in d.§.ſi quis ex liberis.

SVMMARIVM.

1 *Fructus,reditus ac prouentus appellatione, quæ veniant.*
1 *Fructus appellatione venit,quodcunque intereſſe.*

XXXIII. QVAERO.

1 QVę dicātur eſſe in fructu rei dotalis, & veniant appellatione fructus,reditus ac prouentus? Dic,vt per glo.in c. generali.de elec.in 6.& per Arc.13.q.1.in c.in diœceſi. alias eſt in c.ſeq. quod inci.is ita.& per Bald. in l.videamus.la prima.vbi bonus tex.ff.de vſuris. per Inno.& Can.in c.paſtoralis. de do. vide omnino gloſ.in c. grandi.in ver. reditus. de ſup.ne.præla. li. 6.ibi,redituum,prouentuum, & iurium.per quem dicit ibi Dom.de ſan. Gemi.in 16.no.quod appellatione redituum & prouentuum non veniunt iura, quod eſt no.vide etiam Bal. in l.cohæredibus.C.fami.erciſcun.& Inn. in d.c.paſtoralis. allegat tex.in l.1. ff. de vſufru leg.vide Ioan. An.in addi.Spe.in ti.de loc.ver.tunc aliqua,in 16.col.in addi. incip.propter illud quod. vbi ſignanter voluit, q̄ illud quod ſoluit emphyteuta pro renouatione emphyteuſis,debetur vxori, cui legatus eſt vſusfructus omniū bonorum. Et inter
2 alia vnum no.quod † appellatione fructus comprehenditur quodcunque inter eſſe,vt eſt tex.no. dignus in l.loci corpus. §.1.ff.ſi ſeruitus ven.quem ad hoc ita no.Bal. ibi, & vide Bal. in l.ſi quod.C.de ſer.facit bonus tex. in l. deducta.§. hæreditate.ff.ad Trebel.facit illud,quod dicam infra in duabus proximis quæſtionib.

SVMMARIVM.

1 *Fructus qui percipiuntur ex iuriſdictione caſtri in dotem dati,puta confiſcationes, an dicantur eſſe ipſius mariti.*
2 *Pecunia & res mobiles perceptę ex condemnationibus ſuñt mariti, immobilia vero redduntur vxori.*

XXXIIII. QVAERO.

1 AN fructus† qui ꝓcipiuntur ex iuriſdictione caſtri in dotem dati,puta condemnationes & confiſcationes,dicā tur eſſe ipſius mariti. Videtur q̄ non, ſed q̄ debeant reſtitui mulieri,vt l.4.& l.cum in fundo,ff.de iu.do.& l. diuortio, §. ſi vir in fundo,ff.ſo.ma. vbi ea quæ nō renaſcunt, debent reſtitui. In ꝯrium vr̄ l.fi.ff.ſo.ma.quia qū vniuerſale datur in dotē, vt peculium,fructus illius pertinent ad maritum.
2 Quidam dicunt,q̄ † pecunia & res mobiles perceptæ ex cō demnationib.ſunt mariti,immobilia verò reſtituantur vxori. Alij dicunt, q̄ oīa debent eſſe mariti, tanquam fructus illius iuriſdictionis,& hoc tenet Bar.in d.l.fi. per illum tex. & per l. item ſi fundi.§.ſi fundū.ff.de vſuf.oīa.n.iſta ſunt fructus iuriſdictionis in c.1.in ti.quę ſint regalia.in vſi. feu. & l mulctarū. C.de modo mulctarū. Ad ꝯria reſponde. q̄ illud, qđ creſcit, dēt reſtitui mulieri,ſed tñ non eſt in fructu.Non ob.quod dr̄, q̄ ea,quæ renaſcuntur,non ſunt in fructu, quia nunquam ex aliqua re illud idem numero,quod ſemel naſcitur,renaſcitur, ſed aliud eiuſdem generis.Itē in iuriſdōne, quia ſæpius ꝯtinget cōmitti delicta,qa neceſſe eſt, q̄ ſcandala veniāt,pp quæ ꝯdēnationes & publicationes dicuntur renaſci,licet non eorūdem numero,& iſtud eſt,quod dicitur, q̄ fiſcus ſemper eſt dies, l.prius,C.de iu.fiſ. Sed Bal. ꝯdicit Bar. nā ꝯcludit, q̄ ſi aliquid percipitur p̄ virū ex banno ꝯfiſcationis, quod cohæret territorio,illud venit reſtituendū mulieri,alias non fieret reſtitutio territorij,ſecus ſi non cohæret territorio, vt ſi certa quantitas venit ſoluenda, & non ꝯfiſcatur res immobilis, quia tūc erit viri,& non reſtituit. Quidam videntur tenere ꝯ Bal.quia non eſt verum, q̄ non dicatur fieri plena reſtitutio

Source : BIU Cujas

territorij,ſi territorium confiſcarum non reſtituatur,cū mulier non ſit domina rerum particularium ipſius caſtri,licet ſit domina in iuriſdictionib. ſicut in ſimili dicitur de Imperatore,qui eſt dominus mundi quo ad iuriſdictionem,ſed tamen non dicitur habere dominium ſingularium rerum cuiuſlibet,vt no.in prooe. ſſorum. & in l.bene a Zenone. C. de quadri.præſc.& ſic plenarie dicitur maritus reſtituere,ex quo plenariè reſtituit reſpectu iuriſdictionis. Ego puto, ꝙ dictum Bal.poſſet ſaluari, quando eſſet tale delictum, ex quo res feudalis conceſſa in feudum deberet confiſcari:nam tunc ad cameram fiſcalem bona mulieris debent reuerti,facit tex. in c. j.cum ibi no.in ti.quæ fuit prima ca. benefi. amit.

SVMMARIVM.

1 *Mulcta,quæ imponitur pro maleficio,an dicatur eſſe fructus illius anni, in quo commiſſum fuit maleficium,vel illius, in quo proceſſum fuit ad ſententiam.*

2 *Condemnatio ſi eſt facta tempore mariti,ſed poſtea ſol. mat.facta eſt executio,ad quem ſpectabit,an ad maritum,vel ad uxorem.*

XXXV. QVAERO,

1 QVid in† mulcta,quæ imponitur pro maleficio, an dicatur eſſe fructus illius anni, in quo commiſſum fuit maleficiū,vel illius,in quo proceſſum fuit ad ſnīam ? Bal. in l.diuortio in fi.prin.ff.ſolu.matr.refert Cy.in l.n.ff. de iuriſ. om.iud. tenere, ꝙ dicitur eſſe fructus illius anni,in quo commiſſum fuit maleficium,per l.defuncta, ff. de vſufr. Sed Ioan. de Imo. in d.l.diuortio,§.ſi vir in fundo.in fi. tenet contrariū. Tu adde,ꝙ ad d.l.defuncta poteſt reſponderi,quia fructus ibi erat perceptus, cuius vigore debebatur penſio, ſed in d. §. ſi vir.non erat perceptus, ſed tantummodo,vt ita dixerim ſeminatus,ideo ſicut fructus pendentes non ſpectant ad fructuarium,ita nec talis fructus,de quo eſt dictum. Tamen pro opi. Cy.facit tex.in l.quæcunque actiones,ff.de actio.& obliga.l.ſi quis in puteum §.ſi poſtea.ff.quod vi aut clam. & l.ſi ff.arbo. fur.cæſa.& in l.1.§.cum fundum. de aqua quotidiana & æſtiua.& in l.1.ff.de ſtipu.ſer.& in l.ſi filius. ff. de verbor. obligat. Sed Bal.in l.fi.C.de fruct.& li.expen.multa dicit,& nihil videtur clarè firmare.Et in puncto iuris videtur ſuſtentabilior illa opi.ꝙ non dicatur eſſe in fructu, niſi pro illo tempore, quo proceſſum eſt ad condemnationem:nam ante latam ſententiam pęna non dicitur eſſe debita fiſco, nec habenti cauſam ab eo,vt l.ſi qua pœna,ff.de verb.ſign.&l.aliud.§.j.eo.tit. l.ex iudiciorum,ff.de accu.no.Bar.in l.aufertur,§.fiſcus, ff.de iure fi.ergo cum fructus dictæ pœnæ non cenſeatur perceptus ante ſententiam,ſaltem quando nulla inquiſitio, neque accuſatio præceſſit, non debet cedere lucro viri, ſed ad fiſcum tanquam ad proprietarium ſpectat.Et pro iſta parte eſt tex.optimus in l. ſuſceptores noui. C. de ſuſcep. & arch. lib. x. & ibi Bar.Poſſet etiam pro concordia dici, ꝙ aut iſte fructus iuriſdictionis veniebat percipiendus per illum, ad quem ſpectat inquirere, tunc pertinet ad mulierem, quoniam id percipit mediante exercitio ſui officij, & propter operam & diligentiam ſuam,arg.l.naturalem.§.illud.Inſti.de re.di. vbi fera non ad vulnerantem,nec ad ſequentem,ſed ad capientem ſpectare debet. Aut commodum iſtius iuriſdictionis venit ſimpliciter propter maleficium,& tunc ſpectat ad maritum, quia dicitur quaſi debita fiſco talis pœna,eo ipſo ꝙ delictum eſt cōmiſſum,vt no.gl.in l.reſcriptum. in prin. in ver. hypothecas. ff.de pac.no.Bar.in l.fi. ff. de iniur.& Bal. in l.reos. in 6. col.de accu.& in l.filius,ff.de his qui ſunt ſui vel alie.iur. Nec ob.iura primo allegata, quia loquuntur in ſingulari ſucceſſore,cōtra quem actio perſonalis non tranſit,l.j.§.ſi hęres, ff.ad Trebel.ſed nos loquimur in fiſco,quia tanquam proprietarius capit fructus ante non perceptos.Non ob.d.l. defuncta. quia dico, ꝙ maritus non æquiparatur fructuario, patet; quia licet fructuarius decedat ante annum completum, tamē lucratur omnes fructus perceptos, d. l. defuncta. ſecus in marito, qui non lucratur niſi pro rata anni.

2 Sed occurrit alia dubitatio, † quid ſi eſt facta condemnatio tempore mariti,ſed poſtea ſolu.mat.facta eſt executio ad quem ſpectabit,an ad maritum vel mulierem? Bar.in l.diuortio.in vlt.col.ff.de verbor.obliga. tenet, ꝙ ad maritum. ſecus dicit in eo,qui haberet titulum ex cauſa lucratiua,vel ſaltem non onerosa, quia tunc deberet ſolui ei, qui adeſt tempore executionis.& ita loquitur Bal.in d.l.ſuſceptores,C.de ſuſce. & arch.dum dicit, ꝙ debitor ciuitatis ſoluere debet adminiſtratori,tunc adminiſtranti tempore executionis, non anteceſſori tempore condemnationis.Pro hoc facit in ſimili, vbi ſunt duo correi ſtipulandi ex cauſa lucratiua, nec ſunt ſocij, ſed correi tantum,tunc ſi debitor ſoluit vni correorum,alter nihil petere poteſt.caſus eſt no.in l. Falc.§. hoc obſeruandū. ff.ad leg. Falcid. Secus autem ſi ex cauſa onerosa, quia tunc vterque pro portione ſua habere debet,vt no.in l.frater a fratre.ff. de cond.ind.per Bar.in l. qui hominem.ff.de ſol.& in l. reos.in q.2.ff.de duo.re. Cy.in auth.hoc ita.C.eo.titu.

XXXVI. QVAERO.

QVæ ſit practica diuiſionis fructuum inter vir.& vx.conclude, quod ſi fundus reſtituitur pendentib. fructibus mulier cauet,ſed eis perceptis,& matrimonio ſoluto poſt annum maritus nihil reſtituit ſi intra annum fuit ſolutum matrimoniu m,reſtituitur pro rata, ꝙ etiam ad ſocerū, & ad hæred.eius extenditur.caſus eſt, qui ponit hanc practicā in l.diuortio. §. interdum. ff.ſol. mat. & omnino vide Bal.

SVMMARIVM.

1 *Mulier ſi recepit fundum dotalem plenum fructibus, qualiter caueat marito pro parte, quæ eum tangit pro rata temporis, quo matrimonium durauit.*

2 *Cautio verbum,quando profertur a lege ſiue ciuili, ſiue prætoria, debet intelligi cum fideiuſſore.*

XXXVII. QVAERO.

1 SI mulier † recepit fundum dotalem plenum fructib. qualiter caueat marito pro parte, quæ eum tangit pro rata tēporis,quo matrimonium durauit ? Gl. in d.l. diuortio. §. interdum.tenet, ꝙ ſine fideiuſſore.Idem tenet gl.in §.cum autem.C.de rei vxo.actio. & Cy. ibi ad ſimilitudinem ſociorū. l.verum.ver cęterum.ff.pro ſoc.quia vir & vxor, ſunt ſocij diuinæ & humanæ domus,vt l.1.ff.de ritu nup.Licet ſit arg.cō tra,quod caueat cum fideiuſſore,in l.ſi conſtante. §.quoties. ff.ſol.ma. Sed lex ibi vltra procedit requirendo ſatisdationē, ſic cum fideiuſſore,vt l.1.ff.qui ſatiſ.cog.vel ibi hoc operatur fauor dotis conſeruandæ,ſecundum Bal. & Ang.Sed iſtæ ſol. non euacuāt contrarium.d.l. verū.ver.cęterum. vnde Ang. ponit aliam ſol.quod ibi loquitur in marito, qui erat in vno releuatus, quia non cogebatur incontinenti ſoluere, ſed habebat dilationem annua, bima, trima die,ſecundum hæc iura,hodie vero habet annum contra regulas iuris,ar.l. 2. in prin.ff.ſol.mat.nimirum ſi grauatur ſatiſdatione cum fideiuſſore, ne illa dilatio conceſſa ipſi marito a lege miſerationis cauſa tendat in præiudiciū & detrimentum mulieris, ſed hic mulier habebat dilationem ad reſtituendos fructus natura rei propter tacitam conditionem, quæ ineſt, cum naſcētur, vel maturi erunt,non aūt miſerationis cauſa,vt l.j. ff.de cōdi. & dem.Aduerte,quia cōtra primū dictū huius ſol. videt tex. in l.verbū.§. itē ſciēdum. ſupra alle. vbi loquitur de cautione, quæ venit pręſtanda rōne dilationis inductæ à lege miſeratio nis cauſa:tamen vult,ꝙ ſufficiat nuda cautio,& ideo oportet hic dicere, ꝙ ſit fauor dotis conſeruandæ, vt ſupra dixi. Sed
2 Pet.videtur tenuiſſe contrariū:quia † verbū cautio, quando profertur à lege ſiue ciuili,ſiue prætoria, debet intelligi cum fideiuſſore,l.prætoriæ.ff.de præt.ſtip.l.in omnib.ff.de iud.iunct a l.ſi creditores.ff.de pri.cre.& Cyn.refert in l. ſancimus.C. de ver.ſig.& in l.j.C.de procu.Sed Bar. in d.§ interdū dicit,ꝙ hoc fallit ratione ſocietatis prædictæ.& cum Bar. concordat Bal.Ang.& alij,idem tenet gl.in l.habere.§.cautum.ff.de verbo.ſig.& in d.l.ſancimus.& hoc ſequitur ibi Bar. & Bal.Idem Bal.in d.l.1.C. de procu. & in l.vniuerſa. C. de preci. Impera. offe.in l.executionem.in 5.col.C.de execu.rei iudi.& Bart in l.ſi prius.ff.de no. ope.nun. Et pro hoc facit,quia ſi hoc videmus in diſpoſitionis vltimæ voluntatis, quæ eſt tantum fauorabilis,quanto fortius in diſpoſitione legis.Quidam tranſeunt cum Petro in d.§.interdum.& allegat.d.§.cautum.Mihi placet præcedens opi.quæ eſt communis. Non ob. d. l. in omnib.iuncta l. ſi creditores.allegatæ per Petrum,quia illud procedit,quando lex mandat caueri cum cauſæ cognitione, vt ibi, quia debebat ſubeſſe cauſa ſuſpicionis. d. l. ſi creditores.bene facit l. penul.cum glo.magna.ff.de petit.hæredit.

Præterea illud eſt in dictis legib.quia nuda cautio ibi nihil operaretur, poſtquam etiam ante cautionem præſtitam debitor ad diem obligatur.Nō ob.d. §.cautum.quia nihil facit, intelligēdo prout ibi intelligit gl.Et ex prędictis collige duas limitationes ad illam regulam, ꝙ vbi fit mētio de cautione a lege ciuili,vel prætoria intelligitur cū ſatiſdatione Alias limitationes ad eandem regulam collige ex dictis Imo.in d.§.interdum.

Source : BIU Cujas

XXXVIII. QVAERO.

QVid si mulier vellet interim relinquere fundum viro,& non cauet,an possit?Bar.in l diuortio.§.interdum.ff.sol. mat.sequutus gl.ibi tenet ꝙ fic.& idem tenet ibi Bald. & facit ad hoc bonus text .in l.de bonis. §.qui pupillo, ff.de Carb.edi.Et adde, & tene menti,ꝙ etiam poterit vxor inhibere viro,ne fructus colligat,nisi in præsentia vnius, quem mittere intendit, ne fraudetur in fructib. quia iura tolerant, vt est text. no. dignus in l.2. in verbo, sub aspectu decurialium. C.quando & quibus quarta pars debetur,qer quem ita tenet Specu.in titu.de decimis. §.1.in versicu.fina.

XXXIX. QVAERO,

QVid si soluto matrimonio fructus sunt colligendi de ꝓximo,qualiter fiat restitutio?Doc.communiter tenent, ꝙ non debent restitui,nec caueri, quia cum de ꝓximo colligendi sunt, haberi debent pro collectis, vnde vir retinet donec percipiat,arg.l.si is a quo ff.vt in pos.leg.facit.l.si quis nec causa. §.si res pig.cum ibi no.ff.si cer.pet.

XL. QVAERO.

DE quo mulier caueat in casu prædicto? Gl.in d. l.diuor. §.interdum.ff.sol.ma. dicit quod cauet de fructibus restituendis,& non minuendis,vel baratandis. & dicit Bald.ibi hoc esse generale, vbicunque de fructibus debet caueri, vt de vtroque cauetur. Facit, quod habetur in l. senatus. ff.de offi.ꝓsi.

XLI. QVAERO.

AN maritus teneatur facere impensas vtiles in re dotali? Videtur ꝙ sic, quia vir tenetur de dolo & culpa quærēdo,vt l.fi.ff.solu.ma. ergo ex quo vir tenetur acquirere, tenetur etiam facere impensas vtiles in re dotali.Cuius tamen cōtrarium est verum, cum tales impensæ repetantur actione neg.gest.quod non esset, si maritus teneretur illas facere.l. 1. §.taceat.C.de rei vxo.actio.& ita firmat glo. & Bar.in l. j. §.1. ff.de impen.in rebus do.fac.Non ob.d.l. fi. quia debet intelligi quod maritus tenetur acquirere,quādo tractatur de acquisitione fienda propter legatum, vel propter hæreditatem relictam seruo dotali,de quo dicam infra in 4.§. Non obst.l.penul.ff.de impensis.quia ibi dicitur, ꝙ debet maritus res dotales tueri,non augere.

XLII. QVAERO.

IMpensæ factæ in re dotali,an & qualiter dotem minuant. De quo dic,vt per Bar. in l. quod dicitur, ff. de impensis in rebus do.fac.per Sal.in l.si is,§.dicitur,ff.de iure do. per Mod. in rub.ff.sol.mat.

SVMMARIVM.

1 *Maritus si soluat totam dotem sine deductione impensarum,qualiter ei consulatur.*

XLIII. QVAERO.

1 SI maritus†soluat totam dotem sine deductione impensarum,qualiter ei cōsulatur? Tex.in l.quod dicitur,§.si dos, ff.de impensis.videtur dicere, ꝙ ipsa dos repetatur per condictionem indebiti.In contrarium videtur,quia dos,quæ restituitur,est debita, & pro impensis vir habet actionem de dote,vt l.omnino,ff.de impensis.ergo cessat con.inde.l.qui inuicem.ff.de cond.inde.l.cum dos,ff.rerum amo.Pro solutione dic,ꝙ in dote sunt consideranda duo. Primò, ipsum ius dotis,pro nomine iuris, & cuiusdam vniuersitatis, & istud ipso iure minuitur propter impensas necessarias, meritò tanquā indebitum repetitur,vt no.in d.l.qui inuicem.Item sunt corpora dotalia,& illa non diminuuntur. Et ideo si soluitur plus debito ipsum corpus,quod solum erat in dote,& tunc si ipsū corpus conspicitur,non habet locum condictio indebiti, qa vere debebatur, sed debet vir repetere impensas per actionē de dote,& ita procedunt notata in d.l.omnino. Aut consideramus ipsum ius dotis,quod erat diminuendum,& illo respectu videtur solutum plus debito, & sic habet locum condictio indebiti, & ita procedit id quod habetur in d. §. si cum dos.Erit ergo practica, ꝙ in libello dicam, ꝙ totam dotem solui indebitè:Secus si dicerem,ꝙ solui talem domum dotalem indebitè,quod tenementi.

SVMMARIVM.

1 *Impensæ factæ per maritum in re dotali quando possint deduci.*

XLIIII. QVAERO.

1 IMpensæ factæ†per maritum in re dotali ADDIT.[In re dotali.Adde hic & no. ꝙ expensæ in dote exigenda a debitoribus datis in dotem factæ per maritum, non imputantur in dotem,quia ad eum pertinēt.vide Bal. in l.3.C.de fal.cau.ad. leg.& in l.j.C.de bo.ma.& Bar.& Bal.in l.2.C.de act.& obli.ꝙ compensatur cum fructib.nominis,qui si nulli sunt,repetuntur ab vxore per act.neg.ge.Sed quid in legato dotis in l.Mæuio.§.fi.& ibi Bar.de leg.2.an intelligatur deductis expensis in exigendo,vide in Spe.de do.inter vir. & vx.] quando possint deduci?Dic,ꝙ aut impensa fit causa quærendorum fructuū, & de fructibus deducitur. Aut necessaria,aut vtilis, & repetitur secundum Bar.& alios in l.diuortio, §.impendia,ff.solu. mat.nam dicit, ꝙ impensa facta in seruo curando repetitur tanquam necessaria,quando est magna impensa,secus quando est parua,per l.2.ff.de impensis in rebus do. fac. Et pro ista distinctione Bal. ibi allegat l.hactenus, ff. de vsufr. ego allego tex.optimum in l.pe.ibi,& quæuis modica ædificiorum dotalium refectio.ff.de impen.in reb.do.fac. & vide omnino glo. d.§.impendia.in ver.tutela.Et quidem si impensa fiat ad vtilitatem x.an.gl.in l.quos autem,ff.de impensis. respondet,ꝙ dicitur necessaria,& venit deducenda. Intellige tamen secundum Bar. si post impensas factas matrimonium est solutum, sed si matrimonium duraret per totum illud decennium,cō pensaretur cum fructibus.l.diuortio.§.cum in annos,ff.solu. mat.Item si matrimonium durauit per mediam partem temporis,medietas tantum,quæ respicit vtilitatem futuri temporis,veniet repetenda,ad d.§.quod cum in annos.

XLV. QVAERO.

QVa actione repetantur impensæ vtiles & qua necessariæ.Recurre ad gl.in l.diuortio.§.impendia,ff.so.ma.& per Bar.in l.omnino.ff.de impen.in reb.do.fac.

SVMMARIVM.

1 *Impensa facta per maritum pro custodia castri in dotem dati,an veniat deducenda de fructibus,vel possit repeti a muliere.*
2 *Impensa facta causa custodiæ, dicitur facta causa fructuum quærendorum.*

XLVI. QVAERO.

1 IMpensa† facta per maritum pro custodia castri in dotem dati,an veniat deducenda de fructibus, vel possit repeti a muliere.Ang.in l.diuortio.§. impendia.ff. sol.ma.dicit,quod venit repetenda,quia censetur impensa gratia rei, & non fructuum, & ita dicit se consuluisse apud Vrbem veterem, per no in l.cum quæritur.§.prædiis. ff. de le. 3.& ibi per Bar.Adde,quod Bar.videtur tenere contrarium in l.fi.per illum tex. ff.sol. ma. & ipsemet Ang. l.sumptus. ff. de leg. 1. vbi dicit se habuisse de facto in Vrbe veteri, & sic ibi videtur recedere ab eo,quod consuluerat Imo.in d. §. impendia. distinguit, si est impensa tēporanea, vt puta quia dat tantum singulo mēse custodib. tunc pertinet ad maritum, secus si fuerit perpetua,vt puta, quia emit seruos, qui perpetuo ibi debēt esse ad custodiam, facit l. seruus ad custodiam.ff.de alim. & cib.leg. Raph.addit ad primum membrum dictæ distinctionis,ꝙ illud verum, quando impensa facta per ipsum maritum esset solita & consueta fieri per ipsam mulierem in custodia ipsius castri, quia tunc verisimile est, ꝙ fructus ipsius castri longe excedunt ipsam impensam, secus quando impensa esset inolita,puta quia excrescentib. bellis maritus habuit necesse crescere custodes in ipso castro,quia hæc impensa dicitur respicere perpetuā vtilitatem ipsius castri, & maritus poterit illā repetere.Nec obst. prædictis d.§.cum quæretur. quia ibi testator legauerat fundum, & ea quæ parata erant ibi causa culturæ, ideo non mirum si non venit seruus saltuarius, quia non operatur circa culturam, secus fortè si legasset ea quæ parata essent gratia fructuum percipiendorum,cum seruus saltuarius dicatur paratus,vt melius percipiātur fructus, l.si ita,§.fi.de fun.instr.Addo Bal.in l.1.in 2.& fi.eo. C. de fru. & lit. exp. vbi simpliciter tenet, ꝙ non repetatur, quia videtur impensa facta gratia fructuum per d.l.si ita,§.fi.& l. quæsitum,§.saltuarium.& l.instrumenta.eo.ti. Idem tenet Ang.in l.1.§.inter necessarias.ff.de impen.in reb.do.fac.& ibi no. per

Source : BIU Cujas

glo.in ver.proiectas.dum glo.ibi dicit, cauſa munitionis, per
2 quam dicit Ang. ꝙ †talis impenſa facta cauſa ADDIT.[Cau
ſa. No.hic, ꝙ expenſę factæ cauſa cuſtodiæ non repetuntur.
Bar.in l.cum quęritur.§. prædiis.de lega.3. & ibi omnino per
Ale.& Bar.in l.fi.ff.ſi cer.pe.& in l.fi.ſol.ma.quod non repetũ-
tur etiam ſi ſint maiores quam fructus rei cuſtodiæ. Ang. in
l.ſi ſumptus.de leg.1.Io.de Por.in l.quod ſi nulla.eo.ti.vide in
l.cum pater.§.pater plurib.de lega. 2. Item nec compenſatur
cum fructibus per malæfidei poſſeſſorem.Bar.in d.§.prędiis.]
cuſtodiæ dicitur facta cauſa fructuum quærendorum. Paulus in l.fructus.ff.ſol.ma.dicit,quod ſi talia impenſa erat neceſ
ſaria pro fructibus,non repetitur. Si autem non erat neceſſa-
ria,tamen impenſa erat temporalis, & non perpetua.& idem
per l.3.§.j. ff. de impen. in reb. dot. fa. Mihi placet diſtinctio
Imo.in d.§.impendia.quæ fuit prius Ang. ibi, licet Imo. mi-
nus fideliter referatur. Et ad materiam prædictam vide no. p
Doc.in l.in fundo,ff.de rei ven. & per Cy. & Bal. in l.certum.
& omnino Bal.in l.ſi quis ſciens,C. eo.

XLVII. QVAERO,

IMpenſa facta in certis fructibus an deducatur de aliis eiuſ-
dem anni,& eiuſdem fundi? Tex.videtur quod ſic in l.ſi fun
dus.§.j.ff.ſolu.mat.quod intelligit Dy. & Bar. quando ex eo-
dem terreno vterque fructus percipitur, alias ſecus. quod
enim facit diuerſitas annorum, multo magis faceret diuerſi-
tas rerum.Idem,ꝙ impenſa facta in vno anno non deducitur
de fructibus alterius anni, vt per Bar. in l diuortio. §. impen-
dia.ff.ſolu.mat.

SVMMARIVM.

1 *Maritus ſi accepit in dotem quandam hæreditatem, ſeu nomen debitoris, pro quibus oportuit eum longo tempore legitimare, an expenſa in litigio facta minuat dotem.*

XLVIII. QVAERO.

1 SI maritus † accepit in dotem quandam hæreditatem, ſeu
nomen debitoris,pro quibus oportuit eum longo tempo
re litigare, an expenſæ in litigio factæ minuant dotem? Gl. in
l.1. ff.de impen.in rebus do.fac.videtur dicere quod non, qa
non eſt impenſum in re mulieris,& ita dicit eſſe caſum in d. l.
j.& eſt glo.quæ incipit,res dotales.Specu.tractat hanc quæſt.
in ti.de donatio.inter vir.& vxor.§.fin.ver. illud quæritur. &
ibi recitat opin. antiquorum, ſcilicet Ioannis & Guarnerij,
qui Guarnerius fuit in contraria opin.gl.in d.l.1. facit tex. in
l.1 C de bon.ma.& in l.fin.§.vbi autem.C.de bon.quæ lib.In
contrarium facit, quia ſi impenſa fit gratia rei repetitur, vt l.
ſi a domino. alias ſi a patre. §. fi. de pet. hæred.& ſupradictũ
eſt in pluribus quęſt.Sed iſtæ impenſæ,quæ fiunt in litigando
videntur eſſe neceſſariæ, quia eis non factis maritus tenere-
tur,& ſuum eſſet periculum,vt infra tangam, ergo &c.Et te-
nendo hanc opin.Guarnerij, non ob.l.1.& l.fin.§.ubi aũt. qa
ibi pater percipit fructus propter patriam poteſtatem, non p-
pter aliquod onus, quod ipſe ſuſtineat:quia etiam ſi nullum
onus ſuſtineret,pciperet,merito de illis fructibus videtur fa-
cere impenſas.Sed hic vir recipit fructus propter onera mat.
Si ergo de illis debet facere impenſas in litigando, iam in du-
plici cauſa reputarentur,contra.l.quod ſemel.de cõpen.Præ-
dicta intelligo, quando uir non recuperauit expẽſas a reo ſi-
ne ſua culpa, alias imputaretur ſibi.Bar.in d.l.1.diſtinguit, ꝙ
quandoque datur in dotem nomen debitoris, vel hæreditas
æſtimata, & ſic periculum eſt mariti, & tunc ſine dubio non
repeteret impenſas.l.ſi nomen.ff.de hær.vel act.ven.Quando
que vir accepit nomen debitoris, vel hęreditatem ſimplici-
ter in dotem, & tunc dicit, ꝙ omnis impenſa legitime facta
in litigando debet deduci de dote, allegat pro hoc glo. in ſi-
mili in l.per diuerſas, C. mand.in glo. magna. vbi dicit, quod
quando nomen datur, tantum videtur datum, quantum po-
teſt conſequi deducta impenſa. Adde, quod Bal. in l.omnib.
C.de actio.& oblig.videtur tenere contrarium, qui propter
iſtas impenſas nomen debitoris non efficitur maius in ſub-
ſtantia debiti,vnde non pertinet ad propriam vtilitatem rei,
ſed ad vtilitatem perſonæ exigentis, vnde videtur, quod vir
illam impenſam cum fructibus illius nominis, ſeu hæredita-
tis compenſare debeat,argum.l.ſumptus.ff.de rei vend. & al-
legat in ſimili,quod no.glo.in l.ſi mulier §.ſi rem,ff.de leg 3.
Sed ego aſſentio Barto.eſt verum,quod cura,& ſolicitudo in
litigio ſpectat ad virum,& ita etiam tenet Salyc. in l.ſi extra-
neus.ff.de iure do.

XLIX. QVAERO.

FRuctus illius anni,quo dos repetitur propter inopiam vi
ri,an diuidantur inter virum & vxorem pro rata, vide in
fra proximo,in ver.quando dos repetatur.

L. QVAERO.

AN vbi maritus de mandato vel conſenſu vxoris facit in
prædio dotali impenſas,vel picturas,vel ſimilia,poſſit ip
ſe,& hæredes eius illa retinere vel repetere? Mattheſi.in nota
bili 92.tenet ꝙ non,ſed ſolum permittitur ei abraſio,vel euul
ſio,niſi pars mulieris velit ei tantum dare, quantum habere
poſſet de his rebus abraſis,vel euulſis,vt eſt tex. no.dignus in
l.pro voluntariis.ff.de impen.in reb.do.fac. iuncta l.in fundo.
C.de rei ven.& tene menti,quia quilibet prima facie diceret
contrarium,& contra caſum d.l.pro voluntarijs. dixit glo. in
§.item ſi dote.Inſti. de actio.

LI. QVAERO.

PAter mariti an debeat habere vſumfructum dotis filij,&
quid ſi filius lucratur cum dote vxoris ſuæ. Vide glo.ord.
& ibi Bart.in l.contra virum. ff.rer.amo. Et conclude, quod
dos & eius fructus debet ſtare penes illũ, qui ſuſtinet onera
matrimonij,vt l.ſi filia.§.1.& l.maritus.ff.fam. erciſcun. & l.ſi
is qui,§.1.ff.de iure do.Hinc ſequitur, ꝙ ſi filius habitat cum
patre,& pater ſuſtinet onera matrimonij, quia alit filium &
eius vxorem, tunc ipſe debet habere vſumfructum, ſecus ſi
filius habitat ſeorſum a patre,quia tunc nullus vſusfruc.debe
tur patri de illa dote, vide etiam, quod no.Bar. & alij in l.1.C.
de bo.quæ lib.& facit l.2. & 3. eo.tit.quod no.de hoc vltimo
dicam infra §.prox.

LII. QVAERO.

DE fructibus rerum paraphernalium, an aliquid ſpectet
ad maritum, vide quæ dixi ſupra §.proxi.

LIII. QVAERO.

AN maritus teneatur alimentare vxorem vltra reditum
dotis. Vide per gl.in l.ſi cum dotem.§.ſinautem.ff.ſolu.
mat.& ibi per Dy.& plenius per Iac.de Are. & Cy. in l. quod
in vxorem,C.de neg.ge.per Inno.in ca. per veſtras.de donat.
inter vir.& vxo.Veritas videtur,ꝙ aut mulier habet tantum,
ꝙ ſe alere poteſt vltra dotem, & tunc vir non tenetur vltra
reditum dotis,& ita intelligitur tex. in d.§. ſinautem. ſecus ſi
non habet,vnde ſe alat,& ita procedit l. quod ſi nulla,ff.de re
lig.& ſump.fun.& hoc firmant Bar. Bal. & alij in d. l. quod in
vxorem.& Bar.in ſuo tract.de alimentis.

SVMMARIVM.

1 *Dos ſi fuit promiſſa ipſi uiro, & non tradita, an teneatur alere uxorem.*

LIIII. QVAERO.

1 SI dos † fuit promiſſa ipſi viro,& non tradita, an teneatur
alere ipſam vxorem? Glo.eſt reputata no.quæ dicit,quod
non in §.illud.in ver.onera. in Authen. de non elig.ſecundo
nuben.ſecundum Bal.in l.quod in vxorem.C.de neg.ge. & in
l.de diuiſione.ff.ſol.ma.& in l.fi.vbi bo.tex.C. ad Velle.& per
Bal.in l.ſi donaturus. ff. de condi. ob cauſam. ſecus ſi nullam
dotem promiſit, quia tunc debet alimentari, cum eſſe de-
beat in ſeruitio viri.l.ſicut.ff.de ope.lib.iuncta l.ſi ſerui, ff. de
ędil.edi.no.Cy.& Bar.in l. pro oneribus.C. de iure do. & Bal.
in l.fi.C.de ſen.quæ ſine cer.quan. Et adde, ꝙ maritus poteſt
expellere vxorem, & mittere eam ad domum patris propter
dotem non ſolutam,ita dicunt Bal. & Imo.in l.1.ff.ſol.ma.de
quo in c.per veſtras.& ibi per Panor.extra,de do.inter virum
& vxorem. vbi etiam dixit poſt Hoſti.quod etiam vltra hoc
poterit agere ad dotem, ſi ſe maritus offert ſoluta dote vxo-
rem recipere.

SVMMARIVM.

1 *Veſtes factæ per uirum uxori, an debeant eſſe ipſius mulieris poſt mortẽ uiri, vel debeant reſtitui eius heredibus, & quid de alijs iocalibus.*
2 *Veſtimenta ueniunt appellatione uictus.*

3 Veſtes

3 *Vestes quotidianę, quas uir tenetur dare mulieres, statim efficiuntur mulieris.*

4 *Vestis facta per maritum uxori, quæ non est necessaria, si est magni ualoris, maritus non præsumitur eam donare.*

LV. QVAERO.

1 AN vestes † factæ per virum ipsi vxori debeant esse ipsius mulieris post mortem viri, vel debeāt restitui eius hæredibus, & quid de aliis iocalibus? Tres fuerunt opi. vsque ad tempora Bar. Prima, ꝙ mulier lucretur, quasi videatur donasse, & donatio sit morte confirmata, vt l. cum hic status. §. 1. ff. de don. inter vir. & vxo. & C. eo. l. si filij. & filiæ. ff. fami. erciscę. Secunda opi. fuit Dy. qui dicit, ꝙ istę vestes non videntur donari, quia maritus tenetur alere vxorem. l. si cum dotē.

2 §. sinautem. ff. sol. mat. & l. ꝙ si nulla. ff. de relig. sed † appellatione victus veniunt vestimenta l. verbo victus. de verb. sign. l. legatus. ff. de ali. & cib. leg. cum ergo necesse hēant dare vestimenta, non videtur donare; quia in necessitatibus nemo liberalis existit. l. rem legatam. ff. de adi. leg. pro hoc videtur casus in l. mortis suæ causa. ff. de do. inter virum & vxorem. Ex hoc dicto Dy. infertur, ꝙ vestes, quæ sunt ad vsum quotidianū, non videantur donatæ, & debeant esse hæredum viri festiuę vestes pretiosæ videantur donatæ; qa eas dedit maritus & sponte, & sic sunt mulieris, quod esset manifeste iniquum.

3 Tertia opin. est, ꝙ † vestes quotidianæ, quas vir tenetur dare mulieri, statim efficiuntur mulieris, vt l. ex animo. ff. de don. inter vir. & sic sine dubio non pertinent ad hæredes mariti, vestes vero pretiosæ non efficiuntur mulieris, nec videtur datę animo donandi, sed propter seipsum facit, vt mulier magis ornata vadat, vt l. mortis suæ causa. ff. de do. inter vi. & vxo. & hoc dicit Bal. in l. si vsufr. ff. ad l. Fal. & videtur velle lex, quod talia ornamenta non sint mulieris, nisi expresse legentur, vt l. ornamentorum. ff. de au. & arg. leg. l. hoc legatum. cum seq. de leg. 3. & istud videtur tenere Bar. in l. seruus. ff. solu. matri. referens sic iam sępius consuluisse, scilicet ꝙ vestes quotidianę sint mulieris, pretiosæ vero & festiuæ sint hæredum viri. Nō ob. l. cum hic status. §. 1. quia ibi ꝓstat, quod dedit animo donandi. Non obstat l. filię. C. famil. erciscun. quia aliud in filia, quam in vxore, quia in filia non est illa ratio, quæ est in vxore, vt supra dixi. Non ob. l. si filij. C. de donat. inter vir. qa respon. vt ibi no. & hanc opi. sequitur etiam Bald. in l. seruus. qui subdit, ꝙ in lecto, quod haberet mulier separatū a lecto viri, non videtur fienda distinctio, an sit pretiosum, vel non, quia ibi non interueniet traditio, sed quædam permissio iure familiaritatis, & ideo fit hæredum viri indistincte. Adde, ꝙ alia fuit opin. quia in vestibus necessarijs mulieri procedat opi. Dy. In aliis nō necessarijs distinguat, an sint magni valoris, vel non, vt in primo casu non præsumatur donatio, in secundo sic, arg. l. verum. ff. de dona. inter virum & vxorē. Alij tamen indistincte tenent, ꝙ etiam pretiosas magni valoris videatur donare. Nec ob. l. verum, cum si quia loquitur de expensa aliter facta non in personam vxoris, secus de illa, quæ fit in personam vxoris, arg. no. in l. ꝙ in vxorē. C. de neg. gest. & hanc opi. tenebat D. Signo. de Homodeis de Medio. in quodam suo ꝓsi. alle. no. per Cy. in l. alimenta. C. de neg. gest. Sed posset dici, ꝙ illa l. quod in vxorem. loquitur de expensa facta in vxorem infirmam, quæ expensa est magis fauorabilis. Secus forte quando fit in ea sana, & in re separata a persona, vt in veste. Imo. in d. l. seruus. nititur concordare dicēs, quod aut constat de mente viri, quod solummodo vult concedere ad vsum mulieris, aut constat, quod vult donare, aut dubitatur. Primo casu clarum est, quod sunt viri & hæredum eius. dicta l. mortis suæ causa, in fine. ff. eodem l. æstimatæ. Secundo casu conclude, quod sunt mulieris, si donatio non est reuocata expresse, vel tacite, quia etiam si non tenuisset donatio confirmata est per mortem viri prædecedentis mulieri. l. cum hic status. §. 1 ff de donat. inter vir. Sed tacite videretur reuocari, si interueniat diuortium, vel si mulier prædecederet. d. l. cum hoc. §. diuortium. Sed hæc successit dubitatio, posito quod cōstet maritum dedisse animo donandi, an possit talis donatio reuocari? In quo conclude, quod si donatio excedit vires redituum dotis, indubitāter videtur posse reuocare, cum non teneat ab ipso patre. d. l. ex animo. sed si non excedit vires redituum dotis nisi in modico, tunc est magis dubium, nam aliqui dicunt, quod donatio tenet irreuocabiliter, per l. ex animo. Alij dicunt, quod ista donatio est talis naturæ, quod nō posset peti a muliere, sed etiam tradita mulieri non peterit repeti, & hoc videtur tenere glo. in d. l. si vsusfruc. §. dos. Alij tenent, quod etiam si fuerit tradita, possit repeti, nisi mulier illius respectu tantundem de suo consumpserit, & ita sentit glo. in l. si stipulata. ff. de do. inter virum & vxor. Et ista videtur verior in puncto iuris. secundum istam tertiā opin. intelligo, quod habetur in d. §. dos. Tertio casū quando est dubium, an voluerit donare, vel solum ad vsum concedere, tunc dicit, quod si est vestis quotidiana, & necessaria pro tpe, pro quo habet durare matrimonium, non potest dici, ꝙ videatur proprie donare, sed tradere in causam alimentorū, ad quæ tenetur ipsi vxori, & quorum appellatione veniunt vestes, vt supra dictum est. Sed pro tempore, pro quo matrimonium posset solui, quod ex quo impensa est modica, ꝙ debeat videri donare, arg. d. l. verum. Et quia inter huiusmodi personas non est fienda nimis amara interpretatio. l. si id ꝙ. §. si quis. de donat inter vir. & vxor. facit, quod nota. in l. ꝙ in vxorem. C. de neg. gest. Nec obst. d. l. seruus, vbi expensa modica vestimentorum non videtur fieri animo donandi: quia potest dici, quod ibi loquitur, quando diuortium interuenit, ideo etiam si donatio est, videretur facta reuocatio, vt d. glo. in his. l. seruus. ff. solu. matri. secus forte si matrimoniū esset morte solutum, vel d. l. seruus loquitur de expensa vestiū facta pro seruis, in quibus non cadit verisimiliter tanta affectio, quanta in persona vxoris. prima tamen magis placet per d. l. verum. Et si dicatur, quod vestis, quæ fit vxori ob causam alimentorum, debeat reddi cessante causa, & sic soluto matr. quo tempore vxor non debet ali, quia respondeo, quod licet cesset causa alimentorum, non tamē cessat causa affectionis: quia etiam videtur fuisse causa donationis vestium vltra causam alimentorum. facit l. aduersus. C. de crimi. expi. hæred. & l. assiduis. C. qui potio. in pign. hab. ideo non cessat dispositio, ex quo vna ratio remanet, argu. l. liberorum. §. notantur. ff. de dam. infec. Nec ob. prædictis. l. sed si vir lana. ff. de dona. inter vir. & vxor. quia respondeo, quod debet intelligi, quando vestis erat non parui pretij. d. l. verum. vel ibi non dicit, ꝙ videatur donare, sed quod est viri, quod verum est, & stant simul, etiam si videatur donare, quia non tenet donatio constante matrimonio. † Si vero sit vestis alia non necessaria, tūc

4 si est magni valoris, non videtur donare. d. l. verum. quod intelligo, si dicat, accipe, vel tolle, cum possit cadere alia coniectura, quam donationis, videlicet quod in viu habeat propter honorem viri, arg. eorum, quæ no. in l. cum quidam. cū sua gl. ff. si cer. pet idem forte si vteretur verbo donationis, si esset vestis, sine qua esset verecundia viro vxorem esse sine illa, nam tunc videt impropriari verbum dono, iuxta subiectā materiam, vt intelligatur. l. ad vsum, arg. l. si vno. ff. lo. & l. Mela. ff. de ali. & cib. lega. & argu. l. Quintus. ff. man. & eius, quod no. in l. 1. § nec castrense. per Bar. in 4. vol. ff. de col bo. iuncta l. rem legatam. de adi. le. secus si forte mulier posset esse sine illa veste absque verecundia viri; quia tunc stabimus verbo donationis. Et hoc intellige de vestibus, sed de ornamentis vel iocalibus quid iuris sit, videtur eodem modo posse distingui, an constet, ꝙ voluerit donare, an verò solum ad vsum concedere, an vero dubitetur, vt supra dixi. Tamen aduertendum, quod si ante matrimonium talia donarētur, & hoc constaret, teneret donatio irreuocabiliter, nisi per mulierē staret, quominus sequeretur matrimonium, quia tunc deberet reddere talia donata, vt est casus in l. cum veterum. C. de do. ante nup. Et idem videtur si ingrediatur monasterium, vt no. in l. Deo nobis, C. de epis. & cler. Si autem matrimonium sit consumatum, & postea dissoluatur, remanent mulieris & hæredis eius in dicto casu, quando ante matrimonium fuit facta donatio, sed si esset facta constante matrimonio, non teneret ab initio, sed posset morte confirmari, vt supra dictū est. Item attende, quia in dubio, si ante matrimonium mittit iocalia, non videtur donare, quando sunt magni valoris, vt l. si vt certo, §. nunc videndum, ff. commoda. sed si essent res parui valoris, tunc fortè vlderetur donare, & secundum prædicta posset intelligi id, quod not. Barto. in dicto §. nec castrense. Sed quid si est dubium, an ante matrimonium, vel postea sit facta donatio, vt quia reperiatur eodem die facta, quo matrimonium contractum est, vide bon. tex. & ibi Cyn. in l. cum inter. C. de donatio. ante nup. an autem res sit magni valoris, vel parui, relinquendum est arbitrio iudicis inspecta qualitate personarum, vt no. per glo. in authen præterea, C. vnde vir & vx. Aduerte tamen tu sponse, ne osculeris sponsam tuam, quia postea præsumitur, quod donaueris omnia iocalia. casus est, & quod ibi no. glo. in l. quod sponsæ, C. de dona. ante nup. de hac etiam materia aliquid retigi supra §. proxi. in versicu. de augmento dotis, in dic. quæst. de sponsalitia largitate.

SVMMARIVM.

1 *Vestes viduales factæ per hæredes uiri, an debeant computari in dotem, vel possint per hæredes repeti.*

Source : BIU Cujas

LVI. QVAERO.

1 QVid de veſtibus † vidualibus factis per hæredes viri, an debeant computari in dotem vel pretium illarum, vel ipſas veſtes repetere poſſint? Ange.& Imo. in l. ſi ex re.§.fi.ff.de ſtip.ſer.per Imo.in d.l.ſeruus, ff.ſolu.matr. Veritas videtur, ꝙ aut ſumus in caſu,in quo hæres tenetur ad alimenta præſtanda vxori,vt quando mulier non habet vnde ſe alat, & dos eſt in pecunia,vt dixi ſupra in 16.q.Aut ſumus in caſu, in quo hęres non tenetur ad alimenta, & in hoc ſecundo caſu,ſi conſtat de mente,illam ſerua. In dubio ſatis æque videtur poſſe dici, ꝙ ſi ſunt veſtes non magni valoris, videantur hæredes propter maritum donare in reuerentiam bene acti matrimonij,arg.l.fin.C.de bo.ma. & l. ſeruus.& l.penul.C.de quæſtio.iuncta l.verum.& l.ſeruus communis. ff. de do.inter vir. & vxor. Si autem eſſent veſtes magni valoris, forte non quotidianæ, tunc non videtur, quod donare poſſit ſub alia cauſa,quam donationis,ſcilicet vt ſeruetur honor viri, & teneat veſtes,donec velit vidua eſſe.arg.d.l.fi.vnde ſi poſtea maritetur, tenebitur illas reſtituere, quales erunt, vel pretium ipſum, quantum tunc valent, & propter hoc patet, ꝙ hæredes hoc caſu non tenentur de rigore eam induere, licet ex honeſtate quadam teneantur. Quid ſi mulier ſe veſtiat de propria pecunia,an repetere poſſit ab hæredibus viri. Reſponſio patet ex prædictis, nam videtur quod non, niſi eo caſu, quo hæredes tenebantur eam veſtire. Præterea intelligo,niſi conſuetudo aliter ſe habeat,quia illa ſeruanda eſt, arg.l.minime,ff.de leg.. cum vulgarib.

LVII. QVAERO.

SI maritus reliquit vxori ſuæ alimenta, quandiu dotem ſuã receperit,ſi hæredes dotem ſoluant, finitur legatum alimentorum,an ergo teneatur mulier recipere, & perdere legatum? Bar.in l.amplius.in vlt.col. ff. rem ra.hab. determinat ꝙ ſic. Nec ob. ꝙ ſolutum eſt ab hærede volente, quia reſpondeꝛ,vt ibi per eum.

SVMMARIVM.

1 *Maritus ſi dixerit, relinquo habitationem vxori meæ in domo cum filiis ſuis, an iſta debeat habere alimenta ex tacita voluntate defuncti.*
2 *Vſufructuarium,terminus quid ſignificet.*

LVIII. QVAERO.

1 SI maritus †dixit,relinquo habitationem vxori meæ in domo cum filiis ſuis,an iſta debeat habere alimenta ex tacita voluntate defuncti? Videtur ꝙ ſic,quia in obſequio filiorum debet eſſe,vt l.ſi in hoc.§.fi.ff.de cond.& dem.imo plus poſito,ꝙ eſſet alia,quam mater,puta amita, idem uideretur in recompenſationem laboris,vt l.Seio,ff.de annu.leg.& l. in reb. §.poſſunt.ff.commo.& l.idemq;.§.idem Labeo,ff.man.& ar. l.quoniam liberi.C.de teſti.Et idem ſi teſtator dixiſſet, relinquo vxorem meam dominam in domo.Idem ſi dixiſſet vſu-
2 fructuariam,non adiiciendo quarum rerum,quia †iſte terminus vſufructuariam,ita confuſus, non poteſt ſignificare niſi alimenta ratione omnimodæ incertitudinis, & vbi nulla nota demonſtrationis apponitur,minimum debetur,adeo ꝙ ſi non intelligeretur de alimentis, relictum eſſet quodammodo deluſorium,quia donando vſumfructum in palmo terræ hæres liberaretur,contra l.ſi domus.in prin.ff.de leg.1.& no. glo.ma.in l.legato generaliter.eo.tit. & ad prædicta vide Bal. in l.fi.C.de indi.vid.tol.& Ang.in l.proprietas fundi. ff.de vſu fruc.accreſc.

LIX. QVAERO.

AN mulier debeat ali infra annum ab hæredibus viri, vide ſupra 16.q.

SVMMARIVM.

1 *Teſtator ſi reliquerit uxori ſuæ alimenta, donec caſte uixerit, deinde legauit ei omnes pannos lanæ, an illa adiectio,donec caſte uixerit, uideatur repetita in legato pannorum.*
2 *Item,dictio in vno contextu ponitur copulatiue,ſed in diuerſis ſignificat ordinem uerborum, non copulam.*

LX. QVAERO.

1 QVid ſi teſtator †reliquerit vxori ſuæ alimenta,donec caſtè vixerit,deinde legauit ei omnes pannos lanæ & lini, an illa adiectio,donec caſtè vixerit, videatur repetita in legato pannorum.Bar.conſuluit ꝙ non, quia non recipit conditionem legatum pannorum,quod eſt vnicum,& ſtatim recepit plenariam præſtationem ſicut legatum alimentorum vel vſusfructus.Quod limitat Bal.in l.fi.C.de indi. vid.tol.verum ſi ſunt relicta ſeorſum in diuerſis partib. vel clauſulis teſtamenti, ſed vbi eſt vna oratio & vnum capitulum, tunc conditio repetita videtur,allegat l.in repetendis.ff.de leg.3.refert
2 ergo,vtrum in vno contextu vel pluribus: †nam in vno contextu dictio,item,ponitur copulatiuè, ſed in diuerſis ſignificat ordinem verborum, non copulam.aliud eſt enim coniũgere,aliud ordinare.l.quidam.ff.de penuleg.

SVMMARIVM.

1 *Vxor an ſit alenda a uiro in infirmitate,& quomodo conſtan. mat.*
2 *Vxor cuius expenſis debeat funerari.*

LXI. QVAERO.

1 AN vxor in †infirmitate ſit alenda, & quomodo conſtante matrimonio a viro ſuo? Iſtam q.mouet gl. Bar. Ang. & Imo.in l.ſi cum dotem,§.ſinautem in ſæuiſſimo,ff.ſo.mat. Iac.de Are.& Cy.in l.quod in vxorem,C de neg.geſt. & Are. in §.fuerat.Inſti.de actio.Et vltra ea quę dixi ſupra in illa q.an maritus teneatur alimentare vxorem vltra reditum dotis, nunc dico, ꝙ aut eſt talis infirmitas, quæ non prohibet eam eſſe in obſequio viri,& tunc tenetur eam alere,& curari facere,arg.ff.commo.l.in reb.§.poſſunt. cum ibi no. & in l. ſicut. ff.de oper. libe. aut talis ægritudo prohibet eam eſſe in ſeruitio viri,& tunc aut eſt dotata,& tunc vir tenetur facere expẽſas ſecundum quantitatem dotis,quod declara, vt dixi ſupra in prædicta q. Si vero non eſt dotata, tunc aut mulier habet, vnde poſſit facere ſe curari, & tunc maritus non tenetur de proprio expendere,& ideo ſi facit,dicitur naturali affectione feciſſe,& ideo nõ repetit,niſi fuerit proteſtatus. l.Neſennius. ff.de nego.geſt.l.quod in vxorem. aut habet aliunde, & tunc non tenetur maritus expenſas funeris facere: nam dicta impenſa eſt onus totius patrimonij ipſius mulieris, & pro rata, cui acquiritur,ſpectat onus funerandi mulierem,& ſi nihil habet,ſpectat ad patrem,& ſi patrem non habet, nec aliquid in bonis,tunc ſpectat ad virum propter dignitatem maritalem, vt eſt caſus in l.Neratius.cum multis legib.ſequentib.ff.de relig. & ſum. fu. Similiter videtur, ꝙ non teneatur eam alere maritus,ſed pater,vt l.ſi quis a liberis.§.ſi vel parens.ff.de lib. agn.& l.alimenta.C.de neg.geſt.Quod eſt verum,ſi fuit promiſſa dos,& non tradita, licet quidam contra, quod etiam ſi nulla fuit promiſſa dos, onus alimẽtornm ſpectet ad patrem. ſi autem mulier neminem habet,qui eam alere teneatur, tũc vir tenebitur eam alere,vt probat d.l. ꝙ ſi nulla. & ita procedat gl.in d.l.ſi cum dotem, §.ſinautem in ſæuiſſimo.

2 †Cuius autem expenſis debeat mulier funerari, ſatis colligitur reſponſio ex prædictis, videtamen pulchrum conſiliũ domini Signorolli, quod incipit, qa mortua eſt domina Catherina.& per Bal.in l.filiafam.ff.ſol mat. & in l. ſed ſi mundũ. cum l.ſequen.ff.de relig.& ſump.fune. Quid autem ſi mulier habeat dotem, & alia bona, de quibus debeat funerari. quidam dicunt, ꝙ de dote.Imo.in l.ſi filiafa.ſol.mat.tenet, ꝙ pro rata de omnibus bonis,quod no.

LXII. QVAERO.

VXor habitans ſeorſum a viro,an ſit alenda? Iac.de Are. Cy.Bal.& Saly.in l.quod in vxorem,C.de nego.geſt.diſtinguunt,aut hæc eſt culpa viri,& tenetur eam alere, vt l.1. C.de inſti.& ſubſti. aut eſt culpa vxoris, & non tenetur,ar.l.ſi ea.C.de cond.inſer.facit bonus tex.in.§.illud.in fi.in Authen. de non elig.ſecun.nuben.

SVMMARIVM.

1 *Bona uiri an ſint tacite obligata pro alimentis, ſicut pro dote.*
2 *Diſpoſitio l. Lucius .ff. de alimen. leg. an habeat locum in uſuris quæ petuntur.*

LXIII. QVAERO.

1 PRo alimentis, †an bona viri ſint tacitè obligata ſicut pro dote.Barto. ponit in ſuo tract. de alimentis, circa fin. & Are.in §.fuerat.Inſti.de actio.& Bar.in l. ſi cum dotem.§.ſinautem in ſæuiſſimo.ff.ſolu.matri.vbi refert Iac.de Are.tenere ꝙ ſic, per l.j.§. ſed vt plenius. ff. de rei vxor. actio. Nam ex

dote

dote debentur alimenta,vt d.§.finautem.§.vsuræ. quandoq; debentur ex pecunia, arg. C. de iure dot. l. pro oneribus. sed res obligatæ pro sorte sunt obligatæ pro usuris,vt l. Lucius. ff. qui pot. in pig. hab. ergo ea quæ sunt obligata pro dote, erunt etiam obligata pro alimentis, facit l. Lucius. ff. de ali. & cib. leg. & l. Caius. cum sua glo. ff. de annu. leg. & in hanc partem videtur inclinare. Bar. licet referat Gui. de Suz. & Iac. Ruffi. determinasse contrarium. Et pro opin. Barto. facit optime text. in l. 2. ff. de ali. & cib. leg. vbi, quando legantur alimenta pro aliqua re, dicitur tacite pro illis alimentis res ipsa obligata. Idem tenet Pau. in suo consil. 80. vbi limitat illud verum in alimentis, quæ petuntur constante matrimonio, sed in his quæ petūtur eo soluto, dicit se non reperire a Doct. tactum, & relinquit indecisum. Alij dicunt idem eadem ratione, & forte maiore in alimentis debitis sol. ma. & de maioritate rationis constat, quia quando constante matrimonio petūtur, non dicuntur accessorie peti, cum nōdum nata sit actio principalis. s. de dote, vt l. sed si alia. ff. de bo. dam. l. 2. in princ. ff. de do. præle. sed quando petuntur sol. mat. tunc dicuntur accessorie peti, quia tunc est nata actio de dote, & sic militat ratio d. l. Lucius. item quando constāte matrimonio petuntur, nō veniunt iure actionis, nec officio iudicis mercenario, sed nobili, vt no. Bal. & Raph. in l. si marito. § fin. ff. sol. mat. officium aūt mercenarium deseruit actioni intentatæ. l. 4. C. depo. no. Bar. in l. 2. ff. de iurisd. om. iud. Sed adde, quod contra istud tenet ipsemet Bart. cum quadam tamen modificatione in d. l. Lucius. ff. de alim. leg. & Io. And. in addi. Specu. in tit. de do. inter vir. §. 1. vers. sed nunquid bona viri. & Imo. in d. l. cum dotem. §. item pater. & in l. si marito. §. fi. ff. solu. mat. & Ro. in d. l. si cum dotem. §. finautem. alleg. text. in l. assiduis. in fi. ibi, dotem tantum. C. qui pot. in pig. hab. Secundo, quia non reperitur iure cautum inter casus enumeratos in tit. ff. & C. qui po. in pig. hab. standum est ergo regulæ. Tertio, quia cum specialiter pro dote introducta sit tacita hypotheca per d. §. sed vt plenius, & nihil dicitur de alimentis, ergo si illud voluisset, quare non expressisset. l. 1. §. finautem ad deficiētis. C. de cad. tol. Fallit tamen hæc opin. secundum Bart. in d. l. Lucius, quā do aliqua res esset specialiter designata vxori pro alimentis, per d. l. 2. ff. de ali. & cib. leg. Nec ob. tex. in d. l. Lucius. qui pot. in pig. hab. quia ibi vsuræ petuntur eadem actione, qua etiā sors petebatur, pro qua pignora erant obligata, secus in casu
2 nostro secundum Rom. & sic vult, quod† d. l. Lucius. non habeat locum in vsuris, quæ petuntur officio iudicis tantum. Sed nescio, quid velit Rom. quia aut vsuræ fuerunt promissæ, & tūc sicut stip. producit actionē pro sorte, ita etiam pro vsuris, & tot erunt stipulationes, quot res. l. scire debemus. ff. de verb. obli. Aut vsuræ non fuerunt promissæ, & tūc non veniunt iure actionis, sed solo iudicis officio mercenario, vt l. 4. C. depo. modo sic. sicut fideiussor simpliciter intercedens obligatur pro sorte, & vsuris venientibus solo officio iudicis, vt est glo. ord. & no. in l. quęro. in princ. ff. loca. & probatur in l. si postea. ff. rem pupil. fal. fo. quare non idem videtur eadem ratione in pignore & hypotheca. Ideo videtur mihi, ꝙ male loquatur Ro. in puncto iuris verior videtur prima opin. p dictā l. Lucius. iuncto illo argumento. Sustineri tamē posset opin. Ioan. & sequacium, licet non sit in totum tuta, respondendo ad d. l. Lucius, quod illud verū, qñ simpliciter debitor creditori bona sua hypothecauit, secus si expresse & specifice obligauit pro sorte, quia tunc nō diceret obligata pro vsuris, sicut in simili videmus in fideiubente expresse pro sorte, quia non extenditur ad vsuras, vt no. glo. & omnes in d. l. quæ ro. sed sic est, quod iura expresse dicunt, bona viri tacite hypothecata pro dote. d. §. sed vt plenius. & d. l. assiduis. ergo non extenditur ad alimēta. Et quod ista fuerit ratio d. l. Lucius. voluit Cy. expresse in l. in pignorib. C. de vsu. Secundo sustineri potest opin. Ioan. And. respondēdo aliter ad d. l. Lucius. quia ibi loquitur, quando vsuræ, pro quibus dicuntur bona esse hypothecata, veniebant omnino accessorie, videlicet officio. iudic. mercenario, adeo quod extincto principali extingueretur accessorium. Sed in casu nostro nō sunt accessoria alimenta ad dotem, sicut vsuræ ad sortem, quia videmus, quod antequā nata sit actio de dote, peti pñt alimenta, vt supra fuit conclusum. Item quia soluto matr. peti possunt, antequam dos petatur, vt habetur per Mod. in l. diuortio. in prin. ff. soluto ma. & dixi supra in 17. q. ergo &c.

LXIIII. QVAERO.

ALimenta cum dote relicta, an debeant commensurari? Ro. in suis sing. notab. 472. tenet quod sic per casum quem dicit non esse alibi secundum lect. ibi approbatam in l. cum vnus. §. alimentis ff. de alim. & cib. leg.

LXV. QVAERO.

ANmaritus teneatur soluere condēnationem factam p vxore? Dic quod non de iure communi, vt in toto titu. C. ne vx. pro mari. licet quidam contra de æquitate, quæ æquitas mihi non placet, quia immo est iniquitas: nihil est enim iniquius, quam quod vnus teneatur ex facto alterius. l. 1. ff. si pars hære. pet. & ibi glo. & sic pęna suos teneat authores. l. sancimus. C. de pę. & in toto tit. C. vt nullus pro debito alieno grauetur. lib. 11. & ita dicit fuisse determinatū Alb. de Ros. in j. par. statutorū. q. 48. de hoc tetigi supra §. proxi. inter priuilegia dotis, dicā etiam infra prox. §. in materia, quando dos publicetur.

LXVI. QVAERO.

ANvir teneatur prosequi seruos dotales fugitiuos suis sumptibus? Doct. in l. si filio. §. qui dotaliū. ff. solu. mat. tenent quod sic, si culpa viri sunt fugitiui.

SVMMARIVM.

1 *Mora mulieris in dote recipienda, in quo releuet maritum. & nu. 2.*

LXVII. QVAERO.

1 MOra mulieris † in dote recipienda in quo releuet maritum? Dic, ꝙ facit maritum teneri de dolo duntaxat, vt est tex. in l. si mora. ff. sol. ma. Nec ob. tex. in l. si filio. §. maritum & in l. si constante, §. maritus, eo. tit. vbi innuit, ꝙ etiam alias sine mora maritus teneatur de dolo tantum, quia resp. ꝙ imo quando mulier non est in mora, maritus tenetur de dolo, lata culpa & leui, vt l. etiam, §. 1. ff. sol. mat. & no. in l. in rebus, C. de iure do. & in l. Pompo. ff. de pac. do. Et ita debet sup
2 pleri ad leges contrarias. Et sic sequitur, ꝙ † propter moram mulieris maritus excusatur a leui culpa, & hoc inducit dicta l. si mora. Item si ex qualitate obligationis maritus obligatus fuisset de leuissima culpa, vt quando in dotem venisset quantitas, certè propter moram ipsius mulieris maritus esset liberatus a casū fortuito, l. qui decem, in prin. ff. de solu. Adde, ꝙ mora mulieris releuat maritū in alio, quia vbi alias ante moram mulieris vir tenebatur etiam de fructibus percipiendis ex natura ipsius contractus. l. videamus. in prin. ff. de vsur. nūc vero tenetur tantum de perceptis, d. l. si mora. in fi. & infra proxi. quæst.

SVMMARIVM.

1 *Maritus an lucretur fructus perceptos negligentia vxoris nolentis recipere rem dotalem sol. mat.*

2 *Fructus per venditorem percepti negligentia emptoris ex re debita emptori debent ei restitui.*

LXVIII. QVAERO.

1 ANmaritus † lucretur fructus perceptos negligentia vxoris nolentis recipere rē dotalem solu. mat. Bar. & cōiter Doc. in l. si mora, ff. so. ma. tenent, ꝙ nō p illū tex. non ob. l. mulier, §. si hæres, ff. ad Treb. qa ſm Iac. de Are. hæ erant res proprię mulieris; quia so. ma. res dotales sunt mulieris, vt l. in reb. C. de iu. do. sed in ꝫrio erat res alij debita, quæ tñ nō erat propria, nec unq̃ fuerat eius, cui debebatur, sed hæc solutio non placet Bar. qa innuit, ꝙ secundū iura Digestorū so. ma. retraheret dñium rei dotalis in mulierē, qđ non est verū secundū eū, de quo dixi s. prox. vnde aliter soluit Bar. ꝙ in l. ꝫria attenditur, ꝙ ibi res, q̃ erat debita, nunq̃ fuit agentis, vel alterius, q dederit pro eo, sed hæc res dotalis qñq; fuit ipsius mulieris, licet nunc sol. ma. nō sit verū dicere, ꝙ transeat dñium in ipsā mulierē de iure Digestorū, vt dicebat Iac. & facit in ar. l. videamus, §. si actionē, ff. đ vsu. Adde, ꝙ idē, qđ Bar. hic tenet Raph. in l. de diuisione, ff. so. ma. Sed ꝫ primū membrū dictę solutionis vr casus in l. venditor, ver. quēadmodū, ff. de hær. vel ac. vē.
2 † vbi fructus p venditorē percepti negligentia emptoris ex re debita emptori debent ei restitui, licet a venditore seminati fuerunt, quia licet si venditor nō coluisset fundū, & sic fructus non percepisset, non teneretur de fructib. qui percipi potuerunt, tñ quando coluit & percepit, tenetur vt ibi, & tamē ibi loquitur in re debita, quæ nunquam fuerat emptoris.

Vnde Bal. ibi in reportatis antiquis rñdet alr, ꝙ in re debita ex cā lucratiua, pcedit opin. Bar. secus aūt si ex cā onerosa, qa tunc procedit d. ver. quēadmodū. pro quo facit l. fructus. C. de ac. emp. licet Bar. & Saly. ibi illū intelligant, qñ tpe venditionis fructus erant a vēditore seminati, & post ꝫctū percepti, secus si post ꝫctū fuissent seminati & percepti nulla mora facta emptori, quia tūc non essent restituendi secundū eos Ta-

Source : BIU Cujas

men ego considero, ꝙ hoc videtur contra tex. in d. l. venditor ex hæreditate. Quidam respondent, ꝙ ibi fructus erant pendentes tempore venditionis, sed istud est diuinare, quia hoc nullo pacto colligitur ex d.l.venditor. tamen cõtra Bar. cum dicta limitatione Bal. de qua supra dixi, arguitur de eo, quod no. gl. in l.de diuisione. ff. soluto matrimo. vbi fructus percepti a muliere ex dote debita marito recusanti accipere dotem oblatam non sunt ei restituendi,& tamen ibi dos erat debita ex causa onerosa,contra distinctionem Bal. Et si dixeris, ꝙ in d.l. venditor ex hæreditate. fructus erant pendentes tempore vẽditionis,secus in d.l.de diuisione. cum gl. & ideo in d.ver. quemadmodum . videntur fructus venditi, sicut & fundus.l.Iulia.§ si fructus.de actiõ.emp. Videtur mihi, quod sit magna diuinatio, quod magis fructus essent pendentes in d.l.venditor.quam in d.l.de diuisione. Vnde forte posset dici ꝙ opi.Bar.in puncto iuris non sit vera;quia terribiliter ei ob. d.versi.quemadmodum.

SVMMARIVM.

1 *Maritus si neglexerit colere fundum ante moram mulieris,an teneatur ipsi mulieris de fructibus, quos percipere potuerat.*
2 *Negligere culturam dicitur esse leuis culpa.*

LXIX. QVAERO.

1 QVid si maritus † neglexit colere fundum ante moram mulieris, an teneatur ipsi mulieri de fructibus quos ꝓcipere potuit. Tex innuit ꝙ sic,in l.si mora.ff.sol.ma. In contrarium videtur tex.in l. venditor ex hæreditate, ff. de hære.vel ac.ven.Bar.soluit,ꝙ ibi loquitur in re debita agnati, quæ nunquam fuit sua, sed hic in re debita vxori, quæ fuit sua. Adde, ꝙ cum Bar. transeunt communiter Doc. quidam dicunt,ꝙ Bar.malè ponderauit tex.in d. l.venditor ex hæreditate.in versic.nisi culpa.vnde dicunt, aut negligentia cadit in culpam,& tunc venditor tenetur: aut non cadit in culpam, & tunc secus. Hic dicunt, ꝙ aut venditor dederat licentiam emptori ingrediendi fundum propria authoritate, & tunc si venditor negligit culturam fundi,non tenetur, sed si talem licentiam non dedit,debet fundum colere,alias tenetur de negligentia per d.versi.nisi culpa. Adde primo,ꝙ hic videtur eẽ truffa,& videtur referre,an dederit prædictam licentiam, vel non,quia omnino si emptor voluisset,potuisset illam petere, & consequi inuito venditore secundum Bal. in l. si traditio,
2 C.de actio.emp. Præterea contra prædicta facit, quia † negligere culturam dicitur esse leuis culpa per d.l.si mora.inducendo sic, nam cum ibi ideo maritus exoneratur a cultura fundi,quia illum obtulit mulieri recusanti;ergo innuit, ꝙ fuisset obligatus colere, si non obtulisset, & certum est, ꝙ maritus non tenetur de leuissima culpa in negligendo:ergo apparet, ꝙ est leuis,& non leuissima. sed si verè esset sententia prædictorum, debuisset venditor teneri in d. l. venditor ex hæreditate.quia neglexit colere fundum,& sic fuit in culpa,cuius tamen contrarium fatentur ipsi:ergo &c. Non ob.d.ver.nisi culpa.quia intelligitur de negligentia commissa circa substantiã rei,non autem circa fructus,& ita firmat Bal.Ang.& Imo. in l.si seruum.in prin.ff.de ver.ob.& idem sentit vna gl. parua in d.ver.quemadmodum. dicunt hoc esse casum in d. l.si seruũ. in quantum ibi dicitur de eo,qui non curauit seruum ægrũ. Hinc dicunt,ꝙ tex.in d. l. venditor.dum dicit, non teneri de negligentia circa fructus commissa, non procedit, quando fructus erant pendentes,& passus est eos corrumpi, quia tũc dicitur culpam commisisse circa substantiam rei, cum tales fructus sint pars rei .l.fructus pendentes. ff. de rei vend.cum si.quod tene menti.

SVMMARIVM.

1 *Mulier quomodo constituatur in mora recipiendi dotem.*
2 *Obligatio uerbalis sufficit quo ad impediendam irretractabilem uenditionem pignoris.*

LXX. QVAERO.

1 MVlier quomodo † constituatur in mora recipiendi dotem. Glo. in l. si mora.ff. sol.mat. dicit, quod res fuit oblata,vel etiam consignata quãdo erat talis res,quę poterat consignari,vide Bar.ibi. Et adde secundum Ange.quod regulariter vbi requiritur oblatio,non sufficit verbalis,sed requiritur realis, vt l.qui x.§.idem respondit.ff.de sol.& l. seruus si hæredi.in fi. ff. de sta.libe.no.Bar.in l.prætor.§.si quis paratus. ff.de ope.no.nun. Facit,quia vbi opus est facto,verba non sufficiunt.c.postoralis.de offic.or. & ibi no.glo.Fallit, vbi oblatio re ipsa nõ potest fieri vt de re immobili: quia tunc sufficit verbalis oblatio secundum glos. in d.l.si mora.& idem tenet ibi Bal. & Ange. tamen hoc signanter limitat Bal. in l. acceptã.in 1.q.C.de vsu.esse verum, si verbaliter offerens rem immobilem illam habeat solutioni paratam, alias secus, allegat no.in simili per Dy.in regula,peccatum.de regu.iuris in.6.vbi si fęnerator offerat soluere,seu restituere vsuras, quas extorsit, puta Titio, non liberatur a peccato, licet dicat Titius, ꝙ sibi illas remittit,nisi fęnerator habebat pecuniam restitutionis paratam.
2 Adde etiam vnum casum singularem,† quod sufficit oblatio verbalis, quo ad impediendam irretractabilem venditionem pignoris,vt l.fundus,qui Lucii Titii.de rescin.ven.& vide Imo.in d.l.si mora.vbi ponit plures alias fallẽtias. de quib. etiam aliquid dixi infra d.l.prætor.§. si quis paratus.

SVMMARIVM.

1 *Maritus si commisit culpam leuissimam in faciendo circa rem dotalem post oblationem factam sol.mat. an teneatur mulieri.*

LXXI. QVAERO.

1 SI maritus † commisit culpam leuissimam in faciendo circa rem dotalem post oblationẽ factam sol. mat. an teneatur mulieri,& qua actione? Glo.in d.l.si mora.ff.sol.mat.dicit, quod tenetur l. Aquilia,vt l.in l. Aquilia. ff. ad l. Aquil.quod intelligebat Petrus,si vir fuit in mora,alias non tenetur de leuissima culpa. Bart dicit, quod glo. indubitanter est uera secundum iura. C. de quo iure dominium dotale sol. mat. est mulieris.l.in rebus.C. de iure dot.& ideo maritus tenetur de leuissima culpa actione legis Aquilię. Non tamen intelligas, quod leuissima culpa veniat in actione de dote. Culpa vero leuissima in non faciendo, nec in actione de dote, nec legis Aquiliæ venit, sed secundum iura fforum, secundum quæ non transfertur dominium in mulierem ipso iure sol. matri. tunc non datur actio de dote contra virum pro leuissima culpa,nec actio legis Aquiliæ,quia domina.

Et prædictis debes notare,ꝙ in omnibus contractibus, in quibus quis tenetur de dolo & lata culpa,tenebitur etiam de leuissima in faciendo commissa,per gl. in d l. si mora. iuncto tex.quam ad hoc ponderauit Barto.in l. quod Nerua. in 12. col.in ver.item quæro,vtrum culpa leuissima.ff.de positi.qui communiter habetur ibi corruptus,quia dum allegat ibi glo. in l.si constante.in verbo,ne facto.voluit allegare glo.in d.l.si mora.& ista pars videtur verior, licet quidam referant & intelligant pro Bar.in d.l.quod Nerua. quæ dicit,quod pro culpa leuissima in faciendo commissa detur actio ex illo contractu,dum Bar.allegat l.in rebus.§.finautem. ff. commoda.qui text.loquitur in actione ex commodato. & ideo reprehẽdũt Barto. quia in contractu gratia vtriusque celebrato iura dicunt,non teneri ex leuissima culpa, nec distinguũt inter culpam leuissimam in faciendo,& in negligendo,cum dicant de leui solum teneri,allegant l.quæcunque. §. fin.cum seq. ff. ad leg. Aquil.ibi dum tex.dicit,an ex locato,nam alias frustra dubitasset ibi Iurisconsultus,an ex locato &c. Sed aduerte,quia ista fuerunt verba Bal.in l.pignus.in 10.col.C.de pig.ac.& Sal. in l.nulla.in fi.eod.tit. Tamen mihi videtur, quod Bart. in d.l. si mora. ponderose loquatur, dum ibi dicit, quod pro leuissima culpa datur actio legis Aquiliæ tantum, non autem ex eo contractu,& hoc clarissime aperit ipse, dum dicit,non dico actione de dote &c.& ẽ hoc vtile scire,an agi possit actione ex eo contractu, vel legis Aquiliæ propter naturam contractuum bonæfidei, qui sunt fauorabiliores. & ideo tenẽti. Et adde,quod cum glo. in d. l. si mora.concordat Imo. in cap.1.in 10.col. extra, de commo. & Bal.in l.acceptam. in 6.q.C.de vsur.& in l.1.in prin. ff.de eo per quem fac.est.

SVMMARIVM.

1 *Vxor an habeat actionem legis Aquiliæ contra maritum pro leuissima culpa commissa in faciendo circa res dotales post solutum matrimonium.*

LXXII. QVAERO.

1 AN vxor habeat † actionem legis Aquiliæ contra maritum pro leuissima culpa cõmissa in faciendo circa res dotales post sol.ma.Bar.in l si mora.ff. sol.mat. & retuli supra in præcedenti q.tenet, quod de iure Digestorum non possit dari actio l. Aquiliæ vxori. Adde quod Imo.& Moder. ibi tenent contrarium, dato quod in vxorem non intelligatur re-

transla-

Source : BIU Cujas

translatum dominium,allegant,ꝙ ista actio datur non solum ei,qui est vere dominns,iuxta l.item Mela.§.fi.ff.ad leg.Aqui. sed etiam ei, qui vere non est dominus , datur vtilis actio l. Aquiliæ per l.sed si proprietarius.eo ti.Posset tamen responderi,quod ideo ibi datur vtilis actio vsufructuario, quia vsus fructus dicitur esse pars dominij,vt habetur in l 4 ff.de vsufr. & in l.qui vsumfructum,ff.de verbo.oblig Sed mulier secundum iura fforum solum habet actionem personalem ex stipulatu ad dotem, non autem dicebatur aliquo modo domina rei dotalis,ergo &c.Sed hodie cessat huiusmodi ratio per d. l.in rebus. C.de iu. do. quia potest mulier agere rei ven. ergo & actio l.Aquiliæ quidem competit ꝓp culpam leuē, vel etiã leuissimam in faciendo commissam per tex.in d.l.in le. Aquilia.An autem sit verum,ꝙ actio legis Aquiliæ detur ex leuissima culpa in faciendo commissa.vide in l.qui bona,§.cum inter.& ibi per Doct.ff.de dam.infec.

SVMMARIVM.

1 *Maritus si committit leuissimam culpam in rebus dotalibus constan.matr. qualiter teneatur.*

LXXIII. QVAERO.

1 SI maritus†committit leuissimam culpam in rebus dotalibus constante matrimonio,qualiter teneatur?Glo.in l.ēt. §.1.ff.sol.mat.dicit,ꝙ maritus tenetur etiam de leuissima culpa,quando in suis rebus maritus erat diligentissimus,ita etiã dixit gl.in l.in rebus,ff.commo.alias stamus regulę,ex quo cõtractus est celebratus gratia vtriusque,tenetur solum de dolo,lata culpa & leui.l.si vt certo.§.nunc videndum, ff.comm. Et non mireris, quia quando maritus in suis est diligentissimus,nedum dicitur esse in culpa leui , vel leuissima circa res dotales, sed etiam dicitur esse in fraude, & in dolo præsumpto,vt est glo.no.in l.quod Nerua.in ver. his, ff. depo. quam declara & limita & pulchre per Bar. ibi in quarta , & quinta oppositione.

SVMMARIVM.

1 *Pactum,quod maritus non teneatur præstare illam diligentiam in rebus dotalibus,quam præstat in suis,an valeat.*

LXXIIII. QVAERO.

1 AN pactum,†ꝙ maritus non teneatur præstare illam diligentiam in rebus dotalibus,quam præstat in suis? Gl.in l.etiam.§.licet,ff.sol.ma.dum allegat l.Pomp.ff.de pac.do. sentit,ꝙ non.In contrarium videtur tex.in l.contractus. ff. de regu.iu.& no.glos.in l.j.§.si conueniat,ff.depositi. vbi culpa remitti potest. Puto sic dicendum , quod aut fuit factum constante matrimo . & tunc non valet , quia non potest mulier conditionem dotis facere deteriorem. l. licet. & l. Attilicinius,ff.de pact.dota.& ita intelligatur gl.in d.§.licet. Sed si soluto matrimonio paciscereturꝰ bene valeret , iuribus præallegatis,& facit l.ob res. ff. de pact. dot. & sentit glos.in dicta l. Pomponius.

SVMMARIVM.

1 *Seruitus an amittatur propter negligentiam uiri in non utendo seruitute debita prædio dotali.*

LXXV. QVAERO.

1 AN propter†negligentiam viri in non vtendo seruitute debita prędio dotali amittatur seruitus?Gl.sentit quod sic in l.si filiosa.§. maritus. ff.sol.matrim.& hoc sequitur Bar. ibi.Nec ob. ꝙ maritus nõ potest alienare seruitutem prædio dotali debita,vt l.lex Iulia.ff.de fun. do. quia respondeꝰ quod illud est verum paciscendo sed non vtendo sic,vt in d.glo. & in l.si maritus.ff.de fun. dot. ar. eius quod no.in l. longe. ff.de diuer.& tempo.præscr.Idem tenet gl.in l.3.§. fi.in ver. remittit.ff.de re.eo.Sed Iac.de Are.tenuit contrarium, & sequitur Ang.& Rom.in d.l.si filiofamil.§.maritus. allegant tex. in l. si fundum,ff.de fun. do.vbi sicut in dote prohibetur alienatio, ita & præscriptio inchoata post dotem institutam, & istud videtur verius, pro quo optime facit tex. in l. alienationis . in ver.eum quem. ff.de verbor.significat.Secus ergo si esset inchoata ante dotem constitutam,per tex.in d.l.si fundum.qui non est alibi. Et licet Pau. respondeat ad illum tex. quod illud est verum quantum ad prohibitionem legis Iuliæ de fundo dotali,tamen hæc responsio violat literam.d.l.si fundum. iuncta l. neque. de fun. dot. per quæ iura satis patet responsum ad rationes Dy.& sequacium.prædicta limita vera in seruitute prædiali.

LXXVI. QVAERO.

QVid in seruitute personali,puta vsufructus,an negligentia mariti possit inducere amissionem illius seruitutis? Tex.est quod non in l. cum in fundo. §. ꝙ si mulier. ver.ꝙ si aliena,ff.de iu.do licet secus in prædiali, vt supra proxi.q.Ratio differentiæ est, quia seruitus prædialis inhæret fundo,cui est debita.l.qui aliena,§.fi.cum concor. ibi alleg. ff. de neg.ge.& l.Iulia.respicit alienationem fundi & iurium inhærentium fundo.l.Iulia.cum sequ.secus in seruitute personali, quia cum personæ inhæreat,merito personæ negligētia amittitur.Et isto casu verificetur gl.in d.l.3.in ver.remitti. ff.de re. eo.& opi.Dy.& sequacium,pro quibus facit tex.in d.l.3.coniuncta glo.in ver.instaurari.vbi volunt illæ glo.ꝙ res minoris non possunt alienari per negligentiam , sed seruitus personalis minori debita, sic : patet, quia dicit tex. instaurari debere propter minorem ætatem,ergo innuit,ꝙ erat amissa.

SVMMARIVM.

2 *Pater mulieris qui promisit dotem , si erat soluendo, an imputetur marito , qui non exigit, si postea pater efficitur non soluendo.*

LXXVII. QVAERO.

1 SI pater mulieris † qui promisit dotem , erat soluendo , an imputet marito, si non exegit dotem , si postea factus est non soluendo.Vide Bar.& alios in l.nupta §.1.ff.sol.mat.& in l.Lucius.eo.ti.& vide bo.tex.in l.cum in fundo §.j. ff. de iure do.& vide tex.magistralem in l.si extraneus,& in l.promitten do eo.ti.Et videtur, ꝙ quando pater sine magno incommodo suo non potuisset soluere , ꝙ tunc si maritus non exegit, non potest dici fuisse in culpa,sed si pater erat soluendo,& postea effectus sit non soluendo,& interim neglexit maritus exigere,tenetur de tali culpa per tex.in d.l.nupta. §. 1 inquantū dicere videtur a contrario sensu , ꝙ exceptis casibus ibi enumeratis tenetur maritus,licet forte non debeat sumi ar.a contrario sensu,quia resultaret contrarius intellectus dictæ l.si extraneus.& ita tenet Raph.in d.l.nupta.§.j.pro quo facit tex. iuncta gl.in l.si marito.in ver. exegerit.ff.solu.matrimo. dum allegat d.l. si extraneus.

LXXVIII. QVAERO.

SI maritus remisit dotem socero per pactum,an soluto matrimonio poterit maritus ad illam cõueniri.vide per Bar. & alios in l.si marito.ff.sol.ma.

SVMMARIVM.

1 *Nomen debitori si sit datum in dotem, an maritus teneatur de periculo,si efficiatur non soluendo.*

2 *Mulier si dicat viro , do tibi istud nomen in dotem pro decem , an uideatur dedisse illud æstimatum.*

LXXIX. QVAERO.

1 SI nomen†debitoris sit in dotem datum,an maritus teneatur de periculo , puta si efficiatur non soluendo . Tex. videtur quod non,si culpa sibi imputari non potest,vt in l Mę uia.in princip.ff.solu. matrim. Quod limita verum , nisi fuerit datum in dotem æstimatum : quia tunc periculum esset viri,vt l.si nomen.ff.de hære.vel act. vend. Sed si nomen debitoris delegaretur viro, tunc aut loqueris de periculo subsistentis inopiæ tempore delegationis , & distinguitur , aut fuit sciens,aut ignorans.l.promittendo.§.si debitorem. ff. de iure dot. aut quæritur de periculo subsistente inopiæ, &
2 periculum est uiri.l. pupillum. §.2.ff.de sol. † quid si mulier dicit uiro , do tibi istud nomen in dotem pro 10. an uideatur dedisse illud æstimatum. Bal.post Iaco.de Are.in d.l. Mæuia. ff.sol. matr. tenet quod sic, quod est notandum secundum Imo.ibi.

LXXX. QVAERO.

SI propter damnum, vel delictum viri res dotales pereant,vel deteriorentur,an vir ipse teneatur.Alber.de Rosa. in secun-

Source : BIU Cujas

in ſecunda parte ſtatutorum, q. 61. tenet ꝙ ſic, per l. in his. ff. ſol. ma. dixi ſupra in §. 1. vide in prox. quæſt.

SVMMARIVM.

1 *Damnum datum in re dotali ab inimicis viri, an præſumatur datum culpa ipſius mariti.*

LXXXI. QVAERO.

1 AN damnum † datum in re dotali ab inimicis viri præſumatur datum culpa ipſius mariti, & quid ſi talis inimicitia erat cauſata abſque ſua culpa. Bar. in l. in his. ff. ſolu. matri. indiſtinctè concludit ꝙ ſic, pro quo allego gl. in l. ſi merces. §. culpæ. ff. loc. Bal. in d. l. in his. dicit, ꝙ ſi eſt inimicitia publica, iſta annumeratur caſui fortuito, per l. ſi merces. § vis maior. & l. item quæritur. §. ſi exercitu. eo. ti. ſed ſi eſt priuata inimicitia, ita demum annumeratur culpæ, ſi propter culpam cauſata eſt illa inimicitia, alias ſecus, quia tunc eſſet contra omnem naturalem æquitatem, ꝙ aſcriberetur culpæ, & ſic dicit tenere Cy. in l. ſi de fundo, ff. loca. vnde tunc aſcribitur caſui fortuito ſecundum eum, & ſimiliter dicit, ꝙ quando ex facto præambulo creatur inimicitia, tunc inimicitia illa ſequens non ponderatur ipſo actu præambulo, vt probatur in c. cum P. Manconella. de accuſa. & in authen. ſi dicatur, C. de teſtib. in quibus patet, ꝙ accuſans alium de crimine, vel teſtificans cõtra eum in cauſa criminali, propter id efficitur ſuus inimicus, non tamen repellitur ab illo teſtimonio, vel ab illa accuſatione, ſed bene repelletur ab alio teſtimonio poſtea referendo, & ſic ex prædictis patet, ꝙ Bal. poſt Cy. contradicit Bar. Potes dicere, ꝙ dictum Bar. ſit verius, quia licet regulariter ſine culpa quis non puniatur, verum eſt niſi ſubſit cauſa, vt in regula, ſine culpa. de reg. iu & in c. fi. cum ibi no. extra de conſt. quæ cauſa videtur hic eſſe, ex quo propter odium alterius mulier recipit hoc damnum, vel poſſe diceres, ꝙ aut iſte ſciebat ſe habere inimicitiam, licet abſque culpa ſua, & non faciebat cuſtodiã, ac ſi non habuiſſet inimicitiam, & tunc procedat opi. Bar. quia videtur eſſe in culpa non faciendo diligentiorem cuſtodiam propter inimicitiam, & prout communiter quilibet diligẽs ſciens ſe habere inimicitiam feciſſet, alias ſi adhibuiſſet diligentem cuſtodiam, tunc videtur, ꝙ non teneatur, & ita procedat opi. Cy. & hæc diſtinctio ſatis videtur de mente gl. in d. §. culpæ.

LXXXII. QVAERO.

AN maritus, qui in ſuis eſt diligentiſſimus, & nõ ita in dotalibus, ADDITIO [In dotalib. Maritus, qui maiori vtitur diligentia in rebus propriis, quam in dotalib. videtur eſſe in dolo, vel culpa, ſed quomodo & quãdo] ſit in dolo, vel culpa. Bar. conſuluit in conſilio incip. quædam mulier, ꝙ dicitur eſſe in dolo, & idem ſentit Saly. in l. quæ fortuitis. C. de pign. act. quicquid dixerit Bal. in l. pignus. in 15. col eo. ti. dum alle. tex. in l. hæredes, §. non tantum. ff. fa. erc. Sed poteſt reſponderi, ꝙ illud procedit in re cõmuni, in qua fuit tantum diligens, licet in aliis propriis fuerit diligentiſſimus, quia verũ eſt, tunc non teneri de leuiſſima culpa, quoniam conſtat etiam pro ea parte, qua irreuocabiliter erat præſens, eum fuiſſe diligentem tantum, non autem diligentiſſimum. Et per hoc poteſt decidi quæſtio, quam tangit Bal. in d. l. pignus. in 6. col. in ver. ſed iuxta hoc quæritur &c.

SVMMARIVM.

1 *Mulier ſi repudiauit uirum ſine cauſa, an perdat dotem.*
2 *Mors ſola poteſt ſeparare, quos Deus coniunxit.*

LXXXIII. QVAERO.

1 SI mulier † repudiauit virum ſine cauſa, an perdat dotem, & an fauor ſit iuſta cauſa repudij. Tex. in l. ſi cum dotem. §. ſi maritus, ff. ſol. ma. dicit, ꝙ propter furorem non fit diuortium, niſi ſit furor intolerabilis.

Quidam dicunt, ꝙ furor nullo modo ſit iuſta cauſa diuertendi, quia non probatur. Sed Cy. & communiter alij in l. conſenſu, C. de repu. ponderant, ꝙ ſit expreſſum, dum dicitur, vel
2 qualitercunque vitæ coniugis inſidietur. † Sed de iure canonico ſola mors ſeparat, quos Deus coniunxit, facit, quod habetur in c. 2. de coniu. lepro. & in c. 2. de transla. præla. & in c. dicat aliquis 32. q. 4. Et quis ſit modus probandi furorem, vide Imo. & Mod. in d. §. ſi maritus. de quo in clem. j. de hom. & ibi pulchrè per Pet. de Anch. & per eundem in ſuo conſil. 5. Et aduerte, quia non ſufficeret probare, ꝙ aliquis feciſſet aliquem actum furoris, vel ſtultitiæ, puta quod proiecit lapides, ſed capitulandum eſt, ꝙ non calore iracundiæ, ſed ſine cauſa more inſanorum, & ex conſuetudine lapides proiecit, nam & quandoque ſapientes lapides proiiciunt, vt pro tuitione corporis ſui, vel cauſa ſolatij ſecundum Bal. in §. item furioſi. Inſti. quibus non eſt permiſ. fa. te. Et adde, ꝙ probatur quis furioſus ex eo, ꝙ vadit ridendo per vias, vel in eccleſia, vt eſt tex. in l. ob quæ vitia, ff. de ædil. edi. Item probatur quis furioſus ex eo, ꝙ habet memoriam inordinatam, quia vnum dicit modo, hinc ad modicum dicit oppoſitum, vt patet in c. filij. de hær. in 6. & de materia vide plura per gl. 46. q. 2. Gonſaldus. & no. 93. di. c. legimus. & no. glo. di. 66. c. 1. An autem iura loquentia in furioſo habeant locum in mentecapto: in quo differunt mentecaptus, ſtultus, inſanus, & furioſus, vide Ang. & Imo. in l. ex facto. ff. de vulg. & pup. Bar. & Bal. in l. ſi furioſi. C. de nup. & in l. 2. C. de cur. furi. & in l. ſed & milites. §. iam aũt. ff. de excuſ. tuto. vbi videntur dicere, ꝙ multum verboſus dicitur mentecaptus.

LXXXIIII. QVAERO.

QVid ſi videbatur furor ſine ſpe ſalutis & factum fuit diuortium, ADDIT. [Furor an ſit iuſta cauſa repudij. Et quid ſi furor videatur ſine ſpe ſalutis & fiat diuortiũ, nunquid ſi vir poſtea ſanetur, diuortium habeatur pro infecto: ſaltem ad hoc vt vxor excuſetur ab amiſſione dotis.] an ſi vir ſit ſanatus, diuortium habeatur pro infecto, ſaltem ad hoc, vt vxor excuſetur ab amiſſione dotis? Bar. in l. ſi cum dotem, §. ſi maritus, ff. ſol. matrim. ſentit ꝙ non, ſecundum Pau. ibi, dum infert Bar. ꝙ ſi quis ſemel ſit excuſatus a muneribus perſonalibus propter infirmitatem tempore excuſationis, videbatur eſſe perpetuo, licet poſtea ſanetur: tamen non perdit immunitatem ſecundum Bar. Sed contra tenet ipſe Pau. ꝙ a veritas ſemper præfertur errori, c. qui veritatem. 80. diſ. c. fraternitatis. de frigidis. Alij dicunt, ꝙ Bar. non ſentit illud, quod dicit Pau. quia eſſet expreſſe hoc dictum cõtra ea, quæ notantur in prima conſtitutione Digeſtorum, vbi ſententia lata cõ ſilio peritorum retractatur aliis peritiorib. contra aſſerentib. vt eſt bo. tex. in l. diui fratres, ff. de iurepat. Tu dic ſuſtinendo Bar. ꝙ cum ſtandum ſit peritis in arte, licet poſtea retractetur ex relatione magis peritorum, tamen non tollitur, quin ex prima relatione peritorum dicentium nullam ſubeſſe ſpem ſalutis inſurgat ſufficiens cauſa ad excuſandum mulierem, quæ facit diuortium, a pœna amiſſionis dotis, de qua in l. conſenſu, C. de repud. quia quælibet iuſta cauſa excuſat a dolo, & pœna, vt no. gl. in l. plagij. C. de plagia. & in l. pen. ff. de abigeis. no. gl. in l. ab executore. C. quorum app. non recip. & in l. qui ſolidum, §. etiam, de leg. 2. Non obſt. d. c. fraternitatis. quia verum eſt illud quo ad validitatem matrimonij, non tamen vt dicatur pœnam incurriſſe. Adde etiam, ꝙ iuſta cauſa excuſandi quem a pœna, eſt rumor, ſiue fama publica, vt eſt tex. no. & ibi Bar. in l. fi. ff. de hær. inſti. & vide Imo. & Bal. in rubr. C. de probat.

SVMMARIVM.

2 *Maritus an habeat bona uxoris tacite obligata pro dote euicta.*

LXXXV. QVAERO.

1 PRo dote euicta † an maritus habeat bona vxoris tacite obligata? Glo. in §. ſuerat. Inſti. de act. in ver. hypothecaria, in fi. ſentit, ꝙ maritus habeat tacitam hypothecam ẽt pro euictione dotis, ꝙ eſt verum, ſi euictio debeatur, quia dos incęperit a ꝓmiſſione, & ſic ab obligatione: ſecus ſi incępiſſet a traditione, vt no. in l. j. C. de iu. do. Facit in ſimili. l. Ariſto. in fi. ff. de do. Sed contra hoc videtur caſus in l. ſi pro re. §. j. ff. de euic. Vnde dico, ꝙ quando extraneus dat aliquid nomine dotis: tunc procedit, quod dixi, quia extraneus donare videtur. l. j. §. accedit, C. de rei vxor. act. Sicut ex donatione, quæ incipit a traditione, debetur euictio. d. l. Ariſto. ita etiã de iſta dote, alias iſtud dictum non procederet. vide omnino Bal. in l. j. C. de iu. do. & Are. in d. §. fuerat. & Sal. in l. j. ff. de euict. & Io. And. in addi. Spe. in ti. de don. inter vir. & vxo. in addi. magna, & Old. in ſuo conſi. 11. & Pau. in conſi. 72.

SVMMARIVM.

1 *Res in dotem data ſi fuerit euicta, qualiter marito conſulatur.*

LXXXVI. QVAERO.

1 SI res data in † dotem fuerit euicta, qualiter marito conſulatur? Gl. in l. Mæuia, §. fundus, ff. ſol. ma. tenet, ꝙ ſit in electionę

Source : BIU Cujas

ctione viri vel agere de euictione contra hæredes ſoceri, vel excipere contra mulierem, vt l. auia. C. de iure dot. & de pact. l. reſcriptum. §. ſi pacto. & l. vẽdicantem. ff. de euict. Sed non placet Iacobo de Are. & Bal. quia conſtante matrimonio poſſet vir agere de euic. ſed eo ſoluto non, quia tunc ageret ad commodum mulieris, ſed ipſa mulier non poſſet agere, cum cauſam lucratiuam habeat. d. l. Mæuia. §. 1. ergo non poteſt conqueri, ſic nec alius pro ea l. Ariſto, prælegata, & bonus caſus in l. ſi donatarius. §. fi. ff. de condi. ob cauſam. Sed Bald. tenet glo. dicens, quod mulier non poterit agere ſine ceſſione. Sed ſi ſibi cedatur actio per virum, bene poterit agere, allegat. l. pater. ff. de euicti. licet modicum faciat. Tu poſſes concordare hæc dicta duobus modis, primo modo ſecundũ Imo. quod opin. Bal. procedat, ſi conſtante matrimonio fundus fuit fuit, euictus, qa tũc marito fuit nata actio de euictione. ſecundo opin. Bart. procedat, quando ſolu. matrimo. fundus euictus, quia tunc non videtur naſci actio viro, cum ſua nõ interſit. Sed an hæc ſaluatio ꝓcedat, pẽdet ex his, quæ habentur in l. qui autem. §. 1. ff. ſi quis caut. vbi tractatur, an deſinente intereſſe deſinat actio competere, vnde poteſt dici ſecundo, quod ſi quæramus de vtili actione ex empto, quę datur ad intereſſe, procedat opin. Bar. ſed ſi quærimus de ſtipulatione dubiæ pęnæ nomine, ſi illa ſit interpoſita; tunc quia illa non inſpicitur, an interſit, vt l. ſtipulatio iſta. §. alteri. de verbo. obli. ff. quæſita eſt actio viro, ideo videtur, quod debeat cedere mulieri per l. quoties. & per l. non ſolum. ff. de iure dot.

LXXXVII. QVAERO.

SI conſtante matrimonio maritus egit de euictione & obtinuit, ad quid teneatur poſtea? Dyn. in l. Meuia. §. fundus. ff. ſoluto matrim. dicit, quod tenetur reſtituere id, quod conſequitur per l. non ſolum, & per l. quoties. ff. de iure dot. Vide plene Barto. in l. prætor. §. 1. ff. de bo. autho. iud. poſ.

SVMMARIVM.

1 *Dos ſi fuit data in florenis & ſol. mat. ſint minorati in precio, cuius erit periculum.*

LXXXVIII. QVAERO.

1 SI dos fuit† data in florenis & ſol. mat. ſint minorati in pretio, cuius ſit periculũ. Iſta ẽ lõga qõ de mutatione valoris monetę, in qua ſunt variæ opi. an in moneta groſſa, an in minuta ſit variata æſtimatio ipſius monetæ, vel ſit in totũ reprobata, vel alia in eius locũ ſubrogata? De quo vide Cyn. & alios in l. in minorum. C in quib. cau. in integ. reſtit. non eſt neceſſaria. & in propoſito dotis vide bonum tex. & ibi Bal. in l. res in dotem. ff. de iure dot. per Bar. in l. Paulus. ff. de ſol. per Ant. de But. in c. quanto. de iureiur. per Mod. maxime per D. meũ do. Alex. in l. cum quid. ff. ſi cer. pet. per Marti. de Laude in ſuo ſingulari tract. monetarum.

LXXXIX. QVAERO.

QVid ſi mulier facit pactum cum viro, quod reddatur ſibi dos in florenis ſub eadem æſtimatione, & valor flloreni ſit poſtea diminutus, quid tunc erit? Bar. in l. in his. §. mancipa. ff. ſoluto matrimonio. ſentit, quod non teneatur vir aliquid refundere mulieri, ſed ſi ſit ſenſum, quod in eadem æſtimatione, quæ dantur etiam reddantur, quod ſic ſufficiat reddi tot de numero. ſed Ioan. de Imo. ibi hoc non putat verum, quia licet non poſſit eſſe variatio bonitatis intrinſecæ, poteſt eſſe in bonitate extrinſeca reſpectu valoris, ideo illa videtur attendeda, nam & alias conſueuit dici, quod eo caſu, quo cadit intereſſe intrinſecum, nõ habetur ratio extrinſeci. l. nummis ff. de in litem iuran. & l. 1. C. de ſenten. quæ pro eo quod intereſt. Et quia non eſt ueriſimile, quod in dubio mulier voluerit pati illud damnum, argum. l. cum de indebito. ff. de probat. & videtur illud pactum fuiſſe adiectum in fauorem viri, quod ſcilicet redderet ſub eadẽ æſtimatione, etiã ſi augeretur eorum æſtimatio, ergo ſentire dẽt, etiã incommodum, ſi eſt diminuta, ergumen. l. de fideicommiſſ. C. de tranſact. & l. pater puellæ. C. de inofficio. teſtam.

XC. QVAERO.

AN dolus patris noceat filiæ in dotem? Videtur quod non l. 2 §. 2. ff. ad Carbo. Sed dic, quod dolus patri nocet filiæ, ſicut dolus cuiuſlibet extranei, a quo quis cauſam lucratiuã haberet. l. 2. §. de authoris. ff. de doli except. De hoc vide quod no. in l. diui fratres. ff. de iure do. no. Dy. in cap. non debet aliquid. de regu. iu. in 6. per Doctor. in l. 1. §. Iulia. ff. de lib. agno.

XCI. QVAERO.

SI mulier cõſumpſit res æſtimatas in dotẽ datas, an periculum ſit viri? Reſp. quod ſic, quia per poſteriorem vſum rei appreciatæ non videtur receſſum a præambula æſtimatione, & ideo poteſt peti æſtimatio non obſtante quod vxor conſũpſerit vſu ipſas res æſtimatas, vt eſt tex. notab. & ibi Bal. in l. æſtimatæ. ff. ſoluto matrimonio. vbi dicit, quod hoc contingit ſæpe, quia quotidie mulieres ruſticanę dant res appreciatas, ſeu æſtimatas, quas poſtea per vſum conſumunt, nam perinde eſt, ac ſi viri vſu eſſent conſumpti. Et eſt ratio in prõptu; quia æſtimatio in dubio facit emptionem, vt no. in l. ſi ęſtimatis. ff. ſoluto matrimonio. ideo poſt talem æſtimationem res debet eſſe periculo accipientis, ſicut eſſet in tempore, ꝙ no.

SVMMARIVM.

1 *Maritus ſi ſe obligauerit ad aliquas gabellas ratione rei dotalis, poſtea ſoluitur matrimonium, quomodo conſulatur ipſi marito.*
2 *Compoſitio ſuper decimis futuris non valet.*

XCII. QVAERO.

1 SI maritus † obligauit ſe ad aliquas gabellas ratione rei dotalis, poſtea ſoluitur matrimonium, quomodo conſulatur ipſi marito: quia onus remanet affixum oſſibus eius etiã poſt reſtitutionem. Dico, quod præſtatur cautio indemnitatis per mulierem ipſi viro, tex. eſt in l. cum mulier. la vltima. ff. ſoluto matrimonio. Hinc inferunt ibi Doctor. quod ſi quis venit ad compoſitionem ſuper decimis occaſione prædij, ꝙ poſtea euincitur, nihilominus perpetuo tenebitur ad decimas, quod eſt verum, ſi facto ſuo euincatur, alias ſecus ſecundum Iacob. de Are. per l. Mæuia. §. fundum, eod. titu. pro quo facit, quia obligatus ad quantitatem reſpectu certæ ſpeciei videtur liberari perempta ſpecie, vt nota. in l. 2. C. de reſcind. vendit. & in l. in naue Saufelli. ff. loca & quia hæc videtur mens contrahẽtium, argumen. l. non omnis. ff. ſi certum petat. ex hoc poteſt inferri, quod ſi emptori gabellarum auferãtur gabellæ pro futuro tempore, non teneatur ad promiſſionem factam, ſi abſque facto ſuo auferũtur, alias ſecus de quo per Guliel. & Bal. in l. fina. ff. de conſtitu. pecu. & per Barto. in l. is cum quo. & in l. in diem. ff. de aqua plu. arcen. Et aduerte,
2 ne erres, quia quod dixi ſupra de decimis, intellige † quod non valet compoſitio ſuper decimis futuris, ſed ſuper præteritis ſic, vt eſt glo. ordin. in cap. fina. de rerum permut. & in cap. poſſeſſionem. de reb. eccle. non alie. licet quidam ſimplices legiſtæ dicant contrarium.

SVMMARIVM.

1 *Maritus ſi confiteatur ſe recepiſſe dotem ſub ſpe futuræ promiſſionis ſibi fiendæ ab extraneo pro muliere, & hoc conſtat, ſi poſtea ſequuta eſt promiſſio ipſius extranei: tamen nunquam fuit ſoluta, an mortuo viro poſſit mulier ex promißione prędicta agere contra hęredes uiri.*

XCIII. QVAERO.

1 SI maritus † confitetur habuiſſe, & recepiſſe dotem ſub ſpe futurę promiſſionis ſibi fiendæ ab extraneo pro muliere, & hoc conſtat, ſi poſtea ſequuta eſt promiſſio ipſius extranei, tamen nunquam fuit ſoluta, an mortuo viro poſſit mulier ex promiſſione pdicta agere cõtra hæredes viri, & an ipſi liberentur cedendo actionem contra illum extraneum? videtur quod ſic, vt l. ſi ſocer. §. Lucius. ff. ſoluto matrimonio. In contrarium videtur, quia poſtquam confeſſus fuit ſe habuiſſe, videtur ſibi ſolutum, vt l. fi. §. ſi vir. eo. titu. & l. vir ab eo. & l. dotem. ff. de iure do. Quod ſine dubio verum eſſet in extraneo promittente. Sed in patre glo. in l. dotem. hoc non tenet, quia illa verba, quibus confeſſus fuit habuiſſe, & recepiſſe, videntur emanare ſpe futuræ numerationis, vt patet ex promiſſione ſequenti, ergo illa verba ab initio non inducunt obligationem efficacem. Sed Iac. de Arc. & Bar. in d. §. ſi vir, reſpondent, ꝙ illa verba non fuerunt dicta ſpe futuræ numerationis, ſed ſpe futuræ promiſſionis: pro illa enim futura promiſſione fuit ille confeſſus ſe habuiſſe dotem, vnde illud nomen tantum æſtimaſſe videtur, facit l. pretij, C. de reſcin. ven. videtur enim in ſolutũ illud nomen accepiſſe, & ſic periculũ

eſt

Source : BIU Cujas

est viri, arg. l. Mæuia. in prin. ff. sol. mat. Sed Bal. in d. §. si vir. te nuit, q̃ hæc promissio videatur fieri spe futuræ numerationis, si incontinenti alia die post confessionem emanauit dicta promissio, vel etiã ex interuallo infra tempora, infra quæ competit exceptio non numeratæ dotis, & ideo poterunt hę redes viri excipere contra mulierem de dote non numerata, & liberabuntur cedendo actionem. d. §. Lucius. & in l. si ventri. §. in bonis, ff. de priuil. cred. & l. si cui, C. de non nu. pe. Secus dicit, si iam transactum esset tempus opponendi exceptionem non numeratæ dotis, quia tunc ex quo actio esset quæsita mulieri, nõ posset facto alterius tolli, ar. l. fi. ff. de pac. Sed certè mihi videtur, q̃ Bar. melius & subtilius considerauerit; nam est longa differentia, an alicui fiat confessio principaliter spe futuræ numerationis, quo casu locum habet exceptio non numeratæ dotis: an fiat principaliter spe futuræ promissionis, vt in casu nostro, quia tunc sequuta promissione non subest causa, quare efficaciter nõ debeat teneri maritus, & videtur voluisse fortè de illa promissione esse contentus, vt sic ex illa possit postea agere. erit ergo ei loco solutionis. l. inter causas, §. abesse. ff. mand.

XCIIII. QVAERO.

SI mulier minor petat restitutionem aduersus permutationem, ex qua fundum recepit vt emptum, quem in dotem dedit, an teneatur vir fundum restituere. Tex. est no. dignus in l. Titia, ff. de iurepat. vbi dicit q̃ non, sed ipsa mulier, vel hæredes eius tenentur ad æstimationem ipsius fundi, in id tempus referenda, quo in dotem datus est ipse fundus, quod tene menti. Ioan. Campeg. Bononiensis Doctor excellentissimus.

TERTIA PARS.

DE PETITIONE, ET RESTITUTIONE dotis, & eius effectu. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Actio de dote an sit bonæfidei, uel stricti iuris in muliere, uel in extraneo qui stipulatus est dotem. & nu. 2.*

PRIMO QVAERO.

1 AN actio de dote † sit bonæfidei, vel stricti iuris, ADDIT. [Vel stricti iuris. No. id, q̃ actio dotis competens mulieri dicitur bonæfidei, sed competens extraneo dicitur stricti iuris. Adde, q̃ actio dotis competens viro dicitur bonæfidei. l. j. §. sed si non. C. de rei vxo. actio. Item actio dotis contra mulierem dicitur bonæfidei, sed contra extraneum dicitur stricti iuris. Io. de Por. in l. 2. ff. sol. mat. & Bal. in l. de diuisione. eo. ti.] in muliere, vel in extraneo, qui stipulatus est dotem? Bar. in l. 2. in 3. col. ff. solu. matr. dicit, q̃ illa, quæ datur extraneo, est stricti iuris, licet competens mulieri sit bonæfidei, vt in §. fuerat. Insti. de actio. ex quo potest dici in simili, q̃ extraneus in dote non habet tacitam hypothecam in bonis mariti, de quo tetigi in 1. §. ponit Io. de Imo. in l. 1. ff. solu. mat. Sed in proposita quæstione, q̃ actio de dote, quæ competit extraneo, sit stricti iuris, facit, quia dictus §. fuerat. cum concordantiis loquitur tantum in actione mulieri & marito competente, ergo &c. Licet Bar. met contrarium teneat in l. si constante, in prin. in 6. q. secundæ quæstionis principalis, ff. sol. mat. vbi mouetur per l. j. §. sed non ignoramus. iuncto §. sed vt plenius, C. de rei vx. act. Sed respondeo, q̃ ille tex. non loquitur de euictione competente extraneo, sed mulieri.

Secundo mouetur Bar. per d. §. fuerat. ibi, autem. Sed dico, q̃ aduersatur tantum in hoc, q̃ tacita hypotheca competens mulieri contra anteriores creditores similem hypothecam habentes non transit ad hæredes mulieris, cum aliud sit in
2 alio priuilegio, de quo prius dixerat. † Prædicta limita vera in actione de dote competente ex constitutione Iustiniani per d. §. sed vt plenius, vel ex conuentione mulieris a princip. interposita, secus si iam sol. ma. quia tunc est stricti iuris secundum Imo. in l. si diuortio, ff. de ver. ob. & expressius in l. scire debemus. in princip. in 2. col. eo. ti. hoc puto verum, nisi hæc secunda stipul. a. facta sol. mat. fuisset animo nouandi primã, quia tunc esset bonæfidei, & haberet omnia priuilegia, quæ prima, argum. notatorum in l. aliam. ff. de noua. & vide omnino Aretin. in §. fuerat. in ver. in glo. in versiculo, merui. in fi. Institu. de actio.

II. QVAERO.

AN mulier secundum tempora fforum haberet actionẽ ex stipulatu prò dote. Glo. in l. 2. in princi. in uersi. in commodum. ff. sol. mat. inquit quod sic, & idem in l. si filiofa. eo. tit. Contrarium communiter tenent Doct. quod mulier secũdum tempora fforum non habebat actionem ex stipulatu, sed in l. 1. C. de rei vxo. acti. fit mentio de quadã actione ex stipulatu, quærerat ante tẽpora fforum, vel post, cum in nulla parte fforum habeamus de illa mentionem. habebat ergo tantum mulier de iure fforum actionem de dote inquãtum facere poterat, quia alia actio quam de dote datur mulieri contra virum insolidum, vt no. in l maritum. ff. sol. mat.

SVMMARIVM.

1 *Libellus qualiter formetur in actione de dote ex parte mulieris.*

III. QVAERO.

1 LIbellus in actione de † dote ex parte mulieris qualiter formetur. Respon. quod sic formatur. Ego Berta dico contra Titium hæredem Sempronij, q̃ contractum fuit matrimonium inter dictum Sempronium & me Bertam, & q̃ dictus Sempronius a me, vel a tali pro me recepit mille dotis nomine, & q̃ dictum matrimonium est dissolutum morte dicti Sempronij, iam est annus elapsus, & q̃ dictus Titius est hæres dicti Sempronij, cuius hæreditatem adiuit, quare peto dictum Titium condemnari mihi ad dandum, soluendum & restituendum dicta mille, vna cum centum ducatis pro interesse meo pro retentione solutionis dictæ dotis. hæc satis colliguntur ex his, quæ dixi supra §. prox. circa prin. Libellus vero constante matrimonio sic formatur ex parte mulieris, dico, q̃ contraxit matrimonium cum Titio, & ipse pro me doris nomine recepit mille, & q̃ dicto tempore dictus Titius erat soluendo, & q̃ postea deterioravit conditionem suam, & malè vsus est substantia sua, & incipit vergere ad inopiam, verum cum leges prouideant in talibus casibus indemnitatibus mulierum, ne dictam dotem meam perdam, & ne me, dictum Titium & nostram familiam alimentare non possim: peto per vos & officium vestrum condemnari dictum Titium ad consignandum, & consignare debeat tot de bonis suis, quæ ęquiualent doti, vel dictæ quantitati dotis, maximè vt d. dos in toto constituatur, & tunc me paratam offero substinere onera matrimonij, & alia facere & adimplere, ad quæ obligata sum ex forma iuris & statutorum Bononiæ: hæc habentur per Bal. & alios in l. 1. circa fi. C. de rei vxo. act, & per Aret. in d. §. fuerat. in vltimis verbis, & probantur per ea, quæ dicam infra, quando fiet exactio dotis constante matrimonio.

SVMMARIVM.

1 *Dos an repeti possit matrimonio quocunque modo soluto.*
2 *Matrimonium hodie non soluitur propter captiuitatem.*

IIII. QVAERO.

1 QVocunque modo † matrimonium soluatur, an dos repeti possit? Gl. in l. si stipuletur, ff. sol. matrimonio. dicit, q̃ sic. Sed Pau. in rub. e. ti. intelligit, p̃terquam si ex captiuitate vnius ex coniugibus isto iure solutum sit matrimonium, quia interim donec reuertitur ab hostibus, dos non repetitur, per l. si quidem, ff. sol. ma. Sed certè hoc videtur mihi contra d. l. si stipuletur. nec ob. l. si quidem. quia ibi solum dicitur, q̃ si vxor fuit capta ab hostibus, frater eius dotem non repetit, quod ex eo est, quia nondum illi fratri delata erat hæreditas mulieris, quæ adhuc non erat mortua, non tamen negat ille tex. quin per eum, cui dotis actio competebat, repeti
2 possit, † hodie vero per captiuitatem non soluitur matrimonium, sed tãtum morte naturali, quia quos Deus coniunxit, homo non separat. cap. inter corporalia. extra de transl. præla. no. Bal. in l. Deo nobis, C. de epis. & cle.

V. QVAE-

Source : BIU Cujas

V. QVAERO,

QVocunque modo dos datur matrimonij illiciti, quod non ſequitur, an poſſit repeti. Dic, vt per Bar. & Moder. in l. fina. ff. de cond. ſine cauſa. per Bal. in l. 1. C. de condic. ob cauſam.

SVMMARIVM.

1 *Dos an debeat reddi indiſtincte ſol. mat.*
2 *Caſus ſunt, in quibus dos non reſtituitur mulieri, nec hęredibus.*

VI. QVAERO.

1 SOluto matrimonio, an indiſtincte dos reddi debeat? Reſpon. ꝙ licet dos detur, vt perpetuo ſit apud virum, vt l. j. ff. de iure do. tamen ſoluto matrimonio repeti poteſt principale propoſitum, & ſpeciale in dote, vt ſentit gl. in l. 1. ff. ſolu. mat. Sed ego puto, ꝙ non ſit ſpeciale in dote, quia ſæpiſſime de iure communi oritur actio extra id, quod agitur, vt ff. commo. l. is cui. vnde dictio perpetuo, poſita in l. 1. ff. de iure dotium. accipitur, ideſt durante matrimonio: ſicut alias pluribus modis variatur, vt no. in l. 1. ff. pro ſo. iſtud tamen, quod ſupra notaui, limita non procedere in caſu, in quo extaret ſtatutum, deferens lucrum dotis viro vxore prædecedente, quia tunc non tenetur vir reſtituere dotem ſol. mat. & per hoc eſt tex. cum glo. in l. 2. de pact. do. Secundo limita, niſi mulier inteſtata decederet, & maritus eſſet inops; quoniam tunc vir ſuccedet, ſicut in ſimili in auth. præterea. C. vnde vir & vxor. quod puto verum, niſi extarent filij ex eo matrimonio, quia tunc ſufficiat quod maritus in talibus bonis habeat vſumfructum, iuxta l. 1. C. de bon. mater. & not. per Doct. in
2 auth. præterea. C. unde uir & ux. † Alios caſus, in quib. ſoluto matrimonio dos mulieri, uel eius hęredi reſtitui non debet, uide per glo. & Bar. in d. l. 2. & per Aret. in §. fuerat. Inſtitutio. de actio. in uerſ. aduertendum tamen eſt, quòd licet ſolutum matrimonium. dicam infrà in eod. §. in uerſi. de exceptionibus, quę opponuntur contra mulierem repetentem dotem.

VII. QVAERO.

VIR ſoluens uxori dotem conſtante matrimonio ex iuſtis cauſis liberatur ab actione de dote: & quæ dicantur iuſtæ cauſæ, an ut ęs alienũ ſoluat, an ut prædia idonea emat, an ut filios ſuos ab hoſtibus redimat, an ut eos egentes alat, an ut fundum redimat, & quid de alijs cauſis iuſtis, ex quib. cõſtante matrimonio dos reddi poteſt. Vide per Bar. & alios in l. quamuis. ff. ſol. mat.

VIII. QVAERO.

QVID ſi vxor ſit in poteſtate patris ſui, an poterit ſibi dos reddi vt exoluat æs alienum ipſius filiæ? Tex. in d. l. quamuis. ff. ſol. matri. videtur dicere ꝙ ſic, ſed inſurgit difficultas, quia pr̃ æs alienum filii vel filiæ ſoluere non tenetur, nec econtra, vt toto titu. C. ne fil. pro patre. ergo &c. Iac. de Are. in d. l. quamuis. ſentiens hoc contrarium dicit, ꝙ verſiculus, id quod in filia ſa. refertur non ad cauſas præcedentes, ſcilicet dum dixit æs alienum exſoluaur, ſed ad ſequẽtes, videlicet ad l. ſed & ideo. quæ immediate ſequitur. d. quamuis. Raph. ibi dicit, quod Albe. de Roſa. aliter reſpondet, ꝙ in d. l. quamuis. æs alienum erat commune patris & filiæ. nimirum, quia poteſt ſolui ex dote, quæ eſt communis patris & filiæ. & licet vtraque ſolutio ſtare poſſit, tamen aliqualiter diuinat, & violat tex. d. l. quamuis. Igitur poſſet dici, quod titulus, ne filius pro patre. procedat, quando pater ſoluit de propria pecunia, ſed per d. l. quamuis. ſecus, quando ſoluitur de pecunia, quæ non eſſet propria, vt patet in dotali, quæ conſtante matrimonio non dicitur patris, ſed proprium patrimonium filiæ. l. Pomp. Philadelphus. ff. fam. ercil. bonus tex. in l. 3. §. minores. ff. de mino.

IX. QVAERO.

QVoniam maritus poteſt conſtante matrimonio reſtituere mulieri dotem ex cauſis iuſtis, an poſſit cogi ad hoc? Dyn. in d. l. quamuis. ff. ſolu. mat. tenet, quòd non inuitus, allegat glo. in l. mutua. §. manente. ponderando uerbum poteſt. ff. de iu. dot. iuncta l. quicquid. ff. de iudi. Item intellige prædicta, quod maritus liberatur ab actione do. ita demum, ſi probet mulierem, cum dotem reſtituit, eam expẽdiſſe in aliquam ex cauſis iuſtis, alias non liberatur. & pro hoc facit glo. in l. fin. in ver. creditori. ff. de iure dot. & hoc innuit tex. in l. ſi cum dotem. §. 1. ff. ſol. matr.

X. QVAERO.

SI maritus non probat, mulierem expendiſſe dotem in iuſtam cauſam, an liberetur. Videtur quod non per l. fi. ff. de exerci. & l. ſi prædium. C. de præd. mi. Contrarium tenet Bar. in l. ſi cum dotem. §. 1. ff. ſol. mat. per l. quatenus. §. mutua. ff. de in rem ver. Non obſt. contrarium, quia reſpondet Bar. quod ibi ſoluebatur authoritate iudicis, vel ibi mandatũ præceſſit. Iudicio meo Bar. male ponderauit illa iura: nã ibi, quia in venditione prędii minoris nõ interuenerat decretũ, ideo quando pupillus fundum vendicat, ſi conuentus excipit de pretio ſoluto ſibi reſtituendo, quatenus ex eo factus eſt locupletior, habet hoc probare, quia iam fundata erat intentio pupilli, ſeu minoris agentis propter defectum decreti, ſed vbi decretum interueniſſet, & minor agens ſe læſum diceret, & reus conuentus negando exciperet, onus probandi incumbit minori, per l. nam & poſtea. §. ſi minor. ff. de iureiu. & declarat glo. & Bar. in d. l. prædiorum. cum ergo in caſu noſtro iſtud verſum in vtilitatem mulieris ſit fundamentum viri excipiẽtis aduerſus partem intentionem ſuam fundatam habẽtem, idcirco incumbit onus probandi marito, nõ autẽ patri.

SVMMARIVM.

1 *Maritus ſi expendat dotem vxoris contra voluntatem, vel ſine uoluntate ipſius in aliquam iuſtam cauſam, an liberetur ab actione de dote.*

XI. QVAERO.

1 SI maritus † expendit dotem vxoris contra voluntatem, vel ſine voluntate ipſius in aliquam iuſtam cauſam, an liberetur ab actione de dote. Videtur quod non, quia ſpecies furti eſt de alieno largiri. l. ſi filiusfa. §. 1. ff. de don. ſed Bar. in l. quamuis. ff. ſol. ma. diſtinguit. Quandoq; vir expendit de voluntate mulieris, & tunc habet executionem. Quandoq; abſque voluntate mulieris, non tamen contra voluntatem, & idem quod habet executionem, vt colligitur ex d. l. quãuis. in ver. maxime. Aut cõtra voluntatem ipſius mulieris, & tũc non habet locum d. l. quamuis. per l. fi. C de neg. geſt. cum ſi. Et ſi dicatur, quomodo mulier cogitur habere ratum, cum illud negotium non ſit ſuum neque re, neq; ipſo geſtu, neq; cura, & ſolicitudine? reſpondet Bart. quod poſſumus dicere, quod eſt negotium ſuum reipſa, ſi ille redemptus erat talis, cui ipſa ſuccedebat, nam hoc non facto perdebat ius ſuccedendi, vt auth. ſi captiui. C. de epi. & cle. facit, quod no. in l. ſi pupilli. §. ſi Titii ſeruum. ff. de neg. ge. ſed ſi erat talis, cui mulier non ſuccedebat, tunc oportet nos dicere, quod iſtud eſt quartum genus negotiorum. ſ. quod de iure naturali, & ratione ad eum ſpectat, & ſic cogitur habere ratum, ſicuti ſi eſſet ſuum re ipſa, vt l. pupilli. §. item quæritur. ff. de neg geſt. Adde inquantum Bar. vult, quod ſi maritus expendit contra voluntatem mulieris, tunc non liberatur. Bal. in l. fi. C. de neg. geſt. limitantem hoc primum, niſi ſaluo honore mulieris non potuiſſet talis eius coniunctus ſtare in carceribus, allegat in ar. l. Iulianus. ff. ſi quis omiſ. cauſa teſt. bene facit l. repræhendenda. C. de inſt. & ſubſt. ſub cond. fac. eſt verum, quod Bal. ibi loquitur, vbi agitur de ſalute perſonæ, & ita etiam expreſſe loquitur Bar. in l. Stichus. per illum tex. cum glo. ff. de pecu. leg. ſed dicere, quod ibi agit̃ de honore, eſſet valde extendere fines. d. l. Iulianus. vbi ſolum dicitur, magnificandum eſſe honorem non tamen æquiparat illum cauſæ capitali. Item adde inquantum Bart. vult, quod dicatur eſſe geſtum negotium mulieris re ipſa, quando ille redẽptus erat talis, cui ipſe ſuccedebat, videtur, quod non ſit in conſideratione, per tex. no. in l. poſt emancipationem, iuncta l. præcedenti. ff. de lib. leg. & ibi no. glo. parua. & clarius Bart. ſed reſponderi poteſt, ꝙ illud procedit viuente illo de cuius hæreditate ſpes erat, ſed eo mortuo bene habetur ratio huiuſmodi intereſſe, vt quia ille redẽptus ab hoſtibus, vel carceribus iam mortuus erat, quando maritus vult cogere mulierem ratum habere, quod ipſe ſoluit, & tũc recte loquitur Bar. in l. quãuis. Sed videtur, quod etiam redempto viuente licet propter ſpem ſuccedendi non dicatur negotium iſtud ad mulierem pertinere, tamẽ ſaltem idem, deinde fit per aliam rationem, de qua per Bar in d. l. quamuis. ſicut quando ei non eſt ſucceſſura, videtur ratione naturali, vt ſanguinem ſuum redimat, facit tex. cum gloſ. & ibi Doct. in l. conditiones. ff. de cond. inſti. Vel aliter ſecundum Imo. in d. l. quamuis. poteſt dici, ꝙ alio reſpectu negotiũ

pertineat

Source : BIU Cujas

pertinet ad mulierem, quia cum mulieri quæsita videatur actio contra illum, qui est redemptus, ex quo de ipsius mulieris dote facta est redemptio, arg. l. si me & Titium, ff. si cer. pe. Et sic non est sine aliqua vtilitate mulieris dicta solutio, si ille esset soluendo, alias esset maius dubium: tamen idem dicit vi deri per tex. in d. l. quamuis. indistincte loquentem. Idem adde inquantum Bart. dicit, ꝙ si erat talis persona redempta, cui mulier non succedebat, ꝙ istud est quartum genus negotiorum, scilicet ꝙ naturali ratione &c. Ange. ibi contra, ꝙ hoc casu nullo modo possit cogi mulier habere ratum, allegat l. si pupilli, §. si Titij, cum glo. de neg. gest quæ tamen parum facit. Roma. in d. l. quamuis. sequebatur Ang. Sed Imo. & Pau. ibi tenent glo. in ver. maximè. Idem tenet Bal. in d. l. si pupilli, §. quid ergo. hoc idem tenet ibi Ange. in d. §. item quæretur. & sic est sibi contrarius, & istud vltimum magis placet.

2 Et ista præstant arg. ꝙ † si aliquis soluit condemnationem pro alio, quam si non soluisset, fuisset illi pes amputatus, ꝙ cogetur ille ratum habere & restituere illam pecuniam, nec poterit allegare, quod maluisset sibi pedem amputari. de hoc vide post Bar. in d. l. Stichus. vbi habes glo. valde notabilem, ff. de pe. legata.

SVMMARIVM.

1 *Carceratum ob suum maleficium eximere de carceribus, an sit iusta causa.*

2 *Carcerati ob suam culpam non sunt digni uenia, sed soli innocentes.*

XII. QVAERO.

1 AN sit iusta † causa eximere carceratum ob suum maleficium de carceribus? Tex. in l. sed si ideo. ff. solu. mat. probat, ꝙ pium est indistincte liberare quem a vinculis, etiam si sit incarceratus pro maleficio, & condemnatus ad pœnam pecuniariam, cum ibi tex. non distinguat. Et ideo infert ibi Bal. ꝙ executores deputati ad distribuendum bona in pias causas, vel pro redimendis captiuis, possunt etiam distribuere de bonis pro liberandis incarceratis ad pœnam pecuniariam pro maleficio, possent etiam expendere in alimoniam carceratorum per tex. in d. l. iudices. C. de epis. aud. vbi æquiparat carceratos pauperibus. Et adde bonam glo. 12 q. 2. c. sacrorum. dum dicit, ꝙ dispositio illius capituli. & l. sancimus. C. de sacrosan. eccl. vbi dicitur ꝙ res ecclesiæ possunt alienari pro redemptione captiuorum, militat etiam in incarceratis pro maleficio, allegat illa glo. tex. in c. si res aliena. 13. q. 6. & in c. reos. 24. q. 3. & c. 3. eadem causa, & q. vbi dicunt iura, ꝙ non est inhumanum benefacere etiam illis, qui deliquerunt, allegat etiam tex. in c. non satis. 86. dist. vbi tex. dicit plus illis, qui sine culpa &c. implicat ergo benefaciendum etiam illis, qui sunt pro culpa captiui, & illam glo. multum commendat Bal. in auth. similiter, C. ad leg. Fal. in prin. & in l. illud, C. de sacros. eccle. facit tex. in l. si pro redemptione. in versicu. pijssimam, C. de capti.

Contrarium videtur velle Bar. in auth. contra rogatus, C. ad Treb. in duobus locis, videlicet in versicu. vlti. quærit glos. &c. per notabilem glo. ibi, quam approbant Cy. & Bal. in ver.

2 captiuorum. vbi dicit, ꝙ † tales carcerati non sunt digni venia, sed soli innocentes, per l. bonafides, ff. depositi. & l. legem. C. de natu. lib. Et per hoc infert, quod d. auth. contra rogatus. in uer. pro redemptione captiuorum, nō habet locum in talibus carceratis.

Sed mihi videtur, quod præcedens opi. sit verior, & magis pia, ex quibus omnibus inferri potest decisio illius quæstionis, quam in quibusdam locis Bar. reliquit indecisam, videlicet in authen. res quæ. C. communia de leg. videlicet, vtrum pro redēptione suæ personæ possit hæres grauatus onere fideicommi. alienare bona hæreditaria restitutioni subiecta, si propter delictum suum fuit hæres captus, & cōdemnatus & non decidit. sed Imo. post Ange. in l. Marcellus. §. res quæ. ff. ad Trebe. determinat quod non, quia suum delictum dedit causam perditioni seu captiuitati suæ, nihil allegat. Idem videtur dicere Bal. in d. auth. contra rogatus & pro hoc facit, quod delinquens perdit beneficium alias sibi cōcessum. l. sed si ex parte. §. quanquam. ff. quod cum eo. & l. etiam. §. 1. sol. mat. l. sed hoc ita. ff. de re iud. & l. fin. §. fin. cum ibi no. ff. de his quæ in frau. cred. & l. pen. ff. de iure dot. & hanc partem sequitur etiam Salyce. in d. auth. res quæ. per l. siue hæreditaria. ff. de neg. gest. dum ibi tex. dicit, sine vitio eius &c. Sed Fulg. in d. auth. res quæ. tenet contrarium propter votum parentum & præsumptam eorum mentem, quando hęres esset filius testatoris, cuius etiam delinquentis verisimile est patrē misertum. l. isti quidem. in fi. ff. quod met. cau. & l. in confirmādo. & l. vtilitate. ff. de confir. tut. & l. fi. ff. de bo. eo. q mor. sibi consci. Non obst. quod culpa sua non debet sibi esse proficua, quia verum est, quando est ordinata ad illud, scilicet vt sit sibi proficua, alias secus, vt patet in l. 4. in prin. ff. si quis cau. & no. Bar. in l. 2. §. fi. ff. sol. mat. facit, quod no. gl. & Doct. in c. statutum, de rescr. in. 6. & hæc opi. videtur verior. Ex qua inferri potest, quod vera sit opi. Bal. in d. l. quamuis. non autem illa, quam ipse tenet in d. auth. contra rogatus, quia ibi non probatur, nisi per arg. a contrario sensu, quod non est sumendum contra casum d. c. non satis. cum si. Non obst. d. l. bona fides. quia non facit ad ꝓpositum. Non ob. opi. Ang. & Imo. in d. §. res quæ. quia posito quod sit vera, ibi agebatur de præiudicio tertij, ideſt fideicommissarij, secus tamen vbi nō agitur de auferendo tertio ius suum eo inuito, prout in quæst. Bal. tunc procedat glo. in d. c. sacrorum &c.

SVMMARIVM.

1 *Maritus si constante matrimonio soluit dotem ex iustis causis uoluntarijs, uel necessarijs ipsi mulieri, uel patri eius, qui, uel quę mulier postea perdidit ipsam dotem, nec expendit in causas iustas, an sit liberatus.*

2 *Pupillo si solui ex iusta causa pecuniam sibi debitam, licet postea eam perdat, nihilominus ego sum liberatus.*

3 *Debitor cursum usurarum euitare uolens, debet rem debitam penes idoneū iudicem deponere.*

XIII. QVAERO.

1 SI maritus † constante matrimonio soluit dotem ex iustis causis voluntarijs vel necessarijs ipsi mulieri vel patri eius, qui, vel quę mulier postea perdidit ipsam dotem, nec expendit in causas iustas, an sit liberatus? Glo. in l. si cum dotem. §. 1. ff. sol. mat. arguit pro & contra. Bar. putat, quod ex quo perdidit, dicatur solutum mulieri perdituræ. & hoc dicit verum cum soluit ex iustis causis voluntarijs, de qub. in l. quamuis, eo. tit. sed si soluisset ex causis necessariis, tunc distinguit. Aut mulier perdidit istam pecuniam data opera, & similiter procedat d. l. quamuis. per glo. in l. quatenus. §. si accepit. allegata ibi in glo. & idem si ipse pater in perdēdo dolum commiserit, vt l. si pro parte. §. versum. ff. de in rem verso. Aut fuit perdita casu fortuito, & tunc pater non potest agere, vt l. seruum. in princip. ff. de in rem verso.

Nec obstat contrarium de §. filius. quod formal glo. in d. l. quamuis. quia respon. quod iste recipiens pecuniam censeba tur habuisse mādatum ad illud ratione officij sibi iniuncti, secus in casu nostro, quod innuit Bar. in d. l. quamuis. in fi. alterius quæstionis. Sed contra hoc facit † quod si soluto ex iu

2 sta causa pupillo pecuniam sibi debitam, licet postea eam perdat, nihilominus ego sum liberatus. l. in pupillo. ff. de sol. ergo ita demum, quando maritus soluit ex causa iusta ipsi mulieri. Sed respōde, quod in d. l. pupillo non tractatur de prejudicio tertij, sicut in casu nostro, quia hic agitur de præiudicio patris, qui postea iterum filiam teneretur dotare. Vel melius dico, quod in d. l. pupillo. non dicitur, quod pecunia fuerit perdita, imo conuersa est in causam iustam, s. in emptionem serui, licet postea perierit seruus ille, quia ita perijsset, si ex pecunia pupillo soluta emptus non fuisset, ideo ibi diuersa ratio militat, quam in casu nostro, in quo nullo modo pecunia mulieri soluta fuit in causam iustam, propter quam soluebatur. Adde, cum Bar. transit Bal. & Ange. in d. l. quamuis. Sed Imo. Pau. & alij Mod. videntur indistincte tenere, quod solutio ex iusta cā quāquam voluntarie facta mulieri, verisimiliter nō perditur, liberat maritum etiam a patre, quia ex quo soluit authoritate d. l. quamuis. non videtur posse dici in culpa, licet mulier postea dotem perdat.

Quidam etiam in d. l. quamuis. reprobant distinctionem Bar. inter causas voluntarias, & necessarias, quia in voluntarijs sufficit, quod filia sit communi opi. diligens, & non perditura, allegat in simili no. per Bar. in l. ciuitas. ff. si cer. pe. sed melius faciunt nota. per Barto. in l. si soluturus. ff. de solut. vbi allegat text. no. in l. cum qui. §. fi. ff. commo. bene facit l. argentum. eo. titu. & istud videtur sensisse Ang. in l. si a bonæfidei.

3 ff. de rei ven. vbi dicit, quod † debitor volēs cursum vsurarū euitare, debet rem debitam penes idoneum iudicem cōi opi. deponere, iuxta l. acceptā. cum materia. de vsur. si tamē sine iudice deponat penes aliquem communi opin. idoneū, qui tamen postea aufugit, liberatur debitor secundum eum. Simile etiam dicit in nauta, caupone & stabulario, qui tencā tur de furtis & damnis datis per famulos suos iuxta l. 1. §. fi. ff. nau. cau. stab. & l. 1. in fi. ff. de fur. aduersus nautam. tamen si famulum hēbant communi opi. fidelem, qui tamen damnum dederit, non tenebuntur, vt signāter no. Bal. per illum tex. in

l. & ita.

Source : BIU Cujas

l.& ita ff.n au.can.ſtab.ergo ita demum in propoſito, quod ſi militer communi opi.erat diligẽs,liberetur maritus ſibi ſoluẽ do ex iuſtis cauſis , licet poſtea dotem perdiderit. Sed hæc opin.nequaquam mihi placet,quia lex ita demum in præiudi cium patris permittit ſolui mulieri ex iuſtis cauſis, ſi ſoluatur ei cum effectu non perdituræ,alias ſecus.d.l.quamuis.& l.ſeq. & eſt optimus tex.in l.mutus.§.manente. ff. de iu.do.dum ibi innuit,quod vir tenetur curare, quod pecunia ſoluta in cãm illam iuſtam conuertatur, propter quam ſoluitur bene facit tex.cum glo.in l.fi. eo.tit. Nec obſt. quod non ſit fienda differentia inter cauſas voluntarias & neceſſarias, quia non debet quis iuris authoritate circumueniri &c. quia fateor, ꝙ ad effectum vt vir a muliere liberetur, non fit illa diſtinctio. d.l.quamuis.ſed vt liberetur a patre, bene dẽt fieri illa diſtinctiõ, quoniam lex ſequens poſt d.l.quamuis.probat,quod requiratur,pecuniam cum effectu eſſe conuerſam inutilitatem eius,cui ſoluitur.

Vel ſecundo reſpõde ex illis cauſis iuſtis ſolui poteſt mulieri,ſ.cum effectu non perdituræ, alias non dicitur ſolutum lege permittente.d.l.fi.cum gl.pen. Nec videtur, quod in materia iſta idem per omnia dicendum ſit , quod in materia de in rem verſo.vnde quicquid dicant alij,concluderem ſic Quod aut ſoluitur cauſis iuſtis voluntariis,de quibus in d.l.quamuis. & tunc ſi mulier culpa ſua ꝑdiderit , tũc nõ liberetur maritus a patre , tum per tex.in d. l. quamuis.cum ſeq. tum etiam per d.l.quod ſi ſeruus.& l.4.§.necnõ illud.& §.fi.ff de in rem ver. Aut ſoluitur ex cauſa neceſſaria a marito , vt in caſu l.ſi conſtante,in prin.ff.ſol.ma.& tunc quia ſoluit neceſſitate cogente,& ſoluere potuit etiam ſine conſenſu patris , quando dos erat magna,& tunc liberatur.d.auth.quod locum.C.de coll. & in corpore vnde ſumitur. Si autem requiritur conſenſus patris,qa dos erat parua,tunc idem videtur , ꝙ in cauſa iuſta voluntaria , quia eadem eſt ratio. Aut dos ſoluitur ex cauſa neceſſaria , non dico marito , ſed patri mulieris, ſcilicet vt ex dote in ſubſidium aleretur,vel redimeretur,& tunc mihi videtur , quod ſit vera diſtinctio Bar. Quod aũt mulier perdidit culpa, aut caſu &c. Aut ſolutio eſt facta & neceſſaria mulieri, vt creditoribus ſuis ſolueret , a quibus vrgebatur.d.l.fi. ff.de iure dot.& l. quamuis. & tunc hanc ſolutionem iudico factam ex cauſa voluntaria quo ad vnam materiam , videlicet quo ad matrem ; quia quo ad ipſum non eſt cauſa neceſſaria,per totum ti.C.ne filius pro patre . Nec etiã quo ad maritum, cum ipſe non poſſet cogi , nec moleſtari in dote a creditoribus mulieris,iuxta no.per Bar.in l.a diuo Pio.ff.de re iu. vbi alleg. no. per glo.in l.quinque legibus. ff.de bo.dam. Nec etiam mihi placet , quod in nullo attendatur materia de in rem verſo,quia dico, quod ſatis inſpicitur, an duret verſum; tamen attendi debeat,an perdiderit,vel non, & an cum effectu ſit verſum in cauſam iuſtam, propter quam ſoluit , vt eſt bona litera iuncta glo.in d.l.fi.ff.de iure dot.

XIIII. QVAERO.

AN maritus teneatur reſtituere dotem vxori , quæ non eſt in eius ſeruitio culpa ipſius viri?Bal. in l. fi. in ult.col. C.de ſen.quæ ſine cer.quant. tenet quod ſic, arg. l.ſi is qui.§. 1.ff.de iu.dot.de quo etiam per Io. And.in addi.Spe. in tit.de do.inter vir.& vxo.§.nunc aliqua.in addi.incip.Odofre bene facit,quod no.Bal.in l.1.§.ſancimus.C de lat.li.tol.& vide Bal. in rub.C.de priui.do. in 1. col. dum allegat.l.ſi ab hoſtibus.§. fi.ff.ſol.mat.facit , quia econtra mulier , quæ culpa non eſt in ſeruitio viri,non debet habere alimenta, ſecus ſi propter culpam ipſius viri,glo.eſt no in c.ſignificaſti.de diuor.quam allegat Bal.in l. 1. in 3. col. C. de leg. bene facit l. Caio. & quod ibi no.Bar.ff. de ali.& cib.leg.& Bar.in ſuo tract.de ali. & lac. de Are.in l.quod in vxorem.C.de neg.geſt.

XV. QVAERO.

AN & quando dos ſit ſequeſtranda , vel ipſi mulieri reſtituẽda propter inopiam viri? Conclude,quod aut vir diſſipat bona ſua, & tunc eſt reſtituenda ipſi mulieri , iuxta l.ſi conſtante.in prin.ff.ſol.ma. & l. vbi adhuc.C. de iu. dot. Aut vir eſt diligens in bonis ſuis,ſed dotem diſſipat,& tunc ſequeſtranda eſt, non reſtituenda mulieri; & ita intelligatur tex.in l.ſi cum dotem.§.finautem. ff.ſol. mat.

SVMMARIVM.

1 *Filius ſi habitet ſeorſum a patre,an poſſit petere,quod pater ſibi aſſignet dotem vxoris ſuæ.*

2 *Emancipatio filij æquiparatur morti patris quo ad effectum conſolidationis actionis de dote in filium.*

XVI. QVAERO.

1 SI filius † habitet ſeorſum a patre, an poſſit petere,quod pater ſibi aſſignet dotem vxoris ſuæ? Ang. in l. ſi cum dotẽ. §.tranſgrediamur.ff. ſol.tenet ſimpliciter , quod ſic,per l. ſi is qui.§.quod dicitur.ff.de iu.do. Sed Imo.putat hoc verum,ſi emancipauit eum,qui per hoc videtur eum poſuiſſe in libertate alibi morandi, cum per emancipationẽ intelligatur exiuiſſe familiam paternam.l.fin.ff.de cap.dimi & ideo cũ vxor non debeat ſepraari a cohabitatio viri.l.3. C. cõmunia vtri. iudi.& dos debeat deſeruire onerib.matrimonij,merito tenebitur dotem dare ipſi filio,& hoc etiã tenet Bal. in emancipato in d.§.finautem.ſed ſi non emancipaſſet eum, tunc ſi cum voluntate patris ſeorſum habitat,idem videtur dicendum eadem ratione,ſecus videretur, ſi abſque voluntate patris , qa tunc imputandum eſt filio,ex quo vult ſeorſum habitare,niſi forte propter aliquam iuſtam cauſam : nam ſicut ex cauſa poteſt cogere patrem ad emancipandum eum , iuxta no.in l. nec auus,C.de emancip. lib. & in l.quidam cum filium, ff. de verborum obligatio. ita videtur , quod ex cauſa poſſit ſeorſum ab ipſo habitare , fortè tamen ſi filius ſuſpectus eſſet de mala adminiſtratione , ſufficeret patrem præſtare ei alimenta,cum ipſe ſit , ſcilicet pater , qui obligatus eſt ad reſtitutionem dotis , & ſic non debet cogi reſtituere , niſi ſit ſibi cautum,argumen.l.2.& l.ſi pater.ad fin.ff.de do.prælega. & facit , quod pulchre no.Bal.& Salyc.in l.2.C.famil.erciſcun. Adde ,
2 quod pro prædicta opin.Imo. facit , quia † cum emancipatio filij æquiparetur morti patris quo ad effectum conſolidationis actionis de dote in filium, §.videamus, C. de rei vxo. act. & l.ſi pater nomine filiæ,ff de iure dot. ſed patre mortuo dos debet eſſe apud filium, l. ſi maritus,ff.famil.erciſ.& d.l.ſi filia. ergo &c & ita vidi conſultum per Dy.& ita tenet Bal.in d.l.2. C.famil.erciſcun.referens Cy. ita conſuluiſſe . Idem tenet ibi Salyc.dicens ita tenere Iaco. de Are. in l. ſi conſtante,ff.ſolu. matrimon Idem tenet Bal.ibi , & in l. ſanè, ff. de iu. do.adducunt, quia emancipatio æquiparatur exhæredationi , l. 2. C. quod cum eo.ſed exhæredato debet dos reſtitui, vt eſt tex.in l.ſi ſocer,§.fina.ff.ſolu.matrimonio.& in d. cta l.ſi filia,§.2.ergo &c.limitat tamen Bald. in d. l. ſanè. quod ſi talis reſtitutio fiat de voluntate mulieris liberabitur pater a muliere . de quo per Moder.in l.2.ff.ſoluto matrimo. Adde etiam , quod in filio non emancipato, qui habet iuſtam cauſam habitandi ſeorſum a patre,iudex arbitrio ſuo prouidere deber, ꝙ dos ei reſtituatur, & eius arbitrium debet eſſe ſecundum diſtinctionem Imo.de qua ſupra.Quidam dicunt,ꝙ cum talis dos dicatur aduentitia l.1.2.& 3.cum ibi no. C. de bo.lib. & aduentitiorum pater habeat vſumfructum,vt l.cum oportet.in prin. eo.tit.lib.1. C. de bo.mater. ergo videtur, ꝙ pater non poſſit aliquo modo compelli, vt dotem filio reſtituat, etiam ſi voluntate patris, vel quocunque ſeorſum habitaret, cum ſatis ſit ꝙ pater præbeat alimenta filio pro ſe vxore, l.ſi quis a liberis,§.non tantum,de liber.agnoſ.nam habitatio ſeparata non impedit præſtationem alimentorum,l.libertis, §.fin.ff.de alimen.lega.hinc videtur, ꝙ ſi pater non vellet præſtare alimenta,tunc deberet fieri reſtitutio dotis,alias ſecus. Tamen mihi placet opin.Imo & idem in effectu conſuluit Bal. in quodam conſilio,quod incipit,quædam mulier, idem videtur de mente Bar.in l.ſi conſtante.in 8.quæſt.2 patris,ff.ſolu. ma. & facit, quod voluit Bal. in l.fin. in fine. C. de ſenten. quæ ſine cer.quant.

Nec obſt.ar. ſupra factum , quia ſi verum eſſet,ſequeretur quod ſimiliter mortuo patre poſſent hæredes denegare filio reſtitutionem dotis cõſtante matrimonio, offerendo ſe ſubire onera matrimonij,per l.ſi maritus.ff.fa.erc. & iſtud arg.in terminis reprobat Cy.in l.2.C.fam.erci.

SVMMARIVM.

1 *Actio de dote quando naſcatur.& nu.3.*
2 *Actio de dote pendet ſub illa conditione, ſi matrimonium ſoluetur.*

XVII. QVAERO.

1 ACtio de dote † quando naſcatur. Circa hoc gl. variarũt, nam glo.in l. iuriſgen. §. quinimo. verſ. idem Celſus. ff. de pac.tenet , quod actio de dote naſcatur conſtante matrimonio,pro quo videtur caſus in l.auia.C.de iure dot & ff.de bo.dam. l. quinque legibus. & probatur per rationem.Conditio , quæ eſt omnino extitura , non ſuſpendit naturitatem obli-

Source : BIU Cujas

obligationis. l. si pupillus sub conditione. ff. de noua. sed actio
2 † de dote pendet sub illa conditione, si matrimonium soluatur, & certum est matrimonium debere solui. §. nuptias. in Auth. de nup. ergo &c. alia est opi. Io. in l. pater. ff. de dote præleg. quam tenet Iac. de Are. videlicet, quod actio de dote nascatur constante matrimonio contra hæredes soceri, contra maritum non, nisi in casu inopiæ. & hoc probatur per d. l. pater. in prin. & ratione, quia respectu soceri mortui solutum est matrimonium. l. cum hic status. §. si socer. de do. inter vir. & vxo. ergo contra hæredes soceri competit actio. Præterea videtur casus in l. sed & si pro dote. §. 1. ff. de leg. præstan. Tertia fuit opi. gl. quod indistincte actio non nascatur constante matrimonio, nisi in casu inopiæ, vt no. in l. cum notissimi. §. illud. C. de præscr. 30. ann. & in l. in rebus. §. omnis. C. de iure do. & ibi tex. & gl. & in l. auia. C. de iu. dot. & in l. si rem. §. omnis. de pig. act. & in l. si cum dotem. §. si mulier. ff. sol. mat. & in l. quinque legibus. ff. de bo. dā. & videtur tex. in l. dotalem. ff. de manumis. & hoc tenet Dy. & Bar. in l. si constante. §. 1. ff. soluma. quia etiam contra hæredes soceri mortui non nascitur actio constante matrimonio, tex. est in l. 2. in prin. ff. de dote præleg. Ad contraria respondent, & primo ad l. auia. dic vt ibi. Ad l. quinque legibus. dic vt ibi in glo. Ad rationem, ꝙ ꝺi. est omnino extitura &c. respōdet Dy. in l. pater. de do. præleg. quod potest esse, quod soluetur matrimonium culpa mulieris, & sic non nascitur actio de dote, quia illo casu mulier ꝑdit dotem, ergo non est omnino extitura. Vel aliter dicas, cō di. omnino extitura non impedit natiuitatem actionis, verū est, si est certum, an & qñ exiſtat, vt ipse Dyn. dicit per illum tex. in l. si pupillus. ff. de noua. sed hic licet sit certum, an est tñ incertum, quādo soluatur matrimonium, ergo &c. Ex his ꝯcluditur, quod glo. supra allegata in d. l. iurisgen. non est vera. Ad rōnes Io. & Iac. de Are. respondē, & primo ad text. in d. l. si constante. §. 1. quod ibi ꝓcedit opi. Rogerij. s. quod vir recepit dotē & est exhērdatus a patre, certe quia per hāc exhæredationem incipit esse non soluēdo, nimirū si mihi incipit competere actio de dote, & quia non est certū exhæredationem valere seu nocituram esse nisi adita hæreditate, cum tunc sumat effectū. l. filium. §. sed cum exhæredatio. ff. de leg. præst. l. si quis filiū. C. de inof. testam. & ideo tempus aditionis inspicitar, si euidentissime apparebūt mariti facultates ad dotis exactionem non sufficere, vt requirit d. l. si constāte. in prin. Ad l. pater. in prin. de dote præleg. dic quod ibi exegit de facto. rationem, cum dicitur, quod quo ad socerum est solutum matri. dicit quod non sufficit, vt l. 2. in prin. ff. de dote præle. Ad l. sed si pro dote. dic, ꝙ ille casus non est contrarius. dicit. n. sed cum constante matri. aduersus hæredes soceri &c. expono. sed cum. i. quando, quod est viro vergente ad inopiam propter mortem soceri exhæredationem de ipso factā, vt in casu d. l. si constante. §. 1. & ista est sustentabilis conclusio. Et adde inquantum supra saluauit opi. Rogerii, ꝙ illa saluatio est de mente glo. in l. sed pro dote. §. 1. ff. de leg. præstan. & ꝓ
3 communi opi. quam supra tenuit, quod † non nascatur actio de dote, nisi sol. mat. licet sit certum debere solui matrimonium, facit optime l. Iulianus. ff. de cōd. inde. vbi si promitto x. si nauis ex Asia venerit, siue non, certum est debitum iri, & tamen non nascitur actio, antequam constet alteram partem conditionis euenisse, ad idem bo. tex. in l. nisi finita. ff. de tut. & rat. dist. vbi actio tutelæ nascitur, deinde tutela, & tamen certum est, tutelam debere finiri pubertate & morte, & ad prædicta vide Bal in l. 1. in 7. col. in fi. C. vt ac. ab hære. vel contra hæredes. Magis communis opin. est illa quam supra dixi. vide etiam Bal. & Gul. in l. iurisgen. §. quinimo. ff. de pac.

SVMMARIVM.

1 *Maritus si vergat ad inopiam sine eius culpa, an mulier constante matrimonio possit dotem petere.*
2 *Infortunium quando debeat esse commune coniugibus.*

XVIII. QVAERO.

1 SI maritus † vergit ad inopiam sine eius culpa, an mulier constante matrimonio possit dotem petere? Iac. de Are. in l. vbi adhuc. C de iure dot. tenet quod non, secus quando culpa viri, & ita intelligit dictam l. vbi. mouetur, quod vxor debet eē particeps infortunij viri. l. si cum dotē, §. si maritus, ff sol. matrimon. ergo &c. Imo dicit, ꝙ hæc opin. videtur contra mentem d. l. vbi adhuc. & d. l. si constante. quæ simpliciter & indistinctè loquuntur, & ita indistinctè sunt intelligendæ. Nec ob. tex. in d §. si maritus. quia verum est, ꝙ vxor debet eē particeps infortunij viri, sed prædicto modo, vt in d. ll. ex quo infert ibi Imo. ꝙ si propter partialitatem vir expellatur de ciuitate, quanquam illud sit quoddam infortunium considerātis moribus modernis, ꝙ non debet dos mulieris vsurpari per præsidentem in loco, sed potius erit restituenda ipsi mulieri, quasi vir inchoet malè vti, & incipiat vergere ad inopiam, cū exilium deducat ad paupertatem, & etiam celerius ad mortem, vt voluit glo. in Authen. de exhib. & intro. reis, §. 1. Adde, ꝙ hæc opin. est de mente Bar. in l. si constante. in 4. q. 1. partis, ff. solu. matrim. dum loquitur de mercatore, qui amisit naufragio mercantias, per tex. in d. l. vbi adhuc. in ratione sui. & in d. l. si constante. tamen Benedic. de Plumb. in l. seruum dotalem, ff. de manumissio. tenet opi. Iac. de Are. mihi magis pla-
2 cet opi. Bar. quia tex. in d. §. si maritus. dum dicit, † ꝙ infortunium debet esse commune coniugibus, non loquitur respectu dotis, quod sic ostendo, quia tex. ille in d. §. si maritus. fauore eius, qui patitur infortunium, statuit, illud debere esse commune, sed secundum opin. Iac. de Are. ista communio infortunij viri noceret, quia creditores exigerent maritum etiā in dote, ex quo sequeretur, ꝙ coniunx & liberi, propter quos est constituta d. l. vbi adhuc. paterentur potius odium, quam fauorem.

SVMMARIVM.

1 *Marito inchoante male vti sua substantia, ita quod eius facultates non sufficiant ad exactionem dotis, & ad solutionem æris alieni, dos repeti potest & non aliter, quod limita, vt nu. 2.*

XIX. QVAERO.

COnstante matrimonio quādo possit vxor pro dote agere propter inopiam viri? Bar. in l. si constante. in 2. col. ff. solu. mat. declarat, quid esset de iure fiorum per d. l. si constā te. & de iure. C. per l. vbi adhuc. C. de iu. do. & de iure Authēticorum per §. illud. in Auth. de æqual. do. dic vt ibi per eum. Cui adde, ꝙ magis communiter tenetur, ꝙ d. §. illud. corrigat d. l. si constante, & d. l. vbi adhuc. & hoc firmat gl. in d. l. licet gl. in d. §. illud. dicat, ꝙ ille § intelligitur secundum d. l. vbi. & ista opi. videtur in puncto iuris satis sustentabilis, quoniam imperator in d. §. illud. se refert ad d. l. vbi adhuc. Et hāc partē sequitur Dy. Imo. Ro. & Pau. in d. l. si constante. & secundum
1 hoc erit sensus illius §. illud, ꝙ † viro male inchoante vti sua substantia, ita ꝙ eius facultates non sufficiant ad exactionē dotis, & ad solutionem æris alieni, dos repeti possit, & non aliter. & d. l. si constante. & d. l. vbi adhuc. loquantur, quando facultates viri non sufficiebant doti & creditoribus, ut aperte innuit tex. in d. l. vbi adhuc. in ver. creditoribus. Ex quo infertur secundum Imo. & Dy. ꝙ d. l. vbi adhuc. non corrigit d. l. si constante. sed eodem casu loquitur, vt etiam sensit glo. in d. l. si constante. in prin. Et ꝙ §. illud. inducit aliquid nouū quo ad tempus exigendi dotem, patet secundum eos, quia solum intendit tractare, an & quando fiat exactio dotis. Ang. tamē in d. l. si constante. sequitur omnino Bart. ibi, & idem Pau. &
2 Raph. subdentes, † ꝙ debet limitari, quando culpa ipsius viri contingit, ꝙ incipit male vti sua substantia, secus si alia causa efficiatur eius conditio deterior, quia tum dicunt, militare tex. in d. l. si constante. & in d. l. vbi. Sed hæc limitatio non placet aliis communiter, quia etiam si negotietur maritus in mari, & naufragio merces submergantur, vel alio casu fortuito, nihilominus habet locum d. §. illud. quoniam habito respectu ad exitum, dicitur quis dilapidare, quamuis sine sua culpa hoc contingat, per l. sed an vltro. ff. de nego. gest. & dixi supra proxi. q. Item dicit Imo. ꝙ d. l. vbi adhuc. non corrigit. l. si constante. per illum tex. in ver. creditoribus. Sed puto, ꝙ ista non probentur, quia ille tex. loquitur quo ad prælationem mulieris aduersus cęteros creditores, tamen non negat, quin procedat etiam illud remedium repetendi dotem, dato ꝙ adhuc bona mariti dilapidantis sufficiant ad dotis exactionem, immo si bene inspiciatur ille tex. satis clare probat, ꝙ ibi plenius succurritur mulieri, quam in d. l. si constante. Puto etiam, ꝙ in puncto iuris. §. illud, nihil adiiciat. d. l. vbi adhuc. quo ad tē pus dotis exigendæ, multi dicunt, ꝙ fauore dotis non esset recedendum a Bar. in d. l. si constante.

SVMMARIVM.

1 *Facultates mariti multis modis probantur, non sufficere ad dotis exactionē.*
2 *Pauper & inops differunt.*

XX. QVAERO.

QValiter prohibentur facultates viri ad dotis exactionē non sufficere, vel virum nō esse soluendo, vel inopem, vel

Source : BIU Cujas

vel inchoare male vti sua substantia? Vide Bart. in l. si constante. in 1. 2. & 3. q. primæ quæstionis principalis. ff. sol. matrim. Idem tenet ipse in l. fi. §. licentiam. per illum text. C. de iure deliber. & sequitur Bal. in l. cum de lege, ff. de proba. Idem videtur tenere Bar. in l lege. in princ. ff. de verbo. obl. vbi etiam dat modum aliter probandi istam negatiuam. Idem tenet Pau. in l. maritum. ff. sol. matrimon. Sed Iac. But. in d. l. si constante. Pau. in l. Mæuia, §. fi. ff. sol. matrimo. & Raph. in d. l. lege. tenent contrarium, quia probatio debet de necessitate concludere. l. neque natales. C. de proba. & cap. in præsentia. extra, eod. tit. Sed ista allegatio partis, quod nõ sunt plura bona, non concludit necessario, ergo &c. Pro hoc facit l. maritus. §. post aditam. ff. ad l. Fal. & l. 1. § quod dicitur, ff. si cui plus
1 quam per l. Falc. Ad glos. in d. l. cum de lege. respondet † plurib. modis, vt per eos in dictis locis, & per Imo. & ibi etiam aliquid dixi, in rub. ff. de no. ope. nunc. Melior videtur responsio inter omnes, quod ibi tractabatur de modo æstimationis. non autem quanta bona essent. Vel quod illud ideo ibi est, quia nisi alias staretur dicto hæredis, ibi præsumeretur delinquere, idest, falsum dicere, propter quod veniret priuandus falcidia l. rescriptum. & l. 1. ff. de his quib. vt indig. & l. Pau. ff. ad l. Falc. quis autem non præsumitur delinquere, vulgata l. merito. ff. pro soc. ergo &c. Sed certe hæc responsio mihi non placet, quoniam stant ista simul, quod plura sunt bona, quam dixerit hæres, & tamen ipse non delinquat, vt quia ignoret plura extare. Alij respondent, quod glo. illa debet intelligi secundum leges, quas allegat, scilicet secundum d. l. fi. §. licentiam. quando conferat inuentarium. & hæc responsio potest esse bona, ex qua infertur, quod Bar. in d. l. si constante. non in totum bene loquitur, contra quem etiam facit tex. in d. l. decem. non enim statur dicto creditoris quod plura non essent bona nisi mittantur nuntij, & exploratores, maxime a vicinis, quibus in hoc creditur, vt no. glo. in l. 2. C. quan. fiscus vel pri. & postea referant iudici iuxta formam traditam per Bar in l. a diuo Pio. §. in uenditione. ff. de re iu. cum simi. Pau. in l. Mæuia, alias respondet d. l. cum de lege. quod ibi reus erat ille, qui asserebat plura bona non extare, sed in casu nostro erat actor, nimirum si sibi incumbit onus probandi. In practica non recederetur tab opinio. Bar. pro quo facit id, q̃ ipse not. in l. conficiuntur. §. codicillis. ff. de iure codicil. quod vbi non possunt in testamẽto haberi 7 testes, sufficiunt quinque, puta tempore pestis, tunc si quinque adhibet, eo ipso quod ipsi asserunt plures adhiberi nõ potuisse, fundata est intentio hæredis, nisi contrarium postea probetur, allegat d. l. cum de lege. Et pro hac opin. Bar. facit, quia si quis Bononiæ existens habet producere aliquod statutum Florẽtinum, & illud producat, dicens esse totum, pro eius assertione præsumitur, donec contrarium probetur, ita tenet Bart. in rub. de no. ope. nun. per gl. in d. l. cum de lege. quam ibi sequitur Ro. pro qua dicit esse tex. fin. in l. si is qui. ff. de testa. idem tenet Ant. de But. in c. 1. in fi. de pb. & in c. contingit. de fi. instru. licet Imo. in d. rub. de ope. no. nun. contra tenuerit, & male, vt ibi dixi. & cum hac opi. Bar. concordat Ang. & Imo. sibi contrarius in l. cum ex causa. ff. de re iu. & in l. mutum. §. 1. ff. de acq. hæ.

Non ob. illa ratio, q̃ probatio debet de necessitate cõcludere, quia illud est verum quantum ad ostendendũ æris alieni quãtitatem, ex quo resultat præsumptio, seu fundamentũ talis intentionis eius, qui asserit plura bona non extare. Alij tamen sunt modi securiores ad probandum facultates alicuius non sufficere ad debita, de quibus per Bal. in l. 1. C. de reuocan. his quæ in frau. cred. & in l. si vero. §. qui pro rei qualitate. ff. qui satisd. cog. & in l. vbi adhuc. in 10. col. C. de iure do. per Bar. & alios in l. decem de ver. obligati. Idem adde, in quantum Barto. in d. l. si constante. in præallegata 2. q. ponit, quomodo probetur paupertas & inopia. ar. & Bal. in auth. præterea C. vnde vir, & vxor. Bal. & Ang. in d. l. si vero. §. qui pro rei qualitate. per Iac. But. in l. actor. C. de proba. per Bal. in auth. quo d locum. C. de coll. per Host. & alios in c. Odoardus. de solu. per Bald. in l. paupertas. de excu. tuto. & in l. si quis ad declinandam. in 3. col. de epis. & cle. & in l. vbi adhuc. in 8. col. præallegata. & est glo. no. in §. si vero absunt. in ver. substantiam. in Authen. de hære. & falc. & Ang. in Auth. de æqualit. do. in §. illud. & quod no. Bal. in l. si pro. in princ. C. mand. & Archid. 8. distin. c. quo iure. vbi ponit differentiam
2 inter pauperem & inopem, vbi dicit quod † pauper est, qui parum habet, inops qui nihil. & idem dicunt Moder. in l. id quod pauperibus. C. epis. & cle. sed illud, quod dictum est de inopia, videtur contra tex. in d. authen. præterea iuncta gl. & contra l. si creditores. de priuileg. credi. vbi etiam ille, qui pauper est, appellatur inops. ad idem facit tex. in l. si ab arbitrio. §. fi. ff. qui satisd. cog. verbo, magna inopia. quia superua cuo dixisset magna inopia. ad idem tex. in l. vbi maxime secũdum intellectum Barto. in d. l. si constante. in 3. & 4. opi. ad idem tex. in c. quæ in ecclesiarum, de consti. & glo. in d. auth. præterea. Quæ autem sit differentia inter paupertatem & penuriam, vide in c. periculose, de statu regu. in 6. Et vnum no. pro intellectu huius materiæ in practica, quia non sufficeret probare per tres dicentes, maritum vergere ad inopiam. sed requiritur, q̃ dicant, manifestum esse maritum, se vergere ad inopiam. ita probatur in l. in rebus, ad fin. secundum Bar. ibi, C. de iure dot.

SVMMARIVM.

1 *Maritum non esse soluendo, an possit transire in notorium.*
2 *Factum affirmatiuum habens naturam ſtatus transitorij potest transire in notorium.*

XXI. QVAERO.

1 MAritum †non esse soluendo, an possit transire in notorium? Bar. in d. l. si constante, in prædicta prima q. sentit hanc theoricam, q̃ illud quod affirmatiuè asseritur, vt aliquem esse soluendo, vel aliquem esse diuitem, bene potest transire in notorium, sed illud, quod negatiuè asseritur, nec certo loco vel tempore coarctatur, vt in q. nostra istud non cadit in plenam probationem, vt l. actor, in fi. C. de probat. & multo magis non cadit in notorium. Non obstat verbum euidentissime, quod est in d. l. si constante. quia accipitur secundum naturam contractus. l. si vno. ff. loca. nam in his, in quibus sit plenum præiudicium, accipitur pro semiplena, & pro vulgi opinione secundum eum. Adde, quia Bart. sentit, quod
2 †factum affirmatiuum, habens naturam ſtatus transitorii, vt est homicidium & adulterium committere; potest transire in notorium, cuius contrarium tenet ipsemet Bart. in l. ciues. C. de appellat. per tex. in auth. qui semel. C. quomodo & quãdo iudex. ibi dum text. dicit, vox præconis &c. vnde distinguebant aliqui inter factum affirmatiuum habens actum permanentem, & illud bene transire possit in notorium, & habens actum transitorium, quo casu secus, vt per Bart. in l. hæredes palam. in princip. ff. de testamen. & in d. l. si vero §. qui pro rei qualitate. per Bal. in l. ab Anastasio. C. man. Item in quantum Barto. dicit, quod illud, quod negatiue asseritur, non cadit in notorium. Idem no. Imo. in l. decem. de verb. obligat. sed cõtrarium est verius, vt per plura iura ostendit Anto. de But. in c. vestra. de coha. cler. & mul. in 10. charta. maxime per c. 1. de confes. in sexto. iũcto cap. fin. de cohabit. cler. & mulie. & est casus in cap. cum olim. de verb. significa. & in cap. dudum. el primo. de ele. quod tenementi, quia communiter Doct. in d. l. si constante. non aduertunt.

XXII. QVAERO.

SI vir bene inchoat vti substantia sua, tamẽ malum exitum habet, quia perdit, vel depauperatur, an vxor possit repetere dotem? Dic vt per Bar. in l. si constante. in 4. q. primæ quęst. prin. ff. so. ma. cum quo cæteri transeunt.

XXIII. QVAERO.

SI maritus sit bannitus de ciuitate sua, an vxor possit repetere dotem? Bart. in l. si constante. in 5. quæst. primæ quęstionis princip. ff. sol. ma. distinguit, aut iste talis est bannitus, ita quod perdit omnia sua bona, & tunc non est dubium, q̃ mulier repetit dotem, quia tunc est imperfecta inopia. Idem dicit in parte bonorum publicata, vt in l. si marito. in princip. ff. eod. titu. Idem dicit, si solum iussus est exulare, per §. illud. in Auth. de equa do. quia ille, quem oportet exulare, male vtitur substantia sua. Et subdit etiam, quod marito absenti debent mitti alimenta, quod dicit esse menti tenendum. Addo ea, quæ dixi supra in quæstione 18. & idem tenet ipse Bar. in l. si cum dotem §. si maritus. ff. solu. matrimon & in l. 2. in princ. eod. tit. & Bal. & Pau. in l. si marito. eod. tit. & D. Ant. in c. per vestras. extra, de dona. inter virum & vxorem. Angelus in l. cum notissimi. de præscript. 30. anno. Ioan. And. in addit. Spec. in tit. de do. inter vir. & vx. §. fi. ver. quod si vir est in banno &c.

XXIIII. QVAERO,

QVid si maritus est excommunicatus, an mulier possit dotem suam repetere? Dic quod non, qua vxor tene-

Source : BIU Cujas

tur habitare cum marito etiam excommunicato. c. inter alia, de sent. excomm. & ita tenet Ioan. And. in addit. Spec. in tit. de dona. inter ui. & vxo. §. fi ver. quid si vir. & Bald in l penul. C. ad l. Iul. de plagia. & d. Ant. in c. per vestras. extra de donatio. inter virum & vxorem.

SVMMARIVM.

1 *Mulier si scienter contraxit cum marito inope, an possit constante matrimonio repetere dotem.*
2 *Dotis restitutio procedit in casu inopiæ.*

XXV. QVAERO.

1 SI mulier † scienter contraxit cum marito inope, an possit constante matrimonio repetere dotem? Dy. tenet ꝙ non, Bart. in l. si constante. in 6. q. primæ quæstionis principalis, tenet indistincte, quod habeat beneficium d. l. si constãte. & sic possit dotem repetere. Idem tenet Bar. in l. si is a quo. §. 1. ff. vt in pos. leg. cap. per vestras. de don. inter vir. & vxor. & quia tenendo hanc opinionem fauetur matrimonio. l. adigere. §. si maritus. ff. de coll. sed Ioan. And. in addit. Spec. in tit. de dona. inter vir. & vxo. §. fi. vers. qnid si mulier. tenet opin. Dy. quem etiam dicit sequi Mart. de Fano. Idem tenet Bald. in d. l. vbi adhuc. & Bald. An. & Rom. in d. l. si constante. Pet. de Anch. D. Ant. & Imo. in c. propter sterilitatem. in prin. de loca. Idem tenet in d. auth. quod locum. prout refert ibi Bald. 7. quæst. Idem Benedic. de Plum. in l. seruum dotalem. ff. de manumis. Nec obst. quod mulier non potest doti præiudicare. l. Attilicinus. ff. de pac. do. quia respõdet, cum per tale pactum reducatur dos ad propriam naturam dotis, videlicet quod non restituatur constãte matrimonio, iuxta. l. 2. in princip. ff. sol. mat. non videtur fieri deterior conditio dotis, arg. l. vnus. §. pactus ne peteret. ver. quod si in speciẽ. ff. de pac. Et ad rationem Bar. vltra responsionem Bal. & Ang. quæ non videtur multum sufficiens, posset responderi, quod imo per pactum, si ante nuptias factum sit, potest sibi mulier præiudicare in dote. l. & hæredi. §. filia. & ibi no. ff. de pac. hic tamen multum satisfacit per d. l. Attilicinus. in uer. ante nupt. Ad d. §. filia. potest dici, quod debet intelligi in aliquo de illis casibus, in quibus licet sibi præiudicare, de quibus per Imolam in l. si socer, §. Lucius, ff. solu. mat. puta, quando factum est pactum soluto matrimonio. vel collatum in id tempus, vel verius debet intelligi d. §. filia. ꝙ ibi ideo per pactum sibi in dotem præiudicare potuit, quia habebat alium extraneum expromissorem, aduersus quem regressum habere poterat, quamuis non aduersus maritum, pacto scilicet obstante. D. Anto. in d. c. per vestras. dicit mulieri isto casu denegari restitutionem dotis, tamen tenetur maritus satisdare mulieri de dote conseruanda, & restituenda per illum tex. qui propriè videtur loqui hoc casu. Imo. etiam in d. l. si constante. tenet opi
2 nio. Cy. dicens, ꝙ imo † natura dotis est, ꝙ restitutio dotis in casu inopiæ procedit, per d. l. si constante. Nec ob. §. pactus. quia ibi per pactum non derogabatur d. l. si constante. & dic. l. vbi adhuc. & subdit, saluari posse illam opinio. quod remedium dicti cap. per vestras. habeat locum tantummodo, quãdo maritus esset suspectus de dilapidatione, vt ibi no. in glos. & ita procedat opi. Bar. alias autem secus. Ego vero tenendo opi. Bar. dico, ꝙ d. c. per vestras, & d. l. si constante. habere possunt locum secundum ꝙ elegerit mulier, vt ibi voluit do. Anto. & Cy. in l. vbi adhuc. in 1. oppos.

XXVI. QVAERO.

QVid si mulier contraxit matrimonium cum hæretico, an possit dotem reperere. Tex. in c. decreuit. de hæret. in 6 dicit, ꝙ vbi mulier scienter contrahit matrimonium cũ hęretico, amittit dotem, & fisco applicatur fauore fidei catholicæ, quod est notandum.

SVMMARIVM.

1 *Socer, qui recepit dotem, si ipse vergat ad inopiam, an mulier repetat dotem.*
2 *Actio ad dotem an detur mulieri constante matr.*

XXVII. QVAERO,

1 QVid in † socero, qui recepit dotem, si ipse vergit ad inopiam, vel incipit malè vti sua substantia, an repetat dotem? Barto. examinat in l. si constante. in 7. quæstio. primę q. princ. ff. solu. matri. cui adde, quod communiter tenetur, ꝙ idem sit in socero, quod in viro, pro quo facit. l. diuortio. §. interdum, ff. sol. mat. & no. in l. rei iud. §. fi. co. ti. Nec ob. quod habetur in l. si verò, §. de viro. co. ti. quia Bar. in d. q. multum insistit pro responsione.

Et adde, quia idem tenet glo. in §. illud. in Auth. de æquali. do. & ibi Iac. de Bel. & Ang. idem Cy. & alij in l. vbi adhuc, C. de iure do. & Pan. in d. l. si constante. Quidam dicunt ad d. §. de viro, ꝙ veritas videtur, quod imo in casu nostro sumus in exorbitantibus. & l. 1. & 2. ff. de iure dot. loquuntur in plenaria restitutione, sed in casu nostro dos adhuc deseruire debet oneribus matrimonij. dic. l. vbi adhuc, ergo &c. Sed hæc sol. mihi non placet, nec videtur bene considerasse, quia exor
2 bitantia d. l. vbi adhuc, §. constante. surgit ex eo, ꝙ † mulieri cõstã. mat. datur actio ADDIT. [Datur. Adde, ꝙ actio dotis oritur etiam constante matrimonio. l. si socer. in prin. & ibi Bar. vers. 2. sciris. de do. præle. & tradit Bal. in auth. quod locum. 3. q. C. de col. quod est nata constan. matrim. non ad rescindendum, sed ad protegendum & conseruandum eam dotem in tuto. vide Bart. & Doct. in l. si constante, §. j. ver. pro huius gl. declaratione. & ibi per Bal. in fi. Et latè per dom. Alex. in ver. vtrum autem actio. ff. solu. matrim.] ad dotem, ꝙ regulariter esse non debet, vt no. in l. 2. in prin. ff. solu. matri. & dixi supra eo. in 17. q. vnde teneo solutionem Bar. in d. l. si constante, & per eundem in d. §. de viro.

Vel aliter solue, ꝙ in d. §. de viro, non loquitur de eo, quod peruenit ex manumissione facta de voluntate mulieris, sed ex bonis liberti.

Primus tamen intellectus, qui colligitur ex solutione Bar. magis placet. Nec videtur verum, quod in d. l. si vero maritus. ideo teneatur, quia mandato mulieris &c. quia d. l. ex mãdato. ff. mand. quæ habet, quod quicquid ex mandato meo ad te peruenit, debes mihi restituere, procedit, quando illud sine mandato meo explicari potuisset, quod secus erat in casu illo, quia & sine mandato vxoris potuisset maritus seruos manumittere, vt est in l. dotalem, ff. solu. matrim. non recedas igitur a Bar.

SVMMARIVM.

1 *Maritus & socer si ambo teneantur pro dote, & alter tantum uergat ad inopiam, an mulier possit dotem suam repetere.*
2 *Ratio si non sit scripta in lege, quando fiat extensio in correctorijs ad causam non expreßam.*
3 *Lex an extendatur ex similitudine rationis.*

XXVIII. QVAERO,

1 QVid si † maritus & socer teneantur, & alter tantum vergit ad inopiam, an mulier possit dotem suam repetere? Bar. in l. si constante. in 8. q. 1. q. prin. ff. solu. mat. distinguit, vt ibi per eum. Cui adde inquantum dicit, ꝙ si sunt obligati vt duo rei, tunc propter paupertatem vnius potest agi contra alium. Bal. & Ang. ibi tenent contrarium etiam si sunt duo rei debendi, videlicet, ꝙ non possit agi contra vergentẽ ad inopiam, nec etiam contra alium, quia diuitiæ vnius supplere debent pro inopia alterius, allegant l. si plures. §. j. alias §. præterea. el 2. cum glo. j. ff. de fideiuss. quem tex. ad hoc reputat sing. ipse Bal. in l. mulier, C. de iu. dot. hanc opi. velut æquiorem sequitur Raph. & Mod. in d. l. si constante, & in l. quoties. C. quo quisq; ordine conuenitur, lib. xj. Non tamen respondet ad rationem §. illud, in Authen. de æqua. do. quem alleg. Imo. in d. l. si constante. pro opin. Dy. nam ibi videtur, ꝙ vbi maritus cœpit dilapidare, etiam licet soluendo sit in decuplum, tamen potest mulier agere ad dotem constante matrimonio, potest dici, ꝙ ille tex. parum facit, quia loquitur, quando solus maritus erat obligatus, nos autem quando plures vel dicas etiam, ꝙ interpretari debet secundum iura antiqua magis limitate loquentia, videlicet secundum dictum §. præterea, Ia. de Bel. & Ang. in d. §. illud. simpliciter sequuntur, gl. d. l. si constante. & idem Io. An. in add. Spe. in ti. de do. inter vi. & vxo. in § formatus, in addi. quæ incipit, vt no. in l. vbi. & idẽ tenet Imo. in d. l. si constante, siue sint duo rei, siue non, per d. §. illud, Pau. in d. l. si constante, dicit, ꝙ aut ille, qui sustinebat onera matrimonij solus, est effectus inops, & tunc contra eũ agi potest, & si non est soluendo, agitur contra alium. & hoc remedium datur mulieri ne fraudetur dote & alimentis Aut alius, qui nõ sustinebat onera matrimonij, est effectus inops, & tunc cessat istud remedium, quia mulier per hoc non fraudatur dote, nec alimentis. Sed certe hæc opi. in vlt. dicto est contra communem sententiam, & contra d. §. illud. in ratione sui. Passus est dubius, tamen in veritate sententia Bar. non videtur vera, quia tex. in auth. hoc ita. per quem se fundat Bar.

non

Source : BIU Cujas

non videtur obstare, quia loquitur in beneficio diuisionis introducto de iure speciali, vnde nimirum si propter inopiam vnius, alij illo beneficio priuantur, cum facilius tollantur ea, quæ sunt de iure speciali, quam de iure communi, l. eius militis, §. militia missus, ff. de test. mili. §. quia verisimile. in Auth. de non alie. sed de iure communi, ꝙ dos const. matr. peti non possit, ergo &c. vnde dicendum videtur, ꝙ etiam quãdo sunt duo rei debendi, inopia vnius in casu nostro non debet alteri nocere. l. mora. §. fi. ff. de vsu & sic vera sit opi. Bal. Potest etiã saluari opin. Barto. quando essent socij, quia tũc inopia vnius alteri prẹiudicat. l. penul. cum ibi no. ff. de duob. reis. & d. l. mora. §. fi. secundum communem intellectum. Prẹdictis ẽt adde, quia d. l. si constante. est correctoria, quando patiatur extentensionem. Bar. in d. l. si constante. pulchrè examinat in 9. q. 1. q. prin. Et inquantum ibi tractat, an in correctoriis fiat extẽsio ex identitate rationis, & videtur dicendum ꝙ non. Limita verum, nisi per talem extensionem rediretur ad ius commune, quia tunc ex identitate rationis fieret extensio tanquã de causa fauorabili. gl. melior de iure in c. statutum. in ver. diminuendum. de præben. in 6. no. D. Ant. in c. olim tibi. per illũ tex. de verbor. significat. Secundo limita per l. 2. C. de indi. vidui. tol. Tertiò limita, nisi ratio scripta sit in l. correctoria, qa tunc ex identitate rationis fiet extensio ad casus similes. glo. est iuncto tex. in c. 2. in ver. eligitur. de ele. in vj. no. Bal. in authen. quas actiones. in 2. col. C. de sacros. eccl. vbi conat̃ hoc aliquibus iuribus comprobare. Hoc tamen intelligo esse verum, ꝙ talis lex esset correctoria, non tamen pœnalis, secus vbi esset pœnalis. gl. in cle. 2. in versic. in eisdem. iuncto tex. de æta. & qual. dum tex. ibi ponit rationem expressam, & tamen vult ibi gl. ꝙ non extendatur. Secundo intellige verum, nisi alia ratio non scripta in lege suaderet extensionem non debere fieri: ex hoc enim deprehenditur, ꝙ in casu non expresso non militat omnino eadem ratio. gl. est no. in c. constitutus, de elec. in vj. quam ibi ponderat Imo. & Domi. de sancto Gemi. Alias limitationes vide per D. Anto. in c. fœminarum. in 1. & 12. fallentia. de consue. per Dom. in c. 1. de temp. or. lib. 6. & in c. si postquam, §. 1. eo. titu. per Alber. de Rosa. in prima parte statutorum. in q. 9. per Imo. & Raph. in l. cum mulier, ff. solu. mat. per Imo. in l. 2. §. fi. & in l. in ædibus, §. 1. ff. de do. For
2 tius videtur, ꝙ † etiam si non ratio sit scripta in lege, tamen si non potest reddi, nisi vnica ratio, tunc fiet extensio in correctoriis ad casum non expressum, sicut si ratio scripta esset in lege, gl. est no. & ibi Bal. in l. quamuis, C. de fideicom. & Bal. singulariter decidit plures quæstiones propter hoc in l. maximum vitium. circa 4. col. C. de libe. prẹter. & in l. fi. & ibi per Imo. ff. de hær. insti. & Pau. in suo consi. 334. & in l. si vero, §. de viro, ff. sol. ma. licet Bar. in l. liberorum. in 6. col. ff. de verb signifi. dicat, ꝙ non audet firmare p ædicta, scilicet quando ratio non est scripta in statuto, licet vnica tantum ratio reddi possit, tamen Bal. & alij supra allegati tenent contrarium. Adde etiam, quod no. dicit Bar. in l. 2. §. conditio, ff. de adimen. lega. ꝙ si ab vno statuto imponatur vna pœna in eodem delicto non inducitur correctio primi statuti. Et an quando statutum inducit aliquam pœnam pro delicto, pro quo de iure communi erat alia pœna inducta, intelligatur correcta pœna iuris communis. vide in l. 1. §. 1. ff. de ope. no. nunc. In fauorabilib. licet exorbitantibus, an possit fieri extensio ex identitate rationis. Bar. in d. l. si constante. tenet ꝙ sic, vbi adde glo. in l. 1. C. de his qui ante apertas tabu. similis glo. in l. miles. in prin. ff. de re iud. ad idem tex. in l. libertum, §. senatus, ff. de ri. nup. & in l. 2. ff. si mater non petierit, ver. quid si curatores, ff. ad Tertul. idem Bar. in auth. res quæ, ad fi. C communia de lega. & Ange. ibi, qui ponderat ad hoc glo. l. posthumi appellatione, ff. de lib & posth. & Ro. in repetitione authenticæ, similiter. 11. char. C. ad l. Falci. Hoc tamen intellige, nisi ex vna parte esset pœna grauis, puta infamiæ, argu. l. si quidem cum glo. ff. quod metus causa, quia tunc non fieret extensio, vt est tex. in l. fi. C. de interdicto matrimonio. Dixi autẽ, pœna grauis, quia si non esset grauis, licet de pœna ageretur, tamen fieret extensio, vt est tex. in dicto ver. ꝙ si curatores. Secundo intelige, nisi ageretur de præiudicio alterius piæ, vel fauorabilis causæ, quia non fiet extensio. glo. in c. quæ a iure, de reg. iur. in 6. & in c. constitutione, de re iud. eo. lib. Et est ratio, quia pietas contra pietatem extensionis priuilegio non vtitur, arg. §. sed hoc præsenti. in Auth. de sanc. epis. & probatur in l. sed & milites. ff. de excu. tuto Hoc tamen dictum limita, nisi maior esset fauor extensionis qnam restrictionis, quia tunc fiet extẽsio ex identitate rationis, arg. l. verum, §. fin. cum l. sequen. ff. de pignoribus.

Ex his dubitatur, an rectè loquat̃ gl. in c. fidei, de hær. in vj. volens, ꝙ procedenti per viam inquisitionis contra hæreticum fauore fidei sit concessum, vt admittantur testes alias inhabiles, & suspecti, an extendatur contra hæreticum per viam accusationis, & tenet ꝙ non, quia est exorbitans, & certè gl. illa videtur malè loqui, quoniam agitur de causa fidei, quæ est multum fauorabilis, & ideo contra illam glo. tenebat ibi Arch. licet Do. de sanc. Gem. sequatur illam. ex eo, quia secundum eum modus procedendi per inquisitionem est magis fauorabilis, quam per accusationem tamen glo. ibi se non fundat in ista ratione, sed in illa, quia exorbitans &c. & ꝙ causa accusationis sit magis fauorabilis quam inquisitionis contra ipsum Dom. no. Bar. & omnes in l. 2. §. si publico, ff. de adul
3 te. & Bal. in l. ea quidem, C. qui accus. † An autem lex extendatur ex similitudine rationis, tãgit in d. l. si constante, & de materia extensionis ex similitudine, vel identitate rationis, ex fauoris paritate, ex iuris antiqui correctione, ex absurditatis eũi tatione, ex connexitatis identitate, vide Cy. Bar. & Bal. in l. nõ dubium, C. de legib. & in l. omnes populi. in 6. q. principali, ff. de iust. & iu. & per Bal. in l. fi. C. de interdicto matrimonio, per Bal. in l. 1. C. de interdictis, per Io. And. in c. odia, de reg. iur. in mercu. & in addit. Spe. in ti. de act. & per §. pe. & in add. quæ incipit aucta. & in addit. quæ incipit, item cautè. per Inno. in l. si verò, §. de viro, ff. so. ma. per Matheſi. in suo trac. extensionis, per Cy. & Bal. in l. j. C. quæ sit lon. consue. per Bal. in l. de quib. ff. de legi. per canon. in c. fi. de consuetudine. per Sali. in l. 2. C. de noxa. per Pet. de Ancha. in c. canonum statu. in iochar. de constit. & Ioan. And. in regula, pro possessore, in mercurialibus, per Bal. in l. 2. C. de patri. qui filios distra. per Ange. in l. qui verò. & in l. non possunt, ff. de legi. per Imo. in l. 2. §. 1. de do. per Domi in cap. 1. de temp. ord. in vj. per omnes. in clem. 1. de rescrip. per Pau. in l benignius, ff. de legib. & in suo consil. 334.

XXIX. QVAERO.

SI maritus, vel socer volunt mulieri dare fideiussorem, an euitabunt exactionem dotis? Bar. in d. l. si constante. in 10. q. primæ quæstionis princip. ff. solu. matr. decidit ꝙ non. Addo, ꝙ idem tenet Ang. in § illud, in Authen. de æqual. do. Sed ipsemet Ang. in d. l. si constante. & Rom. tenent contrarium. Mouentur per tex. in c. per vestras. extra, de dona inter vir. & vxor. Mihi placet opi. Bar. quæ est communis, maximè per rationes eius in d. l. vbi adhuc, C. de iu. dot. quia non est æquũ, mulierem se committere fragilitati cautionis, l. cogi, §. si pater, & l. qui ita, §. 1. ff. ad Trebell. Item canonistæ in d. c. ca. per vestras, & Ioan. And. in addit. Spec in tit. de don. inter vir. & vxor. in §. fi. in addit. incipiente. Idem no. Item tenet Bar. in d. l. si constante, in quinta oppositione, dum refert verba Dy. & Ray. dicentium, melius esse dotem repetere, quam fideiussores accipere. Non ob. tex. in d. c. per vestras, quia potest respõderi, ꝙ ibi mulier sciebat virum esse inopem vel aliter, vt in proxima quæstione.

XXX. QVAERO.

AN per remedium capituli per vestras. extra de dona. inter vir. & vxor. cesset remedium dictæ legis, si constante, ADDIT. [Si constante. No. hic, ꝙ remedium, l. si constante, ff. solu. matri. non cessat per remedium capituli, per vestras. extra de dona. inter virum & vxorem.] ff. solu. matrimonio. Respon. quod non, vt patet in præcedenti quæstio. quia vbi actori conceduntur plura remedia alternatiuè, vel simpliciter, eius est electio. notatur in l. quod in hæredem, §. eligere, de tribu. & no. Bar. in l. cum proponas, C. de transac.

XXXI. QVAERO.

SI dos est communis patris & filiæ, an filia poterit agere contra maritum inopem inuito patre? Vide Bartolum in dicta l. si constante, in 1. quæst. & quæstio. princ. ff. soluto matrimonio. Et vide ibi, an sit distinctio, vtrum dos sit parua vel magna. Et cum Barto. transit ibi Bald. Ange. Rapha. & communiter omnes Doctores, & Bal. in l. vbi adhuc, in 8. colum. C. de iure do.

XXXII. QVAERO.

QVando dicatur dos parua, vel magna. vide Barto. in l. si constante, in secunda quæstio. 2 quæst. princip. ff. soluto matrimonio. Et adde Barto. in l. admonendi, ff. de iureiuran. & quod no. Bar. & Docto. in authen. quod locum, C. de collatio.

Source : BIU Cujas

XXXIII. QVAERO,

SI pater eſt abſens eo caſu, quo filia non poteſt agere ſine conſenſu ſuo, quid fiet? Bar. in d.l.ſi conſtante. in 3.q. 2. q. prin. tenet, quod tunc filia agere poſſit. bene facit l. longius. §. 1. ff. de iud. & l. ſed ſi unius. §. filiusſa. & §. ſeq. ff. de iniur. & pro opinione Bar. eſt melior caſus de iure in l. filiusſa. §. ſed ſi filio. ff. de procur.

XXXIIII. QVAERO.

QVid ſi non mulier, ſed pater vult agere in caſu inopiæ, an poſſit? Bar. in dicta l. ſi conſtante. ff. ſol. matrimon. in 4. q. 2. princ. tenet quod ſic, ſi filia conſenſit, vel cauſam contradicendi non habet. l. ſi cum dotem. §. eo autem tempore. ff. ſol. matrimonio. quod limita, vt infra proxima quæſtione.

XXXV. QVAERO.

QVid ſi pater eſt vilis & ſuſpecta perſona, an poſſit agere in caſu de quo ſupra proxima quæſt. Pau. in d. l. ſi conſtante. dicit, quod eriam ſi perſona patris ſit ſuſpecta, poſſit agere, quia non debet dos iſto caſu peruenire ad patrē, ſed ad filiam, vt oneribus matrimonij valeat deſeruire. d.l. vbi adhuc. C. de iu. dot. mihi tamen non videtur, quod propter hoc Bal. male loquatur, quia non negat, quin dos debeat eſſe in manibus patris & filiæ, ſed dicit, ſi iuſtam cauſam contradicendi habuit filiæ, &c. Hoc aūt ſatis colligitur ex modo agendi intentato per patrem, quoniam ſi peteret dotem ſibi reſtitui, vt eam poſtea reddat filiæ, cum interim eam dilapidare poſſet, poterit filia ex iuſta cauſa contradicere. Sinautem concluderet non ſibi, ſed filiæ reddi, tunc procedat opinio Pauli.

XXXVI. QVAERO.

AN ſi mulier ſtipulata eſt dotem ſibi reddi quandocunque ſol mat. an videatur renunciaſſe, ita quod eueniēte inopia non poſſit agere? Vide Bart. in l. ſi conſtante. in 5. q. 2. q. prin. cum quo cæteri tranſeunt. ff. ſol. mat.

XXXVII. QVAERO.

SI extraneus dedit dotem pro muliere, & ſtipulatus eſt illam ſibi reddi ſoluto matrimonio, an ſi conſtante matrimonio vir vergat ad inopiam, poſſit extraneus agere pro dote? Bartolus in l. ſi conſtante. in ſeptima quæſti. 2. quæſtio. princip. ff. ſoluto matrimonio, dicit quod non, quia in caſu ſoluti matrimonij videtur tantum ſtipulatus, ergo caſus inopiæ remanet iuri communi, & ſic mulier agit. præterea ſit reſtitutio in d.l. ſi cōſtante. improprie, ſcilicet, vt mulier ſe, ſuoſque alat, quod non poſſet fieri, ſi extraneo reſtitueretur, facit, quod dicam infra proxima quæſtione.

XXXVIII. QVAERO.

QVo remedio, vel qua actione ſuccurratur mulieri in caſu ſupra proxime dicto, ſi extraneus non poteſt agere. Nam certe dicendū eſt, ipſum extraneū agere non poſſe, vt dixi ſupra proxima quæſt. & expreſſe firmat Ang. in §. illud, in Auth. de æqual. do. & Moder. in l. ſi extraneus. ff. de iu. dot. Quicquid dixerit Rapha. in d.l. ſi conſtante. qui mouebatur, quod extraneus agere poſſet, quia cum eadem actio competat conſtante matrimonio, mulier agere non potuiſſet, ergo nec eo conſtante. Poteſt reſponderi, quod competit mulieri officium iudicis, per quod ei ſuccurritur, vt exinde alatur, & idem tenet Bar. in d.l. ſi conſtante. in 8. & 9. q. 3. q. prin. volens, quod filius poſſit per officium iudicis petere dotem a patre vergente ad inopiam, licet nullam habeat actionem. plus putarē dici poſſe, ꝙ in iſto caſu detur mulieri actio de dote, nam hoc caſu extraneus per ſtipulationem, vel pactū ſibi expreſſe non prouidit, eo quia voluiſſet in caſu omiſſo donare mulieri, & tunc fingitur mulier ſibi ſtipulata, l. 1. §. accedit. C. de rei vxo. act. ergo &c. nec video quod obſtet &c.

XXXIX. QVAERO.

SI pater ſtipulatus eſt dotem ſibi reddi ſol. mat. nunquid in caſu inopię ipſe aget, vel non? Bar. in l. ſi conſtante. in 7. q. 2. q. princ. co. tit. pater in caſu non expreſſo videtur renunciare, & ideo iſto caſu ſola filia ageret, & hoc tenet, ſi filia fuiſſet præſens, alias caſus omiſſus remanet in diſpoſitione iuris cōis, & ſic eſſet actio cōis patris & filiæ. Adde, ꝙ iſtud vltimū videtur indiſtincte tenendum, quia vere iſte fuit caſus in ſtipulatione omiſſus, & ſic remanere debet in diſpoſitione iuris cōmunis. l. commodiſſime. ff. de li. & poſth. l. ſi extraneus. ff. de condi. ob cauſam. Non ob. d l. ſi cum dotem. quia omnes, dicunt, ꝙ illud ideo ibi contingit fauore dotis, ſcilicet ꝙ pater poſſit communem actionem de dote exercere in caſu iſto ad vtilitatem filię.

SVMMARIVM.

1 *Pater ſi eſt ſtipulatus dotem ſibi reddi in omnem caſum dotis reſtituendæ uel in omnem caſum ſol. mat. & nu. 2.*

XL. QVAERO.

1 QVid ſi † pater ſtipulatus eſt dotem ſibi reddi in omnem caſum reſtituendæ dotis, vel in omnem caſum ſol. mat. Bartolus in d.l. ſi conſtante. in 7. q. 2. q. prin. tenet idem, quod in præcedenti quæſtione. iſtud etiam ſequitur ibi Pau. & eſt fauor filiæ, quia poſſit iſto caſu vterque agere, quia omnino deſeruire debet onerib. matrimonij. Adde quod Spec. & Io. And. in tit. de do. inter vir. & vxo. §. nunc de dote: circa princ. dum dicunt, ꝙ latior eſt forma, quando eſt ſtipulatus in omnem caſum & euentum reſtituendæ dotis, quam quando in omnem caſum ſolu. matrim. videntur ſentire contrarium. Idem tenet Imo. & Roma. in d.l. ſi conſtante & Imo. in l. ſi quis ſic ſtipuletur. co. tit. quia negari non poteſt, quin iſte ſit caſus dotis reſtituendæ, cum debeat dos onerib. matrimonij deſeruire. & pro iſta parte quidam allegant tex. in d.l. vbi adhuc. in ver & potuiſſet. C. de iu dot. Mihi videtur, quod opinio Barto. ſit ipſa veritas. Nec iudicio meo Specu. & Ioā. Andr. in loco præallegato videntur contradicere. Nam illud dixerunt, vt denotarent comprehendi ſub illa latiori forma etiam cauſam ſeparationis thori, quia quamuis matrimoniū non ſoluatur, dos debet reſtitui, vt eſt tex. cum glo. in c. 1. extra, vt lite non conteſtata, qui caſus non poterat comprehendi ſub illis verbis. in omnem caſum ſoluti matrimonij, vt notat Barto. in dicta l. ſi quis ſic ſtipuletur. Plus dico, & eſt mentiti tenēdum, quod † licet pater fuiſſet ſtipulatus in omnem caſum dotis reſtituendæ tam ſol. quam conſtante, tamen non comprehēderetur caſus inopiæ, & ita alias audiui fuiſſe obtē tum Bononiæ. Et per hoc faciunt ea, quæ ſupra dixi declarando verba Speculatoris. Quidam dicunt, quod opinio Bartoli eſt vera in extraneo, quia eſt fauor filiæ, ſed in parte ſecus, & ideo poterit pater agere vigore ſtipulationis, quoniam eſt fauor ipſius filiæ. ſed certe in vtroque caſu ſto cum Bartolo, quia verba debent intelligi ſecundum ſubiectam materiam, ſcilicet quod dos debeat deſeruire onerib. matrimonij. l. ſtipulatus, in princ. ff. de vſuris. Aduerte tamen, quia contra Barto. facit quod iſta verba, in omnem caſum reſtituendæ dotis latiſſimam habent interpretationem, vt probatur in l. videamus. §. in Fauiana. ff. de vſuris. vnde propter illud ſignum vniuerſale, omnem, videtur comprehendi debere ēt reſtitutio impropria, vt in ſimili dicitur de verbo quibuſcunque, & ſimilibus, vt no. Bal. in c. imperialem. in 6. col. de prohib. feu. alie. per Fed. bene facit, quod no. gl. in l. cum poſtea. ff. de arbit. Similiter verum dixit Bar. in l. generali. ff. de vſufr. leg. & in l. lulianus. in prin. de leg. 3. vnde ex prędictis videretur poſſe concludi, ꝙ dato, ꝙ iſta reſtitutio ſit impropria; tamen pp illa verba latiſſima dēt in ſtipulatione comprehendi. ſed licet ſupra dictum ſit, verba intelligi debere ſecundum ſubiectam materiam, tñ vnum fortiter obſtat: nam cum iſta duo determinabilia, ſ. caſus veræ & impropriæ reſtitutionis determinari debent, ar. l. iam hoc iure, ff. de vulg. & pup. ſed in caſu veræ reſtitutionis nō dēt onerib. matrimonij deſeruire, ergo nec iſto caſu inopiæ. Cogita, quia non parum ſtringunt contra Bar.

XLI. QVAERO.

QVid ſi pater fuiſſet ſtipulatus in omnē casū reſtituendæ dotis quæuis eſſe poſſet tā conſtante mrimonio q̄ ſoluto, dic vt ex præmiſſis patet in præcedenti quæſt.

XLII. QVAERO.

SI ſocer, i. viri pater, vel extraneus, qui dotem accepit, vergit ad inopiam, an maritus mulieris poſſit dotē repetere ſuo nomine, an vero tñ ipſa mulier agat. Vide Bar. in l. ii ꝓſtāte. in 8. q. 3. q prin. ff. ſol. ma. & vide quæ latius dixi ſupra in 16. q.

SVMMARIVM.

1 *Filij an poſſint agere contra patrem inopem.*

Source : BIU Cujas

2 *Pater licet non sit pronunciatus prodigus, tamen si male administrat bona sua propria, filius potest cogere patrem sibi assignare tantum in eius bonis, quod alimentari possit.*

XLIII. QVAERO.

1 AN mortua †vxore, filij possint agere contra patrem in opem, & quo remedio eis succurratur? Bart. in d.l.si constante.in 9.q.2.princip. videtur tenere, ꝙ succurratur eis per remedium d.l. si constante. quia priuilegium dotis transit ad filios eiusdem matrimonij, vt ibi per eum. contrarium tenet ipsemet Bartolus in l.lis nulla.ff.de iudicijs. uidelicet, quòd remedium dictæ l. si constante. non habet locum, quia illa tantum subuenit mulieri constante matrimonio, sed ea mortua solutum est matrimonium, ergo &c. Sed si pater male vtatur sua substantia, si quidem talis abusus est, qui cadit in prodigalitatem, faciant ei constitui curatorem, & de hoc non est dubium. Aut non cadit in prodigalitatem, & tunc aut male utitur forte, quia fundum dotalem uendidit, & tūc filij non possunt agere, sed patre mortuo poterunt illam rem vendicare, ut in l. 1.C. de bon. mater. & in Authenti. de nuptijs.§.& ita.collat.4. Erubescimus enim &c.& ibi, sed dotem alio modo dissipat, & subuertat, cum dos sit in quantitate, adeo quod dos filijs non sit salua, tunc eis consuletur per officium iudicis, ut si uideatur ius suum saluum habeant. l. imperator. ff. ad Trebell. l. 3. C. de senten. pas. ubi etiam uidetur hoc optime probari, & in l. fina. circa principium. & ibi no. ff. ut leg. no. caue. Adde, quod idem tenet Ioan. Andr. in addit. Spe. in ti. de don. inter uirum & uxorem. §. formatis. ad fin. & Rayn. in d.l. imperator. & Barto. & Bal. in l. 2. §. quod si in patris. ff. soluto mat. & Bald. in d. l. ubi adhuc. bene faciunt notata per Bartolum in l. cum oportet. §. cū autem. & ibi gl. & Bald. C. de bon. quæ liber. & quæ singulariter not. Bal. in
2 l. 2. C. si quid in frau. pa. ubi ponit, quod quantuncunque †pater non sit pronunciatus prodigus, tamen si male administrat bona sua propria, potest filius facere cogi patrem sibi assignare tantum in eius bonis, quod alimentari possit, ne alias dissipando & pater & filii alimentis fraudētur, vide etiā Bald. in l. non potest. ff. de adopt. Contrarium videtur tenuisse Imo. in dicta l. si cōstante. mouetur; quia d.l. imperator. loquitur, quando per fraudem & dolum dissipat, quicquid ibi dixerit Bald. & sic ille tex. a contrario sensu quando sine dolo & fraude dissipat, facit contra Bar. secundum eum, ego non recedo a Barto. quia fateor, quod in rebus proprijs patris etiam restituendis in certum euentum filio requiritur fraus patris, vt priuetur administratione, ita loquitur dicta l. imperator. sed in rebus propijs filij, prout in quæst. nostra, sufficit sola dissipatio sine fraude, ad hoc vt pater administratione priuetur. d.l. fi. Nec obst. responsio, quam dat Imo. in d. l. fi. allegata per Bart. scilicet quod ibi erat priuatus administratione per deportationem, & ideo propter malos mores & suspitionem malæ administrationis, non autem loquitur de administratione iam concessa ei auferenda, iuxta illud, Turpius eijcitur quam non admittitur hospes. c. quemadmodum. de iureiuran. quia potest responsio ista tolli, nam ratio posita in d. l. fi. locum habet, siue iam cōcessa sit administratio, siue non. & ideo ex identitate rationis debet extendi. l. illud. cum vulg. ad l. Aquil. Nec etiam obst. responsio Imo. ad d.l. imperator, scilicet, quod loquatur, quando dolo dissipat &c. quia respondeo, quod ille tex. vtitur verbo fraudem, quod necessario non præsupponit dolum, quoniam etiam re ipsa committitur fraus, vt est text. cum glo. in l. iurisgen. §. sed si fraudandi. ff. de pac. & ibi hoc firmant Bar. & Ange. ita intelligentes d. l. imperator. idem tenet Dy. Ray. & ipsemet Imo in d.l. imperator. in fi. qui tex. ibi non dicit de fraude ex proposito, sed absolute de fraude. Nec obst. si dicatur, quod debet sufficere, quod pater suspectus sit de mala administratione, & tunc cōpellatur officio iudicis satisdare filijs de rebus suis conseruādis, & restituendis, quæ cautio, licet olim inter patrem & filium non militaret per d.l. imperator. tamen hodie secus per l. iubemus. §. 1. C. ad Treb. quia respondeo, filium non teneri se committere fragilitati cautionis. l. qui ita. §. 1. ff. ad Treb. & sic remanet defensata opinio Bart. licet Ro. in d.l. si constante. dicat, quod ꝓpter motiua Imo. passus sit dubius, & vtraq; pars sit sustentabilis. Adde, quod licet d. l. non multum stringat pro Bar. propter rationem Imo. tamen non satis videtur subueniri filius per remedium dictæ cautionis, vt supra dixi, & hæc omnia no.

SVMMARIVM.

1 *Filijs qualiter succurratur, quando mater est bannita, uel propter suum delictum alio modo impedita agere.*

2 *Filij an dicantur habere alimenta in bonis matris titulo oneroso.*

XLIIII. QVAERO.

1 SI vxor non est † mortua, sed bannita, vel excommunicata, vel propter suum delictum alio modo impedita agere, an & qualiter succurratur filijs? Vide Bar. in d.l. si constante. in vlt. q. 2. q. principalis. ff. so. mat. Et adde, quod Imo. ibi dicit, quod licet doctrina Bart. de æquitate seruari debeat; tamen iura sua hoc non probant. Et contra allegata per Bart. in primo remedio dicit facere, quod filij non debent in tota dote iudicari procuratores in rem suam, quoniam ad eos non spectat, nisi tantum, quod ad eorum alimenta sufficiat, pro quibus officio iudicis prouideri debet, arg. l. si cum dotem. §. eo autem tempore. ff. sol. mat. bene facit, quod no in l. 2. C. si quis in frau. pa. Non tamen respondet Imo. ad l. 1. & 2. cum sequenti. ff. de lib. cau. sed tu dic, quod ibi aliter prouideri non poterat agenti pro suo interesse, sed in casu nostro aliter prouideri pōt filijs, scilicet officio iudicis, vt dixi, ergo &c. Nec obst. l. 2. §. voluntate. ff. solu. mat. quia ibi ideo, quia actio erat communis patris & filiæ, hic autem ius petendi alimenta pro filiis nullam habet communionē cum matre, ergo &c. Nec obst. l. ex promissione. ff. de act. & obl. per quam Bar. ibi dicit
2 †quod filij dicuntur habere alimenta in bonis matris titulo onero so. Nam hoc est falsum, quia licet iure naturali ali debeant filij a parentibus. l. 1. §. ius naturale. de iust. & iu. non tamen sequitur. ergo habent alimenta ex ti. oneroso. imo dicit glo. in l. si emancipata. C. de iur. & fac. igno. quam singularē facit Bal. in l. iuris. C. qui admitti. sed habes aliam similem in l. si duo. quam ibi ponderat Imo. ff. de acquir. hære. quod licet bona patris voto parentum deueniāt in filios, tamen titulo lucratiuo, vel saltem quasi lucratiuo obuenire dicūtur, de quo idem iudicatur quod de lucratiuo. d.l. si emancipata. Aliqua alia adducit Imo. in d l. si constante. contra alia duo remedia Bar. sed parum curo. vide ibi per eum.

SVMMARIVM.

1 *Mulier qua actione agat pro dote in casu inopiæ mariti.*

2 *Maritus si dissipat res dotales æstimatas remedium sequestrationis habet locum.*

XLV. QVAERO

1 QVa actione † mulier agat pro dote in casu inopiæ mariti? Bar. ponit in d.l. si constante. in 1. q. 3. quæst. princ. ff. sol. matri. veritas videtur ista, ꝙ aut mulier dedit in dotem res consistentes in pondere, numero, vel mensura, & tūc mulier poterit agere actione personali de dote, vt in d l. si constante. ibi, dotis actio. & l. seruus. ff. de manumis. optima litera in l. si pater. & ibi no. ff. de dote præle. Item poterit agere hypothecaria, vt l. vbi adhuc. C. de iu. do. & hoc dicit gl. 2. ī d.l. si constāte. Probatur etiam per rationem, ꝙ eo tempore defertur hypothecaria, quo personalis, vt l. cum soluendo. de distr. pig. ff. sed hic defertur personalis, vt supra dixi, ergo & hypothecaria. Item si poneres res emptas ex dotali pecunia, vel dotē esse datam in rebus æstimatis tali æstimatione, quæ faciat venditionem eo casu, quo vir est non soluendo, satis puto mulierem habere vtilem in rem, sicut competeret sol. ma. & hæc probantur in d.l. vbi adhuc. in l. in rebus. in prin. &
2 §. fi. eo ti. facit ff. de do. inter vi. & vx. l. vxor marito. † Si uero mulier dedit in dotem res æstimatas, tunc si quidē vir res ipsas dotales dissipat, habet locum remedium sequestrationis, vt supra dixi circa prin. huius §. & probatur in l. si cum dotē. §. sin autem. ff. sol. mat. Si uero substantia sua male vtitur, tūc concedo, quod poterit vendicare ab extraneo possessore. d l. vbi adhuc. & l. in rebus. licet gl. de hoc dubitauerit in lege, doce. C. de rei ven. Quidam dixerunt, quod sola hypothecaria sibi competit, quod est falsum, vt no. Cy. in d.l. vbi adhuc. in 8. q. & infra vide.

SVMMARIVM.

1 *Mulier si agat hypothecaria contra extraneos possessores, an debeat præcedere executio mariti.*

2 *Multa, dictio non est signum vniuersale, sed verificatur in duobus, vel in tribus tantum.*

XLVI. QVAERO.

1 SI mulier † agat hypothecaria contra extraneos possessores, an debeat præcedere executio mariti? Bar. in d.l. si constante.

Source : BIU Cujas

ſtante.in 2.q.3.q.principalis,tenet quod ſic,per gloſ. in l. vbi. C.ſolu.matrim.Idem tenet ibi Cy. in 11.q.Idem Spe. in ti. de do.inter vi.& vxo.§.fin.ver.ſed quo iure.Ro.in d.l.ſi conſtante.dicit ſe conſuluiſſe contrarium per glo.ſingu.in l.ſi mancipium,§.1. ff.de euic. quæ dicit,exceptionem executionis eſſe de apicibus iuris. Sed ea, quæ ſunt de apicibus iuris, opponi non poſſunt in cauſa,in qua agitur de bono publico, per l.ita vulneratus.in fi.ff.ad l.Aquil.ergo cum in cauſa dotis agatur de bono publico,l.j.ff.ſolu.matrim.l.aſſiduis,C.qui po.in pig. hab.debet poſſe obiici iſta exceptio, quæ eſt de apicibus iuris,ſcilicet ꝙ maritus excutiatur.Fatetur tamen,ſe malè conſuluiſſe:quoniam glo.in d.l.ſi mancipium. non eſt vera, quia contra eam eſt tex.in l.1.C.de decu.& in l. Moſchis, ff.de iure fiſci.Mihi videtur ſuſtinendo Bar. ꝙ Rom.malè conſuluerit, ꝙ patet,quia eſt contra theoricam Bar. in d.l. ſi conſtante. & ipſe pactum ſuum fatetur.Item ꝙ male loquatur, patet, quia dictum illius gl. in d.l.ſi mancipium. optime probatur per iura ſua,& illam gl approbat Bar.in l.j.in fi.ff.de cond.inde. & in l.cum quis,C.de iur.& fac.igno.& Bal.in d.l.ſi mancipium. in quibuſdam apoſtillis,quia cum talis exceptio executionis nõ concernat facti veritatem, meritò dicitur de apicibus iuris. l. fideiuſſ.§.quædam.ff.man.Non ob.d.l.ita vulneratus.in fi.qa dico non eſſe verum, ꝙ tales exceptiones executionis, quæ ſunt de apicibus iuris,non proſint in cauſis, in quibus agitur de bono publico,quia in contrarium allego caſum in l.libertus,§.j. ff.ad munici. vbi reſpublica prius debet excutere filiũ decurionem,quam patrem eius fideiuſſorem,& tex. in d.l.ita vulneratus. ſolum dicit, pro vtilitate publica multa recepta
2 eſſe contra iuris ſubtilitatem.dictio†autem multa,non eſt ſignum vniverſale,ſed verificatur in duobus, vel in tribus tantum,Inſti.de iure perſonarũ.§.fi.l.j.§.eſt receptum.ff.ad Silla. glo.ord.in c.latores.extra de cler.excommu.miniſtrante. Secundo,quia id,quod dicitur in d.l.ita vulneratus. loquitur in ea publica vtilitate, quæ verſatur in puniendis delictis, quæ ratio ceſſat in caſu,ergo &c.Adde tamen & tene menti vnũ, ꝙ licet exceptio executionis dicatur de apicibus iuris,tamen opponi poteſt in cauſa coram arbitro vertente,ita ſignanter voluit Bal.in l.fi.§.ſi quis,C.communia de lega. Et poteſt aſſignari ratio, quia talis exceptio non tantum iuris ordinem cõcernit,ſed etiam partis beneficium,vt de ſe patet &c.

SVMMARIVM.

1 *Dos ſi fuerit reſtituta mulieri ob inopiam viri,& vir poſtea redeat ad pinguiorem fortunam,an recuperet priſtinam adminiſtrationem.*

XLVII. QVAERO.

1 SI dos†eſt ſoluta mulieri viro vergente ad inopiam, & vir redeat ad pinguiorem fortunam, an recuperet veterem adminiſtrationẽ. Gl. in l. vbi adhuc.C.de iure do.tenet ꝙ nõ per finem illius legis.Sed Spec.in tit.de do.inter vir.§.fi. tenet contrarium,pro quo facit,quia illud, quod ſit propter inopiã eſt temporale, donec ſuperueniant diuitiæ. l. ſemper.de mune.& hono. Barto. in l. ſi conſtante . in 9. q. vltimæ quæſtionis principalis,tenet opi.gl.in d.l.vbi adhuc. vt ibi per eum,& adde quod idem tenet Spec.in d.§.fi.ver.quid ſi vir.idem Bar. in l.pluribus.§.placet.& ibi Pau.ff. de ver.obl.& Ange. in §.illud,in Authen.de æqual. do. & Bal.in d.l. ſi conſtante. per l. ſciendum . §.fi.ff.qui ſatiſ.cog.& idem tenet Ant.de But.in c. per veſtras. de do.inter ui. & vxo. Cõtrarium tenet Bal.Ang. Ro.& Raph.d.l.ſi conſtante.& in d.§.placet.per l.1.§.tamdiu. ff.de cu.fur.& Bald.in l.ad comparandas.in fi. C. man.Ang. in l.ſi cum dotem. §.fin.per illum tex. ff. ſol.ma. Idem ſequitur Dy.mouentur per iura allegata per Bar.in d.l.ſi conſtante. ꝓ iſta parte.Primo,quia ceſſante cauſa reſtitutionis ceſſare debet & retractari reſtitutio.l.adigere.§.quãuis,ff.de iurep.Sed tu dic,quod Bar.optime reſpondet ad iura allegata per eum pro iſta parte.Secũdo non ob.ar.d.§.quamuis. quia illa ratio non militat, quando actus cauſæ iam eſt conſumatus. l. qui res.§.aream.ff.de ſo.& l.ſancimus.C.de adm.tuto.ſed in caſu noſtro reſtitutio dotis ſemel eſt ſortita effectum, videlicet dominij translationem,vt bene declarat Bar.in d.l.ſi conſtante.in 8.q eiuſdem partis. ergo &c.Non ob.d.l.ſi cum dotem. §.ſi vero. quia ibi per ſequeſtrationem non erat actus retranſlationis dominij conſumatus.Ad ea etiam,quæ no.Bal.in d. l.ad comparandas.patet reſpõſio ex no.per Bar. in d.l.ſi ꝯſtante.in d.9.q.circa intellectum.l.cura.§ deficientium.ff.de mune. & hono. Nec ob.tex.in d.ver.tandiu.quia ibi curator non habebat ius in re,ſed mulier,& ſic non putarem recedendum ab opi.Bar.

XLVIII. QVAERO,

FRuctus illius anni, quo dos repetitur propter inopiam, an diuidantur pro rata inter vi.& vxo. Bar.in l.ſi conſtante.in 5.q.3.q.princ.ff.ſolu.mat.tenet quod ſic,allegatur tex.in l.vbi.C.de iure do. Nam ſi dat actionem ſicut ſoluto matrimonio,tunc dicit quod omnes fructus extantes debent conuerti in onera matrimonij. In alijs vero debet fieri prædicta diuiſio, & hoc probatur ex identitate rationis, quæ inſurgit ex finali effectu repetitionis,nã ſicut dos quæ repetitur ſolu. matrimon. repetitur, vt ſit dos,penes vxorem, & ea vtatur tanquam ſua, & ideo ſit ſibi reſtitutio fructuum, qui ſpectant ad eam, & quibus vti poteſt.Eodem modo in caſu noſtro cũ reſtitutio fiat, vt mulier fructus in cauſam matrimonij expendat, dicemus omnes fructus debere reſtitui mulieri eadem ratione, & in hoc concordant omnes Doct.

XLIX. QVAERO,

AN in iſto iudicio,quod fit propter inopiam, requiratur libellus & litis conſtatio,& plena cognitio,ſicut in alijs, vide quæ dixi ſupra,in §.1.

L. QVAERO

QVAS actiones admittit iudex in iſto iudicio, quod fit propter inopiam? Barto. in dicta l. ſi conſtante. in 7. q. 3.quæſt.principalis ff.ſolu.matrimo.dicit, quod poteſt admittere omnes exceptiones iuridicas contra libellum, & contra perſonam;vt quia minor,vel quia filiusfa.agit ſine cõſenſu patris, per tex.in auth.quod locum.C.de colla.De quo vide ibi Bart. in 8. quæſtio. & adde, quod in contrarium eſt tex. in cap. fi.de iud. in 6.coniuncta glo. in ver.ſpiritualibus. & hoc tenet Imo in l.1.in 2.col.ff. ſol.mat. & Ro. in l.2. §. ꝙ ſi in patris.eo tit.licet Bal.in d.authen.quod locum,dicat, ꝙ hoc eſt verum de iure canonico, vide omnino Bar.in d. l. ſi conſtante. in quæſtione ſupra allegata. & vide ſupra eo.in q. 31.cum aliquibus ſequentibus.

LI. QVAERO.

AN creditores, contra quos mulier agit hypothecaria, poſſint ipſi mulieri dotem auferre?Bar.in d.l.ſi conſtante. in 7.q.3.q.principalis.ff.ſolu. matr. tenet quod ſic. Adde, quod idem tenet Ioan.And. in addi.Spec.in tit.de don. inter virum.§.fi.ſuper ver.& cum mulier.& Bal.in d.l.vbi adhuc.in 3.col.C.de iure do.& Ang.in l.1.ſol.mat.& Pau. in l. 2. in princip.eo.ti.Contrarium tenent Bal. Ang.Imo.Pau. Rom. in d. l.ſi conſtante.& Bal. in authen.quod locum.C.de coll. & iſta pars videtur mihi verior, maxime quia iſto caſu ceſſat ratio Cy.de qua per Bart.in d.l. ſi conſtante. Limita tamen, vt no. per Bal.in d. auth.quod locum.

LII. QVAERO.

AN mulier poſſit ſibi conſulere per viam retentionis? Bar.in d.l.ſi conſtante.in 9.q.3.q.principalis tenet quod ſic tam contra extraneos hypotheca. agentes.d. l. vbi adhuc. quam etiam contra ipſum virum, quí ſibi dotem non ſoluit. & ad prædicta vide bonam glo. in c.per veſtras.extra de don. inter virum.

LIII. QVAERO.

SI vir eſt contumax, an procedatur ad diffinitiuam ſententiam?Bar. in d.l.ſi conſtante. in 9. q. 3. q. principalis tenet quod non, ſed mittetur mulier in poſſeſſionẽ, ſicut alibi regulariter fit.l.cum proponas. C. de bo. authorit. iud.poſ.Adde, quod practicam huius ponit Spe.in titu.de do.inter vi.& vxo.§.fin. verſi.Sed quid ſi vir vocatus . & ibi Ioann.And. in additionibus.

LIIII. QVAERO.

QVis ſit effectus iſtius repetitionis,quæ fit ꝓpter inopiã? Bar.in d.l.ſi conſtante.in 1.q.4.q.principalis,reſponder, quod eſt magnus.Adde,nam mulier amodo nõ poterit repetere dotes ſuas propter viri dilapidationem.Item mulier aletur ex ea.Item viri conditio ex hoc non fit deterior, quia mulier ex ea alimentatur.Item non põt alienare . Itẽ pacta dotalia remanent ſibi ſalua in caſu ſol.matr.d.l.vbi adhuc. & l.ſi cum dotem,§.ſi vero.ff.ſol.ma.& hoc clarum eſt.

SVM-

Source : BIU Cujas

SVMMARIVM.

1 *Mulier an consequatur dominium rerum sibi assignatarum pro dote in casu inopiæ. & num. 2.*

LV. QVAERO.

1 AN mulier† consequatur dominium rerum sibi assignatarum pro dote in casu inopiæ? Bart. in l. si constante. in 2.q.4.q. principalis. ff. sol. mat. dicit, quod quidam tenent quod sic, quando agitur actione personali. Addo, quod tunc res dantur in solutum, & mulier consequitur dominium, ita videtur tenere gl. parua in l. vbi adhuc. C. de iu. dot. Alij tamen tenent contrarium, quod probant ex d. l. vbi adhuc. in quantum dicit, quod prohibetur alienare, dicunt ipsi ergo non datur in solutum, sic nec transfertur dominium, idē no. Specu. in tit. de dona. inter virum. §. fi. versic. sed nunquid po terit. Videtur tamen Bar. distinguere, quod aut mulier agit hypotheca & tunc certum sit, quod non consequitur dominium, sed pignus tantum, vt d. l. vbi. Aut agit actione in rem, & tunc dominium non consequitur per traditionē, sed suū esse declaratur. l. in rebus. C. de iu. do. Aut agit personali actione, & datur sibi res insolutū, & tunc consequitur domi nium. & sic Bar. to. tenet opin. glo. in d. l. vbi adhuc, pro qua est tex in Auth. de æqua. do. §. sicut. Aut dubitatur, verbi gra tia mulier petit de rebus viri sibi assignari vsq; ad dotis quan titatem, & iudex in sententia sibi assignauit, modo istud ver bum assignare, est dubium. Potest enim intelligi per transla tionem dominij. sicut in l. item si verberatum. §. 1. ff. de rei vēd. & l. Lucius. ff. de cui. & ad hoc. ff. de assigna. lib. per totū. Item potest se habere ad dationem loco pignoris, vel custo diæ, vt ff. de ven. in pos. mit. l. 1. §. antepe. isto casu secundum Guli. bona videntur data causa custodiæ, & sic loco pignoris non dominij.

2 Contrarium videtur verius† quod imo videtur transla tum dominium in dubio, cum præcedat causa habilis, casus videtur in l. dotis fructus. §. fi. cum seq. ff. de iu. do. & in l. j. post medium. ff. pro dote. Non obstant iura allegata per Gulielmum, quia loquuntur de quadam assignatione, quæ fit mor tuo viro, quæ habetur loco vniuersalis successionis, sicut fit in casu speciali fauore libertatis, vt Insti. de eo cui liber. causa bona addicuntur &c. & ff. de fideicom. lib. l. cum vero. §. subuentum. Nec obst. si adducatur. l. cum pater pluribus. de leg. 2. vbi videtur dici, quod in dubio traditio videtur facta causa custodiæ, vt ibi no. glo. quia respondeo, quod ibi non præcedebat aliqua causa habilis ad translationem dominij, & ideo nimirum fit, si intelligitur facta causa custodiæ tantum.

LVI. QVAERO.

AN mulier agens hypothecaria propter inopiam viri in cumbat pignori omnibus bonis viri, an pro quantitate dotis? Bart. in l. si constante. in 3.q.4.q. principalis. ff. sol. ma. tenet, quod pro rata dotis tantum. Adde, quod idem tenet Io. And. in add. Spec. in tit. de do. inter vir. & vxo. §. fin. in addi. incip. in d. l. vbi adhuc. Roma. in d. l. si constante. tenet contra, sed male loquitur, & non respondet ad rationem Bart. Et contra eum facit, quia quamplurimæ sunt differentiæ inter istam restitutionem, de qua in d. l. si constante. & eā, quæ fit soluto matrimonio: patet, quia cū mittitur mulier in possessionem bonorum viri cessantis dotem velle restituere in casu soluti matrimonij, certe tunc vxor computat sibi fructus in sortem, seu dotem. l. Titia. ff. de solu. no. Ang. in d. l. diuortio. in prin. ff. so. ma. secus in casu inopiæ, quia fructus cedunt oneribus matrimonij. d. l. vbi adhuc. ergo &c.

SVMMARIVM.

1 *Maritus si constante matrimonio confessus est se uergere ad inopiam, & dotem restituerit vxori suæ, an valeat talis restitutio.*

LVII. QVAERO.

1 SI† maritus constante matrimonio confessus est se vergere ad inopiam, & dotem restituit vxori suæ, an valeat talis restitutio? Bar. in d. l. si constante. in 4. quæst. 4. q. principalis dicit, hanc q. forte dubiam per ea, quæ no. Cyn. in l. vbi. C. de iure dot. Tandem videtur tenere, quod non valeat talis contractus, quia donationis est instar, secundum Cy. Tamen ipsemet Barto. distinguit, & aut est verum illud, quod confessus est, scilicet, quod vergit ad inopiam, & hoc constat, & tunc putat talem restitutionem valere, quia cogitur bonā fidem agnoscere. l. quoties. §. sicut. ff. de admi. tut. & maxime si hoc est manifestum, quod quasi habetur pro sententia, vt l. emptorem. in prin. de act. emp. & isto casu ipse maritus non poterit reuocare, nisi quatenus dedissent res maioris pretij, qa tunc caderet in donationem. Aut est falsum, quia in veritate non vergit ad inopiam, vel non potest probare ipsum vergere, & tūc scias, q̄ ista falsa causa adiecta a sciente non vitiat cō tractum, vt l. si diuortio. ff. de verb. obl. Et quis contractus sit laicus inter vir. & vxo. vide pluchram theoricam Bar. quam teneas pro regula in d. l. si constante. in q. præallegata. & cum eo transeunt cæteri Moder.

LVIII. QVAERO.

QVid si non apparet instrumētum dotis, nisi per cōfessionē factam constante matrimonio? Bar. in d. l. si constante. in 4.q. vlt. parti, in fi. dicit, quod si dos fuisset in reb. mobilib. præsumptio est iuris, & de iure, q̄ fuerit facta fraus, & nullo modo præiudicat creditoribus. An autem ipse maritus possit reuocare. vide per Cyn. in l. quod de suo. C. de do. causa mor. & per Bart. in auth. sed iam necesse, C. de don. ante nup. per Bal. in l. si voluntate, C. de dotis prom. per Bar. & alios in l. si diuortio, ff. de verb. obl.

LIX. QVAERO.

SI tales res mulieri restitutæ fiant meliores, vel fertiles, ad quem spectet commodum, vel incommodū. Dic, vt per Bar. in d. l. si constante. in 5.q. vltimæ partis, ff. solu. matri. cum quo cæteri transeunt.

LX. QVAERO.

SI fructus dotis non sufficiunt mulieri ad alimenta, an vir teneatur vltra dare. Vide Bar. in d. l. si constante, in 6. q. vlti mæ partis, de quo etiam tetigi latè supra prox.

SVMMARIVM.

1 *Fructus si excedunt onera matrimonij in casu restitutionis factæ propter inopiam, an debeant ipsi uiro restitui*

LXI. QVAERO.

1 SI† fructus excedunt onera matrimonij in casu restitutionis factæ propter inopiam, an debeant ipsi viro restitui? Bar. in d. l. si constante. in 7.q. vlt. partis, ff. solu. ma. tenet q̄ sic, quia si vxor lucraretur, conditio viri fieret deterior, quod iura voluerunt. Præterea esset donatio, quæ prohibita est inter vir. & vxo. Adde, q̄ Imo. ibi contra Bar. adducit tex. in d. l. vbi adhuc, C. de iu. dot. in ver. abiurauit, iuncta gl. sed tu dic, q̄ illud ver. abutatur, respicit onera matrimonij, & non aperit, q̄d si fructus superabundant, nec dicitur ibi, q̄ cedere debeant lucro mulieris. Secundò ponderat Imo. illum tex. in d. l. vbi, contra Bar. in quantum ibi dicitur, q̄ in bonis postea quæsitis saluum sit ius creditoribus, ergo innuit, q̄ excepto illo casu omnia spectent ad vxorem. sed certè imo facit pro Bart. quia bona dicuntur postea quæsita propter fructus superabundā tes. Et pro Bar. adduco optimam rationem, videlicet q̄ limitata causa limitatum parere debet effectum, iuribus vulgaribus, sed restitutio, quæ fit propter inopiam, fit pro sustinendis onerib. matrimonij, ergo illud, quod superabundat vltra onera sustentata, debet ipsi viro restitui. Ro. in d. l. si constante contra Bar. allegat tex. in l. creditor. §. scienter, ff. man. Sed respondet vt patet ex ibi no. in glo. dum dicit, q̄ quando onus alimentandi est commissum alicui velut nudo ministro, tūc quod supereſt, reddi debet, sed in casu l. si constante. mulier est relicta nuda ministra redituum dotis restitutæ, q̄ patet; quia, vt dixi supra in prox. q. si reditus dotis non sufficiūt onerib. matrimonij, tenetur de suo supplere, si habet vnde, ergo idem econtra, si fructus superabundant, sunt viro restituendi, ar. l. secundum naturam. de reg. iu. cum si. & hanc puto esse veritatem.

SVMMARIVM.

1 *Exactio, quæ fit propter inopiam viri, an fiat insolidum, an uero in quantum uir facere potest.*

LXII. QVAERO.

1 AN ista† exactio, quæ fit propter inopiam viri fiat insoli dum, an vero in quantum vir facere potest? Bart. in d. l.

Source : BIU Cujas

ſi conſtante.diſtinguit in 8.q.4.q.principalis,cui adde,ꝙ cum opin.glo.in l.vbi adhuc.C.de iu.do.tranſierunt ibi Cy.& Bar. & Bal.in l.ſi quis crediderit,ff.de pac.&Ray. Imo. & Pau.in d. l.ſi conſtante. & idem Rom. ibi, qui repræhendunt diſt.Bart. volentes, ꝙ etiam quando mulier agit actione perſonali, vir non habeat dictum beneficium, ne conueniatur vltra,quam facere poſſit &c.quia cum ex dote reſtituta debeat ali.d.l.vbi adhuc.egere non poteſt,nec etiam talis reſtitutio dotis facere poteſt præiudicium,quin ſol.ma. ſaluum ſibi remaneat dictum beneficium, & omnia priuilegia, ac ſi dos non fuiſſet conſtante matrimonio reſtituta,d.l.vbi adhuc.& ex his patet reſponſio ad rationes Bar.tu adde,ꝙ quicquid dixerit gl.in d. l.vbi adhuc.in ver.ad ſuſtentationem.tamen alia glo. ibi quæ eſt prima,quam Doc. non ponderant, videtur aperrè ſentire idem,ꝙ gl.in d.l.ſi conſtante. & contra Bar. ibi tenet ipſemet Bar.in l.ſi filiofa.per illum tex.eo.ti.& Bal.in l. quod nomine, ff.de cond.inde.& Bar.& Ang.in l.fundum. in l. Neſennius,ff. de re iud. Nec ob.tex.ibi,qui aliqualiter facit in contrarium, quia reſponde,ꝙ ibi donator tradendo rem donatario,ſemel fuit liberatus ab illa obligatione priuilegiata, qua tenebatur ex donatione,iuxta no.per gl.in auth. ſacramenta puberum, C.ſi aduer.ven.bona glo.in l.ſi fundum,in fi.ff.de rei ven.Si ergo poſtea res ibi peruenerit ad donatorem, tunc teneri dicitur ex alia cauſa non priuilegiata,merito non gaudet beneficio donationis,ſecus erat in caſu noſtro, in quo ſiue reali, ſiue perſonali conueniatur,ſemper ex cauſa veteri, & nunquã extincta dicitur conueniri, ſcilicet ex cauſa dotis.ergo habet iſtud beneficium. Et tenendo hanc opin. fortè poſſet ſaluari glo.in d.l.ſi conſtante.dicendo, ꝙ non loquitur quo ad materiam illius legis,ſed quo ad terminos §. item ſi de dote reſtituenda,Inſti.de actio.

LXIII. QVAERO.

AN mulier ex dictis bonis ſic reſtitutis vt ſupra teneatur alere non ſolum virum,ſed etiam ſocerum & filios alterius matrimonij? Bar.in d.l.ſi conſtante.in 9.q. vlt. partis principalis,ff.ſol.ma.dicit ſe credere ꝙ ſic, quod intellige, ſi ſunt bona omnibus ſufficienti a.alias ſecus, quia agris meis ſitientibus &c.l.præſes,C.de ſer.& aqua. & iuxta illud, ne deficiat nobis & vobis.&c.& vide omnino.qđ no.Cy.in l.vbi adhuc. in x.q.C.de iu.do.& vide ſupra eo. q.46.

SVMMARIVM.

1 *Maritus ſi efficiatur inops propter exhæredationem patris ſui, an mulier poſſit agere pro dote,& qua actione.*
2 *Exactio poteſt fieri cum effectu contra hæreditatem iacentem.*

LXIIII. QVAERO.

1 SI maritus efficiatur inops propter exhæredationem patris ſui,quando mulier poſſit agere pro dote, & qua actione? Bar.in l.ſi conſtante,§ ſi exhæredato,ff.ſol.mat. concludit, ꝙ a die aditæ hæreditatis,& per actionem de dote:Nam mulier prætendit actionem propter inopiam, quæ incipit eſſe euidens propter exhæredationem a die aditæ hæreditatis. l. filiũ ſed cum exhæreda.ff.de contratab.l.Papinianus,§.ſi conditioni,ff.de inoffi.teſtam.Et prædicta procedunt etiam conſtante matrimonio,ſed gl.in d.§.ſi exhæredato.recitat etiam opi. intelligendo, ꝙ ibi poſt mortem ſoceri erat ſolutum matrimonium morte vel diuortio.ſed licet hoc ſit in ſe verum, tamen non congruit.d.§.ſi exhæredato.ſecundum Bar.quia cũ ibi dicatur,ex die aditæ hæreditatis ſi ſolutum eſſet matrimonium,certè inciperet actio ex die ſoluti matrimonij,nec aditio hæreditatis deberet expectari.Sed Ange,Raph. & Roma. defendunt glo.quia tex.in d.§.ſi exhæredato.non dicit actio, ſed exactio,& bene ſecundum eos, quia ante aditam hæreditatem non poteſt cum effectu debitum hæreditarium exigi. l.is cui,§.ceſſatum. ff. vt in poſſ. lega. Mihi magis placet opin. Bar.primò quia tex.in d.§.ſi exhæredato. conſiderat exhæredationem filij,ſed ſecundum opin.prædictam idem iuris eēt, ſi filius fuiſſet inſtitutus,quia non poſſet cum effectu dos exigi, niſi hæreditate adita eadem ratione. Præterea illa opin.
2 mihi non placet, † quia contra hæreditatem iacentem videtur,ꝙ poſſit fieri exactio cum effectu:nam videmus,ꝙ etiam curatore non dato hæreditati iacenti poteſt contra illam peruenire ad miſſionem in poſſeſſionem ex primo decreto. l. ſi duo.ff.ex qui.cau.in poſſ.ea.l.ſi bona.& ibi Bar. C.de bon.author.iu.poſſ.l.cum debitoris. & ibi Bald.C.de iud. & petito ac dato curatore hæreditati iacenti poteſt peruenire ad venditionem,& ſecundum decretum contra illam, & ſic ad plenã axactionem,d.l.ſi diu.ergo non bene dixit litera in d. §. ſi exhæredato. ex die aditæ hæreditatis exactionem fieri poſſe, quia imo etiam poteſt fieri exactio ante aditam hæreditatẽ, vt dixi.Et ideo ſtandum eſt cum Bar.

LXV. QVAERO.

QVid ſi hæres inſtitutus a patre in caſu prædicto hæreditatem adire differt, qualiter conſulatur mulieri. Reſp. ꝙ ſtatuetur tempus ad adeundum,vel dabitur curator bonis,l.ſi inſtituatur hæres,ff.de hæred.inſtituen.& l.3.in principe.de Carbo.edic.l.1.de cura.bo.dan.no.Bar.in d.§.ſi exhæredato.in fi.

LXVI. QVAERO.

QVando actio de dote ſit communis patris & filiæ. Reſpon.ꝙ regulariter, quando dos eſt profectitia & filia eſt in poteſtate.l.2.§.quod ſi in patris.ff.ſolu.matrimo. Limita verum, niſi pater eſſet ſtipulatus ſimpliciter dotem reddi filiæ,quia tunc agere poteſt ſola filia ſecundum Bal.ibi referentem ita tenere Iac.de Bel.& Iac.But.per l.Pomponius Philadelphus,ff.fam.erciſc.idem tenet Imo. & poteſt allegari l.poſt dotem.ſecundum ſecundam lect.eo. tit. quinimo plus poteſt dici, ꝙ ſi pater ſit ſimpliciter ſtipulatus dotem reddi filiæ nedum ſoluto matrimo.ſola filia agere poſſet, ſed etiam ſi matrimonium non eſſet ſequutum, & propter hoc dos eſſet in caſu, quo reſtitui deberet, ſecundum caſum not. in l.ſi extraneus.in fi.in verſi.niſi euidenter aliquid actum ſit, ff. de condi. ob cauſam. Alias plures limitationes collige ex infra dicendis.

LXVII. QVAERO.

AN factum pactum filiæ poſſit præiudicare patri in actione de dote? Reſpõ.ꝙ non, imo præiudicat ſibi filiæ præmortuo patre,vt per Bar. in d.§.ꝙ ſi in patris.circa fin. Adde Bar.in ea.l.§.voluntatem.per Cano.in c.ex literis.in glo. 4.de pigno Specu.in titu.de dona.inter vir.§.formatis. ver.ꝙ ſi filia renunciauit.Et inquantum Bar.in d.§.ꝙ ſi in patris, alleg. d.auth.contra ſi filij adde glo.in l.conſenſu.eo.tit. quæ idem ſentit.& ſequitur expreſſe Cy.& Bal.in l.ſi dotem.de iure dotium licet glo ibi ſenſerit cõtrarium,& male, idem tenet Bal. in l.ſi fundus,ff de pac.dot.in reportatis antiquis. & Anto. de But.in c.qui plerunque.de dona.inter vir.& vxo. & in l.ſi finita,§.ſi de vectigalibus,ff.de dam.infec.& Sal.in l.3. C.de bon. dam. Contrarium tenuit Raph. in d.§.ꝙ ſi in patris.per l.3.§. fi.vbi dicit eſſe caſum,ff.rer.amo.Ego teneo Bar. Nec ob.d.§. fi.quia ideo ibi pater poteſt reconueniri pro filia,quia agebat nomine ſuo & filiæ, vt expreſſe ibi declarat Bar. nimirum ſi eam tenetur defendere,iuxta l.ſed & hæc,§.prætor,ff.de procurat.cum vulgar.

LXVIII. QVAERO.

AN filia,quæ eſt ſui iuris, poſſit ſibi præiudicare in dotẽ? Tex.in d.l.j.§.quod ſi in patris,ff.ſolu.matri. videtur innuere ꝙ ſic, intelligendo ꝙ filia fecit alium ſtipulari animo donandi, quod tamen videtur contra l. de die. & l. Attilicinus,ff.de pact.dot.ſed intdllige,ꝙ ſoluto matrimon poteſt ſibi præiudicare d.§.ꝙ ſi in patris.ſecus ſi ante vel eo conſtante ſecundum Imo.per no.per glo.in l.cum dos.circa fi.ff.de pac. dot.& quod habetur in d.l. Attilicinus.licet glo .ſentiat contra.in l.& hæredi.§.filia,ff.de pac. & non bene ſecundum eũ. tu adde inquantum Imo.tenet, ꝙ quando eſt ſui iuris, poſſit ſibi præiudicare in dote, ſi fiat ſolu. matrim. non videtur bene dictum,quia contra tex.in l.licet.in verſi.c.iuſta cauſa,ff.de pact.do Vnde videtur dicendum,ꝙ in d.§.quod ſi in patris.ille tertius fuit adhibitus in caſu,in quo poteſt ſibi mulier prę iudicare in dote, vt puta ſi conſtante matrimonio adhibeat tertium animo donandi ad ſtipulandum dotem in caſu ſoluti matrimonij morte mulieris,vel diuortio in caſibus, in quibus mulier poteſt ſibi præiudicare, de quibus notatur in l.2. ff.de dote prælcg.& in l.2.ff.de pac. do. & dicam plenius infra proxime circa princ.

SVMMARIVM.

1 *Filia an & quando poſſit agere in dote aduentitia ſine patre.*
2 *Conſenſus patris non requiritur in ſpiritualibus.*

Source : BIU Cujas

LXIX. QVAERO.

AN in dote aduentitia filia possit agere sine consensu patris. Respon. ꝙ sic, vt C. de colla. authen. quod locum. secundum Bar. in d. §. ꝙ si in patris. cui adde, ꝙ idem tenet Dy. Bal. Ang. Imo. & Pau. ibidem glo. in §. illud. in gl. parua. in Authen. de æqual. do. cum qua transit Iaco. de Bel. ibi, & Bart. & Bal. in d. authen. quod locum. Plus dicunt Imo. Pau. & Rom. in d. l. Caius, ff. sol. mat. per illum tex. ꝙ filia de iure fforum sola potest agere sine patre in dote aduentitia. Sed Iac. de Are.
1 & Cy. in d. auth. quod locum. dicunt illud verum † in dote magna, secus est in parua per illum text. cum glos. j. quæ videtur contrariari glo. 2. ibi, & glo. in d. §. quòd si in patris. Sed reducuntur ad concordiam per dictam distinctionē. Aut dos est magna, aut parua &c. Et hanc distinctionem sequitur Ray. in l. non solum. ff. sol. mat. Roma. in d. §. quòd si in patris. dicit, ꝙ siue dos sit magna, siue parua, indistincte requiritur consensus patris per regulam l. fi. §. necessitatem. & §. vbi autem. ff de bo. quæ lib. Et pro ista opi. videtur glos. in d. l. Caius. Non ob. tex. in d. auth. quod locum. quia loquitur in casu tantum, qñ mulier agit propter inopiam viri, vnde dispositio exorbitans & correctoria non debet attendi ad casum, ꝙ dos sol. mat. vere restitui debet, authen. quas actiones. cum ibi no. C. de sac. san. eccl. Vel aliter posset dici, quod ibi non agebat de aliquo interesse siue commodo patris, cum in casu prædicto dos adhuc deseruire deberet oneribus matrimonij. l. vbi. C. de iu. do. Nec ob. si dicatur, quod si dos illa aduentitia dilapidaret, posset cogi pr̄ filiam ipsam de suo dotare, quoniā dico, quod illud non est in consideratione, quia etiam si illa dos non dilapidatur, pōt cogi pr̄ filiam de suo dotare, arg. l. qui liberos. de ritu nup. & l. fi. C. de iu. do. Vel aliter potest responderi, ꝙ illa verba, cum mr̄ obtulerit, quæ sunt in d. auth. quod locum. nō sunt in corpore, sed fuerūt addita ab Irnerio, qui non habuit potestatem legis condendæ, secundum Bald. ibi. Et renendo istam partem posset responderi ad d. l. Caius. ꝙ licet ibi dicat acquiri ad vtilitatem filiæ, non tamen dicitur illam posse exerceri sine consensu patris, ergo &c. ar. l. Papinianus exuli. ff de mino. Vnde forte dici posset, quòd in puncto iuris opi. glo in d. §. quod si in patris. non sit vera de iure ciuili. Sed de iure canonico videtur hoc decisum ī c. fi. de iud. li. 6. vbi in spiritualibus
2 & dependentibus ab eis non requiritur consensus patris, & ibi est glo. quæ exemplificat illum tex. in dote, quæ dependet a matrimonio. c. de pruden. de dona. inter vir. Vnde cōcludo, nam cum ista quæstio sit dubia de iure ciuili, sed de iure canonico clara, standum esse iuri canonico, iuxta no. in capitu. licet de fo. competen. & est bona glo in c. per venerabilem. qui filij sunt legit. Reperio tamen, quod Bal. in com in gentia facti consuluit secundnm glo. in d. §. quod si in patris. & consilium incipit, Quædam pulchra mulier. Et mouet, qa pater in dote aduētitia non habet vsumfructum, nec in ea est legitimus administrator, ergo non est necessarius eius cōsensus etiam de iure ciuili. l. fi. §. si vero. C. communia vtriusq. iud. Sed hoc non puto verum, qnia in contrarium est regula. l. q̄cunque. C. de bon. quæ libe. & §. si vero. probat magis contra Bal. vt ipsemet fatetur ibi Sed si aliquis vellet tenere contra cōem opi. posset responderе ad tex. in d. c. fi. cum gl. ꝙ illa male exemplificauit in dote quo ad materiam nostrā, quia quando principaliter est iudicium intentatum super dote, tunc nō dicitur esse dependens a causa matrimoniali, siue spirituali, sed ita demum quando incidenter de dote tractatur in causa matrimonij principalitet intentata, vt pulchre probat Imo. in l. 1. ff. solu. matri. & tetigi vobis supra in §. 1. in quæstione. vtrum dos sit priuilegiata in instantia. Adde tamen, quod nō puto recedendum a communi opi. in decidendo. Pro qua facit, quod no. Bal. in l. fi. ī prin. C. de iure do. vbi infert, ꝙ similiter filiusfam. in donatione propter nuptias aduentitia potest agere sine consensu patris, sicut dictum est in dote, quia pari passu ambulant, qnod est notandum.

LXX. QVAERO.

SI pater dat dotem pro filia emancipata, an pro ipsa agere possit, quia etiam talis dos dicitur profectitia. l. profectitia. §. j. ff. de iure dot. Vide Bar. in l. 2. §. quod si in patris. ff. solu. matrimon. & in l. si constante. in 2. col. eo. titu. cum quo cæteri transeunt.

LXXI. QVAERO.

QVare lex induxit communionem inter patrem, & filiā in actione de dote. Certè ex persona patris vna fuit rō, ne si filia haberet actionem integram, & eam peteret, & perderet ipsam dotem exactam, pater cogeretur eam iterum dotare &c. Item ex persona filiæ fuit ratio, ne pater ipse accipiens consumeret dotem, l. si cum dotem. §. eo autem tē pore, ff. solu. matrim. secundum gl. in d. §. ꝙ si in patris. quam sequitur ibi Bar. & in l. si constante. in 1. q. secundæ partis principalis. eo. ti. & Bal. in l. vbi adhuc. in 9. col. C. de iure dot. & Bar. in l. imperator. ff. ad Treb.

LXXII. QVAERO.

FIlia in potestate, an aliquo casu possit agere ad dotem patre inuito? Glo. in d. §. ꝙ si in patris. dicit ꝙ sic, si pater esset inops, allegat l. fi. ff. de eo per quem fac. er. vbi sicut inopia eximentis rescindit liberationem exempti, ita inopia patris tollit communionem, & facit pro hoc de leg. j. l. plane. la secō da. §. 1. & melius, l. pater. in fi. de dote prēleg. & bene facit l. imperator, ff. ad Trebel. nam sicut ibi suspicio patris facit transire fideicommissum in filium, ita hic suspicio propter pauperтatem facit transire actionem de dote in filiam. Posset etiam allegari ad hoc, l. si cum dotem, §. eo autem tempore. eod. tit. si tamen velles, posses dicere, ꝙ iura glos. non multum probant, quia in d. l. fina. tractatur de lucro perdendo, sed in casu nostro tractatur de damno euitando, quorum non est par ratio. l. fin. C. de codicil. Nec ob d. l. imperator. quia ibi inopia nocet ipsi inopi, & non alij. vnde per glos. melius faciunt alia iura supra allegata. & vide omnino Bart. in l. fina. C. communia de lega.

LXXIII. QVAERO.

AN pater & filia in actione de dote sint tanquā duo rei? Glo. in l. 2. §. ꝙ si in patris. ff. solu. matr. tenet ꝙ non per l. qui hominem, §. gener. ff. de sol. Et quia in duobus reis quilibet agit nomine suo, sed hic pater agit nomine filiæ tantum, facit ad hoc, quia duobus reis mortuis quilibet transmittit ad hæredes suos, sed hic mortuo altero consolidatur actio de dote in alterum &c. Item si essent duo rei socij, factū vnius præiudicaret alteri, quod non est in patre & filia secundum glo. prēallegatam. Sed certè hoc vltimum non fuit necesse dicere, quia remissio per patrem vnius sociorum non nocet alteri, etiam si sunt duo rei credendi. l. si vnius. in princip. ff. de pac. Nec ob l. si duob. ff. de arbit. quia aut agimus de quæsitis tollendis, & tunc siue sint socij, siue non, factum vnius non prēiudicat alij. Aut agimus de quærendis, & tunc si sunt socij bene præiudicat vnus alteri, & ad prędicta vide Pau. in l. non solum, ff. sol. matr.

SVMMARIVM.

1 *Pater quando agat adiuncta persona filiæ ad vtilitatem communem, vel ipsius patris tantum, quando filia sibi prēiudicauit per pactum.*
2 *Actio de dote profectitia, spectat ad patrem pleno iure.*

LXXIIII. QVAERO.

1 QVando pater † agat adiuncta persona filiæ ad vtilitatem communem, vel ipsius patris tantum, quando filia sibi præiudicauit per pactū, & hęc ē solennis dubitatio. de qua uide Bartō. in d. l. 2 §. quod si in patris. in pen. colum. ff. sol. mat. Et pro eius conclusione vide glo. & Doct. in l. si cum dotem. §. 1. vers. supereſt. eod. tit. Alij tenent vltimam solutionem glo. in d. §. quod si in patris. videlicet quod aut filia promiserat non petere sub pœna, & si tunc pater agat adiuncta persona filiæ potest reconueniri ad pœnam, & sic licet in pœna prēiudicet filiæ, non tamen in dote præiudicat patri aliquo casu. Nec videtur vera solutio Barto. secundum eos, qa non potest dici, quod agatur ad vtilitatem patris tantum, cū teneatur pater illam dotem filiæ reseruare, auth. sed quamuis. C. de rei vxo. act. Inde perinde iudicari debet, ac si pater ageret ad vtilitatem ipsius filiæ. hanc opin. tenet Cyn. in d. §. quod si in patris. & Saly. in d. l. cum dos. vbi dicit, ꝙ solutio vltima, de qua supra diuinat, quoniam ibi in tex. nec de illa pœna, nec de reconuentione dicitur. sed fortè sustineri potest opin. Bar. Nec ob. ratio Pau. quia imo non agitur de vtilitate filiæ, quia pone filiàm culpa sua dotem amisisse, iuxta d. auth. quod locum, certè non teneretur pater iterum illam dotare, vt no. in l. si cum dotem, §. post ff. solu. matrimo. Vel secundo, si filia alteri delegasset dotis solutionem, non tamen animo donandi, certè tunc cum filia ab illo possit recuperare, non tenebitur pater iterum eam dotare. Adde tamen, ꝙ etiā opi. Pau potest procedere per d. l. cum dos. Nec ob. ꝙ videatur diuinare, vt dicit Saly. quia non est verum, imo ibi optimè probatur

batur in ver. nullo casu præiudicat. casus autem, quo poterat præiudicare patri erat, quia pater tenebatur cauere in causa reconuentionis de defendendo filiam, cum ageret adiuncta eius persona, vt l. sed & hæ. §. prætor. ff. de procurat. Et ideo tex. in d. l. cum dos. dicit, quod nullo casu præiudicat. Raph. in d. §. quod si in patris. dicit, quod standum est solutioni Barto. de necessitate tamen si videtur vera secundum eum, quia nō reperitur iure cautum, quod pater sit legitimus administrator filiæ in bonis profectitijs, sed in aduentitijs tantum; quoniam secundum eum restituta dote profectitia dominium pleno iure spectat ad patrem l. fi. C. commu. vtri. iud. vnde in re propria non debet dici legitimus administrator filiæ &c. Mihi videtur, ꝙ Barto. bene loquatur. Nec ob. ratio Raph. ꝙa
2 non puto expressum in iure, quod †actio de dote profectitia spectet pleno iure ad patrem, imo expresse dicitur contra in d. §. quod si in patris. Fateor, ꝙ considerata ipsa re dotali, pro ut iam est restituta patri, verum est quod respectu pleni domi nij spectat ad patrem, non ante.

SVMMARIVM.

1 *Actio de dote competens patri an sit una, & eadem cum illa quę competit filiæ.*
2 *Iniuriarum pluralitas inducitur ex pluralitate personarum.*

LXXV. QVAERO.

1 AN actio † de dote competens patri sit vna & eadem cū illa, quæ competit filiæ? Glo. in l. 2. §. quod si in patris. ff. sol. mat. dicit Io. tenere, quod vna sola, quam pater intentat, quandoque solus, quandoque adiuncta persona filiæ, quandoque sola filia. Sed contra Ioan. facit litera in d. §. quod si in patris. ibi, nec eam &c. quia copulatiua inclusa in d. negatiua, ostendit diuersitatem actionum esse, & sic plures. Licet posset dici, quod significat pluralitatem circa modum agēdi, nō circa substantiam actionis. Secundo contra Io. facit, quia ex eadem iniuria facta filio nascuntur plures actiones, vt l. pater. & ibi no. ff. de iniur. ergo sicut vna est actio iniuriarum, quæ datur patri, alia vero quæ datur filio, idem debet dici in actio
2 ne de dote. Sed posset responderi, quod † in actione iniuriarum aliud est, quia ex pluralitate personarum inducitur plura litas iniuriarum, & per consequens pluralitas actionis, vt l. 1. §. fi. ff. de iniur. & l. eum qui. §. pe. eo. tit. sed hic pluralitas personarum non inducit pluralitatem dotium, & ideo nec pluralitatem actionum. Idem contra Ioan. facit. nam sicut in duobus reis duæ sunt actiones. l. si reus. ff. de duo. reis. ergo eadē ratione in dote, in qua pater & filia sunt quasi duo rei. sed pōt responderi, quod vbi est pluralitas obligationum, merito sequitur pluralitas actionum, sed hic vna tantum est obligatio. l. qui hominem. §. gener. ff. de so. mihi placet opin. Ioann. quā communiter sequuntur Moder. in d. §. quod si in patris.

SVMMARIVM.

1 *Dominium sol. matrim. transit statim in mulierem, cui datur utilis rei uendicatio.*
2 *Dispositio l. in rebus. an militet in dote profectitia.*

LXXVI. QVAERO.

1 HOdie † quod statim sol. matr. dominium transit in mulierem, cui datur vtilis rei vendicatio. l. in rebus. C. de iu. do. An ista sit communis patris, & filiæ, cum dominium non possit esse penes plures insolidum. l. si vt certo. §. si duobus vehiculum. ff. commo.

Reperio quosdam antiquos dixisse, quod penes vtrūque sit insolidum, & similiter dominium insolidum penes quemlibet, & inter eos erit communio non denotatiua partium, si cut in l. ea quæ. C. fam. ercis. sed denotans ius quoddam connexum, quod est penes quemlibet insolidum, & in quo plures, vt vna persona, reputantur. & §. si duobus vehiculum. cum simi. procedit in non connexis, & separatis. Sed hoc mihi non placet, quia non videtur possibile, quod dominium eiusdem rei eodem respectu sit penes duos insolidum, vnde videtur tutius dicere, quod in dote profectitia nihil sit inno uatum, & quod pro illa hodie competit rei vendicatio, quinimo videtur dicendum, quod sequuta exactione dominiū sit penes patrem, & sit facta, vt ita dixerim, in ipsum consolidatio, per l. fi. C. communia vtriusiud. vbi videtur casus, & in auth. sed quamuis. C. de rei vxor. actio. Vel aliter potest dici, quod actio de dote erat propria ipsius filiæ secundum iura florum. Sicut & aliæ quædam actiones, vt dicam infra prox. quæst. Et istud vltimum est de mente Bal. in dicta l. in rebus. Addo, quod per d. l. dominium videtur trāsferri in patrem solum, quoniam matrimonium est solutum filia superuiuente, & pater vtitur hoc priuilegio pro filia, quia ad vtilitatem filiæ tendit, vt dixit glo. in d. §. fuerat in versicu. cum ipse. In stitu. de actio. & no. Dyn. & Barto in l. post dotem in vlti. col. ff. sol. matr. Et pro hoc facit, quia ad patrem non ad filiam re uerti debet. d. l. fin. & d. authen. sed quamuis. Attende etiam,
2 quia videtur † quod d. l. in rebus. non militet in dote profecti tia, quia tex. ibi dicit, cum eadem res ab initio vxoris fuerat & naturaliter in eius permāserit dominio &c. ergo videtur ibi clarissime loqui de ea tantum dote, quæ quo ad dominium ab initio fuit mulieris, hoc autem non potest verificari in ꝓfectitiis, quoniam olim & hodie permanēt patris. l. cum oportet. in princip. & in versicu. non ex eius substantia. C. de bon. quæ libe. no. glo. fina. & ibi Barto. & alij in l. 1. C. qui admitti. Teneas igitur pro conclusione, quod d. l. in rebus. non habet locum in dote profectitia, & pro ea non datur rei vēdicatio, quod est notandum.

LXXVII. QVAERO.

AN de iure fforum actio de dote profectitia esset propria ipsius patris tantum, vel filiæ tantum? Quidam tenēt, ꝙ est propria filiæ, sicut & aliæ quædam actiones, vt per gl. in l. longius, §. si filius. ff. de iud. facit l. Pompo. ff. fami. ercis. diceba tur tamen esse cōmunis, quia filia nō poterat eam exercere si ne patre, nec econtra. l. 2. §. 1. sol. mat. Et si dicas, quomodo consolidabatur in patrem mortua filia? Respōdeo eo modo, quo actio iniuriarum mortuo filio. l. sed si vnius. §. fin. ff. de iniur. Et sicut id quod habebat filius ex castrēsi peculio consolidabatur in patrem mortuo filio ab intestato. l. tam ex con tractibus. cum ibi no. ff. de iudi. Attende, quod idem videtur eē de iure. C. quia in profectitijs nihil est innouatū, vt dixi supra proxi. q. Licet Cyn. in l. auia. C. de iure dot. dicat, quod actio de dote erat solius patris. Sed quicquid dicatur, ego puto verum, quod dotis actio erat communis patris & filiæ, non autem solius filiæ, vel solius patris. Et pro hoc allego bo num tex. in l. qui hominem. §. si gener. ff. de sol. & in l. 2. §. 1. ff. solu. mat. & in l. filiusfa. §. sed si filia. ff. de proc. & sequitur Bal. in d. l. auia. & communiter Doct. in l. non solum. ff. solu. matr.

SVMMARIVM.

1 *Filia an habeat exercitium actionis de dote profectitia nolente patre.*
2 *Filia agit sine consensu patris, quando pater non habet legitimam causam contradicendi.*

LXXVIII. QVAERO.

1 AN filia † habeat exercitium actionis de dote profectitia volente patre, & an requiratur expressus consensus, vel sufficiat, si non contradicat, & quid econtra in patre. Bar. in l. non solum. ff. sol. mat. tenet quod in filia requiratur expressus consensus patris, sed in patre sufficit, quod filia non contradicat, vel causam contradicendi non habeat. Et pro Bar. vide glo. in l. si cum dotem. §. 1. & ibi sequitur Ray. Bar. Bal. Ang. Imo. & Pau. & omnes excepto Roma. ff. so. matr. & sequitur Guli. in l. 2. §. 1. eo tit. Et pro hoc videtur tex. in d. auth. quod locum. in versic. consensit. & expressius facit tex. in corpore vnde sumitur. Bal. tamen ibi videtur contra tenere, dum dicit idem simpliciter in patre, quod in filia, allegat l. dotem. ff. sol. mat. pro quo fortiter facit l. filius. §. sed si filia. in versi. sed puto, ff. de procura. & glo. in d. l. non solum. in ver. peruenit. Mihi videtur, quod si pater potest expresse contradicere, nō suffiicit scientia cum taciturnitate, sed requiritur consensus expessus, ita procedat gl. & Doc. licet secus in filia. Aut pater non potest contradicere, vt quia est suspecta persona, & tunc potest filia sine expresso consensu patris agere. & hoc dicit d. §. sed si filia. & ita distinguendo intelliguntur verba Ful. &
2 Pau. in d. auth. quod locum. dum dicunt † quod si pater non habet iustam causam contradicendi, filia agit sine eius consensu, nam intellige, scilicet expresso, quia tacitus consensus ex taciturnitate, & scientia prēsumitur, & ꝙ regulariter quā do pater tacet, non possit filia agere, firmat Io. And. per illum tex. in c. fin. in versicu. de consensu patris. de iudi. in 6. in nouella. hoc idem no. Bal. in l. fin. §. necessitatem. versic. quid si pater. C. de bon. quæ libe. Considera tamen, quod huic videtur obstare text. in dicto §. sed si filia dum loquitur de absen te, vide omnino Ang. in §. fuerat. Instit. de actio & Bar. in l. si cum dotem. §. eo autem tempore. ff. soluto matrimonio.

Source : BIU Cujas

LXXIX. QVAERO.

AN pater,quia agit de dote, quæ est communis ipsius & filiæ, teneatur cauere de rato, si filia sit absens,& quare cauet? Bar.in l.non solum,ff.soluto matrimo. sequendo gl.ibi dicit, quod ideo cauet, quia requiritur alterius consensus, quod secus in duobus reis,.& communiter eum sequuntur Doctor.

LXXX. QVAERO,

AN pater possit indistincte sine causa contradicere filiæ petenti dotem? Bar.in l.si cum dotem,§.si pater,ff.solu. mat.ponit duas opin.glo. videlicet, ꝙ aut pater habet legitimam causam contradicendi,& tunc potest. Aut non,& tunc secus.sed Imo.tenet ibi,ꝙ possit indistincte contradicere, & sit pro ratione voluntas.Facit,quia idem videmus in actione iniuriarum.l.sed si vnus,§.filiofa. ff de iniur. Item quia si contradictio patris non attenderetur,frustra tex. in d.l. non solū. requireret promissionem de rato,quæ non posset committi. l.hæc stipulatio,ff.vt leg. no. ca. Item quia vbi filia agere vult de dote,requiritur,quod pater expresse consentiat, vt no. gl. in l.si cum dotem,§.1.ff.soluto matrimonio.& hanc opin. sequitur Rom.in d.§.si pater.quicquid dicant Raph. & Pau. de quibus non curo.

SVMMARIVM.

1 *Pater si sit absens & reliquit procuratorem, an talis procurator præferatur filiæ.*
2 *Consensus patris expressus requiritur ad hoc ut filia agere possit.*

LXXXI. QVAERO.

1 QVid si pater† sit absens,& reliquit procuratorem, an talis procurator præferatur filiæ,& quid si reliquit procuratorem ad contradicendum filiæ? Dic,ꝙ aut pater absens cõstituit procuratorem ad petendum dotem, & tunc procedat opin. quæ habet, ꝙ præferatur filiæ, quæ hoc casu agere non posset. Aut constituit procuratorem ad contradicendum filiæ agere volenti, & tunc aut habet legitimam causam contradicendi,& præfertur filiæ,alias non,& ita procedat opinio. Bart.si autem non est aliquis procurator ipsius, tunc filia indistinctè admittitur cum cautione rati. Nec obs.ꝙ frustra requireretur cautio,si pater non potest indistinctè contradicere &c. quia respondeo, ꝙ idem videmus in patre, qui cauet, filiam absentem ratum habituram,& tamen si sine causa contradiceret,filia non noceret patri, l. si cum dotem, §.si pater. & ibi glo. ff.solu.mat. ergo &c.Et quod pater sine iusta causa non possit contradicere,tenuit Salyc.Fulg. & Pau.in authen. quod locum,C.de colla.Nec ob.quod dixi supra prox.q.videlicet,ꝙ† quando filia agit, requiritur expressus consensus patris,quia illud intelligitur,quando pater est presens,sed eo absente sufficit cautio rati.Nec ob.tex.in l.si cum dotem,§.si soluto.eo.titu.quia ibi erat curator patris furiosi.& similiter respondeo ad d.§. filiofamilias.

2

LXXXII. QVAERO.

QVid si filia contradicat patri agenti, cui incumbat onus probandi causam contradictionis esse iustam,an ipsi filiæ,an vero patri esse iustam.Gl.fin.in l.Titia, ff.sol.ma. sensit,ꝙ incumbit filiæ, & cum ea transeunt ibi Moder.& in l.dotem,eo.ti.& in l.si cum dotem. §. eo autem tempore. eo. ti.& Bal.in l.si marito,§.si soluto. eo.ti.

LXXXIII. QVAERO.

AN merita ipsius mariti sint iusta causa, quia filia contradicat patri petenti dotem.Glo.ponit opinio. in l.si cum dotem.§.eo autem tempore,ff.solu.matrimon.Dyn. videtur tenere,ꝙ non de meritis mariti,vt l.iubemus,§.1.C.de sacro sanc.eccl.Idem tenet Bal.Ange.& Imo.in d.§.eo autem tempore.quia non reperitur,ꝙ merita ipsius mariti sint sufficiens causa,vt filia contradicere possit patri, attento ꝙ filia non habet plenum ius in ea actione de dote, sed communē cum patre.Nec obstant iura allegata in glo. licet Docto.non respondeant, quia loquitur in filiofa. vel in prælato habente plenam administrationem, vnde bene merentem potest remunerare,vt pulchrè no.per Ioan.And.in addi.Spec.in rub. de rebus eccle. non alien. sed filia non habet plenam administrationē in dote.l.3.cum si.ff.sol.ma.& hoc placet,licet Bart. in d.§.eo autem tempore. in fi. dixerit, hoc committi arbitrio iudicis per illum tex.qui parum facit.

SVMMARIVM.

1 *Pater si sit litem contestatus,deinde interueniat consensus filię, an validetur iudicium.*
2 *Consensus propinquorum si ex forma statuti requiratur in contractib. minorum,non sufficit talem consensum ptæstari post contractum.*

LXXXIIII. QVAERO.

1 SI pater† sit litem contestatus, deinde interueniat consensus filiæ,an validetur iudicium.Imo.in l.si cum dotem, §. eo autem,in prin.ff.solu.matr.videtur,ꝙ expediat adesse tempore litis contest.idem no.glo.in l.fin. §. necessitatem.in gl.3. C.de bon.quæ lib.vbi Bal.ad hoc ponderat tex.in d. §. eo autem tempore.Sed certe in casu illius §. etiam si consensus interuenisset post lit.contest.tamen validaretur iudicium, quia talis consensus necessarius est,imo plus,quia ratione interesse patris sequitur.l.licet,ff.de iud.l.fin.ad Maced. trahitur retro, & mandato comparatur,& hoc apertè vult Bart.in d.§.necessitatem.Non ob.tex.in d.§.eo autem tempore. licet ipsi non respondeant,quia intentio d.§.fait,ꝙ si non præstatur cautio rati,non audiatur volens litem contestari, vnde si postea opponatur,non auditur opponens.l.ita demum, C. de procur.l. Pompo.§.rati.ff.eo.tamen si ante litem contesta.opponatur, ꝙ agit sine consensu patris, & lite contesta. superueniat talis consensus,non negat ille tex. quin iudicium validetur etiam quo ad patrem, adeo ꝙ maritus soluens etiam a patre liberetur. Sed vbi requiritur consensus ad legitimandam, seu integrandam personam alicuius,tunc non sufficit interuenire cõsensum post litem contesta. sed debet in ipso actu interuenire, quia talis consensus pro solennitate requiritur, vt est tex. no.in c.auditis,de elect.& est de mente Ange.in d. §. necessitatem.vbi apertè glo.firmat.Idem tenet Bar. Bal. & alij in l. si quis mihi bona,§.iussum.de acquir.hæred. Idem Spec. in tit. de actore,§.1.versic. sed pone lis est contestata.& ver. sed qd si filius.cum duobus ver. sequen. Et ꝙ vbi talis consensus requiritur pro formali solennitate,non sufficiat interuenire postea,ita tenet Imo.expresse in c.cum consuetudinis. extra, de consue.& in ca. cum vos. extra de his quæ fiunt a præla. sine cõsensu capituli.& Bal.in l. executorem, in 5.col.C.de execu. rei iud.& Cy.in l.senium.C.qui test.fac. poss.Et ideo determi
2 nat Bal.in l.1.in vlt.char. C.qui admit. ꝙ† si ex forma statuti in contractibus minorum requiritur consensus propinquorum,non sufficit talem consensum præstari post cõtractum, ex quo requirebatur pro solennitate ad integrandum personam minoris.Idem tenet dom.Anto.& Imo.in d. c.cum consuetudinis.Bene facit,quod not.Bal. in l. tam is, §.1.in fi.ff.de don.causa mor. licet Ange. contradixerit, & minus bene in l.j.§.fuit quæsitum, ff. ad Trebell. quod no. pro declaratione eorum, quæ posuit Bart.in l. sinautem plures, ff.de aqua plu. arcen.

LXXXV. QVAERO.

QVid si pater est litem contestatus cum consensu filiæ quæ postea emancipatur per patrem, an perimatur iudicium ipsius patris? Tex.in d.l.si cum dotem, §.eo autem.a contrario sensu innuit,ꝙ non perimatur.

Sed contrarium puto verius, quia etiam si post sententiã filia efficiatur sui iuris ante factam executionem totum ius consolidatur in filia, vt est tex.in l.si marito, §. si voluntate, ff.sol.mat. & post talem consolidationem factam in filiam sui iuris effectam ante executionem sententiæ pater non potest amplius prosequi, sed filia prosequitur illud idem iudicium, l.tam ex contractibus,ff.de iud.Vide tex.in l.1.§.ex hoc, C.de rei vxo.actio.& no.Bar.in l.si tamen hominem,ff.de sol.

LXXXVI. QVAERO.

SI pater sit persona suspecta, filia autem sit honestæ vitę,an iudex possit ex suo officio repellere ipsum patrem agentem de dote? Imo,ꝙ sic,in d.l.si cum dotem,§.eo autem tempore,ff.sol.mat.

Adde, quia vbi publica vtilitas versatur, iudex ex officio procedere potest,vt pulchre per Bar.in l.4.in §. hoc autem iudicium.in 4.oppo ff.de dam.inf.dum dicit,ꝙ in causis piis iudex supplet ex officio etiam parte non petente, & ꝙ dos sit causa pia,dixi supra.in §.1.circa fi. & vltra ibi dicta est tex.in l. cum is,§.si mulier,in ver.pietatis.& ibi Bal. ff.de condi. inde.

& no.

Source : BIU Cujas

& no. Bart. in l. si ego. §. 1. de iure dot. & Bal. in repeti. l. 1. C. de sacros. ecc. Adde, quod prędicta debent intelligi, quando filia expresse non consentiret patri, nam alias si expresse cōsentit, etiam si pater sit persona suspecta, iudex ex suo officio eum re pellere non potest, secūdum Bal. in d. §. eo autem tempore. Ex quo habes, quod priuata vtilitas præfertur publicæ, quādo publica vtilitas veniebat secundario.

LXXXVII. QVAERO.

SI filia non contradicit patri agenti propter reuerentiam, an habeatur pro consentiente. Imo in l. si cum dotem. §. eo autem tempore. ff. sol. matri. tenet quod non, per l. penul. ff. de furt. & per no. in l. 1. §. quæ onerandæ. ff. quarum rerum actio non datur. vbi succurritur mulieri, vel filiæ, quæ propter reuerentiam mariti, vel patris cōsēsit in aliquo actu. Nec ob. id, quod habetur in l. si patre, ff. de ritu nup. & quod not. glo. in c. insinuante. extra qui cleri. vel vouen. vbi glos. super hoc arguit pro & contra, quæ respondet, vt dicam in proxima quæstione.

SVMMARIVM.

1 *Metus an præsumatur intercessisse in contractu celebrato in præsentia alicuius personæ, cui debetur reuerentia.*
2 *Ingressus religionis, vel professio, an vitietur, quando filia inuita ingreditur monasterium ob reuerentiam patris.*
3 *Libertas omnimoda requiritur in matrimonijs.*

LXXXVIII. QVAERO.

1 AN eo ipso † ꝙ actus celebratur in præsentia patris, vel mariti vel alterius personæ, cui reuerētia debetur, præsumatur mecum intercessisse.

De hac q. vide, quod habetur in l. si patre. ff. de ritu nupt. & quod no. glo. in c. insinuante. extra qui cler. vel vouen. vbi gl. super hoc arguit pro & contra. & facit etiam, quod habetur in c. ex literis. de despon. impu. & in c. præsens clericus. 20. q. 3. Imo. in d. §. eo autem tempore. distinguit, ꝙ interdū propter meram reuerentiam consentiunt prędicti, ne forte incurrant odium vel indignationē. & istud non habet rescindere actū, per d. l. si patre. Quandoque non interuenit simplex reuerentia, sed etiam minæ, vel verbera, & tunc officio iudicis succurritur, dato ꝙ alias non induceretur metus propter talia in virum constantem, & sic intelligatur glo. in l. 1. §. quæ onerandæ, ff. quarum rerum actio non datur. & ibi Bar. & per Innoc. in c. causam matrimonij. de offic. deleg. & ad hanc distinctionem allegat l. si patre. subdit tamen, ꝙ matrimonium carnale contractum per filium propter reuerentiam paternam non inualidatur per d. l. si pater. Secus videtur in matrimonio spirituali, seu ingressu religionis facto per filium coactum ex reuerentia paterna per d. c. præsens. quod non est alibi, sed intelligi debet secundum distinctionem suprapositam, nisi dicas, ꝙ maior libertas requiritur in matrimonio spirituali, cum voluntarium militem eligat sibi Christus, non coactum. 9. q. 5. c. si quid inueniſti. Et dicit Imo. quod prædicta sunt notanda
2 ad ea, quæ quotidie contingunt; quia † quandoque filiæ inuitæ propter reuerentiam paternam ingrediuntur monasterium, an tunc vitietur ingressus, vel professio? adde tu, quod Bart. in d. §. quæ onerandæ. vult, quod eoipso, quod præsens est maritus pater superior, vel alia reuerentia prima, non censetur adhibitus metus, nisi de minis, aut verberibus præcedentibus probetur, allegat l. interpositas. cum ibi nota. C. de transac. & optima litera, & ibi Bar. in d. l. ad inuidiam. C. quod metus causa. & ibi not. gl. optime probatur in d. l. si patre. Et de materia vide per Bal. in c. 1. §. item sacramenta. de pa. iu. fir. & in l. pactum. C. de colla. & in l. si sine. C. ad Vell. & in l. 1. post Cy. C. de bonis mater. & in toto titu. de pace Constan. in versicu. pactionis. Bart. in l. fin. §. si fœnerator. supra quod metus causa. per dom. Anto. in c. cum virum. vbi bonus tex. de regularibus. & quod not. glo. 22. q. 4. c. vnusquisque. Et ideo cautela notabilis est secundum Bar. in l. transactionem. la 2. per illum tex. C. de transaction. quando maritus contrahit cum vxore interueniat præsentia propinquorum, quia tunc non obstantibus minis aut verberibus precedentibus mulier non præsumitur metu cōtrahere, & sequitur d. Ant. in c. causam matrimonij. licet primò ibi aliter dicat Sal. in d. l. transac. vbi dicit, illud dictum Bar. procedere in marito, & in aliis, non autem in patre contrahente cum filio, quia non obstante tali consensu propinquorum contractus dicitur meticulosus, alleg. l. veluti. de iusti. & iu. sed non videtur verum, & ꝙ cautela Bar. procedat in omnibus casibus, firmat Bal. & Pau. in d. l. transactionem. Rom. in d. §. eo autem tempore. dicit, quod licet sola reuerentia patris, aut similis non reddat contractum filij cum extraneo contrahentis meticulosum, d. l. si patre. tamen secus in contractu cum ipso patre celebrato, & cessantibus minis & verberibus per d. §. quę onerandæ. cum gl. Addu cit etiam no. per Bar. in l. si fideiussor. in lect. antiqua, ff. de pig. Sed in contrarium est glo. in d. l. si patre. Nec Bal. in d. l. fideiussor. loquitur quando minæ, aut verbera præcesserunt. Et contra Rom. videtur tex. in c. quamuis. de pac. in 6. bene facit tex. in l. fideiussor, §. pater. ff. de fideiuss. ad idem tex. in d. l. ad inuidiam. vnde non recederem a communi opinione, quam limito, nisi esemus in casu requirente omnimodam libertatem, quoniam tunc sufficit præsentia eius, cui reuerentia debetur, ad hoc vt actus possit veluti meticulosus rescindi, etiam non præcedentibus minis, aut verberibus, secundum D. Ant. in d. c. cum virum. qui reputat illum tex. singularem. Sed puto, ꝙ istud dictum procedat in ingressu religionis per d. c. præsens. & pro hoc est tex. in d. c. cum virum, alias verba D. Ant. vidē-
3 tur esse nimis generalia. Nam videmus, ꝙ † in matrimoniis requiritur omnimoda libertas. l. Titia, ff. de verbo. oblig. præsertim de iure canonico. c. gemma. & c. cum locum. de sponsa. c. causam. de rapto. no. glo. in l. Pau. ff. de sponsa. & tamen præsentia patris non reddit contractum matrimonij meticulosum. d. l. si patre. ergo &c. Adde etiam prædictis gl. ꝙ communis sententia ampliari potest, vt non solum procedat, quando filius patre præsente contrahit, qui minatus sit, vel verbera intulerit, sed etiā si sit absens, dummodo adhuc duret causa metus, quoniam etiam isto casu contractus redditur meticulosus, secus si causa talis timoris cesset, probatur per no. in simili per Bar. in l. si ob turp. ff. de condi. ob turp. causam. vbi licet solutio facta ex interuallo gratia implendi contractū metu factum præsumatur spōte facta, nec solutum repeti possit, vt est casus in l. 1. C. quod metus cau. tamen fallit secundū eū, nisi creditor esset persona, cuius metus adhuc durare diceretur, vt esset in tyrannide: quia tunc solutum ex interuallo repeti potest, allegat no. per Innoc. in c. 1. quod metus causa. ita ergo esset in proposito nostro, & ita firmat Ang. in d. l. ad inuidiam. & Bal. in d. l. 2. Circa etiam prædicta tene menti, ꝙ in oī bus casibus, in quibus præsentiam & patientiam quis videtur tacitè consentire, de quib. in regula, qui tacet. de reg. iur. in 6. Illud nunquam vendicat sibi locum in persona, quæ reuerentiam pręstare debet, quia si taceret, & pateretur eū cui reuerentiam debet actum agere, nūquam videtur consentire, ita no. Bar. in l. quæ dotis. in fi. ff. sol. matri. allegat d. §. quæ onerādæ. & idem not. D. Ant. in c. nonne, de præsumpt. pro quo est gl. in l. filius fa. §. inuitus, & ibi Bal. ff. de procur. licet D. Abb. teneat contrarium in d. c. nonne. allegat tex. in c. 1. de despō. impu. in 6. de quo vide in d. l. quæ dotis.

SVMMARIVM.

1 *Filia quæ consensit patri agenti, an possit mutare uoluntatem.*
2 *Procurator, qui fecit sumptus in lite, an & quando mutari possit.*

LXXXIX. QVAERO.

1 FILIA quæ † consensit patri agenti, an possit mutare voluntatem? Ang. in l. si cum dotem. §. eo autem tempore. ff. so. mat. multum cōmendat illum tex. quod vbi requiritur præstare cōsensum certo & determinato tēpore, si ante dictum tempus præstetur, potest ante dictum tempus reuocari. ubi autem non requiritur præstari consensum certo & determinato tempore, tunc habet locum regula, quod semel placuit. Quidam dicunt, ꝙ tex. in d. §. eo autem tempore. nihil facit pro Ange. quia ibi consensus non requirebatur certo & determinato tempore, nec pro solennitate, sed pro interesse, & ideo non mirum, si post li. contest. superueniat, valeat iudicium. sed ego dico, ꝙ licet isto respectu non faciat pro Ange. tamen inquantum tex. loquitur de cautione rati præstanda ante li. contest. in hoc sumit ar. Ang ꝙ sicut cautio ista prę stita ante lit. contesta. cum dicatur sapere mandatum more mandati ante lit. contest. reuocari possit. l. ante litem, ff. de procur. ita & consensus certo & determinato tempore requisitus, si ante tempus præstetur, poterit ante illud reuocari. Et quando sit licitum voluntatem mutare, vide per Imo. in d. §. eo autem tempore, & Bar. in l. in reb. ff. rerum amo. & Iac. de Bel. in l. causæ, ff. de proc. in quibus locis habes, quando liceat variare. de his etiam vide Bal. in l. de die. §. fin. qui satisd. cog. & per eundem in d. §. eo autem tempore. qui inter cætera dicit, ꝙ vbi mutatio esset præiudicialis aduersario, tunc impedi
2 tur, alias non. Ex quo infertur, ꝙ quidam dicebant, † ꝙ licet proc. ante li. contest. mutari possit, d. l. ante litem. tamen secus est,

est,si procurator feciſſet ſumptus in lite,quos reprehendit ip ſe Bald.quia ſecundum eum mutari poteſt, tamen dominus tenetur primum procuratorem ſeruare indemnem, allegat in ar.l. pecuniam. circa princ. ff.de condi.ob cau. & eſt caſus in l.qui omnia.§.fin.cum ſe.ff.de procur.Ex hoc etiam infert Bald. & Ange.in d.§. eo autem tempore. pone appellatum fuit a duobus iudicibus interlocutoriam proferentibus, & vnus detulit appellationi,an poſſit reuocare delationem ſuã, antequam alius detulerit? & decidunt quod ſic, & antequã vterque detulerit,non fuit acquiſitum ius parti, ut eſt text. in cle.1.cum ibi nota.de app.ergo mutare poteſt, & iſtud tenet Paul.de Leaza.in ſuis quæſtionibus in q.cauſa fuit tribus. limita tamen, niſi eſſet appellatum ad ſedem Apoſtolicam, quia ſi tunc vnus tantum detulit,alio nondum referente, nõ poterit primus,qui detulit reuocare,per tex.in c. ſi duobus. de appella.vbi hoc non videtur probari. licet enim verũ ſit, vnum ſolum poſſe appellare ad Papam omiſſo proximo ſuperiore, non ſequitur,ergo vnus ſolus iudex poteſt tali appellationi deferre.ſtat ergo concluſio,quod mutatio voluntatis impeditur,quando res non eſt integra.§.recte.Inſt. manda.Secundo quando conſenſus ſemel præſtitus traxit secum executionem,vt eſt tex.in l.apud Aufidium.ff.de ope.leg.

XC. QVAERO,

QVALITER fiat concluſio libelli,quando pater agit nomine ſuo & filiæ in poteſtate.Et quid ſi filia ſit furioſa.Dicas,quod ſi filia ſit ſanæ mentis, pater dẽt cõcludere dotem ſolui ſibi,filiæ ue,& ſic dictio ue,ſtat pro &,ut eſt caſus clarior de corpore iuris in l.ſi cum dotem. §.pater.§. ſol. mat.Aut filia eſt furioſa,& tunc illa dictio ue, exponitur ibi filiæ,furioſæ, nomine filij ſecundum Barto.in dic.§. item ſi pater. in fi.

XCI. QVAERO.

SI pater ſit in furore,quis tunc agat de dote, curator eius, vel filia.Vide Bar.in l.ſi cum dotem.§.ſi ſoluto.§.ſol. mat.

XCII. QVAERO,

AN ea, quæ dicta ſunt ſupra de actione de dote de communi inter partem & filiam habeant locum,ſi filia agat propter inopiam uiri.Vide ſupra ead.q 35.cum ſeq.

XCIII. QVAERO.

SI pater implorauit officium iudicis, dicens filiam eſſe in ſua poteſtate, vtrum interim agere poſſit de dote contra maritum;ADDIT. [Contra maritum.No. ꝙ ſi pater implorauit officium iudicis dicens,filiam eſſe in ſua poteſtate,non poteſt interim agere de dote contra maritum,ſecundum Barto.in l. Titia, ff.ſol.mat.] Barto.in l.Titia.in prima lect.ff. ſol. mat.tenet quod non,quia ordinata illa cauſa præiudiciali ſequentes cauſæ ſilere debent,ut l.ordinata. C.de lib.cauſa. & Inſtitu.de actio.§.præiudiciales.vnde ſecundum eum,officiũ iudicis eſſet pronunciare, donec pendet cauſa præiudicialis, ſuper non eſſe procedendum. Et hoc communiter tenetur, licet gl.contrarium dixerit in d.l. Titia, quam Bal. ſuſtinere conatur, quia pendente cauſa ſtatus præiudicialis ſilere debent aliæ quæſtiones inter eoſdem, ſed non inter extraneos, & ſic non debet iudicium ſilere inter filiam & maritum. Sed Imo. ibi hoc reprehendit per plures rationes,& cum eo concordat Rom.& maxime per rationem literæ in d.l.Titia. quæ tamen mihi hoc non probat,nec etiam in eius ratione uidetur aliud facere.Vnde ſorte glo.ſuſtineri poſſet cum modificatione,uidelicet intelligendo tex. in d.l. Titia.quod iudiciũ poſſit inchoari,finiri autem per ſententiam non. Nec contrariũ dicit d.l.Titia. ſi bene inſpiciat,& ſic non ob.d.l. ordinata.

XCIIII. QVAERO.

QVid ſi pater agit contra maritum dicens dotem ſibi reſtitui debere,& filiam eſſe in ſua poteſtate, utrum ſi filia cõparet, & dicat,ſe ſui iuris eſſe,& ſibi in dotem reſtitui debere,debeat talis exceptio examinari,& impediatur iudicium. Bart.in d.l.Titia.in 2 lec.tenet, quod talis exceptio examinabitur, cum ipſius filiæ opponentis interſit, allegat l. ſuſpecta.in prin. ff.de inoffi.teſt. & C.de liti.authen. ſi hæres. ff.de re iu.l.ſæpe.& ad Treb.l.ita tamen.§. quoties. & ff. de rei ven.l.is a quo. & ff.de peti. hære.l.pen. & idem tenet Bar.in qualibet dictarum legum.Ex quo habes notare,quod tertius poteſt comparere in iudicio moto per alios pro ſuo intereſſe, & opponere exceptionem,per quam repellatur actor, de quo per Bar.in l.ſi perluſorio. §. 1. ff. de ap.vbi hoc ſingulariter limitat procedere, vbi in terminis d.l.Titia.comparuiſſet filia ad impediendum patrem ante li. conteſt.ſecus ſi poſt cõteſt litem filia ſciente per rationes, quas ibi vide per eum & idem tenet Bar. in l.ſæpe.in 9. q.& Ant.de But. & canoniſtæ in c.quãuis.ad fi.& in c.cum ſuper.in 1.char.de re iud.de quo per Imo.in l.a ſententia,in 6.col.& in l.ab executore. §.alia.ff. de app. Bene eſt uerum, quod poterit aſſiſtere liti pro ſuo intereſſe,ne fiat coluſio,per d.l.ſi ſuſpecta.cum ibi no.

XCV. QVAERO

QVid ſi filia compareat vt ſupra poſt litem conte. per patrem, & quid ſi velit aſſiſtere liti per procuratorem, & an requiratur ſpeciale mandatum,qnãdo filia vult cõtradicere patri,vide in remiſſionibus,quas dedi ſupra in proxi.queſt.

SVMMARIVM.

1 *Filia an præſumatur eſſe ſui iuris,uel in patria poteſtate.*
2 *Filia, quę fatetur,ſe eſſe legitimam patre reprobante, an ſit in quaſi poſſeſſione ſui iuris.*

XCVI. QVAERO.

1 AN filia† præſumatur eſſe ſui iuris,vel in patria poteſtate? Bart.in d. l.Titio. diſtinguit, an ſit in quaſi poſſeſſione exiſtentiæ ſui iuris, nel non. vide per Specu. in tit. de actore. §.1.ver.quid ſi poſtq̃. & ſeq. & per Bar. in l.is poteſt.in 5.col. in ver.expediti .ff.de acq.hære. & illud valet ad cautelam, de qua per Imo.in l.ſed ſi de ſua. eod.titu.per Fed.de Sen.in ſuo cõſi.105.inci.agit quidam.& Io.An.in reg.infamib. in mercurialib.& Ang.in l.poſt mortẽ.de adop.no.Ro.in l.ſi emãcipati.C.de coll.† Limita tamen,niſi filia ſe legitimam fateretur, vel pater hic probaſſet, quia licet filia eſſe in quaſi poſſeſſione exiſtentiæ ſui iuris,non raleuatur ab onere probandi,quia primæus ſtatus naturalis contradicit huic quaſi poſſeſſioni. Item in poteſtate. ff.de his qui ſunt ſui vel alie. iur. ergo non releuat ab onere probandi, vt colligitur ex no.per glo. in l ſicut.§.quæratur.ff.ſi ſer.ven.& clare no.Bart. in l.ſi prius.in 3. 4.& 5.q.ff.de ope.no.nun. Et de hac materia vide per Cy.in l. 2 C.de ſerui.& aqua,per Bal.in l.non ignorat.C. qui accu. per Cyn.in l.prima.in penul.& vlt.quæſtio.C.vbi cauſa ſtatus.per Bal.in l.ſicut.C.de libe.cauſa, & Cy. & Bald.in l.ſolennibus C. de fide inſtrum. Bal.in l. eam quam. C.de fideicom.vide quæ dixi in d.l ſi prius.

XCVII. QVAERO.

AN pater poſſit petere dotem aduentitiam? Bar. & Doc. communiter in d.l.Titia ff.ſol.mat.concluduut, quòd non,etiam ſi filia ſit in poteſtate, vide per ſcribentes in auth. ꝙ locum.C.de collatio.

XCVIII. QVAERO.

QValiter pater probet filiam eſſe in poteſtate. ADDIT. [No.hic,quod pater probans filiam legitimam eſſe,probat eãdem eſſe in poteſtate.] Glo. in d. l. Titia.ff.ſol. mar.dicit, quòd probando filiam eſſe legitimã per l. nam & ciuium.ff.de his qui ſunt ſui uel alie. iu. & Inſti.de pat. pot. in prin. Sed quomodo hoc probabit, quod ſit legitima. Bar. in d.l.Tiria,dicit, quod probando, quod ſit nata ex legitimo matrimonio.

SVMMARIVM.

1 *Pater in qua curia debeat probare filiam eſſe in poteſtate.*
2 *Pater Chriſtianus debet probare filiam in poteſtate coram iudice eccleſiaſtico, iudæus vero coram ſeculari.*
3 *Matrimonij cauſa poteſt incidenter cognoſci per iudicem ſecularem, quod fallit octo modis,ut num.4.5.6.7.8.9.10.& 11.*

XCIX. QVAERO.

1 AN hic † articulus poſſit probari in curia ſeculari, an vero debeat probari coram Epiſcopo? Bar.in d. l. Titia. ff. ſol.ma. diſtinguit, quandoq; eſt dubium, an inter patrem & matrem fuerit matrimonium,& dicitur cauſa ſpecialis,& debet examinari coram Epiſcopo. Quandoque non dubitatur

de

Source : BIU Cujas

de matrimonio, ſed an ille filius fuerit natus ex matrimonio, & iſtud nõ eſt ſpirituale, poterit examinari coram iudice laico, vt ibi per eam. Adde, quod contra tenent omnes Moder. ibi cano. in c. tuam. extra de or. cogni. per illum tex. in c. lator. & in c. cauſam. extra qui filij ſint legi. Fulg. & Moder. in l. 2. C. de iuri. om. iu. & ipſemet Bar. in l. omni nouatione. C. de ſacroſ. eccl. & in l. quoties. C. de iud. & in d. l. 2. aliter loquutus eſt, volens quod vbi cauſa matrimonialis, vel vſuraria, aut ſimilis incidit curam iudice ſeculari. Tunc aut dubitatio vertitur ſuper facto, & poterit per eum cognoſci, vt ibi dubitatur, an mulier fuerit deſponſata, vel non, ſecus ſi vertitur dubitatio ſuper iure, puta, vtrum matrimonium fuerit matrimonium uel non per iura prædallegata. Et iſtud etiam ſequutus eſt Fede. in conſi. 82. incip. facta eſt lex &c. & in conſi. 42. incip. do. Andreæ &c. Idem Ioan. And. d. Ant. Cardinalis, & do. Abb. in d. c. tuam. & in ca. cum ſit generale, de foro competenti. & Bal. in l. filium. ff. de his qui ſunt ſui uel alie. iur. & in authen. ei qui. in 6. col. C. de bon. author. iudi. poſſ. & in c. 1. §. ſi mulier. in tit. de contro. inueſt. per Pau. de Leaza. in clem. 1. de vſur. per Ang. in diſputatione ſua, Aſtenſis miles. Idem conſuluit Petr de. Anch. conſi. 224. Principalis ratio iſtorum eſt, quia quæſtio facti non habet ſpiritualitatem, & quia d. l. omni nouatione. loquitur in q. iuris. Bal. tenet cõtra in d. l. quoties. & in d. l. omni nouatione. & d. cap. cum ſit generale. & ibi nota. per glo. in verſ. vſuris, per Lapum allegatione. 56. incip. venerande domine. Mouentur, quia regulariter iura in d. c. tuã. cum ſi. loquũtur indiſtincte. Item, quia tex. in cle. 1. de vſur. voluit edi libros ſuos actori ad intentionem fundandam cõtra vſurarium, alias compelluntur eccleſiaſtica cenſura, ergo innuit, ꝙ coram eccleſiaſtico. Item mouẽtur per d. c. ſi iudex laicus, extra de ſen. excõ. in 6. Adde Bal. aliter dicentem in l. 1. in fi. C. de ſen. quæ ſine cer. quan. in l. eos in fi. C. de vſur. & in authen. ad hæc. eo. tit. & in l. 1. C. de lat. li. tol.

Verior videtur communis opin. quam limita & declarat ſecundum Pet. de Anch. in rep. c. ea quæ. in. 5. q. de reg. iu. in 6. non procedere in his, quæ ſunt ſpiritualia & eccleſiaſtica iura, vt quia nullo modo actiua ſpectant ad laycos, & quia agit de puniendo clericum, vel hæreticum, quoniam ſiue incidat quæſtio facti, vel quæſtio iuris, nunquam cognoſcit ſecularis, ita loquitur d. c. ſi iudex lay. & in c. inquiſitionis. de hæretic. in 6. Si autem actiue caderent in laycum, tunc procederet diſtinctio. Bar. prædallegata, quæ fuit Pau. de Leaza. in cle. 1.

Et ex hoc poteſt communis opin. glo. ſuſtineri, & reſponderi ad c. poſt miſerabilem. & in c. 5. de vſur. quia loquũtur, quando vertebatur quæſtio iuris. Vel ſecundum Pe. in d. rep.
2 procederẽt, †quãdo inter Chriſtianos ageretur talis quæſtio, ſed vbi inter iudeos & infideles, tunc poteſt iudex laicus cognoſcere, quia de his, quę sũt foris, nihil ad nos, ideſt ad eccleſiam pertinet per ibi per eum allegata, quod no. quia non in-
3 uenies ab alio tactum. Et ex prędictis habes ſecũdum † quod cauſa matrimonij, vel ſimilis poteſt incidenter cognoſci per
4 iudicem ſeculare, quæ multipliciter limitaui. † Primò, vt non
5 procedat, quando vertitur quæſtio iuris. †Secundo, quando
6 actiuè non cadit in laicum. † Tertio fallit, vbi per confeſſionẽ, & de plano iudex vellet informari de legitimo matrimonio, vel de ſingulis. Nam dato ꝙ quæſtio incidens vertatur ſuper iure, poterit tamen ſecularis de ea cognoſcere, ita Spe. in tit. de reconuen. §. 2. ver. ſed nunquid, el 1. & ſequitur Bald. ibi in d. l. non ignorat. in fi. & in d. l. filium diffinimus. & in l. in omni noua. & in l. vnica, C. de ſen. quę ſine cer. quant. & in d. auth. ei qui. in 5. & 6. col. & do. Ant. in c. tuam.

7 †Fallit quarto, vbi conſtaret, ꝙ per calumniam opponeretur exceptio remitten. ad iudicem eccleſiaſticum ſecundum Bal. in d. l. 1. C. de ſen. quæ ſine cer. quan. facit l. 2. C. de fal. ca. c. poſt electionem. de conceſſ. Et quamuis iſta ſit bona cautela, quominus ſecularis remittat huiuſmodi exceptionem ad eccleſiam eam reiiciendo, & ad vlteriora procedendo, tamen aduerte iudex, ne id faciat, niſi apertè conſtet de calumnia. Vnum not. quod dixit Salyc. in ſuo conſil. incipi. in quæſtione vertente in caſtro Argentæ &c. aſſerens, ꝙ alias vidit conſilium Io. Cal. & Io. de Ligna. ꝙ iudex ſecularis, coram quo tales exceptiones remittendæ ad forum eccleſiaſticum proponuntur, debet opponenti ſtatuere terminum ad producẽdum coram eo capitula, quæ vult probare in curia eccleſiaſtica, vt ſic videat, an capitula releuent, & ſi non releuant, ad vlteriora procedat.

8 †Quinto fallit, vbi eſſemus in cauſis ſummarijs, ſiue extraordinarijs. Bal. in l. 2. C. de Carb. edic. & in d. l. fi. diffinimus. & in d. auth. ei qui allegat no. per Spe. in tit. de primo & ſecundo decreto, §. reſtat, ver. quid ſi agat actione priuilegiata &c.

Sed Io. And. contra tenet in addi. Spe. in ti. qui fil. ſint legi. §. j. ſuper ver. competit. ſed dictum Bal. forte poſſet ſuſtineri in caſu, de quo loquitur Spe. videlicet, quando pars aduerſa erat contumax, & tractabatur de miſſione ex primo decreto, vel ſecundo. Sed hoc dictum magis ex authoritate, quam iure probatur, maximè quando quæſtio eſt ſuper iure, non ſuper facto.

9 Sextò fallit, quando agitur coram arbitro ſecundum Bal. in l. vnica. in 9. col. C. de confeſ. quia iſto caſu cognoſcitur per priuatum, non per perſonam publicam, ideo non fit præiudicium iudici eccleſiaſtico, ar. l. notionem, ff. de ver. ſign. & l. an prætor. §. 1. ff. de reg. iu. Ex quo infertur, ꝙ talis ſententia etiã a partibus emologata non producit actionem iudicati, nihil allegat. facit l. cum antea. C. de arbit. quæ dicit, non actionem iudicati, ſed in factum, ſicut oritur ex cæteris ſententiis arbitrorum, peſſimè loqueretur. Sed tamen contra eum videtur facere tex. in c. cum contingat. ext. de arbi. vbi in laicum non poteſt fieri compromiſſum de cauſa ſpirituali, vnde dictum Bal. videtur eſſe valde dubium.

10 Septimò †fallit, vbi ſtatutum diſponeret, ſecularem poſſe tales exceptiones, & ſuper eis probationes admittere, vt no. Bal. in d. l. non ignorat, & in d. l. quoties. Dubium facit, quia non videntur laici hoc poſſe ſtatuere per c. nouerint. de ſent. excom. & c. eccleſia S. Mariæ. de conſti. Sed reſpondet Bal. ꝙ non valent iſtæ probationes tanquam coram competenti iudice. Sed quia ſtatutum videtur voluiſſe, ꝙ probationes non plenæ habeantur pro plenis, ar. l. ſi quando, C. vnde vi. & l. thesaurus. ad exhiben. Ro. ibi contra Bal. per d. c. eccleſia ſanctæ Mariæ. Raphael ibi tenet idem, quod Bald. quia cum poſſint partes inter ſe paciſci, ꝙ probatio imperfecta habeatur pro perfecta, vt no. Inn. in c. cum cauſa. de teſtib. & Bal. in l. fi. C. c. & in auth. ſi quis in aliquo, C. de eden. ita ergo potuerunt ſtatuentes, ar. glo. in ti. de decurio.

In contrarium facit, quod no. Fed. in conſil. 91. & Anto. de But. in c. cum ſit generale, de fo. comp. dum dicũt, non poſſe per ſtatutum laicorum induci, ꝙ fama ſit ſufficiẽs indicium ad probandum plene inſtrumentum vſurarium, & hæc opinio videtur verior. Et puto ꝙ ſi eſſemus in facto, ſemper eccleſiaſticus iudex inhiberet ſeculari, ne vlterius procedat. De hoc articulo vide Bal. in c. j. & c. ſeq. de contro. inueſt.

11 Octauò †fallit, vbicunque ſufficeret probare quaſi poſſeſſionem alicuius iuris ſpectantis ad cognitionem iudicis eccleſiaſtici, vt ſi agatur aliquo interdicto poſſeſſorio, in quo incidẽter opponatur de matrimonio: nam tunc poteſt indiſtinctè cognoſci coram iudice ſeculari ſecundum Bal. in d. auth. ei qui. alleg. gl. in cle. diſpen. in ver. beneficiis, extra de iudic. quæ parum facit, imo tex. ibi innuit contrarium in quoquo modo connexis ſpiritualibus, & cauſa poſſeſſoria matrimonij pendet a matrimonio. ergo &c.

C. QVAERO.

SI pater exegit dotem ſine conſenſu filiæ, & poſtea inſtituit ipſam filiam hæredem, vel ei ſimpliciter legauit, an prohibeatur filia amplius petere dotem? Bart. in l. ſi cum dotem, §. cum pater, ff. ſolu. mat. tenet ꝙ ſic, licet aliud ſit in viro relinquente vxorem, l. 1. §. ſciendum, C. de rei vxo. acti. Et ideo ratio eſt, quia vir eſt debitor vxoris ſponcaneus, qui in dubio non videtur relinquere animo compenſandi, l. creditorem, de lega. 2. Sed pater eſt debitor de neceſſitate, quia cogitur dotare filiam, l. qui liberos, ff. de ritu nup. l. fi. C. de dó. promiſ. in quo debito neceſſario legatum in dubio computatur, d. l. ſi cum dotem, §. cum pater, & auth. præt. C. de col. Prædicta intelligo, quando filia legatum vel hæreditatem agnouit, ſecus ſi repudiauit, quia tunc ſalua ſibi manet actio de dote, no. gloſ. in l. Titia, §. qui in iure. & in l. cum ab vno, in princip. de lega. ſecundo.

SVMMARIVM.

1 *Filia ſi a patre ſit hæres inſtituta pro dimidia tantum, quæ doti æquiualet, an priuetur actione de dote in totum, uel pro dimidia tantum.*

CI. QVAERO.

1 QVid ſi filia †a patre ſit hæres inſtituta pro dimidia tantũ, quæ doti æquiualet, an priuetur actione de dote in totum, vel pro dimidia tantum? Videtur ꝙ pro dimidia tantum filia priuetur actione de dote, per l. ſi ſocer. in fi. ff. ſol. mat. & l. ſi adulta, C. de hære. act. & l. ſi ab eo, C. de nego. geſt. Contrarium videtur verius per tex. in l. ſi cum dotem, §. cum pater, ff. ſolu. matrimon. & indiſtinctè loquentem. & quia ſi legatum videtur relictum animo compẽſandi idem dicendũ videtur, ſi pars hæreditatis relinquatur. Non obſt. iura in contrarium

trarium allegata,quia loquuntur, quando teſtator erat debitor hæredis,quia ſolum pro portione hæreditaria fit confuſio actionum,ſed hic filia erat creditrix mariti.l.qui hominem.§.gener. ff. de ſolu. & iſtud videtur tenere Pau. in d. §. cum pater.Sed contra eum allego tex.in l.cum a matre.C.de rei vendi.in verſi.pro qua portione.Item ſatis patet ex litera, ſi bene ponderetur in d. §. cum pater. vbi tantum loquitur, quando hæres fuit inſolidum.tex.enim ibi loquitur ſimpliciter, quo caſu etiam in dubio intelligitur de hærede ex aſſe, vt eſt text.in l.ſi defenſor.§.qui interrogatus.ff. de interroga. actio.Ad idem glo. in l. pater filiam.in prin. ff. ad l. Fal.ſecundum vnam lect.quæ licet illi literæ non conueniat,tamen in ſe vera eſt.facit l. ſi pluribus. in princip. de leg. 2. & hæc ratio fortius ſtringit, quam d. l. cum a matre. ad quam poſſet reſponderi, quod cum ibi nulla eſſet obligatio, qua teneretur mater filio ex diſpoſitione legis:ideo ceſſat præſumptio compenſationis, ſed in caſu noſtro pater erat obligatus obligatione legali ad dotandum filiam. d.l.qui liberos, non videtur tamen poſſe reſponderi ad l.ſi ſocer. §. fi.præalleg. vbi vult tex. quod actiones cofundantur ſolum pro portione hæreditaria,& ita teneo,quod notate.

SVMMARIVM.

1 *Filia agnoſcens legatum continens minus dote, an ſibi pręiudicet.*

CII. QVAERO.

QVid ſi hæreditas relicta non erat æquiualens ad dotem, & nihilominus filia hæreditatem adiuit, an ſibi pręiudicet in tota dote? Tex.in d.l.ſi cum dotem.§.cum pater. ff.ſol.mat.generaliter loquens innuit quod ſic.

Contrarium puto verum per text.in l. dotale. in §. fin. & ibi no. glo. ff. de fun.do. & eadem ratione idē dico in legato non æquiualente, & licet filia legatum agnoſcat, tamen ſibi non præiudicat in dote,in qua eſt ſpeciale,vt ibi, licet regula
1 riter ſit ſecus.l.imperator.§.ſi centum,verſi.enim. de leg.2.licet Pau.in aduertēter conſuluerit,quod† filia agnoſcens lagatum continens minus dote ſibi piæiudicat, per tex.in c.officij.extra,de teſta.qui tex.non loquitur in materia noſtra, vnde teneo, quod ſupra dixi.& hęc opin.videtur eſſe de mente gl. in d.l.pater filiam. Quod tamen hodie dicas procedere in filia,quæ adiuit illam hæreditatem cum beneficio inuentarij, quia tunc poteſt relictum petere etiam veniendo contra factum defuncti,per l fin.§.in computatione.C. de iure delibe. ſecus ſi non fecit inuentarium, argum. l.ex qua perſona.ff.de regul.iur.

Nec obſt.d.l. dotale. §. fin. quia illud eſt verum de iure fforum, ad quod etiam citra confectionem inuentarij non tenebatur hæres, niſi pro viribus hæreditarijs. l. ſi vniuerſa. cum ſimilib.C.de leg. hodie autem ſecus, niſi fiat inuentarium.§. hinc nobis.in Auth.de hæred.& falc.

SVMMARIVM.

1 *Pater reliquit filiæ legatum,in quo minus erat quam in dote, & prohibuit eam plus petere,& ipſa agnouit dictum legatum,an ſibi pręiudicet in tota dote.*

CIII. QVAERO.

1 QVid ſi pater† reliquit legatum, in quo minus erat, quam in dote, & prohibuit eam plus petere, & ipſa agnouit ADDIT. [Et ipſa gnouit. Adde hic, aut filia(ſi pater ei reliquit in teſtamento decem, & iubeat eam eſſe contentam,ita quod de bonis ſuis non poſſit plus petere, vel habere occaſione legitimæ) acceptans legatum, & id recipiat a fratre faciendo finem & refutationem, poſſit agere ad ſupplementum legitimæ, ex quo agnouit iudicium defuncti. Vide Bartho.Soci.in conſi.203.incip.viſo.verſi.4.dico nullo modo.in 2.parte.pro quo vide etiam,quæ habentur per Franciſc.Aretin.in l.teſtamento.C.de impu.& al.ſub.]dictum legatum,an ſibi præiudicet in tota dote? Pau.in l.ſi cum dotem.§.cum pater. ff. ſol. matrimon. tenet quod ſic, arg. l. cum ab vno. in prin.de lega.2 & d.c.officij.idem Dy in l.cum pater.§.qui dotale.de lega.2.Imo.tamen putat contrarium eſſe verius per l. dotale.§.fin ff.de fun. dot. licet ſecundum eum loquatur ille tex.in inſtitutione hæredis,tamen idem putat eſſe in legato, quia cum inſtitutio hæredis ſit titulus vniuerſalis continens maius & honorabilius.l.filius. §. omnibus.verſi.ſed ſi portio, de lega. præſtan.tamen quatenus plus eſt in dote, petere poteſt,ergo &c.

Mihi videtur in propoſito noſtro q̄ verior ſit opin. Pauli, non obſt.d.l.dotale.§.fin.quia ibi non fuerunt adiecta illa verba prohibitiua,nec etiam æquiualentia, vt dixi ſupra proxima q.Sed vbi teſtator non adieciſſet illam prohibitionem. tunc pro rata intelligitur relictum animo compenſandi, per l.Lucius. la 1.de leg.2.Idem no.Bal.in l. huiuſmodi.§.cum pater.ff.de leg.1.

CIIII. QVAERO.

SI filia hæres inſtituta,ſed hæreditas ſit exhauſta legatis,vel ipſa filia ſit grauata reſtituere hæreditatem, ita quod ſola Falcidia vel Trebellianica remaneat apud eā, an poſſit dotē petere? Videtur q̄ ſic,& etiā habebit Falcidiam & Trebellianicam,vt no.Moder.in l.ſi cum dotem.§.ſi pater ff. ſolu. ma. Et eſt ratio,quia in Treb.& Falcidia computatur id,quod obuenit hæredi ex cauſa teſtamenti,ſecus ſi extra teſtamentum l.id autem.& l.in quartam.ff ad l.Falc.& l. pater.& l.debito.§. fi.& l. a filia.in prin.ad Treb.vnde dos,quę obuenit filiæ extra teſtamentum, non compenſatur in quartam debitam iuræ naturæ,l.quoniam nouella,C.de inofficioſo teſtamento,l.illud,& ibi no.C.de collationib. Adde, quod dixi in filia inſtituta, quod poteſt petere dotem vltra Falcid. vel Trebellian. eſt verum, quando pater dotem nunquam exegit, ita loquitur dicta l.pater. ſed ſi aliquo modo exegiſſet pater dotem, tunc filia hæres non poſſet amplius a marito dotem petere,vt firmat gloſ.magna in dicta l.pater,licet in dicta l. ſi cum dotem,§.ſi pater, ff.ſoluto matrimonio. teneat contrarium, & male.

CV. QVAERO.

QVid ſi pater reliquit filiæ centum pro ſua legitima, an impediatur petere dotem? Reſpondeo, quod per prædicta apparet, quod compenſabuntur in dotem,& vide Bal.in l.quoniam,in prioribus, C.de inofficioſo teſtamen. & Bar.in l.quæſitum §.ſponſæ,de priuil.credi.& vide quæ dixi ſupra §.proximo.

CVI. QVAERO.

AN pater,qui exigit dotem a marito filiæ ſine ipſius conſenſu dicatur debitor ipſius filiæ? Rapha. in d. l. ſi cum dotem,§.pater,ff.ſolu. matrimonio.dicit,quod non, ſed maritus,qu. ſine eius conſenſu dotem ſoluit,per l.ſocer, § fi.eo. titu.& l.qui hominem,§ ſi gener, ff. de ſolu. Tamen mihi videtur, quod cum pater dotem exactam teneatur conſeruare filiæ,l ſocius pro filia,ff.pro ſocio, & authen. ſed quamuis, C.de rei vxo.actio.ideo ſatis dicitur eſſe debitor filiæ, vel ſecundum Imo.in l.cum pater,§ pater filiæ,de lega. 2. pater dicitur debitor filiæ per quandam conſequentiam, quia ſi maritus ab vxore conueniatur, aget condictione indebiti aduerſus patrem, cui dotem ſine conſenſu vxoris ſoluerat, & ideo dicetur in effectu eſſe debitor filiæ ipſe pater.& hoc magis placet.

CVII. QVAERO.

AN maritus cogatur alteri promittere dotem, quam mulieri? Vide Bar.in l.2.in 3.col.ff.ſoluto matrimonio, cui adde,quod vbicunque maritus conſtante matrimonio de voluntate mulieris promitteret Titio reſtituere dotem animo donandi actionem,quæ primo mulieri ad dotem contra maritum acquiſita erat,ſi Titius ſoluendo non eſt, liberatur maritus ab vxore per talem promiſſionem,vt eſt glo. fina. quam ibi ponderat Bal.& Ange.in l.ſi cum dotem,§.ſi mulier, ff.ſoluto matrimo. & ideo non tenetur maritus iſto caſu dictam promiſſionem Titio facere de voluntate mulieris, quia ipſi marito eſſet incommodum, cum ſic remaneret obligatus duobus, & hoc quod mulier de ſuo dediſſet, quod no. quia ſingularis eſt limitatio.

SVMMARIVM.

1 *Mulier ſi adhibuit aliquos ad ſtipulandum partem dotis, an in dubio videatur animo donandi.*

CVIII. QVAERO.

1 SI mulier† adhibuit aliquos ad ſtipulandum partem dotis, an in dubio videantur adhibiti animo donandi? Gloſ. in l.quæ dotis, ſolu. matrimo. tenet q̄ non,ſed videntur magis

adhibiti

adhibiti tanquam procuratores, nisi expresse constet, ꝙ animo donandi. Sed Barto. ibi aliter distinguit, quia aut mulier adhibet ad stipulandum totam dotem, & tunc procedit dictum glo. aut ad stipulandum partem dotis, tunc videtur donare, & rationem dic vt ibi per eum. Sed adde, quod opin. glos. est magis communis, videlicet quod non præsumatur animo donandi, nisi hoc expresse constet, quam tenent Dy. Bal & Imo. in d.l. quæ dotis, & Cy. & Bal. in l. 2. C. de iure dot. Nec ob. ratio Bart. quæ contra eum est, d.l. 2. vbi filia fuerat stipulata tantummodo partem dotis, & tamen dicitur ibi, si animo donandi, quasi dicat, si constet &c. Præterea in d.l. quę dotis. fuerunt adhibiti ad stipulandum solu. matrimon. quæ clausula etiam importat per mortem viri superuiuente muliere, quia omnem casum habet, l. cum quærebatur, de verb. significatio. Sed in dicto casu non possunt adhiberi animo donandi, l. 2 & l. de die, ff. de pact. dot. sed solum vt nudi ministri: ergo in dubio vt potius res valeat, quam pereat, l. quoties, ff. de verbor. obligatio. & vt in dubio eadem determinatio determinet plena æqualitate seruata, l. iam hoc iure, de vulga. & pupilla. debet intelligi, ꝙ videantur adhibiti ad stipulandum partem dotis ad omnem casum soluti matrimonij tanquam nudi ministri, sicut si totam dotem. Item nec ratio Bar. est efficax, quia non videtur referre, an mulier adhibuerit nomen alterius in instrumento per honestatem non animo donandi, & in alia parte voluit succedere dispositionem legis secundum Imo. in d.l. quæ dotis, ff. soluto matrimonio. Idem tenet Rapha. Pau. & Rom. & idem Bal. in l. filia, in 7. quæst. C. famil. erciſc. pro quo facit, quia siue mulier expresse mandat alicui tertio, vt stipuletur, semper censetur habere mēdatum, l. post dotem. secundum 6 lect. Dy. & Bar. ff solu. matrimon. & licet tex. in d.l. quæ dotis, non multum stringat, quia ibi non partē dotis, sed simpliciter dotem fuit stipulatus, tamen satis hoc videtur probari in d. l. 2. ergo censetur adhibitus ad vtilitatē mandantis, quia ista est natura mandati. Si autem videtur adhibitus animo donandi, non esset mandatum, sed consilium. l. 2. ff. mand.

CIX. QVAERO.

QVid si mulier adhibet aliquos ad stipulandum coram dotem in vno tantum casu? Bar. in l. quæ dotis, in fi. 1. col. ff. soluto matrimonio. tenet, quod præsumitur donatio, secus si fuerunt adhibiti ad stipulandum dotem in omnem casum, l. mulier, §. fin. ff. de iure dot. & l. cum quis, § nuptura, ff. de leg. 3. Docto. tamen communiter tenent contrarium per l. post dotem. secundum lect. Dy. ff. solu. matrimon. facit tex. in l. Seia & ibi glo. ff. de dote præleg. quem ita ibi intelligit Bar. in summario, & ideo verius videtur, ꝙ dixi in prę cedenti quæst. &c.

SVMMARIVM.

1 *Mulier si adhibuit ad stipulandum totam dotem animo donandi, an dicatur donatio inter viuos, vel causa mortis.*

2 *Promittens in instrumento donationis omnia & singula firma habere, & in nullo contrauenire, tunc dicitur donatio inter uiuos.*

CX. QVAERO.

1 SI mulier† adhibuit ad stipulandum totam dotem animo donandi, an dicatur donatio inter viuos, vel causa mortis? Glos. in l. quæ dotis, ff. soluto matrimon. vult, quod in dubio intelligatur donatio causa mortis, allegat tex. in l. cum quis, §. nuptura, ff. de lega. 3. & nihil facit, quoniam ibi fuit mandatum non dona. vnde melius probatur, d. glo. in l. Seia. coniuncta glo. fi. ff. de dote præleg. Quod tamen limita esse verum, si in ea sit facta mentio mortis, alias dicitur donatio inter viuos, licet sit facta ab infirmo, vt est tex. fin. in d.l. Seia, §. fi. ff. de don. cau. mor. & no. glo. penul. in l. Seia, ff. de dote præleg. & sequitur Dy. Bar. Bal. & Imo. & communiter Doctor. in d.l. quę dotis. Hinc infero, quod male loquutus est dominus Ant. in c. 2. extra de consuetu. vbi per illum tex. in versic. bona valitudine, vel in vltima voluntate. dixit, quod infirmus in dubio non videtur facere actum inter viuos, sed vltimæ voluntatis, pro quo facit tex. & glo. ibi. & no. in l. 1. C. de fal. causa adie. le. Sed dixit contra casum in d.l. Seia, § fina. & eum reprehendit Imo. in d.c. 2 allegat l. Titia, § fin. ff. de dona. cau. mor. sed voluit allegare d.l. Seia, §. fina. Item limitat prædicta Bald. in l. pro hæreditariis. in fi C. de acquiren. hæred. procedere, quando ista dispositio sub commemoratione mortis est eius solius, qui post mortem suam dispositionem confert, sed si cum eo corrat alius disponens, cuius interest non reuocari, tunc censetur donatio inter viuos & irreuocabilis. exemplum ponit, si mulier viro dotem dedit, & inter eos actum est, quod post mortem mulieris in matrimonio decedentis cum liberis dos a marito retineatur pro liberis, nam quia cum muliere disponente post mortem suam concurrit, cuius interest, videlicet fauor filiorum, valet irreuocabiliter tanquam donatio inter viuos, allegat l. 1. in princ. ff. de dote præleg. ibi, deteriorem conditionem dotis &c. nam si posset reuocari, non diceretur conditio dotis fieri deterior, quod reputat Bal. valde no. Mihi videtur, quod sit contra tex. in d. l. Seia, ff. de dote prælega. vbi concurrebat persona, cuius intererat actum illū esse irreuocabilem, & tamen tex. ibi & glo. pen. clarius dicit, quod intelligitur causa mortis. Ad l. 1. allegatam per Bal. posset responderi, quod ibi expresse voluit donare irreuocabiliter. Item limita, nisi aliqua alia causa irreuocabiliter & obligatoria præcesserit secundum Bar. in l. si cum moriar. in fi. princ. ff. de condi. indebi. ita intelliges illum tex. & l. primam, C. vt actio. ab hære & contra hære. & l. penul. C. de contrahen. & committen. stipul. & ita dicit tenere Guliel. de Cun. & alios. item fallit, nisi esset facta mentio mortis in genere, non autem in specie, ita videtur esse tex. in dic. l. quæ dotis. secundum intellectum glo. & Docto. inquantum ibi erat conuentio, ꝙ qūocunque solueretur matrimonium &c. Et sub istis verbis generalibus comprehenditur casus mortis, & tamen non dicitur donatio causa mortis, sed inter viuos, & hoc modo videtur sensisse Bar. in d l. quæ dotis. si bene inspicitur, dum antequam opponatur de l. Procula. dicit, vt in legibus supra allegatis. Item limita, nisi in donatione, vel facta est mentio mortis, actum sit, quod reuocari possit, est casus in l. vbi ita donatur, ff. de do. cau. mor.

2 Et vltra prædicta cadit dubitatio notabilis† si in instrumē to donationis promisit omnia & singula firma habere, & in nullo contrauenire, an dicatur donatio inter viuos facta in casu d. l. vbi ita donatur. Bal. in l. cum quis, ff. de condictio. ob causam. arguit & finaliter concludit, quod sit donatio causa mortis, quoniam illa verba contrauenire, intelliguntur secundum naturam contractus, super quo apponuntur vt l. dāni infec. ff de dam. infec. cum simil. facit l. quæro, §. inter locatorem, ff. loca de quo vide etiam per Ange. in consi. incip. do. Antonia de Floren. & per Pau. aliud tangen. in consil. 49. incipiente in Christi nomine, notandum &c. vbi no. vnum, quod est satis mirandum, quod si quis omnia bona sua, quæ in prę senti habet, & in futurum habiturus est vsque ad tempus mortis donauit, & promisit de non reuocando, & sic in contractu facta est mentio mortis, isto casu non habebit locum d. l. vbi ita donatur. attento quod cum donat. bonorum præsentium & futurorum non valet, quoniam liberam testamenti factionem aufert, vt no. Doctor. in d. l. fina. C. de pact. ideo videtur iudican. donat. causa mortis, vt actus potius valeat, quam pereat, l. quoties. cum vulga. ff. de reb. dub. quia cū reuocari possit, non aufert liberam testamenti factionem, l. qui mortis, ff. de donat. cau. mor. Tamen contrarium forte est verius, quia verba illa futurum tempus denotantia non fuerunt adiecta in modum causę finalis, sed demonstrationis causa. vnde cum donatio prę sentium & futurorum saltem in præsentibus valida remaneat secundum Doctor. magis communiter in d.l. fi. non ob. arg d.l. quoties. quia illud verum in casu dubio, secus vbi constet de mente disponentis per prædicta, quę no.

SVMMARIVM.

1 *Mulier si adhibuit coniunctam personam ad stipulandum, an prę sumatur animo donandi inter viuos licet sit facta mentio mortis.*

2 *Donatio propriè non resultat, ubicunque fit mentio mortis.*

CXI. QVAERO.

1 SI mulier† adhibuit coniunctā personam ad stipulandum, an præsumatur animo donandi inter viuos, licet sit facta mentio mortis? Glo. in l. cum maritus in fi. ff. de pac. do. tenet quod non nisi hoc sit expresse actum, vt ibi, istud communiter tenetur, licet Bar. in l. quæ dotis. in 2 col. ff. sol. matrimon. dicat, quod illud ibi est propter duos actus, quia mulier primo fuit pacta fratri suo, deinde frater fuit stipulatus. secus in vno actu tantum secundum eum, sed Imo. ibi hoc reprehendit, quia proprius actus videtur tendere ad executionem primi. ideo non debet inducere donationem inter viuos, quam non inducit primus, argumen. clem. 1. de præbend. & quod no. in cap. accessorium. de regul. iur. secundum eum. Et facit; quia quando regulariter sunt duo, quorum regulariter alter de per se non valet, etiam simul iuncta non operantur. l. spadonem,

Source : BIU Cujas

l. ſpadonem.§.qui iura. de excuſa. tutor. & in l.1.C. qui numero li.ſe excuſant.li. 11. Adde, quod prædicta intelligebat hic Raphael, quãdo talis donatio ſub cõmemoratione mortis facta fuit coniunctæ perſonæ, per tex. in l. 1. & l. cum pater.C. de iure dot. & in d.l. cum maritus. §. fina. iſtud tamen
2 forte non eſt verum, quia vbicunque † fit mentio mortis, tunc proprie donatio non reſultat. l. 1. & l. mortis. ff. de donat. cauſa mort.dicitur improprie donatio, vt ibi.facit ratio d.l.ſi cum aurum. cum ſimil. quæ indiſtincte procedit etiam inter coniunctos, quia quilibet præſumitur cauſam propriã non preferre alienæ.ergo donator dum viuit videtur potius voluiſſe ſibi quam coniuncto prouidere.Nec ob.d.l. cũ maritus.§.fi.quia ibi expreſſe actum fuit, vt ſupra retuli.& ita intelligitur d.l. 2.

SVMMARIVM.

1 *Aſcendens ſi adhibet deſcendentem ad ſtipulandum dotem, an videatur in dubio adhibuiſſe animo donandi. & nu.2.*
3 *Aſcendentes maſculini differunt a fœmineis.*

CXII. QVAERO.

1 SI aſcendens † adhibet deſcendentem ad ſtipulandum dotem,an videatur in dubio adhibuiſſe animo donãdi? Bar. in l. quæ dotis. in 3.colum. ff.ſolu. matr. tenet, quod ſi per l. donationes.§.ſpecies.ff.de dona.& per l.fin.eod.tit.quod eſt verum in caſu, quo poteſt acquirere & ſtipulari deſcendenti ad vtilitatem deſcendentis, alias ſecus, vt quia deſcendentẽ in poteſtate ſua exiſtẽtem in profectitijs adhibuit ad ſtipulãdum,quia cum etiam hodie in eis nihil ſit immutatum per l. cum oportet. in princ. C.de bon. quæ libe. ideo videtur indiſtincte adhibitus potius, vt habeat in peculium, quam animo donandi, ſecundum Barto. in tract.de duobus fratribus. & in l.ſi pater. in princip.ff.de don. Idem tenet Cyn.in l.2.C. de iure dot. & Imo. in d.l.quæ dotis.ff. ſol.matr. & Bald. in l. filiæ.C. famil ercif. cum aliquali tamen modificatione. Sed Cuma.Pau. & Rom. in d.l.quæ dotis. contra tenet per.§. nuptura. in l. cum quis.ff.de leg. 3. ibi allegata. & vbi poteſt capi alia coniectura &c.d.l.ſi cum aurum.Sed ibi in d.l.quæ dotis. poteſt capi coniectura mãdati,ergo &c.mouetur per d.l. 2. a cõtrario ſenſu. Idem tenet Dy. Nico.de Neapo. & Rain. in d.§.nuptura. ſed Imo.in d.l.quæ dotis.reſpondet ad §. nuptura.quia ſecundum Cyn. in d.l. debet intelligi,quando cõ ſtat,quod fuit adhibitus vt nudus miniſter. Sed hæc ſolutio diuinat ſecundum Imo. vnde dicit,quod ibi filius fuit adhibitus ad ſtipulandum dotem in omnem caſum ſoluti matrimonij & ſic ẽt in caſu, in quo morte viri ſolueretur muliere ſuperuiuente, quo caſu quis non poteſt adhiberi animo donandi, & ideo debet dici adhibitus vt nudus miniſter, vt ſic potius res valeat quam pereat. Sed hæc ratio non valeat, ga videtur contra tex.in d.l.quæ dotis.vnde melior videtur eſſe ſolutio Cy. quæ videtur probari in d. §. nuptura.in verſicu. mandauit. Ad text.in d. l. 2. poteſt reſponderi, vt intelligit Barto. ſummando illam l. videlicet quod in dubio filia videtur adhibita animo donãdi,ſed communis opin.eſt,quod ille caſus non intelligitur in caſu dubio,ſed demum quãdo expreſſe conſtabat de animo donandi.vnde tenẽtes cõtra Bar. reſpondent ad iura ſua,quæ loquuntur,quando ipſemet aſcẽdens ſtipulatur deſcendẽti reddi rem ipſius aſcendentis,quo caſu cadere non videtur præſumptio, quod deſcendens cenſeatur mandatarius. non autem loquuntur illa iura, quando aſcendens adhibet deſcendentem ad ſtipulandum,quia tunc cenſetur vt mandatarium adhibuiſſe.d.l.poſt dotem.& forte etiam gratia honeſtioris modi, vt dicit Bart.in d.l.quæ dotis. & facit d.l.ſi cum aurum. Adde,quod Barto.in d.l.ſi.pater.ff. de don.& in tractatu ſuo de duobus fratribus, in fi. dixit, ꝙ in dubio videtur adhibitus vt mandatarius,niſi ex qualitate rei modicæ donatę & ex quãtitate liberorum non in magno numero exiſtentium præſumi poſſet donatio,argu.l. vtrum. ff.de donat. inter vir.& l.filiæ. de leg. 3. Idem tenet Bald. in l.
2 fin.in 7. quæſtio.C.famil.erciſc.& Imo. in d.l.ſi pater.† vbi limitat iſtam diſtinctionem non procedere,quãdo talis deſcẽdens eſſet adhibitus a matre ad ſtipulandum dotem in omnẽ caſum ſoluti matrimonij,per tex. in dic.l.quæ dotis· & in l.2. ff.de pact.do.Ro.etiam.in d.l.quæ dotis.videtur aliter limita
3 re faciendo † differentiam inter aſcendentes maſculos & fœminas,quia auariſſimum eſt genus mulierum,quod donationibus repugnat.l.ſi ego.ff. ad Velleian. Sed hoc non placet, quia in propoſito noſtro etiam in maſculis præſumitur auaritia quo ad excludendũ præſumptionem donationis, vt not. gloſ.in d.l.quæ dotis,

CXIII. QVAERO.

AN viciſſitudo faciat præſumi dationem in dotem. Bart. in d.l.quæ dotis. in 4.colum.tenet,quod non fauore dotis. & ita debet limitari.l.idemque.§. Papinianus.ff.mandati. & cum eo tranſeunt cæteri ſcribentes.

SVMMARIVM.

1 *Maritus ſi ſuccedat mulieri, quæ non numerauit dotem, ſed adhibuit aliquos ad ſtipulandum a marito, & confecit inuentarium, qualiter ipſis ſtipulatoribus tenebitur.*
2 *Hęres gaudet beneficio inuentarij nedum quo ad obligationes iure hęreditarias, ſed etiam quo ad mixtas reſultantes ex prouiſione propria ipſius hæredis iuncta aditione hæreditatis.*

CXIIII. QVAERO.

1 QVID ſi maritus † ſuccedit mulieri, quæ non numerauit dotẽ,ſed adhibuit aliquos ad ſtipulandũ a marito, vt ſupra dixi,& cõfecit inuẽtariũ,qualiter ipſis ſtipulatorib.tenebit. Vide Bar. in l.quæ dotis.in ver.venio ad alias gl.ff.ſo.ma. Et adde ꝙ glo. ibi videtur velle,ꝙ ſucceſſio habeat vim ſolutionis. Sed Bart.tenet,ꝙ ſolum tollitur iure confuſionis.Sed Bald. & Imo. dicunt,ꝙ imo tollitur iure ſolutionis,& etiã cõfuſionis,per tex. cum gl.in l.ſi debitor creditori.ff.de fideiuſſ. Nec ob.ꝙ hoc erit damnum mariti,videlicet,ſucceſſionẽ habere vim ſolutionis,quod eſſe non debet per ea, quæ habentur in l.Vranius.ff.de fideiuſ.quia reſpondent,ꝙ imo non patietur damnũ,nam licet dos ſit ſoluta marito, non tamen ſequitur, ꝙ teneatur vltra quã facere poſſit,ergo multo minus tenebitur, quando nõ vera, ſed ficta ſolutio interuenit.Et adde, quod hodie diſtinguitur, an fecerit inuentarium ſecun-
2 dũ Bar. in d.l.quæ dotis. Ex quo infert Bal.ibi,ꝙ † hæres gaudet beneficio inuentarij,nedũ quo ad obligationes iure hæreditarias, ſed ẽt quo ad mixtas reſultãtes ex prouiſione propria ipſius hæredis iuncta aditione hæreditatis,de quo ꝑ Ange. in conſi.ſuo 138 quod incipit,beneficium inuẽtarij.& cũ Bal.cõcordat Ro. in rub.ff.de acq. hæred. & quod in caſu noſtro adeſſet mixta, patet ex eo, quia antequã maritus adiret, non tenebatur cum effectu ſoluere dotẽ,ſed liberabatur cedendo actiones contra eum, qui tenebatur ſoluere,ſed poſt quam adiuit,non liberatur, niſi ſoluat,ergo &c.quod eſt notandũ. Et an teneatur inquantum facere poteſt ipſis ſtipulatoribus, dixi ſupra, & vide Bart. in d.l.quæ dotis.

CXV. QVAERO.

QVID ſi mulier non adhibuit aliquos ad ſtipulandũ dotẽ, ſed ipſe ſtipulatur dotem alteri ſolui, an videatur ſtipulata animo donandi? Vide Barto.in d.l.quæ dotis.in verſicu. iſta lex loquitur. quem alij ſequuntur.

CXVI. QVAERO.

CONSOLIDATIO actionis de dote qualiter fiat in perſona patris vel filiæ? Reſpondeo,ꝙ nõ trãſit actio de vno in alium, quia vna eſt tantum actio, ſed obſtaculum tollitur. nam patre mortuo tollitur obſtaculum, quod obſtat patri, & ita ſenſit gl.& Bar. in l.non ſolum.ff.ſol.matri.

CXVII. QVAERO.

DOS profectitia mortua filia in poteſtate vere vel ficte an conſolidetur in patrem.Bar. tenet ꝙ ſic in l.ſi ab hoſtib.in prin.ff.ſol.mat.& vltra ibi allegata per gl. vide gl.in l.2. §. 1. in ver. perfecta.eo.ti ſol. mat. vbi ponitur opin. Io. de qua gl.vult facere mẽtionẽ in d.l.ſi ab hoſtib.Et adde pro cõcluſione, qđ quando filia exiuit de poteſtate patris,ficte dicatur eſſe in poteſtate,videbatur in patre non debuiſſe cõſiderari actionem de dote, quia cũ filia exiuerit patriã poteſtatẽ vere, pura tranſeundo in poteſtatẽ hoſtiũ,vt in d. l. ſi ab hoſtib. videbatur actionẽ de dote a patre receſſiſſe.l.ſi cũ dotẽ. §.eo autem tempore.ibi,vel etiam emãcipata.& l. ſi ſocer. in principio.ff. ſolu. matrimo. & pro hoc gloſ. in d.l. ſi ab hoſtibus.conatur dare plures ſolutiones, vltima videtur verior.

SVMMARIVM.

1 *Filia ſi tempore matrimonij eſt emancipata, an dos profectitia conſolidetur in patrem.*
2 *Contrarietatis tollendę gratia una dictio exponitur pro alia.*

Source : BIU Cujas

CXVIII. QVAERO.

1 QVID ſi filia † tempore matrimonij eſt emancipata, an dos profectitia conſolidetur in patrem? Raph. in l. ſi ab hoſtib. ff. ſol. mat. tenet, quod ſic per implicatiuam etiã, quæ eſt in d. l. ſi ab hoſtibus, & per tex. in l. pater filiæ. ff. de euict. ſed cõmunis ſententia eſt in contrarium, quod imo tranſit ad hæredes mulieris emancipatæ ſol. mat. per l. dos a patre. in verbo, filiafa. C. ſol. mat. faciunt not. per Bar. in l. poſt dotem. in 3. q. eo. ti. per illum text. ibi ſecundum ſextam ſecturam Dy. cõmuniter approbatam, facit tex. in l. inter ſocerum. §. cum inter. de pac. dot. pro hoc etiam facit tex. in Authen. de hære. ab inteſt. ven. in §. 1. Nec ob. tex. in d. l. ſi ab hoſtibus. §. 1. ver. etiam, quia verum eſt, quod implicat iſtos caſus, vt non ſolum, ſi vere in patris poteſtate deceſſit, ſed etiam ficte apud hoſtes deceſſit, dos profectitia, vel eius
2 actio reuertitur ad patrem † Præterea non eſt inconueniens, quod vna dictio exponatur pro alia gratia contrarietatis tollendæ, vt eſt gl. in l. eas cauſas. ff. de condi. & demon. Non obſt tex. in d. l. patre, filiæ. quia reſponde vt ibi per gl. & eo. modo reſponde ad l. filiæ. eo. ti.

SVMMARIVM.

1 *Actio iudicati an poſt mortem patris conſolidetur in filiam ſicut actio de dote.*

CXXI. QVAERO,

1 AN actio † iudicati poſt mortem patris conſolidetur in filiam, ſicut actio de dote? Bar. tenet ꝙ ſic in l. ſi marito. § ſi voluntate. ff. ſol. mat. In contrarium fortiter facit l. q libertinus. §. ſed ſi iam. ff. de ope. lib. gl. in d. §. ſi volũtate. multum ſe inuoluit, & eſt difficile contrarium, ideo dic, ꝙ glo. arguendo dicere voluit, quod ſicut facta condemnatione liberti pro operis non exiſtentibus. actio iudicati ad hæredes extraneos, vt no. gl. in l. ſi operarum. ff. de oper. lib. ita facta condemnatione de dote debet actio tranſire ad hæredes, quamuis ante ſententiam non tranſiuiſſet. Solue, quod in cõtrario ſoli patrono debentur operæ ante condemnationem non libertis, ideo facilius ſententia operatur tranſitum ad extraneos, ſed in caſu noſtro actio de dote non erat ſolius. Vel aliter dicas, quod ideo in d. l. qui libertinus. poſt ſententiam tranſeunt operæ ad extraneos hæredes, quia per ſententiam fuerat condemnatus ad pretium certarum operarum non præſtitarum, iuxta l. fabriles. & l. a duobus & l. ſi quando. ff. de ope. lib. vnde videtur, quod ad hæredes extraneos tranſeat virtus facti, ſicut ad eos tranſeunt operæ certæ, vel verificatæ. d. l. fabriles. & ibi notatur, & iſta fuit ſolutio Dy. & Rapha. quæ eſt notanda.

SVMMARIVM.

1 *Conſolidatio in filiam an impediatur per exactionem factam per patrem.*

CXX. QVAERO.

1 AN per † exactionem factam per patrem impediatur conſolidatio in filiam? Bar. in d. l. ſi marito. § ſi voluntate. in fi. tenet ꝙ ſic, per l. fi. C. communia vtri. iudi. idem tenet gloſ. in l. in inſulam. in prin. ff. ſol. mat. & ſic idem tenet Imo. in d. §. ſi voluntate, & cõmuniter alij. Sed contrarium tenet Rom. in l. poſt dotem. eo. tit. quia ſi per ſententiam non impeditur conſolidatio. d. §. ſi voluntate. ergo nec per executionem ſententiæ, ſcilicet, per ſolutionem, pro hoc allegat l. 1. §. filiam. ff. de col. dotis. vbi dos promiſſa a patre non ſoluta conſolidatur in filiam, ergo pari ratione ſoluta, & exacta per patrem, vt aperte probatur per l. ſi ſocer. §. 1 ff. ſol. mat. & in l. ſi pater. ff. de col. bo. Ad l. fin. C communia vtri. iudi reſponde, quod ibi pater erat ſtipulatus ſibi ſoli reddi. Sed hęc reſponſio eſt directe contra illum tex. in princi. ibi, ſtipulationis vel l. Nec ob. iura allega. per Rom. quia ideo ibi non impeditur conſolidatio in filiam, quia pater, qui dotem promiſerat, non erat a marito ſoluto matrimonio liberatus ab obligatione de dote, niſi per maritum acceptilatione liberetur. tex. in l. nupta. §. 1. in fi. ff. ſolu. mat. nimirum ſi actio poteſt conſolidari in filiam, cum ante acceptilationem non cenſeatur dos effecta patrimonij paterni. d. l. fin. Et eadem ratione idem dicendum eſt in iuribus præallegaris, niſi pater fuiſſet a marito liberatus per acceptilationem, quæ vim ſolutionis habet. quod puto notandum. Tamen prædictã concluſionem limita procedere in vera actione dotis, ſecus ſi exacta ſit per patrem in caſu inopiæ mariti. ita eleganter notatur in l. ſi conſtante. in princip. 5. quæſtio. 2. par. ff. ſolu. matrim.

CXXI. QVAERO.

SI pater incontinenti ſtipulatus eſt, dotem ſibi reddi, vtrũ filia pdat ius conſolidationis mortuo patre, vel ipſa emancipata. Vide Bar. in l. poſt dotem. in 2. q. ff ſol. mat. vbi examinat quid de iure antiquo, & quid de iure C. & quid de iure Authẽticorum, & quid ſi tunc pater habet alios filios, qui habent donationem propter nuptias, vel filias, quæ habent dotem ſibi præcipuam, an tunc in dicto caſu non impediatur cõſolidatio in ipſam filiam. Vide Barto. ibi in ver. ego autem dico, & quid ſi pater inſtituiſſet hæredum extraneum. vide ibi, & vide infra eo. q. 151.

CXXII. QVAERO,

AN actio de dote conſolidetur in filiam poſt ciuilem mortem ipſius patris, ſicut per naturalem. Barto. quod ſic in l. in inſulam. in princ. ff. ſol. mat. & ibi vide Imo. ibi etiam habes, quando mors ciuilis habeat eundem effectum, quem habet mors naturalis.

CXXIII. QVAERO.

SI pater ſuccedat ipſi marito, an perimatur ius conſolidationis in perſonam filiæ. Vide per ſcribentes in l. Lucius. ff. ſolu. matrim.

SVMMARIVM.

1 *Pater dans dotem pro filia, an poſſit ſibi appropriare actionem de dote per ſimplex pactum.*
2 *Pater an mutare poſſit naturam actionis de dote per pactum appoſitum iuxta contractum dotis promiſſæ ueſtitum cohærentia contractus.*

CXXIIII. QVAERO.

1 AN pater † dans dotem pro filia poſſit ſibi appropriare actionem de dote per ſimplex pactum? Tex. in l. ſi cum pactum. in princ. ff. ſolu. matr. innuit ꝙ ſic, dum dicit, pepigit. In contrarium videtur tex. in l. auia. C. de iu. do. & in l. quoties. ff. ſol. mat. Nec ob. text. in l. ſi cum dotem. in ver. pepigit. quia illud verbum refertur tantum ad extraneum, ſed prout refertur ad patrem intelligitur per ſtipulationem, vt ibi per Bar. Tu dic pro intellectu. d. l. auia. quod limitari debet, quando pater in omnem caſum ſoluti matrimonij, & dotis reſtituendæ velit ſibi actionem de dote appropriare ſolo pacto, quoniam non poteſt, quia tunc tractatur de magno præiudicio filiæ, ſecus videtur eſſe, vbi in vnum caſum ſolu. matrimon. vellet ſibi actionem de dote appropriare, qui poteſt etiam ſolo pacto, quoniam in cæteris caſibus remanet mulieri actio de dote integra, videtur eſſe caſus in dicta l. ſi cum dotem. pro hoc facit l. de fideicom. C. de tranſact. cum igitur in vno caſu grauetur filia, in omnibus caſibus releuatur. Sed hoc tamen non videtur tutum, quia tex. in dicta l. ſi cum dotem. non bene aperit, quod in vno caſu ſolu. matri. poſſit per pactum mutare naturam actionis de dote, attento maxime communi intellectu Doc. qui de directo eſt contra tex. d. l. ſi cum dotem. Contra quem etiam facit generalitas d. l. auia. Aliam limitationem ad l. auia. refert in dicta l. ſi cum dotem. Cuma. quod vbi verba patris paciſcentis ſuper dotem ſunt dubia, tunc verum ſit, quando non mutetur natura actionis de dote, ita ſecundum eos probat l. auia. in ver. creditor, ſed vbi conſtaret de mente patris ſic paciſcentis, tunc ſecundum eos non negat ille tex. quin pater ſicut extraneus per ſolum pactum hoc poſſit, vt in dicta l. ſi cum dotem. & ita dicit eſſe Nico. de Neap. ibi & Fulg. & in l. lecta. ff. ſi cert. peta. ſed Cuma. in d. l. ſi cum dotem. tenet contra, quoniam tex. in dicta l. auia. intendit facere differentiam inter pactũ, & ſtipulationem patris, ſed ſi eſſet verã rõ pdictorũ, ꝙ ſequereꝫ. ꝙ p ſtipulationẽ dubiam videtur pater mutaſſe naturam actionis de dote, quod eſt falſum, quoniã p ver. ſtipulationis dubiæ non videtur a iure communi recedere, & eſt caſus in dicta l. poſt dotem. ſecundum 3. lectu. ff. ſolu. matr. Facit etiam contra prędictos, quia nulla urgens ratio diuerſitatis aſſignari poteſt, quare magis conſtat verba pacti fuiſſe ambigua in dicta l. auia. quam in caſu d. l. ſi cum dotem. ergo ſequitur, quod d. l. auia. non habuit reſpectum, an verba eſſent ambigua, vel non. ſed an fuerit pactum, vel ſtipu. vt in d. l. ſi cum dotem. & tenent cõiter Docto. Aliam limitationem

nem ad d.l.auia, assignabat Ang.in d.l.lecta.ff.si cer.pet.vt p̃cedat in pacto per patrem apposito iuxta traditionem dotis.

2 † Secus si esset appositum iuxta contractum dotis promissæ, quia per tale pactum contractus coherentia vestitũ posset pater mutare naturam actionis de dote, tex.est no. secundũ eũ, iũcta gl.in l.tale pactũ §.fi.ff.de pac. Pro hoc etiam adducit Ang.quia isto casu cessat ratio d.l.in traditionib. cũ gl. qm̃ non agitur de vestiendo pactum cohærentia contractus. Sed contra hanc limi.facit, quia non põt dari ratio vrgẽs diuersitatis. Secũdo qa tex.in d.l.tale pactũ.§.fi.loquitur qñ in teruenit stipulatio, non autẽ pactum, secundum intellectum gl.ibi Tertio & melius secũdũ Gul.Ray. Ang. & Paul.in d.§. q̃ iõ ibi valuit pactũ patris, quia fuit collatum post mortẽ filiæ, & sic in casu, quo dos erat reuersa ad patrẽ. l.dos a patre. C.sol.matr.pro quo videtur bonus tex.in l.si cõuenerit.ff.de pac.dota. Tamen hoc mihi non multũ placet, quia ibi pater erat mortuus, antequam solueretur matrimonium, vnde dicendum videbatur, actionem de dote consolidatam esse in filia, iuxta.§.sed non ignoramus.C de rei vxo.act. ergo ad hr̃es filiæ, non autem patri spectare debebat actio de dote, cuius contrarium dr̃ in d.§.fin.ergo &c. Si tamen velles sustinere limitationem Ang.posses dicere, q̃ illo casu non habet locum ius consolidationis in filiam, quia per pactũ ab initio factum potuit pater mutare naturã actionis de dote ex eo, quia pactum illud fuit collatum casu, quo mr̃imoniũ solueretur morte mulieris sine liberis, quo casu iura dicunt non censeri ita præiudiciale mulieri, arg.l.2.ff.de pact do.& ita loquitur d.l.tale pactũ, in alio casu sol.mat.ea superstite, tũc nõ valeret, quoniam censeretur nimis præiudiciale mulieri, nisi hoc fiat per stipulationem. d.l. 2. & l.auia.& hunc intellectũ sensit.Paul.de Cas.in d.l.si cum dotẽ. pro quo facit tex.in d.l. si pater.ff.de pac.dot. iuncta. l. 2. eo. tit. Ex quo potest inferri ad d.l cum dotem.ibi, vel in mortem. q̃ si pactum patris collatum fuit in casu, quo solueretur matrimonium morte mulieris videlicet, & per illud mutatur natura actionis de dote, quia isto casu non censetur nimis præiudiciale filiæ, dictis iurib. Et isto casu verbum pepigit, positum in dic.l.si cum dotẽ, relatum ad patrem, retinet suum proprium significatum, quod est sing. not. maxime, quia communiter scrib. ibi intelligunt illud verbum pepigit, quo ad patrem, scilicet, per stipulationem.

SVMMARIVM.

1 *Pater si est pactus dotem sibi reddi in vno casu sol.matrimonio licet tale pactum non valeat quo ad acquirendam actionem patri in casu prædicto, an saltem valeat ad hoc, vt pater præsumatur in casu omisso voluisse donare actionem de dote ipsi filiæ.*

2 *Actus primus ualidus tollitur per sequentem inualidum factum in ultima uoluntate, secus in actu inter uiuos ualido.*

CXXV. QVAERO.

1 SI pater † pactus est dotẽ sibi reddi in vno casu solu. matr. licet tale pactũ non valeat quo ad acquirendã actionẽ patri in casu prædicto, an saltẽ valeat quo ad hoc, vt pater præsumatur in casu omisso voluisse donare actionẽ de dote ipsi filiæ? Bar. tenet, q̃ sic, in l.si cũ dotẽ.in princ. ver.vel dic 3.ff. sol.mat. & secundum hoc verbũ pepigit, positum in tex. poterit intelligi de pacto nudo. Saly. ibi in repe. Imo. Raph. & Pau.de Cast.& Rom. tenent contrarium, quod per dictum inutile pactum non debet videri voluisse pater sibimet ius auferre, vt l. si iure. de leg. 3. quia per actum inualidum non videtur recessum a iure valido, vt in l. certi condictio §.quoniam.ff.si cert.peta. & in l.1.ff.de noua.& sic tenent, quod in casu omisso actio sit communis. Ad l. plane.respondent, q̃ ibi expresse constabat de ademptione legati, secus si tacita fuisset ademptio, per d.l.si iure. Sed hæc responsio nõ placet, quia etiam per actum nullum, puta per donationem factam vxori de re, quam aliter legauerat, & sic separatim ab actu testandi, inducitur tacita ademptio, tex.est nota. in l. legatum sub conditione.§.1.ff.de adim.leg. quem text. põderat Bald. in rubr.ff.de verbo.sig. Vnde respondeo aliter, quod d. l. plane. loquitur in vltimis volũtatibus † vt scilicet primus actus
2 validus tollatur per sequentem inualidum factum in vltima voluntate, vel cõtractu, secus in actu inter viuos valido, quia non tollitur per actum sequentem inualidum, prout in casu nostro, & ita dicit Barto. in l.si transferã. ff. de adi. leg. vel dic quod in d.l. plane. tractabatur de adimendo sibi ipsi. pro hac opinio. facit secundum Pau. quia istud pactum est ad augendum ius patris, ergo non debet diminutio. operari. l. si mancipia. ff. de fun. instru. Sed fortius stringunt supra allegata, quia si vera esset ratio Pau. sequeretur, quod etiam quando pater per stipulationem prouidisset in actione de vno casu solu. matrim. quod in alijs casibus non videtur donasse filię, quod est contra glo. 2. in d.l.si cum dotem. & communiter Doct. quia idem esset dicendum in extraneo, quod est falsissimum.

CXXVI. QVAERO.

IN casu omisso per patrem, an actio de dote sit communis ipsius patris & filiæ, an vero sit propria ipsius filiæ tantum? Bart. in l.si cum dotem.ff.sol. matr. tenet quod sit propria ipsius filiæ tantum, & cum eo transeunt cõmuniter scribẽtes.

SVMMARIVM.

1 *Filia si erat absens tempore, quo pater appropriauit actionem in uno casu tãtum, in alio casu omisso uideatur acquisita ipsi filiæ.*

2 *Pactum tacitum prodest etiam ad actionem producendam.*

CXXVII. QVAERO.

2 QVid si filia † erat absens tempore, quo pater appropriauit actionem in vno casu tantum, aut in alio casu omisso videatur acquisita ipsi filiæ? Bar. in l.si constante. in q. 7.q. 4.princ.ff. sol.mat. tenet, quod tunc propter absentiam non potest resultare tacitum pactum, videlicet quod in casu omisso pater fingatur paciscì, quod soli filiæ restituatur, quoniam in pactis requiritur præsentia consensus duorum. l. 1. & 2.ff. de pac. vnde cum agat hic, quod pater censeatur renunciasse iuri de futuro. s. actioni de dote quæ non nascitur, nisi soluto matrim. vt not. in l.si constante.§.1.ff.eo. tit. non potuit renunciare simplici renunciatione, sed per pactum l. scriptum filiabus.§.si sub conditione, de leg.2. not. glo. ord. in d. l.1.C.de pac. Sed contrarium tenet Salyc. in repet. d.l.si cum dotem Imo. Pau.& Raph. in l.si constante. Mouentur, quia diuinare est, dicere, quod in d.l.si cum dotem, filia fuerit præsens secundo, quia in tacito pacto non requiritur patris præsentia l.2.& l.si creditores.& vtrobique no. per Bar. C.de pac. Al. qui dicunt, quod illud est verum, quod tacitum pactum non requirit patris præsentiam quantum ad pariendum exceptionem per dicta iura. Sed quo ad actionem nihil dicunt, & constat, quod facilius datur exceptio, quam actio. i. sicut.§. 1.ff.qu.b.mod.pig.vel hypo. solua. iuncta l.si hæres pecuniã. ad Treb. l. rescriptum.§.fi.ff.de pac.

2 Mihi videtur, quod immo † tacitum pactum prodest etiã ad actionem producendam. l. item quæritur.§ qui impleto.ff. loc. Ad idem, l. solutum. §.solutam.§ de pigno. act. Plus tamen me mouet pro opi. contraria, quia si vera esset opin. prædicta, sequeretur, quod tres specialitates essent in casu isto contra l.1.C.de do. promis. Nã primo est speciale, quod ex pacto nudo oriatur actio contra regulam, de qua in l. legem. C. de pact. Secundo, quia pactum pactũ sit inter absentes licet sine nuncio, vel epistola, contra l.1.& l. Labeo.ff.de pactis. Tertio, quia sequeretur, quod istud pactum vestiretur quo ad alias personas contra l.si tibi.C. loc. Mihi placet. secunda opi. contra Bar. quam confirmo, quia videmus, quod extraneus præsumitur tacite mulieri donare, propter quam tacitam donationem, acquiritur etiam actio mulieti, licet ipsa patris nõ fuerit. l.1.§. accedit. C. de rei vxor. act. & ideo dicit notabiliter Bal. in l.3.§.fi. cum sequenti, per illum tex.ff. de neg.gest. q̃ licet expressa donatio non possit fieri absenti sine nuncio, vel epistola, vt no. glo. in l. consensu. ff. de act & obl. tamen secus dicit esse in tacita, pro quo etiam allegat in argumentum l.2.C. de pact. & quod dicit l. secunda, habeat locum ẽt quo ad actionẽ, ita sensit aperte Bal. in rub. C. qui admit. in 8. quæstio. & authen. si quas ruinas. C. de sacrosan. eccl. Nec obst. quod hic essent multæ specialitates, quia respondeo, non esse verum, primo, quia attento quod istud pactum censetur incontinenti appositum, & ideo est vestitum rei traditione, iux tal. in traditionibus. ff. de pac. ergo non potest dici, quod ex nudo pacto oriatur actio. Nec etiam concurrit secundum speciale, quia quo ad casum omissum fuit tacitum pactum, quia regulariter ita operatur quo ad absentem, sicut quo ad præsentem, vt supra dixi.

Nec etiam concurrit tertium speciale, quia illud est verũ, si tale pactum tenderet in fauorem tertij, cum quo nõ censet factum pactum. Secus si tenderet in fauorem illius tertij, cum quo factum esse censetur, ita procedit dic.l. 2. C. de pactis Nulla ergo concurrit specialitas. Et dici potest, aliquas concurrere, solum concurrit, quod fauore dotis prodest absenti, quod nota.

Source : BIU Cujas

Ioan. Campeg. de Dote.

SVMMARIVM.

1 *Pater uel extraneus dans dotem, si stipulatus est dotem ipsi dotanti red li, si mulier in matrimonio decesserit sine liberis, & contingat, quod mulier decedat cum liberis, an dos debeat esse mariti, an uero hęredū mulieris, an vero liberorum, licet hæredes non sint.*

2 *Miles potest stare in iudicio sine consensu patris pro castrensi peculio.*

3 *Dos non est minus priuilegiata, quam militia.*

4 *Maritus quando uenit nomine filiorum tanquam hæredum, si filij sint aliquo modo sui iuris, & repudiauerint hæreditatem maternam, deuoluetur ad alios propinquos matris.*

5 *Pater quando stipulatur dotem sibi reddi, si filia decesserit sine liberis, & si contingat, quod decedat cum liberis, uidentur uocati liberi, etiam si non sint hæredes matris.*

CXXVIII. QVAERO,

1 SI pater † vel extraneus dans dotē stipulatus est aut pactus dotem ipsi dotanti reddi, si mulier in matrimonio decesserit sine liberis, & contingat, ꝙ mulier decedat cum liberis, an dos debeat esse mariti. an vero mulieris, ideſt, eius hr̄dū, an vero liberorū, licet nō sint hr̄des matris? Bar. in l. si cū dotē. in. 3. col. ff. sol. mat. sequendo Iaco. de Bel. tenet, ꝙ in casu omisso quæratur mulieri per d. l. si cum dotē. ꝑ l. Bellus. ff. de pac. dot. & quia tacita præsumptio donationis est semper in ipsam mulierē. l. 1. §. accedit. C. de rei vxo. act. adl inter socerū. §. cū inter. de pactis do. respondet, ꝙ dos retinebit̄ per maritū pro filijs eius, qui sunt hr̄des matris eorū, non ꝙ vir ipse lucretur. Ad alia iura, quę adduci possēt, ꝙ cedat lucro viri respōdet Bar. ꝙ loquuntur, qñ fuit expresse actum, ꝙ viro quærer etur. Adde, quod ad l. inter socerum. §. cum inter. respōdet aliter Dy. in quodam suo consilio, vt referunt & sequuntur Bal. & Ang. in d. l. si cum dotē. videlicet quod in §. cum inter, maritus retinebat vigore taciti pacti resultātis a contrario sensu pacti expressi, videlicet in casu, quo mulier decederet in mr̄imonio cum liberis, quo casu tacite a contrario vr̄ actum, quod maritus non tenetur dotē restituere: sed hic casus, qui euenit, fuit casus omissus, nō autem prouisus etiam per arg. a contrario sensu pacti expressi. Saly. repræhendit hanc solutionem, idem Raph. Imo. & Ro. in d. l. si cum dotē, quia secundum eos videtur, ꝙ cum pater in d. l. si cum dotē. fuerit stipulatus a marito dotem reddi in casu solu. mat. per mortem, quo resultare deberet tacita prouisio a contrario sensu, videlicet ꝙ non teneatur restituere, si soluatur mr̄imonium per diuortium, quod arg. a contrario sensu procedit etiam in contractib. l. pe. ff. si cer. pet. & probatur in d. §. cum inter, & sic deberet idem esse in d. l. si cum dotem quod in d. §. cum inter. Vnde aliter dicit Iacob de Belui. & Bart. in l. si cum dotem. & supra retuli. Sed Bald. Ang. Imo. & Ro. eos repræhendunt, quod de iure fforum filiusf. nisi sit miles habens castrense peculium non habet hæredem. l. 2. ff. de castrensi pecu. Et quod de iure fforum. filiafa. non habeat hæredem in dote, firmat Ray. Bal. Ang. Raph. Imo. & Ro. in d. l. post dotem. ff. sol. ma. quia contingere posset, quod si hr̄et bona vltra dotem, decederet pro parte testata & pro parte intestata contra l. 1. §. si ex fundo. ff. de hær. inst. Item quia nec cō ueniretur, qui satisfaceret creditoribus mulieris. Et per ista cōcludunt, quod nedum in dote profectitia de iure fforum non habet hæredem, sed nec in aduentitia, etiam quando pater esset stipulatus dotem reddi soli filiæ, vel aliter ad solam filiam spectaret actio de dote. Pro quo Imo. in d. l. post dotē. dicit, quod ipsemet Bart. in l. in quartam. ff. ad l. Falc. tenet hoc expresse in dote profectitia. Nec secundum eos contrarium clare probatur in d. l. post dotē. qm̄ habet plures lecturas. & quia si Iurisconsul. hoc speciale in dote voluisset inducere, facile expressisset, & quia potentius est ius militis in suo peculio castrensi quam filii fami. in dote. d. l. 2. & l. penul. in fi. C. qui testa. fa. poss.

2 Patet etiam † quia potest miles pro suo castrensi pecu. esse in iudicio sine consensu patris. cap. fin. de iudi. in 6. & not. in l. lis nulla. ff. de iudic. quod secus est in filia, quo ad dotē, vt dixit in l. 2. §. ꝙ si in patris. post Imo. ff. iol. mat. ergo &c. Mihi placet solu. Iaco. de Bel. & Bal. quam quasi vbique sequitur Bald. prę̄terquam in l. si cum dotem. Nec obst. quod filiusfamil. non habet hæredem, quia fallit in dote, vt probatur in l. auus. ff. de iure do. & ibi in gl. & probatur in d. §. cum inter. qui ita necessario videtur esse intelligēdus, & hanc opinionem firmat etiam Bal. in l. post dotem. ff. sol. mat. ad quam in d. l. si cum dotem. in fi. se remittit, & sequitur Bal. in l. 2. C. de hæred. act. & in d. l. auus. & in d. l. si extraneus. & in l. quod scitis. C. de bo. quæ lib. & Pau. in d. l. si cum dotem. & de hoc est tex. in d. l. post dotem. secundū omnes lecturas maxime secundum 6. lec. Dy. per illum tex. ver. sine liberis, a contrario sensu, excepta illa lectura septima, secūdum quam ibi sub auditur maxime, & sic quia est diuinatiua, cōiter ibi reprobatur. Nec ob. ꝙ filia isto modo possit decedere pro parte testata & pro parte intestata, quoniam dico, & hoc non est in conuenientēs fauore dotis, cū idem videamus & in milite, maxime cum dos sit quoddā iusvniuersale, vt dictum fuit supra in §. 1. ideo non est absurdum, ꝙ hæredē habeat in certa vniuersitate, in alia non, ar. notatorū in l. 1. C. de test. milit. nec

3 † minus priuilegiata est dos, quam militia, vt patet ex infinitis priuilegijs enumeratis supra in §. proximo. Nec obst. ꝙ nō inueniretur, qui satisfaceret creditoribus pro ea parte, pro qua nō habebat hæredē, quoniam ista est debilis ratio, vt ēt fatetur ipsemet Imo. in d. l. post dotem. poterit enim pater, qui occupat bona iure peculij satisfacere, arg. l. pater qui castrēse. in prin. ff. de castren. pec. Nec etiam verum dicit Imo. dū alleg. d. l. in quartam. & ibi Bar. quoniam ibi Bar. nō loquitur in casu, quando stipulatus esset dotē reddi soli filiæ. imo si bene inspiciatur, contrarium sensit in illo casu, vt etiā fuit de mente Bar. in d. l. post dotem. in 10. col. dum allegat gl. in d. l. nupta. §. 1. ff. sol. matr. Saly. c. in d. l. si cum dotem. in rep. aliter respondit ad d. §. cum inter, vt refert & sequitur ibi Ro. Imo. & Raph. videlicet ꝙ quando casus omissus non potest euenire viuente filia, tunc procedat. §. cum inter. quia tunc in casu omisso spectabat ad virum, & ita est de mente Bal. in d. l. si cū dotem. & Dy. in d. c. qđ ob gratiam. aut potest aliter euenire, quam per mortem filiæ, & tunc procedat tex. in d. l. si cū dotem. ꝙ in casu omisso spectet ad filiā. Et pro hoc, quia ita intelligendo erat fauorabilius doti & mulieri, facit l. si extraneus. §. fi. ff. de cond. ob causam. dicimus enim fieri interpretationem contra regulas iuris cōis fauore dotis & mulieris. l. 1. ff. sol. mat. Hæc solutio videtur satis colorata, tamen videtur contra d. l. si cum dotem. quia exceptio in casu expresso vult, ꝙ penes mulierē remaneat. Nec obst. ꝙ tex. ibi, vel morte, exēplificare videtur in casu mortis mariti ex eo, ꝙ postea subdit, mulieris esse actionem de dote, ergo videtur ꝑsuppo nere filiam viuere, quoniam dico, ꝙ cum exemplificatiue loquatur, nō dicuntur exempla generale dictum restringere. l. damni infecti stipulatio pertinat. cum. §. de dam. infec. Item quia cum pariformiter ponantur in d. l. si cū dotem. isti duo casus, scilicet mors mariti & mulieris sub indefinita exceptio ne verborum, ergo debent pariformiter determinari, vt idē iuris sit, qualitercunque matrimonium morte soluatur, ar. l. iam hoc iure. ff. de vul. & pu. Nisi sustinendo solutionem præ dictorum dicas, ꝙ in d. l. si cum dotem. non euenit casus, quo solueretur matrimonium morte mulieris. ergo iste casus nō deciditur in d. l. si cum dotem. sed in d. §. cum inter. Nō enim recte intelligi potest, ꝙ casus omissus acciderit morte mulieris, qui tex. in d. l. si cum dotem. principaliter fauere intendit, quoniam si esset mortua, frustra tractaretur de eius fauore, ar. l. 2. ff. de pact. dot. Hæc quæstio est valde vtilis secundum

4 Imo. in d. l. si cum dotem. quia † si vir venit nomine filiorū tanquam hæredum, certe si filij essent aliquo modo sui iuris, & repudiarēt hæreditatem maternam, deuolueretur ad alios propinquos matris. secus si vi pacti debent remanere penes maritum. Dy. in d. c. quod ob gratiam & Cy. in d. l. quod fauore. & Bal. Ang. & rmo. in d. l. si cum dotem, dicunt, ꝙ debet esse mariti per d. §. cum inter. secundum intellectum eorū, quoniam tex. in d. l. si cum dotem. in ver. vel morte. dicūt exponi debere, videlicet viri, per ea, quæ supra dixi. Et subdunt Bal. & Ang in d. l. si cum dotem. & Bal. in l. pe. C. de fal. causa adiec. leg. & in l. dos a patre. C. sol. matr. & in l. cum inter. in reportatis antiquis, qđ hodie inspecta consuetudine, quæ est, ꝙ filiafami. decedente cum liberis dos spectet ad liberos mulieris, vt no. glo. in l. dos a patre. isto casu dos erit mulieris & eius hæredum liberorum, quia dicta consuetudo intelligitur secundum perfectam consuetudinem, ar. l. ꝙ si. nolit. §. quia assidua. ff. de ædil. edic. Sed Iaco. de Bel. & Bart. in l. si cum dotem. tenent, ꝙ etiam de iure communi dos spectat ad hæredes mulieris, per istum tex. & late hoc firmat Bal. in authen. sed si quis. C. de secun. nupt. & in l. pro hæreditarijs. C. de hære. act. in l. quoniam nouella. C. de inof. test. & in l. si extraneus. & in l. quod scitis. & idem Pau. in d. l. si cum dotem. qui tamen dicit, quod contra Iaco. de Bel. Bar. & sequaces videtur esse casus de directo in l. inter socerū, vbi in casu omisso spectat ad liberos, vt hr̄des matris, & dicit, ꝙ ille tex. a nullo ponderatur, & iō dicit responderi posse, limitādo doctrinā Barto. quod aut pater stipulatus est dotem sibi reddi, si filia. sine liberis decessit, & tunc si decedat cū liberis, cedat opi. Ear. Aut pater stipulatus est dotē reddi filiæ, si sine liberis decesserit, & tunc si decedat cum liberis debet isto casu omisso dos remanere penes virum, vel eius liberos vt eius hæredes non autem vt hæredes matris, per d. l. inter socerum. §. 1. & l. si filia. ff. de diuor. Sed certe Bal. in d. l. si cum dotem. allega-

uit

Source : BIU Cujas

uit illum tex. in d.auth. ſed ſi quis.in 8.& 9.col. quem text.intelligit alio modo,quam faciat Pau. Nam dicit Bald.ꝙ ibi expreſſe actum fuit, ꝙ ſi cum liberis decederet,dos eſſet mariti, & eius hæredum,non autem mulieris. Eſt verum, ꝙ ille text. non aperit modum,nec formam verborum ſtipulationis,ſed ſolum narrat,qualiter dos ſit reſtituenda.Sed certe magis eſt amicus literæ intellectus Bal. quam Pau.de Caſt. cum multū diminuat ad d.l. ſi cum dotem.in ſe tamen videtur eſſe veriſſimus. & illum ſequitur Bal.in d. l. pro hęreditarijs. dum dicit,dotem non reſtitui hæredibus mulieris,licet non aperiat, apud quem debeat remanere.Clarius hoc tenet Bal. in auth. ſed ſi quis. C.de ſecun.nup.vbi dicit, apud maritum remanere debere, quia cum in caſu expreſſo voluit acquiri mulieri, non eſt credendum,ꝙ in caſu contrario voluerit idem, quia imo talis expreſſa prouiſio debet in caſu contrario contrariū producere effectum, allegat Bal. in arg. l. pater filiæ nubenti. ff.de coll.do.Sed contra hunc intellectum videtur,nam cum ratio, ex qua ſe fundat Bal.ſit, quia virtus contrarij ſenſus reſultātis ex prouiſione caſus expreſſi hoc innuit, & habemus, ꝙ illud arg.a contrario ſenſu duntaxat locum habet,quando in caſu contrario reſultat ratio in cōtrarium,alias non militat arg.l.apud antiquos.C. de furt & l. 2 C. de fideic. per. caſum & tex.in l.ſi extraneus ff. de condic.ob cauſam.& in caſu noſtro non militat ratio contraria in omiſſo, ſeu contrario, ſcilicet, quando decidit cum liberis, quia tunc ratio non dictat, quod maritus dotem lucretur,ſed potius liberi, quibus præſumitur pater mulieris voluiſſe prouidere.l.Lucius, & in d.l.ſi cum dotem, allegata per Bart. ergo ſequitur,ꝙ deciſio Bal.& Pau.non videtur ratione tueri.Sed ſuſtinendo eos dicꝙ in dicto caſu omiſſo, ſiue contrario remaneat onus apud maritum alebdi filios,iccirco ſatis dici poteſt, patrem mulieris ſatis prouidiſſe liberis filiæ ſuæ,ſi voluit maritum lucrari dotem,attento etiam ꝙ illa tenetur quo ad proprietatem reſeruare liberis.auth.hæredes.C.de ſecun.nupt.l. ſi conſtante. ff.ſol.ma.Item & eos alere tenetur.l.ſi quis a liberis. ff. de lib. agno.& ſic videtur defenſata 1.limit.ad doctrinam Bart.in d. l.ſi cum dotem.Alio etiam modo limita, niſi mulier ipſa ſtipulata eſſet dotē ſibi reddi,ſi ī mr̄imonio deceſſerit ſine liberis,quia ea decedente cum liberis acquiritur non marito ſed liberis, quib.affectionem hēt, ita notanter voluit Bal.in d. l. pro hr̄ditarijs.C.de hær.acti. ēt ſi nō ſint hr̄des mulieris ſecūdum Pau.in d. l.ſi cū dotē. ſed in hoc forte cōtrarium eſt verius,ꝙ liberi non videatur, qa fuerunt tantū per modū conditionis noīati. l. ex facto ēt agiratū. ff. de hær. inſti l. ſi quis ſub condit.ff.de cond.inſti.& quaſi in terminis eſt gl. iuncto tex. in l. Lucius.la 2.in gl.fi.ff.de hær.inſt.q̄ fere ab omnib.approbaī ibi, & Io. And.in addi. Spe in rub.de teſta.& Bal. in l. ſi emācipati.C.de colla.& Pet.de Anch. in c.ſi pater. de teſt. in 6.& in c.licet.de voto.& in rep.c.in præſentia.de pb. Et licet Doc.in d.l. Lucius.referāt Old.ibi reprobaſſe gl.in lectura,tñ ego reperio Old.pro illa cōſuluiſſe in cōſi. 141. iō vr̄ in propoſito,quod maritus retineat dotem pro ſe inſpecto ar.a contrario ſenſu facto,vt etiam fuit de mente Bal.in d. l.quod ſcitis.quod arg.hēt locum etiam in contractibus per tex. in d.§.cum inter quem dicit meliorem tex.de iu do. Abb.in c. apoſtolica. de his quæ fiunt a præla. ſine conſenſu capituli. Sed certe non minus probat d.l.pecunia.ff. ſi cer. pet. & per
5 hoc non placet opin.Ro.dicentis † quod quando ſtipulatur ſibi reddi dotem, ſi filia deceſſerit ſine liberis, quod ſi deceſſerit cum liberis, videntur vocari liberi,etiam ſi non ſint hæredes matris,ar.l.ſeruo leg.§. ſi teſtator.ff.de leg.1.quia dico, quod cum fuerint ſolum conditionaliter nominati, ipſi liberi non videntur vocari, vt dixi. Et fuit ratio Bal.in d.l. quod ſcitis.

SVMMARIVM.

1 *Filia ſi ingrediatur monaſterium,an committatur ſtipulatio dotis collata in caſum mortis.*
2 *Filius a patre uiuente licet religionem ingreſſo non poteſt petere legitimā.*

CXXXXI. QVAERO,

1 SI Filia † ingrediatur monaſterium, an committatur ſtipulatio dotis collata in caſum mortis? Barto. quod ſic in l.ſi cum dotem,in prin. ff.ſolu.mat. hoc limitat verum Imo. ibi, ſi copula non ſit ſequuta poſt contractum matrimonium, quia tunc talis ingreſſus diſſoluit, ſicut mors naturalis, alias ſecus. ſi vterque religionem ingrederetur,allegat c.vtrum.& c. cū ſis.& c. coniugatis.& ca.ex publico. de conuer. coniug. vnde ſequuta copula ſi alter tantum ingrederetur monaſterium, dę iurę canonico non dicitur euenisſe caſus dotis reſtituendæ collatæ in caſum mortis naturalis,licet ſecus ſit de iure ciuili, per l.Deo nobis. eum glo.C.de epiſc.& cler.quæ nō facit iſtam diſtinctionem, ſed generaliter loquitur. Et adde quod glo.in cap.2.de conuer.coniug. videtur dicere,quod l. Deo nobis.& §.ſi vero conſtante.in Authen. de ſanctiſ.Epiſ. debet intelligi ſecundum diſtinctionem iuris canonici.Hoc idem tenet Bal. in d.l. Deo nobis. in 3. vel 4. col. idem firmat Ang. id d.§.ſi vero conſtante.facit c.cum expediat.de elec.in 6. debent enim iura taliter interpretari, quod ſi fieri poteſt ius ciuile non diſcordet cū canonico,faciunt no. per glo. inſtitu. de nup. in prin.in ver.ciues.& inſti.de gradib.§. hactenus. quæ dicunt,in matrimonijs ſtandum eſſe iuri canonico. Facit,quod ita demum in terris Imperij ſtatur iuri ciuili, in terris Eccleſiæ ſtatur iuri canonico,ſi non agitur de materia peccati, vel de re ſpirituali,vt no.glo.in cap.poſſeſſor. de reg. iur. in 6. & Doct. in c fi.de ſolut.& in c.2. de arbit. in 6. Item adde inquantum Imo. in d.l.ſi cum dotem. tenet, quod caſus mortis naturalis non verificatur per ingreſſum monaſterij factum ab altero ex coniugibus poſt copulam ſequutam, quod Ro.in d.l.ſi cum dotem.tenet cōtrarium,per d.ca.cum ſimus,de reg. vbi ſecundum eum probatur, ꝙ patre viuente filius debet habere legitimam, ſi pater eſt religionem ingreſſus. Sed verior videtur opinio Imo per l. ex ea parte. §. inſulam.ff.de verb.obli. vbi quando non eſt idem effectus mortis naturalis,& ciuilis, tunc appellatione mortis non venit ciuilis ſed naturalis tantum, vt no.glo. 16.q.1. ca. placuit. el 2. & in c. ſuſceptum.de reſcrip.in 6 Facit ad hoc ratio l.2. ff.de pact.vbi pactum lucrandæ dotis nō valet,ſic cōferatur in caſu,in quo mulier non eſſet naturaliter mortua.Nec obſt.tex. in d.c.cum ſimus. quia non dicitur,quod legitima debeatur patre naturaliter viuēte, immo in contrarium habemus tex. in auth.ſi qua mulier.C. de ſacroſanct. eccle.Et licet gloſ. ibi non firmet, tamen Barto. & alij excepto Bal.hoc firmant,facit pro eis,quia regulam habemus, quod legitima non debetur patre viuente.l.1.§.ſi impuberi.de col. bo. Bal. in rep.c. ſi pater.de teſt. in 6. refert aliquos tenere, quod ſtatim poſt ingreſſum poſſit legitima peti.Aliquos vero dicit tenere quod non poſſit peti legitima,ſed alimenta ſic.Alios vero refert tenere, quod poſt mortem naturalem patris tantum,& hāc dicit eſſe veritatem per tex. in Authen.de nup.§. ſi qua mulier. & tex.in l.Statius.§. Aurelio.ff.de iu.fiſci. & pro hoc dicto facit l.vxorem.C.de do int.vir.& vxo.& d.c. cum ſimus, de regularibus.Abbas ibi dicit ſe dubitare, & quod libenter videret compilationem decretalium antiquam, quia forte hanc quæſtionem explicaret. eſt verum,quod Bal.in d.auth.ſi qua mulier, verſus finem. dicit, ꝙ de æquitate canonum poteſt viuente patre religionem ingreſſo petere legitimā,ac ſi mortuus eſſet naturaliter,& illam opin.tenet Abb.in c.Rayn. de teſt.de hoc arg.tetigit Pet.de Anc in c.1.de delictis puerorū.
2 Mihi magis placet, quod filius † patre viuente licet religionem ingreſſo non poſſit petere legitimam,licet contrariā opin. teneat etiam glo.in authen. nunc autem.C.de epiſc. & cler.cuius auctoritas facit pro opin. Bal. in d. authen. ſi qua mulier.ſed pro opin.quam teneo facit,quia ita concordat ius canonicū cum ciuili.Item. quia ſi aliter diceremus, fieret extenſio contra regulam.d.§.ſi impuberi.facit etiam,quia ſi cō tingere poſſet, quia forte filius ante patrē prædecederet, & ſic viuente patre tractaretur de tranſmiſſione petendi legitimam ad hæredes viri. videtur igitur ex prædictis,quod in caſu limitationis traditæ per Imo.ad glo. in d. l. ſi cum dotem. quod caſus mortis quo ad effectum reſtituendæ dotis non verificetur per ingreſſum alterius ex coniugibus poſt copulam.ſed quid ſi ſtante illo pacto lucrandę dotis vxore prædecedēte vterque coniugum poſt copulam iugrediatur monaſterium,an dicatur euenisſe caſus lucrandæ dotis tex.in d. §. ſi vero conſtante. iuncto §.ſeq.ſatis innuit ꝙ non, & ita illū intelligit Ro.in d.l.ſi cum dotem.

SVMMARIVM.

1 *Pater quare non poſſit ſibi appropriare actionem de dote,niſi per ſtipulationem,extraneus uero poteſt etiam per pactum.*
2 *Filiæ fingitur ab initio acquiſita actio in patre dotante.*
3 *Nouatio non poteſt induci per pactum,ſed per ſtipulationem.*

CXXX. QVAERO,

1 QVæ eſt † ratio l auia C.de iu.dot.quod pater non poteſt ſibi appropriare actionem de dote, niſi per ſtipulationem.Extraneus vero poteſt etiam per pactum? Imo.in d.l ſi cum dotem.in 2 col.videtur approbare, ꝙ bona ſit ratio, ꝙ ideo pater non poteſt p pactum ſibi appropriare,quia in alio

Source : BIU Cujas

ius sibi subuenit, videlicet q̃ etiam si non prouideat sibi per stipulationem, vel pactum: nihilominus actio est cõis sibi & filiæ, & ipse habet exercitium de voluntate, seu ipsa non contradicente. l. 2. §. voluntate. ff. sol. mat. ideo ius grauabit patrẽ in alio, ar. l. eum, qui. ff. de iureiur. Sed in extraneo nulla competit actio sibi, quando non prouidet sibi per stipulationẽ, vel pactum incontinenti appositum. Nam quia tunc mulieri, cui in dubio videtur velle donare, vt in §. accedit. C. de rei vxo. act. per l. ex morte. in fi. C. de pac. conuen. ideo l. sibi in alio magis subuenit, arg. d. l. eum qui. Nec placet rario Bal. qui ibi dicit, q̃ istud operatur hic natura actionis de dote, quæ est, q̃ sit cõis patri & filiæ, & ẽt onus paternum in dotãdo, vt sic prædicta non possint tolli per pactum. Sed certe eadem ratione debuisset statui, q̃ per stipulationem prædictã possent lædi, cuius tamen contrarium est verum. Nec placet rario Ang. qui dixit, q̃ ratio esse poterat: quia pactum appositum in traditione necessaria non valet, vt notatur per glos. quæ reputatur sing. in l. in traditionib. C. de pac. sed traditio patris vr̃ esse necessaria, cum teneatur dotare filiam. l. fi. C. de do. promis. & l. qui liberos. de ritu nup. ideo &c. Quæ ratio cessat in extraneo: Nam hæc ratio non videtur bona, & secũdum illam sequeretur, q̃ pater dans dotem pro filia emancipata non posset paciscì per pactum sibi reddi, attento etiã q̃ pro filia emancipata tenetur dotem dare, vt est casus expressus in d. l. fi. C. de do. promis. & tamen hoc non est verum, vt probatur in dicto §. accedit. iũcto §. extraneum. C. de rei vx. actio. Adde, q̃ gl. in d. l. auia. assignat aliam rationem, quia officium paternum est dotare filiam, non aũt extranei, quasi videatur pater ex necessitate facere, sed extraneus ex voluntate. Sed contra hoc videtur, quod magis deberet subueniri ei, qui ex necessitate facit. arg. l. fideiussor. §. qui necessaria. ff. qui satisd. cog. cum si. prẽterea ex illa ratione sequeretur, q̃ pater dans dotem pro filia emancipata non posset solo pacto mutare naturam actionis de dote: cum vtique doret ex necessitate, iuncta l. fi. C. de do. promis. quod tamen est falsum. d. §. accedit. iuncto §. extraneum. in ea. l. Tertiam assignat rationem gl. in d. l. auia. q̃ † in patre dotante fingitur acquisita
2 actio filiæ ab initio: secus in alia persona dotante, arg. l. non enim. ff. de noua. Truffa est, quia nulla vrgens ratio diuersitatis potest assignari. Secundò, si esset vera, non posset pater ẽt per stipulationem alterare naturã actionis de dote, quia ius quæsitũ filiæ non posset ab ea auferri sine eius consensu, arg. l. quo. ff. sol. mat. Quartã rõnẽ assignat gl. in d. l. auia. quia † pp pactũ non põt induci nouatio, sed bene per stipulationẽ, sed hoc est falsum, quia per quẽcũq; contractũ producentẽ saltẽ naturalem obligationẽ potest induci nouatio. l. si mandato meo. §. fi. ff. mand & no. Bar. in l. 1. ff. de noua. facit l. si pro mutua. & l. si ex pretio. C. si cert. pet. Præterea ad hoc quod dicitur de nouatione, nam cum incontinenti pactum fuerit appositum in constitutione dotis, non videtur aliquis contractus perfectus, neque aliqua actio quæsita, quæ nouari possit per tale pactum l. contractus. C. de fi. instr. tene igitur rationem, quam supra dixi 1. loco.

CXXXI. QVAERO.

QVid in fratre ADDITIO. [dotans sororem an æquiparetur patri, vel extraneo in appropriando sibi actionem de dote. dotante sororem, an æquiparetur patri, vel extraneo in appropriando sibi actionem de dote; Ang. in d. l. si cum dotem. dicit, quod cum frater teneatur dotare sororẽ, quæ aliunde dotari non potest. l. cum plures. §. pe. ff. de admi. tu. no. Cy. in l. non omni. C. eo. ti. quod si dotem det, non potest solo pacto sibi appropriare actionem de dote, quoniam secundum eum talis traditio facta ex causa necessaria non potest pactum vestire, & sic constat, quod ęquiparetur patri, sed male loquitur, vt patet ex his, quæ dixi in præcedenti quæst.

CXXXII. QVAERO,

QVando pater possit sibi appropriare actionẽ de dote, & quando incontinenti sibi appropriasset? Vide Bar. & Doc. in l. quoties. ff. sol. mat.

CXXXIII. QVAERO,

QVare pater potest quandocunque ante contractũ matrimoniij stipulari, secus in extraneo? Glo. in d. l. quoties. ff. sol. matrim. ponit suã rationem, de qua non curo. Bar. ibi dicit, quod ratio est, quia pater ante contractum matrimonii potest sponsalia a muliere cõtracta dissoluere, & sic est in eius potestate, ne matrimonium contrahatur, merito etiam est in eius potestate stipulari dotẽ, sed in potestate extranei non est dirimere sponsalia, eodem modo nec stipulari dotem, licet secus de iure canonico, vt ibi per eum, cum quo transit Bal. Ang. & Moder. ibi Bal. in l. legem. C. de pact. & in l. si cum dotem. in princ. ff. solu. matri. & in l. si cum do. in reportatis antiquis ff. de pact. do. & in l. cum a socero. C. de iu. do per Bal in d. § accedit. per Imo. in l. huiusmodi. §. cum pater. ad fin. ff. de leg. 1.

SVMMARIVM.

1 *Pater si stipulatus est a marito dotem de consensu filiæ sub conditione, an ante euentum conditionc possit pater agere prima actione contra ipsum maritum de uoluntate filiæ.*
2 *Dilatio in dubio uidetur adicta fauore debitoris.*

CXXXIIII. QVAERO,

1 SI pater † stipulatus est a marito dotem de consensu filiæ sub conditione, an ante euentum conditionis possit pater agere primæua actione contra ipsum maritum de voluntate filiæ? Barto. quod sic, in l. post dotem. in prima lectura. ff. soluto matrimonio. idem sequitur Imo. Et pro ista parte Benedic. de Plumbino allegat textum in l. si debitor. la prima iuncta glos. ff. de iure dot. & est sing. limiratio ad leg. pecuniam. allegatam per Barto. Sed ipsemet Benedictus allegat in contrarium glos. in l. debito. in ver. nuptiæ. ff. de iu. do. & idem sentit Bal. in dicta l. post dotem. circa secundam lectu quia cum actio primitiua sublata fuerit consensu patris, & filiæ mariti non potest solo cõsensu patris & filię, qui pro vna parte interuenerunt, reuiuiscere sine voluntate debitoris, scilicet mariti, arg. l. Pomp. scribit, si negotium. in ver. nuda voluntate. ff. de negoc. gest. Imo. in l. post dotem. dicit, quod imo actio prima non est sublata, nisi in euentum conditionis, quia stipul. conditionalis interpõsita animo nouandi ante euentum conditionis non tollit obligationem. l. quoties. ff. de nouat. & sic interim mero iure possit agi, licet obstet exceptio quæ videtur tolli, ex quo consensit ille, in cuius fauorẽ sperabatur, obligationẽ nouari. Non ob. gl. in d. l. si debitor quia si bene ponderetur, nõ facit ad ꝓpositũ, attẽto q̃ Bal. dicit, an mulier possit agere de consensu mariti contra debitorem delegatum marito in causa dotis, sed ponit ratio, nem dubitandi, an possit fieri acceptilatio ipsi debitori de voluntate mulieris ante nup. ex quo nondum euenit conditio promissionis factæ a marito, cum intelligatur promisisse, si nuptiæ sequantur. Nam videbatur, ex quo non erat obligatus propter pendentiam conditionis, quod ibi non posset cadere acceptilatio, & sic si bene põderatur, nihil ad rumbum, sed Imo. & Pau. in d. l. post dotem, videtur idem tenere quod Benedictus, remittens ad notata per se post glos. in l. Iulianus verum debitorem. in glo. in ver. solutionis. ad fi. allegata per Brr. in d. l. post dotem. Rapha. & Ro. in d. l. post dotem. teneat contra Bar. ex quo conditio pendens causat debitori
2 dilationem ad soluendum; quia † dilatio in dubio videtur adicta fauore debitoris. l. eũ qui. § quoties. & l. stipulatio ista. §. inter certam. ff. de ver. obli ergo sine facto debitoris auferri non potest, ar. l. eum qui. ff. de annu. leg. ar. l. si vnus. §. ante omnia. ff. de pact.

Ista pars videtur vera de iure, & probatur, quia in d. l. post dotem. in tex. videtur facta delegatio mariti debitoris, quia maritus de voluntate creditoris alij promiserat, videlicet patri. l. 1. & 2. C. de noua. glo. in l. 3. eo. ti. per quam delegationẽ indubitanter fit nouatio etiam hodie, vt no. in d. l. 2. & Bart. in d. l. delegare. ff. de noua. Et dato etiam q̃ non fuisset delegata, omnino per secundam promissionem conditionalẽ facta esset nouatio, quia secunda compræhendebat largiorẽ dilationem quam prima, ergo fit nouatio. l. pen. ff. de præt. stip. quod procedit etiam hodie, vt firmat glo. approbata in l. fi. C. de noua. Bar. in d. l. 2. ff. de noua. Si igitur secunda promissio videtur facta animo nouandi, ergo interim pendente conditione secundæ stipulationis nõ debet posse debitor cõueniri, vt exigatur, quia si alias posset interim compelli ad soluendum, sequeretur, q̃ per solutionem tolleretur 1. obligatio. insti. quib. mod. tol. ob. in princ. cum si.

Et sic amplius non posset nouari per secundam, quia si per solutionem iam esset sublata omnis obligatio, sequeretur, q̃ conditio postea eueniens non inueniret, quid nouare posset quod est contra illud, quod censetur actum a partibus, idest q̃ interim non exigatur, & hęc fuit considetatio subtilis Iac. Butr. quem omnes sequuntur in d. l. pecuniam. per quam ẽt

patet

Source : BIU Cujas

patet reſpõſio ad l.pure.melius,quam reſpondeat Rom.in d. l.poſt dotem.Et pro iſta parte contra Bart. facit,quia licet, ſi ad id quod mihi pure debes ex contractu mutui,poſtea ex interuallo te mihi obligaſti ex conſtituto ſub conditione, tunc pendente conditione agi poſſit ex prima obligatione mutui, puta quia non fit nouatio primæ obligationis per ſequentem obligationem ex conſtituto,vt eſt tex.in l.id quod,in prin.cũ glo.in ver.actione.ff.de conſti.pec. Tamen vr ibi ſubdit Bar. illud verum, quando ſecunda promiſſio conditionalis facta eſt ex cõſtituto.Nam eſto,quod accumuletur,pximæ obligationi,non autem quod nouet primam,ideo tunc vtraque act. l.item illa.§.fina.de conſtit. pec.Sed vbi eſſet facta ſecunda promiſſio animo nouandi, & non ſic ex conſtituto, tunc ſecundum eum nullo modo potuit agi pendente conditione ſecũdæ promiſſionis,& ita debet intelligi & limitari glo.præallegata in ver.actionem.Sed glo illa loquitur,quando agebatur ex conſenſu illius,cui veniebat quærenda actio ex purificatione conditionis adiectæ in ſecunda promiſſione, patet, quia ibi eidemmet quærebatur ex ſecunda,cui ex prima erat quæſitum,ergo relatis verbis Bar.ad gloſſam illam,de directo Bart. ibi contrarium eius tenet,quod in d.l.poſt dotem. propterea tenerem contra Bar.in d.l.poſt dotem.

SVMMARIVM.

1 *Pater ſi ſtipuletur marito dotem ſimpliciter, an videatur ſtipulari ſibi filiæ ita quod ſolus ex ſtipulatione non poſſit agere.*

2 *Motus primus conceptionis verborum non ſubintelligitur, niſi exprimatur.*

CXXXV. QVAERO.

1 SI pater † ſtipuletur marito dotem ſimpliciter, an videatur ſtipulari ſibi & filiæ,ita quod ſolus ex ſtipulatione nõ poſſit agere? Bar.quod ſic,in l.poſt dotem.in 3.lect.ff.ſol.mat.execuius dictis habes notare, quod licet pater ſimpliciter ſtipulando non videatur ſtipulari dotem reddi filiæ, tunc ſubintelligitur perſona filiæ, ſcilicet vt videatur ſtipulari ſibi patri recipienti nomine filiæ,quia iſta ſunt diuerſa me videri ſtipulari a te dari Titio,& me videri ſtipulari a te dare mihi noĩe Tij.

2 † Nam verum eſt, primum modum conceptionis verborum non ſubintelligi, niſi exprimatur, ſed ſecundum modũ ſic.& ita intelligitur text.in d.l.poſt dotem.quia tã verba obligatiua quam excecutiua cenſentur collata in perſonam ſtipulantis, ſed ſecundum primum modum intelliguntur verba executiua concepta in perſonam extrinſecus ſubintellectã, quod eſt contra d.§.Griſogonus.& iſtud eſt,quod ſentit Bart. in l.poſt dotẽ.in 3.lect.licet non ita clare. Imo. ibi obſcurius refert; & non ita bene.& iſto modo defenditur Bar.a contrario d.§.Griſogonus.alleg.per eum.aliter tamen reſpondebat Oldr.ad d.§.Griſogonus,vt referunt Ang.& Imo.in d.l. poſt dotem.& ſequitur Bal.in l.ſi patruus.in 3. col. C. communia vtriuſ.iudi.videlicet quod contra d.§.Griſogonus.procedat, quando redderetur ſtipulatio inutilis,ſed tertia perſona ſubinte ligatur, ſecus ſi non redditur inutilis, vt in caſu noſtro, cum poſſit pater ſtipulari filiæ dotem. l. Pompo. Philadelphus.ff. fam. erciſ. quinimo etiam extraneus l. Cayus ff. ſol. mat. Et licet iſta ſolutio approbetur communiter, & multum ſit colorata, tamen contrarium ſentit glo.in d.§.Griſogonus. dum dicit, maxime ſi ſtipulatio &c.

SVMMARIVM.

1 *Extraneus dans dotem pro muliere, ſi ab initio ſtipulatur dotem ſibi reddi ſimpliciter, an videatur ſtipulari ſibi, an mulieri.*

CXXXVI. QVAERO.

1 SI extraneus † dans dotem pro muliere ab initio ſtipulatur dotem reddi ſimpliciter,an videatur ſtipulari ſibi, an mulieri? Barto. in l. Cayus. ff. ſo. ma. quem ſequitur ibi Pau. & Roman.tenet, quod videatur ſtipulari mulieri non ſibi,quia iſta eſt natura dotis, vt mulieri, non autem extraneo dotanti actio quæratur, iuxta l.1. §. accedit. C. de rei vxor. actio. Sed Imo. in d. l. poſt dotem. & Raph. in d. l. Cayus. contrarium tenent,primo per l. ſi ita ſtpulatus §. Griſogonus. ff.de verb.ob. Secũdo per regulam l.ſtipulatio.§. ſicut.& §.ſi quis ita.ff.de verb. ob. Non ob.text.in d.l.poſt dotem. quia ibi ab initio iam quæſita erat actio cõiter patri & filiæ,vnde licet poſtea voluntate filiæ ſtipuletur ſimpliciter dotem reddi,nõ propter hoc videtur voluiſſe filium ſuo iure priuare, nec ipſum ſuo iuri voluiſſe renunciare, arg.l. cum de indebito. ff. de probat. quæ omnia ceſſant in caſu extranei ab initio ſtipulantis dotem ſibi reddi,ergo ſibi potius, quam mulieri ſtipulatus videtur,attento quod adhuc nullum ius quæſitum erat mulieri in dote, vnde licet numeratio dotis interuenerit, videtur in dubio facta animo compiendi promiſſionem dotis magis, quam animo donandi, arg. l. ſi ita fuero ſtipulatus. §. 1.ff.de noua. & ita eſt intentio prædictorum.

SVMMARIVM.

1 *Pater ſi ſtipulatur conſtante matrimonio de voluntate fili dotem ſibi reddi, an intelligatur, ſecundum naturam dotis, uel nomine filiæ.*

CXXXVII. QVAERO.

1 QVid † ſi pater ſtipulatur cõſtãte matrimonio de voluntate filiæ dotem ſibi reddi, an intelligãtur ſecundũ naturã dotis vt nomine filiæ,& ſic non poſſit ſolus agere Cum. in l poſt dotem.ff.ſol mat. tenet, ꝙ dicta ſtipulatio intelligetur ſecundum naturam contractus dotis,ſuper qua apponitur, arg.l. ſi ſtipulatus. in prin. ff. de vſur. & ſic erit actio communis patris & filiæ, allegat in ſimili tex. in l. ſi ita §. ſi filio.ff.de bono.poſſeſſione ſecun.tab.vb. dictio mihi impuberi ſubſtituo, perinde operatur, ac ſi adiecta non eſſet.Sed tu dic quod contra Cu. facit text. in ratione ſui in l. maritus.C. de procurato. Nec obſt. dic. §. ſi filio, quia illud ideo ibi. quia hæres hæredis primi teſtatoris eſt hæres.l. ſciendum. & l.hæredes ff.de verbor.ſignifica.l.in annalibus. C. de legatis. Quæ ratio non militat in caſu noſtro. Præterea in veritate dictum Cum. deſtruit l. quoties.ff.ſoluto matrimonio.

CXXXVIII. QVAERO.

QVid ſi pater ex interuallo ſtipuletur dotem ſibi reddi, nec filia conſenſit, an ſi maritus ſcienter promiſit, teneatur? Barto. in l. poſt dotem. in 4. lectu. tenet quod ſic, per l. 1. ff. de condi. indebi. Dic tamen, quod hoc non præiudicat mulieri, arg.l quoties.& l.2. §. quod ſi in parris. ff. ſolu. matrim. ſecus ſi maritus promiſiſſet patri ignoranter, & iſto caſu quæ ſit forma opponendi talem exceptionem,vide Bar.ibi, & Imo.

CXXXIX. QVAERO.

QVid ſi filia ſit mortua, an talis ſtipulatio ſit vtilis patri? Roma. in d. l. poſt dotem. tenet quod ſic, tenendo quartam lect. de qua ibi, cum tex. dicat, patrem agere poſſe mortua filia. Sed mihi non placet, quia pater agit velut ille, qui occupat bona filiæ iure peculii ſecundum opin. aliquorum,vel agit vt hæres filiæ ſecundum communem opinionẽ, non autem agit ex ſtipulatione.

SVMMARIVM.

1 *Pater ſi ſtipulatur dotem facto diuortio ſibi dari uoluntate filiæ. an ualeat talis ſtipulatio.*

2 *Voluntas extinguitur per mortem.*

CXL. QVAERO.

1 SI pater † ſtipulatur dotem facto diuortio ſibi dari voluntate filiæ, ideſt ſi tunc filia voluerit, an valeat talis ſtipulatio, & quid ſi filia moriatur, & non declarauit voluntatem ſuam, an ſtipulatio ſit vtilis quaſi moriendo videatur velle? Bart. in l. poſt.dotem.ff.ſol.mat.in quarta lect.tenet,quod valet,& ꝙ ſit ſpeciale in dote,ꝙ filia moriendo dicitur velle.idẽ tenet Bart. in l. ita ſtipulatur.in 10. colu.ff de verborum obligationibus.& in l. vxorem.§.pen.ff.de lega.3.& in l.fideicom. §.fideicom. in eod.tit.

2 Sed in dic.l.poſt dotem.tenet contrarium,quia † per mortem extinguitur omnis voluntas.l. quarta.ff. loc. cap. ſi ſubdelegatus.ff. de officio delega. in ſexto. Idem tenet Bar. in l. centeſimis.§.fi.ff.de. verb. ob. non obſtant iura allegata per Bart. in d.l. poſt dotem. quia ſolum dicunt, ꝙ teſtator videtur conferre legatum,vel vltimam voluntatem poſt mortem hæredis dicendo, hæres det, cum volet,vel cum voluerit, ſecundum Ang. Imo.& Moder. in dic. l.centeſimis.§.1.& contra Bart. in dic.l. poſt dotem. caſus in l. ſi ita legatum.§. illi ſi volet.de leg.1.vnde Bald. in dicta l. poſt dotem.diſtinguit,ꝙ aut ſubſtantia diſpoſitionis confertur in alterius voluntatẽ, & tunc ſiue inſpiciat inchoationem diſpoſitionis ſiue conditionis,finita voluntate per mortem finitur & ita diſpoſitio, niſi in vita declarauerit ſe velle.dicta l. centeſimis. §. ſi alias.

Source : BIU Cujas

non dicitur purificata disposítio.

Aut sola executio, seu exercitium dispositionis confertur in voluntatem alterius, & tunc per mortem fortitur effectū sine alia declaratione, per tex. in l. fi. ff. qui si .manu. ad lib. p-uc. pos. & d.l. qui stipulatus. §. quod si ab initio. declarando vt ibi per Bart. in 10. col. Imo. in dic. l. post dotem. repræhēdit hāc theoricam; quia est contra l. item quia. §. huius. ff. de pac. l. fœnerator. cum ibi not. ff. de nau. fœno. & l. quibus dieb. §. quidam Titio. ff. de condi. & demonst. & quæ not. per glo. in l. Seyus Saturninus. ff. ad Trebel.

Tamen potest dici, quod non obst. dic. §. huius. cum gl. qa solum ibi dicitur, pendentiam tacitæ conditionis sicut & expressæ impedire actionis & obligationis natiuitatem, quod nihil facit ad propositum, quia per mortem videtur cōditio purificata per prædicta. non obst. §. quidam Titio, quia illud in vltimis voluntatibus, vt in glo. secus in contractib. l. obligationum fere. §. conditio. ff. de actio. & oblig. not. glo. inl. secunda, in prin. ff. de in diem adiect.

Non obst. §. cum gener. quia non tractamus de incertitudine respectu quantitatis, sed respectu conditionis importarę p illa verba ad voluntatem filiæ, & ideo tene opinionem Bal. in d.l. post dotem.

SVMMARIVM.

1 *Pater si ex interuallo stipulatur dotem sibi reddi uoluntate filiæ, an actio quæratur sibi, vel filię tantum.*
2 *Mandato alicuius facere, uel uoluntate, an idem sit.*

CXLI. QVAERO.

SI pater † ex interuallo stipulatur dotem sibi reddi voluntate filiæ, an quæratur actio sibi vel filiæ tantum? Vide Bar. in l. post dotem. in 6. lectu. quæ fuit Dy. ff. sol matr. Cui adde, quod Bal. ibi impugnat illam lectu. Dy. quia causa dotis pertinet communiter ad patrem & filiam, vt in l. secunda. §. ꝙ si in patris. ff. sol. matr. vnde si ipse pater stipuletur simpliciter super ea, videtur stipulari super re cōi, nō autem propria ipsius filiæ, ar. l. 2. §. tua. ff. mand. & l. plane. ff. fami. ercis. & l. licet. § ea obligatio. de procur. Idem tenet Raph. in d.l. post dotē, quia si Dy. verum diceret, secundum eum sequeretur, ꝙ quādo socio meo mandaui, quod contraheret super re communi, & ipse postea simpliciter contraxit, partem suam videtur mihi donasse, per tex. in d.l. post dotem, secundum lectu.

Sed hoc est contra iura allegata per Bal. ergo &c. Ro. similiter in d.l. post dotem, mouetur contra Dyn. quia dicit, ꝙ sequeretur, quod mandatum filiæ eius meus morte non firmaretur, contra l. mandatum. cum vulga. C. manda.

Sed certe illud nihil valet, quia secundum Dy. patet quod agit vt hæres filiæ, vel secundum opinionem aliorum, qui tenēt, filiamfamilias in dote non habere hæredem, pater occupat bona iure peculij, non autem agit vigore mandati. Mouetur secundo Ro. contra Dy. per l. 2. ff. quando ex fac. tu. & l. 1. §. fi. ff. de ope. no. nunc. quæ nihil faciunt, quia ibi nec præcessit mandatum, nec fuit acceptatum. Nec iura Bal. procedunt, vbi filia mandasset parti, quod communi nomine dotem stipuletur. idem etiam puto si simpliciter mandasset, non exprimendo, an sibi soli voluit stipulari, quia tunc simpliciter stipulando, videtur stipulatus vterque, attento quod vbi potest capi alia coniectura, quam donationis &c. l. si cum aurum. ff. de solu. & l. eleganter. § qui reprobos. de pig. act. sed vbi mandasset filia patri, quod sibi soli filiæ stipuletur dotē reddi, & ipse postea acceptato mandato fuerit simpliciter stipulatus, tunc videtur procedere lect. Dy. & videtur pater portionem sui iuris filiæ donasse, quod posset, d.l. Pompo. Philadel. no. Iac. de Are. & Bal. in l. 2. §. fi. ff. sol. mat. facit l. si cum
2 dotem. in prin. ff. sol. mat. & l. 2. C. de inoffi. dona. † Et an sit idem voluntate alicuius facere, quod mandato, vide Bart. in d.l. post dotem. in 6. lec. cum quo transit Bal. & Moder. in d. l. si cum dotem. C. de neg. gest.

CXLII. QVAERO.

QVid si non apparet, quod pater fuerit adhibitus per filiam, vel non, sed simpliciter in instrumento dicitur, ꝙ pater stipulatus est dotem filiæ voluntate? Pau. de Ca. in d.l. post dotem. ff. solu. matr. dicit, quod hoc casu habet lo cum 3. lec. posita ibi in glo. quod est notandum.

SVMMARIVM.

1 *Filia quando adhibuit patrem ad stipulandum, & postea ipse pater simpliciter stipuletur, an uideatur facere tanquam procurator filiæ.*
2 *Procurator in dubio, an uideatur agere procuratorio nomine.*

CXLIII. QVAERO.

1 IN dubio † quando filia adhibuit patrem ad stipulandum, & postea ipse pater simpliciter stipuletur, an videatur facere tanquam procurator filiæ? Bar. in d.l post dotem. in 6. lec. distingui, aut in stipulatione de tali voluntate sine man. fuit habita mentio, & tunc videtur pater stipulari tanquam procur filiæ, secus si nihil fuisset dictum. Adde, ꝙ si procurator suscipit mādatum de emendo domum, & postea simpliciter emat, videtur procuratorio nomine emisse secundum lect. Dy. in d. l. post dotem. Adde ad idem text. in l. qui seruum. ver. idem. & ibi Bar. ff. de interr. ac. & est tex. in l. seruus communis siue omnium. in fi. & in l. proinde. in princ. §. 1 ff. de stip. ser. & in l. qui aliena. §. fi is qui putabat. ff. de acq. hær. & ibi no. Bar. in lectura moderna. idem tenet Imo. in d. l. post dotem. sed Bar. ibi videtur contra tenere, vt supra retuli, nisi procurator faceret mentionem in emptione de officio procuratoris, nam intelligitur contraxisse procuratorio nomine per d. §. sed quid de tutore. quia non loquitur in terminis nostris, videlicet quando præcesserat mandatum, vel iussus, & hoc sciret ꝑcurator. vel ibi apparebat, ꝙ nullo modo volebat gerere procuratorio nomine, dato ꝙ mandatum præcessisset. Hanc opin. Bar. in d.l. post dotem. tenet ipsemet in l. qui mihi donatum. circa vlt. col. in ver. quæro quid in dubio. ff. de do. præleg l. res ex mandato. ff. de acq rer. do. quæ etiā probat, quia licet ibi dicatur, quod res empta per procuratorem non acquiritur domino, si nondum tradatur per procuratorem, non ergo sequitur, procurator non videtur emisse procuratorio nomine, quia dato etiam quod videatur procuratorio nomine emisse, tamē ad hoc vt acquiratur domino, requiritur, quod vendens hoc ageret, vt probatur in l. absenti, in fi ff. de don. per quam hoc affirmat Bar. in l. qui mihi donatum. & Cy. in d.l. 1. C. de acq. poss. cum opi. Bar. in d.l. post dotem. concordat Bal. in rub. C. de contrah. emp. in 15. q. ꝑ l. si ita stipulatus. §. Grisogonus. ff. de verb. obli. Sed colligi potest responsio ex his, quę superius dicta sunt circa intellectū illius. §. Plus placet. 1. opin. per d.l. post dotem. secundum lectu. Dy. cum alijs supra alleg. quam etiam sequitur Bar. in d. l. Titium & Mæuium. §. altero. ff. de admi. tu. per tex. in l. qui negotiationem. in prin. co. ti. quam ad hoc reputat not. Bal. in l. cum oportet. C. de bon. quæ li. Nec ob. tex. in l. post mortem. ff. quando ex facto tut. quia etiam si procuratorio nomine gessisset, dominium quæretur ipsi procuratori: tamen mandans posset actione mādati cogere procuratorem, vt in cum transferat dominium, per l. pignori. §. fi. & ibi Ang. ff. de vsuca. vt no. Bal. in l. si patruus. in 3. col. C. communia vtri. iudi. pro hoc est bonus tex. in l. 4. § vnde quæritur. iuncto §. præcedenti. & ibi no. Bar. ff. de manumi. & Bal. in l. 1. C. si seruus extero. & Bar. in l. 1. §. nunciatio. ff. de no. ope. nunc.

2 † Et in dubio, an videat quis agere ꝑcuratorio noīe. vide Bar. & Ang. in l. si pupilli. §. 1. ff. de neg. gest. vbi Ang. sequitur opinionē, quam s. tetigi contra Bar. in d.l. si cū dotē. vide Ioā. And. in addi. Spe. in rub. de procu. Bal. in l. ꝑcurator, qui pro euictione. ff. de procu. & in l. pe. alias fin. ff. si quis cau. p Bar. in d.l. post mortē. & d.l. 3. ff. iud. sol. & Barto. in d. §. altero. & Bal. in l. 1. C. quando ex facto tut. & in l. si literas. C. manda.

CXLIIII. QVAERO,

QVid si pater a principio stipulando appropriat sibi actionem de dote, vtrum filia possit ex iusta causa contradicere ADDITIO. [Nota hic, quod filia potest contradicere ex iusta causa patri agenti ex stipulatione, quando ipse pater appropriat sibi actionem de dote.] patri agenti ex prima stipulatione, & in quo præiudicet filiæ, qñ pr̄a principio stipulando appropriat sibi actionem.

SI maritus non poteſt ſatiſdare, ſed vult ſtatim dotem reſtituere, qualiter fiat deductio interuſurij medij temporis? Bar.tangit in l. ſi conſtante.§. quo. in 2. col.ff.ſol.matr.& cum eo tranſit ibi Imo. & Innoc.& Pau.in l. diuortio.§.non ſolum,eod. titu.ſol. mat.

CCII. QVAERO,

SI mulier velit potius pati dilationem, quam deductionẽ, an poſſit iſto caſu uariari? Bar. in l.ſi conſtante. §. quo. in vltima colum.ff. ſoluto matrim. tenet, quod mulier eo ipſo quod petijt ſatiſdationem ab initio, non poſſit poſtea mutare voluntatem. Rom.ibi tranſit cum eo per regulam, nemo poteſt mutare conſilium.de reg. iuris. per textum in dicto.§. quo. licet Bal. Ang.& Pau.ibi teneãt contrarium, & reſpondent, quod mutatio, ſiue variatio circa diuerſa permittitur, vt in l. Aurelius.§.fi.de lib.leg.l.de rebus. & ibi pulchre Bart. ff rer.amo. ergo licet a principio mulier petierit virum cogi ſatiſdare, ſi ſatiſdare non poteſt, mulier dicere poterit ſibi vel le ſolui a marito finita dilatione, & non incontinenti cũ deductione interuſurij medij temporis, quia hæc variatio videtur circa diuerſa,quia primo petijt ſatiſdare,nũc ſoluit. Et per prædicta patet nõ obſtare textum in d.§.quo.quia debet intelligi, prout intelligit ibi glo. in ver. vel dic ibi verius. vel regulatur, vt ibi per Imo. & per Pau. de Caſt. qui intelligunt iſta, quando mulier in libello petijſſet ſimpliciter ſibi ſatiſdari, vt quia maritus ad inopiam vergit, ſcilicet ſi plus dixiſſet, videlicet, quod ſatiſdare non poteſt, dotem reſtituere compellatur interuſurio medij temporis deducto, hoc caſu non poſſet poſt litis conteſtationem variare,argumen.d.auth.qui ſemel.C. quomodo & quando iudex. & l. edita. cum ſua materia.C.de eden.& ita procedat opinio Ro.& Barto.Item prę dicta intellige ſecundum Imo.ibi, quando mulier primo petebat ſibi ſatiſdari ſimpliciter,nõ autem petebat dotem ſimpliciter,quia tunc incideremus in illam difficultatem, an marito eſſent duplicandæ induciæ iuxta §. penul. inſtitu. de except. quod tamen verum eſſet marito opponente, alias autẽ ſi iudici conſtaret diem non euenisſe, non duplicabuntur induciæ,ſed condemnabitur ad ſoluendum adueniente die,nõ autem ſimpliciter abſoluit ab obſeruatione iudicij,vt no.per Barto. in l. exceptionem. C. de probatio. & in l.eum qui ita. ad fin.ff.de verb.obliga.cum concord. Tamen quod dixi de duplicatione induciarum marito opponente non habet locum, quando agitur ante diem miſerationis cauſa adiecta ad ſoluendum,ſecundum Bar. in l.ita ſtipulatus. in 1. q. ff. de verb. oblig. licet contrarium teneat Innoc. in 1. cap. de plus peti. de quo tangitur per Specu. co. titu. §.1.ver.1.per Ioan Fab. in §. penul. inſtitu.de except. per Paul.& Rom.in l.pecuniam.ff. ſi cer. per.

CCIII. QVAERO,

QVo iure mulier petit iſtam ſatiſdationem? Bar. in d. l.ſi conſtante.§.quoties.tenet, ꝙ officio iudi. Cõtra tenet ibi Raph.videlicet,ꝙ imo iure actionis.Nec obſt.tex.in d.§.quo. in verbo iudicis igitur officio,qa exponit,ideſt mercenario, nihil tamen allegat, & dicit, quod non facit multũ in hoc. Et pro hoc adde tex. in l. ꝙ ſi nolit.§.quia aſſidua. de ædil. edic.& glo. in l.2.ff.de ed. quæ proprie loquitur in caſu d.l. in omnibus. Item adde,ꝙ immo non parum refert,an officio iudicis, an iure actionis teneatur ſatiſdare, quoniam inter alias differentias ſi iure actionis teneretur, ſufficeret extraiudicalis interpellatio ad conſtituendum eum in mora, iuxta l. ſi ex legati cauſa.ff.de verb.oblig.ſed ſi officio iudicis agitur,tunc demum efficeretur moroſus poſt litis conteſt.vt eſt caſus ſecundum Ang. ibi in l. cum poſtulaſſet. ff. de dam. infec.& not.Cy. in l.2.C.de alie.iud.mu.cau.fac.

CCIIII. QVAERO.

QValiter mulier formabit libellum? Reſpondeo, quod poteſt petere ſibi ſatiſdari, & adijcere, quod ſi per contumaciam recuſauerit,ſtatim condemnetur inſolidum, arg l.non abs re. & l. conductores. C. vnde vi. tamen ſi peteret ſimpliciter ſibi ſatisdari, ſuccederet officio indicis ad faciendum ſatiſdare ſecundum formam dicti §. quoties. & ibi per Bart. in fi.

SVMMARIVM.

1 *Deductio interuſurij medij temporis quomodo fiat.*

CCV. QVAERO.

1 QVomodo † fiat deductio interuſurij medij temporis, cũ potius ſtari dẽat ſuæ iuratoriæ cautioni,quoniam ſatiſdare non poteſt. auth. generaliter. C. de epiſ. & cler. & in authen. cui relictum.C.de indi.vidui.tol.Solutio, dic ꝙ vbi poteſt alio remedio, quam per iuratoriam cautionem ꝓuideri vtrique parti, nunquam recurritur ad iuratoriam cautionem,alias ſecus,vt iuribus contrarijs,& hæc limitatio colligitur ex pulchre no. per Bar. in l. vſufru. de vſufr. & ibi per gl.& Doc.& de materia,qñ nõ volens ſatiſdare liberet per iuratoriam cautionem, vide per Ray.Ang. Imo. in l. cum non facile.ff. ſi cui pluſquam per l. Fal. & Bal. in l.fi. §. 1. C. de aſſertio. tol. & in l.2 C.de vſur.& fru.legatorũ. & d. auth. generaliter. in prin.& in auth. ei qui iurat.C.de bo. auth. iud. poſ. per Pau. in l. ſi fideiuſſor. §. 1. ff. qui ſatiſd. cog. per Pau. & Rapha. in d. §. quoties. per Bal. in d. auth. cui relictum. per Abb. in c. qua fronte.de app.per Bal. in l.filiusfa.§.diuus.ver. idem deinceps.per illum tex. & ibi per Ang.& Imo. de leg. 1. per cano. maxime Mod. in c. fi. de reſti. ſpol. & in c. 2. de ſequeſt. poſ.& fruct. per gloſ.Angel. & Paul. in l. 1.qui ſatiſda. cogan.

CCVI. QVAERO.

SI matrimonium fuit reintegratum, an mulier excludatur ab actione de dote.Et quomodo dicatur reintegratũ,aut iurgium, vel diuortium interceſſiſſe. Dic vt not. in l. ſi mulier.ff.ſolu.matrim.

CCVII. QVAERO.

AN ſponſalia contracta per patrem extinguant ius retinendi dotem competens filio culpa mulieris. Bar.ꝙ nõ in l. Lucius.ff.ſolu. matrim. cum quo tranſit Imo. & cæteri ſcribentes.

SVMMARIVM.

1 *Filius ſi fuit preſens & tacens, quando pater contraxit ſponſalia ad re intergrandum matrimonium cum ea,quæ ſui culpa perdiderat dotem, an uideatur patri conſenſiſſe.*

2 *Preſens vbi quis eſt actui, quem poſſet contradicendo impedire, tacendo uidetur conſentire, etiam ſi actus eſſet ſibi præiudicialis.*

QVAE-

Source : BIU Cujas

CCVIII. QVAERO,

1 SI filius † fuit præsens, & tacens, quando pater contraxit sponsalia ad reintegrandum matrimonium cum ea, quæ sui culpa perdiderat dotem, an videatur patri cõsensisse? Bar. quod sic in l. Lucius. in 1. oppo. ff. sol. ma. Sed Bal. Ang. Imo. Rapha. Pau. & Rom. ibi dicunt, quod licet alias filius patris sciens & tacens, dum sponsalia contraherẽtur, videatur ꝙsentire per ea, quæ allegat Bar. tamen fallit, nisi ex tali consensu filio induceretur aliquod præiudiciũ extrinsecus per gl. in d. l. Lucius. facit l. sicut. §. non videtur. ff. qui. mod. pig. vel hypo. sol. & l. filiusfa. §. inuitus. ff. de procu. Sed adde, quod Bar. in d. l. Lucius. iudicio meo firmat, ꝙ in terminis illius l. vbi agitur de præiudicio. quod sibi extrinsecus generaretur in amissione lucri dotis patri sciens, & tacens videatur consentire, ꝙ etiam satis probatur ex tex. d. l. Lucius, in ver. absenti filiæ, a contrario sensu. Secundo probatur ex cõi regula, quę
2 habet † quod vbi quis est prẽsens actui quem posset contradicendo impedire, sed tacite videtur consentire, etiam si actus sit sibi præiudicialis. l. in delictis. in prin. ff. de noxa. not. Inn. in c. ex parte decani. extra de rescri. not. Bar. in l. quæ dotis. ff. sol. mat. Sed ita est, quod filius contradicendo potuisset sponsalia impedire, dictis iuribus, ergo &c. Nec ob. d. §. videtur, quia non potuisset ibi contradicendo contractum pignoris impedire, vt no. in d. l. quæ dotis. & ex ibi not. per Bar. habes responsionem ad d. §. inuitus. Nec ob. alia ratio, quam pro se adducebat Bald. & Ang videlicet, quod si aliter diceremus, sequeretur, ꝙ sicut filius per solum consensum in sponsalibus sibi potuisset præiudicare, eodem modo pater solus consentiendo debuisset præiudicare filio. competit filio, competit etiam patri l. dotem. secundum secundam lect. ff. de cast. pecu. & tamen hoc est contra tex. in d. l. Lucius &c. Quia respondeꝙ l. dotem. procedit, quando pater non propter iniuriam filio illatam, sed pacto, vel alio modo poterat agere, sicut filius, secus si propter iniuriam filio illatã per dictam l. Lucius.

SVMMARIVM.

1 *Pater quare non possit remittere iniuriam illatam filio ab vxore ipsius filij.*
2 *Pater non potest remittere iniuriam exhæredationis, uel præteri tionis a matre factam de ipso filio.*

CCIX. QVAERO.

1 QVARE pater † non põt remittere iniuriam illatam filio ab vxore ipsius filij? Bar. in d. l. Lucius. vĩ sentire, ꝙ sit speciale in istis iniurijs, quę a coniuncta persona inferunt,
2 sicut est vxor. simile adducit, ꝙ † videmus per patrẽ nõ posse remitti iniuriam exhæredationis, vel præteritionis a matre factã de ipso filio. l. Papin. ff. de inoffi. test. Adde, ꝙ Raph. in d. l. Lucius. dicit, ꝙ hoc non est bonum simile, quia in dicta l. Papia. illud iõ, qa ius querelandi erat competiturũ de futuro, arg. l. qui hæres. in prin. ff. de acq. hæred. Nos vero in iure iam quæsito, & pro hoc vltra eum facit, quod not. Bar. in d. l. Pap. vbi assignat rõnem illius tex. quia nondum cõpetebat, vt probatur in ea l. Papi. §. si conditioni. Assignari igitur posset alia ratio in qõ. nostra, quia cum nõ possit pĩ sponsalia cõtrahere pro filio, nisi eo consentiente, l. in sponsalibus. & l. sponsalia. ff. de sponsali. iõ simpliciter cõtrahẽdo vĩ contrahere sub quadã conditione tacita, si filius consenserit, ergo eo non consentiẽte nõ vĩ etiam ipse pĩ cõsensisse. Sed certe ista constantia non multũ valet apud me, ꝙ saltim pro sua persona videatur pĩ consentire, vñ quamuis dictum Bar. non probetur in d. l. Papi. tamen satis puto probari in d. l. Lucius. vn de sto cum Bartolo. Limita tamen, vt infra proxima q.

CCX. QVAERO.

QVID si pater expresse remitteret talẽ iniuriã, an p̃iudicet filio? Puto ꝙ sic, ẽt in iniuria illata a cõiuncta persona p̃ d. l. filiosa. ff. de iniur. attento ꝙ isto casu nõ loquitur d. l. Lucius. ff. sol. mat. & ita limita ea quæ dixi supra proxi. q.

SVMMARIVM.

1 *Sponsalia contracta per patrem, an præiudicent filio, si ipse filius esset hæres patris.*
2 *Actus primus tollitur per secundum, si seeu ndus valeat.*

CCXI. QVAERO.

1 QVID si filius † esset hæres patris an tunc sponsalia contracta per patrem præiudicarent ipsi filio? Bar. in d. l. Lucius. ff. sol. mat. tenet ꝙ non. Nec obst. l. ex persona. ff. de reg iu. & l. cum a matre. C. de rei vend. vbi hæres cogitur habere ratum factum defuncti, quia illud est verum, quando illud factum est obligatorium, adeo quod cõtra defunctum cõpeteret actio, vel exceptio. Sed hoc nõ ẽ huiusmodi, ergo &c. de quo etiam tangitur per Bart. in l. cum vir. ff. de vsuc. & in l. in rem alienam. ff. de pig. act. Adde, ꝙ Raph. in d. l. Lucius allegat contra dictam solutionem Bar. tex. in l. si ab eo. & in l. si filiã. ff. de li. cau. vbi licet manumittẽti non quæratur actio vel exceptio, tñ hæres manumittentis potest habere ratum. Vnde potest secundum eum responderi ad dictam l. Lucius. quod ibi pater cõsensit sub tacita cõditione, si filius spõsalia approbaret, qua non impleta nimirũ si contrauenire potest. Sed certe hæc videtur maxima diuinatio ad tex. in d. l. Lucius. ideo omnes glo. ibi videntur fuisse cõtrariæ, ꝙ cum iste consensus patris non tendat ad inducendum remissionem lucri dotis, nimirum si filius etiam hæres patris potest contra-.
2 uenire, arg. l. sponsalib Confirmo, † nam ita demum per secũ dum actum tollitur primus, si secundus valet. l. si iure. & ibi no. Bar. de legat. 3. sed tacita remissio lucri veniens in consequentiam contractus sponsaliorum inualidi dicitur actus secundus, & inualidus, ergo &c.

CCXII. QVAERO.

QVid si ipse filius sponsalia contraxisset cum tali quõdam vxore, an sibi præiudicet? Glo. in d. l. Lucius. tenet, ꝙ nõ solum sponsalia contracta fuerunt, sed communiter reprobatur, quia eadem est ratio in sponsalibus, quæ in matrimonio, nam in contrahendo spõsalia videtur approbare more ipsius, sicut in contrahendo matri.

SVMMARIVM.

1 *Delegatio pauperis debitoris facta per maritum uxori, an perimat actionẽ de dote.*
2 *Restitutio in integrum propter ignorantiam non impetratur, nisi per creditorem ignorantem.*
3 *Dolo delegantis cessante, vel cessante ignorantia mulieris, tunc eatenus dicitur maritus liberatus, quatenus debitor delegatus existit soluendo.*

CCXIII. QVAERO.

1 AN delegatio † pauperis debitoris facta per maritũ vxori perimat actionem de dote? Tex. videtur quod nõ in l. si cum dotem. §. si mulier. el 1. ff. sol. mat. Quod est verum secundum Bar. ibi, si mulier recepit talem delegationem inopis debitoris ignoranter, secus si scienter per l. inter causas. §. abesse. ff. manda. & in l. si ita mihi stipulatus illud. ff. de verb. oblig. sed voluit Bar. allegare textum in l. si ita stipulatus Stichum aut Pamphilum. §. fi. cum glo. magna. eod. tit. & adde quod not. glo. in l. is a quo. §. fi. cum l. seq. ff. vt in poss. leg. & not. Bal. & Ang in l. 1. ff. si quis in ius voc. non ierit. Imo. tamen in d. §. si mulier. sub dubio forte dicit, ꝙ dicta differentia, an quis sciẽter receperit, vel ignoranter delegationẽ inopis debitoris procedit, quando dans fideiussorem tenebatur ad dandum. & ita loquuntur iura allegata per Bar. sed aliud quando interuenit delegatio, quia tunc interuenit nouatio præcedentis obligationis, cum delegatio non fiat citra nouationem l. 2. &. 3. C. de nouat. ideo dic, ꝙ tunc non est remediũ, nisi dolus interueniat, vel nisi fauore dotis. Adde, quod Bar. & Ang. in l. qui debito rẽ. post gl. ff. de fideiuss. volunt, ꝙ omnino fiat differentia inter scientem & ignorantẽ. Pro hoc facit, quia nulla vrgens ratio diuersitatis assignari potest quo ad materiam istam inter delegationem debitoris & dationẽ fideiussoris. Nec obstat §. abesse. quia non dicitur admisisse, quando ignoranter admisit. Imo. in d. l. qui debitorem. fatetur hoc esse verum in causa dotis per tex. in d. cap. si mu-
2 lier. sed in alijs casibus putat, quod † non, nisi per creditorem ignorantem impetretur restitutio in integrum propter ignorantiam ex clausula generali, si qua mihi iusta causa videbitur &c. argumen. l. 1. in fi. & l. sed & si per prætorem. §. hæc clausula. ff. ex quibus caus. ma. Puto tamen etiam, ꝙ sine restitutione in integrum vera sit opinio Barto. & sequacium, maxime per l. permittendum. §. si a debitore. in versic. sciens. a contrario sensu. ff. de iure dotium, quem allegat Barto. in dicto. §. si mulier. Pau. ibi tenent idem, vt Imo. in dicta l. si mulier. quando principalis debitor delegasset aliquem debitorẽ suum non idoneũ, quoniam cũ nec creditor, nec principalis debitor sit in culpa; vt quia vterque ignoret, & quilibet tractet de damno euitando, in pari causa debet esse potior cõditio rei non obstante ignorantia creditoris, argumẽ.

l. si

Source : BIU Cujas

l.si seruum,§.sequitur,ff.de verbor obligat. Sed respondeꝯ non censetur esse in pari causa,quia creditor iusta causa,idest propter ignorātiam fuit læsus,aut deceptus,sed debitor principalis nullam deceptionem in hoc passus est, nam si debitor delegatus iam soluendo non erat,& sic iam desierat esse illud in bonis debitoris principalis, quoniam inanis est actio &c. l. nam is, ff.de dolo. meritò de eius læsione tractari non dicitur. Præterea non respondetur per aliquem ad d. §. si debitorem.Vbi autem debitor principalis delegasset alium suum debitorem, & inopem, tunc dicit Pau. veram esse opinionem Bar.& hoc videtur verum, ne debitor principalis cum aliena iactura locupletetur.

Adde,ꝯ in dubio præsumitur creditorem sciuisse sibi debitorem delegatum fuisse inopem,& sibi debet imputari, si ante non explorauit eius conditionem, quoniam eum recipiēdo videtur tanquam idoneum approbasse, nisi probaret creditor suam iustam ignorantiam, vel se fuisse subductum suasionibus principalis delegantis asserentis debitorem delegatum esse idoneum,ita loquitur tex.in d. §.abesse. & probatur in l.qui cum alio,ff.de re.iu. & in l.3.ff.de fideiuss. & in l. si remunerandi,§.si quis filiofam.in fi.ff.mand. & hoc notabiliter voluit Ang.& Pau.in l. 1. si quis in ius voc.non ierit.bene facit l.qui satisdare.in fi.& ibi Pau.de Cast.ff.de fideiuss.& ibi per Bar.circa pen.col.Item adde inquantum Ro.in d. §. si mulier. subaudit ad illum tex. dictionem maximè, & vult ꝯ etiam si mulier scienter accepit debitorem delegatum inopem, ꝯ nō præiudicat sibi, nec etiam maritus taliter delegando liberatur, quia sicut constante matrimonio non potest mulier dotis suæ conditionem facere deteriorem. l.licet. & l. Attilicinus.ff.de pac.do.ita nec eo soluto muliere viuente per l. 2. & & per l.vt autem,ff.de pact. do.Adde, quod in contrarium facit tex.in d.§.si mulier.in versic.decepta.Nisi dicas, ꝯ ibi dolus re ipsa interuenit,non autem ex proposito delegātis,iuxta ea quæ traduntur in l. si quis cum aliter.ff. de verbor.obligat.

3 Potes concludere, ꝯ †cessante dolo delegantis, vel cessante ignorantia mulieris, tunc eatenus dicitur maritus liberarus, quatenus debitor delegatus existit soluendo, aliter secus per iura Rom.adde etiam,ꝯ contra communem opinio. Docto. ibi dicentium,ꝯ debitor principalis non liberatur delegando creditori aliquem debitorem suum minus idoneum cum distinctione de qua ibi per Bar.videtur tex. in l. si nomen, ff. de hæred.vel actio.vendi.vbi si vendidit nomen debitoris mei, non attenditur,an sit soluendo vel non, & tamen nulla videtur esse vrgens ratio differentiæ inter obligationem & vendi tionem secundum Bar.in l.Mæuia.in princ.ff.solu.matrimon. qui sentiens hoc contrarium dicit,secus esse in debitore delegato,quam in nomine debitoris vendito, nullam tamen differentiæ rationem assignat. Et cum difficultate posset bona ratio inueniri, propterea videtur dicendum, ꝯ ibi emptor sciebat illud nomen non esse soluendo, sed sperabat eum in futurum ditari,alias nisi ita diceremus, succederet regula, ꝯ si sciuit emptor,& venditor ignorauit,tenetur vēditor actione ex empto per l. 1.§. 1.& l. quæro, ff.de actio.emp. Si autem vterque ignorauit, tunc tenetur emptori venditor, quanto minoris empturus fuisset, si sciuisset eum non esse soluendo per l. 1. §. causam huiusmodi edic. ff. de ædil. edic.cum similibus.

SVMMARIVM.

1 *Dos sicut non potest solui mulieri constante matrimonio, ita nec dari alius expromissor pro ea animo donandi.*

CCXIIII. QVAERO,

QVid si talis delegatio est facta constante matrimonio. Imo.in d.l.si cum dotem,§ si muliet.el. 1.in fi ff. sol.matri.ponderat ibi glo.peregrinam secundum Bal.& Ang.quod

1 †sicut dos non potest solui mulieri constante matrimonio, ita nec dari alius expromissor pro ea animo donandi. Quod tamen limitat esse verum viro existente non soluendo, per l. 2.§.nec cogitur,ff.solu.matrim.vbi de voluntate mulieris maritus potest alteri promittere dotem.Adde,ꝯ ista esset singu. cautela,& menti tenenda,si esset vera, videlicet, ꝯ quamuis fideiussor pro dote dari non possit constante matrimonio,tamen possit debitor delegari,vel expromissor dari, si est soluēdo.Puto tamen,ꝯ tex. in d. versicu. nec cogitur. non probet opinio.Ang.quia ibi non interuenit aliqua delegatio,quæ fieret per maritum suum dotem aliter promittere. Secundo quia tex. ille loquitur, quando talis promissio conferebatur in tempus soluti matrimonij,sed glos. in d.§.si mulier. loquitur,quando ille delegatus promittebat nouando obligationē constante matrimonio,quo casu non valet,sicut nec dos cōstante matrimonio solui potest.l.1. C. si constante matrimonio dos soluta sit. Tamen dictum Imo. in se videtur verum. Intelligendum tamen est secundum ꝯ loquitur dictus versicu.nec cogitur,vt.s.talis delegatio valeat,si conferatur in tempus soluti matrimon.alias secus,vt solet dici in d.l. 2.vers.nec cogitur.Et licet Pau.dicat,quod sicut fideiussor dari non potest constante matrimonio pro dote restituenda, ita nec debitor delegari,aut dari expromissor,tamen teneo opi. Ange. & Imo.Pro quo facit,quia isto modo intelligendo non offenditur ius commune,quoniam titulus. C. ne fideiuss.do. dentur.licet militet, nedum in fideiussore pro dote conseruāda, sed etiam restituendæ,vt solet dici in l.si constante, §.quo,ff. soluto matrimonio. tamen secus puto esse in expromissore, vel delegato promissoris,quoniam in datione fideiussoris militat ratio timore perfidiæ, cum eodem tempore mulier habeat maritum,& etiam fideiussores obligatos. sed in casu delegationis vel expromissionis obligatio mariti nouatione extinguitur, & antequam fiat nouatio obligationis, mulier non habet aliquem obligatum præter maritum. Notate tamen diligenter verba Ang. & Imo.

CCXV. QVAERO.

SI bona mariti pro parte publicantur,an pro illa parte fiscus ADDIT.[Fiscus.No.hic,ꝯ fiscus tenetur ad dotem pro illa parte, quam accepit ex bonis mariti publicatis secundum Bal.& Bar.in l.princeps.ff.de verb.signi.] teneatur ad dotem? Bar.in l.si marito.in princip.tenet ꝯ sic, de qua materia vide per Bal.in l.princeps.vbi tex.no. ff. de verborum significat. & in l.3.in prin.ff.de bonor.possti. generali.& in l. si quis seruū, §.fi.ff.de leg.2.& in l. fi.ff.de vsufr.leg.& Bar.in l.3. §.ex causa, de iure fisci.per Pet.& Cy.in l.tutores,C.ad l.Iul. vide per Iac. But.& Bal.in l.tutor.C.de sen.pas.per Bal.in l.libera,in antepenul.col.de ope.lib.

CCXVI. QVAERO.

AN vir sit ipso iure liberatus pro ea rata,& parte quæ peruenit ad fiscum.Vide per Docto. in locis allegatis supra prox.q.& maximè per Bar.in d.l.si marito,in fi.prin.

CCXVII. QVAERO.

AN mulier pro sua dote possit impedire confiscationē bonorum viri & incorporationēm? Bal & Ange.in l.si marito,ff.soluto matrimonio.tenent ꝯ non.sed necessario habet agere contra fiscum pro dote publicata. Et ratio est,quia incorporationem habet impedire proprietas alterius & possessio,l.fi C.de bon.vac. lib. 10. Cum autem mulier non habeat proprietatem rerum viri,nec earum possessionem,ideo non potest illam impedire.facit,quod no per glo.& Doct. in l.ob maritorum,C ne vxor pro marito,& in l.1. C.de priuile.fisci. Vide omnino Bar.in l.res quæ,§.j.ff.de iu.fis.& hoc addas his, quæ dixi supra §.1.vbi etiam hanc q.tango.

CCXVIII. QVAERO.

QVid si mulier habet instrumentum dotale cum hypotheca bonorum viri & cum clausula precarij? Videtur, quod tunc possit impedire talem confiscationem bonorum ADDIT.[Bonorum.No.hic,ꝯ mulier habens dotale instrumētum cum hypotheca bonorum viri,& cum clausula precarij potest impedire publicationem bonorum mariti.]viri,secundum Imo.in d.l.si marito. in addi. Adde, ꝯ hoc est de mente Ang.ibi allegantis in simili l.si filio.in prin.ff.sol. matrimon.& quæ no.Cyn.in l.ob maritorum,C.ne vxor pro rito.adde glo.& Bar.in l.a diuo Pio,§.si super, ff.de re iudi. Et de hac contradictione mulieris talem incorporationem impedire volentis cognoscetur sine libello & summariè. Idem in omnibus aliis ius habentibus, vt l.si quis post hac,in verbo statim,C.de bon.proscrip.ita dicit Sal.ibi, & Bar.in l.res quæ. §.1.ff.de iure dot.

CCXIX. QVAERO,

AN mulier propter dotē possit defendere bona mariti delinquētis, ne deuastentur ex forma statuti? Alb. solēniter tractat in 2.par.statutorū.q.56.& in 3. par.q.7.dic vt ibi p eū.

CCXX. QVAERO.

AN & in quo casu dos publicetur ex delicto vxoris vel viri? vide Alber.de Rosa. in 2. parte statutorum. q. 90. &

Source : BIU Cujas

in 3.parte.q.4 & q 6. Et an propter crimen hæresis publicetur dos. Albe. in 3.parte statutorum.q.5, dic vt ibi.

SVMMARIVM.

1 *Mulieri repetenti dotem, an possit obijci exceptio, quod nō sit domina dotis.*
2 *Maritus recusans restituere rem mulieri, uidetur illam spoliare possessione sua.*

CCXXI. QVAERO.

1 AN mulieri † repetenti dotem possit obijci exceptio ꝙ non sit domina? Bar. in l. si alienam. ff. solu. matri. altius exorditur ab illo articulo, vtrum ille, qui habet a me causam, possit mihi inferre quæstionem dominij. Cui adde inquantū concludit, quod si conuenitur actione in rem potest referre quæstionem dominij, quia hoc est verū, nisi in libello rei vendicationis fieret mentio de contractu, nam tunc videtur sufficere ad probationem dominij, probare contractum initum cum reo, vt puta si in casu nostro mulier agens rei vēdicatione narrasset contractum dotis, & illum probasset. Idem si in libello non fieret mentio de contractu, sed produceretur in processu instrumentum contractus, per not. per glos. in l. cum res. C. de proba. Et quia quando agit contra spoliatorem rei vendicatione, sufficit spoliato probare spoliationem ad probationem dominij, l. si quis emptionis. §. sed hoc super illis. C. de præscrip. 30. anno. Sed hic † maritus recusans
2 mulieri rem restituere, videtur illam spoliare possessione sua. l. colonus. & l. cum fundum. ff. de vi & vi ar. & l. si quis conductionis. C. loca. Et istam limitationem potuit Pau. in d. l. si alienam. & isto modo dicit posse saluari opiniones contrarias positas ibi in glos. Et certè illud esset valde singulare, si esset verum. Tamen in contrarium faciunt rationes allegatæ in gl. in d. l. si alienam.

Prædicta limitatio videtur esse expressè contra doc. Bart. in l. alimenta. ff. de alim. leg. & Spec. in tit. de loca. §. nunc aliqua. ver. 52. cū seq. & ver. 68. vbi dicunt, ꝙ si ecclesia egit rei vendicatione cōtra suum emphyteutam, & produxit instrumentum locationis, non propter hoc obtinebit, arg. l. ad probationem. C. loca. Non obstat gl. in d. l. cum res. allegata per Pau quia loquitur in casu econtra, videlicet, ꝙ ille, a quo habeo causam, non potest mihi opponere, ꝙ ipse non fuerit dominus, quia allegaret turpitudinem suam, quæ ratio cessat in casu nostro. Non obstat d. §. sed hoc super illis, quia licet maritus deneget restituere mulieri, non tamen videtur eā spoliare, cum nulla possessio esset apud eam. l. dotis. ff. solu. matr. Alia plura membra facit Barto. in d. l. alimen. quæ omitto, quia parum faciunt ad propositum.

SVMMARIVM.

1 *Tertius si dicat se dominum rei, & petit eam sibi restitui, an hoc noceat mulieri.*
2 *Extraneus si ueniat non agendo, sed protestando, ne res restituatur, an talis protestatio impediat.*

CCXXII. QVAERO,

1 QVID si † tertius dicit se dominum illius rei, & petit eam sibi restitui, an hoc noceat mulieri? Glo. in d. l. si alienam. ff. sol. mat. dicit, quod verus dominus præfertur per l. bona fides. ff. depositi.

Adde, ꝙ hoc sanè debet intelligi, si dominus primo dilapidauit de iure suo, antequam mulier in actione de dote iura sua contra maritum liquidauerit. Secus autem si mulier primò liquidasset, quia ferretur sententia pro ea, & ad eius petitionem exequeretur. l. pen. ff. de pet. hære. l. is a quo. ff. de rei vē. præstita tamen per mulierem ipsi marito cautione de eū
2 defendendo, vt in dictis iuribus secundum Bar. in d. l. si alienam. † Et quid si extraneus veniat non agendo, sed protestādo, ne restituatur, an tunc ista protestatio impediat. Bar. tangit in d. l. si alienam, in fi. & remittit ad no. in l. pen. C. depo. & Auth. ibi posita. Vide omnino Bar. in l. non solū. §. morte. circa protestationem inhibitoriam. ff. de ope. no. nun. & Bar. & Ange. in l. hæres cum debuerat. ff. ad Treb. Inn. in c. sanè. extra de offic. deleg. do. Ant. in c. cum M. Ferrarienſis. de cōsti. Per. de Anch. in cle. 1. de excess. præla. Bar. ponit vnum verbum in l. si a furioso. ff. si cer. pet.

CCXXIII. QVAERO,

AN maritus lucretur dotem propter adulterium vxoris? Vide in l. consensu. ver. causas. C. de rep.

CCXXIIII. QVAERO.

QVID si maritus lucratus est dotem propter adulterium, & post sententiam diuortij vxor probat parentelam, an poterit eam repetere. notatur in d. l. consensu. §. si vero causam, de quo dicendum, vt ibi per Cy. &c.

CCXXV. QVAERO.

AN & quid hæres mariti possit obijcere mulieri? Vide Bar. in l. alia. §. hæredi. ff. sol. matri. & ibi per Imo. & in l. Lucius. eo. tit. & per Ro. in suo notabili 230. per Doct. in §. taceat. C. de rei vxo. ac. & in l. si constante. §. vxor. ff. sol. matr. & l. in his. §. 1. eo. tit. &c.

SVMMARIVM.

1 *Maritus si ignorauit uxorem commisisse adulterium, an hæredes mariti possint retinere dotem.*
2 *Dominus si sciuerit uasallum commisisse feloniam, & nihil dixerit, non potest hæres domini uasallum feudo priuare.*

CCXXVI. QVAERO,

1 QVID si maritus † ignorauit vxorem cōmisisse adulteriū, an hęredes ipsius mariti poterint retinere dotem. Dubium facit, quia si ipse maritus ignorauit, non potest dici remisisse illud, quod ignorauit. l. mater decedens. ff. de inoffic. testa. & tamen Bal. in §. hæredi. sentit contrarium, quia videtur hoc remedium tendere ad meram vindictam per theoricam glos. in l. cum emancipati. §. emancipatus. de colla. bo. similis gl. in l. pro hærede. §. fi. in glos. vlt. ff. de acquir. hære. & sic videtur, ꝙ non transit ad hæredem, ex quo non est facta cōtestatio. & hoc idem tenet Imo. & Pau. in d. §. hæredi. Ro. ibi tenet contrarium per no. glo. in l. fideicommissum. C. de fideicom. & text. in l. 1. cum ibi no. per Bar. ff. de his quibus vt indig. & per d. l. mater decedens. de inoffic. testa. & vltra eum facit l. in confirmando. & l. vtilitatem. ff. de confir. tuto. & ꝙ per illa iura eleganter dicit Ioan. An. in tit. de feudo, in addi.
2 incipiente, reuoluitur. † vbi licet dominus sciuerit, vasallum commisisse feloniam, & nihil dixerit, rſr non potest hæres vasallum feudo priuare, vt est gl. no. in l. fi. C. de reuo. don. & gl. in c. fi. de don. & in l. omnimodo. C. de inoffic. testa. tamen si ignorauit, dicit, quod licet ista pœna tendat ad vindictam, tamē per hæredem auferri potest feudum vasallo. & idem tenet Cyn. in l. 1. C. de reuoc. dona. & idem Bal. in ca. 1. §. porro in tit. quæ fuit prima causa benefi. ami. & Bald. licet non ita clarè in l. 1. in 39. q. ff. de rer. diui. & fuit de mente Salyc. in l. fi. C. de adult. & pro Ro. facit, quod singulariter decidit Io. An. in c. fi. de do. vbi limitat d. l. fi. procedere, nisi donator ignorasset donatarium fuisse ingratum, quia tunc hæres bene posset donationem reuocare per illum tex. in ver. tacentem. Sed aduerte, quia opi. Bal. in d. §. hęredi. est melior per rationem suam, quæ non videtur militare in iuribus supra allega. & idem reperit Bal. in l. cum mulier. in repetitione, in 15. oppo. & sequitur Imo. in 7. col. licet fortè opi. Io. And. seruaretur in practica propter eius auctoritatem.

CCXXVII. QVAERO,

QVid si maritus sciuit vxorem commisisse adulterium, & tamen in vita sua nihil vixit, an hæredes ipsius mariti poterunt hoc obijcere ipsi mulieri repetēti? Bar. quod nō, in l. rei iudicatæ, §. mortuo. ff. sol. mat. Adde l. fin. C. de repu. &c. quia plerunque. de dona. inter vir. & vxor. & idem videtur reprobari in l. si maritus. ver. sed si morte. ff. qui & a quibus. & l. si ille. in fi. C. de decur. lib. 10. Simile in l. fi. C. de reuo. do. Adde tex. in l. 1 in fi. ff. ad Sillan. l. omnimodo. in principio. & vers. nam si nulla. C. de inoffic. test. Quod tamen limita per ea, quæ dicam infra proxi. q.

CCXXVIII. QVAERO,

QVid si maritus repente decessit, antequam posset ipsam vxorē de adulterio accusare: an poterit hæres dotem retinere? Io. And. signanter decidit quod sic in addi. Spec. in titu. de feudis. §. fi. in addi incip. reuoluitur hæc quęstio. & loquitur, quando vasallus commisit feloniam non sciente, & ita repente decedente, allegat tex. in l. in confirmādo. & in l. vtilitatem. ff. de confir. tut. & idem sequitur Cy. in l. 1. C. de reuoca. dona. & Bal. in c. 1. §. Barto. in titu. quæ fue. prima

Source : BIU Cujas

ma cauſa benefi.amit.Adde etiam,quid ſi maritus præuenirſet mortem vxoris, vt quia eam expuliſſet, vel fuit conqueſtus,licet non accuſauerit.Ia.de Bel.in §. quia verò plurimas. in Auth.vt liceat matri & auiæ.in fi.tenet, ꝙ hæres eius poterit opponere,arg.d.l.hæredem,ff.de reg.iu.& pro hoc eſt bonus tex.in l.1.in fi.in ver.cõqueſtus. ff.ad Sil. idem tenet Imo. in l.cum mulier,in 8.col.eo.ti.Idem tenet Ang.in d.§.hæredi. dum intelligit illum tex.quando maritus ſub ſilentio trãſiuit.

CCXXIX. QVAERO.

MOrtua muliere an poſſit maritus hæredibus eius obiicere de adulterio? Bar.in l.rei iudicatę,ff.ſolu.matrim. in §.morum.dicit,ꝙ de hoc eſt tex.in l.fi. C. de adult.qui tex. videtur probare ꝙ ſic.idem tenet Bal.& Ang.in d. §.morum. intellige tamen,prout declarat glo. in d.l.fi. videlicet quando diuortio ſolutum erat matrimonium tempore,quo deceſſit mulier,ſecus ſi morte mulieris tantum ſolutum eſſet matrimonium,quia tunc non poterit per maritum dos retineri cõtra hæredes mulieris.Sal.etiam in d.l.fi.limitat illud, quod dicitur ibi,eſſe verum,quando maritus ſciuit,ſecus ſi ignorauit, quod an ſit verum,tetigi ſupra proximè.

CXXX. QVAERO.

SI mulier commiſit adulterium,vir lenocinium,quid ſit,& quomodo aduerſus exceptionem doli admittatur replicatio doli? Vide Bar.& ſcribentes in l.viro atque vxore,ff.ſo.ma.

CCXXXI. QVAERO.

SI mulier commiſit dolum vel culpam in rebus viri, an & qualiter teneatur,& an liberetur cedẽdo actionem? Imo. in l.ſi conſtante,§.ſi vxor.in fi.ff.ſol.mat.tenet, ꝙ quis non liberetur cedendo actionem, quando ex ſua culpa incidit in obligationem,idem tenet ibi Bar. in lecturis moder. & idem Iac.de Are.Bal.& Ang.ibi.Nec ob.l.quod debetur, ff. de pec. quia ibi nulla culpa erat commiſſa.

Et pro veritate illius dicit, ꝙ aut mulier rem viri commodauerat ſciente viro,& tacente,vel etiam ignorante,tamen ſi ſciuiſſet,veriſimiliter conſenſiſſet,& tunc procedit gl.in d. §. vxor.Aut vir ignorans veriſimiliter non conſenſiſſet,ſi ſciuiſſet,& tunc procedat opi.Bar.& Imo.

CCXXXII. QVAERO

SI res non reperiatur,vel non compareat, an deueniatur ad Æſtimationem? Bar.tenet ꝙ ſic,in d.l.ſi cõſtante,§.ſi vxor. in fi.Adde idem,ſi res appareat,ſed non ſine magna difficultate haberi poſſit,quia paria ſunt.l.naturaliter.in prin.ff.de acq. rer.do.l.multum.in prin.ff.de cond.& dem.l.1.in fi.cum ſequ. ff.de inſtito.allegat etiam notata per gl.in l.dam.inf.§. fi.ff.de dam.inf.& ita voluit Cy.in l.mater.C.de rei ven. in 3.q.& ibi Bal.in pen.col.

SVMMARIVM.

1 *Compenſatio an poſſit obiici per virum uxori de parte fructuum, quæ venit reſtituenda uxori pro rebus amotis uel donatis.*
2 *Maritus poteſt retinere fructus ob res donatas.*

CCXXXIII. QVAERO.

1 AN compenſatio† poſſit obiici per virum vxori de parte fructuum, quæ venit reſtituenda vxori pro rebus amotis vel donatis.Tex.videtur ꝙ ſic,in l.diuortio,§. ob donationes,ff.ſol. mat. hoc tamen limita ſecundum Bal.ibi,niſi maritus vxori dotem, vel fructus de iure reſtituendos legaſſet, quoniam tunc titulus legati excludit compenſationis exceptionem,vt aliquid contra ius commune operetur. alleg.glo. no.in l.ſi non deſignata.C.de fal. cau. adiec.legato. in ver.numeratæ,quam ſequitur ibi Bal.Cy. & Sal. licet Bal.ibi reſtringat eam,vt procedat, quando fructus illi, vel res amotæ extarent,alias autem ſi conſumptæ fuiſſent,procedit exceptio cõpenſationis per no.per gl.in d.l.diuortio,§.ob donationes. & Doctores ibi.Et hoc puto verum, quoniam nec iura per gloſſam illam allegata contradicunt.Et dicit Bal.ibi gloſſam illam eſſe mirabilem.Bal.in d.§.ob donationes.& in l.dotis fructus, ff.de don. dicit per gl.in d.§.ob donationes.ꝙ licet fructus percepti ante matrimonium dicantur eſſe dotis,& in dotem cõuertantur,vt in l.ſi ante,ff.ſol. mat.& in d.l.dotis.tamen ſecus in fructib.perceptis poſt ſolutum matrimonium,& idem ſimpliciter tenet Ang.ibi Imo.Pau.& Ro.ibi dant alium intelle-ictum,videlicet ꝙ gl.illa non voluit dicere,quod dixit Bal. qu malè loquutus eſt ſecundum eos, ſed voluit ſentire, ꝙ aliud ſit in fructibus, quam in dote, quaſi ſatis, ꝙ lex faueat ipſi rei principaliter datæ in dotem abſque eo ꝙ faueat fructibus perceptis ante contractum matrimonium, vel poſt. Et contra Bal. ꝙ fructus percepti etiam ſol.mat.dicantur eſſe dotis, eſt tex.apertus in l.ſi marito,§.fi.in ver.minorem dotem. ff. ſolu. mat.vbi dicit Pau. ꝙ eſt caſus contra Bal.

2 Colligitur ergo ex illa gl.ſecundum Imo.& prædictos, † ꝙ ob res donatas poſſit maritus retinere fructus,vt ibi ſecundũ vnum intellectum gloſſæ primæ declaratæ,vt ſupra qui eſt notabilis.Et cum eo tranſit etiam ibi Raph.Sed hic videtur contra communem opinionem Doctorum, qui volunt idem eſſe in fructibus,ꝙ in alia re dotali,quia ſi conuertuntur in dotem,& ſunt augmentum dotis,vt dixi,ergo ſtatutum in dotẽ intelligitur etiam ſtatutum in eius augmento per tex. in l. ẽt. C.de iure dotium.& l.inter ſocerum. §.cum inter, ff. de pact. do.& in l.ſi marito,§.fi.ff.eo.quam voluit allegare glo.ibi, dũ alleg.l.ſi filio.§.fi.ff.ſolu.ma.Alius ergo eſt communis intellectus Docto.ibi poſitus per gloſſam illam in ſequenti contrario. Ex quo colligitur vera ſolutio etiam ad primum contrarium,ſcilicet quod retentio fieri non poteſt de rebus dotalibus extantibus, ſed de conſumptis poteſt fieri compenſatio pro rebus donatis,& conſumptis,vt ibi, & l. res iudicatæ,§.1. ff.ſol.mat.& ibi dicitur.

CCXXXIIII. QVAERO.

AN mulier poſſit obiicere compenſationem in actione de dote ad ſui vtilitatem? Docto.quod ſic,in l.ſi filiofam. ff. ſolu.matrimon.

CCXXXV. QVAERO.

AN compenſatio poſſit obiici in dote putatiua? Bar.ꝙ ſic, in l.in inſulam,§.fructus,ff.ſol.ma.per illum tex. facit qđ no.Dy.& Bar.in l.ſi ante nup.eo.ti.vbi ꝙ in matrimonio putatiuo tenetur maritus reſtituere fructus,niſi quatenus conſumpſit in muliere.

CCXXXVI. QVAERO,

SI extraneus fuit ſtipulatus dotem ſibi reddi,an poſſit agere contra maritum inſolidum Glo.in l.j.in prin.ff.ſol. ma. ſentit ꝙ ſic,& ſit communis opinio, videtur ꝙ diſtingui debeat,qualiter cõcipiatur natura ſtipulationis,iuxta l. ſi prior, ff.ſolu matrim.

CCXXXVII. QVAERO,

AN maritus putatiuus habeat priuilegium, ne conueniatur vltra quam facere poſſit? Imo.in d.l.diuortio, §. impendia,ff.ſolu.mat.tenet ꝙ non, alleg. tex. & quod ibi not. Io.And.in c.j.de dote poſt diuortium reſtituenda.idem tenet Iac.de Bel.in l.j.in fi. C. de rei vxo. acti.Idem tenet Imo.in l.ſi filio,la 2.ff.ſol.ma licet Raph.contrarium teneat in l.ſi cũ dotem,§.ſi.ff.eo.ſequutus gl.in d.c.j.ſed non eſt recedendum ab opin.Io.And. Quo autem ad alia priuilegia dotis,an militent in dote putatiua,ponunt Doctores in d.§. fi. & ponit Bar. in l. ſi concubina,in prin.ff.rer. amo.

SVMMARIVM.

1 *Maritus non tenetur,niſi inquantum facere poteſt,ſed hæc regula fallit.20. modis.*

CCXXXVIII. QVAERO.

QVando maritus habeat priuilegium,ne conueniatur,niſi inquantum facere poteſt,& quando non. Et no.regu-
1 lam,ꝙ† maritus non tenetur, niſi inquantum facere poteſt.l. maritum,ff.ſo.ma.Quod limita ſex modis,vt ibi colligitur ex notatis per Bar.cuius dictis infra in aliquibus addam,vbi erit oportunum.

Septimo limita non procedere in marito putatiuo, vt eſt tex.no.in c.1.in ver.totam,de dona. inter vir.& vxo. ſm verũ & cõem intellectũ Io.An.& Doc.quicquid ibi dicat gl.Idẽ tenet Ia.de Bel.in ſua diſputatione,quam ponit in l. 1. C. de rei vx.ac.idẽ Pau.in d.l.diuortio,§.impendia,& ibi per Imo.ff.ſo. ma.vbi alle.l.in inſulã,§.fructus,ff.ſo.ma.& Imo.in l.ſi filio. la 2.ff.ſol.mat.licet Rapha.contra in d.l.ſi cum dotem.§.1.ff.ſo-

Source : BIU Cujas

lu.mat.Sequutus gloſſ.in d.c.1.& male,quia contra tex.illum in verbo totam.

Octauo fallit,vbi maritus conueniretur ad dotem conſtituendam in matrimonio,eo quia male vteretur re ſua ſecundum glo.& Cyn.in l.vbi.C.de iure dot.Sed in hoc contrariū tenet gl.in l.ſi conſtante in princip.ff.eo.dic vt per Barto.& alios in d.l ſi conſtante in q.vlt.partis,& ibi dixi.

Nono fallit, ſi maritus ſciens a principio illam non poſſe ſolidam dotem reddere,illam acceperit, vel confeſſus fuerit accepiſſe, glo.no.iuncto tex.in l.pen.ff.de iure dot.in glo.fin. not.Bar.in l.alia.§.eleganter,in fi.ff.ſol. mat. Sed certe iſta fallentia non poteſt adaptari ad l.maritum.quia l.pen.loquitur in ſocero,qui promiſit,& qui ſciebat ſe ſtatim ſoluendo non eſſe.Nos vero loquimur in marito,qui licet tēpore receptionis dotis ſciat ſe eſſe inopem; tamen poteſt accipere & conſeruare,& ſic totam reſtituere, ergo ex hoc argui nō debet dolus.Sed imo videtur, ꝙ mulier hæc fallentiæ, quia ſi maritus recipiet dotem,ſciat ſe nihil habere præter dotem, licet eam integram conſeruet,vſque ad tempus reſtituēdæ dotis, tamen dicit,quod de iure dicto tempore poterat tantum de dote retinere quod non egeret,ergo ſequitur, ꝙ in ea ita recipiente verſatur dolus.Tamen adhuc puto,quod non ſit in dolo,quia licet ſciret,ſe nihil habere præter dotem,quado illam recipit,tamen quia non erat illico reſtituenda,ſed demū ſol.mat.ideo contingere poterat,quod efficeretur ſoluendo prout iura præſumunt.l. ſi defunctus.C. arb. tu.l.cura.§.dificientium.ff de mune. & hono.

Decimo fallit,ſi res dotales extent apud maritum, vt quia ſpecies ſit in dotem mobilis,vel immobilis,quia marito non videtur conceſſum hoc priuilegium, niſi quando dos data eſſet in rebus conſiſtentibus pondere,numero,vel menſura. l.1.§.cum autem. C. de rei vxo. act.pro hoc bene facit tex.in l.bonæfidei.ff.de pec.& tenet hoc Bal.in c.1.in prin. de notis feudorum,& Imo.in l.ſi filio.ff.ſol. mat. Sed Bart. in l.Neſennius.§.ſi feudum.ff.de re.iu.& latius in d.l.ſi filiæ.la.2.vult apte contrarium.ideo dic vt ibi notat. Et idem videtur dicendum, ſi res dotales nō extarēt,ſed extarent alia acquiſita marito ex re dotali, per l.ſi cū dotem.§.fi.ff.ſol.mat.& arg.l. Imperator.§.fi.cum ſeq.ff.de leg. 2. & videtur tex in l.marito.ff. de donat.inter virum & vxor.

Vndecimo fallit, ſi maritus cōuentus negauerit ſe eſſe maritum,per l.ſed hoc ita, in fi.ff.de reiud.& l.vtrum.§. fi.cum ſeq ff.pro ſocio, & in terminis firmat Bar. per verbum: puto, in l.etiam.§.1.ff.ſol.mat.

Duodecimo fallit, vbi maritus promiſiſſet alteri,quā mulieri reſtituere dotem, quia talis extraneus agit contra maritum inſolidum, vt dixi ſupra proxime.

Tertiodecimo fallit,ſi mulier in iudicio iuraſſet, maritū ſibi debere ex cauſa dotis centum marito deferente, an eſſet creditrix in dicta quantitate, vt eſt text. nota. iuncta glo. in. l.eum qui.§.ſi mulier.ff.de iureiur.de cuius tex.intellectu remitto ad ibi dicta poſt Bar.

Quartodecimo fallit,vbi vltra dilationem legalem marito eſſet conceſſa longior dilatio in reſtituenda dote, quam habere deberet de iure cōi, vt in caſu l. licet. cum ibi not. in glo.in verbo causa.ff de pact.do. vbi mulier poteſt propter inopiam viri ſibi in hoc præiudicare in dote,videlicet concedendo longiorem dilationem viro, qua elapſa non gaudet hoc beneficio,tex,eſt not.ſecundum vnam lect.gl.in l.ſed ſi parte.§.ſoli. in verſ.ſed an etiam.ff quod cum eo.tamen ſi bene ponderetur,contrarium vult ibi Bar.approbans ibi alium intellectum glo.quem etiam ſequitur ibi Saly. Pro quibus allego bonum tex. in l.fi.C. qui bo.ce.poſ. vbi ſi debitor quinquennales habuit inducias a creditoribus,priuatur facultate cedendi bonis, ergo per minores inducias nō priuaretur dicta facultate. Poſſet tamen reſponderi, quod imo etiam acceptis minoribus inducijs priuaretur dicta facultate, vt eſt glo.not. in d.l.fi.& ſic ille tex. facit pro prædicta limitatione, nō tamē eſt mihi ſine dubio,per l.alia.§.eleganter.ff.ſol.mat. quia ſi pacto expreſſo non poteſt huic beneficio renunciari, ergo uec tacito.l. qui ad certum.ff.loca. cum ſimil.Nec obſt. tex. in l.fi. præallegata, tenendo glo. ibi, quia illud beneficiū cedendi bonis,propter quod tenetur vltra,quam facere poſſit.l.3.ff de ceſſio. bono. non eſt cauſatum a iurę reuerentiali, prout in beneficio mariti. In illa enim l.fi non debetur reuerentia a creditore debitori,imo magis ecōtra, quinimmo debitor dicitur ſeruus creditoris,vt no.gl.in l.fidei commiſſaria.§.ſi rem.ff.de leg.3 & in l.3.in verſi.clientem.C.de do.

Decimoquīto fallit,ſi maritus,vel eius liberi artifices ſint, ita ꝙ ex artificio commode viuere poſſint l. ſi maritus in id. & ibi not.Doct.ff.ſol mat.& no. glo.in l.ſi quis argentum. §. ſed & ſi quis.C.de dona.

Decimoſexto fallit,ſi maritus errore ſoluit totam dotem, etiam non deducto ne egeat,quoniam tunc repetere aliquid non poterit,vt eſt caſus in l.quod nomine.cum ſeq.ff.de condi.indeb. quod declara, vt per Bar. in l.ex.diuerſo.§.fin. & ibi no.ff.ſol.mat.

Decimoſeptimo fallit,ſi maritus hanc exceptionem oppoſuit, & ea reiecta iudex contra eum tulit ſententiā inſolidū. a qua maritus non appellauit, quia in executione ſententiæ nō poterit de huiuſmodi beneficio poſtmodum opponere, vt eſt glo.no.in l.Neſennius.§. fi. ff. de re iud. licet alias ſi non fuiſſet oppoſita ante ſentētiam,bene potuiſſet opponi in executione ſententiæ,vt ibi plene no.

Decimooctauo fallit,vbicunq; iſta inopia marito obueniſſet poſt ſententiā contra eum latam, etiam ſi ſine culpa ſua obuenit,quoniam tunc huiuſmodi beneficio vti non poteſt. l.rei iudicatæ.in prin. ff.ſol. mat.

Decimonono fallit, quando maritus in bonis non habebat,niſi actionem mandati contra mulierem,quia ad centū, quæ ipſe petit, nam poterit mulier eum repellere opponēdo compenſationis exceptionē de quātitate dotis, ſibi mulieri reſtituēda,quæ ſimiliter erat centum,licet ſi maritus habuiſſet penes ſe illa centū, mulier nō potuiſſet inſolidum exigere per d.l.maritum.Et eſt rario, quia quædam honeſtè retinentur,quæ non honeſtè petuntur.l.1.§.1.ff.de var.& extraor.cogni.ita no.dicit Pau.in l.facere poſſe,ff.ſolu.matr.ſe putare tenendum per tex.in d.l.quod dictum eſt mirabile. & ideo non eſt verum,quia contra tex.in l.quęcunque,ff.de compen.vbi nunquam poteſt opponi compenſatio actori de alio debito, a quo debitor ſe tueri per aliquam exceptionem etiam reuerentialem potuiſſet,ſi contra eum ageret, vnde quia maritus pro dote conuentus habet exceptionem,ne teneatur,niſi inquantum facere poteſt, ergo non debet pro dote integra opponi poſſe compenſatio.Nec ob.d.l.facere poſſe,quia ſi recte ponderetur,nihil obſtat,vt patet in gl.1.nam licet tex.ille probet, ꝙ nomen debitoris dicatur eſſe in patrimonio creditoris.i mariti,non tamen hoc ſufficit, quia imo principalius attendi debet, an in patrimonio tantum habeat, ꝙ agere non poſſit.Rapha.in d.l facere poſſe.tenet idem, ꝙ Pau. per illum tex.& per l.nam & maritus,ff.de cond.indeb.quæ ſimiliter nihil facit ad noſtram quæſtionem,quia ibi ſolum dicitur illud, ꝙ ſupra retuli in 16 fallentia.Nec illud mirum, quia tutus exceptione temporali ſi ſoluat,non repetit.l.in diem. cum ſimi. de cond.indeb. maritus enim habet hoc beneficium temporale. ſ. quouſque ad pinguiorem fortunam peruenerit, cum præſumatur in futurum ditari,vt dixi.vnde ibi loquitur,quādo interuenit ſolutio,ſed in caſu noſtro nulla interuenit ſolutio.ergo &c.Præterea ego non video reſponſum ad d. l.quæcunque.quæ terribiliter obſtat contra eos.

Vigeſimo fallit,quando proptet delictum mulieris dos eēt confiſcata, quoniam maritus a fiſco conuentus pro dote nō vtitur hoc beneficio ſecundum Bal. in d. l. ꝙ nomine. allegat tex.in l.ſi marito publico iudicio.in prin.ff.ſol.ma. Sed quia ille tex.non probat iſtud,fortè lec.Bal.eſt defectiua. & facit,qa permutationem perſonæ mulieris non mutatur priuilegium mariti,vt no.in d l.maritum. ergo &c.alias fallentias colliges ex his,quæ infra proxime dicam.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula,inquantum facere poteſt,quomodo intelligatur.*
2 *Dignitas viri non attenditur,ſi mulier ſit inops,alias ſecus.*
3 *Alimenta debita titulo lucratiuo debent preſtari pro modo reditūum tantum,ſecus quando debentur ex titulo oneroſo.*

CCXXXIX. QVAERO,

1 QVid eſt dicere†inquantum facere poteſt,& an intelligatur ſalua dignitate quo ad victum, & an cogatur vendere palatium,& emere domum minoris pretij? Gl. & Barto.in d.l.maritum. intelligunt, inquantum facere poreſt, deducto ne egeat,vt in l.in condemnatione,ff.de re.iu.Quod intelligunt Ia.de Are.Bal.& Ang.in d.l.ſi maritus.in eod.titu. ita quod non habeatur aliquis reſpectus ad dignitatem, ſed quo ad victum duntaxat,ſicet iudicio meo Bal.hoc clare non firmet.Secundo Imo.ibi & Rapha.contrarium tenent, argu. l.nepos Proculo, ff. de verbor. ſignificat. & per tex.in l. tutor ſecundum dignitatem.in princ.ff.de adminiſtr.tuto.& l.cum in plures,§ penul.eo.tit.Idem tenet Bar.in l.2.in prin. C.quod cum eo.vbi allegat in ſimili tex. in l. ſed & ſi quid in ædificia. §.ſufficienter, ff. de vſufruc. Idem tenet Imo. in l. Neſennius, §. fina. ff. de re iudica. idem ſenſit Bald. in rubri. C. qui bon. ced. poſſ. Imo.in dic. l. ſi maritus in id. dicit, quod de mente Bar.

Source : BIU Cujas

2 te Bar.in d.l.ſi maritus,videtur eſſe,q†ſi mulier ſit inops,non attenditur dignitas viri, alias ſecus.& hoc ſatis placet.An autem cogatur vendere palatium, vt emat domū minoris pretij, & ex reſiduo poſſit ſe alere, & reſtituere mulieri dotem ſuam integram? Bal.in d.l. ſi maritus in id,remittit ſe ad l. qui bonis,ff.de ceſſ.bon. Imo.dicit,Bal. voluiſſe inferre,maritum non cogi illud vendere, ſed magis de dote poterit retinere, ne egeat,& idem expreſſim tenet Ang.in l.1. C. de lega.dicēs ſe ita conſuluiſſe.Tamen Imo. in d.l. ſi maritus in id. contrarium tenet per l.qui poteſt facere,de re. iu. Ad d.l.qui bonis, reſponder,quod loquitur de bonis acquiſitis poſt ceſſionem bonorum,in quibus magis fauetur debitori,quam creditori, quia maritus non tenetur,niſi inquātum facere poteſt, ſecus in acquiſitis ante ceſſionem, quia omnia dare oportet creditoribus,etiam ſi nudus remaneret.l.penul.& ibi no.ff.de ceſſ. bon.Idem tenet Ang in d.l.2.C.quod cum eo, vbi etiam aliter reſpondet ad l.qui bonis.idem Bal.in l.quod nomine,ff.de cond.inde.& in l.fi.C.qui bon.ce. poſ.

Sed pro alia parte, q maritus non teneatur vendere palatium,faciunt no.per Bar.in l.pen.in prin. ff. de ali. & cib.lega. & in l.Imperator,in fi.ff.ad Trebel.per illum tex.vbi habetur, q alimenta debent præſtari ſecundum quantitatem redituū, non autem de proprietate, vnde ſi non ſufficiant reditus, & in hæreditate ſit aliqua res pretioſa, modici tamen reditus, non tenentur hæredes illum vendere ad inſtantiam legatarij. Idem no.Ang.in d.l.Neſenniùs,§.fi.& ibi Imo.ff.de re iud. & Ange.in d.l.qui bonis.vbi etiam refert ſe conſuluiſſe. Sed ſequendo aliam partem,quam puto veriorem,poſſet reſponde
3 ri,quod†in alimentis debitis titulo lucratiuo iſta procedunt, quia illa debent præſtari pro modo redituum tantum, ſecus vbi deberentur ex cauſa oneroſa, & ita procedunt argumen. d.l qui facere poteſt.

CCXL. QVAERO.

AN mulier in libello contra maritum debeat petere ſolidum,vel inquantum facere poteſt maritus? Bar.in l.maritum,ff.ſoluto matrimonio.tenet, q ſufficit ſimpliciter petere.Adde,quod idem tenet Bar.in l.ſi dubitetur, §.fina ff.de fideiuſſ.Gul.Bal.& Pau.in l.pen.ff.quod cum eo.& Bal. in l.2.e. tit. ubi plura ſingularia ponit in hac materia. Idem Bar. in l. ſunt qui putant.de re iud.& Bar.in l.ex diuerſo,§.fin.ff.ſo.ma. per ſcribentes in §.præterea,Inſti. de act.

CCXLI. QVAERO.

MVlier inops, an inſolidum poſſit conuenire maritum; Bar.in d.l.maritum.dicit, mulierem præferendam, q a agris meis ſitientib.&c.l.preſes,C.de ſer.& aqua.Adde,q pro Doc.facit l.bonafides.in verſic.& probo,ff.depoſi.limita hoc verum,quando iſtud beneficium erat conceſſum miſerationis cauſa,vt hic, ſecus ſi competebat ex modificatione contra iuris rigorem,vt per Bal.in l. 2. C. quod cum eo. circa fin. Adde,quod cum opin.Bar.ſimpliciter tranſit Bal. in l. ſi quis crediderit.ff.de pac.quam limita vt per Dy. in l. vbi adhuc. in 10.q.C.de iu.dot. per Bar. & Bal. in l.ſi maritus in id. ff.ſoluto matrimonio.& Bal.in d.l.præſes.nec placet ſententia ruſticorum,quam ponit Iac. de Bel. in ſua diſputatione in l. 1. C. de rei vxo.act. vbi tenet,q hoc caſu dos debeat eſſe pro dimidia apud virum,& pro alia dimidia apud vxorem, allegat d.l.vbi adhuc.quæ nihil facit,quia loquitur conſtante matrimonio, quo caſu viro vergente ad inopiam non habet locum opin. Bar.quia tunc eſt commune infortunium viri & vxoris,& ita tenet Bal.in d.l.ſi quis crediderit.

CCXLII. QVAERO.

BEneficium ne conueniatur vltra, quam facere poſſit,an competat hæredibus mariti? Dic, q non extraneis, ſed ſuis hæredibus ſic,& intellige ſuis,ideſt ex ſe natis,etiam ſi nō ſint in poteſtate,de quo per Bar.in d.l.maritum.in fi. & l. quia perſonale.eod.tit.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium, ne maritus conueniatur vltra,quam facere poſſit, an tranſeat ad defenſorem,vel fideiuſſorem ipſius mariti.*

CCXLIII. QVAERO.

1 AN tale beneficium†tranſeat ad defenſorem,vel fideiuſſorem ipſius mariti.Vide Bar.in l.alia,in prin. poſt gloſ. ibi,ff.ſol.matri.Et adde,q illud,quod patet ibi, de fideiuſſore mariti,limitandum & declarandum venit, vt per Bar. in l. verum,in prin.ff.pro ſoc.

Cautela ADDIT. [No. bonam cautelā.] enim eſt, q ipſe interpellet maritum,q poterit maritus comparere pro eo,& allegare ſuum beneficium, & ſic obtinebit, vel alias per obliquum priuetur ſuo priuilegio: nam fideiuſſor inſolidum exactus poſſet poſtea ſimiliter inſolidum exigere,ita dicit Bar.in l.& fideiuſſor.ff.de re iud.& l.Stichum.§.quod vulgo, ff.de ſolu. per tex.ſatis peregrinum in l.idemq;.§.generaliter, ff.man. Idem Imo.in l cum filius,§ 1.in fi.ff.de verb.oblig.& per Bar. & Imo.in l.procurator,ad exhiben l.1. ff.rem rat. habe.Idem Bal.in l.verum.ff.pro ſoc.predicta tamen intelligas procedere iuxta no.per Cy.in l.quoties.in fi.de preci.impe. offer. videlicet, quod quando fideiuſſor inſolidum exactus poſſet ſimiliter ip e principalem inſolidum exigere,alias ſecus,quia,pone cruce ſignatos habere priuilegium,ne infra decennium conueniri poſſint,quod eſt perſonale,vt l.exceptiones quæ perſona,ff.de fideiuſſ.certè ſi conuenitur fideiuſſor,non poterunt cruce ſignati comparendo facere,quin exigatur fideiuſſor in continenti, quia talis fideiuſſor non poterit ſtatim cruce ſignatos conuenire.cum ergo iſto caſu non interſit principalis debitoris,q fideiuſſor vtatur priuilegio,vel non, meritò ceſſat ratio Bar.in d.l.alia,ſupra alleg.

CCXLIIII. QVAERO,

PActum quod maritus conueniatur vltra, quam facere poſſit,an valeat? Tex.Bar.& Doc.quod non,in l.alia,§ elegānter,ff.ſol.mat. Adde,quod no.Cy.in l.nec honorem, C.de epiſc.& cler.vbi voluit, quod ius reuerentiale, de quo in l.ad egregias,ff.de iureiur.non poſſit pacto remitti Nec obſt. tex. in l.quamuis,ff.de in ius voc.in ver.non inuitus. quia ibi ipſo facto non curauit de tali iure reuerentiali,quoniam non oppoſuit,q quidem fieri debet,argu.l.q nomine, ff. de condict. indeb.non autem dicitur in dic. l. quamuis, quod poſſit fieri per pactum.

CCXLV. QVAERO.

QVid econtra,an mulier poſſit paciſci,q inſolidum teneatur marito,cum vtique ipſa mulier condemnari nō debeat niſi inquātum facere poteſt, iuxta l.ex diuerſo. in prin.ff.ſol.mat.Pau.in l.rei iud.§.locero,eo.tit.dicit videri, q tale pactum valeat,quia non reperitur iure cautum, q maritus teneatur reuerentiam exhibere vxori, ſed bene econtra. Tamen ipſe tenet contrarium propter ſocietatem & connexitatem inter eos exiſtentem, argu.l.aduerſus, C. de crimine expila.hæred.Adde Specu. idem tenentem in tit. de renunc. & concl.§.1.verſi.item eſt beneficium. pro quo facit,quia et vxori debetur reuerentia ſaltem ratione honoris matrimonij,& bene actæ vitæ. l. 1. cum ſeq ff.rer.amo.Quid autem in milite clerico donatore,& in alijs,qui gaudent hoc eodē priuilegio,an poſſint pacto renunciare.vide per Doct.in l.ſi quis crediderit,ff.de pact.vide bon.tex.in l.ſtipendia, C. de execu. rei iud.& per Doc.in l.ſunt qui putant.ff.de re iud.& eſt tex.in c.ſi diligenti, de foro comp.

SVMMARIVM.

1 *Maritus, an poſſit facere pactum, quod teneatur inſolidum ſoluto matrimonio.*

2 *Culpa viri circa res proprias non eſt ſufficiens ad priuandum maritum priuilegio, ne conueniatur vltra,quam facere poſſit, niſi talis culpa cadat in dolum.*

CCXLVI. QVAERO.

1 SOluto matrimonio, † an maritus poſſit facere pactum, quod teneatur inſolidum? Gloſ.& Dy.in l.alia. §. eleganter,ff.ſoluto matrimonio. tenent quod non, & tenendo eorum opini.non obſtat l.licet, ff.de pactis dot.quia ibi illud pactum ſoluto matrimonio fit in detrimentum dotis, & tunc etiam non valet niſi ex cauſa, hic autem ex pacto tendente ad fauorem dotis.Sed Guliel.Barto. Ange. & Pan.in d. §.eleganter,tenent contrarium, ſcilicet quod tale pactum valeat. Sed pro opin.Dy.facit, quia l.diuortio.ff. de neg. geſt. in qua Bar. facit magnum fundamentum, non probat, quia maritum ibi teneri inſolidum ſol.matr. ex neg. geſt. ab eo non eſt

Source : BIU Cujas

contra bonos mores, quia illud contingebat culpa viri adhibita in dote, facit l. si rerum. ff. de re iu. & l. etiam. §. licet. ff. sol. mat. hic autem nulla fuerat culpa. Ex quo infert Imo. q; vbi culpa est commissa a marito potest paciſci de perdendo beneficio, etiam si ex sola culpa hoc non perderet. dic. §. licet. & dic. l. diuortio. & ita concordat opinio. sequutus opinio. Bar. quando viri culpa interuenit, alias stat cum Dy. Sed hanc concordiam non puto veram, quoniam in l. diuortio. vir nō conueniebatur actione de dote, sed nego. gest. nata sol. mat. vnde non mirum si non gaudet beneficio, quoniam in nullo sapit naturam actionis de dote, nos autem loquimur, quando conueniebatur actione de dote. vnde, licet talis actio nata sit sol. matrim. tamen non cessat beneficium mariti. facit ad hoc
2 contra Imo. quia † culpa viri circa proprias non est sufficiens ad priuandum eum huiusmodi priuilegio, nisi talis culpa cadat in dolum, vt pulchre nota. in d. §. licet. Et pro opin. Dy. adduco, quia vbi maritus conueniretur ex promissione facta sol. ma. ex causa dotis, non perdit hoc priuilegium, vt est casus in l. quod si maritus. ff. de consti. pecu. & no. Bar. in l. si maritum, ff. sol. matrimo. ergo apparet, q; reliquiæ matrimonia lis reuerentiæ durant etiam quo ad id, quod geritur solu. ma. ex causa dotis. Et pro hoc patet responsio ad rationes Bar. qui etiam non vī bene rndere ad arg. l. in tēpus. ff. de hære. instit.

CCXLVII. QVAERO.

AN iuramento firmetur tale pactum, seu renunciatio. Bart. q; non, in d. l. alia. §. eleganter. ff. sol. matri. Ad hæc vide Bar. in l. si quis pro eo. in primo, & vltimo membro. ff. de fideiuss. Bal. in l. pactum, quod dotale. in 18. q C. de colla. Bar. in l. pacta quæ contra. C de pact. Bal. in rub. C. de cond. ob cau. & in l. non dubium. in 7. oppos. C. de leg. Imo. in repe. c. cum cōtingat. in 17. char. de iureiur. per Imo. in l. si qui inquilinos. §. si quis. ff. de leg. 1. Bal. in c. 1. §. item sacramenta, ad fi. de pace iur. fir. Et adde vnum singulare verbum Archi. in c. quamuis. de pac. in 6. quod pactum inducens etiam solū veniale peccatum non firmetur iuramento, quod dictum est mirabile, & ideo non videtur verum, & contra tex. in d. c. quamuis. dum innuit, quod ita demum non firmetur iuramento, si est inductiuum mortis æternæ, sed peccatum veniale non videtur esse huiusmodi, nisi præparatiue, secundum Thomam 4 sen. q. 22. ergo &c.

CCXLVIII. QVAERO,

AN tempus litis contestatæ, vel tempus sententiæ latæ, seu rei iudicatę inspiciatur inquantum maritus facere possit? Bar. in l. rei iudicatæ. in prin. ff. sol. mat. tenet, quod inspiciatur tempus rei iudicatæ. Ang. ibi dicit, quod ibi quem esse locupletē non est causa solum dandæ actionis, sed etiam moderandæ condemnationis, quod tunc inspici debet utrunq; tempus, per l. si a patre. vers. quo tempore. ff. de pet. hær. & idē tenet Ang. in l. in pupillo. ff. de sol. Imo. dicit, quod quando est causa solum dandæ actionis, si superueniunt diuitiæ post lit. contest. ante sententiam prodest, quia ius superueniens actori ex causa de præterito conualidat iudicium. l. si rem. §. fi. ff. de pign. act. pulcre notatur in l. non potest. ff. de iud. Idē dixit Ang. in d. l. litis. Idem aliud subdit Bald. in d. l. rei iud. q; quando illud est causa moderandæ executionis, tunc quandocunq; ante executionem superueniat, etiam lata sententia prodest agenti, allegatur §. in bonæfidei. Inst. de act. sed melius facit l. pe. ff. de cessione bono.

CCXLIX. QVAERO.

PAter mulieris, qui promisit dotem, an conueniatur vltra, quam facere possit? Communis conclusio quod nō, vt per Bart. o. in l. alia. §. fi. & in l. rei iudi §. fi. §. sol. matr. facit, quod statim dicam infra proxima quæst.

SVMMARIVM.

1 *Pater mariti qui promisit dotem, an conueniatur vltra, quam facere possit.*
2 *Pater mulieris si a principio fuit in dolo, promittendo dotem quam sciebat se soluere non posse, & conueniatur constante matri. an habeat priuilegium quod conueniri non possit, vltra quam facere potest.*

CCL. QVAERO.

1 QUid econtra † in patre ipsius mariti? Tex. in l. ex diuerso. ff. so. matrimon. videtur velle, quod eiusdem conditionis sit socer mariti, cuius conditionis est pater mariti, & per consequens q; vnus sicut & alius indistincte priuilegium habeat, ne teneatur, nisi inquantū facere potest. Sed tex. in l. sicut. cum l. seq. ff. de re iu. videtur facere differentiam inter prędictos. s. quod mater mariti indistincte priuilegiū habeat, pater viro mulieris duntaxat, si conueniatur constante matrimonio non potest, quod gl. in d. l. ex diuerso. videtur reducere hæc iura ad concordiam, & videtur, quod vterq; socer habeat indistincte priuilegium tam constante matrimonio, quam soluto, nisi a principio interuenerit dolus soceri, p tex. in l. pen. in fi. ff. de iure do. & cum illa gl. transeunt communiter Doct. excepto Pau. qui dicit, q; aut loquitur in patre mariti, & tunc gaudet hoc beneficio, quia iura dicunt, eū gaudere hoc beneficio, & quia actio ad restituendum dotem dicit so. mat. & non ante. Sed uidetur male loqui, quare etiam cōstante matrimonio potest conueniri actione de dote per l. si constante. §. quoties. ff. sol. mat. quo casu etiā habet hoc priuilegium, vt per Bar. in l. si constante. in prin. in 8. q. 2 partis, eo. tit. Item non placet opi. Pau. quia nō distinguit in casu dicti matrimonij, an socer commiserit dolum, an non, & sic dicit contra d. l. pe. Adde quod idem Pau. in l. non tantum. ff. de re iud. videtur stare cū opi. glo. quam supra retuli, scilicet quod non sit differentia, an constante, an soluto matrimonio conueniat, & an simus in patre mulieris, an mariti cessante dolo.
2 Sed adhuc remanet mihi dubium, & non facile, † vtrum si pater mulieris a principio fuit in dolo promittēdo dotē quā sciebat se soluere non posse, & conueniatur constante matrimonio, an habeat dictum beneficium, quia certum est quod si soluto matrimonio conueniretur, non haberet. d. l. pe. Sed cōstante matrimonio stat difficultas, & si tenemus verba gl. quæ supra retuli, videtur tex. in d. l. ex diuerso. & in d. l. pen. & in d. l. sed hoc ita. ad inuicem ꝯriari, & sit ita euidens contrarietas inter Iureconsultos in dictis iuribus, quod vix defendi possunt, & videtur dicendum, quod non habeat dictum priuilegium, per d. l. sed hoc ita. in fi. in ver. doli. & l. verum. ff. pro soc. facit l. etiam. § licet. ff. sol. mat. & istud dicitur tenere Pau. in d. l. ex diuerso. & idem videtur sentire Bar. in d. l. alia. §. eleganter. in fi. vbi allegat d. l. pen. & non videtur attendere aliquam differentiam inter prædictos, quia siue pater mariti recipiat dotem, sciens se non esse soluendo, siue pater mulieris promittat dotem, sciens se soluere eam non posse; cum videātur esse in dolo, perdunt hoc priuilegium secundum eum.

In contrarium facit, quia si istud esset verum, sequeretur, q; nunquam esset differentia, siue conueniatur pater mulieris constante matrimonio, siue soluto. Cuius contrariū vult expresse tex. in d. l. sicut. cum l. seq. & contra d. l. pen. coniuncto fine cum princ. & istud videtur verius, quando dolus fuit commissus tempore obligationis contractæ, alias non videtur posse defendi dicta contrarietas. Et ad d. l. sed hoc ita. & d. l. verū. potest respōderi, quod loquitur de dolo, qui interuenit ex postfacto, scilicet circa facultatem soluendi, non autē a principio circa obligationem, quo casu siue constante, siue sol. mat. conueniatur, perdit hoc priuilegium; vt ibi, & ad hoc cogit. d. l. pe. ne contrarietur. d. l. sed hoc ita. & in hoc passu Imo. in d. l. non tantum. relinquit cogitandum.

CCLI. QVAERO.

AN aliqno casu sit differentia inter prædictos soceros. Reperio quod in duobus casibus differunt.

Primo; quia pater mariti siue conueniatur actione de dote, siue alia, & ad aliud, quam ad dotem, sēper aduersus mulierem, ideſt nurum, vtitur hoc beneficio, ita sonat d. l. non tantum. cum l. seq. quod secus est in patre mulieris secundum Raph. & Pau. in d. l. ex diuerso. vbi dicunt illum tex. esse ad hoc singularem. Et est verum, licet illa iura aperte hoc dicant in patre mariti; tamen dum postea lex sequens dicit, patrem mulieris eodem priuilegio gaudere, si conueniatur actione de dote, exemplificatiue loquitur, & ideo non videtur regulam restringere, & per cōsequens vī idem innuere in vtroq; casu, cum non possit vrgens ratio contraria assignari, & cum tex. in d. l. ex diuerso. eos æquiparet, licet in dote loquatur, & propter hoc videtur dicta opin. mod. non posse defendi. Nisi dicamus, quod forte posset reddi ratio diuersitatis, q; pater mariti censetur loco patris mulieris, non aūt econtra pater mulieris censetur loco patris viri, quia vxor accedit viro, nō econtra, vt no. in d. l. sed hoc ita.

Secundus est casus in d. l. pen. quia ibi pater mulieris, quoniam sciebat se dotem promissam soluere non posse, deprehenditur fuisse in dolo, quia præsumitur voluisse generum circumuenire, quod secus est in patre mariti, qui sciendo se esse inopem, dotem recepit a nuru, cum ex hoc in eo nul-

lus

lus dolus deprehenditur, cum possit dotem conseruare, & cum præsumatur in futurum ditari ante diem restitutionis dotis, & hanc differentiam sentit litera in d.l.sed hoc ita.iuncta l.præcedenti, quod no.

CCLII. QVAERO.

ISta verba, inquantum facere potest, quomodo intelliguntur in ipsa muliere, quæ promisit dotem. Nam si conueniuntur constante matrimon. non videtur habere beneficium cū enim ali debeat a viro, quomodo potest agere: aut matr. solu to conuenitur, & tunc non potest, quia non valet pactum de lucrando ea superueniente. l.2. ff. de pact. do. Dic, quod illa verba intelliguntꝫ stante mr̃imonio, & quod mulier volebat dare, quicquid habebat, sed quia illud non sufficiebat, vir volebat eam incarcerare vel repellere, certe habet hoc beneficium, nē conueniatur, nisi inquantum facere potest. Et ad prædicta vide Bar. & Imo. in l. ex diuerso. §. 1. ff. sol. matrim.

CCLIII. QVAERO.

EXceptio, ne conueniatur vltra quam facere possit, an opponatur post sententiam? Imo. in l. ex diuerso. §. si in iudicio. ff. sol. matrimon. tenet quod sic, & respondet ad d.l. peremptorias. C. sent. rescin. non pos. quod hic est speciale, quicquid dicat Barto. in dic. §. si in iudicio. Et assignat Imo. rationem, videlicet propter reuerentiam maritalem, propter quam non potest expresse renunciare, ergo nec tacite, allegat l. si mulier. ff. ad Velle. sed voluit allegare. l. tametsi. ff. ad Maced. Et idem dicit in donatione fauore liberalitatis, vt no. in l. si quis crediderit. ff. de pac. secus dicit in socio, & alijs, qui habent dictum beneficium, quia non possunt opponere hanc exceptionem post sententiam, cum in eis non reperiatur expressum, quod est bene notandum.

SVMMARIVM.

1 *Iudex quomodo dicatur condemnasse maritum insolidum per errorem, maxime si non fuit oppositum.*
2 *Sententia an ualeat, si error non est expressus in sententia, sed ex actis apparet iudicem errasse.*

CCLIIII. QVAERO.

1 QVomodo † dicatur, iudex condemnasse maritū insolidum per errorem, maxime si non fuit oppositum, pro ut tenet Bar. in d.l. ex diuerso. §. si in iudicio? Quidā rn̄dent, ꝙ tenet, si non sit oppositum, tamen iudex tenetur in sententia priuilegium reseruare. Sed non placet, quia officiū suum non petitum impartiri non tenetur, iuxta. l.4. §. hoc autem iudicium. ff. de dam. infec. Alij dicunt, ꝙ bene fuit oppositum, sed nō discussum, & propter hoc iuris errore processit iudex ad condemnandum insolidū, cum libellus fuisset simpliciter conceptus, nec videtur, ꝙ aliquo modo posset intelligi tex. in d. §. si in iudicio. quando nullo modo fuit oppositū per prædicta. Sed maius dubium est, qualiter pōt iudex in casu nostro errorem exprimere? Respondet Pau. in d. §. si cū in iudicio, hoc esse, qn̄ pronunciaret indiffinite non competere marito hoc beneficium aduersus vxorem, arg. l.1. §. qui cōtra sacras. ff. quę sententiæ sine appel. rescin. Sed si particulariter pronunciaret de hoc marito loquendo, quod sibi nō competit hoc priuilegium, non dicitur esse error expressus, quia esset dare casum, in quo sibi non competit, vt pulchre dixi supra proxime, vbi posui. xx. fallētias ad l. maritum. nihil tn̄ alle. Pau. Vnde contra eum videtur gl. in l. fi. ff. de appell. reci. dum illa glo. dicit, sufficere errorem esse expressum in sententia in spectis regulis iuris communis, licet non inspectis casibus specialib. Et exemplificat, quando iudex pronunciauit seruum meum contra me esse torquendum simpliciter, licet in aliquibus casibus: sit verum dicere, ꝙ seruus potest contra dominum suum torqueri, tamen sententia erit nulla, facit in simili, quod no. Bar. in l.2. ff. si quis in ius voca. non ier. dum allegat c. præterea. cum ibi no. per Innocen. de dila. Sed sustineo dictum Pau. in vno casu, videlicet quando ex actis constaret, maritum istum huiusmodi priuilegio non gaudere, tamen in dubio sententia referatur ad acta, secundum illa lata esse præsumatur, l.3. C. de senten. quæ sine cer. quant. cap. cum ad sedem, de restitu. spolia. expressio non ergo talis erroris vitiaret sententiam, vt in iuribus supra allega. Quod tamen pluribus modis limitatur, vt per Bal. & alios in l. cum prolatis, ff. de re iudic.

2 † Sed quid si error non est expressus in sententia, sed ex actis apparet iudicem errasse, vtrum ualeat sentētia, vide post Imo. in d. §. si in iudicio.

CCLV. QVAERO.

QVid si ista exceptio fuit opposita in iudicio, & tamen ea non obstante iudex condemnauit maritum insolidum, nunquid poterit post sententiā apponi? Raph. & Imo. in d.l. ex diuerso, §. si in iudicio, ff. sol. matr. tenent ꝙ sic, facit, quod no. in l. miles, §. decem, ff. de re iudic. & no. Imo. in l. sed hoc ita, eod. titu.

CCLVI. QVAERO.

SI maritus, cui cōpetebat ista exceptio, soluat insolidum, an possit repetere? Bar. in d.l. ex diuerso, §. 1. concludit ꝙ non, & veritas patebit ex his, quæ dixi supra in prox. q.

CCLVII. QVAERO.

ANe ista exceptio competens marito ante sententiam, vel postquam est condēnatus, dicatur fauorabilis, vel odiosa, & an talis exceptio dicatur dubia. De primo articulo, an sit fauorabilis, vel odiosa dicendum, vt no. in l. quod nomine, ff. de cond. inde. De secundo arg. Bar. in d. §. si in iudicio. tenet, ꝙ non dicatur dubia, imo est temporalis, quia lex præsumit ipsum peruenturum ad pinguiorem fortunam. Et ꝙ ista exceptio appelletur dilatoria & temporalis, vltra Bart. facit, quod no. glo magna in §. appellantur. Insti. de excep. & per gl. & Bar. in l.3. ff. de excep. & per gl.l. inter eos. in fi. ff. de re iu. Sal. in d. l. quod nomine. tenet contra Barto. scilicet, ꝙ hæc exceptio sit dubia, quia dubium est, an ante tempus mortis extinguatur, vel non: nam dubitatur, an sit peruenturus ad pinguiorem fortunam ante mortem, quæ ratio cessat in aliis exceptionibus temporalibus. Ad hoc tamen posset responderi ꝙ isto respectu nō est in ꝙsideratione, an sit dubia, sed solum an ex eo vt sit futura perpetua vel temporalis, per l. sufficit, ff. de condi. inde. quod in casu huiusmodi exceptionis non contingit, ergo &c.

CCLVIII. QVAERO.

AN beneficium, ne exigatur vltra, quam facere possit cō petat filijs ipsius mariti? Videtur quod sic, si sint nati ex eodem matrimonio in l. etiam. ff. sol. matrim. facit, quod dixi supra in q. an transeat ad hæredes. Et limita vt in prox. q.

CCLIX. QVAERO.

SI vir relinquat vxori dotem, an filij habeant priuilegium ne conueniantur vltra quam facere possint. Bart. in quibusdam lecturis in d.l. etiam. ff. sol. matrim. arguit ad partes, & relinquit cogitandum. Adde inquantum Bart. ibi allegat l. in condemnatione. cum glo. ff. de re. iu. quod illa nihil facit, sed voluit Bar. allegare. l. quod si maritus. ff. de consti. pecu. Et adde, quod pro glo. in §. sed si vxor. Instit. de leg. quæ videtur tenere quod isto casu non habent beneficium, dici potest, quod procedat, quādo conueniretur ab vxore, vt eam libera rent a dote promisla, & non tradita ipsi viro, & tunc tenetur eam in solidum liberare, vt est bonus tex. in l. deposui. §. si nuptura. ff. de pecu. & ita videtur tenere Imo. in dic. l. etiam. & Bal. in l.1. C. de priuil. dotis.

SVMMARIVM.

1 *Priuignus mulieris an conueniatur insolidum.*
2 *Priuignus an gaudeat beneficio mariti.*

CCLX. QVAERO.

1 AN priuignus † mulieris conueniatur insolidum? Glo. in d.l. etiam. ff. sol. matri. tenet, quod gaudeat beneficio mariti, licet Barto. ibi teneat contrarium, & allegat plures glo. hoc idem tenentes.

Adde, quod pro glo. in d. l. etiam, scilicet quod priuignus
2 gaudeat † beneficio mariti, facit, quod istud priuilegium nō conceditur ratione matrimonij, sed reuerentiæ mariti, vt in l. alia. §. eleganter. eo. titu. ergo videtur, ꝙ transeat ad omnes filios. Et pro hoc facit, ꝙ no. in l. dabimus. in l.3. ff. de priuile. cred. inquantum dicit, ꝙ transit ad suos. Et sui dicuntur omnes existentes in patria potestate, dato ꝙ ex pluribus matrimonijs sint procreati. Sed cum opinio. Bar. concordat Iac. de Bel. in sua disputatione, quam ponit in l. 1. C. de rei vxo. actio. & Barto. & Bal. in l.1. C. de priuil. dotis. & Bald. in l. assiduis. Mouentur per tex. in l. etiam, in verticu. filios mulieris.

Source : BIU Cujas

ergo in alijs ſumus in regula.l.quia tale, ff.ſoluto matrim. Ad idem allegant d.l.aſſiduis.in verſi.anterioris matrimonij, iun cto ver.paterno. Nec obſ. gl.in d.l.dabimus,quia reprobatur communiter per Bar.& alios in d.l.quia tale. per tex.in l. non ſolum,§.qui tutelæ,ff.de ritu nup. & ad hanc quæſtionem facit,quod dicam infra prox.q.

CCLXI. QVAERO.

ANiſtud beneficium tranſeat ad nepotes, ideſt ad filios filiorum eiuſdem matrimonij? Ang.in d.l.etiam,ff ſoluto mat.in prin.tenet cp non,quia nati ſunt ex alio matrimonio, & iſtud matrimonium non competit,niſi marito, & filiis natis ex eodem matrimonio, vt ſupra proxi. q. & idem ſequitur Imo.in d.l.etiam.

CCLXII. QVAERO.

QValiter maritus perdat iſtud beneficium, ſi commiſerit dolum circa adminiſtrationem rerum ſuarum, & quid in rebus ipſius mulieris? Bar.tangit & ſcribentes in l.etiam,§. 1.ff ſol.ma.& communis concluſio habet, cp propter dolum perdat iſtud beneficium.

CCLXIII. QVAERO.

QVid ſi lata culpa maritus dilapidauit bona ſua,an perdat iſtud beneficium.Nico.de Neapo.in d.l.etiam, §.licet, ff.ſolu.mat.refert Dy.dixiſſe, quod non perdit hoc beneficium,allegat glo.hoc pungentem in l.mulier, §. ſi hæres, in verſic.conſueta negligentia, alias comparata negligentia, ff.ad Trebelli. Sed idem Nico. ibi tenet contrarium, ſcilicet quando in caſu noſtro lata culpa æquipararetur dolo, & ſicut propter dolum maritus perdit iſtud beneficium, ita etiã propter latam culpam.Raph.in d.l.etiam,§.1.tenet, quod primo dixi. Mouetur, quia tex. ibi requirit animum fraudandi mulierem in dote reſtituenda,& in bona propria diſſipanda, qui quidam animus fraudandi non poſſit conſiſtere in meris finibus latæ culpæ,quia tunc eſſet dolus, & non culpa, & hoc ſatis placet.

SVMMARIVM.

1 *Maritus ſi committat culpam in rebus dotalibus, an perdat beneficium, quod non conueniatur ultra quam facere poßit.*
2 *Dolus quomodo probetur, & qualiter differt a lata culpa.*

CCLXIIII. QVAERO,

1 QVid ſi † committit culpam in rebus dotalib. an perdat iſtud beneficium? Bart.tenet cp non,in d.l.etiam, §. 1. & idẽ ſequitẽ Imo.& Raph.ibi,& Iac.de Bel.in l.1. §. cũ autem,de rei vxo.actio. Et pro hoc facit, quia iure cauetur, quod nunquam habeat locum pœna ptiuationis a beneficij, niſi expreſſe a iure imponatur, vt eſt tex. in §. cum igitur, in Authen.de non elig.ſecun.nub. ibi, nulla lex eſt, qnę hoc dicat,quem pro notabili allegat Bal.in auth.ex teſtamento, C. de ſecun.nup.& glo.15.q 8 in ſumma.Sed Bal.in d.l.etiam, §. 1.tenet contrarium,pro qua opin. videtur tex.a contrario sẽſu in d.§.cum autem. Sed mihi placet præcedens opinio per tex.in d.l.etiam,§.1.a contrario ſenſu, quia ſi per dolum dicitur hoc beneficium amitti,ergo a contrario ſenſu probat,nõ ſufficere culpam.Nec ob quod no.gl. in l. verum, §.tempus, ff. pro ſoc. quia licet largo modo quælibet culpa appelletur dolus,l.ſi ex cauſa,§.ſi mulier,in gl.ff.de dolo,& l. quod quis, ff.de reg.iur.Vnde dixit Bar.in l.quod Nerua,in 2. char. ff. depoſiti. cp ille, qui promiſit de culpa famuli, tenetur etiam de dolo,quod eſt mirabile,vt obligatio augeatur, & plus intelligatur,quam ſit expreſſum, & illud dictum ſequitur dom. Abbas in cap.1.de commodato. Tamen in materia noſtra dolus ſumitur in primo ſignificatu,quoniam,vt dixi, agitur de pœna priuationis a beneficio.Sed dubium ſtat, an iſta procedãt in culpa lata commiſſa in dotalibus. Et licet Doctores non explicent, tamen videtur, quod ſit ſufficiens ad perdendum hoc beneficium, quoniam cum regulariter culpa lata æquipararetur dolo,l.1.ſi menſor falſum modum dixer. exceptis aliquibus caſibus inter quos non eſt iſte,de quibus in l. in actionibus,ff.de in lit.iuran. &illud, quod ſupra dixi,limitari debet procedere in culpa leui.

2 †Qualiter autem probetur dolus,& in quibus differat ADDIT.[Differt.Adde his,ſi dolus in libello deducatur, & probetur lata culpa,non ſufficit, ſed deberet ferri abſolutoria, & tunc non æquiparantur dolus & lata culpa, glo. no.in l.illud. verſi.in hoc iudicio,ff.de lib.cau.& Bal.in l.2. C.de probat. & Ale.in l.quod Nerua.ad fi.ff.depo.]a lata,vide tex.in l.j. §. dolum,ff.de dolo,& glo. in l. Fulcinius,§. quid ſit latitare. & ibi per Barto.ex quibus cauſis in poſ.ea per cano. in ca. bonafides.de depoſito.in cap.1. de commodato, glo. in l.apud Celſum,de doli excep.

SVMMARIVM.

1 *Maritus ſi negauit illud, quod erat cauſa beneficij concedendi, puta quod nunquam fuiſſet matrimonium inter eos, perdit beneficium, quod non conuenitur ultra quam facere poſſit,quod limita,ut nu.2.& 3.*

CCLXV. QVAERO.

1 QVid ſi †maritus negauit illud, quod erat cauſa huius beneficij concedendi, puta cp nunquam fuiſſet matrimonium inter eos,an perdat iſtud beneficium? Bar.in d.l.etiam. §.licet,circa fi.tenet quod ſic. Adde, quod idem tenet Bar.in auth.contra qui propriam.in 3. colu. C. de non nume. pecu. vbi loquitur de ſideiuſſore, qui negauit ſe fideiuſſorem. Sed limita hoc verum, niſi ante litem conteſtatam pœniteret, & confiteretur matrimonium.l.electio.§.neque, & ibi vide omnino Bal.de noxa.& fuit originale dictum Iac. de Are. quem refert Ang.in l.ſed hoc ita,ff.de re iudi. Idem tenet Ray.Ang. Imo.& Pau.in l.ſed ſi dubitetur,§.1.ff.de fideiuſſ.& Bal.in l.de ætate.§ fin.ff.de interroga. actio. & fuit de mente glo.no.in l. inde Neratius.§.hæc actio.ff.ad leg. Aquil.& no. glo. §. item mixta.Inſtitu.de actio. Quod intellige verum,ſi mulier velit acceptare cõfeſſionẽ mariti, ſed ſi nollet vti eius cõfeſſione, imo vellet ipſa probare per teſtes negationem mariti eſſe falſam,non iuuabit maritum confeſſio ſua.ita eleganter voluit Bar.in l. eum qui.in princip. per illum tex. ff. de iureiur.circa quod pulchre vide nota. per Bal. in c. 1. §.porro.in titu. quæ fuerit prima cauſa beneficij amitt. & in l quidam æſtimauerunt.ff.ſi cert. pet. & Ange. in Authen. de trien. & ſemiſ. per Bal.in l.ea quæ.in 10.& 11.q.C.de condi.indebi. & in l.1. in 3. & pen.colum.C.de fur.& in l.error.in 7.& 8.colum. C. de iu. & fac.igno.& in l.1.in 4.colu. C.de confeſ.

Secundo limita prædicta procedere,ſi maritus ſpecialiter negauit matrimonium, vel ſe maritum fuiſſe, ſecus ſi porrecto l.bello vxoris,in quo ipſa narrabat matrimonium, & dotis traditionem & maritus generaliter negaſſet petita in libello,ita ſignanter dicit Barto.in d.l.ſed dubitetur. §. 1. cum quo ibi tranſit Imo.idem tenet ibi Pau.de quo vide Bal. in l.j. in vlt.col.C.de lit.conteſt.& Bal.in l.j.C.de ædil. actio. dominus Anto.in c.1.in vlt.charta,de lit.conteſt.& cum opin.Bar. tranſit Saly.in l.cum precum,C.de libe.cau.quia talis negatio nõ refertur ad ea quę ipſi neganti ſunt fauorabiliora Pro hoc facit in argu.l.ſi quis intentione ambigua,ff.de iud. iuncta l.j. de excep.& in ſimili vide Bar.in l.ſi cui,§.filio, ff.de leg.j.

2 Tertio limita prædicta non procedere, † vbi dicta negatio dolo facta non fuerit, vel lata culpa, & ita limitantur omnes leges punientes ſecundum Bal.in ca.vaſallus,el 1. per illũ tex. in ti.ſi de feu.fue.controu.inter dom.& agn.facit gl.& ibi Ange.in l.ſi.in prin. ff.de rei vend.

3 Quarto limita procedere, †niſi libellus actoris eſſet ineptè formatus, quia tunc quælibet negatio rei non facit eum incidere in pœnam,& idem eſſet, ſi in aliqua parte actor plus petiiſſet,quam habere debuiſſet, ita ſingulariter vult Bald. in l. edita.in repeti.Paduana,in penult.colum. C. de eden. allegat tex.quem dicit no.in l.1.a contrario ſenſu, C.de his quæ pœnæ nomine.

CCLXVI. QVAERO.

ANilla actio,quæ fit propter inopiam viri,fiat inſolidum, vel inquantum vir facere poteſt. Vide ſupra eo.§. in materia inopiæ. 1

CCLXVII. QVAERO.

ANillud,quod habet maritus in nominibus debitorum, dicatur habere in patrimonio, vt dicatur intantum facere poſſe.Dic cp ſic,ſi debitores ſint ſoluendo, quia requiritur, cp vir poſſit facere de iure, & facto, quia alias inanis eſt actio &c.l.nam is,ff.de dolo.ita eſt de mente gl.Bar.& Imo.in l.facere poſſe,ff.ſol.matr.

CCLXVIII. QVAERO.

SI maritus promittat mihi ſoluto mat.dotem,an intelligatur cum hoc, ne conueniatur vltra, quam facere poſſit.

Bart.

Source : BIU Cujas

Bar.in l.prior,ff.sol.mat.sequendo gl.ibi distinguit. Aut maritus promittit simpliciter, quod debet, intelligitur deducto, ne egeat. Aut promisit cētum,quæ debet, & sic expressit quātitatem,& tunc conuenitur insolidum. Adde,ꝙ istud verum, etiam si talis delegatio fuisset facta ex causa lucratiua, ita tenet Bar.in l.doli.in princi.in 3.col ff.de noua. & Bar.in l.qui id quod,§.fin.de dona.& de materia huius q.vide glo. Barto. & Docto.in l.quod nomine,ff.de condi.indeb.& in l Stichum. §.legata,ff.de noua.& in l.si creditori,in princip.ff.de leg.1.

CCLXIX. QVAERO.

SI maritus promisit alteri dotem,quam mulier adhibuit ad stipulandum,an teneatur ipsis stipulatorib. insolidum. Dixi supra eo.§.in duob. locis.

Primò in materia, quando mulier adhibet alium ad stipulandum.

Secundo, quando extraneus ipse dat dotem, & stipulatur eam sibi reddi, an agat insolidum, & est in ptincipio huius versiculi.

CCLXX. QVAERO.

SI fiscus succedat vxori, an maritus perdat suum beneficium. Tex.est apertus quod non, in l.si maritus, ff. soluto matrimonio.

CCLXXI. QVAERO.

SI maritus locauit fundum dotalem, deinde, solutum est matrimonium,vtrum vxor teneatur stare colono. ADDIT.[Colono.Nota hic,ꝙ maritus,qui locauit fundum dotalem,tenetur stare colono.sol.ma.]Tex. in l.filio, §.si vir. ff. sol.ma.videtur ꝙ sic,quod limita vt in prox.q.

SVMMARIVM.

1 *Mulier an teneatur stare colono præcisè uel causatiue.*

CCLXXII. QVAERO.

1 AN præcisè† vel causatiue mulier teneatur stare colono. Bar.in lec. moder.in d.l.filiofa §.si vir. tenet, ꝙ causatiue,quia tenetur cauere marito de interesse,prout ibi dicitur, sed præcisè stare non cogitur.Idem tenet Nic.de Neap. Imo. Pau.Raph.& Rom.& Dyn.& Imo in l.diuortio,in princ.co. titu.& Cy.& Sal.in l.emptorem,C.loca.& sentit gl.in §.fin.in 2.solu.ff.de dote præleg.Sed Bal.& Ang.in d.§.si vir. & in l.diuortio.& in l.1.in pe.col. C.de iure fisci,lib. 10. tenent, quod non,imo præcisè stare cogitur per tex.in d. §. si vir. quem ita intelligunt. Et ista opinio videtur satis sustentabilis. Alij distinguunt, aut maritus locauerat fundum ad vnum annum tantum, & tunc procedebat opin. ꝙ præcisè cogatur mulier stare colono: datur enim dos viro, vt vtatur & fruatur pro oneribus,ergo videtur dare licentiam, ꝙ etiam locare possit, quoniam facultas locandi dicitur esse in fructibus, l.cum antiquitas,C.de vsufr.Aut est facta locatio vltra annum, & tūc aut singulo anno percipiebantur fructus,& tunc maritus dicitur esse in aliquali culpa locando ultra annum, cum non habeat plenum dominium. Secus si singulo biennio, vel quinquennio percipiebantur fructus. Et hæc fuit ratio Iurisconsulti in l.si quis domum,ff.loca. & ibi no. Bal. & istud satis applaudet literæ in d.§. si vir.dum tex. primo dicit factam locationem ad quinquennium,& postea subdit illa verba, si quid post vnius anni &c. maximè retento, quod ille versiculus non restringatur.

CCLXXIII. QVAERO.

QVid si locatio fuisset facta per maritum cum fraude in perniciem mulieris.Exemplum in muliere grauiter existente infirma locauit maritus fundum, sicut dicitur in d. §.si vir.certè hæres vxoris postea incontinenti defunctæ non tenebitur stare colono causatiuè,nec præcisè. Ita notanter colligitur ex verbis Cy.in l.emptorem,C.loca. facit tex.similiter in l.filiæ,ff.sol matr.bene facit tex. in l.in venditione, §. 1. de bo.auth.iud.possid.

CCLXXIIII. QVAERO,

AN in dote putatiua cesset retentio propter impensas, sicut pro vera? Bar.in l.si cum dotem,§. si mulier, per illū tex.ff.sol.mat.tenet ꝙ non,quia dos putatiua non gaudet priuilegio doris veræ quo ad talem retentionem, de quo dixi supra §.j.circa fin.

CCLXXV. QVAERO.

AN in actione de peculio vxor putatiua præferatur domino. Dic ꝙ non, quia peculium non intelligitur nisi primo deducto eo ꝙ debetur domino, l. sed & si damnum. §.peculio,ff.de pecu. & idem videtur dicendum in omnibus creditoribus, etiam priuilegiatis, l.ex facto, & ibi notatur,ff. de pecu & hoc est,quod sensit gl in l.si cum dotem, §. si mulier.Quam limita, s. non habere locum in rebus extantibus, quas vxor putatiua dedit in dotem, vt j. prox.q.

CCLXXVI. QVAERO.

QVid in rebus extantibus,quas vxor putatiua dedit in dotem,an præferatur domino Bar.tenet ꝙ sic in d.l.si cum dotem, §.si mulier.& est ratio secundum Imo.& Doc. quia illæ res non sunt peculij,& ideo dominus non potest de eis aliquid deducere,l.depositi.in prin.ff.de pecu.Ioan.Camp. de Bononia.I.V.Doc.excellentissimus.

PARS QVARTA.

DE PACTIS DOTALIBVS. Et de fundo dotali. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Pactum,per quod fit deterior conditio dotis in præiudicium mariti, an ualeat.*
2 *Maritus si faciat pactum de non petendo dotem promissam, an ualeat tale pactum.*
3 *Pactum,per quod uir perdit omnes fructus, non ualet.*

I. QVAERO.

1 AN valeat pactum,per quod fiat† deterior conditio dotis in præiudicium mariti. Glo. 1 in l. socer,§.Lucius.ff.solu.matr. innuit ꝙ sic. Sed in contrarium facit tex.in l 4.ff de pac. do.

Pro concordia posset dici. Aut vir facit pactum circa dotem promissam, aut facit pactum circa dotem datam.

Primo casu,aut facit istud pactum constante matrimonio, aut ante contractum matrimoniū, & de hoc dixi supra §. 1. dum pono quæstionem de confessione mariti, qui confitetur &c.aut facit pactum de dote reddenda: tamen adhuc dico,ꝙ si constante matrimonio fiat, non videtur valere, cum sapiat donationem, nisi fortè in recompensationem factum esset.Vel aliter dico, aut maritus confitetur se recepisse dotē promissam,quam non recepit,& tunc procedit,quod dicam
2 j.prox. §. Aut† maritus facit pactum de non petendo dotem promissam,tunc procedit hæc quæstio. In quo dico, ꝙ non valet, nisi fortè mulier deberet se alere, vel promittens dotē pro ea:nam & fructus dotis datæ constante matrimonio possunt dicta de causa dari mulieri,vt se aleret, l. ex annuo,& ibi no.ff.de dona.inter vir.

Secundo casu quando fit ante matrimonium, tunc videtur idem dicendum,per l. quod sponsæ., C. de do. ante nupt. Nam videtur conferri in tempus matrimonij, ideo non videtur valere.

In contrarium,ꝙ imo valeat,stringit d.§. Lucius. & quod habetur in l.Iulia,ff.de iure do.Nec ob.d.l. quod sponsæ. quia loquitur,quando vir de proprio aliquid dat mulieri. Non autem quando super dote promissa paciscitur, quod videtur esse licitum,cum etiam posset mulierem absque dote recipere,l.fi.C.de do.ante nup.Imo.ADDIT.[Imo.Adde hic,ꝙ Io. de Imo.in l.si socer,§.Lucius,sol.mat.declarando,an pactum de dote non petenda valeat,facit duos articulos, primus est, an valeat pactum circa dotem, si fiat deterior conditio dotis in præiudicium mariti, & tunc si fiat pactum constante matrimonio, puta de non petenda dote valet. Idem si pactum fuit factum ante contractum matrimonium, & collatum in tempus

tempus matrimonij. Secundus articulus est, an pactum valeat in præiudicium mulieris ab ea in dote factum, & concludit, ꝙ si sit factum ante cõtractum matrimonium, ꝙ valebit, secus si post. idem dicit, si mulier faceret pactum so. matrim. quia non valeret in præiudicium mulieris. vide Alex. in d. §. Lucius.] in d. §. Lucius, relinquit super hoc cogitandum.

Mihi videtur, ꝙ de hoc sit casus apertus in l. pater. § 2. ff. de pact. dot. qui melius probat, quam dictus §. Lucius. & quam d. l. Iul. quia in dictis iuribus dicitur viuo patre, vel viua muliere, & sic potius differtur exactio quam remittatur. Sed in d. §. indistincte videtur remitti. Et pro prædicta responsione, quam dedi ad d. l. quod sponsæ. bene facit, quod habetur in l. si liberis, §. fina. ff. de pact. do. vbi rectè considerando videtur probari dicta responsio. Per quam habes notabilem limitationem ad d. l. quod sponsæ. alias limitationes posui supra in §. 1. in quæstione, maritus confitendo, an possit constituere dotem vxori suę.

Secundo casu quando dos fuit data, conclude, quod si fit pactum, per quod diminuitur ius dotis. Aut fit constante matrimonio, & cadit in donationem, ita ꝙ mulier efficitur locupletior, & tunc non valet d. l. si liberis, §. fin. secus si fieret solum pactum, ꝙ esset periculo mariti res, quæ alias non esset. l. Pompo. ff. de pac. do. nam tunc valet vt ibi. Aut fit pactum ante matrimonium, & tunc siue sit pactum, per quod minuitur ius dotis in fructibus, non tamen ex toto omnes perduntur, vt si fiat pactum, ꝙ certo creditori mulieris de fructibus satisfiat, vel ꝙ ipsa mulier lucretur fructus vltimi anni matrimonij, & tunc valet d. l. si liberis. §. fi.

3 †Secus si fiat pactum, per quod vir perdat omnes fructus, quia tunc non valeret, quasi sit contra substantiam actus, de quo agitur, cum debeat dos data deseruire oneribus matrimonij, & ita loquitur d. l. 4. facit l. cum precario, ff. de precario. Facit in casu d. l. 4. quando propter pactum prædictũ mulier duplum dedisset viro eius, quod alias esset datura, non sustinetur pactum, cum saltem aliquod emolumentum possit habere ex vsu pretij redigendi ex fructib. dotis, quando nõ renascuntur, sed semel tantum percipiuntur, an spectent ad maritum, licet impropriè dicantur fructus. Generaliter autẽ concludo, ꝙ pactum ad præiudicium mariti super dote valet. facit, quod habetur in l. de die, & in l. Attilicinus, & ibi no. gl. & Sal. ff. de pac. dot.

SVMMARIVM.

1 *Pactum, quod facit mulier de dote non petenda, an valeat.*

II. QVAERO.

1 AN valeat †pactum, ꝙ facit mulier de dote nõ petenda, & sic tendens ad præiudicium ipsius mulieris? Et videtur indistinctè non valere per l. de die. & l. Attilicinus, ff. de pact. do. In contrarium videtur tex. in l. & hæredi, §. filiæ, ff. de pac. & in l. cum dos, ff. de pac. dot. & in l. 2. vers. nec cogitur. solu. mat. & in l. quæ dotis. e. ti. Intelligendo, ꝙ in dictis iurib. extraneis animo donandi fuit adhibitus ad stipulandum dotem. Glos. in hoc variant, vt patet in d. §. filiæ, & in d. l. cum dos. & omissis superfluis potest concludi, ꝙ aut mulier facit pactum de dote non petenda, & tunc considerandum est ꝙ iura in certis casibus videtur tolerare illud pactum, & in certis prohibere, vt l. 2. de pac. do. & no. gl. melior de corpore iuris in l. 1. ff. de dote præle. nam potest valere, si fiat in casu soluti matri. per mortem mulieris præmoriente viro, vel etiam si fiat in casu dissoluti matrimonij per diuortium secundum tempora Digestorum, si soluatur communi culpa interueniente, & liberis existentibus, vel etiam culpa mulieris eo casu, quo propter solam culpam deberet perdere dotem. l. Lucius, & l. viro atque vxore, ff. sol. mat. Secus si fiat in casu dissoluti matrimonij per mortem viri muliere superstite, vel etiam in casu diuortij extra casus prædictos. His præmissis considero, ꝙ aut tale pactum, ꝙ dos non petatur per mulierem, fit constante matrimonio, aut fit ante matrimonium, aut fit post ipsum dissolutum. Primo casu, si fit constante matrimonio, non valet, cum sapiat vim donationis per ea, quæ habentur in l. si liberis. §. fin. & in l. si pater. §. 2. de pac. do. & sic intelligo glo. quæ aperte hoc dixit in l. & hæredi. §. filiæ. ff. de pact. Si vero fiat ante matrimonio, tunc valet, per d. §. filiæ. Nec ob. si dixeris, ꝙ imo debet valere, etiam si fiat constante matrimonio, cum conferatur in tempus dissoluti matrimonij, & sic quodãmodo in tempus permissum per l. si cum vxori, §. fi. cum seq. ff. de dona. inter virum. & hoc videtur sensisse glo. in l. quod sponsæ, C. de donat. ante nup. Quia potest responderi, ꝙ ita demum, ꝙ confertur in tempus soluti matrimonij, si fit constante matrimonio, videlicet, quando agitur de modico præiudicio, vt quia est donatio reuocabilis sui natura, sicut est donatio causa mortis, & ita loquitur d. l. si cum vxori. & sic debet intelligi gl. in d. l. quod sponsæ. secus si sit magni præiudicij, vt quia sit irreuocabilis, sicut donatio inter viuos, quia tũc non valet, etiam si conferatur in tempus soluti matrimonij, vt est casus singu. in l. vbi ita donatur, ff. de donat. cau. mort. Et secundum hoc ratio, quam ponit Iurisconsul. in d. l. si cum vxori. §. fina. fuit transcursoria & persuasiua, & ad illam debes subaudire maximè. Vel si vis eam indistinctè saluare, vide Imo. in l. diuortio, ff. de verb. obliga. Si verò fiat dictum pactũ ante matrimonium, & tunc videtur, ꝙ valeat, argumen. dic. l. si liberis, §. fina. & hoc etiam tenet glos. in dic. l. & hæredi. §. filia.

Sed in contrarium stringit d. l. Attilicinus. & d. l. de die, arguendo a fortiori, & hoc voluit tenere gl. in d. l. cum dos. Potest dici, ꝙ tale pactum valeat in casu, in quo alias a iure permittitur, prout dixi supra prẽmittendo: sed in aliis casibus, in quibus a iure non permittitur, non valebit pactum. Non ob. d. l. si liberis. quia ibi pactum respicit prẽiudiciũ mariti iuxta ea, quæ dixi supra proxi. q. Si verò fiat dictum pactum soluto matrimonio, & tunc aut interuenit iusta causa, & tunc valebit pactum, argu. d. l. licet. & sic intelligatur glo. in d. l. cũ dos. Si verò non interueniat iusta causa, tunc secus per d. l. licet. nõ cauillando eam. Dico autem iustam causam satis adesse, si fiat in casu, in quo alias a iure permittitur ante matrimoniũ, quod quando sit, dixi supra, §. prox. in hac ead. q.

III. QVAERO,

AN valeat pactum, quod facit mulier de dote petenda vlteriori die, quam sit a iure statutum. Conclude, ꝙ si fit constante matrimonio, vel ante, non valet, quasi aduersetur publicæ vtilitati, cum induceretur mulier ad tardius nubendum contra mentem l. penul. ff. sol. ma. Idem si dictum pactũ fiat post solutum matrimonium saluo, nisi iusta causa tunc interueniat, quia fortè propter paupertatem mariti non potest statim solui, vt est tex. cum gl. in l. licet, ff. de pac. do.

Prædicta vera, quando fit pactum per ipsam mulierem, sed si fieret per patrem mulieris dantem dotem, tunc hoc casu valeret propter reuerentiam paternę pietatis, vt est casus no. in l. aliud, ff. de pac. dot. & pro hoc facit, quia ipse pater habet onus maritandi eam, & tradendi dotem etiam secundo viro, auth. sed quamuis, C. de rei vxo. acti. vnde videtur quodammodo magis sibi prẽiudicare. Hinc est, ꝙ si consolidaretur actio in filiam, non noceret sibi, nisi etiam hæres patris consensisset. d. l. aliud. Fortè tamen sufficere, ipsam esse hęredem per id, quod no. ibi glo. 2.

IIII. QVAERO.

AN mulier possit prẽiudicare adhibendo alium ad stipulandum dotem? Satis tetigi supra §. prox. in materia, qñ mulier adhibet alium ad stipulandum, an videatur adhibuisse tamen animo donandi ei. Nunc autem sic concludo, ꝙ si adhibetur animo donandi in casu, in quo potest paciscí de dote non petenda, quod quando sit, dixi supra. 2. q. & tunc tenet talis adhibitio, alias secus, quia mulier remaneret indotata, & sic aduersaretur tale pactum publicæ vtilitati, de qua in l. j. ff. sol. ma. Si autem sit adhibitus simpliciter ad stipulandum, in dubio videbitur adhibitus in casum tantum permissum, vt sic res potius valeat, quam pereat. l. quoties, ff. de reb. dub. cũ vulg. prædicta quæ dixi de adhibito animo donandi, intellige inter viuos. Quid autem si esset adhibitus animo donãdi causa mortis, vel quid in dubio sit præsumendum, dixi latè supra §. proximo, & habetur per Doctor. in l. quæ dotis, ff. soluto matrimonio.

V. QVAERO.

AN valeat pactum dubium, per quod potest sequi damnum, & commodum mulieri aduenientę causa præiudicij? Videtur quod sic ratione dubij, quia non potest esse læsio, vbi est dubium lucri. l. de fideicommis. C. de transactio. l. si pater puellę, C. de inofficioso testamen. l. si pater, §. penul. & fi. ff. de pac. dot.

Sed in contrarium videtur apertè casus in d. l. Attilicinus, vbi Bar. valde fuit miratus de illo casu, dicens ꝙ quilibet communiter nescíens illam l. diceret contra. Puto, ꝙ si per tale pactum potest afferri prẽiudicium mulieri in eo, quod induceretur ad tardius nubendum, tunc non valeat aduenientę casu talis prẽiudicij, & ita loquitur d. l. Attilicinus. Sed vbi tale

prẽiudi-

Source : BIU Cujas

præiudicium non fieret, licet posset in aliquo dos minui, sicut augeri, vt patet in d.l.si pater, tunc ratione dubij euentus toleratur pactum adueniente casu præiudicij, cum non inducatur per hoc mulier ad tardius nubendum, quia dotem, quęcunque erit, recipiet in ea die a iure statuta, & ista sufficiant de hac materia, quæ confuse est tradita per Doctores in locis præallegatis.

VI. QVAERO.

AN dominium rei dotalis trãsferatur in maritum sine traditione? Tex. in l. de diuisione. & ibi no. Bar. ff. sol. matr. probat, ꝙ prædium non dicitur dotale, nisi possessio tradita sit. Ad idem facit l. fundum dotalem, §. 1. ff. de fundo dotali. Adde, ꝙ hoc etiam videtur verum, si in dote sit vniuersitas bonorum, vel iurium, puta hæreditas, vt est gl. singu. in l. 1. in ver. vniuersæ, ff. pro dote, quam allegat Bal. & Imo. in d. l. de diuisione. de quo etiam vide Bal. in l. 2. C de iure dot. & per Bal. in l. 1. C. pro dote, & Bal. in l. 1. in 8. quæstio. C. de actio. emp. & in l. fi. §. præterea, C. de iure dot. Et pro illa glo. est tex. no. quem ibi ponderat Bal. in l. si tibi, C. de his qui a non domino manumittuntur.

SVMMARIVM.

1 *Fundus dotalis an censeatur proprius mariti.*
2 *Datum, dictio importat translationem dominij.*
3 *Maritus si vocetur ad aliqua munera accepto modo substantiæ, dos non cõputabitur.*
4 *Bona dotalia censentur aliena, & non ipsius mariti.*

VII. QVAERO.

1 AN fundus † dotalis censeatur proprius mariti? Et attende, quia aliud est quærere, in cuius bonis sit, aliud quis sit dominus. l. bonorum, §. in bonis, ff. de verbor. significa. vnde si quæritur, an dos sit in bonis mariti, dicendum est ꝙ sic, vt est casus in l. eum qui, §. item resp. ff. ad muni. sed an sit dominus, dico ꝙ sic, si res dotalis fuit data ęstimata. l. quoties, C. de iure do. Si verò non fuit æstimata, an constante matrimonio maritus sit dominus, glo. disputat in l. in rebus, C. de iure dot. & concludit, maritum esse dominum, & sequitur ibi Cy. Sal. & communiter Docto. allegant tex. Insti. quib. alie. licet, vel non. in prin. ibi, quamuis sit ipsius dotis causa datũ, quod
2 verbum † datum, importat translationem dominij, §. sic itaque. Insti. de actio. quinimo etiam large loquendo res vxoris tantum dicuntur esse viri, & econtra propter commixtam familiam, licet non propriè. l. 1. §. si vir. ff. ad Silla. Eodem modo res præsentes dicuntur esse filiorũ, in ea. l. 1. §. domini. vbi Bal. dixit, ꝙ filius vulneratus in domo patris, vel vxor in domo mariti, dicuntur vulnerati in domo propria, & vulnerans punitur pęna statuti, licet in hoc aliquid contra. Concludendo videtur, ꝙ licet maritus quo ad quædam habeatur pro domino, vt possit vendicare, l. doce ancillam, C. de rei vend. & alia facere tanquam dominus, de quibus in d. l. in rebus. in glo. & econtra vxor quo ad quædam reputatur domina dotis, vt habetur in d. gl. tamen verè & propriè non videtur quempiam ipsorum esse absolutè dominum, & de vxore constat, & tenent communiter Docto. in marito autem probatur, ꝙ non sit dominus absolutè rei dotalis, sed sit quædam mistura dominij inter eum, & vxorem, vt probatur in l. Pomp. ff. de acq. poss. & in l. sciendum, §. si fundum, ff. qui satisd. cog. & in d. §. idem respondit. vbi probatur, ꝙ licet dos sit in bonis mariti,
3 si tamen † maritus vocetur ad aliqua munera accepto modo substantiæ, dos non computabitur, quasi dicat, ꝙ licet sit in bonis, non tamen dicitur esse propriè mariti, vt etiam probatur euidenter in d. l. in rebus. quæ dicit, ꝙ licet legum subtilitate res dotalis transeat in patrimonium mariti, non tamẽ ob hoc debetur, vel confunditur rei veritas, quasi dicat, ꝙ veritate inspecta non sunt viri, & ad hoc vide quæstio. quam ponit Bar. in d. l. idem respondit. Et ad hanc quęstionem possent induci, quæ notaui supra in §. 2. in quæstio. in actio. l. Aquiliæ possit dari vxori contra maritum pro leuissima culpa commissa in re dotali constante matrimonio, vide ibi. Et ad prædicta etiam facit tex. in l. si constante, §. si maritus, ff. solu. matr. Ex quo inferunt ibi Bal. & Imo. ꝙ si maritus locauit omnia prædia sua, non videtur locasse dotalia, quia propriè non cẽsẽtur mariti. Ro. ibi tenet contrarium in locatione ad modicum tempus, quia cum maritus fundum dotalem locare possit, vt l. diuortio, in princip. eod. titu. & l. si filiofam. §. si vir. eodem titu. ergo videtur, ꝙ in locatione generali comprehendatur. Adde, ꝙ pro hoc facit, quia illud dicitur meũ, pro quo

daretur mihi rei vend. l. Quintus, §. 2. de au. & arg. le. l. seruos de leg. 3. sed pro fundo dotali marito daretur rei vendicatio. l. dote, C. de rei ven. ergo censetur esse proprium. Ad tex. in d. §. si maritus. respondet, vt colligitur ex gl. ibi in ver. in alienis. Iuxta hoc tamen dicunt Cy. & Bal. ibi, ꝙ in generali hypotheca bonorum non veniunt bona dotalia, quod est notãdum. Puto etiam, ꝙ in quæstione de locatione esset aduertendum, quia secundum quantitatem pensionis posset de facili cognosci ad locationem bonorum viri, an fuissent comprehensa bona dotalia in locatione vel non, arg. l. 1. cum ibi no. ff. de reb.
4 dub. Adde etiam † ꝙ bona dotalia censentur aliena, & non ipsius mariti, vt in d. §. si maritus. quia in contractu dotis maritus tenetur de leui culpa, etiam non faciendo commissa, vt no. gl. in l. si vt certo, §. nunc videndum, ff. comm. nisi maritus eandem culpam leuem commisisset in rebus propriis: nam licet bona dotalia dicantur aliena, sunt tamen quasi propria viri cõstante matrimonio, vt probatur in tex. in d. §. si maritus, in ver. quamuis. quicquid dicat gl. in d. §. nunc videndum.

SVMMARIVM.

1 *Res empta ex pecunia dotali, an efficiatur dotali, & nu. 3.*
2 *Res succedit loco pretij in uniuersalibus.*

VIII. QVAERO.

1 AN res empta † ex pecunia dotali efficiat̃ dotalis & in ea mulier habeat priuilegium. Ro. tangit suo notabili 227. & ibi videtur tenere ꝙ sic, & idem sentit Bart. in l. si cum dotem, §. fi. ff. so. ma. alle. l. si ventri, §. in bonis, ff. de priuil. cre. Tu adde, ꝙ est singulare priuilegium doris contra regulas iuris communis, quę habent, ꝙ res empta ex pecunia mea non efficitur mea, l. qui vas, §. fi. ff. de fur. l. ex pecunia, C. de iu. dot. l. si ex ea, C. de rei vend. l. si vt proponis. & ibi no. eo. ti. Alij dicũt, ꝙ imo hoc videt̃ esse regulare, ꝙ res empta ex pecunia mea dotali efficiatur mea, si voluntate mea, & ad meam vtilitatẽ fiat, l. ita constante. iuncta l. res quæ ex dotali pecunia. licut ẽt ꝓtingit in qualibet alia re nomine meo empta. l. i. C. per quas personas nobis acqui. Puto tamen, ꝙ saluari possit Bar. duob. modis, dicendo ꝙ imo sit speciale in dote hoc modo, quia licet a principio non interuenerit voluntas mulieris, sufficeret tamen, si ex postfacto subsequeretur eius ratihabitio, licet secus si expresse contradixisset a principio. d. l. res quæ ex dotali pecunia. cum gl. Secundo saluari potest, ꝙ sit speciale, quia si eius voluntate ematur, licet non suo nomine, tamen efficitur dotalis, & de hoc est tex. peregrinus in l. qui in aliena. §. interdum. & ibi no. Bar. in lec. modernis, ff. de acq. hær. & Bar. pungit in l. 3. §. si ab ignoto, ff. de manumis. Potest etiam hoc dici
2 alia ratione, quia † in vniuersalibus res succedit loco pretij, l. si rem & pretium, ff. de pet. hær. l. imperator. in fi. de lega. 2. Sed dos dicitur esse quid vniuersale, ergo &c. Hic tamen obiicio quæstionem quotidianam & vtilem, & quam sæpe vidi de facto, quia dictum est, an res empta ex pecunia mea efficiatur mea. Quid autem si res mea vendatur habita fide de pretio, quod pretiũ non soluitur, an ego possim agere ad rem meã, & sim præferendus aliis creditoribus. Et Bal. & Ang. & communiter moderni post Bar. in d. l. si cum dotem, §. fi. concludunt ꝙ non. Idem Ioan. Fab. in §. venditæ, Insti. de rerum diui. & Bal. in l. sub prætextu. C. commo. & in l. eum qui. ff. de ac. & ob. & in l. in rebus. in 2. col. C. de iu. do. bene facit tex. in l. si pro parte, §. si dictum. ff. de in rem verso. Licet Bal. contrariũ dixerit, & male in l. pro debito, C. de bon. auth. iud. poss. Limi
3 ta † tamen communem sententiam, nisi pecunia fuisset expresse mutuata ad talem rem comparandam, quia mutuans in illa præfertur cæteris creditoribus personaliter agentibus. bo. tex. cum gl. communiter approbata in l. quod quis, ff. de priu. cred. Plus dixit gl. in auth. quo iure, C. qui pot. in pign. hab. ꝙ talis mutuans expresse ad merces comparandas, vel ad aliam rem, dicitur in eis habere tacitam hypothecam, quam gl. nunquam obliuiscaris. Secundo limita, nisi mercator iste, qui emit rem meam, ante contractum emptionis conceperat fugam, nam licet venditio dicatur perfecta, quia certa est, & certum pretium, tamen ex ea traditio facta non transfert dominium, quoniam pretium non est solutum, nec est habita fides de pretio d. §. venditæ. & l. quod vendidi. ff. de contrah. empt. Nec ob. ꝙ imo in dubio præsumatur habita fides de pretio, maximè concurrentibus coniecturis, de quibus per gl. Bal. & Doct. in l. si quasi, ff. de pig. act. Quia respondeo, ꝙ cum præsumatur dolus præcedentem causam dedisse fidei habendæ de pretio, perinde haberi debet, ac si nulla fuisset habita fides, & istud tenet Io. Fab. in d. §. venditæ. Et ꝙ præsumatur dolo, seu fraude ante cõtractũ fugam præconcepisse probatur eoipso

quod

Source : BIU Cujas

quod propediem post contractum aufugit secundum Ange. in d.l.si cũ dotem.§.fi. Mouetur per l.si ventri.§.in bonis. ff.de priuileg.credit. Nec etiam prædictis obst. tex.in l. Iulianus.§. offerri.ff. de actio. emp.vbi venditor habet ius pignoris in re vendita ad pretium consequendum. Quoniam respõdet Bal.in d.l.fina.& in l.eum qui.quod illud verum est respectu retentionis rei nondum traditæ,sed si iam venit ad traditionem,nisi ab initio contractus id actum fuerit, vt pro pretio hypotheca remaneat,non dicitur aliquo modo hypotheca,nec poterit cæteris creditoribus præferri,quod est singulare,bene facit iudicio meo.l.1.§.fina.cum glo.ff. de rebus eorum. Nec etiam obst. si diceretur, quod deficientibus prædictis, nihilominus subsequenti traditione transferri debet dominium veluti ex cõtractu innominato, vt no.in simili Azo in summa Inst.locati. probatur in l.si tibi polienda, in fine. ff. de præscrip. verb.& sequitur Bald. in l. contractus. C. de fide instrumen. Quia respondeo, quod in casu nostro contractus venditionis perfectus erat, & validus, vt supra dixi. Secus in casu Azo.quia expresse collatus erat in voluntatem patris cõtra l.a Titio, & ibi no.Bar.ff.de verb. obligat. nimirum ergo, si ex subsequenti traditione resultat contractus innominatus ex præsumpta mente traditionis. Et prædicta no.bene.

SVMMARIVM.

1 *Res dotalis an possit alienari.*
2 *Res dotalis, quæ consistit in pondere,numero,vel mensura,potest alienari.*
3 *Res quælibet dotalis,etiam quę seruari possit,est alienabilis cum solennitate.*

IX. QVAERO.

1 AN res † dotalis possit alienari? Glos. in l.1.ff.sol.matrim. videtur indistincte tenere,quod non,siue sit mobilis,siue immobilis. Idem sentit glos.in l.libertatis.ff.de iure dot. & in §.cũ autem.C. de rei vxo. act. licet ibi non multum se firmet. In contrarium, quod res mobilis dotalis possit alienari, tenet glo.Insti. quib. alien. licet in prin. & Azo in summa de fundo dotali.in fi. quia lex Iulia loquitur de fundo dotali. ergo videtur permittere indistincte mobilia alienari.

Secundo per l. dotalem.ff.sol.matr. dicendo, quod ibi non est speciale. Odofred. tenet primam partem, quia leges, quæ loquuntur de fundo dotali,ponuntur gratia exempli. Item p d.l.dotalem,vbi necessario debet intelligi,quod sit casus specialis, quia alias,si regula fuisset, quod res mobiles potuissent alienari,ille tex.fuisset sine dubitatione,quia illud multo magis erat dicendum fauore libertatis, arg. Insti.de dona.§ fin. Sed contra prædicta facit l. res in dotem datæ. ff. de iure dot. Petr.quicquid referat Cyn.in d. §. cum autem. distinguit sic.

2 † Aut res dotalis consistit in pondere,numero, vel mẽsura,& potest alienari.d.l. res in dotem datæ. Aut consistit in alijs rebus mobilibus,& tunc si possunt seruari, nõ possunt alienari, & ita intelligit glo.in d.l.1. ff. soluto matrimon. Fallit fauore libertatis,vt l.dotalem. ff. solu. matrim. Aut non possunt seruari,& tunc possunt alienari. l.lex quæ tutores. C. de admin. tutor. Sed tamen hæc distinctio non placet Bar.in d.l. 1. quia non est eadem ratio in muliere & in minore.l.sicut.C.de præscrip.30.ann.Iacob.de Are.dicit,quod interim potest vir alienare quia non est prohibitum,sed matrimonio soluto dominium reuertitur ad vxorem,vnde ipsa poterit vendicare,arg. l.3.§. sed & Marcellus. ff. de in diem adictio. sicut in rebus, quę subiacent restitutioni, vt in auth.res quæ C.communia de leg.& hoc videtur tenere Bar.in d.l.j. Subdit tamen hodie de iure Authenticorum,q̃ est innouatum in reb. quæ seruari possunt vt non possint alienari nisi cum illa solẽnitate,quã ponit auth.siue a me.C.ad Velleia.& ibi no. glo.in fi.& idem tenet in Auth.vt immobilia ante nup.dona. &c.§. vlt. Quod esse verum patet, quia licet dicta constitutio, dum loquitur de donatione, exprimat de immobili, tamen cum loquitur de dote dicit generaliter,si quid dotis &c. Adde & no.bene,

3 quod Bar.vult,quod† quælibet res dotalis etiam quæ seruari possit,alienabilis sit cum solennitate,dicta auth.siue a me. Et plus videtur mihi,quod etiam Bar.loquatur de re immobili, & ita intelligit eum Imo. licet quidam dicant, quod Bart. loquitur de re immobili tantum,quæ potest alienari seruata dicta solennitate,quia dicunt, quod si Bar.intellexisset de re immobili, male fuisset loquutus, & contra dictam auth. Ro. in d.l.1 intelligit Bart. loqui etiam de re immobili, & ita videtur esse mens eius, & idem sentit glo.in l.si æstimatis.eo.ti.ff. sol.matrim. Subdit etiam Imo.in d.l.1.quod illud, quod dicit Barto. potest procedere hodie per l.vbi.C.de iure dotium.& l.in rebus.eo.ti.vbi soluto matrimo.retransfertur dominium secus de iure fforum,quia non retransferebatur ipso iure l.1. ff.de fun.dot.& nota.per Bar. in l. si morã. ff. soluto matrim. vnde distinctio Pet. videtur verior. Quid autem de re immobili æstimata, dicam infra eod & tangitur per Bar.& scribentes in l.si æstimatis.ff. soluto mat. vide Bal. & alios in l. sciente viro.C. de iure dotium.

SVMMARIVM.

1 *Maritus & vxor si vendunt rem dotalem cum iuramento, & confitentur ambo se participasse pretium,deinde mulier solu.matrimo.repetit totam quantitatem,an possit ei opponi,quia iam habet dimidiam.*
2 *Mulier ad hoc vt obligetur(quando se cum viro astringit) quid sit necesse.*

X. QVAERO.

1 SI vir & vxor vendunt rem dotalem † cum iuramento & confitentur ambo se participasse pretium, deinde mulier soluto matrimonio repetit totam quantitatem, an possit ei opponi, quia iam habet in dimidiam. Videtur quod sic, ex quo vterq; vendidit & vtriq; dicitur pretium solutum, arg. l.reos.§.cum in tabulis.& quod ibi nota.ff.de duobus reis. Et hanc partem videtur tenere Bar.in suo consilio 129.quod incipit, punctus quæstionis dotalis est. In contrarium vltra ibi allegata per Barto.fortiter facit,quod habetur in auth.si qua mulier.C. ad Vell. vbi quando vir & mulier in eodem instrumẽto se obligant,nõ tenetur mulier,nisi quatenus doceatur, versum in vtilitatem mulieris. Et pro ista parte decidit Specu.in tit.de fo. & liberationibus. §. ante omnia. versi. pone vir. Et hanc tenuit Io.de Imo.in ca.cum cõtingat,in 11.char. extra de iureiur. & Gemi.in c.2.in 7 col.de pact.lib.6. Et pro hac parte consuluit Fede.de Se.cons.18 Mouetur principaliter, quia(vt docet experientia) maritus vere percepit totam pecunia. Sed pro cautela emptoris ipsa mulier se obligat, & fatetur precium participasse, nec commode mulier posse resistere voluntati viri. Et ideo satis est iustum, quod non teneatur, etiam si in instrumento dicatur, quod pecunia fuit sibi numerata,prout sentit Spe. in loco præallegato,& satis videtur de mente dictæ authen. si qua mulier, quæ verisimiliter fuit facta propter rationem superius allegatam. Nec obstat d. §. cum in tabulis.quia illud,quod ibi dicitur, procedit in his, qui possunt se aliter obligare. Sed fallit in muliere, quæ non potest se obligare pro viro,nec etiam regulariter pro aliis,per id quod habetur in dicta authenti.si qua mulier. Ex his vide-

2 tur, quod † ad hoc vt mulier obligetur, quando se cum viro astringit, quod sit necesse, aliter apparere pecuniam esse versam in vtilitatem mulieris, aliter quam per id solũ, quod dicatur in scriptura instrumenti per prædicta.

SVMMARIVM.

1 *Mulier an audiatur contra alienationem rei dotalis, cui expresse consensit, & non contrauenire iurauit.*
2 *Mulier si cedat alteri ius, quod habet,an cessionarius possit auocare rem, in quam per cessionem est translatum dominium.*
3 *Contractus non firmatur iuramento.*
4 *Iuramentum an & quando transeat ad hæredes.*

XI. QVAERO.

1 AN audiatur † mulier contra alienationem rei dotalis, cui expresse consensit, & nõ contrauenire iurauit? Bar. tangit in l.si æstimatis. ff. solu.matrim.& text. in c. cum contingat. de iureiu. firmat quod non. Sed dubium restat, nunquid contractus firmetur iuramento, an viro mulier solum obligetur ad obseruantiam iuramenti, propter illud, quod uergit in dispendium salutis æternæ, remanente ipso contractu nullo. Et dubium facit, quia tex.in d. c. cum contingat. secundum domin.Anton.& alios,istud dubium non decidit, sed simpliciter dicit, quod mulier tenetur seruare iuramentum. Vnde Ioan Fab.Instit.qui alie.licet.in princ.tenet,quod cõtractus non firmatur,sed solũ mulier obligetur ex iuramẽto. Monetur,quia tex. in d. c.cum contingat,& in c.licet mulieres.de iureiuran.in 6 non dicunt,contractum firmari iuramento, sed solum, quod debet seruare iuramentum, & sic non contrauenire,& sic remanemus in iure antiquo, quatenus non reperitur correctum.l.præcipimus.C.de appel. cum vulga. Ex quo dicto possunt plures illationes fieri. Et primo, quod si contractus remaneat nullus, mulier poterit a tertio possessore,cui non vendidit,soluto matrimonio rẽ vendicare, quia ille non est dominus, sicut nec ille, qui emit a muliere,ex quo cõtractus fuit nullus iure prohibente,arg.l.nunquã nuda.ff. de acquiren.rer. dom. & ideo cum mulier sit domina.l.

Source : BIU Cujas

na l.in rebus, C.de iure dot.poterit ab illo vendicare, nec ab eo per exceptionem repelli, quia eius respectu nihil iurauit: sed,si emptor, cui iurauit, possideret, bene posset exceptionem repellere,& sic exceptio personalis,& iuramentum producit obligationem personalem,secundum Innoc.in ca.viã veritatis ignoras.de iureiur. Sicut in simili habetur in l. milites veterani,ff.de testamen milita & in l.qui ex liberis, §.testamento, ff.de secun.tab. & fac. quod habetur in l.loci corpus, §.competit,ff.si seru.vend. Limita tamen hoc esse verum,nisi ille tertius haberet causam ab eo,cui mulier illa iurauit, quia tunc posset etiam exceptione se tueri, cum exceptio transeat etiam in singularem successorem,l.etiam si in rem,ff de iureiur.&l.ait prætor,§.1 cum seq. co. ti.

Secundo potest inferri,si verum est,quando contractus sit nullus, sed mulier tantum obligetur ad obseruantiam iuramenti,cp mortua muliere hæredes eius poterunt rem auocare,etiam ab emptore,cui mulier iurauit, ex eo quia transiuit dominium in eos,quod erat penes mulierem, & ipsi non ligãtur iuramento præstito per mulierem,vt per Inn.in d.c.viam veritatis.

2 Tertio infertur,†cp si mulier cederet ius,quod habet,alteri,cp cessionarius posset auocare rem in quem per cessionem esset translatum dominium, vel saltem rei vendicat, secundum cp habetur per glos.in l.plane.famil. erc. & maximè quia ipse cessionarius nihil iurauit. Plus etiam videtur voluisse Bar.in l.si quis pro eo,ff.de fideiuss.cp si tenemus istam opi. cp cõtractus remaneat nullus,sequeretur, cp etiam ipsa mulier posset rem repetere,quia videtur impleuisse iuramentum tradendo rem,& sic remanet postea sine causa res penes emptorem, & ideo videtur posse repeti per illud, quod habetur in simili in cap.debitores.de iureiur.In contrarium, cp imo contractus firmetur iuramento,facit,quia alias tex.in d.cap.cum contingat. seruiret nobis de vento, & esset modici effectus, & de facili posset eneruari eius dispositio, si mulier cederet ius alteri. Vel dicamus, cp ipsamet possit repetere secundum Io.Cal.& hanc partem sentit gl.in auth.sacramenta puber. C. si aduer. vend.vbi licet tex.dicat,sacramenta præstita per minores debere seruari;tamen glo.dicit de mente literæ esse, cp contractus firmetur iuramento, quasi ius velit, cp licet non sit licitum contrahere sine iuramento, tamen cum iuramento sit licitum. Et secundum hoc cessabunt omnes illationes supradictæ.Et hanc partem videtur tenere Bar.sibi cõtrarius in d.auth.sacramenta pube.Adde, cp Io. de Ligna. disputauit
3 concludens †quod contractus non firmetur iuramẽto,quia hoc non dicitur in dictis iuribus.Et idem tenet domi. Anto. in d.c. cum contingat. Et ad illas absurditates, inquantum dixi,cp posset mulier tradendo,& sic implendo contractum postea repetere per d.c.debitores.respondet,cp istud non sequitur,quia iuramentum tunc non impleretur ex momentanea solutione,cum nulla sit turpitudo ex parte recipientis,quæratio cessat in casu dicti cap.debitores.Et si dicis,cp videtur adesse turpitudo in casu nostro,ex quo contrahitur contra legẽ, arg.l.non dubium,C.de leg.Potest responderi,cp per hoc non videtur esse turpitudo, licet temere videatur agere, & satis est,cp temeritas punitur per nullitatem actus, & quia recipiẽs iuramentum recipit canone permittente,& præferente periculum animæ fauori temporali.Nec ob.cp ex quo contractus est nullus,recipiens teneat sine causa,quia hoc non est verũ, immo tenet cum causa,scilicet propter iuramentum.Nec ob
4 stat,cp † non transeat iuramentum ad hæredes, quia illud est verum quo ad pœnam periurij,tamen tenetur seruare illud, quod iurauit defunctus,ne lædatur anima defuncti, secundũ Doct.in c.viam veritatis,supra allegato.Ad quod facit, quod habetur in c.fi.de sepul.& in c.ex literis,de rapto.Accedat,qđ dicunt cano.cp ex iuramento oritur duplex obligatio,vna oritur ad obseruandum,& hoc secundum omnes obligat hæredes. Alia etiam oritur obligatio ad periurium,& hæc non obligat hæredes,& ita procedũt contraria.Nec ob. cp mulier poterit cedere ius sibi competens,& cessionarius poterit venire contra,quia secundum do.Anto.in d.c.cum contingat, hoc non est verum,si fiat cessio ex causa lucratiua, vel etiam ex causa onerosa cum fraude,quia exceptio etiam personalis, quæ obstat cedenti,obstat etiam cessionario,l.apud Celsum, §.de authoris.& §.si cum legitima. de doli excep.

Mihi videtur,cp de iure defensari possit, cp cõtractus firmetur iuramento,& sic teneo opi.gl.& Bar.in d.auth. sacramenta pub.& Io.Cal.Et moueor per tex.in c.2.de pac.in 6. vbi litera apertè dicit,cp licet pactum,de quo ibi, improbetur a iure ciuili; tamen si sit factum cum iuramento, omnino seruari debet.Et sic pondera,cp vult ipsum pactum seruari, & non dicit de iuramento, sed de pacto seruando. Ita eadem ratione videtur dicendum in casu nostro. Et tenendo istam partem cessant omnes difficultates, & illationes supra factæ,& hanc partem videtur tenuisse Io.An.& Arch.in d.c. vbi dicunt per illam decretalem approbari opi. Placen.positam in l. pactũ, C.de colla.Et merito debuit approbari opin.Placen.quia qua ratione tenet contractus minoris super re sua, si iurauit, licet alias non teneret,vt in d.auth.sacramenta pub. eadem debet tenere pactum in casu nostro,& hęc pars videtur firmior propter authoritatem glo.iuris ciuilis, & canonici, & ideo in iudicando & consulendo non esset ab ea recedendum, maximè quia hoc clarissimè firmat glo. in d. c. cum contingat.in gl.2 in verbo& prẽterea etiam sentit.ver.vnde multo fortius quid sentiat in aliis partibus eiusdem gl. & hanc partem libẽs sequor propter authoritatem & consilium Bar.& do.Ant.de But.& Imo. in d. c.cum contingat, quicquid dicant Moder. in d.auth.sacramenta pub.& in d.l.si quis pro eo.

XII. QVAERO.

MVlier consentiens alienationi rei obligatæ pro dote, an sibi præiudicet in dicta re? Barto.in l.iubemus,C.ad Velle.concludit,cp si mulier consentit solum alienationi, nõ nocet sibi per l.vir vxori.ff.ad Velleia.& cum Bar. concordat Imo.in c.cum contingat.in 5 1.char.de iureiur. Quod limita vt infra proxima q.

XIII. QVAERO.

SI mulier renunciauit iuri hypothecæ,quid importet? Bal. in l.iubemus,C.ad Velleia.tenet,cp tunc nocet sibi,dummodo supersint alia bona, ex quibus mulieri consuli possit, & ita intelligit dictam l. iubemus. Prædicta intelligit Imo. in capit.cum contingat.esse vera,quando iuramentum non interuenit, per illum tex.in capit.peruenit. iuncta glos.de emp. & vendi.

XIIII. QVAERO.

AN iuramentũ de non alienando rem dotalem superet iuramentum alienationem corroborans? Glo. in c.2.de iureiur.in 6.refert Host.in c.cum contingat.de iureiur. tenere,cp si mulier iurat non alienare rem dotalem, cp istud iuramentum est iustum,& conforme dispositioni iuris communis, & si postea mulier alienat, & iuret non contrauenire, cp tunc prævalebit primum iuramẽtum, ADDIT. [No.hic cautelam ad impediendum alienationem rei dotalis cum iuramento]& sic secundum non obligat mulierem ad obseruãtiam,& hoc casu non haberet locum d.c.cum contingat. Et ex hac cautela posset sumi argumentum ad impediendum alienationem rei dotalis,etiam cum iuramento.& idem videtur sentire Spe.in tit.de emp.& vend.§.3 loco.ver. nam consilium,secundum Ro.in l.qui superstitis,ff.de acq. hær. Et per prædicta posset dari cautela ADDIT.[Cautela notabilis cõtra auth.sacramenta pub.]contra auth.sacramenta pube.Nã posset fieri,cp minor iuraret non alienare res suas sine solenni tate,& sine decreto iudicis & autho. curatoris:nam cum tale iuramentum sit insertum,& conforme iuri communi,cp fuit ex iusta causa introductum,ne minores ex facilitate ætatis læderentur.l.pe.ff.de min. videtur,cp si postea fiat alienatio,non seruata solennitate iuris, & cum sacramento, cp non valeat, nec præiudicet secundum iuramentum propter primum. Et ad prædicta facit,quod habetur in c. intellecto.de iureiur. & per Bar.in l.si quis pro eo. ff.de fideiuss. Prædicta tamen dicas esse vera,vbicunque primum iuramentum fuisset præstitum specialiter ad instantiam,& commodum alicuius. Secus si generaliter,quia cum nulli alij fiat præiudicium, secundum iuramentum valebit.ita Bal.in c.veniens,in fi.de iureiu.

Secundo limita prædicta vera, vbicunque ille, cui præstatur secundum iuramentum, sciuisset istum primo loco iurasse contrarium.Secus si ignorasset, ne aperiatur via fraudibus per l.liberi,ff.de contrahen.emp.ita Bal.in d.c. cum contingat.in 7.col.

SVMMARIVM.

1 *Absolutio an possit peti in casu,quo mulier consentit alienationi rei dotalis cum iuramento.*

2 *Verba debent intelligi cum effectu.*

XV. QVAERO.

1 AN in casu†quo mulier consentit alienationi rei dotalis cum iuramento possit peti absolutio? Io.And.in d.cap. cum

cum contingat. refert opi. Inn. tenentis, quod mulier poterit instare, quod absoluatur, & sic limitat d. decretalem, cum contingat. Licet Ioan. And. hoc dictum Innoc. nō approbet, nec improbet, tamen videtur potius cum illo transire, ex quo nō reprobat, & illud dictum Innoc. sequitur Pet. de Anch. in c. 2. de pact. in 6. maxime quando est maxima læsio. Sed certe videtur, quod ista limitatio sit contra mentem præallegatæ decretalis, cum contingat. quæ secundum hoc modicum operabitur, quo ad effectum, si potest peti absolutio, nam verisimiliter semper petetur, & sic vana erit prouisio d. decre
2 talis, cū cōtingat. Et pro ista parte ēt facit, quia † verba debēt intelligi cum effectu. c. relatum. de cle. non resi. l. 3. §. dotem. ff. ne quis eum qui in ius uo. est ui exi. sic ex quo d. decretalis dictat, quod dēt seruari iuīm, dēt intelligi cum effectu. Præterea Papa hoc verisimiliter expressisset, si voluisset peti absolutionem, sicut expressit in c. si vero. & in c. debitores. de iureiur. Cum ergo simpliciter dicat, seruari debere iuramentum, nec adijciat posse peti absolutionem, ergo videtur voluisse peti. Et hanc partem tenuit expresse Arch. & Gemi. in c. 2. de pac. in 6. per illū tex. in quantum ibi dicitur, quod licet actus sit prohibitus per leges, tamen debet seruari, quando potest seruari sine interitu salutis æternæ. Nam ponderanda est dictio illa omnino, quæ est præcisa, vt est glos. in c. fi. de offi. deleg. in 6. & in c. si a subdeleg. de offic. deleg. eo. lib. & in l. 1. §. si pecuniam. ff. depos. Et ideo per illum tex. videtur reprobari prædicta opin. Innocen. Ita tenet Imo. in d. c. cum contingat. in 7. col. & Roma. in consil. 437. incip. in casu proposito. & Abb. in d. c. cum contingat. & in suo consi. 72. incip. & in hac causa, vbi refert se ita tenuisse in quadam sua disputatione, Idem tenet do. Ant in d. c. cum cōtingat. Limitauit tamen, ni si propter enormen lęsionem, quod est satis æquum, per no. per Fede. de Sen. in consi. 199. & per Pet. de Anch. in d. c. 2. de iureiur. & in c. accessorium. de regu. iu. tene menti. Item limita, vt in proxi. quæst.

XVI. QVAERO.

QVando mulier per minas eius viri consensit cum iuramento, an possit petere absolutionem a iuramento? Videtur quod sic, quia tunc videtur coacta fuisse per id, quod no. Inn. & Ioan. And. in c. causam matrimonij. de offi. de leg. & Bar. in l. 1. §. quæ onerandæ. ff. quarum rerum. & ita possunt limitari ea quæ dixi supra proxi. q. & ita saluatur opi. Inn. quam ibi retuli. Adde etiam, quod posse peteret absolutionem, quando fuit coacta per ea quæ habentur in c. super eo, de iureiur.

SVMMARIVM.

1 *Fideiußor an teneatur, quando mulier propter minas viri consensit alienationi rei dotalis cum iuramento.*
2 *Minoris res si alienetur, licet non teneat alienatio, tenet tamen pignus ad hoc datum.*

XVII. QVAERO.

1 AN in casu † prædicto fideiussor teneatur, licet non teneatur principalis. Hęc quæstio procedit, quando iuramentum non intercessit, quia si intercessit iuramentum, ex quo principalis est obligatus ad obseruantiam iuramenti, adest obligatio cui potest accedere fideiussor. l. pe. ff. de fideiuss. Sed eo casu, quo non interuenit iuramentum, procedit tunc dubitatio, an etiam tunc indistincte intelligatur prohibita fideiussio. Super quo fuerunt opi. quas plene vide per Ioan. And. D. Ant. & Imo. in d. c. cum contingat. de iureiur. Et videtur, quod tunc non teneat fideiussio, quia ex quo non tenet principale, ergo nec accessorium, de reg. iu. l. cum principalis. In contrarium facit, quod habetur in l. pupillus. ff. de arb. vbi licet pupillus ad pœnam non teneatur, tenetur tamen fideiussor. ad idem. l. 1. & 3. C. de fideiu. min. vbi licet succurratur minori, non tamen succurritur fideiussori. Ibi etiam casus, quod
2 † quando alienatur res minoris, licet tamen non tenet alienatio, tenet pignus ad hoc datum, & sic eadem ratione fideiussio. Et per illam l. dicit ibi Cy. fuisse hāc quæstionem determinatam quod fideiussor teneatur, & licet ibi loquatur in re minoris alienata, tamen idem videtur dicendum in re dotali, cū æquiparentur, vt dicam infra prox. q. & sic tenet Cyn. quod valeat fideiussio, Spec. in tit. de empt. & uend. §. 3. loco. versi. sed pone vxor. & seq. & versi. sed in casu præmisso. dicit hoc verum, quando emptor ignorauit rem esse dotalem, secus si sciuisset, quia tunc non tenetur fideiussor. allegat, quod habetur in l. si prædium. post gl. C. de iu. dot. Alii distinguunt, Aut contractus non tenet, ex iure communi, vt quia fit super re sacra, vel litigiosa ignoranter vēdita, vt l. si emptione. §. item si emptor. ff. de contrah. empt. & tunc nō tenet fideiussio. Aut contractus nō tenet ex iure speciali inducto fauore personæ. Et tūc, aut alienatur per ipsam personam prohibitam in casu prohibito, & tunc non tenetur fideiussor. glo. in l. cum lex. ff. de fideiuss. Aut alienat in casu concesso, sed competit restitutio ratione læsionis, quia tunc de mero iure tenet cōtractus, tenetur etiam fideiussor, & videtur tunc non succurri fideiussori per id, quod habetur in l. 1. §. 2. C. de fideiuss. mi. Aut alienatur ipsa res prohibita l. alienari fauore personæ per extraneū, & tunc tenetur fideiussor. d. l. si is. C. de prædiis min. nam ibi non alienauit minor, sed eius administrator, vt ibi patet. Ex hoc videtur, quod si mulier alienat, quod hoc casu fideiussor ab ea datus non tenebitur, quia contractus non valet, nec ipsa mulier obligatur, vnde tunc est eadem ratio, quę est in d. l. cum lex. Sed si maritus, vel alius alienat, tunc videntur consentire Cy. & Io. And. & Bar. & Imo. in d. l. cum lex. quod teneatur fideiussor; quia licet nō teneat contractus in prejudicium mulieris, tamen videtur tenere in præiudicium extranei hic contrahentis. facit, quod habetur in l. si rem lienam. ff. de contrahen. emp. Et ita videtur esse communis conclusio Doct. quam videtur sequi D. Io. de Ligna. & D. Anto. in d. c. cum contingat.

XVIII. QVAERO.

AN alienatio rei minoris, & dotalis parificentur? Glo. in l. cum res. ff. de fideiuss. videtur dicere quod sic. Et idem tenet Cy. in l. 1. C. de fideiuss. mino. dic vt ibi.

XIX. QVAERO.

AN legata re dotali debeatur æstimatio? Gl. in l. dotalem. ff. de testam. mili. tenet quod non. Sed communiter reprobatur per Ioan. Andr. & alios in c. cum. contingat. extra de iureiur.

XX. QVAERO.

AN maritus vendens rem dotalem possit ipse eam repetere? Io. And. in c. cum contingat. de iureiur. innuit ꝙ sic. Sed in contrarium videtur glo. in l. cum vir. quam ibi sequitur Ang. de vsuc. dicens quod licet venditio facta p uirū de re dotali non teneat in præiudicium mulieris, tamen valeat in præiudicium mariti, ipse & fideiussores eius teneatur. & quia non debet posse venire contra factum suum, l. cum ꝑfitearis. C. de do. & allegat, quod habetur in l. sed si is. C. de præd. min. Limita tamen hoc esse verum, si ex sui persona velit maritus vendicare rem, sed bene poterit venire ex persona mulieris. Et sic dicit velle glo. in d. l. cum vir. Sed certe mihi videtur, quod glo. pen. præallegata simpliciter velit, quod vir repellatur exceptione. Adde qūod glo. in l. 1. §. cum lex. C. de rei vxo. actio. tenet quod maritus poterit repetere non obstante alienatione, & illa glo. videtur communiter approbata. Nec ob. d. l. cum profitearis. qa regula est, quod quis nō potest venire contra factum suum. Fallit, quando factum est prohibitum a iure propter publicam vtilitatem, nam tunc potest ipse idem venire, vt probatur in l. quemadmodum. C. de agr. & censi. & no. per Doc. in l. post mortem. ff. de adopt. & in c. diuersis fallaciis. de cle. coniug. & in l. 1. C. de libe. cau. De quo arg. an maritus ex sua persona vel vxoris possit petere rē alienatam, & an tunc ipse tenebitur de euict. vide gl. & Imo. in c. cum contingat. in 7. char.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor mariti vendentis rem dotalem an teneatur.*
2 *Vendens rem subiectam restitutionis tenetur solum ad pretium.*

XXI. QVAERO.

1 AN fideiussor † mariti vendentis rem dotalem teneatur? Et istud dubium pendet ab illo passu, an maritus vēdēs teneatur de euictione, si ipsa res repetatur p mulierem. Et cō munis opin. videtur esse quod non, per l. cū lex. ff. de fideiuss. iuncta. l. non dubium. C. legi. In contrarium tamen facit, ꝙ imo simpliciter teneat per l. sed si is. C. de præd. min. Et hanc partem tenet ibi Cy. & Ioan. de Lig. & Io. An. in d. c. cum contingat. Ant. ibi. & Bar. sentit in d. l. cum lex. quia cum prohibeatur fideiussor, quando ipsa mulier, cuius fauore facta est prohibitio, alienat; quia non subest obligatio, cui possit accedere,

Source : BIU Cujas

cedere,ex quo ipſa mulier naturaliter non obligatur.d.l.cum lex.cum ibi no.ergo ſecus quando alius alienat, quia tunc licet ſit prohibita alienatio in præiudicium mulieris, & ideo non transfertur dominium in emptorem, tamen non intelligitur tunc eſſe prohibitus contractus, vel obligatio ipſius tertij,& obligatur ex ipſo contractu,& tenetur de euictione, & per conſequens tenetur etiam fideiuſſor per id,quod legitur, & notatur in d.l.ſed ſi is,C.de prædiis mino.& hæc pars mihi ſatis placet.Aliqui tamen videntur hoc limitare,q̃ teneantur ſolum quo ad pretium per id,quod habetur in l.ſi.§.emptor,
2 C.commu.de leg.ſi cut in ſimili,vendens rem† ſubiectam reſtitutioni tenetur ſolum ad pretium, & ſic videtur dicendũ eodem modo in propoſito, quia res erat mariti, ſed ſubiecta reſtitutioni,& iſtam limitationem ponit Barto.in l.cum vir, ff.de vſucapio.

SVMMARIVM.

1 *Maritus an poſſit auocare rem alienatam per uxorem conſtante matrimonio.*

XXII. QVAERO.

1 COnſtante † matrimonio an vir poſſit auocare rem alienatam per vxorem?Conclude,q̃ ſi alienat viro non cõſentiente,non valeat alienatio,nec præiudicat viro, vt eſt caſus expreſſus in d.l.ſi prædium, C.de iu.do. Si autem vir conſenſit,videtur ſecus per d.l.ſi prædium,a contrario ſenſu. Tamen in hoc vltimo contrarium tenuit ibi Cy. & Bar.& communiter Doct.quia non debet aſſumi arg.a contrario ſenſu q̃ id,quod habetur in §.& cum lex.Inſti.qui. alie. licet.in princ. Ideo teneas ſecure, q̃ vir poterit auocare conſtante matrimonio non obſtante conſenſu per eum præſtito, & facit ad hoc l.quemadmodum,C.de agri. & cenſi.

An autem ſoluto matrimonio mulier poterit rem auocare?Videtur q̃ non,quia confirmabitur alienatio per ius ſuper ueniens mulieri,per id, quod habetur in dic.l.cum vir. & pro hoc videtur eſſe glo.ſing.in l.ſi conſtante,C.de don quam ſequuntur Cy.Bal.Sal.& Ang.in d.l.ſi prædium. & Spec. in tit. de emp.& vend.§.tertio loco. ver.ſed nunquid confirmatur. Contrarium voluit glo.no.Inſt.qui.ali.licet.in prin.vbi dicit, q̃ ſol.mat.mulier reuocat rem,& idem Spe. in d.§. tertio loco,ver.conſueuit autem notari. Et hanc partem puto de iure veriorem,quia non ceſſat ratio legis prohibentis alienationem. Intereſt enim mulieris ſibi conſeruare rem dotalem etiam ſol.ma.vt ſic poſſit iterato nubere,l.j.ff.ſolu.mat.Fortè dici poſſet, hoc eſſe verum, ſi emptor fuerit ignorans, & ita dicit Io.Fab.in d.tit.Inſti.qui.alie.licet. Nec ob. prædictis d.l. cum vir.de vſuca.quia ibi loquitur in viro, cuius fauore non eſt prohibita alienatio,ſecus in muliere, in qua non ceſſat ratio l.prohibentis.

XXIII. QVAERO.

AN emptor rei dotalis a muliere ſine iuramento alienante,& ſoluto matrimonio reperente rem,repetat pretiũ? Conclude q̃ non,ſi fuit ſciens, etiam ſi fuiſſet expreſſe ſtipulatus eo caſu,quo alienatio non tenet per ea,quæ ſuperius dixi,quando vir alienat,ſecus ſi ignorauit,quia tunc poterit petere pretium,non tamen pœnam per d.l.cum lex.in ratione ſui,ff.de fideiuſ.Et hoc etiam voluit Io.Fab.Inſt.qui alie.licet. in prin.qui reſpicit ad l.& ſi is, C. de præd.min q̃ ibi adminiſtrator non reuocat ex iure ſuo.Secus in muliere,& ideo etiã tunc non videtur teneri de euictione eadem ratione vltra ipſum pretium.Et pro hoc poteſt dici,q̃ gl.in d.l.ſi prædiũ.in quantum dixit,mulierem teneri de euictione, ſi emptor fuit ignorans, non bene dixerit. Et hoc ſatis videtur de mente Bart.in d.l.cum lex. Niſi ſaluando illam gloſ. intelligas reſpectu pretij.

XXIIII. QVAERO.

COntractus alienationis fundi dotalis factus reſiſtente ſtatuto,in quo expreſſe fit mentio de iuramento, an iuramento firmetur? Paſſus eſt valde longus. An princeps, vel habens poteſtatem ſoluendi poſſit impedire iuramentum. Et an authoritas ſtatuti habeat vim apoſtolici,& maximè,poſito q̃ tale ſtatutum non valeret,an ſaltem habeat iuſtam cauſam etendi abſolutionem,de quo articulo, quia potius tangit naturam iuramenti,quam alienationis doris,videas plenè per Imo.in c.cum contingat. in materia iuramenti in tertio membro,de iurei ur.ſecundo per Bar.in l.ſi quis pro eo. in 7. q. ff.de fideiuſſ.& Ant.de But.in ſuo conſi. quod incipit,ſacramenti plures ſunt virtutes.

XXV. QVAERO.

AN mulier & maritus poſſint dare fundum dotalem fiiæ communi? Spec.tangit in tit.de emp.& vend. §. 3. loco. verſi.quid etiam ſi vir.ibi videtur concludere, q̃ non teneatur,niſi interueniat iuramentum,per tex.in d. c.cum contingat.de qua q.dixi ſupra §.1.

XXVI. QVAERO.

AN res mobilis inæſtimata propriè dicatur dotalis,vt nõ poſſit alienari etiam cum iuramento de iure ciuili? Cõmunis concluſio videtur eſſe, q̃ aut res mobilis ADDIT. [Res mobilis.No.hic,q̃ res mobilis, quæ fuit data in dotem, ſi non fuerit æſtimata,dicitur dotalis,nec poterit alienari etiã conſentiente muliere,etiam ſi interueniat iuramentum.]data in dotem nullatenus fuit æſtimata, & tunc propriè dicitur dotalis,& in illa locum habent iura,quæ prohibent alienationem, adeo q̃ non poterat fieri alienatio etiam conſentiente muliere,etiam ſi interueniat iuramẽtum de iure ciuili, vt no. in d.§.& cum lex.Inſti.qui.alie.licet.ſecus ſit de iure canonico;quoniam mulier iurauit per ea,quæ ſupra dixi.Interdum autem datur res in dotẽ æſtimata ea æſtimatione, quæ facit emptionem,& tunc illa non cenſetur dotalis,ſed cẽſetur propria ipſius viri, & empta per eum, & in effectu pretium æſtimationis videtur recepiſſe in dotem per illud, quod legitur & notatur in l.ſi inter virum. C.de iu.dot. & in l. plerunque. ff.eo.tit. & ideo talis res poſſet alienari per virum etiam ſine conſenſu mulieris, ſicut quælibet alia res ipſius viri, & ideo non cenſetur dicta res eſſe dotalis, ſiue fuit ipſa res æſtimata ad finem, an res eſſet deteriorata, vel meliorata ad finem, vt faceret emptionem, & tunc aut alienatio fit ſine conſenſu mulieris, & non videtur valere, & ſic hoc reſpectu cenſetur dotalis.facit, quod habetur in l. quid ſi fundus.ff.de fun.do. Sed ſi alienetur de conſenſu mulieris,tunc videtur,quod teneat alienatio per illud,quod habetur in l.ſi æſtimatis.ſecundum vnam lectu. quam communiter tenent Doct.ff. ſoluto matrim.Et ſic non cenſetur ipſa res ſimpliciter dotalis, quia non poſſet alienari etiam cum conſenſu mulieris. d. §.cum enim lex.Inſti.qui.alie.licet.

XXVII. QVAERO.

AN rei dotalis ſit commercium,& per conſequens,an extraneus obligetur?Glo.in l.dotale.ff.de teſt.milit.videtur velle,quod non, & idem ſentit glo. in l.ſi prædium. C.de iu.dot.Sed Bart.in l.cum lex. ff.de fideiuſſ. tenet contrarium per ea,quæ habentur in l.cum vir.ff.de vſuca. & idẽ tenet Cy. in d.l.ſi prædium. & ſic videtur, quod ſi mulier alienet, non oritur naturalis, neque ciuilis obligatio, quia eius fauore prohibita eſt alienatio, ſecus ſi extraneus alienet,& iſta videtur eſſe magis communis opinio.

XXVIII. QVAERO.

SI ex forma ſtatuti poſſit maritus vendere rem dotalem cõſenſu vxoris & vendidit;quis admittetur ad recuperandũ, an proximior ad parentelam mariti,vel vxoris.

Præſuppoſito quod ſit ſtatutum, vel conſuetudo, q̃ proximior de agnatione admittatur infra annum ad reuocandũ alienationem. Albe.de Roſa.in prima parte ſtatutorum,qõ. 114.dicit fuiſſe longam qõnem, & tandem terminatum fuiſſe,nullum admitti, nam proximior mariti non eſt admittendus, quia res non eſt de genere mariti. Proximior vxoris nõ, quia ipſa non vendidit. Idem reperio conſuluiſſe Bar.in ſuo conſi.quod incipit,Matiliolus. & idem ſentit Bal.in l.1.C.per quas perſo.nobis acqui.& in l.creditores.in 3.q.C.de pig.

XXIX. QVAERO.

SI mulier conſenſit marito alienanti rem dotalem, ſed iurauit per procuratorem, an habeat locum diſpoſitio.d.c.cũ contigat,vt mulier non poſſit contrauenire?Bal.ſingulariter in authen. ſacramẽta pub. C. ſi aduer.vend.decidit quod nõ, & eſt ſingularis limitatio ad d. c. cum contingat.quam etiam ſentit Imo. licet de Bal. mentionem non faciat in 70. char. & Pau.de Caſt.in ſuo conſi.32.alias 33.

XXX. QVAERO,

AN contractus alienationis rei dotalis firmetur iuramento,an vero mulier teneatur tantum ad obſeruantiam iura-

Source : BIU Cujas

iuramenti, tetigi supra eo. in quæst. 11. Adde quis erit effectus dicere, quod mulier teneatur ad obseruantiã, & contractus non firmetur. De quo vide per Imo. hoc late prosequentem in d.c. cum contingat. in 65. char. & Bar. & Imo. in l. si quis pro eo ff. de fideiuss. Bal. Saly. & Ange. in d. authen. sacramenta pub. C. si aduer. vend. Angel. in l prædium. C. de iure dot. Et ibi dicit vnum, quod est bene notandum, quod tale iuramentum præstat iustam causam prescribendi rem dotalem, quod tene menti.

XXXI. QVAERO.

AN mulier possit permutare dotale prædium vel in pecunia vel in alio fundo. Spe. quod sic, in tit. de dona. inter vir. §. formatis. versi. quæritur vtrum. Vide bonum tex. & ibi Bar. in l. res quæ. ff. de iure dot.

XXXII. QVAERO

AN possit fieri talis permutatio cum viro. Spec. in loco præallega. in versi. sed si quæras. tenet quod sic, si tamẽ interueniat iudicis authoritas, vt ibi.

XXXIII. QVAERO.

AN possit fieri executio in re dotali pro cõdemnatione mariti. tex. in l. interdum. ff. de fun do. facit quod sic. De quo per glo. & Bar. in l. a diuo Pio. §. executionem. ff. de re iudi. & Bal. in l. ob maritorum, in fi. C. ne vxor pro marito. & ibi tenet quod non. Et ad tex. in d. l. interdum. vide, quod respondendo voluit Bal. in l. si prædium, in fi. C. de iu. do. Hæc tamen conclusio, quod non possit fieri executio in re dotali, venit limitanda, prout per Bar. & Doct. in l. si finita. §. Iulia. ff. de dam. infec.

XXXIIII. QVAERO.

AN lex Iulia, de fundo dotali, vetans alienationes, habeat locum in matrimonio, & in dote putatiuis & non legitimi? Glo. videtur quod sic in l. dotale. §. dotale. in verbo præstabitur. ff de fun. do. pro qua bene facit tex. in l. si cum dotem §. fi. ff. sol. matr. Facit, quod dixi supra in §. 1. circa fi. in quæstione, an dos putatiua gaudeat priuilegio dotis, tetigi ẽt supra §. proxi. circa fi. in quæstione, an mulier in dote putatiua præferatur domino in actione de peculio, dic vt ibi.

XXXV. QVAERO.

AN fundus dotalis possit alienari sol. matri. antequam restituatur ipsi mulieri. Bal. quod non, in l. 1. C. sine censu vel reliquis Et ibi etiam ponit, an fundus dicatur dotalis sol. matrimon. De quo p Bal in l. 1 circa fi. C. vnde vir, & vx. dixi supra §. 1. in q. an dos dicatur sol. ma. postquam est recuperata a muliere. De hac etiam q. vide Saly. per illum tex. in l. etiam. ff. de fun do. aliquid tangit in l. si prædium. C. de iu. do. & in l. fi. in pen. col eo. tit.

XXXVI. QVAERO,

AN per patrem mulieris possit fundus dotalis alienari sol. matrim. per mortem viri? Dic quod sic, si modo pater sit soluendo, & possit denuo dotare filiam in tãtundem, alias secus. auth. sed quamuis. C. de rei vxo. act l. fi. C. communia vtr. iud. & ibi Bar. & Bal. in l. rem quam. C. de iu. do. & Bal. in l. etiam. ff. de fun. do.

XXXVII. QVAERO,

AN vendens rem dotalem teneatur de euictione actione personali? Passus iste pendet ab illo articulo, an rei dotalis sit commercium, & per cõsequens licet alienatio nõ valeat in præiudicium muli eris, an saltem valeat in præiudiciũ alienantis, vt ipse obligetur. De quo tetigi supra q. 27. vide plenissime per Imo. in repe. c. cum contingat. in 70. char. extra de iureiu. Et ibi videtur concludere, quod alienãs obligetur, vide Bal. in d. l. si prædium. C. de iu. dot. ibi etiam ponit, quid si maritus ADDITIO [Quid si maritus. Si consentiat vxori, quod rem dotalem alienet, an talis consensus valeat saltem quo ad obligandum ipsum maritum.] ꝙsentiat vxori alienari rem dotalem, an talis consensus valeat, saltem quo ad obligãdum ipsum virum.

XXXVIII. QVAERO.

AN res dotalis possit alienari alienatione necessaria? Tex. videtur quod sic in l. interdum. ff. de fun. do. vbi permittitur ex necessitate, quod ex voluntate prohibetur. Adde, ꝙ fundus dotalis sicut potest ex necessitate alienari, sic potest cum vniuersitate transire, simile in l. quædam. ff. de acqui. re. do. Et sic in duobus casibus permittitur alienatio rei dotalis. Adde tertium, si prouocatur a socio ad diuisionem, quia poterit in totum adiudicari socio. l. si cum in fundo. §. pen. ff. de iu. do. & l. sed & si quis. §. 1. ff. communi diu.

XXXIX. QVAERO.

SI sicut fundus dotalis trãsit ad hæredem an transibit ad legatarium. Gl. in l. interdum. ff. de fun. do. sub dubio tamẽ forte respondet quod idem. Sed Saly. ibi tenet contrarium per illum tex. qui non permittit nisi cum vniuersitate, & sic stat regula, vt non possit tit. singulari, & qui procedit ex voluntate, nam legatum est quædam donatio. l. legatum. ff. de leg. 2. & fit propter merita. l. nec adiecit. ff. pro soc. & beneuolentia testatoris inducit ad legandum. l. cum res. C. de leg. ergo quæ ex necessitate permittuntur ad actus voluntarios nõ extendentur. l. 3. & ibi no. ff. de adi. leg. &c.

XL. QVAERO.

AN res dotalis, quæ nõ potest alienari, possit præscribi? Vide tex. in l si fundus. ff. de fun. do. vbi dicitur, quod non. Fallit in seruitute fundi dotalis, quæ licet non possit alienari, vt l. lex Iulia. cum l. seq. ff. de fun. do. potest tamen præscribi secundum glo. no. & ibi Bar. in l. si filio. §. patri. ff. sol. matrimon. Secundo fallit in casu l. longe. cum ibi no. ff. de diuer. & temp. præscrip.

XLI. QVAERO.

AN maritus possit præiudicare mulieri in seruitutibus debitis fundo dotali. Vide supra §. 1. circa fin. & facit, quod dixi supra proxi. q.

XLII. QVAERO,

AN lex Iulia prohibens maritum alienare fundum dotalem habeat locum in sponso. Text. no. in l. lex Iulia. ff. de fun dot. probat quod sic. Et est ratio, non quia appellatione mariti veniat sponsus, sed quia fundus est quasi dotalis ẽt ante nuptias. l. fundo. & ibi no. ff. de fun. dot.

XLIII. QVAERO.

SI fundus dotalis, antequam tradatur marito, de eius voluntate aliter traditur, & maritus habuit animum transferendi in illum dominium, an transeat & fiat alienatio? Glos. no. per illum tex. in l. si nuptura. ff. de fun. do. respondet, quod tunc fiunt duo actus, quorum primus occultatur, quia primo fundus videtur traditus marito, & per consequens factus est dotalis. Et ex hac glo. singulariter habes notare, quod fundus efficitur dotalis non solum si tradatur marito, sed etiam si tradatur alteri de eius voluntate. Secundus actus est, quia a marito vxore mediante est traditus alteri, & iste actus est nullus, quia non potuit alienari. l. 1. & l. lex Iulia. ff. de fun. do. bene facit tex. in l. licet. §. 1. ff. de iu. dot.

XLIIII. QVAERO,

SI maritus alienat fundum dotalem, & postea fuit hæres institutus ab ipsa muliere, an confirmetur talis venditio? Tex. in l. fundum. ff. de fun. do. facit quod sic, & illud ibi tenet Sal. Adde quod in contrarium facit, quia vr̃, ꝙ non sit quæsitum dominium emptori, sed vẽditor, ad quẽ superuenit, teneatur illud trãsferre, vt est casus in l. si quis alienã. ff. de actio. emp. Sed responde, quod ibi non fuerat facta aliqua traditio emptori, sed hic emptor possidebat ex traditione prius ei facta a marito, & ideo non mirum si maritus non conuenitur amplius ad tradendum, sed dominium transit ipso iure in emptorem, quod est notandum.

XLV. QVAERO.

SI mulieri legatur fundus ex causa dotis, an possit illud legatum repudiare? Tex. est sin. ꝙ non, quia talis repudiatio esset

Source : BIU Cujas

esset alienatio.& sic talis fundus remanet dotalis,in l.si nuptura.§.fina.ff.de fun. dot. Limita tamen, quod secus esset in patre, qui bene potest repudiare legatum sibi factum pro dote filiæ,tex.est in l.profectitia.§.primo. ff.de iure dotium. Et est ratio, quia cum ipse pater teneatur ad dotandum filiam,non potest remanere indotata.l.qui liberos.ff.de ritu nuptiarum. cum similibus.

SVMMARIVM.

1 *Maritus, qui manumittit seruum dotalem, ad quid teneatur ipsi mulieri, quando manumittit inuita muliere.*
2 *Maritus si manumittat ignorans se obligatum ad restituendum, non tenetur ad pretium.*

XLVI. QVAERO,

1 MAritus† qui manumittit seruum dotalem, ad quid teneatur ipsi mulieri,quando inuita ipsa muliere manumittit? Glos.prima.in l.dotalem. ff. soluto matrimonio.dum dicit,si modo est soluendo &c.innuit, quod teneatur ad pretium serui, alias enim non videretur esse ponderandum, an esset soluendo,vel non.Pro quo facit, quia facto mariti absq; voluntate mulieris non debet ipse maritus liberari, quin saltem æstimationem ei præstet, argumen.no. in l.si seruum. & in l.si ex legati causa.ff.de verborum obligatio. Et per hoc patet,quia iuspatronatus non simpliciter succedit loco serui,licet contrarium senserit Iac. de Are.& Barto. in d.l. dotalem. nam licet maritus teneatur ad id, quod percipit ex iurepatronatus,non tamen est conueniens, quod liberetur ab æstimatione serui,quoniam si non esset manumissus solu. matrimo. mulier haberet seruum, & etiam acquisita per eum secundum ea,quæ habentur in l.seruus dotalis. ff. soluto matrimo-
2 nio.Limita tamen, quod si maritus † manumisit ignorans se obligatum ad restituendum, tunc non tenetur ad pretium. Et est ratio propter bonam fidem,quia non est æquum, vt teneatur vltra quam sit locupletior.l.si non sortem, §. libertus. & l.nam hoc natura.ff.de cond.inde.secus autem,quando vir manumisit inuita vxore,vt dixi supra.

SVMMARIVM.

1 *Maritus,an hodie possit manumittere seruum inuita muliere.*
2 *Vxor sic dat rem dotalem uiro,ut perpetuo sit penes eum.*

XLVII. QVAERO.

1 AN hodie† vir possit manumittere seruum dotalem inuita muliere? In quo dic quod sic,secundum tempora fforum,secundum quæ non transferebatur dominium ipso iure in mulierem,vt tetigi supra in §.proximo.& no.in l.si filio.§. maritum. ff. soluto matrimonio. ideo non mirum si poterat manumitti, attento quod de illo iure res mobilis non erat prohibita alienari,vt no.glos. Institu.qui.alie.licet,in princip. & tetigi supra eo.quæst.9.Poterat etiam donari & vendi,licet maritus remaneret obligatus ad restituendum, & si non reddebat,nec reddere poterat, debeat præstare æstimationem, argumen.l.si seruum.§.fina.ff.de verborum obligati.Sed hodie est maius dubium, ex quo transfertur dominium ipso iure,quia tunc videtur eadem ratio, quæ in vltima voluntate, & sic videtur, quod non possit manumitti,sicut nec quando debetur sub conditione ex vltima voluntate. Barto. in dic. l. dotalem. dixit speciale fauore libertatis, vt propter votum
2 partium. † Vxor enim sic dat rem dotalem viro, & perpetuo sit penes eum.l.1.& 2. ff. de iure dotium. Sed certe hæc ratio non videtur bona,quia verbum perpetuo,exponitur, donec viuat vir,argum.notatorum in l.1.ff.pro soc. Nam etiam soluto matrimonio debet dos redire ad mulierem.Et sic attenta dicta ratione videretur, quod si testator legat Titio seruũ,vt eum habeat perpetuo,donec viuat, & illum post mortem reddat Seio,quod tunc posset Titius eum manumittere, quod est contra infinita iura,maxime contra dic.l.si seruum. Vnde melius est,quod dicamus, hodie correctum, quod vir non poterit manumittere seruum inuita muliere, cum correcta videatur ratio legis antiquæ per prædicta. Et per consequens ipsa lex antiqua videtur correcta per capitu.miramur. de seruis non ordin.& per ea quæ notant Moder. in l.si vero, §.de viro. ff. soluto matrimonio. Vel posset dici, vt euitetur correctio legum,quod etiam hodie maritus possit manumittere.Et potest dari alia ratio legis antiquæ,videlicet quod fuerit fauor libertatis reuertendæ,& societas maritalis.argum.l.j. & 2.ff.de ritu nupt.cum ergo dicta ratio hodie non sit correcta,igitur &c.

SVMMARIVM.

1 *Mulier qua actione repetat a marito illud, quod ad eum peruenit ex iure patronatus,seu dotalis manumissionis.*

XLVIII. QVAERO.

1 QVa actione† mulier repetat a marito illud, quod ad eum peruenit ex iure patronatus, seu dotalis manumissionis, Glos.in l.dotalem. ff.soluto matrimonio. videtur velle,quod non detur actio de dote ad percipiẽdum id,quod habuit maritus patronus.Sed Iaco. de Are.& Barto. ibi dicunt, etiam ad illud dari iudicium dotis ex mero iure, quia iuspatronatus succedit loco serui. sed alia ex parte detur de æquitate,ex qua æquum est id,quod auget dotem, præstari,& sic intelligunt tex. illius legis. Sed certe alia fuit mens illius literę,quia non volui: diuersificare portionem,quam percipit vt patronus ab alia,ex eo quia primo casu non detur iudicium de dote,sicut dicit glo. Vel quia iuspatronatus succedat loco serui, & ob id directò detur iudicium dotis, vt dicunt Iaco.de Are.& Barto.Sed quia de portione, quam percipit,erat minus dubium,cum illam debeat restituere, etiam si voluntate mulieris gerens eius negotia manumittat, & sic multofortius si illa inuita manumittat, sed aliam demum restituit,si inuita muliere manumisit secundum Imo.

XLIX. QVAERO,

AN mulier possit consentire viro manumittenti seruum dotalem animo donandi ipsi viro? Glos.& Barto. quod sic,in dic.l.dotalem. Sed mirum videtur, quod cum maritus sit dominus serui dotalis.l.seruus dotalis. ff. soluto matrimonio.l.doce ancillam.C.de rei vendi.& res sua regulariter non possit cuiquam donari. l.res proprias.C.de leg. ergo &c. Bar. innuit in l.dotalem q̃ non dicatur vera donatio & pro tanto litera dixit quodammodo. Adde, quod licet res mea regulariter non possit mihi donari: illud verum est,quando est irreuocabiliter mea,secus si reuocabiliter,quia tunc bene potest donari mihi per illum,qui poterat reuocare, argumen. eius, quod habetur in simili in l.bello.§. si quis seruum. de cap. & in l.sequitur.§.lana.ff.de vsuc.in quibus patet, quod quis potest rem suam vsucapere,quia reuocabiliter erat sua.Non obstat dictio,quodammodo,quam ponderat Bart.quia non ponitur ex eo, quod non possit cadere donatio in casu isto, sed quia non fuit expressa donatio,sed mulier tantum consensit manumittenti animo donandi, & sic occultatus videtur actus donationis ex celeritate coniungendarum actionum.l.3.§.sciẽdum.ff.de dona.inter vir. & vxo.& sic habes, quod inter vir. & vxo.cadit donatio in casu prædicto.Item habes, quod mulier sibi præiudicat in re dotali, quod adde his, quæ dixi supra in 2. quæst.huius §.

L. QVAERO.

AN dicta in viro habeant locum in socero,& intellectum l.si vero.§.de viro. vide pleniſſime per scriben. maxime per Bart. & Imo. in dicta l.si vero. §. de viro. ff. soluto matrimonio. Mihi semper placuit, quod verus intellectus illius §. sit,quod ibi non ponatur nouus casus, quando socer manumittit, sed prosequatur casum superius expressum, scilicet quando vir manumisit de voluntate mulieris. Nam reuocatur in dubium,ac si hoc casu aliquod peruenerit de bonis liberti ad socerum mulieris vel hæredum ipsius soceri, an debeat id restitui mulieri. & dicitur in d. §. de viro, quod non, cum lex Iulia loquatur solum de eo, quod peruenit ad virum manumittentem & hæredem eius, & hoc placet, quicquid dicant alij Doctor. Ioann. Campeg.Bononien.Doctor. eximius.

Source : BIU Cujas

PARS QVINTA.

DE STATVTIS LOQVENTIB.

de Dote. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Statutum, quod vir lucretur fructus rerum paraſernalium mulieris, quemadmodum lucratur fructus dotis, an ualeat.*
2 *Lex, uel ſtatutum poteſt cum cauſa auferre ius tertij, etiam ſine culpa illius, cui aufertur.*
3 *Statutum, quod unus teneatur pro alio ualet.*

I. QVAERO,

1 STatutum, ꝙ vir lucretut †fructus rerum para
fernalium mulieris, quemadmodum lucra-
tur fructus dotis, an valeat. Videtur dicendū
quod ſic, maxime ſi ſit factum cum cauſa,
2 ſcilicet propter onera matrimonij, quia †cū
cauſa poteſt lex, vel ſtatutum auferre ius ter-
tij etiam ſine culpa illius, cui aufertur, c. quoniam frequēter. §. ſi vero, extra, vt li. non conteſt. capi. ſine culpa. de regu. iur. in 6 c. 2. & ibi no. de conſtit. l. item ſi verberatum. §. fin. de rei vend. l. venditor. §. ſi conſtat. ff. communia prædi. not. gloſ. & Bart. in l. Antiochenſium. ff. de priuil. credit. Bar. in proœmio fforum, cano. in cap. quæ in eccleſiarum. de conſti. & ſpeciali ter quo ad terminos noſtros firmat Bar. in titu. repreſaliarū.
3 in 3. q. 1. q. principalis. Vnde †dicit valere ſtatutum, quod vnus teneatur pro alio, exemplificat, ꝙ vxor teneatur pro marito. Idem ſequitur Pet. de Ancha. in c. canonum ſtatuta. de conſt. in 16. char. in ver. quæro vlterius, ſcriptum eſt. Imo. in cap. penul. de conſue. facit tex. in c. 2. de delic. pue. & quod no. glo. in rubr. C. de decre. decu. lib. 10. vide Albe. in prima parte ſtatutorum. q. 61.

SVMMARIVM

1 *Statuto diſponente, quod mortua uxore uir lucretur certam partem dotis, quid ſi uir occidat uxorem, an mero iure perdat lucrum, & numero 3.*
2 *Lucrum hæreditatis acquiritur delinquenti, & confiſcatur.*

II. QVAERO,

1 STante ſtatuto † quod mortua vxore vir lucretur certam
partem dotis, quid ſi vir occidat vxorem, an mero iure
perdat lucrum, an vero auferatur tanquam ab indigno. Bart.
in l. ſi ab hoſtibus. §. primo. ff. ſoluto matrimonio. ſentit, quod
perdat mero iure. Et effectus eſt magnus, quia tranſibit ad
hæredem mulieris. Sed ſi maritus fuiſſet aliquo tempore lu-
cratus, ab eo auferretur tanquam ab indigno, & applicare-
tur fiſco, & ita intelligitur. l. ei qui mortem. ff. de his quibus
vt indig. & l. cum mortem. ff. de iure fiſci. vbi alius interfecit
vxorem, ſed vir perdit lucrum, quia non vindicauit mor-
tem eius, & ſic aliquo tempore lutus. Et ſubdit Barto. quod
eſt ſpeciale in lucris matrimonialibus, vt non applicentur fi-
ſco, ſed remaneant penes hæredes, vt l. ſecunda. C. de ſecund.
nup. ſecus in aliis lucris, & ita intelligitur l. cum ratio. in fi. ff.
de bon. dam. & l. prima. §. ſi dominus. ff. ſi quis aliquem teſta-
ri prohib. §. fratris. eodem titulo. Adde, quod Imo. in dicta l.
ſi ab hoſtibus §. primo. aliter dicit, quod etiam in caſu dicta-
rum legum, cum ratio. cum ſimilibus, non videtur acquiri fi-
ſco, eo quia ſimiliter agitur de correctione morum, ſicut in
caſu noſtro, & in caſu l. primæ. C. de ſecun. nup. Vel clarius
dic, quod dicta l. prima loquitur, vbi agitur de correctione
morum, qui non cadebant in ſpeciem aliquam delicti ſecun
dum Bald. ibi, ſed hic loquimur in homicidio, quod eſt deli-
ctum, ergo &c. Adde, quod Barto. in l. fina. in ver. quantum
tempus. ff. de his qui. vt indi. diſtinguit, quod l. cum ratio.
cum ſimilib. procedit in lucro legali, ſed l. ſi ab hoſtibus. § pri
mo. procedit in lucro conuentionali. Sed miror, quod hæc
ſint verba Barto. quia ſunt expreſſe contra dic. l. cum ratio.
in fi. & contra l. is qui. §. primo, ff. famil. erciſ. vbi loqunntur in
lucro obueniente ex teſtamento, & ſic ex hominis diſpoſi-
tione, & tamen confiſcatur. Item diſtinctio prædicta Barto.
eſt contra tex. in dicta l. ſi ab hoſtibus. §. primo. ſecundum ſe-
cundam lectu. gloſ. poſitam in verſi. vel dic, vbi loquitur de
lucro legali, & tamen non confiſcatur, & ſic contra Barto.
2 Imo. aliter dicit, †quod lucrum hæreditatis acquiritur delin-
quenti & confiſcatur. dic. l. cum ratio. ſecus in aliis lucris,
quia quis difficilius priuatur hæreditate, quam alio lucro. l.
ex parte. & ibi no. ff. de alimen. lega. Sed hæc ſolutio videtur
contra text. in l. prima, per totam l. ff. ſi quis aliquem teſta.
prohib. vbi propter delictum non impeditur lucrum legati ca
pere, & poſtea fiſco applicatur. quidam ſomniant, quod in ca-
ſu d. l. ſi ab hoſtibus. §. primo. lex fingit, quod ſi maritus non
occidiſſet vxorem, quod ipſa non prædeceſſiſſet viro, & ſic
vir non fuiſſet lucratus dotem ex pacto, vel ſtatuto, ſed dela-
ta fuiſſet hæreditas ad proximiorem agnatum vxoris, meri-
to in præiudicium talis agnati non debet applicari viro, vt ſic
poſtea per fiſcum auferatur, ſed in caſu l. cum ratio. non age-
batur de aliquo præiudicio tertij, quoniam decedens erat
proximior occiſo, & ſic ſucceſſurus omnino ab inteſtato, ni-
mirum ſi ſibi applicatur, licet poſtea per fiſcum auferatur.
Quis reauit, quod caſu. dic. l. cum ratio. etiam ſi non occidiſ-
ſet, etiam poſito quod ipſe fuiſſet proximior, de quo ibi, nihil
apparet, quod fuiſſet omnino ſucceſſurus. nonne potuiſſet il-
le proximior, qui occidit, prædecedere, & ſic ad alium fuiſ-
ſet hæreditas delata, ergo &c. Ego conſidero, quod lucrum
dotale ideo non acquiritur marito in caſu dic. l. ſi ab hoſti-
bus. §. primo. quia ſemper defertur ſub condi. ſi culpa deben-
tis lucrari matrimonium non ſit diſſolutum, vt l. conſenſu.
C. de repu. l. Lucius. ff. ſoluto matrimonio. Vnde quando vir
occidit vxorem, deficit conditio, quia matrimonium diſſolu
tum eſt ſua culpa, ideo ſibi nullo modo acquiritur, & ſic noh
venit auferendum a fiſco. Sed in hæreditate, quando aliquis
eſt hæres inſtitutus ab aliquo, non ſubintelligitur tacite ali-
qua conditio, quod patet per iura dicentia, quod ſibi applice
tur, & poſtea auferatur a fiſco, velut ab indigno, & ita loqui-
tur d. l. cum ratio. Et cum hac opinio. reperio inclinare Bald.
in l. prima. C. vnde vir & vxor. & in l. eam quam, in 5. colum.
C. de fideicommiſ. & ita poteſt verificari prima ſol. Barto. in
dic. l. ſi ab hoſtibus. §. primo. vbi dicit, quod eſt ſpeciale in lu-
cris dotalibus. Et circa hanc materiam vide Pet. de Anchar.
in ſuo conſil. 392. Et an maritus occidens vxorem ei ſucce-
dat, non dico in dote tantum, ſed in aliis bonis. l. prima. C. vn
ve vir & vxor. vide ibi per Bald. & cæteros ſcribentes. Et ad-
de, quod tex. in d. l. ſi ab hoſtibus. §. primo. non eſt alibi ſecun
dum Bal. in §. taceat. in fi. C. de rei vxo. actio. Et facit ad quæ-
ſtionem, de qua per Imo. ibi. Et adde, quod ea, quæ ſupra di-
3 xi de hæreditate, non habent locum in marito, quia †ſi occi-
dat vxorem, mero iure perdit ius ſuccedendi ipſi vxori, vnde
ei vt ab indigno non poteſt auferri hæreditas, licet ſecus in
alio occidente eum, cui ſuccedere debet, ſecundum Bal. in d.
l. 1. C. vnde vir, & vxor. Et rationem differentiæ vide ibi per
eum, contra quem tenet ibi Salyce. per l. his conſequenter, §.
primo. ff. famil. erciſcun. Sed certè ille tex. loquitur in altero
caſu, videlicet quando tertius a me hęres inſtitutus occidit
vxorem meam, quia tunc bene aufertur ei a fiſco. Tamen mi
hi placet opin. Saly. quia aliud eſt in pacto, vel in ſtatuto lu-
crandæ dotis, & aliud in iure ſuccedendi propter rationem,
quam ſupra dixi. Et in hac materia vide omnino Bal. in auth.
ſed hodie. C. de adult. & in l. ſed ſi hæres. §. proſtituta, ff. de in
ius voc. &c.

SVMMARIVM.

1 *Maritus ſi fuit in culpa, quod mortua fuerit eius uxor, an lucretur dotis partem ſtatuto diſponente, quod mortua uxore uir lucretur partem dotis.*
2 *Medicum indoctum adhibens eſt indignus hæreditate infirmi defuncti.*
3 *Locus dicitur inſignis, quando habet forum meri & mixti imperii.*

III. QVAERO,

1 QVid ſi maritus † non occidit vxorem, ſed alio modo
fuit in culpa, quia non adhibuit medicum, vel adhibuit
vnum, qui neſciebat vnam literam. Bar. in d. l. ſi ab hoſti
bus. §. 1. ff. ſolu. matr. dicit, ꝙ perinde eſt, ac ſi occidiſſet eam,
per gl. ibi. Ex qua Bal. ſumit ar. ꝙ ſi vulneratus medicum non
adhibuit, præſumitur ſua culpa deceſſiſſe, quando vulnus iudi
cio medicorum poterat ſe habere, & ad vitam, & ad mortem
& ſic vulnerans non teneretur de occiſo, quod eſt notatu di
gnum. Idem tenet Tancr. in ſua compendioſa, in 10. rubr. &
in 9. q. Idem Bal. in l. qui occidit. §. fin. vbi bonus tex ff. ad leg.
Aquil. & per eundem in c. 1. in princip. in titu. quib. mod feu.

amit.

Source : BIU Cujas

amit.idem no.Doct.in capitu.ſecundo.de clerico percuſſore. bene facit tex.in l.huic ſcripturæ.§ 1.& in l.Mela.§.Celſus. ff. ad leg. Aquili. quæ iura volunt, quod ſi quis etiam lethaliter ſit vulneratus,ſi tamen ab alio poſtea examinetur vel ſtatim, vel ex interuallo,primò vulnerans ſolum de vulnere, non autem de occiſo tenetur. Adde inquantum ſupra dixi, ſi adhibuit medicum ignarum,quod pro hoc eſt bon. tex. quem ibi ponderat Ang.in l.quod ſi nolit.§.ſi mancipium.verſi.culpa.
2 ff.de ædil.edic.& ibi eſt vna glo. quæ dicit,ꝙ † ille,qui malum medicum adhibet,indignus eſt hæreditate illius infirmi,non tamen credas,quod ſit neceſſe adhibere antiquiorem,ſed ſufficit adhibuiſſe iuuenem bene diſciplinatum,ſecundum Ange.in l.ſi ſeruum.in prin. ff. de verborum obligati. Et aduerte ſecundum Barto. in dic.l.ſi ab hoſtibus.§.primo.quod debet probari, quod potuit adhibere medicum, qui in loco illo erat,alias ſibi non imputaretur.l.idemq;. poſt princip.vbi vide pulchram theoricam Bar.ff.pro ſocio.In ciuitatibus tamē, & in loco inſigni, imo plus Bononiæ præſumitur ipſo iure copia peritorum.l.ſi duas.§.eſt autem.ff de excuſa.tutor. no. glo.in l.fin.C.de teſtamen.& in cap.ſtatutum. de reſcrip.in 6. quod eſt notandum pro omnibus caſibus, in quibus alicui imputatur, quod non fecit per alium,quia debet probari vel verè,vel præſumptiuè,quod alius inueniebatur, per quem de facili facere poterat,ſecundum Bar.in d.l.idemq;.& vide eundem in l.bonorum.ff.de bono.poſſeſſ.& Bal.in l.iuris ignorantia.C.qui admitti.Adde Innocen.in dic.cap. ſtatutum. de reſcrip.& tex.in l.2.§.ſed & ſi quis.ff.ſi quis cau.& in ca.primo. de procurato.& Barto.in tracta.de teſtibus.in verbo, lata culpa.Barto.in l.tutor qui repertorium.§.penul.ff.de adminiſtr. tuto.Barto.in l.de pupillo.§.ſi quis ipſi prætori.in vlti.colum. ff.de oper.no.nuncia.Bal.& Ange.in l.ſi ſeruum. in princip.ff.
3 de verbor.obligat.in quibus locis habes † quod locus dicitur inſignis,quando habet forum meri & mixti imperij.l.ſi duas. §.docet.ff.de excuſat. tuto. Et prædicta ſunt vtilia per omnes caſus,in quibus quis habet implere onus per alium, quia qui vult dicere,quod impleuit per vnū, qui erat minus idoneus, habet neceſſe probare, quod potuiſſet inuenire meliorem, quia ſtultus aſcendit cathedram in defectum ſapientis ſecundum Bal.in l.iuris ignorantia.Sed quid ſi in loco non erat niſi vnus medicus, vel nullus, an debeat ire ad loca vicina pro perito.Et nunquid ad loca etiam non vicina, vide poſt Barto.in dic. l. idemque. Et ad omnia prædicta vide Ange. in §. fuerat.in verſicu. quid in caſibus. in quibus dixi, Inſtitu. de actionibus.

IIII. QVAERO.

QVid ſi maritus expulit vxorem de domo, vel denegauit ei præſtare alimenta,an perdat lucrum dotis? Bal. in l. 1. §.ſi ſeruus.per illum tex.C.de dedititia libe. tol. tenet ꝙ ſic,idem Bal.in l.quod in vxorem.C.de nego.geſt. & in auth. dos data. in ſecunda colum. C. de donatio. ante nupt. idem Pau.in ſuo conſil. 17. dicens ſe habuiſſe de facto Florentiæ, quæ omnia ſunt notanda pro ampliatione d.l.ſi ab hoſtibus. §.primo.

Sed aduerte,quia in contrarium facit, quia ille text. ibi eſt pœnalis,ergo non debet fieri extenſio capi. odia.de regu.iur. cum vulgaribus.facit tex.cum glo.no.in l.ſi donaturus. §.ſi.ff. de condi.ob cauſam.vbi de lucro procedente ex cauſa onerosa iudicatur idem,quod de ipſa cauſa onerosa. Prædicta tamē limita,niſi poſtquam maritus male tractauit vxorem, cœpit poſtea illam bene tractare, vt per Imo.in d.l.ſi ab hoſtibus.§. 1.Pro quo vide,quod ſingu.notat Bal.in l.ſi filia.C. de inofficioſo teſtamento.

SVMMARIVM.

1 *Occidens uxorem in adulterio,an perdat lucrum dotis.*
2 *Maritus non perdit,ſi occidat uxorem adulteram ſtatuto permittente.*

V. QVAERO.

1 OCcidens † vxorem in adulterio,an perdat lucrum dotis? Barto.in d.l.ſi ab hoſtibus.§. 1.dum dicit,ꝙ ſic,ſi ex ſtatuto,vel conſuetudine licuiſſet eam interficere,quia tunc nō perdit dotem, adde id, quod dicit Imo. ibi in vlti. colum. & Matth.in 73.Cyn.in d.l.ſi ab hoſtibus. §. 1. dicit idem ſi ex lucro legati,ſecus ſi ex pacto,quia tale lucrum acquiritur ſecundum tacitam mentem partium. l. non omnis. in princip. ff.ſi certum petatur.non eſt autem veriſimile,ꝙ vxor pro tali caſu conſenſerit maritum lucrari dotem,& hoc refert & ſequitur Bal.& Ange. in d.l.ſi ab hoſtibus. §. j.vbi al. BImo.Pau. & Roma.dicunt,quod Bar.in lucro legali malè dixit per tex. ſin gu.in l.interdum. §. qui,furem. ff. de fur. vbi qui dicit ius ſibiipſi,perdit priuilegium legale,idem Bal.in repe. l. cum mulier.in 14 colum.ff.ſolu.matrimonio.Pro qua opin.eſt bonus tex.in l.ſed ſi vnius.§.ſi autem. ff.de iniur. & in l. libertæ tuæ. C.de adopt.Contrarium Ang.ibi.Nec obſtat d §.qui furem. quia iniuria mariti eſt damnum irrecuperabile,ſed in d.§.qui furem.ſecus,cum poſſibile ſit, rem furto ſubtractam recuperare.Sed Imo.dicit,quod poſſet eſſe,quod fur ignoratur, vel quia res eſt conſumpta,& cum opin. Bal.videtur concordare Roma.Nec obſtat tex.in l.qui vas.in prin.ff.de fur.qui tex.videtur contrariari ad d. §. qui furem. Quia reſponde,quod ibi dixit ſibi ius propria authoritate circa rem, non autem circa perſonam,vt in caſu noſtro, Matth. in d.no.73. intellexit veram eſſe opin.Bal.in terminis,in quibus loquitur glo.& Doc. ſcilicet quando maritus ex delicto vxoris, id eſt ex adulterio debet lucrari dotem.Si vero non ex delicto, ſed ex pacto,vel
2 ſtatuto ſimpliciter dotem lucrari debet, † & poſtea ſtatuto permittatur vxorem adulteram occidere, non perdit vir lucrum, ex quo occidit lege permittēte.l. Graccus.C.de adul. Et ita procedat opin.Bar.quia iſto caſu non loquitur d. §.qui furem.Declaro tamen melius,nā.§.qui furem.eſt caſus exorbitans,& pœnalis, quia permittit ſibi ius dicere propria authoritate, contra l. nullus. C de iud æ. cum vulga. merito eſt reſtringendus in caſu, in quo propter adulterium permittente lege, vel ſtatuto hoc exorbitaret, ſcilicet quod occideretur,non debet lucrari dotem, ſed ſi propter aliam cauſam auferatur lucrum dotis, ceſſat tunc ratio odij. Adde tamen inquantum Bar.& Mattheſi loquuntur in pacto,vel in ſtatuto deferentè lucrum ex alia cauſa,quam ex delicto, ſtatuto permittente deprehenſam in adulterio poſſe occidi, quod non perdatur lucrum dotis.Certe hoc mihi non placet per rationē Cy.ſupra allegatam,quia non eſt veriſimile, quod mulier hoc cogitauerit. Quidam tenet contra Cy. quia immo ſatis videtur mulierem in genere cogitaſſe,cum potuerit occidere,quod ſi vir eam adulterantem inueniret, eam occideret, maximeſtatuto permittente,ergo perinde habetur, ac ſi ſpecialiter & expreſſe de hoc cogitaſſet, argum. l. ſub prætextu. la 2.& ibi no.Doct.C.de tranſa. & l.iure militari. de teſtamen. mili.Tu dic,quod hoc non obſt.quia in generali cogitatione, ſeu conceſſione non intelligitur venire illud, quod quis in ſpecie veriſimiliter non eſſet conceſſurus. l. obligatione. & ibi no.Barto.ff.de pigno. Sed ſi in ſpecie mulier cogitaſſet de hoc,non eſt veriſimile, quod conceſſiſſet hoc caſu,maritum dotem lucrari,ergo &c. Ex prædictis ſtat concluſio, quod in lucro conuentionali indiſtinctè procedat opi.Cy.etiam ſi lege permittente vxorem adulterantem occidit.Sed ſi lucrum deferatur ex lege, vel ſtatuto propter delictum, tunc procedat opin.Bal.& ſequacium.Si autem ex alia cauſa,quam ex delicto,tunc procedat opin.Bar.dummodo lege permittente,& ſic omnium ſaluabitur opin.

SVMMARIVM.

1 *Legatum factum ab uxore uiro,an computetur in partem dotis, quam maritus lucrari debet ex forma ſtatuti.*
2 *Pater ſi dedit dotem filiæ, & poſtea legat ſibi aliquid, an tale legatum uideatur factum animo compenſandi cum dote.*

VI. QVAERO,

1 AN legatum † factum ab vxore viro computetur in partē dotis,quam maritus lucrari debet ex forma ſtatuti? Bar. in l.ſi cum dotem.§.cum mulier.ff.ſolu.matrimonio.tenet ꝙ ſic.Contrarium tenet Bal.in authen.præterea.C.vnde vir, & vxor & Feder.de Scalis de Bononia diſputauit,& incipit, ſtatutum eſt in ciuitate, ꝙ præmortua uxore in matrimonio ſine liberis &c.Bal.in l.ſi vxor.C.de bo.author.iudi. poſſ Raph. & Rom. in d. §. cum mulier. tenet opinionem Bar.quæ videtur eſſe magis communis,quam etiā defendit Imo.ibi,& Bal. in l.quoniam in priorib.C.de inoffi. teſt.Fulg. Sal.Ro. Pau.& alij in d.auth.præterea.& Imo.in c.officij.extra,de teſt.Argumēta adpręſens nō refero,q a paſſus eſt diſputabilis,& dubius in puncto iuris,tamen & conſulendo & decidēdo teneas opi. Bar. quæ videtur debere limitari, ꝙ ita demum præſumatur animus compenſandi, ſi vtrunque ſit in quantitate, alias ſecus, ſecundum Bar.in l.huiuſmodi. §. cum tamen. ff de lega. primo. Licet in hoc contrarium teneat Imo. in dic. §. cum mulier.per illum tex.qui indiſtincte loquitur,& ſic non videtur attendenda dicta diſtinctio in ſumenda compenſatione a lege ex tacita mente legantis,ſed ſolum illa diſtinctio attendatur, quando agitur de compenſatione fienda in iudicio a-

Source : BIU Cujas

lia parte inuita, vt l. si conuenerit. ff. de pigno. actio. & l. fin. C. de compens. Ange. in dic. §. cum mulier. & in suo consil. 217. incipi. quædam domina Mar. dicit, quod opinio Iaco. de Are. & Barto. tenentium, quod legatum præsumatur relictum animo compensandi cum lucro dotis, procedit, quando maritus accepit promissionem tantum & non dotem ab vxore, quia tunc proprie legat debitor creditori. Si vero dos esset soluta viro, tunc mulier legans non est debitrix, sed creditrix in reliqua dimidia, & sic non videtur tractandum de compensatione, & tunc non sumus in terminis d. §. cum mulier. Imo. ibi & Roma. in dicta authent. præterea. reprehendunt Ange quia statutum dat marito exceptionem in dimidia, & sic mulier, vel hæredes eius obligantur ad non petendum, argumen. notatorum in l. si vnus. §. pactus. & ibi glos. in versicu. ipso iure. ff. de pact. & in l. Mæuia. §. fundus. in versicu. non tenetur. ff. soluto matrimonio. & sic est verum, quod debitor legat creditori, idem tenet Fulg. per illum tex. in d. authen præterea.

Ego addo, quod pro opinione Ange. videtur facere id', quod notat Bart. in dicta l. huiusmodi. §. si pater. vbi probat
2 †quod si pater dedit dotem filiæ, & postea legat sibi aliquid, licet pater teneatur dotem non petere, tamen legatum non videtur factum animo compensandi cum dote, nisi respondeas, quod loquitur, quando pater dedit dotem, vt se liberaret ab obligatione dotandi, quia de iure tenetur. l. fina. C. de iure dotium. & eam ob causam specifice dos erat apud filiam, vel eius maritum, nimirum si postea legando non videtur habere animum compensandi in causa, cui iam specificè satisfecerat. Sed in casu nostro dos non fuerat ab vxore data viro specificè ob illam causam, vt sibi haberet pro lucro statuti, nec ex dicta causa erat apud virum, sed fuerat data dos, vt matrimonium contraheret, vnde debet attendi causa principalis. l. si quis nec causam. ff. si cer. pet. & l. rogasti. in princip. eo. ti. & vide ad hanc quæstionem Albe. de Rosa. in 2. parte statutorum.

SVMMARIVM.

1 *Filius si lucretur dotem vxoris suę ex forma statuti, viuo patre, an teneatur illam fratribus suis communicare tempore diuisionis hæreditatis.*
2 *Filius, qui ex forma statuti lucratus est dotem uxoris, si non sustinuit onera matrimonij, sed pater eius, tenetur dotem conferre.*

VII. QVAERO.

1 SI vnus filius † lucretur dotem uxoris suæ ex forma statuti viuo patre, an teneatur illam fratribus suis communicare tempore diuisionis hæreditatis? Bartol. in l. si cum dotem. §. transgrediamur. in fi. ff. soluto matrimonio. tenet, quod sic. Secus si tale lucrum obueniat mortuo patre, allegat Cyn. in l. 2. C. famil. erciscun. & tex. in l. dotem, ff. de castren. pecu. secundum unam lecturam, & in l. actione. §. fin. cum l. sequen. ff. pro socio. Limitat tamen Barto. hoc uerum secundum iura Digestorum, hodie autem secus, quia quod lucratur filius ex dote, est aduentitium. l. 1. C. de bon. quæ liber. ergo non uenit in collatione. l. fin. C. de col. Adde quod cum opinione Barto. concordat Ange. in l. 1. C. de bon. quæ liber. Salicetus in l. 2. C. famil. erciscun. Bald. in authenti. ex testamento. in 8. columna. C. de collat. & in l. si donatus. §. 1. ff. de condic. ob causam. alia tamen fuit opinio Bart. suo tractatu de duobus fratribus, in 5. quæstione primæ partis princip. quam dicit esse sustentabilem, licet Pau. in dicto §. transgrediamur. & Rom. in dicta authent. ex testamento, minus fideliter referant, & conentur ea impugnare. Sed Imo. approbat opinionem Bar. ꝙ aut mortuo patre obuenit tale lucrum, & iste casus non habet dubium, aut patre adhuc uiuente, & tunc aut filius sustinuit onera matrimonij non pater, & tunc non confert fratribus, quia dicitur illud lucrum percipere ex causa onerosa, ut est glo. not. licet ipse non alleget, in dicta l. si donaturus. §. fi. quam allegat Baldus in l. cum multa. in 2. colum. C. de donat. ante nup. Bald. in l. hac edictali. C. de secund. nup. & in dicta authen. præterea. & Ange. in Authen. de nup. & in §. quia vero. † Aut pater onera sustinuit, non autem maritus, & tunc
2 tenetur conferre, iuxta l filiæ. cum simil. C. de colla. tanquam sit quid profectitium. Idem tenet Baldus l. in 2. C. famil. erciscun. allegat textum in l. pro te. §. 1. ff. de euic. & in l. sed hoc ita. de re iudicata Rapha. & Pau. in dicto §. transgrediamur. tenent contrarium in hoc vltimo membro, quoniam indistincte lucrum dotis dicitur aduentitium. l. quod scitis. C de bon. quæ liber. vbi videtur innui, quod pater onera sustinebat, patet, quia ad eum perueniebant fructus dotis, & aduentitiorum cum illa l. quod scitis. veniebat ad declarationem. l. primę & secundę. eodem titu. & ita in dubio est verisimile, ergo conferri non debet, dicta l. fina. secundum Rapha. quia etiam posset contingere, quod per vnam diem tantum onera sustinuerit, & dos erat magna, ideo delusorium videtur illud attendi. Sed hæc ratio non placet, quia etiam in primis diebus solent fieri multæ expensæ in festiuitatibus nuptiarum, ideo statutum habuit respectum ad illud, quod solet accidere. Secundo, quia dicta ratio est contra glo. in d. l. si donaturus. §. fi. Tertio, quia si vera esset opinio Barto. in dicto tractatu, certè militaret etiam in casu, in quo statutum deferret lucrum ipsi marito in spe, quod est falsum, per no. per Bar. in dicta l. dotem. ff. de castren. pecul. Quarto, quia iure non probatur, quod quãdo pater sustinuit onera matrimonij, lucrum dicatur profectitium, attento quod loco onerum fructus percepit, & quia non concurrunt requisita ad esse peculij profectitij, de quibus per Bartolum in l. cum oportet. in principio, de bonis quæ liber. & in l. sed & si plures. §. in arrogato. ff. de vulga. & pupill. Et inquantum supra allegaui. l. actione. §. fin. cum l. sequen. ff. pro soc. dic, quod nihil facit, quia ibi loquitur in casu societatis expresse contractæ, sed in casu nostro inter fratres nulla est contracta societas, ergo &c. Alia fuit opinio Bart. in dicta l. dotem. quod sint ponderanda verba statuti. Nam si dicat, quod ille, qui recepit dotem, lucretur tertiam partem, tunc procedat opinio Dy. secus si statutum diceret mulierę præmortua, vir lucretur tertiam partem, quia tunc dictum lucrum non confertur, & istud satis placet, quia modificat opinionem Bar. in dicto §. transgrediamur. Et in hac quæstione vide Bal. in tractatu de duobus fratribus, & Floren. in l. filia. §. si filius. ff. fam. ercis.

SVMMARIVM.

1 *Statutum loquens de dote lucranda, an habeat locum in dote putatiua.*
2 *Maritus putatiuus lucratur dotem ex adulterio uxoris putatiuæ, sicut si esset uera uxor.*

VIII. QVAERO.

1 STatutum † loquens de dote lucranda, an habeat locum in dote putatiua, & quid si tale lucrum peruenit ex pacto? Bal. in l. j. C. de condictio. ob causam, & ibi Ange. & Salyc. firmant, quod tale pactum non prodest in dote putatiua, & idem tenet Bal. in l. penul. ff. quod falso tuto. authore. Ang. in Authent. de nup. in §. ascriptitio. vbi bon. text. sed melior in eodem titu. in §. si vero ab initio. Idem tenent in dote lucranda ex forma statuti. Quod limita verum, nisi interessisset dolus dantis dotem putatiuam per text. singul. & ibi hoc tenet Bal. in d. l. penul. quod falso tutore. Contrarium tenet Paulus in dic. §. transgrediamur. Veritas videtur, quod vi pacti, vel statuti directo non lucratur dotem putatiuam, etiam si dolus dantis dotem interessit, sed per exceptionem doli, vel per actionem de dolo illud idem consequitur, per l. a diuo. cum glos. fina. ff. de ritu nuptiarum. & satis colligitur ex verbis illius Authen. de nuptiis. §. si vero. Hinc potest verificari illud, quod no. glos. in l. de consensu. §. vir quoque. C. de re-
2 pud. quæ dixit, quod † maritus putatiuus lucratur dotem ex adulterio vxoris putatiuæ, sicut si esset vera vxor. Similis glo. in c. plerunque. in glo. fin. & ibi per Canon. extra de dona. inter vir. & vxor.

IX. QVAERO.

STatutum loquens de lucranda dote, quando locum habeat? Et nota vnam maximam, quia oportet, quod sit verus casus in statuto comprehensus. Et vide omnino Bal. in l. j. C. de cond. ob causam.

SVMMARIVM.

1 *Statutum, quod uir debeat lucrari dotem, an habeat locum cum præiudicio filiorum primi matrimonij.*
2 *Alienatione prohibita, an prohibeantur contractus ex quo sequitur alienatio legalis.*

X. QVAERO.

1 STATVTVM † quod vir debeat lucrari dotem, an habeat locum cum præiudicio filiorum primi matrimonij. Scis enim, ꝙ in præiudicium filiorum primi & eiusde matrimonij

Source : BIU Cujas

trimonij non poteſt apponi pactum donationis, valet tamen conſtitutio dotis ſimpliciter facta de ipſa dote ſecundū Bar.
2 in l. 1. alias in l. eadem l. C. de condict. ob cauſam. vbi † quærit, an prohibita alienatione prohibeatur contractus, ex quo ſequitur alienatio legalis. Et videtur quod ſic, ſecundum datam regulam in l. codicillis. §. penul. ff. de legatis ſecundo, & in l. cum ſcimus. § fin. C. de agric. & cen. libro vndecimo. & ita dicit tenuiſſe Iacob. Butr.

In contrarium videtur, quod quando aliquid eſt permiſſum, quod includit in ſe aliquod prohibitum, debemus ſe qui id, quod permittitur, licet eius occaſione etiam ad prohibitum deueniatur, iſte eſt tex. in l. aliquo caſu. ff. de hæredi. inſtitu. alias incipit, ei qui ſoluendo. quæſtionem ad hoc notabilem ad idem l. ſi is qui duos. ff. de libe. leg. vbi propter inſeparabilem coniunctionem, cum aliud eſt licitum, aliud illicitum, totum licet, ad idem. ff. de donat. inter virum & vxorem. l. cum ſponſus. §. generaliter. Nec eſt mirum, quod iure vario aliud cenſeatur, ſcilicet partem permiſſam ex ordinatione hominis, & partem ex ordinatione legis, vt ff. de manumiſſis teſtamento. l. ſi ſocius. nam illud, quod non oteſt procedere ex vno capite, procedit ex coniunctione diuerſorum capitum. l. Gallus. §. ille caſus. ff. de liberis & poſthumis. Præterea iſta mulier, inquantum in ſe eſt, ſibi conſulit, quod eſt licitum, vt l. Proculus. ff. de damno infecto. Et licet ſtatutum alij officiat, hoc procedit conſilio legis, nō conſilio mulieris. Cū ergo ſtatutū non diſtinguat, ſed generaliter determinet, generaliter debet intelligi, ſiue de primis nuptijs, ſiue de ſecundis. l. placet. ff. de libe. & poſthum. & l. in fraudem. §. fin. de teſtamen. milit. Et ad hanc quæſtionem vide Bald. in l. 1. C. de inoffi. donat. & aliquid tetigi ſupra. §. 1.

XI. QVAERO.

SI ſtatutum dicit quod vir lucretur tertiam partem dotis mortua vxore in matrimonio, quid ſi mulier eſt minor, an poſſit petere reſtitutionem aduerſus ſtatutum? Reſpōdeo ꝙ non. l. ſi ſine. §. Lucius. ff. de adminiſtr. tutor. eſt caſus in l. 1. & ibi Bald. C. ſi aduerſus don.

XII. QVAERO,

SI ex forma ſtatuti ſoluto matrimonio per mortem dos remanere debet penes virum, quod ſi vir eſt pactus de dimidia lucranda, an ex hoc pacto videatur renūciaſſe beneficio ſtatuti, videtur quod ſic, vt ff. de ſolu. l. pupilli debitor. §. ſoror. Et quia prouiſio legalis tollitur per ſpecialem prouiſionem hominis. l. fin. C. de pactis conuentis. & prouiſio generalis ceſſat, vbi habet locum ſpecialis. l. doli clauſula. cum vulga. ff. de verborum obligat. Contrarium decidit Albe. de Roſ. in 2. parte ſtatutorū. quæſtione 58. per l. conditiones quæ extrinſecus. ff. de condi. & demonſtra. & ita dicit de facto fuiſſe determinatum.

SVMMARIVM.

1 *Statutum de dote lucranda vxore prędecedente, an habeat locum in illa, quæ nondum eſt ducta ad domum, ſi tamen ſit deſponſata per verba de præſenti.*
2 *Conditio debet inferri in forma ſpecifica, nec ſufficit adimplere in effectu.*
3 *Donatio ad hoc vt ualeat, non inſpicitur, an fuerit facta ante contractum matrimonium, ſed an poſt conſenſum.*
4 *Argumentatio eſt licita ab illuſione uocabuli.*
5 *Matrimonium eſt maris & fœminæ coniunctio.*

XIII. QVAERO.

1 STatutum † de dote lucranda vxore predecedente, an habeat locum in illa, quæ nondum eſt ducta ad domum, ſi tamen ſit deſponſata per verba de præſenti? Bart. in l. nihil. ff. rerum amotarum. per illum textum. & per tex. in l. cum hic ſtatus §. ſi mulier & maritus. ff. de donati. inter virum & vxo. tenet quod ſic. Et pro hac facit, quia dicitur eſſe matrimoniū, vt l. nuptias. ff. de reg. iur. Et pro iſto dicto Bar. videtur gl. ord. in l. ea quæ la ſeconda. ff. ad municip. Secundo pro hoc adducitur l. cum fuerit. de condi. & demonſt. Nam clarum eſt, ꝙ
2 † conditio impleri debet ADDITIO[Impleri debet. Adde, quod ꝙditio, quæ de iure nō poteſt impleri, ſufficit ſi impleatur de facto. l. Mæuius. in princip. de condi. & dem. l. ſi quis hæreditarium. & ibi Bar. alias eſt l. ſi mulier. §. 1. ff. de cond. inſti. vide Bal. in rub. C. de inſt. & ſubſt. in fi. & in l. 1. in ver. quæro. nunquid ſufficiat. C. de his quæ pę. no. Alias vero debet impleri de iure, & de facto, ſecundum Doctores, & Frāc. Vercel. in l. 1. qui ſatisdare cogantur.] in forma. l. Mæuius. eodē titu. de conditio. & demonſt. & tamen in dicta l. cum fuerit. dicitur quod ſi alicui relictum fuerit, ſi in familia nupſiſſet, videtur impleta conditio ſtatim, cum nupta eſt mulier, licet nondum in cubiculū viri peruenerit. Et ſubditur ratio, ergo &c. Tertio pro hoc videtur caſus in l. Deo nobis. in prin. C. de epiſcopis & clericis. in verſiculo, & hoc tantummodo lucri nomine, & ibi loquitur quando erat vxor, & nondum copula carnali cognita, nec traducta ad domum, alias non poſſet alter ex coniugibus ingredi religionē altero inuito, vt no. 27. quæſtione 2. Agatoſa. & c. deſpōſatam. & tamen ibi loquitur de pacto lucrando, vel ſtatuto, igitur &c. & hoc etiam ibi videtur firmare Bal. pro hoc facit l. non ſine. C. de bon. quæ libe. in ver. germanus mariti. nam ibi videtur caſus ꝓ iſta quæſtione, licet Bal. ibi ponderet illum in contrarium, nam ibi ſolum diputatur, an appellatione viri contineatur ſponſus, & dicitur quod ſic ex benigna interpretatione, & ita ſumit ibi Bal. ſuum argumētum per illum textum, nihil autem dicitur ibi de marito per verba de præſenti, quando non eſt ſequuta copula carnalis, ex quo ſequitur, quod cum ibi dicatur, quod nomen mariti illi ſoli pertineat, qui nuptias contraxit, ſequitur, quod etiam ille, qui nondum duxit vxorem ad domum, dicatur contraxiſſe nuptias, quia non concubitus, ſed conſēſus facit. l. nuptias. ff. de regulis iuris.

Pondera etiam ibi in verſiculo, poſt cœptun matrimoniū, vbi innuitur, quod eo ipſo, quod eſt cœptum matrimonium, licet non conſumatum, & per conſequens ante copulam carnalem dicatur vxor & maritus, igitur &c. & vide Cynum in dicta l. non ſine. & Petrum de Ancha. in c. ex publico. de conuerſ. coniug. Vna ratio dicti ſtatuti, & mens eius fuit vnica, licet in eo non exprimatur, videlicet, vt remuneretur maritus propter onera matrimonij, quæ ſuſtinuit, vt l. pro oneribus. C. de iure dotium. Sed maritus antequam ducat vxorem ad domum ſuſtinet onera in faciēdo veſtes vxori, licet maiora onera eſſet ſupportaturus in futurum, igitur &c. cum ergo mens dicti ſtatuti habeat locum, debet etiam habere locum diſpoſitio, vt notat Bal. in ſimili in l. fin. C. de liberis præteritis. in pluribus quæſtionibus. Præterea iſta mulier eſt deſtinata in domum viri intantum, quia debet eum ſequi, quo vadat, honeſte tamen, vt notat Cyn. in l. liberti, libertæque. C. de oper. libert. & Bar. in l. Mæuia. §. fin. ff. de annuis legatis. Sed res deſtinata in locum habetur, ac ſi eſſet in loco. l. qui fundū. §. fina. & l. granaria. ff. de contrahenda emptione, quia qui de proximo eſt cingendus pro cincto habetur. l. penultima. ff. de teſtam. mili. Et maxime cum ipſa traductio ad domum eſſet facilis, & penderet ſolum a voluntate viri, vt eſt tex. in ſimili in l. ſi non ſciuiſſet. §. quid ergo. de auro & argento legato. & plene notat Bar. in l. cætera. §. fin. ff. de legatis primo. Præterea in materia pęnali & odioſa ſufficit ad pęnam introducendam qualitercunque matrimonium ſit, vt eſt text. no. in l. ſi vxo. §. diuus. ff. de adulter. ergo cum in caſu noſtro matrimonium ſit, debet habere locum diſpoſitio ſtatuti, vt conſequatur lucrum propter dictum verbum, qualitercunque, quod idem importat, ac ſi diceret, ſiue traducta ſit ad domum, ſiue non.

Præterea ad hanc partem facit tex. in l. Seia. in princip. ff. de
3 donat. inter vir. & vxor. quia † an donatio valeat non inſpicitur, an fuerit facta ante cōtractum matrimonium, ſed an poſt conſenſum, licet nondum ſit traducta ad domum. Præterea ad idem facit l. mulierem abſenti. & l. denique ff. de ritu nuptiarum, vbi dicitur, quod mulier abſens poteſt accipi, & ibi dicit quod cum a cœna rediret maritus, in Tiberi ſuffocatus eſt, quod erit lugendus, ergo apparet, quod eſt maritus, & ſubditur in l. 1. §. idemque. quod virgo habet actionem de dote, igitur &c. Prętera ad hanc partem videtur caſus in l. 1. C. de impo. lucra. deſcrip. lib. 10. vbi datum vel acquiſitum ex dote propter pactum, vel ſtatutum non dicitur lucrum, ita quod debeat ſoluere ſiliquas, etiam in marito futuro, ergo ibi eſt caſus, quod ſi non dicitur lucrum, imo debitum, quod maritus debet illam partem ex ſtatuto prædicto habere, licet nondum onera matrimonij ſuſtinuerit, & ita ponderat Ange. ibi illum tex. ad hanc etiam partem videtur caſus in l. ſacimus. C. de nuptiis. ibi qualicunq; pacto. & in fine, ibi, ſed ex quo vota nuptiarum re ipſa proceſſerant, vbi eſt caſus ꝙ vbi cūque fit mentio de tempore nuptiarum verificatur, licet nō interueniat amplexus. Vltimo pro iſta parte facit, quia ſtatutū loquitur ſimpliciter, & indiſtincte, & omnia eius verba huic caſui adaptantur, cum vxor & maritus fuerint, & ꝓbant iura ſupra allegata, & in matrimonio deceſſerint, ergo ſtatuti diſpoſitio locū habebit. l. hos accuſare. §. omnibus. ff. de accuſatio. & iſta argumenta pro maiori parte collegi ex quadam

Source : BIU Cujas

disputatione Ang.In contrarium determinat Salyc. latissimè in l.cum test. C.de dona.ante nup. Primo, quia verba statuti non conueniunt, † nam ab allusione vocabuli est licita argumentatio,no.in l.j.ff.de acquir. posl. sed vxor dicitur, quia est in vsu viri, sed antequam sit traducta domum, non est in vsu viri,igitur &c.Et clarum est, quod statutum debet accipi in potiori significato, potissimè cum exorbitet a iure communi.Et eodem modo dicitur maritus, qui ritus suos.i.ordines & res suas probet vxori,quod non contingit prius,quam ducatur ad domum,igitur &c.

Secundò dicitur in statuto, vxore prædecedente in matrimonio,illa dictio,in,significat perfectionē rei, cui adiicitur.l. j.§.in flumine.& ibi no.Bar.ff.de fluminib. sed res non est perfecta, nisi sequuta copula,igitur &c. Item ponderat verbum matrimonio, †quod matrimoniū est maris & fœminæ coniūctio.l.1.§.ius naturale,ff.de iust.& iu.& ponderat,q̄ tex.ibi dicit coniugatio,& non dicit simpliciter coniunctio, ad denotandum,q̄ actus.i.copula,debet interuenire, vt matrimoniū suum esse dicatur perfectum.

Tertiò ponderat etiam illud verbum,in matrimonio,propter quod videtur statutum considerasse coniunctionem, alias satis fuisset dicere,vxore prædecedente absque eo,q̄ subderet in matrimonio,quia antequam vxor sit cū viro in actu, quo possit esse mater, & sic ante coniugationem, non debet posse dici propriè matrimonium,igitur &c.

Adde,q̄ pro hac opinione facit,quia videmus,q̄ leges simpliciter dicunt, maritum lucrari dotis fructus. ff de iure dot. tamen licet ita simpliciter loquantur, subintelligitur, si sustinuerit maritus onera matrimonij,vt l.fi. in prin. ff.de doli exceptione.tunc si quādo uir non lucratur dotis fructus, quod est,quando non sustinet onera matrimonij,quod est minus, quomodo lucrabitur ipsam dotem,quod est maius, & ita reperio consuluisse ipsum Salyc apud ciuitatem Florentiæ.

Non ob.d.l.nihil.ff.rer.amo.quia alio casu loquitur de viro & vxore,non secundum proprium sensum loquitur, vt in gl. Nec ob.d.l.Deo nobis quia in non marito carnaliter coniuncto loquitur,quia matrimonium secundum ius ciuile ex variis causis dissolui poterat, inter quas causas religionis erat vna.Præterea ille tex.super lucro fiendo nihil disponit, sed tū per conditione, si lucrari debuit per mortem ingredientis religionem,statim debere disponi, quia ingressus habetur pro mortuo.

Adde q̄ pro ista parte adducitur tex.in l.liberorum. & in l. vxor.cum l.seq.ff.de his qui not.infa.vbi appellatione viri,vel mariti comprehenditur ille,qui cognouit eius vxorem,de cuius seminis perturbatione dubitatur, quia infra annum remaritari non potest, & sic non propriè ille dicitur maritus, quando eam non cognouit,igitur &c.

In decidendo licet opi.Saly.sit verior,de subtilitate iuris tamen prima opinio cum sit gl.Bar. & Bal.obseruaretur in practica, maximè si maritus ante mortem vxoris incęperat sustinere onera matrimonij in faciendo vestes,& iocalia. Et quāuis ista expensa,& damnum mariti non sit, quantum esset lucrum dimidiæ dotis, tamen integram dimidiam debet lucrari,arg.l.si creditor,§. si inter maritum.fl.mand.Sicut econtra contingere potuisset,q̄ dotis fructus,vel etiam dimidia dictę dotis non sufficiunt ad onera matrimonij, etiam non inchoati,arg.cap.salubriter.de vsuris.vnde hoc stat sub forma,igitur maritus impleuisset istum casum,ar.l.fi.ff.de actio.emp.Si autem onera aliqua maritus nondum sustinuerat, tunc non lucrabitur dictam partem ex staruto,quia ratio est statuti,q̄ lucretur in recompensationem onerum matrimonij. d.l. dotis fructus.sed non fuit passus onera prædicta,igitur &c.hæc omnia bene nota,quia quotidiana sunt.

XIIII. QVAERO,

STatutum, q̄ vir lucretur partem dotis, an habeat locum in dote promissa? Bar in l.iubemus.§.sane C.de sacrof. eccle.q̄ non.Quod limita verum, vbi statutum loquitur de dote data, secus si statutum simpliciter dicat, q̄ lucretur dimidiam dotis,quia habebit locum etiam in dote promissa. glo. est peregrina in l.si donaturus.§.fi. ff. de condi. ob causam.facit,quod dixi supra in §.j.in 2.vel 3.q.in quęstione,an dos promissa dicatur propriè dos &c.

XV. QVAERO.

QVid si dos sit promissa, & sequuta sit copula carnalis, an habeat locum statutum loquens de dote data attento q̄ fuit data? Vide Mathesilaum in suo notabili 65.& vide quæ dixi supra quæstione 12.

XVI. QVAERO,

STatutum, q̄ vir lucretur certam partem dotis mortua vxore,an habeat locum,si moriatur,postquam est vidua? Bar. ponit in l.si dotali.ff.sol.matrim.& Imo.in l.post dotem.eod. ti.& Cy.in additionib.in l.mater.C.de iu. dot.

XVII. QVAERO,

STatutum de lucro dotis,an habeat locum in viro,qui cōduxit vxorem in domum conductam,prępposito q̄ verba statuti dicant,quod mortua vxore in domo ADDIT.[In domo. no. quod statutum de lucro dotis habet locum in viro,qui conduxit vxorem in domum conductam, præsuppositio quod verba statuti dicant, q̄ mortua uxore in domo viri vir lucretur dotem.] viri vir lucretur dotē? Videtur quod non, quia genitiuus significat dominium, ergo statutum quod dicit in domo viri, debet intelligi de domo, quæ sit in dominio ipsius viri,ar.l.2.ff.de relig. & sump.fu.Contrarium puto verius,quia debet intelligi secūdum communem vsum loquendi ciuitatis, vnde domus viri accipitur pro habitatione ipsius viri, vt pulchre dixi in rubr.ff.de no.ope. nunc. quæ omnia hic repeti possent.

SVMMARIVM.

1 *Pater relinquens filiæ si ei substituat, vtrum ex forma statuti maritus lucretur dotem excluso substituto.*
2 *Naturę humanæ decursio, & varietas indiget paulatim emendatione.*
3 *Testamenti factio est publici & non priuati iuris.*
4 *Legitima an sufficiat ad dotem.*

XVIII. QVAERO,

1 QVid si † pater relinquens dotem filiæ ei substituat, vtrū ex forma statuti maritus lucretur dotem excluso substituto, & ista est vtilis & quotidiana. Videtur primo dicendum quod sic, quia si pater relinquat fideicommissum præstandum, & non sit aliud, vnde filia possit nubere, potest de dicto fideicommisso se dotare etiam vendendo,vt Barto.nota.in l. filia. ff.ad Trebellianum, & in authen.res quæ.C.communia de lega. Imo. si non sufficit ad filiam maritandam pars bonorum, potest omnia bona in dotem dare, quamuis subiacentia restitutioni, vt not. Bald.in authentica, res quæ. cum ergo in casu nostro de expressa voluntate patris dederit in dotem, & dare potuisset, etiam si pater non expressisset per iura superius allegata, non debet marito præiudicare dicta substitutio. Secundo pro hoc facit in simili, quia pactum factum de lucrando dotem super bonis in dotem datis subiectis restitutioni præiudicat ipsi restitutioni, seu substitutioni, vt est tex. in Authent. de restitutione, & ea quæ parit.post princip. ergo multo magis præiudicatur eidem substitutioni, quando per statutum disponitur, quod maritus lucretur dotem. Accedit, quia, quod potest fieri per pactum,& per statutum. l. non est impossibile.ff.de pact.no. glos. in rubri. C. de decre. decu. Præterea ad hoc facit, quia vbi factum est fideicommissum generale, id, quod datum est in dotem, non venit in fideicommissum generale. l. mulier. §. cum proponeretur, ff.ad Trebellianum, dos impedit & minuit fideicommissum, vt ibi. Modo dicit Barto.in l.filia. ff. ad Trebellia. quod idem disponitur de dote destinata, quod de dote data, sed non est dubium, quod in dote data, quæ est propria filiæ, vt dicit Barto.in l.fina.§.filiæ.ff.de legat. secundo. quod ipsa grauari non potest, nisi eidem legetur tantum, & ipsa accepret legatum. l.si cum dotem. §. cum mulier. ff. soluto matrimonio.ergo videtur, quod pater relinquens dotem filiæ non potuerit eam grauare substitutione. In contrarium videtur, quia quā do mulieri est relictum fideicommissum, spectat ad eam cum suis oneribus.l mulier.§.primo.in fi. ff. de iure dotium. & non potest in maritum transferre,nisi cum oneribus suis, quia nemo plus iuris &c. Et quia contemplatione oneris pater fortè maiorem dotem reliquit filiæ. Et eadem contemplatione maritus forte tantam dotem recipit eisdem qualitatibus, & conditionibus,argum.l.si conuener.t.ff.de pact. do. cum tacita pacta etiam valeant in pactis doralibus, & in dando dotem valeant tacitæ conditiones, & cadat interpretatio verisimilis,ar.l.inter socerum.ff.de pac. Nam sicut dos prima facie data magna minor efficitur propter pacta in ipsa dote apposita,vt l.liberi. circa fina. ff.de iure dot. sic & grauamina

apposita

appoſita doti minuunt, ergo dicta mulier dicitur dediſſe dotem, vt maritus habeat vſumfructum toto tempore vitæ ipſius mulieris, & diſſoluto matrimonio per mortem ipſius retro reddatur dos illis, quibus relictum eſt fideicommiſſum, argumen.l. ſed nihil.ff.de iure dot. Attento quod ita fuit de mẽte teſtatoris relinquentis dotem & fideicommiſſum, nec cauſa dotis debet refringere volũtatem teſtatoris, qui poteſt grauare filios & filias, ſaltem in eo, quod eſt vltra legitimam iure naturæ debitam.l. quoniam in prioribus.C. de inoffi.teſtam.nam in teſtamentis & in dotibus fit interpretatio iuxta voluntatem teſtatoris defuncti,& voluntas,& intentio ipſius magis eſt attendenda, quam verba.l. in teſtamentis.ff.de reg. iur.cum ſimi.Mihi videtur, quod vis tota huius hæſitationis pendeat ex intellectu Iuſtinianæ legis, de qua in Authent.de reſtitutione,& ea quæ parit,in ſua principali parte,quæ habetur relata per Guarnerium, licet minus plene in dicta auth. res quæ.C.communia de leg.

Idcirco pro euidentia dicendorum ponderanda eſt intentio illius legis, ſeu authenticæ,per ſingulas partes ad quæſtionem noſtram pertinentes. Videtur primo in proœmio illius
2 legis dici, ꝙ † decurſio, & varietas humanæ naturæ indiget paulatim emendatione,quæ verba notate,quia infertur, de illius intentione non fuiſſe. l.fin. C. communia de leg. vſque tunc longæuam & in iudicijs approbatam velle totaliter tollere,imo duntaxat in modico emendare.Proſequor,& in d.l. immediate dicitur, quo ad bene ſe habendũ non ſufficit principis,ideſt iuxta glo. expoſitionem, regulas cuſtodire,ſed & quod particulariter reſiſtit corrigere, non igitur aliud quam particularis illius l.fi.correctio intenditur.Rurſum in eodem proœmio ſequitur, quod ad plurima antiqua dubia dirimenda proceſſit illa l. fin. per quam prohibuit, grauatos res modis omnibus aut alienare, vel obligare, ſed cum propria ambulare fortuna, & apud quencunque fuerint non manere firmæ, ſed reuerti ad illum, cui dari iuſſæ ſunt,& ita illius legis ſummarium ſubijcit, & ſecundum communem opinionem. & interpretationem iſta eſt intentio illius legis, alienationẽ ſcilicet rerum ſubiectarum reſtitutioni in diem incertam,vel conditionem interim efficacem eſſe, & validam, totalisque iuris & dominij illius in acceptorem medio tempore translatiua,quamuis reuocabiliter hoc dicit, vt patet ibi in litera in verbo,tranſire cum propria fortuna, & ſic permittit translationem interim, licet affectam, & parum poſt vtitur verbo reuerti, & ita ſupponit dominium translatum, alioquin non diceretur reuerti, & eſt mirabile, quod dominium ita de facili deambulet de perſona in perſonam ipſo iure ſine traditione contra ſolitam & communẽ dominij naturã, & quod non conſueuit nuda voluntate tranſire, immo demum iuxta vulgarem regulam traditionis,quod non ideo contingit in caſu d.l.quod teſtator,iubendo talia reſtitui in euentum conditionis, vel diei incertæ, credatur tacite alienari vetuiſſe, cum cauſa, ideſt, vt remaneat in familia, cum venit tunc reſtitutio fienda. Nam eo caſu etiam interim alienatio foret nulla,& continuato dominio ad grauatum recta via ab ipſo fieret translatio in fideicommiſſum. Contingit igitur illud, eo quod ſit iſtud ſingulare priuilegium in teſtamento, quod non cenſetur priuati hominis ordinatio.ſicut eſt viuentium conuentio. Et hoc eſt † quod dicitur,teſtamenti factio eſt publici & non priuati iuris.l.3 ff.de teſt.& quicquid teſtator diſponit,non priuata, immo legalis eſt ordinatio, vt vulgo habetur in Authen. de nup.§. diſponat. & pulchre ſcribit Accurſius hanc differentiam inter contractus, & vltimas voluntates in l.1. C. de pact. & in l.2. C.de vſucap.pro empt. & Innocen. in cap. quæ in eccleſiarum. extra de conſtitu. & patet ad ſenſum, quia ſi contrahentes inhiberent alienationes, nihilominus factæ contra eorum ordinationem valerent, licet obligarentur contrahentes ad intereſſe. ff. de verb.oblig. l. ſi ita quis. §. ea lege. & l. ea lege. C. de condict. ob cauſam. & l.ſi creditor.§. fina. ſecundum vnam lectu. Accurſij. ff. de diſtra. pig. & notatur in l. qui abſenti.ff. de acquiren. poſſeſſ. Aliud eſt in vltima voluntate, cuius tanta eſt virtus,velut legis,quod alienans prohibitus a teſtatore quamuis ſit dominus,non transfert ipſo iure dominium in omnibus & per omnia, quemadmodum ſi legibus illa alienatio eſſet interdicta. Et ita per contrarium operatur vltima voluntas dominij trãſitum ipſo iure de vno in alium, quaſi ſortiatur totaliter uim legum, adeo cum teſtamentum hæreditatis adiectione incipit eſſe confirmatum & non ante, tunc cenſeri incipit teſtamentum eſſe. Pro practica in illo momento dominium adhuc in hæreditate repertum,& non in hæredem recta via trãſit non ab hærede, ſed ab hæreditate in legatarium ipſo iure ſine traditione.l. ſed ſi damnum. §. 2. ff. de pecul. l. ſi tibi homo.§. cum ſeruus.l. ſeruum filij. §. 1. de leg. 1.l a Titio. ff. de fur. cum ſi. Dato igitur illo ſingulari fauore & priuilegio ipſi teſtamento,quod lex eſt, quodammodo exinde deſcendit ex ſtricto ac mero iure dominium rei ſubiacentis reſtitutioni in alium translatum pendente conditione apud eum non manere firmum.immo reuocabiliter, adeo quod conditione exiſtente ſtatim reuertũtur ad eum, cui dari iuſſæ ſunt. Fallit in vno caſu ſingulari .l. fina.ff. de leg.2. ſcilicet propter factum defuncti, nam ibi prohibitione facta a teſtatore ne aperiantur codicilli viuente hærede, & ſic non potuit grauatus ſcire grauamen, & ideo ſemper firma & irreuocabilis durat alienatio, & agit fideicommiſſarius ad æſtimationem. Secus ſi aliter contigiſſet ignorantia grauaminis, quam facto teſtatoris, arguendo ibi a contrario ſenſu. Eſt igitur illud falſum,ꝙ alienatio,vel hypotheca talium rerum facta conditione pendente ſit vſque a principio ipſo iure inualida, velut per illud auth. alienari prohibita, & illud multifarie ex ante ſcripturis liquet,immo valet alienatio & hypotheca a principio, licet regulariter eiſdem fiat ſolutio exiſtente conditione, & ita præſumendum eſt,voluiſſe Guar.in d.auth. res quæ. quia dum dicit,ꝙ prohibentur alienari, vel obligari, loquitur de irreuocabili alienatione, quam conſtat in huiuſmodi rebus prohiberi,non de irreuocabili.Ex his videtur in totum ſtandum eſſe iuri antiquo,niſi duntaxat in exceptione huiuſmodi dotis, & propter nuptias donationis,quod eſt de mirabilibus mundi,ſecundum gl.in d.§.quamobrem,in ver.ſufficiat. Reſtat ergo ſolum quæſtio,quid importet illa exceptio facta in ſingulari dotis priuilegio.Et de Chriſtopho.de Caſtiliono conſuluit ponderando verba illius authen.quæ videntur taliter ſe habere,vt ſi quis decreto fecerit reſtitutionem, ideſt, facere voluerit ſuarum rerum, primum quidem ſeruet filio legitimam.ſ.tertiam vel dimidiam ſecundum numerum liberorum, deinde ex aliqua parte ſubſtantiæ, ſupple ſecundum glo.complere voiumus dotem, vel propter nuptias donationem, ſi non ſufficeret legitima pars ad dotis, vel propter nuptias donationis obligationem honeſtè ſecundum perſonarum qualitatem,& merita,& immediatè concludit,ꝙ attinet ad onus dotis, vel propter nuptias donationis conſtituendæ,vel ſoluendæ,vel onus ſubeat taliter grauatus de reſtituẽda hæreditate,non obſtante fideicommiſſaria ſubſtitutione, etiam ſi expediret totam hæreditatem expendere,fortè quia minus ſufficeret pro honeſta dote, vel ante nuptias donatione(vt prefertur)conſtituenda,vel ſoluenda,vel immediatè ſequitur litera,& ita exponit gloſ. & aliorum omnium ſcripta. Concluſio videtur, ꝙ onus dotis, vel propter nuptias donationis fuit per illam l.nouam.in parte reliqua vltra legitimam non purè ſed conditionaliter adiectum,puta ſi legitima non ſufficiat.In tantum,quia dicit Iac.de Bel.in d.§.quamobrem. per illam literam ibi, ſi non ſufficiat legitima, ꝙ ſi ſufficiat, non liceret filiæ ex reliqua ſubſtantia aliquid recipere,& merito, quia ceſſante illa conditione per omnia locum habet illa lex vltima,C.communia de leg.vt ff.de iniuſ. rup. l. cum in
4 ſecundo,& in l.inſtitutio talis,ff.de cond.inſti.† An autem legitima ſufficiat ad dotem, tene menti ſingulare verbum Iaco. de Bel. in d. authen. vbi dicit, ꝙ inſpicienda eſt perſonæ graſatæ conditio,& non illius, cui copulanda venit in matrimonio,iuxta illud poeticum.

Si qua uoles apte nubere,nube pari.

Alioquin vt dicit ipſe Iaco. de Bel. ſemper de facili poſſet fraus excogitari.

Ex prædictis omnibus concludo,ꝙ ſi legitima filię ſufficiebat ad dotis honeſtæ oblationem,reliquæ partis alienatio facta ex cauſa dotis tenuit a principio, ſed ſtatim filia defuncta ſine liberis ipſo iure extitit reſoluta, nec ipsũ dominiũ apud virum remanſit,ſed ipſo iure reuerſum eſt ad eos, quibus relictum erat fideicommiſſum. Et ad prædictam quæſtio. vide Barto.in ſuo conſil.141.& dom.Abb. in ſuo conſil. 28.& Roma. in ſuo conſil. 414. & Pau.in conſil. 10.& in conſilio 312. & 16. in quibus locis omnes concordant in prædicta concluſione.

SVMMARIVM.

1 *Maritus & uxor poſſunt facere in augmento dotis noua pacta ab his, quæ facta fuerunt ſuper prima dote.*

XIX. QVAERO

1 STATVTVM de lucro dotis an habeat locum in eius augmento. Reſpondeo,quod † etiam in augmento dotis poſſunt maritus & vxor facere noua pacta ab his, quę geſta fuerunt ſuper prima dote, vt eſt tex. in l. ſi conſtitutæ. C. de dona.ante nup.ſed ſi nil de nouo actum fuit, ſtatur prioribus

Source : BIU Cujas

conuentionibus,& pactis,ita ꝙ ſtatuta & conuenta ſuper dote habent locum in eius augmẽto,cum ſit pars dotis, & vna & eadem res non debet diuerſo iure cenſeri, l.eum qui, ff. de vſuca.c.cum in tua.de decimis. & c. cognouimus. 12.q.2. Et hanc ſententiam firmat expreſſe in terminis noſtris Cy.in d.l. ſi conſtante. pro quo videtur tex. apertus in l. inter ſocerum, §.cum inter,ff.de pac.do.Et predicta vera,quãdo valuit augmentatio dotis, ꝙ quando fit,recurrendum eſt ad auth. ſed iam neceſſe,C.de do.ante nup.& dixi ſupra §.j.Et pro hac parte conſuluit do.Abb in ſuo conſi.96.

SVMMARIVM.

1 *Statuta uiri & uxoris quando ſunt diuerſa circa lucrum dotis, quæ ſtatuta ſunt attendenda.*
2 *Locus petitionis attenditur,quãdo tractatur de litis deciſiuis circa aliquid, quod non prouenit ex natura contractus,ſed ex accidenti.*
3 *Locus uiri quare attenditur in dote repetenda ex natura contractus.*

XX. QVAERO.

1 QVando ſtatura viri† & vxoris ſunt diuerſa, & diuerſimode diſponunt circa lucrum dotis,quæ ſtatuta ſint attendenda?Quidam dicit,ꝙ ſtatuta loci contractus.Mouetur per c.illa.12.diſt.& c contra morem.8.diſti.& c. quiſquis. 41.diſt.Si autem in loco contractus nullum ſtatutum adſit, ſeu conſuetudo,attendentur ſtatuta loci viri, quia eſt caput mulieris.c.2.de frig.& male.ita videtur tenere Io.And.in c.j. de ſpon.Sed iſta theorica non placet, quia videtur eſſe cõtra l.exigere dotem,ff.de iudi.& contra tex.in d.c.j.vbi non apparet,ꝙ contraxerit in loco viri, & tamen ſi ſtatutum viri, vel conſuetudo non tendiſſet ad impugnandum matrimonium fuiſſet tale ſtatutum,vel conſuetudo obſeruata, ergo &c.do. Ant.& Pan.in c.1.ita diſtinguunt.Aut ſtatutum reſpicit ipsũ contractum matrimonij.Aut reſpicit ea,quæ ſequuntur poſt matrimonium,ſiue quæ reſpiciunt executionem.

Primo caſu,aut matrimonium contrahitur in certo loco, & tunc ſtatuta illius loci contractus ſunt attendenda l.ſi fundus, ff.de euic. Aut contractus non eſt factus in certo loco, ſed partes in diuerſis locis exiſtentes, qui per nuncium vel per epiſtolam contraxerunt, & tunc attendenda ſunt ſtatuta loci viri,quia eſt caput vxoris,vt ſupra dixi.

Secundo caſu ſubdiſtinguit do. Ant.aut ſtatutum reſpicit executionem,quæ venit fienda contra mulierem, & tunc attendendus eſt locus viri,ſi aliud non apparet, ex quo conſenſit ſe transferre in locum viri.l.fin.§.idem reſcripſerunt. ff.ad munici.l cum quædam puel.ff.de iuriſd. omn. iudi.& ideo in conſequentiam videtur ſe allegaſſe legibus illius loci, & hac ratione vtitur Iuriſconſultus in d.l.exigere dotem.Ex hoc arguit do.Ant.in d.c.j. quod nullum ſit ſpeciale in dote hoc caſu,quia idem videmus in quocunque alio contractu,vt rõne executionis debeat attendi locus deſtinatæ ſolutionis.l.j. in prin.iuncta glo.ff.de vſur. Tu aduerte,ne erres,quia ſi ex quo venit fienda ex natura contractus, tunc attendimus locum contractus non locum deſtinatæ ſolutionis, dic. l. ſi fundus vbi licet fortè fundus eſſet in alio loco, & ſic ſolutio veniebat fienda in loco,in quo erat fundus,tamen attenditur locus contractus,non locus traditionis fiendæ, & ex quo venit de natura contractus dicitur ineſſe contractui, & de eo tempore contractus videtur cogitatum per ea, quæ habentur in l. pacta.ff.de contrahẽ. emp. Ita eſt in propoſito,quando vxor promittit dotem, ꝙ debeat ex natura promiſſionis attendi locus promiſſionis:tamen hoc eſt falſum,quia eſt ſpeciale in dote,vt attendatur locus,in quo tacitè videtur deſtinata ſolutio.d.l exigere dotẽ,ita intellexit Bar.in l.j.in 5.col.C.de ſum. Trin.Bal.in l.de quib.in antepe. col.ff.de legi. Nec ob.l.j.ff.de vſu.quia loquitur in his,quæ veniunt extra naturam contractus,propter aliquod extrinſecus accidens, puta propter moram in ſoluendo debentur vſuræ,quo caſu verum eſt, ꝙ attẽditur locus deſtinatæ ſolutionis.l.vinum,ff.ſi cer.pe.& ita intellexit Bar.& Bal. vbi ſupra.Aut ſtatutum reſpicit executionem contra maritum fiendam,puta quia loquitur de exigenda dote a marito in toto, vel in parte, & tunc aut iſte caſus exigendæ dotis naſcitur extra naturam contractus matrimonij,|& dotis ꝓpter aliquod extrinſecus accidens,puta propter adulterium mariti,vel quia maritus vergit ad inopiam,& iſto caſu attendimus ſtatuta loci, in quo reperitur maritus tẽpore huius actus extrinſeci.l.ſi vxor.ff.de iudi.& ſecundum vnũ intellectum facit,quod no Bar.in l.j.C.de ſum.Trin.dum vo-
2 luit† ꝙ quãdo tractatur de litis deciſiuis circa aliquid, quod non prouenit ex natura contractus, ſed ex accidenti.puta ꝓp moram,ꝙ ſi locus ſolutionis non eſt deſtinatus,attenditur locus petitionis, & ſic moræ commiſſæ per d.l. vinum. Alium intellectum ponit etiam do.Abb.in d.c.1.de ſpon. ad d.l.exigere dotẽ.quia dicit,ꝙ ponit ius ſingulare in dote, vt ibi agitur in repetitione eius,maritus, qui alias habebat priuilegiũ declinandi forum,quia erat legatus,& petit ſe remitti domũ, iuxta l.ſecundam.§.legati.ff.de iudi. & c.fi.extra de fo. comp. cum ibi no.ꝙ ſi conueniatur in loco,in quo ſortitur forum licet declinabilem, puta Romæ cum eſſet legatus,hoc caſu ex priuilegio dotis non poteſt declinare forum. Aut agitur de executione contra maritum propter aliqiud, quod ex natura contractus venit,puta ex morte, quæ ſoluit matrimoniũ, & dat ius repetendi dotem:in iſto caſu attendimus locum viri.d.l.exigere dotem. & in hoc eſt ſpeciale in dote ſecundum Bar.& Bal.idem tenet Bar.in d.l. cunctos populos. Idẽ Bal.in c.1.in ti.de inueſt.de re alie.fac.vbi dicit hanc attendendã ſententiam.Idem Imo.in c. 1. de ſpon. quod limita, niſi maritus expreſſe conueniſſet, & promiſiſſet reſtituere dotem in loco vxoris,quia tunc attenderetur ſtatutum illius loci ſecundum Alb.in trac.ſtatutorum,in 2.par.q.8.in fi.quod eſt no.pro cautela.Et ſi quæratur† quæ eſt ratio, quare magis in dote repe-
3 tenda ex natura contractus attendatur locus viri,cum ſecundum regulas iuris cõmunis debeat attendi locus contractus, d.l.ſi fundus.& in ipſo matrimonio contrahendo, ꝙ dẽt eſſe magis fauorabile,quam dos,attendimus locum contractus, & non recedimus a regulis iuris communis, vt dixi ſupra in prin.do.Ant.& Abb non declarant,cogita.Sed quid ſi maritus mutauit domicilium, nunquid attendamus illud domicilium,quod habebat tempore contracti matrimonij, & ſtatuta eius,an verò domicilium,quod tunc habet tempore ſoluti matrimonij.do.Ant.& ſingulariter Pan.in d.c.j.concludunt, ꝙ attenditur locus domicilij, quod tempore contracti matrimonij habebat,& pro hoc adducunt gl.in d.l.ſi vxor. Et prædicta colligendo habetis limitare.d.l.exigere dotem. dum facit regulam, ꝙ in dote exigenda attenditur! locus viri: Quia fallit primò,quando dos exigeretur propter aliquod accidẽs extra naturam contractus, quia tunc attenderetur locus, in quo vir reperiretur tempore perpetrati actus.d.l.ſi vxor.Secũdo fallit,quando maritus conueniretur in loco, in quo alias ſubiicitur foro,puta Romę,quæ eſt communis patria.Sed declinare poſſet ex aliquo priuilegio, puta legationis, quia iſto caſu fauore dotis poterit ibi conueniri, nec poterit petere ſe remitti ad ſuum forum originale.d.l.ſi vxor.& ibi Ang. Tertio fallit, quando matrimonium non teneret, quia iſto caſu non attenderetur locus viri.Ita Bal.in c.iurauit.de proba.Ratio,quia quando matrimonium non tenet, vxor non ſequitur forum viri,l.de iure.§.fin.ff.ad muni.& ſic ceſſat ratio d.l. exigere.ergo etiam ceſſare debet diſpoſitio.Quarto fallit,qñ vxor tempore dotis promiſſæ ignoraret maritum eſſe forenſem.Nam tunc non videtur conſentire in forum viri alienũ, & ideo ſecundum ſtatuta viri non debet terminari exactio dotis,ita Bal.in c.j.in fi.de inueſti.de re alie.fac.in vſi.feu.

Hic 59. quæſtiones non ſubduntur, neque vltima,quæ eſt centeſima decima, cum habeantur in Tomo ſtatutorũ,qui ſecundus eſt in hac editione.

SVMMARIVM.

1 *Statutum ſi in alienationibus, vel contractibus mulierum exigit conſenſum duorum propinquorum,an ſufficiat tacitus conſenſus,puta præſentia & taciturnitas.*
2 *Religioſi non poſſunt exequi ultimas uoluntates, niſi habita ſuperioris licentia.*
3 *Tacere proprie non eſt conſentire,nec diſſentire.*

LXXXI. QVAERO.

1 SI ſtatutum† in alienationibus, vel contractibus mulierum exigit conſenſum duorum propinquorum, an ſufficiat tacitus conſenſus,puta præſentia & taciturnitas?Conclude,ꝙ ſi ſtatutum requirit illum conſenſum ad perfectionem actus, intelligitur de expreſſo,non de tacito.& ideo in caſu c.beneficium.de reg.iu.in 6.vbi in collatione beneficij, quæ fit infra annum probationis, exigitur conſenſus ingreſſi, intelligitur de expreſſo conſenſu,nec ſufficeret tacitus ſecundum Ioan. An.in nouel.de reg.is qui tacet.de reg.iu.qui ſubdit, formalẽ conſenſum oportere eſſe expreſſum, dato ꝙ in confirmatorio vel approbatorio multoties ſufficiat taciturnitatem inter
2 uenire,adde gl.in clem.1.de teſt. vbi tex. vult† religioſos non poſſe

Source : BIU Cujas

posse exequi vltimas voluntates, nisi habita superioris licentia,& dicit ibi gl.q̃ non sufficeret tacita. Ad idem videtur gl. in l.si cum dotem,§.1.in gl 1.ff.sol.ma.& vide Bal in l.2. §.voluntatem.eo.ti.& in l.si pater naturalis.ff.de adop.& no.Doc. in c.1.extra,de loca.simile videmus in filio, qui in iudicio experiri non potest circa consensum patris.l.fi.§.necessitatem. C.de bo.quæ lib.& non sufficit tacitus, sed requiritur expressus secundum Spe.in ti.de actore.§.1.ver.quid si præsente patre.facit,quod dicit Barto.in d. §.voluntatem.vbi vult, quod
3 †tacere,proprie loquendo,non est consentire,vel dissentire, & in l.quæ dotis.eo.ti.dicit,q̃ tacere est medium inter consẽtire,& dissentire.& ista est firma regula secundum Cy. in l.inuitus.C.de procu. si autem reperitur casus, in quo habetur ꝙ consentiente vel dissentiente,est fallentia a regula. Vnde quãdo statutum exigit consensum,debet intelligi proprie de consensu expresso,& vbi requiritur expressum, non sufficit tacitum,nec præsentia consentire debentis,gl.in c.1.& ibi Gemi. de reb.eccl.non alie.in 6.& in c.in prælatis.de homic. eo.lib. Archid.in c.sine excep.in 12.q.2.glo.in c.statutum in ver.expressus.de rescrip.in 6. Et vbi requiritur aliquid expresse fieri, non sufficit, q̃ comprehendatur sub generalitate verborum secundum Io.An.in c.quia periculosum de sent.excom in 6. in nouel.de quo per gl.in cle.per literas.de prẽben.& est bon. tex.in l.1.§.si pup.ff.de const.pecu.

SVMMARIVM.

1 *Statutum si disponat, quod in contractibus mulierum adsit consensus duorum propinquorum,an sufficiat,quod propinqui,qui debent consentire, consentiant ex postfacto.*

LXXXII. QVAERO,

1 STante statuto † de quo supra dubitatur,an sufficiat,quod propinqui debentes consentire ex postfacto consentiant? Videtur quod sic, per l. sinautem. cum ibi no. per Bar. ff. de aqua plu.arcen.& per.c.cura.de iurepa. & hoc videntur tenere domini de Rota conclusione 170.dicentes,quod vbi consensus capituli,vel patroni,vel alterius requiritur in actu, qui fit ab illo,licet in ipso actu non interueniat,sufficiat tamen ante vel post interuenire, facit, quia regulæ iuris antiqui subintrant statuta loquentia de eadem materia,argu.no.in l.si quis seruo. C.de fur.iuncta. l. non tantum. de seruo corrup. & in auth.offeratur. C.de lit.contesta iuncta l. sciendum.ff. qui satisda. cogan. ergo regula tradita in d. l. sinautem. cum concord.subintrabit istud statutum loquens de consensu,videlicet, quod intelligitur debere interuenire consensum ante, vel post,quia per talem interpretationem minus læditur ius commune.Contra firmat Bal.in l.1.in antepenult. col. C. qui admitti.dicens, quod talis consensus requiritur pro forma,& ideo nihil operatur, nisi interueniat in ipso actu, antequam diuertatur ad actus extraneos,& consẽsus accessus nihil operantur,vbi actus fuit ipso iure nullus, non seruata forma. Et iura in contrarium allegata loquuntur in consensu confirmatorio, seu approbatorio actus iam validi. Quidam excellens Doct. D. Constantius legens Taurini quodam suo consilio ad istud propositum allegat glo. in ca. prudentiam.de offic. delega.in c.quod sicut.in ver.consentire.de electio. Io.And. in c.indemnitatibus.in versi. a minori parte.de cle.in 6 Idem Innoc.in c.dudum.de elec.eod.lib & omnino in d.cap prudẽtiam,in glo.sua.super verbo,nihil, & hæc opin. optime corroboratur per tex.in §.pe.Inst. de mili.testa.vbi tex.dicit,ita demum posse rata haberi, quæ ab initio iure subsistere non potuerunt, si nullam solennitatem desiderant,sed solum ex voluntate ratificantis dependent, & tunc non valent vt ex certo,sed tanquam de nouo, quod est no.ad declarationẽ multorum iurium. faciunt ea quæ habentur per Docto.in l. 2. C. communia vtri.iudi.& ad prędicta vide bo.glo.in l.fi.§.necessitatem.C.de bo.quæ libe. Ex prędictis potest colligi vna so-
2 lẽnis illatio, quod † si statutum diceret,quod ex contractu facto cum muliere, sine consensu propinquorum non detur actio vel petitio, quod tunc ex quo per talia verba non annullatur actus,sed solũ paratur exceptio,sufficeret consensus superueniens. Idem si dicerem, quod donatio facta sine consensu propinquorum,nisi fuerit insinuata infra 6.menses, nõ valeat,vt quamuis nõ interuenerit ꝯsensus ab initio, nec fuerit insinuata infra tempus, si tamen postea superueniat consensus, valet. Item ad prædicta adde quod si statutum requireret ꝯsilium propinquorum secus esset,quia sufficeret,si interueniret quandocunque ante actum, quia istud proprie non est de forma secundum Bal.in l. 1. C. qui admit. non tamen posset interuenire post factum vt ibi. & per cano. in c. cum in veteri.de elec.& in c.cum olim.de arbi.& in c.1.ne sede vacan.vide Bar.in l fi.C.ad ma. Bar. in l.sinautem. de aqua plu.arcẽ. Item si statutum requireret præsentiam propinquorum,non sufficeret, si interueniret post factum,quia ratihabitio repræsentat assensum, non autem præsentiam corporalẽ, secundum Cano. in d. c.cum in veteri.

LXXXIII. QVAERO,

QVid si statutum exigat authoritatem propinquorum? Dic quod non sufficeret,si in actu interueniret simplex consensus,sed oportet,quod sit principalis author, vt verbũ sonat, secundum Innoc.in c. cum consuetudinis. de consuetu.Ang.& Imo. in l.si quis mihi bona.§.iussum. ff.de acquirẽ. hæredi.qui dicunt, quod non sufficeret, quod consentit. & adde, quod non posset interponi post actum secundũ Bal. in l.1.C.qui admitti.& vide,quod pulchre no. Ioan.And.in l. 1.C.de reb.eccle.non alie.in 6.& limita illud verum, quando requiritur authoritas adesse rei,secus si ad executionem esse. l.si decretũ.C. de ser. manu. Item limita,secus in authoritate præsidis, vt ibi per Bal.

LXXXIIII. QVAERO.

QVid de licentia, quia statutum admittit mulierem ad contrahendum cum licentia propinquorum. Nã videtur, quod ex ui sermonis licentia debeat præcedere actum.l.1.C.de sacrosan.eccl.facit l.certa forma.C.de iure fisci. lib. 10. & C. non licere metro. in rubro & nigro. facit l. vna.C.de commeatu. lib.12. & quod no.in l.fin.§.necessitatem.C. de bon. quæ libe.Et adde ad hanc quæstionem, & ad alias supra formatas maxime circa cõsilium,quod no. Bar.in l.1.§.plures.ff.de exercito.& per Bar. in l. Titium & Meuium. in princ.ff.de adminis.tut.

SVMMARIVM.

1 *Statutum si vltra consensum propinquorum requirit etiam decretum iudicis, qui interposuit decretum suum sub ista conditione si de iure debeo, alias non, an valeat.*

2 *Actus uoluntariæ iurisdictionis quo ad partem,est necessariæ iurisdictionis quo ad iudicem.*

LXXXV. QVAERO.

1 QVid si †statutum vltra consensum propinquorum requirit etiam decretum iudicis, qui interposuit decretum suum sub ista conditione, si de iure debeo,alias nõ.an valeat? Bart.mouet istud dubium,& non deteminat,in l.si conditionalis.ff.de auth.tut.Bal. in d.l.1. in pen. col. C. qui admitti. tenet,quod valeat,quia iudex debet de iure suum decretum in
2 terponere, ex quo petitur, † nam actus voluntariæ iurisdictionis quo ad partem,est necessariæ iurisdictionis quo ad iudicem,cum iurisdictio sit officium necessarium, vt patet in diffinitione iurisdictionis; de qua in l. 1.ff.de iurisdi.omn.iudic. Limita tamen hoc verum, si æquitas contractus suadebat decretum interponi,alias secus, quia lex cognoscendum non negligendum iudici commisit.l. cum hi.§.si prætor.cum similis.ff.de transactio. & ad istum articulum vide Imo.in l.gerit.in pen.q.ff.de acqui. hæredi.

LXXXVI. QVAERO,

ANtale decretum debeat interuenire ante contractum, vel post, & qualiter debeat notarius scribere? Nam tabelliones in fine consueuerunt dicere hæc verba, videlicet quib.omnibus & singulis sic peractis dictus iudex suã authoritatem interposuit, & decretum. Sed videtur potius, quod debeat scribi in princip.instrumenti, arg.eorum quæ habentur in l.2. C ne liceat potentio. & in l. ait prætor, §. permittitur,in vlt.glo.& ibi per Bal.ff. de mino. In contrarium videt, quia decretum debet esse postrema,& concluſa pars, vt l.fin. C. arbit. tut. not.glof. super ver.directum. in l.j. C.de tuto.& eura.illustrium personarum.Bal.in quodam suo consilio, qđ incipit,statutum Pistorij.dicit, quod non refert, in qua parte eiusdem instrumenti interponatur, dummodo ad omnia referatur,argum.in l.4.ff.de libe.& posthu. & in cap. 2. requiris. extra de appell.Idem tenet Bal.in l.pen.C.de insti.& subst.sub condi.fac.& Bal.in l.j.in penul.colum.C.qui admit. & Pau.in suo consi.82.

Quid

Source : BIU Cujas

LXXXVII. QVAERO,

QVid si iudex dixerit, nos interponimus decretum tali cõ tractui, si de iure processit, an valeat? Videtur q̃ non, q̃a nondum processit de iure ante decretum, & sic conditio videtur falsa. In contrarium est veritas, quia quo ad partem processit de iure, sicut cum interponitur edictalis, & petitur decretalis, totum enim hoc de iure procedit, vt ff. de succes. edi. l. 1. §. decretalis. & ita in terminis decidit Bar. in l. cum propter. ff. de leg. præstan.

LXXXVIII. QVAERO.

QVid si mulier non potest contrahere sine consensu propinquorum, an ipsi propinqui sint citandi? Videtur q̃ sic, iuxta no. in l tut. ff. de bo. pos. quasi redacta sit ad instar minoris, ar. l. magis puto, §. ne passim. ff. de rebus eorum. contrarium determinat Bal. in l. j. C. qui admitti. pro quo facit, quia citatio eorum, quorum non interest, dicitur leuis solennitas, vnde eius omissio non vitiat, l. j. §. denunciari. & ibi per Bal. ff. de ven. inspi.

LXXXIX. QVAERO.

QVid fiet, si omnes sunt absentes, posito q̃ non sunt citandi? Dic, q̃ contrahi potest sine eis, bonum tamen esset consilium, si adhiberetur iudicis auctoritas secũdum Bal. & scribentes in l. transactione. C. de trans.

XC. QVAERO.

QVid si ipsi propinqui contradicant, an mulier poterit cõ trahere cum authoritate iudicis tantum? Bar. & Bal. in d. l. transactione, C. de trasact. tenent q̃ sic, de quo vide Bal. vbi egregiè loquitur, an iudex debeat pronunciare prius iniustam esse contradictionem propinquorum. c. j. de consuetudine recti feu. & quomodo iudex suppleat isto casu, an tanquam subrogatus in locum propinquorum, vel qualiter, vide Bal. in l. in copulandis, C. de nup. & Bart. in l. si cum dotem, §. eo autem tempore, ff. solu. ma.

XCI. QVAERO.

QVid si mulier non habet propinquos, an tunc poterit contrahere sine eis, & sine iudice. Vide Bal. in d. c. 1. de consuetudine recti feudi. vbi dicit q̃ sic, licet postea dubitando subdat, q̃ ante factum bonum esset adhibere authoritatem iudicis, & sic sentit, quod si factũ est etiam sine iudice, valeat. vide Bal. & Mod. in l. turpia, ff. de leg. primo.

XCII. QVAERO,

AN si statutum requirit citationem coniũctorum absentium, an & quando sunt expectãdi? Dic, q̃ sunt expectãdi tempore arbitrato a iudice, vt est gl. peregrina in capit. vbi periculum. de electionib. lib. 6. Et idem tenet Bal. in d. l. 1. C. qui admit.

XCIII. QVAERO.

QVid si tales propinqui citati non compareant, vel si comparent, & recedunt, an videantur cõtradicere? Vide, quod no. Specu. in titu. de arbi. §. fina. verficu. quod autem. circa fi.

XCIIII. QVAERO,

AN prædictum statutum requirens consensum propinquorum intelligatur de propinquis masculis vel fœminis? Bal. in d. l. j. C. qui admitti. dicit, q̃ de masculis. Adde, quia consilium & authoritas propriè est virorum, non mulierũ. & bo. tex. & quod ibi no. Bar. in l. quidam decedens, §. Pap. ff. de admi. tu. Secundo facit, quia si statutum facit mulierẽ inhabilem in facto suo, non debet authorari in alieno. l. fi. ff. de legi. tu. & per hoc non ob. quod no. Inn. in c. indemnitatibus. in fi. in gl. quæ incipit, puta religiosi. de elec. lib. 6.

XCV. QVAERO.

QVid si magis propinqui sunt pupilli, vel furiosi, quid tũc fiet? Bal. in d. l. 1. circa fi. C. qui admitti. dicit, q̃ accipi debent alij remotiores, cum statutum videatur requirere tales, qui non repellantur propter lubricum consilij. Adde ad hoc Bar. in l. quanquam, §. si tertius, ff. de aqua plu. arcen. & Bar. in l. idemque. ff. pro soc. & Bal. in l. furiosi. & in l. in copulandis. C. de nup.

XCVI. QVAERO,

QVid si coniunctorum aliqui consentiunt, aliqui vero contradicunt? Videtur prẽualere dissensus, vt l. cõsilio. §. j. ff. de cura. furio. In contrarium videtur, nã ex quo principaliter persona consentit, maior pars videtur consentire. Bal. tenet, q̃ iudex arbitretur, in d. l. j. in fi. C. qui admitti. adde Bal. in l. Stichum qui meus erit, ff. de leg. j. & vide per Mod. in l. 1. §. Cato. ff. de ver. obl.

XCVII. QVAERO.

QVid si statutum requirit consensum proximioris propinqui, an sufficiat consensus mariti ipsius mulieris? Bal. in l. 1. C. vnde vir & vxor. concludit q̃ non, quia vir non dicitur esse propinquus mulieri. Contrarium tenet Bal. in l. qui se patris. in vlt. col. C. vnde liberi. & Bal. in l. affinitas. C. commu. de succes. & pro hoc facit, quia affinis admittitur ad agendum sine mandato, l. sed & hæ. ff. de ꝓcu. sed maritus eo modo admittitur pro vxore sine mandato. l. maritus. C. de procur. ergo apparet, q̃ de eo iudicatur vt de affine. Pro prima tamen parte facit gl. & ibi Bar. in l. quod Seruius, ff. de cond. ob cau. Posset sic concludi, q̃ aut statutum loquitur de propinquis, & tunc verum dicat Bal. in d. l. 1. C. vn de vir & vxor. Aut statutum loquitur de affinibus, & tunc vera sit alia pars, & istam di. sensit Sal. in l. non ideo. C. de hær. in sti. & Bar. in l. fi. C. de verb. sign.

XCVIII. QVAERO.

QVid si statutum requirit consensum propinquorum, & mulier non habet nisi vnum propinquum? Bal. in d. l. 1. C. vnde vir & vxor. tenet, q̃ requiratur illius cõsensus, de quo vide Barto. in l. Stichum qui meus erit. ff. de leg. j. facit l. 1. C. de cond. inser. & l. non est sine liberis. de verbor. signific.

XCIX. QVAERO,

QVid si mulier vellet contrahere cum ipso propinquo, an sufficiat eius consensus? Bal. in d. l. j. C. vnde vir & vxor. dum loquitur in viro, sentit, q̃ vt seruetur tenor statuti, q̃ bonum est ad cautelam eum consẽtire, vel adhibere alium, qui consentiat. Et de isto articulo quando requiritur consensus alicuius, an requiratur si cum eo contrahitur, vide Bal. in l. bonorum. in fi. qui admit. & Bal. in l. si vxorem. in prin. C. de cond. inser. per Pau. & Ro. in l. senium. C. qui test. fac. pos. per Bal. in l. si quando, §. 1, C. de inoffi cio. testa. Imo. in l. 1. §. quæsitum. ad Treb. per Ang. in Auth. de alie. & emphy. §. pen. per Abb. in c. cum in veteri. de elec. & de validitate talis statuti, vide Pau. in l. ex facto. in princ ff. de vulg. & pup.

C. QVAERO.

QVæ potuit esse ratio prædicti statuti requirentis consensum propinquorum? Vide Bar. in l. transactione. C. de transac. & in locis superius allegatis.

CI. QVAERO.

SI filia cõtrahat cum patre, an tunc habeat locum dictum statutum, & requiratur consensus propinquorum? Bal. in l. pactum, quod dotali, §. fi. C. de colla. tenet, q̃ non, propter naturalem affectum plurimum patri videtur esse concessum, arg. ff. de lib. leg. l. Aurelius. §. Titius te. & l. si furioso puberi. ff. de cur. furi. l. nec in ea. §. fi. ff. de tut. Et sic mens Bal. videtur, quod si contraheret cum aliis remotioribus, qui plerunque malum consilium capiunt pro puellis, vt l. viduæ, §. sed nec fortè. C. de nup. tunc haberet locum statutum. adde etiam, q̃ dictum statutum habet locum non solum in contractibus, sed etiam in distractibus, ar. l. Meuia. §. j. & quod ibi no. ff. solu. mat. Et quia istud statutum, quod prouidet imbecillitati mulieris, etiam ad renunciationes extendi debet, vt no. Bar. in l. mutuum. §. 1. ff. de acqu. hære. & in l. si iudex. ff. de minor. vbi videas per te.

Source : BIU Cujas

CII. QVAERO.

AN & cui incumbat onus probandi mulierem habere, vel non habere propinquos habiles? Vide Bal. in l. tranſactione. in addi. nouis. C. de tranſa. & Bar. in l. quanquam. §. ſi tertius. ff. de aqua plu. arcen. & in l. idemque. ff. pro ſoc. Communis concluſio videtur, quod nemo præſumitur natus ſine coniunctis, quod etiam approbat Bal. in l. 1. C. vnde vir & vx. & Bal. & Ang. in l. ſi ſeruus Stichum. ff. de verb. ob. & Bal. in d. conſi. quod incip. ſtatuto Piſtorij.

CIII. QVAERO.

AN poterunt conſtituere procuratorem ad præſtandum talem conſenſum? Bal. in d. l. 1. in fi. C. qui admi. tenet ꝙ non, ar. l. 1. C. de his qui ve. æta. impe. facit, quod voluit Alb. in 1. parte ſtatutorum. q. 88. vbi dicit, quod ſtante ſtatuto, ꝙ agnati poſſint infra certum tempus rem venditam extra parentelam recuperare, quod agnatus tale ius in alium transferre non poteſt, allegat l. ad officium. ſupra comm. diuidundo.

CIIII. QVAERO.

QVid ſi tantum diceret de attinentibus vſque ad certum gradum, an includentur affines? Videtur ꝙ ſic, cum verbum attinentiæ, videtur latiſſimum. Contrarium credo propter adiectam qualitatem gradus, quæ declarat non intellexiſſe de affinib. in quib. non eſt gradus. l. non facile. §. gradus. ff. de gra. & hoc proprie loquendo, vt dicit ibi glo. licet improprie ſic. l. Iuriſconſultus. in princip. eo. tit. bo. gl. in l. lex Cor. in prin. & ibi Bar. C. de iniur.

CV. QVAERO.

QVid ſi ſtatutum loquitur de genere, an comprehendantur affines, ſeu cognati & naturales? Gl. & Doc. variant, nam glo. in l. j. C. de prob. tenet, ꝙ ſoli agnati comprehẽdãtur, & ſic ꝙ ſit nomen ciuile, ex quo infertur, quod etiã baſtardi non continentur, & iſtud vltimum firmat Imo. in l. ex facto. §. ſi quis rogatus. ff. ad Treb. ſed Bal. tenet contra in d. l. j. de proba. pro quo ponderabis ibi gl. in ſui prin. bene facit tex. cum glo. in l. ſæpe. in prin. ff. de ver. ſig. ibi, agnatorum gẽtilium, & glo. exponit gentilium, id eſt, cognatorum. & ita dicit, quod accipitur in d. l. 1. ad idem videtur tex. rotundus in Auth. de man. prin. in §. oportet. ibi gl. in verbo generi. exponit, ideſt, agnatis & cognatis, vide tex. in § ſancimus. in Auth. de ince. nup. multo fortius, ergo ſi ſtatutũ loqueretur de gente, quod verbum eſt generalius, vt patet ex tex. cum glo. in d. l. ſæpe. licet Imo. in d. §. ſi quis rogatus. in hoc vltimo dicat cõtrarium in materia exorbitãti, vel odioſa, vide quæ ibi dixi in repetitione, vbi etiam dixi, quid ſi ſtatutum loquatur de familia, de domo, de parentela & ſimilibus omnino loquatur.

CVI. QVAERO,

STante ſtatuto, de quo ſupra quod mulier nõ poſſit cõtrahere ſine conſenſu duorũ propinquorum, an intelligat̃ de contractu matrimoniali? Videtur quod non per ea, quæ no. Io. And. in c. fi. de ſec. nup. qui dicit quod leges ciuiles prohibentes matrimonium inter certas perſonas, vel vſq; ad certũ tempus, non procedunt de iure can. idem firmat Fed. de Se. in conſi. 25. D. Ant. in d. c. fi. facit l. in copulandis. & l. in coniũctionib. C. de nup. vbi videas Bal. talia. n. ſtatuta ſolum videntur prohibere in reb. non autem in perſona.

CVII. QVAERO,

SEd an talia ſtatuta habeãt locum in quaſi ꝓtractu? Alb. de Roſ. in 1. par. ſtatutorum determinat, quod ſtatuta loquẽtia in contractu non habent locum in quaſi contractu. Idem videntur tenere Bal. & Ang. in l. mutuum. ff. de acq. hære. reprehendentes Bar. ibi, qui videtur velle contrarium. ſed poteſt ſuſtineri Bar. quia ipſe loquitur, quando ſtatutum vult, tales perſonas non poſſe obligari ſine certa ſolennitate, & ita dicitur obligari per quaſi contractum ſicut per contractum, vnde in præmiſſa quæſtione puto eſſe conſiderandum, an ratio ſtatuti ſit etiam generalis ad quaſi contractus, vide omnino Bar. in l. apud Iul. §. ſi pupillus. ff. ex quibus cau. in poſ. qui concordat cum præfatis Doct.

CVIII. QVAERO,

QVid ſi ſtante dicto ſtatuto mulier non contraxit per ſe, ſed per procuratorem ſine illa ſolennitate, an valeat contractus? Barto. in l. apud Iulia. §. ſi pupillus. ff. ex quib. cauſ. in poſ. eatur. arguit, quod non ualet, quaſi ſatis videatur contractum cum ipſa muliere, poſtea ſubdit tunc, quod tunc proprie ipſa mulier non dicitur cõtrahere, & relinquit cogitandum. Veritas videtur, quod etiam iſto caſu non valebit contractus per ea, quæ no. Bart. in l. ſi vnius. ff. ſeruus. ff. de iniur. cum concor. quæ ſolent tradi in illo articulo, an qui per aliũ facit, per ſeipſum facere videtur proprie vel improprie, dic vt ibi. Sed ego fundamentum facio, ne circunueniatur ſtatuti mens, fateor tamen ſi in conſtitutione illius procuratoris ſpecialis ad contrahendum interueniſſet ſolennitas ſtatuti, quod ſufficeret, contractus poſtea celebratus per talem procuratorem abſque alia ſolennitate valeat.

SVMMARIVM.

1 *Statutum loquens de contractu, an includat donationem & alios cõtractus, qui non ſunt vltro citroque obligatorij.*
2 *Statuta recipiunt interpretationem per maioritatem rationis.*

CIX. QVAERO.

1 QVid † ſi ſtatutum loquitur de contractu, an includat donationem & alios contractus qui nõ ſunt vltro citroq; obligatorij? Caſus videtur quod non in l. Labeo. ff. de verb. ſign. nam tales proprie non dicuntur contractus, vt ibi etiam habetur in glo. & Bar. ibi dicit, nota ad ſtatuta. Ad idẽ videtur tex. optimus in l. fin. C. de prædijs curia. Sed in contrarium iu caſu noſtro fortiter facit, quia ſi lex, ſeu ſtatutum ꝓhibet contractus vltro citroq; obligatorios citra ſolennitatẽ propter imbecillitatem mulieris, quanto magis debet intelligi etiam prohibuiſſe contractus obligatorios tantum ex par-
2 te mulieris, vt eſt donatio ab eis facta. † Statuta enim recipiũt interpretationem per maioritatem rationis, vt in auth. prẽterea. C. vnde vir & vxor. quinimo etiam per identitatem rationis, iuxta plene tradita per Bar. in l. omnes populi. ff. de iuſt. & iu. ergo &c.

CX. QVAERO.

QVid ſi ſtatutum requirit conſenſum duorum propinquorum bonæ vocis & famę, quidam fẽnerator conſenſit, an valeat contractus? Iaco. Butr. dixit quod ſic in l. improbum. C. ex quib. cau. infamia irrogatur, quia ſtatutum intellexit de bona fama reſpectu diligentiæ, & diſcretionis; ſicut ſunt vſurarij, qui ſemper arguunt diſcretionem, vt eſt glo. in l. cum de in rem verſo. in verſi. præſtitiſſet. de vſuris. Sed Bal. & Saly. tenent contrarium, quia vſurarius eſt priuatus fama, & illa verba, bonæ famæ, intelliguntur reſpectu conſcientię, ne mulier fraudetur, ſed cum vſurarius fraudet animam, & lucrum. præferat animæ ſuæ quanto magis prẽferret vtilitati aliorum, & prædicta vera in vſurario manifeſto, ſecus in occulto, quia talis non eſt infamis etiam infamia facti, niſi poſt latam ſententiam quæ facit eum trãſire in manifeſtum. l. emptorem. ff. de actio. emp. Item prædicta non haberent locum, ſi ſtatutum ſimpliciter requireret conſenſum propinquorum, non adijciendo bonæ famæ, quia tunc vſurarius, vel etiam alias infamis admittetur, ita eſt de mente Bal. & Sal. in d. l. improbum. in contrarium aliqualiter facit, quod no. Bal. in l. 1. & in l. viduę. C. de nup. & ante factum conſulo, quod tales perſonæ non admittantur.

SVMMARIVM.

1 *Statutum ſi diſponat, quod inſtrumentum dotis habeat executionem paratam, an tale ſtatutum ſit exorbitans a iure communi & reſtringendum.*
2 *Inſtrumenta non habent executionem paratam de iure communi.*
3 *Statutum ſi diſponat, quod inſtrumentum continens prẽceptum guarentigiæ habeat executionem paratam, non dicitur eſſe contra ius commune, & ideo eſt extendendum, quod limitabis, ut num. 4 5. 6. & 7.*

CXI. QVAERO.

1 STATVTVM † de inſtrumento dotis, quid ſi dicat ꝙ inſtrumentum dotis habeat executionem paratam, an tale ſtatutum ſit exorbitans a iure communi, & reſtringendum. Ang. in l. quod vero. ff. de legi. tenet quod ſic, & idem tenet Imo. per illum tex. in l. ſi cum dotem. §. eo autem tem-
2 pore. ff. ſol. mat. quia † de iure communi inſtrumenta non hãbent executionem paratam, & etiam de iure communi inſtãtia cauſæ dotis videtur eſſe ordinaria, vt no. in l. 1. ff. ſol. ma.

Adde

Source : BIU Cujas

Adde, quod de iure communi instrumenta non habent exe cutionem paratam, est tex. melior de iure in l. minor 25. an. cui fideicommissum ff. de mino. facit l. 1. & 2. C. de execu. rei in. Adde Bal. idem dicentem. l. vbi adhuc. in 8. col. C. de iure do. & Ang. in l. si marito. §. si voluntate. ff. solu. mat. & in l. ait prætor. §. 1. per illum tex. ff. de re iu. Dicunt tamen ibi Ang.
3 & Imo. ꝙ † si statutum diceret, ꝙ instrumentum continens perceptum guarentigiæ habeat executionem paratam, non diceretur esse contra ius commune, & ideo esset extendēdū, vt ibi probatur. Idem tenet Pau. in l. post rem iud. eo. ti. & fit tale præceptum a notario debitori præsenti & confitenti, ꝙ soluat assignato sibi termino. hoc autem præceptum facere possent omnes notarij habentes potestatem iudicialem, vt sunt tabelliones creati a Comitibus palatinis, vel ab Impera tore, qui appellantur iudices cartularij, vt est glo. in l. fi. C. vbi & apud quem. & in l. rem non nouam. C. de iudi. & cla-rior glo. in l 1. ff. de iud. vnde sicut alias præceptum factum a iudice in confessum habet executionem paratam. l. si debito ri. ff. de iudi. & d. l. post rem iudicatam. ita & in casu nostro, secus autem si notarius non haberet istam potestatem iudi-cialem, quia non posset hoc præceptum facere, vt est tex. & ibi pōderat Bal. in l. adoptio. C. de. ado. Ex prædictis ergo col lige vnam limitationem ad d. l. minor.

4 Secundo † potest limitari in instrumento depositi, quia habet executionem paratam de iure communi per tex. no. & ibi Bar. in l. penul. in versi. illico. C. depositi. no. in Authent. de
5 incest. nup. in prin. Tertio limita † in instrumento testamenti non abolito nec cancellato producto ab hærede petente se mitti in possessionem, iuxta l. fi. C. de edic. diui Adr. tol. vt fir mat Bar. in 6. col. in illa q. An in remedio illius legis requira-tur libellus, hoc idem firmat ibi Bal. in 4. col. Quarto limitat
6 † quando legatarius petens ab hærede sibi legatum præstari producit testamentum, quia tunc fiet præceptum hæredi tā-quam in confessum, iuxta dic. l. si debitori. & d. l. post rem. & iuxta notata per Bart. in l. j. in prin. ff. de confes. Idem decidit Ang. in §. illud. per glo ibi. in ver. directo. in Authen. de hær. & fal. sed mihi hoc non placet, nec glos. ibi hoc dicit, si rectè inspiciatur, & in contrarium est tex. cum ibi no. per Ange. qui expresse contrarium videtur tenere eius, quod dicit ipse in d. §. illud. in l. ait prætor. §. si iudex. ff. de re iu. scilicet quod dicta lex si non habet locum in legatis, neque in fideicommis-sis. † Quinto limita in instrumento, in quo esset appositum
7 iuramentum delatum a parte parti per notarium, vt quia di-xit, ne in dubium possit reuocari, an instrumentum verum sit, vel non, ideo partes sibi adinuicem iuramentum præstite-runt de non contraueniendo, ita firmat Bal. in l. 2. ff. de iure-iur. & Pau. in l. nam & postea. §. si petitor. & §. pe. ff. de iureiur. & Bal. in l. 1. C. de reb. cred. & in l. si duo patroni. §. si quis iura-uerit, ff. de iureiur.

CXII. QVAERO.

STipulatio quæ in dote præsumitur, an mittatur executio-ni ex forma statuti, sicut expressa? Bal. tangit & Imo. in l. 1. ff. de his quæ in test. delen. & concludit quod sic. & Ang. in §. fuerat. Insti. de ac. in ver. in ea. glo. in fi. no. post glos. dixi supra in §. 1. in quæstione, an stipulatio tacita in dote gaudeat pri-uilegio dotis.

CXIII. QVAERO.

SI instrumentum dotis debet mittere executioni ex forma statuti, an indistincte intelligitur? Respon. quod intelliga-tur, si sit liquidum, ita signanter voluit Barto. in l. proinde. ff. ad l. Aquil. An autem habeat locum in apodissa, vel in scri-ptura priuata, facta de dote. vide Bald. in l. j. C. de iur. cal.

Source : BIU Cujas

TRACTATVS DE DOTE,

CONSTANTIO ROGERIO,

IVRECONSVLTO AVTHORE.

PROOEMII ARGVMENTVM.

Tractatus cur, & quomodo faciundi, dicendaq; disponit.

SVMMARIVM.

1 *Tractatuum causa & natura.*
2 *Tractatus de dote disposita particio per capita.*

CVM sæpius ipse considero, acutissimi legum professores, eo magis, atque magis hodiernis temporibus necessaria est Tractatuum † dispositio propter varios scribētium codices, in quibus singulorum magistrorum dicta vndiq; sunt dispersa, & plerunque satis incongruè. Quo fit, vt presenti tempestate ferè sit necessariū omnia in vnum conuocari pro plana omnium materiarum instructione, ne alias scribentium dicta vltro citroq; multifariam stabilita nos latere dignoscantur. Ideo post statutorum, contractuumq; vetitorum, ac iurisiurandi Tractatus per me editos, vtile fore putaui circa hunc dotis Tractatum insistere propter multa dotis singularia præcepta, quæ in variis Lecturarum voluminibus noscuntur inserta. Et † circa hunc Tractatum incedam per viginti inspectiones.

Primo quæram, quid sit dos.

Secundo, a quo constituatur dos.

Tertio, qualiter constituatur inter viuos.

Quarto, qualiter in testamento constitui possit, & de viribus legatæ dotis.

Quinto, an confessio dotis receptæ teneat, & obsit creditoribus præteritis, vel futuris, & ibi videbimus profundam, & quotidianam materiam.

Sexto, quando constitutio dotis dicatur inofficiosa.

Septimo, an titulus dotis dicatur lucratiuus, vel oneroſus.

Octauo, quæ sint priuilegia dotis.

Nono, an priuilegia dotis sint accessibilia, vel transeant in vniuersalem, aut singularem successorem.

Decimo, quotuplex sit dos, & ibi videbis de dote profecticia, & aduentitia, & de differentia inter ipsas dotes.

Vndecimo, ad quem pertineat commodum, vel incommodum auctæ, vel diminutæ dotis.

Duodecimo, ad quem pertineat periculū euictionis eius.

Decimotertio, in cuius bonis dicatur esse dos.

Decimoquarto, qualiter fiat dotis exactio.

Decimoquinto, quibus remedijs sit vtendum aduersus nō soluentes dotem.

Decimosexto, an nomine dotis possint licitè vsuræ recipi.

Decimoseptimo, coram quo iudice debeat exigi dos.

Decimooctauo, qualiter dos a patre profecta, ad eum redire debeat.

Decimonono, tractabimus aliquid de augumento dotis.

Vigesimo, & vltimo tractabimus de quibusdam statutis circa dotes disponentibus.

ARGVMENTVM.

Dotis definitioni Azonis, & Bartoli explicatæ veriorem subiicit.

SVMMARIVM.

1 *Dotis definitio. & nu. 6. & 11. verior nu. 15.*
2 *Dotis constituendę modi.*
3 *Definitionis verba quomodo accipienda. & nu. 13.*
4 *Datur, in definitione quid sonet. verius nu. 5.*
7 *Dos in definitione quomodo accipienda.*
8 *Dos vniuersalis, eiq; pretium non succedit, uerius est numero 9. & 10.*
12 *Definitio quid.*
14 *Dos an sine onere esse possit.*

CIrca primum, videlicet, quid sit dos. Breuiter dicit Azo in Summa, de iu. dot. Quod † dos est id, quod a muliere, vel eius patre marito, vel eius patri propter onera matrimonij datur, vt perpetuo penes eum sit.

Sed Bartolo hæc diffinitio non placet in rubr. ff. solu. mat. quia, secundum eum, etiam si nihil detur, vel tradatur, † dos tamen potest constitui, vt quando maritus debitor liberatur per acceptilationem gratia dotis constituendæ. l. promittendo. §. 1. ff. de iure dot. & l. licet. eo. ti. nisi dicas secundum Bar. q̄ etiam tunc videtur breui manu data. d. l. licet ad hoc etiam facit l. singularia, cum ibi notatis ff. si cert. peta. & hoc dictum Bar. reputo notabile, quia per hoc sentit, q̄ verba † definitionis nedum debeant intelligi in casu vero, sed etiam in casu ficto, quod non credo verum vt statim dicam.

Item contra definitionem, dum dicit, seu † vtitur verbo, datur, arguit Bart. quia etsi non interueniat dominij translatio, cōstituitur dos per translationem a non domino factam. l. dotalem. § secundo. ff. de fundo dotali. Sed ego dico, quod ille textus potius innuat contrarium, licet ibi glo. sentiat, quod dicit Bar. Sed excusando Azo. respondet Barto. quod verbum, datur, † in definitione positum accipitur pro traditur, vt etiam accipitur in l. 1. in princ. supra depositi. & habetur per glo. in l. non videtur data. ff. de reg. iur. Et ex hac responsione dico vltra Doctores, quod Bar. sentit, quod verba definitionis possint impropriari, quod etiam falsum est, vt infra dicam.

Vlterius contra præmissam definitionem Azonis insistit Bar. Nam dicit Azo, quod illud, quod datur, est dos, quod est falsum secūdum Bar. quia dos † est quoddam ius incorporale, sicut hæreditas, & his similia. l. quod dicitur. de impen. in reb. dot. fact. ff. cum ibi notatis per glossam & Doctores.

Sed Ang. sustinendo Azo. dicit, quod ibi sumitur dos † pro quodam iure vniuersali secundum Azo. pro re ipsa data in dotem, & inspexit Azo communem vsum loquēdi, quia cōsueuit illud, quod datur, dos dici, prout etiā accipitur in l. dedit dotem. ff. de collatione bonorum.

Et ex hoc dicto Angeli colligo signanter, quod nedum verba aliarum dispositionum possunt interpretari secūdum communem vsum loquendi. l. q̄ si nolit. §. quia assidua. ff. de ędi. edic. sed etiam verba definitionis, quod non credo verū.

Et quod dos sit quid vniuersale, † probat ipse Bar. alijs argumentis, quæ tradidit ipse in rubr. ff. soluto matri. quæ hic breuitatis causa omitto. Et maxime † mouetur, quia in singulari bus pretium non succedit loco rei, vt no. l. mater, C. de rei vē. & in l. si rem, & pretium. de pet. hær. & tamē in dote pretium succedit loco rei. l. res, quæ ex dotali. ff. de iu. dotium. Melius diceret, meo iudicio, si diceret per illum text. quod econtrario res succedit loco pretij.

Sed respōdet Ang. sustinendo Azo. quod speciale est fauore dotis, vt pretium succedat loco rei, sicut & sunt multa specialia, de quibus in l. 1. ff. sol. mat.

Ego dico, † quod in dote pretium non succedit loco rei, nec ecōtrario, vt est casus expressus in l. ex pecunia. C. de iu. dot. nec ob. d. l. res quę. per quam mouetur Bar. quia debet intelligi, quando hoc fuit actum ab vxore & viro secundum gl. eundem Bart. & Bal. in d. l. ex pecunia. & sic hoc facit potius contra Bar.

Bartolus tamen reprehensa definitione Azo. vt supra, definit hoc modo. Dos † est ius quoddam, in se continens, q̄ a muliere, vel eius patre, marito, vel eius patri traditum est, vel pro tradito habitum, propter onera matrimonij sustinenda. Et subijcit, q̄ prędicta sūt multū vtilia in practica, quia admittetur libellus vniuersalis, seu generalis, sicut in petitione hæreditatis, & similib. & fructus interim percepti eadem

actione

Source : BIU Cujas

actione de dote,nedum officio Iudicis petuntur, ex quo au gent.l.ſi marito.§.fi.ff.ſol.mat.Hæc definitio Bar.placet Imo. per illam l.ſi marito.§.fi.& per d.l.quod dicitur.

Ego vero dico,quod nec definitio Azo.nec definitio Bar. poſſunt procedere.

Primo dico,quod Azo. definitio eſt falſiſſima,quia,ſecundum eum, ſequeretur, q̃ verba definitionis paterentur interpretationem vltra propriam ſignificationem.Item & q̃ poſſent intelligi in caſu ficto.Item & ſecundum cõſuetudinẽ loquendi,quæ omnia ſunt falſa.Probo, quia ex definitione ſumitur propria ſignificatio vocabuli.l. 1. ff. de teſtamen.l.1.ff. de tutelis.Inſtitu.de obliga. in princip. per quæ iura ita dicit Bar.in l.omnes populi. ff.de iuſt.& iu.dixi late in trac.ſtatutorum.in tit.de declaratione & expoſit. §. 1. verſicu.ſed quæro pro declaratione.& probo etiam, quia ſecũdum Catholicõ,

12 † Definitio nihil aliud eſt, quam terminus iuſte demonſtrans quid eſſe . & nota verbum,iuſte . Cæterum,ſi verba definitionis poſſent intelligi improprie, iam non ſequeretur neceſſario, q̃ ex ipſa definitione oriatur proprietas vocabuli. Et de hac eadem ratione dico etiam,quod verba definitionis non poſſunt intelligi in caſu ficto, ſed tantum in vero, quia omnis fictio denotat improprietatem, caſus eſt notandus in l.in lege Cornelia, ibi, licet minus proprie. ff. de teſta.& ibi Bal.

Similiter dico, q̃ verba definitionis non poſſunt interpre-

13 tari † ſecundum conſuetudinem loquendi, quia ex quo lex per ſuam definitionem quærit proprietatem diſpoſitionis, ſeu vocabulorum,certè oportet verba proprie intelligi,non autem ſecundum vſum loquendi.l.item prætor. in prin. ff.de ſuis & leg. hær. & hæc quantum ad definitionem Azonis dicta ſufficiant.

Circa definitionem autem Bar. dico etiam illam non eſſe bonam,inquantum in ea dicitur, propter onera matrimonij

14 ſupportanda,quia aliquando poteſt eſſe dos, †quę nõ ſupportabit onus alendi mulierem ex pacto appoſito l.4. in fi. ff. de pact.dota.& l.fin.ff.de doli excep. & iſtud eſt ex mente Ang. in rub.ſol.mat. Sed Imo. ſuſtinendo Bar.reſpondet, q̃ etiam poteſt dici dos ſeruire oneribus matrimonij,quia etiam vltra alimenta ad onus matrimonij ſpectat habere veſtes pretioſas,& ornamenta, aciocalia,vt experientia docet. Sed attende,quia Imo.non bene ponderauit illum text.quia ſuper oĩb. iſtis onerib.ſupportandis per mulierem eẽ dotem põt apponi pactũ, vt eſt tex.expreſſus in d.l. 4. in fi.ibi,& vniuerſa onera ſua expedire.Verum forte huius timore ipſe Imo.aliter ſuſtinet definitionem Bar. & etiam Azo. quantum ad illa verba, propter onera matrimonij,quaſi inſpexerit communiter accidentia Sed ego dico,quod iſta reſponſio nõ ſatis facit,quia omnis definitio debet poſſe in omni caſu ſuo conuerti cum ſuo definito,& ob hoc dicitur periculoſa. l.omnis definitio. de reg.iur.ff.Sed attenta prædicta definitione,non diceretur dos, niſi ſupportarentur onera matrimonij, quod eſt falſum dicta l.4.ergo &c.

Item ſi a communiter accidentibus tueretur, nulla fere reperiretur periculoſa definitio contra l.omnis definitio.ſupra alleg.

Vnde ego poſtremo ſic definiam. Dos eſt ius quoddam

15 in ſe † continens, quod a muliere vel eius patre marito, vel eius patri traditum eſt, vel pro tradito habitum propter matrimonium. Nam dos non eſt ſine matrimonio.l.3.de iu. dotium.Ideo dico propter matrimonium,non autem debet dicere propter onera matrimonij per argumen. ſupra facta.

ARGVMENTVM.

Dos a quibus, quove iure danda,an non, & de pactis illi adiectis ediſſerit.

SVMMARIVM.

1 *Dotem uarie,& a parentibus neceſſario conſtitui.Reſtringe nu.* 4.
2 *Dos a matre non danda.id tamen reſtringi.*
3 *Soror quatenus dotanda.*
5 *Dos alimentis an potior,an vice verſa.*
6 *Dos ex quibus bonis conſtituenda.*
7 *Dos quando iterum conſtituenda.*
8 *Dotantem fratrem ex communibus bonis dotare uerius eſt.& nu.* 10. *id reſtringi,nu.* 11.
9 *L.fin.de pet.hær.ff.explicari.& nu.* 13. *Reſtringi nu.* 14.
12 *Dotis partem ex communi ſolutam a fratre peti.*
15 *Tutores dotare cogendi.*
16 *Dotare nec filium, nec patruum cogi.*
17 *Pater qui,quove iure ad dotandum cogendus.*
18 *Pacta doti appoſita cuius ope actionem pariant,an non.*
19 *L.poſtrema.de dot.promiſ.enucleata.*
20 §. *Accedit.de rei vxo.act.explicitus.*
21 *Pactum non veſtiri quin accipiendum.*
22 *Nubens abſque parentum conſenſu dotanda ne ſit, & quando. verius numero* 23.

DOTIVM CONSTITVTORES.

SEcundo iuxta ordinem ſupra dictum vidẽdum eſt, per quem conſtituatur dos.

1 Et ſciendum eſt, q̃ † aliquando conſtituitur ex voluntate,aliquando ex neceſſitate.Voluntarie cõ ſtituitur a quacunque muliere nomine ſuo, vel ab alio eius nomine.l.promittendo,primo reſpõſo.de iure dotium. ff. Ex neceſſitate autem conſtituitur a patre,auo,vel proauo paterno.C.de dot.promiſſione.l.dedit.ff.de collatione bonorum. l.& ideo.§. fi.de in rem verſo. ff. Nam auus paternus ita tenetur ad id,ſicut pater.Bart.& Bal.d.l.fin. per illum text. ibi,pro ſua progenie,quæ ſunt verba generalia ad omnes deſcendentes.Bal.& gl.in l.ſi vero pater.de in rem verſo.

Attende tamen,quia filiam naturalem tantum, vel baſtardã non tenetur pater dotare.l.vxorem.§.pater. el 2.& ibi glo. & Bar.de leg.3.l.3.§.ſi emancipatus.ff.de bo. poſſ. contratab.

Sed attende,q̃a dico,quod ibi nõ probatur de neceſſitate.

2 Sed quæro, quid de matre?dic,† quod non tenetur dotare. l.mater. C.de iure dotium.Quod ſignanter limita ſecundum Iacobum de Arena.& Ioãnem Fabri in d.l.mater.niſi pater eſſet inops & mater diues, quia tunc teneretur,allegat leg. pen. ff.de lib.agnoſcen. Idem videntur firmaſſe Ang.& Imo. poſt Bal.in l.Paulus.§.a filia.ff. ad Trebellianum. Poſſet tamen ille textus intelligi pro & contra.

Vltra hæc allego ego ad hoc bonum tex. cum ſua glo.in l. cum plures §.pen.ff.de admi.tu.vbi patet, quod licet regulari

3 ter,frater†non teneatur dotare ſororem,tamẽ ſi ſoror vtrinque coniuncta eſſet inops,teneretur eam dotare.& ibi etiam hoc firmat Bar. Ergo a fortiori ratione idem dicam in matre, vt filiam inopem teneatur dotare. Contra tamen facit illa l. mater.& ibi lex ſpecialiter expreſſa.

Sed quæro,an ſi filia habeat bona aduentitia, teneatur pater eam dotare.Sol. Dico, quod ſic, vt eſt caſus in l.fi. C. de dot.promiſ.Ex quo infero,quod licet filiam diuitem non te-

4 neatur†pater alimentare, ſicut quando ſibi ſufficit ad honeſtum victum.l.ſi quis a liberis.§.ſi filius.ff.de lib.agn. tamen eã cogitur dotare ſecundum Pet.& Bal.in d.l.fi.vbi eſt caſus, & ſuam relinquere legitimam.

Secundo concludo, quod potior eſt cauſa dotis, & legitimę,quam cauſa alimentorum,quod nota contra eos,qui di-

5 cunt dotem †ſuccedere loco alimentorum.

Sed tunc arguo, quod imo cauſa alimentorum ſit prior, licet pater non teneatur filiam baſtardam dotare,vt ſupra dixi,tenetur tamen eam alimentare.l.licet.C.de natur.lib.

Solutio.Non poteſt aliud dici, niſi quod in alia baſtarda fauorabilior eſt cauſa alimentorum, quam dotis, licet in filia naturali & legitima totum contrarium ſit, vt ſupra dixi.

Attende tamen,quia de iure canonico,ſicut ſpurij ſunt alẽdi,eodem modo ſpuria dotanda ſecundum Bart. & Imo.in l. Mæuium.§. duobus .de lega 2.vnde dic,vt ibi plenius dixi.Et per ſupradicta patet, non eſſe ſemper verum id, quod dicit Bar.in l.fi.C.de his quib.vt indig. qui æquiparat dotem & alimenta. Et nota etiam hoc ad id quod dicam in §. 8. verſi.

6 quinto eſt priulegiata. Et quia ſupra dixi † quod pater tenetur dotare etiam diuitem, idcirco eam dotando ſimpliciter videtur eam dotaſſe de proprio patrimonio, non autem de pr̃imonio filiæ.Et idem ſi expreſſiſſet,quod de patrimonio filiæ dotabat eam,vel de proprio,& filię ſimul,quia etiam tunc (ſi facultates patiuntur) intelligitur de proprio dotaſſe.Secus ſi eſſet inops,vt d.l.fi. de quo dic,vt ibi. Sed quid ſi pater ſemel dotauit eam,ſed dos eſt conſumpta ſine culpa mulieris,ita,vt ab hæredibus mariti non poſſit exigi, an tenebitur pater denuo aſſignare dotem ſecũdo viro? Ang. Are.in §.fuerat .Inſt. de act.tangit, & tenet quod ſic per §.quia vero, in Auth. de equal.dot.& pet auth.ſed quamuis.C.de rei vx. act.vbi etiam

7 Doct. ſecundum eum & maxime Cyn. dicunt,† quod nedũ ipſe pater, ſed etiam eius hæredes tenebuntur eam iterum dotare,quia iſtud onus reſpicit eius patrimonium. Quod mẽti teneas.

Sed attende,quia iſta iura alle. procedũt,quãdo dos ſemel ſoluta ad patrem redijt,quia tunc iterum tenetur dotare ſine diminutione, vt dictis iuribus. Sed quando fuit conſumpta apud virum(prout loquitur Ang.Are.)an teneatur dotare, non dicitur ibi. Sed ego do tibi glo. quod tunc iterum tenetur dotare,in l.2.§.q̃ſi in patris.ff.ſol. mat. videlicet glo. 2. &

minor,

Source : BIU Cujas

minor,quod Docto. ibi illam non notent ad hoc,nam quæritur, quare inductum sit, quod actio de dote sit communis patri & filiæ, & respondet,quod hoc est, vt habens integram actionē petat eam, & perdat, & sic sępius cogatur eam dotare.Si ergo vult,quod tūc pater iterum eam dotare teneatur, multo fortius ergo si per maritum fuisset consumpta. Et innuit gl.(quod plus est) quod etiam si esset consumpta per ipsam filiam,adhuc pater tenetur dotare,quod tamen non credo verum, sed intelligo,quando esset deperdita aliquo casu fotuito,sine culpa ipsius,& idem si culpa mariti,vt supra dixi.

8 Sed quæro, pone† quod frater habēs bona communia pro indiuiso cum sorore sua, prout sępe accidit, eam dotauit de bonis communibus, an fecisse videatur animo donandi quātum ad partem suam? Reperio, quod Io.Fab.in d.l.fi. tenet ꝙ non, sed potius animo repetendi. Idem tenet Bal. ibidem.Et pro hac parte adduco,vltra eos,forte bonū tex.in l.fi.ff.de pe.
9 hære. vbi est tex.sing.† quod si pater in honorem vel dignitatem filij,puta in militia,vel doctoratu,vel pro studio ipsius faciat sumptus, videtur fecisse animo repetendi, quando filius habebat aliunde bona aduentitia,puta materna, vel aliū de profecta,quę pater possidebat.Et hoc ibi firmant Bar.Bal. & Ang. Ergo si pater, qui præsumitur magis diligere filium, quam frater sororem,præsumitur tunc fecisse animo repetēdi,multo magis frater dotans sororem de cōmunibus bonis.

Attende tamen, quia Cy.& Mar. de Fano, vt refert Salic. & etiam ipse sequitur,tenent contrarium per l.vnicam.§. accedit.C.de rei vxo.act.vbi extraneus dans dotem simpliciter, & non stipulans sibi reddi, videtur donasse. Sed certum est quo ad casum nostrum, quod patrer cēsetur extraneus, vt in eadem l.§.extraneus.Ergo videbitur donasse.

10 Quid dicendum? Breuiter credo,† primam partem esse veram,per arg.quod feci de l.fi.& pro hac parte do tibi glos. in d.l.fina.C.de dotis promis.quæ vult, ꝙ in dubio extraneus intelligatur dotasse animo repetendi,quando mulier est loculples,quasi fecerit tanquam negociorum gestor.

11 Ex quo infero,† ꝙ si non esset negociorum gestor, nec debitor,tunc non tenetur dotare ratione officij,nec ratione debiti,tunc enim intelligitur donare.Et ita Bal.intellexit contrarium in d.l.fi.per hoc inferens, ꝙ cum fratres, qui dotant sorores in eadem familia existentes gerant negocia sororum, curam & solicitudinem,intelliguntur dotare animo repetendi etiam de patrimonio mulierum, considerato exitu.

Vlterius quæro de quæstione quotidiana. Pone, ꝙ frater
12 habens filiam eam dotauit, sciente† fratre, de communibus, an in dubio frater videatur consentire animo donandi, ita, vt non possit postea in diuisione illud petere.Pau. Cast. consuluit,ꝙ sic.per l.cum is.§.mulier.de condi.iuncta l.vnica. §. accedit.C.de rei vx.actio.Sed ege allego similem tex. ad hoc, quem tene menti in l.seruus communis. ff de dona.inter vir. & vxor.& facit optimè l.creditor.ff.manda.& hoc reperio determinasse Ioan.Fab.in d.l.fin.C.de dot.promis. Secus tamen si frater stetisset in finibus simplicis promissionis, quia tunc videtur promisisse de bonis suis. Sed vnum est, quod reddit me magnopere dubitantem circa prædictam decisionem, quia si pater, qui exercet actum facti, expendendo pro filio, videretur habere animum repetendi, vt in l.fin. de pet. hære.
13 quanto fortius debemus dicere, † ꝙ frater tacendo & non exercendo actum facti, hoc videatur facere animo repetendi.Nisi dicas, ꝙ frater dotat de re communi. Et id quod dixi per l.fi.de pet.hær. procedit, quando pater fecit sumptum ex
14 suo proprio† vnde fortè non procederet illa l. fi. vbi pater fecisset sumptum illum de re filij & filiæ.Cogita tamen,quia nescio reperire bonam rationē differentiæ.Et vide Pet.de Vbal. in suo Tract.societatis,in 6.parte.in 9. & 10. q.in quibus tangit,an socius omnium bonorum possit dotare de communibus bonis,& an si frater dotet filiam fratris, vel ambo, frater an possit repetere. Vnum tamen teneo pro certo, ꝙ si frater ex communibus bonis emeret vxori iocalia, vestes festiuas, & similia, tunc frater tacens,nō videretur consentire animo donandi, quia nec ipse tunc maritus videtur donare. l. si vt certo.§.interdum. ff.commod.

15 Quæro, † an sint alij, qui teneantur ex necessitate dotare? Dic ꝙ sic,videlicet tutores & curatores, qui tenentur dotare pro dignitate natalium, & secundum metam facultatū. vnde si vltra facultates aliquid est promissum, non tenet ipso iure promissio.l.quæro.& l.siue generalis.ff.de iu.do. Ideo in legato dotis oportet considerare dignitatem,ac facultates,& numerum liberorum. l. si filiæ pater.ff.de lega.3. quod refert ibi Bar.ad statuta Italię.dicam ꝯ.eo.§.fin.

Sed quæro,an filius teneatur dotare matrem suam? Ang.
16 in l.1.ff.sol.ma.tenet† ꝙ non, quia malè contentantur filij,qñ mater transit ad secunda vota,& anima patris contristatur.§. soluto.in Auth.de nup.colla 4.§. Gregoriana.in Auth. de nō elig.sec.nub Subiicit Ang. vbi supra, ꝙ nec parruus cogitur dotare neptem.Nec ob.l.& nihil interesse.ff.de in rem verso. quia loquitur de nepte,hoc est,de filia filij.

Addo,ꝙ ita debeat intelligi, quia ꝓprie illa dicitur neptis, non autem filia fratris.l.Iureconsultus.§. illud notandum. & §.pronepos.ff.de gradib consan.& est gl. in cle.1.extra de baptismo.Nisi ex loquendi consuetudine habeatur.c.tua. & ibi Pan.extra de consang.& affini.

17 Quæro,quo iure pater teneatur filiā in potestate,vel emācipatam dotare iuxta legem fin.C.de do.prom.Dic breuiter, ꝙ non iure alicuius obligationis,sed per officium iudicis. l.q liberos.ff.de ritu nup.& firmat Bar.in l.obligamur.ff.de act.& oblig.& sequuntur Do c.vt refert Saly.in d.l.fi.licet glo.aliter senserit in d.l.obligamur.& dicit Bal.singulariter in d.l.j. ff.so. ma.ꝙ pro dote constituēda potest pater incarcerari per Prætorē,quia iste carcer est iustus,& necessarius. Et licet officio Iudicis teneatur dotare,non tamen promittere ita,ꝙ promissionem dotis non dicitur fecisse ex necessitate, secundum Ang.in l.in traditionibus. ff.de pac. & allegat pro casu l.si cū dotem,in princ.ff.so.ma.licet ibi gl.secundum eum dicat cōtrarium. Allegat ibi pro casu expresso.l.tale pactum.§. fin.de pac.ff. Et dico,ꝙ gl.ibi hoc firmat subtiliter.

Or,Domini,istud est magni effectus,quia ex hoc infert Ange.vbi supra,ꝙ cum pacta apposita iuxta traditionem,vel promissionem, quam quis tenetur facere ex necessitate non vestiātur ab ipsa traditione,vel promissione,vt est gl.sing.no.& ibi Bar.& Ang. in d.l. in traditionibus. & dixi plene in.l. si ita quis.§.calege.ff.de verb. oblig. Secus in promissione,vel traditione voluntaria.Ideo pactum appositum iuxta promissio
18 nem a patre factam, non † vestietur.quasi non fiat ex necessitate.Secus si apponeretur in traditione,quia illud pater tenetur facere ex necessitate, & ista est communis ratio ad l. mater. C. de iu. dot. quam ibi firmant gl. & Bal.& est sententia communis.Tene menti præmissa,ex quibus singulariter infero, quod nedum pactum nudum appositum iuxta traditionem,vel promissionem,quam quis ex necessitate præambulæ obligationis tenetur facere,remanet in sua nuditate,& nō producit actionem, sed etiā si apponatur traditioni,seu promissioni,quæ fit per officium Iudicis, quod non credo verū. Primum,quia per officium Iudicis nullam præsupponit obligationem. l. qui per collusionem. in fi. ff. de acti. emp. Ergo non potest dici appositum promissioni, vel traditioni, quæ fit ex necessitate obligationis præambulæ. Nec sumus in terminis eorum, quæ nō.in d.l.in traditionib.& pro casu in contrarium do tibi text.in d.l.fi.C.de dot.promis.iuncta l. vnica.
19 § accedit.C.de rei vx.act.Ecce in d.l.fina. † quod pater tenetur etiam filiam emancipatam dotare.intellige officio Iudicis,vt supra dixi.Ergo secundum præmissa paciscendo ex nudo pacto nō appropriaret sibi actionem de dote,quasi pactū sit appositum dispositioni, quæ fit ex necessitate, quod est ꝯ d. §. accedit.iuncto §.extraneum. in ea l. Ecce, vt intelligas, in d. §.accedit. dicitur, extraneum dantem dotem sibi posse actionem appropriare stipulatione, vel pacto. Nota verbum, pacto.

20 Subiicit postea Imperator in d §.extraneum,† quod intelligit omnem extraneum,qui personam dotandam nō habet in potestate.Ergo & pater, qui filiam emancipatam non habet in potestate.Vnde coniūgēdo tria ista iura,habes ibi cōtra præmissam decisionem Doctorum.

Concludo ergo tria contra Doctores.

Primo,quod pactum appositum in traditione dotis,etiam per patrem,qui habet filiam in potestate, vestitur.Nec ob d. l. auia. quia ratio præmissa Doctorum non est ratio illius legis. & ista sit secunda conclusio. Sed dic de ratione illius legis,vt per Imo.in l.si cum dotem.ff.so.matri.&,vt dixi in rep. l.si itaq;.§.ea lege.de verb.obliga.

21 Tertio concludo,quod illud,quod dicitur pactum † appositum iuxta dispositionem,quæ fit ex necessitate, non vestitur, procedit si fiat ex necessitate præambulæ obligationis, secus,si fiat per officium Iudicis.

22 Sed quæro de pulchra q quæ sæpe accidit.Pone,† quod filia nupsit authoritate propria,an pater teneatur ei constituere dotem? Bar.tenet quod in l.obligamus. ff.de actio.& oblig. quasi tunc cesset ratio, propter quam cogitur eam dotare, quæ est,vt reperiat maritum.

Subijcit tamen, quod si filia nubens propria authoritate, quod promisisset dotem, quia pater non maritabat eam, pater tenetur dotare.Et reperio quod hanc opi. Bar. sequitur Panor.in c 1. extra de adul. & in c.cum causa. de raptori.Alij tenent indistincte, quod pater teneatur eam dotare,licet sit maritata propria authoritate,quia nec tunc cessat causa,pro-

pter

Source : BIU Cujas

pter quam obligatur pater dotare, quia etiam ad hoc tenetur, vt ex dote sustineantur onera matrimonij. casus est in l. assiduis. §. exceptis. C. qui pot. in pig. habe. Et volunt Bar. & communiter Doct. in l. nupta. ff. sol. mat. Et hanc opin. sequitur Saly. in l. vnica. §. 1. C. de rei vxo. act. vt refert Ang. Are. in §. fuerat. Insti. de act. Pro hoc etiam adducit ipse casum glo. in d. l. obligamur. quæ vult, quod pater omnino teneatur dotare filiam, licet sit nupta, quam glo. secundum eum, sequuntur Doct. Et hanc opi. etiam simat Imo. in l. 1. ff. sol. mat.

Sed attende, quia illa glo. non loquitur, quando nupsit propria authoritate, sed potius quando pater nuptui collocauit non aliter constituendo dotem. Quo casu vult, quod teneatur constituere, licet adhuc Bar. tenuit hoc casu ibi cõtrariũ. Quid dicendum? Breuiter in iudicando & disputando tenerem contra Bar.

Primo, per rationem præmissam.

23 Secundo, per authoritatem glo. quæ contra † Bar. in proprijs terminis decidit in c. fin. 32. q. 2. dicens, quod etsi nupsit propria authoritate, pater tenebitur dotare. Vel cogitabam concordare opinionem hoc modo. Quia aut nupsit alicui suo genere, vel moribus indigno, ita vt patri eius pudori esset, & tunc dico, quod non tenetur dotare. ita dicit glo. sing. not. & in c. de rapto. 36. q. 1. sequũtur Arch. & Pano. in ca. 2. extra de despon. impub. ad quod allego tex. opti. in l. 3. §. si emancipatur. ff. de bon. poss. contra tab. & hoc casu procedat opin. Bar. Aut secundo loco non nupsit indigno, & tũc procedat alia opin. & ita etiam concordaui dictam opin. in d. l. 1. ff. sol. matri. Sequitur §. tertius.

ARGVMENTVM.

Costituendæ dotis genera, & species, tacitasque conditiones, ac effectus scribit.

SVMMARIVM.

1 *Nuptias secundas eadem, qua priores, dote contrahi, restingit.*
2 *Doti indictæ patrimonium totum quatenus, an non dandum.*
3 *Dotis expressæ constituendæ modi. nu. 9.*
4 *Doti extraneum adiici quatenus verum.*
5 *Dotem a duobus stipulari non posse.*
6 *Dotium conditio, ea que remissibilis.*
7 *Dotis dies quando incipiat, idque extendi, nu. 8.*
10 *Mortis causa constituendę dotis modi.*
11 *Dotis alienationem ex eius æstimatione permitti, aut vetari.*

TErtio per ordinem videndum est, qualiter constituatur dos inter viuos? & dico, quod potest constitui tacite, & expresse.

1 Videamus ergo, qualiter tacite constituatur. † Pone, quod mulier dedit in dotem mille primo viro, postea nupsit secundo viro sine expressione quantitatis dotis, an in dubio videatur in dotem dedisse secundo viro quod priori dederat? Ang Are. in §. fuerat. Inst. de act. dicit quod sic, vt est casus, secundum eum, in l. pe. §. vx. & ibi Bar. & Doct. ff. sol. mat. & in l. diuus. ff. de iure do.

Subijcit, quod Bar. in quadam disputatione, quæ incipit, Quædam mulier habens amplum patrimonium. versi. In nomine Domini amen. limitat hoc verum, si ex priore matrimonio non remanserunt filij, alias secus per l. hac edictali. in prin. & ibi glo. & Doct. C. de sec. nup. & C. de dona. ante nup. l. constante. §. pen.

Ego circa præmissa dubito, quia illa l. diuus. & etiam ille §. vxor. loquũtur, quando facto diuortio cum viro, illi iterũ nupsit. Quo casu nimirum, si inter easdem personas videtur tacite eadem dos constituta, argu. opt. in l. item quęritur. §. qui impleto. ff. locati. Sed ex hoc non sequitur, quod idem sit in diuersorum personis, quia non est eadem ratio, vt probatur in d. §. qui impleto.

2 Sed quæro, † mulier habens bonum patrimonium simpliciter contraxit matrimonium cum Titio, an in dubio videatur constituisse dotem sibi tacite in toto illo patrimonio. gl. in l. mulier bona. ff. de iure dot. determinat, quod sic, post Aristo. quem allegat, & eam notat ibi Bar.

Subiicit idē Bart. hoc se disputasse in disputatione, de qua supra fecit mentionem post Aret. & ibi concludit, vt refert idem Ange. Are. quod propter solutum matrimonium non sequitur præsumptio constitutionis dotis. l. fi. C. de repud. §. si quis. in Auth. de nuptiis. nisi postea mulier patiatur, quod maritus vtatur dotis bonis, & de eis disponat tanquam de bonis dotalibus, iuxta tradita per Bar. in l. quæ dotis. ff. sol. matr. Circa quod puto esse aduertendum propter l. fin. cum sua gl. C. de pact. conuen. tam super dote &c. Tunc posset vti rebus suis, tanquam procurator tacite constitutus ex traditione iurium, vt ibi.

Item aduerte, quia si ista mulier esset minor 25. annis, tunc absque dubio non videtur tacite, bona sua immobilia dedisse in dotem, quia illa etiam expresse dare non posset in dotem, sine Iudicis decreto. l. lex quæ tutores. C. de administra. tuto. & glo. & Bar. Sal. & Docto. in l. 1. C. si aduersus dotem. & habetur in l. Titia. ff. de iure dot. Quod bene nota. Et tunc etiam aduertendum diligenter, quando est minor, quia si cõstitueret magnam dotem viro indigno tali dote, posset petere restitutionem in integrum. d. l. 1. nisi casus, quod aduersus dotem immoderata potest mulier petere restitutionem, & nedum ipsa, sed eius hæres, vt ibi est expressum, & ibi Bar. & Doct. Et est etiam glo. in l. nulla. C. de iure dot. Quinimo etiã quando mulieri maiori succurritur, vt statim dicam.

Viso ergo membro primo, qualiter dos tacite cõstituatur.

3 † Videamus, qualiter expresse. Et hic aduerte, quia dico, quod potest expresse multipliciter cõstitui dos, videlicet, per stipulationem.

Item simplici pollicitatione, seu pacto, mortis causa, acceptilatione, debiti remissione, debitorum delegatione.

Stipulatione autem dubium non est dotem constitui posse, intantum, vt etiam si non interuenerit stipulatio, fingatur hodie interuenisse. C. de rei vxor. act. l. vnica. circa prin.

Item potest constitui etiam simplici pollicitatione, & pacto nudo. Quo casu, licet de iure ciuili non detur regulariter actio, tamen speciale est in dote, vt ex eo agi possit. l. ad exactionem. C. de iu. dot.

4 Et attende, † quia in costitutione dotis potest addiici persona extranei, vt si mulier promittat tibi marito mille nomine dotis, aut Titio. Quo casu videtur adiectus ad solutionē tantum, non ad actionem sibi quęrendam. l. si mulier ita dotem. ff. de iu. dot.

5 Adde, quod cã dotis intantum respicit solius † mariti personam, vt in costitutione dotis non possint duo rei stipulandi constitui. casus est in l. si id quod. & ibi notat.

Item animaduerte, quia in constitutione dotis semper inest tacita conditio, si nuptiæ, seu matrimonium sequatur. l. stipulatione. ff. de iure dotium. & in l. plerunque. §. si ante eo.

6 tit. & ideo, si remittantur nuptiæ, euanescit stipulatio, † intantum, vt etiam si postea eidem nupserit, non conualescat stipulatio. l. licet. ff. de iu. dotium. facit l. inter stipulantem. §. sacrã. cum ibi no. ff. de verbo. obligat. & quia inest tacita conditio,

7 de qua supra, sequitur † quod si mulier promiserit centum pro dote in anno proximo, nõ incipiat annus a die promissionis, sed a die nuptiarum, catus est nota. in l. tali pacto. in prin-

8 cip. ff. de iure dotium. per quem tex. voluit Bald. quod † si vendo tibi rem cum pacto, quod soluas pretium intra quos menses, non incipiunt currere isti duo menses, nisi post traditionem rei venditæ.

Ego valde dubito, si in venditione nulla tacita subintelligatur conditio, imo est pura, nisi aliud dicatur.

Ergo a tempore ipsius cõtractus debet currere tẽpus solutionis pretij, quod etiã probo, quia & ipse emptor potest petere fructus perceptos a tempore venditionis, soluendo quoque ipse vsuras pretij non soluti. l. curabit. cum sua glo. C. de actionibus empti. l. Iulianus. §. ex vendito. vbi etiam glo. & Bart. §. de actio. empti.

Ergo, si ab eo tẽpore fruitur commodo pretij, ęquum est ab eo tempore currere tempus termini stabiliti ad solutionem pretij.

Cogita, & attende etiam, quia ista tacita conditio intelligitur de primo matrimonio, de quo videtur cogitatum. l. dotis promissio. ff. de iure dotium. l. boues. §. hoc sermone. ff. de rer. & verb. signi. l. inter socerum. §. fi. ff. de pact. dotal. facit l. fideicommissa. §. sic. ff. de leg. 3.

9 Sed videamus nunc, † qualiter mortis causa constituatur dos? & dic, quod pater mulieris, vel extraneus mortis suę causa potest promittere dotem, quia potest accidere, quod morietur promissor, constante matrimonio. l. si pater mulieris ff. de iure dotium. Sed mulier ipsa mortis suæ causa non po-

10 test promittere † dotem, vt ibidem, quia dos illa oneribus matrimonij non potest seruire, ideo non potest promittere dotem, cum morietur. Sed ea simpliciter constituta potest pacisci, ne, ea viuente, petatur. casus est in l. Iulianus scribit. ff. de iu. dot.

Traditione autem constituitur dos, siue res tradatur ipsi marito, vel alij eius nomine, dum tamen maritus postea ratũ habeat, alioquin periculum esset mulieris, & ipsa posset repetere,

Source : BIU Cujas

tere, quod dedit. l. quemadmodum. §. 1. de iure dot. Nec refert, vtrũ tradantur res corporales in dotem, vel incorporales, puta vsusfructus, de quo vsufructu in dotem constituto dic, vt in l. cum in fundum. ff. de iure dotium.

Acceptilatione autem qualiter constituatur dos, vide in l. promittendo. §. acceptilatione. & l. licet. §. 1. de iure dot. ff.

Per simplicem etiam debiti remissionem sine acceptilatione constituitur dos, quando marito debitoris remittitur quãtitas debita gratia dotis constituendæ. Idem si erat species debita, quæ erat ipsius viri, quo casu res ipsa videtur breui manu ad ipsum virũ deuenisse. Sed si species debita nõ erat viri, tunc ad eum videt mag ꝫ liberatio obligationis peruenisse, quam res ipsa, quod est magni effectus, vt l. si sponsalibus. §. 1. ff. de iure dotium. dic, vt ibi.

Delegatione autem constituitur dos, si mulier marito suo delegauerat suum debitorem, quo casu potest marito imputari, si illum debitorem nõ compulerit ad solutionem, cum erat soluendo, si postea factus sit non soluendo. Super quo tamen distinguo notabiliter, vt in l. si extraneus. ff. de iure dotium. Et nota, quod quando mulier pro dote delegat debitorem suum ante nuptias, potest eum conuenire ante ipsas nuptias, quia ipsa promissio in pendenti est l. si debitor. ff. de iu. dot. & no.

11 Postremo † animaduertendum, quia in constitutione dotis oportet consideremus quatuor. Nam aliquando datur res in dotem nulla facta æstimatione, & tunc non potest per maritum alienari, etiam consentiẽte muliere. instit. quib. alienare licet, vel non. circa princ. An autem possit alienari per muliere, consentiente viro, videbimus infra in materia priuilegiorum dotalium. Aliquando vero datur æstimata eo animo, vt habeat vim emptionis, & tunc res non remanet dotalis. Ideo alienari potest, etiam non consentiente muliere, tanquam res propria. l. plerunque. §. pen. de iure dot. ff. Aliquãdo, & tertio, datur æstimata, nõ vt fiat emptio, sed ad finem, vt videatur augmentum, vel diminutio valoris rei, & tunc desinit res esse dotalis. l. quod si fundus. ff. de fun. do. Sed tũc attende; quia talis æstimatio operatur, vt alienari possit, mulierẽ consentiente, quod alias non posset, vt supra dixi. casus est sing. & ibi Bar. Bal. & Doct. in l. si æstimatis. ff. solu. matr. Aliquando, & quarto, fit æstimatio simpliciter, & non apparet quo animo, sed in dubio sumus, & tunc videtur æstimatio facta in dubio, vt faciat emptionem, glo. est notanda in l. si inter. C. de iure do. Quam ibi signat Bart. dicens esse casum in l. quoties. eo. ti. Et etiam sequitur Imo. in l. si æstimatis. licet Bal. aliter dicat, distinguendo in d. l. si inter virum. & adde hic notata per Bar. circa operationem istarum æstimationum in quocunque contractu in l. si vt certo. §. nunc videndum. ff. commodati. Sequitur. §. 4.

ARGVMENTVM.

Relictum doti, vel nupturæ, quando cedat.

SVMMARIVM.

1 *Relictum nupturæ quando cedat, idque ante nuptias petibile.*
2 *Relictum dotis nomine ab extraneo conditionale, fallit nu 3.*
4 *Dotis causa a patre relictum, quando pure, subque conditione fiat.*
5 *Legatum doti a patre, an conditionale, idque verius est.*
6 *Doti relictum alimentis non minui.*
7 *Relicto filiam dotari, & ita submoueri. & nu. 9.*
8 *Loquendi communis vsus spectandus.*

QVARTO videdũ de dotis constitutione in testamento, & de viribus relicti pro dote. Et facio circa hoc duo membra principalia. Quia, aut relinquitur mulieri pro se maritanda, vel ad maritandum. Aut pro eius dote, vel nomine dotis.

1 Primo casu, si relinquitur pupillæ † ad se maritandum, nõ potest peti ante tempus ætatis legitimæ, quia requiritur, ꝙ causa, propter quam relinquitur, instet. l. nec semel. §. si in habitationem. ff. quando dies legati cedit. Sed quando ad ætatem nubilem peruenit, tunc potest petere prẽstita cautione de nubendo etiam ante, quam contrahat, quia relictum est pro ea maritanda simpliciter, & possunt fieri expensæ de necessitate ante contractum matrimonij, puta, in ipsis nuptiis. Et tale relictum non habet in se tacitam conditionem matrimonii: sufficit enim, ꝙ expendatur pro ea maritãda, licet nõ maritetur. Et hoc significatio uocabuli demonstrat, ita Bar. in l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de condit. & demon. circa fi. apparatus sui. & sequuntur cæteri Doct.

Secundò casu, quando relinquitur pro dote, uel nomine dotis, aut ex causa dotis. Distingue, an tale relictum fiat per extraneum, an verò per patrem mulieris: si per extraneum,
2 an tale relictum daretur conditionale, † si matrimoniũ, vel nuptiæ sequantur ita, vt interim, decedente muliere, nõ transmittat ad hæredes: nec interim possit peti.

Attende, quia reperio grãdes difficultates inter glo. & Doctores nostros. Sed sub breuibus huiusmodi rei habebis veritatẽ. Nam glo. in d. §. Titio genero. vult, ꝙ licet stipulatio dotis sit conditionalis, vt vidistis supra §. præce. tamen secus in legato. Sed glo. sentit contrarium, ꝙ immo sit conditionale in l. in testamento. eo. ti. & sequitur Bar. in d. §. Titio genero. & in auth. nisi rogati. C. ad Treb. & auth. de sanct. episc. §. sed hoc præsenti. licet gl. ibi dicat, ꝙ relictũ pro dote est modale, non conditionale: sed confunditur per illum tex. ibi, donatum, aut relictum. Sed in donatione, quæ est contractus, non est dubium inesse conditionem. Ergo & in legato: cùm vtrunque sit sub una determinatione, unde succedit l. nam hoc iure. de vulg. & pup. subst. Probatur etiam in l. si ego. in princ. ff. de iure dot.

Conclude ergo, ꝙ est cõditionale, & requiritur, quòd matrimonium contrahatur: cùm dos sine matrimonio esse nõ possit: nisi fortè secundùm Bartol. in d. §. Titio. ex coniecturis appareret, quòd testator voluit esse purum. Exemplum secundùm eum, quando constat, † quòd testator aliàs esset donaturus. l. si extraneus. ff. de condic. ob. caus. vel quando usus communis in ciuitate acciperet dotem pro matrimonio filiç, etiam non nuptæ.

Solent autem multi dicere, Ista habet bonam dotem, licet nondum sit nupta, vel vidua: tunc enim verbum prolatum a testatore intelligitur secũdum communem vsum loquendi, nec diceretur relictũ conditionale. l. cum de lanionis. §. asinã molendinariam. ff. de fun. instru. leg. Tene menti hoc, quia talis modus loquẽdi videtur inesse communiter; quod verum credo, nisi talis locutio esset apud vulgares tantum, per text. singularem in l. item prætor. in princ. ff de suis, & leg. De quo dic, vt latius dixi in Tract. statut. in tit. de exten. statut. interpret. § nunc venio versic. concludamus.

Videamus, quid iuris, quando tale relictum pro dote fit
4 per patrem. Super quo † dic, ꝙ si vltra tale relictum relinquit legitimam filiç in testamento, idem dicendum quod est supra dictum in extraneo, secundum Bar. per supradicta. Sed si legitima nõ relinquetur, tunc dicit, ꝙ legatum factum pro dote esset purum, quia constat, ꝙ pater alias esset relicturus, quia ad hoc tenetur, cum alias testamẽtum non valeret. Sed ego dico, ꝙ nec in casu præmisso valet testamentum, quia ex quo simpliciter legauit pro dote, & nihil iure institutionis reliquit, testamentum est nullum, vt in auth. vt cum de app. cog. §. aliud quoq; . & not. §. igitur. instit. de inoffi. test. & per Bald. in l. quoties. C. de hæred. insti. & per Barto. authent. vnde sit parens. C. de inoffi. test. Sed quid? si pater legauit, vt
5 supra in loco, † vbi est statutum, ꝙ filia dotata non succedat, nec possit aliquid dicere contra testamentum patris? Sol. Dicit Barto. in d. §. Titio. quod cum ex forma statuti pater non teneatur dotare pure, & talis dos succedat loco legitimæ, quæ legitima potest per statutum minui in . quantitate, ergo etiam in tempore consequenter, tunc tale relictum pro dore etiam conditionale, sicut dictum est in extraneo relinquente, nisi ex communi vsu loquendi, vel alijs præsumptionibus aliter appareret, iuxta etiam ea, quæ supra dixi, & non reijcietur conditio de medio, secundum quod habetur in l. quoniam in prioribus. C. de inoffi. test. propter rationẽ præmissam.

Sed attende, quia reperio in hoc varietatem inter Doctores nostros. Nam idem, quod Barto. videtur tenere Bald. in l. non sine ratione. C. de bonis, quæ liberis. qui per hoc infert ad quæstiones, quas retigi in Tractatu statutorum, in tit. de statuto fœminas excludente. §. nunc videamus. vers. quid si stante. & idem videtur velle Cyn. in l. sancimus C. de nuptijs. in fine appar.. dicẽs, quod si sub conditio. reliquerit, spectabitur tempus nuptus, & non reijcitur conditio. Secus, si sub modo, idem tenet ibi Io. Fabri, dicens, quod si sub modo relinquat, puta, ad ipsam maritãdã poterit statim peti, seu tiens, secus si sub conditione. Sed contrariam sententiam, quod imo reijciatur cõditio, & possit statim dos peti, tenuit Richardus, vt refert Cyn. vbi supra. & idem tenuit Dy. ex facto consultus. Idem reperio firmasse Albericum in 4. par. statutorum. q 109. Ex hoc inferens, ꝙ non poterit contrariari tali relicto pro dote, puta, si sine liberis decesserit, per l. quoniã in priorib. Saly. vero in d. l. sancimus. concordat opiniones, quia aut vltra relictum dotis statuit pater, quod alimentaretur de bonis suis, & tunc videtur voluisse compensare alimenta cum mora, & dicti temporis dilatione, nec potest in-

Source : BIU Cujas

terim perire quantitas debita,& cessat ratio d.l. quoniam.& consequenter erit relictum conditionale. & idem in effectū dicendum si esset statutū, ꝙ inter per fratres alimentaretur, & ita procedet opinio Barto. Cæterum, vbi per patrem, nec per statutum esset prouisum mulieri de alimentis,tunc proce
6 det opinio communis. Ego dico,† ꝙ ista concordia non habet saporem, quia etiam si pater non disposuerit, ꝙ debeat alimentari,cum ad fratrem,vel alium hæredem spectet onus alimentandi dictam mulierem.l. qui filia. & ibi Barto. ff. vbi pupil. educari debeat. & per Iaco. de Are. Cy. & Doct. in l. alimenta.C.de neg.gest. & ideo fratres non possunt postea alimenta prestita imputare relicto dotis. vnde teneo indistincte cu mBarto.& sequentibus per itura,& rationes suas.

Quæro, pone, stante statuto, de quo supra, ꝙ filia dotata
7 non succedat † an sufficiat,vt excludatur per statutū,ꝙ sit in testamento patris sibi relicta dos? videtur,quod nō,quia tūc non dicitur dotata,quia dos sine matrimonio esse nō potest, vt dixi in §. præcedenti. Sed Bar. determinauit contrarium in d. § Titio genero qa illa verba statuti, filia dotata &c. debēt intelligi, idest, filia,in qua pater actum dotandi exercuit,quātum in eo fuit. l. mulier. ff. de conditionib. insti. & l. Stichus si hæredi. ff. de statuliber. & idem firmauit ipse Barto. in l. cum plures.§. penultimo.de administratione tutorum. vbi videatur etiam glossa secūdum eum. Idem reperio tenere Bal. in l.si plures. ibidem iuxta hoc.C.de conditionib. insertis. licet alibi variauerit. Idem tenet ipse Bal.in l.non sine ratione. C.de bon. quæ libe.

Sed attende, quia contrariam sententiam, ꝙ non excluda 33
tur virture statuti, quasi non dicatur dotata, tenuerunt ibi- 34
dem Iac.de Rauenna,Petrus, & Raymundus, vt refert Bald. 35
etiam, ꝙ plus est, si iam tempore mortis patris fuisset despon 38
sata.& idem etiam in hoc vltimo casu reperio firmasse Panor 39
mitanum in Rubrica de sponsalibus. Sed secundum Bald. illud verū, si diceret, mulier nupta, vel maritata,quia spōsa nō 41
dicitur marita, non succedat,quia tunc excluderetur,vt sup. 43

Postremo reperio Paulum de Castro in alphabeto suorū 44
consiliorū. versi. dos. cōcordare opiniones hoc modo. Quia 45
aut statutum dicit, ꝙ frater, aut pater teneatur dotare sororem, & ipsa nihil aliud possit petere. tūc sola superexistentia 46
masculi eam excludit,& procedat opinio Barto. Aut dicit,ꝙ filia dotata &c. & tunc non excludatur, quia per tale relictū non dicitur dotata. & ita se sæpissime consuluisse refert. Et credo, quod verum dicat de iure.

Primo, quia talia statuta sunt odiosa, vt plene dixi in Tracta.statu. in tit.de statu. fœminas excludente §. 1 & restringēdum, quātum est possibile, quasi vitiosa,& accusatoria naturæ.l. maximum vitium.C.de liberis præteritis. Debēt ergo intelligi in casu, quo vere est dotata, quod non est ante matrimonium. l. 3. de iure dot. ff. Et expone dotata, idest, in qua pater actum dotandi exercuit, prout dicit Barto. est incidere in maximum absurdum, videlicet, quod impropriemus verba pro extendendo statutum corrigens vltra casum suum, & potius debemus contrarium facere, videlicet, impropriare,
8 vt † restringamus c. cum dilectus. extra de consuet. c. 1. in fi. extra de fili. presby. lib. 6. Et dixi plene in statutis in tit. de restri. interpretat. statutorum. per totum. & hanc partem etiam postremo sequuntur Cyn. & Imo. in dic. §. Titio genero. Tamen, quia non libenter recedo a Barto. puto eum posse sustineri, attento vsu loquendi, secundum quem etiam verba statuti deberent interpretari, vt dixi plene in titu. de extens. statut. interpret. §. nunc venio. versic. concludamus.

9 Cæterum †consueuimus dicere de filia,cui relicta est dos, ista habet amplam dotem, vel, est bene dotata. Ergo saltem opinio Bar. corroborabitur ex vsu loquendi Et attende,quia istam consuetudinem loquendi adducit Bald. in d.l.non sine ratione.& per hoc videtur probata secūdum opin. aliquorū in l. de quibus. supra de legib. Plus reperio eleganter tenuisse Bar. in l. quod autem ff. de iu. dot. quod etiam si pater relinquat simpliciter in testamento filiæ certam quantitatem,puta, centum, nec dicat pro dote, tamen intelligitur in dubio, quod pro dote relinquatur, stante statuto tali, de qua supra. & consequenter dicetur dotata. Quod est notandum,& singulariter menti tenendum.

Postremo quæro, an si filia tempore mortis patris sit maritata,& dotata,an pater in ipsa dote data,poterit eam instituere,ne alias tanquam præterita infringat testamentum,cessante statuto de quo supra. Bald. in l. quoniam nouella. C de inoffic. testa. tenet,quod sic,quia ex quo dos legitimæ imputatur, consequenter in eam poterit institui, sicut in legitima. & idem tenet Odofre. in illa l. quoniam & de hoc habes glo. fin. in l. 3. §. sed vtrum ff. de minor. Et si. dicas. Quid operabitur, quod filia in re iam propria instituatur? Respondet Bal. quod operatur ius accrescend, vt habetur per eum in authē. nouissima. C. de inoffi. test. Sequitur §. 5.

ARGVMENTVM.

Vni versus §. quinti progressus eo tendit, vt ostendat, quando, an non donare censendus sit dotem non receptam confessus iureiurando, idq; qui bus, an non, obsit.

SVMMARIVM.

1 *Dotem non numeratam confessus ante nuptias non remittit. fallit tamen.*
2 *Diuertentis confessionem non receptam tenere. Restringe.*
3 *Dotis non receptæ confessio, constante matrimonio, qnatenus ualeat, an non. & nu. 4.*
5 *L. Papinianus. de do. inter uir & uxo. explicari.*
6 *Dotis non receptæ confessio, quæ, an non confirmetur. & num. 7. & 14.*
8 *Dotem non receptam confessus, quibus speciebus non donat.*
9 *Dotis non receptæ confessio quando donatio censenda, an non. effectu? nu. 11.12.17.18.19.21.22.23 24.26.27.36. uerius numero 28.*
10 *Leges a quot enucleatæ.*
13 *Confessio dotis quibus. an non, obsit. & nu. 20.29.*
15 *Confessio non receptæ dotis quando obsit. & nu. 16.*
30 *Dotis non receptæ confessio quibus creditoribus noceat, an non, & nu. 31. 32. & 37.*
33 *Confirmatio confessionis dotis quatenus retrotrahenda, an non.*
34 *Iureiurando, quatenus, an non, confirmentur simulata.*
35 *Iurisiurandi quando, an non, necessaria solutio.*
38 *Doti tacite confessæ an insit pignoris prælatio.*
39 *Excipere dotem confessam numeram non fuisse, quando, an non liceat. & nume 40.*
41 *Iurata quando, an non, repeti possint. & nu. 42.*
43 *Velleyani, & non numeratæ dotis exceptiones quatenus æquiparatæ.*
44 *Iuratorum actuum quibus, quandoque contraria licet.*
45 *Iurisiurandi confirmatorii conditio.*
46 *Actus donationis interpretari repetitionem pariunt, quiq; accipiatur. & nu. 47. & 48.*

VINTO oportet videre, an confessio dotis receptæ teneat? Circa quod attende, quia intramus materiam fructuosam, & mare magnum. Et pro indaganda veritate faciam tria mēbra principalia. Nam, aut maritus confitetur ante matrimonium recepisse dotem. aut tempore diuortij, aut constante matrimonio.

1 Primo casu, † si confitetur animo donandi, puta, honoris causa, vt videatur recepisse, quod non recepit, non valeat cōfessio, etiam ante matrimonium. Casus est notabilis in l. 1. C. de donationib. ante nuptias. secus si donasset, & tradidisset vxori futuræ, & demū ab ea illud donatiuū recepit in dotē, quia tunc valeret, vt est ibidem casus notabilis. Quid autem, si in dubio, quando ante matrimonium maritus confitetur recepisse dotem, an videatur facere animo donandi, vel potius sub spe futuræ numerationis? Certe credo, ꝙ in dubio non videatur facere animo donandi per ea, quæ dicam in 3. membro principali, quia interpretamur in eam partem, qua dispositio non valeret d.l. 1. Quod deberemus facere, vt infra dicam. Quod intellige, nisi efficaciter essetre renunciatū exceptioni non numeratæ dotis cum iuramento de non contraueniendo, quo casu non præsumeretur animus donandi, quia tunc non potest accipi coniectura spe futuræ numerationis, quia illi renunciat, & ita renuntiatio nihil aliud est, quam donatio. l. si quis delegauerit. & ibi Barto. ff. de dona. secus si iurasset contenta esset vera, vt latius dicam in 3. mem
2 bro principali. † Si vero & secundo casu principali confitetur tempore diuortij animo donandi recepisse, quod non recepit, quod diuortium fiebat ob iustam causam, tunc absque dubio valeat. l. vitricus. cū l. seq. & seq. ff. de do. inter. vi. & vx. Si vero nō sub erat iusta causa, diuertat adhuc. idem videtur dicendum. l. sed interim. §. fi. cum l. seq. & seq. in eodem titu Sed tunc dubito, per d.l. vitricus. cum l. sequen. per quam. l. Doct. in l. si diuortio. ff. de verb. oblig. videantur velle, quod tunc non teneat.

Sed tunc quæro, quid in dubio. Solut. Dicerem, ꝙ primo casu in dubio confitens se recepisse, quod nō recepit, videtur fecisse animo donandi, cum non posset accipi alia coniectura. nec ex tali præsumptione videtur dispositio.

Sed in secundo casu ita præsumendo, præsumeremus donationem, quæ non teneret. Vnde fortè potius præsumeretur error, quàm animus donandi.

Circa tertium casum cum quæritur, an confessio receptæ dotis

Source : BIU Cujas

2 † dotis facta, cōstante matrimonio, valeat, oportet vagari per tres inspectiones, quia aut constat, quod talis confessio emanauit animo donandi, aut constat expresse, vel tacitè, ꝙ facta fuit sub spe futuræ numerationis.

Aut tertio sumus in dubio.

Primo casu non est dubium valere talem confessionem per totum titu. de dona. inter vir. & vxo. vbi in casu, quo rusticus acciperet nobilem, etiam in vxorem, & constitueret sibi dotem, ampliaret, aut confitetur animo donandi accepisse, vt supra, quia tunc tenet talis donatio, quasi facta in remunerationem nobilitatis secundum Barto. & Doct. in l. si diuortio. ff. de ver. obl. & allegatur ad hoc glo. sing. in l. si voluntate. C. de do. promis. Sed iudicio meo, hoc de necessitate non probat. Bal. ibi dicit, quod si est tanta inęqualitas, ꝙ mereatur mulier talem donationem. valebit, alias non. Ideo dicerem, quod si rusticus dives accipit mulierem nobilē, & pauperem, quod tunc non erit inæqualitas, de qua loquitur Bal. quia ignobilitas vir. supplebitur per suas diuitias, quę debēt compensari cum nobilitate mulieris pauperis. Eius tamē cōtrarium videtur velle Bar. in l. si voluntate. & Imo. in Rub. ff. sol. mat. Sed postremo cogitabam concordare hoc modo, ꝙ iste vir, licet sit genere ignobilis, morib. tamen & vita non est ignobilis, & tunc dico compensationem, de qua supra, fieri debere. Aut iste vir erat rusticus quadrat us, dives tamen, qui accipit mulierem nobilem, pauperem tamen, & tunc dico, quod adhuc erit magna inæqualitas, & poterit procedere opinio Bar. & Imolæ in locis prælegatis.

4 Item † fallit, si interuenisset iuramentū secundum aliquos, de quo infra videbitis. Attēde tñ, quia licet regulariter nō teneat ab initio talis cōfessio de dote recepta aīo donādi, morte tñ mariti confirmat, quia illa confessio cū traditione habet vim traditionis, vt est gl. notāda in l. 2. C. de dote cauta. Bar. & Doctores singulariter notāt, ac ēt post Bal. Iac. de Arena in l. 1. C. de dona. ante nup. & Cy. in d. l. si diuortio. & reuera est notāda ad ampliationem l. Papinianus. ff. de do. inter
5 ui. & vxo. † vbi est casus singularis, ꝙ donatio inter vir. & vx. confirmatur morte, si traditio interuenerit. Et idem in similibus donationib. quæ morte cōfirmātur, vt donatio facta filio. l. donationes. C. de do. inter vir. & vxo. & ibi notatur, qa ex præmissis patet, ꝙ licet vera traditio nō interuenit, si tñ interuenit aliqd, quod loco traditionis habetur, sufficit ad con 11
6 firmationem, vt est cum promissione, & † hoc qñ animo donandi confitentur, secus si sub spe futuræ numerations secūdum Sal. in d. l. 2. vel etiam simulate causa honoris secundū Bal. in d. l. 2. Idem videtur vbicunque expresse non apparet, ꝙ confiteatur animo donandi, sed simulate cōfitetur recepisse cum intendat, iuxta ea, quæ infra videbitis, quia ex simula 12
to contractu non transfertur possessio. l. emptor. vbi casus est sing. ff. de aqua plu. arc. & consequenter non poterit confirmari per d l. Papinianus. de quo videtur gl. & ibi Ang. in l. si donatione C. de colla. Sed attende, quia illud verum, qñ nullus alius cōtractus q̄ ille simulatus, in veritate agebatur.

7 Cæterum, si alius in veritate agebatur, ex quo possit † possessio transferri, vt in casu nostro, quo agitur, ꝙ sit donatio, 13
tunc ex illo, qui in veritate agitur transfertur possessio. Sed Bar. in d. l. emptor. & Sal. in l. 3. C. plus valere, quod ag. Nec dicas, ille, qui in veritate agitur, est inutilis, quia respondet, ꝙ ēt ex inutili contractu transfertur possessio casus sing. in l. 1. §. si vir. ff. de acquir. pos. In dubio autē qd sit, infra videbitis.

Secundo casu, qñ constat tacite, vel expresse, ꝙ non confitetur animo donandi, tunc habet locum titulus de dote cauta, & potest opponi exceptio non numeratæ dotis. Nec confirmari potest talis confessio in vim donationis per mor-
8 tem. Sed pulchrum est videre, † per quas coniecturas appa 14
rebit, quod confiteatur animo donandi, sed potius animo consequendi numerationem. Dic, quod si vna cum marito alius confessus est, & se obligauit ad dotis restitutionem, certe cum in extraneo in dubio non præsumatur animus donandi iuxta ea, quæ dicam in tertio membro seq. simpliciter nec in marito, ne eadem confessio mariti, & alterius simul facta diuerso iure censeatur, arg. l. eum qui. de vsuc. ff. & probatur in l. fina. C. de dote cauta. & ita dicit Ang. Are. in §. fuerat. insti. de acti. in 14. colum. Attende tamen, 15
quia, iudicio meo, est argu. contrarium. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testam. Et tene menti, dum allegat d. l. si. quæ loquitur etiam, quando pater mariti vna cum filio mariti confitetur, & sentit, quod tunc non præsumetur animus donandi.

Item constabit, quod non animo donandi, quando statim post talem cōfessionem pater mulieris, aliusve conuiuēs dotē se obligat ad illam dandum, non obstante tali cōfessione de recepto. & iste est casus, q quotidie occurrit. Quo casu attende diligenter, quia maritus per hoc videtur recepisse nomen promittentis in solutum. Ideo, mortuo marito, & ante solutionem sibi factam eius hæredes compellerētur restituere dotem mulieri. Nec liberarentur cedendo actionem cōtra patrem, vel fratrem mulieris, vel aliquem alium promittentem dotem. Ita Bar. sing. in l. pen. §. si vir. ff. sol. mat. post Iac. de Arena & sequuntur ibi Cy. & Imo. licet Bal. ibi teneat contrarium, quasi confessio sit facta non spe futuræ numerationis, sed potius futuræ promissionis. Quo casu procedit, quod dicit Bart. tene menti, quia quotidianum.

Circa tertium passum in dubio, si in matrimonio confitea
9 tur per publicum instrumentū † se habuisse, & recepisse mil
le nomine dotis, præsumitur fecisse animo donandi, quo casu non valebit iuxta præmissa, an vero potius spe futuræ numerationis, ita vt possit opponere exceptionem non numeratæ dotis. Et in hoc artic. reperio, ꝙ Ang. Are. in §. fuerat. insti. de actio. determinat, ꝙ per mutuum amorem viri, & vxoris præsumatur in dubio fecisse animo donandi talem cōfessionem. Et ita dicit expresse sentire Bart. in l. Papinianus. ff. de dona. inter vir. & vxor. Sed ego dico, ꝙ Bar. loquitur in terminis l. 2. C. de dote cauta. quam ipse allegat. Sed glo. & consequenter Bar loquuntur, quando constat, cōfessionem factam fuisse animo donandi, quo casu habet vim traditionis, vt supra dixi, non autem loquitur in dubio. Allegat etiā ipse Ang. & Bal. in l. 1. C. de dona. ante nup. sed non reperio in libro meo, quod aperiat, quid in dubio. Allegat etiā Bal.
10 in l. 1. C. de dote cauta. vbi dicit, quod † dos nuda confessione non constituitur. Allegat Bald. in l. 2. C. eod. titu. Sed nec textus, nec Bald. ibi loquuntur in dubio, sed quando constabat de animo donandi, vt exprimitur in textu. Allegat etiā Bartol. in l. si diuortio. ff. de verb. oblig. & ad idem eund. Bar. allegat Salyc. in l. 2. C. de iure dot. Sed attende, quia Bar. non loquitur, nisi secundum glo. quæ non loquitur in confitentem, sed in mulierem stipulantem dotem, quam non dederat. Idem, loquitur in terminis d. l. 2. vbi, vt dixi, constabat de animo donandi. Sed præmissam opin. bene videtur firmare Bar. in l. cum quis decedens. §. Titia. de leg. 3. vbi vult, quod confessio de dote recepta facta constante matrimonio, potest, quasi sit donatio, per maritum reuocari, licet iuramento sit roborata. Idem tenuit in proprijs terminis Bald. in l. 1. C.
11 de inoffic. donat. Et quod in dubio præsumatur donatio, † reperio firmasse Cy. in l. si diuortio. ff. de verb. obl. post Bal. in l. generaliter. C. de non num. pec. & ibi dixi. Idem tenuit Ia. de Raue. vt refert Sal. in l. 2. C. de dote cauta. & Cy. in l. 1. C. do don. añ nup. vt idē Sal. refert. Sed in cōtrariū, ꝙ imo in dubio, non videtur donare, videtur nelle Cyn. in d. l. 2. vt ibi refert Sal & ipse idem Sal. quia † alias, secundum eum in pau- 12
cis casibus haberet locum exceptio non numeratæ dotis. Et in dubio vbi potest capi alia coniectura, nō debemus accipere coniecturā donationis. l. cum de indebito. ff. de probat. Et idem per hanc rationem tenet Imo. in d l. mulier. Et ad idem ego allego Bar. in auth. sed iam necesse. C. de dona. an. nupt. vbi dicit, quod licet talis confessio de recepta dote nō præiu
13 dicet creditoribus ipsius confitentis, tamen † ipsi confitenti præiudicat, quod non erit, si præsumeretur fecisse animo donandi, quia tunc non tenet, toto tit. de dona. inter vir. & vx. & consequēter non præiudicaret. Postremo, de hoc dico, et se glo. & Bar. in l. 1. C. de dote cauta.

Declarando consequenter, vt infra dicam, quid dicemus in ista ardua, & quotidiana quæstione? Attēde diligenter, qa primo ponam quosdam casus notabiles, in quibus in dubio non præsumetur facta animo donādi, & demum arguam ad partes, & quid sentiam subijciam.

14 Et dico † primo, quod quando mulier, vel alius primo per stipulationem promisit dotem marito, & postea maritus cōfessus est dotem se recepisse, nam tunc tali confessione stante sibi præiudicat. Casus est secūdum vnum intellectum, qui fuit Petri in l. in contractibus. §. 1. ibi, illis etiam securitatib. C. de non numerata pecunia, & pro hoc etiam Sal. licet etiā defēdat intellectum gl. de quo ibi, & de quo infra decima. Est etiam de hoc glos. in l. fina. C. de dote cauta. & ita potest intelligi, quando confessus est, & renunciauit exceptioni
15 non numeratæ dotis. Vel lapsum est tempus † opponendi, quo casu sibi præiudicat confessio, sed non creditoribus præteritis, de quo infra dicam. Nam in casu præmisso, ex quo præcessit instrumentum promissionis dotis, non est mirū, si confessio postea mariti de dote recepta sibi præiudicet, qa videtur facta occasione dictę promissionis sibi factę per mulierem, quod tene menti, quia est casus notabilis. in quo exceptio non numeratæ dotis non habet locum. Nam tunc habet locum, quando de promissione pręcedenti dotis cōstat, sed simpliciter apparet instrumētum cōfessionis dotis, quod

Source : BIU Cujas

bene nota. & est glo.in d.l.fi.& ibi.Sal.

16 Item dico, & secundo,† quando esset geminata confessio de do te recepta facta diuersis tēporibus,quo casu sibi præiudicat, & consequenter non præsumitur animus donandi, vt in d.§.1. secundum alium intellectum gl. qui etiā cōiter approbatur.Addo simile, ꝙ dicit Cy.in.l.1.in prin. ff. de verb. obl. qui dicit,ꝙ licet pactum nudum non pariat actionem,tamē ex duplici, seu geminato nudo agi pōt,sicut videmus,quod licet verba enunciatiua non disponant, nec probent, tamen secus, si bina enunciatio emanauerit,vt est casus notabilis,& ibi Bar. in l. cum scimus.C.de agricolis,& censi.lib.11.C.

17 Præmissis autem cessantibus,an in dubio † præsumāt confiteri animo donandi? Arguo,ꝙ non,quia debemus interpretari taliter,ne actus sit nullus.l.quoties in stipulationibus. ff. de verb. obl. imo illa debet esse vltima interpretatio omnib. alijs possibilibus cessantib. vt notatur p̄ gl.& Doct.in l.veteribus.ff. de pactis.& l. inter stipulantē.§.1.de verb oblig. Potius ergo interpretari debemus, ꝙ sub spe futuræ numerationis, quo casu valebit dispositio,licet infra certū tps possit opponi exceptio nō numeratæ dotis.Nota bene hāc rationem quia est fortis.Pro hoc ēt adduco rationē,qa si in dubio p̄sumereī aīus donādi,ergo nunq̄ in dubio opponereī exceptio nō nūeratæ dotis,sed tūc qñ cōstaret,ꝙ sub spe futurę numerationis hoc fecit,ꝙ esset valde restringere tit.de dote cauta.

18 Item pro hac parte,ꝙ in dubio nō p̄sumatur † animo donandi feciſſe,adduco tex. siue gl.in l.si sponsus.§.causa. ff. de do. inter vir.& vxo.

Item, quia tunc talis cōfessio ēt cū renūciatione exceptio
19 nis nō numeratæ dotis non ꝓdesset mulieri † cum renunciat exceptioni,sed ēt quædā donatio. l. si quis delegauerit. & ibi eleganter Bart.ff. de donatio. Contrarium vult Bar. in l.assiduis.C.qui pot.in pigno.hab.Dicēs plus,ꝙ tunc talis dos confessata cum tali renunciatione habet priuilegium veræ dotis.Et ita dicit communiter obseruari,licet (quo ad vltimū) gl.videatur ibi contrarium innuere,sed secundum Bar.loquitur,qñ nō est renunciatum dictæ exceptioni,vel non est trāsactum tps opponendæ exceptionis, quo casu dos confessata nō habet priuilegium propter dictam exceptionem. de quo tamen latius infra dicam.

Postremo videtur casus pro hac parte in l. fina. C. de do. cauta.vbi loquitur in dubio,vt patet ibi,conscribi moris est. Et tñ dat exceptionem nō numeratæ dotis.ēt hæredibus mariti, quibus non daretur,si censeretur feciſſe animo donādi, quia illa donatio morte cōfirmaretur.l.donationes.C.de do. inter vi. & vx. quia ista ipsa est veritas,iudicio meo, licet possint fieri plura argumenta pro contraria parte.Sed singulis, dum referam, respondebo,breuitatis causa.

In contrarium igitur arguo sic.Nam in dotis constitutione exigitur numeratio,vt est expressum in l.j.C.de dote cauta. Modo sic,regulam habemus, ꝙ vbicunque requiritur numeratio,& de facili pōt commiti fraus,seu simulatio,tunc cōfessio non probat numerationē.l per diuersas.C. mandati. & ibi notatur. & per Imo.in l.si ita stipulatus.§. Chrysogonus. ff.de verb.obl. Sic huic potest responderi fatendo,ꝙ non probatur numeratio,& ideo habebit locum exceptio non numeratæ dotis, non autem, quod præsumatur animus donandi.

Item regula præmissa procedit quantum ad præiudicium
20 tertij, tamen † tales confessiones bene nocent secundū Bar. in l.duobus.§.1.de iureiu.ff.& dixi in l. cum filius. in princ. ff. de verb.obl.& in l.Titia. in prin.eo. ti. & etiam vult Barto. in proprijs terminis in aut.sed iam necesse.vt supra dixi.

Item pro hac parte arguo fortiter,quia vbicunque titulus lacratiuus est prohibitus inter eos,inter quos dispositio geritur, tunc confessio de recepto præsumitur in fraudem legis
21 † emissa, & animo donādi, id quod nō poterat lege prohibēte, casus est valde notabilis in l.qui testamentum.ff.de proba. & gl.in l.si donatione. & ibi Bar.Sal.& Doct.C.de colla.

Modo sic, inter virū,& vxorē est prohibitus titulus lucratiuus, vt in titulo de donationibus inter virū,& vxorem.Ergo confessio de recepta dote,vbi non apparet aliter de numeratione, præsumitur facta in fraudē legis animo donādi. Sed huic subtilizando potest responderi,ꝙ illud verum,quando nō potest accipi alia coniectura,quam aut veræ receptionis, aut simulatæ cōfessionis in fraudem legis, quo casu inter incapaces potius præsumitur simulatio, & fraus, quam non re-
22 ceptio. Sed † in casu nostro potest accipi tertia coniectura præsumptiua,per totū tit.de dote cauta.videlicet,ꝙ nec vere recepit, nec etiam confessus fuerit in fraudem legis animo donandi, sed potius spe futuræ numerationis. Et hanc vlti. præsumptionem debemus assumere,vt sustineatur actus,iuribus prælegatis.

Item pro hac parte etiam adduco rationem Cyni in d. l. si

23 diuortio.quia inter virum,& vxorem,& alios† necessitudine coniunctos de facili per mutuum amorē præsumitur animus donandi.l.vnum ex familia.§.fi.ff.de leg.2.Adde bonum tex. l. Procula cum magnæ. ff. de proba. Sed huic potest respōderi per interpretationē,quia potest negari per l. si sponsus.§.circa venditionem.ff.de dona inter vir.& vxor.Vel sub tilius dico,quod inter coniunctos de facili præsumitur donatio, vbi illa donatio possit valere, alias secus.Sed huic obstat l. si filij. cum l.seq.vbi sunt duo casus valde notabiles, in quibus præsumitur donatio inter vir.& vxo. vnde potest melius dicere,quod præmissa procedunt,vel alia verisimilior cōiectura non potest accipi.

Cæterum, hic alia versimilis, & legibus approbata potest accipi.ergo &c.

Vltimo,pro hac parte adduco textum, vbi videtur expressus in l.1.C.de dote cauta.vbi tex. loqui videtur in dubio, vt necessario probat finis, vt infra dicam, & vult ꝙ dos nuda
24 confessione non constituatur.Nec dicas,† hoc dicit propter exceptionem non numeratæ dotis, quia dico,ꝙ ille tex. probat, ꝙ talis confitens ipso iure sit tutus,vt patet ibi,ita demū ad petitionem &c.

Item dicit, ꝙ dotem non scriptura dotalis instrumenti facit, sed numeratio.Ergo non loquitur, quando confessus est spe futurę numerationis,quia tunc confessio faceret dotem, licet obstaret exceptio. Quinimo & in effectu faceret dotē post tempus, de quo in l.fin. cum sua auth. C. de dote cauta. In dubio præsumatur confessio emissa animo donandi,quo
25 casu ipso iure † tutus est confitens. Nec dicas, potest intelligi, quando constabat, ꝙ animo donandi confitebatur, quia negatur propter finem ibi, si dotem abstere ipsa datam &c. quæ verba tunc frustratorie apponerentur. Et ex præmissis patet, quod glos.ibi finalis non bene intelligit, quæ dicit, ꝙ talis confessio non nocet nisi lapso tempore opponendæ exceptionis non numeratæ dotis. & sic vult intelligere illum textum in confessione facta spe futuræ numerationis. & ita etiam Barto.ibi.Et cum illi textus loquantur in dubio, vt dixi,consequenter erit ibi decisio glossæ,ac etiam Bart.ꝙ in dubio præsumitur facta spe futuræ numerationis potius,quam animo donandi. Tenementi authoritatem illius glossæ, quam supra allegaui. Et profecto ille textus subtiliter intellectus vrget maxime. Bart. tamen ibi in suo summario sentit solutionem, quia dicit, quod dos confessata non numerata non potest in effectu repeti. Nam dicit effectualiter propter exceptionem non numeratæ dotis: tamen, vt vides, est lædere verba legis. Tamen per rationes, quas supra feci pro cō traria parte,dico, quod de necessitate ita debet intelligi. Vel etiam dicerem, quod vbi etiam confitetur spe futuræ numerationis, ipso iure est tutus, & illa exceptio est intentionis, & facti, cum intra tempus opponendæ exceptionis sit solum ciuiliter obligatus, secundum veram opinionem, de qua in l. cum quis. C. de iu. & facti ignor.& in l.1. ff. de condict. indeb. quæ ciuilis non prodest ad agendum, & istam credo veritatem, vt supra dixi, quod in dubio præsumatur animus donandi per rationes supra tactas, & ad argumenta facta ad oppositum responsum est. Dicit tamen Saly. quod
26 si mulier † tanta paupertate teneretur, quod non est spes in solutione dotis confessatæ,tunc bene præsumeretur animus donandi. ita dicit in l.2. C. de dote cauta. alias in dubio præsumetur feciſſe spe futuræ numerationis. Et ideo dico, quod etiam in iuramento inesset ista tacita conditio. Casus est in l. fin. C. de non num. pec. Sed, si præsumeretur donatio, firmaretur iuramento secundum veram, & communem opi. quam tenui in Tract. contractuum vetitorum, in
27 29. combinatione. Et idem † in primo casu, si renunciasset exceptioni non numeratæ dotis cum iuramento de non cōtraueniendo, secundum Barto. in d. l. fin. vel etiam iurasset vere numeratum, secundum Bald. & Saly. ibidem. Sed tunc esset periurus, probata negatiua.& nota,quia quotidianum. Dicit tamen Barto.quod quando renunciauit,vt supra,cum iuramento, facta solutione poterit repetere per cap. debitores, extra de iureiur. de quo dic,vt infra dicā de simulatione.

Præmissa intellige, excepto eo, quod statim dicam de simulatione. Possumus etiam concordare opiniones hoc
28 modo, vt si † dos sit confessata sine alia renunciatione non præsumetur donatio, etiam si sit iuratum non contrauenire per d.l.fi.C.de non numer.pec. Si vero renunciatum est exceptioni non numeratæ dotis, tunc si sine iuramento, adhuc idem, quia non tenet renunciatio vt infra dicam. Si vero cum iuramento, tunc si fuit iuratum de non contraueniendo,certe cum renūciatio exceptioni competenti sit donare. l.si quis delegauerit. & ibi Barto.ff.de nouatio. præsumā animum donandi in marito,ad quod vide Barto.in l.vnica.C.de priui.

Source : BIU Cujas

priui.dot.Si vero iurauit omnia contenta esse vera:tũc,quia vna præsumptio tollit aliam.l.diuus.ff.de in integ. restit.præ sumam, quod vere recepit, quia nemo præsumitur immemor salutis æternę, & hoc quantum ad confitentem.

Sed videamus nunc, an in casibus in quibus dicta confes-
29 sio præiudicat † confitenti, seu tenet quo ad confitentem, an præiudicet creditoribus ipsius mariti confitentis quantũ ad priuilegium prælationis,quod habet mulier in actione p sonali.l.1.& ibi Azo in summa.C. de priuileg. dotis. & idem Azo de bonis auctho. iudi.possid.§.inter eos autem. Deinde videbimus, quid in priuilegio prælationis in hypotheca. Et
30 breuiter dico, quod creditoribus,quos habebat tẽpore†cõ fessionis, non præiudicat.imo præsumitur facta in fraudem ipsorum.glos.est, quam perpetuo tene menti,in auth. sed iã necesse. C de don.ante nupt.& idem Barto.in l.si constante. in princ. ff.sol.matr. col. pen. & ibi communiter Doct. Plus voluit singulariss ime glos. in d. auth. quod etiam videatur facta in fraudem futurorum creditorum, ideo creditoribus postea factis non nocebit, quod verum secundum Bart.Cy. Ang. & Saly.ibi,si essent aliqua signa, seu indicia, ex quibus posset fraus præsumi.l.si maritus.ff. qui, & a quibus. alias secus in futuris creditoribus.Et quæ possint esse ista indicia,vi 36
de Barto. in l.ait prætor.§. 1. ff. de his, quæ in frau. cred.t. & erit præsumptio fraudis,si statim post dictam confessionem maritus recipit pecunias mutuo ab alio, cui mulier vult antefferri. Vide Cy. Ang. & Saly. in d. auth. & faciunt notata per Bar. in l. post contractum.ff. de donat. & hęc vera, quando cõfessio allegatur simpliciter facta in fraudem creditorum.

Cæterum, si allegatur simulatio, tunc prodesset etiam
31 †futuris creditoribus, quia simulatio nulli creditorum nocet,ita dicit Ang.Aret.in §.fuerat.instit.de act.19. col allegãs ad hoc Bald. in Rubr.quæ in frau. cred.vers. quæro, cum cepissem &c. vbi dicit, ꝙ non tantum præsumitur facta in fraudem creditorum,sed etiam simulata,quæ simulatio nulli creditorum nocet,arg.notatorũ in l.2.C.de repudi.hære.Et sen
32 tit, ꝙ dicatur simulata,etiam quo ad futuros creditores, † ꝙ verum dicit, si sint creditores ex causa onerosa. secus, si ex causa lucrativa.Et quod confessio de qua supra,dicatur simulata. Addo, ꝙ hoc vult Iac. de Rauen. vt refert Sal. in l. 2.C. de do. cau. Idem reperio velle Bal. in auth. sed iam necesse. C. de donat. ante nup. Et fortifico præmissam opi. quia ex simulato contractu non transfertur dominium, quinimo nec possessio.l. emptor,de aqua plu.arcen. & l.1.§.si vir de acqui. pos.p hoc,absque dubio,nulli creditorũ nocebit. Sed attende, quia credo præmissam opin. verã tenẽdo, ꝙ cõfessio de dote recepta præsumatur in dubio facta animo donãdi, quia tũc fieret simulatio de vno cõtractu ad alium, seu de vna dispositione ad aliã,quo casu sine dubio id, quod simulate cõcipitur,nõ nocet creditorib. ẽt futuris, vt in rubro, & nigro. C.plus valere ꝙ agitur,q̃ quod simulate concipitur. & in d.l. emptor. & in d.§.si vir.nec ẽt ipsis creditoribus postea factis p maritũ nocet id,quod etiam in veritate agit,videlicet,donatio, quia nõ tenet,& in tit.de do. inter vir. & vxo. Nec dicas morte cõfirmat,ergo illa cõfirmatio trahit retro.l. donationes.cũ ibi notatis.C.de do.inter vir. & vxo. quia illud ve-
33 rum, ꝙ trahitur retro illa cõfirmatio quo ad † fructus, nõ autẽ quo ad dominũ pp inhabilitatẽ extremi ad quod,vt est gl. & ibi Bar.Bal.& Doct.in l.2 C. de inoff. dona. Cum ergo iste tit. quo ad dominiũ nõ habeat ante mortẽ mariti, cõsequẽter iste donatarius dicitur posterior omniũ aliorum creditorũ,ergo eis nõ debet præferri potissimũ, si sint creditores ex causa onerosa. Idẽ dico, si ex causa lucrativa, quia tunc iste tit. lucrativus impediret confirmationẽ fiẽdam per mortẽ, quasi alteri donando censeatur maritus revocasse.l. si maritus. la seconda.C.de donat.inter vir. & vxo. Quinimo & per hypothecam solam, vt ibi est casus sing. Ideo si, postquam donauit iocalia vxor, ea pignorauerit, videtur revocasse secundum Bald.l.si quidem.co.tit. & ibi ev casus.Et tenendo 38
opin.de qua supra,& consequenter, ꝙ hic sit simulatio,insur
34 git † mirabilis effectus, quia iuramentum interpositum secũdum Ang.Are.in §.fuerat. instit. de actio non tollet dictam exceptionem numerationis, quia iuramentum non ligat in causa simulationis,vt est glo. communiter approbata secundum eum in l.3.C.plus valere quod agitur.& ita dicit Angel. vt ipse refert in l.1.C.de dote cauta. Sed ego dico, ꝙ de iure canonico, licet iuramentum non firmet contractum simulatum, tamen firmat illum, qui in veritate agitur, seu præstat illi fomentum,si est talis,qui possit firmari,vel iuuari iuramẽto,etiam si esset fœneratitius, & idẽ non potest contraueniri sine absolutione a iuramento per Episcopũ. ita tenet Ang.in quodam consilio, quod incipit, Domina Cecilia. & Fed. de Senis in consi. 279. vt refert Pan. in c. cum contingat. extra de iureiu. Et idem reperio firmasse Bald. & Saly. in d.l. 3. de quo dic, vt latius dixi in Tract. contractuum veritorum,in quarta combinatione.

Modo in casu præmisso verus contractus,hoc est,donatio inter virum,& vxorem,potest firmari iuramento secundum veram opin. Ergo &c.Quinimo nec tunc videtur danda absolutio, cum ille contractus † donationis non prohibeatur 35
odio creditoris, sed propter alias subiectorum vtilitates per notata per Bar. in l. si quis pro eo.ff.de fideiuss.Et ideo nedũ iuramentum est seruandum,sed,quod plus est,iuramentum firmat ipsum contractum, & consequenter nõ videatur danda absolutio, iuxta communem theoricam Legistarum in dic. l.si quis pro eo. & Cano. in d. c. cum contingat.& maxime, si iurauit omnia esse vera, quo casu statim fuit periurus. nec postea audiretur allegans turpitudinem suam, iuxta ea, quæ dixi post Panorm.in dicta 4. combinatione.Dic, vt ibi, sed tunc non præsumitur animus donandi, vt supra dixi. & circa iuramentum distingue, vt supra dixi. Et, vt dixi, procederent pręmissa, tenendo, ꝙ in dubio cõfessio dotis receptæ præsumatur facta animo donandi, prout multi tenuerunt iuxta ea, quæ supra dixi. Sed tenendo aliam opinionem,quam tenuit, ꝙ imo spe futuræ numerationis videamus fecisse†talẽ confessionem, tunc,si non est renunciatum exceptioni non numeratæ dotis, ego dico, quod ista confessio non nocebit creditoribus etiam futuris habentibus bona mariti hypothecata, quia etiam si possunt obiicere exceptionem non numeratę pecunię, & non numeratæ dotis. Casus est valde notabilis in l.si cui.C.de non nume. pecu.quem Bar.ibi dicit menti tenendum. Secus forte, si bona non haberent obligata,licet Azo in summa illius tituli generaliter loquatur.

Item secus, si esset lapsum tempus opponendæ exceptionis.Sed aduerte, quia ille textus innuit, quod etiam post lapsum tempus creditores possunt excipere, vt patet ibi, nec eo prohibeantur, ꝙ principalis debitor ea nunquã vsus est &c. & hoc tenuerunt quidam, vt ibi refert Saly. Sed ipse dubitat per principi. & fin.illius legis,dic,vt ibi.

Si vero maritus confitens recepisse dotem renunciauit exceptioni non num.dot.tunc tenendo opi.Bar.de qua in l.assiduis.C. qui pot. in pig.hab. videlicet,ꝙ etiam confessio cum renunciatione habeat vim veræ dotis,etiã quo ad priuilegia
37 dotium,consequenter pręiudicat omnibus†creditoribus,ẽt præteritis, sicut dos verè recepta. Sed gos ibi tenet contrarium, ac Ang. Cy. & Imo. in l.1.ff.sol.mat. quando ipsi creditores probant veram eorum numerationem,seu donationẽ, vt latius statim dicam infra proxime. Sed ego quo ad actiones personales dicerem sic, ꝙ confessio dotis cum renunciatione simplici nullatenus præiudicat creditoribus, quasi in fraudem ipsorũ præsumatur facta potius quod nõ receperit.

Item,quia exceptioni non numeratæ pecuniæ non potest simpliciter renunciari sine iuramento, vt statim dicam. Sed casu, quo sit renunciatum, & iuratum contenta esse vera, ne adhuc, ꝙ creditoribus præteritis nõ nocet, sed futuris sic quasi cesset præsumptio fraudis quo ad futuros,& potius presumatur recepisse quo ad se, & ipsos futuros creditores, quã falsum iurasse. & ita potest intelligi Bar.in d.auth. sed iam necesse.Si vero non renunciauit cum iuramento de non contraueniendo, quo casu præsumit donatio, vt supra dixi, quæ firmatur iuramento, vt supra dixi : tunc ꝙ non nocebit creditoribus præteritis, nec etiam futuris,quia iuramentum nõ firmat contractum, alias prohibitum in præiudicium tertij, seu creditorum. casus est in c. cum contingat. ibi,cum in alterius præiudicio &c. cũ sua gl extra de iureiu. Nec velis restringere ad creditores præteritos,qui erãt tempore,quo fuit iuratum. Sed dic ꝙ hic sumus in casu simulationis, quæ nulli creditorum nocet,vt vidistis supra per Bald.Ang.Are.& in hoc casu poterit salutari opi Bal.

Postremo viso, qualiter possit dos confessata præiudicare
38 creditoribus,quãtũ ad actiones psonales,videamus,an † dos confessata,in casibus,quibus tenet confessio, habeat priuilegia circa prelationem in hypotheca,quæ habet dos,de cuius numeratione constat.& text.in l. fina.C.qui pot.in pig.habe. ibi,si tamen res ipsæ fuerunt patri mariti datæ,a contrario innuit,quod non & ibi gl.hocfirmat,& faciunt optime.quæ dixi supra ibi, sed in contrarium arguo &c. Sed Bar. ibi, vt supra dixi,tenet, ꝙ dos confessata cum renunciatione,vel lapsu temporis habet priuilegiũ prælationis in hypotheca, quod est mirum secundum Ang. Cy. & Imo.in l.1.so.ma.ff si tunc ipsi creditores nitantur ex confessione,nec probent verã numerationem,alias secus,& pro eis adducio tex.opti. in l.pen. circa princ.C.de bon proscript.

Item põt procedere opin.Bar.indistincte secundum Ang in d.§. fuerat. Si talis cõfessio esset facta ante matrimonium,

Source : BIU Cujas

quia tunc præiudicat omnibus creditoribus,& habetur pro uera traditione, & ita intelligatur,secundum eum,gl.& Bar. in l. 1.C.de do.cau. vbi dicit esse glo pro Bart. idem dicit, q̃ secundum hoc omnes errant, qui simpliciter dotem confitẽ
43 tur.Sed respondet, q̃ ipsi marito renunciauit.Sed ego dico, quod per hoc non innuit, quod illa renunciatio præiudicet creditoribus, sed ipsi renuncianti.Si autem, constan.ma fieret talis confessio cum renuntiatione, tunc secundum eũ nõ preiudicaret creditoribus habentibus veram numerationẽ, & tit. onerosum , cum in renunciationis except. si quædam donatio, quæ eis non debet præiudicare. & ita dicit elegan. Bald.C.de pri.do.l.vni.

Ego dico Bal.in hoc vltimo bene dicere.Sed miror,quod velit cum renũciatione confessionem factam ante matrimonium preiudicare omnibus creditoribus,quia, secundũ hoc, aperiretur via fraudibus, contra l. in fundo. de rei vend.ff.& forte esset decipere creditores.

Item, quia dico, quod talis confessio cum renunciatione præsumitur donatio, etiam si fiat ante matrimonium,vt dixi in prin. huius §.& probatur in l. 1.cum glos.C de dona. ante nup. & in l.si.quis delegauerit.ff.de donat.Ergo non nocebit
44 creditoribus , iuxta ea , quæ supra dixi. Pro Bal. tamen facit , quod dicam infra in §. 1.9. post Cy. in auth. sed iam necesse.

39 Vltimo quæro, † quia in istis confessionibus, quæ fiunt de dote recepta,solet apponi renunciatio exceptionis nõ numeratæ dotis, an talis renunciatio teneat ? Glos. tangit in l. si ex cautione. C.de non nu. pec. & videtur velle, quod nõ, tamẽ operatur, vt renuncianti incumbat onus probandi. Sed Iac. de Rauen. tenet,quod non præiudicet,etiam quo ad onus p
45 bandi,quia eadem facilitate inducũtur ad confitendum,qua ad renunciandum,& harum prodesset nobis exceptio nõ numeratæ pecuniæ, vel dotis. & hanc opi. sequuntur Cy.Barto. Bald.& Salyc.in d.l.si ex cautione.& non quãdo renunciatio est in eodem contractu,seu facta est eodẽ tempore,quo cõ-
40 fessio, secus, † si ex interuallo,quia tunc ei præiudicaret, nõ tam virtute renunciationis, quam amissionis debiti ex ea re sultantis.Et pro hoc adduco , quod voluit in simili Bart.in l. nemo potest.ff.de leg.1.in renũciante ex interuallo exceptio
46 ni solutionis, quem refert, & sequitur Pau.in c. cum contingat.extra,de iureiu.Adduco etiam,quod idem Bar.vult in l. Callipodius.(alias incipit quamuis) ff.de solution.& Pau.in c. significante.extra de pignorib.per.l.2. C.de pact.pigno.facit etiam l. Titius. de pig.act.licet Saly. teneat tdẽ,si ex interual lo. in d.l.si ex cautione. Et præmissa procedunt,quando non interuenit iuramentum.

41 Quid, si iuratum † fuit ? Solu. Distinguerem sic, quia aut confessus est recepisse,& iurauit reddere sine alia renũciatione, tunc iuramento inest tacita conditio, si iuretur, sicut in simplici promissione,vt est casus in l.fin. C.de nõ nume.pec. quæ ita intelligitur secundum Pet.& Cy.Si vero renunciauit cum iuramento de non contraueniendo, tunc , licet de iure ciuili adhuc sibi nõ præiudicet, tamen de iure canonico sic. c.cũ contingat.extra de iureiu.secundum Cy. Pet. Bar. Saly. & Doct. Adde tamen, secundum Bar.in l.fi.C.de non num. pec. quod licet sibi præiudicet , tamen si soluerit, poterit repetere,sicut dicimus de eo,qui iurauit vsuras soluere.c.debi
47 tores, extra de iureiu.& hoc sequitur Saly.in d.l.si ex cautione.Et sentiũt, q̃ ẽt ante solutionem posset petere absolutionẽ a iuramento ad finem contraueniendi.Sed ego arguo sic, q̃ vtrunque est falsum per notata per eundẽ Bar.& communiter Legistas in l.si quis pro eo.ff.de fideiussor. & Can. in d. c.cum contingat.Ecce vbi cõtractus est prohibitus odio creditorum, vt in Senatusconsulto Macedon.& in officiali prohibito emere durante officio, si interueniet iuramentũ, tũc
48 licet iuramentum sit seruandum,nõ tamen firmat talem cõtractum,& ideo,facta solutione, remanet res apud creditorẽ sine causa. Ideo nimirum , si potest ab eo repeti, & etiã ante
42 † solutionẽ, tunc potest peti absolutio a iuramento, quo ca-
2. su postea contractus remanebit in sua nullitate , cum per iuramentum non fuerit firmatus , sed quando contractus prohibetur fauore debitoris,vt in Senatusconsulto Velleiano,& in contractu minoris,tunc iuramentum bene firmat contractum. auth.sacram. puber. & ibi gl. C. si aduersus vendit. Idẽ tenet Ioan. Cal. in d.c.cum contingat. & Fed. de Se. in consi. & glo.in c.2.de pactis lib 6.ideo tunc non potest peti absolutio.nec facta solutione repeti,quia tunc non remanet res penes creditorem sine causa, quia contractus fuit firmatus. Et hanc differentiam sequuntur cõiter Doc. vt refert Pan. in d. c. cum cõtingat. & etiam Ang.post Bar.in d.l.si quis pro eo.

Addo, q̃ hinc videmus,quod licet iuramentum non constringat hęredes; tamen vinculum obligationis firmatæ per iuramentum bene astringit eos, vt singulariter traditur per Io. And.in c.fi. extra de sepulturis.& per But.in cap.cum sit. extra de foro cõpe. ibi tertius casus.& c & dixi plene in Trac. contractuum vetitorum.in 20.combinatione.

Modo † sic,quemadmodũ exceptio Velleiani fauore mulieris nõ odio creditoris est inducta,ita quoque exceptio nõ numeratæ pecuniæ est inducta , non autem odio creditoris , quia in eo non versatur aliquis dolus, vt dicit Salyc. in d. l. si ex cautione.C.de non num. pec. super glo.2. quæ hoc sentit declarando, vt ibi per Salyc. Nam.in dubio,nisi ex verbis appareat, aliter dispositio præsumitur fauorabilis,licet in consequentiam redundet in odium alterius. vide Bart. & Doct. in l. qui exceptionem. de condi. inde.ff.in tantum,vt aliqui nouissimi ibi,& etiam sentit Bar.in l.2.C.quod met.cau.teneãt, quod exceptio metus est fauorabilis,non odiosa,de quo dic, vt ibi . Ergo iuramentum de non contraueniendo firmauit dispositionem, seu contractum iuris ciuilis, quod iuramentum inducitur ex confessione, ficu firmat contractũ minorum, & mulierum.d. ca. cum contingat.& consequenter nõ erit locus repetitioni , nec etiã petitroni absolutionis. Tamẽ (quia non libenter recedo aB artolo)cogitabam eum sustine
44 re hoc modo. † vt id, quod dicitur,iuramentum firmare cõ tractum fauore contrahentis, est verum, nisi ille contractus habeat tacitam conditionem, quia tunc , licet iuramentum, quo se adstrinxit ad non contraueniendum , sit seruandum etiam ante euentum illius tacitę conditionis, non tamen cõ firmat contractum ante illam tacitam conditionem.Ideo facta solutione, poterit repetere. Nam, vbi quis confitetur recepisse pecuniam mutuo, & promisit reddere,inest tacita cõ
45 ditio , si numerabitur. Et † eadem tacita conditio inest etiã in prædicta renunciatione,vt not.in l.si ex cautione.C.de nõ numera. pecu. & supra dixi. Sed si interueniat iuramentum de non contraueniẽdo,tunc etiam si petatur ante euentum conditionis, hoc est, ante numerationem , debet seruari iuramentum, non tamen ante firmatur dispositio . Sed posset vnus præstantis ingenij arguere,quod immo tali facta renũciatione cum iuramento, de quo supra, non insit aliqua taci
46 ta conditio , quia tunc præsumitur animus donandi , vt supra dixi,& consequenter ista præsumpta donatio prima † firmabitur iuramento, nec erit locus repetitioni eius, quod ex causa donationis solutum est. quia respondeo,quod illud verum est in confessione de dote recepta facta a marito , vt supra , vbi facilius præsumitur donatio,quam inter extraneos. l.si filij. & l.seq.C.de donatio.inter vir.& vxor. cum alijs iuribus supra allegat. & idem dicerem eadem ratione in confessione mutui facta eo modo, quo supra inter coniunctos, inter quos, etiam de facili præsumitur animus donandi.l.Procula.ff. de probat.l. vnum ex familia. §. fi. ff. de legat. 2. Ideo tunc non procederet dictum Bar.sed solum procedit, quando confessio mutui recepti cũ renunciatione, & iuramẽto , de quo supra,est facta inter extraneos.& hic habes optimam limitat. ad l. si quis delegauerit.ff.de nouat. vt quod ibi dicitur, quod renunciare exceptioni sit donare,procedat, dum modo in illa nenunciatione non adsit tacita conditio.Et hęc procedant , quando iurauit non contrauenire . Si vero iurauit contenta in instrumento esse vera , certe tunc non vi-
47 detur , quod possit † petere absolutionem , vel etiam , facta solutione , repetere tanquam non repetijsset, quia allegaret periurium , & turpitudinem suam. Contrarium sentit Imo. in l. nemo potest.ff.de leg.1. Sed attende;quia loquitur,quãdo contractus dicitur simulatus, quo casu dicendum est , vt supra dixi, & dixi in 4. combinat . contractuum vetitorum . Sed in casu præmisso iurando contenta esse vera , præsumemus, quod re vera recepit . Nec audietur volens dicere con
48 trarium , quia † allegaret turpitudinẽ, quæ ratio cessat,quando agitur de simulatione contractus, licet iurauerit contẽta esse vera, non tamẽ sequitur necesse,q̃ sit periurus, quia potuit simulate iurare ex mente deferentis iuramentũ,quę cõsiderantur in auth.iusiurandũ,quod præst. ab his, circa princip.& ibi glo.22.q.5 quacunq; arte. In iuramento enim magis attenditur animus, quam verba.11.q. 3. c. antecessor. & de hoc 22. q.5 c.humanę. §. si ergo. & §. item obijcitur.lo 2. vnde probando contractũ simulatum, præsumitur quoque iuramentum simulatum . Sed quia in dubio non est præsumendum,q̃ voluerint abuti iuramento, oportet petere absolutionem a iuramento , iuxta ea quæ supra scripsi.

ARGVMENTVM.

Titulum de inofficiosis dotibus. C. explicat. de eius qualitatibus, ac obseruatis edisserens.

SVMMARIVM.

1 *Titulum de inofficiosis dotibus, enucleari. & num 2.*

Source : BIU Cujas

3 *Dos lucratiua, & onerosa.*
4 *Personæ in querela inofficiosæ dotis spectandæ. & nume. 5.*

SEXTO videre congruit, quando dos dicatur inofficiosa, ita vt habeat locũ titulus de inofficiosis dotibus. Et hic attende, quia ille titulus a pleriſque male intelligit, & habet aliquid difficultatis. Et debes scire, ꝙ ille † titu. habet duos principales intellectus.

1 Primus est glo. ibi, & Barto. videlicet, ꝙ loquuntur, quando mulier habens prolem omnia bona sua dedit in dotem, pacto apposito, ꝙ ea mortua, maritus eam lucretur, vel etiã sine pacto, quando vigore statuti debet eam lucrari, vel saltẽ dimidiam, aut tertiã, quia si per hoc lucrũ diminueretur legitima filiorum, reuocaretur per querelam dotis inofficiosę, quod non esset, tali pacto cessante, vel statuto, quia tunc filij, ea mortua, succederent in dote, sicut in alijs bonis mulieris. l. si quidem. ff. sol. mat. l. illam. C. de colla. Sed huic intellectui obstat, quia & in casu præmisso videtur prouisum filijs primi matrimonij remedio l. hac edictali. C. de sec. nupt. Sed solue, vt ibi per Bar. Item etiam obstat, quia in casu præmisso non deberet dici dos inofficiosa, quia in ea nulla est inofficiositas, ex quo mortua vxore, eadẽq; matre, debet reuerti ad filios iuribus prę allegatis. Sed potius deberet dici querela inofficiosi pacti, vel donationis. Sed dic, quod solutio apparebit ex infra dicendis.

2 Aliter, & secundo † intelligitur ille titulus ibi per glos. videlicet, ꝙ ibi mulier omnia bona sua non dedit in dotẽ pro seipsa, sed pro filia, vel alia extranea. Et tũc secundum Ioan. Fab. nihil obstat, & iste fuit intellectus Placentini, in quo gl. residet, ac Odof. Bald. & Ioan. Fab. sed Azo in sum. Cyn. Iacob. But. & Barto. dicunt, ꝙ tunc haberet locum titu. de inoffic. dona. quia illud dotare est donare. l. vnica. §, accedit. C. de rei vxo. actio. Sentiunt tamen secus in patre sic donante in dotẽ omnia bona pro filia, quia tunc nõ est donare. Quod patet ex l. fina. C. de dot. promiſ. coniuncta. l. 1. ff. de donat.

3 Quid dicemus? Ego dico pro euidentia, & debes scire † ꝙ filia in dotem prætẽdit causam lucratiuam, maritus vero onerosam. l. 1. §. ff. sol. mat. & ibi glos. & Barto. & videbitis casum ad literam in §. seq. quod tamen limita, vt dixi in l. ex promiſsione. ff. de actio. & oblig. Et est causa onerosa quo ad maritum, etiam si fiat pactum de lucranda dote gl. est in l. si donaturus. ff. de condi. cau. data. Hoc præmisso, dicerem pro concordia, constituendam non esse differentiam inter patrem & matrem dotantes. Quod Azo, & Bar. solum considerarũt personam dantis dotem, qua inspecta, est mera donatio. Placentinus vero & sequaces † considerant personam mariti accipientis, qua inspecta, non est donatio, vt prædixi. Vnde contra eum oportet mouere querelam dotis inofficiosæ. Sed si contra filiam prætendentem causam lucratiuam moueretur lis, tunc cõpeteret querela inofficiosæ donationis, & procederet opi. Azonis, & Bar. & seq. Et ꝙ non debeamus considerare personam dantis quantum ad querelam, sed accipientis potius, patet, quia aliàs in æternum non posset sustineri primus intellectus supra relatus, qui est communiter approbatus, quia respectu dantis ipsius, & pacisscentis de lucranda donatio. vt prædixi, datur querela inofficiosæ dotis. Et colliges

4 † quod non debemus considerare dantem, sed accipientem. Et hæc menti tene ad multa, & maximè etiam ad ea, quæ infra §. proxi. dicam, & nota hanc præclaram doctrinam, & intelligentiam ad illum tit. qui alibi non reperies. Et adde, quæ dicam infra §. prox. vbi deducerem omnia præmissa ad practicam. Sequitur. §. 7.

ARGVMENTVM.

Dos qualis titulus, quo modo, & a quibus reuocanda, fraudis interuentum ex titulo deprehendi.

SVMMARIVM.

1 *Dotem lucro onerique esse.*
2 *Dos quo modo reuocetur, ex persona deprehenditur.*
3 *Alienata reuocanda, fraus in quibus spectanda.*

1 SEPTIMO quæritur, an titulus dotis sit lucratiuus, vel † onerosus? Et, vt supra dixi, quãtum ad maritum dicitur onerosus, sed quo ad filiam dicitur lucratiuus, non tamen eget insinuatione: licet excedat summam legitimam, vt videbis in §. sequẽ. Ex hoc adde perfectum intellectum ad titulum de inofficiosis dotibus. Ideo, pone, patrem dedisse pro filia omnia bona sua in dotem, prout vidi: & reuocetur per alios filios, vel filias, tunc si a marito

2 † fortè, qui lucratur ex pacto, secundum quod supra §. proxi. dixi, tunc reuocabitur per titu. de inoffi. donat. Et dico

3 etiam ex hoc insurgere alium notabilem effectum † quia debes scire, quod quando creditores aduocant bona alienata per debitores in fraudem ipsorum, si sunt alienata titu. lucratiuo, tunc sufficit fraudem debitoris tantum interuenisse. Si vero titulus non est lucratiuus, sed onerosus, tunc oportet, quod tam debitor, quam acceptor participauerint fraudem ad hoc, vt possint reuocari alienata. C. de reuoc. his quæ in frau. credi. l. penul. & l. quod autem. §. hoc edictum. & §. simili modo. ff. eod. titu. Et ideo per præmissa dicerem, quod si creditores experiantur contra maritum, oportebit docere, quod ipse participauerit de fraude, secus, si contra ipsam mulierem quia (quantum ad hoc, & similia) consideramus personam accipientis, & eius, contra quem agitur, non autem dantis, vt dixi supra. §. proxi Et (postquam præmissa cogitaui (reperi casum rotundum de his omnibus in l. fina. §. 1. ff. de his quę in frau. cred. Quæ perpetuo nota.

ARGVMENTVM.

Dotalis constitutionis, contractus, actionis, dotisque immutabilis, viri vxorisque singularia iura enucleata recenset.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegia ob dotem uarie constitui.*
2 *Constitutæ dotis priuilegia, & numero sexto & septimo, 9. 10. 12. 13. & 15.*
3 *Dotem in arbitrium alterius conferre, quatenus speciale. & nu. 4.*
5 *Dos incerta quo iure teneat, & quo modo declaranda. nu. 7.*
8 *Dotalis contractus singularia. & num. 16.*
11 *Dos fideicommisso potior: & a quibus reuocetur.*
14 *Dos non insinuanda.*
18 *Actionem de dote generalem admitti.*
19 *Actionis de dote singularia. & num. 20. 21. 24. 25. 26. 29.*
22 *Dote constituta, donationem propter nuptias constitui necesse ne sit.*
23 *Minore obligato, eius bona obstringi.*
27 *Dotis actio in filium, an in hæredem transeat.*
28 § *Videamus explicari.*
30 *Dotalis iudicij priuilegia. nume. 31. & 32.*
33 *Dotis ipsius singularia. nume. trigesimo quarto & 36. usque ad numero 53. inclus.*
35 *Opinio communis quando singulari potior, & vice uersa.*
54 *Mulieris ob dotem priuilegia & inclusiue ad nume. 69.*
70 *Mariti priuilegia. num. 71. 72. 73. 74 79. 80. 81. 82. 88.*
75 *Dotes adulterio quatenus amittantur, an non, nume. 77.*
76 *Dotis ob adulterium retentio an transmissibilis.*
78 *Adulterium hęredibus uę repetentibus obsit?*
83 *Dotem impensis non mutari.*

1 OCTAVO oportet per singula priuilegia dotis discurrere, & attende; quia omnia priuilegia sigillatim † singula singulis attribuendo enumerabo causa facilioris intelligentię (licet aliqua ex eis veniant in consequentiam aliorum.) Et reperio aliqua priuilegia data esse ratione doris contractui, seu constitutioni ipsius dotis, aliqua petitioni, aliqua actioni, aliqua foro, aliqua instantiæ, aliqua ipsi doti, hoc est. rei dotali, aliqua soli mulieri, non hæredibus, aliqua vero marito.

Contractus igitur, seu constitutio dotis multipliciter est priuilegiata.

2 Primo, † quia multi sunt, qui astringuntur a iure mulieres dotare, de quibus dic, vt dixi supra in. §. 2.

Item & secundo, quia constituitur dos nudo pacto efficaciter. l. ad exactionem C. de dot. promiſ.

Item & tertio, quia hodie fingitur semper stipulatio interuenisse. l. vnica. circa prin. C. de rei vxo. actio.

Quarto, quia eius constitutio potest poni in arbitriũ par

3 tris. Et † intelligitur de arbitrio boni viri. l. 3. C. de dot. promiſ. Sed potest dici in hoc non esse speciale in dote per l. hæc venditio. ff. de contrah. empt. & per no. per Barto. in l. si quis arbitratu. ff. de verbo. oblig licet Azo in titu. de dot. promiſ.

Source : BIU Cujas

ponat pro ſpeciali in dote, & etiam Bald. in d.l.3. vel dic, ꝙ
4 ſpecialitas † eſt in hoc, quia nedum in arbitrium, ſed etiam in voluntatē alterius partis, puta, patris poteſt poni ſecundū Cyn. in l.2.C. de do. promiſ. & ſequuntur Ange.& Imo.in l. 1.ff.ſolu.matri.

Quinto poteſt conſtitui dos incerta, licet alias pomiſſio incerta non teneat l. cum poſt.§.gener.ff.de iu.dot.

Attende tamen, quia dico, ꝙ ex æquitate canonica ille tex
5 procederet † in quacūque promiſſiōe incerta,& veniret cer tificandum officio iudicis, ita ſingulariter Archi.in canone, ſunt multi.1.q. 1. De quo dicto facit magnum feſtum Butr. c. ex parte. extra de cenſibus. & ſequitur ibi Pau. quamuis Goffr.ibi ſentiat contrarium. Sed ego concordaui opiniones in l.triticum.ff.de verb.oblig.Dic.vt ibi dixi.

6 Sexto, eſt priuilegiata dotis † conſtitutio in tacito pacto præſumpto, quia ſi in inſtrumento dotali plura tibi tradita ſcripſeris, quam ſuſcepiſti, præſumitur eſſe conuentum de his, quæ deſunt petendis. Et ex confeſſione liberationis orit tacitum pactū de agēdo, quod eſt ſpeciale in dote. caſus eſt, & ibi Barto.in l. ſi voluntas.C. de do.promiſ. qui non eſt alibi ſecundum Bart.

7 Septimo, † dos intelligitur conſtituta per patrem de bonis proprijs, licet filia habeat proprium, vt latius dixi ſupra in §. 2.verſicu.& quia ſupra dixi, & hoc eſt ſpeciale in dote, vt patet ex l. fin.ff.de pe.hær.vbi caſus valde notab.

Octauo habet ipſe contractus dotis, ſeu ſtipulatio facta
8 † priuilegium, quia habet naturam bonæ fidei contractus.§. fuerat. inſtitu. de actio. & per Barto.in l. 1. ff. ſolu. matrim.

Nono, habet priuilegium dotis conſtitutio, vt etiam ſi cō ſtituatur per extraneum, niſi ſibi expreſſe paciſcatur dotem reſtitui, videtur donare, & mulier cenſetur ſtipulata. Et intelligitur extraneus, qui mulierem, quæ dotatur, non habet in poteſtate. Pater vero, ſeu parens habens mulierem in poteſtate, nō videtur donare, & id eo actio communis eſt patri, & filiæ, quæ conſolidatur in filio per patris obitum, etiam ſi pater eſſet litem conteſtatus, in filiam tranſit inſtantia. Iſta omnia habentur in l.vnica §. accedit.cum ſeq. C. de rei vxo. actio.& dicit ibi Bal.quod caſus illius §. cum ſeq. eſt valde notabilis,& menti tenendus.

9 Decimo, † quia pro dote conſtituenda poſſunt alienari res minorum cum debita ſolennitate.l.res.quæ tutores.C. de admi.tut.Quod alias non licet.l.ob æs.C.de præd.mi. niſi immi nente ære alieno, vt ibi.

10 Vndecimo, quia pro dote † reſtituenda poſſunt, quæ ſubia cent reſtitutioni irreuocabiliter alienari.authenti.res quæ.C.
11 commun.de leg.Et hoc a perſona grauata, tam pro ſe, † hoc eſt, pro eius dote, vel etiam pro dote recepta reſtituenda ſecundum glo.Bar. & Doct.ibi, quā pro eius filiabus, quas vult dotare.& hoc vbi grauatus eſt filius defuncti, qui pater eſt, & eius officium eſt filiam dotare. Idem ſi filia defuncti eſſet grauata fideicommiſſo; quia ex illo poſſet dotare filiam ſuam, ſi eius maritus eſſet pauper, alias ſecus ſecūdum Bar.in l.a filio. ff.ad Treb.& in d.auth.res quæ. quia etiam tunc mater tenetur dotare, vt dixi in §.2.Idem dicit Bar.in fratre grauato, quā do tenetur dotare ſororem, quod quando ſit dicam in d.§.2. Saly.dubitat, quia hæc ſoror percipit legitimam a patre teſtatore iure inſtitutionis, alias teſtamentum non valeret, quia pater voluit fideicommiſſarium præferri illi ſorori, eidemque filiæ, ſed non filio hæredi inſtituto, nec eius liberis.l.cum acutiſſimi.C.de fideicommi.vos remitto ad auth.res quæ.ſupra allegatam.

12 Duodecimo, quia pro conſtituenda dote † poteſt diminui illa quarta, quę reſeruari debet fideicommiſſario per grauatū de reſtituendo, ſi ſine liberis deceſſerit, quicquid ex hæreditate ſupererit.

13 Decimo tertio, † ipſa conſtitutio eſt priuilegiata, vt ſi incæperit a traditione, non debeatur euictio. caſus eſt ſingularis, & quem ibi multum commendat Bar. in l.1. C. de iu.dot. dicens, quod ſi ille textus eſſet glo.millies ſignaretur. Et ego reputo ſingularem. Et quia titulus dotis non eſt ex parte mariti lucratiuus, vt dixi in §.præced. Item & eſt vltro citroque obligatorius, iudicio meo, per authen. dos data. C.de donat.ante nup. licet contrarium ſenſerit Bal in d.l.1. & ſic in terminis.l. Ariſto. in fi.ff.de donationibus.

14 Decimo quarto, † eſt priuilegiata, vt licet conſtituatur dos per quemcunque, qui non teneatur, & reſpectu mulieris eſt lucratiuus titulus, ſeu donatio, non eget tamen inſinuatione, licet excedat ſummam legitimam. l. cum quidam, & ibi glo.Cyn.& Bart.C.de iure dotium. ſecus tamen in donatione propter nuptias, in cad.l.§. ſimilique modo.

15 Decimoquinto, quia per ſolam cōfeſſionem ruſtici † accipientis nobilē in vxorem cōſtituitur dos ex præſumpto animo remunerandi, vnde ſignanter Barto.in l.1.& fi.C.de dot promiſ. & ſpecialitas patet per l.primā, & fi. C. de dote cauta. Nec dicas. non eſt ſpeciale in dote, quia idem in donatione, licet alias ſit reprobata inter virum & vxorem, vt notat Barto. in l.ſi diuortio.ff.de verbo. oblig. quia fateor, vbi de animo donandi conſtaret. Sed, quod confeſſio præſumatur facta animo donandi, ſeu remunerandi potius, quam ſub ſpe numerationis, puto eſſe ſpeciale in dote, mixta ratione affectionis per d. l. 1. & fin. Intellige tamen, quando eſt magna inæqualitas iuxta ea, quæ dixi in §.5.ſ.eo.verſi.circa tertium.

16 Decimoſexto, eſt priuilegiatus † ipſe conttractus dotis, vt ex inutili ſtipulatione agatur.l.vnica.§.1.C.de rei vxo. actio. Et ratio ponitur ibi.

17 Decimoſeptimo, vt poſſit conſtitui dos † pro muliere incerta.l.a Titio.ff.de verbo. oblig. & ita dicit Ange. in l. 1. ff. ſol.mat. Sed iudicio meo, ratio illius textus non fundatur ſuper aliqua ſpecialitate, ſed ſuper iure communi.

Decimooctauo, quia licet in dubio interpretemur contra loquentem, & in ambiguo.l.veteribus.cum ibi notatis.ff. de pact. Tamen in fauorem dotis interpretamur pro loquente. vide textum cum gloſ. in l. nuptura.ff. de iu. dot. licet tamen glo. ibi dicat eſſe ſpeciale in dote, poſſet dici, ꝙ nulla ſit ſpecialitas, quia ibi ſenſus, qui faciebat pro loquente, erat veriſimilior, vt de ſe patet. & ſuper hac ratione etiam videtur ſe fundare ille textus in fi. ibi veriſimile eſt. ergo nulla eſt ſpecialitas, per notata per gl. & Doc. in d.l. veteribus, & ſic ſum expeditus de priuilegijs datis contractui, ſeu conſtitutioni dotis.

Sunt & alia priuilegia data petitioni. Et vnicum reperio
18 † eſſe datum petitioni ſecundum aliquos, quia admittitur petitio generalis, vel vniuerſalis, ſicut in petitione hæreditatis, & ſimilibus, ſecundum Barto. & Imo.in Rub.ſol. mat.& dixi ſupra in §.1.

Sed attende, quia dico tenendo opin.Barto.in d. Rub. videlicet, ꝙ dos ſit quoddam vniuerſale, per ea quæ habentur in l.1.ff.de edendo. niſi, ꝙ ſpeciali fauore dotis introductum ſit, quod ſit quid vniuerſale, & tūc in conſequentia huius ſequeretur id, quod prædixi.

Actioni vero de dote, primo datur priuilegium tacitæ hy
19 pothecæ † in bonis mariti pro reſtitutione dotis,& etiam ex parte mulieris pro ipſa dote præſtāda.l.vnica.§.& vt plenius. C de rei vxo.actio.§.fuerat. in fi. inſtitu. de actio. Illa tamen hypotheca, quam habet maritus, eſt priuilegiata, vt præferatur cæteris, ſicut illa, quam habet vxor.l.aſſiduis.C qui por. in pig.ha. ita glo. & Barto. in d.§. & vt plenius. ſupra alleg. ſeptimo eſt priuilegiata actio; quia non poteſt elidi per exceptionem Velleiani, quia mulier intercedendo pro dote nō iuuatur Velleiano. l.ſi dotale. & l. generaliter. C ad Velleanum. niſi dicas, ꝙ potius illud priuilegium ſit datum mulieri, quam actioni per rationem illius legis generaliter.ibi, nec enim ferendum eſt &c.cogita.

20 Tertio † eſt priuilegiata actio de dote, vt detur, vbi alias datur actio de dolo, vt habes caſum cum ſua glo. in l.ſi cum dotem.§.ſi mulier. & ibi Barto.& Doct.ff.ſol.mat.

21 Quarto, quia ipſa actio perſonalis habet † priuilegium hypothecæ, licet ille, qui recipit dotem, ſit talis, qui non poſſit ita ſimpliciter bona ſua obligare, puta minor. Iſtud priuilegium ponit Saly ce.poſt Bald. in Rub.C.de priuile.dot. Ra-
22 tio † ſecundum eum, quia obligatio eſt neceſſaria, & inſeparabilis, & lex obligat etiam abſque ipſius conſenſu. & idē firmat Bald.in l.fin.& ibi glo.C. de legi. tuto. dicens hanc eſſe communem ſententiam, & bene, quia idem tenent Odofred.Pet.& Guliel.de Cuneo in l.item quia.ff.de pactis.& ibi dem Ange.& Bald. idem firmarunt, iidem Bald & Ange.in l. ſi conſtante.in princip.ff.ſol. mat. Idem Ioan. Andreas in addit.ad Specu. titu.de donatio. inter virum & vxorem.§.fina. verſicu. quid ſi mulier. tamen Bald. in d.l. item quia.& ibidē Fulg. & etiam Imo. in d.l.ſi conſtante.tenet. Mouetur Bart. quia eo ipſo ꝙ eſt data dos ipſo iure abſque aliquo facto, videtur conſtitui donatio propter nuptias, vt notat in authē. dos data.C.de donatio.ante nup.vbi glo. Cyn.& Iac. de Rauenna. Et tamen minor talem donationem non poteſt conſtituere ſine decreto l.prædia.C.de prædijs minorum.& l.lex quæ tutores.de admini.tut.

Itē videmus, ꝙ celebrato cōtractu dotis, bona ſunt hinc. inde hypothecata, & tamē bona mulieris non ſunt hypothecata ſine decreto. l. Titia.ff.de iu.dot. & nota. in l. 1. C. ſi aduerſus do.

23 Item, dicit Imo. non ſequitur, † minor poteſt obligari obligatione perſonali ad dotem. ergo & tacite obligabit bona ſua, quia certum eſt, ꝙ minor non habens curatorem, poteſt ſe obligare ad quantitatem, & tamen non poteſt pro illa

quantitate

quantitate obligare bona ſua l.1.& 2.ff.de reb.eorum, coniuncta l.fin.C.de reb.alien. non alien.Sicut ergo non poſſet expreſſe,ſic nec debet & tacite,argum.l cum quid.ff.ſi certū petatur.Ego in puncto iuris credo opinionem Barto.eſſe veram,quia attenta communi ſententia concurrerent duo ſpecialia ex eodem fonte æquitatis,hoc eſt,fauore dotis, quod eſt impoſſibile.l.1.& ibi gl.& Doc.C.de do.promi.& late per Barto.in l.ſi is, qui pro emptore.ff.de vſucap.

Primum ſpeciale, quia fauore dotis bona eſſent tacite hypothecata.

Secundum, quia eodem fauore obligarentur bona minoris ſine debita ſolennitate.Nec dicas, vnum venit in conſequentiam alterius;quo caſu tolerantur concurſus duorum ſpecialium, iuxta plene tradita per Barto. in d.l. ſi is qui pro 31
† quoquo modo (ſicut eſt dos) debet examinari ſummarie, emptore. quia negatur, quia non ſequitur, poteſt minor ſe obligare ad dotem, ergo bona tacite obligabit. Nam iſta nō eſt neceſſaria conſequentia, vt patet ex ſupra dictis. Et etiam ex argumentis Bart. & licet aliqui ſatagant reſpondere argumentis Barto. eorum tamen reſponſio non ſatisfacit prædictæ meæ argumētationi.Et bene nota, quia Bart.loquitur in proprijs terminis,quia non vult, ꝙ propter fauorē dotis duo ſpecialia poſſint ſimul concurrere.

Quinto datur actioni priuilegium, quia fructus percepti
24 eadem actione petuntur, † quia augent dotem. l. ſi marito. §.fina.ff.ſolu. matrim.& dixi ſupra in §. 1. vbi alias peteretur officio Iudicis, iuxta nota.l.& ex diuerſo. ff. de rei vend. Sed iſtud dependet ab eo, quod dixi ſupra circa priuilegium, ꝙ 32
datur petitioni.

Sexto,quia pater dans dotem pro filia non poteſt ſimplici pacto incontinenti appoſito eam ſibi appropriare.l. auia. C. de iu.do. licet ſecus in extraneo. Et in hoc eſt priuilegiata actio quantum ad patrem. nec eſt ius commune,vt patet ex his, quæ dixi ſ. §.2.quæro,quo iure.& l.1.C.de pac. cōuētis.
25 Septimo, quia † actio ex ſtipulatu pro dote datur etiā ad incertum.l.vni.§.j.& ibi glo.l.Cy.& Bal.C.de rei vx.act.Et ſpecialitas patet ex his,quæ habentur inſt.de ver.obl.in prin.

Octauo, quia actio ex ſtipulattone, quę ex contractu non tranſit ad hæredes etiam lite conteſtata,ſed per mortem pa-
26 tris † appropriatur ipſi filiæ. l.vnic. §. videamus. C. de rei vx. act. & §.hoc. vbi gl. dicit ſpeciale. Sed tunc inſurgit elegans dubitatio. Pone, pater ſtipulatus eſt pro ſe,& hæredibus,demū deceſſit,& poſt ſolutum matrimoniū filia petit executio
27 nē inſtrumenti † dotalis.Opponitur ſibi, quod ipſa non eſt in inſtrumento nominata,nec venit vt hæres,ſed vt filia.ipſa reſpondet,quod ſuceſſit in ſtipulatione paterna,per d.§. videamus. in ſui generalitate.

Item poſito, quod loquatur de ſtipulatione ficta, idem de 33
buimus dicere in vera.Et idem operatur tacitum, vt expreſſum.l.cum quid.cum ibi notatis.ff.ſi cer. peta. vnde reperio, quod gl. ibidem eleganter dicit,quod etiam tunc appropriabitur filiæ.Sed lac.Bal.Roſr. Odofre.Dy.Cin.& quidam alij, quos ipſe Cyn refert, tenēt cōtrarium,ac etiam Bar.in l.poſt 34
dotem.ff.ſol.mat. cum quodam temperamento.Bal.in dicto §. videamus . valde dubitat Ego intrepide acquieſco com-
28 muni ſententiæ, quia §. videamus. cum ſimilibus,† loquitur de actione ex ſtipulatu tacita,quæ eſt cōmunis,patri & filię, ideo facilius poteſt appropiari filiæ,per ea,quæ dixi poſt Bar 35
to. in l.ſerui electione.§.Labeo.ff.de leg.1.

Sed in caſu præmiſſo,ex quo pater ſibi,& hæredibus ſtipulatus eſt,ceſſat prædicta communio. Ad quod etiā videBal. in d. §. videamus. Prouiſio enim hominis facit ceſſare prouiſionem legis. l. ſi cum dotem. & l. quoties. ff. ſolu. matrimon.

Item facta eſt prouiſio aliter, quam ineſſet.vnde ſuccedāt no. in l. hæc verba.de leg.1.tene menti, quia iſtud eſt quotidianum,per l.legaui.ff.de libera. legata.ff.

29 Nono datur † priuilegium actioni de dote, quia ſi eſt profectitia, eſt communis patri, & filiæ.l.2.§.ꝙ ſi in patris. ff. ſolu.matrimo. Specialitas inſurgit ex ratione glo. ibi ex parte patris, & ex ratione Bar.ex parte filiæ Ratione autem fori datur priuilegium dotibus, vt poſſint peti coram Iudice eccleſiaſtico,quod qualiter procedat,videbimus in §.17.infra hoc ipſo Tractatu.

Secundo, quia mulier ſequitur forum iuri, licet alibi contractus celebratus ſit.l.exigere dotem.ff. de iu. quod non eſſet in extraneo, qui ſtipulatus eſſet dotem ſibi reddi, quia ipſe non transfertur in forum viri, ſicut vxor, de quo latius in d.§. videamus. dicam.

30 Inſtantiæ † autem, ſeu cauſæ iudicij datur priuilegium ratione dotis quo ad dilationes,vt Iudex poſſit breuiores dare, quam conſueuerit, ar. l.2.ff.de re iudic.vt cito expediatur ſecundum Raymundum, Bartol. Imo. & Doct. in l.1.ff.ſolu.matrimo. Ad quod etiam facit ſecundum Imo.Quia cauſa alimentorum poteſt tractari in die feriata ob neceſſitates hominum, ita Specu. in titu.de ferijs.§.ſequitur.in 1. colum. per l.2.ff.de ferijs. Ego fortifico, quia cauſa dotis, & alimentorum æquiparantur, ita Barto. in l. fina.ff.de his, quib.vt indig. Si ergo iſta eſt in alimentis, ergo idem eſt in dote. Attende tamen, quia ſecundum Barto. & Angel. requiritur in cauſa dotis libellus, & litis conteſtatio. l. ſi cum dotem.§.eo autem tempore.ff.ſolu. matrimo. item plena probatio.l.doce.C.de rei vend.

Item inſtantia triennij iuxta formam l. properandum. in princ.C.de iudicijs. Sed contra hæc omnia facit Cle. diſpendioſam. vbi patet, quod cauſa matrimonij, & eam tangens

Quoquo modo (ſicut eſt dos) debet examinari ſummarie, ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij. Ergo nō exigitur libellus ſaltem ſolennis, nec litis conteſtatio &c. de quibus ſupra per Clem.ſæpe,de verb. ſign. Solue ſecundū Ang. illa Cle diſpendioſam. procedit, qñ Iudex principaliter fuiſſet aditus ſuper matrimonio, & incidenter ſuper dote,ꝙa principaliter nō poſſet ſuper dote Iudex eccleſiaſticus adiri. Quod an ſit verū, dicam plene in §. 17. Et aduerte, quia dominus Card. Floren. in d. Clem. diſpendioſam. tenuit,quod etiam ſi cauſa dotis principaliter intentetur, debeat procedi ſummarie, ſimpliciter &c. ſecundum formam d. Clem. ſæpe.& ꝓbatur in Cle.diſpendioſam. ibi, aut eas quoquo modo tangentibus. & idem determinat ibi gloſ.in ſimili & ſponſalibus, quia † cauſa ſponſaliorum, licet ſeparata ſit a cauſa matrimonij,tamen debet tractari ſummarie, & de plano &c. ergo idem dicendum in cauſa dotis ſiue agitetur in foro eccleſiaſtico,ſiue ciuili.Licet Imo.in hoc videat conſtituere diſcrimen in d.l. 1. Adduco etiam pro hac parte rationē, quia cauſa dotis eſt cauſa pia.l.cum is.§.mulier. & ibi. Ange. ff. de condi. inde. de quo latius infra dicam.Sed vbicunque pietas gerit, tunc diebus feriatis poteſt negotium exerceri, & expediri, vt tradit Specu. in d.titu. de ferijs. §. ſequitur. ibi poteſt autē.& ibi, quid ſi vxor. & Ang. in d.l.1.qui per hoc concludit. & Imo. poſt eum, dotis cauſam poſſe tempore feriarum tractari. Sed attende, quia in contrarium videtur rex. in l. 3. C.de dot.promiſ. ibi, morem iudiciorum exiges ergo requirit ordinem iudiciorum. Cogita.Vel dic,vt dicam in §.9. verſicu.ſed quid &c.

Ipſi autem doti dantur etiam plura priuilegia.

Primo,vt fundus dotalis nō poſſit alienari.l.1.ff.de fun.do. & l.1.C.eodem. & etiam in vltima voluntate.l.dotalem ff.de teſt.milit.An autem tunc debeatur æſtimatio, tangunt ibi gloſ. & Doct.

Secundo, † quia in ambiguis fit interpretatio pro dote. l. in ambiguis ff.de reg. iur. & l. in ambiguis.ff. de iure dot.per quæ iura dicit Imo.in l.1.ff. ſolu. matrimon.ꝙ vbicunque in materia dotis ſunt opi.in dubio eſt amplectenda opinio,quę fauet doti, niſi forte illa eſſet communiter reprobata,argū. l. quod fauore.ff.de legibus. Sed ergo fortius dico,ꝙ † etiam ſi opinio, quæ fauet doti, non eſſet communiter reprobata, tamen illa eſt amplectenda, quia vbicunque ſingularis opinio eſt humanior, vel rationabilior,& æquior, tunc præfert communi. ita Hoſt. & Pan. in cap.ſi vir. vbi etiam text. probat extra de cog. ſpirituali. Ideo dicunt,† ꝙ vbi agitur de matrimonio ſuſtinendo,ſingularis opin. præfertur communi tē denti ad diſſolutionem matrimonij,vbi communis opin.haberet quaſi textum, quod eſt ſing. notandum ſecundū Pau. vbi ſupra. Nam paucorum opin in caſu dubitabili præfertur opinioni multorum,vt eſt ibi caſus,& etiā ſequitur ibi Butr. dicens poſt Hoſtien.ꝙ vbi magiſtri per ſuas glo. ſoluunt matrimonium,nec ius expreſſum inducunt,ſi reperias aliquem, qui ſcripſerit contrarium,huic adhæreas,quod eſt bene mēti tenendum propter eos,qui trahūt leges per capillos ad ſuarum opinionum corroborationem. Et adde vnum textum ſingulariſſimum in l. j. §. ſed neque. C. de veteri iure enucl. vbi dicitur,ꝙ vnius etiam deterioris opi. poteſt plures,& meliores in aliqua parte ſuperare. Nec ex multitutdine Authorum eſt iudicandum, vt ibi in textu, & ſoleo allegare caſum ibi pro eo,quod dicunt Can.in c.j.extra de conſtitu.

36 Tertio habet priuilegium dos, † quia reuertitur ad patrē ſiue per pactum, ſiue iure poteſtatis cum ſua cauſa, hoc eſt, vt filia denuo nubente, non poſſit diminui, niſi patris ſubſtantia caſualiter decreuerit. auth. ſed quamuis.C. de rei vx. actio.Et attende, quia dico, ꝙ iſtud etiam erat de iure antiquo,vt habes caſum notabilē in l.ſi ſocius.ff. pro ſocio. Qui tex.plus vult,ꝙ etiam ſi ad patrem reuertatur vna cum ſocio bonorum,idem fit,vt diminui non poſſit, vel dic de hoc, vt per Bar.in l.poſt dotem.ff.ſol. mat. quemadmodum dos &-

Quarto, habet priuilegium, vt non poſſit repeti per con-

dictionem

Source : BIU Cujas

37 dictionem † indebiti, licet ex errore fuit indebitum solutum, casus est notabilis, & singularis in l. cum is. §. si ea opinione. ff. de condi. indebi. Est & ibi casus, ꝙ indebitum omni iure solutum per errorem nō repetitur. Quod intellige. quādo mulier pro filia, frater pro sorore, consanguineus pro cōsanguinea, aut nutritor pro alumna, credētes se teneri ad dotandum, soluerunt. Et idem credo in quacunque alia persona, quæ crederet se pro dote obligatam, quia tunc, sublata falsa causa, remanet causa pietatis, vt ibi dicit Iurisconsul. Secus si credebam me teneri mulieri ex causa mutui, & non tenebar, & solui animo liberandi a mutuo, certe repetam, vt l. si donaturus. & l. qui se debere. ff. de condi. cau. data. quod non ne ille tex. decipiat te.

Quinto est priuilegiata dos, quia hæc dicitur pia causa,
38 †vt patet ex præmissis. Nam casus est, & ibi Ang. in d. §. si ea opinione. & idem firmauit Imo. in l. 1. ff. sol. matr. Dicens ob hoc, ꝙ coram Iudice eccle. potest peti etiam principaliter secundū Inn. Host. & Io. And. in c. de prudentia, de don. inter vi. & vx. Sed hoc latius expedire instituo infra eo. §. 17. Et ꝙ nō sit pia causa. probo, quia æquiparatur causæ alimētorū, secundum Bar. in l. fi. de his, quib. vt indig. Sed causa alimentorum non est pia. Et ideo de legato alimentorum detrahitur Falcidia, casus est in l. diui Seueri. ff. ad l. Fal. Quod non esset si esset legatū piū. auth. similiter. C. ad l. Fal. Sol. Potes dicere, ꝙ non semper a pari procedunt dotis causa, & alimentorū, vt dixi in §. 2. vers. sed quæro, an si filia.

39 Sexto, dos habet † priuilegium, vt in ea nec maritus, nec vxor, durante matrimonio, habeat proprie & absolute dominium, sed mixtim, & qualificatiue, vt dicam infra in ver. marito. & latius infra, in §. 13.

Septimo, quia de dote, seu relicto pro dote non post detrahi Falcidia. l. sed vsusfructus §. fi. ff. ad l. Fal.

Octauo, quia ex delicto mulieris damnatæ ad mortem nō publicatur dos constante matrimonio, nisi in quinque casib. de quibus in l. quinque legibus. & ibi glo. ff. de bo. dam. Extra quos casus maritus lucratur dotem, quasi matr monium sit solutum culpa mulieris delinquentis. Si vero non damnat ad mortem, tunc absque dubio non publicatur dos, quia matrimonium durat. §. quod autem. in Auth. de nuptijs. Nec ēt in illis quicūque casib. si maritus pacto de dote lucranda, vel ex statuto debeat lucrari, vt per gl. & Bar. in d. l. quinque legib. vel melius, tunc agit contra fiscum. l. & omnes. eo. ti. vbi gl. & etiam Bar. vbi supra. Si vero mulier damnatur sol. mat. tunc dos indistincte publicatur secundum Iac. de Are. & Bartol. & ita intelligunt l. si constante. §. fi. ff. sol. mat.

Attende tamē, quia dico istud procedere de iure antiquo, quia hodie bona damnatorum reseruantur descendentibus, vel ascendentibus vsque ad tertium gradum, auth. bona damnatorum. C. de bonis proscriptorum. De quo dic, vt ibi. Et plene hæc materia habetur per Ang. Are. in Tractatu malefi ciorum. super verbo, & eius bona publicamus.

Nono, priuilegiatur dos, quia fructus interim percepti eā augent. l. si marito. §. fi. ff. sol. matr. Sed istud dependet ab eo, quod dixi circa priuilegium datum petitioni.

40 Decimo, † est dos priuilegiata in casu notabili l. pen. ff. qui po. in pig. hab. Et declara, vt per Cy. in l. si tibi. C. illo, & eo. ti. vbi dicit, ꝙ & si dos non sit numerata, sed tunc promissa, & cōuentum de hypotheca, nihilominus præfertur creditori facta post dictam promissionem, licet ipse prius numerauit, quod est in dote speciale secundum Cy. quia alias secus, l. potior. ff. qui po. in pig. hab. l. diuersis. C. eodem, & l. Titius. quæ res pig. obl. poss.

41 Vndecimo, † quia licet pater sibi appropriauerit actionē de dote, secundum, quod potest l. quoties. ff. sol. mat. Tamen si tempore restitutionis fiendę esset non soluendo, non tenetur quis sibi restituere, ne dos dissipetur. ita Cy. & Bexu. in l. 2. §. ꝙ si in patris. sol. mat. per rationem, quæ ibi assignatur, tenet menti ad limitationem d. l. quoties. Plus sentiunt, quod nec possit eam sibi appropriare, si tempore pacti nō erat soluendo. Ista tamen non sunt penes me sine dubio. Licet præceptor meus do. Iac. de Puteo transeat cum eis.

42 Duodecimo, † quia dos data donationem propter nuptias meretur, auth. dos data. C. de do. ante nup. & ipso iure constituitur, statim dote constituta, secundum opi. Martini Syl. de qua in gl. & eam sequitur d. Iac. de Raue. & transit Io. Fab. & eam etiam approbant Cy. & Bal. ibi, licet glo. aliter dicat.

43 Decimotertio, † quia promissor dotis per cursum biennij constituit in mora, vt teneat ad fructus, & vsuras expressas, l. fi. §. ꝑterea sancimus. C. de iu. dot. & declara, vt ibi per Bart.

44 Decimo quarto, † quia pro augenda dote toleratur liberalitas inter vir. & vxo. alias est reprobata. l. si constante. C. de dona. ante nup. & dicam infra §. 19.

45 Decimo quinto, † vt res ipsa ex pecunia dotali solo consēsu efficiatur dotalis. l. res quæ dotali. ff. de iu. dotium. Quod speciale in dote secundum Aug. vt dixi supra in §. 1. licet Bar. aliter dicat. Dic, vt ibi dixi.

46 Decimosexto, † vt pater mariti teneatur se, & sua obligare pro restitutione dotis. l. qui liberos. ff. de ritu nup. l. fi. C. de do. promis. Quod qualiter procedat, dic vt per Bar. & Doc. in l. si cum dotem. §. transgrediamur. ff. sol. mat.

47 Decimoseptimo, † quia pater mariti simpliciter consentiēdo filio recipiēti dotē obligat ipse, & eius bona, ſm Bart. in d. §. transgrediamur. de quo dic, vt ibi, quia venit in consequētiā præcedētis priuilegij, vt patet ex his quę ibi dicit Barto.

48 Decimooctauo, secundum aliquos, † est priuilegiata dos, quia fideiubens pro constituente dotem secundum formā l. creditor. §. 1. ff. mandati. si soluat, non repetit, vt est ibi casus singularis. sed iudicio meo, ratio fundatur super iure communi, non super specialitate dotis.

Decimonono, quia Prætor, absente patre, de bonis patris potest dotare. l. profectitia. in fi. ff. de iu. dot.

49 Vigesimo, † quia pro dote constituenda potest pater incarcerari, dixi supra in §. 2.

50 Vigesimoprimo, † quia in traditione dotis, quæ fit necessitate præambulę promissionis cogitur maritus vltra aliquid promittere, quam conuentum sit in ipsa promissione contra id, quod habetur per glo. in l. in traditionib. ff. de pactis. casus est in l. 2. in princip. secundum vnum intellectum glo. & Barto. & Doct. ff. sol. mat. & ibi dixi.

51 Vigesimo secundo, † quia hodie ipso iure sine traditione dominium rei dotalis retro transfertur, soluto matrimonio in vxorem. l. in rebus. C. de iu. dot.

Vigesimotertio, quia pro dote recepta restituenda possūt res subiectæ restitutioni alienari. authenti. res quæ. & ibi glos. Barto. & Doct. C. comm. de leg. & idem vidistis pro dote ꝓstituēda supra circa priuilegia data cōstitutioni dotis.

52 Vigesimoquarto, † quia fauore dotis non admittitur compensatio. gl. & Bal. in l. diuortio. §. ob donationes. ff. solu. mat. Ego ibi tenui contrarium per illum tex. & est gl. Bar. & Doc. communiter in l. rei iudicatæ. §. 1. eo. tit.

53 Vigesimoquinto, † est dos priuilegiata in casu notabili. l. j. ff. qui po. in pig. hab. & declaratur per Cyn in l. cum tibi. C. qui po. in pig. hab. vbi dicit, quod & si dos non sit numerata, sed tantum promissa, & conuentum de hypotheca, nihilominus præfertur creditori post dictam promissionem factā, licet ipse prius numerauerit, quod est speciale in dote secundum Cyn. quia alias secus. l. potior. ff. qui po. in pig. hab. l. diuersis. C. ed. l. Titius. ff. quæ res pign. oblig. pos.

54 Mulieri † autem non datur priuilegium ratione dotis.

Primo, vt in actione personali de dote præferatur alijs. l. 1. C. de priui. dot. Et istud priuilegium datur, etiam si matrimonium non fuerit verum, sed putatiuum. l. 2. in fi. cum seq. ff. de priuil. cre. Et quod detur mulieri, est casus in l. dabimus. eodem titu. Ideo non transit ad hæredes secundum Bart. & Docto. l. 1. ff. sol. mat.

55 Secundo, mulieri † datur priuilegium, vt in illa tacita hypotheca præferatur creditoribus anterioribus habentibus etiam tacitam hypothecam, de quo dic, vt l. assiduis. C. qui pot. in pign. hab.

Vtrum autem istud priuilegium habeat dos confessata, dixi in §. 5. ver. videamus nunc.

56 Tertio, † datur etiam mulieri priuilegium, vt solu. matr. in vendicatione rei dotalis etiam æstimatæ omnibus creditoribus præferatur, siue agat rei vendicatione, siue hypothecaria, quæ diuersis respectibus consideratis, in eadem re possunt concurrere. l. in rebus. & ibi Bar. & Bal. C. de iu. do. & ꝙ in fauore dotis in rebus æstimatis, patet ex l. quoties. eodem titu. secundum Bart.

Quarto, datur priuilegium mulieri, vt marito vergente
57 † ad inopiam, possit agere constante matrimonio secundū formam l. vbi adhuc. C. de iu. do. & vide ibi Bald. Nam de rigore, constante matrimonio, actio personalis nō competit, & consequēter nec hypothecaria, quæ est accessoria, de quo plenè per Bar. in repet. l. si constante. ff sol. mat.

58 Item, † & quinto, datur priuilegium mulieri, vt pro dote (licet sit filiafamilias) habeat legitimam personam standi in iudicio. authen. quod locum. C. de colla. quod intellige, vt ibi habetur.

59 Item & sexto, † datur priuilegium mulieri, vt licet dos sit profectitia, tamē acquiritur ipsi filiæ quo ad possessionē, & dominiū. l. Pomponius Phyladelphus. ff. fami. erci. Quod non est in alijs profectitijs. l cum oportet. in prin. C. de bon. quæ lib. & ita vult Salyce. in rub. C. de priuileg. dotis.

Item & septimo, vt etiam dos aduentitia tempore Digestorum

Source : BIU Cujas

ſtorum et acquiratur, vt not. in l. 2. §. quod ſi in patris. ff. ſol. mat. vbi glo. Specialitas patet p l. placet. ff. de acquir. hæred.

60 Item † & octauo, quia datur ſibi actio ad reſtaurandum ſeruitutem amiſſam facto mariti, qui non eſt ſoluendo, licet nõ doloſe, nec facto culpabili amiſerit. l. ſi maritus. ff. de fun. dot. & ſic plus eſt, quam caſu. l. fin. circa princip. ff. de eo, per quem factum erit.

61 Nono, † vt pactum patris non noceat filiæ in actione de dote. l. 2. de pact. conuen. C. & ibi Bart. & Bal. qui dicunt hoc eſſe notabile.

62 Decimo, † in priuilegium mulieris eſt introductum, vt ex pacto matris non quæratur actio filijs. l. pactum dotale. & ibi Barto. C. de pact. conuen. licet alias ſecus. l. Caius. ff. ſolu. matrim.

63 Vndecimo, † quia paciſcendo poteſt facere conditionem dotis meliorem, ſed nõ deteriorem. l. ſi pater. §. 1. cum ſeq. & l. ſeq. & l. de die. ff. de pact. dot.

Duodecimo, priuilegium mulieris eſt introductum, vt nõ poſſit paciſci, quod maritus ſolum teneatur de dolo, non de culpa, licet alias poſſit hoc fieri. l. Pomponius. ff. de pact. dota. & dic, vt ibi.

Decimotertio, quia habet beneficium, ne a marito conueniatur † vltra, quam facere poſſit l. non tantum. in fi. ff. de re iudic. l. ex diuerſo. §. 1. ff. ſolu. matri. Et idem beneficium habeat maritus conuentus de dote. dicam infra eodē §. verſicu. marito.

Decimoquarto, vt in re empta ex pecunia dotali præferatur alijs creditoribus in actione perſonali. l. ſi cum dotem. in fi. ff. ſolu. matrim. Et vult Ioann. Fab. in l. ſi ex pecunia. C. de iu. dot. Sed (dices tu) non eſt ſpeciale in dote, quia idem in alio quocunque, ex cuius pecunia res eſt empta. ita Barto. in l. licet. C. qui pot. in pign. hab. poſt Iaco. Butr. Sed dic, quod contra eos eſt gloſſ. in l. procuratoris. §. plane. in verbo, in tributum. ff. de tribu. actio. Sed poteſt eorum opin. ſuſtineri, quando ſpecialiter mutuaſſet pecuniam ad illam rem emendam. ita Pet. & Cyn. in d. l. licet. alias ſecus, præter quam in vxore. d. l. ſi cum dotem. in fi.

65 Decimoquinto, † quia talem rem emptam ex pecunia dotali poteſt in ſubſidium vendicare. ita Cyn. in l. ſi ex pecunia. & per l. vxor marito. ff. de dona. inter virum & vxor.

66 Decimoſexto, † quia licet ſecundum gloſ. & communem ſententiam in l. in rebus. C. de iu. dot. maritus dicatur dominus rei dotalis, tamen theſaurum in ea inuentum pro parte reſtituit mulieri, quaſi in alieno inuentũ. l. diuortio. §. ſi fundum. in fin. ff. ſolu. matr.

67 Decimoſeptimo, † quia ipſa mulier habet reſtitutionem, ſi in dote cõtingat læſio, quaſi læſa in proprio patrimonio. l. 3. §. ſed vtrum. ff. de minor. quia perſona ipſius mulieris intelligitur ſtipulationi inſerta. l. poſt dotem. ſecundum vnum intellectum, qui eſt communis. ff. ſol. mat. licet alias perſona extrinſecus ſubintelligatur. l. ſi ita ſtipulatus. §. Griſogonus. ff. de verborum oblig. Sed ſecundum rationem aliquorum, de quibus videbitis in l. poſt dotem. ibi nõ eſt ſpecialitas. Sed vide Barto. in l. Caius. cod. titu. qui dicit, ꝙ ſi extraneus dotem ſimpliciter reddi ſtipuletur, & nõ dicat cui, intelligitur mulieri fauore dotis, dicens eſſe caſum in l. poſt dotem, ſecũ-

68 dum 3. lectu. & ex hoc inſurgit 19. priuilegium, † quia ipſi mulieri poteſt alius ſtipulari dotem. l. Caius. ff. ſolu. mat. contra §. alteri. de inuti. ſtipu.

69 Vigeſimo, & vltimo, vt ſi quis ſtipuletur † ſibi, aut mulieri alternatiue, mulieris eſt integra actio. d. l. Caius.

70 Marito autem, ſeu ex † patre mariti reperio multa data priuilegia ratione dotis.

Primo, quia habent priuilegium maritus, & filij eiuſdem matrimonij, ne conueniantur pro dote vltra, quam facere poſſunt. §. item ſi de dote. inſtitu. de actio. intantum, vt non valeat pactum in contrarium. l. alia. §. eleganter. ff. ſolu. mat. Quod verum, niſi conueniantur actione reali. & declara vt dixi in l. maritum. infra eodem titu. vbi alias pulchras limitationes dedi.

71 Secundo † eſt priuilegiata pars mariti in tacita ſtipulatione, ſicut & vxor, ita gloſ. Cy. & Bal. in l. vnica, circa princip. C. de rei vxo. actio.

72 Tertio, † quia poteſt vxorem expellere propter dotem, non ſolutam, vt dicam infra §. 15.

73 Quarto, † quia tacite poteſt pro dote vſuras recipere. Quod qualiter procedat, dicam infra. §. 17.

Quinto, vt non obſtante confeſſione de recepta dote, poſſit opponere exceptionem non numeratæ doris, & incumbet mulieri onus ꝓbandi fuiſſe numeratã, vt in toto titu. de do. cauta. Et idem priuilegium habet mutuum, vt in toto titu. de non num. pec. In cæteris autem ſtaretur confeſſioni. l. generaliter. C. de non nume. pecu.

74 Sexto, † quia maritus lucratur dotem propter adulterium vxoris, vt not. in l. conſenſu. C. de repu.

Triplex autem datur practica marito ad conſequendam hanc dotem, vt per Barto. & Doct. l. cum mulier viri lenocinio. ff. ſolu. matr. Quod intellige ſane, niſi maritus poſt adulterium vxoris eius mores approbaſſet, quia tunc non poterit retinere dotem. Et quando dicatur approbaſſe, habetur per Docto. in d. l. cum mulier viri lenocinio. Et eſt bonus textus in l. 2. §. ſi publico. ad l. Iuliam de adulter. ff.

75 Credo etiam, ꝙ ſi maritus fuiſſet fornicarius, † ſeu commiſiſſet adulterium, tunc non poſſet ad effectum retentionis dotis impingere vxori adulterium, quia (vt dixit Iurecõ ſultus in l. ſi vxor. §. Iudex. ff. ad l. Iuliam de adulterijs,) iniquum eſt, vt vir pudicitiam ab vxore exigat, quam ipſe non exhibet. Et hæc vera ſunt, quando maritus in vita tractat de hac retentione dotis.

Sed pone, ꝙ mortuo marito, mulieri dotem repetenti

76 † ab hæredibus opponatur adulterium commiſſum in vita mariti? Glo. in l. rei iudicatæ. §. 1. ff. ſolu. matr. tenet, ꝙ non poterunt obijcere hæredes, ex quo maritus tacuit & ita intelligunt illum §. 1. Dyn. & Barto. & hanc q. tetigit Specu. in titu. de except. §. 1. verſicu. item quæritur. & non bene teſtirmat.

Reperio etiam, ꝙ Bal. tangit in l. miles. §. ſocer. ff. de adul.

77 & determinat, † ꝙ hodie maritus non lucratur dotem propter adulterium vxoris, niſi eam accuſauerit, & ſe inſcripſerit, vt in Auth. vt lic. mat. & auiæ. §. ſi vero plurimas. & ibi ſentit gloſ. Tangitur etiam per gloſ. in l. conſenſu. C. de repu. & Specu. in verſicu. item quæritur. uidetur inclinare in hanc partem, & ſecundum hoc determinatio gloſ. præmiſſę eſſet clara, etiam ſi maritus in vita ignoraſſet adulterium fuiſſe cõmiſſum, vt nec tũc hæredes poſſint obijcere, quod etiam firmauerunt Bald. & Imp. in d. l. rei iudicatæ. §. 1. quia hæc obiectio tendit ad meram vindictam, quã hæres non poteſt obijcere per notabilem doctrinam gloſ. in l. cum emancipati. §. emancipatus. ff. de collat. Sed contra hoc allego gloſ. in l. inimicitiæ. ff. de his, quib. vt indig. & quod nota. in l. ſororem. C. eodem titu. vbi patet, quod hæres poteſt obijcere exceptionem, quæ tendit ad meram vindictam, licet defunctus aliter non diſpoſuerit. Sol. Cogitaui dicere, ꝙ ibi legatarius, cui obijciebatur exceptio, tractabat de lucro, quod lucrum ſibi facilius aufertur. Hic autem mulier tractat de damno. vn de non eſt par, eademque ratio. l. fi C. de codic.

Sed quæro, quid econtrario, ſi prædeceſſit mulier adulte-

78 ra, an aduerſus eius hæredes dotem repetentes poſſit maritus adulterium obijcere? Caſus eſt, quod ſic, ſecundum Bal. in l. fi. C. de adulte. & hoc firmauit gloſ. ibi, & Cyn. etiam, gl. in l. vnica. §. illo proculdubio. C. de rei vxo. actio. Bald. & Cy. & Imo. in l. cum mulier. ff. eodem titu. Sed attende, quia circa hoc dubito. Nam ſi dos non amittitur ipſo iure propter adulterium, ſed opus eſt accuſatione, & inſcriptione, ſecundum Bart. in d. §. ſocer. Ergo mortua ipſa muliere adultera ante accuſationem pœna amiſſionis dotis non tranſibit contra eius hæredes, iuxta ea, quæ habentur in l. 1. C. ne ex delic. defunc. & per Bar. in l. 1. ff. de priua. delic.

79 Septimò, † habet priuilegium maritus, vt pro dote conſeruanda non teneatur dare fideiuſſores, & ſi dederit, non tenet datio, vt in rubro, & nigro. ne fideiuſ. dot. dentur. C. Ratio ponitur in l. 1. eodem titu. Idem ſi dentur pro dote reddẽda, vt firmat gloſ. poſt Azonem in l. 1. eodem tit. & ibi Bart. & idem Barto. in l. ſi conſtante. §. quoties. ff. ſolu. matri. licet Dyn. tenuerit contractum, vt poſſit dari fideiuſſor pro dote reddenda. & idem tenet Cyn. poſt Odofred. in d. l. per ſuas rationes, de quo ibi, & etiam Bald. ibi. in eandem partem inclinat, quia non eſt eadem ratio in dote conſtituenda, quæ in conſeruanda, quia facilius conſeruant, quam reſtituant. & ita etiam dicunt idem Bald. & Ange. in d. §. quoties. vbi hoc eriam firmat Imo. & reſpondet argumentis, quæ fiunt in cõtrarium. & idem tenet Ioann. Fab. in dicta l. 1.

80 Octauo, † eſt priuilegiatus, maritus, vt poſſit pro dote agere rei vendicatione. l. doce ancillam. C. de rei vend l in rebus. C. de iu. dot. licet non ſit proprie, & abſolute dominus, ſed qualificatus ita, vt etiam ſit quædam mixtura dominij inter eum, & vxorem, de quo dic, vt dicam in § 13.

81 Nono, † quia poteſt manumittere ſeruum dotalem. l. 1. C. de ſeruo pig. da. manumiſ. & l. ſi. C. de iu do.

Item, & iubere dotali ſeruo, vt adeat hæreditatem. l. ſeruus dotalis. ff. ſol. mat.

Decimo, quia poteſt agere ad impenſas neceſſarias factas in re dotali, non obſtante, ꝙ fuerit pactus de contrario. l. conuenire. ff. de pact. do. Ratio, quia tales impenſæ inueniunt ipſo

so iure dotem,vt ibi expressum est in litera.

82 Vndecimo, † quia habet inducias annales pro dotis exactione in rebus mobilibus, de quo dic, vt in l. vnica. §. exact. C.de rei vxor.act.

Duodecimo,pars mariti est priuilegiata in tacita constitutione dotis in toto patrimoniomulieris,quando simpliciter contraxit.De quo dic,vt dixi in §.3. supra eo.tract.versic.sed quęro,mulier &c.

Decimotertio etiam in tacita constitutione dotis constituta priori marito, de quo dic,vt d.§.3.in prin.

83 Decimoquarto, † quia si ipse maritus facit expensas necessarias,ipso iure minuitur dos.l.conuenire,in fi.ff. de pact. do. §. propter retentionem. Inst. de actio.Specialitas patet,per l. si seruos. vbi casus multum notabilis.ff. de pigno. act. & per l.in fundo.ff.de rei vend. Et hoc præsertim tenendo, quod ipse fundus tunc possit desinere esse dotalis, prout tenuit glos. in d. §. propter retentionem. & l. vni. §. nec ob impensas. C.de rei vxo. act. & ibi Iaco. de Arena, Dyn. & Cy. pro quibus videtur expressus tex. in l. si is qui. §. quod dicitur, in fi. ff.de iure dot.nisi intra annum mulier obtulerit impensas,vt ibi. Sed in contrarium videtur casus rotundus in l. quod. ff. de impē.in reb.do fac. vbi per hoc contrarium tenet ibi Bar. quasi Vlp.ibi corrigat opi.Scæuolæ, de qua in d.§.quod dicitur. Et idem tenent Iac.Butr. & Salyc. in d. §.nec ob impensas. Et dicit ibidem Bal. quod tales expensæ minuunt dotem ipso iure intellectualiter: & antequam opponatur exceptio: & minuitur, secundum eum, dos, durat tamen titu dotis dic. l. quod dicitur. ideo adhuc durat inalienabilis secundum Bald.

Decimoquinto, & vltimo est priuilegiatus maritus, secūdū quod dixi supra. ver. ipsi autem doti. ibi octauo &c. quia extra illos quinque casus maritus lucratur dotem,quādo mulier damnatur ad mortem, quasi culpa mulieris soluatur matrimonium,vt ibi dixi.

ARGVMENTVM.

Anacephalæoticè repetita singularia dotis iura transmissibilia,vel non,proponit

SVMMARIVM.

1 *Cedi quæ nequeant.*
2 *Dotis priuilegia omnia transmitti. & nu.3. & 4.*
5 *Fori ob dotem priuilegium an transmissibile.*
6 *Causa dotalis priuilegium non transire ambigit.*
7 *Dotis priuilegium quatenus, an non, transit. & nu.14. Et quatenus uerū nu 15.*
8 *Iurata prohibita iuranti uendicat hęres.*
9 *Iursiurando is, cui concessum est contradicit.*
10 *Cessionario quæ,an non,obsint.*
11 *Iusiurandum quando transmissibile. Effectus.12.*
13 *Dotis alienationi iuratæ hæredem non contraire verius est.*
16 *Hypothecæ.tacitæ ius an transmissibile.*
17 *Ius quatenus facere &c.an,in quosue transmissibile.*
18 *Priuilegia uiri quę in hæredes, an non transmissibilia, & num. 19.*
20 *Transmissibilia cedi quæ,quatenusque possint. & nu.21.*
22 *Bartolum verius,quam Imolensem sentire.*

NONO visis priuilegij, dotium, videre congruit an ista priuilegia transeant in vniuersalem, aut singularem successorem. Et quia textus valde notabilis in l. ex pluribus.ff.de admi. tut. videtur nobis dare vnam singularem doctrinam, videlicet, quod illa pri-
1 uilegia, † quæ non sunt transmissibilia ad hæredes, non possunt in alium transferri per cessionem, vt ibidem per Barto. & Docto. Idcirco prius cognito, quæ transeant ad hæredes de facili cognoscemus,quæ sint cessibilia, seu quæ transeant in singularem successorem,arg.l.1.in princ.ff.de his qui sunt sui,vel ali. iuris.

Discurramus igitur per singula membra posita in §. præcedenti.

2 Primo videamus, † an priuilegia, quæ dantur contractui, seu constitutioni dotis transeant in hæredem. & Barto.in l. 1. ff. sol mat. tenet ꝙ sic, & exemplificat in priuilegio tacitę stipulationis,de quo in l. 1.C. de rei vxo.actio.Et in priuilegio, ꝙ sit contractus bonęfidei.§.fuerat.institu.de actio. Et idem credo in omnibus alijs priuilegijs, quæ enumeraui in §. præ-
3 cedenti, quæ dotis constitutionem † respiciunt, quia, dote creata, & constituta modis & formis ibidem cōtentis,nō potest negari,quin commoditas illius cōstitutionis a iure receptæ transeant in hæredes.Idem credo in priuilegio dato peti-
4 tioni dotis. Idem dicit Barto. vbi supra in priuilegio,† quod datur actioni de dote, vt est tacita hypotheca, quia trāsit ad quēcunque, ad quem transit actio. Et idem dico ego in alijs omnibus supra per me enumeratis in §. præcedenti. versicu. actioni. licet in eo, quod recipit exceptionem Velleiani pof sit dubitari per rationem legis,generaliter.C.ad Velle. quasi sit potius datum mulieri, quam actioni.

5 Sed quęro, † quid de priuilegio, quod datur ratione fori, an possit dos peti coram Iudice ecclesiastico?Certe non credo illud transire ad hęredes,per rationes,quas dicam infra c. 17. quæ respiciunt ipsam mulierem, non autem hæredes. Et præsertim tenendo,ꝙ coram Iudice ecclesiastico non possit dos peti, nisi incideret, quia tunc illud non potest accidere, nisi in muliere. Sed priuilegium l. exigere dotem.ff.de iudic. bene teneo transire ad hæredes arguendo a fortiori.Et maxime attentis his, quæ dicam in d.§.17.

6 Sed quid † de priuilegio, quod datur instantiæ, seu causæ an transeat ad hæredes? Bar.in d. l.1. dicit, ꝙ transit ad hæredes vniuersales, secundum tamen qualitatem hæredum.l. 2. ff.de re iudi.

Ego dubito, quia non videtur respicere mulierem,& eius pietatem intantum vt etiam marito agenti actione ex stipulatione,qua sibi stipulatus est dotem, nō videatur competere.l.3.C.de dotis promis.ibi,more iudiciorum &c.

Sed videamus, quid de priuilegio, qđ datur ipsi doti.Bar.
7 dicit, † ꝙ transit ad eum, ad quem transit ipsa dos. Et exemplificat in priuilegio illo,ꝙ in dubio fiat interpretatio pro dote.l. in ambiguis.ff. de reg.iur.Nec.n.secundum Barto.datur tantum mulieri,sed etiam ex parte viri.d.l.in ambiguis.quod est bene notandum.

Similiter exemplifica in eo priuilegio,ꝙ fundus dotalis nō potest alienari, quod transit ad hæredes.

8 Sed attende, † quia istud videtur falsum, quia soluto mat. per mortem mulieris fundus desinit esse dotalis, & non potest consequenter alienari.Sed dic,ꝙ Barto. & Doct. qui sequuntur eum, intelligunt, quando fundus fuit alienatus vivente vxore; quo casu hoc priuilegium inualidæ alienationis,quod competebat vxori,transit ad hæredes eius.Et ꝙ ita intellexerit Barto. patet ibi, dum dicit, quia hæres potest vē dicare, sicut ipsa mulier.Et attende,quia in tantum transit ad hæredes mulieris vendicatio fundi alienati, vt quamuis mulier ipsa alienans, seu consentiens alienationi non possit contrauenire propter iuramentum.cap.cum contingat. extra de iureiur tamen hæres eius poterit vendicare secundum Ioan. Fabri, instiru.quib.alien.licet, vel non. in princip. quia iuramentum solum ligat animam iurantis, nec transit ad hæredes, vt notant Cano.in c. veritatis, extra de iureiur. Et ideo cap.cum contingat. dicit notanter, mulieres ipsæ seruare debent huiusmodi iuramenta, quasi dicat, ꝙ non hæredes. Et idem firmauit Barto.in l. qui superstitis.ff.de acquir hæredi. vt ibi refert Ange. licet in lectura Bartoli communiter non reperiatur illud dictum, vt ibi dicit Imo.Ex quo infero singu-
9 lariter, ꝙ si ille, qui iurauit in contractu cedere alteri, † potuerit cessionarius contrauenire, nec obstabit exceptio periurij per d.c.veritatis. iunctis his, quæ dicunt Barto. & Doct. in l. apud Celsum.§.sed cum legitima.de doli, metusve exceptione.vbi dicunt,ꝙ illa exceptio,quæ non adficit actionem,sed personam,non obstabit cessionario,licet obstet cedenti,per glo. notabilem, quæ est ibi, quam perpetuo mēti teneas.Sed
10 certum est,ꝙ exceptio periurij solum adficit † personam iurantis.d.c.veritatis. Ergo &c.Quod verum credo in casibus, in quibus iuramentum non firmat contractum, vt est quando in odium creditoris reijcitur contractus,quod exemplifica, vt per Bartol. & Docto. in l.si quis pro eo.ff.de fideiussor in quarta combinatione.

11 Cęterum in casibus, † in quibus iuramentum firmat contractum, vt est quando fauore debitoris reijcitur cōtractus, vt in minore, auth. sacramenta puberum.C.si aduersus venditionem. Et in muliere alienante, vel consentiente alienationi fundi dotalis.c.cum contingat. extra de iureiur.secundum Bar. in d.l.si quis pro eo.in 5.combinatione,& sequitur Ang. ibidem. Et communiter Canonistæ in d.c.cum cōtingat. Et consequenter tunc nō possunt procedere,quæ supra dixi, contingendo,id,quod dicit Butr. in c.cum sit generale. extra de foro compe.ibi, Tertius casus &c.& Io.and.c.fi. extra de sepult. vbi concludit,ꝙ efficacia obligationis firmatę per iuramentum transit ad hæredes, & per cōsequens ad cessionarium,vt teneatur obseruare, licet non quo ad hoc, vt
12 possit † conueniri coram Iudice ecclesiastico ratione iuramenti, quia non peccat contrauenięndo,seu nō est periurus. Et idem firmat Bal. & Sal. in d.auth.sacramenta puberum. & idem vult Ang.in l.qui superstitis. ff. de acquiren. hæred.

Quod

& idem vult Ang. in l. qui superstitis. ff. de acquiren. hæred. Quod est verum iure actionis. poterat tamen officium iudicis ecclesiastici implorari, vt hæres cõpellatur satisfacere ani mæ defuncti. ita dicit Pan. in d.c.fi.de sepul. per illum tex.& per c. a nobis. secundo, de senten. excom. Et ita secundũ eũ saluabitur opinio Abbatis tenẽtis cõtrarium, quod bene nota. & sic erit vis in modo practicandi, quia implorando offi ciũ iudicis, vt supra, poterit etiam indirecte trahere ad hęre des iurantis ad forum ecclesiasticum.

Et ex præmissis infero, Ioan. Fabri in loco vbi supra, male-
13 dixisse, quia iuramentum mulieris super † alienatione fundi dotalis firmat contractum,& consequenter hæredes non po terunt vendicare per præmissa. Et ista etiam tene menti ad alium effectum, quia vbi contractus firmatur iuramento, licet iurans absoluatur a iuramento, non tamen poterit cõtra uenire, vt dixi supra in §. 5. ver. vltimo quæro.

Demum, quia alia mult a priũilegia enumerauí supra, quæ 21
sunt data doti, videamus, an illa quoque transeant. Et dico
14 breuiter, † ꝙ sic, exceptis illis, quæ non possunt adaptari, vt
15 est tertium,& sextum priuilegium,† de quo posset dubitari, quia illa pietas solum videtur respicere mulierem in vita.

Octauum vero priuilegium, quod est, quia dos non publi catur, nisi in quinque casibus, tendit ad fauorem mariti, cui tunc applicatur dos, vt ibi dixi. Illud autem, quod dos non publicetur, vbi mulier non damnatur ad mortem, bene tendit ad fauorem hæredum mulieris in consequentiam. Reliqua poteris per te percipere, an adaptari possint ad hæredes, vel non.

Nunc dicamus de priuilegio, quod datur ipsi mulieri, an transeat ad hæredes. Et dicit Bar. ꝙ illud, quod datur mulieri, vt in actione personali præferatur alijs, non transit ad hæredes. l. 1. C. de priuil. dot. & in l. dabimus. in prin. ff de priui. cred. Sed illud, quod in tacita hypotheca præferatur transit
16 ad hæredem suum, non ad alios, vt l. assiduis.† C. qui pot. in pig. hab.& habetur in §. fuerat. institu. de act. Idem dico in be neficio, quod habet, ne a marito conueniatur vltra, quam fa cere possit, quia hoc etiam habent eius filij, non alij hæredes l.& si fideiussori. in fine. cum sua gl. coniuncta l. non tantũ.
17 ff. de re iud. Sed illud beneficium restitutionis, quod † habet per legem tertiam. §. sed vtrum. in fi. ff. de mino. bene puto transire ad hæredes per l. non solum. ff. de in integ. restitu.

Alia vero priuilegia, quæ supra enumeraui, respiciunt ipsam mulierem tantum, licet in consequentiam possint redũ dare in fauorem hæredum.

18 Reliquum est, vt videamus, † an priuilegia data patri mariti competant eius hæredibus? & dic, quod priuilegium, ne conueniatur vltra, quam facere possit, competit filijs eiusdem matrimonij, non alijs hæredibus, vt habetur in l. etiam. ff. solu. matrimo.

Secundum vero competit soli marito, cui soli competit actio ex stipulatione tacita de dote, non eius hæredibus, quia per mortem mariti soluitur matrimonium, & dos est in casu restitutionis. Et cui damus actionem, multo magis exceptionem.

Tertium similiter non potest, nisi ad maritum adaptari, patet de se.

Quartum etiam non competit hęredibus mariti, quia c. salubriter. de vsuris. non procedit in hęrede mariti secũdum Inno.& Pan. ibi.

Quinto vero priuilegium exceptionis non numeratæ do-
19 tis † bene competit hæredibus mariti. casus glo. in l. fin. C. de dote cauta.

Vtrum autem sextũ priuilegium competat hęredibus mariti, patet ex his, quæ ibi dixi, quæ sunt bene notanda, quia quotidiana.

Septimum autem priuilegium solum respicit maritum.

Similiter octauum, & nonum.

Decimum antem bene competit eius hæredibus, quia illud pactum, quasi sit donatio, improbatur, & ideo tam ipse, quam hæredes consequi poterunt expensas, non obstante pacto.

Idem dico de vndecimo, quia illas inducias habent etiam eius hæredes. d. §. exactio. cum glos. quæ quærit, an extranei hæredes (ex quo medio tempore habent dotem) interim te neantur alere vxorem. Et dic, vt ibi, quia est notabile.

Reliqua vero priuilegia non possunt adaptari, nisi ad maritum, excepto decimoquarto, ꝙ respicit etiã eius hæredes.

Viso igitur, an ista priuilegia transeant hæredes vniuersales: videamus an possint per viam cessionis transferri in em-
20 ptorem, vel singularem successorẽ. † Super quo dic, ꝙ ea, quæ sunt mere personalia ita, vt ad nullum hæredem transeant, non possunt per cessionẽ transferri, etiam si fiat ex necessitate cessio secundum Bar. in l. vnica. C. de priuileg. dotis, per l. si ex pluribus. ff. de adminis. tut. Sed illa, quæ ad suum hæredem transeunt, licet non ad extraneum, possunt ita demum in singularem successorem transferri, si fiat ex necessi tate cessio, secus si voluntate. l. fin. C. de iure fisci. lib. 10. C. & ibi Ange. & ita dicit Bart. vbi supra. Sed videamus, an be ne dicat. Et videtur, ꝙ non in primo membro, quando fit ex necessitate cessio, argumento d. l. fin. Et quia magis subueni tur in necessitate positis. Nec obst. l. ex pluribus. quia potest responderi, quod ibi tutor tenebatur ex persona sua insolidum. Ideo nulla fit ei iniuria, si exigatur solidum. Sed ille, cui mulier vendit, vel donat, non tenebatur primo mulieri in ali quo. ergo plenius fit eidem cessio, virtute cuius debet transire priuilegium. Sed tunc obstat ratio illius l. ex plurib. quæ videtur facere regulam, ꝙ priuilegia, quæ ad nullum hæredẽ transeunt, nullo modo cessibilia sunt Sed potes dicere subti liter, ꝙ illa verba ibi, ꝙ nec hæredi &c. non sunt ratio, ceu quid causatum, nec necessario tribuunt regulam bene consi derantibus. Cyn. vero in d. l. vnica, dicit, ꝙ priuilegium, qđ datur mulieri pro dote, datur personę, ceu causæ ratione per sonæ. Quod idem est secũdum eum, quia persona est imme diata causa priuilegij, vt notatur secundum eum in l. in om nibus. ff. de reg. iur. & per Dyn. in l. 1. ff. solu. mat. Ideo, dicit ipse, ꝙ prodest cessionario, muliere viuente, vel ea mortua, eius filio, alias non. l. si. tibi. §. pactum. ff. de pact. Intelligo, qđ dicit de filio, quando ei competit priuilegium, quod quando sit, vidistis supra, iungendo sua dicta, & expresse hoc vult ibi dem Ioan. Fabri. Adde rationem, quia tunc, si secus diceremus, nec prodesset mulieri, aut eius filio, contra quos habe retur regressus de euictione. vnde succedat l. & hæredi. §. fin. cum ibi not. & cum legib. sequen. ff. de pactis.

22 Videamus † demum, an Bar. bene dicat in secundo membro, dum dicit, ꝙ priuilegia, quæ ad suum hæredẽ transeunt, possunt etiam ad cessionarium trãsire ex necesitate per l. fi. C. de iu. fis. lib. 10. Et reperio, quod Imo. in l. post dotem. ff. sol. mat. tenet, ꝙ nec tunc transit priuilegium in cessionarium, per §. 1. in Auth. vt instan. dotis exactio. vbi illa cessio fiebat ex necesitate, quia fiebat creditoribus, vt patet ibi, aut creditoribus &c.& tamẽ non transit priuilegium. Nec obst. d. l. fin. quia loquitur de priuilegio, quod datur fisco, quod sui natura est perpetuum, cum fiscus nunquam moriatur, argu. c. si gratio se. de rescrip. lib. 6. Sed in muliere erat priuilegiũ, quod debebat extingui vna cum persona. Tu vero non rece das a Barto. quia salua pace Imolensis ille §. primus nihil fa cit, quia loquitur de creditoribus mulieris, vt patet ex tex.& etiam glos. ibi vult, quibus credit oribus non cogitur mulier credere, quia potest eis satisfacere aliter quam per cesionẽ. Vnde si cedat, voluntarie facit.

ARGVMENTVM.

Dotis genera, cui alterutrum reddendum, Quando patris, aut filiæ nomine relicta interpretanda sint, edisserit.

SVMMARIVM.

1 *Dotis genera.*
2 *Dotium, quæ quoue modo danti, aut, mulieri reddendæ, & numero. 3.*
4 *Profectitia dos, & nume. 11.*
5 *Emancipatæ dos quatenus profectitia, an non.*
6 *Profectitium ex bonis parentis, factone eius dici.*
7 *Repudiatum a patre an profectitium verius est. & num. 8.*
9 *Profectitium.*
10 *Relictum patris nomine quiddicatur, & nume. 13. & 15.*
12 *Legem finalem, de usufructu, nucleari.*
14 *L. filio. de conditionibus, & demonstrationibus, explicari.*
16 *Relicta quando patris, aut filę nomine dicenda & numero 17. & 18.*
19 *Aduentitia dos.*

1 DECIMO quæro, quotuplex sit dos. Breuiter dic, quod duplex. Nam† quædã est profectitia, quædam aduentitia. Inter quas attẽde ante, q̃ declarm, quia est maxima differentia. † Nã pro
2 fectium dotem nõ potest dans sibi ad propria renudo pacto, ẽt i continenti appositio. Secus in aduentitia, quæ põt nudo pacto appropriari ipsi danti, casus est notabilis in l. auia. C. de iu dot. dixi plene in l. si cum dotem. in principio. ff. solutomatrimonio.

Item, quando cõstituitur dos aduentitia, in dubio consti tuens videtur dotẽ ipsi mulieri, nisi expresse paciscat sibi restitui. Et ideo in ubio solius mulieris erit actio de dote ad

uentitia,

Source : BIU Cujas

uentitia, quia fingitur tacite ſtipulata,authen. quod locum. C.de collatio.l.2.§.ꝙ ſi in patris. ff. ſol.mat. & ibi gloſ. & Docto. & l. vnica.§. accedit. C. de rei vxor. actio. ſed iſta † non militãt in dote profectitia,cuius actio eſt communis ipſi cõſtituenti, & filiæ.d.§.ꝙ.ſi in patris. licet exercitium ſit patris, de voluntate tamen filiæ,vt ibidem.

Videamus ergo pro eorum intelligentia, quæ dicatur dos profectitia, & quæ aduentitia ? Circa quod attende, † quia profectitia dicitur, quæ a patre, vel tanquam a patre, vel ab auo, vel proauo paterno profecta eſt, videlicet, de bonis eius pro filia, vel nepte,vel pronepte in poteſtate conſtituta. l. profectitia. ff. de iure dot Sed quid ſi filia, vel neptis erant emancipatæ ? Dic, † quod licet dos ſit profectitia, quantum ad nomen.l. filiæ. ff. ſoluto matrimo. probatur l. ſi ab hoſtibus.ff.eodem titu. non tamen quo ad ius, quia actio eſt propria ipſius filiæ, vel neptis emancipatæ. Probatur in dicto §. ꝙ ſi in patris, & ibi gloſ.Bartol.& Docto.Adde Cyn.in l.vni. §.accedit.C.de rei vxo.actio.

Sed quæro,quando dicatur a patre profecta ? Dic, † quod ſiue ipſe dederit, vel iuſſerit alium dare,aut procurator eius dederit, aut negotiorum geſtor, & ipſe ratum habuerit,dicitur dos profectitia. Item ſi curator parentis prodigi, vel furioſi dederit, aut Prætor, vel Præſes, vel etiam ſi quis parenti donaturus exhibuerit pro dote eius filiæ vel neptis, vt de his omnibus eſt caſus in d.l. profectitia. Quid ſi parens repudiauit legatum ſibi factũ ob id, vt apud generũ.q erat hęres, legatum remaneret dotis cauſa,an tũc erit dos ꝓfectitia.tex. in d.l.profectitia.§.ſi pater.ver.ſed & ſi legatũ,dicit,† ꝙ tunc non eſt profectitia, quia nõn eſt profecta de bonis parentis, quia nihil erogauit de ſuo patrimonio, ſed gloſ. ibi dicit quod ille textus ſolum reſpexit veritatem, fictione tamen legis attenta, dicitur profectitia, † quia facto patris eſt conſtituta, vt probatur in eadem l. in princip. ibi, vel facto eius. Et duo actus cenſentur interueniſſe, quaſi patris ſit legatum ſolutum, & pater poſtea in dotem dederit.l.ſi nuptura.§ fin. ff. de fun. do. Addo, quod idem firmauit Azo in ſumma de iure dot.§.diuiditur dos. Et pro hoc adduco bonum text. in l.3.§.finali.ff.de donatio.inter virum & vxorem. & quod habetur per Barto. & Docto. in l.ſingularia. ff. ſi certum petatur. Item pro hoc adduco fortem rationem. Nam dicitur profectitium, non † ſolum id, quod a patre re ipſa profectũ eſt, ſed etiam quod contemplatione tamen patris, quia & tunc ex ſubſtantia patris eſſe videtur. Probatur in l.aditio.ff. de acquir.hæredi.& in l.ſed ſi plures.§.in arrogato.ff.de vulg. & pup. ſubſti. & habes glo. notandam in l.cum oportet.§.1. C.de bo.queli.

Et contemplatione patris † in dubio videtur relictum, ſeu collatum, ſi de eo fiat mentio in diſpoſitione,vt tenuit gl. in l. cum aliquis.C.de iure delib.& in l. filio.ff. de condit. & demonſt. Et ſecundum hoc infero, quod ſi aliquis legaret centum filiæ Sempronij pro ea maritãdã,eſſet in dubio dos profectitia, † quaſi contemplatione patris, cuius mentio habita fuit, relicta ſit.

Sed domini, iſta opinio confunditur per l. fina. in fi. C. de vſufru. Nam & ibi fuit facta mentio patris,& tamen in dubio vult, † quod cenſeatur relictum contemplatione filij potius, quam patris, quaſi mentio patris facta ſit cauſa demonſtrationis.l.his verbis. in fi. ff. de hæred. inſtitu. Et circa intellectum illius l.fin. multum inſtat Imolenſis,ſiue intelligatur loqui ante l. cum oportet. C. de bonis,quæ liberis, ſiue poſt. Et concludit illum textum continere æquitatem,& diſpenſationem contra ſtrictas rationes diſputando,ſiue intelligatur ante dictam legem,ſiue poſt,de quo,quantum ad hoc,vos remitto ad eum. Sed contra Dynum pondero rationem illius legis nullis. Sed opinio Dyni poſſet procedere, quando eſſet relictum ſub commemoratione † patriæ poteſtatis, puta, Titio exiſtenti in poteſtate Sempronij quia tunc contemplatione patris diceretur relictum. Ita Barol. in l. ſi filio. ff. de do. cau.mor.per l.filio.ff.de conditio. &demonſt.Sed ego dico, † quod ibi non ſimpliciter ſub commemoratione patriæ poteſtatis reliquit, ſed conditionaliter, ſi in patris poteſtate mã ſiſſet. Quo caſu apparebat, quod non cauſa demonſtationis ſimpliciter fiebat, ſed magis contemplatione patris,ſi in eius poteſtate manſiſſet Præterea notandum ibi, quia illo tempore, quicquid acquirebat filius,aquirebat patri.l placet.ff.de acquiren.hære Ideo de facili quod patris contemplatione præſumebatur relictum,cui dnecceſſitate erat † acquirendum,ſicut videmus adhuc hodie in ſeruo.l.cũ aliquis de iure deliberan C. cui per hoc eſt reſpnſum. Et per quem text. dico, quod tempore Digeſtorum idem erat in filio,cui ſimpliciter relinquebatur ſub commemoratione patris, nõ dico patriæ poteſtatis. licet Bartol. in c. filio. aliter ſentiat, dum vult, quod in d. l. filio. de condit. & demonſtrat. cum myſterio fiat mentio patriæ poteſtatis, quaſi alias non cẽſeatur † illo tempore relictum contemplatione patris, quod eſt falſum per d. l. cum aliquis. Sed hodie, cum alius ſibi quo ad proprietatem acquirat, dicerem ſic, quod in dubio in relicto dotis, ſi fiat ſimpliciter mentio patris, non cenſetur relictum contemplatione patris, quia eius mentio intelligitur facta cauſa demonſtrationis.d. l. his verbis. in fi. Si vero † relinquatur ſub commemoratione patriæ poteſtatis,tunc quo ad vſumfructum bene intelligeretur relictũ factum contemplatione parris, cui quæritur, non quo ad proprietatem. Et proprietas non erit profectitia, nam verba in dubio debent interpretari ſecundum materiam ſubiectam,& diſpoſitionem iuris. l. damni infecti quidam, in priucip. ff. de dam. infec.c.cum dilectus. extra de conſuet. Et nullus eſt tex. qui nos cogat aliter dicere, vt patet ex præmiſſis, licet Bar. aliter dixerit.Quid autem,ſi ſolus vſusfructus alterius rei relinquatur filio,dic,vt in l.fi.C.de vſufru.

Si vero filiæ alicuius fiat relictum pro dote, tunc dico, † quod ſiue ſimpliciter, ſiue ſub commemoratione patriæ poteſtatis, non cenſetur contemplatione patris quo ad aliquid, cum in dotibus ab extrancis prouentis non habeat pater aliquem vſumfructum, & multo minus proprietatem, Ideo qui ex iuris diſpoſitione totum ſit filiæ quantum cunque exiſtenti in poteſtate patris.l.Pomponius Philadelphus. ff. famil.eriſcun.

Conſequenter in dubio non dicemus, quod contemplatione patriæ poteſtatis fiat relictum, ſed quod contemplatione patriæ poteſtatis fiat cauſa demonſtrationis,di. l. his verbis, in fi.

An autem quando relinquitur Prælato alicuius Eccleſiæ, videatur in dubio relictũ cõtemplatione Eccleſiæ, vide tex. in c. requiſiſti. extra de teſta. in antiquis.

Viſo de dote profectitia,facile eſt cognoſcere,† quæ ſit aduentitia, quia illa, quæ relinquuntur, ſeu dantur ab alijs perſonis, quam ſupra, dicuntut aduentitiæ dotes.

ARGVMENTVM.

Periodus vndecima eo pertinet, vt cui pereat, augeturve dos, ex quibus fructus ſint, an non, vſque fructus quatenus accipiatur, ediſſerat.

SVMMARIVM.

1 *Aeſtimatam dotem viro perire, quatenus uerum, an non ſit. ibi dem. & num.4.*
2 *Inæſtimat do tis mulieris periculum eſt, quando inæſtimata idem ſit.*
3 *Debitor quando, an non eligat.*
5 *Aeſtimationis effectus.*
6 *Inæſtimata,alluuione aucta, cui debita.*
7 *Inæſtimatum fructibus auctum, quando uiro debeatur,idque extendi, & reſtringi,num.8.9.& 10.*
11 *Fructifera non incidenda.*
12 *Emphyteuta fructiferum incidens eijciendus,reſtringe.nu.15.*
13 *Emphyteuta quis accipiendus,uerius num. 14.*
16 *Arborum inciſio quando,an non incommoda.*
17 *Arbor in fructifera.*
18 *Exemplarium ſalarium an, quatenuſque cedat. & num.19.uerius no.20.*
21 *Vſufructum uxori, & dominium relictum etiam in uſu conſumendis cadere.*
22 *Vſufructu legitimam non grauari.*
23 *Lex municipalis, moreſque,quatenus extendendi.*
24 *Iuriſdictionis fructus qui.*
25 *Fructus in dotem conuertendi,quis huius rei effectus.*

VNDECIMO in ordine videndum eſt,ad quẽ pertineat commodũ, vel in cõmodũ auctæ vel diminutę dotis Circa ꝙ dic breuiter,† ꝙ ſi dos fuit ęſtimata,omne periculũ ptinet ad maritum,velut ad emptorem conſtante matrimonio. l. plerunque. ff. de iure dotium. Ideo dixi conſtante matrimonio,quia ſi ante nuptias res ęſtimatæ in totum perirent, pereunt periculo mulieris, non obſtante æſtimatione, quia tunc æſtimatio habet conditionẽ, ſi matrimonium ſequatur.Et eſt conditionalis venditio,qua conditione pedente, ſi res pereat, extinguitur venditio, & conſequenter perit periculo mulieris. Iſte caſus notabilis in d.l.plerunque.in §. ſi ante. & §. queri poteſt. & adde l. neceſſario.§.ꝙ ſi pendente.ff.de peri.& commo.rei vendi.alias eſt lex incipiens,ꝙ ſi pendente.per quam adaparet, cur dixerim

rim ex toto perit, quia ſecus ſi extaret res, licet deterior eſſet facta, vt ibi, quod nota.

2 Si vero dos ſit inæſtimata, † tunc periculum, & cõmodũ pertinet ad mulierem. d.l. plerunque. primo reſponſo. &. § 1. & 2. Idem ſi fuit æſtimata, reſeruata tamen expreſſe, vel tacite marito, vt aut rem, aut æſtimationem pręſtaret, quia cum tunc debeat alternatiue, eius eſt electio, niſi contrarium ſit
3 actum d.l. plerunque. §. vult. vbi eſt caſus, † ꝙ in contractib. in dubio in alternatiuis electio eſt debitoris, ſecus in vltimis voluntatibus, in quibus electio eſt creditoris. l. Lucio. & ibi glo. ſ. valde notabilis. ff. de legat. 3.

4 Sed quæro, quid ſi æſtimata † ſit dos, non vt præſtetur æſtimatio, ſed vt appareat, quando res ſit deterior, ſoluto matrimonio, reddantur ſub eadem æſtimatione, ita, vt æſtimatio nõ faciat emptionẽ? Dic, ꝙ tunc talis æſtimatio nõ facit periculum tranſire in maritum, niſi eius culpa, vel dolo, res deterioretur. allegatur ad hoc l. inter virum. C. de. iu. dot. Sed attende, quia ille tex. potius ſonat in contrarium, vt patet ex fine illius legis. Tamen gl. ibi, & hoc dolo, vel culpa &c. Hoc volunt Accur. Cy. & Bal. ibidem, & Azo in ſumma illius titu 20
li. & facit tex. l. in his. ff. ſol. mat. Et adde etiam, ꝙ æſtimatio,
5 de qua ſupra, habet alium notabilem † effectum, quia facit, ꝙ fundus ſic æſtimatus poſſit alienari per virum, conſentiẽte muliere, caſus eſt notabilis. l. ſi æſtimatis. ff. ſolu. mat. quod alias non poſſet, etiam conſentiente muliere, vt eſt caſus Inſtitu. quibus alienare licet, vel non, circa princip. niſi iuraret. capit. cum contingat, extra de iureiur.

6 Sed videamus, † quid, ſi doti inæſtimatæ contingat augmentum, ad quem debeat pertinere? Dic breuiter, quod ſi eſt augmentum alluuionis, vel ſimile, pertinebit ad eum
7 ad quem dixi periculum pertinere. Si vero † augmentum prouenit ex fructibus, vel ſimili, tunc ſi percipiantur, ꝫſtante matrimonio, pertinent ad virum, ſi ſuſtinet onera matrimonij, alias ſecus, vt l. dotis. la 2. primo reſponſo. & §. ſi fructus. ff. de iure dot. & l. in inſulam. §. vſuras. ff. ſolu. mat. Et hæc in fructibus, & fœtibus animalium, ſecus in partibus an
8 cillarum, † quia non ſunt in fructu. l. plerunque. §. ſi ſerui. & l. eum. poſt. §. vlt. ff. de iu. dot. Item ſecus in his, quæ non ex 22
re, vel opera ſerui dotalis acquiruntur. l. vnica. §. cumque. C.
9 de rei vxo. actio. Item ſecus in arboribus † decidentibus, quæ non fuerunt cæduæ, vel germinales. Et arbor vi ventorũ eiecta non cedit lucro mariti. caſus eſt in l. diuortio. §. ſi fundũ. ff. ſolu. mat. Et ſi maritus conuerteret in ſuam vtilitatem, teneretur vxori ad æſtimationem. Idẽ videtur ſecundum Imo.
10 ibidem, ſi arbor ſit deſiccata, niſi † forte, ſecundum eum, loco illius aliam ſubrogaſſet, arg. l. arboribus. ff. de vſufructu. Et præſtat ille §. ſi fundum. argumentum, ſecundum Dyn. 23
Bar. Bal. & Imo. ibi, ꝙ emphyteuta, vel alius conducens rem ad non modicum tẽpus, ſeu fructuarius, aut feudatarius non
11 poſſit incidere arbores fructiferas. † Quod intellige ſecundum Bal. in d. §. ſi fundum, niſi ad neceſſariam reparationem rei incideretur arbor. per textum ad hoc notabilem in d. l. arboribus. in prin. & dico, ꝙ hoc vult glo. in d. §. ſi fundum. in verſi. tenebitur. in fi. ſi recte intelligatur. Plus dicit Bal. ꝙ em
12 phyteuta vendens arbores fructiferas † poſſit expelli, quaſi rem deteriorem fecerit per auth qui rem. C. de ſacr. ſan. Ec-
13 cle. Sed ſecundum Imo. loquitur † illa auth. in emphyteuta Eccleſiæ, ſed in alio non videtur cautum, per not. in l. 2. & fi. C. de iure emphyt. Sed ego dico opi. Baldi eſſe veriorem, pp quam in hoc non eſt dare rationẽ diuerſitatis inter Eccleſiã,
14 & priuatum. † Et ꝙ idem ſit in priuato, probatur in l. 3. in 24
fi. C. locati. & facit ca. propter ſterilitatem, extra de locato. Nec ab iſta ſententia recederem in iudicando, quia reperio idem firmaſſe Cyn. Pet. Salyce. & Docto. in d. auth. qui rem. quod bene nota. Ideo ſint cauti emphyteutæ, ne male in re verſentur eam deteriorando, quia poterunt expelli. Forte ta 25
men propter inciſionem arborum non poſſet expelli ita ſimpliciter, tum quia eſt modica deterioratio, propter quam nõ
15 poteſt expelli emphyteuta ſecundum † eundem Bald. in d. auth. qui rem. tum etiam, quia ille tex. in d. §. ſi fundum. vtitur dictione, quaſi, innuens, ꝙ non ſit proprie deterioratio rei, ſi iungas textum cum gloſſa in l. Iulianus. §. offerri. ff. de actio. emp. vel dicerem, ꝙ ſubſtantia, vel vtilitas rei ſolum eſt
16 † in fructibus arborum, & tunc inciſio arboris dicetur vera deterioratio, ſecus ſi vtilitas principalis ipſius fundi conſiſtebat in alijs fructibus, puta. grano, vel vino, quia tunc inciſio arborum, puta, nucum, non eſſet proprie deterioratio rei, niſi forte magnam vtilitatem adferret. Quod relinquerem
17 arbitrio Iudicis. Et ex prædictis patet notabiliter, † ꝙ illa arbor, quæ non renaſcitur, non dicitur in fructu. Idem dico in quibuſcunque alijs rebus non renaſcentibus. Et ideo lapis, qui non renaſcitur, non eſt in fructu. Secus erit dicendum, ſi renaſcatur, prout in Gallia, & in Aſia. Hæc dic Iureconſultus in l. diuortio. §. ſi vir in fundo. ff. ſol. mat. Et per hoc dicit Barto. ibi ſe determinaſſe quæſtionem de facto.

Ecce, maritus qui fuerat notarius, reliquit vxori vſumfructum omnium bonorum ſuorum. Dubitatum fuit, an illud, quod percipitur † ex exemplaribus protocollorum deberet 18
pertinere ad mulierem. ipſe determinauit, ꝙ non, quia illud, qđ ſemel percipitur, & non renaſcitur, non dr̃ eſſe in fructu, & conſequenter non pertineret ad mulierẽ vſufructuariam.

Ego dico, † ꝙ licet in talibus non ca dat vſusfructus proprie, in eis tamen poteſt cadere quaſi v ſusfructus. §. 1. ibi, ſed vtilitatis cauſa &c. inſtit. de vſufructu. Quo caſu præſtat cautio, de qua ibi. Ideo, vir relinquendo vxori vſumfructũ omnium bonorum, vel vice verſa, vxor viro, non ſolum videnr̃ ſenſiſſe de illo proprio vſufructu, ſed etiam de illo quaſi vſufructu, qui eſt in rebus, quæ vſu conſumuntur, & non renaſcãtur, vt habes caſum valde notabilem in proprijs terminis in l. 1. C. de vſufructu. Contra quæ videntur determinaſſe Barto. & Docto. qui ſequuntur eum.

Mulier ergo in vita potietur † emolumentis protocollorũ, perinde ac, ſi expreſſe vſusfructus protocollorũ eſſet ſibi relictus, & etiam nomina debitorum exiget cum cautione de tanta pecunia reſtituenda poſt mortem, ſicut & proprietas reſtituitur in his, in quibus proprie cadit vſusfructus.

Item primo contra Bar. & Doc. arguo, qa in caſu præmiſſo præſupponit, ꝙ vxor, cui relinquitur vſusfructus omniũ
21 bonorum, potiatur, † & fruatur in vita ſua omnib. bonis, in quibus cadit vſusfructus. & vlterius in d. l. 1. ꝙ etiam potiatur illis, quę vſu conſumũntur.

Sed contra, quia per tale relictum factum vxori ſolum videntur ſibi relicta alimenta, quando filij ſunt inſtituti, & ita ſeruatur de conſuetudine, vt eſt glo. ſing. in auth. quod locum. C. ſi ſecundo nupſerit mulier. Et per Bart. in l. Titia. la 1. §. fin. ff. de le. 2. Solutio, illud procedit, quando vxor fuit relicta domina, & vſufructuaria omnium bonorum.

Cæterum, ſi ſimpliciter fuit relicta vſufructuaria bonorũ, vt ſupra, tunc, etiam filijs inſtitutis, habet vſumfructum in
22 omnibus bonis, excepta legitima, † in qua non potuerunt grauari, ita reperio ſingulariter determinaſſe Bald. in l. ſi. C. de indicta vidui. tollen. poſt Odofre. & Nico. de Mata. Quod eſt bene menti tenendum pro limitatione notatorum in d. authent. quod locum.

Sed attende, quia reperio Barto. in d. l. Titia §. fin. tenere, quod etiam ſi ſimpliciter relinquatur vſufructuaria omniũ bonorum, habebit locum conſuetudo illa, de qua per gloſſam in dicta authen. quod locum. Quod etiam mihi placet,
23 quia licet † ſtatuta, & conſuetudines, non trahantur regulariter vltra caſum ſuum, per maioritatem rationis poſſunt extendi, iux. notata per gloſ. & Doct. authen. prętera. C. vnde vir, & vxor. Ego conſueui allegare c. per venerabilem. §. j. qui filij ſint legitim. licet Panor. teneat contrarium in c. tua. extra de ſententia excommunicationis. Modo ſi non habeat, niſi alimenta, quando relinquitur domina, & vſufructuaria, filijs inſtitutis, multo fortius quando relicta eſt ſimpliciter vſufructuaria omnium bonorum. ſecus ſi vnius fundi, ſecundum Barto. vbi ſupra. Ad l. 1. & ad id, quod ſenſit Barto. reſpondeo, quod illud procedit de iure, ſecus de conſuetudine obtenta in curia Bulgari, vt notatur in d. anth. quod locum. vel intellige dictam legem primam, quando extranei ſunt inſtituti, quia ſecus ſi filij, tunc enim ſolum habebit alimenta.

Quæro, † an ſit dare proprium vſumfructum in iuriſdictione, virtute cuius fiunt cõdemnationes, bonorum publicationes, & irrogantur mulctę? Barto. in l. fin. ff. ſol ma. ſentit, ꝙ ſic, quia iſtæ condemnationes dicuntur renaſci, quia ſę pius contingit committi delicta, dic, vt ibi. Sed quid de fructibus perceptis ante † nuptias? Dic, ꝙ illi conuertuntur in
25 dotem. l. ſi ante, in fine. ff. ſolu. matr. Ideo ſoluto matrimonio debẽt reſtitui. Et hoc etiam ſi ante matrimonium ſubſtinuiſſet vir onera matrimonij, lvt, puta, ſi puellam nondum nubilem duxiſſet, & alimentaret, & ſuſtentaſſet, ſecundum gloſ. in d. l. ſi ante. quæ communiter approbatur per Bart. & Doct. ibi. licet Azo, de æquitate renuerit contrarium. Et iſta æquitas in aliquibus toleratur. De quibus vide Imo. & Doct. ibidem. Dic, vt ibi dixi.

ARGVMENTVM.

Dotem a quibus, quandoque quis vendicet, & tum, cuius erit, aperit Rogerius.

SVMMARIVM.

1 *Dotem cuiſtam a quo & quando uendicet uir, & nu. 2. & 7.*

Reſtrin-

Source : BIU Cujas

Restringe num. 8.

3 *Vendicatum etiam æstimatum, & quandoque in dotem vertendum, & num. 5.*

Effectus, nume. 4.

6 *Dotalis tituli consideratio multiplex.*

9 *Promittere in dubio quatenus accipiatur.*

DVODECIMO videndum est, ad quem pertineat euictionis dotis periculum. Sup quo est distinguendum, an fuerit æstimata dos, an non.

Primo casu, si fuerit æstimata tali æstimatione, quæ facit emptionem, quæ in dubio præsumitur, vt legitur, & notatur in l. inter virum. C. de iure dot. & per. Doc. in l. si æstimatis. ff. sol. mat. Et ideo,† tunc maritus contra constituentem dotē, re euicta, actione ex empto aget, quia est vera venditio, & maritus debitor precij efficitur, vt est text. in l. 1. C. de iu.

2 dot. & in l quoties. eo. ti. Attende tamen,† quia ista venditio habet tacitam conditionē, si nuptiæ sequantur. Vnde si ante nuptias res pereat, damnum erit mulieris, casus est in l. plerūque. §. si ante. ff. de iure dot.

Item est aduertendū, quia id, qđ per actionē ex empto, de

3 qua supra, consequetur maritus,† re euicta, siue sit simplū, si ue sit duplū, cōuertetur in dotē, quia etsi vera sit vēditio, nō tñ est, simpleximo dotis causa. casus est notādus in l. quoties. ff. de iu dot. Plus dico, ꝙ ēt fauore dotis in hac etiam re æstimata, vt supra, habebit mulier, sol. mat. rei vendicationem,

4 † in qua præferetur omnibus creditoribus anterioribus, vt est casus notabilis, & menti tenendus in l. in rebus. & ibi Bar. & Bal C. de iure dotium. quod est mirabile, ex quo talis æstimatio facit emptionem, per quam dominium dicitur potius abdicatum ab ipsa muliere. Sed speciale est fauore dotis, vt

5 dixi circa priuilegia dotis.† Nam fauore dotis datur ibi actio in rem in subsidium. Si vero dos non æstimata æstimatione, de qua supra, vel sit inæstimata, tunc si præcessit pollicitatio, vel promissio, & incœpit dos a promissione, tunc re euicta. mulier tenetur, vel alius constituens dotem. Secus, si dos incœperit a traditione. casus est in d.l. 1. C. de iure dotium. quem ibi multum commēdat Bar. dicens, quod si ille textus esse glossa, milles signaretur. Et idem dicimus in dote, quod in donatione, vt l. Aristo. in fine, cum ibi notatis. ff. de dona. quod videtur mirabile, quia titulus dotis ex parte mariti

6 † non est lucratiuus, sed onerosus, vt dixi supra in §. septimo. & in §. octauo. versi. 23.

Quinimo, videtur vltro citroque obligatoribus, vt ibi dixi, licet Bal. aliter sentiat. & ratio potest esse, quia quando pars incipit promittere, & donatio incipit a promissione, intelligitur promittere &c. alterius dono facere secundū Bar. in d.l. Aristo. in fine. ff. de dona. Quod non faceret, si res euincatur. Ei subijcit Cyn. in l. Iulianus. §. primo. ff. de verbor. obli

7 gatio. quod etiam si euinceretur ratione† hypothecæ, vel pignoris, teneretur promissor, quia non dedit rem liberam. Et ista ratio etiam militat in promissione dotis, vt notatur in d. l. 1. C. de iure dotium. vbi glo. exponit rationem præmissam. & Azo in summa, de iure dotiū in vers dotis, autem euictio.

8 Et ex hac ratione infero, ꝙ si in promissione † quis promitteret non dare, sed tradere, tunc nec pro dote, nec pro alia dispositione deberetur euictio, quia tunc cessat ratio præmissa, ad quod vide Bal. in d.l.j.

9 Attende tamen, quia simpliciter promittendo in † dubio intelligitur potius promittere dare, quam tradere, vt est casus notabilis in l. si ita distrahatur. §. j. de contrahen. empt. & vendi.

Similiter ex præmissis infertur modus libellandi, quia debet agere ex stipulatione, quasi non dederit, prout promisit. l. qui concubinam. §. si hæres. ff. de leg. 3. Ideo non est necesse expectare, quod euincatur, vt notatur. ff. de solutio. l. si hominem. & l. cum quis. §. qui hominem. ff. eod. tit. & per Bart. in d.l. Arist. §. fi.

ARGVMENTVM.

Dotis quis dominus, & ea in cuius bonis sit.

SVMMARIVM.

1 *Dotem in uiri bonis esse.*

2 *Vir cuius dotis dominus.*

3 *Dotis inæstimatæ uir dominusne sit, quatenus accipiatur, num. 5.*

4 *Domus in statutis quatenus accipienda.*

6 *Dotem uiri muneribus non subiacere, & nu. 8.*

7 *Legem in rebus C. de iure dotium enucleari.*

9 *Leg. Aquiliæ actio quando in uirum danda.*

DECIMOTERTIO videamus in cuius bonis dicatur esse dos constante, & durante matrimonio. Hic attende, quia aliud est quærere, in cuius bonis, & aliud quærere quis sit dominus. l. bonorum. §. in bonis. ff. de verbo. sig. Vn

1 de, † si quæsieris, an dicatur dos in bonis mariti, absque dubio, quod sic, vt est casus in l. eum, qui. §. idem rñdet. ff ad municipales. Eodem modo dico sine dubio, quod est domi

2 nus rei doralis estimatæ. l. quoties. C. de iure dotium. † licet mulier adhuc tunc habeat in subsidium uendicationem, vt dixi in §. præcedenti. Sed, si quæsiueris, an, durante matrimonio mariti dicatur dominus dotis non æstimatę fuit, magna altercatio inter antiquos glossatores, quorum aliqui vero, ꝙ vxor sit domina, aliqui vero, quod maritus. Et gl. adducit plura iura pro, & contra in l. in reb. C. de iu. dotium. Et concludit, maritum esse dominum, & respondet legibus contrarijs. Et ita concludunt etiam Cy. & communiter Doc. ibi, vt refert Saly. Et pro hac decisione videtur casus Insti. quibus a-

3 lienare licet, vel non. §. 1. quamuis ipsius sit dotis† causa datū. Noto verbū datū, quod importat trāslationē dñij. §. sic itaq; diceretis. Instit. de act. Quinimo res aliæ vxoris dicuntur esse viri, & versa vice propter cōmixtā familiā: licet non propriè. casus est notabilis in l. j. §. si vir. ff. ad Syllani. & eodē modo res patris dicuntur esse filiorū, vt eadem l. §. domini, per quæ dicit ibi Bal. ꝙ filius vulneratus in domo patris, vel vxor in domo mariti, dicentur vulnerati in domo propria, vt vulnerans puniatur pœna statuti disponentis ꝯ vulnerantes qnempiam

4 in domo propria. Quod non credo verum:† quia illud impropriè accipi debet in d. § si vir. & l. in suis. ff. de lib. & posthum. Quæ improprietas non habet locum in statutis, ni sustineamus dictum Baldi propter vsum loquendi, de quo dic, vt latè dixi in titulo de extensiua statutorum interpretatione. §. ampliari. versiculo præmissa etiam faciunt.

Or quicquid sit, circa principalem quæstionem dico, quod licet quo ad quædam habeatur maritus pro domino, & possit vendicare l. doce ancillam. C. de rei vendic. & alia facere tanquam dominus, de quibus per glossam in d.l. in rebus. Et eodem modo, vice versa, vxor quo ad quædā reputatur domina dotis, vt etiam ibidem habetur per glossam. Quam quidē glos nolo redigere de charta in papyrum. Vere tamen, & pro

5 prie loquendo non credo† quempiam ipsorum esse absolute dominum & de vxore constat, & tenent communiter Doctor. Sed de marito probo quod non sit proprie & absolute dominus, sed qualificatus ita, vt etiam sit quædam mixtura dominij inter eum, & vxorem. hoc probatur in d. l. Pompo nius. § in dotem. ff. de acquir. possess. & in l. sciendum. §. si fundus. ff. qui satisda. cogan. & in l. Lucius. alias incipit eum, qui §. idem respondit. ff. ad municip. vbi textus dicit eleganter

6 † quod licet dos sit in bonis mariti, si tamen maritus vocetur ad aliqua munera, accepto modo substantiæ, dos non cōputabitur, ita dicit textus, quasi dicat, quod licet sit in bonis, non tamen proprie dicitur esse mariti, seu de eius substā

7 tia, vt probatur euidenter etiam in d.l. in rebus. quæ † dicit, quod licet legum subtilitate res dotales trāseant in matrimonium mariti, non tamen ob hoc deletur, vel confunditur rei veritas, quasi dicat, quod, veritate inspecta, propriæ loquēdo non sunt viri. Ideo si statutum vetet quempiam ad aliquod officium, nisi habeat bona æstimata ad mille, certe non computabitur dos, per illum. §. idem respondit. quem ibi signanter no. ad hoc Bar sentiens secus si dixisset, nisi habeat mille in bonis, quasi proprie in bonis mariti dicatur esse dos, licet non de eius substantia quo ad dominum verum. Ego tamen hoc casu ad hoc dicerem idem, quia ratio talium statutorum est, vt in casu malę administrationis habeatur recursus ad bona, & vt possit functiones publicas persoluere. l. ad

8 subuenda. C. de decurio. † Quod non poterit fieri de re dotali, Institut. quibus alienare lic. §. j. nisi forte materia subiecta demonstraret aliam fuisse mentem statuentium. probatur etiam præmissa conclusio mea in l. diuortio. §. si fundum. in fi. & ibi dixi. ff. solu matrim. vbi, per hoc glo. Bald. & Imo.

9 volunt † contra maritum dantem damnum rei dotalis actionem legis Aquilię, licet ibi Barto. teneat contrarium, quę nō daretur, si esset vere dominus. Nam contra dominum non datur actio legis Aquiliæ, sed domino. l. item Mela. §. legis. ff. ad leg. Aquil. & istam esse puto veritatem.

ARGVMENTVM.

Qui & a quinus, constante, dissolutoque matrimonio, quando, quibus ex causis, quoue modo dotem repetant.

SVMMARIVM.

1 *Dotem mobilem post annum, immobilem statim reddi.*

Fructus

Source : BIU Cujas

2 *Fructus dotales quo diuidendi modo.*
3 *Patrem turpem de dote non agere, in honesto contra nu.4.*
5 *Pater in dubio quibus ex causis de dote agat.*
6 *Pater de dote agens quando caueat.& nu.8.*
7 *Patri de dote agenti reclamante filia,quid obseruet iudex.*
9 *Dote reddita, virum non liberari quatenus, an non, verum sit. & numero 10.*
11 *Dos,constante mat.quibus ex causis reddenda,& nu. 12. & qui accipiendum.nu.13.& 14.*
15 *C.p vestras.explicari.& quando illi locus,an non,sit.& nu 17.16.& 18.*
19 *Doti non sufficere viri bona,qui,quatenusque probandum,& nu.20.*
21 *Probationi semiplena quando sit locus.*
22 *Dotem a proscripto repeti Tempera, & extende nu.23.*
24 *Dotem vt a viro,ita a socero repeti,& exorbitantia extendi verius est,numero 25.*
26 *Dotem profectitiam quando absque patre repetit filia.extendit nu.27.*
28 *Dotis actio quæ patri danda Declarat nu. 29.*
30 *Dotem,aliis stipulantibus etiam a muliere non repeti verius est.*
31 *Dotem ob inopiam repetere hæredibusne liceat.quibus subueniendum. numero 32.*
33 *Dos quando sequestranda.*
34 *Hypothecaria pro dote quatenus danda.*
35 *L.ubi.& l.sequenti.de iu.dot.C.sensus multiplex.num.36 37. 39.verior. nu 35.& 39.*
40 *Dotis,constante matrimonio,repetitæ effectus aliquot.*

DEcimoquarto videre etiam congruit, qualiter fiat dotis exactio. Primo videamus, qualiter fiat soluto matrimonio, deinde quomodo exigatur, eo cõstante. Primo quidem casu distinguendum est, an
1 †dos consistat in bonis mobilibus,vel immobilibus,quia si in bonis mobilibus,maritus, vel eius hæredes habent inducias annales,secus si consistat in immobilibus,quia tunc statim,so 12 luto matrimonio,potest peti,de quo dicendum vt in l.vnica. §.exactio.C.de rei vx. act.

2 Et qualiter†debeant diuidi fructus vltimi,quo solutum est matrimonium,& etiam primi anni,quo contractus est,habe tur in l.de diuisione.cum l.seq.ff.sol.mat.Et omnino pro intel ligentia istorum fructuum vide Bart. in l.diuortio.§.quod in anno.ff.eo.tit.& in l.3.§.interdum.vbi ponitur practica præce 13 dentium iurium.

Sed quæro,qualiter pater,an etiam filia, soluto matrimonio,possit exigere dotem? Super quo commiscendo practicã
3 cum theorica do tibi vtilem doctrinam, quia † aut pater est turpis vitæ,& abiectæ conditionis, & tunc repellitur ab actio ne de dote per officium iudicis, etiam filia non contradicente.l.si cum dotem.§.eo autem tempore. ff.soluto matrimon.
4 Aut secundo†pater est vitæ probatæ,& notæ authoritatis, & tunc dico,quod poterit agere etiam filia reluctante, & contradicente, vt etiam est casus in d.§.eo autem tempore. Aut
5 tertio sumus in dubio,& tunc pater potest agere,filia expresse consentiente,absque dubio.

Idem dico,si expresse non consentiat, pur, q̃ non contradicat d.l.2.§.voluntatem.ff.sol ma.

Idem dico,si filia erat absens, & sciebat patrem agere, vel erat furiosa, quibus casibus pater potest agere etiam sine cau tione de rato l.2.§.fi.ff.sol.mat.

6 Si autem pater agat,†filia absente,& ignorante,tunc cauebit de rato,vt d.§.fi.& d.§.eo autem tempore. Si vero filia est præsens,& contradicat, tunc iudex habet examinare contradictionis causam,an sit legitima,vel non,casus est in dic.§.eo autem tempore.

7 Et quando†dicatur filia tacite contradicere,dixi ibi in notabilibus.Videamus nunc econtrario,quid si filia agat? Dicendum,quod si pater est præsens,oportet,quod expresse consentiat,nec sufficeret tacitus illius consensus, de quo habetis gl.
8 notabilem in d.l.si cum dotem.§.primo.Idem dico,† si pater erat absens ob causam necessariam,quia tũc filia poterit age- 14 re,dummodo caueat de rato,dicta l. si cum dotem. §.primo. Idem dico, si esset absens ob causam voluntariam, quia admitteretur filia cauendo de rato.l.filiusfamilias. §. sed & filia. versicu. & puto. de procuratorib. Idem si pater est furiosus. dicta l.si cum dotem.§.fina soluto matrimonio. & quis tunc præferatur, vel curator patris,vel filia,dixi in dic.§.eo autem tempore.

Nunc autem videamus, qualiter fiat exactio constante ma
9 trimonio,seu solutio dotis.†Super quo etiam distingue,quia 15 aut fit solutio mulieri.nulla insistente causa,aut ex causa.Si sine causa,non liberatur maritus, constante matrimonio, soluens vxori dotem.l.1.C.constan.mat.

10 Si verò † ex causa sibi soluatur, tunc aut causa necessitatis cogentis patrem propter æs alienum, & tunc maritus liberatur.Idem si propter vtilitatem, vt ipsa mulier emat predia, & dotis constitutio fiat melior.Idem & tertio ex causa pietatis, & honestatis, vt subueniatur coniunctis personis ipsius mulieris agentibus, vel, vt redimat quempiam ex necessariis ab hostibus, vel è carceribus, vt est de omnibus præmissis casus notab.in l. quamuis. cum sequen. ff. soluto matrimonio. Attende tamen, quia pro istis causis non cogitur maritus eburs are dotem, nisi velit,vt not. per glos. in l. mutus. ff. de iure dorium.

Vnde videamus, an sint dabiles aliæ causæ, † propter quas maritus inuitus cogatur soluere dotem constante matrimonio. Super quo discurrendum est per tria iura. Primum fuit ius Digestorum,quo mulier non poterat agere, nisi vir esset deductus ad illam extremam miseriam,q̃ bona sua non sufficerent exactioni dotis deducto ære alieno,vt l.si constante.in princ.ff.solu.matrimon.Secundum fuit ius Cod.quo fuit plenius prouisum, vt licet bona mariti sufficiãt pro exactione dotis,quia tantum est,quod sufficit creditoribus, & doti, laborat tamen maritus,quia nobilis est,& quem oportet honorifice viuere,& omnia expendit. Ideo mulier patitur necessitatem,quo casu mulieri subuentum est,vt etiam tunc dotem exigere possit per l vbi adhuc. C.de iure dotium & l.in rebus. §.omnes.eod titu. Tertium fuit ius Authenticorum, quo plenissimè prouisum est, vt etiam si maritus sit diues ita, q̃ potest bene viuere,& sufficit creditoribus, & doti,dubitatur tamen, ne vergat ad inopiam, quia male vtitur substantia sua, certe & tunc potest exigere mulier dotẽ, casus est in §. illud. in Authenti.de æqualitate dotis.collat.7.& per Bar. in dic.l si constante Idem si inciperet depauperari sine sui culpa propter mercantiam forte deperditam, secundum Bar. in repeti. l.si constante.in 4 q primæ partis principalis, & dicit sentire glo.in §.illud.in Authen de æqual.dotis.in quæst. ibi, quid si maritus & socer. Addo quartum ius Canonicum, †quod prouidit etiam in casu, quo ab initio maritus laborabat inopia, quod non erat prouisum per iura præallega. Sed fuit succursum mulieri per cap.per vestras.extra de donatio.inter virum & vxor.

Sed tunc,videamus,quo remedio succurratur. Et reperio, quod Cy.& Dy.quos referunt Bar.& Doct. in d. l.si constante, dixerunt, q̃ si mulier † pignorauit istam inopiam, poterit perinde exigere,ac si superueniisset post matrimonium, secus si sciuit,quia tunc esset ei imputandum per l si is,a quo in fi.ff. vt in poss. leg. & idem tenuit Ioan. Andr. in addi. ad Specu.in titu.de donatione inter virum & vxorem. §. fina. in versicu. cum mulier.

Sed Bart.in d. l.si constante. tenet idem si sciuit,quia sicut non potest per pactum expressum mulier facere conditionẽ dotis deteriorem.l.de die.cum sequen.& l.secunda.ff de pact. dota.ita nec pacto tacito,quod videtur resultare,quando dat dotem marito pauperi.& allegat pro casu dictum capi.per vestras.Bal.vero,& Ange.in dicta l.si constante, sequuntur opinionem Dy. quia pactum istud, quod resultat tacitè, est secundum naturam dotis, scilicet, quod non agatur constante matrimonio.Ideo valet l.si vnus.§.pactus.versicu. quod in specie. ff. de pactis. & ita dicit Bald. tenere Cyn. in dicta l.vbi adhuc.Sed hæc ratio secundum Imo. parum valet, quia imo illud tacitum pactum est contra naturam doti.sdic. l. vbi adhuc.Sed ego dico, quod Imolensis non bene ponderauit rationem Baldi, & Ange. quia regula est, quod, constante matrimonio, non potest dos exigi, nec etiam voluntarie solui, vt supra dixi.Sed hoc fallit in casu dic.l. vbi adhuc. Vnde vult dicere Bald. quod illud ius speciale de facili tolli poterat per pactum, per quod reducimur ad regulam generalem, vt est optimus casus in dicto versiculo,quod in specie. quem allegat Bald.& ita voluit singulariter Bald. limitare dic. l. de die. cum similibus, quod est menti tenendum, & pro eius opinione statim adducam optimum textum contra Imo. Salycetus verò in dicta l. vbi adhuc. † dicit, quod si allegaretur inopia, quam sciuit ab initio mulier, tunc non poterit agere, secus si sciuit mali vsus inchoationem, quia nihilominus perseueratio post matrimonium faceret competere actionem mulieri.

Ego pro indaganda veritate primo quæro, quis reuelauit Doctoribus premissis,quod in dicto capitulo,per vestras,mulier sciuit ab initio inopiam mariti,& quod maritus ab initio erat pauper? Solutio, dicerem, quod hoc probatur ex narratione casus, † vt patet ibi pro H. paupere &c. & in sequentibus dum dicit, vergebat ad inopiam.intelligo ab initio ipso.Hoc etiam probatur ex ratione illius tex. quæ est, quia sicut mulier corpus suum credidit marito, ita multo fortius dotem debet credere. Quæ ratio nos adistringit intelligere, quod illa qualitas inopiæ erat ab initio, & eam sciuit mulier.

Source : BIU Cujas

Sed hoc non obſtãte, nupſit ei. Vnde ſicut, non obſtante inopia, credidit ei ſuum corpus, ita dotem credere debet. Quæ ratio non militaret, ſi illa qualitas inopiæ ab initio non fuiſſet, vel eam mulier ignoraſſet, quia tunc corpus ſuum ei credidiſſet, eo quia credebat eum eſſe idoneum. Et nota diligenter illam rationem, quia innuit euidenter, quod mulier in his caſibus ex tacita conuentione poteſt deteriorem conditionem dotis facere. Et ratio rationis poteſt eſſe illa, quam dicũt Bal. & Ange. & iſte eſt tex. quem ſupra dixi eſſe contra Imo. vt patet ex rõne præmiſſa, & ad eius rationis fortificationem adduco glo. optimam in l. 2. in glo. magna ibi; Item, quid ſi emphyteuta &c. C. de iure emphyteuti. & l. finali. C. de pact. conuen. & in l. idem Vlpianus. §. 1. de excuſ. tutor. vbi patet expreſſe, quod iura exorbitantia (prout ſunt iſtæ fallentiæ a regula, vt est dicta l. vbi adhuc. cum ſimilibus) facile tolluntur ex tacita mente ſtatuentium. Et etiam corrobora per ea, quæ dixi in titu. de exten. ſtatuto. interpreta. §. nunc venio. verſicu. idem puto, & duodecimo. His ſic prẽmiſſis facio tres caſus, quia aut ab initio erat maritus pauper, non tamen ſuſpectus de dilapidatione. Aut ſecũdo ab initio, ſcilicet tẽpore cõtracti matrimonij non erat, ſed tamen iam cẽperat vergere ad inopiam, ſine tamen ſui culpa, ſed propter caſum inopinatum. Aut tertio cẽperat vergere ad inopiam propter ſuum malum vſum, & prodigalitatem. Primo, & ſecundo caſu dico, quod procedit ille tex. in capitu. †per veſtras, quando mulier ſciuit illam qualitatem, quia in vtroque caſu militat illius tex. ratio. Et hoc vult etiam euidenter ibi glo. ſi bene videatur. Ideo non ſolum prohibetur mulier ob hoc dotem repetere, ſed etiam (ſi nondum ſoluta eſſet) cogeretur ſoluere marito cautionem præſtanti eam, quam præſtare poterit, vt ibi dicit text. Vel erit dos deponenda apud mercatorem ad partem honeſti lucri, vt ibi dicitur, & non erit penes virum, nec penes mulierem. Et ſic in aliquo (pur) ſuccurritur mulieri, licet ab initio ineſſet qualitas inopię Sed fortius ſucurritur in membro ſequenti.

In tertio vero caſu dico, quod ſi poſt matrimonium contractum perſeueraret in illa ſua prodigalitate antecẽpta, tunc † non procederet dictum cap. per veſtras. & etiam videtur velle glo. ibidem. Ideo tunc etiam ſi iam eſſet ſoluta, poſſet repeti ſecundum formam l. vbi adhuc. C. de iure dot. Et hoc caſu poterit opi. Bar. & Saly. ſuſtineri, de qua ſupra.

Sed tũc obſtat, quia etiam hoc caſu videtur militare ratio dicti capit. per veſtras. Sed poteris dicere, quod imo iſto tertio caſu ceſſat illa ratio, quia non † reperitur dos virtute qualitatis, ſeu dilapidationis, quæ inerat ab initio, ſicut in caſu dicti cap. per veſtras. ſed potius reſpectu ſequentis dilapidationis perſeuerantiæ contra mentem vxoris, quæ forte credidit illum ſe emendaturum, prout ſolent multi facere poſt vxorem dictam.

Sed quæro pro prẽmiſſorum declaratione, † qualiter probentur viri facultates ad dotis exactionem non ſufficere, aut inopia alicuius, vel quod quis incipiat male vti ſubſtãtia ſua? Solut. dicit Azo in ſumma, de iure dot. quod hoc probatur per famam ſeu vulgi opinionem. Et idem tenet Dy. in ſæpe allegata. l. ſi conſtante. Et Iacob. de Arena in l. paupertas. ff. de excuſatio. tuto. & Cyn. in l. vbi adhuc. vbi etiam hoc voluit notabiliter glo. & etiam glo. in §. illud. in Authenti. de æqualitate dotis. Quod verum dicit Bar. in dicta l. ſi conſtante. in materia noſtra, in qua agitur de modico præiudicio ipſius mariti, patebit ex infra dicendis. Vnde ſufficit † ſemiplena probatio per famam, vt nota. in l. 3. eiuſdem quoque principis. ff. de teſtib. Cæterum, ſi ageretur de graui præiudicio, tunc non ſufficeret probare per famam. Et ideo, ſi mulier in caſibus prẽmiſſis ageret hypothecaria cõtra extraneos poſſeſſores (quod poteſt, vt d. l. vbi adhuc) certe oporteret probari inopiam plene, quia eis fieret magnum præiudicium. Et hoc proſequere, vt latius per Bar. in d. l. ſi conſtante. Et ex prẽmiſſis collige notabiliter, quod in his quæ ſunt modici † præiudicij, ſufficit ſemiplena probatio, quæ fit per famam.

Sed quæro vlterius, nunquid ille, qui iuſſus eſt exulare, dicatur † male vti ſubſtantia ſua ita, vt habeat locum repetitio, licet de bonis eius nihil ſit publicatum? Et determinat Bar. in d. l. ſi conſtante. quod ſic, in quinta quæſtione primæ partis ſuæ repetitionis. Subiicit, quod marito abſenti debent mitti alimenta, allegat Specu. in titu. de donatione inter virum & vxorem §. fi. verſicu quid ſi vir. & facit ſecundum eum. l. mutus. ff. de iu. dot. & in Auth. de inceſtis nuptiis. §. ſi vero contigerit. colla. 4. & licet ibi loquatur Bar. de bannito propter maleficium, tamẽ idẽ concludit † eius concluſio in quocũq; expulſo a ciuitate, q incipit peregrinari. Hinc reperio Imo. in l. ſi cum dotem. §. ſi maritus. ff. ſolu. mat. idem determinaſſe de expulſo propter partialitatem.

Quærit inſuper Bar. vbi ſupra, quid in ſocero, ſi ipſe recipit dotem, & vergat ad inopiam, vel male vtatur ſubſtantia ſua, an ab eo, ſicut a marito poterit dos exigi? Et arguit, quod non, quia l. vbi adhuc. & ſimiles ſunt exorbitantes & deuiant a regula, qua cautum eſt, dotem non eſſe reſtituendam, niſi ſol. mat. l. in rebus. §. omnes. C. de iure do. l. 2. in prin ci. ff. de dote præleg. Vnde, cum loquantur prædicta iura in marito, non debent extendi ad ſocerum l. ſi vero §. de viro. ff. ſolu. matri Nihilominus glo. in d. l. ſi conſtante. tenet contrarium, † quia eſt eadem ratio in ſocero, & ibidem Bart. & communiter Doctor. (vt refert Imo.) hoc tenent, & etiam glo. & Salyce. in d. l. vbi adhuc. Et mouetur Bar. quia nos non facimus hanc extenſionem, ſed authoritate regulæ, quæ eſt, vt actio de dote eodem modo detur in ſocerum, ſicut in maritum. l. rei iudicatæ. §. fin. & l. diuortio. §. interdum, ff. ſolu. matr. Et eandem rationem ponit etiam Saly. in d. l. vbi adhuc. Vnde ſuccedunt notata in l. ſi quis ſeruo. C. de furt. Sed ego dico, quod iſta ratio non eſt tuta, quia licet duo ęquiparentur in multis, in exorbitantibus tamen non fit extenſio de vno ad reliquum. ita probat tex. quem ad hoc ibi notat Panor. in capitu. quod Dei. extra de ſtatu monac. Item non eſt ſimpliciter verum, quod vi regulæ antiquæ in correctorijs, poſſit fieri extenſio, vt plene dixi in tit. de extenſoria ſtatutorum interpret. §. nunc venio. & in titulo de prohibita alienat. §. 1. in fi. De quo dic, vt ibi. Vnde melior eſt gloſſæ ratio in d. l. ſi conſtante. quia † per identitatem rationis leges exorbitantes, & corrigentes poſſunt ampliari, iuxta ea, quæ plene tetigi in d. titu. de extenſ. ſtatutor. interpretat. §. primo. quicquid dicat Bart. in d. l. ſi conſtante. qui fatetur, quod leges exorbitantes, ſeu deuiantes a regula bene poſſunt extendi, ſecus in legibus corrigentibus, & male, vt patet ex his, quæ dixi in loco prædicto.

Nunc quæro de aliquibus quæſtionibus tangentibus partem repetentium dotem in caſibus permiſſis. pone enim, ꝙ dos † eſt profectitia, cuius actio eſt communis patri & filiæ, an filia, patre inuito, poſſit agere in caſu inopiæ vel mali vſus? Solu. de hoc eſt caſus in ſæpe allegato. §. illud autem. de ęqualita. dot. collat. ſeptima. & tranſumptiue in authent. quod locum. C. de collat. vbi diſtinguitur, an dos ſit parua, vel magna, quia ſi magna, poteſt, patre inuito, agere, alias ſecus. Idẽ ſi eſſet parua, & pater vxoris eſſet talis, quod ſi dos perderetur, non poſſet eam iterum dotare. De quo dic, vt per Barto. in dicta l. ſi conſtante. & an ſit parua, vel magna, determinatur ex qualitate perſonarum, vt habetur in locis prædallegatis. †Et adde, quod patre abſente, filia indiſtincte poterit agere. l. ſi longius. ff. de iudic. & hoc tenet Patrus in dicta authent. ꝙ locum. quod eſt verum, ſecundum Bar. in d. l. ſi cõſtante. dum modo caueat rem ratam habiturum. l. 2. in fi. ff. ſolu. matrim.

Quarto, quid † ſi non mulier, ſed pater eius vult agere? Dic, quod poterit ſecundum glo. in dicta l. ſi conſtante. cum tenea tur de nouo eam dotare. authen. ſed quamuis. C. de rei vxo. actio Quod verum eſſe dicit † Bar. in l. ſi filia conſenſit, vel cauſam contradicendi non habuit. l. ſi cum dotem. §. eo autem tempore. ff. ſoluto matrimonio. Sed quid ſi mulier, quæ dedit dotem, ſtipulata eſt ſibi reddi quandocunque diſſoluto matrimonio, an eueniente inopia agere poterit? Cy. in dicta l. vbi adhuc, quinta quęſtione, determinat, quod ſic.

Sed quæro, pone, quod pater, vel extraneus dans dotem ſtipulatus eſt ſibi reddi in omnem euentum & caſum dotis reſtituendæ, prout quotidie fit in inſtrumentis dotalibus, an tunc mulier poterit agere propter viri inopiam. Bar. in dicta l. ſi conſtante. determinat, quod ſic, quaſi iſte non ſit proprie caſus dotis reſttuẽdæ, quia non eſt vera reſtitutio, cũ adhuc deſeruiat onerib. matrimonij, vt infra dicã Et iſtud etiã vr̃ vel le gl. ibi, cum dat hanc rationẽ, licet quæſtio formetur in alijs terminis, videlicet, qñ ſtipulatus eſt in caſum diſſoluti matrimonij. Sed ſecundum Imo. †contrarium vr̃ ſenſiſſe Spe. & Io. And. poſt eum in titu. de dona. inter virum & vxorem. §. nunc dicamus. circa princip. Et idem voluit Odofred. in dicta l. vbi adhuc. vt refert Io. And. vbi ſupra. Quod videt verius, cũ abſque dubio nõ poſſit negari, quin iſte ſit caſus dotis reſtituendæ. Fatetur tamen Imo. quod deſeruire oneribus matrimonij dos debebit, licet ipſe pater, vel extraneus repetat, ſicut diſeruiret, ſi mulier repeteret, ꝑ l. vbi adhuc. & iſtud eſt menti tenendum, ſecundũ Imolam. Sed pone, quod vxor deceſſit cum liberis, & dos remanſit apud patrem, qui poſt ſolutum matrimonium vergit ad inopiam, an aliquo remedio † cõſulatur ipſis filijs? Dicit Barto. in d. l. ſi conſtante. quod eis conſuletur per officium iudicis, per quod poterunt filij dotem petere ſibi reſtitui, per l. Imperator. ff. ad Trebel. & per l. fina. C. de ſenten. paſ. & probatur in l. fi. circa princ. ff. vt lẽga. nomi. caueatur. Idem tenet Io. Andræ. in additio. ad Spec.

Spec.in titu.de dona.inter vir.& vxor. §. fin. ad fi dummodo adſecuretur pater de vſufructu ſuo. & ita refert Imo. in d. §.
32 fi. Ipſe vero Imo.concludit, quod † ſufficit filijs, ſi pro eis præſtet idoneam cautionem,cum inter patrem & filium hodie poſſit ex cauſis aduentitia eſſe obligatio.l. iubemus. C. ad Treb.& probatur in d.l.Imperator.a contrario ſenſu.

Videamus nunc pacticam de modo repetendi dotem in caſu inopiæ,vel in alijs de quibus ſupra.Super quo dic, quod ſi vir res dotales inæſtimatas dediſſet,non tamen male vtitur
33 ſua ſubſtantia,† mulier ſolum habet remedium ſequeſtrationis.l.ſi cum dotem. §. ſi vero dotem.ff.ſol. matrimon. Si uero ſubſtantia ſua male vtitur,tunc abſque dubio poteſt mu-
34 lier † agere hypothecaria, tam contra maritum, quam contra extraneos poſſeſſores.l. vbi adhuc.C. de iu.dot. vbi glo.& Cy.ad Spec.in ti.de don. inter vir. & vxo. §.fi. verſi. Sed quo iure.& Bar. in d. l.ſi conſtante. temperant verum eſſe, dummodo prius fiet diſcuſſio in bonis viri,quando agitur contra extraneos poſſeſſores. Sed nunquid propter inopiam,vel malum vſum poterit agi etiam actione perſonali de dote. Quidam tenent, quod non, quia de hypothecaria ſolum loqui-
35 tur. l. vbi adhuc. † Sed Cy. ibi, Bar. Bal. Ang.& communiter Doct. in d.l. ſi conſtante. tenent competere etiam actionem perſonalem, & videtur expreſſum in dicta l.ſi conſtante. Et
36 pro hoc adducit Imo. pro caſu.l.in rebus. C. de iu.dot. † Sed attende, quia ille tex.potius facit in contrarium, vt patet ibi prope finem, ibi, hypothecas ſuas exercere &c.non tamen recedo a communi ſententia per dictam l.ſi conſtante. Nota bene dicere, dum dicit, quod mulier non poteſt petere dotem ſibi reſtitui, ſed ipſam in tuto collocari, vt poſſit ſe & ſuos alere. Sed neſcio qua ratione motus hoc dicat. Et contrarium etiam tenet Imo.in d. l. ſi conſtante. in fine apparatus. Plus dicit Bar. quod etiam mulier habet vtilem actionem in rem ad res emptas ex pecunia dotali, vel etiam ad res dotales æſtimatas tali æſtimatione, quæ facit emptionem, quando vir non eſt ſoluendo,vt probatur in dictis legibus, vbi adhuc.& l. in rebus. in princip. & §. fi. & facit l. vxor marito. ff. de donatio. inter vir. & vxor. Sed non credo verum, quia
37 † in d.l.vbi adhuc,non dat aliam actionem realem, quam hythecariam,vt patet ex eadem lege.Et hoc etiam declarat Imperator in l.ſeq.videlicet,in d.l.in reb.prope finē,vt ſupra dixi.

Præterea, quod opinio Bar.non poſſit procedere, probo euidenti ratione.Nam certum eſt,quod propter fauorem dotis concurrere ſimul duo exorbitantia non poſſunt.l.1.& ibi glo. & Docto. C. de procura.Ratio, quia duo ſpecialia non poſſunt ſimul concurrere ex eodem fonte æquitatis, vt probatur plene per Bar.in l.ſi is,qui pro emptore. ff. de vſucapio. Sed,attenta opinione Bar.iam fauore dotis cōcurrerent duo exorbitantia.

Primum,quia conſtāte matrimonio, poſſet agere mulier, quod eſt exorbitans vt ſupra dixi.

Secundum, quia pro rebus æſtimatis tali emptione, quæ facit emptionem,poſſet agi vtili in rē actione,quod eſt exorbitans.l.quoties. C. de iu. do.quæ conceſſit talem exorbitan-
38 tiam, videlicet vt pro † rebus ita æſtimatis competat vtilis in rem, loquitur, quando matrimonium eſt diſſolutum. Ergo (cum ſit exorbitans) non debet trahi ad caſum, quo agitur conſtante matrimonio, maxime, quia tunc non eſt tanta ratio.Quinimmo dico,quod non ſolum eſt exorbitans,ſed etiā corrigens, quia vbi de iure antiquo, mortuo marito, dominium rei dotalis tranſibat in hæredem. l. 1. in fi. ff. de fun.do. ita quod non competat mulieri rei vēdicatio,hodie hoc corrigitur per l.illam,in rebus. Et per hoc dico,quod rei vendicatio competit mulieri,quando vult agere conſtante matrimonio in caſu inopiæ,vel mali vſus,quia illa lex corrigens,& concedens hanc vendicationem,ſoluto matrimonio, non debet trahi ad caſum præmiſſum, licet Bart.contrarium velit in dicta l. ſi conſtante.in 2 parte 4. partis ſuæ repeti. quem etiam ibi ſequitur Imo. ſubijciunt tamen Bal. & Ange. tenere con-
39 trarium,& ego per præmiſſa† dico,quod Bal.& Ange.ſanctiſſime loquuntur.

Poſtremo videamus de effectu huius repetitionis dotis,
40 quæ fit conſtante matrimonio, dic, quod † eſt magnus effectus, quia ammodo erit mulier tuta. Item nec ipſa poterit alienare.

Item viri conditio ex hoc non fit deterior,quia ex dote debet,non obſtante repetitione,alimentari,& eius filij,vt de his caſus in d.l.vbi adhuc.

Plus dicit Bar. in repetitione l.ſi conſtante.in fine apparatus, quod ex ea debet mulier etiam alere ſocerum, & etiam filios ex alio matrimonio,ſi ſint bona omnibus ſufficientia, alias non,vt etiam habetur per Cyn.in d.l.vbi adhuc. in decima quæſtione.

ARGVMENTVM.

Dotis ſoluendæ remedia mutua, & non ſolutæ interuſurium,ſcribit Rogerius.

SVMMARIVM.

1 *Dotis mutua petitio.*
2 *Dote non ſoluta, quid a viro faciendum.& nu. 3.*
4 *Mulierem a dotem non reddentibus alendam quatenus, an non verum ſit. nu.10.& 11.*
5 *Viduæ priuilegia,& nu.6.*
7 *Viduam aliquatenus accipiendam,verius nu.8.& 9.*

DEcimoquinto videamus, quibus remedijs ſit vtendū
1 aduerſus non ſoluentes dotem. Circa † quod duo ſunt principaliter conſideranda.

Primum, qualiter contra patrem mulieris ſit prouidendum marito.

Secundum, qualiter ſit mulieri prouidendum contra patrem mariti non ſoluentem dotem,ſol.mat.

2 Circa primum dico, quod † maritus poteſt vxorem expellere,& mittere ad domum patris propter dotem non ſolutā, & ita dicunt Bald.& Imo.in l.1.ff.ſolu.matrim.dico, quod de hoc habes caſum in cap.per veſtras.in fi.alias incipit,per tuas. & ibi no. Panormitanus, extra de donatio. inter virum & vxorem.& probatur in.l.generaliter.C.ad Vellcianum,& eſt gl.in §. fi in Authen.de non eligendo ſecundo nuben. & dicit Pan. vbi ſupra, poſt Hoſtienſem, quod vltra hoc poterit adhuc agere ad dotem ſi ſe maritus offerat, ſoluta dote,vxo-
3 rem † repetere. Item poteſt, etiam ſi vrbanius velit agere, non expellendo eam,aliquid nomine vſurarum recipere, de quo dic,vt dicam in §. proxime ſequenti.

4 Circa ſecundum dico, quod † mulier(quandiu maritus, vel eius hæredes ſunt in mora dotem reſtituendi)poteſt petere alimenta. Quinimo Cyn. poſt Ricardum in l.fina.C. de bonis mater.dicit indiſtincte, quod donec mulier eſt vidua, & ſtat in viduitate, hæredes mariti tenentur eam alere, quia tunc dicitur pmanere in priori matrimonio, vt eſt ibi caſus.
5 Addo,quod hinc videmus quod dum† mulier eſt vidua, retinet viri forum.l.filij.§.vidua.& l.Imperatores. §. idem reſcripſerunt.ff. ad municip.

6 Baldus vero in d. l. fin. dicit, † quod ita demum hæredes mariti tenentur viduam alere, ſi aliunde non habet, vnde ſe alat. Et idem reperio voluiſſe Panor.in c. ſalubriter, extra de vſuris. Sed reperio, quod Ang.in l. diuortio.in prin.ff.ſoluto matrimon.dicit, quod hæredes mariti non tenentur alere viduam,niſi quandiu ſunt in mora reſtituendi dotem.

Baldus vero ibi dicit, quod, quandiu ſunt in mora,tenen-
7 tur ad intereſſe,† non vltra,per l.ſi mora.ff.co.ti.Innoc.vero, & Io.And.in d.c.ſalubriter.(vt refert Imo.in d.l.diuortio) dicunt quod quādo dos eſt in pecunia etiam poſt moram,mulier nihil poteſt petere fine vſuraria prauitate.

8 Sed attende, † quia Innocen. ibi non ita ſimpliciter loquitur,ſed dicit,quod ſi mulier,marito mortuo, habeat penes ſe pignora dotis ſuæ, quod fructus computabit in ſortem, quia ceſſat ratio c.ſalubriter.de vſuris..Et adde Ioann.de Ligna. in clementina prima.de vſuris.qui dicit quod etiam per ſtatutū non poteſt fieri,vt mortuo viro,vxori aliquid certum pro alimentis detur vſque ad ſolutionem dotis.

9 Imola vero in d. l. diuortio.dicit, † quod, quando mulier aliunde habet vnde ſe alat, vel quando(ſi eſſet ſolicita) poſſet de facili recuperare, ſed non curat, nihil poterit petere. Cæterum ſi inſiſtit, quantum poteſt, ſed de facto non poteſt recuperare,& aliunde non habet, vnde ſe alat, poteſt petere
10 alimenta, & etiam † in primo caſu, vt credo, vt ſentit Imo. poterit petere intereſſe etiam conſiſtens in lucro, ſi dos eſt in pecunia, & erat aſſueta mulier dare mercatoribus, q aliquid lucri inde dabant,vt arg.l. 3.§. fin. ſupra de eo,quod certo loco.ſecundum Imo.& ſentit Imo. ſecus ſi in alijs rebus, in qui
11 bus cadit † intereſſe intrinſecum, eſſet dos, quaſi tunc non poſſet peti extrinſecum, quod conſiſtit in lucro.

Sed ego dico,quod licet multi Doct. tenuerunt hanc opinionem in d.§.fin. videtur tamen periculoſa per illum §. fina. inquantum loquitur de mercibus, in quibus cadit intereſſe intrinſecum,& tamen non ceſſat extrinſecum lucri, vt patet ibi.Et ſi vis videre in hoc articulo infinitas forte opiniones, vide ea,quæ dixi in l.ſi pœnam.ff. de verbo.obl. Et nota bene præmiſſa, quia quotidiana, vt eſt tex.notabilis in l.legaui. ff. de libera.lagata.Et Ange.dicit in l.diuortio.ſe ſæpe in hac materia conſuluiſſe.

Source : BIU Cujas

Constan. Roger. de Dote.

ARGVMENTVM.

Vsuræ pręter dotem conuentam quatenus, an non præstandæ sint, ediſſerit.

SVMMARIVM.

1 *Fructus pignoris dotalis in ſortem non ferri, & numero 4 & cur num 2.*
3 *Vſura ante diem dotis ſoluendæ illicita. reſtringit ex Ioan. Cald. nu. 7.*
5 *C. ſalubriter, de vſur. reſtringi. & nume. 6.*
8 *Interpretationum quæ recipienda.*
9 *Calderini & aliorum lapſus.*
10 *C. ſalubriter cur extendi non debeat. nec reſtringi verius eſt numero 11.*
12 *Venditori maritoque quatenus ante diem vſuræ præſtandæ, in id tamen conueniri poſſe nume. 13.*

1 Extodecimo videamus, an propter dotem non ſolu tam liceat vſuras capere. † Super quo dic, ꝙ fructus rei pignoratæ pro dote licite poteſt maritus retinere, nec tenetur computare in ſortem, caſus eſt in c. ſalubriter. de vſur. Et eſt ſpeciale in dote, vt patet in c. cō queſtus. extra de vſur. & ex his, quæ habentur in c. illo vos. de
2 pignor. & in c. ad noſtram. de emp. & vend. & rō † ſpecialitatis exponitur in d. c. ſalubriter. quia frequenter dotis fructus nō ſufficiunt oneribus matrimonij.

Sed pone, ꝙ dato termino ad ſoluendum dotem interim conuentum eſt, ꝙ aliquid certum detur marito pro onere matrimonij, an erit licitum? Hoſt. & Io. An. & But. in d. c. ſalu
3 briter. † dicunt, ꝙ nō, quia ille tex. loquitur in fructib. qui sūt incerti. Plus dicit ibi But. ꝙ ēt ſi res pignorata eſſet talis, quod eius fructus eſſent certi, quia forte eſt locata ad fictum certū,
4 vel penſionem certam, † tunc tales fructus tenetur computare in ſortem. Nec ꝓcederet illud c. ſalubriter. & ita limitatur
5 ille tex. quem etiam ibi Butr. limitat † procedere, vbi ſocer fuit in mora, quia ſi, pendente termino ad ſoluēdum, percepiſſet fructus, tenetur computare in ſortem, quod placet Pan. ſi ab initio recipit pignus, quaſi receperit conſiſus lucrari fructus authoritate illius.

6 Similiter † non procederet ille tex. ſecundum Inn. & Pan. in vxore, cui pignus eſſet datum pro reſtitutione dotis. Sit ergo cauta, vt illam rem faciat ſibi dari in ſolutum.

7 Sed attende, quia Io. Cal. vt refert ibi Pan. ibi tenet, † ꝙ poſſit conueniri cum ſocero de dando aliquid annuatim ad ſolu tionem dotis, & ſequitur ibi Pan. cum moderatione, ſi gener ſit mercator, vel pecunias conſueuerit deponere apud merca torem, quia tunc accepit, vt intereſſe. Idem reperio firmaſſe Imo. in l. in inſulam. §. vſuras. ff. ſolu. matri. qui dicit, ꝙ dicere, vt ſupra, eſſet nimis reſtringere illum tex. generaliter loquētem. Nec exigit Imo. ꝙ ſit mercator, vel ꝙ pecunias conſueuerit ponere apud mercatorem, ſed indiſtincte loquitur, & maximè ſi expreſſum eſt, ꝙ illud daretur pro alimentis.

Quinimo plus dicit, ꝙ ſi conuentum eſſet, ꝙ vir haberet decem pro centenario pro alimentis vxoris, valeret, præſertim quando quantitas vir ſufficit ad alimenta, vel ſaltem nō multum excedit. Et alleg. no. per Iac. But. in l. vni. §. exactio. C. de rei vx. act. vbi hoc videtur ſentire ſecundum eum Plus dicit, ꝙ etiam ſi tunc non adieciſſet pro aliment is, ad huc idem eſſet, quia cum poſsit intelligi, & pro vſuris, & pro alimentis, in dubio debemus ita interpretari, vt res valeat potius, quam pereat. l. quoties. de reb. dub. l. quoties. ff. de verborum obligationibus. Tutius tamen eſt ſecundum eum, vt euitentur opiniones, practicare caſum d. c. ſalubriter, quia tutior † via
8 pro anima eſt eligenda, allegat c. ſciens. extra de ſponſalib. Ad do etiam ſi interpretatio tendat in deteriorem partem, quan tum ad humanitatem (dum tamen ſit tutior pro anima) illa ſemper in dubio eſt accipienda, glo. eſt, quæ reputatur ſingularis in c. vnico. de ſcruti. in ordi. facien. propter quam, iudicio meo, confunditur iſtud vltimum dictum Imo. quia ex quo poteſt intelligi diſpoſitio dupliciter, videlicet pro alimētis, & pro vſura, vt ipſe dicit, & interpretando pro vſuris conſulitur animæ, quia non poterit aliquid recipere, vbi poſſet interpretando pro alimentis, quanquam habuiſſet animum deprauatum, & hoc tenderet in diſpendium eius ſalutis. Vn-
9 de in hoc non mihi placet, quod dicit Imo. † Nec etiam placet opinio Ioan. Cald. Panor. nec ipſius Imolæ, inquantum volunt, ꝙ poſsit accipi aliud certum annuatim, præſertim, quando tantum debet accipi pro centenario, primo, quia cō ſtitutio illius capit. ſalubriter. eſt exorbitans, quia deuiat a regula c. conqueſtus. eodem titu.

10 Vnde, cum loquatur in † fructibus perceptis ex pignore, qui ſunt incerti, & qui percipiuntur ex re nobis obnoxia obligatione reali, in qua facilius toleratur aliquid vltra ſortem recipi, vt d. c. conqueſtus. certe non debet vltra caſum extendi, potiſsimum, vbi non eſt identitas rationis. Item quia, vt dixi, tutior via pro anima eſt eligenda. Non tamen mihi placet, ꝙ
11 illud c. ſalubriter, reſtringatur † ad caſum, quo promiſſor dotis fuerit in mora, prout dixit Butrius, quia illud eſt reſtringere illum tex. Item, quia tunc non videtur ille tex. continere aliquam ſpecialitatem in dote propter onera matrimonij, prout ibi videtur dici, & haberet parum dubitationis, quia idē in venditione. quia rem venditam tradidit, & adimpleuit ex parte ſua, vt ſi emptor ſit in mora ſoluendi pretium, licite po
12 teſt venditor recipere vſuras † pretij non ſoluti, quaſi non potius ſit intereſſe, glo. eſt notab. in d. c. conqueſtus. Ergo idem ſit abſque dubio in marito, qui pro parte ſua adimpleuit ſuſtinendo onera matrimonij, vt ſi ſibi non impleatur, quia nō ſoluitur dos ex mora promiſſoris, poſsit vltra ſortem aliquid recipere.

Vnde teneo, ꝙ iſto caſu bene poſſet conueniri inter par-
13 tes, vt, promiſſore non ſoluente, † tunc teneatur ad certum quid annuatim, & hoc caſu ſuſtinebitur opinio Calderini, Panor. Imolę, alias non diſcedatis ab opinione Hoſtien. Ioan. Andr. & Butrij.

ARGVMENTVM.

Dotis qui ſint iudices etiam acceſſorie inſtituta actione.

SVMMARIVM.

1 *Dotis iudex competens.*
2 *Dotis notio quibus ex cauſis iudici Eccleſiaſtico competat & numero 3 4 & 6.*
5 *Cap. ex literis. de pignoribus, explicari.*
7 *Decre. per veſtras, enucleari.*
8 *Iudex Eccleſiaſticus non, niſi acceſſorie, de dote cognoſcit, idque uerius eſt numero 9.*

1 Decimoſeptimo videndum eſt, coram quo iudice poſſit dos exigi. Et certum eſt, ꝙ † coram iudice ſeculari poteſt dos repeti, & coram iudice loci, in quo maritus habet domicilium, licet alibi ſit celebratus contractus. l. exigere dotem. ff. de iudi. & vtrum ſit ſpeciale in dote, vel ius commune, patebit ex his, quæ dicam infra §. fina.

Sed dubium eſt, an poſſit peti coram iudice eccleſiaſtico. In quo reperio Canon. variaſſe. Sed ego pro vtili doctrina dicerem ſic, ponendo primo quoſdam caſus, qui mihi videntur indubitabiles.

2 Primo dico, ꝙ dos † acceſſorie ad cauſam matrimonialem poteſt peti coram iudice eccleſiaſtico, c. de prudentia. extra, de dona. inter vir. & vx. Si vero principaliter, tunc ſi iſta mulier petens dotem eſt vidua & miſerabilis perſona, iuxta no. ꝑ Inn. & Can in c. ſignificantib. extra de offi & pot. iud. dele. & tunc ſi in iſta dote ſit oppreſſa, vel ſit ſibi denegata iuſtitia ꝑ iudicem ſecularem, tunc ſine dubio poteſt recurrere ad iudicem eccleſiaſticum etiam in alijs rebus non dotalib. quia qualiſcunque cum miſerabilitate concurrit oppreſſio, vel denegatio iuſtitiæ, poteſt ſtatim adiri iudex eccleſiaſticus, vbi alias non poſſet, niſi in defectum omnium iudicum ſecularium, ita dicunt Inn. & Doc. in d. c. ſignificantib. & But. in c. licet, de foro competen.

3 Si vero non fuit ita † oppreſſa, ſeu ſibi denegata iuſtitia, tūc ſi iſta vidua eſt pauper, idem dicendum eſt, quia vbi cum miſerabilitate concurrit paupertas, poteſt ſtatim adiri iudex eccleſiaſticus ſecundum Inn. in c. ſignificantib. But. & Pan. in c. per tuas. alias incipit, per veſtras. de do. inter vir. & vxo. ibi, cū eccleſia teneatur dotes protegere viduarum.

4 Si vero iſta petens dotem † non eſt vidua, tunc adhuc dico, ꝙ ſi iſta mulier paſſa eſt oppreſſionem aliquam in iſta ſua dote ꝑ iudicē ſecularē, ſtatim poterit ēt recurrere ad iudicē Eccleſiaſticū, iſte eſt caſus notabilis in c. ex lris. eꝫ de pigno. vbi
5 mulier paſſa fuit iniuriā † ab illo regio iuſtitiario. vt ibi exprimitur in tex. Ideoq; nil mirū eſt, ſi Papa ibi miſit cāꝫm dotis.

Sed tunc obſtaret, quia ibi non concurrit miſerabilitas cū oppreſſione, quia non erat vidua, vt patet ex tex.

Sed huic reſponderem, ꝙ ſicut miſerabilitas cum oppreſſione operatur, vt iudex eccleſiaſticus adiri poſſit, ita dicam, ꝙ pietas dotis concurrens cū oppreſſione idem operatur. Nam dotis cauſa eſt pia l. is. §. mulier. ff. de condi. indeb. & no. Imo. in l. j. ff. ſol. ma. poſt Inn. Hoſt. Io. An. quos refert.

Si vero non fuit oppreſſa ita, nec eſt vidua, tunc ſi propter dotem non ſolutam ſit iſta mulier expulſa a domo viri ita, ꝙ ſtant

Source : BIU Cujas

quod ſtant ſeparati, quod poteſt fieri, vt vidiſtis in §. præce-
6 denti, dico, quod cauſa † poterit tractari apud iudicem ec-
cleſiaſticum.

Iſte eſt caſus in c. per veſtras. alias incipit, per tuas. de donat. inter virum & vxor. & ratio ponitur ibi in fine.

7 Et iſtum puto verum intellectum † illius decre. ſuper quo variant Doct. intellectu · Sed iſte intellectus probatur in fine illius decreta. quæ per hoc remanet abſque ſcrupulo.

Extra autem caſus præmiſſos vtrum cauſa dotis poſſit agi coram iudice Eccleſiaſtico, pluſculum dubitationis eſt Et re perio, quod glo. & Bar. in dicto capi. de prudentia. firmarunt,
8 quod † non poteſt dos principaliter peti coram iudice Eccle ſiaſtico, ſed acceſſorie ſic ad cauſam matrimonialem vt ibi. & idem firmauit Ange. in l. 1. ff. ſol. ma. Sed Imo. & Pan. in d. c. de prudentia. tenent, quod imo poſſit principaliter peti corã iudice Eccleſiaſtico, & etiam Hoſti. & Ioann. And. vt refert Imo. in d. l. 1. quos ſequitur Imo. ipſe, dicens eſſe caſum in c. ex literis, extra de pignor.

9 Sed ego dico † quod loquitur in caſu ſpeciali, vt ſupra dixi. pro eis etiam facit, quia eſt cauſa pia, vt ſupra dixi. Ergo ratio ne pietatis iſtius debet ad Eccleſiam pertinere. Item propter connexitatem, quam habet cum matrimonio, quia non poteſt eſſe dos ſine matrimonio. Et pro hac parte adduco cle. di ſpendioſa. de iudi. ibi, eas quoquo modo tangentibus. coniũgendo præcedentia. Licet in contrarium faciat d. c. de pruden tia, & c. nuper, a contrario ſenſu.

ARGVMENTVM.

Periodi huius ſcopus eo pertinet, ut oſtendat, ad quos mortua cum, uel abſque liberis, vxore, dos perueniat.

SVMMARIVM.

1 *Dos quando ad patrem redeat, reſtringit nu.* 18.
2 *Dos, mortua uxore extantibus liberis ad quem deueniat. numero* 3.
4 *Participes eodem iure cenſeri, quatenus uerum. nu.* 5.
6 *§. Sileat. & §. cum inter. ſenſus multiplex. nume.* 7. 8. 10. *uerior.* 11.
9 *Martini genus, & Gosij cur Bononia deiecti.*
12 *Martini ſententia ſecundum mores quibus liberis proficua & num.* 13. & 14.
15 *Mores, lexque municipalis, quando reſtringi non debeant. numero* 16.
17 *Dotem, matre defuncta. ad liberos pertinere.*
19 *Verba dubia ad mores potius, quàm ad ius commune referenda.*
20 *Ius analogum qui accipiendum.*

1 DECIMOOCTAVO uideamus, qualiter dos a patre profecta ad eum redire debeat, mortua in matrimonio vxore. † Super quo dic, quod ſi interuene rit aliqua ſtipulatio, tunc ſtandum eſt conuentioni. Ceſſante vero ſtipulatione, tunc, ſi filia mortua ſit ſine liberis, res eſt clara, quod reuertitur ad patrem.

2 Sed † ſi deceſſit ſuperſtitib. liberis, tunc quæſtio eſt difficil lima, tam apud Gloſſatores antiquos, quam alios Doctores ſe quaces. Nam Martinus Goſianus glo. antiquus dicebat dotẽ remanere apud patrem debere.

Primo per caſum. l. illam. C. de collat.

Secundo, quia in ſucceſſione prima cauſa eſt filiorum, tex. apertiſſi. in §. 1. in Auth. de hære. ab inteſt. venientibus. collat. nona.

Tertio pro ea adducitur l. inter ſocerum. in prin. & §. cum inter. ff. de pact. dotal. l. vxorem. §. teſtamento. ff. de leg. 3. l. 3. §. ſed vtrum. ff. de minor. & l. Pomponius Philadelfus. ff. fam. erciſc. vbi dicitur, quod dos eſt proprium patrimonium filiæ, ergo tranſmittitur ad filios. Item pro eo adducitur l. fina. §. 1. ff. vt legatorum nomi. caue.

Item ratio adducitur, quia dos datur propter onera matrimonij. l. pro oneribus. C. de iu. do. Et matrimonium eſt fauorabile propter liberorum procreationem, l. 1. ff. ſoluto matr. Si onus liberorum remanet apud patrem, ergo &c. Et hanc partem tenet Petrus, vt refert Bart. in l. poſt dotem. ff. ſoluto matrimon.

3 Sed Bulgarus, Io. † Azo & Dyn. in d. l. dos a patre. & Bar. in d. l. poſt dotem. ac communiter Doct. tenent, quod indiſtincte conuertatur ad patrem, ſiue extent liberi, ſiue non, per d. l. dos a patre, indiſtincte loquentem, & per alia etiam iura quæ ibi allegat glo. pro iſta parte.

Et pro eadem parte facit optima rõ, quia quotieſcunque
4 duo participant † circa idem, illud debet ſeruari de vno, quod de alio. l. fi. C. de fruct. & lit. expenſ. cum ſimilibus. Sed patre mortuo conſolidatur dos in filia ſine diſtinctione.

Ergo idem, mortua filia, quia conſolidatur in patrem.

Et iſtud eſt, quod voluit dicere glo. in d. l. dos a patre. recte intellecta, & per hanc rationem Dy. adhæſit huic opinioni.
5 Sed † poteſt reſponderi, hoc argumentum procedere, vbi in vtroque caſu eſt eadem ratio. Sed hic non eſt, vt patet ex prę cedentibus.

Item pro hac parte videtur expreſſum in §. ſileat. l. vnica.
6 C. de rei vxor. act. vbi † tex. expreſſe dicit. Sileat ob liberos do tis retentio. Sed Goſiani reſpondent, quod ibi erat ſolutum matrimonium diuortio, nõ morte mulieris, & hoc probatur in ſequentib. vbi ſupponitur vxorẽ ſuperuiuere, vt patet ibi, contra vxores excogitent.

Item pro communi ſententia facit, quia ſecundum iſta tẽpora filiafamilias non habebat hæredem, vt in l. 2. ff. de caſt. pecu. ergo non tranſmittit ad filios tanquam hæredes. Et iſtã rationem facit Azo in ſumma ſol. mar. circa finem.

Poſtremo Bar. in d. l. poſt dotem. dicit, quod quæſtio eſt multum dubia, in tantum, vt Rofredus noluerit eligere aliquam partem.

Hinc eſt ſecundum Bar. quod quando glo. volunt ponere exemplum de lege, cuius intellectus eſt dubius, ponunt exẽplum de d. l. dos a patre. Tamen, vt dixi, ipſe Bar. ſequitur opinionem, de qua ſupra. quæ eſt communior tam apud Docto. noſtros, quam apud Gloſſatores antiquos.

Et mouetur Bar. quia nõ reperitur lex, quæ ita diſtinguat, prout dixit Martinus.

Item per dictum §. ſileat. & per rationem ibi poſitam, quia naturali ratione pater tenetur alere filios, non propter dotẽ.

Et per hoc ſecundum eum patet rñſio ad rationem Petri.

Item adducitur pro hac parte dicta l. inter ſocerum. §. cũ inter. quæ etiam adducitur pro opinione Martini.

Nam dicit ipſe, quod vigore tacitæ renunciationis ibi dos retinetur. & ſi opinio Matini eſſet vera, ille §. eſſet indubitabilis contra l. quod Labeo. ff. de Carb. edicto.

7 Sed attende, quia ille. §. † videtur potius fauere opinioni Martini, quia ſi diceremus, quod etiam extantibus liberis de iure deberet reſtitui dos, caſus omiſſus in d. §. cum inter non relinqueretur diſpoſitioni iuris communis cõtra ea, quæ ha bentur in l. ſi cum dotem. in prin. ff. ſolu. matri. & in l. ſi extraneus. ff. de condi. ob cau. da.

8 Vnde in d. §. cũ inter. partes ideo videntur † paciſci in caſu omiſſo, videlicet, in caſu exiſtentium liberorum, quod dos re tineat, vt relinquatur diſpoſitioni iuris communis volentis, ita, quod pactio tacita, ſeu conuentio cauſatur, & inducitur propter diſpoſitionem iuris communis.

Iſtam rationem exprimit textus (ſi recte videatur) in d. l. ſi extraneus.

Et quod in caſu d. §. cum inter. caſus omiſſus debeat relinqui diſpoſitioni iuris communis, probatur, quia ibi in caſu omiſſo propter mortem mulieris ceſſabat fauor dotis, quo ca ſu tunc caſus omiſſus relinquitur diſpoſitioni uris communis. d. l. ſi extraneus. quæ pro hac non obſtat. l. ſi cum dotem. in prin. ff. ſolu. matr. vt ibi dicunt Doctores.

Sed ſi diceremus opinionem communem eſſe veram, certe in d. §. cum inter. partes non intelligerentur tacite paciſci, quod ſtetur diſpoſitioni iuris communis in caſu omiſſo, ſed potius contrariũ eius, quod expreſſe conuenerunt ꝓtra iura.

Nota diligenter hanc inductionem pro Goſianis, hoc eſt,
9 pro illis, qui ſequuti ſunt Martinum Goſiam, † qui fuit de parentela illorum de Goſijs in ciuitate Bononiæ, quæ parentela eſt nobilis, & fuit expulſa propter partem Gibellinam, vt re fert Cy. in §. taceat. in l. vnica. C. de rei vxor. actio. Non recedendo tamen a communi ſententia, poſſes dicere, quòd ideo ibi caſus omiſſus non relinquitur diſpoſitioni iuris com munis propter illam ſingularem rationem, quam dedi vltra Doctor. in d. l. ſi cum dotem. in princ. dic, vt ibi, & ad alia argu menta Goſianorum reſponde, vt hic per Bar.

Et addo pro communi ſententia caſum inconuincibilem in d. §. ſileat. cui non bene reſpondent Goſiani, quia dico, quod ille tex. neceſſario venit intelligendus, quando ſolutũ
10 † eſt matrimonium morte mulieris, vt nec propter liberos poſſit retineri dos, quia ſi intelligeremus ſuperuiuere, tunc il le tex. eſſet indubitabilis contra l. quod Labeo. ff. de Carb. edic. quia tunc etiam, (quod plus eſt) ex pacto non poſſet re tineri dos propter liberos. Caſus eſt in l. 2. de pac. dot. ff. Et ſi velles reſtringere ad caſum, quo diuortio ſolutum eſt matrimonium, quo caſu ex pacto bene poſſet retineri dos, extãtibus liberis, præſertim, ſi culpa mulieris eſt factum diuortiũ. l. j. in prin. ff. de do. præle. adhuc eſſet indubitatiſſimus ille tex. ꝙ clarũ eſt, ꝙ ceſſante pacto, nõ retinetur dos ꝓ liberos eo caſu. d. l. in prin. ff. de do. præle. Itẽ ad talẽ casũ reſtringere illũ tex. non eſſet ꝙueniens, imo eſſet ꝯ expreſſam mentem lite-

Source : BIU Cujas

11 ræ,quæ deprehenditur † ex ratione, quæ ibi exprimitur,quæ ita militat in caſu ſoluti matr.per mortem mulieris, ſicut aliter. Vnde non poſſumus reſtringere vltra quam ratio ipſa patiatur.l.adigere.§.quamuis.de iurepatr.ff. Nec ſuadent reſtrictionem illa verba,ne varium genus culpæ mariti contra mulieres excogitent &c. quia illa verba referuntur ad principiũ §.dum loquutus fuit de retentione propter mores, quod patet,quia non bene veniret ille tex. ad proximè præcedentia. & ita etiam intelligunt ibi glo.Doct.Nam §.ſileat.proprie nõ eſt paragraphus, ſed venit continuatiue ad præcedentia, ad quæ etiam ſe referunt prædicta verba,ne varium genus &c.

12 Attende†tamen,quia licet iſta ſit veritas,ꝙ iure etiam extantibus liberis dos reuertatur ad patrem, de conſuetudine tamen ſeruanda eſt opinio Martini. Et iſta eſt diſputatio, an iſtud ſit de iure,vel de conſuetudine,ſecundum Bar.eſt vtilis ad multa,quia ex quo opinio Martini non eſt vera de iure,li-

13 cet moribus,vel conſuetudine ſit approbata:† certè iſta conſuetudo non erit amplianda,ſed reſtringenda,tanquam exorbitans,per l.ſi verò.§.de viro.ff.ſolu.matrim. Ideo ſecundum Bar.mortua muliere,in ſecundo matrimonio ſine liberis,relictis tamen liberis ex primo matrimonio,non proderit iſta cõſuetudo iſtis liberis,quibus bene prodeſſet ius commune,qa prima cauſa in ſucceſſione eſt liberorum.Et idem tenuit Iac. But.vt refert Bar.

14 Dicit inſuper Bar.†ꝙ iſta conſuetudo non prodeſſet filiis, quando mulier deceſſiſſet cũ filijs poſt mortem mariti, quia tunc non eſt verum dicere, ꝙ deceſſerit in matrimonio cum liberis,ex quo iam erat ſolutum per mortem mariti,& ceſſat conſuetudo.

Et ita dicit Bar.determinatum fuiſſe Bononiæ,ipſo audiente,per octo Doc.& alleg.l.Babius.ff.de pac.do.Et cum iſtis dictis Bar.tranſeunt cæteri Doctores.

Sed,domini,circa præmiſſa valde dubito, quia Bar.fatetur, ꝙ ſi de iure opinio Martini eſſet vera,traheretur ad caſus prę miſſos,non obſtante,ꝙ tex.noſter dicat,Si in matrimonio deceſſerit &c.eo quia in ſucceſſione prima cauſa debet eſſe liberorum.Ergo idem dicemus in conſuetudine,quæ eſt fundata ſuper eadem ratione,videlicet,quia prima cauſa eſt liberorũ, quæ ratio etiam militat in caſibus præmiſſis. Conſuetudo.n. approbauit opinionem Martini per tuas rationes, quæ deprehenduntur ex legibus ſuis.Nec dicas,imo bene dicit Bar.quia ius commune bene poſſet extendi per identitatem rationis, ſed non ſic conſuetudo contra ius,quia negatur per ea, quæ pleniſſimè dixi in trac.ſtatuto.titu.de extenſ.ſtatuto. interpreta.§.primo.Item præſuppoſito,quod ſtatuta,vel conſuetudines contra ius expreſſum non poſſent extendi, dico tamen,

15 quod vbicunque ſtatutum vel conſuetudo decidit caſum dubitabilem,& vbi ſunt opiniones,prout in caſu noſtro dubitatiſſimo, vt patet ex his, quæ ſupra dixi poſt ipſummet Barto. licet talis conſuetudo decidat contra communem opinionem, vt fecit conſuetudo Mar. non tamen eſt tanquam contra ius commune reſtringenda,per notata in cap. per venerabilem,extra qui fil.ſint legiti.& per Barto. in l.per hanc. C.de tempo.appellat.& per glo. in §. quibus. in prima conſtitutione.C.& per Bar.in l.qui Romæ. §.duo fratres. ff.de verborum obligationib.ibi ſoluitur. Ad idem opponitur, & hoc clare etiam determinat Panormit.in capitu.cum ſint.extra de decimis dicens, quod illud, quod eſt contra gloſ. & Doctor.non contra caſum expreſſum, ſeu expreſſe deciſum, non dicitur contra ius,ſed præter ius.Et idem tenet Cy.in l.1. C. de legib. & dixi plenius in titulo de extenſiua ſtatutor. interpretatio. §.primo.quod eſt notandum ad multa,quæ ibi dixi. Licet er

16 go†conſuetudo in iſto loco dubio ſit contra communem gl. & Doct. non eſt ita reſtringenda,prout reſtringit Bart. & per præmiſſa etiam male videtur dixiſſe Bart. in alio bene dixiſſe in l.poſt dotem. quod ſi vera eſſet opinio Martini de iure,tũc filij haberent dotem vt hæredes matris, & non computarent in legitimam, quando tractaretur de ſucceſſione aui, ſecus vbi accipiunt ex conſuetudine, quæ illam aufert a patre mulieris,& ab auo,ideo computaretur in legitimam,de quo plenius, & ſubtilius per eundem Bar. in l. in quartam.ff. ad leg. Falcidiam.

Sed ego iux. præmiſſa dico, ꝙ conſuetudo ita facit filios hæredes matris, ſicut feciſſet iuris communis diſpoſitio.l. de

17 quibus.§. 1.ff. de legib.Et quod iſta dos † retenta per conſuetudinem pertineat ad filios mulieris tanquam eius hæredes, firmat Bald.(licet de præmiſſis non faciat mentionem)in d.l. dos a patre.Ex quo infert, quod ſi iſti filij non ceperunt hæreditatem,& deceſſerunt,reuertitur illa dos iure hæreditario ad alios hæredes mulieris, ſecus dicit, ſi ex pacto deberet reuerti extantibus liberis,per ſæpe allegatum §. cum inter. Alij tamen, ſecundum eum, tenent contrarium æquiparando pactum,& conſuetudinem.

Sed quæro,pone,quod pater ſtipulatus eſt dotem ſibi reſtituendæ,prout fit quotidie,an

18 non obſtante præmiſſa conſuetudine,extantibus† liberis,poterit,mortua filia,dotem ex ſtipulatione petere? Bal.in d.l.dos a patre.determinat,quod non,quia, attenta prædicta conſuetudine, non eſt iſte caſus dotis reſtituendæ. Ergo non continetur in ſtipulatione,quod eſt notandum.

Et ex hoc infero vnum,per quod poteris facere multas bonas deciſiones, videlicet, ꝙ verba ſtipulationis quæ poſſent

19 †adaptari ad ius commune, & etiam ad conſuetudinem, in dubio debent referri ad conſuetudinem. Ex quo infero, ꝙ ſi fiat compromiſſum in aliquem,vt pronuncier de iure tantũ, debet intelligi de iure conſuetudinario,vel ſtatutario regnãte,Bal.in l.illa inſtitutio ff.de hær.inſt.Butr.in c.Quintauallis, extra de iureiu.& facit in arg.§.ſi quis in nomine.in Auth. de eccle.titu.

Sed in contrarium ꝙ imo debeat intelligi de iure communi,voluit Albe.de Roſ.in prima parte ſtatuto.q.127.vbi atteſtatur idem tenere Guido.Idem tenet Io. And. in additio.ad Specu.titu.de arbit.§.ſequitur.verſicu.ſed pone. Pro quibus facit optimè §.ſed quoties.Inſtitu.de iure natu.Et ſecundum iſtam opinio.poſſet in dubium reuocari, quod dicit Bal.in d. l.dos a patre. Niſi dicas, quod imo caſus iſti ſunt diuerſi,quia

20 quando fit mentio in diſpoſitione de iure†ſimpliciter,debet intelligi per excellentiam de iure communi. d.§. ſed quoties. Sed Bal.loquitur in d.l.dos a patre.quando ſtipulatus eſt in caſum dotis reſtituendæ, qui caſus non eſt, extantibus liberis, propter conſuetudinem.

ARGVMENTVM.

Dotis acceſſiones definitæ, a quibus quandoque fiant,& quæ eorum iura,quando ratæ, irritæque ſint.

SVMMARIVM.

1 *Dotalium acceſſionum ſpecies.*
2 *Vxori donare maritum cogi.*
3 *Donatio propter nuptias, a quo,quatenus, quandoque conſtitutæ, & numero* 4 *&* 6.
5 *Nuptiarum lucra mutua.*
7 *Donatio propter nuptias cur inducta.*
8 *Donationem propter nupt.non vbique fieri.*
9 *Dote aucta,donationem propter nup.augeri.*
10 *Dos quando,quibuſve rebus augenda,verius nu.* 13.
11 *Dotis auctæ priuilegia prælationis ſecundum bona dari.*
12 *Vir quando ære alieno obſtrictus.*
14 *Dotem vbique augeri.*
15 *Sponſalitia largitas.*
16 *Sponſalitia largitas quatenus, quandoque irrita, aut teneat, & numero* 19.
17 *Oſculum cuius cauſa fiat.*
18 *Oſculandi forma.*
20 *Sponſalitia largitas ubi facta valeat,an non.*
21 *Ornamenta miſſa ſponſæ data non uideri, & num.* 22. *&* 24. *idque extendi nume.*23. *&* 26.

1 DEcimonono videre oportet de augmento dotis. Et pro clara intelligentia noſſe te oportet, quod habemus†donationem propter nuptias, quæ olim dicebatur ante nuptias. Item habemus augmentum dotis. Item & tertio ſpõſalitiam largitatem,quæ omnia multum inter ſe differunt. Nam donatio propter nuptias conſtituitur per virum in tanta quantitate, quanta dos data per mulerem. Et licet olim propter prohibitionem tituli de donationibus inter vir.& vxor. non poſſet talis donatio fieri,ni ſi ante nuptias, hodie tamen. etiam conſtante matrimonio poteſt fieri.l.fina.C. de donatio.ante nupt.quia ſimplex donatio eſt prohibita, non autem iſta, & hoc reſpectu non dicitur amplius donatio,ſed propter nuptias.vt ibidem dicitur,&

2 in §.eſt autem.Inſtitu.de actio.Et ideo conſtituta†dote,mulier poteſt aſtringere maritum ad cõſtituendum donationẽ, idque in tantundem, vt in authen.dos data. de donatio. ante

3 nupt.C.Quinimo multi tenẽt, quod ſit ipſo iure †conſtituta in ſimili quantitate,vt tangitur ibi per gloſ. & Doctor. dic, vt ibi & dixi ſupra in §. octauo. circa priuilegia dotis. Et ho-

4 die omnis æqualitas † ſeruatur inter hanc donationem,& dotem tam in conſtituendo, quam in pactis lucrorum. Nam ſicut maritus ſit dotis dominus, ita mulier donationis propter nuptias,licet vſumfructum habeat maritus, ne cõtingat dotem

Source : BIU Cujas

tem non ſeruire oneribus matrimonij,cum tantumdem reddatur vxori. Et ſicut dos ſoluto matrimonio vxori redditur. l.2.ff.ſol.ma.ita talis donatio viro.§.j.Auth.de æqualit. dot.

5 Et quantum maritus† ex pacto debet lucrari de dote,tantū dē vxori de dicta donatione,vt ęqualitas in oīb.ſeruetur,licet nullum pactum in lucro talis donationis interuenerit, quia pactum dotis extenditur ad donationem ſecundum Azo. in ſumma tit.de donatio. ante nup. dicens eſſe caſum expreſsū l.ſi.§.ſi autem donatio.eod.tit.& ibi glo.& Cyn.

Ex quo ſequitur,quod tenendo opinionem, de qua ſupra,
6 quod † ſtatim data dote, intelligatur donatio propter nuptias celebrata ad ſimulem quantitatem,& conſequenter ad ſimile pactum lucri,conſequenter parum proderūt iſta pacta, quæ fiunt de lucranda dote,vel dotis parte certa,de quibus vide per Cyn.in d.auth. dos data & dic,vt ibi.

7 Et ſi quæras, qua ratione† fuerit introducta talis donatio. Reſpondeo, quod ex ea conſulitur mulieri, matrimonio ſoluto,ſi res dotales non exiſtant,quia illam non potuit alienare maritus etiam conſentiente muliere, licet alias lucro hypothecarum poſſit mulier renunciare.l.etiam.C.ad Vellcianū.l. iubemus.& authen.ſiue a me.eo.ti.& nota.per glo.in §.eſt autem.Inſti.de donatio.& per Azo.in ſumma,de do. ante nupt.

8 De conſuetudine tamen† in pleriſque locis non fit talis donatio ſecundum Bal.in d.auth.dos data.Subiicit tamen, ꝙ in quibuſdam locis fit quædā parua donatio ſicut fit Florentiæ, & in Tuſcia, & in iſta patria etiam fieri ſolet,vt& ſtatim dicā.

Nunc videamus de augmento dotis, ac etiam donationis
9 præmiſſæ. Et† ſcire debes,quod augmentum dotis fit ex parte mulieris,augmentum vero donationis propter nupt.fit ex parte mariti.Quod eis olim non licebat conſtante matrimonio,l.ſi conſtante. C.de do.ante nup. Et,muliere augente dotem, licebat etiam marito augere donat. propter nuptias de iure.C.Quod hodie de iure Authen. redactum eſt ad neceſſitatem, vt muliere augente dotem,vir teneatur augere donationem propter nuptias in tantundem.auth.ſed iam neceſſe. C.de dona.ante nup.

Hæc tamen neceſſitas de conſuetudine non ſeruatur,vt refert Bal.in d.l.ſi conſtante.Et ſecundum eum per conſuetudinem remanemus hodie in finib.l.ſi conſtante.ff.ſol.mat.

In quibus rebus poteſt mulier augere dotem? Dic, quod
10 vbi maritus† non eſt ære alieno grauatus, pōt augere dotem mulier in quibuſcunque rebus, ſecus ſi eſt grauatus debitis, quia tunc debet fieri in rebus immobilibus.Quod ſi fieret in
11 rebus mobilibus,cum habeat immobilia,tunc† non haberet mulier priuilegium,vt præferatur cæteris creditoribus ſecundum ꝙ habetur in l.fi.C.qui pot.in pig.habeantur & in l.1.C. de priuileg.dot. & in dicta auth.ſed iam neceſſe. alias de facili per tale augmentum poſſent fraudari creditores, vt ibi nota. Nam, vbi mulier habet res mobiles, & conſtituit augmentum in rebus mobilibus, viro ære alieno grauato, præſumptio iuris, & de iure eſt, ꝙ ſit factum in fraudem creditorū, & quod vere non fuerit aucta dos, nec poterit probari contrarium, niſi per confeſſionem creditoris,vt eſt glo.in Auth. de æqualita. dotis. vnde ſumitur dicta authen. & ibi melius declaratur, etiam voluit Azo in ſimili, & ſequuntur Cyn.& Bar.in d.auth.ſed iam neceſſe.

12 Quando autem† dicatur vir ære alieno grauatus, declarat Cyn.in d.authen.ſed iam neceſſe, vbi etiam gl.vult mirabiliter, ꝙ iſta fraus etiam præſumatur aduerſus creditores futuros.Quod eſt notandum ſecundum Cynum ibi pro fiſco, & alijs creditorib. futuris contra debitores delinquētes, & alienantes, quod non placet ibi Bar. niſi appareant ibi aliqua indicia.Dic, vt ibi. Illa tamen fraus ſecundum Cynum non præſumeretur in dote, quæ ab initio conſtituitur,quia tunc vir, & mulier non habent ad inuicem tantam affectionem, ſicut poſt nuptias, ꝙ ſe cognoſcant, & incipit cōiugalis amor,qui omnibus præualet, ſicut experti nouerunt. Ideo lex præſumpſit,ꝙ tunc vnus pro altero,contractis nuptiis,de facili excogitaret fraudem in tertium.

13 Ego credo,ꝙ ab initio† poteſt conſtitui in quibuſcunque rebus,etiam ære alieno imminenter,dummodo poſſit probari realis interuentio,quia etiam ante nuptias quantum in præiudicium creditorum non ſufficeret confeſſio, vt dixi in §.5. verſi.poſtremo Sed in augmento, quod fit conſtante matrimonio, non admitteretur quis ad probandum realem interuentionem,vt dixi.

Attende, quia in quibusdam partibus de conſuetudine
14 augmentum dotis † fit per ipſum maritum, quo mortuo, ipſa mulier in vita ſua gaudet illo augmento. Et ea mortua, reuertitur ad hæredes mariti. Ita ſeruatur in iſta patria de conſuetudine.

Videamus nūc tertium genus donationis inter coniuges,
15 quæ vocatur ſponſalitia largitas. Et eſt donatio,† quæ fit a ſpō ſo ſponſæ ante matrimonium cotractum,quia alias non teneret per titulū de donationib.inter virum,& vxorem.& datur ſimpliciter,ideſt non propter nuptias,ineſt tamen ſemper cō ditio nuptiarum,quia intuitu nuptiarum fit, vere tamen nō poteſt dici ꝓpter nuptias donatio, de qua ſupra diximus,cū non fiat ad recompenſationem dotis, vt no. glo.in Auth. vt
16 ſponſalit.largitas,in prin.Ineſt † conditio nuptiarum,niſi ſteterit per dantem, vt l.veterum.C.de don. ante nup.& ibi vide Cyn.pro declaratione.Si vero ſteterit per caſum, quo minus nuptiæ non fuerint ſecutæ, tunc donatio facta per ſponſū ſponſæ reſcinditur in totum, ſi oſculum non interceſſit. Oſculo autem interueniente reſoluitur donatio ſolum pro parte dimidia,cum,ſi ſpōſa dediſſet ſponſo (quod perraro accidit,vt dicit textus in l.ſi a ſponſo.C.de dona.ante nup. quia genus mulierum eſt auariſſimum, vt ibi dicit glo. & Azo in ſumma,tex.in l.ſi ſtipulata.ff.de vſur.) tunc non diſtinguitur, vtrum interueniat oſculum,an non,imo in vtroque caſu infirmatur donatio in totum.dicta l.ſi a ſponſo. vbi eſt caſus de præmiſſis. Et magis fauetur ſponſæ. Ratio, quia dicitur dare oſculum,non accipere, vt ibi dicit gl.& gratia viri, non autē
17 † mulieris fit,qui quidē vir ad proprios lares accedit alacrior, & ſponſa remanet verecūda,& incurrit ob hoc ruborem,ſecundum Azo. in ſumma. & Cy. in d. l. ſi a ſponſo. Et nota ex præmiſſis, quod vir oſculando mulierem efficitur alacrior.
18 † Sed multi neſciunt oſculari. Vnde tu apponas alteram manum ad mentum mulieris, alteram vero ad occipiut cum eleganti labiorum impreſſione.Quia dicit Tuſcanus,

Chi bocca baſcia,e non ſtrenze, non ja che ſia donna baſciare.

Et quia ſupra dixi, quod hæc donatio non poteſt fieri poſt contractum matrimonium, quid dicemus in dubio, ſi non
19 conſtet,an ante vel poſt fuerit facta? † Dic, quod ſi facta eſt in domo ſpōſæ, tenet, quia cenſetur facta ante matrimonium, ſecus,ſi in domo viri, vt eſt caſus in l. cum in te. C. de donationib.ante nup. qui caſus eſt ſingularis,& menti tenendus ſecundum Bal. ibi. Et ex eo nota, ſecundum Bar. quod ex ductione ſpōſę ad domum ſponſi præſumitur matrimonium,ꝙ dicit eſſe menti tenendum.Et ibi gloſ.quærit, quid ſi fiat donatio in via,dum duceretur ad domum mariti?

20 Et reſpondet perinde † eſſe,ac ſi facta fuiſſet in domo ſpōſæ,& valeret.Plus dicit Azo in ſumma de dona. ante nupt.ꝓpe finem, quod licet ſolo conſenſu de præſenti contrahatur matrimonium,tamen quantum ad prohibitionem donationis non videtur matrimonium perfectum ante,quam ſponſa ſit ducta. Vnde & in itinere poterit ei donare, poſtquam ſit ducta,ſi tamen ſit in die a viro ſeparata.l.pen.§.1. ff.de donationib.inter virum,& vxor.

Sed Iac.de Raue.Cyn.& Bald.in d.l.cum in te.dicūt, quod vxor non coſueuit duci ad domum mariti, niſi nuptijs celebratis per verba de præſenti,ideo† non valebit donatio facta
21 in via,& ita dicit Bal.tenere Doctores.

Ex præmiſſis videtur,quod iocalia, quæ ſponſi mittūt ſpōſis ſuis,ſint ipſarum ſponſarum,quod clarum eſt, quando cō ſtat, quod animo donandi miſerunt. Sed quid in dubio? Bar. in l.ſi vt certo.§.interdum.ff.commodati.videtur velle,quod non videntur feciſſe animo donandi, dicens ſtagnalia,argentea, crumenæ, ac coronæ, quas vir mittit vxori, quando ducit eam, in dubio non videtur donare,ſed magis commodare, vt magis ornata ad eum accedat, & ideo non firmatur morte nec debebit apud vxorem remanere,niſi aliter ꝟſuetudo ſe haberet,& dicit eſſe caſum ibi,& ſequunt communiter Docto.Et dico,ꝙ ille textus hoc nullo modo ꝓbat,qa loquitur non in dubio,prout loquitur Bar.ſed in caſu in quo conſtat,virum commodaſſe ſponſæ,vel vxori,quo honeſtius culta ad ſe reduceretur, vt exprimitur in dicto tex. vnde in du-
22 bio quantum ad vxorem credo † non præſumi donationem talium rerum pretioſarum, tum quia non valeret, toto titu. de donat.inter virū & vxorē.tum ēt,qa pōt accipi alia ꝟiectura,q̄ donationis,videlicet, vt honeſtius culta ad ſe veniat. Et
23 ꝓ hoc conſueui dicere,ꝙ ſi frater emat iocalia† vxori ſuæ,ſciēte,& patiente fratre,q eſt communis in bonis,nō tamē videt ipſe frater conſentīre animo donandi, qa nec ipſe frater dās vxori videtur in dubio id,ꝙ tradit, vxori ſuæ tradere animo donandi.Ergo multominus alter frater tacens. Quod ſingulariter notabis ad limitationē l.ſi ſerus communis. cū ibi notatis,de donatio inter virū & vxorē & eſt quotidianū.In ſpōſa aūt pluſculū dubitationis eſt circa ea,quæ primo dixi,qa in ea poteſt valere donatio iuxta prēmiſſa. Tñ in ꝟrium facit,qa poteſt accipi alia ꝟiectura,de qua ſupra. Vnde ſuccedant notata in l. cū de indebito.ff. de proba. Nec adhuc inter eos eſt amoris feruor,donec dulcē ꝟſuetudinē inter eos habuerīt,v-
24 ſupra dixi poſt Cy. Vnde non ita de facili† debet præſumi dot

Source : BIU Cujas

natio. Et ad præmissa optime faciunt, quæ late dixi supra in §. quinto. Et quod in dubio non præsumatur donatio, videntur velle Bar. & Docto. in d. §. interdum. per illum tex. quem dicunt menti tenendum. Et diligenter puto signandum illū text. in quantum loquitur de sponsa, quia si est ibi casus in vxore, prout volunt Doctor. Ergo etiam in sponsa, de qua expresse loquitur, sicut de vxore, & de vestibus tam † quotidianis, quam festiuis, ac alijs iocalibus vxori traditis, siue ēt sponsæ. an in dubio debeant esse mulieris vide infinitas opiniones, quas recitat Imola in l pen. §. seruus vxoris. ff. soluto matrimonio. Et in sponsa concludit in effectu, idem quo ad præmissa, quod in vxore, sed non facit ad motiua mea de quibus supra.

ARGVMENTVM.

Dotatæ submouendæ sedes, dotisque lucrandæ statuta, & secundum quem locorum accipienda sint, subijcit.

SVMMARIVM.

1 *Dotata a quorum successione submouenda, & quatenus accipienda.*
2 *Dotis partisue eius lucrandæ diuersa statuta.*
3 *Locorum quis in dotis lucro spectandus, nu 4 8.9.*
5 *L. exigere, de iud ff. ratio hęc impugnatur, num. 6.*
7 *L exigere. ratio verior.*
10 *Solutionis, reique locum in lucranda dote spectari verius est. & nu. 11.*
12 *L. exigere. species exorbitans.*
13 *L. exigere. quorum concursum non admittat.*

VIgesimo & vltimo iuxta ordinem propositum videndū est de quibusdam statutis circa dotes disponentibus.

1 Qualiter † autem excluduntur mulieres propter dotē a successione paterna, materna, & fraterna per statuta, & de interpretatione dictorum statutorum abūde dixi in tractatu statutorum, in titulo de statutis fœminas excludentibus, per totū, vbi vide multas notabiles, & quotidianas q.

An autem, stante statuto, quod filia dotata non succedat, dicatur dotata illa, cui pater rel quit dotem in testamento, licet actualiter nondum sit maritata, vel illa quæ est sponsa per verba de futuro? Sunt opiniones inter Doctores, de quibus dixi supra in §. quarto loco. vbi plenissime tetigi.

Sed hic quæro de vna pulchra, & quotidie occurrente quę stione. Pone enim, quod circa lucra dotalia sunt diuersa sta-
2 tuta, & † consuetudines in loco viri, & vxoris, quia forte secundū statuta loci viri, mortua vxore, vir debet lucrari dimidiam dotis, in loco vero mulieris solum tertiam, vel nihil. Nū quid si sit celebratus contractus dotis in loco vxoris, prout communiter accidit, debeamus inspicere statuta illius loci, an vero loci mariti? In hac quæstione reperio varias opiniones. Et cum semel in academia Papiensi circa hoc dubitarē, profectus sum ad domum collegij, vbi est copia librorum, & ibidem grandes varietates, quæ, vt effugiantur, & vt ad veritatem rei perueniamus hunc ordinem circa hoc plane difficile seruare instituī.

Primo referam opiniones, Deinde rationes, Tertio quod sentio, subijciam.

3 Primo Bar. in l. exigere dotem. ff. de iud. tenet † per illum textum, quod non inspiciatur statutum loci celebrati contractus, sed potius statutum loci mariti. Idem firmauit ipse Bar. in l. cūctos populos. C. de summa Trinitate, & fide catholica. Idem reperio firmasse Bal. in tit. de inuestitu. de re aliena facta, in capit. fina. in vlibus feudorum. vbi dicit hanc esse communem sententiam, allegans etiam ad hoc Archidiac. in cap. an illa 12. distinctio. Idem tenet ipsemet Bal. in d. l. exigere dotem. Postremo idem reperio firmasse Bart. & Imo. in c. 1. extra de sponsalibus.

4 Sed contrariam partem, quod immo † inspiciatur statutū loci vxoris, vbi fuit celebratus contractus, firmat Ioan. And. in d c. 1 de sponsalib. in Nouel. licet Bal. aliter referat. Et etiā Ang. in d. l. exigere dotem. Et est de mente Alber. ibidem in quantum distinguit, an esset statutum, vel consuetudo ad litem ordinandam, vel decidendam, cū casus noster respiciat litis decisionem.

Sed videamus nunc motiua dictorum. Et primo videamus rationem dictæ l. exigere, per quam mouentur Bar. & sequaces. Et ratio illius l. secundum Iacobum de Arena, Albericum, & Ang. ibidem, ac etiam Bal in d. c. fi. post Archid.
5 quia vir contrahens in loco vxoris, contrahit tanquam aduena confestim recessurus, ideo videtur destinasse solutionem in loco sui domicilij. l. hæres absens. §. 1. ff. de iudi. & consequenter in loco domicilij mariti fictione iuris consetur celebratus contractus. l. contraxisse. de act. & oblig.

Et ideo nil mirum est, si locus, vbi vere fuit celebratus contractus, non attenditur quo ad exactionem dotis, nec etiam statutum de lucranda dote. Ang. vero per hanc ipsam rationem ibi tenet contrarium, quia quo ad litis decisiua inspicitur locus contractus, licet alibi sit fienda solutio. Et istud est, quod voluit ibi Albe. quia distinxit, an esset consuetudo ad litem ordinandam, vel decidendam. Quod, an sit verum, statim dicam.

Sed, quicquid sit, ratio præmissa non mihi placet quantum
6 ad illum textum, quia † non dicitur ibi, quod vir esset statim recessurus. Nec sequitur, habebat alibi domicilium, ergo cōfestim erat recessurus. Poterat enim ibi moram trahere. Item quia secundum rationem præmissam nulla esset specialitas in dote, cuius contrarium vult tex. ibi expresse, vt patet ibi, nec id genus contractus est. Vnde dico, ꝙ ratio illius tex. est,
7 quæ ibi exprimitur, † quia & si contrahatur in loco vxoris, tamen ex quo mulier propter conditionem matrimonij est sortitura forum viri, vt ibi exprimitur in tex. Nil ergo mirum est, si ibi dos exigi debeat, & erit speciale in dote propter illā rationem. Et quod sit speciale in dote, vult etiam ibi Bar. & consequenter sicut dos ibi exigi debet & solui, debemus inspicere statuta, & consuetudines illius loci circa lucrum dotis secundum Bar. Ex quo infero, Bar. velle notabiliter, quod vbicunque contractus est in vno loco celebratus, & alibi
8 est fienda solutio, quod tunc † circa litis decisiua debent attendi consuetudines & statuta loci, vbi est fienda solutio, alias non bene inferret Bar. casum illius legis exigere. ad ista statuta, quæ concernunt litis decisionem. Et istud etiam vult Bal. vbi supra, & etiam Ang. in l. si fundus. ff. de euic. Pro quib. ego adduco bonum tex. in l. 3. ff. de bon. autho. iud. pos. vbi dicit tex. quod ibi dicitur celebratus contractus, vbi est fienda solutio. Si ergo ibi fingitur celebratus contractus, & locus contractus, quantum ad litis decisionem attenditur, iuxta nota. per Bar. & Doct. in d. l. cunctos populos. Ergo &c.

Sed, vt supra dixi, contrarium vult Ang. in d. l. exigere. & videtur sibi contrarius; pro quo est casus cum sua glo. in l. si
9 fundus. ff. de euic. Nam ibi † attenditur cosuetudo. loci contractus circa litis decisiua, & tamen fundus venditus erat alibi situatus, vt ibi dicit glo. Quo casu certum quid debet exigi, & solui, vbi est, non autem in loco contractus. l. si in Asia. §. 1. ff. depos. & l. quod legatur. ff. de iudi. & tamen attenditur cō suetudo loci ꝯctus. Quid dicemus in tanta varietate? Solutio, dicerem quod aut in ꝯtractu est destinata solutio expres
10 se alibi, & tunc verum dicitur, quod † ibi censetur celebratus contractus, vbi est destinata solutio, casus est in l. contraxisse. ff. de actio. & oblig. & ita debet intelligi d. l. 3. ff. de bon. auth. iud. poss. Aut saltem in casu suo. Et ideo tunc illius loci statuta, & consuetudines etiam circa litis decisiua debent attendi, quia si quo ad similes consuetudines, & statuta attenditur locus contractus d. l. si fundus. Ergo locus destinatę solutionis, vbi fingitur celebratus contractus. Et istud est, quod vult Ang. in d. l. si fundus. Et istud est etiam, quod voluit Bal. in d. l. exigere. dicens, quod etiam locus contractus promissionis dotis no inspiciatur, vt ibi, attamen locus, vbi fuit promissa restitui, bene inspicitur. Et istud etiam expresse voluit Alber. in 2. par. statutorum. q. 8. licet præmissi Docto. non referant. Et per hoc dico, quod si promissa sit restitui, vbicunq; petetur, renunciando fori priuilegio, tunc erit in potestate actoris, cuius loci statuto velit petere, arg. l. si sic. §. fi. de leg.
11 1. Aut vero † solutio est alibi facienda, non quia expresse sit destinata solutio, sed ratione rei alibi existentis, vel alia ratione speciali, vt in casu l. exigere. Et tunc dico, quod licet, quo ad litis ordinatiua debeant attendi statuta, & consuetudines loci, vbi fit exactio, tamen quantum ad litis decisiua debent attendi statuta & consuetudines loci contractus, & iste est casus d. l. si fundus. cum sua glo. Et per hoc infero, Bart. & sequaces male determinasse in quæst. præmissa, quia licet d. l. exigere dotē. velit, quod exactio, & solutio dotis sit facienda in lo-
12 co viri, non tamen sequitur, † quod illius loci statuta debeant considerari potius, quam statuta loci contractus quo ad litis decisiua. Et maxime, quia cum ibi ponatur specialis casus, & exorbitans, non debet trahi in consequentiam. l. si vero. §. de viro. ff. solu. matri.

Item, quia si secus diceremus, iam in dote duo specialia cō currerent, contra l. 1. cum sua gl. C. de dot. promiss.

13 † Primū quia alibi, q̄ vbi ꝯctus sit celebratus fieret exactio. Secundum, quia attenderentur consuetudines, & statuta alterius loci, q̄ ꝯctus, ꝯ d. l. si fundus. Et tñ vnum non venit in consequentiā alterius, vt patet ex p̄missis, & sic remanet expeditus iste perutilis Tractatus, ad laudē Dei oīpotentis. Amen.

COMMEN-

Source : BIU Cujas

COMMENTARII IN L. SI CVM DOTEM .ff. SOLV. MATR.

CONSTANTIO ROGERIO

IVR. VTR. DOCT. AVTHORE.

ARGVMENTVM.

Horum scopus eo pertinet, vt ostendant dotem danti patri, extraneoq; in quem casum, quove iure actio quæratur, an non, dispositionum vtra alteri potior, ac de casuum extensione edisserens.

SVMMARIVM.

1 *L.si cum dotem,obseruata.& nu.3.5.& 6.*
2 *Legi uniuersæ hominem derogare qui accipiendum.*
4 *Pactus uno casu cæteros excludit.*
7 *L.si cum dotem,enucleari,& nu.8.10.58.uerius.11.12.Ratio,14.31.*
8 *Glossa prima explicatur.*
9 *Pepigit,qui accipiatur.*
13 *Actionis communis effectus.*
14 *L.in rem.§.item.elementorumq; transitum enucleari.*
15 *Coniunctorum uis.*
16 *Pactione nuda quatenus iuuetur pater.*
17 *Extrancus dissideatne a patre.*
18 *Extraneus patri dissimilis & nu.20.24.*
19 *Pacto nudo quæ peti nequeant.*
21 *Pacto nudo quando dotis actio patri non quæratur. & 23.*
22 *Traditionum genera & differentiæ.*
25 *L.auia,explicari.*
26 *Patri secundum pactionem actionem dari.*
27 *Stipulatio patris quatenus accipienda.*
28 *Expressi vim tacito dissimilem.*
29 *Actionis institutio quando patri quæsita.*
30 *Creditur, verbum quomodo referendum.*
32 *L.si cum dotem,contrariam d.lui uarie.nu.33.uerius 34.*
35 *Mors hic ad ciuilem extendi nepos sit.*
36 *Coniugibus cœnobitas effici quatenus liceat.*
37 *Matrimonium dissoluendi ius quatenus Rō.Pontifici sit.*
38 *Mors ciuilis quando naturali æquiparanda, an non.*
39 *L.fina.C. de posthu. hæredi. & l.si cum dotem.dissolutio multiplex,& numero 40.*
41 *Odiosa non extendi,id tamen certis causis restringi, num.43.44.45.*
42 *Omissum,quod ex mente est,non dici.*
46 *Fauorabilia qui,an non extendenda,nu.47.*
48 *Dissimilia quando extendenda, & 49.*
50 *Actum simplicem extendi,n ineceßario idem 51.*
52 *Extensio quatenus pateat.*
53 *Dispositionum utra potior,earumq; uis.*
54 *Cap.fi.de capita.qui cur.explanari.*
55 *Extraneus.*
56 *Gloßema reprehensum.*
57 *L.2.§.fi.de offi.Procon.& lega.conciliari.*
59 *Omissi quando communis actio.*
60 §.*cum inter.& l.si cum dotem dissolui.*
61 §.*cum inter sensus.& nu.65.67.*
62 *Exhęredare cui liceat.*
63 *Contrarius sensus cui proficuus.*
64 *Imolensis cur reprehensus.*
66 *Lege indicta iuri subeße quatenus uerum,& nu. 69.*
68 *Conditionalia quatenus disponant.*

Iureconsulti ea ratione verba huc transcripsimus, vt labores tuos, atque studia commodius iuuaremus.

VLPIANVS AIT.

Si, cum dotem daret pater, vel extraneus pro muliere, in vnum casum pepigit, vel in diuortium, vel in mortem, dicendum est in eum casum, in quem non pepigit mulieri esse actionem.

SI cum dotem. Istud principium est elegãs pro peregrinis ingeniis,& hoc dicit. Qui sibi prouidit in vnum casum, alij renũciare videtur. Hoc habet in summa secundum vnam lectu ram,quam sequuntur gl.& Bar.Vel sic. Casus omissus remanet in dispositione iuris communis.Hoc dicit secundum aliam lecturam, quam sequũtur Pet.& Bal.hic,vt refert Imo.

1 No ꝙ†prouisio specialis facta ab homine derogat generali prouisioni iuris quo ad ipsum, qui specialiter sibi prouidit. Et hoc secundum primum intellectum. Et hoc procedit, & colligitur ex isto tex. in quantum loquitur de patre, cui ius commune prouidet.Quod qualiter procedat,infra videbitis.

2 Et inquantum ad veritatem, † dico, hoc verum, interueniente stipulatione ex parte patris, quia per pactum nudum incontinenti appositum non posset pater sibi appropriare de dote actionem,vt est casus in l.auia.C.de iu.dot. Quod ibi dicit Bal.esse menti tenendum.Sed tunc obst.iste tex.inquantum dicit,pepigit.

Sed statim videbitis solutionem in glos. quæ contrarium tangit.

3 Item nota,†ꝙ prouisio in vnum casum non porrigitur ad alium per viam tacitæ inclusionis, sed potius inducit tacitam exclusionem consensus in alio casu. Et istud ultra Doctores adduco ad corroborationem glosse notabilis in capi fi.de Capitaneo, qui cur. vend.in vsibus feudorum. Quæ vult,quod
4 †licet vasallus teneatur in pluribus seruire domino, vt no.in c.1.quib.mo.feu.amit. si tamen dominus sibi prouidit in vno casu,cæteris renunciasse videtur,vt dicit gl.præmissa,quod tene menti.

5 Item†nota secundum aliam lecturam, quod dispositio limitata ad vnum casum non operatur, nisi in illo, nec quo ad prouisionem, nec quo ad præiudicium, & hæc lectura ponitur in fi.gl.magnæ.

6 Item no.†ꝙ per pactum patris,vel extranei dotantis,acquiritur ipsi dotanti in casu,in quem paciscitur, & præiudicatur mulieri secundum Imo.

Sed ego dico,ꝙ hic non dicitur,quod in casu expresso præ
7 iudicetur mulieri, sed†simpliciter dicitur, quid iuris in casu omisso.Vnde dico,quod in casu expresso, inquãtum iste tex. loquitur de patre paciscente non præiudicatur mulieri, quia prouisio legis non tollitur per pactum nudum,ut dixi supra, & hoc vult etiam Barto.hic expresse, vt infra videbitis. Et ad hunc locum vos statim reducam ex necessitate. Sed quo ad extraneum bene dicit Imo.Nec dicas. Ergo fiet difformis determinatio, quia negatur. Nam hic solum deciditur, quid in casu omisso,vt dixi. Et istud bene determinatur vniformiter in vtroque.

Venio ad glossas.Et pro intelligentia glosse primæ opponitur.Hic dicitur,quod pater dans dotem potest sibi appropria re actionem de dote simplici pacto,vt patet ex textu, dum dicit,pepigit.

Sed istud est contra l.auia. C.de iure dotium. Huius con-
8 trarij timore facta est glossa hæc,quæ dicit,ꝙ licet†in themate coniungantur pater & extraneus,tamen in responsione loquitur tantum de extraneo, qua si dicat,secũdum Bar. quod pactum patris nihil operatur.

In ead.gl.in fi.dic,ꝙ ista gl.ita declarata pro Bart.non bene dicit,quod ridiculum est dicere,ac absurdum, ꝙ ita diuersifi centur propositio casus & responsio.

9 Vnde alij dicunt,ꝙ verbum,pepigit†prout refertur ad patrem intelligitur per stipulationem. Et cessabunt contraria. Prout vero refertur ad extraneum intelligitur per pactum, siue per stipulationem.Et hoc hic sentit gl.magna ibi,si vero pactum simplex &c.Et hoc dicit Bar.satis sibi placere.

Sed mihi non placet,quia tunc non fieret vniformis deter minatio,contra l. nam hoc iure. ff. de vulga. & pupilla. Vnde
10 cum ita possit intelligi,†ꝙ vniformis sit determinatio, vt statim

Source : BIU Cujas

tim dicam, non debemus iſtum textum ad hanc difformitatem trahere.

Vnde vlti. loco dicunt alij, quod licet pactum nudum patris non valeat ad acquirendum ſibi ſolidam actionem, d. l. auia. valet tamen quantum ad producendum præſũptionẽ, vt in caſu omiſſo videatur donare filiæ, vt hic, & arg. l. plane. in princip. infra de leg 1. Et ſic ſecundum hoc poterit iſte tex. etiam in pacto nudo intelligi in perſona tam patris, quam extranei. Et hanc opinionem ſequitur Bar. hic.

11 Sed Imola contradicit dicens, † quod per prouiſionem in utilem nunquam videtur velle quis ſibi præiudicare in iure ſuo, alias ſibi competẽti. l. certi condictio. §. quoniam. ff. de rebus creditis, ſi certum petatur, & certi condictione. Et bene facit l. ſi iure. ff. de leg. 3. Et ad dictam l. plane. reſpondet dupliciter, vt hic latius per eum.

Et pro iſta opinione adduco rationem, quia videtur abſonum, quod pactum, quod non habet effectum in fauorem paciſcentis, operetur in eius incommodum, cõtra l. non omnis. ff. de rebus creditis. Item ſi nõ valet eius expreſſum, ergo nec eius conſequutiuum. l. item. §. fi. in fi. ff. de ſerui. ruſti. prædio. cum ſimilibus.

12 Sed † ego dico, quod prædictus intellectus eſt verus, & ad argumenta contraria reſpondeo, quod multa ſimul accidentia hoc operarentur in caſu primo communis actionis
13 de dote, inter patrem & filiam, quæ magis de facili facit, vt in ſolidũ alteri approprietur maxime mulieri, quam ſi ceſſaret communio, arg. l. in rem. §. item quæcunque. ff. de rei vendi-
14 catio. vbi bonus tex. † cuius ratio fundatur ſuper eo, quod dicit Philoſophus libro ſecundo de generatione, & corruptione. Quæcunque habent ſymbolum, ideſt cõuenientiam adinuicem, faciliter, & velociter eſt eorum tranſmutatio. Ideo elementa, quæ conueniunt in aliqua qualitate, facilius tranſmutantur adinuicem. Ideo terra facilius traſmutatur in aquã, quam in aerem, quia cum terra ſit ſicca, & frigida & aqua humida & frigida, certe in qualitate frigiditatis conueniunt.

At cum aer humidus, & calidus, nõ habeat ſymbolum aliquod cum terra. Ideo de facili non fit eorum tranſmutatio. De facili dico, quia (pur) poteſt fieri, nam ex aere, quando dẽ ſatur vltra ſuam naturam, fit terra, vel aqua, ſecundum Philoſophos naturales. Si vero rarefiat vltra id, quod eſt ſuæ naturæ, fit ignis. Patet ergo aerem poſſe tranſmutari in terrã, cum qua non habet ſymbolum. Sed iſta relinquamus Philoſophis.

Item & ſecundo hoc operatur fauor dotis, ſeu mulieris. Item, & tertio leuis præiudicij facilitas, nam patri parum præiudicatur. Quia licet haberet ipſe actionem iure pactionis, nihilominus tenetur denuo dotare filiam, & ſine diminutione prioris dotis, auth. ſed quamuis. C. de rei vxoriæ actione.

Quarto hoc operatur amor paternus, qui omnes vincit, l. iſti quidem. ff. de eo, quod metus cauſa. Ideo nimirum ſi de facili in caſu omiſſo videatur velle prouidere filiæ, ar. l. Procula magnæ. ff. de probatio. vbi affectio ſanguinis inducit præſũptionem donationis, quæ alias non præſumeretur.

15 Et licet iſta ſingula † non prodeſſent, tamen ſimul iuncta hoc poſſunt operari, argumen. §. ſanctiſſimas. de alien. & emphyteuſi. vbi patet, quod quæ non poſſunt ſingula, multa iuuant.

16 Vnde concludo, quod licet † pacto nudo non poſſit pater ſibi actionem de dote appropriare, d. l. auia. & rationem infra videbitis, tamen tale pactum poteſt inducere præſumptionẽ remiſſionis actionis in caſu non expreſſo, ſeu contrario ipſi expreſſo, vt hic erit caſus ſingularis ſecundum præmiſſum intellectum, quem adiuua, & fortifica per rationes præmiſſas. De extraneo non eſt dubiũ, quia in eo expreſſa prouiſio nõ eſt inutilis. Et ſic reſpicit motiua Imol. & alia, quæ ſ. fecit.

In gloſſa mulieri, ibi, de iure dotium. l. auia. Quicquid di-
17 cat glo. ego dico quantum † ad caſum huius legis non eſſe differentiam inter patrem, & extraneum etiam paciſcentes pacto nudo, vt patet ex his, quæ dixi in expeditione gloſſæ primæ. Licet, quantum ad appropriationem actionis, ſit differentia, vt d. l. auia.

Sed tunc pulchrum eſt videre, quæ ſit ratio differentię inter patrem, & extraneum. Et glo. (vt hic videtis) ſe remittit ad no. in d. l. auia. Bal. hic dicit, ꝙ iſtud videlicet, ꝙ pater non poſſit ſibi appropriare pacto nudo, licet extraneus ſit, operatur natura actionis de dote, quæ eſt, vt ſit communis patri, & filiæ, ac etiam auus paternus in dotando, vnde prædicta non poſſunt tolli per pactum ſimplex.

Sed hæc ratio non placet Imolæ dicenti, ꝙ eadem ratione ſequeretur, quod per ſtipulationem pater non poſſit ſibi appropriare actionem de dote, contra l. quoties. infra eodem, cum ſimilib.

18 Ego dico, ꝙ iſta non eſt bona conſequentia, † quia ex quo natura actionis de dote eſt, vt ſit communis patri & filiæ, iſta ſua natura non ita poteſt ſimplici pacto alterari, ſicut per ſtipulationem. Nam & alias videmus, ꝙ pactum etiam incontinenti appoſitum non prodeſt, vbi prodeſſet ſtipulatio, vt in
19 † pœnalibus, caſus eſt ſingularis in l. ſeruus ea lege. ſupra de ſeruis exportandis. Et adde etiam alium caſum in l. quamuis. C. de vſuris. Et in l. quod ſi locus. ff. de religioſis, & ſumptibus funerum.

Sicut ergo in præmiſſis caſibus lex non fuit contenta ſimplici pacto, non etiam videatur mirum, ſi ſtatuit actionem de dote non poſſe alterari pacto ſimplici. Maximè quia fieret in præiudicium dotis, ſeu mulieris, cuius de iure actio eſt cõmunis vna cum patre.

20 Aliam rationem differentiæ inter patrem, & extraneum dedit Ange. dicens, ꝙ pactum appoſitum in traditione neceſſaria non valet, vt no. per glo. quæ reputatur ſingularis in l. in traditionib. ſ. de pac. Sed traditio patris videtur eſſe neceſſaria, cum teneatur dotare filiam. l. fi. C. de do. promiſ. & l. qui liberos. ſ. de ritu nup. Ergo &c. quæ ratio ceſſat in extraneo, qui non neceſſitatur dotare.

Sed hæc ratio diſplicet Imo. quia ſequeretur, ꝙ pater dans
21 dotem pro filia emancipata † non poſſet ſibi per pactum appropriare actionem de dote, quia etiam filiam emancipatam neceſſitatur pater dotare. l. fi. C. de dot. promiſ. Et tamen hoc non eſt verum, vt probatur in §. accedit. iuncto §. extraneum, l. auia. C. de rei vxor. act. Addo, ꝙ iſta fuit ratio Cy. in d. l. auia. Et fortifica iſtam reprehenſionem, quia dico, ꝙ gloſ. in d. l. in
22 traditionibus. loquitur † in traditione, quæ fit ex neceſſitate præambulæ obligationis, non ex traditione, quę fit ex neceſſitate officij iudicis, quod nullam præſupponit obligationem. Et declara hoc, vt latius dixi in tract. de dote. §. 2. Non. n. neceſſitatur dotare vi alicuius obligationis, ſed tantum per officium iudicis, vbi latè dixi.

Poſtremo dicit Imo. ꝙ inter plures rationes, quæ aſſignantur, & de quibus latius habetur in l. quoties. ſ. eo. illa ſatis videtur bona, ꝙ ideo pater non poteſt ſibi per pactum appropriare, quia in alio ius ei ſubuenit citra ſtipulationem, vel pa-
23 ctum, quia actio eſt communis ei, & filiæ, † & ipſe habet exercitium de voluntate filię, ſeu ipſa non contradicente. l. 2. in prin. §. voluntatem. ſupra eo. Ideo ius grauauit patrem in alio, ar. l. eum qui. ſupra de iureiur.

Sed extraneo nulla competit actio citra ſtipulationem, vel pactum incontinenti appoſitum, quia ceſſante conuentione quæritur actio mulieri, cui videtur velle donare, vt in §. accedit. ſupra allegato. Et ideo lex ei magis in alio ſubuenit, argu. d. l. eum qui.

24 Et ꝙ ſit † differentia inter patrem, & extraneum paciſcentes, ſequuntur communiter omnes Doc. & etiam glo. noſtra, vt patet in fine ſui, dum dicit, Prima placet. Nec ob. iſte tex. vt patet ex his, quæ dixi in gl. j.

Dicunt tamen aliqui, ꝙ Alb. in d. l. auia. dicit, patrem ita ſibi poſſe ſimpliciter pacto actionem appropriare, ſicut extra-
25 neus per iſtum tex. Nec obſtat l. auia. quia illud, quod ibi † dicitur, non procedit ex defectu poteſtatis, ſed procedit ex defectu voluntatis, quia pater ſimplici conuentione non creditur velle innouare actionem dotis profectitiæ, vt patet ibi, non creditur &c.

Vnde aut pater paciſcitur ſimpliciter, & ideo creditur velle innouare actionem dotis vt ibi. Aut non paciſcitur ſimpliciter, ſed in caſu mortis, aut diuortij tantum vt hic. & tunc intelligitur velle ſibi appropriare actionem de dote. Et ratio dif
26 ferentiæ, quia quando † pater ſimpliciter paciſcitur, intelligitur paciſci eo modo, quo tacitè ineſt ipſa repetitio. Ideo ipſa ſimplex pactio nihil operatur. l. 3. ſupra de lega. primo. cum ſimilibus.

Quando vero paciſcitur in vnum caſum tantum, puta, mortis, vel diuortij, tunc non paciſcitur eo modo, quo tacite repetitio ineſt, ſed alio. Et ideo eius pactio in illo caſu operatur, quia non eſt facta per eum modum, qui tacite ineſt.

Nec ob. ſi dicatur, quando pater paciſcitur ſibi reddi, licet ſimpliciter paciſcatur, videtur paciſci alio modo, quam inſit,
27 quia actio † de dote eſt communis patri, & filiæ. Et ſecundum iſtud pactum non eſſet communis, ſed propria ipſius patris, quia reſpondetur, ꝙ quantum ad exercitium actionis de dote non paciſcitur aliter, cum exercitium actionis ſit penes nõ ſit patrem. l. 2. §. ꝙ ſi in patris. ſupra eo. Et ſic ſecundum hanc opinionem non eſt facienda differentia inter patrem, & extraneum, quando cõſtat, ꝙ pater noluit ſibi appropriare. Et hãc ſententiam ſequuntur moderni Doc.

28 Sed † ego dico iſtam ſententiam non poſſe procedere. Primo, quia ſequeretur, ꝙ ſicut ſimpliciter paciſcendo ſibi reddi,

Source : BIU Cujas

di,non intelligitur velle appropriare ſibi actionem,quaſi exprimat eo modo, quo tacite ineſt, inſpecto exercitio, quod ipſe pater habet.

Ergo eodem modo, ſi ſtipularetur ſimpliciter ſibi reddi, quia expreſſio eorum,quæ tacite inſunt, nihil operatur. l. 3. infra de legat. 1. Quod tamen eſt falſum,& contra.l. quoties. cum ſim.infra eo.

Præterea non poteſt negari, quin quando paciſcitur ſibi reddi,fiat expreſſio aliter,quam inſit, quia illud exercitium, quod habet,non habet niſi de voluntate filiæ d.§. ꝙ ſi in patris.Sed ex prædicta pactione vult, quod ſibi † reſtituatur ſine volũtate.Et aliter,quam inſit.Item in totum,cum alias nõ habeat.Ergo aliter exprimit.Et ſic expreſſio debet aliqd operari per no.in d.l.3 infra de leg. 1. Et ſi velles adfirmare, quod expreſſio ſit facta per omnia eo modo,quo ineſt, conſequenter etiam ſtipulatio nihil operabitur,vt dixi.

Nec obſtat illud verbum,creditur,poſitum in d.l.auia,per quod Alber. fundauit ſuum intellectum, quia illud verbum creditur,nõ refertur ad ipſum patrem,†ſed refertur ad pactũ ipſius patris, ſi ponderabis deligenter verba text. dum dicit, Quippe matris pactum actionem præſcriptis verbis cõſtituit.

Demum ſubijcit, patris vero,ſubaudi,pactum patris, &c. quaſi dicat, †quod non adeo eſt efficax pactio patris, vt credatur, tale pactum poſſe innouare actionem de dote,ita quod apud ſubtiliter perſcrutantes illud prouenit nõ ex defectu voluntatis,ſed potius ex defectu poteſtatis, quia pactũ nudum patris non creditur hoc poſſe facere, vt dicit ibi tex.

In eadem glo.ibi ſolue,vt ibi, quia ibi ſtipulatus fuit in omnem caſum diſſoluti matrimonij. Hic in vnum tantum caſum mortis, vel diuortij. Sed hæc ſolutio communiter non tenetur,quia illud genus ſubalternum in caſu legis contrarię non poteſt dici comprehendere caſus particulares, qui non ſunt de ſpeciebus ipſius generis,ſicut erat caſus omiſſus,vide licet matrimonij non ſecuti. Ideo dicunt Doctores, †quod ibi in caſu omiſſo non intelligitur facta prouiſio ex vi,nec ex forma contractus.Nec datur actio deſcendens ex illo contractu, ſed datur condictio ob cauſam, quæ quandoque datur extra id,quod agitur.l.ſi is qui.§.ſi libero homini.ſupra commodati.

Et ſi dicatur,quod non intelligitur ibi renũciatum illi cõdictioni ob cauſam in caſu omiſſo, † ſicut hic intelligitur paciſcens renunciaſſe iuri,quo in caſu omiſſo reſpondent Doc. quod in caſu iſto hoc operatur fauor dotis,qui poteſt habere locum,matrimonio ſoluto.

Sed non poteſt habere locum matrimonio non ſecuto, q eſt caſus omiſſus in l.contraria.quia ſi non ſequitur matrimonium,non poteſt verificari fauor dotis, quia non eſt dos ſine matrimonio.

Ex quo infero, quod vbi ceſſaret fauor dotis,ceſſaret & diſpoſitio huius legis,& caſus omiſſus relinqueretur diſpoſitioni iuris communis.Quod bene nota contra ea,quæ ſtatim vidēbis per Imolam circa intellectum. l. inter ſocerum. §. cum inter.ſupra de pact.dotalibus.

Sed dubitaui,quid † ſi in caſu contrario,videlicet d.l.extraneus,ſaltem nuptiæ fuiſſent ſequutæ, quo caſu dos data; nuptijs ſecutis,incipit habere priuilegia dotis,dato,quod matrimonium non ſequetur, vt eſt caſus notabilis in l.ſecunda.§. fina.infra,de priuilegijs credito.Et per conſequens tunc non ceſſaret fauor dotis.Vnde an tunc videbitur dans dotem renunciaſſe condictioni ob cauſam.Cogita.In eadem ibi §.penultimo.

Et ſic eſt differentia, † quando quis ſtipulatur, vel paciſcitur in caſu mortis,an quis ingrediatur monaſterium,an vero deportetur, quia quãdo deportatur,non vedicat ſibi locum pactum de lucranda dote, quia per deportationem non ſoluitur matrimonium, ſi manens in ciuitate retineat affectionem.l.1.C.de repud.Sed per ingreſſum monaſterij bene ſoluitur matrimonium,ſicut per mortem naturalem, vt l.Deo nobis allega.in gloſ.

Quod eſt verum,quando non fuit ſecuta copula carnalis, quia tunc alter poterit,altero inuito, monaſterium ingredi. Et ſoluitur etiam matrimonium,quo ad vinculum, quia ille, qui remanet in ſeculo, poteſt aliam vxorem accipere,capit. ex publico. extra de conuer.coniug. & per Bal.in d.l.Deo nobis. & Imo. hic.

Cæterum, † ſi eſſet copula carnalis ſecuta, tunc alter non poſſet ingredi monaſterium altero remanente in hac vita ſeculari,etiam ſi ingrediatur,non propterea ſoluetur matrimonium. Vnde remanens in ſeculo non poſſet aliam vxorem habere.c.verum.& c.coniugatus.extra de conuer.cõiuga.Secus ſi copula non interueniſſet. d.ca.ex publico.de quo hic latius per Imo.

Et † adde, quod quando matrimonium eſt carnali copula conſumatum, non poteſt Papa diſpenſare,vt diſſoluatur. Sed ſi non interceſſerit copula, poteſt diſpenſare ſecundum glo.no.in d.c.ex publico.Quod vltimum procedit de poteſtate abſoluta.Sed de poteſtate ordinaria non poteſt, niſi ſubſit cauſa ſecundum Hoſt.& Io.Andr.ibidem. De quo vos remitto ad ibi no.

In eadem ibi l 1.in fi.Dic, quod iſta iura nõ obſtant, quod † ibi mors ciuiles habet eundem effectum,quem mors naturalis,ſed in caſu noſtro mors ciuilis contingens per deportationem non operatur eundem effectum, quem mors naturalis,ſoluit matrimonium,ſed non deportatio, de qua materia dic,vt per Barto.in l.ex parte.§.inſulam.ff.de verb obligationi.& per eundem in l.Gallus.§.& quid ſi tantum.ff. de liberis & poſthumis. & per Cy.in d. l. Deo nobis. & adde caſum notabilem valde in materia in l. Statius Florus. §. Cornelio Felici,infra de iure fiſci.vbi mors ciuilis, & naturalis nõ æquiparantur quo ad fideicommiſſum. & adde l.cum pater.§.hæreditatem.infra de leg. 1.Dic vt ibi.

In eadem ibi l.fi.Multi ſoluũt hoc contrarium, quod † ibi verba erant dubia, & apta adaptari ad vtrunque caſum, vt ibi no.Ideo nimirum,ſi vterque caſus includitur, vt ſic in dubio res potius valeat, quam pereat. Sed ego neſcio videre, quo modo verba eſſent ibi apta comprehendere vtrunque caſum non violando literam.

Angelus vero,vt refert Imo.dicit, quod ibi odioſum eſſet non includi caſum alium, & eſſet contrarium menti teſtantis,qui voluit teſtatus, & inteſtatus decedere, cuius contrarium ſequeretur, ſi alius caſus non includeretur, quæ ratio hic ceſſat.

Sed hæc ſolutio non placet Imolæ † dicenti, eſſe contra caſum l.cõmodiſſime. infra de libe.& poſthumis.Vnde inhæret præcedenti ſolutioni. Sed(vt dixi) non eſt tuta.

Vnde tu defende Ang.& declara,prout dicit Bar.in l.commodiſſime.ff.de li.& poſth.vbi præmiſſam ſolutionem ſequitur,quæ fuit etiam originaliter glo. Sed latius declara, vt per Barto.& eam videntur ſequi communiter Doctores ibi.

Sed omnes reperio defectuoſos.Et Bal. hic facit tria membra:quia, aut prouiſio facta tendit ad effectum odioſum, aut effectum fauorabilem,aut eſt neutralis ſeu indifferens.

Primo † caſu,quando prouiſio facta in vno caſu tendit ad effectum odioſum,dicit,quod ad alium non porrigitur, alle. l.fi.C. de interdict. matrim. Quod verum limitat Imo. vbi in alio caſu eſſet maior ratio.

Et iſtam ſolam fallentiam dat ad iſtum primum membrũ. Tu adde,quod idem eſſet,ſi non eſſet maior ratio, quia ſufficit,quod ſit eadem ratio in caſu expreſſo, etiam ſi materia ſit odioſa,vt videmus in ſtatutis deuiantibus a iure communi, quæ ob hoc dicuntur odioſa.c.1.& 2. de fi ijs presb.& tamen trahuntur ad caſum omiſſum per identitatem rationis,vt dicam in l.ſi vero.§. de viro.infra eodem Et latiſſime dixi in tractatu ſtatutorum in tit.de extenſiua ſtatu.interpre. §. 1.

Nec iſta eſt propria fallentia,quia iſte caſus,quem † amplectitur ratio expreſſa, non dicitur eſſe omiſſus, imo cenſetur expreſſa in lege, glo.eſt in c.1. de tem. ordinando. Et dixi latius vbi ſupra. & in.l. qui liberis. in prin. infra, de vulga. & pupill.

Item dico,ꝙ fallit † iſtud primum,quando vellemus trahere prouiſionem factam in vno caſu ad alium caſum vi communis vſus loquendi,quia etiam idem eſſet in ſtatutis.

Vnde ſuccedant, quæ dixi,ad quod vide tex. cum gl.§. fin. qui dare tu.poſ.& in l.ꝙ ſi nolit.§ quia aſſidua,de ædil.edic.ſupra.& in l.librorum.§ ꝙ tamen Caſſius.de le.3.& in l. Labeo. & ibi per Bar.de ſupel.leg.

Item fallit, † ſi vellemus trahere ad caſum omiſſum, ſine quo caſus expreſſus commode non poſſet ſortiri effectum, etiam ſi materia ſtricti iuris ſit, vt eſt ſtipulatio. l. quicquid aſtringendæ.de verbor.obligat.caſus eſt notabilis in l.ſi ſtipulatus fuero per te.ff.de verborum obligatio facit quod no. l. non diſtinguemus.§ de officio.ſupra de recep.arbit.& in l.2. ſupra,de iuriſd.om.iud.Et hoc ſentit Bar. in l. omnes populi. ſupra,de iuſt.& iu.inquantum vult,ꝙ etiam iſtud procedat in ſtatutis,quæ ſunt odioſa,vt dixi ſupra.

Item fallit, vbicunque diſpoſitio facta in vno caſu eſſet facta ex cauſa honeſtiſſima,de qua appareret, quia tunc traheretur ad alium caſum,licet tenderet ad effectum odioſum, ſicut videmus in priuilegiis,vt eſt tex.quem ad hoc no.Pan. in c.tua nobis.extra de ver.ſignifi. de quo dic,vt latius in l.maritum. ſupra eo.

Item fallit, † quando ex virtute caſus expreſſi poteſt omiſſus intelligi,quia tunc ad illum porrigitur. §. illud. Inſtitu. de ſocieta.

Item

Item fallit,vbicunque apparet de mente diſponentis,quod vult porrigi ad alium caſum omiſſum.l.Titius. §.j.infra, de li. & poſthu.Et iſtas duas vltimas fallentias bene excerpo ex dictis Bar.in d §.&quid ſi tantum.Sed de aliis præmiſſis non facit mentionem,nec etiam Doct.hic.

Item fallit,ſi trahatur diſpoſitio ad alium caſum vi alicuius regulæ,vt dicam in ſeq.membro.

Item alias fallentias potes excerpere ex his, quæ dixi in tractatu de iuris interpreta.§.quinto,ſexto, & ſeptimo. Et eo ſemper recurras.

46 Nunc venio †ad ſecundum membrum Baldi, videlicet quando ſumus in materia fauorabili. Quo caſu dicit Bald. ꝙ prouiſio facta in vnum caſum, trahitur ad alium ſimilem, vt d §.& quid ſi tantum.cum ibi no.per gl.& adde ad hoc.l. fi.in fi.ſupra mand.& addo etiam optimum tex.in l.non ſine ratione.coniuncta l.prima.C.de bon.quæ liber.Et adde etiam Bal. & Sal.in l.venia.C.de in ius voc.

47 Ad diſſimilem vero caſum †non traheretur, niſi extenſio reperiatur facta per legem ad alium caſum,ſeu ſi lex diſponat expreſſe alium caſum diſſimilem excludi. l. nam hoc iure. ff. de vul.& pu.& ſic(ſi ponderabis)ſentit, ꝙ iſta fallentia nō poſſet adaptari ad primum membrum, videlicet materiam odioſam,cum ibi non ponat hanc fallentiam, & hic ſic, quod eſt falſum,quia etiam materia odioſa, & exorbitans trahitur ad caſum non expreſſum vi regulæ antiquæ, vt eſt gl. approbata per Doc.in l.ſi quis ſeruo perſuaſerit. C. de fur. & ſer. corrup. de quo latiſſime dixi in tract.ſtatutorum,ſub tit.de exten.ſtatutorum interpreta.§.nunc venio.

48 Item fallit,& ſecūdo, †ſecundum Imo.ſi ſit maior ratio,qa etiam tunc traherentur ad caſum diſſimilem,alleg.l.ſi quis filium.§.pe.cum ibi no.ff.de coll.bon.Ego addo bo.gl. in auth. præterea.C.vnde vir,& vxor.& quod habetur in c.per venerabilem.extra qui fil.ſint legi.& credo,quod etiam ſi expreſſa ra
49 tio militat in alio caſu,licet†diſſimili,ꝙ illa diſpoſitio expreſſa trahetur ad alium caſum licet diſſimilem, per identitatem rationis,nec dicitur extenſio fieri.

Vnde non eſt proprie fallentia,vt dixi in præcedenti membro.Dico etiam,ꝙ omnes fallentiæ poſitæ in præcedenti mēbro poſſunt adaptari caſui præmiſſo,excepto illo de cauſa honeſtiſſima conceſſa, quia non credo, ꝙ ob hoc trahatur ad caſum diſſimilem.

Venio nunc ad tertium membrum Bal.& Imo. videlicet, quando materia eſt neutralis.Super quo latius,q̄ ipſi dicant,
50 dico ſic,ꝙ ſi volumus porrigere† caſum expreſſum ad ſimilē ſine alicuius præiudicio,hoc poterit fieri ſine dubio. Ad ꝙ vide tex.cum ſua gl.no in l.qui duos.ff.de reb.dub.

Idem dico,ſi diſpoſitio expreſſa fuerit facta ex neceſſitate, quia tunc porrigitur ad alium caſum ſimilem,& iſte eſt caſus d.§.& quid ſi tantum.Et declara,vt ibi latius per Bar.

51 Idem dico,ſi ſit diſpoſitio neceſſaria,†non quo ad actum, ſed quo ad effectum actus,per tex.valde no.in l.ſi mater.C.de inſtı.& ſubſt.Et idem dico in omnib. caſibus,quos poſui pro fallentiis ad primum membrum a fortiori ratione.

52 Extra † quos caſus non credo prouiſionem factam in vno caſu poſſe trahi ad caſum omiſſum, maximè in materia, vbi certa, & determinata forma requiritur, quæ forma ceſſat in caſu non expreſſo,ſecundum Bal.ar l.diligenter.ſupra mandati.& l.qui Romæ.§.Flauius Hermes,ff.de ver.obl.

Addo,& ideo, quia cōditiones expreſſæ debent impleri in forma expreſſa,& ſpecifica.l qui hæredi.in prin. ff.de cond. & demon. Ideo non ſufficit fieri, ſeu quod impletur per æquipollens, vt ibidem.

Proſequor nunc glo.In eadem,ibi l.maritus. & pro hoc ēt
53 facit ſecundum Dy.†,quia licet prouiſio hominis expreſſa faciat ceſſare prouiſionem extraordinariam iuris communis, vt eſt gl.ſing.ſecundum Imo.in l.2.C.de iu.emphy.Sed prouiſio legis quatenus prouidet patri danti dotem pro filia eſt de iure communi, cum filiafamilias de iure communi ſit acquiſitionis,ſecundum hæc iura.l.placet.ff.de acqu.hære.Licet ex quodam iure ſpeciali extraordinario fauore dotis ſit inductū, ꝙ habeat communionem in actione de dote cum patre.

Attende tamen,quia pro Dy.facit optime gl.no. quam ſupra allegaui in notabilibus, de Capitaneo qui curiam vend.
54 †vbi prouiſio hominis tollit ordinariam prouiſionem legis. Niſi dicas,ꝙ ſit ibi ſpeciale fauore libertatis a ſeruitute debita per vaſallum domino.Vel ꝙ ius feudorum non ſit ordinarium,ſed potius extraordinarium,& conſuetudinarium,licet redactum in ſcriptis, iuxta tradita per Barto. in l. 2. infra, de vulgari.

An autem feudum ſit beneficium, vel priuilegium, diſtinguè,vt per Bal.circa præludia feudorum.Prima magis placet.

In eadem gl.ibidem.Et pro hoc etiam facit,quia extraneus
55 †appellatur omnis,qui non habet in poteſtate filiam, quæ dotatur.l.vnica.§.extraneum.C.de rei vx.act.Et ſufficiebat tunc ſecundum iſtam lect.Imo.l.exprimere de extraneo.

In eadem,ibi,& ſuis hæredib. Et ſic ſecundum iſtam opi. licet pater,& extraneus iungantur in themate, tamen in reſpō ſione diuerſum eſt.Et hoc eſt,quod voluit gl.j.

56 †Sed hoc non placet communiter Doc.per rationem.l.nā hoc iure,ff.de vul.& pu.vt latius dixi ſuper gl.

Nec ob.l.2.§.fi.ſupra de offi.procon.& lega. per quam Bal.
57 †voluit tollere prædictam reprehenſionem, quia ibi vna determinatio nō poterat æqualiter determinare.Ideo in vno caſu determinat proprie, in alio impropriè, quia aliter fieri non poteſt. Sed hic poteſt pariter determinare, vt patet ex his quæ ſupra dixi.

58 Et ꝙ iſte intellectus non poſſit procedere; † quia attento hoc intellectu,non poſſet mulier in caſu, in quem non pepigit pater diuertendo fraudem committere:nam in eo caſu debeat etiam ad patrem pertinere, nam illa verba concludunt, quod in caſu, in quem non ſibi prouidit pater,dos pertineat ad ſolam mulierem. Et quia tunc poſſet contingere, quod mulier, vt excluderet patrē, faceret diuortium,in caſu, quo pr̄ nō pepigit.Ideo Iurecōſultus dicit,niſi in fraudē diuertat.

Addo etiam aliam rationem: quia ſi eſſet verum, quod hic caſus omiſſus relinqueretur diſpoſitioni iuris cōmunis, ſequeretur,quod in caſu legis,inter ſocerum.§.cum inter.infra de pact. do. in caſu liberorum exiſtenti, in quo caſu dans dotem ſibi non prouideat,dos deberet etiam redire ad ipſum patrem dantem dotem. quia ita eſt de iure communi ſecundum communem ſententiam,l dos a patre.C. eod. titu.dato, quod de conſuetudine ſeruetur opinio Martini ibi poſita, & tamen iſtud eſt contra illum.§ cum inter.

In eadem gloſ. in fi. Et placet communiter doctoribus: dicit tamen Bal.in l. ſi conſtante,in principio, in ſeptima quæ
59 ſtione,hoc procedere, quando † filia eſſet præſens tempore ſtipulationis,vel pacti,ſecus ſi abſens,quia tunc in caſu omiſſo actio eſſet communis patri,& filiæ, quia iuri de futuro non poteſt renunciari ſimplici renunciatione,ſed tantum pacto.l. 1.cum ibi not.C.de pact.

Quod pactum non poteſt eſſe in abſentia filiæ,cum ſit duorum conſenſus in idem.l.1. ſupra, de pactis. Sed Imo.dicit illud verum in pacto expreſſo,ſecus in tacito, de quo agimus, quia non exigitur præſentia.l.2 & l.creditores, & ibi traditur. C.de pactis.

Ab extra opponūt Doctores de l.inter ſocerum. §.cum in
60 ter.† ſupra de pact. dota. vbi in caſu omiſſo dos remanet penes virum,non autem competit actio mulieri. Et in hoc diffi cili contrario variarūt Doc. vt hic Bar. Bal.Ang.& Dy.etiam in quodam conſilio ſuo dubitauit fortiter. Finaliter dixit, quod in §.cum inter.fuit facta mentio liberorum,ſi filia decederet ſine liberis &c.Ideo a ſenſu contrario fuit actum,quod ſi cum liberis decederet, dos remaneret penes virum. Et ſic fuit ibi tacita prouiſio a contrario ſenſu ex mente diſponentis.l. apud antiquos. cum ibi no. C. de furtis.l. qui teſtamento. §. mulier. infra de teſt. Sed in caſu huius princip. agitur de caſu omiſſo. Et cum hac reſponſione videntur tranſire Bald.& Ang.

Sed hoc non placet Imolæ,quia etiam hic reſultabat tacita prouiſio per argumentū a cōtrario ſenſu,vt potes percipere.

Vnde Bar. & Iacob. de Beluiſ. intelligunt illum.§. cum in-
61 ter.† quod ibi maritus retineat nomine liberorum tanquam hæredum maritus. Et ſic concordabit cum iſto textu. Et eſt ſpeciale in dote, quod filiafamilias, ſecundum iſta tempora, poſſit habere hæredem per illum §.& per l. Bebius. vbi dicūt eſſe caſum pro præmiſſo intellectu.Et per l.poſt dotem.ſecundum lect.Dy.infra eodem.

Quod non eſt tutum,ſecundum Imo.quia in caſtrenſibus filiusfamilias non habebat hæredem ab inteſtato, vt notatur in l.tam ex contractibus.ſupra,de iudi.& l.2.& l. pater qui caſtrenſe.ff.de caſt.pecu.

Ergo multo minus in dote', cum plus iuris habeat filius in caſtrenſib. de quibus poteſt teſtari,& ſolus eſſe in iudicio, vt no.in l.lis nulla §.de iud. Quod non eſt in dote.

Ego etiam alia ratione reprehendo hanc opinionem,quia certum eſt,ꝙ ibi in caſu omiſſo noluit prouidere mulieri,per cuius mortem caſus omiſſus,ſeu contrarius verificabatur.

Vnde ei mortuę noluerunt paciſcentes prouidere,filijs exiſtentibus.

Iſtud eſt impoſſibile, quia quæ ſunt in conditione, non ſunt in diſpoſitione.l.j.ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti.

62 Hinc eſt,†ꝙ grauatus reſtituere hæreditatem, ſi ſine liberis deceſſerit,liberis exiſtentib.pōt eos exhæredare. l.filiusfamilias,§.cum quis.infra,de legatis primo. Quod non poſſet, ſi te-

Source : BIU Cujas

si testator videretur eis voluisse prouidere.

Vnde postremo Imola dicit, quod interdum casus resultans a contrario sensu non potest euenire, filia viua,† & tunc 63
resultat contrarius sensus ad commodum mariti, & ita loquitur d.§.cum inter. Nam casus contrarius est, si filia decesserit cum liberis.

Ideo tunc ius non fauet mulieri, quæ non debet superesse in dicto casu.

Sed quando casus resultans a contrario sensu potest euenire viua filia, tunc fauore doris etiam mulieris quæritur eo casu actio mulieri, & iste est casus noster. Et declara, vt latius hic per Imo.

64 †Sed ego contra Imo. vtor sententia prouerbiali.

Cecidit in scyllam cupiens vitare Charibdim.

Quia, vt supra vidistis, vbicunque cessat fauor dotis, tunc casus omissus relinquitur dispositioni iuris communis, l. si extraneus. supra de condict. cau. da. quoniam ita concordat cum lege nostra.

65 Si ergo in §. cum inter. †in casu omisso propter mortē mulieris cessat fauor dotis, deberet ille casus relinqui dispositioni iuris communis, quæ est, vt siue decesserit cum, vel sine liberis, debeat dos redire ad patrē. l. dos a patre data. C. soluto matrimo. quemadmodum dos petatur. secundum communem omnium scribentium sententiam. Licet Martinus tenuerit contrarium.

Nisi velles dicere opinionem Martini probari per illū tex. coniuncta l. si extraneus. valet argumentum a coniunctione legum, tex. est formalis & rotundus in l. Gallus. §. ille casus in difficilis. & ibi no. ff. de lib. & posthu. hæredibus instituendis, vel exhæredandis.

Quod non placet per ea, quæ dixi in tractatu de dote. §. decimooctauo. vbi latissime videre poteris.

Quid igitur dicemus in tanta varietate? Breuiter pro solutione huius difficultatis oportet discurrere p aliquot casus.

66 Primo dico, quod † casus omissus in materia exorbitanti nō relinquitur dispositioni iuris communis, immo expressa prouisio includit tacitam exclusionē consensus in casu omisso. l. fina. C. de pactis conuentis. & est glo. notabilis in l. 2. C. de iure emphyteutico.

Et eandem tacitam exclusionem, quam inducit exorbitantia in casu omisso, inducit fauor dotis seu mulieris. Et iste est casus legis nostræ.

Idem dico, vbicunque in casu omisso potest coniecturari verisimiliter maior ratio retinendi, quam in casu expresso, & aliqua ꝓbabilis præsumptio disponētis, quod voluerit tacite prouidere in casu omisso potius, quam relinquere dispositioni iuris communis.

Et iste est casus difficilis contrarij supra formati, videlicet illius §. cum inter. Declaro, vt intelligas, quando dans dotem
67 † paciscitur eam reddi in casu non existentium liberorum, intelligitur paciscī, quod extantibus liberis dos retineatur, vt ibi.

Ratio, quia in isto casu omisso est maior ratio retentionis, quam in casu expresso, quia in casu existentium liberorū pater ipsius filiæ videtur voluisse suis nepotibus ex filia prouidere, quos ex tali dispositione videtur cōuocasse tacite ab intestato ad successionem ipsius filiæ.

Iste est casus notabilis cum sua glo. in l. Lucius. in fi. infra de hæredibus instituendis.

Et per hoc non obstat argumētum, quod supra feci de l. si quis sub conditione. ℨ. si quis omissa causa testamenti. Quia
68 verum est, quod ea quæ sunt† in conditione, non inducūt dispositionem expressam, sed bene inducunt tacitam, & coniecturatam voluntatem disponentis in casu maioritatis rationis, vt supra dixi latissime. Fieri enim debet extensio ad ea, in quibus est maior ratio, & hoc est, quod dicitur, valet argumentum de minore ad maius, tex. authen. multo magis. de sacrosan. ecclesijs, rebus & priuilegijs earum. C. l. sed & si quemcunque. ff. ad legem Aquiliam. Contra quam nihilominus voluntatem filio potuisset disponere, si fuisset alias habilis ad testandum iuxta ea, quæ supra dixi.

Et ad argumentum Imolæ (dum dixit, quod filiafamilias etiam in dote isto tempore non poterat habere hæredem ab intestato) respondeo illud verum, nisi iste hæres ab intestato esset filius ipsius filiæ, qui veniret ad talem successionem ex tacita dispositione patris ipsius filij, vt in casu prædicto, per d. l. Lucius. in fine.

Vnde saltem opi. Bar. & sequacium volētium, ꝙ filia in dote posset isto tempore habere hæredem ab intestato, absque dubio poterit sustineri.

Et per hæc etiam patet, ꝙ dos etiam retinetur nomine liberorum. In quo casu, si ponderabis dictum §. cum inter. ita potest intelligi sine violatione literæ, sicut ꝙ retineatur nomine mariti. Ita oportet intelligere per d. l. Lucius. in fi.

Extra autem casus præmissos† fateor, ꝙ casus omissus relinquitur dispositioni iuris communis per l. si extraneus. supra de condi. cau. da. 69

Et per hæc expeditum sit principium huius legis cum sua materia. Cętera vero alibi prosequemur Deo duce.

Noua in l. si cum dotem. animaduersio.

Hactenus vniuersa dotalis rei iura prosequutus Constantius noster, quæ ita congessit in hoc velut compendioso enchiridio, vt nihil eorum, quæ ad eandem rem pertinent, desideretur. Diuersas variorum interpretum sententias referens, suam eandem singulis quibusque periordis subijcit tum in tractatu de dote, tum in commentarijs ad l. si cum dotem. sub titu. soluto matri. secundo Pandectarum Tomo. Eam vero in varios sensus ferri cœptam esse scribit. Sunt qui adserant stipulationem in huius legis specie interuenisse. Alij pactionem nudam. Verius tamen existimarem neutram huic speciei appositam sed causam subesse, reiq; interuentum esse cisse, vt pactio nuda non sit, subest etenim causa, idque elegāter adnotauit Vlpianus. l. iurisgentium. §. 1. ff. de pac. Quod vero causa subsit, facile coniicitur (si rem propius spectes) ex verbo, dans. Dare est dominium transferre. §. sic itaq; discretis. Insti. de actionib. Atqui verba cum effectu accipienda esse debere, adnotat Iurecōsultus. l. 1. §. hæc verba, ff. quod quisque iuris. Nec hoc diffitebuntur, qui pactionem nudam hic interuenisse scripserunt, legant Vlpianum, qui dicit. Si cum daret dotem pater, vel extraneus, & pepigit &c. vides rei traditionem pacto incontinenti appositam? Nuda igitur pactio non est, stipulatos etiam nec patrem, ne extraneam dotem fuisse verius est, idq; ex verbo pepigit, quo pactio argumento a notatione verbi significatur. Aliud est autem pactio, aliud stipulatio. Alioquin cur diuersis vocibus efferantur. l. si idem C. de codicillis. Tibi cogitandum relinquo.

Cæterum rectius existimo in pactione hac rem interuenisse, & causam subesse, & ita pactionem dantis dotem nudam non esse, idque ab interpretibus negari non posse verissimū est, cum & ipsi pactum nudum rei traditione vestiri scripserint, cui rei fidem adstruunt ex l. ex placito. & ibi hoc norant. C. de rerum permut. glo. Institutionib. quibus modis re contrahitur obligatio. in princ. Verum de his fusius in nostro Iurisprudentiæ Mercurio, & Antichresi (Deo duce) edisseremus, ac diligentius rem, & perpendemus, & aperiemus, quo loco animaduersiones pleraſque in quodam interpretum locum comperies. Sed hæc hactenus. Commonefactum tamē te interim velim, humanissime iuris Cæsarei candidate, vt nihil intactum, huicq; rei necessarium prætermittatur, pepigit verbi productionē ab Andræa Alciato Iureconsulto viro patritio eleganter traditam esse in rub. C. de pac. Id ab eo petendum censeo, quæ item huius verbi sit vis, quæ natura Scribit aūt Aulus Gellius noctiū Atticarum lib. 7. c. 9 pepugi, veteres dixisse, Acciū quoq; in Aedilitia voce pepugero, vsū fuisse.

Sed si pepugero, metuet.

Sic & Marcum Tullium, & Caium Cæsarem pepugi dixisse. Tu consule Gellium loco superius citato. Sed hæc literatos relinquamus, a quibus vocum origines, causas, vires, naturam, & effectus petere necessarium est. Atque ad pactū nudum redeamus huius varias varij interpretes assignant definitiones, alij in l. iurisgentium. ff. de pac alij in l. legem. C. illo, & eo. ti. His prætermissis, velut sibiipsis reclamantib. dico Imperatoris definitionē veriorem esse, quam comperies in l. legem. C. locati. Pactum nudum varie vestit Accursius, Instit. quib. mod re cont. obl. causam solam, reiq; interuentum sufficere verius responsum est. Ex eo iure ciuili actionem non dari, iure Pontificio diuersum esse aiunt interpretes. Verius tamen est iure ciuili ex pacto nudo actionem dari, iure canonū eam ex eo non nasci. Primo dicto fidem adstruo ex l. 1. ff. de rer. permu. secundo ex ca. cum inter. R. de electio. in antiquis. Probatur etiam ex d. l. 1. Omnem contractum nominarum esse pactum nudum. Hæc raptim, & velut per transennam scripsi, sed in alium locum commodiorem reiicimus, vbi latissime hæc pertractabimus, si per otium liceat. Quæ omnia partim in auditoriis publicis, partim ab interpretibus eruditissimis intra priuatos parietes ex medijs Iureconsultorum responsis accepimus, ne quis hæc confingere, aut contra legum præscripta efflare nos arbitretur. Hæc P. Prateius.

ROLAN-

Source : BIU Cujas

ROLANDI A VALLE
IVRISCONSVL. CASALENSIS
QVAESTIONES DE LVCRO DOTIS.

SVMMARIVM.

1 *Ius vnum ciuile potest tollere aliud.*
2 *Statuta disponentia super successione filiorum, uel filiarum valent.*
3 *Legitima debita matri in bonis filii, cum sit de iure positiuo, potest secundū magis receptam sententiam, per statutum tolli.*
4 *Solennitates in testando introductæ de iure ciuili possunt per statutum derogari, & abrogari, augeri vel minui.*
5 *Statutum disponens, quod testamentum coram tribus, vel quatuor testibus fieri possit, secundum communem Doctorum sententiam valet.*
6 *Dos soluto mat. per mortem vxoris reuerti debet ad patrem dotantem, vel ad hæredes ipsius uxoris.*
7 *Argumentum de pacto ad statutum affirmatiue ualet.*
8 *Pacto potest fieri statutoq; similiter disponi, quod in contractu requiratur scriptura.*
9 *Pactum initum inter uirum, & uxorem de dote lucranda, si vxor præmoriatur sine liberis, ualet.*
10 *Pactum & lex statutaria, quo ad lucra dotalia æquiparantur.*
11 *Statutum de dote lucranda per mortem vxoris sine liberis ualet.*
12 *Quod ampliatur procedere, etiam si esset in præiudicium filiorum primi matrimonii.*
13 *Consuetudo de dote lucranda soluto matrimonio, sicut ualet, fortius ualere debet statutum, cum expressum habeat consensum, & consuetudo tacitum.*

QVAESTIO I

1 AN statutum disponens, ꝙ vxore præmoriente sine liberis maritus lucretur dotem, valeat? Et dicas ꝙ sic. Nam† vnum ius ciuile potest tollere aliud. §. fi. Insti. de iu. nat. gen. & ciu. & per Bal. in l. lege. 12. tab. col. 2. C. de legi. hære. 2 vbi dicit, † ꝙ cū omne ius sit mutabile, ideo valent statuta, quæ disponunt super successione filiorum vel filiarum, Alibi voluit idem Bal. in l. j. §. ius naturale. col. fi. ff. de 3 iust. & iu. ꝙ†legitima matri debita in bonis filij, cum sit de iu re positiuo, potest per statutum tolli, & hanc esse communē opinionem attestantur Io. de Imo. in l. quod de bonis. §. fi. ff. ad leg. Falc. & Ale. in consi. 168. col. 1. in fi. vol. 7. Dec. in cons. 372. col. 2. & Paris. in consi. 23. col. 2. volu. 2. Hinc etiam vide- 4 mus, ꝙ solennitates†in testando introductæ, & ipsa testandi 5 facultas, quæ sunt de iure ciuili, possunt per statutum†deroga ri, & abrogari, augeri vel minui, vt per Ang. in consi. 88. col. 1. & in consi. 126. col. 1. & ideo dicunt Alex. in l. si non speciali. col. 5. C. de testa. & Dec. in c. 2. col. 9. in prin. de proba. commu nem esse opinionem, ꝙ statutum disponens, ꝙ testamentum coram tribus vel quatuor testib. possit fieri, valet. Vnde licet 6 de iure ciuili introductum fuerit, †ꝙ dos soluto matrimonio reuertatur ad patrem dotantem. l. dos a patre. C. sol. matri. l. si ab hostib. in prin. ff. eo. ti. & per Ale. in consi. 150. col. 1. versi. præterea. vol. 2. vel ad mulieris hæredes, vt in c. fi. §. sanè, & ibi per Abb. ac alios, de dona. inter vir. & vxo. Tamen contrario iure ciuili, & sic statutario tolli potest. l. omnes populi. vbi Doc. ff. de iust. & iu. l. de quib. ff. de legib.

7 †Secundo hoc probatur. Nam quod potest fieri per pactum affirmatiuè, id etiam statuto fieri potest, ita arguit Bar. in l. fi. per illum tex. C. de fideiuss. & Docto. in l. non impossibile. ff. de pac. Dec. in l. nec ex prætorio. ff. de reg. iur. Idem voluit Alex. in consi. 50. col. 1. vol. 5. vbi sicut per pactum potest fieri, ꝙ in 8 contractu†requiratur scriptura. l. contractus. C. de fide instr. & per Doc. in c. si diligenti de fo. compe. ita & per statutum, & per Bar. in l. fi. col. 3. ver & quod in casu prædicto. C. de pac. vbi id quod potest fieri per pactum iuramento firmatum pōt 9 etiam fieri per statutum. Sed† pactum factum per maritum cum vxore in contractu matrimonij de dote lucranda per mortem ipsius, si præmoriatur sine liberis, valet & tenet, vt per gl. & Bar. in l. 2. ff. de dote præleg. in princ. & per tex. in l. 2. iuncta gl. ff. de pac. do. & in l licet. iuncta gl. in ver. iure. C. de iu re dot. & per Bal. in l. 1. col. 1. C. si aduer. dot. in 2. no. vbi dicit, no. ꝙ inter vir. & vxo. potest apponi pactum de tota dote lucranda, si vxor præmoriatur. & Ang. in consi. 158. col. 2. Ale. in l. si socer. in §. Lucius. col. 4. & in l. si cum dotem. in princ. col. 7. ff. sol. mat. Boer. in decis. 208. in 2. col. & in decis. 244. col. 1. er go & statutum valere debet, ita in terminis arguit Bal. in consi. 467. col. 2. vol. 4.

Pro qua opinione facit quod not. Bald. in l. Deo nobis, per illum tex. in vlti. no. C. de epis. & cler. quem sequitur Curt. 10 Sen. in consi. 78. colum. 4. in fi. vbi pactum † & lex statutaria quo ad lucra dotalia æquiparantur.

11 Tertio † quod tale statutum valeat, probatur authoritate Bart. ac aliorum in l. hac edictali. C. de secun. nup. l. exigere dotem ff. de iudi. & per Bal. in d. consi. 367. colum. 2. & in consi. 496. vol. 5. Fulg. in consi. 203. col. 2. Cremen. in singu. 154. vbi dicit, quod talia statuta valent. & sunt multum honesta propter onera infinita, quæ sustinentur a marito. Ale. in cons. 57. colum. pen. versic. ad quartum. vol. 1. Ias. in l. si donaturus. §. fin. ff. de condi. ob cau. Socy. in consi. 52. col. 1. volu. 3. vbi dicit, non esse dubitandum de validitate talis sta- 12 tuti, † quia etiam valet in præiudicium filiorum primi matrimonij. Quod, an sit verum, infra demonstrabimus, in q. 24. Dec. in cons. 19. col. 2. & in cons. 195. col. 2. Idem vult & Paris. in cons 62. col. 3. vol. 4.

Et ad hoc bene facit, quod scribit Abbas, quem omnes se quuntur in c. fi. in §. sanè. in vlt. no. de do. inter vir. & vxor. vbi 13 firmat, †ꝙ sicut valet consuetudo de lucranda dote, vel dona tione propter nuptias soluto matrim. fortius valebit statutū cum habeat expressum consensum, & consuetudo tacitum, per l. de quibus. ff. de legib.

SVMMARIVM.

1 *Verba statuti de lucro dotis proprie ac stricte sunt intelligenda & interpretanda.*
2 *Statutumque prædictum directe est contra ius commune.*
3 *Et trahi non debet extra casum suum ad aliquam consequentiam.*
4 *Est quoque pœnale, quia diminuit patrimonium mulieris, & nu. 8.*
5 *Pariter & odiosum, quatenus deuiat a dispositione iuris communis, secundum quod nihil lucratur maritus mortua vxore.*
6 *Tollit & quoque in parte uxori liberam facultatem disponendi de rebus, & numero 9.*
7 *Estque ad vnguem & contextum seruandum, & a verbis eius minime recedendum, ex quo est præcisi fori & stricti iuris.*

QVAESTIO II.

1 QVero, † an tale statutum sit correctorium iuris communis, & eius verba proprie ac stricte intelligenda & interpretanda sint. non insistendo in verbis, cum soleant apponi ornatus causa, vt inquit Are. in cons. 6. col. 1. Cō clude ꝙ sic, vt per Bal. in l. 2. C. de do. promis. vbi dicit, ꝙ in lucris, quę proueniunt ex forma statuti, verba eiusdem debent 2 intelligi proprie & stricte interpretari, cum sint præter ius†cō mune. Imo Ange. in cons. 158. col. 1. scribit tale statutum esse directe contra ius commune. l. vbi adhuc. C. de iu. do. & l. dos a patre. C. sol. mat. & stricte ac proprie intelligendum. l. consti tutionib. ff. ad munici. Doc. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iu. 3 †& extra casum suum, & in eo statutum non esse trahendum ad aliquam consequentiam. l. quod vero. ff. de legib. ca. quæ a iure. de reg. iur. in 6. Quod & voluit Abb. in cons. 1 col. 1. vol. 4 1. & in cōs. 79. col. j. vol. 2. vbi†inquit, ꝙ tale statutum, cum sit pœnale, quia diminuit patrimonium mulieris. l. 3. ff. de dam. 5 iusec. †no. Io. An. in c. fi. de elect. in 6. & odiosum, quatenus de uiat a dispositione iuris communis, secundum quam nihil lucratur maritus mortua vxore, c. nuper. de dona. inter vir. & vxo. ꝙ verba eius debent strictissime interpretari, vt minus lædatur dispositio iuris communis, quam fit possibile. Idem tenuit Dec. in cons. 353. col. 1. Ias. in cons. 58. col. 1. & in cons. 115. col. 1. & in cons. 135. col. 1. vol. j. Paris. in cons. 127. col. 3. in princ.

Source : BIU Cujas

prin.vol.j.& in conſ.34.col.2.vol.3. vbi inquit,tale ſtatutum, ex quo non continet in ſe aliquam rationem ſcriptam, eſſe valde exorbitans,& contrariari iuri communi, cum tollat in
6 parte vxori liberam facultatem†diſponendi de reb. ſuis.Quo
7 †fit,vt ad vnguem & contextum ſeruandum veniat, & a verbis ipſius minime ſit recedendum, ex quo eſt præciſi fori & ſtricti iuris.l.quod conſtitutum.ff.de teſta.mili. idque placuit ipſi Pariſ.in conſ.ſuo 62.nu.26.vol.4.necnon do.meo Rui.cõ ſi.131.col.2.vol.4.magis quam Soc.iun.conſ.27.col. pe. vol.j.
8 vbi dixit,†cp ſtatutum ſupra citatum,cum auferat hæredibus
9 mulieris dimidiam partem dotis,†necnon & facultatem vxori diſponendi de illa dimidia,dicitur exorbitans, & contra regulas iuris communis,atque ideo cp debet ſtricte in caſu ſuo, in quo loquitur,intelligi, & non trahi ad alium caſum, iuxta tradita per Doctor.in l.ſi vero.§.de viro. ff.ſoluto matrimon. & in l.2.C.de noxa.& in cap.cum dilectus. de conſuetu. ſubdens hoc dictum commune,& tritiſſimum eſſe apud noſtros Doctores.

SVMMARIVM.

1 *Statutum de lucro dotis conditum a ſupremo Principe, vt Papa vel Imperatore dicitur ius ciuile.*
2 *Idem ſi ab inferioribus non recognoſcentibus ſupremum Principem de iure,vel de facto.*
3 *Populus uel Reges & Principes ſuperiorem recognoſcentes licet non poſſint quem reſtituere famæ reſpectu infamiæ, qua irrogatur a iure communi,ſecus tamen eſt in populo, Regibus & Principibus non recognoſcentibus ſuperiorem.*
4 *Lex,bene a Zenone C.de quadr. præſcr.ſecundum communem opin. locum habet in ciuitatibus recognoſcentibus ſuperiorem, prout alias in repu. Floren.*
5 *Ciuitas non recognoſcens ſuperiorem poteſt exercere reſeruata Principi.*
6 *Appellatio ſicut tolli poteſt per Pontificem,ac Imperatorem, ita & per nõ recognoſcentem ſuperiorem,quia de eo iudicatur ut de Principe.*
7 *Vectigalia noua licet decreto ciuitatis conſtitui non poſſint, id etenim non procedit in ciuitatibus non recognoſcentibus ſuperiorem.*
8 *Statutum uero,de quo ſupra,conditum a Ducibus,Marchionibus,& Vicarijs perpetuis,& dignitatem perpetuam habentibus,ſecundum commu nem opin. erit ius ciuile.*
9 *Lex que dicta.bene a Zenone, locum habet ſimiliter in talibus principibus.*
10 *Poſſunt que & ipſi tollere appellationem*
11 *Statutum quoque id ipſum conditum ab inferioribus recognoſcentib.ſuperiorem,& qui non ſunt uicarii perpetui ,ius prætorium erit.*
12 *Statuta præſidis vel inferioris a Principe,uel Ducis aut Marchionis, ſi deſerant hæreditatem,uel ſucceſſionem aliquo caſu,cum ſit ius prætorium, non poſſunt facere quem directo hæredem, ſed bonorum poſſeſſorem, & erit neceſſaria agnitio poſſeſſionis coram iudice, ſecus ſi deferatur ex forma ſtatuti, vel Principis authoritate, quia tunc defertur iure directo.*
13 *Conſtitutio annalis inducta per Epiſcopum,Comitem,Marchionem,uel Ducem,cum dicatur ius prætorium,ut interrumpat preſcriptionem annalem,requirit litis conteſtationem.*
14 *Decreta ſeu ſtatuta Illuſtriſſimi Ducis Mantuæ,& Marchionis Montisferrati,ſunt ius ciuile.*

QVAESTIO III.

QVæritur & tertio,an tale ſtatutum dicatur ius ciuile, vel prætorium.In hac equidem quæſt. ſequendo receptam Doctorum ſententiam, ſic diſtinguendum fore arbitramur.
1 †Aut huiuſmodi ſtatutum conditum fuit a ſupremo Principe,vt a Papa,vel Imperatore,& tunc dicetur ius ciuile,vt per ſcriben.communiter in l.5.in princip.de ver.ob.& per Nat.in trac.de ſtatu.exclu.fęmi.in 2.col.ver.2.quæro.& Brun.in tracta.exclu.fęm.in 13.par.prin.in 2.q.
2 Aut†ab inferiorib. a ſupremo Principe non recognoſcentib.eum de iure, vel de facto, & tunc ex quo habent vim ſupremi Principis,huiuſmodi ſtatutum ius ciuile appellabitur. ita ſcriben. in dicta l. quinta. & iſtam eſſe magis communem opin.teſtatur Brun.in loco,de quo ſupra. Quod & voluit Socy.in conſi.153.col.6.vol.2.vbi inquit, cp ſtatuta Illuſtriſſimi Marchionis Mantuæ ſunt ius ciuile & nõ prætorium,ex quo in ſuo Dominio neminem recognoſcit, & facit ſtaruta iure
3 proprio.Nec mirum, †quia etiam videmus, cp licet populus non poſſit per ſtatutum,quem reſtituere famæ reſpectu infamiæ,quæ irrogatur a iure communi,& pariter Reges & Principes,qui recognoſcunt Imperatorem,ſecus tamen eſt in Regibus,Principibus, & populo non recognoſcentibus ſuperiorem,quia tunc quo ad eos reſtitutio famæ valeret: Cum talis populus liber appelletur,& apud eoſdemmet dicatur eſſe Imperiũ ſui ipſius,vt per Bar.in l.prima. §. de qua re. ff.de poſtu.

Pro quo facit etiam,quod ſcribit Dec.in conſi.357.col.2.vbi concludit,cp diſpoſitio l bene a Zenone.C.de quadr. præſcri.
4 ſecundum†communem opinionem habet locum in ciuitatib.non recognoſcentib.ſuperiorem,vt in Repu.Florentina, quæ ſuperiorem non recognoſcit,& Iura Principis habet. Pa
5 riter videmus† reſeruata Principi per ipſas ciuitates non recognoſcentes ſuperiorem exerceri poſſe, vt de Lucana ciuitate loquitur Dec.in conſilio 403. colum. 2.& etiam quod ſicut
6 †Pontifex & Imperator poſſunt tollere appellationem, ita & non recognoſcentes ſuperiorem,vt per Bart. in l.j.§.interdũ. ff.a quib.appell.non lic.quem refert & ſequitur Dec. alios citando in cap.paſtoralis.col.2. de appell. Hinc dixit idem Dec. in conſi.469.col.j.cp & ſi noua vectigalia decreto ciuitatis cõ
7 ſtitui non poſſint.l.vectigalia.C.noua vectig.&c. †Tamen id procedit in ciuitatibus ſuperiorem recognoſcentib. & cp ita intelligitur d. l. vectigalia. Secus in non recognoſcentib.quæ habent iura Principis,prout eſt Ianuæ, quæ in eius territoriis vtitur iuribus ſupremi Principis, quia de illa debet iudicari, vt de Principe,vt per Bar.in l.infamem.in fi. ff.de pub.iudi. & Abbas in conſi.197.in princ.volum. j. & ideo ex hoc concludit,cp ipſa ciuitas Ianuæ potuit concedere communitati Vezani ius percipiendi pedagia in eius territorio.
8 Aut a†Ducib. vel Marchionibus,Vicarijs perpetuis,& habentibus perpetuam dignitatem, & iſtud pariter erit ius ciuile,vt per Nat.& Brun.vbi ſupra,poſt Doct.in d.l.quinta.& Jo. de Amic.in conſ.210.col.3.Purpura.in l.quæcunque.nu.244.
9 ff.de offi.eius cui mand.eſt iuriſ.Nec † quoque hoc abſonum eſt, cum videamus in huiuſmodi Principibus locum habere diſpoſitionem d.l.bene a Zenone,vt dicit Iaſ.in conſi.217.colum.10.vol.2.Iac.de S.Geor.in inueſt.ſua feu.in verſic.Sed an princeps.& Bal.in trac præſcrip.in 2.par.5.par.prin. ver.8.quæro, in prima limit. & ipſi ſimiliter poſſunt exercere reſeruata
10 principi,vt ſcribit Dec.in conſi.403.col.2. Necnon†& tollere appellationem,vt idem Dec.firmat in d.c.paſtoralis. col. 2.
11 Si†vero conditum fuerit a recognoſcentibus ſuperiorem, & ab iis,qui non ſunt vicarii perpetui, nec qui habeãt perpetuã dignitatem,tunc erit ius prætorium, quia quicquid ſtatuitur ab iſtis inferioribus,ius prætorium appellatur. l. ius autem ciuile.§.j.ff.de iuſt.& iu.no.Bar.& alij in d.l.5.in prin de verbo. obliga. & pro hac opi.adducitur deciſ. Bar.ab omnib.recepta in l.prima.in fi.de bono.poſſ.vbi ſi qua hęreditas defertur ali-
12 cui eſt conſtitutione† Præſidis, vel inferioris a Principe, vel Ducis,aut Marchionis, tunc ipſa hæreditas non poteſt deferri,vt quis fiat hæres,ſed vt bonorum poſſeſſor,& neceſſe eſt, cp agnoſcatur ipſa bonorum poſſeſſio coram Iudice, iuxta l. fi.C.qui admit.Item petit ſpatio centum dierum,vel anni.l.ij. l.emancipata.C.qui admit.Sed hæreditas,quæ defertur ex forma ſtatuti,vel principis authoritate, bene defertur iure directo.Idem voluit Bal.in rubr.C.qui admit.q.6. ver. item ſi ſtatutum.& in l.certum.col.3.verſicu.ſequitur videre. vn. cog.
13 †Hinc etiam dixit Bar.in l.ij §.fi.ff de vſucap.cp conſtitutio annalis inducta per epiſcopũ,Comitem,Marchionem, vel Ducem,cum dicatur ius prætorium, ad hoc vt interrumpat talem præſcriptionem annalem, requirit litis conteſtationem. l.1.& ij.C.qui admi.& ideo ex iſtis infero, cp, cum Illuſtriſſimi & excellentiſſimi Duces Mantuæ,& Marchiones Montisferrati Domini mei, ſint hodie Vicarij perpetui, & poſſint omnia in eorum territoriis, quæ poſſit Imperator in toto orbe, vt de Duce Mantuæ,& tunc Marchione dixit Cur. Iun.in cõ ſil.61.col.4.verſicu.ſuccedit, & de Marchione Montisferrati inquit Iaſ.in conſi.235.col.ij.vol.ij.Pariſ.in conſil.17. colum.
14 ij.vol.1.eorum†decreta ſeu ſtatuta condita & condenda ſunt & erunt ius ciuile.

SVMMARIVM.

1 *Ratio in ſtatuto conſideratur vt anima, verba autem, vt corpus & ſuperficies.*
2 *Rationes quare concedatur lucrum dotis in totum,vel in parte per ſtatutũ marito,& de earum veritate, & nu.5.10.*
3 *Succeſſio filij per Senatuſconſultum Tertullianum conceditur matri in ſolatium amiſſi filij.*
4 *Vir & vxor in lucris nuptialibus non debent ad imparia iudicari.*
6 *Lucrum dotis non datur in recompenſationem onerum, ſed fructus dotis. Sed contrarium vide ſub numero 11. 12. & 15. & vbi communis eſt in contrarium.*
7 *Statutum de lucro dotis locum habet in ſponſa de præſenti, & ſi traducta non ſit ad domum mariti, & in nu.17.vbi declaratur.*
8 *Statutum,de quo proxime,locum habet in matrimonio, quod momento durauit,& ſub nu.18.pro declaratione.*
9 *Lucrum dotis eſt mere lucrum,& de veritate,nu.19.*
13 *Maritus ſi non ſuſtinet onera matrimonij,non lucratur dotem.*

14 *Cauſa*

Source : BIU Cujas

14 *Causa mediata, siue remota quando talis est, quod sine ea immediata, & pro pinqua nullum effectum productura pro immediata habetur.*

16 *Lucrum quando trahit originem a damno, de eo idem iudicamus quod de damno, licet nunc lucrum sit & econtrario.*

QVAESTIO IIII.

1 QVoniam in statuto † ratio ipsa considerat vr anima, verba autem sicut corpus & superficies, vt per Abb. in consi. 1. col. pen. in prin. vol. 1. Paris. in cons. 16. col. 4. vol. 3. & Soc. Iun. in consi. 15. col. 5. vol 1. Ideo quæritur, quænam sit ratio, qua inductum est a statuentibus, quod vxore p̄ moriente sine liberis maritus lucretur dotem. Cum ratio, quæ est anima ipsius legis in ipso statuto scripta non comperiatur.

2 Tres enim recitantur opiniones, de † quarum veritate disputate cōtingit. Prima etenim ea est, quæ adducitur per Bal. Nouel. in tracta. dot. in 6. par. speciali. 37. col. fi. de qua mentionem facit Dec. in consi. 57. col. 2. versi. 4. mouetur? Quod statuētes moti sint ad concedendum tale lucrum marito in so-
3 latium dilectissimæ coniugis mortuæ, † vt alias in simili dicitur de matre, cui Senatusconsultum Tertullianum concessit successionem filij, vt eam subleuaret in solatium amissi filij. Institu. ad Tertul. in prin. & l. iure succursum. ff. de iure dot. Hæc enim ratio a Doctoribus non recipitur, vt per Dec. in d. consil. 66. in fi. quia si statutum habuisset talem rationem, vel hunc respectum, etiam ex morte mariti detulisset hoc lucrum vxori, vel quid simile, quod tamen non facit, & ista responsio fuit Abb. in cons. 1. col. pen. vol. 1. & in cons. 69. col. 2. vol. 2. licet de eo mentionem non faciat Dec. dum dicit q̄ in casu huius statuti non potest præsumi, quod causa lucri fuerit affectus coniugij, seu reliquiæ matrimonij soluti, quia eadem ratione porrexisset consimile lucrum ad mulierem,
4 † quia vir & vxor non debent in istis ad imparia iudicari. c. gaudemus. de diuor cap. fina. de do. post diuor. restitu. l. pen. & fin. C. de donat. ante nup. vbi lex non vult valere pactum inter coniuges de lucro captando, cum sit vtrique commune.

Alia & secunda fuit opinio Bal. in auth. ex testamento,
5 † col. penul. ver. deci mum tertium capitulum. C de collatio. & in authen. ex testamento, colum. pen. C. de secund. nup. quod causa finalis & immediata huius lucri, quæ attendi debet iuxta no. in l. sed & si plures. §. in arrogato. ff. de vulg. & pup. & in l. fin. C. de vsufru. est fœdus matrimonij, & istam partem tenuit Bal. Nouel. in dicto tract. do. in loco de quo supra, Pau. de Ca. in l. si donaturus. §. fina. de cōdi. cau. da. & in consi. 154. col. 1. volum. 1. Dec. in l. in eo quod. ff. de reg. iur. in auth. si qua mulier, colum. pen. C. de secun. nup. in l. reprehenda, colum. fin. C. de institu. & substitu. in consi. 260. colū. penul. & in consi. 477. colum. fina. Socy. in consi. 32. in fi. volum. 3. & in consi. 223. col. fin. volum. 2. Iaso. in consi. 58. colū. 1. volum. 1. & in consi. 125. colum. 1. eod. volum.

Et pro fundamento huius rationis adducunt text. in l. cum quis. ff. de do. præleg. ibi, quia matrimonij causa id lucratus est, vbi de lucro dotis dicitur, quod matrimonij causa illud lucrum procedit, & ita etiam per illum tex. tradidit Roma. in l. si cum dotem. §. transgrediamur. ff. solu. matrimo.

Nec habet obstare, secundum eos, si dicatur, quod imo tale lucrum datur propter onera matrimonij, iux. glo. in d. l. si donaturus. §. fi. quia respondetur secundum Ange. in §. ascri-
6 ptitio. in Auth. de nup. † quod in recompēsationem onerum maritus retinet fructus dotis, sed non ipsum lucrum statuti, quia istud est lucrum & non recompensatio onerum, & Ange. sequuntur Dec. & Ias. in locis supra citatis.

Et quod ratio onerum non sit causa huius lucri, demōstrātur ex no. per Bar. in l. nihil. ff. rer. amo. vbi statutum de lucro
7 dotis locum habet in sponsa de præsenti, † antequam tradu cta sit ad domum mariti, & tamē antequam ducatur, non suffert maritus aliqua onera matrimonij, ergo datur intelligi quod tale lucrum a statuto non defertur propter onera matrimonij.

Confirmatur etiam ista sentētia ex decisione Bal. in l. non
8 tantum. C. de leg. † vbi etiam huiusmodi statutum habet locum in matrimonio quod momēto durauit, ergo pariter infertur, quod propter onera matrimonij tale lucrum non defertur, sed propter ipsum matrimonium.

Vltimo facit, quod not. Socyn. in d. consi. 223. colum. fin. vbi dicit, quod immediata causa lucri est mattrimonium, non autem onera matrimonij & quamuis ratio expensarum fuerit in consideratione, tamen cum sit incerta, & remota, & nō proxima, vt matrimonium, quod ipsa prima causa attenden da est. Pro quo accedat, quod dixit & ipse Socyn. in d. consi. vbi inquit, quod id, quod maritus lucratur vigore talis statu-
9 ti, est lucrum, † vt dicit Bal. in l. hac edictali. C. de secun. nup. Si ergo est lucrum, non debemus dicere, quod concedatur propter onera & expensas, quia non esset lucrum, si daretur ex causa, & ideo ex hoc concludit esse dicendum, istud lucrum dari propter matrimonium, & quod ita per istam rationem tenuit elegans Doctor, & legum interpres optimus, do
minus Ioann. de monte Sperello in authen. ex testamento, C. de collation.

Verum quia supra scripta ratio apud Doct. non recipitur, iō subnectitur & tertia, qua recitata, respōdebitur rationib. pro parte dictæ secundæ rationis adductis. Descēdendo igitur ad tertiam rationem dico, statuentes motos fuisse tribue-
10 re viro dictum lucrum propter onera matrimonij † vt est gl. dictæ l. si donaturus. in verbo dūtaxat, vbi Alex. firmat hāc esse communem opinionem, & pariter testatur ibi Ias. omnes Doctor. cum hac sententia glo. pertransire. Bal. idem tenet in l. non sine. in princip. & ibi Fulgosi. C. de bon. quæ liber. in l. si cum dotem. §. si pater. in fi. ff. soluto matrimonio. in capit. super literis. colum. 7. versicu. sed quid dices. de rescrip. in l. hac edictali. in princip. colum. 2. versicu. modo statim emergit. C. de secun. nup. in consi. 79. colum. 1. consi. 110. colum. prima, volum. 2. in consi. 184. colum. fi. volum. 3. & in consi. 477 colum. 2. volum. 4. & in consi. 55. colum. prima. & sequē. volumine 5. Pau. de Castro in consi. 232. columna 2. secundum antiquam impressionem, & 333. in secundo dubio. volumine 1. Abb. in dicto consilio primo, colum. penultima. & in citato consi. 79 colum. 2. vbi expresse dicit, quod nulla alia ratio assignari potest, nisi quia maritus sustinendo onera matrimonij incurrit multa damna, & licet ad supportanda onera habeat dotem. l. si constante. ff. sol. matrim. tamen vt plurimum non sufficit dos ad hæc onera, quinimo fiunt tot sumptus in vestib & ornamentis, quod dos in illis cōsumitur. Cu. in l. si cum dotem. §. transgrediamur. in fi. ff. solu. matrimon. & in consi. 48. col. 2. Ro. in cons. 461. in. prin. Sal. in l. cum te. in 2. col. C. de don. ante nup. & in consi incipiente, circa examinationem dubiorum vertentium. Socy. in l. de diuisione. col. 2. soluto matrimon. in l. cui fuerit. col. pen. & fina. ff. de cond. & demon. & in consi. 8. in fi. volu. 3. vbi dicit hoc esse de mente omnium. Fely. in Rubr. de sponsa. col. 3. Aret. in l. si ante nup. sol. matrimon. vbi attestatur hanc communiorē. Corne. in cons. 248. col. 4 vol. 2. & in cons. primo, col. 11. vol. 4. Crot. in l. si constante. in secunda lectura, col. 46. versi. secundo ampliatur. solu. matrimon. Camp. in tract. do. in quinta par. q. 13. Ale. in cons 122. col. 3. in fi. vo. 7. & in cons. 129. col. 3. fi. vol. e. vbi concludit rationem finalem huius statuti fuisse, quod maritus lucretur ipsam dotem in recompēsationem onerum & expensarum, quæ plerunque per maritos supportantur, & q̄ nulla alia ratio reddi potest, & qui vult aliam allegare, debet illam probare, iuxta gl. in l. cum de lege. ff. de probatio. Idem Alex. in consi. 162. col. 2. in fi. vol. 6. per glo. in dicta l. si donaturus. §. fi. quam dicit notabilem & approbatam. Ias. in l. emā cipata. in princi. C. de iur. & fac. ignoran. in l. Nesennius. ff. de re. iudi. & in auth. præterea. col. 6. C. vnde vir & vxor. in l. non tantum. col. 2. C. de leg. in consi. 135. col. pen. in fi. vol. 1. & in cons. 157. col. 6. in fi. vol. 4. Mod. in Rub. de donatio. inter vir. & vxor. §. 55. col 4. Purpur. in l. 2. §. creditum. col. 2. si cer. peta. Mantua in consi. 96. vbi dicit, in iudcando non esse recedendum ab ista sentētia. Dec. in dicta l. in eo quod, ipsam etiam recitat communē. & istam partem sequitur in consi. 62. col. 2. & in consi. 353. col. 2. & in consil. 402. col. 4. Paris. in consi. 127. in prin. volu. 1. citat hanc esse communem, & idem in cō si. 62. col. 4. vol. 4. vbi inquit, quod licet nonnulli Doct. ibi per eum citati velint quod ratio statuti prædicti non sit illa sola, propter onera matrimonij alia, & secundo loco relata, tamen ipsi non inficiantur, quod potissima causa & ratio inductiua nō fuerit propter onera matrimonij, quinimmo a communiter contingentibus Doctor. communiter concludunt, quod
12 ratio lucri † sunt onera matrimonij, licet in statuto non fuerit expressa ipsa ratio, & hanc etiam partem amplectitur consummatissimus præceptor meus Rui. in consi. 199. col. fi. vol. 1. & in consi. 101. col. 4. vol. eod. vbi dicit ipsam communem, & consi. 15. col. 3. volu. 5. & pro hac etiam parte facit, quod not. Bal. in auth. dos data. col. 1. C. de secun. nup. quem sequitur Ioan. de Ana in c. salubriter. col. pe. de vsur. Alex. in cons. 122. col 4. vol. 7. Fel. in rubr. de sponsa. col. 3. in princ. Ias. in cons.
13 35. col. fi. vol. 1. vbi si maritus † non sustinet onera matrimonij non debet consequi lucrum sibi ex pacto vel statuto delatū, ergo ex his apparet onera esse causam huius lucri.

Non obstant modo adducta in cōrrarium, & primo quod Bal. in auth. ex testamento, C. de colla. & in auth. ex testamento, C. de secun. nup. Pau. de Cast. Soc. Dec. & Ias. in locis, de quibus supra, teneant contrarium, quoniam vltra q̄ ipse Bal.

Source : BIU Cujas

in pluribus locis tam in lecturis,quam in consilijs, de quibus supra, tenuerit oppositum, prout & fecerunt Pau. de Cast. Soc.ac Dec.& Ias. vt patet ex authoritatibus ipsorummet supra citatis: Tamen constat hanc esse magis communem opinionem,a qua durum esset tam in iudicando,quam in consulendo,vt dixi,recedere.

Non obstat secundo tex.in d.l. cum quis,quia respondetur ex mẽte Aret.in d.l.si ante.col.fi.q; ibi verbum, causa, potest exponi non pro causa omnino immediata, sed pro causa mediata,non tamen multum remota,quæ accipitur tanquam cã immediata.l.vxori quis,ff.de au.& arg.lega. quam ad hoc adducit Bar.in l.ambitiosa.circa medium,ff.de decre. ab or. fac. Quam responsionem acceptat Tiraq.in repe.l.fi.in verbo largitus,nu.189.C.de reuo dona.vbi subdit†præsertim hoc pro
14 cedere,quando huiusmodi causa mediata, siue remota,talis est,q; sine ea immediata & propinqua nullo modo esset producenda ad effectum, vt in hoc casu:Nã tunc haud dubie ea habetur pro immediata,vt dicit Bart. in l.sed & si plures, §.in arrogato,ff.de vulg. & pup.

Secundo respondetur,q; licet matrimonium sit causa proxima & immediata huius lucri prouenientis ex statuto, vel pacto,nõ tamen ex eo confestim sequitur,q; onera matrimonij non sint etiam eius rei causa æque proxima: Nam vnum aliud non excludit, quin potius vnum in alio insit, ex eoque sequitur,vt dicit Dec.in consi.67.col.fi.ver.non obstat tex.& Tiraquel.vbi supra.nu.188.Nam si onera matrimonij sunt cã huius lucri,certe matrimonium etiam causa est,vt in dote videmus,quæ datur propter matrimonium,& quæ sine eo consistere non potest,l.3. ff.de iu. do. & ob matrimonium etiam tantum fauoris sibi conciliauit lex 1.ff. soluto matrimonio. tanquam sit causa proxima dotis, vt vere est, & tamen sine dubio dos ipsa datur propter onera eiusdem matrimonij, & est titulus oneros⁹:Igitur & idem dicere debemus de accessione dotis.

Pariter non obstant no. per Ange.in §.ascriptio. quia illud
15 †dictum,si est verum,non refragatur huic sententiæ, quia dicit Ange.q; cessante pacto, aut statuto vir non debet lucrari dotem,sed reddere hæredibus vxoris soluto matrimonio, & & ideo statutum id deferens est contra ius commune, & stricte interpretandum. Nec obstat, inquit, l.penul.in fi. ff.quod fal. tutor. autho. quia concedo,q; vir retinet fructus dotis in compensationem onerum,sed non lucratur dotẽ, quia istud est lucrum & non compensatio onerum,& sic apparet,q; Ange. loquitur de iure communi cessante pacto aut statuto. At si pactum,vel statutum factum sit, videtur factum ad augendam illam compensationem onerum matrimonij, & cum id lucrum,si lucrum dici meretur,originem traxerit a dote,certe pro onere accipi debet,ex eo,quod volu.t glo. singu.in l.si duo.in verbo scire potuit,ff.de acquir.hæred. vbi quando lu-
16 crum trahit†originem a damno,de eo iudicamus idem quod de damno,licet nunc sit lucrum, & econtrario iudicamus de damno,quod a lucro trahit originem,vt de lucro.& ad hoc illam glos. sequuntur ibi scriben. & illam notabilem dixit Ias. in l.si emancipata.in princ C de iur.& fac. ignor. quam infert ad propositum quæstionis lucri dotis, q; ex quo trahit originem causa onerosa,de eo iudicatur, non prout de lucro, sed prout de onere.Idem dixit ipse Ias. in l. Nesennius,de re iudi. Deci.in consilio 402.colum.4 Socyn.in consilio 5. colum.3. volum.4.

17 Minimeq; faciunt no.per Bart.in d. l. nihil, quia †doctrina Barto.non ita ruditer intelligi debet, quando maritus nullas fecit expensas, sed quando eas iam cœpit facere, vt in specie dixit Abb.in d.consi.j.col.pen. prout quotidie fit,quia statim celebrato matrimonio & antequam vxor ducatur ad domũ viri,solent fieri multæ expensæ,vt dicit Ange.in §. fuerat,col. 15.versic.quæro de quæst. quotidiana.circa fin.Instit. de acti. quem sequuntur Moder.in repet. rub. de donat.inter virum & vxor.§. 55.colum.4.Idem dixit Camp.in trac.do.in quinta par.q. 13. & de cuius quæstionis veritate latius dicetur infra, in q. 106.

Penultimo, decisio Bal.in d.l.non tantum, non meruit ad hoc allegari, quoniam ea demum tunc procedit, quando
18 †maritus cœpit supportare onera matrimonij, vt experientia docet,quæ est rerum magist.Institu.de satisda. §. fin.antequam matrimonia celebrentur,& statim post solẽt fieri multæ expensæ,& quidem magnæ,vt in annulis,iocalibus, & alijs rebus, quæ tempore matrimonij contracti dantur vxori, & eius causa fiunt,adeo q; cum in matrimonio, quod momento durauit,veniant & onera, ac expensæ, sequitur, q; militat ratio onerum,& expensarum per nos allegata.

Vltimo non obstant,quæ dicuntur per Socy.in dicto consil.223.col.fin.q; istud est lucrum, & q; si est lucrum, non debemus dicere,q; concedatur propter onera matrimonii,alias non esset lucrum,quia, & si ex supradictis satis pateat responsum, tamen respondetur q; non est mere lucrum, vt in specie dixit Bal.in d.l.non sine.C.de bo.quæ libe.in l.si cum dotẽ. §.si pater.in fi.solu.mat.indicta auth. præterea.col. fi. in l.cum multæ.C.de donat.ante nup.ubi dicit, q; titulus dotis non est titulus donationis, & etiam si apponatur pactum de lucrãdo ipsam dotem,non dicitur mera donatio. Alex. idem tenuit in consi.167.col.è.in fi.vol.6.& in consi.129.col.1. vol. 7. & Rui. in d.consi.11.col.pen.volu. 5.& sic ex istis remanet defensata hæc ultima ratio communiter admissa per scribentes, quam teneas,& ab ea nullo modo in iudicando discedas.

SVMMARIVM.

1 *Statutum de lucro dotis non habet locum in dote promissa,communis tamen est in contrarium,vt in nu.4.& 11.*
2 *Diffinitio dotis Barto. ponitur, quæ tamen communiter reprobatur, vt in numero 12.*
3 *Statutum, de quo supra, tanquam exorbitans,& stricta intelligendum,non habet locum in dote promissa,sed data,quod declara,vt in nu.16.*
5 *Filia veniens ad successionem vna cum fratribus ex dispositiue iuris,quod primitus introduxit, filiam dotem debere conferre, non tantum dotem datam,verum etiam & promissam conferre debet.*
6 *Dos sine traditione dicitur dos,& sub nu 13.*
7 *Pactum de dote lucranda, ral itur ad dotem promissam.*
8 *Dispositio l.dos a patre,C.sol.ma militat in dote promissa.*
9 *Consuetudo Martini communiter approbata,de qua per glo. in d.l dos a patre trahitur etiam ad dotem promissam.*
10 *Vir qui lucratur dotem ex adulterio vxoris, ita consequitur lucrum dotis promissæ sicut traditæ.*
14 *Dos promissa de propria significatione vocabuli continetur appellatione dotis.*
15 *Stipulatio de dote lucranda, quæ stricte intelligi debet, verificatur & in promissa.*
17 *Ratio legis adeo inhæret legi,ut ea cessante cesset & ipsa lex.*
18 *Statutum etiam in materia stricta comprehendit casum ad quem potest extẽdi,large sumpto vocabulo subsistente eadem ratione.*

QVAESTIO V.

1 VErtitur & quęstio. An statutum,de quo†supra,locum habeat in dote promissa.Primo quidem aspectu videretur dicendum quod non,quia non conuenit diffinitio dotis posita per Bart.in rubr.ff. solu. matrimon.qui dicit, quod†dos est quoddam ius in se continens, quod a muliere, & eius patre, marito vel eius patri traditum est, vel pro tradito haberur propter onera matrimonij supportanda; Igitur, cum diffinitio dotis loquatur in dote data & non promissa, dicendum videtur, quod tale statutum locum sibi non vendicat in dote promissa, quia statutum de dote data non habet locum in promissa,vt per Bart.& alios in l.iubemus.la 2.in §. sane, C de sacros. eccl.

Secundo facit:Nam dotis contractus perficitur traditione, vt per Bar.in l.iurisgentium.in prin.de pac. & ante traditionẽ contractus dotis non est contractus nominatus, secundum Doct.in rub.ff.soluto matrim.ergo non est dicendum, q; dos promissa sit dos.

Tertio facit tex. in l. pater mulieris, ff. de iure dot. vbi dos promissa, quæ nondum tradita est, cum onera matrimonij non sustineat,dos dici non potest.

3 Quarto accedit. Nam hoc† statutum est exorbitans,vt supradictum fuit.q.2. ergo nõ debet locum habere in dote promissa,sed stricte intelligi debet in dote data & non in promissa,arg.l.quicquid astringendæ,ff.de verb. obl.

His verò non obstantibus contrariam partem vti veriorẽ,
4 & communem amplectere, q; imo tale† statutum militet in dote promissa.Quod probatur,lege, ratione & authoritatib. & primo lege per tex.in l.1.2.& 3.& in l.ad exactionem, C. de do.promis.vbi dos dicitur etiam illa,quæ promissa vel pollicita est.Ad idem tex.in l j.de coll.do.in l.filiæ dotem & in auth. quod locum,C.de colla.in quibus dicitur, q; filia ad successio-
5 nem†veniens vna cum fratribus,ex dispositione iuris, quod primitus introduxit,filiam dotem debere conferre,non tantum dotem datam conferre debet,sed etiam promissam,& ita per ista iura tenet Ang.in consi.170.col.1 & 2.

Secundo probatur ista opinio per tex. in l. de diuisione, ff.
6 so.ma.vbi dos sine traditione dicitur dos,†& illum tex.ad terminos quæstionis nostræ ponderat ibi Soc.

Tertio allegat tex.in l.cũ post,§.sed de his,ff.de adm.tu.vbi mulier hẽt dotẽ ex eo, q; vir hẽt promissionẽ, & ad hoc illũ

Source : BIU Cujas

tex. allegat Saly. in l. ſi conſtante. col. 2. C. de do. ante nup.

Quarto facit gl. in l. j. §. accedit, C. de rei vx. act. in verſ. fecerit, vbi ex promiſſione fit dos, & ita glo. iſtam ad quæſtionem noſtram ibi ponderant Sal. & Calcan. in conſ. 31. col. 2. Mod. in tract. de legi. nup. lib. 3. nu. 8.

Quinto ad hoc eſt tex. iuncta gl. in l. ſi mulier, ff. de cond. in
7 ſti. vbi pactum de dote lucranda locum habet in † dote promiſſa, & ibi eam ad hoc no. Bal. Ang. & Pau. de Caſt.

8 Sexto pro iſta etiam opinione facit, † quod no. Soc. iun. in conſ. 35. nu. 16. cum ſeq. vol. j. vbi dicit, ꝙ diſpoſitio l. dos ſi a patre, C. ſol. ma. ita locum habet in dote promiſſa, ſicut in da-
9 ta, & ſimiliter conſuetudo Martini communiter † approbata in gl. ad l. dos a patre, diſponens, ꝙ dos mortua muliere tranſeat ad filios, ita etiam locum habet in promiſſa, ſicut in data.

Septimò facit, quod no. Zenzel. in c. plerunque, & in c. fin. de do. inter vir. & vxo. & ibi Mod. in rub. §. 20. in prin. vbi vir
10 qui † lucratur dotem propter adulterium vxoris, ita lucratur promiſſam, ſicut datam per text. notabilem in d. l. mulier, ff. de cond. inſt.

11 Vltimo probatur † authoritate Bal. in d. l. mulier, de cond. inſti. & Ang. ibi, & in conſ. 67. & in conſ. 80. col. j. cū ſeq. Sal. in l. cum te, col. j. & in l. ſi cōſtante, col. 2. C. de do. ante nup. Pau. de Caſt. in l. mulier, §. cum proponeretur, col. 2. ſt. ad Treb. in l. ſed hoc ita, in fi. quam legit cum l. non tantum, ff. de re iudi. in l. marito, §. ſi pater, in prin. ff. ſol. mat. & in l. ſi donaturus, §. fi. col. fi. & laſ. col. 2. ff. de cond. cau. da. gl. Bar. & Cuma. in d. l. marito, §. j Matth. no. 76. Camp in tract. in 5. par. q. 14. Calca. conſ. 31. col. 3. Pariſ. conſ. 62. col. 5. vol. 4 Do. meus Rui. in conſil. 133. col. pe. vol. 4 & in conſ. 110. col. 1. vol. 5. & in conſ. 151. col. 2. eo. vol. 5. Purp. in d. rub. ſol. ma. col. pe. Boe. dec. 22 col. 2. 3. & 4. Tiraq. in trac. retrac. char. 978. nu. 33. Affli. in conſt. reg. incip. licentiam, col. 2. & hanc eſſe magis communem dicit Ale. in d. l. ſi donaturus, §. fi. quamuis eam vti communē etiā ſequuti fuerint Soc. in d. l. de diuiſione, col. 2. ff. ſol. matr. & in conſ. 32. col. pe. vol. 3. Laſ. in rub. ff. ſol matri. col. 6. & ibi Crot. col. pe. & Cur iun. in conſ. 129. col. pe. Bru. in trac. exclu. ſę. in 6. art. princ. in 7. q. quarti membri, ac Nat. in trac. excl. fœm. in 2. art. prin. in 2. limit.

Non obſtant modo allegata in contrarium, & in primis, ꝙ
12 non conuenit diffinitio dotis Bar. quia reſpondetur, ꝙ † contra Bart. eſt communis opinio, ꝙ immo in definitione dotis venit dos promiſſa, vt per Do. in rub. ff. ſol. ma. Ang. in d. conſil. 180. col. 2 & magis communem eſſe contra Bar. atteſtatus eſt Bru. in d. q. 7. ſupra alleg.

Ad ſecundum argumentum, ꝙ dos perficitur traditione, & ante traditionem contractus dotis non eſt nominatus: Re-
13 ſpondetur † ſecundum Rip. in rub. ſol. ma. nu. 59. ꝙ licet promiſſio dotis non ſit contractus nominatus, niſi ſequuta traditione, non tamen videtur ſequi, ꝙ dos promiſſa non ſit dos, quia ſecundum eum de iure Digeſtorum promiſſio dotis ſi erat vallata ſtipulatione, præcedebat actionem ad dotem, licet hodie ex pacto nudo agatur, l. ad exactionem, C. de do. promiſ. ergo erat dos. Item dicunt Mod. in trac. de legit. nup. vbi ſupra, ꝙ licet dos ab executione nomen acceperit, vt per Bar. in d. l. iuriſgentium, dosq; dicatur, quando data eſt, tamē dos promiſſa, quāuis non tradita, dos dicenda eſt, p gl. in d. l. j. §. accedit, vbi lex, eam, quæ dotem promiſſam hēt, dotē hre dicit, d. l. cum poſt, § gener, & ideo infert, ꝙ ſtipulatio, vel ſtatutum, de quo in quæſtione noſtra, locū hēt in dote ꝓmiſſa.

Non ob. & tertio tex. in l. ſi pater mulieris, quia reſpondeē ad eum per Soc. in rub. ff. ſol. matr. vbi dicit, ꝙ aliquando dos non ſeruit onerib. matrimonij, nec eſt deſtinata, vt deſeruiat, & tūc proprie non dicitur dos, & ita loquitur d. l. ſi pater mulieris. Sed ſi debetur dos marito ex promiſſione, tunc licet actu non deſeruiat, tamen ex quo deſtinata eſt, vt deſeruiat poſt matrimonium contractum, dicitur dos, l. ſi mulier, §. ſi dos, ff. quod me. ca. & iſtam reſpōſionem Soc. refert, & ſequitur Rip. in d. rub. & D. meus Rui. in conſi. 151. col. 2. volu. 5.

Ad vltimum, ꝙ iſtud ſtatutum, cum ſit exorbitans, ſtrictę & proprie debet intelligi in dote data, & non promiſſa. Re-
14 ſpondetur duob. modis. Et primo, ꝙ † dictum ſtatuti ū dēt intelligi de dote promiſſa, vel tradita, quia de propria ſignificatione vocabuli dotis appellatione continetur promiſſam & datum nomine dotis, vt in l. ſi pater mulieris, & in l. dotis promiſſio, quia traditio non facit dotem, ſed conſtitutio interuenientę matrimonio, l. 3. ff. de iu. do. Ita reſpondet Ang. in conſil. 67. & ita tenet Camp. in trac. do. q. 2. in prin. & ꝙ ſit ꝓprie dos, hoc ēt tenet Laſ. in rub. ff. ſolu. mat. col. 6. in ver. inquantū D. Ale & Pariſ. in conſ. 62 nu. 32 vol. 4. vbi dicit, ꝙ ſi conſideremus nomen dotis poſitum in ſtatuto, quod proprie non poteſt verificari, niſi in dote data, vel tradita, vel promiſſa, vt dicunt omnes Doc. in rub. ff. ſol. mat. Idem tenet Rip. in d. rubr. col. pen. & Rui. in conſ. 15. col. 2. volu. 5. & ꝙ dos promiſſa veniat etiam, vbi ſtricte verba debent intelligi demonſtratur.
15 Nam ſtipulatio † de dote lucranda habet locum nedum in dote data, ſed etiam promiſſa, l. ex morte, in fi. C. de pac. conuen. tex. pro ſingulari allegat Are. in d. rub. ſol. ma. & Laſ. ibi, & hoc volunt Mod. in d. trac. de legi. nup. in loco, de quo ſupra, & tamen ſtipulatio ſtricte intelligi debet, l. quicquid aſtringendę, ff. de verb. obli.

Confirmatur & hæc opinio. Nam dicunt Doc. ꝙ ſi bona, quæ ſunt ſubiecta reſtitutioni fideicommiſſi, & quæ poſſunt alienari, & obligari pro dote, ſunt alienata pro dote promiſſa, & in teſtamento conſtituta, ꝙ ſufficit, vt in auth. res, quæ, C. commu. de leg. & tamen conſtat, ꝙ illa auth. venit ad correctionem iuris antiqui, per quod diſponebatur, ꝙ ea, quæ ſubiecta ſunt oneri reſtitutionis, non alienentur, niſi pro dote, vel donatione propter nuptias, & ſic hoc nomen dotis, verifi catur etiam in promiſſa.

Secundo reſpondetur ex mente Soc. in d. l. de diuiſione,
16 ſo. ma. ꝙ † negari non poteſt, quod dos promiſſa largo modo non dicatur ad minus dos per iura per eum allega. ergo ad dotem promiſſam debet fieri extenſio ex identitate rationis, l. filium habeo, ff. ad Macedo. Quod autem ſit eadem ratio patet, quia tale lucrum dicitur dari in recompenſationem onerum matrimonij, ſecundum gl. & Doc. in l. ſi donaturus, §. 1. ff. de cond. cau. da. Sed iſta ratio onerū militat ita in dote promiſſa, ſicut in data. Igitur &c. & iſta ratio fuit etiam prius Ange. in d. conſil. 180. col. 2. dum dicit, ꝙ cum ratio legis, & eius mens ita locum habeat in dote promiſſa, ſicut in data, ꝙ in vtroque caſu habet locum ipſius legis ſtatutarię diſpoſitio, l. adigere, §. quamuis, ff. de iure pat. & ad hoc allegat tex. in l. cū
17 talę, §. falſum, ff. de cond. & dem. vbi adeo inhæret ratio † legis legi, vt ſemper ea ceſſante ceſſet & lex, & ſimiliter & econuerſo, vbi non ceſſat, habeat locum lex, vt ſit contrariorum eadem diſciplina, l. nihil tam naturale, ff. de regu. iur. & pro hac opinione facit doctrina Petri, & Cy. in l. j. C. quæ ſit lon. conſue. quam dicit elegantem Soc. in conſ. 129. nu. 5. vol. j. vbi vo
18 lunt, ꝙ in materia quantumcunque ſtricta, verba ſtatuti † cōprehendunt caſum, ad quem poſſunt extendi lato ſumpto vocabulo ſubſiſtente eadem ratione, quod & voluit Ale. in conſil. 97. col. 1. & 2. volu. 2.

SVMMARIVM.

1 *Statutum de lucro dotis loquens in dote data locum habet, & in promiſſa ſed communis eſt in contrarium, vt nu. 3.*

2 *Statutum excludens fœminas dotatas a ſucceſſione, verificatur etiam in ea, cui dos promiſſa fuit. ſed redditur dubia hęc opin. vt nu. 5.*

4 *Statutum diſponens, quod vir ſoluto mat. lucretur quartam partem dotis quocunque ſit data, non habebit locum in confeſſata.*

6 *Statutum loquens de dote data, trahitur & ad promiſſam, ſi in loco erat cōmunis vſus loquendi, quod dos data ſtatim diceretur quod promiſſa eſt, quod declara, vt in nu 11. 12. 13. & 14.*

7 *Communis vſus loquendi potius attenditur in ſtatutis, & in qualibet ſtricta materia, quam proprietas verborum.*

8 *Statutum faciens mentionem de ſubſtitutione, verificabitur in fideicommiſſaria, ſi ita eſt communis vſus loquendi.*

9 *Communis uſus loquendi ſi eſt in loco, quod appellatione nepotum continea tur omnes etiam pronepotes, clariſſimi Iuris eſt, eos comprehendi.*

10 *Statutum excludens fœminam dotatam trahitur quoque ad eam, cui dotes ſunt conſtitutæ, vel promiſſæ, ſi conſtat communem vſum loquendi ſic eſſe.*

QVAESTIO VI.

1 STatuto Mediolani cauetur, quod † vxore præmoriēte maritus lucretur dotem datam, an verificetur id ipſum ſtatutum in dote promiſſa? Videtur primo dicendum ꝙ ſic, per tex. in l. iubemus, la 2. in §. ſane, C. de ſacroſ. eccl. vbi emens rē eccleſiaſticam contra legem, rem cum fructibus reſtituit, & perdit pretium datum. & licet tex. loquatur de pretio dato, tamen gl. idem dicit & de pretio promiſſo quamuis non ſoluto. ergo idem dicendum videtur in caſu noſtro, vt diſpoſitio loquens in dote data locum habeat, & in promiſſa, & pro hac parte facit tex. iuncta glo. in l. fi. C. de do. promiſ. in verbo dederit. vbi glo. dicit, ideſt dare promiſerit, per quam Bald. dicit eam facere ad ſtatutum diſponens, quod maritus lucrē tertiam partem dotis datæ, vt intelligatur etiam in dote promiſſa. Idem dicit Alex. in conſ. 63. in fi. volu. 4. quem refert & ſequitur Affli. in conſti. reg. incip licentiam, col. 2. Ad hoc ēt bene facit gl. in l. j. §. accedit, C. de rei vx. act. quam Bar. & Docto. ibi ſequuntur, quæ tenet illum tex. habere locum in dote promiſſa, licet loquatur in dote data.

Confirmatur

Source : BIU Cujas

2 Confirmatur iſta opinio. Nam † ſtatutum excludens fœminas dotatas a ſucceſſione, habet etiam locum, ſi dos promiſſa fuit, vt per Bal. in l. non ſine, ver. modo hic quæritur, C. de bo. quæ lib. Iaſ. conſi. xj. col. j. vol. j. Aſſl. dec. 61.

3 Contrariam verò partem teneas vti † veriorem & magis cõmunem, & quam primo loco tenuit Barr. in d. l. iubemus. §. ſanè, poſt quendam Doc. ibi in genere per eum allegatum: Nam noſtrum non eſt extendere ſtatuta, unde, cum ſtatura non recipiant interpretationem paſſiuam, ſtatutum, quod loquitur in dote data, non debet habere locum in dote promiſſa. & ſubdit Bar. ꝙ licet ille Doc. nihil aliud alleget, tamen ipſe ad hoc allegat tex in §. pen. in Auth. de non eligen. ſecun. nuben. Idem tenet Bal. in l. fin. col. 1. C. de dot. promiſ. & in conſil. 333. vol. 4. vbi dicit, ꝙ ſtante ſtatuto, ꝙ vir ſol. mat. lucretur
4 quartam partem † dotis vxoris ſuæ a quocunque fuerit data, ꝙ tale ſtatutum non habebit locum in confeſſata, quia aliud eſt dos data, aliud dos confeſſata, vt no. in ſimili in l. aſſiduis, C. qui pot. in pig. hab. & in conſi. 477. in fi. vol. 4. vbi loquitur de dote percepta. Pau. de Caſ. in d. l. iubemus. & in l. ſi mulier. in princ. ff. de cond. inſti. & in l. peculium eſt. per illum tex. ibi in fi. principij. re enim & non verbis peculium augendum eſt. ff de pe. Iſtam quoque amplectitur Pau. Ale. & Iaſ. in l. ſi donaturus, §. j. ff de cond. cau. da. vbi Ale. atteſtatur hanc eſſe magis communem, & cum ea pertranſeunt Pau. & Alex. in l. ſed hoc ita, ff. de re iud. & Are. in rub. ſolu. matri. col. 1. in princip. & in l. de diuiſione, eo. ti. vbi hoc etiam vult Soci. & in conſi. 32. colum. penult. vol. 3. Matthe ſi. no. 34. dominus meus Rui. in d. rub. ſolu. matrimo. num. 98. & in conſi. 197. num. 6. volu. 1. & in conſi. 225. col. 1. eo. volum. 1. vbi dicit hanc commun. & in conſi. 206. col. 2. volum. 2. & in conſi. 34. col. 1. vol. 3. & in conſi. 133. col. 2. volum. 4. & in conſi. 56. col. 1. volum. 5. & in conſi. 110. colum. 4. volum. eo. Guid. Papę. in deciſ. 274. col. 2. dum ſe remittit ad Barto. in d. l. iubemus. Io. Boſch. in tract. de legitim. nup. in 3. li. num. 8. Boer. deciſ. 22. colum. 5. Alciat. in 2. lib. de verbo. ſignific. char. 117. in prin. Tiraq. in tract. incip. retract. char. 976. num. 57. Afflic. in conſtit. reg. incip. vt de ſucceſſionibus. colum. 10. Anton. Capyci. in deciſi. 176. colum. antepen.

Pro iſta quoque parte faciunt notata per Ange. in conſil. 158. vbi vult, quod ſi ſtat ſtatutum de lucranda dote, & viro fuerit promiſſa dos per ſocerum ſoluenda infra quinque annos, interim mortua ſit vxor, quod tunc maritus non lucrabitur dotem promiſſam, & Ang. ſequitur Iac. in d. l. ſi donatu rus. colum. fina. quod dicit notabile, quia caſus eſt quotidianus. Idque placuit Boe. dec. 22. num. 40. necnon. Bru. in tract. exclu. fœmin. in 5. arti. princip. in 4. membro. q. 7. colum. pen. in fi. vbi declarat, hoc ſtatutum debere intelligi, quando verba ſtatuti ſonabant in dotem datam. & idem dixit Cro. in rubri. ſolu. matri. col. pe. in fi.

Non obſtat text. in d. §. ſane. iuncta glo. quia ad illum reſpondet Bar. & Pau. quod poſito ꝙ glo. verum diceret, hoc non contingit authoritate illius legis, quæ non loquitur niſi de pretio dato, ſed per extẽſionem legis, ſcilicet auth. res quę, C. de ſacroſ. ecc. Sed iſtud ſtatutum nõ proponitur per aliud extenſum. Igitur &c.

Non obſtant no. per Bal. in d. l. fi. & Alex. in conſi. 74. quia loquuntur, vbi daretur mora vxoris, vt dicetur in quæſtione ſequenti.

Pariter non obſtat, quod ſtatutum loquens de dotata locum habet in dote promiſſa, quia reſpondetur, quod † hæc
5 opinio eſt multum dubia, quia contrarium tenuerunt Iac. de Are. Pet. Cyn. & Raph. Ful. in d. l. non ſine. Cum. & Imo. in l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de cond. & demon. Socin. in conſi. 207. colum. 2. verſic. 2. conantur. volum. 2. Alexand. conſi. 13. col. 4. verſ. quinimo, vol. 3.

Secundo reſpondetur, ꝙ ſi vera eſſet limitatio locum haberet, vbi ſtatutum ſimpliciter excluderet dotatam, ſecus vbi exigeret dotem eſſe datam, vt per Soc. conſ. 92. col. 3. vol. quẽ ſequitur Bru. in d. tract. exclu. fœmi. in d. 7. q. col. pen.

Limita tamen iſtam opinionem procedere, niſi ſecundum communem vſum loquendi dos data diceretur, ſtatim ꝙ eſt
6 promiſſa † prout videmus quotidie dici. Talis dedit filiæ ſuæ mille pro dote, cum primum ita promiſerit, quia attenderet communis vſus loquendi, & ſic ſtatutum etiam haberet locũ in dote promiſſa, quia in ſtatutis & in qualibet ſtricta materia potius attenditur communis vſus loquendi, quam verborum proprietas, vt per Bar. in l. non dubium, C. de legi. Anto. de But. & Abb in proœ. decre. arg. l librorum, §. quod tamen Caſſius, de leg. 3. facit c. quanquam, 2. q. 7. ibi, ſecundum vocabula, quæ vſus obtinuit.

Pro hoc facit etiam, quod no. Bar. in l. ſtipulatio iſta, §. hoc
7 quoque, ff. de verbor. obli. vbi † ſi in ſtatuto eſt verbum appoſitum habens duas ſignificationes, vnam ſecundum proprietatem vocabuli, alteram ſecũdum communem vſum loquẽdi, debet intelligi ſecundum communem vſum loquendi, &
8 ideo dixit So. iun. in conſi. 128. nu. 184. volu. 1 ꝙ ſtatutum † faciens mentionem de ſubſtitutione, verificatur in fideicommiſſaria ſubſtitutione, ſi ita eſt communis vſus loquẽdi. Cor
9 roboratur iſta opinio ex no. per Gozad. in † conſi. 59. col. 3. in fi. vbi dicit, ꝙ ſi eſt communis vſus loquendi in loco, ꝙ appellatione nepotum contineantur omnes etiam pronepotes, clariſſimum eſt, eos comprehendi, arg. l. Labeo, ff. de ſupellega. & allegat Fulg. in conſ. 78. in fi. dicentem, ꝙ ex communi vſu loquendi, qui eſt notorius, omnes liberi fratris & ſororis meorum, cuiuſcunque gradus ſint, nepotes appellantur.

Et pro confirmatione adducitur, quod ſcribit Bru. in trac. exclu. ſẽmi. in 6. art. princ. in 7. q. 4. membri, col. pe. poſt Soci. conſi. 203. colu. 2. vbi poſtquam late diſputauit, An ſtatutum excludens dotatam militet in ea, cui dotes ſunt conſtitutæ,
10 vel promiſſæ, † concludit, ꝙ ſi conſtet communem vſum loquendi eſſe, ꝙ veniant dotes conſtitutæ vel promiſſæ, illi ſtandum eſt per dictam l. librorum, §. quod tamen Caſſius.

Vltimo in terminis quæſtionis noſtræ ita limitat Soc. iu. in conſi. 35. nu. 14. volu. 1.

11 † Quam limitationem intellige locum habere in communi vſu loquendi, qui vigebat tempore legis municipalis, nõ q
12 poſtea inoleuerit, vt per Soc. in † l. Gallus, §. ſi eius, ff. de libe. & poſthu. ſicut & in teſtamentis, cum de interpretanda defuncti voluntate agitur, is vſus probandus eſt, qui tunc erat, cum ille teſtaretur, non qui deinde admitti cępit, quem fortè teſtator ignorauit, tamen ſi lex ſemper loqui fingatur, id vtique verum eſt, vt id tamen loqui exiſtimetur, quod a principio legum latores ipſi conſueuerunt. Quapropter, qui hodie eſt cõmunis vſus, olim fuiſſe nõ præſumitur, vt per Bar. in l. Labeo, ff. de ſupel. lega. niſi adeo antiquus probaretur, vt ante hominum memoriam inoleuiſſet, ita Alcia. in 2. lib. de verb. ſig.
13 char. 79. Hoc idem † voluit Dominus meus Rui. in conſil. 63. col. 3. vol. 3. vbi dicit, ꝙ licet appellatione filij veniat nepos, ſẽcundum communem vſum loquendi, ſecundum quem verba ſtatuti ſunt intelligenda, d. l. librorum, §. quod tamen Caſſius. illud eſt verum, ſi talis vſus probaretur, vt probari debet ſecundum Bart. in d. l. Labeo, ff. de ſupel. le. non tamen ſufficeret probare communem vſum loquendi de preſenti, vel ſimpliciter, ſed deberet probari, ꝙ tempore conditi ſtatuti extabat vſus huiuſmodi, quia tunc ad illum dici poteſt, ꝙ ſtatuentes habuerint reſpectum, & non ad futurum, de quo non fuit cogitatum, ſecundum Soc. vbi ſupra poſt Cuma. per eum ci-
14 tatum, & hoc dicit eſſe etiam de mente † Ale. in l. 5. in prin. ff. de verb. oblig. in illa quæſtione, vtrum ſtatutum, quod loquitur de contractu, locum habeat in ſtipulatione, & refert Iac. But. dicentem, ꝙ ſic, propter communem vſum loquendi, quod putat Ale. verum, ſi tempore ſtatuti conditi extabat ille communis vſus loquendi, quia ſtatuta recipiunt interpretationem a communi vſu loquendi vigente tempore conditi ſtatuti. Idem etiam voluit Cur. in conſi. 176. col. 2.

SVMMARIVM.

1 *Statutum de lucro dotis datæ, locum habet in promiſſa, ſi mulier fuit in mora dandi dotem.*

2 *Statutum de dote percepta lucranda per maritum, locum habet in promiſſa data mora mulieris.*

3 *Statutum de dote data militat in dote confeſſata data mora debitoris.*

4 *Debitor moroſus non debet eſſe melioris conditionis quam diligens in ſoluendo.*

5 *Extenſio, quæ alias non permitteretur, pro abſurdo euitando permittitur.*

6 *Dos data donationem propter nuptias meretur, nõ autem ſi dos ſolum eſſet promiſſa, niſi facta ſit oblatio, depoſitio, & conſignatio dotis, quia tũc pro data habetur, ex quo per maritum ſtetit, & in mora recipiendi fuit.*

7 *Statuto ſi caueatur, quod vxore præmoriente in matrimonio copulata maritus lucretur dotem, ſi ſtat per vxorem, quominus ducatur, vir lucratur dotem.*

QVAESTIO VII.

1 AN communis opinio, de qua in quæſtione præcedenti, habeat locum, ſi mulier † fuiſſet in mora ſoluendi dotem. & concluſiue loquendo teneas quod non, vt in
2 terminis cõſuluit Bar. in conſi 131. incip. ſtatuto † ciuitatis Eugubij; vbi inquit, ꝙ ſtãte ſtatuto diſponente, ꝙ maritus lucret tertiã partem doris perceptæ, ꝙ lucrabitur vir etiam tertiam

Source : BIU Cujas

partem dotis promissæ, si mulier fuit in mora in tradendo dotem, quia ex quo stetit per eam, quominus solueretur, perinde haberi debet, ac si dos percepta foret, & statuti cõditio impleta. l. Labeo scribit si mihi. ff. de contrah. emp. l. in executione, §. fin. ff. de verb. obl. & dicit de hoc esse casum expressum, in §. pen. in Auth. de non eligen. secun. nub. in glo. magna. Nã ille per quem stat, quominus dotis solutio fiat, quantum ad ista lucra, solutio habetur pro perfecta, etiam vbi vere requireretur solutio, alias sequeretur, ꝙ esset melioris conditionis morosus debitor, quam qui fuisset diligens in soluendo, contra l. non solum, ff. de nox. & in l. Seruius. ff. quod vi aut clam. Idem dixit Bal. in l. fi. col. j. C. de do. promis. ibi, ego consului pro ista parte, si interuenit mora in dando, ne mora debitoris noceat creditori, argu. l. iniquissimum, ff. de iu. & fac. igno. quod & voluit idem Bal. in consi. 333. volum. 4. vbi statutum
3 †de lucro dotis datæ locum habet in dote cõfessata data mora debitoris. Item Bal. in consi. 467. in fi. volu. 4. vbi determinat, dotem promissam lucrandam esse per maritum, data tamen mora vxoris, quamuis statutum loquatur de dote percepta, allegat Bar. in consi. incip. statuto communis Carciani. & idem dixit Bal. in consi 234. secundum impressionem Brixiẽsem. Ang. in consi. 180 col. 2. Pau. de Cast. in l. iubemus, la 2. §. sanè, col. j. C. de sacrosanct. eccl. in l. peculium. in prin. ff. de pecu. & in l. cum mulier. in prin. ff. de cond. insti. Ale. in addi. ad Bar. in d. §. sane, col. j. in l. sed hoc ita. quam legit cum l. non tantum, col. 8. ff. de re iud & in l. si donaturus, §. fi. col fi. ff. de cond. causa da. vbi post alios refert hanc esse magis communem opinionem, & tanquam magis veram sequitur ipse Ale. in consi. 63. col. fi. vol. 4. Are. in l. rei iudicatæ, §. socero, ff. solu. matrim. & in consi. 32. col. pe. vol. 3. Crot. in rub. sol. mat. col. pen. Calcan. in consi. 31. col. pe. Affli. in const. reg. in ti. de succes. nobi. nu. 33. Boer. decis. 22. col. 5. in fi. cum seq. Capyc. in decis. 176. col. antep. & ipsam tanquam communem amplectitur dom. meus Rui. in consi. 225. vol. j. in prin. & in consi. 206. col. 2. vo. 2. & in consi. 135. col. 2. & 3. vol. 4 ac in consi. 110. col. 5. vol 5. vbi dicit, ꝙ statutum de dote data verificatur etiam in promissa, quando vxor fuit in mora dandi dotem, quia pro data
4 habetur, & quia si maritus non lucraretur† dotem, debitor morosus, & qui deliquit melioris esset conditionis quam diligens, qui soluisset, & ideo dicto casu locum habet extensio
5 †ad dotem permissam, ne sequatur absurdum, quia pro absurdo euitando permittitur extensio, quæ alias non permit-
6 teretur, & in num. 3. vbi inquit, ꝙ dos† data donationem propter nuptias meretur, & ideo si dos data non esset, sed solum promissa, donationem propter nuptias non meretur, per authen. dos data, C. de don. ante nup. & §. illud, in Auth. vt exac. instan. do. nisi facta esset oblatio, depositio, & consignatio dotis, quia tunc pro data habetur, ex quo per maritum stetit, & qui fuit in mora percipiendi dotem, & idem vult in pe. col. in fi. cum seq.

Pro ista etiam opinione facit, quod no. Bald. in l. non sine.
7 col. 2. C. de bo. quæ libe. vbi dicit, ꝙ stante statuto, † ꝙ vxore præmoriente in matrimonio copulata, maritus lucretur dotem, si stat per vxorem, quominus ducatur, tamen vir dotem consequitur ex beneficio dicti statuti, & Bal. sequitur Pau. de Cast. in consi. 123. in vltimis verbis, quia mora vxoris non debet nocere viro.

SVMMARIVM.

1 *Mulier an dicatur esse in mora dandi dotem marito ex hoc solo quod vir sustineat onera matrimonii nulla præcedente interpellatione expressa vel tacita.*

QVAESTIO VIII

STante communi opinione, de qua in quæstione proximè
1 recitata, quæritur. †An mulier dicatur esse in mora ex eo, ꝙ vir sustineat onera matrimonij nulla præcedente interpellatione expressa, vel tacita. Pau. de Cast. in l. peculium est. in princip. ff. de pecu. videtur sentire ꝙ promittens dotem dicatur esse in mora, quando maritus cœpit onera matrimonij sustinere, & ideo ꝙ tunc dos pro tradita habetur. Hinc est, ꝙ ex tunc tenetur ad vsuras, quæ hodie ẽt sunt licitæ, vt no. in l. in insulam, §. vsuras, ff. sol. mat. & in c. sãlubriter, de vsuris.

Contrarium tamen tenuit Bar. in consi. 131. col. 2. vbi concludit in terminis dicti statuti, morã causari p cursũ diei solutioni dotis prefixæ. Quod & latius prosequit Pau. de Cast. in l. iubemus. la 2. in § sane, C de sacrosanct. eccle. col. j. vbi dicit, ꝙ etsi maritus sustineat onera matrimonij, ꝙ per hoc mulier non dr̃ esse in mora, sed ꝙ requiritur interpellatio, licet quantum ad vsuras soluendas matrimonij causa dicitur esse in mora debens soluere dotem, & Pau sequitur Soc. in l. de diuisione, col. 2. ff. sol. mat. vbi similiter decidit non sufficere, ꝙ maritus cęperit onera matrimonij sustinere, & sic ꝙ mora re ipsa contracta fuerit, quia tunc dos promissa non haberetur pro data, quantum ad effectum lucri delati a statuto, sed requiritur, ꝙ promittens fuerit in mora, mediante interpellatione expressa, vel tacita per cursum diei, quia tunc habetur pro data, & hoc secũdum eum probatur. Primo per gl. ibi, quæ vult ꝙ mora irregularis non operetur quo ad lucrum fructuum percipiendorum, ergo nec quo ad lucrum statuti.

Secundo, quia statutum etiam loquitur generaliter, quando maritus incepit onera matrimonij sustinere, & sic quando mulier est in mora irregulari, & tamen vult, ꝙ habeat locum in dote data, & non promissa. Idem etiam voluit Ias. in l. si donaturus, §. fi. col. fi. ff. de cond. cau. da. Crot. in rub. sol. mat. col. pen. do. meus Rui. in consi. 221. col. 2. vol. j. & in consi. 133. colum. 2. in fi. & col. pen. in fi. volu. 4. & ita hanc sententiam tanquam magis receptam sequendam fore in consulendo & iudicando existimamus.

SVMMARIVM.

1 *Statutum de dote data lucranda per mortem vxoris sine liberis locum habet in promissa, si verba generalia Rubricæ dicant, quod vir lucretur tertiam partem dotis.*
2 *Rubrica quando est generalior nigro, non debet restringi per nigrum specialius loquens. Imo sufficit ad decisionem causæ, si habet orationem perfectam.*
3 *Rubrum cum dispositiue loquatur, potest pro tex. allegari.*
4 *Rubrica statuti si simpliciter & generaliter dicat, quod maritus præmoriente vxore sine filiis lucretur dimidium dotis, & Nigrum loquatur de vxore, quæ cognita fuerit, tamen statutum generaliter intelligitur, & in non cognita verificabitur.*

QVAESTIO IX.

1 STatuto si caueatur ꝙ præmoriente vxore † maritus lucretur tertiam partem dotis traditæ, an habeat locum in promissa, si rubrica statuti per verba generalia dicat, quod vir lu-
2 cretur tertiã partem dotis. & firmiter teneas quod sic, † quia quando rub. est generalior nigro, non debet restringi per nigrum specialius loquens. Imo sufficit ad decisionem causæ, si habet orationem perfectam, ita Doc. in l. 1. ff. si cer. pet. per glo. in l. 1. C. de cap. ciui. censi. exim. lib. 11. & per gl. in Auth.
3 vt nouæ constitutiones. §. 1. super verbo, &† huiusmodi lex. Item quia rubrum cum dispositiue loquatur, potest pro textu allegari, iuxta no. per glo. & Doct. in rub. ne fideiuss. dot. dẽ. & ideo ex his determinat Cor. in consi. 278. in princip. volu. 2
4 †quod si rubr. statuti simpliciter & generaliter dicat, ꝙ maritus lucretur dimidium dotis præmoriente eius vxore sine filijs, & nigrum loquatur de ea, quæ cognita fuerit, nihilominus habebit locum tale statutum in vxore, quæ decessit sine filijs nondum cognita, quia statutum generaliter intelligi debet propter generalitatem dictæ rub. & ita etiam in terminis quæstionis nostræ hoc voluit Bald. in consi. suo incip. Rubrica dicit, quem referunt & sequuntur Ias. Dec. Purpura. & Alciat. in d. l. 1. ff. si cer. pet. quoniam ex generalitate Rubricæ apparet inter dotem promissam & dotem traditam a legislatoribus differentiam perpensam fuisse, vt etiam dixit idem Alci. in titu. de verbo. sign. in 2. lib. char. 116. in fi.

SVMMARIVM.

1 *Statutũ de lucro dotis solutæ, an habeat locũ in parte dotis soluta. & nu. 3*
2 *Emptor pro rata pretij soluti venditori licet non acquirat dominiũ rei sibi venditæ, tamen pro rata parte dicti pretii lucratur fructus.*
4 *Mulier pro parte dotis soluta viro lucratur donationem propter nuptias.*
5 *Dos & donatio propter nuptias pari passu ambulant.*
6 *Pactum factum per vxorem cum viro, & quæ habebat tria millia pro dote quod eo præmoriente pro contradote lucretur duo millia, intelligitur ecõtra, esse factũ cũ marito de lucrãdis duobus millibus ea præmoriẽte.*
7 *Donatio propter nuptias, & si de iure communi doti æqualis esse debeat, consuetudo tamen in hoc legi derogat, vt etiam minor fiat.*

QVAESTIO X.

1 QVid si statutum † disponat, ꝙ vxore præmoriente maritus lucretur dotem solutam, quæ tamen nisi pro dimidia data reperitur, nunquid saltem vir lucrabitur ipsam partem dotis datæ? Determina quod sic. Primo per text. in l. fin. ff. de fun. dot. vbi habetur, quod si mulier dederit fundum in dotem marito, pacto apposito, quod ea dãte viro suo æsti-

mationem

Source : BIU Cujas

mationem,fundus reſtitueretur ipſi mulieri,& contingat eadem ſoluere partem æſtimationis, & non totam, dicitur ibi, quod mulier debet conſequi fructus pro rata illius portionis, pro qua ſoluit æſtimationem.ergo idem in marito eſt dicendum,vt partem dotis perſolutæ lucrari debeat, & illum text. dixit nota. Bal.in l.ſi traditio, in 11.q.in fi.C. de actio.emp. & Barto. ac Salyce.in l.Iulianus.§. offerri.ff. eod.titu.de act.em-
2 pti.† trahunt Barto.ibi,& in l.fiſtulas.§. qui fundum.ff.de con trahen. empt.ad emptorem, vt ſcilicet pro quantitate pretij per eum perſoluti venditori lucretur fructus rei venditæ, licet dominium pro illa parte ipſi emptori non acquiratur. Quod & voluit Dec.in conſilio.543.colu.fi.& Cor.in conſil. 150.colu.3.volum.4.

Secundo iſtud in terminis decidit Soc. in conſi.32.colum. pen.in fi.volu.4.vbi dicit,ꝙ ſtatutum, vel conſuetudo loquẽs de dote ſoluta habebit etiam locum in parte dotis ſolutę, quod probatur,ſecundum cum. Nam ſi mulier partem dotis
3 †ſoluit, pro ea parte lucratur donationem propter nuptias, vt in §.illud.& ibi Ange.in Auth.de non eligen.ſecun.nub.ergo & pariter maritus debet lucrari partem dotis ſolutæ, cum dos,& donatio † propter nuptias pari paſſu ambulent, vt in auth.dos data.C.de dona.ante nup. Quod confirmatur ex dictis Cuma.in conſi.26.vbi dicit, quod ſi mulier dedit in dotẽ
5 † tria millia ducatorum, & pacta fuerit de duobus millibus pro contradote, ſeu donatione propter nuptias lucrandis viro præmortuo, quod ſimile pactum intelligitur cum marito factum de lucrandis duobus millib. vxore præmoriente, adeo ꝙ tali caſu eueniente hoc tacitum pactum effectum & executionem mereri debet in duobus millibus ducatis, per l.fin.C.de do.ante nup.l.fin.C.de pact. conuen.quoniam tanta eſt uis ſeruandæ æqualitatis inter dotem, & donationem propter nuptias, vt pactum ſuper vno extendatur ad aliud,
6 auct.æqualitas.C.de don.ante nup.& licet ſecundum eũ † donatio propter nuptias de iure cõi doti æqualis eſſe debeat, cõ ſuetudo tamen in hoc legi derogat, vt etiam minor fiat.l. ex morte.& in l. fin.C.de pactis conuentis.

SVMMARIVM.

1 *Statutum diſponens, quod maritus lucretur dimidiam partem dotis,& aliam dimidiam reſtituat,locum habet in dote tantum promiſſa, ſed contra num.12.*
2 *Dare & promittere paria ſunt.nu.18.declaratur.20.& .21.*
3 *Dotem dicitur habere mulier ex ſola promiſsione, quod declaratur nu. 22*
4 *Verbum reſtituere, etiam adaptatur ad id, quod quis nunquam habuit, quod intellige,vt num.23.*
5 *Reſtituere ſatis dicitur, qui actionem remittit,remque in eum caſum conſtituit,ac ſi promiſſa non eſſet,ſed contra nu.24.*
6 *Reſtituere, verbum poterit verificari in promiſſione mediante liberatione pacto de non petendo,vel acceptilatione,& nu.25.*
7 *Pactum de non petendo,dicitur datio.*
8 *Pactum de non petendo,dicitur continere donationem rei deductæ in pacto adeo quod indiget inſinuatione, ſicut res fuiſſet ex cauſa donationis tradita.*
9 *Obligatio,qua tenetur promittens dotem,dicitur eſſe in dote,& nu.28.*
10 *Dos conſtituta,& data dicitur, ſi nomen debitoris datum fuiſset in dot em.*
11 *Ceſſio in corporalibus habetur pro traditione & reſtitutione.*
12 *Statutum de lucro dotis eſt de directo contra ius commune, & proprie ac ſtricte debet intelligi,trahiq; non debet ad aliam conſequentiam.*
14 *Reſtitutio non poteſt cadere in dote promiſſa.*
15 *Conſtitutio diſponens, quod quicunque non exequitur voluntatem defuncti,priuetur omnibus beneficiis,& excommunicetur,ac ſtatim teneatur reſtituere bona teſtatoris, non habet locum in eo,penes quem bona defuncti non ſunt.*
16 *Diſpoſitio l. quamuis ff.ſolu.matri.licet in aliquibus caſibus permittat reſtitutionem dotis vxori,tamen non habet locum in dote promiſſa.*
17 *Statutum diſponens, quod turbans aliquem in poſſeſſione puniatur in centum,& ablata reſtituat ,ſi aliquis turbet, & nihil auferat,non incidit in pœnam ſtatuti.*
19 *Statutum loquens de dote data non habet locum in promiſſa.*
26 *Remittere debitum noa liquidum,non eſt dare.*
27 *Debitor,cui competit exceptio,non eſt proprie debitor.*
29 *Reſtitutio uera non dicitur, quæ fit per pactum de non petendo, uel per remiſſionem obligationis,uel per acceptilationem.*

QVAESTIO XI.

1 ALta,profunda,& ſubtilis proponitur † quæſtio,an ſtatutum diſponens, prout eſt Brixiæ, quod maritus lucretur dimidiam partem dotis, & aliam reſtituat,locum habeat in dotc promiſſa.

Videretur equidem dicendum quod ſic, vt dicit Sal.in l. ſi conſtãte.col.2.C.de do.ante nup.vbi dicit,quod licet glo.ibi ſit optimum argumentum,vt hoc ſtatutum non habeat locũ in dote promiſſa propter verbum reſtituere, quod nõ poteſt adaptari ad ipſam dotem promiſſam,per ea quæ no. Iac. But. in l. mancipia.C. de ſer. fugit. tamen ꝙ altera pars eſt tutior,
2 quia dare, & promittere,paria ſunt l.fi. C. ad l.Fal. & quia ex
3 ſola † promiſſione mulier dicitur habere dotem, vt not.in l. cum poſt.§ 1.verſ ſed is.ff.de admi.tu.& in l.1.§. accedit.C.de rei vxo act.& Sal.refert ac ſequitur laſ.in rub.ff.ſol.mat.col.6. qui comprobando hanc ſententiam allegat deciſionem Bar. in conſi.123.pactum ſic ſe habet.vbi inquit,ꝙ ſi in inſtrumẽto diuiſionis Titio aſſignetur quædam petia terræ pro reſtitutione dotis vxoris ipſius Titij,verbum illud,pro reſtitutione dotis vxoris ipſius,non minus ſignificat,quam verbum dari,vbi pro hoc etiam dicit facere,qđ no.Barto. in l.1.ff.quorũ bonorum. quem ſequitur Alex. in conſ.70. in.6.vol.vbi ver-
4 bum † reſtituere,etiam adaptatur ad id,quod nunquam habui.Idem etiam tenuit Alciat.ſequendo Saly.& laſ.vbi ſupra, in l.reſtituere videtur.ff.de ver.ſig. vbi tradit,ꝙ nulla eſt ratio quare non debeat lucrari promiſſam, ſicut datam,& quod ſa
5 tis dicitur reſtituere, † qui actionem remiſit,remq; in eum caſum reſtituit, ac ſi promiſſa non eſſet. & iſtam partem etiam amplectitur idem Saly.in l.fin.C.ſolu.matr.vbi inquit,ꝙ ver-
6 bum † reſtituere,poterit verificari in promiſſa dote mediante liberatione promiſſionis, & ꝙ verbum reſtituere, quoad ſolutam dotem ſtabit proprie,quo vero ad promiſſam impropric,& in hanc ſententiam inclinat quoq; Ang. in conſ. 180. col.2.Primo,quia ratio dicti lucri,ideſt onera matrimonij,nõ minus locum habet in dote promiſſa,quam in dote data. Secundo, quia verbum reſtituere, de quo in ſtatuto,verificari poteſt etiam in dote promiſſa,quia poterit fieri reſtitutio mediante pacto de non petendo, vel acceptilatione, ſicut dicimus in omnibus illis,quibus liberatio legatur: agunt enim vt liberentur, & dicto modo reſtituitur eis promiſſum.l.ſi quis accepto.ff.de libera.leg.l.3.§.nunc de effectu, & l.quod nihil.
7 ff.de con. cau.da.† ſimiliter pactum de non petendo dicitur datio,vt per Bald.in l.1.C.de bo.mater.& per gl.in l.ſiue apud acta C.de trãſa.quem ad hoc allegat Alex.in l.ſi quis pro fun.
8 co.tit.Hinc etiam videmus,ꝙ † pactum de non petendo dicitur continere donationem rei deductæ in pacto, adeo ꝙ indiget inſinuatione,ſicut res fuiſſet ex cauſa donationis tradita,ſecundum glo.in l.ſi quis obligatione.ff.de reg.iu.& per Alcia.in l.deduſſe.ff.de verb.ſig.& Ang. ſequitur dominus meus Rui in conſ.133.col.3.& 4.volumine.4.

Confirmatur iſta opi.per text.in l.fin.C.ſol.matr.nihil ſupplendo ad text.vbi in dote promiſſa cadit reſtitutio. Vlterius
9 facit: Nam obligatio, qua tenetur promittens † dotem, dicitur eſſe in dote.l.erit ergo.verſ.quia dotalis ſit obligatio. ff.de fund.dot. & propterea ex hoc dicitur ad maritum dos peruenisſe.l.2.§.peruenisſe. ff. de hære. vel acti. ven. ſicut diceretur
10 dos † conſtituta, & data, ſi quodlibet aliud nomen debitoris fuiſſet datum in dotem.l.ſi debitor,ff.de iu.do. l.ſi pater.ff.ſoluto matrimonio.l. Neſennius. de re iudi. & hac ratione vtitur Barto.in terminis huius quęſtionis, in conſi. 131.ſtatuto ciuitatis Eugubij.in fi.Quod comprobatur per l.ſocer, §.Lucius,ff.ſoluto matrimonio. Nam illo caſu ſecundum Pau. de Caſt.ibi,maritus videtur recepiſſe promiſſionem a ſocero loco ſolutionis, ideo vxor ab hæredibus mariti repetit dotem adhuc non exactam per virum a promiſſore, & ideo ex his eſſet dicendum, quod tale ſtatutum poterit verificari in dote promiſſa, ideſt, quod dimidia poſſit retineri & dimidia reſtitui, quia poterit maritus actionem ſibi competentem contra promittentem pro parte retinere,& alteram promittenti ce-
11 dere, † quia ceſſio in corporalibus habetur pro traditione & reſtitutione,vt per Barto. in l.ad eum,in princip. ff. de do. & in l.Scia cum bonis.in fi.principij,ff.de do. cau. mor. vel poterit dictam dotem maritus in totum exigere, dic.l. ſocer .§. Lucius. & illam ſit exactam pro parte reſtituere, & pro parte retinere.

Quibus non obſtantibus contrarium de iure puto verius,
12 ꝙ imo tale ſtatutum † locum non habet in dote promiſſa,vt voluit Ange.ſibi contrarius in conſil. 158. quia tale ſtatutum
13 †de directo eſt contra ius commune. l. vbi adhuc, C. de iure dot. & proprie ac ſtricte intelligi debet,l.quicquid aſtringendæ,ff.de verbor.obli.Trahiq; non debet ad aliam conſequentiam,l.quod vero,ff.de le. & ideo cum ſtatutum loquatur de lucro viri eo caſu,quo dos eſt in caſu reſtitutionis,& viro ſolum tribuat exceptionem,vt non poſſit vexari in parte dotis, & eidem non conſulat ſuper parte dotis petendæ, ſed ſolum ſuper tradita reſtituenda, ſequitur ꝙ in eo non venit dos promiſſa,cum in ea non cadat reſt. tutio,ex quo data non fuit,&

Source : BIU Cujas

14 ideo cum deficiant verba ſtatuti† ceſſare debet & eius diſpoſitio, & Ange. refert & ſequitur laſ. ſibimet etiam contrarius in l. ſi donaturus, §. fi. col. pen. ff. de cond. cau. da. Ale in d. l. ſed hoc ita. quam legit cum l. non tantum, col. 6 ff. de re iu. tenet & iſtam partem, quam amplectitur etiam Soc. in l. de diuiſione, col. 2. ff. ſolu. matri. vbi reprobat Ang. in d. conſ. 180. Crot. in rub. eo. ti. & ibi Parpal. col. 6. do. meus Rui. ſibi contrarius in conſ. 197. per totum, volum. j. & Tiraq. in tract. de retrac. char. 979. nu. 59.

Secundo facit deciſio Ro. in ſin. 487. quem ſequitur Crot.
15 vbi ſupra, †vbi inquit ſe conſuluiſſe in vrbe Romana, in qua erat conſtitutio, ꝙ quicunque non exequitur voluntatem defuncti, priuetur omnibus beneficiis & excommunicetur, ac ſtatim teneatur reſtituere bona teſtatoris, ꝙ talis conſtitutio debet habere locum in eo, penes quem ſunt bona defuncti, non autem ſi apud alium, & ſic patet, quod verbum, reſtitutio, locum habet in eo apud quem res eſt.

Tertiò probatur iſta opinio per tex. iuncta gloſ. in l. fina. in verbo vel promiſſa, C. ſoluto matrimo. vbi dos promiſſa non poteſt repeti.

Quarto confirmatur iſta ſententia ex no. per Rom. in ſing.
16 599. vbi dicit, †ꝙ licet diſpoſitio. l. quamuis, ff. ſolu. matrimo. in aſiquibus caſibus permittat reſtitutionem dotis vxori, nõ habet locum in dote promiſſa per gl. in l. ſi conſtante. in verbo firma. vbi etiam hoc no. Cy. & Bal. C. de do. ante nup.

Vltimo pro iſta parte faciunt no. per glo. in l. mancipia. in
17 verbo auocandam, † C. de ſeru. fugi. vbi verbum reſtituat, de quo in illo tex. non poteſt verificari niſi in eo, qui cum effectu deliquit, & ſic habet rem, ad cuius reſtitutionem obligatur in pœnam. & ideo per eam infert ibi lac. Batr. ꝙ ſi ſtatutũ velit, vt turbans aliquem in poſſeſſione puniatur in centum, & ablata reſtituat, pœna ſtatuti non habebit locum, niſi eo caſu, quo reſtitutio poſſeſſionis fieri poſſit, quod & voluit Dec. ſequendo ipſum But. in conſi. 327. colum. fin. & in conſ. 540. colum. j.

Non obſtant modo adducta in contrarium, & in primis quæ adducuntur per Sal. in d. l. ſi conſtante. dum dicit, ꝙ promittere, & dare procedunt a pari, quia hoc non eſt verum in
18 ſtatuto† contra ius commune, quod ſtricte debet intelligi, vt per Doc. in l. ſi vero, § de viro, ff. ſolu. matrim. & quod extendere non debemus, cum ſit quaſi ius irregulare & anomalũ, vt dicit Bal. in conſ. 411. Ciuitas Mantuæ, col. fin. vol. 3 & iõ
19 videmus† ꝙ ſecundum communem ſententiam Doct. ſtatutum loquens de dote data, non habet locum in promiſſa. l. iubemus. la 2. §. ſane, C. de ſacroſ. eccl. vbi per Doct. & vt abunde diximus ſupra in q 6 cuius contrarium probaret ratio Saly. ſi eſſet vera, quod idem dicendum eſt, quando per ęquipolléns ſtatutum loquitur de dote data, ſicut quando loquitur de dote reſtituenda.

20 Præterea æquiparatio, †quam facit d. l. fi. C. ad l. Fal. de verbo dare, & promittere, procedit quantum ad approbationẽ, quia vno caſu hæres videtur approbare, ſicut alio caſu, & idẽ quando ex promiſſione tollitur alia obligatio, alias ſecus, vt declarat Bar. in l. quod nomine, ff. de cond. ind. vt per do. meũ Rui. in d. conſ. 197. col. 4. in fi.

21 Vlterius non eſt ſimpliciter verum, †paria eſſe ſoluere, & promittere de ſoluendo, quia plerunque ſunt diſparia, vt tradit & probat gl. vlt. in d. l. fi. & ibi Corn. & Ang. in l. ea quæ. C. de dona. ante nup. Nam & qui promittit, non propterea ſoluit. l. nepoti. ff. de fun. inſtruc. quod & voluit Bal. per ipſam legem in d. l. fi.

22 Non obſtat l. †cum poſt. §. ſed his. quia ex promiſſione dicitur maritus dotem habere, quo ad commodum ipſius vxoris, quia tenetur ei ſoluto matri. ad reſtitutionem, perinde ac ſi illam haberet, d. § Lucius. quo caſu etiam procedit ille tex. vt ibi no. in gl. ſed quantum ad ipſum maritum, & ad eius cõmodum, non dicitur habere dotem ex promiſſione facta ex cauſa dotis. Ideo non lucratur ipſam dotem ſtante ſtatuto loquente de dote data. ita do. meus Rui. in citato conſil. 197. col. pen. in princ.

Pariterq; non obſtat deciſio Bar. in d. conſi. 223. quia non dicit Bar. ꝙ verbum reſtituere, verificetur in dote promiſſa, ſed ꝙ importat idem quod dare, & ſic in illo caſu verbũ pro reſtitutione, exponitur pro datione, quia fratribus mariti Titij non fuerat illa pecunia terræ data in dotẽ, ſed erat prius apud eos. Ideo dicuntur illam dare & non reſtituere, ſed in terminis, de quibus agitur, quando dos non eſt apud maritum, in illa non cadit reſtitutio, nec datio. Ideo verbum reſtituere, nõ conuenit, ẽt ſi exponatur pro dare, ſimiliq; modo ſecundum præceptorem meum Ruin. d. col. pen. reſpondetur ad notata
23 per Bar. in l. 1 quor. bono. † quia non negatur, ꝙ quis poteſt petere ſibi reſtitui, quod nunquam habuit: Tamen illud verum eſt contra eum, qui habet poteſtatem dandi, vel reſtituẽdi rem, ſed ſecus in caſu noſtro, vbi maritus non habet poteſtatem reſtituendi promiſſam rem, nec dandi. Ideo in eius perſonam non poteſt exponi reſtituere, pro dare. præterea iſta expoſitio eſt impropria, ſecundum Bal. in l. cum etiam, C. de reb. cred quæ in materia ſtricte interpretanda capi non deber. d. l. quicquid aſtringendæ.

Minusq; obſtat, ꝙ qui † actionem remittit reſtituere dica-
24 tur, quia aduertendum eſt, ꝙ ſtatutum loquitur, quod maritus teneatur reſtituere dimidiam dotis, & actio, quæ oritur ex promiſſione dotis, non eſt dos, nec res dotalis, ſed ipſa actio eſt ius proſequendi dotem, vel rem dotalem debitam, Inſti. de actio. in princip Igitur ſequitur, ꝙ non poteſt militare dicta ratio, alias ſi dicta obligatio, & actio eſſet res dotalis, maritus amplius ad dotem agere non poſſet, quia fruſtra quis petit, quod intus habet. Quod confirmatur ſecundum dom. meum Rui. vbi ſupra, col. 3. in princ. quia ſi dicta obligatio, & actio, quæ eſt apud maritum, dos diceretur, ſtatutum loquẽs de dote data, vel recepta, locum etiam haberet in promiſſa, quia apud maritum diceretur eſſe dicta dos in obligatione conſiſtens, quod tamen communiter reprobatur, vt ſupra dictum fuit. Item & ſi poſſet dici dos, hoc eſſet improprie & ficte. l. qui actionem ff. de regu. iu. & ſtatutum contra ius non habet locum in caſu ficto, prout eſt præſens, de quo agitur, ſecundum Barto. in l. Gallus, § videndum, de liber. & poſthu. Igitur &c.

Non obſtant no. per Ange. in d. conſil. 180. quia vltra quod idem Ange ſit ſibi contrarius, vt in conſil. 158. de quo ſupra, & reprobetur per Soc. in dic. l. de diuiſione. colum. 2. & dom. meum Rui. in citato conſil. 197. Tamen reſpondetur, ꝙ nihil valet eius argumentum, dum dicit, ꝙ ratio lucri propter onera matrimonij ita habet locum in dote promiſſa, ſicut in dote data, quia reſpondetur, ꝙ attenta eius ratione idem dicendum eſſet, quando ſtatutum loqueretur de dote data, vt locũ haberet in dote promiſſa, quod tamen ab omnibus, vt ſæpius dictum fuit, reprobatur.

Non obſtat deniq;, ꝙ verbum reſtituere poteſt verificari etiam in dote promiſſa mediante pacto de non petendo, vel acceptilatione, quia ſatis dicitur reſtituere, qui actionem remiſit, vel ceſſit, quia quamuis ad hoc pateat reſponſum ex ſupra allegatis, ꝙ ſtatutum loquitur de dote & re dotali, & non
25 actione† & obligatione dotis, quæ reſultat ex pmiſſione eius, dicitur etiam non eſſe verum, quod ab Ange. dicitur, ꝙ mediante liberatione dicatur fieri reſtitutiõ, quia quando debitor eſt tutus exceptione peremptoria abſque liberatione, nõ habet tunc liberatio vim reſtitutionis, vel ſolutionis, vt per
26 Bar. & Docto. in l. actione, C. de tranſac. vbi dicitur, ꝙ †remittere debitum non liquidum non eſt dare, & per Bar. in l. ſiue
27 apud acta. col. j. eo. tit. Igitur minus, quando competit† exceprio, quia non eſt proprie debitor. l. ſi is cui. §. Flauius, ff. de ſolutio.

Pe. ultimo non obſtat tex. in l. fina. ff. ſoluto matrimonio, quia, vt dictum fuit in tertio fundamento, tex. iuncta gl. probat oppoſitum.

Vltimo nihil etiam facit, ꝙ obligatio dicatur eſſe in dote,
28 & propterea dicatur peruenisſe dos ad maritum, † ſicut diceretur dos conſtituta & data, ſi quodlibet aliud nomen debitoris fuiſſet datum in dotem, quia quo ad primam partem ſuperius late reſponſum fuit, nec bonum eſt ſimile de nomine debitoris dato in dotem, qu a illo caſu expreſſe actum eſt, quod actio, quæ competit danti, ſit res dotalis, & ideo maritus agit contra illud nomen, nõ quidem actione de dote, nec ex cauſa dotis, ſed tanquam procurator in rem ſuam, quia in eum ipſo iure fuit vtilis actio translata, quæ competebat dotanti. l. fina C. quan. fiſc. vel priua. & ita in terminis declarat Barto. in l. ſingularia in 6. col. verſ. ſi vero ille, cui debet fieri ſolutio. ff. ſi cert. petat. vbi tractat, quando debitum ab vno conuerti poſſit in aliud debitum debendum ab alio. & concludit quod ſi creditor, cui debet ab vno fieri ſolutio, de hoc promiſſionem habuit ab alio, ſiquidẽ cauſa eſt talis, quæ poteſt impleri in qualibet re, ſicut eſt dos, quæ poteſt conſtitui in pecunia, in re mobili, & immobili, & in iuribus, tunc ſtatim perfectus eſt contractus, quia illa obligatio, quæ ei eſt quæſita ex promiſſione, cedit in cauſam dotis. l. cum pater. l. licet. §. quoties. l. ſi ſponſalibus. §. 1. ff. de iure dot. vbi eſt bonus text. declarans ſecundum Barto. hanc retionem. Sic ergo actio, quæ in dotem datur, eſt dos, ſed actio, quæ competit pro re dotali, & ex promiſſione dotis, non eſt dos aliquo modo, ſed (vt iam ſæpe dictum fuit) ius proſequendi debitam dotem.

Nec eſt verum, quod maritus etiam ſoluto matr. poterit illam exigere, d. §. Lucius, & illam exactam vere pro parte re-

tinere

Source : BIU Cujas

tinere,& pro parte reſtituere, quia pactum de dote retinenda,& reſtituenda habet relationem ad tempus,quo dos reſtitui debet,quia tunc agitur de retētione & reſtitutione. oportet ergo ꝙ dicto tempore in dote cadere poſſit retentio, vel reſtitutio,& ſic ꝙ ſit exacta,& non ſufficit,ꝙ poſt dictum tēpus exigi poſſit, & exigatur, quia qualitas adiecta verbo determinatur ſecundum tempus verbi. l.in delictis, §. ſi extraneus,ff.de noxa.l.ex facto.§.fin.ad Treb. per quem tex.in propoſito dicit Bal.in l.2.col.2. C.de iure emphy. ꝙ ſi quis recepit emphyteuſim cum hoc, ꝙ non tranſeat niſi ad ſuum primogenitum,ꝙ intelligitur de illo, qui tempore mortis recipientis erat primogenitus, quia ſucceſſio habet relationem ad tempus mortis. Ideo debet prioritas illo tempore conſiderari,& ſequitur Alex.in d § pen.Cum igitur ſtatutum debeat intelligi proprie & ſtricte,& ſic in vera reſtitutione,quę conſiſtit in reſtituendo, ꝙ accepimus, vt in l. reſtituere videtur.
29 & ibi Doc.ff.de verb.ſigni & ſic de re†dotali,& non de actione,& de obligatione ad dotem,& liberatio per pactum de nō petēdo,nec acceptilatio dicatur reſtitutio ſaltem vera & propria,ſequitur, concluſiue loquendo,ſtatutum huiuſmodi verificari non poſſe in dote promiſſa.

SVMMARIVM.

1 *Statutum de lucro dotis, an locum habeat in ſponſo de futuro, & numero 11.& 12.*
2 *Iura tractantia de marito & vxore, locum non habent in ſponſa de futuro.*
3 *Sponſus eſt futurus maritus.*
4 *Verba legis loquentia de eo,quod eſt in facto, non uerificantur in eo quod eſt in fieri*
5 *Donatio facta inter vir.& vxor.licet non valeat,facta tamen ſponſæ de futuro valebit.*
6 *Statuto ſi caueatur, quod mulier maritata non faciat partem cum fratrib. huiuſmodi ſtatutum locum non habebit in ſponſa de futuro.*
7 *Diſpoſitio. l. 1. C. vnde vir & vxor.quæ militat in vxore, non extenditur ad ſponſam de futuro.*
8 *Diſpoſitio l.unicæ.C.quan. Imper. inter pup. & vid. quæ non habet tamen in ſponſa de futuro.*
9 *Diſpoſitio l.maritus. C. de procu. quæ habet locum in marito, & in ſponſa de præſenti,non tamen locum habet in ſponſa de futuro.*
10 *Maritus & ſponſus de preſenti licet poſſint facere oblationem retractus pro vxore & ſponſa de preſenti,ſecus eſt pro ſponſa de futuro.*
13 *Vir licet lucretur fructus rei datæ in dotem per vxorem, ſecus eſt in ſponſo de futuro.*
14 *Sponſalia & matrimonium,maritus & ſponſus, vxor & ſponſa, ualde inter ſe differunt.*
15 *Diſpoſitio l.exigere dotem.ff.de iud.non habet locū inter ſponſos de futuro.*

QVAESTIO XII.

1 QVæritur,an huiuſmodi†ſtatutum de lucro dotis locum habeat in ſponſo de futuro?& breuiter teneas quod nō,
2 quia† iura tractantia de viro & vxore, non militant in ſponſa de futuro.l.ſi quis officium.ff. de ritu nupt.l. quod Seruius.ff.de cond.cau.da.l.ſancimus.C.de nupt.
3 Secundo,ſponſus† eſt futurus maritus.l.1.cum ſeq.ff.de ſpō ſa. ſed quod futurum eſt, nondum eſt.l. quæ nondum. ff.de pignor.

Tertio,eſſe ſponſum eſt in fieri ad maritum,eſſe vero maritum eſt in facto.d.l. quod Seruius. ſed verba† legis loquentis
4 de eo,quod eſt in facto,non verificantur in eo quod eſt in fieri.l.ſi quis id quod.§.1.ff.de iur.om.iud.
5 Quarto facit.Nam donatio† facta inter vir.& vxorem non valet, glo. in l.3.in verbo concubina.ff. de dona. inter vir.& vxor.& tamen ſi facta comperietur ſponſæ de futuro,valebit l.cum hic ſtatus.§.ſi ſponſam.l.inter eos.ff. eodem titu.de donat.inter vir.& vxor.

Quinto accedit, quod voluit Bald.in l. non ſine.C. de bon. quæ lib.quem ſequitur Ripa in l.2.§.ſi ſponſa.ff.de priui.cred.
6 vbi dicit,quod ſi ſtatuto†caueatur, quod mulier maritata nō faciat partem cum fratribus, tale ſtatutum non habebit locū in ſponſa de futuro, quæ maritata non dr, nec vxor proprie.

Sexto facit, quod decidunt Bald. Paul.& alij communiter
7 in l. 1. C. vnde vir & vx. † vbi volunt illam legem loquentem in vxore non habere locum in ſponſa de futuro, quæ licet alias dicatur habere priuilegia competentia vxori, vt in dote præferatur alijs anterioribus creditoribus ſicuti vxor.l. quæſitum.§. ſi ſponſa.ff. de priui.cred. tamen non habet priuilegiū ſuccedendi ab inteſtato ſponſo.d.l.quod Seruius.

Septimo pro iſta ſententia adducuntur nota. per Affli. in conſt.reg.in titu.de offi.magiſt. colum.8.verſic.9. quæro.vbi
8 poſt And.de Iſer.ibi per eum citatum concludit, ꝙ † diſpoſitio.l.vnicæ.C.quan.imp.int.pupi. & vid. quæ non habet locū in vxore,& in ſponſa de præſenti,tamen locum habet in ſpōſa de futuro, quia talis ſponſa non dicitur vxor,ſicut ſponſus non dicitur maritus.l.1.§.& eſt quæſtio.ff. pro dote. & quia ſponſalia dicuntur a ſpondeo ſpondes .l.1. & .2.ff.de ſponſ. & ſic ſponſalia ſunt præambulum ad matrimonium, & non matrimonium.30.q.5.c.noſtrates. Abb.in rub.de ſponſ.

Octauo corroboraturiſta opinio ex dictis per Albe.de Ro
9 ſa.& laſ.in l.maritus.C.de procu.vbi † diſpoſitio d.l. maritus, quæ vult, maritum poſſe agere ſine mandato pro vxore, & etiam ſponſum de præſenti, non habet locum in ſponſo de futuro, & ideo dixit Tiraq in tracta. de retract.in § 10.nu.1.
10 & 8. ꝙ licet maritus † & ſponſus de præſenti poſſint oblationem retractus facere pro vxore,vel ſponſa de præſenti,tamen ſecus pro ſponſa de futuro.

11 Nono,& ſic in terminis † quæſtionis,voluit Bal. & poſt eū Paul.de Caſt.in l.tolent. ff. de his qui not. infa. vbi inquit:nota ꝙ ſtatutum in vxore non trahitur ad ſponſam, & eſt argumentum,quod licet maritus ex vi ſtatuti lucretur tertiam partem dotis vxoris, ſecus tamen in ſponſo de futuro.& ſubdit Paul de Caſt.iſtud procedere, dato etiam ꝙ ſponſus feciſſet maximas expenſas. Idem tenet Bal.in l. Deo nobis. colum.2. verſicu.modo iuxta hoc quæro.C.de epi.& cle. Pau. de Caſt. in l.1.& ibi alij. C.vnde vir & vx. vbi concludunt, ꝙ ſicut diſpoſitio illius legis non habet locum in ſponſa de futuro, ita nec pactum,nec ſtatutum de dote lucranda.Hanc etiam partem ſequitur Bald.& Paul.in l.non ſine.C.de bon.quæ lib.vbi determinant, quod licet in caſu illius legis appellatione vxoris,contineatur ſponſa ex benigna interpretatione, tamen ꝙ id non habebit locum in ſtatutis, vnde inferunt ad terminos quæſtionis noſtræ,quod tale ſtatutum,de quo ſupra,non habebit locum in ſponſo de futuro: quia ille ablatiuus,præmortua vxore,habet conditionem,ſi vxor primo ſit mortua, argum.l.a teſtatore.ff.de condi.& demonſt.Sed iſta nō eſt vxor ergo deficit conditio.idem tenēt Bald. & Pau.in l.ſi ante nup
12 tias.†ff.ſolu.matri.vbi ea,quæ dicuntur de viro, & vxore,non vendicant ſibi locum in ſponſo & ſponſa.Hinc eſt,quod licet
13 vir † lucretur fructus rei datæ in dotem per vxorem, ſecus eſt in ſponſo,vt etiam firmat ipſe Bald.in l.an in patrē.ff. quod falſo tuto.auth. vbi dicit, nota iſtum textum, quod lucrum, quod datur marito ex pacto, vel ex forma ſtatuti, non habet locum in ſponſa decedente ante nubiles annos, licet moriatur in domo ſponſi,& is ſupportauerit onera matrimonij, & hoc tam reſpectu lucri proprietatis quam fructuum,quod dicit no.dignum. idem Bal.in conſi.184.vol.4.& in quæſtio.ſtatuto.in verbo dos.q.vlt.& in ver.ſpon.q.j.& 2.Soc. in conſil. 27.in prin.vol.4.Fely.ac alij in rub.de ſponſ.Pariſ. in conſi.62.
14 vol.4.quia ſponſalia † & matrimonium, maritus & ſponſus, vxor & ſponſa,valde inter ſe differunt.Cum hac etiam ſententia pertranſeunt Mod.in repet.rub.de donat.inter vir.& vxo. §.55.nu.8.Ripa in l.2.§.ſi ſpon. col.j. de priuil.cred.Pro cuius confirmatione facit,quod no.Dec.in conſ.283. col.5. vbi di-
15 cit,ꝙ † diſpoſitio l.exigere dotem,ff.de iud.non habet locum inter ſponſos,vt per Bal.in auth omnes peregrini col.2.verſi. no.ꝙ quando princeps.C.commu.de ſucceſ. quia non eſt effecta de domicilio viri,vt per Fel.in c.j. col.pe.de ſponſ. & de cuius dicti veritate latius verbum faciemus infra in q.18. & ſic ex iſtis clare conſtat ſecundum communem Doc.ſententiam in ſponſo de futuro non militare huiuſmodi ſtatutum de lucro dotis.

SVMMARIVM.

1 *Statutum loci contractus celebrati attendi debet in lucro dotis, ſed contra numero 3.*
2 *Statutum ſi diſponat in loco executionis, quod nulla poſſit opponi exceptio peremptoria contra inſtrumentum,ſi tamen inſtrumentum celebratum reperiatur extra territorium,& ſic in loco, in quo vigeat ius commune,tunc poterit opponi talis exceptio.*
3 *Contrahens,qui deſtinauit ſolutionem in alio loco,quam contractus, debet conuenire in loco deſtinatæ ſolutionis.*
4 *Matrimonium trahit vxorem ad originem viri.*
5 *Locus celebrati contractus,attendi debet quantum ad formam conficiendi contractum,& eius ſolennitates ſeruandas.*

QVAESTIO XIII

QVid ſi vir vnius ciuitatis & vxor alterius,& in quibus diuerſimode tractatur ex forma ſtatutorū de lucro dotis, cuius ciuitatis ſtatutum attendi dēt,an mariti vel vxoris? Vi-
1 deretur dicendum, ꝙ † ſtatutum loci ꝛctus inſpiciendum eſ-

Source : BIU Cujas

set celebrati, & sic si contractus esset celebratus in ciuitate vxoris, quod statutum ipsius ciuitatis quo ad lucrum dotis attendi deberet, per l. si fundus. ff. de euictio. & per tex. in l. 1. in princip. ff. de vsur. & per Soc. in consi. 288. co. 6. numero 13. ac ex no. per Bal. in l. 1. in 5. quæst. C. ne fil. pro pat. vbi inquit, ꝙ si in loco executionis nulla potest opponi exceptio perem
2 ptoria† contra instrumentum, si confectum sit extra territorium, & sic in loco, in quo vigeat ius commune, ꝙ poterit opponi talis exceptio peremptoria, & sic debet attendi locus cõtractus, quod dictum refert Pau. de Cast. in l. a diuo Pio. in §. sententiam, colum. secunda, ff. de re iudic. & quod debeat in terminis quæstionis nostræ attendi locus ipsius contractus dotis, videtur sentire Ange. in l. exigere dotem. in fine. ff. de iudic.

3 Verum his non obstantibus contrariæ sententiæ tanquam veriori, & magis a Docto. receptæ adhærendum esse arbitramur, ꝙ imo statutum ciuitatis, vel loci mariti inspiciendum sit, vt decidunt Bar. ac alij in d. l. exigere dotem. ac in l. cunctos populos. C. de sum. Trini. & fide catho. vbi in specie Fulgo. dicit hoc sibi contigisse. Nam cum esset Placentinus, vxorem duxit Papiensem, & quo ad lucrum dotis casu postea euenie-te, dicit, ꝙ fuit obseruatum statutum Placentiæ. & ratio est secundum Doc. de quibus supra & infra, quia quando maritus contrahit matrimonium extra propriam ciuitatem, dicitur quodam modo contrahere tanquam aduena, & confert effectum restitutionis dotis ad locum propriæ ciuitatis, ad quã, vt dicit tex. in d. l. exigere. mulier est itura. Vnde sicut contrahens, qui destinauit solutionem in alio loco, non potest conueniri in loco contractus, sed in loco destinatæ solutionis, l. hæres absens, §. fin. ff. de iud. ita pariter dicendum est in marito, qui destinauit restitutionem dotis loco propr.j domicilij, vt seruari debeat statutum illius loci, in quo esset conueniendus, quando tractaretur de restitutione ipsius dotis, & istam partem etiam tenuit Archi. in c. i lud. 12 dist. Bal. in consil. 31. col. j. & in cons. 208. vol. 3. & in cons. 53 col. fi. vol. 5. Cuma. in cons. 26. col. j. in cons. 72 col. 2. & in cons. 109. col 2. vbi firmat hanc esse communem, prout etiam dicit Fulg. in cons. 93. col. fin. & eam tanquam communem amplectuntur Crot. in l. omnes populi. col. 54. ver. quæritur etiam, statutum est in ciuitate, ff. de iust. & iu. Alex. in cons. 100. col. 1. vol. 3. in cons. 129 col. 2. vol. 7. & in cons. 155. col. j eo. vol. Soc. in cap. dilecti. col. fi. de foro compe. Dec. in cons. 19. col. j. in cons. 283. col. 4. & in cons. 402 col. j. Curt. Iun. in cons. 139 col. 1. Mart. in l. fin. col. 21. nu. 60. ff. de iurisd. omn. iud. Paris. in cons. 34. col. pe. volu. 3. Socy. Iun. in cons. 14 per totum. vol. 1. vbi in fi. cõcludit, ꝙ hæreticum esset a dicta communi opin. discedere, præsertim in iudicando. pro qua opinione facit, quod no. Bald. in l. voluntas. in prin. C. de fideico mmis. vbi dicit, ꝙ matrimoniũ
4 †trahit vxorem ad originem viri, & refert legem Longobardam dicere, ꝙ si mulier Longobarda est nupta Romano, viuit lege Romana, & ꝙ in dote semper inspicitur consuetudo viri per d. l. exigere dotem. Idem tenuit Ioan. de Pla. in l. j. in prin. C. de mulierib. & in quo lo. lib. 10. Barb. in rub. de consuetu. col. 23. & in cons. 4. col. 2. vol. 2. Cremen. in sing. 66. Camp. in trac. dot. q vlt. Affl. in decis. 226 col. 3. Moder. iu consuetu. Burdegal. in §. 6. col. 10. Dominus meus Ruin. in cons. 58. col. prima, vol. 3.

5 †Non obstat, ꝙ inspici debet locus celebrati contractus, vt d. l. si fundus, quia respondetur secundum Alex. in consu pra citato 101. col. pen. ꝙ illud procedit quo ad solennitates requisitas in contractu conficiendo, secundum Ant. de But. in c. j. de sponsal. non autem quando tractatur de repetitione dotis, quia tunc consideratur locus viri. Ita dixit Alb. de Ros. in d. l. exigere dotem, col. j. Soc. in d. c. dilecti filij, col. 23. vers. circa quartum & vltimum, de fo. comp. & Affl. d. deci. 226. colum. 2. in fi.

Vel & secundo responderi potest, secundum Bar. Bal. Alb. & alios communiter in d. l exigere dotem, & Alex. in d. cons. 101. col. pe. in fi. ac Roch. de Cur. in repet. c. fi. char. 72. col. j. de consuet. ꝙ sit speciale in dote, vt attendatur domicilium viri. In quo autem consistat ipsa specialitas, declara secundum Cur. Iu. & Cagn. in d. l. exigere.

Non ob. dictum Ange. in d. l. exigere. in fi. quia secundum Ale. in citato cons. 101. col. fi. in prin. & alios Doct. supra relatos, contra eum est communis opin.

SVMMARIVM.

1 *Communis opinio, de qua in qu estione præcedenti, an locum habeat, si mulier ignorabat statutum de lucro dotis vigere in domicil. o uiri, & nu. 13. 19. cum quatuor seq.*

2 *Contractus regulatur ex m ente contrahentium, sed declaratur, nu. 14.*

3 *Dispositio contrahentium regulariter ad ignorata non extenditur.*

4 *Forensis præsumitur ignorare statuta alterius loci disponentia contra ius commune. declaratur tamen. 15.*

5 *Ciui nouello parcitur, si quid agit contra statuta, declara vt nu. 16.*

6 *Forensi, qui litigat in aliqua ciuitate, si illius ciuitatis omittat disposita a statuto, potest ex capite iustæ ignorantiæ petere restitutionem aduersus omissa, quod intellige, vt sub nu. 17.*

7 *Dispositio l. qui cum alio. ff. de regu. iur. non procedit in mulieribus, sed contra. nu 18.*

8 *Contrahens cum aliquo vel est, vel esse non debet ignarus conditionis eius, cum quo contractus celebratur.*

9 *Creditor præsumitur sciuisse debitorem sibi delegatum fuisse inopem, & ei imputandum est, si ante eius conditionem non explorauit, quoniam eum recipiendo uti idoneum approbasse videtur, quod tamen declaratur sub num. 25*

10 *Acceptans ciuilitatem in aliquo loco se obligasse censetur omnibus oneribus ciuium illius loci, dato quod onera illa ignoraret, qui a ei imputatur, cur de his non perquisiuerit.*

11 *Forensis negotians in aliquo municipio debet se informare de dispositione statutorum eiusdem loci, alias lex habet eum pro inuestigante.*

12 *Episcopus si conferat beneficium indigno, priuatur pro illa vice potestate conferendi, nec excusatur, si uellet allegare se ignorasse illum fore indignum.*

24 *Iusta causa credulitatis ad causandum, quod hæredibus mulieris succurratur, ut non attendatur domicilium viri, est, si probetur maritum persuasisse vxori ipsum fore eiusdem loci, cuius erat ipsa vxor.*

26 *Fideiussorem non idoneum admittens, licet sibi præiudicet, tamen hoc fallit, ubi præstans eum asseruit ipsum idoneum.*

QVAESTIO XIII.

1 QVæstio† proponitur, an communis opin. de qua supra, procedat & locum habeat, si ab hæredibus mulieris allegetur eam tempore contractu dotis ignorasse huiusmodi statutum vigere in loco viri.

2 Videtur profecto† dicendum ꝙ non, quia contractus regulatur ex mente contrahentium. l. ita stipulatus. ff. de verbor. oblig. sed mulier tempore, quo contrahit matrimonium cũ forensi, eique tradit dotem, non habet, seu habere non præsumitur scientiam statutorum domicilij viri, cum in ipso loco non habitaret. c. fi. qui matri. accus. pos. ergo non videtur posse dici, ꝙ intentio contrahẽtium fuerit, ꝙ dos restitui debeat
3 secundum† statuta viri, cum dispositio ipsorum contrahentium regulariter ad ignorata non extendatur. l. non est ferendus. ff. de transac.

Secundo facit, quod no. Curt. Sen. in cons. 27. col. 10. ver. re
4 stat. vbi inquit,† ꝙ maritus forensis præsumitur ignorare statuta contra ius commune alterius loci disponentia, ꝙ forensibus non possint alienari mobilia, eiq; parcitur ignorantia sta
5 tutorum, si quid actum fuit per eum contra† formam ipsius statuti, sicut etiam fit ciui nouello, cui etiam parcitur, si quid agit contra statuta, vt per Bal. in l. data opera. col. 6. C. qui accus. non pos. per l. qui cum vno. §. fi. in ver. Tironi parcendum est ignoranti disciplinam militarem. ff. de re mili. & per tex. in l. qui commeatus. in §. arma. ver. Tironi. ff. eo. tit. Quod & voluit Rom. in sing. 94. & in cõsi. 251. col. 1. ergo stante tali ignorantia vxoris, cum sit forensis, videtur dicendum, ꝙ ligari nõ debeat legi domicilij viri.

6 Tertiò ista opinio confirmatur† ex no. per Alex. in consil. 37. col. 5. in prin. vol. 2. vbi si forensis litigat in aliqua ciuitate, & omittat solennitatem requisitam a statuto illius ciuitatis, potest ex capite iustæ ignorantiæ petere se restitui ratione omissæ solennitatis propter statutum, quod probabiliter potuit ignorare.

Nec habet obstare secundum eum, si dicatur in contrariũ facere, quod vult tex. in l. qui cum alio, ff. de reg. iu. vbi qui cũ alio contrahit, certus esse debet de conditione hominis, cum
7 quo contrahitur, quia responderi potest, ꝙ † illa regula non procedit in mulieribus, vt videtur probare tex. in l. j. in fi. ff qui pet. tutor. dum dicit, ꝙ inquirere de conditione hominis est potius virile officium, quam fœmineum.

Quarto & vltimo in terminis hoc voluit Bal. in c. j. §. fi. de inuest. de re alie. fac. vbi dicit, ꝙ ideo non attenditur statutũ loci mariti deferens ei lucrum dotis per mortem vxoris, quia mulier iuris communis fiducia confisa simpliciter contraxit ignorando statutum eiusdem loci viri, & ideo hac rõne non esse inspiciendum dictum statutum viri. & Bal. refert Alex. in cons. 101. col. 2. vol. 3. ac sequitur Crot. in l. omnes populi. nu. 169. ff. de iust. & iu. Barb. in cons. 4. col. pe. vol. 2. Camp. in trac. dot. in 5 par. q. vlt. circa fi. Ias. in l. cunctos populos. col. 6. ver. quinto singulariter limita. C. de sum. Trini. & fi. cath. Dec. in cons. 283. col. 5. Mart. in l. fi. nu. 68. ff. de iurisd. omn. iud.

Quibus

Source : BIU Cujas

Quibus tamen non obstantibus veritas est, quod imo dicta communis opinio procedit, ipsa ignorantia allegata non obstante. Primo per regulam generalem, quæ habet, quod q
8 cum alio † contrahit, certus esse debet de conditione eius, cum quo contractus celebratur. l. qui cum alio. ff. de reg. iur. alias sibi imputatur.

Secundo facit decisio Aret. in l. 2. in princ. ff. sol. matri. vbi
9 † creditor præsumitur sciuisse debitorem sibi delegatum fuisse inopem, imputarique debet sibi si ante conditionem non explorauit; quoniam eum recipiendo vti idoneum approbasse videtur.

Tertio confirmatur hæc sententia ex dictis per Pau. de Cast. in l. si duo. per illum tex. in ver. scire potuit. ff. de acqui
10 ren. hæred. vbi si aliquis acceptat ciuilitatem in aliquo † loco, videtur se obligasse omnibus oneribus ciuium illius loci, ēt si illa onera ignorabat, quia sibi imputet, quare non perquisiuit. & Pau. sequitur Alex. in consi. 103. col. 2. in fi. vol. 2. Ripa in l. quod te. nu. 16. ff. si certum petat.

11 Quarto † comprobatur hæc opi. per Barb. in cons. 56. col. 10. vers. & si quispiam oppon. vol 2. vbi dicit, quod forensis negotians in aliquo municipio debet se informare de dispositione statutorum eiusdem loci, alias lex habet eum pro inuestigante, & ille dicitur esse in suprema, & crassa ignorantia, idem dixit ipse Barb in cons. 51. col. 6. vol. 2.

12 Quinto bene facit text. in c. innotuit. de elect. vbi † episcopus cōfert, nec excusandus venit si vellet allegare se ignorasse indignitatem illius, quia debuit inquirere conditionem illius, alias habetur pro sciente.

13 Vltimo in indiuiduo huius quæstionis hoc † voluit Cum. licet de Bal. mentionem non faciat, in cons. 26. col. 1. & in cō si. 72. col. 2. Barb. sibi contrarius in Rub. de consuet. nu. 51. Clau. Aquen. in l cum quædam puella. in prin. ff. de iurisd. om. iud. Dec. sibi quoque aduersans in cons. 19. vbi late disputat articulum, Cur. Iun. in cons. 129. col. 2. & in l. exigere dotem. col. pen. ff. de iud. Purp. in l. cunctos populos, nu. 247. C. de sum. Trin. & fide cath. Socy. Iun. in cons. 14. col. fin. vol. j. Cagnol. in l. qui cum alio, nu. 64. ff. de reg. iur. & in d. l. exigere dotem. col. iij. vers. ampliatur ergo primo. & in 7. col. in prin. vers. sexta limitatio. vbi dicit hanc esse receptiorem Doct. sententiam.

Non obstant modo, quæ ex aduerso adducta fuerunt, & in primis, quod modo contractus regulatur ex mente contrahentium, & quod eorum dispositio non extenditur ad ignorata, quia respondetur, quod imo mens contrahentium est,
14 velle se † conformare cum dispositione iuris cōmunis, quę est, quod in restitutione dotis attendatur statutum domicilij viri, vt no. in d. l. exigere dotem. Item dicitur, quod præsu-
15 mitur mulier habuisse notitiam † statutorum loci viri, vel saltem scire debuisse, cum paria sint, aliquid scire, vel scire debere, & tam in culpa sit, qui scire debuit, quam qui sciuit. l. quod te. & ibi gl. ac Doct. ff. si cert. pet.

16 Non obstat secundo, quod † forensi & ciui nouello parcitur propter ignorantiam statutorum, quia vt dicit Decius in dicto cons. 16. illud procedit, & locum habet, vt euitetur pœna statuti, non in alijs, quod satis comprobatum demonstratur ex scriptis per Barbatium in consilijs supra citatis.

17 Non obstant tertio notata per † Alex. in d. cons. 37. vbi forensis, qui probabiliter ignorauit statuta alterius loci, pōt petere restitutionem in integrum, quia respōdetur hoc passim non fore admittendum, quia cū fuerit in culpa, in non inuestigando statuta illius loci, merito ligatur mero iure legi illius loci, nisi probaretur ipsam moram fuisse ex iusta credulitate, vt decidit Purp. in d. l. cūctos populos. nu. 149. vbi hoc dicit in terminis nostris, quod hæredibus mulieris non datur ita simpliciter restitutio in integrum prætextu ignorantiæ, & ideo quod mero iure lucratur maritus dotem, verum est, quod si probaretur, eam moram fuisse ex iusta, tunc daretur restitutio.

18 Nec est verum, quod † ab Alex. fertur in d. cons. 37. quod dispositio d. l. qui cū alio non habet locum in fœmina, quia contrarium tenuerunt Cum. in d. consi. 26. col. 1. & in consi. 72. col. 3. Dec. in d. cons. 19. col. 2. Purpu. in d. l. cunctos populos. nu. 149. Cur. Iun. in d. l. exigere dotem, col. 3. vbi dicit, ꝙ ipsa lex habet locum in fœmina, cum ea non excusetur a iuris ignorātia, nisi in casibus a iure expressis, & ideo quod non excusat a iure notorio posito in d. l. exigere, quod in dote restituenda attendatur domicilium viri, quia imputandum est ei, si non inuestigauit statuta loci viri. Idem dixit Cagnol. in d. l. qui cum alio. vers. quinto limita. & in d. l. exigere dotem. col. 1.

19 Non obstat dictum Bal. in d. c. 1. §. fin. quia † pluribus modis respondetur, & primo, quod ipsemet Bal. fatetur considerationem suam esse contra communem, dum dicit, quod Docto. communiter, & indistincte tenent, quod attendatur domicilium viri, & per consequens quod siue mulier sciat, siue ignoret statutum domicilii viri, habebit locū dicta communis opinio. & ita Bal. ad hoc ponderant Felyn. in c. 1. col. 16. vers. 6. limita. de sponsa. Curt. in d. l. exigere dotem. col. 3. & in citato cons. 129. col. 3. necnon Socy in d consi. 14. col. fi. vbi dicit, quod bene aduertenti Bal. in d. §. fi. non videtur expresse illud dictum affirmare, cum nouissimo loco referat Docto. tenere, vt simpliciter non attenta ignoratia mulieris attendantur statuta ciuitatis viri, & alias soleat dici Docto. cum opinione vltimo loco recitata pertransire, arg. l. cum quidam §. Sabinus. ff. ad Trebell. & per Bar. in l. bona fides. ff. depositi.

Secundo respondetur per Cuma. in d. cons. 72. col. penul. quod mulier † non potest dici decepta sub prætextu, quod non fuerit certificata de statuto domicilij viri, quia iura communia volunt mulieres in contractibus certificari, nec præsumuntur deceptæ, nisi cum pro alijs se obligant: tunc enim quia faciliter pro alijs promittūt, lex eis subuenit. l. sed si ego. cum l. seq. ff. ad Velleian. nec potest dici mulier decepta, quæ contraxisse intelligitur secundum domicilium viri, alioquin sequeretur, ꝙ omnes leges, quæ volunt seruari leges domicilij viri, etiam si mulier alibi contraxerit, & alibi domicilium habeat, deberent intelligi, quando mulier de hoc certificata fuisset, & eodem modo leges, quæ volunt inspici statuta contractus, deberent intelligi, quando forenses contrahentes essent certificati, quem intellectum ait Cuma. non reperire ab aliquo tactum. Imo subdit regulam esse ꝙ qui cum alio contrahit, certus esse debet de conditione eius, cum quo contrahit d. l. qui cum alio. ff. de reg. iur. & ideo cum mulier contrahens sequatur domicilium viri, & submittat se illius loci legibus, non potest ipsa, secundum eum, ignorantiam allegare, cum videamus secundum varietatem locorum varia fore statuta, & consuetudines diuersas circa restitutionem dotis, & eius lucra, & quia communiter contingit ipsis mulieribus ac eas in matrimonium collocantibus non solere ita perfunctorie matrimonium perstringere, quin prius se informēt de conditione mariti, & ciuitatis suæ, quod argumentum quantum sit validum, nemo est, qui nesciat. l. certi condictio, §. si nummos. ff. si cer. pet. late Mar. in singu. suo. 1.

21 Vlterius non potest dici decepta, quæ † vsa est iure communi aliarum nubentium in loco domicilij viri, & ista responsio Cuma. approbata reperitur per Deci. Cur. Purpur. & Soc. Iun. vbi supra. Imo dicit Barbat. in dicta Rub. de consuetu. ꝙ si istud dictum Bal. esset verum, euerteret communem doctrinam Doct. quia semper mulier præsumeretur ignorare consuetudinem vigentem in domicilio viri, per id quod habetur in c. cognoscentes. cum gl. de constitu. & sic semper præsumeretur contraxisse respectu iuris communis, & per consequēs rarissime haberet locum doctrina Doc. idem dicit Cur. Iun. in d. l. exigere. col. pen.

Tertio dicit Curt. Iun. in præalleg cons. 129. col. 3. vers. sed
22 † quid fortius, ꝙ ratio Bal. non est vera, quia cum in ciuitate vxoris, ex qua mulier originem ducit, non seruatur dispositio iuris communis, ꝙ vxore decedente in matrimonio sine liberis, dos reuertatur ad agnatos, imo mariti lucrantur dotem, non potest dici, ꝙ mulier habuerit fidem in dispositione iuris communis, & super tali fide contraxerit matrimonium, adeo ꝙ propter ignorantiam statuti loci domicilij viri sit ei succurrendum, cum sciret etiam in loco ipsius mulieris ex vi statuti maritum lucrari dotem, & ideo verisimilius est, ipsam hac intentione matrimonium contraxisse, vt ea præmoriente sine liberis maritus secundum leges domicilij sui consequi deberet lucrum dotis.

Quarto & vltimo dictum Bal. potest saluari secundum
23 † Dec. in d. consi. 19. col. 2. vt procedat, quando probaretur ꝙ mulier ignorasset maritum, cum quo contraxerit, esse forensem. Quod dictum Dec. intelligas, vbi vere probaretur errorem processisse ex iusta causa, vt quia fuit mulieri dictum, ꝙ maritus esset eiusdem loci, cuius ipsa vxor, ita ꝙ iuste fuit mota ad ita credendum, vt per Claud. Aquen. in d. l. cum quædā puella. in prin. col. pen. & Purp. in d. l. cunctos populos. num. 149. qui subdit vnum, quod est valde notandum, videlicet ꝙ
24 ad causandum istam iustam † credulitatem in vxore sufficeret assertio mariti, cum culpam leuis credulitatis ex sua assertione causatæ non possit maritus opponere. l. j. & ibi Mod. in secundo notabili. ff. de eo per quem fac. erit. Idem & Cur. Iun. in d. l. exigere. col. pen. ac Cagnol. in d. l. qui cum alio. nu. 14. & in d. l. exigere. col. 7. ver. sexta limitatio. vbi adhuc hoc videtur intelligendum, quādo ipse maritus id dixisset, & falso mulieri persuasisset, secus si alius, cum delictū aut factum vnius

alteri

Source : BIU Cujas

alteri obesse nõ debeat.l.sancimus.C.de pœnis. l.Papinianus. §. meminisse. ff.de inoffi. testamen. quæ opinio confirmatur ex dictis Areti. in d.l. 2.ff. solu. matrimon. in princ. colum. pen.vbi concludit,quod licet creditor presumatur scire debi
25 torem sibi † delegatum inopem, tamen hoc procedit, nisi probatur per creditorem iusta eius ignorantia, quod fuit seductus persuasionibus principalis delegantis,qui asseruit delegatum debitorem idoneum esse,iuxta.l.inter causas.§.absesse.C.manda.Quod comprobatur pariter per Alex. in cõs.60. colum.2 volum.5.post Ange. in l.1. ff. si quis in ius voca.non ierit.vbi dicit,quod admittens fideiussorem non idoneum,li
26 cet sibi præiudicet, † ei imputandum veniat, quia non explorauit eius conditionem, tamen quod istud fallit, vbi præstans talem fideiussorem asseruit eum esse idoneum,quia tũc ei succurritur.

SVMMARIVM.

1 *An dicta communis opinio, quod in lucro dotis attendatur domicilium viri,militet,si causa alibi agitaretur, quam in ipso domicilio, & nu. 3.*

2 *Forum sortiri,& statutis ligari,a pari procedunt, quod declara, vt numero 4 6.& 7.*

5 *Forum quis sortitur ratione rei sitæ, & tamen statutis illius fori non ligatur.*

Clerici licet agendo sortiantur forum seculare, tamen statutis secularium regulariter non ligantur.

QVAESTIO XV.

QVia supra dictum fuit, quod secundum communem opinionem in lucro dotis attenditur domicilium viri,
1 Quæritur,nunquid † ipsa communis procedat, si causa alibi agitaretur, quam in ipso domicilio viri, puta in loco originis propriæ, vel paternæ, vel etiam in communi patria, vel in loco originis vxoris.Dec.in cons. 283.col 6.in versi.ad maiorem tamen declarationem, dicit, quod attendi debet statutum de lucro dotis,vbi causa agitatur,non autem domicilij viri,quia a pari procedunt forum sortiri, & statutis subij-
2 ci,vt † per Innoc.ac Anton.de Butr.in rubr.de consuetu.Idẽ firmat ipse Dec.ibi colum.7.versicu.septimo accedit. vbi cõcludit, quod sicut maritus potest conueniri pro restitutione dotis in ciuitate Mediolani, vbi mortua est vxor, ita & pariter debet attendi ac obseruari statutum eiusdem ciuitatis loquens de lucro dotis.

3 Sed tu contrariam partem amplectere,quod † imo inspicitur statutum domicilij viri,& si causa alibi agitetur,vt notanter decidit Bal. in cons.481.volum.j.vbi inquit,quod licet hęres mariti, qui habet proprium domicilium Mediolani, possit conueniri in ipsa ciuitate pro restitutione dotis, alias datæ defuncto,tamen quia in dote forum metimur ex persona mariti,d.l. exigere dotem. quod quantum ad decisionem causæ inspiciendum est forum mariti, licet quo ad intẽtationem libelli bene possit in foro ipsius hæredis agi.Idem dixit Cuma. in cons.72. colum. 2. cum seq. per rationem d.l.exigere. iam sæpius adductam, quia cum mulier propter matrimonium itura sit in domicilium mariti, & ob hoc magis sequatur forũ mariti,quam suum,vt habetur in l.penult.ff de iurisdictio. omn. iud. satis ex conditione matrimonij actum videtur, ꝙ in loco domicilij mariti,& secundum leges ipsius loci soluto matrimonio dos exigatur, & ibi proprie ponit casum, quando mulier erat Veneta, & maritus Patauinus, & lis super dote agitabatur in ciuitate Venetiarum,& tamen concludit, statutum ciuitatis Paduæ, in qua maritus domicilium habebat,esse seruandum,quia regula iuris est,quod quamuis iudicium agatur Venetijs,vel alibi, tamen in decisione causæ seruari debent leges domicilij mariti, licet quo ad ordinem iudicij seruari debeant leges loci,vbi iudicium agitatur, vt no.in l.1.C. de sum.Trin. & fide catho. & Cuma sequitur Cur. Iun. in d.l. exigere dotem.colum.1.& Cagnol.ibi, colum. 2. versi. secundo ampliate. & Curt. Iun.in consil. 129. colum. 2. in fi. vbi inquit, quod si in hac patria nostra Casalensi super dote promissa,quæ petitur,lis agitetur,& contingat disputari, vtrũ maritus sit lucraturus totam dotem,vel ne,debemus attendere domicilium viri, ad quod mulier fuit traducta,& hanc partem tenuit idem Cuma. de quo Doct. supra citati nullam faciunt mentionem in consil.26.colum.1.versicu.dato quod iudicium Venetijs foret ventilandum aliqua ratione, per l.hæres absens. in fi. ff. de iudic. & Ruin.præceptor meus in consi. 58.colum.3.versicu.alia etiam. & in versicu. seq. ac etiam colum.4. volum.3.

4 Non obstant notata per Dec. quod † a pari procedunt forum sortiri & statutis ligari, quia respondetur, quod nõ sem
5 per procedit ipsa regula, quod ostenditur.Nam ratione † rei sitæ sortitur quis ibi forum.c. fi.de foro competen.l. fi. C.vbi in rem actio.Dec.in consi.694.colum.pen.circa fin. & tamen non efficitur subditus illius iudicis,quamuis ibi forum sortiatur,vt per Fel.in c.dilectus filius.el 2.colum.pen.de rescr.Si ergo non efficitur subditus,non videtur ligari statutis illius loci,quia statuta non ligant subditos, vt per Docto. in d.l.cunctos populos.C. de sum.Trini. & fi. cath. & Alex.in cons.151. colum.2. volum. 2.Ias.in cons.80.colum.penul. volu. 3. Quod & demonstratur per Socyn. in cons. 71.col. pen. in fi. vol. 4. vbi dicit quod licet clerici indistincte agendo sortiatur forũ
6 seculare c.cum sit generale.de foro compet. tamen † non ligãtur regulariter statutis secularium, vt in c. ecclesia sanctæ Mariæ de constitu.

7 Vltimo in terminis nostris, quod † a pari non procedant forum sortiri,& statutis ligari,voluerunt Bal. Cum. Curt.Cagnol.& Dom.meus Rui.in locis supra citatis,& in specie Dec. impugnat ipse Rui.in d. consilio 58. colum. 3. versicu. minus obstat.& colum. 4. vbi contrarium eius quod dixi Deci. in d. cons. 283. consuluit, respondendo omnib.suis fundamentis. Et sic ex his resultat,ipsam communem, de qua supra,procedere,dato quod causa restitutionis vel exactionis dotis agitaretur alibi,quam in domicilio ipsius viri.

SVMMARIVM.

1 *Satutum domicilij viri attenditur in lucro dotis, quamuis mulier virum traxerit ad eius domum. sed communis est contra, vt num.3. ipsam tamen limita, vt num. 5*

2 *Mulier nubendo se viro alterius fori mutat forum originis suæ, & transit in domicilium mariti,secus econtrario.*

4 *Signum est magnę tristitiæ, quando vir ducitur ab vxore ad eius domum.*

6 *Idem iudicamus de destinato ad actum, quod de illo, qui est in actu.*

7 *Probandi onus incumbit ei,qui allegat maritum iuisse ad domum vxoris causa ibi perpetuo habitandi,cum præsumptio legis sit in contrarium.*

8 *Dispositio l.exigere dotem. ff. de iudi.non requirit, quod actualiter vxor iuerit ad domum mariti,sed quod itura esset volente marito.*

9 *Statutum disponens, quod uxore prę moriente maritus lucretur dotem,secundum communem opinionem,locum habet,etiam si mulier præmoriatur,antequam iuerat ad domum mariti.*

10 *Mulier contracto matrimonio statim sortitur forum uiri, & priusquam etiam ducatur ad eius domum.*

QVAESTIO XVI.

QVid si vxor duxerit virum ad eius domum, an in lucro
1 † dotis attendatur statutum domicilij viri, vel vxoris? Bal. in l. cum quædam puella. col. 1.ff. de iurisd.omn. iud.tenet,ꝙ inspiciatur domicilium viri & non vxoris, quia mulier nubendo viro alterius fori mutat forũ † originis suę,& transit in domicilium viri, non econtrario vir in locum vxoris,& cum Bal.transit Caccialup. in repet.l.cunctos populos. char. 19. vers. quartus casus. C. de sum. Tri.& fide cath. post D. Cardi. Spoleta.quia secundum eos speciali ratione matrimonij, & consequenter dotis attenditur locus viri. Nec obstat secundum eos l. exigere dotem.ibi, in cuius domicilium itura erat,a contrario sensu:quia ex eo,ꝙ maritus ab vxore in suum domicilium ducatur, non tamen ex hoc sequitur forũ vxoris,vt vxoris,quinimo vxor ipsa fit de foro viri.

3 Quibus tamen † non obstantibus sententiam diuersam tã quam veriorem,& magis communem sequendam fore arbitramur. Nam in primis, ꝙ attendatur domicilium vxoris, & non viri in præsenti casu,hoc voluit Bal. sibi aduersans in l. fi. col. 1.C.si a non compe. iudi.iudica.fue. vbi dicit,ꝙ licet speciale sit in dote, vt non attendamus locum celebrati contractus,sed domicilium viri,per d.l.exigere dotem.eo quia maritus contrahit tanquam statim recessurus, & vxorem secum traducturus:tamen id verum est,vbi vir vxorem eius duceret ad domicilium suum;secus econtrario, si vir ducatur ab vxore ad eius domicilium. & subdit,ꝙ ita debent intelligi notata per Inn & Ioan.Andr.in nouel.c.1.de sponsal.& sequẽdo Bal. idem tenuit Alex.in addit.ad Barto. in d.l. exigere. in prin. & Cur.Iun.ibi in 3.limit.ac Cagnol.col.4.in fi.cum seq.Crem.in sing.66.statuto Florentino,vbi inquit, signum † esse magnæ tristitiæ,qñ vir ducitur ab vxore ad eius domum. Quod & placuit Fely.in ca.1. col.14. vers. tertio limita. de sponsal. nec non Barbat.in rubr.de consuet. col.13. nu.51. vbi refert hoc dictum Bal.recitatione & auditu dignum. Idem voluit Ias.in l.cum quædam puella.col.1.ff. de iurisd. omn. iud. vbi inquit hoc menti tenendum, & idem tenet in d l.cunctos populos. in 1.lectu.col.6.vers.secundo limita.& in 2.lectu.col. 14 vers. 2.limita.& Crot.in repet.l.omnes populi. col.55. nu.167.ff. de iusti.

Source : BIU Cujas

iusti.& iu.Dec.in cons.283.col.5.Mars.in l.fi.nu.67.ff.de iurisd. omn.iud.& in singu.suo.267.col.2. vbi inquit hoc esse notandum,& hanc communem esse opinionem attestatur Purp.in d.l.cunctos populos.nu.120. Moder.in consuet.Burdegal.in §.6.col 9.in fi.vers.præterea hoc loco.

5 Quam tamen communem † opinionem intelligas, & declara secundum Felyn.in d.c.1.in 3.limit. procedere, quando maritus intendetet in domo vxoris perpetuo velle habitare, alias secus per notata per Doct.in l. lex Cornelia.§.1.ff.de iniur.& per gl.in l.2 C.de incol lib.10.& per rex.in l.nihil.ff. de capti.cui declarationi assentit Barb.in d.rub.de consue.num. 51.dum dicit,nisi vir contrahat matrimonium in domicilio vxoris inde non recessurus. Idem tenent Claud. Aquens. & Dec.in d.l.cum quædam puella. col. 2.vbi soluendo contrarietatem Bal.in locis supra citatis dicunt,ꝙ dictum Bal.in d.l. fi.C.si a non compet.iud procedit, quando maritus ad domicilium vxoris accessit animo ibi permanendi. Dictum vero Bal.in d.l.cum quædam puella. quando iuit animo redeundi ad eius domicilium.Idem firmat Castellio.in addit.ad Crem. in sing.66.Sed latius Purp.in d.l.cunctos populos.nu.120.vbi inquit,ꝙ si maritus actu non traduxisset vxorem ad domicilium suum,quam tamen ducere intendebat, sed forte præuẽta fuit morte in propria domo, in qua tunc maritus erat non animo constituendi domicilium ibi,ꝙ non procedit conclusio prædicta,sed habebit locum,quod dixit Bar.in d.l.exigere dotem.quia ipsa lex considerat, ꝙ mulier erat itura in domicilium viri,non autem ꝙ actu iuerit. & pro quo facit regula,
6 ꝙ idem iudicamus de destinato ad actum, quod †de illo, qui est in actu.l.cætera,§.si quis parauerit,ff.de leg.j.Item & quia existentia corporalis viri in domo vxoris non habetur in cõsideratione, ex quo animus contrahendi domicilium ibi cessabat, quo sic cessante etiam habitatio multorum annorum non induceret domicilij constitutionem,vt per Bar.in l.quæsitum,ff.de leg.3.& Alex.in l.cum filiusfam.ff.si cer.pe.& ideo magis attenditur animus vtriusque, qui est de redeundo, vt
7 lex ipsa præsumit.d. l. exigere dotem. adeo ꝙ †alleganti cõtrarium incumbit onus probaadi,quod subdit ipse Purpur. fore notandum, quia multoties cõtingit mulieres mori in domo earum, antequam per maritos traducantur ad eorum domicilium.

Hanc quippe partem amplectitur Do. meus Rui.in cons. 58.col 3.vol.3. dicens, ꝙ domicilium viri attenditur pro lucro dotis dato etiam,ꝙ vir ductus fuerit ad domum vxoris, dum tamen iuerit animo redeundi ad eius domum, non aũt
8 animo perpetuo manendi in domo vxoris,quia †dispositio d. l.exigere.non requirit ꝙ vxor actualiter iuerit ad domũ mariti,sed ꝙ volente marito ire debeat,quod probatur secundũ
9 eum. Nam †nos videmus,ꝙ si statutum viri simpliciter dispo nit,ꝙ præmoriente vxore maritus lucretur dotem, ꝙ secundum communem opin. lucrum vir ipse consequitur mortua vxore etiam antequam ad domum viri ducatur, secundum Bar.in l.nihil,ff.rer.amo.& Soc.in l.cui fuerit.ff.de cond.& demon.& sic sufficit potentia, licet non deducatur ad actum. l. Labeo.ff.de statulib.l.si patet mulieris. in fi.iuncta glo.in ver.
10 seruiat,ff.de iu.dot.Nam contracto †matrimonio mulier statim sortitur forum viri,etiam antequam ducatur ad eius domum,secundum gl.sing in l.ea quæ.la 2. ff.ad municip. & per Ale.in d.l.cum quædam puella.Ideo nimirum si statutum viri debet attendi dicto etiam casu,quo vxor moritur,antequã a viro ducatur.

Vnde resumendo omnia supradicta concludendum videtur, ꝙ si maritus tempore contractus matrimonij iuerit ad domum vxoris non animo ibi perpetuo permanendi,sed reuersurus ad eius domicilium,ꝙ attendatur domicilium viri, & sic procedat dicta decisio Bal. in d l. cum quædam puella. Si vero iuerit ad domum vxoris animo ibi perpetuo habitãdi,ꝙ attendatur domicilium ipsius vxoris, & ita habeat locum dictum Bal. in d.l.fin. C.si a non compet.iud. & ab ista distinctione non recedas in consulendo, ac in iudicando, quia esset contra stimulum calcitrare.

SVMMARIVM.

1 *Statutum domicilij loquens de lucro dotis secundum communem Doct sententiam,locum non habet, quando alius pro muliere dotem dedit, & eam sibi restitui sol.mat stipulatus est*
2 *Amplia hanc communem etiam procedere in matre & patre stipulante dotem sibi reddi,& nu.3.*
4 *Idem & in tertio adiecto ad stipulandum animo donandi.*

QVAESTIO XVII.

1 REfricatur in dubium, nunqnid statutum † domicilij viri de lucro dotis locum sibi vendicet, quando alius pro muliere dotem dedit,& eam sibi restitui sol. matri.stipulatus est.& sequendo communem Doct. sententiam dicatis quod non, quia videtur cessare ratio.l.exigere dotem, ꝙ iura sit in domicilium viri,quia hic, cui dos restituenda est, in dictum domicilium iturus non est,& sic cessat sequela fori.ita in specie decidit Bal.in rub.C.de priuileg.dot.col.2 vers.sed statim quæro.quem sequitur Fely.in c.1.col.4.ver. quarto limita.de spons.Crot.in repet.l.omnes populi,col 55.nu.168.ff. de iust. & iu.Ias.in l.cunctos populos.in 1.lec.col.6.ver.3 limi.vbi lo-
2 quitur in matre dotante filiam;, & quæ † stipulata est dotem sibi reddi,& in 2.lect col.15.ver.tertio limita.Mars.in l. fi.nu. 67.ver.tertio limi.ff.de iurisd.om. iudi. & istam communem esse opin.firmat Purp.in d.l.cunctos populos.nu.146.vbi cõcludit per eandem rationem idem dici posse in patre stipulãte †dotem sibi reddi,iux.tamen l.quoties,ff.sol.mat.& pariter
4 idem in tertio adiecto †ad stipulandum animo donandi,iux. l.dotis,ff.solu.matrim.

SVMMARIVM.

1 *Statutum si disponat de lucro dotis inter sponsum & sponsam nondum celebrato matrimonio,an inspiciatur statutum loci contractus, vel domicilij sponsi & nu.3.vbi declaratur.*
2 *Sponsa de futuro non efficitur de foro viri.*

QVAESTIO XVIII

1 STatutum si disponat de lucro †dotis inter sponsum & spõsam nondum celebrato matrimonio, an attendarur locus contractus celebrati,vel domicilij sponsi? Bal.in auth. omnes peregrini,col.j.vers.& ideo,C.commu.de succes.tio. vers. no. ꝙ quando princeps.tenet, ꝙ non inspiciatur domicilium viri.verum est,ꝙ Cur. Iun. in l. exigere dotem. in puncto iuris tenet oppositum,ꝙ imo attendatur domicilium sponsi, cum & ipsa mutatura sit domicilium, & consequenter militet ratio d.l.exigere dotem.tamen prima pars amplectenda venit, quam tenuit Ias.sequendo Bal vbi supra in l.1.col.6. vers.limita communem conclusionem,in prima lec. C. de sum.Trin. & fi. cath. quia sponsa non sortitur forum sponsi, sicut vxor mariti,& in 2.lec.col.14. in ver. ego limito communem; doctrinam,quia per sponsalia non attendimus locum mariti, & sic cessat ratio l.exigere. Idem voluit Caccialup. ibi char. 16. vers.quintus casus.Fely.in c.1.colum.14.ver.limita primo.de
2 spons.quia non †est effecta de domicilio viri,l. ea quę, la 2.ff. ad municip.Bal.in quæst.statuto.in verbo,lucrum.Ale.in addi.ad Barto.in d.l exigere.in fi.Cro in l.omnes populi, col 4. nu.165.ff.de iust.& iu.Barb.in rub.de consue.col.13.ver.& iõ si statutum.vbi refert,elegãs fore dictum Bal.& in loco extraneo,ac illud esse bene notandum. Dec. in consil 283. col. 3. Cur.Iun in d.l.exigere dotem.in 1.limit.& Cagnol.ibi, col.4. vbi dicit hanc fore receptiorem sententiam.Mar.in l.fi.nu.65. ff.de iurisd.omn.iud.Moder.in repe.rub.de dona.inter vir.& vxo.§.55.col.fi.& dicit Purp.in d l.cunctos populos.nu. 143. ꝙ ista opin.quæ ab omnibus indifferenter approbatur, debet
3 †intelligi in terminis suis, quando sponsalia tantum proprie sumpta fuerunt contracta,& de lucro dotali talis sponsæ mortuæ ante matrimonium tractatur, quia tali casu defecit conditio tacita contractus dotalis.l.in promittendo,in prin.ff.de iure dot. & ideo nisi statutum sit in loco celebrati cõtractus de lucro dotali sponsus nihil retinet, etiam si in loco sui domicilij,vel etiam vxoris,adesset statutum deferens lucrum dotis sponso propter mortem sponsæ.

Non obstat ratio Cur.de qua supra,quia respõderi potest, vt dicunt Moder.Vercellen. in d. l. exigere. hoc certum non esse, ꝙ ipsa mutatura sit domicilium, quia posset sponsa nuptias non contrahere, sicque in domicilium viri non ire. Itẽ & quia ante contractas nuptias domicilium sponsa non mutat,nec vxor de domo viri efficitur, nisi post contractas nuptias,ergo ante non est proprie vxor, nec vt vxor, de qua loquitur l. exigere dotem.iudicanda. & ideo sequitur, ꝙ non attenditur domicilium sponsi, sed locus celebrati cõtractus, si ibi viget statutum,ꝙ post mortem sponsæ sponsus lucretur dotem,alias nihil lucratur.

SVMMARIVM.

1 *Statutum de lucro dotis extans in loco domicilij viri locum non habet, si maritus dotem restituere promiserit vxori, tam in loco contractus, quam alibi,& vbique locorum,sed communis contra. nu 4.*
2 *Renunciatio ex verbis generalibus inducitur præsertim fauore dotis.*
3 *Contrahentes caueant,ne ex effuso sermone in promptum incidant sui periculum,declara nu.6.*

Source : BIU Cujas

5 *Consuetudo domicilii viri limitat restitutionem dotis, vbicunque petatur.*
8 *Statutum domicilii viri non attenditur, vbi uir & vxor in contractu expresse disposuissent, quod in alio fieret restitutio dotis.*
9 *Pacta, quæ faueant restitutioni dotis, sunt seruanda, & præsertim ea, quæ reddunt actionem dotis ad primæuam suam naturam.*

QVAESTIO XIX.

1 QVæsitum fuit, an inspiciendum † sit lucrum dotis domicilij mariti, si ipse promiserit dotem restituere vxori, tam in loco contractus, quam alibi, & vbique locorũ. Primo quidem aspectu dicendum videretur ꝙ non, vt dicit Cur. Iun. in l. exigere dotem. col. 3. ver. prima dubitatio. ff. de iudi. quia videtur cessare ratio d. l. exigere. ꝙ destinata sit solutio in loco domicilij mariti, ex quo fuit aliter per pactum promissum per maritum, cui imputandum est, qui restitutionem dotis ita generaliter promiserit, cum etiam ex verbis ge-
2 neralibus renunciatio inducatur, maxime † fauore dotis. l. fi. C. de dot. promis. & per quem tex. dixit Bal. in l. pactum quod
3 dotali. col. 2. C. de collat. ꝙ † cauere debent contrahentes, ne sub effuso sermone in promptum incidant sui periculum, & præsertim cum huiusmodi statutum sit iuris communis cor rectorium. l. vbi adhuc. C. de iu. do. & supra q. 2. Ideo in dubio censendum est, ꝙ ex prædictis verbis partes voluerint ad dispositionem iuris communis redire. l. si vnus. §. pactus ne peteret, ff. de pac. non autem quod attenderetur domiciliũ viri.
4 Sed istis non obstantibus absque † dubio existimamus diuersam sententiam veriorem esse, vt in specie decidit Bal. in d. l. exigere dotem. in fi. vbi dicit, ꝙ non obstantibus verbis promissionis, de quibus supra, inspiciendum est domicilium viri, quia videtur tacitè promissa restitutio secũdum consuetudinem terræ mariti ex interpretatione ipsius. l. exigere. cui minime renunciatum esse intelligitur per huiusmodi verba
5 generalia, quia consuetudo domicilij † viri limitat restitutionem dotis, vbicunque petatur, & Bal. sequitur Ale in addi. ad Bar. in d. l. exigere. & in cons. 101. col. 3. vol. 3. Barb. in rubr. de consue. col. 14. nu. 52. vbi refert Pet. de Anch. ita etiam tenere in suis reportatis in d. l. exigere. Idem voluit Ias. in l. cũctos populos, in 1. lectu. col. 6. in fi. dum allegat Bal. in d. l. exigere. in fi. & expresse in 2. lec. col. 14 ver. extende. C. de sum. Tri. & fi. cath. vbi inquit, se alibi nunquam legisse hoc dictum. Idem voluerunt Socy. & Nic. de Otto. quos refert & sequitur Caccialup. in ipsa l. cunctos popu. char. 16. col. 2. in fi. vbi dicit, ꝙ per dicta verba non censetur sublata dispositio iuris communis volentis locum domicilij ipsius viri attendi debere in dote restituenda & eius lucro, nec esse mirandum, cum d. l. exigere. sit fundata in eo, quia mulier nupta sequitur forum viri. l. cum quædam puella. ff. de iurisd. omn. iud. & ideo ęquum fuisse, vt domicilium viri inspiciatur, non vxoris, aut contractus, vel instrumenti dotalis. ipsamq; sententiam Bal. deniq; sequuti fuerunt Mars. in l. fi. nu. 61. ff. de iurisd. om. iu. Purpu. in d. l. cunctos populos. nu. 129. Cagno. in ipsa l. exigere. colum. 7. vers. sed maior difficultas. Do. meus Rui. in cons. 58. col. 3. in fi. vol. 3.

Non obstant modo adducta in contrarium, quia & si principalis dispositio d. l. exigere. non militet respectu loci exigendæ dotis, ex quo per pactum aliud fuit, tamen militat in eo, ꝙ in fine illius legis dicitur, videlicet, ꝙ vxor in domicilium viri itura sit, & hoc est illud, in quo conclusio Bar. in d. l. exigere. fundatur, quia quæritur marito statim celebrato contractu dotis ius in spe ad dictum lucrum, & obligatur ad eiusdẽ dotis restitutionem cum modificatione dicti statuti, cui minime renunciatum fuit, & tale tempus, quo mulier est itura ad domicilium viri, consideratur, non autem tempus soluti matrimonij, in quod confertur promissio de restituendo dotem, ita Purp. in ipsa l. cunctos populos. nu. 129. Cag. in d. l. exigere. col. 7. in fi. D. meus Rui. in citato cons. 58. col. 3.

Nec est verum, ꝙ per dicta verba generalia, de restituẽdo
6 dotem, censeatur prædicto statuto renunciatum, cum † ipsa renunciatio non præsumatur, vbi alia coniectura capi pōt. c. super hoc. de renunc. l. si cum aurum, ff. de solu. & satis est, ꝙ dicta verba possint operari alio respectu, quia extra propriũ domicilium poterit conueniri vir, vbi alias sine tali promissione non potuisset, & licet imputandum sit ei, qui vtitur effuso sermone, iux. Bal. in d. l. quod dotali. Tamen id verũ est,
7 quando salua ratione recti sermonis † verba aliter intelligi nõ possent, quam vt renunciationem inducãt. l. si de certa. l. sub prætextu. C. de transa. sed hic, vt supra dictum fuit, aliter intelligi possunt. Igitur &c. & ab ista opinione tanquam magis cõmuniter recepta, tam in consulendo, quam in iudicando, recedendum fore non putamus.

[8 Limita tamen hanc † conclusionẽ non procedere, vbi partes in contractu expresè disposuissent, ꝙ in loco vxoris fieret restitutio dotis, quia tunc extenderetur statutum illius loci, ita concludit Alber. de Rosa. in tract statu. in 2. par. q. 8. in fi. vbi dixit, ꝙ si statutum est Mutinæ, ꝙ mortua muliere in matrimonio, perdat totam dotem, & Regij. sit statutum, ꝙ perdat tantum dimidiam, & Mutinensis contraxerit matrimonium cum Regiensi, & contractus dotis celebratus fuerit Mutinæ, in quo conuenit maritos restituere dotem in ciuitate Regij, ꝙ licet videatur standum esse statuto Mutinæ: tamen quod seruandum est statutum Regij, quia ibi ficte videtur celebratus contractus ratione solutionis, quæ fieri debet Regij. l. contraxisse. ff. de actio. & oblig. quod dictum notandum fore pro cautela inquit Campeg. in tract. dot. in 5. par. q. vlt. col. fi. ver. quod limita. Idẽ voluit Bal. in cons. 31. vol. 3. vbi determinat, quod licet attendatur quo ad lucrum dotis domicilium viri, iux. d. l. exigere dotem. vulgarem, licet notabilem, tamen id verum est, nisi aliud actum sit inter partes, puta quia alius locus esset insertus restitutioni dotis. Nam pa-
9 cta, quæ † fauent restitutioni dotis, sunt seruanda, pręsertim ea, quæ reddunt actionem dotis ad primæuam suam naturã, d. l. si vnus. §. pactus ne peteret. Quam partem etiam sequitur Fel. in c. 1. col. 15. ver. septimo, & vltimo, de sponsal. Crot. in l. omnes populi. in fi. ff. de iust. & iu. Dec. in cons. 283. col. pe. post Homod. in cons. suo 69. circa fi. & in cons. 402. col. 2. ver. 2. hoc idem probatur. & istam esse communem opin. fatetur Purp. in d. l. cunctos populos. num. 129. & Cagn. in d. l. exigere. col. 7. ver. septima limitatio.

SVMMARIVM.

1 *Statutum domicilii viri attenditur, quando dos consistit in bonis immobilibus sitis in domicilio contractus dotis celebratæ, sed contra secundum communem. nu 6.*
2 *Statutum Perusinum, quod defert certam partem dotis viro per mortem vxoris, trahitur ad bona existentia Florentiæ, sed contra nu. 9.*
3 *Hæreditas est ius incorporale.*
4 *Dos est ius vniuersale.*
5 *Statutum de lucro dotis tanquam fauorabile extenditur etiam quo ad bona sita extra territorium statuentium, sed contra nu. 12.*
7 *Ratio l exigere. solum militat, quando dos consistit in quantitate, vel alia re mobili, vel immobili in loco domicilii uiri, secus est si alibi, & numero 15.*
8 *Pupillus arrogatus propter diuersitatem patrimoniorum in diuersis locis potest in vno decedere testatus, & in alio intestatus.*
10 *Bona habens in diuersis territoriis, quorum quodlibet habet bursam fiscalẽ separatam, si delictum commiserit, propter quod omnia bona vbicunq; sita publicentur, vnusquisque fiscus occupat bona sui territorii.*
11 *Statutum de lucro dotis locum non habet in bonis dotalibus existentibus extra territorium statuentium.*
13 *Statutum Bononiæ disponens, quod mulier teneatur relinquere fratri tertiam partem dotis, & augmenti, ac omnium bonorum non extantibus ascendentibus, neque liberis, est exorbitans, odiosum, & stricte intelligendum.*
14 *Statutum quod filiæ fœminæ non succedant extantibus masculis, secundum communem opinio. non porrigitur ad bona sita extra territorium statuentium.*

QVAESTIO XX.

1 QVid † quando dos consistit in bonis immobilibus, quæ sita sunt in loco, vbi contractus dotis fuit celebratus. An tunc attendatur domicilium viri, an vero contractus. Bal. in cons. 208. vol. 3. concludit, quod in tali lucro inspicienda sunt statuta vigentia in domicilio viri, & quod non est curandum, vbi positæ sint res, quæ sint datæ in dotem, arg. l. fi. ff. de præscrip. long. temp. & l. fi. C. de contrahen. emp. Idem tenuit ipse Bal. in l. cunctos populos. col. 30. versi. 5. quę
2 ritur. C. de sum. Trin. & fide cath. vbi concludit, quod si † statutum Perusinũ vxore mortua defert certam partem dotis, vel hæreditatis marito, trahetur ad bona existentia Florẽtiæ, quia secundum eum, quãdo tractatur de re corporali, attendi-
3 tur locus, vbi res sita est, secus in † incorporali, sicut est hæredi-
4 tas. l. hæreditas. ff. de peti. hæred. & † dos quæ est ius vniuersale. l. quod dicitur. ff. de impen. in reb. dotal. fact. & per Docto. in rub. fol. matr. Ideo hæreditas & dos rei non cohærent. Sed si statutum diceret, quod vir lucretur immobilia, vel mobilia, tunc quia statutum concernit rẽ, attenderetur statutum loci, vbi res est sita, & Bal. refert, ac sequitur Alex. in cons. 141. col. pen. vol. 7. Idem voluit Caccialup. in d. l. cunctos populos. char. 15 colum. 3. vers. secundus casus. vbi inquit hoc esse de mente Doctorum communiter, & Ias. ibi col. 6. versi. vlt. & Purp. etiam ibi nu. 130. qui mouetur tali ratione; quia tale statutum

tutum corrigit effectum ſuum etiam quo ad bona ſita extra territorium ſtatuentium, cum ſit fauorabile, quia factum, vt
5 mariti ſint proniores† ad ducendas vxores, quod reipublicæ intereſt. l. 1. ff. ſol ma Cui ſententiæ quoque aſſentit Do. meus Rui. in col. 58. colum. 5 ver. 6. vol. 3. & conſi. 163. col 2 volu. 4. propter generalitatem. l. exigere dotem ff. de iudi. quæ videtur indiſtincte locum habere ea ratione, quia vxor ſequitur forum viri, & quia contraxiſſe dicitur maritus tanquam iturus ad domum ſuam. Ideo tunc ratione contractus non ſorti
14 tur forum. l. hæres abſens. §. fi. ff. de iud. & ideo cum ipſa ratio ſit generalis, ad omnem rem datam in dotem trahitur, ſiue ſit mobilis, ſiue immobilis.

6 Sed præmiſſis non obſtantibus† contrarium cenſemus eſſe concludendum, quod immo attendendus ſit locus contractus, vbi ſunt bona, vt in ſpecie dixit Bal. in l. cūctos populos. C. de ſum. Trin & fide cath. quem ſequitur Bar. in rub. de conſuetu. col. 15. verſi. limita etiam.

Nec hēt obſtare. l. exigere dotē. quia illud ibi eſt ex eo, ꝙ maritus videtur deſtinaſſe ſolutionem in loco ſui domicilij, & non in loco contractus, cum non eſſet ibi permāſurus, ideo in loco deſtinatę ſolutionis debet conueniri. l. cōtraxiſſe. ff. de actio. & oblig. quæ ratio ſolum locum habet, quando dos in
7 quantitate conſiſtit, vel † in alia re mobili. Sed quando eſt data in dotem res immmobilis in loco contractus, non videtur alibi deſtinata ſolutio, ſi res erat inęſtimata. Idem voluit Dec. in conſi 283. colum. 7. verſ. 6. Marſ. in l. fi. ff. de iuriſd. omn. iud. num 69. Curt. Iun. in d l. exigere. col. pe. Laſ. in. d. l. cunctos populos. in 2. lect. col. 15. ver. 5. & vl. limita. Cag. in d. l. exigere. col. 7. vbi atteſtantur hanc eſſe communem opi.

Non obſtant notata per Bal. in d. conſi. 208. quia contrarium dixit idem Bal. in d. l. cunctos populos. & in c. 1. col. 2. ff. de iura. calum. Nec eſt verum, quod dixit ipſe Bal. in repe. d. l.
8 cunctos populos. quia reſpondetur, quod † licet verum ſit, ꝙ hæreditas & dos tanquam q̄d incorporale, & quid vniuerſale non concernat locum, tamen per hoc non ſequitur, quod propter diuerſitatem patrimoniorū ſubiectorū diuerſis legibus ſeu ſtatutis, & ſic habentium diuerſas qualitates, non debeat fieri diuiſio dictorum bonorum diuerſimode, ſecundum varietatem diſpoſitionis legum vel ſtatutorum, q̄bus ſubijciuntur, vt per Alex. in conſ. 128. colum. 4 in princ.
9 volum. 1. ſicut videmus, quod † pupillus arrogatus propter diuerſitatem patrimoniorum, quæ habet, poteſt in vno decedere teſtatus, & in alio inteſtatus. l. ſi arrogator. vbi glo. & Doct. ff. de adoptio. Quæ reſponſio Alex. confirmatur per D. meum Rui. in conſi. 48. colum. 2. vol. 3. vbi voluit poſt Pet. Cy. Bal. Ang. & Imo. in l. ex facto proponebatur. ff. de hæred.
10 inſtitu. † quod ſi quis habeat bona in diuerſis territoriis, quorum quodlibet habet ſeparatam burſam fiſcalem & diſtinctam, & delictum commiſerit, taliter quod omnia bona vbicunque ſita publicentur, vnuſquiſque occupat bona ſui territorij, & cū habeatur fiſcus loco hæredis. l. tutoris. C. ad l. Iul. de ui. l. 1. C. de bon. quæ liber. l. recuſare. §. ſi fiſco. ff. ad Trebel. quilibet fiſcus agere poteſt in ſuo territorio contra debitores condemnati, & pariter reſpōdere tenebitur fiſcus quilibet debitoribus ſui territorij. Multa etiam allegat, quæ faciunt ad ꝓpoſitum, quæ prætereo, cū ipſa videri poſſint, & ideo cō ſtat ex his dictam doctrinam Bal. nihil obſtare huic ſententiæ. Quod comprobatur ex dictis ipſiuſmet Bal. in d. c. 1. de iura.
11 calum. vbi inquit, quod † tale ſtatutum de lucro dotis non habebit locum in bonis dotalibus exſtentibus extra territorium ſtatuentium, quia licet ſpeciale ſit in dote, vt ſequamur conſuetudinem viri. d. l. exigere. tamen id verum eſt in bonis ſubiectis illi conſuetudini, quæ dat lucrum dotis marito, vel quando quantitas aut genus ſunt in dote, ſecus ſi ſpecies territorio cohærentes ſint extra territorium ipſorum ſtatuentium.

Nec poteſt fieri fundamentum in dictis Laſ. in d. l. cunctos populos. quia ipſe fundatur in dicto Bal. in citato c. 1. de iur. calum. vbi expreſſe Bal. tenet oppoſitum.

Minuſque obſtant dicta Purpura. in d. l. cunctos populos.
12 quoniam non eſt verum, quod huiuſmodi ſtatutum † ſit fauorabile, immo odioſum & ſtricte interpretandum, vt late demonſtraui ſupra quæſtio. 2. poſt Abb. in conſi. 1. colum. 2. volum. j. & in conſil. 79. colum. 2. volum. 2. Pro cuius confirmatione faciunt notata per Socy. in conſil. 110. colum. 1. in fi. volum 3. vbi dicit, quod ſtatutum inclitæ ciuitatis Bononiæ, ſub Rub. de dotibus reſtituēdis, diſponens quod mulier
13 teneatur † relinquere fratri tertiam partem dotis, & augmenti, ac omnium bonorum nō extantibus aſcendentibus, neq; liberis, eſt exorbitas a iure communi, & odioſum; quia prohibet mulierem diſponere de bonis ſuis, quod eſt contra ciuilē & naturalem æquitatem, quæ habet, quod quilibet de bonis ſuis debet ad libitum diſponere. l. in re mandata. C. manda. l. etiam. §. licet. ff. ſolu matrimon. Item & ſecundo eſt contra ordinem iuris communis. l. fratris. C. de inoffi. teſt. & quia aufert liberam diſponendi facultatem. l. ſtipulatio hoc modo concepta, ff. de verb ob. & ideo ꝙ ſtricte debet intelligi in terminis tantum, in quibus loquitur, vt minus corrigat ius commune. l. fi §. in computatione, C. de iure deli. & Soc. ſequitur Pariſ. vbi etiam alios citat in conſi. 12. col. 2. in prin. vol. 3.

14 Et pro corroboratione, ꝙ† ſtatutum non extēdatur ad bona ſua ſita extra territorium, ſe offert communis concluſio Bar. de qua in d. l. cunctos populos. in 6. q. principali, vbi concludit, ꝙ ſtatutum diſponens, ꝙ filiæ fœminæ non ſuccedant extantibus maſculis, non porrigitur ad bona ſita extra territorium ſtatuentium. & iſtam opinionem Bart. vti communem amplectitur Ancha. in c. canonum ſtatuta. in 11. q. verſ. quid in ſucceſſione, & in 12. verſ. ſed remaneret forte, & plenius in verſ. quæro iuxta prædicta. de conſtit. & Ale. in conſi. 16. vol. 1. in prin. vbi atteſtatur hanc eſſe magis communem opi. Socy. in conſi. 74 col. 5. ver. ſed ad hoc reſpondeo tripliciter. vol. 1. Dec. in conſi. 276. col pe. & in conſi 314. in fi. Cor. in conſil. 85. litera H. volu. 3. Laſ. in conſil. 163. col. 2. vol. 2. Curt. Iun. in conſi. 108. col. 9. Goza in conſi. 49. col. 3. Pariſ. in conſ 84. col. 8. vol. j. & in conſi 68. in vlt. dubio, vol. 2. & in conſil. 12. col. fi. vol. 3. Si ergo tale ſtatutum vt odioſum non extenditur vltra fines & territorium ſtatuentium: Idem pariter dicendum in terminis huius ſtatuti, cum militet eadem ratio, ergo & eadē diſpoſitio, ar. l. illud, ff. ad leg. Aquil. & in ſpecie contra Purp. tenuit Cagno. in d. l. exigere dotem, col. 8. in prin.

Vltimo non obſtant dicta per Dom. meum Rui. in d. conſ. 163. ꝙ ex quo ratio d. l. exigere. eſt generalis, ꝙ trahi debet ad omnem dotem, tam in mobilibus, quam in immobilibus, ſiue ſint ſita in territorio domicilij ciuili, ſiue extra: quia† reſpōdetur ꝙ ratio ipſius legis, etſi generalis ſit, tamen generaliter tantum intelligi debet quo ad bona mobilia & immobilia ſita in territorio ſtatuentium, non autem ad alibi ſita, alias de ſtrueretur communis concluſio, de qua ſupra, ꝙ ſtatutū odioſum non porrigitur ad bona alibi ſita, ex defectu poteſtatis, quæ in quocunque actu requiritur. l cum te. C. de dona. ante nup. c. ſuper eo. de offi. deleg. & ita in ſpecie dicit Bald. de quo idem Do. meus Rui. mentionem non facit in d. c. 1. col. 2. de iura. cal. & ita teneas hanc concluſionem tāquam veriorem, magiſque a Doctoribus receptam.

SVMMARIVM.

1 *Statutum domicilii viri loquens de lucro dotis non habet locum, ſi poſt matrimonium & contractum dotis maritus mutauit domicilium, in quo per mortem vxoris fuit diſſolutum matrimonium, ſed in contrarium eſt communis vt nu 3.*

2 *Forum ſortiri & ſtatutis ligari a pari procedunt, quod tamen declaratur non procedere in terminis huius quæſtionis. vt in num. 7.*

4 *Lex ſi uxor ff. de iud. plurib. modis declaratur, & nu. 5. & 6.*

8 *Diſpoſitio l. exigere. habet locum, ſi cauſa alibi agitaretur, quam in domicilio uiri.*

9 *Maritus, qui promiſit dotem reſtituere uxori tam in loco contractus, quā alibi, & ubique locorum, licet alibi poſsit conueniri, tamen quo ad lucrum dotis habebit locum demicilium ipſius uiri.*

QVAESTIO XXI.

1 AN ſtatutum domicilij viri, quod habebat tempore contractus dotis, attendatur in lucro dotis, ſi poſt† contractum dotis celebratæ maritus mutauit domicilium, in quo matrimonium fuit diſſolutum per mortem vxoris. Sal. ponit hanc q. in l. cunctos populos. col. 3. ver. item quęro ſi in ciuitate, C. de ſumma Trini. & fi. catho. & decidit, ꝙ non ſit inſpiciendum in reſtitutione dotis ſtatutum domicilij viri, quod habebat tempore confecti matrimonii, ſed ſtatutum loci in quo ipſum matrimonium morte diſſolutum fuit, quia, cum maritus lucretur dotem propter mortem vxoris, eaq; mors det ius exigendi, ac ipſum contractum reſoluat, merito locus ille debet attendi; quia non prius lucratur maritus, quam eueniat caſus reſtitutionis. In domicilium ergo illud eſt collata reſtitutio. l. exigere. ff. de iudi. Idē tenet Dec. in conſi. 283. col. penul. in verſ. ſeptimo accedit. vbi inquit, ꝙ ex quo vxor mortua eſt in alio loco, quam domicilij primi viri, maritus poteſt ibi conueniri pro reſtitutione dotis per l. ſi vxor. ff. de iud. vbi mulier, ſi diuertit a viro legato Romæ pro dote conſequenda, pōt eū in vrbe q̄uenire, & ſic attenditur locus reſtitutionis, vt ēt dicit Fel. in c. fi. de fo. comp. ergo & pariter ſecū
2 dum Dec. dēt attendi ſtatutū illius † loci, in quo conueniri poteſt, cum a pari procedant, forum ſortiri, & ſtatutis ligari.

Quibus

Source : BIU Cujas

3 Quibus non obſtantibus, quæ † vere non obſtant,tu firmi ter teneas contrariam ſententiam,quod attendatur primum domicilium viri,nō autem ſtatutum domicilii,in quo diſſoluitur matrimonium, vt tenuit Fel.in c.1.col.15.ver.tertia cō cluſio.de ſponſal.poſt Anto.de Butr. Cald. & Panor. ibi, per glo. in d.l.ſi vxor. quia attendit ur locus obligationis ex contractu deſtinatæ,nō locus obligationis purificatę,& ſic attenditur primum domicilium viri: obligatio enim ad dotem & dotis retentionem oritur tempore contractus conditionaliter purificanda,per actum mortis. attenditur ergo locus deſtinati contractus, & obligationis tempore contractus, non locus purificatæ obligationis. Nam dato quod tempore exiſtentis conditionis oriatur obligatio, vinculum tamen trahitur ad locum contractus deſtinati.Idem voluit Soc.in c.dilecti.col. fi. de fo. compe.vbi dicit hanc opi.iuſtiſſimam, quia alias de facili maritus poſſet defraudare hæredes vxoris. Hoc etiam tenuit Alex. in conſi.100 col.pen.vol. 3. Caccialup. in repet.d. l. cunctos populos. char.19. verſ.tertius caſus. & laſ. ibi in 1.lectura, col 7. verſ. ſecundum dubium. & in 2.lectu. col. 14. verſic. iſtam communem concluſionem. Crot. in l. omnes populi. nu. 170 ff. de iuſti.& iure.hac ratione,qa obligatio cēſetur contracta ſecundum cōſuetudinem domicilii, quod maritus habebat tempore, quo dos fuit data, & quæ obligatio non poteſt variari in præiudicium mulieris,cui ſententiæ etiam adhærent Marſ. in l.fi.col. 2. num. 62. ff. de iuriſd.om.iudi.Curt.Iun.in d.l.exigere.nu.19.& Cag.ibi, col.8. verſ tertio ampliatur. col.3.vbi dicit hanc eſſe receptionem ſententiam,& in verſ. 11. limita. Purp. in d. l. cunctos populos.nu.124.Do.meus Rui.in conſil.58.col.2.in prin.col.5 ver. ſeptimo. vol.3.

Non obſtant, quæ ex aduerſo adducta fuere, & primo dictum Sal. in d. l. cunctos populos. quia ex authoritatibus ſupra relatis conſtat communem opi.fore contra Salyc. cū minime verum videatur,quod attendatur locus purificatæ obligationis,ſed locus obligationis ex contractu deſtinatæ.

4 Similiter non obſtat d.l.ſi vxor.quia† multis modis reſpondetur.& primo,quod ideo maritus cōuenitur in vrbe Romana,quia ibi contractus matrimonij fuit celebratus: Ideo nimirum ſi eo in loco poteſt conueniri, ſecus ſi alibi,ita Bar.in d.l.ſi vxor.poſt glo.& Doct.vbi pariter idē tenēt Pau. & Ang. & Fel in d.rub.de ſponſal.d.ver.tertia concluſio.

5 Secundo accō modatur alia reſponſio,†quod ipſa l.ſi vxor. ſolum locum habet, quando matrimonium fuit ſolutum diuortio,& ſic quando interuenit factum mariti,ideo tūc amittit,quod ei conceditur vigore d.l.exigere dot.ſecus quando ſoluitur id ipſum matrimonium morte vxoris, quia tunc ceſſat ratio prædicta,& habet locum d. l.exigere.vt declarat Ant.de Burt.in d. c.j. de ſponſa.in fi. & Pau. de Caſt.in d.l. ſi vxor.in fi.quos refert & ſequitur D.meus Ruin.in d.conſ.59. col. 5. vol.3.

6 Tertio & vltimo reſpondetur, † quod licet in caſu d. l. ſi vxor.maritus Romæ poſſit conueniri,& ibi dos exigi, tamē in tex. non aperit, quod in lucro dotis non attendatur primum domicilium viri, quod debet attendi ex vi d.l.exigere. quæ locum habet in domicilio, quod habebat maritus tempore contracti matrimonij,vt per Alex.in d.conſi.100.col.3. & Purpur.vbi ſupra num.124.Nec habenda eſt in conſideratione illatio, quam facit Dec.in d.conſil. 283. col.pen. quod
7 paria ſint, forum ſortiri, & ſtatutis ligari † quoniam interminis huius quæſtionis, de qua agitur, viribus non ſubſiſtit, vt dictum fuit ſupra in q. 15. vbi demonſtraui poſt Cuma.in
8 conſi.72.col.2.& 3. quod † diſpoſitio ipſius l. exgere. locum habet, & attendi debet quo ad lucrum dotis, etſi cauſa alibi agitaretur, & ſic q̄ paria nō ſunt forū ſortiri,& ſtatutis ligari.

Quod & comprobatur per communem concluſionem
9 † quæ habet, quod ſi maritus promiſit reſtituere dotem vxori,tam in loco contractus, quam alibi,& vbique locorum,licet alibi poſſit conueniri,tamen quo ad ipſum lucrum dotis attenditur domicilium viri, vt latiſſime dixi ſupra quæſt.19. Vnde ex his reſultat,quod male ſentit Dec.in d.conſ.283.pro ut in ſpecie eum reprobat Do. Ruin. in d. conſi.58. verſi.nec obſtat tertio dum dicitur. vbi in eodem caſu conſuluit contra Dec confutando omnia eius dicta in citato conſi.283. Atque ideo ſequenda eſt huiuſmodi concluſio tanquam iuri conſona & magis amica veritati.

SVMMARIVM.

1 *Statutum domicilii viri loquens de lucro dotis intellgitur de domicilio originis,& non habitationis:ſed in contrarium eſt communis, ut numero 15.& 25.*

2 *Locus originis atque domicilii ratione habitationis, ubi in perſona unius concurrunt in diuerſis locis,præfertur locus originis.*

3 *Statutum originis quando contrariatur ſtatuto domicilii habitationis, ſemper attenditur ſtatutum loci originis,& non habitationis.*

4 *Domicilium habens in loco originis,& incolatus, ſi eodem tempore uocatur ad honores & munera,præfertur ciuitas originis.*

5 *Legatum ſi quis fecerit ciuitati ſuæ,cum habeat ciuitatem originis,& habitationis,debetur ciuitati originis tanquam potentiori.*

6 *Domicilium originis non perditur,licet quis ad alium locum transferat incolatum,quia illi nec tacite nec expreſſe renunciari poteſt,etiam ſi ille locus eſſet viliſſimus,ut nu.10. Quod ampliatur non tantum quo ad temporalia ſed etiam ad ſpiritualia,nu.11.et etiam ſi quis ſtaret abſens per mille annos,vt nu.13*

7 *Item nec per adoptionem amittitur.*

8 *Nec per relegationem.*

9 *Minuſq; per monachationem.*

12 *Iura ſanguinis ſicut pactis aut voluntate dirimi non poſſunt,ita & naturalis origo.*

14 *Mulier,quæ eſt nupta extra locum originis, non deſinit eſſe ciuis ciuitatis originis,quo ad commoda & fauores, & gaudet beneficiis ſtatuti dictæ ciuitatis,dummodo propter id non ſeparetur a ſeruitio uiri.*

16 *Forum domicilii potentius eſt,quam ſit forum originis.*

17 *Diœceſis alicuius illa proprie dicitur,in qua quis habet domicilium habitationis,licet ex origine alibi ſit natus.*

18 *Dięceſani appellatione intelligitur de Diœceſano ratione domicilii habitationis.*

19 *Domicilii vel ciuitatis appellatio in dubio in ſtatutis refertur ad ciuitatem vel domicilium habitationis,& non originis.*

20 *Domicilium proprium dicitur habitationis.*

21 *Subditus ille proprie dicitur,qui eſt ſubditus ratione domicilii potius, quã originis.*

22 *Piſanus uel Florentinus in dubio intelligitur de eo qui habet domicilium habitationis.*

23 *Statutum loquens de Ianuenſibus ſimpliciter,debet intelligi in propria ſignificatione,& ſic de Ianuenſibus ratione domicilii.*

24 *Domicilium quando quis habet in vno loco, & originem in alio, & debet iudicari ſecundum locum originis uel domicilii, conſideranda eſt ſubiecta materia:& ſi ea reſpicit domicilium, iudicabitur ſecundum ipſum domicilium,& non ſecundum originem, alias ſecus.*

25 *Lex, libertus,§.præſcriptio,ff.ad municip.declaratur duobus modis,& numero ſequenti.*

QVAESTIO XXII.

SEquens quæſtio eſt. Quia ſupra ſæpius in variis,diuerſisq; quæſtionibus concluſum fuit,q̄ in lucro dotis attenditur domicilium viri & non vxoris, de quo domicilio intelligatur,an originis,vel habitationis? Et prima facie dicendum videretur, quod huiuſmodi ſtatutum intelligendum eſſet de
1 † domicilio originis,quoniam vbi in perſonam vnius cōcur-
2 runt in diuerſis locis† locus originis atque domicilij ratione habitationis præfertur locus originis.l.libertus. §.præſcriptio.ff.ad municipa.per quem tex.dixit Rom. in cōſ. 39. in fi.
3 quod quādo ſtatutum originis contrariatur ſtatuto† domicilij habitationis,ſemper debet attendi ſtatutum loci originis, quod & prius voluiſſe dixit Albe.de Roſa.in l.cunctos populos.C.de ſum.Trin.& fide cath.per l.nulli.C.de epiſ.& cler.

Secundo facit glo. notabilis in l. 1.C. de municip.& orig. lib. 10. & ibi Doct. vbi dicunt, quod ſi habens domicilium
4 in † loco originis, & incolatus eodem tempore vocatur ab vtraq; ciuitate ad honores & munera, quod præfertur ciuitas originis,cuius cauſa fortior eſt, & ideo ex hoc infert ibi
5 Io. de Plat.quod ſi quis facit † legatum ſuæ ciuitati, cum habeat ciuitatē originis & habitationis, quod legatū debetur ciuitati originis tanquam potentiori. Idq; etiam voluerunt glo.& Doct.in l.ciues.C.de incol.lib.10.

6 Tertio accedit.Nam † domicilium originis non perditur, licet quis ad alium locum trāsferat incolatum, quia nec mutare,nec illi expreſſe, nec tacite renunciare poteſt, vt tenuit Cum.in conſ.177.col.3.ver.nouiſſime probatur per tex. in l. aſſumptio.in prin.ibi,nec recuſando patriam, ex qua oriūdus eſt.ff.ad municip.& l. origine propria neminem poſſe voluntate ſua eximi manifeſtum eſt. C. eo.tit.de municip. & orig.
7 lib. 10. nec & per † adoptionem mutatur,nec amittitur.l. ordine.§ fina.ff.ad municip. l. adoptionibus.ff.de adopti.nec ēt
8 per † relegationem. glo. in l. eius. la 2.ff.ad municip. Minuſq;
9 per† monachationem.l.Deo nobis.C. de epiſ.& cler.etiam ſi
10 locus † originis eſſet viliſſimus. l. fin. vbi no. C. de municip.
11 Quod quidem procedit non tantum quo ad † temporalia, verum etiam quo ad ſpiritualia.Pro quo etiam facit, quia ſi-
12 cut † iura ſanginis pactis aut voluntate dirimi non poſſunt.l. iura ſanguinis.ff.de reg.iu.l.ius agnationis.ff.de pac.Ita & naturalis origo.l.penul. ff. de Senato, & iſtud adeo locū habet,

quod

Source : BIU Cujas

13 quod † si quis absens staret per mille annos, semper retineret domicilium originis, vt dixit Barto. in l. quæsitum. per illum tex. ff. de leg. 3.

Quarto hæc opin. confirmatur ex eo, quod no. Bar. in l. fi. §. idem respondet. ff. ad munic. quem sequuntur Bal. & Sal. in l. ij. ff. de iurisd. om. iud. & D. meus Ruin. in cons. 49. col. penul. vol. 3. in quantum vult ipse Bar. quod mulier, quæ est nupta
14 extra † locum originis, non desinit esse ciuis, non esse ciuitatis originis, quo ad commoda & fauores, dummodo propter id non separetur a seruitio viri, & gaudet beneficiis statuti dictæ ciuitatis, vnde oriunda est. d. l. origine. C. de munic. & orig. lib. 10.

Sed his non obstantibus contraria pars est de iure verior,
15 videlicet † quod verbum domicilij viri, debeat intelligi de do
16 micilio habitationis, quia † forum domicilij est porentius quam sit forum originis, vt no. per glo. in c. statutum. §. cum vero. de rescript. in 6. & quam pro singulari, ibi ponderāt Do-
17 min & Franc. & dicunt, quod illa proprie dicit † diœcesis alicuius, in qua quis habet domicilium habitationis, licet ex origine alibi sit natus. Quod & voluit Spec. in tit. de citatione.
18 §. 1. vers. & no. vbi appellatione † diœcesani, intelligi de diœcesano ratione domicilij habitationis. Ad idem facit quod per ipsam glo. dixit Ant. But. in cons. 21. in fi. quem sequitur Deci. in cons. 352. col. 1. in fi. vbi tenuit, quod in verbis statu-
19 torum, dumicilii, † vel ciuitatis appellatio in dubio refertur ad ciuitatem vel domicilium habitationis & non originis. Quod placuit Fely. in ca. 1. in fi. de sponsal. & Alex. in l. cum quædem puella. col. 3. ff. de iurisd omn. iud. Inno. & alij Doct. in c. fi. de foro competen. Affl. decis. 384. in fi. Dec. in l. si eadem. in 2. notab. ff. de offi. assesso. Hanc quoque sententiam
20 amplexus fuit Soc. in cons. 79. col. 3. vol. 4. † vbi propriū domicilium dicitur habitationis, vt ille proprie dicitur subditus,
21 qui est subditus † ratione domicilij potius, quam originis, p glo. in Clemen. 1. in verbo, subditos, de foro compet. Item dixit D. meus Rui. in consil. 120. num. 20. vol 4. Quod & confirmatur ex dictis per Dec. in d. consil. 351. col. 1. & in consil. 550. vbi vult, quod in dubio Pisanus vel Florentinus intelligi
22 tur de eo, qui habet † domicilium habitationis, subdens cp
23 statutum † loquens de Ianuensib. simpliciter debet intelligi in propria significatione, secundū quā Ianuenses dicuntur, q sunt Ianuenses ratione domicilij. Pro cuius corroboratione facit, quod notat Socy. in c. fina. col 6 versic. quinto principaliter quæro. de foro competen. quem sequitur Dec. in cita to cons. 357. colum. 2. & D. meus Rui. in cons. 120. col. 3. volum. 4. vbi concludit, quod quando quis in vno loco habet
24 originem, † & in alio domicilium, & debet iudicari secundū locum originis, vel domicilij, cōsideranda est subiecta materia, & si ea respicit habitationem & domicilium, secundum locum domicilij & habitationis debet iudicari, & attendi nō debet origo, sed subiecta materia, de qua in statuto, de quo supra. quod enim fundatur in l. exigere dotem. habet consideration em ad domicilium habitationis, quod habebat maritus tempore contractus matrimonij, ad quod mulier itura erat, vt legitur in ipsa l. exigere. Igitur secundum domicilium habitationis, & non originis viri iudicandum erit.

25 † Sed quod in terminis, de quibus tractatur, verbum domicilij, intelligatur de domicilio habitationis, voluit Alex. in verbo reditura, quæ quidem est, quia mulier erat itura ad domicilium viri, & quæ ratio solum respicit locum, in quo maritus habitat tempore dotis constitutæ. Idem tenet Bal. in consil. 31. volum. 3. Crot. in l. omnes populi. col. pe. ff. de iust. & iu. Cremen. in sing. 67. Iason. in l. si arrogator. col. 18. ff. de adoptio. in d. l. cunctos populos. col. 6. Caccial. ibi char. 17. ac Purpura. nu. 124. Cur. Iun. in d. l. exigere, nu. 18. & Cag. col. 8. ver. nona limitatio. vbi attestatur hanc esse communem opinionē. Marsil. in l. fi. nu 63. ff. de iurisd. om. iud. D. meus Rui. in cōs. 59. col. 2. & 4. versi 4. principaliter. & in ver. præterea. vol. 2. & in consi. 59 col. 5. in prin. eo. vol. 3.

Non obstat modo tex. in d. l. libertus. §. præscriptio. vbi po
26 tentior est locus originis, quia duobus modis † respondetur per Alex. in d. cons. 101. col. pen. Primo quod illud esset verū, quando domicilium originis ita fuisset comprehensum a lege, vel statuto sicut domicilium habitationis. Sed in terminis huius quæstionis non intelligitur comprehensum, nisi domicilium habitationis d. l. exigere. in verbo reditura.

27 † Secundo respondetur per Alex. post Bal. in l. 1. de municip. & orig. lib 10. quod ratio, in qua fundatur dispositio. d. §. præscriptio. est, quia obligatio ad munera personalia subeunda fuit prius contracta apud locum originis, nimirum ergo si locus originis præferri debet loco alterius domicilij postea acquisiti. l. operis. C. loc. quæ ratio cessat in casu præsenti, vbi non tractatur de obligatione munerum personalium. Quam responsionem dicit Iason. in d. l. si arrogator. col. 19. nō esse obligationi tradēdam, & quam etiam sequitur idem Iason. in d. l. cunctos populos. col. 7. in princ. & D. meus. Ruin. in d. cons. 120. col. fi. vol. 4.

Pariter non obstat, quod domicilium originis quis nō perdit, sed retinet quo ad fauores, licet transferat incolatum in alium locum, quia respondetur cum Alex. in d. cōsil. 101. col. pen. & Cagnol. in d. l. exigere, quod istud est verum in se, sed non quadrat in proposito huius quæstionis, cum domiciliū originis nunquam intelligatur fuisse comprehensum in dicta dispositione legis vel statuti, sed tantum domicilium habitationis. Igitur imponendo finem huic quæstioni, tu sequere hanc partem tanquam receptiorem.

SVMMARIVM.

1 *Statutum lucri dotis domicilij viri, an locum habeat, quando contractus dotis non fuit celebratus in loco viri, nec vxoris, ed in tertio loco.*

QVAESTIO XXIII.

1 SVccedit & alia quæstio. An statutū † domicilij viri, de quo supra locum habeat, quando contractus dotis fuisset celebratus in tertio loco, in quo nec vir, nec vxor domicilium haberet? Purp. in l. cunctos populos, col. 25. vers. secundo declaretis, C. de sum. Trin. & fi. cath. vt referunt Moder. Vercellen. in l. exigere dotem, colum. fi. in prin. ff. de iud. videtur tenere, quod domicilium viri non attendatur, quia cessat ratio ipsius l. exigere, & ideo quod res remanebit in dispositione iuris cō munis secundum quod locus contractus in iis, quæ respiciūt decisionem attendendus est, l. si fundus, ff. de euict. quasi ista fuerit mens partium, ex quo noluerunt contractum facere in foro vxoris, sed in loco tertio. Quod tamen secundū ipsos Moder. admittendum fore non arbitrantur, cum gl. quæ est. quod mulier itura est ad domicilium viri, cuius forum sequitur. Item & quia, cum maritus contraxerit tanquam statim recessurus, tertius ille locus non censetur locus contractus, nec attenditur, sed domicilium viri, & locus contractus ille censetur, cum ibi tacite sit destinata solutio restitutionis dotis. Mihi autem videtur, quod præfati Mod. non bene mordeant Purpur. cum & ipse sequatur in d. l. cunctos populos. hanc sententiam, quod immo inspiciatur statutum domicilij viri, si eius dicta lynceo oculo considerentur. Nam ipse facit differentiam, an sponsalia sint facta de futuro, vel de præsenti, & si quidem de futuro, vt in primo casu sponsalia facta fuerint, & in tertio loco, in quo nec sponsus, nec sponsa non habebat domicilium, quod tunc ipse tenet, cp non habeat locum dispositio l. exigere dotem, cum cesset eius ratio, atque ideo quod attendetur ius commune, & sic locus contractus, d. l. si fundus. Si autem fuissent sponsalia de præsenti, quæ sunt matrimonium, tunc quidem, quia vis matrimonij præponderaret, attenderetur domicilium viri per rationem ipsius l. exigere, quæ, cum sit generalis, ita militat quando contractus dotis fuit celebratus in tertio loco, sicut si in loco viri vel vxoris, & sic ex istis constat Purp. eiusdem sententiæ fuisse, cuius & ipsi Moder. Vercellen. fuere, atque ideo ipsam sententiam sequendam esse.

SVMMARIVM.

1 *Statutum expresse disponens, quod vxore præmoriente sine liberis maritus lucretur totam dotem, vel partem in præiudicium filiorum primi matrimonij secundum communem opinionem.*
2 *Lex, hac edictali, C. de secun. nupt. continet ius voluntarium, & positiuum non ius necessarium & naturale, & ideo per statutum tolli potest.*
3 *Statutum derogando d. l. hac edictali, & sic permittendo lucrum marito existentibus filijs ex primo matrimonio, censetur etiam permittere dationem in dotem, ex qua sequitur lucrum.*
4 *Consequens qui vult, etiam vult necessarium antecedens ad illud.*
5 *Lex, codicillis, §. mater. ff. de leg. 2. & lex, si ita quis, §. ea lege, ff. de uerbor obl. declarantur.*
6 *Statutum, quod uxore præmoriente maritus lucretur dotem extantibus filiis primi matrimonij eis aufert legitimam.*
7 *Statutū, de quo supra, est fauorabile, ut uiduæ facilius virū reperire possint*
8 *Pau. de Cast. fuit unus ex compilatoribus nouorum Statutorum Florentiæ.*
9 *Argumentum de pacto ad Statutum negatiue non valet, nisi quando pactum esset contra bonos mores, & nu. 10.*

QVAESTIO XXIIII.

SEquens dubitatio est. An statutum expresse disponens, cp vxore præmoriente maritus lucretur dotem in præiudicium

Source : BIU Cujas

cium filiorum primi matrimonij, valeat vel ne? Prima facie
1 videtur dicendum, quod tale ſtatutum non poſſit †præiudica
re filijs prioris matrimonij, ſicut eis non poteſt præiudicari
per pactum. l. hac edictali. C. de ſecund. nup. vbi in pacto eſt
caſus legis expreſſus, & refert Do. meus Rui. in conſi. 64. co-
lum. 2. vol. 3. quod nonnulli ita tenuerunt, tamen quia hæc
opinio communiter reprobatur, vt ex infra dicendis liquido
apparebit, ideo tu teneas, quod huiuſmodi ſtatutum valeat,
vt voluit Bal. in l. 2 colum. 3. ver. 3. quæro. C. de inoffic. doti-
bus. vbi dicit, per ſtatutum poſſe derogari d. l. hac edictali. &
iſtud non recipere dubium, quia illa lex continet ius poſi-
tuũ, quod per ſtatutum tolli poteſt. Quod & firmat ibi Pau.
de Caſt. col. 2. Idem tradit ipſe Bal. in d. l. hac edictali. colum.
2. verſic. modo hic incidunt. & ibi Salyc. quæſtio 6. in fi. Bal.
in conſi. 495. volum. 5. dicens, quod ipſa lex, hac edictali. pōt
tolli per contrarium ſtatutum, dummodo ſit euidenter con-
trarium, id eſt incompatibile cum tenore illius legis, quia ip-
2 ſa lex ꝓtinet ius †volũtarium & poſitiuum, nō ius neceſſariũ
& naturale, iux. notata ſimiliter in authen. ſed ſi quis. in glo.
magna. in fi. C. de ſecund. nup. Huicque ſententiæ aſſentiũt
Pau. de Caſt. in conſi. 237. col. 2. ſecundum antiquam impreſ-
ſionem, & in conſi. 192. col. 1. ſecundum nouam, & in conſi.
448. col. 2. vol. 2 & Soc. in conſi. 52. vol. 3. vbi in 1. col. in verſi.
præterea. & in col. 2. verſi. vnde conſidero, refert hanc opinio
nem omnium, quod huiuſmodi ſtatutum ſi ſpecifice di-
ſponens poteſt tollere diſpoſitionem ipſius. l. hac edictali. ex
quo verba ſunt expreſſa & clara, in quibus nulla cadit inter-
3 pretatio. l. ancillæ C. de fur. & ex ijs infert, quod † ſtatutum
derogando dictæ legi, hac edictali. & ſic permittendo lucrũ
mariro exiſtentibus filijs ex primo matrimonio, cenſetur ēt
permittere darionem in dotem, ex qua ſequitur lucrum tan-
4 quam neceſſarium † antecedens, quia qui vult ſequens, vult
& neceſſarium antecedens ad illud. l. ad rem mobilem. l. ad le
gatum. ff. de procur. Vnde iſto caſu virtute ſtatuti alienatio
non dicitur prohibita, ſed permiſſa, & ita tollitur, quod habe
tur in l. codicillis. §. mater. ff. de lega. 2. & l. ſi quis. §. ea lege. ff.
de verb. ob. quæ dicunt, quod ille, qui prohibetur alteri dare,
tenetur facere, ne ad illam perſonam perueniant contra iuris
diſpoſitionẽ, quia illa iura loquuntur in materia prohibita in
5 antecedenti vel † conſequenti, ſecus vbi verba ſtatuti ſunt
clara in vtroq;, ſcilicet antecedenti & conſequenti, vt decla-
rat Bald. in d. conſil. 495. col. 3. verſic. & hoc etiam probatur,
quem ſequitur Soc. in conſi. 35. in 1. q. vol 4. & Pariſi. in conſi.
91. col. pe. volum. 3. & adeo validum erit iſtud ſtatutum, ꝙ
6 † ex eo poteſt tolli legitima filiorum, vt per Cy. in l. ſancimus,
C. de nupt. & Pau. de Caſt. in d. l. 1. C. de inoffi. doti. & Dec. in
conſi. 19. col. 2. & Alc. in trac. preſumptio. in 1. regula, præſum
ptio. 8. nu. 5. & Pariſ. in d. conſil. 91. col. 3. vol. 3. & præſertim
7 dēt valere, cum tale † ſtatutum ſit fauorabile, & inductum fa-
uore matrimonij, vt viduæ facilius virum reperire poſſint, ꝙ
quidem publicam vtilitatem concernit, vt per Bal. in d. con-
ſil 495. col. 4. verſ. item quia. & in fi. vbi dicit non obſtare, ſi di
catur, quod hoc ſtatutum contineat quandam iniquitatem,
cum excludat filios primi matrimonij, quia (dicit ipſe) conce
do, quod iſtud ius non eſt æquum, tamen eſt bonum ſecun-
dum ſitum generatiuæ. i. appetiuæ regionis. Hoc idem dixit
Pau. de Caſt. in d. l. 1. de inoffic. doti. vbi inquit ſe recordari,
8 quod cum eſſet vnus ex compilatoribus nouorum † ſtatuto-
rum Florentiæ, quod fecit poni in iſto ſtatuto & addi, quod
prius non erat, videlicet, quod maritus lucraretur dotem, ēt
extantibus filijs prioris matrimonij, quia viduæ non reperie-
bant maritum, quando habebant filios ex primo viro. Id etiã
voluit Dec. in d. conſi. 19. col. 2. & Pariſi. in citato conſi. 91. col.
3. & inquit Alc. vbi ſupra, nu. 6. quod iſtud ſtatutum factum
fuit ex iuſta & rationabili cauſa, ſcilicet vt viduæ citius repe
riant viros, quas (vt communiter) propter onera liberorum
prioris matrimonij, niſi cum maxima difficultate viri in vxo
res ducere nolunt, & in hanc ſententiam ſimiliter inclinati
ſunt Iaſ. in auth. præterea. col. 5. & ibi Dec. in 4. notab. ac
Curt. Iun. nu. 1. C. vnde vir & vxor. Dec. in conſi. 195. col. 2. &
in conſi 283. col. 1. Brun. in tract. exclu. fœmi. in 1. art. prin-
cip. in 4. q. in fi. & in 6. art. princ. in 4. membro. q. 27. Pariſ. in al-
legato conſi. 91. col. 2. vbi aſſerit hanc eſſe communem opin.
Cur. Sen. in conſi. 78. col. 2 & 3. Io de Amic. conſi. 11. col. 2. &
4. D. meus Rui. in conſi 58. col. 6. & 56. vol. 3. & in d. conſi. 64.
colum. 2. in princi. vol. eo. & Augu. Bero. in quæ. 119.

Non obſtat, quod per ſtatutum non poſſit præiudicari fi-
lijs primi matrimonij ſicut per pactum, quoniam communis
9 eſt concluſio, non valere argumẽtum de † pacto ad ſtatutum
negatiue. l. non eſt ſingulis. ff. de reg. iur. Bart. in l. alia. §. ele-
ganter. ff. ſolu. matri. & in terminis noſtris hoc voluit Socy.
in d. conſi. 52. col. 1. Iaſ. in auth præterea. col. 5. C. vn. vir & vx.
quia eſſet arguere de re minori ad maius negatiue, Pariſ. in d.
conſ. 91. col. 4 in fi. & Ioann. de Amic. in citato conſ. 11. col.
2. in fi & Boer. in deciſ. 113. vol. 5. ac D. meus Rui. in conſil.
64. col 2. vbi inquit, quod nō valet argumentum de pacto ad
10 † ſtatutum, niſi quando pactum eſſet contra bonos mores na
turales, quod non eſt in terminis huius quæſtionis, per no. ꝑ
Bar. in l. omnes populi, ff. de iuſti. & iu. & ſic remanet firma cō
cluſio indifferenter a Doctorib. recepta, ꝙ tale ſtatutum va-
let, prout latius ex infra dicendis in ſequentibus quæſt. clariſ-
ſime demonſtrabitur.

SVMMARIVM.

1 *Statutum tacite derogare non poteſt l. hac edictali, C. de ſecun. nup. ſed in contrarium eſt communis, quando ex verbis ſtatuti hoc colligi poteſt, vt nu. 3*

2 *Legum correctio non eſt inducenda per tacitos & ſubauditos intellectus.*

QVAESTIO XXV.

1 QVid dicendum, ſi ſtatutum expreſſe non dicat, ꝙ mari-
tus † lucretur dotem etiam exiſtentibus filijs ex primo
matrimonio, ſed ex ipſius verbis apparere poteſt, ꝙ
vellet præiudicare filiis huiuſmodi prioris matrimonij: An
idem dicendum ſit, ꝙ per tale ſtatutum derogatum fuerit di-
ſpoſitioni d. l. hac edictali, C. de ſecun. nup. Soc. in conſ. 35. co
lum. 2. vol. 4. tenet, ꝙ ſi ſtatutum ſpecifice non deroget ipſi le
gi, hac edictali. ꝙ dictæ legi nō cenſetur derogatum, quia per
2 ſubauditos & tacitos intellectus non debemus † inducere le-
gum correctionem, vt voluit gl. ſingu. in c. cupientes, §. ꝙ ſi p
xx. de elec. in 6. l. iubemus, C. de teſt. l. præcipimus, C. de appel.
Sed eo caſu ſtatutum potius e reducendum ad terminos iu-
ris communis, iux. no. in l. 2. C. de noxa. & in c. cum dilectus,
de conſue. Hoc idem voluit Cur. Sen. in conſi. 78. colum. 5. in
prin. vbi inquit, ꝙ tale ſtatutum non obſtabit filiis primi ma
trimonij, ſi expreſſe ſtatutum nō derogat d. l. hac edictali. vel
ſaltem habeat clauſulam, con obſtante aliqua lege in contra-
rium, quia quando ius reſiſtit prohibendo, tunc oportet, ꝙ
ſtatutum habeat clauſulam derogatoriam ſpecialem, vel ſal-
tem generalem, non obſtante aliqua lege in contrarium, vt
per Bar. in l. omnes populi, ff. de iuſt. & iure, in 4. q. principali,
verſ. circa ſecundum, & in extrauag. ad reprimen. in verbo
non obſtantibus, & refert ita alias fuiſſe conſultum per ſolen-
nem Doct. D. Stephanum Zaphardum ordinarie iura cano-
nica legentem, & primarium aduocatum ciuitatis Papiæ. Idē
dixit Io. de Amic. in conſi. 11. col. pen. & fin.

3 Verum præmiſſis non obſtantibus † ſequenda eſt contraria
ſententia, quæ communis eſt. Nam hoc clare voluit Salyc. in
d. l. hac edictali. in 6. q. in fi. vbi voluit dictę legi fore derogā-
tum, ſi per verba ſtatuti poteſt apparere ſtatuẽtes voluiſſe ei
derogare, licet expreſſe mentionem non fecerint de ipſa de-
rogatione. Idem tenuit Bal. conſi. 495. col. 2. volu. 5. Roma. in
conſi. 44. col. 3. Pau. de Caſt. in conſi. 192. col. 2. in fi. volu. 2. &
Alc. in addi. ad Bar. in l. 1. C. de inoffi. doti. Socy. in conſil. 53.
col. 2. & ſeq. vol. 3. Dec. in conſi. 19. col. 2. & in conſ. 283. col. 2.
& in authent. præterea, in 4. notab. C. vnde vir & vx. D. meus
Rui. in conſi. 59. col. pe. vol. 3. Boe. in deciſ. 113. col. pen. & fin.
Augu. Bero. in quæſt. ſuis famil. q. 119. & hanc eſſe communẽ
opin. aſſerit Pariſ. in conſi. ſuo 91. col. 4. vol. 3. vbi expreſſe di-
cit, ꝙ licet ſtatutum ſpecifice non deroget ipſi l. hac edictali,
tamen ſi in ſe continet verba, ex quibus colligatur aperta mēs
ſtatuentium volentium dictæ leg derogare in præiudicium
filiorum primi matrimonij, quod maritus conſequitur lu-
crum dotis, de quo in ſtatuto non obſtantibus filijs primi
matrimonij.

Non obſtant, quæ pro parte aduerſa dicta fuerunt, quod
ſtatuentes non cenſentur habuiſſe animum derogandi dictæ
legi, & præiudicandi filiis primi matrimonij, niſi expreſſe
iſtud dicatur, quia vera eſt communis concluſio, vt ſupra
dictum fuit, quod imo dictæ legi derogatum videtur, quan-
do in ſtatuto ſunt appoſita verba, per quæ apparet voluiſſe ei
derogare. & licet non appoſuerint clauſulam, non obſtante,
tamen ſatis eſt, quod ex verbis ſtatuti iſtud colligi & appare-
re poſſit, vt per Soc. in d. conſil. 52. & Dec. ac alios in locis ſu-
pra citatis.

Nec habent obſtare dicta Curtij in citato conſilio 78. co-
lum. 3. dum vult, vt derogetur dictæ legi, quod ſaltem requi-
ratur clauſula non obſtante, quia reſpondet Pariſ. in d. conſi-
lio 120. colum. 4. quod eius opinio eſt ſingularis, & non neceſ
ſaria, atque ideo non tenenda, iux. plene no. in l. 1. ff. ſi certum
petatur. cum Doctores communiter teneant abſque dicta

clauſula

Source : BIU Cujas

clauſula ſufficere, ſi ex uerbis poſſet apparere ſtatuentes voluiſſe derogare,& ideo huic communi adhæreas,quæ etſi durior ſit, tamen clarior reddetur ex ijs, quæ in q.ſeq. latiſſime ſcripta comperientur.

SVMMARIVM.

1 *Legi, hac edictali.C.de ſecun.nupt. cenſetur derogatum, ſi ſtatutum diſponat, quod vxore præmoriente ſine liberis maritus lucretur dotem, ſi vxor prędeceſſerit cum filijs ex primo matrimonio, ſed contra eſt communis nu.8.& 13.*
2 *Coniunctio inſeparabilis id operatur, vt cum aliquid ſit licitum, totum liceat.*
3 *Patria Montisferrati hodierna die eſt multum infeliciſſima propter bellorum tumultus & hoſpitationes militum.*
4 *Conſequens qui uult, et omne antecedens ad illud neceſſariũ uelle uidetur.*
5 *Argumentum de pacto ad ſtatutum affirmatiue valet, ſed non negatiue.*
6 *Statutum diſponẽs id,quod ius commune,debet aliquid vltra operari.*
7 *Princeps ſi concedit iudici ius inquirendi de alieno delicto,de quo prius inquirere poterat, virtute huius priuilegij poterit procedere fama nõ præcedente.*
9 *Statutum recipit interpretationem paſſiuam a iure communi. quando ẽt eſt derogatorium iuris communis, & nu.10.& num. 16. vbi declaratur.*
11 *Dos mortua vxore de iure communi debet reſtitui eius filijs uel heredibus.*
12 *Statutum ſi diſponit, quod filiusfamilias de peculio aduentitio poſſit teſtari eſt derogatorium iuris cõis, & tamen interpretatur a iure communi.*
14 *Doctori atteſtanti de communi obſeruantia nullatenus eſt credendum,niſi probetur.*
15 *Legi, hac edictali. derogatur,ſi expreſſe ſtatutum excludit filios primi matrimonij,uel ſi ex uerbis ſtatuti hoc colligi poſſit.*
17 *Statuto ſi caueatur, quòd victus victori in expenſis condemnetur, tale ſtatutum debet intelligi & regulari ſecundùm ius commune niſi victus habuerit iuſtam cauſam litigandi.*
18 *Statutum diſponens, nullam eſſe obligationem factam permulierem ſine præſentia propinquorum,recipit interpretationem à iure communi, vt non habeat locum in obligatione neceſſaria.*
19 *Condictio ex ſtatuto oritur,ſi ſtatutum diſponat idem, quod ius commune: & ſic ultra ius commune operatur.*

QVAESTIO XXVI.

QVIA in quæſtione præcedenti dictum fuit, ꝙ l. hac edictali. tacite derogari poteſt, ſi ex verbis ſtatuti hoc colligatur : dubitari contingit, an ipſi legi tacite derogatum
1 † intelligatur ſtante ſtatuto diſponente, quod vxore præmoriente ſine liberis maritus lucretur dotem, ſi vxor deceſſerit cũ filijs ex primo matrimonio, & non ex ſecundo? Bald.in l. ea lege col.4.C. de cond. ob cauſ.tenet quod ſic, quia quotieſcunq; principium eſt permiſſum, quod includit in ſe aliquid prohibitum,debemus ſequi id,quod permittitur, cuius occaſione deuenitur etiam ad prohibitũ.l. ei qui ſoluẽdo. ff.
2 de hære.inſti. l.ſi is qui duos.ff. de lib. leg.Nam propter † inſeparabilem coniunctionem cum aliquid eſt licitum, totum licet. l.ſi ſpõſus.§.generaliter.ff.de don.inter vir. & vxor. Nec eſt dignum admiratione, ꝙ variatio iuris aliquid ſubſtentat, quod partim pmittat ex ordinatione hominis, & partim ex ordinatione legis.l.ſi ſocius. ff de manumiſ.teſt. Præterea id, quod non poteſt procedere ex vno capite,procedit ex coniũctione duorũ capitum.l.Gallus.§. ille caſus.ff.de lib.& poſth. Vlterius iſta mulier, quantum eſt, ſibi conſuluit, quod eſt licitum ei.l.Proculus.ff.de dam. infec.& licet ſtatutum alij officiat,hoc procedit non cõſilio mulieris, ſed legis,ergo dicẽdum videtur, ꝙ cũ ſtatutum generaliter loquatur,generaliter etiã intelligi debeat,ſiue de ſecun.nupt. ſiue de primis, p tex. in l. placet.ff. de lib. & poſthum. & Bald. refert ac ſequit practicus Papien. in forma libelli, quomo. vxor agit ad do-
3 tem, in verſicu. dictæ dominæ, vbi † dicit ſe hanc quæſtionẽ habuiſſe in patria mea Montisferrati, quæ hodierna die, quæ eſt dies vigeſima ſeptima Septembris Anni M D L I. eſt multum infœliciſſima propter bellorum tumultus, tot tantasq; hoſpitationes militum, quæ adeo intolerabiles ſunt, quod coguntur nedum pauperes,verum etiam & nobiles & diuites omnem ſubſtantiam viliſſimo pretio vendere,ac linquere patriam & in externas prouincias conferre,qui mouetur huiuſmodi ratione, quia tale ſtatutum ſic diſponens videtur remouere omne obſtaculum, per quod poſſit impedi
4 ri tale lucrum.Nam qui † vult conſequens,videtur velle omne antecedẽs ad illud neceſſarium.l.illud.ff.de acq.hære.Vnde cum ſtatutum velit maritũ lucrari dotem,vt facilius mulieres reperiant viros, quibus nubere valeant, conſequens eſt,quod vult remouere obſtaculũ dictæ legis, hac edictali, & eorum quæ habentur in §. optime. in Auth. de nup. quod tollere poteſt l. omnes populi. ff. de iuſtit. & iure. Subdens quoque hanc ſententiam per longiſſimam conſuetudinem totius Italiæ fuiſſe approbatam,licet Bald.mutato propoſito (prout faciunt aliquando Doctores)cõtrarium ſenſerit in d. l. hac edictali.quæ opinio ſecũdum eum licet ſit magis æquitati conſona, arg.l. fœminæ.C. de ſecund. nup. altera tamen tenenda eſt. Idem firmat & ipſe Practi.in forma libelli pro leg. rei ſing. col. 10. ver. ſed pone. vbi inquit, quod ſtante dicto ſtatuto, quod eſt communiter in Lombardia, ſi contingit, quod mulier moriatur in ſecundo matrimonio ſuperſtitibus ſecundo viro & filijs prioris matrimonij, inter quos controuerſia oriatur de dote & quæratur, an ſecundus vir lucreturdotem excluſis filijs exprimo matrimonio,an vero redire debeat ad filios excluſo viro,ꝙ eſt dicendũ,filios in totũ excludendos fore, & virũ præferendũ ẽt in legitima virtute dicti ſtatuti, per quod derogatur d. l. hac edictali. qa iſta eſt quædam alienatio inter viuos,per quam poteſt filius priuari legitima,& dicit, ꝙ hanc partem obſeruat tota Lombardia.

Confirmatur hęc opi. Nam diſpoſitio d. l. hac edictali. in qua fit fundamentum,loquitur,quando mulier dedit dotem ſecundo viro cum pacto,ꝙ lucretur dotem,quo caſu ille tex. vult,ꝙ mulier non poſſit hoc facere per pactum,nec iſtud diſponere in vltima voluntate, quia liberi priorrs matrimonij hoc impediunt, non autem loquitur dicta lex.quando ita a ſtatuto diſpoſitũ eſſet, quia dicti Doctores arguũt de pacto
5 ad ſtatutum,ꝙ non videntur bene arguere, quia licet † admittatur argumentum de pacto ad ſtatutum affirmatiue, vt per Doct. in l. non impoſſibile.ff.de pact. tamen negatiue nõ poteſt eſſe validũ, quia eſſet arguere de re minori ad maius, arg.l. non eſt ſingulis.ff.de re.iur.& in ſpecie hoc not. Barto. in l. alia. in §. eleganter.ff.ſol. mat.& ſupra dixi in q.24.Vnde licet dicta lex reſiſtat pacto mulieris, & velit, quod eo non obſtante maritus nihil vltra habeat,quam vnus filiorum,qui minus habet, tamen non reſiſtit diſpoſitioni ſtatutariæ.
6 Corroboratur etiã hæc ſententia.Nam † quando ſtatutum diſponit idem, quod ius commune, debet aliquid vltra ius commune operari.l.3 §. ſi rem ff.de leg. 3. Vbi Bar. & Doct. & Bald. in l. nullus C.ad l.Iul. maieſta. Vbi ſi princeps conce
7 dit Iudici ius inquirendi de † aliquo delicto, de quo prius inquirere poterat, virtute huius priuilegij poterit procedere fama non præcedente.Quod dictum extollit Roma in l.1.col 25.C.de hæred. inſtit. & late de hoc videas Marſi. in rubr. de fideiuſ. nu. 302.cum ſeq. ergo vltra dictam l. hac edictali. debet aliquid addere ſtatutũ, & vltra operari, vt etiam intelligatur in muliere habente liberos ex primo matrimonio, alias ſi nihil operaretur vltra ius commune, dicetur ius commune, & non ſtatutum.

Vltimo hanc etiam partem tenuerunt Anch. in reportat ſuis in l. ſi ita quis,§. ea lege.ff.de verb.obli. & Camp.in tract. dot. in 5. parte.in 10.q.
8 Præmiſſis tamen non obſtantibus contraria pars eſt de iure verior, quod imo per tale ſtatutum non derogetur diſpoſitioni l. hac edictali. vt decidit Barto. in d.l.hac edictali, vbi dicit,quod ſi mulier dans in dotem omnia bona ſecundo viro, decedat in matrimonio ſine liberis, vir non poteſt lucrari ex forma ſtatuti vltra illud, quod acquiritur vni ex liberis primi matrimoni, quod dicit menti tenendum,quia hoc millies contingit. Idem tenet ibi Bal.poſt Iaco. Butr. & Domi. Franc. de Albergo.& in c.1.col.1. in fi.& ibi Card.Alexã. an mari. ſecce.vxo.& Saly.in ipſa l. hac edictali. in 6.q. Idem dixit ipſe Bal. in l. 1.in 3.q.C.de inoffi. dot. motus hac ratione,quia mulier tranſeundo ad ſecũda vota, cum ſit prohibita alienare in ſecũdum virum plus, quam relinquatur vni ex filijs primi matrimonij, qui minus habiturus ſit, d.l. hac edictali. per ſecundum contractum fiendum cum ſecundo marito, tenetur agere & curare ita & taliter,ne alienatio prædicta ſequatur ex diſpoſitione legali.l.codicillis.§. mater. ff de legat.2.vbi Docto. & per gl. in d.§. ea lege. Si ergo hoc nõ fecit,ſed voluit dare tantam dotem,ꝙ ex forma ſtatuti lucrum tranſcenderet menſuram legalem, quod vltra dedit quo ad effectum lucrandi, non valet.

Secundo iſta opinio probatur per §.optime. iuncto §.ſeq. in Auth. de nup.vbi nec per ſuppoſitã perſonam, nec per machinationem licit eſt dare ſecundo viro plus, quam habeat vnus filiorum primi matrimonij,ſed ſi verum eſſet, ꝙ peritũ huiuſmodi ſtatutum derogaretur dictę legi, de facili fieri poſſet machinatio,quia vxor viro ſecundo omnia dare poſſet in dotem,ergo hoc caſu ſtatutum locum haberet,quaſi mulier per machinationem hoc feciſſe dicatur,d.§. optime.& facit l.1. in prin.ff.ad Maced.

Source : BIU Cujas

Tertio confirmatur iſta pars, Nam † tale ſtatutum debet recipere interpretationem paſſiuam a iure communi. l. ſi ſer ui veitri. C. de noxa. c. cum dilectus. de conſuetu. Barto. in l. omnes populi in 3. q. 6 q. princ. ff. de iuſti. & iu. ergo iſtud ſtatutum ſimpliciter deferens lucrum dotis marito debet re cipere interpretationem paſſiuam a d. l. hac edictali. in princ. videlicet niſi ſuperſint filij ex primo matrimonio.

10 Nec habet obſtare, ſi dicatur, ꝙ † illa regula de recipiendo interpretationem paſſiuam non procedit, quando ſtatutum eſt derogatorium iuris communis, quia tunc nō recipiet in terpretationem talā, ita Bald. in l. maximum vitium. in penul. col. C. de lib. præter. quem ſequitur Pau. de Caſt. in l. fi. §. in computatione. C. de iu. delib. & Rom. conſil. 399. in pen. col. & Alex in conſi. 35. col. pen. vol. 6. & in conſi. 127. col. 1. cum ſeq. eo. vol. Sed in caſu noſtro ſtatutum deferens lucrū
11 dotis marito, eſt derogatorium iuris communis, quia † de iu re communi mortua vxore dos debet reſtitui eius filijs, vel hæredibus l. aſſiduis. C. qui pot. in pig. ha. quia ad hoc reſpon det Iaſ. in auth. præterea. col. 6. in fi. ꝙ dicta limitatio eſt falſa, & contra eam faciunt dicta Barto. & aliorum omnium in l. 1. §. lex falcidia ff. ad l. Fal. vbi ſi ſtatutum diſponit, ꝙ filiuſ-
12 familias de peculio aduētitio † poſſit teſtari & relinquere cui cunque voluerit, eſt derogatorium iuris communis, quia cō tra l. ſenium. in fi. C. qui teſta. face. poſ. & tamen interpretatur a iure cōmuni, dummodo ſeptem teſtes puberes, liberi, maſculi, & rogati interueniant per l. hac conſultiſſima, & l. ſi vnus. cum ibi not. C. de teſta. & illam limitationem reprehē dit in ſpecie Ioā. de Imo. in l. ſi vero. §. de viro. in 1. membro prin. ff. ſol. matrim. Rom. ſibi contrarius in l. ſi quis priore. & ibi latiſſime Alex. ff. ad Treb. Idem Alex. in l. inter cætera. ff. de lib. & poſth. & in d. §. in computatione. & per Io. de Amic. in conſil. 11. colū. 3. Bru. in tract. exclu. fœmi. in 10. art. princip. in 4. q. col. 10. Dec. in conſi. 445. col. 8. in fi. & in terminis huius quæſtionis hoc voluit Cuma. in conſ. 109. col. 2. circa. fi. & Fulg. conſ. 89. col. 2. Boer. deciſ. 113. nume. 5.

13 Vltimo hanc † quoque partem tenuerunt Saly. & Pau. de Caſt. in d. l. 1. de inoffi. dot. & ipſe Pau. Iaſ. Dec. ac alij in authen. prærerea. C. vnde vir, & vxor. vbi atteſtantur hanc fore communem opinio. Fulg. in conſ. 63. col. 4. Cuma. in conſ. 109. col. pen. in fi. Pau. de Caſt. in conſ. 237. col. 2. vbi aſſerit ipſam communem. Rom. in conſ. 44 colum. pen. in fi. & in conſ. 448. in fi. Abb. in conſ. 117. in fi. volum. 2. Alex. in cōſ. 114. col. 2. volu. 5. vbi inquit, ꝙ iſta eſt communis opinio, & ſimiliter in conſ. 122. col. 3. vol. 7. & in conſ. 158. in prin. volu. 5. & in conſ. 142. in fi. volum. 7. Curt. Sen. in conſ. 78. col. 4. vbi fatetur hāc eſſe magis communem, Socin. in conſ. 52. col. 2. volum. 3. in conſ. 35. col. 1. volu. 4. Dec. in conſ. 19. colum. 2. & in conſ. 283. col. 1. Cur. Iun. in conſ. 122 col. 2 Io. de Amic. in d. conſ. 12. col. 3. Pariſ. in conſ. 93. in prin. volum. 3. Dom. meus Rui. in conſ. 94. col. 2. vol. 5. Boer. in deci. 113. col. 4 Aug. Bero. in q. ſuis fa. q. 119. vbi ſupra ſcripti. patres affirmant hanc eſſe comunem Doct. ſententiam.

Non obſtāt adducta in contrarium, & in primis doctrina Bald. in l. ea lege. quia etſi in d. l. tenuerit, & cenſeatur deroga tum ipſi l. hac edictali. per ſtatutum, de quo ſupra: tamen in l. hac edictali. colum. 2. & in l. 1. de inoffi dot. & in c. 1. an ma ri. ſucce. vxo. tenuit contrarium, & communiter contra eū tenetur, vt patet ex authoritatibus Doctorum ſupra relatis.

Nec obſtat conſuetudo totius Lombardiæ, de qua mētio nem facit Pract. Pap. in locis ſupra citatis, quia reſpondet Curt. Sen. in d. conſi. 78. colum. fi. quod ſalua eius pace con trarium obſeruatur, & ꝙ ita fuit indicatum in ciuitate Laudæ ex conſ. ſuo & Dom. Vrbani Zazzij & quorundam alio
14 rum, & plus ipſi atteſtanti de † dicta communi obſeruantia Lombardiæ nullatenus eſſe credendum niſi ea probaretur, vt per Bald. in l. fi. C. de fideicom. & Alex. in l. poſt dotem. ff. ſol. mat. ac Are. in conſ. 103. & Dec. in conſ. 402. col. fi.

Non obſtat tertium argumētum, ꝙ diſpoſitioni l. hac edi ctali. licet pacto non poſſit derogari, tamen per ſtatutum po teſt corrigi, cum non valeat negatiue argumentum de pacto ad ſtatutum, quia admitto, quod per ſtatutum poteſt tolli
15 † ipſa l. hac edictali, quando tamen expreſſe ipſum ſtatutum excluderet filios primi matrimonij, vel ſaltem ex verbis ipſius poſſet colligi, ſtatuentes voluiſſe prę iudicare filijs prio ris matrimonij, alias ſecus, vt per Salycetum in ipſa lege, hac edictali. in ſexta quæſtione, in fi. & per alios de quibus ſupra in quęſtione 24. & 25. ſed in caſu huius ſtatuti non fuit expreſ ſe derogatum ipſi legi, nec verbis ipſius colligi poteſt, ſtatuentes ita ſenſiſſe, ergo &c.

16 Non obſtat vltimum fundamentum, quod † quando ſtatutū diſponit idem, quod ius commune, debet aliquid vltra operari, quia reſpondetur, quod ad hoc ne quis graue dam num patiatur, ſtatutum ſemper eſt interptetandum ſecundum ius commune, vt per glo. notab. in l. fi. §. in computatio ne. C. de iure deliber. quam ibi approbant Bart. Bald. & cæteri ſcriben. ſed non eſt dubium, quod filij ex primo matrimonio ſi dictum ſtatutum de lucranda dote non intelligeretur, quia omnibus bonis maternis priuarentur. ergo abſque dubio ip ſum ſtatutum ſecundum dictam legem eſt intelligendum. & pro iſta opinione adducitur, quod voluit Bal. in l. terminato. C. de fructi. & lit. expen vbi inquit, quod ſi ſtatuto cauetur,
17 ꝙ † victus victori in expenſis condemnetur, debet ſtatutum intelligi & regulari ſecundum ius commune, niſi victus iuſtam cauſam litigandi habuerit. Quo caſu de iure non eſt vi ctus in expenſis condemnandus. Ad idem facit, quod conſu
18 luit Ro. in cōſi. 393. vbi conſuluit, ꝙ † ſi ſtatutum diſponat, nullam eſſe obligationem factam per mulierem ſine præſen tia propinquorum recipiet interpretationem a iure commu ni, vt non habeat locum in obligatione neceſſaria, per l. 1. C. quando decre. opus non eſt, & Roma. ſequitur Alex. in con ſil. 215. col. 2 vol. 6.

Et pro iſta opinione adduci poteſt, quod notat Alex. in cō ſil. 87. col. fi. vol. 7. & in conſ. 119. col. pen. vbi ſtatutum non debet addere aliquid iuri communi, quando ex hoc affertur graue prę iudiciū parti, immo fieri debet interpretatio ſecun dum ius commune, etiam ſi per talem interpretationem ſta tutum nihil operaretur, vt per Bar. & alios in l. 4. §. prætor. ff. de damno infec.

19 Secundo reſpondetur, quod ſtatutum ſatis † dicitur aliquid operari, cum ex eo ſit prodita noua ſpecies agendi, vide licet cond. ctio ex ſtatuto, vt per Bar. & Doct. in l. 1. in prin. ff. ad l. Falc. & Abb. in rub. de reg. in fi. & D. meum Ruin. in conſil. 27. col. 5. in prin. & ſic ex his remanet firma communis ſententia, ꝙ maritus non poteſt plus conſequi per mortē vxoris, quam conſequatur vnus ex filijs prioris matrimonij.

SVMMARIVM.

1 *Legitima filiorum primi matrimonij confunditur in portione, quæ eis debe tur vigore l. hac edictali, ſed contra nu 3. & 5.*
2 *Filius quod percipit ex diſpoſitione legis ſibi computatur in legitimam de bitam iure naturæ, quod declara procedere, vt nume. 8.*
4 *Lex nouam obligationem introducens, niſi nominatim cauerit, vt ea filia actione vtatur ueteres eo nomine con petunt actiones.*
6 *Lucrum dotis, quod facit maritus propter adulterium uxoris, reſeruatur filijs, & non imputatur in legitimam.*
7 *Declaratio glo in uerbo diuidi, in l. hac edictali.*
9 *Trebellianica expreſſe non prohibita computatur in legitimam filio, quando grauatur purè, cum non dicatur capi contra voluntatem teſtatoris.*
10 *Trebellianica fuit inducta in fauorem teſtatorum, ut eorum hæreditates fa cilius adirentur.*

QVAESTIO XXVII.

FIRMA manente concluſione, de qua ſupra, ꝙ ſecundus maritus plus non poteſt conſequi de dote quam cō ſequatur vnus ex filijs primi matrimonij, excitatur dubitatio, quomodo inter ipſos priuignum & vitricum diuiſio facienda ſit de ipſa dote, an in viriles partes, an vero veniat prius detrahenda legitima filij primi matrimonii, & exinde de reſiduo fieri inter ipſos diuiſio iuxta formam l. hac edicta li. C. de ſecun. nup.

1 Prima quidem facie dicendum videretur, ꝙ † diuiſio deberet fieri in viriles portiones, & ꝙ in parte filij ex primo ma trimonio confundatur legitima per tex. in d. l. hac edictali. iuncta glo. in verbo diuidi, vbi dicit glo. ꝙ quando vxor dedit ſecundo viro centum, quæ habebat in bonis, & fecit pactum cum eo de dote lucranda, ꝙ filij ex primo matrimonio tantum reuocabunt, vt ſint æquales cum ſecundo marito, & ſic videtur velle, ꝙ legitima confundatur in dicta parte virili & iſtam partem tenent Iac. de Rane. & Cy. in d. l. hac edicta li, in 2. q. qui reſpondent ad gl. in §. optime. in Auth. de nup. quæ videtur tenere contrarium, vt ea procedat, quando vnū auxilium eſſet fortius altero, quia tūc poteſt conſequi, quod eſt fortius, non autem habere vtrunque auxilium, & ſic legi timam, & demū diuidere cum ſecundo marito viriliter. Idē voluit ibi Sal. in 2. q. poſt dictum Iac. de Raue. ac Ray. & Iacob. Butrig. dicens idem ſentire gloſ. 1. in §. & quoniam va rie. in Auth. quibus mod. effi. ſui. Pro qua opinione ſecundū
2 eū, quæ ſibi videtur magis æqua, facit, quia illud quod † per cipitur ex diſpoſitione legis per filium computatur in legitimam debitam iure naturę, vt not. gl. & ibi Bal. in l. quanquā

C. ad

Source : BIU Cujas

C. ad l. Fal. ergo illud, quod excipitur per filium primi matrimonij ex diſpoſitione d.l.hac edictali. debet ei compurari in legitimam, & ſic non poteſt duas deductiones facere, & ſubdit Saly. ℭ in conſulendo nō recederet ab hac opin. & idem dixit in l. quoniam præteritæ. C. de ſecun. nup. & hanc veriorem eſſe opinionem fatetur Anch. in conſi. 101. col. 1. vbi dicit, ℭ hæc opinio eſt verior, & non obſtare text. in ipſa l. hac edictali. in verſi. ita tamen. & tex. in d. §. optime. iuncta glo. in verbo manifeſte, vbi glo. dicit, ℭ filius habet legitimā iure naturæ, aliud autem propter delictum tranſeuntis ad ſecunda vota, quia dictus ver. ita tamē. & § optime. non cōtradicūt, volunt enim per prouiſionem l. hac edictali aliquid conferē tis filijs primi matrimonij non tolli prouiſionem alterius legis deferētis legitimam, & ſit fauorabile filijs illam amplecti, quia concurrunt dicta iura in origine, non in exactione, niſi in eo, quod plus eſt, ſicut contigit in pluribus perſecutorijs, iuxta l. qui ſeruum. ff. de act. & obli. nec eſt dicendum, ℭ id, quod confertur per illam l. hac edictali. ſit pœna, imo ex prouidentia filiorum primi coniugij, vt dicit Ioā. And. poſt Inn. & Hoſtien. in c. fi. de ſecun. nup. Nam ſi eſſet pœna, correcta eſſet authoritate Apoſtoli, viro mortuo nubat mulier in domino, cui voluerit, & iſtam ſnīam ſequitur Bald. in ipſa l. hac edictali. in lectura antiqua, vbi dicit, pone, ℭ Berta, quæ habebat quatuor filios, nupſit Titio, & dedit omnia bona in dotē, & deceſſit nō relictis filijs ex ſecūdo matrimonio. Certe iſte Titius erit exæquandus filijs prioris matrimonij, & ideo non lucrabitur tertiam partem vigore ſtatuti, ſed quintam, quia eſt virilis portio, quia ſunt quinque capita ſuccedentium, & ſic ex his verbis Bal. videtur, ℭ filius ante omnia non detrahet legitimam. Quod & voluit idem Bal. in conſi. 273. vol. 2. vbi tradit, ℭ filij primi matrimonij & maritus facient viriles partes, idem Bal. in conſi. 276. verba ſtatutorum. col. 2. verſi. item lucratur dimidiam partem. vol. 3. Pau. de Caſt. in conſi. 339. in fi. vol. 2. & hanc partem etiam veriorem aſſerit Cuma. in conſi. 109. in 3. dubio, cum qua etiam pertrāſit Capr. in conſi. 73. circa fi. & Alex. in conſi. 158. col. 3. vol. 5. Idem tenet Al. in l. in quartam. circa fi. ff. ad leg. Falc.

3 Contrarium tamen eſt de iure verius. Quod † probatur primo ℘ gl. expreſſam in d. §. optime, vbi vult, ℭ filius habeat & legitimam, & aliud remedium, & ℭ vnum nō perdatur ℘ alterum. & ratio eſt, quia vnum auxilium habet iure naturæ, alterum vero quia mater tranſiuit ad ſecūda vota, & per illā gl. dixit ibi Ang. ℭ illud, quod lucratur filius propter tranſitū matris ad ſecunda vota, non imputatur in legitimā, quia debet habere illud lucrū vltra ipſam legitimā, & pro hoc facit l. quoties. ff. de act. & obli. vbi ſi lex nouā obligationē introdu
4 cit, niſi † nominatim cauerit, vt ea ſola actione vtamur, ēt veteres eo nomine competunt actiones, & ſic auxilium vtrunque, tam vetus, quā nouum ſimul cōcurrunt, cum ad diuerſa cōpetant ex diuerſis cauſis, ergo idē dicendū in terminis huius quæſtionis, cum vnū beneficiū deſcendat ex lege naturali. l. cum ratio. ff. de bo. dam. Alterum vero ex lege poſitiua, & Principis conſtitutione, ſeu beneficio per tranſitum ad ſecundas nuptias, vbi lex mulierem & matrem habet ſuſpectā, ne, non modo ſubſtantiam liberorum, verum etiam vitā filiorum ſecundis viris adijciat. l. lex quæ tutores. C. de admi. tut. præſertim cum non ſit ratio, quare vnum aliud confunderе debeat. Idem voluit Bal. in d. l. hac edictali. col. 3. ver. modo ſuper iſto, vbi dicit, ℭ iſta eſt veritas, & ℭ ſuper iſto paſſu pluries conſuluit, & verum fatetur, quia ita conſuluit, vt in conſi. 401. col. 2. volu. 3. & in conſi. 22. vol. 5. Idem Bald. in
5 quæſtio. ſtatuto. in † verbo dos. q 5. & ita etiam tenuit Bar. in l. 1. C. de inoffi. dot. vbi illud, quod reuocatur per dictā l. hac edictali. non cōputatur in legitimā hac ratione, quia querelę inofficioſæ dotis, dantur ad retractandū lucrum dotis vſque ad legitimam debitam filijs, remedium vero l. hac edictali datur ad aliud, vt in reſiduo filij primi matrimonij reducantur ad æqualitatem cum vitrico. & ita etiam ibi tenent Bal. & Pau. de Caſt. qui dicit, ℭ ordo erit, vt primo petatur legitima per querelam inofficioſæ dotis, & ſic ante debet deduci, poſtea reſiduum æqualiter diuidatur inter liberos primi matrimonij, & ſecundum maritum, ſubdens quod iſte paſſus eſt quotidianus, & ℭ temerarium eſſet in conſulendo recedere ab hac opinione, & quod pluries habuit de facto, vt patet in conſi. 173. col. 2. ſecūdum antiquam impreſſionem. & in cōſil. 348. colum. 1. volum. 2. & in conſi. 462. volum. eo. & huic ſententiæ vti magis cōmuni adhæren t Cuma. in conſi. 108. colum. fi. & Fulg. in conſil. 88. colum. 2. & in conſil. 97. col. 2. cum ſeq. vbi dicit hanc eſſe ſequendam in iudicijs, Pau. de Caſt. in conſi. 359. col. 2. uol. 2. & Anch. in d. conſi. 101. col. 1. vbi inquit, ℭ non eſſet ſibi tutum in conſulendo recedere ab hac opinione, & practi. Papien. in forma libelli, quomo. vxor agit ad dot. in versicu. dictæ dominæ, colum. pen. in fi. Cur. Sen. in conſ. 78. col. 4. in fi. & Socy. in conſ. 35. colum. pen. & fi. volum. 4. vbi relatis opinio. hincinde concludit, ℭ cum pro iſta parte ſit authoritas glo. Barto. & Bal. qui fuerunt illuminatores iuris ciuilis, in conſulendo, & iudicando, non eſſet tutum recedere ab iſta opinione cum authoritas glo. cæteras autecellat, vt per Bald. in l. cum hæreditas. C. depo. In hanc que concluſionē concurrit Dec. in conſ. 246. col. 2. vbi pariter dicit, ℭ eſſet temerarium recedere ab hac opinione. Pro cuius cōfirmatione allegat nota. per Bald. in c. 1. col. penul. ver. ſed quæro, vt lite non conteſta. vbi voluit,
6 ℭ † lucrum dotis, quod facit maritus propter adulteriū vxoris, reſeruatur filijs, & non imputatur eis in legitimam, & eā etiam amplectitur Ripa in l. in quartam. in fi. ff. ad l. Falci. D. meus Ruin. in conſi. 94. colum. 3. volum. 5. & Aymo Crau. in conſ 142. col. 2. & in conſi. 194. col. 1. cum ſeq. Augu. Bero. in quæſt. ſuis famil. q. 119.

7 Non obſtant modo allegata in † contrarium, & primo gl. in d. l. hac edictali. in verbo diuidi, quia reſpondet Fulg. in d. conſi. 97. col. pen. in fi. ℭ licet prima facie glo. videatur velle, vt ſupra dictum fuit: tamen in veritate id non vult, quia gl. ſolum notat æqualitatem filiorum primi connubij, & ſecundi mariti quantum ad beneficium d. l. hac edictali. de debito autem iuræ naturæ nil loquitur, atque ideo ita vere debet intelligi, ne cōtradicat glo. in d. §. optime. Igitur oportet de neceſſitate ita eam intelligere, alias illæ gl. eſſent contrariæ, & ita etiam debere intelligi dixit Paul. de Caſt. in citato conſil. 462. in fi. volum. 2.

Similiter quoque ſecundum Fulg. vbi ſupra, intelligi debet, quod notat. in d. l. quoniam præteritæ.

Non obſtat, quod no. gloſ. in d. §. & quoniam variæ, quia ipſa glo. facit pro hac ſententia; quia ibi gloſſator ſe remittit ad not. in d. §. optime. vbi manifeſte, vt ſupra diximus, probatur contrarium.

Nec in dictis Butr. in d. l. hac edictali. poteſt fieri fundamē tum, cum idem ſibi aduerſetur in l. 1. C. de inoffi. doti. vbi tenet contrarium, dum dixit, ℭ filijs primi matrimonij compete tit vtrunque auxilium, & ℭ vnum per alterum non tollitur, quoniam ad diuerſa, & ex diuerſis cauſis competit.

Non obſtant denique dicta Bal. in locis, de quibus ſupra, ℭ maritus exequandus ſit filijs prioris matrimonij, quia Bald. debet intelligi habito tantum reſpectu ad d. l. hac edictali. nō autem habito etiam reſpectu ad legitimam, quia iam retinet vltra beneficium d. l. hac edictali. prout voluit Bal. in d. l. hac edictali. col. 3. in fi. & in dictis conſil. 401. colum. 2. volum. 2. & in conſi. 22. volum. 5. & ſi aliter ſentiret, male loqueretur per iura & rationes ſupra alleg. & contra communem Doct. ſententiam.

Vltimo non obſtant dicta Saly. & Alex. in locis ſupra relatis, quia Sal. communiter repræhenditur, & ad eius rationē, quam facit de filio, qui computat in legitimā, quod capit ex diſpoſitione legis, reſpondet Craue. in d. conſil. 194. colum. 2. quod verum eſt, ℭ illud, quod capit filius ex diſpoſitione legis, computatur in legitimam, quando non eſt contra ex-
8 preſſam † voluntatem teſtatoris, prout eſt Trebellianica expreſſe non prohibita, quę computatur in legitimam, quādo filius grauatur pure, quia non dicitur capi contra voluntatē teſtatoris, cum prohibere non poſſit, vt per Io. de Ana. in cō ſil. 67. Corn. in conſi. 305. col. 4. vol. 4. Dec. in conſi. 257. col. fi. Sed iſtud, quod capiunt filij primi matrimonij, habent ex diſpoſitione d. l. hac edictali. contra volūtatem patris expreſ ſam, & in eius odium. Ideo nullo modo retorqueri debet in eius fauorē, vt ſaltem in legitima computetur.

9 Rurſus Trebellianica fuit inducta in fauorem † teſtatorū, vt eorum hæreditates facilius adirentur, vt inſti. de fideicō. hæred. per totum. Relictum autem factum contra l. hac edi ctali. accipitur per liberos primi matrimonij in odium relinquentis. Ideo non procedit argumentum de vno ad alterum, in quo eſt diuerſa ratio, quia ex ſeparatis non bene infertur. l. fi. ff. de calum. l. Papinianus exuli. ff. de mino. Vnde cum tot, tantiq; patres aſſerāt hanc cōem, temerariumq; fore ab ea recedere tam in conſulendo, quam in iudicando. Ideo tu eam ſequere, & illi adhæreas tanquam Bononienſis carocio.

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio l. hac edictali. locum non habet, ſi frater, vel alia perſona extranea dederit dotem ſecundo uiro, quod declara, vt in numero 3.*

2 *Dotans poteſt prouidere de reſtitutione dotis, prout uult, & cui uult.*

Source : BIU Cujas

Rolandi a Valle de Dote.

QVAESTIO XXVIII.

1 EXoritur & dubium, An ſtante ſtatuto, de quo † ſupra in quæſt.26.diſpoſitio l.hac edictali.locum habeat,ſi frater,vel alia perſona extranea,quam ſit uxor ſecundo viro dotem de nouo conſtituerit pro muliere ſecundo nubente? Bal. in d.l.hac edictali.col.5.verſi.ſed pone.format hanc quæſtionem,& dicit,q̃ prima facie videretur dicẽdum, quod ſi alius quam mulier dat dotem ſecundo viro cum pacto de lucrando,quod filii primi matrimo nij habent reuocationem virtute ipſius l.hac edictali.quia iſta dos eſt data pro muliere,ergo perinde eſt, ac ſi ipſa mulier dediſſet, tamen dicit ſe conſu-
2 luiſſe contrarium,vbi dos data eſſet † de patrimonio dotãtis, & ratio eſt ſecundum eum, quia dotans poteſt prouidere de reſtitutione dotis,prout vult,& cui vult,vnde poteſt paciſci, q̃ iſta dos reſtituatur ſibi, vel extraneo, vel remaneat penes maritum.l.ex morte.in fi.ff.de pact. dota. Subdit tamen hoc non habere locum in patre mulieris,quia eſt obligatus ad eã dotandam.l.obligamur.§:lege.ff.de actio.& obliga.l.qui liberos.ff.de ritu nup.& ideo dicit ſe putare, q̃ cum iſta dos intel ligatur tunc emanare de patrimonio filiæ, quod tunc habeat locum d. l. hac edictali. & iſtam opinionem Bal. refert & ſequitur Cur.Iun.in conſi.ſuo.122.colum. fina. & Rom. hanc partem etiam amplectitur,licet de Bald.mentionem non faciat in conſi.219.colum.3.verſic. tertio idem demonſtratur. quem ſequitur Salyc. in l.ſi ita quis. §. ea lege. colum. 1. ff.de verb.oblig.vbi expreſſe dicit,quod extraneus poteſt pro mu-
3 liere ſecundo nubente,fraude tamen † ceſſante, dare in dotẽ ſecundo marito quicquid vult,& q̃ d.l.hac edictali.l.non habebit locum, quia conſideranda eſt circa actus permiſſionẽ ſeu prohibitionem perſona dans,& cui datur,nõ autem perſona intermedia ſolum,& nudum myſterium in dando præſtans,qualis eſt mulier,per tex. in l.profectitia.§. ſi quis certã. de dona.inter vir.& vxor.& melius in l.ſed & ſi mortis.verſic. ſed ſi proponas.ff.de leg. præſt.l.cogi.§. hi qui ſolidum. ff. ad Trebell.l.cum dotem.ff.de dote præleg.l.1. verſic. ſed ſi legatum.ff.ſi quis aliquem teſta.prohibue.

SVMMARIVM.

1 *Legi,hac edictali.derogatum eſſe non cenſetur, ſi ſtatutum diſponat, quod maritus præmoriente uxore ſine liberis, in omni caſu lucretur dotem. Sed contra num.6.*

2 *Qui totum dicit, nihil excludit.*

3 *Lex noua quanuis generaliter loquatur, & vtatur verbis vniuerſalibus,puta omnes,vel omni caſu,vel quilibet: tamen recipit interpretationem, per quam minus derogetur iuri communi,quod declara,vt nume.8.*

4 *Statutum vtens dictione præciſa & taxatiua,ea non obſtante recipit interpretationem,ne fiat correctio.*

5 *Hæreditas patris non dicitur debita filijs,ſed quaſi debita, & de ea iudicatur prout de lucro,& non de damno.*

7 *Diſpoſitio uniuerſalis tantum operatur regulariter quo ad quamlibet eius ſpeciem,quantum ſpecialis quo ad ſuam ſpeciem tantum.*

9 *Venalia licet non veniant in legato generali facto de certis rebus,tamen fallit,quando eſſet factum de omnibus rebus.*

10 *Lex, obligatione generali.ff. de pigno.locum non habet in obligatione vniuerſali.*

11 *Hçredis appellatione licet non veniant,niſi deſcendentes in feudo vel emphyteuſi eccleſiaſtica,tamen id non procedit, ſi dictum fuiſſet in conceſſione pro te & hæredibus omnibus, quia tunc veniunt etiam extranei.*

12 *Renunciatio generalis etſi ad feuda non extendatur,tamen ſecus eſt in vniuerſali.*

13 *Conceſſio legitimandi ad omnia beneficia,trahitur & ad feuda.*

14 *Merum & mixtum imperium quamuis non ueniat in conceſſione iuriſdictionis,tamen fallit in conceſſione de omni iurisdictione.*

QVAESTIO XXIX.

1 ANlegi,hac edictali.derogatum eſſe † cenſeatur, ſi ſtatutum diſponat,quod vxore præmoriente ſine liberis maritus in omni caſu lucretur dotem,prout eſt in ciuitate Mutinæ,laſ.in auth.præterea.colum.7. verſicu. aliquando & tertio.C.vnde vir & vxor.dicit,quod licet Rom.in conſ.44.in 3. dubio,teneat,quod per illa vniuerſalia,in omni caſu,maritus lucrari debeat dotem non obſtante exiſtentia filiorum ex pri-
2 mo matrimonio per regulam vulgarem, quod † qui totum dicit,nihil excludit.l.Iulianus.ff. de leg.2. & ſic q̃ derogatum
3 ſit ipſi legi. tamen quod † hoc non eſt verum, quia lex noua quamuis generaliter loquatur,& vtatur verbis vniuerſalibus,puta omnes,vel omni caſu,vel quilibet,tamen recipit interpretationem,præſertim vt minus derogetur iuri communi,quam ſit poſſibile,iuxta glo.ordinariam in l.fin.& ibi Bald. C.ſine cen.vel reliq.Barto.& alij in l.1.§.nunciatio.ff. de ope. noui nun. vbi licet nunciatio noui operis poſſit fieri omnibus diebus,tamen non intelligitur de feriatis. Cum ergo huiuſmodi ſtatutum loquatur per verba vniuerſalia, omni caſu;tamen, vt minus derogetur iuri communi,illa vniuerſalitas poterit limitari, & intelligi, niſi ſuperſint filij prioris matrimonij. Quod confirmat laſo.ex not.per Barto.in l.3.§. cũ
4 titulo,de adim.lega.vbi ſtatutum vtens † dictione præciſa & taxatiua, ea non obſtante, interpretationem reci pit, ne fiat correctio. Nec habet obſtare, ſecundum eum, ſi dicatur, q̃ operabuntur illa verba vniuerſalia, omni caſu, in ſtatuto ſic vniuerſaliter poſita, cum non poſſis dicere, quod ſtatutum potius iudicandum ſit ſuperfluum, quam quod qui indebite damnum ſentiat, iuxta glo.Barto. & Doct. in l. fin. §. in computatione. C.de iu. debib. quia hic filij prioris ma-
5 trimonij non patiuntur damnum, dato quod † lucrum perdant, quia etiam hæreditas patris non dicitur debita,ſed quaſi debita filijs, & de ea iudicatur, prout de lucro & non de dãno, vt no. in l.3.C.de iur. & fac. ign. quia reſpondet quod illa verba, omni caſu, poſſunt multa operari, abſque eo quod excludantur filij prioris matrimonij contra ius commune, nam poſſent operari, quia vbi aliter maritus non lucraretur dotem, niſi ſibi fuiſſet actualiter data, & ſic non lucretur dotem promiſſam, iuxta tradita per Barto. in l. iubemus. in §. ſanc.C.de ſacroſan. eccl.Item vbi alias maritus non lucraretur dotem ſecuto matrimonio, niſi vxorem traduxiſſet, iuxta Barto. in l.nihil.ff.rer.amota. iſtis caſibus lucrabitur dotem, quamuis non actualiter datam, ſed promiſſam. ſiue ſit ſecuta traductio ad domum,ſiue nõ, & hoc modo minus derogabitur iuri cõmuni ſic intelligendo,quam quod filij prioris matrimonij excludi debeant, & cum laſ.tranſit ibi Dom. Franc. de Pepis in 7.no.Io. de Amic.in conſi.11.colum.pen. Boer.in deciſ.22. num.34.

6 Verum iſtis non obſtantibus † altera opinio vti magis a Doctoribus recepta amplectenda eſt, quam in primis tenuit Rom. in citato conſi.44.colum.3.verſi. nec prædictis.vbi dicit attendenda eſſe illa verba, omni caſu, vniuerſalia, quæ videntur includere lucrum dotis,ſiue ſuperexiſtentibus filijs ex primo matrimonio,ſiue non,d.l. Iulianus. & ideo cum ſint clara verba ſtatuti, quod derogetur dictæ diſpoſitioni l. hac edictali. merito interpretatione non indigent nec reſtrictione aliqua.l. non aliter.ff. de leg.3. & quod deciſio Bar. ac Bal. in d.l. hac edictali. locum habeat,quando ſtatutum ſimpliciter loqueretur, ſecus vbi omni caſu vellet maritum lucrari
7 dotem, facit, quoniam † cum tunc tantum operetur hæc vniuerſalis diſpoſitio regulariter quo ad quamlibet eius ſpeciẽ, quantum ſpecialis, quo ad ſuã ſpeciem tantum. l. ſi chorus. ff. de leg.3.l. ſi duo.ff.de admi.tur.Ideo perinde habetur,ac ſi ſtatutum ſpecialiter expreſſiſſet,q̃ etiam filijs exiſtẽtibus ex primo matrimonio ſecũdus maritus prædecedẽte vxore dotem lucraretur,& ſequendo Rom.ita tenuit Dec.in l.omnia in princ.ff.ſi cert.pet. & in conſi.76.colum.2. & in cõſi. 195. colum. 2.293. colum. 1. in fi. & in conſi. 294. colu.2.& 301. col.2. & in conſi.358.col.2.in princip. & in conſi.386.col.fin. in fi. & in conſi. 471.col.1. & 662. col.1. & in auth.præterea, in 4.nota. C. vnde vir & vxor. & in c. ſedes. col.5. de reſcrip. Curt. Iun.in conſi.85.col.1. & in conſil. 183.col.1. in fi. Gozad. in conſi.59 colu.3.& in conſi.76.colum.2.Pariſ.in cõſi. 91. col.3.vol.3. vbi refert etiam ita tenuiſſe Socy. in cõſi. 52. colum.pen.volum.3.& Claud.Seyſe.in l.ſi ita quis.§.ea lege. col.1. ver.& iſtã gl.ff.de ver.obli.Cur. Iun. in auth. præterea. nume. 16. C. vnde vir & vx. Alcia. in lib. 1. ff. de verborum ſigni.char.28.vbi inquit,quod durum eſſet ſtantibus his verbis, omni caſu, ipſa verba reſtringere, vt ſaluum cenſeatur ius liberorum primi matrimonij. Augu. Bero. in quæſt. ſuis fami.q.119.verſicu.tertius caſus.

Non obſtant adducta per Iaſo. videlicet, quod verba vniuerſalia recipiũt reſtrictionem,vt minus derogetur iuri com-
8 muni, quia † reſpondet Dec. in d. auth. præterea. in dicto 4. notab. quod illlud procedit in diſpoſitione generali,vel vniuerſali, quando reſultaret abſurdum,alias ſecus, vt in terminis huius quæſtionis.pro quo facit, ſecũdum eum, quod no.
9 Barto. in l. generali.in §.vxori. de vſufru.leg. vbi dicit, q̃ † licet in legato generali facto de certis rebus non veniant vęnalia,tamen quando ſunt verba vniuerſalia,quia dicitur de omnibus,tunc veniũt & vænalia,& pro confirmatione accedit, quod not. Dec. in d.l.omnia.col.1.& in d.c.ſedes.colum.5.& in conſi.389. colum. pen.quem ſequitur Pupu. in l. 1. num. 471. ff. de offic. eius cui manda. eſt iuriſd. vbi dicit, quod l.

obligatione

Source : BIU Cujas

obligatione generali.ff.de pign. non habet locum in eo,qui
10 † obligaret omnia bona. Facit quoque, quod dixit Bald. in c.in præsentia.col.2.de proba. quem sequitur Alex.in consi. 39.col. fin. volum 5. & in consi.195.colum.2.volu.6. & Go-
11 zad. in consi.59.num.15. quod † licet in feudo, vel emphyteusi ecclesiastica appellatione hæredũ non veniant, nisi descendentes iuxta id, quod habetur in ca. 1.de aliena. feu. Tamen fallit,si in concessione dictum sit pro te,& hæredib.tuis omnibus,quia tunc propter illam dictionem omnibus, appa ret,mentem concedentis fuisse comprehẽdere alios, & ideo dixit Dec.in dicto consilio 294.colum.2. quod appellatione hæredũ veniunt& extranei, vbi testator loquutus est de om nibus hæredibus,& in consi 289 colum.pen.quem sequitur
12 Curt. Iun. consi.26. colum. 4. in prin. quod † licet generalis renunciatio non extendatur ad feuda,tamen vniuersalis extẽditur ad ipsa bona feudalia. Quod & voluit Dominus meus Ruin.in consi.37 col.4. in fi. volu.1. Quod corroboratur ex dictis ipsius Decij in consi.76 colum.2.quem sequitur Paris.
13 in consi.3.num.34.volum.1.vbi concessio † legitimandi ad omnia beneficia extenditur & ad feuda.

Vltimo etiam facit, quod notat Rimi. in rubr.ff.de iurisd. omn. iud. & Purpura. in l.imperium.col.27. versic.& notã-
14 dum est.ff.eodem tit. dicunt, quod † licet in concessione iurisdictionis nõ veniat merum & mixtum Imperium, tamen fallit, quando cõcessio esset facta de omni iurisdictione,quia tunc propter illam dictionem vniuersalem, omnis, veniunt. Vnde ex his remanet firmata hęc conclusio, quod per dicta verba, omni casũ,derogatum sit dispositioni d l.hac edictali. & per consequens quod maritus lucrabitur dotem in præiudicium filiorum primi matrimonij.

SVMMARIVM.

1 *Legi, hac edictali non derogatur stante statuto, quod uxore pręmoriente sine filiis ex eis maritus lucretur dotem.Sed contra,num.6.*
Statutum simpliciter loquens de lucro dotis, non intelligitur in præiudiciũ filiorum primi matrimonii, quod tamen declara, vt in num.8.
3 *Mulier,quæ prohibetur alienare,curare debet, ne ex actu per eam celebrãdo sequatur alienatio ex dispositione legali, declara ut num.10.*
4 *Statutum de lucro dotis recipit interpretationẽ passiuam a iure communi, quod declara,vt num.13.*
5 *Statutum de lucro dotis,an deroget dispositioni dictæ l.hac edictal, requiritur,vt specifice in eo dicatur, quod stantibus filijs ex primo matrimonio maritus lucretur dotem. Sed contrà, secundum communem, numero 14.*
7 *Natura termini restrictiui & discretiui est ut quicquid excipit, ponat.*
9 *Lex, iam hoc iure.ff. de uulg. & pup.locum non habet, vbi adducitur diuersa ratio.*
11 *Argumentum de pacto ad statutum, secundum communem, negatiue non ualet.*
12 *Dispositio dictæ l.hac edictali.locum non habet in alienatione & dispositione necessaria.*

QVAESTIO XXX.

1 ORITVR & quæstio, an per statutum, quod † vxore præmoriente sine filijs, ex eis maritus lucretur dotem derogatum censeatur.l. hac edictali. C de secund. nup.Vide-
2 retur dicendum quod † non, quia statutum loquitur simpliciter,ergo non debet intelligi in præiudicium filiorum primi matrimonij, vt per Bal. & Sal. in d.l.hac edictali.

Secundo, quia tale statutum afferens lucrum secundo viro,vt eum includiue vocans non extantibus filiis ex eis,habet etiam caput includiuum filiorum communium,illis existentibus, & excludiuum mariti, vt in simili tradit Bar. in l.2.§. videndum.ff.ad Tert. Sed quando existunt liberi communes, illi secundum statutũ admittuntur, vt cum illis filij primi matrimonij ab intestato ciuiliter succedunt, & sic quando agitur de capite excludiuo mariti, illa reseruatio facta a statuto reseruat ius succedendi ab intestato ipsis liberis primi matrimonij. pariter ergo videtur, quando agitur de capite includiuo mariti,nõ existentibus liberis communibus,debet illa reseruatio intelligi etiam de iure succedendi ab intestato, vt æqualis sit determinatio & reseruatio respectu omniũ filiorum, arg.l. iam hoc iure.ff de vulg.& pup.

Tertio hoc decidit Bal. in cap.1.col.1.in fi. an mari. succe. vxo. vbi quærit,an per istud statutum derogetur d.l.hac edictali. & primo dicit ꝙ sic, sicut corrigitur per legem Lõbardorum: Demum concludit contrarium, ꝙ vir non lucrabitur, nisi quatenus posset lucrari ex pacto. Hoc equidem te-
3 nuit & Soc. in consi. 35. col.2. vol.4 quia † mulier,quæ non potest alienare,debet curare,ne ex actu per eam celebrando alienatio sequatur ex dispositione legali.l.codicillis.§.pen.de leg.2 l. si ita quis.§.ea lege,de verb obli. ergo mulier,quæ nubit, non debet constituere tantam dotẽ, ꝙ ex forma statuti lucrum transcendat ratam, quæ debetur filijs primi matrimonij.

4 Item & quia tale statutum † debet recipere interpretationem passiuam a iure communi.l. 2. C. de noxa. & sic ab ipsa l.hac edictali. Vlterius vt tollatur dispositio dictæ legis,requi
5 ritur, ꝙ † specifice statutum dicat, ꝙ statibus filijs primi matrimonij, maritus lucretur dotem. Sed hoc statutum non dicit,sed ꝙ si nõ extent filij ex eodem matrimonio, quod maritus lucretur dotem,non autem specifice loquitur,si nõ extant ex eodem, sed ex primo.

Item non loquitur specifice,quãdo lucrando dotem plus consequeretur, quam filij primi matrimonij contra d. l. hac edictali. quia stat hoc, ꝙ extent filij ex primo, & maritus lucretur integram dotem,& tamen filij ex alijs bonis consequãtur integram portionem,nõ ergo debet per tacitos & subauditos intellectus induci legum correctio,prout voluit gl.inc. cupientes §. quod si per 20. de electio. in 6. & glo. in l. vt liberis.C.de colla.Sed potius statutum reducendum est ad terminos iuris communis in quantum fieri potest, & subdit, ꝙ punctualiter hanc quæstionem decidit Bald. in l. 1. C. de inoffic. dot.vbi ponit quæstionem,quando statutum disponit de lucro,si decedit sine filijs,intelligẽdo ex eodem matrimonio, alias non verificaretur quæstio in terminis.l. hac edicta li. quia deficeret conditio per existẽtiam liberorum,& tamẽ non derogatur ipsi legi, & subdit, ꝙ Doct. communiter in similibus terminis loquuntur. Huic quoque sentẽtiæ assentit Brun. in tract. exclu.fœmi. in 6.art. princip. in 4.membro.q. 27. col. pen.in fi. Berous in quęst. suis fami. q. 119.versi. tertius casus.Sed reuoluto mantello(vt vtar verbis glo.in l. Papinianus exuli.§. sed nec impuberis.ff.de inoffic.testam.)prę-
6 dictis non † obstantibus altera pars est verior, ꝙ immo tacite renunciatum cẽseatur dispositioni d.l. hac edictali . & sic ꝙ excludantur filij primi matrimonij.

Et primo se offert decisio Bald. in consi.495 colum.3.vol. 5.vbi dicit, ꝙ si statutum disponat, ꝙ vir lucretur dotem vxoris præmortuæ sine filijs ex eis, ꝙ ex eo infertur, quod filius primi matrimonij, qui non est filius ex vtroque ipsorum, ad ipsam dotem datam secundo viro non admittatur virtute d. l.hac edictali.quia verba debent intelligi cum effectu,glo.in l. sed hoc nisi.ff. de iure dot. Sed si diceretur,quod filius primi matrimonij posset eam aduocare per ipsam l.hac edictali. non haberent effectũ verba dicti statuti, quæ dicunt, quod maritus lucretur dotem,quia non lucratur,qui alijs restituere tenetur.l.aliud est capere.ff.de ver.sign.Item in col.pen.in ver.præsuppositа igitur valentia statuti, ad demonstrationẽ, ꝙ non habeat locum dic.l. hac edictali. arguit hoc modo, ꝙ suppositа potestate, ꝙ statutum possit tollere dispositionem ipsius legis,si statutum defert lucrum marito totius dotis,nõ existentibus liberis ex eis, quod maritus lucratur dotem ipsis filijs ex eis non existentibus, & quod istud argumentum concludit formaliter. Nam patet ex verbis statuti: si minor est vera in facto. Igitur conclusio est necessaria.si enim possimus istud statutũ glossare subaudiendo ibi, ex eis supplenec ex alio matrimonio. ista esset gl.Ceruotiua,& extranea Præterea si subaudiremur hoc, esset sensus, ꝙ extantibus ex alio matrimonio liberis, vir nihil lucraretur, quod est falsum.

Præterea confirmatur hæc opinio secundum eum.Nam in isto casu non potest misceri ius commune cum iure municipali propterillud verbum,ex eis, quod est terminus restricti-
7 uus & discretiuus, de cuius natura est, quicquid † excipit.ponit l.quæsitum.§.idem respondet.& ibi no. ff. de fun.instruc. Ergo filij primi matrimonij non derogant prouidentiæ statuti. Hoc idem voluit Rom. in consil. 44.colu.3. vbi inquit, quod stante statuto, de quo supra, si vxor decesserit sine liberis ex eis relictis. tamen filijs ex altero matrimonio, quod habet locum dispositio ipsius statuti, ex quo verba sunt clara. l.accusare.§.omnibus.ff.de accusat.l. cum in plures.§.lege.ff. loca.Idem etiam tenuit post Bald.& Roma.de quibus supra, Socin. in cons. 52.colum.penul.volum.3. qui confirmat hãc sententiam alia ratione.Nam si verum esset,quod filij prioris matrimonij habeant impedire huiusmodi lucrum, satis fuisset dicere, quod vxore prædecedente sine liberis maritus lucretur dotem, quia ex quo dicebatur decedere cum liberis, maritus non fuisset lucratus.l. ex facto.§. penul. ff.ad Trebel. Igitur illa verba, ex eis, superfluo fuissent apposita, & nihil operarentur, iuxta l.si quando.ff. de legat.1.Igitur, vt euitetur superfluitas, censentur apposita ad excludionem filiorũ primi matrimonij,vt non sint impedimento lucro,quod defertur marito, & subdit Socy. quod ista est vera opinio, licet

Source : BIU Cujas

contrarium videatur ſentire Bal. in dicto c.1. an maritus ſuccedat vxo. quam etiam amplectitur Pariſi. qui in terminis huius ſtatuti conſuluit in conſi. ſuo 91. volum. 3. vbi in 4. colu. verſicu. & etiam quoniam. dicit, quod ex quo tale ſtatutū ſolum admittit filios ex illo matrimonio, & in tali lucro eos reſeruat & exceptuat, quod talis reſeruatio & exceptio facta de liberis ex eis confirmat regulam in alijs filijs nō exceptuatis, & ſic in illis ex primo matrimonio, vulgata l. quæſitum. §. denique. ff de fun. inſtru.

Sed vltra Socy. & Pariſi. in terminis adduco deciſionē Pet. de Anch. de quo ipſi mentionem non faciunt, in conſil. 280. vbi expreſſe dicit, quod ſi ſtatuto caueatur, quod decedente muliere ſine filijs ex eo matrimonio tempore obitus ſui remaneat dimidia pars ſuarum dotium penes maritum, quod virture ipſius ſtatuti nō obſtantibus filijs ex primo matrimo mo maritus lucrabitur dotem, & ſubdit æquum fore, dictū ſtatutum ſeruari, quia in eo verſatur publici iuris ratio, vt ſic contenti lucro dimidiæ dotis muliere decedente in ſecundo matrimonio ſine liberis ex eo viri magis prouocētur ad matrimonia contrahenda.

Non obſtant modo adducta in contrarium. Et in primis,
8 quod † ſtatutum loquitur ſimpliciter, quia reſpondetur, ꝙ argumentum procederet, quādo ſtatutum ſimpliciter loqueretur. Secus autem quando ex verbis ſtatuti appareret, ſtatuentes voluiſſe derogare dictæ l. hac edictali. in præiudiciū filiorum primi matrimonij, vt eſt caſus quæſtionis noſtræ, tunc enim non recipit reſtrictionem, nec interpretationem a iure communi, vt per Salyc. in d.l. hac edictali. in 6. q. in fi. & per alios, de quibus ſupra in q. 25.

Non obſtat ſecundū argumentum, in quo dicebatur ſtatutum exceptuare filios ex illo, & eodem matrimonio, quibus extantibus vna cum eis poterant ſuccedere filij primi matri
monij, vnde idem quando non extant filij ex eis, ſed ſolum ex primo matrimonio, vt æqualis ſit determinatio, quoniam ad hoc dicunt Dec. in conſil. 283. colum. 3. verſi. ſecundo nō obſtat. & verſi. 3. non obſtat & Pariſ. in d. conſ. 91 col. penul. verſi. nō obſtat quartum. ad hoc eſt manifeſta reſponſio. Nā quando extant commuues liberi, ideo maritus non admitti
tur, quia conditio requiſita a lege municipali nō verificatur, & ideo cum ſimus extra ſtatuti terminos, & ſic in caſu omiſſo, ac in mera diſpoſitione iuris, nimirum ſi veniunt liberi pri
mi matrimonij cum liberis communibus, ſed quando ſunt tantum liberi ex primo matrimonio, maritus lucratur dotē, & ipſi excludūtur a ſucceſſione, & ideo talis æquiparatio fieri non poteſt, quia verba ſtatuti repugnant, quæ manifeſtā faciunt differentiam inter filios communes, & liberos primi
9 matrimonij & ſic d l. iam hoc iure. non poteſt procedere in caſu iſto, quia non habet locum, vbi eſt diuerſa ratio inter vnum caſum & alium, vt notat Imo. in l. Caius. colum. 3. ff. ſol. mat. & Doc. in d.l. iam hoc iure, prout in terminis noſtris: quoniam in capite excluſiuo mariti exiſtentibus liberis cōmunibus veniunt omnes liberi æqualiter ad ſucceſſionē ab inteſtato, quia tali caſu inter ipſos communes liberos vtriuſque matrimonij a ſtatuto nil innouatur, ſed in capite incluſi
uo mariti non extāntibus communibus liberis a ſtatuto quid innouatur, quia excluduntur liberi primi matrimonij. Igitur nimirum ſi ceſſat argumentum æquiparationis, & ad illud ꝙ inter filios debet eſſe æqualis determinatio, ſecundū eos pariter reſpondetur, quod adeſt diuerſa ratio in vno caſu, & in alio, quando nulli extant ex ſecundo matrimonio, ſed tantū ex primo: Item & quando extant ex vtroque, & quia in caſu, de quo quæritur, nullus extat ex ſecundo, quem caſum exceptuat ſtatutum, ſed ſolū extant ex primo, quod ſtatutū excludit, & eo in caſu lucrum defert ſecūdo marito, merito de caſu ad caſum non venit arguendum. Imo plus voluit Pariſ. vbi ſupra, ꝙ etiam ſi filij extarent ex vtroque, adhuc illi tantum ex ſecundo matrimonio deberent admitti, excluſis filijs ex primo, & hoc virtute ſtatuti fauorem præſtantis iſtis filijs ex ſecundo, & excludentis illos ex primo, quod quidem fieri poteſt, vt per Soci. in d. conſ. 52. col. pen. & fin.

Ad dictum Bal. in d. ca. 1. an mari. ſucce. vxo. reſpondetur per Pariſ. vbi ſupra, & primo, quod Bald. ibi non determinat quæſtionem, ſed ſe remittit ad dicta per eum in d.l. hac edictali. vbi nihil dicit, & ſi aliquid diceret, idem Bal. conſulēdo tenuit contrarium in dicto conſ. 495. per totum, vbi latiſſimè diſputat hanc quæſt. & ipſa opinio, de qua in d. conſ. eſt tenenda, tanquam magis deliberata & conſulta, vt tradit Bart. in l. ſi pater. C. de inſtitu. & ſubſtitu. & Alex. in conſ. 186. col. 12. verſ. decimoquinto non obſtant. volum. 2. & Cur. Sen. in conſ. 77. in fi. & Bal. vbi ſupra in ſpecie reprehendit Socin. in d. conſ. 52. col. pen.

10 Non obſtat quartum fundamentum, ꝙ † mulier debet cu
rare, ꝙ ſecundo viro plus non concedatur, quam contineat in diſpoſitione d.l. hac edictali, quæ alienatio & diſpoſitio, ne dum pacto, ſed etiam per diſpoſitionem ſtatutariam & legalem videtur ſibi prohibita, quia reſpondetur ſecūdum communem opinionem, de qua per Soc. in d. conſil. 52. colum 1.
11 & Pariſ. in d. conſ 91. colum. 4 in fi. ꝙ non † valet argumentum de pacto ad ſtatutum negatiue, vt per Bar. in l. alia. §. elegante ff. ſolu. matrimo. Vnde licet pacto non poſſit contra diſpoſitionem d.l. hac edictali, in præiudiciū filiorum primi matrimonij alienare & diſponere; tamē bene poteſt ex diſpo ſitione ſtatutaria iſtud induci, & derogari d.l. hac edictali, vt etiam dixit Anch. in citato conſ. 380. colum. 3. Item quia di
12 ſpoſitio ipſius legis nō habet locum † in alienatione, & diſpoſitione neceſſaria, vt per Bal. in d. conſ. 495. col. 5. & Rom. in conſ. 219. quem ſequitur Claud. in l. ſi quis ita. §. ea lege. col. j. ver. & iſtam glo. ff. de verb. obl. prout eſt iſta alienatio, quæ fit virtute ſtatuti; cum ſtatutum derogando d.l. hac edictali. permittat lucrum ſecundo marito in præiudicium filiorum primi matrimonij, & conſequenter videtur permittere datio nem in dotem, ex qua ſequitur lucrum tanquam neceſſariū antecedens: qui enim vult conſequēs, neceſſario vult añs ad illud. l. illud. ff. de acq. hæred. Vnde iſto caſu alienatio virtute ſtatuti non dicitur prohibita, ſed permiſſa, & ita tollitur, ꝙ habetur in d.l. codicillis. §. fi. & per gl. in d. §. ea lege. Nam illa locum habet in materia prohibita in antecedenti, & conſequenti. Secus vbi promiſſio conſideratis verbis ſtatuti claris conceditur in antecedenti & conſequēti, quia cum ex verbis ſtatuti ſit derogatū ipſi l. hac edictali. prohibitio, de qua ibi, penitus ceſſat. Ita Bald. in citato conſil. 495. col. 5. verſicu. nec obſtat. & Socy. in allegato conſi. 52. & Pariſ. in præfato conſi. 91. col. penul.

13 Non obſtat, quod † ſtatutum recipere debeat interpretationē paſſiuam a iure communi, & ſic a d.l. hac edictali, quia reſpondetur ſecundum Socy. in d. conſi. 52. colu. fin. hoc eſſe verum, niſi ex verbis ſtatuti conſtaret, ꝙ ſtatuentes velint recedere a iure communi, quia tunc non recipiet talem interpretationem, alias ſecus. & inquit, quod hęc fuit diſtinctio Ioann. de Imo. in l. ſi vero. §. de viro. ff. ſolu. matr. in materia interpretationis reſtrictiuæ. vbi, quando quæritur, an lex vel ſtatutum generaliter loquēs recipiat interpretationem reſtrictiuam per regulam iuris cōmunis, diſtinguit, quod aut cōſtat de mente legis nouæ, quod voluerit corrigere legē antiquam in materia, de qua quæritur, & tunc non recipit reſtrictionem, argum. l. 1. §. generaliter. ff. de lega. præſtan. Si vero non cōſtat de mente, ꝙ voluerit corrigere materiam, de qua quæritur, licet in alia materia corrigat, & tunc lex noua diſtingui debet per legem antiquam, auth. offeratur. cum gloſ. C. de lit. conteſt. vel quando, ſi non fieret reſtrictio, quis indebite damnum pateretur, iuxta notata in l. fin. §. in computatio
nę C. de iure delib. Sed in caſu huiuſmodi queſtionis, vt ſupra dictum fuit, ſatis dicitur conſtare, quod ſtatutum voluerit corrigere ius commune. Igitur reſtrictio fieri non debet, quia ſtatutū vult, quod ſi vxor deceſſerit ſine filijs ex eo matrimonio maritus lucretur dotem, quod eſt contra ius commūne. Igitur non debet reſtringi per id ipſum ius cōmune, præſertim, quia illa verba, ex eis, nihil operarentur, cōtra l. ſi quando. de legat. primo.

Non obſtat, ꝙ per ſtatutum non derogatur d.l. hac edictali. & ſic non fit præiudicium filijs primi matrimonij, niſi expreſſe iſtud dicatur, quoniam vera & cōmunis concluſio
14 eſt in † contrarium, quod imo ipſi legi derogatur, ſi ex verbis ſtatuti poteſt apparere ſtatuentes voluiſſe derogare, licet expreſſe de ipſa derogatione mentionem non fecerint, nec de filijs primi matrimonij, vt per Salyc. in d.l. hac edictali, in 6. q. in fine & per ea quæ dixi ſupra. in q. 25.

Non obſtat vltimo loco authoritas Bald. in d.l. 1. C. de inoffi. dot. quoniam, vt dixit Pariſi. in iam ſæpius allegato cōſi. 91. colum. fin. Bald. ibi verbum nullum dicit quo ad terminos huius quæſtionis, & ſic ex eis conſtat, vt ſubdit Pariſi. ꝙ non eſt curandum de dictis per Soc. in d. conſi. 25. cum ipſemet contrariū punctualiter tenuerit in terminis huius ſtatuti in d conſi. 52. cuius opini. tanquam magis deliberata & copioſius examinata eſt ſequenda. ex eo etiam, quod rationes, quæ per eū ibi adducuntur, ſunt efficaciſſimæ, & in quo reſpondet omnibus in contrarium adductis, de quibus in d. conſi. 35. & ideo tu ſequere hanc ſententiā, quam dicit eſſe veram, & ſequendam Socyn. citato conſi. 52. in fine.

SVMMARIVM.

1 *Stdtutum diſponens, quod muliere prędecedente ſine filijs meritis nihil teneatur reſtituere de dote, non corrigit l. hac edictali. C. de ſecund. nupt.*

Sed

Source : BIU Cujas

Sed contra nume. 11.

2 *Casus omissus a statuto remanet in dispositione iuris communis, quod declara, ut num. 12.*

3 *Verba generalia statuti & absoluta, generaliter intelligi debent, & a verbis eius non est recedendum, etiam quod essemus in materia odiosa, quã do proprietas uerborum hoc requireret.*

4 *Verba vniuersalia statuti de lucro dotis, faciunt includi ea quæ alias non includerentur.*

5 *Statutum, quod maritus præmoriente vxore in omni casu lucretur dotem, excludit filios primi matrimonii.*

6 *Idem quando statutum defert totam dotem.*

7 *Verba negatiua sunt maioris virtutis quam affirmatiua, quia negatiua intẽ sius negat, quam affirmatiua affirmet.*

8 *Dispositio affirmatiua licet verificetur in primo actu, secus est in negatiua, quæ porrigitur in infinitum.*

9 *Testator si aliquid reliquit filiæ vltra legitimam, & mandauit, quod nõ nuberet nisi mercatori, uel filio mercatoris, alias quod perdat legatum, si ipsa primo nupsit mercatori, & eo mortuo nobili non mercatori, perdit legatum.*

10 *Verba statuti sunt intelligenda, ne sint superflua, sed vt aliquid operentur, maxime quando aliquis sanus intellectus aliquid importans, etiam si sit contra ius commune, potest ei dari, & præsertim vbi verba sunt vniuersalia.*

QVAESTIO XXXI.

1 QVAERITVR etiam, An statutum disponens, quod † muliere prædecedente maritus nihil teneatur de dote restituere, corrigat l. hac edictali. C. de secun. nup. & sic excludat filios primi matrimonij? Et videtur dicendum quod non, quia huiusmodi statutum non loquitur in casu, in quo extant filij ex primo matrimonio. Vnde iste casus non intelligitur in statuto comprehensus, sed ab illo exceptus, & exclusus. Quo casu cum verba respectu personarum sint indefinite prolata, cum non exprimantur personæ, quibus restitutio fieri prohibetur, licet respectu rei, ideſt dotis, sint vniuersalia propter illud verbum, nihil, vt in l. fina. ff. de liber. & posthu. sequitur, quoſt iste casus tanquam omissus a statuto remane
2 re debet † in dispositione iuris communis, & sic l. hac edicta li. per quam plus non debetur marito quam vni ex filijs primi matrimonij, & ita ex his decidit Domin. meus Ruin. in consi. 63. colum. 2. in fi. volu. 3.

Quibus tamen non obstantibus contrariam sententiã tãquam magis amicam veritati tenendam existimamus. Et pri
3 mo, qa † verba statuti, quod maritus nihil de dote restituat, sunt generalia & absoluta, siue extent filij, siue non, ergo generaliter intelligi debent l. 1. §. generaliter. ff. ad lega. præstan. & a verbis ipsius nõ est recedendum. l. quod constitutum. ff. de mili. testa. dato quod essemus in materia odiosa, quando verborum proprietas hoc requirere videtur. l. cum lege. vbi Aret. in ff. de testa. Cald. in consil. 1. in titu. de consanguin. & affi. Sed a fortiori, vbi materia est fauorabilis, prout in casu huiusmodi quæstionis, vbi tale statutum excludens expresse vel tacite filios ex primo matrimonio inductum fuit, vt sup. dixi in q. 24. in fauorem viduarum, quæ viros non reperiebant. Igitur per tale statutum excludendi veniunt filij primi matrimonij, & per consequens maritus ad lucrum dotis admittendus.

4 Secundo probatur ista opinio, Nam quod † nihil de dote restituatur, sunt verba vniuersalia, quæ verba faciunt includi, quæ alias non includerentur, vt per Barto. in l. generali. §. vxori. ff. de vsufruc. lega. & dominum meum Ruin. in consi. 149 num. 10. uolum. 2. & in terminis de lucro dotis, hoc voluerunt Rom. in consi. 44. colum. 3. Dec. in l. omnia. ff. si certum peta. & alij de quibus supra in quæst. 29. vbi statutum
5 disponens, quod † maritus præmoriente vxore in omni casu lucretur dotem, propter illa verba vniuersalia, in omni casu,
6 excludit filios primi matrimonij. Item similiter quando † defert statutum totam dotem marito, vt per Paul. de Cast. in consi. 192. colum. 2. volum. 1. ergo & idem dicendũ est, quando disponit, quod nihil de dote restituatur.

7 Tertio confirmatur hæc sententia, Nam verba † negatiua sunt maioris virtutis quam affirmatiua, quoniam negatiua intensius negat, quam affirmatiua affirmet, vt est gl. in c.
8 cum dilectus. de constitu. Hinc videmus, quod † licet dispositio affirmatiua verificetur in primo actu. l. boues. §. hoc sermone. ff. de verbo. sing. tamen secus est in negatiua, quæ porrigitur in infinitum, vt est glos. fin. in l. hoc genus. ff. de condit. & demonst. quam sequitur Oldrad. in consi. 16. incip.
9 Thema, per quam ipse colsuluit, quod † si testator aliquid reliquit filiæ vltra legitimam, & mandauit, quod non nuberet, nisi mercatori, vel filio mercatoris, alias perdat legatũ, si ipsa primo nupsit mercatori, & eo mortuo nobili non mercatori, quod perdit legatum, & istam limitationem dicit alibi non legisse Ias. in l. duobus. §. ei qui. ff. de iureiur. quam etiam sequitur Paul. de Cast. in d. l. hoc genus. qui dicit, ꝙ ex illo cõsi. Abbas habuit magnum honorem, & idem tenet Ias. in l. diuortio in §. quod in anno. colum. fin. ff. solu. matr. & Dec. inconsi. 617. colum. 1. Sed statuta disponentia affirmatiue, quod maritus lucretur in omni casu dotem, vel ꝙ lucretur totam dotem, excludunt filios primi matrimonij, vt per Roma. Dec. & Pau. vt supra dixi, ergo fortius excludere eos debet statutum negatiue disponens, quod maritus nihil de dote restituere teneatur, cum ipsa negatiua, nihil, maxime sit vniuersalis, vt d. l. fin. ff. de libe. & posthum.

10 Quarto facit. Verba apposita in † statutis sunt intelligenda, ne sint superflua, sed vt aliquid operentur, vt notat Barto. in l. 4. §. prætor ait. in 3. colum. versicu. quæro, quid si statutum. ff. de damno infec. maxime quando aliquis sanus intellectus aliquid importans etiam cõtra ius commune potest ei dari. l. 1. §. fin. vbi notatur. ff. ad muncipa. Pau. de Cast. in dicto consi. 192. in princi. & præsertim vbi verba sunt vniuersalia, vt per Corn. in consi. 316. colum. pen. vol. 1. & Dec. in consi. 617. in fi. Sed si istud verbum, nihil, non excluderet filios primi matrimonij, esset sine virtute operandi contra l. si quãdo. de leg. 1. superfluoq; esset appositum, cum satis fuisset dicere simpliciter in statuto, quod maritus præmoriente vxore non restituat dotem. Igitur, ne frustra appositum censeatur, ferendum est, quod illa dictio, nihil, vniuersalis, excludat ipsos filios ex primo matrimonio, prout in simili dicit Soyn. in consi. 53. colum. pen. volum. 3. quod statutum deferẽs dotem mariro vxore præmoriente sine filijs ex eis derogat l. hac edictali, & sic excludit filios primi matrimonij a dote materna, ne dicta verba ex eis censeantur superfluo apposita, vt de hoc late dixi supra in quæst. præcedenti.

11 Quinto & vltimo hanc quæstionem † in terminis decidũt Dec. in consi. 19. colum 2. & 3. & in consi. 353. colum. 2. Parisi. in consil. 91. colum. 3. in fi. volum. 3. vbi vult idem esse in isto casu, ac si expresse esset derogatum dictæ l. hac edicta li, & Berous in quæst. suis famil. q. 119. versi. tertius casus.

12 Non obstat modo argumentum ex aduerso factum, † ꝙ cum in huiusmodi statuto non fuerit facta mentio de filijs primi matrimonij, iste casus tanquam omissus debet remanere in dispositione dictæ l. hac edictali, ac secundum eam regulari, quia respondetur, quod et si in specie non fuerit derogatum ipsi legi, & sic facta mentio de filijs primi matrimonij, tamen cum ex coniecturis constet de contraria intentione statuentium, non procedet dictum argumentum, cum statuentes possint illi legi derogare, vt per Salyc. in dicta l. hac edictali. q. 6. in fi. & Pau. de Cast. in citato consi. 192 colum. 2. in fine. & alios de quibus supra in q. 25. Quod tamen satis dicitur constare de mente ipsorum statuentium in terminis huius quæstionis, cum studiose apposuerint, & cum mysterio illud verbum, nihil, quod effectum aliquẽ producere nõ potest, nisi præmissam exclusionem filiorum primi matrimonij. Igitur &c.

Nec obstat authoritas Domi. mei Rui. quia ex rationibus supra deductis, necnon & ex authoritatibus pariter citatis constat, non esse standum eius singulari sententiæ, sed adhærendum esse communi opinioni, a qua in iudicando non est recedendum.

SVMMARIVM.

1 *Legi, hac edictali. derogatum esse non intelligitur, si statutum admittit maritum ad lucrum dotis per mortem vxoris decedentis sine liberis communibus, sed contra, & num. 5. & 11.*

2 *Statutum si disponat, quod vxore præmoriente sine filijs ex eis maritus lucretur dotem, non derogat l. hac edictali sed contra, numero 17.*

3 *Statutum simpliciter disponens, quod vxore præmoriente sine liberis, maritus lucretur dotẽ, non excludit filios prioris matrimonii, quod declara, vt num. 16.*

4 *Dos data primo viro non censetur simpliciter constituta secundo extantibus filiis ex primo matrimonio quo ad effectum vt maritus ex statuto possit aliquid lucrari vltra id, quod acquiritur vni ex filiis primi matrimonii.*

6 *Exceptio firmat regulam in omnibus casibus non exceptuatis.*

7 *Statutum quando loquitur simpliciter, licet recipiat interpretationem a iure communi, tamen fallit, quando statutum procedit vlterius faciendo aliquas exceptiones, quia tunc non habet locum ius commune, sed statuto stare debemus in casibus non exceptis ab ipso statuto.*

8 *Princeps quando excipit unum casum, in quo uoluit tertio prꝛiudicare, ex tali exceptione declaratur intentio Principis, & ampliatur, quod in aliis casibus non exceptuatis uoluit tertio prꝛiudicare.*

Source : BIU Cujas

9 *Constitutio procuratoris ad omnia, præterquam ad unum casum requirentem speciale mandatum, utputa quod non possit deferre iuramentum, operatur, ut omnia alia possit, in quibus requiritur speciale mandatum.*

10 *Verba intelliguntur eo respectu, quo prolata sunt.*

12 *Statutum licet debeat secundum leges declarari, & in nonnullis casibus restringi: Tamen id non procedit, ubi uerba legis municipalis adeo ampla sunt, ut commode, & citra manifestam cauillationem restringi non possint.*

13 *Verbum minimum in statuto non censetur appositum sine uirtute operandi.*

14 *Statutum admittens maritum ad lucrum dotis uxore decedente sine liberis, excludit filios primi matrimonij.*

15 *Rei appellatione uenit tota res.*

QVAESTIO XXXII.

1 AN dispositio l. hac edictali. correcta esse intelligatur †stante statuto, quod vxore pmoriente sine liberis cōmunibus maritus lucretur dotem? Do. meus Ruin. in cōsil. 59. colum. 10. versicu. præterea. volum. 3. videtur velle, quod non, quoniam vbi etiam verbum cōmunib. non fuisset expressum, sed solum dictum fuisset, non extantibus filijs, intelligeretur de communibus & natis ex vxore & viro, cui defertur lucrum, & sic talis expressio omnino fuit superflua, vt probatur in l. cum vir. & ibi Bar. & Docto. ff. de condi. & demonstra. l. si inter. ff. de pact. dotal. ergo datur intelligi, quod illa verba sine liberis communib. nō habeant derogare dispositioni. d. legis, prout etiam non derogatur, si statutum simpliciter disponeret de lucro dotis nō existentibus liberis, vt per Bartol. & alios in d. l. hac edictali. Cui sentētiæ accedat, quod not. Socy. in consi. 35. colum. 3. in princip. uolum. 4. vbi statu

2 tum deferens †lucrum dotis marito, vxore præmoriente sine filijs ex eis, non derogat illi legi, quia illa verba etiam intelliguntur, quamus non sint expressa in statuto simpliciter deferente lucrum dotis, si vxor prædecesserit sine filijs, & sic illa expressio tanquam superflua, nihil operatur, & subdit, quod Bal. punctualiter ita decidit in l. 1. C. de inoffic. do.

Secundo idem vult ipse Do. meus Ruin. in consil. 11. in 2. dubio. volu. 3. vbi inquit, quod tale statutum, quod non extantibus communibus liberis maritus lucretur dotem, si nō procedit vlterius, non derogat ipsi l. hac edictali. sed quod

3 †maritus tantum cōsequitur, quantum vnus ex filijs primi matrimonij, cui minus acquireretur, vt per Bart. ac alios in in d. l. hac edictali. & Bartol. in disputatione incip. mulier ha

4 bens amplum patrimonium. vbi dicit, quod † si mulier transeat ad secunda vota, quod dos primi matrimonij non intelligitur simpliciter constituta, quando extant filij primi matrimonij, quo ad effectum, vt maritus ex pacto vel statuto possit lucrari vltra id, quod acquiritur vni ex filijs primi matrimonij, cui minus acquiritur, & subdit, ꝙ in terminis hoc vult Bal. in c. 1. an mari. suc. vxo.

His tamen non obstantibus contraria sententia de iure est verior, & magis recepta, quod probatur. Nam statutum po

5 nit regulam, quod non extantibus † communibus liberis ex vxore prædefuncta maritus lucretur dotem, & ab ea excipit vnum casum solum. & in eo duntaxat maritum excludit a lucro dotis, videlicet quando extant communes liberi sumendo argumentum a contrario sensu (vt licet) iuxta no. in l. 1. ff. offic. eius, cui mand. est iurisd. ex quo sequitur, quod cum talis exceptio firmet regulam in omnibus alijs casibus nō exceptuatis. l. tribunus. §. fi. ff. de testa. mili. ꝙ firma manet regula,

6 ꝙ †maritus etiam extantibus filijs primi matrimonij debet lucrari dotem, vt decidi videtur ex dictis per Bal. in l. 1. § sed

7 excipiuntur, in fi. ff. de ferijs. vbi inquit, quod † quando statutum loquitur simpliciter, tunc recipit interpretationē a iure cōi. l. si ferui vestri. C. de noxal. Si vero procedit vlterius faciendo aliquas exceptiones, & tunc non habet locum ius cō mune, quia in casibus a statuto non exceptis debemus stare statuto & non iuri communi. Nam exceptio in quibusdam, videtur regulam in cæteris confirmare. Quod & comproba tur per ea, quæ not. Alexan. in consi. 215. colum. 8. versic. 10.

8 consīdero. vbi † quādo Princeps excipit vnum casum, in quo voluit tertio præiudicare, ex tali exceptione declaratur intē tio Principis, & ampliatur quod in alijs casibus non exceptuatis noluit tertio præiudicare. Cui etiam opitulatur, quod dixit Lap. in c. qui ad agendum. de proc. quem sequitur Alex. in l. fi. ff. quod quisque iur. & in consi. 36. col. 1. vol. 6. & Dec.

9 in c. in consultationibus. in fi. de off. dele. vbi si † constituo ꝓ cutatorem ad omnia, nisi ꝙ non possit iuramentum deferre. & sic exceptio casum requirentem speciale mandatum, curte per talem exceptionem ampliatur regula, vt procurator omnia alia possit, in quibus speciale mandatum requiritur.

Item in proposito cum statutum excipiat liberos cōmunes, quibus noluit præiudicare, ergo infertur, qnod liberos primi matrimonij voluit excludere. & ita in terminis huius quæstionis arguit Dec. in consi. 283. colum. 2. versicu. hoc idem. vbi etiam pro confirmatione facit, quod idem Dec. in j. col. considerat, dum dicit, quod cum ista verba, non extantibus liberis cōmunibus, sint prolata respectu vxoris præmortuæ, intelligi debent de communib. liberis ex marito & vxore p-

10 mortua, quia verba † intelliguntur eo respectu, quo prolata sunt. l. debitor. §. fin. ff. ad Trebel. & in talibus liberis communibus ex dicto marito & vxore præmortua est ratio manifesta, quod maritus pater liberorum excludatur, quia pater maritus æquo animo tolerabit, si illo excluso eius filij admittantur propter maximā affectionem patris in filios. l. isti quidem. ff. quod met. cau. nec propter hoc maritus retrahetur a matrimonio, ad quod cum tali lucro a statuto inuitatur, secus esset in liberis primi matrimonij. Igitur cum maritus excludatur a lucro dotis existentibus communibus liberis, illis ergo nō extantibus maritus indistincte admitti debet, prout statutum generaliter loquitur. & sic etiam existentibus liberis ex primo matrimonio, alias si eorū occasione maritus nō deberet lucrari dotem, ipsa verba, de communibus liberis ex vxore præmortua, essent superflua, & nihil operarentur, contra l. si quando. ff. de leg. 1.

Secundo, quod dictæ l. hac edictali. per huiusmodi statut ū

11 sit † derogatum, vltra Dec. in citato consi. 283. colum. 1. & 2. voluit Paris. sequendo Doc. in consi. 91. colum. 3. in fi. volum. 3. Alc. in lib. 1. de verborum signifi. char. 28. vbi inquit,

12 † quod licet statuta debeant secundum leges declarari, & in nonnullis casibus restringi; tamē id non procedit, vbi verba legis municipalis tam ampla sunt, vt commode & citra manifestam cauillationē restringi non possint, vt si statutum diceret, quod maritus decedēte vxore sine communibus liberis lucretur dotem. Quorsum enim liberorum communiū. mentio fit, nisi vt qui communes non sint, reijciantur? Idē tenuit Dom. meus Ruin. in consi. 59. colum. 9. in fi. versicu. nō obstat etiam quod dicitur, & colum. 10. in princip. versic. cum enim maritus, volum. 3.

Non obstant, quæ in contrarium adducta fuerunt, & in primis dictum Dom. mei Rui. in consi. 59. colum. 10. vbi pō derāt dicta verba, non obstantibus communibus liberis, esse superflua, cum alias sine expressione ea tacite intelligerentur quia respondetur, quod imo cum virtute operandi appositā fuerant, vt aliquid addatur iuri communi, & ad demonstrationem, quod intentio statuentium fuit excludere filios pri-

13 mi matrimonij, cum † quodlibet minimum verbum in statutis non censeatur appositum sine virtute operandi, vt per Bald. in rub. de contrah. emp. in 9 q. & D. meum Ruin. in cō-si. 81. colum. 3. & 4. vol. 1. & per Dec. in terminis huius quæstionis in d. consi. 283. colum. 1. & Alcia. vbi supra, & Socy. in consi. 52. colum. pen. volum. 3. Quod etiam demonstratur alio modo. Nam nos videmus, vt supra dictum fuit in q. 31.

14 quod † statutum disponens, quod vxore prædecedente sine liberis maritus lucretur totam dotem, excludit filios primi matrimonij, vt per Pau. de Cast. in citato consil. 192. col. 2. volum. 1. & tamen attenta ratione Do. mei Ruin. hoc non esset dicendū, cum etiam si statuto caueatur simpliciter, ꝙ maritus lucretur dotem, tale statutū debet intelligi de tota do-

15 te, quia † appellatione rei, venit tota res, vt not. in l. si rem. ff. de rei ven. & probatur in l. de pupillo. §. qui nunciat. vbi Bar. & communiter Doct. ff. de oper. noui nuncia. ergo sequitur. ꝙ artificiosè & cum mysterio dicta verba, sine communibus liberis, sunt appositā in statuto ad exclusionem filiorum primi matrimonij: cum alium effectum operari non possint, vt in simili dicit Pau. de Cast. in d. consil. 192. col. 2. in fi. de statuto deferente lucrum totius dotis.

Secundo in dictis D. mei Rui. non potest fieri fundamentum, cum ipsemet non audeat hoc pro firmo ponere: dum dicit, vel saltem negari non potest, quin de hoc dubitari potuisset, & tanto fortius, cum in citato cons. 59. colu. 9. in fi. cum seq. in princ. admittat ipsa verba operari exclusionem filiorum primi matrimonij.

Non obstant etiam not. per D. meum Ruin. in d. cons. 61. in 2. dubio, quia Barto. & alij in d. l. hac edictali. & Barto. in dicta disputat. mulier habens &c. allegati per ipsum D. meum Ruin. non loquuntur in statuto, de quo in quæstione præsenti, videlicet non extantibus communibus liberis, sed solum

16 quando † simpliciter per statutum conceditur lucrum marito vxore præmoriente sine filijs. Quo casu verum est, quod tunc statutum recipit interpretationem a d. l. hac edictali. & ad dicta Bar. in simili casu respondet Paris. in cons. 91. colum. pen. in fi. volum. 4. & ideo, cum dictæ decisiones non meue-

rint

rint allegari in proposito huius quæstionis, non valent dicta per eum in d.con. iuxta notata per Bar.in l.non solum.§. si liberationis verba.ff.de lib.lega.

Minusque facit decisio Bal.in d.c.1.an mari. succe.vx.quia licet Bald. ponat quæstionem, an per statutum vxore præmoriente sine filijs, ex eis maritus lucretur dotem, excludãtur filij primi matrimonij,& sic derogetur dictæ l.hac edicta li.& arguat hinc inde ad partes:tamen pro decisione se remittit ad dicta per eum in ipsa l. hac edictali. vbi nullam penitus facit mentionem de terminis illius quæstionis. & quatenus
17 hoc diceret† viribus nõ subsisteret eius sententia, quia cõtrarium ipse directo consuluit, vt in cons.495.vol.5.vbi per multas rationes, & quidem vrgentes demonstrat, quod ubi statuto sunt apposita illa verba, sine filijs ex eis, excluduntur filij primi matrimonij,& Bal.in d.c.1. reprobat in specie Soc. in consi.52.col. pen.vol.3.

Ad dicta per Soc.in consi.35.post Bald.in l.1.C. de inoffic. dot. respondet Paris.in d.cons.91.colum.fi.quod Bal. ibi verbum nullum dicit ad terminos illius quæstionis, & quod idē Soc. fuit sibi contrarius, vt patet in consi. 52. vbi magis deliberate loquutus fuit, & quia latissime illam quæstio. ac satis abunde examinauimus supra in q.30. Ideo non conterendo tempus,vbi non expedit,ad ibi dicta me remitto, & ita hanc partem teneas tãquam sulcitam melioribus rationibus & authoritatibus.

SVMMARIVM.

1 *Legi, hac edictali.derogatum esse censetur stãte statuto,quo caueatur,quod uxore præmoriente sine filiis amborum duorum,maritus lucretur dotem,& nu.10.*
2 *Verba debent intelligi eo respectu, quo prolata sunt.*
3 *Statutum si disponat,quod uxore præmoriente sine cõmunibus liberis maritus lucretur dotem, excludit filios primi matrimonii.*
4 *Argumentum a contrario sensu sumitur etiam in materia correctoria, ut uerba aliquid operẽtur ẽt ad correctionem iuris antiqui.*
5 *Statutum si admittit maritum ad lucrum dotis uxoris præmorientis sine filijs ex eis, excludit filios primi matrimonij.*
6 *Statutum concedens marito lucrum totius dotis uxoris prçmorientis sine filiis, excludit filios prioris matrimonii.*
7 *Statutum, quod uxore præmoriente sine filijs amborum, maritus lucretur dotem,non uerificatur in nepote ex filia.*
8 *Verba geminata magis demonstrant enixum uoluntatem statuentium.*
9 *Legi,hac edictali.etiam tacite derogatur.*

1 QVID si statutum deferat dimidiam † partem dotis marito vxore præmoriente sine filijs amborum duorum, an corrigatur dispositio ipsius l. hac edictali ? Et omissis super fluis teneas, quod ipsi legi per huiusmodi statutum derogatum esse censetur,quoniam illa verba,sine filijs amborum duorum,sunt prolata respectu vxoris præmortuæ,& ideo intelligi debent de filijs natis ex eodem matrimonio,cum ver-
2 ba† intelligantur eo respectu, quo prolata sunt.l. debitor.§. fi.ff.ad Trebel.l.si quis domum.§. quod tamen.ff. loca. notat Bald. per illum text. in l. si pater.§.qui duos. ff. de adoption. Cum ergo maritus excludatur præmortua vxore a lucro dotis,extantibus filiis amborum duorum,illis ergo non existentibus maritus admitti debet ad dictam dimidiam,prout statutum generaliter loquitur, & sic extantibus etiam liberis ex primo matrimonio,alias si maritus propter ipsos filios ex primo thoro non lucraretur dictam partem dotis, sequeretur quod illa verba, sine filijs amborum duorum, prout statutũ loquitur, superfluo apposita essent, & nihil operarentur, quod nullo modo est dicendum. capit.si Papa.de priuileg.in 6.l.si quando. de leg.1.& hoc fundamento vtitur Deci.in cõ
3 sil. 283.colum.1.vbi dicit, quod † si statutum disponit,quod vxore præmoriente sine cõmunibus liberis,maritus lucretur dimidiam partem dotis,quod ipsa verba,sine liberis communibus, cum sint prolata respectu vxoris præmortuæ, & ne superfluo apposita videantur,& sic sine virtute operandi excludunt filios primi matrimonii. & subdit, hoc in tantum
4 procedere,quod † etiam in materia correctoria,vt verba aliquid operentur, sumitur argumentum a contrario sensu, etiam ad correctionem iuris antiqui,vt not. Roma.in auth. ex testamento, per illum tex. C. de colla. & de hoc est tex.in l.nulla.C.de episc. & cleri. notat Bartol. in l. obseruare. in §. proficisci.ff.de offic.proconsi.& leg. pro qua sententia accedat, quod dixit Roma. in consil.44.colum.3. & Soc. in cõsi.
5 52.colum. penult. volum.3. vbi tradit, quod † statutum si admittit maritum ad lucrum dotis vxore præmoriente sine filijs ex eis, excluduntur filij prioris matrimonij propter illa verba, ex eis, ne frustratorie apposita censeantur. Ad idem facit, quod dixit Paul. de Cast. in cons. 192. colum. 1. &. 2.
6 vbi concludit, quod † statutum concedens marito, quod præmoriente vxore sine liberis, lucretur totam dotem, excludit filios primi matrimonij, cum illud verbum, totum, non possit operari alium effectum. & ideo cum in casu huius quæst. militet eadem ratio,eadem debet esse iuris dispositio.l.illud.ff.ad l. Aquil.

Secundo ista opin. confirmatur ex ijs, quæ dixit Dec. in
7 consi.353.colum. fi. vbi inquit, quod † si statuto caueatur, quod vxore prædecedente sine filijs amborũ, maritus lucretur partem dotis, quod tale statutsi non verificabitur in nepote ex filia: quia si extenderetur ad hunc nepotem, ille non esset filius duarum, sed quatuor personarum: quod vtique dicendum est in terminis huius quæstionis: quia filij primi matrimonij non essent filij duorum, sed trium personarum. Igitur cum verba dicti statuti in filijs primi matrimonij non possent adaptari,nec pariter eiusdem statuti dispositio.l.4.§. toties.ff. de dam. infec. & licet ratio Dec. in casu suo a nonnullis mordeatur:tamen in terminis,de quibus tractatur,bene procedit: quia vere dicere non possumus, filios primi thori esse filios ipsorum amborum, ideſt eiusdem matrimonij,& tanto fortius,cum vltra verbum, amborum, addatur & verbum, duorum: quæ verba cum sint geminata, magis
8 † demonstrant enixam voluntatem statuentium, voluisse excludere filios primi matrimonij,& sic tacite derogare dispositioni ipsius l.hac edictali.Quod † quidem sufficere videt, vt
9 per Salyc.in dicta l.hac edictali in vj.quæstio.in fine,& Socy. in consi.52.co..pen.in prin.vol.3. & alios, de quibus in quæstionibus præcedentibus, vbi istam fore communem opinionem demonstrauimus.
10 Tertiò & vltimo,quòd † excludantur filij primi matrimonij stante statuto,de quo supra,voluit Dec.in consi.19.col.2. Paris.in consi.91.col.3.in fi.vol.3.& D.meus Ruin.in cons.63. col.1.ver.& primis.& col.2.ver.non obstat.uol.3.ubi propric dicit,quod illa verba,sine filijs amborum, sunt posita ad exclusionem filiorum ex alio matrimonio, & ita, si casus tibi euenerit,sequere hanc opinionem.

SVMMARIVM.

1 *Dispositioni l.hac edictali.non censetur derogatum,si stante statuto,quod liceat mulieri secundo nubenti totam dotem dare, & tradere secundo viro,exclusis filijs primi matrimonij,mulier non dederit dotem secundo viro,& nu.6.*
2 *Dos data primo viro censetur data secundo,quod declara,vt nu.7.*
3 *Verba legis, vel statuti vbi non conueniunt, ibi etiam non militat eius dispositio.*
4 *Statutum de lucro dotis cum sit correctorium iuris communis, restringendum venit, vt minus lædatur dispositio ipsius iuris communis, quam sit possibile.*
5 *Verba statuti,si est possibile,semper debent intelligi, ne quis indebite damnum patiatur, etiam si ita intelligendo statutum nihil operaretur, vel adderet iuri communi.*
8 *Verba statuti non debent censeri superfluo apposita.*
9 *Verba statuti contra ius commune non recipiunt declarationem ab illo, quando statutum superfluum redderetur.*
10 *Iuris necessitati non subijcitur omne, quod subijcitur licentiæ, & potestati alicuius.*
11 *Filios magis amore prosequi solemus,quam nosmetipsos.*
12 *Verba statuti debent capi large,uel stricte,si ita interpretando,euitatur correctio iuris communis.*

QVAESTIO XXXIII.

QVIA a Doctoribus communiter recipitur,quod derogatum censetur dispositioni l.hac edictali.C.de sec. nup.stante statuto,quod liceat mulieri secundo nubenti totam dotem dare, & tradere secundo viro, exclusis filijs primi matrimonij, absque eo quod cogatur eisdem aliquid reseruare,vel restituere, vt per Curt.Sen.& Iun.in auth.præterea.C.vnde vir & vxor.ac Iaso.in consi.50.volu.1. Dubitatur
1 modo,† an si mulier non dederit,neq; tradiderit dotem secũdo viro,& sic vsa non fuerit facultate sibi a lege statutaria cõcessa,maritus per mortem vxoris decedentis cum filijs primi matrimonij,lucretur dotem.Primo quidem aspectu videretur dicendum quod sic: quia a statuto concessum reperitur mulieri,quod alias a lege etiam permissum erat: Nã lege cautum comperitur,quod † dos data primo viro, censetur data secundo.l.dotem.ff.de iu.dot.Cum igitur ista expressio statuti nihil possit plus operari,quam ea quæ tacite insunt a lege.l. 3.ff.de leg.1.sequitur,quod sicut maritus lucratur dotem datam primo viro ex dispositione legis, vt per Cuma.in consi. 109. & alios de quibus infra in q. 75. ita etiam lucrari debeat

dotem

Source : BIU Cujas

dotem ſtante præmiſſo ſtatuto, quod liceat mulieri dare, & tradere ſecundo viro dotem, etſi actualiter, & expreſſe non tradiderit, nec dederit.

Verum his non obſtantibus, ſententia contraria vti verior
3 tenenda eſt. Et primo, quia † vbi non conueniunt verba legis vel ſtatuti, ibi etiam non militat eius diſpoſitio. l. quod cõ ſtitutum. ff. de mili. teſta. Sed verba ſtatuti non conueniunt. & in ſimili caſu non loquuntur, quia licet ex vi ipſius ſtatuti ſit in libera poteſtate mulieris nubere, & dare ac tradere bona ſua in dotem ſecundo viro, tamen requiritur, quod dederit, & tradiderit ipſa bona viro: vnde, cũ nõ vſa fuerit facultate ei a iure muncipali conceſſa in dando dicta bona actualiter ſecundo marito, ſequitur, quod nõ debet habere locum diſpoſitio ipſius ſtatuti, ſed quod debet habere locum diſpoſitio iuris communis, argum. l. commodiſſime. ff. de liber. & poſthum. & eorum quæ not. Alex. in conſi 212. col. 3. vol 6.

Secundo facit. Nam ſtatutum, de quo agitur cum ſit
4 † correctorium iuris communis, vt abunde diximus ſupra in q. 2 reſtringendum venit, vt minus lædatur iuris communis diſpoſitio, quam ſit poſſibile. l. fin. §. in computatione. C. de iure deli. ergo neceſſario reſtringendum eſt, vt ſolum in caſu a lege muncipali diſpoſitio locum habeat, & ſic quãdo tradidit dotem ſecundo viro.

5 Tertio verba ſtatuti, ſi poſſibile eſt, ſemper † debent intelligi, ne quis indebite damnum patiatur, etiam ſi ita intelligẽdo ſtatutum nihil operaretur, vel adderet iuri cõmuni, quia potius debet iudicari ſtatutum, vt ſit ſuperfluum, & nullius effectus, quam quod quis indebite damnum patiatur, dicto §. in computatione. Sed filij indebite damnum paterentur, ſi verba ſtatuti intelligerentur in alio caſu, quam quãdo actualiter dos data fuit, quia priuarentur legitima, & ſucceſſione bonorum matris propter ſecundum maritum, ergo &c.

6 Vltimo in terminis † hoc voluit Rayn. de Forli. in conſil. 68. & in conſi. 267. inter conſi. Signor. de Homod. qui idem ipſe tenuit in conſi. 37. 69 quæ conſilia quamuis videantur inuicem aduerſari, tamen in caſu propoſito bene conueniũt. Idem dixit Paul. de Caſt. in conſi. 237. ſecundum antiquam impreſſionem, nunc ſecundum nouam eſt in conſi. 349. in 2. volum. qui loquuntur in caſu ſtatuti ciuitatis Aſtæ, incip. de teſtanda. Cur. Sen. in auth præterea. C. vnde vir & vxor. & in conſi. 78. colum 6. & Cur. Iun. in d. auth. præterea colum. 5. Iaſ. in conſil. 50. volum. 1. Brun. in tract. exclu. fœmi. in 6. par. princ. in 4 membro. q. 27.

7 Non obſtant allegata ex aduerſo, quod † dos data primo viro, cenſetur data ſecundo, & quod ſicut ex vi ſtatuti maritus lucratur dotem illam tacitam, & præſumptam a lege, ita etiam debet lucrari dotem ipſam, de qua diſponitur a ſtatuto, quia reſpondetur, quod argumentum poſſet procedere, quando ex primo matrimonio non extarent filij, quia extantibus filijs, vt diximus infra in queſtio. 75. dos non videtur repetita in ſecundo matrimonio ſimpliciter, ſed ita demum, quod vir non lucretur vltra, quam haberet vnus ex filijs primi matrimonij, qui minus haberet, ne aliquid aduerſus filios prioris matrimonij machinari contingat, iuxta l. ſi conſtãte. in fi. ff. de dona. ante nupt. & Doct. in d. l. hac edictali.

8 Præterea verba ſtatutorum in dubio non † debent cenſeri ſuperfluo appoſita. l. ſi quando. ff. de leg. 1. Bald. in rubri. de contrahen. empt. q. 8. Do. meus Ruin. in conſi. 51. col. 6. vol. 3.
9 vbi verba † ſtatutorum contra ius commune non recipiunt declarationem ab illo, quando redderetur ſuperfluum ſtatutum, allegat Bar. in l. 2. ff. de vſucap. & in l. 4. §. prætor. ff. de dã. infec. Sed ſi nos diceremus, ꝙ a ſtatuto præſumatur dos data ſecundo viro, fruſtratoria eſſent illa verba, poſſit, & liceat,
10 quia non omne, quod † ſubijcitur licentiæ, & poteſtati, ſubijcitur neceſſitati iuris. l. non quicquid. ff. de iud. l. 1. vbi Barto. & alij. C. quomodo & quando Iudex. Igitur ne fruſtratoriè appoſita cenſeantur dicta verba, & ſine effectu, concludendũ venit, quod licet ex tenore prænarrati ſtatuti poſſit mulier, & ei liceat dare, & tradere ſecundo viro dotem lucrandam in præiudicium filiorum primi matrimonij: tamen ex hoc non eſt præſumendum, quod dederit, & voluerit priuare
11 filios primi matrimonij ob maritalem affectionem, cum † filios amore magis proſequi ſoleamus, quã noſmetipſos. l. iſti quidem. ff. quod met. cau. l fin. in princip. C. de cura. furio. Ita Curt. Sen. in dic. conſil. 78. colum. 8. & Iaſ. in citato conſil. 50. ver. quarto principaliter moueor: & tanto magis ſumẽda eſt dicta intelligentia in terminis, de quibus agitur, cum per eam minus derogetur iuri communi, per ea quæ voluit Do. meus Ruin. in conſil. 38. columna penultima· volum. 3. & in conſil. 169. colum. 3. volum. 3. vbi dixit, quod lverba
12 ſtatuti debent capi largè, vel ſtrictè, ſi ita interpretando euitatur correctio iuris communis, allegat text. in cap. cum dictus. de conſuetud. & ibi Abb. in 5. notab.

SVMMARIVM.

1 *Statuto ſi caueatur quod prȩmoriente vxore ſine liberis maritus lucretur dimidiam dotis, & alio diſponatur, quod verba ſtatutorum intelligantur ad literam prout iacent, per hoc vltimum ſtatutum non intelligitur eſſe derogatum remedio l. hac edictali. C. de ſecun. nupt. & num. 8.*
2 *Statutum diſponens, quod omnia ſtatuta præciſe ſeruentur, recipit interpretionem a gloſſa, & lege, licet non ob homine.*
3 *Statutum, quod omnia ſtatuta non recipiant interpretationẽ vel gloſſationem, iuſtam & legitimam recipient.*
4 *Verba prȩciſa recipiunt modificationem.*
5 *Verba quantuncunque præciſa recipiunt ſubauditionem, & interpretationem ſecundum ſubiectam materiam.*
6 *Verba Papę, quamuis prȩciſa, recipiunt interpretationem, & tacitam cõdicionem.*
7 *Diſpoſitio l. cum auus. ff. de condi. & demonſtra. procedens ex interpretata mente teſtatoris, non ideo minus procedit, quamuis in ciuitate ſit ſtatutum, quod verba teſtamenti nullam recipiant interpretationem.*

QVAESTIO XXV.

STATVTO cauetur in ciuitate Veronæ, quod vxore prædecedente ſine liberis, maritus lucretur dimidiam dotis: alio quoque diſponitur, quod verba ſtatutorum intelligantur ad literam, prout iacent. Dubium modo offertur. An
1 primum ſtatutum recipiat † interpretationem ad. l. hac edictali. ex quo de filijs primi matrimonij ſtatutum in litera nõ loquitur. Non inſiſtendo in verbis ſuperfluis, ſed amplectendo communes Doct. deciſiones teneatis, quod tale ſtatutum recipit interpretationem a d. l. hac edictali. Et primo ex his, quæ no. Bald. in l. omnes populi. colum. 20. ff. de iuſt. & iu. vbi
2 dicit, quod † ſi ſtatuto caueatur, ꝙ omnia ſtatuta præciſè ſeruentur, ꝙ nihil ominus recipiunt interpretationem a gl. & l. licet non ab homine, allegat l quamuis. C. de adult. & ratio eſt ſecundum laſ. in l. quamuis. ff. de in ius voc. quia interpretatio legis eſt neceſſaria. Et Bal. ſequitur Alexan. in conſil. 80.
3 colum. 3. volum. 3. vbi inquit, quod † ſtatutum diſponens, ꝙ omnia ſtatuta non recipiant interpretationem, vel gloſſationem, hoc non obſtante, ſtatuta recipient iuſtam & legitimã interpretationem. Idem voluit ipſe Alex. in conſil. 50. colum. pen. verſi. uec obſtat. volum. eo. vbi propriè loquitur in ſtatuto diſponente, quod verba ſtatutorum intelligantur, prout verba ſonant, & in conſil. 192. col. 2. volu. 6. & in conſil. 211. col. fi. eo. vol. 6. vbi per illa verba ſolum cẽſetur reiecta friuola, & cauilloſa interpretatio, non aũt iuſta & legitima. Quod & voluit Ripa in l. 1. nu. 26. ff, ſi certum petatur, & in reſpõſ. 3. lib. 1. reſponſ. Pariſi. in conſ. 127. colum. 3. verſicu. & illud verbum, volum. 1. Socin. Iun. in conſil. 1. nume. 131. vol. 1. Do. meus Ruin. in conſil. 3. colum. 4. volum. 5. & conſil. 15. col. 5. volum. 3. & in conſil. 127. colum. fi. eo. vol. 5. vbi pariter refert hanc ſententiam a Doctoribus magis receptam. Pro qua opin. facit, quod no. Ange. & Moder. in l. 3. §. in amittenda.
4 ff. de acquir. poſſeſ. vbi volunt, quod † verba præciſa recipiãt
5 modificationem. Hinc etiam dicunt gloſ. Barto. & alij in l. ſi ſtipulatus ſum damam. ff. de verbor. obligat. quod † verba quantumcunque præciſa recipiunt etiam ſubauditionem, & interpretationem ſecundum ſubiectam materiam. Accedat etiam, quod no. Bal. in capit. cum M. Ferrarienſis. colum. 8. de
6 conſtitu. vbi tradit, quod † verba Papæ, quamuis præciſa recipiunt interpretationem, & tacitam conditionem. Facit gl. not. in cap. licet de vitanda, de electio. in 6. vbi ſi Papa præciſè reſcribat, tamen legitimæ exceptiones admittuntur.

Confirmatur hæc ſententia ex dictis per Socin. in l. cum auus. colum. 54. & ſeq. ff. de condit. & demonſt. quem ſequitur Socin. Iun. in conſil. 1. nu. 143. volum. 1. vbi voluit, quod
7 † diſpoſitio illius legis, quæ procedit ex interpretata mente teſtatoris, non ideo minus procedat. quamuis in ciuitate ſit ſtatutum, quod verba teſtamenti nullam recipiant interpretationem, cum non de illa vel ſimili interpretatione intelligatur, ſed tantũ de friuola, & extranea. & in terminis huius quæſtionis de lucro dotis, ita decidit Curt. Iun. in conſil. 122. col.
8 fi. in princlp. vbi inquit, quod † huiuſmodi ſtatuta modicum operantur, cum per ea verba, ſola friuola interpretatio remota videatur, non autem inſtæ interpretationes legis. Quod tanto magis videtur dicendum in terminis huius noſtræ quæſtionis, cum per dictam interpretationem non derogetur iuri communi, per ea quæ notat Aretin. in conſi. 145. de quo facit mentionem Curtius Iunior in conſil. 6. colum. 4. in fi. cum ſequenti.

SVM-

Source : BIU Cujas

SVMMARIVM.

1 *Statutum de lucro dotis in præiudicium filiorum primi matrimonij, non extenditur ad filios, qui sunt alienæ iurisdictionis, & numero 15.*
2 *Verba generalia statuti non porriguntur ad hos, qui sunt alterius iurisdictionis. & num. 16. & 19.*
3 *Statutum disponens, quod ex stipulatione notarij acquiratur vtilis actio si nè cessione, non extenditur ad forensem, pro quo facta fuit stipulatio.*
4 *Prouisio nullalegalis actiua, vel passiua directo agit in non subditum nihil agentem per se, vel per alium intra territorium. l. condentis.*
5 *Statutum Florentię disponens, quod statuta edita contra cessantes, locum etiam habeant in quibuscunque forensibus, & contra quoscunque forē ses habitantes in ciuitate, uel districtu quomodolibet traficantes, uidetur inualidum ex defectu potestatis, si forensis non cessauit in ciuitate uel districtu Florentiæ.*
6 *Forum sortiri, & statutis ligari, a pari procedunt.*
7 *Statutum habilitans, uel inhabilitans personam alias inhabilem, uel habilē non extenditur ad forensem.*
8 *Statuta, quæ disponunt circa personam legitimam ad aliquem actum, non porriguntur ad eos, qui non sunt suę iurisdictionis.*
9 *Statutum disponens, quod filius familias possit testari, non extenditur ad forensem.*
10 *Statuto si caueatur, quod uir non posit instituere uxorem, si forensis testa bitur in loco statuti, non impedietur uir instituere uxorem.*
11 *Statutum inabilitans fratrem sororis a succedendo, non extenditur ad fratrem forensem.*
12 *Forensis non potest gaudere beneficio alterius statuti.*
13 *Statuto si disponatur, quod debitor debitoris capiatur ad instantiam credi toris, non poterit capi debitor debitoris ad instantiā creditoris forēsis.*
14 *Statutum arctans communitatem ad emendationem damni dati alicui, nō arctat eam, quando damnum passus est forensis.*

QVAESTIO XXXVI.

1 LEGE municipali cauetur, quod † maritus præmoriente vxore sine filijs lucretur dotem in præiudicium filiorū primi matrimonij. An huiusmodi statutum porrigatur seu extendatur ad filios dicti primi matrimonij, qui sint alienæ iurisdictionis. Omittēdo multa, quæ hinc inde dici possunt, concludendum fore arbitramur, quod non. Et primo; quia
2 verba generalia statutorum † non comprehendunt eos, qui sunt alienæ iurisdictionis, vt voluit Ioan. Mona. in c. vt animarum, de constit. in 6. quem sequitur Ant. de Butr. in c ec clesia sanctæ Mariæ, eod. titu. de constitu. quod & voluit Bald. in l. fi. §. in computatione. in fi. C. de iure deliber. arg. l. qui tabernas. ff. de contrahen. empt. Hinc dixit Angel. in con
3 si. 73. quod statutū † disponens, ꝙ ex stipulatione notarij quę. ratur vtilis actio sine cessione, non extenditur ad forensē,
4 pro quo facta fuit stipulatio, quia † nulla legalis prouisio actiua, vel passiua directo agit in non subditum nihil agentē per se aut per alium intra territoriū legem condentis. l. fi. ff. de iurisdict. om. iud & l. 3. ff. de offic. prę sid. facit etiam, quod notat D. meus Rui. in consi. 18. colum. 3. volum. 5. vbi concludit quod statutum ciuitatis Florentiæ disponens, quod
5 † statuta edita contra cessantes locum etiam habeant in quibuscunque forensibus, & contra quoscunque forenses habi tātes in ciuitate, comitatu, vel districtu, quomodolibet mercantes, videtur inualidum ex defectu potestatis, si ille Alber tus, de quo in themate suo non sit factus cessans in districtu, vel ciuitate Florentiæ, cum statutum loquatur in personam, quæ non est subdita.
6 Secundo, Nam a pari procedunt, forum fortiri in † aliquo loco, & statutis, vel legibus eius subijci, vt notat glos. in cap. quod clericis. de foro competen. Doct. in rubr. de consuetu. Alexan. in consi. 44. colum. 3. volum. 5. in consi. 19. colum. 3. & in consi. 116. colum. 1. eod. volu. Socy. in consi. 271. col. 2. in fi. D. meus Ruin. in consil. 200. col. 1. vol. 2. Sed filij primi matrimonij forenses non sortiuntur forum in loco statuti vi trici l. fi. ff. de iurisd. omn. iudi. ergo statutis vel legibus illius lo ci non subijciuntur.
7 Tertio facit, Nam statutum habilitans † vel inhabilitans personam alias inhabilem, vel habilem de iure communi, nō extenditur ad forenses, vt notat Bar. in l. 1. ff. de tuto. vel cu
8 rato. datis ab his. vbi dicit, quod statuta † ciuitatum, quæ disponunt circa personam legitimandam ad aliquem actum, non porriguntur ad eos, qui non sunt suæ iurisdictionis. Idē voluit ipse Bar. in l. cunctos populos, colum. 6. in princip. in 3. quæstio. in fi. C. de sum. Trin. & fide catho. vbi tradit, quod
9 † si statutum disponit circa personam, vt quod filius familias possit facere testamentum, filius familias forensis in illa ciuita te non poterit testari, quia statutum non potest legitimare personam sibi non subditam, nec circa ipsam personam aliquid disponere, per dictam l. 1. ac l. etiam, cum ibi not. ff. de tu
10 tel. Et subdit, † quod etiam si statuto caueatur, quod vir nō possit instituere vxorem suam, si forensis testabitur in ciuita te statuentium, non impediretur vir instituere vxorem suā, & cum Barto. ibi transit Ias. in 1. lectu. colum. 5. in princip & in 2. lectu. colum. antepen. Idem facit Alexan. in consil. 45. co
11 lum. 3. vol. 5. vbi concludit, quod † statutum inhabilitans fratrem sororis a succedendo, non extenditur ad fratrem forensem, necnon Corn. in consi. 45. colum. pen. versi. item est aduertendum. vol. 1. & in cons. 94. col. 2. vol. 2. & in cons. 162. col. 2. vol. 3. D. meus Rui. in cons. 120. col. fi. vol. 1. & 201. colum. 1. eod. vol. vbi opinionem Bar. de qua supra, communē esse attestatur, cum ea quoque pertransit Marsil. in l. fi. col. 30. versi. hanc tamen conclusionem. ff. de iurisd. om. iud. Sed huiusmodi statutū loquens in personam filiorum primi matrimonij, eos inhabilitat ab eo, quod de iure communi cōse qui debebant, vigore l. hac edictali. C. de secun. nup. ergo ad eosdem tanquam non subditos statuentibus trahi, seu exten di non potest. Immo plus dicitur, ꝙ etiam si bona dotalia si ta essent in territorio statuentium, adhuc ipsi filij primi matrimonij non ligarentur lege ipsa statutaria, per ea quæ dixit Anch. in repet. c. canonum statuta. in 12. q. princ. versi. quæro vlterius circa ista statuta permissiua. de constitu. quem sequi tur Alex. in citato consi. 44. col. 3. vbi dicit, ꝙ statutum habi litans vel inhabilitans personam alicuius, non videtur forē sem habilitare, vel inhabilitare, etiam super bonis sitis in ter ritorio statuentium, quando statutum expresse non dispone ret contra forensem ratione rerum positarum sub iurisdictione statuentis; cum in dubio non extendatur ad forensem, quia bona veniunt accessorie ad personas, vbicunque sint, nec bonorū ratione pōt fundari iurisdictio, & potestas statuendi in forensem, vt not. Cyn. in l. 1. C. vbi pet. tut. quod & voluit Parisi. in consi. 53. colum. 13. versic. nec dicatur, vo lum. 3. & Dom. meus Ruin. in consi. 49. colum. 3. post Calde. ibi per eum citatum. & Cor. in præallega. consil. 194. colum. 2. vbi attestatur hanc fore communem opin.
12 Quarto accedit, Nam forensis † non potest se iuuare beneficio statuti in eius fauore, cum sit conditum ad beneficium subditorum, vt per Guido de Suza. in quæstio. suis, in quæst. incip. sed pone, quem sequitur Alexand. in consi. 100. in princip. volum. 3. & in consi. 44. col. 3. vol. 5. Et ideo dixit Roman. in consi. 224. incip. ista captura. quod stante statu-
13 to, quod † debitor debitoris capiatur ad petitionem creditoris, nō poterit capi debitor debitoris ad petitionem creditoris forensis. Idem voluit Paul. de Cast. in consi. 245 incipien.
14 statutum, secundum antiquam impressionem, quod † statutum arctans communitatem ad emendationem damni dati alicui, non arctat eam, quando damnum passus est forensis.
15 Sed propius ad † materiam lucri dotis hoc tradit Parisi. in consi. 34. colum. 3. volum. 3. vbi concludit, maritum forensem non gaudere beneficio statuti de lucro dotis, ex quo nō erat originarius ipsius ciuitatis, nec etiā ibi constituerat, nec habebat domicilium. Si ergo forensis non potest se iuuare dicto beneficio ipsius legis statutariæ, ergo nec etiam ea debet ligari, cum contrariorum eadem debeat esse disciplina. l. fin. ff. de lega. 1. vt dixit Alex. in consi 41. colum. 2. volu. 7. & in citato consi. 44. colum. 3. & Dominus meus Ruin. in consi.
16 18. colum. fin. volum. 5. vbi tradunt, quod † statutum nunquam intelligitur comprehendere forensem, quo ad hoc, vt ei nocere possit, & per consequens sequitur, quod filij primi matrimonij, cum sint forenses, non ligantur ipsa lege municipali concedente marito dotem in præiudicium ipsorum filiorum, sed quod in eis remanet firma dispositio dictæ l. hac edictali. videlicet, quod maritus non habebit de dicta dote, nisi id, quod sibi a dicta lege permittitur, & ne illotis manibus pertransire videamur sine speciali decisione huius no-
17 straæ quæstionis, in indiuiduo ac in † terminis terminantibus ita consuluit Pau. de Cast. in consil. 268. incipien. proposito. col. 2. volum. 2. vbi loquitur in Decreto huius dominij Montisferrati. quem refert Bru. in tract. exclu. fœmi. in 6. art. prin. colum. 5. in princ.

SVMMARIVM.

1 *Statutum le lucro dotis, secundum communem, locum habet, si maritus promisit dotem restituere in omnem casum & euentum dotis restituendæ, & num. 6.*
2 *Hæres, si promittit simpliciter soluere legatum, non videtur renunciare detractioni falcidiæ.*
3 *Fructus in dispositione hominis intelliguntur deductis expensis.*
4 *Beneficium habens ne conueniatur ultra, quam facere possit, si promittit summam debitam restituere, non uidetur renunciare dicto beneficio.*

Pro-

Source : BIU Cujas

6 *Promissio simpliciter facta per maritum vxori de restituendo dotem, intelligitur deductis expensis.*
7 *Promissio dotis restituendæ facta per maritum uxori, regulatur moderamine statuti.*
8 *Verba contractus sicut recipiunt interpretationem a iure cõi, ita ẽt debẽt recipere interpretationem a dispositione statuti.*
9 *Verba restituendę dotis debent exponi, ideſt quatenus sit restituenda.*
10 *Verba stipulationis. interpretantur contra stipulantem.*
11 *Promissio indefinita restituendi dotem, non derogat spiciali consuetudini.*
12 *Renunciatio non præsumitur, cum in effectu sit donatio.*
13 *Insinuatio, secundum communem, requiritur in renunciatione.*

QVAESTIO XXXVII.

SVBINTRAT & alia quæstio, An tale statutum
1 † de lucro dotis locum habeat, si maritus promisit restituere dotem in omnem casum & euentum dotis restituendæ. Ex infrascriptis concludendum est quod sic. Primo per id, quod notat Cyn. in l. fina. per illum text. C. ad l. Falcid.
2 quem sequuntur ibi Bal. & Ange. & Salyc. vbi si hæres † simpliciter promisit soluere legata, non videtur renunciare detractioni falcidię.

Secundo facit, quod notat Roma. in l. fructus. ff. sol. ma.
3 vbi si in dispositione hominis fit mẽtio de † fructibus, intelligitur deductis expensis. l. fundus qui. ff. fam. ercisc.

Tertio accedit, quod voluit Bal. in l. quod nomine. ff. de ꝙ
4 di. inde. vbi ille † qui habet beneficium, ne conueniatur vltra, quam facere possit, si promittit restituere summam debitam, nõ videtur renunciare dicto beneficio, & Bal. sequitur D. meus Rui. in consi. 159. iu fi. vol. 3.

Quarto confirmatur ista opinio ex not. per glo. in l. Mæuius. §. a me. ff. de leg. 2. & per glo. & Bar. in l. 2. in prin. ff. de
5 dote præleg. vbi si maritus promittit simpliciter † restituere dotem vxori, intelligitur deductis expensis, ergo idem dicendum videtur, ꝙ ista generalis promissio dotis restituendæ intelligatur saluo lucro dotis.

6 Quinto & vltimo in terminis huius † quæstionis hoc vo-
7 luit Bal. in d. l. fi. C. ad l. Falcid. quia ista promissio dotis † restituendæ facta per maritum regulatur moderamine statuti, quod & tenuit idem Bal. in consi. 253. col. 1. volu. 1 Hanc ẽt sententiam amplectuntur Ray. Alex. & Ias. in l. post dotem.
8 ff. sol. mat. moti hac ratione, quia † sicut verba contractus recipiũt interpretationem a iure communi l. quæro §. inter locatorem. ff. loca. l. quidam cum filium. ff. de verb. oblig. ita ẽt debẽt recipere interpretationem a dispositione statuti. Huic ẽt assentiunt Ange. Imo. & Roma. in l. damni infecti. §. si parietem. ff. de dam. infec. Alex. in consi. 133. col. 2. volu. 5. & in consi. 201. col. 4. vol. 6. & in consi. 5. col. pen. vol. 3. vbi attesta tur hanc esse communem opinionem. Id quoque placuit Cor. in consi. 270. col. 1. vol. 3. vbi concludit, stante huiusmodi statuto de lucranda tertia parte dotis, ꝙ si est facta stipulatio reddendi dotem, in casu dictæ restitutionis, ꝙ talis stipulatio nõ verificabitur quo ad tertiam partẽ dotis, quæ defertur marito ex vi statuti, quia per dictam stipulationem solũ vĩ prouideri, cui dos debeat restitui, nõ autem ꝙ sit restituẽda eo casu, quo restitui non deberet de iure communi, vel ex forma statuti. Pro quo facit etiam, secundum eum, quia illa
9 verba restituendæ dotis, debent † exponi, ideſt, quatenus sit restituẽda, argum l. Stichum qui meus erit. ff. de leg. 1. Itẽ qa
10 sumus in stipulatione, cuius † verba interpretantur cõtra stipulantem. l. quicquid astringendæ. ff. de verb. oblig. necnon Dec. in consi. 195. col. 2. vbi etiam fatetur hanc communem. & in consi. 402. col. vbi dicit pro hac parte bene facere tex. in l. si prior. ff. solu. mat. vbi si primus maritus promittat dotem secundo simpliciter, in ista generali promissione non tollitur beneficium, quod marito cõpetebat, ne conueniatur vltra, quam facere possit, & quod no. Bal. in l. 2. C. de bo. quæ libe.
11 vbi indefinita promissio † restituendi dotẽ non derogat speciali consuetudini. Quæ opinio confirmatur alio modo Nã tali promissione restituendæ dotis nulla habita fuit mentio lucri dotis, quod mortua vxore viro competebat, vnde tali lucro non potest dici renunciatum, nisi appareat, qa renun-
12 ciatio † non præsumitur, cum effectu sit donatio, vt notat glo. & Baldus in l. si inter. in verbo donationis. C. de solut. &
13 ideo videmus, quod † in tali renunciatione requiritur insinuatio, vt per glo. in l. si quis obligatione ff. de reg. iur. & per Alex. in l. si mulier. ff. de condi. ob cau. & in l. creditori. C. de pac. vbi dicit hanc esse communem sententiam. Item nõ est verisimile, quod quis velit renunciare iuri suo, vt no. Bal. in l. 1. in vlt. nota. C. de edic. diui Adria. tollen. vbi dicit quod cõ stare debet, renunciationem cum effectu factam fuisse, quia ea nõ præsumitur. In hanc similiter sententiam concurrunt Ias. in cons. 90. col. 2. vol. 3. Mod. in repe. c per vestras. §. 12. fol. 184. col. 3. de dona. inter vir. & vxo. Dec. in l. 1. nu. 76. C. de senten. quę pro eo quod interest profe. Alcia. in lib. 1. de verb. sig. char. 22. in fi. Do. meus Ruin. in consi. 81. col. 2. vol. 1. & in consi. 84. col. 6. eo. vol. & in consi. 148. col. 2. & in consi. 159. col. 3. in fi. vol. 3.

SVMMARIVM.

1 *Lucro dotis renunciari non intelligitur per maritum, si promisit totam vel integram dotem restituere uxori. Sed contra num. 3. & 9. ubi communis.*
2 *Trebellianica non uidetur prohibita, si testator iussit, totam vel integram hæreditatẽ restitui, sed in contrarium, num. 14. & 15. ubi est cõmunis.*
4 *Legatum integrum tunc dicitur præstari, quando sine detractione quartæ præstatur.*
5 *Expensæ licet deducãtur ex decima, quæ soluitur de beneficijs: tamen fallit, quando soluitur integra decima.*
6 *Beneficium habens, ne conueniatur ultra, quã facere possit, illi renunciat, si promittit totam uel integram summam soluere.*
7 *Hęres promittens soluere integra legata, censetur renunciasse detractioni falcidiæ.*
8 *Venditor, qui ex decreto poterat cogere emptorem ad retrouẽdendum, si fecit finem, & totius iuris sui remissionem emptori, censetur etiam ei remisisse ius cogendi eum ad retrouendendum.*
10 *Declaratio glo. in l. Neratius. in verbo, conferre. ff. de religio. & sumpt. fune. & num. 11. & 13.*
12 *Impensa funeris mulieris est æs alienum dotis.*
16 *Lucro dotis renunciatum non censetur per promissionem, de qua supra, si ea facta comperitur per errorem, & non ex certa scientia.*

QVAESTIO XXXVIII.

QVID si maritus promisit restituere totam † vel in-
1 tegram dotem, an videatur renũciasse lucro dotis, quod ei deferetur. Primo videtur ꝙ non, per ea quæ not. Bald. in l. Neratius. ff. de relig. & sumpt. fun. per glossellam ibi in verbo, conferre, vbi dicit, quod quãdo maritus debet restituere integram dotem, potest deducere iustam retẽtionẽ, puta expensas funeris, ergo idem similiter dicẽdum est, quod si promisit restituere integram dotem, ꝙ poterit deducere lucrũ, quod sibi ex vi statuti debetur, cum portio statuti sit iusta retentio. ita arguendo dicit Cremen. in notab. suo. 24. incip. statuto cauetur, quod dicit menti tenendum, & per dictam gl. in dicta l. Neratius, ita in terminis huius quæstionis tenuit Barba. in consi. 24. col. 3. volum. 2. & in consi. 78. col. fi. volu. 2. qui dicit, ꝙ hoc etiam tenuit in ipsa l. Neratius. Nicolaus Alexan. gener Bar. licet quidam Moder. id sibi ascribant, & Curt. Iun. in l. precib. nu. 64. C. de impube. & alijs substituti.

Secundo pro ista opinione adducuntur plures leges, videlicet. l. totam. l. Lucius. §. hæres institutus. l. nam quod §. fi. cum l. seq. & seq. & l. ita tamen. §. Trebellianum. ff. ad Trebel. vbi grauatus restituere totam hæreditatem potest retinere quartam Trebellianicam.

Vltimo corroboratur ista opinio ex not. per Barto. in l. cẽturio. colum. 7. versicu. quid si testator. ff. de vulg. & pup. vbi
2 per † ista verba, totam & integram hæreditatem restitui volo, non intelligitur prohibita detractio Trebellianicæ, & ita istam partem Bart. tenet Barb. d. consi. 24. col. 2. vol. 1. Socy. in consi. 14. in fi. & in consi. 33. col. 6. vol. 1. quam firmat communem Bertran. in consi. 158. in vlti. dubio, vol. 3. & magis communem Crot. in l. nemo potest. colum. 13. ff. de leg. 1.
3 His tamẽ non obstantibus contraria sententia de iure † est verior, & magis a Doctoribus recepta. Quæ primo probatur per text. in l. decem. in fi. & ibi glos. ff. de fideicom. liber. vbi de iure digestorum, in casibus, in quibus secundum illa tempora testator poterat prohibere detractionẽ falcidiæ in legatis, si disponebat in testamento, quod legatum integrum p̃staretur, videbatur prohibere falcidiam. & tex. ibi non cõstituit differẽtiam, an dictum sit integrum legatum, vel totum.

Secundo per tex. in l. 1. §. cum dicitur. ff. si cui plusquam, per. l. Falcid. vbi legatum integrum tunc dicitur præstari, quã
4 do † absque detractione quartæ præstatur. Ad idẽ est tex. in l. lex Falcidia, in verbo integræ pensiones. ff. ad l. Falci. & in l. Titia, in verbo integra legata, & in l. qui fundum. §. si cui ex parte, in verbo, tota legata, & in l. si vir vxori, in verbo, non videbitur totum, sed deducto eo. ff. eo. titu. ad l. Falcid.

Tertiõ facit tex. in clem. si beneficiorum, coniuncta glo. in
5 verbo taxationem, de deci. vbi † licet ex decima, quæ soluitur de beneficijs, deducantur expensæ, vt probatur in l. 1. C. de fructib.

Source : BIU Cujas

fructib.& lit.expen.tamen vbicũque apponuntur iſta verba, etiam probatur in c. tua nobis. in cap. in aliquibus. in ca.cõmiſſum.de deci. vbi dicitur, ꝙ debẽt decimæ integræ ſolui, & iura exponunt illud verbũ.integræ,non deductis expenſis.

Quarto accedat, quod no.Bal. in l.quod nomine.ff.de cõ di. indeb. quẽ ſequuntur Alex.in cõſi.133.col.3.vol.5.Mod. in c. per veſtras.§.12.nu.17.de don.inter vir. & vxo.& Dom.
6 meus Rui. in conſi.152. col.3. vol.3. vbi præſupponit, † ꝙ ſi ille,q̃ habet beneficiũ, ne conueniat̃ vltra, quã facere poſſit, & ſit talis, qui huic beneficio renunciare poſſit, ſicut poteſt ſocius.l ſi conuenerit. cum ibi not.ff.de re iud. & promittat reſtituere totam,vel integram ſummam debitam,quod videtur dicto beneficio renunciaſſe.

Quinto probatur ex ijs, quæ dicit Barto. in l. 2. in princi. ff.de dote præleg. quem ſequitur Alexand.in dicto conſi. 33. colum.3.& Dom. meus Ruin. in citato conſi.159. colum.4. in princ. vbi inquit,quod ſi maritus promiſit reſtituere,quicquid ad itlũ peruenit ex cauſa dotis, quod non poterit expẽſas deducere, quia videtur illas remiſiſſe.

Sexto comprobatur hæc opinio per Cy. in l. fin. C. ad l. Falc.quem ſequuntur Bald.Ange.& Salyce. ibi,& Do.meus
7 Rui. in d. conſi. 159 col. 4. vbi ſi hæres promiſit ſoluere † integra legata, cenſetur renunciaſſe detractioni falcidiæ.

Septimo pro iſta parte facit, quod no. Dom.meus Ruin. in conſi.84. colum.6.volu.1.vbi venditor, qui ex decreto po
8 terat † cogere emptorem ad retrouendẽdum,ſi fecit fidem, confeſſionem,& totius iuris ſui remiſſionem emptori,cenſetur etiam ei remiſiſſe ius cogẽdi ipſum ad retrouẽdendum. Si ergo videmus,quod in iuribus & caſibus ſupraſcriptis,verba, integram, & totum,operantur effectus,de quibus ſupra, idem dicere debemus, quod promittens totam vel integrã dotem reſtituere,ad ipſius dotis reſtitutionẽ teneatur abſq; detractione lucri dotis,quod alias viro defertur ex vi ſtatuti.

Vltimo, ne eamus per mendicata ſuffragia,in terminis huius quæſtionis, hoc voluit Bald. in d.l. quod nomine, vbi in-
9 quit, quod † ſtante conſuetudine, quod maritus lucretur certam partem dotis,ſi promittit integralem reſtitutionem,perdit beneficium conſuetudinis, ſi promiſſio non eſt relata ad conſuetudinem.Idem tenuit Ang. in l. ſi patronus. ff. de dona. Rayn. & Alexã. in l.ſi cum dotem. in fi. ſolu. matr. Barb. ſibi contrarius in cap.Raynaldus. colum.24. in verſicu.nota ibi contra voluntatem, de teſtamen. Alexand. in conſi.5.colum.pen.volum.3.vbi atteſtatur hãc eſſe magis communẽ, & eam tanquam communem ſequitur idem Alexand.in cõſil.133.colum.3.volum.5.vbi inquit, quod Bald. melius loquutus fuit in dicta l. quod nomine, quam in d. l. Neratius. Idem etiam voluit in conſi.201. colum.2. volum.6. qui allegat Ange. & Imo. ita tenentes in l. damni infecti. §. cum parietem. ff. de dam. infec. Hanc quoque partem amplectitur Pau. de Caſt. in conſil. 192. volum.1. colum.1.& ſeq.Dec.in l.1.num.76.C. de ſenten. quæ pro eo quod intereſt profer.& in c.ſua nobis.colum.2.verſicu. quinto, & vltimo,de confir. vti. vel inuti. & in conſi. 402.colum.2.& in conſi. 195.colũ. 2. vbi aſſerit hanc eſſe communem, Iaſ. in conſi. 90. colum. 2. volum.3. Moder. in repe.c. per veſtras. §. 12. char.184.colum.3. Ripa in l. centurio.num.130.ff.de vulg.& pupill.Gozad. in conſi.59 colum.3.Dom. meus Ruin. in conſi. 25. colum.3. volum. 1. & in conſi. 71. colum.2. & in conſi. 74. col. 6. volum.eo.& in conſi.148.colu.2.volum.3.& in conſi.159. colum.3. in fi. eo. volum.necnon in conſil.56. colum. 1. volum.5.Boer. in deciſ.254 colum.antepenul.

10 Non obſtant allegata in contrarium. Et in † primis tex. in d.l.Neratius. iuncta gloſ. quia reſpondetur pluribus modis. Et primo, quod.glo. ibi diuinat,quia tex. non vtitur illis verbis, ſed dicit,dotem reſtitui fuit ſtipulatus,& de tota vel integra nihil dicit. Ideo cum glo. diuinet ad text. & ſine lege loquatur, non eſt ei credendum.l.illam.C. de collat.nec debet attendi authoritas,ſed ratio loquẽtis.ca.ego ſolis.19 diſt.ita ad illam.gloſ. reſpondet Barba. in d. ca Raynaldus. in d. ver. nota ibi contra voluntatem.

Secundo reſpondetur per Alexãd.in d. conſi.138. colum.
11 2. quod † ille tex. iuncta gl. non obſtat, quia impenſa † fune
12 ris mulieris eſt æs alienum dotis. l. impenſa. ff. de religio. & ſump.fune.& ideo quicunque fecerit illam impenſam animo repetendi,poteſt eam conſequi aduerſus illum,ad quem dos puenit.l. in eum.ff.eo.ti. & non ſpectat talis impenſa ad onus mariti quatenus dos non ſit penes eum remanſura. l. ſi prorata.cum l.ſeq.ff. eo.tit. de relig. & ſump. fune. & ideo quando maritus promiſit reſtituere integrã dotem ſolu. matr. ei, qui ipſam pro muliere dedit, non poteſt dici,ꝙ videatur cogitaſſe de impenſa funeris, & voluiſſe obligari ad non deducendum ipſam impenſam, quia non ſpectabat tale onus marito,apud quem nõ erat remãſura dos mortua vxore.& ideo ſi contingebat eum facere impenſam funeris,hoc faciebat tã quam quilibet alius, qui talem impenſam ſponte facere potuiſſet, & ideo nimirum ſi rem adducit, vel repetit tanquam quilibet alius,d.l. in eum, & l.at ſi quis. §. ſed interdum, & in d.l.Neratius.cum eſſet in poteſtate mariti non facere dictam expenſam funeris, & ſic prouidere, ꝙ promiſſio totius dotis reſtituendæ nihil operaretur quo ad releuandum ſtipulatorẽ ad impenſas funeris.Sed quando maritus eſt ille,qui lucratur partem dotis vxore prædecedente, non mirum ſi videtur remiſiſſe illam partem,quando tanquam maritus promittit reſtituere integram dotem in omnem caſum dotis reſtituẽdę, quia certum erat,quod vxore prædecedente ipſe tanquã maritus erat lucraturus partem dotis ex forma ſtatuti, & ideo non erat in eius poteſtate prouidere, quod promiſſio totius dotis reſtituendæ nihil operaretur, quo ad eum, niſi careret dicto lucro dotis conceſſæ a ſtatuto.Ideo nimirum ſi videatur renunciaſſe beneficio d.ſtatuti.

13 Vel & tertio reſpondetur † ad illum tex. ſecundum Alex. in dicto conſi.201.col.4. volum.6. quod poſito quod illa opinio eſſet vera, poſſet procedere, quando ille, qui dedit dotẽ, ſtipulatus fuit ante ſolutum matrimonium, quod in caſu ſoluti matrimonij tota dos ei reddatur, nam debet intelligi in caſu,in quo nõ contingat,fierit neceſſariam diminutionem pro funeris impenſa,vt puta quia matrimonium aliter quam morte mulieris ſoluatur,vel taliter quod veniet facienda neceſſaria deductio impenſæ funeris, prout contingere poſſet, pone mulierẽ in mari perijſſe, vel caſu ſimili, aut quod alius gratis impenſam faceret.

14 Non obſtant leges allegatæ in ſecundo † argumento,quia ad illas reſpondet Alex.in d. conſi.201.col.3. Barba. in d.cap. Raynaldus.in loco ſupra allegato.Ripa in d.l.centurio.num. 130. & Dom. meus Ruin. in d. conſi. 178. col. pen. quod illo tempore, quo facta fuerunt illa iura,nondum erat indictum, quod teſtator poſſet prohibere Trebellianicã, vel falcidiã. l. quod de bonis. §.1. & l. Titia.ff.ad l.falcid.Sed illud fuit indu ctum iure Authenticorum per §.ſi vero expreſſim.in Auth. de hęred.& falcid.& licet ante prouiſionem dicti § ſi vero expreſſim,non poſſet teſtator de iure communi prohibere Trebellianicam ante, attento quod poſtea eſt prouiſum per ius commune in d.§. ſi vero expreſſim. Ideo non debet mirũ videri, ſi hodie per dicta verba, totam,vel integram,impediat detractio Trebellianicæ.

15 Non obſtant denique & tertio † notata per Barto. in d.l. centurio.& aliorum,qui firmant opinionem Barto.communiter receptam, quia reſpondetur, quod imo communis eſt in cõtrarium,vt per Docto.in d.l.centurio.& Alex. in conſi. 5. colum.3.volum.3. Bertran. ſibi contrarium in conſi. 241. volum.3.Dec. in l.precibus,colum.12.C. de impuber.& aliis ſubſtitu. Ripa in l.1.§. ſed & quoties.colum.2. ad Trebellia. Pariſi. in conſi.93.num.45. volum.2. vbi pariter aſſerit hanc eſſe communem, & in conſi.21.num.35.volum.3. & in conſil.55.num.37. eod. volu. & eam quoque vti communem ſequitur Dom.meus Ruin. in conſi.47.colum. fin. volu. 2. qui idem tenuit in conſi.173. cum. pen.eod.volum.& in conſi. 146. colum. pen,volum.3.& in conſi.148.colum.2.& in conſi.169. colum.3.& 4.eod.volum. Socy.Iun.in conſi.113. nu. 53.volum.1.Adeo quod ex ſupradictis clare liquet communem fore Doct. ſententiam, ꝙ per talem remiſſionem de reſtituendo totã,vel integram dotem,renũciatur lucro dotis.

16 Limita tamen hanc † communem procedere, vbi talis promiſſio facta per maritum fuiſſet facta ex certa ſcientia, & non per errorẽ,vt declarat Bal.in d.l.qđ noĩe.& Ang.ac Imo. in d.§.cũ parietem.& Alexan.in citatis conſi.113. col. 2. vol. 5.& 201. colum.3.volum.6. Moder. in d. c. per veſtras. char. 184.colum.3.Dec.in conſi.402. colum. 3. verſi. non obſtat.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio lucri dotis facta per virum vxori, non valet, ſed contra,communis, ut num.10.& num.16.*
2 *Iuri de futuro renunciari non poteſt,declara tamen ut nu.21.*
3 *Renunciatio eſt quædam priuatio,quæ præſupponit habitum de præſenti.*
4 *Iuri conditionali non poteſt renunciari.*
5 *Renunciatio iuris de futuro,in iudicijs valet.*
6 *Renunciatio gratis facta dicitur donatio,quod declara,ut numero 24.*
7 *Prohibitus donare, prohibetur quoq; gratis remittere.*
8 *Donatio cadit in iure conſiſtente in ſpe.*
9 *Donatio facta inter coniuges non ualet, niſi morte donantis confirmetur precedente tamen traditione rei donatę.fallit,& nu.26.*
11 *Pactum, per quod efficitur conditio mulieris melior tanquam fauorabile doti, ualet.*

Pacta

Source : BIU Cujas

12 *Pacta apposita in contractu dotis sunt approbata & seruanda, nisi reperiantur expreße prohibita.*
13 *Fauori suo quis renunciare potest.*
14 *Statuto si caueatur, quod masculi excludant fœminas, huiusmodi statuto potest masculus renunciare.*
15 *Prohibitio tollens facultatem concessam omnibus hominibus a iure disponendi de re sua, inducit pœnam.*
17 *Maritus si promittit totā, uel integrā dotem restituere uxori, stante statuto de lucro dotis, cēsetur renūciasse beneficio dictæ legis municipalis.*
18 *Expressa renunciatio plus ualet, quam tacita.*
19 *Maritus potest concedere uxori facultatem disponendi de dote.*
20 *Declaratio ad l si liberis, ff. de pact. dotal.*
22 *Tabellio, si utitur uerbo, renunciauit, super iure de futuro, intelligitur per uiam pacti.*
23 *Differentia est inter pactum, & renunciationem.*
25 *Lex, si unquam C. de reuocan. dona non habet locum, quando renunciauit iuri quærendo, non radicato ulla spe certa.*
27 *Donatio facta uxori per maritum de re aliena bona fide ualet, & uxor illam usucapere potest.*

QVAESTIO XXXIX.

1 DVBIVM oritur, Nunquid maritus possit † eius vxori renunciare lucrum dotis, quod ei a statuto defertur? Et primo videtur dicendum quod non, per tex. in l. si liberis. secundum lecturam gl. ibi. ff. de pact. dotal. vbi si maritus remittit vxori pactum de lucrāda dote, nō valet talis remissio.

2 Secundo, quia huiusmodi renunciatio lucri dotis, quæ † fit per maritum, est de iure sibi competenti de futuro. Sed iuri de futuro renunciari non potest. l. qui pater. §. quod quis. ff. de reg. iur. glo. no. & Doct. in l. 1. C. de pact. & ratio est, quia

3 renunciatio est quædam † priuatio, quæ præsupponit habitū de præsenti. l. decem. ff. de verbo. obligat. qui habitus non est in iure consistente in spe de futuro, intelligēdo etiam de spe rationabili habente fundamentum de præsenti, vt declarant

4 Moder. in d. l. j. C. de pact. Pro quo facit, quia etiam † iuri cōditionali non potest renunciari. l. si ita scriptum. §. si sub conditione. de legat. 2. Sed ius portionis debitæ marito ex vi statūti est conditionale, quia eidem debetur sub conditione, si vxor præmoriatur. Probatur etiam hæc opinio, quia speciale

5 est in iudicijs, quod † valeat talis renunciatio iuris de futuro, gl. est in l. 1. C. de cura. bon. dan. not. Bar. & Doct. in l. postquā liti. C. de pact. ergo in contrarium est ius commune. l. ius singulare. ff. de legi. l. 1. ad fi. ff. ad municip.

6 Tertio ista opinio probatur. Nam † talis renunciatio gratis facta dicitur donatio. l. ædibus. §. j ff. de donatio. Docto. in

7 l. 1. ff. eod. titu. Hinc videmus, quod ille † qui prohibetur donare, prohibetur quoque gratis remittere, vt per Bal. & Salyc. in l. prima. C. de pact. Ergo maritus renunciando tali lucro, quod erat in spe, dicitur talem spem lucri donasse, cum

8 † donatio etiam cadat in iure consistente in spe. l. spem. C. de

9 donatio. Sed donatio facta † inter coniuges est prohibita, ut no. Bartol. in l. 1. ff. de donat. inter vir. & vxor. nisi confirmetur morte donantis, precedēte tamen traditione rei donatę. l. Papinianus. ff. de donatio. inter vir. & vxo. in l. penult. C. eodem titu. ergo sequitur, quod talis renunciatio non valet. & ita in terminis hnius quæstionis dixit Cuma. in consi. 26. col. fi. versi. quia.

10 Quibus non obstantibus contrarium est de † iure verius, quod immo huiusmodi lucro per maritum potest renunciari. Quod ex infra dicendis luce clarius apparebit. Et primo,

11 quia pactum, per † quod efficitur conditio mulieris melior, valet, tanquam fauorabile doti. l. de die. ff. de pact. dotal. Sed per hanc renunciationem conditio mulieris efficitur melior, quia dos redit ad suam naturam. l. si vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pact.

Vlterius istud pactum confertur in tempus soluti matrimonij, ergo &c. l. si cum seruum. §. fi. cum l. seq. ff. de donat. inter vir. & vxo.

Tertio, quia omnia pacta apposita in contractu dotis sunt

12 † approbata & seruanda, nisi reperiantur expresse prohibita. l. 1. §. illud. C. de rei vxo. actione.

Quarto, q̄ possit renunciari ostēditur, quia quod maritus possit lucrari dotem, hoc inductū fuit a statuto principaliter

13 in eius vtilitatē, ergo suo fauori † renūciare pōt, vt in his terminis loquuti sunt Soc. in consi. 114. col. 2. vol. 1. & Paris. in cō

14 si. 127. col. 2. vol. 1. prout in simili videmus, q̄ stāte † statuto, q̄ masculi excludāt fęminas, huic statuto pōt masculus renūciare, vt p̄ Bal. ī l. maximū vitiū, col. 7. ver. sd̄ pōe frater. C. de li. p̄t.

15 Quintò facit. Nam si maritus non posset tali lucro † renunciare, ista prohibitio tollens facultatem concessam omnibus hominibus a iure disponēdi de re sua, induceret pœnā, vt in simili hr̄ in l. non vsque. ff. si quis a paren. fue. manumis. & no. Doct. in l. turpia. ff. de leg. 1. vt ergo non inducatur talis pœna, fatendum est, q̄ permissa censeatur talis renunciatio.

16 Sexto, in specie hoc † voluit Alexā. in l. si socer. §. Lucius. colum. antepen. ver. vtrum. ff. solu. mat. Pau. de Cast. in consil. 232. colum. 2. in antiquis. Socy. in d. consi. 114. col. 2. Deci. in l. in eo. colum. fi. de reg. iur. in l. 1. colum. pen. C. de secun. nup. & in consi. 260. colum. 2. Mod. in Rep. rub. de don. inter virum & vxor. char. 42. colum. 4. in princip. & in char. 51. colum. 4. Paris. in cons. 127. colum. 2. volum. 1. Pro cuius confirmatione accedat alia communis sententia, de qua per Bald. in l. quod nomine ff. de cond. indeb. & Alex. in con

18 si. 5. colum. pen. volum. 3. vbi si maritus stante statuto de † lucro dotis promittit restituere totā, vel integram dotem, cēsetur renunciasse lucro dotis sibi a lege municipali concesso.

17 Si igitur † valet tacita renunciatio, fortius debet valere expressa renunciatio, vt per Dec. in l. expressa, de reg. iur. & Socyn. Iun. in cons. 37. colum. fi. volum. 1. per glos. in Clem. sæpe. in verbo, partibus. de verbo. sign.

Corroboratur hæc sententia per ea, quæ dixit Barb. in cōsi. 59. in 2. dubio, vol. 2. quem sequuntur Dec. in dicto consil. 260. colum. 2. & Parisi. in citato consi. 127. colum. 2. vbi

19 concludit, q̄ † maritus potest concedere facultatem vxori disponendi de dote, & ei remittere lucrū dotis, quod sperabat habere. facit etiam, quod no. Ias. in cons. 90. col. 2. volum. 3.

20 Non obstant † adducta in contrarium. Et in primis text. in d. l. si liberis. quia respondet Paul. de Cast. in consil. 232. colum. 2. quod ideo ibi non valet renunciatio, quia ibi maritus constante matrimonio dictum pactum de dote lucranda remisit nō sponte, sed ex quadā necessitate causata a muliere, quæ iurgium, cum eo fecit, & redire noluit, nisi pactū lucri remitteretur. Vnde redditur nullum, ne malitia mulieris sibi prodesset, & de ipsa remissione lucrū sentiat, & detur materia iurgandi. Secus. n. si ante matrimonium, vel in ipso matrimonij contractu sponte vxori renūciasset, arg. l. queris. ff. de pact. dotal.

21 Ad secundum argumentum respondetur, verum † esse, quod non valet renunciatio iuris de futuro in vim simplicis renunciationis, quando fieret parte absente, & alia publica persona non acceptante, vt no. Barto. & Bald. in l. postquam liti. C. de pac. Secus si parte præsente, quia tunc valet in vim pacti, cāsus est vbi notant Doct. in d. l. 1. C. de pact. vbi notā

22 ter dicunt Iacob. But. & Bal. q̄ si † tabellio vtitur verbo, renunciauit, super iure de futuro intelligitur per viam pacti, quia si non valet, quod ago, vt ago, valet vt valere potest ad liberandum. l. an inutilis. ff. de acceptila. & hoc quādo fit præsenti, quod dicunt esse notabile & subtile. Nec mirum diuersum esse in

23 † pacto, & renunciatione, quia in pacto reperitur verbum præsens & futurum, vt promitto, quod est præsentis temporis, & non petere, quod est futuri temporis, trahitur ad futurum. Sed in renuntiatione non reperitur nisi verbum præsentis temporis, vt renuncio. Ideo nō trahitur ad futurum, secundum Iacob. Butrig. in d. l. 1. C. de pact. quod Bald. ibi dicit esse subtile. & eum sequitur Socyn. in iam sępius allegato consi. 114. colum. 2.

Non obstat & tertiū, quia primo respōdetur, q̄ tunc renū

24 ciatio dr̄ donatio, qñ † quis remittit acquisitum, non autem quærendum, & ita intelligitur tex. in l. ædibus. §. 1. de dona. vt per D. meum Rui. in consi. 98. col. 9. in prin. vol. 1. & in cō si. 170. col. 3. ver. nō obstant notata in c. quāuis. vol. 1. & Rip. in l. si vnquā. in q. 11. C. de reuo. do. vbi quærit, an d. l. si vn-

25 quā. habeat locū † & p̄cedat in renuntiatione hr̄ditatis non dū aditæ. & primo arguit q̄ sic, qa renunciatio est. no. l. hoc iure. §. 1. ff. de don. Demū cōcludit, q̄ sic acquirendū ius, cui renunciatur, sit radicatū de præsenti spe certa, & p̄babili, tūc hēt locū dispositio dictæ legis, qa tūc talis renūciatio dr̄ donatio, secus qñ renūciat iuri quærendo non radicato vlla spe certa & ideo cum huiusmodi lucrum non sit ius quæsitum, sed quærendum, & non radicatum in persona mariti vlla spe certa: quia posset prius mori maritus, quam mulier, merito dicitur, quod renunciatio dicti lucri non sit donatio, & p̄ cō sequens prohibita inter virum & vxorem.

26 Secundo respondetur. Dato etiam, q̄ † sit donatio, quod licet ea regulariter non sit remissa inter virum & vxorem, tamen id procedit, quando vir donat aliquid vxori de proprio patrimonio, propter quod videatur pauperior effici. Secus quando renunciat sibi lucrum quærendum, per quam renunciationem huiusmodi lucrum remanet in persona vxoris. Casus est de hoc clarus in l. si sponsus. §. si maritus. ff. de donatio. inter virum & vxor. & ideo dicta ratione videmus

27 † quod si maritus rem alienam vxori bona fide donauerit, valet donatio, quia non fit pauperior, & vxor illam vsu capere poterit. l. sed & si constan. ff. de donatio. inter vir. & vxor. Cum ergo per talem renunciationem vir non efficiatur pauperior

Source : BIU Cujas

perior, ex quo nullum damnum patrimonij patitur. l. damnum dicitur. l. Proculus. cum ibi notatis. ff. de dam. infec. Sequitur, talem renunciationem valere, præsertim cum sit collata in tempus finiti matrimonij. l. si cum. §. fi. l. & quia. l. sed interim. ff. de dona. inter vlr. & vxo. Ita respondendo ad dictum fundamentum dixerunt Soc in dicto consi. 114. col. 2. Dec. in consi. 260. col. 2. & Paris. in citato cons. 127. col. 2.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio lucri dotis facta per maritum vxori, an possit retractari per eius creditores, & nu. 6.*
2 *Obligatio conditionalis, vel in diem facta, cum sua conditione, uel die restituenda, quod declara, ut in nu. 15.*
3 *Alienatio facta in fraudem creditorum non valet.*
4 *Glo. in l. si donaturum. §. fi. ff. de condit. cau. da. quæ loquitur in lucro proueniente ex pacto, extenditur & ad lucrum proueniens ex statuto.*
5 *Lucrum acquisitum pro damno reputatur, quod declara, vt nume. 16.*
7 *Alienatio in fraudem creditorum tantum consideratur, quando agitur de diminutione patrimonij.*
8 *Declaratio tituli. ff. de ijs. quæ in frau. cred. & §. item si quis in fraudem, instituta de actio.*
9 *Alienare non intelligitur, qui occasione acquirendi non vtitur.*
10 *Statuto disponente, quod extantibus masculis filiæ non succedant, frater, si uult etiam inutilis creditoribus, poterit renunciare ad commodum sororis.*
11 *Maritus grauatus per vxorem ad restituendam eius hæreditatem filio communi, poterit incontinenti non retenta Trebellianica restituere hereditatem, nec ob id dicitur fraudare creditores.*
12 *Creditores sub prætextu fraudis non poterunt reuocare dimidium usus fructus bonorum aduentitiorum filij, ei in præmiũ emancipationis donatum.*
13 *Donatio inter coniuges prohibetur, quando donans efficitur pauperior, & eius patrimonium minuitur, alias secus.*
14 *Maritus potest consentire uxori disponenti de dote, & remittere lucrum dotis, quod sibi a statuto per mortem uxoris defertur.*

QVAESTIO XXXIX.

1 QVONIAM præcedẽti quæstione cõclusum fuit q̃ maritus potest renunciare lucro dotis, quod sibi a lege municipali cõceditur. Quæritur, an talis renunciatio possit p̃ creditores mariti, tanquã in eorũ fraudẽ facta, retractari. Et dicendũ vĩ q̃sic, quia † obligatio cõditionalis, vel in diẽ, cum sua cõditione vel die restituenda est. l. ait prætor. §. si cõditionalis. ff. de ijs quæ in frau. cred. Vñ licet lucrũ dotis debeatur marito sub cõditione, si vxor prædecesserit, tñ reuocari debet huiusmodi remissio, cõditione postea purificata.

3 Secundo facit: Nam talis remissio † dicitur alienatio, sed alienatio in fraudẽ creditorum facta non valet, toto tit. ff. de ijs quæ in fraud. cred.

Item quia talis alienatio dicitur diminutio patrimonij, cũ tale lucrum proueniat ex causa onerosa, & ideo de eo, vt de causa onerosa, iudicari debet propter onera matrimonij, vt per gl. in l. si donaturum. §. fi. ff. de condi. cau. da. quæ licet loquatur in lucro proueniente ex pacto, tamen secundum Doctor. ibi extenditur ad † lucrum proueniens ex dispositione statutaria, vt etiam latissime dictum fuit supra in q. 4. Et ideo cum de minutione patrimonij agatur per talem remissionem, quia tale lucrum acquisitum pro damno † reputatur, iuxta glos. in l. 1. §. si quis. ff. de itine. actuq; priua. & per Bald. post Cyn. in l. cum test. in princip. C. de donat. ante nupt. & Alexand. ac alios in l. 3. ff. de dam. infec. & Deci. in consi. 63. colum. penul. Sequi videtur, quod maritus non potuit a se abdicare lucrum, nec ei in præiuditium creditorum renunciare.

6 Sed, prædictis non † obstantibus, contrariam partem veriorem esse arbitramur, quod imo, secundum veram & cõmunem conclusionem maritus potest huic beneficio sibi a statuto concesso renunciare, vt abunde dictum fuit in quæstione præcedenti, nec prætextu fraudis existimamus a creditoribus retractari posse, quoniam alienatio † in fraudem creditorum solum consideratur in diminutione patrimonij. l. qui autem, in princip. ff. de ijs quæ in fraud. credito. ibi, pertinet enim hoc edictum ad diminuentes patrimonium suũ. non ad eos, qui id agunt, ne locupletentur, & quem tex. singularem dixit Ange. in §. si quis in fraudem. in glos. in verbo rem suam. Instit. de actio. vbi etiam per illum concludit, quod si debitor repudiat hæreditatem, vel legatum, vel si alio modo & titulo rem poterat acquirere & non vult, imo repudiat etiam in fraudem & sperretum creditorum, non habet locum † dictus. §. si quis in fraudem, nec titulus. ff. de ijs quæ in fraud. credito. ex quo non agitur de diminutione patrimonij. Quod inquit bene notandum.

Secundo, pro ista opinione facit tex. in l. alienationis verbum. §. 1. ff. de verbo. sig. quia qui occasione acquirendi non vtitur, non intelligitur alienare, & ideo dicit ibi Alcia. quod
9 in edicto, quo † prætor in fraudem creditorũ gesta reuocat, non comprehenditur, qui legatum repudiat, quoniam alienationis verbo prætor vsus non est, allegat dictam l. qui autem.

Tertio confirmatur hæc sententia per l. maximum vitiũ. per Bal. in 6. colum. versicu. sed pone quod frater. C. de liber. præter. quem refert & sequitur Alexand. in addi. ad Bart. in l. patrem. ff. de iis quæ in fraud. credit. & Bru. in Tracta. exclus. fœmi. in 10. articu. in q. 2. & in artic. 12. q. 7. vbi dicit, quod stãte statuto, quod † extantibus masculis filiæ non succedant,
10 si frater non vult excludere sororem, sed eam vult admittere secum ad succedendum, & renunciare beneficio statuti, creditores vero velint eum conuenire, tanquam hæredem insolidum, quod non obstante contradictione creditorum, potest masculus renunciare legi municipali in eius fauorem inductæ. Quod dictum tenendum perpetuo cordi affixum dixit Ias. in d. § si quis in fraudem. colum. penul.

Quarto accedat, quod not. Bal. in rub. C. de iis quæ in frau.
11 credi. quem sequitur Alexand. in d. l. patrem. vbi dicit, q̃ † si vxor tua instituerit te hæredem & rogaret te vt post mortẽ restitueres bona sua communi filio, si tu habes suspicionem de creditoribus tuis, poteris incontinenti restituere hæreditatem filio, nec propterea diceris fraudare creditores, quia tale fideicommissum ex coniecturata mente testantis non præsumitur fuisse conditionale, sed ad beneplacitum patris, per tex. quem reputat vnicum & singularem in iure in d. l. patrẽ. secundum vnam lecturam. Imo secundum Ias. in d. §. si quis in fraudem. colum. penul. ille tex. vult vnum, quod est longe singularius, quod si tu pater in casu prædicto restituis hæreditatem incontinenti filio non retenta quarta Trebellianica, quæ detrahitur de fideicommissis particularibus, sequutus plenam fidem & debitam pietatem, vt ibi inquit tex. non diceris creditores fraudasse, & subdit Ias. q̃ ille tex. tãquam singularis non est obliuioni tradendus.

Quinto in medium affertur decisio Alber. de Rosa. in d. l.
12 patrem. vbi dicit, se determinasse per † illam legem, quæstionem, quam habuit de facto, videlicet, quod si pater emancipauerit filium suum, qui habebat multa bona aduentitia, & in ipsa emancipatione sibi remisit in præmium emancipationis dimidium vsus fructus illorum bonorum aduentitiorum quod creditores patris non poterunt dicere hoc fore factũ in fraudem, & reuocare velle per iura & rationes ibi per eum citatas, & præsertim per tex. in dicta l. qui autem. Cum ergo in isto lucro dotis, quod a marito vxori remittitur, non agatur de diminutione patrimonij, videtur, quod talis remissio reuocari non possit, & pro qua opinione uidetur esse bonus tex. in l. cum hic status. §. si maritus. de donatio. inter vir. & vxor. & in l. sed & si vir. §. quod legaturus. ff. eodem titu. vbi
13 donatio inter coniuges prohibetur, quando † donans efficitur pauperior, & eius patrimonium minuitur, secus si lucrũ, quod fieri potuisset, remittatur, & ideo dixit Barb. in consi. 60. volumi. 2. de quo mentionem feci in quæstio. præcedenti, quod † maritus potest consentire vxori disponenti de
14 dote, & remittere lucrum dotis, quod sperabat virtute statuti, quia agitur de remissione lucri, & patrimonium eiusdem per talem remissionem non minuitur, & sic in terminis cõcludit, quod dispositio dictæ l. qui autem. in tali lucro dotis verificetur. & in specie in terminis huius quæstionis ita consuluit Dec. in consil. 260. per totum, & Paris. in consil. 127. col. 2. & 3. volum. 1.

15 Non obstant allegata in contrarium. Et primo † quod dicitur de obligatione conditionali per tex. in d. l. ait prætor. §. si conditionalis. quia secundum Dec in d. consi. 260. colum. 2. ille tex. intelligi debet in obligatione cõditionali, in qua agatur de diminutione patrimonij secundũm naturam tituli, quia pro constanti ibi præsupponitur, quod si obligatio esset pura, indubitanter reuocaretur. Secus in obligatione conditionali, in qua non tractatur de diminutione patrimonij, qa tunc nõ militat dispositio. d. §. si cõditionalis. sed d. l. qui autẽ.

Secundo non obst. quod remissio huiusmodi lucri videatur respicere diminutionem patrimonij, quia ex rationibus & iuribus supra citatis clare constat de contrario.

Non obst. denique, q̃ tale lucrum acquisitum videatur ex causa onerosa propter onera matrimonii, quia ad hoc respondetur secundum Dec. in d. consi. 260. colum. 2. duobus modis. Verum quia prima eius responsio uiribus non subsistit, cum contra eum sit communis opinio, vt late demõstrauimus supra in q. 4. Ideo omittendo primam solutionem &

deuenien-

deueniendo ad ſecundam dicitur, quod etiam dato quod tale lucrum propter onera matrimonij detur, ſufficit, ꝙ in huiuſmodi remiſſione non agatur de diminutione patrimonij, cum hoc ſolum attendatur & conſideretur in materia dictæ l.qui autem.

16 Vltimo non obſtat, quod de † lucro acquiſito idem iudicetur, quod de damno, quia id verum eſſe fatemur in lucro perfecto & radicato, prout eſſet in donatione facta & conſumata, prout loquitur tex.in l.cum te.C.de do.ante nup.& ita declarat late Alex.in conſi. 89. colum. pen. in princi. volu.2. & in conſ. 203. in fi. volum. 6. Secus in lucro non perfecte acquiſito, prout loquitur tex. in d.l.qui autem.Si enim eſſet hæreditas adita, vel legatum acceptatum, eſſet incorporatū in patrimonio, & non poſſet repudiari.Secus eſt ante acquiſitionem perfecta dic.l. qui autem. & ideo cum in terminis huius quæſtionis lucrum dotis nō ſit perfecte acquiſitum,& incorporatum in patrimonio mariti, merito ſequitur,quod poteſt tale lucrum remitti,& repudiari,quia propter hoc nō ſequitur diminutio patrimonij, ita formaliter reſpōdet Dec. in citato conſi.160.colum.fi.

SVMMARIVM.

1 *Maritus poteſt reuocare ſententiam conceſſam vxori teſtandi de dote, Sed contra nume.4.*
2 *Eius eſt nolle, cuius eſt velle.*
3 *Filius familias ſi donat cauſa mortis rem patris, eo conſentiente, poteſt pater talem donationem reuocare, quod declara vt numero 7.*
5 *Donatio, quæ fit per virum vxori, vt alij donet, valet.*
6 *Diſpoſitio l. hac edictali C.de ſecund. nupt.locum non habet quando vxori reliquit, vel e contrario.vel donat vltra menſuram dictæ legis, cum grauamine de reſtituendo tertio.*
8 *Donatio cauſa mortis facta per filium emancipatum de re patris, eo conſentiente, non poteſt per ipſum patrem reuocari.*

QVAESTIO XLI.

PONE,ſtante dicto ſtatuto de lucro dotis,quod maritus conſenſerit,vel licentiam præſtiterit vxori teſtandi de do-
1 te:An † poſſit huiuſmodi licentiam,& conſenſum iam præſtitum, vir ante mortem vxoris reuocare? Videretur primo dicendum quod ſic, quia talis reuocatio facta fuit, antequam vxor decederet.Vnde cum adhuc teſtamentum nō eſſet ſortitum effectum, ſed eſſet in pendenti. l. 3. ff.de adim. lega. §. poſteriore. Inſtitu. quibus mod. teſta. infir. videtur, quod per maritum reuocatio ipſa fieri poſſit,quia eius eſt nolle,cu-
2 ius eſt velle, vt † in regula iuris, cuius eſt nolle.ff. de reg.iur. Sed dare licentiā teſtandi de dote procedit ex mera voluntate mariti,ergo eius oppoſitum,ſcilicet poſſe reuocare,pariter ex eius voluntate procedere debet.

Secundo iſta opinio probari videtur ex notatis per Barto. in l. 2. in princip.in verſicu. quarto ſolet formari.de don.vbi
3 ſi filius † donat cauſa mortis rem patris, eo conſentiente, poteſt pater talem renunciationem reuocare,argu.l.in ædibus. §. quod ſi filius. in 1.reſponſo.ff. de dona.Quod & voluit Cy. poſt Dy. in l. nec fratris.C.de dona.cau.mor.Petr.de Ancha. in conſ. 76. colum.1. quem ſequuntur Mod. in rubr. de dona. inter vir. & vxor. char. 37.colum.2. verſicu. item dicas,el 1.Bald.& Moder. in l.ſenium. C. qui teſta. face. poſ. Et ratio eſt, ſecundum Bald. ibi, quia viuente filio non eſt ius alteri quęſitum,ergo eodem modo dicendum videtur,quod cum vxor teſtata fuerit de re pertinente ad maritum in ſpe, quod maritus viuente vxore poſſit dictam diſpoſitionē reuocare, cum inter virum & vxorem nō teneat donatio,& ſic non poteſt fingi virum vxori donaſſe ſaltem efficaciter, prout inter patrem & filium conſiderant in ſimili Docto. in locis ſupra citatis.

4 His vero non obſtantibus,contrariam partem † vti veriorem amplectandam fore arbitramur, vt in terminis decidit Alex. in conſ. 246. vol. 6. vbi expreſſe conſuluit, maritū, qui præſtitit conſenſum vxori teſtandi de dote, non potuiſſe, ea viuente, dictum conſenſum reuocare, & inter alia mouetur ex dictis per Saly. in d.l. nec fratris.C.de donat. cau.mor.vbi inquit, ꝙ ſi pater præſtitit conſenſum filio exiſtenti in eius poteſtate ſuper donatione,vel legato facto de re ipſius patris poſito ꝙ per huiuſmodi conſenſum pater videtur primo donare filio,tamen quia fit, vt res in alium transferatur, & non penes filium remaneat,valet donatio inter patrem & filium. ergo ſecundum Alex.idem inter virum & vxorem, per l.donatio, iuncta l.donationes quas.C.de dona.inter vir. & vxo. & rationem aſſignat Salyc. quem ſequitur ipſe Alex. quia ex ea non efficitur locupletior ille,cui præſtatur conſenſus,alle-
gat in argumentum l.ſi ſponſus.in fi.de donat.inter virum & vxo. Sed melius, quod valeat dicta donatio, quo ad terminos huius quæſtionis,probatur ſecundum Alex.in d.l ſi ſpōſus, §.ſi maritus,el 2. vbi quoque inquit ipſe Alex. Fulgo. ita tenuiſſe in d.l.ſenium.

Secundo idem conſuluit Socyn.in conſil.113. colu.2. & 3. volum.1. quoniam quando vxor donat rem mariti, eo conſentiente,videtur reſultare duplex donatio, vna viri,per quā videtur donare vxori:altera vxoris extraneo. vt probatur in d.l.in ædibus.§.quod ſi filius.ff. de dona. & per Ioan. de Imo. in l.2.in princ.ff.eo.vbi concludit,quod donatio, quæ fit per
5 virum vxori,ad finem † vt alij donet, valet,ex quo res non debet remanere penes vxorem, nec de ea fieri locupletior, per tex. vbi dicit,ibi eſſe caſum in l.profectitium.§. ſi quis certū. ff.de iu. dot. & in l. quod autem.§. fi. cum l.ſeq. ff. de donat. inter vir.& vxor.vbi poteſt donari ſeruus vxori,vt manumittatur,quia non debet remanere dominium rei penes eam.& Imo.ſequitur Alex. in addit.ad Barto.in d.l.2. ff.de dona. qui pro cōfirmatione Imolæ adducit notata per Bal.in l.hac edictali.colum.2.verſic.nunc ſtatim ſuccedit.C.de ſecun.nupt.
6 vbi inquit,quod ſi † vxor relinquit viro,vel vir vxori,vel donat vltra menſuram illius legis, cum grauamine de reſtituendo cuidam tertio,non habet locum dicta lex, quia eſt conſideranda perſona commodum capientis,non reſtituere debētis.l.cum dotem.ff.ad leg.Falcid. l. ſi mulier,aliàs Sulpitius.ff. de dona. inter virum & vxorem. Idem etiam tenuit Pau. de Caſt.in d.l.2.colum.1.verſic.in primo vero caſu, motus etiā illa ratione,quia duplex reſultare videtur donatio,vna,quam pater videtur feciſſe filio cum ſibi conſenſit, quod de pecunia ipſius patris donaret: altera, quam facit ipſe filius donatario.

Non obſtat ſecundum eum,quod pater non poteſt donare filio, quem habet in poteſtate. l.2. C.de inoffic. doti.quia hoc verum,quando res donata erat remanſura penes filium, quia hoc non poſſet fieri, ſed reacquireretur ipſi patri,cum ſit profectitium. in quo etiam hodie ius eſt immutatum, & ſic, perinde eſſet,ac ſi pater ſibi ipſi donaſſet. Sed quia nō eſt remanſura apud ipſum, ſed apud alium,quia donat filio,vt alteri filius donet. Tunc valet etiam prima donatio, arg.l. cogi.§.hi qui inſolidum.ff.ad Trebel.vbi qui non poteſt capere ſolidum pro ſe, poteſt capere, vt alij reſtituat. Cum igitur in caſu quæſtionis,de qua agitur,valida fuerit licentia conceſſa per maritum vxori teſtandi de ipſa dote, cum de ea non debeat fieri locupletior, nec penes eam remanere debeat. Sequitur firma concluſio,maritum dictam diſpoſitionem vti perfectam reuocare non poſſe, iuxta l.perfecta.C.de don. & idem in caſu huius quæſtionis, ſecundū Soc. vbi ſupra in d. conſ. 114.voluerunt Moder.in repet. rubr.de don. inter vir. & vx. §.47. col.4. in princ.

Non obſtant,quæ in contrarium adducta fuerunt. Et primo,ꝙ datur & permittitur reuocatio licentiæ præſtitæ, quēadmodum & teſtamenti, quod non ſortitur effectum ante mortem teſtatoris,quia reſpondetur, quod admittitur teſtamenti reuocatio, cum ambulatoria ſit voluntas hominis vſque ad mortem,d.l.3.non ſic in licentia, quia ipſa habet vim donationis perfectæ,vt ſupra oſtenſum fuit,quæ reuocari nō poteſt,d.l. perfecta C.de don.

Ad notata per Bar. in l.2. ff.de donat. reſpondetur, quod
7 † in contrarium tenuerunt Pau.Imo.Sal.Alex. & Socy in locis ſupra citatis.

Secundo alia datur reſponſo,videlicet,quod dato,ſed non conceſſo, ꝙ vera eſſet opinio Bart. Tamen non quadrat ad propoſitum huius quæſtionis.Nam Barto. videtur cōcedere patri reuocationem donationis factę per filium eo conſentiēte, quia cenſetur voluiſſe donare filio, cui prohibetur a lege donare, vt l. 1.§. ſi pater. ff. pro donat. Sed in terminis huius quęſtionis ſumus in caſu,in quo donatio facta coniugi valet. Ideo nō permittitur reuocatio, vt demonſtratum fuit ſupra in q 39. cum de vno ad aliud non bene inferatur. l. Papinianus exuli.ff. de mino. & iſtud eſt de mente Bar. in d.l.2. in fi.
8 dum vult, ꝙ † donatio facta fuiſſe per filium emancipatum de re patris eo conſentiente,non eſſet locus reuocationi, & ſic pœnitentiæ, ex quo inter patrem & filium valeret donatio, & ita in ſpecie reſpondet Soc. in d. conſ. 114. col. fi. vbi pro hac opinione adducit notata per Bald. ind. l. ſenium,vbi decidit, ꝙ ſi filius donat cauſa mortis rem patris eo cōſentiēte, pater poteſt eam reuocare: ſi autem alius quam filius,qui eſt in poteſtate, legare rem meam me conſentiente, cum eſſet ſibi ius legandi quæſitum,ſeu donatum, non videretur, ꝙ poſſet per pœnitentiam impedire,arg.l.ſicut.§.ſi venditor.ff. quib. mod. pig. vel hypo. ſolua.l.2 C.ſi aduerſ. dona. & ideo ex his concluditur. ꝙ cum maritus conſenſerit vxori diſpo-

nendi

Source : BIU Cujas

nendi de dote,& ſimus in caſu,in quo donatio valet ſicut in extraneo, & res non eſt integra, quia conſenſus præſtitus iã executionem habuerat per confectionem teſtamẽti,quæ impedit mutationem voluntatis,vt patet ex notatis per Bart.& Imo. in locis præallegatis,quod maritus non poteſt talem licentiam reuocare.

SVMMARIVM.

1 *Maritus promittens cum iuramẽto reſtituere dotem in omnem caſum &c. cum renunciatione de omnibus iuris,& legum auxilijs, cenſetur renũciaſſe beneficio ſtatuti de lucro dotis,& nu.24.*
2 *Omnia includit,qui omnia dicit.*
3 *Orationis vniuerſalis eſt maior uirtus, quam generalis.*
4 *Legatum generale factum vxori per maritum de vſufructu rerum ſuarum, non complectitur venalia, ſecus quando in legato appoſitum eſſet ſignum vniuerſale omnium rerum ſuarum.*
5 *Statutum ſimpliciter diſponens,quod maritus lucretur dotem, vxore decedente ſine liberis, & ſi non excludat filios primi matrimonij, tamen ſecus eſt, ſi ſtatuto caueretur, quod in omni caſu maritus lucretur dotem.*
6 *Priuilegia ſtudij Pariſienſis,ſi ſint conceſſa ſtudio Tholoſano, intelliguntur de præſentibus tantum,& non de futuris,ſecus ſi dictum eſſet de omnibus priuilegiis.*
7 *Conſeruator Imperialis, quamuis non poſſit conſtituere procuratorem ante litem conteſtatam,tamen ſi in conſeruatoria ſint appoſita verba, quod poßint omnes actus facere oportunos,tunc poterit ante litem conteſtatam procuratorem conſtituere.*
8 *Maritus promittens totam dotem reſtituere,ſibi præiudicat in lucro dotis.*
9 *Effuſo ſermone quis uti non debet.*
10 *Renuncians omni iuri,& legum auxilio,cenſetur renunciaße beneficio Senatuſconſulti Velleiani, accedente præſertim iuramento.*
11 *Necnon purgationis moræ.*
12 *Pariterque remiſſioni,occaſione belli ſuperuenientis.*
13 *Item ne quis conueniatur niſi,in quantum facere poteſt.*
14 *Similiter & beneficio inuentarij.*
15 *Ac etiam beneficio cedendarum.*
16 *Plus beneficio excuſſionis.*
17 *Atque etiam beneficio l.plerique.ff.de in ius uoc.*
18 *Rurſus & beneficio ordinis, & diuiſionis.*
19 *Facultati quoque reuocandi donationem ob non inſinuationem factam.*
20 *Beneficioque non incarcerandi.*
21 *Exceptionique ſimulationis.*
22 *Necnon & diſpoſitioni. l.de his.ff.de tranſac.*
23 *Similique modo auxilio legis municipalis.*
25 *Repetitioni dotis potius eſt fauendum, quam lucro mariti.*

QVAESTIO XLII.

1 MAritus qui promiſit cum iuramento reſtituere dotẽ † in omnem caſum & euentum dotis reſtituendæ, cũ renunciatione facta de omnibus iuris & legum auxilijs,an cẽ ſeatur renunciaſſe beneficio ſtatuti de lucro dotis. Non vagã do, vbi non expedit, dicendum eſt,quod ſic.Primo,quia ipſa renunciatio facta comperitur de omnibus iuris & legum auxilijs,vnde videtur, quod comprehendere debeat lucrum
2 dotis,quia † qui omnia dicit, omnia includit.l.a procurato-
3 re.C.manda.l.Iulianus.ff.de leg.3.& etiam† quoniam maior eſt virtus orationis vniuerſalis, quam generalis, vt per Bar. in l.generali. §.vxori.ff.de vſufruc.leg.quem ſequitur Dec.in conſ.294.col.2.& in conſ.358.D.meus Rui.in con.ſil.78 col.
4 pen. volu. 1. vbi licet in legato † generali facto per maritum vxori de vſufructu rerum ſuarum, non veniant venalia, tamen ſecus,quando apponitur ſignum vniuerſale omnium rerum ſuarum,quia tunc veniũt & venalia.Hinc videmus,vt ſu
5 pra dixi in q.29.quod licet,ſtante † ſtatuto ſimpliciter diſponente de lucro dotis,maritus non excludat filios primi matrimonij virtute l.hac.edictali. C. de ſecun.nup. Tamen ſi ſtatutum diſponat, quod maritus in omni caſu dotem lucretur, tunc propter illa verba vniuerſalia, in omni caſu, excludunt filij primi matrimonij. Pro cuius confirmatione accedat, ꝙ
6 notant Moder.in l.1.ff.de leg.1.vbi volunt, quod † ſi priuilegia ſtudij Pariſienſis ſint cõceſſa ſtudio Tholoſano,intelligit de preſentib.tantum, & nõ de futuris,per l.ſi ita.ff.de auro & argen.lega.& ꝙ notata per Bal.in l.omnia priuilegia.C.de epiſ. & cler.ſecus ſi dicto ſtudio cõcederentur omnia priuilegia, quia propter illam dictionem, omnia, venirent & futura. & ideo dixit Dominus meus Ruin. in conſilio 61. colum. 12.
7 volum. 5. quod, & ſi conſeruator Imperialis † non poſſit conſtituere procuratorem ante litem conteſtatam,vel habitam pro conteſtata,per l.quod quis.l. neque tutores. l. nulla. l.nihil. C. de procur. Tamen ſi in conſeruatoria ſint appoſita verba, quod poſſit omnes actus facere,quos opportunos iudicauerit.Tunc propter illam dictionem,omnes,poterit conſtituere procuratorem ante litem conteſtatam, vel habitam pro conteſtata.

Secundo principaliter facit. Nam iſta eſt vera & commu-
8 nis Doctorum ſententia, quod, ſi † maritus promiſit totam dotem reſtituere,cenſetur remiſiſſe lucrum dotis, quod ſibi ex forma ſtatuti competebat,propter illam dictionem, totã, vt abunde diximus ſupra in quæſtio.34 poſt Angel. Imo. & Ro.in l.damni infecti.la vltima.§. cum parietem.ff. de dam. infec. Si ergo tale lucrum remittitur, quando dicitur de tota dote reſtituenda,pari ratione videtur idem dicendum, quando eſt renunciatum omnibus iuris, & legum auxilijs, quia talis renunciatio magis videtur reſpicere lucrum dotis, quam ſi dicatur de tota dote, quia ibi de renunciatione nullum verbum.

Tertio, quod per dictam renũciationem excludaẽ a lucro
9 dotis maritus.faci :Nam imputandum eſt †marito, qui effuſo ſermone vſus fuit, vt vult tex.no.in l.fin.C. de do.promiſ. ibi, ne dũ effuſo ſermone ſe iactat,in promptum incidat periculum,quem Angel.multum no. ibi ad illud, quod dicunt Peruſini,quod nemo debet ita late verba ſua effundere,& p illum tex.dixit etiam nobiliter Bal. in l. pactum quod dotali. q.16 de collat.ſe conſulere, quod caueant ſibi renunciãtes a verbis generalibus, ne in promptum,ex effuſo ſermone,incidant periculum. & ideo cum maritus apertius legẽ ſuam nõ dixerit,imputandum eſt ei,arg.l.veteribus.ff.de pact.

Quarto pro iſta ſentẽtia facit.Nam nos videmus,quod ille, qui renunciat omni iuris & legum auxilio, cenſetur renunciaſſe beneficijs infraſcriptis.

Primo beneficio Senatuſconſulti Velleiani,vt per Bart.&
10 †alios in auth.matri & auiæ,col. pen.verſi.quæro quid ſi nõ renunciauit.C.quan.muli.tute.offi.fun.non pot.& in l.ſi ſub conditione, col.pen.verſi.quæro quid ſi.ff.de teſta.tute. quẽ ſequitur Alex.in conſ. 11.col.pen. verſic.pondero illa verba, vol.2.Are.conſi.33.col.pe.Soc.in conſ.200.col.pen.& in conſil.103 col.fi.vol.3.maximè accedente iuramento.

11 Secundo per dictam clauſulam quis† cenſetur renunciaſſe purgationi moræ,vt per Crot.in l.ſi inſulam.in fi.ff.de ver.ob. Dec in conſi.452.col.pen.Affl.deci.147.col.fi.Gozad.conſi. 77.col.5.in fi.

12 Tertio, vt conductor non † poſſit petere remiſſionem occaſione belli ſuperuenientis,vt per Alb.de Roſ.in l.item quęritur.§.excepto.ff.loca.quem ſequitur Iaſ.in l.1. col.antep.in fi.C.de iu.emph.vbi dicit, ꝙ quando in inſtrumento emphyteutico renunciatum fuit exceptioni doli mali,& omni auxilio, quo emphyteuta ſe tueri poterat a præſtatione canonis, vel penſionis,ꝙ teneretur etiam emphyteuta ad canonis ſolutionem,dato ꝙ bellum ſuperueniſſet poſt contractum celebratum,& iſtud ſubdit procedere nedum in emphyteuta, & libellario,ſed etiam in quocunque ſimplici colono,ſeu cõductore, & in omnibus caſibus, in quibus propter ſterilitatem remiſſio fieret,vel ob alium quemcunque caſum, & ita ſe obtinuiſſe coram Collegio Bergomenſi,& ꝙ ita ſeruatur in Lõbardia,quod dicit ſingulare,& diligentiſſime multum notandũ,quia dicta clauſula ſemper in inſtrumentis apponi conſueuit, propter magnam vtilitatem, quam affert,& hoc notandum etiam eſſe voluit Cæpol.in caute.51. regula eſt. quod & tenuit Gozad conſil.59.colum.3.in fi.& conſil. 87.colum.2. & 88.colum.4.in fi.Ant.Capy.in deci.87.col.pen.& deci.ſeq. col.1.in fi.

13 Quarto, renunciatum † quoque cenſetur,ne quis conueniatur,niſi in quãtum facere poteſt,ita Cor. in conſ. 158.col. 3.ver.confirmantur prædicta.vol.3 quem ſequitur Gozad.in d.conſi.69 col.3 & in conſ.88. col.pe.

14 Quinto,beneficio †inuentarij,vt per Corn. in conſi.31.colum 5.ver.confert,vol.3.quem refert,& ſequitur Gozad.in d. conſi. 69.col.pe.

15 Sexto,beneficio †cedendarum,ita Ang.in l.2.C.de fideiuſ. Soc.in conſ.200 col.pe.Corn.conſ 51.col.pe.vol.2.Dec.conſ. 27.col.2.& conſ.452 col.pe.& in l.fi.col.4.ver.illud tamen.ff. ſi cer.per.Affli.deci.188.Moder.in tract.de pigno.in 3.membro.5.par.prin.col 19.Purp.in l.1.nu. 67. C.de tranſac. & dicit Bald.in conſi.4.quæritur.volum.4.quod iſta pars de rigore iuris eſt verior.

16 Septimo,beneficio †excuſſionis,vt dicit Bal.in l.1.col.3.C. de conuenien.fiſ. deb. lib.10.quem ſequuntur Aret.in conſ. 33.col.pen.in prin.Alex.in conſi.32.col. 3.& in conſi. 34. col. 4.Dec.in d.l.fi.col.4.& in d. conſi.27.col. pen.Marſ. in rub. de fideiuſ.col.4.

17 Octauo,beneficio l.plerique.ff.de in †ius voc.vt per Iaſ.ibi, col.4.ver.decimotertio limita.

Source : BIU Cujas

Nono, beneficio ordinis, vt Guid. Pap. in deci. 367. Et diuisionis, † vt per Are. in d. consi. 33. col. pen. in prin.

Decimo, facultati reuocandi donationem † ob non insinuationem factam, ita dixit Corn. in cons. 54. col. 3. vol. 4. Gozad. consi. 87. col. 3. Do. meus Rui. consi. 180. nu. 15. uol. 1.

Vndecimo, beneficio † non incarcerandi, vt per Barto. in d. auth. matri & auiæ. col. pe. & ibi Sal & Ale. ac Ias. in d. l. plerique. Soc. consi. 126. col. 2. vers. confirmatur. volu. 1.

Duodecimo, exceptioni † simulationis, vt per Goza. in d. consi. 69. col. 3.

Decimotertio, dispositioni. l. de his. ff. de † transact. vt per Ale. in consi. 11. col. 4. vol. 2. Soc. in cons. 200. col. pen. volum. 2. & in consi. 103. col. fi. vol. 3. Deci. in cons. 452. col. pen. Ias. in d. l. de his. col. 4. Goza. in consi. 69. col. 3. in fi. Soc. Iun. in cons. 116. col. antep. vol. 1.

Si ergo ipsa verba, omni iuris & legum auxilio, operantur, vt ex his renunciatum esse censeatur tot, tantisq; beneficiis, de quibus supra: idem vtique dicendum est, vt per ea etiam renunciatum sit legi municipali de lucro dotis loquentis, qa secundum Bal. Ang. Cuma. & alios in l. sed & si quis, §. quæsitum. ff. si quis cautio. ipsa † verba operantur, vt non solum intelligatur esse renunciatum auxilio iuris ciuilis, sed etiam legis municipalis. Quod & voluit Roma. in consil. 251. Dec. in consi. 452. col. pen. Marsi. in rub. de fideiuss. col. 14. vers. restat modo, vltimo loco, Gozad. in citatis consiliis 69. 87. & 88. ac D. meus Ruin. in consi. 51. colum. 7. volum. 1 quia, si non veniret ius municipale virtute dictorum verborum, sequeretur, quod illud verbum, iuri, esset superfluum, cum sub verbo, legum, cõtineatur ius commune. Igitur vt euitetur superfluitas verborum, dicendum est, secundum eum, q̃ veniat & ius municipale.

Vltimo, in terminis huius quæstionis, q̃ renunciatum † cẽseatur lucro dotis, in specie hoc voluit Dec. in consi. 195. colum. j. licet in casu suo consuluerit contrarium vigore primæ conuentionis, de qua ibi, & sic ex his firma remaneat hæc cõclusio, q̃ per ista verba renunciatum sit lucro dotis, quod marito competere poterat ex vi statuti, & in dubio capienda est hæc interpretatio, quia potius fauendum † est repetitioni dotis, quam lucro mariti, vt no. Bal. in consi. 229. volum. 1. secundum primam impressionem. & de quo mẽtionem facit Dec. in alleg. consi. 195. col. 3. in prin.

SVMMARIVM.

1 *Statuto si caueatur, quod vxore præmoriente sine liberis maritus lucretur dotem, argumentum sumitur a contrario sensu, quod existentibus liberis maritus priuetur commodo dicti lucri.*
2 *Argumentum a contrario sensu si sumitur in pacto, multo fortius in statuto.*
3 *Argumentũ a contrario sensu in statuto sumitur, vbi ius commune non corrigitur, sed conseruatur.*
4 *Statutum excludens sororem, extante fratre, ex vi argumenti a contrario sensu, eo non existente, ipsa non excluditur.*
5 *Argumentum a contrario sensu etiam ad correctionem iuris communis admittitur, quando in sensu directo statutum nihil operaretur.*
6 *Statutum disponens, quod mulier forensis non habens filios possit dimittere, & legare dotes suas cuicunque voluerit, sumitur argumentum a contrario sensu quod de ipsis mulier filiis existentibus disponere non possit.*
7 *Statuto si disponatur, quod filia, non extantibus masculis, matri succedat ab intestato, masculis extantibus ex vi argumenti a contrario sensu excluditur.*
8 *Statutum si concedit lucrum dotis marito, non extantibus communibus liberis, ipsis ergo extantibus, per argumentum a contrario sensu, maritus non admittitur.*

QVAESTIO XLIII.

QVæritur, an stante statuto, quod vxore † præmoriente sine liberis maritus lucretur dotem, a contrario sensu eiusdem statuti existentibus liberis, maritus excludatus? Et concludendo dicas quod sic. Et primo, per text. in l. inter socerum. §. cum inter. iuncta glo. in verbo, id actum. ff. de pac. dot. vbi si pactum initum est inter patrem puellæ, & generum, quod si filia moriatur sine liberis, dos patri restituatur, id actum inter contrahentes intelligitur, vt filia defuncta cum liberis superstitibus dos retineatur, quia posito quid iuris in vno de contrariis, & in opposito, quid iuris sit, intelligitur. Idem voluit Cor. in consi. 287. in prin. vol. 1. Si ergo in pacto dotali † sumitur contrarius sensus, idem & in statuto, vt per glo. in rub. C. de decre. decur. lib. 10. facit. l. sed & ea. ff. de legi.

Secundo, pro ista opinione facit. Nam in statutis † sumitur licite argumentum a contrario sensu, vbicunque ius commune non corrigitur, sed potius conseruatur, secundum Bald. in l. 2. in prin. C. de cond. inser. in l. apud antiquos. C. de furt. Doct. in l. 1. §. huius rei. ff. de offi. eius cui manda. est iurisd. & in cap. apostolica. de his quæ fiunt a præla. vbi dicunt, quod ad correctionem iuris communis non debet sumi argumentum a contrario sensu, & hoc, quia illud est odiosum. Secus econuerso, quando ius commune cõseruatur, quia hoc est fauorabile, secundum glo. in ca. statutum. in ver. dinumerandum est. de præb. in 6. Sed quod extantibus liberis excludatur maritus, in hoc conseruatur ius commune, per quod disponitur, q̃ dos soluto matr. reuertatur ad dotantem, vel ad liberos mulieris. l. dos a patre. C. sol. mat. Igitur valide sumendũ est prædictum argum. a contrario sensu. & pro ista opi. facit, quod no. D. meus Rui. in cons. 19. col. 2. vol. 3. vbi dicit, quod † si statutum excludat sororem extante fratre, non tamẽ eam excludit fratre non existente ex vi argumenti a contrario sensu, quia non corrigitur ius commune, sed potius conseruatur, quia cum iure communi concordat statutum, si a contrario sensu sumatur argumentum, cum de iure communi soror defuncti præferri debet remotioribus agnatis ab intestato, vt in §. reliquum. in Auth. de hęred. ab intest. Imo fortius † dicitur, q̃ etiam quando resultat correctio iuris communis, adhuc legitime sumitur argumentum a contrario sensu, quando in sensu directo statutum nihil operaretur, vt per Pet. de Anch. in consi. 213. quem refert, & sequitur Brun. in tract. exclu. fęmi. in 8. art. prin. col. pen. vbi consuluit, q̃ † statutum disponẽs q̃ mulier forensis, non habens filios, possit dimittere, & legare dotes suas cuicunque voluerit, a contrario sensu censetur disponere, q̃ si habet filios, non possit. Quod argumentum, inquit, esse sumendum maxime, quia alias hoc statutum esset derisorium. Idem voluerũt scribent. in d. l. j. ff. de offi. eius cui mand. est iurisd. & Camp. in tract. de statu. exclu. fęmi. in 14. q. vbi dicunt, q̃ † stante statuto q̃ filia succedat matri ab intestato non extantibus masculis, q̃ masculis extantibus, ex vi argumenti a contrario sensu, filia excluditur, per d. l. inter socerũ. §. cum inter. quia in sensu directo huiusmodi statutum nihil operaretur, prout etiam esset in terminis huius quæstionis. Quid enim operarentur verba statuti disponentis, maritum debere lucrari dotem, si mulier moriatur sine liberis? quando etiam si cum filijs moreretur, maritus deberet etiam admitti ad tale lucrum? Certè nihil, contra l. si quando. ff. de lega. 1. Igitur. &c.

Tertio, & vltimo, hoc in terminis decidit Pau. de Cast. in consi. 287. col. j. quia iste maritus vocatus est a statuto sub cõditione, quando mulier decederet sine liberis. Vnde illis existentibus & ita conditione, sub qua maritus vocatur, deficiẽte, non potest habere locum vocatio, & statuti dispositio. l. iubemus. §. fi. C. ad Treb. l. ex facto. §. fin. ff. eod. titu. Idem etiam voluit Dec. in consi. 283. & maxime col. 4. vbi dicit, q̃ † si statutum concedit lucrum dotis marito non extantibus communibus liberis, q̃ ipsis extantibus, maritus ad tale lucrũ nõ admittitur, & hoc per argumentum a cõtrario sensu. Clarius idem tenuit Cur. Iun. in consi. 93. col. 3. & Socy. Iun. in consi. 27. col. pen. vol. 1. D. meus Rui. in consi. 58. col. 6. ver. nam inquantum. & col. 7. ver. dicebatur etiam, & iterũ necnon. col. pe. ver. & ad istud respondetur, col. 3. & in consi. 59. col. 8. ver. secundo alia ratione. & vers. tertio idem comprobatur, ac in ver. 4. pro eadem. eo. vol. 3. & in consi. 63. col. 1. eo. volu.

SVMMARIVM.

1 *Statutum de lucro dotis locum non habet in muliere minore. Sed contra nu. 7. & 12.*
2 *Statutum mandans carcerari debitores non comprehendit minores.*
3 *Statutum pœnale prohibens extrahere bladum de comitatu, non ligat minores, declara vt nu. 13*
4 *Statutum de compromissis non ligat minores, sed contra nu. 9*
5 *Consuetudo ligat infantes & furiosos, quia & lex scripta eos ligat.*
6 *Statutum ligat minores.*
8 *Statutum disponens, quod non repudians hæreditatem infra mensem habeatur pro adeunte, ligat minorem.*
10 *Statutum, si mandat causas compromitti, tutor & curator tenentur compromittere.*
11 *Consuetudo, quod emens rem teneatur consanguineo retrouendere, ligat & minorem.*

QVAESTIO XLIIII.

CAdit quoque alia dubitatio. Nunquid statutum † de lucro dotis locum habeat in muliere minore. Et prima facie videretur dicendum q̃ non.

Primo,

Source : BIU Cujas

2 Primo,quia † statutum mandans carcerari debitores, nō comprehendit minores, vt per Roman. in consi. 120.col.2. quem sequuntur Barb.in cons.6.col.1.vol.4.& Roch.de Cur. in d.c.fi.q.14.in fi.de consuet.

Secundo ex ijs, quæ no. Ro. in sing.suo vltimo.vbi inquit,
3 quod statutum pœnale prohibens † extrahere bladum de comitatu,non ligat minorem.

Tertio facit,quod scribit Bart.in cons.40 in 2.parte, secundum nouam impressionem,incip.quæritur, vbi in effectu cōcludit,quod statutum de compromissis † fiendis inter coniūctos comprehendit minores, quia statutum generaliter loquens debet referri ad habiles.l.1.C.de sacrosanct ecclc.Si ergo huiusmodi statuta,de quibus supra,non excludunt minores,nec etiam statutum de lucro dotis debet mulieres minores includere.

His tamen non obstantibus altera pars est de iure verior, quæ. primo probatur ex iis, quæ dixit Cyn. in l.2. in fi. & ibi
5 Bar.q.22.C.quæ sit lon consuetu.vbi † volunt,quod cosuetudo ligat infantes, & furiosos, quia & lex scripta eos ligat.l.diuus.ff.de offi.præsi.l.pen. ff. de parrici.Idem etiam tenuit Saly.in l.1.in fi.C.eo.tit.quæ sit lon. consue. vbi dicit, hanc esse communem opin.Pro cuius cōfirmatione accedat, quod dixit Old.in d.l.2.col.fi.vbi inquit,quod si sit consuetudo in ci-
6 uitate, quod † quilibet soluat talem collectam, tenebuntur etiam infantes,& furiosi.Cum ergo ex vi talis consuetudinis infantes includantur, & furiosi, multo magis debent ligari minores vigintiquinque annis,maiores tamen infantibus,argu.auth.multo magis. C.de sacrosan.eccle.

7 Secundo,quod ligentur † minores, hoc voluit Bart.in repet.l.de quibus.col.10 vers.1.ego quero.ff.de legi. per tex.in l.fine hærede.§.Lucius.ff.de admi.tut. vbi etiam ibi no. Bar. Rom.in d.sing.vltimo,& in consi.120 col.2.Barb.in cons.44. col.pe.vol.3.& in cōs.6.col.1.vol.4.Ale.in cons.49.col.3.vol. 1.& in cons.254. col. 1. vol.6.Dec. in auth.si qua mulier.in 2. nota.C.de secun.nup.Pro quo facit, quod notat Pau. de Ca. in l.si pupillorum.C.de repudi.hæred vbi statutum disponēs,
8 quod † non repudians hæreditatem infra meniem habeat pro adeunte, ligat minorem. Accedat quoque quod voluerunt Sal.Pau. de Cast. & Alex.in l. fi. C. de in integ. resti. vbi
9 † statutum de compromissis fiendis ligat etiam pupillos, & minores,quod & tenuit Alex.in d.cons.254.per totum.& Tiraq.in tract. de retrac. char. 287. nu. 13. & in tantum hoc est
10 verum,quod † si statutum mandat causas compromitti, tutor,& curator tenentur compromittere, licet voluntarium compromissum facere non possint, vt per Bal. & Angel.in l. Imperatores.ff.de pact.ac Pau.de Cast. & Alex. in l.si plures. ff.eo.ti.Pro cuius confirmatione facit,quod voluit Tiraquel. in loco,de quo supra,vbi concludit,quod consuetudo,quod
11 † emens rem teneatur eam consanguineo retrouendere, ligat & minorem.

12 Tertio & vltimo,in terminis consuetudinis,vel † statuti de lucro dotis,quod ligentur minores, voluit Guliel. de Cun.in l.ingenuum.ff.de statu homi.quem referunt,& sequūtur Bar. in d.l.2.q. 22.C. quæ sit lon.consuetu.Alex. in cons. 65. col. 2. vol.6.quod est duplicatum, eo.vol. in cons.119. & Roch. de Cur.in repe.dicti c.fi.q.14. idem quoque tenuerūt Bal. & Pa. de Cast.in l.1.C.si aduers.dot.Roman.in consil.314. & Corn. in cons.6.col.pen.vol.3.

Non obstant quæ adducta fuerunt.Nam ad primum argumentum respondetur, quod contrarium eius, quod voluit Rom. vbi supra, & in specie contra eum tenuit Ias. in l. neq; impuberes.ff.de in ius voc.Ad secundum de statuto prohibēte sub pœna extrahere bladum de comitatu, pariter respōde
13 tur,quod † Rom.loquitur in statuto puniente id, quod de iure communi erat impunibile.Quo casu verum est,quod in tali statuto non includuntur minores, vt in specie dixit Rom. in d.sing.vlt.per tex.in c.2.de delic.puero. Nam homicidium (vt scitis) casu perpetratum, sine culpa est impunibile.l.1. C. de sica.& ideo in d.ca.2.dicitur, quod in illa cōsuetudine ibi relata minor non includitur,licet generaliter loquatur,quod subdit non esse obliuioni tradendum.Idem dixerunt Bar. in citato cons.6. col. 2. & Roch. vbi supra in dicta q.14.in fi.ac Curt.Iun.in l.postquam liti.in fi C.de pact. Sed in casu huius quæstionis sumus extra terminos Roma. Igitur &c.

SVMMARIVM.

1 *Dos data per mulierem minorem uiro, in bonis immobilibus, sine decreto iudicis, non cedit lucro mariti, stante statuto de lucro dotis. & nu.3.*
2 *Bona minorum immobilia sine decreto iudicis alienari non possunt.*
4 *Pubes licet habeat legitimam ætatem in matrimonio, tamen secus in dote, licet sit sequela matrimonij.*
5 *Minor quāuis habeat legitimam personam in iudicio in causa matrimonij, secus in causa dotis.*
6 *Minor mulier,& si in dotem immobilia sine decreto Iudicis dare nō possit, id tamen non procedit in bonis mobilibus,& pecunia & alijs, quæ seruando seruari non possunt,quia poterunt dari in dotem,& in ea habebit locum Statutum de dote lucranda.*

QVAESTIO XLV.

1 QVid iuris, si minor dedit in † dotem marito bona immobilia,quæ regulariter sine decreto alienari non possunt,vt l.magis puto.§. ne passim. ff. de reb. eor. An tali casu maritus possit lucrari totam dotem,vel partem,quæ sibi a lege municipali conceditur? Prima facie videretur,quod sic,vt colligitur ex dictis Guliel.de Cun.in d.l.ingenuum,quē sequuntur Doc.de quibus in q.præcedenti,vbi videtur velle, quod vbicunque sumus in actibus, in quibus minores admittuntur vt maiores, vt si consuetudo habeat,quod muliere præmortua maritus lucretur dotem mulieris,ēt minores cōprehenduntur, & obligantur sub dicta consuetudine; quia minor obligatur ex matrimonio, & habetur in talibus p maiore.c.fi.de iud.in 6 no.gl.l.ait prætor.in princ.in verbo aliud. ff.de mino. ergo & in dote, nam in hoc non debet minus ligari,quam maior,vt in l.Aemilius.ff.de min.Sed maiores possunt constituere dotes in bonis immobilib. sine decreto iudicis,vt no.in d.l.1.C.si aduers.dot. Ergo & minores,cum habeantur pro maiorib.

2 Tu autem teneas contrarium; quia bona † immobilia minorum non possunt alienari sine decreto, & si fit alienatio, redditur nulla.l.magis puto.§.ne passim. ff.de reb.eo.& in dote,pprie est tex.in l.lex quæ tutores. C.de administra.tut.vbi notat Bar. Idem voluit ipse Bar. in l. prædia. C. de præd.min. & Bal.in l.nulla .in fi.C.de iure dot.Calca.in consil. 11.in principip.Cuma.in consi.109.colum.2.Bal.in cons.108.vol.1. & ratio est,qua in tali constitutione dotis requiritur causę cognitio.l.si ex causa. §. in dotis.ff.de mino.scilicet, an suppetant facultates,& an vir sit dignus tanta dote,vt per Bal.in d.l.nulla. Et hæc causæ cognitio spectat ad iudicem, dicta l.magis puto. §. ne tamen. & dicta l. lex quæ tutores.& per d.Bal.in dicto consil. 108. Item & quia ipsa constitutio dotis non est necessaria, sed voluntaria:ergo attenta ratione legis,non potest fieri sine decreto. Si ergo est nulla,perinde est, ac si facta non esset,argum.l.quoties. ff.qui satisda.cogan. quo casu vbi nulla reperitur facta dotis constitutio,non potest tractari de lucro dotis; quia non entiū,nullæ sunt qualitates. l. eius qui in prouincia.ff.si cer. pet. & in terminis proprijs de lucro do-
3 tis hoc † voluit Bal. in l.1. col. 1. C. de iu. dor. per d.l.vbi inquit,quod licet minor possit dare eius marito in dotem omnia eius bona,quāuis immobilia, cum pacto de lucrando dotem,tamen,quod id procedit,quando dos fuit solenniter cōstituta, cum decreto iudicis, secundum Iac. Baut. alias non includeret bona immobilia ipsius minoris. Quod & voluit ibi Pau.de Cast.col.2.in princip.dum dicit,intellige ergo istā legē, quando interuenit decretum iudicis, si illa mulier habebat prædia,quando dedit omnia bona sua in dotem, & sic valuit datio,alias non valuisset, & de eis maritus nihil lucraretur ex pacto,vel lege,quia non essent dotalia,& pactum nō operatur, nisi super dote. Idem voluit Rom.in cons.314.col. 1.Cuma.in citato cons.109.col.2. & Corn.in consil.3.col.penul.ver.& insuper. vol.3. vbi proprie inquit, quod bona minoris, quæ seruando seruari possunt, non possunt dari in dotem,etiam cum authoritate tutoris,vel curatoris, nisi interueniat decretum iudicis.Et ex hoc subdit,quod statutum loquens de lucro dotis, locum sibi non vendicat in talibus bonis,quæ valide non fuerunt data in dotem,cum ipsa datio nō valuerit,arg.l.4.§.condemnatum.ff. de re iud.

Nec habent obstare notata per Guliel. de Cun.in d.l.ingenuum.quia duobus modis respondetur.Et primo, quod eius dictum non est verum, quia non sequitur, minor obligatur ex matrimonio,& in ipso habetur pro maiore,vt in d. c. fi.de iudi.in 6.& in d.l. ait prætor.iuncta glo. ergo & in dote, quia contrarium expresse decidit Bald.in d.l.1. C.si aduer.dot. vbi
4 dicit. Tertio nota, quod † licet in matrimonio pubes habeat legitimam ætatem:tamen non est ita in dote, licet sit sequela matrimonij Et pro ista opinione facit, quod no. idem Bal.in authen.quod locum.colum.fin.ver.8 quæritur C.de collat. vbi dicit,quod † minor quamuis habeat legitimam personam
5 standi in iudicio,in causa matrimonij,vt in c.fi.de iud.in 6.nō tamen potest stare in iudicio in causa dotis, per tex.in d. authen.quod locum.quia licet sit connexa, tamen non est eiusdem naturæ,quod dicunt esse notandum Moder. in repet.ca. per vestras.char. 126.col.4.versic. nec est simpliciter verum,

Source : BIU Cujas

vbi quoque tradunt fuisse de mente Io.An.in c. cum olim.el 1.in fi.de offi. deleg.

Secundo respondetur,ꝙ opinio Gul.de Cun.potest saluari,vt procedat in aliis bonis,quam in iis,quæ†seruando seruari possunt,prout est in pecunia,quæ seruando seruari non potest,vt per Bar.& Are.in l.si ex legati causa,ff.de verb. obligat. vel in aliis mobilibus, quia tunc in illis cum habeatur tanquã maior,& ea sine decreto alienari possint,vt per glo.& Doc.in l.1.§.fuit quæsitum,ff.ad Trebelli.& Tiraq. in trac. de retrac. char.205.nume.115.poterit constituere dotem,& eueniente casu mortis mulieris poterit maritus consequi lucrum sibi a statuto concessum. Et ad hoc bene faciunt notata per Mod. in trac.de pign.in 2.par.in 4.membro,nu.74.& 75.vbi dicunt, ꝙ licet mulier non possit dare in dotem bona immobilia sine decreto iudicis,& authoritate curatoris,d.l.lex quæ tutores.nec expresse obligare eius bona pro dicta dote cum hypotheca, minus etiam tacite, tamen respectu aliarum rerum, quæ alienari non sunt prohibitę per minorem,poterit puella minor se dotare moderate absque curatore,& decreto, vt in d.l.1.C.si aduer.dot.& poterit se obligare pro dote constituẽda,& in consequentiam in tali obligatione,& dotatione orietur tacita hypotheca,iuxta l.1.§.& vt plenius,C.de rei vx.act.

SVMMARIVM.

1 *Minor,quæ dotem viro immoderatam constituit,stante statuto, quod maritus per mortem vxoris sine liberis lucretur dotem,restituitur in integrum aduersus ipsam dotis constitutionem, secus contra dictum statutum.*

2 *Pactum factum inter virum & uxorem de dote lucranda, licet mero iure valeat, & si mulier sit minor,tamen ei datur restitutio in integrum.*

3 *Statutũ si extat,quod filia dotata excludatur a successione:filia, quæ dotem accepit,non poterit restitui aduersus ipsum statutum.*

4 *Minor,qui ex necessitate statuti disponentis,quod inter coniunctos fiat cõpromissum cum authoritate sui tutoris,fecit compromissum, si exinde contra eum iniuste per arbitros iudicari contingat, non poterit petere restitutionem in integrum aduersus statutum, vel compromissum, sed aduersus effectum statuti,ideſt sententiam sequutam ex compromisso.*

QVAESTIO XLVI.

1 AN minor,quæ constituit dotem immoderatam † viro, possit restitui aduersus statutum,quo cauetur, ꝙ maritus lucretur dotem, ita vt minuatur lucrum ipsius dotis in persona mariti?Et conclude,quod contra statutum non, sed contra dotis cõstitutionem sic,vt in specie decidit Bal. in l.1. col.1.C.si aduers.dot.vbi dicit, nota, quod inter vir.& vxor.

2 potest † apponi pactum de tota dote lucranda, si vxor præmoriatur,& valet ipso iure pactum, etiã si mulier sit minor, tamen datur restitutio in integrum.Si autem lucrum veniret ex lege,vel statuto,non competeret restitutio contra legem, vel statutum.l.sine hærede.§.Lucius.ff.de admi.tut.nisi per in directum, quia petereretur restitutio in integrum contra conuentionem dotis,& per consequens contra effectum statuti, non contra statutum,& Bal.sequitur Campe.in tracta. do.in 5.par.q.11. Bal. in quæstio. statuto. in versicu.dos.q. 3.Tiraquel.in trac.de retrac. char. 773.in princ.vbi etiam inquit, ꝙ

3 si extat statutum, quod † filia dotata excludatur a successione filiæ, quæ dotem accepit, non poterit restitui aduersus ipsum statutum.Idem voluit Alex. in cons.254. colum. 3.in.fi. vol.6.dum se remittit ad Bal.in d.l. 1. vbi etiam voluit, quod

4 † minor,qui ex necessitate statuti disponentis, quod inter cõiunctos fiat compromissum,cum authoritate sui tutoris,cõpromissum fecerit, & ex inde contingat iniuste iudicari per arbitros cõtra pupillum,quod non poterit minor petere restitutionem in integrũ aduersus effectum statuti,& sic sentẽtiam sequutam ex cõpromissio,per notata per Bal.vbi supra. Cui sententiæ quoque assentit Rom.in cons.314.col.fin.quẽ sequitur Gozad.in cons. 33. col.pen.vbi concludit,quod si ꝑ mulierem minorem fuit dos constituta viro, quæ fuerit immoderata,videlicet in maiori quantitate,quam qualitati,facultatique viri atque vxoris conueniat, vt in l. cum post. §. gener.& in l quæro. ff. de iure dot. quod eidem competit restitutio aduersus ipsam dotem immoderatam, & consequenter ex hoc capite minuetur lucrum dotis in persona mariti,per casum expressum secundum lecturam gl. communiter approbatam in d.l.1.si aduer.dot.

SVMMARIVM.

1 *Lucrum dotis non agnitum per maritum ad suos non transmittitur hæredes, sed contra est communis,vt in num.11*

2 *Hæreditas de iure ciuili non adita non transmittitur ad hæredes, declara,ut nume. 15*

3 *Substitutio,quæ est secunda institutio,non transmittitur ad hæredes.*

4 *Statuto si caueatur,quod filius succedat in dote materna, si filius moriatur antequam adiuerit,uel agnouerit,non transmittit ad hęredes, sed declara,ut nu. 17 & 18*

5 *Portio,ad quam filius masculus admittitur ex forma statuti, excludendo fęminam,si non fuerit agnita, non transmittitur ad hæredes, sed contra est communis,ut nu.17.*

6 *Arrogatus quartam sibi debitam ex constitutione diui Pij in bonis arrogãtis,& si non agnitam,ad hęredes transmittit.*

7 *Ea quæ deferuntur titulo singulari,& ex legis dispositione, non autem titulo vniuersali,transmittuntur ad hæredes,etiam nulla præcedente agnitione.*

8 *Bona damnatorum,quæ uigore auth.bona damnatorum,C.de bon. dam.conseruantur ascendentibus, & descendentibus,transmittuntur hæreditate non adita.*

9 *Legitima,uel eius supplementum non petita in uita per filium,ad eius hæredes transmittitur.*

10 *Trebellianica non acceptata in uita transmittitur ad hęredes.*

12 *Agnitio non requiritur in iure contractus,ut fiat transmissio.*

13 *Ea quæ acquiruntur iure quodam separato ab aditione hæreditatis,sed sunt quid abstractum,& separatum ab ipsa hęreditate, non requirunt agnitionem,& transmittuntur ad hęredes.*

14 *Acquisita per coniuges.constante matrimonio, quę ex vi consuetudinis inter eos diuidi debent, si diuisa non fuerint,transmittuntur ad hæredes, quamuis non fuerint acceptata.*

QVAESTIO XLVII.

1 SVboritur & quæstio,An lucrum† dotis non agnitum per maritum trãsmittatur ad eius hæredes. Primo enim aspectu videretur dicendum quod non, per text. in l. emancipata C. qui admit. & in l.3. §. hoc igitur. ff. de bonor. possess. vbi bonorum possessio non agnita non transmittitur ad hæredes

Secundo per tex. in l.1.§ in nouissimo. C. de cad. toll. vbi

2 hæredes de iure ciuili non adita non † transmittitur ad hæredes, sicuti etiam est in substitutione, quæ † est secunda institutio.l.qui liberis. §. hæc verba. l. sed etsi plures.in prin. ff. de vulg.& pup.

4 Tertio ex ijs,quæ no.Ang.in cons.81.vbi inquit,ꝙ † stante statuto, quod filius succedat in dote materna,si filius moriatur,antequam eam adiuerit, vel agnouerit,non transmittit ad hæredes.

Quarto facit,quod voluit Sal.ĩ l.1.2.& 3.col.C.de adul.vbi

5 inquit, quod † portio, ad quam filius masculus admittitur ex forma statuti excludendo fœminam, si non fuerit agnita, non transmittitur ad quoscunque.

Sed his non obstantibus contraria sententia vti verior, & magis a Doctoribus recepta,sequenda est,vt primo probatur per l.si arrogator. in prin. ff. de adopt.vbi filius arrogatus

6 † transmittit ad hæredes suos quartam partem bonorum sibi debitam in bonis arrogatoris ex constitutione Diui Pij, quamuis non agnitam, & illum tex. dicit ibi Bar. col. 2. esse argumentum,quod maritus, qui lucratur certam partem dotis, eam transmittit sine agnitione.& cum Bart.ibi transeunt

7 Bal. Ange. & Ias.quia ea quæ deferuntur titulo † singulari, & ex legis dispositione, non autem titulo vniuersali transmittuntur etiam nulla præcedente agnitione. Pro qua opinione dicit Ias. bene facere, quod in simili no. Salyc. in auth.bona damna.in vlti.col.C.de bon. damna.vbi dicit se de facto con

8 suluisse,quod bona damnatorum,quæ † per dictam auth.cõseruantur ascendentib.& descendẽtibus,transmittuntur hæreditate nõ adita, per tex.in l.edicto.§.ad hæredes.ff.de iu fis. per quam legem ita ante Salyc. tenuit Barto.in consil. 157. colum 2.

9 Confirmatur hæc sententia, quia legitima,vel † supplemẽtum ipsius, quamuis debeat peti in vita per filium, tamen si non petatur,transmittitur ad hæredes, ita Salyc. in l.scimus. C.de inoffi.testa.Bald.in l.2.in vlti.q C. de libe.præter.Alex. in cons.150.col.fi.vol.2.Paris.in cons.81.col.2.Ripa in l.si vnquam.q.42.C.de reuocan.do.Dec.in cons.81.& Aymo cons. 142.col.2.

10 Idem videmus in Trebellianica, quæ, etsi acceptata † non fuerit,tamen transmittitur.l.quanquam. ad leg. Falc.

11 Vltimo, in terminis huius quæstionis cõmuniter † ita teneri dixit Pau.de Cast.in l cum antiquioribus.vbi etiam hoc voluerunt Sal. Ias. & Alex.qui dixit, hoc menti tenendum, quia quotidianum. C. de iure delib. Hanc quoque sententiã tenuit Alex. in l. cum uir.ff.ad leg.Fal. quem sequitur Ias. in

d.l.

Source : BIU Cujas

d.l.ſi arrogator.vbi inquit,ꝙ tale lucrum, quod conſequitur maritus virtute ſtatuti, dicitur effici patrimonium viri,cum autem dicitur hereditas mulieris,& ideo cum tale lucrum nō dicatur habere maritus iure hæreditario,licet non ſit agnitū per eum,tamen trāſmittitur ad hæredes, ita etiam voluit idē Alex.in conſi.150.col.fin.vol.1.ac Barb.in c.officij.col.20.de
12 teſta. quia in iure contractus non requiritur agnitio, vt † fiat tranſmiſſio.l.cum pater, §.matrem,de lega.2.Quod & placuit Soc.in l.qui duos.§.ſi maritus, ff. de reb. dub.& in conſi. 296. col.3.ver.confirmo prædicta.necnon & Iaſ.in conſi.59.col.fi. vol.1.vbi ad hoc allegat optimam deciſionem Bal.in l.genera liter,§.in his,C.de ſecun.nup.vbi per illum tex.& auth.hæres, C.eo.ti.colligit doctrinam,quam reputat notandam, videli-
13 cet,ꝙ ea,quæ †acquiruntur iure quodam ſeparato ab aditione hæreditatis, ſed ſunt quid abſtractū vel ſeparatum ab ipſa hæreditate,talia non requirunt agnitionem, & tranſmittuntur non agnita ad liberos,& hæredes,l.pro hærede.§.Papinianus,ff de acqui hæred.l.ſepulchrum,ff.de ſepul.viola. Huicq; ſententiæ vti communi aſſentit Brun.in tract. exclu. fœmi.in 13.artic.princip. q.6.colum.5.circa med. Cui etiam adhæret Ant.Capy.in dec.176.nu.27 Mod.in trac.Suita.nu.7.verſi.3. quæro.Do.meus Ruin.in conſ.26.nu.16.vol.

Pro cuius confirmatione faciunt, quæ notant Mod. in repet.rub.de don.inter vir.& vxor.§ 62.col. 12.in fi. verſ & iſta cōſuetudo iuncta col.fi.in prin.ver.amplia quarto.vbi dicūt,
14 ꝙ †ſtante conſuetudine,quæ eſt multum æqua ꝙ bona acquiſita per coniuges,conſtante matrimonio, inter eos diuidantur,ſi contingat,ꝙ multa fuerint ſuperlucrata per maritum, ꝙ ea diuidi debent inter ipſos coniuges,adeo ꝙ tranſmittuntur ad ſuos hæredes,quamuis non fuerint acceptata. Vnde ſi vxor præmoriatur viro, antequam acceptet medietatem lucrorum ſibi pertinentem, ad ſuos tranſmittit hæredes, quia ea,quæ deferuntur a lege,vt ſunt iſta lucra, iuxta no.in l. 3. ff. de interdic.& in l.fi.C.de bo.ma.tranſmittuntur ad hæredes, quamuis non acceptentur,l.infantes,C.qui admit.& ex his ſecundum eum infertur, ꝙ ſi pater meliorauit filium in tertia vel quinta parte bonorum ſuorum, illam ad ſuos hæredes, quamuis non agnitam,tranſmittit.

15 Non obſtat modo tex.in d.l.emancipata.ac alia †iura ſupra allegata, quia ipſa iura loquuntur,vt ibi notatur, & ſecundū Mod.in repe.dictæ rubri.in d.§.62.col.fin.in his,quæ deferūtur iure hæreditario: Secus in his, quæ deferuntur ex titulo particulari,vt per Doc.in d. l. ſi arrogator, & in aliis locis ſupra citatis,vt eſt in terminis huius quæſtionis.

16 Similiter non obſtant †ſcripta per Ang.in dicto conſil. 89. quia reſpondetur ſecundum Ale.in conſ. 150.col. fi.vol. 2 ꝙ Ang.male dicit, & eius rationes non ſunt efficaces.mouetur enim, quia dos eſt ius vniuerſale,l.quod dicitur,ff.de impenſ. in rebus dota.fac.l.j.poſt princ.ff de dote prę leg.Vnde verbū commune relatum ad vniuerſitatem trahitur ad ſucceſſionē directam,ſeu ad titulum hæreditarium, vt no.in l.his verbis, de hær.inſti.Sed hæc ratio, tanquam non bona, impugnatur per Imo.in c.Raynaldus.col. 6. de teſtamen.nam ſequeretur ſecundum eum,ꝙ ſi teſtator diceret,relinquo Titio peculiū, eum dicatur peculium ius vniuerſale,l.peculium naſcitur, ff. de pecul.ꝙ videretur inſtitutus hæres,ꝙ dicendum non eſt, cum iure cautum non reperiatur, & alio caſu loquuntur ea, quæ habentur in d.l.his verbis. ſcilicet quando relinquerentur omnia bona, vel quota omnium bonorum, & Ange. reprobant idem Alexand.in d.l.cum vir & in l.cum antiquioribus,colum.3.in fi.Socy.in d.l.qui duos.§.ſi maritus.Iaſ.in d.l. ſi arrogator,colum.8.& Domi. meus Rui. in citato conſ. 26. col.pen.in prin.

Item & alio modo reſponderi poteſt,ſaluando Ang.quod
17 †eius deciſio poteſt procedere,& locum habere, quando lucrum dotis a ſtatuto defertur filiis iure hr̄ditario,vt ſi in dote ſimul cum hæreditate ſuccederent, tunc non tranſmitteret, ita Alex.in d.conſ.150.in fi.& Socy.in d.§.ſi maritus, & Iaſ.in ipſa l.ſi arrogator,col.8.& ab hac opinione,de qua ſupra, tanquam communi,in iudicando non recedas.

18 Similiter non obſtant †nota.per Saly.in d.l.1.C.de adulter. quia contra eum eſt communis opinio,vt per Alexan.in conſil.20.volum.1.& Soc.in conſi.143.volum.1.in conſi.296. volum.2.& per Brun.latiſſime in ſuo tract.exclu.fœmi. 13.artic. princip.q.6.

SVMMARIVM.

1 *Remiſſio lucri dotis facti per maritum uxori, quæ ad eum reuerti noluit, propter diſcordiam habitam cum ipſo,ſi huiuſmodi lucrum non remitteretur,non uiget.*

2 *Venialis concordia inter coniuges prohibita eſt.*

QVAESTIO XLVIII.

1 DEnuo quæritur.Stante ſtatuto de † lucro dotis in totū. Pone, ꝙ vxor propter diſcordiam habitam cum marito de domo eius recedit, & vadit ad domum conſanguinei marito deſiderante pacem,& vxorem ſuā, ea petit ſibi remitti lucrum dotis ex ſtatuto viro peruenturum per ipſius mortem. Dubitatur,an talis remiſſio valeat? & dicas ꝙ non, per tex.in l.vir mulieri.ff de don.inter vir. & vxor. vbi ſi durante matrimonio vxor diuertit a viro, vt ad ſe reuertatur maritus vxori aliquid dederit,quæ propterea reuerſa eſt,non valet talis donatio.

Item & per tex.in l. ſi liberis, ff. de pact. dotal. vbi eſt caſus ſecundum glo.ꝙ ſi mulier dedit centum in dotem viro, hoc pacto,vt idem vir ipſam lucretur,ea mortua, ſuperſtitibus liberis, hęc mulier habens filios ex hoc matrimonio, finxit ſe iratam cum eius marito,& cum eo redire noluit, niſi hoc pactum remitteretur:concluditibi, ꝙ ſi pactum remiſſum fuerit,ꝙ non valet,& ex illo tex. vti ſingulari infert Rom. in terminis huius quæſtionis,in ſingulari ſuo 576.incip.pone,ꝙ ſtā te ſtatuto de lucro dotis,ſi contingat vxorem propter diſcordiam habitam cum viro recedere,& exinde nolle redire,niſi ſibi remittatur tale lucrum dotis ſtatutarium, quod ipſa remiſſio ſi facta fuerit,non valet, quia venialis concordia inter
2 †coniuges prohibita eſt, vt d.l.ſi liberis, ſecundum lecturam glo.licet alias permiſſa eſſet, ꝙ dicit notandum, quia quotidianum & Rom.ſequuntur Moder.in repet. rub.de do.inter vir.& vxor.§.34.col.pen.& fin.Hoc idem voluit Pau.de Caſt. in conſi.232. colum. 2. ſecundum antiquam impreſſionem, quod eſt ſecundum nouam in conſ.59.in 1.volum. colum.2. in prin.Ale.in l.ſi ſocer,§.Lucius,col.4.ver.vtrum,ff.ſolu.ma. Tiraquel.in repet.l.ſi vnquam. in verbo largitus, nume. 192. C. de reuocan. donat.

SVMMARIVM.

1 *Statutum de lucro dotis locum non habet,quando matrimonium momento durauit.Sed contrarium eſt communis, vt in nu.* 10.& 12

2 *Et dicitur habere nedum in dote titulum oneroſum, ſed etiam in lucro dotis.*

3 *Teſtamentum ne rumpatur,ſufficit,poſthumum momento uixiſſe.*

4 *Teſtator ſi fecit ſubſtitutionem filio, ſi deceßerit ſine liberis, ſi ipſe moriatur cum filio, qui momento tantum uixit, extinguitur ſubſtitutio.*

5 *Prorogatio termini ſufficit,quod fiat in ultimo momento primi termini.*

6 *Filius,qui poſt mortem patris non uixit, niſi per horam ex potentia ſuitatis tranſmittit hæreditatem patris non agnitam.*

7 *Statutum excludens maritatam verificatur in ea,quę habuit maritum, qui ſtatim mortuus fuit.*

8 *Statutum, quod filius maſculus excludat fœminam,locum habet in ea, quæ momento fuit excluſa,vt in perpetuum excludatur.*

9 *Teſtamentum ut rumpatur,ſufficit, quod poſthumus natus ſit in octauo mē ſe,licet ſecundum phyſicos uiuere non poſſit.*

11 *Breuitas temporis,quo matrimonium durauit,non impedit ab altero coniugum alteri legari.*

QVAESTIO XLIX.

1 SVbnectitur & alia,An ſtatutum de lucro dotis locum †habeat, quando matrimonium momento durauit? Iaſ.in l. non tantum,col.2.C.de leg.dicit ſe dubitare,quod non ſufficiat matrimonium momentaneum ad lucrandam dotem beneficio dicti ſtatuti, quia in eo non poteſt aſſignari niſi vnica ratio,ſcilicet onera matrimonij,l.pro oneribus.C.de iure do.
2 propter quæ vir dicitur habere nedum† in dote titulum oneroſum. l.j.C.de impo. lucr. deſcrip. lib.10. ſed etiam in lucro ipſius dotis,quod ex forma ſtatuti ei defertur,vt per glo.communiter approbatam in l.ſi donaturus,§.fina.ff.de cond. cau. da. & de eius veritate abunde verba fecimus ſupra in quæſt. 4.Cum ergo non poſſit aſſignari alia ratio, niſi onera matrimonij, quæ debet haberi pro expreſſa, iux. gloſ. quam ibi ſequuntur Bal.& Pau.de Caſt.in l.quamuis. C.de fideic.& onera non potuerunt ſuſtineri per virum in matrimonio, quod per momentum durauit,merito ſequitur, quod ceſſante cauſa lucri, pariter debeat & ceſſare ipſius ſtatuti diſpoſitio, argumen.l.adigere,§.quamuis, ff. de iure patron.cap. cum ceſſante,de appel.

His tamen non obſtantibus contrariam ſententiā teneas, quia momentanea etiam habentur in conſideratione,vt primo probatur per tex.vbi oēs notant,in l.2.C.de poſth. hære.
3 inſti.vbi ſufficit poſthumum præteritum vixiſſe †momento, ad hoc vt rumpat teſtamentum, & per illum tex. dixit Bald. ſingulariter in c.1.§.cum etiam.in tit.epiſcop.vel Abb.in vſi-

Source : BIU Cujas

4 bus feudo, quod † si testator facit substitutionem filio, si decesserit sine liberis, & ipse moriatur cum filio, qui momento tantum vixit, extincta est substitutio fideicommissaria, iuxta l. ex facto. §. fi. ff. ad Treb. & Bal. sequitur Iaſ. in l. si quis hæredem. col. 2. in fi. C. de institu. & substit.

Secundo facit, quod no. Bal. & Dec. in c. de causis. de offic.
5 delega. vbi sufficit, quod † prorogatio temporis fiat in vltimo momento primi termini.

Tertio accedat tex. in l. cum sponsus. §. fina. in fi. ff. de publi. vbi dicit tex. etiam is, qui momento possedit, recte hac actione experiatur, de quo tex. mentionem faciunt Bal. & Doct. in d. c. de causis.

Quarto confirmatur hæc opinio ex ijs, quę scribit Bal. in
6 l. vnica. §. in nouissimo. C. de cad. tollen. col. 2. vbi † filius infans, qui post mortē patris non vixit, nisi per horam, ex potentia suitatis transmittit hæreditatem patris non agnitam.

Quinto, pro hac parte facit, quod voluit Brun. in tract. exclus. fœmi. in 6. arti. prin. in 4. membro. q. 21. vbi concludit, ꝙ
7 statutum Astense, quod † excludit maritatam, locum habet in ea, quæ habuit maritum, qui statim mortuus fuit.

Sexto corroboratur hæc sententia ex notatis per Bal. in
8 l. si quis posthumos. §. 1. col. fina. ff. de liber. & posthu. vbi † tenet, quod si statutum simpliciter dicat, quod filius masculus excludat fœminam, sufficit, quod momento eam excluserit, vt sit exclusa in perpetuum. quem sequitur Dec. in consi. 633. col. 1.

9 Septimo facit etiam, quod † no. Bal. in consi. 110. in 3. vol. in fi. quem sequitur Dec. in citato cons. 623. col. 2. in fi. vbi inquit, quod licet posthumus natus sit in octauo mense, qui secundum physicos viuere non potest, tamen sufficit, quod momento vixerit, vt rumpat testamentum.

10 Vltimo, ne † sine authoritate in terminis huius quæstionis pertrāseamus, hanc partem tenent Bal. & Ang. in lectura Florentina in d. l. non tantum. vbi expresse dicunt, maritum tale lucrum consequi, etsi per momentum durauerit matri-
11 monium, per text. ipsius legis, non tantum, vbi breuitas † temporis, quo matrimonium durauit, non impedit ab altero coniugum alteri legari, & hanc sententiam amplectitur Ange. in cons. 180. col. 2. in fi. vbi inquit, quod casus repentinus moris non tollit de medio tale lucrum. Idem tenuit Aret. in l. 2. in princ. & in l. si ante nuptias. col. fi. ff. sol. matri. Soc. in cons. 223. col. 2. in prin. Iaſ. in d. l. si donaturus. §. fi. & in l. inter stipulantem. §. sacram. col. 8. versic. 3. ff. de verb. obl. quod dicit val de notabile, & in cons. 135. in fi. volum. 1. Calcan. in consil. 31. col 2. in fi. Dec. in d. c. de causis. col. 4. in princ. & in consil. 577. col. fi. & in d. consi. 623. col. 1. Brun. in dicto tract. exclus. fœmi. in 6. artic. princip. in 4. membro. q. 21. Ripa in l. j. num. 66. ff. sol. matrimon. & in repet. l. si vnquam. C. de reuocan. do. q. 38. Curt. Iun. in l. vinum. num. 6. ff. si cert. pet. Paris. in cons. 127. colum. 1. volum. 1. & Doct. in authen. præterea. C. vnde vir & vxor.

Non obstat modo dictum Iaſ. in d. l. non tantum. quia in eius dicto non potest fieri fundamentum duplici ex capite. Primo, quia ipsemet contrarium tenuit in d. l. si donaturus. & in d. §. sacram. & in cons. 125. superius allegato.

12 Secundo cōtra eum est communis opinio, vt ipsemet † videtur fateri in d. l. non tantum. dum dicit Bal. non habere contradicentem, & quamuis hoc non fateretur, satis aperte demonstratur ex authoritatibus supra relatis. Nec obstat eius ratio, quod si matrimonium momento durauit, cessant onera, propter quæ lucrum dotis conceditur, quia respondetur, quod ipsa ratio non obstat, quoniā, vt docet experientia, quę est rerum magistra. §. pen. Instit. de satisda. nos videmus quod hodiernis temporibus antequam matrimonia celebrentur, fiunt multæ expēsæ, & quidem maximę, per maritos, in annulis, iocalibus, monilibus, & alijs rebus, quæ tempore contracti matrimonij dantur vxori, & alijs personis de domo ipsius, & sic eius causa fiunt, quod sufficit, etsi postea accidentaliter cessent alia onera propter mortem vxoris, & quamuis ista expensa & damnum mariti non sit quantum lucrum dotis, tamen integrum lucrum consequi debet, arg. l. si creditor. §. inter maritum. ff. mand. sicut econtrario posset contingere, quod dotis fructus, vel ipsa dos non sufficerent ad onera matrimonij inchoandi siue iam inchoati, argum. c. salubriter. de vsur. Vnde cum hoc stet sub fortuna, maritus videtur emisse istum casum, arg. l. fi. ff. de actio. emp. nimirum ergo si maritus lucrari debet dotem vigore statuti de quo supra. & ista responsio colligitur ex notatis per Campe. in tract. dot. in 5. par. quæstio. 13. post Ang. in § fuerat. col. 15. versic. quæro de quæstione quotidiana, in fi. Institu. de actio. quem sequuntur Modern. in repet. rub. de donatio. inter vir. & vxor. §. 55. col. 4.

SVMMARIVM.

1 *Statutum de lucro dotis locum non habet in cophanis, iocalibus & alijs bonis mobilibus. sed contra nu. 7.*
2 *Statutum de lucro dotis, cum sit correctorium, non venit extendendum etiā ex identitate, vel maioritate rationis, quod declara vt nu. 8.*
3 *Correctio iuris non debet induci per tacitos, vel subauditos intellectus.*
4 *Statutum si disponat, quod filia possit tantum de dote testari, poterit etiam testari de cophanis.*
5 *Iocalia, & alia bona parafernalia, quæ dantur per patrem filiæ tempore nuptiarum secundum consuetudinem patriæ, sunt de appenditijs dotis, & prout de dote iudicari debent.*
6 *Donatio facta a patre filio, sicut ualet pro dote, ita etiam debet valere, si fit de scriniis cum iocalibus consuetis.*

QVAESTIO L.

1 OFfert se nobis & alia quæstio. An statutum † de lucro dotis etiam habeat locū in cophanis, iocalibus, & alijs bo-
2 nis mobilibus, parafernalibus. Et videtur † dicendum quod non, quia, cum tale statutum sit correctorium iuris communis, vt supra diximus in q. 2. non dēt fieri extensio ēt ex idētitate vel maioritate rōnis, auth. quas actiones. C. de sacros. eccl. Vnde, siue dicamus, quod dicta bona sint supplementum dotis, siue de appenditijs, ex quo tamen statutum de illis non facit mentionem, non potest dici, quod illa comprehendat, nisi tacite vel per subauditum intellectum, & tamen constat,
3 quod † per subauditos, vel tacitos intellectus non debet fieri, vel induci correctio iuris, vt est glo. sing. in c. cupientes. §. quod si per 20. in verbo petere, de electi. in 6. & facit, quod habetur in l. apud antiquos, cum ibi no. per Bal. C. de furtis.

Quibus non obstantibus in contrarium est veritas, vt pro-
4 batur ex dictis per Anan. in cons. 36. vbi dicit, quod † si statutum disponat, quod filia possit de dote tantum testari, poterit etiam & de cophanis testari, quia aut volumus dicere istud supplementum esse dotis, & tunc iudicamus de eo quod de dote l. inter socerum. §. cum inter. ff. de pact. dot. aut volumus dicere, quod sint pars dotis, & tunc idem. l. fundi partem. in fi. de contrahen. empt. aut volumus dicere, quod sint appenditię dotis, & idē est. l. si quis hæres institutus. ff. de acquir. hæred. Ergo si in casu, de quo per Anan. permissum est mulieri, quæ tantum de dote poterat testari, quod etiā de iocalibus, cophanis & mobilibus parafernalibus possit testari, tanquam sint, vel de supplemento dotis, vel de parte eius, vel de appēditijs. Multo fortius & hoc dicēdum venit in casu huius quæstionis, vt pariter statutum, de quo supra, locum habeat in cophanis, & alijs mobilibus. Et pro ista opinione, quod sint de appenditijs dotis, facit decisio Alex. in consil.
5 27. col. penul. in fi. volum. 5. vbi dicit, quod † iocalia, & bona parafernalia, quæ dantur per patrem filiæ tēpore nuptiarum,
6 & causa matrimonij secundum consuetudinem, sunt de † appenditijs dotis, & eius accessorijs, ac put de dote iudicari debent. l. etiam. C. de iure dot. l. inter socerum. §. cum inter. ff. de pac. dot. per quæ iura voluit Pau. de Cast. in l. cum pater.
7 §. pater filiæ. ff. de legat. 2. quod † sicut valet donatio facta a patre pro dote. l. Pomponius Philadelphus. ff. famil. erciscun. ita etiam valet, si donat filiæ scrinia cum iocalibus consuetis, & hanc partem referendo Pau. & Alexan. vbi supra, tenuit Bertr. in consilio 47. numero 8. volumi. secundo. Idem etiam voluit Alexan. in consilio 117. colum. fina. volum.
8 6. duplicatio in consilio 154. volum. 7. & in terminis † quęstionis præsentis hoc voluit Cur. Iun. in consilio 129. col. pen. in fi.

Non obstat, quod statutum cum sit correctorium, quod non debet fieri extensio, quia ad hoc respondet Bolog. in ad
9 ditio. ad Ana. in d. cons. 26. vbi pariter sequitur † opinionem eiusdem, quod illud habet locum, prēterquam in pertinētijs & parificatis a iure, quia tunc potest fieri extēsio per tex. in c. postquam. de elec. in 6. Quod & vult Bal. ac Iaſ. in d. authen. quas actiones. Vnde cum in casu, de quo tractatur, agatur de pertinentijs & de parificatis a iure, vt supra diximus nimirum si tale statutum de lucro dotis pariter locum habebit in cophanis, & aliis bonis mobilibus, de quibus supra.

SVMMARIVM.

1 *Lucro dotis priuatur maritus stante statuto, quod præmoriente uxore sine liberis, maritus lucretur dotem, si semel extitit cōditio liberorum, licet ante mortem uxoris defecerit, sed contra num. 9*
2 *Conditio sufficit, quod semel extiterit, licet non durauerit, quod tamen declara ut num. 10.*

3 *Princi-*

Source : BIU Cujas

3 *Principium primæ existentiæ attendimus in conditionibus, & non curamus de eius successu.*

4 *Legatum si factum fuerit mulieri sub illa conditione, si uidua efficiatur, mulier non perdet legatum, si uidua facta fuerit, esto quod postmodum matrimonium contraxerit.*

5 *Donatio licet reuocetur ipso iure per natiuitatem liberorum, tamen si filii nati sint, & incontinenti mortui, non reconualescit donatio.*

6 *Substitutio facta heredi, si decesserit sine liberis, extinguitur, si unus ex filiis extiterit tempore mortis.*

7 *Fideicommissum iniunctum heredi, si decesserit sine filiis masculis, deficit extantibus filiis tempore mortis, quicquid de liberis postea contingat.*

8 *Qualitas iuncta uerbo, debet intelligi secundum tempus verbi.*

11 *Statuto si cauetur, quod uxor si liberos non habuerit, maritus lucretur dotem, ad exclusionem mariti, sufficit quod liberos habuerit, licet ante matrem mortui fuerint.*

QVAESTIO LI.

1 STatuto cauetur, ꝙ† si vxor decesserit sine liberis ex ea, maritus lucretur dimidium dotis. Pone modo, ꝙ mulier suscepit liberos, qui tamen matri præmortui sunt, an sufficiat filios extitisse, vt maritus excludatur a lucro dotis. Et primo videtur dicendum ꝙ sic, per communem Doc. conclusionem,

2 quæ† habet, ꝙ regulariter sufficit semel extitisse conditionē, licet non durauerit, vt est tex. in l. in substitutione, in princ. ff. de vulg. & pup. & in l. si quis hæredem, C. de insti. & substit. & per Paris. in consi. 32. col. 9. vol. 1.

Secundo facit, quod no. Bald. in l. precibus, in 3. col. & in 3. oppositione, C. de impub. & aliis substi. quem sequitur Las. in

3 d. l. in substitutione, col. 3. vbi dicit, ꝙ† in conditionibus attendimus principium primæ existentiæ, & non curamus postea successum eius.

Tertio accedit, quod dixit Bal. in l. fin. in 2. notab. C. de indic. vid. toll. quem sequitur Paris. multos alios citans in allega

4 to consi. 32. col. 9. vbi voluit, ꝙ† si legatum factum sit alicui mulieri, sub illa conditione, si vidua efficiatur, ꝙ mulier non perdet legatum, si vidua facta fuerit, esto ꝙ postmodum matrimonium contraxerit, quia satis est, ꝙ cōditio extiterit, etsi adimplementum non durauerit.

Quarto confirmatur ista opinio ex eo quod decidit Bart. in l. Titia, in §. Imperator, col. 2. de leg. 2. quē sequuntur Imo. in c. fi. col. fi. de don. & Corn. in consi. 176. col. pe. vol. 2. ac Las. in d. l. si quis hæredem. col. 3. & in d. l. in substitutione, col. 3.

5 vos scitis, ꝙ † per natiuitatem filiorum reuocatur ipso iure l. si vnquam, C. de reuoc. dona. Pone (inquit Barto.) ꝙ filij nati sunt, qui tamen incontinenti mortui sunt, an confirmetur donatio? & concludit, postquam arguit ad vtranque partem, quod non recōualescat, quia sufficit extitisse liberos, etsi mortui sint.

Vltimo facit tex. in l. hæredibus, in prin. ad Trebel. vbi si sit iniunctum hæredi fideicommissum, si decesserit sine liberis, dicit ibi tex. si habuerit liberos hæres, extinguitur fideicommissum. Si ergo in casibus, de quibus supra, sufficit conditionem semel extitisse, etsi non durauerit: Idem dicendum videtur, ꝙ in casu præsentis ꝙstionis sufficere debeat, ad exclusionem mariti a lucro dotis, ꝙ extiterint liberi, quamuis exinde mortui fuerint.

6 Verum his non obstantibus† contraria sententia tanquam de iure verior amplectenda est, quæ primò probatur per tex. in l. ex facto, in §. pen. ff. ad Trebel. vbi substitutio facta hæredi, si decesserit sine filiis, locum habet etiam si hæres liberos habuerit, qui tamen ei præmortui sunt, quia verum est dicere, eum decessisse sine filiis.

Secundo, per tex. in d. l. ex facto, §. si arrogatus, iuncta glo. in verbo, ex voluntate, ff. ad Treb. vbi substitutio facta hæredi, si decesserit sine liberis extinguitur, si vnus extiterit, dūmodo viueret tempore mortis hæredis.

Tertio, idem voluit Old. in consi. 21. quem sequitur Dec. in consi. 63. col. 2 & in consi. 205. col. 3. & in consi. 218. col. 2. in fi.

7 & Paris. in consi. 18. col. 2. vol. 2. vbi dixit, ꝙ† fideicommissum iniunctum hæredi, si decesserit sine filiis masculis, deficit extantibus liberis tempore mortis, quicquid de liberis postea contingat, l. cum vxori, C. quan. dies le. ce.

Quarto facit, quod vult text. in l. inter Castianum, ff. de arbi. vbi in iis, quæ habent causam successiuam, non sufficit ab initio esse factum, nisi perseuerantia subsequatur, sed in casu quæstionis huiusmodi conditio liberorum requirit perseuerantiam & tractum successiuum: Ideo non sufficit ꝙ ante mortem fuerit adimpleta, si non perseuerauit.

8 Quinto confirmatur hæc opi. Nam† qualitas iuncta verbo debet intelligi secundum tempus verbi, l. in delictis, §. extraneus, ff. de noxa. l. Titius, ff. de mil. test. Sed illa verba, si ne liberi, iuncto verbo, si decesserit, denotant, ꝙ liberi debent existere tempore mortis vxoris. Igitur &c.

9 Vltimo, propius accedendo, ista quæstio† deciditur ex notatis per Cy. Alb. & Las. in d. l. si quis hæredem, vbi propriè formant qōnem: Pone, in quibusdam partibus est consuetudo, ꝙ matrimonio soluto prædecedente marito vxor habere debeat dimidium bonorum eius, nisi pactum cōtrarium excluderet eam, modo accidit, ꝙ mulier ita cōuenit cum marito, ꝙ si maritus decederet sine liberis ex ea, ꝙ haberet tertiam partem, mulier postea suscepit filios, qui mortui sunt ante eā, nunquid sufficiet semel extitisse conditionem? Et determinant ꝙ non, quia oportet, ꝙ extent liberi tpe mortis, per tex. in d. l. ex facto, §. si quis autem, vbi videtur casus. Hoc etiam voluit idem Alb. de Ros. in 2. par. stat. q. 107. de quo mentionē facit Camp. in trac. de statu. loquen. de dote, q. 30. Ergo idē dicendū est econuerso, ꝙ qñ talis ϙsuetudo fuisset, ꝙ p̄morientē vxore maritus deberet habere dimidium bonorum mulieris, si maritus ϙueniisset cū vxore, ꝙ si ea decederet sine liberis, haberet tertiam partem, ꝙ non sufficit ad exclusionē mariti, ꝙ habuerit mulier filios, qui ante eam mortui fuerint.

10 Non obstant modo adducta in† ϙrium, videlicet no. in 1. 2. 3. & 4. argumento, quia respondetur, ꝙ ea procedunt in conditione, quæ non requirit tractum successiuum, & perseuerātiam, & quæ momento perficitur, vt per Doc. in d. l. in substitutione, ac in l. si quis hæredem, secus in terminis, de quibus nunc tractatur, in quib. ista conditio non cōpletur per actū, qui non habeat perseuerantiam, vt per Doc. vbi s. & Paris. in

1 consi. 32. col. 9. cum respiciat terminum instātaneum mortis, qui terminus non habet tractum vel durationem ante, vt dicit Bar. in l. 2. in §. creditum, ff. si cer. pe.

Non ob. tex. in d. l. hæredib. quia ad illum respondetur secūdum Las. in d. l. in substitutione, ꝙ licet in prin. tex. videatur loqui de ϙdōne, si sine liberis decesserit, tñ qñ ponit verba testamenti, super quib. disputat, loquitur de ϙdōne, quæ erat concepta, si liberos non educauerit, & super ea tantum decidit, dicens ꝙ si liberi sint nati & educati, quamuis mortui viuo hærede, ꝙ non erit locus substitutioni, quia est verum eum educasse liberos, licet viuo hærede mortui sint.

11 Limita tamen hanc sententiam, de† qua supra, non procedere, vbicunq; statutū, vel ϙsuetudo disponeret, ꝙ si vxor liberos non habuerit, maritus lucraretur dotem, quia tūc sufficeret ad exclusionem mariti ab ipso lucro, ꝙ liberos habuerit, quis ante vxorē mortui sint, vt colligit ex dictis per Pau. de Cast. in d. l. ex facto, §. si quis aūt. dū opponit de d. l. si quis hæredem. ad dictum §. si quis aūt. & pro solutione dicit, ꝙ si substitutio esset facta sub conditione, si liberos non habuerit, & tunc hēt locum d. l. si quis hæredem, quod sufficit ϙdōnem semel fuisse impletam, licet implementum non durauerit. Sed si fuisset facta substitutio, si decesserit sine liberis, tūc nō sufficeret ϙdōnem semel fuisse impletā, quia requiritur, ꝙ liberos habuerit hæres tpe eius mortis, vt euanescat substitutio, per d. §. si quis autem, & proprie in terminis nostris ita decidunt Cy. Alb. & Las. in d. l. si quis hæredem. & ita teneas.

SVMMARIVM.

1 *Maritus promittens restituere dotem in omnem casum & euentum dotis restituendæ secundum formam statuti ciuitatis, intelligitur etiam promisisse illius restitutionem secundum consuetudinem ipsius ciuitatis.*

2 *Statutum & consuetudo a pari procedunt.*

3 *Statutum & consuetudo non differunt circa causam efficientem, & potestatem, sed circa modum, & formam.*

QVAESTIO LII.

1 QVæritur, An stāte statuto† de lucro dotis, si quis ꝑmisit restituere dotē in omnē casū & euentū dotis restituendæ, ſm formam statuti ciuitatis, intelligatur ēt ꝑmisisse secūdū ipsius ciuitatis ϙsuetudinē? Bal. in l. ϙstitutionis, circa fi. C. de bo. quæ lib. determinat ꝙ sic, & Bal. refert & sequitur

2 Ale. in ϙs. 190. col. 3. vol. 2. & in ϙs. 65. col. 2. volu. 6. quia a† pari

3 procedunt statutū & ϙsuetudo, quæ nō† differunt circa cām efficientē & ptātem, sed circa modū & formā, vt ꝑ Bal. in l. 2. C. quæ sit lon. ϙsue. & Ale. in ϙs. 225. col. 1. in fi. vol. 6. Nā statutū requirit expressum ϙsensum, q expeditur vno momēto. l. j. ff. de legi. Sed ϙsuetudo dēt esse ꝓscripta, i. roborata tpe, & sumit originē ex multis actib. & ϙtinuatis ϙsensib. populi, ita ꝙ hēt cām suā ex tpe, & ex actib. §. ex non scripto. Insti. de iu. nat. gent. & ciui. l. fi. C. quæ sit lon. consue. Barba. in l. de quib. vers. nūquid deesse, ff. de legi. Idē voluit Ro in terminis huius quæstionis (licet de Bal. in d. l. ϙstitutionis. nullā fecerit mētionem)

Source : BIU Cujas

nem) in l. post dotem. ff. sol. mat. & hanc partem etiam tenue runt Ias. in l. omnes populi. col. 5. ff. de iusti. & iu. & in l. de quibus. col. ante pen. in prin. ff. de legi. Affli. in constitu. reg. char. 5. quæstio. 8. Brun. in tract. exclu. fœmi. in 5. art. princ. quæstio. 12. circa med. Ioan. de Amic. in consi. 12. colum. 2. & Aymo Crau. in consil. 25. col. 2.

SVMMARIVM.

1 *Lucrum dotis excedens metam legalem, insinuationem requirit, quod declara vt nu. 4. & nu. 6.*
2 *Insinuatio requiritur in pacto de dote lucranda.*
3 *Donatio propter nuptias quando facta per virum vxori insinuatione non eget.*
9 *Donatio ob causam non requirit insinuationem.*
7 *Solidus, & aureus, idem est in iure.*
8 *Donatio excedens summam quingentorum aureorum, supra quam requiritur insinuatio, non vitiatur usque ad summam quingentorum, sed in excessu.*
9 *Donatio tamen supradicta hodie usque ad summam scutorum octingentorũ valet sine insinuatione.*
10 *Aurei centum & septem hodie faciunt libram aurei, licet alias septuaginta duo, & demum nonagintasex, constituerent libram.*

QVAESTIO LIII.

1 QVeritur, an lucrum dotis, quod marito † conceditur ex beneficio statuti vxore præmoriente sine liberis, si excedat metam legalem, indigeat insinuatione. Veritas huius quæstionis pendet, vt inquit Bal. in l. fi. col. 2. ver. ad secundum dubium. C. de iu. dot. An in pacto de dote lucran-
2 da requiratur insinuatio, quia † in eo erit necessaria, idem erit & in statuto, nam dispositio legis reducitur ad intellectum pacti. l. si ita quis. §. ea lege, ff. de verb. obli. Operæpretium igitur est videre, an in ipso pacto dotis lucrandæ requiratur insinuatio. Et concludendum est quod sic, per tex. in §. illud quoque. in Authen. vt frat. fil. ibi, si vero dotalium pacta, & horum euentus parti viri concedunt actionem dotis, aut etiam eius partis, nullam iubemus eum habere actionem, si non donationem insinuauit. Et ita illum tex. ibi summat Ange. di-
3 cens, donatio, † propter nuptias facta per virum vxori, vel per alium, insinuatione nõ eget, quo ad hoc vt mulier lucretur, existente conditione lucrandi donationem prædictam. Sed bene eget insinuatione ex parte viri, vt vir lucretur partem dotis, ex pacto de lucrando. Idem voluit glo. & ibi Ang. in Authen. vt sponsa. largi. in princip. in ver. apud virum. Quod tenuerunt Cy. Oldra. Odofr. Bal. Saly. & Alb. de Rosa. in auth. eo decursum. C. de donat. ante nupt. quæ sumpta fuit ex d. §. illud, in Auth. vt frat. fil. Cui sententiæ quoq; assentit Ant. de Canar. in tract. de insinua. in 2. par. q. 5. in & fi. Cum ergo communis resultet conclusio, quod in pacto dotis lucrandæ requiratur insinuatio, idem vtique dicendum venit in statuto, vt per Bald. in d. l. fin. C. de iu. dot. & Ant. de Canar. vbi supra q. 7. quia vt dixi, tale statutum debet regulari secundum pactum dotis lucrandæ, quod similiter regulatur secundum legem loquentem de insinuatione, vt etiam videmus, quod lucrum ipsius statuti regulatur secundum dispositionem legis, hac edictali. C. de secundis nup. vt per Bar. & Bal. in l. 1.
4 C. de inoffic. dotibus. quam tamen conclusionem † limita procedere, quando lucrum dotis deferretur marito ex ui statuti, sub sola conditione mortis. secus si propter onera matrimonij vel propter stipendia nuptiarum, prout communiter solet fieri, vt late diximus in q. 4. quia tunc lucrum dotis non esset
5 simplex donatio, sed † ob causam, & impropria, quæ non indiget insinuatione. l. fina. in princi. C. de iu. dot. l. Aquilius Regulus. & ibi Bar. Imo. & Rom. ff. de dona. Alex. in cons. 83. colum. fi. volu. 2. & in consi. 113. in fi. volu. 6. vbi attestatur hanc esse communem opinionem, & D. meus Ruin. in cons. 126. col 4. vol. 1.

Aduertendum tamen esse cẽsemus, quod licet defectu in
6 sinuationis maritus priuetur lucro † statutario, tamen id in
7 telligendum venit in eo quod huiusmodi lucrum † excederet metam legalem quingentorum solidorum, vel aureorũ, quod idem est in iure, vt per glo in l. fi. & ibi Doct. ff. de in ius voc. & in l. quicunque. C. de seru. fugi. non autem abinde infra, vt per glo. & ibi Ange. in §. illud quoque. in Authen. vt frat. fil. & Saly. in auth. eo decursum. C. de donat. ante nupt. & Ant. de Canar. in loco. de quo supra. q. 5. Pro cuius confirmatione accedat, quod tenent Alex. consi. 21. col. 2. vol. 2. & Dec. in consi. 239. col. 2. & in consi. 356. col. penul. & Socy. in consi. 48. col. 4. vol. 1. vbi post. Bal. & Ang. in l. sancimus. §. 1.
8 C. de dona. volunt, quod † donatio excedẽs summam quingentorum aureorũ, supra quam requiritur insinuatio, non vitiatur vsque ad summam quingentorum aureorum, sed in excessu, ne vtile per inutile vitietur, per d. l. sancimus. iuncta l. pen. eo. tit.

Verum quia supra habita fuit mentio de solidis, & aureis, ne aliquando æquiuoces, notandum fore arbitramur, quod etsi aurei, & solidi, de quib. locuti sumus, alias debeant intelligi de illis aureis, & solidis, de quib. & primo loco, septuaginta duo faciebant libram auri, & exinde, propter defectum minoris ponderis, nonagintasex constituerunt libram auri, vt per glo. & ibi Docto. in d. l. quicunque. & Pau. de Cast. in l. 1. in prin. col. 2. C. commu. de legat. & Deci. in consi. 536. col. pe. Tamen quod etiam vltra septingentos aureos valeret sine insinuatione, quod dicit Ias. in d. l. fi. ff. de in ius vocan. esse magnæ vtilitatis in practica. Imo fortius dixerunt Fel. in c. conquerente. col. 1. de offic. ordi. & Soc. in citato consi. 48. & Ias. in l. 2. §. ex his. col. 9. ff. de verbo. oblig. post Ang. ibi per eum citatum, & quos refert Alcia. in l. hæc enunciatio. ff.
9 de verb. signi. quod † donatio valeret vltra octingentos aureos, & plus inquit ibi Ias. quod ita obtinuit, quod credimus verũ, quia vt a magistris monetarum percepimus, hodie cẽ
10 tum † & septem aurei conficiunt libram. & ideo firmando hanc nostram cõclusionem reneas, quod istud lucrum dotis si ascẽderet ad quantitatem aureorum octingẽtorum, deberetur marito, etsi priuatum esset insinuatione.

SVMMARIVM.

1 *Statutum de lucro dotis locum habet in bonis feudalibus, sed in contrarium est communis, vt in nu. 15*
2 *Statutum generaliter loquens de lucro dotis, generaliter intelligi debet, quod declara vt nu. 16.*
3 *Lucrum dotis datur propter onera matrimonij.*
4 *Lucrum dotis dicitur alienatio legalis, & nu. 17*
5 *Feudum potest dari in dotem, præsertim quando est perpetuum, & concurrit inopia vasalli non habentis aliunde facultatem honeste, & congrue dotandi filiam, vt nu. 6. & 7. quod declara vt nu. 18*
8 *Feudalia non veniunt in generali dispositione bonorum.*
9 *Nec etiam in renunciatione hæreditatis paternæ.*
10 *Minus que in generali obligatione bonorum.*
11 *Legitimandi facultas alicui a Cæsare concessa non extenditur ad feuda.*
12 *Statutum excludens fœminam a successione, non excludit a feudo, in quo succedere potest ex tenore successionis feudalis.*
13 *Maritus etsi non extantibus propinquis possit succedere vxori, tamen secus est in feudo.*
14 *Dispositio auth. res quæ, C. commu. de leg. non habet locum in bonis feudalibus.*
19 *Statutum de lucro dotis locum habet in bonis feudalibus transmissibilibus ad quoscunque hæredes extraneos.*
20 *Statuta excludentia mulieres propter masculos, habent etiam locum in bonis feudalibus, in quibus mulieres vna cum masculis succederent.*
21 *Bona emphyteutica, quæ vigore pacti, vel conuentionis possunt alienari, æquiparantur bonis allodialibus.*
22 *Clausula, & quibus dederis, vel æquipollens, apposita in concessione feudali, operatur non solum licentiam alienandi, irrequisito domino, sed etiam, quod ille, in quem facta fuerit alienatio, poterit retinere illam rem liberam, & expeditam, ac tanquam allodialem, non autem iure feudi.*
23 *Clausula, & quibus dederis, licet operetur licentiam alienandi irrequisito domino, tamen non operatur, quod posset feudum transferri in fœminã, sed contra, num. 29*
24 *Feudum quando est concessum pro te & hæredibus quibuscunque, & si possit transferri in quamcunque personam, non tamen ad fœminas, sed contra nu. 28*
25 *Vasallus licet possit testari de feudo, quando concessum fuit cum clausula, & quibus relinquere uellet, non tamen in spurium, quia verbum quibuscunque, refertur ad habiles, quod declara, ut nu. 30*
26 *Mulier est persona prohibita moribus & natura incapax successionis feudalis.*
27 *Feudum esse concessum pro te uel hæredibus quibuscunque, uel pro te, & quibus dederis, a pari procedunt.*

QVAESTIO LIIII.

1 ALia oritur ẽt quæstio. An statutum † de lucro dotis locum habeat in bonis feudalibus? Primo videtur dicen
2 dum q͡p sic, quia statutum loquens de lucro dotis, † generaliter loquitur, ergo generaliter debet intelligi, & vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus, l. de pretio, ff. de publicia.
3 Secundo, quia maritus sustinet onera † matrimonij, propter quæ vir consequitur tale lucrum, vt per glo. communi-

ter

Source : BIU Cujas

ter approbatam,in l.ſi donaturus,§.fi.ff.de condi.cau. da. ergo debet habere locum in bonis feudalibus.

4 Tertio facit.Nam huiuſmodi † lucrum dotis dicitur alienatio legalis,quæ etiam in feudis locum habere debet,vt refert Bal.in c.1.§.fi.de inueſt.de re alie. fac.

5 Quarto confirmatur. Nam † mulier feudataria poteſt feudum dare in dotem marito,vt per And.de Iſer. Bald. & Alua. ac alios in c.1.§.donare,quali. feu. pote. olim alie.quos refert & ſequitur laſ.in auth.res quæ.colum.7.verſi.limita,C.commu.de leg.& in conſil.66.volum. 1. & hoc ſecundum Bald.& laſ.vbi ſupra fauore mulieris,& dotis,imo & Reipublicæ,argum.l.j.ſolu.mat.idem voluit Pariſi.in conſi.6.nume.31.vol. 1.vbi dicit,ꝙ licet Doct. dubitent, an feudum poſſit in dotē dari,vt in c.j §.donare.qual.feu.olim pot. alien. vbi plene per
6 Doct. tamen † quando feudum non eſt temporale, ſed perpetuum, tunc ſecundum Hoſtien.& Ioan.And.in c.ex parte.de feud.poteſt dari in dotem,licet gl.ibi dicat contrarium, quæ ſecundum eos intelligi debet in feudo temporali,quod dictū reputat notandum Abb.in d.ca.ex parte, & ſi in feudo etiam perpetuo antiquo & paterno aliqui Doct. tenuerunt contrarium, tamen quando concurrit inopia vaſalli non habentis
7 † aliunde facultatem honeſte & congrue dotandi filiam,videtur poſſe dari,vt per Doct. ibi per eum citatos. Si ergo a lege feudali permittitur datio rei feudalis in dotem,dicendum eſt etiam, ꝙ in conſequentiam lex voluerit, ſubſiſtente ratione onerum matrimonij, ꝙ maritus conſequi habeat beneficiū lucri dotis a l.municipali conceſſum.

His tamen non obſtantibus contrariam ſententiam vti ve
8 riorem & communem teneas.Et primo,quia in † generali diſpoſitione bonorum non veniunt feudalia,c.in generali, vbi no.omnes.ſi de feu.fue.contro.inter do.& agna.Secundo,id
9 videmus in renunciatione † hæreditatis paternæ, in qua non includuntur feudalia,vt per Alua.in c.1.de eo qui fec.fin.agn. colum.fin.& Ale.in conſi.110.col.fi. volum. 1. vbi atteſtatur hāc eſſe magis communem.Pro quo & tertio accedat, quod
10 dicitur † de generali obligatione bonorum, in qua pariter nō comprehenduntur feudalia,vt per Alex.in conſi.2.col.1.vol. 4.& Socy.in conſi.19.col.4.vol.j.ac Egid.in conſi.17.col.3. & Affli. deciſ. 14. vbi idem voluerunt in generali donatione omnium bonorum.Quarto confirmatur hæc ſententia ex dictis per Homod.in conſi.220 in 1.dubio, quē ſequitur Dec. in conſil.76. col. 2. vbi in generali poteſtate legitimandi,quæ
11 † alicui ab Imperatore vel Papa concedatur, non videtur data poteſtas legitimandi ad feuda,per tex. in capit. naturales,ſi de feu.fue.controu.inter do.& agna.Quinto facit,ꝙ dixerunt Card.Flor.in conſi.ij.Bal.in cap.j.an agna.vel fil.& ibi Aluar.
12 colum.penult.verſi.item addas,vbi † volūt,ꝙ ſtatutum excludens filiam a ſucceſſione, non excludit eam a feudo, in quo poteſt ſuccedere ex tenore ſucceſſionis feudalis, quod & tenuit Dec.in conſ.139.col.fi.vbi inquit,ꝙ ſtatutum diſponēs, quod filia vna cum maſculis ſuccedat in bonis paternis, habet locum in bonis feudalibus. & ratio eſt ſecundum Doct. vbi ſupra, quia natura bonorum feudaliū eſt ſeparata ab aliis bonis,ideo de his debet fieri ſpecifica mentio.Sexto compro batur hæc opinio ex not.per ſcrib.in c.j.an mari ſucce.vxo.& in auth.præterea,C.vnde vir & vxor.vbi tradunt Doc.ꝙ licet
13 de iure communi,non extantib. † propinquis, maritus ſuccedat vxori,tamen non ſuccederet in feudo. Idem voluit Bert. in conſi.59.in vlt.dubio.volu 2.& Benedi.in repet.capi. Raynutius.nu.801.de teſtam. Septimo accedit † quod no.Bal. &
14 alij in c. 1. §. donare, qual. olim feud. pot. alien. vbi dicunt quod authen.res quæ.C.commun.de lega non habet locum in bonis feudalibus,vbi etiam no.ibi laſ.colum. 8. ver. an autem.& in conſ.89.col.4 volum.1.Guid.Pap. conſ 214. col. 5.
15 Vltimo ne eamus ſine authoritate, in terminis huius † quæſtionis ita decidunt Bal. Alua. & alij in d. c. 1. an mari. ſucce. Bal.in conſ.346.vol.2.idem Bal.& Iaſ.in auth.res quæ.C. commu.de leg.Are.in l.2.in prin.& in l.ſi ante nup. ff. ſolu. matri. & ibi Ripa,col. 4. Barb.in c. officij. col. 21. de teſta. vbi dicit hoc eſſe elegās,& no. dictum Pic.in rep.l.filiusfa.§. diui.char. 21.col.3.de leg.1.Iaſ.in l.cunctos populos.in 1.lect. colum. 6. in fi.ver.nota etiam,& in 2.lect col.15.verſi.vlt.nota.C. de ſacroſan.eccl.Dec.in l.1.col.2.& in auth.præterea.C.vnde vir,& vxor.Marſ.in l fi.de iuriſd.omn.iud.col 24. Brun.in tract. exclu.fęmi.in arti.pri. q.23.Soc.Iun.in conſ.72.nu.50. volum.1.
16 Non obſtat modo † primum argumentum, quia reſpondetur, quod etſi ſtatutum generaliter loquatur, tamen recipit interpretationem in materia feudali a conſuetudine feudali potius,quam a iure ciuili, cum natura(vt ſupra diximus) bonorum feudalium ſit ſeparata ab alijs bonis, vt dixerunt Doc.in d c.1.an mari.ſucce. vxo & in c.1. §.fi de inueſt.de re alie.fac.& Dec. in citato conſil.139 ac alij ſupra relati in tun-

damentis pro altera parte adductis.

Ad ſecundum reſpondetur ſimiliter, quod ratio onerum non eſt cōſiderabilis in conſuetudine feudali, vt per Præp.& Marti.de Lau.in d.c.1.an mari.ſucc.vx.& per Doct ſupra citatos. Pariter non obſtat & tertium, quod † lucrum dotis ſit
17 alienatio legalis,quia ad hoc reſpondet Bal.& alij in d.cap. 1. §.fi.de inueſt. de re alie.fac.quod alienatio legalis non intelligitur fieri cum præiudicio alterius in reb. ſui natura alienari prohibitis. Vltimo non obſtat, †
18 quod feudataria poteſt dare in dotem,quia reſpōdetur,verum fore,quod mulier poteſt re dotare in bonis feudalibus, etiam ſine licentia domini,dummodo non apponat in conſtitutione dotis rei feudalis pactum de lucrando dotem, vt per Andr. de Iſer. Bal.& alios in d.cap.1.§.donare.quali.olim feu. po.alie. Bal.& laſ.in authen.res quę.C. commu. de leg. Et ſic ex his reſultat clara iuris concluſio,quod maritus excluditur a lucro dotis bonorum feudalium.Limita tamen hanc communem ſententiam
19 † non procedere, vbi bona feudalia data in dotem, ſiue per patrem,ſiue per filiam,talis eſſent naturæ, quod forent tranſmiſſibilia ad quoſcūque hæredes, vtputa ſi cōceſſio feudalis facta eſſet ipſi, vel vnicuique eorum cum clauſula,& quibus dederis,vel pro ſe & hæredibus quibuſcunque, vt in c.1. vbi omnes feūdiſtæ, de feud. non haben. prop. natu. feu. quia tunc maritus etiam conſequeretur lucrum dotis bonorum ſeudalium,vt per Dec.in l.1.colum.3. verſi.6.& vlti. C. vnde vir & vx.quem ſequitur ibi Cur. Iun. nu. 16.vbi inquit,quod licet ſtatutum de lucro dotis non habeat locum in bonis feudalib. tamen illud reſtringitur ad bona feudalia, quæ de ſui natura ſunt ſeparata ab hæreditate,iux.no.per Bar. in l.ita videndum.ff.de pet.hære. Secus autem in feudo, quod tranſit ad quemlibet hæredem,etiam extraneum. Idem voluit Rip. in l.2.nume.19.ff.ſoluto matrimon. Purpura.in l.cunctos populos.nume.19.C.de ſum.Trin.& fi. catho. Pro qua opin.facit, quod tenuit Brun.in trac.exclu.fœmi.in 8. ar.princ.quæ-
20 ſtio.23.vbi † dicit ſe credere,quod ſtatuta excludentia mulieres propter maſculos, habeat etiam locum in bonis feudalibus,in quibus mulieres vna cum maſculis ſuccederent, quia tunc feudum remouetur a propria natura feudi,& reducitur ad regulas iuris communis, ac ad propriam naturam ſucceſſionis, cum ex ſpeciali conſuetudine non deferatur, nec de hoc mirandum eſt ex eo, quod no. Anch. in conſ. 125. colum. 2. quem ſequitur Do. meus Ruin.in conſ. 117. in 5. dubio,volum.3.& Dec. in conſ. 586. colum. 2. & in conſil. 680.
21 colum. 2. vbi † inquit, quod de bonis emphyteuticis, quæ poſſunt vigore pacti,vel conuentionis alienari,vel vendi,idē iudicatur, quod de bonis patrimonialibus, necnon & ex ijs quæ ſcribunt feudiſtæ in d.cap.1.de feu.non haben.propr.natu.feud. vbi illa verba, & quibus dederis, vel æquipollentia
22 † poſita in conceſſione feudali, non ſolum operantur licentiam alienandi irrequiſito domino,immo quod ille,in quem erit facta alienatio, retinebit illam rem liberam & expeditam, ac tanquam allodialem, non autem iure feudi, quod dictum mirabile,ſingulare,& memoriæ commendandum reputat Curt.Iun.in tract.feu.in 4.par.in 2.regu. princi. verſicu. 5.quæro, qui ſubdit, ꝙ ad hoc non ſolet aduerti in pract. Si ergo talia bona vigore dictæ clauſulæ,vel æquipollentis,poſſunt alienari, irrequiſito domino, vt etiam fatetur Alex. in conſi.173.in fi.volum.2.& in conſi.189.colum. 4.volum.eo. Dec.in conſi.171.col.2.& 680. col. 1. Cur. iun. in conſil.108. num.17.Soc.conſi.257.col.fin.Iaſ.conſi. 156. col.2. vol. 2. & 64.in fi. volu.3. do.meus Rui.in conſi.81. nu.6. vol. 1.Pariſi. conſi.23. nu.41.volum.1.Bru.conſi.38.col.2.& Gozad.in cōſi.9.colu.1.& in conſi. 26. nu. 47. & Craue.in conſi.91. col.2. Et eam eſſe communem teſtatur Dec.in conſi. 193. col. 3.& in conſi.164.col.pen.& Caſſador. in deciſ. in titu. de locato. q.3.& Pariſi.conſi.3. col.2.in fi. vol.1 Et reputantur vti patrimonialia, & allodialia, vtique dicendum venit quod cum fuerint per patrem, vel filiam dicta bona feudalia alienata in virum, & in eum trāſlatum dominium dictorum bonorum, iuxta l.doce, C. de rei vend. ꝙ maritus lucrum dotis ei delatum a ſtatuto, conſequi etiam debeat in dictis bonis feud. quæ redacta reperiuntur ad inſtar allodialium.Verum eſt, ꝙ iſta limi.reſpectu patris dotantis filiam in talibus bonis feudalibus,dubia redditur,ex no.per Dec.in conſi. 193.colum.pe.
23 vbi inquit,ꝙ licet † in inueſtitura ſit appoſita clauſula, & quibus dederis, per quam poſſit fieri alienatio etiam irrequiſito domino, tamen non poterit dictum feudum transferri in fęminam, & ſic in filiam,quia,cum illa verba ſint contra naturam propriam feudalem (ex quo ſatis operantur, vt poſſit fieri alienatio irrequiſito domino) debent intelligi, ꝙ debeat fieri in maſculos, & non in fœminas, & mouetur, quia
24 nos videmus,quod quando † in inueſtitura ſunt appoſita iſta verba,

Source : BIU Cujas

verbà,pro te,& hæredibus quibuſcunque,quæ ſunt vniuerſa lia, tamen non poteſt feudum tranſire ad fœminas,vt per Bal. in c.1.§.donare.quali.olim feu. pote. alie. & in l. cum virum. C.de fideicom ergo nec quando eſt appoſita clauſula,& quibus dederis. Confirmatur iſta ſententia ex d. Ba. in conſi.
25 207.in 2.volu.vbi † voluit,quod licet vigore clauſulæ,& quibus relinquere vellet, poſſit vaſallus teſtari in quancunque perſonam,tamen debet intelligi in quancunque perſonā idoneam,ſicut dicimus,habeat vnuſquiſque,vt inl.1.C. de ſacro ſanct. eccle. ita quod non poterit in ſpurium transferri, quia per dicta verba,non includuntur perſonæ prohibitæ lege, vel moribus,vel natura incapaces,arg.l.cum prætor.§.pen.& fin.
26 ff.de iudi.Sed mulier eſt † perſona prohibita moribus, & natura incapax ſucceſſionis feudalis,vt in c.1.§. hoc autem notandum.qui feud.da poſ.& ſic ex his ſequi videtur, quod per patrem non potuit dari dos filiæ in bonis feudalibus talis naturæ,& per conſequens,quod maritus per mortem vxoris ſine liberis non habeat conſequi huiuſmodi lucrum dotis, qđ ſibi a l.municipali conceditur,cum lucrum dependeat a dote vt per Doct.in l.1.C.ſi aduerſ.dot.Sed his non obſtantibus ſequenda eſt ipſa limitatio,tanquā iuri conſona,& magis a Doctoribus recepta,quia no.per Bal.& Dec. in locis ſupra citatis carent veritate,quod demonſtratur. Nam a pari procedunt,
27 quod † feudum alicui ſit conceſſum pro ſe,& hæredibus quibuſcunque,vel pro ſe,& quibus dederit,vt per Bal.in l.1.q.35. ff.de re.diui.quem ad hoc alleg.Curt.Iun.in conſi.4.col.4. & Pariſ.in conſi.3.col.3.in fi.vol.1. Sed quando feudum eſt conceſſum pro ſe, & hæredibus quibuſcunque,tranſit ad extraneos,vt inquit Bal.in c.imperialem.de prohit. feu. alie. per Feder.in prin.vbi feudum ſub tali forma conceſſum non ſolum includit tria genera hæredū,de quib Inſt.de hær.qual.& diffe. ſed etiam legatarium, qui in re legata dicitur quodammodo hæres.l.id tempus.§.1.de vſucap.Idem dixit Alex. in conſi.7. vol.7.Dec.in conſi.78.col.pen.in prin.& in conſi.395. col.fi. Et hanc eſſe communem opi.dixit Curt.Iun.in tract.feu.in 4. parte,in vlt.col.& in conſi.1.col.2.Ripa in l. ex facto. §. ſi quis ita.ff.ad Treb.Item & tranſit ad fœminas,& deſcendentes ex fœminis,vt per Laſ.in conſi 9.inter conſilia Bru. vbi conſul-
28 uit,ex quo † in inueſtitura dicebatur,pro quibuſcunque ſucceſſoribus maſculis, quod veniunt deſcendentes ex fœmina maſculi,quia dicebatur de maſculis,ergo ſi fuiſſet dictum ſimpliciter,pro ſucceſſoribus quibuſcunque, etiam fœminæ admitterentur.Idem voluit Soc.inter dicta conſilia in conſi.10. vbi dicit,cp ideo non veniunt fœminæ in terminis ſuis, quia in inueſtitura dicebatur,pro quibuſcunque ſucceſſorib. maſculis,ſecus ſi non fuiſſet poſitum verbum,maſculis,quia tūc ſecundum eum,venirent & fœminæ.Si ergo ſtantibus verbis veniunt fœminæ,idem eſt dicendum, quando in conceſſio-
29 ne eſt appoſita clauſula,& quibus † dederis, cum (vt dictum fuit,)hæc parificentur per regulam quæ habet,cp diſpoſitum in vno ex parificatis,cenſetur etiam in alio,iux.gl.in c.ſi poſtquam.§.fi.in ver.prouiſione,de elect.in 6.

Sed cp veniant fœminæ, vbi datur poteſtas alienandi,hoc voluit Goza.in conſil. 8. col.9.& Card.Simone.in conſil. 11. col.4.vbi in ſpecie contra Bal.& Dec.firmat eſſe communem opi.& Collegium Bononienſe in conſi. 15. nu. 53. & Pariſ. in conſi.9.nu.33.inter conſi.ſtatus Montisferrati edita in fauorem Illuſtriſſimæ Dominæ meæ Duciſſæ Mantuæ ſuper Marchionatu Montisferrati,quod nunc reperitur impreſſum inter ſua conſ.in conſi.23.vol.1.nu.43.Idem & nos firmauimus in conſ.26.in 2.par.inſerto inter dicta conſ.Montisferrati.idēque voluit ipſe Dec.ſibi contrarius in conſi.390.col.4.in ver. capio ſecundam inueſtituram.

Non obſt.no.per Bal.in locis ſupra citatis, quia reſpondet, quod Bal.reprobat Laſ.in l.2.§.prætor ait.in fi. ff. q ſatiſd. cog. poſt Ale.in l.ſi patroni.ad Treb.& in l.1.§.nunciatio.ff.de no.
30 oper. nun. quia illud, quod dicitur verbum,† quibuſcunque, referri ad habiles,procedit in diſpoſitione legis, non autē hominis,vt per Bald.in l.1. C ſine cen. vel reliq. quod & voluit Soc.in conſ.10.ſupra citato,& Cur.Iu.in conſi.1.col.2. Sed in quæſt.de qua agitur, verbum, quibuſcunque, eſt poſitum in diſpoſitione hominis. Igitur non reſtringitur ad habiles tantum.Præterea,ſi vera eſſet ratio Decij,ſequeretur, quod etiā vigore talis clauſulæ, & quibus dederis, feudum non poſſet transferri in extraneum, & cp ea deberet intelligi de agnatis maſculis,licet remotioribus,in quibus alias non poterat fieri alienatio ſine conſenſu agnatorum,vt minus lędatur propria natura feudi,quæ eſt,cp non debet cedere feudum,niſi deſcēdenti,& proximiori agnato,vt in c.1. de alie. feu. pater. & tamen in contrarium eſt communis opin. quod immo tranſeat ad extraneum,vt voluerunt Cur.& Rip & alij in locis ſupra citatis.

SVMMARIVM.

1 *Statutum deferens lucrum dotis per mortem vxoris ſine filiis locum non habet ea decedente cum filia: ſed in contrarium eſt communis.vt nu.5.*
2 *Verba ſtatuti concepta in plurali,non verificantur in ſingulari,declara, vt nu.7 & 10.*
3 *Vnus non eſt numerus, ſed principium numeri, quod declara, vt numero 8.*
4 *Maſculinum in ſtatutis non concipit fœmininum, niſi per quādam interpretationem extenſiuam,quæ in eis locum non habet,quod declara, ut in nume.12.*
6 *Decedere non dicitur ſine filiis,qui unicam filiam reliquit.*
9 *Statutum ſi diſponat,quod extantibus maſculis ſoror non ſuccedat, ſolus maſculus excludit ſororem.*
11 *Diſpoſitio facta a teſtatore in plurali numero de pluribus filiabus,uerificatur in una ſola.*
13 *Statutum diſponens,quod nullus uadat de nocte ſub tali pœna, comprehendit & fœminam.*
14 *Statuto ſi caueatur, quod nullus audiatur uolens opponere exceptionem, quod pactum ſit nudum,comprehenditur & fœmina.*
15 *Maſculinum concipit fœmininum in iis,quę poſſunt adaptari & fęminæ.*
16 *Caſus duo, pluresue ſimiles dicuntur, quando in omnibus habet locum eadem ratio.*

QVAESTIO LV.

1 NVNQVID ſtatutum de lucro dotis, † vxore decedē te ſine filijs,habeat locum vxore præmoriente cum filia.Videretur dicendum,quod non, duplici ex capite. Et primo,† quia verba ſtatuti ſunt concepta in plurali numero, vi-
2 delicet in vxore decedente ſine filiis, ergo in caſu alio verificari debent,& intelligi, non autem in alio, & ſic in ſingulari, prout eſt,quando vxor decedit cum filia,per tex. in l.ſi ſeruū.
3 ver.non dixit.ff.de acqui. hære. quia vnus † non eſt numerus, ſed principium numeri.l ſecunda.in prin.ff.ſi certum pet. ad idem facit text.in l. fi. ad Trebel. glo. in l.Meuius.§.eum qui. de leg 2.

Secundo,quia ipſum ſtatutum loquitur de vxore decedente ſine filijs,& ſic in maſculino genere, † ſed in ſtatutis maſculinum non concipit fœmininum,niſi ex quadam interpretatione extenſiua,quæ in ſtatutis locum non habet. l conſtitutionibus. ad munici. no.in l.de quibus.ff.de legi.& in l.1.ff.de verb.ſigni.Igitur videtur,quod ſtante filia,maritus dotem lucrari debeat.

5 Quibus non obſtantibus, contrariam † ſententiam vti veriorem,& communem teneas,quam primo tenuit Bald poſt Ant. de But. per eum citatum in l. 1. C. de condit. inſer. quia
6 non † dicitur decedere ſine filijs,qui vnicam filiam ex eodem marito reliquit,cum dictiones ſine,& abſque, requirant omnimodam carentiam,ac ſi diceret, ſine vllis liberis. Et ad hoc bene facit tex.in l.non eſt fine liberis.ff.de verb. ſign. vbi non dicitur decedere ſine liberis,cui vel vnus filius,vna ve filia eſt. Idem voluit Bal.in quæſtio.ſtatu. in ver. liberi. Corſ. in ſing. ſuo incip.ſtatuta Italiæ diſponunt.Rom in conſi. 129. col. 1. verſ.ſed eadem ratio.& in verſ. eſt ergo. dum dicit, cp beneficium excluſionis mariti a lucro dotis concedi.ur filio, aut filiæ,& in cōſ.190.col.1.in fi.Fulg.in conſ.203.col.fi.vbi inquit, inſpiciendam fore mentem huiuſmodi ſtatuti, & eius rationem,quæ fuit,vt magis dos apud filios vtriuſque ſexus remaneret,quam apud maritum.Item & communem vſum loquēdi,quia ita ſe habet,per d.l. non eſt ſine liberis. Hanc quoque partem tenuerunt laſ.in l.Gallus.§.cp ſi is.colum. 2.ff.de lib.& poſth.Brun.in trac.exclu fęmi.in 12.art.prin.q.13. col. 2.necnon D.meus Rui.in conſ.63.col.2.ver. his igitur.vol.3.& latiſſime Aymo in conſ.307.col.2.

7 Non obſtat modo,cp ſtatutum † loquens in plurali non habeat locum in ſingulari,& ſic extante filia, quia ad hoc reſpōdet Bal.in d.l.1.col.2.de cond.inſer.& Corſ.vbi ſupra, cp licēt id verum ſit de proprio ſignificatu,tamen eſt falſum de ratione naturali,quæ magis attenditur,quam pluralis oratio,quoniam etſi vera & recta natura pluralis numeri non ſit contēta vnico indiuiduo.l.fi.ff.ad Treb.& vnitas non ſit numerus,
8 ſed principium † numeri,tamen ſecus eſt de ratione naturali.
9 & ideo infert ibi Bal.quod ſi † ſtatutum dicaret, cp ſtantibus maſculis ſoror non ſuccedat,cp ſolus maſculus excluderet ſororem,quia ipſa naturalis ratio magis attēditur, quam oratio pluralis,& quia pluralis numerus reſoluitur in ſingularitates, ideſt in clauſulas ſeparatas, & abſque modo coniunctionis. Quod & voluit Barb.in c.Raynaldus.in ver.vlterius pondera vnum.extra de teſt. Alex. Laſ.& alij in d.l Gallus.§ cp ſi is. Dec. in l.1.ver.vltimo nota.C.de pact.Bru.in d.tract.exclu.fęmi.in in 12.art.prin.q.13 & in materia lucri,de qua tractamus, idē

voluit

voluit Pau.de Caſt.in conſi.39.in prin.vol.2.Quæ opin.confirmari poteſt ex iis, quæ latè congerit Alci. in dic. l. non eſt ſine liberis.

10 Secundo reſpondent, ꝙ † vbi eſt eadem ratio in vno, quæ eſt in pluribus,quod dicitur de pluribus habet locum in vno, ita Pau.de Caſt.in d.l.j.C.de cond.inſer.Soc.in conſ.43. col.2. & in conſ. 278. col.3.ver. confirmatur.Iaſ.in d.§. ꝙ ſi is. Dec.
11 in conſ.362.col.fi.vbi inquit,ꝙ† diſpoſitio facta a teſtatore in plurali numero de pluribus filiabus,verificatur in vna ſola.alibi idem Dec.ſcribit in conſ.370.in princ.ꝙ diſpoſitio teſtatoris facta in plurali numero in fauorem filiorum,etiam in vno verificatur,per tex in l.pater Seuerinam,§.ita fideicommiſſo, ff.de condi. & demonſtr.quod & tenuit in conſil.484.colum. 1.& in conſ 627.col.2.Rip.in l.ex facto,§.ſi quis rogatus, nu. 51.ff.ad Treb.Sed ratio quare excluditur maritus a lucro dotis extantibus filiis per ſtatutum,ea eſt, vt dos potius ſit apud filios,quam penes maritum.ita militat in vno vel vna ſola, ſicut in pluribus.Ergo &c.

Secundo non ob.ꝙ in ſtatutis maſculinum non concipiat fœmininum,niſi ex quadam interpretatione extenſiua, quæ
12 in ſtatutis locum non habet,quia reſpondetur, ꝙ†ex quo ſumus in materia indifferenti, quæ ita conuenit fœminis ſicut maſculis,maſculinum concipit etiam fœmininum,vt p Bart. in l.j.in fi.principij,ff.de pecu.& Bal.in l.quicunque.C.de ſeru.
13 fugi.vbi†dicunt,ꝙ ſi ſtatutum diſponat,ꝙ nullus vadat de nocte ſub tali pœna,comprehenderetur etiam & fœmina. facit etiam,quod vult idem Bal.in l.in multis.de ſta ho.vbi ſi ſtatu
14 to caueatur,ꝙ nullus audiatur volens opponere exceptionē, ꝙ pactum ſit nudum,comprehendetur & fęmina, cum ſtatutum loquatur in materia, quæ eſt par maribus & fęminis, & in qua eſt eadem ratio.& Bal.ſequitur Ale. in conſil.125.col. pe.vol.7.Accedit quoque,quod no.D.meus Rui. in conſ. 22. col.5.vol.3.vbi poſt Bal.in l.ſeruus,C.commu. de leg. dicit,ꝙ
15 †maſculinum concipit fœmininum in iis,quæ poſſunt adaptari fœminæ,per l.j.§.ad filias,ff.ad l.Iul.maie. & per no. per Iac. But.in l.ſi quis in tantam,C.vnde vi.& ſubdit, ꝙ maſculinum dicitur congrue adaptari ad fœminam,quando in illa militat eadem ratio, quia tunc fęmina dicitur perſona ſimilis alteri
16 perſonę expreſſæ in†ſtatuto,ſicut dicimus,ꝙ duo pluresve caſus dicuntur ſimiles, quando in omnibus habet locum eadē ratio,ſecundum Bal.in l.illud,C.de ſacroſ.eccl.ſed ita eſt,ꝙ in ſtatuto de lucro dotis ideo facta eſt mentio de filiis, quia prudens conſilium ſtatuentium fuit, velle eos præferre marito, ar.l.Lucius,in fi.de hær. inſt. Quæ ratio cum par ſit ita fœminæ,ſicut maſculo,nimirum ſi excludatur maritus a lucro dotis extante filia,& in terminis noſtræ quæſtionis decidit Fulg. in conſi.63.col.3.& in d.conſi.203.col.fi.

23 *Feudum ſi recipit pater pro ſe & filiis maſculis,et fęminis ex ſuo corpore deſcendentibus,uenit & filius fęminæ.*

SVMMARIVM.

1 *Statutum diſponens, quod vxore pręmoriente ſine filijs ex ſe natis maritus lucretur dotem, locum non habet vxore etiam decedente cum nepote ex filio.Sed in contrarium eſt communis,vt nu.6 & 7.*
2 *Filiorum appellatione non ueniunt nepotes,quando lex facit mentionem de filiis cum aliqua qualitate,quæ nepotib.non conueniat,& nu.24.*
3 *Conditio,ſi hæres deceſſerit ſine filiis ex ſuo corpore natis, non deficit extātibus nepotibus ex filio.Sed contra nu.15.16.18.20.25.& 26.Vbi communis eſt in contrarium.*
4 *Dictio, ex, denotat cauſam immediatam, quod decl..ra ut nume. 27. 28. & 29.*
5 *Inueſtitus pro ſe, & filiis ex ſe natis, non videtur inueſtitus pro nepotibus.*
8 *Diſpoſitio iuris communis,vbi ad aliquem actum duos caſus parificat, tunc diſpoſitio conſtitutionis ſuperueniens in vno caſu, trahitur ad alium ſibi parificatum.*
9 *Quod amplia,etiam ſi ex larga ſignificatione vocabuli caſus ille a iure communi æquiparatus, & in ſtatuto non expreßus,ſub expreßo comprehendatur.*
10 *Beneficium conceßum filio regulariter tranſit ad nepotes.*
11 *Filij vbi in diſpoſitione hominis,vel ſtatuti ſunt appoſiti in conditione, appellatione filiorum veniunt nepotes ex filio.*
12 *Statutum diſponens,quod extantibus maſculis fęminæ non ſuccedant, locū habet,quando extat nepos ex maſculo.*
13 *Diſpoſitio auth.præterea,C.vnde uir & uxor.quæ loquitur de conſeruanda proprietate liberis eiuſdem matrimonii,etſi correctoria ſit,locum etiā habet in nepotibus ex filio.*
14 *Materia correctoria,quatenus nos reducit ad antiquam diſpoſitionem, dicitur fauorabilis,& per conſequens late interpretanda.*
17 *Diſpoſitio faciens mentionem de filiis ex ſe natis,comprehendit & nepotes ex filio,quando in perſona filii non fuit ſortita effectum.*
19 *Filius dicitur portio paterni corporis,& nu.21*
22 *Pater prębet formam in creatione filii, & mater materiam.*

QVAESTIO LVI.

1 REſtricatur in dubium, An ſtatutum diſponens † ꝙ vxore præmoriente ſine filiis ex ſe natis maritus lucretur partem dotis,habeat locum ea decedente ſine filiis,ſed cum ne-
2 pote ex filio. Et primo videtur dicendum, † ꝙ non, quia vbi lex facit mentionem de filiis cum aliqua qualitate, quæ non conuenit nepotibus,tunc appellatione filiorum non veniunt nepotes,ita Bar.in l.liberorum,col.3.ver.item prædicta vera, & col.3.in fi.ver.veritas autem,ff.de ver.ſig.per tex.in l.fin.C. de natu.lib.quem ſequuntur Dec.in conſi.353.col.fin.& Domeus Rui.in conſ.13.col.2.in fi.vol.1.Sed in ſtatuto huiuſmodi verbum,filiis,profertur cum illo adiuncto ex ſe natis, quæ verba non conueniunt nepotibus ex filia, qui non dicuntur nati ex viro & vxore.Igitur &c.Secundo facit,quod no.Ang. in l.1.C.de cond.inſer.vbi illa conditio, ſi hæres deceſſerit ſi-
3 ne filiis ex ſuo†corpore natis, non deficit exiſtentibus nepotibus ex filio.Idem voluit Corn.in conſi.199.col.12.vol.2 qa
4 dictio,ex,ſignificar†cauſam immediatam, l.non dubium, C. de leg.no.Bart.in l.j §.ex incendio,ff.de incen.rui.naufr. Hoc tenuit & Sal.in authen.ſed & ſi quis,in fi.C.de ſecun. nupt.& Guid. Pap. in q.353. Pro cuius confirmatione accedat quod
5 no.Ang.in §.nec illo,in Auth.de trien.& ſemiſ.vbi inueſtitus pro ſe,& filiis ex ſe natis, non videtur inueſtitus pro nepotib. Tertio in terminis,de quibus tractamus,decidit Bar.in conſ.
6 132.vbi clare dicit, ꝙ † ſtante dicto ſtatuto & nepte ex filia, maritus non excluditur a lucro dotis, quia non reperitur ꝙ neptis ex filia ſit ex eis ea ratione,de qua ſupra,quia dictio,ex, denotat cauſam proximam,& deciſionem Bart.refert Soc.in conſ.51.col.1.vol.4.Rip.in l.ex facto,§. ſi quis ita, ff. ad Treb. & Pariſi.in conſi.91.col.3.vol.3.

7 Quibus tamen non†obſtantibus,altera pars de iure verior eſſe videtur,vt in terminis decidit Rom. in conſi. 129.motus
8 tribus ex cauſis.Quarum quidem prima eſt. Vbicunque†diſpoſitio iuris communis ad aliquem actum duos caſus parificat, tunc diſpoſitio conſtitutionis ſuperueniens loquens in
9 vno†caſu trahitur ad alium ſibi parificatum, etiam ſi ex larga vocabuli ſignificatione caſus ille a iure communi æquiparatus,& in ſtatuto non expreſſus ſub expreſſo comprehendatur,per tex.in c.ad audientiam,& in c.cum dilectus, de cleri. non reſiden.Sed diſpoſitio iuris communis ad excludendum maritum a ſucceſſione dotis æquiparat filium ex vxore, aut nepotem vxoris ex lata ſignificatione Ergo &c. Secunda eſt, vbi in iis, quæ ex lata, & in iis, quæ ex propria ſignificatione ſub eodem vocabulo comprehenduntur,omnino eſt eadem ratio,tunc diſpoſitio, etiam correctoria (duntamen non ſit pęnalis & ſtricta) ad latam ſignificationem extenditur, vt de primo habemus gl no.in clem.1.de elect.in auth.minoris debitor,C.qui tut.da.poſ.& in Authen.vt ij qui oblig. §.ſed & ſi quis.De ſecundo eſt gl.ſingularis in cle.vt ij qui,de ęta.& quali Sed eadem ratio in nepote ex filia eſt, vt maritum a lucro dotis auiæ excludat,quæ eſt in filia, cum nepos ipſe decedēte filia locum ipſius filiæ(quo ad ſucceſſionem auiæ)teneat.Igit conſtitutio volens filium aut filiam extantes a lucro dotis maritum excludere,ſaltem ex lata ſignificatione vocabuli, licet non ex propria, ad nepotem ex filia ſuperexiſtentem trahenda eſt.Tertia,Nam certum eſt, ꝙ ex dicta ſtatuti diſpoſitione a lucro ipſius dotis excluditur contemplatione ſuperexiſtentium filiorum,ergo ipſis filiis, quorum contemplatio
10 ne excluditur,dotis attribuitur ſucceſſio,l.2.§.ſi duo emancipati,ff.de coll.bon.Sed†beneficium conceſſum filio regulariter tranſit ad nepotes,l.milites,l.Diuo Marco, C. de quæſtio. Igitur ſequitur ꝙ beneficium a ſtatuto filiis conceſſum,vt ab eis maritus a lucro dotis excludatur,ad nepotes etiam extendatur, cum ipſa diſpoſitio legis municipalis excludens maritum a lucro dotis ſit fauorabilis, prout in ſimili videmus, ꝙ ſtante ſtatuto,ꝙ extante filio, fęminæ non ſuccedant, etiam nepos ex filio fęminas excludit,quoniam ex ea parte,qua ſtatutum filios excludit,eſt fauorabile.& ideo extendendum ad nepotes, ſaltem ex larga vocabuli ſignificatione.

Secundo principaliter idem tenuit Do.meus Rui. in con-
11 ſi 63.col.2.vol.3.motus hac ratione.Nam†quoties in diſpoſitione hominis,vel ſtatuti filij ſunt poſiti in cōditione,veniūt appellatione filiorum nepotes ex filia præmortua,vt per Bar. in d.l.liberorum,col.4. de verborum ſignificat. dum vult, ꝙ
12 †ſtatutum diſponens, ꝙ fęminæ non ſuccedant extantibus filiis,locum habeat etiam, quando extat nepos ex filio præmortuo,præſertim ea ratione,quia ſubrogatur loco filij,§.cū filius,Inſtit.de hær. quæ ab inteſta.& ſubrogatum ſapere dēt

naturam

Source: BIU Cujas

naturam eius, in cuius locum ſubrogatur. l. ſi eum. §. qui iniu riarum ff. ſi quis cautio. Vnde habet locum extenſio paſſiua, quæ reſultat ex regula iuris antiqui l. 1. §. lex falci. ff. ad l. Falc. & cum Bar. tranſeunt communiter Doct. in l. 2. C. de in ius vo can. Si ergo ratione præmiſſa fit extenſio ad nepotes ex filio præmortuo, ad correctionem iuris communis, vt per Bar. in d. l. liberorum. quanto magis fieri debet, vbi ea mediante ius commune non corrigitur, ſed cõſeruatur, vt eſt in caſu huius quæſtionis, quoniam quod maritus excludatur a lucro dotis, extantibus filijs, vel nepotib. ex filio præmortuo, non eſt contra ius, ſed ſecundum ius commune.

Pro cuius confirmatione faciunt ſcripta per Cur. Iun. in auth. præterea. col. 9. ver. prima dubitatio eſt. C. vnde vir, &
13 vx. vbi dicit, † quod licet diſpoſitio illius auth. quæ loquitur de conſeruanda proprietate liberis eiuſdem matrimonij, ſit correctoria, tamen habet locum in nepotibus, per illam ſin-
14 gularem † concluſionem, quæ habet, quod materia correcto ria quatenus nos reducit ad antiquam diſpoſitionem, dicitur fauorabilis, & per conſequens late interpretanda, iux. glo. in cap. ſtatutum. in ver. numerandum, de præben. in 6. quam cõmendant Alex. in l. ſi conſtante. in princ. col. 5. ff. ſol. matr. & Mod. in l. ſi vnus. §. pactus. ff. de pact. Pro quo accedat, quod
15 dixit Soc. Iun. in conſ. 19 col. 1. vbi etiam voluit, quod † diſpo ſitio ſtatutaria loquens de filiis in ijs, quæ ſunt ipſis filijs fauorabilia, procedunt etiam in nepotibus, dato etiam quod eſſemus in materia odioſa, dummodo redundaret in fauorem filiorum, ergo cum ſimus in materia fauorabili, & per quam conſeruatur diſpoſitio iuris communis, dicendum eſt, vt appellatione filiorum veniant & nepotes ex filio ad excluſionẽ mariti. Nec habet obſtare, ſi diceretur, quod Bar. & alij ſupra citati non loquuntur in caſu, in quo mentio habeatur de fi-
16 liis ex ſe natis, quia reſpondetur, quod † idem dicendum eſt, quando mentio habita eſſet de filijs ex ſe natis, per tex. in d. l. Lucius. ff. de hæred. inſt. vbi conditio fuit adiecta fratri, ſi filium aut filiam ex ſe natum non habebit, quæ verificatur in vlterioribus liberis. & ibi dicunt Ang. & Imo. quos, ſequitur Cor. in conſ. 97. col. 5. in 1. vol. & in cõſ. 207. col. 7. vol 2. quod licet vbi teſtator facit mentionem de filijs ex ſe natis videatur loqui de filijs immediatis, tamen dicta verba porrigũtur ad vlteriores liberos. Hoc idẽ voluit Bart. in d. l. liberorum. in pen. col. ff. de verb. ſign. quem ſequitur D meus Ruin in conſil. 35. colum. 3. verſ. 3. idem probatur. volu. 1. & in dicto conſ.
17 63. colum. 2. in fi. vbi † concludit, quod ſi in aliqua diſpoſitione ſit facta mentio de filiis ex ſe natis, quod veniunt nepotes ex filio præmortuo, quando in perſona filij non fuit ſortita effectum ipſa diſpoſitio. Cui ſententiæ aſſentit Bal. in l. 1. ver.
18 quæro, quid ſi dicatur. C. de cond. inſer. dicens, quod † ſi teſtator in ſuo teſtamento dixerit, ſi hæres deceſſerit ſine filiis ex ſuo corpore natis, ſub iſtis verbis comprehenditur nepos & neptis ex filia, non obſtante, quod dictio, ex, ſignificat cauſam immediatam, quia in nepote eſt ſanguinis continuatio. Vnde immediate dicitur, quicquid per rerum naturam eſt vnũ & idem. l. cum acutiſſimi. C. de fideicom. & Bald. ibi adhærẽt Corn. ac Pau. de Ca. col. 2. vbi dicit hoc procedere, qa auus ip ſum dicitur ſuſcipere ex filia. Nam malleus vel inſtrumentũ
28 licet faciat domum, nihilominũs eſt faber, vt per Bar. in l. per procuratorẽ. ff. de acq poſſ. Idem dixit Bal. in cõſ. 13. in 3. vol. vbi conditio adiecta fratri, ſi deceſſerit ſine filiis ex ſuo corpo re natis, habet locum in filio filiæ, quia cum filia ſit nata ex ſuo corpore, per cõſequens etiam filius filiæ ſui corporis eſt.
19 Hanc † quoque ſententiam amplectuntur Anch. in ca. canonum ſtatuta. col. 25. ver. 3. principaliter. de conſtitu. Alex. in l. ex facto. §. fina. col. 1. ff. ad Trebel. Barb. in c. Raynutius. fol. 15. verſ. expedita. de teſta. Alc. in l. non eſt ſine liberis. ff. de ver. ſig. Pariſ. in conſ. 18. col. 5. vol. 2. Cur. Iun. in d. auth. præterea. col. 3. C. vnde vir & vx. & Rip. in d. l. ex facto. §. ſi quis ita. col. 2. ad Treb. vbi atteſtatur hanc eſſe magis communem
20 † opin. D. meus Rui. in conſ. 35. col. 7. ver. non obſtat. vol. 1. & in conſ. 115. col. 6. & 7. volu. 3. vbi inquit, q̃ appellatio filiorũ ex ſuo corpore natorum veniunt tam nepotes ex filio, quam
21 ex filia, quia † vt declarat Pau. de Caſt. in conſi. 161. filius dicitur portio paterni corporis, quæ transfuſa eſt in procreationẽ filij, vt dicit tex. in l. cum ſcimus. ante fin. C. de agricol. & cenſ. lib. 11. & quæ portio licet conuerſa ſit in nouum hominem, propter nouam & diuerſam animam, tamen negari nõ poteſt, quin remanſerit vera caro & corpus patris, qui (vt di-
22 cunt naturales) prębet † formam in creatione filij, & mater materiã. Et forma eſt, quæ dat eſſe rei & ſubſtãtiam. l. Labeo, §. inſulam. in fi. ff. de acquir rer. domin. Licet ergo ſecundum Pau. de Caſt. reſiduum corporis, quod apud patrem tãquam radicem remanſit, extinctum ſit, hæc tamen portiũcula, quæ in procreatione filij fuit transfuſa, non eſt extincta, ſed aucta, & augmentata, noua anima, & nouo ſpiritu infuſis, adhuc viuit, & ideo per reſpectum ad ſolum corpus poteſt dici corpus & caro filij, vere corpus & caro patris, licet propter nouam animam, & nouum ſpiritum dicatur nouus homo vere, ſed ficte idem. ſicut ſi de radice vitis aliquis ramum propagaret, deinde ſiccaretur vetus radix, non tamen ſiccaretur ramus propagatus, quia nouam emiſit radicem, quæ loco animæ habetur. l. adeo. §. fina. l. qua ratione. in princip. ff. de acquir. rer. dom. & diceretur eadem vitis cum illa, vnde proceſſit, licet renouata & noua radice alita, per no. per gl. in l. obligationum fere. §. placet. ff. de actio. & obliga. licet alio reſpectu propter nouam animam, ideſt nouam radicem, ſeu alimẽtum dicatur arbor noua. l. ſed ſi ex meis, §. arbor. ff. de acquir. re. dom. & ideo ex iſtis rationibus & alijs inquit, quod nepos ex filio prædefuncto facit deficere conditionem adiectam alicui, ſi deceſſerit ſine filijs ex ſe vel ex ſuo corpore deſcẽdẽtibus. facit etiam, quod no. Bal. in ca. 1. §. filia. in fi. de ſucceſſio. feu. vbi ſi pater † recepit feudum pro ſe & maſculis &
23 fœminis ex ſuo corpore deſcendentibus, venit & filius filiæ. Et ibi Bal. ſequitur Affli. Alexan. in d. l. ex facto. §. fi. colum. 1.

Non obſtant, quæ ex aduerſo pro parte contraria adducta fuerunt. Et in primis, quod appellatione filiorum, non veniũt nepotes ex filio, quando fit mentio de filijs cum aliqua qualitate, quæ non conueniat nepotibus, prout eſſe videtur quando
24 fit mentio de filijs ex ſe natis, quia reſpondetur, quod † licet dictũ Bar. in d. l. liberorum. ſit verum in terminis ſuis, tamen non facit ad propoſitum, quia illa qualitas ex ſe natis, conuenit etiam nepotibus, vt voluerunt idem Bar. in d. l. liberorũ. ac cæteri Doct. ſupra relati.

Similiter non obſtãt dicta Ang. in d. l. 1. C. de cond. inſer. & Corn. in d. conſi. 199. ac Sal. in d. auth. ſed & ſi quis. quoniam
25 † contra Ange. ſtat communis Doct. ſententia de qua ſupra, nec in dicto Corn. poteſt fieri fundamẽtum, cum ipſemet cõtrarium teneat in d. l. 1. C. de cond. inſer. colum. 4. & in conſ. 97. col. 5. volum. 1. & 207. col. 7. vol. 2. & Sal. reprobatur per Alex. in d. l. ex facto. § fin. in 1 colum. & Do. meus Ruin. in cõ ſi. 115. colum. 5. vol. 3. & vt diximus, communis eſt in contrarium, a qua non eſt recedendum. Et ad Ange. in d. §. nec illo. reſpondetur quod contrarium tenuerunt Bal. & Affli. in c. 1. §. filia. de ſucceſ. feu. & Alex. in d. l. ex facto. §. fi. Tertio non
26 obſtant † dicta per Bart. in d. conſ. 132. quia contrarium tenuit ipſe Bar. in d. l. liberorum. vbi expreſſe voluit, quod appellatione filiorum ex ſe natorum veniunt nepotes, nec vis facienda eſt in dictione, ex, ponderata per Bar. in d. conſ. quæ ſecundũ
27 eum denotat cauſam proximam, & non † remotã, & ſic nepotes, quia ad hoc patet reſponſio ex dictis per Ang & Imo. in d. l. Lucius. vbi dicunt, quod licet vbi teſtator facit mentionem de filijs ex ſe natis, videatur loqui de filijs immediatis, propter illam dictionem, ex, quæ ſignificat cauſam proximam, tamen dicta verba porriguntur ſeu extenduntur ad vlteriores liberos, & ſic verificatur etiam dictio, ex, in cauſa remota, & hoc propter ſuadentem naturalem rationem, quæ inuitat ad hæreditatem deſcendentes, quæ ratio militat in caſu huius noſtræ quæſtionis.

Itẽ reſpondetur per Bal. & Corn. in d. l. 1. C. de † cond. inſer. quod imo dictio, ex, in hoc ſtatuto denotat cauſam proximam, quia in nepote eſt ſanguinis continuatio. Vnde immediate dicitur, quicquid per rerum naturam continuatiue eſt vnum & idem, quod & voluit Pau. de Caſt. in d. conſ. 161. quod & comprobatur ex nota. per Socyn. in conſ. 51. colum. 1. volum. 4. vbi vult, quod ſi teſtatrix dixerit, quod volebat eius bona peruenire ad deſcendentes ex Ciono, & Ciedo quod veniunt non ſolum deſcendentes immediati ex eis, ſed etiam & alij.

Tertio reſpondetur, quod idem Barto. in d. conſ. 132. in fi. etiam vult, quod nepos ex filio excludat maritum: dum dicit, forte aliud dici poſſet in nepote ex filio, quamuis in nepte ex filia hoc non ſentiat, licet eius opinio in dicto nepote ex filia ab aliis Doc. de quibus ſupra, recepta non comperiatur. Et ideo imponendo finem huic noſtræ quæſtioni, prædictam opinionem tãquam fulcitam melioribus rationibus teneas, quod imo maritus per exiſtentiam nepotum ex filio excluda tur a lucro dotis.

SVMMARIVM.

1 *Statutum de lucro dotis locum non habet in dote tradita viro, & ſubiecta fideicommiſſo, & nu. 5. Sed contra nu. 7. 13 & 14.*
2 *Subſtitutio facta filiæ in dote ultra legitimam ualet.*
3 *Subſtitutio expreſſa eſt potentior, quam tacitum lucrum proueniens ex ſtatuto tanquam ex tacito pacto, ſed contra, nu. 15*
4 *Res datę in dotem tranſeunt cum onere ſuo, & nu. 18. vbi declaratur.*

6 *Diſpo-*

Source : BIU Cujas

6 *Dispositio testatoris non debet regulari secundum dispositionem statuti, ubi uerba sunt clara.*
7 *Substitutio facta per patrem filiæ de dote restituenda, debet intelligi de eo quod restitui potest de iure uel de facto.*
8 *Statutum trahitur ad legatum ex interpretatione passiua.*
9 *Accessorium censetur inesse principali, & nu. 19*
10 *Testator præsumitur uelle, quod leges & consuetudines habeant locum in sua dispositione.*
11 *Pactum factum de dote lucranda, locum habet in bonis subiectis fideicommisso, si legitima & Trebellianica non sufficiunt mulieri ad dotis restitutionem, attenta qualitate eius personæ.*
12 *Viduitas spernitur a iure.*
16 *Substitutio expressa facta in dote debet, regulari secundum naturam dotium, & subiectam materiam.*
17 *Dispositio generalis debet intelligi secundum naturam rei, de qua loquitur dispositio.*
20 *Verba libere, uel pleno iure, idem important, quod sine aliqua diminutione.*

QVAESTIO LVII.

1 PAter relinquit dotem filiæ, & ei † substituit. Quæritur, an maritus, cui ipsa dos data fuit, stante statuto de lucro dotis, excludat substitutum? Videtur primo dicendum ꝙ non,
2 præmittendo prius vnum, videlicet ꝙ † vbi pater expresse substituit filiæ in dote, valet substitutio vltra legitimam, vt per Bar. post Dy. in l. fi. §. filiæ. ff. de leg. 2. & Ias. in cons. 44. col. 1. vo
3 lum. 1. modo sic, substitutio † expressa potentior est, quam tacitum lucrum, quod prouenit ex statuto, vti ex tacito pacto, quia expressum restringit tacitum. l. ex facto. §. item quæro, ff. de vulg. & pup. ergo ipsa substitutio expressa operabitur, ꝙ lucrum dotis non debebitur marito, nisi inquantum ascendit legitima, per no. in d. §. filiæ.

Secundo facit. Nam statutum, de quo quærimus, debet intelligi de illis bonis, quæ simpliciter potuissent dari in dotē, & non de subiectis restitutioni fideicommissi facti sub condi tione. l. fi. C. commu. de leg. Vnde si ea data fuerunt in dotē, transiuerunt ad maritum cum sua causa, & ideo resoluto iure datoris, & sic vxoris per mortem eius resoluetur & ius acceptoris. l. lex vectigali. ff. de pigno. l. peto. §. prædium. de lega.
4 2. c. nuper. de do. int. vir. & vxo. vbi † res datæ in dotem, vel in donationem propter nuptias, transeunt cum onere suo, ita dixit Paul. de Cast. in consilio 59. in fi. volum. 1. & in consilio 43. col. fi. vol. 2.

Tertio accedit authoritas Ale. in consil. 176. colu. 2. vol. 7.
5 vbi † expresse dicit, ꝙ stante statuto de lucranda dote pro dimidia, si reperiatur, ꝙ mulier habuerit dotem, in qua ei datus fuerit substitutus post mortem ipsius, ꝙ eueniente casu conditionis, maritus excluditur a dicta dimidia, de qua in statuto de lucro dotis.

Nec habet obstare secundum eum, si dicatur, ꝙ dispositio testatoris debet regulari secundum dispositionem statuti, vt per Bar. & alios in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebel. & sic ꝙ testator relinquendo dictam rem in dotem, & in auxilium maritandi, videatur voluisse, ꝙ daretur in dotem secundum conditionem statuti, scilicet ꝙ ipsa prædecedente sine liberis maritus lucraretur dimidium dotis. Quia respōdet Ale. ꝙ
6 † quando verba testatoris sunt clara, tunc ipsa verba non intelliguntur secundum dispositionem statuti. Nam in incertis & non certis est locus coniecturis. l. cōtinuus. §. cum ita. de verbor. oblig. & verba secundum eum sunt clara, quando dicitur in legato, ꝙ dicta petia terræ in dotem data post mortem legatariæ peruenire debeat ad suos hęredes. Quo casu, cum illa verba, dicta petia terræ, importent totum, vt per glo. & Bar. in l. si rem. ff. de rei vend. non possumus dicere, ꝙ potuerit marito per legatarium dari dos cum præiudicio fideicommissi apposīti in testamento ad fauorem filiorum, & hæredum testatoris, quia statutum loquens de dote lucranda intelligitur de necessitate, quando dos est data marito simpliciter a persona, quæ poterat disponere pleno iure de re data in dotē, alias sequeretur, quod si mulier dedisset dotem in aliena re, ꝙ maritus vxore prę̄moriente lucraretur dimidiam rei alienæ, qđ stare non potest, quia id, quod nostrum est, sine facto nostro nobis auferri non potest. est verū, ꝙ ille qui talem dotem dedisset tanquam de re sua, teneretur marito de euictione, si dolus tradentis intercessit, vt habetur in l. j. C. de iu. dot.

7 Quibus non obstantibus sententia † cōtraria est de iure verior. Et pro quo primo facit. Nam substitutio facta per patrē filiæ in dote de restituendo, debet intelligi de eo, quod restitui potest de iure & de facto. l. mulier. §. si hæres. ff. ad Trebel. Sed de iure non potest restitui portio, quam vir debet lucrari de publico, quod quidem in hoc derogat vtilitati priuatæ, vt dicit tex. in authen. res quæ. in fi. C. commun. de lega. & in corpore vnde sumitur, in fi. vbi exprimitur de lucro dotis. Ergo &c.

Secundo, quia ex quo pater legauit in causam dotis, debet
8 trahere in tali legato statutum de lucro dotis, quia † statutum trahitur ad legatum interpretatione passiua. l. j. §. lex falcidia. ff. ad leg. Falc.

Tertio probatur. Nam testator, ex quo permisit, ꝙ res tradatur in dotem, censetur etiam permisisse accessorium, scilicet lucrum dotis, quod intelligitur inesse principali. l. ex diuer
9 so. ff. de rei vend. & sic ꝙ † possent constitui dotes secundum naturam ipsarum dotium, & vt lucrum earum facere posset maritus, secundum statuta de dotibus loquentia, argu. l. si stipulatus. §. verum. ff. de vsuris.

Quarto accedit. Nam, ex quo etiam lex disposuit de dotis lucro, & pater de dote, quæ est quoddam vniuersale, intelligi tur pariter de lucro, quod est onus dotis, disposuisse, cum in vniuersalibus semper contineantur onera. l. 2. ff. de hæred. vel
10 act. vend. Quinto testator præsumitur † velle, ꝙ leges & consuetudines habeant locum in sua dispositione. l. quæritur. §. si venditor. ff. de ædil. edic. l. item quia. ff. de pac. Cum igitur pater consenserit, vt lucrum dotis locum habeat virtute statuti ita disponentis: merito id non venit restituendum tam legis dispositione, quam patris voluntate & intentione restitutioni fideicommissi aduersantibus. Ita per hæc quinque arg. consuluit Bal. in cons. 79. col. 2. vol. j. Sexto pro ista opin. facit.
11 Nam † nos videmus, ꝙ quando mulier præter voluntatem testatoris constituit sibi dotes de bonis fideicommisso subiectis, si apponit pactum de dote lucranda, valet pactum, si legitima & Trebellianica non sufficiant ad dotis constitutionem attenta qualitate eius personæ, vt est tex. in Authen. de restit. & ea quæ par. in §. quamobrem. Si ergo ex pacto præiudicat fideicommissario, & maritus lucratur dotem in dictis bonis subiectis restitutioni, vt etiam voluerunt Pau. de Cast. Bal. & Cur. Iun. in rub. in d. auth. res quæ. ac Bal. in cons. 356. vol. 2. & in cons. 75. vol. 4. in fi. & in cons. 101. in fi. & 469. eod. volum. Cuma. in cons. 56. in prin. & Pau de Cast. in l. si mulier. §. cum proponeretur. col. 2. ff. ad Trebell. multo fortius lucrum dotis consequi debet maritus ex vi l. municipalis, cum dos marito data fuerit ex voluntate testatoris, qui censetur voluisse, ꝙ restitutio fieret fideicommissario, vbi diminutio fideicommissi non fieret ex alia causa, vt vult Bald. in d. cons. 79. col. 2. vbi proprie dicit, ꝙ iura, quæ dicūt de fidei commisso, loquū tur in alio casu, videlicet quando ius fideicommissi non diminuitur ex alia causa. Septimo corroboratur hæc opi. Nam si uera esset hæc opi. ꝙ maritus uigore dictæ substitutio. non posset lucrari dotem ei delatam à statuto, sequeretur, ꝙ pater vellet inducere uiduitatem filiæ, quæ non esset inuentura ma
12 ritum sine † spe dicti lucri, quæ uiduitas quantum à lege spernatur, demonstrat tex. in l. 2. C. de indic. uidu. toll. igitur, vt reijciatur hæc qualitas viduitatis, quæ posset oriri ex tali substitutione, sequit̄, quod iure merito dicendum venit, maritū etiam de dicta dote debere lucrari, quantum sibi tribuitur ex beneficio legis municipalis. & isto argumento vtitur Bal. (licet non ita late) in consil. 327. uolum. 4. vbi dicit hoc esse,
13 æquū, † & ampliat hoc procedere, vbi etiam talia bona vigore fideicommissi deberēt restitui pijs locis. Vltimo vltra Bal.
14 ita † tenuit Camp. in tract. do. in 5. par. q. 18. ubi concludit, ꝙ si legitimę filiæ sufficiebat ad dotem, & vxor dederit marito alia bona de subiectis fideicōmisso, ꝙ per mortem uxoris illa bona, quę excedebant legitimam, ueniunt restituenda fideicommissario, nec maritus de ipsis bonis poterit aliquid lucrari, & sic vult, ꝙ si legitima non sufficiebat ad dotem, ꝙ valeret talis datio, & ꝙ maritus lucratur de ipsis bonis. Vltimo hanc partem latissime defendit Aymo in consi. 186.

15 Non ob. adducta † in contrarium. Et in primis, quod potentior sit substitutio expressa, quam lucrum tacitū prouenies ex statuto, quia respondetur, quod argumentum istud in iure non subsistit. Quod demonstratur per tex. in l. fi. iuncta authen. res quæ. C. commu. de leg. ubi facta erat expressa substitutio, propter quam res subiectæ restitutioni non poterant alienari irreuocabiliter, & tamen per authen. res quæ. iūcto corpore vnde sumitur, si datur in dotem de bonis subiectis fideicōmisso, cum pacto de lucrando præiudicatur substitutioni expresse, & etiam in ea habet locum statuti dispositio de lucro doris, ut per Bal. Pau. de Cast. & Cur. Iun. in d. auth. res quæ. & alios supra citatos. Igitur non militat argum. dictę
16 substitutionis expressæ. Secundo respondetur, ꝙ † etsi testator fecerit substitutionem expressam, quod ea regulari debet secundum naturam ipsarum dotium, & secundum subiectā materiam, vt lucrum earum facere maritus possit, secundum
17 statuta de dotibus loquētia, quia † dispositio generalis debet intelligi

intelligi ſecundum naturam rei, de qua loquitur diſpoſitio. l. j. §. j. ff. de offic. procur. Cæſar. & melius ad hoc facit conſilium Oldr. 243. factum tale eſt, col. 2. vbi voluntas diſponentis intelligitur ſecundum naturam rei, & ſic talis eſſe intelligitur voluntas diſponentis, qualis eſt natura rei. Sed per tale ſtatutū data eſt certa lex & natura doribus, vt dimidiam partem earū maritus ſuperſtes lucrifaciat, ergo ſecundum talem naturam diſpoſitio teſtatoris debet intelligi. ita reſpondet Aymo in d. conſi. 186. col. 3. in princ. Ad ſecundum argum. Pau. de Caſt. in d. conſil. 59. vol. 1. & 43. volu. 2. reſpondetur, ꝙ contra eum ſtant deciſiones ſupra citatæ. Vel & ſecundo reſpondetur, ꝙ fundamentum eius caret veritate, quia (vt ſupra dictum fuit) mulier, quæ eſt grauata reſtituere bona ſubiecta reſtitutioni, poteſt de ipſis ſe dotare, & in ipſis habet locum diſpoſitio ſtatuti de lucro dotis, vt voluerunt Bal. & alij ſupra citati, & tamen conſtat clarè, ꝙ de illis bonis non poterant ſimpliciter facere dationem dotis, cum eſſent ſubiecta fideicommiſſo.

18 Iure igitur merito venit dicendum, ꝙ †in dicto Pau. non poſſit fieri fundamentum, nec tex. in ca. nuper. de do. inter vir. & vxor. vbi dos & donatio propter nuptias debet tranſire cum onere ſuo, poteſt locum habere in terminis quæſtionis, de qua quærimus, cum ſit diuerſa ratio inter vnū caſum & aliū, vt patet, quia in caſu c. nuper. vſufructuarius non poteſt plus iuris in alium transferre ſine conſenſu proprietarij, quam qđ habet: nimirum ſi mortuo vſufructuario quod datum fuit mulieri, reuertitur ad proprietarium. Sed in caſu noſtro ex quo, qui fecit ſubſtitutionē, eſt dominus, & de bonis ſuis poteſt diſponere perm ittendo, ꝙ res, in qua facta eſt ſubſtitutio, tradatur in dotem, in conſequentiam cenſetur etiam voluiſſe, ꝙ acceſſorium, & ſic lucrum dotis competens marito ex beneficio ſtatuti, ei debeatur ea præmoriente ſine liberis, ar-
19 gu. l. ex diuerſo, de rei vend. vbi acceſſorium † cenſetur ineſſe principali. Non obſt. ꝙ Alex. teneat contrarium in conſ. 176. uol. 7. quia etſi hoc ibi teneat, tamen habet multos ei aduerſantes, vt ex ſupra citatis authoritatibus ſatis demonſtratur. Secundo reſpondetur, ꝙ Ale. loquitur in caſu, in quo teſtator voluit, ꝙ bona reſtituerentur libere & pleno iure, quæ equidem verba magni momenti ſunt, quia important idem
20 †ꝙ ſine aliqua diminutione, vt in authent. hoc vſus. & ibi Bal. C. de ſacroſanc. eccleſ. & ita reſpondet Aymo in citato conſilio 186. colum. fin.

Pariter non obſtat, quod ſubdit Alex. in d. conſi. ꝙ diſpoſitio teſtatoris non debet intelligi ſecundum leges & conſuetudines locorum, cum verba ſint clara, quia reſpondetur, ꝙ ſi Alex. hoc vult intelligere in caſu ſuo, vbi erant iſta verba, ꝙ dicta petia terræ libere, expedite, & pleno iure peruenire debeat ad filios, & hæredes ipſius teſtatoris, poteſt procedere eius ſententia propter enixam voluntatem ipſius diſponētis, quæ reſultat ex dictis verbis prægnantibus, & geminatis, iux. l. Baliſta. ff. ad Trebel. & no. per Bar. in l. cum ſcimus. C. de agr. & cenſit. lib. 11. Secus autem vbi ſimpliciter dictum eſſet, ꝙ dicta petia terræ peruenire debeat &c. tūc male loqueretur, quia cum verba non ſint clara, immo dubia, militat diſpoſitio iuris, ꝙ teſtator cēſetur voluiſſe in ſua diſpoſitione, quod leges & conſuetudines diſponāt, vt in ſpecie in caſu quæſtionis, de qua tractamus, conſiderant Bal. in d. conſ. 79. colu. 2. & Aymo in alleg. conſ. 186. col. 4. & ſic firmata remanet concluſio, quod ſtatutum de lucro dotis locum habeat in bonis ſubiectis fideicommiſſo, quod tamen intelligas locum habere, & procedere, vt in quæſtione ſequenti.

SVMMARIVM.

1 *Statutum de dimidia dote lucranda locum non habet in bonis ſubiectis reſtitutioni fideicommiſſi, ſi mulier habebat alia bona, in quibus poterat ſe dotare.*

2 *Dolus mulieris dantis in dotem marito bona ſubiecta fideicommiſſo operatur, quod vir ratione dotis euictæ poterit agere de euictione ſuper reliquis bonis vxoris, & in eis conſequi lucrum ſibi a lege municipali conceſſum.*

QVAESTIO LVIII.

QVid autem ſi mulier habebat alia bona libera, in quibus poterat ſe dotare, an de bonis ſubiectis fideicommiſſo
1 datis †in dotem poterit ꝙſequi lucrū dotis? Bal. in conſ. 469. vol. 4. format hanc quæſtionem, & decidit ꝙ non, quia illa, quæ habet aliunde, vnde ſe dotet, non poteſt dotis cauſa fideicommiſſum euertere, vel minuere, per tex. authen. res quæ. C. commu. de leg. & in corpore vnde ſumitur, & Bal. ſequitur Aymo in conſ. 19. col. fin. ſed melius in conſ. 186. in fi. vbi inquit hoc eſſe notabile dictum. Idem voluit Pau. de Ca. in conſil. 77. in 8. dubio. volu. 2. Soc. in conſi. 23. col. 1. cum ſequen. vol. 3. Cur. Iun. in conſi. 154. in fi. & ſi dicatur, quomodo erit conſultum viro reſpectu lucri dotis? reſpondet Bal. vbi ſupra, ꝙ †vir ratione dotis euictæ poterit agere de euictione ſu-
2 per reliquis bonis mulieris, & hoc modo ei poterit ſatisfieri pro dicta dimidia lucri dotis. Quod & placuit Aymo. in loco ſupra citato, necnon & Ale. de quo ipſe mentionem non facit in conſ. 176. col. pe. vol. 7. quando interceſſit dolus traden tis dotem, qui dicitur adeſſe, quando grauata reſtituere, quæ habebat alia bona, voluit dare in dotem res ſubiectas reſtitutioni, & ſic fraudare maritum lucro dotis eueniente conditio ne mortis ipſius vxoris, vt voluit Cy. Bal. & Saly. in l. j. C. de iu. dot. quod voluit Corn. in conſ. 140. col. 2. volu. 2. quem refert & ſequitur Aymo in conſi. 193. col. 2. in prin. in verſi. & quod ex tali.

SVMMARIVM.

1 *Statutum de lucro dotis locum habet, etiam ſi mulier ſit condemnata, & eius bona publicata fiſco propter unum ex quinque delictis, de quibus in l. quinque legib. ff. de bon. dam.*

2 *Retentione lucri dotis traditæ poterit vti maritus contra fiſcum, ſi bona mulieris propter vnum ex delictis, de quibus in d. l. quinque legibus. fuerint publicata.*

3 *Actionem cui damus, multo magis exceptionem.*

4 *Bona vxoris etſi fiſco publicata fuerint propter unum ex caſibus de quibus in d. l. quinque legibus. tamen maritus, cui dos promiſſa fuit cum pacto dotis lucrandę, poterit agere contra fiſcum & ſummatim cognito quod ſit creditor, conſequi debet lucrum dotis.*

5 *Maritus lucrum dotis ex pacto non conſequitur in bonis dotalibus, ſi vxor ante matrimonium hęretica erat, ſecus ſi conſtante matrimonio incidit in hæreſim.*

6 *Hæretico interdicta eſt facultas adminiſtrandi, & alienandi.*

7 *Argumentum de pacto affirmatiue ad ſtatutum, eſt validum.*

8 *Lucrum ex forma ſtatuti debitum, eſt magis neceſſarium quam ex pacto.*

QVAESTIO LIX.

1 QVæro, An ſtante ſtatuto de lucro †dotis, ſi vxor damnata fuit ad mortē, & bona eius fuerint publicata propter vnum ex delictis, de quibus in l. quinque legibus. ff. de bo. dam. videlicet maieſtatis, vis publicæ, parricidij, beneficij, & de ſicariis, maritus poſſit petere a fiſco, quod ſibi debeē ex beneficio dicti ſtatuti de lucro dotis. Quæſtio hęc deciſa cōperitur per Bar. in d. l. quinque legib. vbi tenet, quod ſi initum
2 †fuit pactum inter virum & vxorem de dote lucranda, & maritus eam conſecutus fuerit, ꝙ poterit ſe tueri exceptione re-
3 tentionis †cōtra fiſcum, quia, cui damus actionem, multo magis exceptionem, vt per gl. ibi. Si autem non habuerit, poterit
4 agere contra fiſcum, & formatim † cognito ꝙ ſit creditor, fiſcus tenetur ei ſoluere lucrum dotis. l. vt res. ff. de iure fiſci. Sequendo Bar. idem voluit Alber. de Roſa. in trac. ſtatu. in 3. parte. q. 5. vbi præmiſſa quarta quæſt. An ex delicto vxoris dos pu
5 blicetur, in quinta quærit, quid ſi vxor fecit pactum cum †marito de dote lucranda, & matrimonio conſtante condemnetur de hæreſi, nunquid dos publicetur, vel eam maritus lucretur ex pacto. Et dicit eſſe diſtinguendum, aut vxor erat hæretica ante contractum matrimonium, & tunc pactum, quod fe
6 cit cum marito non valet, quia †interdicta ſibi erat facultas adminiſtrandi, & alienandi. l. manichęos. C. de hære. l. ex iudiciorum. ff. de accuſ. Aut non erat tunc hæretica, ſed exinde facta conſtante matrimonio, & tunc ſecus, quia delictum vxoris non habet nocere marito. l. poſt contractum. ff. de donatio. l. ſi quis poſt hac. C. de bo. proſcripto. Cui ſententiæ pariter aſſentit D. Ioan. Bapt. de S. Blaſio in trac. de priuil. dot. priui. 93. Si ergo ſtante pacto vir lucratur dotem, quando facta fuit pu-
7 blicatio bonorum †vxoris, igitur & fortius debet lucrari, ſi ſtatuto ita caueatur, cum validum ſit argumentum affirmatiue de pacto ad ſtatutum. l. non impoſſibile. vbi ſcriben. ff. de pac. & in materia propria ſtatuti, de qua quærimus, ita tenuit Ange. in trac. malefi. in ver. & eius bona publicamus. ver. an vxor damnata. & Soc. in conſ. 121. col. 4. ver. ſecunda ratio, volu. 4. vbi inquit, quod ſicut quādo publicatur dos propter delictū vxoris in caſibus, de quibus in d. l. quinque legibus. vir petere poteſt, quod lucrari debet ex pacto, vel ſtatuto. Idem etiam quando confiſcantur bona mariti, vxor petere poterit lucrū, quod ſibi debetur in bonis mariti ex diſpoſitione legis. & ſubdit, ꝙ quamuis Bar. in d. l. quinque legibus, loquatur, quando lucrum cauſātur ex pacto, tamen idem erit, quando cauſatur ex diſpoſitione ſtatuti, cū de pacto ad ſtatutum (vt dictū fuit)
8 validum ſit argumentum, eo maxime quia iucrum †ex forma ſtatuti debitum, eſt magis neceſſarium quam ex pacto, vt patet ex

Source : BIU Cujas

tet ex iis, quæ dicunt Iac.de Are.Bart. & alij in l. ſi cum dotẽ. §. ſi pater.ff.ſol.mat.& hanc partem ſimiliter amplectitur Anch.in c.decreuit.de hær.in 6.Camp.in tract.de dote.q.80.in 8. priui.dot.& Afflict.in c.1.in uer. condemnatorum. num.46. quæ ſint rega.

SVMMARIVM.

1 *Statutum quod vxore decedente ſine liberis maritus lucretur dotem, vẽdicat ſibi locum, quando maritus & vxor ſimul decedunt, quod amplia vt nu.3.*
2 *Stipulatio de dote lucrãda ſi mulier in matrimonio deceſſerit, locum habet, ſi maritus & vxor ſimul perierint.*
4 *Maritus & uxor ſi ſimul moriantur ad donationem ualidandam præſumitur præmortuus donator.*
5 *Pactum ſi eſt initum inter uirum & uxorem, quod ea decedente maritus lucretur dotem, ſi ambo intrant monaſterium, maritus lucratur dotem. & nu.8.*
6 *Statuto ſi caueatur, quod uxore præmoriente ſine liberis maritus lucretur dotem, ſi ambo ſimul moriantur, maritus excluditur a lucro dotis.*
7 *Præmori aliquem ubi requiritur, non ſufficit, quod ſimul moriantur, uel quod non appareat quis prius mortuus fuerit. Immo debet apparere quis primo ab humanis deceſſerit.*

QVAESTIO LX.

1 STat ſtatutum, quod uxore decedente ſine†liberis maritus lucretur dimidium doris. Nunquid tale ſtatutum vendicet ſibi locum, ſi maritus & eius vxor ſimul decedant? Bar. in l.qui duos.§.ſi maritus,de reb.dub.tenet quod ſic, per illũ
2 tex.iuncta gl.†ubi ſtipulatio de dote lucranda,ſi mulier in matrimonio deceſſerit, locum habet, ſi maritus & vxor ſimul perierint, ſi nõ probatur,quod ea ſuperſtes fuerit uiro,& idẽ ſequuntur ibi Pau.de Caſt. Alexand.in addit. ad Barto.& Socyn.Immo dixit ibi Pau.de Caſt.hoc etiam locum habere, ſi nullus ante alium emiſiſſet ſpiritum,& hoc conſtaret.Hoc te
3 nuit † glo.in l. cum hic ſtatus. §. ſi ambo. in ver. ſimul. ff. de do.inter vir.& vxo.Probatur quoque hæc opinio,per tex.iũcta gloſ.in l.ſi poſſeſſor.in §. ſi eodem.in uerſi. deceſſerint.ff. de relig.& ſumpt. fune. vbi ſi eodem momento temporis vir & vxor deceſſerint, Labeo ait in hæredem viri pro portione dotis dandam eſſe actionem funerariam, quoniam id ipſum nomine dotis ad eum peruenit.glo.in uerſi.idipſum exponit, ſcilicet portio dotis, & ſubdit. Pone enim talem pactionem fuiſſe,maritus doris dimidiã lucraretur, ſi vxor deceſſerit in matrimonio, & dubium fuerit, an prius deceſſiſſet in matrimonio, an poſt Reſpondet glo.quod præſumitur mulierem prius deceſſiſſe.Ideoque ſumptus funeris ad hæredem viri ptinere, & iſtam glo.ibi dixit notabilem Alber.de Roſa. Hanc quoque ſententiam tenuit Homod.in conſi.9.col.1.Bal. in l. hæreditarijs.colum. 3. verſi. ſed poſſet dubitari.C. de hæred. acti.Idem dixit Bal.in d.l.ſi poſſeſſor.quem ſequitur Cremen. in ſing.52.vbi inquit ꝙ ſi ſtatuto caueatur,quod mortua vxore in matrimonio maritus lucretur tertiam partem dotis, & ambo ſimũl moriãtur, vel ex naufragio, vel ex ruina domus, & neſcitur quis anterior & poſterior fuerit mortuus, quod fauore ipſius lucri præſumitur mortua vxor, & ſic habebat locum diſpoſitio ipſius ſtatuti.& ad hoc dicit ſe allegare optimum tex.in d.l.cum hic ſtatus.§ ſi ambo.de don.inter uir.&
4 vxo.ubi ſi †maritus & vxor ſimul moriantur ad donationem validandam præſumitur præmortuus donator, ſiue donatarius fuerit maritus,ſiue vxor,quod dicit notandum.Cui ſententię pariter eſſentit Luc.dePen.in l.principes.in 44.caſu.C. de princip.agen.in rebus,libro 12.ubi dicit,ꝙ uxor præſumitur prius in naufragio deceſſiſſe, quam maritus,vbi agitur de dote reſtituenda per d.§.ſi maritus. Secus agitur de donatione habita inter eos. Nam tunc præſumitur prius deceſſiſſe donator.l.ſi inter virum.ff.de reb.dub. Et in hoc inhęret Ancha.in conſ.438.col.fi.& Marſ.in rub.C.de prob.num.415.

Pro cuius confirmatione accedat, quod notant Petr. &
5 Cy.in l.Deo nobis,col.pen.† & ibi Salyc.in fi.C. de epi.& cleric.vbi dicunt,quod ſtante pacto inito inter virum & vxorẽ, quod ea decedente maritus lucretur certam partem dotis,ſi ambo intrant monaſterium, maritus lucrabitur dotem, per tex.in dic.l.qui duos,de reb. dub.
6 Limita † tamen iſtam opinionem procedere in terminis, de quibus ſupra,videlicet in ſtatuto loquente de vxore decedente, ſecus ſi ſtatutum loqueretur de vxore præmoriente, quia tunc ſi ambo moriantur, non dicitur maritus ſuperuixiſſe,ita dixit Pau. de Caſt. in dic. l. qui duos.§. ſi maritus. per
7 tex.in l.quod †de pariter.ff.de reb. du.vbi quoties requiritur, aliquem præmori,non ſufficit,quod ſimul moriantur, vel ꝙ non appareat, quis prius mortuus fuerit, imo debet apparere,quis primo ab humanis deceſſerit. Idem vult ipſe Pau. de Caſt.in l.ſi inter col.2 ff. de reb. dub. dicens quod ſi eſſet caſus,in quo requireret alterum ſuperuixiſſe,vel præmortuum fuiſſe, nõ ſufficeret eos ſic ſimul deceſſiſſe. Hoc etiam tenuit Homo.in d.conſ.9 quem ſequuntur Præpoſi. Alex.in c.fi.col. 4.de donat. inter vir. & vxor. & Moder.in rep.rub.eo tit. §.7. col. 3.vbi mouentur hac ratione, quia cum iſto caſu ex præmorte vnius & ſuperexiſtencia alterius occurrat,quod purificari debeat conditio lucri, non poteſt dici vnũ præmortuũ alteri, ex quo ſimul deceſſerunt. Iõ non occurrit,nec purificatur conditio lucri, vt eſt text. qui ſecundum eos ſic debet intelligi,in d.l. quod de pariter.cum l. ſeq. ff. de reb.dub.quia præmorte vxoris & ſuperexiſtentia viri debet maritus lucrari dotem, vt dictat ſtatutum, ergo &c. Nam cum iſti ſimul mortui ſint,iſta facultas impedit ordinem prioris & poſterioris l.Arethuſa. ff.de ſtatu homin. & per conſequens conditio lucri non eſt purificata, & ſic non debet habere locum ſtatutum.Pro qua limitatione facit etiam,quod dixit Petr.Cyn.&
7 Sal.in d.l. Deo nobis. vbi volunt, quod ſi †factum fuerit pactum inter virum & vxorem,quod qui eorũ ſuperuixerit, lucretur dotem,uel donationem ante nuptias, ſi ambo intrant monaſterium neuter lucrabitur,quia neuter alteri nunc dicitur ſuperuiuere. Quod & uoluit Anchar.ſequendo Cyn. ubi ſupra in conſ.263 col.pen.in fi.& in conſi.438.circa fin.Moder.in d. repet.ubi ſupra, col.4.& Anan.in d.c.fi.de donat. inter uir.& uxor.

SVMMARIVM.

1 *Occidens uxorem excluditur a lucro dotis, ſecundum communem.*
2 *Mortis appellatione, intelligitur de naturali.*
3 *Legis natura licet ſit dare formam futuris negotijs, tamen ut euitetur materia delinquendi, reſtringitur ad pręterita.*
4 *Statutum permittens, quod filio ſpurio relinqui poſſit, ſecundum communẽ non valet.*
5 *Negligentia inferiorum non deuoluit poteſtatem ad ſuperiorem, quando illa negligentia doloſe cauſata fuiſſet a ſuperiore.*
6 *Beneficium ſentiens ex delicto alterius, commodo illius priuatur, ſi doloſe procurauit delictum committi.*
7 *Statuto ſi liceat impune occidere bannitum, procurans doloſe bannum alterius, vt illum occidere ualeat, non gaudet priuilegio impunitatis.*
8 *Vaſalli licet non priuentur feudo, quando dimiſerunt dominium in prelio propter eorum impotentiam, tamen ſecus quando eorum culpa cauſata fuiſſet ipſa impotentia.*
9 *Donatio inter virum & vxorem & ſi morte confirmetur, tamen ea non cõfirmabitur, ſi vxor a marito interfecta comprobetur.*
10 *Beneficiuum vacans, uel uacaturum cum morte uiolenta, licet ueniat in impetratione beneficij vacantis, uel uocaturi per mortem Titij, tamen ſecus, ſi impetrans fuit cauſa mortis, quia impetratio non ualet.*
11 *Maritus occidens uxorem, ſecundum communem, perdit ius ei ſuccedendi.*
12 *Succedere quis non poteſt ei, quem interfecit.*
13 *Pactum factum inter virum & uxorem de dote lucranda locum non habet, ſi uxor fuerit a marito occiſa.*
14 *Prẽmium ex maleficio ſuo quis non debet reportare.*
15 *Verba legis generalia, etiam in fauorabilibus debent referri ad bene merentes, non autem ad odioſos, uel indignos.*
16 *Papa non preſumitur uelle prouidere indignis, quia odioſi non comprehenduntur in gratijs.*
17 *Vxorem interficiens priuatur beneficio aliam accipiendi.*
18 *Pęna maior imponitur ſecundum canonem interficienti uxorem, quam matrem.*

QVAESTIO LXI.

1 DVBIVM offertur, An† ſtatutum de lucro dotis locum habeat,ſi uxor a uiro interfecta comperiatur? Et breuiter agendo teneas ꝙ non. Primo,quia uerba huiuſmodi ſtatuti dotis ſunt proprie intelligenda, vt late diximus ſupra in q. 2.poſt Ang.& alios ibi citatos. Sed appellatione mortis pro-
2 prie uenit† naturalis.l.ex ea.§.inſulam.ff.de uer.ob.not.Alex. in l.in inſulam.ff.ſol.mat.& in conſi.2. col.1.uol.1. Cum ergo uerba ſtatuti dicant, ꝙ per mortem uxoris maritus lucretur dotem, debent intelligi de naturali, & non de uiolenta illata per maritum in perſonam vxoris, alias, id eſt, ſi ſecus diceremus,ſtatutum daret materiam delinquendi maritis, quia aliquando dedignati cum uxoribus,ut uoluntati,& iræ ſuę ſatiſfacerent,& dotem lucrarentur,inducerentur ad occidendas uxores.& ideo fienda eſt neceſſario iſta reſtrictio,iuxta l.conuenire.ff.de pact.dotali.& ea quæ no. Bart.& Bal. in l.cum lex.
3 ff. de legib.ubi†licet de natura legis ſit dare formam negotijs futuris, tamen ad futura non porrigitur, ſed ad præterita reſtringitur

Source : BIU Cujas

ſtringitur lex, quando alias daretur delinquendi occaſio, & iſtud dictum fuit Odofre. & refert & ſequitur Salyc. in l. 2. C. de genera. abolitio. Accedat, quod uolũt Laſ. in l. 3. in prin. col. 2. in fi. ff. de iureiuran. & Dominus meus Ruin. in conſil. 179.
4 colum. 5. vol. 5. vbi dicunt, ꝙ non ualet ſtatutum, † ſecundum communem opinionem, per quod permittitur, quod filio ſpurio relinqui poſſit, quia ſecundum Bal. in l. eam quã. C. de fideicom. & Imo. in l. 3. ff. de teſta. daret materia delinquẽdi.

Secundo facit, quod no. Abb. in c. poſtulaſti, in vlt. notab.
5 de conceſ. præben. vbi per † illum text. dicit, quod ex negligentia inferiorum poteſtas non deuoluitur ad ſuperiorem, quando ſuperior doloſe procurauit illam negligentiam, quia non debet dolus ſibi prodeſſe, nec pro eo commodum reportare. Et etiam inquit, quod ſi pro certo delicto per aliquem
6 † commiſſo eius bona debent ad certam perſonam peruenire, ſi illa perſona dolo procurauit illius delictum, non debet conſequi bona. Subdens quoque, quod ſi ex ſtatuto liceret
7 impune occidere bannitum, quod † doloſe procurans bannum alterius, vt poſſit eũ occidere, nõ gaudet priuilegio impunitatis, & cum Abb. tranſit Lancel. Dec. in l. ſi ab hoſtibus. §. ſi vir. ff. ſolu. matri. vbi dicit, hoc de facto habuiſſe in ciuitate Senarum.

Tertio accedat, quod voluit Præpoſi. in c. 2. colu. 2. de feu.
8 ſine culpa non amitten. vbi licet † excuſentur vaſalli vt non priuentur beneficio feudi, ſi dimiſerunt dominum in prælio propter impotentiam, tamen non excuſarentur ſi ex eorum culpa prouenit talis impotentia.

9 Quarto facit. Nam licet donatio † inter virum & vxorem morte confirmetur. l. 1. & 3. l. ſi maritus. la 2. l. Papinianus. l. cum hic ſtatus, in prin. ff. de do. inter vi. & vx. Tamen ea non confirmabitur morte, ſi vxor a marito interfecta comprobetur. quia non videtur de hoc caſu cogitatum inter eos. Hinc dixit Anan. ſequendo hoc dictum Bal. in c. fin. colu. 3. de homicid. cum quo tranſit ibi Fely. & in c. in noſtra. correlario.
10 37. in fi. quod ſi † quis impetrat beneficium vacans vel vacaturum morte Titij, licet veniat beneficium vacans cum morte violenta, vt per Doct. in c. ſuſceptum. de reſcrip. in 6. tamen ſi impetrans fuiſſet cauſa mortis Titij, non valeret impetratio.

Quinto dixit Bal. quem communiter ſequuntur Seriben. in l. 1. colum. fin. verſicu. extra quæro. C. vnde vir & vx. quod
11 † maritus occidens vxorem perdit mero iure ius ei ſuccedendi, & Bal. etiam ſequitur Dec. in conſ. 325. colum. 1. ratio eſt (ſecũdum Bal.) quia qui occidit, videtur ſua culpa diuertiſſe, vnde nihil lucratur. l. conſenſu. C. de repud. Idem voluit Cal. in conſ. 29. in fi. volum. 3.

Sexto confirmatur iſta opi. ex no. per Bar. in l. cum ratio.
12 § fi. ff. de bon. dam. vbi † quis non poteſt ſuccedere ei, quem ipſe interfecit, & cum Bar. tranſit Dec. in citato conſi. 525.

Septimo, accedendo propius ad terminos quæſtionis no-
13 ſtræ, eam decidit tex. in d. §. ſi vir. vbi pactum † factum inter maritum & vxorem de lucrando dotem, non habet locum, ſi vxor a marito fuerit interfecta: quia, vt dicit tex. nõ eſt ęquũ, virum ob facinus ſuum dotem ſperare lucrifacere, quẽ dicit notandum ibi Bar. in fi. ad ſtatutum, de quo nunc tractamus.
14 & Bar. ibi ſequuntur omnes Scriben. quia † inconueniens eſt, vt quis præmium ex maleficio ſuo reportare habeat. l. re-
15 legatorum, in fi. ff. de interdict. Item, & quia verba legis † generalia debent reſtringi ad merentes, non autem ad indignos vel odioſos, etiam ſi eſſemus in materia fauorabili, & in vltimis voluntatibus, vt eſt text. notabilis in l. Lucius. §. Lucius Titius. ff. de lega. 2. per quem dixit Bal. in c. fin. in 1. col. de præſump. quẽ ſequitur Laſ. in d. §. ſi vir. col. 1. & Marſ. conſ 93. col.
16 2. quod † Papa non præſumitur velle prouidere indignis, quia odioſi non comprehenduntur in gratijs. l. teſtamento centurio. ff. de manumiſ. teſt. Et idem in terminis huius quæſtionis dixit Bar. in l. ei qui. ff. de ijs quib. vt indig. Bal. in l. 1. §. ſed nec retentio. in fi. C. de rei vxo. actio. Aret. in §. fuerat. col. 6. Inſtit. de actio. Cãp. in tract. dor. in 5. par. 2. Bal. Nouel. in tract. do. in 8. par priuileg. 31 Marſi. in l. nihil intereſt. in prin. ff. ad l. Cornel. de ſica & in conſ. 93. col. 1. & 2. Io. de Amic. in cõſ. 9. col. 1. vbi atteſtatur Doct. communiter ita tenere. Boer. in deciſ. 244. col. pe. & Deci. in citato conſ. 525. col. 1. vbi inquit, adeo
17 † eſſe graue delictum interficientis vxorem, quod etiam punitur, vt aliam vxorem non habeat. c. interfectores. 33. q. 3. &
18 quod maior 4pœna a canone imponitur interficienti vxorẽ, quam matrem. c. admonere. 33. q. 2. & pro comprobatione huius quæſtionis vide quæ dicta comperiuntur in q. 64.

SVMMARIVM.

1 *Lucro dotis priuatur maritus, ſi vxoris necem non uindicauit.*
2 *Hæres, ſi non vindicauit necem defuncti, priuatur commodo hæreditatis.*
3 *Hæres grauatus reſtituere hęreditatem, ſi non defendit necem teſtatoris, perdit commodum quartæ, & applicatur fiſco.*
4 *Maritus commodo lucri dotis non priuatur, ſi vxoris occiſores ignorauit.*
5 *Sindici, qui ex forma ſtatuti tenentur maleficia denunciare, digni ſunt excuſatione, ſi malefactores non reperierunt.*
6 *Maritus non excludatur a lucro dotis ob necem vxoris non vltæ, ſi ab alio fuit pręuentus.*
7 *Sindici non denunciantes maleficia, ſi ab alio pręuenti fuerint, excuſantur.*
8 *Maritus licet priuetur commodo lucri dotis, ſi vxori infirmæ non adhibuit medicos, tamen hoc fallit, ſi prævenius fuit a fratribus vel a patruo mulieris.*
9 *Maritus lucrum dotis conſequitur, ſi non defendit necem vxoris occiſæ a patre ipſius mariti.*

QVAESTIO LXII.

1 POne, ſtante ſtatuto de lucro dotis, † ꝙ vxor fuit occiſa, & maritus eius necem non vindicauit: nunquid maritus ex beneficio dicti ſtatuti lucrabitur dotem? Breuiter videtur cõcludendum ꝙ non. Primo per tex. in l. ſi ſequẽs. §. cum ex par-
2 te. ff. ad Silla. vbi † hæres inſtitutus pro parte, & cui pariter fuit factum legatum, ſi non defenderit necem teſtatoris: Diuus Seuerus & Antoninus reſcripſerunt, tam hæreditatis portionem, quam legatum auferendum, hæredibus autem, qui in vlciſcenda morte defuncti ceſſauerant, tam ex teſtamento quam ab inteſtato auferuntur bona. Eadem ergo ratione idẽ dicendum eſt, ꝙ marito, qui non vindicauit mortem occiſæ vxoris, auferri debeat dos, quam lucrari debet ex forma ſtatuti, & ita per iſtum tex. in terminis quæſtionis, de qua tractamus, decidunt ibi Bar. Bal. Ang. ac Alc. in addi. ad Bar.

Secundo probatur iſta opinio per tex. in l. Marcellus. §. fi. ff.
3 ad Treb. vbi hæres grauatus † reſtituere hæreditatem, ſi nõ defendit necem teſtatoris, perdit commodum quartæ, quæ applicatur fiſco. ergo & maritus lucrum dotis.

Tertio, per tex. in l. ei qui. ff. de his qui. vt indig. & in l. cum mortem, iuncta gl. in ver. pertineat ff. de iu. fiſ. vbi ſi maritus, ad quem pertinet dos propter pactum, mortem vxoris necatæ non defenderit priuatur hæreditate, & ibi illa iura ponderat Bart. ad terminos materiæ, de qua agitur, poſt Iac. de Are. ibi per eum citatum, & etiam Ang. in d. l. cum mortem. Hanc quoque partem tenuit Bar. & Ang in l. ſi ab hoſtibus. §. ſi vir. ff. ſol. ma. & Luc. de Pen. in l. mulieres. col. 2. ver. item no. C. de incol lib 10.

Limitandam tamen exiſtimamus hanc concluſionem pro
4 cedere, vbi maritus † ſciuiſſet occiſores vxoris, ſecus ſi ignoraret, argu. text. in l. ſi ideo. C. de iis quib. vt indig. vbi excuſatur hæres, qui non eſt vltus necem defuncti, ſi cædis authores reperire non potuit, cum nulla culpa in eo detegatur. Pro quo
5 etiam facit tex. in l. cum fratrem. C. eo. ti & ideo dicunt † Bart. & alij in dic. l. ſi ideo, hoc facere ad excuſandum ſindicos, qui non denunciarunt maleficia ex forma ſtatuti, eo quia non sũt reperti malefactores, quod & voluit Bar. in l. diuus. la 2. col. pe nul. circa fi. ff. de cuſto. & exhib. reo. & Alber. de Roſa. in trac. ſtatuto. in 2. par. q. 72.

6 Secundo limita † eam non procedere, quando alius præuenisſet maritum in vlciſcenda nece vxoris, per ea, quæ no. Laſ. in l. 1. col. 1. ver. ſecundo limitatur. C. de iis quib. vt indig. per tex. in l. ſororem. eo. ti. vbi non imputatur hæredi, ſi non vindicauit necem defuncti, ſi fuit ab alio præuentus, & inquit ibi Laſ in d. l. ſororem. ſecundum Bar. & alios, hoc facere ad excu-
7 ſationem ſindicorum † villarum, qui non denunciarunt, ſi fuerunt ab alio præuenti. Hoc idem probatur ex iis quæ ſcribit Alex. in conſi. 123. col. 2. ver. ſecundo reſpondeo, vol. 7. vbi de
8 cidit, ꝙ licet † maritus priuetur lucro dotis, quando non adhibuit medicum vxori, quæ mortua ſit: tamen hoc fallit, quãdo fuit præuentus a fratribus, vel a patruo mulieris, qui medicũ adhibuerunt, per dictam l. ſororem. & no. per Bar. in l. j. §. eleganter. ff de lib. agno. Pro cuius confirmatione faciunt etiam quæ dicentur infra in q. 67.

9 Tertio, † limita etiam, ipſam concluſionem non procedere, ſi pater mariti fuiſſet ille, qui vxorem filij occidiſſet, quia maritus non teneretur vlciſci necem vxoris contra patrem, quod probatur ex iis, quæ in ſimili determinat Laſ. in l. 1. col. 2. C. de his quib. vt indig. vbi inquit, ꝙ etſi hæres, qui adiuit hæreditatem teſtatoris occiſi inulta eius nece, tãquam indignus priuetur ſucceſſione, tamen ꝙ iſtud limitatur non habere locum in filio inſtituto hærede, quia ſi eius pater occidit teſtatorem, filius inſtitutus non debet accuſare patrem, nec vlciſci necem defuncti contra proprium patrẽ, & ſi ipſam adeat ea inulta, non redditur indignus, & ſubdit, ꝙ hoc fuit dictum ſingulare Alber. de Roſa. a quo didicit in rubr. C. eodem titu.

de

Source : BIU Cujas

de his quibus vt indig. & ita teneas, ſi caſus tibi contingeret in facto.

SVMMARIVM.

1 *Maritus occidens uxorem repertam in adulterio, ſtante ſtatuto uel conſue tudine ſic diſponente, non lucratur dotem, quod declara, ut in nu. 6.*
2 *Prȩmium legale perdit, qui ſibi ius aïcit propria authoritate.*
3 *Actum faciens lege permittente, pȩnam non meretur.*
4 *Vir ſuccedens vxori deficientibus agnatis, licet ei ſuccedere non poſſit, ſi ipſam occidit, tamen ſecus ſi a lege, vel ex ſtatuto hoc ei permittatur.*
5 *Declaratio ad tex. in l. interdum. §. qui furem. ff. de fur.*

QVAESTIO LXIII.

1 QVid ſi maritus † occiderit vxorem repertam in adulterio, ſtatuto vel conſuetudine ſic permittente, an lucretur dotem? Bal. Pau. Imo. Roma. Aret. & Alex. in l. ſi ab hoſtibus. §. ſi vir. ff. ſolu. matrimo. tenent ꝙ non, per tex. in l. interdum. §. qui furem. ff. de fur. vbi qui ſibi ipſi ius dicit propria
2 authoritate, perdit præmium legale. † Idem voluit Matthesi. in notab. 73.

Verum eſt, ꝙ Bar. Ange. & Iaſ. in d. §. ſi vir, tenuerunt con-
3 trarium, quia qui facit actum † lege permittente, pœnam non meretur. l. Graccus. C. de adulter. Ad idem facit, quod ſcribit Dec. in l. 1. col. 2. in fi. ver. quinto limitatur. C. vnde vir & vx.
4 vbi inquit, † quod licet in caſu illius legis, quæ vult, quod deficiẽtibus agnatis vir ſuccedat vxori, ſi maritus interficiat vxorem, non poſſit ei ſuccedere, quia videtur ſua culpa diuertiſſe, tamen quod hoc limitatur procedere, niſi maritus potuiſſet interficere vxorem de iure communi, vel ex forma ſtatuti, quia tunc non deberet priuari ſucceſſione, nec alio lucro, per no. Bar. in d. §. ſi vir. Nec obſtat, ſecundum eum, tex. in d.
5 §. qui furem. quia reſpondetur, † ꝙ illud ibi eſt, quia agitur de remiſſione pœnæ, quæ odioſa eſt, & quæ erat debita ratione delicti, pro quo captus fuerat fur, vnde diſpoſitio illius §. qui furem. non debet extendi ad caſum, de quo ſupra.

6 Tu autem pro concordia diſtingue, † ſecundum Alex. in d. §. ſi vir. ꝙ aut tractamus de lucro legali, vel ſtatutario, quid debetur ratione delicti, & iſto caſu procedat ſententia Bal ac aliorum, qui eum ſequuntur: aut vero a lege, vel a ſtatuto defertur lucrum ex alia cauſa, quam ex delicto, prout eſt ſtante ſtatuto, quod vxore præmoriente maritus lucretur dotem, & iſto caſu ſi vir lege, ſtatuto, vel conſuetudine ita permittente occidat vxorem, tunc lucrabitur dotem, cum illam non lucretur propter delictum, ſed ſecundum communem Doctorum ſententiam, propter onera matrimonij, vt per gl. & Doc. in l. ſi donaturus. §. fin. ff. de condi. cau. da. & ea quæ diximus ſupra in q 4. & hoc caſu ſaluatur opinio Bar. & cum hac concordia pertranſit Camp. in tract. do. in 5. par. q. 5. & Curt. Iun. in d. l. 1. C. vnde vir & vx. col. 2. licet ante Alexan. quo ad iſtud vltimum caput ita voluerit Matthes. in dicto notab. 73. quem ſequitur Iaſ. in d. l. 1. col. 1. C. vnde vir & vxor. & licet Alex. in d. §. ſi vir. videatur impugnare Matthesi. in pacto vel ſtatuto, tamen aduertendum cenſemus ꝙ reſpectu pacti Ale. bene loquitur, quia non eſt veriſimile, ꝙ mulier cogitauerit de tali caſu, reſpectu vero ſtatuti non habet locum eius reproba tio, cum ipſemet, vt diximus, teneat, quod dixit Matthe. ꝙ ſi lex, vel ſtatutum deferat lucrum dotis ex alia cauſa, quam ex delicto, tunc maritus lucretur dotem.

SVMMARIVM.

1 *Maritus priuatur lucro dotis, ſi vxori infirmæ non adhibuit medicum, uel imperitum, & nu. 6*
2 *Paria ſunt occidere, uel infirmum ſine medico negligere.*
3 *Emptori non datur actio, ſi eius culpa mancipium mortuum fuerit, quia me dicum non adhibuit, uel malum.*
4 *Occidens teſtatorem, uel eum infirmum negligens, omni commodo ſucceſſionis tanquam indignus priuatur.*
5 *Vxor preſumitur mortua culpa mariti non ſubminiſtrantis ei medicum, & medicinas, & ideo perinde indignus reputatur, ac ſi eam occidiſſet.*
7 *Dominus qui non facit curare ſeruum infirmum priuatur eius dominio, & ſeruus efficitur liber.*
8 *Donatio facta per uxorem uiro morte non confirmatur, ſi donatarius ei non prouidit de medicinis & alimentis.*
9 *Maritus, qui aufugit tempore peſtis uxore infirma non prouiſo ſibi de alimentis & medicinis, priuatur lucro dotis.*
10 *Maritus ingratus erga uxorem dotem non lucratur.*
11 *Maritus, qui non ſuſtinet onera matrimonij, fructus dotis non lucretur.*
12 *Hȩredibus uxoris incumbit onus probandi maritum medicum non adhibuiſſe. & nume. 15.*
13 *Aſſerens hȩredem non ſeruaſſe voluntatem defuncti, atque ideo priuari debere relictis ſibi factis, habet probare, quod rogatus uoluntatem ſuam non adimpleuit.*
14 *Donanti incumbit onus probandi donatarium ingratum fuiſſe, ut a commodo rerum donatarum excludatur.*
16 *Negatiua debet probari per obijcientem culpam.*
17 *Teſtis deponens ſuper tali negatiua debet reddere rationem ſui dicti, etiam non interrogatus.*
18 *Hȩredibus vxoris non ſufficit probare maritum medicum non adhibuiſſe, ſed quod potuit adhibere, quia erant in loco, quod declara, vt in nu. 22.*
19 *Statuto ſi caueatur, quod minor non poſſit contrahere ſine conſenſu proximioris, ſi aliquis allegaret contractum inualidum, & uult ſe fundare in ſtatuto, debet probare, quod ille erat minor, & quod habebat proximiorem præſentem, quem de facili poterat adhibere.*
20 *Tutori, qui non conuertit pecuniam pupillarem in emptionem prædiorum, culpa, vel negligentia non aſcribitur, niſi oſtendatur, quod erant prædia venalia, quę emere potuiſſet.*
21 *Poteſtati non poteſt aſcribi culpa, quod non cepit malefactores, niſi probetur, quod illos capere potuiſſet, ſi uoluiſſet.*
23 *Locus inſignis appellatur, qui habet forum meri & mixti imperij.*

QVAESTIO LXIIII.

1 QVæritur, † an maritus beneficium lucri dotis ordinatum a lege municipali conſequatur, ſi vxori infirmæ, ex cuius infirmitate mortua ſit, non adhibuit medicum, vel imperitũ. Et non laborando, vbi non expedit, intrepide tenendum eſt
2 ꝙ non. Primo per tex. in l. ſi ſeruum, † in prin. ff. de verb. oblig. vbi paria ſunt occidere, vel infirmum ſine medico negligere. Sed maritus, vt diximus in q. 62. ſi occidit vxorem, lucrum dotis perdit, ergo & ſimiliter ſi vxori ægrotanti medicum non adhibuit.

Secundo per tex. iuncta glo. in verbo culpam, in l. quod ſi
3 nolit. §. ſi mancipium. ff. de ædil. edic. vbi † emptori non datur actio, ſi mancipium mortuum fuerit culpa emptoris, quia nõ adhibuit medicum, vel malum.

Tertio probatur iſta opinio per tex. in l. 3. iuncta glo. in verbo culpam. ff. de his qui vt indi. vbi diuus Pius illum indignũ decreuit, qui manifeſtiſſimè comprobatus eſt, id egiſſe, vt ꝑ negligentiam & culpam ſuam mulier, a qua hæres inſtitutus erat, moreretur, dicit glo. in verbo culpam, non adhibendo medicum, vel malum. Idem dixit tex. iuncta glo. in l. neceſſarios. §. fi. in verbo iniuria. ff. ad Syll. & glo. in d. §. ſi mancipiũ. in verbo medicum. & Bald. in conſil. 26. volum. 3. vbi inquit,
4 † quod teſtatorem occidens, vel etiam, quod minus eſt, infirmum negligens, omni commodo ſucceſſionis, tanquam indignus, deſtituitur.

Quarto hoc decidit glo. in pacto dotis, in l. ſi ab hoſtibus. §. ſi vir. ff. ſolu. matrim. quam ibi auream eſſe dicit Bal. & quæ ab omnibus recepta eſt, vbi dicit, ꝙ ſi maritus non ſubminiſtrauit vxori infirmæ † medicum, vel imperitum, quod eius
5 culpa mortua præſumitur, & perinde indignus reputatur, ac ſi occidiſſet, & in terminis ſtatuti per dictam glo. vbi idem firmant omnes Doct.

6 Pro cuius confirmatione † accedit, qđ volunt Bal. ac alij in l. quod in vxorẽ. C. de neg. ge. vbi dicunt, ꝙ maritus tenet vxori ſubuenire de alimentis, & medicinis, & omnib. neceſſariis, quia quandiu durat matrimoniũ, tenet ſubire onera eiuſdẽ, & ſi ea non ſupportet, non põt dotẽ lucrari, neq; ex pacto, neque ex ſtatuto. Idẽ voluit ipſe Bal. in auth. dos data, col. 2. C. de ſecun. nup. quẽ ſequunt Scrib. in d. §. ſi vir. & in ſpecie Pau. de Caſt. dicens hoc menti tenendum, quia quotidianum, & ꝙ iſtũ caſum habuit de facto Florentiæ. cũ ipſa quoq; ſnĩa trãſit ipſe Bal. in conſ. 53. col. 2. vol. 5. Ab. in conſ. 85. in fi. uol. 2. Soc. in conſ. 105. col. fi. vol. 3. Ale. in conſ. 91. col 2. vol. 7. & in conſ. 123. col. j. eo. vol. Cor. in conſ. 120. col. fi. vol. j & in cõſ. 11. col. pe. uol. 2. & in conſ. 151. col. fi. vol. 4. Cãp. in trac. do. in 5. par. q. 3. & 4. Luc. de Pen. in l. mulieres. col. 2. C. de incol. li. 10. Marſ. in l. nihil intereſt. col. j. ff. ad l. Cor. de ſica. & in conſ. 93. col. 2. Io. de Amic. in conſ. 3. col. fi. & in cõſ. 9. col. 2. Boer. deciſ. 244. col. pe. Are. in §. fuerat. Inſt. de act. col. 6 q ẽt adducit ſimile de dño, qui non fecit (vt debuit) curare ſeruũ ſuũ in infirmitate,
7 † & expellit eũ de domo, qa priuat eius dñio, & ſeruus efficit liber, ꝑ tex. in l. j. §. ſed & ſcimus. C. de lati. lib. tol. Pro cuius corroboratione faciunt, quæ dixit Ripa in trac. peſt. de priu. cõt.
8 col. fi. vbi cõcludit, † ꝙ donatio facta ꝑ vxorẽ viro morte nõ cõfirmatur, qñ donatarius ei non ꝓuidit de medicis, & alimẽtis, cũ culpa poſſit imputari marito, cur mortua fuerit, & ꝙ ſi
9 maritus peſtis tpe aufugeret vxore infirma, non prouiſo ſibi de alimẽtis & medicinis, priuaretur lucro dotis, qđ ex forma ſtatuti debetur. Idẽ dixit ipſe Ripa in l. fi. col. 2. C. de renoc. do
10 na. ꝙ maritus ingratus erga vxorem † non lucratur dotem.

Source : BIU Cujas

11 Vltimo facit.† Nam vir, qui non ſuſtinet onera matrimonij, non lucratur fructus dotis.l.dotis fructus. ff. de iure dot. ergo nec proprietatem eiuſdem dotis,cum ſubſiſtat,& militet eadem ratio,arg. l.ſi ante.iuncta gl.ff.ſol.matrim. Ita dixit Bal. in conſil.289.in princ. vol.1.

Sed quia dubitari poſſet,cui nam incumbat onus probandi,maritum adhibuiſſe medicum vxori:¡An hæredibus vxoris, quod non adhibuerit,vel in marito, quod adhibuerit.

12 † Ideo dicatis, quod obijcienti culpam marito ſpectat onus huiuſmodi probationis, quod ipſe nō adhibuerit medicum vxori. Et primo per ea quæ dicit Barto.in conſil.137.ſtatuto ciuitatis Gualdi,quem ſequitur Cor.in d.conſil.11. col.pen.

13 † vbi dicit, quod qui aſſerit hæredem non ſeruaſſe voluntatem defuncti, & propterea priuari relictis ſibi factis in teſtamento ſecūdum terminos auth.hoc amplius. C. de fideic.habet probare negatiuam,ſcilicet, quod rogatus voluntatē nō adimpleuit,quia qui ſe fundat in negatiua, tenetur eam probare.l.in illa.ff.de verb.oblig.l.ſi quis.C. de fabricenſibus.lib. 10.Idem voluit Sal. in d.authen.hoc amplius,quem ſequitur Corn.in conſ.120. col.fi. vol.1.& ideo dixit Corn. vbi ſupra, ſe conſuluiſſe apud Spoletum, quod ſi eſt inſtituta Titia,& iniunctum ei, quod non nubat ſine conſenſu Caij,& Sempronij,& ſi contrafecerit, priuetur omni commodo ſibi relicto a legitima ſupra, & totum dictum reſiduū diſtribuatur amore Dei,non ſufficit probare,quod illa nupſerit, niſi probetur,quod nupſerit ſine illorum voluntate: Ergo idem dicendum in caſu huius dubitationis, quod hæredibus vxoris incumbit onus probationis ipſius negatiuæ, quod vir vxori infirmæ medicum non adhibuerit.

Secundo facit,ꝙ ſcribit idem Corn. in præfato cōſil. 120.

14 col.2.vbi qui affirmat donatarium ingratum,† & ſic nō preſtitiſſe alimenta petita donanti, ei incumbit onus probandi, aliàs non poteſt dictus donatarius priuari rebus donatis.

15 Tertio,† in terminis hoc voluit Bart. quem omnes alij ſequuntur,in d.§.ſi vir. vbi inquit, ꝙ hæc negatiua debet probari per obijcientem culpam marito, & cum iſta ſentētia trā ſit Alexand.in conſ.ſupra citato 123.col.1.vol.7. vbi expreſsè

16 † dicit,ꝙ iſta negatiua, ꝙ medicus non fuerit adhibitus vxori infirmæ per virum, debet probari per eum, qui ſe fundat

17 in illa,per not.in d.l.in illa. & plus, ꝙ † teſtis deponens ſuper tali negatiua debet reddere rationem dicti ſui,etiam non interrogatus, vt per Bar. in conſ.73. & Bald. in l.cum hi.§.prætor.ff.de tranſa. Hanc quoque partem amplectitur Bar. cum quo alij concordant in l.ſi ſeruum.ff. de verb. oblig. ac idem Bart.in.l. idemq; .ff.pro ſoc.Corn.in d.conſ.120.col. fi.& in d.

18 conſ.11.col.pen.† Et aduertas,ꝙ non ſufficit probare,ꝙ medicum non adhibuit,ſed ꝙ potuit adhibere,cum eſſent in loco medici, alias ſibi non imputaretur, ita Barto. in d.§.ſi vir. & in d.l.ſi ſeruum.qui ab omnibus eſt receptus,vbi etiam inquit, hoc eſſe notandum in omnibus caſibus, in quibus vī alicui quid imputari,ꝙ non fecit per alium, vt habeas neceſſe probare, ꝙ alias inueniebat per quem de facili facere poterat.Quod & voluit Alex.in citato conſ 123.col.2.Socin.in l.1. §.fi.col.pen.ff. de uerb. oblig. in verſ. ſecunda concluſio, vbi dicit,ꝙ ad conuincendum aliquem de negligentia magiſtrorum vel peritorum, oportet oſtendere,ꝙ in loco erant magiſtri,& periti,per no.per Bar.in d.§.ſi vir.Idē voluit Cor. in conſ.241.col.3.uol.2.ubi in ſimili poſt Pau.de Caſt.per eū

19 citatum † dicit, quod ſtante ſtatuto, quod minor non poſſit contrahere ſine conſenſu proximioris, ſi aliquis vult allegare contractum inualidum,& ſe fundare in ſtatuto,debet probare,ꝙ ille erat minor,& ꝙ habebat proximiorem preſentē, ita ꝙ poterat de facili illum adhibere,cum hac ſententia etiā tranſit ipſe Cor. in conſi.151.col. fi.vol.4. Dec.in conſi.430. col.1.duplicato in conſi.632. & in conſ. 562.col.fi.vbi etiam pro hac parte allegat nota. per Bar. in l.tutor qui repertoriū.

20 §. ſi poſt depoſitionem.† in fi.ff.de admi.tut.vbi culpa & negligentia non aſcribitur tutori, qui non conuertit pecuniā pupillarem in emptorem prædiorum,niſi oſtendatur,quod prædia erant venalia, quæ emere potuiſſet. Poſtremo hoc idem voluerunt Camp. in tract. dot. in 5. par.q.3. Ripa in l. in illa. col. pen.ff. de verb.obl.D. meus Ruin.in conſi.12.col. 5. verſ. comprobatur. vol.5. vbi etiam in ſimili dicit, ꝙ non

21 ſufficit † probare ad conuincendam negligentiam Poteſtatis, ꝙ ipſe non cepit malefactores, ſed debuit etiam probare, quod illos capere potuiſſet, ſi voluiſſet.

22 Limita tamen hanc probationem † non fore neceſſariam in ciuitatibus, & locis inſignibus, quia in eis præſumuntur eſſe, vt in c. ſtatutum.de reſcri. in 6. & in l.ſi duas.§.eſt.autē. de excuſa.tut. ita voluit Bar. in d.§. ſi vir.& Doct.in d.l.ſi ſeruum. Alex. in citato conſi.113.col.2.vol.7. & Camp.in loco. de quo ſupra,etiam dicit ſufficere marito adhibere medicū bene diciplinatum, etſi non antiquiorem. Subdens locum

23 inſignem appellari, † quando habet forum meri & mixti imperij, per not. per Ange. in d.l. ſi ſeruum. vbi Ange. hoc nō dicit, ſed credo,ꝙ voluerit allegare Alex.in d.§.ſi vir.etſi etiā hoc voluerit Bar. in l. in bonorū.ff. de bon.poſſ.& Bal. in l.iuris ignorantia.C. qui admitti.Et ſic ex his remanet clare probatum,maritum priuandum eſſe lucro dotis,ſi non adhibuit medicum vxori infirmæ, quæ mortua fuerit, ſi facile adhiberi potuit, & non fecit.

SVMMARIVM.

1 *Medicum non eſſe in loco uel eſſe,ſed imperitum, idem eſt.*
2 *Maritus lucro dotis non priuatur,ſi extra locum pro medico perito non mittit, ſed contra,nu.4.& 8.*
3 *Aeſtimatio rei,ſi fienda eſt per arbitros eligendos ab utraque parte, &, ſi concordes non erunt per duos inſignes arbitrio Iudicis eligendos, hoc intelligitur, ſi reperiantur in loco, alias non cogitur extra ciuitatem illos inquirere.*
5 *Fabri,ſi in loco non reperiuntur, inueniendi ſunt in locis circumuicinis.*
6 *Tutor idoneus ſi non reperitur in ciuitate, debet in locis circumuicinis perquiri.*
7 *Iuris ignorantia ſicut non excuſat mulieres, & ruſticos in lucris quādo potuerunt conſulere peritiores exiſtentes in loco: Ita etiam quando non extabant in loco, ſed in locis circumſtantibus.*
9 *Mulieres ſicut uadunt ad ciuitatem pro indulgentijs, & ruſtici ad nemus pro lignis: ita quoque accedere debent ad ciuitatem pro conſilijs, quod limita ut in nu. 13.*
10 *Diſcuſsio bonorum ſitorum extra prouinciam etſi fieri non debeat: tamen ſecus, ſi bona ſita eſſent in territorio confinante cum iuriſdictione Principis.*
11 *Maritus non abundans facultatibus non tenetur mittere pro medico ad loca circumuicina.*
12 *Item & quando tutus non eßet acceßus ad loca circumuicina.*
14 *Culpam obijcienti marito, quòd potuit habere medicum in loco uicino, incumbit onus probandi.*
15 *Probandi onus ſpectat afferenti mulieres, uel ruſticos potuiſſe conſulere peritiores in locis circumuicinis.*

QVAESTIO LXV.

1 PONE, ꝙ in loco non ſit † medicus, vel ſit vnus,ſed imperitus, quod idem eſt, vt volunt ſcribentes in l.ſi ſeruū. in prin.ff.de verb. obli.per tex.iuncta gl.in l.ꝙ ſi noluit.§.mā

2 cipium.ff.de ædil. edic. An maritus, † ne priuetur lucro dotis, teneatur mittere extra locum pro medico perito? Barto. in l. ſi ab hoſtibus.§. ſi uir.ff.ſolu.matri.videtur ſentire quod non, dum dicit,debet probare,quod medicum potuit adhibere, cum in loco eſſent medici, alias ſibi non imputaretur. Idem ſentit ipſe Barto. in d.l.ſi ſeruum.cum inquit, ꝙ debet probari,ꝙ medici erāt in loco,quos poterat adhibere, & nō adhibuit. Sed expreſſe ꝙ nō cogatur maritus mittere in aliū locum, voluit idem Bar. in l. idemque.ff. pro ſocio.quem ſequitur Alex. in conſi.92. col.2. vol.7. Io. de Amic.in conſ.3. col. fi. qui mouetur etiam ex no. per Ang. in l.hac edictali.§.

3 his illud.col.1.C.de ſecun.nup.vbi dicit, ꝙ qñ rei † æſtimatio eſt fienda,tunc per arbitros eligēdos ab vtraque parte fieri debet,&,ſi nō sūt in concordia,tūc iudex.pōt eligere.§.qđ autem.in Auth. de non alien.& duos debet eligere inſignes, ſi inuenit, alias ſufficit vnus, non tamen cogitur iudex extra ciuitatem peritos inquirere.

4 † Contrarium vero tenuit idem Bartō. in l. continuus. §. qui inſulam.ff.de verborū obliga.vbi dicit,quod ſi fabri non

5 reperiuntur † in loco, quod inueniendi ſunt in locis circunſtantibus, per text.in l.diuus.ff.de tuto.& cura.dat.ab ijs.vbi

6 ſi tutor † idoneus non reperitur in ciuitate,debet perquiri in locis circumuicinis.& per iſtud dictum Barto.Alexand.in d. §. ſi vir, tenet contra Bart. in locis ſupra citatis. Pro cuius cō firmatione faciunt ſcripta per Doct. in l. iuris ignorantia. C. qui admitti. & per Tiraquel. in tract. de retra. char. 936. nu.

7 20.vbi ſicut † iuris ignorantia in lucris non excuſat mulieres,& ruſticos,quando potuerunt conſulere peritiores,vt puta quia moram trahebant in aliqua ciuitate,vel loco inſigni ubi præſumitur adeſſe copia peritorum, vt in ca. ſtatutū. de reſcrip.in 6.Ita & ſimiliter quando nō eſſent in loco peritiores, ſed in alijs locis circunuicinis, quia ſicut mulieres vadūt ad ciuitatem pro indulgētijs,& ruſtici ad nemora pro lignis, ita & debent accedere ad ciuitatē pro conſilijs. Ergo pariter dicendū eſt, quod ad loca circumuicina accedere debet maritus,vel mittere pro medico.

In hac difficultate ſedere diſtinctionis concordabas opiniones, videlicet, vt prima opinio Bar. in d. §. ſi vir.& in d.

l.ſi

Source : BIU Cujas

8 l.ſi ſeruum.ac in l.idemque.procedat,quando † medici eſsēt in partibus longinquis, ita quod commode accedi non poſſit. Opinio vero Bar. in §. qui inſulam. quando in partib.cir-
9 cumuicinis † eſſent medici, vel medicus, ita in terminis noſtris diſtinguit Alexan.in d.l.ſi ſeruum.in princip.in fin.colū. vbi dicit Bal.ita ſentire in d.l.iuris ignor.dum loquitur de ruſtico,qui tenetur venire ad ciuitatem pro cōſilio peritorum, vbi locus non ſit valde remotus.Et iſtam concordiam etiam facit idem Alexand. in d.l.iuris ignorantia.col.2.in verſic. & ſecūdum prædicta limita.Quam & ſentit d. §. ſi vir. dum allegat Roma.in l.ſi duo.de acqui.hæred. Pro cuius confirmatione faciunt, quę no. Butr.& Imo.in c. 2. colum.8.de cōſtit.vbi dicunt, quod ſi eſſet aliqua lex dubia in loco, & ſuper ipſa dubietate eſſet communis opinio, vel eſſet quis in loco, vbi eſſet copia peritorum,cenſetur eſſe in lata culpa, ſi ignorat ipsā communem opinionem,vel id,quod ab alio ſcire poterat,& idem dicit,ſi eſſet in locis circunſtantibus & propinquis,quorum homines cōuerſarentur in ciuitatib.& locis propinquis, in quibus eſſet copia peritorum, ſecus ſi in remotis partibus a locis,vbi ſunt periti, quia tunc non diceretur exiſtens in tali loco eſſe in lata culpa, ſi ignoret ipſam communem opinio
10 nem, vel quod ab alio ſcire poterat,cui accedat, quod † voluit Alexand.in conſ.83.volum.1 vbi dicit, quod licet diſcuſſio bonorum ſitorum extra territorium fieri non debeat, tamen ſi ſint in territorio confinante cum iuriſdictione Principis, & ſic locus ſit vicinus, tunc debet fieri diſcuſſio. Quod & voluit idem Alexand.in conſ. 91. colum.2. in fi.vol. 7.Bologni. conſil. 18. colum. penul. in fi.& Deci.in l. fin. colum.penul. ff. ſi cert.peta.Facit quoque, quod ſcribit Fely. in cap.propoſuiſti. in 3.colum. verſic.fallit tertio,de proba.& in c.ſignificaſti.el. 2. colum. 2. verſicu. fallit tertio,de homicid. vbi inquit,quod licet regula ſit,quod medici,vel alij periti debeant eſſe plures, tamen fallit, ſi in loco reperiretur vnus ſolus peritus,quia tunc ſufficit de illo,nec tenetur quis tranſmittere extra locum pro alio,per doctrinam Bar.in d.l.idemque. Quod tamen intelligendum dicit, niſi occurreret aliquis caſus valde arduus,puta ſi ageretur de morte hominis,quia tūc oporteret mittere ad alia loca pro ſupplendo numero peritorum,niſi ea loca eſſent valde remota.

11 Limita tamen, quod dictum fuit, † maritum teneri mittere ad loca circumuicina, quando abundaret in facultatibus, ita quod expenſa non foret ei difficilis, alias ei non eſſet imputandum,ita in ſpecie dixit Pau.de Caſt.in d.§. ſi vir. col. fi. quem ſequitur Alex. in conſ. 123. colu. 2. in princ. volum.7.

12 Secundo limita præmiſſam concluſionem † locum habere quando eſſet tutum mittere ad loca circumuicina,alias ſecus vt ſi eſſet bellum. Quod probatur ex dictis per Roma. in l. ſi duo.ff.de acqui.hæred.vbi dicit,quod ea, quæ dicta ſunt per
13 Bal.in d.l.iuris ignorantia. C. qui admitti. videlicet † mulieres vel ruſticos teneri accedere ad loca circumuicina pro conſulendis peritioribus,procedunt, vbi tutus daretur acceſſus, & Roma.ſequitur Alexan.in ipſa l. iuris ignorantia. colum. 2. Vnum tamen omittendum non cenſemus, quod ſi quis impingere vellet marito, quod poterat habere medicum in lo-
14 cis circūuicinis, quod ei incumberet † onus probandi, iuxta ea,quæ tradunt Salyc.& Cor.in d.l.iuris ignorantia.& Tiraq.
15 in d.tract.de retract.char.936.vbi dicunt † quod ei, qui affirmat, mulieres vel ruſticos potuiſſe conſülere peritiores in locis circumuicinis, incumbit onus probandi, quod ſubdit Tiraq.menti tenendum.

SVMMARIVM.

1 *Maritus commodo lucri dotis priuatur vxori peſte infectę ſi nō prouidit de medico,& alijs neceſſarijs,quod declara, vt numero 5. & 8.*
2 *Vaſallus derelinquens dominum in bello humano perdit feudum.declara,vt in num.7.& .10.*
3 *Filius negligens liberare patrem a captiuitate, priuatur eius ſucceſſione.*
4 *Idem ſi eum ægrum non curauerit.*
6 *Præpoſitum ſuum ſi quis non protexerit (cum poſſet) in pari cauſa facinoris habendus eſt,alias ſecus.*
9 *Caſu fortuito (quem culpa præceſſit) quis non tenetur, ſi citra eam culpam contigiſſet.*
11 *Vulneratus mortifere quis dicatur.*
12 *Maritus lucro dotis priuatur, ſi aufugiens a loco peſtifero non traduxerit ſecum vxorem,ſed eam dimiſit in eo loco,in quo mortua ſit, ea tamen uolente cum ipſo accedere.*

QVAESTIO LXVI.

1 DVbitatur, an maritus † commodo lucri dotis priuetur, ſi vxori peſte infectæ medicum non adhibuerit? Quæſtionem hanc in ſpecie decidit Ripa in tracta. peſt.in 2.par. in fi. vbi dicit, quod in tantum maritus tenetur ſübuenire coniugi morboſæ de medicinis,cibarijs,& alijs neceſſāriis,iuxta no. in l. quod vxorem. C. de nego. geſt. quod ſi tempore peſtis aufugeret dimiſſa vxore morboſa, & non prouiſo ſibi de alimentis & medicinis,priuaretur lucro dotis, quod ei ex forma ſtatuti debetur, ſecundum Bal.& alios in l. ſi ab hoſtibus.§.ſi vir.ſol.matr.& pro hac parte ſecūdum eum,facit tex.
2 in c.j.quib.mod.feud.amit.vbi † vaſallus derelinquēs dominū in bello humano perdit feudū,ergo idem in marito relinquēte vxorem in bello Dei,necnō tex.in §. ſi vnum. in Authen.
3 vt cum de appel.cogn.vbi ſi filius † negligit liberare patrem a captiuitate,& ſimiliter alij, qui vocantur ad alicuius hæreditatem, priuantur eius ſucceſſione, & idem ſi eum † ęgrum
4 non curauerit,vt in glo.ibi in verbo,neglexerit,per tex.in l.3. ff.de his quib.vt indign.

Verum quia dicta deciſio non ita paſſim intelligenda eſt,
5 ideo declarandam exſtimamus,vt ea procedat † quando vxor laboraret morbo peſtis curabili, ſecus ſi incurabili. Quod p̄batur primo,argum. tex.in l. omne delictum. §. penul. ff. de re
6 mili. vbi ſi quis præpoſitum † ſuum non protexit (cum poſſet) in pari cauſa facinoris habendus eſt,ſi vero reſiſtere non potuerit parendum ei eſt, ergo idem in marito.

Secundo facit text.in l. item quæritur. §. exercitu, iuncta glo.in verbo,non denunciauerit.ff.loca. vbi ſi conductor diſceſſit a colonia exercitu veniente, & per milites ex hoſpitio feneſtræ,& cætera ſublata fuerint, Labeo ait, ſi reſiſtere potuit conductor,& non fecit,tenetur:ſi vero reſiſtere non potuit,tunc ſecundum glo. non tenetur, ſed merces pro rata ei remittitur.

Tertio accedit text.in cap.2. in fi.& ibi Præpoſi. & alij, de
7 feu. ſine cul. non amitten. † vbi ſi vaſallus dominium in pugna dimiſerit,& cum eo non laboraverit,ſi potuerit, amittit beneficium feudi: ſinautem, ſecus.

Quarto,ita in ſpecie declarat Pau.de Caſt.in d.§. ſi vir, vbi
8 inquit, ꝙ licet maritus † priuetur lucro dotis, quando non adhibuit vxori infirmæ medicum,quia ex hac negligentia in dubio mortua præſumitur, tamen ſecus eſt.ſi conſtaret de contrario, videlicet quod in omnem euentum fuiſſet moritura, vt puta ſi erat infirmata peſte, vbi non valent medici,nec medicinæ,& taliter,quod ſecundum communem curſum infecti moriebantur,quia tūc perderet lucrum dotis, ar.l.& in totum,ibi dum dicit,nō facturum,ita ſi ob id res male geſta eſt. ff.de impen. in reb. dotal.fact.& Pau. ſequitur Alex. in conſi. 123.col.2. verſ.tertio reſpondeo, vol. 8. & idem dixit Soc. in conſi. 105 col.fi.vol.3.vbi refert alias ita conſultum fuiſſe per ſolennes Docto.arg.d.l. & in totum. & l. ſi alius. §. eſt & alia. verſ.idē air,ibi,æque perituris ædibus, & per nota.per Bart.in l.ſi quis in graui, in princip. ad Sylla. vbi ſi vaſallus dominum omnino periturum dimiſit in bello, quamuis ei opem ferret, excuſatur. Quæ ſententia confirmatur ex ijs, quæ dixit Bart. poſt Gul.de Cun.in l.ſi vt certo. §. ſed interdum. ff.commo. quem ſequitur Cal.in conſ.145. col.4.in prin. verſ. præterea,
9 volum.3.vbi quis † non tenetur de caſu fortuito, quem præceſſit, ſi modo citra eam culpam contigiſſet. Cui accedat, quod notant communiter Doct.in l.quod te.ff.ſi cer.pet.vbi in actionibus realibus ſi debitor rei conuenti a creditore fuit ab initio bonæ fidei, ſed poſtea ſuperuenit mala fides, ſi res exinde pereat, debitor liberatur, ſi eo modo fuiſſet interitura penes creditorem.

Vltimo corroboratur hæc ſententia ex not. per Scriben.
10 in d.c.1.quib.mo.feu.amit.vbi ſi vaſallus † derelinquat domi num in prælio mortifere vulneratum,non priuatur feudo, &
11 ſecundū Bal.ibi is mortifere vulneratus dicitur, † cuius curatio eſt impoſſibilis,ſecus ſi poſſibilis,arg.l.maritus.ff. loca. & no.in l.ſi ab hoſtibus.§.ſi vir.Quod & dixit Cur. Iun. in tract. feu.in 4 par. in 1.cauſa.& ſic Bal. & eum ſequentes intelligūt no.in d.§.ſi vir,procedere, quando curatio erat facilis, ſecus ſi impoſſibilis, & ita etiam intelligit Ripa vbi ſupra, dum allegat tex.in d.c.1.quib.mo.feu.amit.qui, vt a Doct.concluditur, procedit, quando vaſallus poterat adiuuare dominum, & non aliter,& ſimiliter dum adducit tex.in d.§.ſi vnum, expreſſe loquens de eo, qui liberare poterat captiuum. Vnum
12 tamen memorię mandandum duximus,quod ſi maritus † au fugiſſet propter peſtem non traducta vxore ſana ſecum, ſed ea ire volente dimiſſa in loco poſtifero, ſi moriatur tunc ex peſte,perdet lucrum dotis,ita Ripa vbi ſupra.

SVMMARIVM.

1 *Maritus,qui vxori infirmę medicum non adhibuit, ſi præuentus fuit a fratribus aut agnatis uxoris,lucrum dotis non amittit.*

Source : BIU Cujas

2 *Statutum ſi ſit in ciuitate, quod villa teneatur denũciare maleficium infra certos dies, alias quod ea teneatur, ſi interim alius accuſauerit, vel iudex inquiſiuerit, villa excuſatur.*

3 *Denunciator, ſi non denunciauit delictum, quia præuentus ab alio non punitur.*

4 *Hæres, qui non vindicauit necem defuncti. licet priuetur commodo hæreditatis, tamen ſi fuit præuentus ab alio excuſatur.*

5 *Patronus, qui non præſtat alimenta liberto, etſi priuetur ijs, quę ſibi deben tur ratione libertatis liberto conceſſę, tamen ſi reperiretur alimentatus a tertio, non priuatur iure libertinitatis.*

6 *Donatio etſi propter ingratitudinem donatarij, qui non præſtitis alimenta donanti per donatorem poſſit reuocari, tamen ſecus, ſi a tertio fuerit ali mentatus.*

QVAESTIO LXVII.

1 PAriter & quæritur. Quid ſi maritus † vxori infirmæ medicum non adhibuit, quia præuentus fuit a fratribus, vel parentibus, aut alijs agnatis vxoris, an amittat lucrum dotis? Conclude quod non, vt in terminis decidit Alex. in cõſ. 123. col. 2. verſ. ſecundo reſpondeo, vol. 7. vbi expreſſe dicit, quod quando fuerunt adhibiti medici vxori infirmæ ab agnatis mulieris, quod maritus non priuatur commodo lucri dotis. Pro cuius confirmatione faciunt, quæ dixit Bar. in l. 1. §. elegant. ff. de lib. agn. vbi ſi ſtatutum † ſit in ciuitate, quod villa
2 teneatur denunciare maleficium infra certos dies, alias quod ea teneatur, ſi interim alius accuſauerit, vel Iudex inquiſiuerit, villa excuſatur. l. edicto. §. 2. ff. de iure fiſ. Idem voluit Bart. in l. diuus. la vlt. col. pe. verſ. quid ſi talis denunciatur. ff. de cuſto. & exhib. † reor. vbi inquit, quod ſi denunciator delictum
3 non denunciauit, quia præuentus ab alio, vt puta ab iniuriato accuſante, non punitur. & cum hac ſententia etiam tranſit Alb. de Roſa. in 2. par. ſtat. q. 62. & Ang. in trac. malefi. in verbo, necnõ ad denunciationem. verſ. quid ſi fuit ſindicus? Pro
4 qua parte faciunt etiam quæ diximus ſupra in q. 61. † vbi firmauimus, quod licet hæres, qui non vindicauit necem defun cti, priuatur commodo ſuæ hæreditatis, tamen ſi fuit præuẽ-
5 tus ab alio, excuſatur. † Poſtremo accedat. Nam nos videmus, quod ſi patronus non præſtat alimenta liberto, priuatur ijs, quæ ſibi debẽtur ratione libertatis liberto ꝙceſſæ. l. diuus, la 1. de iu. patr. l. ſi patronus. ff. de bon. liberto. & tamen ſi reperitur alimentatus a tertio non priuatur patronus iure liber tinitatis, per tex. in l. alimenta, in prin. §. 1. ff. de lib. agn. quem ad hoc ponderat Cor. in conſ. 120. col. 2. verſ. eſt & tertio pon derandum, volu. 1. & ideo ex hoc infert, quod licet donatio
6 propter † ingratitudinem donatarij, qui non præſtitit alimenta donanti per donatorem poſſit reuocari, iuxta glo. in l. fi. C. de reuoc. don. Tamen ipſa donatio non poterit reuocari ex vitio ingratitudinis, ſi donator a tertio fuerit alimentatus, be ne faciunt etiam quæ ſcripſi infra in quæſtio. 107. quæ tranſcribenda non putaui.

SVMMARIVM.

1 *Lucrum dotis non debetur viro, qui ſine cauſa expulit uxorem, quod & declara vt in nu. 8. & 11.*

2 *Fructus dotis reſtituere tenetur maritus vxori, qui ſine cauſa eam eiecit, ſi non ſuſtinet onera matrimonij.*

3 *Lucrum dotis propter onera matrimonij datur.*

4 *Maritus nedum reſtituere tenetur vxori fructus dotis, ſi non ſuſtinet onera matrimonij & eam a domo eiecit, imo ipſam dotem conſignare tenetur.*

5 *Dos eſt proprium patrimonium mulieris, ex quo viuere debet.*

6 *Vir dotem lucrari non debet, ſi onera matrimonij non ſuſtinet.*

7 *Statutum, quod maritus lucretur fructus dotis, ſicut debet intelligi quando per maritum ſupportãtur onera matrimonij, ita & eodem modo debet intelligi ſtatutum diſponens de lucro dotis, quia eadem ratio eſt interpretandi ſtatutum.*

9 *Diſpoſitio. l. ſi ab hoſtibus. §. ſi vir. ff. ſol. mat. cum ſit penalis, & loquatur in caſu, in quo vir occidit vxorem, non debet extendi ad caſum, in quo mulier a viro fuit expulſa.*

10 *Diſpoſitio d. §. ſi vir, non habet locum, ſi vir vulnerauerit vxorem, quod declara, vt nu. 12.*

QVAESTIO LXVIII.

1 LVcrum dotis, † An detur marito, qui expulit vxorem a domo ſine cauſa? videtur dicendum quod non. Primo ſi ex ijs, quæ no. Bal. in rub. C. de priui. dot. col. 1. vbi dicit, quod
2 ſi vir eiecit vxorem, tenetur reſtituere † fructus dotis, ſi non ſuſtinet onera matrimonij per. l. ſi ab hoſtibus. §. fi. ff. ſol. matr. quia non videtur bonæ fidei poſſeſſor; cum pietatis officiũ non adimpleuerit, ar. l. 1. ff. de his qui. vt indig & Bal. ſequitur Alex. in l. ſi cum dotem. §. ſinautem in ſæuiſſimo. colu. 3. in prin. ff. ſolu. mat. & in conſ. 78. col. 2. vol. 5. duplicato in conſ. 26. col. 2. vol. 6. Soc. in l. 2. in prin. col. 5. verſ. item limita. ff. ſol. mat. Camp. in tract. de pet. & reſt. dot. q. 14. Moder. in repe. rub. de do. int. vir. & vxor. char. 134. col. 2. & 4. Si ergo vir non ſuſtinendo onera matrimonij, ſed teneatur eos reſtituere vxori, vtique dicẽdum venit, ꝙ nec etiam lucrari debeat do
3 tem, quæ ſibi a ſtatuto defertur, ſi ſine cauſa vxorem a domo
4 eiecit, cum lucrum dotis, † vt abunde demonſtrauimus ſupra in q. 4. detur marito † propter onera matrimonij. Imo plus di citur, quod nedum tenetur maritus dotis fructus reſtituere, ſed ẽt dotem ipſam conſignare, vt per Bal. in l. fi. C. de ſent. quæ ſine cer. quan. & in ca. ex parte. col. 1. verſi. item nota, ꝙ
5 mulier. de elect. quia dos eſt propriũ patrimonium † mulieris, ex qua viuere debet. l. 3. ſed vtrum. ff. de min. & commodum dotis tunc ſpectat ad maritum, quando ſuſtinet onera matri monij l. in inſulam. §. vſuras. ff. ſol. mat l. ſi pater. in prin. de doli excep. & cum Bal. pertranſeunt Alex. Are. Socy. & Camp. in locis ſupra citatis. & Pau. de Caſt. in l. viro. & in l. cum mulier. la grãde. col. fi. ff. ſolu. matr. licet Alex. in l. 2. col. 5. in prin. ff. eo. tit. dubitare videatur de hac deciſione Bal. per non nullas rationes, quibus ibi reſpõdet Soc. cui accedat, quod dixit Bal. in auth. dos data. col. 1. C. de do. an. nu. quẽ ſequitur Ana.
6 in c. ſalubriter. col. pe. in fi. de vſur. & Alex. † in conſ. 122. col. 3. in fi. vol. 6. vbi inquit, quod vir non debet lucrari dotem, ſi onera matrimonij non ſuſtinuit. Pro cuius confirmatione faciunt, quæ dixit Bal. in conſ. 289. in prin. vol. 1. vbi voluit, ꝙ ſi
7 cut † ſtatutum diſponẽs, ꝙ maritus lucretur fructus dotis, debet intelligi, qñ per virum ſupportãtur onera, ita & ſimiliter ſtatutum diſponens, ꝙ maritus lucretur proprietatem dotis, debet ita intelligi, quia eadem eſt ratio interpretandi ſtatutum, arg. gl. in l. ſi ante nuptias. ff. ſol. ma. & ꝙ maritus expellẽs
8 † vxorẽ a domo ſine cauſa priuetur lucro dotis, voluit Bal. in l. 1. § ſed ſcimus. C. de lati. liber. tol. quẽ ſequuntur Ale. in d. §. ſinautem in ſæuiſſimo. col. 3. & in conſ. 29. col. 1. vol. 6. & in conſ. 122. col. 3. in fi. & in conſ. ſeq. col. 1. vol. 7. Ana. in c. 1. col. 3. de infan. expoſi. & lãgu. D. meus Rui. in conſi. 8. col. 2. & in conſ. 131. col. 1. in fi. vol. 4.

In contraria tamen ſententia fuit idem Alex. in l. 2. colu. 4.
9 in prin. ff. ſol. mat. & in d. §. ſi vir. † quia cum diſpoſitio d. §. ſi vir, ſit pęnalis, & loquatur in caſu, in quo vir occidit vxorem, non debet extendi ad caſum, in quo mulier a viro fuit expulſa ſine cauſa, per regulam ca. odia, de regu. iur. in 6 & maxime, quia dicit glo. in l. ſi donaturus. §. fi. iuncto tex. ff. de cõd. cau. da. quod de lucro ex cã oneroſa procedente idẽ debet iudicari, quod de cauſa mere oneroſa. & Alex. ſequitur ibi Iaſ. confirmans etiam eius ſententiam ex ijs, quæ ſcribit Bal.
10 † in l. hæreditas. ante fi. C. de ijs quib. vt indig. ubi tenet, ꝙ iſta l. ſi ab hoſtib. §. ſi vir, & ſimiles, quæ priuant aliquem dote, ſi vxorem occidit, non habet locum, ſi eam vulneraſſet, ergo eodem modo ſi eam a domo expuliſſet. Idem tenuit Cãp. in tractatu dot. in 5. parte. q. 4. Mod. in repet. rubr. de dona. inter uirum & uxorem. §. 70. col. pen. in fine.

Tu autem pro concodia diſtingue has opin. & dicas, quod
11 hæc ultima opin. † Alex. procedit & locum hẽt ubi uxor ſimpliciter fuit expulſa a domo ſine culpa ipſius, tamen poſt expulſionẽ nõ mortua fuit fame, quia ei non fuerunt denegata alimẽta, ſecus aũt ſi poſt expulſionem fame mortua fuerit, qa tunc habebit locum opinio Bal. de qua in d. l. 1. §. ſed ſcimus. & ita uidetur tenere Pau. de Caſt. in d. §. ſi uir. col. fi. ubi inqt, quod ſi maritus expulit uxorem, uel ſe absẽtauit, & de alimẽtis ſibi non prouidit, & mortua eſt mulier marito non ſuſtinente onera matrimonij ſui culpa, ꝙ non debet lucrari dotem ex forma ſtatuti, & quod habuit iſtum caſum de facto Florentiæ ubi ita dixit per d. §. ſi uir, cum gloſ. & per l. necare. ff. de lib. agno. Quod dicit quotidianum & menti tenendum. & cum Pau. tenent Mod. in rep. c. per ueſtras. char. 134. col. 3. & Boerius in deciſ. 244. in fi. ubi dicit, quod licet Alexand. & Iaſ. ſuperius relati contrarium teneant, tamen quod ipſi non loquuntur, ſi poſt expulſiouem uxor fame mortua fuerit, prout intelliguntur Bal. Pau. & alij.

12 Et ita diſtinguendo non obſtat, quod ſicut † maritus non perdit lucrum dotis, quando uulnerauit uxorem, ita nec etiã quando eam a domo eiecit, quia ſententia Bal. poteſt procedere, quando ex uulnere uxor mortua non eſſet, alias ſecus, quia tunc habet locum diſpoſitio d. §. ſi uir. quæ, quamuis pę nalis ſit, tamen extendenda uenit ex identitate rationis ad caſum, in quo ex uulnere ſecuta fuit mors ſicut etiam uidemus, quod extenditur ad caſnm, in quo mulier non fuit occiſa a uiro, ſed eius curæ, dum infirmaretur adhibuit me-

dicum

Source : BIU Cujas

dicum imperitum, ex cuius infirmitate mortua sit, vt per Docto. communiter in d. §. si vir. & ita in vxore non vulnerata, sed tantum verberata, ex cuius verberibus mortua sit, quod maritus priuetur lucro dotis, tenuit Boer. in dicta decis. 244. col. penul.

SVMMARIVM.

1 *Maritus lucro dotis priuatur, si vxori ultra dotis redditus de medicis, & alijs necessariis non subuenit, quod declara non procedere, quando ipsa uxor aliunde haberet, unde posset prouidere suis necessitatibus, ut in nu. 5. uel quando non haberet aliunde, sed patrem, & alios, qui teneren tur eam alere ex dispositione legis, ut nu. 6. & 7.*
2 *Vxorem occidere, uel ipsam ægrotantem sine medico negligere, a pari procedunt.*
3 *Lucrum dotis vir amittit, si uxori non subuenit de medicinis.*
4 *Maritus si abundat facultatibus, & non adhibuit medicum, & alia necessaria vxori, non consequitur lucrum dotis delatum a statuto.*
8 *Declaratur l si ab hostibus. § si vir. ff. sol. matr.*

QVAESTIO LXIX.

1 VXor, quæ in obsequio viri † propter ægritudinem esse non potest, dedit viro dotem, cuius fructus non sufficiunt ad curam ipsius. Dubitatur, nunquid maritus lucro dotis priuetur, si vxori vltra dotis redditus nō subuenerit de medicis, ac aliis necessariis. Et primo dicendum videtur, ꝙ ei de-
2 negandum sit beneficiū lucri dotis, quia paria sūt, vxorē † occidere, vel ipsam ægrotantem sine medico negligere, vt est tex. & ibi no. Scrib. in l. si seruum. de verb. obli. Sed si maritus occiderit vxorem, priuatur lucro dotis, ergo etiam si ei non adhibuit medicum, vt diximus supra, q. 64 post gl. Bar. & alios in l. si ab hostib. §. si vir. ff. solu. ma.

Secundo faciunt no per Scrib. in l. quod in vxorem. C. de
3 neg. gest. vbi maritus † amittit lucrum dotis, si non subuenit vxori de medicinis & aliis necessariis.

Tertio probatur hæc opi. ex dictis per Pau. de Cast. in d. §. si vir. quem sequitur Ale. in cons. 123. col. 2. volu. 7. & Do. meus
4 Rui. in cons. 129. col. pe. vol 4. vbi si maritus † abundat facultatibus, & non adhibuit medicum, & alia necessaria vxori, non consequitur lucrum dotis, quod sibi a lege municipali conceditur, vt etiam verba fecimus in q. 65.

Sed quia huiusmodi decisiones ita simpliciter intellectæ iure merito possent a prudentibus damnari, ideo pro decisione
5 huius quæstionis declara, videlicet, quod maritus † non tenetur vxori infirmæ, quæ in eius seruitio occasione infirmitatis esse non potest, subuenire, nisi vsq; ad quantitatem dotis, i. secundum id, quod redigitur ex dote, vt l. cum vnus, in prin. & in § fi. ff. de ali. & cib. leg. & in l. Imperator. ff. ad Treb. quando illa haberet aliunde, ex quo posset sibi abunde succurrere, cū dos detur viro, vt deseruiat oneribus matrimonii, quæ consistunt circa alimentationem vxoris, & liberorum, vt in l. dotis fructus. ff. pro soc. l. pro oneribus. C. de iure do. Ita dicunt Bar. & alij in l. quod in vxorem. C. de neg. gest Bal. & Imo. in l. si cū dotem. §. finautem in sæuissimo. ff. sol. mat. Rom. in cons. 517. col. j. Soc. in cons. 286. col. 2. & in consi. 64. col. 1. vol 4. Cor. in cons. 145. col. 3. vol. 2. D. meus Rui. in cons. 139. col. pe. volu. 4. Et ideo si maritus non subuenit vxori, isto casu, vltra fructus dotis, non priuaretur lucro dotis, cum ipsa habeat, vnde possit prouidere suis necessitatibus. Quod etiam dicendum est,
6 quando non haberet bona, sed patrem † diuitem, vt per Doct. in d. l. quod in vxorem, vel alium, qui vltra patrem teneatur subuenire, vt est mater, vt inquit ibi Pau. de Cast. vel fratrem, vt per D. meum Rui. in citato cons. 139. col. pe. Et ideo ex his authorib. patet limitandas fore decisiones citatas supra in 1. & 2. arg. vt non procedant in terminis huius quæstionis, quādo vltra redditum dotis mulier potest subuenire sibi de per se, vel per patrem, matrem, aut fratrem diuites, qui tenentur ex legis dispositione ei in suis necessitatib. succurrere.

7 Si vero mulier est adeo inops, † quod non potest sibi aliunde prouidere & subuenire, tunc officij maritalis est ei supplere, arg. l. quod si nulla. ff. de relig & sump. fun. ita Bar. & alij in d. l. quod in vxorem, per gl. in §. finautem in sæuissimo, vbi per Imo. & idem volunt Ro. in citato consi. 517. & Soc. in cons. supra allegato 64. ac Cor. & D. meus Ruin. vbi supra. Adeo ꝙ si maritus vltra fructus dotis non subueniat vxori de necessarijs, priuatur lucro dotis, & ita procedat, quod supra dictū fuit, ꝙ maritus abundans facultatibus tenetur prouidere vxori infirmæ de medico, ita dixit D meus Rui. in ipso cons. 139. col.
8 pe. vbi inquit, † quod ea, quæ dicuntur in d. §. si vir, locum habent eo casu, quo maritus non inops pro vxore infirma tenetur indistincte expendere, sicut quando fructus dotis ad hoc sufficiunt, vel quando mulier nihil habet, nec patrem, nec alium, ad quem spectet onus pro ea expendendi.

SVMMARIVM.

1 *Maritus, qui male tractauit vxorem, etsi commodo lucri dotis priuatur, tamen lucrum ipsum non perdit, si cœpit eam bene tractare. Limita tamē vt infra nu. 8*
2 *Quod amplia procedere, etiam si coacte & non voluntarie cepisset eam bene tractare.*
3 *Pater si ex iusta causa filium in testamento exhæredauit, si ex inde filius se reconciliauerit cum patre, exhæredatio videtur adempta.*
4 *Filius, qui commisit ingratitudinem, propter quam potest exhæredari, si egit pœnitentiam viuo patre, vel ante testamenti factionem, non potest exhæredari.*
5 *Nec per patrem ei poterunt alimenta denegari.*
6 *Filia, quę peccauit in corpus, quamuis a patre non sit alimentanda, nec dotanda: tamen hoc fallit, si pœnitentiam egerit.*
7 *Mulier, quæ turpiter vixit, si exinde se correxerit ac ad vitam honestam reuersa sit, non debet vt turpis persona reputari.*

QVAESTIO LXX

QVia fertur a scribentibus, vt abūde vidimus supra in quæstionibus præcedentibus, ꝙ propter mala tractamenta facta per viros vxoribus priuant ur mariti commodo lucri dotis. Quæritur modo, an dicta conclusio procedat locumq; ha
1 beat, † si maritus postea bene tractaret vxorem? Imo. decidit hunc passum in l. si cum dotem. §. finautem in sæuissimo. ver sic. vlt. ff. solu. mat. vbi inquit: No. ꝙ licet a principio vir malè tractauerit mulierem, tamen si postea bene tractet, non perdit lucrum dotis, vt videtur probari secundum eum in d. §. in ver. pactis. iuncto præcedenti tex. & subdit, ꝙ per hoc limitatur, quod habetur in l. si ab hostibus. §. fi. ff solu. matr. & Imo. ibi sequitur Alexan. colum. 3. versic. item istum tex & in d. §. si vir. co'. 2. vers. prædicta tamen procedunt, & in consil. 123. colum. 2. vers. quarto respondeo, volum. 7. vbi dicit ita etiam tenuisse Rom. in d. §. finautem in sæuissimo, quia per maritū potuit mora purgari, & Camp. in trac. dot. in 5. par. q. 4. in fi. & Do. meus Rui. in cons. 131. colum. 1. in fi. volum. 4. necnon
2 † & Aret. in d. §. si vir. vbi ampliat hoc procedere, etiam si coacte & non voluntariè cœpisset eam bene tractare. Pro qua quidem opi facit, quod no. Bar. in l. 3. §. fin. ff de adim. leg. quē sequitur Ias. in authen. non licet. in fi. & Cur. Iun. num. 8. C. de
3 libe. præter. vbi dicit, ꝙ si pater † in testamento exhæredauit filium ex iusta causa, & exinde filius se reconciliauerit cum patre, illa exhæredatio videtur adempta. Cui accedat, quod dixit Alexan. in l. 1. colum. 7. ff. soluto matrimonio. vbi inquit,
4 ꝙ si filius, † qui commisit ingratitudinem, adeo ꝙ non exhæredari, pœnitentiam agit viuo patre, vel ante testamenti fa-
5 ctionem non poterit † exhæredari. Item nec similiter ei alimē ta denegari, & cum Alex. pertransit Camp. in tract. de dote, q. 13. in fi. & Ias. in d. authen. non licet. colum. 1. dicens hoc mirabile in practica. Corroboratur quoq; hæc sententia ex no.
6 per Spec. in titu. † qui fil. sint leg. §. pen. versic. sed quid si filia, vbi vult, ꝙ licet filia, quæ peccauit in corpus, non debeat ali, nec dotari a patre: tamen fallit, si pœnitentiam egerit. & Specu. sequuntur Alexan. in d. l. j. colum. 7. & ibi Ripa colum. 15. ver. fallit in filia. ff. solu. mat. Camp. in d. trac de dote, q. 13. in fi.
7 Ias. in d. auth. † non licet. col. 1. & hanc esse communem opin. attestatur Ripa in repe. l. fin. q. 67. C. de reuoc do. & ideo dixit Bal. in l. si filia. C. de inof. test ꝙ si mulier turpiter vixit, & deinde se correxit, ac ad honestam vitam reuersa sit, non debet reputari turpis persona, quia vltima consuetudo inspiciēda est, arg. l. Mela. ff. de ali. & cib. leg. & Bal. sequitur Alexan. in locis supra citatis.
8 Quam tamen conclusionem † limita procedere, vbi maritus re integra mutauit voluntatem, & cœpit eam bene tractare, secus si propter eius culpam mulier transiuisset iam in infirmitatem mortalem, quia tunc etiam amitteret lucrum dotis. Ita Imo. in d. §. finautem in sæuissimo, quem sequitur Ale. in d. §. si vir. col. 2. & in citato cons. 123. col. 2. in fi. ac Do. meus Rui. in alleg. cons. 131. col. 1. volum. 4. Quæ omnia tene meari, quia sæpissime solent euenire.

SVMMARIVM.

1 *Mulier contrahens matrimonium censetur viro omnia bona dedisse in dotē, adeo quod stante statuto de lucro dotis, maritus per mortem uxoris lucrabitur dotem ex beneficio dicti statuti, sed contra nu. 2. ubi est communis & nu. 10.*
3 *Dos est facti.*

Source : BIU Cujas

4 *Facta non præsumuntur, nisi probentur.*
5 *Variabile quod est, non præsumitur.*
6 *Dos est uariabilis.*
7 *Matrimonium potest esse sine dote, & si mulier bona habeat.*
8 *Statutum de lucro dotis cum sit contra ius commune, restringendum est ad dotem datam, uel promissam, ut minus lædatur dispositio iuris communis, quam sit possibile.*
9 *Declaratio l. dotem. l. diuus. la 1. ff. de iure dot. l. cum maritus. §. Titius. ff. de pact. dot. & l. in his. §. uxor. ff. sol. mat.*
11 *Limitatur hæc quæstio non procedere, ubi esset consuetudo, quod omnia bona censeantur data in dotem.*

QVAESTIO LXXI.

1 STante præmisso statuto de lucro dotis. Pone, quod maritus acceperit vxorem nulla facta mentione dotis:† An ipsa censeatur omnia bona sua dedisse in dotem, adeo quod ea decedente sine liberis maritus consequi habeat beneficium dicti lucri dotis. Ista quæst. dependet ab alia, nunquid mulier per contractum matrimonij absque constitutione dotis censeatur tradidisse omnia bona in dotē. & resoluto hoc artic. remanebit clara hæc quæst. Deueniendo igitur ad veritatem ipsius articuli, videretur primo dicendum, quod ipsa mulier censeatur bona omnia dedisse in dotem, per text. in l. dotem, & in l. diuus. la 1. ff. de iu. dot. l. cum maritus. §. Titius. ff. de pact. do. l. in his. §. vxor. ff. solu. matr. vbi probatur, quod mulier contrahēdo matrimonium cum aliquo, tacite videtur ei constituere bona in dotem. & istud videtur tenere Arist. in Topic. relatus per gl. in l. mulier bona. in princip. ff. de iu. dot. quando vir esset dignus tanta, hoc idem dixit Bar. in l. si constante. in 4. q. 3. q. princ. ff. sol. mat. quod mulier eo ipso, quod se nubit, videtur dare omnia bona in dotem tacite, licet nihil dicatur, si tamen dignitas viri & eius facultates hoc patiantur & mereantur, arg. l. quero. l. siue generalis. ff. de iu. dot. Idē tenuit Bal. in l. fin. versi. sed quid si tradidit. C. de sent. quæ sine cer. quant. vbi ait, hoc dictū habere æquitatem, si vir erat dignus tāta dote. Quod & voluit in l. si ante nuptias. col. 1. ff. solu. matrimon. & in l. 1. in princ. C. de priui. do. & in c. 1. an maritus succ. vxo. & Blasius de sancto Petro in tract. de priui. in 2. centuria, priuil. 65. & ideo dixit Abb. in consi. 46. in 2. dubio. vol. 1. quod maritus stante statuto de dimidia lucri dotis, per mortem vxoris sine liberis lucrabitur dimidiam bonorum vxoris, cum omnia bona in dubio censeantur data in dotem.

His tamen non obstantibus, quæ vere non obstant, sententia contraria † vti verior & communis amplectenda venit, 2 q ex infrascriptis demonstratur. Et primo, quia hoc nulla lege cautum reperitur, vt fatetur gl. in d. l. mulier. vbi tradit, quod licet Arist. interpres dixerit, mulierem videri dare in dotem omnia bona, tamen quod hoc lege non probatur, & vere dicit, quia contra Arist. est tex. in l. fi. C. de diuor. & in §. si enim. Authen. de nupt. vbi matrimonium sine dote esse censetur, quamuis mulier matrimonium contrahens bona habeat, & illum text. in d. l. fi. ad hoc in specie ponderat Salyc. ibi in §. eodem modo. Idem tenuit Bar. in dispu. sua, incip. mulier habēs &c. col. 6. ver. secundo casu, vbi simpliciter dixit, non esse curandum de authoritate Aristo. quæ cum sit contra legem, nō est seruanda, per l. in tantum. in fi. cum l. seq. ff. de re. diu. Idem voluit Bal. in l. nulla. col. 2. ver. sed pone, & ibi Saly. in princ. C. de iu. dot. Idem Bal. in auth. res quæ. col. 3. C. com. de lega. sed melius in cons. 100. col. 1. volu. 4. † quia dos est facti. l. eas. ff. de 3 ca. dimi. & facta non † præsumūtur, nisi probentur. l. quæcunque. † §. fi. ff. de publicia. Item, quod est variabile non præsu- 4 5 mitur, † sed dos est variabilis, quia quādoq; maior, quandoq; minor, aliquando in rebus, aliquādo in pecunia, vnde hoc nō 6 potest præsumi, per ea quæ no. Cy. in l. 1. C. de contrah. & cōmit. stip. Item, dos est titulus, sed tituli non præsumuntur. §. aliæ. Insti. de actio. Item est lex expressa in l. si ego. §. dotis. ff. de iu. dot. vbi dotis causa accipere debemus ea quæ in dotem dantur. Hanc quoque partem secuti fuerunt Bal. in q. statuto. in verbo dos. q. 16 Pau. de Ca. in consil. 283. col. 2. secundum antiquam impressionem. Ang. & Imo. in l. 1. sol. matri. Sal. in d. l. mulier bona. Cuma. in cons. 56. & in consi. 109. col. 2. Ro. in cons 44. col. 2. Ang. in §. fuerat. col. 13. ver. vnū aliud. Inst. de act. Alex. in cons. 164. col. 1. vol. 5. † quia matrimoniū 7 potest esse sine dote, etsi mulier nubens bona habeat. l. fi. C. de do. an. nupt. quia illa bona non intelligitur in dotem dedisse, vt probatur in d. §. si quis enim. cum §. seq. Vnde videmus, quod mulier habere pōt bona parafernalia, quæ non vidētur in dotē data. l. hac lege, & l. fi. C. de pac. quen. Quod ampliat ēt ꝓcedere, quando maritus dicta bona tenuisset & fructus percepisset ea patiente, qua adhuc non intelligerentur data in dotem, iuxta no. per glo in l. 2. C. de acqui. poss. Quod tamen vltimum an sit verum, videbimus infra in q. 74. vbi de eius veritate disputabimus. Idem tenuit Alex. in cons. 122. col. 2. in fi. vol. 7. & Socy. in cons. 81. col. fi. vol. 3. Cor. in cons. 127. col. 2. vol. 4. Bal. Nouel. in trac. do. in 6. par. specia. 14. Cāp. in trac. dot. in 5. parte. q. 99. Calca. in consi. 11. colu. 1. Dec. in cons. 521. col. 3. Bertran. in cons. 60. col. 2. vol. 2. Pari. in cons. 61. col. 5. vol. 4. & hanc esse cōmunem opin. attestantur Alex. in cons. 142. col. 1. vol. 7. Ias. in auth. præterea. C. vn. vir & vx. in 5. colum. in prin. & Dec. in 3. Ias. in l. si constante. num. 219. ff. solu. mat. Curt. Iun. in cons. 168. col. 2. Pro qua opin. facit.

8 † Nam istud statutum est contra ius commune. & ideo cū loquatur de dote, restringendum est ad dotem datam, vel ꝓmissam, vt minus lædatur ius commune, quam sit possibile, non autem ad non promissam, uel non datam, cum verba statuti non possint ad eam adaptari, vt per Alex. cons. 122. volu. 3. & 142. col. 1. vol. 7.

Non obstant modo, quæ in contrarium adducta fuerunt. Et in primis. l. dotem. l. diuus. cum alijs legib. supra citatis, 9 quia † respondetur, quod illa iura procedunt, quando mulier in primo matrimonio bona omnia, aut partem bonorum cō stituerat in dotem primo marito, quia si post mortē dicti mariti secundo nubat, & non supersint liberi ex primo matrimonio, tunc videtur mulier constituere dotē secundo marito in bonis datis primo viro, secus vbi essemus in casu primi matrimonij. ita dixit Bar. in d. sua disp. col. 6. vers. ad primum dico. Ang. in d. §. fuerat. col. 13. Cuma. in allegato cons. 109. col. 2. & Bertr. in cons. 160. col. fin. volu. 2. necnon & Alex. in citato cons. 122. col. 3. vers. ex præmissis apparent.

Secundo, non obstant no. per Bar. in d. l. si constante. quia respondet Alex. in d. cons. 144. col. 2. volu. 5. quem sequitur Cur. Iun. vbi supra, quod Bar. arguendo incidenter ibi refert opi. Ia. Bu. & Mart. de Fano. Sed quod ipsemet Bar. reassumēs istum articulum in dicta sua disput. tenet contrarium.

Tertio non obstat, quod habetur in d. l. quæro. & in l. siue generalis, quia secundum Alexan. in citato cons. 144. col. 2. & Curt. Iun. vbi supra, ibi solum dicitur, quod mulier minor habens bona & curatorem potest petere sibi constitui dotem ex bonis suis, dandam futuro viro pro modo facultatum sua rum & dignitate sua & mariti, non autem dicitur, ꝙ videatur dare omnia bona in dotem.

Vltimo, non obstant no. per Bal. in d. l. fi. C. de senten. quæ sine cer. quanti. & in alijs locis supra citatis, quia respondetur. Primo quod Bal. in d. l. fi. non firmat opi. contrariam, imo videtur sequi glo. in d. l. mulier bona, dum inquit, tamen gl. in distincte dicit, quod dictum Arist. non probatur. Vel & secū do respondetur, quod quatenus ita vellet, eius opi. non esset sequenda, cum in multis locis supra relatis idem Bald. teneat contrarium, & contra eum sit communis opin. & Bal. ibi in specie reprobat Cur. Iun. vbi supra, col. 2. & ideo stante hac conclusione ab omnib. approbata, quod mulier non censeatur in dubio dedisse omnia bona in dotem viro, & si dignus esset tanta dote, sequitur, quod † statutum de lucro do- 10 tis non habebit locum in isto casu, cum huiusmodi commodum detur, vbi dos aliquo modo cōstituta sit, ita in terminis dixit Bar. in iam sæpius allega. disp. mulier &c. col. 6. & Bal. in d. l. nulla. col. 2. vers. sed pone. C. de iu. dot. vbi inquit, quod si simpliciter contractum est matrimonium nulla facta mentione de reb. quod non videntur ipsæ res datæ in dotem, se erit matrimonium sine dote, & quod hæc sunt vtilia ad sciendū, vtrum vir, qui debet lucrari ex forma statuti certam partem dotis, debeat aliquid lucrari de dictis rebus, necne. Idem dixit Rom. in cons. 44. col. 2. Pa. de Cast. in d. cons. 283. col. 2. Cum. cons. 56. & Cor. consi. 127. col. 2. vol. 4. Alex. in dictis cōs. 122. col. 2. & 142. col. 1. vol. 7. & Soc. Iun. in cons. 8. col. 6. vol. 2. Limita tamen † hanc cōclusionem nō procedere, vbi esset con- 11 suetudo in loco, quod mulier censeatur omnia bona dedisse in dotem, ita Bal. in auth. res quę. col. 4. C. com. de leg. & in d. l. nulla. Alex. citatis cons. 144. col. 2. vol. 5. & 122. col. 3. vol. 7. & 142. uol. 1. eo. vol. Cur. Iun. in auth. præterea. col. 8. ver. tertio limita. C. vn. vir & vx.

SVMMARIVM.

1 *Bona vxoris censentur viro data in dotem, si uxor dixit ei, Do tibi bona mea, in tantum quod maritus prædecedens sine liberis consequetur lucrum statuti.*

QVAESTIO LXXII.

1 PARITER quæritur. Quid † si vxor dixisset viro suo. Do tibi bona mea, an ipsa cēseantur data in dotem adeo quod

Source : BIU Cujas

quod ea præmoriente ſine liberis maritus aſſequatur lucrũ, quod ei conceditur a ſtatuto? Bal. in l. fin colu. fin. in princ. C. de ſenten. quæ ſine cer. quã. decidens iſtam q. inquit, quod ſi in inſtrumento cõtineatur. B. contraxit matrimonium cũ C. & dedit ei bona ſua, quod intelliguntur ipſa bona data viro in dotem, per text. in l. quod autem. ff. de iu. dot. quia traditio ſine titulo, quæ non eſt mera, ſed translatiua dominij p̃ſumitur facta ex titulo dotis, & cum Bal. pertranſit Alex. in conſil. 144. colu. 2. verſ. non obſtat lex, quod autem volum. 5. Idẽ dixit Bal. in l. nulla. colum. 1. C. de iu. dot. vbi concludit, quod ſi Berta dixit Titio viro ſuo, ego do tibi me & mea, nec aliter ſit expreſſus titulus dotis, quod præſumitur bona dediſſe nomine dotis, quia eſt vſa mulier verbis ſignificãtibus ius, quod intelligitur ex cauſa dotis, allegat tex. in l. quod autem, in verbo in datione, quem dicit vnicum in iure, nihil ſupplendo ad tex. ſed omiſſa ſuppletione glo. tanquam diuinatoria, quæ volebat ita actũ fuiſſe inter partes, quod eſſet dos. Iſtud idem amplectitur Roman. in conſi. 44. colum. 2. in fi. verſ. aliquando contrahitur matrimonium cum his verbis, Do, per dictam l. quod autem, ſimpliciter intellectam, non conſiderãdo ſuppletionem glo & Ange. in l. 1. colum. 2. verſ. ibi, lege, q̃ autem. ff. ſol. mtrim. & hanc partem ſentit Bart. in ipſa l. quod autem, dum dicit, nota legem in caſu ſuo, quæ facit ad quæſtionem, quam diſputaui, quæ incipit, mulier habens, ſi mulier dedit, deinde mulier deceſſit, nunquid videatur dediſſe in cauſam dotis? Hanc quoque ſententiam ſequitur Ioa. Boſch. in trac. de legi. nupt. in 5. lib. num. 2. Et ideo firma manente hac concluſione, quæ ab omnibus approbata videtur, concludendum cenſeo cũ Bal. in d. l. nulla, ac Roma. in allegato conſ. 44. quod maritus per mortem coniugis ſine liberis lucrabitur dotem virtute ſupradicti ſtatuti.

SVMMARIVM.

1 *Mulier, quæ dixit uiro tempore matrimonij, trado, uel committo me & mea tibi, an cenſeatur ei bona ſua dediſſe in dotem. ſi uir dignus erat tãta dote. adeo quod per mortem ipſius uxoris conſequatur beneficium lucri ſtatutarij.*

2 *Præſumptio legis non debet adaptari ad id, quod non eſt ueriſimile, nec iuri dicum.*

3 *Traditio bonorum ſimplex & nuda facta per uxorem marito non facit, ut tradita ſint in dotem, ſed præſumuntur parafernalia, niſi aliud ex coniecturis colligatur.*

QVAESTIO LXXIII.

1 QVid ſi mulier tempore, quo † contraxit matrimonium, dixit marito ſuo, trado, vel committo me & mea tibi, an per iſta verba videatur dediſſe bona ſua in dotem, ita quod per mortem eius vir conſequatur beneficium lucri dotis ſtatutarij? Et ſuccincte loquẽdo dicas quod ſic, vt decidit Bal. in l. nulla. col. 1. C. de iu. dot. & hoc quando maritus eſt dignus tanta dote, & non apparet de per ſe ſpecialiter conſtituta in aliquibus rebus, quoniam tunc præſumitur dotis conſtitutio, & ita intelligendum eſſe dictum Ariſtotelis, ſubdit
2 Bal. alias ſecus, quia tunc bona præſumuntur potius † parafernalia. Nam præſumptio legis non debet adaptari ad id, q̃ non eſt veriſimile, nec iuridicum. Sed iuri non eſt conſonum, q̃ dos detur vltra menſuram, maxime ſi puella eſſet minor viginti quinque annis, & deciſionem Bal. ſequuntur Roma. in conſ. 44. col. 2. verſ. aliquandõ cõtrahitur talib. verbis & Ale. in conſ. 122. col. 2. vol. 7. & in conſ. 142. col. 1. eod. vol. Bal. nouel. in trac. dot. in 6. par. prin. ſpecia. 14. Hoc idem dixit Bal. in l. fi. col. fin. C. de ſent. quæ ſine cer. quanti. quando traditio ſine titulo eſt tranſlatiua dominij, & non mera. & licet Bal. in c. j. circa fi. An maritus ſucce. vxo. velit, quod ſi interuenit traditio, quod mulier cẽſeatur dediſſe bona in dotẽ, per l. q̃ aũt, de iu. do. tñ dictũ Bal. nõ vr̃ verũ ex iis, q̃ decidit idẽ Bal. in d.
3 l. fi. C. de ſen. quæ ſine cer. quã. vbi inquit, q̃ † ſimplex. & nuda traditio bonorũ facta p̃ vxorẽ nõ facit, vt tradita ſint bona in dotem, ſed præſumuntur parafernalia, niſi aliud ex coniecturis colligeretur. Quod & voluit Ale. in conſ. 144. col. 2. vol. 5. dum reſpondet ad tex. in d. l. quod autem, quod ille procedit, eo quia ibi interuenit datio bonorum, ſed in caſu vbi tractatur de ſola traditione, ea non ſufficit ad dotis conſtitutionẽ, requiritur datio, id eſt quod dicat, Do, & ſic vtatur verbis habilibus ad transferendum dominium. Et ſic ex his concludendum videtur, maritum virtute ſtatuti huiuſmodi debere lucrari dicta bona tradita per vxorem, ſi dignus erat tãta dote, alias ſecus, vt in ſpecie in terminis huiuſmodi ſtatuti dixerunt Bal. in d. l. nulla. & Roma. in allega. conſil. 144. col. 3. ac Alexan. in citato conſil. 122. col. 3. & in conſil. 142. colum. 1. volu. 7. & ita teneas, neque ab hac opinione in iudicando recedas.

SVMMARIVM.

1 *Mulier, quæ nullam viro conſtituit dotem, permittendo bona ſua per ipſum poſſideri, cenſetur ea dediſſe in dotem, ita quod ipſa præmoriente ſine liberis eſt locus lucro dotis, ſed contra communis. nu. 7.*

2 *Matrimonia, ſecundum generalem conſuetudinem, ſine dote eſſe non ſolent.*

3 *Dos incerta, arbitrio boni viri, pro modo facultatum, & dignitate perſonarum, certificari debet.*

4 *Patientia pro cõſenſu habetur, vbi de commodo patientis tractatur, limita, vt nu. 10.*

5 *Mulieris intereſt dotem habere, vt melius per virum tractetur, & ne ab eo tanquam indotata expellatur.*

6 *Lege non probatur, quod mulier habens bona, & contrahens matrimonium cenſeatur ea dediſſe in dotem, limita vt num. 12*

8 *Titulus dotis non inducitur, ſi mulier paſſa fuerit maritum bona ſua poſſidere, & fructus percipere, etiam per ſpatium decem annorum.*

9 *Quod amplia, etiam ſi dicta bona non excedebant congruam menſuram dotis.*

11 *Maritus poſſidens rem ſpectantem ad eius vxorem, dicitur poſſidere iure familiaritatis.*

13 *Limita tamen, quæſtionem noſtram non procedere, quando probaretur, quod uir palam & publice dicebat ſe tenere ipſa bona dotalia uxore ſciente, & non contradicente.*

QVAESTIO LXXIIII.

MAritus, cui nulla facta fuit promiſſio dotis, nec conſtitutio, patiente vxore tenuit ac poſſedit ipſius bona. Quæritur modo, an per dictam patientiam iudicatur titulus
1 dotis, ita quod † ea præmoriente ſine liberis maritus conſequatur lucrum dotis a lege municipali ſibi delatum? Prima facie videretur dicendum quod ſic, duplici reſpectu. Et primo, ratione generalis † conſuetudinis, quæ eſt, quod matri-
2 monia ſine dote non ſolent contrahi, ergo dos conſtituta præſumitur, & licet remaneat incerta, debet arbitrio boni
3 viri certificari pro modo facultatum, & dignitate perſonarum. l. ſiue generalis. ff. de iure dotium. l. 1. de leg. 2. l. ſi filiæ. de lega. 3.

Secundo, quia in perſona mariti viget ratio, propter quam lucrum dotis ei conceditur, videlicet onera matrimonij, igitur honeſtum eſt & congruum, ac conueniens, vt dotem lucretur arbitrio boni viri declarandam, in recompenſationẽ ipſorum onerum, dato quod dos aliqua conſtituta nec promiſſa reperiatur. Ita arguit Bal. in conſ. 100 col. 2. vol. 4. quem ſequitur Laſ. in l. 1. col. 5. in fi. verſ. adde. ff. ſolu. matrimon. & Socy. Iun. in conſ. 8. col. 2. vol. 2. & Abb. in conſ. 46. in 2. dubio. volu. 1.

4 Tertio facit. Nam † patientia pro conſenſu habetur, vbi de commodo patientis tractatur. l. qui patitur ff. manda. Sed
5 quod dos præſumatur conſtituta, eſt commodum † mulieris. intereſt enim ipſius habere dotem, vt melius per virum tractetur, & ne ab eo tanquam indotata expellatur. l. 1. ff. ſolu. matrimon. §. ſi quis. in Authen. de nup. & per Socyn. in conſ. 80. vol. 4.

Quibus non obſtantibus, ſententiam contrariam veriorẽ fore putamus. Et primo per gl. in l. mulier bona. ff. de iure dot.
6 vbi, ſecundum eam, nulla lege probatur, quod mulier † habens bona, & cõtrahens matrimoniũ, nulla facta mentione dotis, cenſeatur dediſſe bona in dotem, & quia de hoc abunde ſcripſimus ſupra in q. 71. Ideo tempus non conteram in allegandis authoritatibus, ne bis idem reperere videamus.

7 Secundo, hæc opinio † probatur authoritate Bar. in diſput. ſua incip. mulier. col. pe. quem ſequitur Alex. in cõſ. 144. col. 1. vol. 5. & in conſil. 122. col. 3. & in conſ. 142. col. 1. vol 7. vbi
8 vult, quod † non ſolum ſi mulier paſſa fuerit maritum tenere ac poſſidere bona ipſius, & eorum fructus percipere per biennium vel triennium, non inducitur titulus dotis, per no. glo. in l. 2. C. de acquir. poſſ. Imo etiam ſi dicta bona patiente vxore poſſediſſet ſpatio decem annorum, cum agatur de magno præiudicio, iuxta no. in l. nullo. C. de rei vendicat. & in l. pen. C. commu. diui. & in l. cum de in rem verſo. ff. de vſur. Hanc quoque partem amplectitur Pau. de Caſt. in conſil. 391. col. 2. volu. 2. Rom. in conſi. 314. col. 1. & Campeg. in tract. dot. q. 39. Bal. Nouel. in tract. do. in 6. par. princip. ſpecia 14. colum.
9 fin. verſ. tertius caſus principalis, vbi † ampliat etiã hoc procedere, ſi dicta bona non excludant congruam menſuram dotis. Hoc idẽ tenuit Calca. in conſ. 4. colu. 3. Gozad conſil. 34. colu. pen. Socy. Iun. conſil. 29. col. pen. in fi. volu. 1. Adeo quod iſta videtur communis opinio, a qua in iudicando putamus non eſſe recedendum.

Source : BIU Cujas

Non obstant adducta in contrarium, videlicet, Primum argumentum, quod fit de generali consuetudine, quæ est, quod matrimonia non solent contrahi sine dote, & ideo ꝙ præsumatur dos ꝓstituta, declaranda tamen arbitrio boni viri ratione incertitudinis, quia respondetur, quod huiusmodi fundamentum in iure non subsistit, quod clare demonstratur: Nam attenta hac ratione sequeretur, quod etiam quando mulier simpliciter se nubit nulla habita ratione dotis, ꝙ præsumeretur bona data in dotem declaranda arbitrio boni viri, quod tamen ab omni iure est alienum, vt late patet ex ijs, quæ diximus supra in q. 71. Itē pariter sequeretur, quod quando mulier dixisset viro suo, trado me & bona mea tibi, præsumeretur titulus dotis constitutus, etiam si maritus non esset dignus tanta dote, & quod ratione incertitudinis veniret declaranda arbitrio boni viri, & tamē hoc iure cautum non reperitur, vt supra q. 73. Item istud est cōtra mentem Bar. & aliorum, quos supra retulimus, qui hoc etiam dicere sciuissent, si ita voluissent, argu. l. 1. C. de cadu. tollen. cum & tempore ipsorum ita esset consuetudo dandi dotes, sicut & temporibus Bal. & Socy.

Secundo non obstat, quod in marito vigeat ratio onerū, propter quæ lucrum dotis ei conceditur, quia respondetur, quod ista ratio non valet obolum, cum etiam ea ita militet, quando nulla est facta constitutio dotis, & similiter quando mulier tradit bona marito, qui non erat dignus tanta dote, quantum ascendebant bona mulieris, & tamen hoc non obstante non censetur facta aliqua dotis constitutio, ita quod lo cum habere possit per mortem vxoris statutū de lucro dotis.

10 Ad tertium, quod patiētia habeatur† pro consensu, vbi agitur de commodo patientis. Respondetur, quod hic non tractatur de commodo patientis, imo de amissione dominij, & administrationis rei suæ, & sic de magno præiudicio mulieris, quo casu titulus dotis non præsumitur. l. nullo. C. de rei vendic. nec patientia habetur pro consensu. Ita dixit Barto. in allegata sua dispu. colu. 7. versi. cum ergo in casu nostro, colum. fina. ver. si magnum. & Alexan. in consi. 142. colu. 1. in fi. & dicit ibi Alexand. ad hoc benefacere rationem, quæ colligitur ex l. qui iure familiaritatis. ff. de acqui. poss. quod

11 † maritus possidens rem spectantem ad eius vxorem dicatur iure familiaritatis possidere. Quod & voluit Socy. in consil. 60. colu. 2.

Non obstat, quod interfit mulieris dotē habere, vt melius tractetur per virum, quia dicitur, quod licet mulier, quæ habet dotem, melius tractetur quam non habens, tamen si habet alia bona, & permittat maritum eis frui, prout frueretur bonis dotalibus, longe melius a marito tractabitur, vt quoti die experientia docet, & si pro se retinet fructus, si maritus in aliquibus deficit, supplebit ipsa de proprio, ita dixit Corn. in consil. 254. colu. 7. in princip. volu. 1.

Quarto, non obstant dicta per Bald. in citato consi. 100. in 4. volu. quia etsi satis responsum sit eius rationibus, contra eum est communis Doct. sententia, nisi saluando Bal. dicat

12 quod† in casu suo concurrebat confessio vxoris de dote per testamentum & codicillos vna cum patientia, ex quibus conijecturari potest, quod mulier dederit bona sua in dotem marito. Quæ cōiecturæ sufficiūt, vt colligitur ex dictis per Aret. in §. fuerat. col. 13. Instit. de actio. vbi dicit, quod licet mulier simpliciter nubendo non videatur dedisse bona in dotem, tamen debet postea videri, an mulier patiatur, quod maritus vtatur dictis bonis, & de eis disponat vt dotalibus, vel non, iuxta no. per Bar. in l. quæ dotis. sol. matri. & ex alijs conijecturis poterit colligi, de quibus per Bar. in dicta sua disputatione, mulier &c.

Item responderi potest ad consi. Socy. Nam in casu suo cōcurrebat legatum & constitutio dotis facta per patrem filiæ, necnon confessio ipsius filiæ pluries facta in diuersis locis patiente socero eius, & sic patre mariti acceptante ipsam confessionem, & qui etiam pluries talem cōstitutionem dotis assseruit nuru patiente, & assentiente, quo casu nimirum, si in casu suo patientia cum qualitatibus, & conijecturis supra relatis possit operari dotis constitutionem. Vlterius Socyn. in d. consi. non bene figit pedes, vt fecit in citato consi. 29. vbi expresse contrarium tenuit. Et ideo ex his concludendum existimamus, sequendo receptiorem sententiam, quod propter patientiam mulieris, quæ permisit maritus eius bona possidere, non reducatur titulus dotis declarandę arbitrio boni viri, ita quod possit maritus aliquid lucrari de ipsis bonis per mortem vxoris.

13 Quam tamen conclusionem limitandam† fore censemus non procedere, quando probaretur, quod vir publice & palam dicebat, se tenere, & possidere ipsa bona tanquam dotalia, ipsa muliere hoc sciente & non cōtradicente, ita in specie limitat Bar. in d. dispu. colum. 7. versicu. sed si tu poneres. & Bal. Nouel. vbi supra, col. fi. Bert. in citato consi. 160. in fi. Calc. in consi. 11. colu. 2. versicu. adest & alia præsump. & Socyn. lu. in allegato consi. 9. colum. 5. & ideo ipsa limitatio est menti tenenda, quia per eam datur cautela marito capienti vxorē sine dote, & quæ patitur eius bona possideri per virum, vt inducatur titulus dotis, quod coram vxore non contradicente, testibus asserat, & dicat ipsa bona tenere & possidere titulo & nomine dotis, quia tunc per mortem eius non poterit priuari lucro, de quo in lege municipali.

SVMMARIVM.

1 *Dos data primo viro, censetur data secundo, latius num. 6.*
2 *Dos data in primo matrimonio soluto per diuortium, repetita censetur in sequenti, licet matrimonium tertij in medio interuenerit.*
3 *Potestas, si durante tempore sui officij fuit cassus, & postea reassumptus, cum eisdem pactis reassumptus intelligitur.*
4 *Ciuitas si conduxit doctorem cum certo salario pro vno anno, quo finito recessit domum, & demum interpositis pluribus annis reconducatur sine repetitione salarij, sub illo salario, quod prius perceperat, reconductus intelligitur.*
5 *Idem est de famulo & similibus.*
7 *Declaratio ad d. l. dotem. ff. de iu. dot. l. cum maritus. §. Titius. ff. de pact. dotal. l. pen. l. si vxor. ff. sol. mat. & l. si serua. ff. de iu. dot.*
8 *Statutum de lucro dotis non habet locum in dote præsumpta, sed cōtra nu. 15. & 20. vbi communis est in contrarium.*
9 *Statutum de lucro dotis, tanquam exorbitans & contra ius cōmune, restringi debet ad veram dotis constitutionem, vt minus lædatur ius commune quam sit possibile.*
10 *Satutum de lucro dotis locum non habet in dote ficta.*
11 *Statutum loquens de probatione, non habet locum in iuris præsumptione, & sic in probatione præsumpta eo casu, quo non haberet locum in ficta, quod declara vt num. 21.*
12 *Statutum de lucro dotis, vt vendicet sibi locum, oportet, quod sit verus casus statuto comprehensus, & non præsumptus.*
13 *Statutum disponens, quod mulier secundo nubens possit totam dotem dare & tradere secundo viro, exclusis filijs primi matrimonij, non habebit locum in dote præsumpta.*
14 *Actio, licet hodie oriatur ex pacto nudo donationis expresso, non tamen ex tacito, ne concurrant plura specialia.*
16 *Dotis constitutio probatur per præsumptionem.*
17 *Dispositum in casu vero & expresso locum habet etiam in tacito & præsumpto, dato etiam quod essemus in casu, in quo uerba Statutorum non comprehenderent casum fictum.*
18 *Vxor si dixerit marito, trado, uel committo me & mea tibi, & vir sit dignus tanta dote, præsumitur dos constituta, ita ut in ea locum habeat lucrum dotis.*
19 *Mulier si secundo nubat nulla dote constituta, si extant filij ex primo matrimonio, maritus lucrabitur tantum de dote, quantum unus ex filiis primi matrimonij.*
22 *Præsumptiones iuris sunt liquidißimæ probationes.*
23 *Statutum requirens probationem instrumentalem, uerificatur in præsumptionibus iuris.*
24 *Præsumptio legis, tantum operatur, quantum ueritas.*
25 *Dos præsumpta dicitur uera, licet probata præsumptione iuris.*
26 *Actus transferendi possessionem per constitutum, & sic fictus, tamen ipsa possessio est uera.*
27 *Statutum loquens de dote data, locum habebit & in dote præsumpta constituta a lege.*
28 *Specialia plura admittuntur, quando originem habent a diuersis fontibus.*
29 *Conducens rem suam scienter ab ecclesia, tanquam rem ecclesiæ, uidetur donare.*
30 *L. fi. C. de sacrosan. eccl. quæ loquitur in donatione, locum etiam habet in donatione tacita & præsumpta.*

QVAESTIO LXXV.

STante statuto, quo cauetur, ꝙ præmoriente vxore sine liberis maritus lucretur dotē: Quæritur, nunquid mulier ꝑ transitum ad secunda vota censeatur dedisse eandem dotē secundo viro, quā dederat primo, ita vt eueniente eius morte maritus gaudere debeat beneficio d. legis municipalis. Hic caduntur duo dubia discutienda. Primum etenim est, an dos data primo viro censeatur data secundo. Secundum est, posito ꝙ sic, nunquid huiusmodi statutū de lucro dotis habeat locum in dote præsumpta. Deueniendo igitur ad primum intrepide

1 tenendum est, ꝙ† dos primi matrimonij cēseatur repetita in secundo, per tex. in l. dotem. la 1. ff. de iu. do. vbi expresse hoc dicit ipsa lex, nisi aliud conueniisse probetur. Secundo idē ꝓbatur in l. Diuus. ff. eo. ti. vbi si mulier, quæ dedit dotē viro, post diuor-

Source : BIU Cujas

diuortium redit in matrimonium,cēsetur cū eadē dote redire. Tertio facit tex.in l. cum maritus. §. Titius.ff.de pact.dot. vbi idem dicitur de extraneo, qui dedit dotem mulieri, quæ post diuortium redit ad maritum cum voluntate ipsius extranei,vt censeatur cum eadem dote accessisse. Quarto accedit tex.in l.pen.§.si vxor.ff.solu.matrim.& in l. post diuortiū.
2 ff.de iu.dot.vbi dos data in primo matrimonio†soluto per diuortium repetita censetur in sequenti, licet matrimoniū tertij in medio interuenerit, per quem tex.in dic.§.si vxor.dixit Bal.in l.si constante.versicu.sed pone.C.de dona.ante nup. q
3 †si potestas durante tempore fuit cassus de officio, & postea reassumptus, intelligitur reassumptus cum eisdem pactis, & in l.etiam.col.fi.ver.extra quæro.C.de iu.dot. quem sequuntur communiter Scriben.in l.diem functo.ff.de offi. assess.vbi
4 etiam dicunt,q si ciuitas conduxit Doc.cum certo†salario p vno anno,quo finito recessit domum,& demum interpositis pluribus annis,reconducatur sine repetitione salarij, intelligitur recōductus sub illo salario,quod prius perceperat,qui sub
5 dit idem†esse in famulo & similibus. Quinto, istud dixit glo. expresse,in verbo,fortuita,in authen. sed quauis. C. de rei vx. actio.Sexto hoc decidit Cy. in d. authen. sed quamuis.in 3. q.
6 vbi†inquit.Pone,q mulier in primo matrimonio habuit mille in dotem : secundo nupsit simpliciter,& promisit dotem quam tamen non expressit,nunquid intelligatur dare tantam dotem quantam dedit primo ? & concludit q sic. & licet Cy. loquatur quando mulier vel pater promisit dotem secundo : tamen idem intelligas,quando nulla interuenisset promissio, vt vult glo.ibi,in verbo,fortuita.& Pau.de Cast. in l. si mulier diuertit.col.j.ff.sol.ma.& in cons.283.col.2.secūdum antiquā impressionem,ac Saly.in d.authen.col.fin.ver.5.principaliter quæro,dicens cum illa gl.Doc.pertransire, & eam etiam notandam,quando de dote nulla facta fuisset mentio.Hoc quoque tenuit Barto.in dispu.sua,incip.mulier.col.3. ver. octauo probo.& col.6.ver.1.casu.& in l.pen.§.si vxor. solu.matrimo. & in l.cum de in rem verso.col.3.ff.de vsur. Abb. in consi.46. in 2.dubio.vol.1.Pau.de Cast.in d.consi.283.colum. 2. Cum. in cons.106.col.2.Imo.in l.1.col.5.solu.mat.Ale.in cons. 144. col.2.vol.5.& in cons.122.col.1.in fi.col.2.in fi.& col.pe.in fi. vol.7.Soc.in cons.80.in prin.vol.4.Cur.Sen.in cons. 77. col.7. in fi.Calca.in cons.4.col.3.Bertr.in cons.160.col.fi.vol.5.Cur. Iun.in cons.4.col.5.& in cons.164.col.3.Paris.in cons.34.col. 1.vol.3.vbi attestatur hanc esse communem. Idem voluit Socy.Iun.in cōs.29.col.fi.vol.1.& in cons.8.col.5.vol.2. D.meus Rui.in cons.53.col.pe.vol.2.& in cons.61.in prin. vol. 3.& in cons.137.col.3.vol.4.in cons.51.col.pe.in prin. vol.5.necnon in cons.151.in prin.eod. volu.Bal.Nouel.in trac.dot.in 6.par. specia. 71.

Et licet Corn.in cons.254 colum. 3. volum.1.dicat,q a iuuentute sua semper sibi visum fuit, q de mente iuris mulier secundo nubens alteri viro non censeatur nubere cum eadē dote,quia iura,quæ disponunt, eam censeri maritari cum eadem dote,videlicet d.l.Diuus.& l.pen. §. si vxor. loquuntur, quando nubit primo viro.& quamuis d.l.dotem.in princ.videatur secundum eum,loqui magis generaliter, tamen lex sequens innuit dic.legem etiam in hoc casu loqui.nec est verisimile,q sine misterio iura loquantur semper in eodem viro, & de alio non dicant censeri constitutam eandem dotem, dato q etiam de secundo viro aliqua etiam interserunt, prout contingit in d.§.si vxor.& in d.l.post diuortium.tamen respōderi potest,q in eius dicto non potest fieri fundamentum,qa ipsemet Corn.inquit,q licet hoc sit substantiale, & de mente iuris,tamen q non auderet firmare hanc partem in decisiuis, propter authoritatem Bar.& sic non figit pedem,& bene,qa, vt dicit Pau.de Cast.in citato cons.183.col.2.licet leges supra
7 dictæ†videlicet l.dotem.l.cum maritus.§.Titius.l.penul. §.si vxor.ff.de iure dot.loquantur eo casu , quo secundum matrimonium reintegraretur cum eodem,cum quo fuit primum: tamen Cy.in d.auth.sed quamuis.& Bar.in d.sua dispu. volūt idem esse si contrahatur cum alia persona.Quod dicit notandum,& vltra Bar.& Pau.tenent communiter Scriben.vt latissime constat ex authoritatibus supra citatis,a qua quidem sē tentia in iudicando non est recedendum , quia esset contra stimulum calcitrare.

8 Quo vero ad secundum dubium†videretur prima facie dicendum, huiusmodi statutum de lucro dotis non habere lo-
9 cum in hac dote præsumpta. Primo , quia hoc † statutum est exorbitans,& correctorium iuris communis, tendens in præiudicium tertij,vt dixi supra q. 2. Ergo restringi debet ad verā dotis constit. vt minus lædat ius commune, quam sit possi-
10 bile,iuxta l.fi.§.in computatione. C. de iu. delib. Vnde † sicut fictam dotem non comprehendit l.3 §.hæc verba.& ibi Doc. ff.de nego. gest.l. j.§. hoc interdictum de cisterna.ff.de fonte, cum concordantib.de quib.per Imo.& Alex. in l.Gallus. §. & quid si tantum.ff.de lib.& posth. Ita nec dotem præsumptam comprehendere debet, & prout in terminis hos duos casus
11 equiparat Alex.in l.licet Impe.col.2.de leg.1.vbi†dicit,q statutum loquens de probatione,non habet locum in iuris præsumptione,& sic in probatione præsumpta eo casu, quo non haberet locum in ficta.Idem dixerunt Roma.& Ale.in l.1.C. de test.mil.& Cur.Sen.in consi.78.col.8.Secundo facit, quod decidit Bal.in l.1.col.2. C.de cond. ob cau. quem referunt, & sequuntur Ias.in cons.50.in fi.vol.1.Paris.cons.62.col.2.vol.4.
12 Moder.in trac.dot.in vlt.par.q.9.vbi dicit,q†statutum de lucro dotis,vt vendicet sibi locum,oportet,q sit verus casus in statuto comprehensus,& non præsumptus , per regulam. l.si vero.§.de viro solu.matr.& ideo dixit Ias.in citato cons.50.q
13 †statutum disponens, q mulier secundo nubens possit totā dotem dare & tradere secundo viro,exclusis filiis primi matrimonij , non habebit locum in dote præsumpta . Idem tenuit Corn.in consi.254.col.3.vol.2.& Cur. Iun. in auth. præterea. col.9.C.vn.vir & vx.Et ideo ex his apparet, q minus recte loquutus fuit Raph.Cum.in cons.109 dum vult, q huiusmodi statutum de dote lucrāda locum habeat in dote præsumpta , licet non in ficta,& contra Cum.facit quod no.Bar.in d.l.si ti
14 bi.in prin.ff.de pac.dum vult,q†licet hodie ex pacto nudo donationis oriatur actio.l.si quis argentum.§.pe.C.de dona. Illud habet locum in donatione expressa,& non tacita.& idem vult Bar.in l.iurisgentium.§.quinimo. ad fi.ff.eo.tit.& Ray. & Bal.& Ang.in §.sed cum nulla.eo.ti.& hoc ne cōcurrant plura specialia .s. q titulus donationis præsumatur contra l. cum de indebito.ff.de proba. & q ex pacto nudo oriatur actio cōtra regulas iuris.d.l.iurisgen. §.igitur. & per ea quæ habentur in l.1.C.de do.promis.Quæ ratio militat etiam in terminis huius quæstionis , quoniā presumitur titulus contra l.2.§.circa. ff.de doli excep. & q secundus maritus lucretur dotem contra l.2.ff.sol. mat.

15 Sed præmissis non † obstantibus contrariam sententiam veriorem fore existimamus.Et primo ex iis , quæ in terminis decidit Bar. in d.sua dispu. col. 6. ver.ad primum dico. vbi inquit,quod bona data primo viro in dotem per mulierem maiorem,si nulli extant liberi ex primo matrimonio , censentur repetita in sequenti in tantum , quod in dictis bonis lucrum dotis consequetur maritus ex beneficio huiusmodi statuti. & Bar.sequitur Cur.Iun in cons.4.in 5.col.

Secundo, ista opi. probatur per glo. & Bal. in l. cum citra.
16 C.de iure dot.vbi dicit Bal.nota hic glo. quæ vult, quod† dotis cōstitutio probatur per præsumptionem,& ideo maritus, qui debet lucrari tertiam partem dotis ex forma statuti,debet etiam partem dotis præsumptæ lucrari,sicut aliquid probatæ,& ista glo.approbata reperitur,vt per Calca.in cons.11. col.2.& Mars. in rub. C. de proba.nu.93. & Bal.sequitur Socy.in cons.80.col. fin. vol. 4. Idem tenuit Cum. in cons.106. col.2.vbi inquit,quod si mulier maior , quæ fuit primo loco maritata dote constituta primo viro transit ad secunda vota, quod maritus valore statuti de lucro dotis lucrabitur partem dotis in eo descriptam, quia dos data primo viro cēsetur repetita in secundo matrimonio,quoniam cum ista sit presūptio,& non fictio,ita debet habere locum statutum in dicta dote præsumpta,quemadmodum si expresse data esset, cum præsumptio iuris procedat secundū veritatem per ea, quæ habētur in l.fi.ff.quod met.cau. Vnde non refert secundum eū, an dos probetur per instrūmentum , vel per testes, vel hanc iuris præsumptionem, cū idē soleat operari tacitum , quod expressum.l.cum quid. si cer.pet. & Cum.sequitur Cur. Iun. in consil. 4. col. 5. vbi dicit hanc verissimam esse conclusionem,quod in quacunque materia,in qua stricte procedatur,
17 vt est in statutis,dispositum † in casu vero & expresso,hēt locum in casu tacito & præsumpto,dato ēt quod essemus in tali casu,in quo verba statutorum non comprehenderent casum fictum , per elegantem decisionem Raph. Cum. vbi supra,quem pariter sequuntur Mod. in consue. Burdeg. in titu. de dote.§.6.D.meus Rui.in cons.224.col.2.vol.1.& in consil. 151.col. 1. vol. 5.Hanc quoque partem amplectitur Paul. de Cast.in cons.283.col.2.& fi.& Bal.in 5.statuto. uer.dos.q. 1. & Socy.in citato cons.80.colum.fi.Abb.in cons.46. uolu.1.Socy.Iun.in cons.120.col.fin.uol.1.& in cons.8.col.1.uol. 2. Paris.in cons.34. in prin. uol. 3. licet contrarium in casu suo teneat,per rationes in eo expressas.D.meus Rui.in cons. 61.uol. 3.col.6.& in consi.supra citato 224.col.2.uolu.1.& 152.col.1. & 2.uol.5.Quæ opi.confirmatur ex no.per Bal.in l.nulla.C de
18 iu.dot.ubi inquit, q † si uxor dixerit uiro suo,trado uel committo me & mea tibi,& uir dignus sit tanta dote,presumitur dos constituta , adeo q maritus lucratur dotem ordinatam a statuto,& tamen si uera esset opinio contraria, sequeretur,q

in

Source : BIU Cujas

in ipſa dote præſumpta non haberet locum diſpoſitio ſtatutaria loquens de lucro dotis. Quod tamen falſum eſt, vt diximus ſupra in q. 73. ſimiliter ſequeretur, ꝙ maritus etiam non poſſet lucrari dotem, quando mulier dixiſſet ſuo viro, Do tibi bona mea, cum ex his verbis inducatur præſumpta dotis conſtitutio, quod tamen ab omni iure eſt alienum, vt per Bal. in d.l. nulla. & alios, quos ſupra retulimus in q. 72. Itē nos
19 videmus, ꝙ quando mulier ſecundo nubit nulla† dote conſtituta, ſi extant filij ex primo matrimonio, maritus etiam lucratur tantum de dote, quantum habet vnus ex filiis primi matrimonij, per no. in l. hac edictali. C. de ſecun. nup. vt per Bart. in d. ſua diſpu. col. 6. ver. ad prædicta. & Cum. in conſ. 109. col. 2. & Alex. in conſi. 144. col. 2. vol. 5. & in conſ. 122. col. 2. vol. 7. & D. meum Rui. in conſ. 61. col. 6. in fi. vol. 3. Quod tamen veritate careret, ſi huiuſmodi ſtatutum non haberet locum in dote præſumpta, prout eſt (vt diximus) ea, quę data fuit primo viro, quæ pariter cenſetur in ſecundo matrimonio conſtituta ex diſpoſitione legis. Non obſtant adducta in contrarium. Et in primis, ꝙ huiuſmodi ſtatutum vtique correctorium, & exorbitans locum ſibi nō vendicet in dote præſumpta: Quia
20 reſpondetur, ꝙ† ex ſupra citatis authoritatib. clare liquet, cōmunem opin. eſſe in contrarium. Cui non refragantur no. p Ale. in l. licet Imperator. col. 2. de leg. 1. & in l. 1. poſt Rom. C. de teſta. mili. vbi non dicitur vera & propria probatio, quæ fit
21 ex præſumptionib. & coniecturis, quia† reſpondetur per Dec. in rub. de probat. col. 17. ver. 2. concluſio. ꝙ iſtud procedit in præſump. quæ in iudicis arbitrio reſident: Secus eſt in præ. sūp.
22 a iure approbatis, ꝙa tales veris ꝓbationib. & legitimis† ęqui pollent. Vnde dicitur, ꝙ iuris præſumptiones ſunt liquidiſſimæ probationes. l. ſi quis locuples. in fi. ff. de manumiſ. teſta. l.
23 dolum. C. de dolo. & iſtud adeo verum dicit Dec. † ꝙ etiam ſi ſtatutum probationem inſtrumentalem requireret, ſufficerent præſumptiones iuris, vt notanter dixit Bald. in l. j. col. 6. ver. quæro, quid ſi ſtatutum. C. de fideic. quem ſequitur idem Dec in conſ. 54. col. fi. in prin. Iaſ. in d.l. j. C. de teſt. mil. qui pro iſta parte allegat tex. in l. fi. in fi. cum glo. de probat. vbi proba
24 tio legis dicitur eſſe† veritas. Idem Iaſ. in conſi. 25. col. fi. vol. j. vbi dicit ſe alibi in ſpecie non legiſſe. Pari. in conſ. 80 col. 3 volum. 1. & in conſi. 97. col. 2. eo. vol. j. vbi præſumptio legis operatur tantum, quantum veritas. & Bald. etiam ſequitur Bru. in trac. de conſt. in 3 par. in verbo, probatio. §. 21. & 91. Non obſtant no. per Bal. in l. 1. C. de cond. ob cau. quia reſpondet Socy. in citato conſi. 80. col. fi. ꝙ Bal. loquitur in dote putatiua, non autem in dote præſumpta, in qua habet locum diſpoſitio ſtatutaria, ſicut in vera, vt per Cur. Iun. & alios ſupra citatos.
25 Vel & ſecundo reſponderi poteſt ꝙ dos, de qua nunc† tractamus, eſt vera, licet probata iuris præſumptione, quoniā licet actus probandi ſit præſumptus, tamen dos probata iuris præ-
26 ſumptione eſt vera dos, ſicut in† ſimili dicimus, ꝙ actus tranſferendi poſſeſſionem, licet ſit fictus, tamen ipſa poſſeſſio eſt vera. Quod & voluit Do. meus Rui. in citato conſi. 61. col. 3.
27 circa fin. vbi pariter inquit, ꝙ† ſtatutum loquens de dote data habebit locum in hac dote conſtituta a lege, quia licet cōſtitutio dotis ſit ficta: tamen datio dotis eſt vera, & allegat ſimilitudinem, de qua ſupra per Socy. in d. conſ. 80. Idem dixit ipſe Do. meus Rui. in alleg. conſ. 224 colum. 2. vol. 1. & in conſil. 151. col. 2. in prin. vol. 5. Nec habet obſtare, ꝙ concurrerēt plura ſpecialia contra l. j. C. de dot. promiſ. quia reſpondetur,
28 quod ex† quo ipſa ſpecialia habent originem a diuerſis fontibus, ideo concurſus admittitur. l. ſingularia. ff. ſi cer. pet. Nam quod titulus dotis præſumatur, a marito tantum cauſatur, & quod vir lucretur dotem, ab oneribus matrimonij, quia propter onera matrimonij conceditur ipſum lucrum, vt per eōs in l. ſi donaturus. §. fi. poſt gl. ff. de cōd. ob cau. ita dixit D. meus Rui. in citato conſ. 151 col. 2. qui ſubdit hanc reſponſionem magis in ſpecie probari ex no. per Bar. Imo. & Alex. in l. ſi rem
29 aliquam. ff. de acquir. poſ. vbi vult Bar. quod ſi† quis rem ſuam conducat ſcienter ab eccleſia, tanquam rem eccleſię, quod videtur donare, & quod dominium ipſo iure transfertur in eccleſiam, per l. fi. C. de ſacroſ. eccle. & ſic Bar. vult, quod d.l. fin.
30 quæ loquitur in donatione, lucrum habeat in† donatione tacita & præſumpta, & tamen concurrunt duo ſpecialia, quia donatio præſumitur, & ipſo iure dominium trāsfertur, quod eſt ſpeciale. l. traditionib. C. de pact. quod videtur contra prædicta. ſed reſpondent Imo. & Alex. quod illud eſt ex eo, quia habent originem a diuerſo fonte, quia præſumptio donationis cauſatur a ſcientia & facto cōducentis, dominij vero trāſlatio conceditur fauore eccleſiæ: eadem ergo ratione idē cōcludendum eſt in terminis præſentis quæſtionis, & ita teneas.

SVMMARIVM.

1 *Maritus non lucratur dotem tacitam conſtitutam a lege, ſi ſtatuto caucatur, quod vir per mortem vxoris lucretur dotem promiſſam, & numero 5.*
2 *Verba ſtatuti de lucro dotis debent intelligi proprie, cum huiuſmodi ſtatutum ſit correctorium iuris communis.*
3 *Statutum loquens de dote promiſſa, debet intelligi de dote promiſſa per hominem, non autem de dote tacite conſtituta a lege.*
4 *Statutum diſponens, quod mulier intelligatur omnia bona dediſſe in dotem nulla dote conſtituta, locum non habet in muliere quæ tranſiuit ad ſecūda uota nulla facta mentione dotis, ſecus ſi ſtatutum diceret nulla dote expreſſe conſtituta, quia tunc non ſufficeret tacita dotis conſtitutio.*
6 *Lex vbi ponderat factum relinquentis, tunc ſupplementum, quod fit a lege, non venit ſub tali relicto, nec in illo locum habet dicta diſpoſitio, ſecus ſi factum hominis non reſpiceret.*
7 *Relicti appellatione proprie non venit illud, quod ſuppletur.*
8 *Limitatur quæſtio preſens non procedere, vbi ſtatutum loqueretur de dote data vel promiſſa.*
9 *Dotis conſtitutio facta a lege dicitur uera dos.*

QVAESTIO LXXVI.

MAritus an lucretur dotem tacitę conſtitutam a lege, ſi
1 ſtatuto† caueatur, quod vir per mortem vxoris lucrē
2 dotē promiſſam. Et concludendo teneas quod non, quia† verba huiuſmodi ſtatuti debent intelligi proprie, cum ſit correctorium iuris communis, vt diximus ſupra q. 2. Sed dos conſtituta a lege non dicitur vere promiſſa, ergo tale ſtatutum non habebit locum in ipſa dote, iuxta no. per Bar. in l. 3. §. hęc verba. ff. de neg. ge. & Doc. in l. j. §. lex Falcidia. ff. ad leg. Falc. & in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. de lib. & poſthu.
3 Secundo, quia tale ſtatutum de dote† promiſſa ſe reſtringit ad dotem promiſſam per hominem, ergo non debet habere locum in dote tacite conſtituta a lege, vt clare probatur ex dictis per Pau. de Caſt. in l. ſi mulier diuertit. in fi. ff. ſol. mat.
4 dum vult, quod† ſtatutum diſponens, quod mulier intelligat omnia bona dediſſe in dotem nulla dote conſtituta, locū nō habeat in ea, quæ tranſiuit ad ſecunda vota nulla facta mētione dotis, quia ſatis dicitur iſto caſu dos conſtituta, ex quo cēſetur dos cōſtituta prioris matrimonij. & hoc eſt verum (ſubdit ipſe) niſi ſtatutum diceret, nulla dote expreſſe conſtituta, quia tunc non ſufficeret ipſa dotis conſtitutio tacita. & ſe-
5 quendo Pau. de Caſt. qnæſtionem† præſentem decidit Dom. meus Rui. in conſ. 61. col. 5. vol. 3. Pro cuius confirmatione adducit no. per Bal. in l. 1. circa fi. C. de inoffi. dot. vbi in quæſtio
6 ne† ibi formata per eum concludit, quod vbi lex ponderat factum hominis relinquentis, tunc ſupplementum legitimæ, quod fit a lege, & non ab homine, non venit ſub tali relicto, nec in illo locum habet dicta diſpoſitio: Secus ſi factum ho-
7 minis non reſpiceret. & ſubdit, quod † illud, quod ſuppletur, proprie non venit appellatione relicti, arg. l. 1. ff. de iis quæ in teſt. delen. & l. j. §. & ſi. cum ibi no. ff. de collat. bono. Et ideo cum in terminis huius quæſt. promiſſio expreſſa mulieris factum hominis requirat, merito ſequitur, quod diſpoſitio ſupradicti ſtatuti non trahetur ad dotem tacitam conſtitutam a lege, quod & voluit idem D. meus Rui. in conſ. 151. col. 1. & 2. vol. 5. Quam concluſionem limitat ipſe D. meus Rui. in cita
8 to conſi. 61. col. 6. non procedere, vbi ſtatutum loqueretur de dote data, vel promiſſa, quia tunc virtute alternatiuæ haberet
9 locum in 1. parte de dote data, † quia ipſa dotis conſtitutio facta a lege, dicitur vera dos. Idem dixit ipſe Rui. in præfato conſil. 151. vol. 5.

SVMMARIVM.

1 *Dos data in primo matrimonio, quod de facto non tenuit, cenſetur etiam data in matrimonio reconualidato, & in ea locum habet ſtatutum de lucro dotis, & nume. 3. quod declara. num. 4*
2 *Papa ſi diſpenſat ſuper matrimonio inualido, cenſetur etiam diſpenſaſſe ſuper dote.*

QVAESTIO LXXVII.

QVid ſi matrimonium primum, in quo † dos fuit conſti-
1 tuta, de facto nō tenuit, & mulier tranſiuit ad aliud matrimonium, & poſtea conualidetur nulla dote conſtituta, an dos data in primo matrimonio cenſeatur etiā data in matrimonio reconualidato, ita quod ſtatutum loquens de lucro dotis trahatur ad hanc dotem? Tex. eſt in l. ſi ſerua. in prin. ff. de iure dot. qui decidit quod ſic, & ita ibi hoc no. Bar. dicens, nota, quod dos data in primo matrimonio inualido, tacite intelligitur repetita, ſi poſtea validetur, per quem tex. dicit Bal. in auth. ex complexu. C. de inceſt. nup. quod ſi Pa-
2 pa diſpenſat ſuper† matrimonio inualido, cenſetur etiā facta diſpen-

Source : BIU Cujas

diſpenſatio ſuper dote, & in terminis lucri dotis, per d. tex.
3 in d.l.ſi ſerua.ita voluit Bart.in diſput. ſua,mulier habens &c. col. 6. vbi inquit, quod ſi ex primo matrimonio nulli extant liberi,quod dos data primo cenſetur repetita in ſecũdo,adeo quod maritus lucrabitur dotem conceſſam a ſtatuto, etiam
4 ſi† primum matrimonium ſolum de facto tenuit.Secus ſi extarent liberi ex primo matrimonio,quia tunc non lucrabitur vltra,quam haberet vnus ex filiis primi matrimonij,qui minus haberet.Idem tenuit Pau.de Caſt in conſi.283.col. 2. in fi. & D.meus Ruin.in conſ.223 col.3.vol.1.quod tene menti,quia hodiernis temporibus ſæpiſſime videmus quod contrahũtur matrimonia inualida cum dotibus inter affines, quæ exinde ex diſpenſatione Apoſtolica conualidantur.

SVMMARIVM.

1 *Mulier,quæ primo uiro tradit minorem dotem quam ſecundo, cẽſetur dediſſe tertio uiro dotem ſecundi matrimonij,& non primi.*
2 *Vltimus ſtatus attendendus eſt.*
3 *Relatio ad proxima regulariter eſt facienda.*
4 *Si conſuetudo ſalarij præſtandi aſſeſſori non eſt certa,ſed uaria,ſi ſimpliciter conducatur, intelligitur in dubio conductus cum ſalario prædeceſſoris, qui immediate eum præceſſit.*
5 *Princeps ſi concedat officium uni, & in literis officij dicat, ſecundum ſalarium conſuetum: ſi ſalarium officij retroactis temporibus fuit uarium, intelligitur (ſecundum communem opinionem) prout habuit prædeceſſor.*

QVAESTIO LXXVIII.

1 OCcurrit & aliud.Quid quando primo† viro fuit tradita minor dos,ſecundo vero maior, ſed tertio nulla facta fuit conſtitutio dotis,an cenſeatur conſtituta & repetita tertio marito dos primi matrimonij, an vero ſecundi? Pau. de Caſt.in l.in inſulam.§.fi.ver.ſed quid ſi.ff.ſol.ma. videtur deci dere hanc quæſt.dicẽs, quod ſi inter primum matrimonium & reconciliationem eiuſdem interuenit aliud matrimonium cum traditione dotis, ꝙ mulier cenſetur dotem datam ſecundo viro dediſſe in tertio reconciliato, alias cenſetur primam dotem non exactam in hoc tertio repetiſſe, arg l.dotem.ff.de iure dot.Idem ſentit ipſe Pau.in l.pe.§.ſi vxor.ff.ſolu.matri. & iſtam partem ſequitur Pariſ.in conſi.34. vol.3. vbi refert Bal. Nouel. aſſerentem hoc idem in facto habuiſſe, & ita tenuiſſe per rex.in d.§.ſi vxor.& arg.l.Mela.§.1.ff.de alimen.& cib.leg. qui eam comprobat,per no.in c.in conſultationibus. de iure
2 patro.vbi vltimum† ſtatutum attendere debemus. & etiam,
3 quia relatio ad proxima regulariter eſt fienda. l. ſi idem† cum eodem.ff.de iuriſd.om.iud. Hoc etiam voluit Do. meus Rui. in conſi.137.col.3.vol.4.Quæ opin. confirmatur ex dictis per Iaſ.in l.diem functo.col.4.ver.ſi autem conſuetudo. ff. de of-
4 fic.aſſeſſ.vbi inquit,ꝙ ſi conſuetudo ſalarij præſtandi† aſſeſſori non eſt certa,ſed varia, quia aliquando vni aſſeſſori datum eſt plus,aliquando minus:tunc ſi aſſeſſor ſimpliciter conducatur,intelligitur in dubio,ꝙ aſſeſſor debet habere ſalarium,qđ habuit prædeceſſor ſuus,qui immediate præceſſit,ex eo ꝙ ſingulariter decidit Bal in l.binos.circa fi.C. de aduo. diuerſ.iud.
5 vbi quærit,† quid ſi Princeps concedat officium vni,& in literis officij dicat,ſecundum ſalarium conſuetum,ſi ſalarium officij fuit varium retroactis temporibus, dicit Bal.ꝙ illa verba, ſecundum ſalarium conſuetum,intelliguntur in dubio, ſicut habuit prædeceſſor ſuus,per d.l. Mela.§.i.de alim. & cib. lega. vbi ſi teſtator reliquit Titio alimenta, quæ ei teſtator in vita prẽſtabat, debet attendi prout teſtator tempore mortis erat ſolitus prẽſtare, adeo ꝙ ſi teſtator in vita vario modo præſtitit,attenditur vltimi præſtatio alimentorum. & Bal.ſententiã ſequuntur Moder.Vercellen.in d.l.diem functo.nu.97.vbi aſſerunt hanc eſſe communem opi.Et ideo ex his remanet firma concluſio,ꝙ tertius maritus lucrabitur partem dotis, de qua loquitur ſtatutum,quæ tradita fuerat ſecundo viro,vt ẽt voluit Pariſ. in citato conſil. 34. in 1.col.licet in caſu ſuo propter rationes ibi expreſſas teneat contrarium.

SVMMARIVM.

1 *Statuto cauetur,quod mulier nupta nulla dote conſtituta cenſeatur omnia bona dediſſe in dotem: Alio quoque diſponitur,quod maritus lucretur dimidiam dotis uxoris præmortuę, an maritus lucretur dimidiam omnium bonorum,an uero dimidiam dotis datæ primo viro.*
2 *Tacitum habetur pro expreſſo.*
3 *Prouiſio generalis ſtatuti non debet referri ad caſum,in quo erat ſpecialiter prouiſum per ius commune.*

QVAESTIO LXXIX.

STatuto cauetur, ꝙ ſi mulier nubat nulla dote conſtituta, cenſeatur omnia bona ſua dediſſe in dotem,& alio diſponitur, ꝙ maritus lucretur dimidiam dotis vxoris præmortuæ. Pone modo,ꝙ mulier, quæ ſecundo viro nupta fuit, nullam ei dotem conſtituit, ſed de dote data primo viro apparet publico inſtrumento,quam dotis partem lucrabitur maritus,an dimidiam omnium bonorum de quibus in primo ſtatuto,an
1 vero dimidiam dotis† datę primo viro? Pau.de Caſt.in l.ſi mulier diuertit,col.fi.ff.ſol.ma.dicit ſe conſuluiſſe, ꝙ ſtante dicto ſtatuto non cenſetur mulier omnia bona dediſſe in dotem, ſed tantum dediſſe,quæ dederat primo viro;eo quia non poteſt dici nulla dos cõſtituta,cum per legis diſpoſitionem fingatur eandem dotem datam primo viro, etiam dediſſe in ſequenti matrimonio. Non enim dicit ſtatutum, nulla dote expreſſe conſtituta,quia tunc militaret virtus ſtatuti, ꝙ cenſeatur omnia bona dediſſe in dotem,ſed lex municipalis dicit conſtituta,quod poteſt intelligi expreſſe, vel tacitè, verè, vel fictè.& ſubdit,ꝙ ita fuit iudicatum, licet quidam cõſuluerint contrarium, & verè ita conſuluit Pau. vt eſt videre in conſi. ſuo 284. ſecundum antiquam impreſſionem, nunc in nouis eſt in conſ.60.vol. 2.vbi in 2.dubio concludit,ꝙ ſtantib. ipſis ſtatutis maritus lucrabitur dimidiam dotis primo viro conſtitutæ,& non dimidiam omnium bonorum,quia non videtur verum,ꝙ cenſeantur omnia bona fuiſſe data in dotem virtute talis ſtatuti,motus etiam hac ratione,quia id ipſum ſtatutũ loquitur eo caſu, quo nullo modo dos fuit conſtituta, quæ verba,cum ſint multum generalia, debent intelligi generaliter,videlicet,ꝙ per nullum modum fuerit conſtituta.ſ.expreſ
2 sè,vel tacitè.Nam tacitum † habetur pro expreſſo.l.item qa. ff.de pac.Item,ꝙ non ſit conſtituta nec per hominem. nec p legem, quia diſpoſitio legis repręſentat factum. l.ſi pecuniã. §.1.verſic.planè.ff.de cond ob cau.Item,quia generalis prouiſio huius† ſtatuti non debet referri ad caſum,in quo erat ſpe-
3 cialiter prouiſum per ius commune.l.ſanctio legum.ff.de pę. Vnde ſatis eſt, ꝙ dictum ſtatutum ſuppleat ius commune in duobus caſibus in quibus deficiebat. ſ. quando mulier nubẽs nulla certa dote conſtituta nullum aliud matrimonium prius contraxerit, vel quando contraxerat, ſed in illo nullam dotem habuit; quibus in caſibus de iure communi non erat prouiſum de dote, etſi mulier haberet multa bona, quia illa non cenſebatur dediſſe in dotem,vt per Bar.in ſua diſpu.mulier habens &c.& Pau.de Caſt.ſequitur D.meus Rui.in conſi. 223.col.2.vol.j.& in conſi.ſeq.col.2.ac in conſi.61.col.4.vol. 3.& ita teneas in iudicando.

SVMMARIVM.

1 *Statutum de lucro dotis locum habet in dote exacta per vxorem, de qua nõ apparet,niſi per confeſſionem primi viri factam in teſtamento,ſed contra nu.4.& 9.*
2 *Dos data primo viro cenſetur data ſecundo, ita quod in ea locum habet ſtatutum de lucro dotis.*
3 *Confeſſio dotis facta per virum in eius ultima uoluntate probat, ſed contra ſecundum communem,nu.5.6.& 7.*
8 *Teſtator ſi quid reliquit pro male ablato, niſi aliter probetur, quod fuerit male ablatum,iudicatur de ipſo relicto,ut pure legato.*
10 *Teſtator ſi legat dotes uxori ſuæ,quas aſſerit eſſe quantitatis librarum quatuor centum,per ipſam confeſſionem non probatur cauſam eſſe ueram, ſed diſpoſitio ipſa operatur quod de iure legati quantitas eapeti poſſit.*
11 *l.dotem.ff.de iure dot.non debet txtendi ad caſus ibi non expreſſos.*

QVAESTIO LXXX.

1 QVid ſi vxor non dedit dotem ſecundo viro, ſed † tantũ ex teſtamento primi mariti apparet,ꝙ eidem abſenti reliquerit ducẽtos aureos, quos dixit eſſe dotem vxoris, an cenſeatur ipſos aureos per eam exactos ab hæredibus primi viri dediſſe in dotem ſecũdo, ita quod per mortem ipſius vxoris ſine liberis vir valeat conſequi dimidiam partem dotis beneficio legis municipalis ita diſponentis? Prima quidem facie videretur dicendum,ꝙ maritus virtute talis ſtatuti deberet conſequi per mortem vxoris dimidiam partem dictorum ducentorum aureorum,quia,vt dicunt Pau.de Caſt.in conſi. 283.col.fi.& Socy.in conſi.80.col.fi.volu.4. & alij, de quibus
2 ſupra in q.75.iſta eſt recepta Doc. ſententia, ꝙ † dos data primo viro cenſetur data ſecundo, in tantum ꝙ ſecundus vir lucratur dotem, quæ data reperitur primo viro. Sed in terminis,de quibus agitur † conſtat de dote tradita primo viro per
3 confeſſionem ipſius primi viri factam in eius vltima voluntate,quæ probat,vt no.Pet.& Cyn.in l.generaliter.in 8.quæſt.

C.de

Source : BIU Cujas

C.de non numerata pecunia. ergo &c.

4 Sed,præmissis non obstantibus,† contraria sententia de iure verior videtur. Quæ probatur,ex alia communi theorica Docto. quæ habet, quod quando non apparet, mulierem dedisse primo viro dotem, non præsumitur, quod mulier dederit bona sua in dotem secundo viro, per l.fin.C.de repud. & Bar.in disput.incip.mulier.& supra q.71. Ergo sequitur, ꝙ si non præsumitur vxorem dedisse bona secundo viro quod maritus minime consequi valeat beneficium lucri doris dispositum a statuto.

Non obstat,quod de dote constet per confessionem primi
5 mariti factam in eius testamento, quæ probat,quia† respondetur,quod licet Petr.& Cy.vbi supra censuerint, quod confessio facta in ultima uoluntate inducat probationem, tamẽ contrarium tenet Iacob. de Beluis. in Authen. de iureiuran. a morien. præst. Pro Barto. in l. cum quis decedens. §. codicillis.de leg.3.uidetur esse casus in d.authen. & in d §.codicillis,vbi confessio talis non inducit probationem, nisi fuerit iurata. Vlterius secundum Barto. si uera esset ipsa opi.Pet. & Cy.sequeretur, quod posset testator priuare filium legitima, confitendo se alij debere si ad probationem sufficeret, & sic
6 aperiretur via malitijs,quod vtiq; † fieri nõ debet.c.sedes, in prin.de rescr.Præterea si talis sententia admitteretur, omnes leges loquentes, quod ex illa confessione inducatur fideicõmissum,malè dicerent,cum demum inducatur id ipsum fidei commissum,quando de debito non apparet. Sed attenta opinione Petr.& Cy.semper de debito constaret,ergo non induceretur fideicommissum,quod ab omni iure alienum est, vt est tex.in l.Lucius.§.1.de leg.3.l.Aurelius.§.fi.ff.de lib.leg.Idẽ etiam fatetur Alex.in consi.153. col.fi. vol.2. vbi attestantur hanc esse communem opinionem.Quam etiam magis communẽ dixit Aret.in consil.64. col.pen.& ab illa non esse recedendum.Cui sententiæ pariter adhæret Corn. in consil. 145. col.3.vol.1.Soc.consil. 294 col.1. Barb.consil.54. col.2.uol.2. Bertr.in consil.211.col.1.uol.2.

Pro cuius confirmatione faciunt not.per Barto.in l.1.in 7. col.ver.tertio quæro.C.de sacrosan.eccl.vbi in fine illius quæ
7 stionis voluit,quod quando† testator reliquit quid alicui pro malè ablato,nisi aliter probetur, ꝙ fuerit ablatum, iudicatur de eo, vt de puro legato. Quod & uoluit idem Barto.in l.qui vxori.ff.de au & arg. leg.ubi inquit, quod de ipso poterit deduci falcidia,si ipsa imminebat.Hoc idem tenuit Bal. in repe. d.l.pen.col.pen.in uers.super 9.q.

8 Et in specie in dote, quod talis † confessio facta per maritum in testamento non probet dotem datam, voluit Bart.in d.l.qui vxori &in l. Lucius.§.maritus. ad Treb.Bald.in consi. 467. vol.3. repetito in consi.381.in 5.par.& in consi.14. circa fin.vol.2.Pau. de Cast. in consi.129.secundum antiquam impressionem.Alex.in consi.45.col.2.vol.1.Socyn.in citato cõsi.294.col.2 in prin.

9 Sed propius accedendo ad terminos huius† quæstionis de lucro dotis, ita decidit Alex.in consi.122. col.1. vol.7.vbi expresse dicit,quod iure non cauetur,quod ea quæ legauit primus vir suæ vxori, si ipsa transeat ad secunda vota, ꝙ censeatur promisisse in dotem, cum communis sit opinio, quod,
10 vbi† simpliciter in testamento vir dicit se legare dotes mulieri, quas asserit esse quantitatis quatuor centum librarum,nõ probetur per dictam confessionem causam illam esse ueram, sed solum operatur illa dispositio, vt iure legati quantitas ipsa peti possit, & ideo quod statutum de lucro dotis, quod est contra ius commune, non potest extendi ad casum præsẽtis quæstionis, cum in dubio huiusmodi statutum restringendum veniat, vt minus lædatur dispositio iuris communis,
11 quam† sit possibile.l.2 C.de noxal.c. cum dilectus. de consue. Item, quia l. dotem.ff de iure dot.quæ loquitur,quando dos fuit data primo viro, & quæ exorbitat a regula iuris cõmunis,vt est glos.in l. mulier.ff.de iure dot.non debet extendi ad alios casus ibi non expressos.l.si vero.§.de uiro.ff.fol.ma.& sic ad casum,in quo non apparet de dote data.

SVMMARIVM.

1 *Mulier per transitum ad secunda vota censetur dedisse in dotem secundo viro nomen debitoris hæredum primi viri, ita quod in eo habebit locum Statutum de lucro dotis, sed contra nu.10.*

2 *Mulier,quę transit ad secunda vota, in dubio videtur se nupsisse cum dote data primo viro, quod declara vt nu.11. & 12.*

3 *Mulier sicut quando dat expresse nomen debitoris in dotem, transfert in maritum ipso iure,& sine cessione, actionem personalem contra hęredes viri, ita etiam quando non dat expresse ipsum nomen debitoris in dotem,sed tacite.*

4 *Nomina debitorum mulieris non censentur data in dotem,nisi interueniat cessio actionum,quia ipsa nomina non traduntur,sed ceduntur.*

5 *Mulier si dedit marito mandatum ad agendũ contra hęredes primi viri,& exigendum quascunq; quantitates pecuniæ,& res sibi debitas,per hoc non dicitur cessisse actiones sed mandasse.*

6 *Aliud est mandare,& aliud est cedere.*

7 *Marito si promisit uxor dotem florenorum trecentum ei promißam per fratres, eidem viro non competit actio aduersus fratres debitores mulieris,cum non fuerit ei cessa actio.*

8 *Actio regulariter non transfertur de vno in alium sine cessione.*

9 *Cessio ita se habebit circa incorporalia, sicut traditio in corporalibus.*

13 *Declaratio ad l.2.C.de actio.& oblig.*

QVAESTIO LXXXI.

1 DVbitatur, An mulier † per transitum ad secunda vota censeatur dedisse in dotẽ secundo viro nomen debitoris hæredum primi viri, ita quod eueniente ipsius mulieris morte possit idem vir agere contra dictos hæredes,& ꝙsequi lucrum dotis consistentis in eo nomine debitoris? Et videtur
2 † dicendum quod sic, quia mulier quæ transit ad secunda uota,in dubio videtur se nupsisse cum dote data primo viro, licet aliter non appareat de alia promissione. l. pe. §. si vxor. vbi no.ff.sol.matrim.l.Diuus. ff. de iure dot. Bar. in disput.incip.mulier.

Secundo,quod dictum nomen debitoris censeatur in dotem datum, voluit Do.meus Ruin. in consil. 53. colu. pen.&
3 fin.vol.2.vbi dicit, quod sicut mulier, quando † dat expresse in dotem nomen debitoris, in maritum tranfertur ipso iure,& sine cessione actio personalis contra hæredes primi mariti.l. 2. C. de actio. & obliga.ita etiam quando non constat, quod dictum nomen debitoris sit datum secundo marito in dotem, quia tacite intelligitur datum, ex quo dos non erat adhuc exacta, vt præsupponere videtur Pau. de Cast. in l. in insulam.§.fi.solu. matri. dum respondet ad l.plerique.ff.de ritu nup. & in maritum fuit actio personalis translata quemad modum in casu præcedenti.

Verum his non obstantibus in contrarium emicat veritas quod probatur primo ex no. per Bal.in c.1.§.fi.an mari.succe.vxo.vbi tradit,quod nomina debitorum† mulieris non vi
4 dentur data in dotem,nisi interueniat cessio actionum, quia ipsa nomina non traduntur,sed ceduntur,vt no.in l.fi.in prin. de dona.& in d.l.2. C.de acti.& obligat. Bal. sequitur Alexan. in consi.122.colum.2.volum.7.vbi plus dicit, quod etiam si
5 mulier dedisset mandatum secundo † viro ad agendum contra hæredes primi viri, & exigendum quascunque quantitates pecuniæ,& res sibi debitas quacunque ratione,vel causa, quod per hoc non dicitur cessisse actiones, sed mandasse, &
6 aliud † est mandare,& aliud cedere,vt no.glo & Doctor.in l. 1.C.de actio.& obliga.Bal. etiam sequitur Curt. Iun. in auth. præterea. num.13.in fi.C. vn.vir, & vx. Idem tenuit Corn. in
7 consi.127.col.2.vers & insuper.volu.4. vbi dicit, quod † si marito promisit vxor dotem florenorum trecentum ei promissam per fratres, quod eidem viro non competit actio aduersus fratres debitores mulieris, cum non appareat,quod eidẽ
8 †fuerit cessa actio per vxorem,quæ regulariter de vno in aliũ sine cessione non transfertur l.possessio.§.& si possessio. ff.de acquir.poss. prout enim non transit dominium sine traditione possessionis. l.traditionibus. C. de pact. ita nec actio sine
9 † cessione,cum ita se habeat cessio circa incorporalia,prout traditio circa corporalia,vt no.glo.in l.fi.C.quan.fisc. vel priua.Bar.in l.non quocunque.§.Caium.de leg. 1. & ita in facto
10 in terminis huius † quæstionis (quod non intelligitur datum secundo marito in dotem nomen debitoris primi viri) dicit se obtinuisse Bal.Nouel.in tract.dot.in 6.par. specia. 71. quem sequitur Curt.Sen. in cons. 78. in addit.ipsius consilii.

11 Non obstant,quæ † pro altera parte adducta fuerunt, & in primis,quod mulier transeundo ad secunda vota censetur se nupsisse cum dote data primo viro,& sic quod censeatur dedisse in dotem nomen debitoris. quia respondetur secundũ Bal.Nouel.vbi supra, quod licet vera sit illa conclusio, quod videatur mulier in dubio se nupsisse cum eadem dote, tamẽ talis tacitus actus non debet magis operari,quam expressus, arg.l.qui ad certum ff.loca.quia etiam si expresse se nupsisset cum eadem dote, ex tali promissione eiusdem dotis non insurgit,quod videatur mulierem dedisse in dotem nomen debitoris,scilicet primi viri,siue eius hæredum, sed ipsa videtur promisisse soluere dotem,nec tunc liberaretur cedẽdo actionem contra illos hæredes, quia aliud pro alio inuito creditore solui non potest. l.2.§. appellata.ff si cer peta.

12 Præterea secundum † eum,dato sine prejudicio veritatis, quod nubendo secundo viro nõ aliter facta mentione dotis intelligatur tacite in dubio dedisse nomen debitoris.s. primi

viri

viri in dotem: tamen talis tacitus actus non debet aliam operari ſpecialitatem, ꝙ cenſeatur ceſſa actio iuris miniſterio, per ea quæ habentur in l.1.C.de dot.promiſ.& in l.cum poſt. §.gener. ff.de iure dot.

Non obſtat ſecundo authoritas D.mei Rui. in citato conſil.53. quia contra eum tenent Alexand.Bald.Nouel. & Cur. Sen.nec videtur verum, quod in ſecundum maritum intelligatur translata actio perſonalis contra hæredes primi viri, ſicut quando expreſſe datum eſſet nomen debitoris in dotem, per l.2.C.de actio.& obli.quia ſecundum Bal. Nouel. in loco
13 ſupra citato,diſpoſitio illius legis†procedit, & locum habet, quando aſſignatio nominis debitoris facta fuiſſet expreſſe, ſecus ſi reſultaret per modum tacitum,vt in caſu huius quæſtionis,& ideo ex his concluditur, quod cum ipſum nomen debitoris hęredum primi viri non fuerit datum in dotem ſecundo viro, ſed pecunia exigenda, quod idem vir non poterit agere contra dictos debitores, & per conſequens non lucrabitur dotem ex vi ſtatuti conſiſtentem in nomine ipſorum debitorum.

SVMMARIVM.

1 *Statutum de lucro dotis per mortem uxoris ſine liberis locum habet, ſiue uxor deceſſerit ab inteſtato,ſiue cum teſtamento, & nu.* 10.
2 *Quarta,quæ debetur ex diſpoſitione auth.præterea.C.unde uir & uxor.marito inopi præmoriente uxore locuplete, locum habet (ſecundum communem) tam condito teſtamento, quam ab inteſtato.*
3 *Lucrum dotis datur a lege municipali uiro propter onera matrimonij.*
4 *Statuto ſi caueatur, quod uxore præmoriente cum liberis ipſi lucrentur dotem, uel eam habeant,mater non poterit in præiudicium filiorum teſtari de dote.*
5 *Statuto Vercellarum etſi diſponatur,quod uxore præmoriente ſine liberis, dimidiam dotis habeant eius agnati,alia uero cedat lucro mariti,tamen uxor non poterit inſtituere maritum in omnibus ſuis bonis in præiudicium agnatorum.*
6 *Ius mihi quæſitum ex diſpoſitione ſtatuti, uel legis, non poteſt per te mihi auferri.*
7 *Statutorum natura eſt ligare ſubditos ad ipſorum obſeruantiam.*
8 *Dos quando retinetur ex pacto,uel conuentione de lucrando, etiam extantibus liberis,de ea mulier non poteſt teſtari.*
9 *Statutum de lucro dotis tanquam exorbitans, & contra ius commune ſtricte debet intelligi, cum auferat uxori liberam facultatem.*
11 *Maritus in lucro dotis non poteſt per uxorem grauari.*
12 *Quarta vbi vni debetur ſiue ex diſpoſitione legis,aut ſtatuti, vel conſuetudinis,non poteſt ab eo auferri.*
13 *Lucrum dotis non dicitur eſſe de hæreditate mulieris, ſed tanquam æs alienum.*

QVAESTIO LXXXII.

1 QVæritur,An ſtatutum,quod vir lucretur†dotem vxore præmoriente ſine liberis,locum habeat,ſiue vxor deceſſerit ab inteſtato,ſiue cum teſtamento, in quo alium præterquam maritum inſtituerit.Et quia in hoc non reperio Doctores diſcordantes: ideo concludenter loquendo teneas quod
2 ſic.Primò per tex.in authen.præterea.C.vnde vir†& vxor,iūctis ibi no.per Scriben.vbi illa quarta,quæ debetur ex diſpoſitione illius authen.marito inopi præmoriente vxore locuplete,locum habet tam condito teſtamento,quam ab inteſtato, & ſic contra voluntatem ipſius vxoris, & iſtam eſſe communem opinionem teſtantur Corne.in conſ.4.colum.2.& 3.volum.4.& Socy.in conſilio 121. colum. 4. in princip. volum.4. Ergo ſimiliter lucrum dotis, quod ex diſpoſitione huiuſmodi ſtatuti defertur marito, debet habere locum ſiue ab inteſtato deceſſerit ipſa vxor,ſiue cum teſtamento.Quod & ſua-
3 detur ratione:Nam tale lucrum, † vt diximus ſupra,quæſt. 4. datur a lege viro propter onera matrimonij,quæ ratio ita militat,quando vxor decedit cum teſtamento,quam etiam quā do ab inteſtato.ergo eadem debet eſſe iuris diſpoſitio,arg.l.illud.ff.ad leg. Aquil.

4 Secundo facit,quod no.Pau.de†Caſt.in l. ſi cum dotem.in fi.ff.ſoluto matrimonio.vbi dicit, quod ſtante ſtatuto, quod vxore præmoriente cum liberis ipſi lucrentur dotem, vel eā habeant,quod eo caſu in præiudicium liberorum non poterit teſtari.Vtique igitur dicendum eſt idem in terminis huius ſtatuti,in quo diſponitur, quod maritus lucretur dotem, & per hanc deciſionem Pau.dixerunt Moder. Vercellen. in l.fi.
5 nume.99.C.de pact.quod ſtante†ſtatuto Vercellarum,quod vxore præmoriente ſine liberis dimidiam dotis habeāt agnati eiuſdem mulieris, alia vero cedat lucro mariti, quod vxor non poterit inſtituere eius virum in omnibus ſuis bonis in prę iudicium agnatorum, quib. per ſtatutum prouiſum erat,
6 quia ius mihi quæſitum ex†diſpoſitione ſtatuti, vel legis, nō poteſt per te mihi auferri.l.ſi conſtante.cum ibi no.per Bal.C. de dona ante nup.tradit Are.in connlio 78.colum.penult. &
7 †quia de natura ſtatutorum eſt ligare ſubditos ad ipſorum obſeruantiam.cap.vt animarum.de conſtitu.lib. 6. cum aliis, de quibus per Alexan.in conſ.101.volum.3.dicentes ipſi Moder.idem eſſe,ſi ex pacto,vel ex conuentione ſpeciali dos, vel eius dimidia alteri in certis caſibus eſſet promiſſa, aut debita, quia ſimili caſu non poſſet mulier de ipſa dote, vel eius parte teſtari,per no.per Bal.in l.pro hæredit.col.3.verſ. & ad euiden
8 tiam.C.de hæred.acti. vbi quando†dos retinetur ex pacto de lucrando,etiam extantib.liberis,mulier non poteſt de dote teſtari,quia ex vi contractus eſt ad alium applicata,argu. l.cum maritus.§.fi.ff.de pac.dot.l.ſi ante. C.de dona. ante nup. & ex his quę tradit Aquen.in d.l.poſt dotem.col.5.ver.ſed cogitabam ff.ſol.mat.

Tertio probatur iſta concluſio ex no.per Pariſ. in conſ.34. colum.2.volum.3.& in conſilio 127.colum. 3.in princip. vo-
9 lum. 1.dum dicit, quod † tale ſtatutum de lucro dotis tanquam exorbitans,& contra ius commune, ſtricte debet intelligi,cum auferat vxori liberam facultatem diſponendi de bonis ſuis. Idem voluit Socyn.in conſilio 127. colum. 3. volumine primo.

10 Quarto expreſſius in † terminis huius qōnis hoc voluit Pan.de Caſt.in l.ſi cum dotem.in penul.colum. in fi. ff.ſoluto matrim.& in conſ.82.volu.1.Cuma.in conſ.48.colum.2. Fulgo.conſ.203 colum.2. Dec. conſ. 386. col. 3. Iaſ. in conſ. 127. colum.2.& 3.volum.1.Dom. meus Ruin.in conſ.8. colum.1.
11 volum.2.vbi inquit, quod † maritus dicto lucro priuari non poteſt, nec in eo grauari,ſecundum Bald.in d.l.pro hęreditariis.& in l.quod ſcitis.C.de bon.quæ libe. quia non venit maritus ad hoc lucrum ex iudicio vxoris expreſſo,vel tacito,ſed ex prouiſione ſtatuti,| & contra voluntatem vxoris, & ſic ea inuita,ideo non poteſt in illo per vxorem grauamen imponi. l.ſed ſi ſic.§.1.de lega.3.l.fina.in princip.ff.ad legem Falcid. declarat notanter Bar.in l.cum filio.in 1.& ſeq. oppoſit. de leg.j.
12 Quæ opinio etiam comprobatur.Nam vbi aliqua†quarta alicui debetur ex diſpoſitione legis, ſtatuti, aut conſuetudinis, non poteſt ipſa ab eo prohiberi, quia debetur ratione iurisdictionis,cui ſubeſt defunctus.Vnde non poteſt diſponere contra ſtatutum,legem,vel conſuetudinem.capi.requiſiſti. de teſtam.l.nemo poteſt.de lega.1.capitu.officij. capi. Raynutius. eod.titu.de teſtam.per quem tex.tradit Bal.in l. filium quem habentem.in 9.q.C.famil.erciſ. teſtatorem nullo modo poſſe prohibere quartam alicui debitam ex diſpoſitione ſtatuti,vel conſuetudinis.

Poſtremo facit,quia,vt dicitur infra q.90.poſt Alex.in l.cū
13 vir.ff.ad leg.Falc.huiuſmodi lucrum† non dicitur eſſe de hæreditate mulieris,ſed tanquam æs alienum. de quo quis teſtari non poteſt.

Vltimo, ſi verum eſſet, quod mulier poſſet de lucro dotis teſtari, inepta redderetur dubitatio ſcribentium, de qua per Soc.in conſ.114.volum.1. & Pariſ.in conſ. 127. colum.2.volum.1.dum quærunt,an maritus,qui præſtitit conſenſum vxori diſponendi de dote, per cuius conſenſum cenſetur renunciaſſe lucro dotis, poſſit reuocare talem conſenſum, quia ſi potuiſſet ſine eius velle teſtari,ad quid opus fuiſſet quærere, nunquid ab eo poſſit reuocari conſenſus præſtitus? Certè eſſet extra propoſitum. Igitur teneas, quod de lucro dotis, de quo in huiuſmodi ſtatuto, vxor teſtari non poſſit in præiudicium mariti.

SVMMARIVM.

1 *Statutum ciuitatis de lucro dotis locum non habet in dotibus datis per Principem eius filiabus matrimonio copulatis in ipſa ciuitate. Quod limita vt num.* 13
2 *Par in parem,vel ſuperiorem non habet imperium.*
3 *Princeps ſolutus eſt legibus ab alio conditis.*
4 *Subditi non poſſunt facere legem in præiudicium ſuperioris,qui eorum non tantum eſt creditor,ſed & dominus.*
5 *Statuta inferiorum non limitant iuriſdictionem ſuperioris.*
6 *Superior ſecundum communem non poteſt ligari a ſuo inferiore, minuſque incidere in ſtatutum ſui inferioris.*
7 *Iudex maior teſtificans falſum coram minore,non poteſt ab eo puniri,quando ille maior haberet iuriſdictionem in minorem.*
8 *Conſuetudo populi vires ſuas non trahit,ut liget ſuperiorem,dato,quod conſenſus Principis interueniſſet ad inducendam ipſam conſuetudinem.*
9 *Conſuetudo permittens conſanguineo uenditoris retrahere rem ab emptore,locum non habet in Rege emente.*
10 *Statutum Ferrariæ excludens fœminas propter maſculos locum non habet in hęreditatibus Illuſtriſſimorum Ducum Ferrariæ, & ſi bona ſita eſſent*

Source : BIU Cujas

essent in territorio Ferrarien si.

12 *Statuta inferiorum excludentia fœminas propter masculos non habent locum in filiabus, & sororibus dominorum & principum.*

14 *Imperator licet sit supra statuta locorum, tamen si Imperatori aliquid relictum est, locum habet ius municipale, si testamentum sumit robur a lege municipali, & ex eo is vult iuuari.*

QVAESTIO LXXXIII.

1 STatutum conditum a ciuitate, & disponens† de lucro dotis, an locum habeat in dotibus datis per Principem eius filiabus, vel sororibus matrimonio copulatis in ipsa ciuitate? Et teneas partem negatiuam. Primo per tex. in l. nam & magi
2 stratus. ff. de arbit. vbi par† in parem, vel superiorem non hēt imperium. & per tex. in l. Princeps. iuncta gl. ff. de legi. vbi Prin
3 ceps solutus† est legib. ab alio conditis. Quod & tradunt Bal.
4 & Alex. in l. debitorum. C. de pac. vbi dicunt, † ꝙ subditi non possunt facere legem in præiudicium superioris, qui eorū nō tantum est creditor, sed & dominus: Sed in eorum præiudiciū sic. Secundo confirmatur hæc opinio ex dictis per Bal. in authen. sed nouo iure. col. 1. C. de ser. fug. quem sequitur Bru. in cons. 20. volu. 2. vbi inquit, ꝙ statuta inferiorum non limitant
5 †iurisdictionem superioris, argu. l. 2. C. de sportul. & l. 2. C. de sportul. & l. 2. C. de constit. pecu. quia non possunt imponere legem superiori, arg. c. venientes. de iureiu.

Tertio comprobatur ista sententia per communem Doc.
6 opin. in c. 1. de raptori. vbi volunt, ꝙ † superior non potest ligari a suo inferiore, minusque ꝙ possit incidere in ipsius inferioris statutum, cum inferior regulariter non iudicet superiorē, per c. cum inferior. de maior. & obed. Item licet statutum habeat vim canonis, tamen est lex inferioris, qui sicut non pōt oretenus superiorē suum ligare, ita nec per legem suam. Pro quo facit, quod voluit Abb. in c. dilecto. col fi. ver. an autem. de testi. quem refert & sequitur Fel. in d. c. cum inferior. col. 1.
7 vbi dicit, ꝙ † maior iudex testificans falsum coram minore, non potest ab eo puniri, quando ille maior haberet iurisdictionem in minorem.

Quarto fortificatur ista conclusio ex iis, quæ scribit Roch. de Cur. in repet. c. fi. in 9. q. princip. post glo. ibi, de consue. vbi
8 consuetudo populi vires suas non trahit, vt† liget superiorē, etiam quod Principis consensus interueniisset ad inducendā talem consuetudinem, quia superior non ligatur consuetudi ne inferioris, quod dictum sequitur Tiraquel. in loco proxime allegato.

Quinto facit, quod voluit Tiraqu. in tract. de retrac. char.
9 295. nume. 38. vbi inquit, quod consuetudo,† quæ permittit consanguineo venditoris retrahere rem ab emptore, non habet locum in Rege emente, qui non ligatur statutis aut consuetudinibus subditorum.

Vltimo corroboratur hæc pars ex iis, quæ tradit Car. Flor. in consi. 2. quem sequitur Fely. in c. 1. colum. 1. versi. quarta declaratio. de constitu. & Brun. in citato consi. 20. col. 2. vbi con
10 cludit, quod† statutum ciuitatis Ferrariæ, sub rubr. de succes. ab intesta. excludens fœminas propter masculos non habet locum in hereditatibus Illustrissimorum Ducum Ferrariæ, & si bona sita essent in territorio Ferrarien si, quia statuta inferiorum non ligant superiorem. l. 3. in princ. ff. de alien. iud. mutan.
11 cau. fac. Quod † ampliatur etiam secundum eum procedere, dato quod ipsi illustrissi. Principes essent ciues eiusdem ciuitatis, quia non eo minus sunt superiores, & dignitas eorum quo ad omnia facit eos superiores, & cum eo concordat Bru. in trac. exclu. fœmi. in 6. artic. princip. in 1. memb. q. 7. vbi deci
12 dit, quod statuta† excludentia fœminas propter masculos nō habent locum in filiabus & sororibus dominorum & principum, quia ipsæ non excludentur a successione bonorum ipsorum Principum, quæ sita sunt in territorio statuentium, & in quibus poterant de iure communi succedere, quia potestas inferiorum non extenditur ad superiores, prout etiam tradit D. meus Rui. in consi. 83. col. fi. volum. 5. & ideo ex iis rationibus & authoritatibus concludendum fore puto, quod statutum de lucro dotis non liget Principem, vt mortuis filiabus vel sororibus sine liberis non possit repetere dotes datas, vel retinere promissas.

13 Quod tamen† intelligendum arbitramur, nisi ipse Princeps vti vellet beneficio istius statuti, & ex eo consequi commodum, quia tunc ligaretur dicto statuto, ita dixit Bal. in l. & in
14 legatis. C. ad l. Falc. vbi voluit, quod licet † Imperator sit supra statuta locorum: tamen si Imperatori aliquid est relictum, habet locum ius municipale, si testamentum sumit robur a lege municipali, & ex eo vult posse iuuari. & Bald. sequitur Brun. in dicto tracta. exclus. fœmin. in loco, de quo supra.

SVMMARIVM.

1 *Statutum de lucro dotis locum non habet in principe, & sic in eius conditore.*

2 *Persona loquentis non includitur in generali sermone.*

3 *Rex si statuit, quod homicidæ omnes sint in banno, tale statutum locum nō habebit in ipso Rege homicida.*

4 *Episcopus excommunicans furtum facientes, si furtum ipse committit, talis excommunicatio eum non afficit, quia quis non potest sibi præcipere, uel uetare.*

5 *Sententia hominis sicut locum non habet in proferente, ita nec sententia statuti in promulgante.*

6 *Statutum si fecit ciuitas, quod nulla persona, uel uniuersitas possit vendere frumentum forensibus sub certa pœna, si ipsa ciuitas uendit, secundum communem, non habet locum pœna statuti.*

7 *Venditio facta per dominum, non seruata forma constitutionis per eum editæ ualet.*

8 *Episcopus, qui fecit synodalem constitutionem, quod clerici ludentes ad aleā sint excommunicati, non efficitur excommunicatus eo inuito, si ludit cū clerico, secus si uult.*

9 *Leges inferiorum etsi in Imperatore locum non habeant, tamen fallit, si Imperator ipsis uti uelit.*

QVAESTIO LXXXIIII.

1 AN statutum Principis de lucro † dotis locum habeat in ipso Principe, & sic in eius conditore? Videtur dicendū
2 quod non, quia in generali sermone non includitur† persona loquentis. l. 1. vbi no. ff. de serui. l. inquisitio, & ibi per Cy. C. de solutio.

Secundo facit, quod voluit Bal. in cap. cum in iure. colum.
3 1. de elect. vbi si Rex statuit, quod homicidæ† omnes sint in banno, tale statutum non habebit locum in ipso Rege homicida, quia non videtur loqui contra se. l. si peculium. §. ficut. ff. de pecul. leg. alibi dixit idem Bal. in l. 1. §. similiq; modo, C. de
4 lati. liber. tollen. quod si episcopus † excommunicat facientes furtum, & ipse faciat, quod hominis excommunicatio non afficiet eum, quia non potest quis sibi præcipere, vel vetare. l.
5 pen. ff. de arbit. & quia† sicut sententia hominis non habet locum in proferente, ita nec sententia statuti in promulgante. Idem voluit Bald. in authen. quibuscunque. in fi. C. de sacrosanc. eccl. in c. 1. §. ad hæc. vbi etiam Affl. de pace iuram. firm. Hinc dixit idem Bal. in c. cum omnes. colum. 9. versic. sed ec-
6 ce. de constitu. † ꝙ si ciuitas fecit statutum, ꝙ nulla persona, vel vniuersitas possit vendere frumentum forensibus sub certa pœna, si ipsa ciuitas vendidit, non habet locum in ea pœna statuti, sed bene obligantur particulares personæ, vel vniuersitates, quæ sunt sub ciuitate, & hanc partem communem esse fatentur Alex. in l. 1. in princip. quod quisque iur. & Dom. meus Ruin. in consil. 83. colum. fina. volum. 5. Pro qua quidem opin. facit, quod voluit Rom. in consi. 444. in vlt. dubio, dicens quod venditio facta per Dominum Plumbini non ser
7 uata forma† constitutionis per eum editæ valet, quia ipsa constitutio censetur imponere necessitatem eius solennitatis ob seruandæ subditis, non autem ipsi statuenti, & sic ex his videretur, quod huiusmodi statutum non habeat locum in eius conditore.

Limita tamen hanc conclusionem non procedere, si Princeps vult ligari dicto statuto, vt probatur ex iis, quæ voluit Pau. de Cast. in l. digna vox. in fi. C. de legi. vbi dixit post Ioan.
8 Andr. quod si † episcopus fecit constitutionem synodalem, quod clerici ludentes ad aleam sint excommunicati, si ipse ludat cum alio clerico non efficitur excommunicatus, quia nemo inuitus ligatur lege sua, secus quando vult, quia tunc ligatur per glo. ibi, quæ dicit, quod Princeps ligatur legibus, quando vult, & sic sponte, alias secus. Idem probatur ex not. per Bald. in l. 4. ff. ad legem Falcid. quem sequitur Brun. in tract. exclu. fœmi. in 6. artic. principali, in 1. memb. in 7. quæstio. vbi voluit, quod † licet in Imperatore non habeant locum leges inferiorum: tamen ideſt verum, nisi Imperator velit vti ipsis legibus, quia tunc poterit se iuuare ex illis: Ergo ita concludendum venit in terminis huius quæstio. quod si Princeps vult vti beneficio ipsius statuti de lucro dotis, quod ligatur ipsa lege.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Principis de lucro dotis locum habet in castris, & terris vasallorum, si castra vel terrę carent proprijs statutis, & nu. 7. vbi de decreto Montisferrati.*

2 *Prouincia aucta accessorie regno, ita quod sit vnus regnum cum primo, secūdum communem, regulatur secundum leges ipsius regni, & eisdem regulis &*

Source : BIU Cujas

lis & priuilegiis est gubernanda.

3 *Statutum ciuitatis extenditur ad castra sibi subiecta, si non habent consuetudinem, uel legem specialem, & num. 4*

5 *Ciuitas, uel castrum quamuis separentur a regno, tamen si exinde fiant noue leges per superiorem, ligantur dictis nouis legibus, si Rex in eis retinet directum ius, vt quia infeudauit.*

6 *Banniti superiorum sunt etiam banniti in terris subditorum, quamuis habeant merum & mixtum imperium.*

8 *Dominium directum habens, dicitur habere directum ius.*

9 *Decreta Illustrissimi Marchionis Montisferrati excludentia certas fœminas a successionibus extantibus masculis in eis nominatis, uendicant sibi locum in terris uasallorum, si non habent statutum speciale.*

QVAESTIO LXXXV.

1 DEcretum Principis de lucro dotis, an locum† habeat in terris vasallorum? Omissa verborum prolixitate inimica sapientibus, vt tradit Aret. in consil. 11. col. 2. & quæ solet apponi ornatus causa, vt etiam per eundem Aret. in cons. 6. in prin. concludendū arbitramur ꝙ sic, si castra, oppida, & villæ vasallorum carent proprijs statutis. Et primo, per tex. iūcta gl. in c. cum olim. in verbo, Anglicanis, de consuetu. vbi eccle siæ inferiores debent regi & gubernari secundum consuetudinem, & ius eccleſiæ metropolitanæ superioris. Idem vult tex. in ca. de his. 12. dist.

Secundo, per doctrinam Bar. ab omnibus receptā in l. si cō
2 uenerit. §. si nuda. ff. de pigno. act. vbi prouincia† augmentata accessorie comitatui, vel regno, ita quod sit vnum regnum cum primo, vel vnus comitatus, eisdem legibus & priuilegiis est gubernanda, quibus regnum & comitatus. & Bart. sequuntur Roma. in consi. 218. colum. 2. Alex. in consi. 114. col. fi. volum. 4. duplicato in consi. 47. volum. 6. Barb. in cap. translato. in 7. colum. de constit. Ias. in §. in personam. in 4. colum. Insti. de actio. Calcan. in consil. 2. colum. 19. versic. ad vnum tantum est aduertendum. Affl. in ca. 1. §. & si clericus. colum. 10. in princip. de capitu. Corra. Ripa in 1. par. Respon. 21. & Cur. Sen. in consil. 56. colum. 6. vbi firmat hanc esse communem opinio.

Tertio facit, quod no. Bart. in l. 1. q. 39. C. quæ sit lon. con-
3 suetu. inquit, quod statutū † ciuitatis extenditur ad castra sibi subiecta, si ea non habent cōsuetudinem, vel legem speciale, per l. qui ex vico. ff. ad munici. secus si ipsa castra specialē legem, vel consuetudinem haberent, quia tunc ea seruanda forent. Idem voluit Alexand. in citato cons. 114. colum. fin. Roma. consi. 141. colum. 2. Pau. de Cast. in consil. 108. colum. pen. secundum impressionem antiquam, & in consi. 39.
4 colum. 1. volum. 2. vbi dixit, quod statuta † & consuetudines ciuitatis debent seruari in comitatu, & eodem modo in ciuitate, quæ est caput prouinciæ, arg. l. de quibus. de legib. & hoc quando deficit speciale statutum, vel consuetudo loci. Quod & placuit Socy. in consil. 81. colum. 3. volum. 4. & in consi. 128. in princip. eodem volum. & in cons. 281. colum. 1. volum. 2. Hoc etiam tenuit Roch. de Cur. in repe. c. fin. char. 34. col. 4. versicu. 5. limita. de consue. Ias. in l. omnes populi. in 2. lectu. in 5. colum. ff. de iust. & iu. Ioan. de Ana. in consi. 20. colum. 3. versicu. & ex hac conclusione. & in consi. 75. colū. 2. in princip.

Quarto confirmatur ista opinio ex ijs, quæ scribit Mart.
5 de Lau. in tract. de princ. in versicu. 72. vbi dicit, quod si † diminuitur dominium per Regem, vel Ducē, puta ciuitas, vel castrum separatur a regno, vel a ducatu, & exinde post ipsam separationem fiant noua decreta, vel nouæ leges per superiorem, quod ciuitas, vel castrum separatum ligatur dictis nouis legibus, si Rex, vel Dux retinet directum ius in dictis ciuitate & castro, vt puta, quia ipsa loca infeudauit, per nota. per Bal. in l. 1. C. vnde cogna. Secus si nullam iurisdictionem, vel nullum imperium retinuerint, quia tunc ipsis legibus nō ligarentur. l. fin. ff. de iurisdict. omn. iud. l. cunctos populos. C. de sum. Trini. & fi. cath. Quod inquit notandum ad plura.

Quinto accedit, quod voluit Bal. in l. etiam circa fin. C. de iu. dot. quem refert & sequitur Brun in tract. exclus. fœ-
6 mi. in 6. art. princip. in 1. memb. q. 7. dum† vult bannitos superiorum esse bannitos in terris subditorum, quamuis habeant merum & mixtum imperium.

Vltimo, in propriis terminis huiusmodi quęstionis eam de-
7 cidit Pau. de Cast. in consi. 368 in 2. volum. vbi† quærit, an decretum illustrissimi domini Marchionis Mōtisferrati, quod mortua uxore alicuius terræ suæ sine liberis ex ipso matrimonio derelictis, vel si nati mortui fuerūt superstite marito ipse succedat in dote vxoris prædefunctæ, habeat locum, & sit seruandum in castro feudali, ex quo loquitur in vxore de terra sua, & determinat quod sic, quia licet illud castrum non videatur posse dici terra sua, quia non est sua pleno iure, vel solum ratione directi dominij, cum feudatarius habeat vtile, iuxta plene no. in c. 1. de capitu. Corra. in glos. magna, iuncta l. seruos. de lega. 3. tamen quod potest dici terra sua ratione directi dominij, licet vtile sit alterius, sicut ratione proprietatis solius, per l. si quis in suos. de lega. 3. & hoc non obstante d.
8 l. seruos. cum ibi no. in glo. 1. quia† habens directum dominiū dicitur habere directum ius. l. Iulianus scribit, si hominem, in fi. cum sua glos. ff. de rei vendi. Pro cuius confirmatione facit, quod tradit Brun. in d. tract. exclus. fœmi. in 6. articu. prin-
9 cipa. in 1. memb. in 7. quæstio. vbi † inquit, quod decreta Illustrissimi Marchionis Montisferrati, quæ excludunt certas fœminas a successionibus, extantibus masculis in eis nominatis, vendicant sibi locum in terris vasallorum, quando terræ vasallorum non haberent statutum diuersum vel contrarium, & ita teneas.

SVMMARIVM.

1 *Statuto si caueatur, quod maritus per mortem vxoris cum liberis lucretur dotem, tale lucrum non perditur per uirum ob transitum ad secunda uota, sed in contrarium est communis, ut nu. 7*

2 *Statutum quando aliquid non dictat, nec nos dictare debemus, quod declara vt nu. 8*

3 *Beneficium legis nemini debet auferri.*

4 *Lucrum dotis non acquiritur per virum aliquo titulo a coniuge prædefuncta, sed ex legis prouidentia, quod intellige vt num. 10 & 12*

5 *Lucrum dotis non prouenit viro, ex mera liberalitate, sed ex necessitate statuti, quę omnem liberalitatem excludit, quod declara ut numero 14*

6 *Lucrum dotis ex pacto per transitum mariti ad secunda vota reseruatur filijs primi matrimonij, quod declara, vt num. 13*

9 *Statutum licet non recipiat interpretationem quo ad substantiam ipsius statuti, tamen secus super consecutiuis eiusdem statuti.*

11 *Acquiri id dicitur ex prouidentia hominis, quod acquiritur ex dispositione legis, cui partes poterant renunciare.*

QVAESTIO LXXXVI.

1 LEge municipali cauetur, quod† maritus per mortem vxoris, liberis extantibus, lucretur dotem. Quæritur, an huiusmodi lucrum per virum perdatur ob transitum ad secunda uota? Et primo videtur quod nō, quia cum statutum hoc
2 non dictet, nec nos dictare debemus. & iste † modus arguendi probatur in l. si seruum. §. prætor ait. vers. non dixit prætor. ff. de acq. hæred. Prętera hoc iure cautum non reperitur, ergo erubescimus cum sine lege loquimur. l. illam. C. de colla.
3 Item † beneficium legis nemini debet auferri. l. arrogator. ff. sed an impuberi. ff. de adopt.

4 Secundo, quia lucrum hoc non acquirit vir aliquo titulo a coniuge prædefuncta, sed ex legis prouidētia, argu. l. fi. C. de bon. mat. vbi per illum tex. ita ibi determinat Bald. quem sequuntur Cor. ibi Aret. in l. si ab hostibus. §. 1. col. 1. ff. fol. mat. Bal. in q. statu. in verbo dos. q. 22. Frā. de Pepis in rep. auth. præterea. char. 14. vers. 3. & vlt. C. vn. vir & vx. Barb. in c. offic. col. 20. de testa.

5 Tertio facit. Nam huiusmodi lucrum † non prouenit viro ex mera liberalitate, sed ex necessitate statuti, quæ omnē liberalitatem excludit. l. rem legatam. ff. de adimen. lega. quo argumento in proposito vtitur Corn. in auth. ex testamento. C. de collatio.

6 Contrariam B vero sentētiam teneas. Et primo, quia lucrū dotis ex pacto per transitum ad secunda vota mariti reseruatur filijs primi matrimonij, auth. vxore. C. de secun. nup. auth. neque vir, quod ex dot. Bar. & Doc. in l. fęminæ. §. illud. C. de secun. nupt. ergo etiam lucrum statuti, quod habet in se tacitum pactum, tanquam a principio voluerint se coniuges cō formare cum dispositione legis, vt per Bar. & cęteros in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Treb.

Secundo per tex. in authen. præterea. C. vnde vir & vxor. quæ loquitur de lucro quartæ debitæ coniugi ex prouidentia legis, quæ tamen reseruatur liberis.

Tertio facit tex. in §. si vero expectet, in Auth. de nup. ibi, omnes eam deserit proprietatis modus in ijs, quæ ad eam ex priori coniuge venerunt, & in §. quia vero lucra, ibi, quæcunque lucrati fuerunt siue per dotis, siue per sponsalitiæ largitatis occasionem, quę verba generalia etiam comprehendunt lucrum statutorum, vt etiam ponderat Ang. in d. §. quia vero. & Corn. in cons. 309. colum. penult. versic. item infertur, in fi. vol. 3. Nic. Arela. in l. generaliter, char. 19. versi. 1. facit. C. de secun. nup. Rip. in d. l. fęmine, char. 22. num. 45. circa fin. C. eo. tit.

Quarto

Source : BIU Cujas

Quarto adducitur tex.in d.l.fœminæ, ibi quicquid nuptia rum ſolennitate perceperint, quæ verba etiam ſunt apta cõprehendere id ipſum lucrum ſtatutorum, vt expreſſe dixit ibi Ripa,& Corn.in conſ.269.in fi.vol.4.

Quinto accedit & tex.in l.generaliter.C.de ſecun.nup.ibi, quæ de bonis mulieris ad eum deuoluta ſunt, quæ verba cũ generaliter prolata ſint, pariter generaliter intelligenda veniunt de quacunque deuolutione bonorum mulieris ad virum,ſiue via pacti, ſiue ſtatuti, quia vtroque modo deuolui dicuntur ad virum de bonis mulieris. Vnde cum tex.non ſe reſtringat ad deuolutionem,quæ ſit ex pacto,nec nos reſtrin gere debemus.l.de pretio.ff.de publ.l.j.§. generaliter, de leg. præſtan.& dictum tex.eſſe expreſſum ad quęſtionem præſen tem dixit Nic. Arela.in d.l.generaliter.col. 20. in prin.

7 Sexto hanc † quæſtionem decidit Bal.ſibi contrarius in d. auth.ex teſtamento. C.de ſecun.nupt.vbi concludit, tale lucrum non deberi viro,qui tranſiuit ad ſecunda vota, quo ad proprietatem,& ſubdit q̃ iſtud fuit dictum cuiuſdam Doct. vltramontani,cuius nomen ignorat.inquit tamen Nic.Boer. in deciſ.185.quod forte fuit Ioan. Fab.qui in auteh. donatione.C.de ſecund.nup.voluit hoc habere locum in conquęſtis viri, in quibus mulier habet medietatem de conſuetudine. Idem voluit Bal.in auth.vxore.C.eod. tit. & in l.pro hæreditarijs.col.2.in fi.C.de hære.act.Roma. in l.ſi cum dotem, in princ.col.10.verſi.vnde ſeptima opinio fuit.ff. ſol. matrimo. & in conſ. 190. colum. fi. in princ.Pau de Caſt.in l.2. in princip.col.2 ſolu. matrimon.& in dic.l fina.C.de bon.mat.dum vult,quod licet Bal.dicat,patrem non perdere lucrum,quod habuit ab vxore per tranſitum ad ſecunda vota,tamen quod tenetur poſt mortem reſeruare filijs,per d.l.generaliter.C de ſecun.nup.Idem voluit Sal.in d.l.fœminę.§.illud.Alex.& Iaſ. in l.fi.C.qui teſt.fac.poſ.Idem Alex.in l.1.§.hoc autem.col.2. verſ.4.fallit.ff.ad Trebel.& in addit.ad Bar.in d l.fęminæ.necnon Cremen.in ſingula.ſuo vltimo,vbi inquit contra Bal. in d.l.fi.ſe conſuluiſſe per tex.qui non poteſt cauillari in §. proſpeximus, in Auth.de nup. qui ſubdit, quod idem conſuluit Ant. de But. in conſ. incip. circa examinationem . cum hac quoque ſententia pertranſit Corn.in d.auth.ex teſtamento, & in conſi.309.colum.4.volum 3.& in conſ.269.col.fi. in fi. vol.4.Moder.in rub.de dona.inter vir.& vxo.char.49.col.2. Soc.in conſi.42.col.2.verſ.ſed iterum.Dec in l.1.C.de ſecun. nup.Ripa in l.2.in prin.col.4.ver adde etiam.ff.ſol.matrim.& in d.l.fœminæ,nu.45.C.de ſecun.nup.vbi atteſtatur hanc eſſe communem. Quam etiam vti communem amplectuntur Nicol. Arelat. in d. l. generaliter. num. 38. Ioan. Garro. in d. auth.ex teſt.num. 56. & in rub. eiuſdem tit. de ſecund. nup. num.9.Idem tradit Alcia.de verb.ſing.in princ.num.34.Do. meus Ruin.in conſ.101.col. 2.volu. 1.& ita rer fuiſſe iudicatum in Curia Burdegalenſi, ſecundum hanc receptam ſententiam,inquit Boer.in deciſ.85.

8 Non obſtãt,quę ex aduerſo allegata † fuerunt,quia quo ad primum argumentum reſpõdetur, quod licet ſtatutum hoc non dictet, tamen recipere debet interpretationem a iure communi,videlicet, niſi ſecundo nubat,quia per hanc interpretationem minus læditur diſpoſitio iuris communis. l. 2. C.de noxa.c.dilectus,de conſue.glo.& Doc.in l.fi. §. in computatione.C. de iure delib. ita dixit Bal. in auth. ex teſta. col. pen.& Nicol.Arelat.in d.l.generaliter.num.41. & Cor.in citato conſ.269.in fi.vol.4.

Nec habet obſtare,ſi dicatur,quod ſtatutum non recipiat interpretationem iuris,quia ſecũdum Bal.in d.auth.ex teſtamento, id eſt verum quoad ſubſtantiam diſpoſitionis ipſius ſtatuti, ſed bene recipit interpretationem ad caſum, de quo quæritur,vtrum ille caſus intelligatur diſpoſitus per ſtatutũ, vel ne, per l. ſi ſerui, de noxa. act. hoc idem voluit Bal. in d. auth.vxore.C.de ſecun.nupt dum inquit, quod licet ſtatutũ
9 non recipiat † interpretationem quoad ſubſtantiam ipſius ſtatuti, tamen poteſt eam recipere ſuper conſecutiuis eiuſdem ſtatuti, ideſt lucrorum quæ deſcendunt ab ipſo ſtatuto, quia huiuſmodi interpretatio non eſt extra naturam rei ſtatutę.ita reſpondet Bal.in quæſt. ſtatuto. in verbo lucrum. quæſt.vlt.

Ad ſecundum argumentum, quod ex prouidentia legis
10 fuit acquiſitum lucrum marito, reſpondetur, quod † immo ex diſpoſitione & voluntate coniugum acquiſitum fuit,qui ſe conformare voluerunt cum diſpoſitione legis, vt dictum
11 fuit in primo † fundamento partis affirmatiuæ. id enim dicitur acquiri ex prouidentia hominis, quod acquiritur ex diſpoſitione legis, cui partes poterant renunciare, ſecundum Bart.in l.ita ſtipulatus,in 1.q.ff.de verbo.obl. Vnde cum coniuges in conſtitutione dotis poterant ſtatuto renunciare,nõ renunciando videntur tacite ſuper lucro acquieſcere velle legi.Nam ipſa mulier volens antecedens, ideſt dando dotem, videtur etiam voluiſſe conſequens, ideſt lucrum viri. ita Ripa in d.l.fœminæ.& Nic. Arelat. in allegata l. generaliter.nu.40.

12 Secundo etiam reſpondetur ex † mente Rip. & Arel. vbi ſupra,quod etiam acquiſita ex prouidentia legis reſeruantur filijs,vt eſt tex.in d.auth.præterea.C. vnde vir & vxor.

Tertio reſpondetur,quod in dicto Bal.in d.l.fin.non eſt facienda vis,quia ipſemet in alijs locis ſupra citatis tenet oppoſitum,& contra eum eſt communis Doc. ſententia.

13 Quarto reſpondetur † ſaluando Bal.in d.l.fi.quod eius opinio procedere poteſt quoad vſumfructum,ſecus quoad proprietatem, quæ conſeruari debet filijs primi matrimonij, vt per Pau.de Caſt.in d.l. 2. col. 2. ſol.matrimon. & in ipſa l.fin. C.de bon.maternis. Idem voluit Rom. in d. l. ſi cum dotem, vbi formaliter dicit,quinimmo & etiam ſi hoc lucrum dotis caperet ex forma ſtatuti per tranſitum ad ſecunda vota, perdit quoad proprietatem & liberis primi matrimonij applicatur patre ſolum vſumfructum percipiente.Quod & ſentit ipſe Bal.in d.auth.ex teſta.dum inquit,talem lucrum nõ deberi viro quo ad proprietatem, & ſic ſecus ſentire videtur quo ad vſumfructum,& in ſpecie Bal.in d. l. fi. declarat Cremen. in d.ſuo ſingu.vlti. quem ſequuntur Moder. in repet. dictæ Rub.de don.inter vir.& vxo.loco,de quo ſupra.Idem etiam tradit D.meus Rui.in citato conſ.101.col.2.

14 Ad tertium quoque † fundamentum Corn.de neceſſitate ſtatuti reſpondetur, quod ſtatutum non dicitur a principio neceſſitare,cum eſſet tunc in poteſtate coniugum aliter prouidere, poſtea vero dicitur neceſſitare ex tacito pacto, ita Ripa in d.l.fœminæ,char.23.

Secundo reſpondetur, quod ipſemet Corn.tenet contrarium in locis ſupra citatis, & contra eum etiam eſt communis opin. Adeo quod in eius dicto non poteſt fieri fundamẽtum. & ſic ex his concludendum eſt, maritum tranſeuntem ad ſecunda vota perdere lucrum dotis quoad proprietatem, licet ſecus quoad vſumfructum, & ita firmiter teneas in iudicando.

SVMMARIVM.

1 *Statutum diſponens,quod vxore premoriente maritus lucretur dotem,locum non habet,ſi vxor deceſſerit cum liberis,ſed contra nu.4.*

2 *Lucrum delatum ex prouiſione teſtatoris,ſiue ſit vniuerſale, ſiue particulare, defertur ſub conditione, ſi non extabunt filij, quod declara, vt in nu.5.*

3 *Lucrum alicui perfecte quæſitum reuocatur per ſuperuenientiam liberorum.*

6 *Diſpoſitio l ſi vnquam,C.de reuocan.don.ſecundum communem,locum non habet in donatione ob cauſam.*

QVAESTIO LXXXVII.

1 DEcreto cauetur, quod vxore † præmoriente maritus lucretur dotem.Offertur dubium,an tale decretum locũ habeat,ſi vxor deceſſerit cum liberis? Et videretur dicendũ quod non, quia licet ſtatutum ita ſimpliciter loquatur, tamen intelligendum venit,ſi non extabunt filij,quoniam quẽ
2 admodum lucrum † delatum ex prouiſione teſtatoris ſiue vniuerſale ſit, ſiue particulare, defertur ſub prædicta conditione, ſi non extabunt filij.l.cum acutiſſimi. C. de fideicom. l.cum auus,de cond.& demonſt.l.generaliter.§ cum autem. C.de inſti.& ſubſti. ergo eadem ratione videtur idem dicendum in lucro delato a lege,vel ſtatuto, maxime cum diſpoſitio teſtatoris,& legis a pari procedunt. §. diſponat, in Auth. de nupt.

3 Secundo,quia videmus,quod † lucrum alicui iam perfecte acquiſitum reuocatur per ſuperuenientiam liberorum. l. ſi vnquam. C de reuo.dona.ergo multo fortius videtur, quod ſuperexiſtentia liberorum impediat lucrum acquiri marito, argu.l.patre furioſo.ff.de ijs qui ſunt ſui vel alie.iur. & ita per iſtam rationem hoc ſentit Bal.in l.1.in 1.q.C.de inoffic. don. vbi tradit,quod ſi mulier fecit pactum de lucranda dote etiã procreatis filijs, quod maritus vxore prę̃mortua excludet filios etiam quo ad legitimam virtute pacti, ſubiungens non obſtare d.l.ſi vnquam,quia ibi non cogitatum fuit de liberis, hic ſic, quia voluit dicere ipſe, quod in pacto erat dictum q̃ etiam lucraretur extantibus filijs. Cum igitur ſtatutum lucrum ſimpliciter deferat præmortua vxore nulla facta mentione de liberis,ſequitur,quod de eis nõ videtur cogitaſſe,& per conſequens ex mente Bal.vbi ſupra,maritus debet carere commodo dicti lucri.

4 Quibus tamen non † obſtantibus teneas contrariam ſententiam

Source : BIU Cujas

tētiã,quod immo extantibus liberis maritus virtute dicti ſta
turi non ſequitur lucrum dotis,vt probatur Primo per text.
iuncta glo. in l.2.ff de pact. dotal. vbi ſi mulier in matrimo-
nio decedat, ſiue interueniant liberi, ſiue non, poterit mari-
tus ex pacto lucrari dotē, & ita in terminis huius decreti vo
luit Paul.de Caſt.in l.2. in princip. colum.2. ff.ſolu.matrim.
vbi dicit notandum, & hoc non habere dubium, dixit ibi
Alex. col.2. per tex.& glo. in d.l.2 & cum Pau. etiam pertrã
ſeunt ibi Soc.colum.1. & laſ.colum.3 in princ. Idem etiam
voluit Do.meus Ruin.in conſ.101.colum.3.verſ.ſed præmiſ
ſis non obſtantibus,vol.1.

Reſtat modo reſpondere adductis in contrariũ.Et in pri-
5 mis non obſtant. l. cum acutiſſimi, & aliæ † ſupra allegatæ:
quia ipſa iura loquuntur,quando lucrum delatum in vltima
voluntate defertur ex cauſa merè lucrativa:Secus quãdo ex
cauſa oneroſa,prout eſt huiuſmodi lucrum ſtatuti, ꝙ deferẽ
marito propter onera matrimonij,vt eſt gl.coĩter approbata
in l. ſi donaturus.§.fi. ff. de cond. cau. da. Igitur non mirum
ſi maritus ad illud vocatur,ſiue extent filij,ſiue nõ;quia vtro
que caſu ſuſtinuit onera maritus, imo maiora filijs extantib.
ita in terminis reſpondendo dixit Dom.meus Ruin.in citato
conſi.101 colum.4.in fi.

Non obſtat ſecundum fundamentum l. ſi vnquam, quo-
niam diſpoſitio illius legis locum non habet (ſecundum cõ
munem opinionẽ) in donatione ob cauſam,vt voluit Alexã.
in conſi.29. volum.3. colum.fi. Socyn.in conſi.147. colum.
5.volum.1.Dec. in conſi.181.in fi. Gozad. in conſi. 81. nu.
13.Pariſi. in conſi 26. num. 62. volum. 3. & in conſi. 69. nu.
100.eodem volum.Sed huiuſmodi lucrum non eſt ſimplex,
& puta donatio, ſed donatio ob cauſam, quia videtur conce
di propter onera matrimonij, vt ſupra dictum fuit, ergo viri
bus non ſubſiſtit,argum.d.l.ſi vnquam, vt etiam in propoſi-
to dixit Dom.meus Ruin.in allegato conſi.101.colum.4.in
fi.cum ſeq. & ideo ab hac communi ſententia in iudicando
recedendum fore non putamus.

SVMMARIVM.

1 *Mulier, quæ promiſit dotem arbitrio uiri, licet mortua fuerit, antequam maritus arbitratus fuerit, tamen poterit arbitrari, ita quod in ea locũ habebit ſtatutum de lucro dotis, & numero 5.*
2 *Dos non poteſt eſſe ſine matrimonio, declara ut num.6.*
3 *Dos ſemel conſtituta ſoluto matrimonio retinet nomen dotis, ſed de nouo ſi ne matrimonio conſtitui non poteſt.*
4 *Promittens pro dote centum, & illud plus, quod Titius arbitrabitur, ſi ſecuta morte vxoris ſequatur Titij arbitramentum, ualebit illius pluris declaratio.*

QVAESTIO LXXXVIII.

CONSTITVTIO diſponit quod præmoriente vxo
re maritus lucretur dotem. Pone quod vxor, quæ
1 † promiſit dotem arbitrio viri,deceſſerit,priuſquam vir arbi
tratus fuerit: An poterit exinde per ipſum dos ipſa arbitrari,
ita vt habeat locum cõſtitutio,vel ſtatutum de lucro dotis?
Et videtur dicendum quod non.Nam cum iam mortua fue
2 rit vxor, non videtur,quod † dos debeat poſſe arbitrari, quæ
ſine matrimonio eſſe non poteſt l.ſi. C. de dona. ante nup. l.
3.de iure dot.notant Doct. in rubri. ſolu. matri. vbi volunt,
3 quod ſoluto † matrimonio dos ſemel conſtituta retinet no
men dotis, ſed quod de nouo ſine matrimonio conſtitui
non poſſit.

Tu vero alteram partem amplectere tanquam veriorem.
Et primo ex ijs, quæ decidit Socyn. Iun. in conſi.35. colum
4 pen. & fi. volum.1. vbi voluit, quod promittens † centum ꝑ
dote, & illud plus, quod Titius arbitrabitur, ſi ſecuta morte
vxores ſequatur Titij arbitramentur,quod valebit illius plu-
ris declaratio,ſubdens quod recte intueri hoc voluit Pau.de
Caſt. in conſil. 10 colu.2. volum.1. dum ipſe ibi in caſu ſuo
vult,declarationem illam fieri non poſſe,non quia ſit ſolutũ
matrimonium, ſed quia recedebatur a perſona volente om-
nino, quod ſi ille arbitraretur & declararet, eſſet ei ſtandũ,
nulla habita conſideratione matrimonij per mortem vxo-
ris ſoluti.

Secundo,idem conſuluit in eodem caſu,de quo ſupra per
Socyn.Dom.meus Ruin.in conſi.225. in 2.& 4.colum.volu.
1.vbi determinat, quod ſi pater mulieris, qui promiſit gene-
ro nomine dotis Lucretiæ filię ſuæ quadrigẽtos florenos,&
illud plus,quod in futurum quomodocunque,& qualitercũ-
que ipſe pater dederit alteri filiæ Mariæ, ita & aliter, quod q̃
libet ipſarum tantum habeat, quantum altera, & conſtet,ꝙ
poſt mortem Lucretiæ pater ipſe conſtituerit maiorẽ dotẽ
in teſtamento Mariæ,quod maritus prę̃mortuæ Lucretię po
terit petere tantum, quantum eſt illud plus, quod relictum
reperietur nomine dotis alterius filię,virtute promiſſionis ſi
bi factæ,quia huius modi conſtitutio maioris dotis rendit ad
declarationem promiſſionis de illo pluri, ab initio incertæ,
quæ trahitur retro ad tempus promiſſionis,ſicut & quælibet
alia declaratio retrotrahitur, vt per gloſ.& Docto.in ca cum
tu. extra de vſur. Ergo idem dicendum venit in terminis hu
ius quæſtionis,quod maritus non obſtante morte vxoris po
terit arbitrari dotem.

5 Tertio, ꝙ poſſit arbitrari,& arbitrio facto † dotem lucra-
ri, voluit Bal. in l.3 C. de do. promiſ. quem ſequitur Socyn.
Iun. in allegato conſ 35.in fi. vbi inquit laſ. ita etiam tenere
in l.ſi donaturus.col.fi.ff. de cond.cau da.

6 Non obſtat, ꝙ dos non poſſit eſſe ſine † marimonio,quia
verum eſt præſenti,vel præterito,vt per Bar.in l.ſi marito. §.
1.ff ſol.mat.ſed quando matrimonium præceſſit, & dos illo
conſtante promiſſa fuit, tunc ſolu.mat. ſi exigatut, erit dos,
vt ibi in d.§.1.dicitur, & in ea ſecundum Bar. ibi habebit lo-
cum ſtatutum de dote lucranda. ita dixit D.meus Ruin. in ci
tato conſ. 225. in fi.

SVMMARIVM.

1 *Maritus, cui dos promiſſa fuit iuxta arbitrium ſuum, ſi poſt mortem uxoris deceſſerit nulla facta declaratione dotis, hæredes eius non poterunt petere dotem arbitrari, adeo ut conſequi ualeant lucrum dotis, de quo in ſtatuto.*
2 *Quod declara non procedere, ubi maritus ex aliqua iuſta cauſa impeditus fuiſſet arbitrari.*

QVAESTIO LXXXIX.

PONE ſtante ſtatuto, de quo in quæſtione præcedenti,
1 ꝙ vxor promiſit dotem† marito iuxta arbitrium ſuum,
an ſi ipſe deceſſerit poſt vxorem nulla facta declaratione do-
tis, hæredes eius poterunt petere dotem arbitrari, vt conſe-
quantur lucrum, quod viro per mortem vxoris defertur? Et
breuiter concludendo teneas ꝙ non, vt decidit Bal. in l.3 C.
2 de do. promiſ. niſi forte maritus ex aliqua † iuſta cauſa fue-
rit impeditus. Et ratio eſt,ſecundum Bal. quia ex quo potuit
maritus arbitrari, & non fecit,imputandum eſt ei.argumen.
l. ſi quis arbitratu,in ratione ſui.ff.de verb oblig.& melius in
l. quod ſi nolit.§.ſi quid ita.ff.de ædil.edic. & Bal. ſequuntur
Iaſ. in l. ſi donaturus.§.fi.colum. fi. de condict. cau da. Bru.
in tract.exclu. fœmi. in 6. art. prin. in 2. quæſt. quarti mem-
bri.col. pen. in fi.& in tract. de ſtatu. & conſtitu. in verbo,lu
crum, verſi.99.in fi.

SVMMARIVM.

1 *Lucrum dotis, quod defertur marito per mortem uxoris ex ui ſtatuti, non dicitur eſſe de hæreditate mulieris.*
2 *Actio funeraria non ſolum datur contra hæredes uxoris pro portionibus hæreditarijs, ſed etiam in uirum, ad quem aliquid peruenit nomine lucri dotis.*
3 *Lucrum dotis non agnitum per maritum tranſmittitur ad hæredes.*

QVAESTIO XC.

QVAERITVR, An lucrum dotis, quod defertur
1 viro per ſtatutum vxore præmoriẽte ſine filijs dicatur
eſſe de hæreditate mulieris mortuæ? Glo. in l. pro hæredita-
rijs, in verbo ſextus.C.de hæred.actio. tenet ꝙ non, dum di-
2 cit quod † actio funeraria nõ ſolum in hæredes pro portioni
bus hæreditarijs, ſed etiam in virum, ad quem aliquid perue
nit nomine dotis,inſtituitur pro rata portione eius,quam lu
cratus eſt de dote, vt ecce vir lucratus eſt centũ, in hæredita
te ſunt ducentum, ipſe conuenietur pro tertia, & hæredes ꝑ
duabus.& ſic glo.præſupponit,& tenet,ꝙ lucrum mariti nõ
dicatur eſſe de hæreditate mulieris. Id etiam voluit Bald. ibi
col.3. verſi. in glo.ibi vt ecce, facit etiam tex. in l. eum,iun-
cta glo.in verbo cõferre,de relig.& ſumpt. fun. vbi aduerſus
eum, ad quem dotis nomine aliquid peruenit, dat prætor fu
neratiam actionẽ.æquiſſimũ enim vitium eſt veteribus,mu-
lieres quaſi de patrimonijs ſuis,ita de dotibus funerari,& eũ,
qui morte mulieris dotem lucratur, in funus confetre debe
re pro ea parte,qua lucratur dotem,& eum pariter,ad quem
ſpectat aliud patrimoniũ,pro alia rata,& ſic tex. & glo.admit
tunt aliud eſſe patrimoniũ mulieris, & aliud, quód lucratur
vir de dote. Iſtud idem oſtendit tex.in l. Celſus, cum l.ſeq ff

Source : BIU Cujas

eo.tit.de relig.& ſumpt.fun. vbi dicit tex. quoties mulier dedit, ex dote, quæ penes virū remanet,& cæteris bonis mulieris,pro portione funeranda eſt. Accedit & tex.in l.ſi vir.ff.ad l. falc. vbi per illum tex. Imo. dicit, quod ſi vir dotis partem lucratur, & vxorem ſepeliat & eidem hæres exiſtat, ſumptus ſepulturę pro rata ſibi & hæreditati aſcribuntur in computatione falcidiæ.& id etiam voluit Alexan.ibi in 1. notabi.poſt Nico.de Neap.vbi inquit,quod nedum illud, quod lucratur maritus ex pacto dotis lucrandæ,dicitur eſſe de patrimonio mariti, & non hæreditas mulieris, ſed quod pariter vir lucratur ex ſtatuto.& Alexand.ſequitur Iaſ. in l. ſi arrogator. col. 8. verſicu.4. adde ff. de adopt. Idq; etiam placuit Cor.in cōſi.178. colum. fi. volum.5. licet de prædictis iuribus, & deciſionibus nullam faciat mentionem, ipſiq; ſententiæ etiam aſſentiunt Dec. in conſi.19. in fi. & Moder. in tract.de ſucceſ. reg. colum.5.nu.22. Et quod iſta opinio ſit vera, patet, quia
3 ſi tale lucrū eſſet de hæreditate mulieris, ſequeretur † quod tale lucrum maritus non tranſmitteret,ſi non fuiſſet agnitū, quod tamen eſt falſum,vt per Bart.& Bald.in d.l.ſi arrogator. ff.de adoptio. & prout latius dictum ſupra in q. 47. ad quam me remitto.

SVMMARIVM.

1 *Statutum diſponens,quod vxore prædecedente maritus lucretur dimidiam bonorum immobilium, locum habet in dimidia parte pecuniarum paratarum pro emptione prædiorum,ſed contra ſecundum magis communē, vt num.12.*
2 *Deſtinatum habetur pro facto,quod declarā vt nu.13 & 14.*
3 *Minores ſine decreto pecuniam alienare poſſunt,non tamen pecuniam depoſitatam pro emptione prędiorum.*
4 *Pecunia licet dicatur res mobilis,tamen,ſi reperitur depoſitata penes camporem ad emendum res immobiles, reputatur res immobilis.*
5 *Eccleſia licet poſſit pecuniam ſuperfluam mutuare,non tamen pecuniam depoſitatam pro emptione prędiorum.*
6 *Tutor creditor pupilli etſi ſibi ipſi ſoluere poſſit, attamen de pecunia depoſita non poteſt ſibi ſoluere.*
7 *Mobilium appellatione non uenit pecunia fœnori deſtinata.*
8 *Teſtator ſi diſpoſuit,quod pecunię mercium vendendarum reponantur in p̄dia,hęres non poterit contrauenire voluntati teſtatoris,& pecunia ipſa reputatur res immobilis,quod intellige,vt num.17.*
9 *Res vbi eſt deſtinata de uno loco ad alium effectus ſuperueniens antequam res locum deſtinatum attingat,cenſetur factus in loco vbi deſtinabatur.*
10 *Statutum diſponens, quod uxore præmoriente in ciuitate maritus lucretur totam dotem,ſi contraxit matrimonium in loco ualde remoto, & dum eam conduceret,mortua ſit in uia,vir lucrabitur dotem.*
11 *Statutum diſponens, quod præmoriente uiro ſine liberis,uxor ſuccedat in dimidia immobilium,& mobilia remaneant penes eius hæredes, ſi maritus deſtinauerat centum pro emptione prædij,& mortuus ſit,antequam prædium emptum fuerit, uxor lucrabitur dimidiam illorum centum.*
15 *Aliud eſt res immobilis, uel haberi pro immobili.*
16 *Declaratio ad l.3. §. quid ergo. ff. de contrar. tute. & utili actio. & numero 18.*

QVAESTIO XCI.

1 LEX municipalis, qua cauetur, quod † vxore prædecedente, maritus lucretur dimidiam bonorū immobiliū vxoris,nunquid locum habeat in dimidia parte pecuniarum per eam paratarum pro emptione prædiorum? Et primo di
2 cendum videtur quod ſic,quia† deſtinatū habetur pro facto l. etſi non ſunt.§.quid ergo.l. lana.l.veſtimentorum.ff.de au. & arg. le. l. ligni.§.1.ibi, ſi eam ad concedendū fuerit deſtinatum, de leg.3.l.ſi chorum §.1.ff.eo.vbi pecunia ad mutuū deſtinata non venit ſub legato mobilium,ſed videtur haberi pro data mutuo,cum ad id deſtinata eſſet.

3 Secundo facit.Nam minores alienare poſſunt† pecuniam ſine decreto,cum ſit de rebus,quæ ſeruando ſeruari non poſſunt.l.1.§. fuit quæſitum.ff.ad Treb. & tamen pecuniam depoſitam pro emptione prædiorum non poſſunt alienare ſine decreto Iudicis,ſicut nec alias res immobiles,vt eſt caſus in l.3.§.quod ergo ff. de cont.tute. & vtili actio.quem tex.p ſing. allegat Roma.in l. ſi ex legati cauſa ff. de verb. oblig.& in conſi.188.in 3. dub. & in ſing. 103. vbi dicit hunc caſum eſſe ſingularem,& a nemine quam ab eo notatum. Idem dixit Crem. in notab.59.& Corſe. in ſing. ſuo, in verbo pecunia.Hinc dixit per dictum text.Barb.in c.poſſeſſiones.col.1. de reb.eccle.non alien.& in c.nulli.col.fi.eo.tit.q̄ licet pecu-
4 nia dicatur † res mobilis:tamen ſi ea reperiretur penes camporem deputata ad emēdum res immobiles, q̄ reputaretur res immobilis,alibi voluit idem Barb.in c.2.col.fin. de ſolut.

5 q̄ †licet eccleſia pecuniam ſuperfluam poſſit mutuare vt ibi per Ioan.And. Tamen ſi illa pecunia eſſet ad bancum depoſitata pro emptione prædiorum,quod eccleſia non poſſet illam mutuare.

6 Tertio adducitur. Nam tutor creditor pupilli licet † poſſit ſibi ipſi ſoluere.l.quoties.§.ſicut.ff. de admin.tuto.attamē de pecunia depoſitata non poteſt ſibi ipſi ſoluere, ita Ro.in d.ſing.103.Ripa in d. §.fuit quæſitum.

Quarto facit, quod no.Luc.de Pen.in l.vl.C.de mune.pa-
7 trimo.lib.11. vbi tradit, pecuniam † fœnori deſtinatam non contineri appellatione mobilium,per d.l.ſi chorus.

Accedit & quinto,quod dixit Socy.in conſil. 249. col. 16.
8 verſi. circa quartam,vbi cōcludit,q̄ † ſi teſtator diſpoſuit,q̄ pecuniæ mercium vendēdarum in emptionem prædiorum reponerentur, hæres non poterit contra hanc diſpoſitionē venire, & quod ipſa pecunia reputatur immobilis.

Sexto,pro confirmatione huius partis facit, quod ſcribit
9 Gem. in c. præſenti.§. fi. de præben. in 6.vbi inquit, † q̄ vbi res eſt deſtinata de vno loco ad alium, effectus ſuperueniēs, antequam res locum deſtinatum attingat,cenſetur factus in loco, vbi deſtinabatur,& nō in loco vbi effectus imprimitur quod ſubdit notandum,ex quo facit ad dubium ſtatuti diſpo
19 nentis, q̄ † muliere in ciuitate decedente maritus lucretur dotem:nam,ſi cū vxore in loco multum remoto matrimonium contractum fuerit, quæ dum a viro ad ciuitatem deduceretur,in itinere mortua ſit,maritus tamen dotem lucrabitur,ergo dicendum venit in terminis huius quæſtionis,q̄ cū pecunia deſtinata reputetur res immobilis, quod de ipſa pecunia maritus lucrari debet dimidiam.

Vltimo hæc opinio probatur authoritate Alb.de Roſa.in
11 in 2.par.ſtatu.q.204.vbi. inquit, † q̄ ſtante ſtatuto,quod moriente marito ſine liberis,vxor ſuccedat in dimidia immobilium viri, & mobilia remaneat penes eius hæredes,ſi maritus deſtinauerat & deputauerat centum ad emptionē vnius fundi,& mortuus ſit,antequam fundus emptus eſſet,q̄ vxor debet habere dimidiam partem illorum centum,per ſupradictam regulam,quod deſtinatum habetur pro facto.Quod dictum refert & ſequitur Barb. in rub. de reb. eccle.non alien. in §.nunc.vero oportune.col.pen.in prin.vbi dicit hoc dictū menti tenendum,quia communiter ignoratur.

His tamen & ſimilibus non obſtantibus contrariam opin.
12 †vti veriorē & magis a Doctoribus receptam teneas, quod immo ipſa pecunia ad emptionem prædiorum deſtinata nō habeatur pro re immobili,& per conſequens q̄ de ea non lucrabitur maritus dimidiam, vt in terminis probatur per Iac. de Raue. Rayn. Cy.Bal Ang. Floria.Imo. Pau de Caſt. Fulg. Alex. Aret. & Lancel.Dec.in l.cætera.§.ſed ſi parauerit.ff.de leg.1.vbi volunt, quod ſtante conſuetudine, quod mortua vxore vir habeat mobilia,& hęredes vxoris immobilia, ſi pecunia ipſius vxoris erat parata ad emptionem prædiorum, non per hoc debebitur viro hæc pecunia,quia deſtinatio nō attenditur,nec habetur pro facto.Et iſtam eſſe communem dixit ibi Iaſ. Quam partem tenuit etiam Alex.in d.§ quæſitū. col.3. & in l.a Diuo Pio.§. fi.ff.de re iud. & eam inquit verio rem Barb.ſibi contrarius in c.1. col.fi de feud.quam & appro bat Fely. in c. cum adeo.col 3.de reſcrip.Bolog. in conſi. 39. colum.fi. Brun.in tract.ſtatu. in 3.par.verſi.bona.§.pen. Soc. Iun. in conſi. 120.nu.18.vol. 1.vbi atteſtatur hanc eſſe communem ſententiā, q̄ diſpoſitio loquens de immobili, non verificabitur in pecunia ad emptionē prædiorum deſtinata, licet aliqui(quamuis male) contrarium dixerint,ſubdens ab hac communi non eſſe recedendum in iudicando, & latiſſime vltra alios hoc voluit Boer. in deciſ.209. vbi per enumerationem Doct. demonſtrat hanc eſſe communem,aſſerens ita fuiſſe iudicatum in ſuprema curia Pariſienſi, nec non in Curia Burdegalenſi, citans etiam nonnullos Doct. idem voluiſſe,etiam ſi pecunia eſſet iam reddita ex venditione rei immobilis.

Reſtat tunc reſpondere obiectis. Et primo ad iura ſupra
13 adducta,q̄ deſtinatum habetur pro facto, quia † reſpondetur ſecundum Doct. in d.§.ſed ſi parauerit, q̄ illa iura procedunt,quando illa deſtinatio eſt cœpta deduci ad actum,& illud cœptum non eſt remotum ab eo quod eſt deſtinatum, alias non habetur pro facto. ita etiam dixerunt Alex. in d.l.a Diuo Pio.§.fi.& in conſi.97.col 3.vol.3. Soc. Iun. vbi ſupra.

14 Secundo reſpondetur, q̄ † ipſa regula poſſet prohibere de iure communi, vbi poteſt fieri extenſio de caſu vero ad caſū fictum, ſecus autem in diſpoſitione ſtatuti, quod eſt contra ius commune, in quo non admittitur dicta extenſio de caſu vero ad caſum fictum. l. 3.§. hec verba, vbi Bar. ff.de neg.ge.
15 cum aliud ſit res immobilis, vel haberi † pro immobili, ita Iaſ. poſt. Bal. in d.§. ſed ſi parauerit.col.3 & Alex.in d.§ quæ
ſitum.

Source : BIU Cujas

ſitum.colum.3.& in d.l.a Diuo Pio.§.fi.col.5.Barb. in d.c. 1. col.fi.de feud.

16 Secundo non obſtat tex. in d.§.quid † ergo, quia reſpondetur, quod non dicitur,quod ad hoc,vt illa pecunia poſſit haberi per tutorem,requirantur illæ ſolẽnitates, quæ requiruntur in alienatione rei immobilis minoris, de quibus in l. magis puto.§. ne paſſim. ff. de reb. eor.ſed ſolum ibi dicitur, quod tutor,qui erat creditor pupilli,eſt in culpa, ſi per iudicem non fecit cogere depoſitarium,vt de pecunijs depoſitis ſatisfaceret ipſi tutori,& ideo q̃ tutor nõ poteſt exigere vſuras pecunię ſibi debitę,quam neglexit exigere. Ita reſpondẽt Alex.Aret.& Iaſ.in allegato §. ſed ſi parauerit.& Alex.in d.§. quæſitum.col.3. & in l. a Dio Pio.§. fi.col. 6. Fel. in citato c. cum adeo.col.pen.ac Boer.in deciſ. 209.

Secunda datur reſponſio, ſecundum Barb. in d.c.1.col fi. de feud.& Lancel.Dec.in d §.ſed ſi parauerit, quod in caſu illius §. quid ergo, eſt ſpeciale fauore minoris.

Non obſtant tertio no. per Soc. in d.conſ.249.quia reſpõdetur,quod eius ſententia,vt ipſam idem declarat,procedit,
17 vbi is, qui † vult diſponere de ipſa pecunia conuertenda in emptionem prędiorum,non poteſt ipſam deſtinationẽ abolere: Tunc enim debet iudicari ipſa pecunia, vt res immobilis, ex quo omnino in rem immobilem tenebatur conuerte
18 re. & ita ſecundum eum † intelligendus eſt tex. in d. §. quid ergo, ſecus autem ſi is, qui deſtinauit huiuſmodi pecuniam ad emptionem prædiorũ,poteſt de ea nihilominus diſponere, & conſequenter ipſam deſtinationem tollere,quia tũc pecunia non cenſetur immobilis.

Vltimo non obſtant alia in contrarium adducta,quia ſatis reſponſum apparet ex ſupradictis, nec de auctoritate Alber. de Roſ. curandum eſt, cum contra ſit recepta Doct.ſententia. Et ideo concludendum fore exiſtimamus, ſecundum ipſam communem opinionem, maritus non debere lucrari dimidiam partem pecuniarum per vxorem paratarum ad emptionem prædiorum. & ita teneas in iudicando, ne alias facias litem tuam, vt per Bartol. in l. fina. C. de pœn. iud. qui male ludica.

SVMMARIVM.

1 *Statutum diſponens, quòd vxore prędecedente ſine liberis maritus lucretur dotem, locum habet duntaxat, quando vir ipſe inops, ſed contra nu.6.*
2 *Maritus de iure communi non poteſt ſuccedere vxori præmortuæ ſuperſtite patre,matre, uel agnatis,niſi ubi uir eſſet inops & uxor locuples, quia tunc ſuccedit in quarta.*
3 *Statutum de lucro dotis debet interpretari, ſecundùm ius commune, ne quis indebite damnum patiatur.& nu.7.ubi declaratur,& nu.10.*
4 *Statutum de lucro dotis indiſtinctè loquens generaliter intelligi debet.*
5 *Lucrum dotis defertur viro, ſecundùm communem, propter onera matrimonij.*
8 *Hæreditas non eſt propriè debita inter aſcendentes, & deſcendentes, ſed quaſi.*
9 *Damnum eſt diminutio patrimonij.*

QVAESTIO XCII.

1 QVAERITVR, An ſtatutum diſponens,quod † vxore prædecedẽte ſine liberis maritus lucretur dotem, locum habeat duntaxat, quando vir ipſe eſt inops? Et primo arguitur quod ſic, ſiue intueamur diſpoſitionem iuris communis, ſiue iuris ſtatutarij. Nã de iure communi certum eſt,
2 q̃ † maritus non poteſt ſuccedere vxori præmortuæ ſuperſtite patre,matre,aut agnatis.l. fi. C. quor.bon.l.1. C. vnde vir & vxor.l.1.ff. quis ordo in bono.poſſeſſ. ſerue. l. 1. in prin. ff. ſi tabu. teſta.nul. exta. niſi vbi vir eſſet inops & vxor prædecedens locuples, quo caſu ſiue extent deſcendentes,vel aſcẽdentes, ſiue agnati, maritus ſuccedet in quarta parte, vt probatur per id,quod not.gl. in verbo,minus. in Auth. de exhi. reis,in §. quoniam,iuncta l.illud.§ minus. ff. de tribu. ac etiã coniuncta d.l.1. C. vnde vir, & vxor.

3 De iure municipali conſtat, quia ſtatutum † prædictum interpretari debet ſecundum ius commune.l.ſi ſerui.C.de noxal.c.cum dilectus, extra de conſue. ne quis indebite damnũ patiatur l. fi. §. in computatione.C. de iure delibe. & per cõſequens debet intelligi, quando maritus eſſet inops, & vxor locuples.

4 Tu vero alteram partem amplectere, quia † cum huiuſmodi ſtatutum loquatur indiſtincte & non diſtinguat inter maritum inopem & diuitẽ, ergo generaliter intelligi debet, l.de pretio.ff.de public.l.1.§. generaliter. de legat.præſta.cap. quia circa,de priuil.

Secundo, quia hoc lucrum defertur viro propter onera matrimonij,vt eſt communis opinio,de qua ſupra, quæſtio.
5 4. Sed iſta ratio † onerum ita militat in marito diuite, ſicut in paupere, ergo eadem eſſe debet iuris diſpoſitio.l. illud.ff. ad leg. Aquil.

6 Tertiò, ita in † terminis conſuluit Alexan. in conſil.vigeſimoquarto, volum.6.

Non obſtat, quod ſtatutum debet intelligi ſecundum ius commune, ne quis indebitè damnum patiatur, quoniam
7 † reſpondet Alex. in citato conſ.149.colum. 2. quod tale ſtatutum generaliter & indiſtinctè loquens non debet reſtringi ad maritum inopem, etiam ſi nõ facta reſtrictione aliquis indebitè lucrum perderet.l.proſpexit.ff.qui & a quib.quia de huiuſmodi obuentione hæreditatis auferenda patri, matri, vel ſororibus iudicatur vt de lucro, vt patet ex his, quæ traduntur per Doct. poſt glo. in l ſi emancipata.C.de iur.& fac. ignoran. & ex not. per glo. in l. ſi duo,in verbo, potuit.ff.de
8 acquiren.hæred.quia † inter aſcendentes & deſcendentes hæreditas non eſt proprie debita, ſed quaſi l. fi. iuxta princ. C. de cura.furio.& præcipue hæreditas aſcendentium deſcẽdẽtibus.l. nam etſi parentibus.ff. de inoffic.teſta.cum de ea cenſeatur vt de re obueniente ex titulo lucratiuo, & ideo cum
9 hi non patiantur damnum, quod † eſt diminutio patrimonij. l. damnum. ff. de dam. infec. Sed lucrum ſolum perderent. nimirum ſi ſtatutum debet generaliter intelligi, & non reſtringi.

10 Secunda datur etiam reſponſio per Alex. quod ſi 'dictum ſtatutum non patitur dictam interpretationem a iure communi ſcilicet quod intelligatur in marito inope· Patet,quia ſtatutum vult, quod extantibus liberis ipſi ſuccedant,& maritus nihil lucretur, & tamen de iure communi, quando maritus eſt inops, etiam extantibus liberis vxoris prædecedentis, ſuccedit maritus in quarta parte, ſi ſunt tres filij, vel minus, & ſi ſunt plures, cum eis ſuccedit maritus in virilem portionem, vt in auth. præterea.C.vnde vir & vxor.

SVMMARIVM.

1 *Statutum de lucro dotis per mortem vxoris non trahitur ad dotes datas ante conditum ſtatutum,ſed contra nu.4.*
2 *Statutum ſuperueniens non debet in dubio tollere ius alteri queſitum, licet adhuc non habuerit effectum.*
3 *Recipi in canonicos auctoritate Papæ ante Decretalem ſtatuimus, de maiori.& obed.præcedent maiores ordine poſtea receptos,iuxta antiquũ ſtilum,licet prębendam aſſequantur poſt illam Decretalem.*
5 *Lex noua ſeruari debet, quando ſtatutum dat formam ſuper futuris exceptionibus.*
6 *Statutum uetus ſi continebat, quòd banniti eximerentur de banno ſolutis quinquaginta libris & poſtea ſuperuenerit nouum ſtatutum, in quo cautum ſicut banniti eximantur de banno ſolutis centum libris, ſi bannitus ante ſtatutum uelit ſe eximere à banno, debet ſoluere libras centum.*
7 *Præterita quando in ſui eſſe habent dependentiam à futuro, idem iudicamus de præterito, quod de futuro.*
8 *Statutum excludens a ſucceſſione alibi nuptam, locum habet etiam in nupta ante ſtatutum.*
9 *Pater ſi inueſtitus eſt de emphyteuſi pro filijs maſculis & fœminis, & ſuperueniat ſtatutum inhabilitans fœminas ad emphyteuſim & præferens maſculos,huiuſmodi ſtatutum in tali emphyteuſi locum habebit.*

QVAESTIO XCIII.

ALIA etiam proponitur quæſtio. An ſtatutum, quod
1 † mortua vxore maritus lucretur dotem, trahatur ad dotes ante conditum ſtatutum datas. Imo.in.c. fi.colum. 8. in fi. de conſti. videtur decidere q̃ non, quia ex cõtractu dotis celebrato ante ſtatutum poſtea editum ius eſt acquiſitum hæredibus mulieris, cum in eo ſit actum & ꝓmiſſum per ma
2 ritum de reſtituendo dotem ſoluto † matrimonio,& ideo ſtatutum ſuperueniẽs non debet in dubio tollere ius alteri quæſitum,ſeu obligationem alteri quæſitam,licet adhuc non habuerit effectum.& hoc per not. per Inno.in c. ſtatuimus, circa med.ver.item nota q̃ priuilegium,de maiori.& obed.vbi
3 dixit, quod † recepti in canonicos auctoritate Papæ ante illam Decretalẽ præcedẽt maiores ordine poſtea receptos iuxta antiquum ſtilum, licet præbenda aſſequantur poſt illam Decretalem, quod dictum menti tenẽdũ eſt, vt inquit Imo. quia legiſtæ ſimpliciter tranſeũt cum Bar. qui aliter tenet in l. omnes populi.ff de iuſti.& iure, & Imo.ſequuntur Fely.ibi col.2. & Barb. colum.13 in princip. Idem tenet Felyn.in d.c. ſtatuimus.colum. 2. & Alex. in addi. ad Barto. in d.l.omnes populi.colum 9.uerſicu.ibidem, & in uerſicu.ecce.

Source : BIU Cujas

4 His tamen non obſtantibus contraria ſententia† eſt de iure verior, & quam primo tenuit Barto. in d.l. omnes populi. col.19.in 2. q.5.q.princi.verſi.ecce alia, vbi inquit, ꝙ ſtante ipſo ſtatuto maritus lucrabitur dotem ante dictū ſtatutum datam, quia illud lucrū, de quo diſponit lex municipalis, cō ſideratur tantum poſt mortem vxoris,quæ poſt ſtatutum cō tingit, & Bar. ſequitur Ray. de Forl.col.32 & D. Ioan.Bapti. de ſancto Seueri. char.62.ver.3.infert, qui ſubdit hoc menti tenendum. Item voluit Cy. in l.1. §. fi. C. de rei vxor. actio. vbi dicit, ꝙ fuit quæſtio de facto in ciuitate Ferrariæ, in qua factum fuit nouiter quoddam ſtatutum, ꝙ ſi mulier prædecedat in matrimonio etiam non extantibus liberis, ꝙ vir nō teneatur reſtituere mulieri niſi dimidiam dotis ꝓpter expenſas, quas fecit in vxore ex cauſa nuptiarū. An huiuſmodi ſta tutum trahatur ad dotes iam conſtitutas, vel ad eas tantum, quę poſt ſtatutum darentur? Et dicit eſſe argumētum ibi, ꝙ ad poſtea datas tantū referatur, ſed ꝙ eſt contra id, quod ipſe ſcripſit in l.leges & conſtitutiones.C.de legi.vbi colligitur
5 determinatio,& vere dicit,quia ibi vult, ꝙ quando† ſtatutū dat formam ſuper futuris exceptionibus, quod debet ſeruari lex noua,& ideo infert,quod ſi ſtatutum vetus continebat ꝙ
6 † banniti eximerentur de banno ſolutis quinquaginta libris, & poſtea ſuperuenerit nouum ſtatutum, in quo cautum ſit, vt banniti eximantur de banno ſolutis centum libris, & bannitus ante nouum ſtatutum vellet exire de banno, debet ſoluere centum libras ad formam vltimi ſtatuti, quia tale ſtatutum dat formam futuris exceptionibus bannitorum,& ſic futuris liberationibus. Hoc idem voluit Dom. Roſel.de Aret. in conſi.91.inter conſi Bal.in 4.volum.& Bald. in conſil.93. colum..2. & in conſ.477.eod.volum.4. vbi in materia huius quæſtionis inquit eſſe conſiderandum,ꝙ aut reſtitutio dotis iam euenerat, antequam conditum fuiſſet huiuſmodi ſtatutum,& tunc non tollitur ius iam quęſitum hęredibus mulieris per ſtatutum ipſum ſuperueniens, quia non videtur eſſe de mente ſtatuentium tollere naturalem æquitatem,& naturalem obligationem iā fundatam,vt in auth.ex lib. & alcrip. nat.in prin.aut nondum euenerat conditio dotis reſtituendę tempore noui ſtatuti,& tunc ſtatutum nouum eſt obſeruandum,quia ſtatutum præceſſit caſum diſponendum a ſtatuto,
7 ideſt reſtitutionem retinēdam a ſtatuto, & etiam quia† quādo præterita habent in ſui eſſe dependentiam a futuro, idem judicamus de præteritis quod de futuris,quantum ad futurā deciſionem,& ſic ſtatutum de lucro dotis habebit etiam locum in dotib. ante ſtatutum datis, quarum reſtituendarum conditio poſt ſtatutū emerſerit,vt per Cyn. & omnes Doct. in d.l.leges.C.de legi.Hanc quoque ſententiam conſulendo amplectitur Pau. de Caſt.in conſ. 193.col.fi.vol. 1. vbi quærit,an ſtatutum nouum de dotib.reſtituendis habeat locū in dotib.confeſſatis ante,ſi mulier prædecedit poſt dictū ſtatutū.& cōcludit,certū eſſe ꝙ ſic,cū ſtatutum diſponat de dotibus illarum,quæ poſt ſtatutū morientur, nec vis faciēda eſt, ſecundum eum,quod dos fuerit prius tradita,vel confeſſata; quoniam quouſque durat matrimonium,ſtatutum ſuper ea nullum effectum induxit, quia poterat matrimoniū.diſſolui morte viri, & non fuiſſet locus ſtatuto: porrigit enim effectum dictum ſtatutum ſolum poſt mortem,vel tēpore mortis mulieris, ſi marito præmoriatur, & ſufficit mortē euenire poſt ſtatutū conditum,per no.per Bal. in d.l.oēs populi.quia per ipſum ſtatutū inducitur exceptio viri cōtra hæredes mulieris ſuper dote, quæ quidē exceptio nō fuit cauſata tpe dotis datæ,vel confeſſatæ,ſed veniebat cauſanda tpe mortis mulieris, quæ etenim mors ſuperuenit poſtquā ſtatutū nouum cœpit habere vigorē, ex quo inducitur exceptio prædicta,ſecundū theoricā Bar.in l. cunctos populos.in 4.q.princ.art.3. C. de ſum.Trin.& fi. cath.per l. pen.C.de vſur.& opinionem Bar. cōiter receptam tradit D. meus Rui. in conſ.49. col. fi.
8 vol.3. vbi ēt concludit,ꝙ ſtatutū † excludens alibi nuptā nō ſuccedere,locum hēt etiam in nupta ante ſtatutū. Hoc idem tenuit Soc. Iun. in conſ.21.col.2.vol.1.vbi allegat multas deciſ. pro hac parte,& per dictū Bar. in d.l.oēs.populi, dixit Ancha.in conſ. 125. ꝙ ſi pater inueſtitus eſt de emphyteuſi pro
9 filijs † maſculis & fœminis, & ſtatutum ſuperueniat inhabilitans fœminas ad emphyteuſim,& præferens maſculos,habebit locum in tali emphyteuſi,qm̄ nondum erat delata ſucceſſio,& hoc nō obſtante ſtipulatione,quia ſi quod ius quæſitū fuiſſet filiabus vigore ſtipulationis,ſumebat initium poſt ſtipulatoris mortem,& ideo ius ſeu ſtatutū ſuperueniens debet ad illud ius extēdi, quod demū naſcitur poſtquā eſt editū.& Anch. refert ac ſequitur Brun. in conſi. 1.in 9 col.in 1.art.& Soc.Iun.in loco ſupra cirato.Vltimo opinionem etiā Bar. ſecutus eſt Bru. in tract. ſtar. in 3 par.in verbo lucrum. §. ſtatutum quod vir lucretur dotem vxore præmortua, intelligitur etiam de dote promiſſa, quod eſt in verſ.99.

Non obſtant not.per Imo. & ſequaces in locis, de quibus ſupra, quia cum ex ſupra allegatis ſatis aperte pateat reſponſum, & contra eum eſſe communem opinionem, ideo vlterius non inſiſto, ſed opinioni communi in iudicando inhęrendum eſſe omnino tenemus.

SVMMARIVM.

1 *Filij ſpurij de æquitate canonica, quæ ſeruatur in prato Cæſaris, alendi ſunt a patre, quando non habent vnde ſe alant.*
2 *Pater non poteſt relinquere filio ſpurio pro alimentis vnum magnum podere, ſed ſolum vſque ad modum alimentorum, & non vltra.*
3 *Alimenta. quæ dantur miſerationis cauſa, non debentur ſecundum dignitatem, ſed ſecundum neceſſitatem viuendi.*
4 *Filiæ ſpuriæ ſunt dotandæ a patre vſque ad modum alimentorum.*
5 *Cauſa dotis non minus eſt fauorabilis quam cauſa alimentorum.*
6 *Statutū de lucro dotis locum nō habet in dote data per patrem filię ſpurię, ſed contra nn. 10.& 15.*
7 *Dos data filię ſpurię per mortem ipſius, patri vel eius hæredibus reſtituēda venit, quod declara vt nu. 18.*
8 *Legatum factum filio ſpurio pro alimentis, non tranſit ad hæredes ſuos.*
9 *Filia ſpuria ſicut in alimentis non habet hæredem, ita nec in bonis datis in dotem.*
11 *Diſpoſitio generalis debet intelligi ſecundum naturam rei, de qua loquitur diſpoſitio.*
12 *Quod ampla etiam procedere in materia ſtricti iuris, & vbi adeßet iuramentum.*
13 *Lex vbi ordinat conſtitutionem dotis, cēſetur etiam permittere conſequēs, id eſt lucrum, quod ſequitur ex conſtitutione earum.*
14 *Actum faciens, cenſetur ſe aſtringere legibus de illo actu loquentibus.*
16 *Pater poteſt donare marito filię ſpuriæ.*
17 *Filiæ ſpurię fundus dari poteſt in dotem, ita vt poſt mortem ipſius tranſeat ad filios.*
19 *Statutum de lucro dotis locum habet in legato dotis facto cum onere fidei commiſſi.*
20 *Quis velle præſumitur, quod leges & conſuetudines locum habeant in ſua diſpoſitione.*

QVAESTIO XCIIII.

VOS ſcitis, quod attenta æquitate Canonica, quæ ēt in prato Cæſaris ſeruatur, vt ex infra allegādis apparebit,
1 ſicut † filij ſpurij ſunt aliendi a patre, quādo non habēt vñ ſe alant vſque ad condignā quantitatem, iuxta tex.& ibi Doct. in c. cum haberet, de eo qui dux. in vxo.quā pollu. per adul. & per Barto. in l.fi.colum 2.verſicu.quis erit ergo modus.ff. quibus vt indign. & in l. Mæuius.§. duobus.q 3. ff. de leg. 2. & in l. fi. §.ſi a ſocero. ff.de ijs quæ in frau. cred. & Bald. in l. neque mater.C. de iu. dot. necnon & Abb.in conſil.50 col. 2. vol.2.quem ſequitur Dec. in conſi. 611. col. 1. Hinc dixit Bald.in l. eam quam.col.10.C.de fideic.quem ſequitur Ang. in §.nouiſſime.col.2 inſtit.ad ſenatuſconſul.Orficia.& Barb.
2 in c. cum tibi. col.17.de teſt.ꝙ† pater non poteſt relinquere, vel legare filio ſpurio pro alimentis vnum magnum podere, ſed ſolum vſque ad modum alimentorum & non vltra, arg. l. fi. ff. de exerci. Quod & voluit Socy. conſi.2.nu.5. volu.4. Dec. in conſi.311.col.2.Cur. Iun.conſ. 37. col. fi. & eſt ratio ſecundum Iacob.de Are. quem ſequitur Bal. in l.ſi maritus.
3 ff. ſol.mat.quia † alimenta, quæ dantus miſerationis cauſa, non debentur ſecūdum dignitatem,ſed ſecundum neceſſitatem viuendi, quod eſt notandum.Ita etiam filiæ ſpuriæ ſunt
4 dotandæ vſeue ad modum † alimentorum,& non vltra ſecūdum Bar. in d.l.fi.col.2. ff. de his quib. vt indig. quem refert & ſequitur Dom. Baptiſta Caccialup. in l.ſi qua illuſtris, col. antepe.C. ad Orficia. dicens ꝙ pater filiam ſpuriam dotare poteſt vſque ad quantitatem alimentorum, ita ꝙ habeat alimenta perpetua ſecundum qualitatem ſtatus ſui, quia quod ob hāc cauſam permittitur,ab eius cauſa limitatur & moderatur, quod arbitrio iudicis committitur. Idem dixit Bar.in d.§.Mæuius.& Abb. in citato conſ. 50.col. 2.relato per Dec. in allegato conſ.611.col.1.quia cū cauſa dotis non ſit minus
5 fauorabilis † quam cauſa alimentorum, ita poteſt pater dotare, quemadmodum & alimenta præſtare.
6 Pone modo,ꝙ extat ſtatutum de lucro† dotis,nunquid ex vi ipſius ſtatuti maritus ſpuriæ vxoris potuit dotem ditā lucrari? Primo equidē videretur ꝙ non,quia talis dos per mor
7 tem † vxoris reſtituēda venit patri, vel eius hæredibus, vt eſt de mente Bal. in d. l. eam quam.col. 10.C.de fideicom & in conſ.356.vol. vbi dixit, ꝙ legatum factum filio ſpurio ꝓ ali-
8 mentis non tranſit † ad hæredes ſpurij, non ratione proprietatis, in qua non valuit legatum,nec ratione alimentorum,

quia

Source : BIU Cujas

quia cum vita finiuntur.l cum hi.§.fi vni.ff. de tranſac.Idem voluit Abb. in d. conſ.50.col.2 &in conſ.115.col 2. volu.2. vbi inquit, ꝙ ideo talis dos debet redire ad patrem, quia ſuc
9 cedit loco alimentorum,ad quæ pater tenebatur.Vnde ſicut in alimentis non habet † hæredem, ita nec etiam in bonis datis in dotem.Iſtud idem tenuit Bald.Nouel.in tract.dot. in 6. par. priui.16. Dec. in d. conſ.311.col.2. in fi. Mod. in repe. c. per veſtras.§. 24. colum.3. in fi. de dona. inter vir.& vxor.

10 Verum his non obſtantibus altera pars vti † verior & fulcita melioribus rationibus & authoritatibus amplectēda venit. Et primo . Nam ex diſpoſitione legis, vt ſupra diximus, pater tenetur dotare filiam ſpuriam, ergo etiam cenſetur voluiſſe,ꝙ poſſint conſtitui dotes ſecundum naturam ipſarum dotium, & ſecundum materiam ſubiectam vt lucrum earū facere maritus poſſet ſecundum ſtatuta de dotibus loquen-
11 tia, quia diſpoſitio generalis † debet intelligi ſecundum naturam rei,de qua loquitur diſpoſitio.l.ſi ſtipulatur.ff.de vſu. l. filius familias.ff. de dona.Iaſ. in l. actionem.C. de procur.&
12 iſtud adeo † verum eſt, vt etiam procedat in materia ſtricti iuris, vt per Bald. in l. fi. commu.diuid. arg.gl. in l.& puto.ff. fami. erci.& etiam ſi interueniret iuramentū, vt voluit Cor. in conſi.129. col.2.vol.3. Igitur cum lucrum a ſtatuto introductum ſuper dotibus dicatur eſſe de natura ipſarum dotiū, cum ipſis dotibus inhæreat ex diſpoſitione ſtatuti, & pro regula in ipſo ſtatuto traditur,vt vir ſuperuiuens, vxori decedenti ſine liberis dotem lucretur:ideo eueniēte caſu,de quo in ſtatuto maritus ipſam dotem lucrari debet.

13 Secundo facit.Nam vbi lex ordinat † antecedens,ideſt cōſtitutionem dotium, cenſetur etiam conſequens permittere, ideſt lucrum , quod ſequitur ex conſtitutione earum l.3. §.ſcio.ff.de minor.quia iſtud conſequens eſt neceſſarium ad antecedens propter ſtatuti diſpoſitionem , Iaſ. in l. etſi prætor, colum. 2. ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſdict.& aliàs niſi permiſſum eſſet tale lucrum , non ita de facili reperiretur aliquis , qui talem vxorem ducere vellet renunciando ipſi lucro , argum. l. cum de indebito. ff. de probat. Ideo ipſa lex quæ voluit vnum, cenſetur & aliud voluiſſe , ſine quo actus commode explicari non poſſet, vt per Deci in c.præterea,colum 4. verſicu. ſed cōtrariū reperio, de officio delega.

Accedit & tertio.Nam faciens actum cenſetur ſe aſtringe
14 re † legibus de illo actu loquentibus.l. exigere dotem. ff. de iud. Barto. in l. vt iuſiurandi.§. ſi liberi ff. de ope lib. Scribentes in l. hæredes mei.§. cum ita,ad Treb.ergo pater filiæ ſpuriæ dotans eam cenſetur voluiſſe ſe conformare cum diſpoſitione ſtatuti, vt maritus lucrari debeat quantum ab ipſo ſtatuto ei conceditur.

Quarto facit.Nam ratio onerum,propter quæ conceditur lucrum marito a lege municipali,vt dictum fuit ſupra.queſt. 4. ita militat in marito ſpuriæ vxoris,quam in non habentib. ſpurias,quibus lucrum datur, ergo eadem debet eſſe iuris diſpoſitio in ipſo marito ſpuriæ,argum.l.illud.ff.ad l. Aquil. & tanto magis cum (vt experientia docet) videamus, quod redduntur homines difficiles ad contrahenda matrimonia cum ſpurijs.

15 Quinto & vltimo hanc quæſtionem † decidit Bald.nouel. in 6. par. priui. 16. verſicu.ſed quid ſi ſtatutum, vbi inquit expreſſe,ꝙ ſi lege caueatur,ꝙ vxore decedente in matrimonio ſine filijs vt lucretur tertiam partem dotis , vel dimidiam,ꝙ non improbabiliter dici poteſt dotem datam filiæ ſpuriæ per mortem eius non reuerti ad hæredes patris, cū de neceſſitate iuris cauſetur tale lucrum, & ſic in illo pater non videtur exercere aliquam iuriſdictionem in talem filiam , imo videtur lucrari in recompenſationem onerum matrimonij,& dato ꝙ etiam eſſet merum lucrum viri , idem dicendum eſſet; quia non reperitur iure cautum, ꝙ pater non poſſit donare
16 † marito filiæ ſpuriæ, imo etiam potuiſſet facere per pactum ſine ſtatuto , ex quo per tale ſtatutum filiæ nihil quæritur , quod dixit notandum, prout in ſimili etiam videmus,quod
17 per patrem filiæ ſpuriæ poteſt dari dos, ita vt poſt † mortem eius tranſeat ad filios, vt per Barto. in d.l. fi. colum.2. ff. de ijs quib.vt indig.& Veronen. in caut.37. incipi. videamus.& Abb.in conſil. citato.50. col.2.& cum Bal.nouel.tenuit Bulgari. in repet.l.1.colum.36.ff. ſol. matr. & Moder.in repet.di cti c. per veſtras.§.24. col.5. verſicu.alio item caſu,vbi intelligunt hoc procedere, quando fundus datus eſſet in dotem,ſecus ſi fructus ipſius fundi dati fuiſſent in dotem pro alimentis, iuxta text. in l. doris fructus.§. ſi vſumfructum. ff. de iure dot. Tunc enim quia ius datum in dotem morte perit. §. finitur. inſtitu. de vſufru.non poterit maritus lucrari dotem.l. quod in rerum. §.1. ff. de legat.1. & opinionem Bal. nouel. pariter approbat Crauet. in conſ.186.colum. fi. & eam ſenſit Alexand. in conſ.150.volum.2. dum quærit, ſi ſtatutum dicit,ꝙ muliere prædecedēte in matrimonio ſine liberis tertia pars dotis obuiat proximioribus in gradu,& reliquum ſit mariti.An pater filię ſpuriæ,quæ deceſſit in matrimonio ſine liberis lucretur illam tertiam partem dotis a ſe datæ & reſpectu duarum tertiarum, quas debet lucrari maritus non facit dubium,ſed reſpectu alterius partis,quam dicit mulier lucrā dam eſſe per patrem.

18 Non obſtant ex aduerſo adducta, videlicet, ꝙ † dos data filiæ ſpuriæ per eius mortem reuertitur ad patrem , vel eius hæredes per iura & auctoritates ſupra relatas, quia reſpondetur, ꝙ ipſæ procedere poſſunt , vbi nullum extaret ſtatutum diſponens de lucro dotis, & ſic in caſu, in quo eſſemus in mera diſpoſitione iuris communis,alias ſecus , quia (vt dictum fuit) pater tunc voluit ſe aſtringere legibus de illo actu loquentibus,& ſe cōformare cum diſpoſitione ſtatuaria.Pro cuius confirmatione accedat, quod voluit Bald. in conſ. 79. volum. 1. quærit, an de legato dotis facto per patrem filiæ
19 cum † onere fideicōmiſſi maritus debeat detrahere partē dotis a ſtatuto ordinatam.Et decidit ꝙ ſic,& ꝙ iſta portio ſtatuaria diminuet fideicommiſſum,quia cum pater legauerit in cauſam dotis, ideo in tali legato habebunt locum omnia ſtatuta loquentia de lucro dotis,cum tale ſtatutum trahatur ad legatum ex interpretatione paſſiua.l. 1. §. lex falcidia. ff. ad l. falcid. Itē ex quo eſt permiſſum principale.ſ. dos, igitur etiā & acceſſorium, ideſt lucrum legis,cum acceſſorium intelligitur ineſſe principali.l. ex diuerſo.ff. de rei vendi. Plus,ex quo lex diſponit de lucro dotis, & pater de dote, quæ eſt quoddā ius vniuerſale, diſpoſuit, intelligitur etiam de lucro dotis diſpoſuiſſe.Nam in vniuerſalibus ſemper continentur onera.l. 2.C. de hæredi. vel actio. vendi. Item præſumitur quis velle,
20 quod leges & conſuetudines habeant † locum in ſua diſpoſitione.l. quæritur.§. ſi venditor.ff. de ædil.edic.Et ſic ex his ita concludendum videtur in hac quæſtione, vt de dicta dote data filiæ ſpuriæ , quæ ab humanis decedſſit ſine liberis , maritus conſequatur lucrum dotis ordinatum a lege municipali.

SVMMARIVM.

1 *Statutum de lucro dotis locum non habet ſi vxor poſt contractum matrimonium per verba de preſenti,ante tamen copulā ſecutam ingreſſa fuerit monaſterium mendicantium,& in eo profeſſa fuerit, communis eſt in contrarium,vt in nu.*10.*&* 14.

2 *Mortis appellatione in dubio intelligitur de morte naturali, quod declara, vt in nu.*15.

3 *Statutum de lucro dotis non habet locum in morte violenta illata per maritum.*

4 *Statutum de lucro dotis, cum ſit correctorium iuris communis proprie & ſtricte intelligi debet , & ſic naturaliter, & numero* 7.

5 *Statutum loquens in caſu vero non habet locum in caſu ficto.*

6 *Statutum puniens portantem perlas, intelligitur , ſi portat veras non fictas.*

8 *Mors eſt præſentis lucis ſubtractio,& animæ a corpore ſeparatio omnia diſſoluens, & omni profeſſione priuans, & reuerſio in puluerem.*

9 *Profeſſus corpore viuit, vſum rerum habet,loquitur,teſtificatur, eligit & eligitur ad prelaturas,& generaliter omnes actus naturales exercet.*

11 *Pactum de lucranda dote conceptum in caſu mortis locum habet ingreſſū religionis.*

12 *Monaſterio licet acquirantur omnia per ingreſſum religionis , tamen talis ingreſſus non impedit lucrum dotis,uel donationem propter nuptias.*

13 *Pacta lucrorum vendicant ſibi locum per ingreſſum monaſterij , ſicut per mortem.*

16 *Ingreſſus monaſterium mendicantium non poteſt mutare , vel reuocare teſtamentum , quod prius fecerat ante eius ingreſſum , immo hęres ſtatim habebit eius hæreditatem abſque quod vlterius expectetur mors naturalis.*

17 *Legitima licet non debeatur filijs , ſecundum communem opinionem legiſtarum, per ingreßum patris in monaſterium , in quo fecit profeſſionē , Tamen fallit, quando ingreſſus eſt religionem mendicantium.*

18 *Subſtitutio facta ſub conditione,ſi deceßerit hæres ſine filijs,adimpletur & purificatur ſtatim , quod hæres ingreſſus eſt monaſterium penitus inca pax bonorum , & in communi , & in particulari , & in illo profeſſus fuerit.*

19 *Fratres minores ſunt adeo mortui mundo,quod mors naturalis nihil poteſt operari.*

QVAESTIO XCV.

1 ANlucrum dotis debitum viro ex vi ſtatuti † per mortem vxoris prædecedentis ſine liberis locū habeat, ſi vxor poſt contractum matrimonium per verba de præſenti, ante tamen copulam ſecutam ingreſſa fuerit monaſterium

Source : BIU Cujas

mendicantium, & profeſſa fuerit. Prima facie videretur dicē
2 dum ꝙ non, quia appellatione † mortis,in dubio intelligitur de morte naturali.l.ex ea parte.§.inſulam. ff. de verb. obliga. l. ſed ſi mors.§.1.ff. de don. inter vir.& vxor. Alex.in conſ.2. col.1. vol.1.& in conſ. 139. col.2. vol. 2. Sed mulier, quæ ingreditur ordinem mendicārium,naturaliter viuit, igitur verbum mors, non verificatur in ea, quæ ciuiliter mortua dicitur. Pro quo facit quod in ſimili dixit Marſ. in conſi.93. col.
3 2. vbi voluit, ꝙ huiuſmodi ſtatutum de lucro † dotis nō habet locum in morte violentia illata per maritum vxori, quia
4 ſtatutum† debet intelligi de morte naturali,& prēcipuē hoc dicēdum videtur, cum ſimus in ſtatuto correctorio iuris cō munis.l. dos a patre.C.ſol.mat.l. 1. in princ. C. de rei vx. act. quod proprie & ſtricte intelligi debet, vt not. in l. quicquid aſtringendæ, de verb. obl. & ſic naturaliter, iuxta not. in l. fi. vbi notant Bal.& Pau.C.de ijs qui veni.æta.impetra.

5 Secundo facit.Nam ſtatutum loquens in caſu † vero non habet locum in ficto, vt not. Bartol. in l.3.§. hæc verba.ff.de nego.geſt. & in l.omnes populi. in 6. quæſtio. principa. ff. de iuſt.& iure, & in l.1.ff.de fonte.vbi ſtatutum puniens portan
6 tem perlas, intelligitur ſi portat † veras,non autem fictas,ſed mulier ingrediens monaſterium mēdicantium ficte dicitur mortua, igitur &c.

Tertio, quod maritus non lucretur dotem, in ſpecie hoc decidit Anch. in conſi.273.quia (vt diximus) tale ſtatutum
7 † debet intelligi de morte naturali, non autem de ciuili per profeſſionem & ingreſſum monaſterij, quoniam etſi talis dicatur mortua mundo, & habere vocem funeſtam & translatam conuerſatione cœleſti in corpore,& in anima.c.placuit. el 2. 16.q.1.c. non dicatis.12. q.1. Tamen proprie loquendo non poteſt dici vere mortua. mors enim eſt præſentis lucis
8 † ſubtractio,& animæ a corpore ſeparatio, omnia diſſoluēs, & omni profeſſione priuans,& reuerſio in puluerem.§. deinceps. in Auth.de nup.iſta autem non parit profeſſio. Nā pro-
9 feſſus corpore viuit,vſum rerum † habet, loquitur, teſtificatur, & comedit, eligit & eligitur ad prēlaturas,& generaliter omnes actus naturales exercet c. religioſus.de elec.in 6. ergo ſtatutū de lucro dotis debet intelligi de morte naturali, quæ omnia ſoluit, non autem de ficta & impropria, quæ inducīt ex ingreſſu monaſterij & profeſſione,& Anch.refert Fely. in rub. de ſpon.col.4.& ſequitur Socy. conſi.8.col.fi.vol.3.

Quarto hanc etiam partem tenuit Salyc. in l. Deo nobis, in fi.C. de epiſco.& cler. motus hac ratione, quia licet vxor ingrediatur monaſterium ante copulā inuito marito, tamen nondū eſt vxor, nec ēt eſt matrimonium ſm totalem perfectionem. Ideo vir tali caſu lucrum dotis conſequi nō debet.

10 Sed his & alijs ſimilibus non obſtantibus † contraria ſententia eſt de iure verior. Et in primis facit text. in l. Deo nobis, in princ.C.de epiſc. & cler.vbi in ſpecie hoc dicit Barto. & ibi etiam hoc decidit Paul.in princip. dum dicit,ꝙ ſi alter ex coniugibus intret religionem,diſſoluitur matrimonium, nec per hoc aliquam pœnam patitur circa dotem, vel donationem propter nuptias, quaſi eius culpa matrimonium ſit ſolutum,habetur tamē ingrediens pro mortuo,vel mortua, & ſic vendicat ſibi locum pactum vel ſtatutum de certa parte dotis lucranda in caſu mortis. Item ibi in verſic. in iſto caſu. vbi formaliter inquit, quod pactum de lucranda dote cōceptū in caſu mortis locum habet per ingreſſum religionis, Idem enim operatur profeſſio,ꝙ mors Item idem operatur mors ciuilis, quod naturalis Item monaſterium nō habetur pro filio, quia pactum lucrandi dotem collatum,ſi deceſſerit
11 ſine † liberis purificatur, non autem extinguitur per ingreſſum religionis. Idem etiam tenuit Azo in ſum. ad libr. Cod. char.1.col.3. num.9. Iaſ. in auth. ſi qua mulier.col.2.circa fi. verſi. ex prima parte.C. de ſacroſan. eccle.vbi dicit eſſe notā
12 dum per illam glo.ꝙ licet per ingreſſum † monaſterij omnia ei monaſterio acquirantur, tamen talis ingreſſus non impedit lucrum dotis, vel donationem propter nuptias.Idem Iaſ.in l. ex ea.§.inſulam.col.2.ff. de verbo. obligat.& in l.ſi de ceſſerit.col.2.verſicu.ideo iſto anno.ff. qui ſatiſd.cog. vbi inquit ſe illo anno ita conſuluiſſe Veronæ,& ita conſtat, vt in eius conſi.135. colum.1.vol.2.per tex.& Bal.in d.l. Deo nobis. & per not. per Ang. in §.ſi vero conſtante.in Authen.de ſanctiſ.epiſc.vbi inquit,ꝙ pacta lucrandi vendicant ſibi locū
13 per † ingreſſum monaſterij ſicut per mortem. Subdens ipſe
14 Iaſ.iſtam eſſe † veram & communem concluſionem Docto. & ꝙ in iſtis terminis non inuenit aliquem Doct. authenticū contrariam partem tenentem, licet Saly. ſolus aliter ſentire videatur in d.l.Deo nobis.Hanc quoque partem amplectitur Alc. in 2. lib. de verbo. ſig. fac.84. vbi proprie dicit,ꝙ pactū de dote in caſum vxoriæ mortis lucrifacienda etiam in eum caſum intelligetur cū in religionis monaſterium ſeceſſit. per d.l. Deo nobis,quia non eſt veriſimile, voluiſſe maritū hoc caſu expectare,exigendæq; dotis moram pati, donec natura liter vxor fato fingeretur,quæ indiuiduam vitæ cōſuetudinē contempſit,necnō Fely.in d.rubr.de ſpon. Hoc idem tenuit Ioan.Boſch. in tract. de legit.nupt. in 4. lib.colum.6. in princip. verſicu. ſi mulier.

Non obſtant modo adducta in contrarium, ꝙ appellatione mortis,intelligitur de morte naturali per ſeparationē animæ a corpore,& non de ciuili & ſic ficta,cum ſtatutū ſit cor
15 rectoriū iuris communis., quia reſpondetur, argumentum poſſe procedere,vbi† mors ciuilis non haberet eundem effectum quem habet mors naturalis, & procedat glo. in d.l. placuit. ſecus autem vbi mors ciuilis quo ad id, de quo agitur, eundem effectum haberet,quem habet mors naturalis;quia tunc æquiparatur morti naturali. l. adeo.§ publicatione. ff. pro ſoc.l.1. in fi. de bon.poſſeſ.contr.tab. ſicut eſt in ea, quæ ingreditur monaſterium mendicantium,cuius mors,quo ad abdicationem dotis ab ea, habet per omnia eundem effectū, quem habet mors naturalis, ergo idem ius, vt per Iaſo. in d. conſi.135. colum.2. & Alcia. ac Ioan. Boſch. vbi ſupra. Pro qua ſententia accedat, quod voluit Iaſ. in d. aut. ſi qua mulier, colum.7.verſic. iuxta hanc partem.vbi concludit,quod
16 † ingreſſus monaſterium mendicantium non poteſt mutare,vel reuocare teſtamētum,quod prius fecerat teſtator ante eius ingreſſum, & quod eius hæres ſtatim habebit eius hæreditatem, abſque quod vlterius expectetur mors naturalis, cū mors ciuilis eo caſu in omnibus & per omnia æquiparetur morti naturali. Quod etiam tenuit Alexan. in conſ. 13. colum.1. volum.3. qui atteſtatur hanc eſſe communem opinio. Confirmatur iſta reſponſio ex not.per Iaſ.in authen.
17 ſi qua mulier,colum.10.verſic.intelligo tamen, vbi † inquit, quod licet communiter legiſtæ teneant, quod legitima non debeatur filijs, quam primum pater ingreſſus eſt monaſterium,& profeſſionem fecit: tamen quod intelligit ipſam cō munem opinio. non procedere, quando pater eſſet ingreſſus religionem mendicantium, quia tunc illa mors ciuilis,cū in omnibus habeat effectū naturalis, credit, quod filij ſtatim debeant habere legitimam.Idem dixit Pariſ. in cōſ.65.col.2. vol.2.vbi dicit,quod ſubſtitutio facta ſub conditione, ſi deceſſerit hæres† ſine liberis,adimpletur & purificatur ſtatim,
18 quod hæres ingreſſus fuit monaſterium penitus incapax bonorum & in communi, & in particulari, & in illo profeſſus fuerit,quia eo caſu habetur pro mortuo, & hæc mors ciuilis quo ad omnem effectum æquiparatur morti naturali, adeo quod non eſt amplius expectanda mors naturalis. Facit etiā, quod voluit Bal.in conſil.42. 2. volum. relato per Alexan. in
19 conſ.155.colum.1.ꝙ † fratres minores, & ſic ordinis mendicantium,ſunt adeo mortui mundo, quod mors naturalis nihil poteſt operari.

Non obſtant not. per Ancha. & ſequaces ac Salyce.in d.l. Deo nōbis. quia reſpondetur ex ſupra citatis authoritatibus. communem eſſe in contrarium, a qua in iudicando non eſt recedendum.

SVMMARIVM.

1 *Legatum factum per vxorem marito non computatur ei in lucro dotis,ſed in contrarium eſt communis,vt num.8.*
2 *Præſumptio in dubio capi debet,vt actus valeat & non pereat.*
3 *Legatum eſt cauſa lucratiua.*
4 *Titulus dotis eſt lucratiuus.*
5 *Cauſæ duæ lucratiuæ non poſſunt ſimul concurrere, quod declara,vt ibi in nume.14.*
6 *Legatum non imputatur in lucrum dotis,ſi fiat pactū inter virum & vxorem,quod ſol.mat. vir lucretur dotem.*
7 *Statutum & pactum æquiparantur, quod declara vt infra numero 16.*
9 *Legatum factum per patrem filiæ imputatur in legitimam.*
10 *Creditori magis fauetur in obligatione ex ſua prouiſione immediate acquiſita,quam in obligatione aliunde proueniente ſine facto ſuo.*
11 *Lex ſuum & non tuum tibi denegat auxilium.*
12 *Liberalis nemo præſumitur in neceſſitate.*
13 *Cautio fructuaria dicitur neceſſaria & ſi originem traxit a facto volūtario.*
15 *Stipulari quis poteſt ex cauſa lucratiua fundum,& ipſius fundi æſtimationem.*
17 *Pactum continens id, quod ius commune, ſeu ſtatuti diſpoſitio, nihil operatur vltra ius commune, vel ſtatutum.*
18 *Idem non eſt omne,quod eſt ſimile.*

QVAESTIO XCVI.

1 QVOTIDIANA proponitur quæſtio. An ſtante ſtatuto † de dimidia lucri dotis,ſi p vxorē ſit legatū marito

Source : BIU Cujas

rito,fiat compensatio eiusdē legati cum parte dotis lucrādę? Sed ista qō, vt refert Corn. in cons. 230. col. 1. vol. 4. vulgaris est & trita,& in qua primo aspectu videret dicendū, hmōi compensationē non fore admittendam, vt decidit Fed. de Scal. Doctor Bononiē. in disp. sua incip. quæstio talis est,in ciuitate, quem refert Bal. in auth. præterea. col. 2 C. vnde vir & vxor. vbi etiam post Nico. de Matarel. idem firmat Bal. in l. Titia. §. qui in vita. ff. de leg. 2. in l. si vxor. C. de bon. auth. iudi. post. & in cons. 79. vol. 1. Ray. & Raph. Cum. in l. si cū dotē. §. si pater. ff. sol. mat. Capra in cons. 143. in 1. dubio. Mouē tur enim citari Doct. principaliter rationibus infrascriptis.

Primo,quia sublatum est edictum de alterutro inter virū, & vxorem non donando, quoniam vxor tam dotem, quam legatum sibi a marito factum consequi potest,nec vnum cū altero compensatur, ita econtrario, quando vxor legat marito. l. 1. §. sciendum. C. de rei vxo. actio.

Secundo; quia si tale legatum intelligeretur factum animo compensandi cum lucro statuti,certe dictum legatum esset penitus inutile, & in dubio debet capi p̄sumptio, vt actus
2 † magis valeat, quam pereat. l. quoties. l. in ambiguis. ff. de rebus dub.

Tertio quoniam tale lucrum ex dispositione statuti proueniens traxit originem a causa voluntaria, scilicet a matrimonio, & a contractu dotis, ergo non est iudicandum, vt de causa necessaria, argum. l. si quis seruum. ff. de actio. emp. & sic non debet habere locum compensatio.

3 Quarto facit. Nam licet legatum sit † causa lucrativa l. 1.
4 C. de impo. lucra. descrip. & titulus † dotis similiter sit lucrativus. l. fi. §. si a socero. ff. de his quæ in frau cred. & sic videa-
5 tur, ꝙ duæ † causæ lucrativæ non possint simul concurrere, per not. in l. Mæuius. §. duobus. ff. de leg. 2. Tamen quia lucrum dotis ex statuto proueniens dicitur deferri in recompensationem onerum matrimonij. l. pro oneribus. C. de iure dot. glo. in l. si donaturus. §. fi. ff. de condi. cau. da. Ideo istud non habet obstare, quin vtrumque debeatur.

Quinto accedit ratio,quę est, ꝙ tale lucrū dotis prouenit ex dispositione statuti, legatū autem ex dispositione testatoris,& sic ex diuerso fonte,ergo vnum cum alio computari nō debet, sicut in simili videmus in quartam falcidiæ non imputari nisi id, quod prouenit ex iudicio testatoris, non autem aliunde ex diuerso fonte. l. quod autem. l. in quartam. ff. ad leg. falcid.

Vltimo facit. Nam tale lucrum statutarium vigore taciti pacti debetur. l. si duo. in fi. de acq. hære. Sed si esset factum
6 † pactū expressum, ꝙ maritus lucraretur dotem soluto matrimonio, tali casu non imputaretur legatum in lucrum dotis per l. creditorem. ff. de leg. 2. ergo idem debet esse in lucro, quod debetur ex vi taciti pacti, ne plus cōtingat operari taci
7 tum † quam expressum. l. cum quid. ff. si cer. pet. c. fi. de donat. inter vir. & vxo.

8 Verum his non obstantibus altera pars † tanquam de iure verior, & magis cōmuniter a Doctoribus recepta amplectēda venit, quam primo secutus fuit Barto. lucerna iuris, in d. l. si cum dotem. §. si pater, post Iacob. de Are. vbi inquit se pluries dixisse, ꝙ legatum factum ab uxore viro computabitur in sortionem, quam ex vi statuti maritus lucrari debet, quod tradit esse multum notandum,& Barto. ibi sequuntur Imo. necnon Pau. de Cast. & Alex. qui attestantur hanc esse magis communem opin. quia istud lucrum dotis videtur esse debitum necessarium,quia introductum a statuto,sicut & debitum legitimæ filij, quod introducitur a lege: Ideo sicut
9 in legitimam computatur legatum † factum per patrem filio. l. omnimodo. C. de inoffi. test. ita in hoc lucro debet eōputari legatum, argu. d. §. si pater, licet non compensetur in obligationem facto hominis acquisitam, & ad illam obligationē ordinatio. Nec mirum secundum Alexā. in d. auth præterea. col. 5. si fiat talis destinatio, quia videmus, ꝙ magis fauetur
10 † creditori in obligatione ex sua prouisione immediate acquisita, quam in obligatione aliunde proueniente sine facto suo, vt probat gl. in §. ex conditionali. insti. de verb. obli. Vn
11 de dicimus, ꝙ lex suum non † tuum tibi denegat auxilium, vt no. glo. in l. 1. C. si. aduer. vend. Idem voluerunt Bar. Pau. Roma. Alex. Ias. Cor. ambo Dec. Petruc. Dom. Franc. de Pepis, & Curt. Iun. in d. auth. præterea. vbi similiter affirmant hanc esse communem sententiam. quam pariter communem dixerunt Bald. in dicta consi. 79. uolum. 1. & Corne. in præallega. consil. 230 & eam magis communem dixit Camp. in tracta. dot. in 5. par. quæst. 6. & ita alias seruatum fuisse in quæstione facti referunt Iacob. de Riz. vt dicit Alber. de Rosa. in l. quod vero. ff. de leg. & ita terminatum fuisse Paduæ, tradit idem Alber. in 2. parte statu, quæst. 56. & in dicta authenti. præterea. & hanc sententiam sequi aduocatos in practica expresse fatetur Salycet. ibi colum. 2 Cui sententiæ quoque adhæret Ioann. de Amic. in consil 12. numero 19.

Nō obstant modo, quæ ex aduerso adducta fuerunt. Et in primis, ꝙ sublatum sit edictum de alterutro inter virū & vxorem nō donando, quia respondetur per Rom. in d. auth. præterea, ꝙ dictum Bal. & aliorum procedit, quando quæritur, an legatum compensetur cum debito, quod initium sumpsit ex contractus dispositione, quia tunc vnum cum reliquo nō compensatur d. l. creditorem. secus autem vbi loquimur in debito proueniente ex necessaria statuti dispositione, quo ca
12 su fit. compensatio † legati in debitum. & est ratio, quia nemo præsumitur liberalis in necessitate. l. rem legatam. ff. de adim. leg. & cum hac responsione Roma. pertranseunt omnes in d. §. si pater. & in auth. præterea.

Non obstat secundum argumentū, & ꝙ fieret talis computatio, legatum reddetur inutile, quia respondetur hoc esse verum, sed non fore absurdum, quia etiam in auth. præterea, vt dicunt Doct. legatum redditur inutile, quia compensatur cum quarta, de qua ibi. Idem in simili videmus in l. quoniā uouella. C. de inoffi. test.

Ad tertium respondetur secundum Imo. & Alexan. in d. §. si pater. ac Rom Alex. & alios in d. auth. præterea. quod huiusmodi argumētum tollitur per tex. in d. authen. præterea. vbi lucrum dotis similiter originem habuit a matrimōio, & sic a facto voluntario, & tamen ibi quatenus valet legatum, non debetur quarta portio, & sic fit imputatio, seu compēsatio, ergo sequitur, quod non attenditur illa causa tanquam remota, quod lucrum dotis traxerit originem a facto voluntario, sed quod inspici debet causa proxima, idest ipsum statutum, quod probatur secundum eos: Nam pater est obligatus & tenetur necessario dotare filias suas. l. obligamur ff. de act. & oblig. & tamen si consideremus causam remotā & originem, vtique diceretur voluntaria, & sic a matrimonio volū tarie per patrem celebrato, qui ipsum contrahendo generat filias, & ad dandam dotem inde obligatur. Ergo infertur, ꝙ huiusmodi qualitas causæ volūtariæ non ita a remotis sumi debet, vt etiam probatur in l. de die. §. tutor. cum l. sequen. iuncta. l. si fideiussor. §. si necessaria. ff. qui satisd. cog. dum ibi dicitur, ꝙ licet sit differentia inter cautionem voluntariam
13 & necessariam, tamen fructuaria † cautio dicitur necessaria, licet originem habuerit a facto volūtario. Idem probatur in l. socium qui cum eo. ff. pro soc.

Similiter ad quartum, quod licet legatum & dos sint causę lucrativæ: tamen, quia lucrum dotis dicitur deferri in recompensationem onerum matrimonij, non habet obstare, quin vtrunque deferatur, respondetur per Imo. & Alex. in d. §. si pater, & communiter per Docto. in d. auth. præterea. ꝙ
4 dicta ratio non est bona, quia etsi † duæ causæ lucrativæ nequeant concurrere in eandem personam circa eandem rem ad oculum demonstrabilem. l. Meuius. §. duobus. ff. de leg. 2. tamen possunt concurrere circa diuersam rem, & in eadem
15 persona. Hinc est † quod ex causa lucrativa potest quis stipulari fundum, & etiam eiusdem fundi æstimationem. l. fundū Cornelianum. ff. de noua. l. plane. la 1. §. sed si. ff. de leg. 1. & ꝙ talis consideratio, an ex causa lucrativa alterum tantum debeatur, vel vtrunque, non sit habenda, cum in vtroque casu idem sit demonstratū. Pone enim, tu debes mihi centum ex obligatione lucrativa, vt puta ex legato mihi facto per auctorem tuum,& tu mihi legas quinquaginta, vtique non fiet compensatio. l. Lucius Titius, in princip. ff. de noua. & idem est, si mihi debes rem obligatione onerosa, vt quia iure pignoris ipsa res tua & mihi obligata, & exinde tu legas mihi illam rem, certe non fiet compensatio, dicta l. creditorem, de lega. 2. ergo constat, quod (quo ad imputationem faciendā vel non) in hac materia non consideratur causa lucrativa, vel onerosa.

Non obstat etiam quintum, ꝙ legatum prouenit ex dispositione testatoris, & lucrum ex dispositione statuti, & sic diuerso fonte, atque ideo unum cum alio non debet computari, quia ad hoc respondent Roma. & alij in ipsa auth. præterea, quod hæc ratio confunditur per tex. in d. authen. prererea, vbi illa quarta portio, de qua ibi, prouenit ipsi coniugi ex prouidentia sua, quia sibi prospexit de locuplete coniuge, & tamen legatum, quod prouenit ex dispositione testatoris, & sic ex diuerso capire in illam quartam imputatur, ergo & idem dicendum est in casu huius quæstionis. Nec valet argumentum de quarta falcidiæ, quia secundum Iaso. in ipsa authenti. præterea. columna vndecima, cum ea debeatur iure hæreditario, bene procedit argumentum, sed in omnibus alijs quartis, vt est in quarta legitimæ, Trebellianicæ, in quarta, de qua in authen. præterea. & in omni-

Source : BIU Cujas

bus alijs ſem per cõputatur,quicquid ex quocũq; fonte,licet diuerſo, prouenerit.l.in quartam. ff.ad l. falcid. vbi Bar. in 3. colum.aſſignat rationem diuerſitatis,& Bald.in l. filium quẽ habentem,in 3. colum.& 3. oppoſit.C.famil.erciſ.

Vltimo non obſtat, ꝙ dictum lucrum prouenit ex tacito pacto, ſed ſi eſſet factum pactum expreſſum, non compenſaretur,ergo idem in tacito pacto,quia duobus modis reſpondetur,ergo idem in tacito pacto,quia duobus modis reſpondetur. Et primo, ſecundum Corn. & Dom. Franc. de Pepis in d. auth.præterea,ꝙ imo tale lucrum non dicitur prouenire ex tacito pacto, cum non proueniat ex mente coniugum, ſed præter mentem,& ſæpius cõtra,& tamen æquiparatio de tacito pacto ad expreſſum procedit in tacito pacto proueniẽte ex mente, & ſic non habet obſtare dicta ratio.

Secundo reſpondetur per Rom.& alios ibi in d.auth.præterea,ꝙ lucrum debitum ex pacto ſaltẽ tacito non debet attendi, ſed id, per quod lucrum principaliter prouenit.l.quicquid.ff. de dona. quod fundatur ex d. auth. præterea. Ponamus enim,ꝙ maritus locuples contrahit matrimonium cum vxore inope, certe pariter eſt in caſu iſto, quemadmodum & in caſu Bal. Nam iſta quarta portio hæreditatis debetur vxori ex tacito pacto, & tamen legatum ſibi factum imputatur in illam, vt eſt ibi caſus in d. auth. præterea. & ratio eſt, quia debent attendi id, per quod principaliter prouenit hęc quarta, non autem id, per quod tacite.

16 Non obſt. argumentum † de pacto ad ſtatutum, quia aut in pacto expreſſo venit id, quod erat in ſtatuto, puta quia ſtatutũ dabat marito dimidiam dotis matrimonio ſoluto, ipſe autem maritus ad maiorem ſecuritatem voluit ſuper eo paciſci, & tunc clarum eſt,ꝙ iſtud pactum nihil operatur,neque vigore eiuſdẽ debemus dicere imputationem fieri non de-
17 bere, eo † quia pactum cõtinens id, quod ius commune,ſeu ſtatuti diſpoſitio, nihil operatur vltra ius commune, vel ſtatutum, ſed ſolum dicitur eorum admonitio,quæ a iure communi, vel ſtatuto diſpoſita ſunt.l.qui mutua.C.de pact. pign. Aut in pacto hoc ſolum deuenit,quia cõſtitutione nihil cautum eſt,& tunc licet quo ad quædam ęquiparentur illa duo. ſ. pactum & ſtatutum de lucrando, vt in d. c. fi. tamen non
18 debent in caſu proprio æquiparari, quia omne,quod † eſt ſimile non eſt idem.l.quod Nerua.ff.depoſi.præſertim cũ hęc duo (hoc caſu) inter ſe diuerſam habeant rationem, igitur & diuerſa eſſe debet diſpoſitio. ita reſpondet Dom.Franc.de Pepis in d. auth.præterea. & ſic ex his remanet clarum fore. hanc eſſe communem ſententiam,cui cenſemus inhærendũ eſſe tam in conſulendo, quam in iudicando.

SVMMARIVM.

1 *Statutum de lucro dotis locum habet in matrimonio putatiuo, ſed contra num.6.& 13. vbi etiam declaratur.*
2 *Priuilegium prælationis tacitæ hypothecæ competens mulieri, locum ẽt habet in dote putatiua,quod declara vt num 19.*
3 *Statutum tribuens executionem paratam inſtrumẽto, procedit etiam in inſtrumento dotis putatiuæ.*
4 *Statutum,vel conſuetudo diſponens,quod acquiſita conſtante matrimonio inter coniuges diuidantur inter eos, habebit locum in matrimonio putatiuo.*
5 *Dos vera ſicut non poteſt alienari, ita & nec putatiua.*
7 *Maritus in dote putatiua pro reſtitutione dotis non habet dilationem annalem ſicut in vera.*
8 *Maritus putatiuus priuilegiis nõ conſequitur,vt conueniatur,quatenus facere poſſit.*
9 *Maritus fructum dotis putatiuę non lucratur ut uir, ſed eos facit ſuos tanquam bonæ fidei poſſeſſor,quatenus pro vtilitate mulieris impendit, & reliquum reſtituit.*
10 *Diſpoſitio l. 1. C. vnde vir & vx. locum non habet in matrimonio putatiuo.*
11 *Donatio facta inter coniuges putatiuos morte non confirmatur, ſicut donatio inter veros coniuges.*
12 *Pactum dotis lucrandæ marito non prodeſt in dote putatiua.*
14 *Statutum de lucro dotis, vt vendicet ſibi locum,oportet,quod ſit verus caſus ſtatuto comprehenſus.*
15 *Matrimoniũ vbi factũ eſt de facto,dos & donatio propter nuptias dicitur. eſſe de facto, nec meretur nomẽ dotis, vel donationis propter nuptias.*
16 *Dos putatiua priuilegia uerę dotis non habet.*
17 *Vxor putatiua non efficitur de domo uiri.*
18 *Glo in l. exigere dotem. ff. de iud. in uerbo redditura, locum non habet in dote putatiua.*
20 *Limitatio Roma. ad quæſtionem præſentem communiter reprobatur.*

QVAESTIO XLIII.

1 DVBIVM offertur. An ſtatutum † de lucro dotis locũ habeat in matrimonio putatiuo & imperfecto. Et videtur primo ꝙ ſic, quia iura loquentia de dote procedunt etiã in dote putatiua, vt eſt tex. in l. ſi cum dotem. §. fi. ff. ſol. ma.
2 Hinc dicunt ibi Scrib. ꝙ † priuilegium prælationis tacitæ hypothecę,quod datur mulieri,& de qua in l. aſſiduis C. qui potio. in pign. habean. locum etiam habet in dote putatiua,puta quando mulier contraxit matrimonium illegitimum bona fide,& cum perſona libera & non ſerua. & hanc eſſe communem opinionem teſtatur Salyc. in dicta l. aſſiduis, quem ſequuntur Moder. in tract. de pign. in 3. memb. 2. par.char. 40.colum.1.

Secundo adducitur elegans deciſio Bal. & Sal. in l. 1. in fi. C. de cond. ob cau.vbi ſi ex forma ſtatuti inſtrumenta hẽnt
3 † executionem paratã,eodem modo habebit inſtrumentum dotis putatiuæ, quod dicit mirandum Alex.in d.l.ſi cum dotem.§.fi.col.1. & cum Bal. etiam pertranſeunt Mod.in repet. rubr.de donat.inter vir.& vxor.char.30.col.2.vbi aſſerunt de hoc dicto facere magnum feſtum Barb.in conſ.43.col.11.volum.2.& Bal. Nouel. in tract. dot. in 10. par.col. 64. vbi tradit hoc dictum improbatum non reperiri a Doct.

Tertio facit, quod not.Abb.in c.2. de don.inter vir.& vx.
4 vbi ſi lex, ſtatutum,vel conſuetudo diſponant, ꝙ † acquiſita conſtante matrimonio inter coniuges debeant diuidi inter eos, habebunt locum in matrimonio nedum vero, ſed etiã putatiuo, adeo ꝙ matrimonio declarato pro nullo quilibet habebit dimidiam, & Abb.ſequuntur Barb.in c.iurauit. col. 4. de prob. in c. ex literis.col.fi.de pig. & Mod.in repet. capit. per veſtras.de don. inter vir.& vxo.§.22.

Vltimo accedat, quod vult glo.ſingularis in l. dotale.§. dotale.in ver.dotabitur.ff de fun.do.vbi ſicut dos vera non po-
5 teſt alienari, ita † nec putatiua,quam glo.comprobant Alex. & Mod. vbi ſupra,necnon & Barb. in d.c.ex literis.col.fi.

6 Quibus non obſtantibus tu ſequere alteram partem † tanquam veriorem,& magis a Doctoribus receptã, quæ principaliter probatur per glo.not.in l. 1.§. exactio. in glo. magna.
7 C. de rei vxo. act. vbi maritus in dote † putatiua non habet dilationem, quæ conceditur reſtitutioni veræ dotis, quam glo. ſequitur Alexan.in d.l.ſi cum dotem.§.fi.& eam eſſe cõmunem opinionem firmat Bal Nouel. vbi ſupra,verſ. duode cima fallentia.

Secundo facit deciſio Ioan.And. in c. 1.de dona.inter vir. & vxo. quem ſequitur Barb. in d. c. ex literis. col. fi. vbi per
8 illum tex. qui ad hoc eſt ſingularis,voluit, ꝙ † maritus putatiuus non poſſit gaudere priuilegio,vt cõueniatur,quatenus facere poſſit,quod & tradunt Alexan.in allegato.§ fi. Barba. in conſil.46.col.12.vol.2.Camp.in tract.de peti.& reſti.do.q. 238. & Ripa in rub. ſol.mat.nu. 63.

Tertio hoc etiam probatur per text.in l.in inſulam. §. fru-
9 ctus.ff.ſolu.matrimo.vbi fructus † dotis putatiuæ non lucratur vir,vt vir,quia tunc eos retinere poſſet,vt in l.diuortio.in princip.& in §.impendia.ff. eo.titu.ſed eos facit ſuos,vt quilibet bonæfidei poſſeſſor.& ideo eos ſolum retinet, quatenus in re dotali, vel pro vtilitate mulieris impendit, & reliquum reſtituet,quod & admittunt Scrib.in l.ſi ante nuptias.ff.eo.ti. & Alexan.in dic.§.fi.

Quarto facit tex.in l.1. in verbo, iuſtum matrimonium, &
10 ibi Doct. C. vnde vir & vxor. vbi ſucceſſio ab inteſtato,† de qua ibi,locum non habet in matrimonio putatiuo.

Quinto accedat,quod voluit Bal.in l.eam quam. colum.5.
11 verſi. modo ego quæro.C.de fideicom. vbi dicit † quod donatio facta inter coniuges putatiuos morte nõ confirmatur, ſicut donatio inter coniuges, per caſum ſingularem in l. cũ hic ſtatus.§.penul.in fi.ff. de donatio.inter virum & vxor. & Bald. approbant Alexan.Bal.Nouel.Barba.ac Moder.in locis ſupra citatis.

Penultimo propius accedendo ad terminos huius quæſtionis,facit,quod tenuit Bal.& poſt eum Ang.& Salyc. in l.1.
12 per illum text. C. de condi.ob cau.vbi pactum † de lucrando totam dotem, vel eius partem, non prodeſt marito in dote putatiua. Hoc etiam tradunt Bal. in l. pen. ff. quod fal. tuto. aucto.& Alex.ĩ d.§.fi. vbi dicit eſſe bonũ tex.in §.aſcriptitio. in auth. de nup. & ibi Ang. Sed meliorem in §.ſi vero ab initio.eod.tit.Idem quoque dixit Barb.in dicto conſ.46.colum. 12.verſi. capio modo tertiam. ergo idem dicendum venit in ſtatuto de lucro dotis, vt locum nõ habeat in dote putatiua, cum a pari procedant pactum & ſtatutum.c.fi.de don.inter vir. & vxor.not. in rub. de decre.decur.lib.10.

13 Vltimo hæc quæſtio † deciditur auctoritate Bal. in ca. iurauit. col.2.de prob.quem ſequuntur ibi Fely.& Barb.vbi expreſſe tenet, huiuſmodi ſtatutũ vires non extendere ad matrimonium putatiuum & imperfectum, quando tamen matrimonium habet perpetuam cauſam prohibitionis,quæ nũ quam ceſſat, vt puta conſanguinitatis,affinitatis, etiã ſi ignorant er

ranter sit contractũ, quia quoad lucrũ dotis nihil valet igno
rantia, cum deficiat causa finalis, secũdum tex. notabilem in
l. cum te. C. de don. ante nup. Idem tradunt Bal. Ange. & Sal.
14 in d l. 1. C. de condi. ob cau. quia vt statutum de lucro † do-
tis vendicet sibi locum, oportet, ꝙ sit verus casus statuto cõ
prehensus. l. si vero. §. de viro. ff. sol. mat. Sed hic casus non-
dum est verus, quia nondum dos. Igitur &c. Hoc quoque vo
luerunt Pau. & Alex. in d. l. si cum dotem §. fin. col. 2. Anch.
& Barto. in c. Rayn. in versic. nota ibi tutores, de test. per di
ctum. §. ascript. vbi si matrimonium est factum de facto,
15 dos † ac donatio propter nuptias dicitur esse de facto, nec
meretur nomen dotis ac donationis propter nuptias, & ibi
etiam hoc no. Ang. Hanc quoque opin. amplectitur Fely. in
c. 1. de sponsal. col. 14. versi. 2. limita, quia dos putatiua nõ
16 habet priuilegia † veræ dotis, ut per Docto. in d. c. 1. de don.
inter vir. & vxor. & etiam quia talis mulier non efficitur de
17 foro † viri, vbi matrimonium non tenet. Et subdit, ꝙ de hoc
sibi videtur glo. in terminis in l. exigere dotem, in verbo red
18 ditura. ff. de iud. quæ non † habet locum in dote putatiua,
quam prius allegauit Bal in d. c. iurauit. col. 2. Cui etiam as-
sentiunt Barb. in d. c. ex literis. colum. fi. & in citato consi. 46.
colum. 12. Bald. Nouel. in tract. dot. in 11. par. col. 61. versic.
sexta differentia. Camp. in tracta. dot. in 5. par. q. 8. Ripa in
Rub. sol. mat. num. 63. Purp. in l. cunctos populos. nu. 163.
C. de sum. Trini. & fide catho. Mars. in sing. 129. vbi dicit, ꝙ
cum esset in partibus Ianuensibus fuit interrogatus de tali
quæstione, videlicet, quædam mulier intrauit monasteriũ,
vt Deo seruiret, & fecit professionẽ, postea instigante diabo
lo (vt sæpe accidit) ista monialis exiuit monasterium, & pro
iecto habitu se transtulit ad diuersas partes, tandem non co-
gnita in terris ecclesiæ ꝓxit matrimonium cũ vno, cui dedit
multa bona in dotem, postea mortua est sine filijs ab inte-
stato, maritus petebat dotẽ vigore statuti de lucro dotis, ve
nientes aũt ab intestato petebãt oĩa bona istius mulieris: Du
bitabat, ad quẽ ptinerẽt talis dos, & dicta bona. & inquit se re
spõdisse, ꝙ oĩa bona spectabãt monasterio, & nõ aduenientes
ab intestato, nec ad maritũ. Nã venientes ab intestato erãt ex
clusi ꝑ auth. ingressi. C. de sacrosan. eccle. maritus aũt erat ex
clusus ab illa parte dimidiæ dotis; quia statutum, vel pactum
de lucranda dote non habet locum, quando matrimonium
est illicitum, habens perpetuam causam prohibitionis, etiam
si ignoranter sit contractum, per citatam decisionem Bal.
in d. c. iurauit. & alia ibi per eum allegata. Vltimo ita etiam
tenuit Parisi. in cons. 34. col. 3 volu. 3.

19 Non obstant, quæ ex aduerso allegata fuerunt, quia † re-
spondetur, ꝙ licet priuilegia dotis veræ in casibus, de quibus
supra, locum habeant in dote putatiua, tamen id procedit,
quia in ipsis agitur de fauore mulieris, secus vbi agitur de fa-
uore mariti, vt constat ex iurib. & auctoritatib. supra citatis.
& ita dixit vltra Ale. in d. §. fi. Ripa in d. rub. sol. mat. nu. 62.

Recipit tamen secundum Rom. in d. §. fi. præsens conclu-
sio limitationem, vt ea non procedat, quando dolus dãtis do
tem intercessisset, quia tunc esset locus lucro dotis, per l. an
etiam in patrem. ff. quod fal. tuto. aucto. vbi etiam hoc sentit
Bald. dum dicit, ꝙ sponsus non lucratur dotem nisi fuerit in
dolo pater. Idem vult Barb. in d. ç. Rayn. in versicu. nota ibi
tutores. & in d. c. ex literis. colum. fi.

20 Tu vero hanc limitationem non teneas, quia † in specie
eam reprobat Paul. de Cast. in d. §. fi. per text. in l. a diuo
Pio. ff. de ritu nupt. vbi interceserat dolus libertinæ, & tamẽ
dicit ibi tex ꝙ ex dote maritus nullum lucrum habet, & cum
Pau. pertransit quoque ibi Alexand. colum. 2. vbi dicit hoc
verum esse, ꝙ nec ex vi pacti, vel statuti directo maritus lu-
cratur dotem putatiuam, etiam quod dolus dantis interce-
serit, sed quod ipsi marito succurritur per exceptionem doli,
vel ꝙ per actionem maritus illud idem consequetur. Et hãc
partem etiam sequuntur Bald. Nouel. in d. tract. dotis, in 11.
par. colum. 58. versicu. quod autem supra dixi, & Camp. in
tract. dot. in 5. par. q. 8.

SVMMARIVM.

1 *Statutum disponens, quod vxore decedente in domo viri is lucretur tertiã partem dotis, locum non habet in vxore mortua in domo per virum cõducta, sed contra num. 4.*
2 *Genitiuus denotat dominium.*
3 *Statutum dictans, quod si quis receperit rem alterius, puniatur in tantũ, verbum alterius, intelligitur ratione domini.*
5 *Genitiuus etsi de propria significatione significet dominium, tamen id procedit, nisi communis vsus loquendi sit in contrarium.*
6 *Statutum disponens, si quis acceperit rem alterius, uel eam ingressus fuerit, puniatur tali pœna, habebit etiam locum in accipiente rem alterius ratione possessionis, propter communem usum loquendi.*
7 *Communis usus loquendi prævalet omni regulæ, omnique constitutioni in intelligendis sermonibus.*
8 *Communis usus loquendi in quacunque materia semper prefertur proprio significato, siue id eliciatur ex diffinitione, siue ethimologia, siue ex iuris auctoritate.*
9 *Quod amplia etiam procedere, si statutum disponeret, ut ipsa statuta intelligantur ad literam siue prout iacent.*
10 *Statutum dictans, quod statuta debeant intelligi nullo addito extrinsecus, seu nullo extrinsecus intellecto, non intelligitur tunc secundum communem usum loquendi.*

QVAESTIO XCVIII.

1 QVAERO, An statutũ disponẽs, ꝙ † vxore decedẽte in
domo viri, is lucretur tertiã partẽ dotis, habeat locum
in vxore mortua in domo per virum conducta. Et videretur
2 dicendum ꝙ non, quia ille genitiuus viri, † dominium signi-
ficat. l. 2. ff. de relig. & sumpt. fune. & in l. seruum Titij. ff. mã
da. iuncta. 1. glos. vbi si dico, Stichus seruus Titij, intelligitur,
quod spectat ad Titium iure dominij. Hinc est, quod dixit
3 Barto. in proœ. C. col. 1. quod † si statutum dicit, si quis re-
ceperit rem alterius, puniatur in tantum, quod intelligitur
verbum alterius, ratione domini, ergo cum statutum loqua
tur de vxore mortua in domo viri, debet intelligi de domo,
quæ est in domino viri, & cuius vir sit dominus.

Contraria tamẽ sententia de iure verior esse videtur, quia
4 † etsi genitiuus de propria significatione dominiũ significet,
5 tamen id procedit, nisi communis vsus loquendi † sit in con
trarium, per id, quod habetur in l. librorum. §. quod tamen.
ff. de leg. 3. & ꝑ Barto. in l. Labeo. ff. de suppellect. leg. ac Bart.
6 & Doct. in rub. ff. de noui oper. nun. vbi dicunt † quod statu
tum disponens, si quis acceperit rem alterius, vel eam ingres
sus fuerit, puniatur tali pœna, quod habebit etiam locum
in accipiente rem alterius ratione possessionis. propter com
munem vsum loquendi, per glos. in l. 2. in princip. in versicu.
nota argumentum. ff. de orig. iur. Quod & voluit Alexand.
in rub. de noui oper. nunc. & in consil. 129. colum. 1. in fi.
volum. 2. & in cons. 35. colum. 4. volum. 4. Nec mirum, quia
communis vsus loquendi & intelligendi prævalet propriæ si
gnificationi, vt per Barto. in cons. 58. Anarellus, & in consil.
138. hæc est copia, ad fi. vbi loquitur in statutis, & ideo di-
xit Oldra. in cons. 168. in 3. dubio. & Barto. in consi, 159. vi
sa. colum. 1. ipsum communẽ vsum loquendi prævalere om
7 ni regulæ, omnique constitutioni in † intelligendis sermoni
bus. Plus voluit Abbas in c. 1. colum. pen. versicu. ad vnum
8 tamen aduertas, extra de iudic. quod communis vsus † lo-
quendi in quacunque materia semper præfertur proprio si-
gnificato, siue id eliciatur ex diffinitione, siue ex ethimolo-
gia, siue ex iuris auctoritate. quod & denique locum habet, si
9 statutum disponeret, † vt ipsa statuta intelligantur ad literã,
siue prout iacent. Ita Iac. Butr. in 1. consti. Digest. Bald. in l.
omnes populi. col. pe. ver. tertio not. ff. de iusti. & iu. Ant. de
Butr. in proœ. decret. & ibi Abb. col. 4. & Fel. col. 5. ver. secũ-
do amplia. & Alex. in cõsi. 211. in prin. vol. 6. Cum ergo secũ
dum communem vsum loquendi, vbi fit mentio de domo
viri, intelligitur de habitatione, ergo sequitur, ꝙ statutum de
lucro dotis, de quo in quæstione præsenti, verificabitur quo-
que, quando moritur vxor in domo etiã per virum cõducta.
Quod autem ita se habeat communis vsus loquẽdi, plusquã
manifestum est, quia vt quotidie videmus, quãdo dicitur ali
cui, vadas ad domum Titij vel Sempronij, secundum com-
munem vsum loquendi, intelligitur tam de domo habitatio-
nis, quam de alia, cuius quis vere sit dominus & proprie in
terminis huius quæstionis ita decidit Camp. in tract. dot. in
quinta parte, quæst. 17.

Quam tamen limitandam existiemus, nisi aliud statutum
10 disponeret, quod statuta † debeant intelligi nullo addito ex-
trinsecus, in nullo extrinsecus intellecto, quia tunc non in-
telligitur secundum vsum loquendi, vt voluit Iaco. Butrig.
in d. proœ. ff. quem ibi sequitur Anton. de Butr. Abb. & Fel.
& Roma. in singu. 411. quia sensus communis loquendi est
quid intrinsecum, & dicit per hoc Florentiæ obtinuisse ma-
gnam quæstionem. Idem etiam voluit Alexand. in d. rub. de
noui oper. nuncia. col. 12. & Ias. colum. pen.

SVMMARIVM.

1 *Statutum de lucro dotis non vsu receptum attendi debet, sed contra vt infra.*
2 *Lex, vel statutum per non vsum, vel non desuetudinem non tollitur, quod declara vt in num. 13.*

Tempus

Source : BIU Cujas

3 *Tempus non eſt modus tollendæ vel inducendæ obligationis, quod declara vt in num.* 14.
4 *Statutum, quod nunquam fuit receptum in obſeruantiam, nec moribus vtentium approbatum, nullas vires habet.*
5 *Reformatio cõtraria ſtatuto ſi non fuit vſu recepta, non præualet ſtatuto practicato, tam ante dictam reformationem quam poſt.*
6 *Interruptum non dicitur, quod nunquam fuit obſeruatum.*
7 *Statuta eccleſiæ tam edita, quam edenda ſi quis ſeruare iurauit, tale iuramentum non extenditur ad ſtatuta moribus vtentium non recepta, vel per contrariam conſuetudinem abrogata, etiam quod fuerint confirmata.*
8 *Lex generalis vbi recipitur in vſu a certo genere perſonarum, & a certo non, non recipientes non peccant poſt multa tempora, niſi in eodem genere perſonarum a maiori parte fuiſſet recepta.*
9 *Lex præcepti tollitur moribus non utentium, niſi lex præcepti induceret ex ſui natura peccatũ ex contrauentione, ut quia cõcurrit cum lege diuina.*
10 *Statutum diſponens, quod non ualeat ſententia mercatorum diffinitiua, niſi omnes quatuor conſules interſint, ſi conſuetudo obſeruat valere ſententiam trium ſine quarto, ſtatutum non eſt obſeruandum.*
11 *Conſuetudo inducitur ſpatio decem annorum, nec in ea inducenda requiritur conſenſus ſuperioris. & num.* 12.
15 *Negatiua, quod ſtatutum non fuit more utentium approbatum, debet per allegantem probari.*

QVAESTIO XCIX.

1 PROPONITVR & quæſtio, An † ſtatutum de lucro dotis vſu non receptum attendi debeat mortua vxore ſine liberis? Et primo videtur dicendum ꝙ ſic, quia per non
2 vſum, ſeu per † deſuetudinem non tollitur lex, ſeu ſtatutum. l. fi. C. de iure dom. impetr. vbi in princ. dicit, vetuſtiſſimam obſeruantiam, quæ vſitata non eſt a tempore, cuius nõ extat memoria, corrigimus, ergo ſi Imperator illã correxit, adhuc vires habebat, & ſic per deſuetudinẽ, vel non vſum non erat ſublata, quia ſi ſublata fuiſſet, non potuiſſet amplius tolli. l. nam ſi ſub conditione, in verſic. rumpendo. de minuſ. & rup. teſtamen. & ita inducebat dictam l. ibi Cyn.

Secundo facit. Nam ſolum tempus non eſt modus tolliẽ-
3 dæ † vel inducẽdæ obligationis. l. obligationũ fere. § placet. ff. de act. & obl. Quib. nõ obſtantib. cõtrariũ verius putamus. Et primo adducitur, qđ no. Doc. cõiter poſt glo. ibi in c. r. de
4 tre. & pace. vbi ſtatutum, qđ nunquam fuit † receptũ in obſeruantiam, nec morib. vtentiũ approbatũ, nullas vires habet.

Secũdo facit, qđ no. Bal. in auth. oẽs pegrini. C. cõ. de ſucceſ. vbi dixit, ꝙ ſi facta fuit reformatio cõtraria ſtatuto, tñ ſta
5 tutũ fuit ante & poſt practicatũ, qđ † ſtatutũ eſt attẽdẽdũ & obſeruãdũ, cũ reformatio nõ fuerit more vtẽtiũ approbata,
6 quia nõ dr interruptũ, qđ † nunquã viguit, qđ dictum refert & ſequitur Fel. in d.c. 1. col. 3. in fi. de treuga & pace. Alex. in cõſ. 6. col. 2. vol. 1. & in conſi. 78. col. 2. vol. 6. Gozad. in conſil. 23. col. 3. Pari. in cõſ. 47. col. 5. vol. 5. Marſ. in cõſ. 49. nu. 49.

Tertio prædicta confirmantur ex ijs, quæ tradit Ripa in
7 reſp. 5. nu. 3. in 1. par. vbi inquit, ꝙ † etiam ſi quis iurauit ſeruare ſtatuta eccleſiæ edita & edenda, ꝙ tale iuramentum nõ extenditur ad ſtatuta moribus vtentium nõ recepta, vel per contrariam cõſuetudinem abrogata, dato etiam ꝙ ipſa ſtatuta fuerint confirmata, quia huiuſmodi confirmatio ad ſtatuta non recepta, vel alias abrogata non porrigitur, quia non ſunt amplius ſtatuta, ſecundum glo. ſingularem, vbi Bart. & alij in l. ſi quis priore. ff. ad Trebel.

Quarto facit, quod not. Abb. in c. cum olim. col. 2. de cler.
8 coniu. vbi dicit, quod † vbicunque lex generalis recipitur in uſu a certo genere perſonarum, & a certo non recipitur, non recipientes nõ peccãt poſt multa tempora, niſi in eodem genere perſonarũ a maiori parte fuiſſet recepta, quod dictum tanquam pulcherrimum tradit notãdum. Immo etiam vult,
9 ꝙ † & lex præcepti tollatur, ſi moribus vtentium non recipitur, niſi eſſet lex præcepti inducens ex ſui natura peccatum ex contrauentione, vt quia cõcurrit cum lege diuina, quod pariter ſubdit notandum.

Quinto accedit, quod voluit glo. in l. rem non nouam. C. de iud. vbi illud, quod lege cauetur, ſi non eſt conſuetudine receptum, & omittatur, non vitiat. Vnde refert ibi Bald. quẽ
10 ſequitur Iaſ. ſe ex ipſa glo. conſuluiſſe, ꝙ † ſtante ſtatuto, ꝙ non valeat ſententia mercatorum, niſi omnes quatuor conſules interſint in diffinitiua, ſi conſuetudo obſeruat valere trium ſententiam ſine quarto, ex qua conſuetudine eſt derogatum ſtatuto, non eſt obſeruandum ſtatutum. & inquit Alex. in conſi. 6. col. 2. vol. 1. & in conſi. 18. col. 1. in fi. volum.
11 2. ſatis eſſe, quod † a tempore conditi dicti ſtatuti tranſiuerint. 10. anni, quibus non fuerit receptum dictum ſtatutum in obſeruantiam. Quod & voluit Iaſ. in d. l. rem non nouam. colum. pen. Marſ. in citato conſi 49. num. 49 & Gozad. in al leg. conſi. 23. colum. 3. & Are. in conſi. 11. colum. 3. & in cõ ſil. 154 colum. 2. in princ. Immo fortius determinat Alex. in conſil. 132 colum. 2. vol. 1. quod tali caſu non requiritur ſciẽ
12 tia ſuperioris ad inducendum † conſuetudinem contrariam legi, quia abſque ipſa ſcientia ſuperioris hoc poteſt conſuetudo, vt per Abb. in d. cap. 1. de treu. & pace. Idem vult Are. in citato conſil. 154. col. 3.

13 Non obſtant contraria. Et primo, quod † per non vſum ſeu deſuetudinem non tollatur lex, vel ſtatutum, quia ſecundum Alex. in citato conſil. 132. col. 2. illud procedit, quando nihil fieret contra legẽ, vt quia caſus non acciderit, ſed quando caſus accidit, & fit contra legem, vel ſtatutum, tunc per talem non vſum bene derogatur ſtatuto. cap. Ioannes, cum ibi not. per Ioan. And. de cler. coniug.

14 Secundo non obſtat, ꝙ † tempus ſolum nõ eſt modus tollendæ obligationis, quia reſpondetur ſecundum Alex. in ipſo conſ. 132. col. 2. ꝙ licet non ſufficiat ſolum tempus, tamẽ ſufficit non obſeruantia ſubditorum cum lapſu temporis. Idem dicit Are. in citato cõſ. 11. col. 3. verſ. nec videtur. Et ſic ex ijs concludendum eſt, ſtatutum de lucro dotis locum non habere, quando non fuit more vtentium approbatum, nec recep
15 tum in obſeruantiam, dum tamen probaretur talis † negatiua ab eam allegante, vt per Dec. in conſi. 649. col. pen.

SVMMARIVM.

1 *Statutum de lucro dotis locum habet in augumento dotis factæ conſtante matrimonio, & nu.* 15.
2 *Augumentum dotis dicitur eadem dos, & non noua.*
3 *Donatio inter patrem & filiam, ſicut valet pro dote, ita etiam ſi fiat pro augumento dotis.*
4 *Dos eſt quoddam ius vniuerſale recipiens augumentum & diminutionem.*
5 *Priuilegium tacitæ hypothecæ conceſſum actioni de dote, competit etiã pro augumento dotis.*
6 *Priuilegium tacitæ hypothecæ competens pro augumento dotis. competit etiam cum priuilegio prælationis, de quo in l. aſſiduis. C. qui pot. in pig. hab.*
7 *Dos aucta licite habet omnia priuilegia dotis.*
8 *Stipulatio, quæ eſt ſtricte intelligenda, ſi facit mentionem de dote, trahitur quoque ad augumentum dotis.*
9 *Permiſſum in principali, cenſetur etiam permiſſum in augumento.*
10 *Imperator ſi concedit caſtrum cum omni territorio, ac mero & mixto imperio, ſi poſtea augeat caſtro territorium, cenſetur quoque augere merũ & mixtum imperium.*
11 *Pactum factum de lucranda dote trahitur ad ipſius augmentũ ſuperueniẽs poſt pactum.*
12 *Pacta noua circa augmentum dotis & donationis propter nuptias fieri poſſunt, quæ ſi non fiant iungi debet veteribus pactis.*
13 *Maritus ſicut non dicitur locupletior ex dote propter onera matrimonij, ita nec propter augmentum dotis.*
14 *Intereſſe licitum ſicut debetur reſpectu dotis promiſſæ, & non ſolutæ in tẽpore viro ſuſtinenti onera matrimonij, ita etiam pro augmento promiſſo, & in tempore non ſoluto.*

QVAESTIO C.

1 NVNQVID ſtatutum de lucro dotis locum habeat † in augmento dotis facto conſtante matrimonio? (qđ fieri poteſt, vt in l. ſi conſtante. C. de don. ante nup. & per Pariſi. late in conſi. 126. in princip. volum. 1.) Et videtur concludendum huiuſmodi ſtatutum vires ſuas porrigere ad tale augmentum. Primo per tex. in l. ſi proprietati. ff. de iure dot.
2 & ibi Bal. vbi augmentũ dotis dr † eadem dos, & non noua.
3 Secundo facit. Nam ſicut donatio inter † patrem & filiam pro dote valet. l. Pomponius Philadelphus. ff. fami. erciſc. per quẽ tex. no. Bald. in l. fi. §. filiæ. ff. de lega. 2. quod donatio inter patrem & filiam in poteſtate facta contemplatione dotis, ab ipſo principio irreuocabiliter tenet. Ita etiã valet, ſi fiat pro augmento ipſius dotis, eo quia idẽ iudicamus de augmẽto dotis, quod de ipſa dote. l. inter ſocerum. §. pen. ff. de pact.
4 dotal. eo quia † augmentum dotis efficitur ipſa dos ſubſtantialiter, cum dos ſit quoddã vniuerſale recipiens augmentũ & diminutionẽ. l. quod dicitur. ff. de impenſ. in reb. dotal. fact. Bar. & Doct. in rub. ff. ſol. mat. in vlti. col. & ita in ſpecie tenet Aretin. in l. placet. colum. 2. verſicu. ex gloſ. ff. de acq. hæred. quem refert & ſequitur Iaſ. in d. rubric. ſolu. mat. colum fi. & in conſi. 171. colum. 5. volum. 4.
5 Tertio confirmatur hæc opin. Nam priuilegium † tacitæ hypothecæ conceſſum actioni de dote, de quo in l. 1. §. & vt plenius. C. de rei vxor. actio. competit etiam pro augmento dotis, vt eſt tex. in Auth. de æqual. dot. vbi per illum tex. not. ibi Ang. ꝙ quamuis priuilegia ſint ſtricte intelligenda, tamẽ

priuilegium,

Source : BIU Cujas

priuilegium, quod datur doti, datur etiam augmento dotis, & ita tenent Iaſ. in d. rub. colum. fi. & Mod. in tract. de pigno. in 4. memb. 2. par. num. 46.

6 Quarto accedit, ℘ etiam priuilegium † dictæ tacitæ hypothecæ competens pro augmento dotis (vt proxime dictum fuit) competit etiam cum priuilegio prælationis, de quo in l. aſſiduis. C. qui pot. in pign. hab. vt per Iaſ. & Mod. vbi ſupra. Pro quorum confirmatione facit, quod dixit Bald. Nouel. in
7 l. 1. num. 46. ff. ſol. mat. ℘ † dos aucta licite habet omnia priuilegia dotis. & Bald. ſequitur Pariſi. in alleg conſi. 126. col. 1. idem etiam voluit Ange. in conſi. 290. colum. pen.

8 Quinto adducimus tex. in l. etiam. C. de iu. dor. vbi † ſtipulatio, quæ ſtricte eſt intelligenda. l. quicquid aſtringendæ. ff. de verbo. oblig. ſi facit mentionem de dote, trahitur etiam ad augmētū dotis, quē tex. multū no. Bal. ibi in 2. not. & hoc dictū reputat mirādum Are. in l. ſi in teſtamento. ff. de vulg. & pup. & tex. in d. l. ēt. valde ſolēnē inquit Iaſ. in d rub. col. fi.

Sexto pro iſta parte facit. Nam permiſſum in principali,
9 † cenſetur ēt permiſſum in augmento. l. hæredes palam. §. ſi quid poſt. ff. de teſta. Hinc dixit Ang. in §. aliud. in Auth. de æqua. do. ℘ omne priuilegiū datū principali porrigit ad eius augmentū. ex quo infert ad q. ℘ ſi Imperator mihi cōcedat
10 † caſtrū cū certo territorio, ac cū mero & mixto imperio, & poſtmodū augeat territoriū nō exprimendo, ℘ in augmēto, vult me habere merum & mixtum imperium, nihilominus merum & mixtum imperium trahitur ad augmentum.

11 Septimo corroborat hæc cōcluſio. Nā pactū † factum de lucranda dote, habet locū nō ſolū in eo, qđ eſt datū ab initio ſed ēt ℘ augmēto dotis ſuperueniēte poſt pactū. l. inter ſocerū. §. cum inter. ff. de pact. dot. ibi, nec ſeparabitur portio dotis, quæ data fuit additamenti cauſa, ſi poſtea nihil alius conueniat. Ita ēt voluit Cy. in l. ſi conſtante in 4. not. C. de do. ante nup. vbi inquit, ℘ circa augmenta dotis & donationis ℘℘
12 † nuptias poſſunt fieri pacta de nouo, quæ ſi non fiant, iungatur veteribus pactis. Idem dixerunt Cy. & Bal. in d. l etiā. C. de iure dot. Pau. de Caſt. in conſi. 8. incip. ad primum, ſecūdum antiquam impreſſionem. Pariſi. in citato conſil. 126. colum 2. & Dom. meus Ruin. in conſi. 134. in fi. volum. 1.

Octauo facit, quod voluit Bald. Nouel. in tract. dot. in 7.
13 par. princ. in 8. ſpeciali, ℘ † ſicut maritus non dicitur locupletior ex dote propter onera matrimonij. ita etiam non dicitur locupletior propter augmentum dotis & Bal. ſequitur Pariſ. in d. conſi. 126. vbi etiam vult, quod ſicut reſpectu promiſſæ † & ſtatuto tempore non ſolutæ viro ſuſtinenti onera
14 matrimonij debetur licitum intereſſe, vt plene no. Scrib. in c. ſalubriter. de vſu. & Docto. in l. in inſulam. §. vſuras. ff. ſolu. mat. pariter poterit peti reſpectu augmēti dotis promiſſæ, & non ſolutæ tempore ſtatuto, cum in eo vigeat eadem ratio, & nō debeant prædicta diuerſo iure cenſeri, cum tale augmētum imitetur naturam dotis.

Vltimo in terminis lucri dotis, & ſic huiuſmodi quæſtio-
15 nis, † ita decidit Abb. in conſi. 46. in 2. dubio. vol. 1. vbi expreſſe concludit, ℘ ſtatutum de lucro dotis habet locum in eius augmento, cum ſit pars dotis, & vna & eadem res non fit diuerſo iure cenſenda, vt in c. cognoūimus. 12. q. 2. quem referunt & ſequuntur Camp. in tract. dot. in 5. par. q. 9. Pariſ. in allegato conſ. 126. col. 2. & in conſi. 62. col. 3. volu. 4. & Pau. de Ca. in conſi. 290. col 3. in fi. vol. 1. Et ideo ab hac ſententia tanquam communi recedēdum non eſſe arbitramur, ſed illi omnino inhærendum.

SVMMARIVM.

1 *Statutum de lucro dotis locum non habet ſi tutor acceperit pupillam factā adultam in vxorem cum dote, & num. 5. ſed contra num. 8.*
2 *Matrimonium vbi non eſt, nec ibi dos eſſe poteſt.*
3 *Matrimonium ſecundum legem ciuilem interdictum eſt inter tutorem & pupillam adultam.*
4 *Sicut inter filium tutoris & ipſam pupillam.*
6 *Matrimonium de iure canonico inter tutorem & pupillam valet & tenet.*
7 *Ius canonicum in matrimonijs contrahendis præualet iuri ciuili.*

QVAESTIO CI.

1 QVID ſi ſtatutum diſponat, ℘ † maritus per mortem vxoris lucretur dotem: An habebit locū, ſi tutor accepit pupillam factam adultam cum dote in vxorem? Videtur
2 dicendum ℘ non, quia † vbi non eſt matrimonium, dos eſſe non pōt. l. 3. ff. de iu. dot. l. cum multę. C. de don. ante nup. Saly. in auth. maximis. C. de inceſt. nup. Sed a lege ciuili inter
3 dictū eſt † matrimoniū inter tutorē & pupillā factam adultā, vt in l. tutor. ff. de ſponſa. l. Senatuſconſulto. l. ſi quis tutor. §. quibus. ff. de ri. nupt. l. fi. de leg. 1. ſicut ēt eſt prohibitū in-
4 ter † filiū tutoris & pupillā. l. 1. C. de interdic. mat. d. l. Senatuſconſulto, & in l. tutor. & per Ang. in conſ. 90. in 6 dubio, ergo ſequitur, ℘ dos in effectu data non valet. l. ſi tutor. C. de interd. ma. vbi condici pōt dos ab vxore tutoris, & per cō ſequens cum dos ſine matrimonio ſtare nō poſſit, operæ pretiū eſt dicere, ℘ in ea locū habere non poſſit ſtatutū de lucro dotis, quia non entis nullæ ſunt qualitates. l. eius qui in prouincia. ff. ſi cer. pet. & quia ſtatutū non pōt operari, niſi ſuper dote, vt per Pau. de Caſt. in l. 1. C. ſi aduer. do. & in ſpecie,
5 ℘ † huiuſmodi ſtatutum non militet in tali viro, hoc voluit Berthac. in reper. ſuo, in verbo ſtatutū, de vltimis volūtatib. in verſi. 71. & Brun. in tract. de ſtatu. & conſt. in 3. par. in verbo, lucrum. verſi. ſtatutum, quod vir lucretur dotem.

Verum quia a iure canōico hmōi leges ciuiles hodie cor-
6 rectæ reperiuntur, & diſponitur, ℘ † inter eos matrimoniū cōtractū valeat & teneat, vt per Gof. & Io. And. quos refert Cy. in l. fi. C. de interd. mat. Hoſt. in tit. qui fil. ſint leg. §. qualiter. verſ. ſi vero illegitimus, & in tit. de dote poſt diuor reſt. §. & qualis ſit actio. verſ. excuſantur aūt. Bar. & Alb. in d. l. 1. C. de interd ma. & Sal in l. fi. eo tit. Alb. in l. qui contra, col 2. C. de inceſt. nup. & Ang. in d. conſ. 90. in 6 dubio. & Abb. in rub. de cogn. leg. & in c. fi. de ſec. nup. ac per Are. in §. illud.
7 inſti. de nup. quia † ius canonicū in matrimonijs cōtrahendis prævalet iuri ciuili, vt p Doc. vbi ſup. Ideo cōcludendū arbitror, ℘ ſicut a lege canonica (quā non dedignātur leges ciuiles ſequi in matrimonijs) permittitur matrimoniū inter tutorē & pupillam, ſimiliter teneat dotis conſtitutio, & ideo ℘ ℘ mortē vxoris maritus pōt cōſequi lucrū dotis a lege municipali ordinatum, quicquid dixerit Cyn. in d. l. fi. C. de interd. mat. vbi voluit, iura canōica tantū modo ſeruanda fore quo ad ordines & ſpiritualia, & iura ciuilia quo ad honores & ſucceſſionem, non obſtante, quod eius opinio reprobata cōperiatur per Albe. Areti. & alios, de quibus ſupra, & ita, ſi caſus accideret, teneas in iudicando, quia errare non poteris.

SVMMARIVM.

1 *Statuto de lucranda tota dote per mortem vxoris ſine liberis non videtur renunciatum, ſi maritus fecit pactum de lucranda dimidia ipſius dotis, ſed contra num 4. & 11.*
2 *Pactum contra legem vel ſtatutum non valet, quod declara vt in nume 13.*
3 *Statutum ſi diſponat, quod filia nupta extra ciuitatem non ſuccedat patri ex teſtamento, vel ab inteſtato, pactum factum a filia nupta extra ciuitatem de ſuccedendo patri non valet.*
5 *Iuri in ſui fauorem introducto quilibet renunciare poteſt.*
6 *Lucrum dotis datur in recompenſationem onerum matrimonij.*
7 *Ius quando diſponit circa effectum alicuius actus, & ille effectus reſpicit principaliter & directo ius publicum, tali iuri per pactum renunciari poteſt, alias ſecus.*
8 *Statuto ſi caueatur, quod filia fœmina non ſuccedat ab inteſtato, ſi eo tempore, quo dotatur, faciat pactum de ſuccedendo patri, valet huiuſmodi pactum.*
9 *Statutum ſi diſponat, quod vxore prædecedente maritus nihil poſſit lucrari de dote, tamen ualebit pactum de lucrando certam partem.*
10 *Lucro dotis renunciatum videtur, ſi maritus promiſit totam uel integram dotem reſtituere.*
12 *Opiniones plures quando in lege vel ſtatuto referuntur, in dubio vltima cēſetur approbata.*

QVAESTIO CII.

1 LEGE municipali cautum reperitur, ℘ † mortua muliere ſine liberis dos penes maritum ſol. mat. debeat remanere: Maritus fecit pactum cum vxore, ℘ lucretur dimidiam, vel tertiam dotis, modo quæritur, an ex tali pacto vir cenſeatur renūciaſſe beneficio dictæ legis municipalis. Et vi
2 detur dicendum ℘ non, quia tale pactum, cum ſit contra † ſtatutum, & legem, non valet, l. qui contra. C. de pact. l. non dubium. C. de leg. Hinc voluit Bar. in l. fi. col. 2. verſic. pro hoc induco, & ibi Bald. col. 3. verſic. ſed pone. Alexan. in l. ſtipu-
3 latio hoc modo concepta. colum. pen. de uerb. obl. quod † ſtā te ſtatuto, ℘ filia nupta extra ciuitatem nō ſuccedat ex teſtamento, vel ab inteſtato, pactum factum a filia nupta extra ciuitatem de ſuccedendo patri non valet.

Sed his non obſtantibus contrarium verius exiſtimo. Et
4 † primo per regulam, quæ habet, ℘ † quilibet poteſt renun-
5 ciare iuri ſuo in eius fauorem introducto. l. pe. C. de pac. Sed lex municipalis, qua diſponitur, maritum lucrari dotem per mortem vxoris abſque liberis, introducta fuit in fauorem ma-
6 riti, cum detur huiuſmodi † lucrum in recompenſationem onerum matrimonij, vt eſt gl. communiter recepta in l. ſi do

naturus.

Source : BIU Cujas

naturus.§.fi. ff.de condi.cau. data. de cuius veritate abunde dictum fuit ſupra q.4. ergo per pactum poteſt ei renunciari. l. paciſci.ff. de pact. Pro cuius confirmatione facit, quod vo lunt Barto. in l. ius publicum.ff. de pact. & Iaſ.in d.l.paciſci, vbi volunt,quod quãdo ius diſponit circa effectum alicuius actus,& ille effectus reſpicit principaliter & directo vtilitatẽ publicam, tunc non poteſt facto priuatorum mutari: ſi vero reſpicit vtilitatem priuatam,tunc pactum contrarium bene
7 valet,quia tunc nihil aliud eſt,quam renunciare† fauori ſuo per legem inducto,cui quilibet poteſt renunciare.d.l.pen.C. de pact.Cui ſententiæ accedat, quod voluit Barto.in d. l. fi. col.2. C. de pact. quẽ ibi ſequuntur Scrib. & Brun. in tract. exclu.fœmi. in 6.art. princ.in 4. memb.q.13. vbi expreſſè in-
8 quit, quod ſtante † ſtatuto, ꝙ filia fœmina non ſuccedat ab inteſtato,ſi eo tempore,quo doratur,faciat pactum de ſuccedendo patri, valet huiuſmodi pactum,facit etiam,quod notat Pau.de Caſt.in conſ.440.volum.1.vbi determinat,quod ſtante ſtatuto, quod maritus nihil poſſit lucrari de dote mulieris,ſi maritus & vxor faciant pactũ de lucrando dotis par
9 tem,ualebit pactum.Præterea facit,nam† ſi aliter diceremus ſequeretur,quod ſtante ipſo ſtatuto de lucro dotis, ſi mari-
10 tus promiſiſſet totam † uel integram dotem reſtituere vxori,vel eius hęredibus,quod non cenſeretur renunciaſſe ex vi taciti pacti lucro dotis,& tamen communis Docto ſentẽtia eſt in contrarium,vt latiſſime ſcriptum comperitur ſupra.q. 38. ergo idem dicendum eſt,quando expreſſe per pactum renũciatur lucro dotis pro parte,cum minus offendatur diſpoſitio iuris communis,quæ vult,ꝙ per mortem vxoris dos reuertatur ad eius hæredes.l.2.cum ibi not.ff.ſolu. matr.

11 Secundo, quod ſtandum ſit pacto, de quo † proxime dictum fuit, hoc decidit Alberi. de Roſa. in 2. par. ſtatu. q. 57. vbi refert Dyn.dicentem ita fuiſſe de facto determinatũ,per tex. in l. fi. §.fi. ff.de pact. dotali. quem refert Brun. in tract. de conſtitu. & ſtatu. in 3.par. in verbo lucrum.verſi.54 licet eum male referat Camp. in tract. dot. in 5. par. q. 12. dicens Alber.tenuiſſe contrarium, per tex.in l.conditiones extrinſecas.ff.de condi.& demonſt.quod caret veritate;quia ſi bene aduertatur, primo loco dicit Alb. ſibi videri, ꝙ per dictũ pactum ſit renunciatum ſtatuto, per l. pupilli debitor.§.ſoror. ff.de ſol.deinde ſubdit contrarium,ꝙ non preiudicet,allegat dictam l. conditiones. poſtea inquit, ꝙ præiudicat, & ſtandum ſit pacto, dicit Dy. determinatum fuiſſe de facto, & ſic vĩ approbare vltimum dictum,prout volunt tex. in l.ſi idem cum eodem.§.ſi vna actio.ff.de iuriſd. omn. iudi. & l.bona fi-
12 des.ff. depoſi. vbi quando in lege vel ſtatuto referuntur plures opin.in dubio vltima cenſetur approbata.

Non obſtant allegata in contrarium,ꝙ pactum contra ſta-
13 tutum eſt nullum, quia † prout declarat Iaſ. in d. l. quæ contra.& in d.l.paciſci.illud procedit, quando ſtatutum expreſsè prohibet pactum fieri, vel ſi lex non prohibet pactum fieri: tamen aliquid diſponit pro ſolennitate vel forma: aut illud, quod diſponit lex principaliter reſpicit publicam vtilitatem, ſecus ſi diſpoſitio ipſius legis reſpicit fauorẽ partis, quia tũc poteſt fieri pactum in contrarium.

SVMMARIVM.

1 *Statutum de lucro dotis locum non habet in eo, qui matrimonium contraxit cum ſeptuagenaria,ſed contra,ut infra.*
2 *Statutum,de quo ſuprà,cum ſit contra ius commune, debet intelligi magis ſtrictè,quàm ſit poſſibile, ut minus lædatur ius commune, quàm fieri poſſit,& nu.18.ubi declaratur.*
3 *Vxor illa dici non poteſt propriè, in qua non poteſt eſſe donum matrimonij,ideſt proles.*
4 *Verba ſtatuti ſunt propriè intelligenda.*
5 *Priuatio preſupponit habitum.*
6 *In ſtatutis attendere debemus,quòd ſtatuentes veriſimiliter reſpondiſſent, ſi de illo caſu ſpecialiter fuiſſent interrogati.*
7 *Dos non poteſt eſſe ſine matrimonio.*
8 *Dona matrimonij ſunt tria ſcilicet fides,proles,& ſacramentum, quorum ſi alterum deſit,matrimonium eſt nullum.*
9 *Puer,qui de præſenti generare non poteſt,ſperatur tamen in futurum potentia generandi, non poteſt matrimonium contrahere.*
10 *Materia delinquendi non eſt danda.*
11 *Statutum de lucro dotis generaliter loquens, generaliter intelligi debet.*
12 *Lucrum dotis conceditur marito propter onera matrimonij.*
13 *Matrimonium non obſtante lege Iulia uel Papia hodie contrahi poteſt cum ſene maiore quinquaginta annis.*
14 *Vxorem ſexagenariam quis accipere poteſt, uel decrepitam.*
15 *Generare qui non poteſt de facili uxorem ducere poteſt.*
16 *Ætas,nec ſterilitas,non impediunt matrimonium.*
17 *Matrimonium contractum cum ſexagenaria,& ſi ceſſet potentia procreationis ſobolis, dicitur uerum matrimonium.*
18 *Matrimonium ultimo uitæ ſpiritu contrahi poteſt.*
21 *Gloſ.in l.precibus. in uerbo fideicommiſſi,in penul. par. C. de impub. & alijs ſubſtitu. eſt communiter reprobata.*

QVAESTIO CIII.

1 PVlchra ſe offert quæſtio. An maritus † ex vi ſtatuti diſponentis de lucro dotis per mortem vxoris ſine filijs lo cum habeat in eo,qui matrimonium cum ſeptuagenaria cõtraxit.Iaſ. qui refert qõnem penes ſe nouam in conſil. 115.in 1.dubio,vol.1. tenet ꝙ non,duplici ex capite. Quorũ primũ
2 eſt: quia † tale ſtatutum eſt contra ius cõe. Nam de iure cõmuni maritus non lucratur dotem, vt in l.2.ff. ſol. matr.ergo ſtatutũ debet intelligi magis ſtrictè,quàm ſit poſſibile,vt minus lædatur ius cõe,quàm fieri poſſit,vt per Bald.in terminis iſtius ſtatuti in l.2.in fi.C.de do.promiſ. & ſic in matrimonio proprio, in quo ſaltem in habitu & potentia poſſit adeſſe procreatio ſobolis, licet non in actu, non autem debet extendi ad caſum, in quo mulier ſeptuagenaria non poterat nedum actu,ſed nec habitu ſobolem procreare, vt no. Sal.in l.ſi maior.C.de legi.hære.quia fieret extenſio dicti ſtatuti cõtra deciſionem Bal. in d l. 2. & ad hoc multũ ponderat verba Inn. in c.laudabilem.de frigid.& malefi. vbi poſt gloſ. dicit,quod
3 † vbi non poteſt eſſe iſtud donum matrimonij, ideſt proles, illa non poteſt dici proprie vxor.c.omne.27. q. 2. Si ergo nõ
4 eſt propriè vxor, non habebit locum ſtatutum † loquens de vxore,cum in ſtatutis verba ſint propriè intelligenda.l. ille.§. cum in verbis & l.non aliter. de leg.3.

Secundum quod ponderat eſt, ꝙ in ſtatuto dicitur nõ ex tantibus filijs,& conſequenter vult maritum lucrari dotem, quando vxor decedit ſine liberis: Sed hæc verba,non exiſten
5 tibus † filijs, denotant priuationem,priuatio autem præſupponit habitum.l.remittit.ff.de iureiur.l.manumiſſiones.ff.de iuſt. & iure. Sed hic non adeſt, nec habitus, nec potentia filiorum ſuſcipiendorum propter decrepitam ætatẽ, ergo cũ non cõueniant verba ſtatuti,nec etiam ſtatutum locum habebit.l.quod conſtitutum.ff. de milit. teſta. & ꝙ illa verba,ſine filijs, præſupponant habitum, & conſequenter ꝙ requiratur ſaltem habitus & potẽtia ad liberos ſuſcipiẽdos, alias nõ verificentur, tenet in terminis glo. ordinaria, cũ qua omnes ibi pertranſeunt in l. precibus.in verbo fideicommiſſi,in pen. par.glo.C.de impub.& alijs ſubſtit. Subdens, quod licet non viderit deciſionem Doct. in terminis præſentis quæſtionis, tamen quod ſibi dictæ rationes concludunt in iure, teneant alij, quicquid velint.

6 Tertio facit. Nam in ſtatutis † generalibus debemus attẽdere id,quod ſtatuẽtes veriſimiliter ſtatuiſſent, ſi ſpecialiter fuiſſent interrogati, gl. in l. tale pactum. §. fi. vbi no. omnes. ff. de pact. Sed cui dubium, ꝙ ſi ſtatuentes de hoc caſu interrogati fuiſſent, veriſimiliter reſpondiſſent quod nõ? ergo & nos idem tenere debemus.

7 Vltimo videtur dicendum, ꝙ † ex quo dos nõ poteſt eſſe ſine matrimonio.l.cum multæ.C. de dona.& iſtud matrimonium ſit nullum, ꝙ de lucro ipſius dotis minime tractari poteſt, quod autem ſit nullum,probatur hoc modo. Nam tria
8 ſunt dona † matrimonij, fides proles, & ſacramentum, quorum ſi alterum deſit, matrimonium eſt nullum.c.fi. de cond. appoſi. Sed in ſexagenaria deficit donum prolis. l. ſi maior. C. de legi hęre. ergo matrimonium nullum.Præterea puer,
9 qui † generare non poteſt de præſenti,ſperatur tamen potentia generandi in futurum,non põt contrahere matrimoniũ. c. puberes. de deſponſa. impuber. ergo multo minus ſenex.

10 Vlterius non eſt danda † materia delinquendi.l. conuenire.ff. de pac. dotal. quæ daretur in tali matrimonio in inutilibus cõfricationibus.Item daretur materia peccandi marito iuueni, vt tradit Porc.Inſtit. de nup.col.4.

11 Sed his & alijs ſimilibus non † obſtantibus, contraria ſententia eſt de iure verior.Et ad ita dicendum primo moueor, quia huiuſmodi ſtatutum loquitur generaliter,& indiſtincte diſponit maritum ſuperſtitem ſine filijs lucrari dotem, vnde cum indiſtincte loquatur,generaliter intelligendum eſt.l. de pretio.ff. de pnblica.l. ſi ſeruum.§.non dicit prætor. ff. de acquiren.hæred.

12 Secundo † quia ratio onerum,propter quæ cõceditur marito tale lucrum,vt per Doct. in l. ſi donaturus.§.fi.ff. de condi. cau. da. vbi Iaſ. tradit omnes tranſire cum dicta glo.& in conſ. 135. col.pe. in fi.vol.1.licet aliter & male loquatur in d. conſ. 115. col.2. ita militat in marito ipſius mulieris ſexagenatiæ, ſicut in aliis & longe grauioribus. Igitur & in eo locũ habere debet diſpoſitio ſtatuti loquẽtis de lucro dotis,vt no. in l. 4. §. quoties.ff. de damno in fecto.

Tertio

Source : BIU Cujas

13 Tertio facit. Nam † licet lege Iulia, vel Papia prohibitum eſſet contrahi matrimonium cum maſculo maiore annis quinquaginta, quia deficiebat cauſa liberorum, propter quā fiūt nuptiæ, vt per glo. in l. ſancimus. la. 2. C. de nup. tamen hodie
14 cum ſene † muliere & maiore quinquaginta annis poteſt contrahi matrimonium, vt in d. l. ſancimus. vbi eſt caſus clarus & apertus, qui corrigit dictam legem Iuliam & Papiam. & iō
15 not. ibi Bald. quod † poteſt quis accipere vxorem ſexagenariam, vel decrepitæ ætatis conſtitutam. Idem probatur in l. ſed etſi quæſitum. in princip. iuncta glo. 1. ff. de lib. & poſthu.
16 & ibi Iaſ. vbi inquit, quod † ille, qui non poteſt facile generare, vt ſenex vel decrepitus, poteſt vxorem ducere. Nam
17 † ætas, nec ſterilitas non impediunt matrimonium, quia impotentia coeundi accidentaliter cauſata non impedit validitatem matrimonij, & de hoc eſt etiam glo. in c. nuptiarū. 28. q. 1. & in c. 2. vbi Doct. de frigid. & malefi.

Non obſtant allegata in contrarium. Et primo, ꝙ ſtatutum de lucro dotis tanquam ſtricti iuris ſtricte debet intelligi, & ſic de matrimonio vero, in quo ſaltem in habitu & potentia poſſit adeſſe procreatio ſobolis, & ſic donum matrimo-
18 nij, quia † reſpondetur, quod matrimonium contractum cū ſexagenario & decrepita, eſt verum matrimonium, dato ꝙ non ſit potentia procreationis ſobolis, vt eſt tex. in d. l. ſancimus. per quem in ſpecie ita dixit Pariſ. in conſi. 29. col. 1. vol. 2. Quod & probatur per Bal. in d. l. ſancimus. vbi dicit, quod licet olim eſſet prohibitum hoc matrimonium cum ſexagenaria vel decrepita contrahere propter defectum liberorum, tamen quod Iuſtinianus Imperator hodie decreuit, huiuſmodi matrimonium non eſſe prohibitum, cum contrahatur principaliter propter ſeipſum, quia ſacramentum, & ſic ſequitur, quod ſunt veræ nuptiæ, & ipſi dicuntur vere vir & vxor,
19 adeo † ꝙ ſtatutum, quod ſtricte debet intelligi, verificatur in vero matrimonio, quamuis non detur potentia procreationis filiorum, & ideo non militat argumentum Iaſ. & per conſequens quod dicit Innoc. in allegato c. laudabilem. quia eius opinio iure non ſubſiſtit, vt patet ex ſupra relatis. Pro cuius confirmatione facit, quod no. glo. in verbo, in quibuſdam, in c. nuptiarum. 27. q. 1. vbi glo. dicit, ꝙ licet per frigidū non poſſit contrahi matrimonium, cum ibi eſſe non poſſint tria dona matrimonij, vel re, vel ſpe, in c. omne. 27. quæſt. 2. tamen de ſene non eſt ſic, quia nemo eſt adeo ſenex, quin ali quando calere poſsit natura vel artificio, & ideo poteſt contrahere matrimonium, licet nō poſsit habere filios, quia ſuffi cit, ꝙ prolem non euitet. c. ſolet. 32. q. 2. Sic enim generare dicitur, ex quo non euitat prolem, & aptus eſt ad coeundū. Idem dixit Io. And. in regula, ſine culpa, de reg. iur. in mercuria. vbi tradit, ꝙ licet in matrimonio ſint tria dona, ſcilicet fides, proles, & ſacramentum, vt in d. c. omne, & iſtæ ſint tres principales cauſæ, quare contrahitur matrimonium, ꝙ tamē vbi non eſſet ſpes ſobolis, poteſt eſſe matrimonium, puta in valde ſene, vel in conſtituto in articulo mortis, qui poteſt cō trahere matrimonium, quia etiam vltra bona, de quibus ſupra, eſt humanitatis, ſolatiū, vt in valde ſenibus per text. in d. c. nuptiarum, & in d. c. 2. de frigid. & malefi. & Ioan. And. ſequitur Iaſ. in l. 1. col. 12. ver. adde quod in ſimili. ff. ſol. matr. & cum hac parte pertranſit Albe. de Roſa. in l. cum quis. col. antepen. ver. circa tertium. C. de natural. lib. Cui aſſentit etiā Bald. in cap. quemadmodum. in fi. de iureiuran. vbi inquit quod in matrimonio duo ſunt ſubſtātialia matrimonij, ſcilicet conſenſus certus, & ſacramentum, ideſt, ꝙ non ſit hæreticus: & tria ſunt adiectiua, ſcilicet caſtitas coniugalis, proles, & dos, quæ vocantur adiectiua, quæ non canonizant matrimonium, ſed ei accedunt, quia matrimonium poteſt eſſe cū meretrice, d. c. quemadmodum, & cum ſterili. l. aſſiduis. C. qui
20 potio. in pign. habean. & ſine ſpe prolis, & ideo poteſt † contrahi vltimæ vitæ ſpiritu, prout hanc eſſe communem tradit Pariſ. in d. conſ. 29. colum. 1. & ſic conſtat exijt, ꝙ iſtud eſt verum matrimonium, veræque nuptiæ, & ipſi verè dicuntur vir & vxor, ita quod ſtatutum de lucro dotis verificatur in vero matrimonio.

Secundo non obſtat, ꝙ ponderanda ſunt illa verba, ſine filijs, quæ debent intelligi de eo, quod potuit liberos ſuſcipere, per gl. in d. l. precibus. quia non dicitur decedere ſine liberis, qui non potuit liberos habere, quia reſpondet idem Iaſ. proprie in ſtatuto deferente lucrum dotis marito vxore præmoriente ſine filijs in conſi. 135. col. fi. vol. 1. quod illa gl. eſt
21 falſa & communiter reprobata, quia † eſt contra tex. in ca. ſi pater. de teſtam. in 6. & contra tex. in l. centurio. ff. de vulg. & pup. vbi Bar. in 5. col. reprobat illam glo. cum alijs concordātibus ibi traditis. per Mod. & ita eam reprobant Mod. in d. l. precibus. Idem etiam tenet in materia, de qua agitur, Pau. de Caſt. in conſ. 123. ſecundum antiquam impreſſionem, col. 1. per dicta iura ſua relata, vbi conditio, ſi deceſſerit ſine liberis, verificatur etiam in illo, qui liberos habere nō poteſt, & ſic tollitur aliud fundamentum Iaſ. de quo ſupra.

Pariter non obſtat tertium argumentū, quod ſumitur ex not. per glo. & Doct. in d. l. tale pactum. §. fi. quia huiuſmodi fundamentum retorquetur, ꝙ immo ſtatuentes ſi interrogati fuiſſent de huiuſmodi caſu, utique reſpondiſſent, maritū debere lucrari dotē, cum militet ratio in eo, propter quā tale lucrum conceditur, videlicet onera matrimonij, quæ maiora ſolent fieri in ſenibus & decrepitis, quam iuuenibus.

Vltimo non obſtant not. per Porc. vbi ſupra, quia loquitur in ſene, qui coire non poteſt, non autem in eo, qui coire poteſt, licet cum difficultate, vt idēmet ſe ipſum declarat. Vnde concludendo teneas, quod maritus per mortem vxoris ſexagenariæ vel decrepitæ, ita lucrabitur dotem ſtatutam a lege municipali, ſicut ſi prædecederet vxor iuuenis ſine filijs.

SVMMARIVM.

1 *Statutum de lucro dotis verificatur in marito, qui accepit vxorem cum dote, cum qua tamen non potuit emittere ſemen, licet haberet virgam erectam.*
2 *Procreatio filiorū non ſemper requiritur in matrimonio, quia ſufficit, quod non euitetur proles.*
3 *Matrimonium vbi non eſt, nec lucrum dotis eſſe poteſt.*
4 *Impedimentū omne viri vel vxoris, quod facto humano ſine corporali periculo remoueri non poteſt, reddit quem inhabilem ad contrahendum matrimonium, & dirimit contractum, alias ſecus vt nu. 5.*
6 *Impedimentum ſuperueniens poſt contractum matrimonium, quod reparari non poteſt, non ſoluit matrimonium.*

QVAESTIO CIIII.

1 NOVA excitatur quæſtio. Maritus † duxit mulierem in vxorem, cum qua non potuit emittere ſemen, licet haberet virgam erectam, quæ illinc ad tres annos mortua eſt ſine liberis; Dubitatum fuit, an maritus per mortem ipſius mulieris conſequi valeat lucrum dotis, de quo in lege municipali? Et prima fronte videbatur dicendum quod ſic, quia inter eos fuit matrimonium, vt eſt gl. in c. hi qui. 32 q. 7. vbi dicit, ꝙ ſi quis habet virgam erectam, ſiue reſoluat ſperma, ſiue nō, ꝙ ibi eſt matrimonium, quia talis ſatisfacit mulieri, ſicut mulier ſatisfacit viro, ſiue reſoluat ſiue non. Nam ſem
2 per requiritur, quod † in matrimonio ſit filiorum procreatio, quia ſufficit, quod non euitet prolem. c. ſolet. 12. q. 2. Cum ergo detur matrimoniū, dotisq; conſtitutio, & maritus paſſus fuerit onera matrimonij, quorum cōtemplatione ei a ſtatuto lucrum conceditur, vt ſæpiſſime ſupra in q. 4. & alijs quam pluribus quęſtionibus poſt gloſ. communiter receptam in l. ſi donaturus. §. fi. ff. de condi. cau. da. dictum fuit, ſequitur quod ex vi ipſius legis municipalis tale lucrum valeat conſequi maritus.

Verum quia Abb. in c. 2. de frigid. & malefi. tenuit, quod talis habens virgam erectam, & qui non poteſt emittere ſemen, non poſſit contrahere matrimonium, ſubdens gl. in d. c. hi qui, communiter reprobatam, ideo videretur dicēdum,
3 ꝙ † cum non ſit matrimonium, nec dos, quæ ſine matrimonio eſſe non poteſt. l. cum multę. C. de donat. an. nup. quod pariter ceſſare deberet lucrum dotis.

Ego quidem pro veritate huius quæſtionis diſtinguendū
4 eſſe exiſtimo, videlicet, ꝙ † ſi tale impedimentum eſt huius qualitatis, ꝙ ope medicorum ſine corporali periculo nō poteſt remoueri, ꝙ tunc impeditur matrimonium contrahendum, & contractum dirimitur per tex. in c. fraternitatis. de frigi. & malefi. vbi Abb. in 2. col. in verſic. nota, inquit eſſe ibi regulam ſatis notandam in materia matrimoniali, ꝙ omne impedimentum viri, vel mulieris, quod facto humano ſine corporali periculo remoueri nō poteſt, reddit quem inhabilem ad contrahendum matrimonium. Quod & voluit Hoſt. in tit. de frigid. & malefi. in §. quæ impotētia. in 1. col. in verſ. fœmina autem. dicens, quod tale impedimētum impedit & dirimit matrimonium, & iſto caſu tenendum arbitror, quod cum huiuſmodi matrimonium viribus non ſubſiſtat, quod maritus tale lucrum delatum a ſtatuto non poterit conſequi & ita pōt ꝓcedere dictum Abb. in d. c. 2. de frigid. & malefi.
5 Si vero impedimentum naturale † vel accidentale ope medicorum ſine graui periculo corporali poteſt reparari, & tūc teneo, quod valet matrimonium, cum non impediat tale impedimentum matrimonium contrahendum, nec dirimat cō tractum, vt in d. c. fraternitatis. & per Abb. ibi & Hoſt. vbi ſupra. & per conſequens ſi non ſtetit per maritum, quominus tale impedimentum ope medicorū remoueretur, quod maritus

Source : BIU Cujas

ritus per mortem ipſius vxoris lucrabitur dotem.

6 Si vero ſuperuenit impedimentum poſt contractum † matrimonium, cui reparari non poſſit, & tunc intrepide tenẽdum eſt, cum matrimonium valuerit, quod nullo ſuperueniente impedimento tolli poteſt, ut eſt text. in d. c. hi qui. vbi ij qui matrimonium iam contraxerunt, & vni ex duobus dementia, aut furor, aut aliqua infirmitas acceſſerit, ob hanc infirmitatem & cauſam coniugium talium ſolui non poteſt, & ſubdit tex. ſimiliter dicẽdum eſt de ijs qui ab aduerſarijs excæcantur aut membris mutilantur, aut a Barbaris exſecti fuerint, & per Abb. in c. 3. de frigid. & malefi. quod ſimiliter maritus conſequi debeat lucrum, quod ei defertur uirtute legis ſtatutariæ.

V M M A R I V M.

1 *Statuto ſi diſponatur, quòd mulier habens filios non poſſit diſponere de bonis ſuis, niſi de quarta parte bonorum, & alio quòd vxore præmoriẽte in ſecundo matrimonio ſine liberis ex eo maritus lucretur dimidiã dotis, ſi mulier dedit omnia bona ſua in dotem, maritus ex ui dicti ſtatuti ut ſupra non lucrabitur dimidiam dotis. Sed contra nume. 9. & 20.*

2 *Statutum prohibens mulieri alienationem bonorum ſuorum ultra quartã, quamuis ſit durum, odioſum ac contra æquitatem naturalem & ciuilem, obſeruandum uenit, quod declara ut in num. 22. & 23.*

3 *Alienationis appellatione uenit omnis actus, per quem transfertur dominium.*

4 *Dare rem in dotem eſt alienare.*

5 *Statutum generaliter loquens generaliter obſeruandum eſt, etiam quò ad caſus priuilegiatos, quando in illo caſu ſpecialiter non reperitur habere priuilegium.*

6 *Diſpoſitio generalis omnes etiam alios caſus includit, licet maior ratio ſit in uno caſu, quàm in alio.*

7 *Diſpoſitio generalis includit etiam caſum dotis.*

8 *Statutum diſponens, quòd inſtrumenta publica non probent, niſi reperiantur in memorialibus regiſtrata, non habet locum in inſtrumentis dotalibus.*

9 *Prohibitio alienationis facta in ultima uoluntate, quæ eſt fauorabilis, non impedit dationem dotis ſaltem congruam conditioni perſonarum.*

10 *Diſpoſitum in ſtatutis illud habetur, quod ueriſimiliter fuiſſet ſtatutum, ſi ſtatuentes fuiſſent interrogati.*

11 *Argumentum de alimentis ad dotem ſecundum communem ualet.*

12 *Diſpoſitio legis generalis locum non habet in cauſa alimentorum.*

13 *Alimentorum fauore extincta præſtatione legati in minus ſolemni uoluntate relicti obligatur hæres in futurum.*

14 *Statutum diſponens, quòd in contractibus mulierum adhibeatur certa ſolemnitas, non habet locum in promiſſione ex cauſa dotis.*

15 *Statutum loquens per uerba uniuerſalia non compræhendit cauſam dotis.*

16 *Statuto ſi caueatur, quòd ei, cui competit ius agendi, petendi, uel officium iudicis implorandi quomodocunque, qualitercunque & ex quacũque cauſa præſumatur ſolutum, uel ſatisfactum, ſi ſteterit per quindecim annos, quòd debitum non petierit in iudicio uel extra, tale ſtatutum non includit cauſam dotis.*

17 *Statutum uetans probationem certæ ſummæ fieri non poſſe per teſtes, ſed per inſtrumenta reſtringi debet, ut locum non habeat in dote probanda.*

18 *Diſpoſitio l. omnes & l. bene à Zenone. C. de quadr. præſcrip. locum non habet in rebus dotalibus uenditis.*

19 *Item locum non habet in quarta debita uxori inopi uigore authen. præterea. C. unde uir & uxor.*

21 *Statutum prohibens mulieri alienationem non eſt intelligendum in alienatione ex cauſa dotis.*

V AESTIO CV.

EXCITATVR dubium. Stat ſtatutum diſponens
1 quod † mulier habens filios non poſſit diſponere de bonis ſuis de quarta parte bonorũ: Alio quoq; ſtatuto diſponitur, quod vxore præmoriente in ſecundo matrimonio ſine liberis ex eo, maritus lucretur dimidiam dotis. Pone modo, ꝙ mulier dederit in dotem omnia bona ſua: an valeat ipſa dotis datio, ita quod ea præmoriente ſine liberis vt ſupra, maritus conſequi habeat beneficio dicti vltimi ſtatuti dimidiã dictæ dotis. Prima quidem facie videretur dicẽdum quod nõ propter prohibitionẽ dictæ legis municipalis prohibẽtis mu
2 lieri alienationem bonorum † ſuorũ vltra quartam, quæ lex, quamuis dura & odioſa ſit ac cõtra æquitatem naturalem & ciuilem, obſeruanda venit, vt per Anch. in conſ. 380. colu. 2. Socy. in conſil. 48. col. 2. vol. 1. & in conſil. 93. col. 7. cod. vol.
3 Secundo dictum ſtatutum vtitur † verbo alienare, & appellatione alienationis, venit omnis actus, per quẽ dominiũ trãsfertur. l. 1. cum gloſ. C. de fun. dota. l. alienatum. ff de verb. ſig. not. Alexan. in conſi. 41. col. fi. vol. 6. & in conſi. 95. col. fi. eo. vol. & in conſi. 29. col. 5. volu. 7. Sed dare in dotem
4 eſt alienare, quia † maritus efficitur dominus rei dotalis. l. dotce. C. de rei vendi. ergo ſequitur, quod huiuſmodi alienatio vltra quartam per vxorem fieri non potuit, adeo ꝙ per mortem eius maritus vltra ipſam quartam aliquid lucrari poſſit.
5 Tertio facit. Nam † ſtatutum generaliter loquens, generaliter debet intelligi, & obſeruandum eſt etiam quo ad caſus priuilegiatos, quando in ipſo caſu ſpecialiter non reperitur habere priuilegium, vt eſt text. notab. ſecundum Bald. ibi in l. in fraudem. §. fi. ff. de teſta. mili. & ſimiliter facit. Nam di-
5 ſpoſitio generalis omnes alios ẽt caſus includit, licet † maior ratio ſit in vno caſu, quam in alio. l. 1. §. quod autem. ff. de alea. l. fi. §. vxori. ff. de auro & arg. leg. notat Dec. in cõſ. 5. vol.
7 1. ergo videtur dicendum quod † generalis diſpoſitio ſtatuti prohibentis ipſam alienationem vltra quartam habeat locũ etiam in cauſa dotis, ex quo in tali materia cauſa dotis non reperitur priuilegiata.

Nec habet obſtare, ſi dicatur ꝙ imo diſpoſitio generalis non includit cauſam dotis fauore ipſarum dotium, vt ſcribit Saly. in l. fi. C. de iure dot. vbi voluit per illum text. ex quo in eo dicitur, quod donatio cauſa dotis nõ indiget inſinuatione, quod alias erat ſecus, notandum eſſe bonum argũ. vt
8 ſtatutum generaliter diſponens, quod † inſtrumenta publica non probent, niſi reperiantur in memorialibus regiſtrata, locum non habere in inſtrumentis dotalibus fauore dotium, quia reſpondetur, quod Saly. non inquit, quod in diſpoſitione generalis ſtatuti non includitur cauſa dotis, quia male loqueretur, ſed loquitur in cauſa particulari ſecundum terminos illius l. fi. in prin. vbi habetur, vt diximus, quod in cauſa dotis non requiritur inſinuatio. Vnde arguit Salyc. quod ſi ſtatutum generaliter diſponat, ꝙ inſtrumentum debeat, regiſtrari ſiue inſinuari, hoc non habebit locum in inſtrumento dotali, quia illa generalitas reſtringitur ad terminos iuris communis, ſecundum ꝙ cauſa dotis reperitur ſpecialiter priuilegiata, vt inſinuari non debeat, ita Saly. declarat Dec. in l. 3. C. vn. lib. col. 2. in l. 1. num. 11. de reg. iu. in c. ſedes. col. 4. de reſcri. in conſi. 5. col. 2. in conſi. 301. colu. 3. in conſ. 496. col. 3. & in conſi. 536. col. 4. Ripa in l. 1. num. 15. ff. ſol. matr. Rub. Alex. in conſ. 166. in fi. Gozad. in conſi. 97. col. 2. Soci. Iun. in conſi. 12. col. 3. vol. 2.

Quibus tamen non obſtantibus teneas, ꝙ imo ſtante forma dicti primi ſtatuti potuit ipſa mulier ſe ipſam dotare de bonis ſuis, adeo ꝙ ea præmoriente vir vigore ſecundi ſtatuti poterit lucrari dimidiã dictæ dotis, quod demonſtratur. Nã
9 † prohibitio alienationis facta in vltima voluntate, quæ eſt fauorabilis, non impedit dationem dotis ſaltem congruã cõditioni perſonarum, & hoc propter publicam vtilitatẽ, quæ priuatæ præfertur, vt eſt tex. vbi not. omnes in auth. res quę. C. cõm. de leg. ergo multo minus habet, vel debet impedire diſpoſitio ſtatutaria, quæ cum ſit minus fauorabilis, ſed ſtricti iuris, odioſa, & exorbitans a iure cõmuni. l. 1. C. de ſacro ſanc. eccle. ita Anch. in d. conſ. 380. col. 1. & in conſ. 381. quæ eſt ſubſcriptio Domini Franciſci, reſtringenda venit. l. quic. quid aſtringendæ. ff. de verb. oblig.
10 Secundo. Nam † in ſtatutis illud habetur pro diſpoſito, quod veriſimiliter fuiſſet ſtatutum, ſi ſtatuẽtes cogitaſſent, vel fuiſſent interrogati, ita not. glo. & Doct. in l. tale pactum. §. fi. ff. de pact. & quæ glo. ſecundum Bald. ibi in 2. notab. eſt optima & menti tenenda. Sed cui dubium quod ſtatuẽtes ſi fuiſſent interrogati, an prætextu dicti primi ſtatuti voluiſſent impedire alienationem bonorum ſuorum vltra quartam partẽ mulieri, ne poſſet congrue dotari & maritari? vtiq; dixiſſent quod non. Igitur pro diſpoſito haberi debet, quod tale ſtatutum cauſam dotis includere noluerit per not. in d. §. fi. & per Laſ. in conſil. 171. col. 2. volum. 4.
11 Tertio probatur hæc ſententia. Nam † valet argumentum de alimẽtis ad dotem ſecundum Cy. in l. in omni. C. de admitut. & Bal. in l. fi mater. C. de iu. dot. Barto. in l. fi. ff. de his quib. ut indi. Bald. Pau. & Imo. in l. 1. ff. ſol. mat. & D. meum Ruin. in conſi. 194. col. 2. vol. 1. & in conſi. 199. nu. 9. volu. 2. vbi atteſtatur hanc eſſe communem opi. Sed diſpoſitio legis
12 generalis non habet † locum in cauſa alimentorum, vt eſt text. in l. liberis quos. §. poſthumus. ff. de ali. & cib. leg. vbi generalis diminutio legatorum facta per teſtatorem non refertur ad legata alimentorum eorum fauore, quem text. pro ſingulari allegat Ro. in auth. ſimiliter. col. 2. C. ad l. falc. ergo nec in cauſa dotis. Quod & confirmatur ſecundum D. meũ Rui. vbi ſupra ex dictis per Barto. in diſput. ſua, incip. mulier habens &c. & in l. ſi certis annis. C. de pact. ac in l. cum de in rem verſo. ff. de vſu. vbi inquit, quod ſicut fauore alimento-
13 rum extincta † præſtatione legati in minus ſolenni voluntate re-

Source : BIU Cujas

te relicti obligatur hæres in futurum.l.1.C.de fideic. ita etiã erit fauore dotis,vt etiam voluit Butr.in c.peruenit.de cenſi. & Roma.in l.ſi vero.§.de viro.ff.ſol.mat.

Quarto hoc firmatur authoritate Salyc.in d.l.fi. C. de iur. do. per quam voluit D. meus Rui. in citato conſ.194.col.2.
14 quod ſtatutum diſponens, quod † in contractibus mulierũ adhibeatur certa ſolennitas fauore dotium, non includitur promiſſio facta ex cauſa dotis,nec in dubio illam dicitur cõprehendere. Idem dixit in conſi.195.colum.2. cum ſeq. eod. vol.vbi inquit unum etiam, quod eſt fortius, quod etiam ſi
15 ſtatutum loqueretur per verba vniuerſalia,adhuc†non eſſet prohibita reſtrictio dotis, ne mulier remaneret incongrue dotata,quia eius nõ tantum intereſt,ſed & Reipublicę,argu. l. ſi quis ingraui.§.ſed vtrum.ad Sylleia.

Accedit quoq; ,quod not.Socy. Iun. in ſubſcriptione cõ-
16 ſil.26.D. mei Rui.nu.26. vol.3. vbi concludit, quod † ſtante ſtatuto, quod ei,cui competit ius agendi,petendi,vel officiũ iudicis implorandi,quomodocunque,qualitercunque,& ex quacunq; cauſa, præſumatur ſolutum,vel ſatisfactum,ſi ſteterit per quindecim annos,quod debitum non perierit in iudicio vel extra, tale ſtatutum non includit cauſam dotis ſpeciali priuilegio ipſius dotis,& ideo ſubdit,quod incõgrue dotata non obſtante tali ſtatuto poterit petere ſupplementum dotis, per deciſionem Saly. vbi ſupra Quametiam ſequitur Bald. Nouel. in tracta.dot. in 6. par.priuil.48.D. Franc.de Pepis in conſi.75.inter conſi.Socy.in 4. vol. Marſi.in conſ.442.
17 in fi. & in rubr. C. de proba. nu. 62. vbi dicit, ꝙ † ſtatutum vetans probationem certæ ſummę fieri non poſſe per teſtes, ſed per inſtrumenta, debet reſtringi & limitari,vt non procedat, nec habeat locum in dote probanda excedente dictam ſummam, quoniam talis dos per teſtes probari poterit non obſtante dicto ſtatuto,& hoc propter fauorem dotis, & ipſam vti communem ſequendam fore in conſulendo & iudicando dixit Neguſa.in tract. de pign. in 1. memb.3.par.char. 64.colu.4.

Confirmatur etiam iſta concluſio ex no.per.Bald.in conſ.
18 359.volu.3.vbi vult, quod † diſpoſitio l.omnes.l. bene a Zenone. C. de quadr. præſc. excludens ius vel hypothecam habentes in bonis venditis per fiſcum, non habeat locum in rebus dotalibus venditis,et ſi dictæ leges generaliter loquãtur. Et Bald. ſequuntur Neguſ. vbi ſupra, & Socyn. in conſil. 46. col.2.verſ.6.reſpondeo, vol.4.& in conſi.121.col.5.volu.eo.
19 Vbi etiam voluit, quod † ſicut huiuſmodi l.omnes.& l.bene a Zenone,non habent locum in quarta debita vxori inopi vigore auth. ꝓterea.C. vnde vir & vx. quæ loco dotis ſubrogatur, ne vxor mendicare cogatur,nec pariter ſtatuta generaliter loquentia,quæ ſpecifice contrarium non diſponerent,cũ recipiant interpretationem paſſiuam a iure communi l.1.§. lex falcidia.ff. ad l.falc.& maxime ne mulier indebite damnũ patiatur, arg.glo.in l. fi. § in computatione. C.de iure delib.

20 Quinto in terminis quæſtionis noſtræ eſt † deciſio Pet.de Anch.in citato conſi.380. vbi expreſſe decidit, mulierem ipſam citra impedimẽtum ſtatuti poſſe dare in dotem marito bona, quę tranſcendant quartam partem, & virum ea præmori ente poſſe ſimiliter lucrari dimidiam dotis ſecundum
21 formam ſtatuti de † lucro dotis, eo quiã tale ſtatutum prohibens talem alienationem non eſt intelligendum in muliere, quæ ipſam alienationem fecit pro ſe ipſa dotanda,quia hic intellectus eſſet iniquus,& impediret liberã licẽtiã contrahẽdi matrimoniũ,ſi nõ liceret mulieri ſecũdo nubere volẽti dare bona ſua in dotem propter filios,quos haberet ex primo matrimonio,quoniam ceſſaret pręcipua cauſa fauoris,quæ mulieribus debetur ex dotibus, vt nubere poſſint,d.l.1. ſol.matrimo.& l.1.de iu.do.

Nec habet obſtare ſecundum eum ſi dicatur,ꝙ mulieri reſeruatur quarta pars bonorum diſponenda arbitrio eius,qa non tollitur, quin reſtringatur libera contrahendi matrimonij licentia, cum non ſit veriſimile ſub hac minuſcula parte incitari homines condignæ ꝯditionis ad matrimonium,qui anhelãt ad ipſum matrimonium contrahere ſub maioris dotis contentu,ergo dicta lex municipalis non eſt intelligenda in hoc caſu, argum.l.ſiue generalis.§.iſte. de iu.dot.& vt mulier in contrahendo matrimonio non deficiat ob dotis cõdignæ carentiam,& ideo inquit Anch. quod cum ſupraſcripta interpretatio ſit reſtrictiua cum ex cauſa dotis, tum ex præcipuo fauore debite dato mulieribus, vt cum dotibus nubere poſſint, tum ne pro minuſcula parte lex ipſa ſtatutaria inducat contra ipſas mulieres graue damnum & iacturam generalem, in omnem caſum contra naturalem æquitatem & re
22 gulas iuris communis, quod † dicta lex municipalis debet procedere in alijs alienationibus & diſpoſitionibus mulierũ. arg. l.ſi ſerui.cum ibi not.per Doct.C.de noxal.

Accedat etiam,ſecundum eum,prædictis quędam cõſideratio abſurditatis reductiua,quæ nedum in lege, ſed in omni diſpoſitione euitanda eſt. Pone enim, quod mulier habens quadraginta in bonis,& filios ex prędecedenti matrimonio, & nubens ſecundo viro det quartam, id eſt decẽ in dotẽ, & ex ipſo ſecundo ſuſcipiens filios iterum nubat,non dabit in dotem niſi quartam quartæ, & hoc quaſi ad nihilum venire , quod eſſet omnino abſurdum.&cum Anch.concordat Do. Franc. in conſi.ſeq. & Aymo Craue.in conſ.215.col.1.verſi. alibi. Idem vult Soc.licet de Anch.mentionem non faciat in conſi 85. col.3.in fi. vol.1.

23 Non obſtant modo notata in contrarium, videlicet † primum & ſecundum argumentum,quia illa procedunt in alijs alienationibus & diſpoſitionibus mulierum, vt per Anch.in citato conſi.380.

Nec pariter quicquam facit tertium argumentum, cum illud non habeat locum in cauſa dotis,vt patet ex rationibus & authoritatibus ſupra citatis.& ad fundamẽta Dec.in d.cõſil.5. vbi latius loquitur, quam in alijs,reſponde, vt per Neguſ. vbi ſupra ,vbi ſigilatim confutat argumẽta ipſius, & ita teneas, quia ſta ſententia in hoc caſu eſt magis æqua, cum faueat mulieribus, vt facilius valeant matrimonium contrahere, & maritos condignos reperire.

SVMMARIVM.

1 *Statutum de lucro dotis per mortem vxoris ſine liberis locum habet in deſponſata per uerba ſola de præſenti,& nu.18. ubi eſt magis communis , ſed contra nu.19.& 33.ubi magis,declara , ut nu. 36. 38. 39. & 40.ac 42.*
2 *Maritus & vxor uerè dicuntur poſt contractum matrimonium per verba de præſenti.*
2 *Copula non eſt matrimonium,ſed uſus & effectus matrimonij.*
4 *Defloratio uirginitatis non facit coniugium,ſed actio coniugalis.*
5 *Sponſus uel ſponſa propriè non dicuntur poſt contractum matrimonium per uerba de preſenti , licet non ſit ſecuta copula carnalis.*
6 *Titulus. C. unde uir & uxor , locum habet in ſola deſponſata per verba de præſenti.*
7 *Donatio inter ſponſum & ſponſam de præſenti non ualet.*
8 *Mater,quæ tranſiuit ad ſecundas nuptias,ſicut non poteſt eſſe tutrix filiorum,ita etiam quando contraxit ſponſalia de præſenti.*
9 *Dos promiſſa conſtitui per ignobilem nobili uxori ab hæredibus uiri ei debetur,ſi matrimonium contractum fuit per uerba de præſenti , quamuis non fuerit ſecuta copula, nec ducta ad domum uiri.*
10 *Statutum excludens maritatas à ſucceſſione , excludit etiam maritatas per verba de preſenti.*
11 *Conſtitutio domus ſapientiæ diſponens,quòd coniugati non admittantur in ipſa domo, militat in coniugatis per uerba de preſenti.*
12 *Mulier forum uiri ſortitur per ſola uerba de præſenti.*
13 *Lucrum uiro defertur propter onera matrimonij, & numero 30.*
14 *Sponſa de præſenti habet priuilegium prælationis,de quo in l.aſſiduis.C.qui pot.in pig.hab.*
15 *Sponſa de preſenti adeò eſt deſtinata per parentes in domum viri, quòd debet eum ſequi quocunque honeſtè uadit.*
16 *Res deſtinata ad locum perinde eſt , ac ſi eſſet in loco.*
17 *Cingendus de proximo pro iam cincto habetur.*
20 *Matrimonij appellatione intelligitur de conſumato.*
21 *Matrimonium per ſponſalia initiatur, & per carnis copulam confirmatur.*
22 *Maritus & uxor ſecundùm communem uſum loquendi , qui etiam in ſtatutis correctorijs attenditur , intelligitur conſumato matrimonio.*
23 *Interpretatio in omni materia reſtringibili & odioſa ſemper debet fieri ſecundùm communem uſum loquendi.*
24 *Verba ſtatutorum debent capi in proprio & potentiori ſignificatu.*
25 *Statutum de lucro dotis per mortem vxoris ſine liberis,videtur ſenſiſſe de ea,quæ erat in ſtatu & potentia tempore obitus ſui ſuſcipiendi filios, ſed contra vt infra.*
26 *Verba ſtatuti vbi non adaptantur ad caſum occurrentem,diſpoſitio ipſius ſtatuti ceſſat.*
27 *Dictio in, denotat intrinſicitatem & perfectionem actus.*
28 *Facta in ripa fluminis non dicuntur facta in flumine.*
29 *Statutum puniens inſultum facientem in domo,non punit inſultum facientem in porticu.*
30 *Statutum loquens de nupta , non intelligitur de deſponſata per verba de præſenti.*
31 *Statutum,quod vxore prędefuncta ſine liberis maritus lucretur dotẽ cum ſit pœnale, ex quo diminuit patrimonium,debet intelligi de vxore cognita, quod declara, vt in nu.40.*
32 *Ablatiui abſoluti important conditionem.*
34 *Declaratio Corn. in conſi 248.vol.2 impugnatur.*
35 *Gol. in l. precibus.C. de impub. & alijs ſubſt. in verbo fideicommiſſi. ibi, quia illud verbum ſine liberis, communiter reprobatur.*
36 *Matrimonium de proximo conſumandum,habetur pro conſumato.*

Statutum

Source : BIU Cujas

37 *Statutum disponens, quod vxore decedente in matrimonio copulata, vir lucretur dotem, locum habet in non copulata, si stetit per vxorem, quo minus copularetur, & e contrario non lucratur, si stetit per maritū. vt nu. 45.*

43 *Mulier sicut nihil lucratur quando non sustinet onus dandæ dotis, ita nec vir quid consequi debet ex vi statuti, vel pacti de lucro dotis, si nō sustinet onera matrimonij.*

44 *Maritus non sustinens onera matrimonij quemadmodum non lucratur fructus dotis, ita nec & proprietatem ipsius dotis.*

QVAESTIO CVI.

1 DVBIVM, & quidem maximum oritur, An statutum † disponens, quod vxore præmoriente in matrimonio sine liberis, maritus lucretur dotem, habeat locum, si sponsa de præsenti moriatur, antequam fuerit cognita, vel ducta ad domum viri? Duæ reperiuntur opiniones, quarum prima est ꝙ sic, & hoc suadetur infrascriptis fundamētis, quia postq̄ ma
2 trimonium contractum est per verba de præsenti inter † aliquos, ij dicuntur & sunt veri maritus & vxor, vt per Bertr. in consi. 24. col. 1. vol. 1. post Præpos. in rub. de sponsal. col. 2. & Rom. in l. 1. col. 4. C. vnde vir & vxor. & hanc esse proprie vxorem dixerunt Bald. in l. solet. §. quæ virum. ff. de his qui no. infra. & Pau. de Cast. in l. si ante, in fi. ff. sol. mat. Pro quo facit tex. in l. nuptias. ff. de reg. iur. vbi nuptias non con-
3 cubitus, sed consensus facit. Item copula non est † matrimonium, sed vsus & effectus matrimonij. l. nuptura. ff. de iure dot. facit tex. in c. cum initiatur. 17 quæstio 2. vbi defloratio
4 † virginitatis non coniugium, sed actio coniugalis, cum coniungitur viro cōiugium est. Hinc voluit Abb. in rub. de spōsal. ꝙ † post contractum matrimonium per verba de præsen
5 ti, & ante copulam carnalem proprie nō dicuntur spōsus vel sponsa, sed maritus & vxor, quia spōsus hī quasi promissus, & sponsa quasi promissa, sed post cōtractum matrimonium est adimpleta promissio, & ideo dicitur coniugata, & vxor.

6 Secundo facit. Nam titulus vnde vir & vxor, habet † locū non solum in vxore traducta & cognita, sed ēt in sponsa sola de præsenti, vt per Bal. in l. 1. C. vñ vir & vx. col. 1. & Cur. Iun. ibi, col. 2. qui dicit hanc esse communem opin. hoc etiā tradit ipse Cur. in authen. præterea. col. 1 eo. tit. Idem voluit Bertr. in d. con. si 24. col. 1. D. Franc. de Pepis in authen. præterea. in 2. col. C. vnde vir & vxor. quod dictum tanquā nouū menti tenendum referunt Mod. in rub. de don. inter vir. & vxo. §. 55. col. 3.

Tertio per tex. in l. pen. in princ. ff. de don. inter vir. & vx.
7 Nam senatus prohibet † donationem inter vir. & vxo. & ratio motiua fuit, ne mutuo amore se spolient, quæ ratio maxime viget, quando matrimonium est consumatum, & tamen antequam consumatum sit, vel ad domum ducta, locum habet prohibitio, nec curandum est secundum ipsam legem de ductione, vel de tabularum dotis confectione. Idem voluit gl. in verbo concubinæ, in l. 3. ff. eo. tit.

8 Quarto facit. Nam sicut mater, quæ mortuo † patre transiuit ad secundas nuptias, non potest esse tutrix filiorum primi viri. l. omnem. ad Tertul. ita etiam quando contraxit spōsalia de præsenti. ita singulariter dixit Spec. in titu. de tuto. §. nunc dicendum. versic. item excipitur. quem referunt & sequuntur Mod. post alios per eos citatos in dicta rubr. de dona. inter virum & vxo. §. 55. colum. 3.

Quintò accedit, quod voluit Affli. deci. 61. vbi inquit fuis-
9 se † votatum, quod dos promissa constitui per virum ignobilem vxori nobili debetur ab hæredibus viri, si matrimoniū fuit solum ꝟctum per verba de præsenti, quamuis non fuerit secuta copula carnalis, nec ipsa vxor ducta ad domum viri.

Sexto adducitur, quod voluit Bru. in tract. exclu. fœmi. in
10 6. art. princip. in 4. memb q. 19. vbi concludit, ꝙ † statutum excludens maritatas a successione, etiā excludit eas, quę sunt maritatæ per verba de præsenti, licet non fuerint carnaliter cognitæ, & traductæ. Quod & placuit Nat. in trac. de statu. exclu fœmi. in 2 q. princ. versi. quinto quæro. facit etiam, ꝙ
11 inquit Bald. in consi. 46. vol. 5. vbi voluit, ꝙ † constituto domus sapientiæ. qua cauetur, quod coniungat. non possint esse in domo prædicta, locum habet in coniugato per verba de præsenti, licet matrimonium non fuerit carnaliter consumatum, per l. nuptias. de reg. iur. & l. cum ancillis. C. de incest. nupt.

12 Septimo facit. Nam † coutracto matrimonio statim mulier sortitur forum viri, etiam antequam ducatur ad domum viri, vt est glos. ordinaria in l. ea quæ. la. 2. ff. ad munici. & in l. cum te. C. de dona. an. nup. not. Alexan. in l. cum quædam puella. ff. de iurisd. om. iud. & Do. meus Ruin. in consil. 58. 19
colu. 2. volu. 3.

Octauo pro hac opinione videtur esse casus in l. Deo nobis. C. de episc. & cler. in vers. & hoc tātummodo lucri nomine, vbi id. quod maritus habet lucrari per mortem vxoris, lucratur etiam per ingressum monasterij, & sic antequā carnalis copula præcesserit. Vnde dicit ibi Bald. esse casum, quod ad lucrandam dotem non requiritur copula, quia ille versic. remanet incorrectus ante copulam carnalem, quia post non posset separari coniugium nec essentialiter, nec quo ad seruitium, si vnus vellet ingredi monasterium altero non consentiente, quod dicit menti tenendum.

Nono adducitur ratio statuti & eius mens, quæ fuit vnica, licet in eo non dicatur, videlicet, vt remuneretur maritus
13 propter † onera matrimonij, quæ sustinet. l. pro oneribus. C. de iu. dot. Sed maritus etiam antequam cognoscat carnaliter, vel ducat vxorem ad domum, sustinet multas expensas & onera, vt in vestibus, iocalibus, & alijs ornamentis muliebribus. Igitur cum mens dicti statuti habeat locum, ergo & statuti dispositio. l. cum mulier, cum ibi no. solu. matr. Item statuentes si fuissent de hoc interrogati, verisimile est, quod etiam in hoc casu idem statuissent, ergo habetur pro statuto, vt no. glos. in l. tale pactum. §. fina. ff. de pact.

Decimo pro ista parte facit tex. in l. 2. §. fi. ff. de priuil. cred.
14 vbi † sponsa de præsenti habet priuilegium, vt præferatur creditoribus, licet matrimonium non fuerit consumatum & glos. ibi concludit, ꝙ habeat priuilegium. l. assiduis. C. qui potior. in pign. habe.

Vndecimo in materia etiā pœnali & odiosa sufficit ad pœnam introducendum, qualitercunque matrimonium cōtractum sit l. vxori. §. diuus. ff. de adul.

15 Duodecimo sponsa de præsenti est destinata † per parētes in domo viri in tantum, quod debet eum sequi, quo vadit, honeste tamen, vt no. Cyn. & Doct. in l. liberti libertæquę, C. de ope. lib. not. Barto. in l. Mæuia. §. fi. ff. de annu. leg. sed
16 res destinata ad locum, † perinde est, ac si esset in loco l. fiendi. §. fi. l. granaria. ff. de act. emp. quoniam qui de proximo est
17 cingendus, pro iam † cincto habetur. l. pen. vbi Barto. & Bal. de mili. testa. Item traductio ad domum est facilis, cum pendeat solum ex voluntate uiri. l. si non sint. §. quid ergo. ff. de auro & argen. lega.

Penultimo probatur ista sentētia in l qui fuerit. ff. de cōd. & demon. vbi legatum factum alicui sub conditione, si mulier nupsisset in familia, statim locū habet, quando ducta est, licet in cubiculum mariti nondum venerit. Nec habet obstare, si dicatur, quod ille text. requirat, quod saltē inducta fuerit in domum mariti, vt ibi in tex. in verbo ducta, quia dixit ibi Pau. de Cast. quod id debet intelligi secundum glo. in dicto verbo ducta, quando non constabat, matrimonium esse contractum per verba de præsenti, quia si est ducta tanquam vxor, præsumuntur verba interuenisse, sed si posset constare, ista ductio non est necessaria. & subdit Pau. de Cast. ad ipsam glo. faciendam esse vnam longam manum.

18 Vltimo hæc pars affirmatiua † probatur auctoritate Bart. in l. nihil. ff. rerum amota. Bald. in l. solet. §. quæ virum. ff. de ijs qui notan. infra. Paul. de Cast. in l. si donaturus. §. fi. ff. de cond. cau. data. in l. si ante. in fi. & in l. si marito. §. 1. ff. solu. mat. & in d. l. cui fuerit. vbi attestatur hanc esse communem in l. 1. col. 1. C. vn. vir & vx. in l non sine. C. de bon quæ lib. & in cōsi. 155. vol. 1. Ang. in §. fuerat. col. 19. Instit. de act. ubi inquit, quod hæc opinio seruatur in practica, Mattheſil. notab. 74. Corn. in d. l. nō sine tradit hanc esse receptam Doct. sententiam, & inquit Lancel. Dec. in d. l. si ante. hanc partem communem in practica seruandam. Idem etiam voluit Ias. in d. l. si donaturus. §. fi. colu. fi. & in consil 115. col. 1. vol. 1. & in consil. 58. colu. 2. vol. eo. vbi refert. hanc esse magis cōmunē, prout etiam dixit in consi. 135 in 2. dubio, volu. 2. cum ea quoque pertransit Dec. in consi. 260. col. fi. Brun. in tract. exclu. fœmi. in 6. artic. princ. in. 4. membro, quæst. 19. & eam seruari in practica inquit Camp. in tract. dot. in 5 parte, quæst. 19. Cui sententiæ quoque assentit Affli. decis. 61. Moder. in repet. Rubr. de don. inter vir. & vxor. §. 53 col. 2. & eam etiam esse communem citat Curt. Iun. in d. l. 1 C. vn. vir & vx. & ab ea, vti communi, in iudicando non fore recedēdū tradit Bertr. in d. consi. 24. col. 1. & eam quoq; sequuntur Io. de Amic. in consi. 27. colu. 2. Do. meus Ruiu. in consi. 58. col. 2. vol. 3. Nicol. de Vbal. in trac. de successio. ab intesta. in 4. parte, col. 2. & in repet. c. Raynutius. de test. Io. Lupi in tract. de matri. & legi. in 1. parte, col. 1. & quod ita teneatur communiter, dixit quoq; Bald. nouel. in tract. dot. in 6. parte, specia. 37. in fi. & Mod. in tract. de consuet. Burdegal. in tit. de loca. §. sexto.

Altera & secunda opinio est † secundum nonnullos Doct. ꝙ statutum, de quo tractatur, non habeat locum in sponsa

de

Source : BIU Cujas

de præſenti non cognita, nec traducta. Et pro iſta opinione ſtringunt fundamenta, quæ ſequuntur. Et primo quia appel-
20 latione † matrimonij & coniugum intelligitur de matrimonio conſumato, & de iis qui matrimonium conſumauerũt, vt eſt tex. in c. ex publico. vbi Ab. in 2. col. de conuerſ. coniug. & in conſi. 1. col. 2. vol. 1. & Fel. in c. tertio loco. de præſumpt. col. 2. & in Rub. de ſponſ. col. 3. Nam ante talem conſumationem iura appellant ſponſum & ſponſam, & non maritum & vxorem, ita Anch. in conſi. 21. col. 3. initiatur enim matrimo-
21 nium † per ſponſalia, & per carnis copulam confirmatur. cap. ſtatutum. §. ſed ſciendum. 27. q. 2. Idem voluit Dec. in d. l. nuptias. de reg. iu. & late in conſi. 540. col. 2.

22 Secũdo, quia ex communi vſu loquendi, qui etiam in † ſtatutis exorbitantibus & correctoriis attenditur, vt per Matheſi. in notab. 96. & per Bart. in l. j. ff. de ſuis & legit. vbi dicit, ꝙ communis vſus loquendi præualet proprietati verborũ. l. librorum. §. quod tamen Caſſius. ff. de leg. 3. & per Dec. in cõ-
23 ſi. 472. col. 2. vbi tradit † ꝙ in omni materia reſtringibili & copioſa ſemper debet fieri interpretatio ſecundum communẽ vſum loquendi, maritus & vxor intelligitur conſumato matrimonio, vt per Abb. in rub. de ſponſal. & in d. c. ex publico. col. 2. & in c. ſi inter. & in c. fi. de ſponſa duo. Fely. in d. rub de ſponſal. & in citato. c. tertio loco. Anch. in allega. conſi. 21. & Dec. in ipſo conſi. 540. col. 2.

24 Tertio. Nam † verba ſtatutorum debent capi in proprio ſignificatu, arg. l. 3. §. hæc verba. ff. de neg. geſt. & in potentiori ſignificatu intelligi, vt l. quæritur. ff. de ſtatu hom. Sed ex proprio & potentiori ſignificatu appellatione matrimonij non venit matrimonium de præſenti, vt eſt gl. in c. cum initiatur. 27. q. 2. Hinc dicunt Theologi inter Mariam & Ioſeph fuiſſe matrimonium quantum ad ſanctificationem, non autem quo ad ſignificationem.

Quarto per tex. in l. vxores. cum l. ſequ. & l. liberorum ff. de iis qui no. infa. vbi appellatione viri vel mariti videtur comprehendi ille, qui cognouit eius vxorem carnaliter, de cuius ſeminis perturbatione dubitatur, quia infra annum maritari non poteſt. Illa autem, quæ non fuit cognita, ſtatim poteſt re maritari, quia illa ratio perturbationis ſeminis tunc ceſſat, & ſic non proprie dicitur ille maritus, cum eam non cognouerit. Igitur non comprehenditur a ſtatuto, maxime exorbitanti, in quo verba (vt dixi) proprie debent intelligi.

Quinto facit etiam tex. in §. ſed ſi vxor. in fi. Inſtit. de nup. 34 vbi ſponſa patris mei non cognita non dicitur mihi nouerca, nec ſponſa filij mei non cognita dicitur mihi nurus.

25 Sexto ponderandum eſt, ꝙ ſtatutum loquitur de vxore decedẽte ſine filijs, ex quibus verbis ſtatuentes videntur ſenſiſſe de vxore, quæ erat in ſtatu & potentia tempore obitus ſui faciendi filios: hæc enim verba ſine filiis, includunt in ſe priuationem filiorum, & includunt in ſe habilitatem & potẽtiam actus, ſeu habitudinis filiorum. Cum ergo tempore obitus non erat in ſtatu, nec in potentia faciendi filios, igitur ſequitur, ꝙ virtute huiuſmodi ſtatuti non debet vir habere lucrum, & hoc fundamento vtitur Bal. in conſi. 290. vol. 1. col. 1. vbi inquit, ſimilem conſiderationem facere gl. in l. precib. C. de impub. & aliis ſubſti. Idem dixit Abb. in conſil. 1. col. 3. vol. 1. Cor. in conſi. 248. col. 4. vol. 2. Dec. in conſ. 977. in prin. & Pariſ. in conſi. 62. col. 3. vol. 4.

26 Septimo pro iſta parte adducitur, vbi † verba ſtatuti non 35 adaptantur ad caſum occurrentem, ceſſat ipſius diſpoſitio. l. 3. §. prætor. & ibi Bar. ff. de dam. infec. c. indemnitatibus. in fi. de elec. in 6. Sed verba ſtatutorum requirunt, ꝙ vxor deceſſerit in matrimonio, & iſta non dicitur deceſſiſſe in matrimo-
27 nio propter † dictionem, In, quæ denotat intrinſicitatem & perfectionem actus. l. 1. §. ne quid. ff. ne quid in flu. publ. vbi Bar. vult, ꝙ factum in ripa non dicitur factum in flum. Hinc
28 eſt, ꝙ † ſtatutum puniens inſultum facientem in domo, nõ pu-
29 nit † inſultum facientem in porticu, vt per Bal. in rub. ſoluto matr. col. 1.

Octauo accedit, quod dixit Anch. in repet. c. j. char. 45 ver.
30 quæro de q. de conſti. vbi inquit, ꝙ † ſtututum loquens de nupta, non intelligitur de deſponſata per verba de præſenti. Subdens ſe vna cum domino Ant. conſuluiſſe ꝙ ſtante ſtatuto quod filia nupta, ſiue maritata non veniat ad ſucceſſionẽ, filia deſponſata per verba de præſenti non excludetur, quia non dicitur nupta. & Ancha. ſequitur Pariſ. in citato conſil. 62. colum. 4.

Nono, quia mens ſtatuti conferentis marito lucrum dotis 36 fuit ad occurrendum expenſis factis per maritum in ducẽda vxore, vt per Bal. in citato conſ. 290. colum. fin. & in conſil. 1. Abb. vltra ea quæ dixi ſupra in q. 4. Sed in ſponſa de præſenti, quæ nondum traducta eſt, ceſſat expenſa, ergo & lucrum ceſſare debet, arg. l. ſcio. ff. de trit. vi. & oleo leg.

Decimo facit, quod voluit Abb. in conſi. 1. col. 2. vol. 1. vbi
31 voluit, ꝙ huiuſmodi † ſtatutum cum ſit pœnale, ex quo diminuit patrimonium alicuius, debet intelligi de muliere cognita decedente in matrimonio, alias ſequerentur multa inconuenientia. Primo, ꝙ vir illicite & nulla cauſa ſubſiſtente lucraretur dotem, licet matrimonium non conſumauerit, nec ſponſam ad domum duxerit. Item hæredes puellæ paterentur maximum damnum, ſi ſtatutum intelligeretur de deſponſata per verba de præſenti, nec traducta, nec cognita. Itẽ præiudicatur iuri communi, quia ſoluto matrimonio dos debet redire ad mulierem, vel eius hæredes. capitu. primo. de dore poſt diuor. reſtitu. Item eſt odioſum tale ſtatutum, quia (vt dixi) priuat hæredem vxoris: Igitur appellatione matrimonij non veniunt ſponſalia de præſenti. glo. in clement. prima. de ſponſal.

32 Vndecimo, quia ſtatutum loquitur de † vxore præmortua, ſed ablatiui abſolute poſiti important conditiõnem, ſi vxor ſit præmortua. Sed iſta non eſt vxor, ergo deficit conditio. ita in propoſito arguit Bald. in l. ſi non ſine. C. de bon. quæ libe.

33 Vltimo hanc partem † tenuit Bald. in dic. l. non ſine. C. de bonis quæ lib. & in conſi. 290. volum. 1. & in conſi. 467. vol. 4. Salyc. in l. cum te. C. de dona. ante nup. Anchar. in capit. 1. de ſponſ. Abb. in d. c. ex publico. & in c. tertio loco. de præſump. & in citato conſi. 1. Cuma. in l. de diuiſione. & in l. ſi cum dotem. §. tranſgrediamur. ſolu. matrim. Fely. in rubr. de ſponſal. colum. 3. Soc. in l. cui fuerit. ff. de cond. & demon. vbi dicit, ꝙ non videt, quomodo ſit communis opinio pro parte affirmatiua, vt tradit ibi Pau. de Caſt. & in hanc partem inclinare cõſuetudinem, dixit Pract. Papien. in forma libel. quomo. vxor agit ad dot. in 5. colum. Hanc etiam partem tenuit Corn. in conſi. 248. colum. 4. volum. 2. Marſ. in l. 1. in princip. ff. ad leg. Corn. de ſicar. in conſi. 61. colum. 3. & in ſingul. ſuo. 106. vbi inquit, hanc eſſe communem opinionem. Idem voluit Dec. in conſi. 67. colum. fin. & in conſi. 560. colum. fina. vbi atteſtatur contra Barto. in d. l. nihil, eſſe communem opinionem. Idem Dec. in conſi. 577. colu. 1. & hanc ſententiam tanquam magis communem, magisque obſeruatam & conſuetudine roboratam ſequitur Pariſ. in allegato conſil. 62. colum. 4. & eam quoque magis communem fatetur Io. Brun. in tract. de ſponſ. in 1. conclu. col. 7.

34 Quid dicendum in hoc conflictu ſcribentium † Corn. in allegato conſi. 248. colum. 4. dicit has opiniones modo infra ſcripto concordari poſſe, videlicet, vt opinio Bart. poſſit procedere, vbi in ſtatuto non eſt facta mentio de liberis, alias ꝙ procedit opinio negatiua, quaſi illa ratio onerum ſola ſine alia coniectura non ſufficiat ad reſtringendum dictum ſtatutum. Sed iſta diſtinctio non videtur eſſe vera, quia illa verba ſine liberis, videntur etiam verificari in ea, quæ liberos habere non potuit, vt eſt tex. vbi no. Doct. in c. ſi pater. de teſtam. in 6. & in l. Centurio. ff. de vulga. & pupill. vbi conditio, ſi deceſſerit ſine liberis, locum habet in eo, qui liberos habere nõ poteſt. & ita per dicta iura voluit in terminis huius ſtatuti Pau. de Caſt. in d. conſil. 155. volum. 1. quem refert & ſequitur Laſ. in conſi. 135. in colum. 3. in fi. volum. 1 nec fundamentum fieri poteſt de dicto glo. in l. precibus. quam Bald. allegauit in citato conſil. 290 & de qua ſupra in 6 arg. partis negatiuæ, † quia illa gloſ. eſt fere ab omnibus reprobata, vt inquit Caccialup. in ipſa l. precibus. col. 21. ver. tertia concluſio, vbi quoque tradit Docto. ita tenere in d. l. Centurio. & ſimiliter ipſam falſam, & a Doctoribus communiter non receptam, loquendo proprie in caſu huius ſtatuti dixit Laſ. in citato cõſil. 135. col. pen in fi.

Præterea ꝙ ſola ratio onerum ſufficiat, eſto ꝙ ſtatutum faceret mentionem de liberis, hoc tenuit Ange. in §. fuerat. col. 17. Inſt. de act. Fulg. in l. Deo nobis, C. de epiſ. & cle. Abb. in conſi. 79. vol. 2. Moder. in d. repet. rub. de dona. inter vir. & vxor. §. 55. col. 4. ꝙ & voluit ipſe Corn. in alleg conſi 248. colum. 4. vbi inquit, ſecundum Ang. ibi per eum allegatum, ſufficere ſolam rationem onerum, dato ꝙ non militet ſecunda ratio liberorum, ſubdens iſtud etiam eſſe de mente Saly. in d. l. cum te. C. de don. ante nup. qui etſi plures rationes aſſigner, non propterea velle videtur, ꝙ requiratur cõcurſus omniũ, imo in ver. 6. 8. & 10. uult, ꝙ ratio onerum tãquam potiſſima attendi debeat, prout voluit & Ripa in Rub. ff. ſolu. mat. col. antepenult.

Ego autem fedele † diſtinctionis puto alio medio has ſententias ſibi inuicem aduerſantes poſſe concordari, videlicet vt prima opinio Bart. affirmatiua poſſit habere locum, vbi maritus traduxit uxorem ad domum, ſed eam non cognouit, ut per Soc. in conſi. 223. col. pen. quia ex quo matrimonium
37 eſt de proximo † conſumandum, habetur pro conſumato,

Source : BIU Cujas

argu.l. pen. ff. de milit.teſta.Idem tradit ipſe Socy. in conſil. 8 col. 1.vol.3.Abb.in conſil.79. colum.2.volum.3.Iaſ in conſil.135.vol.2.quia in traductione fiunt multæ expenſæ in veſtibus,iocalibus, conuiuijs, & alijs rebus, quod & voluit Salyc.in d.l.cum re.Hoc ſentit & Bald.in d.l.non ſine colum.2. C.de bon.quæ liber. ibi, quia ante ductionem vir non ſuſtinet onera, quaſi ſecus velit, quando fit traductio ad domum, cum eo tempore fiant expenſæ,& ſupportentur onera matrimonij.

38 Secundo & meliusꝫ vt ipſa opinio Barto. locum habeat,ſi maritus non traduxit eam, nec cognouit,ſi tamē cœpit onera matrimonij ſuſtinere in faciendo veſtes, & in emendo ornamenta muliebria alicuius valoris, ita velle videtur Bald.in d.conſi.290.in fi.volu.1.dum dicit, finaliter mihi videtur iuſtior opinio, quod non lucretur deficiēte cauſa intrinſeca & finali, quæ cum ſit naturalis ipſi contractui naturaliter inest ab vtraque parte, & perinde debet haberi, ac ſi foret expreſſa, ergo a contrario vult, quod ſi non deficiat cauſa intrinſeca, ꝙ lucretur, & aduerte, quia Bald.loquitur de cauſa intrinſeca onerum. Sed expreſſe hoc voluit Ange. in d.§. fuerat. col. 17. vbi inquit, ꝙ hęc ſententia Barto. ſeruaretur in practica, ſi maritus ante mortem vxoris cœperit ſuſtinere onera matrimonij in veſtibus, & alijs, vt docet experientia.Subdens quod etſi expenſa & damnum mariti non ſit tantum, quantum eſſe lucrum dotis, tamen quod ipſe maritus lucrum dotis habere debet prout ſtatutum diſponit, argum. l.creditor.§.inter maritum.ff.manda.Sicut econtra poſſet cōtingere, quod dotis fructus, vel ipſa dos non ſufficerent ad onera matrimonii inchoandi, ſeu iam inchoati, & carnali copula conſumati.& Ang.ſequuntur Camp.in trac.dot.in 5. par.q.13.Mod.in d.rub.de do.inter vi. & vx.§.55.col.4.Idem voluit Cuma.in l.ſi cum dotem.§.tranſgrediamur.ff. ſol.ma. quem ſequitur Alex.in conſi.129.col.2.in fi.volum.7. & hoc propter dictam rationem onerum,& expenſarum,in quibus fundata eſt mens ſtatuti. Hanc etiam partem amplectuntur Ripa in d. rub.ſol.matr.col.antepen. Rubeus Alex. conſ. 19. col.2 & hoc etiam admittere videntur tenentes partem negatiuam, qui ſe fundant in hoc ad ita tenendum, quia ante copulam maritus non ſuſtinuit onera,ſentientes aliud eſſe dicendum,ſi cœpiſſet maritus onera ſuſtinere.

39 Tertio locum etiam † habet ipſa opinio Bart. etiā ſi ratio ſtatuti non fundaretur in oneribus matrimonij,ſed in alia,videlicet,vt magis inuitentur homines ad contrahendum matrimonium,& mulieres facilius reperiant maritos,vt ꝓ Pau. de Caſt.in conſi.155.volum.1.& in conſi.149. colum 1.in fine. vel etiam ſi fundaretur in ipſa ratione onerum, tamen a conſuetudine aliter interpretatum eſſet ſtatutum,vt per Bal. in citato conſi. 290. in fine.quem ſequitur Corn. in allegato conſ.248.colum.4.

40 Item & quarto,vbi † per maritum non ſtaret,ſed per vxorem,quominus ſuſtineret onera matrimonij, vt per Bal.in l.
41 non ſine.col.2.C. de bon.quæ lib. vbi inquit † quod ſtāte ſtatuto,quod uxore decedente in matrimonio copulata vir lucretur dotem, quod eam non lucrabitur,quando matrimonium non fuit conſumatum,niſi ſtetiſſet per mulierem,quia tunc ſecus.& Bal.ſequitur Pau.de Caſt.in conſil.155.circa fi. volu.1.Pro quo dicit facere tex.in l. in executione.in fi. ff. de verb.oblig.l.ſi rem.§.fi.ff.de præſcrip.verb.l. iure ciuili. ff. de condi.& demonſt.& cum Bal.etiam tranſit Alex. in citato conſ.129.colum.1.volum.7.Idem voluit Bal.in cōſil. 110.volu.2.vbi dicit, quod ſi ſtetit per vxorem, quominus ducere tur, vt puta quia voluit potius ingredi monaſterium, quam conſumare matrimonium.l.Deo nobis C.de epiſc. & cleric. vbi alia occaſione voluit adhærere viro ſine culpa ipſius viri,quod tunc lucratur dotem,Bal.in conſi.467.volum.4.Pro cuius cōfirmatione faciunt, quæ infra dicentur in fine huius quæſtionis.

42 Si vero maritus nulla ſuſtinuit onera,vel † modica,de quibus non curatur, argum.l.ſcio. ff. de reſtitu.in integr. & per Are.in d.§.fuerat.col.17.& Abb.in conſi.1.col.4.volum.1.& tunc procedit pars negatiua, quod vir non lucratur dotem, vt per Bal. in authen. dos data. col. 1. C. de do.ante nup.vbi
43 dicit eſſe optimum argumentum, quod † ſicut mulier nihil lucratur, quando non ſuſtinet onus dotis dandæ : ita ecōtra vir non debet lucrari dotem,ſi onera matrimonij nō ſupportat,ſiue loquamur in lucro pacti, ſine ſtatuti.& Bal. ſequitur Alex.in conſi. 122. col. 2.vol. 7. & dicit Iaſ. in l. non tantum. C.de leg.opinionem Bar.in d.l.nihil, eſſe falſam, vbi vir nul-
44 la ſuſtinuit onera.& proꝫ iſta parte etiam facit,quia ſi non lucratur fructus dotis vir tali caſu,quando non ſuffert onera, quod eſt quid leue,minus debet lucrari ipſam dotem, quod eſt quid maius, vt inquit Bal. in citato conſil.190. in princ. dicens,quod ſicut ius commune diſponēs ſimpliciter,quod maritus lucretur fructus dotis,intelligitur poſt onera ſuppor tata,ita ſtatutum, quod loquitur de ipſa proprietate, debet intelligi ita, quia eſt eadem ratio interpretandi ſtatutum, not.per glo.in l.ſi ante.ff.ſolu. mat.Ita etiam voluit Bal. in cō ſi.120 volum. 2. vbi dicit, quod iſtud ſtatutum habet tacitā finalem rationem onerum,qua ceſſante ceſſat lucrum, ſicut dicimus in fructibus dotis.l.dotis fructus. ff. de iu. dot.&l. ſi ante.l.de diuiſione.ff.ſol.matrim.& l.penul.§.an in patrem.ff. quod fal. tut. vbi hoc uidetur expreſſum,& in conſi 467. volum.4.Hoc etiam uult Salyc. in d.l.cum te. col.2.uerſic.8. & Ang.in d.§.fuerat. col. 6.uer. 4.quamuis leges dicant, ubi inquit,quod ſicut uir tali caſu non lucratur fructus dotis, ꝙ eſt quid leue,minus debet lucrari proprietatem, quod eſt quid maius,auth.ſed quæ. C. de pact.conuen. cum clarum ſit,ſtatutum recipere interpretationem paſſiuam. l. 1. §. lex falcidia. vbi Bar. & alij.ff.ad leg.Falc.& ſicut vna lex interpretatur aliam, ita ſtatutum interpretabitur & ſupplebitur a iure. & cum hac parte,quod ſi vir nulla ſuſtinuit onera,ꝙ non lucretur dotem, pertranſeunt Camp. & Rub. Alexan. in locis ſupra relatis. & Aret.in l.ſi ante.col.fi.ff.ſol.matr. Cui accedūt,
45 quæꝫ dixit Bal. in alleg. conſi.110. volens, quod vbi per maritum ſtetiſſet, quominus vxorem cognoſceret, vel traduceret,& onera matrimonij ſuſtineret, quod non lucretur dotem, prout idem voluit idem Bal.in conſi.relato 290.colu.1. in fi.& Socy.in conſi.8.col.fin.verſi. poſtremo non omitto, vol.3.Ripa in d.Rub.ſol.mat.colu.antepen.in princ.quia qui recuſat onera matrimonij ſuſtinere, non poteſt petere dotem.l.fi.§.vtranque.C.de dot.promiſ.ergo nec lucrum. Hoc etiam tradit idem Bal.in conſi.199.colum.2.verſi. item cum vir.volu.3.vbi proprie dicit,quod cum vir non poſſit petere dotem, niſi ducat vxorem,vel per eum nō ſtet, ſimiliter nec lucrum dotis, præſertim ſi ſtetit per abſentiam eius.l.promittendo.ff.de iu.do. quia nō debet commoda matrimonij ſentire,qui non duxit vxorem, & non ſentit incommoda. l. manifeſtiſſima.§.ſed cum in ſecunda.C.de fur.& dicitur, ſecundum eum, ſtare per maritum, quando ſe ſponte abſentauit, argu.l.2.C.de ſponſa.l.ex placito. C. de rer. permu.& ita hāc diſtinctionem ſerua, tam in conſulēdo,quam in iudicando, quia firmiter teneo,quod non poteris errare.

SVMMARIVM.

1 *Statutum de lucro dotis locum habet in deſponſata per uerba de præſenti non cognita,nec traducta, ſi coniunctus mariti cœpit onera matrimonij ſuſtinere in emendo iocalia,& ueſtes &c.*
2 *Expenſæ factæ per coniunctum uiri in eius uxore, contemplatione mariti factæ præſumuntur.*

QVAESTIO CVII.

1 QVIA in quæſtione præcedenti dictum fuit, ꝙ † ſi maritus cœpit ſuſtinere onera matrimonij, & facere multas expenſas in deſponſata de præſenti, non cognita, neque traducta, ꝙ lucratur dotem,quæritur, an requiratur, ꝙ dictæ expenſæ fiant per ipſum maritum, vel ſufficiat ſi coniunctus mariti eas fecerit. Non inſudando in verbis tene, ꝙ ſufficit coniunctū feciſſe expenſas, vt in terminis decidit Alex.
2 in conſi.139.col.2. vol 7. quia ſecundum eum †huiuſmodi expenſę factæ per coniunctum præſumuntur eſſe factæ contemplatione mariti,& perinde habetur, ac ſi marito factæ eſſent,per l.ſed ſi plures.§.in arrogato.vbi Bar.& alij.ff.de vulga.& pupil.Idem voluit per not.in d.§.arrogato.Corn.in cōſil.349.col.2.verſi.& inſuper.vol. 1.pro qua opinione faciūt, quæ ſupra diximus in q.67.quæ non repeto.

SVMMARIVM.

1 *Statutum loquens de uxore in matrimonio copulata, locum non habet in deſponſata per verba de præſenti,quod limita.ut num. 4.*
2 *Copula in materia matrimonij ponitur pro coniunctione actuali, non pro habituali.*
3 *Legatum factum Bertę,ſi Titio copulabitur,locum non habet ſi contraxerit matrimonium per uerba de præſenti non ſecuta copula carnali.*

QVAESTIO CVIII.

1 QVID ſi ſtatutum loqueretur de† vxore præmoriente in mrimonio copulata, an locum habeat in matrimonio celebrato per verba de præſenti? Et ꝯcludendo firmiter teneas ꝙ nō, vt dixit Bal.in l. nō ſine. C. de bo.quæ lib. qa iſta adiectio copulata,vt aliqd operetur, exigit ꝙ mrimonium

Source : BIU Cujas

nium sit carnaliter consumatum. Nam copula ponitur pro
2 coniunctione †actuali, non pro habituali, loquendo in materia matrimonij, licet substantia consensus non esset in copula. & Bal. ibi sequitur Pau. dicens hoc menti perpetuo tenendum, necnon & Corn. tradens copulam in matrimonio cõmuniter sumi pro carnali. Soc. in consil. 8. colum. 1. volum. 3. Aret. in l. si ante. colum. penul. soluto matrimonio. Alexand. in consil. 129. colum. 1. volum. 7. Ias. in consi. 58. colum. 1. volum. 1. & in consi. 135. colum. 2. & 3. eod. volum. Ripa in rubri. soluto matrimonio. colum. antepen. Paris. in consilio 62. colum. 5. in princip. volum. 4. Hoc etiam tenuit Bald. in c. capellanus. de ferijs, quia matrimonium copulatum dicitur, quando est consumatum per copulam carnalem, & non ante, quia frustra de copula statutum fecisset mentionem, argumen. l. sancimus. C. de nupt. quem refert & sequitur Fely. in rub. de sponsa. col. 2. & in c. tertio loco, colum. 1. de præsump. Hanc quoque partem consulendo tenuit Bal. in consil. 199.
3 in 2. dubio, volum. 3. vbi etiam dicit, quod si †testator legat Bertæ decem sub conditione, si Seio per matrimonium copulabitur, ꝙ non habebit locum legatum in nupta de præsenti, nisi fuerit carnaliter cognita, vel ducta, quia statutum & testamentum videtur de effectu matrimonij cogitasse. Id etiam consuluit Bal. in consi. 228. vol. 3.

4 Limita tñ hanc conclusionem procedere † nisi statutũ aliter disponeret, vel nisi stetisset per mulierem quin carnaliter cognita fuisset, vt per Bald. in d. l. non sine. col. 2. quem sequitur Alex. in citato consi. 129. col. 1. vol. 7. & per ea quę diximus in q. præcedenti.

SVMMARIVM.

1 *Statutum de lucro dotis per mortem vxoris ductę locum habet in desponsata per verba de præsenti, sed contra nu. 4. & 8*
2 *Desponsata per verba de præsenti dicitur ducta, quod declara ut numero 12.*
3 *Verba ducere vxorem, nihil aliud significant, quam contrahere matrimonium.*
5 *Verba statutorum, quæ sunt exorbitantia & contraria iuri communi, stricte sunt intelligenda, & non extendenda quasi ius irregulare & anomalum.*
6 *Statutum contra ius commune loquens de contractu, non comprehendit contractum improprium.*
7 *Verbum, ducere, uel ducta, significat ire de loco ad locum.*
9 *Interpretatio illa in dubio capienda est, per quam minus læditur dispositio iuris communis.*
10 *Verba statutorum debent intelligi secundum communem usum loquendi.*
11 *Verba in omni dispositione sunt accipienda secundum uulgarem & communem usum loquendi.*
13 *Verbum unum quando potest habere duplicem sensum, seu significationem, illa capi debet significatio, per quam minus lędit ur & corrigitur ius commune, etiam si sit impropria.*
14 *Verbum, quod potest intelligi large & stricte, in materia stricta debet intelligi stricte.*

QVAESTIO CIX.

1 QVæritur etiam, an statutum disponens, ꝙ †vxore ducta præmoriente vir lucretur dotem, locum habeat in desponsata per verba de præsenti? Socy. in consi. 223. colum. 2. videtur decidere ꝙ sic, quia statutum requirit simpli-
2 citer, quod †sit ducta, quo casu illa dicitur sponsa ducta, quæ est desponsata per verba de præsenti, vt videtur probare tex. in c. debitum. de bigam. vbi desponsata per verba de præsenti dicitur ducta, & ille tex. generaliter loquitur, siue sit traducta mulier ad domum viri, siue non. Imo potius videtur loqui in non ducta ad domum, cum tunc præsumatur cognita, vt no. Bal. in l. Deo nobis. col. 4. de episcop. & cleri. c. nullum. 30. q. 1. & in c. 1. 3. q. 1. Secus autem si statutum diceret, si maritus duxerit ad domum vxorem, per tex. in l. mulierem. & in l. pen. ff. de dona. inter vir. & vxor. Quod confirmatur secundum eum per tex. in § ergo nos omnes, & in §. fratris, Insti. de nup. in quib. Imperator prohibet vxores ducere quasdã per-
3 sonas prohibitas. Quod verbum ducere, nihil aliud †significat, quam matrimonium contrahere, non autem significat ductionem ad domum. allegat etiam rubricam de eo qui dux. in vxo. quam pollu. per adul. Facit etiam vltra eum tex. in c. de illis, de spõns. in ver. ducturos.

4 Quibus non obstantibus † contraria sententia de iure verior esse videtur. Et primo considerandum est, ꝙ huiusmodi statutum loquitur de vxore ducta, ergo non debet extendi ad alium casum, & sic in desponsata per verba de præsenti, argumen. l. si verò. §. de viro. soluto matrimon. cum in ea non cadat illa qualitas ducta, quæ tamen requiritur a statuto, & est necessaria, arg. gl. communiter approbatę in c. notificasti. 23. q. 5. quam ad hoc dicit menti tenendam] Abb. in c. abbas, quod me. cau.

5 Secundo facit. Nam verba statutorum, quæ †sunt exorbitantia & correctoria iuris communis, stricte sunt intelligenda, & non extendenda quasi ius irregulare & anomalum, vt dicit Bal. in consil. 411. volum. 3.° in fi. quem sequitur Dec. in consi. 334. colum. 2. & in consi. 444. colum. 2. & in consi. 484. colum. 2. Item & intelligi debent proprie & non improprie. l. 3. §. hæc verba. ff. de neg. gest. vbi Bart. Hinc dixit Do. meus Ruin. in consil. 114. colum. fina. volum. 1. quod statutum con
6 tra ius commune loquens de contractu, non compræhendit † contractum improprium, sed huiusmodi statutum est correctorium iuris communis, strictęque ac propriè debet intelligi, vt latissime dixi supra q. 2. ergo cum stricte, & proprre verbum ducta, non verificatur in desponsata per verba de præsenti, sequitur, quod in ea non verificabitur statutum per mortem illius, si ducta non reperiatur, quia verbum du
7 cere, vel †ducta, significat ire de loco ad locum, vt vult Socy. in consi. 8. vbi proprie loquendo in terminis huius quæstionis, concludit, quod statutum loquens de vxore ducta, non habet locum in desponsata per verba de præsenti, & ita refert
8 consuluisse Bal. in indiuiduo, quando †statutum loquitur de vxore ducta in consil. quod incipit, quęritur, quod est in consil. 467. volum. 4. subdens hanc conclusionem carere probabili dubitatione, & ꝙ verbum ducere, significet motum de loco ad locum, satis suadetur ex no. per Bal. in consil. 164. in 2. volum.

9 Tertio accedit, quia in †dubio capienda est illa interpretatio, per quam minus lædatur dispositio iuris communis. l. fi. §. in computatione. C. de iure deliberan. Socy. in consi. 31. in prin. Sed minus læditur dispositio iuris communis, qua dispo nitur, quod soluto matrimonio dos reuertatur ad mulierẽ, vel eius hæredes. l. 2. in prin. solu. matrim. l. dos a patre. C. eod. titu. si intelligatur verbum ducta, tam de ducta ad domum, quam de desponsata per verba de præsenti, quia sicut statutũ non haberet locum nisi in vno casu, haberet locum in duobus casibus, videlicet in ducta ad domum, & in desponsata per verba de præsenti.

10 Quarto, verba statutorum † debent intelligi secundum cõ munem vsum loquẽdi. l. cum de lanionis. §. asinam. ff. de fun. instru. Alexan. in consi. 140 colum. 2. volum. 5. vbi inquit, ꝙ
11 †in omni dispositione verba secundum vulgarem, & communem vsum loquendi & intelligendi accipienda sunt. l. sciẽdum. §. illud. ff. de ædil. edic. cap. ex literis. de sponsal. Idem tenuit Soc. in consil. 37. colum. 4. & in consi. 102. colum. 2. & in consi. 123. colum. 2. volum. 4. Dec. in consi. 590. col. fi. & in cõ si. 685. col. 2. Sed vulgares, quando aliquis ducit vxorem ad domum, solent dicere, talis duxit vxorem: ergo statutum stãte dicto communi vsu non potest verificari, nisi in vxore ducta ad domum.

Non obstant modo, quæ ex aduerso allegata fuerunt, quia admitto, ꝙ etiam verbum ducta, accipitur pro desponsata
12 per †verba de præsenti, sed largo modo, quo casu sequitur, qđ dixit Abb. in c. cum dilectus. de consue. prope finem. vbi voluit, quod quando vnum verbum potest habere duplicem
13 sensum & significationem, quod illa † debet capi per quam minus læditur & corrigitur ius commune, etiam si sit impropria, sed intelligendo verbum ducta, de traducta ad domum,
14 minus corrigitur ius commune, vt supra dixi. Item †respondetur, ꝙ vbi verbum potest intelligi large & stricte in materia stricta, debet intelligi stricte, vt per Matthes. in notab. 194. quem sequitur Soc. in cons. 116. col. 5. Alex. in consil. 52. colum. 2. vol. 1. & in consi. 142. col. fi. vol. 5. Sed (vt prædixi) hic tractatur de statuto, quod strictè debet intelligi: ergo verbum ducta, non debet intelligi largo modo, & sic in desponsata per verba de prędenti, sed stricte, & sic in vere ducta ad domum.

SVMMARIVM.

1 *Lucrum dotis an ueniat per maritum cum fratribus communicandum, quatuor recitantur opiniones & exinde nonnullę sequuntur declarationes, ex quibus clare resultat ueritas huius quęstionis.*

QVAESTIO CX.

AN lucrum dotis, quod facit maritus ex forma statuti sit præcipuum ipsius mariti, an vero communicandum veniat cum fratribus. In ista quæstione variæ reperiuntur opiniones. Nam Dy. in l. si cum dotem. §. transgrediamur. ff.
1 soluto matrimonio. dicit, quod †huiusmodi lucrum est pro-

Source : BIU Cujas

fectitium, quia peruenit ex re patris, ideſt ex oneribus matrim onij, quæ ſubit pater, quia ipſe alimentat nurum, & ad onera matrimonij tenetur, ergo venit communicandum cum fratribus. & Dyn. ſequitur Cyn. in l. 2. C. fami. erciſcun. & iſta fuit opi. glo. in l. dotem. ff. de caſtr. pecul. in ver. cõfer tur, quæ dicit, aut vxor deceſſit viuo patre mariti, & talis dos communicabitur omnibus filijs: aut deceſſit poſt mortem eius, & tunc lucrum erit præcipuum ipſius filij, nec alijs fratribus tenebitur communicare. Sed hanc opin. reprobat Barto. in d. l. dotem. & in d. §. tranſgrediamur. & Doct. in l. 1. C. de bon. quæ liber. Quo ad primum caput, quando vxor deceſſit viuo ſocero, quia quicquid lucratur filius ex dote etiam viuo patre, dicitur aduentitium. l. 1. C. de bon. quæ lib. Ideo non eſt conferendum.

Secunda fuit opinio Barto. in tracta. de duobus fratrib. in 5. quæſtio. penul. artic. principa. vbi diſtinguit hoc modo.
2 Aut † pater ſuſtinuit onera matrimonij, & tunc lucrum dotis dicitur profectitium: aut ipſe filius ſuſtinuit ipſa onera, & tunc lucrum dicitur aduentitium, & ſic ipſi filio quæritur: aut vterque pro parte ſuſtinuit onera matrimonij, & pro parte ambobus quæritur, & communicatur cum fratribus, argumen. l. ſed & ſi quis. §. 1. & §. quod ſi ex re. ff. de ſtipul. ſeruo. & l. ſecundum naturam. ff. de regu. iu. & hanc diſtin. approbat ibi Bald. & in d. l. 2. C. famil. erciſcun. Roma. in authen. ex teſta mento. C. de collat. & in conſi. 406. colum. 2. vbi inquit hanc opi. eſſe veriſſimam, & probari per tex. ſingularem iuncta gl. in l. quod ſi eo tempore. ff. pro ſocio, vbi dicitur, quod lucrũ dotis proueniens vni ex ſociis omnium bonorum, communicari debet etiam aliis, ſi illi onera matrimonij ſuſtinuerunt. Ecce ergo, quod ibi, ad conſiderandum cuius ſit dotis lucrum, conſideratur penes quem ſint matrimonij onera. Item quia vbi nulla ſunt matrimonij onera, nulla eſt dotis cõ ſtitutio, & conſequenter nullum dotis lucrum cadit, vt dicit tex. in l. Iulianus. & in l. ſi pater mulieris. in fine. ff. de iure dotium. Idem etiam voluit Abb. in conſilio 79. columna 2. volum. 2. Barb. in conſi. 37. colum. 18. volum. 2. Pet. de Vbal. in tract. ſocie. in 5. par. princip. quæſtio. 12. Bolog. in conſilio 7. Marſi. in ſingu. ſuo 264 vbi inquit, iſtud dictum tanquam ſin gulare menti tenendum, quia paſſim vidit Bononiæ, & alibi ſeruari contrarium ab idiotis & ignorantibus. Deci. in conſil. 67. colum. penul. dicit, quod pro iſta opinione eſt ratio. Nam quando pater habet onera matrimonij, lucratur fructus dotis, quia dos & fructus onera matrimonij ſequuntur. l. dotis fructus. in princ. l. ſi pater mulieris. in fi. ff. de iure dot. & de patre eſt ſpecialiter tex. in l. pater pro filia. in princip. ff. de excep. doli. Sicut ergo pater lucratur fructus, quando ſuſtinet onera, ita etiam debet lucrari dotem, & iſtã conſequẽtiam de fructibus dotis ad lucrum ipſius dicit facere Bal. in l. ſi donaturus. in §. fi. in 3. notab. ff. de condi. cau. data, & pro qua conſequentia adducit etiam ipſe tex. in l. actione. §. fina. cum l. ſeque n. ff. pro ſocio. Nam in §. fi. dicitur, quod cum ſocietas diuiditur, ſi vnus ex ſocijs erat maritus vxoris ſuæ præcipua ſibi debet aſſignari, quia ipſe eſt ſubiturus onera matrimonij. præſupponitur ergo ibi, quod durante ſocietate fructus dotis acquirebantur ſocietati, cum ipſa ſocietas onera matrimonij ſuſtineret. poſtea in l. ſeq. continuando eundem caſum dicitur, quod ſi tempore quo ſocietas diuiditur, dos in eo caſu ſit, vt debeat lucrari, hoc lucrum ſocietati acquiritur, & inter ſocios æqualiter diuiditur, & ſic qua rõne ſocietas lucratur fructus, quãdo onera matrimonij ſuſtinuit, vt d. §. fi. pari ratione debet habere lucrum dotis.

Tertia quoque fuit opinio Bar. in d. §. tranſgrediamur, ꝙ
3 † tale lucrum tanquam aduentitium præcipuum ſit mariti, & quod communicandum non ſit cum fratribus, per tex. in l. fi. C. de collat. Idem tenuit Bar. in d. l. 1. C. de bon. quæ liber. quem ſequuntur ibi Salyc. Flo. Ang. Corn. & Fulg qui ſubdit, quod in ſcholis & in iudicijs ſecurior eſt ſententia Bar. quam Dyni & Cyni, de qua ſupra, & ita etiam ibi tenuit Alexan. in addi. ad Bar. Hoc idem dixit Pau. de Caſt. in d l. 2. C. famil. erciſcun. & Salyc. qui atteſtatur, quod ita communiter tenetur. Cui ſententiæ aſſentit Bal. in l. ſi donaturus. §. fi. col. 1. ff. de condict. cau. data. & in l. actione. §. fina. ff. pro ſocio. & hanc eſſe communem firmat Flori. in l. ſi filia. §. ſi filius. in 4. colum. ff. famil. erciſcun. quem ſequitur Aret. in §. fuerat. colum. 19. verſic. quæro de alia quæſtione quotidiana. Inſtitu. de actio. vbi dixit, iſtud perpetuo menti tenendum eſſe. quam partem tradit Bal nouel. in tracta. dot. in 6. par. ſpeciali. 37. magis communem, & in puncto iuris magis ſuſtentabilem. & eam etiam amplectitur Campeg. in tracta. dot. in 5. par. quæſtio. 7. Corn. conſil. 149. col. 2. volum. 1. Iaſ. in addit. ad Porc. in §. primo. Inſtitu. per quas perſo. nob. acquir. Corn. in authent. ex teſtamento. C. de collatio. & Moder. in tracta. de conſue. Burdegal. in §. 6. vbi ſcribunt quod in eodem Senatu olim ita latum fuit arreſtum. & Crot. in l. frater a fratre. colum. 24. ff. de cond. indeb.

Quarta & vltima fuit ſententia Bart. in d. l. dotem. ff. de caſtren. pecu. qui diſtinguit hoc modo, aut † ſtatutum, deferens
4 lucrum dotis dicit, quod vir lucretur, & hoc caſu lucrũ erit præcipuum filij, cum diſponat circa perſonam viri: aut dicit, quod qui recepit dotem, lucretur eam, & tunc pater filij, qui recepit dotem, lucrabitur eam, & ſic poſt eius mortem filiis communicabitur, quia verba ſtatuti in eo verificantur, non in perſona filij. & Bart. ſequuntur Pau. de Caſt. & Salyc. in d. l. 2 C fam erciſc. Alex. in d. §. tranſgrediamur, in fi. Campeg. & Crot. vbi ſupra.

Ego quidem pro veritate huius quæſtionis puto conſiderandos eſſe aliquos caſus. Quorum primus eſt, aut nos loquimur ſecũdum iura antiqua, & tunc vera eſt opinio Dy. & Cy. ꝙ hoc lucrum inter fratres venit communicandum tanquã profectitium, quod patri pleno iure acquirebatur, & in hoc non diſſentiunt inter ſe ſcribentes.

Secundus caſus eſt, ſecundum hodierna tempora, & tunc lucrum, quod facit filius tanquam aduentitium fratribus nõ venit communicandum per d. l. fin. C. de collat. prout in hoc capite etiam voluit Raph. Cum. & Alex. in d. §. tranſgrediamur. nec vis facienda eſt, quod ter ſuſtinuit onera, prout voluit Bart. in d. tracta. de duobus fratribus, quia aduertendum cenſeo, quod ex quo pater habet fructus dotis, qui dantur pro oneribus matrimonij, vt l. dotis fructus. ff. de iure dot. quod ipſe aſtringitur ad ipſa onera ſuſtinenda, vt per Dom. meum Ruin. in conſil. 144. in princip. & colum. 4. in princip. volum. 5. vnde per eum compenſandi ſunt fructus dotis cum ipſis oneribus, vt per Alexan. in d. §. tranſgrediamur, & Pau. ac Salyc. in d l. 2. C. famil. ercil. Aret. in d. §. fuerat, & Campe. vbi ſupra. Nec pariter habenda eſt conſideratio Roma. in d. conſil. 406. quod vbi nulla ſunt onera matrimonij, nulla eſt dotis conſtitutio, & conſequenter nullum lucrum dotis, quoniam reſponderi poteſt, dictum Roma. procedere, vbi is, qui onera matrimonij non ſuſtinet, eſſet obligatus ex diſpoſitione legis ea ſuſtinere, vt vult Bald. in authent. dos data. C. de donatio. ante nup. Secus autem vbi fructus dotis lege ſic diſponente, prout in caſu, de quo tractatur, debent eſſe penes alium, prout eſt penes patrem, vt in l. 2. & 3. C. de bon. quæ liber. & tunc non procedat, nec habeat locum opinio Roma.

Tertius caſus eſt, quando ſtatutum diſponeret, quod vir lucretur dotem, & mouetur ex alia ratione, quam onerum matrimonij, & tunc huiuſmodi lucrum præcipuum erit ipſius viri per ea, quæ ſupra dixi in quæſtio. 103. in 4. memb. diſtinctionis.

Quartus caſus eſt, quando mortuo patre lucratus fuiſſet dotem maritus per mortem vxoris, quia ſimiliter lucrum dotis erit præcipuum ipſius viri. l. 2. C famil. erciſcun. vbi not. Doctor. & in hoc non diſcordant Scriben. in locis ſupra citatis.

Vltimus caſus eſt, quando ſtatutum diceret, ꝙ lucretur dotem, qui eam recepit, & tunc ſi ſocer recepit dotem, eam lucrabitur, & poſt mortem eius communicabitur filiis, quia verba ſtatuti in eo verificantur, non in perſona filij, & ideo cum non conueniant ipſa verba ſtatuti in filio, qui dotem non recepit, minus conueniet diſpoſitio ipſius ſtatuti. l. hos accuſare. §. omnibus, de accuſat. ita Pau. & Salic. in allegata l. 2. C. famil. erciſcun. Alexand. in d. §. tranſgrediamur, Camp. vbi ſupra, quia per iſtam diſtinctionem dicit Alexand. quod modificatur opinio Barto. in dic. §. tranſgrediamur, & hanc partem communiter receptam eſſe dixit Crot. in dic. l. frater a fratre. colum. 24. & ideo ſi caſus tibi euenerit, ſequere hanc diſtinct. quæ communis eſt, quia non poteris in iudicando errare.

SVMMARIVM.

1 *Lucrum dotis non tenetur maritus communicare cum ſocijs omnium bonorum, ſed contra ſecundum communem nu. 4. & 7*

2 *Societas quando ſimpliciter contrahitur, non communicantur lucra, quæ proueniunt ex diſpoſitione legis, quod declara, ut nu. 8*

3 *Lucrum dotis, quod conſequitur maritus ex ui ſtatuti, quod vxore prę-moriente maritus lucretur dotem, eſt perſonale, quod declara vt numero 9*

5 *Hæreditas, legatum, & donatum, ac quacunque ratione acquiſitum com municari debent in ſocietate omnium bonorum.*

6 *Actio iniuriarum datur ad uindictam.*

QVAE-

Source : BIU Cujas

QVAESTIO CXI.

1 QVAESTIO offertur, An dos, quam † lucratur maritus ex vi ſtatuti per mortem vxoris, cõmunicari debeat cum ſocijs omnium bonorum. Et primo videretur di-
2 cendum quod † non, quia quando ſocietas ſimpliciter cõtrahitur, non debent communicari lucra, quę non proueniunt ex cõtractu, ſed ex legis diſpoſitione. l. coire ſocietatem. l. nec adiecit. ff. pro ſocio.

Secundo ex eo, quod not. Barto in l dotem, de caſtren. pe-
3 cul. vbi inquit, quod quando † ſtatutum reſpicit perſonam viri, puta quia dicat, quod præmoriente vxore vir lucretur dotem, tunc ſemper maritus prę cipuam habebit dotẽ, & ſic lucrum iſtud eſt perſonale. ita etiam arguit Bal. in conſi. 284. volum. 5. vbi dicit, quod iſtud lucrum eſt perſonale, ſicut eſt ipſa dos. l. maritus. ff. famil. erciſcun. l. ſi id quod ego. ff. de duobus reis.

4 His tamen non obſtantibus contraria † ſententia eſt de iure verior, & a Doctoribus communiter recepta, quæ primo
5 probatur per text. in l. 3. §. 1. ff. pro ſocio, vbi dicitur q̃ † in ſocietate omnium bonorum communicari debet hæreditas, legatum, & quod donatum eſt, aut quacũque ratione acquiſitũ. ergo iſtud lucrum, quod ex diſpoſitione legis ſocio acquiritur communicandum erit. Ad idem eſt text. in l. ſi fratres. §. ſi inter fratres voluntarium, iunctis gloſ. in verbo, ſtipendia, & in verbo, ſalaria. ff. eodem titu. vbi in ſocietate omnium bonorum veniunt ex quacunque cauſa acquiſita, ſiue ex ſtipendijs, ſiue ex ſalarijs. facit etiam tex. in l. ſi fratres. §. ſocium. ff. eodem titu. vbi Neratius ait, ſocium omnium bonorum vniuerſa in ſocietate cõferre debere. & ideo dicit quod ſi vnus ſociorum habet actionem ex iniuria ſibi vel filio illata, æſtimatio talis iniuriæ ſocietati applicatur, cũ omnia ſint
6 communia, & tamen talis actio iniuriarum non † veniret in collatione, quia datur ad vindictam. l. 3. §. ſi emancipatus. ff. de collat. bonor. ex quo datur intelligi, quod potẽtius eſt ius ſocietatis, quam collationis, cum in ſocietate ẽt veniãt, quę competunt ad vindictam, & perſonæ cohærent, vt eſt actio iniuriarum, & tamen iſta non conferuntur, vt per Deci. in conſi. 66. colum. 2. in fi.

Secundo principaliter pro iſta opinione eſt tex. iũcta glo. in l. quod ſi eo tempore. ff. eodem tit. vbi formaliter dicitur, quod ſi eo tempore, quo diuiditur ſocietas, in ea cauſa dos ſit, vt certum ſit, eam, vel partem eius reddi non oportere, vt puta, dicit gloſ. in dicto verbo oportere, vel propter pactum interpoſitum, vel aliam cauſam, diuidere eam inter ſocios iudex debet, ergo idem ſi ex ſtatuto non debet reddi.

7 Tertio ita in terminis † conſuluit Bald. in allegato conſil. 284. per tex. in d. l. quod ſi eo tempore, & in d. §. ſi inter fratres volũtarium, & etiam per rationem dicit hoc patere, qa hæc ſocietas eſt omnium bonorum, & lucrorum, & generalis, ac generaliſſima omnia in ſe continens, & comprehendens, & quia ibi contrahentes nõ diſtinguunt, ſed gerunt ſe pro vniuerſalibus ſocijs, & ita ſe tractant & vocant, nec nos diſtinguere, vel reſtringere debemus, & ſubdit in hoc non eſſe dubitãdum, cum ſit caſus. l. quod ſi eo tempore. Idem tenuit idem Bald. in l. actione. §. fi. ff. pro ſocio. Ang. in cõſi. 60. Roma. in conſi 406. colum. 2. & in cõſi. 471. in princip. Alexãder in l. ſi cum dotem. §. tranſgrediamur. colum. fin. ff. ſol. matrimo. dum reſpondet ad d. l. actione. §. fin. cum l. ſeq. Camp. in trac. dotis in 5. parte. q. 7. Alexand. in conſi. 87. colum. 1. volum. 4. Bologn. in conſi. 7. ac vltimo loco Deci. in conſi. 66. colum. 2. & in conſi. 67. colum. 3.

Non obſtat tex. in l. coire ſocietatem, & in l. nec adiecit,
8 quia reſpondetur, quod † illi text. loquuntur in ſimplici ſocietate, non autem in ſocietate omnium bonorum. Ita dicit gloſ. in d. l. 3. §. cum ſpecialiter, & in d. §. ſi inter fratres volũtarium, in verbo, initium.

Pariter non obſtat, quod huiuſmodi lucrum ſit perſonale & tantum reſpiciat perſonam mariti, quia reſpondet Dec. citato conſil. 66. colum. 3. quod licet verum ſit, quod tale lucrum dotis prædictæ reſpiciat tantum perſonam mariti, quãtum ad acquiſitionem, quia maritus ipſe ſolus eſt, qui lucratur dotem, tamen quod demum poſt ipſam acquiſitionem debet communicari ſocijs, ex quo omnia vndecũque acquiſita inter ipſos ſocios veniant communicanda. Nam actio iniuriarum cohæret perſonæ, & reſpicit perſonam iniuriati, & tamen, vt ſupra dictum fuit, communicatur. bene verum eſt, quod tale lucrum ipſo iure ſocietati non acquiritur, ſed iudicio ſocietatis debet communicari. l. ſi quis ſocietatem. ff. pro ſocio.

FINIS.

TRACTATVS
ſeu Commentarij de Dotibus & earum iure, Antonij Guberti Coſtani Toloſatis Iureconſulti.

Quo dilucidius uniuerſam dotium tractationem exequamur, ſeptem ſingulatim explicanda ſunt. Primo, cur dotes ſunt comparatæ, & unde earum origo manarit. Secundo, quot modis dos dicatur, & quid ſit in hoc tractatu. Tertio, a quibus detur, & quibus dari debeat. Quarto, quomodo conſtituatur. Quinto, in cuius dominio ſit. Sexto, quemadmodum repetatur. Et poſtremo dotium priuilegia.

SVMMARIVM.

1 *Origo nuptiarum.*
2 *Plato, Zeno, & Diogenes, vxores communes eſſe voluerunt, quorum ſententia multis argumentis improbatur.*
3 *Dotium origo.*
4 *Solon & Licurgus fœminas indotatas nubere voluerunt.*
5 *Cur dotes a Romanis probentur.*
6 *Dotes oneribus matrimonij ſeruire debent.*
7 *Pacta contra vim, & effectum actus nullius ſunt momenti.*
8 *Expoſita l. ult. ff. de doli ma. & met. except.*
9 *Onera matrimonij quę dicantur.*

CAP. PRIMVM.

1 PRiuſquam † iuregentium dominia diſtincta, & hominum cœtus conſtituti fuiſſent, nemo legitimas viderat nuptias, nec certos quiſquam in ſpexerat liberos, vt Cicer. in princip. librorum de Inuentione ſcripſit. Poſtquam vero hominum genus in mõtibus ac ſyluis diſſipatum, prudentium cõſilio ſe oppidis mœnibus que ſepſit, apud multas quidem gẽ-
2 tes communis vxorum vſus permanſit, quem & † Plato lib. 5. de repub. vehementer probat, & Zeno, atque Diogenes apud Laertium Troglodytę, vt Strabo li. 16. Geographicorum ait, vxores communes habebant. Idem Scythæ, vt idem lib. 7. refert Garamãtes vero, vt Plinius c. 8. li. 5. ſcripſit, matrimoniorum exortes paſſim cum fœminis degebant. Sed & Hylophagos, & Agathyrſos, alioſq; quamplurimos populos immanitate proculdubio efferatos, communes vxores habuiſſe ex Diod. Siculo. lib. 4. Bibliot. & Herodoto lib. 4. conſtat. Sed aliæ quæ melius iam moratæ, & naturæ præceptis informatæ erant, concubitus prohibuerunt vagos, & proprias vxores ſingulos habere voluerunt. Sic enim fore proſpiciebant, vt progreſſionibus familiæ conſeruarentur, vt certiores eſſent liberi, quos ex ſimilitudinibus & ſine amentis veteres tantum dignoſcebant, vt impiæ in parentes contumeliæ, ac nefarij propinquorum congreſſus vitarentur, ac denique vt ad curam liberorum procliuiores parentes efficerentur, quod perpetuum coniugij fœdus arctiſſima vitæ conſue-
3 tudine iungeret. author Ariſtoteles lib. 2. Politic. † Et hinc origo dotium manauit. l. 1. ff. ſolu. matr. quarum cauſa idcirco naturalis eſſe creditur. l. eas. ff. de capi. dimi. Nec ſum neſciu: quondam apud Græcos, Indos, & Thraces mulieres indotatas nupſiſſe, quippe quas viri magno inter ſe, vel a parẽtibus mercabantur, vt Ariſtoteles & alij non leues authores prodiderunt Græci vxores inter ſe emebant vt Ariſto. cap. 6. lib. 2. Polit. ſcripſit. Indi autem ſicut Strabo lib. 15. Geograph. refert eas pari bonum a parentibus mercabantur. Thraces ẽt, vt Herod. lib. 1. ait, ære magno vxores a parentibus emebãt.
4 Non item me fugit † Lycurgum & Solonem legibus ſuis cauiſſe, vt virgines indotatæ nuberent, ne propter inopiam aliquæ relinquerentur innuptæ, & aliæ ob diuitias magis quã ob ſpectatos mores ab adoleſcentibus colerentur, quemadmodum Plutarchus in apophtheg. Laconic. & in vita Solo-
5 nis, atque Lycurgi ſcripſit. Etenim † prudẽtiſſimis longeq; ſapientiſſimis veteribus illis Romanis, q in pace & otio bene moratã, ꝓſtitutã, & ingenuis hominibus refertã rempubl. habere ſatagebãt, multo vtilius, magisq; rationi ꝗueniens viſũ eſt, dotes a mulierib. dari, quib. tãquã inuitamẽtis, viri ad nuptias æqualiũ ꝓuocarẽtur, & deinceps onera matrimoniorũ ſuſtinerent, l. 2. l. dotis fructus, & l. quamuis. ff. de iure dot. l. ſi

Source : BIU Cujas

maritus. & l. ſi filia. ff. fam. erciſ. l. pro onerib. C. de iure dot. ui-
6 ſi enim † matrimonij oneribus ſeruiant, dotes nullæ ſunt l. ſi pater mulieris. ff. de iu. do.

Pactum an ſit efficax, vt fructus dotis maritus percipiat, & uxor matrimonij onera ſuſtinere cogatur.

Bal in l. pactum. in fi. C. de colla. Alexan. Aret. & Iaſ. in rub. ff. ſoluto matrimon. Ex quo efficitur, pactum, vt fructus dotis maritus lucretur, & vxor onera matrimonij ſuſtineat, nul-
7 las prorſus vires habere, ſicut † nec alia, quæ contra finem & præcipuam cauſam actus interponuntur. c. vlt. de cond. appo. l. vbi ita donatur. ff. de mor. cau. do. l. cum manu ſata. ff. de cõ trahen. emp. l. cum precario. ff. de preca. Cui ſententiæ vehementer, congruit, quod Vlp. in l. 4. de pact. dot. no. Si fundum in dotem dederit mulieri, ita vt maritus fructus redderet, nõ eſſe ratum pactum: ex eo enim euidentiſſimè apparet, pactũ ſimiliter non valere, vt maritus fructus dotis præcipuos habeat, & vxor matrimonij onera ſuſtinere cogatur, ſcilicet quia par relatiuorum doctrina eſt, atque ratio. l. vlti. C. de indic. vidui. tol. l. j. de cupreſſis ex luco Daphnes. lib. 11. C. l. vlt.
8 ff. de accept. Nec † huic ſententiæ aduerſatur. l. vltima. de doli mali & met. excep. quoniam eo loci pacto comprehenſum fuerat, vt donec dos perſolueretur, pater filiam eiuſque homines aleret, quæ pactio fini dotium minime repugnat. Riparius tamen atque Imola pactum, ne maritus vxorem alere
9 cogatur, efficax eſſe crediderunt, quoniam † præter alimoniam, alia quoque ſunt onera matrimonij, vt ornamenta muliebria. l. veſtis. §. muliebria. ff. de au. & argen. leg. merces præceptorum, qui liberos inſtituunt. l. qui filium. ff. vbi pupi. edu. debe. & c. id genus. l. ſi quis a liberis. §. non tantum. ff. de libe. agnoſcen. quorum cura, etiam in caſu illius. l. vlti. ad maritum pertinet.

SVMMARIVM.

1 *Dotis verbum multa ſignificat.*
2 *Dos eccleſiis datur.*
3 *Quomodo conſtituatur ius patronatus.*
4 *Dotis uera diffinitio.*
5 *Triplex in iure uniuerſitas.*
6 *Dos creſcit, & decreſcit.*
7 *Dos eſt quid vniuerſale.*
8 *Vniuerſitas quomodo vendicetur.*
9 *Vniuerſitas miſta ſine corporibus non conſiſtit.*
10 *Vniuerſitas an in vna tantum re conſtitui poſſit.*
11 *An res dotales ſint dos.*
12 *Dos tantum promiſſa, an ſit proprie dos.*
13 *Exploſa communis opinio.*
14 *Lex municipalis, vt præmortua vxore dos lucro mariti cedat, etiam ad dotem nondum exolutam pertinet.*
15 *Soluto matrimonio dos amplius non dicitur.*
16 *Anaphora frequens eſt apud iuris authores.*
17 *An actio hypothecaria ſublata perſonali duret.*
18 *Dos exigua an recte dos dicatur.*
19 *Lex patria, quæ filiam dotatam excludit, ad eam haud dubie pertinet, quę dotem permodicam habuit.*
20 *Modica interdum conſiderantur.*
21 *Ratio cur leſis ob dolum in re ipſa non ſubueniatur, niſi læſio dimidiam veri pretij excedat.*

CAP. II.

ET quoniam ſuperiori capite dotium cauſam atque originem breuiter ac dilucide expoſuimus, cõſequens eſt,
1 vt varias huius verbi notationes obſeruemus. Sciendum † eſt igitur verbo Dotis, ſignificari quicquid nobis præcipuum, ſiue a natura, ſiue ab hominibus conceditur. Vnde Rachel cum infœcunda eſſet, & Dei beneficio filium peperiſſet, Gene. 30 capit. dicebat, Dotauit me Deus dote bona. Dotis varias ſignificationes Guliel. Benedic. memorat in ver. dotem. capit. Rayn. de teſtamen. & Bald Nouel. in princip. tracta. de dote. Quod ad res inanimes multi beliſſimè tranſtulerunt, vnde apud Plinium vlmus vite dotata, & apud Iuriſconſultos dotes prediorum dicuntur. l. amiſſi. §. fideiuſſores. ff. de fi-
2 deiuſſ. l 2. & l. Seiæ, §. j. ff. de fundo inſtru. Nec inconcinna † eſt illa Pontificum locutio qui largitiones in fundationem, vt dicitur, & conſtructionem ſacelli factas, dotem eccleſiæ plerunque appellarunt. capitu. cum ſicut. de conſuetu. eccleſ. vel alter. capit. nemo. de conſecrat. diſtinct. prima. Etenim priuſquam alicuius ſacelli fundamenta iaciantur, ciuſmodi dos tanquam peculium aſſignari debet, vnde eccleſię ſumptus, necnon clericis ad eſum, & veſtitum neceſſaria facile ſuppeditari poſſint. §. primo. vt determin. ſit num. cler. §. primo. vt nullus fabr. orat. dom. in nouellis. ca. piæ mentis. 16. quæſtio. 7. & iam citato capit. cum ſicut. Ita vero patronus efficietur,
3 qui illam † donationem eccleſiæ contulerit, habebitque ius præſentandi idoneum clericum, ad capeſſendum vacantis eccleſiæ munus. ca. Frigentius. & c. decernimus. 16. q. 7. Sed proprie dos dicitur, vt ex M. Varrone cõſtat, quæ nuptiarum
4 cauſa datur. Eam igitur rectè diffiniemus. Quod † marito ad ſuſtinenda onera matrimonij, a muliere, vel alio pro ea datur. Quæ diffinitio proba eſt, & ſimilis ei, quam Tubero apud Vipia. de peculio prodidit in l. depoſiti. §. vltimo. de pecul. ff.

An dos quid ſit uniuerſale.

5 Et ſane dos ſimilis eſt peculio, cum enim triplex ſit † vniuerſitas, nempe iuris, vt hæreditas. Alcia. in rubr. ff. ſoluto matrimonio. l. hæreditas. ff. de peti. hæredi. facta, vt populus, legio, grex. l. rerum. ff. de vſucap. l. proponebatur. ff. de iudi. l. vend. ff. de rei vendi. & miſta, quæ partim iuris, & partim facti eſt, conſtat vti peculium, ita & dotem ad miſtam vniuerſitatem pertinere. l. peculium naſcitur. ff. de pecul. l. ſi peculium ſeruo. ff. de pecul. lega. l. 1. §. impenſæ. ff. de dote prælega. Eam
6 † enim impenſæ diminutionem. l. quod dicitur. ff. de impen. in rebus dota. fac. l. conueniri. ff. de pac. dota. & fructus dirempto matrimonio auctiorem efficiunt. l. ſi marito. §. vlt. ff. ſolu. matrimonio. quod tantum in vniuerſalibus contingit. l. item veniunt. §. fructus. ff. de petitione hæreditatis. Contra tamen ſentit Accurſi. in l. fructus. §. ob donationes. & l. ſi marito, §. vlti. ff. ſoluto matrimonio. Item Bal. in l. dotis fructus. ff. de iure dotium. Bart. Imo. Roma. Iaſ. & Rip. in rub. ff. ſoluto matrimon. Campeg. in 1. par. quæſtio. 4. Socy. in rubr. ſoluto matrimon. & conſilio 180. & 126. Corneus conſil. 102. volum. 2.
7 † igitur dos, quid vniuerſale, atque ideo libellus generalis in cauſa dotis admittitur. l. vlt. C. de ſenten. quæ ſine cer. quant. & pretium loco rei ſuccedit. l. res quæ ex dotali. & l. ita conſtante. & l. ſiue generalis. ff. de iure dot. ſicut in vniuerſalibus obſeruatur. l. ſi rem & pretium. ff. de petitio. hęredi. l. imperator. ff. de legat. primo. Sed excutiamus rationes & argumenta eorum, qui putant dotem in vniuerſitate non conſiſtere. Aiunt imprimis dotem vendicari. l. in rebus. C. de iure dot. ac in vniuerſalibus non eſſe receptam vẽdicationem. l. vendicatio. ff. de rei vendi. Bal. in l. vlt. C. de ſenten. quę ſine cer. quan. & in l. 1. ff. ſoluto matrimonio. Cum. Ang. & Caſ. in rub. ff. ſolu. matrimonio. Sed hęc obiectio leuis eſt mehercle momen
8 ti, cum dotis † vendicatio non in vniuerſitate, ſed in ſingulis tantum rebus recepta ſit. l. ſi peculium, in prin. ff. de pecul. leg. l. vendicatio. ff. de rei ven. Aiunt deinceps ius vniuerſale cum corporibus non extingui. l. hæreditas. ff. de petit. hære. dotem tamen cum corporibus extingui. l. plerunq;. ff. de iu. do. atq; ideo ad vniuerſitatem non pertinere.

Sed nec hęc tam firma eſt, & explorata ratio ad id, quod volunt, confirmandum, quam ipſi arbitrantur. Namque lẽma de vniuerſitate, quæ iuris dicitur, quæque ſine vllis corporibus conſtat eſt proculdubio accipiendum, aſſumptio au
9 tem de vniuerſitate miſta, quæ † in ipſis rerum corporib. conſiſtit. Quo caſu nequaquam dubitandum eſt, deperditis corporibus ipſam quoque vniuerſitatem extingui. l. peculium naſcitur. ff. de pecul. Illud porrò diuerſæ ſcholæ authores in hanc ſententiam afferunt, quod maritus, qui dotem nactus eſt, tanquam vniuerſi iuris ſucceſſor conueniri non poteſt. l. mulier bona. ff. de iu. do. hoc autem nemini mirum videri debet in ſpecie illius reſponſi, quandoquidem mulier bona ſua omnia in dotem dederat, atque ideo amplius in promiſſione non fuit, quam quod ſupereſt dnducto ære alieno. l. ſubſignatum. §. vlt. ff. de verborum ſignificatio. Quid dicemus ad leg. Neratius. ff. de verborum ſignificatio. quæ vult, vniuerſitatem ex pluribus corporibus conſtare, cum tamen dos in vna
10 tantum re vtiliter conſtituatur? † Equidem vniuerſitas in vna tantum re conſiſtere poteſt: dummodo res illa augmentum & diminutionem recipiat, vt peculium, dos, & cætera id genus. l. depoſiti. §. vltimo. & l. peculium. ff. de pecul. l. quoties. ff. de iure dotium. Cęterum. l. Neratius, de vniuerſitate facti loquitur, quæ a miſta longe lateque differt. Poſtremo negotium faceſſere videtur, quod crebris iuris authorum ſermonibus vſurpatur, dotem dari, dotem tradi, & dotem reſtitui. l. 2. §. vlt. ff. de priuileg. credit. l. etiam. C. de iure dotium. l. dedit dotem. ff. de collatio. bon. l. licet. ff. de iure dot. nec aliter marito quæri, quam traditione. l de diuiſione. ff. ſolu. matrimo. Ex eo enim perſpicuum eſt, dotem nec ius, nec vniuerſitatem eſſe.

Tangere

Source : BIU Cujas

Tangere enim aut tangi, nisi corpus, nulla potest res.

Vt præclare Lucretius lib. 1. dicebat, cui suffragatur l. seruus. § incorporales. ff. de acquiren. rer. domi. l. j. ff. de rerum diuisi. § 1. de rebus corporalibus & incorpor. Instit. Huic autem obiectioni sic occurrēdum est, vt Vlpia secuti negemus
11 corpora, quæ † traduntur, dotem esse. l. 1. § sed quod dicimus. ff. de do. prælega. fateamur tamen dotem non ineleganter appellari, propterea, quod dotem ipsam referant. l. quod dicitur. ff. de impen. in reb. do. fact. sicut locum, in quo ius redditur, ius recte nūcupamus: appellatione collocata ab eo quod fit, in id vbi fit. l penul. ff. de iust. & iu. ergo quod dictum erat dotem dari, tradi, & restitui, sic accipimus, vt datis vel restitutis corporibus, vniuersitas ipsa transeat, veluti cum ex causa fideicommissi res hæreditariæ restituuntur, tunc enim actiones, atque adeo ius vniuersum, transire in fideicommissariū cum ipsis corporibus constat. § restituta. de fideicommis. hę red. l. quia poterat. & l. restituta. ff. ad Senatusc. Treb.

Dos tantum promissa an sit dos.

12 Videamus † an ante dationem vel traditionem dos proprie dicatur. Et communis scholæ authores dotem proprie dici censuerunt. Ias. & Ripa, in rub. ff. soluto matrimon. Cam peg. 1. par. q. 2. Ange. Peru. consi. 76. & 180. Ferron. tit. de dote. § 15. Primum quia a veteribus Consultis, qui recti sermonis obseruantissimi fuerunt, hoc nomine sæpenumero appellatur. l. Theopompus. ff. de dote præleg. l. 2. § vlt. ff. de priuile. cred. l. de diuisione. ff. soluto matrimonio. l. nuptura. l. si mulier ita. l. siue generalis. l. cum post. § patronat. ff. de iure dotium. Deinde quia dos tantum promissa in collationem venit. l. prima. ff. de collat. dot. & in bonis nostris esse creditur. l. cum post. § 1. ff. de administrat. & pericu. tutor. Riparius tamen monumentis suis prodidit, communem sentētiam procedere nuptiis nondum secutis: rite autem contracto matrimonio dotem tantum promissam proprie dotem nuncupari. l. si mulier ita. & l. cum post. iam citatis, quoniam tunc dos sine matrimonio non est. l. si serua. §. vlt. ff de iure dot. Sed
13 nos † vulgi opinionibus rapimur in errorem, nec vera cernimus. pellantur ergo hæ aniles fabulæ, & cum Vlpiano & Diuis principibus generaliter statuamus, dotem non prius dici, quam nuptiæ celebrentur, & rerum promissarum datio, vel traditio intercedat. l. dotale. § j. ff. de iure dotium. l. 1. C. de dote cauta, non numera. Etenim dos matrimonij oneribus seruire debet. l. si pater mulieris, ff. de iure dotium, estque illius nomen a datione tractum. Quare ante contractas nuptias, & rei dationem, traditionemve, dos vix dici poterit. Hermogenianus in l. si sponsa. ff. de iure dotium. dotem a sponsa datam exemplo dotis condici respōdit, nimirum quia propriè dos non est, sicque dotem accipimus in l. 2 § vlti. ff. de priuil. credit. huic accedit. l. 4. ff. de fundo dotali. vbi Cayus legem Iuliam, quæ fundo dotali prospexit, ne id liceret alienare, ple 16 nius accipit, vt ad sponsam quoque pertineant, quanquam lex de dote promulgata hunc casum non complecteretur. Ergo exploratum nobis & plane prospectum esse debet, dotem tantum promissam, etiam secutis, vel etiam nondum secutis nuptiis, dotem propriè non appellari. Nec nobis scrupulum iniiciant supra obiectæ leges, quoniam in illis intuitu futurarum nuptiarum, & eius temporis, quo dos exoluta fuerit, dos tantum promissa per prolepsim, seu anticipationem dos dicitur, vel vt iuris authores sæpenumero loquuntur κατ' ἀχρήσιν. l. licet. ff. de verborum & rer. significa. l. inter liberas. ff. ad legem Iuliam de adulteriis. Cum autem is, qui actionem ad rem persequendam habet, rem ipsam habere intelligatur. l. qui actionem. ff. de regulis iuris. idcirco obtinuit, vt dos tantum promissa, quamquam proprie dos non sit, ita tamen conferatur, vt fratres a præstatione illius liberentur. l. 2.
14 C. de collat. & iam citata. l. 1. ff. de colla. dot. Nec sum † nescius legem patriam, qua continetur, vt constante matrimonio vxore præmortua, dos lucro mariti cedat, etiam dotem non dum exolutam continere, Barto. consi. 133. Ange. Peru. consil. 180. Bal. in l. vlt. C. de dotis promiss. Ferronus in consuetu. Burdeg. tit. de dot. Bar. in l. iubemus. 2. C. de sacrosan. eccles. l. ex morte. C. de pac. conuen. l. si donaturus. § vlt. ff. de condic. cau. da. l. mulier. ff. de condi. institu. Bebius. ff. de pac. do. Tūc enim consentaneum non est, vt mora frustratori prosit. l. in condemnatione. § vnicuique. ff. de regu. iur. nec æquitatis ratio patitur, vt maritus, qui onera matrimonij sustinuit, dotis lucro careat. Ripari. in l. si vnquam. nu. 97. C. de reuocan. dona. & Peru. in d. cōs. 180. l. dotis fructus. ff. de iu. do. Sed etsi ea diu non sustinuerit, idē tñ dicens. s. q. a repentinus casus mortis hoc lucrum marito auferre non dēt. l. non tantū. C. de leg.

An soluto matrimonio dos amplius dicatur.

15 Sequens quæstio est, an † dirempto matrimonio dos amplius dicatur. Et ego aduersus vulgarem interpretum sententiam putarim dotem amplius proprie non dici, dos enim sine matrimonio non est. l. 3. ff. de iure dotium. l. vlt. C. de dona. ante nup. § pen. de nupt. & Vlpia. in l. j. ff. de vsucap. pro dote. Decius consi. 314. volum. 2. Ripa in rub. ff. soluto matrimon. num. 70. eleganter respondit, constante matrimonio pro dote vsucapionem inter eos locum habere, inter quos est matrimonium contractum. Cæterum si cesset matrimonium, cessare vsucapionem, quia dos nulla fit. Ideo prudenter Papinianus scripsit in l. etiam. ff. de fundo dot. etiam dirempto matrimonio dotem intelligit, nimirum vt significaret dotem, quæ semel functa est, amplius dotem non esse. Id enim verbum, intelligitur, in eo responso denotat, sicut & in aliis iuris partibus, aliquid re ipsa non esse. l. quoniam. ff. de his qui notantur infamia. l. si tibi homo. § cum fundus. ff. de lega. 1. cap. ex studiis. de præsumptionib. Proinde quamuis fundus dotalis constante matrimonio aduersus mulierem vsucapi non possit. l. si fundum. ff. de fundo dota. eo tamen dirempto eiusdem generis vsucapionem proculdubio recipiet. l. in rebus. § omnis. C. de iure dotium. Quid plura? Vlpianus in illis fragmentis quæ extant, apertius hanc sententiam confirmat, quam vt quisquam inficiari possit, Dos, inquit, quæ semel functa est amplius fungi non potest, nisi matrimonium sit, idest, nisi redintegretur, vel mulier dote nominatim constituta in manum alterius conueniat. l. dotem in priori. ff. de iure dotium. l. si mulier diuerterit. ff. soluto matrimonio. Barto. Alxand. Castrens. & Ias. in rubrica. ff. soluto matrimonio. Socyn. ibidem, & consil. 121. Sed occurritur nobis etiam a doctissimis hominibus, quorum rationes, quia multis ancipitem curam cogitandi adferre possent, libitum est singulatim in præsentia refellere. Aiunt in primis, soluto matrimonio ad dotis repetitionem de dote iudicium dari. l. si marito. & l. pater ignorans. ff. soluto matrimonio. Inquiunt præterea, dotem solu. matrim. dici in inscriptione huius tractatus. Quod vtique rationem habet, nam donec mulier iterum se nuptijs collocet, in eodē matrimonio permanere intelligitur. l. vlti. C. de bonis maternis, ergo fatēdum erit soluto matrimonio dotem proprie dici. Sed & si vtranque propositionem admittamus, ideo tamen recipienda conclusio non est. Quod enim priore loco interpretes sumpserunt, dirempto matrimonio de dote iudiciū dari, concedimus, idque libēter. Quod autē cōclusione efficiunt, dotem proprie solu. matrimonio dici, omnino falsum esse arbitramur. nam actio tutelæ finita demum tutela, & pro socio dirempta societate datur. Accur. in l. ex placito. C. de re. permuta. l. 4. ff. de tut. & rat. distr. l. tandiu. ff. pro soc. Quod autem deinceps inquiunt, dotem soluto matrimonio dici in inscriptione huius tractatus, & permultis iuris Cęsarei locis, & sic accipiēdum esse arbitramur,
16 vt ἀναφορικῶς non † etiam vt proprie dos soluto matrimonio dicatur, sicut insula, quæ olim fuit, intuitu anteacti temporis insula nuncupatur. l. insula. ff. de acquirendo rerum dominio. & patrimonium illius domini adhuc nomen obtinet, qui iam è vita emigrauit. c. non liceat. in 2. 13. quæst. 2. Aeque nepotes ex consuetudine cognati appellantur, etiam eorum, post quorum mortem concepti sunt, nō proprie, sed per abusionem, vel potius ἀναφορικῶς. l. item prætor. ff. de suis & legiti. hæred. hæc autem relatio in causa dotis fit in gratiam mulieris, vt dotem ipsam repetat, & illius incrementa nanciscatur. l. si marito. § vlti. ff. soluto matrimonio. Quocirca durare diremptum matrimonium legis fictione intelligatur, vt mulier forum & alia defuncti mariti priuilegia obtineat, sicut hi, qui pro repub. ceciderunt, in perpetuum per gloriam viuere intelliguntur. §. filij. de excusatio. tutor. in Instit. Illud postremo dubitationem mouet, quod actio hypothecaria, quæ initio sine principali non consistit. l. grege. § si sub condi tione. ff. de pigno. sublata deinceps personali, durat. l. 2. C. de luit. pigno. Aeque igitur dos, quæ initio sine matrimonio nulla est, semel constituta, etiam post diuortium durabit, atque persistet. Sed hæc mollis, & eneruata ratio in suos autho
17 res potest retorqueri. Etenim † iure ciuili sæpe constitutum ac compertum est, actione personali sublata, hypothecariam quoque tolli. l. si deferente. & l. soluitur. §. vlti. ff. quib. modis pignus vel hypotheca solui. quod vtique humanius est, magisque æquitatis ratione subnixum. Igitur dicere consequens erit dirempto semel matrimonio dotem amplius non esse. Nec dissidet. l. 2. C. de luit. pigno. nam eo loci præscriptione actio personalis omnino sublata non fuit, quemadmodū ex nota. Accursij constat in l. cum notissimi. C. de præscripti. 30. vel 40. annorum. itaque mirum non est, si actio hypothe-

Source : BIU Cujas

caria duret. Re cte igitur dotem diffinimus, quod ad ſuſtinẽda matrimoniorũ onera datur, cum neque ante cõtractum, neque poſt diſtractum matrimonium dos proprie dicatur.

An dos modica, ſit dos.

18 Illud poſtremo enucleandum eſt, an † dos modica ſit dos. Et crebrius obtinuit non eſſe: dos enim conſtitui debet pro modo facultatum, & dignitate natalium viri atque vxoris. Iaſ. in rubr. ff. ſoluto matrimonio. & in l. ſciendum. ff. qui ſatiſ da. cogan. Mar. Socyn. conſi. 246. l. quæro. & l. cum poſt. §. gener. ff. de iure dotium. l. ſi filiæ. ff. de lega. 3. nec ſolet exigua conſiderari. l. omnino. ff. de impen. in reb. dot. fac. l. ſcio. ff. de in integrum reſtitutio. vnde ſi quis domũ nummo conduxerit ex ſententia Vlpia. conductio nulla eſt. l. ſi quis conduxerit. ff. locati. Igitur rei exiguæ in dotem datio, dotis nomen, atque ideo vim & poteſtatem non habebit, præſertim cum ad ſuppeditandos matrimonij ſumptus, dos apta eſſe debeat. l. ſi pater mulieris. ff. de iu. dot. Ego tamen contrariam ſententiam magis amplector, ac puto dotem exiguam in iure ciuili dotis vim & poteſtatem, nedum nomen habere. l. Neratius. §. penul. ff. de relig. & ſumpt. funer. Bal. in c. ſi proponente, de reſ. Accur. in l. imperialis. in ver. dotalibus. C. de nupt. Clauaſius in ver. dos. nume. 3. ex quo exiſtit & illud, filiam
19 a patre dotatam, quæ l. municipali a ſucceſſione patris ſubmouetur, hoc etiamnum caſu excludi, quanquam poſſit repletionem debitæ portionis exigere. l. omnimodo. C. de inoffic. teſtamen. Deci. conſil. 26. volum. 1. Corn. 100. vol. 3. & conſil. 207. volum. 2. Eſt enim dos quid vniuerſale, incrementum & diminutionem recipiens. l. quod dicitur. ff. de impenſ. in reb. dot. dotal. fact. l. etiam. C. de iu. dot. ac prorſus a pretio conductionis alienum. Ecce in matrimonijs mutuam volũtatem & viri, atque vxoris propenſum animum magis, quam dotis magnitudinem conſideramus. §. illud. in nouel. quib. mod. nat. effi. legi. & l. vlt. C. de repudijs. in locatione vero rei cum pretio æqualitatem, ac certam proportionem, quæ in cęteris quoque contractibus neceſſario exigitur, vt Ariſtoteles lib. 5. Ethic. docet. Ideo Solon tres tantum veſtes, & quędam parui empta vaſa nuptam ſecum importare voluit, quod viri vxoriſque conſortium, non pretio aut mercede, ſed liberorum charitate, gratia, beneuolẽtiaq; coniungi oporteat, vt Plutarchus in Solone ſcribit. Sopitæ etiam, Diodoro Siculo authore lib. Biblio. 17. in matrimoniis contrahendis neque dotis, neque magni apparatus, ſed formæ duntaxat & proceritatis rationem habebant. Sed & apud Romanos dos priſcis temporibus æs graue tantum fuit, vt Alexan. ab Alex. lib. Genial. dier. 6. cap. 8. prodidit. Apud Maſſilienſes, vt Strab. lib. 4. Geograp. ait, dotes ampliſſimæ centum & decem aureos nunqu am prętergrediebantur, ex quibus quinque in veſtes, & qui nque in mundum muliebrem erogabant. Sed qualiſcũque dos ſit, pro parte onera matrimonij ſuſtinebit. l. Neratius. §. pen. ff. de religioſ. & ſumpt. funer. Iaſ. fuſe in l. ſciendũ. ff. qui ſatiſd. cogan. & in authen. qui rem. C. de ſacroſ. eccleſ.
20 Nec ambigendum eſt, quin † modica conſiderentur, dummodo in propoſita quæſtio. aliquis rerum vel perſonarum fauor eluceat. l. ſi vſusfructus. ff. de iure dot. l. in modicis. ff. de contrahen. empt. §. primo. de ui bonor. rapto. §. gallinarum. (vbi Accurſ. etiam pro ouo actionem dari obſeruauit.) ſub titu. de rer. diui. in Inſti. & c. ſi proponente, de reſcrip. A qua ſentẽtia Calliſtratus non diſcrepat in l. ſcio. ff. de in integ. reſtitut. Nam ita demum ob minimam rem vel ſummam decepro ſubueniri voluit, ſi maiori rei, vel ſummæ, vt puta contractui, præiudicium adferatur. Quod etiam in ſimili ſpecie diui Principes reſcripſerunt in l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. teſtamento.

21 Vnde fit, † vt læſis ob dolum in re ipſa, no aliter ſubueniatur, niſi lęſio dimidiã veri pretij excedat. l. ſecũda. C. de reſcin. ven. Ex quibus perſpicuum eſt, dotem per modicam noſtra diffinitione contineri, ſcilicet, quia dos quantumuis exigua, pro parte oneribus matrimonij deſeruit. Ac de diffinitione quidem ſatis in præſentia dictum videtur. Nunc deinceps, quę dotem conſtituunt, & eas, quib. conſtituitur, diligenter conſideremus.

S V M M A R I V M.

1 *Aduentitia dos quænam ſit.*
2 *Dotis conſtitutio duplici fauore nititur.*
3 *Mulieres in cauſa dotis S.C. auxilio non adiuuantur.*
4 *Mater filias dotare non compellitur, exceptis duobus caſibus.*
5 *Patre egeno mater liberos alere cogitur.*
6 *Bona hæreticorum, an liberis relinqui debeant.*
7 *Pater cogitur filias dotare.*
8 *Dote ſemel deperdita, an pater filiam iterum dotare debeat.*
9 *Filiæ naturali tantum, an dos a patre debeatur.*
10 *Dos vicem legitimę obtinet.*
11 *Expoſitum c. cum haberet. de eo qui dux in matri. quam pol. per adul.*
12 *Filiam, quæ impudice vitam agit, pater dotare non compellitur.*
13 *Quid in filia locuplete.*
14 *Officium paternum, quod in dotanda filia conſiſtit, magis neceſſitatis, quam voluntatis eſt. contra Alciat.*
15 *Filiæ locupleti triens legitimus debetur.*
16 *Dos & alimenta in multis differunt.*
17 *Declaratus §. cum proponeretur. l. mulier ff. ad S.C. Trebell.*
18 *Hæretica filia an dotari debeat.*
19 *Quid de ea quæ inſcio patre nupſit.*
20 *Puellæ ſibi maritum deligere non debent.*
21 *An dotanda ſit filia quę erga patrem ingrata extitit.*
22 *In fraudem creditorum an filia poſſit dotari.*
23 *Auus paternus dotem interdum dare compellitur.*

CAP. III.

1 DOs vel vltro datur, vel ex neceſſitate. Vltro datur dos aduentitia, ideſt † ea quæ a quouis alio proficiſcitur quam a patre. l. profectitia. ff. de iu. dot. l. ſi cum dotem. & l. Caius. ff. ſolu. matri. Cauſa dotis pia eſt, ideo procedi in ea ſummarie & de plano debet, vt Rom. ait in auth. ſed cum teſtator. C. ad l. Facid. & Stepha. Bert. conſ. 94. volum. 2. Nouel. in 6. par. priuileg. 12. & 21. & par. 12. q. 13. Eſt enim in arbitrio cuiuſque ſitum delargiri, & dotes puellis dare. l. vni. §. accedit. C. de rei vxo. actio. l. promittendo. ff. de iure dot. l. in re mandata. C. mand. d. l. nemo exterus. C. de iudæ. idque
2 † duplici fauore fultum eſt, publico nimirum, & piæ cauſæ. l. 1. ff. ſol. matrim. l. hoc modo. de cond. & demonſtr. l. cum is
3 §. ſi in ea. ff. de condic. indebi. Vnde fit † vt S. C. Velleianum in cauſa dotis mulierib. non opituletur. l. ſi dotare. & l. vlti. C. ad Senatuſconſul. Velleia. Nouel. par. 6. priuile. 12. Campe par. 3. quæſt. 168. Sed hoc ita, cum pro dote danda fideiubent. Nam pro conſeruanda, vel reſtituenda dote, exceptis quibuſdam caſibus, dari fideiuſſor regulariter non poteſt. l. 1. & ſeq. C. ne fideiuſ. dotium dentur. Plane mater, quamuis legitimam filiabus debeat. §. aliud. in nouel. vt cum de appel la. cogn. authent. non licet. C. de liber. præter. vel exhęred. ta-
4 men ad † conſtitutionem dotis aduentitiæ legis neceſſitate non adſtringitur. l. neque mater. C. de iu. dotium. Accur. in l. vlti. C. de dotis promiſ. Bal. Nouel. 6. parte priuileg. 3. niſi forte locuples eſſet, & pater valde egenus. Si enim frater vtrinque coniunctus ſororem, quæ aliter nubere non poteſt, dotare compellitur. Barto. Bald. Alber. & Iaſ. in authent. res quæ. C. commun. de lega. etiam in l. neque mater. C. de iure dotium. Rip. in l. 1. num. 79. ff. ſolu. matrimon. Socyn. conſil. 215. l. cum plures. §. vlti. ff. de adminiſtra. tuto. profecto ambigendum non eſt, quin eiuſdem officij neceſſitas matri quo
5 que incumbat. Præſertim † cum ea patre egeno liberos alere cogat. Bal. Nouel. in 6. parte, priuile. 16. Cãpe. 1. parte quęſt. 23. Aufre. q. Capellæ Toloſ. 289. vbi alios cumulate refert. l. ſi quis a liberis. §. idem. ff. de liber. agnoſcen. §. illud quoque. in Nouel. vt liceat matri & auiæ. quod vtique conſtitutioni dotis proximum eſt. l. cognouimus. C. de hæret. Porro mater hæretica, vt Accurſ. & eius ſectatoribus placuit, in d. l. neque mater. & l. vlt. C. de dot. promiſſ. Iaſ. in authen. res quæ. C. cõmunia de leg. gl. 23. q. 7. in ſumma. filiam orthodoxam dotare compellitur. l. cognouimus. iam citata. Nec diſſidet quod
6 † bona hęreticorum fiſco committantur. l. Manichæos. & auth. Gazaros. C. de hære. & manich. id enim tum obtinet ſecundum interpretes, cum filij æque hæretici ſunt, ac eiuſdẽ ſceleris conſcij, aliter vniuerſæ parentis facultates, vel pars ſaltem illarum, liberis a vera pietate & religione non abhorrentib. merito conſeruatur. l. cognouimus. & auth. idem eſt. C. de hæret. l. vnica. ff. de portio. quæ lib. dam. defer. l. quiſquis. §. ad filias. C. ad l. Iul. maieſt. Sed explodenda eſt hæc futilis ac commentitia ſententia, & cum vtriuſque iuris authorib. ſtatuendum, filios hæreticorum ſiue ijſdem oneribus debituri ſint, ſiue veram pietatem & religionem ſequantur, ſucceſſionis & rerum paternarum expertes eſſe. Quod generaliter recipiendum eſt, vt etiam in dote, trienteque naturaliter debito procedat. Ecce triens naturaliter debitus eſt pars ſucceſſionis ab inteſtato. l. parentibus. C. de inoffic. teſtamen. l. illud. C. de coll. l. Papinianus. §. ſi quis morte. ff. de inof. teſta. Corn. conſ. 17. vol. 2. Sed authen. Gazaros. ſub tit. de hære. C. filios hæreticorum a ſucceſſione parentum excludit, igitur & a triẽte naturaliter debito. ſi ab illo triente, igitur & a dote, quæ vicẽ legitimæ portionis obtinet l. quoniam nouella. C. de inoffic. teſtam. Quocirca decretalibus Pontificum epiſtolis filij

Source : BIU Cujas

lis filij hæreticorum. etiam si hæretici non sint, omnino bonis paternis priuantur.c.vergentis.sub titu.de hæret.Bar.consil.118.Ioan.Igneus in l.si pluribus.ff.de S.C.Sillan.Cęli.Rod.lib.4.c.14.Fernan.in 2.præfa l.in quartam.And.ab Exea in ca.2.de consti.Et quamuis acerbum sit, liberos ob parentum delicta plecti,vt fusè Plutarchus ostendit in lib.de sera numinis vindic.& proba.l.crimen.ff.de pœnis,& totus trac.C ne filius pro pa.tamen in crimine læsæ maiestatis & hæreseos,quod in Deum Opt.Max. & illius sacrosanctam ecclesiam committitur,quodq; grauissimum est maleficiorum,quia paterni,i.hæreditari criminis exempla metuuntur, merito liberi pœnas alieni sceleris luunt,& rebus paternis excludūtur.l. quisquis. §.1.C.ad l.Iul.maie.l.cognouimus.C.de hære.& c. vergentis. iam citato Euripides in Amæne.

Ωπαῖ πρέοντος ὡς ἀληθῆ νὴ Δία,
Εσθλῶν ἀπ' ἀνδρῶν ἐσθλὰ γίγνεσθαι τέκνα
Κακῶν δ' ὁμοία φύσει τὴ τοῦ πατρός.
O puer Creontis quam verum est illud dictum.
Ex bonis uiris liberos gigni bonos,
Ex malis vero patris naturæ similes.

Idem in dic.

φεῦ φεῦ παγλαυὸς αἶνος ὡς καλῶς ἔχει
Οὐκ ἂν γένοιτο χρηστὸς ἐκ κακοῦ Πατρός.
Heu,heu vetus prouerbium quam pulchre se habet,
Non posse gigni bonum filium ex malo patre.

Idem in Antigone.

Τὸ μωρὸν ἀνδρὸς τοῦ πατρὸς νόσημ' ἕνι
φιλεῖ γὰρ οὕτως ἐκκακὸν εἶναι κακούς.
Stultitia successorius morbus a patre est.
Sic enim solent mali procreare malos.

Homerus lib.2.Iliados.

Παῦροί μὰρ τοι παῖδες ὁμοῖοι πατρὶ πέλονται
Οἱ πλέονες κακίους παῦροι δὲ ἐπὶ πατρὸς ἀρείους.
Pauci certe filij similes patri sunt.
Plures nequiores,pauci autem patre meliores.

Neq; tamen,quod in crimine maiestatis.Arcad.& Honor. constituerunt in l.quisquis.§.ad filias.C.ad l.Iul.maie.ad causam hęreseos porrigendum est:nam in crimine maiestatis obtinuit,vt filiæ reorum tanti sceleris falcidiam ex bonis maternis percipiant,ꝙ in illis minus insidiæ & factiones metuātur, at vero in crimine hæreseos peræq; masculi & fœminæ a bonis & successione parentum omnino submouētur, ꝙ peræq; in masculis & fœminis eadem vitia reformidentur:tum vero quia grauius est diuinam quam temporalem,vt aiunt,offendere maiestatem,auth.Gazaros.C.de hæret.

Et hæc hactenus de personis, quę vltro dotem cōstituunt. Nunc transgrediamur ad eas personas, quæ ad dotis constitutionem,legis necessitate adstringuntur. Pater†imprimis filias 7
in matrimonium collocare, & illis dotem constituere, per proconsules,& præsides prouinciarum compellitur.l.qui liberos.ff.de ritu nup.cui suffragatur.l.promittendo.ff.de iu. dot. Bal.Nouel.in 6.par.priuil.15.Ang.Perus.consil. 209.Est enim paternum officium dotem,vel propter nuptias donationem pro sua dare progenie.l.vlt.C.de dotis promis.Bar in l. si cum dotem.§.si post.ff.soluto matrimo.Bal.& Rom.in auth.quod locum.C.de coll.Campeg.in 1.par.trac.de do.q.15. Ange. & Ias.in §.fuerat.de actionibus. Curt.Iun.in authen. præterea. C.vnde vir & vxor.Benedic.in ver.dotem.in c.Rayn. de test. quod†etiam eo casu probandum est, quo filia deperditis re- 8
bus dotalibus iterum se nuptiis collocaret.authen. sed quamuis.C.de rei vx.actio.& in nouel.vnde depromitur. & authē. quod locum,C.de colla.Interest etenim & parentum, & reipublicæ filias iterum dote constituta nuptui elocari, ne cum maximo generis & familiæ probro,turpem vitam eligere cogantur. Sed quia permultis casibus pater filias nuptui collocare, & illis dotem constituere per præsides, vel alios magistratus non compellitur, illos casus singulatim enarrare operepretium fore suspicor.

An dos filiæ naturali tantum debeatur.

Primus est in filia naturali tātum, †quam pater siue inops, 9
siue locuples sit,dotare nunquam cogitur.Ang.Perus.consi. 209.l.vxorem. §.pater naturalis. ff. de leg. 3. sicut nec aliquid ab intestato debet.Ea est.n.successionis ab intestato expers. l.humanitatis.C.de naturalib.libe.exceptis duab.vnciis,quas illi nouella constitutio,cum legitima soboles deest, humanitate suggerente concessit.auth licet. C. de natur. libe. Quod si ei triens legitimus, quæ pars est successionis ab intestato non debetur,igitur nec dos, quia secundum diuorum principum constitutionem, vicem † legitimæ hodie dos obtinet. l. 10
quoniam.C.de inoffi.testa.Bar.in l.Titio centum.§.Titio genero.ff.de cond & demon.Bal.in l. non sine. C. de bonis quæ lib.Stepha.Bert.consil. 45. vol.3.Mar.Soc.consi.25.Porro in causa testati idem iuris est:recte enim cōstitutum est in l.matre. C.de naturalib. liber. superstitibus legitimis liberis vncia duntaxat naturalibus posse relinqui,& in l.humanitatis. eodē sub titulo,nulla legitima sobole, vel matre subsistente, dotis vsque ad sex vncias naturalibus liberis constituendæ, patrib. dari potestatem.Sed quæ potestatis sunt,necessitatem nō inducunt.l.sæpe.ff.de offi præsi.l.non quicquid.ff.de iud.Igitur filias naturales tantum,etiam si inopia laborent, pater dotare cogi non poterit.Nec nos moueant, quæ crebrius nostri in contrariam opinionem traxerunt. Bar.in l.Mæuius. §. duob. ff.de lega.2.& in l.vlti.§.si a socero.ff.quæ in frau.credi. Bal.in l.neque mater.C.de iure dot.Campeg 1.par.q.7.Ro.in l.j.ff.solu.mat.& ibidem Rip.num.66.Panorm.consi.115.vol.2. Primum†capit.cum haberet, de eo qui dux.in matr. quam poll. 11
per adult. vbi filiis etiam spuriis necessaria ministranda sunt, quorum appellat.one dos proculdubio continetur, id enim dici potest contra iuris ciuilis regulas pietatis intuitu Roma. Pont. sancitum. verius tamen est ea verba de alimentis duntaxat intelligi,quæ etiam nouella Iustiniani constit.quib. modis natu.efficiant.sui.§.si vero filios.& §.vlt.naturalib. liberis indulsit.Nec vero recte de alimentis promulgatam constitutionem,nostri ad causam dotis porrexerunt,si quidem ea imperiale rescriptum secernit,in l.cognouimus.C.de hære.& distingui eriam oportere ex eo manifestum est, ꝙ liberi alimoniam liberis patroni debeant.l.si quis a liberis.§.solent.ff.de libe.agnos.quos tamen dotare nunquam compelluntur. Quo circa non aduersatur exemplum emancipatorum, quib.omnino dos,& propter nuptias donatio a patre danda est. l. vltima.C.de dot.promi.nam & si in sacris paternis non sint,sicut nec naturales, vestigia tamen pristinæ potestatis efficiunt, vt pater eis dotem dare compellatur. Alter casus est in filiabus 12
quæ turpiter & inhoneste viuunt.l.si filiam. C.de inoffi.test. §.causas.circa fi.in nouel.vt cum de appellatio. cognos. Si tamen parens vsque ad vigesimumquintum annum nuptias filiarum distulerit,magis est, vt illis dotem constituere cogatur,authen.sed si post. C. de inofficio. testamen. & iam citato.§.causas.

An pater filiam locupletem dotare debeat.

Tertius casus est in filia†locuplete, quam pater ex sentētia 13
Bar.in l.mulier.§.cum proponeretur.ff.ad Senat.Trebell. Alcia.lib.8.Parer.c.3.Conna.lib.8.c.8.& sequacium dotare non compellitur;tunc enim ratio cessat,necnon æquitas, propter quam pater ad dotis constitutionem officio iudicis adstringitur:ergo & officium iudicis, & legum dispositio cessabit. l.plane.ff.fam.erc.l.adigere.§.quamuis. ff.de iure patron.cap. cum cessante.de appellat. Et quidem pater alimenta præstare non cogitur,quoties filia est locuples.l.si quis a liberis. §. sed si filius.ff.de lib.agn.Quare idem decernendum in dotis constitutione erit,quæ præstationi alimentorū comparatur. Bar. & Ias.in auth.res quæ.C.commu.de leg.Bal.in l.vlt.C.de dot. promis.Marian.Soc.consi.25. Eo autem probabilior hæc sententia videtur,ꝙ dotis constitutio contra iuris communis regulas recepta sit,quibus continetur, nullum ius liberos in rebus paternis habere,quandiu pater viuit. Ang.in §.item si qs in fraudem.de actio.Panorm.in cap.2.de delict.puer.Stepha. Bert.consi.95.vol.2.l.j.§.si impuberi.ff.de collat. bono. auth. si qua mulier.ff.de sacros.eccl.l.lex Cornelia.ff.de vulg. & pupil.subst.l.post emancipationem.§.j. ff. de liber.leg. Namque ex eo perspicuum est,leges, quæ dotē filiabus dari præcipiūt, vt minimum ius commune lædant,secundum cap. cum dilectus.de consuet.l.si serui vestri.C.de noxa.actio. & l.si quando.C.de inoffi.testa.ita accipi oportere, si aliter filiæ dotē habere non possint.Quod enim Iustinianus scripsit in l.vlt.C.de dot.promis.paternum esse officium dotare filiam, perspicue indicat,magis voluntatis, quam necessitatis eo casu dotis cōstitutionem esse.l.in cōmodato.§.sicut.ff.commod.alioquin frustra in dubium eo loco vocaretur, an pater filiam locupletem de suo dotasset, si quidem ad id faciendum obstrictus legis necessitate esset. Nouissimè hæc sententia corroboratur ex l.mulier.§.cum proponeretur.ff.ad Senatuscons. Trebell. cum enim creditor hęres institutus fructus rerum fideicommisso obnoxiarum in creditum suum non reputet. l. si debitor.ff.ad leg.Falc. & tamen locuples filia, in eo responso,fructibus dotem acceptam ferat,dicendum est filiæ locupleti dotem a patre non deberi. Ex quibus apparet, probabilem esse Bart.& post eum Alcia. sententiam existimantis obstrictū nō esse patrem filiam aduentitio peculio diuitem dotare.Bald.in l. vlti. C. de dot. promis. Aufre.in decis. Capellæ Tolos. 279.

Steph.

Source : BIU Cujas

Steph. Bertr. conſi. 119. volum. tertio. Sed vereor nenon probabilis ſit contrarium, magiſque æquitatis præſidio ſubnixũ. Etenim nulla iuris ratio, aut æquitatis benignitas patitur, vt ea dulciore interpretatione in perniciem & detrimentum filiarum trahamus, quæ mater, vel alij in gratiam earum reliquerunt. l. ſi Ruffinus, C. de teſtamen. milit. l. nulla. ff. de legib. l. quod fauore. C. de legib. Non enim poteſt eadem bonorum obuentio contrarios producere effectus, lucrum ſcilicet, & in rebus relictis, & obuenientibus cernitur, & amiſſionem profectitiæ dotis. l. legata inutiliter. ff. de lega. primo. & de adimend. legat. igitur ſi pater dotem filiæ locupleti dederit de ſuis bonis, non etiam filiæ, dotem largitus videbitur, cum propter aduentitium peculium filiæ, a dotis præſtatione non ſit liberatus. Rebuff. in comme. ad Reg. cõſti. ſub tit. de ſent. pro ui. l. vlt. C. de dot. promiſ. l. profectitia. §. vlt. ff. de iure dot.

14 Et ſane paternum officium † hoc eſt, quod cum lex nominatim iniunxerit, magis neceſſitatis, quam voluntatis erit. l. dedit dotem. ff. de collatio. bonorum. l. qui liberos. ff. de ritu nuptiarum. ſicut & officium iudicis in l. quidam. ff. ſi certum petatur. & l. quæſitum. ff. de teſtib. ac denique quicquid facere debemus ex præſcripto legis, vel ſuperioris. Sic autem in l. vltima de dotis promiſſ. officium accipi, indicat dictio omnino. Hæc dictio præciſa eſt, vt dicitur continetque neceſſitatem capitulo vltimo. & capitu. ſi a ſubdelegato. de offi. delega. in 6. Campe. artic. 4. quæſtio. 15. Bert. conſil. 389. volum. 2. l ſi cum exceptione. §. vlti. ff. de verborum obligationib. Itẽ generale pronunciatum reſcripti, quod quidem intuitu filiæ nihil habet, neceſſitatem proculdubio inducit, igitur & reſpectu locupletis. oratio enim plura reſpiciens omnia debet æque determinare. l. iam hoc iu. ff. de vulga. & pupill. ſubſtit. l. quamuis. C. de impub. & aliis ſubſtitut. Neque fruſtra in dubium eo loci vocabatur, an pater filiam, cuius bona adminiſtrabat, de ſuo dotaſſe cenſetur, nam regulariter adminiſtrator non de ſuis, ſed de bonis illius, cuius negotia gerit, erogationes facere intelligitur. Steph. Ber. conſi. 34. volum. 2. l. vlt. ff. de pet. hære. l. poſt mortem. §. 1. ff. quod ex fac. tuto. Ex quibus conflatur atque efficitur, æquitatem & cauſam dationis dotium tunc nequaquam ceſſare, cum filia locuples eſt. Bart. in l. obligamur. §. lege. ff. de actio. Deci. Cape. Toloſ. 290. lex enim hoc officium patri nominatim iniunxit, quod idcirco extraordinario iudicis officio præſtare compellitur, nec ab eo immunis eſt ob aduentitium peculiũ filiæ, quod non tam

15 inſpicimus, quam debitum officium patris. Ecce † patri non licet filiam locupletem exhæredare, quinimo tenetur ei debitam portionem relinquere. §. aliud. in nouel. vt cum de appella. cognoſ. Ergo in dote idem dicendum eſt, quippe cuius eadem eſt fere inſpectio, quæ debitæ naturaliter portionis. l. quoniam nouella. C. de inoffi. teſtamen. Nec admittenda fallax illa argumentatio, quam ita inſtitueramus, ius ſingulare ita accipiendum eſt, vt minimum ius commune lædat, ergo paterna dotis præſtatio, quam contra iuris communis regulas ratio quædam naturalis inuexit, ad eum caſum non porrigetur, quo filiæ dotem aliunde conſequi poterunt. Etenim lẽma, necnon concluſio in dubio tantũ procedunt, nos autem de certis loquimur, in quibus ad coniecturas non eſt decurrendum. l. continuus. §. cum ita. de verborum obliga. l. ille aut ille. ff. de legat. tertio. Quin pluſquam manifeſtum eſt, dotis præſtationem contra iuris communis regulas non eſſe, cum æque in vita patris dos filiabus debeatur, atque legitima filijs poſt mortem. l. qui liberos. ff. de ritu nuptiarum. l. cum quæritur. C. de inoffic. teſtamen. l. 1. §. ſi impuberi. ff. de coll. bono.

16 his conſequens eſt † non recte noſtro caſu de alimentis ad dotem argumentum duci, cum legitima portio, cuius vicem hodie dos obtinet, etiam ditiſſimis debeatur, alimenta vero nõ item. l. ſi quis a liberis. ff. de liber. agnoſc. Nouel. 6. par. priuileg. 4. Quin ſæpe compertum eſt, matri cum ſemetipſam ſuſtinere non poteſt, alimenta a filio præſtari oportere, dotem vero nunquam. Bal. in l. 1. C. de inoffi. do. Laſ. in §. fuerat. Inſt. de act. l. ſi vineæ. C. de præſcrip. lon. tempo. l. tutor ſecundum. §. vlti. ff. de admin. tut. l. 1. ff. de tut. & rat. diſt. l. ſi a matre. C. de iure dot. § illud quoque. in nouel. vt liceat matri & auię. cuius rei hæc nimirum eſt ratio, quia conſentaneum non eſt, vt filius dotem matri largiatur, quæ iterum nuptias contrahendo, maximam ſibi iniuriam infert. §. non autem. in nouel. de nuptijs §. proſpeximus. in nouel. de non eligendo ſecundo nuben. ſuffragatur. l. nimis graue. C. de teſti. Sunt & alia dotis & alimentorum diſcrimina, quæ Laſ. Bald. Nouellus, & Gulielmus Benedictus ampliſſime ſunt proſecuti. Laſ. in authent. res quæ. C. cõmu. de lega. Nouel. 6. par. priuileg. 15. & Benedict.

17 in verbo, dotem. c. Raynutius. de teſtamen. Reliqua † eſt difficultas. §. cum proponeretur. l. mulier. ff. ad. S. C. Trebel. quæ diu multumque iuris lucernam Barto. exercuit, & adhuc cæteris difficilis explicatu videtur. Bar. ait, fructus fideicommiſſariæ hæreditatis in creditum non imputari, quod nec verum eſt, nec vnquam relatũ, nam & Papi. eleganter reſpondit in l. quod de bonis. §. quod auus. ff. ad leg. Falcidiam. fructus hæreditatis a nepote inſtituto poſt mortem aui perceptos paridebito tutelæ compenſari: lex autem, ſi debitor. ff. ad leg. Falcid. fructus in creditum reputari nõ negat. Quod autem Bar. ſubdit in §. cum proponeretur, filiam hæreditatis fructus in dotẽ reputare, propterea quod locuples eſſet, & ideo dos ei non deberetur omnino falſum arbitramur. Nã ille. §. de filia aduẽtitio peculio diuite in ſpecie non loquitur, ſed generaliter ſtatuit, filia hærede inſtituta, ita vt hæditatem reſtituat, dotem ex facultatibus paternis decedere, quod ſi tantos fructus ex hæreditate mulier perceperit, vt inde poſſit doti ſatisfieri, potius fructibus id expenſum ferendum quod in omnib. filiabus peræque obſeruatur.

18 Quartus caſus eſt in filia † quæ a vera pietate & religione deſciuit. l. cognouimus. C. de hæreti. §. ſi quis autem de prædictis, in nouel. vt cum de appella. cogno. Bal. in auth. res quæ. C. commun. de leg. Ludouic. Roma. in l. matri. Laſ. in §. fuerat Inſti. de actio. Quanquam diuerſum eſſe putem, quoties pater æque hæreticus eſſet, tunc enim recriminatio paria delicta tolleret. l. ex hoc edicto. §. ſed ſi ſtipulator. ff. de eo per quẽ fact. erit. l. ſi duo. ff. de dolo. l. viro atque vxore. ff. ſolu. matrim. ac fruſtra criminis hæreſeos conſcius, alterum eiuſdem ſceleris criminaretur. l. in arenam. C. de inoffic. teſtamen. cap. intel leximus. de adulter.

An dotanda ſit filia, quæ inſcio patre nupſit.

19 Quintus caſus eſt in filia, quę † citra patris conſenſionem indigno nupſit. Glo. & Archi. in cap. de raptoribus. 36. quæſt. 1. Panorm. in cap. 1. de deſponſ. impu. & in c. cum cauſam. de rapt. Anton. & Imo. in capit. accedens. de procurato. Laſ. in §. fuerat. Inſtit. de actio. Clauaſi. in ſua ſumma. Nouel. priuileg. 16. & in deci. capel. Toloſ. 289. Guliel. Benedic. in ver. dotem. cap. Raynutius. de teſtamen. Chaſſen. in titu. des iuſtices. §. 4. l. 3. § ſi emancipatus. ff. de bonorum poſſeſ. cont. tabul. quanquam noſtri id admiſſum hodie inter cauſas exhæredationis non connumerari putent. §. cauſas. in nouel. vt cum de appellat. cognoſc. idẽ aiunt dotandam eſſe filiã, quæ inſciente patre non indigno nupſit, quorũ ſentẽtia vix eſt, vt admitti debeat. Mihi quidem certe mirum in modum ſuſpecta eſt, propterea quod ex nouella Iuſtiniani cõſtitutione filia inſcio patre nubens, dotem ita demum conſequitur ſi pater vſque ad 25. annum illius nuptias ſine cauſa diſtulerit. authent. ſed ſi poſt. C. de inofficio. teſtamento. §. ſi vero vſque ad 25. in no-

20 uel. vt cum de appellat. cognoſc. Et ſane † indignum eſt virginali pudore maritum ſibi deligere, quandoquidem eius rei cura ad parentes pertinet, ſicut Neumachus apud Stob. his verbis luculentur ſignificauit.

Εσσοι, inquit, πόσις οὗ τος ὅμ᾽ ἀνηρίνωσι τοκῆες,
Καν μεν ἔπι νυτος ᾖ μακαρτατη. εἰ δοκεν ἄλλως
Ανερα μοι ἥσαιο φερειν ἡ τουτεν ἀνάκη.
Hic tibi ſit maritus, quem conſtituerint parentes:
Et ſi quidem prudens fuerit, beatiſſima es. Si autem alius
Vir tibi obtigerit, eum quoque ferre neceſſe erit.

Eodem pertinet illud Euripidis in Andromacha: Hos verſus citat D. Ambroſ. in c. honorantur. 22. q. 2.

Νύμφευμα᾽ τῶν μὲν τῶν ἐμὼν πάτηρ ἐμός.
Μέρυμναν ἄξειν οὐκ ἐμὸν ηρίναν ποδὲ.
Sponſaliorum quidem meorum pater meus.
Curam ſubibit: nam non eſt meum hoc ſtatuere.

Igitur ſi filia inſcio patre intra 25. annum nuptijs ſe collocarit, vt huius amiſſi pœnas luat, dotis amiſſione multabitur. Sed & hæc nunc ſatis, & alio loco tractata ſunt diligentius,

21 quare ad reliqua veniamus. Sextus caſus eſt, cum † filia erga patrem ingrata extitit, tũc. n. ob vitium eiuſmodi omne ius ea amittit, quod in bonis paternis habet. Bald. in l. vlti. de dot. promiſſ. Laſo. in l. fuerat. de actio. §. optime. in nouel.

22 de nuptijs. Nouiſſime pater † dotem filiabus dare non cogeretur, quoties æris alieni magnitudo facultates patrimonij eius excederet. Camp. 1. par. quæſt. 14. Neque enim in fraudem creditorum conſtituenda eſt dos, & hoc certo certius eſt, & ſæpiſſime conſtitutum. l. ait prætor. §. ſi cum mulier. & l. ſi fraudatur. §. ſi a ſocero. ff. quæ in fraudem creditor. Plane olim apud Taxillos, vt Strabo. lib. 15. Geograph. ait, qui filias præ inopia elocare non poterant, hoc præſentaneo remedio vtebantur, filias in ipſo ætatis flore in forum producebant cum tuba & claſſicis, quibus bellica ſignificari ſolent. Tum vero multitudine conuocata, puella accedentibus ante, & poſt, quod turpe dictũ eſt, vſque ad humeros cor-

pus

Source : BIU Cujas

pus detegebat, ac deinceps cum placita & probata esset, qui buscunque videbatur nubebat. In quæst. Capel. Tolos. 286. Sed hodie quoties pater dotem filiabus conficere nō potest,
23 auus † paternus ad dotis constitutionem necessitate adstringitur. l. & ideo. §. vlti. ff. de in rem ver. l. cognouimus. §. sed & dotes. C. de hæret. l. dedit dotem. ff. de coll. bono. l. profectitia. §. si filiusfamilias. ff. de iure dotiū. necnon ad præstationem alimentorum. l. pen. ff. de lib. agnos. l. Nesennius. ff. de negot. gest. in summa siue pater, siue auus, siue alius quiuis dotem pro filia dederit, ipsa dedisse existimabitur. l. quod statuliber. ff. de mort. cau. donat. l. dotem dedit. ff. de colla. bonor. l. ex morte. C. de pact. conuen. Nam quæ per alios exequimur, ipsi fecisse videmur. l. ita tamen. § . gessisse. ff. de administr. tuto. sed iā nimis multa de personis fumus elocuti, quare supereſt, vt quemadmodum dotes constituantur, breuiter exponamus.

SVMMARIVM.

1 *Quot modis dotes constituantur.*
2 *In dotis promissione stipulatio intelligitur in fauorem duntaxat mulieris.*
3 *An incerta dotis promissio valet.*
4 *Explosa communis opinio.*
5 *Duo singularia possunt concurrere.*
6 *Incertitudo non semper vitiat actus.*
7 *Explicata l. 1 C. de dotis promiss.*

CAP. IIII.

1 DOTES † multifariam constituuntur, sed his potissimū modis. Primo traditione. l. quemadmodū. ff. de iu. dot. l. legem. C. de pact. Secundo, stipulatione. l Iulianus. l. stipulationē. ff. de iu. dot. Conna. lib. 4. comment. iur. ciu. c. 3. Tertio pollicitatione, nudisq; pactionibus. l. ad exactionem. C. de dot. promis. quæ propter legis confirmationem legitimæ
2 esse creduntur. l. legitima. ff. de pact. Nec verum est † quod plerique putant hodie ob Iustinianeam constitutionem. C. de rei vxo. act. stipulationem semper intelligi. Theoph. in §. fuerat. de act. Garz. in c. j. de pact. Nouel. in 6. parte. 1. priuileg. Nam vt recte post Theophilum Garzias. & Nou. obseruauerunt, id tantum in gratiam mulieris introductum est, vt dirē pto matrimonio actione ex stipulatu dotem condiceret. Quod ex eo intelligimus, quod hodie locū rei vxoriæ actionis ex stipulatu suffecta est actio. l. vni. de rei vxo. acti. §. fuerat. Institu. de actio. vbi Iaſ. quę idcirco vim atque naturam rei vxoriæ actionis æmulari aut habere debet. l. 1. §. hæc actio. ff. si quis test. lib. esse iussus fuer. l. 1. §. si quis sub conditione. ff. vt lega. nom. cau. Cæterum l. exactionē. de ea actione loquitur, quam legum latores ex nuda promissione marito ad dotis exactionem concesserunt. Quapropter dicendum est, non pertinere Imp. Iustiniani constitutionem ad Theodosij & Valent. rescriptum. Quarto, dotem constitui posse constat delegatione debitorum. Nouel. par. 8. priui. 28. l. si is qui Stichum. l. debitor mulieris. & l. si debitor mulieris. ff. de iu. dotium. itaque si eos maritus cum potest, non exigat, & interim facultatibus labantur, rem periculi sui facit, aliter mulieris damnum erit. l. Mæuia. ff. sol. mat. Cāp. par. 1. q. 79. Quinto, acceptilatione dos etiam constitui potest. l. promittēdo. ff. de iure dotium. quæ si ante matrimonium interceſſerit, nec nuptiæ deinceps sequantur, ex sententia Scæuolæ nulla est. l. licet. ff. de iu. dot. Sexto, constituitur simplici remissione debiti. l. si sponsalibus. & l. si mulier debitori. ff. de iure do. Et postremo mortis causa donatione a patre mulieris, non etiam a muliere facta. l. si pater mulieris. ff. de iure dot. Ac his modis pure, in diem, & sub conditione dotis constitutio rite celebratur. l. Iulianus. l. licet. §. 1. & l. si pater. ff. de iu. dot. Bart. quæst. 7. incip. mulier quædam. Alex. consi. 144. vol. 5. Camp. q. 39. 1. par. Sed & tacito intellectu dos constitui potest. Si enim mulier diuortio facto iterum se nuptiis collocet, hoc agi semper interpretabimur, vt ea omnia in dotem secundo marito dentur, quæ in prius matrimonium data erant. l. dotem. ff. de iure dot.

An incerta dotis promissio.

Sed existit hoc loco quædam perdifficilis quæstio, de qua
3 ingens est inter nostros interpretes dissidium. An dos † indefinita quantitate vtiliter promittatur. Bal. Nouel. par. 6. priu. 11. Et vtiliter promitti ex responso Pap. videtur, in l. cum post §. gener. ff. de iure doti. cum quo aperto marte pugnat Imper. Alexan. rescriptum quod sub titu. de do. promis. C. sic expressum est, Frustra existimas actionem tibi competere, quasi dos promissa tibi, nec præstita sit, cum neque species vlla, nec quātitas promissa sit, sed hactenus nuptiali instrumēto adscriptū, quod ea quæ nubebat, dotem dare promiserit. Nostri, vt hāc pugnam componerent, crebrius prodiderunt, dotis promissionem non demonstrata re vel quantitate nudo pacto conceptam nullas prorsus vires habere, vt in Alexandri rescripto, vtilem tamen eam dotis promissionem esse, in qua stipulationis vinculum interceſſit, vt in l. cum post. §. gener. Quæ
4 interpretatio † prorsus reiicienda est. Primum, quia in l. quæro. ff. de iure do. simplex dotis promissio nulla interposita stipulatione valet. Deinde, quia in l. ad exactionem. C. de dot. promis. generaliter proditum est, nudam dotis promissionē perinde valere, atque si stipulationis præsidio fulta esset, nec vlla probabilis differentiæ ratio sane in hoc casu adferri inter pactum & stipulationem potest. vt enim incerta dotis stipulatio ex facultatibus & dignitate mulieris atque mariti certitudinem capit, ita & pactum, quod solum simpliciter factas dotis promissiones tuetur, atque conseruat. l. quæro. l. cum post. §. gener. ff. de iu. dot. Nec verum est, quod communis schola prodidit, nudam indefinitæ dotis promissionem propterea in Alex. rescrip. non valere, cp plura singularia concurrebant: nam & duo singularia eo loci non concurrunt, & ple-
5 runque cōcursus † atque cumulus plurium specialium admittitur. l. licet. §. j. ff. de iure dot. l. singularia. ff. si cer. pe. l. vlt. C. ad Senatusc. Velle. §. si ab hostibus. quibus mod. ius pat. pot. sol. Inst. probabilius itaque videtur, quod nobilissimi ingenij vir Franc. Duarenus lib. j. Dispu. anniuers. scripsit, multum interesse, an ipsa mulier promiserit, an pater eius nomine. Priore siquidem casu nulla est promissio propter incertitudinem, vt Alex. rescripsit. Posteriore vero casu, secundum Papi. sententiam, vtilis est dotis promissio. Sed vereor, ne hęc quoque opinio in varias reprehensiones incurrat. Plane in l. quæro. ff. de iure dot. efficax est dotis promissio a muliere simpliciter facta, nec dubium est, quin dos a filia, vt a patre pro modo facultatem & dignitate natalium viri atque vxoris semper constituta intelligatur. quod in proposita specie suggerit, vt a patre, ita a filia dotem, indefinita quantitate, vel specie vtiliter promitti. Quod autem diuersæ scholæ authores prodiderūt, §. cum gener. tum procedere, cum pater, vel filia quantitatē, vel speciem aliquam promisit suo arbitratu, vel alterius definiendam, vel arbitrij detracta mentione, sane perquam ridiculum est. Nam sicut l. 1. C. de dot. promis. ita & l. cum post. §. gener. eo casu procedit, quo neque species, neque quantitas etiam indefinita promissa est. Quid n. aliud hæc verba significant, Gener a socero dotem arbitratu soceri certo die dari, non demonstrata re vel quantitate, stipulatus fuerat. Equidē hæc verba, necnon ratio eiusdem thematis perspicue indicant, nullam rei, aut quantitatis factam fuisse mentionem, & tamen ex sententia Papi. rata est talis promissio. dos enim, vt antea sæpe dictum est, & adhuc dicendum est sæpius, qualitercunque promissa fuerit, pro modo facultatum & dignitatum naturalium viri atque vxoris constituenda est. Quamobrem parum referre videtur, vtrum dos simpliciter promissa fuerit, an vero quantitatis vel speciei adiecta mentione. Quid dicemus? Ego putarim dotis promissionem a patre, filia, vel extraneo simpliciter factam, siue in arbitrium alterius conferatur, siue arbitrij nulla mentio fiat, rursus siue pactum, siue stipulatio interponatur, valere, nec omnino incertam videri: cum deinceps ex facultatibus promittentis, & dignitate eorum, qui matrimonio coniunguntur certitudinem accipiat. l. 3. C. de dotis promis. l. quæro. & l. cum post. §. gener. ff. de iu. dot.
6 l. si filiæ. ff. de leg. 3. Et certè † generaliter probandum est, actus ob incertitudinem non vitiari, quoties illorum effectus neq; inanem, neque elusorium exitum est consecuturus. l. vbi aūt. ff. de verb. ob. l. in testamento. in fi. de cond. & dem. Ecce legatum alimentorum valet sine adiectione summæ relictum, quia tunc ex eo alimenta statuentur, quod testator præstare solitus erat, vel modum ex facultatibus & dignitate personarum accipient. l. si quis annuum. ff. de annuis legatis. l. cum vnus. ff. de alim. & cib. lega. l. cum hi. §. modus. ff. de tranſact. valebit igitur & legatum hominis generaliter relicti, quoniā ex voluntate testantis assequimur, mediocrem præstari oportere. l. legato generaliter. ff. de leg. 1. valebit & incerta decem amphorarum vini stipulatio, quoniam tot amphoræ boni viri dandæ erunt. l. vbi autem. ff. de verb. obl. At si quis vinum, triticum, aut animal simpliciter stipuletur, magis est, vt non valeat stipulatio, quoniam debitor rem minimam & nullius pretij dando liberationem facile consequeretur, sicq; stipulātis eluderetur intentio. Accur. in §. 1. de verb. obl. Iac. Rip. & cæteri in l. ita stipulatus. ff. de verb. oblig. l. ira stipulatus. l. triticum ff. de verb. obl. Proinde, vt ad institutam disputationem reuertamur, valebit in vniuersum generalis & indefinita dotis

Source : BIU Cujas

tis promiſſio, quoniam ex facultatibus promittentis, & dignitate eorum, qui matrimonio coniunguntur, dos certitudinē deinde capiet. Nec refragatur l. 1. C. de dot. promiſſio. Nam,
7 †ſecundum antiquos, emendatoſque codices, mulier eo loci dotem tantum dicere promiſerat, ideſt ſolenniter conſtituere. Si enim veteres verbum illud accipiebant, vt his authoritatibus comprobatur in l. vltima. C. Theod. de dotib. Qualiacunque ſufficere verba cenſemus, etſi dictio, vel ſtipulatio, in pollicitatione rerum dotalium minime fuerit ſubſecuta. & in l. vltima. C. Theod. de inceſt. nup. dos ſi qua forte ſolēniter aut data, aut dicta, aut promiſſa fuerit, & quæ ſequūtur, & in fragmentis Vlpia. ſub titu. de dotib. dos ait datur, aut dicitur, aut promittitur, dotem dicere poteſt mulier, quæ nuptura eſt, & debitor mulieris ſi iuſſu eius dicat inſtitutus. Sed cum hodie vetus illa dotis dictio exoleuerit, verbum dicere in eo reſcripto rectiſſime ſi accipiemus, vt qualemcunque dotis conſtitutionem denotet. igitur in l. j. de do. promiſ. mulier dotem nullo modo promiſit, ſed tantum pacto conuēto ſe dotem dicturam cauit. verbum enim promiſerit, quod nōnunquam ad ſtipulationem refertur. §. ſi ita ſcriptum. de inutil. ſtipulat. plerunque nudum pactum denotat. l. lecta. ff. ſi cert. pet. neque vero. l. ad exactionem. ſub tit. de dot. promiſ. talem dotis conſtituendæ promiſſionem cōfirmat, ſed eam demū, quæ aliquam promiſſionem vel dotis conſtitutionem continet. Aliter l. j. de dot. promiſſ. Steph. Forcatulus vir omni doctrina eruditus in Cupidine iuriſperito expoſuit, ſed quia illius interpretationem nec probare in præſentia poſſum, nec improbare propter amicitiam noſtram volo, libenter eam tacitus præteribo, & ad reliqua progrediar.

SVMMARIVM.

1 *Dominium dotis ad quem pertineat.*
2 *Theſaurus in alieno inuentus, eſt pro parte dimidia inuentoris.*
3 *Eplicata l. doce ancillam. C. de rei vendic.*
4 *Vera initio propoſitæ quæſtionis explicatio.*
5 *Duo an poſſint eſſe eiuſdem rei inſolidum domini.*
6 *Traditionibus quomodo dominium acquiratur.*
7 *Argumentum non recte ducitur de dominio ad uſucapiendi facultatem.*
8 *Maritus an ſit dominus uxoris.*
9 *Secundum mores Galliæ filia nubens patris poteſtate liberatur.*
10 *Vſurpare vxorem quid ſit in 12. tabu.*
11 *Expoſitus Ouidij locus.*
12 *Vtrius ſit rei dotalis periculum, mariti an uxoris.*
13 *Emptio dotis cauſa contrahitur, quoties res æſtimatæ in dotem dantur.*
14 *Alienari an res dotales poſſint.*
15 *Lex Iuſtinianea rerum mobilium alienationem nonnunquam interdixit.*
16 *Quibus caſibus fundi dotali permiſſa eſt alienatio.*

CAP. V.

1 QVemadmodū dotes conſtituantur ſuperiori capite oſtēdimus. nunc deinceps †dotes conſtitutæ in cuius ſint dominio, ita vt ordo ipſe poſtulat, breuiter commemorandum videtur. Sunt autem variæ & plane diſcrepantes in hoc articulo iuriſperitorum ſententiæ, quas vt commode ad concordiam traducamus, placet ſingulas rationes & argumenta vtrāque in partem diligenter exquirere. Et quia crebrior noſtrorum opinio eſt, maritum eſſe dominum dotis, ab ea parte initium ſumemus, & vulgo receptam ſententiam multis iuris authorum locis, variiſq; argumentis tanquam propugnaculis muniemus, & quā breuiſſimè fieri poterit firmabimus. Accur. Bar. Bal. Cy. & Saly. in l. in rebus. C. de iu. dot. Bal. Nouel. 8. par. priui. 6. Camp. 4. par. q. 7. Paulus imprimis notat in l. Lucius. penul. ff. ad municipa. conſtante matrimonio, dotem in bonis mariti eſſe. Cui aſſenſus eſt Vlpi. in l. dotale. ff. de fun. dot. Dotale, inquit, prædium ſic accipimus, cum dominium marito quæſitum eſt. Eodem accedit Diocl. & Maxim. reſcriptum, quod ſub titu. de iu. dot. C. ita expreſſum eſt, Si prædiū vxor tua dotale venundedit, ſponte necne contractum ratū habuerit, nihil intereſt, cum rei tibi quæſitæ dominium auferre volenti minime potuerit. Nec aliud cenſuiſſe Iuſtinia. videtur, cum in principio tractatus, quib. aliena. licet. vel nō, lib. 2. Inſtit. ita ſcribit, Accidit aliquando, vt qui dominus rei ſit, alienare non poſſit, & contra, qui dominus non ſit, alienādæ rei poteſtatem habeat. Nam dotale prædium maritus inuita muliere per legem Iuliam prohibetur alienare, quamuis ipſius ſit. Certe is poteſt res dotales vendicare. l. doce ancillā, C. de rei vendic. l. de iis. C. de iu. dot. poteſt & ſeruos dotales libertate donare l. prima. C. de ſer pig da. l. tertia. C. de iu. dot. necnon iubere adiri vel repudiari ſeruis dotalib. delaram hereditatem. l. ſeruus dotalis. ff. ſol. ma. quæ ſolis rerum dominis permittuntur. l. ſi non proprietatem. C. de iis qui a non dom. manum. ſunt leges in rem. & l. officium. ff. de rei ven. l. vnica. C. de alien. iud.

Sed ſi rei dotalis interitus contingat, mariti detrimentum erit. l. ſi fundum. ff. de fun. dota. quoniam regulariter periculū rei ad dominum pertinet. l. pignus. C. de pign. actio. Si autem vxor res dotales amoueat, furtum ꝙ in rebus proprijs non admittitur. l. prima. ff. de furt. §. furtū. de obliga. quæ ex delic. naſcūt. eo caſu in rebus dotalibus a muliere cōtrahetur. l. ob res amotas. ff. rerum amot. Ergo confitendum eſt, res dotales mariti eſſe, nec earum dominium ad vxorem amplius pertinere. Quod prēter ſupra adductas leges alijs multis reſponſis & cōſtitutionibus comprobat, vt l. quoties. C. de iu. do. l. quamuis. l. dotis fructus. l. cū poſt. §. dotem. ff. de iure doti. & cęteris id genus, quæ affatim ſub tit. de iure do. ſuppetunt. Ex diuerſo tamē vxoris partes iurecōſultus tuetur in l. fructus, alias diuor
2 tio. § ſi fundum. ff. ſol. matri. ait enim, theſaurum, †quem maritus in fundo dotali adinuenerit, in fructu nō computari, ſed parte dimidia reſtituendum eſſe, quaſi in alieno inuentū. Sic enim inuentorum cum dño potiri diuus Adrianus voluit, vt ſcriptis Aelij Spartiani in Adriano cōtinetur, & §. theſaurus. de rer. diui. & l. vni. de theſauris, lib. 10. C. Et ſane ratio ſuggerit, vt theſaurus mulieri tanquam dominæ reſtituatur, cū dos fit proprium patrimonium illius. l. vnica. §. & hoc. C. de rei vxor. act. l. 3. §. ſed vtrum. ff. de minor. 25. ann. l. in eum. ff. de relig. & ſumpt. fune. & res aliena intuitu mariti. ſi conſtante. §. ſi maritus. ff. ſolu. matri. G. Benedict. in ver. Alterochæ filiæ. c. Raynutius. de teſta. Cor. conſ. 26. vol. 2. vnde fit, vt marito dotem dilapidare, vel profundere non liceat. l. ſi cum dotē. §. ſinautem. ff. ſolu. mat. ſicut nec venundare. §. 1. quibus alie. licet vel non. Quemadmodum hoc accipi debeat, expoſuit Accurſ. in §. ſed & maior. de ijs qui ſunt ſui iur. quoniam vt abuti, ita & efficaciter vendere ſolis dominis conceſſum eſt l. ſed ſi lege. §. conſuluit. ff. de petit. hæred. l. rem alienam. ff. de contrah. emp. l. nemo extorus. C. de Iudæis. l. in re mandata. & ſimilibus. Proinde ſi dolo vel culpa mariti res dotales interci dant, vel deteriores efficiantur, & dolum & culpam ab eo exigemus. l. in rebus. ff. de iure dot. l. ſi conſtante. §. ſi maritus. ff. ſol. mat. quæ tamen in rebus propriis nemo præſtat. l. etiam. §. licet. ff. ſol. mat. Non eſt igitur dos mariti, ſed vxoris. l. filiū. ff. de coll. bon. l. quamuis. ff. de iu. dot.

Planè vxor partus dotalium ancillarum, quæ æſtimata nō ſunt, & quæ ſerui dotales acquiſierunt, actione ex ſtipulatu conſequitur. l. vni. §. cumque ex ſtipulatu. C. de rei vxo. act. ſeruos etiam dotales ita recte marito donat, vt manumittantur. l. ſi conſtante. §. ſi vir. & l. quod ſi vir. ff. ſol. mat. quod cum ſolis dominis liceat. §. ſic itaque. de actio. cunctandum non eſt, profiteri vxorem eſſe dotis dominam, quāquam eo caſu donat. int. vir. & vxo. fauore libertatis ſuſtineatur. l. quod autem. §. vlti. ff. de donat. inter vir. & vxor. Sed & mulier, quæ fideiubere prohibetur, niſi in rem ſuam, ſi fundus dotalis a marito petatur, ad ſatiſdandum adhiberi poterit, quoniam ex ſententia iuris authoris Pauli in rem ſuam fideiubet. l. de die. §. 1. ff. qui ſatiſd. cog. Quocirca ſi maritus ad inopiam vergat, vel matrimonium diſſoluatur, mulier vendicationem, quæ tantum dominis competit, aduerſus rerum dotalium poſſeſſores intendere poterit. l. vbi adhuc. C. de iu. dot. Nec refragatur l. do
3 ce ancillam. C. de rei vend. Nam †eo loco diui Principes vendicationem marito non conceſſerunt, mulieri autem denegarunt, quia conſtante matrimonio ancillam dotalem vendi care volebat, de cuius ſtatu quæſtio apud præſidem prouincię habebatur, quæ ante omnia definienda fuit. §. præiudicia les. de act. l. 1. & 2. de ord. iud. quod verba ipſius reſcripti apertiſſime demonſtrant. Doce inquit, ancillam, de qua ſupplicas dotalem fuiſſe in notione præſidis, quo patefacto, dubium non erit vendicari ab vxore tua nequiſſe. Cæterum l. de his. C. de iu. dot. de vendicatione non loquitur, ſed de actione furti, vel vi bonorum raptorum, vel ſimili, quæ marito aduerſus rerum dotalium contrectatores a prætore datur. Ex quib. perſpicuum eſt rerum dotalium vendicationem marito non dari, atque ideo perperam noſtros ad hoc propoſitum detorſiſſe. l. de his. C. de iu. dot. & l. doce ancillam. C. de rei ven. quæ lōge aliter accipi debet, ac interpretes ſunt arbitrati. hæc autem cum ſuperioribus vehementer pugnant, ac pene collidi vidētur, quorum pugnā conſultiſſimus princeps Iuſtini. ſic hanc quæſt. cum Iuſtin. definierunt Aufre. q. Capel. Tolo. 278. Bar. in §. 1. quib. alie. lic. Cora. lib. v. miſc. c. 14. & Conna. lib. 8. c. 9.
4 imperiali reſcripto ita compoſuit, vt ex † iure naturali dos in dominio vxoris maneat, ſecundum vero legum ſubtilitatem, ad mariti ſubſtantiam peruenire videatur. Etenim cum quis in ſuo ſolo ex aliena materia ædificat, ipſe intelligitur dominus ædificij, quia omne quod ſolo inædificatur, ſolo cedit.

Hinc

Hinc apparet laudimia ex contract. dotis non debe. præterquam si res æstimatæ in dotem dentur. Specu. in §. nunc aliqua. ver. 1 10. de locato. Aufre. q. Capel. Tol. 279. aliter tamen sentit Ias. in l. vlt. C. de iu. emphy. Ex his præterea definitur q. an præsentatus a muliere in iure patrona. sit potior eo, quem maritus præsentauit. Rochus a Curte in trac. iurisp. Chass. in 11. des iustices. §. 4. Nec tamen ideo is, qui materiæ dominus fuerat, verum & naturale dominiū amittit, sed tantisper vendicari non potest, donec ædificium diruatur, vel materia a solo separetur. §. cum in suo. de rer. diuis. in Instit. u. Nostro sane casu vtilitatis causa id receptum est. l. quamuis. ff. de iure dot. Ideoq; maritus fructus dotis percipit. l. pro onerib. C. de iure dot. l. dotis fructus. ff. eo. sub titu. seruos dotales libertate donat. l. 3. ff. de iu. dot. l. 1 C. de seruo pignori dato. iubet adiri hereditatem. l. seruus. ff. de iure dot. & cætera id genus exequit, quæ ius quoddam dominij maritum habere indicant. Ideo Boetius ante Iustiniani tempora lib. 6. comment. in Topicis Mar. Ciceronis scripsit, dos licet matrimonio constante in bonis viri sit, est tamen in vxoris iure, & post diuortium ve-
5 lut res vxoria peti potest. Dicet fortasse aliquis, duo† nō possunt esse eiusdem rei insolidum domini. l. si vt certo. §. si duobus. ff. commod. l. quod contra. de reg. iu. l. Pomponius. §. sed & is. in fi. §. ff. de procurat. igitur maritus & vxor non sunt rerum dotalium domini.

Huic autem obiectioni respondebo, diuersum dominiū in persona vtriusque considerari, naturale nimirum in persona mulieris, & commētitium ciuile in persona mariti. Quod ne mirum alicui videatur, præter supra relatū. §. cum in suo. de rerum diuis. in Insti. duo eiusdem generis exempla depromam. Primum ducitur ex l. in bello. §. si quis seruū. ff. de capt. & postli. reuer. vbi seruus ab hostibus redemptus, & redimētis & prioris domini est. Alterum sumitur ex iure emphyteuticario ac clientali, in quo dominium quoddam verum, verius, ac directum, & quoddam vtile. inferius & quasi dominium consideratur. dominium inferius & vtile clientes & emphyteutæ habere intelliguntur. Alcia. lib. 2. paterg. q. 15. Coras. lib. Misc. 6. c. 20. Duar. lib. 1. disput. anniue. c. 17. l. possessores. de fun. pat. lib. 11. superius autem & directum, 2. quibus vectigales vinum, frumentum, vel quid aliud singulis annis pensitant: igitur plures domini eiusdem rei insolidum esse possunt, dummodo diuersum sit dominium. Sed & adhuc aduersus Iustinianeum rescriptum acerrime viget ꝙ traditionibus verum & naturale dominium in accipientem transferatur. Hanc difficultatem mouet Bal. in l. in reb. C. de iure dot. & aliter eam dissoluit, atque ego. §. per traditionem. de rer. diuis. l. traditionib. C. de pac. At fundus dotalis non aliter constituitur quam traditione. l. de diuisione. ff. sol. mat. Igitur verum & naturale dominium dotis penes vxorem non remanet, sed in maritum accipiendum transfertur. Hoc autem ar-
6 gumentum difficiles explicatus non habet: nam lemma † ita demum procedit, si idoneus contractus ad dominium trāsferendum intercedat, & res ea mente tradatur, vt dominium ad accipientem perueniat. Alcia. & cæteri in l. traditionibus. C. de pact. l. traditio. ff. de acquir. rer. dom. quorum neutrum in dotali contractu cernitur. Nanq; vxor non in hoc tradit, vt verum dominium marito quæratur, nec lex hanc naturā dationis rerum dotalium esse voluit, vt verum & naturale dominium in accipientem transferretur, sed tantum vt is vtēdi haberet facultatem. Aliud occurrit argumentum aduersus Iustineaneam constitutionem, quod Accurs. & Barto. sic instituunt, quibus casibus traditio a non domino facta vsucapiendi facultatem parit, iisdem casibus traditio a vero domino facta, dominium in accipientem transfert. l. clauibus. ff. de contrah. emp. l. Pomponius. §. si iussu. ff. de acq. poss. Atqui in causa dotis traditio mulieris non dominæ, marito accessionem parit, i. vsucapiendi facultatem. l. j. ff. de vsucap. pro dote. l. Pomponius. §. in dotem. ff. de acq. poss. igitur traditio mulieris dominæ marito dominium pariet.

7 Sed et si admittenda sit assūmptio, †propositio tamen quā Papinianus in causa dotis probat in l. clauibus. ff. de contrah. empt. vsquequaque vera non est. Si enim vir vxori, vel vxor viro donauerit, siquidem aliena res donata fuerit, verum est, quod Trebatius putabat, si pauperior is, qui donasset non fieret, vsucapionem possidenti procedere. l. si vir. ff. pro dona. & tamen si res dantis propria sit, dominium in accipientem non trāsferetur. Illud peræque relatum scio, si a pupillo emerit quis sine tutoris authoritate, quem puberem esse credebat, vel a furioso, quem sanæ mentis arbitrabatur, capere vtilitatis causa eum posse. l. 2. §. si quis a pupillo. ff. pro empt. quā quam existentibus illis dominis ex ea causa dominium non transferatur. §. primo. de authorit. tutor. Ergo probandum est, quoties diuersa est ratio vsucapionis & dominij, non sicut accessionem, ita dominium traditionibus quæri. Proinde in causa dotis, cum natura actus repugnet, & ea non sit contrahentium destinatio, vt verum & naturale dominium in maritum accipientem transeat, exemplo emptionis, quæ suapte natura dominium transfert, dici mehercle non poterit, vt vsucapiēdi facultatem, ita dominium traditione rei dotalis acquiri. Reliqua est adhuc quædam difficultas, quam nos diligenter excutiemus.

8 Ecce† maritus est verus dominus vxoris, igitur & rerum dotalium. Lēma verum esse euincit, quod Geneseos 3. capi. relatum est. Sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui. Item illud Eurip.

> Γυνη μεν ἐξελσθοῦσα πατρώων δόμων
> Ου του τεκόντωνὸ'στὶν, ἀλλὰ τοῦ λέχους.
> *Mulier egressa paternam domum*
> *Non est amplius parentum, sed coniugis:*

Apertius hoc probat, quod Hermione apud Ouidium his verbis Oresti significauit,

> *Quid facis Eacide? non sum sine uindice dixi.*
> *Hæc tibi sub domino est Pirrhe puella suo.*

Hermione enim maritum suum Orestem, quem malebat quam Pirrhum a patre designatum, vindicem nuncupauit, quoniam vindicare propriam est dominorum. l. in rem. & l. officium. ff. de rei vend. l. vnica. C. de alie. iud. ac deinceps sub ditione mariti se esse ingenue profitetur, quem idcirco dominum appellat. Plane olim Galli in vxores, sicuti in liberos, vitæ & necis potestatem habebant, vt Cæsar lib. 6 de bel
9 lo Galli. scripsit. hodie † autem apud Francigenas mulieres propter connubium patris potestate liberantur, & coniugibus obnoxiæ fiunt, vt Boer. Tir. Mansue. & alij Francici iuris obseruatores, monumētis suis prodiderunt. Boerius in prin. commen. ad consue. Bit. And. Tiraq. in leg. cōnu & Mansuer. in tract. de dotib. Proinde cum maritus dominus sit vxoris, & personæ digniores sint, præstantioresq; rebus. l. iustissime. ff. de ædil. edic. dicendum proculdubio est, res dotales in dominio mariti esse. Quod argumentum difficile explicatu nō est, cum sæpe iure ciuili sit compertum, filias, quæ in matrimonio collocantur, patris potestate non liberari, Bal. in l. j. C. de bon. quæ lib. l. si vxorem. C. de cond. in ser. l. eum qui. §. vlt. ff. de iniur. l. 2. §. quod si in patris. & l. quoties. ff. sol. matri. §. 1. de Senatusc. Tertu. Quod vt planius exponam, altius paulo rem omnem repetam necesse est. Olim vxorum duæ formæ erant, quemadmodum Cicero in Topicis ostendit, vna matrumfamilias, quæ in manum conuenerat viri, altera earum, quæ tantummodo vxores habebantur. Tunc enim tribus modis habebantur vxores, vsu, farre, coemptione, sed cō farreatio solis Pontificibus conueniebat. Quæ autem in manum per coemptionem conuenerant, hæ matres familias vocabantur: quę vero vsu vel farre, minime. Certis autem solēnibus coemptio peragebatur, sicque mulier viri conueniebat in manum, & vocabuntur hæ nuptiæ per coemptionē, & erat mulier materfamilias viro loco filiæ, vt docte Boet. lib. secundo, comment. in Topi. Cice. docet. his similia Gell. lib. 18. capi. 6. scripsit, quæ visum est hic subnectere. Illud, inquit, probabilius est, ꝙ idonei vocum antiquarum enarratores tradiderunt, Matronam dictam esse proprie, quæ in matrimonium cum viro conuenisset, quoad in eo matrimonio maneret, etiam si sibi liberi nondum nati forent, dictamque esse ita a mātris nomine, non adepto iam, sed cum spe, & omine mox adipiscendo, vnde ipsum quoque matrimonium dicitur. Matrem autem familias appellatam esse eam solā, quæ esset in mariti manu mancipioq;, aut eius, in cuius maritus manu mancipioq; esset, quoniam non in matrimonium tantum, sed in familiam quoque mariti, & in sui hæredis locum veniisset. vnde perspicuum est, eas quæ vxores tantum habebantur, nec matresfamilias erant olim in sacris paternis mā fisse, atque ideo leg. 12 tab. constitutum fuisse arbitror, vt ma
10 riti† vxores vsurparent, quæ trinoctium abfuissent, ideſt, vt mariti vxores, quarum vsum tantummodo habebant, si tribus noctibus abfuissent, suæ subiicerent potestati. id enim Aul. Gel. verba non obscure demonstrant lib. Noct. Attic. 3. c. 2. Proinde cum solennia illa coemptionis & confarreationis iamdiu in vsu esse desierint, vt ex Corn. Trac. lib 4. Annal. Alc in l. pronunciatum. de verbo. signifi. & aliis authoribus apparet, generaliter probandum est, secundum iuris præscripta filias nuptas in sacris paternis manere. Nec in contrariū me trahit locus Geneseos: nam is mea quidem sententia, prę rogatiuam & authoritatem maritorum in vxores ostendit, nec potest ad dominiū, quod iuris est, vllo modo detorqueri, cum illud potestas sit de re aliqua plene & perfecte disponendi, vt Bart. Alex. & Alcia. in l. si quis vi. § differentia. ff. de acq. poss. Soc. cons. 176. & aliis interpretib. visum est, quod ab autho-

Source : BIU Cujas

authoritate matrimonium in vxores longe lateque differt. Quod deinceps ex Euripide protulimus, patris in filias nuptas poteſtatem non excludit, ſed tantum demonſtrat filias, quæ in matrimonium collocatæ ſunt, non videri amplius parentum, quibuſcum amplius non commorantur, ſed coniugis, in cuius familiam & domicilium venerunt, Accur. in l. ordine. de mu & origi. Bar. in l. quoties. de priuileg. ſchol. & in l. vlti. §. item reſcripſerunt. ff. ad municip. Socy. conſil. 227. l. cum quædam puella. ff. de iuriſdictio. & l. quoties. C. de priuileg. ſchola. lib. 12. quanquam in collationibus & alienatione rerum, quas teſtator diſtrahi vetuit, de familia patris cenſeantur. l. voluntas. C. de fideicommiſſ. l. filius emancipa-
11 tus. & l. pater. ff. de collat. dot. Quo circa † Ouidij locus Oreſtem vindicem Hermionis ſignificat, ideſt eum, qui a Pirrhi & aliorum iniurijs Hermionem ſartam tectam conſeruare, ac vindicare poterat, necnon ſibi connubio iunctam dicere. Dominum autem μεταφερικῶς dixit, ſimilitudine a ſeruis & filijsfamilias ſumpta, vel honoris cauſa eo verbo Hermione vſa eſt non alio ſenſu, quam quo vulgari hominum ſermone vſurpatur. Vergil. 4. Aeneid.

Connubia noſtra.
Reppulit, ac dominum Aeneam in regna recepit.

Ideo D. Paulus ad Epheſ. 5. cap. dicebat, ἀγαπᾶτε τὰς ἰδίας ἀνδράσι μὴ ποτὰ θεὸν τῷ κυρίῳ. & D. Petrus mulieres hortatur vt viris ſubditæ ſint, quemadmodum Sara obediuit Abrahæ dominum illum appellans. Sed ne longius oratio progreſſa videatur, de reliquis, quæ tractanda ſunt, dicamus.

Interius rerum dotalium vtrius detrimento cedat, mariti, an vxoris.

12 Opportune autem hoc loco quæritur, ad quem † periculum rei dotalis pertineat. Et ſane ex ſuperioribus manifeſtū eſt, vt compendium atque acceſſiones, ita inter trituram atque amiſſionem ad ipſam mulierem pertinere. Bal. in l. promittendo. ff. de iure dotium. Bar. in l. ſi vt certo §. nunc videndum. ff. commod. l. plerunque. & l. ſi is qui Stichum. ff. de iure dotium. Clari namque ac aperti iuris eſt, rerum detrimenta atque interitus incommodo cedere dominorū. l. pignus. C. de pignora. actio. Proinde ſi res dotales attritæ ſint, vel omnino deperditæ, mulieris detrimentum erit. Si tamē dolo vel culpa mariti res dotales intercidant, vel deteriores efficiantur, magis eſt, vt ab eo omnia detrimenta præſtentur. l. etiam. §. 1. ff. ſolu. matrimon. l. in rebus. C. de iu. dot. Idemque iuris eſt, cum res æſtimatas mulieri in dotem dedit. l. æſtimatæ. ff. ſoluto matrimon. l. ſi cum dotem. C. de iure dotium. l. vnica. §. & cum lex. C. de rei vxo. actio. vel eas quæ pondere, numero, menſurave conſtant. l. res in dotem. ff. de iure dotium. Bal.
13 Nouel. par. 7. priuileg. 93. Priori nanque caſu cum vera † emptio dotis cauſa contracta intelligitur, l. plerunque. & l. quoties. ff. de iure dotium. l. vni. §. cumque ex ſtipulatu. C. de rei vxor. actio. periculum ad emptorem, ideſt, maritum pertinere debet. §. cum autem. de emptio. in Inſti. l. 1. C. de pericu. & commo. rei vendi. Poſteriore autem caſu, quia eædem ſpecies reſtituendę non ſunt, ſed idem genus. l. res in dotem. ff. de iure doti. l. 2. ſi certum petat. æque interitus eiuſmodi ſpecierum ad maritum pertinere debet. l. incendium. C. ſi certum petat. l. in ratione. §. incertæ. ff. ad legem Falcidiam.

An res dotales poſſint alienari.

14 His proxima eſt illa quæſtio, An † res dotales poſſint alienari. Hanc quæſtionem exagitat Campeg. quarta parte quæſtio. nona. Bal. Nouel. in ſeptima parte, priuileg. primo. Alci. in cap. cum contingat. de iureiuran. Stepha. Bertran. conſil. 223. volu. 2. Chaſſ. ſub tit. des droits. & a part. a gens mari. §. 4. & 23. Gloſ. in c. ex parte. de conſuet. Ferronus titulo de dote. §. 12. conſtat autem lege Iulia in Italico ſolo fundi dotalis obligationem generaliter inhiberi, alienationem vero ita demum ſi vxor diſſentiat. §. 1. quibus alien licet, vel non l. in rebus. C. de iure dot. & toto tractatu de fundo dota. ff. & C. ęp ius Imperat. Iuſtinia. ſublato diſcrimine rerum mancipi, & nec mancipi, ideſt Italicarum & prouincialium rurſus antiquata lege Iulia, qua ex parte alienationes, volente vxore probabat, vbique gētium voluit obſeruari. l. vnica. §. & cum lex. C. de rei vxor. actio. & in nouel. vt immobilia ante nupt. donat. neque hypothe. dentur, neque alien. Nec admittendum
15 eſſe puto, quod vulgo proditum eſt, lege Iuſtinianea, † etiam rerum mobilium alienationē prohiberi. Etenim lex Iulia illarum alienatione non interdixerat, vt perſpicue intelligi poteſt ex l. diuortio. §. ſi fundum. & l. ſeruus dotalis. ff. ſoluto matrimon. & l. ex lapidicinis. ff. de iure dot. lex autem Iuſtinianea rerum ſoli & immobilium dūtaxat meminit, atque ideo rerum mobilium alienationem permittere videtur. l. cū prætor. ff. de iudic. l. maritus. C. de procurator. quod in ſumma. de fund. dotal Iacob. ab Are. in l. vnica. §. & cū lex. de rei vxor. actio. Bal. Nouel. 7. par. cap. 1. Azo, Perticenſis. Rauen. iamdiu obſeruarunt, queniam ſententia vera eſt. Illud ſilentio prætermittendum non eſt, quod Iuſtinianus in l. in rebus. de iure dotium. ſcripſit, hodie dirempto matrimonio etiam p rebus mobilibus, quæ a maritis diſtractæ ſunt, & adhuc extant, mulieribus vindicationē accommodari, quod & æquū eſt, & publicæ vtilitati conueniens, ſcilicet, cum aliter dotem mulieris conſequi non poſſunt, neque tamen ex eo recte a quibuſdam infertur, rerum mobilium in d. l. in rebus, alienationem prohiberi: nam ea ipſa conſtitutio pro rebus æſtimatis, quas diſtrahere permiſſum eſt, vendicationem mulierib. conceſſit, quod quemadmodum accipi debeat, ſequen. capitu. dicemus.

16 Sunt hodie aliqui caſus, † quibus alienatio fundi dotalis rata eſt. Quid enim ſi ęre ſit mulierii? l. vlt. ff. ad Senatuſconſul. Velleia. l. ita conſtante. & l. vlt. ff. de iure dotium. quid ſi neceſſaria? l. 1. ff. de fun. dot. Campe. quarta par. q. 38. quid ſi facta interuentu ſolennium nouellæ conſtitutionis, vt immobilia ante nup. donat. quid ſi iuriſiurandi religio intercedat. c. cum contingat. & c. licet mulieres. de iureiuran. vel res æſtimata in dotem detur, ita vt electio mariti ſit. l. ſiue generalis. ff. de iu. dot. l. quod ſi fundus. ff. de fun. dota. Campeg. 4. par. q. 11. Ferro. in conſuetu. Burdeg. titu. de dote. §. 12. His certe caſibus lex Iulia ceſſabit.

SVMMARIVM.

1 *Marito vergente ad inopiam dos repeti poteſt.*
2 *Soluto matrimonio a quibus dos repetatur.*
3 *Si filia ſuperſtitibus liberis decedat, an dos ad patrem reuertatur.*
4 *Aequalitas in omnibus ſeruanda.*
5 *Cur poſt mortem filiæ dos a patre profecta ad patrem regrediatur.*
6 *Retentio ob malos mōres.*
7 *Dos quando dicatur proprium matrimonium filię.*
8 *Declaratus §. cum inter. l. inter ſocerum. ff. de pac. dot. & l. ſi cum dotem. ff. ſolu. matr.*
9 *Pactum ne conſtante matrimonio dos petatur, eſt inefficax.*
10 *Recte interdum quis petit, quod poſtea reſtituturus eſt.*
11 *Origo actionis rei vxoriæ.*
12 *Actio ex ſtipulatu de dote an ſit bonæfidei.*
13 *Aduerſus quos competat.*
14 *Actio hypothecaria pro dote datur.*
15 *Vendicatio in rebus dotalibus non ſemper locum habet.*
16 *Vendicatio duplex, directa & vtilis.*
17 *Quo tempore dos reſtitui debeat.*
18 *Ratio, cur res mobiles ſtatim reddantur, cætera intra annum.*
19 *Quę iudicio de dote præſtentur.*
20 *Expoſita l. diuortio ff. ſol. matr.*
21 *Quomodo fructus accipiantur.*
22 *Fructus eadem actione petuntur, qua dos.*
23 *Multa impediunt dotis repetitionem.*
24 *Mulier adultera an dotem amittat.*
25 *Quid de his quę extra dotem ſunt.*
26 *Pœnæ, quas veteres adulteris irrogarunt.*
27 *Hæredes an poſſint de adulterio mulieris queri, & ob eam cauſam dotem retinere.*
28 *Leno efficitur maritus, qui ſcienter adulterium uxoris retinuit.*
29 *Ignorans non intelligitur iniuriam remittere.*
30 *Stupri rea, an dotem amittat.*
31 *Leges pęnales ad ſimiles caſus trahuntur.*
32 *Vidua mulier adhuc in matrimonio eſſe intelligitur, atque ideo priſtinas prærogatiuas obtinet.*
33 *Mulieres xi. menſe pariunt, contra Iuſtinianum.*
34 *Dos & propter nuptias donatio comparantur.*
35 *Propter oſculum an mulier dote priuetur.*
36 *Ex oſculo an adulterium præſumatur.*
37 *Oſculorum uetus obſeruatio.*
38 *Libri Feudorum an ſint probatæ authoritatis.*

CAP. VI.

ET quoniā de conſtitutione dotis & dominio, quod maritus traditione nanciſcitur, ſatis abūdanter, vt arbitror, diſſeruimus, ſequitur, vt quemadmodum dotes repetantur, via & ratione exponamus.

Sunt autem quinque hoc loco enucleanda, quorum primum eſt. Quādo & a quibus dotes repetantur: Alterum qua actione: Tertium, dirempto matrimonio intra quantum

tempus

Source : BIU Cujas

tempus dos restitui debeat: Quartum, quæ veniant in restitutione dotis: Vltimum, quibus de causis dotium repetitio impediatur.

Quando & a quibus dotes repetantur.

Vt primum dilucide intelligi possit, sciendum est, dotem nunquam constante, & interdum dirempto matrimonio re-
1 peti. Si enim † maritus vir sit cum segnis, tum inertis vitæ, qui dilapidando & dissipando omnia bona sua profundat, & periculum sit, ne is facultatibus labatur, ad dotis exactionem a prętore mulieri actio dabitur. §. illud. in nouel. de æqual. dot. l. vbi. & l. in rebus. C. de iure dotium, Campeg. 3 par. q 18. Rebuf in tract. de senten. proui. arg. 3 gl. 1. cæteri Doc. in l. si constante. ff. solu. mat. glo. in c. per vestras. de don. inter vir. & vx. quibus reseriptis antiquata esse videtur. l. si constante. ff. sol. matri. quæ summam mariti inopiam exigebat, priusquam re-
2 petitioni dotis locus esset. Nec dubium est, quin † æque direpto matrimonio dos condici possit, toto tract. solu. matrim. quemadmodum dos petatur. quanquam hac in re adhibenda sit distinctio Ang. Claua in ver. dos. nu. 13. Etenim si dos aduentitia sit, vtique a muliere condicetur. auth quod locū. C. de coll. Faber, Ange. & Ias. in §. fuerat. de actio. Corn. cons. 66. vol. 4. præterquā si is qui dedit, vt sibi redderetur, pactus, stipulatusve fuit. l. vni. §. accedit. C. de rei vxo. act. l. si dotem. C. de iu. do. Extraneus nudo pacto dotis actionem in se transfert, pater interuentu duntaxat stipulationis. l. auia. & ibi Accurs. C. de iu. dot. idem Accur. in l. si cum dotem. ff. solu. mat. quæ dos specialiter receptitia dicitur l. mortis causa capitur. §. sed & dos. ff. de mor. cau. don. ꝙ si dos profectitia sit, pater post diuortium adiuncta filiæ persona dotem petere poterit. l. 2. §. j. ff. sol. matrim. Nisi forte sui iuris sit mulier, tunc enim ipsa sola repeter. l. vni. §. videamus. & §. extraneum. C. de rei vx. act. l. pater filiæ. ff. de euictio. Accur. in l. profectitia. ff. de iure dot. Et sane interdum solus pater actionem habet, idest dotis repetitionem, cum enim dotem sibi reddi stipulatus est, vel filia constante matrimonio decessit, dos a patre profecta ad solum patrem reuertitur. l. iure succursum est. ff. de iu. do. l. dos. C. sol. matr. l. quoties. ff. eod. ti.

An dos ad patrem redeat, filia superstitibus liberis in matrimonio defuncta.

3 Sed si filia † in matrimonio superstitibus liberis moriatur, an dos ad patrem redeat? Et redire illis omnibus legibus probatur, quibus generaliter constitutum est, filia in matrimonio defuncta, dotem ad patrem regredi. Hæc sentētia Bar. placuit in l. post dotem. ff. solu. matrim. Accurs. & Bal. in l. dos a patre. C. solu. matrim. Panorm. in c. vlt. de don. inter vir. & vx. Corn. in cons. 66. vol. 4. Eius generis est l. pater filiæ. ff. de euic. l. dos a patre. C. solu. matr. l. dotem dedit. ff. de colla. bono. l. si ab hostibus. ff. solu. matrimon. l. si filius familias in id. ff. ad Senatusc. Macced. & aliæ similes, quæ apertius id probant, quam vt quisquam tergiuersari possit. Sed & ratio id ipsum quoq; suggerit: namque filia priusquam moreretur, ad dotis exactionem nullam actionem habebat. l. in rebus. ver. omnis. C. de iure dotium, l. cum notissimi. §. illud. C. de præscrip. 30. vel 40. anno. l. 2 ff. de dot. præle. Camp. par. 3. q. 17. Igitur plus iuris in liberos transferre non potuit, quam ipse habebat. l. nemo. &
4 l. hæredem. ff. de reg. iu. Postulat id etiam æqualitas, quam † in omnibus hominū negotiis atque actionibus iurisprudentes seruari voluerunt. l. in sacris. C. de prox. sacro. scrinio. lib. 12. l. petendæ. C. de temp. in integ. resti. l. vlt. C. de fructib. & lit. exp. l. 3. commu. vtriusque iudi. l. 3. commu. diu. l. vlti. C. de duob. reis. l. 1. ff. de contrah. emp. Ecce mortuo patre omne ius, qđ patri in dote competebat, in personam filiæ consolidatur, atque ideo tūc sola filia dotis exactionem habet. l. vni. §. & hoc. C. de rei vxo. act. Ergo in patre idem dicendum erit, scilicet, vt mortua filia, etiam superstitib. liberis, ius filiæ in personam patris consolidetur, is que solus dotis habeat exactionem.

Præterea, quoties de dote restituēda nihil actum est, perin de patri repetitio dotis competit, atque extraneis, quoties sibi nominatim cauerunt. Idem namque legis authoritas in patre efficit, quod in extraneis expressa conuentio. l. 2. §. 1. ff. solo. mat. Sed quoties pacto comprehensum est, vt distracto matrimonio dos ad dantem reuertatur, etiam superstitib. liberis dos ad extraneū regreditur, quod cum inter omnes constet, & perspicue verum sit, nihil attinet approbari. Ergo in patre, qui dotem sibi reddi stipulatus non est, idem quoq; iuris erit.

5 Hoc aut em † iure Cæsareo ita comparatum esse videtur, vt filia amissa, solatij loco cederet, si redderetur patri dos ab ipso profecta, ne & filię amissæ, & pecuniæ damnum sentiret. l. iure succursum est. ff. de iu. dot. Aliter enim si fiat, vel eo casu, quo filia superstitibus liberis decessit, tali iniecta formidine parentes a dotium constitutione auocabuntur, & contra principales constitutiones parentum erga liberos munificētia retardabitur. l. 2. C. de bon. quæ lib. Prudenter ergo constitutum est in l. si dorali. ff. solu. matrimo. & l. si pater. ff. de pact. dota. mortua in matrimonio filia superstitibus liberis dotem apud maritum residere, si pacto vel stipulatione id actum fuerit. inde enim perspicuum nullo eorum actuum subiecto iuris communis suggere regulas, vt dos a patre profecta ad patrem reuertatur. Et hoc secundum Vlpi. fragmenta sic accipiendum est, dummodo quintam partem in singulos liberos maritus retineat. Quod hodie l. vni. §. taceat. C. de rei vxor. actio. non est antiquatum. Illa enim Iustiniana constitutio
6 de illis † retentionibus loquitur, quæ ob culpam mulieris liberorum nomine fiebant. Duar. in l. si dotali. ff. solu. matrimon. Boet. lib. 2. comment. in Top. Cicero. de quibus Pau. lib. 2. institutionū, ita disserit. Si diuortium est matrimonij, & hoc sine culpa mulieris factum est, dos integra repetitur. ꝙ si culpa mulieris factum est diuortium, in singulos liberos sexta pars dotis a marito retinetur, vsque ad mediam partem duntaxat dotis & in fragmentis Vlpiani titu. de dot. propter liberos retentio fit, si culpa mulieris aut patris, cuius in potestate est, diuortium factum sit, tunc enim singulorum liberorum nomine sextæ retinentur ex dote, non plures tamen quam tres sextæ in retentione sunt.

Ergo, vt nostra eo se referat, vnde huc declinauit oratio, si filia superstitibus liberis in matrimonio recedat, dos ad patrē regredietur. Quædam tamen retentiones liberorum nomine fient, quando quidem ius vetus hac in parte non est innouatum. Sed quia multi duce Martino ab hac sententia desciuerunt, consentaneum est, vt acriores & præcipuas obiectiones eorum singulatim refellamus. Primum inquiunt, dotem esse proprium patrimonium filiæ, l. tertia. §. sed vtrum. ff. de minorib. Saly. in l. dos a patre profecta. C. solu. mat. M. Soc. consi. 9. Forcatu. in cupi. iurisp. c 7. atque ideo ad posteros, non etiam ad maiores transmitti. § 1. in nouel. de hæredi. ab intesta. ueniēt. Sed impingunt in scopulos, nec satis offendicula vident.
7 Etenim † constante quidem matrimonio dos proprium patrimonium filiæ dicitur, sed postquam filia e viuis excessit, solus pater in dote ius habet. Proinde dos, quam patri lex defert, olim liberis acquiri non potuit, præsertim cum tempore consultorum filia in potestate hæredes non haberet. l. 2. ff. de castren. pecu. quod ius hodie in profectitijs obseruatur. l. 2. C. de bonis quæ lib. Secundo Martinus & sequaces sic instant, dos propter onera matrimonij datur quę mortua superstitibus liberis coniuge, maritus adhuc sustinet l. si maritus. ff. fami. erciscu. Ergo æquum est dotem penes eum manere. l. si is qui. §. ibi dos. ff. de iure dot. Sed hæc obiectio cum leuis per se tum etiam falsa est, neque enim onera omnia matrimonij post mortem vxoris maritus expedit, sed ea demum quæ ad paternam pietatem magis quam ad matrimonium pertinet, quæque dotis non impediunt repetitionem. Et sane partes mulieris non sunt, quandiu vir est in facultatibus liberis alimenta suppeditare. l. ti quis a liberis. ff. de liber. agnosce. Ipse enim naturalis stimulus satis patrem ad liberorum educationem hortatur, vt Iustinianus scripsit in l. vni. §. fileat. C. de rei vxo. actione. Sed & aliter hoc argumentum facile diluetur, si meminerimus, quod paulo ante dictum est, quintas in singulos liberos retineri.

Tertio adducunt l. inter socerum. § cum inter. ff. de pactis dotalib. cum inter patrem puellæ & generum conuenit, vt in matrimonio sine liberis defuncta filia dos patri restituatur, id actum inter contrahentes intelligi debet, vt liberis superstitibus filia defuncta, dos retineatur, idque euenit secundum interpretes, quia in casu omisso iuris communis regulas sequimur. l. si extraneum. ff. de condict. cau. data cau. non secuta. Sed ego magis putarim † superstitibus liberis ideo dotem
8 retineri, quia pacto tacite comprehensum fuisset, vt extantibus liberis dos patri non redderetur. Vlpianus in l. si cum dotem. ff. soluto matrimonio, si cum dotem daret pater, vel extraneus pro muliere in vnum casum pepigit, vel in diuortiū, vel in mortem, dicendum est, in eum casū, in quē nō pepigit, esse mulieri actionē. Nam, vt sæpe compertū est vnius casus inclusio aliorum exclusionē inducit. l. maritus. C. de procuratorib. l. cū prætor. ff. de iudi. l. cū de lanionis. §. cui funduum. & §. quædā. ff. de fundo instru. Sed inter vtranq; speciē hoc maxime interest, ꝙ in §. cum inter. idem casus & retentionē & dotis in patrem regressum operatur. in l. si cum dotem, casus expressus danti parat dotis actionem, omissus eandem exclu dit. Sed & in §. cum inter, liberis superstitibus dos a marito retinetur, in l. si cum dotem, casu expresso non contingente,

mulier

Source : BIU Cujas

mulier habet dotis actionem. Cur tam varie? quia in §. cum inter, mulier cum in ſacris paternis eſſet, nullos hæredes habebat, qui poſt mortem ſuam exigerent dotem, tunc enim filia in poteſtate hæredes non habebat. l. ſecunda. ff. de caſtr. peculio. in l. ſi cum dotem. filia emancipata mortis caſu contingente hæredes vel teſtamentarios vel legitimos habuit, qui dotem exigere potuerunt. Et quidem Vlpianus tam in patre, quam extraneo ſpeciem proponit, & ideo reſponſum ſic accipiendum eſt, vt tam patri, quam extraneo conueniat. Proinde, vt ad inſtitutam diſputationem redeamus, in §. cum inter. ne fruſtra pactum interpoſitum videatur, cū regulariter mortua filia dos ad patrem redeat, dicendum eſt, eo loco pactum efficere, vt ſuperſtitibus liberis dos apud maritum remaneat & ad patrem amplius non reuertatur. Nec poteſt ad hoc propoſitum vllo modo detorqueri. l. ſi maritus. ff. de cōdict. cau. da. alia eſt enim ratio conditionis non extantium liberorū e intuitu extantium, & alia conditionis diuortii, intuitu matrimonij non contracti. Priori namque caſu nemo eſt adeo iniuſtus rerum æſtimator, qui coniectura non aſſequatur, patrem, qui caſu non extantium liberorum ſibi proſpexit, altero iuri ſuo renunciaſſe. Aliter certe talis cautio fruſtra a patre interponeretur. Poſteriore autem caſu, qui in caſum diuortii ſibi cauit, eum caſum excluſiſſe exiſtimandum non eſt, quo nuptiæ non contraherentur, tunc enim caſuum ſimilitudo, necnon perſpicua promittentis voluntas facit, vt caſus omiſſus pari iure cum expreſſo cenſeatur. Quarto diuerſæ opinionis authores in noſtram ſententiam adferunt l. illam. C. de collatio. in qua nepotes dotem matris conferre compelluntur, quod non eueniret, ſi dos mortua filia ad patrem reuerteretur. Sed recte ſcholiaſtes eo loci in glo. prodidit, tum legem illam procedere, cum filia deſiit in patris poteſtate eſſe. Tunc enim ad patrem dos non regreditur, ſed trāſit in hæredes mulieris. l. vni. §. accedit. C. de rei vxoriæ actio. Etſi in autem admiſerimus filiam eo loco in ſacris paternis fuiſſe, tamen nepotes ad collationem maternæ dotis non aliter tenebuntur, quam ſi eam ex pacto vel ſtipulatione retineat. Quinto opinioni, quam probauimus acerrime aduerſatur. l. pater. ff. de pact. dot. Pater filiæ nomine dotē dedit, & pactus eſt, vt mortua filia vno pluribuſue liberis ſuperſtitibus, deducta parte tertia reliqua ſibi dos, aut poſt mortem ſuam illi, aut illis filijs, quos in poteſtate habebat, redderetur, valebit ex ſententia Aphric. pactum. Sed ſi eos ſecundum iuris communis regulas ad patrem regredi deberet, fruſtra tale pactum interponeretur. Ergo dicendum eſt filia ſuperſtitibus liberis defuncta dotem patri reſtituendam non eſſe. Sed verius eſt pactum atque ſtipulationem eo loco interceſſiſſe, propter illam tertiā partem dotis, quam liberorum nomine retineri cōuenit. Sexto, contra ſentiētium opinionem corroborat. l. cum pater. ff. de pactis dot. Pater eo loci dotem ea lege promiſit, ne ſe viu
9 uo petatur, neue cōſtante matrimonio; quia poſterior † pars conuentionis contra iuris regulas in id tempus dotis ſolutionem differre videbatur, quo matrimonium amplius non eſſet. l. Iulianus. & l. ſi pater. ff. de iure dot. ideo D. Seuerus contemplatione pietatis paternæ & contrahentium voluntatis, ita pactum interpretandum cōſtituit, quaſi denuo adiectum eſſet ſe uiuo, quo reſcripto, inquit Vlpian. hoc effectum eſt, vt ſi quidem viuo patre deceſſerit filia, aut ſine culpa ſua diuerterit, omnino dos peti non poſſit. Ergo inquit Salice. ſi nulla interponatur conuentio, & filia viuo patre decedat, maritus dotem pretere poterit. Quod vtique ſuperſtitibus liberis verum eſt, nam aliter ſi dotem peteret, exceptione ſubmouetur, quod id peteret, quod eſſet reſtituturus, ſi non ſtatim, ſaltem intra diem miſerationis cauſa a lege indultum. l. ſi donaturus. ff. de condi. cau. da. Hæc autem argumentatio nimis ſcrupuloſa eſt, & procul accerſita. Nam proh Deum atque hominum? quis vnquam dixerit ea in mentem Vlpiano veniſſe, quæ Salicetus oſcitans hallucinatus eſt. Plane in l. cum pater. cardo dubitationis in eo vertebatur, an pactum, ne conſtante matrimonio dos petatur, valeat. Et quidem reipſa ineffi-cax erat. l. cum pater. & l. Iulianus. de iu. dot. ſed ex præcedentibus hanc interpretationem recipit, ne viuo patre petatur, vt autem in matrimonio dos fuiſſe aliquando videretur, vtque eam maritus vxori redderet, conueniens mehercle fuit, etiam dirempto matrimonio dotē peti. l ſi ſocer. §. vir. ff. ſol. matrimon. l. ſi de dote. ff. de iu. dot. Præſertim cum honorificum ſit intuitu mariti dotem aliquādo habuiſſe. Nec dubiū
10 eſt, quin ea† vtiliter petantur, quæ poſt interſtitium alii reſtituenda ſunt. l. vlti. ff. vt legat. nom. ca. l. ſi quis conductionis. C. de loca. l. vni. C. ſi dos cōſtan. matrimo. ſol. fuer. Nec diſcrepat l. ſi donaturus. §. vlti. ff. de condi. cau. da. nam ideo maritus ſoluto matrimonio agens, reſpectu patris, quam mulieri reſtituere debet, exceptione eo loco ſubmouetur: quia indebitam pecuniā iuſſu mulieris aliquis per errore promiſerat. Septimo aduerſus noſtram ſententiam adduci ſolet. l. poſt dotem. ff. ſolu. matrimon. Pater diuortio facto dotem ſibi reddi ſtipulatus eſt, ſi conditio, inquit Papinianus ſtipulationis impleatur, & poſtea filia ſine liberis deceſſerit, non erit impediē dus pater, quominus ex ſtipulatu agat. mortua igitur filia ſuperſtitibus liberis dotis condictio patri denegatur. Sed verba illa ſi ſine liberis, ſic accipi poſſunt, vt aduerbium maxime ſubaudiamus, ſicut in inſcriptione, de ſeru. & aqua. Poſſunt & ſic accipi, vt in eum caſum prouiſum fuerit. Sed proprius eſt, vt viua filia, vel ea mortua ſuperſtitibus liberis dos repeti non poſſit, quia pater ex voluntate filiæ eam ſibi reddi ſtipulatus fuerat, nec veriſimile eſt, filiam voluiſſe vel ſibi, vel liberis ſuis patrem anteferri. Octauo vrget, quod Iuſtin. conſtituit in l. vni. §. illo procul dubio. C. de rei vxoriæ acti. mortua in matrimonio muliere dotem illius hæredibus quęri, cuiuſmodi liberos hodie eſſet conſtat. l. quod ſatis. C. de bonis quę lib. l. ſancimus. C. comm. de ſucceſſ. reſpondeo illam conſtitutionem de muliere loqui, quæ patrem ſuperſtitem non habet. atque ideo in quibuſcūque hæredibus procedere. Reliqua quę in hanc ſententiam intorquentur, vt l. vxor. §. teſtamēto. ff. de legat. 3. l. vlt. vt legat. nom. cau. &c. id genus, frigidiora ſunt atque ineptiora, quam vt in illis accurate confutandis demorari nos oporteat.

De actionibus quæ ob dotis repetitionem dantur.

Alterum de iis, quæ propoſueram, ad actiones pertinet, quæ ob dotis repetitionem dantur. Sunt autem tres actiones ob dotis exactionem iure ciuili comparatæ, nimirum ex ſtipulatu, hipothecaria. & vendicatio, de quibus ſingulis diligēter diſpiciamus Bar. in l. ſi conſtante. ff. ſolu. matrimo. Faber, & laſ. in §. fuerat. de actio.

Ex ſtipulatu de dote.

Actio ex ſtipulatu nunc in locum rei vxoriæ actionis ſuffecta eſt, cuius † origo atque proceſſus vt perſpicue intelligatur, meminiſſe oportebit, quingentis fere annis poſt Romam conditā nullas rei vxoriæ neque actiones, neque cautiones fuiſſe, quippe cum nemo coniugii fœdere deuinctus diuortium adhuc feciſſet, quemadmodum Valerius libro 2. ſcribit. itaque cum primum Sp. Carbilius vxorem ſterilitatis cā dimiſit, anno vrbis conditæ. 223. M. Attilio. & P. Valerio conſulibus, in rempublicam inuectæ ſunt rei vxoriæ cautiones, vt ex Seruio Sulpitio Gellius lib 4. cap. 3. refert. Nec vero aliter tum ob dotis conditionem actio ex ſtipulatu dabatur, niſi ſtipulationis vinculum interceſſiſſet. Quare deinceps exploſis anxiis ac nimis ſcrupuloſis illarū actionum obſeruationibus, ſola ex ſtipulatu actio remanſit, in quam omnis vis, atque facultas actionis rei vxoriæ principalibus cōſtitutionibus eſt translata. l. vni. C. de rei vxor. actio. §. fuerat. de actio. Inſtit.
12 Proinde † actio ex ſtipulatu ea in ſpecie effecta eſt bonęfidei vti quondam rei vxoriæ actio fuit, dicto §. fuerat. de act. nec dubium eſt, quin eandem naturam habeat etiam tunc, cum ab hæredibus mulieris proponitur. l. vni. §. illo procul dubio. C. de rei vxor. act. Bar. & Iaſ. in l. 1. ff. ſol. matri. quanquam hæredes, filiis exceptis, priuilegium prælationis non habeant. l. aſſiduis. C. qui pot. §. fuerat. de act. Eſt præterea hæc bonæfidei actio, cum pater dotem profectitiam cōdicit. l. ſed etſi iō. ff. ſoluto matrimon. Ripa. in l. 1. ff. ſoluto matrim. nu. 24. Enim uero hæredes patris hæc actio amplius non conſequitur, ſed inſtar rei vxoriæ actionis mortuo patre integra filiæ tribuitur. l. vni. §. & hoc. C. de rei vxor. actio. Competit† autem
13 hæc actio aduerſus ipſum maritum, vt in id, quod facere pōt, condemnetur. §. itē ſi de dote. de acti. l. patronus. ff. de re iud. Interdum tamen maritus inſolidum condemnatur, vt fuſe Camp. oſtendit parte 3. q. 238. ſed ſi filiusfamilias maritus ſit, & dos ſocero data ſit, aduerſus ſocerum agetur. l. ſi cum dotē. §. tranſgrediamur. ff. ſolu. matrim. quod ſi maritus deceſſerit, & dotem ſocer non ſit conſecutus, recte mariti hæredes inſolidum conuenientur. l. maritum. l. rei. & l. etiam. ff. ſol. matr. l. ſciendum. ff. de re iudic.

Hypothecaria.

14 Altera actio, †quæ ob dotis repetitionem competit, hypothecaria nuncupatur. Namque lex, bona mariti & vxoris nexu quodam taciti pignoris teneri voluit ob dotis exactionē. l. vnica. §. & vt plenius. C. de rei vx. acti. Bal. Nouel. in tract. de dote. priu. 7. par. 6. ſicut & ſtipulationem fauore mulieris intelligit, datq; ex ſtipulatu actionem, etiā ſi nulla ſtipulatio ſubiecta,

Source : BIU Cujas

biecta,interpositave fuerit.l.vni.de rei vxor. act. §. fuerat. de act.in eo tamen hypothecaria multum ab actione ex stipulatu differt,q̃ hypothecaria in rem est.l.pignoris persecutio. ff. de pign. actio vero ex stipulatu in personam.Sed mirum est, actionem hypothecariam pro rebus dotalibus dari, cum illa mulier sit domina,& pignus in rebus propriis non contrahatur.l.neque pignus. ff.de regu. iu.hoc igitur sic accipimus, vt actio hypothecaria in rebus dotalibus locum habeat, quoties res æstimatas mulier in dotem dedit, tunc.n.dotis causa emptio contrahitur,atque ideo verum & naturale dominiũ in accipientem transit. l.plerunque.l.quoties.l.cum post.§.in dotem.ff.de iure do.l.quoties.C.eod.tit.

Vendicatio.

15 Nouissimè†ob dotis repetitionem legis vendicationẽ cõcesserunt.l.vbi.l.'& in rebus. C. de iure dot.hæcautem actio aduersus maritum creditorem, & alios rerum dotalium possessores datur,non quidem cum res,quæ pondere, numero, vel mensura constant,in dotem datæ sunt,tunc.n.ad superiores est decurrendum.l.pater.ff de do.præleg.Bar.in l.si constãte.ff.solu.mat.sed cum aliæ res in dotem dantur, quæ siquidẽ
16 †inæstimatæ sint,propter naturale dominium , quod mulier retinet,directa vendicatio erit,sin æstimatæ, quia earum dominium marito iam quæsitum est, vtilis tantum vendicatio dabitur.l.in rebus.C.de iure dotium.Bar.Bald. & Salyce.in l. in rebus.

Quo tempore dotis restitutio celebretur.

17 Nunc videamus† soluto matrimonio intra quantum tempus dos restitui debeat.Et quidem tempore Iurisconsultorũ, cùm dos pondere,numero,vel mensura cõtinebatur,annua, bima,trima die restituenda fuit,idest pars primo anno, altera secundo,& residua dos omnino intra triennium, id enim ea verba denotant.l.3.ff.de annu. leg.in l.2.ff.solu.matrim. Valla lib.1.cap.5.lib.3.cap.5.& lib.4.capit.80. reliquæ autem dotes siue in mobilibus siue in immobilibus rebus consisterent, statim reddebantur.l.cum in fundo.§.si fundus.ff.de iu.dot.l. vni.§.exactio.cum ait,quod commune &c.de rei vxo. actio. C.& in fragmen.Vlpia.sub titu.de dot.Ias.& Ripa,in l. 2.ff.sol. matrimon.Corasi.lib.5.misc.c.6.Sed Imper.Iusti.mulieribus prospiciens,dotem , quæ rebus soli contineretur illico , sicut & olim,restitui voluit,eam vero quæ in rebus mobilib.vel se mouentibus vel incorporalibus consisteret, omnino intra annum.l.vni.§.exactio.C.de rei vxo. actio.Ange.in §.fuerat.de actio.Steph.Bert.cons.39.volum.2.Rebuf.in tract. de senten. prouis.artic.3.glo. 1.Interim tamen præstanda est cautio. l. si constante. §. quoties. ff. soluto matrimonio. sicut in cæteris quoque bonæfidei iudicij obseruatur.l.in omnibus ff de iud.
18 Cur autem † res immobiles statim reddantur , cæteræ intra annum,ratio inquirenda est.Cyn.in §.exactio.Barto.in l.fructus.alias diuortio.§.interdum. ff.soluto matrimonio.Et mihi quidem videtur propter dandi facultatem de iure ciuili receptum.Cum enim facilius res soli reddantur,quam cæteræ, quas forte maritus aliis vel credidit,vel commodauit, vel aliter præsentes non habet , consentaneum est mehercule laxamentum ac interstitium aliquod marito vel eius hæredib.dari ad res eiusmodi componendas , & pecunias aliunde colligendas.Præsertim cum mulier intra annum luctus ab hæredibus alatur, quemadmodum inter omnes interpretes constat.Barto.Castren. & Ias. in l. fructus.§.diuortio.ff. solu.matrimon.Bal.& Salyc.in §.exactio.Soc.consi.106 Campe.par. 2.q.16 Rebuf.in trac.de senten.proui.arti.3.glo.1.Bal.in l.vlt. C.de bon.mater.

Quæ in restitutionem dotis veniant.

19 Sed videamus†quæ in dotis restitutionem veniant. † Veniunt autem , quæ euictis rebus æstimatis maritus ab vxore iudicio empti consequitur.l.quoties. ff.de iu.dotium. veniũt & fructus dirempto matrimonio percepti.l. si marito. §. vlti. ff.solu.matrim.necnon ij,quos maritus constante matrimonio cepit.reliqui tamen sunt aut ampliores, quam marito debeantur, habita ratione eius temporis,quo matrimoniũ non fuit,vel eius,quo fundus dotalis traditus est.l. cum in fundo. §.diuortio.ff.de iure dot.l.de diuisione.ff.sol.matrimo. l. vni. §.sed & nouissimi.C.de rei vxor.act.Eius generis memorabilem hypothesim Papinianus apud Vlpianum retulit, quam nos ita breuiter & dilucide exponemus.Alc.lib.3.para.cap.1.
20 Cora lib.5.mis.cap.7.Duar.lib.1.dispu.cap.vlt. Si mulier† Calen. Octob. fundum in dotem det, eumque maritus coacta vindemia quæ. 24. aureis æstimabatur, alicui fruendum aureis 12.Calen.Nouem. locet , & in fine Ianuarij diuortiũ fiat , quia plerunque euenit , vt pluris fructus valeant , quam res fuenda detur, maritus pro rata annui redditus tria ex mercede,& duo ex fructibus percipiet, reliqua vxori reddere compelletur. Itaque siue pluris siue minoris sit fructuum æstimatio,quam annua merces locationis,ita tamen cum fructibus merces confundetur, vt quartam partem mercedis & duodecimã fructuum maritus habeat.l.fructus. §. Papinianus. alias l.diuortio.ff.soluto matrimo . Sed fingamus Calendis Ianuarij nuptias cõtractas,Cal.Maij fundum traditum, ac deinceps cum fructus dotis maritus cepisset , extrema die Decembris solutum matrimonium.Plane sic inunda supputatio erit, vt pro eo tempore quo fundi dotalis possessor maritus fuit,fructus is retineat,nimirũ pro 8.mensibus, pro reliquis quatuor vxori reddere compellatur.l.de diuisione.& l.fructus.ff.solu. matrimon.Bar.Ias.& cæteri in l.fructus. ff. soluto matrimon. Campe.2.parte.q.12.Quod tamen in decimis non procedit. c.tua nos.de decimis.nec in gabellis , vt dicitur, quas ex præscripto legis patriæ municipes pensitant.Bal.& Cast.in dic.l.fructus.Salyce.in l.1.C.de fruct. & lit.expen. Verum.n. † fructus
21 sic accipi debent,qui deducta impensa supersunt.Quod Scæuola & ad mariti & ad mulieris impensas refert.l.fructus.ff.soluto matrimonio l.fundus qui dotis. ff. famil.erciscun. Neque tamen impẽsa omnis deducitur,sed ea demum,quæ fructuũ percipiendorum causa fit,vt verbi causa!, quod in arando,serendoque agro impensum est,quodque in tutelam ædificiorum , agrumve , seruum curandum .l. si ex ædificio vel seruo fructus aliqui percipiebantur.l.fructus.§.impendi. & l.si fun-
22 dus.ff.sol.matrimo.Illud prætermittendum non est, † fructus & reliquas accessiones,quæ dotem auctiorem efficiunt , soluto matrimonio eadem actione , qua dotem peti. l.si marito.§.vlt.ff.sol.matrim Lquoties.ff.de iure dot.Bal.in l.vlt.C.de senten.quæ si. quant.Camp.par.3.q.193. Sed vt nihil antiquitatis in præsentia ignoretur,sciendum est, Gallos in dotibus & dotium fructibus retinendis olim hoc iure vsos, vti Cæsar lib.6. de bel. Galli.scripsit. Viri quantas pecunias ab vxorib. dotis nomine accepissent,tantas ex suis bonis æstimatione facta cum dotibus communicabant,huius omnis pecuniæ coniunctim ratio habebatur, fructusq; seruabantur , vter eorum vita superasset,ad eum pars vtriusque cum fructibus superiorum temporum perueniebat.Et hactenus .

Quibus de causis dotium repetitio impediatur.

Reliquum est,vt indagemus,quæ dotis impediant exactio-
23 nem:Sũt autem† variæ & multiplices eius generis causæ,quæ viam repetitioni dotis omnino præcludunt, & nobis scitu dignissimæ videntur. Primum itaque dotis repetitionem impedit pactum, vt mortua in matrimonio filia dos apud virũ maneat.l.si pater.ff.de pac.dot.l.vni.§.illo proculdubio. C.de rei vxo.actio.§.sponsalibus. in nouel.de sanct. episcop. Tunc enim conuentioni , quæ legibus consentanea esse noscitur, est proculdubio standum.l.1.§.si conueniat.ff.depos.l. 1. C. Theod.de dot.Alexand.Castr.Ias.& Ripa, in l.2.ff.soluto matrimonio.Caua.in versicu. donatio 4.etiam superstitibus ex eo matrimonio liberis, quibus nouella Iustin. constitutio in omnem euentum dotem conseruari & restitui voluit. §. præterea.in nouel.neque vir,quod ex dot. est . & §. dotes.in nouel.de nup.Olim vt Seuer. Boet. refert, lib. 6.com. in Topic. Cice.dos interdum his conditionibus dabatur, vt si inter virum, vxoremq; diuortium contigisset , quod melius æquius esset,reliquum dotis restitueretur vxori.idest, vt quod ex dote iudicatum fuisset,melius æquius esse, vt apud virum maneret,id vir retineret , quod vero non esset melius æquius apud virum manere, id vxor post diuortium reciperet .Secundo, dotis exactio cessat,quoties maritus dotem non accipit.l.maritus.ff.solu. matrimo. quod ego plenius accipiendum puto , vt etiam de dotis additamentis,quod vulgo agensamentum appellamus , & propter nuptias donationem pertineat. Bal. & Ange. in §.illud. de eligen. secundo nub.Ias. in §.fuerat.de actio. Stepha. Ber. consil.303.volum. 2.Guid.Papa.q 274.& q.430. Ea enim pro portione tantum dotis exolutæ debentur , & cum nihil dotis nomine datum est,ea nullo modo debentur . §. illud.in nouella, de non eligen.secun.nuben.Tertio,repetitioni dotis locus non est , quoties culpa mulieris distractum est matrimonium.l.Lucius. ff. solu. matri.l.si dotẽ. C.de iure dot. l. consensu. C. de repud. fuit tamen quoddam tempus , cum mulier diuortio culpa sua facto , parte tantum dotis pró numero liberorum multabatur , vt alibi ex Vlp. & Boe. Seuerino ostendimus. Quarto , dos repeti non potest , quoties mulier sine causa diuertit. l. consensu . C. de repud. Quinto, nec quoties sine dolo & culpa mariti res dotalis euicta est.l.Mæuia.§.vlti.ff.sol.matri.

An mulier adultera dotem παραφερνα amittat.

34 Sexto, dotis† exactio impeditur propter adulterium mulieris.l. consensu. C. de repu.l.vlt. C. ad leg. Iuli. de adulte. c. plerunq;.de don. inter vir.& vxor. l.miles.§ socer. ff. ad legẽ Iuliam de adul. Glo.in c.ex par.de consue.& in c.plerunq;. de do.inter virum. Mar.Soci. cõsi.9.Rebuf.in tract.de sent.-prouis. artic. 3.gl.1. Ripa in rub.de iudic. distracto enim ob eam

Source : BIU Cujas

cauſam matrimonio, dotem maritus legitime retinet. l. vni. §. taceat. C. de rei vxo. actio. §. quia vero. in nouel. vt lic. matri & auiæ. Hoc ita, inquit Bar. in l. miles. § ſocer. ff. ad leg. Iul. de adul. cum maritus porrecto libello cum ſubſcriptione, criminalem accuſationem inſtituit. A qua ſententia Caſtren. diſcrepat conſi. 122. Imo. in l. cum mulier. & Roma. in l. Lucius. ff. ſoluto matrimonio. & merito, quia tunc dos marito non applicatur ſecundum nouel. vt nulli iudic. & auth. ſed hodie. C. ad leg. Iul. de adul. Claua. in ver. dos. nume. 15. quod & Orat. lib. 1. Sermonum his verſibus luculente ſignificauit.

Nec vereor ne, dum futuo, vir rure recurrat,
Ianua frangatur, latret canis, vndique magno
Pulſa domus ſtrepitu reſonet, ne pallida lecto
Deſiliat mulier, miſeram ſe conſcia clamet,
Cruribus hæc metuat, doti, deprenſa, egomet mihi.

Si tamen mulier viri lenocinio adulterata fuerit, nihil ex dote retinebitur. l. cum mulier. ff. ſoluto matrimonio. c. intelleximus. de adult. idem iuris eſt cum propter cognationem, affinitatem, votum ſolenne, vel aliam conſimilem 29 cauſam rite contractum matrimonium non eſt, nec iuſtæ nuptiæ interceſſerunt. §. ſi vero ab initio. in nouel. de nuptijs. l. ſi concubina. ff. rerum amota. Accur. in l. conſenſu. §. vir quoque. C. de repudi. Campe. par. 3. quæſt. 22. Si enim matrimonium nullum eſt, vtique mulier adulterii rea non deferetur. c. fraternitatis. de frigi. & mal. nec dotis, quæ nulla 25 eſt, amiſſione multabitur. Cæterum, quod de dotis † amiſſione diximus, quidam interpretes poſt ſcholiaſten iuris Pontificij ad parapherna, & obuenturam ex pacto, vel lege patria vxori donationem non ineleganter porrexerunt, quorum ſẽtentiam ob inuiſum hoc & coercitionibus longe digniſſimum facinus ego facile ſequor Glo. Ange. Card. Flor. in cap. plerunque. de do. inter vir. & vxorem, Lud. Roma. ſing. 312. Ang. in tract. de malefi. tit. che hai adulterato la mia donna. Rip. in l. 1. ff. ſoluto matrim. laſ. ibid & in l. fideicommiſſum. C. de fideicom. Non eſt enim, vt Euphron. apud Stob. præclare dicebat, adulterio vllum maius malum, cum in aliorum infortuniis delitias quærat. Ουκέτι, inquit, μοιχοῦ μείζον οὐδὲν ἐν πόλεσιν· ἐν ταύταις γὰρ ἑτέρων ζοῦλεται ἁλίσκεσθαι τρυφάν. Eſt igitur hoc crimen acerrime vindicandum, & eius conſcijs variæ pœnæ irrogandæ. Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 1. And. Tiraq. in legib connub. Ioan. Berber. in tract. de adult. Sed hodie apud Francigenas adulteria non puniri Faber ait, in §. ex non ſcripto, de iure natu & l. 1. quæ ſit lon. conſuetu. quam ſententiam Bened. exagitat in ver. cuidam Petro tradiderunt, cap. Raynutius. nume. 63. & Arnold. Ferro. in commen. ad conſuetu. Burde. titu. de fur-
26 tis §. 1. Certe Parthi, †vt Iuſtinus li. 14. ait, nullum acrius coercebant, vt propterea Aegyptij mitiores fuiſſe videantur, qui authore Diodoro lib. 2. rerum antiq. raptori liberæ mulieris virilia tantum execabant, & deprehenſum in ſpontaneo adulterio virgis vſque ad mille plagas cædebant, mulieribus autẽ in adulterio deprehenſis naſum duntaxat amputabant, vt ea ſcilicet corporis parte plecterentur, quo homines maxime decorari ſolent. Moſes prudentiſsimus ille legislator adulterum vna cum adultero lapidibus obrui voluit, vt Deuto. 22. & Leuiti. 20. relatum eſt. Cuius ſcripta Arabes ſecuti videntur, qui ſummum ſupplicium adulteris irrogabant, vt Strabo lib. 16. Geograph. ſcribit. Sed & Romulus eius ſceleris conuictam impune occidi voluit, vt Halic. ait, ſicut & lex Solonis in ipſo facinore a marito deprehenſam, vt author eſt Plutarchus in vita Solonis. & Gellius lib. 10. cap. 23. Mitto quæ lege Iulia, quæ l. caſtitati. & l. quamuis. C. ad leg Iul. de adul. continentur, ſatis enim ex ſuperioribus conſtat, crimen adulterij acerrime eſſe vindicãdũ, ac proinde marito, cui potiſſimum mulier iniuriã infert παράφερνα addici oportere. Sic enim adulterii rea meritis pœnis afficietur, ſic maritus iniuriam tanto ſcelere conflatam æquiore animo feret, nec angoribus confi cietur, cum videbit eius ſceleris vindicta ſuum honorem cõ ſeruari, qui valde contemptus videretur, ſi παραφερνα quibus ip ſe fruitur, adulteræ mulieri reſtituenda eſſent.

An ab hęredibus mariti, propter adulterium. mulieris, dos retineri poſſit.

Et quoniam omnia perſequimur (volumus quidem certe)
32 hoc loco commemorandum eſſe videtur. An dos † propter adulterium mulieris ab hæredib. mariti retineri poſſit? Et nõ poſſe noſtri crebrius prouiderunt. Bart. Bald. Rapha. Imo. Caſtren. & Duar. in l. rei. § 2. ff. ſoluto matrimon. Pan. conſi. 3. q. 9. in 2. par. Camp. in 3. par quæſt. 226. primũ quia de his, quæ. teſtator æquo animo tulit, hæredes queri non poſſunt. l. vlt. C. de reuo. do. Deinde, quia hæredes morum coercitionem non habent. l. rei. §. 1. ſoluto matrimonio. nec iniuriarum perſecutionem l j. ff. de priu. delic. l. iniuriarũ. ff. de iniu. vnde Cæſares in l. vlt. C. Theod. de ince. nup. ita ad Phil. ſcripſerũt, de moribus actio vltra perſonam extendi non poteſt, nec in hæredem habetur, nec tribuitur hæredi. Odioſa n. hæc iudicia ſunt, quæ ad vindictam quandam comparata videntur, ideoque ad hæredem non tranſeunt. Ego tamen in contrarium ſum procliuior, ac puto propter adulterium dotem ab hæredib. cauſa cognita poſſe retineri. Sal. in l. vlt. C. ad l. Iul de adul. Rom. in l. rei. §. 1. Ange. Claua. ſi. in ſumma. Etenim ſi cum maritus adulteram vxorem ſciret, diſſimulatione iniuriam tranſegit, & nunquam de ea queſtus eſt; quia ob reticentiam
28 † ac taciturnitatem leno effectus eſt. l. 2. & l. ſine metu. C. ad le. Iul. de adul. fruſtra hęredes mulierẽ adulterij inſimulabũt. l. cum mulier. ff. ſoluto matrimonio. Præſertim cum iniuriarum actio, ingrati accuſatio, & ex S. C. Syllaniano delatio diſſimulatione aboleatur, nec poſſint hæredes derelictam a teſtatore iniuriam poſt eius mortem vindicare, §. vlt. de iniu. l. omnimodo. C. de inof. teſt. l. 1. C. de reu. don. l. 1. §. vlt. ff. de S. C. Sylla. l. ſi cum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cautio. Sed ſi maritus vxoris adulterium ignorarit (quod & in dubio credendũ eſt. l. mariti. ff. ad l. Iul. de adul. l. verius. ff. de probat.) iniuriam
29 † profecto, quam neſcit, remiſiſſe nunquam exiſtimabitur. l. nihil intereſt. §. 1. & l. mater decedens. ff. de inof. teſt. l legitimam. de pe. hær. Ideoque illius hæredes tunc recte atque vtiliter experientur. l. 1. ff. de his qui. vt indig. hoc exemplo tutorum corroborari põt, quos ſi pater teſtamento ſuo dederat, & deinceps cum eo exardeant inimicitiæ, vel morum ante celata vel ignorata emergat improbitas, recte ſuſpecti ab hæredib. vel aliis poſtulabuntur, & Prætor teſtantis voluntatem non ſequeretur, nimirum ſi ignorãs eorum fuit, quæ ipſe Prętor de tutorib. comperta habet. Ergo quamuis maritus vxorem adulterii ream non detulerit, poterũt nihilominus hæredes, quib. id perſpectum eſt, quod latuit defunctum, adulterii eam poſtulare, & dotis impedire repetitionẽ. Et ſane cum maritus recte talem accuſationem aduerſus hæredes mulieris inſtituat. l. vlt. C. ad legem Iuliam de adul. nequaquam ambigendum eſt, quin recte mariti hæredes aduerſus ipſam mulierem de adulterio querantur. Nec his faceſſit negotium. l. vlt. C. de reu. dona. nam eo loco donator admiſſum ingrati acceptoris, atque adeo donationis reuocationem, quandiu in reb. humanis erat, ſciens prudensque tacuit, itaque mirum non eſt, ſi iam abolita diſſimulatione actio inſtaurari ab hæredib. non poſſit. Enim uero ſi cum neſciret ingratum accipiẽtem, querimoniam nullam inſtituit, propius eſt, vt actio eius hæredib. non denegetur. Sed & facili negotio tollitur l. rei. in §. 1. ff. ſoluto matrimonio. Illa enim ſecundum ſupraſcriptam definitionem accipi debet, ſicut & l. 1. de priuat. delic. & l. iniuriarum. ff. de iniu. & l. vlt. C. Theo. de inceſt. nup. Cum enim recte aduerſus hæredes talis (vt iam diximus) querimonia inſtituatur. recte etiam ab hæredibus eadem proponi poterit. Et mirũ profecto mihi videtur, noſtros ad hoc propoſitum detorquere. l. cum emancipati, in §. emancipatus. ff. de colla. bon. cum ea nihil meo quidem iudicio probet, quod noſtrę ſententiæ aduerſetur.

An mulier propter ſtuprum dotis amiſſione multetur.

30 Si mulier † poſt mortem mariti ſtuprum admiſerit, videamus an dotem amittat. Eſt autem hæc cõtrouerſi iuris quæſtio, plenaque diſſenſionis inter doctiſſimos, cuius reſolutionem vt dilucide in medium proferamus, rationes cognoſcendæ ſunt, quib. communis ſchola nititur, & deinceps noſtra opinio breuiter exponenda. Alex. in l. ſororem C. de iis quib. vt indi. Duar. in l. 2. ff. ſol. ma. Iaſ. in l. fideicõmiſſum. C. de fidei com. qui tamẽ contra ſentit. in l. j. ff. ſo. ma. Putãt crebrius noſtri mulierem, quæ morto marito proſtat, vel aliter impudicam vitam agit, dotis amiſſione legib. nõ puniri, ac leges, quę adulterii conſciam dote multarunt, ad eas, quæ ſtuprum poſt mortem mariti admiſerunt, non eſſe porrigendas. Primum quia in pœnalib. protenſioni locus non eſt. c. odia. & c. in pœnis. de reg. iur. c. ſtatutum, de elect. apud Bonifa. l. cum quidã. ff. de lib. & poſth. deinde quia pœna amiſſionis rei clientalis ac fiduciarię, quę pp adulterium irrogatur, ita demũ locũ habet ſi cliens cũ vxore dñi eo adhuc ſuperſtite concũbat. c. poſteri. de feudo ſine culpa non amitt. Illud noſtros vehementer mouet, quod in §. vlt. de reſt. & ea quæ parit in 11. men. mulieres, quę iura annum luctus ex ſtupro pepererunt, ea ſolum pœna afficientur, vt ante nuptias donationem amittant. Ergo mulieres, quæ impudice & honeſte poſt mortem mariti vixerũt, dote ſecundum Iuſti. conſtitutionẽ non priuabũtur. Præſertim cũ poſt annũ luctus leuius ſit illud admiſſum. Hæc aũt quãquã ſpecioſa ſint, ac fere probabilia, non sũt tã tanti ponderis, vt cãæ, quod dicitur, iugulũ premant. Etenim, vt a primo exordiamur, quis vnquã adeo rerũ imperitus fuit,
31 qui dubitaret leges, in irrogãdis † coercitionib. ob eandẽ maioremve cãm ad ſimiles caius trahi. Certe in l. his ſolis. C. de reuo. do. Imp. Gl. in l. ſi qs ſeruo. C. de fur. Bal. in l. ſi qs id qđ ff. de iuriſd. & in §. porro. q̃ fuit prima cau. benef. amit. Iaſ. ĩ l. vlt.

de in

Source : BIU Cujas

de in ius vòc. Panor. in c. vlt. de reſcri. Campe. par. 3. q. 28. Conſtantinus ſcribit reuocandarum donationum eas ſolum matres poteſtatem habere, quæ primo contentæ matrimonio, ad ſecundas nuptias non conuolarunt, ac pęnam eiuſmodi, quæ ſecundo nubentibus infligitur, ne reuocent donationes, ad ſtupri reas pertinere, nimirum quia ſuperior conſtitutio ſatis tacite eas complexa erat. Obertus in §. prædicto, & ſequen. ſub titu. quæ fuit pri. cau. benefic. amit. ait pœnas, cauſasque amiſſionis feudi, quas antea ſigillatim retulerat, omnino ex illis diuorum Principum conſtitutionibus duci, quæ exhæredationis & repudij cauſas continent. Subdit, etiam ob emergentes quotidie nouas rerum formas, partes iudicantium eſſe cauſas, pœnasque prius recenſitas, quoties eadem, vel par ratio verſabitur, ad ſimiles ſpecies protendere. Noſtro igitur caſu cum par ſit ſtupri & adulterij ratio, leges, quæ adulterij conſcias dote multarum, rectiſſime ſic accipiemus, vt etiam ad ſtupri reas pertineant. Nec eo mouemur, quod amplius matrimonium non ſit, & ideo ſtupri conſcia matrimonij honorem laceſſere non videatur. Nam
32 etſi morte ſolutum ſit matrimonium, nihilominus † mulier adhuc in matrimonio eſſe intelligitur, ac eiuſdem mariti coniux. l. vlt. C. de bon. mater. §. ſoluto. in nouel. de nup. Bartol. l. quoties. de priui. ſcho. in l. vlt. de bonis mater. & l. vlti. C. de verbo. ſign. Itaque vidua mulier amiſſi mariti domicilium obtinet. l. filij. §. vidua. ff. ad mun. obtinet & priſtinos honores, quos ob maritum fuerat conſecuta. l. fœminæ. de ſenat. l. mulieres. de dignitat. lib. 12. C. ſequitur & forum mariti, ac ſi vere in matrimonio permanſiſſet. l. quoties, de priuil. ſcho. lib. 12. Quare cum matrimonij commoda habeat, conueniens eſt etiam, vt incõmodorum particeps fiat, quæ conſtãte matrimonio pateretur. Et ſane quamuis mulier poſt mortem mariti ſtuprum admittat, tamen dubitatio nulla eſt, quin marito & propinquis illius maxima iniuria inferatur, quem acriter vindicari & mariti & propinquorum intereſt. §. quæ vero. in nouel. de nup. Ideo conſtitutum eſſe opinor in l. pe. C. ad leg. Iuliam de adulter. vt ſi diuortio facto maritus ſuperſtes ſit, & vxor ſtupri procacitate viduitatem commaculet, recte a marito ſtupri rea poſtuletur. Quod in hæredibus ſimiliter probandum eſt, propter ſupra relatam rationem, cui vehementer cõgruit, quod Martianus in l. 1. de iis quibus vt indig. lega. aufer. notat, libertum, qui erga patronum ingratus poſt eius mortem extitit, recte ab hæredibus accuſari, & ob id legata, necnon ad criptam in teſtamento libertatem perdere. Eodem pertinet l. 1. §. & ſi forte. ff. de iniurijs. Si forte cadaueri defuncti iniuria fiat, qui hæredes, bonorum ve poſſeſſores extiterunt, iniuriarum actionem intendere poterunt.

Perſpicuum eſt igitur iniuriam marito poſt eius mortem a muliere per ſtuprum illatam hæredes vlciſci, ac vindicare poſſe, ita, vt ſi ciuiliter agant, & dotis nondum celebrata ſit exactio, dos illius marito applicetur. l. vltima. C. de litig. Caſt. in l. fideicom. C. de fideicom. & in l. ſororem. C. de his quib. vt indi & conſi 121. Hyppol. Marſilienſis conſ. 13. Sed tamen 37
nonnulli ſolam exceptionem ſufficere putant, quorum ſententia mihi probabilis videtur.

Nec diſſidet cap. poſterius. de feu. ſine cul. non amit. nam etſi facinus in vita domini admiſſum eo loco coerceatur, propterea tamen non conſequitur mortuo domino crimen impunitum remanere. l. 2. C. de cond inſer. auth. conuenticulã. C. de epiſc. & cler. Quod vero attinet ad §. vltimũ. de reſti. & ea quæ parit in 11. men. per mihi mirum videtur Iuſtinia.
33 eo loco filium illegitimum † definiſſe, quem mulier 11. menſe poſt mortem mariti peperiſſet, nam ex Hyppocrate in lib. de Octimeſtri partu, & Ariſtot. lib. 7. de hiſtoria animalium, conſtat vndecim menſium effici poſſe partus, quoties propter menſtrua purgamenta conceptus tardarentur. itaque Gellius cap. 17. lib. 3. noctium Attica refert, fœminam bonis atque honeſtis moribus, non ambigua pudicitia in 11. men. poſt mariti mortem peperiſſe, qua de re cum negotium factũ eſſet. D. Adrianus requiſitis veterum Philoſophorum & medicorum ſententijs, decreuit 11. men. partum edi poſſe. Admirabilius eſt, quod Plinius notat lib. 7. cap. 5. Papirium Prætorem ſecundo hærede lege agente, bonorum poſſeſſionem contra eum dediſſe, cum mater partum ſe 13. menſibus tuliſſe diceret, quoniam nullum certum tempus pariendi ſtatutum ei videretur. Et hæc in propoſita ſpecie ſuggerunt, mulierem, quæ 11. men. peperit, dote non eſſe multandam, veruntamen quia de illa male Iuſtin. ſuſpicatur, dicemus nouella illa conſtitutione rerum a viro datarum amiſſionem duntaxat contineri, quoniam de dotis amiſſione ſatis aliis legib. proſpectum eſſet, arg. l. Gallus. §. ille caſus. ff. de libe. & poſth. quod etiam verba ipſius conſtitutionis oſtendunt: ait enim, aliis pœnis ſtupri conſciam non liberari, ait præterea, ſubijci eam pœnis, vt neque nuptias acerbas deſideret, neque legitimas maiore circunueniat malo. Adde, quod † dos & ante nu
34 ptialis donatio in omnibus fere comparantur. Quare conſentaneum eſt, vt nouel. Iuſtin. conſtitutionem, quæ ante nuptialis donationi, meminit, etiam de dote intelligamus. l. cũ multæ. C. de dona. ante nupt. l. vlt. C. de do. promiſſ.

An propter oſculum dos amittatur.

35 Nouiſſime † propter oſculum ex ſententia Baldi & ſectatorum mulier dotem amittit. Si enim fiduciarius cliens dote propter adulterium priuatur. c. vni. §. j. quibus mod. feud. amittat. Bald. in c. tuæ. de procura. Ripar. in rub. de iudi. li. 2. decret. Felin. in c. præterea. de teſtam. in fi. profecto dubitari non oportet, quin ob eandem quoque cauſam mulier dote priuetur. Præſertim cum ea magis obnoxia ſit marito, quam
36 fiduciarius cliens domino. Et † ſane hinc maxima exoritur adulterij ſuſpitio atque coniectura, vt diuus Cyprianus in c. nec in aliquæ. 27. quæſt. 1. ſcribit, quod etiam Ouidius his verſibus eleganter confirmat.

Oſcula qui ſumpſit, ſi non & cætera ſumpſit:
Et dicam hęc mea ſunt, inuiciamq; manus.

Et alibi,

Oſcula ſi dederit, fiam manifeſtus amator.
Hæc quoque, quæ ſumpſit, perdere dignus erat.

Certe Accurſius inter adulterij proœmia oſculum cõnumerat. nec dubium eſt, quin ex indicijs facile adulterium arguatur. l. etſi amicis. ff. ad leg. Iuliam de adulter. cap. litteris. de præſumptionibus. Quare ob tantam adulteri præſumptionem oſculatio acriter vindicanda erit, & inſtar adulterij dotis amiſſione multanda. Equidem cum intueor & memoria diligenter repeto veterum Romanorum leges, quæ ex leuioribus cauſis mulieres dote multabant, in eãdem ſententiam propemodum trahor. Plinius certe lib. 14. capite 13. refert Cn. Domi. iudicem, mulierem quandam, quæ plus vini biberat, quam valetudinis cauſa viro inſciente, dote multaſſe. Iuſtinianus in l. vltima. de re pu. mulierem, quæ commune lauacrum cum viris habet, eadem quoque pœna affecit. & in l. conſenſu. eod. ſub tit. eam ſimiliter dote multauit, quæ inſcio marito in conuiuijs verſatur, aut in circenſibus vel theatralibus ludis, vel aranearum ſpectaculis intereſt. vnde tamen minus mali, quam ex oſculo eſt mediusfidius ſuſpicandum. Huc pertinet, quod in eodem reſcripto Iuſtini. ſcribit, mulierem quæ interdicta attentat, eadem pœna afficiendam. his enim verbis oſculatio haud dubie continetur. Ergo confitendum eſt, probabilem eſſe ſententiam exiſtimantium ptopter oſculum dotis repetitionem impediri. Verum ſi omnia accuratius intueamur, & ad exactum iudicium renocemus, perſpicue mea quidem ſententia innoteſcet, non adeo rem grauem oſculum eſſe, vt propterea mulieres dotis amiſſione multentur. Iaſ. in l. 2. ff. ſol. ma. Dec. in rub. de iud. lib. 2. Decr. epiſt. Alc. li. patergon. 4. c. 10. & in l. 2. ff. ſolu. matrim. quidem ex priſcis † temporibus apud Roman. oſculorum nullus fere vſus fuit. Cum enim vino interdictum mulierib. fuiſſet, vt ſoli propinqui, vt ſcirent an temetũ olerẽt (ſic enim veteres vinum appellabant) peregre aduenientes fœminas oſculabantur, quod quidem inſtitutum vſu vini mulieribus conceſſo, ita in minores hominum irrepſit, vt ab eo tempore amoris, officij, & honeſtorum affectuum oſcula eſſe cœperint. author Plutarchus in libro de clariſ. mulieribus. & in problem. Gell. in libro 10. cap. 23. & Plin. libro 14. cap. 13. Vnde intelligimus tam ominoſam præſumptionem ex oſculo non eſſe capiendam, vt inde adulterium conijciamus. Sane in dubio delictum non præſumitur. l. merito. ff. pro ſocio. nec pœna ad attentationem pertinet, quam lex ſceleri conſumato irrogat. l. ſæpe ita. ff. de verborum ſignifica. neque enim protendi leges pœnales debent, præterquam cum par, vel maior ratio verſatur. capi. odia. & c. in pœnis. de regulis iuris. Quod vtique noſtro caſu non euenit, vt enim aliæ leues præſumptiones & ſigna, ita & oſculum longe lateque ab adulterio differt. Nec me trahit in contrarium. cap. 1. §. j. quibus mo
38 dis feu. amitt. nam ex † libris feud. qui conſuetudines quorũdam locorum continent, & ab his conſcriptæ ſunt, qui legis condendæ poteſtatem non habebant, ſolidum aut probabile non dicitur argumentum. Sed etſi cum Bal. & aliis libros Feudorum probatæ authoritatis eſſe admiſerimus, ille tamen locus non aduerſabitur, quippe qui oſculi non meminit, ſed impudicorum quorũdam actuum, qui feudi amiſſione facilius operantur, propterea quod res ad priſtinam naturam redeat, quam mulier dote ſua priuari poſſit. Bald. in princip. feud. Iaſ. in l. prima. C. de iure emphyteu. Porro Ouidij loca noſtræ ſententiæ non repugnant: Cum enim Ouidius de oſculo amicitiæ cauſa adulterij præſtito loqueretur, ita eum ſce-

Source : BIU Cujas

næ ſeruire oportuit, vt commoda, quæ talem oſculationem conſequuntur, ſuis etiam verſibus exprimeret. Nec vero credendi ſunt ſemper Poetæ, qui cum ſuapte natura ſint mendaces, tum admiranda magis quam vera canere conſueuerunt. Illud quidem certe admittendum eſt, ex oſculo adulterium non eſſe conijciendum, niſi aliud locus, tempus, vel ſimilia ſignis non dubijs oſtenderent. Quid autem ſi ſuauium præbeatur? quod Seruius in 1. Aeneid. & Donatus in Eunuch. Terentiana, libidinum & amorum eſſe prodiderunt. & putem adulterij ſubeſſe præſumptionem, ob quam poterit iudex, ſi eius religioni videatur, mulierem dotis amiſſione multare. Sicque locum habebit, quod in l. conſenſu. dicitur, interdicta attentantem, & quæ ſequuntur. Sed & reliqua, quæ ex eadem lege, & l. vltima. de repudijs, obiecimus, propius ad dulterium accedunt, ac maioribus coniecturis ſubijciuntur, quam oſculum, de quo inſtituta diſputatio fuit. equidem mulier, quæ contra mariti voluntatem in conuiuiis verſatur, vel foris pernoctat, vel ludis intereſt, vel lauat eodem in loco cum viris, vix euitare adulterii ſuſpicionem poteſt, in quam tamen non incidet, quæ ſine vlla adulterij cogitatione peregre aduenientibus propinquis vel amicis oſculum honeſte præbuerit. Adde, quod verba illa, interdicta attentantem. rectiſſime poſſunt ad caſus antea nominatim expreſſos referri extra quos dicendum eſt, propter oſculum, vel quid ſimile mulieres dote non eſſe multandas, quoniam in pœnis protenſioni locus non eſt.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegia lex 12. tabul. ſuſtulit.*
2 *Priuilegij ethymologia.*
3 *Quot modis priuilegium in iure ciuili accipiatur.*
4 *Quo iure nitantur Regia diplomata, quæ ius ſingulare continet.*
5 *Mulier in dotis exactione quibuſcunque creditorib. anteponitur.*
6 *Quibus caſibus lex tacitam hypothecam induxit.*
7 *An fiſcus cedat antiquiori priuato, & an fiſcus & mulier pari iure cenſeantur.*
8 *Quando hominum cautiones legum diſpoſitioni cedant.*
9 *Lex & princeps poſſunt res proprias ſingulis ex cauſa auferre.*
10 *Ius commune an potius ſit de iure ſpeciali.*
11 *An ex tempore priuilegia æſtimentur.*
12 *Priuilegium prælationis etiam in additamento locum habet.*
13 *Extraneis tamen hæredibus non competit.*
14 *Dos opinata an habeat priuilegium prælationis.*
15 *Res fideicommiſſariæ dotis cauſa alienari poſſunt.*
16 *Retentio & compenſatio an in dote locum habeant.*
17 *Res empta ex pecunia dotali, an dotalis efficiatur.*
18 *Cauſa priuilegiorum dotis.*
19 *Pœna cœlibum.*
20 *Priuilegia quę habentibus liberos conceduntur.*

CAP. VII.

RElIqua ſunt dotium priuilegia, quæ multorũ literis ampliſſime celebrantur, & Pomponius lib. 15. ad Sabinum eleganter his verbis ſignificat, Dotium cauſa ſemper & vbique præcipua eſt. Ne autem fruſtra hęc a nobis ſuſcepta diſputatio videatur, euellendus eſt initio quidam grauis ſcrupulus, qui nonnullos iuris profeſſores diu, multumque exercuit, & nobis obſeruatione digniſſimus videtur. Ecce, lex
1 † 12. tabularum priuilegia omnia ſuſtulit, ergo de illis fruſtra diſputamus. vetant, inquit Cicero in oratione pro domo ſua, leges ſacratæ, vetant 12. tab. leges priuatis hominibus irrogari, id eſt enim priuilegium. Et in 3. de legibus. Priuilegia ne irrogato. & rurſus. Cum leges præclariſſime de 12. tabu. translatæ duæ, quarum altera priuilegia tollit, altera de capite ciuis rogari, niſi maximo comitiatu, vetat. Idem in ratione pro P. Sexto. Cur cum de capite ciuis & de bonis proſcriptorum ferretur, cum & ſacris legibus & 12. tabul. ſancitum eſſet; neve priuilegium irrogari, neve de capite niſi comitijs centuriatis rogari, nulla vox eſt audita conſulum? Simile eſt illud Demoſthenis contra Timocratem. μηδὲ νόμον, ἐξ ὧν ἅπαντες ἐπ' ἀνδρὶ θῆναι, ἐὰν μὴ τὸν αὐτὸν ἐξ ἁπάντων ἀγαθὸν, ψηφισάμενον μὴ ἐλάττους ἐξ ἑκατὸν καὶ χιλίους ἢ τὰ δόξαντα ψηφίσωνται. His aſſenſus eſt noſter Vlpia. qui ſub tit. de legibus ita ſcribit, Iura non in ſingulas perſonas ſed generaliter conſtituuntur. Et ſane priuilegium lex eſt, quæ in priuatum hominem fertur, vt de imperio Cn. Pompeij, de reditu Ciceronis, vel
2 P. Clodij. ac inde priuilegij † nomen tractum eſt, quemadmodum Cicero libro 3 de legib. & Iſidorus in capitu. priuilegia. 3. diſtinctio. nanque veteres priua, quæ nos ſingula: & priuos, quos ſingulos appellamus, dicebant, vt docte Gellius libro decimo, capi. vigeſimo, obſeruauit. Proinde cum legis hæc vis ſit, ſcitum eſſe & iuſſum in omnes, merito veteres ferri de ſingulis, niſi centuriatis comitijs voluerunt. ita enim fore credebant, vt digeſtis per ordinem tribus plus ad ſuffragiũ adhiberetur conſilij, & maturius ad eiuſmodi leges ferendas accederent. Ex quo perſpicuum eſt aliter priuilegium in duodecim tabulis, aliter in hac iuris parte a legum latoribus vſurpari, lex decem viralis priuilegium legem appellat, quæ in ſin-
3 gulos homines fertur, noſtri † autem & Iuriſconſulti & Imperatores priuilegium pro quadam prælatione ſeu prærogatiua vſurpant, quæ legibus nominatim tribuitur, vt de exactione dotis Iuſtini. ſcribit, in qua mulier priuilegium habet, ideſt, cæteris potiora iura. l. aſſiduis. C. qui potiores in pignore habeantur. Vlpianus ſub titulo, ſi certum petatur. Creditor, inquit, qui in reſtitutionem ædificiorum credidit, in pecuniam, quam credidit priuilegium exigendi habet, ideſt, ius atque prærogatiuam, vt cæteris creditoribus anteponatur. Ac plura huius generis exempla apud Cæſares & Iuriſconſultos ſuppetunt ſub titulo de priuilegijs creditorum, de priuile. fiſci, & ſimilibus, quæ nunc referre non eſt neceſſe. Accipitur etiam priuilegium pro facultate teſtandi, vel contrahendi aliter, quam iure communi comprehenſum ſit, quibuſdam perſonis generaliter conceſſa. l. impuberi. ff. de adminiſt. tuto. l. priuilegio. C. de decurionibus. libro decimo, & toto tractatu de teſtamen. milit. His vero modis acceptum priuilegium tanquam effectus a cauſa, ſecerni ab illo veteri legis duodecim tabularum debet. Hoc enim lex non eſt, ſed effectus legis, illud lex in ſingulos homines lata, hoc legibus generaliter latis conceditur, non vni tantum, ſed & omnibus eiuſdem generis perſonis, vt puta mulieribus in cauſa dotis, militibus in cauſa teſtamentorum, illud in ſingulas tantum
4 perſonas rogabatur, cuiuſmodi eſt hodie † Principis indultũ, eoque Regis diplomata, quæ ius quoddam ſingulare in gratiam quarundam perſonarum continet, de quibus ſub titu. ſi contra ius vel vtilitatem publicam. ſub titu. de diuerſis reſcriptis, ſub titulo de precib. Impera. offer. & in l. 1. ff. de conſtitutio. principum. Cum enim lege Regia populus omne ſuum imperium omnemque poteſtatem in principẽ tranſtulerit, conſtat idem in priuilegijs irrogandis nunc ſolam Principis voluntatem efficere, quod olim centuriata comitia, ſed longus labor: non enim de his hoc capite dicere inſtituimus, ſed tantum de his, quæ legibus in omnes latis mulierib. generaliter tribuuntur. Et quia horum alia dotis conſtitutionem, & alia actionem ſpectant, de illis ſolum priuilegijs hoc capite diſpiciemus, quæ ad dotis repetitionem pertinent. Nam de cæteris (quæ tot meo quidem iudicio non ſunt, quod noſtri eſſe clamitant) fuſe antea & non indiligenter diſſeruimus.

An mulier in dotis exactione cæteris creditoribus anteponatur.

5 Primum mulieribus † hoc indultum eſt priuilegium, vt in dotis exactione alijs creditoribus preferantur, licet tempore priores ſint. l. aſſiduis. C. qui poti. in pig. habe. §. fuerat. de actio. l. 2. §. vltimo. ff. de priuileg. credit. l. vbi. C. de iure dotium. l. vnica. C. de priuileg. dot. §. aliud. in nouel. de æqualitate doti. §. quæ igitur. in nouel. de priuileg. dot. Nec intereſt, vtrum creditores expeſſam habeant, an tacitam hypothecam Bellapert. & Cyn. in l. aſſiduis. C. qui pot. in pig. Ange. in §. his conſequenter. de æqualita. dot. Bal. Nouel. in tractatu de dote, parte 10. excep. 16. Etenim par eſt expreſſi & taciti ratio. l. cum quid. ff. ſi cer. pet. ac leges antea citatæ generaliter enuntiant, mulierem cæteris creditoribus anteponi. Quare generaliter quoque probandum eſt in concurſu creditorum mulierem ſemper potiora iura obtinere. l. de pretio. ff. de publi. in rem actio. l. 1. §. generaliter. ff. de leg. præſtand. capit. ad audientiam. de decimis. l. vnica. §. ſinautem ad deficientis. C. de caduc. tollend. Aliter ſi dicamus habentibus prioris temporis tacitam hypothecam mulierem in dotis exactione tantummodo præferri, anguſtiſſimis cancellis leges generaliter latas circunſcribemus. Sunt enim certi, ne-
6 que ita multi caſus, † quibus lex tacitam hypothecam induxit, vt in rebus illatis per colonum. §. item Seruiana. de actionibus. l. item. de pactis. in rebus tutoris erga pupillum. l. pro officio. ff. de adminiſtr. tuto. in domo, quæ credita pecunia reficitur. l. creditor. ff. ſi cert. pet. & denique in contractibus fiſci. l. ſecunda. C. in quibus cauſis pignus vel hypotheca taci. contrahitur. Plane l. in rebus. C. de iure dotium. ait neminem creditorum mariti, qui anteriores ſunt, poſſe ſibi potiorem hypothecam vendicare. Quamobrem dicendum eſt, mulierem in dotis exactione creditoribus tempore prioribus, ſiue expreſſam habeant, ſiue tacitam hypothecam

Source : BIU Cujas

pothecam ſine vlla dubitatione præferri. Quod eo probabilius videtur, quod publicus fauor in cauſa dotis eluceat, qui ideo ſingulorum commodis anteponi debet. l. 1. ff. ſoluto matrimonio l. ius publ cum. ff. de pact. l. nec ex prætorio. de regulis iuris l. vtilitas. de primipi. libro. 12. C. l. actione. §. Labeo. ff pro ſocio. authen. res quæ. commun. de lega. Præſertim cum in ambiguis pro doribus ſit reſpondendum. c. vlti. de ſente. & re iudic. l. in ambiguis. ff. de reg. iur. Sed & illud tritum & vulgo percelebratũ axioma, ſi vinco vincẽtem te, multo magis vincã te, vehementer hanc ſententiam corroborat. Hoc axioma doctè explicat Oldrad. cõſi. 98. & poſt eũ Fulgoſius in l. Claudius. ff. qui pot. Etenim qui in rem conſeruandam, vel reficiendam credidit, quibuſcunque creditoribus præfertur. l. creditor. 1. ff. ſi certum petat. l. interdũ. ff. qui potiores in pignore habeantur. Sed & mulier, victrix eſt illius, authen. quo iure. C. qui pot. in pign. §. his conſequens. in nouella, de æqualitate dotium. igitur & cæterorum. c. authoritate. de conceſſio. præben. apud Bonifacium. l. de acceſſionibus. ff. de perpe. & tempo. præſcriptio. Nec his repugnant, quæ crebrius noſtros in contrariam ſententiam pepulerunt, vt tacitam quidem aliorum creditorũ hypothecam dotali cedere putarent, expreſſam vero non item. Bartol. Bald. & Salicetus in l. aſſiduis. Ripar. in l. 2. §. vlt. ff. de priuileg. credito. & in l. 1. ff. ſoluto matrimonio: Ang. Fab. & Iaſ. in §. fuerat. de actionibus. Innocen. & Panormitan. in c. ex litteris. de pigno. & deciſio. Capel. Toloſ. 217. Imprimis enim quod dicitur, priores tempore poſterioribus creditoribus præferri, ex cap. qui prior. de regulis iuris. ex l. ſecunda. ff. qui potiores. alijsque comparibus, tunc non procedit, cum priores iure tantum communi nitantur, & poſteriores priuilegio aliquo fulti ſunt l. creditor. 1. C. ſi certum petatur. l. impenſa. ff. de relig. & ſumptibus funer. l. tertia. ff. quod cũ eo qui in aliena. Secundo,
7 quod noſtri dicunt, fiſcum † & mulierem æquis greſſibus incedere. l. ſecunda. C. de priuileg. fiſ. l. dotis. C. de iure dotium. fiſcum tamen creditoribus tempore prioribus non eſſe potiorẽ. l. ſi pignus. ff. q potiores in pignore habeantur. l. ſi fundum. C. eodem titulo. multifariam ſubmoueri poteſt. Imprimis conſtat Imperatorem Iuſtinianum eiuſmodi prærogatiuam mulieribus conceſſiſſe. Ideoque eius reſcripto l. 2. de priuileg. fiſca. antiquata eſſe videtur. Sed ſi hæc diſſolutio alicui fortaſſis non probetur, belliſſime dici poterit l. ſi pignus. & l. ſi fundum. intelligi de bonis fiſco ratione delicti obligatis, non etiam ratione contractus. Etenim ſi fiſcus cum aliquo contrahat, cuius facultates alijs, qui priuilegium non habent, iam iure pignoris teneantur, nulla dubitatio eſt, quin fiſcus, quantumuis poſterior, cæteris potiora, iura obtineant. l. ſi is qui. ff. de iure fiſci. igitur fiſcus tum prioribus creditoribus cedet, cum ei bona ratione admiſſi ſceleris tenebuntur, non etiam cum ratione contractus, ſicut nec mulier. Illud a pleriſque relatum ſcio, fiſcum & mulierem eodem iure perpetuo non cenſeri, cum in ambiguis pro dotibus reſpondeamus. l. in ambiguis. de iure dotium. licet contrarium. in cauſa fiſci obſeruetur l. non puto. 10
ff. de iure fiſci. Bartol. Bald. & alii in authent. quas actiones. C. de ſac. ſanct. eccleſ. Proinde quamuis mulier fiſco non præferatur, quoniam priuilegiarius contra priuilegiarium ſua prærogatiua non vtitur. l. verum. §. vltimo. ff. de minorib. l. ſed & milites. ff. de excuſatio. tutor. poterit nihilominus mulier (ſi hoc ita admiſerimus) in concurſu aliorum creditorum potiora iura obtinere. Tertio, cum iam dictis aperto marte pugnat l. ſatis notum. C. in quibus cauſis pign. vel hypothe. taci. contra. vbi bona earum in dotem data, quæ nuptæ ſunt ijs, primipili ſarcinam ſubeunt, ex cauſa primipilari tenentur. Sed hoc primipili fauor facit. l. vtilitas. C. de primipilo. Nec diſſidet l. prima C. de priuileg. fiſ. vbi res dotales ob debitum primipili non tenentur, id enim tũ uerum eſt, cum maritus eſt ſoluendo, quod ſatis indicant illa verba, ſi mariti bona occupata ſunt. Aliter certè mulieris bona in ſubſidium tenebuntur. l. ſatis notum. C. in quibus cauſ. pign. uel hypothec. & l. penult. C. de primipilo. Proinde qđ dicitur in l. prima. ff. ſoluto matrimo. dotis cauſam ſemper & vbique præcipuam eſſe, ex ſubiecta materia reſtringi debet, vt cauſam funeris primipilarem, & ſimiles non contineat, nimirum quia maiori fauore necnon priuilegio uallatæ, ac munitę ſunt. Quarto, obſtat ſequens argumentum, Potior eſt hominis cautio diſpoſitione legis. l. & habet. §. 1. ff. de prec. l. vltima. C de pact. conuentis. Alciat. in l. 1. ff. ſoluto matrimonio Bartol. in l. ſi quis ita. ff. de condition. & demonſtrat. atqui tempore priores creditores cautione ſua nituntur, mulier autem diſpoſitione legis, l. vnica. C. de rei vxoriæ actione. igitur tempore priores creditores potiora iura obtinebunt. Sed hæc fallax ac captioſa reprehenſio bifariam redargui ac labefactari poteſt. Primum in quæſtione propoſita mulier habentibus expreſſam hypothecam, ita demum præfertur, & ipſa habeat, habentibus vero tacitam, cum & ipſa tacitam quoque hypothecam ex cauſa dotis habet, quo caſu hominis cautio legum diſpoſitioni non
8 cedit. Porro lemma ſic accipiendum eſt, vt potior † ſit hominis cautio diſpoſitione legis, quoties lex tantum diſpoſuit in ſubſidium diſpoſitionis hominis, aliter potior legum diſpoſitio erit. l. non dubium. C. de legibus. l. nemo poteſt. ff. de legat. primo. Barto in l. poſt dotem. ff. ſoluto matrimonio. Iaſ. in §. item Seruiana. de actionibus. Nouel. par. 6 priuileg. 68. Quinto occurrit aliud argumentum, quod commodiſſime ſic inſtituemus. Priuilegia, quæ principalibus conſtitutionibus tribuuntur, ad alienam iniuriam porrigi non oportet. l. cum auus. C. de emancipat. liber. l. impube. ff. de adminiſtrat. tuto. Ergo priuilegium prælationis, quod principales conſtitutiones in cauſa dotis mulieribus indulſerunt trahi ad iniuriam aliorum creditorum non debet. Reſpondeo, veram propoſitionem eſſe, niſi Princeps ſciens, prudenſque ob publicã, ſimilemve cauſam priuilegium nominatim indulſerit. l 2. §. ſi quis a Principe. ff. ne quid in loco publico, vt in noſtro caſu, quo Iuſtinianus in hoc mulieribus proſpexit, vt creditoribus etiam tempore prioribus præferentur, quoniam publicus matrimonij & liberorum fauor idipſum expoſcere videbatur. l. 1. ff. ſol. matr. Sexto vrget, quod mulier paciſcendo deteriorẽ aliorum conditionem efficere non potuerit, nimirum quibus iam quæſitum ius. l. filius. C. de pac. l. tranſactione matris. C. de tranſactio. l. non debet. de regul. iuris. Hoc autem argu-
9 mentum difficiles explicatus non habet, cum mulier ius aliis iam quæſitum non auferat, ſed Princeps † lexve, quæ cum magis ſit rerum noſtrarum domina, quam nos ipſi, iure res proprias ſingulis aufert, & poſteriores prioribus anteponit. hoc vſucapio ſuggerit, quæ propter legis authoritatem, qua nititur, res proprias neglgentibus rerum dominis aufert. Suggerunt & varia paradigmata quæ paſſim in legibus offenduntur. Litem ſi verberatum. §. 1. ff. de rei ven. l. Lucius Titius. de euict. l. impenſ. ff. de relig. & ſump. fun. Sed & in quæſtionibus beneficiorum priores tempore poſterioribus anteponuntur. c. eum qui. de præb. c. tibi qui. de reſcrip. lib. 1. Decret. Bonif. c. capitulum de reſcrip. Si tamen Roma. Pontif. clauſulam, vt uocant, anteferri, in diplomate poſteriorum inſeruerit, magis eſt, vt priores poſterioribus cedant, quanquam prioribus ius quæſitum iam eſſet; quod noſtri ad rem appellant. c. quamuis. de reſcrip. c. authoritatem Martini. de conceſſ. præben. & c. penul. de præben. in Decret. Boni Septimo, negotiũ nobis exhibet ſequens argumentum; Ius commune potius eſt iure ſingulari priuilegiarioque, l. eius militis. §. militia miſſus. ff. de milit. teſta. l Centurio. ff. de vulg. & pupi. ſubſtitu. Sed creditores, qui expreſſam hypothecam habent, quique mulierem tempore antecedunt, iure tantum communi nitũtur, mulier autem ſpeciali dotis fauore. Ergo potius ius creditorum erit. Hæc autem obiectio facile tollitur. Dyn. & ad eum Boer. in regula generi. Bart. in l. quæſitum. §. vlt. ff. de fun. inſtru. Eſt † enim ſæpe compertum, iuri communi ius ſpeciale
10 derogare. nec vlla dubitatio eſt, quin ſemper ſpecies generi deroget. c. 1. de reſc. c. generi. de reg. iu. l. vxorem. §. feliciſſimo. & l. feruis vrbanis. §. ſi alij. ff. de leg. 3. l. in toto. ff. de reg. iur. veruntamen ſi ius commune & ſpeciale in eadem perſona concurrant, actus, qui iure communi valere poteſt, ex priuilegio non ſuſtinebitur, quandiu ius commune locum habebit. l. Centurio ff. de vulg. & pup. Sed & actus, qui iure communi & ſpeciali confici poteſt, tutior eſt, minusque periculis expoſitus, ſi iure communi fiat. l. eius militis. §. vlt. de milit. teſta. Crot. notat ibi de temporario priuilegio agi, cum poſt annum, quo quis miſſus eſt, militare teſtamentum reuocetur. l. quod dicitur. ff. de milit. teſta. At nos de perpetuo loquimur. Ripa. in §. diui. nume. 82. quanquam in concurſu potius ſit ius ſpeciale ac priuilegiorum, quam ius cõmune. l. 3. ff. quod cum eo. l. ex facto. §. vlt. ff. de pecul. Ecce qui in nauem extruendam, vel reficiendam credidit, priuilegium habet, quo cæteros iuri communi venientes ſuperat. l. qui nauem. ff. de priuileg. credi. Ecce primipilaris ob ſuam prærogatiuam, quæ legibus nominatim tribuitur, cæteros creditores vincit. l. penul. C. de primipi. lib 12. igitur noſtro caſu probandum eſt, priuilegium, quod leges in cauſa dotis mulieribus conceſſerunt, ius commune, quo antiquiores creditores nituntur, ſuperare. Octauo dubitationem mouet, quod Iuſtin. in l. aſſiduis. ſcripſit, mulierem potiora iura contra omnes habere mariti creditores, licet anterioris ſint temporis priuilegio vallati: ex eo enim perſpicuum eſt, ijs demum mulierem in dotis exactione præferri, qui tacitam tãtum hypothecam habent, non etiam ijs qui ſibi nominatim cauerunt. Sed mirum eſt, noſtros tam ſciolos & cæcutientes

Source : BIU Cujas

tientes eſſe, vt in rebus apertis luce clariſſima nihil videant. Equidem Iuſtinianus ſcripſit, temporis priuilegio vallatos do tali hypothecæ cedere, ſed hoc ad eos non pertinet, quibus lex tacitam hypothecam conceſſit, cum ſibi prius nominatim non proſpexerunt, quinimo intelligi neceſſario debet de his, qui ob expreſſam hypothecam temporis priuilegium ha
11 bent. Dicit aliquis, priuilegia † ex tempore non æſtimantur, ſed ex cauſa. l. priuilegia. ff. de priuileg. creditorum. igitur creditores ob prius contractam hypothecam priuilegiū aliquod non habent. Reſpondeo, regulam. l. priuilegia. in obligationibus in rem non procedere. l. vlt. C. de priuilegio fiſ. non item in obligationibus in perſonam, quoties de dote, alijsque rebus priuilegiarijs agitur. l. vlt. §. & ideo. C. qui potiores in pign. habean. Accurſius in l. priuilegia. ff. de priuilegijs creditorum. Nono excutienda eſt l. aſſiduis. §. & iō. C. qui potior. in pigno. habeant. cui congruit. §. 1. ut exact. inſtan. dot. Ecce prioris vxoris filij ante maternam dotem percipiūt quam ſecunda vxor dotem ſuam nanciſcatur. Igitur in dotis exactione mulier cæteris omnibus nō præferetur. Certe lex hunc caſum nominatim excipit, & quamuis non exciperet, quia filij qui maternā dotē repetunt, ꝑpe ſunt priores, & eodē sūt ēt ſubnixi priuilegio, quo vxor ſecunda, illi ſine dubio potiora iura obtinerent. §. ſi vero. in nouel. vt exact. inſtan. dot. Salyc. in l. aſſiduis. Ripa in l. 1. ff. ſol. mat. Decimo, aduerſatur l. vbi. C. de iure dotium. Iuſtinia. ait, marito vergente ad inopiam, vxorem poſſe res dotales vindicare, vel a creditoribus poſterioribus, vel ab alijs, qui non potiora iura legibus habere noſcuntur. Ergo confitendum eſt, antiquioribus creditoribus expreſſam hypothecam habentib. mulierem nō præferri, cum hac lege poſterioribus duntaxat, & his qui potiora iura non habent, ideſt, qui tacitæ tantum hypothecæ præſidio muniti ſunt, mulier anteponatur, ſed magis eſt, vt antiquiores creditores ea verba non excludant, vel a creditoribus poſterioribus, cum eos ſequētia perſpicue complectātur, quin poſſunt verba illa ſic accipi, vt mulier, quæ tacitam tantū hypothecam habet, antiquioribus non præferatur, quoties illi expreſſa hypotheca ſibi nominatim cauerunt, verius tamen eſt, mulierem ea lege prioribus nedum poſterioribus creditoribus quacūque hypotheca fulti ſint, anteponi; præterquam ſi potius maiuſve priuilegium habeant, vt fiſcus in cauſa principali. l. ſatis notū. C. in quib. cau. pign. vel hypothe. & liberi
12 in exactione maternæ dotis. l. aſſiduis. §. & ideo. C. qui po. Vndecimo, aduerſus nos pugnat. l. in rebus. C. de iure dot ait lex, in rebus dotalibus mulierem omnibus alijs creditoribus preferri, ergo in rebus mariti mulier potiorem hypothēcam nō habebit, nec habentib. expreſſam anteriorem præferetur, nā in tacita, clari ac aperti iuris eſt, mulierē ſemper eſſe potiorē. Sed proprius eſt vt etiam de rebus mariti Imper. reſcriptū accipimus, ſubdit. n. ſiue æſtimatæ, ſiue inęſtimatæ res ſint, quæ
13 verba mariti rebus proculdubio congruunt, cum rerum, quæ æſtimatæ in dotem dantur, vere dominium maritus nā ciſcatur. l. quoties. C. de iu. dot. l. cum poſt. §. dotem. ff. eo. tit. Me illud vehementer mouet, quod ſæpe Iuſtin. prodidit, mulierem aduerſus quoſcūque creditores priuilegium habere, quod in ſolis rebus dotalibus fruſtra conſtitutū videtur, cū
14 in rebus propriis vendicandis vnuſquiſque priuilegium habeat. l. ſi ventri. §. ſi tamen. ff. de priuileg. creditorum. Tamen vt ingenue dicam, quod ſentio, verius putarim l. in reb. de rebus tm̄ dotalib. loqui, quod de his tantum quæſtione propoſita eſſet, & plerique arbitrarētur, eas in dominio mariti māſiſſe, atque adeo in his uendicandis priores creditores præferri oportere, quod Imperator, Decio conſule, ſuo reſcripto definiuit. Apertius tamen in duobus annis poſt conſul. Lampridij & Oreſtis, idipſum Iuſtinianus explanauit, generaliter conſtituens in reb. mariti nedum dotalibus mulierem priuilegium prælationis habere, quamquam antea in rebus mariti id plerunque non obſeruaretur. l. aſſiduis. C. qui potior. Bald. Nouel. par. 10. in prin. Duodecimo, credēdum eſt ea potius legem ſuſtuliſſe, quæ ex ſua prouidentia, quam quæ ex hominis cautione proficiſcuntur, l. ſi quid bello. & ibidē Accurſ. ff. de cap. & poſtlim reuer. Ergo credēdum eſt, leges quæ mulieribus aduerſus priores hypothecas priuilegium indulſerunt, aduerſus tacitas, non etiam aduerſus expreſſas priuilegium prælationis dediſſe. Sed non tanti ponderis eſt hæc ratio, vt me a ſuperiori ſententia amoueat: neque enim in quęſtionibus dotium probabile eſt ſuperius argumētum, cum in dubiis ea ſequēda ſit interpretatio, quæ pro dote facit. l. in ambiguis. ff. de iure dotium. Et qnidem ad coniecturas in præsētia non decurrendum, quando leges ita dilucide & aperte totam hanc quęſtionem definiunt, vt ſine euidēti calumnia, & aucupatione verborum eas euitare nemo poſſit. l. in rebus. ait, neminem creditorum, qui anteriores ſunt, poſſe ſibi potiorem cauſam in his per hypothecam vendicare. ſubuenet ergo omnes, cum ait, neminem creditorum. At vero l. aſſiduis. C. qui pot. §. fuerat. de act. l. vnica, de priuileg. dotis, & cætera id genus, indefinite ac generaliter enunciāt, mulierem antiquioribus creditoribus præferri. quāobrem decernendum eſt, leges, quæ tot locis hanc prærogatiuā laudibus efferunt, ita exigue & ſimpliciter accipi non oportere, vt ad tacitas tantum hypothecas pertineāt. Quinimo generaliter probādum eſt, mulierem, quæ expreſſā hypotheca ſibi cauit, alijs omnibus creditoribus præferri, licet tempore eam antecedant. Decimotertio, noſtra ſententia oppugnatur ab eo, quod in §. quia vero, & eiuſmodi. in nouella, de æqualita. dotium, relatum eſt, ei qui ad conſequendam militiam nūmos credidit, mulierem in dotis exactione non præferri. Hoc autem ius ſingulare eſt, ideoque ad conſequentias nō eſt trahēdum. authen. quo iure. C. qui potiores in pignore habe. l. qđ vero. & l. ius ſingulare. de legib. Decimoquarto, ſi antiquiores creditores excludantur qui ſibi expreſſa hypotheca proſpexerunt, maximo Reipub. detrimento hoc dotale priuilegium cedet. Namque mercatores & cæteri a contractibus & commercijs auocabuntur, quæ in bene moratis ciuitatibus ſummopere neceſſaria ſunt. Certe non igni, nō aere, nō aqua pluribus locis vtimur quam contractib. vt profiteri auſim, ſine his, nec ciuitates vllas, nec genus quidem humanum cō ſiſtere poſſe. Igitur tanto Reip. mālo ad iniuriam aliorum creditorum trahi dotalis p̄rogatiua non debet. Difficilis explicatu non eſt hæc argumentatio, ſi enim rem ipſam & ſingula rōnis momenta diligenter ꝑſideremus, intelligi perſpicue poterit, nō adeo metuendum id periculū eſſe, & ꝓpterea hominis a ꝓtractu auocari credamus. Perraro namque euenit, ſi ominū cōtractuū rationē habeamus, vt in id diſcrimē creditores cōijciantur. Sed & plerunq; cū id accidit, bona debitoris, oīb. ſunt ſoluēdo, verū mulier prærogatiuā habet, vt prius dotem ſuam reperat, q̄ alij debita ſua cōſequatur. Proinde vani illius timoris habenda non erit ratio. l. vani. de reg. iur. l. inter ſtipulantem §. ſacram. ff. de verb. obl. l. ſi quis ab alio. ff. de re iud. Reprimam iā & non inſequar longius, eoq; libentius, quo plus argumentorum quam quiſquā ante hac, & quam ipſe decreuiſſem, retuli. tantum duo aut tria breuiter dicam, quæ vix impreſentiarum prætermitti ſine graui incommodo poſſunt. Ripa. in l. 1. ff. ſol. ma. nu. 28. Primum illud
12 eſt, dotale † priuilegium, quod antea commemorauimus, ēt in additamēto, qđ vulgo agenſamentum appellamus, procedere. illius enim, quod ad exactionem. eadēque dotis eſt plane inſpectio atque doctrina. l. etiam. C. de iu. dot. l. inter ſocerum. §. cū inter. ff. de pact. dot. l. 4. ff. de iu. dot. l. ſi ex toto. ff. de leg. 2. in nouella de æqual. dot. laſ. in rub. ff. ſol. mat. in fi. Ang. in §. fuerat. de actio. Quod ita accipimus, ſi in rebus immobilib. conſiſtat. auth. ſed iā neceſſe. C. de don. an nup. Se-
13 cundo obſeruandum † eſt, priuilegium dotale prælationis extraneis hæredib. non competere. l. vni. C. de priuil. dot. qm̄ priuilegia, quę perſonæ ſunt, interitum perſonarum ꝙſequuntur, & ad hæredes nō trāſeūt. l. in oībus. cauſ. & l. priuilegia. de reg. iur. l. 1. ff. de conſti. prin. l. ſordidorum. de excu. mu. præterquam ſi teſtantis filij hæredes exiſtant. l. ēt. l. maritū. & ſeq. ff.
14 ſol. mat. l. aſſiduis. C. qui po. Ad extremū, ꝓ dote† nō numerata leges priuilegiū prælationis nō conceſſerūt, quāuis eam falſo maritus ſe recepiſſe profeſſus ſit, nō. n. probāda eſt captioſa & fraudulenta conuentio. §. aliud. de æqua. do. nec aliis p̄iudicium adferre debet, quod alii callido commēto egerunt. l. ſi vnius. §. ante oīa. & l. vl. ff de pac. atque adeo ꝙ de iure non fortitur effectū. c. nō præſtat. de reg. iur. proinde vehementer ab illis diſſentio, qui poſt Bar. in l. aſſiduis. Noue. par. 10. nu. 12. Imo. & Ang. in l. ita ſtipulatus. §. Criſog. ff. de ver. ob. rati ſunt, dotē pro numerata a marito habitā, priuilegium prælationis habere, quoties maritus exceptioni non numeratæ pecuniæ renunciauit, & tempus proponēdæ exceptionis elapſum eſt: etenim quamuis maritus exceptioni renuncians eandemque intra biēniū nō proponens vehementer ea in re ſibi noceat, tamen ob hanc renunciationem & biēnij taciturnitatem creditorib. preiudicium adferre nō pōt. l. ſi vnus. §. ante omnia. & l. vltima. ff. de pact. præſertim cum ignorantibus poſt biennium exceptio non denegetur. l. in ℨctibus. C. de non nume. pecu. & facile leges in facto alieno præſumptionem ignorantiæ recipiant. l. 2. ff. de iur. & fac. igno. l. vltima. ff. pro ſuo.

Res per fideicommiſſum relictæ, an ex cauſa dotis alienari efficaciter poſſint.

15 Eſt & aliud dotis priuilegium, vt res † obnoxiæ fideicommiſſarię reſtitutioni ex cauſa dotis efficaciter veniat. quod in reſtitutionibus perinde ac in dationib. dotium iuris eſt Bart. Bald. & Curtius Iun. in authent. res quæ. C. communia de leg. Bal. Nouel par. 6. priuileg. 13. Ripa in l. filiusfamil. §. Di-

ui. ff.

Source : BIU Cujas

ui.ff.de legat. 1.§.quamobrem.in Nouel.de restitu.& ea quæ parit in 11 men.auth.res quę.C. com. de leg.leges enim non minus restitutioni, quam rerum dationibus fauent. l. videamus.§.1. ff. de vsur.l. vni. de impo. lucra. descrip. libro 10.nec id videtur in euersionem fideicommissi fieri, cum patris voto & debito filij officio congruat.l.mulier.§. cum proponeretur.ff. ad S. C. Trebellia. Ripa in §. Diui. numero. 75. non enim omnibus res per fideicommissum relictas ob dotis restitutionem distrahere permissum est, sed liberis tantũ, erga quos & pietas & propensa quædam parentis beneuolẽtia facit,vt dotis causa bona distrahi testantem voluisse credamus.procedit igitur superior sententia, quoties filius supstite patre dotem accepit, scilicet quia viuus pater ex ea causa res suas obligare cogitur Barto.& cæteri in l. si cum dotẽ. §.transgrediamur.ff.solu.matrim.Mar. Soc. consi.75.l. qui liberos. ff. de ri.nupt. l.vlti. ff. de supe. tuto. procedit quoties post mortem patris dos filiæ data est, quoniam quod pater viuus facturus erat, id ab hæredibus fieri iussisse intelligitur. l.cum seruus.ff.de condi.& demonstrat. Corne. consil. 393. volum.4.Bal.Nouell.par. 6 priuileg.20. Alexand. consil. 66. visis.in 4.volum.Curtius in authent.res quæ.numero. 11.itaque mortuo patre bona,quæ quondam illius fuerunt, perinde ob dotis restitutionem tenebũtur, ac si is superstes adhuc esset,& hoc publica exposcit vtilitas, quæ singulorum commodis anteponi debet.l. penulti. de primip. l. ius publicum. ff.de pact. & de regulis iuris. l. nec ex prætorio.aliter magno reipubli.malo propter ignorantiam fideicommissorum mulieres plerunque suis doribus defraudarentur, quod iuris authores vehementer perosi sunt, vt in Nouell. de restitut. & ea quæ parit in 11.mense relatum est.Sed Cast.consi.13.& in l.mulier.§.cum proponeretur.ff.ad S.C.Trebellia.Ange.Nouell. de restitut. & ea quæ parit in 11. men. Ias. in auth.res. quæ,C. commu. de leg in contrariam sententiam declinauerunt, rati tunc demum bona fideicommissorum ob dotis restitutionem efficaciter distrahi,cum dotem filius viuo patre accepit.etenim si pater viuus sit,vtique dotem eis accipere, & ex ea causa res suas obligare compellitur, sed si iam e vita emigrarit,aliud omnino iuris erit. Non enim dici potest cogendum esse patrem, qui iam rebus humanis exemptus est, dotem filio datam recipere, sicut euenit, cum eius bona ob dotis restitutionem tenentur. sed hi nodum in scripto quærunt,& res perspicuas, & non obscuras suis argutijs & reprehensionibus fallacibus inuoluunt, atque intricant, & vt mos eorum est,miris quibusdam tenebris obducunt.

Certe antea diluçide ostensum est,his demum casibus bona obnoxia restitutioni ex causa dotis teneri, quibus viuens testator teneretur. l. cum seruus.ff. de condit. & demonstra. nec inspicimus,an quis post mortem teneatur: sufficit enim eodem casu superstitem patrem cogi ad res suas obligandas ob dotis restitutionem potuisse. Ergo perspicuum est ob restitutionem dotis filio post mortem patris datæ,fideicommissariam hæreditatem teneri, quoniam eo casu viuus pater teneretur, & hoc nonnulli ad dotis additamẽtum porrexerũt. Primum quia in §. quamobrem. de restitut. & ea quæ parit, Iustinia. notat in nuptialibus lucris hoc priuilegium locum habere.Deinde quia dotis priuilegia, sæpe compertum est, additamento tribui.l.si constante. C. de donatio. ante nupt. l.etiam.C de iure dot.sed hæc alias subtilius.

An retentio & compensatio in dotis exactione locum habeant.

16 Aliud item priuilegium est,vt ob † res amotas vel impensas dotis repetitio non minuatur. l. vni. §. taceat. C. de rei vxo. actio. Præterquam si sumptus necessarij sint, quia tales ipso iure dotem minuunt.l.quod dicitur.ff.de impens.in reb. dot.fact.§.item si de dote.de actio.Stephan. Bert.consi.309. volu.2. Sed nec compensatio in dotis exactione locum habet,cum is, qui cõpensat,retẽtione vtatur.l.dote. ff. de dote. prælega.l. 4. & l.ob negotiũ.ff.de compens.quę, vt diximus, in causa dotis concessa non est.l. vni. §.taceat. C. de rei vxor. actio. Bar.in l.fructus.§.ob donationes.ff.sol.mat.Mar.Socy. consil.126. Bal. Nouell.par.8 priuile.1. Et quamuis retentio in omnib.reb.fiat compensatio in iis demum, quæ pondere, numero,vel mẽsura cõtinẽtur,nihilominus hoc casu retẽtio & cõpensatio pari iure æstimanda sunt, cum in vtraq; eadem ratio,necnõ æquitas versetur.Huc pertinet,qp in causa depositi aliquid cõpensationis nomine opponi non potest ne qs depositarum rerum exactione fraudetur.§. in bonę fidei. de act.l.pen.C.depos.l.vlti.C.de compen.idem igitur in dote dicendum erit, quæ cum pluribus legum & æquitatis præsidis fulta est,rũ semper & vbique prẽcipua habetur.Sed hoc non procedit, cum mulier fructus post diuortium perceptos separatim peteret.l.fructus. alias diuortio. §. ob donationes.ff. solu.matr.nec cum dotis quantitati facultates mariti concurrerent:tunc.n.quia insolidum damnatur, æquum est,dotem minui.l.rei.§.1.ff.sol.mat.§.item si dote. de actio. Ego tamen magis sentio veteres leges,quæ compensationem & retentionem in causa dotis admittebant, Iustinianeo rescripto antiquari,quod sub ti.de rei vxo. act. extat. Et porro hoc ius singulare in dotibus,vt seruus,qui tempore seruitutis dotem restituere promisit, liber factus eo nomine teneatur. l. si serua seruo.ff.de iure dot. licet regulariter sit contra l.1. & sequen. C.ne seruus ex facto. Bal. Nouel.8. par. priui.5. Alia quoque dotis priuilegia sunt, quæ in actione ex stipulatu cernuntur. Accur.Cy.& Bart.in l.vni.§.1.de rei vxo.act. Camp.par. 1.q. 8. Ea enim pro rebus incertis regulariter competit. §. 1.de verb.obl.tamen in dotis exactione etiam pro rebus certis datur.l.vni.de rei vxo.act.Est & regulariter stricti iudi. §. actionum. de act.sed in dotis petitione actionũ bonæfidei naturã sequitur.§.fuerat.de act. l.vni.C.de rei vxo.act. Postremo, iu
17 re communi receptum est eoq; iure vtimur, vt res † empta ex pecunia aliena illius non efficiatur,cuius pecunia erat.l.si ex ea.& l.si vt proponis.C.de rei vẽdi.l.qui vas.§.vlt. ff.de fur. veruntamen si pecunia dotalis in emptionem prædiorũ erogetur,nostri putãt dotis prędia effici,atque ideo corpora ipsa in restitutionem & iudicium de dote venire,arg.l. ita constante.& l.res quæ.ff.de iure dot.Bar.in l.si cum dorem.§.vlt. ff.sol.mat.Camp.par.4.q.8. Quæ sentẽtia mihi probabilis nõ videtur:nã & Cæsares in l. ex pecunia.C.de iure dot. Rufinę ita rescripserunt.Ex pecunia dotali fundus a marito tuo comparatus,non tibi quæritur,cũ neq; maritus vxori actionẽ empti possit acquirere,at dotis tantũ actio tibi competit.Et qui dẽ iuris authores, quod ad hanc erogationem attinet, nihil singulare in causa dotis cõstituisse mihi videntur. nam quod dicitur in l.ita constante.& l.res.ff. de iure dot.res ex pecunia dotali emptas dotales effici,sic accipimus,cum in hoc pecunia datur, vt in emptionem prædiorum erogetur. Quamobrem perspicuum est,res emptas ex pecunia in dotum simpliciter data, non esse dotales,atque ideo in fideicommissi restitutionem non venire, licet interpretes crebrius dissentiant. Sed vt vnde est orsa,in eodẽ terminetur tractatio nostra, do
18 tes † comparatæ sunt, & earum tot tantaque priuilegia veteres prudentissimi in rem publicam inuexerunt, vt mulieres nuberent,& ijs tanquam illecebris ad matrimonia allicerentur, quæ teste Iustiniano genus humanum immortale quodammodo efficiunt. §. rursus. de rest. & ea quæ parit in 11. men. Etenim priscis temporibus,ijs qui reipub.clauum tenebant,nihil vnquam curæ magis fuit, quam liberis hominib. bene moratas & constitutas replere ciuitates. Testes erunt Romani, testes Lacedemonij, aliæq; quamplurimæ gentes, quæ variis pœnis ac præmiis homines ad nuptias prouoca-
19 runt.Certe Lycurgus † Lacedemoniorum Princeps cœlibes a spectaculo ludorum gymnicorum remouit, voluitque nudos forum circuire, vt author est Plutarchus, Camillus & Posthumius Romani Censores,vt Valer. lib.2.ait,æra pœnæ nomine eos,qui ad senectutem cœlibes peruenerant, in ærarium deferre iusserunt.Q aũt Metellus, vt Flor.lib.59 refert, censuit, vt omnes nuptias contrahere cogerẽtur liberorum creandorum causa,cuius oratione Gell. memorat.lib.1. c.6. Quin Augus. legem maritandis ordinibus tulit,quam præ tumultu recusantium proferre non potuit,nisi adempta demũ lenitaue parte pœnarũ,& vacatione triẽnii data.vt Suet.scri
20 bit.Quid memorem † iura trium liberorum & alia priuilegia,quæ habentibus liberos leges concesserunt? Pau.lib.4.sẽten.tit.ad S.C.Tertu.Alexand.ab Alex.lib.4.cap.9.Equidem (vt de iure trium liberorum sileam,quod veterũ monumentis vbique celebratur, & nũc Leguleiis notius est,quã vt hic a nobis explicari debeat)olim quãuis senectuti maximus sẽper honos tributus fuerit, tamen in honoribus iuniores, qui vxorem quique liberos haberent senioribus neque vxorem neque liberos habentibus prudentissime antelati sunt.l.in albo.de decur.lib. 10 Gell.lib. 2. cap.15.Plutarchus in Lycur. apud Spartas,& Arist.lib.2.Poli.ait, qui tres filios suscepisset præsidij & stationis,qui quatuor, omniũ munerum vacationem habebat. Sed & legibus Romanorum singuli anni per singulos liberos remittuntur. itaque qui 20. annos natus est, si quinque liberos habeat, ad capessendos honores legitimæ ætatis existimabitur. l. 2. ff. de minorib. 25. ann.l. 2. C. de in integ.restitut. minor. Plures proferre possem & Romanorum & aliarum gẽtium leges, quia ad prolẽ populi frequẽtandam,& regna hominum adiectione amplianda,tum pœnis, tum præmijs atque inuitamẽtis ingenui homines prouocantur.Sed qa iam defunctus videor, qua me obstrinxeram promissi religione, plurib.supersedeo, & huic operi addo colophonem.quod si hæc ipsa longior tractatio fuerit,cum magnitudine vtilitas cõparetur, ita fortasse ẽt breuior videbit.

FINIS.

Source : BIU Cujas

TRACTATVS DE DOTE

D. VINCENTII PALEOTTI BONONIENSIS Iurisconsulti, & Interpretis Clarissimi, hactenus non impressus.

Vincentius Paleottus, Bonauēturæ filius, nobilis Bononiē sis, Iurisconsultus, ac legum Interpres clarissimus, & Henrici Regis Angliæ Consiliarius, multa edidit scripta, quorum nō nulla sunt impressa; plures autem annos in almis gymnasiis Bononiæ, Ferrarię, & alibi publicè cum magna nominis sui celebritate leges est interpretatus, & inter primos illius tēporis Iurisconsultos est habitus. Plures reliquit filios, inter quos Camillus humanarum literarum laude claruit; Et Alexander I. V.D. & Senator Bononiensis, pater fuit Illustrissimi ac Reuerendissimi Domini Cardinalis Paleotti, primi Archiepiscopi Bononiæ. Obiit idem Do. Vincentius die 25. Octobris 1498.

SVMMARIVM.

1 *Prædium in dotem datum, intelligitur datum liberum ab omni onere, fallit vt ibi.*
2 *Mulier quando agat contra tertium possessorem pro dote.*
3 *Mulier in dote habet dominium intellectuale, & improprium, maritus vero habet dominium translatum titulo dotis.*
4 *Ob debitum mulieris, & viri non fit executio in dote constante matrimonio.*
5 *Dominium mulieris quod habet in dote, consistit solum in substentatione, in cæteris dominium est viri.*
6 *Dos dicitur proprium patrimonium mulieris.*
7 *Pater si instituat filiam in dote, & eam grauet, non tenet grauamen, etiam si dos sit vltra legitimam.*
8 *Actio dotis quando est propria filię, tunc non tenet grauamen, nisi tantundem sibi relinquatur, secus si pater stipulatus sit eam sibi reddi.*
9 *Filia grauata in dote non potest de ea disponere, nisi vsque ad legitimam.*
10 *Dos profectitia an hodie reuertatur ad patrem mortua filia etiam cum liberis.*
11 *Mulier an repetat dotem ab hæredibus viri confitentis eam recepisse, quam non accepit, & promittentis restituere.*
12 *Filia olim in dote habebat hęredem.*
13 *Dos non publicatur propter delictum filiæ.*
14 *Vxor non tenetur pro marito, nisi se obliget sponte renunciando Velleiano, limitatur vt ibi.*
15 *Bona mariti non possunt molestari pro facto vxoris, fallit ut ibi.*
16 *Fundus dotalis non potest legari.*
17 *Priuilegium, quod habet mulier ad repetendum dotem, non procedit in dote ficta, neque confessata.*
18 *Puella minor duodecim annorum non potest dici vxor, nec dos recte dicitur, habet tamen multa priuilegia.*
19 *Constitutum in vxore habet etiam locum in sponsa.*
20 *Pater dans dotem filiæ, & stipulans pro ea, eaque mortua sine liberis, succedit solus pater.*
21 *Pater dans dotem filiæ, nec stipulans eam sibi reddi, cui quærat actionem.*
22 *Priuilegia dotis multa sunt, quæ dantur doti, mulieri, actioni, & instantię, & remissiue. nu. 44*
23 *Dotis in alienatione non requiritur decretum iudicis.*
24 *Actio de dote est vniuersalis, ideo procedit libellus uniuersalis, & sententia incerta.*
25 *Dos promissa intelligitur promissa secundum uires patrimonij.*
26 *Dotis incertæ pro legato ex testamento potest agi.*
27 *Mulier promittendo dotem simpliciter viro, quomodo intelligatur.*
28 *Traditio sine titulo quæ non est mera, sed translatoria dominij, præsumitur ex titulo dotis, secus si simpliciter, & nuda traditio sit.*
29 *Mulier potest petere a patre suo, vt eam dotet, licet uir eam acceperit sine commemoratione dotis.*
30 *Vir potest expellere uxorem, quæ non dedit ei dotem, si est locuples.*
31 *An præsumantur in dotem data, quæ fuerunt tradita per mulierem marito.*
32 *Parafernalia quando præsumantur.*
33 *Iudex debet declarare, seu arbitrari dotem, cuius declaratio est commissa alicui, qui decedit ante quam declaret.*
34 *Testator si relinquat decem B. pro se maritanda, & ipsa erat iam nupta tempore testamenti, dos ei debetur.*
35 *Vir expellens vxorem de domo sine causa, tenetur ei dotem assignare.*
36 *Fratre accipiēte dotem non debet refici de communi patrimonio, nisi quatenus versa probetur in rebus communibus.*
37 *Dos data filio non percipitur ante partem, nisi quatenus in rem patris, uel communem est uersa.*
38 *Frater habens filiam maritandam debet eam de proprio maritare, limita ut ibi.*
39 *Frater uiuente patre si dotet filiam de peculio profectitio, deinde moriatur pater, ille frater habet hanc dotem præcipuam, nec illam tenetur conferre.*
40 *Mulier sterilis an gaudeat priuilegiis dotis.*
41 *Donatio propter nuptias an sit necessaria ad dotem.*
42 *Donatio propter nuptias, an sit ipso iure constituta.*
43 *Et an mulier possit petere lucrum donationis propter nuptias. & an habeat in ea rei uendicationem.*
44 *Vxor quæ marito dotem non soluit, a quo tempore incipiat esse in mora.*
45 *Minor 25. annis, an habeat legitimam personam standi in iudicio, & quid in dote.*
46 *Debitor inuitus per creditorem alteri creditori delegari non potest, fallit ibi.*
47 *Metus dans causam stipulationi non reddit eam ipso iure nullam, fallit ibi.*
48 *Ex pacto nudo non oritur actio, limita in dote.*
49 *Soluens per errorem indebitum repetit per condictionem indebiti, fallit in dote soluta per errorem.*
50 *In uoluntatem alterius ex contrahentibus non potest conferri precium contractus, limita ibi, & declara.*
51 *Filiusfamilias non potest esse in iudicio sine consensu patris, fallit in causa dotis*
52 *Stipulari alteri nemo potest. fallit in dote.*
53 *Donatio in dubio nunquam præsumitur.*
54 *Mulier iuuatur beneficio Velleiani, quando intercedit pro alio, limita in dote.*
55 *Donatio excedens summam quingentorum aureorum est insinuanda, fallit in dote.*
56 *Pater habet usumfructum in bonis aduentitiis, fallit in dote aduentitia.*
57 *In contractibus innominatis re integra locus est pęnitentię, non procedit in dote.*
58 *Mandatum re integra morte mandantis expieat. fallit in dote.*
59 *Filiusfamilias in potestate patris existens proprium non habet excepto castrensi, uel quasi. fallit in dote.*
60 *Donatio non consistit inter patrem, & filium. fallit in dote.*
61 *Stipulatio facta de re, uel summa non specificata est inutilis. fallit in quantitate dotis.*
62 *Patris officium & necessitas est filiam dotare.*
63 *Alimenta præstare qui teneantur.*
64 *A persona quæ debet arbitrari non receditur, ita ut ea mortua arbitramentum expiret. fallit in dote.*
65 *In contractibus attenditur locus contractus celebrati, fallit in dote.*
66 *In contractibus bonæfidei debitor non constituitur in mora, nisi interpellatus, fallit in dote, fisco, minore, ac debitore testamentario.*
67 *Contractus omnes non nominati in §. actionum. Insti. de act. sunt stricti iuris, hoc non procedit in dote.*
68 *Possessionem rerum suarum ingrediens propria authoritate, cadit a iure suo. hoc non habet locum in dote.*
69 *Dos connumeratur in bonis uiri quoad honores consequendos a Republica.*
70 *Res mea mihi non potest esse hypothecata. fallit in dote.*
71 *Minori datur quadriennium ad rescindendum contractum, in quo fuit lesus, limita, & declara ut ibi.*
72 *Fructus rei pignoratæ extenuant sortem. fallit in dote.*
73 *In stipulatione requiruntur uerba, limita in dote.*
74 *Filius ex iure Digestorum non habet hęredem. fallit in dote.*
75 *Iudex potest diminuere tempus indultum alicui causa miserationis. fallit in dote.*
76 *Reus non tenetur edere actori ad intentionem suam fundandam, limitatur hoc in dote.*
77 *Debitor quantitatis re perempta post oblationem liberatur ope exceptionis fallit in debitore dotis, qui liberatur ipso iure.*
78 *Alia causa, quam in lege expressa nunquam præsumitur finalis. fallit in dote.*
79 *Renunciatio facta a filia patri approbatur iuramento. fallit in renunciatione*

Source : BIU Cujas

ciatione dotis.
80 Compensatio cessat in dote.
81 Dictio exclusiua, tantum, non excludit alios casus in iure expressos.
82 In bonis aduentitijs pater habet solum exercitium in iudicio, fallit in dote aduentitia.
83 Causæ ciuiles, uel spirituales non possunt tractari nisi coram iudice suo. fallit in causa dotis.
84 Res litigiosa non potest alienari. fallit in dote.
85 Restitutioni quæ subiacent non possunt alienari. fallit hoc ex causa dotis.
86 Causæ omnes regulariter quoad dilationes sunt ordinariæ, hoc fallit in causis dotium.
87 Confessio receptionis facta in plus quam recipit, non obligat. fallit in dote.
88 Dos solum in quinque casibus potest publicari.
89 Fideiussor pro quolibet obligato potest accedere. limitatur in dote.
90 Mulier habet tacitam hypothecam in bonis mariti.
91 Qui prior est tempore, potior est in iure. fallit in dote.
92 In personalibus actionibus non attenditur prioritas creditorum. fallit in dote.
93 Dominium sola traditione, uel usucapione transfertur, limitatur in dote.
94 Per prouisionem hominis, quando tollatur prouisio legis.
95 In dubio semper fauemus doti.
96 Vbi opiniones Doctorum sunt uariæ, iudex debet amplecti opinionem quæ doti faueat.
97 Vnusquisque potest res suas ad libitum alienare. fallit in dote.
98 In legatis amplectimur, quod est minus. fallit in dote.
99 Verba enunciatiua fauore dotis disponunt.
100 Mulier pro marito se obligare non potest.
101 Vnusquisque potest pacisci cum debitore suo, vt ulteriori die restituat debitum.
102 Stipulatio sine causa non tenet.
103 Mulier grauata de restituenda hereditate, detrahit dotem, etiam si transcendat legitimam.
104 Feudum non potest alienari, nec in dotem dari. fallit de iure canonico.
105 In stipulatione non intelligitur alia persona, quam stipulantium, limita in dote.
106 Debitor in diem ante diem soluens non repetit. fallit in dote.
107 Ius quæsitum reuocatur per ingratitudinem. fallit in dote.
108 Minor læsus non restituitur nisi calliditate aduersarij. fallit in dote.
109 Non transiens ad secunda uota mulier potest ad libitum alienare, quæ acquisiuit ex primo matrimonio. fallit in acquisitis ex dote.
110 Rogatus restituere quicquid superest ex hereditate tenetur reseruare quantam fidei commissario. fallit ratione dotis.
111 Tempus indultum miserationis causa, aliquoties est dicendum, aliquoties quatuor menses, at in dote semper annus est.
112 Alimenta legata, ac etiam dos quomodo debebuntur.
113 Debitor in diem ante diem soluens liberatur, fallit in dote.
114 Contractus firmatus consensu duorum non potest dissolui, nisi eorum consensu. fallit in dote.
115 Tempus opponendi exceptionem non numeratæ pecuniæ est biennium, fallit in dote.
116 Hæres deducit quartam de quolibet legato particulari, limitatur in legato dotis.
117 Dominium rei meæ absque facto meo a me abdicari non potest. fallit in dote.
118 Probatio debet necessario concludere, fallit in dote.
119 Promittens per errorem non obligatur. fallit in dote.
120 Minores res immobiles quomodo possint alienari, & quid in dote. 121.
122 Dos mulieris damnatę non publicatur, licet publicentur alia bona.
123 Quilibet potest renunciare iuri suo. fallit in muliere, quæ non potest renunciare priuilegiis dotis.
124 Inuitus nemo compellitur contrahere, fallit in patre, qui compellitur se obligare pro filio recipiente dotem.
125 In stipulationibus regulariter non subintelligitur dies, limitatur in dote.
126 Maritus, & vxor regulariter pro dote non conueniantur nisi in quantum facere possunt.
127 Res empta ex pecunia mea non sortitur naturam illius, hoc non habet locum in dote.
128 In dubio reo semper fauemus, hoc non procedit in dote.
129 Verba generaliter prolata, generaliter debent intelligi. hoc limitatur in dote.
130 Filiusfamilias recipiens pecuniam mutuo iuuatur beneficio Macedoniani: limita in dote.
131 Actio ex uendito regulatur secundum naturam contractuum bonæfidei, fallit vt ibi.
132 In quibuscunque bonis debitoris pignus constitui potest. fallit in dote.
133 Vbi requiritur promissio, non sufficit sola pollicitatio, limita in dote.
134 Si uinco uincentem te, multo magis uinco te, limitatur fauore dotis.
135 Finita causa, in quo fideiussor interceſſit, licet renouetur, non intelligitur renouata fideiussio, fallit fauore dotis.
136 Vbi quis priuatur lucro, applicatur fisco, limitatur fauore dotis.
137 Pater quantuncunque hereticus tenetur dotare filiam orthodoxam.
138 Pater potest bona sua alienare. fallit fauore dotis.
139 Fiscus in pari causa cæteris præfertur, fallit in dote.
140 Mulier missa in possessionem lucratur fructus.
141 Imputatur ei, qui legem apertius dicere poterat, & non dixit, fallit in dote.

DE FVNDO DOTALI: ET AN mulier possit consentire alienationi dotis: & de Donatione propter nuptias: & de priuilegijs Dotis.

1 PRædium† in dotem datum intelligitur datū liberum, & sic abstractum in dubio a quolibet onere, vt l. dotale prædium. §. fina. ff. de fun. dota. licet onera realia occurrentia post cōtractum matrimonium concernant maritū, vt l. neq; stipendiū. ff. de impens. in reb. do. fa.
2 Licet, †quando mulier agit contra tertium possessorem pro dote recuperanda, & ipse offert, ipsa teneatur sibi cedere iura contra debitorem, vt l. mulier C. qui po. in pig. hab. tamen hoc habet locum in iuribus personalibus, & non in hypothecaria, & hoc dixit no. Cy. & Bal. in l. iubemus. C. ad Velle. & Bal. in concluſ. Spec. in tit. de cessione actionis, & in tit. de renunciat. & concluſ. §. 1. versi. sed pone.
3 Mulier† in dote habet quoddam dominium intellectuale, & improprium, sed maritus habet verum dominiū tran
4 slatum titulo dotis, † & ideo ob debitum mulieris nō fit exe cutio in dote constante matrimonio, nec etiam ob debitum viri, immo dos debet separari a cæteris bonis, vt not. ff. de bo. dam. l. quinque legibus. Bal. in l. 3. §. sed vtrum. ibi, in gl.
5 ex hoc ibi. ff. de minorib. & no. quod † dominium quod habet mulier in dote, dicitur dominium consistens in substētatione, quia substētanda est mulier de bonis dotalibus, quorum dominium est viri, vt l. doce ancillā. l. de rei vendi. hoc dixit glo. in l. in suis. in ver. quodam modo. de libe. & posthu
6 Dos † dicitur proprium patrimonium mulieris, vt l. 3. §.
7 sed vtrum. in fi. ff. de minorib. † ideo si pater instituit filiam in dote, & eam grauat in dote, non tenet grauamen, etiam si dos sit vltra legitimam, ita tenuit disputando Mar. Sili vt refert Bal. in d. §. sed vtrum, versi. sed pone. & hoc quia separata est a patrimonio patris, & cōsolidatur in filiam ex prouisione legis, non vi relicti secundum eum. Contrarium. tenuit Dy. in l. mulier. §. cum proponeretur, ad Trebel. videlicet quod grauamen teneat in dote a legitima supra, quia in legitima non potest grauari, ita etiam tenet Cy. in l. 1. §. videamus, de rei vxo. actio. & idem tenet ibi Bar. idem Bal. in l. quoniam nouella. C. de inoffi. testam. & dicit se ita consuluisse, quod est verum, si specialiter grauatur in dote, nā sub generali fideicommisso non ¦uenit dos, & ita intelliguntur teges allegatæ in contrarium, ita dicit Bar. in l. fin. §.
8 filiæ. ff. de leg. 2. & in l. Lucius. §. maritus, ad Trebel. † Itē hoc est verum, nisi actio de dote sit propria filiæ, nam tunc non teneret grauamen, nisi tantumdem sibi relinqueretur, vt l. Titia. §. qui inuita. ff. de leg. 2. & l. pater filiam ad l. Falc. & ideo vidi consuluisse in quæstione de facto, quod pater dederat dotem filiæ in vita sua, & fuerat stipulatus eam sibi reddi, deinde filiam in testamento in dote instituit, & eam de resti tuendo filio suo grauauit, & filia non obstante grauamine in testamento suo alium instituit sibi hęredem: consultū fuit
9 per d. §. †quod ipsa non poterat de dicta dote disponere, nisi vsque ad legitimam, sed a legitima supra debebat restitui secundum dispositionem testantis, & hoc quia pater fuerat stipulatus dotem sibi ipsi, & hæredibus suis reddi.

Quo casu ſm veram ꝯclusionē Doc. maxime Bar. in l. post dotem. sol. mat. actio de dote per mortē patris non consolidatur in filiam, sed apud hęredes patris remanet, quamuis ipsi sint obligati eam iterum maritare, & dotare, vt in authen. sed quamuis. de rei vx. ac. licet multi contrarium tenuerint sequē
10 do gl. in d. §. videamus. † Et no. quod etiam adhuc est vera regula, quæ habetur in l. dos a patre. C. sol. matri. videlicet quod dos profectitia redeat ad patrem mortua filia, etiam cum liberis, vt post multa determinat ibi gl. sequens opinionem Bulg. declarans tamen procedere de iure scripto, non autem de cō suetudine, est in contrarium. Mar. tenuit, ꝙ de iure illa l. intelligatur in muliere decedente sine liberis, sed si decedat cum liberis, ipsi in dote succedant, & pro eo videtur bonus tex. in l. post dotem. ff. sol. mat. Item facit tex. in ratione sui, in l. illam. C. de colla. vbi per gl. de hoc Bar. in l. post dotem. tenet idem quod Bulg. Idem tenēt Cy. & Dy. Pe. vero contra per d. l. post dotem, dicens, quod ex quo matrimoniū fit propter liberos, & dos propter matrimonium, ergo dos propter filios, & hāc

opinionem

Source : BIU Cujas

opinionem approbat consuetudo, vt dixi, quod est verum nisi tenor stipulationis aliter diceret, nam tunc potest derogari tali consuetudini, secundum Bal. in d.l. post dotem, & hoc habet locum non solum in tacita stipulatione, sed etiam in indefinita, in qua non est facta mentio liberorum.

11 Quando† quis confitetur se recepisse dotem, & promisit restituere, deinde fit ei promissio dotis, postea moritur non recepta dote, quæritur an mulier repetat dotem ab hæredib. viri. Bar. in l. in iis. §. pen. ff. sol. ma. & Ang. & Io. de Imo. omnes tenent quod in extraneo promittente dotem illa possit repetiri: secus in patre, & ita consuluit Dominus Salustius in ciuitate Camerini. Bal. tenet contrarium in d.l. in his. §. mulier. & in l. si absentis. C. si cert. pet.

12 Filia† olim in dote habebat hæredem, vt l. auus. ff. de iu. do.
13 & plene per Dy. in l. 2. §. quod si in patris. ff. sol. ma. †& tamen propter delictum filiæ non publicabatur dos, vt l. sed si alia. ff. de bon. damna.

14 Regula est quod vxor non tenetur pro marito, nisi se obliget sponte pro eo renunciando secundum formam l. generaliter, ad Velle. vt per totum tit. ne vxor pro marito. Fallit in casu quando maritus fuisset primipilus, quia tunc bona dotalia mulieris sunt obligata pro facto mariti fisco, & est speciale in illo casu, tex. est in l. satis. C. quib. ex cau. pi. tacite contrahat, & no. in l. ob maritorum, ne vxor pro marito. sed licèt obligẽtur bona dotalia, non tamen obligantur parafernalia, & alia quæ sunt extra dotem, & dicas ꝙ si possidentur per maritum, præsumuntur esse dotalia, nisi contrarium probetur: si per vxorem, tunc præsumuntur extra dotem, vt no. gl. in dictis le
132 regulariter † in quibuscunq; bonis debitoris poſſit conſtitui pignus prętorium.l.ſi finita. §. eleganter, de damno infec. tamen fallit in dote,in qua pignus prętoriũ conſtitui non poteſt,caſus eſt notabilis coniuncta glo.in c.ex literis, de pigno. cui addo tex. cum glo.in ſimili in l.ſtipendia.de exec. rei iud. vbi executio ſentẽtiæ lata contra debitorem ſcolarem vel militem, non poteſt fieri in libros ipſius, vel arma.l. nepos Proculo,de verbo.ſignifi.

Nonageſimum ſecundum priuilegium dotis eſt, quod li-
133 cet alias† vbi requiritur promiſſio,ſola pollicitatio non ſuffi ciat. l.j.in princip. ff. de. pollicitatio. tamen fallit in dote, in qua licet regulariter requiratur promiſſio.l.j.& fere per totũ titulum de dotis promiſſ.tamen ſola pollicitatio ſufficit, l. fi. C.ad Velleia.l. ad exactionem.C. de dot.promiſſ. licet Bal. tenuerit contrarium in Rub.C. de dotis promiſſ.

Nonageſimum tertium priuilegium dotis eſt, per caſum valde notabilem iuncta gl.in l.Claudius felix, qui pot.in pig.
134 habe.vbi licet regulariter†ſi vinco vincentem te, multo fortius vinco te, authen.multo magis. C. de ſacroſ. eccle. & per no.in authen. licet. C.de natural.liberis. tamen fallit ratione dotis ſecundum glo. notabilem in d.l.Claudius felix.

Nonageſimum quartum priuilegium dotis eſt per caſum valde ſingularem in l. ſtipulatio. ff. de iure dot. vbi licet alios
135 †finita cauſa in qua quis interceſſit,& fideiuſſit,ſi renouetur, non intelligitur renouata fideiuſſio.l.ſi cum Hermes.C.loca. tamen fallit fauore dotis,argumẽto illius†tex.in d.l.ſtipulatio.

Nonageſimum quintũ priuilegium dotis eſt, ꝙ licet alias
136 †vbi aliquis priuatur lucro,applicetur fiſco.l.cum ratio. §. fi. ff.de bon.dam l.ei qui mortem.ff.de his quib.vt indig.tamen fallit fauore dotis,vbi non applicatur fiſco,ſed vadit ad hæredes mulieris.l.ſi ab hoſtibus.§.j.ff.ſol.mat. pro quo tamen vide Bal.& Imo.in d.l.ſi ab hoſtibus.

Nonageſimum ſextum priuilegiũ dotis eſt per caſum valde notabilem in l.cognouimus.§.ſed & dotes. C. de hæret. q̃
137 ad hoc allegat Spec.in d § formatis.vbi†pater quantumcunque hæreticus tenetur dare dotẽ pro filia orthoxa, licet poſſit dici non eſſe ſpeciale dumtaxat in dote, ſi recte ponderetur tex.ille.

Nonageſimum ſeptimum priuilegiũ dotis eſt, ꝙ licet alias
138 †pater poſſit bona ſua ad libitum alienare. l. non vſq; adeo. ff.ſi quis a paren. fuerit manu.tamen fallit fauore dotis, quoniam dotẽ,quam ſemel dedit pro filia, eidem tenetur reſeruare,nec poteſt minuere niſi ſuperueniente inopia, authen.ſed quamuis.C.de rei vxo.acti, pro qua tamen vide Bal.in l.2.C.ſi in frau.patro.

Nonageſimum octauũ priuilegium dotis eſt, ꝙ licet alias
139 †in pari cauſa fiſcus cæteris præferatur.l.2.C.de priu. fiſ.tamẽ fallit in dote,in qua ipſa fiſco præfertur.d.l.non puto.ff.de iure fiſci.& per Doc.in l.j. ff.ſol.mat.

Nonageſimum nonum priuilegium dotis eſt, per tex. in l. penul.vt in poſſ.leg.ſecundum Spec.in d.§. formatis,vbi licet alias miſſus in poſſeſſionem,fructus aliquos non lucretur. l.j.
140 & 2.de pig.act.tamen fallit fauore dotis,in qua†mulier miſſa in poſſeſſionem lucratur ſaltem vt viuat, licet,ſi ponderetur, non ſit ſpeciale dumtaxat fauore dotis.

141 Cẽteſimũ priuilegiũ dotis eſt, ꝙ licet alias † imputetur ei, qui legem apertius dicere poteſt.l.veteribus.de pactis.tamen fallit fauore dotis,quia ſemper verba ampliantur,& reſtringũtur in eius fauorem. l. cum pater dotem. de pac. dot. Et licet multa,& quamplurima ſpecialia allegari poſſent, hæc tamen vtiliora ex multis recitaui. Laus Deo. Amen.

Expliciũt quædam ſpecialia ſeu priuilegia dotis recollecta per famoſiſſimum iuris ciuilis profeſſorem Do. Vincentium de Paleottis de Bononia,ciuẽ Bonon.quæ de anno Mccccl v. dum legeret lectionem ſerotinam,ſoluto matrim.recollegit.

TRACTATVS,

ſeu Commentarij de lucro dotis, D. Phanucij de Phanuciis Iuriſc. Lucenſis,ad cap xix. lib ij. ſtatutorum ciuitatis Lucenſis.

IN RVBRICAM.

De dote [a] reſtituenda[b] ſoluto[c] matrimonio[d] per mortem[e] mulieris liberis, [f]non extantibus.

SVMMARIVM.

1 *Nomen dotis æquiuocum eſt plura ſignificans.*
2 *Dotes fundi.*
3 *Dos ſanctimonialis.*
4 *Dos eccleſiæ,vel altaris.*
5 *Dos ſignificantius accipitur pro eo,quod datur cauſa ſuſtinendi onera matrimonij.*
6 *Dos an ſit ipſa res dotalis ſecundum Azo. an vero ius continens res dotales ſecundum Bar.*
7 *Opinio Bar.magis communis.*
8 *Sed altera uera.*
9 *Bar.opinio implicita nihil certi ponens.*
10 *Altera etiam opinio confuſione non caret.*
11 *Contractus prout eſt facti,& prout eſt iuris conſiderantur.*
12 *Dos eſt ipſa res dotalis,& non ius.*
13 *Dotis ius eſt particulare,& non uniuerſale.*
14 *Nomina iuris duplicia.*
15 *Dos eſt nomen iuris.*
16 *Declaratio l.1.§.quod diximus.de do. præleg.*
17 *Diminutio dotis fit reſpectu uniuerſi,non autem rerum particularium.*
18 *Declaratio l. ſi is qui Stichum.§.quod dicitur.ff.de iu. dot.*
19 *Declaratio l.quod dicitur.ff de impen.in reb.dotalibus.*
20 *Reprobatur opinio aliquorum in concordando tex. d. l. quod dicitur. cum tex.in d.l.ſi is qui Stichum.§.quod dicitur.*
21 *Abſurdum in quo ſit,quod res pro parte deſinat dotalis eſſe.*
22 *Dos minuitur in intellectu iuris.*
23 *Dos ſemper minuitur in intellectu iuris,licet non ſemper in actu rei.*
24 *Dotem augmentum recipere ad inſtar hæreditatis negatur.*
25 *Fructus dotis ſoluto matrimonio percepti non ſunt dos,ſeu ut portio dotis.*
26 *Acceſſiones veniunt in dotem prout in quamlibet aliam rem.*
27 *Similitudo de menſa ad dotem non procedit.*
28 *Libellus, & ſententia ſuper dote certam rem, uel quantitatem debet continere.*
29 *Sententia cenſetur lata ex cauſa deducta in libello.*
30 *Libellus,& ſententia generalis ſuſtinetur, cum dos ad arbitrium boni uiri eſt conſtituenda.*
31 *Maritus an pro lucro dotis faciendo agere poſſit uia executiua, ſtante ſtatuto,quod mulieri,uel cauſam habenti ab ea,liceat via executiua agere.*

a 1 DOte, a Nomẽ dotis†æquiuocum eſt plura ſignificans;quicquid.n.alicui præcipuum datur, dotis nomine demonſtratur,vt Gene.cap. 30.ibi, dotauit me Deus dote bona. & Ouidius,

Ornata eſt,dotes exhibet ipſa ſuas.

& Cic.lib.j de Orat.ibi,cuius artem cum indotatam eſſe,atq; incomitatem videres,verborum eam dote locupletaſti,& ornaſti &c. Hinc quoque virtute animi vel corporis dotes appellantur, hinc etiam fundi quædam præcipua ei inſeruientia
2 noſtri Iuriſconſulti,†quandoq; dotes fundi dixere. l. 2. in fi.l.
3 Seiæ.§.liberto.ff.de fun.inſtr.inde†datum ſanctimoniali monaſterium ingredienti a noſtratib.dos dr̃.Bar. in l.j. §. ſi parẽs. ff.ſi quis a parente fuerit manumiſ.Bal. in l.qĩn nouella C. de inoffi.

Source : BIU Cujas

inoffi.testa.Socy. in cons. 222. præsens. colum.2. circa med. vol.2.& in cõs.141.circa,eodem vol.Alex.cõs.17.viso titulo, in fine,volu.6.quod est duplicatum,cõs.153.volu.7. & tradũt D.Alciat.in rub. soluto matrimonio.in verbo,dos,& ibi Vincen.Sauio,numero.124.Nico.numero 149.& Soc.Iun.nume
4 ro 6. Qui quidem etiam dicunt † dotem esse, quod ecclesiæ vel alteri cõstituitur pro eius rectore vel sacerdote, qui quasi maritus onera eius in ministrando sacramenta, & faciendis sacris est subiturus.cap.nemo.de consecr.distinctio.prima.c. cum sit.extra,de consecra.eccle.& alta.& §.1.Authen.vt nullus fabr.de qua quidem ecclesiæ dotatione non pauca præter alios commemorat Bal.de Bar.in l.prima.numero.22.vers.de
5 scendo nunc.ff.soluto matrimonio.Sed † significantius in iure nostro dos accipitur pro eo,quod causa matrimonij sustinendi onera marito datur.l.pro oneribus. C.de iu. dotium.l. dotis fructus.l.plerunque.§.si serui.ff.eod.quæ certe adinuenta fuit,vt mulieres facilius nuberent.l.2.ff.de iu.dotium.quod reipublicæ valde interest, vt ciuitas repleatur hominibus. l. prima.ff.solu. matrimo.& ibi no.omnes,ac adeo dos comitatur matrimonium, vt vbi matrimonium non est, ibi nulla dos esse queat.l.fi.C.de donatio.ante nup.l.3.ff. de iure dotiũ. l.lex Iulia. ff.de fun.dot.& l.si mulier. ff. de iure dotium. Et in hac significatione vulgo accipi indubitatũ est,vt ex illo Plauti loco in Amphitrio.

Non ego illam mihi dotem esse duco.
Quæ dos dicitur,sed pudicitiam.

Et sic in statuto nostro intelligi nemo dubitat. Verũ enim uero circa dotis diffinitionem Doctores nostri multas difficultates excitarunt, maxime Moder. Repetentes in rubr. soluto matrimo.quas hic prosequi mihi non videtur necessàrium,quandoquidem ad scholasticas quæstiones pertineant. illam tamen nõ prætermittam aperire (hoc enim spectat ad
6 intelligentiam vtilem aliquot iurium) an † scilicet, dos sit ipsa res dotalis,vt Azo diffiniebat in summa.C.de iure dotiũ. an vero ius quoddam vniuersale, continens res,quæ propter onera matrimonij sustinenda dantur, vt dicebat Barto. in d. rubr.soluto matrimonio.Circa quod in primis sciendum est
7 † pro opin. Barto. esse magis communem, quod dos non sit ipsa res dotalis,sed ius quoddam continẽs res &c. hoc enim tenuerunt Alexand. Soci. Iaſ. ibi, & Thomas Parpal. nume. 26.Rip.nume 45.Franc.Nic.num.205. Io. Annib. Car. Ruin. & plerique repetent. ibi, Raph. Cuma. in consil. 109. domi. Alciat.in l. Labeo & Sabinus. de verborum significationib. Alex. in consil. 21.viso processu.colum.fina.nume.7.vers.rursus.lib. 6. duplicatum, consi.49. vol. 3.Bald. in cap. ex literis. col.fi.extra, de iureiuran. Socin.in reg.215. hæres, in 2.fallentia.Ange.in consil.74.D.Andriola.Aret.in l. Pompo.§. in dotem.col.fina. de acquiren. possess. Alex. in consilio 125. quoniam abunde satis. nume.4.volu.6.Socy.in consi.180.diligenter.in 2. lib. vbi hanc opinionem appellat communem & veriorem, & est duplicatum consilio 226. in volum. 1. Socyn. in consilio 93.circa,volum.1. Campeg. in tract. dot. quæstio. 193.Barto.in consil.225.punct. & Fely. in cap. 2. col.3.extra, de lib.oblat. Azon. autem diffinitionem quam plures etiam sequuntur. Socin. Iun. in dic. rubr. in 3. parte. num.28. & ibi Domi.Alciat.in verbo, dos. Bald.Nouel.in tract.dot.in princip.Ange.& Pau. de Cast. Ioann. Crot. Bulga. Camil. Visita. in dic.rubr.Bal.in l.fi.C. de senten. quæ si. cer. quant. & Bald.
8 de Barto. in l. 1. ff. soluto matrimonio. & † ista mihi videtur procul omni dubio vera, declaranda tamen vt per nos infra. Nam in hac re tantas turbas excitarunt scribentes, vt quid vel secundum Barto.vel secundum Azonem firmandum sit, ex dictis Doctorum nihil certi seu clari habemus, vt taceam plerosque neutram earum,difficultate rei superatos,firmare.
9 Quoniam † Barto. & sequaces, qui dixerunt, dotem esse ius vniuersale continens &c.in disputationis progressu, tam arguendo, quam ꝯcludendo, appellat dotem modo quid vniuersale,& intellectuale,seu incorporale,modo ius vniuersale, vt potissime est videre apud vtrunque Soci. & Rui. qui volens in hoc Bart.mentem clare aperire, sic eius definitionem enucleat,quod dos est quoddam ius repꝛesentatum, fictum imaginatum,differens, ac separatum ab illo corpore materiali continens id,quod datur &c.passim autem in tota sua repetit.appellat quandoque ius vniuersale, quandoque quid vniuersale, seu intellectuale,quid ergo est hoc? est ne idem quid intellectuale, & quid vniuersale, seu ius?nonne aliud est vniuersale,& aliud quid intellectuale?ecquis non nouit hoc ? nã iura veniunt sub appellatione rerũ, seu bonorum. l. rei appellatione, & ibi nota.de verborum significatio. ac ideo vt res venduntur,donantur,ceduntur, in omneq; cõmercij, atque dispositionis genus cadunt, titu.de hæredi. & actio. vend. in ff.& C. & alibi passim, nec differunt a cęteris reb. nisi in hoc, quod sunt incorporales,quoniam res nostræ aliæ corporales, aliæ incorporales sunt.l.j.§. quædam.ff. de rerum diui. Institu.de rebus corpor.per totum.Tiraq.in tract. ligna. §. 1. glo. 7.nume. 10.Quod autem est intellectuale,non venditur,nec in aliud commercium cadit, sed in mentis nostræ intelligentia versatur, vt disciplinæ,& artes, & intellectuale est de re, quæ intelligitur in eo intellectuali, idest nomen alicuius rei.Præterea Ruinus cur dotem dicat ius repꝛesentatum,fictum,imaginatum, non perspicio; Ius enim finginus quam legi, factum fingere suadente æquitate leges solent interdum, sed non ius, quod agit lex circa ius, id certe agit non per fictionem, sed per veritatem, vt per Bartolum & Modern. in l. si is qui pro emptore. ff. de vsucapionib. vides ergo,quod si Barto. opin. sequi volueris, aliqua certa & clara
10 conclusio in hoc tibi non datur, vice versa † alteram partem si amplectaris, confusione prorsus non carebis. Nam D.Alc. qui ſm Azo. concluserat, dotem esse ipsam rem dotalem, nesciens ab his, quæ sibi videbantur aduersari, alio modo se explicare,dicit,quod ex contractu dotis & pecuniæ donatione oritur quoddam ius a re ipsa separatum, quod ipsum ius dot.appellat.no.per Bartolum in l.cum pater.§.pater filiæ.de lega.2.l. licet. de do.præleg. & istud ius (ait ipse) si res in dotẽ data est particularis,particulare est:si vniuersalis, vniuersale, qua de re concludit sententiam Barto. generaliter haud esse veram, dum voluit, dotem semper esse ius vniuersale.In aliquo igitur definitioni Bar. Do.Alciat.assentitur, nam concedit,dotem esse ius, item & aliquando ius vniuersale, nonne hoc antea negauerat? Sed quæro, quodnam est illud ius ex contractu & pecuniæ datione oriens?Si dixeris,vt aperit Baldus Nouellus in tracta.de dot.in secunda parte,nume. 4. qui postquam aduerterat secundum aliquos, certum ius in abstracto consideratum,ab eis dos appellatum; dicit esse illud, quod competit ex contractu dotis,ex quo iure actio & obligatio causatur:Ego respõdeo hoc in abstracto nihil eẽ, quia fateor sicut depositum, commodatũ,pignus, & similia,etiã
11 vt ius considerari,ita & dotem, sed tunc † vt contractus consideratur,non prout est facti,iuxta l.cõsilio. in fine. ff.de cur. fur.sed prout est iuris.l ex hoc iure.ff.de iustit.& iu.quia ex ipsa re sola commodata,vel deposita, & simili, nõ oritur actio, vel obligatio: verum nos disputamus de dote, prout accipit pro contractu,an tũc sit ius, sed an prout est dos, dici debeat ius,vt respondebat Bulgar.

Et præter hunc modum considerare depositum,commodatum,dotem & similia,esse ius aliquod, est se mutare,quoniam hos terminos habemus, & præterea nihil. Contractus, prout quid est facti & iuris, potest considerari. item actio & obligatio ex contractu orĩens.l.licet.§.ea obligatio. ff.de procu.& ipsa res.Illud quoque cõsequẽs nego,quod dos ius vniuersale dicendum sit,quia res data in dotem sit vniuersals,nã sequeretur quod legatum, quando hæreditas relinqueretur, diceretur ius vniuersale,quod falsum est.Bartolus in l.re coniuncti.colum. 8. de legat. 3. l. cum filius. §. Lucio. de legatis 2. & quo ad hoc nihil referre in dotem esse datam quid vniuersale, vel particulare, ex tex. iunc. ibi glos. in l. prima. §. pro dote, quemadmodum in re empta,seu emptione, & venditione, quia si sit vendita res vniuersalis, ideſt hæreditas, in de non magis oritur ius vniuersale, quam si res particularis esset vendita.l.secunda. C. de pact.l. secunda.C. de hæred.& actio.vendi.

Quid dicam de eorum argumentis, quæ quisque suæ opinionis assertor facit? vereor ne more Andabatharum fere simul pugnauerint,in summa eo tendunt omnia,velut dotem aliud esse a rebus istis dotalibus suadent, seu contrarium probent,quorum solutio pendet omnis ab intelligẽtia.l. si is qui Stichum.§.quod dicitur.ff.de iure dotium.& l.1.§.quod dixi mus.ff.de dot.priuileg.& l. quod dicitur.ff.de impens.in reb. dot. circa quam contorserunt se oẽs, & præsertim Soc. Iun. & Car.Ruin.arguentes pro vtraq; parte, & variæ inducentes illa iura,vt per eos, & demum alter dicit se malle doceri,quã alios docere, alter autem, quod authoritati Barto. est cedendum in re valde dubia. Nos itaque tenentes cum Azone dicemus in primis † res ipsas dotales esse dotem, prorsus
12 negando dotem esse ius.dic. l. si is qui trium.§.quod dicitur, dum ibi Iureconsul. appellat dotem pecuniariam, quod sane de iure dici non potest. Item alibi dicitur dotem numerari. l.si pater ignorans.ff.sol.matri vel dotem dari.l.profectitia. §. fina.l.si sponsa.l.si mulier.ff.de iure dotium. Item dotem conferri,toto tit.de colla.dot.& in aliis multis locis,dotem pro ipsis rebus dotalibus poni certum est. & sic vulgo dicimus,hęc res est dos mea,vt apud Terentius in Andria.

Dos est Pamphile decem talenta.

Item dos vendicatur.l.in rebus.C.de rei uendic.& in domi nio eius transferendo requiritur traditio.l.de diuisione. solu. ma.l.dotale.§ .dotale.de iun dot. Item sequestratur.l.si cum

dotem

Source : BIU Cujas

dotem.§.ſi autem in ſæuiſſimo.& ibi no.ſol.mat.item aliqua re dotali euicta præſtatur,ſeu datur actio euictionis, vt de re aliqua particulari tradita titu.venditionis,vel alio.l. prima. & ibi no C.de euict. Alciatus in l.pecuniæ. §. hæreditas.de verborum ſignificationibus.l.prima.l.quoties. C. de iure dotiũ. l.mater.ff.eod.l.pater.ff.de euict.l.ſerui venditor. l. ſi naue. ff. eodem.l.proinde.ff.de ædil.edic.Nec in dote ſuccedens tenetur ſtare colono.l.filio.§.fi.ſol.matri.glo.in l.diuortio.eodem titulo.Item extinctis rebus dotalibus extinguitur dos ipſa. & nomen dotis.l.plerunque.in fi.de iure dotium.l.prima.C.eo. l.1.§.fi. mancipia.ff.eo.l.ſi pro re.ff.de euic.Item res empta ex pecunia dotali non efficitur dotalis. l. ex pecunia. C. de iure dotium.Niſi per partes expreſſim id agatur.l. ſi ex lapidicinis. de iure dotium.l.ſi mulier.ff.de pact.do.vt per Corn. in conſ. 270.quæritur.volumine quarto.Bald.de Barto.in l.prima.numero nono,verſiculo non videtur.ſoluto matrimonio. niſi forte in ſubſidium ſpeciali fauore dotis. Bald. in conſil.225. iſta confeſſio.volumine quarto.Bal.Nouel.in tract. de dote, vbi ſupta.Ioannes Boſcili in tract.de nup.lib.6.nu.30.Bapt.de ſancto Blaſ.in tract.de priuil.do.in ſecunda centuria.nume.7. & actio quæ in hoc caſu datur ad inſtar hypothecariæ tollitur,ſeu excluditur,ſi pecunia dotalis per poſſeſſorem offeratur mulieri.Socinus in conſilio 224. eleganter. volumine ſecundo,& ſic in dote res non ſubrogatur loco pecuniæ vel alterius rei dotalis,quicquid dixerit Bart.in conſilio 124.punctus.Item fructus non augent dotem,& ſententia incerta ſuper dote non tenetur de his infra dicam reſpondendo contrarijs,quid plura?vndique conuincitur, dotem eſſe res ipſas
13 dotales,non autem aliquod ius, & † dotis ipſius ius non eſſe vniuerſale,ſed particulare,vt patet ex prædictis. tametſi dos eſſe poſſit quandoque particularis, quandoque vniuerſalis, prout eſt ipſa res dotalis, quemadmodum in legato contingit,quod quidem vel particulare,vel generale,vel vniuerſale dicitur,prout eſt res legata.Alexand.in l.grege.de leg.primo. Et pro ſolutione difficultatis per Doctores motæ in hac re. Primo conſiderandum eſt,nomina,alia eſſe rerum vniuerſalia vt veſtis,bos,& ſimilia.iux.not.in l.ſi quis in fundi vocabu
14 lo.de legatis primo.alia vero iuris † & hæc duplicia ſunt, alia importantius,vt actio,obligatio,ſeruitus,hæreditas §.primo. Inſtitu.de rebus corpor.alia licet ſint nomina iuris,ideſt a iure inuenta,tamen ius non important,vel ſignificant, ſed res, ſecundum tamen quandam iuris determinationem, præter id,quod ſecundum vulgarem & naturalem rei ſignificatum præſeferunt, vt eſt hoc nomen dos,peculium,bona fructus, & ſimilia,ſic duplicis generis eſſe nomina iuris,aduertit,licet non ſic explicite,Bulgarinus in dicta rub. numero nono,verſiculo,& ratione expenſarum damnans gloſ. in dicta.l quod dicitur,quæ dixit,quod dos eſt nomen iuris, ideſt ius ipſum, ſeu ius ſignificans. Quæ doctrina probatur, quoniam peculium, vt nomen iuris eſt,quod deducto ære domini, vel patrisfamilias habet ſeruus,vel filiusfamilias ex patrimonijs eorum.l.peculium autem.ff.de pecul.cum concord. ſecundum tamen naturalem ſignificatum,eſt id quod datum eſt &c l.in depoſiti.§.fin.ff.eodem.l.ſi chorus.§.primo.de legatis tertio. item bona intelliguntur ſecundum nomẽ iuris, deducto omni ære alieno.l.mulier bona.ff.de iure dotium.l. ſubſignatum. §.primo.de verborum ſignificationibus.l.bonorum.eod.ſecundum tamen naturalem ſignificatum ipſæ res ſignificantur,vtcunque ſint ære alieno grauatæ, vel non. l. princeps.l. proprie.eodem titu. idem in fructibus.vt per Doctores in l.
15 fructus.per illum tex.ff.ſoluto matrimonio.ita & dos,†vt eſt nomen iuris ſignificat res dotales omni ære alieno dotis deducto.l.nondum.ff.de religioſis & ſumpti.funerum.nam impoſſibile eſt ſecũdum iuris determinationem, dotem eſſe in ære alieno,ſeu alio grauamine,ſiue id ab initio contracti matrimonij,ſiue ex poſt contingeret.l.ſi pater mulieris.ff.de iure dotium.l.ſi conuenerit.la 2 l.conueniri.ff.de pact.do. quia contra ſubſtantiam dotis non valet pactum.l. cum precario. ff.de precar.l.ius publ.ff.de pact.dot.in l.nemo poteſt. de leg. primo.& in l.prima.§.ſi quis ita. de verborum obligationib. & dicit hoc domin.Alciat.in dicta rubrica.in verſiculo dos. numero vigeſimoſeptimo,poſt alios ibi.dos igitur nõ eſt ius, ſed nomen iuris,ſignificans res,conſideratas tamen ſm iuris determinationem,ſcilicet illud omne,quod pro vnius matrimonij oneribus ſuſtinendis accipitur &c.& eſt nomen indeterminatum, ſeu indefinitum, non autem collectiuum plurium,vt dicebat Socy.Iun.& male in dicta rubrica, quare de neceſſitate non præſupponit pluralitatem rerum, ſeu pluriũ collectionẽ,vt nomen familiæ, populus & ſimilia,ſed ære refertur ad dotalitatem,ſeu vniuerſalitatem eius,quod datum eſt pro oneribus &c.Sed hoc non facit,vt vniuerſitatem plurium rerum,vel capitum neceſſario præſupponat, quoniam & in vna re totalitas poteſt conſiderari. Num ex his ſequitur
16 declaratio & ſolutio plurium. Et in primis † ad illud Vlpiani in l.1.§.quod diximus.ff.de dote præleg.ad ea, ſcilicet verba. Sed q̃ diximus ipſo iure dotem impenſis neceſſarijs minui, non ad ſingula corpora,ſed ad vniuerſitatem erit referendũ quod non inferunt neceſſario dotem eſſe aliquod ius,ſed dicunt illud totum,quod eſt dos propter impenſas minui, nam in iure,vt primum totum,ſecundum iam dictam determinationem,dos conſideratur.Et dum Vlpianus negat dotis diminutionem ad ſingula corpora referri, ſed ad vniuerſum dotis,ſatis aperte mihi videtur dicere, quod diminutio dotis in ipſis rebus dotalibus contingat, non autem in aliquo iure, quia eius reſponſum concernit duntaxat modum diminuendi dotem, vt vniuerſum minui ſufficiat, licet non ſigillatim corpora dotis, verbi gratia, eſt in dotem fundus valoris centum,item & pecunia,vel alia bona, impenſæ neceſſariæ dotis aſcendunt ad centum, in hoc caſu ſufficit ad dotis diminutionem illum fundum centum,deſinere eſſe dotalem,& in eo ſolo omnem dotis diminutionem contingere abſque eo,
17 quod cætera dotis corpora ſigillatim minuantur, quia † diminutio fit reſpectu vniuerſi, non autem rerum particulariũ ſecundum Vlpianum in d.§.quod diximus.vt & clarius explicat Paulus Iuriſconſul.in l.ſi is qui Stichum.§. quod dicitur. cuius hæc ſunt verba,videlicet.Quod dicitur,neceſſarias impenſas ipſo iure dotem minuere,non eo pertinent,vt ſi forte fundus in dote ſit,deſinat aliqua ex parte dotalis eſſe,ſed niſi impenſa reddatur,aut pars fundi,aut totus retineatur. Sed ſi tantum in fundum dotalem impẽſum ſit per partes,quas fundus eſt,deſinere eum dotalem Scæuola noſter dicebat, niſi mulier ſponte infra annum marito impenſas obtulerit. Si pecunia, & fundus in dote ſint, & impenſæ neceſſariæ in fundum factæ, Nerua ait, dotem pecuniarum minui. Quid ergo ſi mulier impenſas marito ſoluerit, vtrum creſcet dos, an ex integro data videbitur? Cuius rei manifeſtior iniquitas in fundo eſt,ſecundum Scæuolæ noſtræ ſententiam, nam ſi deſinat dotalis eſſe,poterit alienari.Rurſus quemadmodum poterit fieri dotalis data pecunia? an etiam iam data pecunia in dotem eſſe videbitur? & magis, eſt vt ager in cauſam dotis reuertatur. Sed interim alienatio fundi inhibeatur.Vides ergo ex his clare, quod dotis diminutio contingit in ipſis bonis dotalibus non autem in aliquo iure, nam facit, vt vnius totus fundus deſinat dotalis eſſe. Item quod de dote conſiſtente in pecunia,& fundo pars pecuniaria deſinat dotalis eſſe,& difficultati orienti ex hoc reſponſio Paulus reſpondit,
18 quod † infra annum alienatio huiuſmodi fundi, qui propter impenſas dotalis deſijt eſſe, inhibetur, vt infra illud tempus muliere impenſas prædictas offerente, ager in cauſam dotis reuertatur, quæ quidem omnia ſi diminutio dotis fieret in aliquo iure,& non in ipſis bonis dotalibus, Paulus Iureconſ. non minus inepte quam falſo recenſeret. Eſt verum, quod negat fundum pro parte minui, ſed non ob id negat diminutionem dotis reſpectu vniuerſi,& in ipſis bonis dotalibus fieri, vt iam dixi.

Quæ autem ſit ratio,quod pro parte diminui, & deſinere eſ-
19 ſe dotalem nequeat,ipſe non dicit, Sed hoc † dicit Vlpia. in dicta l.quod dicitur.ne,ſcilicet,abſurdum inde reſultet. Cuius hæc ſunt verba,videlicet,Quod dicitur, neceſſarias impẽſas dotem minuere,ſic erit accipiendum, vt Pomponius ait, non vt ipſæ res corporaliter diminuantur, vt fundus, vel q̃cunque aliud corpus (etenim abſurdum eſt, diminutionem corporis fieri propter pecuniam) &c. Non negat igitur ceſſante abſurdo,quin dotis diminutio fiat in ipſis bonis dotalibus,vt in duobus præcedentibus Pauli caſibus. Et vt reliqua huius textus declaremus ſubijcio quæ ſequuntur, Cæterum hæc res faciet deſinere fundum eſſe dotalem vel partẽ eius, manebit igitur maritus in rerum detentione, donec ei ſatisfiat, non enim ipſo iure corporum, ſed dotis ſit diminutio. Ibi ergo admittimus diminutionem dotis ipſo iure fieri, ubi non ſunt corpora, ſed pecunia, nam in pecunia ratio admittit diminutionem fieri. Proinde ſi æſtimata corpora in dotem data ſint,ipſo iure dos diminuetur propter impenſas neceſſarias. Hoc de his impenſis dictum eſt, quæ in dotem ipſam factæ ſint, cæterum ſi extrinſecus, non minuent dotẽ: Sed ſi impenſis neceſſarijs mulier ſatisfecerit, utrum dos creſcet,an vero dicemus ex integro videri dotem datam? Et ego vbi pecunia data eſt,non dubito dotem videri creuiſſe. His verbis Vlpianus vult,diminutionem quidem dotis fieri, ſed non corporum,vt pro parte dotalia eſſe deſinat. & expoſitio literalis eſt.Cæterum, ideſt, ſi admitteremus,quod poſſet corpus dotale propter impenſas minui, ſequeretur,q̃ poſſet pro parte deſinere dotale eſſe,quod Iureconſ.reputat abſurdum,ita exponit glo.ibi, & diligenter perpende, q̃ in hoc tota eſt quæſtio Vlpian.vbi ergo ageretur non de diminuendo pro parte fundum dotalem, ſed de faciendo,ut in totum

Source : BIU Cujas

desineret dotalis esse,non negatur,quin hoc fieri possit,cum impensæ absorberent totum fundi pretium, vt respõdit Paulus in d.§.quod dicitur.

Nec obstant illa verba ibi,fundum esse, vel partẽ eius,quasi videantur idem inferre in vtroque casu, ꝙ nec in totum, nec ꝑ parte possit dictus fundus desinere esse dotalis.Primo, quia sic intelligendo aperte aduersaretur responso Pau in d. §.quod dicitur.vbi dicit clare,in totum posse corpus dotale propter impensas desinere dotale esse,vt supra retuli: Sed iu-
20 ra iuribus sunt concordanda,iuxta vulg.&†ideo verum non est,vel ꝙ tex.Pau.corrigatur ab Vlpiano, vt dicebat Salyc.& nonnulli alij,vel ꝙ ibi referatur sententia Scæuolæ, sed non approbetur, secundum domi. Alciat.in l.hæreditatis app.de verborum significationibus.

Secundo, quia in hoc casu cessat absurdum, non censetur ergo Vlpian. idem voluisse, quod dicit in casu, quando agitur de diminuendo fundum pro parte, arguendo a cessante ratione.

Tertio,quia non fuit quæstio de hoc, sed tantum, an fundus dotalis pro parte diminueretur propter impensas necessarias, ergo non creditur Vlpi. respondisse de hoc,quia respõdere vltra terminos quæstionis non decet.l.vt responsum.C. de trasactionibus.§.præterea.Institut. de inut.stip. Doctores in l.j.§.si quis ita.ff.eodem.aliter igitur illa verba sunt accipiẽda.Et sensus verus fuit Vlpiani, quod minuere dotem est facere,vt fundus,vel aliud corpus dotale desinat esse dotale in totum,vel pro parte, quatenus dotis diminutio se extendit, & quia hunc effectum resultatem ex dotis diminutione retulerit, & mox illum effectũ admittere noluerit quo ad vnũ casum,scilicet,quando agitur de diminuendo corpus pro parte causa euitandi absurdum,non negatur in alijs casibus,imo tacite videtur concedi, quod scilicet fundos, vel aliud corpus dotale possit in totum desinere dotale esse. Hinc sequit clara & certa conclusio,ꝙ dotis diminutio contingit in ipsis bonis dotalibus,& non in aliquo iure,præterquam cum agi-
21 tur,vt vnum corpus dotale pro parte desinat esse dotale †ꝑpter absurdum, quod profecto est in hoc, quia mulier in re sua cogeretur socium admittere,quod est durum.l.si nõ sortem.§.si centum.ff.de condic.indeb.l. cum pater. §. dulcissimis. de leg.2.vel quod vnamet res diuerso iure censeretur, pro parte scilicet dotalis,pro parte non.l.eum qui ædes. ff. de vsucap.& causa euitandi absurdum licet a regulis iuris recedere. Alex.in l.sed si hac.§.liberos.de in ius vocan.Bart.in l.facti.§. pactus. ff. de his qui notantur infa.l. nam absurdum.ff. de bon.libe Et in hoc casu aduerte, quod licet ipsum corpus dotale non minuatur,desinendo pro parte esse dotale, ipsa tamen dos minuitur,quia est corpus intellectuale, secundum
22 Bald.in l.fina.C.de sent. quæ si.cer. quandoquidem † in intellectu iuris (secundum quẽ dos est id, quod deducto ære alieno ipsius dotis pro oneribus matrimonij &c.) statim efficitur minor propter impensas necessarias, tametsi in actu rerum dotalium non fiat dotis diminutio, qua de re sæpe solent iura indistincte loquẽtia dicere,quod dos diminuitur impensis necessarijs. l.1. §.1.ff. de impen. in re. dot.l.1.§. nec ob impensas. C. de rei vxor.acti.l. dote prælegata. l. cum quis.in princ.ff.de dote præleg & aliis multis concord. nec in conuenit aliquando in intellectu iuris aliquid esse, quod non est in actu rei.l.Mæuius.§.duobus.de legat 2.Nec id negatur per Vlpianum in d.l.quod dicitur.ibi,ergo admittimus.nam loquitur de diminutione actuali,seu corporali rerũ, vt patet ex precedentibus ibi,non vt ipse res corporaliter &c.præsupponens semper ipsius dotis diminutionem fieri, vt & clarius ibi,non enim ipso iure corporum,sed dotis fit diminutio. & probatur ea quoque ratione,quia alioquin differentia,quam inter impensas necessarias,& alias facit Vlpian.in d.l.quod dicitur. §. hoc de his. & alibi, esset inepta, quia & corporum dotalium datur retentio propter alias impensas non necessarias, seu aliud debitum mulieris non dotale l. dote prælegata.ff de dot.præleg.l.pro voluntarijs.ff.de impens.in rebus dotalib.facit l.1.& ibi not.C.etiam ob chirograph.ne ergo inanis sit,oportet dicere,quod propter impensas necessarias dos
23 † semper minuatur in iuris intellectu,licet nõ semper in actu rerum dotalium, & ista intellectualis diminutio habet effectus suos in cæteris, quia si dos restituatur per maritum cui mulier non soluerit impensas necessarias, condictio indebiti viro dabitur pro dote restituta, quia indebite fuit soluta in isto casu, cum esset iam de iure diminuta, dicta l. quod dicitur.§.fina.quod non contingit stante alio debito, quia tunc diceretur debite soluta, vt dicit Ruin.in dicta rubrica. Item si dos legatur, & multæ impensæ factæ necessariæ sint in dotem, in illud legatum tanto minus venit, quantum continẽt illæ impensæ.l.licet.de dot.præleg. Bart. in l. cum pater.§.pater filiæ.de lega.secundo, & hoc non ea ratione, quia dos sit ius vniuersale continens debita, & credita,vt dicebat ibi Bar. & Alex.in l.si res obligata.de leg.1. sequendo Bal.in l prædia. C.de fideicom. Sed quia dos in iuris intellectu est minor, seu secundum legis dispositionem est diminuta,etiam si ulla corporalis diminutio rerum dotalium non esset facta.Modo tolluntur ex his omnes Doctorum difficultates, quia vel quod iura referant diminutionem dotis non ad singula corpora, non inferunt, quod ea fiat in iure aliquo, sed per diminutionem vniuersi, & in ipsis bonis dotalibus, vel per corporalem rerum diminutionem, vel saltem intellectualem, vel item quod iura considerent dotem, vt aliud ab ipsis rebus dotalibus, nihil facit, vt propterea dos dicatur ius vniuersale, quia vt nomen iuris differt a rebus ipsis, nam significat res ipsas, cum quadam tamen legis determinatione, vt nomen bona, & id genus similia superius relata, quæ tamen non dixeris ius vniuersale importare, sed duntaxat aliquas res.Similiter secundum Bartolum argumentum non concludit,dum dicebat, ideo dotem ius vniuersale censeri, quia fructus dos augetur.l.si marito.§.fina. soluto matrimonio.vel aliis etiam augumentis crescit.l.etiam. C. de iure dotium.quod est proprium iuris vniuersalis, vt hæreditatis.glo.in l.item veniunt. §. fructus. ff. de petit. hæredita. l. pecuniæ. §. penultimo, de verborum significationibus.l. hæreditatis app.eodem titulo.
24 Nam id certe negari potest,†quod scilicet ad instar hæreditatis dos augmentum recipiat, & primo quo ad fructus considerantur tempora ante matrimonium, constante matrimonio,& post solutum matrimonium,fructus dotis percepti ante,si,cum matrimonium contrahitur, expressim aliquid non dicitur de eis, tacite videntur in dotem dari. l. videamus generaliter. §. ante matrimonium. ff. de vsu. l. dotis fructus.l.si seruo. ff. de iure dot.l.inter socerum. §. cum inter.ff.de pact. glo.in l.fundus.de fund.do.hi ergo augent dotem non sui natura, sed quia a patre data videntur. De perceptis constante matrimonio non videtur quærendum, quia ad virũ pro oneribus matrimonij pertinent.l.pro onerib.C. de iure dot.præter partus ancillarum, qui non sunt in fructibus.l.plerunque.
25 §.si serui.ff.eo.& de his,vt de cæteris accessionibus est dicendum, vt infra in tertio casu,†quando post solutum matrimonium percipiuntur,non sunt dos,vel portio dotis,secundum glos.in d.l.si marito.§.fin.at potius se habent ad dotem accessorie, vt ad rem depositam vel commodatam fructus se solẽt habere.dic.l.videamus generaliter.§.primo, de vsu.nemo tamen dixerit rem commodatam, vel similem esse ius vniuersale. Nec aliud esse ibi dicatur in condictione in personã competenti sponsæ, aliud in actione dotis, nam imo idem obseruatur.l.si sponsa.& ibi not. ff. de iure dotium. quemadmodum ergo fructus rei depositæ non sunt res depositæ, nec in obligationem veniunt, sed per officium iudicis accessorie petuntur.l.4 C.depos.l. si per collusionem. ff. de acti.emptio. Alex.in d.l.marito.§.fin. ita fructus dotis non sunt dos, nec actionedotali debentur,sed officio iudicis.Nec obstat,quod in d.§.fi.dicatur pro his agi,& quod sine his minorem dotem dicatur quis recipere, quoniam & res commodata deterior reddita dicitur non reddi sine interesse deteriorationis.l.3.§. j.ff.commod.& tamen illud interesse venit officio iudicis, secundum glos.ibi in vna.solut.Item, nonne dicitur rem restitutam non videri sine fructibus.l. restituere. & ibi dominus Alciatus,de verborum significationib. l. in condemnatione. ff.de re iudicata, l.ex diuerso.§.primo.ff.de rei vendicatio.& tamen fructus alia rei vendicatione petunt. dicto §. fructus. Nec replicetur,Fructus dotis officio iudicis nõ peti. dicto §. fin.quia loquitur in casu post exactam dotem, & officium iudicis non duret post finitam principalem actionem.l. fina. & ibi not.ff. de eo quod cer.loco.nam replico, vt in simili dixit Paulus de Castro.in dicta l.3.§.fina.ibi,ad fructus durare officium iudicis ex illa actione,quia fundus fuerat receptus sine fructibus ab ignorante, quo casu cessant nota.in dicta l.fina. Et quod sui natura fructus non augeant dotem, satis patet, quia non augent respectu mariti.l.fi.§.preterea.C.de iure dotium.vt aduertit domin.Alciat.Ioan.Gro.Socyn.Iun.& multi alij tenentes hanc partem.Quo autem ad cætera augmen-
26 ta,& accessiones dicere possumus,quod † illæ veniant in dotem,prout in quamlibet aliam rem solent venire, & accessoria secundum naturam sui principalis iudicari,vt per glossam in l.si vt certo.§. vsque adeo ff.commo.& ad hoc facit l.si prietati.ff.de iure dotium.l.si seruo.l.si legato.eodem titulo.l. si ex toto.vbi Alexand.de legatis primo.l.aditio.de acquirenda hæreditate.l.dotalem seruum. ff. soluto matrimonio.nonne etiam dicitur,quod emptioni accedit,partem esse emptionis? & ideo actiones ex empto dari pro partu fructibus, & alijs quibuscunque accessionibus? l.quod si nolit.§.fina.ff.de ædil.edic. Nihil ergo facit, quod dos accessionem recipiat, idcirco dici debeat ius vniuersale. Alijs etiam tmodis So-

cyn.

Source : BIU Cujas

cyn.& Rui.arguunt pro opinione Barto. quorum illa duo nō prætereo quin eis respondeam,omissis cæteris vt leuib.altera est,quatenus Socyn.dicebat,ius vniuersale videri dotem, quia impēsa in vna re dotali facta deducitur de altera.l diuortio.§.item si messes.soluto matrimo.d.l. si is qui Stichum. §. quod dicitur.quod quidem in rebus particularibus non cōtingeret,sed in iure vniuersali obseruauit Bart. in l.in fundo. nu.8.ff.de rei vendicatione.nam respondeo, dotem vt vnum corpus intellectuale de pluribus rebus cēseri, vt dicebat Bal. in l.fina.C.de senten. quæ si. cer. ideo nimirum si impensa facta in vna re deducitur de alia, sicut facta in messe deducitur de vindemia,quia messis,& vindemia est fructus vnius anni. l.si fundus.§.fin.soluto matrimonio.Alterum vero Rui.negatur,dum dicit,dotem,quia dicatur patrimonium mulieris.l. 3.§.sed vtrum.de minori.vel importare ius vniuersale.l.cogi. ad Trebellia.l.si fideicommis.§.tractatum.ff. de iudi.vel comparari mensæ numulariæ,quæ continet ius vniuersale. l. cum pater.§.mensæ.de legat.secundo.Bal.in l.prædia.C.de fideicō
27 miss.Alexand.in l.si res leg.de lega.primo.quia similitudo† de mensa minime procedit, quandoquidem mensa repręsentat eorum personam,sub quorum nomine mensa nummularia exercetur,ideo potest plus damni quam emolumenti continere.dicto §.mensæ.sicut hæreditas,quæ quia repræsentat psonam defuncti.l.1.§. Scæuola. ff.si quis testa.libe.est.iust. potest esse sine bonis.l.libertus,qui soluendo.ff.de bon.lib.l.hæreditas.ff.de petitio.hæredi.& concord. qua de re tabernam esse ius,Iureconsul.ait in l.qui tabernas.ff.de contrahē. emp. quemadmodum eadem ratione hæreditatem esse ius,passim traditum est.At dotem personam aliquam non repræsentare,item præter res ipsas datas nihil continere,& rebus extinctis eam non remanere,cuique notum est.& tex. in d.l.cogi. non procedit,nisi quatenus fideicommissarius, cui sunt relicta bona,seu patrimonium defuncti eius personam repræsentat,accipiendo actiones actiue & passiue, quod non contingit respectu solius patrimonij,bonorumve eius, q viuere adhuc,quia tunc in eis non repræsentaretur aliquo modo per- 30
sona viuens,& ideo cessat ius in isto casu. Nec quoniam dos sit nomen vniuersum quid significans importat vniuersitatem rerum,cum in vna tantum re possit verificari.Ex quibus satis superque probatum existimo,opinionem, seu diffinitionem Bart.quantumuis receptiorem esse falsam. Hinc ad quæstionem de libello & sententia dotis generali, & incerta in-
28 fero,quod † qui petit dotem promissam, vel datam repetet, in libello debet exprimere, quid & quantum dotis nomine est sibi soluendum, vel restituendum. Item sententia debet continere certam quantitatem,alioquin est nulla, vt est text. in d.l.fin.C.de senten.quæ si.cuius verba hæc sunt, videlicet. Hæc sententia.Quæ bona fide accepisti,solue,cum incertum esset,quid accepisset,quantumconque ab eo peteretur, præsertim cum ipse,qui extra ordinem iudicabat, interloquutus sit,dotem datam,quæ repeteretur,non liquidam esse iudicati authoritate non nititur.

Et ita per hunc textum tenuerunt ibi Bald.& Salyc.Pau.de Castr.in dicta rubrica soluto matrimonio. & ibi Rui. nu.92. & dom.Alexand.& Rip.nume.47.& Socyn.Iun.Bald.in l.1.in 3.columna.ff.de edendo.& in addit.ad Specu.in titulo de sententen.colum.1.Rapha.Cuman.in dicta rubrica, Bald. Nouel.in tract.dot. numero 2.vbi optimis rationibus impugnat opin. Barto.contrarium tenentis in dicta l.fina.quæ sane mihi videtur erronea & repellenda,tametsi eam sequatur Angel.ibi & Alex.in dicta rubrica,& Matesyl. in not.121.& Ioan. Camp. in tracta.de dot.& dot.stat.in 4.q.in fi.& Felyn.in capitulo,significauerunt.in colum.2.extra de lib.oblat.Nam Bart.& sequaces ad hoc mouentur,qnia dos est ius vniuersale,& sicut in iudicio iuris vniuersalis,vel hæreditatis, generalis,& incertus libellus procedit,ac similis sententia valet, & in eius executione liquidantur res,vt per glos.Barto. Ias.& alios in l.1.ff. de edendo.Doctores in l.edita.C.eod.glo.in l.2.C. de senten. quæ si.cer. glos. & Doctor.in capitulo secundo, de lib.oblat. Ias.in dicta rub.soluto matrimo.colum.fin. & in l. ait prætor. §.1.columna fin.de re iudic.l.licet.de perit. hæredi. Sed illud assumptum est falsum,vt patet ex late deductis supra, ergo & conclusio.& ad literam contra opinionem Barto.stat textus in dicta l.fin mox recitatus.Nec iste textus euitatur per Bartolum,quod dicat ibi sententiam esse nullam, vel quia in ea non erat expressum, condemnationem fieri ex causa dotis, vel quia in processu non constabat dotem datā esse, & quod si constitisset dotem datam,licet non quantum valuisset sententia,& in executione potuisset liquidari secundum eum, quoniam ego considero rationem nullitatis illius sententiæ ibi reddi in hoc, quia erat incertum, quid accepisset, & quid peteretur, & sic propter rationem incertitudinis, quam Imperator ibi noluit declarari posse in executione. ergo ibi sententia non fuit nulla propter rationes a Bart. adductas, & leues profecto mihi videntur.

Primo, quia sententia quum ad libellum referatur.l.si præses.ff.de pœn.vt dicit Ruin.in dicta rub.nu.88. intelligebatur ibi lata ex causa dotis,quamuis ibi ea non exprimeretur,quia
29 sententia censetur lata ex causa deducta in libello.glo.in l.hç. enim causæ.de susp.tu.l.si quis ad exhi.ff.de exe.rei iu.glo.no. in l.puto.§.j ff.fami.erci scun.Bart.in l.prima.C.de err.cal.Bal. Nouel.vbi supra.

Secunda ratio non releuat,quia non est facienda differentia inter casum,quod nihil sit probatum,& casum quod sit aliquid probatum,sed in eo est vis,quod obscure & incerte.l.de ætate.§.nihil.ff.de inter.act.no in c.in præsentia.de prob.& in l.triticum.de verb.oblig.& sententia incerta, quam sustineri posse per relationem,etiam tacitam,ad acta probatoria, volunt Bar.& Ias.in d.l.ait prætor.§.1.& glo.in d.l.3.in d. rubric. Tertio tunc sustinetur,quando ex illis potest plene certificari,quia integram,& concludentem probationem debiti certi contineant.Secus si & ipsa obscuritatem, & incertitudinē habeant,ideo si in actis appareat,dotem fuisse datam, sed nō apparet,quid vel quantum,nescio videre, sententia dotis incerta, quonam modo poterit certificari per relationē ad eas probationes incertas,si quidem potuit esse plus & minus, quod datum, promissumue fuit pro dote, quia dotare non est in omnibus vniforme, ait Bal.in d.l.fin. numero octauo, versiculo quæro an dos.C.de sent. quæ si.cer. & in vno nummo potest consistere Bal.Salyc. & alij in authenti. præterea, C.vnde vir,& vxor ergo huiusmodi sententia remanens incerta erit nulla. Præterea nonne dicitur,quod dos erat ibi data,sed quia non apparebat in processu quanta, sententia incerta fuit nulla? Si enim in actis constitisset de quantitate dotis,saltem per tacitam relationem ad ea potuisset sententia incerta sustineri,sic colligitur ex illo text.d.l.fin. ergo falsum est præsuppositum Bart.quod ibi non constaret, nec de quātitate, nec de ipsa dote.

Verum enimuero tunc libellus,† & sententia generalis, incertaque sustinetur, cum agitur ad dotem dandam, cōstituē damve arbitrio boni viri, vel quia sic fuit promissa.l. cū post. §.gener.ff.de iure dotium.vel quia dos ex dispositione legis, vel statuti debetur.l.qui liberos.ff.de ritu nupt.l.obligatione. vbi glos.& Docto.ff.de actio.& oblig. cum in hoc casu possibile non sit certum dare libellum,vel sententiam, ideo incertitudo toleratur,vt traditur plene per Rip.in l.j.§.j.ff.quo.leg. & in terminis Bal.in l.prima.C.de do.pro.& tunc constito,q debeatur dos lata sententia,de hoc mox in eius executione Iudex arbitrabitur pro qualitate & dignitate personarum,ac patrimonij quantitate,dos quanta constitui & solui debeat. Quæro,nunquid maritus pro lucro dotis ex forma statuti faciendo possit agere via exequutiua stante statuto, quod mulieri,& causam habenti ab ea licet via exequutiua in dotis cā procedere.Decisum in Rota fuit negatiue in vna causa Romana,cum esset mota quæstio super statuto Vrbis id disponente,vt in recollectis Achil.de Gras.in decis.120. lucrum q defertur.vbi dicit, quod domini voluerunt, maritum in lucro dotis non censeri causam habere a muliere,no. per Bart. in l.fin.C.de bon.mat.Cor. in auth. ex testamento. colum 6. C.de colla.etiam quod ex alio statuto fuisset illud lucrum filiis reseruandum.al.postB glos.in l.pro hęreditariis.C. de act. hæredita.inferendo, quod non poterat illud dici ex persona matris mortuæ quæsitum filio, & demum ipso mortuo acquisitū patri,vt sic videretur, per mediā personā filij maritū habere cām ab vxore,& iō nō poterat priuilegiū illius statuti extendi ad maritum agentē ad hoc lucrū,q & mihi placet.

SVMMARIVM.

1 *Restituere proprie dicimus, quod accepimus.*
2 *An maritus dotis lucrum facere possit in casu,quando nunquam dos fuisset soluta, sed tantum promissa.*
3 *Verbum restituere,verificatur per remissionem,& acceptilationem dotis.*
4 *Pactum de non petendo dicitur continere donationem rei in pactum deductæ.*
5 *De restitutione meminit respectu temporis, non respectu ipsius dotis.*
6 *In statuto fit mentio de dote restituenda causa frequentioris contingentię.*
7 *Statuto vigente, quod in casu dotis restituendç vir lucretur dotem, & vexarium non debeat &c. promissam vir non lucrabitur, secundum Angel. ex eo, quod lex dat exceptionem, non censetur dare actionem.*
8 *Lex tollens facultatem agendi, non censetur tollere facultatem excipiendi.*
10 *Durius est aliquid soluere, quam aliquid non lucrari.*
11 *Contra Angelum, quod imo statutum voluerit utrunque.*
12 *Maritus sustinens onera matrimonij in casu dotis non soluta.imo grauiora, quam cum habet commodum dotis, lucrum dotis facere meretur.*
13 *Quid si statutum dicat, quod vir dotis partem lucretur, & retineat; partem uero restituat, an in casu tantum dotis solutę locum habebit?*
14 *Iudaice verba non sunt interpretanda.*

Source : BIU Cujas

D.Phanu. de Phanuc.de Dote.

15 *Verbum retinere non debet declarare, seu modificare verbum lucrari.*
16 *Sed per modum augendi ius mariti uidetur appositum.*
17 *Quid si statutum dicat, quod lucretur partem dotis, quam recepit?*
18 *Idem, quãdo statutum dicit, quod lucretur partem dotis penes se existentẽ.*
19 *Quando statutum loquitur simpliciter de dote lucranda, tunc statutum procedat in promissa.*
20 *Ex identitate rationis extenditur statutum.*
21 *Dos promissa est proprie dos secundum plerosque.*
22 *Duplici modo creatur dos, & in esse deducitur*
23 *Pactum de uendendo, vel donando non est uendere, uel donare.*
24 *Statutum disponens de dote promissa lucranda, an intelligatur de promissa per stipulationem tantum, an etiam de promissa per pactum.*
25 *Promissio dotis per pactum valet, & dat actionem etiam respectu viri.*
26 *Statutum de lucro dotis recipit interpretationem passiuam a iure cõmuni.*
27 *Lucrari dotem soluto matrimonio exactam potest vir.*
28 *Verbum promissio, in scriptura publica obligationis intelligitur per stipulationem: secus in statuto.*
29 *Statutum de lucro dotis non habet locum, nisi dotis promissio, vel constitutio valuerit.*
30 *Statutum, quod dicit, virum lucrari dotem datam, solutam, vel receptam non procedit in promissa, secundum plerosque.*
31 *Dos promissa non est dos data.*
32 *Opinio contraria Socini Iunio. quæ reprobatur, & num. 33.*
34 *Limitatur, nisi in statuto sit aliquod verbum de promissa etiam sensisse.*
35 *Limitatur secundo, quando mulier, vel alius ad dotem obligatus fuisset in mora.*
36 *Sublimitatur hoc in mora irregulari.*
37 *Quando mora irregularis committatur in obligatione dotis.*
38 *Data dilatione ad soluendum dotem, maritus non lucrabitur dotem in casu statuti loquentis de dote data: secus in casu simpliciter loquentis*
39 *Dos ad arbitrium boni viri promissa post mortem mulieris potest declarari citatis hæredibus mulieris, ut maritus eam lucretur.*
40 *Dotis ad arbitrium boni viri promissæ declaratio soluto matrimonio, per mulieris mortem, retrotrahitur ad diem contractus.*
41 *Quando iusto impedimento non fuit dos declarata, potest post mortem mulieris dos declarari, & arbitrari.*
42 *Limitatur tertio, quando aliquo modo dici potest marito fuisse satisfactum de dote, vt in 4. casibus infra scriptis.*
43 *Maritus accipiens nomen in solutum pro dote promissa, tanti illam æstimasse uidetur nec in casu restitutionis eiusdem nominis cessione liberatur.*
44 *Statutum non videtur curasse de modo satisfaciendi.*
45 *Promissio subsequẽs post confessionem dotis receptę uidetur loco solutionis a marito accipi.*
46 *Declaratur in hoc dictum Ruini.*
47 *Per nouationem, & transfusionem unius obligationis in aliam extinctio primæ obligationis interuenit.*
48 *Maritus recepto nomine in dotem retrocedendo idem nomen in casu restitutionis liberatur.*
49 *Statutum de lucro dotis datæ, an uerificetur, cum datur nomen in dotem.*
50 *Dote in pecunia promissa, & credito ad exigendum marito dato, ut inde sibi satisfiat, an dicatur dos soluta.*
51 *Quando pro dote promissa accedunt fideiussores, an statutum de lucro dotis datæ locum habeat.*
52 *Datio fideiussorum habetur pro quadam satisfactione ad solutionem dotis.*
53 *Quando maritus partem dotis exegisset, an sit locus statuto de lucro dotis pro parte soluta maritus lucrum facere debet.*
55 *Marito non ualenti exigere ab hæredibus mulieris lucrũ dotis sibi promissæ, an & quomodo consulatur, & numero 56. 57.*
58 *Si statutum uult, uirum lucrari dotem in omni casu, lucrabitur etiam dotẽ promissam.*

b RESTITVENDA. b Proprie restituere † dicimus, quod accepimus, inquit Domi. Alcia. in l. restituere videtur. de verborum significa. quemadmodum verbum reddere, habet significatum retro dandi. l. verbum reddendi. de verborum signi. & dicimus dare nostra, & reddere aliena. l. 1. §. eleganter. ff. depos. l. pater. §. fidei tuæ. de leg. 2. & petere, quæ non dedimus, & repetere, a nobis prius data. l. si repetendi. C. de condic. ob cau. l. repetitio. ff. de condi. indeb. & similia affert Rip. in rubri. de rescrip. & in d. rub. sol. mat. vltra alios ibi.

1

2 Hinc contingit in facto dubitari, nunquid maritus † dotis lucrum facere possit in casu, quando nunquam dos fuisset sibi soluta, sed tantum, sibi promissa, quia cum non simus in casu, in quo propriè videatur per prædicta agi de restituendo, cum nihil prius acceperit, suadetur prima facie, quod locus esse non debeat lucro doris, nam statuta in proprio significatu stricte accipiuntur l. 3. §. hæc verba. de nego. gest. l. constitutionibus. ff. ad municipalem. & cui non conueniunt verba statuti, nec conuenit dispositio. l. 4 § toties ff. de dam. infec. vel vbi qualitas & præsuppositũ statuti non verificatur, nec ibi dispositio statuti locum habet, secundum Bald. Salyc. Ange. Fulg. & alios in l. mancipia. C. de ser. fugit. Alexand. in d. rubrica soluto matrimonio. numero 22. & Soc. in l. de diuisione. eodem titulo. hoc allegant in isto proposito, & potissime hoc argumen. videtur stringere in hoc casu, quia istud statutum de lucro dotis est correctorium iuris communis, stricte idcirco interpretandum, vt quamplurimi dicunt, prout referam in tex. in 1. glos. His non obstantibus contrarium magis probatur, vt determinant Ias. in dicta rubrica, numero vigesimo, & ibi Ioan. Crot. Vinc. Sauio & Socyn. Iun. & Do. Alci. in d. l. restituere. & Hieronym. Cagn. in l. 2. num. 19. versiculo nec est mirum. C. de pac. int. empt. Angelus in consi. 180. præmitto. & Caro. Ruin. plene consulendo in consilio 133. visis, volumine quarto, & Salycet. in l. si constante. C. de donatio. ante nuptias. vbi dicit istam opinionem esse tutiorem, & sequuti sunt modernis temporibus dñi in Rota, vt per Achil. de Gras. in decis. 119. dote promissa. quæ videtur sustineri ea ratione, quia sicut lex vtitur dicere, quod dos reuertatur ad mulierem, etiam cum nunquam fuit soluta, sed tantum promissa. l. fina. C. soluto matrimonio ita quoque statutum vtitur dicere, dotem restitui, etiam vbi est tantum promissa, & par est potestas, vis, atque significatio, quo ad hoc, verbi, restituere, vel reuerti, quia vtraque præsupponit æque dotem iã fuisse solutam, ergo idem ius debet resultare in vtroque casu, arguit ponderando ad hoc dictam l. fina. Socy. Iunior in d. rubri. in secunda part. nume. 112. Respondetur præterea ad dictam ponderationem de verbo, restituere, quo vtitur statutum de lucro dotis alijs modis.

3 Primo, secundum præallegatos, †quod verificatur per remissionem, & acceptilationem dotis, argum. l. 3. §. nunc de effectu. l. nihil. de libe. lega. l. si quis accepto. ff. de condictio. ob caus. l. si mulier. ff. de conditio. instit. quod maritus remittendo, vel acceptam ferendo dotem promissam, satis dicitur dotem restituere, quia remittere, est dare, dicit Rui. in d. consil. 133. colum. 9. ad fina. l. pecul. ff. de pecul. & quod propterea

4 †pactum de non petendo, dicitur continere donationem rei deductæ in pactum, adeo quod indiget insinuatione. gloss. in l. si quis in obligatione. de regu. iur. glo. & Barto. in l. Modestinus. de donatio. Alexand. in l. si creditori. C. de pact. & verbũ, restituere, importat actum retro similem. Bal. in l. cum etiã. C. de rebus cred. & Rui. in cons. 197. casus. mum. 8. lib. 1. quia restituere est retro statuere, ideſt, in eum casum rem constituere, in quo esset, si nihil eorum, aduersum quæ fit restitutio, factum fuisset. l. quod si minor. §. restitutio autem. ff. de minor. l. 1. C. de sen. pas. & restitu. l. restituere. de verborum signific. at. potest ergo verificari in dote promissa remittendo eius actionem, & obligationem.

Secundo potest responderi, quod considerat statutum re-

5 stitutionem, & de ea meminit respectu temporis, quando, s. venit tempus dotis restituendæ, nõ autem respectu ipsius dotis, quia in veritate tam leges quam statuta nihil aliud considerant, quam dotem constitutam, vel in esse deductam, non autem habent respectum ad traditionem, vel restitutionem, ita respondent domini de rota, vt per Achil. de Gras. in dic. decis. 119. dote promissa. Quæ quidem responsio tum maxime procedit, quando in statuto prius disponeretur simpliciter de lucro dotis, dicendo absolute, ꝙ vir lucretur dotẽ, seu eius partem, & demum aliam partem restituendam esse diceret, quia pars illa de se non importat, ꝙ dos sit soluta, ergo verificabitur in promissa. pars vero secunda, quatenus supponit dotem solutam, quæ debeat restitui, non debet dispositionem partis primæ, volentis absolutè lucrum dotis fieri, altera re. Sed satis est ipsam proprie in suo casu verificari, ꝙ scilicet maritus restituat, si accepit, si non accepit secus, vt non propterea vetet virum, lucrari dotem, seu partem dotis promissæ, iuxta dispositionem primæ partis statuti. hoc voluit Rui. in d. cons. 113. visis, nu. 4. in lib. 4.

6 Tertio, dici potest ꝙ in † statuto fit mentio de dote restituenda, quia vt plurimum dotes iam antea solent esse maritis solutę, cum matrimonium dissoluitur. Sed quod exprimitur causa frequẽtioris contingentiæ, non excludit casum minus frequentem. glo. in l. j. 1. C. de rap. vir. & ibi Hyp. Marsi. & in l. j. C. de his qui ad eccles. & in c. j. de confes. in 6. & And. Barb. ad hoc multa adducit in cons. 6. volumine primo, & ita argumẽtatur Socin. Iun. vbi supra, in quæst. de statuto volente virũ lucrari dotem datam, vt infra dicemus. Roland. in tract. de lucro dot. in quæst. 11. tenet contrarium pluribus rationibus, & quidem male, illis enim patet facilis responsio, & resolutio per prædicta. Occasione huius quæstionis ponam alios casus ad hanc materiam lucri dotalis, non valde dissimiles a præcedenti. & in primis illum Angeli in consi. 158. viso puncto. vbi

7 consuluit † virum dotem haud lucrari promissam, si statutũ dicat, quod in casu dotis restituendæ vir lucretur dotem, & vexari non debeat &c. nam dicebat Angelus ꝙ statutum illud non concedebat in dote lucrum viro, nisi in eo casu, in

quo

Source : BIU Cujas

quo esset in casu restitutionis, in quo casu tribuebat tantum exceptionem, mandans non vexari &c. Sed cum non fuisset dos soluta, nō poterat dici, ꝙ esset dos in casu restitutionis ex prædictis, & quod vir niteretur exceptione se defendendo, sed imo dicebatur agere, ideo statutum eum in hoc casu nō adiuuabat, quia ad eum tanquam exorbitans non erat extendendum. Porro, si satis clare cōstitisset ibi statutum voluisse, viro duntaxat exceptionem dare, recte cōsuluisset Angelus,
8 quoniam † ex eo, ꝙ lex dat exceptionem, non est temere arguendum, ꝙ & actionem dedisse dicatur. l. j. §. j. ff. de superf.
9 l. cui damus. de reg. iur. Sicuti † tollens vice versa facultatem agendi, non censetur potestatem excipiendi tollere. Ang cōsil. 262. Deci. in consi. 8. Castr. in l. 1. C. de ord. iud. Alexand. in consi. 82. vol. 3. Aret. consi. 75. Bart. & Castr. in l. 1. ff. de exceptio. & ideo Ioan. Crot. in rubri. fol. mat. dixit, quod non est tanta ratio, ꝙ statutum velit, virum lucrari dotem promissā, vt illam ab hæredibus mulieris exigere possit, quanta, ꝙ maritus, qui dotem recepit, non cogatur eam reddere hæredib.
10 mulieris, quoniam † longe durius est aliquid soluere, quam aliquid non lucrari, quādoquidem pro restitutione dotium receptarum, quas plerunque mariti, mulierum causa, totas in ornamentis, & inanibus expensis earum cito absumunt, facile possent facultatibus labi, ideo de vno casu ad alium dispositio, prouisio statuti non esset extendenda. Sed vereor, ne
11 † in casu Angeli vtrunque statutum voluerit, ex eo ꝙ statutum vult virum dotem lucrari, hoc enim non importat exceptionem tātum, vt pluribus contra Imo. probat Corn. in cōsil. 127. quamuis. nu. 4. vol. 3.

Nec obstant illa verba, in casu restitutionis &c. quia respectu temporis, & non dotis, facta censetur mentio de restitutione secundum decisio. Rotę. 119. prę allegatam. Ad illud de verbo, vexari, respondetur, ꝙ id venit in augmentum in executione dispositionis statuti, ꝙ non possit molestari coram aliquo iudice &c. ergo non debet diminutionem operari, ꝙ censeatur tantum exceptionem parare. l. legata inutiliter. de leg. j. cum concordan. vel concernens executionem non alterat, iuxta clemen. fi. de concess. præben. quo autem ad rationem, ꝙ diuersa, & minor ratio militet in isto casu potest dici
12 ex aduerso considerari, ꝙ maritus † cum sustineat eadem onera matrimonij etiam in casu dotis non solutę, imo grauiora, quam cum habet commodum dotis solutæ, lucrum meretur habere, & propterea creditur etiam in eo casu dotem lucrari statutum velle, ita dixit Ang. in consi. 180. præmitto. & Soc. Iun. in dicta rub. & Rui. in consi. 225. visis. col. 3. uers. nec ob. quod statutum, lib. j.

13 Quid si statutū † dicat, ꝙ maritus partem dotis lucretur, & retineat, partem vero restituat, an in casu dotis datæ duntaxat locum habeat, quasi voluerit solū exceptionem marito conuento ad eius restitutionem parare per modum retētionis, quæ est fauorabilior quam petitio? l. si in area. §. fi. de condictio. indebi. l. Paulus. §. fina. de do. except. vt dicit Rui. in dicto cosi. 325. visis, num. 1. quod & nos supra perpendimus. & ego reperio istam quæstionem fuisse disputatam in consil. regio Neapolitano, sed non decisam, vt per Capit. in decis. 176. nu. 31. Sed Rui. in dicto consil. 197. casus. volu. j. consulendo determinat super pacto id continente, quod maritus non debeat dotem lucrari nisi mediante rerum dotalium retentione, quæ sola sibi videtur concessa. Adeo quod si dos non fuit soluta, quoniam tunc rerum non potest aliqua retētio cadere, non debeat quicquam lucrari, circa quod alijs etiam in facto concurrentibus, diffuse se habet, allegando pro vtraque parte. Sed quatenus pertinet ad hunc punctum, forte videtur
14 contrarium magis probabile, quoniam † si iudice, verba nō sunt interpretanda, secundum glossam in l. non dubium. C. de legib. Iaſ. in auth. ingressi. nu. 25. C. de sacrosan. eccles. istud pactum de lucrando. & retinendo dotem, etiam in casu dotis non solutæ, verificatur eo modo, quo verificaretur pactū de lucrando equum in certum euentum, quamuis ille equus interim non fuisset traditus, sed tantum promissus, quoniam dos promissa est proprie dos, & in esse deducitur per promissionem, vt mox dicam. fateor ergo pactum de dote lucrāda intelligi de lucrando ipsam dotem, seu res dotales, & nō actionem & obligationem competentem ad dotem, & quod sit aliud obligario ad dotem, & aliud ipsa dos, quia actio est ius persequendi dotem debitam &c vt dicebat Rui. Sed dico verificari in promissa, vt in exemplo equi promissi, quod exemplum tradit Bulgar. in dicta rubri. & volunt omnes in locis allegandis infra in quæstione de statuto loquente simpliciter de dote quasi partes videantur in pacto lucri faciendi habuisse respectum solum adres, vel pecunias, quæ nomine dotis fuerant promissæ, & aliquando erant soluendæ, & non ad aliud. Nec obstat verbum, retinere, si simul expressum cum verbo lucrari, quod debeat declarare verbum lucrari, cui est co
15 pulatum, quod, scilicet, lucrum fiat mediante retentione rerum, quia † vnum verbum declarat alterum ex copulatis, sicut ex alternatiue positis. l. j. ff. de rebus dub. & alijs, vt per Rui. in d. consi. 197. nu. 7. nam potest responderi, ꝙ cum nulla ratio sit, cur maritus non debeat in hoc casu dotem lucrari, & sic conueniisse, vt in alio dotis solutæ, illud verbum retineri, non debet dici appositum fuisse causa modificandi pactum de lucrando, cum hoc nō habeat aliquam verisimilitudinem, sed potius, quia cogitauerint dotem fore solutam tempore soluti matrimonij, & futurum esse, vt tunc ageretur de lucrandis & retinendis rebus dotalibus, seu dote, (erat enim dos soluēda constante matrimonio) ergo non debet aliquam restitutionem operari, sicuti de verbo, restituere, diximus supra. q-
16 nimo dici posset fere, quod † per modum augendi ius mariti fuerit appositum. in quo casu non deberet operari diminutionem, vt in his terminis de ver. retentione dotis concessæ respondit idemmet Ruin. in dicto consilio 225. visis, columna 3. versi. præterea statutum hoc. Et allegata ex aduerso de d. l. j. & ibi nota. possunt procedere in dubio, & quando aliter non videretur verisimiliter dicendum, quia argumentum a verisimili procedit in omni dispositione vel hominis, vel legis. Doctores in c. quia verisimile. de præsump. l. fi. ff de eo ꝙ met. cau. Iaſ. & Bal. in l. 1. C. de ser. fug. & Doctor. alibi passim, & præsertim per Andr. Tiraq. in l. si vnquam. C. de reuocan.
17 dona. Quid † si statutum dicat, quod vir lucretur tertiam partem dotis, quam recepit? & in hoc casu videtur statutum se restringere ad dotem receptam, vt in terminis cōsulendo dicit Bal. in consi. 467. factum dignoscitur. in fi. volumine 4. & fuit casus Bart. in consilio 133. statutum Eugubij. Sed ibi hoc non tangit consulens ex alijs. Idem est, quando statutum
18 diceret † quod vir lucretur partem dotis penes se existentē, uel existentis, vt consuluit Bal. in cons. 200. in causa ista, ad finē, vol. 3. in nouis, & de his duobus casibus potest dici, prout de statuto loquente de dote soluta lucranda. vnde in hac re poni solent duæ quæstiones.

19 † Prima, quando statutum loquitur simpliciter de lucro dotis faciendo, & tunc procul omni dubio statutum procedit etiam in promissa. Angelus consi. 76. statutum loquitur. Pau. de Cast. & Cuman. in l. si marito. §. pen. fol. mat. Iaſ. & Alexā. in l. si donaturus. §. j. ff. de condic. ob cau. Alexan. & Cast. in l. non tantum. de re iud. Bart. in l. iubemus. §. sane. C. de sacrosanctis eccl. Ang. in d. consi. 180. præmitto. Alexand. in cons. 63. stantibus his. in fi. volu. 4. Ang. in §. dotes autem. Auth. de nup. Soc. in l. de diuisione. fol. mat. Fel. in c. tertio loco. de p̄sc. Iaſ. in §. fuerat. nu. 24. & ibi ante eum Aret. in sti. de acti. Mattesyl. in notab. 74. Bal. in l. fi. C. de dot. promis. Iaſ. in rubr. solu. ma. nu. 20. Camp. in d. tract de dote. q. 1. Calca. cons. 31. nu. 17. Achil. in Rot. decis. 119. Afflict. in decis. Neapol. 61. nu. 1. Soc. in cons. 32. in præs. nu. 7. vers. communis conclusio. volum. 3. Rui. in consi. 225. visis, col. 1. lib. 1. & Nic. Boe. in decisio. 22. nu. 9. vbi dicit, ꝙ Doctores non faciunt dubitationem, quando statutum loquitur de lucro dotis simpliciter, quin in dote promissa etiam procedat, sed de hoc dubitant, quando loquitur de dote recepta, seu data, vel soluta, & in hoc residentiam recentiores repetentes in d. rub. fol. mat.

Verum hoc aliqui tenent procedere ex identitate rationis
20 quoniam † ex identitate rationis extenditur statutum. l. filiū habeo. ff. ad Mace. gl. cōmuniter approbata in cle. j. in verbo, eligatur. de electio. no. in l. si constante. fol. mat. & in authen. quas actiones. C de sacrosan. eccl. & in hac opinione fuerunt vterq; Soc. in d. rub. Iun. in j. parte, nu. 49. & in 2. parte nu. 20. & Senior in d. l. de diuisione. tenentes post Alexan. in d. rubr. dotem promissam proprie non esse dotem, quod & do. Alci. videtur velle ibi.

21 Atqui plerique scribentes dicunt contrarium, † quod imo dos promissa sit proprie dos, et ꝙ ex proprietate sermonis cōprehendatur in statuto simpliciter loquēte de dote, et in hac opinione fuerunt Vincen. Saui. in d. rubr. solu. mat. nume. 69. versi. sextus casus. & ibi Rui. nume. 95. Parpal. & Bulgar. & Io. Annib. nume. 469. & Are. & Rip. nu. 59. versi. 5. Angel. in d. cōsi. 180. præmitto. & in d. consi. 76. statutum loquitur. & Iaſ. in dicta rub. & ista opinio mihi videtur verior ex pluribus. Primo, quia sunt plura iura, quæ appellant dotem per verba importantia proprietatem eo ipso, ꝙ est promissa. l. si mulier. §. si dos. ff. quod met. cau. l. cum post. §. 1. ff. de admin. tuto. l. mulier. ff. de condi. insti. & tot. titu. C. de dot. promis. l. filiæ. & authen. quod locum. de collatio. l si pater mulieris. l. dotis promissio. l. cum post. §. patrona. l. si mulier l. siue generaliter. ff. de iure dotium. Secundo, quia fit, & constituitur dos eo ipso, quod promittitur, ut dicit glos. in l. prima. §. accedit in versiculo fecerit. C. de rei vxo. actio. & probatur in l. quemadmodum. & in l. tale. ff. de iu. dot. Docto. in l. de diuisione. soluto matrimonio.

Source : BIU Cujas

22 Nam † duplici modo creatur dos, & in esse deducitur, vel ipsa promissione, vel traditione rerum, cum antea non esset promissa, vt dicit Angel. in d. consi. 76. statutum. Saly. in d. §. acced. t. q̃ Ruin. in dicto consil. 225. visis, nume. 3. volum. 1. & melius hoc explicat in consil. 151. viso statuto. vol. 5. Tertio, quia stipulatio de dote lucranda, committitur in dote promissa. l. ex morte. C. de pact. conuen. tam super do. Item, & 24 pactum simile procedit in dote promissa. glos. in d. l. mulier. versic. debebat. ff de condit. institu. & in l. si donaturus. in penul. glo. in verbo, duntaxat. de condic. ob caus. glo. & Doctor. in §. dotes autem in verbo, percipiente, authenti. de nup. qui tex. hoc optime probat, ergo dos promissa videtur proprie dos, quia stipulatio debet secundum proprietatem uerborũ intelligi. l. quicquid. & ibi nota. de verborum obligat. ita arguit Iaf. in dicta rubr. nume. 203. vers. quinto per illum textũ. Quarto, quia dos est res, ut dixi in glos. præced. ergo non debet dici minus proprie dos, quia sit promissa, quã si esset tradita. Sicut res talis non dicitur minus proprie res talis, quia sit promissa, vel tradita, ita arguebat Bulgar. & ista, quod sit promissa, tradita, confessata, & similia, sunt accidentia dotis, seu eius qualitates, quæ non inducunt differentiam in substantia. Nec obstant, quæ ex aduerso solent adduci, & primo tex. in l. 1. C. de do. cau. non nume. quatenus dicit, numeratione, & non confessione fieri dotem, quia hoc est verum, vt ex cõfessione dotis receptæ possit repeti, quoniam veritas attendi 25 tur, & non confessio, qua exceptione, vel simulatione, uel nõ numeratæ pecuniæ, quasi facta spe futuræ numerationis nunquam subsequutæ, eliditur, non tamen negat quin vera promissione, & confessione dos efficiatur, ita respondit Angel. in d. cons. 180 præmitto. in fine.

Nec obstat secundo tex. in l. Titio centum. §. Titio genero. de condition. & demonstra. quia ibi verba illa, incipit dotata esse, referuntur ad factum rerum, quæ dantur pro dote: ante enim solutionem, etiam cum legatur in testamento, nedum cum promittitur, lex appellat mulierem dotatam, vt sæpe consuluerunt Doctores super statuto loquente de muliere dotata.

Tertium est, quod res non efficiatur dotalis nisi post traditionem. d. l. de diuisione. & ibi nota. l. dotale. §. dotale. ff. de fun. dota. quod in contrarium retorqueretur, quia in hoc dicto supponitur & aliud, scilicet, quod sit dos ante traditionem, & hæc vt duo separatim considerari, vnum prius altero, scilicet, quod sit dos, antequam res efficiatur per traditionem dotalis.

Quartum, de diffinitione Bartol. & Azo. quod neutra doti promissę conueniat, resoluitur per ipsummet Angel. in d. consil. 180.

Quintum, ab allusione est friuolum, iuxta nota. in l. tabernæ. de verborum significationibus. & in l. 2. §. appellata. si certum petatur. & procedit tantum respectu dotis illius, quæ 27 de iure gentium per traditionem inducitur. Doctor. in l. iurisgentium. ff. de pactis. non autem respectu modi, quo dos inducitur de iure ciuili, mediante stipulatione, & promissione. l. ex diuerso. §. primo, soluto matrimonio. l. si ita stipulatus fuero. §. fi. vbi glo. de verborum obligationibus. Camp. in dicto tractatu, quæstione. 5.

Sextum, quod dos promissa non seruiat oneribus matrimonij, est falsum, quia ea non soluta debentur vsuræ. l. si quis pro vxore. ff. de donation. inter virum & vxorem. l. fin. §. fi. C. de iure dotium. & propter dilationem datam dos potest dici minor constituta, sed non negatur, quod sit dos. l. conueniri. ff. de pactis dotalibus. & habet effectum suum, quia vir inuitatur ad matrimonium, & eius onera subintrat propter eam, cum si nulla promitteretur, ad matrimonium non alliceretur.

Septimum argumentum Ruin. in dicta rubrica, num. 93. etiam negatur, dum dicebat, dotem promissam censeri pa- 23 ctum de danda dote, seu dotando, quod aliud est, sicut † pactum de vendendo, vel donando, non est vendere, vel dona 28 re. l. legitima. ff. de pactis. Bart. in d. l. iurisgentium. & in l. bonefidei. ff. de eo quod certo loco. & ibi Bald. & Castr. Barr. in l. si pupillus. ad legẽ Falcidiam. glos. in l Titius. de pigno. Aret. consi. 28. l. fina. de condictio. ob causam. Iaf. consi. 135. 29 colum. 1. volu. 1. Nam in isto casu resultat vltra, obligationem de dando, quę oritur ex promissione, constitutio dotis, ita vt mutuare eam promittens nequeat, vt perpendit glo. in l. 1 §. accedit. C de rei vxoriæ actio. in verbo fecerit. quod esset secus, si importaret quod non censeretur constituta. Vltimo non urget textus in §. penult. authen. de non eligen. secũ. nub. quoniam ibi pactum de lucrando dotem, ideo restringitur non procedere in dote non soluta, quia æqualitas est ser- 30 uanda in lucris faciendis tam de dote, quam de donatione propter nuptias inter coniuges, non quæritur ibi dos promissa non esset dos, & alias comprehendi deberet in pacto, & secus erat quando tanta æqualitas non requirebatur, ut in d. l. ex morte. ista igitur prima conclusio defenditur, etiam ex proprietate verborum, locum sibi vendicaret in casu dotis promissæ, hanc quæstionem disputant Roland. in tractatu de lucro dotis, in quæstione 5. vbi se resoluit pro hac parte: In qua † etiam quæro, an procedat in promissa per pactum fac etiam statutum dicere expressim, quod maritus lucretur dotem promissam, nunquid intelligetur de promissa per pactum simplex, an vero per stipulationem tantum? And. Barb. in cõsilio 17. Deum, columna prima, & secunda, in volumine tertio, disputando hunc casum, consuluit intelligitur oportere de promissa tantum per stipulationem, quia promissum cum duobus modis possit dici, per pactum & stipulationem, debet intelligi de promisso altero modo efficaciori, scilicet per stipulationem, quia id parti leuius est secundum Salyce. in l. j. C. de vsur. & statutum hoc tanquam exorbitans debet accipi in partem leuiorem, iuxta vulgarem. & præsertim, quia promissio in scriptura publica importat stipulationem. l. sciendum. §. dictum. ff. de ædilitio edicto. §. si scriptum, Institut. de inutil. stipulatio. l. 1. C. de vsur. l. sciendum. l. Titia. §. idem respondit. de verborum obligationibus, & statutum est publica scriptura, ergo debet intelligi de promissa per stipulationem, & non per pactum nudum. At ego credo contrarium, 25 quia de iure † communi promissio dotis, etiam per pactum simplex, ualet, & dat actionem. l. ad exactionem. & ibi not. C. de dot. promis. glos. & Doctor. in l. 1. ff. soluto matrimo. quod profecto procedit etiam respectu viri, qui vellet dotem exigere, secundum glos. in l. prima, in princip. glos. secundæ. C. de rei vxor. actione. vnde statutum hoc debet intelligi de dote promissa per vtrunque modum, quoniam statutum de lu- 26 cranda dote recipit interpretationem a iure communi. Ait Antonius de Butrio in consi. 12. absque. in fine, iuxta nota. in l. prima. §. lex Falcidia per illum textum ibi. ff. ad legem Falcidiam & nota per Barto. & alios in l. omnes populi. ff. de iustitia & iure. dum dicunt interpretationem passiuam statuti ad ius commune nunquam excludi censeri. Nec Barbatiæ opus erat exclamare in hoc, quod nunquam cautum reperierit de iure communi, maritum vigore pacti nudi posse dotẽ exigere, vt eam soluto matrimonio lucretur, quia sufficit reperiri, quod ei vigore pacti nudi detur exactio dotis, alterumque, quod scilicet lucretur, disponatur in statuto, quod debet ius commune referri, vt in quibuscunque casibus, in quibus dotis promisso valet, & ex ea datur exactio, statutum de lucro dotis procedat, quod expressim videtur de mente Barto. in l. si marito. §. 1. soluto matrimonio. Rui. in consilio 225. visis, ad finem. volumine primo. & in dicta rubrica, soluto matrimonio. & in consilio 133. visis. columna penultima. volumine quarto, & Socy. Iunior in dicta rubrica, soluto matri- 27 monio. dicentes in fortioribus terminis † quod si dos fuerit soluto matrimonio exacta per virum, poterit eam demum lucrari, etiam quod verba illius statuti non conuenirent ei casui. sic in isto casu ait, postquam de iure communi exegit dotem ex pacto nudo, demum poterit eam lucrari, & quidem multo magis, quia verba statuti, dum loquitur de promissa, possunt ab initio vsque eam comprehendisse, & præsertim, quia ibi statutum de promissa meminit, per modum amplian di suam dispositionem, volens expressim, virum lucrari dotem traditam, solutam, vel promissam. Ita cauebat illud statutum Regij, super quo consulebat Barbatia in quo casu nemo dixerit, expressionem specialem ibi de dote promissa factam, ad tollẽdam dubitationem Doctorum, an statutum de lucro dotis comprehendat dotis promissæ casum restringẽdam esse ad promissam per stipulationem, quia illam restrictionem nemo facit in terminis statuti simpliciter loquẽtis, ergo multo minus in terminis, in quibus ea specialis mentio est facta, iuxta tradita per legem, legata inutiliter. de legatis primo. Nec ad rem facit illud argumentum, quod in scriptura publica verbum promissio, † significet stipulationem, quia illud procedit in scriptura obligationis. Alex. consi. 13. num. 4. volu. 1. non autem in dispositione statuti, quia verba statuti debent intelligi secundum proprium significatum iuxta vul. & fatuum esset aliter credere. Hinc nota, quod † statutum de lucro dotis non habet locum, nisi dotis promissio, vel constitutio valuerit, vt dicit Corn. in consi. 3 in præsenti. volum. 3. & Ruin. in consi. 224. prosequendo. & Vincent. Sauio. in d. rubric. nume. 82. versic. posito tamen. ibi disputant idcirco de validitate contractus dotalis, nam procul omni dubio statutum oportet semper intelligere de actu valido l. 4. §. condemnatum. de re iud. l. non putauit. §. non quæuis. ff. de cont. tab. Secunda est conclusio † quando statutum dicit, quod maritus lucretur dotem datam, solutam vel receptam, & pleriq; in his terminis dotem promissam non lucrari tenuerunt. Iaf. & Alex.

Source : BIU Cujas

& Alexan. in d.l. ſi donaturus.§. 1.Barto. & Caſt. in d.l. iubemus.§.ſane. Socyn.in d.l.de diuiſione.& in dicto conſ.32. in præſenti. vol. 3. Alexand. in d. l. non tantum. Aret. Crot. & alij in d.rubr. Cag.in d.l.2.nume.19. verſi.infertur ex prædictis.C.de pact.inter empt.Boer.in d. deciſi.22.vbi dicit hanc eſſe communem Ruin.in conſi.56.volu.5.& in conſi.225.viſis.col.1. lib. 1.& conſi. 197. nume. 6.eod.volu. j. Calcan. in
31 d.conſi.31.nu.17.& mouentur ea ratione,† quia dos promiſſa nõ eſt dos data.l.ſi.ibi,data, vel promiſſa.C. ſolu. matrim. l. 1. C. de inceſt. nupt. & ſtatutum ſe reſtringens ad dotem cum iſta qualitate,quod ſit data,non poteſt verificari in alia non habente iſtã qualitatem, nam qualitas in ſtatuto requiſita debet deduci & probari,vt per Docto in c.ſi.de homi.in 6.& in l. mancipia.C.de ſer.fug.plura per Fel. deducuntur in
32 c.2.extra de lib.oblat.Rolã.vbi ſupra in q.6 Cõtrariam † ſententiam conatus eſt defendere Socy.Iun.in d.rub.nu.53.verſicu.& moueor,ꝙ ſcilicet in iſto ẽt caſu ſtatutum locum ſibi vendicat in dote promiſſa & nondũ ſoluta . Primo mouetur ex identitate rõnis, militante etiã in dote promiſſa , vt ſupra diximus. Secundo,ex communi viſu loquendi.l.librorum.§. quod tamen Caſſius. de leg. 3. Bar. in l. Labeo. de ſup. lega. quod in interpretatione ſtatutorum attenditur, vt plene p Dec. in conſi.470. quia vulgo dicimus, talis dedit tantum in dotẽ,vel recepit,q̃uis adhuc nõ fuerit numerata.ex iſto dicto ita limitat hanc concluſionem adducendo plura Roland. in q.6.verſic. limita tamen iſtam, nume. 6. Tertio, arguendo a ſimili , quia ſi ſtatutum comprehendit dotem promiſſam, ſecundum Doctores, quando loquitur de dote reſtituenda, per quod verbum ſupponitur dotem eſſe datam , ergo & in iſto . Quarto, quia limitando volunt illud procedere ſtante mora, vt infra dicam. Sed eo ipſo, quod vir incipit onera matrimonij ſuſtinere, conſtituit in mora perſonam , quæ ſe obligauit ad dotem ſoluendam . Et ad verbum data, reſpondet Socy.vel quod verificatur ſecundum communem vſum loquendi, vel quod cenſeatur expreſſum propter maiorem illius caſus frequentiam,ideo nõ debet excludere caſum dotis promiſſæ minus frequentem ſecundum gloſ. in l.1.C. de rap.virg.& alijs ad hoc ſupra citatis.hoc etiam vult idẽ Socy. Iun in conſil.35. in col.3.vol.1. vbi pluribus defendit,quod ſtatutum diſponens dotem datam remanere pro filijs penes maritum præmortua vxore, prõcedat etiam in dote promiſ-
33 ſa. Si vis Socyno reſpondere dic ad primum ,† ſic legem eſſe ſcriptam, & quamuis duram, illi ſtandum eſſe , vt dicebat in ſuo caſu Angelus in dicto conſil. 158. viſo. Ad ſecundum , quod non concludit in hoc caſu , in quo videtur ſtatutum expreſſiſſe de data,ad differentiam dotis promiſſæ tãtum, & non datæ. Ad tertium,quod minus eſt,loqui ſtatutum de data per modum taciti ſuppoſiti, quam cũ loquitur expreſſim de data,quia plus operatur expreſſum,quam tacitum,ad not. in l expreſſa.de reg.iur.vt latiſ.per And. Tiraq.in l.connub. in glo.7.in nume.4.verſicu.nunc reſtat. Ad quartum,quod cõcluſio præſupponitur vera, dum agit de eam limitando, & an ex vna limitatione inferatur ad aliam , eſt alia diſputatio , de qua nunc non eſt quærendum,dicam tamen non poſſe limitari in hoc caſu,ut ex allegandis mox patebit. Limita nũc
34 ipſam ſecundam † concluſionem , primo non procedere, ſi in ſtatuto eſt aliquod verbum, etiam obiter dictum , de dote promiſſa,vnde poſſit aliquo modo declarari,idem velle in caſu doris promiſſæ ſecundum Socy. Iun.in d.rub.nume. 54. & Alex.in conſil.63.ſtantib.in ſi.vol.4 Angel.in conſil.76.ſtatutum.quia præcedentia (inquit Alex. ibi) declarãtur ex ſub ſequentibus,vel econtra. l. ſi ſeruus plurium.§.fina. de legat. primo, l.vtrum. de peti.hæredita.l.hæredes.§.fina.ff.de teſtamen.idem ſi rubrica eſt generalis , licet nigrum loquatur de dote tradita,generaliter tamen intelligetur etiam in caſu do-
35 tis non traditæ,vt per Roland.in quæſt.9 nu.2.Secundo,†qñ mulier , vel alius pro ea obligatus ad dotem fuiſſet in mora ſoluendi dotem,tunc quo ad hunc effectum eam lucrandi vigore ſtatuti loquẽtis de data,perinde habetur,ac ſi fuiſſet data.Bart.in conſil.133.ſtatuto ciuitatis Eugubij. Alciat.& Rui. in d.rubrica ſoluto matrimonio. & ibi Niconit. nume. 126. Ange.in d.conſil.180.præmitto , colum.2. Ruin. in conſilio 206.de pluribus.num.6.volum.2.Bal.in conſilio 467. Factum dignoſcitur , in ſi.vol.4. Nicol. Boer. in d.deciſ.22. nume.15. Ruin.in conſil.133.volum.4.& alij non pauci ex præallegatis, & hoc firmant,ne moroſus ex culpa ſua lucretur, ſeu conditionem ſuam faciat meliorem. l. Labeo ſcribit , ſi mihi.ff.de contrahen.empt.l.Seruius.ff. quod vi aut clam. l. non ſolum. ff.de noxa.l.in executione.§.fin.de verb.obligatio.l.iure ciuili.de regul.iur.& alijs concord.pro iſta limitatione quam plu
36 ra allegat Roland.vbi ſupra in q.7.Et hanc limitationem † intellige eſſe veram in mora regulari per interpellationem, lapſumque diem ad ſoluendum comm.ſſa. Secus in mora irregulari,quæ committitur ex eo, quod maritus pro parte ſua adimpleuerit contractum matrimonij, ſuſtinens eius onera, & ex parte altera dos ſibi non ſoluitur, propter iſtam moram non dicetur locus ſtatuto de luc.dot.fieri,vt tradidit Pau.de Caſt.in d.l.iubemus.§ ſane.C.de ſacroſan.eccleſ. & Laſ. in d.l. ſi donaturus.§.1.num.17.& Socyn.in d.l.de diuiſione.nume. 6.verſ.aliquando & tertio. vbi dicit ita fuiſſe de mente Bart. & damnat Cuman. dicentem contrarium , & cum his etiam tenet Ioan.Crot.in d.rub.nume.89.verſicu. ſecundum caſus, & ſequitur conſulendo Ruin.in conſ 133.nume.4. volum.4. ita tenendum eſſe in iudicando , & conſulendo ait Roland.
37 vbi ſupra in quæſtione 8. Quando † autem mora irregularis committatur, a Doctoribus communiter ita traditum eſt,ꝙ ſi mulier,vel eius pater , qui marito dotem promiſit abſque vlla dilatione ſoluere , non ſoluit, cum vir incipit onera matrimonij ſuſtinere, ſtatim committitur mora irregularis, iuxta l.curabit. C. de action.empti. Si autem extraneus dotem promiſit,poſt lapſum biennij,a die quo vir cœpit onera matrimonij portare,incidit in moram irregularem. l. fin.§. præterea.C. de iure dot. ita declarat Caſt.in conſil.11. viſo dicto libello.columna 4 in antiq. Alex. in conſilio 167. perſpectis. lib.5.plene , & Caſſaneus in conſil. Burg.in rubri.4.§.22. verſ. Sera ſuffiſamment interpelle.vbi atteſtatur de communi & Lup in c.per veſtras,in 3.not.§.1.verſic. ad idem facit. de donat.inter vir.& vxor.gloſ.& Bartol.in d.l. de diuiſione. Ruin. in conſil 221.circa.volu.1.vbi etiam notabiliter conſuluit,ꝙ ſi dos non fuit promiſſa viro,ſed mulieri , nunquam commit ti poteſt aliqua mora regularis , vel irregularis,vt fructus,uel vſuras dotis maritus petere , & conſequi valeat. Ex his infer-
38 tur,† quod ſi data fuit dilatio ad ſoluendum dotem , & interim vxor præmoriatur,maritus non lucrabitur dotem, quoniam durante dilatione non potuit aliqua mora committi , & ideo ſumus extra caſum huius limitationis in terminis cõcluſionis ſupra firmatæ , hoc aduertunt Laſ. in d.l. ſi donaturus.§.1.& Ioan.Crot.in d.rub.col.fi.Boer.in d.deciſ.22. num. 40.& Bald.in conſi.281. quod vir. volu. 1.in nouis,& hoc nõ habet dubitationem in terminis prædictæ concluſionis de ſtatuto loquente de dote data. Sed id dubitabile poteſt eſſe in terminis ſtatuti ſimpliciter loquentis de dote,in quo caſu diximus , dotem promiſſam comprehendi , an tunc propter datam dilationem ad ſoluendum dotem, vxore interea præmoriente,vir dotem lucrari debeat.& in hoc caſu Bal.in præallegato conſil.291.loquitur tenens contra maritum. Aduerte tamen,quod Bal.id tenet ea ratione , quia (vt ipſe opinabatur) dos non poterat dici adhuc,cum eſſet promiſſa ad arbitrium boni viri,& antequam declararetur dos, mulier præde ceſſerat,vnde videbatur, ſtatutũ loquens de dote, & mulie-
39 re dotata,non verificari in eo caſu , ideo ſecus videtur in caſu,in quo eſt dos certa promiſſa,licet cum dilatione temporis ad ſoluendum,& ita puto eſſe de mente omnium.Quo autem ad caſum Bal. in conſi. 291. quem refert & ſequitur Laſ. in d.l.ſi donaturus.§. 1.quando ſcilicet ,† eſt promiſſa dos ad arbitrium boni viri,& antequam declaretur,mulier moritur. Ego exiſtimarem , quod imo citatis hæredibus mulieris deberet dos declarari,vt ſucceſſiue eam declaratam maritus ex forma ſtatuti lucrifaceret,quia promiſſio illa valuit.l.cũ poſt. §.gener.ff.de iure dot.& dos cenſetur in eſſe deducta, & uiro debita,a die promiſſionis ſibi factæ , quamuis eius quantitas tunc non fuerit declarata,quoniam ſufficit eam poſſe declarari,quandoquidem a pari procedant,aliquid eſſe certũ , vel certificandum ex alio.l.certum,& ibi not.ff.ſi cert.peta. & in terminis reperio hoc voluiſſe Ludouic.Roman.in conſi.44. ex ſupra narrato.col.2.& Ruin.in conſi. 222. viſis, volumi. 1. dum ibi cõſulendo tenuit maritum lucrari etiam plus,quod poſt mortem mulieris contingit declarari in augmentum do-
40 tis , tum quia, dicit ipſe , † huiuſmodi declaratio retro trahitur ad diem contractus , in quo fuit illud promiſſum , tum quia efficitur dos poſt ſolutum matrimonium , quod exigitur ex promiſſione præcedenti. & quod non obſtat idcirco illa concluſio,quod dos eſſe non poſſit ſoluto matrimonio , quoniam illud procedit, quando ante ſolutum matrimoniũ nihil eſſet promiſſum , vel conſtitutum pro dote , ſecus ſi eo conſtante eſt aliquid promiſſum , licet eo ſoluto declaretur & exigatur,quia tunc efficitur dos , & poteſt vir illud lucrari ex diſpoſitione huius ſtatuti, ſecundum Bartolum in dicta l.ſi marito.§ j.& in l.ſi pater.eodem titu.ſoluto matrimonio.hæc etiam conſulendo dicit Socy. Iun. in conſil. 35.col. fin.volum.1.& reſpondit Caſt.conſil.11.procedere, quando is,qui debebat arbitrari illud plus,eſſet mortuus, & non recedebat a perſona arbitri, non autem quando mulier eſt mortua,quod propter hoc non impeditur declaratio. Hoc etiam firmat pluribus Roland.in quæſt.88.conſtitutio. Illud autem reſponſum Bal. in d. conſil. 291. quod vir.in volum.1.limitat

Source : BIU Cujas

Iaſ. in d.l. ſi donaturus. §. 1. non procedere, quando aliquo
41 † impedimento dotem non fuiſſe in vita mulieris declaratam ad arbitrium boni viri probaretur, ſeu, vt melius dicas quando nō reſtaſſet per eum, quominus fuerit declarata, iuxta. l. iure ciuili. ff. de condit. & demon. cū concor. adde, quod quando dos eſt promiſſa ad arbitrium ipſius mariti, & is moriatur, eius hæredes non poſſunt agere, vt declaretur, niſi ille fuerit impeditus arbitrari, vt late per Rolan. in quæſt. 89. pone. Et in hac materia nota illud ſingulare dictū Pau. de Caſtro, in d. conſ. 11. viſo, col. 3. quod ſi conſtituatur certa dos, cum pacto ſoluendi illud plus, quod arbitratus fuerit Titius. & antequam arbitretur, moriatur Titius, non poterit cauſa arbitrandi illuc plus, recurri ad iudicem, quemadmodum id poſſet fieri, ſi tota dos fuiſſet commiſſa in arbitrium illius arbitri, qui mortuus eſt per ea, quæ ibi allegat, quod facit ad hoc, vt maritus pro hoc pluri declarando, nequeat iudicem requirere, vt declarata quātitate lucrum faciat ex forma huius ſtatuti. & hoc conſi. 11. Caſt. allegat Socy. Iun. in d. conſi.
42 35 in fi. vol. 1. Tertio limitatur, quando † aliquo modo poteſt dici marito fuiſſe ſatisfactum de dote promiſſa, licet maritus vere adhuc pecuniam aliquam de dote non habuerit, & hoc pfecto multis modis cōtingere poteſt, quod particulariter eſt tāgendū, ne iura caſuum cōfundamus. Primus ſit,
43 quādo † pro dote promiſſa in pecunia numerata mox dat̄ nomen aliquod inſolutū, tūc quia maritus accipit loco pecunię creditū & tanti illud æſtimaſſe vī. l. pretij. C. de reſcin. ven. & periculum eius crediti pertinet ad ipſum, adeo cp ſiue exigat illud, ſiue non, cum venit dies dotem reſtituendi, tenetur reſtituere pecuniam numeratam, & non poteſt cedendo illud nomen liberari, vt pulchre tradit Corn. in conſilio. 52. quotidianus. colum. 3. libro primo. & in conſilio 151. conſultatio. volum. 2. Alexan. in conſi. 36. viſo themate. libro 2. Paul. de Caſt. in l. ſi ſocer. §. Lucius. ſoluto matrimo. l. penult. §. ſi vir. vbi Bart. Imo. Paul. de Caſt. & alij, eod. titu Conueniens eſt, quod vir dotem lucretur iuxta formam ſtatuti de dote ſoluta, vel data lucranda, vt volunt Bar. in dicto conſilio 133. ſtatuto ciuitatis Eugubij. & Ruin. in cōſ. 197. caſus. colūna 2. libro 1. quamuis ibi ex alijs in caſu ſuo poſtea aliter cōcludat, & idem Ruin. in conſilio 125. viſis. numero 4. eo. lib. & Socy. in conſ. 32. in præſenti. columna penultima. volumine 3. & alij citati ibi per eos, & Boer. in deciſio. 22. nam ſufficit viro fuiſſe ſatisfactum de dote, quomodocunque id cōtingat, cū omnis ſatisfactio. creditore volente, operetur idem, quod ſolutio, inquit in hoc propoſito Socy. in dicto conſil. 32. in p-
44 ſenti. columna finali. Nec † ſtatutum hoc de modo ſatisfaciē di vllatenus curaſſe certū eſt, vt dixerunt Domi. Rotæ, vt in dicta Achil. de Graſ. deciſi. 119. dote promiſſa. ideo ſi maritus, cui fuit a patre mulieris, vel ab alio dos promiſſa in pecunia, confiteatur ſe dotem recepiſſe promittēdo eam reſtituere in caſu reſtituendæ dotis &c. & ſucceſſiue faciat in alio inſtrumento ſibi ab alio promitti eam pecunię quantitatem,
45 dicunt præallegati Doctores videri illum accepiſſe † iſtā promiſſionē loco ſolutionis, & ſic eſſe locum ſtatuto de dote ſoluta. & quamuis aliqui voluerint exceptione non numeratæ dotis virum conuētum vigore præfatæ confeſſionis adiuuari cōtra hæredes mulieris in iſto caſu, quaſi illa cōfeſſio emanauerit ſpe futuræ & non ſubſequutæ promiſſionis de pecunia numeranda, quæ nunquam fuit numerata, vt deciſum fuit Napoli. Aſſl. in deciſio. præallegata. 322. Michael, & late per Angelum in conſil. 45. Caſtr. in l. penul. §. ſi vir. in d. l. ſi marito. §. primo, in fi. eodem tit. (quod etiam inter Doctor. non eſt ſine controuerſia) tamen eſt aduertendum hoc procedere, quādo promiſſio ſubſequuta poſt cōfeſſionē mariti de recepta dote reperitur facta ab eadem perſona, quæ ei dotem promiſerat, & cui dos venit reſtituēda, vel etiam vt hæredi mulieris, quadam enim æquitate tunc ſuccurritur marito ne cogatur eidem a quo, id quod petitur, & ſibi debetur, ſoluere, & in his terminis loquitur Afflictus in dicta deciſione 323. Michael, ſi quidem ille dicitur dolo petere, quod alia actione eidem eſt reſtituturus, & ideo repellendus. l. ſi ſocer. §. Lucius. & ibi Doctor. ff. ſoluto matrimo. non igitur defenditur maritus in eo caſu, qa de iure non cenſeatur illa promiſſio ceſſiſſe loco ſolutionis, quia imo hoc pręſupponitur ibi, alioquin inanis fuiſſet illa dubitatio, ſed quadam æquitate aduerſum iuris regulam, ſcilicet quod tametſi illa promiſſio ceſſerit loco ſolutionis dotis, & idcirco pręſupponatur, quod ex illa confeſſione de recepto continente obligationē de do
50 te reſtituenda agi poſſit contra maritum, tamen exæquitate agens repellatur, cum ſit idem obligatus ad tantundem occaſione eiuſdem rei licet alia actione. & licet Ruin. in d. cō. cōſilio 197. columna penultima. in fi. dicat in hoc caſu promiſſionem non cedere loco ſolutionis dicendo ita eſſe intelligēdam doctrinam Bar. in d. § ſi vir, tamen adhuc idem opinor,
46 quia † Ruin. recte loquitur quatenus attenditur effectus huiuſmodi confeſſionis, quia in effectu redditur inefficax ex illa exceptione, ſed non quatenus iuris diſpoſitio impiciatur. Stante ergo, quod promiſſio prædicta cenſetur loco ſolutionis ceſſiſſe, ſequitur, quod dicatur ſtatutum de dote ſoluta in hoc caſu verificari, quia in hoc caſu agitur, non, an poſſit maritus, qa illa promiſſio ſibi adhuc non fuit adimpleta, aliquo modo defendi cōtra repetētem dotē, ſed an dicatur ſoluta dos ad verificationē ſtatuti, & de hoc nō videtur ambigendum, quia ex illa promiſſione vir poterat agere, & libe rauerat a dotis obligatione perſonam obligatam, vt ponitur per omnes confeſſio, quando alius quam qui dotem promiſerat, illam promiſſionem feciſſet, vt ex prædictis poteſt videri. Secundus eſt caſus, qui eſt idem cum præcedenti, ſed magis generalis. & abſolutus ſecundum prædictos Doctor. quando obligatio dotis fuiſſet nouata, & transfuſa quouis modo in aliam obligatiionē, iuxta tradita per Doctores in l. ſingularia. ff. ſi certum petatur. nam cum omnibus palam ſit,
47 per nouationem, & transfuſionē vnius obligationis in aliā, interuenire extinctionem primæ obligationis ideſt dotis, ne ceſſario ſequitur, cp dicatur marito de dote fatisfactum, ſeu cp acceperit dotem, & ideo ſtatutum de dote data, vel ſoluta, dicatur in hoc caſu verificari. Tertius eſt caſus, quando mu
48 lier dat in dotem † ipſum nomen, & creditum, & non pecuniam, quod quidem aliud eſt, quam dare inſolutum pro dote iam in pecunia promiſſa, nā in hoc caſu maritus, eueniēte die reſtituendi dotē retrocedendo illud nomen, liberatur ab ea reſtituendi obligatione, ſi culpa, cur non exerit illud, ſibi imputari nulla poteſt, quia periculum illius nominis dotalis ad mulierem pertineret, vt plene tradit Corn. in d. cōſi. 52. quoridianis. colum. 3. volum. 1. Paulus de Caſtro in l. nupta. §. primo. ſoluto matrim. l. etiam. §. finali. ff. eodem. l. ſi extraneus. ff. de iure dotium. Corneus in dicto conſ. 151. volumine ſecundo. Nec poteſt ad pecuniam teneri, ſi illam dotē non habuit, ſed nomen, quoniam tantum non valeat nomē, quantum pecunia, quæ ex eo nomine debetur, vt dicit Corneus in conſilio 157. licet, numero. 9. libro primo. Nunquid
49 † ergo in hoc caſu erit locus ſtatuto diſponenti virum dotē datam lucrari? & ego exiſtimo eo ipſo, quod illud nomen datum in dotem expreſſim ceditur vel tacite cenſetur, ſeu habetur pro ceſſo (ceſſio. n. habetur in corporalibus pro traditione. Bartol in l. ad enm, de donation. l. Seia cum bonis. de donatione cauſa mortis. l. prima, in fi. C. de actionibus, & obligationib. & ceſſio tacita fauore dotis inducitur eo ipſo, quod nomen datur in dotem expreſſim, ſecus ſi tacite. Bald. Nouel. in tract. dot. in 6. par. in priuileg. 71. Corn. in conſil. 157. licet. num. 14. volumine primo.) videri dotem promiſſam, ſolutam, ac traditam, ſeu receptam intelligi, & ideo verificari prædictum ſtatutum. ita quod maritus lucrari debeat partem illius iuris, & obligationis in dotē receptæ, ita voluit Barto. in dicto conſilio 133. ſtatuto ciuitatis Eugubij. & Ruinus in dicto conſilio 197. caſus. columna 2. & 3. licet ipſe ibi aliter concludat, quo ad caſum ſuum, conſiderans promiſſionem, de qua ibi agebatur, quod non erat in dotem data, ſeu res dotalis, vel ipſa dos, ſed ſolum obligatio ad dotem. In noſtris terminis certe aliud dici non poteſt, quoniam alia tradi tio, & ſolutio dotis cadere non poteſt, quam per ceſſionē nominis, quod ſolum eſt promiſſum in dotem, & non aliud, ſecundum Corn. in conſi. 52. & in conſilio 151. ſupra alleg. ſi quidem per eius, quod debetur, ſolutionem tollitur omnis obligatio. §. 1. inſtit. quibus modis tollit. & dotem in nominibus, & iuribus, ſicut in qualibet alia re mobili, vel immobili, promittere, & conſtituere licuerit. l. cum pater. l. licet. §. quoties. l. nuptura. l. ſi ſponſalibus. §. primo. ff. de iure dot. & alijs vt per Doctores vbi ſupra, & in hoc caſu optime etiam cōuenient alia verba ſtatuti, dum dicit cp partem maritus retineat, & partem reſtituat, quia in dicto nomine, & credito, in dotē habito partē reſtituet retrocedēdo, & partē retinebit pro ſe, pro qua parte ipſe poterit agere cōtra debitorē illius nominis, ita pulcre conſiderat Ruinus in d. conſ. 197. caſus, nu. 4. verſi. ſtante igitur. & iſtud lucrum aliud quidē erit, quā quod ſit, cum dos & promiſſa in pecunia, & cautum intelligitur virum de dote promiſſa lucrū facere debere, quia in iſto caſu contra mulierem ad dotem obligatam poterit agere, ſecus in prædicto in quo tantum lucratur partem crediti dotalis. & hanc concluſionē firmat Rolā. in q. 11. nu. 10. Quartus
eſt caſus, † quādo promiſſio dotis eſt in pecunia, & mulier aliquod creditum dat illi ad exigendum, vt de pecunia exigēda ſibi ſatisfaciat, & ſoluat dotem promiſſam, non autem vt illud creditum cedat illi inſolutum; & hoc nihil operatur, vel facit, vt videatur dos ſoluta, vnde locus poſſit eſſe ſtatuto de lucro dotis datæ, cum in virū nihil tranſlatum ſit, ſed tantum habeat promiſſionem dotis a muliere, vel ab alio factā

ſibi

Source : BIU Cujas

sibi tempore matrimonij, quæ quidem promissio, vel obligatio nullo modo est dos, nec dici potest nomẽ datum esse in dotem, vt pulchre declarat Ruin. in cons. 197. casus. col. 3. reprehendens Bar. in hoc, & meo quidem iudicio recte, si id voluit, quod vix credo. nam clarum est, q promissio, & obligatio ad dotem non est ipsa dos. & q ista sunt separata, actio ad dotem, & ipsa dos, & propterea statutum de dote data in hoc casu nõ potest procedere, vt qui habeat actionem ad dotem, dicatur ipsam dotem exegisse, & habere, vt ipse optime cõcludit, secundum communiter Doct. vt ibi per eum nu. 6. & num. 11. nam quamuis qui habet actionem ad rem, dicatur rem habere. l. qui actionem. de reg. iur. tamen hoc nõ est verum quo ad verificationem facti, in quo debet statutum, prout loquitur, verificari, & procedere, cũ distinguatur vnũ factum ab alio, s. factum dotis solutæ, ab alio dotis promissæ, ut communiter Doctor. volunt in hac materia statuti de lucro dotis, vt per Ruin in consil. 197. & alios quamplurimos
51 per nos supra citatos. Quintus est casus, † quando de dote soluenda accesserunt alij, vel tempore contractus dotalis, vel post qui se obligauerunt marito dotem ei soluere, & in hoc casu etiam, quod prima obligatio ad dotem non sit sublata, sed adhuc remaneat cum ista accessoria, existimo fore locũ statuto de dote data, quia promissio fideiussorum præfata habetur pro quadam satisfactione, & solutione dotis, vt determinarunt super statuto vrbis loquente de dote soluta vel satisfacta Domini in Rota, vt per Achil. de Gras. in sæpe allegata decisio. 119. dote promissa, per ea, quę plene deducit Socyn. in d. consil. 32. in præsen. colum fina. volum. 3. qui loquitur in terminis nostris de statuto loquente de dote data, vt procedat in casu, vbi dati essent fideiussores pro dote solu
52 enda, quia † maritus dum accipit fideiussores, videtur tunc ea satisfactione cõtentus, & sibi videtur dotem recepisse promissam. l. si rem. §. 1. de pignor. actio. vbi creditor, cui a debitore dantur fideiussores pro debito, dr id, quod sibi debetur, recipere, adeo, quod pignus liberatur, & actio pignoratitia incipit competere sibi debitori aduersus creditorem pro pignore recuperando, & alijs multis deductis per Socynum in consil. 42. & per Iasonem longe plenius in l. 1. ff. qui satis. cogant. & præsertim hoc procedit in casu, vbi videretur per 57
accessoriam obligatiõem tacite facta nouatio, vt fieri posse adnotat Dominus Ronchegallus iuris peritissi. in l. 3. in prin. nume. 18. de duobus reis. vbi ad istam materiam nouationis quamplurimos citat in vnaquaque Doctorum opinione circa hanc materiam.

Ex quibus satis puto declaratam istam tertiam limitationem, nec tango quædam alia, quæ dicit Ruin. in d. cons. 197. casus. colum. penul. & fi. quia non integre percipio nũc eius mentem, & qualitatem sui casus, nec ea mihi nunc consona re videntur.

Quarto limitat conclusionem hanc, quod statutum dispo
nens virum lucrari dotem datam non procedat in promissa. Ruin. in consil. 225. visis. nume. 5. versic. & dato etiam quod
53 per statutum, lib. 1. quando † maritus iam partem dotis exegisset, quia iste casus mixus est, quia dicere non possumus nos esse in casu dotis promissæ, nec in casu dotis datæ, ergo sumus in casu mixto. Sed statutũ simpliciter loquens non habet locum in casu mixto. l. vim passam. §. præscriptionem. ff. de adulterijs. & notatur per Doctores in l. 2. in princip. de verborum obligationibus. & alijs allegatis ibi per eum, & loquitur in casu statuti volentis dotem datam reseruare filijs secundum opinionem M. concludentis, quod casus iste dotis pro parte promissæ, & pro parte solutæ, tanquam omissus remaneat in dispositione iuris communis, quæ limitatio hoc modo accepta reincideret in conclusionem præfatam, sed alio modo secus. Socyn. iun. in consil. 35. nume. 16. versiculo, præterea. volumine primo. vult, quod ratione partis solui dos pro tota soluta habeatur. Mihi ma-
54 gis placet, quod † pro parte soluta maritus lucrum facere deberet, vt dicit Socyn. in consilio præallegato 32. versiculo, ista conclusio. volumine tertio. vbi allegat Angel. in §. illud. Authentic. de non elig. secun. nub. & text. & nor. ibi per Bartol. in l. final ff. de fundo dotali. Addo, quod hoc tenet Roland. vbi supra in quæstione decimanona. Limitatur etiam secundum Roland. in quæstione 9. quando rubrica loquere tur de data.

55 Postremo aduertẽdum est, quod quamuis † maritus lucrũ dotis promissæ petere ab hæredibus mulieris nequeat, stãte statuto loquente de dote data, secundũ præfatã conclusionẽ, nihilominus poterit illud in effectu consequi, si caute agendo poterit, non condictione ex statuto prædicto, quæ sibi nõ potest ad illud competere, sed ex actione sibi competenti vigore promissionis & obligationis de dote soluẽda antea sibi factæ. Contra quam si opponatur exceptio doli, quod dolosa cit petendo dotem, quam est restituturus, iuxta notat. l. si socer. §. Lucius. soluto matrimo. poterit replicare negando, q sit restituturus, quoniam statutum de lucrando dotem da tam concedit retentionem doris, & sic videtur negare, quod maritus possit compelli dotem restituere, ergo illa exceptio, elidetur ista replicatione, quoniam illa exceptio tunc cessat quando quis non est dotem, quam petit, restituturus, vt est textus cum glossa in l. prima. C. si dos constante matrimonio, & Doctores in d. l. si donaturus. §. primo. per illum textum. ibi. ff. de condictio. ob causam. Bartolus & Angelus in in dicto §. dotes autem, authentic. de nuptijs per illum textum ibi, hæc animaduersio, sed consideratio fuit Socy. Iunioris in dicta rubric. soluto matrimon. & Ruinus ibi. & in consilio 153. visis columna penul. versiculo. alia etiã ratione, volumine quarto, dicens, quod vis est omnis in modo agendi, an maritus intentet condictionem ex statuto aduersus hæredes mulieris, & tunc merito succũbere debeat, an vero actionem de dote, replicãdo ex statuto prędicto contra exceptionem sibi oppositam de restitutione facienda, & tunc secus.
56 Sed de hac † doctrina ego dubito, quemadmodum ipse Ruinus vr dubitasse in dicta rubrica, numero 53. versic. tertio arguendo, & in consilio 197 casus. numero 8. libro primo, aduertit, quod non potest procedere, quia statutum requirens esse dorem datam ad effectum lucrandi, intelligi debet de data tempore soluti matrimonij, cum conditio lucrisaciẽ di existit, quando quidem qualitas iuncta verbo secundum tẽpus verbi debet verificari. l. in delictis. §. si extraneus. ff. de noxalibus. l. ex facto. ff. ad Trebell. & alijs deductis ibi per eum. In his terminis potest dici recte loqui Roland. vbi supra in quæstione. 11. num. 28.

Et sic requiritur tũc, cum ius lucrandi a statuto datur, scilicet tempore existentis conditionis, dotem reperiri datam, & non in futurum dari sufficit, quia existentia conditionis de lucrando dotẽ est momẽtanea, & non habet tractum successiuum, vt dicetur infra. Vnde si oportet tempore illius existentiæ esse datam, non sufficit q postea detur, seu data reperiatur ad consequendum illud ius lucrandi, ideo statutum prædictum ei non suffragatur ad replicandum.

Illud consilium Socy. Iunioris † & Ruini in dicto consilio 133. posset procedere, quando statutum non videretur ita se restringere ad dotẽ tempore matrimonij soluti, sed aliter loqueretur, vt supra si caueret, quod liceret marito dotẽ retinere, & sic concederet retentionem simpliciter, & non restrictam ad aliquod tempus per qualitatem doti requisitam, vt per Ruinum in dicto consil. 225. visis. nume. 7. lib. 1. Bartol. Cast. & alij in d. l. si marito. §. 1 solu. mat.

58 Vnum non prætermittas in hac re notare † quod si statutum virum lucrari dotem disponit in omni casu, maritus lucrabitur etiam dotem promissam. Bald. consilio 276. volum. 2. Boer. in dicta decisione 22. Iason in dicta authentica præterea. vnde vir & vxor. hoc dictum est simile alteri, de quo dicemus infra in materia. l. hac edictali. C. de secundis nuptijs. Reliqua scilicet, an hoc statutum procedat in dote ficta, vel præsumpta & in dote putatiua, vel confessata, dicemus glossando textum. Et hactenus quo ad istam glossam.

SVMMARIVM.

1 *Dotis restitutio matrimonio constante non fit, nisi in casu necessitatis, honestatis, vel vtilitatis.*
2 *Lucrum dotis fit etiam, quando matrimonio constante dos fuerit mulieri restituta.*
3 *Quot modis soluatur matrimonium de iure ciuili.*
4 *Matrimonium consumatum hodie non soluitur, nisi per mortem naturalem.*
5 *Matrimonium non consumatum per Papam dissoluitur ex causa.*
6 *An Papa possit dissoluere matrimonium immediate contractum post carnalem copulam.*
7 *Per religionem matrimonium non consumatum dissoluitur.*
8 *Per ordines sacros non dissoluitur.*
9 *Propter frigiditatem, & impotentiam coeundi dissoluitur.*
10 *An his casibus matrimonio soluto vir dotem lucrari debeat.*
11 *Statutum nostrum procedit in casu matrimonij soluti per mortem.*
12 *Matrimonio per Papam dissoluto maritus dotem non potest lucrari.*

c SOLVTO. c Hoc ergo statutum nõ loquitur de re
stitutione dotis facienda constante matrimonio, de ea siquidem tractatur supra in rubr. in quibus
1 casibus const. matri. & de iure communi † non fit nisi in casu necessitatis, honestatis, vel vtilitatis, vt per Pet. de Anch. in cons. 238. regulariter gl. in §. dotes autem. in authen. de nupt. vbi enumerantur causæ in iure expressim con
2 cessæ, de quibus nunc agendum non est. Sed dico, quod † si maritus dotem testituit constante matrimonio & demũ casus lucrandi eam ex forma statuti contingat, ob id non impedit ur, quominus illud lucrum faciat, in quo nõ censetur per illam

Source : BIU Cujas

illam reſtitutionem ſibi præiudicaſſe. ita determinat Angel. in d.§.dotes.per illum text.ibi. & ſequitur Bertach.in ſuo reperto.in verſ.maritus lucratur.

3 Verum quot † modis matrimonium ſoluatur de iure ciui
4 li, habetur plene in §. diſtrahantur, in auth. de nupt.Sed † hodie non ſoluitur niſi per mortem, quando eſt copula carnali conſumatū propter iura canonica,quæ ſola in caſu matrimoniali attenduntur,legib. ciuilib.relictis in hoc, vt tradit Caſt. in l. ſi quis ſtipuletur.ff.ſoluto matrimonio . Matrimonium
5 † vero non conſummatum poteſt ſummus Pontifex ex cauſa diſſoluere,vt per Anch. in conſ. 139.parū.Dec. in conſ. 112. in præſen.& in conſ. 603.viſo. Curt. iun.plene in conſil.170. Felyn.in conſil.26.& Ludouic.Gozad.in conſi.2.col.1. & 2. & mouentur,quia matrimonium cōſumatum ſolum eſt de iure diuino, & ad illud duntaxat pertinet illa ſcriptura,quos Deus coniunxit,homo non ſeparet. c.ex publico.§.ſane. vbi glo.& Doct. de conuer.coniug. Vinculum autem matrimonij contracti abſque iuteruentu copulæ carnalis,habet ſtatū a cōſtitutione eccleſiæ,& eſt de iure poſitiuo,ideo poteſt p Papam ſubmoueri.cap.propoſuit.de conceſ.præben.& locis vulg. Hinc etiam dubitauit Bald. in c.licet.in fi.extra,de trāſlat.epiſcop.vtrum.
6 † ſummus Pontifex matrimonium cōtractum immediate poſt copulam carnalem queat diſſoluere.ipſe non decidit, ſed refertur a Neuizan. in Sylua nupt. §. ampliant primo.nu.12. quod determinat negatiue, ſ. non poſſe diſſolui magis, quam cum copula carnalis ſubſequitur,& citat Clau. iu rubr.ſoluto matrimon.& eum refert & ſequitur Hypp.Marſ. in ſing.500. ſponſalia. qui male refert terminos huius dubitationis.

7 Item † altero volente religionem ingredi diſſoluitur etiam contra voluntatem alterius coniugis.c.ex parte. il ſecōdo. c. verum.c.ex publico. de conuer coniug.cum alijs concor.& notant legiſtæ in l.Deo nobis.in princ.C.de epiſcop & cleric.
8 Non † tamen per ordines ſacros ſuſceptos, vel etiam per promotionem ad epiſcopatum hoc matrimoniū diſſoluitur, vt per Gemin.& gl.in c.1.nu.13.de voto,in ſexto.& deci.Tolo. in quæſt.361. Item fuit quæſitum, an ille. Aret.in conſi.59.
9 Item † diſſoluitur propter impotentiam coeundi, ac generādi, ſiue ex maleficio, ſiue ex frigiditate, in altero ex coniugibus competat, ad inſtantiam tamen alterius,toto tiru. extra de fridig.& malefic.& Toloſ.deciſ. 380. Item fuit quæſitum, quidam ætatis, & dicam infra in tex. Sed in hoc caſu magis dicitur matrimonium nullum declarari, quam validum diſſōlui.

10 An † tamen in his caſibus matrimonio ſoluto vir dotem lucrari debeat, videtur dicendum, quod ſi id contingat mulieris culpa, marito illud lucrum debetur,ſecundum Boer.in deciſ.22.nu.39. Allegans conſ. Bal. 110. quod incipit, conſuetudo.lib.2.quod in caſu ſtatuti noſtri non poteſt procede
11 re,quia † habet locum duntaxat ſoluto matrimo. per mortē . Et ſi quæſtio moueatur in caſu, quando profitetur religionem,quod videtur mori ciuiliter,ad hoc reſpondeo in pro-
12 xima glo.& in caſu quando † eſſet diſſolutum per Papam,data licentia nubendi alteri,non poterit dotem lucrari, quia illa debet reſeruari mulieri,non obſtante quouis pacto in cōtrarium conuento.l.2.ff.de pact. dot.Bal.Nouel. in tracta. de dote.in 7.par. priui.vndecimo.Ioan.Bapt.de S.Blaſ.in tracta. de priuil.dot. in 3.cent.nu.22.

MAtrimonio. Quando videatur matrimonium contractum,& de quo intelligatur ſtatutū noſtrum, dicetur infra in expoſitione textus.

SVMMARIVM.

1 *An hoc ſtatutum procedat in morte ciuili.*
2 *Mors ciuilis hodie non ſoluit matrimonium, niſi quæ contingit per vitam monaſticam, & cum matrimonium non fuit conſumatum.*
3 *An maritus lucretur dotem, ſi matrimonio nondum conſumato mulier ingrediatur aliquam religionem,& nu.4.*
5 *Pactum de dote lucranda vendicat ſibi locum muliere ingrediente religionem.*
6 *Religionem profitens reputatur mortuus & dicitur funeſtam uocē habere.*
7 *Mors ciuilis quando id, quod mors naturalis operatur, æquiparatur morti naturali.*
8 *Differentia inter caſum matrimonij ſoluti per religionem & caſum ſoluti per deportationem*
9 *Mors ciuilis per religionem ordinis mendicantium operatur idem etiam quò ad bona, quod mors naturalis.*
10 *Teſtamentum eius,qui profeſſus eſt religionem ordinis minorum,an aperiri debeat,& nu.11.*
12 *Diſpoſitio in dubio intelligitur de morte naturali.*
13 *Appellatione mortis non uenit ciuilis, niſi in caſibus expreſſis.*
14 *Si ſtatutum expreſſim caueret,quòd uir lucraretur dotem in caſu religionis profeſſę,non debet ualere.*
15 *Pactum de dote lucranda non habet locum,quando ſoluitur matrimonium ſuperſtite muliere.*
16 *Conditio filiorum an ideo uideatur deficere,quia monaſterium habetur loco filiorum.*
17 *Cultus diuinus,& fauor religionis creuit poſt l. Codicis.*
18 *Partes conuenire poſſunt,ne res in eccleſiam tranſeant.*
19 *Mulier tranſiens ad religionem dicitur tranſire ad matrimonium.*
20 *Nullæ moniales reperiuntur hodie mendicantes.*
21 *Quando mors ponitur in diſpoſitione ad differendum, non ſufficit ciuilis.*
22 *Religionem intrare eſt actus meritorius.*
23 *Matrimonio conſumato,ſi religionem profiteantur coniuges remanent.*
24 *Filij ſuſcepti ex matrimonio poſt religionē profeſſam efficiuntur illegitimi.*
25 *An uxore decedente in monaſterio dos cedat monaſterio,uel marito uigore ſtatuti noſtri.*
26 *Nō perditur ſucceſſio unde uir & uxor,matrimonio bona gratia ſeparato.*
27 *Obligationes in ſeculo factę durant etiam poſt ingreſſum religionis.*
28 *Statutum debet intelligi de uxore integra.*
29 *Religionis profeſſio tollit ius exhæredandi & alia.*
30 *Ius non habet in conſideratione titulum & nomen nudum carens iuris effectu.*
31 *An matrimonium, quod de iure ciuili habetur pro diſſoluto, in terris imperij cenſeatur ſolutum ad effectum conſequendi res in caſu ſoluti matrimonij debitas.*
32 *De ipſo matrimonij fœdere quatenus agitur,ubique ſtatur iuri canonico: ſecùs dum agitur de ſucceſſione, quia in terris imperij ſtatur iuri ciuili.*
33 *Filij ſuſcepti ex fœmina uiliſſima non legitimantur quò ad bona in terris imperij per ſubſequens matrimonium abſque inſtrumentis dotalibus contractum.*
34 *Matrimonium non habetur pro diſſoluto in materia ciuili,ſi iure canonico ſolutum dici non poteſt.*
35 *Iura ciuilia dum ſtatuunt de matrimonio, hodie ſunt correcta.*
36 *Spurius legitimatur etiam quò ad hæreditates ubique per ſubſequens matrimonium.*
37 *Meretricem ducere inter opera charitatis reputatur.*
38 *Statutum de lucro dotis an habeat locum utroque coniuge religionem profitente.*
39 *An ſponſa,ſi per uim cognoſcatur carnaliter a ſponſo, poſſit eo inuito religionem profiteri.*
40 *Quid ſi in monaſterio defloretur.*
41 *Per copulam carnalem vtcunque ſubſequutam uir & uxor efficiuntur vna caro.*

e PER mortem.e In caſu matrimonij per mortem ſoluti procedere ſtatutum noſtrnm iam diximus ſupra.Proīde,cū mors duplex ſit ciuilis,& naturalis,
1 dubitari contingit,nunquid † hoc ſtatutum procedat etiam in morte ciuili.& conſiderandus eſt effectus cuiuſque mortis.Mors naturalis,quæ eſt ſeparatio animæ a corpore.cap.cū Marthæ.extra.de celebra.miſ. c. charitas.§.corpus. in fi.diſt.2.de pœnit.c.reſuſcitatus.diſt.1.de pœnit. Gemi. in c.pſenti.nu.4.de præb.in 6.omnia ſoluit,& per cōſequēs ipsū matrimonium, vt habetur in §.deinceps,in Auth.de nup. Ci
2 uilis † autem mors hodie non ſoluit matrimonium,niſi quę contingit per vitam monaſticam, & cum matrimonium nō fuit copula carnali conſumatum, quod ſecūs erat olim de iure ciuili.§. diſtrahuntur.Auth.de nup.vbi Bar.& alij namque per deportationem, vel aquę & ignis interdictionē, mutata affectione,matrimoniū diſſoluebatur.l.1.C.de repud . Item per ſeruitutem,vel quancunque aliam mortē ciuilē. d. §. diſtrahuntur, & not.in d.l.Deo nobis. in prin. C.de Epiſco. & & cler.Cū itaq; hodie nulla mors ciuilis præter illam,quę cōtingit ex vita monaſtica,diſſoluat matrimonium, & lucrum hoc dotis deferatur in caſu ſoluti matrimonij, nos quærere oportet tantū de iſta morte ciuili per religionis profeſſionē inducta, alijs ptermiſſis, quaſi de illis diſputare ſit ſuperfluū.
3 † Pone igitur caſum, q̄ contracto matrimonio & nunquam carnaliter cōſumato mulier religionem ingrediatur,etiā cōtra mariti voluntatem, quo in caſu habetur pro morte mundo, & matrimonium diſſoluitur, vt diximus,nunquid maritus diſpoſitione ſtatuti huius dotem habeat lucrari,quaſi verificata ſit conditio,q̄ mulier ſine filiis mortua videatur? Et
4 multi Doctores † tenuerūt partem affirmatiuam in d.l.Deo nobis.in prin.C.de epiſ.& cler.per illum tex.quod ſcilicet dotem lucrari debeat maritus perinde,ac ſi illam mortua naturaliter fuiſſet.ita volunt ibi poſt gloſſam Bart.Bald.Paulus de Caſt.& Ang.& Bar. poſt glo.ibi in §.illud.Authē.de monac. & per textum in §.ſi vero conſtante.in Auth. de ſanctiſ.epiſ. Salyc.in l.cum te.C.de donat.ante nup. & pro iſta opinione in facti contingentia conſuluit laſ.in conſi.135.circa primū. vol.j'& cum hac pertanſit Bal.in conſi.110.conſuetudo, lib. 2.& Ruin.in conſi.98.num.13.lib.2. gloſ. in verſi. habitum . in.§. adultera, in Auth.vt nul.iud.& Nic.Boer.in dicta deci. 22.numero.39.& ſic communiter per Doctores teneri aſſerunt Bart. Nouel. in dicto tractatu dotium,in parte ſeptima.

21. priui-

21.priuileg.& Aug. Bero.in c.in præsentia.nu.477.versi.non obstat.extra de proba.& Doctores in l.si cum dotem. soluto matri.Et istam conclusionem intelligunt Doct.ita,vt statim, non expectata morte naturali mulieris,dotis lucrum marito debeatur, vt dicit Bald. Nouel.in dic. trac. in parte sexta, in priuil.11.nu.8.versic.quando autem separatur. Et pro ista cō
5 muni ponderant tex.in d.l. Deo nobis. dum † pactum de lucranda dote per mortem mulieris locum sibi vendicare dici tur,ibi,si mulier religionem professa fuerit, vitamque monasticam elegerit.ergo quod dicitur ibi in casu pacti,idem intel ligendum est in casu statuti, quoniam de pacto ad statutum procedit argumentum,ita Doctor.arguere in hac quæstione refert Bald.Nouel.vbi supra in 11.parte,in 6.differen.in tertio membro.nume.29.& Iaſ.in dicto consil.135.Doc.in d.l.Deo nobis.c.fi.extra,de dona.inter virum & vxorem. & Bar.& alij in l.si ab hostibus.§.si vir.solu.mat.Secundo mouentur,quia
6 † profitens religionem reputatur mortuus. c. placuit 16.q.1. c.nullus.ead.quæst.7.Socy.hoc dicit in consi.92.circa,volu.j. & Anch.in consi.173.pro & contra. & auth. hæc cōstitutio, in Nouel.consti.& Doct.in d.c.in præsentia.de proba. notan tes,quod monachus dicitur funestam vocem habere.

7 Tertio,quia mors ciuilis † quando id, quod mors naturalis operatur,morti naturali æquiparatur, ut per Soc. in dicto consilio 92.circa,col.1.& 2.Ioan.Crot.post alios in l.Gallus.§. & quid si tantum.de liber.& posthu. Fely. in dicto capitu. in præsentia.& in capitu.licet vndique.extra de offic.deleg.Ioā. de Imo.in rubri.de testamen.Doctores in l. ex facto.§. si quis rogatus.& in §.ex facto.ubi vltra alios Rip. ad Trebell.gl.no. in clementina secunda. in ver. morte. de elec. quam probat Abbas in c.cum essent.in fine,de præben.& in c.si episcopus in ver.morte.de suppl.neglig.præla.& in l.1.§.pen. ff. de contratab.& in c.beneficium.de reg.iur.in 6. Doct.in l.ex ea parte.ff.de verborum obligationib.Lup.in Rub.de don.inter vi 13
rum & vxorem.§.61.vbi refert ad confirmationem donatio nis inter coniuges factæ,& ad alia multa,& plene per Cassa.in consuetu.Burg.in rub.§.6.in versi.apres le trepas. Sed in hoc casu idem operatur mors ista ciuilis ex professione religionis insurgens,quod operatur mors naturalis,quia per religio nem soluitur.matrimonium ablata omni spe vnquam alteri nubendi,vt dicebat Bal.Nouellus vbi supra. Vnde notabili-
8 ter † considerauit pulchram iuris ciuilis differentiam, quod 14
pactum de lucranda dote per mortem mulieris verificabatur in casu professæ religionis,dicta l.Deo nobis. in principio.nō tamen verificabatur in casu deportationis, secundum glos. communiter approbatam in d.l.si cum dotem.in princ. solu. matri.dicens rationem diuersitatis fuisse, quia per religionē auferebatur omnis spes vnquam nubendt,secus per deportationem,quum deportat,o non tollat contractus iurisgentiū prout est matrimonium.l.1.&ibi not. C. de testament. & sic relinquendo in casu deportationis potestatem nubendi, lex noluit dotem, vtpote pro altero matrimonio necessariam, amitti,& mors ciuilis non potuit propterea operari idem q naturalis.in casu ergo nostro videtur secundum istam consi derationem hæc mors ciuilis operari idem, quod naturalis, & ei idcirco æquiparando,prout le. ciuilis æquiparatio tum
9 maxime stringit,quando mulier † profitetur religionem ordinis mendicantium,quia fratres illius ordinis nec in communi,nec in particulari aliqua bona possidere queunt,& tūc ista mors per religionem, etiam quo ad bona, eundem effectum,quem mors naturalis habet.Ita plene deducit Iaſ.in dicto consi.135.consulens ad fauorem cuiusdam mariti, qui p biennium vxorem suam in domo virginem retinuerat,& cū ea vellet ingrediendo religionem dissoluere matrimonium, ipse volebat vigore huiusmodi statuti de lucro dotis lucrari
10 dotem.Namque ista † ratione traditum est,eius testamentū, qui professus fuisset religionem fratrum minorum, aperiri, delata hæredi in eo scripto hæreditate, perinde ac si ille natu raliter esset mortuus,vt per Bartol. in authen. si qua mulier. numero vndecimo.versi.ex prædictis venio.& ibi.Iaſ.numero 26.versicu.iuxta istam partem,& numero 58. C. de sacrosanctis ecclesijs.& Alexan.in consilio decimotertio circa nu me.4.vers.bene faciunt no.lib.tertio.Bart. in tract. minor. in vlti. libro, secundo capitu.2.distinc.Barto Bal. in l.prima. C. de testam.Rube.Alexan.in consilio 155. loquens in fideicō missō,Ripa,in dicto § ex facto.numero 12. & dicunt Cassan. & Ioannes Lup.in locis præallegatis.in isto ergo casu cōmu-
11 nis conclusio saltem videtur vera.Quarto † ne sit in potestate mulieris impune virum deludere,confugiendo ad religio nem cum damno mariti,qui in nuptiis,& causa illius matrimonij cōtracti,expensas forte grauissimas fecit,propter quas statutum deferre hoclucrum dotis intellexerunt nostri Doctores,vt dicam suo loco,& hoc uidentur notasse Bal. in dic. consilio 110.consuetudo.& Boer.in dicta decisione 22.dicē

tes,quod si stat per mulierem quominus matrimonium con sumetur,quia,verbi gratia, velit monasterium ingredi,maritus debet lucrari dotem,quia ipsa mulier est in culpa matrimonij non consumati,secus si per casum, vel culpam mariti stetisset,& ad hoc facit l.fi.C.de spon.& mat.ibi arrhæ. & pro ista parte se resoluit Roland in quæstione 94. asserens in fine pro ea esse communem,& vltra allegatos supra citat Alciat. Ioann.Bosch. His non obstantibus,contraria opinio negatiua mihi magis placet,quam plene consulendo tenuit Ancharanus in consilio 273.pro & contra,& in consil.438.ego autem. & sequitur Socinus in cōsilio octauo.viso,numero duo decimo. in volumine tertio. Felynus in rubrica extra de sponsal.columna quarta, versic. & adducit. Petrus de Vbald. in capitulo, Raynutius, columna quinquagesima. extra de testamentis,& Baldus Nouellus, ubi supra videtur magis in hanc sententiam inclinare,licet dicat etiam cogitandum esse. & refert Antonius de Butrio in primo suo consilio dubitasse,quod textus in d.l.Deo nobis, hodie non procedat. Et 12
in primis ista opinio probatur, quia † depositio in dubio intelligitur de morte natuaali. le. ex parte §.insulam.de verbo rum,obligationibus.l.sed & si mors.§.tam igitur.ff. de dona. inter virum & vxorem.l.cum pater.§.hæreditatem.el primo. de legat.secundo. l.Statius.§.Cornelio.vbi Bartolus.ff.de iu. fisc.dixit Ioannes de Imo.in rubri.extra de testamen. numero vigesimoquarto.Alexander in consilio 139.viso,columna secunda. versiculo,secundo quia mors, libro secūdo. & hoc maxime procedit in materia stricta, vt per Hippol. Marsi. in pract. crimi. in §.opportune.numero 48.& sequen. Secūdo, quia statutum debet intelligi naturaliter,& non ciuiliter.l.fideicommissi.ff.de conditionibus, & demonstrationibus.l.finali.C.de his qui veniam ætat.imp.Tertio,quia statutum nō recipit casus fictos secundum vulgar.

Quarto, quia † appellatione mortis non venit ciuilis, nisi in casib.expressis.c.susceptum.de rescrip.in sexto,glo. in cap. placuit.16.q.1.& notant omnes in locis superius citatis.

Quinto,quia verbum decedere, de quo infra in textu,secundum quem debet intelligi rubr.iuxta trad.in l.1.ff.si certū pet.importat mortem naturalem.l.intercidit.ff.de conditionibus & demonstrationibus.l.qui duos.§.si maritus.ff. de rebus dubijs.

Sexto, † quia si expressim caueret statutum, virum etiam 14
in casu ingredientis monasterium dotem lucrari, illud tamē lucrum maritus facere non posset,quia huiusmodi statutum quasi auertens hominem a religione,& cultu diuino non valeret,vt per not.in c.in præsentia,de præb.& in authen.nisi rogati.C.ad Treb.& in authent.si qua mulier. C. de sacrosanct. eccles.& in §.si vero constante.in authent. de sanct. episcop. Alexand.in consi.121.lib.2.Ruin.in consil.98.lib.2. Rip. in d. l.ex facto §.si quis rogatus. numero 36. ff. ad Trebellia. & in authent.cassa.C.de sacrosanct.eccles.& Docto. alibi sæpe ad plures q.inferentes.hunc ergo casum nō comprehendere dicemus,quia dispositio non trahitur ad ea, quæ in specie non fuissent concedenda.l.generali.ff.de pign.c.in generali. & ibi not.de reg.iur.in 6.Ita in proposito arguit Lap. in alleg.129. de conuers.coniug.& Pet.de Vbal.in d.c.Raynutius. col.3.& ex authoritate Butr.dicit hoc Bal.Nouel.in d.tract. in 7. par. in priuil.10.numero secundo,& numero octauo,& Anchar. in dicto consilio 273. pro & contra. & in dicto consilio 438. ego autem.

Septimo,quia sicut † pactum de dote lucranda non habet 15
locum,quando soluitur matrimonium superstite muliere,ne alteri nubere impediatur, adeo vt nec expressim in eum casum factum valeat.l.3.de pact.dot.Paul.de Cast. in consil.11. viso dicto libello.in antiquis.Bar.in cōsi.126 Titius maritat. & Bal.in l.pro hæredit.num.10.versi. vel pactum impeditiuū alterius matrimonij debet valere,quod arg. de carnali matri. ad spirituale procedit.cap.2.extra de translat.episc.ita arguit Lap.vbi supra,& Bal.Nouel.in loco citato. Innocen. in c.fin. extra de donat. inter virum & vxorem. & ad hoc facit ratio differentiæ considerata supra,dum secundum ius commune pactum de lucranda dote non verificabatur in casu mortis cipilis per deportationem,ne mulier, quæ nō censebatur ob id priuata cum altero matrimonium contrahendi potestate, impediretur defectu dotis alteri nubere.

Postremo, † quia conditio statuti de lucrando videtur de 16
fecisse,quia ingrediens monasterium dicitur loco filiorū monasterium susципere,vt per Doctor.in cap. in præsentia, & in locis paulo ante citatis, ut dicit Lap.in d.alleg.129.colum.7. & Aug.Bero.in c.in præsentia. num.477. versicu. non obstat d.l.Deo nobis.vbi aduertit, quod pactum de dote lucranda habebat locum de iure Codicis, quia eo iure monasterium non habebatur loco filij, & quia illud lucrum deferebatur marito,etiam vxore decedente relictis filiis, secundum Bal.

in l.j.

Source : BIU Cujas

in l.1.C.de inoffic.dot.Bart.Castr. & alij in l. in quartam. ad l. Falcidiam. Secus hodie, quia monasterium habetur loco filiorum,& statuta solent deferre lucra dotalia in casu mulieris decedentis sine filiis. Nunc difficultas est,contrariis recte respondere.& primum de d.l.Deo nobis.dicemus non obsta
17 re,vel respondendo secundum Aug.Bero.vt mox retuli,†cū post legem Codicis multum creuerit cultus diuinus, & fauor religionis,vt ab illa iuris obseruantia antiqua ad modernam argui non posse videatur,vt voluisse Ant.de Butr.refert Bal.Noue.ubi supra.vel secundo potest responderi, ꝙ aliud sit in pacto,aliud in statuto,quia communiter Doctores volunt,quod notata in d.authen.nisi rogati, & locis similib. nō
18 procedant in contractib.†quia partes per pactum conuenire possunt,ne res in ecclesiam transeat, secundum Doct.in d.c. in præsentia.Iaſ.& alij in l.2. C. de iu. emphy. tamen hoc fieri nequit per statutum, & legem generalem secundum Doctores ibi:diceretur enim tūc aduersus bonum publicum,& libertatem ecclesiasticam fieri,iuxta trad.in authen.cassa.C. de sacroſ.eccleſ. Ad secundum respondetur, ꝙ mors ciuilis non sufficit,sed requiritur natnralis. Ad tertium respōdetur negando, ꝙ habeat eundem effectum ista mors ciuilis, quē habet naturalis, nam non sufficit, ꝙ habeat effectum dissoluendi matrimonium, vt de iure ciuili, non sufficiebat in deportatione, quia non ideo lucrabatur maritus dotem.l.sed si alia ff. de bon.damn. gloſ. & Doct. in l.si cum dotem. in prin cipio. Bald. in tracta. dot. vbi supra, vt dixi supra. vnde ratio ibi adducta retorqueretur in cōtrarium,quoniam qua ratione cum matrimonium dissoluebatur per deportationē, maritus non lucrabatur dotem, eadem nō debet lucrari soluto
19 matrimonio per religionem,quia † mulier transiens ad religionem dicitur trāsire ad aliud matrimonium, & nubere, vt per Lau. Calca. in consil. 11. nume. 3. vbi voluit, conditionem nubendi existere muliere ingrediente monasterium, idem tradit Lap. in d.alleg. 129.& Docto. in locis præallega. tametsi ab Imperatore in dic. l. Deo nobis.nō fuerit hoc animaduersum,quod transiēs ad vitam monasticam videretur nubere.Nec in terminis,quando religionem ordinis mendicātium mulier profiteretur,æquiparatio prædicta procedit, quia etiam illius ordinis moniales indigent dote. nam hodie
20 † quo ad hāc partē regulę,ꝙ aliqua bona possidere nequeāt, nullæ moniales mendicantes reperiuntur, vt dicit Geminia. in capitulo non solum. numero vndecimo, columna tertia, de regula.in 6 post eos, quos ibi allegat. & plene declarando Lap.in alle.4.an dispositio.Vnde cessant decisiones ex aduerso allegatæ de testatore effecto monaco ordinis medicantiū, quæ quidem & alia ratione videntur euitari posse,quia mors ibi non est causa sola deferendi bona ad hæredem, sed vel dispositio testatoris,vel lex eum vocans ad hæreditatem,sed in hoc casu mors, quia ponitur pro conditione lucri faciendi, est causa lucrandi,ideo,vt conditio.& euentus debet secun- 28
dum veritatem probari.l.Mæuius.de condi.& demon.nimirum igitur est, si ibi mortem verificari in naturali non refe-
2e rat,secus hic.sicuti & mors quando ponitur † in dispositione ad differēdum, seu causa differendi aliquid, expectatur mors naturalis,& non sufficit ciuilis,vt per Alex.iu consil.13.circa,
22 columna secunda,ver.& licet.Ad quartum † respondе,quod cum in religionem intrare sit actus meritorius, vt dicebat Alexā.in consil.139.viso, columna secunda, versiculo tertio quia,vt dicit lib.2.mulier non potest esse in culpa, nec maritus propter expensas solas nisi alia concurrant,lucrum dotis facere potest,vt patebit infra in tex.ex quibus ista opinio mihi videtur verior,pro qua stat fauor religionis in iudicando. l.sunt.de religio. & sumpt. Alia suboritur difficultas in hac materia,quando matrimonium carnali copula fuisset consummatum,& mulier in monasterio professa religionem decessisset.Namque sciendum est,quod per religionem hoc matri-
23 monium non dissoluitur,sed duntaxat † inter coniuges fit separatio quo ad totum,& mutua seruitia subtrahuntur,remanent tamen coniuges,& tanto sanctiores, quāto sanctiorem vitam agunt.Dec.in consi.140.pro tenui.Hostien.in summa, de sponsa.numero tertio, versiculo matrimonium. capitulo quod Deo.3.q.5.c.tantum valet.32.q.6.gloſ.in c.desponsatā. in fi.27.quæst.2.& titulus & vinculum matrimonij inter eos durat,vt dicit Lap.in dicta alleg.129.& Ioan.Lup.in rubri.de donatio.inter virum & vxorem.§.71.versicu.& sciendum.si-
24 ne tamen iure matrimonij,quoniam † si de facto ad copulam carnalem,quæ de iure est eis perpetuo prohibita, reuerterētur,ac filios susciperent,huiuscemodi filij erunt illegitimi, vt per Abb.post glo.in cap.chariſſimus. de conuerſ.coniug.Roma.in sing.521.vxor & maritus Gemi.in capitulo primo, numero decimo,de voto,in sexto,& hoc contingit, si uxor permittente marito se velare fecerit, alioquin poterit ab eo repeti.c.mulier.33.quæstione quinta,Ioan.de Ami.in cons.69. columna quarta,& maritus id permittens, vt ipse quoque cō uertatur,necesse est. capitulo qui vxorem.33.q.5.c.1.cap. verum.capitulo ex parte. de conuerſ.coniug. capitu.Agathosa. 27.quæstione secunda,capitu.scripsi.33. quæstione quinta,& hoc fit,vel si religionem aliquam profiteatur, iuribus præalleg.vel in seculo remanens continentiam deuoueat, secūdū gloſ.in c.sunt qui dicunt, in gloſ. in ver.pollutione.27.quæst.
25 secunda,capitulo primo,cap.cum sis.de conuerſ.coniug. Videamus, igitur in primis quando maritus emisso continentiæ voto remansit in seculo, & mulier in religione professa decessit,an dos cedat monasterio, vel marito vigore statuti nostri,& ad fauorem mariti hæc facere videntur. Primo, ꝙa mortua est in matrimonio,& sine liberis,& sic videtur verificari casus statuti.Secundo,quia sicut propter ingressum religionis hodie non dicitur huiusmodi matrimonium dissolui,nec tunc verificari pactum de lucranda dote, secundum Saly. & alios in l.si cum ante.C.de donat.prop. nup. vbi dicit tex.in d.l.Deo nobis. hodie esse correctū,quo ad casum matrimonij consumati,quod & dixit Bal. Nouel. in tract.vbi supra,numero quarto,versicu.nam tunc potest distingui,& Angel.in §.si vero constante.in Auth. de sanctiſ. epiſc. & omnes volunt in dicta l.Deo nobis.ita dicendum videtur econuerso,quod debeat vir lucrari dotem eueniente morte naturali, quæ dissoluit matrimonium.

26 Tertio a simili † quia nō perditur succeſſio quæ defertur iure ciuili ex capite, unde vir & vxor. si matrimonium bona gratia separatur.Decius in l.1.numero vndecimo, versiculo tertius casus est.& ibi post Pau. de Cast. & Alex.Iaſ. in quarta fallent.C.vnde vir.ubi Bald.Saly.Cyn. & Moderni videntur hoc velle, dum distinguunt inter separationem tori factam bona gratia, vel mala.

27 Quarto,quia † omnes obligationes in seculo contractæ durant etiam post ingressum religionis & monasteriuu debet illas exsoluere,vt consuluit Ludouic.Roma. in consilio 292. pro habenda.Iaſ.post alios in authent.ingressi.numero 44.& in authent.si qua mulier.C.de sacrosanct.eccleſijs.Innocent. & alij in d.c.in præsentia.de proba. Specu. in titulo de statu monac.§.qualiter.versicu.si autem contraxit. Sed hoc lucrū est debitum ex contractu matrimonij celebrato ante ingressum.ergo monasterium soluere illud tenetur.Quintum huic simile est argumentum Lap. in d.allega.129. quod bona mulieris,videntur in monasterium transisse cum isto onere,iuxta traditain dicta authentica,ingressi.& in dicto capitulo, in præsentia. Nec obstat, inquit Lap. licentia data ingrediendi monasterium,quia huiusmodi licentia de persona ad res,seu bona,extendi non debet.l.si vnus.§.ante omnia. ff. de pactis. & ideo sibi non uidetur præiudicasse. Ex aduerso multa urgent.Primo,quia statutum debet in potiori significatu intelligi.l.1.§.in perpetuum.ff.si ager vectigal.l.quæritur.ff. de statu homin.c.si quem.de sentent.excommuni.debet † ergo intelligi de vxore integra,quo etiam ad torum, & mutua seruitia,& non de ea,in qua nullum ius seculi retinetur, ita arguit Lap.& Bal.Nouel.vbi supra,& debet intelligi statutum hoc, vt cogitauerit de effectu matrimonij, & non de ipso matrimonij nomine,seu titulo,vt dicit Baldus super hoc statuto. Bal.in consilio ducentesimo,in causa ista.columna secunda, volumine tertio.Secundo,quia hoc lucrum videtur deferri propter expensas,& labores maritales,quas cum vir non sustinuerit.sed monasterium, non debet dotem lucrari, vt solent dicere Doctor.de marito onera non sustinente, de quo nos infra dicemus suo loco.Ita in simili arguit Pileus in quæstione 77.Henricus,numero quinto.Tertio,quia non est verisimile,quod maritus,dando licentiam vxori profitendi religionem,vouens & ipse continentiam,vir pene religiosus cogitauerit, & solicitus fuerit de hæreditate vxoris.l.fina. & ibi nota.C.de pactis.

Quarto,quia monastrium habetur loco filiorum,ut dictū est supra in alia quæstione.& sic deficit conditio statuti. Nec obstat,si dicatur,statutum intelligi de communibus filiis,sed monasterium non habetur loco liberorum,nisi quo ad personam profitentem in eo.Nam respondetur primo,quod cum consensus mariti interuenerit in hoc,alioquin ingressus non valuisset,videtur loco filiorum quo ad vtrunque nasci.Secūdo,quia sicut Doctores communiter volunt,illam conclusionem etiam procedere,quando conditio loqueretur de filijs natis ex corpore,ut not.in d.cap.in præsentia.& in d.auth. ingressi.& in d.authen.si qua mulier.Bal.Nou.vbi supra,Rip. in l.si vnquam,numero 92.q.32.C.de reuocan.dona.et Doc. in §. sed hoc præsenti.in Authen.de sanc.epiſc.ita quo ad maritum,licet ex eo non sit natum,potest verificari,quod habeatur loco filiorum.Lap.in alleg.129.numero decimonono,ita
29 arguit. Quinto adducitur, † quod religionis professio tollit ius exheredandi filios ex culpa antea contracta,capitulo non

licet.

Source : BIU Cujas

licet 22.quæſt.2.& in authen.de mona.Item quod tollitur patria poteſtas ſecundum Doctores in l. ſi ex cauſa. §. Pomponius. ff. de minorib. mutum. ergo non videatur, ſi etiam tollat hoc lucrum,inquit Lap.in d.allegat 129.nume.24. Sexto facit illud argumentum præcedenti quæſtio. factum pro parte negatiua,quod in ſpecie non potuiſſet ſtatutum diſponere in hoc caſu maritum lucrari dotem,ergo videtur dicendum,quod de eo non ſenſerit, vt arguit Lap.in d allega.129. nume.22.& nume.23.& aliis quoque multis concludit aduerſus maritum in caſu ſuo, in quo ſtatutum diſponebat, quod vxore præmoriēte ſine liberis,ſiue teſtata,ſiue inteſtata,maritus in tertia parte bonorum ei ſuccederet,& mulier in religione de voluntate & licentia viri ꝓfeſſa prædeceſſerat. Quid dicemus? Ego puto pro religione ſentiendum per prædicta. 34
Et ad deducta in contrarium poteſt reſponderi. Et in primis dicas ad primum & ſecundum, quod non ſufficit quo ad titulum dotare vxorem,& vinculum matrimouij vſq; ad mortem,cum omne ius ſęculi per religionem inter eos fuerit peremptum,& penitus ſublatum propter ius ſeculi,ſcilicet,propter mutua ſeruitia,& indiuiduam vitæ conſuetudinem inter eos conſeruandam dici poteſt hoc lucrum deferri, vt dicebat Rimin.in l.j.nu.6.& in auth.præterea,nu.3 C.vnde vir, & vxor.& illam ſucceſſionem inter eos dari,quam Bal.etiam dicebat ibi dari propter onera matrimonij, & ideo eam ceſſare facta tori ſeparatione, quod contingere in ſucceſſione ex 35
o iure ſanguinis delata negat,& ius † non habet in cōſideratione titulum & nomen nudum, quod caret effectu iuris, vt in rub.& nigro.C.de nudo iure Quiritum tollen. & late per Frā ciſcum Rip.in reſpō.23.ſub rub.de leg.& conſuetu.Ad quartum quintum argumentum reſpondetur, ꝙ concurrunt ſuppoſito,ꝙ non ſit verificata conditio lucrifaciendi appoſita in contractu ſm ſtatuti diſpoſitionem. Ad tertium reſpondet, ꝙ licet Doctores velint matrimonio ſeparato bona gratia, duret ius ſuccedendi inter eos,nemo tamen aperit, quid iuris in his terminis,vide enim Bartolum,Baldum.Saly.Pau. de Caſt.Cur. Alexand.Iaſ.Rim.Decium & Franciſcum Pepum, vnde poſſumus negare hoc in caſu morientis in religione, quia militat alia ratio,nam viuentes in ſeculo, quamuis ſeparati,ſicut alios poſſunt habere hæredes, ita ſe ipſos adinuicē, 36
iuxta titu.C.vnde vir & vxor.profeſſus autem non teſtatur, nec aliquem poteſt habere ſucceſſorem, niſi monaſterium. Ideo de vno caſu ad alium non recte infertur. Et Decius loquitur expreſſim,quando coniuges ſeparato toro viuunt in ſeculo.forte aliud volens,quando effecti fuiſſent religioſi. Et quemadmodum ex his puto tenendum,maritum non lucrari dotem,ſed monaſterio remanere in hoc caſu durantis matrimonij,ideo multo magis mihi videtur in caſu, in quo matrimonium iam fuiſſet per religionem penitus ſolutum,quia ſtatutum requirit,ꝙ mulier in matrimonio moriatur,& non extra matrimonium antea ſolutum, vt probat illa dictio in matrimonio,denotans intrinſicitatem, de qua nos infra, vt de ſtipulatione ſimili,ꝙ non verificetur matrimonio iam ante mortem naturalem ſoluto, dixit Caſſan. in conſuetudine Burg.§.ſexto.rub.4.apres le trepas.num.8.& licet ipſe teneat illam ſtipulationem,de dote lucrāda in caſu mortis mulieris, committi in caſu mortis ciuilis ſoluentis matrimonium, ne alias illa ſtipulatio pereat, quia in morte naturali verificari 37
non poſſet,ita vt ſtatim per profeſſam religionem committatur,tamen hæc eius opinio ſupra remanet confutata,& mihi non videtur tenenda,vt ex allegatis ſuperius. Vnum quod in præcedenti quæſtione habet aliquam dubitationem, ſuper-
31 eſt,ꝙ attingamus,† an ſcilicet matrimonium,quod de iure ciuili habetur pro diſſoluto in terris imperij, cenſeatur ſolutū ad effectum conſequendi res in caſu ſoluti matrimonij præſtandas.Et pro affirmatiua facit quod in terris eccleſiæ ius canonicum,& in terris imperij ius ciuile ſeruari traditum eſt in materia,quæ non ſit ſpiritualis, & peccatum non concernat. gl.in c.poſſeſſor.de regu.iur.Docto.in c.1.de ſolu.& in cap.2. de arbi.in ſexto.& in c.1.et 2. de ope. no. nunc.et latiſſi. Hippo.Marſi.in l.1.nu.193.et ſequen.C. de raptu virgi. et in materia matrimoniali,ideo Bal.dixit in cap. quemadmodum.in fine,de iureiuran.ꝙ de legibus ciuilibus requirentibus inſtrumenta dotalia,& ſimilia in matrimonij cōtractu non eſt cu-
32 randum,quatenus † de ipſo matrimonij fœdere tractatur,qa vbique de eo ſtatur iuri canonico,ſecus dum agitur de lege ſucceſſionis,quia ſtabitur in terris imperij iuri ciuili, vt & plene deducit Rui in conſi.211.vol.1.num.6.col.1. vbi voluit,ꝙ
33 † quamuis per ſubſequens matrimonium cum quauis viliſſima meretrice,aliaue indigniſſima muliere contractum legitimentur filij,quouismodo ſpurij, nihilominus in terris imperij non erunt legitimi,quo ad effectum ſuccedendi,& quatenus de materia ciuili tractatur. & ante eum id conſuluit Ang.in conſi.29. ex themate, in tertio dubio. Cur. Iun.136. nume.9. Soci. Iunior in conſil.52.memini.nu.4. vol. 1. & tenuit Rota in deciſio.74. omnes domini. de anno. 1547.vt in recoll. deciſio.D.P.Fabij epiſcopi Veſtan. vbi ad hoc etiam allegat Cæpo. caut.150. & Soc. conſi. 32.vol. 1. & Rom. videtur velle in conſi. 367. circa,nu. 9. Bal. in conſi. 195. nu. 1. vol.3.& in propoſito huius deciſ. referam etiam, quod omnes domini determinarūt in d. deciſ. 64. quod diſpoſitio iuris ciuilis, habens, quod filij legitimentur,niſi confectis dotalibus inſtrumentis,non procedat, quando nulli ſunt filij legitimi.§. ſi vero. in Auth. quib. mod.natura.effi. legi. Bal. in l. cum mulier. per illum tex. C. de dona. ante nuptias. Iaſ. in conſi. 168. col. 5. vol. 4. & Hippo. Marſil. in ſingul. 250. & Pariſ. in conſi. 13. numero 49. in vol. 2. Ceterum in hoc caſu contrarium dicas, quod † nec quo ad quæſtionem hanc lucri dotalis,quæ eſt materia ciuilis, matrimonium habebitur vllibi pro ſoluto, ſi ſecundum ius canonicum dici non poteſt ſolutum, vt tenuit Imo. in d.l.ſi cum dotem.in princ. col.2.ſolu. mat.alleg.Bal.in d.l.Deo nobis.& Ang.in dicto §. ſi vero conſtāte.& poſt eum Alex.& Rom. volētes matrimonium conſumatum per religionem coniugum, illud non diſſolui,nec conditionem matrimonij ſoluti verificari,tametſi de iure ciuili aliud cautum fuerit, & eſt de mēte Doctorum in l. 1. C. vn. vir, & vxor. Quod profecto ea ratione probat, 35
quia † iura ciuilia,dum ſtatuunt de matrimonio,hodie ſunt penitus abrogata, vt per tradita ab Abb. & alijs in c.fi.extra, de ſecund. nup. Lup. in cap. per veſtras.§.vigeſimo.& tenendo iſtam cōcluſionem.ver.ſtabimus.ergo.de dona.inter vir. & vxor.Caſt. in l. ſi quis ſic ſtipu. ſolu.mat. gi.Inſtit.de grad. cognat. Et matrimoniū a iure canonico dūtaxat accipit formā,& ſubſtantiam,& ideo nō eſt poſſibile,ꝙ caſus matrimonij verificetur,niſi ſecundum ius canonicum. Nec obſtat illa cōcluſio de ſpurijs legitimatis per ſubſequens matrimoniū, quoniam illa nō procedit quo ad verificationem,an ſint vere legitimi,ſed ſolum quo ad ea,quæ lex ciuilis non cōcedit turpiter natis,& aliqua nota indignis,ſed in hac quæſtio.agitur, an verificetur matrimonium ſolutum in caſu religionis, vel alterius mortis ciuilis,& hoc vbique locorū determinari nō
36 poteſt niſi ſecundum ius canonicum.Præterea,† illa concluſio damnatur communiter,vt dixit conſulēdo Dec.in conſi. 155.vbi in ſpecie reprobat illam diſtinctionem volens,quod qualiſcūque ſpurius legitimetur per ſubſequens matrimoniū & vbique ſuccedat in hæreditatibus ſuorū ſicut cæteri legitimi. idem tradit Nicolaus de Vbal.in trac.de ſucceſſio ab inteſtato.nu.62. verſi.cum de iure canonico.vbi dicit communiter ita teneri, reprobata diſtinctione Accur.ante dicta, & Lup.vbi ſupra. Bal. in cap. vt clericorum,extra de vita & honeſta. Io. Ban. in tract. de ſpon.& matr.in 4. declar.nu.12. vſque ad nu.18.in ſecunda concluſio. Abb in c.innotuit.num. 17.de elect. Gofr. in ſumma de filijs presby. Bal. in addit. ad Specu. in tit. de ſucceſſ. ab inteſta. Iaſ.in conſi.134.ſolennis. lib.2. per totum.Præpoſi. in cap. tanta.qui filij ſint legi. And. Tiraq. in tract. de Nobil.c.15. nu. 23.& cap.20. num. 172.& Pau. de Caſt. in cōſi.426. præſuppoſito, ꝙ iſte pater, colū.2. Sard.in tract.de naturali.libe.§ de legitimis per verum matrimonium.in fine.& §.ſubſeq.num.6.& Caſſad.in deciſio.1.de ſpon.& matrimo.tenet,omnes indifferenter legitimari;quia
37 † inter opera charitatis cōputatur ducere meretricē in vxorem,vel aliam quantumuis vtiliſſimam mulierē,& non ſolū per verum matrimonium legitimari,ſed etiam per putatiuū, voluit Caſſad.in dicta deciſio.1.vnde ex tot Doctoribus hoc firmantibus patet,hanc. opinionem eſſe cōem, quā etiā ſimpliciter ſequitur Ripa in d.l.ſi vnquam.nu.55.quæſtio.23.C. de reuocan. donatio. Cagn.in l. ſi qua illuſtris.C.ad Orficia. Et concluſio hæc procedit, niſi filij eſſent incerti,an ſcilicet eſſent ſuſcepti, & ꝓcreati ab eo, qui meretricem in uxorem duxiſſet, ſecundum Iaſ. in d.conſil.234 & Sard.& Nicola.de Vbal. in locis præalleg. tunc eis non ſuffragaretur ius matrimonij ſubſequuti,ſi contractum cum eorum patre non con-
38 ſtiterit.Quid autem,ſi † vterque coniunx in monaſterio profiteatur aliquam religionem, an erit locus ſtatuto de lucro dotis?Et Ancha conſuluit,ꝙ,ſi eodem tempore profitēatur, ſtatutum, quod loquitur, ſi vxor prædeceſſerit, non habebit locum,quia non dicitur præmori perſona, quæ ſimul & eodem tēpore moritur cum alio.l.cum hic ſtatus.§.ſi ambo.ff. de donation.inter virum.& ita dicit Anch.in d.conſi.273.& cōſi.438.& ſequitur Lup.in dicta rubr. §. ſeptuageſimoquarto,& allegat Præpoſi.in c.fi.eo.tit.de dō.inter virum & vxo. Iſte caſus in matrimonio non conſumato vltra iſtam difficultatem habet & aliam iam dictā,quod non ſufficit mors ciuilis, licet matrimonium diſſoluatur. in matrimonio autem conſumato concurrunt plura, ne maritus lucrum faciat, & & præter alias, quod matrimonium huiuſmodi non dicitur ſolutum,ideo cōditio ſtatuti non verificatur.& ſuperuenien-

te mor-

Source : BIU Cujas

te morte naturali mulieris,ſicut maritus ſi manſiſſet in ſeculo excluderetur ab hoc lucro,ſecundū dicta ſuperius,ita monaſterium veniēs ex eius perſona excludi debet, & maxime, quia hinc & inde par fauor militat: in pari cauſa potior eſt pars poſſidentis.cap.in pari,de reg.iur.in 6. & quoniam diximus, matrimonium ſolui poſt copulam carnalem non poſ-
39 ſe, quæro an † ſi ſponſa per verba de præſenti per vim a marito cognoſcatur, poſſit eo inuito religionem profiteri.quid
40 † etiam ſi poſtquam eſt ingreſſa,opprimatur a viro in monaſterio,an poterit eam inuitā a religione reuocare? Et vtrāque quæſtionem Ioan.Brun. in tract. de matrimonio, in 30. concluſione.in 5.declaratio.in primo caſu tenet,ne illa profiteatur,impediri poſſe,ſecus in ſecundo caſu, & ad vtrunque adducit rationes & iura de quibus ibi per eum.Archid. in c. 1.33.q.5.primum caſum decidit, prout per Brun.ſed Bart.Brixien.in quæſtione 80.aliquis.in quæſtione domin tenet contrarium,ſed ego reſideo cum opinione Brunel.in vtroque caſu,ſcilicet ꝙ deflorans extra monaſterium eam queat impedire ne profiteatur,ſecus ſi in monaſterio in ſui pęnam, non tamen negarem,quin per huiuſmodi copulam effecti eſſent vna caro,& quo ad vinculum matrimonium eſſet factum in
41 diſſolubile, quia † per quācunque copulam carnalē,ſeu vtcūque ſequutam efficiuntur coniuges vna caro.c.ſi Paulus.32. quæſt.6.& alijs per Brun.citatis vbi ſupra, an ſponſus,vel maritus poſſit vxorem inuitam comprimere,vel quando,vide latiſſime per Tiraq.in legib. connub.in glo.2.nu.23.

f LIBERIS f non extantibus. Iſta declarabuntur in textu ſequenti.

VERBA STATVTI.

STatuimus, ꝙ ſi qua mulier nupta in matrimonio ſuperueniente marito ſine liberis deceſſerit,ſiue dictum matrimonium fuerit primum, ſiue ſecundum, ſiue vlterius, ſi deceſſerit infra 4 annum,a die,quo cum viro cęperit habitare, proxime computandum,vir lucretur medietatem dotis & corredorum ipſius mulieris. Et ſi poſt annum deceſſerit vir lucretur duas partes de tribus partibus dotis, & corredorū ipſius.Et aliam medietatem in caſu in quo deceſſerit infra annum,& tertiam partem ex quo deceſſiſſet poſt annum maritus,& eius hæredes reſtituant,& reſtituere teneantur hęredibus ipſius mulieris ex teſtamento,vel ab inteſtato ſuccedentibus,vel alijs,quibus deberet de iure reſtitui. Expenſæ autē funeris,& ſepulturæ ante oīa de toto cumulo dotis,& corredorum deducantur.De parte vero dotis,& corredorum hæredib.mulieris reſtituenda poſſit dicta mulier teſtari,& diſponere,prout voluerit,ſi aliud iuris,vel ſtatutorum non obſtet impedimentū,dū tamen illi,qui dictæ mulieri ſuccedere debuiſſent ab inteſtato,ſi teſtm̄ feciſſet,habeant quartam partē dictæ dotis,videlicet partis dotis & corredorū reſtituendæ. Legata vero,& relicta facta pro anima ipſius mulieris pauperibus,& pijs locis,ſoluantur de parte, q̄ reſtituenda veniret, detracta primo dicta quarta parte debita a venientibus ab inteſtato.Sed ſi dicta legata fuerint facta de cōſenſu viri,vel ſaltem ipſo præſente,non ꝓtradicente, dicto caſu de quo toto cumulo detrahātur, dūmodo dicta quarta pars debita dictis venientib.ab inteſtato non diminuatur. Volumus.n. ꝙ in p̄iudicium dicti lucri deferēdi viro talis vxor teſtari,vel diſponere nequeat,niſi ipſius mariti conſenſus expreſſus,vel,vt dictum eſt,præſumptus accedat.Sed de bonis paraphernalib.& & de alijs quibuſcunq; bonis ipſius mulieris teſtari, & diſponere valeat,prout voluerit,ſi aliud iuris, vel ſtatutorum non obſtet impedimentum,dum tamen illi,qui eidē mulieri ſuccedere debuiſſent ab inteſtato, ſi teſtm̄ non feciſſet, habeant quartā partē dictorum bonorum ipſius mulieris.Et ſi aliquis, qui de iure,vel ex forma ſtatuti teneretur ad dotandū aliquā mulierē,ipſam dotē ſoluerit,& pactum adiecerit,de dote ſibi vel ſuis hæredibus reſtituenda,tale pactū non valeat ipſo iure,& pro nō facto habeatur.Sed ipſa dos, & actio dotis ad dictam mulierē pertineat,& ad hæredes dictæ mulieris.Si autē dos daretur ab eo,qui ad ipſam dotē nullatenus ſoluendā teneretur,ſi pactum adiecerit de dote ſibi reſtituenda, vel ſuis hæredib.tale pactū valeat.Et hoc in præiudicium mulieris,& eius hæredū,ſed in præiudicium lucri deferendi in marito ipſo iure non valeat,& pro non appoſito penitus habeatur.

GLOS. I.

In textu, Statuimus.

SVMMARIVM.

1 *Statutum hoc tanquam honeſtum valet.*
2 *An hoc ſtatutum ſit odioſum, vel fauorabile.*
3 *Idem in conſuetudine diſponente circa dotis lucrum.*
4 *Statutum & conſuetudo differunt tantum penes modum.*

1 STatutum hoc,†tanquā honeſtū dixit valere Frāc.Crem. in ſing.153.ſtatuto caueē.& Caſſan.in cōſuetudine Burg. in rub.4.in §.6.in princ.vbi allegat Bart.Iaſ.& alios,de quibus ibi per eum.Pariſ.in conſ.62.vol.3.nu.16. & quemadmodum valet pactum de dote lucranda,ſi vxor præmoriatur liberis non extantibus,ſecundum Imo.& Alex.in l.ſi ſocer. §. Lucius.ff.ſoluto matrimo.gloſ. & Bar.in l.1.de do.præleg.ita ſtatutum,vel conſuetudinem dotem lucrandi,nulli dubium eſt, valere. Nicol.Boer.in deciſio.244.& diffuſe proſequitur
2 Roland.a Valle de lucro dotis in q.1.Verum an†hoc ſtatutū ſit odioſum, vel fauorabile, late vel ſtricte interpretandum: dubitatio ſatis eſt probabilis.Nam plurimi dixerunt, tanquā iuris communis correctorū eſſe odioſum.Ang in conſ.158. viſo puncto.Andr. Barbat. conſilio 17. Deum. volu.3.Iaſ.in conſ.125.& in conſ.135.volumine primo,Lap.alleg.73. cum viſis.Cur.iun.in conſ.129.& Curtius ſenior in conſ.78. & alij fere omnes conſulentes ſic ſolent exordiri in hac materia, & plūribus hoc deducit Roland.vbi ſupra,in quæſtione ſecunda.Non pauci etiam ex aduerſo voluerunt eſſe fauorabile,& ob id extendendum,quatenus allicit homines ad matrimonium contrahendum,quod omni fauore eſt dignum.l.1.ff. ſoluto matrimo. hoc voluit Decius in conſ.353.col.2. & refert etiam Pariſ.in conſ.62.volu.4.& Bar.Caſſan.vbi ſupra,nume.10.& Bal.in conſi.495.quædam domina.nu.5.in volu.5. & Corn.in conſi.127.quamuis.volum.3. & plene Soc.iun.in conſ.8.nu.7.in ſecundo libro.Et hoc,quod dicimus de ſtatu-
3 to,idem † dicas de ſimili conſuetudine vigente, quod maritus lucretur dotem,vxore præmoriente ſine filiis,quia procedunt a pari ſtatutum & conſuetudo.l.Magiſtratus. ad municipal.l.ſemper.ff.de iure immuni.§.conſtat.inſtitutio. de iur.
4 natura. †nam ſtatutum & conſuetudo differunt tantum penes modum,& formam,non autem penes cauſam efficientē vel eius poteſtatem, vt inquit Baldus in l. conſuetudinis. C. quæ ſit longa conſuetudo.& Rui.conſ.99.volu.1. & Ioan. de Ami.in conſ.vndecimo,conſuetudo.columna ſecunda,cum multis ibi ad hoc citatis per eum. His adde, quod ſtatutū de lucro dotis vſu non receptum non attenditur. Rolan. pleniſſime in quæſ.99. Item ſtatutum de lucro non ligat ipſum principem, vt Rolandus in q.84. Item filias eius, in ciuitate illi ſubdita obſtringit ſtatutum illic conditum, vt per eundē in q.83. ſed bene ſtatutum principis habet locū in caſtris vaſallorum, & locis ſubditorum. Roland. in quæſt.85.

GLOS. II.

In textu ibi, Nupta.

SVMMARIVM.

1 *Statutum hoc non procedit in ſponſa.*
2 *Maritus, & ſponſus: uxor, & ſponſa: matrimonium & ſponſalia, inter differunt.*
3 *Appellatione nuptiarum non ueniunt ſponſalia, & nu.4.*
5 *Statutum aliud de lucro faciendo in caſu ſponſæ, declaratur.*
6 *Aetas non eſt ſignum determinatum ad matrimonium, ſed ſola potentia.*
7 *Sponſa puber ex eius traductione ad domum non efficitur vxor.*
8 *Verba ſponſalium dubia declarantur ex traductione importare matrimonium, & numero ſequenti.*
10 *Oſcula,amplexus, munera, abſque copula carnali non faciunt ſponſalia de futuro tranſire in matrimonium, imo nec nixus ad copulam.*
11 *Virginis defloratio, ſi non ſit ſubſequuta commixtio ſanguinis, non facit ſponſalia tranſire in matrimonium.*
12 *Sponſalia de præſenti cum impubere contracta, quę propter ætatis defectū iuris interpretatione intelliguntur eſſe de futuro, quando ſuperuenięte legitima ætate declarantur pro ſponſalibus de præſenti.*
13 *Damnatur dictum Pariſii, qui voluit matrimonio inter impuberes contracto per ſuperuenientem ętatem legitimam comprobato locum non eſſe ſtatuto de lucro dotis.*
14 *Quando uerba importent ſponſalia de futuro, vel de præſenti, & plures ponuntur caſus.15.16.17.18.20.21.22.23.24.25.26.*
19 *Dictio,niſi,ponit id,quod in alia parte orationis negatur.*
27 *Hoc ſtatutum procedit in matrimonio putatiuo,& præſumpto, vel in qualibet alia ſpecie matrimonij.*
28 *Eccleſia non iudicat de occultis.*
29 *An ſtatutum de lucro dotis loquens de nupta,procedat in cauſa nuptæ,quę a marito nec carnaliter cognita, nec ad domum traducta fuit, & numero 30.*
31 *Statutum,quod maritus non poſſit relinquere vxori, non habet locum in caſu,in quo uxor non fuit traducta ad domum.*

Statutum,

Source : BIU Cujas

32 *Statutum, quod filia nupta non ſuccedit in deſponſata tantum per verba de præſenti.*
33 *Statutum imponens pœnam filiæ contrahenti matrimonium abſque parentum conſenſu, non procedit aduerſus illam, quæ contraxit, ſed non conſumauit matrimonium.*
34 *L. aſſiduis. C. qui potio. non procedit in deſponſata tantum per verba de præſenti.*
35 *Pœna nubentis infra annum luctus non incurritur, ſi matrimonium fuit conſumatum.*
36 *Verbum nuptiæ, multifariam accipitur.*
37 *Verbum coniugium, vel matrimonium, capitur dupliciter.*
38 *Verbum maritus, & vxor, varie accipitur.*
39 *Ex communi vſu loquendi ſponſa appellatur, quæ nondum fuerit carnaliter cognita.*
40 *Ethymologia verbi vxoris, & mariti.*
41 *Reſpectu effectus matrimonij, ſcilicet traductionis ad virum, ſponſa de præſenti poteſt dici vere ſponſa.*
42 *Dictio in, ſignificat intrinſicitatem.*
43 *Ratio ſtatuti concedentis lucrum dotis eſt propter onera.*
44 *Matrimonium non conſumatum quo ad proprium ſignificatum non dicitur matrimonium.*
45 *Matrimonium ante carnis commixtionem dicitur imperfectum.*
46 *Conditio, ſi ſine liberis &c. præſupponit matrimonium carnaliter conſumatum.*
47 *Si carnalis copula interuenit, non requiritur traductio ad domum.*
48 *Limita, quando de proximo erat carnaliter cognoſcenda, de quo & nu. 52.*
49 *De proximo traducenda habetur pro tradu&ta.*
50 *Vxore moriente in itinere, dum vadit ad maritum, fit locus ſtatuto de lucro dotis.*
51 *Sublimita, quando iuiſſet cauſa viſitandi virum tantum, non habetur pro du&ta.*
53 *Secundo limitatur, quando per mulierem ſtetit, quominus fuerit carnaliter cognita.*
54 *Minor poteſt iuſte differre conſumationem matrimonij in ætatem habilẽ.*
55 *Tertio limitatur, quando maritus feciſſet multas expenſas.*
56 *Opinio contraria, quod imo ſtatutum de lucro dotis procedat in caſu, etiam quando matrimonium nondum fuit conſumatum, nec mulier du&ta, cõmuniter per Doctores probatur.*
57 *Conditio nuptiarum adimpletur per ſola ſponſalia de preſenti contra&ta.*
58 *Diſpoſitio l. 1. C. unde vir & vxor. habet locum in deſponſata per uerba de præſenti, & nu. 59. & 60.*
61 *Matrimonium inſtitutum in paradiſo terreſtri ante peccatum parentum.*
62 *Sponſa etiam dicitur, quæ fuit carnaliter cognita.*
63 *Nuptiæ durant per annum.*
64 *Ratio ſtatuti propter onera matrimonij fuit impulſiua, & non finalis.*
65 *Matrimonium poteſt contrahi propter ſeipſum, quia ſacramentum abſque contemplatione carnalis copulæ.*
66 *Cloſ in l. Centurio. reprobatur per omnes, quod imo conditio, ſi ſine liberis deceſſerit, verificatur etiam in ea, quæ liberos parere non potuit.*
67 *Amplia, quod ſi matrimonium momento durauit, nihilominus hoc dotis lucrum debetur.*
68 *Subſtitutio, ſi deceſſerit ſine liberis, euaneſcit, ſi moriatur habens filium, licet ſtatim ille moriatur.*
69 *Quod dicitur momentum, remiſſiue.*
70 *Limitatio prima ad communem concluſionem.*
71 *Quando maritus differt matrimonium conſumare, remedium eſt ad Papam recurrere, petendo licentiam alteri nubendi.*
72 *Limitatio ſecunda dictę concluſionis.*
73 *Limitatio tertia.*
74 *Copulata dicitur etiam mulier non carnaliter cognita.*
75 *Copulum matrimonij multipliciter intelligit Baldus.*
76 *Sublimitatio eiuſdem prædictæ concluſionis.*
77 *Statutum de coniugato intelligitur de copulato per carnalem copulam.*
78 *Statutum dans lucrum in caſu matrimonij conſumati procedit ubique matrimonio conſumato.*
79 *Quando dicatur matrimonium carnaliter conſumatum, & quo modo probetur, & nume. 80.*
81 *Per defl orationem uirginis immaturæ non conſumatur matrimonium.*
82 *Deflorans immaturam non punitur pęna capitis, quæ uenit ex ſtatuto imponenda ſtupranti uirginem.*
83 *Maritus non emittens ſemen, licet clauſtra pudoris reſerauerit, non dicitur matrimonium conſumaſſe.*
84 *Ad matrimonij conſumationem requiritur etiam ex parte mulieris emiſſio ſeminis, ſecundum aliquos.*
85 *Si uirgo a marito deflorata probatur, quo ad eccleſiam, matrimonium habetur pro conſumato, quia præſumit emiſſionem ſeminis contigiſſe.*
86 *Caſus occurſus in Francia de marito, qui uxorem impręgnauit per pollutionem circum clauſtra pudoris, quæ tempore partus fuit inciſa.*
87 *Per nuncium, uel procuratorem non poteſt matrimonium aliquis conſumare.*
88 *Mandans adulterium non tenetur de adulterio.*
89 *Cõſumatio matrimonij primo ꝓbatur ꝑ cũiugũ confeſſionẽ. & quibus deinceps modis probetur. et nu. 90. 91. 92. 93 95 96. 97 98. 99. & 100.*
94 *Peccatum eſt matrimonium conſumare ante benedictionem ſacerdotis, & miſſam coniugij.*
101 *Si ſtatutum dicat, quod vir lucretur dotem, ſi uxor du&ta pręmoriatur, habebitne locum in deſponſata per uerba de prœſenti.*
102 *Quid ſi dicat, quod ducens vxorem lucretur dotem, an requiratur traductio ad domum viri?*
103 *Idem in caſu, in quo ſtatutum loquitur de eo, qui uxorem duxiſſet, & matrimonium conſumaſſet*
104 *An genus reſtringatur per ſpeciem.*
105 *Statutum requirens traductionem ad domum niri, intelligitur etiam, quando maritus iuit ad commorandum cum uxore.*
106 *Minor an reſtituatur in integrum, ſi omiſit uxorem ad domum ſuam traducere, uel matrimonium conſumare ſtatuto hoc requirente, vt maritus dotem lucretur. & nu. 107. & 108.*
109 *Statutum dicens, quod muliere præmoriente in domo mariti, dotem uir lucretur, procedit etiam, ſi moriatur in domo aliena conductitia.*
110 *Statutum requirens traductionem ad domum, non procedit in nobilibus.*

1 IN ſponſa ergo hoc ſtatutum non procedit, nam ſponſa ſcilicet de futuro non dicitur nupta, ſed nubẽda. quod enim futurum eſt, non poteſt dici adhuc eſſe. l. quæ nondum. ff. de pignor. Nam in hac re duæ ſolent interuenire obligationes, vna eſt, quæ vocatur nexus matrimonij, & iſta eſt effectiua & realis iuris inductiua, qui ex ea reſultat ipſum matrimoniũ. Alia eſt obligatio perſonalis ad contrahendum, & in iſta conſiſtunt ſponſalia, ita tradit Bald. in conſilio 194. volumine tertio, & aliud ſponſalia non ſunt, niſi obligatio de futuris nuptijs contrahendis, vt dicit Archidiaconus in capitulo primo, de ſponſal. in 6. liquidem ſpondent mulier, & vir, vel alij nomine eorum, quod matrimonium contrahent, & forma antiqua ſtipulationum & ſponſionum pro matrimonio celebrãdo recenſetur ab Aulo Gellio c. 4. lib. 4. noct. Attic. & Brunel. in tractatu de ſponſal. & matrimo. in tertia concluſione, in princ. & de his loquitur totus titulus. ff. de ſponſ. & in Cod. & in Decretal. ext. & in 6. & ſponſalia ſunt præambulum matrimonij, & deſinunt eſſe matrimonio contracto, & nomẽ ſpõſi, ſponſæque euaneſcit de iure, eo ipſo quod matrimonium contrahitur, quandoquidem per adimplementum ſponſionis, & promiſſionis ipſo iure tollitur omnis obligatio. §. 1. inſtitu. quibus modis tollitur obliga. cum concordan. & plene tradunt Abb. Felyn. & alij in rubrica extra, de ſponſal. & matrimo. & Moderniores in tractatu de ſponſa. & matrimonio. Non igitur poteſt hoc ſtatutum loquens in nupta verificari in ſponſa vel ſponſo, qui nõ dicitur maritus. l. 1. §. 1 ff. pro dot. l. penultima. ff. quod fal. tuto. ita in terminis huius ſtatuti tenuit Signo. de Homo. in conſil. 143. in quæſtione, quæ. Bal. in dicto conſilio 194. incipiam. & in conſi. 184. ſi qua. & in conſilio 200. in cauſa iſta. lib. 3. & tenuit Caſt. Bald. Corn. Cyn. in l. non ſine. C. de bonis quæ libe. Bald. & Caſt. in l. vxores. ff. de his qui notan. infam. Bal. Nouel. in tract. dot. in 11. parte. in 3. memb. ſex. differ. Bartol. in trac. differ. int. ius can. & ciui columna ſexta, verſ. & no. ꝙ ſtatutum, vbi dicit ſic tenere Doct. allegando Pet. Cyn. Bal. in d. l. non ſine. & Pau. de Caſtr. in d. l. de diuiſione. nume. 15. verſiculo, ex quibus apparet. ſolu. matrimonio. & Decius in l. 1. num. 6. verſiculo, & regula quę ponitur. C. vnde vir & vxor. Bal. in d. l. ſi donaturus. §. 1. ff. de cõdic. ob cauſam. & ibi Iaſ. in fine, idem Bal. in d. l. pen. quod fal. tuto. & in l. ſi ante nuptias. ſoluto matrimonio. Pau. de Caſtro in l. ſi marito. §. 1. eod tit. Boer. in deciſion. 22. nu. 37. verſic. limita prædictum. Fely. in dicto capitulo, tertio loco, de præſumpt. & in dicta rubrica, de ſponſ. poſt Abb & alios ibi, Pet. Ancha. in d. c. 1. columna tertia, verſiculo. quarto no. de ſponſa. in ſexto. Lup. in rub. in §. 55. in quarta illatione, extra de dona. inter virum & vxorem. Pariſ. late in conſ. 62. numero 6.
2 volumine quarto, quia maritus & ſponſus, vxor & ſponſa, matrimonium & ſponſalia, inter ſe differunt (inquit ipſe) & quã plurima allegat in terminis huius quæſtionis. Idem firmãt in ſucceſſione delata a iure ex capite vnde vir & vxor, Glo. Bar. Bald. Alexand. Iaſ. Salyce. Rimin. & cæteri omnes in d. l. 1. C. vnde vir & vxor. ſi ergo illa ſucceſſio nõ defertur in caſu ſpõſalium, nec hoc dotis lucrum deferetur, quod forte ſtrictius,
3 quam illa ſucceſſio debet accipi. vnde ꝉ cum ſub appellatione nuptiarum non veniant ſponſalia. glo. in cle. 1. in verſic. contrahere. de conſanguin. & affinita. quam ſequitur Brunel. in d. tracta. deſponſa. & mat. in prima concluſione, in quarta declaratione. nu. 25. & appellatione vxoris non veniat ſponſa, vt dicit Aretinus in conſ. 107. elegantiſſime. columna penultima. nullo modo comprehendi poſſe ſponſam ſub hoc ſtatuto, indubitatum eſt. & iſtam reſolutionem quæſtionis noſtrę firmat pluribus Rolan. in quęſtione duodecima. Amplia hãc
4 concluſionem etiam procedete, † quando eſſet ad domum tradu&ta, & cœpiſſet ſponſus onera fuſtinere, vt dixit Bald. in d. l. penultima, quod fal. tuto. in l. vxores. ff. de his qui notãtur infamia.

Source : BIU Cujas

infamia.& Castr. videtur id velle in d l.de diuisione. numero decimoquarto,atque de lucro faciendo in casu sponsalium, quando. s.præmoritur sponsa, loquitur aliud statutum nostrum † sub rub.præcedenti. volens in effectu, quod si sponsa infra annum a die traductionis ad domum spõsi factæ de ea, moriatur in ætate pupillari, sponsus lucretur sextam partem dotis,& corredorum: post annum vero moriente in ætate pupillari sponsus lucretur quartam partem dotis,& corredorũ. Si autem moriatur extra ætatem pupillarem, infra annum a die traductionis, lucretur medietatem, post annum liberis non extantibus vir lucretur duas partes de tribus. Hoc statutum non caret difficultate, dum restringit se ad morientem in pupillari ætate. Quid si quæ traducta fuit impubes sponsa infra annum, vel post moriatur in pupillari ætate, carnaliter tamen cognita a sponso,in quo casu efficitur vxor, & desinit esse sponsa,secundum iuris dispositionem,vt in locis infra allegandis,quid debebitur in isto casu,an sexta,vel quarta pars dotis,an potius dimidium,vel duæ tertiæ partes, secundum formam huius statuti loquentis in casu vxoris præmoriẽtis? Quid econuerso,si quæ sponsa impubes, vel etiam pubes traducta fuit ad domum, & demum post pupillarem infra, uel post annum a die traductionis moritur,sed non effecta vxor, sed mere sponsa,an debebitur dimidium,vel duę partes de tribus dotis,quas mariti lucrari solent ex forma huius statuti, an vero id,quod de sponsa sponsus lucratur ex dicto statuto præcedenti? Quid dicemus? Et ego opinor,statutum in ea parte,in qua defert quartam,vel sextam partem dotis, nõ ita absolute ad ætatẽ se restringere, quin & aliud, quod videtur præsupponere, requirat quod scilicet sit sponsa, vt eius dispositio de sexta,& quarta lucranda procedat,ne in contrarias dispositiones circa idem incidamus,iuxta vulg. quemadmodũ incideremus intelligendo, quod etiam procederet in casu, in quo mulier non sponsa, sed effecta vxor moreretur infra dicta tempora,quandoquidem hæc loquens de vxore morien
12 te,plus lucrari velit.Nec obstat ibi, uerum maritus,seu sponsus,quia quod meminit de marito, statim corrigitur ibi, seu sponsus.cap.1.de sta. reg.in sexto.]In altera etiam parte statuti, dum moriente post pupillarem ætatem muliere infra, vel extra annum a die traductionis,vult esse lucrum de dimidia, vel duabus partibus dotis,præsupponitur,quod illa moriatur effecta vxor,& non vt sponsa, dum virum appellat, qui illas partes lucrari deber,& non sponsum,& dum meminit de cõditione liberorum,ex qua liberorum mentione præsupponitur,matrimonium inter eos contractum,ut ex infra allegandis in proxima quęstione. Si ergo infra dicta tempora moreretur sponsa,illa dimidia,vel duæ partes dotis non deberentur,sed id tantum,quod sponso defertur in præcedentis statuti parte.Cæterum quod possibile sit, aliquam in pupillari æta
6 te mori effectam vxorem,est iuris certi, † quoniam ætas non est signum determinatum ad matrimonium, sed sola potentia,& habitudo corporis absque legitima ætate,si de ea constare potest,sufficit,vt dicit post Gem. Fran.in capite primo. §.1.versiculo in glo.in verbo supplebat.de despon.impub.in sexto.& ætas in matrimonio non statuitur propter se simpliciter,sed respectu potentiæ,quæ si adsit,frustra enumerantur anni,vt dicit Brunel.in d tractatu de sponsa. & matri. in conclusione quarta, in fin.nam illa ætas duodecim annorum in fœmina,& quatuordecim in masculo,statuta est, quia vt plurimum in ea ætate pubescunt,& ad coeundum,seu generandum incipiunt habiles esse.Sed non propterea negatur, quin prius habiles ad matrimonium inueniri queant, & inter eos existentes habiles & potentes cõsistat matrimonium,vt tradunt omnes post glos.in cap.puberes.per illum textum,extra de despon.impube.Ancha.Franc.& alij,in c.1.§.1. eodem. in sexto.Abbas in c.de illis.& in c.continebatur.extra eodem titulo.Gemi.in cons.24.& Gram.loquens de puella decem annorum,in consilio 21.in ciuili.& Tiraq. in legib.connub.in l. 6.nume.37.refert, mulierem in nono anno peperisse.& de ętate ad matrimonium apta tractat a num.40.vsque ad numerũ 48. Potest ergo impubes,cum qua contractum sit matrimonium,seu sponsalia per verba de præsenti, si carnaliter cognoscatur, & comperiatur viri potens, sic effici vxor, & sic decedere vt vxor.& non vt sponsa in pupillari ętate.Vice ver
7 sa † si mulier, vel pubes,cum qua contracta sint sponsalia per verba de futuro,ad domum traducatur, & diu maneat,non idcirco effecta erit vxor ex illa traductione, nec illa sponsalia transisse in matrimonium iudicabuntur.ita opinione Ioã. Andr.damnata, communiter teneri dicit Aretin. in consilio 142.ex facto,columna sexta,versic.prima ergo conclusio. Castren.in d.l.de diuisione. Abb.in capitu fina.de spon. Cor. in cons.116.col.2.vol.3.Gemi. in d.cap.1.§.1.nume.11.de de sponsi.impub.& sic canonistas communiter tenere ait Baldus Nouel.in tracta.de dote,in 11.par.in 1.combin.Gozad. in cõ
8 silio secundo,in causa.numero tertio,& Brunel. vbi supra in 11.conclusione, numero quarto. Est verum † quod si verba sponsalium sunt dubia,an sint de futuro, vel de præsenti matrimonio,traductio ad domum facit,vt esse sponsalia de præ-
9 senti intelligantur,per Lup.in d.rub.§.57.vel quando † sponsalia de futuro fuerunt cum iuramento contracta,& subsequtur traductio ad domum cum celebritate,quæ in nuptijs celebrandis solet contingere,secundum Lup.vbi supra.Sola igi tur traductio ad domum sponsalia de futuro non facit transi
10 re in matrimonium,† sicuti nec amplexus,vel oscula,seu munera absque carnali copula vim habẽt hanc transferendi spõsalia in matrimonium,quinimo nec nixus ad copulã id operaretur,vt per Dec.in cons.368.in causa.numero primo. Cal. consi.secundo,de spon.Doctores in capitulo finali,de sponsi. & in capitulo,attestationes.de despon.impub.Areti.in consilio 142.ex facto.columna sexta,versic.prima ergo conclusio. Lud.Gozad.in consilio secundo,in causa.nume. tertio. Rui. in consilio 203.ad cognitionem.columna prima,versic.quarta est.volu.1.Deci.in consilio 605. viso. nu.5. & in cons.681. Corne.in d.consil.116.colum.2.volumine tertio. Et hæc cõclusio profecto procedit multo magis in sponsalibus de futuro contractis cum impubere, nam etiam legitima ætate superueniente per cohabitationem, oscula, amplexus & nixus ad copulam, sponsalia prædicta non transibunt in matrimonium,vt per Ruin.in dicto consilio 203. ad cognitionem. in princ.Henri.Bohic.in d.cap.attestationes.de desponsa.impu.
11 Quin etiam si † virginem spõsus defloraſſet,& commixtio seminis non fuisset subsequuta, sponsalia de futuro non transeunt in matrimonium. Abb.in cap.fina.numero tertio, de spon.Brunel.in d.tracta.de sponsi.& mat.in consilio 12. Card. in Clemen.1.de consang.& affini.13.quæstio.Lup. vbi supra. nu.56.quia sine sanguinis cõmixtione non dicitur subsequuta carnalis copula secundum præallegatos,& dicam infra.Si
12 †autem cum impubere,quæ traducta fuit ad domũ viri fuerint sponsalia de præsenti contracta,quæ propter ætatem,seu inhabilitatem resoluuntur in sponsalia de futuro, iuxta text. & ibi tradita per omnes in cap.1.§.1.de despon.impub. in sexto.poterit etiam tunc contingere,quod etiam moriens post pupillarem ætatem decedat vt sponsa de futuro, non autem vt vxor,nam quamuis hæc sponsalia in cohabitantibus, si superueniat legitima ætas, & aliquis eorum non contradicat, ex huiusmodi perseuerantia consensus declarentur pro sponsalibus de præsenti & inter eos matrimonium intelligatur esse,secundum Arch.Gemin.in d.cap.1.§.1. & ibi Ancha. in 3. no.& Philip.Franc.in colum.2.versi.in gl. in versicu. per aliũ modum.Paul.de Castr.in l.quod Seruius.ff.de condi.ob cau. & glos.in cap.literas.de despon.impube. volens quod, quando cohabitant,eo ipso, quod superueniente ætate non contradicunt,videantur matrimonium iam contractum in tempore inhabili ratificare.idem vult Hen.in d.capitulo,de illis. de despon.impube.dicens,quod si impubes tempore quo pubescit, vel incontinenti post non reclamauerit, sed tacuerit, sponsalia de præsenti confirmabuntur in matrimonium. ad quod facit tex.in d.l.minorem. ff. de ritu nup. ponderatus ad hoc per Doctores,vbi supra.Item quamuis ex alijs signis, ut per oscula,munera,amplexus,literas, visitationes, & similia, quæ interuenerint post ætatem legitimam, inferatur perseuerantia consensus in matrimonio iam contracto, vt exinde cẽ steatur per partes confirmatum,& ratificatum,secundũ Are. in consilio 142.& Gozad.in cons.2.Paris. in consilio 62.volumine quarto.Dec.Ruin.in præal.consil.Geminia.Anch.Philip.Franc.& alios in dicto capitulo primo.§.1.Bald. Nouel.in d.tracta.do.in par.11.in prima combin.Corn.in d.consi.116. decreueram.volumine tertio. Henr.in d. capi.attestationes. Afferentes rationem diuersitatis inter hæc sponsalia ex iuris interpretatione de futuro,sed de præsenti ex mete,& verbis, & alia sponsalia,quæ ex verbis,& mente sunt a futuro, ut ibi per eos,nihilominus poterit esse,quod interuenerit in dictis sponsalibus aliqua cõditio,vel quod aliqua protestatio facta fuerit, quod ex dictis signis, vel aliquo eorum non intendit matrimonium confirmare,seu ratificare,vnde fiet,quod præ dicta sponsalia non transibunt in matrimonium, vt tradunt Ludo.Gozad.in consilio 2.nu.29. & Areti. in dicto consilio 142.ex facto,colum.6. & sic interim moriẽs mulier decedet vt sponsa, & non vt vxor. Quod etiam continget, si seorsum sponsis cohabitantibus non apparuerit aduenient legitima ætate aliquod signum noui cõsensus & perseuerãtiæ in vtroque pro matrimonio,vt deducit Baldus in cons.194. incipiã. volumine tertio.& Hostiensis in dicta summa de despon.impuber.numero decimotertio,versic.quid si impubes. & numero nono, vers. quid ergo si desponat. & Capel. Tolosa. in decisione 160.item quidam minor. vbi determinauit, quod matrimonium cum secundo viro cõtractum, post duodecimum

Source : BIU Cujas

mum annũ mulieris teneret non obstante matrimonio prius contracto cum alio tempore, quo erat impubes. Vel si de matrimonio contracto in pupillari ætate impuberes non habuissent scientiam, vel illud non intellexissent, forte in infantili ætate contractum, vt per Philipp. Franc. Gemin. Archid. in dicto capitulo 1. §. 1. de desponsa impuber. in 6. & Brunel. in dicto tract. de matr. sexta concluſ. Cum ergo in vtroque casu, vel quãdo decedit in pupillari ætate, vel quãdo decedit post, possibile sit vtrunque contingere, quod scilicet decedat spon- 23
sa; item quod decedat vxor, erit aduertendum, an mortua sit sponsa an vero mortua sit vxor. Si vt sponsa, lucrum dotis deferetur vt de sponsa, prout in statuto præcedenti; vel nihil lucrabitur illo vel simili statuto non vrgente, quia de iure communi nihil debetur, prout dicimus superius. Si vero mulier moriatur vxor, huic statuto fiet locus. Mihique † non placet, circa dictum Paris. in consilio 62. num. 9. in volum. 4. dum tenet, quod sponsalia de præsenti inter impuberes, licet ætate superueniente trãseant in matrimonium ex signis importantibus voluntatis perseuerantiam, non tamen transeunt quo- 24
ad effectum lucrandi, si traducta, vel carnaliter cognita mulier non fuerit, allegando Bal. in cõsilijs præallegatis. non præsupposito, quod statutum huiusmodi habeat locum in sponsa per verba de præsenti, etiam quæ non fuerit carnaliter co- 25
gnita, vel traducta, idem dicendum est in ista, nec Bal. contradicit, neque Paris. ibi aliquam rationem differentiæ assignat.

14 Qua de causa, † multum expedit in ista materia perpendere etiam, an verba sponsalia importent matrimonium, an nõ, an fuerint de matrimonio contrahendo, an vero de præsenti cõtracto, quod profecto interdum penes multos est dubium, seu obscurum. Ideo scias quod si dictum fuerit, Placet te desponsare, & matrimonium cõtrahere cum M. & ille respondeat, Sic, non erit matrimonium per verba de præsenti. sed de futuro. secus si dixerit, Tu in vxorem accipio, & similia, vt per Ruin. in consilio 130. matrimonium, volum. 4. Ioan. Andr. & alios in capit. ex literis. el 2. de sponſ. & matrim. Idem
15 † si dictum fuerit mulieri, Tu marito tali es contenta? & illa consentiat, censetur matrimonio de præsenti cõsentire propter illud verbum, maritare, quod sponsæ non conuenit, ut
16 consuluit Felyn. in consilio 39. nume 11. Sed si † frater dixit alicui, Vis sororem meam in vxorem? & ille respondeat, Volo, si ipsa me vult, & illa præsens existens respondeat se uelle, quod fratri suo placebit, in hoc casu non esse contracta sponsalia de præsenti, tenet Bald. in consilio 165. casus. libro secundo. quia soror respõdit per verbum de futuro placebit. Aliud putat idem Baldus in consilio 78 & uidetur primo, li. 5. quod,
17 si † pater dicat, Filiam meam tibi promitto in uxorem, uel ut nuberet, & ille acceptauit eam, quę hęc sciens acceptauit munera, passaque est ab eo se amplexari, & osculari. nam putat, eam intelligi ratificare matrimonium, quasi noluerit patrem ab obligatione dandi se in vxorem liberare. Secus si promiserit illam nupturam, quasi pater non promiserit nisi sponsalia de futuro, quæ solum per illos actus censeantur a filia ratificata. Sed de hoc ego valde dubito, & relinquo cogitandum.
18 Verum † per hæc verba, Nõ habeo uxorem nisi te, inducitur matrimonium de præsenti, vt probat Ioan. Cro. in capit. 2. de constitut. in 6. Alexan. in consil. 152. nume. 3. & in consi. 153. nume. 3. in volum. 5. & ibi Apostillat. in consil. 156. nume. 21. eodem lib. 5. Barba. in consil. 6. num. 15. volum. 1. Et quidam
19 Doct. Mod. in consi. quodam. quia † dictio ista, nisi, habet vim ponendi, & censetur ponere, quod est negatum, in secũda sui parte. videlicet si nego alium habere vxorem, pono, quod te volo in uxorem, & hæc est doctrina Bart. in l. si cum. §. qui injuriarum. & ibi Ias. dicit communem. ff. si quis cau. Alexand. Curt. Iun. Dec. in l. 1. ff. de offic. eius, cui mand. Decius in consil. 532. Alexan. in cons. 77. volum. 1. Paris. consil. 96. volum. 1. Corn. consil. 3. volum 4. Alciat. li. 5. paradox. ca. 4. & in l. actione. vbi omnes. C. de transact. Item † illa uerba. Non dimittam
20 te, quandiu uixero, recepta, & acceptata a muliere, licet uideantur causa libidinis magis quam matrimonij prolata, tamen inducunt matrimonium. glos. in capitu. primo. 30. quęstio. quinta. & ita fuit indicatum in Rota in vna Colonien. coram Pisauren. in decisione Cresentij, in decisione 98. & in simili consuluit Andr. Barba. in dicto consilio 6. volu. primo.
21 quod matrimonium importent verba † mulieris dicentis erga uirum volentem cum ea iacere, & ancillas testes, Non habebit copiam meæ personæ, nisi quantum honoris est, & viri respondentis testibus, Creditis, quod ita fim fatuus, quod petam res non honestas a domina vestra, & erga dominam, Domina mi, nihil volo tibi facere. Et hæc interpretatio secũdum Barba ibi fit, ut illa copula carnalis subsequuta post dicta verba intelligatur interuenisse ex causa honesta potius, quam ex
22 inhonesta, scilicet ex fornicaria. vide Gozad. in consilio 77. ca. soluit in casu cuiusdam, qui, cum carnaliter cognouisset pluries mulierem, ab eo rogitas, vt sponsalia promitteret, respondit: Promittas tu mihi prius, & illa promittente tacuit, & derisit, & postea eam carnaliter cognouit iterum. Disputando de his verbis, & alijs, quæ mulier nõ intellexerat prius prolata, concludit ista verba, non inferre nec matrimonium, nec sponsalia de futuro, quia per iocum, & deludendo mulierem dicta, nec vult copulam carnalem trahi ad causam matrimonij honestam, quia prius consuetudinem fornicariam cum ea habebat. Item † non sufficit etiam, verba importare matrimonium, si ex præcedenti actu declarantur esse de futuro, vt consuluit Alexan. in consilio 153. visis. colum. 1. volum. 5. vbi cum pater promisisset filiam vni, & sic spõsalia de futuro præcederent, & alia die interrogasset filiam dicens ei. Ego dedi tibi in maritum hunc, & volo, quod tu habeas perpetuo viuere cum eo, vt decet vxorem cum marito, es contenta? & illa respondisset, quod sic: & similia uerba erga virum fuissent dicta, & responsa, concludit, importasse sponsalia de futuro, quia illa verba erant de præterito, & de præcrito non repetiebantur sponsalia nisi de futuro, ad quæ sic videbatur ille pa- 24
ter se retulisse per huiusmodi verba. Item nota, † quod verbum desponsare, potest sponsalia de futuro. & de præsenti importare, ut per Alexan. in consi. 151. repetitus. colum fin. vol. 5. Item aduerte, † quod verba, Volo accipere in uxorem, uel in maritum, prolata ad interrogationem tertii per masculũ, & fœminam possunt importare matrimonium & spõsalia de futuro, & ex circunstantiis declaratur, an sponsalia de præsenti, uel de futuro contracta intelligantur, ut plene per Corneũ in consilio nonagesimo primo. licet in hac, volumine 3. Item
26 † si statutum dicat, uirum dotem lucrari contracto matrimonio per instrumentum publicum, uel per verba de præsenti, vel saltem per anuli subarrhationem, uiro lucrum hoc non debebitur, si matrimonium clam contractũ fuerit, & aliquo ex prædictis modis non constet, vt plene deducit Parisius in consil. 34. statutum. volum. 3. Quoniam (ait) omnia requisita, & qualitates statuti oportet uerificari, ut eius dispositioni sit locus & præsertim quando conditionaliter videntur requiri, prout ipse intelligit in illo casu, resoluendo ablatiuum absolutum in conditionem, ibi scilicet, contracto matrimonio, iuxta l. a testatore. ff. de conditionibus & demonstrationibus, & tradita per Moder. in rubri. soluto matrimonio. Subiiciens, quod vbi de matrimonio non cõstat aliquo ex prædictis modis per statutum requisitis, non iudicatur matrimonium verum, sed putatiuum, & in casu matrimonij putatiui lucrũ dotis, quod solent statuta pro matrimonio contracto deferre, non debetur. l. prima. C. de condi. ob causam. & nos dicemus infra, & quoniam non habet locum in matrimonio imperfecto, & illicito. Felyn. in capi. iuratur. de proba. Aduerte, quod Parisius recte loquitur in casu suo statuti requirentis constare de matrimonio per aliquem ex dictis modis. Secus † in
27 terminis statuti simpliciter loquentis de matrimonio, vt uoluit Socin. in dicto consi. 223. dicens d. stat. de lucro comprehendere matrimonium verum, præsumptum, & quamlibet eius speciem. Nec obstat illud de d. l. 11. C. de condict. ob cau. quia intelligitur de matrimonio putatiuo, quod detectum est non valuisse, nec valere, & quod constat fuisse nullum, secus est de matrimonio putatiuo, quod adhuc non est detectum inualidum, sed putatur adhuc verum, licet de eo non constet per veras probationes, quia istud non differt a uero, & habet omnes effectus, quos habet verum matrimonium. Ita diffuse etiam in terminis huius statuti dicit Socin. Iun. in consil. 39. vol. 3. & præsertim, nu. 63. versic. sed vltra respondetur. cuius dicta mihi videntur huic quæstioni quadrare, quod, dũ stant homines in figura matrimonij, debeant censeri veri coniuges & verum matrimonium. & idem ius fortiri, quoniam
28 † ecclesiæ, quæ non iudicat de occultis, cap. tua nos, de simo. sufficit ista apparentia matrimonii, & in contrarium aliquid non detegatur. Et licet Socin. Iun. nume 65. aliud videatur in ista quæstione dicere, id tamen multipliciter in casu suo per modum respondendi ad contraria certe dicit, non vt a prædicta doctrina recedere intelligat. Atqui dubitatum extat
29 † an statutũ de lucro dotis loquens de nupta procedat in casu nuptæ, quæ a marito, nec carnaliter cognita, nec traducta fuit. Quãplurimi tenuerunt de carnaliter cognita, vel de traducta ad domum intelligi oportere, vt maritus dotem lucrari queat ex dispositione huiusmodi statuti. In † hac opinione
30 fuit Saly. in l. cum te. C. de do. prop. nup. Felyn. in rubr. de spon. in col. 3. in fi. & in c. tertio loco. col. 2. in fi. de præsu. vbi multa deducit. Abb. in consi. 1. facti contingentia. lib. 1. & Corneus in consilio 248. in præsenti. colum. 3. his tamen opinionibus refragantibus, volum. 3. Abb. in dicto capit. tertio loco. colum. fin. Dec. in consil. 65. circa propositum. colum. fin. Bald. in l. non sine C. de bonis, quæ liberis, & in authen. dos data. C. de donat. ante nup. Brun. in dicto tractatu, de sponſ. & matrim. con-

cluſi.1.nume.23.vbi diſputat hanc concluſionem,& dicit iſtã communem, & idem atteſtatur Sap. in apo. ad Abb. in dicta rubrica, de ſponſ.& Bal.conſuluit pro iſta in conſi. 200 in cauſa.volumine tertio.& Socinus.in l.cum fuerit.de conditionibus & demonſtrationibus.defendendo iſtam,negat verum eſſe,quod pro altera parte ſit communio,& Deci.in cõſi.577. in col.1.dicit pleroſque tenere, hoc ſtatutum non procedere in deſponſata per verba de præſenti, cum qua non fuerit matrimonium conſumatum.Anc.in c.1.col.2.verſic.quarto nota,q̃ dicit ſponſalia.de ſponſ.in 6.Saly.in l.minorem. ff.de ritu nup.& in l.Deo nobis.C.de epiſ.& cler. Soc.in d.l.cum fuerit. citat Ang.in l.1.C.de impo.lucr.deſcr.lib.x.qui ibi hoc non dicit,& citat Cum.in d.l.de diuiſione.& plenius.in l. ſi cum dotem.§.tranſgrediamur.ſol.matr.qui ab Areti.§.fuerat. nu. 24. ver.quæro de alia quæſti.de actio.allegatur partem affirmatiuam tenere,vbi tamen Aret. dicit ſibi videri iſtam de iure veriorem,licet alia opinio ſeruetur in practica.& tu dicas,q̃ pro iſta fuit etiam iudicatum,vt refert Caſſan. in conſu.Burg.in rubri.4.§.6.in 2.conſid. in fi.Et ſequitur Hipp. Mar. in ſing. 109. qui de proximo,dicẽs,iſtam eſſe communem.idem in l.1.nu. 21.de ſicar.Pet.de Vbald.in c.Raynutius. col.48.de teſt.Pariſ. in conſil.62.nu.19.volu.4.vbi iſtam opinionem dicit æquam, & magis communem eſſe, quamplures citando, & Bar.idem tenuit in conſ.26.col.7. in 4.lib.& quãplurima in cõfuſo,more ſuo allegat Tiraq.in legi. connub. in glo.2.nu.18.19.20. & 21. Roland.in q. 106.hanc rem ad partes diſputat, & tandem fœdere diſtinctionis ſe opiniones dicit concordare, affirmatiuã ſcilicet procedere,vel qnando de proximo mulier erat cognoſcenda, vel ducenda, vel quando per eam ſtetiſſet, vel quando vir multas expenſas feciſſet, quod tu no.pro diſtinctione, ſed pro limitatione velim cõſideres, vt infra dicam in iſta materia.Et pro iſta parte faciunt aliquæ ſimiles deciſiones, nam

31 que † ſtatutum, q̃ maritus non poſſit relinquere vxori &c. non habet locum in caſu,in quo vxor non fuit carnaliter cognita, vel traducta, vt conſuluit Dec.in conſ. 540. quæritur.

32 Item ſtatutum † quod filia nupta vel maritata non ſuccedat &c.non procedit in deſponſata tantum per verba de præſenti,ſecundum Anchara.in c.1. verſicu.quæro de iſta q.quæ mihi occurrit.conſ.85. de conſti.vbi requirit ad verificationem ſtatuti, q̃ ſit cum ea matrimonium coſumatum, & ſequitur eum Abb.in conſ.10.quatuor ſunt. in ſi. in ſecundo lib.Item

33 †ſtatutum imponens pœnã filiæ contrahenti matrimonium ſine patris vel matris cõſenſu,nõ procedit aduerſum illã, quæ contraxiſſet,ſed non conſumaſſet matrimonium.Ancha.cõ

34 ſil.19 pro ſolutione.Item † diſpoſitio l.aſſiduis.C.q̃ pot.in pigno. hab. non habet locum in deſponſata tantum per verba

35 de preſenti,ſecundum glo.ibi, & Doctor.pariter † nec pœna nubentis infra annum luctus imponitur nuptæ, quæ matrimonium non conſumaſſet.l.ſolent.§. quæ virum glo. Ange. & alii ibi.ff.de his qui no.infamia,& multa ex his & alia quoque refert Felyn. in locis præallegatis. His præterea rõnibus

36 nititur. Primo, quoniam cum multifariam † verbum nuptię accipiatur, quandoque. ſ. pro ipſa mera eſſentia matrimonij & coniugii, conſiſtente in ſolo conſenſu partium de præſenti præſtito, d.l. cum fuerit.l.nuptias.de regu.iur.cap.omnes. 27. q.2. & quandoq; pro matrimonio carnaliter conſumato. c.quod autem.c.quidam.c.genuit.ea.cauſa,& q.& ibi Archi. c.ex publico.de conuerſ.coniug.Et interdum pro ipſa feſtiuitate,& celebritate nuptiarum.c.noſtrates.c.fœminæ. 20.q.5. Bal.in l. ſancimus. C. de nupt.& ſic capitur in euangelio, vbi

45 dicitur,Nuptiæ factæ ſunt in Cana Galileæ.Vbi Chriſtus fecit

37 de aqua vinum. Item † cum verbum coniugium, vel matrimonium capiatur dupliciter,vno modo pro matrimonio cõſumato. d.c.ex publico.ca. debitum.de bigam. & alio pro matrimonio non conſumato,cõueniens eſt, vt verbum nuptiæ, vel verbum matrimonium accipiatur in caſu carnalis copulæ ſubſequutæ: quia ſumus in materia ſtrictæ, vt ſupra in prima glo.diximus: & pluribus modis exaggerat Soci. in dicta l. cum fuerit.ff.de condit.& demonſtra. & verbum plura ſignificans,debet intelligi in potentiori ſignificatu, & in pleniori ſenſu.l 1.ff.ſi ager vectigal.l.quæritur. ff.de ſtatu hom.hoc argumentum facit Abb. in dicto conſil. 1.& in d.c.tertio loco, & in d.cap. ex publico. decidendo hunc caſum per illum textum,quod intelligatur de vxore carnaliter cognita, idem dicit Fely.vbi ſupra,& Abb.in conſil. 79.videtur primo.colum.

38 1 vol.2.vbi conſiderat, quod † verbum maritus, & vxor, varie accipitur, quandoque intelliguntur illi duntaxat, qui matrimonium conſumauerunt, quandoq; illi, qui per verba de præſenti contraxerunt citra carnis copulam,quandoq; etiam ſponſi de futuro,primo modo accipitur ſtricte,ſecũdo large, tertio largiſſime ex quadam benignitate. Concludit idcirco intelligi ſecundũ ſtrictam de matrimonio cõſumato. Secundo,quia ex cõmuni vſu loquendi ſponſa de præſenti nõ amittit nomen ſponſæ,niſi poſt matrimoniũ cõſummatum dicit, Abb.in d.c.ex publi.& Dec.in d.conſi.540.quæritur,in col.2.

36 inferens,q̃ quia † vxor,& maritus, ſecundum cõem vſum loquendi intelliguntur matrimonio cõſumato, & ante appellantur ſponſus & ſponſa, & ſtatutum debet intelligi ſecũdum cõem vſum loquendi per multa,quę ibi allegat nõ verificabitur huiuſmodi ſtatutum in caſu matrimonij nõ conſumati, hoc argumentum etiam facit Abb.in d.conſi.1.facti,col.3.Et Pet.de Vbal.& Fely.vbi ſupra, & Brunel.vbi ſupra. Tertio ar-

40 guendo † ab etymologia vocabuli, quia antequam traducat, eſt quaſi ſine iugo,& ſine viro,vt dicebat Abb. in d.ca.tertio loco,col.fi.vel,vt dicebat Saly.in d.l.cum Titius.& in d.l.mulierem.& Brunel.Aret.Deci.& Fely.in locis præallegatis,quia vxor dicitur,ab vngo vngis,quia vngebatur,quando viro tradebatur,nõ põt dici vxor,antequam tradatur,vel etiam ſi dicatur ſecundum eos,ab vſu,quia in vſum viri tradatur,nõ cõueniet etymologia huic, quæ tãtum per verba de præſenti eſt nupta,hæc late deducit And.Barb.in conſ 26.vol.4.volens q̃ mulier ante copulam carnalem non dicatur vxor,ſed ſponſa.

41 Quarto, qa † quodammodo reſpectu effectus matrimonij.ſ. traditionis ad virum,ſponſa de præſenti poteſt vere dici ſponſa.i.promiſſa ad eum effectum,& dicit Abb. in d ca.tertio loco.& Fely.in d.rub.col.2.verſic. item aduerte diffinitionem. & Bru.vbi ſupra,ſed ſtatutum debet intelligi in ea, quæ nullo modo ſponſa,ideſt, promiſſa dici queat. Quinto ponderant.

42 Sal.Soc.Aret.Fel.& alij poſt eum illud verbum,matrimonio, † quod dictio,in,ſignificat intrinſicitatem.l.1.§.in flumine.& ibi Bar. ff.de flum.l.1.§.1.ff.de cloa.inferentes ad quæſtionem ſtatuti punientis inſultantem in domo aliquem,quod nõ cõprehendit inſultantem in porta, vel in porticu domus.Bal.in rub.ſolu.matri. & in l.Gallus.§.ille caſus.de liber.& poſthum. concludunt idcirco ſtatutũ ſentire per iſta verba,quod ſit du-

43 cta & cognita a uiro.Sexto,qa † ratio ſtatuti concedentis hoc dotis lucrũ,eſt propter onera matrimonij,& in aliquibus ſtatutis,vt in ſtatuto Ferrarię hoc inuenitur expreſſum.Sed hęc ratio ceſſat in caſu mulieris viro nondum traditæ, ergo in eo caſu ſtatutũ nõ debet procedere, arguẽdo a ceſſante ratione iuxta vulgaria,ita arguit Bald. in conſil.200.in cauſa iſta,& in cõſil.144.incipiam.vol.3.& Saly. Socin.Bru.Felyn.vbi ſupra, ſicut & fructus dotis,qui dantur pro oneribus matrimonij.l. pro oneribus.C. de iure dot.l.dotis fructus.ff.eo.non lucratur is,qui ea non ſuſtinet,vt not.in l.ſi ante nuptias ff.ſolut.matri. faciunt,in argumen.l.4.§ fin.cum l ſequen.ff.de adimen.lega. l.Pamphilo.§.fin.de leg.3 l.cum tale.§.falſam. ff.de conditio. & demonſt.l.Seio.de vino, & tri.leg.l.1.verſic.ſiue autem.de condic.ſi.cau.per quæ iura dici ſolet,quod ceſſante cauſa lu-

44 cri,ceſſat ipſum quoque lucrum. Septimo ſtringunt † quod matrimonium non conſummatum(aiunt) quo ad proprium ſignificatum,matrimonium non dici.glo.in dicto c.ex publico.c.cum initiat.vbi gl.27.quæſt. 2.in §.iuxta hæc. vnde teſte diuo Ambroſio ſecundum Theologos matrimonium inter Beatiſſimam,& immaculatam virginem Mariam,& ſanctum Ioſeph contractum, cum aliquis carnalis effectus, vel motus inter eos non fuerit, quo ad ſanctificationem fuit perfectum matrimonium,ſed non quo ad ſignificationem, vt refert Fel. in d.rubri.colum.3.verſic. & matrimonium de præſenti.& in d.c.tertio loco. Hoſtien.in ſum.de ſponſ. & matrim.num.32. appellat matrimonium ſignificatiue,quod eſt copula carnali conſummatum, ſed ante non niſi ſanctificatione.& Corn.in

45 conſil.248.colum.3.volum.2.† imperfectum dicebat eſſe ante carnis commixtionem, & Afflict.in conſtitut.Reg.prout refert Caſſ.vbi ſupra.§.6.nu.26. dicebat ante copulam carnalem eſſe habitu,ſed non actu, pro quo videtur illud Vlpiani in l.j §.hinc.ff.de iuſt.& iu.dum ibi dicit,matrimonium, eſſe maris & fœminæ coniugationẽ. ſtatutum ergo quod in materia ſtricta dẽt ſtrictiſſime intelligi ſecundũ vulg.loquens de matrimonio carnali copula conſumato Poſtremo Bal.in conſil.192.quod vir. vol. 1. & refert Iaſ.in l.ſi donaturus. §.j. in fi. de cond.ob cau.Ab.in d.conſ.j.Fely.Pet.de Vbal. & Sal.argumentantur de vxore carnaliter cognita hoc ſtatutum loqui,

46 †dum appoſuit illam conditionem,ſi ſine liberis &c.quoniã qui ponit priuationem,præſupponit habitum.l. decẽ,de ver. obl.in l.manumiſſiones.ff.de iuſt.& iu.vt dicitur inteſtatus ille decedere,qui potuit,& tamen non fecit teſtamentum,non autem ille,qui ſi voluiſſet, non potuiſſet teſtari, vt pupillus, iuxta doctrinam Bar.in l.i.ff.de ſuis & leg.ſed mulier,quæ non fuit carnaliter cognita,non poteſt filios relinquere, ergo decedens non poteſt dici decedere ſine liberis, & ſic ſtatutum non videtur de ea loqui, ſicut nec ſtatutum loquens de decedentibus ab inteſtato poteſt de pupillo & ſimili intelligi, iuxta præallegatam doctrinam. Ex his multi hanc opinionem tenuerunt tanquam veriorem, ſecundũ quos aduertendum

47 eſt, † q̃ ſi carnalis copula interuenit,non eſt neceſſaria tradu-

ctio

Source : BIU Cujas

ctio ad domum, vt locus sit statuto de lucro dotis. ita aduertit Soci.in d.consi. 223. vers. & ideo. lib. 2. & post eum Rub. Alexand.consil. 19.colum.2.& secundum eos sufficit alterutrum,vel carnalis copula, vel traductio ad domum. Et tenen-
48 do istam conclusionem,† limita eam non procedere in aliquibus casibus.Primo, quando de proximo erat cognoscenda, & copulanda, quoniam tunc haberi debet pro copulata, & cognita, per regulam,q̃ de proximo accingendus habetur pro accincto.l.penult.ff. de mili.testam.Ias.in l.admonendi.in prima lectu.nume. 53.de iureiuran. Felyn. in c. eam te.num. 1.num.16. de rescrip.& in c.cum adeo.nu.2.eod.titu.Abb.in c.ecclesiæ.extra,de immun. eccl.ita eam limitant in terminis statuti de lucro,Salyc.in d.l.cum te.Fely.in d.rub. & in d.c.tertio loco.Soci.in d. l. cum fuerit. ad fi. Abb.in d. consi.79.in 2. lib.Mars.in d.singul.106.qui de proximo.Brun.in d.tract.in 2. conclusio.ad fi.Dec.in cõs.477.viso.nu.5.& in d.cõs.540.quæritur.Cassa.vbi supra,nu.7. Ioan.Igne.in l.1.§.serui.ff.ad Silla. & Ias.in d.l.admonendi.nume.58.Mars. in consil.54. numero 10.Ias.in l. diuortio.§. interdum sol. matrimonio. Alexan. in consi.129.in 7.Hyp.Mars.in consi.59.nu.7. Lup.in rubr. de donatio.inter virum & vxor.§.55.colum. 4. ad fin. And. Tiraq. in leg.connub.in glos.num.13.versicu. & quod dicit. in simili quam plura congerens, qui quidem Doctor.sic concludunt esse locum huic statuto de lucro dotis, quando mulier erat
49 de proximo carnali copulæ subiicienda. Idem dicas † quo ad casum traductionis,quod quæ de proximo erat traducenda, habetur pro traducta ad effectum lucrandi dotem vigore huiusmodi statuti,vt consuluit Pau.de Cast.in consil.155.super
50 primo quæsito.colum.2.vers.sed certe.Quinetiam si † mulier, quæ de vna ciuitate ad aliam mittebatur,seu traducebatur ad virum,vt interdum contingit,moriatur in itinere,antequam matrimonium consumatur, nihilominus habebit̃ pro consumato,& mulier pro traducta ad effectum lucrandi dotem ex forma huius statuti,vt voluit Alexand.in cons. 129. super primo.nume.9.volu.7.& sequitur Decius in d. consil. 577. viso. nu.8.Geminia.& Philip.Franc.in c. in præsẽti.§.fi.de præben. vbi inferunt ad quæstionem clerici morientis, dum vadit & reuertitur ad curiam, quod dicatur mortuus in curia, & eius beneficium vacare in curia. Ad hoc facit dictum Alexan. in consilio 10. ex inspectione, numero 13. versiculo prẽterea. volumi. 3. quod si vxor mittatur ad visitandum consanguineos in vnam ciuitatem reuersura ad virum, & moriatur,iu-
dicatur perinde, ac si mortua fuisset penes maritum. l. quæsitum.in principio.& §.fina.l.si ita legatum.de legat. 3. l. debi-
51 tor. de pigno. & allegatis ibi per eum. Sublimita † præfatam conclusionem,quando mulier iuisset ad domum mariti non vt illi coniungeret̃, sed vt eum visitaret, quia forte erat infirmus,in hoc casu non censebitur,quod fuerit de proximo cognoscenda,& quod esse debeat locus statuto de lucro dotis', secundum Alex.in dicto consil. 119. & Dec. in dicto consil. 540.quæritur.numero.13. & facit illud præallega. consi. 100.
52 Alexandri.Nolo † tamen prætermittere,quod limitatio prædicta Salice. in l. cum te. tametsi ab omnibus fere probetur, mihi videtur dubitabilis, quia illa regula, quod de proximo accingendus &c.nõ videtur in odiosis procedere. Item quia hoc non est nisi per modum fictionis,qui in statuto non compræhenditur.l.3.§.hæc verba.ff.de negot.gest.cum vulg.ideo ab ea Saly. limitatione recessit Socin.qua dixerat alias tenuisse, vt in eius consi.8.viso.vol.3.Secũdo † limita,quãdo stetisset
53 per mulierem, quominus matrimonium cõsumatum fuerit, vt voluit Soc.in d.consi.8. viso.vol. 3. licet quo ad casum suũ ibi aliter cõcludat,ex aliis defendẽdo hæredes mulieris,quia in eo casu vir nunquam matrimonium voluerat consumare, & ducere in vxorem, sed cum videret eam ægrotantem ad mortem,cœpit eam requirere,ac protestari,per se non stare', quominus duceretur, & matrimonium consumaretur.Socin.eam excusat,& malitiam viri redarguit,quia tempore minime congruo huiusmodi requisitionem fecit,causa lucrandi dotem per illius mortem, & istam limitationem, quando vxor fuit in culpa,& in causa,ne matrimonium vir consumauerit, quod habeatur pro consumato, tenuit Bal. in consilio 110.consuetudo.lib.3.distinguendo, quando stetit per alterum eorum,vel per casum.Idem Bal.in l.si donaturus.§. 1 ad finem.ff.de condict.ob cau.Cassan.vbi supra, nume.41. Bald. in d.consi.200.in causa ista,vol.3.& in consi.63.quædam domina Riccabella.volu.5. & in l. non sine. C. de bonis quæ liberis. Bal. Noue.in tract.de dote,in parte 11.in differ.6.Ioan. Lup. vbi supra, versicu.quinimo quod plus est.Paris.in cons. 62.numero 28. vol. 4. vbi dicit, probationem requirit,quod
54 mulier recusauerit,& † quod minor potuit iuste copulam re-
55 cusare,differendo in ætatem habilem.Tertio † limitatur,quãdo maritus iam fecisset multas expensas, tunc dotem iuxta dispositionem statuti lucrari debet, vt per Socinum in dicta l.cum fuerit.in fine.Brun.vbi supra,Felyn.in dicto cap. tertio loco,versic.& retenta hac parte.colu.3.Thomas Parp.in l. 1. col. 9. versicu. de eo autem. ff. soluto matrimonio. Ioan. Lup. in dicto tracta. dot. in parte 5. prout refert & sequitur And. Tiraq.in l.si vnquam.in versi.donatione.nu. 184. versi. sed & quod, de reuoc.don. Abb. in cons. 79.videtur primo, volu.2.& Rube. Alexandrinus in consil.19. numero 4. Alex. in d.cons.119.Ias.in dic.consi.235.lib.2.Paris.in consil. 62. in 4. volu.& Bal. Nouel. in loco mox allegato. & Lupus vbi
9 penſum, quæ † cauit conditionem viduitatis de legato reiici, & mulieri remitti, quando mulier nuberet ad finem procreãdi filios, ſecus quando propter incontinentiam, vel ob aliam cauſam, vt vetulæ & aliæ mulieres ſteriles, vt tradit Iaſ. poſt alios in l. 2 C. de indic. vidui. tollen. videtur in hoc ſtatuto, ꝙ non habeat locum in huiuſmodi matrimonio, propter aliud, q̃ propter ſpem aliquã prolis. Rolan. in q. 103. pulchra. tenuit, lucrum dotis deberi in caſu matrimonij contracti cum ſexagenaria, vide eum ibi. & circa hanc quæſtionem de matrimonio contracto cum perſona impotente ſentiendum eſſe dicit Cur. in l. j nu. 11. & in auth. pterea, nu. 41. C. vnde vir & vxo. ſicut de illa quæſtione, an mulier ſterilis habeat dotis priuilegium, de qua per Bar. in d. l. 1. ſol. matri. in qua quidem Bar. & Doc. volunt etiam ſterili competere, vt ibi refert Iaſ. nu. 42.

10 At mihi non videtur Cur. recte arguere, † quia minus eſt ſterilitas, quam impotentia. nam ſterilitas etiam poteſt contingere, quamuis coniuges ſint habiles ad procreandum, licet actu non generent, vt legitur c. 2. lib. 1. Reg. ibi donec ſterilis peperit plurimos &c. Et ideo de vno caſu non recte infertur ad alium. quapropter vbi adeſt ſola ſterilitas abſque impotentia, eſt meo iudicio indubitatum, quin hoc dotis lucrum debeatur, ſicut Doctores dicunt, priuilegium dotis mulieri ſterili deberi, in d. l. 1. vbi inter alios Soc. conſiderauit ſterilitatem natiuam, & accidentalem, vt per Ioann. ibi, nu. 52 & iam
11 nos ſuppoſuimus ſupra. Secundo † quæro, an in matrimonio quod de iure non tenuit, forte cum conſanguinea, vel moniali contractum, hoc ſtatutum ſibi locum vendicet; Pone. n. ꝙ hæredes mulieris id deducant & probent aduerſus maritum lucrari voluerem dotem ex forma ſtatuti, nũquid eum excludent ab hoc lucro? & tene ſiue bona ſiue mala fide matrimo
12 nium fuerit inter eos cõtractum, hoc ſtatutum ceſſare. Si †. n. malafide contraxerint inceſtas, vel infarias nuptias, puniũtur, & publicatur dos, ac omnia lucra ceſſant. l. qui contra. C. de
13 inceſt. nup. & ibi no. per omnes. Siue † vero bona fide, tametſi exiſtens in ea excuſetur ab illis pœnis, non tamen inde fit, vt matrimonium ualeat, & ſtatutum hoc procedit ſolum in matrimonio de iure valido & legitimo, ar. l. 4 §. condemnatũ. ff. de re iud. cum concor. & dixit Corn. in conſ. 3. in præſenti. volu 3 non habet ergo locum in putatiuo, vt tenuit Hipp. Marſ.
14 in ſingu. 229. dum eſſem. vbi dicit, † ꝙ ſi mulier, quæ profeſſa fuit religionem, de monaſterio egreſſa, nupſit viro, qui illud ignorauit, & bona fide perſeuerauit in eo matrimonio vſque ad eius morrem. prætextu bonæ fidei, non poterit bona in dotem data ex diſpoſitione huiuſmodi ſtatuti ldcrari. & nõ paucos citat Marſ. ad hoc ibi, & idẽ etiam affirmat Bal. Nou. in d. trac. dot. in 11. par. in 6. different. & Salyc. in l. a diuo Pio. ff. de ri. nup. Ang. in d. §. adſcriptitio. in Auth. de nup. Bal. Saly. poſt gl. in l. 1. C. de cond. ob cau. da. Alex. Rom. & Pau. Caſt. in l. ſi cum dotem. §. fi. ſol ma Bal. in l. pe. §. fi. ff. quod fal. tut. & in c. iurauit. nu. 2. & ibi Fel. circa fi. extra, de probat Bar. in l. fi. ff. de cond. ſine cau. & Arno. in epito. 98. ſtante. & Cagn. in l. exigere. in col. 3. & ibi Man. ad fi. poſt Curti. ff. de iudic. Iaſ. in l. cunctos populos. in 1. lec. nu. 26. & in 2. lec. nu. 62. C. de ſum. Trin. Fel. in c. 1. col. pe. de ſponſ. Marſ. in l. fi. nu. 66. ff. de iuriſd. omn. iud. Io. Camp. in trac. de dote lucran. in q. 8. & And. Barb. in cõ
15 ſi. 71. ſapienter magnus. col. fi. vol. 2. vbi nitens probare, † ꝙ matrimonium raptoris non valuerit, infert, ꝙ dotem ex hoc ſtatuto maritus lucrari non debeat. Idem ꝙſulendo tenuit Bal. in d. conſ. 184. fi qua mulier. vol. 3. & in conſ. 149. incipiam. eo. vol. And. Barb. in conſi. 46. nu. 15. vol. 2. Pari. conſil. 24. nu. 12. vol. 3. & Soc. Iun in conſ. 39. nu. 28. vol. 3. Caſſan. vbi ſupra, &
16 Bertac. † idem putat in matrimonio tutoris cũ pupilla, quod eſt prohibitum de iure ciuili, vt per eum in reperto. in ver. ſtatuta de vltimis voluntatib. ver. 82. Contrarium tenet Rolan. in q. 101. quod ſi, quia de iure canonico hoc matrimonium valet, & ideo fit locus ſtatuto de lucro dotis, & meminit de Bert. Bru. Caſt. aliud dicentib. vt ibi per eũ. Et hæc concluſio probatur per tex. in l. 1. C. de cond. ob cau. vbi dicit, ꝙ quocũque modo matrimonium iuris authoritate impediente, non conſtante apparuerit, pecunia ob dotem accepta reſtituitur, & pactum de ea perinde, ac nõ eſſet appoſitum, haberi opor-
17 tet. item ex tex. in d. l. a diuo. † vbi matrimonium ſenatoris, q̃ putauit ſe ℈here cum ingenua, ſi contractum reperiatur cũ libertina, non valet, nec pacta eius conuenta. idem dicitur, q̃ quis comperitur ſe cum ſerua contraxiſſe, in §. ſi vero abinitio. in Auth. de nup. vbi Ang. dicit, † ꝙ quando matrimoniũ
18 non datur validum, ibi nec dos vlla dicitur, nec pactum de dote tenet,

Source : BIU Cujas

te tenet,nimirum eſt igitur,ſi ſtatutū de dote tenet,nimirum eſt igitur,ſi ſtatutum de dote lucranda non poteſt in putatiuo verificari.Nec obſtant,quæ plene deduci † ſolent de vi, & iure matrimonij putatiui,& dotis putatiuæ. De quib.per Bal. Nouel.in 11.par.per 20.conuenientias, quas conſiderat inter putatiuā, & veram dotem. & Io.Lup. in d.rub.§.36.nā aliud eſt,ꝙ matrimonio putatiuo, vel doti putatiuæ indulgeantur aliqua de competentib. vero matrimonio, quoniam illa ꝓp bonam fidem,tanquam effectus reſultantes ex bona fide,præſtantur;aliud eſt,quod ipſum putatiuum habeatur pro vero, & accipiatur illud ius,quod eſt diſpoſitum in caſu vero.Idcirco Bal.in d.c.iurauit.& Pau.de Caſt.in d.l.ſi cum dotem.§.fi. & in d.l.pe.& Sal.in d.l.j.C.de cōd.ob cau. dicit, ꝙ bona fides in caſu matrimonij putatiui ſatis operatur,dum efficit,vt pro eius onerib.vir lucretur dotis fructus, ſed non ipſam dotem, quaſi effectus bonæfidei ſit in contractibus, vt quis lucretur fructus rei iuſto titulo ſibi traditæ,ſed nō ipſam rem,ſola bona fides hoc non poteſt operari,vt de ſe eſt omnib.notū. Sic quoque ꝙ filij ſint legitimi,qui ex putatiuo oriuntur, eſt fructus & effectus reſultans ex bona fide.Soc.Iun. in d. conſ.39. nu.47.vol.3.c.1.c.tanta.& ibi no.extra,qui fil.ſint legit.& c.ex tenore.eo.titu.

Item ꝙ amittatur dos propter adulterium ēt in putatiuo, ſecundum gl.in c.plerunque.extra,de don.inter vir.& vxo.& in l.conſenſu.in ver.animum.C.de repudi. cōmuniter approbatā ſecundum Lup.in d.rub.§.36.eſt effectus bonæfidei. Sic etiam ꝙ competant eadem priuilegia, quæ pro vera dote indulgentur,prouenit ex eadem ratione bonæfidei,& ſic de ſingulis,de quibus effectib.nunc non agitur, vnde concluſioni noſtræ non refragantur.

20 Nec ꝛetiam vrget tex.in c.ſignificauit. & no. ibi per Ab.de don.inter vir.& vx. quia quatenus Ab.ibi no. contra concluſionem noſtram, de eius authoritate in hoc caſu non eſt curandum,cum pro nobis ſtet communis,vt patet ex præallegatis.& quatenus ille tex.adducitur contra nos, reſpondetur,ꝙ dum ibi ſummus Pontifex mandat mulieri celebrato diuortio dotem reſtitui, ac diuidi inter eos bona, duæ olim inter eos fuerant communia,non explicat quonam iure, vel cauſa mulieri fuiſſent communia, imo Papa ſe referendo ad illius querelam, narrat ex titulo contractus communiter illis obuenisse,non ergo dicit,ꝙ vigore alicuius conſuetudinis, vel ſtatuti,quod diſponeret,virum, vel vxorem lucrari partem bonorum alterius, propter matrimonium, mulieri deberentur illa bona ex cauſa matrimonij,quod fuerit declaratum nullū, ſed dicendo, ꝙ ex titulo contractus communirer fuerant acquiſita,negat ex cauſa alia,ſcilicet huiuſmodi conſuetudinis, vel ſtatuti fuiſſe illa debita & glo.ibi dicit, quod fuerant communi nomine acquiſita. quod & aduertit Bald. Nouel. ſupra in penultima conuenientia, vel ſecundo præſuppoſito, quod vigore alicuius conſuetudinis bona fuiſſent petita, non declaratur qualiter præcisè ſe haberet illa conſuetudo, nam potuit magis propter vitam communem, quam ipſum matrimonium diſponere, quod bona communiter acquirerentur, & intelligendo, ſecundum aliquos, quod loquatur in conſuetudine Hiſpaniæ,quod acquiſita conſtante matrimonio diuidantur, ſecundum Lup. in dicta rubr. §. 36. & §. 62. in principio. & in colum.11. verſicu. ampliabis iſta. illa conſuetudo magis propter communem vitam. & quādam ſocietatem id diſponit,quam propter ipſum matrimonium, vt ꝓbat idem Lup. §.72. colum.2. Sed in hoc noſtro caſu lucrum fit propter ipſum matrimonium.& non propter cohabitationem,& vitam communem (vt dixi) ideo ille textus nullo modo contra nos ſtringit.

Non obſtat vltimo tex. in dic. l.qui contra, verſiculo exceptis.dum aliqui inducebant a contrario ſenſu, quod ſi inceſtis nuptijs ſcienter contractis confiſcantur dos & lucra omnia nuptialia.ergo ignoranter illis reſeruantur, quoniam reſpondeo, illud argumentum procedere quod non confiſcantur, ſed non quod reſeruetur, ſeu per eos fieri debeat perinde,ac ſi matrimonium teneret,† quia argumentum a contrario ſenſu ſumitur ſtricte ad limites verborum negatiue eius, quod ſonat in ſenſu directo,vt per Dec.in conſi.386.Ruin.in conſi.225. in volum. primo. ideo ſenſus eſt, quod in eo caſu non perdantur, ſed vnusquiſque eorum ſua repetat, vt per Bald.Nouel. in dicto tractatu dotium. columna quinta.verſicu. item in alio reprobat opinionem Ioann. Limitatur iſta concluſio,quando ex parte mulieris dolus,& malitia probaretur,quia quamuis ſciret aliqua ratione matrimonium non valere, vt in caſu Marſ. de moniali profeſſa extra monaſteriū egreſſa,& nupta ignoranti nihilominus illud contrahere voluit,† tacens impedimentum viro, nam in hoc caſu maritus huiuſmodi vigore ſtatuti,cum illud non competat niſi in caſu veri matrimonij,& dotis, vt dixi, ſed ad intereſſe actione de dolo, quaſi dos illa non ſit propter eius dolum conuerſa in lucrum ſuum,quod certè feciſſet,ſi illud matrimonium de iure valuiſſet, ita determinat Bald. Nouel in dicta 11. par.in ſexta different.ad fi.& Ioann.Camp.in dicto tract de dote lucra. in quæſtione octaua. vbi etiam dicunt.quod habens bona nomine dotis ſibi data, poterit modo prædicto excipere aduerſus eius hæredes illa repetentes, idem Bald Nouell. vbi ſupra in tertio caſu primi membri. & in 12. membro, nume. 13.& hoc intelligunt ſiue ipſa mulier,ſiue pater eius,vel alius eam ſibi maritus ſciuiſſet impedimentum,& ꝓ dolum tacuiſſet,vt competat actio, vel exceptio tali marito pro dote putatiua,& poteſt hoc etiam vtile eē,ſi fiſcus bona mulieris occuparet, vel a viro repeteret, quoniam eodem iure ſe tuebitur maritus aduerſus fiſcum.

In iſta quæſtione de matrimonio putatiuo,idem poſt longam diſputationem tenet Rolandus in quæſtione 62. vbi in fine etiam limitat, vt ſtatim dixi, licet referat aliter de ea limitatione ſentire Pau. de Caſt. per eum allegatum. Pertractat quoque Bal. Nouel. in locis præallegatis quando excuſetur mulier, vel pater eius in hoc, vel vtraque pars ab inceſtis nuptijs, quod non eſt neceſſarium hic diſcutere. Item & illud, quando in vita vtriuſque declaretur, ideo me remitto ad dicta per eum ibi.

GLOS. IIII.

In tex. ibi, Superuiuente marito.

SVMMARIVM.

1 *Mulierem decedere eodem tempore,quo maritus moritur,non ſufficit,vt ſit locus huic ſtatuto de lucro dotis.*
2 *Ille,qui nititur prioritate mortis, tenetur eam probare.*
3 *Pactum de lucranda dote per mortem mulieris, an habeat locum, etiam ſi ſimul vir & vxor moriantur.& num.4.*
5 *Mulier an propter ſexus fragilitatem in caſu, vel ruina prior maſculo decedere præſumatur.*
6 *Mulier patitur maiora vulnera,quam vir.*
7 *Tranſmiſſibile eſt hoc dotis lucrum ad hæredes, quamuis vir illud non agnoucrit.*
8 *In his,quæ iure hæreditario non deferantur,nunquam agnitio requiritur.*
9 *Lucrum dotis extra hereditatem mulieris,vt æs alienum capitur.*
10 *Lucra dotalia filijs reſeruanda, tranſmittuntur ad hæredes abſque aliqua ipſorum agnitione.*
11 *Dos matris filijs per ſtatutum delata capitur iure particulari,& non hæreditario.*
12 *Legitimam filius non poteſt aſſequi extra ius hæreditarium repudiata hæreditate.*

1 NOn ergo † ſufficit,mulierem decedere eodem tempore, quo maritus moreretur,vel ſimul cum eo mori, vt locus ſit huic ſtatuto,de lucro dotis, ita perpendit Anch.in cō ſi.272. pro & contra. & in conſ.438. ego autem attenta.in fi. quem allegat,& ſequitur Lup.in dicta rubr.§.74. in fi. citans Præpoſitum late hoc tenentem in c. fi.extra,de don inter vi. & vxorem. Rolan. ſequitur in.q.60.nu.6.hæredes igitur mariti ſi ad hoc lucrum agant,non ſolum mulierem eſſe mortuā probare tenētur, ſed etiam quod ante virum mortua ſit, alioquin in cauſa ſuccumbant,ex regula iuris,actore non probāte &c.iuxta vulga.† nam ille,qui nititur prioritate mortis,debet eam probare,vt tradit Sal. in l. cum hic ſtatus.§. ſi ambo. ff.de dona.inter virum & vxorem.& poſt glo. not.Bart.Pau. de Caſt.& Soc.& Cuma.in l.quod de pariter.ff.de reb.dub.& Bal.in conſ.245.in volum.5.& Pau.de Caſt. poſt gloſ. & Bar. in l.qui duos.§.ſi maritus,& in l.inter virum.ff. de reb.dub.dicit,ꝙ quando requiritur alterum alteri ſuperuiuere,vt ſtipulatio,vel alia diſpoſitio locum habeat, nō ſufficit probare, ꝙ forte ſimul in eadem ruina,naufragio, incendiove ambo perierint, quoniam non conſtito quis emiſerit prius ſpiritum, non dī,alterum alteri ſuperuixiſſe,vt dicit Martianus in l. ſed & in illo.ff.de reb. dubijs. & tex.in l. ſi ij qui. ff. de donat. cau. mort. & probatur in d. l. quod de pariter. hoc etiam dicit in terminis huius ſtatuti Lup. in dicto §. 24. allegando Signor. & Præpoſitum in locis, de quibus ibi per eum. contra hanc concluſionem vrget dictum Bal.in l.pro hæreditarijs.nume. 3 5.verſicu.ſcias tamen.C.de hær.actio.† vbi dicit,quod pactū de lucrando dotem per mortem mulieris ſtantibus liberis habet,etiam ſi ſimul vir & vxor perirēt.& licet ſecundum iuris ſubtilitatem ordo morientium(ait ipſe)requiratur,tamen in dubio inſpicimus quod eſt fauorabilius,& fauoris priuilegium eſt prodeſſe in duobus caſibus. l. qui ex liberis.ff. de ſecun.tabu. hoc eſt quod filij habeant in vtroque caſu,ſcilicet præmoriente,vel ſimul moriente vxore cum viro, cui reſpondo, quod ſi ibi ſubtilitatem eſſe remittendam propter ipſum maritum,

Source : BIU Cujas

maritum, videtur remittenda ea ſubtilitas, ꝙ marito prædeceſſiſſe mulierem oporteat probare, vt huic lucro dotis ſit locus, quia valde exorbitans eſt, vt alias dixi.

Aliud quidem eſſet, quando ſtatutum non requireret mulierem prius mortuam eſſe, ſed diceret, ſi in matrimonio moreretur, & ſimilia, tunc ſufficeret probare vtrunque in eodē periculo obiiſſe, tunc enim eodem momento dicuntur ambo mori, ſeu alter alteri nō prædecedere, & ſic vterq; cōiunx moritur in matrimonio, & committitur ſtipulatio in eum caſum facta. & glo. in d.l. qui duos. §. ſi maritus. Signor. Hom. in conſi. 9. & in l. ſi inter. ff. de reb. dub. & ibi Bar. & Pau. de Caſt. no. per tex. in l. quod de pariter. ff. eo. ti. ſecundum communē intelligentiam, de qua ibi atteſtatur Soc. quæ vera eſt, licet eā appellet diuinatiuam: diuinatiua enim eſſe nequit, ſi ex reſpōſione, quæ congrua debet eſſe interrogationi. §. præterea. Inſtit. de verb. obl. l. vt reſponſum. & ibi no. C. de tranſact. conijcere licet, qualis fuerit caſus, nam ibi Iureconſultus pro diuerſitatis ratione reſpondit, ꝙ mater non ſuperuixit, quaſi inferens, ꝙ ſtipulatio eſſet concepta in caſum, in quo illa mulier ſuperſtite matre moreretur. tene igitur doctrinam hanc, ꝙ aut ſtatutum, vel ſtipulatio loquitur in caſu, in quo alter ſit alteri præmortuus, & tunc non ſufficit probare mulierem & virum in eodem diſcrimine periiſſe, ſeu nō apparere qs prius mortuus fuerit, ſed neceſſe docere alterum prius altero exhalaſſe animam, aut hoc non requirit, ſed loquitur de caſu alterius morientis in matrimonio, & tunc ſi in eadem ruina, incēdio, naufragio, & ſimili caſu ſimul obiiſſe probentur, erit locus ſtatuto, vel ſtipulationi. quamuis nō probetur, quis prius expirauerit, ita Bar. Cuma. Soc. & Caſt. poſt gl. ibi tenent in d. §. ſi maritus. & probatur in l. ſi poſſeſſor. & gl. ibi. ff. de relig. & ſump. fun. ſequitur Tiraq. in d. trac. de primog. in q. 17. in opi. 7. & 8. Idem tradit Rolan. in d. q 60. nu. 2. loquens de ſtatuto dicente, ſi deceſſerit vxor ſine filijs &c.

4 Sed ¶ ſi in eodem caſu non deceſſerit, ſed diuerſo loco, vel caſu, & non conſtet, qui prius obierit, lex nō habet pro ſimul mortuis, & eſt idcirco neceſſarium probare, qui primus mortuus fuerit, alioquin agens ſuccumbet. ita vult Bal. in cōſ. 145. vol. 5. Lup. & Socy. vbi ſupra l. ex facto. §. ſi quis autem. & ibi Doc. ff. ad Trebel. quoniam ſicut nulla eſt ratio præſumendi mulierem prædeceſſiſſe viro, vel econuerſo, ita nihil eſt etiā, vnde poſſit præſumi eodem momento periiſſe, vel haberi pro mortuis eodem tempore.

5 Hinc no. † ꝙ tametſi multi dixerint, mulierem propter fragilitatem ſexus præſumi prius mori, quam virum, quando in eundem caſum incidunt, vt per Franc. Crem. in ſingul. 52. ſtatuto. & Decium in l. fœmine. de regulis iuris. num. 55. Felyn. in c. capitulum. nu. 19. de reſcrip. glo. in d. §. ſi maritus. in d. l. ſi poſſeſſor. Rolan. in d. q. 60. nu. 3. & Bal. Signorol. Rom. Aegid. Bellam. Hippo. Marſ. Cardi. Alexandrinus. Guid. Papæ allegat Tiraq. in legi. connub. in l. 1. nu. 57. verſ. & ut legum. Tamen veritas eſt in contrarium, quod id minime præſumatur, vt tenuit Bar. in d. l. ſi inter. & in d. l. quod de pariter. & in dicto §. ſi maritus. & Soc. in d. l. ſi mulier. vbi dicit ita cōiter teneri. ff. de rebus dubijs. Andr. Tiraquel. in d. tracta ¦primogen. in q. 17. in opinio. 7. & 8. & Alci. in tract. de præſump. in prima regula, in præſumptio. 49. Aretinus in cōſilio quinquageſimo, in columna finali. & Signor. de Homod. hoc firmat in conſ. nono, quæſtio præſupponitur. vbi conſuluit in caſu ſtatuti lucrum dotis marito deferentis, vxore ante ipſum moriente ſine liberis, & ibi maritus & vxor perierāt in ruina cuiuſdā domus, & non apparebat quis eorum prius deceſſerat, & concludit, mariti hæredem lucrari dotem non debere, quia non probatur de prioritate mortis, nec illa pręſumitur, ſecundum eum, reprobando glo. contrariam, quæ tamen id non firmat, ſed p 10 modum multipliciter ſoluendi id dixit, & ſubdit Signorol. ꝙ dato, & non conceſſo, ꝙ præſumeretur mulier prædecedere viro; tamen quia ſecundum veritatē non conſtat prædeceſſiſſe, ſtatuto locus non debuit eſſe, quia præſumptiones non cadunt in ſtatutis. l. 1. §. deiecciſſe ff. de vi & vi armata. & nota. in l. prima, ff. de verbor. ſignificatio. & iſta concluſio negatiua, ꝙ mulier non præſumatur prædecedere maſculo, probāt per textum in l. cum pub. ff. de rebus dubijs. dum ibi præſumitur, matrem antequam filium decedere ex quadam benignitate, non quia debilior ſit fœmina, quam maſculus, ergo non ratione fragilioris ſexus præſumitur, mulierem præmori maſculo. Ita arguit Aretinus in conſilio quingeſimo. in columna finali, & benignitas eſt in hoc, quoniam ex uoto parentum eſt filium ſuperuiuere. l. nam etſi parentibus. ff. de inoffic. teſtamento. & ibi glo. allegans illud epitaphium.

Ordine turbato ſuccedis Bulgare nato.

Et eſt textus in l. ſi is qui. de donatio. cauſa mortis. dū vult Iureconſultus, reciprocam donationem inter virū & vxorē confirmari ambobus ſimul pereuntib. in eadem ruina, vel diſcrimine. Cum tamē ſi hæc præſumptio fieret, donatio viri facta in vxorem non confirmaretur, quia per mortem donatoriæ eſſet, vel cenſeretur reuocata. Nec dicatur, quod ille textus loquatur, quando conſtat, vtrunque in eodem puncto expiraſſe, quoniam hoc eſſet de caſu nunquam contingibili, & lex ſtatuitur pro caſu frequenter contingēte. l. nam ad ea. de legib. & ibi no. & in Authentica, vt ſine prohibitione matres de. & cred. tut. ger. §. 1. Et authoritates ex aduerſo citatę non omnes contradicunt concluſioni noſtræ, vt illa Signorol. & Hip. Marſ. in rubrica, de probationib. nu. 417. ver. ſed ego. vbi 6 dicit, † ꝙ mulier patitur maiora vulnera, quam vir, ſecūdum gloſſam in l. intereſt. de adul. Erit igitur opus probare de prioritate mortis in iſto caſu, huiuſmodi præſumptione ceſſante. Lup. vbi ſupra, §. 75. Bar. in l. ſi inter. Alexand. in conſilio 140. circa principium, in colum. 1. volum. 5. Curtius in l. admonēdi. Ioannes de Imo. in dicta l. ex facto. §. ſi quis autem. Non tamē nego, quin ex aliquibus alijs poſſit induci præſumptio, ꝙ mulier prædeceſſerit, vt dixit Socy. in dicta l. cum pubere. patrem ſuum conſuluiſſe, & Aretinus arguit in d. conſ. 50. colū. fi. & vult gl. in dicta l. ſi ij qui. Et ne putes hanc diſputationē in quæſtione ſtatuti noſtri nos ocioſe feciſſe, vtilitas eius reſolutionis eſt, quoniam ſi debebitur hoc lucrum dotis ex forma ſtatuti, quamuis maritus illud nō agnouerit, nec agnoſcere potuerit præuentus morte, ad ſuos hæredes nihilominus tranſmittet, quod quidem ſi tranſmiſſibile abſque agnitione non eſſet, ſuperuacua fuiſſet ſupradicta diſputatio, vt dicit Soc. in d. l. qui duos. §. ſi maritus. ff. de rebus dubiis. Quod 7 † itaque tranſmiſſibile ſit ad hæredes hoc dotis lucrum, etiā ꝙ maritus illud non agnouerit, tenuit Ale. in l. cum antiquiorib. ver. item ſentit iſta gl. C. de iu. deli. & ibi Caſt. ad fin. & Iaſ. nu. 6. ver. hinc infertur, ꝙ lucrum. Bar. in l. ſi arrogator. nu. 9. ver. ex hac ſolu. ff. de adopt. Soc poſt Bar. in d. l. qui duos. §. ſi maritus. Bal. in l. generaliter. §. in his. C. de ſecun. nup. Alex. in conſi. 150. viſo themate, in 2. vol. vbi damnat Ang. contrariū conſulentem in conſi. 81. domina Maria de Baſtiariis. quam etiam reprehendit Iaſ. in d. l. ſi arrogator. nu. 18. & Soc. in d. §. ſi maritus. & Ale. in l. ſi vir. ff. ad leg. Falc. vbi tenet hanc concluſionem, & poſt eum Hercu. ibi. Alb. Brun. in trac. de ſtat. exclu. fœmin. ſtan. maſcu. in 11. art. q. 9. Fran. Cremen. in ſing. 93. ſtatuto cauetur. Hippo. in ſing. 39. plurib. comprobat Rolan. in trac. de lucro dotis. in q. 47. & in q. 90. Et hæc concluſio 8 probatur ex his, † quoniam in his, quæ iure hæreditario non deferuntur, nunquam agnitio, vt ad hæredes tranſmittantur, requiritur, iuxta tradita in d. l. cum antiquioribus. vbi volunt Doctores, agnitionem fore neceſſariam dūtaxat in delatis iure hæreditario vniuerſali, ſecus in his, quæ aliquo iure particulari deferuntur, vt legitima, ſecundum Saly. Bal. Caſt. Alex. & cæteros ibi. Et Alex. in d. conſ. 150 viſo themate. col. fi. Bar. in 9 conſi. 157. ſuper his. col. 1. gl. in l. j. §. an bona. ff. de iure fiſ. † Sed hoc dotis lucrum defertur iure particulari tanquam æs alienum, & non iure hæreditario, quia extra hæreditatem & bona mulieris eſſe dicitur, ſecundum Bal. in l. pro hæreditariis. nu. 8. C. de hæred. act. & Dec. in conſ. 19. col. fin. probatur per tex. optimum in d. l. ſi vir. quem ibi ad hoc ponderant Alex. Vinc. Herc. poſt gl. & Pau. de Caſt. ad leg. Falc. Iaſ. in d. l ſi arrogator. & tenuit Rota, vt in deci. Ach. de Graſ. deci. 120. lucrū. & patet ex ſe, quia ſtatutum illud non defert ſub nomine hæreditatis mulieris, & titulo vniuerſali, ſed titulo particulari dotis, & pro parte tantum. Secundo, quoniam hoc lucrum dotis ex cauſa contractus dotalis, & matrimonij fit ſtatuto id diſponente; Sed quæ ex contractu debentur, aliqua agnitione haud. egent. §. ex conditionali. Inſti. de ver. ob. l. cū hæredes. ff de acqu. poſſ. & tit. C. de act. ab hære. & contra hære. 10 Tertio, arguendo a ſimili, quoniam † lucra dotalia reſeruanda filiis ex eodem matrimonio, tranſmittuntur ad hæredes abſq; aliqua ipſorum agnitione, vt dicit Bal. in d. l. generaliter. §. in his autē. Item obſeruatur in eo, ꝙ filiis ex diſpoſitione. l. hac edictali. C. de ſecun. nup. vt tradit Soc. in conſ. 35. viſa. nu. 12. col. 3. vol. 4. Caſt. in conſi. 365. præſuppoſito ꝙ præfatum decretum, col. 2. Idem in eo, quod ratione falcidiæ venit retinēdum. l. quanquam. C. de le. falci. Iaſ. in d. l. ſi arrogator. nu. 16. & ſimilib. ſecundum Saly. in auth. bona damnatorum. C. de bo. proſcri. & alios in locis præalle. Nec obſtant, quæ conſulēdo dicit Ang. in d. conſi. 81. domina Maria. quoniam illud totum conſilium & ſeq. ſubſcript. fundantur in hoc vno fundamento, ꝙ dotem ſtatutum filiis defert iure hæreditario, ideo eorum agnitio in tranſmittendo requireretur, ſed hoc ceſſat in lucro dotis, vt ex prædictis patet. Illud præterea fundamen 11 tum negatur per Pau. de Caſt. conſulendo contrarium, † ꝙ imo illa dos nō deferatur ibi aliquo iure hæreditario, ſed quodam iure particulari, vt per eum in conſi. 129. ſtatuta Piſana, quod & mihi certe videtur eſſe verius; nam præſuppoſito ꝙ dos iure hæreditario omnino filiis debeatur in eo ſtatuto,

ne in

Source : BIU Cujas

ne in matris poteſtate ſit illud ſtatutum deludere, aliter de dote diſponẽdo in eorũ præiudicium, aut mulier decedat cũ duob teſtamẽtis,& duob.patrimonijs,ſeu hæreditatib.neceſſe eſt, qđ non reperitur conceſſum, niſi militibus fauore ſpeciali.l poſthumus.§.fin.ff.de iniu.irri.teſta.&ibi Bart.Bal.Pau. de Caſt. Bar.in l.quærebatur.ff.de mili.teſt.l.miles ita hæredẽ. §.& quia diximus.eo.tit Aut reliqua bona eiſdem filius coga tur relinquere,dicendum eſt,quod eſt abſurdum.Et rationes Angeli ſatis leues ſunt, & prima, quod dos ſit patrimonium muliẽris, vel ius vniuerſale, ſecundum nota. in rubrica ſolu. matrimonio. & ꝙ ratio contingat vltra dotem quicquam aliud in bonis mulierem habere,non concludit,quia ſatis eſt, ꝙ alia bona habere poſſit,licet in actu non habeat.Vel eſto,ꝙ non habeat, non ideo ei negatur hæredem habere.l. hæreditas.ff.de pet.hæred.l.libertus,qui nõ ſoluendo. ff. de bonis lib. l.3.& ibi no. ff. ad l. Falcid. falſum præterea eſt,dotem eſſe ius vniuerſale, vt diximus ſupra in rubrica, & in vna bonorum ſpecie cõſiderare ius vniuerſale alicuius, impoſſibile eſt.Nec ius ceſſat,quia raro caſus contingat,arg.l.ſi pater.ff.de ſolutio nib.l.antiq.ff.de petitio.hæred. cum concordan. Altera quo-
12 que ratio a ſimili non ſtringit,dum arguit,† quod ſicut legitimam,quam in teſtamento pater reliquiſſet, non poteſt filius extra ius hæreditarium habere,repudiata reliqua hæreditate, Bart.in l.quia poterat verſ.quæro an ille.ff.ad Trebellia.quod ibi Ale. dicit verum, & communiter probari Pau. de Caſt.in rubrica,de acquirenda hæred.Ruin.in conſ.52.nu.13.vol.3. Item ſicut legatum certæ rei factum iure inſtitutionis capi non poteſt,cęteris bonis repudiatis,quæ mortuo hærede accreuiſſent.l.1.§.ſi ex fundo.l.ex facto.ff. de hæredib.inſtituen. ita quoque dotem in caſu dicti ſtatuti capere nequeant filii, niſi agnita matris hæreditate,in qua dos continetur.Nam datur ratio diuerſitatis inter hũc & illos caſus,quoniam in hoc caſu dos eſt debita ex diſpoſitione ſtatuti,extra,vel etiam cõtra teſtamentum matris, & per condictionem ex ſtatuto peti poteſt, & ſic non requiritur, quod agnoſcant vel acceptent hæreditatem matris ad illam dotem conſequendam,cum abſque actione ex teſtamento conſequi eam poſſint.Legitima vero in teſtamento relicta: Item legatum prædictum nulla actione debentur,niſi ex teſtamento,ideo nimirum eſt,ſi neceſſaria eſt agnitio hæreditatis,vt debeantur, & cũ iure hæreditario deferantur,ea quis habere nequit,niſi totum illud,qđ ex eo iure vniuerſali prouenit,acceptauerit.l. prima.ff.de acquirenda hæreditate.

GLOS. V.

In tex. ibi, Sine liberis.

SVMMARIVM.

1 *Statuto lucrum dotis marito deferente,ſi vxor ſine liberis præmoriatur, an ijs exiſtentibus locum habeat.*
2 *Satutum huiuſmodi de quibus liberis intelligatur.*
3 *Filiorum alterius tori exiſtentia, vt matrimonij impeditiua,eſt odioſa.*
4 *Aliud eſt dicere,talis quondam, & dicere talis,ſimpliciter.*
5 *Verbum importans qualitatem per modum demonſtrandi perſonam expreſſam,diſpoſitionem non reſtringit.*
6 *Negatiua plura negat,quam affirmatiua.*
7 *Liberorum conditio an vno tantum ſuperſtite defeciſſe intelligatur.*
8 *Natus exciſo matris vtero,an deficere faciat conditionem huius ſtatuti.*
9 *Conceptus in his, quæ ſibi ſunt fauorabilia pro iam nato habetur.*
10 *Mulier ſine liberis deceſſiſſe non dicitur filio apud hoſtes captiuo mortis tempore.*
11 *Filius media corporis parte extra vterum moriens, an pro nato habeatur, vt faciat huius ſtatuti conditionem deficere, & an rumpat teſtamentum.*
12 *Interpretatio l.quod dicitur.de libe.& poſthum.*
13 *Partus immaturus an faciat conditionem ſtatuti deficere.*
14 *Filiorum conditio nec in abortiuo,nec in monſtro nato verificatur.*
15 *Filius tempeſtiue quidem poſt matris mortem natus, nec abortiuus, illico tamen decedens,an faciat conditionem ſtatuti deficere.*
16 *Filio momento ante matrem prædecedente conditionem huius ſtatuti verificari non inconuenit.*
17 *Filius matri ſuperſtes non agnoſcẽs,vel repudians hæreditatem,aut alio modo de iure ad capiendum incapax, an in hoc caſu patrem a lucro dotis excludat.*
18 *Incapax pro mortuo habetur,ſitque locus poſt eum venienti.*
19 *Capax cui alij a lege præferuntur, ijſdem per extranei inſtitutionem excluſis,an teſtamentum querelare poſſit.*
20 *Statutum excludens feminas propter agnatos a ſucceſſione ab inteſtato an tollat illis ius veniendi contra teſtamentum.*
21 *Lege vel ſtatuto quid alicui in defectum alterius perſonæ deferenti ſola eiuſdem perſonæ in conditione poſitæ exiſtentia idem excluditur, etiamſi alius vccidere nequeat.*
22 *Conditionis tacitæ tanta vis non eſt ſicut expreſſæ.*
23 *Mulier in monaſterio decedens an dicatur & cenſeatur ſine liberis deceſſiſſe.*
24 *Moriens ante profeſſionem an ſit,vel habeatur pro religioſa perſona.*
25 *Probationis annus in religioſo, & tempus deliberandi in hærede eandem recipiunt interpretationem.*
26 *Liberorum nomen in hoc ſtatuto ſicut in iure omnes deſcendentes complectitur.*
27 *Nepotes an appellatione filiorum ſicut & liberorum in hoc ſtatuto comprehendantur,*
28 *Statuto dicente,ſine liberis amborum,an comprehendantur nepotes.*
29 *Statuto dicente,ſine filijs ex eis,vel ex proprio corpore,vel ex eodem matrimonio,an comprehendantur nepotes tam ex filijs quam ex filiabus, & ſeq. tribus nume.*
30 *Dictio ex,quid importet,& num.31.*
32 *Maritus exiſtentia liberorum alterius matrimonij non excluditur a lucro huius ſtatuti,modo non plus conſequatur,quam vnus ex illis.*
33 *Legis,hac edictali, diſpoſitio, an hoc ſtatuto tollatur. & nume.36. diffuſiſſime.*
34 *Argumentum de pacto ad ſtatutum negatiue non procedit.*
35 *Lagitima debita filijs in bonis matris an poſſit tolli per hoc ſtatutum de lucro dotis.*
37 *Statutum de gabella ſoluenda de hereditate, non procedit in delata filijs a parentibus.*
38 *Reſolutio diffuſioris diſputationis de abrogatione.l. hac edictali,per hoc ſtatutum de lucro dotis.*
39 *Statutum de lucro dotis quibus caſibus derogare cenſeatur ad l.hac edictali,& quibus non,uſque ad ſi.*
40 *Statuto de lucro dotis,caſu quo deroget d l hac edictali. filiis forenſibus & non ſubditis ſtatuentibus non preiudicatur.*
41 *Statutum a Baronibus & caſtrorum dominis merum & mixtum imperium non habentib.iuri communi derogare non poteſt.*
42 *Statutum de lucro dotis nullam faciens mentionem filiorum prioris viri nõ cenſetur derogare d.l.hac edictali.& eſt primus caſus eorum,in quibus d.ſtatutum non derogat d l. vſque ad ſi.*
43 *Generalitas admittit interpretationem,ne iuri communi deroget.*
34 *Dotis lucrum ex hoc ſtatuto marito ſolui debet ante, quam filii prioris uiri legitimam de bonis matris deducant.*
45 *Filii prioris viri agnita matris hæreditate, an gaudeant emolumento d. l. hac edictali.*
46 *Filii,de quorum conſenſu mater ad ſecundas conuolat nuptias, beneficio d. l.hac edictali.non vtuntur. Idem ſi defuncti mariti conſenſu conuolarit.*
47 *Caueri quibus modis poſſit marito,ut plus conſequatur, quam unus de filiis prioris uiri vxoris ſuæ.*
48 *Filiis erga matrem ingratis denegatur beneficium d.l.hac edictali.*
49 *Incapacibus bonorum filiis idem beneficium non conceditur.*
50 *Corporibus iuſto pretio in dotem datis,poterit maritus filijs ex d.l.hac edictali.agentibus portionem in pecunia dare.*
51 *Condictio ex d.l.hac edictali.competit aduerſus eum tantum,qui ex accepta dote locupletior factus eſt.*

1 SVperſtitibus† liberis igitur præmoriente vxore hæc lucri conditio deficiet,& per conſequens maritus defectu conditionis lucrum dotis facere non poterit,ita reſpondit Pau.de Caſt.in conſi.356.ſupraſcriptus dominus conſultor. in 1.col. vbi etiam negat filios ſuperſtites ad lucrũ dotis prædictæ vocari, de quo nos dicemus ſuo loco,ꝙ liberi ſuperſtites faciant deficere conditionem lucri, & ſic etiam ceſſare vocationem mariti ad illud,voluit idem Caſt.in conſ.345.viſo caſu,& allegationib.in prin.& Rui in conſ.63.quamuis.nu.2.vol.4.Sign. in conſi69.& Ray.inter conſilia Signor.in conſi.68.nu.3.& in conſ.263.nu.28.& Rot.nemine diſcrepante habuit pro indubitato,determinans in cauſa quadam Rauenna. contra maritum de anno 1549. die 15. Ianua. vt in deciſ.Achil.de Graſ. 118.dotis lucrum.& moti ſunt illi domini, quoniam hoc dotis lucrum videtur a ſtatuto deferri, vt homines contrahant matrimonium,& ſic præmio quodam ad illud inuitentur,ſatis iure ſuccurſum reputantes in caſu, in quo filij non exiſterent,quibus extantibus ſatis lucratus erat maritus ſuſcipiendo prolem.arg.l.liberorum.de ver.ſig.& reſpondebant illi rationi Deci.in conſi.19.& Curt.ſenioris in conſi.78. ꝙ quãdo habet filios,videtur magis vir releuandus, quia magis grauatus,quam quidem rationem adducit Ruin.in conſi.8.num.1. vol.2.ꝙ illa ratio in caſu Decij poterat forte procedere, quoniam ſtatutum in vtroque caſu loquebatur,ſ.in caſu exiſtentium filiorum,volens virum lucrari,ideo de vno poterat merito ad alium inferri,ſecundum eum ibi.ſecus in hoc, in quo alia mens ſtatuentium videtur fuiſſe,Addũt,preterea illud eſſe correctorium iuris.& ideo non extendendum,maxime qa reſultarent in hoc plures abſurditates, de quibus ibi per eos. Aliter etiam reſpondit huic onerum rationi Soc.Iun.in conſil.27.

Source : BIU Cujas

sil.27.vol.1.omnino videndus in hac re. Vbi autem conditio liberorum nulla esset appositain statuto,tunc, etiam stantibus liberis,maritus dotem lucratur,vt dicit Alexander in l. secunda,numero 4. post Paulum de Cast. ibi, soluto matrimonio, vbi dicunt hoc non habere dubium, & hoc dictum refert & sequitur Ruin.in cons.101. in præsenti.nu. 4. columna tertia. versi.sed præmissis.libro primo, per glos.iuncto tex.in l.secunda.ff.pact.dot.& probat hoc Roland.in quæstione 87. decreto. & statuta solent esse varia in locis, alibi expressum est statutum, ꝙ stantibus filiis maritus lucretur, sed illis non stantibus non lucretur dotem,sed ad hæredes mulieris reuertatur,per Ioan de Amic.in cons.5.tenor ergo statutorum erit inspiciendus.c.porro & ibi no.extra,de priuil.& similib.Cæte
a rum stante prędicta liberorum conditione† in statuto,potest dubitari,de quibus liberis intelligatut,an, si filij ex primo matrimonio extent ipsius mulieris, dicatur mulier decessisse sine filijs.an non, & sic, an dicatur conditio lucri defecisse, vel potius extitisse,cum hi non sint filii ex eo matrimonio,& Bar. in l.cum vir. ff. de conditio. & demonstration. per illum tex. ibi,dicit hanc conditionem intelligi de filiis natis ex eis,idem dicit Ruin.in cons.61.nu.13.& in cons.59.nu.17.volum.3. & Brun.in tract.de sta.exclu.fęmi.prop.mal.in 6.artic.q.17. col. 3.& soluendo tenuit Socin.Iun.in cons.79.placet.num.1.& 4. & fere per totum.vol.2.vbi quam plurimos hoc voluisse oppędit,& adducit bonas rationes,& ait,id eē firmādum; maxime vbi comprobasset hoc hominum vsus, qui illam conditionē de communib. filiis intellexissent, & secundum hanc declaration em fuissent soliti dotes restituere & Dec. vult hoc in cōs. 29.colum.2.Soc.in cons.52.super hac num.5.col. 2. vol. 3.& Bal.in consi.495. quædam domina.nu.21.vol.5.dum arguit, ꝙ quando statutum de lucro loquitur de conditione filiorum,addendo verbum,ex eis, vel ex eodem matrimonio, & similia, videt voluisse derogare l. hac edictali, vt aliquid plus operetur;quia quo ad solam verificationem conditionis sufficit simplex conditio liberorū,quæ de iure intelligitur de liberis natis ex illo matrimonio,absque eo ꝙ illa verba addantur;& hæc fuit quæstio sæpius disputata inter Rayn. de Forli. & Signor. de Homod. consulentes in casu occurrenti, vt habetur in consiliis Signoro i.Primo nanque Signorolus consuluit,prædictam conditionem liberorum, esse intelligendam non de filijs natis ex priori viro, sed de natis ex eis,scilicet vxore præmortua,& viro ad lucrū agente,vt habes in cons.37. factum sic.colum.fi.contrarium consuluit Rayner.ei respondēdo,vt in consilio 68.quædam mulier. in 2.& 3. colum.Replicat ei Signoro.longe plenius allegans pro hac parte,vt in cōsilio 69.in 1. 2. & 3. colum. Triplicat Rayner. in cons. 263. ad confusionem cuiusdam.nu.28.& sequentib. & melius in 2. 3. & 4.col.In ista disputatione, quam non paucis mutuis'conuicijs magister & discipulus inter se habuerunt admodum prolixe,mihi placet opinio Signoroli discipuli,quæ ex præallegatis est communis, & probatur ex tex. in l. ex facto. §. ex facto ad Trebellia.vbi natus post deportationem, quasi ex alio natus non compræhenditur sub conditione liberorum fideicō misso appositа,ergo multo minus, qui penitus ex alio homine oritur.Item & melius in l.si vir.cum l.sequen.ff.de cond.& demonst.dum in legato conditio de filijs appositа ibi restringitur ad filios natos ex eis scilicet ex testatore legante,& vxore legataria. quæ iura & similia allegantur ad hoc per Signorol.in dicto cons.69 in quæstio. Blanditiæ. Nec euitantur per Raynu.in cons.262.in col.2 & sequenti,dum dicit illa procedere,vel vt fideicommis.sustineatur & valeat,vel ratione præsumptæ affectionis,quia primum non est verum, cum magis videatur ibi de existentia conditionis ,quam de validitate fideicommissi quæri.Secundum vero non ita procedit in casu legati,quin ad casum etiam statuti huius recte extendatur,vt Bar.ibi ex dicto casu legati ad statutum infert, nam quemadmodum testator in huiusmodi conditione videtur sensisse de filiis natis ex se,& non ex alio,idem videtur in hoc casu, vel si ipsi coniuges paciscantur de dote lucranda sub conditione filiorum,vel si id per statutum inducatur,quod tacitum pactū dicitur,& in eorum persona id agere censetur,& ratio, quod quis credatur verisimiliter ita,sensisse,quæ sumitur ex textu, & nota.in l.tale pactum.§.fi.ff.de pactis.procedit in omni materia,& dispositione,vel hominis,vel legis,seu statuti. Dec.in cons.486.nu.3.Calcan.in consilio vndecimo,nu.24.Grammati.in consilio quarto.nu.tertio.& in cons.6.num.19.& Doctores alibi.Stringit Signorol.hoc,quia statutum deferens lucrū marito, id certe agit in eius fauorem,addens mox ꝙ propter filios excludatur,debet intelligi de filiis,secūdum illius personæ exclusæ qualitatem,ide st de eius filiis,& non alterius, iuxta textum in l.cum vir. ff. de conditionibus,& demonstrationib qui cum loquatur in casu, cum ampliatur legatum,multo magis debet procedere,ne lucrum perdatur. Et quod dos accipiatur pro communibus filiis, dicit textus in l. dotem ff. de castren.pecul. ibi.oneribus eius ac communibus filiis.cōditio igitur in statuto de lucro dotis, debet intelligi de communibus filijs, & non de alienis. Vnde pro ratione statuti in hoc Deci.in cons. 283. colum. 1. considerauit,ꝙ marito minus est graue ab hoc dotis lucro excludi propter filios proprios,quam propter alienos,& ꝙ ideo homines quia propter filios proprios se excludi sciant, non ita a matrimonio contrahendo se abstinebunt,sicuti si propter alienos solito lucro dotis se carituros esse sciuerint. Accedant aliæ similes rōnes
3 Sign.in d.consi.69.in col.4 ꝙ† existentia filiorum alterius matrimonij est odiosa tanquam impeditiua matrimonij contra publicam vtilitatem.l.1.ff.sol. ma. & ꝙ dos datur pp præsens matrimonium.l.fi.C.de do.ante nup.& contemplatione filiorum procreandorum ex eo l.fi.sol.mat.Item ꝙ filij præsentis matrimonij sunt quasi domini rei dotalis,ex quo vna cum patre & matre promiscuum vsum dotis habent.l.si quis.§.fin.ff. de do.inter vir.& vxo.l.dotis.ff. de iure do. Item ꝙ si maritus ab alterius matrimonij filiis excluderetur ab hoc dotis lucro, multiplici dolore afficeretur,s.commodo dotis, & vxoris, & carentia prolis,quod nō contingit in altero casu,quia saltem gaudet prole ex ea vxore suscepta,& quia in dote materna filiorum habet vsumfructum.l.1.C.de bo.mat.l.fi. C. de bonis quæ lib.& ꝙ verisimiliter de his inter coniuges fuerit cogitatum in matrimonio contrahendo,& quodammodo videret in hoc deceptus maritus,aliter intelligendo & interpretādo statutum prædictum,ar.l.2. C.de his qui veniam ætatis impetrauerunt. Nec hæ rationes tolluntur responsione Rayne. in consi.263.col.4.dum dicit eas procedere respectu temporis, quousq; vixit mater,& in vita eius,sed non in morte,& respectu temporis post mortem, de quo tempore filij primi & secundi matrimonij sunt secundum ius commune inter se pares,& omnes pariter præferuntur marito in dote, vel aliis bonis eius mulieris fœminæ.l. fœminæ. l. mater. cum aliis. C. de secund.nup.nam replicatur,ꝙ,cum non simus in terminis iuris communis, sed statuti lucrum dotis deferentis, prædictæ rationes persuadent quod quemadmodum ius commune in suo casu,idest in casu mulieris viuentis intelligebat dotem dati pro filiis communibus iuxta præallegata, ita statutū in suo casu lucri faciendi post mortem mulieris videtur sensisse de communibus filijs & non de alijs & concludunt, ꝙ maritus solito dotis lucro nō priuetur propter filios alienos, qui quo ad ipsum sunt extranei,& par est ei prædictum lucrum amittere,propter eorum existentiam,sicuti per quemuis alium penitus extraneum,& ꝙ ideo tam necessarium in hoc casu existentium filiorum ex alio,fuerit disponere, ꝙ vir lucretur nihilominus dotem quam si nulli existerent filii,vt viduę maritos, quibus nubere pro sua dignitate queant,facile inueniāt. Et sic responsio Rayne. ꝙ simus in tempore mortis mulieris, & non in vita, non tollit rationes prædictas in terminis statuti prędicti. Aliud etiam considerauit in casu suo in dicto cons.37.& in cons.69.quatenus statutum illud Aften. dicebat,Si vxor sine liberis prędecesserit, & cætera.ponderans illud verbum vxor, qualitatem vxorationis importans, quæ qualitas determinabat secundum eum illud verbum,præmori,& verbum,marito,& verba,sine filijs,ꝙ quatenus determinabant verbū sine filiis, nō poterat verificari in filiis ex alio, quoniam hi dicūtur filii quondam vxoris, cum quo ad eorū patrem olim mortuum nō est amplius vxor, sed dicitur vxor olim,& quo ad maritum, quem ipsa ad præsens habet, & ille non est eorum pater, dici nequeunt filij vxoris, adeo ꝙ quāuis recte dicatur, Mulier Blandisia decessit superstitibus filiis,tamen recte non dicitur, Vxor Blandisia decessit filiis relictis,quia illud nomen vxor,ad eos non bene refertur nunc,
4 quandoquidem† aliud sit dici talis quondam &c.vel talis simpliciter.l.eius qui in prouincia.ff.si cer.pet.& ibi no.l.cui.versic.affinitates.ff.de postulan.l.viro,cum gl.sol.ma.l.diuortio. ff.de neg.gest. quemadmodum quis non dicitur filius sacerdotis,vel regis,qui natus est ante quam pater fieret sacerdos, vel Rex,iuxta no.in l. Imperialis. §.is illud.C.de nupt.l.Senator.C.de dignita.lib.12.& aliud est dici de familia Potestatis, aliud de familia eius,qui est Potestas.l.1. §.familiæ. ff. de public.cum ergo filii ex alio non dicantur filij vxoris,quæ est hodie vxor,quamuis dicantur filij mulieris,vel olim vxoris,non faciunt deficere conditionem statuti de filiis vxoris loquentem.Hoc pulchrum est argumentum, sed potest euitari,ꝙ illud verbum,vxor,non sit dictum determinatiue ad verbum filiis,sed potius ad verbum,marito,ratione necessarii correlatiui,quia vxor & maritus sunt correlatiua.l.1.ff.rer. amot.l.1. ff.de ritu nup.Doct.in l.fi.C.de indic. vidui.toll.& rub.& nig. C.vnde vir & vxor.& ita procedant no.in d.l. Imperialis.§.is illud.quia filius & pater sunt correlatiui, item familia,& dñs eius,ideo illa qualitas respicit vtrunque correlatiuum, & sic

determinat

Source : BIU Cujas

determinat illum filiũ, vel talem de familia, & relatio potius fit ad neceſſarium, quam ad contingens. l. non nudis l. neque natales C. de probat cum vulg. hoc voluit reſpondere Rayn.
5 in d. conſil. pro quo facit, † ꝙ verbum importans qualitatem expreſſam demonſtratiue, ſeu per modum demonſtrandi per ſonam non reſtringit diſpoſitionem, vt ſit neceſſarium tempore exiſtentis conditionis illam qualitatem verificari, vt eſt doctrina Bar. & aliorum, ſecundum Rip. in l. Centurio. num. 141. ver. ſecundo quæritur. de vulg. & pup. Alex. in conſ. 1. nu. 5. vol. 1 & ſic videtur ſtare in iſto caſu per modum. ſ. demonſtrandi mulierem. Niſi forte dicas, ꝙ cum poſſit eſſe vtrumq;, ꝙ fuerit dictum ad determinationem tantum verbi, marito: Item ad determinationem quoque prædictorum omnium, ſcilicet verbi mariti, & verbi ſine filiis, poſſumus accipere interpretationem, ꝙ etiam ad determinationem verbi filiis, fuerit expreſſum multis rationibus ſuadentibus, quod ſtatutum voluerit ſolum per exiſtentiam filiorum propriorum excludere virum ab hoc lucro, & non propter filios ex alio, & ſic defenditur relatio Signoroli, ꝙ quamuis de ſe non ſit neceſſaria, nihilominus propter alias rationes accipiatur quaſi neceſſaria. Et opinio Rayner. parũ videtur mihi probari ex his, quæ late deducit, quia, ꝙ cenſeatur deficere cõditionem liberorum, vel quia re vera extent filii mulieris, nihil eſt, cum ſint ex alio, & de hoc quæratur, an de filiis ex alio intelligatur, vel quia indefinita oratio æquipolleat vniuerſali. l. ſi plurib. de leg. ſecundo. l. plures, de lega. 3. & ideo debeat filios ex alio cõ prehendere leue quidem eſt, quandoquidem verum id non eſt data diuerſitate rationis comprehenſorum ſub indefinito ſecundum Dyn. in rubr. de regu. iur. in 6. allegatum per Ray. & Signorolum in dictis conſiliis ad hoc. Et de diuerſitate ex prædictis manifeſte iam patet, vt eam nullo modo inficiari quis poſſit, ſtantib. præterea deductis ſuperius volentibus, conditionem filiorum in diſpoſitione diſponente, præſertim inter virum & vxorem, intelligi de filiis ex eis natis, & nõ ex alio. Nec releuat Ray. reſponſio, ꝙ eadem, vel maior ratio in eis videatur; quia per ſecundum matrimonium fit eis iniuria. l. fœminæ. & alijs. C. de ſecundis nuptijs. & maritus magis excluditur a filiis prioris matrimonij, quam a propriis, cum bonis matrimonialibus deuenientibus ad illos non ſit habiturus vſumfructum eorum, ſecus ſi deueniant ad proprios. Nã hoc poſſet procedere in terminis iuris communis, nullo ſtante ſtatuto de lucro dotis, ſed ſtante hoc ſtatuto volente virũ lucrari dotem, intelligitur etiam in eorum præiudicium, & hoc aliqua lege non prohibetur, niſi etiam menſuram excederet, vt in l. hac edictali. de qua dicemus infra. Nam hoc & in cæterorum extrañeorum hęredum præiudicium, & iniuriã redundat, & nihilominus lucrũ dotis marito debetur, quia de iure communi cæteris omnibus habet ius debilius, & poſterius ſuccedẽdi vxori. §. & primo loco. Inſtit. de bon. poſſeſ.
6 Docto. C. vnde vir & vxor. Item & illud Ray. de † negatiua, ꝙ plura neget, quam affirmatiua affirmet. l. hoc genus. de condition. & demonſtrat. ſatis concludens non eſt, quoniam ſpeciem filiorum, de qua ſtatutum minime intellexit, non debet comprehendere, ex quibus in ſumma habes, quę ad diſcuſſionẽ adduci poſſunt q. huius quam Signoro. & Ray. per plures
7 paginas diffuſiſſime ſcripſerunt. Nunc q æro, † an conditio liberorum dicatur deficere, vno filio ſuperſtite? Et dicas, pro cul omni dubio deficere, ſecundùm Bald. & Caſtr. in l. 1. per illum textum. C. de conditio. inſer. ubi Bald. decidendo hunc ſtatuti noſtri caſum, dicit, quòd dictio ſine, & abſque, importat omnimodam carentiam, & defectum filiorum, perinde ac ſi ſtatutum diceret, Si ſine aliquo filio &c. & ad hoc optime facit, quod dicebat & bene Ray. in dicto conſ. 68. & conſ. 263 ꝙ negatiua omnia negat, & ꝙ hæc conditio eſt conditio negatiua, & in negatiuis, & priuatiuis non plus importat ſermo pluralis, quàm ſingularis. Hanc Bal. & Caſt. opinionem in terminis ſtatuti noſtri tenent, Alci. in l. non eſt ſine liberis. de verb. ſigni. allegans alios, & Ant. Corſ. in ſing. in uer. ſtatuta Italiæ diſponunt. & Arno. in ſoliloq. 79. diximus. Fel. in addit. ad Opuſ. Abb. impreſſa poſt Commentaria ſua, in uerſic. omnes leges. col. 2. Iaſ. in l. ſingularia. nu. 11. verſ. quarto adde. ſi cer. pet. Fran. in c. ſi pater. col. 30. uerſ. in gl. in uero. liberis. de teſtamentis. in 6. unde Fulg. in conſi. 203. uiſi. col. fi. & in conſi. 63. Blaſius. voluit hanc conditionem ſtatuti de lucro dotis deficere, ſuperſtite una filia fœmina. Rolan. ubi ſupra in q. 55. diffuſiſsime oſtendit, ꝙ ſtante uno filio, uel filia fœmina debet hoc ſtatutum de lucro dotis ceſſare. Et no. quod filia fœmina non facit conditionẽ noſtri deficere ſtatuti, quãdo excluditur ab hæreditate, ſecundùm Hyero. Grat. in conſi. 35. uiſo nu. 17. uolu. primo. ubi conſuluit ſuper ſtatuto noſtro. Et quòd & in aliis diſpoſitionibus hæc cenſeatur deficere, uno filio ſuperſtite, pleniſſime dicit Soc. in conſ. 55. uiſis. vol. 3. & Cagn. in l. ſi quis prægnantem. de reg. iu. & Aug. Bero. in cap. in præſentia. nu 341. extra de prob. Roman. in cõſ. 148. viſis, qui omnes allegant plures actores, ſed omnium pleniſſime Andr. Tiraq. in l. ſi vnquã, in verſ. ſuſceperit. nu. 199. verſ. tu tñ aduerte, & hoc ſecundum Corſ. & alios vbi ſupra. Confirmatur etiam alia ratione, quia licet pluralis locutio requirat ad ſui verificationem ſaltem duos. l. vbi numerus. ff. de teſtib. tamen quado eadem eſt ratio in vno quę eſt in pluribus ſeu in caſu plurium (vt in iſto caſu conſiderat eſſe Fulg. in prę alleg. conſiliis, quia. l. vnus filius, ita vt plures, debet ab hoc lucro maritum excludere, vt ipſe matri ſuccedere queat) locum ſibi vendicat, & verificatur in vno, & ſtatutum de producente falſos teſtes, in vno etiã verificatur. Bar. in l 2. §. ſed ſi vnus. ff. vi bon. rap. per illum tex. item clauſula mandatorum Papæ, ſi pro aliis non ſcripſerimus, vt per Dom. de ſan. Gemi in c. quamuis. el. 1. de reſcr. in 6. Bal. & alios Can. in c. mandatum. & in c. capitulum. S. crucis. extra de reſcrip. gl. in c. 2 requiris. extra, de appel. Item ſubſcriptio mercatorum, quæ dicebat, Titius & ſocij defenditur in vno ſocio. Card. in conſ. 160. & ſequitur Iaſ. multa congerẽs ſimilia, in auth. ſi qua mulier. nu. 41. C. de ſacroſ. eccl. Corſ. & Fely. vbi ſupra multa quoque citant. Sed Tiraq. diffuſiſſime vbi ſupra a nu. 185. verſic. ſed de his ſatis. vſque ad nu. 229. verſ. denique. qui allegat innumeros auctores in caſibus, quando numerus pluralis verificetur in vno, & quando non, quos ego tranſcribere ſine pudore, & labore cum nequeam, eos præteribo. Illuc vero mihi non videtur ſilentio inuoulendum, quod hoc nomen liberis, ſicut nomen pugillares, & codicilli, ſolet in nume. plurali proferri, etiam quando volumus de vno dicere, teſte Caio Iureconſ. in l. non eſt ſine. de verbo. ſignificat. & ibi not. Alci. & Cepol. & pluribus probat And. Tiraquel. vbi ſupra, num. 200. verſic. nec id quidem mirum, licet quandoq; & in ſingulari numero aliquem expreſſiſſe adnotatum eſt, vt per Cepoll. in l. cognoſcere. §. liberorum. eod. & Alc. in d. l. non eſt. Vice uerſa dicas, ſi ſtatutum loquatur in numero ſingulari, Si decedat ſine filio, & deceſſerit pluribus relictis, quod maritus ab hoc lucro excludetur, & conditio defeciſſe cenſebitur, ut tradit Rip. in l. ex facto §. ſi quis rogatus. num. 53. ad Treb. quod probatur tum propter identitatem rationis, tum etiam quia in plurali numero ineſt ſingularis, arg. l. cum furti. ff. de in litem iurãdo.
8 Secundo quæro, an † is, qui exciſo matris ventre in lucẽ prodijt, conditionem hanc ſtatuti deficere faciat, & quia quo ad matrem nõ dicitur natus, licet ſecus quo ad patrem, qui opus ſuum quod ad generationem concerit, ut dicit Bal. in l. f. n. 8. ver. vidi dubitari. C. de ſuis & legi. forte aliquis in caſu ſtatuti noſtri, quod videtur reſpecere matrem decedentem. (ſine liberis, negaret ex eo defidere hanc conditionem. Cõtrarium tamen, procul omni dubio, eſt tenendum, quia lex interpretatur eam etiam habere filios tempore mortis eius, quæ exciſo ventre edere poſſit l. etiam ea. ff. de uerb. ſig. l. intelligẽdus. eo. ac fingit natum, priuſquam mater ceceſſerit. Bal. in conſil.
9 122. verba teſtamenti. volu. 1. † quoniam in his, quæ ſunt ſibi fauorabilia, ſemper is, qui in utero eſt, habetur pro nato. l. qui in utero. & ibi nota. ff. de ſtatu hominum. l. quod dicimus. de verb. ſignifi. & hic agitur de fauore eius, quia excluſo patre ab hoc dotis lucro, matri poterit in dote ſuccedere, quippe qui vocatur ad eius legitimam hæreditatem. l. pater. §. filio. ff. ad Senatuſc. Tertull. in l. 1. §. ſed & ſi matris. ad Senatuſc. Orficia. qui etiam poreſt teſtamentum rumpere. l. quod dicitur. ubi Ang. Caſt. Franc Aret. Alexand. & Iaſ. de liberis & poſthu. vel inofficioſum redarguere. l. poſthumus. ff. de inoffi. teſtamen. Ideo & in emphyteuſi recepta pro ſe, & filiis &c. extractus ex vtero matris præmortuæ habetur pro nato. Iaſ. Ardiz. in ſumma ſua feud. Bald. in d. l. fin. Caſt. & Alex. & Iaſ. in d. l. quod dicitur. & licet in caſu, quando ſtatutum loqueretur de natis, ali qui Docto. dubitauerint, an comprehenderetur exſectus ex vtero, quia mulier peperiſſe non dicitur, cui mortuæ ventre exciſo extrahitur filius. l. anniculus. de verb. ſig. l. ſi ego. § partus. ff. de public. in rem act. tamen iſta dubitatio ceſſat in noſtro ſtatuto, quod loquitur per uerbum de natis. Præterea, illa dubitatio procedit quo ad uim verborum, ſecus attenta diſpoſitionis ratione, ſecundum quã nihilominus exciſum cõplecti debet in prędicta filiorum conditione, ſecundum Soc. in conſi. 197. circa. colum. 1. uol. 2. Bald. in conſil. 128. ad intelligentiam. uol 1. & pluribus oſtendit id Tiraq. in d. l. ſi unquã,
10 in uerſic. ſuſceperit liberos. nu. 121. † Dicitur quoque mulier deceſſiſſe ſuperſtite filio, ſi apud hoſtes is fuerit tẽpore mortis mulieris, & demum in patriam reuertatur. l. etiam ea mulier. ff. de uerb. ſig. quod & puto quo ad uerificationem huius conditionis, quamuis apud hoſtes ille moriatur. nam prout conſiſtit in facto, ſufficit conditionem uerificari. l qui hæredi. l Mæuius. ff. de condi. & demonſt. ut infra in alia quæſtione
11 dicam. Tertio, † quid ſi filius medio corpore egreſſus, forte capite, priuſquam totus in mundum prodiret in anguſtijs matris

matris expirauerit, mortuusque nascatur,an conditio statuti defecisse censebitur? Hæc quæstio etiam determinari potest ex his,quæ deducit And. Tiraq. in d.l.si vnquam.in versicu. susceperit liberos.nu.13. versic.verum maius.& num.seq.vbi postquam dixerat, hunc haberi pro nato, & videri testamentum rumpere.d.l.quod dicitur.& quia potest baptizari secundum Host.in sum.de baptismo. §. quæ sit eius forma Archid. Domi.de San.Gemin.& Card.in cap. baptizari. dist. 5. Henr. Boich in c.maiores.de baptis.Capel.Tolos.plene in q.156.Itẽ fuit quæsitum,quidam puer. determinat hunc haberi pro nõ nato,per tex.in l.quod certarum.C.de posthu.hæred.ibi,si viuus perfecte natus est,& ibi, si viuus ad orbem totus processerit quæ verba designant rem absolutam ex omnibus partib. & sic satis non est partem,dum viuebat prodiisse, nisi totus viuus producit in mundum,alioquin non rumpit testamentũ, nec alia assequitur,quæ ad filios pertinere noscuntur,ita velle Bar.Cor.Aret.& alios in l.quod certarum.& Bar. & Ange.in d.l.quod dicitur. & Aret. in §.posthumi. refert Tiraq. vbi supra,& Alci.in l.qui mortui.de verbo.signi.Nec ob.q̃ is baptismi sacramento donari possit,quia respondet inde non inferri ad ea,quæ sunt iuris ciuilis: nam nedum semimorto dispensatio saluti æternæ indulgetur,verum etiam Omnipotens,& benignus Deus indulsit eam interdum existenti penitus in vtero matris,vt de Hieremia,& Ioan.Bapt. Igitur in sacra scriptura,& opera Dei non restringuntur humanis constitutionib. c.1.de reliq.& venera.sanc.in 6. capite,quia propter. de elect.
12 Nec ẽt ob.tex.in d.l.quod dicitur,†quoniam ille tex.intelligit de non integro respectu membrorum, qui oritur carens aliquo membro: totus tamen viuus in lucem prodiit, is rumpit testamentum, quia est integer homo quo ad formam hominis,quamuis mutilatus sit,si quidem homo est anima & corpore consistens,in terris viuentis, capit.in quadam.de celeb. missa.vt declarat Soc.in l.cum auus.nu.110.ver.aliquando & secundo nascitur.ff.de condi.& demon. Quarto quęro de par
13 tu†immaturo,vt de nato in quinto, sexto, vel octauo conceptionis suæ mense,& Bal.in consi.128.ad intelligentiam.vol.j. & in consi.113.proponitur.lib.5. dixit, q̃ quamuis talis viuere nequeat,tamen ex quo viuus deuolutus est in orbem,facit hanc conditionem deficere. ad hoc etiam citatur Bertran. in cons.216.nume.5.lib.j.& Corn.in d.l.quod certatum. sed hos duos non vidi. Tu teneas contrarium, q̃ imo conditio extitisse censeatur: nam immaturus partus licet viuus edatur, tanq̃ abortiuus habetur,qui non rumpit testamentum,nec plus iuris habet,ac si procreatus non esset,vt voluerunt Pau. de Cas. Alex.Raph.Cum.Christoph.Castel.Ioann.Bapt.a S.Seuer.& Ias.in d.l.quod certatum. quæ est l.3.C.de posthu. hæred. Socy.in cons.175. in causa frum.nu.20. vers. post absolutionem. lib.2.quem refert & sequitur Soc.Iun.in cons.107.nu.18.uol. 3.& in consi.35.visa. uolu. 2. quam plurima deducit de partu octomestri,q̃ sit iudicandus abortiuus, & præsertim si excisa matre fuit extractus,& sua vi in lucem nõ prodit, de quo ipse meminit,idem tenens in d.l.cum auus.nu.110.& Dec.in l.posthumo.col.3.ver.prædicta autem.C.de bon.pos.cont.tab.& Hipp.Mars.in cons.10.casus.nu.36.& d.sing.106.qui de proximo.& in l.vlt.nu.160.ff.de iurisd.om.iud.Fel.in c.sicut.extra, de homicid.Afflict.in deci.Neap.236.partus, loquens de octimestri.Alc.in d.l.qui mortui.de ver.sig.Fulg.in cons. 69.punctus talis est.Lau.Calcan.in cons.104.licet abunde. & de octimestri,q̃ non reputetur inter filios, tradit Thomas Gram.in cons.154.in consiliis ciuilib.& Aym.Crau.inconsi.210.nu.9. in 2.vol.Cepol.in cons.50.in consiliis ciuilib. Et ad hoc optime facit illud Pauli Iureconsul.lib.4. senten. Quod matres tã ingenuæ,quam libertinæ ciues Romanæ vt ius liberorum cõ sequutæ videãtur(ait Paulus)ter,& quater peperisse sufficiat, dummodo viuos,& pleni temporis pariant.& sic non sufficit viuum edere,si maturus, & tempestiuus partus non fuerit. hoc ẽt refert And.Tiraq.ubi supra,nu.167.ver.eam tamen.Et hæc cõclusio defenditur ea rõne, quoniã prę̃supposito,q̃ partus nõ sit vitalis,& maturus, iudicatur de eo,vt de abortiuo, imo abortiuus ipse reputatur. Abortiuus enim partus nõ solum est,quando mortuus eiicitur, sed ẽt si viuus,quando est immaturus,atque minime vitalis,vt post Alex.& Cum.declarat Soc.in d.l.cum auus.nu.110.& seq.& Fulg.in d.cõs.69.pũctus.in fi.& abortiuus non connumeratur inter filios, secun-
14 dum Doct.vbi supra,†ideo conditio filiorum in eo non verificatur,vt & per Tiraq.vbi supra nu.168.quicquid dixerit Bal. vbi supra,de cuius authoritate in hoc,in quo habet communem opinionem contrariam, non est curandum, qua ratione partus octimestris non sit vitalis, & de ea materia cõgessit quamplurima Tiraq.vbi supra. Eandem cõclusionem facias, si quid monstruosum non humanæ figuræ sed animantis magis,nasceretur,quod inter liberos lex non connumerat.l.quæret aliquis. ff. de verb. signific.l.non sint liberi. ff. de statu hominum.Socyn.in dic. l. cum auus.nume.111. Quinto quæro
15 †de filio post matris mortem tempestiue nato, suæ cõceptionis tempore cõpleto, qui statim, quod editus fuit, mortuus est, an conditio prædicta filiorum eius natiuitate dicatur defecisse,vel si defecit per eius mortem immediate subsequutã, mox existere cœperit. Veritas est, quod per existentiam filij conditio statuti statim expirauit, nec per eius mortem illico subsequutam potuit reuiuiscere,vt in substitutione receptũ communiter extat Rip.post alios in l.ex facto.§. si quis autẽ. ad Trebellian.Areti.in consi.50.copiose,col.3.Alexan.in cõsil.139.circa primum.nu.3.versi.sed præmissis non obstãt.lib. 6.vbi addit Bal.in cap.1.§. cum esset.in vsibus feud.tit. Episc. vel Abb.& est consil.21. Oldra.incip.thema tale. & in consi. 141.Dec.inconsi.139. viso. colum. fi. Bal.in consi.66.nobilis miles.vol.3.Fulgosi.consi.46.Andreas Iasi.in l.si quis hæredẽ. C.de institu.& substitutionib. Ange. in §.quoniam infirmas. per glo.ibi, in Authen.de nup. Deci.in consi.13. substitutio. & in consi.218.colum.2.& Abbas in consi.40.venio.lib. 1.in 2.dub.& alij quamplurimi allegati per And.Tiraq.in d.l. si vnquam.in vers.susceperit.num.153.& in nu.151.& in terminis statuti nostri, de lucro dotis, tenuit Alber. in 2.par.statut.q. 107.statuto cauetur. in quibus terminis etiam hoc tenuisse Cy.& Bal.in d.l.si quis hęredem.refert And. Tiraq. vbi supra nume. 151. & hæc conclusio confirmari posset pene infinitis similibus decisionibus cõgestis a Tiraq. vbi supra, num. 151. ver. in diuersam tamen sententiam, vsque ad nu. 167. vers. eã tamen.Nec obstant quamplurimæ decisiones citatæ a Tiraq. vbi supra,a num.137.versi.sed & hoc. vsque ad nu. 151. versi. in diuersam tamen. quæ videntur contrarium forte suadere, quia procedunt, vel quia in illis casibus non contingentia facti,ideſt existentia filiorum,sed magis perseuerantia, seu permanentia requiritur, vel quadam æquitate id sustinetur,vt illud posthumo præterito moriente in vita testatoris. l. posthumus.ff.de iniu.irr.test.vel per quandam similitudinem,vt illud Iac.capi.decimo.Fuissem quasi non essem de vtero trãslatus ad tumulum,vel tandem dicam, quando filij ponuntur in dispositione pro causa moderante dispositionem pro tempore eorum existentiæ. secus ergo in casu nostro,in quo stãt per modum conditionis, quę in momento verificatur, & ea verificata statim expiratius,quod nunquã reuiuiscit.l.qui res suas.§.aream. ff. de solutioni. Rolan. vbi supra, in quæstione 51.firmat hoc pluribus,& limitat,nisi statutum dicat,si vxor liberos non habuerit, quia tunc sufficit ad exclusionẽ mariti
16 vxorem semel filios habuisse. Econtra†si filius natus moriatur ante mortẽ,licet momẽto prædecesserit, conditio statuti dicetur extitisse,quod scilicet mulier sit mortua sine filijs,& lucrum marito debebitur,vt per Albe.in tract.statu.in quæstione 108.statuto cauetur,quod mortua.& Cepol.in d.l non est sine liberis.de verborum signific.& per trad. per Doct.maxime per Rip.in l.ex facto.§.si quis autem. ff. ad Trebellianum.
17 Sexto quæro,† quid si filius superstes maternam hæreditatem non agnouerit, vel quia eam repudiauerit,vel quia erat incapax, & insuccessibilis religione forte, vel aliqua lege,seu statuto,vt puta excludente fœminas ab hæreditate alijs deferendo, excludetur ne maritus ab hoc lucro? Et ius nostrum municipale in statuto subseq. cauit id expressim, quod in eo casu eam lucretur. & super eo consuluit Hyeron.Grat.in cõsi.35.viso,in colum.secunda.lib.primo.Si autem id nõ expressisset,aliud esset, vt respondit Bald. in consilio 293. præmissis duobus.lib.primo.& mouetur,quoniam illa conditio, si sine liberis, deficit per solam eorum existentiam, quod hęredes non sint.l.filiusfamil.§. cum quis. & ibi not. de legatis primo. & dicit, quod nos statuto aliquid addere non debemus. l. si vero.§.de viro.soluto matrimonio, & q̃ statutum sciuisset de filijs hæredibus dicere, si id voluisset.l. 1.§.finautem ad deficientis.C.de cad. tollen. & hoc tenuit Rota, vt per Achil.de Gras.in decisi.118.dotis lucrum.vbi considerarunt Domini, quod statuentes non habuerunt ad succession consideratione aliquam, sed potius ad inuitandum homines ad matrimonium contrahendum deferendo illud lucrũ in expresso filiorum non existentium,& propterea, quod sint successibiles, vel non, inspici non oporteat. & sic ego puto tenendũ esse. Sed hæc cõclusio aliquam difficultatem videtur pati ex non paucis deductis per Tiraq.vbi supra,num.85. versic. qua etiam ratione considerãdi sunt itaque tres casus. Et primus,
18 †quando aliquis est incapax hæreditatis, vt monachus ordinis minorum, vel deportatus, & similes, & agitur de succedendo alicui, tunc is habetur pro mortuo,& locus fit ei, qui post eum ad hæreditatem vocabatur,vt per Bart.in l.1.§.qui habebat.ff.de bon.possess.contra tabul.l.post mortem.§.liberis.ff.eodem.l.1.§.si pater.ff.de coniũg.cum eman.lib.l.qui repudiat.§.vlt.ff.de inoffi.testamen.§.soluto.in Authen.de nup
19 tijs.& iste casus est indubitabilis.Secundus casus est† quando esset

Source : BIU Cujas

eſſet quidem capax, ſed lex eì alium præfert, verbi gratia, quãdo ſtatutum excludit fœminas ſtantibus agnatis, & cõtingit teſtatorem maſculos, vel agnatos excluſiſſe, extraneum prorſus hæredem faciendo, & hic caſus, an fœminæ ſtatuto excluſæ in hoc caſu venire queant aduerſus teſtamentum, eſt admodum dubitabilis, ſecũdum Bar. in l. j. §. ſi pater. ff. de coniũgendis cum emancipato liberis eius. in quo ipſe dicit, ꝙ ſi maſculus filius, propter quem a ſtatuto fœmina excluditur, a teſtatore præteritur extraneo hærede inſtituto, filia non poteſt dicere teſtamentum nullum, quoniam hoc ius competebat filio, & non filiæ, ſtante illo ſtatuto, vnde illa inſtituenda neceſſario non veniebat, ſed ſi vult filia querelam proponere cõtra teſtamentum, quia iſtud ius oritur poſt mortem teſtatoris poſt aditam hæreditatem filiæ fœminæ non præfertur maſculus, & ideo maſculo rite exhęredato, extraneo hærede inſtituto, filia fœmina ſuccedat per querelam expugnantem teſtamentum. Vel ſi ſtat aliquod ſtatutum diſponens, ꝙ filio habenti fratres carnales mater non ſuccedat, & omiſſis fratribus ille inſtituit extraneum, & Bar. vbi ſupra ait, videri matrem admittendum, quia frater, qui eam excludebat, præteritus a teſtatore habetur pro mortuo, mox contrarium determinat, aſſignans differentiam inter hunc caſum, & præcedentem, quia quando actus priuationis alicuius præcedit actum aſſignationis factæ alteri de eadem portione, qua ille eſt priuatus, vt in ſuperiori caſu, procedit concluſio prædicta: vides enim exhæredationem præcedere actũ aſſignationis, ſcilicet inſtitutionis de extraneo factæ, quãdo autem actus priuationis vnius, & aſſignationis factæ alteri eſt vnus & idem actus, ſecus eſt, & reſultat eo ipſo, ꝙ vni dat, quia alter venit eo priuandus, vt in iſta quæſtione de matre & filio, ſi mihi licet cõtra tantum virum os aperire iſta doctrina non habet iuris ſaporem, & neſcio videre, quid magis iuris reſultet, ꝙ actus priuationis & aſſignationis in vno ſit vnus & idem, vel ſeparatus in alio. Ego exiſtimo, vim oẽm eſſe huius difficultatis, an
21 ſcilicet, dum ſtatutum excludit filiam, vel matrem ab hæreditate defuncti ſtantibus maſculis, tollat ius querelandi, contra tabulandi, vel dicendi nullum teſtamentum defuncti, ſi Bar. concedit in caſu de filio, & filia cenſeri ſublatum ius contratabulandi, & dicendi nullum, cur non & ius querelandi? & quid refert, quo ad hoc ſtatutum, quod ius dicendi nullum oriatur tempore teſtamenti, ius vero querelandi poſt mortem teſtatoris adita hæreditate? nihil certe refert quo actum ſtatuti tollentis propter excluſionem illam poteſtatem veniendi contra teſtamentum, nam ſequeretur, ꝙ ſemper filiæ fœminæ poſſent querelare teſtamentum paternum, & ſic ſtatutum redderetur deluſorium, prout dixerunt non pauci, vt infra. Nec tex. in d. §. ſi pater. in quo ſe fundat Bar. vrget, quia recte poteſt in terminis iuris communis procedere, ſiquidẽ de iure communi, ſi filius recte exhæredatur, non poteſt dici teſtamentum nullum per nepotem, qui in eo iure dicẽdi nullum præfertur filius & ſolum ipſe fuerit exhæredandus, vel hæres inſtituendus, non tamen nepos de iure cõmuni impeditur, poſtquã filius recte exhæredatus tacuit, & extraneus hæreditatem adiit, quominus accuſet teſtamentum inofficioſum, quia hoc ius oriens poſt aditam hæreditatem non cenſetur ei ablatum, nec in eo ſibi obſtat ille, qui habitus eſt propter exhæredationem, aditione hæreditatis confirmatam, ꝙ mortuo ſecus ſi ius cõmune excludens nepotem propter filiũ auferret eidem omne ius veniendi contra teſtamentum, vt videtur ſtatutum id noſtro caſu velle. Ideo conſidero in hac materia, ꝙ ſi ſtatutum tollit ius veniendi contra teſtamentũ per quoduis remedium, cum excludit fœminas propter maſculos, & tunc nec mater, nec filia poteſt venire contra illud, extraneo etiã hærede inſtituto aut id non cenſetur per huiuſmodi inducere, & tunc ſecus. Hinc quoq; infero, ꝙ cum aliis fœminis agnatis (quibus non poteſt aliquod remedium de iure communi cõpetere aduerſus teſtamentum) ſit minime cõceſſum impugnare teſtamentum, ſtatuto diſponente, ꝙ agnati omnes fœminis præferãtur, & extraneus hæres factus fuerit, procul omni dubio fœminę non poterunt aliquid dicere, & extraneus habebit hæreditatem, quoniam ipſæ non habẽt ius infringẽdi teſtamentum, nec etiam agnatus. Verũ enimuero controuerſum nõ parum eſt inter Doctores omnes, an 22
20 † ſtatutum eoipſo, ꝙ excludit fœminas propter agnatos a ſucceſſione ab inteſtato, videatur illis tollere ius veniendi contra teſtamentum, & tres fuerunt in hoc opiniones.

Prima fuit prorſus negatiua, quod quiſquis hæres inſtitutus fuerit, illud expugnare fœmina valeat aliquo remedio iuris communis competenti ſibi, vt tradit Paulus de Caſt. in cõſi. 197. in puncto quæritur de quadruplici, ſecundum impreſſionem antiquam. & Socy. in cõſi. 150 & in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. de lib. & poſthum. & alii multi ibi, Alexand. & Doctor. in l. filiæ. C. de collat. Alber. Brun. plures cumulat in tract de ſtatu. exclu. fœm. propter maſculos. in 10. artic. qualiter & quando, in quæſtione quarta. in principio, volẽte, ꝙ ſit quid imputandum teſtatori, ſi huic caſui non prouidit. l. mulier. §. fi. ff. quod metus cauſa.

Secunda fuit affirmatiua, ꝙ videatur ſtatutum velle ꝙ talis perſona excluſa venire nequeat contra teſtamentum & deducere teſtatorem ad cauſam inteſtati, ex quo ipſe ſuccedere nequit, vt per Caſtrenſem in dicto conſi. 197. Anchar. inconſi. 428. Rui. in conſi. quinquageſimoprimo, columna fi. vol. 3. Alexan in conſi. 19. circa. nu. 4. vol. 6. Ang. in cõſ. 100. & conſi. 105. & Iaſ. conſi. 105. lib 4. Alber. Brun. alios refert ubi ſupra. Et eorum, qui primam tenuerunt, aliqui intelligunt, vel ꝙ poſtquam res redacta eſt ad cauſam inteſtati, illa perſona ſuccedat, vel ſi ſuccedere nõ poteſt, habeat illud ius rumpendi venale pro aliquo, cui prius ab inteſtato deferretur hæreditas.

Tertia fuit opinio, ꝙ ſi extraneus reperiatur hæres inſtitutus, non intelligitur tunc ſtatutum velle, quin mulier poſſit aliquo iuris remedio teſtamẽtum infringere, & poteſtate impugnandi cenſeatur in eo caſu priuata a ſtatuto, quãdo agnatus aliquis eſſet inſtitutus hæres, cum in fauorem agnatorum illud ſtatutum editum fuerit. ita pleniſſime cõſulendo tradit Dec. in conſ. 383. ꝙ in conſ. 378. & in conſ. 296. & Pau. de Caſt. in dicto conſi. 197. & Socy. in conſ. 150. verſ. & quam confirmo. nu. 25. col. mihi 14. vbi dicit ita eſſe communem ſententiam, & per multos vidiſſe ſolutum. & Alex. in idem at teſtando quamplurimos congerit conſ. 47. abunde, nu. 9. ver. ideo totum. & ibi apoſ. vol. 2. Alber. Brun. vbi ſupra in 2. membro. Doct. in d. §. & quid ſi tantum. Et ſecundum hæc iſtum ſecundum caſum recte determinari poſſe opinor. Illud eſt clarum, ꝙ ſi is, qui alteri in ſucceſſione præfertur, hæreditatem refutauit, ille qui poſt eum vocabatur ad eam admittitur. l. 2. §. ſed ſi ſint. ff. ad Tert. Bar. in l. 1. §. qui habebat. nu. 7. ff. de bo. poſſ. cont. tab. & alij, vt ibi per eum. Tertius eſt caſus, quando aliquis excluditur ab alio, non quia ille ſibi præferatur, & ius ſuccedendi potius habeat ſe, ſed quia ille eſt poſitus in conditione ſibi, ad hoc vt ipſe ſuccedere queat, in euentum ſcilicet ꝙ ille non ſuperſit, & tunc ſufficit pro defectu, & non implemento dictæ conditionis, ꝙ ille exiſtat in rerum natura, quãuis vllo modo ſuccedere nequeat. ita voluit Bar. in l. j. §. ſi pater. col. 2. ver. vt igitur iſta materia. ff. de coniun. cum emanc. lib. & in d. l. j. §. qui habebat. verſ. quinto quæro. & in l. filiusfamilias. §. cum quis. per illum tex. ibi, de leg. 1. & Dec. in d conſ. 383. & conſ. 378. & Ana. in conſ. 22. ad probandum. vbi dicit rationem eſſe, quia in conditionibus attenditur nudũ, & merum factum. l. Mæuius. l. qui hæredi. ff. de cõd. & dem & ſequitur Raph. Cum. in conſ. 121. Gerardus. Corn. in conſ. 1 nu. 27. ver. deueniendo autem. vol. 4. poſt glo. in d. l. ex facto. § fi. Bar. Imo. Caſt. ibi Augu. Bero. in c. in præſentia. nu. 242 de proba. Cepol. in d. l. non eſt ſine. gl. in l. 1. & ibi Pet. Iac. Aret Bar. Bal. Caſt. Cuma. & communiter omnes. C. de cond. inſer. Anch. in conſ. 396. in vnum. Bal. in d. c. in præſentia nu. 38. col. pe. verſic. & dicit Bar. de prob. & hic eſt caſus noſter, quia filij in hoc caſu ſtant in conditione quo ad caſum, vt maritus ad lucrum poſſit venire. Modo reſpondeo ad ea, quæ ex aduerſo deduci poſſent, & in primis ad illud, ꝙ is, qui non ſuccedit, habeatur pro mortuo. d. l. ſi pater. l. j. §. ſed ſi patruus. ff. ad Tertul. Soc. in conſ. 35. viſo. nu. 10. volu. 4 & alijs multis, vt per Tiraq. vbi ſupra nu. 89 ver. deniq; pariã. inferentem ad plures caſus, dicas, ꝙ allegata procedunt in prædictis caſibus, quando ille, qui veniebat excludens propter alium, excludebatur propter ius potẽtius alterius, cui ſibi præferebatur, nimirum igitur erat, ſi talis factus inſucceſſibilis non impediebat eum, qui vocat in defectum ipſius, ſecus in hoc, in quo maritus propter filios non vocatur ad lucrum, cum tantum in caſu, in quo non ſuperſint illi, per ſtatutum vocetur. & ſic dici non poſſit excludi propter ius potentius eorum. Ad ſecundum, ꝙ conditio tacita, de qua in l. cum auus. de cond. & dem. non deficit ſtante filia per ſtatutum. Item ꝙ mater excludens alias ſubſtitutum ex tacita vulgari contenta ſub pupillari, tunc non excludat, quando ipſa non poteſt ſuccedere, vt late per Tiraq. vbi ſupra num. 85. & 86.

Reſpondeo primo, ꝙ † tanta non eſt vis conditionis tacitæ ſicut expreſſæ, vt diſtinguendo poſt Albe. dicebat Soci in dicta l. cum auus. col. 2. verſ. ex quibus infertur vna alia. Ideo de illa ad iſtam non recte infertur. Secundo, quia illa conditio tacita ex mente teſtatoris præſumpta oritur, vt volũt omnes in dic. l. cum auus. quæ præſumptio ceſſat, quando illa perſona ſuccedere grauato non poteſt. vnde ſubſtitutus merito admittitur non obſtante tali perſona, ſecus in iſta expreſſa conditione contingit, vt iſtam differentiam perpendit Corn. in dicto conſ. 1. nu 30. vol. 4. vbi ad hoc allegat Bal Ang. Rica. Saly. Rain. Franc. de Ramp. & Imo.

Tertio

Tertio & fortius negando respondetur, ꝙ imo etiam in tacita conditione sola existẽtia filiorum faciat, vt substitutus excludatur, secũdum magis communem opinionem, de qua attestatur Tiraq. vbi supra, num 100. ver. sed ita res se habet. Hinc quoque dico, ꝙ dum Bart. in d. l. filiusfamilias. §. cum quis. & Raph. Cum. in d. cons. 121. Gerardus. col. 2. & nonnulli alij volunt, conditionem filiorum in substitutione intelligi, si filii saltem sint capaces, alioquin eam haud faciant deficere, minus recte loquũtur, & eis quamplurimi contradicunt, quos citat Tiraq. vbi supra, nu. 106. ver. imo sunt. vel ꝙ aliud est in isto casu, quicquid sit in casu Bar. & Cum. vbi supra, qa in testamento, cum voluntas, & mens testatoris sit domina & regina. l. in conditionibus. & ibi nota. de condi. & demon. cũ vulg. forte possibile est conditionem filiorum in substitutione moderari, & interpretari ex mente testatoris ad filios capaces, ꝙ ipsi tunc duntaxat faciant eam deficere. secus in statuto, in quo huiusmodi præsumptio cessat.

23 Septimo quæro, quid† si mulier in monasterio moriatur, an dicatur sine filiis decessisse, ita ꝙ maritus ad lucrum dotis admittatur? Et hæc quæstio duplicem dubitationem habet. Prima est, quando moritur post professionem, secunda quando ante professionem. Circa primam videtur dicendum, ꝙ quamuis monasterium succedat monacho in eius bonis, exclusis cæteris propinquioribus, quasi esset eius filius, tamen uere nõ est filius, nec etiam fingitur filius esse, vt probat Rip. in d. l. ex facto. §. si quis rogatus. nu. 27. col. 9. & Fely. in d c. in præsentia. post Abb. & alios ibi, & plenius Ripa probat in l. si vnquam. nu. nonagesimonono, quæstione trigesimaquarta. C. de reuocandis donationi. & post eum ibi plenissime Tiraquellus, nu. 41. vers. sed si sunt. Iason in dicta auth. si qua mulier, nu. 20. C. de sacrosan. eccles. vbi reprehendendo aliquos, qui cotrarium dixerant, appellat eos fatuos, enumeratque aliqua absurda, quæ resultarent, si monasterium fingeretur absolute filius, de quibus ibi per eos, & inter alia, quia sequeretur, ꝙ omne, quod acquireret monasterium, acquireretur religioso. l. placet. ff. de acqui. hære. Et Rip. dicit probari contrarium per text. in §. sed hoc pręsenti. in Authen. de sanct. epis. vnde exemplata fuit authen. nisi rogati, ex quibus iuribus processit illud vulgare dictum, quod est vnus communis error, nam quatenus ibi dicitur, ꝙ fideicommissi iniunctum hæredi, si decesserit sine liberis, hærede religionem ingrediente deficit, quia hoc casu conditio habetur pro non scripta, sequitur, ꝙ monasterium non habetur loco filij, quia si monasterium pro filio haberetur, non deficeret illud fideicommiss. quia cõditio haberetur pro non scripta. Sed quia esset adimpleta, ꝙ grauatus decessisset relicto filio, ideſt monasterio. Nec obst. tex. in c. in præsentia. Primo, quia ibi ea allegata fuit partis, & non Pontificis decisio, secundum Abba. ibi. vel secundo habetur quodam modo loco filij in quibusdam casibus in iure expressis, vt dicũt Bal. Ias. Rip. & alij in locis præallegatis, quia quibusdã sortitur ius filiorum, non autem absolute fingitur filius esse monachi. cum ergo monasteriũ nõ sit vere filius mulieris, nec etiã fingatur, conditio filiorum non videtur in eo verificari vllo modo vero, vel ficto, vt per consequens dicatur, ꝙ conditio statuti de lucro dotis extiterit in hoc casu. Nihilominus contrarium tenent August. Bero. in d. c. in præsentia. & Lap. in alleg. 129. & hoc potest sustineri, non ea certe ratione, quia huiusmodi conditio verificetur vere, vel ficte in monasterio, sed quia lex tribuit monasterio fauore religionis id, quod competeret filio sanguinis, vt cõditionem illam deficere queat, facere quemadmodum posset filius naturalis, seu habet lex, vel statutum pro non scripto, quatenus per illã conditionem ipsum implicaret, damnoue afficeret aliquo. quemadmodum illam conditionem, si sine liberis ex suo corpore descendentib. &c. Palam est non includere monasteriũ, & tamen deficit stãte monasterio eius, qui in eo est mortuus & substitutus sub prædicta ꝓditione excluditur, vt tenuerũt plerique. Bar. in consilio primo, Parmensis. Ray. Cyn. Ange. Alb. & Pau. de Cast. in d. auth. nisi rogati. Dyn. Ric. Malumb. Bar. Fulg. in l. si ita quis. §. is cui. de lega. 1. Anto. de Butr. Abb. Dec. in d. c. in præsentia. Imo. in d. l. fideicommiss. de cond. & demon. Barba. in cons. 29. illud afferam, col. pen. lib. 2. Alex. cõsi. 121. lib. 1. & in cons. 25. super contentis. lib. 3. & in consil. 92. lib. 4. & attestatur esse communem Ias. in d. authent. si qua mulier. num. 19. Ange. in cons 80. quæstio hæc. Rip. in d. l. ex facto. §. si quis rogatus. nu. 37. col. 6. in fi. vers. & per hanc communem. & in d. l. si vnquam. nu. 92. q. 34. Vincen. Hercul. qui hanc quæstio. disputauit, in sua disputatio. in vltimo dubio. Steph. Bertr. in cons. 144. thema. lib. 2. pleniss. comprobat attestando de communi. vbi refert cõtrarium tenens, vbi per eũ. Ita quoque in casu isto, ꝙ quamuis sub ea conditione filiorũ, non veniat monasterium vere, vel ficte, tamen vt ad religiosi hæreditatem ipsum admittatur, lex vult sub ea conditione vel includit, vel ipsam conditionem, seu dispositionem illam continentem haberi pro non scripta quo ad ipsum monasterium. Secunda dubitatio versatur, † an is, qui ante factam ꝓfessionem moritur, habeatur pro religiosa persona, ita quod ei succedat monasterium, exclusis propinquis, seu consanguineis. & Doct. in d. c. in præsentia. nu. 37. ver. nono quæritur. tenuit pro monasterio, & istam opinionem dicit esse communem, quam tenuit Ancha. in cons. 69. cõtra donationem. col. penult. vbi citat Iacobum, Ray. Pet. & Cyn. & mouetur, quia ingressus præsumitur in eadem volũtate decessisse, permanendi, scilicet in religione eo ipso, ꝙ non probatur mutata. c. maiores. extra de bapt. l. eum qui. de proba. Secundo, quia dedicatio personę, & bonorum monasterio facta, mediãte ingressu, videtur pura a principio, sed post modũ resoluitur per cuẽtum conditionis, si infra annum religio displicuerit ei per plura iurat, quæ Decius ad hoc põderat ibi. Si ergo est pura, licet resolubilis in certo euentu, monasterium habet fundatam intentionem, nisi de resolutione doceatur, iuxta no. in l. 2. ff. de in diem add. & respondit ad contraria, & primo ad illud Imo. quod, ex quo non fecit testamentũ, videtur consanguineos succedere voluisse: nam dicit id cessare in eo, qui intrauit religionem, quia, ex quo contulit bona monasterio per ingressum, constat noluisse bona venientibus ab intestato acquiri. Ad illud, ꝙ non dicatur ante professionem vere ingressus, vel religiosus. c. religioso. de senten. excommun. in 6. & bona nõ acquirantur antequam fiat religiosus. respondet, illud verum, tamen in quibusdam habetur pro religioso, vt puta, ꝙ connumeratur in foro ecclesiæ, & in dubio subiicit esse iudicandum pro religione. l. sunt personæ. ff de relig. & sump. fune. Verum ego aliud opinor, de iure verius esse, & pro hac consuluit Benedict. Capra in consi. 165. punctus, quidam iuuenis Pandulphus. & eam tenent Ab. & Imo. in d. c. in præsentia. & Ias. in d. auth. si qua mulier. nu. 58. ver. extra gl. vbi hanc dicit esse veriorem, & Bal. in consi. 323. lib. 2. Ab. in c. quod a te. nu. 5. extra de cler. cõiug. Io. An. & Pe. de Anch. in locis citatis per Capr. in d. consi. 165. in fi. col. 1. vbi dicit, ita communiter teneri, & probatur, quia ante annum professionis elapsum non est religiosus. d. c. religioso, & ibi no. nec est verum a principio dedicationem personæ, & bonorum censeri puram, resolubilem tamen in euentu &c. quoniam si id esset, interim diceretur propriè religiosus, quod est falsum secundum omnes, & ipsũ met Dec. vbi supra. Hinc patet responsio ad d. Decij. Primo, ꝙ casum resolutionis non est necesse probare, cum non dicatur dedicatio bonorum, & professio adhuc facta, arg. c. ad dissoluendum, de despon. impu. cum vulg. Secundo, quia illa volũtas profitendi, qua est religionem ingressus. de se sola non sufficit, nisi ad actum professionis factæ deducatur, & maxime quia ex professione oritur inter vtranque partem obligatio, scilicet ex parte monasterii, & ex parte ipsius profitentis, vt ꝑ Doct. passim, & in c. porrectum. & c. licet. de regul. Præterea,

25 †dum durat annus profitendi, magis diu debet animo pendere, quam velle, sicut de hærede dicitur durante termino ad deliberandum, quia non dicitur interim velle adire, vel repudiare, sed potius deliberare, & animo pendere, Bart. & Doc. in l. pro hærede. §. j. de acq. hær. & q̃ plurima deducit Corn. in cõsil. 91. licet in hac, vol. 3. vbi loquendo de matrimonio, late deducit etiam, quod sola voluntas non sufficit, nisi in contractum deducatur. non est igitur verum, ꝙ talis persona moriatur ante professionis annum tanquam persona religiosa, ergo bona, quæ accessoriè veniunt ad professionem factam, vt per Doc. in d. auth. si qua mulier. & in d. auth. ingressi, non possunt monasterio acquisita esse dici, & per consequens pertinent ad illius consanguineos, & tanto magis in hoc casu, quia multiplicarentur specialia, contra tex. in l. 1. C. de dot. promis. ꝙ. s. quodammodo monasterium haberetur loco filij quo ad professum: Item ꝙ qui professus adhuc non est, haberetur pro professo. concludeigitur in ista secunda dubitatione contra

26 monasterium pro marito. Octauo quæro, † an relicto nepote mulier si prædecedat, maritus submoueatur ab hoc dotis lucro? Et in terminis statuti loquentis de liberis dicas absque dubio, maritum excludi per nepotem, vel aliũ descendentẽ, quoniam, teste Calistrato, lib. 2. q. nomen liberorum, comprehendit etiam nepotes, cæterosque descendentes. l. liberorũ, de verb sig. l. 2. §. hæc autem constitutio. ff. de excusa. tuto. l. si dotali. ff. solu. mat. illud enim nomen sui proprietate complectens omnes gradus descẽdentium, est nomen collectiuum, vt adnot. do. Alc. in d. l. liberorum, & in l. iusta. eodem, dicit nomen liberorum, latius esse, quam nomen filiorum, quod & consulendo aduertit Bal. in consi. 303. ad euidentiam. lib. 2. & in consi. 186. quidam. vol. 4. vnde Cepol. in l. filij. de verb. sign. dicit, ꝙ omnes homines proprie dicuntur liberi Adam primi parentis, sed improprie filij, ex proprietate igitur conditio huius statuti complectitur etiam nepotes. Amplia hoc etiam si

diceretur

diceretur in ſtatuto, ſine liberis natis ex eis, vel eodem matrimonio, ꝙ iſta verba, quæ poſſunt eſſe poſita propter aliud, & ad alium effectum, ſcilicet ad excluſionem filiorum alterius matrimonii, & alterius viri, non debet illam vim nominis liberorũ reſtringere, vt inferius declarabo. Nono quæro, quid
27 iuris, quando ſtatutum loquitur per nomen filius, & † in hoc caſu videtur aliud dicendum, quoniã filij ſunt ij, qui in primo gradu deſcendentium exiſtunt. l. prima. §. primo gradu. ff. de grad. affini. inſtitut. eodem. in principio. & aliud eſt nomen filii, aliud nomen nepotis. Bar. & Alc. in d. l. liberorum. l. natorũ. l. iuſta. eod. titu. Ideo dicit Bal. in conſilio. 302. non continentur, libro 4. quod ſi ſtat legatum filio Caij, qui teſtatoris ſit extraneus, ita ꝙ nulla ſit præſumptio ratione ſaguinis, ꝙ voluerit in deſcendentes illius prædictum legatum deuenire: præmortuo filio non debebitur legatum nepoti, vel alii deſcendenti occaſione huius dicti de relicto perſonæ non coniunctæ facto. Adde aliud, ꝙ ſi legatum, vel fideicommiſſ. ſit familiæ teſtatori nõ coniunctę, ſed extraneæ, omnes de dicta familia vocantur ad dictum legatum in viriles, & non ſeruata gradus prærogatiua; ſecus quando familiæ teſtator ſibi coniuncte relinquit. Iſtam differentiam facit poſt Bar. in l. ſi cognatis. de reb. do. Alc. in l. re coniuncti. num. 31. de lega. 3. Barb. in conſ. 44. col. 4. volum. 2. Ioan. Crot. in c. Raynutius. colum. 9. verſ. tertius caſus. extra de teſtam. Corne. in conſilio. 99. in præſenti. num. 34. in 2. vol. quod nota, quia id in facto dubitari vidi. Inſpecta igitur vi nominis conditio filiorum non complectitur nepotes. l. ꝙ ſi nepotes. ff. de teſtam. tut. l. 1. §. quæritur, de ventre inſpi. l. Senatuſconſultum. ff. de ri. nupt. l. Gallus. § primo. & §. inſtituens. de lib. & poſth. l. poſthumorum. ff. de iniu. irri. teſta. §. fi. Inſt. qui teſ. tu. da. poſ. ſed non negatur propterea, quin ex lata ſignificatione comprehendãtur appellatione filiorum etiam nepotes. d. l. filii. d. l iuſta. d. l. natorum. eod. vt Cepol. Alc. & alii perpendunt, dum aliquis fauor ſit late interpretandus, vt per Fulg. in conſilio 78. ſuppoſito Abb. in conſilio 75. primo. viden. volum. 1. Iaſon, poſt alios in d. §. inſtituẽs. & Rui. in conſilio 63. volum. 3. & alibi in mille locis, & præſertim in q. ſtatuti diſponentis, ꝙ ſtantibus filiis maſculis fœminæ non ſuccedant, vt etiam intelligatur procedere, ſtantibus nepotibus propter fauorem agnationis, cuius cauſa fœminæ ab hæreditate excluduntnr. Ideo puto in hoc etiã caſu maritum excludi a lucro dotis, quia fauor filiorum idem eſt in ipſis nepotibus ad excluſionem viri, vt pluribus conſuluit Lud. Rom. in conſi. 129. licet magna. & Rui. in conſilio 63. quamuis. colum. 2. vol. 3. arguendo a fortiori, ꝙ ſi Docto. communiter tenent, ſtatutum excludens fœminas ſtantibus filiis, procedere ſtantibus etiam nepotibus, quod ſtatutum venit ad correctionem iuris communis. l. maximum vitium. C. de libe. præter. multo magis huiuſmodi extenſio in ſtatuto de lucro dotis debet fieri, quia per eam reducitur res ad ius commune. l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pact. & ibi no. cum vulg. & iſtam opinionem citans Rom. in d. conſ. 119. 31
ſequitur Dec. in conſi. 353. in caſu, col. fi. licet aliter ibi propter alia verba ipſe concludat, de quibus verbis mox dicam poſt Ruin. in d. conſilio. 63. Pro iſta concluſione etiam facit id, quod conſulendo dixit Bal. in conſi. 186. quidam, in 5. vol. Alexan. in conſilio 9. volu. 1. Corn. conſilio 27. in 2. lib. Lud. Gozad. in conſilio. 59. col. 2. ꝙ quando nomen filius, exprimitur in numero plurali compræhendit etiam nepotes propter pluralitatis vim, licet ex ſui proprietate reſtringat ad exiſtentem in primo gradu, iuxta prælegata, & in ſtatuti conditione exprimitur in plurali. Sed hoc dictum magis auctoritate viri, quam iuris ratione niti videtur. Decimo quæro,
28 †quid ſi ſtatutũ dicat, ſi mulier p̃deceſſerit ſine liberis amborum. & Deci. in d. conſi. 253. col. fi. putauit non comprehendi nepotes, quia quando de filiis fit mentio cum aliqua qualitate, & illa qualitas non reperitur in nepotibus, nunquam in huiuſmodi diſpoſitione compræhendũtur nepotes, vt dicit Bar. in conſi. 132. licet in quæſtione. & Andr. Tiraq. allegando q̃ plurima in tracta. primog. q. 40. nu. 51. verſic. nam quando. ſed iſta qualitas, ꝙ ſint filii amborum, nõ reperitur in nepotibus, quia nepotes, non amborum, ideſt duorum ſunt filii, ſed quatuor perſonarum, ſcilicet ex matre & patre ſuo, & ex eo marito & vxore deſcendendo ab eis, de quibus ſtatutum hoc loquitur. Contrarium tenuit Rui. in d. conſi. 63. conſiderans, ꝙ illud verbum, amborum, fuerit additum ad excluſionem expreſſam filiorum ex alio viro ſuſceptorum, non aũt ad reſtrictionem propriæ prolis, ne complectatur nepotes, quemadmodum ſtatutum loquens de filiis natis ex eis, vel de eodem matrimonio &c. reſtringitur, ne maritus ad hoc dotis lucro per prolem alienam excludere, non autem ad nepotis prolis propriæ, quæ eum debet excludere reſtringatur ſecundũ cõmunem opinionem, de qua ſtatim dico: & hoc mihi magis
29 placet. Alia ergo eſt quæſtio, quando ſtatutum † de lucro dotis loquitur de filiis natis ex eis, vel ex eodem matrimonio, vel ex eorum corpore natis, an per huiuſmodi verba reſtringatur ad filios, ita vt ſtantibus nepotib. debeat maritus nihilo minus hoc dotis lucrum facere. Et duplex eſt dubitatio, altera de nepotib. ex filia eorũ coniugum, altera de nepotib. ex filio eorundem. Iſta ſecunda de nepotibus ex filio, an maritum excludant, eſt minus dubitabilis, de ea dubitauit Bar. in d. cõſil. 132. licet, in q. propter † dictionem ex, quę importat cauſam proximam & immediatã. l. eo tempore. ff. de pecul. l. non dubium. C de legib. l. 1. §. incendio. ff. de incen. rui. nauf. quod arg. ad hoc facit etiam Ang. in §. nec ille. in Auth. de trien. & ſemiſ. & Corn. in conſi. 299. nu. 34. vol. 2. Nihilominus omnes fere tenent contrarium, vt in terminis de lucro dot. determinant Bal. Pau. de Caſt. & Corn. in l. j. ff. de cond. inſer. Salyc. in auth. ſed ſi quis. C. de ſecun. nup. Bal. in c. 1. §. filia. de ſucceſ. feu. Anch. in repet. c. canonum. ver. tertio principaliter quæro. de conſti. Cal. in conſ. 13. punctus talis eſt, quidam. vol. 3. Rui. in conſi. 63. quamuis. vol. 3. Dec. in conſ. 353. Lud. Rom. in conſi. 148. viſis. Pau. de Caſt. in conſi. 410. viſo facto, & dubiis. col. 2. in fi. & in conſi. 313. ſupraſcriptus dominus. & Ben. Cap. in conſ. 22. punctus, quidam Tadeus. col. 2. & 3. Alci. in l. liberorum. de verb. ſigni. Alc. in c. 1. ver. quæro ab extra. poſt Bal. ibi, de ſucceſ. feu. Alc. & Cepol. in d. l. cognoſcere. §. liberorum Soc. in conſ. 26. dom. Fran. vol. 1. Corn. in conſ. 51. videt. lib. 3. & in conſ. 233. in hoc. vol. 4. Bal. in conſ. 205. dubium. lib. 5. dum hanc concluſionem tantum improbat in nepote ex filia. Alc. & Pau. de Caſt. in l. tale. ff. ſolu. ma. Caſt. in l. Gallus. §. inſtituens. de lib & poſth. & Ang. Imo. & alij in l. Lucius. la 2. ff. de hær. inſt. And. Tiraq. in trac. de primog. in q. 40. num. 33. verſi. ideoq; & dicitur nepos. & hoc tenent prædicti Doct. p tex. in d. l. Lucius. ibi, ex ſe natum, natamve non habebit, dum conditionem ſubſtitutionis de natis ex ſe intelligi de omnib. deſcendentib. vult ille tex. adeo ꝙ ſubſtitutus excludatur, aliquo ex eis ſtante, qua de re dixerunt Doct. ſubſtitutum vocatum ſub ea conditione, ſi hæres deceſſerit ſine filiis ex ſe, vel ex ſuo corpore natis, repelli ſtante aliquo nepote, vt per Soc. in conſ. 51. viſa. nu. 10. ver. quoniam ad omnia iſta. volu. 4. per Steph. Berra. plene in conſilio 23. nu. 24. vol. 1. & in conſ. 96. in vol. 2. Bar. in d. l. liberorum. col. pe. nu. 18. ver. quæro quid ſi in aliqua. Doc. in l. Gallus. §. inſtituens. & Alc. in l. ex facto. §. ſi quis ita. nu. 4. ff. ad Treb. & nõ pauci ex præallegatis, quod ego induco a fortiori, ꝙ ſi hoc receptum fuit in ſubſtitutione, vbi ſic intelligendo redduntur illa verba, ex ſuo corpore natis, vel ex natis, prorſus ſuperflua, multo magis id recipiendum eſt in caſu huius ſtatuti, in quo ea verba non ſtant otioſè. intelligendo etiam, ꝙ nepotes non excludant, quia ſatis operã tur, dum expreſſam excluſionem filiorum ex alio viro continent. Similem tex. habes in c. 1. de eo qui fi. vel hær. ibi, ex procreatis, & ibi ex eo nullus maſculus &c. vt poſt Bal. ponderat ibi Veron. Cepol. in d. l. cognoſcere. §. liberorum. de ver. ſig.
31 Non ob. modo † ponderatio de dictione ex, per Bar. & Ang. facta, vbi ſupra, ꝙ ſignificet cauſam proximam, & immediatã, & ſic de proximis, & immediate filiis intelligatur: nam dupliciter reſpondent Docto. Primo negando, quia interdum importat mediatam, & remotam, vt per Cep. in d. §. liberorũ, & Cap. in d. conſi. 22. punctus, quidam Tadeus. colum. 2. in fi. & alios, vbi ſupra. Secundo, quia nepos dicitur ſatis immediatè naſci ex eis propter ſanguinis continuationem, nam immediatum eſt, quidquid per rerum naturam continuatiue eſt vnum, & idem, ita dicit Cap. in dic. conſil. 22. poſt Bal. in d. l. 1. C. de condi. inſer. & quam plures ex præallegatis. l. cum acutiſſimi. C. de fideicommiſ. & ſecundum Senecam, Continuatio eſt partium inter ſe non intermiſſa coniunctio, vt refert Gemin. in cap. primo. nume. 10. de conſecra. eccle. vel alta. in 6. & continuatio ſanguinis in nepotem ex filio oſtenditur, qa filius eſt portio patris, in eoq; ſubſtãtia, & caro patris eſt, imo vnus & idem cũ patre iudicatur eſſe. c. tam itaq; 1. q. 4. & Soc. in conſi. 252. nu. 18. in 2 lib. dicebat, ꝙ filius erat caro augmẽtata, & ꝙ non dicitur extinctus pater, filio viuente. l. cũ filius. §. hæredes. de leg 2. facit. l. fi. C. de impube. & aliis. Tiraq. non pauca deducit ad hoc in d. tract. de primog. in q. 40. num. 28. verſicu. ratio ex eo ſumitur. Et hæc reſolutio forte limitatur, quando in ſtatuto diceretur, ex proprio corpore natis maritum &c. ponderãdum illud verbum, proprio corpore, quod videtur plus importare, vt plus eſt, requirere iuramentũ propria manu præſtitum, quam proprium iuramentum, quia in primo caſu non poteſt aliquo modo per alium præſtari, ſecus in ſecundo, vt dixi in meo tracta. de iureiuran. in lit. in par. 2. in primo memb. nume. 20. ita limitat Gui. Papæ in deciſ. 353. teſtator tres habens. quem allegat Rip. in d. l. ex facto. §. fina. nume. 5. ad Trebell. quaſi cum eo ſentiendo. & tenuit hanc differentiam notans in reſpon. 26. nume. 20. ſub titulo de reſcr. ſed D. Alcia. ſimpliciter damnat in hoc Gui. Papę in

Source : BIU Cujas

d.deciſ.353.teſtator habens,vt per eum in dic.l.liberorum.& Ludo.Rom.in d.conſ.148.viſis. conſulens in terminis ſtatuti loquentis de filijs ex proprio corpore natis ſimpliciter tenet contra id,quod dicit Guido Papæ in d.deciſio.353.& Steph. Bertran.in præalle.conſiliis 23.& 96.eodem modo conſuluit, quod & mihi magis placet, quoniam non eſt differentia, an dicatur ex proprio corpore,an ex ſuo corpore,differentia poſſet eſſe inter hæc verba,ſi dicat ſtatutum de filiis propriis, vel de filiis ex proprio corpore, & ita procedit differentia in qō. iuramenti ſupra citata. cum ergo in caſu ſtatuti loquentis de filiis ex ſe,vel ex ſuo corpore,compræhendantur etiam nepotes,ſecundum magis communem, idem dicendum eſt in caſu ſtatuti loquentis ex proprio corpore.Rolan.in q.56. tenet hanc partem,& non ſolum ꝙ nepos ex filio, verum etiam nepos ex filia faciat perfectam conditionem deficere,& de vtroque loquitur indifferenter,dicens opinionem Bart. communiter reprobari quo ad vtrunque caſum de nepote ex filio, vel ex filia, & ſequitur Bertran.in d.conſ. Altera dubitatio de nepotib.ex filia,maior quidem eſt,nam Bar.in conſ.132.licet in qōne.conſuluit,virum non excludi ab hoc dotis lucro per nepotem ex filia,ſtante prædicto ſtatuto loquente de filiis ex eodem matrimonio,vel ex eis natis.Idē conſuluit Bal. in cōſ. 205.dubium ſuper quo,lib.5.& mouetur Bar.quia natus ex filia ei non attribuitur,ſed eius marito, quia filij ſequuntur patrem & non matrem.l.Item in poteſtate.& l.ſeq. ff.de his qui ſunt ſui.§.fi.Inſt.de pat.pot.& ſic non auo materno,ſed paterno filij attribuuntur,ideo videntur nati,ſeu deſcendere ex nuptiis, & matrimonio patris, & non matris. Adde ſecundum Bal.in d.conſ.205 ꝙ ex opin.Philoſophorū,& medicorū qb. vt in arte peritis credendū eſt l.1.de vent.inſpic. mulier in generatione non hēt partē,ſed interuenit, quaſi terra recipiens ſemen maris,illud confouens,vnde creatur homo.Hinc ēt dicitur,ꝙ fœmina eſt caput & finis familiæ ſuæ.l.pronunciatio. §.familiæ.de verb.ſig.quod & Rip. in hoc propoſito dicit in d.l.ex facto.§.fi nu.17.col.2.Contrarium conſuluit Corn. in d.conſ.51.videtur.col.2.& 4.vol.3.& in conſ.233.in hac.in 3. & 4.col.in vol.4.vbi dicit hanc eſſe cōmunem opin.Lud.Ro. in d.conſ.148.viſis.Soc.in d.conſ.26.do.Fran.in col.2.volu.1. & alleg.Bal.in tit.de ſucceſ.feu.& dicit eſſe cōmunē,& probari per tex.in d.l.1.C.de cond.inſer. & ibi firmant Bal. & Caſt. & Bal.conſuluit in conſ 13.punctus talis eſt,quidam.vol.3 & Pau.de Caſt. in conſ. 313. ſupraſcriptus dominus conſultor. & in conſ.410.viſo facto & dubiis,col.2.Ale.in d.l.ex facto.§. fi.& ibi Rip.nu.7. vbi dicit in iudicando non eſſe tutū ab hac opinione recedere,dicendo eſſe cōem licet diſputabilem,& ſibi dubiam. Et cum iſta tranſit Bar.in d.l.liberorū. in col.pe. cum quibus ego reſideo,quia verior etiam mihi videtur,quoniam aut improbatur ea ratione,quia diſpoſitio debeat intelligi de primis & immediatis, qui deſcendunt & oriuntur ex eo matrimonio propter vim dictionis extra, & tunc male,qa fere omnes non obſtante dicta dictione,volunt contrarium, 32
vt in quæſt.de nepote ex filio diximus, & præſertim quando diſpoſitio Bar.in d.l.liberorum.nu.18. quod ēt militat in caſu nepotis ex filia, aut quia nepos ex filia non dicatur ex ſanguine,vel corpore aui materni,vel ex nuptiis materni aui, & iſta ratio eſt falſa,& aliter credere,eſſet falſum & nugatorium,dixit Pau.de Caſt.in d.cōſ.313. ſupraſcriptus dñs. col.2.& Cor. in conſ.233.in hac.nu.6.vol.4.& in d.cōſ.51.videtur.nu.2.volu.3.quia ad generationis opus maſculum & fœminam creauit Deus,dicit tex.in §.neq; vllo.Auth.de trie. & ſemiſ.& pater generans dicitur, & mater genitrix,vt in Euang.Beatæ ſteriles, quæ non genuerunt & partus, ſeu filius dicitur viſcera matris,vt per no.Bal.in l.alimenta.de neg.ge.dicit Io.de Ami. in conſi.145.col.fin.& legitur lib.3.regu. ca.3. Commota sūt & viſcera eius ſuper filio ſuo.Alioquin ſi filius non diceretur carnem etiam a matre ſumere, Dominus noſter Ieſus Chri 33
ſtus,cum ex aliquos patris ſemine non eſſet generatus, non fuiſſet homo,quod eſt hæreticum credere, aſſampſit autem carnē excaſtiſſimo, puriſſimo,ac ſanctiſſimo corpore Beatę virginis Mariæ abſque vllo penitus pudoris tactu, & dicitur ex ſemine Dauid deſcendiſſe, mediante ſanctiſſima, & immaculata virgine Maria eius matre, quæ proceſſit ex ſemine Dauid.Hæc deducunt Cor.& Caſt. in præallegatis conſilijs. Vnde omnia iura diuina,& humana dant cōiunctionem naturalem ratione carnis, vel ſanguinis, inter cōiunctos ex fęmina,quæ quidē coniunctio,cum nullo iure ciuili conſiſtat, vel nitatur,ſi per ſanguinem natura non daretur, nulla eſſet, vel quid dici poſſet,nō video, ergo per fœminā datur deſcendentia ex carne,vel ſanguine,ergo nepos ex filia deſcendit ēt ex auo materno,& ſic prouenit ēt ex corpore aui materni, & oēs dicimur deſcēdere ex Adā, & Eua primis noſtris parētib. inquit Pau.de Caſ.in conſ.410.viſo facto,& dubiis. col.2.& a pre,& matre pariter deſcendat generatio, neceſſe eſt dicere, ait Caſ.in d.conſ.333.ſupraſcriptus dñs cōſultor. col.2.circa med.dicens idcirco nepotem ex filia deſcēdere ēt ex auo materno,quia ſi illa filia eius mater non fuiſſet, ipſe non adeſſet. Hinc Dec.in conſ.223.Corn.& Caſt.in conſi.præalle.& Imo. in conſ.62.poſt exhibitum.voluerunt, ꝙ mulier dicatur hre generationem ſuam,& ꝙ emphyteuſis accepta in tertiam generationem intelligatur ēt in tertiam generationem deſcendentem per filiā emphyteuſe.ſic & feudum vel aliud relict ū generi,ad deſcendentem ex filia ēt pertinebit,niſi aliud ſubiecta materia ſuadeat,vt p plura deducit Curt. in tract.de feud. in 3.par.q.26.Sed ne eamus p mēdicata ſuffragia,mihi vr tex. in d l.1.C.de condi.inſer.dum ibi dicit auus maternus ſuſcipit nepotem ex filia, ita illum tex.pōderant ad hoc Caſt.& Cor. in locis præallegatis,& pondero ēt tex.in d.l.Lucius.la ſecunda.ibi,dum conditionē illā, ſi natum,natamve non habebit, intelligitur de deſcendētibus, & hoc tam reſpectu maſculi q̄ fęminæ qa ibi æquiparantur in hoc,& non fit aliqua differentia.Modo non obſtant rationes Bar. & Bal. conſulentes in ꝯriū. Et primo illud, qđ filius & filia nō dicat ex mrimonio aui materni,negat,quoniam ſi hoc negetur,poteſt ēt negari procedere ex matrimonio aui paterni,quatenus immediate non naſcitur ex corpore auorum prædictorum, vel ex eorum matrimonio,vt dicit Caſt.in d.conſ.410.& in d conſ.312.vbi dicit,nuptias dici tam reſpectu mulieris, quam viri,imo magis mulieri attribuuntur, q̄ viro; qa matrimonium dicitur a matre, & ſic muliere, non autem a patre, patrimonium. & ideo negari non poteſt,quin dicatur nepos & ex filia venire immediate, tam ex nuptijs mulieris filiæ, & mediatē ex nuptijs aui materni,q̄ ex nuptiis viri filii immediate, vel mediate ex nuptiis,aui paterni,& ex prædictorum matrimonio.Vnde verba ſtatuti verificantur in nepote ex filia, ſicut in nepote ex filio, cū loquitur de natis ex eorū matrimonio, ut ēt aduertit Bal. in dicto conſ.13.pūctus talis eſt. Item & illud, ꝙ mulieris ſemen non concurrat in generatione hominis ſecundum phyſicos non vrget,quoniam quomodo interueniat in hominis generatione, noſtra non refert indagare:ſat eſt, ꝙ iura diuina & humana volunt, ex parte fœminarum ēt naturalem cōiunctionem & deſcendentiam cadere rōne carnis,& hoc ſufficit quo ad hoc, vt nepos ex filia dicatur ēt deſcendere ex auo materno, vnde ſit locus ſtatuto. Siquidem de modo lex curam nō habet, ſed effectum conſiderat.Bal.in l.de quibus. ff.de legib.& conſue.Nec illud de l.pronunciatio. §.familiæ, facit ad rem, quia illud procedit agnationis reſpectu, quæ eſt de iure ciuili, & rōne carnis nō conſideratur. l. tutelas. ff. de capi.dimi. & no.ſecus quo ad ius cognationis,qđ rōne ſanguinis cōſideratur,qđ nō reſtringitur ad maſculos, vel ad ueniētes ex eis,ſed pariter eſt oīb.cōe.Inſt.de grad.cog. & ff.de gradib ꝯſang.& affi.per totū,& alibi ſæpe Hucuſq; de filiis cōib. diximus,ꝙ ꝯdō lucri per ſtatutū delati deficiat illis, & cæteris poſteris ſtantib.anteaq; negauimus eam ꝯdōnem intelligi poſſe de liberis alterius matrimonij. Certa † eſt.n.ꝯcluſio, ꝙ maritus lucratur dotē in præiudicium filiorū prioris mrimonij,modo non ꝯſequatur plus,q̄ vnus ex filiis prædictis, iuxta diſpoſitionem l.hac edictali.vt dicit Soc. Iun. in conſ.70.placet.nu.2.vol.2.vbi plurimos alleg.ad hoc.Nūc maior difficultas oritur,nūquid filij mulieris ex alio viro ſuſcepti impediāt maritum hoc lucrum facere,non quia ipſi in ea ꝯdōne ꝯpræhendantur,quaſi illi ſuperſtites faciāt illā deficere,vt dixi, ſed quia illis datur ius,& remediū quoddā aduerſum maritū eorum vitricū de iure cōi auocandi quicquid eſſet ab eorū matre datū,vel inter viuos, vel in vltima voluntate ſupra id, qđ aliquis eorū haberet,qui minus habet de bonis eius.l.hac edictali.C.de ſec.nup.§.optime,in Auth.de nup.quaſi ſtatutum prædictum illi iuri,& remedio,non cēſeatur derogare,vel qa id noluerit,vel qa non potuerit. De vtroq; igit videndū eſt.

Et primo,†an ſtatutum poſſit tollere diſpoſitionem dictę l.hac edictali,& d.§.optimē.adeo ꝙ in p̄iudicium filiorū prioris viri maritus lucrē dotē,ēt ꝙ illis nō ſuperſit de bonis maternis tm̄,quantū eis ꝯcedit d.l.hac edictali.& d.§.optimē.Et in hoc dubio Bened. Cap.in conſ.73.pūctus,dña Philippa. in col.2.rndit, ꝙ ſicut hoc fieri nō pōt per pactū per ipſam mulierem aliquo mo,ita per ſtatutū id fieri nequeat, quia ſtatutū eſt tacitū pactum partiū. l. itē quia. l.non impoſſibile.ff.de pac.mulier.n.dēt curare,ne incidat in caſum alienationis prohibitæ a iure cōi,arg.l.codicillis.§.pe.de leg. 2. qñquidē dicat is damnū dare,qui dāni præſtat occaſionē. l. qui occidit.§.fi. vbi gl.& Doc.ff.ad l.Aqui.& hac rōne dicit Capra, ſic tenuiſſe Iac.But.& Bar.& Bal.& Frāc.de Alb.in d l.hac edictali. Qđ vr defendi poſſe,quatenus legitima illis aufertur occaſionaliter,quia alia bona ſupra dotem illis non ſuperſint pro ſua legitima conſequenda,& per ſtatutum legitima tolli nequeat,ſecundū vnā opin.æquiorem,& fortè receptiorem. Ale.in cōſ. 55.viſo tit.in ſecūdo vol.& in conſ.75.viſis.nu.6.vol.1.Rip.in reſpon.

Source : BIU Cujas

reſpon.7. ſuper præmiſſo.ſub ti.de le.Corn.in conſi. 150.lib. 2.D.Alc.in l.nihil aliud.de verb.ſig.Guid.Pap.conſi.140.col. 4.& in conſil.144.in fi.Cur.ſen.in conſ.23.in fi.Rom.in conſ. 16.in fi.& Corn.in conſ.123.vol.3.Soc.in conſ. 150.& Doct. alibi ſæpe.Dicas imo contrarium eſſe verius, ꝙ ſtatutum derogare poſſit d.l.hac edictali.vt fere omnes tenent Bar.Bal.Saly.in l.1.C.de inoffi.dot.& ibi Pau.de Caſt. & Doc. communiter in d.l.hac edictali.& Dec.Iaſ.Cur.Franc. Pep.in authen. præterea.C.vnde vir & vxor.Pau.de Caſt.in conſ. 194. verba ſtatuti.in fi. Alex. in conſ. 158.volu.5.Socy. in conſ.52.ſuper hac.colum.1.volu.3.& in conſ.35.primum nunquid.col. 1.& in 4.vol.Rui.in conſ.64. viſis ſtatutis.col.2.nu.2. vol.3. vbi in hoc damnant Capram.Bal.in conſ.495.quædam Domina.nume.9.vol.5.Caſt.in conſ.345.viſo caſu, & allegationib. & Io. de Amic.in conſ.3.in cauſa,& lite agitata,& in conſ.11. conſuetudo.col.2.Dec.in conſ.19.& in conſ.283,& Sign.de Homod.in conſ.37.factum ſic. nu. 5.& quotquot ſcripſerunt in hac materia;nam dicunt, dictam l.hac edictali continere ius poſitiuum voluntarium, non autem ius naturale neceſſariũ, ideo per ſtatutum tolli poſſe:nam ius ciuile per aliud ius ciuile tolli & abrogari poſſe nemo dubitat,ad trad.in l.omnes populi.ff.de iuſt.& iu.l.venditor.§.ſi conſtat.ff.commu. præd. §. ſed naturalia.Inſtitu.de iure natura.l.ſed & poſteriores. ff.de legibus.& plene tradit Ioan.de Amic.in d.conſ.11.& in d.cõſil.3.aduertens,ꝙ d.l.hac edictali,non reſiſtit,niſi pacto, non enim improbat conſuetudinem,vel ſtatutum futurum, etgo valet,vt per no.in auth.nauigia.C.de fur. l. ſi non ſpeciali. C. de teſta.l.fi.C.eod.iuncto tex.in c.1.de conſti.in 6.Idẽ plurib. comprobat Rolan.vbi ſupra,in q.24.Nec ob. argum. Capræ,
34 †quia de pacto ad ſtatutum affirmatiue illud procedit, ſed non negatiue,vt dicunt Caſt.Iaſ.Ioan.de Amic. & alij vbi ſupra,quia maior eſt poteſtas legislatoris ſtatuentis, quam hominum priuatorum paciſcentium,ita reſpondet Pau.de Caſ. in d. conſ. 193. verba ſtatuti.quod argumentum negatiue factum damnat Bar.in l.alia.§.eleganter.ſol.mat.& ꝙ hoc ſtatutum ſit tacitum pactum,non facit ad rem,quia non ob id partes videntur tollere legem,quæ per ſtatutum,antequam ipſæ matrimonium contraherent,fuerat ſublata. Nec ob id infertur,ꝙ ſtatutum non potuerit illam tollere,& ꝙ mulier debuerit curare,ne in caſum ſtatuti incideret,quia negatur, cum illa lex iam eſſet abrogata per ſtatutum id expreſſim diſponẽs, & nulla idcirco ſtaret amplius prohibitio transferendi in maritum bona ſub lucro dotis,vel alio titulo,poſſet tamen illud procedere præſuppoſito,ꝙ adhuc duraret vigor d. l.hac edi-
35 ctali,vt dicetur infra.Ad illud † de legitima multipliciter reſpondetur.Primo,quia licet in hoc caſu tollere,vt dicunt Io. de Amic.in d.conſ.3.Dec.in d.conſi.19.Pau.de Caſt.in d.cõſi.193.verba ſtatuti.& in d.l.j.C.de inof.dot. Sign.in d. conſi. 37.factum.Pariſ.in conſ.90.num.14.vol.3.Bal.in d. conſ.495. quædam.in col.2.Caſt.in conſ. 345. viſo caſu,& allegationib. Alcia.in trac.præſum.& Arela.in apoſt.in reg.1.in præſum.8. & Cur.iun.in d.auth.præterea.nu.17.vbi dicunt auferri legitimam filiis ex cauſa per ſtatutum poſſe,& iſtam reputari iuſtã cauſam,vt viduæ facilius adinueniant maritos, & poſſint nubere,quod reipub.intereſt.l.1.ſol.mat. Præterea dicit Dec. in d.conſi.19.ꝙ hoc non eſt tollere legitimam, ſed prohibere, ne de certis bonis allegat.Poſtremo,quia ſublata.d l.hac edictali. quod ipſum videtur in ſtatuto tantum agi,ſequitur, ꝙ mulieri in vita licuerit per contractum dotis,cum illa conditione lucri in virũ bona alienare, vnde filij, qui poſt eius mortem petunt legitimam ſibi debitam, non poſſunt eam deducere de dote lucranda per virum, quia non deducitur de bonis alienatis in vita,& non niſi prius ſoluto omni ære,quod ęs alienum mulier in vita contraxiſſet, ſecundum allegata ibi p eum Hinc conſultum extat,ꝙ matri, cui debetur legitima in bonis filiæ ſuæ,non prius licet eã deducere,quam maritus lucrum hoc dotis vt æs alienum mulieris detraxerit de hæreditate illius filiæ vxoris ſuæ,vt conſuluit Ant. de Butr. in conſ. 12.Soc.in conſ.288.nu.23.ver.confirmatur clara ratione.volu.2.Crau.in conſ.186.nu.12.Corn.in conſ.127.quamuis.volu.3.Rui.in conſ.94.nu.5.vol.5.Bal.in conſ.314. Ioan. volu.4. & Achil.de Graſ. in Rotæ deciſio. 118.dotis lucrum.Hinc reprobatur deciſio Bal. in conſil. 237. ſuper dicto,volu. 5. dum dicit ꝙ ſi ſtatutum tolleret l.hac edictali.nihilominus filii aduerſus vitricum poſſent legitimam petere, non obſtante ſtatuto de lucro, quia verbis generalibus ſtatutum, vel alia diſpoſitio non videtur,niſi ſpecialiter dicat, legitimam tollere, l.ſi quando.§.fi. C.de inoff.teſta. nam hæc ratio non concludit,quia non impediuntur filij(vt dixi)ea ratione, quod ſtatutum videatur illis abſtuliſſe legitimam,ſed quia eam de bonis iam alienatis in vita, vel non niſi deducto ære alieno, deducere vel capere neque ũt. Præterea dici poteſt, ꝙ ſtatutũ verbis generalibus ẽt intelliga tur legitimam tollere,nam tex. in d.l. ſi quando.§.fi.procedit in hominis diſpoſitione, non aũt legis,ſeu ſtatuti.ita reſpondit Dec.in conſ.525.dicens hanc diſtinctionem facere Soc. Caſt. & alios,de quibus ibi per eum.
35 Secundo,†an ſtatutum eo ipſo,ꝙ marito concedit lucrũ dotis muliere præmoriente ſine filiis,videatur velle,ꝙ filij prioris matrimonij nequeant dictum lucrum ei minuere, rõne d.l.hac edictali.reducendo ad illud minus, quod aliquis ipſorũ reperitur de bonis maternis habere, & ſic quæritur nõ de poteſtate,& validitate ſtatuti, ſed de eius voluntate,an voluerit derogare d.l.hac edictali.& illi derogaſſe per hmõi diſpoſitionem cenſeatur.Et pro parte affirmatiua plura faciunt.Primo,ꝙ ſtatutum,cum ſit poſterius,debet illi derogare. l.pacta nouiſſima.ff.de contrahen.empt.Item,quia ſtatutum eſt proprium ius illius municipii.ſed d.l. hac edictali. eſt generalis in toto orbe terrarum, iuxta l.omnes populi.de iuſti.& iu.& §. ſed naturalia. Inſtit. de iure naturali, gent. & ibi nota.Et hoc quidem concludit,quando ius commune, & ſtatutum adinuicem aduerſantur ſibi,ait Bal. in conſ. 495.quædam.lib. 5. l. 1.C.quæ ſit lon.conſuetu.l.3.§.diuus.de ſepul. viol. & videnẽ ſecundum Bald.in hoc ſibi ius cõe,& ſtatutum aduerſari,qa d.l.hac edictali non vult, virum aliquid lucrari de bonis mulieris vltra id,quod aliquis filiorum prioris matrimonii, cui minus mulier reliquiſſet,habere comperiretur, ſtatutum veto vult totam,vel certam partem lucrari. Secundo, quia d.l. hac edictali,loquitur de alienatione, & datione,ſeu pacto p mulierem facto viro,de lucrãdo dotem,ſed iſta datio,& alienatio prouenit ex ſtatuto,& prohibita hoïs alienatione non cẽſetur prohibita alienatio,quæ fit a lege,vel ſtatuto.l. alienationes.ff. fa.ercif. l. qui potuerint. de manumiſ. teſtam. argu. hoc faciunt Soc.in d.conſ.35.& Sal.in d.l.hac edictali.Bal.in l.1.nu.8.C.de inoff. dotib. Tertio, quia dotis conſtitutio valet,ergo & id,quod ex ea contingit, debet valere, ſeu ſeruari, dicit Soc.in d.conſ.35.allegans Bal.in l.ea lege. nu. 14. verſic. modo iuxta.nam,quando eſt permiſſum antecedens,videtur etiam actus inde ſubſequens,licet alias prohibitus,valere.l.1. ff.de auth.tuto.vbi tutor adiens hæreditatem nomine pupilli ſibi pupillũ obligat, quamuis ſibi extra actũ aditionis alias eum nequeat obligare, quod fit propter actum aditionis permiſſum. pro quo facit textus in l. ſi ſponſus. §.generaliter.de donatio. inter virum. l. ſi is qui duos.de lib. leg.Quarto, fortius dicitur vtrunque permiſſum, quia conſtitutio dotis durante matrimonio valet de omni iure. d. §. optime, lucrum vero faciendum de dote fit authoritate ſtatuti,& ſic valet,ergo antecedens & ſubſequens valet. Quinto facit, ꝙ dicit ad hoc Bald.vbi ſupra,quod propter inſeparabilitatem prohibitum ſuſtinetur propter permiſſum.Sexto, quia mulier, quantũ in ſe eſt,ſibi conſuluit,numerando & dando dotem, & aliquo modo hoc eius factum non poteſt reprehendi, vel improbari,quamuis ex eo damnum alteri inferat. l. Proculus. l. fluminum. §.fina. l. Trebatius.ff.de damno infecto. Ioan. de Amic.in conſi.105.Factum.ſic nota.in l. domum. de regulis iuris. Septimo, quia ſtatutum factum ad correctionem iuris communis non recipit interpretationem ſecundum ius cõmune Bal. in l.maximum. C. de liberis præteritis. Caſt. & alij in l.fina.§.in computatione. C. de iure deliberan. Socyn. in dicto conſil.52.colum.fi.volum.3.Iaſ. in auth.præterea. & Alexand.plene in conſil.246. vol.6. Sed hoc ſtatutum corrigit ius commune,volens maritum dotem lucrari,quod procedit ſtantibus etiam filiis ex primo viro,qui alias ſuccedent in dote materna,ergo &c. Poſtremo alii arguunt in aliis terminis, quando ſtatutum dicit de filiis natis ex eis, & ſimilibus verbis vtitur, ſed de his dicemus ſeparatim. In caſu igitur iſto quando ſimpliciter, non facta mentionen de filiis prioris matrimonii ſtatutum de lucro dotis loquitur, ex prædictis videtur concludendum derogatum cenſeri, dictæ l. hac edictali. prout iudicatum fuiſſe refert Iaſ. in dicta authen.præterea.& tenuit Petr.de Anc.& Petr.de Ferrar.in ſua pract.& Ray.in conſil.68.& in conſi vlt. allegatis ſupra in conſiliis Signoro.& Socy. in dicto conſilio 52. vbi dicunt, quod iſtam opinionem longiſſima conſuetudo approbauit in tota Lombardia.

Verum partem negatiuam tenent fere omnes, ꝙ imo per huiuſmodi ſtatutum non cenſeatur derogatum d.l. hac edictali.Bar.Saly.& alij in d.l. hac edictali. Deci. in dicta authen. præterea.& ibi Curt.Iun.& Iaſ.columna quinta. numero 15. & Franciſc. Pep. columna 19. verſicu. & infert ad diſpoſitionem.Bal.& Pau.de Caſt. in dicta l. prima. de inoffic. dotibus. Socyn. in dicto conſilio 35. primum nunquid. in volumi. 4. vbi dicit communiter ita probari,quod dicunt ſequendo Ioan.de Amici.in conſilio tertio.& diffuſius in conſilio vndecimo.conſuetudo.Deci.in dicto conſilio 19. verſic. primus eſt caſus. & in conſilio 283. columna prima. Socyn. in conſilio 85. libro primo. Alexand. in conſilio 158. primum. nume-

Source : BIU Cujas

107.vol.5.Bal. in c. 1. an maritus vxor.in benef. in vſib.feud. Alex.in conſ. 144. circa primum.nu.ſecundo. & in fi.eodem volum.5.& in conſi.122. viſo.num.14. vol.7.Ange.in §.quia vero. in Authen. de nupt.& in §. penulti. in Authent. de non eligen. ſecundo nuben. Ludouicus Romanus in conſil. 434. videtur primo.in fi.& in conſi.44.ex ſupra narrato.Raph.Cuma.in conſil.109. Domina Ioan. in ſecundo dubio.Fulgo.in conſi.63.Bal.quendam. Caſt. in conſi. 345. viſo caſu & allegationibus.columna ſecunda. & in conſilio 365.præſuppoſito ꝙ præfatum.& in conſi.336. ad primum quæſitum.& in conſil.256.ſubſcriptus Dominus,Pariſ.in conſ.90.lib. tertio. Cur. Seni. in conſ. 78. Signoro. in dicto conſ. 37. & alii quamplurimi,qui ab his citãtur,vt nulla dubitatio ſit, quin iſta opinio præualeat authoritate, & ſit tenenda in iudicando & conſulendo. Huic ſimilis eſt deciſio,ꝙ ſi per ſtatuti, vel iuris communis diſpoſitionem maritus lucrari dotem debet in caſu,ꝙ mulier adulterium commiſerit ſtantib.filiis ex priori mrimonio,non lucrabitur,niſi iuxta modũ determinatũ per d. l.hac edictali.ita tradit Franc. Crem. in ſingu. 86. ſtatuto cauetur. Arno.in proble.27.ad regni.Caſſ.in conſuetu. Burg.rub. 6.§. j.nu.7.Carrer.in prac.cri.§.homicidium.nu.257.ver.ſed quid ſi habeat. et Bertach.citans Cẽpol.in reperto. in ver. maritus lucratur.ver.44.& ita fuiſſe iudicatũ ſæpe refertur per eos.Verior quoque iſta cõis concluſio videtur ex plurib.Primo, qa, vt ꝯſiderat Soc.in d.conſ.35.nu.6. hmõi ſtatutũ in indiuiduo non diſponit expreſſim ſuper caſu,qñ filij ex priori viro adsũt, & alia bona præter dotem mulier non hẽt, iõ iſte caſus deciſus a ſtatuto nõ põt dici,ergo eſt omiſſus, & remanet in diſpoſitione iuris cõis.l.commodiſſimè.ff.de lib. & poſthu.l.extraneus.ff.de cond.ob cau.l.ſi cũ dotem.in prin.ſol.mat.quia correctio iurium eſt euitanda.c.cũ expediat.de elec.in 6.l. præcipimus.de appel.l.vt liberis.ibi,nec lex vetat.C.de colla.gl.in c. cupiẽtes.§.quod ſi per viginti.de elec.& electi poteſt.in 6.niſi quando repugnantia iurium tanta eſſet, vt ineuitabilis videretur,vt dicit Bal.in d.conſ.495.li.5.§.fi.in Auth. de offic. & hic videtur euitabilis,ſecundum Soc.in d.conſ.35. Secundo, quia ſtatutũ admittit interpretationẽm paſſiuam iuris cõis. l. 1.§.lex Fal.ff.ad leg. Falc. & ibi deductis maxime per Hercul. & Doc.in l.omnes populi.ff.de iuſt.& iu.c.ad audientiã. extra de cler. non reſid.ergo ſtatutũ de lucro dẽt intelligi ſecundũ d.l.hac edictali.hoc argu.faciunt pro hac parte Iaſ. in d.auth. præterea.nu.14.ver.adde pro ipſa.& Soc.in d.conſ.35.ver.cõ ſumatur iſta.Ale.in d.conſ.158.nu.7.ver.ſexto quia.Cur.Sen. in d.conſ.78. & alij non pauci. Tertio, quia ſtatutũ prædictũ procedit verificato,ꝙ id,quod venit lucrandũ ſit dos.l.dluus. ff.de mil.teſta.Bar.in l.1.ff.quod vi aut clã.l.fi.§.1. ff.de diuor. ſed id dotis datæ viro,ꝙ eſt plus q̃ illud, quod mater reliquit alicui filiorum,qui minus habuit,non eſt dos,quia habẽt pro non dato,& pro non data.d.l.hac edictali.d. §.optime. perinde atque ab initio datum non fuiſſet, ſecundum Bal.in d. conſi.495.quædam. Quarto,quia ſicut non licet per pactũ expreſſum dare,vel conuenire,ꝙ vir plus lucretur de dote, q̃ ſit aliquis filiorum habiturus,ita nec per tacitum licere dicendum eſt;tum quia illa diſpoſitio eſt generalis,& comprehendit tacitum,quia de expreſſo ibi fit mentio,gratia exempli, ſecũdũ gl.ibi,& Bal.in d.conſ.495.quædam.nu.6.tum ẽt quia nõ plus debet poſſe tacitum, quã expreſſum.l.qui ad certum. ff.loca. l.item quia.ff.de pac.ne quod prohibetur vno modo, vel via, videatur per alium concedi.c.cum quid. de regu.iu.in 6. hoc argum.faciunt Bar.& Sal.in d.l.hac edictali. Alex. in d. conſil. 158.& alii ex præalle.dicentes, ꝙ mulier videtur dando dotẽ tacite velle, ꝙ vir lucretur dotem ſtante huiuſmodi ſtatuto, & Ang.in d. §.optime. conſiderat hoc lucrum dotis immediate deferri a ſtatuto,ſed a muliere mediate. Quinto,quia dicunt,ꝙ qui prohibetur alienare,iubetur etiam facere & curare,ne aliquo modo alienatio ſequatur.l.codicillis. §.pen.ff.de leg.2.l.ſi ita quis.§.ea lege.de ver.ob.& ad hoc quamplurima more ſuo congerit And.Tiraq.in trac.de retra.lign.§.1.gl.14. nu.14.ex quo Bal.iubetur ergo mulier per d.l. hac edictali.curare, ne alienatio in dando dotem ſequatur maior ſtante dicto ſtatuto,quam ſibi conceditur,in virum alienare.ita dicũt Bal.Sal.Ale.Pau.de Caſt.& alii ex præalleg.

Poſtremo,quia iſta pars pro filiis eſt benignior,& magis tenenda,quia ipſi agunt de damno euitando, & maritus de lucro faciendo, vt ex pluribus in terminis ſtatuti de lucro dicit Ray.in d.conſi.263.col.4.nu.6.& Io.de Amic.in d.conſil. 11. conſuetudo.col.4.quia filius eſt debita hæreditas parentum, dicit Rayn.vbi ſupra per tex.in l.quia.ff.pro ſocio.l.fi.C.de co
37 dic.& Alex.in conſ.149.lib 6. Vnde†ſtatutum de gabella ſoluenda de hæreditate non procedit in hæreditate parentũ delata filiis.Bertach.in tract.de gabella.in 5.par.prin.nu.15. & ſequitur Dec.in d.auth.præterea.nu.19.ver.ſecundo quæritur, & in dubio de duob. certãtib.altero de lucro,altero de dãno ille debet obtinere,qui certat de damno euitãdo. l.fi.§.ſinautem legatarios.C.de iure deliberandi.l.ꝙ autem. §. ſi quis. ff. de his quæ in fraudem.l.qui peculij. ff. de pecul. lega.l.obligatione.ff.de pignora.actione.

Ad contraria reſpondetur, ad primum igitur in primis patet reſponſum ex prædictis, ꝙ non ſufficit ſtatutũ eſſe poſterius lege communi, & proprium ius loci,ſi quo modo compati poteſt cum lege communi,& iſtud cõpatitur,vt dixi.Secundum non ſuffragatur contrariç opinioni;quia iſta alienatio dicitur voluntaria,& comprehenditur in d.l. ex quo prouenit ex facto mulieris dantis dotem, & mulier poterat vel non dando vel ſub contraria conditione dando dotem, euitare caſum ſtatuti de lucro,ideo non excuſatur,quæ voluntarie ſe coniecit in neceſſitatem. l.2. §. ſi quis tamen. ff. ſi quis cautioni.& allegata ex aduerſo procedũt in alienatione,quæ nõ puenit a facto hominis præcedẽte, ſed a neceſſitate legis.

Tertium negatur in indiuiduo, quia dicta lex, hac edictali.& d.§.optime.approbat antecedẽs,ſ.dotis cõſtitutionẽ durante vita binubæ, ſed improbat expreſſim pactum de lucrãdo,quod eſt conſequens.Nec text.in d.l. 1. ſuffragatur, quia ibi non reperiebatur conſequens in indiuido antecedẽtis improbatum. Præterea negatur lucrum dotis eſſe neceſſarium conſequens,cum nõ proueniat ab eodem iure neceſſario, vt in caſu d.l. 1.in quo aditio tutoris pro pupillo fit iuris neceſſitate,a qua etiam obligatio inde oriẽs proficiſcitur.Quartum quoque falſum apparet ex eademmet ratione, ſicut & quintum. Ad ſextum reſpondetur, ꝙ mulier quatenus aduerſum iuris diſpoſitionem dictæ legis, hac edictali . ſibi conſulit nubendo,nõ excuſatur. & iura ex aduerſo allegata procedunt, quando quis ſibi conſulit citra legis diſpoſitionem. Ad ſeptimum reſpondent Iaſ.in dicta authent. præterea. & Ioann. de Amic. in dicto conſi. vndecimo. conſuetudo , quod etiam ſtatutum iuris communis correctorium recipit interpretationem a iure communi, ſecundum multos, quos allegant, & maxime ne quis indebite damnum patiatur, vt hic agitur de damno filiorum maximo, ut dicit Ioann. de Amic. in dicto conſilio. Rayne. & Iaſ. vbi ſupra. Ad vltimum non cadit reſponſio, pro iſta ſe reſoluit diſputando Rolan. ubi ſupra in quæſtio. 27.

Rurſus vrgendo poſſet aduerſum communem dici, ꝙ imo videatur per huiuſmodi ſtatutum derogatum d.l.hac edictali.tanquam illi contrarium; nam dum vult virum totam dotem lucrari,vel eius partem, negare cenſetur filios prioris viri, vel alium auocare aliquid poſſe, inquit Bal.in d. conſ.495. quædam domina.nu.3.quod probatur ſecundum eum , quia duo inſolidum habere idem nequeunt.l.ſi vt certo.§. ſi duobus.ff.commo.& ad hoc facit glo. iuncto tex.in §. reliquum. & §.illud palam.in Auth.de hære.ibi cum in tex.diceretur,in hæreditate fratres ſuccedere vna cum filiis alterius fratris prę mortui, ſubiicit gl. ꝙ dicti filii fratris excludunt amitas a dicta ſucceſſione,quamuis ſint in æquali gradu, & hoc quia lex eos vocando cenſetur alios excludere.& non ſolum negatio & affirmatio ſunt contraria , ſed omnis incompatibilitas eſt quædam contrarietas,inquit Bal.in dicto conſil. 495.ſubiungens,ꝙ non poſſumus miſcere ius commune cum ſtatuto, vt pro parte lucrum dotis ſecũdum ſtatutum fiat,pro parte nõ, propter diſpoſitionem d. l. hac edictali, vt ſimiliter eſt argumentatus Caſt.in conſilio 345.viſo puncto & allegationibus. videtur ergo ſuſtineri primum fundamentum contra communem,ꝙ quaſi contrarium iuri communi ſtatutum cenſeatur illi derogare. Secundo, quia verba ſtatuti debent accipi cum effectu.l.tertia.§.hęc verba.cum ibi notatis.ff.quod quiſque iur.glo.in l.ſed hoc niſi.de iure dotium.ſed ſi filij ex priore viro poſſent aliquid auocare, non lucraretur vir cum effectu,quantum ſtatutum dicit l.ſecunda.§.peruenisſe.ff.de hæreditate,vel actio.vendita. l. aliud eſt capere.de verborum ſignificat. Tertio quoniam,quamuis iuſtum, & bonum ſit,filios habere hæreditatem matris,tamen melius eſt eos in hoc caſu excludi, & maritum admitti, vt viduæ nubere facilius poſſint, vt dicit Signoro.in dicto conſilio 37.factum ſic, numero 4. & hac de cauſa ſtatuentes Florentinos motos fuiſſe ad concedendum lucrum dotis marito,in prçiudicium filiorum,refert Pau.de Caſ. & alii ſupra, quia viduæ propter filio non reperiebant maritos, ſcientes homines nõ poſſe dotem lucrari illis ſtantibus.

Poſtremo,cum hodie ſublatæ ſint pœnæ iuris ciuilis impoſitæ mulieribus tranſeuntibus ad ſecunda vota, Apoſtoli authoritate,vt dicunt poſt Bart.Pau.de Caſt.& alii. in l. vxores. & ſequen.ff.de his qui notan.infa.c. fi. de ſecundis nuptiis. & ibi not.Neuizanus in ſyl. nup. §. ampliatur primo, nume.46. & ſic liceat eis nubere. quod intelligi oportet, vt ſecundum morem aliarum mulierum nubere valeant.glo.in l.fin.C.de legi.l.ſi conſtante.ff.ſol.mat.alias nubere non poſſe dicerentur,

Source : BIU Cujas

tur.l.nepos.& ibi no.de verb.ſignific. hoc eſt, vt poſſint dare cum ea conditione lucrandi totum id,quod ſtatutum dicit, ſicut cæteræ malieres filios non habentes. Præterea concludi poteſt hodie d.l.hac edictali.ceſſare, quia cum alię mulieres filios non habentes dotem dare ſoleant ſub ea lucrandi ſecundum ſtatutum conditione,pareret impedimentum mulieribus filios habentibus in nubendo,quod impedimentum non oriebatur ante dictum ſtatutum. nam de eo tempore illa conſuetudo lucrandi dotem non vigebat, & raro mulierē dare dotem marito cum iam dicta conditione lucrandi contingebat. Vnde dici poteſt,ꝙ d.l.hac edictali. hunc caſum,in quo contingit hodie matrimonium viduarum impediri, ea attenta,vel non comprehendat,vel ſi comprehenderet, non valeat quaſi impeditiua matrimonij. ita reſpondebat Soc. in conſi.80.præſens.col pe.volu.3.ſuper caſu cuiuſdam ſtatuti, ſubdens ꝙ cum de facili mulieres ſine dote non nubant, lex, vel ſtatutum ſuper dote conditum,quaſi impediens per indirectum matrimonium,non valet, ſecundum Ant. de But.in conſi.36.& alios quos refert,& ſequitur Ruy.in conſ.61.nu. 8.vol.3.& Soc.in d conſ.80.pen. col.quoniam omnis diſpoſitio impediens matrimonium reiicitur.Corn.in conſi.105.in 2.lib D oc.in rub & nig.C.de indic.vidui.toll. & in l.Titia.de ver.ob.& in c.Gemma.de ſponſ.& in c.fi.de ſecun.nup.

Hinc patet reſponſio ad deducta ex aduerſo. Ad primū, ꝙ imo patet eſſe ſtatutum contrarium.d.l. hac ed ctali.& ſic illius correctorium. Ad ſecundum quoque, ꝙ non videtur admittere interpretationem paſſiuam,nec aliam in hoc,in quo 38
corrigit ius commune,vt etiam dicam in replicatione ad reſponſiones datas pro communi. Tertium negatur, quia omne, quod datur titulo dotis ab initio dotem fuiſſe, vſque ad mortem binubiæ,dixit Pau.de Caſt.in d.conſi.193. verba ſtatuti.& Bal. in d.conſ.495. quædam.col.fi.idem Caſt. in conſ. 356.ſupraſcriptus dominus conſultor.& in conſ. 338. ad primum.vbi dicit,in hoc tempus mortis inſpici. §. quia vero.in Auth. de nup. ſtatutum ergo in eo verificatur. vel ſecundo reſponde ſecundum Bal.in d.conſ.495.quædam. quod ſtatutum de lucro dotis debet intelligi per verba naturalia potius, quam per verba iuris ciuilis. l. hos accuſare. §. vtrumlibet. ff.de accuſationib. & ſecundum communem vſum loquendi. l. Labeo. de ſupp.leg. l. librorum. § quod tamen Caſſius.de le.3.& iſto modo dos intelligitur, quicquid in inſtrumento dotali datum eſſe comperitur,per d.l.ſi quis poſthac.C.de bon.proſcrip.arg.l.tutor.ff.de fideiuſ.l.qui id quod. ff.de don.& ſecundum hunc modum ſtatutum comprehendit illud dotis, quamuis de iure dici dos amplius non poſſit. vel tertio reſponde,ꝙ ſuppoſito ꝙ d.l.hac edictali. ſit abrogata per ſtatutum,ſeu hunc caſum nō complectatur,nihil eſt, ꝙ dotem eſſe id neget, ideo in diſpoſitionem de lucro incidit. Quartum & quintum fundamentum ceſſat præſuppoſito prædicto ſtāte, ꝙ ſtatutum cenſeatur ſuſtuliſſe diſpoſitionē d.l. hac edictali. quoniam illius legis prohibitione ceſſante, non prohibetur tacite pactum de lucrando, ſicut nec expreſſum,nec mulier tenetur curare &c.vel ſecundo, ꝙ imo differunt obligatio legis, & obligatio hominis proueniēs ex ipſo contractu.l.obligamur. ff.de act. & obl.quæ.n. fiunt per legis diſpoſitionem,non dicuntur per homines fieri. l.qui ſub conditione.de hær.inſt.ideo lucrum dotis a ſtatuto delatum dici non debet per hominem,i.a muliere per eius pactum deferri. lex.n.& ſtatutum obligant ēt inuitum.l.Mæuio.de leg. 2. ſed ſi mulier in hac ſtatuti neceſſitate conſentiat, aliquid ei imputandum non videtur.l.non videtur.§.qui iuſſu. de reg. iur. l.qua actione.§.j.ff.ad l.Aqu.cum libentius,ſi per ſtatutum ei liceret,dotem abſque illa conditione profecto daret, arg.l.ſi ego.ad Velle.Præterea omnis alienādi prohibitio ceſſat tūc, cum ex neceſſitate matrimonij contrahendi dotis nomine fit alienatio.l.mulier.§ cum proponeretur. ff. ad Treb.& ibi no.& in auth.res quæ C.commu.de le. quæ hodie neceſſitas eſt in hoc mulierib. habentib. filios, quæ certè non vrgebat eas tempore ſancitæ d. l. hac edictali.vt dixi. Ideo hodie d. l. hac edictali. debet ceſſare propter iſtā neceſſitatem, ex poſt ſuperuentam,quæ quidem lex ceſſaſſet tempore ſuo, ſi tunc huiuſmodi neceſſitas mulieres vrſiſſet.quod patet,quoniam ad refrenandam largitatem mulierum debacchātium amore alicuius viri, ibi dicitur illa conſtitutio emanaſſe. non ergo vt impediret eas nubere.

Ad vltimū dicitur,ꝙ imo maritus dicitur tractare de dāno euitando ſecundum multos habito reſpectu ad onera matrimonij ſupportata, propter quæ illud lucrū defertur, vt infra dicam.& filij petendo hæreditatem maternam, dicuntur lucrum petere ſecundum Dec in l.in eo quod vel.de reg.iur.& melius eſt eos dote materna priuari, quam maritum eius lucro,ne illum priuando, viduæ incidant in difficultatem nubendi,vt dixi:illud .n. filiorum concernit priuatā vtilitatem, hoc aūt publicam cōcernit.l.j.ſol.ma.auth.res quæ.& ibi no C.comm.de leg.& ideo in dubio pars mariti videtur potior.

Ex his remanent ſublatæ reſponſiones datæ ad arg. huius partis. & prima & ſecunda demonſtrantur ex prædictis non veræ Et reſponſio ad tertium & quartum & quintum,dū negantur, non videtur bona, quoniam ex alijs demonſtratur vtrunque mulieri licere,& vtrunque valere antecedēs & cōſequens i.doris conſtitutionem, & pactū de lucro,ſtante dicto ſtatuto,quod præſupponit ex prædictis derogare d.l.hac edictali. Ad ſextū replicat,ꝙ imo authoritate legis mulier ſibi cōſulit,dando etiam cum dicta conditione. Ad ſeptimum replicatur, quod ſtatutum correctorium iuris communis in alios,quam in eo,quod diſponit,reducitur ad ius commune, verbi gratia, ſtatutum diſponit, quod filiusfamilias poſſit teſtari,quod eſt ꝓra ius commune, certe hoc ſtatutum intelligitur ſecundum ius commune, quod ſcilicet teſtamentum faciat ſeruata iuris communis ſolennitate, quia de ſolennitate teſtandi hoc ſtatutum non diſponit. & ita procedant dicta Iaſ.Ioann.d m.c.& Roma.in locis præallega per tex.in d.l. 1.§ lex Fa cidia ff.ad leg.Falc. & ſimil.Sed in eo in quo ſtatutum ipſum d ſponit, ſecundum ius commune intelligi non poteſt veniens ad illius derogationem. vt per Socyn. in dicto conſil 52 & Alexand. in conſilio 246. lib 6 & ita procedit Bal.dictam in d.l.maximum vitium. ſtatutum ergo diſponēs de lucro dotis faciendo per maritum, de quo etiam lex communis diſponit,non videtur in hoc ſecūdum leg. communē intelligi poſſe. quid dicemus? Ego † recte diſtingui poſſe exiſtimarem, quod aut mulier dat congruam dotem ſub dicta ſtatuti conditione de lucrando, adeo ꝙ ſi minorem dotem, vel ſub contraria conditione daret dotem,pro dignitate ſua, facile,vel commode non nuberet, ſeu maritum non inueniret:aut dat exceſſiuam, & magnam ſupra id,quod aliæ einſdē conditionis mulieres ſolent dare,& pro minori, & congrua dote potuiſſet nubere,ſecundum dignitatem,& ſui conditionem. Et in primo caſu dicerem, diſpoſitionē d.l. hac edictali. non attenta, viro deberi totum, quod dicit ſtatutum de lucro dotis, tamerſi filii ex priori viro extarent, quibus aliquid de bonis mulieris non remaneret, & hoc defenditur rationibus prædictis. Et communem Doctorum opinionem ſic reſtringit, & limitat in hoc caſu non procedere. Et nota, quod eſt magna limitatio communis concluſionis, & in terminis his, quando ſic mulier non potuiſſet nubere, ꝙ ſtatutum de lucro ſimpliciter diſponens procedat non attenta diſpoſitione d.l.hac edictali.tenuit Ludou. Romanus in conſil. 119. ex themate conſulationis. in ſecundo dubio. Ancha. in conſil. 105.in themate præmiſſo. Bal. in conſilio centeſimo vigeſimoquarto, quæſtio formatur.volumine quarto. Angelus in conſi.396.quædam.volu.quinto.& aduertatur, ꝙ Ang. conſuluit in caſu vetulæ diuitis quæ iuuenem pulchrū, & nobilē acceperat in maritum dando ei dotem magnam,qui alias eā in vxorem non accepiſſet,ſi lucraturus non fuiſſet illam dotē ex diſpoſitione huiuſmodi ſtatuti; vt veriſimiliter eſt credendum,& vt expluribus deductis per Neuiz. in Syl. nupt. §.ampliant primo.nu.55. vnde illud Iuuenalis. Vetulæ veſica beatæ.Sed mihi videtur,ꝙ in eo caſu Ang.tenendum aliud erat, quia laſciuijs non eſt indulgendum.l.ex damni.ff.de dam.inf. & hoc dicit Rebuf.in l j.nu.289.& ibi Paulacus.nu. 138.verſ. ſciendum.C.de ſenten.quæ pro eo quod inter. & hāc ob cauſam potiſſime emanauit d l.hac edictali. ne ob laſciuiā debachans amore alicuius,mulier neglectis, & derelictis propriis filiis, omnia in virum conferat, & vetula illa, de qua in caſu Ang ſi non poterat minori dote virum illum aſſequi in maritum, congrua data potuiſſet quidem alium ſibi parem ætate habere,quo contenta debebat eſſe,quod magis fuiſſet cōgruum, quia matrimonium bonum & aptum eſt nubendo pari,ſecundum Alexan.in conſi.80.volum.ſeptimo. & Corne.conſi.3.in præſenti.nume.3.volu.3. Iuxta illud Ouidij. Si qua voles apte nubere, nube pari. Et quod mīimoniū inter ætate pares fieri debeat,tradit pluribus Neuizanus vbi ſupra. num.19. Præterea pietati maternæ conuenit filij proprij non obliuiſci, ſed eum diligere pluſquam ſeipſum. l. iſti quidem. de eo quod metus cauſa. Authent. vt ſi. prohibitione matres debit.in principio.In ſecundo autem caſu procedit cōis opi.quoniam cum vere iſte caſus deciſus non ſit expreſſim, licet videatur ſub diſpoſitione indefinita ſtatuti comprehendi,nihilominus ex quadam naturali rōne,vel ęquitate id dicēdum eſt, ne hodie dicatur per ſtatutū de lucro dotis indulgeri libidinibus mulierum,& earum effrenatæ inſanię cęci amoris fauere ſtatuentes voluiſſe, quoniā ſicut hoc ſtatutū de lucro dotis non tollit,quominus filij ꝫ matrē, vel eius maritū, poſſint querelā inofficioſæ doris proponere.l.1. C.de inoffi. dot.& ibi no.per Doc.Bal.in d.conſ.495.nu.2.& aliqui ex prę alle dixeruntita nō dēt tollere hoc remediū d l.hac edictali.

Source : BIU Cujas

Quod prouenit ex eadem ratione naturali,ſcilicet charitatis, quam mater erga filios habere debet, & eſt ſubrogata loco querelæ inofficioſæ dotis,vt probat Signo.in conſ.175.quædam mulier.ex plurib.vt ibi per eum.Fortius dixit Curt. Sen. in d.conſ.78. ꝙ ſi ſtatutum expreſſim non dixerit, & clauſulã derogatoriam iuris cõis, non obſtan. &c. non appoſuerit in ſtatuto,non videbitur derogaſſe d.l.hac edictali. quia quãdo ius reſiſtit,in ſtatuto,vt iuri communi deroget, talis clauſula derogatoria requiritur,& in hoc caſu videtur reſiſtere,per ea quæ dicit ibi.ſed hoc fundamentum, vel dictum reprobatur a Pariſ.in conſ.90.nu.16.vol.3.volente ſecundum authoritatem plurium ſufficere aliquo modo colligi ex verbis ſtatuti, ꝙ voluerit ſtatutum d.l.hac edictali.derogare. Reſoluta prædicta ſtatuti quæſtione per iam dictam diſtinctionem, nunc
39 operæpretium eſt alios†caſus proſequi,quando ſtatutum de lucro dotis cenſeatur derogare. d. l. hac edictali. & quando non.& in primis tangendo caſus derogationis Primum eſſe non dubitamus,quando ſtatutum expreſſim derogat d.l.hac edictali, ſecundum quamplurimos citatos ſupra in princip. huius materiæ,vel cum dicit,ꝙ ſi mulier habens filios ex primo marito decedat apud ſecundum maritum ſine filiis ex dicto ſecundo viro,debeat ille ſecundus vir ſuperuiuens lucrari dotem,tamen erit derogatum d.l.hac edictali.Socy.iun. in conſi.93.miror.ad fin.lib.1. nec eſt neceſſaria in hoc clauſula derogatoria,ſecundum Pariſ. in d. conſ. 90. quicquid dixerit Curt.ſen.in d. conſ.78. Rolan.vbi ſupra in q.25. in fi. Secũdus eſt caſus,quando mulier commode nubere pro ſua dignitate non potuiſſet,niſi dotem dando ſub ea conditione, ſub qua dant cæteræ mulieres, vt diximus ſupra. Tertius eſt,quando ex verbis huiuſmodi ſtatuti poteſt quoquo modo colligi, ꝙ voluerit ſtatutum derogare d.l.hac edictali. hoc tenuit Pariſ. in d.conſ.90.nu.18.vbi allegat ad id Saly.Bal.Ro.Soc. Fulg.& Dec.in locis,de quib.ibi per eum.ita.n.dicit vere Soc.in conſi.52.ſuper hoc.nu.4.col.3.Dec.in conſ.283. col.2. & in d.authen.præterea.nu.7.& Pau.de Caſt.in d.conſ.193.verba ſtatuti.col.2.plene firmat id Rol.vbi ſupra in q.25. Quartus eſt caſus,quando ſtatutum dicit, ꝙ maritus irreuocabiliter dotẽ lucretur,non obſtante iure communi,tunc intelligitur derogatum diſpoſitioni d l.hac edictali.ita determinat Bal. in conſi.124.q.lib.4.Quintus,quando ſtatutum dicit,ꝙ quicunque vir,ſiue primi,ſiue ſecundi matrimonij dotem lucretur, ſecũdum eundem Bal.in d.l.1.nu.8.ver.3.quæro de iſta C.de inof. dot.Sed hoc non ſatis mihi concludit,ad derogationem d. l. hac edictali. quando quidem de ſecundo viro potuit expreſſim mentio fieri, quia non tam priuilegiatum eſt ſecundum matrimonium, vt primum, vt dicam infra.Sextus eſt caſus, quando ſtatutum dicit,ꝙ nihil de dote maritus reſtituat ſecũdum Pariſ.in conſi.90.præalleg.nu.22.vbi allegat Dec.in cõſi.19.& in cõſ.283.Sed de hoc valde dubito,niſi de filiis prioris viri mentio ſimul facta fuerit in ſtatuto.Rol.vbi ſup. in q. 31.plurib.comprobat hunc caſum.ſimile eſt,quando ſtatutũ dicit, ꝙ totam dotem lucretur ſecundum eundem in q. 32. nu.14.& in q.31.nu.6 Septimus,quando ſtatutum dicit,ꝙ lucretur in omni caſu,tunc cẽſeatur derogatum d. l.hac edictali.ſecundum Rom.in conſ. 44. ex ſupra narrato, quem refert & ſequitur Pariſ.in d.conſ.90.nu.23. Dec. in conſ. 472. teſtator.nu.2.& in d.conſ.283.col.2.Lud.Goza.in conſ.59.nu.13. & Pariſ.citat ad hoc Claud.in l.ſi ita quis.§.ea l.de ver. obl.& Soc.in d.conſ.52.volu.3.Sed nec hoc dictum mihi placet, & multi tenent contrarium, vt dicam infra in caſib.negatiuis. Rol.vbi ſupra,in q.29.pro iſto caſu dicit eſſe cõem, qui plurimos citat,vt ex eorũ relatu nu. 2. mihi videatur communis. Octauus caſus eſt,ſi vltra ſtatutum ſimpliciter loquens de lucro dotis faciendo per maritum adeſſet illud ſtatutũ de muliere filios habente ex priore viro, & quod ſe aliquo modo referret ad ſtatutum de lucro dotis,vt in contingentia facti tenuit Dec.in d.conſ.19.col.3.ſed in eodẽmet caſu Rui.contrarium conſuluit in conſi.64.viſis ſtatutis.in 3. Dictum Dec.in ſe verum eſt,ſed in eo caſu, an ſtatutũ de muliere habente filios referri oporteret ad eam partem ſtatuti de lucro, de qua diſputabant,merito dubitari poterat, per ea quæ deducit ibi Rui.quib conatus eſt oſtendere, ꝙ in ſtatuto Piſtorienſi volente, ꝙ vxore præmoriente ſine filiis amborum infra quinquennium medietas dotis pertineat ad maritum, & alia medietas reſtituatur,vel reuertatur ad filios,vel filias, & ad alias perſonas, de quibus in eo:ea vero decedente poſt quinquennium nihil de dote reſtituatur. iſte ſecundus caſus ſtatuti de lucrãda tota dote intelligendus ſit,vt diſpoſitioni d.l.hac edictali.non videatur derogatur,quominus in iſto ſecundo,licet non in primo, filii ex alio viro queant a vitrico partem dotis auocare iuxta diſpoſitionem d. l. hac edictali. Et ſtante hoc, ꝙ illud ſtatutum fuiſſet intelligendum derogare d. l.hac edictali,duntaxat in primo caſu, ſtatutum de muliere habente filios,ſed ad illud referens, relatio eius veniebat verificanda, & intelligenda tm̃ in primo caſu. ſecus ſi ſtatutum de lucro in nulla ſui parte videretur reſtrinxiſſe derogationem d.l.hac edictali.ſed abſolute,& ſimpliciter loqueretur:tunc enim ſtatutum de muliere habente filios ad illud ſe referendo, certe non poſſet non ſe referre abſolute ad omnes dictos ſtatuti caſus,ꝙ ſcilicet in omnib.caſib.vel infra,vel poſt quinquẽnium muliere moriente cenſeretur derogatum d.l.hac edictali.Nonus caſus eſt ſecundum Dec. in d. conſ. 19. & Soc.in d.conſ. 52.& Bal.in d.conſ.495.quædam,uol.5.qñ in una parte ſtatuti derogat̃ d.l.hac edictali.ut uideat̃ in alio ẽt caſu eidẽ derogatum,quia una pars legis,uel ſtatuti per aliam declaratur, iuxta vulgariter allega.per Dec. ibi. Sed aduertendum eſt, an id ſtatutum commode patiatur.Caſus ſtatuti Dec.erat,quod dum ſtatutum Piſtorienſe dicebat, vxore ſine filiis amborum præmoriẽte infra quinquẽniũ, dotem pro medietate redire ad filios mulieris, & alias eius perſonas, de quibus in eo, & pro medietate penes virum remanere,derogabat d.l.hac edictali. quia neceſſario intelligebatur extare filios ex alio viro, & nihilominus volebat medietatem dotis virum lucrari,vt deducit Dec.& Ruin.in conſi.95.prællegatis.An vero hæc derogatio, quæ facta colligebatur in caſum mulieris morientis infra quinquennium extenderetur ad caſum morientis poſt quinquennium, in quo caſu ſimpliciter dicebat, ſtatutum, nihil de dote eſſet reſtituendum, fuit in conſulendo dubitatum per Dec. & Ruyn. vbi ſupra, qui ſibi fuerunt contrarij. Pro Dec. mihi videtur fortius mouere illa ratio,quia maritus alio quin minus lucrabitur in caſu vxoris morientis poſt quinquennium, negatur in eo caſu derogatum eſſe d. l. hac edictali.quam cum moritur ante elapſum quinquẽnium in caſu illi l.derogatum eſſe.patet,nam in illo caſu vigore d. l. tot filij ex proprio viro poterunt eſſe auocantes lucrum, vt ſexta, vel duodecima,ſeu minima pars de dote remanebat viro. Sed rationabile hoc non videtur, nec de mente ſtatuentium ꝙ virum minus lucrari de dote in ſecundo caſu, quam in primo voluerint, dum in ſecundo caſu ſtatuunt nihil reſtitui de dote, in primo aũt volũt medietatẽ reſtitui. Pro Ruy. opinione ſtringit,ꝙ non eſt conſequentia,ꝙ ſi vult ſtatutum derogare d.l. hac edictali.in primo caſu, & in eo maritus lucretur medietatẽ dotis,& aliã medietatẽ habeãt filij ex priore viro, idẽ dicatur in ſecundo caſu voluiſſe, vt maritus in totum dotem lucretur,& filij in totũ excludantur.iſtud.n.eſſet multiplicare odia in non expreſſis per tacitam relationem,quę non fit,vbi militat diuerſa ratio,vel odium, vel ibi reſtringitur fauor perſonæ,& diſpoſitio d. l. hac edictali. eſt fauorabilis, ita late deducit Rui.in d.conſ.64.vol.3.ideo ſuper hoc caſu amplius cogitandum eſt.Rolan.vbi ſupra in q.31. nu. 12. tenet pro Dec. cõtra Rayn.Soc.& Bal.caſus alius erat,nam ſtatutũ dicebat, maritum dotem lucrari præmoriente vxore ſine liberis natis ex eis, & ſi filij ex eis extarent, maritum lucrari dotem nolebat,ſed eam conſeruari filiis prędictis mandabat, filiis ex alio matrimonio excluſis,dubitatum fuit,an ſicut in caſu, quãdo extant filij ex eis,qui ſoli ſuccedunt in dote, excludantur filij ex alio a prædicta dote, ita quoque ipſi excludantur, quando maritus eſt lucraturus dotem præmortua muliere ſine filiis ex eis,& ſic in iſto caſu corrigatur diſpoſitio d. l. hac edictali. Bal.in d.conſ.495.nu.13.Soc.in d.conſ.52. ſuper hoc. verſi.ex quo infero,arguũt primam partem ſtatuti,in qua lucrum defertur marito,intelligendam eſſe etiam ſtantibus filiis ex alio viro,& ſic corrigere ius commune,ideſt d.l.hac edictali.quia ſecunda pars ſtatuti,in qua vocantur filij ex eis nati,expreſſim excludit filios ex alio viro;nam vna pars declarat aliam (inquiunt ipſi,)l.hæredes palam.§.ſed ſi notam.ff.de teſta.l.vtrũ. ff.de pet.hæred. ſed dici poteſt hoc non ſufficere, ſecundum Pau.de Caſt.in conſ. 193. verba ſtatuti.columna prima,ſuper hoc ſtatuto conſulentem,quoniam (vt ipſe ait, & certe probabiliter) iniuſtius quidem eſt, filios prioris matrimonij a dote materna excludi propter maritum matris eorum vitricum, quam propter filios eorum matris natos ex ſecundo matrimonio:nam filij ex ſecundo matrimonio etiam habent de iure communi ſymbolum, ideſt partem in dote materna, ſed vitricus nullum penitus ius habet in ea, ſed facilius fit trã ſitus in habentibus ſymbolum,quam in non habentibus. l.in rem actio. §.quæcunq;. ff. de rei vendi. & dicit Corn.in con-262.circa primum. numero 8. lib. primo. Et quia eſt materia ſtricte intelligenda ex pluribus cauſis, Socy. & Bal. conſiderant ſuper d.ſtatuto alia, & præſertim verbum ex eis in fundando ſuam conſultationem, ſed illud attingam mox. Decimus eſt caſus, quando ſtatutum dicit, virum lucrari dotem muliere præmoriente ſine filijs natis ex eodem matrimonio, vel ex eis,vel amborum, & id genus ſimilia,quæ verba denotant excluſionem aliorũ filiorum de dicta condicione, tunc ſtantibus liberis ex alio viro debet etiam maritus dotẽ lucrari ſe-

ri ſecundum Bal.in d.conſi.495.quedam.& Soc.in d.conſ.52. ſuper hac.vol.3.Dec.in conſ.283.diligenter.col.1.& conſulendo ſequitur Pariſ.in d.conſ.90.nu.26.vol.3.& Ro. in conſ.44. qui a Soc.& Pariſ.alleg.ad hoc,q̃ primo probant,quia illa verba ex eis, & ſimilia in conditione liberorum appoſita ſtarent alioquin ocioſe, ſiquidem ſimplex cõditio liberorum abſque illorum verborum additione intelligebatur de liberis ex eo matrimonio,& non ex alio, vt & nos ſupra diximus, vt ergo aliquid operentur,iuxta l.ſi quando.de leg.1.& ibi no.& concord.debent accipi ad derogationem d.l.hac edictali.vt in aliquo maritum lucrum totum,quod dicit ſtatutum, facere, filij ex alio minime impediant. Prẽterea Pariſ.arguit,q̃ dum ſtatutum filios proprios ad excluſionem mariti admittit, repellit cæteros, quia exceptio in vno confirmat regulam in non exceptuatis,vt ipſe pleniſſime deducit,huiuſcemodi arg.vſus eſt Bal.& Soc.vbi ſupra.Sed fortius videtur ſtringere,quia ſtatutum vocans virum non ſtantibus communibus filijs, habet caput incluſiuum filiorum, q̃ ſi filij communes extabũt ipſi ſuccedant, & ſic eis dos defertur. Sed ſi in caſu filiorum communium exiſtẽtium extarent etiam filij ex alio viro, oẽs filij ſuccederent matri in dote, excluſo marito, quod nemo negare poteſt. Ergo in caſu conuerſo vbi maritus ad dotis lucrum admittitur, illorum reſeruatio,ſeu vocatio ceſſat,ſicq; dicti filij ex priore viro excluduntur a dote. hoc arg.facio ex dictis Pariſ.in d.conſ.90.pro iſta parte tenet etiam Rolan. vbi ſupra,in q.30.per plura,de quibus late ibi per eum, & in q.32. idem pluribus firmat ſtatuto dicente,ſi ſine liberis communib. &c.idem etiam firmat ſtatuto dicente ſi ſine filiis ambo rum,&c. vt per eum,in q.33. Nihilominus in hanc ſententiã facile venire nequeo,tum quia contrarium tenuerunt Socy. in conſi.35.in 4.lib.Bal.in c.1. an mari.ſucced. vxo.Rui.conſ. 59.nu.17.vol.3. & in conſ.61. nu.13.vol.3. & Albe.in trac.de ſtatuto exclu.fœm.propter maſcu.6.art.q.27. quem alleg. ad hoc Pariſ.vbi ſupra,vbi alleg.Bal. & Soc. & alios.tum ẽt quia prædictæ rationes non concludunt ad inducendam derogationem.d.l.hac edictali. Nam ad primam reſpon. q̃ explicite de filiis ex ſe natis mentionem fecit ad tollendam omnem facti dubitationem, an filij ex alio matrimonio faciant hanc ſtatuti conditionem deficere.ita reſpon. Rui.in conſ. 59. nu.17. vol.3.dicens tali caſu ſuperfluitatem non eſſe damnatam ſecũdum Abb.in c.ſolitæ.de maio.& obed.& in c.certificari.de ſepult.& quanta fuerit dubitatio,an conditio ſimplex liberorũ comprehendat etiam filios ex alio,patet ex diſputatione acerrima Ray.& Sign. de qua in præalleg.conſ.68.69.& 263.quod eſt vltimum.Ad ſecundum dicitur, illud procedere in terminis ſuis.ſ.in verificatione conditionis, de qua loquitur ſtatutum,nam ad verificandum caſum lucri, regula ſeu diſpoſitio ſtatuti confirmatur per exceptionem filiorum eiuſdem matrimonij,in alijs,vt ſi filij ex alio extent, nihilominus caſus lucri extitiſſe dicatur.ſed non procedit arg.reſpectu iuris huiuſmodi filiis competentis.d.l.hac edictali. quia ſtatutum de illa nõ loquitur,ſicut nec reſpectu querelæ inofficioſæ dotis procedere dici põt eadem rõne.Tertiũ minus obſtat, quia ſtantib. filiis ex eis,filij ex alio admittuntur,non quia cenſeantur a ſtatuto vocati,nã nec ipſi, neque filij ex eodẽ mrimonio dicunt vocati p ſtatutũ ad eã,negaturq; ſtatutũ prędictum, caput incluſiuum eorum habere,ſed quia de iure cõi ab inteſtato filij omnes ex quouis matrimonio matri ſuccedunt. ita vult Pariſ.in d.conſ.90.volum.3.ſi ergo in caſu illo exiſtentium filiorum ex eodem ipſi non dicuntur vocati ad dotem, in caſu conuerſo quando ſuccedit maritus,non dicuntur excluſi,vel ſecundo, ſi dicuntur excluſi, certe excluſi non ſunt,niſi quo ad illam ſucceſſionem ab inteſtato,quam duntaxat importat illa conditio, vt dixi, ergo non impediuntur illud remedium particulare d.l.hac edictali.aduerſum vitricũ mouere. Ponderabat etiam Bal.in d.cõſ.495.nu.15.pro ſua opi. relatiuum, q̃ ſe referebat in dicto ſtatuto ad omnia præcedentia.l. talis ſcriptura.de leg.1.§.fin.l.ſi idem cum eodem.ff.de iuriſ. omn.iu. c.2.requiris.de appel.cui reſpondendo poſſumus dicere, q̃, quando ſubeſt diuerſa ratio, vt magis ad vnum, quã ad aliud fiat relatio, tunc ad omnia præcedentia non fit relatio, ita reſpondet in iſta materia Rui.in conſ.64.nu.6.vol.3. & ratio diuerſitatis adducitur per Caſt.in d. conſ. 193. verba ſtatuti. in col.1.prout ſupra recenſui.& ſic vides nec in caſu iſto derogatum videri d. l. hac edictali. Nolo tamen dictis meis tantum deferri,quin ſi videatur magis, quiſque adhærere aliorum authoritati valeat,nam in hoc & in cæteris opin.meam cauſa tãtum excitandi aliorum ingenia in medium me adduxiſſe volo. Vndecimus eſt caſus, quando ſtatutum dicit, q̃ vir lucretur dotem etiam in præiudicium filiorum prioris viri, tunc d.l.derogatum cenſeri non dubito, vt tenuit Dec.in d.conſ. 19.pro tenui.col.2.ver.Secundus eſt caſus, & Pariſ.in d.conſ. 90.nu.12.vol.3. vbi citat quãplures Doct. de quib. ibi per eũ. Idem dicas,quando ſtatutum diceret,q̃ lucraretur dotem ẽt extantibus filijs ex alio matrimonio, vt poſt Caſt. & alios al leg.ibi per eum,dicit Dec.in d.conſ.19.verſ. Secundus eſt caſus.& Soc. in conſ. 52. ſuper hac, col. 2. ver.vnde conſidero. vol.3.& Pariſ.in d.conſ.90. Et habent iſtos duos caſus pro indubitatis. Vndecimus eſt caſus, ſecundum Ruin.in conſilio 61. columna penulti. volum. 3. quando ſtatutum poſtquam ſtatuit virum lucrari dotem ſeu partem eius, filiis communibus non extantibus,dixit hoc etiam velle in dote, quæ ex legis diſpoſitione intelligeretur cõſtituta,nam in vno tãtum caſu(inquit Ruin.)dos legis diſpoſitione intelligitur conſtituta, ſcilicet quando mulier tranſit ad ſecunda vota dotis nõ facta mentione,in quo caſu intelligitur dos data primo, in iſto ſecundo matrimonio repetita,vt dicemus ſuo loco,ergo ſtatutum vult virũ lucrari in ſecundo matrimonio dotẽ & ſic indiſtincte ẽt ſtantibus filiis ex alio matrimonio. Iſta Rui. concluſio non eſt bona,quia non ſequitur, ſtatutum vult ſecundum virum etiam dotẽ lucrari, ergo & in præiudiciũ prioris viri filiorum,in derogationẽ d.l. hac edictali. vt dixi ad ſupra dictum caſum,cum poſſit procedere,quando d.filij non extarent vel ẽt intelligi iuxta terminos d.l.hac edictali.Eſt verum, q̃ cõſilium Rui. ex alio optime defenditur ibi, quia ibi in eo ſtatuto ſubijciebatur prædicta obſeruari ẽt extãtibus liberis prioris matrimonij,vt per eum in d. conſ. col. pen. verſ. hoc igitur ſic præſuppoſito.Nam,vt diximus in præcedenti caſu, iſta verba, extantibus ẽt liberis ex alio &c.faciunt rem clarã, q̃ ſtatutum voluit illis præiudicare auferendo eis ius d.l. hac edictali.iuxta præallega. Duodecimus eſt caſus Pau. de Caſt. in conſ.193.verba appoſita.vbi cum ſtatuto veteri, in quo cauebatur,virum lucrari dotem filijs non ſtantibus ex eodem, ſi vero extarent,maritum,& filios ex alio matrimonio excludi,& filios prædictos vocari ad dotem diſponebatur, additũ fuiſſet ſtatutum nouum, q̃ in caſibus ſupradictis intelligatur dos totum illud,quod fuerit datum parti viri, vel cõfeſſatũ a parte viri pro dote,vel promiſſum eidem. Cõſuluit Caſt. per hanc additionem voluiſſe ſtatuentes derogare d.l. hac edictali.quoniam ſi non intelligeretur dos ad effectum hũc derogandi.ſ.d.l.fuiſſet ſuperuacua.ſi quidem quo ad præiudicium partis mulieris intelligatur dos modis prædictis abſq; eo etiã q̃ ſtatutum dicat id, quia mulier etiam filiis ſtantibus ex priore viro poteſt oĩa ſua bona in dotẽ dare;quia in eius vita nihil eis debeẽt.l.1.§.ſi impuberi.ff.de coll.bon.iũcto.§.qa vero.in Auth.de nup.& alijs deductis per Ca. ibi. Decimustertius eſt caſus,qñ ſtatutũ pmittit mulieri dare ſecũdo marito omnia ſua bona excluſis etiam filiis ex primo matrimonio, ſtante alio ſtatuto eiuſdem loci de lucro dotis,tunc ſi contingat mulierem dare ſecundo viro omnia bona ſua in dotem, filii ex alio viro non auocabunt a viro partem aliquã lucri diſpoſitione d.l.hac edictali.Ita conſuluit plene Signo.in conſ. 37.factum ſic,& in conſ.69. vbi cõſiderat ſtatutum ponere in poteſtate mulieris actum dandi dotem ſecundo viro, vel aliter in eum bona transferendi, actum vero excludendi liberos vlterioris matrimonij ſecus, quod non ponitur in poteſtate mulieris,ſed imo habetur pro diſpoſito miniſterio ſtatuti,ita q̃ alia particularis excluſio ipſius mulieris faciendą de eis nõ ſit neceſſaria, quia huiuſmodi participium prẽteriti temporis denotat rẽ in eſſe iam perfectã.l.de tutela.§.fi.ff.de cap. dimi.l.2.§.exactis.ff.de origi.iur. Item denotat rem affuiſſe tempore diſpoſitionis ab.q; hominis miniſterio. l. ſi quis maior. C.de tranſ.gl in l.j.C.vt li.pen.Facitq; Signo.Differentiam,an ſtatutum dicat,q̃ liceat mulieri dare excludendo liberos &c. vel an dicat excluſis liberis &c.quia in primo caſu denotaret excluſio filiorũ in fieri hoĩs miniſterio: in ſcõ vero denotat excluſio eorum in eſſe perfecto,vt iurib.per eũ ad hoc allega. Verum in iſto caſu Rayn. in conſ. 68. quædam mulier. col.4. nu.13.ver.in 2.par.putauit.d.l.hac edictali.non corrigi p præfatum ſtatutũ niſi q̃dõnaliter, volens datã eſſe ptãtem mulieri,ſi expreſſim filios excluſerit,faciendi vt maritus oĩa eius bona in dotem habeat,ac eam lucretur iuxta ſtatutum de lucro dotis, ẽt q̃ filij prioris viri extarent, ſed ſi ipſa eos expreſſim non excluſerit,illi non impediantur ſoluto matrimonio auocare partẽ datorũ in dotẽ a viro volente eã lucrari iuxta diſpoſitionem d.l.hac edictali.& mouet, qa iſta verba excluſis liberis,ſunt ablatiui abſoluti,q̃ reſoluunt in vim q̃dõnis.ſ.ſi excludant liberi.l.a teſtatore.ff.de cond.& dem l.ab emptore.ff.de pac.l.cuictis.ff.de vſur. eſt ergo ſm eũ excluſio corũ neceſſaria, q̃ expreſſim a muliere fiat,vt eis tollat remedium.d.l.hac edictali.& iſtã q̃cluſionẽ vult a matre fieri qñcunq; poſſe durante vita ſua,quia tps excludendi nõ eſt determinatũ. Prolixè replicat Sign.in q̃ſ.69.col.6.nu.14.ver.nũc venio ad ptãtẽ. Sed prolixius triplicat Ray.in conſ.263.col.8.ver.nunc deſcẽdit.nu.16.In ſumma,eorũ rõnib.q̃ſideratis,mihi placet opin. Sign. nã negari nõ põt,quin ablatiuus abſolutus poſſit in di-

Source : BIU Cujas

ſpoſitione ſtare interdum per modum narrationis facti ad diſpoſitionem iuris pręcedentem,vel ſubſequentem,vt inquit Sign.in d.cõſ.69. n.18.verſ.2. caſu. auth. in ſucceſſione. C.de ſuis & legit.auth.poſt fratres.C.de legit.hęr.vel.(vt dicit Alc. l.quærebatur. de verb. ſign.) ſtat aliquando in vim ſeptimi caſus, ideo cum in dicto ſtatuto accipi poſſit aliter, quam per modum conditionis, ſ.per modum aſſertionis, & narrationis,non eſt dicendum, ꝙ ſtatutum poteſtatem conditionatam mulieri dederit, ſeu ꝙ ſtatutum voluerit conditionaliter corrigi dictam l.hac edictali.ſcilicet, ſi mulier filios excluſerit, nam diligenter aduertatur ad vtrunque diſtincte. Quo enim ad primum de poteſtate conceſſa, tene ꝙ non minus inaniter,quam inepte dicitur conditionalis,quoniam diſpoſitio conditionalis, non efficitur per expreſſionem eius, quod tacite inerat, ſeu eius,quod extrinſecus non venit.l.conditiones.l.aliquando.ff.de cond.& demon.& no.per gloſ. & Doct. in c.ſignificaſti.de electio.ſed in actu conceſſo mulieri trãſferẽdi in ſecundum virum ineſt actus excludendi alium & par eſt dicere, concedo tibi poteſtatem, ſi vis alium excludere, vel,id dicere ſimpliciter abſque huiuſmodi cõditionis expreſſione,quæ tacite ineſt in huiuſmodi cõceſſione.Illa ergo poteſtas non poteſt conditionaliter data dici ex huiuſmodi expreſſione. Quo ad alterum,ꝙ ſtatutum corrigere dictam leg. hac edictali.ſub cõditione, ſi mater eos excluſerit, intelligatur,& non aliter,dico illum ablatiuum, excluſis & cętera,nõ adaptari ad id, quia de correctione dictæ legis,hac edictali.ne verbum quidem exprimit ſtatutum,ideo ad hoc non põt referri,vel conditionem importare.eſt ergo neceſſe, vt referatur ad poteſtatem conceſſam, & relatus ad eam per modum conditionis ſtare nequit,vt dixi,ergo per modũ narrationis, & aſſertionis concluditur, & ſenſus eſt,ꝙ mulieri liceat in ſecundum virum transferre omnia bona ſua excluſis liberis, id eſt,vt liberi prioris matrimonij excluſi intelligantur, vt nullo modo quicquam auocare queant. Quod mihi indubitatum videtur, ſtante ſtatuto de lucro,quoniam tunc vtrunque cõceſſum apparet ſtatuto, ſcilicet antecedens ideſt dotis conſtitutio de omnibus bonis, & conſequens, ideſt ius lucrandi, ſeu lucrum dotis, in quo caſu certum eſt filios ex alio quicquam contra vitricum dicere non poſſe, vt per Socy.in d.conſi.52.ſuper caſu.volum.3. Pariſi.in conſil.prælegato 90. & alios vbi ſupra.Alijs pluchris rationibus comprobaui,quas Signoro. late deducit in prælegatis conſiliis, quas hic non puto referendas, ſed ad eum te remitto, quem omnino in hoc videas. In vno caſu Curtius in d. auth. præterea.numero 16.limitat hanc concluſionem, ꝙ illa duo ſtatuta non procedant in caſu, quando ſcilicet mulier actualiter nullam dotem dediſſet, licet tranſeundo ad ſecunda vota non facta cum viro mentione de aliqua dote videatur dotem primo viro datam tacite promiſiſſe ſecundum legis diſpoſitionem, vt ſuo loco dicemus. non vult enim ſtatutum illud rigoroſum (vt ipſe inquit) per quod filij priuantur beneficio dictæ leg.hac edictali. in caſu dotis per mulierem datæ vitrico iuxta permiſſionem ſtatuti in effectu derogantem dictæ legi extendi ad hunc caſum, quando mulier ipſa actualiter non dedit,ſed lex,ideſt extẽdi de caſu dotis expreſſim datę ad hunc caſum dotis ficte,ſeu tacite conſtitutæ. & ita plurib. conſulendo comprobat Laſ.in conſ.50.in volu.1.Et hoc mihi videtur decidi per Cur.Senio.conſ.68.nu.8.dum dixit,ꝙ trãſeundo ad ſecunda vota mulier, licet videatur tacite dare in dotem datam primo viro,tamen hoc limitatur non procedere ſtantibus filiis ex primo viro, tunc pro portionibus bonorum pertinentibus ad eos vigore dictæ l. hac edictali.non videbitur tacite dotem dediſſe,vt in præiudicium eorum lucrari maritus eam poſſit.Bar.in quæſtio.mulier habens amplum. in ſolu.quæſt.col.j.Alex.in conſi.144.lib.5.& Curtius in d. authen.prẽterea. nu. 13. etiam ſi dixeris, ꝙ prædicti loquuntur in terminis, quando mulier non habet poteſtatem faciendi contra dictam l hac edictali. & ſic propter defectum poteſtatis,ergo ſecus in terminis præfati ſtatuti ſibi eam poteſtatem concedentis, ſicut in terminis iuris communis quando non extant filij, in quo caſu habet poteſtatem omnia dandi in dotem, & vir poteſt omnia data lucrari, videtur tacite dediſſe etiam ad effectum lucrãdi,iuxta ſtatutum de lucro dotis.Reſpondeo idem,quoniam licet poteſtas adſit,ꝙ abfuerit mulieris voluntas, in hoc caſu præſumendum eſt, vt videtur velle Curt.Sen.in d.conſi.78.nu.8.&ratio eſt, quia impietas,& quaſi crimen eſt,quamuis a ſtatuto id concedatur fieri (quandoque enim a lege,id quod vere crimen eſt etiam committi impune clarum eſt l. Gracchus. C.de adult. & alibi)proprios filios deſerere in totum,omniaque in alium transferendo charitate, affectuque materno ſe declarare ex parte, quod turpe mulieri quidem eſt. vt ergo reiiciatur præſumptio criminis, & turpitudinis.l.merito.pro ſoc.l.cum profitearis. C.de reuo can.donat.præſumendum eſt quod, noluerit id facere, & ſic quod dos tacite vltra menſuram dictæ l.hac edictali. data nõ præſumatur,& per conſequens filii ex priori viro non obſtante prædicto ſtatuto poſſint habere remedium dictæ l.hac edictali.quaſi illud ſtatutum non verificetur in hoc caſu.Ita reperio tenere Roland.vbi ſupra in quæſtio 34.Decimumquartum caſum ſumo ex Rolan.vbi ſupera quæſti.28. quando extraneus, & non mulier,vel eius pater dotem dediſſet,tunc filii non auocabunt lucrum, & ceſſabit d.l.hac edictali. & ſic ibi Bald. tenuiſſe, Curt. Iunior in conſil. 122. & Roman. in conſil.219. & Salyc. in l. ſi ita quis. §. ea.l.de verborum obligat.refert, & ſequitur etiam per alia, de quibus ibi per eum. Decimumquintum caſum collige etiam ex Rolan.vbi ſupra in quæſt. 35. quando etiam extat ſtatutum cauens, quod ſtatuta intelligantur ad literam,nihilominus erit locus d.l. hac edictali. & his in terminis allegat Curt.Iu.in conſi. 122.in fi. & volunt Signo. in conſi. 37. & in conſi. 68. & Ruin. in conſil.69.& in conſil.263.Vbi autem ſtatutum de lucro dotis derogauit di. l. hac edictali. nota ampliando, quod huiuſmodi derogatio habebit locum etiam in caſu, quando lex, vel ſtatutum fingit dotem. Fulgo. in conſi. 89. domina Catharina. Ruin.in conſil.61.colum. penul.volum. 3. Caſtr. in conſilio 336. ad primum quæſitum. Alexand. in conſi. 142. viſo ſtatuto. in fi.volumi. 7. & in conſil. 122. viſo proceſſu. numero 14.eod.& aliis, vt infra de dote ficta dicemus.& iſtam amplationem tene præterquam in caſu præcedẽti, in quo abſolute non fuit derogatum d.l.hac edictali.ſed quatenus daret mulier dotem,vt dixit. Limita nunc ſtatutum de lucro dotis de
40 rogans d.l.hac edictali.†primo non procedere,ſeu non præiudicare filiis,qui eſſent forenſes,& non ſubditi ſtatuentibus,ſecundum Pau.de Caſt.ſic limitantem in conſi.365.præſuppoſito ꝙ.col.1.ſequitur Alb. Brun. in dicto tract.de ſtatuto excl. fœm.propter maſcu. in 6. artic. in 1. quæſt. Rolan. tenet hoc pluribus.in quæſt.36.allegans in fi.Caſtr. & Brun.in locis prædictis.Circa quam limitationem aduerte,ꝙ ſi dicti filij forenſes eſſent hæredes matris, quia mater videtur obligata viro quo ad lucrum dotis ſecundum dictum pactum,non poterit eis ſuffragari, quantumuis forenſibus, diſpoſitio d.l.hac edictali. quoniam ut hæredes matris obligationem ratam habere coguntur.l cum a matre.C.de rei vendic. cum concor. Ita trad.Dec.in conſ.19.colum.penul.verſ. nec obſtat, ꝙ ſaltem mortua.& late Ioan.de Amic.in conſ.3.Si autem hęredes ma
41 tris non eſſent,d.deciſ.Caſt.procederet.Secũdo limita, †quãdo huiuſmodi ſtatutum eſſet a non habentibus poteſtatem derogandi iuri communi conditum,vt a Baronibus & domi nis Caſtrorum,qui æquiparantur prætori, vel præfecto prætorio,vt per no.per Bar.& alios in l.1.de verbor.obligat. quorum conſtitutio non poteſt iuri communi derogare.l.formã. C.de offic.præfęc. præto.capit.inſtitutionibus.25.q.2.Ioann. And.in capit.fin de appell. in 6. & ſic iſti non poterunt derogare d.l.hac edictali.ita limi. Pau. de Caſt.in d. conſ.365. præſuppoſito quod.

Aduerte etiam ad iſtam limitationem, quod quando domini Caſtrorum habent perpetuam iuriſdictionem,& merũ, & mixtum imperium,ſtatutum, & decreta eorum perpetuo durant,& dicuntur ius ciuile,& actiones ex eis deſcendentes ſunt perpetuæ,& ſic derogant iuri communi,vt plene conſuluit Ioan.de Amic.in conſi.110 ad elicita,& in ſumma ego dixerim inſpiciendum eſſe, an ſtatuentes habuerint poteſtatẽ ſtatuendi aduerſus ius ciuile, quod multis modis poteſt contingere,& ad hoc poſſunt inſeruire,quæ tradit Rolan. vbi ſupra,in q.3.Tertio limitat Cur.Sen. in conſ.78.domina Franceſchina,prout refert Curt.in dic.auth.prætera.nu.15.quando filij ex eodem matrimonio extarent, tunc vir non poterit plus lucrari quam vnus ex filijs prioris matrimonij, quamuis ſtatutum derogauerit d. l.hac edictali. Sed hanc limitationẽ ipſe reprehendit, quia multo magis maritus quando habet filios,debet dotem lucrari,quaſi magis grauatus, quam cum non habet filios,& quia alias maritus viduam non accepiſſet, vel non ita facile inductus eſſet ad eam accipiendam, ſi ſe dotem minus lucraturum ſciuiſſet, & ſtatuti ratio hæc fuit, vt viduæ etiam facile maritos inuenirent, quæ militat in hoc caſu.Ego non percipio rationem, ſeu vim iſtius limitationis, ſi enim ſtatutum derogans dictæ legi, hac edictali. volens virum dotem lucrari, defert ei lucrum in caſu, etiam quod filij ex ſecundo matrimonio exiſtant, forte quia defert ſimpliciter abſque vlla liberorum conditione,vt dixi ſupra,in principio huius gloſ.& tunc nihil proponitur, cur non debeat lucrari, cũ reſtringi debeat ad hoc derogatio ſtatuti ad d. l.hac edictali. Sin minus in caſu exiſtentium filiorum ex ſecundo defert,non debemus dicere huiuſmodi ſtatutum derogatorium limitari, ſed potius conditionem ſtatuti prædicti non extiriſſe.Ideo cogita.

Aduer-

Source : BIU Cujas

Aduertendū est prēterea, quod dicta lex, hac edictali. non procedit, quando secundo marito, mulier aliquid de suo nō daret, sed alius, ideo fuit dubitatum, an si pater augeat dotem in secundo matrimonio filiæ cum eo pacto lucrādi, sit locus dicta l. hac edictali. & post Bald. ibi respondit Cur. Iunior in consil. 122. in fine, quod quia pater dotare filiam tenetur, id de patrimonio filiæ emanare censetur, ideo vendicat sibi locum dicta l. hac edictali. secus in alio dotante. Si igitur dispositio dictæ legis non procedit, maritus lucrum, secundum statutum nostrum, facere poterit.

Nunc aliqua dicamus, quando statutum non dicatur derogare dictæ legi, hac edictali. & † primus casus sit, quando simpliciter statutum de dote lucranda disponit, non facta aliqua mentione filiorum prioris viri, tunc non censebitur derogasse dic. l. hac edictali. secundum communem opinionem doctorū, quam tamen intellige, vt supra declarauimus, quando mulier dedit in dotem præter necessitatem, & dando congruam dotem, potuisset nihilominus pro dignitate sua nubere. quæ quidem restrictio communis opinionis mihi magis placet, quoniam ei contrariam opinionem, etiam communem videri dixit Socyn. in dicto consi. 52. super hac, colum. 2. volum. 3. dicens esse dubium, cui earum sit adhærendum, & cum isto temperamento cōmunis opinio facile tenenda est. Secundus est casus clarus, quando statutum prohibet, annullando contractum dotis aliter initum, quod maritus non lucretur de dote, vel de bonis mulieris, plusquam aliquis ex filijs prioris viri. Sed tunc fuit dubitatum, an sit dare modum, vel cautelam, quod in hoc etiam casu vir queat plus lucrari, quam aliquis ex filijs cōtra dictum statutum. Cur. in dicta authen præterea, num. 16. versicu. circa hanc. putauit, quod per fideiussores poterit esse consultum marito, si illi se obligent principaliter & insolidum ei, vna cum muliere dotem dante, & paciscente de lucro per maritum faciendo, & reprehendit Cur. eos, qui dixerant cōtrarium, vt late ibi per eum. Ad hoc facit cautela Dec. de qua mox dicam. Tertius est casus, quando statutum dicit expressim, quod vir lucretur dotem, salvo, ꝙ per id non derogetur vni liberorum alterius matrimonij, nam intelligitur d. l. hac edictali. quod est proprium ius competens filijs alterius matrimonij, ita determinat Bal. in consi. 273. suppositio statuto. volum. 2. & sequitur plenissime consulendo Dec. in consil. 283. diligenter. colum. 2. & 3. enixe hanc partem tenendo, increpandoque audaciam, & pertinaciam consulentium contrarium, quod voluerint nigrum pro albo in hoc ostendere. & fuit Rui. qui contra opinionem Deci. consuluit, vt in eius Rui. consil. 59. casus iste. & conf. 58. visis. volum. 3. patet diffusissime, in quibus conatus est probare, ꝙ intelligatur filijs primi matrimonij seruatum ius ab intestato succedendi, & sic in totum excludēdi vitricum a lucro dotis, non autem solum ius d. l. hac edictali. per quod in parte tantum maritus per eos a lucro dotis excluditur. In sententiam Deci. transit pluribus Alci. in tracta. præsumpt. in regu. 3. in 8. præsumpt. vbi dicit pro hac se consuluisse, non dubito hanc partem esse tenendam, per ea quæ dicit latissime Decius in dicto consil. 383. quicquid dixerit Ruinus in præallegatis consilijs, cuius rationes non carent cauillo. Et opinio Decij mihi placet etiam ea ratione, quia dum statutum defert lucrū marito, & reseruat ius liberorum alterius matrimonij, intelligit vtrunque simul verificari, ꝙ scilicet vir lucretur, & ꝙ dictis filijs sit ius reseruatum. Sed secundum Ruin. vnum excluditur per alterum, quia vult maritum excludi in totum propter filios venientes ab intestato.

Præterea, reseruatio iuris ab intestato esset inepta ad casum, vel statutū, de lucro, quia licet maritus dotem lucretur, vel etiam totam, absq; alia reseruatione dicti statuti, possunt filij matri succedere ab intestato, vel quia habeat alia bona præter dotem, vel quia etiam absque bonis filij possunt effici hæredes ab intestato, vel ex testamēto, si quidem absq; rebus hæreditas etiam dicatur. l. hæreditas. ff. de petitio. hæredi. l. libertus qui. ff. de bonis liber. & concord. Illa ergo statuti reseruatio, ne sic inaniter & inepte intelligatur, necesse est, vt referatur ad ius d. l. hac edictali. quod est proprium filiorum alterius matrimonij, competens eis citra nomen hæredi.

Quartus est casus etiam quando statutum dicit, quod in omni casu vir dotem lucretur, quoniam nihilominus dicetur eis remanere integrum ius dic. l. hac edictali. ita contra opinionem Romani, & aliorum citatorum per nos supra in 7. casu derogatorio tenuit Iaſ. in d. authent. præterea. numer. 15. versicu. non recolo. C. vnde vir & vxor. & ibi Pepus, colum. 19. versic. & infert ad dispositionem. & Ioan. de Amic. in consi. 11. consuetudo, colum. 4. versiculo, quinimo prędicta procederent, & refert Paris. in dicto conſ. 90 num. 7. volum. 3 mihiq́ue istud placet, nam verbis generalibus non censeri statutum de lucro derogare dispositioni d. l. hac edictali. sæpe Doctores dixerunt. Ruin. in d. conſ. 61. colum. penul. volum. 3. & 43 quam plurimi ex præallegatis, † generalitas admittit interpretationem, ne iuri communi deroget. glos. in l. fina. & ibi Bal. in colum. 1. C. si. cen. vel reliq. Bald. in rubri. colum. penult. C. qui accus. Bart. & alij in l. 1. §. nunciatio. de oper. noui nuncia. per illum text. ibi, & glos. neve alius damnum patiatur. l. fin. §. in cōputatione. & ibi nota. per omnes. C. de iure deliber. quoniam interpretatio temere non fit, cum directo in præiudicium tertij redundat. l. nec auus. C. de emancip. lib. l. 2. §. merito. §. si quis. ff. ne quid in loco publ. c. ex tenore. de offi. deleg. c. 2. de reſcript. Felyn. in c. causam quæ. extra eo. in hoc autem clarum est tractari de prejudicio filiorum primi matrimonij, dum eis per statutum auferri ius. d. l. hac edictali. volunt, quo iure priuari ab aliquo non possunt, præterquam a lege.

Quintus est casus, etiam quando statutum diceret, utrum lucrari, filijs ex eis nō stantibus, ꝙ propter id non videtur derogatum. d. l. hac edictali. vt dixi supra in 9. casu derogatorio.

Sextus est, quando stante statuto de lucro dotis, stat aliud statutum volens, ꝙ mulier in prejudicium filiorum primi matrimonij testari possit derogando expressim d. l. hac edictali. nam in casu testamenti non facti, ius d. l hac edictali. integrū filijs remanet aduersus vitricum volētem ex dispositione statuti de lucro, plus lucrari eo, ꝙ aliquis eorum, qui de bonis maternis minus habuerit inter eos habet. Ita consuluit Cast. in conſ. 356. suprascriptus dominus consultor, quia derogatio d. l. facta, in casu testatę mulieris, non debet trahi ad casum intestatæ, iuxta deducta per eum.

Septimus casus est, econuerso, si statutum vult maritum succedere vxori in totum ab intestato. nam d. l. hac edictali. derogatum non censebitur, quominus filij contra vitricum partem bonorum auocent, iuxta illius legis dispositionem, quoniam est ius ablationis particularis partis. s. bonorum mulieris, compatiens cum iure vniuersali, ꝙ potest contra heredem vniuersalem proponi, ita consulendo tradit Pau. de Ca. in conſ. 345. visto casu & allegationibus.

Postremo hanc conclusionem, quando reseruatum censetur ius d. l. hac edictali. declara, quod procedat hoc modo in casu deductionis faciendæ, nempe quod filij prius de bonis omnibus matris deducunt legitimam sibi debitam, de reliquo bonorum fit diuisio inter eos & vitricum nitentem dispositione statuti de lucro dotis, vt secūdum id, quod aliquis eorum minus accepit de bonis matris super legitimam, maritus vitricus eorum lucrum de dote faciat, & sic computatio partium fit ex d. l. hac edictali, prius detracta filiorum legitima. Paul. de Cast. in conſ. 345. viso casu & allegationibus. vbi alleg. glos. in §. optime. in Authen. de nupt. Bal. & Docto. in dicta l. hac edictali. Bartol. in l. 1. C. de inoffic. dotib Rapha. Cuman. qui dicit esse communem in consilio 109. Domina Ioanna in columna fina. in secundo dubio. & Deci. citando plures Doctor. in consilio 246. numero 5. Paul. de Cast. in dicto consilio 193. verba apposita, columna secunda. versicu. potest etiam afferre. Fulgo. plene in consilio 97. Anton. de Butr. in consilio 89. domina Catherina. Rube. Alexandrin. in consilio 155 Rui. in consilio 94. circa. numero quinto, in volumine quinto. & sequitur Rota, in decis. Ioann. Pauli Mod. in decis. 2. vbi alleg. vltra alios Bald. qui hoc dicit in consil. 22. quædam domina. in fi. volumine quinto, & Neuiz. citat alios in sua sylua nupt. §. ampliatur primo. numero 47. Sed aduer-
44 tatur † quod licet verum sit in terminis iuris communis portionem vigore dictæ l. hac edictali, deducendam, deberi supra legitimam, tamen in hoc casu stantis statuti de lucro, non deducent filij, quia antequam legitima de bonis matris deducatur, marito solui debet lucrum dotis, vt ex authoritate quamplurimorum concluſimus supra, in principio istius materiæ. Et propterea non erit verum, quod alterius matrimonij deducant contra maritum eorum vitricum legitimam, & portionem dic. l. hac edictali. quia immo non euellent de lucro mariti nisi portionem eis concessam. d. l. hac edictali. quæ eis debetur propter illatam sibi iniuriam a matre, propter affectata secunda vota, vt inquit Bald. in dicto consil. 22. quædam. & est quid separatum a legitima, & debitum diuerso iure, atque ipsa legitima debeatur, & ex concessione vnius non infertur ad aliud, iuxta vulga. sicque authoritates præallegatæ cum hoc salis grano sunt intelligendæ Roland. vbi supra in quæstio. 27. diffuse hoc dubium pertractans ait prius legitimam filios deducere, & de reliquo partes auo care, iuxta d. l. hac edictali. sicqud omnino tenendum, quia est communis, sed non aduertit ille, quod communis opinio. loquitur duntaxat in terminis iuris communis, & non in his, in quibus legitima non debetur nisi detracto prius lucro dotis, vt ære alieno, secundum plures decis. superius allega. Cum autem statutum reseruauit, seu non derogauit dictæ l hac edictali. est preterea aduertendum, ꝙ in aliquibus casibus maritus nihilominus

hilominus in totum,prout in ſtatuto de lucro,lucrabitur.Pri
45 mus caſus,ſeu limita.eſt † quando filij extitiſſent hęredes ma
tris,tunc non poterunt vti beneficio d.l.hac edictali. & con-
ſuluit Ioan. de Amic.in conſ.3. Et voluit Dec.in d.conſil.19.
col.fin.vt dixi ſupra,quia quem de euictione tenet actio, eun
dem exceptio repellit agentem.l.vendicantem.ff.de euictio.l.
cum a matre.C.de rei vendi.& latiſſime deductis in iſto pro-
poſito per Ioan.de Amic.in d.conſi.3.Sed de hoc ego dubi-
to per ea quæ dicit Bal.in conſi.161.volum.5.quem refert,&
ſequitur multa ſimilia allegando Aym. Craue.iu conſil.200.
nuus.nume.5.nam in caſu Bal.cum eſſet dubitatum,an nepos
excluderetur a beneficio dictę l.hac edictali.ex eo,ꝙ agnoue
rat legatum ſibi ab ea muliere factum cum clauſula, ꝙ plus
petere non poſſit &c.poſt rationes dubitandi Bal.reſpondit,
eum ob id repellendum non eſſe a beneficio eius.l.quia quo-
ties diſpoſitio non valet propter prohibitionem legis, agni-
tio eius non inducit conualeſcentiam talis diſpoſitionis, ſe-
cus ſi diſpoſitio valeret, quamuis reſciſſioni ſubiaceret. Sed 48
diſpoſitio de lucranda dote, ſeu datio dotis non valet ipſo iu
re,quatenus vir plus lucratur de bonis mulieris,quam aliquis
filiorum primi matrimonij d.l.hac edictali.d.§.optime. quia
prohibetur a l.improbante omnem cautelam, per quam par
tes id agere ſeu inducere vellent,ergo non prodeſt agnitio le
gati,inquit Bal.in d.conſ ibi ſi id non prodeſt,ita nec prodeſt
marito, quod filius hæreditatem adierit matris, quoniam in
eo, quod eſt contra prohibitionem iuris diſpoſitum per te-
ſtantem, hæres poteſt contrauenire, ita inquit Crauet.in di-
cto conſi.200.num.5.dicens ſic in terminis dic.l.hac edictali.
tenuiſſe Stephan. Bertran.in illius l.repetit.num.12.& allegat
alia quamplurā ad hoc,ex quibus inclino in iſtam opinionē,
contra Ioan.de Amic.& Deci.vbi ſupra. Secundus caſus eſt,
quando filij recuſarent illud beneficium,tunc lucrum facere
dotis,maritus non impediretur,ſvt dicit Caſt.in conſi.345.vi
ſo caſu,& allegationibus.colum.2.per tex.in l.2.§. ſi ſint.ff.ad
Trebell. & nota ꝙ non inducitur tacite repudiatio benefieij.
dictę l.hac edictali.ex eo,ꝙ quis acceptauerit aliquid habens
onus, vel conditionem non vtendi eo beneficio, ſecundum
Bal.in d.conſi.166. quidam Mecus vel mœchus, libro 5.quia
ſecundum enim ex refutatione vnius,non infertur ad refuta-
tionem alterius ex alio iure competentis.l.ſi domus. ff.de ſer.
vrb.præd.l.ſi filius.ff.de bon.libe. Si autem filius nec accepta-
uit,nec repudiauit beneficium d.l.hac edictali.tranſmittetur
ad nepotes ſecundum Caſt.in conſil.365.præſuppoſito quod
diceretur.colum.2.& Bal.in dicto conſ.161. quidam Mecus.
Cor.in conſi.82.imminet.num.5.volum.5. Tertius caſus eſt,
46 † quando de conſenſu ipſorum filiorum primi matrimonij
ſecundo nupſiſſet,dotemque dediſſet, vt per Ioan. de Amic.
in d.conſi.3.colum.penul.volentem tunc filios non poſſe vti
beneficio. d.l.hac edictali.aduerſus vitricum lucrum facien-
tem ex ſtatuti diſpoſitione. Vel etiam ſi de conſenſu mariti 50
defuncti nuberet,filij carerent commodo d. l.hac edictali. in
hoc,vt dicit pluribus Dec.in rub.C.de ſecun.nupt. colum.fi.
& in conſ.206.ſere per totum.& Angel.in conſ.396.nunc ar-
bitramur. vbi volunt in hoc caſu, omnes pœnas etiam ad fa- 51
uorem filiorum introductas ceſſare, admoſtens idcirco ho-
mines,ꝙ caueant accipiendo viduas in vxorem,vt de cōſen-
ſu filiorum,vel mariti accipiant,nam ſi iniuriam mulier tran-
ſeundo ad ſecundas nuptias facere filijs dicatur,ſecundū Bal.
in conſ.22.quædam.vol.5.& in conſi. 161.quidam mecus.eo.
vel ſi mariti defuncti anima contriſtatur. §.nos igitur volen-
tes.in Auth.de nup.Ang.in §.actionum. inſt.de act.accedēte
nuptiis prædictis eorum voluntate,ceſſat iniuria, & cōtriſta-
tio,quia volenti non fit iniuria.c.ſcienti.de regu.iu.in 6.& ibi
47 not.Doct.in l.actione.C.de tranſa.Verum † quando conſen-
ſus alicuius eorum non habetur, dubitatum vidi, an ſit dare
modum,vel cautelam,vnde maritus in effectu, de bonis mu-
lieris poſſit aſſequi plus,quam aliquis filiorū primi matrimo-
nij aduerſus d.l.hac edictali. Alioqui voluerūt in primis con-
ſultum eſſe viro,ſi antequam matrimonium cōtrahatur, mu
lier ei donet, quia non eſt prohibita mulieri bonorū tranſla-
tio in hominem,qui adhuc eius vir non ſit,ſed hoc improba-
tur per Capr.in conſ.81.& ſi videatur,quia huiuſmodi dona-
tio contemplatione matrimonij ſtatim contrahendi fit,ergo
perinde habetur, ac ſi cōſtante matrimonio facta eſſet,quaſi
in fraudem dic. l.hac edictali.proceſſerit, quod ibi expreſſim
improbatur.Secunda cautela eſt,ꝙ maritus accipiat,& ſtipu-
letur promiſſa pro filijs ex ſe,& ex ea naſcituris, tunc filij pri
oris matrimonij ea non auocabunt, quia dicta l.hac edictali.
nō prohibet alienare in communes filios,ita late tenet Deci.
in conſilio 246.Bal.in conſi.11.caſus talis in 3.volum.& inter
conſilia Pau. de Caſt. in conſ. 263.viſis puncto & inſtrumen
to.& in conſ.265.Ego Bal. Sed hanc cautelam damnant plu-
ribus conſulendo Ruin.in conſ.112.queſt.volum.1.vbi dicit
eſſe communem contra Deci. & Franc. de Albe.& Ioann.de
Ligna & Ricar. de Saly.inter conſilia Pau.de Caſt.in conſil.
262.mihi videtur,quod dictus, & in conſil.264.vnum eſt ſup
ponendum.& in cōſ.265.præclariſſimi, quod eſt ſub eodem
num.ſucceſſiue,& Corn.in conſ.82.imminet.nu.2.volum.3.
& videtur hoc velle Nicol.Boer.in deciſ.201. & ideo Caſſan.
in conſue. Burg.rub.6.§.i.nu.7.dicit cautelas in hoc nō tutas.
& contrarium conſuluiſſe Steph.Bertr.in conſ.63.& in conſ.
166.in lib. 1. & mouentur, quia illud contemplatione patris
tanquam profectitium filijs acquirendum venit,ſicque quo-
dammodo patri ipſi acquiri videtur,quod eſt contra d.l.pro-
hibitionē. Tertia cautela eſt,ꝙ huiuſmodi donationi ſecun-
do viro factæ accedat fideiuſſor, qui principaliter ſe obliget
pro obſeruatione conuentorum,& euictione dictorum, ſm
eundem Dec.in d.conſ.246.vbi alleg.hoc velle Abb.in conſ.
44.idem Dec. tradit in d.authent. præterea.nu.7.verſ.eodem
modo.& hanc improbari non reperi.
Quartus † eſt caſus,ſeu limitatio ad d.l.hac edictali.quan- 48
do filij primi matrimonij fuiſſent ingrati erga matrem, tunc
eis denegaretur beneficium d.l.hac edictali.& maritus poſſet
totum lucrari,ſecundum Bal.in conſil.22.quædam domina.
verſ.item in quantitatibus debitis.volu.5.& ſecundum Cor.
in conſil.82.imminet.volum.3.
Quintus † eſt limitationis caſus, quando filij capaces bo- 49
norum non eſſent,vt voluit Rui.in conſ.64.in fi.vol.3.vbi ad
uertit, ꝙ quia profeſſus S.Dominici eſt capax bonorum, ad-
mittatur ad beneficium d.l.hac edictali. & maritum a lucro
dotis in partem idcirco excludat,& Bal. negauit filijs, qui nō
ſunt ſucceſſibiles,cōpetere illud remediū,prout refert Socy.
in d.conſ.35.primum.in 2.dubio,volu.4.vbi etiam dicit illud
nō competere monacho ordinis minorum. Vnde mouet ibi
quæſtionem, an ſtante ſtatuto ꝙ filiæ fœminæ excludātur ab
hæreditate &c.poſſint filiæ fęminæ per huiuſmodi ſtatutum
excluſæ intētare remedium d.l.hac edictali.& dicit videri, ꝙ
non,tam per prædicta,quàm etiam quia a pari procedit,in re
rū natura non extare, vel exiſtere,& non ſuccedere.l.ſi ex mo
dica,§.ſi filius.de bon.lib.tum etiam quia beneficium illius le
gis ijs,quibus legitima non debetur,non cōpetit,& legitima
non debetur a ſtatuto excluſis, vt communiter concludunt
Doct.Bar.Bal.Imo.Alex.in l.Gallus. §.& quid ſi tātum.de lib.
& poſth.Contrarium poſtea concludit, quia iſtud beneficiū
debetur extra nomen,& ius hæredis. Caſt.in d.conſ.345.viſo
caſu & allegationibus,& in conſ.345.præſuppoſito, ꝙ præfa-
tum.col.2.& Bal.in conſ.276.verba.vol. 3.& pro Soc.opinio-
ne citantur Caſt. Ant.de Roſſel.Io.de Imo.& Flori.per Cor.
in cōſ.82.imminet.nu.6.vol.3. ipſe tamen contrarium tenet,
& reſpondet rationi, ꝙ hoc beneficium filiis non deferatur
vt hæredibus,concluditq; excluſis per ſtatutum non compe
tere remedium d.l.hac edictali.vt ibi per eum.
Vltimo, † in hac materia non omittam duo notare. Pri- 50
mum, ꝙ ſi data ſunt corpora iuſto pretio in dotem, maritus
filijs agentibus remedio d.l.hac edictali.poterit eis dare por-
tiones ſuas in pecunia,& pro ſe retinere corpora. Bal.in conſ.
276.verba.vol.3. Secundum † ꝙ condictio dictæ legis datur 51
cōtra eum,qui accepit dotem, & ex ea factus eſt locupletior,
& non contra alium,vt per Bal.in d.conſ.22.quædam.volu.5.
vbi alia in hac materia dicit.reliqua vide per ſcribē.in d.l.hac
edictali.quæ quatenus extra quæſtionem de lucro dotis ſunt
recenſere,eſſet extra propoſitum.

GLOS. VI.

In tex. ibi, Siue dict. matrimonium fuerit primum,ſiue &c.

SVMMARIVM.

1 *Secundis nuptijs non fauebant iura communia.*
2 *In ſecundis nuptijs eſt quędam fornicatio.*
3 *Legatum mulieri, ſi honeſtè uixerit, ei, quę tertiò repetierit nuptias, non debetur.*
4 *Lucrum etiam ubi non eſſet expreſſum, debetur pro ſecunda matrimonio.*
5 *De duobus coniugibu, de uiro ſcilicet, qui habuit uiginti uxores, & tandem contraxit matrimonium cum muliere, quę habuerat uiginti duos maritos.*

HOC expreſſit ſtatutum noſtrum,ne forte aliquis con-
tenderet hoc lucrum dotis non fieri de ſecundis,vltero
nibusq; nuptiis,ſed id fauoris præſtari primis duntaxat nu-
1 ptijs, † quoniam iura communia, non ita fauebant ſecundis
nuptijs, prout primis, immo ſere execrabantur eas,& ſecun-
do nubentes puniebant.l.fœminæ.C.de ſecun. nupt.& plene
per Deci.in conſil.206.& in rub.eo. titu.Ang.in d.conſ. 396.

& in

& in Authen. de non elig. secun. nub. laudanturque mulieres,
2 quæ primis nuptijs sunt contentæ, † quoniam in secundis nu
ptiis est quędam fornicatio, quæ tamen ex causa permittitur.
dicit text. in ca. hac ratione. 31. quæst. 1. & Ias. in auth. cui relictum. num. 3. C. de indi. vid. tol. dicens, ꝙ honestius est viduis amplius non nubere. §. optimum. de non elig. secun. nub. & ꝙ ideo conditio viduitatis in legato apposita non reicitur per illam auth. Et Neuiz. in sua sylua nupt. §. ampliant. num. 31. dicit, ꝙ iteratio nuptiarum est contra honestatem, & tanto magis tertiæ, & vlteriores nuptiæ damnantur, adeo ꝙ legatum
3 † mulieri factum, si honeste vixerit, ei quæ tertio repetierit nuptias, non debebitur, vt dicit Paris. in cons. 160. nu. 9. vol. 4. & Neuiz. vbi supra, nu. 35. & similia nu. 37. deducit, & priuilegia concessa secundum leg. 1. ff. solu. matri. non cõpetunt pro secundo matrimonio. Dec. in d. rub. item potuit dubitari, ne statutũ intelligeretur de primis nuptijs, seu matrimonio. l. boues. §. hoc sermone. de verb. sign. Fely. in c. 1. de treu. & pace. & plenissime per Tiraquel. in suo tractatu super d. l. boues. & quia si testator mandat bona sua distribui in maritandis milieribus, seu puellis, intelligitur de illis, quę nunquam alias nuptæ fuerant, & non de viduis, vt per Dec. in d. rub. nu. 3. marito igitur ad tollendam dubitationem, id expressit.

4 Quando † autem non expressisset hoc, etiam existimarem idem fore, tum quia militat eadem ratio statuti, & populi desiderium, ꝙ viduæ etiam nubant, vt patet ex deductis in glo. præcedenti, ne prolabantur in peccatum aliquod fornicationis: tum etiam quia pœnæ contra secundo nubentes sunt hodie correctæ ex Apostoli authoritate. Dec. & Neuiz. in locis præallegatis, & Ang. in d. cons. 396. & Cast. post alios in l. vxores. ff. de his qui notantur infamia. Ruy. in d. cons. 68. & consil. 263. & doc. per illum tex. in c. fin. extra de secun. nupt.

Nec tacebo publicum honorem exhibitum duobns con-
5 iugib. in eorum funere: alter † enim maritus iterauit nuptias cum viginti mulieribus succesiuis tẽporibus, & tandem duxit in vxorem mulierem, quę vigintiduos maritos habuerat, & cum populus attenderet victoriam alterutrius, cessit mulier prædecedens, & deinde ille maritus mortuus est, vt refert Nicol. Boer. in decis. 186. & apud alios probos authores, etiam id me legisse recordor, factum insigne & naturę portentui simile.

GLOS. VII.

In tex. ibi, A die, quo cum viro habitare cœperit.

SVMMARIVM.

1 *Habitare tribus modis accipitur.*
2 *Non conuersatio, sed cohabitatio a statuto nostro requiritur.*
3 *Vxor dicitur habitare cum viro habitando in domo soceri cum eo.*
4 *Copula carnalis secundum statutum nostrum non sufficit ad lucrum dotis faciendum.*

1 HAbitare, † tribus modis accipitur, sed potissime pro actu ipso corporali habitandi, quia vbi quis prandet, ibi moratur & dormit, vt tradit Bald. in consil. 233. decretum. lib. 1. l. 1. §. habitare. ff. de his qui deie. vel effud. l. lex Cornelia. §. domus. ff. de iniur. l. cæterum. §. fina. & l. 2. ff. de vsu & habita. Deci. in consil. 355. disq; ositum. colum. 2. & in hoc statuto accipi pro ipso actu habitandi, nemini est dubium. Nec verificatur ex eo, ꝙ vxor ad virum, vel vir ad vxorem interdum accedant, si mansiones separatas habent, vel separatim in di-
2 uersas domus se recipiant continue cõmorantes, quia † non conuersatio, sed cohabitatio a statuto nostro requiritur, iuxta ea quæ dixit Alexan. in consil. 129. super primo. num. 3. volum. 7. considerans, quod vxor in eo casu non iuerat ad maritum animo cum eo remanendi, & causa cohabitandi, &
3 † dicitur vxor cohabitare cum viro, seu in domo viri, qñ habitat cum eo in domo soceri, quia suus maritus erat filiusfamil. & socer omnia onera sustinebat, vt consuluit Corne. in consil. 149 licet meo. lib. 1. concludens ideo non minus virũ lucrum dotis facere debere, quam si existens ipse paterfamilias duxisset vxorem in domum propriam. Dum † autem statutum exigit cohabitationem ad hoc lucrum dotis faciẽdum non sufficit matrimonium in domo mulieris consumasse, seu copula carnalis non attenditur, sed ipsa cohabitatio, per ea, quæ late dicit Abb. in consilio 79. lib. 2. & Corn. in dicto consil. 149. quod no. quoniam non vbique statuta de lucro sic solent disponere.

GLOS. VIII.

In textu ibi, vir lucratur.

SVMMARIVM.

1 *An hoc dotis lucrum sit propriè, & verè lucrum, & de eo iudicandum sit, vt de lucro, an potius vt de damno euitando, & nu. seq. & 5.*
3 *Dos, quò ad virum, habetur ex titulo oneroso.*
4 *Ignorantia iuris in lucro dotis excusat virum.*
6 *Lucrum non iudicatur ab euentu, sed a causa.*
7 *Tres causæ, proxima, remota, & media non multum remota.*
8 *Lucrum dotis est propriè lucrum.*
9 *Lucri dotis causa finalis est ipsum matrimonium & vir.*
10 *Ex causa onerosa quando dicatur aliquid acquiri.*
11 *Auctoris opinio in ista quæstione.*
12 *Dotis lucrum excedeus motam legalem, an egeat insinuatione.*
13 *An lucrum dotis sit referuandum filijs. & num. 14. & 15.*
16 *An hoc dotis lucrum possit maritus vxoris remittere in præiudicium sui vel creditorum.*
17 *Donatio, per quam alter non fit pauperior, inter coniuges valet.*
18 *Qui sine certa solennitate iuris vel statutorum non potest alienare, lucrum tamen faciendum poterit absque ea solennitate repudiare.*
19 *Remissio lucri, causa sibi reconciliandi vxorem facta, non valet.*
20 *Creditores non fraudantur ex remissione huius lucri.*
11 *Intellectus l. libertus octoginta. ff. de bon. lib.*
22 *Remissio lucri dotalis, quomodo fieri debeat.*
23 *Statutum, quòd lucro dotis renuntiari non possit, quomodo intelligendum.*
24 *Lucrum dotis facit non pater sustinens onera matrimonij, sed ipse maritus filiusfamilias, quasi aduentitium. & nu. 25.*
26 *Lucrum dotis propter adulterium debetur filiosa. & non eius patri.*
27 *Reg. l. secundum naturam ff. de reg iu. quando procedat.*
28 *Dos penes eum, qui onus matrimonij sustinet remanere debet. & numero 29. 30. 31.*
32 *Vendens rem Titij, vt Titij, censetur nomine Titij vendidisse.*
33 *Lucrum, quando sunt socij omnium bonorum, communicatur omnibus.*
34 *Legatum ab vxore factum marito, an imputetur lucrum in hoc ei debitum, & nu. 37. & sequenti.*
35 *Duę causę lucratiuę simul non concurrunt.*
36 *In compensatione inducenda non inspicitur an ex causa onerosa, vel lucratiua id, quod est compensandum, debeatur.*
39 *Debitor voluntarius ex proprio contractu non præsumitur legare animo compensandi. & nu. 40.*
41 *Nemo in necessitatibus liberalis existit.*
42 *Lex suum, & non tuum denegat auxilium.*
43 *Contractus ab initio voluntatis, ex post facto necessitatis.*
44 *Qua ratione debitor necessarius sit.*
45 *Statutum est causa immediata lucri.*
46 *Potentior non est consensus expressus, quam tacitus.*
47 *Solutio & intellectus ad l. si pater pro filia ff. de colla. dot. num. 48. 49. 50*
51 *Cauillatio Ang. in q. nostra resoluitur. & nu. 52.*
53 *Conclusio ampliatur, etiam procedere, quando legatum, & dos in diuersis rebus consisterent, nihilominus animo compensandi relictum præsumitur.*
54 *In materia imputationis faciendæ non curatur, an in specie vel in quantitate legatum consistat.*
55 *Secundò ampliatur, quando etiam pactum expressum do lucro dotis factum fuisset.*
56 *Aliquid faciens, ad quod poterat compelli, dicitur coactè facere.*
57 *Obligatio hæreditaria alteratur per nouam hęredis promissionem, adeò ꝙ beneficium inuentarij amittit, aliàs sibi competens.*
58 *Tertio ampliatur in foro conscientiæ.*
59 *Limita primò, quando dicit, Relinquo de bonis meis.*
60 *Pater legans filiæ aliquid sub prohibitione, quod plus petere non possit de bonis meis, non videtur dotes maternas petere prohibere.*
61 *In legatis, quæ testator mandauit de bonis suis præstari, omisisse inuentarium hęredi non nocet.*
62 *Verbum, bona, nunquam capitur pro hęreditate, nisi quando ratio subiectæ materiæ necessariò id requirit.*
63 *Quid iuris, quando illa verba, De bonis meis, essent apposita de stylo notarij.*
64 *Sublimitatio Cornei in ista re.*
65 *Aliud, quando testator dicit lego super bonis meis, vel super mea hæreditate.*
66 *Secundò limitatur, si legatum non esset permansurum penes virum, tunc cum lucro sibi debito non compensabitur.*
67 *An interusurium medij temporis in lucro dotis debeat imputari.*
68 *An hæres ab vxore institutus maritus, si omittit inuentarium facere perdat dotis lucrum.*
69 *In his quæ iure retentionis debentur, omissio inuentarij non nocet.*
70 *Differentia inter confusionem actionum, & compensationem.*
71 *Maritus agnito legato sibi ab vxore in lucri dotis compensationem facto, an possit postea pœnitere.*
72 *Legatum agnoscens censetur onus illi iunctum agnoscere etiam quòd excedat eius ualorem.*
73 *Legatarius, oneris impositio si non tenet, agnoscendo tale legatum sibi non præiudicat.*

Source : BIU Cujas

74 *Appositio huiusmodi oneris an ualeat quando vtrunque legatum & debitum in quantitate consistit. & nu. 75.*
75 *Conclusio de legato compensando in debitum necessarium primò limitatur, quando directo legans ipse non fuisses debitor.*
76 *De quarta parochiali, & episcopali nu. 77.*
78 *Secunda limitatio prædictæ conclusionis quando eo tempore, cum fit legatum, testator non erat debitor legatarij, vel erat in diem.*
79 *An pro debito hæredis testator animo compensandi præsumatur legare.*
80 *Limitatur hoc per Ruin. quando in aliqua parte ipse testator non erat debitor.*
81 *Quando legat causa tollendi discordias uidetur animo compensandi legare.*
82 *Pater si quid legat filię, censetur eo etiam nomine non expresso pro dote legare.*
83 *Si pater legat filiæ & in uita dat ei dotem, dos imputatur in legatum.*
84 *Ampliatur hoc dictum, quando dos daretur per filium.*
85 *Limitatio prima l. filia legatorum. C. de legatis.*
86 *Limitatio secunda eiusdem legis.*
87 *Debitum quando est voluntarium in dubio nunquam animo compensandi factum præsumitur.*
88 *Debitum uoluntarium quando dicatur.*
89 *Obligatio ex aditione hereditatis est uoluntaria.*
90 *Ex gestu aliquo obligatio oriens est uoluntaria.*
91 *Conclusio non præsumendæ compensationis procedit in dubio.*
92 *Casus clari compensationis faciendę.*
93 *Materia præsumendę compensationis uersatur super statu coniecturali.*
94 *Coniecturæ plures contra compensationem.*
95 *Coniecturę plures pro compensatione.*
96 *Legatum facilè non præsumitur animo compensandi factum, secus est in promissionibus.*

QVod ergo maritus capit ex hoc casu præmorientis vxoris, nullis relictis liberis sub nomine lucri capit, & illud quidem a statuto lucrum appellatur, tamen Fulgosius non facit differentiam in hoc, an statutum vtatur hoc nomine lucrum, vel alio, vt verbo restituat, vt ipse dicit in consilio 103. vi-
1 so instrumento. versic. quid enim refert Cæterum † ex eo, ꝙ statutum appellat hoc, quod acquiritur a marito, lucrum, orta est magna dubitatio, an vere & proprie sit lucrum, & ut de lucro sit iudicandum de eo, vel an potius vt de damno euitando? & nostra multum interest id scire propter plures conclusiones ex eo resultantes, & varie quidem nostri Doctores loquuti sunt. Bal. in l. quod nomine. ff. de cond. indeb. dixit ꝙ
2 † non esset merum lucrum, quia est annexum oneribus matrimonij, & a causa onerosa trahit originem, inferens ex hoc quod, si vir concurrat cum aliquo, qui agat de damno euitando debet ei præferri, quoniam videtur agere, non vt lucrū capiat. sed vt damnum euitet, quando quidem lucrum non haberet, nisi onera matrimonij sustinuisset. l. pen. ff. quod fal. tut. idem Bald. in d. l. si donaturus. §. idem dicit in effectu quia est annexum causæ onerosæ. l. si ab hostibus. §. fin. solu. matr. l. fin. ff. de do. except. & ideo infert, cum legato sibi facto non confundi, seu non compensari, d. authen. prętera, quia habet locum in lucro puro. idem dicit in consilio 79. casus talis est, Zeno. lib. 1. & hoc est lucrum ob causam, & est aduentitium (ait Bal.) & in l. Titia. §. qui in vita. de lega. 2. dicit non esse lucrum, sed quandam oneris remunerationem. l. Aquilius Regulus. l. si pater. ff. de donat. l. 1. §. lucratiuas. C. de impon. lucr. descrip. lib. 11. not. per glo. & Docto. in dic. l. si donaturus. §. j. & iudicatur, vt de fructibus ipsius dotis, ait Bal. in consi. 110. consuetudo. lib. 2. & quod non sit ex titulo mere lucratiuo, cum veniat in consequentiam onerosi, dicit idem Bal. in consil. 239. Laurentius. in volum. 2. Ancha. in cons. 101. ex prædicto themate. colum. 2. nu. 5. dicit hoc lucrum censeri æs alienum, quod dicit Dec. in cons. 19. & alij per nos supra allegati, & Bal. in cons. 53. quædam domina Ricabella. volum. 5. putat onera esse causam finalem lucri, cuius causæ defectu cessare
3 debeat lucrum. Et † quo ad virum dotem haberi titulo onerofo, probatur l. 2. §. fin. de donat. d. l. 1. §. lucratiuas. C. de impon. lucr. descr. & ibi not. l. ex promissione. & ibi no. ff. de act. & obli. l. pro oneribus. C. de iu. dot. Iaf. in l. Nesennius. num. 4. versicu. secundo noto. de re iudi. dixit dotem, & lucrum dotis, quod maritus facit ex dispositione statuti, vel pacti titulo lucratiuo non percipi, idem firmat Matthesyl in not. 74. nota vnam doctrinam. & Iaf. in §. item si quis. num. 29. num. 30. institu. de actio. & in dic. l. si ab hostibus. §. fina. ad finem dicit, quod hoc lucrum dotis non est proprie lucrum, propter onera matrimonij, propter quæ defertur, & quod de eo iudicandum est, prout de damno euitando, quia in eo maritus habet titulum onerosum, & non debet illud perdere sicut pœna quadrupli debita perditur, idem dicit in d. l. si donaturus §. 1. num. 13. versi. in glo. in verbo, duntaxat. post Bald. in l. cum multæ. C. de dona. ante nupt. & in d. authen. præterea, colum. penult. idem tenet Deci. in cons. 353. in casu. colum. 2. & in cons. 402. in causa illustrissimi. colum. 4. nu 7. versic. his,
4 tamen non obstantibus. inferendo † quod ignorantia iuris,
5 debuit in eo lucro excusare, sicut in damno euitando, & † ꝙ hoc lucrum dicatur haberi ex causa onerosa, dixerunt vltra præallegatos. Angel. & Bal. & Ioan. de Plat. in d. l. 1. §. lucratiuas. post glo. ibi & in d. l. si donaturus. §. 1. Alexā. in cons. 142. viso. colum. 2. versi. item respondeo. volum. 6. Iaf. in d. authen. præterea. & in cons. 171. volu. 4. Dec. in cons. 57. circa. in col. fin. Alexan. in cons. 129. super. colu. 2. vol. 7. Paris. in consi. 62. volu. 3. & Dec. in d. authen. præterea, num. 18. versic. finaliter tamen verius. & alios quamplurimos citat And. Tiraquel. in d. l. si vnquam. in verbo, donatione. num. 175. versic. ex quo. Et pro hac conclusione inducitur textus in dic. l. 1. §. lucratiuas. dum ibi noluit Imperator inter causas lucratiuas dotem numerari, etiam quod ex post facto ad lucrum eius, cui datur, aliquo euentu vertatur, & sic iste videtur textus ad literam pro ista dubitatione resoluenda. Secundo multa alia iura supra allegantur, quod titulus dotis quo ad maritum est onerosus, & non magis marito dos cedit pro matrimonio in causam onerosam, quam pretium vendenti pro re, quam in venditione tradit. glo. in d. l. ex promissione. & Bartol. & Bal. ibi. & glos. in l. ignori. C. de reuoc. his quæ in fraud. & glo. in l. Mæuia. & ibi Bartol. & Doct. soluto matrimonio. & late Bar. in l. Mæuius. §. duobus. colum. 14. de lega. secundo. & in l fin. §. si a socero. ff. de his, quæ in fraudem credi. Bal. in l. 2. C. eod. Iaf. in dic. l. Nesennius. & in dicto §. item si quis. nume. 30. & quod de ipsa dote dicitur, idem videtur dicendum de eius lucro, quia ista conditio lucrandi, vt pars contractus, & sic ipsius dotis, videtur iudicandal. fundi partem. ff. de cōtrahen. emptio. sicut econuerso pactum contra dotem facit, vt mi-
dos eo dicatur data l. quarta. in princi. ff. de pact. dota.

Nec obstat, quod statutum appellet lucrum, quia illud intelligitur improprie, vt dicit Tiraquel. vbi supra, post Ludo. Roma. in l. si duo. de acqui here. & Alexan. in l. iutis ignorantiam C. qui admit. Socyn. in consil. 5. suprascriptus. volum. 4. Iaf. in l. inter stipulantem. §. si rem, ff. de verb obliga. volentes, quod quamuis attento præsenti statuto possit dici lucrum, non tamen est lucrum inspecta eius origine, quam habet a damno, secundum glo. in d. l. si duo. Vel secundo quia ex sola nominatione res non debet iudicari, nam & fructus cedere lucro dicuntur d. l pro oneribus. & l. 1 §. cumque ex stipulatu. C. de rei vxo. actio. cum similib. tamen nemo negauerit, quin ex causa onerosa dicantur percepti. Præterea non debet lucrum dici de eo, quia cum momento durauit matrimonium, vere lucrum fecit, cum poterit longissimo tempo-
6 re durare matrimonium, & vir peti ex eo graue damnum. † lucrum enim non iudicatur ab euentu, sed a causa. l. de fideicō misso. C. de transactio. l. si pater puellæ. C. de inofficioso testamento. ita aduertit Dec. in dicta authen. præterea. num. 18. & Pepus ibi, colum. 40. Quatenus etiam dicatur, ꝙ causa lucri proxima, & immediata est ipsum matrimonium, vel ipse vir. Respondetur per Tiraquellum vbi supra, nume. 188. versicu. sed aduerte. ꝙ & onera sunt causa æque proxima, quia vna non excludit alteram, sed immo in vna includitur altera, & dicit secundum Angelum causam proximam considerati,
7 etiam, pro causa non multum remota, † dando tres causas, immediatam, proximam, & causam remotam, item & tertiā non multum remotam. Bart. in l. vxori ff. de auro & argento legato. & in l ambitiosam. nume. 22. ff. de decretis ab ordine faciendis & quando causa remota talis est, quod sine ea nullo modo produceretur causa proxima, tūc habetur pro proxima. Bart. in l. sed si plures. §. in arrogato. ff. de vulga & pupil substit. quem refert, & sequitur Paris. in consil. 127 volum. 1. colum. 2 Bal. in capit. cum omnes. nume. 26. versic. item quia, de constitu. dicens quod, quando causa proxima agit virtute alterius causæ attenditur illa causa, quæ tribuit virtutem causæ proximæ, sed hic matrimonium, quod est causa proxima, agit virtute causæ remotæ, quæ est onus matrimonij, vt causa proxima lucri attendi debet. pro quo facit, quod dos ipsa etiam dicitur dari pro matrimonio, adeo quod vbi non est matrimonium, dos consistere neqnit. l. fi. C. de donatio. ante nupt. l. 3. ff. de iure dotium. & tamen dos dicitur data pro oneribus matrimonij. l. pro oneri b. C. de iure do. l. dotis fructus. l. si pater. ff. eodem titu. ergo matrimonium, & eius onera, di-
8 cuntur causæ æque proximę & immediatæ. Ex aduerso, † ꝙ lucrum dotis sit proprie lucrum, & de eo vt de lucro sit iudicandum, & non vt de damno, tenuit Rayn. in dicto consilio 163. nume. 6. & nume. 7. inferens, quod error iuris in eo non excusat, & in dubio contra maritum sit iudicandum, tāquam agentem de lucro, idem tradit Dec. in l. reprehendenda. nu. 7. ad finem C. de institutio. & substitutio. inferendo ad quęstio, an remissio huiusmodi lucri valeat in præiudicium creditorum, quod & quam plurimi dixerunt, de quibus per nos infra.

Source : BIU Cujas

fra. Et quod sit proprie lucrum, tenuit Paris.in consilio 128. colum.1.volum.1.Barb.in cons.69.lib.2. Alexan.in l.si soror. §.Lucius.soluto matrimo. Dec.in d.l.si qua mulier. num.18. C.de secun.nup.& in consil.260.Bal.in authen. ex testamento.C.de colla.& in l.2.nume.4.C.familiæ erciscundæ.Angel. in §.adscriptio.in Authen.de nup. Hierony.Cagn.post Dec. in l.in eo,quod vel.de regul.iur. Socy.in consil.114.nume.8. volum.4.& Socy.Iun.in consil.109.volum.3.& Dec.in cons. 66.& alij in locis infra allegandis. Nam † dicunt Docto.causam finalem huius lucri esse ipsum matrimonium,& virum, & id considerari pro causa proxima & immediata, onera autem pro remota & impulsiua, vt Paris.in dicto cons.127.col. 1.Ias.in cons.115.& in consi.135.volum.1.Socy.in cons.223. circa præsentem. colum. fin.in 2.lib.Dec.in cons.477.colum. fin.Roma.in consil.406. Dec.in d.l.in eo quod vel.& Doctores alibi sæpe. Secundo † considerant, dici ex causa onerosa rem acquiri, quando ipsum onus est causa ipsius acquisitionis, vt in re empta precium. l.apud Celsum. §.de authoris.ff. de excep.do. sed in lucro dotis causa acquisitionis est ipsum matrimonium contrahere,& non virum sustinere onera, secundum præallegata.pro ipso enim facto sustinendi onera cedunt ipsi fructus doti, secundum Ang. in dicto §.adscriptio. & Ias.in consilijs prȩallegatis.& præsertim quia istud lucrum nō est proportionatum ipsis oneribus matrimonij, sicut res empta dicitur proportionata rei emptæ, vt dicit Bal.in d.l.2. num.4 C.fam.erciscunde. Adde secundum Franc.Pepum in d.authen.præterea.colum.41.q̃ hoc lucrum non potest dici delatum propter onera. vel ex causa onerosa, quia defertur post solutum matrimonium,quo tempore cessant eius onera, vel finitur causa onerosa. Item quia pro oneribus percipiuntur fructus dotis,& ad onera erat de iure communi alias obligatus,extra casum lucrandi dotem,ideo cum supra id,quod debebatur, aliquid de dispositione statuti accipiatur, lucrum merito dici debet.Postremo,quia sæpissime iura id appellant lucrum,vt diffuse locos citando ostendit Tiraquellus vbi supra,num.176.versicu.aduerte tamen. Quid dicemus? † mihi videtur,quod negari nequeat,quin vere dicatur respectu sui lucrum, quoniam conceditur in rei veritate propter illū publicum fauorem matrimonij contrahendi, ut homines contrahant matrimonium,& propter ipsum factum matrimonij contrahendi,vt deducit Paris.post alios vbi supra in d.consil. 127.vbi dicit, q̃ iste fauor, & causa lucri finitur eo ipso, q̃ est contractum matrimonium,non fit ergo lucrum propter ipsum sustinere onera matrimonij,quia tunc duraret,& non finiret ille fauor publicus. stante itaque hoc sequitur, q̃ proprie dici debet lucrum,quia ad factum, cuius causa datur,nō habet aliquam proportionem, sicut habet fructus dotis ad onera matrimonij,vel precium ad rem vēditam. Est verum, q̃ dici non potest hoc lucrum deferri ex mera alicuius liberalitate, vel largitione aliqua, & ideo recte etiam dicitur, q̃ ex causa onerosa deferatur, & hæc duo dicta simul compatiuntur,nam & brauium,vel aliud præmium propositum a re publica, vel principe, vt puta illi qui occiderit lupum, iuxta notata in l.qui in vtero.ff.de statu hominum.vel qui prius ad metam peruenerit, vel vallum ascenderit.l.cum fuerit.de rebus dubijs,non potest negari, quin dicantur præmium & lucrum.& tamen ex causa onerosa debita esse quisque dicet,& hoc est,quod dixit Bal.hoc deferri ob causam, & in remunerationem alicuius facti. Et ex hoc infertur ad solutionem plurium quæstionum. Et in primis,q̃ agi dicatur de damno euitando, cum agitur per maritum ad hoc lucrum, secundum Paris.in dicto consilio 127.& alios vbi supra,quia ex facto adimpleto per eum est illi debitum, & sic ex causa onerosa, & non ex liberalitate. Hinc † infertur quoque ad quæstionem, an hoc lucrum excedens metam legalem insinuatione egeat. Roland. in quȩstione 53. tenuit indigere, nisi statutum propter onera dicat illud deferre.& mouetur, quia lucrum dotis ex pacto delegatum eget insinuatione secundum Doctores allegatos ibi per eum, & de eo pacti lucro procedit argumentum ad lucrum statuti.mihi hoc minime placet,tum quia lucrum hoc defertur semper ob causam & non ex mera liberalitate partis prouenit,sed donatio ob causam non requirit insinuationem, vt ipse Rolan. ibi dicit in casu suæ limitationis, tum etiam quia quod lex ipsa defert, solennitatem aliquam non requirit.Secundo infertur, † an maritus hoc lucrum dotis teneatur reseruare(vbi a statuto conceditur etiam stantibus communibus liberis)eiusdem matrimonij filijs, nam vbi diceretur ex liberalitate proficisci,in omni casu filijs reseruādum esset,siue maritus ad secunda vota transiret,siue non,sedum Angelum in §.nec illud.in Authen.de nuptijs.l.fęminæ. C.de secun.nuptijs.§.præterea. in Authentico,neque virum. in collatione septima, quæ quidem iura non vendicant sibi locum nisi.in titulis lucratiuis, & non in onerosis, vt per Stephanum Bertrandum in cons.212. num.4.in libro secundum Bald.ibi. Sed quia hoc lucrum non prouenit viro ex mulieris liberalitate,merito dubitauit Corn.in dic.l fœminæ.an,& quando reseruare illud filijs maritus teneretur. & Bal.mouit hanc quæstionem in authent.ex testamento.nume.6.colum. fin.versicu.sed statim iuxta prædicta.& in authentica, vxore. C.de secun.nupt.vbi dicit primo, q̃ videtur, q̃ non,quia hoc non habet a coniuge,sed a statuto, vt & ipse dixit in l.fi.C.de bon. mat. & q̃ statutum non recipit interpretationem, & q̃ ipse non dicit,nec nos dicere debemus. Item q̃ nemini legis beneficium debet auferri.l.si arrogator. §. an impuberi. ff.de adopt.Contrarium resoluit dicens, q̃ istud statutum est tacitum pactum.l.item quia.ff.de pactis.& quia non debemus inspicere statutum ipsum,sed causam propter quam,arg.l.idem est.§.sed quod meretrici.ff.de condi.ob tur.cau. & ideo cum datur propter matrimonium, & circa ipsum quodammodo delinquatur,transeundo ad secunda vota,pœna secundo nubentis locum habere debet ius commune, secundum q̃ debet istud statu.interpretari,& quantum ad substantiam dispositionis ipsius statuti, verum est, q̃ non recipit interpretationem,sed bene quo ad casum,de quo quæritur, vtrum ille casus intelligatur dispositus per statutum necne, iux. vulg. quia super consequutiuis, quę non sunt extra naturam rei statutæ, congrua est interpretatio,secundum Bal. in d. authen.vxore. & ista dicta sequitur Ruin.in consilio 51.nume.4.volum.1.& Socyn.in consilio 41.subtiliter, num.8.volum.4.licet in casu suo alijs rationibus motus aliter concludat. & allegat Roma. in l.si cum dotem.solu.matrim. Salyce.in l.fœminæ.§.1.C.de secund.nuptijs.idem voluit Alexan.in consilio 158. circa primum,num.10.volum.5.Syl.nupt.§.ampliant primo,num.77. & 78. Alcia.l.1.de verborum significa. nume.34. Dec.in d.l.si qua mulier,num.16.versic.ex his infertur.Fulg.in consil.203. visis.versic.tanto magis.Bartol.Cass.in consue.Burg.rub.7.§. 7.& Lau. Calca. in consilio 11.& dicit rationem esse,quia nihil tam precio sius est,quam, vt alia lucra ad prolem redeant, vnde proueneruut, & nihil indignius, quam q̃ transeant ad extraneos.& d.l.fœminæ.& similes,non restringunt se ad lucra,quæ ex mera liberalitate vxoris proficiscuntur,sed loquuntur de lucris ex matrimonio,vel causa matrimonij perceptis, & ideo comprehendunt hoc lucrum, quod propter matrimonium percipitur ex dispositione statuti de tacita mulieris voluntate,ita respondit Dec.in d.l.si qua mulier.nume. 17. C.de secund. nupt. per transitum ad secunda vota virum hoc lucrum perdere,probat etiam plene Rolan.in quæstione 87.municip. Limitatur † hoc non procedere,quando vir de consensu mulieris conuolaret ad secundas nuptias, ut per Neuiz.& Cass.vbi supra,allegantes plures, de quibus ibi per eos, per quos plene tractatur ista materia.

Item singulariter aduerte † q̃ lucrum dotis delatum a statuto nostro in casu existentiæ filiorum, qui hæreditatem maternam non agnouerint, non perditur per transitum ad secunda vota,quia tex.in d.l.fœminæ.procedit,& Doctores ibi loquuntur,quando filij inuiti priuabantur re data marito,nō autem quando ex tacita voluntate filiorum defertur res marito,ita limitat Hierony.Grat.in consil.35.viso.colu. 3.vol.1.

Tertio infertur, † an maritus possit vxori hoc lucrum remittere, vt teneat tam in præiudicium ipsius mariti, quam creditorum eius, & resolutum extat valere, vt plene cōsuluit Paris.in cons.127.volum.1.& Dec.in cons.260.And.Barba.in cons.59.in volum.2.Socyn. in cons.114.viso.nume.8.volum. 1.Nicol.Boer.in decisione 244.quo ad primum.colu.2.Dec. in d.l.si qua mulier.nume.18.& in d.l.eo quod vel.de regu.iu. Socy.Iun.in consilio 119.in tertio volu.Paul.de Cast.in consilio 59.pro pleniori.colum.2.Ioan.Lup.in rub. de don.inter virum & vxorem.§.34.Rolan.in quæstione 40. Quo enim ad præiudicium viri consideratur, q̃ quamuis donatio inter virum & vxorem sit alias prohibita, quia † tamen non est prohibita illa, propter quam donans non sit pauperior. l.cū hic status.§.si maritus.ff.de don. inter virum & vxorem. Alexan. in consilio 249.placet,lib. 6.ista non potest videri prohibita, quoniam qui lucrum non facit, non dicitur effici pauperior. l.3.ff.de dam.infec.& alijs multis deductis ad hoc per Decium in dicto consilio 260.quæritur breuiter,& alios vbi supra.qui quo ad præiudicium mariti, respectu prohibitæ donationis, sic resoluunt. Hinc est, quod aliud sit lucrum non facere,seu refutare, aliud damnum pati, vel suum alienare, recepta fuit vna conclusio,quod si statuti, vel iuris dispositione prohibetur alicui alienare,vel se obligare, vel patrimonium suum diminuere per aliquem contractum, sine certa solennitate, poterit tamen is refutare hæreditatem, legatum, donationem, vel aliud lucrum, quod sibi deferretur aliquo modo, sine solennitate iuris,vel statutorum,vt dicit Felyn.in cap.secundo. colum.4.versic.pro ista limitatione.extra de constitutio. vbi allegat

allegat Paul.de Caſt.in conſ.11.in cauſa præſenti. & ſequuntur Iaſ.in l.beneficium,nume.49.de conſtit. princ.& Alexandrinus in conſilio 12.Crau.in conſil.114. Dec. in conſil. 624. Socy.in conſi.53.in 4,volum.Imo.in conſi. 74.Paul.de Caſt. in conſilio 171.in 2.lib.in nouis.Arno.in dialog.12.mulieres. Quæ concluſio de anno. 1547. 14.Ianuarij fit per Rotam declarata in pulchro dubio, dum fuit dubitatum, an ceſſio iurium per hoſpitale ſanctæ Mariæ de Monte, quæ habebat in quadam hæreditate, facta in Antonium de Papazonibus, valeret, † ex quo ſolennitas per Paulinam requiſita non interuenerat in ea,quia hoſpitale cedendo iura dictæ hæreditatis, in neceſſariū antecedens cenſebatur adire,& acquirere prius dicta iura,ſaltem ordine intellectus, alioqui ceſſio nihil continuiſſet, vt per Ruin.in conſ.170.colum.2. volum. 1. Vnde videbatur alienatio acquiſiti iuris facta ſine requiſita ſolennitate,& ſic non valere, Rota reſoluit contrarium, quia licet cedendo videretur prius acquirere, nihilominus, cum non eſſet ceſſio principaliter ordinata ad adeundum,& acquirendum.ſed potius ad renunciandum, illa acquiſitio momentanea non erat habenda in conſideratione,per Socy. conſi.53. præallegatum.in volu. 4. quod inquit procedere in terminis proprie,quando ex actu,qui fit ad renunciandum reſultat acquiſitio, ſecus, ſi duo actus ſeparati, licet incontinenti vnus poſt alium facti fuiſſent, puta ſi hoſpitalarij prius adiuiſſent hæreditatem, deinde etiam in eodem inſtrumēto ceſſiſſent, vt per deducta per Socinum in conſi.15. Hæc deciſio habetur in recollectis Dom. Fabij Epiſcopi Veſtani, in deciſione 66.in vna Bononienſi. Ex iſta igitur concluſione confirmatur, q̄ remiſſio huius lucri non comprehenditur ſub prohibitione donationis inter virum & vxorem,& propterea male conſuluit Cuman.in conſ.26.dum ex ratione prohibitę donationis inter virum & vxorem dixit,hoc lucrum remitti nō poſſe.Nec etiam aduerſatur Roma. ſingu. 576. pone caſum.
19 dum negauit ibi pro bono pacis remiſſionem illius lucri tenere,nam eſt aduertendum,illud procedere, † quando maritus lucrum prædictum mulieri cauſa ſibi eam,quę diuerterat,reconciliandi,& rehabendi remiſiſſet,quoniam tūc quaſi ex turpi cauſa remiſſio huiuſmodi improbaretur. l.ſi liberis.ff.de pact.dot.ne vænalis coniugum concordia fiat,& mulier ex improbitate ſua in diuertendo,& iurgando prę̄mium reportat. ita declarat Paul. de Caſt. in dicto conſ.59.pro pleniori.colu.2. & Ioan. Lup. in dicto §.34.& plene hoc probat Rolan.vbi ſupra in q.48.& in q.39.

20 Quo † autem ad prę̄iudicium creditorum,defendunt prę̄fati Docto.iſtam concluſionem, quia non fraudantur creditores, quando debitor lucrum non facit,ſed illud repudiat.l. qui autem.ff.de his quæ in frau.credito.& hoc eſt lucrum,vt antea diximus, & ipſi late deducunt in locis præallegatis.

21 † & dum vrgebat in contrarium tex.in l.liberto octoginta.ff. de bonis libe.vbi non obſtante repudiatione hæredis patronus poteſt partem ſibi debitam vendicare,quaſi idem videatur in creditoribus,qui non obſtante repudiatione debitoris facta de lucro,valeant nihilominus illud vendicare, reſpondet Socy. Iun.in dicto conſ. 109.in fine. quod in eo tex. non agitur de ipſo liberto, nam ipſe proculdubio potuiſſet lucrū repudiare in damnum patroni.l.prima. §.vtrum. ff.ſi quid in fraud.patro. ſed agitur de hærede liberti, quod ille hęres non potuit in damnum patroni legatum liberto factum repudiare.& ratio eſt,quia libertus cum deceſſerit,animo non declarato,an legatum voluerit agnoſcere, vel non,prę̄ſumitur per legem,quod voluerit illud agnoſcere, ſeu quod agnouerit illud, & ideo dicitur, q̄ libertus decedens dicitur ampliorem ſubſtantiam reliquiſſe,& ſic dicit Socy. ſe tenuiſſe in l.prima. de leg.primo.ſic ergo iſta concluſio confirmatur,etiam quo ad præiudicium creditorum.

22 Quam † quidem declara fieri remiſſionem huius lucri dotalis oportere, non per viam ſimplicis repudiationis, vel renunciationis,cum videatur debitum ſub cōditione, Si vxor prædecedat ſine filijs, & repudiatio iuris conditionalis, ante impletam conditionem non valeret.l.ſi ita ſcriptum. §.ſi ſub conditione.de leg.2.ſed per viam pacti,& promiſſionis alteri factæ neceſſe eſt fieri, iuxta tradita in l.1.C.de pactis.Ita conſuluit Pariſ.in dicto conſ.127.volum.1. & Socy. Iun.in dicto conſi..109. Niſi renunciatio abſque pacto, fuiſſet geminata, tunc operatur idem, quod renunciatio facta per viam pacti, ſecundum Pariſ. in dicto conſil.127. in quo conſilio pleniſſime conatus eſt ſuſtinere,quod remiſſio lucri videatur facta per maritum, & quod valeret ex eo, quod maritus ſcripſerat fratri vxoris ſuæ, q̄ intendebat dotem, ſeu bona dotalia, quæ exiſtebant penes illum, ad eum,& vxorem ſuam ſpectare, & quod repurarent ſua, & ſimilia. Conſulens,quod illa verba epiſtolarum,quæ videbantur enunciatiua,& generalia,quaſi iactatoria cenſeretur,immo diſpoſitionem importare,& renunciationem lucri,& quod videatur per illa cōſenſum prę̄ſtitiſſe, quod ille poſſet ea alienare. & vt de re ſua diſponere, & pulchre reſoluit omnes difficultates, & eſt omnino in iſta materia videndus.

23 Aliam † etiam difficultatem ſubmouit ſtantis, ſcilicet ſtatuti, q̄ maritus huic dotis lucro renunciare nequeat.nam dicit illud intelligendum prohibere renunciationem lucri eo tempore fieri,cum matrimonium contrahitur, & in contractu ipſius matrimonij, quia illud lucrum præſtatur viro ob publicum fauorem, vt matrimonium contrahat, quo contracto finitur ille fauor publicus cauſa illius lucri,& renuncia tionis ipſius prohibitæ, & ſic ceſſat illa prohibitio poſt cōtractum matrimonium, & præſertim quia ſtatutum prædictū, tanquam auferens facultatem diſponendi de re ſua,& renun ciandi iuri ſuo eſt interpretandum ſtricte, per quamplurima quæ allegat ad hoc,ſicque concludit, q̄ ſicut maritus poſſet lucrum, q̄ iam feciſſet in aliquo caſu,mortua, vel viua vxore, remittere, & de eo prohiblto diſponere non obſtante præfata ſtatuti prohibitione,ita quoque poteſt illud,quod ſperat facere, donare, vel remitttere, poſt matrimonium iam contractum,quod & mihi ſatis placet.

24 Quarto † infertur,quod ſi per onera matrimonij ſuſtinet, non ipſe, ſed filiusfamilias maritus præmortuæ mulieris lucrum hoc facit quaſi aduentitium, quod non eſſet aduentitium,ſi ex oneribus, vel ex cauſa oneroſa præſtaretur, ait Pariſ.in d.conſ.127.volu.1. Sed hoc non tranſit ſine aliquorum contradictione, volentium hoc lucrum quaſi profectitium, ad patrem pertinere,in hac opinione fuit Lud.Rom.in conſ. 406.præſens quæſt.Dec.in conſ.60.verſic.ſed prędictis minime obſtantibus.vbi dicit hoc tenuiſſe Dynum, Cynum, glo. Bartolum,Baldum,& Paulum de Caſtro,& Petrum de Vbaldis in locis, de quibus ibi per eum, & idem Dec.pleniſſime conſuluit,in conſ.160. quæſtio.notiſſ. vbi dicit hanc opinionem habere magnam ęquitatem.

25 Sed † horum opinio mihi nullo modo placet,& in contrarium ſtat communis, vt aſſerit Hierony. Cagn.in dic.l.in eo quod vel.de regulis iuris,& iſtam tenuit Dec. ſibi contrarius in conſ.66.de duobus.& in d.l.ſi qua mulier.num.18.C.de ſecundis nuptijs.& in conſ.260.breuiter quæritur.num.5. Bar. in l.ſi cum dotem.§.tranſgrediamur.ſol.matrimonio.Bart.& Angel.in l.1.C.de bonis quæ libe.Salyce.in l.2.C.famil.erciſc. Barto.in d.authentica,ex reſtamento.Aret.in §.fuerat,num. 24.inſtitutio. de actio. vbi dicit ita communiter probari per Paulum de Caſt.Alexan.& Cum. in dicto §.tranſgrediamur. Bald.in authent.ex teſtamento. verſicu.13. capitulum. C.de collatio. & Florianum atteſtantem de communi citat Deci. in conſ.160.verſiculo quinto & vltimo,Socyn.in conſ.223. circa præſentem.columna finali,gloſſa,& Doctores in l.dotem.ff de caſtren.pecul.Bal.Fulg.& Salyc.in dicta l.1.C.de bonis quæ liberis. Rui.in conſ.101.in præſenti.nume.6.volum. primo.Campeg.in tractatu de ſtatu.de dote.quæſtione 7.vbi recenſet omnes opiniones in iſta quæſtione,& ſequitur Angelus in tractatu de teſtamento,in gloſ. 64.in fine, & Baldus Nouel.in tractatu de dote,in ſexta parte,in priuileg.37. vbi dicit hanc eſſe communem, quod hoc lucrum ſit præcipuum ipſius filij, tanquam aduentitium delatum ex ipſo matrimo-
26 nio,idem tenet † in lucro, quod defertur propter violatum totum,quia ex adulterio ipſi filio a marito fit iniuria,adeo q̄ etiam vult, vt quo ad vſumfructum pertineat ad filium,& ſic pleno iure, vt ipſe dicit in priuilegio trigeſimooctauo. Hæc communis mihi videtur facile probari, in primis, quia non reperitur iure cautum, quod tale lucrum dicatur profectitium,cum in hoc non concurrant ea, quæ ad eſſe peculij profectitij requiruntur,vt per Bar.in l.cum oportet.C.de bonis quæ liberis,& in l.ſi plures.§.in arrogato. de vulg.ita dicit Alexan. in dicto §.tranſgrediamur. & refert Decius in dicto conſilio 560.& conſilio 67.ergo aduentitium eſt,& hoc quidem recte concludunt meo iudicio, quoniam hoc lucrum non eſt proportionatum expenſis matrimonij,vt dixi ſecundum Baldum in l.2. C. familiæ erciſcundæ. & ſic non dicitur ex re patris,ideſt ex expēſis per eum factis peruenire, & iſtud factum alendi filium, & eius filios, & vxorem, poteſt aliam cauſam habere, ſcilicet vel quia pater ad hæc omnia ex naturali obligatione tenetur.l.ſi quis a liberis.§.non tantum.ff.de liberis & poſthumis,& Rui.in conſilio 244.in volumine quinto,extendens id etiam ad filium,qui eontra eius voluntatem vxorem duxiſſet,etiam indotatam.l.ſi filia.§.1.ff.famil.erciſc. l.ſi nulla.ff.de religio.vel quia poteſt actione negotiorum geſtorum vt amicos animo repetendi illas expenſas feciſſe.l.Neſennius Apollinaris, de nego. geſto.l.quod vxori. C.eodem. ex eo igitur nihil infertur ad lucrum dotis, alioquiſi inferri diceremus, ſequeretur abſurdum, quod, ſi alius feciſſet illas expenſas vt patet: deberet dotē lucrifacere,q̄d nemo dixerit.

Nec

Source : BIU Cujas

Nec obstant rationes ex aduerso adductæ per Decium in dicta authentica, præterea. nume. 19. ℭ sicut lucratur fructus, qui sustinet onera matrimonij, per iura de quibus ibi per eum, ita debeat dotem ipsam lucrari, nam ista consequentia nihil valet, vt de minori ad maius affirmatiue.

Nec textus ad hoc allegatus in lege, actione. §. fina. cum lege sequen. ff. pro soc. id probat, quoniam ille textus non vult socios lucrari dotem ex eo, quod onera matrimonij illius sustinuerint, sed quia sunt socij, & iure societatis lucrum debet communicari eis, sicut incommodum etiam sustinuerunt l. secundum naturam. de regulis iuris. non ergo in facto sustinendi onera, & expensas matrimonij ius lucrandi ibi versatur, sed in ipso societatis iure, vt Alexandrinus, & aliqui aduerterunt, quicquid dicat Decius, & fatuum est aliter credere. & ad hoc adduci potest textus in l. si socius pro filia. ff. pro socio. dum pactum de dotando filiam vnius ex socijs ex æquitate impetratur, vt ea dos sol. matrimonio ad societatem reuertatur. Quia sicut iure pacti ibi fit restitutio dotis, ita lucrum dotis iure pacti taciti fit in casu dictæ l. actione. §. fina. cum l.
27 sequenti. & †, nota ad regulam l. secundum naturam, ℭ quando ex eodem fonte emanãt commodum & incommodum, tunc eum sequitur commodum, qui sentit incommodum, secus si ex diuersis, secundum Hieronymum Cagno. in dic. l. secundum naturam. nu. 2. & Pau. de Cast. in l. si cum dotem. §. si pater. soluto matrimonio. Non potest igitur ad patrem lucrum pertinere, quia sustinet incommodum ex vna causa, scilicet ex obligatione naturali alendi liberos, & ex alia, scilicet ex statuti dispositione, quo defertur lucrum, & vna nihil habet commune cum alia, sed in casu dictæ l. actione. §. fi. cũ l. sequenti, onera sustinentur iure societatis, quod quidem ius, cum operetur vt incommodum alterius sit omnibus sociis commune, infert necessario, vt etiam lucrum sit commune, & sic quia ex eodem fonte proueniunt. Ad textum in d. l. dotem. ff. de castren. pecu. multi dantur intellectus, is tamen,
28 qui ibi per glos. & Bartolum in fine probatur, verus est, † ℭ dos debet inseruire oneribus matrimonij, & ad illius vsum, & sustentationem temanere penes eum, vel eos, qui sustinendi matrimonium onus suscepissent, siue castrense, siue profectitium peculium esse dicas, quasi etiam concesso, ℭ sit aduentitium, speciali tamen ratione apud filium remanere debeat, si seorsum forte viuens onera matrimonij sustineat. In hoc enim casu esse dotem apud eum oportere, dixerunt Bal. Alexander, Paulus de Cast. & alij, in dicto §. transgrediamur. Salycetus in l. 2. in fine. C. familiæ erciscundæ. & secundum hũc intellectum nihil infert contra communem. Nec etiam argumentum de d. l. 2. a contrario sensu urget, quoniam ſm Bart. & communiter Doct. vt refert Saly. bi procedit secundum iura antiqua, secundum quæ bona filiifa. etiam aduentitia pertinebant ad patrem, quia ergo ipsa dos de iure antiquo quæreretur patri, nihil facit, vt ipse lucrum dotis faciat.

29 Vltimo † nihil facit illud generale de pluribus iuribus, ℭ dos danda sit illi, qui curam & solicitudinem matrimonij sustinendi habet. l. si maritus. l. si filia. §. si filius. fam. erciscun. l. si is qui Stichum. §. 1. l. si pater mulieris. l. Iulianus. ff. de iure dotium. vt respondi in principio. Hinc etiam nego cum Alexã. & Salyce. illud Decij, quod æquitas, lucrum dotis spectare ad patrem onera matrimonij sustinentem, dicet, quia propter onera cum fructus dotis habuerit, immo iniquum esset insuper dotem ipsam eum lucrari cõtra omnem iuris rationem. & ex hac resolutione opiniones lactæ super hanc quæstionẽ
30 facile tolluntur, vel infirmantur, † nam qui dixerunt distinguendo, ℭ aut casus lucri cõtingit in vita patris, tunc ad eum pertinens venit diuidendum inter filios omnes, patet eos in hoc male dixisse, aut post eius mortem, & tunc secus, & istud non habet difficultatem secundum omnes, vt dicit Decius in dicto cons. 66. & cons. 67. & in cons. 560. Rom in dicto consil. 406 & consil. 471. Bartolus, Baldus, Angelus, Salycetus & cæteri in d. l. 1. C. de bon. quæ libe. & in d. l. dotem. de castren. pecul. Bar. Alex. Cuma. & alij in d. §. transgrediamur.

31 Item † dum aliqui distinxerunt, quod aut statutum dicit, quod is lucretur, qui recipit dotem, tunc pater accipiens debeat lucrari, nam ex prædictis patet id non probari, nec est opus iudaice inniti in illis verbis statuti, lucretur, qui receperit, quia aduerti debet, quod pater non accipit pro se, sed pro filio, & dos ad filium pertinet, vnde tametsi in recipiendo nõ exprimat se pro filio recipere, nihilominus nomine filij recepisse intelligitur, ex quo dos est filij, per ea quæ dixit Alexan. in l. 1. §. nunciatio. num. 17. de operis noui nuncia. & in cos. 4. circa primum. num. 5. lib. 5. & Ias. in d. l. si fundum. perfideicommis. num. 30 de lega. 1. post Imo. ibi. Ruin. in con cl. 94. nume. 5. in lib. 1. & Bart. & Bald. in l. mater. C. de rei vendicatio. per textum in l. in familiæ. C. familiæ erciscundæ. & l.
32 si ab vno. C. de nego. gest. dum dicunt, † quod si vendo rem Titij expresso, quod sit Titij, quamuis non dicam eius nomine vendere, tamen eius nomine me vendidisse intelligitur. Sic quando fit aliud negotium pertinens ad talem, vt talis, secundum Alexandrum in dicto cons. 40. & alios prẽallegatos. & propterea statutum patrem lucrari dotem velle, non est dicendum, vt Rapha. Cuma. tenuit in dicto §. transgrediamur. aut dum inquiunt, statutum aliter loquitur, & tunc secus. & hoc est indubitatum.

33 Quarta eorum conclusio etiam caret dubitatione, quod † quando fratres sunt socij omnium bonorum, tunc lucrum, quod fit de dote per maritum venit communicandum cum fratribus, vt per Decium cons. 66. Romanus in consil. 471. & consil. 406. Angel. in cons. 60. morte dicti. Rui. in cons. 101. in præsenti. nume. 3. lib. 1. & Baldus in consilio 184. proponitur li. 5. & volunt omnes in d. §. transgrediamur. quoniam omnia illius fiunt communia. l. si non fuerit. §. fi. ff. pro soc. Rolan. in q. 110. & in q. 111. disputat, an ille cum socijs omnium bonorum debeat dotis lucrum communicare, & an ipse acquirat. Ex quibus autem probetur societas omniũ bonorum inter fratres, hic suus locus non est, ideo non attingam.

34 Quinto infertur, an † id, quod vxorem marito relinquere in testamento suo cõtingit, maritus in lucrum hoc doris debeat sibi imputare, an potius vtrunque assequi, nam in lucris captandis euitatur pluralitas, & duo lucra fieri non facile admittitur. Ideo si lucrum dotis est proprie lucrum concurrẽs cum legato debet in eo confundi, seu imputari, ita arguit in hoc Bal. in l. Titia. §. qui in vita. de lega. 2. & in l. si cum dotem. § si pater. soluto matrimonio. & in authen. præterea. colum. 2. vbi considerans hoc lucrum non esse mere lucrum, ex causa onerosa originem trahens, tenet hac ratione minime im-
35 putandum esse in legatos, cum † duæ causæ lucratiuæ simul concurrant. l. Mæuius. §. duobus. ubi glossa, & Barto. de lega. 2. Sed hanc animaduersionem reprehendunt Alexand. post Imolam, & Roma. in d. §. si pater filiæ. nume. 5. versicu. & ista inducuntur. & idem Alexander in authentica, prẽterea. & ibi Dec. nume. 18. & Francisc. Pep. ibi colum. 37. & colum. 41. qui
36 dicunt (& quidem recte) † quod in huiusmodi compensatione inducenda non consideratur, an id, quod debetur, ex lucratiua causa proficiscatur, an non, an sit lucrum, an non, sed an id ex causa necessaria facto legis, an vero ex causa voluntaria facto proprię obligationis debeatur. nam & quod debetur ex causa lucratiua. i. ex legato, seu fideicommisso nõ compensari cum alio legato competitum est. l. Lucius Titius. de lega. 1. & tamen sunt duo lucra, id enim nulla lex interdicit, neque in diuersis rebus concursus plurium causarum lucratiuarum negatur. l. plane. §. sed si nõ corpus. de leg. 1. l. fundum Cornelianum. ff. de nouat. Paul. de Cast. in cons. 35. videtur dicendum ℭ vtrumque. colum. 1.

37 In †hac igitur quęstione contra Baldum concluditur eius ratione reiecta, quod immo legatum ab vxore factum marito veniat imputãdum in lucro dotis ei debito iuxta formam statuti, & hæc est communis opinio, quam tenent Bartol. in d. authentica, præterea & ibi Alexan. nume. 12. versic. ex glos. vbi dicendo esse communem, allegat Imol. Iacob. de Are. Francisc. Tigri. Ricar. de Salyce. Roma. Bartol. & Salyce. Paulus de Castro ibi, & in dic. l. si cum dotem. §. si pater filiam. & Curt. sequitur in dicta authentica, præterea, nume. 20. versiculo, ex ista communi. & ibi Franciscus Pep. colu. 37 & sequen. vbi hanc materiam pulchre declarat. & ibi Ias. nume. 21. versiculo, circa statutum disponens. vbi vltra alios allegat Albe. dicentem sic fuisse iudicatum Paduæ, & Decius ibi num. 18. & ibi Rim. colum. fin. & penul. & Alexan. & Fulgo. in dicto §. si pater filiam. Corn. in cons. 257. nume. 20. volumine 1. & in consilio 23. viso, columna 1. in volumine 4. & Baldus in consilio 58. in restitutione. in 2. lib. nu. 3. Camp. in dicto tractatu de dote. q. 6. vbi dicit ab hac communi non esse recedendum Roland. disputando firmat hoc in q 96. quotidiana. vbi plura ex his, de quibus per nos hic, adducit.

38 Et fundatur in vna conclusione iuris, † quod quotiescunque ex dispositione legis alicui quid debeo, si ei facio legatũ, præsumor illud me feciſſe causa satisfaciendi illi obligationi necessariæ, vt latissime deducit Paris. in consilio 69. volumine secundo. Ruin. in consilio 92. volumine quinto Alexand. in consilio 7 viso columna finali libro 6. & in consilio 19 eodem. in consilio 99. volumine 7. Capra in consilio 29. Rapha. Fulgo. in consilio 81. Doctores in dicta authentica, præterea. & in dic. l. si cum dotem. §. pater filiam. & quotquot de ea rescripserunt, exempla sunt in iure non pauca, vt cum pater legat aliquid filio, in legitimam ei debitam a lege imputatur l. omnimodo. §. imputari. C. de inofficio. testamen. l quoniam nouella. eodem Idem in quarta patroni. i. etiam § si debita. ff. de bon. libe. l. liue. ff. de iure patron. Idem in quarta coniugi debita, dicta authent. præterea. Similiter pater, qui tenetur

dotare

dotare filiam.l.qui liberos.ff.de ritu nup.glos.in l.obligamur. §.lege.ff.de actio.& obliga.vel dotem alias datam,& per mortem viri recuperatam,pro secundis nuptijs,tenetur integram conseruare, & reddere, Authen. sed quamuis. C. de rei vxo. act.§.quia iam vero.in authen.de equal.do.cum legatum facit filiæ,videtur pro illo debito necessario dotis soluendæ relinquere.l.si cum dotem.§.si pater.ff. solu. matrimo.l.huiusmodi.§.cum pater de lega.primo.l.Titia.la prima.§.qui in vita.de legat.secundo,& ad hoc facit etiam textus in l.dotem.l. si cum pater.solu.matrimonio,per quæ iura posset argumentari a fortiori, quod si in legitimam, & dotem, quæ est valde fauorabilis, legatum imputatur, multo magis hoc lucrum, quod est odiosum,ita arguit Pepus in dicta authentica, præterea, columna 39.

39 Si † autem debitor ex proprio contractu,vel facto voluntarius legat creditori, tunc non præsumitur causa extinguendi illam obligationem voluntariam legare,& sic in dubio legatum non imputabitur in huiusmodi debito.l. 1.§.sciendũ. C. de rei vxo.actio.l.qui dotem.iuncta ibi glos. ff.soluto matrimonio.l.creditorem.de lega.2.ita concludunt Doct.in locis præallegatis, & alibi passim.

40 Et † rationem diuersitatis inter casum voluntariæ obliga-
41 tionis,& casum necessariæ Doctores dicunt esse,† quoniam in necessitatibus nemo liberalis existit. l.rem legatam. ff. de adimen.leg.& præsumptio naturalis est ista, ꝙ prius id,quod inuiti debemus præter nostrum factum, & cogimur a lege prestare,creditori soluere velle credamur, quam legando aliquam liberalitatem exercere. Addunt præterea,quod lex in obligatione,& debito,quod ipsa inducit,magis succurrit debitori,quam cum debitum ipsa non induxit.glo. in §.ex conditionali.institu.de verb.oblig.glo.in l.si vxorem.C.de cond. inser.facit l.2.§.si quis.ff.si qs caut.l.si fideiussor. §.si necessaria.ff.qui satisd.cogan. Quia(vt Cur.dicebat)quando lex obligat aliquem sine eius facto,rigorose quidem facit:ne ergo rigorem addat rigori,benigne lex agit interpretando,ꝙ in dubio debitor huiusmodi legans videatur legare causa satisfaciendi illi necessitati, nec est de quo conqueratur creditor,
42 † quoniam lex tibi suum,& non tuum denegat auxilium, gl. in l.1.C.si aduer.vend. Aduersus hanc conclusionem Bal. in dic.authen.preterea, tenendo contra communem cum quibusdam paucis multa obiicit. Primo negant præfatam doctrinam esse veram ex duobus,primo: quia & pater debet dici debitor voluntarius,dum filię dotem exigit,vel recuperat, sicut & maritus,qui dotem recipit, & tamẽ aliter in patre extat responsum. Ergo ista doctrina confunditur,sed huic rei occurrit Iason.in d.authen.præterea,num.19. versi.sed attende. & Dec.num.11.vers.Mod.hic dicunt,& Cur. num.20.& ideo ꝙ pater tenetur filiæ dotem exigere, seu exactam conseruare pro secundo matrimonio, vel vt ipse dicam cum Curt. pater tenetur secundo & tertio,& toties & quoties maritabitur filiam dotare.Soc.in cons.75.circa præsentem,num.7.vers.sed aduertendum.vol.1.Bar.Alexan.& alij in l.si cum dotem.§. si post.sol.matr.Bal.in auth.res quę.colum.2.C.com.de leg.Iason. in §.fuerat.nume.117.& nu.135.institu.de actio. & Cur.Sen. in cons.27.nume.32.& traditur per omnes in auth. quod locum. C.de colla.vnde factum eius imputatur iuris necessitati.Secundo Cum.dicebat,vtroque tempore inspecto in vno casu non magis voluntarium debitorem dici, quam in alio, nam inspecto tempore legati, vterq; dicitur necessarius de-
43 bitor,†quoniam & contractus,quamuis ab initio sui,sint voluntats, tamen ex post facto efficiuntur necessitatis.l.in commodato.§.sicut.ff.commodati.l.sicut. C.de actio. & obliga. inspecto autem tempore obligationis contractę pater & maritus sunt voluntarij,quoniam & pater voluntarie contrahit matrimonium,vnde natis filiabus oritur obligatio de illis do-
44 tandis. Sed vtrunque tollitur,primum, quia † non ex eo nomen obligationis necessariæ assumit, quod detinet contra eius volutatem personam obligatam (illud enim est ius obligationis, & qualitas) sed ex eo, quod in eam incidit ab initio præter voluntatem ex legis necessitate:illa enim causa originalis debet attendi.l.si seruum.ff. de actio. empti. Nec secundum vrget, quia tam remota causa non est considerandа, ꝙ ex eo, quod matrimonium contraxit, dicatur filias natas voluntarie se obligasse dotare, sed ipsa lex, quæ patrem ad dotandum filias astringit,tanquam causa immediata,quę debet attendi.l. mulier.ff.rerum amotarum.l.fin.de condic.ob causam.l.socium qui in eo. ff.pro socio. l.si fideiussor. §.necessaria.ff.qui satisdare cogan.aliud est in marito,qui dotem recipit,& potest non recipere,cum matrimonium sine dote esse possit.l.fin.C.de dona propter nuptias.Rursus,quod maritus dicatur ex voluntate mulieris saltem tacita lucrum dotis facere, quia statutum est tacitum pactum. glos.in l.si duo ff.de acquir.hære.l.item quia.ff.de pactis. non concludit, vt idem seruetur,quod dictum est in casu pacti expressi,& contractus initi nullo stante statuto, vel lege de hac re.nam taciti, & expressi non est eadem vis, atque potestas in his,quæ non proueniunt ex mente, sed hoc lucrum non prouenit ex mente mulieris, sed præter, vel contra mentem eius. ita respondet Pepus in d.auth.præterea,nu.42.sic dicit Saly.ibi respondendo ad argumentum hoc, ꝙ ista tacita conuentio de lucrãdo propter huiusmodi statutum non est voluntaria,sed coacta, & accessorie venit,ideo nõ attenditur, nec habet vim,quam haberet pactum huiusmodi nullo stãte statuto. Nam,vt dicebat Ang.in d.cons.396.arbitramur.col.2.& Rim.& Pepus in
45 d.authentica,præterea,colum.38.† statutum ipsum est causa immediata ipsius lucri, & contractus matrimonij mediata, quam si attendamus,esse necessarium, & non voluntarium, manifestissime constat.

46 Et † longe potentior est cõsensus expressus, quam tacitus, vt diffusissime ostendit And.Tiraq.in tractatu de legib. connub.in 2.parte,glo.7.nu.49.versic.nunc restat.Tertio obiicitut ad confusionem supra scriptæ distinctionis textus in d.l. si pater pro filia.ff.de collatione dotium.vbi est casus,qui dotem promiserat pro filia fecit ille legatum, vtrunq; debetur, dicitur ibi,& sic quamuis pater sit obligatus ex dispositione legis ad dotandum filiam.l.fi.C.de dot.promissi.l.qui liberos. ff. de ritu nupt. tamen legatum ab eo factum non compensatur cum dote debita.istud est difficile obiectum.

47 Primo modo † soluit Bart.hoc esse ibi, qnoniam legatum erat diuersum a dote,nam dos erat in quantitate,& legatum in specie, & de quantitate ad speciem non fit compensatio.l. fin.C. de compensa.l.si conuenerit,la seconda ff. de pignora. act.istam solutionem tenent Bald Raph.Cuma.Pau.de Cast. Alexan.& Bald.in locis de quibus per Ias.in d.l.huiusmodi.§. cum pater.nu.12.col.2.de lega.1.quam ipse diuinatiuam esse dicit,quæ nec mihi placet, quoniam restringit cõclusionem prædictam aduersus communem opinionem,& mentem iurium,vt mox dicam.

48 Secundo Ias.soluit, † quod ibi cessat præsumptio compensandi,quia pater filiam exhæredauerat, vel præterierat,& sic eam iniuria affecerat, vnde in recompensationem huiusmodi illatæ iniuriæ præsumitur voluisse,ꝙ vtrunque habeat, & in hoc casu limitat communem conclusionem, ponderãs ad hoc textum in d.l.Titia.§.qui in vita.quod idem fuisset ibi propter iniuriam exhæredationis, nisi testator ibi expressisset causam dotis.l.fi.C.commun.vtri.iudic.vbi dos non compensatur cum relicto,iure institutionis,vel legati,quia ex eo, quod fuerat cum extraneo hæres institituta,filiam iniuria affecerat, & allegat Iasonem huius sententiæ esse Bartolum, Baldum,Alexandrum, Romanum,& Cumanum in locis,de quibus ibi per eum, extendens sic hanc suam limitationem ad alios casus iniuriæ factæ. Nec sibi dicit obstare textum in dicta l.si cum dotem. §.si pater filiam. dum ille textus admittit compensationem, & tamen loquitur in casu factæ exhæredationis, vel pręteritionis.nam respondet,quod ibi tantum fuerat legatum, quantum poterat hæredis institutio importare,in quo casu poterat haberi,ac si fuisset hæres instituta,& ratio factæ iniuriæ cessabat.hanc solutionem amplectitur Pepus in dicta authentica, præterea.colum. 30. Sed mihi non probatur, quod ibi ratione recompensandæ huiusmodi iniuriæ filiam vtrunque habere oporteret, pariter nec textus in dic. l.Titia.§. qui in vita. meminit de exhęredata cum hoc mysterio.neque textus etiam in dic.l.finali,facit ad rem,nam ibi filia dotem, vel filius donationem propter nuptias habet præcipuam simul cum legato sibi facto, quando est institutus, vel instituta cum extraneo, non ratione iniuriæ sibi in hoc factæ, quæ enim iniuria potest esse patris vtĕris iure suo? lege nullus. de regulis iuirs. sed quia cessat necessitas, & ius conferendi,quod non habet locum nisi inter liberos ipsos,& existentes sub patria potestate. l.vt liberis. & ibi traditur per Doct. C.de colla.Et Ias.contradicit text.in d.§.si pater filiam. qui per eius responsionem(vt iam patet)non tollitur.

49 Tertia † solutio est Alexand. & Areti. quod procedat, quia dos erat debita genero, cui promissa fuerat,legatumq; filiæ fecerat, & sic diuersis personis legatum, & dotis debitum præstari oportebat. Animo ergo compensandi patrem legasse ibi dici non poterat, quia compensatio est debiti & crediti sibi inuicem contributio, & ab eisdem,& non de eo, quod alius deberet,inquit Socynus Iunior in consilio 79.numero 61.in volumine tertio.l.si cum militi.vbi Castrensis & alij.ff.de compensatio. l.eius. C. eodem. & istam solutionem refert Pepus in dicta authentica,præterea,colum. 29.& Curtius ibi eam sequitur,numero 22.versicu. vltima difficultas. respondens ad contraria vel dum dicebat,quod licet dos sit promissa genero,tamen actio acquiritur filiæ.l.fideicommissa.§.interdum.de legatis tertio,quod dictus §.interdum.non

procedit

Source : BIU Cujas

procedit in contractu l.si pater. C. de dotis promissione. secundum glossam in l. si seruo legato. §. si testator. de legatis primo. vel dum dicebat textus in dicta l.si pater pro filia.vel le, quod vtrunque filia habeat: quod est verum attento effe ctu, quo considerato dos est filiæ; hæc solutio displicet De cio in dicta authentica,præterea. numero decimotertio, & quoniam de genero ne verbum quidem ibi dicitur, cum, si inde ius & ratio illius textus penderet, vtique de eo memi nisset Iurisconsul.& certe in cõsideratione nõ fuit, quod dos esset genero promissa; quoniam huiusmodi promissio fit cõ templatione filiæ ad eius vtilitatem causa satisfaciendi debi- 53 to naturali illam dotandi; vnde legatum ei factum dici debet animo conpensandi cum ea dote ex causa necessaria promissa factum, vt per Corne.in consilio 230.numero septimo,vo lumine quarto. quemadmodum licet non mulier, sed maritus dotem habeat, ipsa nihilominus tenetur dotem conferre in successione,vel hereditate paterna.ff.de collatio.do.per totum.l.si pater.l.dotis.C.de coll. Præterea nimis restringerẽtur plures leges volentes,legatum filiæ imputari in dotem debitam legis dispositione. Quartam ego trado solutionem,
50 † quod ibi Pomponius Iurisconsultus non respondit super quæstione præsumendæ compensationis, de quo nos disputamus,sed duntaxat, super quæstione collationis faciendæ, quod hoc sit verum manifeste colligitur, tum ex titulo, sub quo illa lex est posita. lege,Imperatores. ff. de in diem addic. tum etiam ex eius verbis,vel dum dicit,filia dotem pręcipuã habebit, vel dum perpendit,quod sit exhæredata,vel præteri ta, vel emancipata, quæ procul omni dubio concernũt quæ stionem iuris collationum.l.vt liberis. & ibi notat.l. filiæ dotem.lege secunda. C. de collatio.lege prima.§. filia. ff. de collatione dot.prout hæc in materia præsumendæ compensationis forent manifeste inepta.dum igitur Pomponius super iure conferendi respondit ibi negans illi locum esse, conclusioni nostræ in materia præsumendæ compensationis non contradicit,& alia est quæstio collationis faciendæ, alia præsumendæ compensationis,nam ius conferendi est scriptum, & determinatum,sed hæc quæstio resoluitur ex coniecturis, & præsumptionibus iuris, ideo ea responsione data super iure conferendi non infertur,quod super altera quæstione responsurus fuerit interrogatus, uel consultus, iuxta vulga. Aliis quoque argumentis nititur aduersus istam conclusionem Baldus & alii nonnulli,quę quoniam leuia sunt, vt Alexander dicit, ego prætermitto. ad illa respondent Salicetus, Curtius, & Pepus, vbi supra, si li-
51 bet, vide eorum responsiones. † Verum enimuero cauillatur nostra conclusio ab Angelo in consilio 360.domina Margarita. alias allegatur sub numero consilio 312. quando dos fuisset viro soluta, quoniam tunc, cum solutione eius,quod debetur, omnis tollatur obligatio, Institu.quibus modis tol li.oblig. §. primo, mulier non potest amplius dici debitrix mariti, & ideo legendo marito, non videtur dici posse,quod animo compensandi cum aliquo illi debito legauerit. Compensatio enim non potest contingere, nisi supposito, quod ex parte legantis aliquid debeatur ipsi legatario glos. Barto. Alexand. Hetcul. in l.pater filiam. ff. ad legem Falcidiam. & hoc argumento obmutescere feciſſe quendam aduocatdm refert Angel.& pro eo facit textus in l.filia. C. de lega. vbi, si pater dedit dotem filiæ, & demum ei legatum faciat, non præsumitur animo compensandi ei legare, sed utrunque habebit, secundum glos. & Doctores ibi, Bartolus in dicto §. cum pater. & hoc etiam cauillo vsus est Bened. Cap. in con
52 silio 143. in columna secunda. Verum † aduersum Angelum insurgunt quam plurimi, Imo. in dicto §. si pater. Fulgos.Ludo. Roma. & Modern.in dicta authentica, præterea.& Alexand. ibi numero decimoquarto,columna fina.& in dicto §. si pater. numero septimo, Francisc. Pep. vbi supra, columna 36. Camp. in dicto tractatu, in quæstione sexta. Alberic. de Rosa. in secunda parte statu. in quæstione secunda. & post. Aretinum Ias. in dicta authentica,præterea. numero vigesimoquinto, versiculo, adde etiam, qui dicit, imo in dote soluta conclusionem nostram procedere, quoniam aliqui in casu dotis promissæ dubitarunt tantum, an statutum de lucro dotis locum haberet. Et ad argumentum Angeli respondetur, quod illa solutio dotis non tollit obligationem, qua vxor tenetur marito ad dimittendum illi partem dotis nomine lucri,iuxta statuti dispositionem faciendi, quia illa solutio non fuit facta ad eum effectum, sed ad effectum tãtum liberandi mulierem a dotis datione,quia dos viro dari debet, & penes ẽum constante matrimonio stare pro oneribus sustinendis oportet.l.pro oneribus. C. de iure dotium.cum cõcordan. effectum ergo liberandi a lucro non parit,iquia solutio, & numeratio non extenditur vltra intentionem agentium.l.non omnis.ff.si certum petatur. & præsertim cũ actio ad lucrum nondum constante matrimonio esset nata,iuxta legem qui Romæ.§.duo fratres. de verborum obligationib. & quamuis mulier,cum dos lucranda est penes virum, non dicatur obligata ad dandum, vel soluendum lucrum dotis, vel dotem,est tamen obligata ad eam dimittendum, seu nõ petendum pro parte, quæ venit ex forma statuti lucranda. l. Mæuia.§.fundus.vbi glos.& Bartolus,soluto matrimonio.l.si vnus.§.pactus.vbi glos.ff.de pact.& sic satis verificatur, quod mulier legans dicitur etiam in hoc casu debitrix mariti in lucro dotali. Reiecta igitur ista Angeli cauillatione † communem conclusionem in suis terminis amplia, primo procedere etiam, quando legatum, & dos in diuersis rebus consiste rent.verbi gratia,dos in quantitate, & legatum in specie, vel econuerso, ita determinat Alexander in dicta authentica,pterea.numero decimotertio,versiculo, vtrum autem retenta. & ibi Iason numero vigesimosexto,versiculo,adde & amplia.& ibi Pepus in columna vigesimanona,Alexand.& Imo. in dicta l.si cum dotem.§.si pater filiæ.Ludouicus Romanus, & Aretinus in dicta authentica, præterea. & Aretinus in cõsilio 92.viso legato. columna prima. versiculo,hoc præmisso.Dec.in dicta authentica,numero decimo,in vltimo notabili Curt.in cons.73. licet ista. in columna finali. & Ioan. de Amic in consilio 115.& sequitur Afflict. in decisione Neap. 138.stante,numero quarto.quæ quidem ampliatio probatur secundum præallegatos,tam ex textu dicti §.si pater filiæ.vbi compensatio fit etiam in casu, in quo filia hæres fuisset instituta, secundum illius textus præsuppositum,& tamen in hæreditate sunt corpora,quam ex textu dictæ l.quoniam nouella.& concordan. in quibus, quod legatum comperitur, in legitimam, seu quartam imputatur non habita ratione, an pecunia,vel species sit legata, & hoc mihi videtur tenendum. Nec obstat, quod multi videantur contrarium velle. Oldradus,Bartolus,Baldus,Paulus de Castro, Salycetus, Riminaldus & Corneus, qui dicit horum opinionem esse communẽ in cons.239.viso.columna prima.volumine quarto, & in cõsilio 257.numero vigesimo,in libro primo. & Bald. in consil. 58.numero tertio.volumine secundo. Capra in cõsilio 164. columna secunda.& Alexander in consilio septimo,uiso.lib. sexto,& Corneus in consilio 127.quamuis,in fine,volumine tertio.Nam est aduertendum primo, quod aliqui ex his loquuntur per modum pluribus modis arguendi, & sic non firmant hoc.Secundo,quod potest eorum opinio procedere, ut extra casum, in quo lex mandat in dubio legatum imputari;in quod debetur,minus præsumamus animum compẽsandi existente debito,& legato in speciebus,quam cum vtrunque in qualitate consideret,ut dicit Corneus in consilio 292.
54 circa primum.columna secunda,libro primo.† nam in materia imputationis faciendæ, non curatur, an in specie, vel in quantitate consistat relictum.l.in quartam.l.id autem.l.quod autem.ff.ad legem Falcidiam.l.si compensandi.C de hæredibus institu.Idem quando compensationem lex præsumit,seu inducit.Corneus in dicto consilio 230.numero sexto. in volumine quarto. sed in materia compensationis inducendæ; quia aliud pro alio inuito creditore solui nequit.l.secunda.§. mutui.vbi Doctores ff.si certum petatur.necesse est,vtrunq; in quentitate consistere sic procedit textus in l. finali. C. de compen.l.si conuenerit.ff.de pignoratitia actione,quo fit ẽt, vt difficilius præsumatur testator legasse animo compensandi, quando aliud, quam quod debet, legat, quam cum debitor existens in quantitate legat quantitatem. Tertio dico, quatenus Corn. stringit hoc ad terminos ampliationis nostræ affirmans non esse in decisiuis ab hac opinione recedendum, quasi commune, ut per eum in dicto consilio 230. & in consil. 256.quod ipse & alij in hunc errorem prolapsi sunt propter textum in d.l.si pater pro filia ff.de collat. dot. secundum vnum intellectum a nobis supra relatum, vt dicit ipse Corneus in dicto consilio 257.numero vigesimo, quem cogitur ibi fateri esse diuinatiuum,licet dicat pro concordia legum opus esse ista diuinatione: sed ex intellectu, & solutione, quam dedimus supra ad dictam l. constat illam diuinationem necessariam minime esse, & sic eorum opinio in falso fundatur argumento, & manifeste aduersatur pluribus legibus allegatis pro nostra ampliatione,vbi supra, ideo tenenda
55 est,quicquid illi existimauerint. Secundo † ampliatur, quando etiam pactum expressim de lucro dotis factum fuisset, secundum Corneum, Romanum & Franciscum Pepum in dicta authentica præterea. & Riminald. ibi, columna penultima.& Paulum de Castro in cõsilio trigesimoquinto, videtur dicendum.in columna secunda,quoniam istud pactum accedens vltra statutum vel ex abundanti,vel ad eius cõfirmationem,vel approbationem videtur accedere, vnde qualitatẽ

Source : BIU Cujas

vel naturam obligationis non mutat.l.qui mutuam.ff.de mā
da.l.penultima. C. de pactis, iuncta l. quæ dubitationis. de
regul.iuris.l.testamentum.C.de testamen. nec ob id de obli-
56 gatione necessaria transmutatur in voluntariam.† Siquidem
aliquid faciens, ad quod necessario poterat compelli, dicitur
necessitate coactus facere, tametsi id sponte faciat, vt de cō-
promisso spōte facto, quod necessitate statuti facere tenebatur, dicitur, quod iudicandum non est voluntarium, sed
necessarium, vt per Decium in consilio 22. l. nouissime. ff.
quod fal.tuto.& per eundem plenissime in cap. cum M.Fer-
rariensis.num.34. columna decima. versiculo, sed ista diffe-
rentia, de constitu.Aret.in consilio 24. quatuor dubia. Nec
obstant aliqua deducta per Pepum & Decium in dicta authē
tica, præterea.numero 11.versiculo, secunda conclusio.& pri
57 mum illud simile, † quod obligatio hæreditaria, quæ habet
beneficium legis & inuentarij, alteratur, & mutatur per no
uam hæredis promissionem de soluendo, adeo quod ipse be
neficium inuentarij, quo ad eam, perdit, secundum Ang.
in consilio 31. Dominus Philippus. in colum. penultima.
Aret.in consi. 148. in quæstione.in columna secunda. versi-
culo, donatio autem. Decius in consilio 496.nume. 12. & in
consilio 137. numero quarto. & in consilio 300. numero
octauo. columna tertia. l.cum hæreditas ex fideicommiss.ff.
ad Trebel. nam ibi alteratur obligatio in contrariam quali-
tatem obligationis, prout potuit hæres eam mutare, sed in
hoc casu obligatio expressa accedens non alteratur, quia ten
dit ad idem, ad quod omnino mulier tenebatur ex dispositione statuti absque etiam huiusmodi expressione. Eodem
modo respondetur ad illud Pep.d.l. Titia. ff. ad legem Falci-
diam. Et ad illa duo, de tacito pacto habente vim expressi. &
altero de dicta l.pater pro filia. colligitur responsio ex dictis
superius. Tertio post Areti.in consilio 26.viso.columna pri-
58 ma, Ias. & Dec. in dicta authentica, præterea † ampliat ista
procedere etiam in foro conscientiæ, sed istud, vt ipsi aduer
tunt, ad aliquem casum non potest adaptari, quod aliquis
sit debitor ex aliqua legis dispositione obligatus in foro poli,
qui non sit obligatus etiam in foro fori, quoniam lex potissi-
59 me in foro fori obstringit. Nunc†limita, & primo, qñ mulier
legatum fecisset marito sub hac, vel simili forma, Relinquo
de bonis meis viro centum. nam tunc consequi vtrunque,
scilicet legatum, & lucrum dotis maritus debet. Ita tenet
Ias. in dicta authent.præterea. numero 26. versiculo, limita
istam communem.& ibi Pep.columna 30. & Rimi. ad fin. &
Alex.in l.si cum dotem. §. si pater filiam. numero 6. versicu-
lo, prædictis adde, post Bald.& Pa i.de Cast. ibi, Bened. Cap.
in consilio 143.cum de pluribus. columna 3.versiculo, vnde
potuit ipse.& Corn.in consilio 127. quamuis, volumine ter-
tio. & in consilio 57. circa primum.numero 20. volumine 1.
& Domin.And. Alcia. in l. Princeps.de verborum significa-
tione. Et mouentur; quia bona non dicunt, nisi deducto ære
alieno.l.mulier bona.ff.de iure dotium l.Princeps.l.subsigna
tum. de verborum significatione. & hoc lucrum reputatur
æs alienum extra bona, & hæreditatem mulieris. Bald. in di
cta.l.pro hæreditarijs, columna 2. C. de hæredita. actio. &
dixi supra, in glos.quinta, ante legitimam esse deducendam.
ista ergo deductio lucri dotalis fit de bonis mulieris, & de
60 reliquo legatum soluitur. Idem responsum extat, quādo†pa-
ter legat aliquid filię sub modo prædicto, vel etiam cum pro
hibitione, quod plus de bonis suis petere nequeat, quoniam
nihilominus petere dotes maternas poterit, quia non sunt
de bonis testatoris, sed vt æs alienum sunt, & sic prius de-
ducuntur. Bartolus in l. vt iurisiurandi. §. si liberi. ff. de o-
peris libert. Baldus in l.quoniam nouella. C. de inofficio. te-
stamento, Ias. consilio 214 in vltimo dubio. in volumine
secundo. Capra in consilio 62. viso, columna prima. & in
consilio 164. non vt præsupponitur, columna secunda. Ra
pha. Cuma. in consilio 133. Domin. Nicol. Ruin. in consi-
lio 79. libro secundo. Ias. & alij, vbi supra. Baldus in consi-
lio 89. testamentum. libro secundo. qui loquitur in legiti-
ma, quod non reputetur in bonis patris, sed æs alienum. si-
militer ex ista ratione limitatur l finalis, C. de iure deliberan
61 di. † quod in legatis, quæ vult testator de bonis suis solui,
non officit inuentarium omisisse, quo magis teneatur illa
præstare vltra vires hæreditatis, vt dixit Corneus in dicto
consilio 127 quamuis. in consilio 180. numero 9. volumine
quarto. Baldus in l.prima. C. quæ pœ. nomine. Cassan. in Con-
su. Burg. §. 13. in rubrica. 8. numero sexto, & Andr. Barbat. in
capitu. Raynaldus. extra de testamen. Pau. de Cast. in con-
silio 121. in puncto suprascripto, & dubijs, & Bartolus in cō
silio 157. super his, ad hoc propositum id adducit Pep. in co
lumna 36. Contra istam limitationem tenet Decius in dicta
authentica, præterea. nume. 12. versiculo, quarto limitatur,
post Cuma. in dicta l.si cum dotem. §. si pater. quatuor mo-
dis arguendo. Primo quod verbum bona, importat idem, qđ
hæreditas. l. cogi. ad Trebel. Secundo, quia omnia legata prę
stantur de bonis testatoris. l. fin. §. licentiam. C. de iure delib.
ideo eius expresso nihil operatur. l. 3. ff. de legat. 1. Tertio, quia
militat eadem ratio compensationis præsumendæ, scilicet de
bitum necessarium. Quarto, quod dictum Bal. in dicto §. si
pater filiam loquitur in casu, vbi est apposita dictio tantum,
& illud Barto. in dicto §. si liberi. vel non est verum, vel pro-
62 cedit duntaxat in casu suo. Ad hæc tu respondes, †quod ver-
bum, bona, significat aliud, quam verbum, hæreditas, nec vn
quam capitur pro hæreditate, nisi quando ratio subiectæ ma
teriæ necessario id requirit, vt latissime ostendit Aym. Crau.
in consilio 136. columna 2. quę quidem ratio hic cessat. secū-
dum negatur, quia eo non expresso secundum legem, quæ
inducit hanc compensandi præsumptionem, legatum erat
in isto casu in primis præstandum de eo, quod legatario debe
batur. ne ergo id fieret, testator videtur expressisse legatum
de bonis suis solui, quæ expressio tollit illam legis præsum-
ptionem. Tertiū similiter negando tollitur, quoniam expres
sum facit cessare tacitum. l. ex facto. de vulg. & pupilla. l. fin. C.
de pactis conuen. & sic prædicta præsumptio cessat propter
expressum. Ad quartum respondeo, quod si Barto. doctrina
est vera in illis terminis prohibitionis, de non petendo plus
de bonis testantis, multo magis videtur procedere nostra
conclusio, vbi non sunt aliqua verba prohibitiua. Vnum ad-
uertit Pepus in col. 34.† quod si huiusmodi verba, de bo-
63 nis meis &c. appositā essent de stylo vel consuetudine nota-
riorum, non operarētur istum effectum, sicut dicitur de clau
sula codicillari ex more notarii, & non de testatoris mente
appositā. Sed Corn. in d. consilio 127. quamuis. in fi. vol. 3. vi-
detur idem etiam in hoc casu velle, dum eam conclusionem
facit in terminis vulgatæ clausulæ, in omnibus autem alijs di
cti testatoris bonis &c. super hac limitatione aduerte etiam,
quod Corn. in cōsilio 192. videtur. in 2. lib. aliud consuluit, &
autoritates pro prædicta limitatione citatas nititur euitare,
64 †quod procedunt, quando testator aliquid non reliquit de
suo, quod velit in compensationem debiti venire, vel quan-
do debitum in quantitate non consisteret. hæc responsio si
esset vera, nimiū præfata limitatio restringeretur, sed ego de
65 ea valde dubito. Aliud † sane dicendum est, quando testator
diceret, Lego super bonis meis, vel sup mea hæreditate &c.
tunc excluderetur a peritione lucri, vel alterius debiti, secū-
dum Bald. in d.l. quoniam nouella. C. de inoffic. test. Capra in
consi. 62. cum viso. & Rim. in d. authent. præterea. in fi. & Pe-
pus ibi, colum. 33. & Ruin. in consil. 79. nume 8. volum. 2. Se-
66 cūdò† limita, si legatum non esset permansurum penes virū
tund cum lucro sibi debito non compensabitur, vt consul-
uit Cap. in cons. 143. col. 2. & voluit Bar. Bal. Dyn. in d l. si cum
dotem. §. si pater, & ibi Paul. de Cast. & Alex. in fi. & Ias. in d.
auth. præterea. post Aret. in col. fi. num. 26. versi. 3. limita, &
ibi Pep. col. 32. & Dec. ibi, nu. 12. vers. tertio limitatur. & Rim.
post Ang. ibi ad fi. & ad hoc allegant plura iura. l. fi. § fi. C. de
bo. quæ. liber. l. sed & si matris. §. itē si qs & §. seq. ff. de leg. p̄stā
l. cogi. §. hi q solidū. ad Treb. l. Sulpitius. ff. de do. int. vir. & vx.
vbi probatur, qp quando res nō remaneat aliquo tempore pe
nes eū, cui datur, est perinde, ac si non esset data. & hæc limi-
tatio de plano. procedit secundum ea iura, quando marit us
incōtinenti rem legatam esset alteri restituturus. Sed potest
dubitari, quando aliquo tempore esset penes maritum per-
67 mansura, † an illud medij temporis interusurium debeat in lu
crum dotis sibi debitum imputare? Ias. Dec. & Pep. post Pet.
vbi supra, existimauerunt id compensandum esse, sicut fit in
Trebellianica, & Falcidia. l. in quantitate. §. magna dubitatio.
ff. ad leg. Falci. & l. mulier. §. si hæres. ff. ad Trebel. nota. in l. fi-
deicommissum. eodem. alij Doctores hoc dubium non attin
gunt, sed Cap. in dicto consilio 143. cum de pluribus, con-
sulendo tenuit contrarium, dum in casu suo maritus graua
tus fuerat post mortem suam restituere, & sic penes eum le
gatum erat diu mansurum, nihilominus voluit præsumptio-
nem compēsandi cum lucro dotis ibi cessare. Certe, si in his
terminis non recipiamus hanc limitationem erit de indubi-
tabili, & inepta. Quis enim dixerit, aliquid compensandū,
si nihil est, quod compensetur, re quam quis accipit, incōti-
nenti restituta? ideo intellige eam in terminis, quando ma-
ritus cōmodum interusurij percipit. Nec obstat illud de Tre-
bellianica, & Falcidia, quoniam illud est ex eo, quod voluit
lex expressim interusurium medij temporis in eam imputa-
ri, & ibi constat de voluntate legis, vel testatoris id disponē
tis. sed casus noster procedit in dubio, an compensare id cū
debito voluerit. & pro hoc videtur Bald. consilio 185. quod
post. lib. 1. vbi in casu, in quo mulier mandauit hæredibus

suis,

Source : BIU Cujas

ſuis, quod dotem a viro non repeterent, donec ille viueret. vice verſa eundem maritum grauauit totam, vel integram dotem poſt ipſius mortem reſtituere. Conſuluit Baldus videri mulierem voluiſſe quod illud dotis interuſurium cedat marito loco partis lucrandæ ex forma ſtatuti, & id reliquiſſe animo compenſandi cum dicto lucro, & hoc, quia totam, vel integram dotem grauauit eum reſtituere, ergo ſecus ſi de tota eum non grauaſſet, ſed ſimpliciter, vt in caſu noſtro.

68 Porro † leuis non eſt dubitatio, an ſi maritus hæres inſtituatur ab vxore, & hæreditatem eius abſque inuentario adierit, poſſit dotis lucrum facere exiſtente hæreditate debitis onerata, nam ex aditione hæreditatis actiones pro eo quod hæredi debeatur, confunduntur. leg. ſi adulta. C. de hæred. actio. l. ſi ab eo. ff. de negoti. geſt. l. ſi ſocer. in fi. ſoluto matrimonio. l. ſi vxor. de bon. aut. iud. poſ. & ſic actio mariti videtur confuſa per eius aditionem, & ſic nihil eum petere poſſe. Sed reperio contrarium conſuluiſſe Corne. in cõſilio 127. quamuis. volumine tertio. quod maritus, qui vxoris hæreditatem abſque inuentario adiuerat, & mater vxoris petebat legitimam in ea, poſſet lucrum dotis deducere de hæreditate prædicta, non obſtante, quod adiuerit eam ſine inuentario. idem conſuluit Capra in conſilio 143. co-
69 lumna penultima, dicens, † quod omiſſio inuentarij non debet marito quo ad hoc dotis lucrum officere, quia in his, quæ valemus retinere, ſeu iure retentionis ad nos pertinent, minime præiudicat. l. debitor. l. ſi pater. ff. ad legem Falcidiam. quoniam debitum non confunditur quantum ad retentionem, ſed tantum quo ad obligationem, & actionem, vt ait Bald. in l. debitori. num quarto, verſic. extra oppone. C. de pact. Ad hoc facit illa concluſio, quod, ſi hæres grauatur alteri reſtituere hæreditatem, & adeat omiſſo inuentario, nihilominus in reſtitutione facienda poterit id, quod ſibi debetur ex quauis cauſa, retinere. Paulus de Caſtro in conſilio 187. dubium facit. & in conſilio 188. quia dubia. Alexand. & cæteri in l. in ratione. §. quod vulgo. ad legem Falcidiam. Angelus in conſilio 64. Ludouic. Roma. in conſ. 176. viſis. num 2. Cuman. in conſ. 27. quidam communiter Doctor. tradunt in l. debitor. ad Trebellia. & in l. ab omnibus. §. fina. de lega. 1. Ruin. in conſilio 115. num. 11. in ſecundo libro. Capra in conſi. 150. pro facti. Aym. Crau. in conſil. 144. magn ficus. nume. 5. & pulchre tradit Iaſ. in conſil. 28. columna ſecunda. volum. tertio. Et nota
70 † differentiam, quæ eſt inter confuſionem actionum, & compenſationem. Nam confuſio fit pro parte, qua quis eſt hæres, vt pro ea rata actio debiti confundatur, & extinguatur. l. ſi vxor. C. de bon. aut. iud. poſ. & alijs præallegatis. Sed cõpenſatio fit de toto debito vſque ad concurrentem legati quantitatem. l. ſi compenſandi. & ibi nota. C. de hæredi. inſtitu. Pariſi. in conſ. 69. volum. 2. Ruin. conſ. 70. viſo. num. 3. volum. 2. vt aduertunt Caſtr. & Alexand. in d. l. ſi cum do-
71 tem. §. ſi pater. num. 1. Modo quid † ſi vxor voluit maritum lucrum dotis compenſare cum relicto ei facto, addens quod plus petere non poſſit pro lucro ſibi debito, & maritus relictum ſimpliciter agnouit, quod poſtea reperit eſſe minus eo, quod ſibi nomine lucri dotalis debetur, nũquid illud, in quo debitum excedit valorem legati, poterit maritus aſſequi? &
72 receptum eſt, † quod quotieſcunque legatum agnoſcit, onus etiam illi iniunctum cenſetur agnoſcere, etiam quod excedat valorem legati. Aym. Crau. in conſ. 174. nobilis. nume ro. 6. verſicu. ſeptimo teſtator. vbi allegat Paul. de Caſt. cõſil. 193. ſuper iſto puncto occurrunt tria. in tertio dub. & in conſilio 415. viſo & examinato dicto puncto, columna 1. in 2. lib. Corne. in conſilio 192. colum. 1. in 2. lib. Deci. in conſilio 425. colum. penultima. & Alexan. & Paul. de Caſt. in d. l. ſi cum dotem §. ſi pater filiam. Alexand. in conſ. 102. viſis. num. 4. columna 2. libro 1. & Dec. in conſilio 299. & Soci. Iun. in conſilio 173. vol. 2. vbi conſuluit ſuper legato certæ quantitatis cum clauſula, quod plus &c. quod licet minus eſſet, quam ſtabilia debita, tamen poſtquam mulier illud agnouerat, aliquid vltra non poſſit petere, niſi quaſi minor remedio reſtitutionis in integrum, per tex. in l. Imperator. §. ſi centum. verſicu. enimuero. de. lega. 1. l. plane. la 2. §. ſi cui Stichus. ff. eo. de lega. 1. & diffuſe declarando tenet Carolus Ruin. in conſ. 79. viſo, volum. 2. & Alexand. in conſilio 132. viſo inſtrumento. colum. 1. volum. 2. vbi tradit hanc theoricam, quod aut teſtator legat aliquid animo compenſandi, & plus non dicit: & tũc dato, quod legatarius agnoſcat legatum facta compenſatione pro concurrenti quantitate, non impeditur reſiduum debiti, quod eſt ſupra valorem legati petere: aut etiam teſtator adiecit, quod plus petere &c. & tunc, ſi agnoſcat legatum in totum, ab eo quod ſibi debetur, excludetur, tametſi legatum minus valet, quam ſit debitum, & ſic concordat aliquot auctoritates. maritus igitur agnito legato prædicto excludetur a dotis lucro iuxta præfatas deciſiones. At hæc cõcluſio patitur unam difficultatem,
73 † quod ſi huiuſmodi oneris appoſitio non valet, legatarius ſibi non præiudicat in debito per agnitionem de tali legato factam, vt per Bald. in conſ. 161. quidam Mechus. in lib. 5. Alex. in conſ. 8. viſis ſubtiliſſimis. nu. 21. verſi. nec etiam dicit eſſe. lib. 3. Ruin. in d. conſ. 79. colum. 2. & in conſil. 60. poſtquam. colu. 2. num. 4. Aym. Crau. in conſi. 200. num. 5. Pau. de Caſt. in conſi. 73. licet iſta domina Liſa. alias citatur conſi. 131. & exemplum ponunt, quando in legitimæ legato huiuſmodi onus apponeretur, vt per allegatos, & Soci. in conſ. 1. Franciſcus. nu. 5. vol. 4. Fulgoſi. in conſ. 84. Bonacurſius. col. 2. Corn. in conſi. 258. nu. 2. in 3. volum. Vel etiam in dote, ſecundum Bap. de ſancto Blaſ. in tractatu de priuileg. dot. in 3. centu. num. 8. Sed id negat Ruin. in d. conſ. 79.

74 Quando † autem legatum conſiſtit in quantitate, & debitum huiuſmodi in quãtitate, huiuſmodi appoſitio oneris, ꝙ plus petere non poſſit, non valet, quia nec legatum valet, & propterea maritus agnoſcendo legatum ſibi non præiudicat in lucro dotis in iſto caſu, in quo dos & legatum conſiſtit in quantitate. hæc eſt doctrina Pau. de Caſt. in d. conſi. 73. licet iſta domina Liſa. ſed in hoc reprehenditur a Rui. in conſil. 79 præallegato, & diſtinguit, ꝙ aut teſtator legat pecuniam, & grauat legatarium in maiori quantitate pecuniarum, & tunc legatum non valet: aut legat pecuniam, & prohibet pecuniam debitam petere, & tunc grauamen tenet, & agnoſcẽdo legatarius relictum ſibi prę iudicat, quia in iſto caſu intelligitur actionem competentem ſibi ad pecuniam debitam remittere, quaſi tanti æſtimauerit illam obligationem, quemadmodum contingit in ſpecie, quæ licet minoris, vel pluris ſit, tamen agnoſcendo legatum, tanti videtur legatarius eã æſtimaſſe. d. l. Imperator. §. ſi cẽtum. quod & mihi placet, quoniã tanti non eſt obligatio pecuniæ debitæ, quanta eſt ipſa pecunia, vt dicit Corn. in conſi. 157 libro primo. nume. 9. colum. prima. l. per diuerſas. l. ab Anaſtaſio. C. mandati. l. Lucius. §. fina. ad Trebel. Extra materiam lucri dotalis in quæſtio. præſumendæ compenſationis legati cum debito, aliqua hic ſubiungere non ab re eſſe duco.

75 † Et in primis, de debito neceſſario in legatum compenſando, vel imputando concluſio limitatur, quando directo
76 legans ipſe non fuiſſet debitor, vt contingit † in quarta epiſcopali: de omnibus enim legatis, quæ eccleſijs relinquũtur, quarta debetur epiſcopo loci. Docto. in capitu. requiſiſti. & in capitu. officij. de teſtamen. Rom. in ſing. 513. in quæſtione qua. Alexand. in conſi. 196. viſo teſtamento libro 1. Sic igitur teſtator aliquid relinquat epiſcopo, id non tenebitur in prædictam quartam imputare, quoniam illius quartæ nõ eſt ipſe teſtator debitor, ſed eccleſia legataria, ita tradunt Salyc. Dec. Iaſ. Alex. & Pepus in d. authent. præterea. Alexã. in l. ſi cum dotem. §. ſi pater filiæ. colum. 3. num. 4. ſolu. matr. Abb. Anto. de But. Ioan. de Imo. in d. cap. officij. per illum textum ibi. quem dicunt eſſe meliorem de mundo in hoc.

77 De quarta † vero parochiali eſt aliqua dubitatio, quidam tenẽt cum Salyce. & Alexan. quod legatum in eam imputetur, vt refert Dec. ibi, allegans Fed. de Senis in conſi. 3. & ſequitur Pep. colum 35. ſed ipſe Dec. contradicit poſt Ancha. & Card. in clementina, dudum. de ſepulturis.

Primo, quia ipſe cum ſponte eligit alibi ſepulturam, ſuæ parochię iniuriam faciens, videtur voluntarius debitor effici dictæ parochiæ ſuæ in dicta quarta. capitu. 1. capitu. cum ſuper. de ſepulturis.

Secundo, quia in relictis ad pias cauſas, vt ſunt legata huiuſmod pro ſalute animæ compenſatio nullum locum habet, ſecundum Andream Barbatiam in capi. requiſiſti. de teſtamentis.

78 Secundo † declara prædictam concluſionem de debito neceſſario in legatum imputando non procedere, quando eo tempore, quo fit legatum, teſtator non fuiſſet debitor, quia pro futuro debito, vel debito in diem, nõ præſumitur animo compenſandi legaſſe, vt tenuit Corn. in conſ. 288. videtur prima. num. 19. vol. 1. & Rui. in conſ. 81. in quæſt. num. 17. ver. non obſtat. vol. 2. & in conſ. 64. nu. 7. ver. 2. alia ratione. eod. volum. 2. & in conſ. 58. ſuper puncto. nu. 24. eod. volu. Pep. in d. auth. præterea. col. 43. & Alexan. in l. huiuſmodi. §. cum pater. de leg. primo. allegatus a Ruin. vbi ſupra, dum dicit, quod ſi pater facit legatum filiæ non nubili, quoniam tũc eius debitor in dote dici nequit. l. qđ pupillæ. ff. quan. di. leg. ced. legatũ non cẽſebitur ei factũ animo cõpenſandi. Quod plane duplici modo ꝓcedere declarat Rui. in d. conſ. 64. nu. 7. ver. alia ratione. Primo ſcilicet, niſi aliud ex cõiecturis colligatur. Secũdo, ſi dos debetur pure loco legitimæ diſpoſitione ſtatuti, vt ſæpe fit, ſecus quando legatũ in tẽpus nuptiarũ

Source : BIU Cujas

eſt collatũ,& ſub conditione, ſi nupſerit,tunc enim cum legatum incipiat deberi tempore,quo & dos ipſa cœpit deberi, compenſationi locum fore dici poteſt,quia tunc ſupponitur debitum & creditum adeſſe,in quo ratio Alex.fundatur. Cogita tamen ſuper hoc. Ex iſta limitatione Rui. in d. conſ. 58. inferebat ad caſum ſuum,quod legatum ab auo paterno 83 factum nepti non poterat dici factum animo compenſandi cum legitima, quoniam ipſe auus ad aliquam legitimam nõ tenebatur ei, dum filius, eius neptis pater ,viuebat de medio nec etiam legitima in bonis filijs erat præfatæ nepti,quia legitima non debetur niſi poſt mortem, iuxta ea, quæ ipſe latiſſime deducit ibi.& Soci. Iun. in d.conſ.79.nu.41.ver. ſecundo ad doctrinã.vol.3. vbi conſuluit pro Regina Maria aduerſus Carolum Quintum Imperatorem illius fratrẽ,quod dos ei data ducentorum milium florenorum per Maximilianum auum paternum non videretur data animo compenſandi cũ 84 ducentis milibus ducatorum pro dote debitorum a Carolo Quinto filio,& hæredes Regis Philippi,negando contemplatione filij auum dediſſe dotem nepti, ſed potius quod cenſeatur ſoluiſſe ex ꝓprio auito officio,quo tenetur poſt mortem filij auus dotare neptem per plura, quæ allegat. nam ad illud legatum per Regem Philippum factum de ducentis mi 85 libus ducatorum ip ſe Maximilianus non tenebatur: ideo in illud dos data per ſe non poterat computari. quando enim aliquid ſoluitur,in cauſam neceſſariam imputatur: non autem voluntariam. Corne.in conſil. 316. quo ad primum. nume.29. lib.1. & in conſilio 288.nume.20.volum.1.Cuma. in conſ.133. dom.Nicol. l.fin. C.de do. promiſ. tantò minus imputabitur id, quod nullo modo debetur, nec ex cauſa ne-
79 ceſſaria, nec ex cauſa voluntaria. Quid ſi † teſtator non ſit in aliquo legatarij debitor, ſed eius hæres: an ſicut præſumeretur teſtator animo compenſandi cum proprio debito legaſſe, ita cauſa compenſandi cum debito hæredis credatur legatum feciſſe? Et Pau. de Caſt. in conſilio 35. videtur dicendum, quod vtrunque. colum. 2. reſpondit pro hærede: tum quia perſona hęredis reputatur vna & eadem cum defuncto.§. 1. Authen. de iureiuran. a mori. præſt. tum etiam, quia teſtator non præſumitur duplici præſtatione hæredem grauatum eſſe velle.l. Titia. §. qui in vita. de legat. ſecundo. Aym. Crauet.in conſ.167. nu.4. ver.nonò teſtator. & iſta ratio per omnes paſſim in hac materia redditur.hoc Caſt. conſil. refertur ſub nume. 64. a Ruin. conſ. 138. proponitur. co- 87 lum.tertia. verſicu. & iſtud etiam probatur. vol. 4.& in conſil. 74.ex his. num.10. verſ.circa ſecundum. volum.ſecundo, vbi adducit iſtas rõnes,& ſimpliciter refert & ſequitur Crau.
80 in conſil. 131. num. 14. verſic. contra Corn. ſed ipſe † Ruy. in dicto conſil.74.num. 19. nititur in caſu ſuo illud euitare, dicens primo, quod procedit, quando pro aliqua parte ipſe 88 teſtator non erat debitor legatarij, ſecus vbi fuiſſet debitor ex parte aliqua, verbi gratia, erant duo fratres obligati ex forma ſtatuti dotare ſororem, alter moriẽs fecit alterum hæredem, & aliquid legauit ſorori, vtrum legatum hoc in dotem debitam imputabitur? & reſpondit ibi, quod quia pro parte tangente teſtatorem non poterat videri factum niſi no 89 mine proprio ipſius teſtatoris, ergo & ſic pro parte tangente fratrem hæredem eius,ne vna res diuerſo iure cenſeretur. l. eum qui ædes ff. de vſuc.l.iam hoc iure, de vulg. & pup. & ſic animo compenſandi cum debito hæredis in hoc caſu nõ videri legatum concludit Ruyn. hanc rationem adduxit in iſta materia etiam Corn. conſil. 210. in hac,numero quarto. volum. 1. ibi tamen in caſu ſuo aliter concludit.ſimili modo etiam arguit Socyn. iun. in dicto conſil. 79. num. 67. verſic. hoc ita poſito.volum.3.Secundo illud Caſt.conſil.improbat Ruyn. ibi per aliquot rationes, de quibus ibi per eum. Ego in hac re ſubſiſto, niſi aliud appareat. vt in caſu claro Ruy.
81 in conſil.70. viſo.columna prima. volum. 2. †. vel etiam niſi aliqua ratione inferatur, quod teſtator voluerit legare cauſa compenſandi cum debito alterius,vt quia dixit, quod ei legabat cauſa tollendi diſcordias inter eos.Corn. in conſ. 115. quamquam. volu. quarto. Sicut e conuerſo pro coniectura contrarij adducit Corn. in conſil. 288. in fi. volum. primo. quod non eſt veriſimile, patrem voluiſſe in præiudicium filiæ conſulere fratri debitori filiæ ſuæ, & quod idcirco nõ debet intelligi animo compenſandi cum debito fratris filiæ legaſſe. In iſta materia præſumendæ compenſationis de lega-
82 to cum dote filiæ debita eſt notandum in primis, † quod ſi quid pater legat filiæ,etiam non expreſſo dotis nomine,intelligitur nihilominus pro dote legaſſe. Iaſ. in l.filia legatorum. numero tertio.C.de lega. Pepus in dicta authentica, præterea.colum.43. Alexand. in l.huiuſmodi. §. cum pater. nu. 3. de legatis primo. Baldus in l.quod autem in ſtipulatione.per illum textum ibi, & l.tali.§. finali.ff de iure dotium. Ruyn. in conſil.3 quæritur.num.1.volum.3. vbi dicit id eſſe, quando pater dotare filiam tenetur. l. qui liberos. ff. de ritu nupt. ideo præſumitur in eam dotis cauſam neceſſariam legare, ſecundum communiter Doctores in d.l.huiuſmodi.§.cum pater. & in d. l. ſi cum dotem. §. ſi pater filiæ. vnde aliud eſſe in extraneo ſubiungit ibi Ruyn. in conſil. 64. num. 7. vol. 2. Præterea ſciendum eſt, † quod ſi pater filiæ prius legat, demum antequam moriatur,filiæ dat dotem,in dubio creditur ad computum legati dediſſe, adeo quod illud legatum amplius non debetur, vt communiter Doctor. velle in d.l. filia legatorum.C.de legat. dixit Socyn.iun.in d.conſil.79. num. 18. verſic. demum.volum.3.& Ruyn. in conſil. 38. proponitur.verſic.his igitur ſic præmiſ. volum. 4. & in conſil. 80 in quæſtione.numero 7. volumine ſecundo. Corn. in conſilio 230. viſo puncto numero ſecundo.volumine quarto. & probatur etiam in l. Lucius,la prima. de legat.ſecundo.Amplia. † hoc procedere ſecundum Ruyn. in d. conſil. 38. nume. 3. verſ. ſed hic legatum.etiam quando non ipſe pater dotem dederet, ſeu promiſiſſet pro filia,ſed eius filius, nihilominus legatum cenſebitur ſolutum, quoniam factum filij ſoluentis, vel promittentis, reputatur patris,qui ad eam dotandam tenebatur, & videtur per filium a patre profecta,& conſtituta, 85 iuxta deducta latius ibi per eum. Limitatur † vero per Soc. iun. in d.conſ.79 nu.48. & nu. 112. d. l. filia legatorum. non procedere, quando a patre fit legatum,ab alio datur dos,ſeu e conuerſo,tunc filia non impeditur vtrunque petere, ſecundum eum,dicendo, ſic illũ textum limitari per Pau. de Caſt. Iaſ. Cor.& Nellum.in locis,de quibus ibi per eum. Et infert Soc. ad caſum ſuum, quod dos dabatur a Maximiliano Reginæ Mariæ, & legatum erat factum a Rege Philippo, ideo illa dos data a Maximiliano non imputabatur in computum prædicti legati.

86 Secundo limitatur † ſecundum eum, quando legatum erat in certa ſpecie pecuniæ, diuerſa a pecunia in dotem data. quod & ponderat Corn.in dicto conſil. 230. viſo. nume. ſecundo, volum.quarto. ſed hoc ego non recipio, niſi pro vna leui coniectura, quæ contra compenſationem poteſt adduci,quæ poteſt elidi per fortiorem. l. diuus. & ibi gloſ. ff. de in integrum reſtitutione.cap. in noſtra.de teſti.cap. tua.iuncta gloſ. in verſic. conſtituerit. de ſponſa.l. cum de indebito. ff.de probationibus.& hactenus quo ad præſumendam compenſationem in caſu debiti neceſſarij. Nunc etiam aliquid dicamus, quando † debitum eſſet voluntarium,& in hoc caſu tenent omnes, legatum factum non cenſeri animo compenſandi cum eo debito voluntario factum, vt per ſcrib. in d. authent. præterea. & in d.l. ſi cum dotem.§.ſi pater filiæ. Corn. in conſ.316. in quarto libro. & in conſil. 115. eo. & in conſ.288. num. 19. lib. 1.& Doct alibi paſſim. Verum poteſt dubitari. † quando dicatur debitum voluntarium. Ideo aduerte, ſecundum Doctor.dici voluntarium debitum, quando quis in illud incidit ex proprio contractu,vel facto, vt lucrum dotis, quod debetur ex pacto nudo ſtante ſtatuto de hoc dicitur debitum voluntarium, & ideo legatum in illud non imputatur. Bald. in conſil. 58. in reſtitutione. num. 3. in 2. lib. Item † obligatio, quæ oritur ex quaſi contractu per aditionem hęreditatis,dicitur voluntaria,& ob id non imputatur legatum in debitum ex ea.Corn. in conſ.192.circa primum.colum.2.Caſt. in conſil.35. videtur dicendum. Capra in conſ 29.& probatur in l.Lucius Titius.de lega.2. & ſequitur Socyn. iun. in conſil. 130 prope fi. lib. 2. Et Ioan. Ronchegalius Iuris peritiſſimus,ac ſummo ingenio præditus, in l.1.num.22.verſ.& ob id cauſa hæc.& num.28.verſ.ceterum. de duobus reis, vbi declarat hoc eſſe verum reſpectu obligationis eius, ad quod non tenebatur teſtator ex aliqua cauſa neceſſaria: vbi enim teſtator fuiſſet debitor neceſſarius,vt puta ad legitimam filij hæres, qui illius hæreditatem adiiſſet,ex qua aditione ipſe hæres obligatur ad dictam legitimam,feciſſet legatum creditori dictæ legitimæ, iſtud legatum in eã legitimam computaretur, quoniam cauſa, ex qua illi debetur, eſt neceſſaria reſpectu patris, ergo & reſpectu hæredis eiuſnem,nec ea mutatur in ſui qualitate, ex eo quod deſcendat in hæredem per aditionem hæreditatis.hoc pluribus probat Aymo Crauet. in conſil. 131.ad primum.num.14.verſic. ad vltimum. poſt Anchar. qui hoc conſuluit in conſil. 26. in quæſt. & ſic procedit etiam deciſ.Afflic.138. & Fulg.conſil. 81.& Brun.in trac. ſtatut.exclu. in artic. 9. q. 8. ait do. Ronchegal. vbi ſupra,declarans etiam ibi quando dicatur debitũ neceſſarium.Nec eſt dicendum,quod quia obligatio deſcendens ex aditione hæreditatis venit conſecutiue ex diſpoſitione legis, quo fit, vt multum differre dicatur ab obligatione oriente ex contractu. Homod. in conſil. 144. Angel. in conſil. 317. nunquam voluntaria, ſed ſemper neceſſaria dici debeat, nam imo licet differat abea,quæ oritur ex contractu, tamen quo ad hoc,vt dicatur voluntaria,ſufficit tãtum,

quod

Source : BIU Cujas

quod ex facto voluntario sit inducta. & dubio procul factum aditionis, vnde oritur obligatio, est voluntarium, etenim potest hæres non adire, ita considerant Doctores præal-
90 legati. Idem, † si oriatur ex aliquo gestu vt tutelæ, secundum Ruyn. in cons. 92. vol. 5. & Angel. in cons. 277. puncta sunt. col. fi. Hoc tamē declarat Ang. ibi procedere respectu obligationis, qua gerens obstringitur propter gestā administrationem, non autē respectu obligationis qua is, cuius bona gesta fuerunt, administranti obstringitur, quoniam hæc obligatio legis dispositione inducitur præter factum eius, & sic efficitur necessarius debitor. in dubio igitur, si is legat aliquid, videtur animo compensandi legare, secundum Angel. ibi, inspecta receptissima conclusione de qua supra. Succesiue
91 † conclusionē hanc, quod debitor uoluntarius non præsumatur animo compensandi legare, aduerte, procedere in dubio, vt dicit Socyn. Iun. in consilio 173. uisis. volum. 2. & alij vbi supra. Secus est, vbi sumus in claris. Et casus cla-
92 rus est, si testator dixerit, Lego pro eo, † quod petere posset &c. vt per Corn. in cons. 344. in præsenti. ad fi. volum. 1. Ruinus in consilio 60. postquam. numero. 6. uolumine. 2. & in consilio 79. numero 8. versicu. secundo respondetur. volum. 2. & in consilio 81. in quæstione. num. 7. eod. uol. vbi dicit, quod est perinde, ac si dixisset, lego, vt compensetur cum debito &c. Idem firmat Socyn. Iun. in dic. consil. 173. vel dixerit, lego computato &c. secundum Ruin. cons. 200. in volumine 1. vel quando pro residuo dotium, cum pars dotis adhuc deberetur, diceret testator se legare. Corne. in consilio 230. columna 2. volumine 4. vel si dicat pro dote legare; quia forte receperat, reputatur casus clarus pro compensatione. glos. in l. Titia. §. qui in vita. versicu. non est verisimile. de legat. 2. l. 1. §. 1. C. de rei vxo. actio. & Bald. ibi. & Alexand. & Ias. in dicta l. huiusmodi. §. cum pater. Alexan. in consilio 7. viso. in volumine sexto. Nec vis est facienda, an dixerit, lego dotem, vel. pro dote, vel ex causa dotis. l. virilis. §. non solum. de leg. præstan. Quod plane velim intelligas, quando ipse legans dotem promisisset dare, vel receptam olim restituere, quoniam tunc intelligeretur se referre ad illam dotem debitam, nec velle dotem duplicare. l. qui dotem. l. 2. ff. de dote prælega. secus si id non esset; quia tunc dos potest duplicari, nec videtur testator se restringere ad aliquam dotem de præterito. Ita consulendo determinat Rapha. Cuma. in dicto cons. 133. Dominus Nicola. colum. fina. Item, si legatum
96 est de eo corpore rerum, in quibus consistebat debitum, vt puta vini certæ amphoræ, vel pecuniæ depositæ penes talē fit legatum, quod vinum, vel pecunia debeatur legatario, proculdubio legatum computabitur in huiusmodi debito, vt dicit Pepus in dic. authentica, præterea. columna quadragesimaquarta, post Cast. in l. frater a fratre. ff. de cond. indeb.
93 Postremo in genere; † quia materia præsumenda compensationis tota versatur super statu coniecturali, & compensatio fit ex coniecturis, vbi alias non fieret, vt inquit Aym. Crau. in dicto consilio 131. numero 17. allegans plures Doctores. Collige coniecturas breuiter pro vtraque parte. Et
94 in primis † contra compensationem coniectura fit, quando dos & legatum in diuersis rebus consistebant. Corne. in dicto consilio 288. libro primo. & in consilio 257. eodem. & in consilio 292. eodem. & in consilio 230. libro quarto. Socyn. Iun. in dicto consilio 79. Item si legatum est qualificatum pro certo facto, vel causa, vel re, tunc præsumptio cessat cō pensationis pro debito non ita qualificato, vt per Corne. in dicto consilio 292. in principio. Item si testator dixerat, se legare iure legati, & sic ex causa liberalitatis, ergo non ex causa satisfaciendi debito, secundum eundem in dicto consilio 292. Sed hoc leue mihi videtur, quia omnes solent sub ista forma legare. Item ex affectione, quam ostendit testator, fit coniectura contra compensationem. Corneus in consilio 127. quamuis. volumine tertio. & in dicto consil. 292. & per Socynum iun. in dicto consilio 79. & Corn. ibi: adauget ex ratione sanguinis præsumptionem, ex qua facilè præsumitur donatio. l. Procula. ff. de probationibus, vt arguit in filię legato Corne. in dicto consilio 288. libro primo. Itē, quando testator non erat ipse debitor tempore facti legati, vel saltem de tanta quantitate, vt supra dixi. Item, quando id, quod erat debitum, erat reuersurum, sed non id, quod legabatur. Corne. in dicto consilio 288. libro primo. Item quando dixit se legare de bonis suis, secundum eundem in consilio 257. in principio, & diximus antea. Item quando ex alia causa, quàm debiti compensandi potest videri factū legatum. Corne. in consilio 210. volumine primo. Item, quando erat debitum in duobus alternatiuè, vel quando iussisset alteri compensari: secundum Fulgosium in consilio octuagesimo primo. quia in alternatiuis legatum si sit in vno, remanet obligatio in altero, & mandans vnum compensari, in alio videtur contrarium velle. l. prætor. cum vulgar. Item, quando dos reiecta compensatione esset congrua. Ruinus in consilio octuagesimosexto. in secundo volumine. Corne. in consilio 230. in quarto libro. Item, quando non induceretur fatua iactatio sui. Corne. in dicto consilio 210. in libro primo. Item admittitur multiplicatio dotis secundum Corne. in dicto consilio 288. Cuma. in dicto consilio 233. columna fina. quia dos est reiterabilis. Ruin. in consilio 74. in 2. libro, & plures similes coniecturas consulendo collegit Ias. pro casu suo in consilio 123. in libro
95 quarto. Pro † compensatione præsumenda potest adduci, quando ea reiecta, fatua iactatio rerum induceretur sui. Corne. in dicto consilio 210. Item quando inæqualitas inter filios resultaret. Ruin. in dic. consilio. Item, quando idem corpus, vel quantitas debita legaretur. Corne. in dicto consilio 230. & in consi. 257. in libro 1. Item, quando sub commemoratione causæ debitæ, secundum deducta paulo ante. Item, quando causa, sub qua fuit facta solutio, leuis esset, vt puta, si dicatur dos data causa renunciandi hæreditati paternæ, cuius causæ expressio nihil releuet, vel quia nihil sit in ea hæreditate, vel quia nihilo magis poterat ad eam agere, etiam illa renunciatione non facta. Corne. dicto consi. 210. Item ratio, ne duplici præstationis onere testator credatur velle hæredes suos grauatos esse. dicta l. Titia. §. qui in vita. Item, quia in obscuris, quod minimum est, sequimur. Item, fauor pro reo. Item, quia si de aliquo obligando tractatur, in dubio propensiores nos esse oportet in deneganda obligatione, quam in concedenda, si qua denegandi occasio datur, vt per Fulg. in dicto cons. 81. Item, quia si testator id voluisset, equidem id expressisset, secundum Fulgosium ibi. Sed hæc coniectura fit etiam pro altera parte, vt per Socinum Iuni. in dicto consilio 79. Item, ex præfatione coniectura sumitur. Corne. in dicto consilio 210. Item, si legatarius non petijt legatum, quasi nouerit voluntatem testatoris, quod voluerit illud cum debito compensari, secū dum eundem in consilio 115. in 4. volum Item, quando causa expressa legati, vt alimentorum, erat iure communi debita, tunc causa compensandi cum illo debito secundum ius commune legatum præsumitur. Ruinus in consilio 81. in 2. Item, quando legatum in arbitrium alicuius committitur, sed hoc pro vtraque parte consideratur. Corn. in dicto consilio 292. in libro 2. Postremo, debes aduertere, † quod quamuis legatum, cum sit donatio, & actus liberalitatis. l. legatum. de legat. 1. institu. de legat. in principio, facile non præsumatur animo compensandi relictum, tamen secus est in promissionibus, quoniam si vna fit post aliam, facilius prima imputatur in secundam, & magis viget præsumptio compensandi, quia actus nullus in liberalitatem sonans deducitur hoc casu, vt tradit Corne. in consilio 210. in hac. numero 4. in libro 1. sed hoc habet aliam indaginem, quando scilicet, vnum debitum censeatur in alio comprehendi postea contracto, de qua quidem qnæstione hic non videtur agendum.

GLOS. IX

In textu ibi, Medietatem &c.

SVMMARIVM.

1 *An ius, & statutum vigens in loco mariti, an vero illud, quod viget in loco, vnde ducitur vxor, attendatur in lucro dotis faciendo.*
2 *Forum sortiri, & statuto ligari, a pari procedunt.*
3 *Intellectus multorum ad l. exigere. de iud. reprobatur.*
4 *L. exigere. non loquitur de foro, sed quæstionem decidit, secundum quæ iura dos debet restitui.*
5 *Vis matrimonij quanta sit.*
6 *Vxor efficitur uere naturalis, & originaria loci sui mariti.*
7 *Conclusio, quod statutum domicilij attendatur in lucro dotis, ampliatur, quando mulier dicit se ignorare illud statutum.*
8 *Hæc ampliatio limitatur, quando probabiliter ignorasset, credens cum ciue contrahere.*
9 *Secundo ampliatur, etiam si in instrumento dotis dictum esset, quod promittebat dotem restituere vbique locorum.*
10 *Tertio ampliatur etiam, quando alibi causa ageretur, quam in domicilio mariti.*
11 *Quarto ampliatur, etiam si notarius de eo contractu rogatus, illud ignorasset, forensisque fuisset.*
12 *Quinto ampliatur, etiam quando instrumentum esset scriptum in alio loco quam in loco dotis receptę.*

Source : BIU Cujas

5 *Declaratur, quando dos datur in uno loco, & inſtrumentum de dote recepta rogatur in alio loco.*
14 *Sexto ampliatur, etiam quando mutauiſſet ex poſt domicilium.*
15 *Intellectus. l. ſi vxor. ff. de iudic.*
16 *Septimo ampliatur, quando dos conſiſteret in re immobili, ſita extra territorium. & infra nu. 3.*
17 *Octauo ampliatur, etiam quando in loco contractus eſſet ciuis ex priuilegio.*
18 *Quod ampliatur, etiam ſi in loco mulieris habitationem habuiſſet, vel etiã domicilium, ſed non principalius.*
19 *Ex diuturna habitatione infertur ad domicilium, vt ex nunc in futurum, non vt ex retro in præteritum,*
20 *Patria dulciſſima dicitur.*
21 *Nono ampliatur, etiam quando in contractu diceretur, talis ciuis &c.*
22 *Decimo amplia, quando alius ſtipularetur dotem ſibi reddi.*
23 *Vndecimo amplia, procedere in dote ficta.*
24 *Duodecimo amplia, etiam procedere, quando domicilium habitationis haberet extra locum ſuæ originis.*
25 *De domicilio lex mentionem faciens in dubio intelligitur de domicilio habitationis.*
26 *Quando uterque coniux ſunt ciues originarij in loco contractus, an domicilium habitationis, quod uir habet extra eum locum attendatur.*
27 *Forenſis in loco domicilij non ligatur eius loci ſtatutis, nec eorum beneficio gaudet, niſi onera ſubeat, vel ſit ciuis.*
28 *Statutum, quod forenſis non acquirat immobilia, an impediat virum dotẽ in ſtabilibus conſtitutam lucrari iuxta ſtatutum de lucro dotis.*
29 *Statutum volens virum plus lucrari de dote vxoris alienigenæ, quam ciuis, an ſit iniquum.*
30 *Limitationes præfatæ concluſionis.*
31 *Secundo limitatur, quando maritus ducitur ab vxore.*
32 *Domicilium conſtituitur momento.*
33 *Tertio limitatur, quando extraneus, ſeu alius ſibi dotem reddi ſtipulatur.*
34 *Quarto limitatur, quando dos conſiſtit in re aliqua immobili, ſita extra territorium ſtatuti & nu. 35. uerſi. ſed non eſt uerum.*
35 *Statutum ſiue in rem, ſiue in perſonam loquatur, non extenditur extra territorium.*
36 *Quinto limitatur, niſi partes conuenißent, quod dotis reſtitutio fieret ſecundum locum contractus.*
37 *Si uir promittit reſtituere ſecundum formam iuris, an intelligatur ſecundum formam ſtatuti promiſiſſe, & numero ſequenti.*
38 *Conſuetudo dicitur ius.*
39 *Sexto limitatur, quando uir & uxor contrahunt in tertio loco.*
40 *Septimo limitatur in ſponſa de futuro.*
41 *Octauo limitatur in matrimonio putatiuo.*
42 *Nono limitatur in bonis feudalibus, & alijs modis, remiſſiue tamen.*
43 *Quid ſi matrimonium inter abſentes per epiſtolas factum erit, utrum locus erit d. l. exigere.*
44 *In caſu, quo domicilium mariti non attenditur, nec etiam attenditur locus contractus, ſed ius commune,*
45 *Stante ſtatuto, quòd attendatur diſpoſitio iuris uigens in loco originis, uel domicilij mariti in lucrando dotẽ, uir poterit eligere ſecundum quod uelit dotem lucrari.*
46 *Dicta lex, exigere, non procedit quo ad donationem propter nuptias.*
47 *Mulier quando tantum lucretur de donatione propter nuptias, quantum maritus in ſuo caſu poteſt lucrari de dote.*
48 *Statutum prohibens lucrari dotem, cenſetur etiam mulieri prohibere lucri donationem propter nuptias.*

INFRA annum medietatem, & poſt annum a die cęptę co habitationis præmortua vxore ſine liberis duas partes dotis, & corredorum ſtatutum noſtrum diſponit maritum lucrari. Non eodem modo ſtatuta de lucro dotis ſolẽt vbique
1 curare: Ideo † quæſitum extat, ſi in loco, vnde vxor ducitur, aliter quam in loco, & ciuitate mariti, circa lucrum dotis faciendum ſtatutum ſit, vel aliud ius vigeat, quod nam inſpiciendum ſit, an ius loco mariti, ad quem ducitur vxor, an ius vigens in ciuitate vxoris? Et per omnes ſcribentes determinatum eſt, inſpici oportere ſtatutum, & ius loci mariti. l. exigere. ff. de iudic. & ibi Bartol. Bald. Paul. de Caſt. Angel. Curt. Hieronym. Cagnol. Mand. & cæteri omnes. Decius in conſil. 19. & in conſ. 83. in. 2. dub. in conſil. 402. in colu. 1. Ruyn. in conſil. 58. & in conſil. 59. volum. 3. Socyn. iun. in conſil. 14. in præſenti. volum. 1. Matth. de Afflict. in deciſio. Neapol. 226. Sereniſſimus. Alexand. in conſil. 100. ex inſpectione. volum. 3. & in conſil. 129. octauo lib. Bart. in l. cunctos populos. num. 19. C. de ſum. Trinit. & fide cathol. & ibi Salycet. num. 6. verſic. item quæro. & Iaſ. ibi in 1. lect. num. 24. uerſ. primo fallit. & in 2. lect. nume. 60. Curt. iu. in conſil. 129. Felyn. in cap. 1. num. 24. uerſic. ſecunda concluſio. poſt Ant. de Butr. & Abb. ibi. num. 10. colum. fi. Cuman. in conſ. 72. viſis. vbi dicit omnes hoc firmare. Andr. Barbat. in c. final. colum. 2. verſicu. & in quantum text. de foro compet. Arch. in c. illud. verſ. in ea gloſ. ibi, alterius. 12. diſtinct. Hippolyt. Marſil. in l. fina. num. 60. verſi. prædicta tamen doctrina. ff. de iuriſdict. omn. iud. Fran. Crem. in notab. 66. ſtatuto Florentino. Paul. de Caſt. in l. cum quædam puella. ff. de iuriſd. omn. iud. Bald. in l. ſi vxorem. C. de cond. inſer. & in rubr. de priuil. dot. Bald. Nouel. in tract. dot. fol. 52. ſpeci. 18. Bald. in authent. omnes peregrini. C. commu. de ſucceſ. in cap. 1. ſi de inueſt. de re alie. & in leg. voluntas. C. de fideicom. Alber. in ſecunda parte ſtat. q. 8. Ioan. de Arno. in epito. 28. meminimus. & Roch. de Curt. in cap. fi. q. 12. colum. 3. verſicu. ex præmiſſa limitatione infertur, & in q. vlti. verſicu. limitantur autem præmiſſa. Caſſan. in conſuet. Burg. in rubr. 4. in tex. ibi. & en vene Iaſ. in l. ſi arrogator. num. 44. verſi. primo adde pro hoc bene. ff. de adopt. Andr. Tiraq. de leg. connub. in gloſ. 2. En pouuior de ſon mary. nume. 45. uerſ. item quæro ſecundo, vbi aliquot allegat. Rol. vbi ſupra in q. 13. Et hæc receptiſſima concluſio fundatur in d. l. exigere. quatenus ibi cauetur in exigendo dotẽ per mulierem inſpici oportere locum non contractus; vt alias fit, ſed locum domicilij mariti, in quod vxor per conditionem matrimonij eſt tranſitura, leges igitur domicilij mariti in reſtituenda dote inſpiciuntur. & ſic ibi ſtatutum de lucro dotis vigens, attenditur, non autem ſtatutum uigens in loco mulieris. & hic eſt verus intellectus d. l. exigere. Non pauci tamen Doctores, vt Pau. de Caſt. Curt. Hieron. Cagn. Iacob. Mand. intel lexerunt hunc text. ſuper foro competenti in caſu dotis reſtituendæ diſponere, exinde arguentes ad deciſionem quæſtio-
2 nis noſtræ, † quod quia procedunt a pari forum ſortiri, & ſtatuto ligari, vt per Dec. in d. conſil. 283. colum. 6. gloſ. in c. quæ contra morem. diſtinct. 8. cap. illud. 12. diſtinct. Alex. in d. conſil. 100. ex inſpectione. volum. 3. & in conſil. 209. in 2. lib. Doctor. in cap. eccleſia S. M. de conſtitut. mulier exigẽdo dotem, in foro mariti cogitur agere, illius ergo fori ſtatuto ligatur, nam mulier per conditionem matrimonij tranſit ad forum mariti. dic. l. cum quædam puella. ff. de iuriſd. omn. iud. l. aſſumptio. §. penult. l. ea quæ. ff. ad municipal. Dicunt præterea, mulierem in foro viri dotem repetere oportere, quoniam maritus in domo eius, quaſi aduena ſtatim inde receſſurus contraxit, & propterea in loco illius contractus non potuit forum ſortiri. l. hęres abſens. ff. de iudi. & no. in d. cap. fi. de foro competen. Sed videtur reſtitutionem tacite deſtinaſſe in ſuo domicilio, & ſic ibi ratione deſtinatę ſolutionis forum ſortitur. l. quæro. ff. de ſolut. l. contraxiſſe.
3 ff. de actio. & oblig. Horum † intellectus mihi, quamuis a pluribus probetur, tam abſonus videtur, vt nihil magis, & vt id pateat euidentius, verba textus hic ſubijciamus, quæ ſunt, videlicet. Exigere dotem mulier debet illic, vbi maritus domicilium habuit, non vbi inſtrumentũ dotale conſcriptũ fuit: nec enim id genus contractus eſt, vt potius eum locum ſpectari oporteat, in quo inſtrumentum dotis factum eſt, quam eum, in cuius domicilium etiam ipſa mulier erat reditura. Quod igitur Iureconſultus uoluerit decidere quæſtionem ſecundum quæ iura dotis reſtitutionem oporteat fieri, primo pondera verbum, exigere, quod nõ dixit petere, quo verbo vtuntur iura, quando de foro loquuntur. C. vbi fideic. pet. & ſimil. Secũdo clarius oſtenditur ex illis verbis, ibi, eũ locum ſpectari &c. quę verba denotant deciſionem cauſę, ſecũdum quæ iura decidi debeat. Tertio deprehenditur ex ratione ſpecialitatis, ibi, nec enim &c. Nam regulariter cõtractus quæſtio deciditur ſecundum iura loci, in quo celebrat. l. ſi fundus. C. de euict. l. 1. ff. de vſu. l. ſemper in ſtipu. vbi Deci. Cagno. & alij, de regu. iuris. Doctores in d. l. cunctos populos. & Roch. de Cur. vbi ſupra. Præterea de quæſtione fori ſi reſpondiſſet, nonne ſuperfluum id fuiſſet? quis enim ignorat agentem ſequi forum rei. l. fi. C. vbi in rem agi opor. l. in criminali. C. de iuriſdict. omn. iud. c. ſi clerius laicum. de foro competen. ſi forum mulieris eſt forum viri, vt mox dicam, quæ potuit eſſe dubitatio, quod vxor deberet ad reſtitutionẽ dotis in foro mariti eum conuenire? Rurſus vbi ratio ſpecialis eſt, quã Iureconſul. voluit afferre ibi, nec eñ id genus &c. Vnde præterea conijciunt, quod quaſi aduena maritus cõtraxit in loco vxoris nonne, vt moram trahens ibi contraxiſſe poterat? & tunc ibi ſortitus fuiſſet forum ratione cõtractus, dicto cap. fi. dic. l. hæres abſens. quin etiam videant neceſſario eam rationem non concludere, quis forum ſortitur in loco, ergo eius loci ſtatuto ligatur. Nã hoc procedit, niſi leges loci cõtractus aduerſentur legibus fori. d. l. cum fundus. cum concordan. ideo aduertit Barto in l. contraxiſſe. ff. de actionibus & obliga. quod, ſi ratione deſtinatæ ſolutionis quis cõ venitur eo loco, quia ibi forum ſortitur, quæſtio tamen cõtractus decidetur ſecundum iura loci contractus, & non ſecundum iura illius fori. & Ruin. in conſi. 58. num. 7. volum. 3. dicit, quod licet in pluribus locis quis conueniri queat, tamen lucrum dotis non poteſt fieri, niſi ſecundum iura vnius loci, ſcilicet domicilium mariti, & dicemus infra, quo fit, vt

hæc

hæc eorũ ratio, nec concludat, nec aliquid in propoſito noſtro reſeuet, quoniam ſi ſtatutum fori concordat cum ſtatuto loci, concluſio eſt ſuperflua, ſi diſcordat, nõ procedet ex
4 ea ratione. Luce † igitur meridiana clarius eſt, quod dicta l. exigere. non loquitur de foro, ſed quæſtionem decidit, ſecũ dum quę iura dos debet reſtitui, & directo probat concluſionem ſuperius factam de lucro dotis, & non per argumentum ex eo, quod ſortitur forum, ſeu ex ratione ſortiti fori. Nõ nego tamen, quin in domicilio viri mulier etiam forum ſortiatur, vtrumque certe contingit ex matrimonio, & in ea l. alterum ſupponitur, alterum deciditur, ſcilicet, quod cõtractus dotis decidatur ſecundum leges domicilij mariti, & ibi mu- 9
lier forum ſortiatur, ſecundum Baldum in conſil. 31. ſtatuto ciuitatis. lib. 3. & idem Baldus in conſi. 471. quæritur vtrum. volum. 1. dixit, quod pro reſtituenda dote, maritus vel eius hæres debet in proprio foro conueniri, quod tunc habet, ſed quo ad hoc, quantum de dote lucrari debeat, iura domicilij
6 habitationis mariti inſpici oportet. Quanta † vero ſit vis matrimonij diffuſiſſime proſequitur Andræ. Tiraq. in legibus connub. in l. 1. in glo. 1. num. 28. 29. 30. Nam efficit, vt mulier perdat proprium domicilium, & acquirat mariti domicilium, atque forum, itidè efficitur ciuis ciuitatis mariti gl. in l. ciues. & ibi Bar. Ang. & Ioã. de Plat. C. de incol. lib. 10. Bal. in conſ. 139. ſtatuto communis. libro quinto. Ioan. de Imo. in conſi. 173. in caſu propoſito, ad finem. Fulg. in 93. Mar. Socyn. in conſil. 93 recte ac mature. colum. 2. Corn. in conſ. 55. pro deciſione. libro primo. quin etiam ciuilitatem originarium acquirit. gloſ. in l. originem. C. de municip. & origin. libro decimo. & Barto. ibi, Signorol. de Homod. in conſilio. 166. queſtio diſputanda. Baldus in conſilio 351. in bo- 10
nis feudalibus. libro primo. & in conſilio 411. quidam Mediolanenſis. eodem, & in conſilio 456. Seia origine. eodem & in conſilio 310. ad euidentiam. libro tertio. & in conſilio 439. ſuper primo. libro quarto. in quibus locis dicit, matrimonium transfundere originem mulieris in originem mari-
6 ti, ſeu † quod origo viri dat ius nouæ originis vxori, & quod vxor dicitur effecta proprie & vere naturalis & originaria loci ſui mariti; quia per matrimonium vnitur viro, & vnitorum eſt eadem conditio & natura, etenim vir & vxor efficiũ 11
tur vna caro, vel ſubſtantia in duabus perſonis propter ſacramenti vnionem, & in vnitis maius, vel dignius ad ſe trahit minus dignum, ac illud obumbrat. Ideo mirum non eſt, ſi in foro mariti, vel etiam cum partes rei, ſe defendendo, ſuſtinet, mulier cogitur litigare, vt per Tiraquel. in loco mox citato nume. 33. vel, ſi vxori omnia mariti fiunt communia 12
teſte Liuio fertur, Romulum proclamaſſe vxores in ſocietate fortunarum, ciuitatisque & liberorum fore. & propterea Curt. iun. in d. conſil. 129. tenuit uxores aduenas iunctas ciuibus nõ dici forenſes, ideo ſub ſtatuto de lucro dotis comprehẽdi quaſi ciues. Hac ratione exiſtimo procedere Iure conſulti reſponſum in d. l. exigere. quod ob hanc matrimonij vim uir & vxor cenſeantur contraxiſſe ſecundum leges loci mariti, & de illis cogitaſſe in contractu, ex quo ille locus vtrique per matrimonium communis ciuitas efficiebatur, ſe 13
cundum Curt. iun. in d. conſil. 129. num. 5. & uult Cuman. in dicto conſil. 26. cum ſtatutum Paduæ, & Iacob. Mand. in d. l. exigere. num. 2. ſequitur Roland. in q. 15. num. 3. referendo Cuman. in conſil. 72. Ex his habes verum intellectum
7 d. l. exigere. quicquid alij dixerint. Nunc † proſequendo concluſionem noſtram amplia multis modis, primo, quod præfata concluſio procedit, etiam quod mulier dicat ſe ignoraſſe ſtatuti diſpoſitionem vigentis in loco mariti, nam nihilominus lucrum ſecundum illius ſtatuti formam maritus faciet. Dec. in d. conſil. 19. colum. 2. uer ſic. nec obſtat, quod mulier ignorauit. Cma. in uconſi. 26. ſtatutum Paduæ. & in cõſ. 72 viſis. col. 2. Ioan. Camp. in d. tract. de ſtat. dot. in q. 20. in fi 24
Curt. in d. l. exigere. nu. 14. in 6. fall. Iac. Mand. ibi. & Hiero. Cagn. nu. 5. verſic. ampliatur ergo primo. & nu. 20. verſ. 6. limitatur. vbi citat Aquenſ. & alios, & cõſulẽdo tenuit Cur. iun. in d. cõſ. 129. & Soc. iun. in cõſ. 14. col. 1. lib. 1. Barb. in rub. de conſu. col. 15. uerſ. limita. And. Tiraq. in leg. cõnub. in gl. 2. Et pouuior de ſon mary num. 50. nam dicunt, quod alias communis cõcluſio ſubuerteretur; quia ſemper diceret mulier ſe ignoraſſe ſtatutum loci. Addunt, ꝙ non reperitur lex, quæ velit mulierem in contractu certiorem fieri, niſi in Senatuſconſul. Velleiano, & quod in genere potuit cogitare de huiuſmodi ſtatuto in domicilio mariti vigenti, & præſertim, ſi ſimile ſtatutum in loco uxoris licet non de tanta portione uigebat, inquit Curt. iun. in d. conſ. 129. Rol. vbi ſupra in q. 14. poſt plura arg. in utranque partem facta ita te
8 net. Iſta † ampliatio reſtringitur, niſi id probabiliter ignoraſſet, quia credi diſſet cum ciue patriæ ſuæ contraxiſſe, & ſecũ aduena reperit matrimoniem feciſſe, vt per Hier. Cag. vbi ſupra, & Iaſ. in d. l. cunctos. num. 64. verſ. quinto limita. in 2. lect. & in 1. lect. nu. 28. verſ. quinto. Marſ. in d. l. fi. num. 68. ver. quarto limita. Dec. in d. conſ. 283. col. 4. Alex. in conſ. 100. ex inſpectione. nume. 6. & nu. 16. vol. 3. And. Barb. in c. fi. verſic. limita, niſi mulier. de foro comp. & in conſ. 4. col. 6. in 2. libro. Fel. in c. 1. nume. 29. verſ. 6. limi. extra, de ſpon. & matrimo. & ita procedere dicunt dictum Bal. in c. 1. § fi. in titulo, de inueſti. de re alie. dum limitabat concluſionem noſtram in mulie re ignorante ſtatutum mariti, negant alioquin eius dictum ſuſtineri poſſe, fortius id nec Bal. firmare aduertit Socy. Iun. in d. conſ. 14 Roland. in d. q. 14. hanc ſequitur declarando, ut
9 per eum ibi. Secundo † iſta noſtra concluſio ampliatur, etiã ſi in inſtrumento dotis dictum eſſet, quod promittebat dotem reſtituere, tam in loco contractus, quam vbique locorũ. ſecundum Bald. in d. l. exigere. Caſſan. in rub. 4. §. 20. in gloſ. fi. nume. 2. Hiero. Cagn. in d. l. exigere. nume. 23. verſ. ſed maior eſt difficultas. Alex. in conſ. 100. ex inſpectione. numero 13. vol. 3 Anchar. in conſilio 163. uiſis. col. 2. verſi. 2. ad quæſtionem. Iaſ. in d. l. cunctos populos. nume. 61. verſ. extende illam. Hippol. Marſil. in d. l. fi nu. 61. verſ. & dicit Iaſ. & Rui. in conſ. 58. numero ſeptimo, verſ. nec obſt. dum dicitur. uol. tertio. Iacob. Mand. in d. l. exigere. colũ. pen. & mihi iſta ampliatio placet, quia per iſta verba generalia videtur tantum renunciatũ priuilegijs, & iuri fori, vt vbique maritus conueniri queat. ex renunciatione autem vnius iuris non infertur ad renunciationem alterius. l. ſi domus. ff. de ſer. vrb. præd. l. ſi ſeruum. C. de iure deliberan. l. 1. §. uidendum. ff. de ſucceſ. edicto. Bal. in cõſilio 161. quidam Mecus. lib. quinto. alia dicit Cagno. quę nõ expedit recitare. hoc etiam tradit Rol. in quæſtione 19. Ter-
10 tio, † amplia procedere etiam qnando cauſa reſtituendæ dotis ageretur in alio loco, quam in domicilio mariti, vt reſpondit Cuman. in d. conſ. vigeſimo ſexto, ſtatutum Paduæ. & in conſ. 75. viſis. col. ſecunda. Rui. in dicto conſ. 58. nu. ſeptimo, voluit Bal. conſ. 461. quæritur vtrum. in libro primo, quia in deciſiuis non attenditur ius loci, in quo cauſa agitur, ſed ius ipſius contractus. & hanc ampliationem Doctores probare dicit Cagn. in d. l. exigere. nu. octauo, verſ. ſecundo amplia. & eam tenet etiam Curt. ibi. ſequitur Rol. vbi ſupra quæſtio. 15.
11 Quarto † amplia, etiam ſi notarius de eo inſtrumento rogatus fuiſſet forenſis, & aduena, & ignoraſſet ſtatutum domicilij mariti, ſecundum Rapha. Cuman. in conſ. 26. in columna fin. & in conſ. 71. in columna fina. ſupra allega. quia ſecundũ eum notarius, qui adhibetur contractui cauſa probationis. l. contrahitur. ff. de pignor. non poteſt naturam, vel ius contractus alterare. Quinto † ampliando procedit omni procul-
12 dubio etiam quando inſtrumentum eſſet ſcriptum in alio loco, quam in loco dotis receptæ, nam ipſa ſcriptura nihil eſt. l. non figura. ff. de actio. & obligatio. vt dicit Mand. in d. l. exigere. numero primo, & Bal. ibi dixit quoſdam fatuos illum text. intellexiſſe de loco, vbi ſcribitur inſtrumentum per notariũ, non autem de eo, in quo notarius fuit rogatus de cõtractu, quod referunt etiam Barto. Paul. de Caſt. Cagno. Curt. & alij ibi. ſed tu iutellige hanc ampliationem in terminis fortiorib.
13 ſcilicet † quando dos fuit ſimpliciter data in vno loco, & in alio conficitur, & rogatur inſtrumentum de dote recepta, cum obligatione reddendi eam, in hoc etiam caſu attendetur ſtatutum vigens in domicilio mariti, quoniam in receptione dotis ſtatim oritur ius, & tacita quædam obligatio a iure inducta de reſtituendo dotem ſoluto matrimonio. l. 2. ff. ſoluto matrimo. l. qui certo. de condictio. indebit. nec diuerſitatis ratio inter hunc caſum, & alium, quando fit expreſſim promiſſio de reſtituendo dotem, videtur dari poſſe, & Bald. vult illum textum procedere in omnibus caſibus, tam quando maritus promiſit dotem reſtituere receptam, quam cum confeſſus eſt tantum recepiſſe, vt ibi Mand. & Curt. in fi. Sex-
24 to ampliatur, † quando ex poſt mutauiſſet domicilium, vel cum moritur mulier, alibi domicilium habere reperitur, vt per Cagnol. in dicta l. exigere. nume. 9. verſi. tertio ampliatur. & Curt. ibi. nu. 19. verſiculo 3. dubitatio. vbi citat Barto. Paul. de Caſtr. Salycet. Ange. in locis, de quibus ibi per eum. Iaſ. in d. l. cunctos populos. in prima lectu. in 26. verſicu. ſecundum dubium eſt. & in ſecunda lectu. nume. 61. verſiculo, iſtam cõmunem. vbi Iaſo. ſic in ſpecie tenuiſſe refet Ant. de But. Ab. Præpo. S. Amb. in capitu. 1. de ſponſ. & ibi plenius firmat Felyn. numero 31. verſicu. tertia concluſio. vbi vltra prædictos allegat Gutaſ. Cald. Domi. Iacob. Barto. Angel. Paul. de Caſt. ibi per eum. idem tenet Ruin. in dicto conſilio 58. nume. decimotertio, verſ. ſeptimo in contrarium. & in conſ. 59. nume. 4. verſ. quamuis. Ioan. Camp. in d. tract. quæſtione 20. Hippol. Marſil. in dicta l. fina. nume. 62. verſicu. ſubdit poſtea. Iacob. Mand. in d. l. exigere. dicens non ſatis conſtare, quæ ſit communis opinio in hoc. Sed certe conſtat apertiſſime de communi, quia in terminis noſtris nemo contradicit, præter Sa-

 lycet.

Source : BIU Cujas

lycet.& Dec.qui id obiter dicit in conſ.283. columna finali, verſiculo,tertio accedit Alexan.vero in dicto conſ. 100.vtrã que opinionem deducit arguẽdo ad caſum ſuum,ibi.numero vndecimo,& numero duodecimo. Et defenditur iſta ampliatio ea ratione,quoniam ad domicilium,quod maritus tẽpore contractus habebat,contractus refertur,ideſt, ad iura illius domicilij, quod ius tunc ortum ſuper contractu poſtea non potuit per alteram partium mutari, vel transferendo in alium locum domicilium,vel aliud faciendo,quia ius noſtrũ ſine facto noſtro &c.l.id quod noſtrum. & ibi not. de regulis iur.& pulchris deciſionibus probat Felyn.in d.cap.1. columna penultima,oſtendẽs ex tali contractu oriri ius ſecundum leges illius domicilij,quod ex poſt facto etiam per nouũ ſtatutum mutari,vel alterari nequeat,vt dicam infr. & ſequitur plene Rolandus in quæſtio.20.Nec obſtat ratio Salycet.in dicta.l.cunctos populos.numero ſexto, columna tertia,verſic. item quæro.dum dicebat,domicilium tempore mortis habitum attendi,quoniam maritus non prius dotem lucratur, q̃ caſus mortis contingat. & idcirco tempus mortis inſpici, in quo loco domicilium habeat, nam re vera ex ſola morte non lucratur maritus dotem,ſed ex ipſo contractu iuncto ſtatuto id diſponẽte.Vnde ius,quod ſibi oritur ex cõtractu, licet ſub ea mortis conditione.§.ex conditionali.inſtit.de verb oblig. l.cedere.de verb.ſignific.non eſt variabile,& fatuum eſſet aliter credere. Nec ſimile de illa quæſtione ſtatuti eſt bonum, ſcilicet,quod ſi ſtatutum prohibeat,virum vxori relinquere niſi certum quid, & alibi maritus, quam in domicilio ſtatuti prædicti faciat vxori legatum,huiuſmodi legatum ualebit,at tẽto quod non eſt mortuus in loco illius ſtatuti prohibitiui, nam hoc pendet ab alia difficultate,an ſtatutum liget extra territorium ſtatuentis perſonam ſubditam, vt per laſ. in d.l. cunctos populos.& in l.ſi arrogator.poſt Bal.ibi. ff. de adopt. quæ ceſſat in iſto caſu,quia obligatio ex ipſo contractu oritur,& oſſibus perſonæ obligatæ inhæret,vt eum ſequatur,ſicut lepra leproſum.l.quis ergo caſus.ff.de pecu.& ius eius nõ eſt,vt ex teſtamento,quod certum non eſt,niſi poſt mortem teſtantis,quia eius morte confirmatur.capit.cum Marthę. §. nouiſſimum.extra, de celebr.miſ. & ante eam ſemper eſt reuocabile pendens ab eo tantum.l.4 ff.de adimen.leg. ideo de
15 vno caſu ad alium non bene infertur.Nec obſtat†tex.in d.l.ſi vxor.ff.de iudi.ſuper quo ſe fundabat Dec.in d. conſilio 283. quoniam illi reſpondet Ruin.in dicto conſ.58.numero decimotertio,vbi dicit, quod loquitur quando propter diuortiũ repetitur ob culpam mariti,tunc ibi repetitur dos, vbi ſoluitur matrimonium,ſecus quando ſoluitur per mortem. Sed ego aliter dico,quod illa l.loquitur de foro,non tamen ibi Iu reconſul.dicit de modo reſtituendæ dotis, ſecundum quæ iura oporteat dotis reſtitutionem fieri,ergo poteſt ſtare vtrunque,vt dixi ſupra.Campeg.dicebat,quod quando propter accidens,vt ob adulterium,vel ob vergentiam ad inopiam, fit reſtitutio dotis,tunc attenditur lex illius loci, vbi iſtud contingit:ſi vero ſoluitur per mortem,ſecus.d.l.exigere.Iſtud dictum non caret ratione,quia non ſic forte pro iſtis caſibus videntur partes ſe retuliſſe ad iura domicilij, ſicuti pro reſtitutione prædicta, tamen non firmo hoc, citantur aduerſus hãc ampliationem Felyn. Bal. Nou. per Cagno. qui non contra-
16 dicunt. Septimo † amplia etiam quando dos conſiſteret in re aliqua immobili, ſed quoniam de hoc controuerſum eſt, dicam de eo infra limitando, vſque ad nume. 34. Octauo
17 † amplia, quando maritus in loco, vbi contraxit matrimonium, & dotem habuit, ciuis ex priuilegio fuiſſet, & ibi forũ habuiſſet,quoniam nihilominus ſtatutum de lucro dotis vigens in domicilio mariti habebit locum, vt conſuluit Ruin. in conſi. 58. nume.9. & in conſi.59.num.7.& num.9.uolum. 3. quia non ſecundum ciuilitatem, & forum abſolute lex intelligit coniuges contractum dotis celebraſſe,ſed ſecundum domicilium ipſius habitationis:adeo quod nec ciuilitas qui dem originis attendatur,ſi ibi domicilium habitationis non habetur, ſecundum omnes in d. l. exigere. & hoc tenuit etiã Alex.in d.conſil.100 ex inſpectione.& in conſ.155.colum.1.
18 volum.7. Quod † & in fortioribus terminis intelligi, quando ſcilicet in loco mulieris etiam habuiſſet habitationẽ, vel domicilium,ſed non principalius,ſecundum Ruin. in locis præallega.& Caſſan.in conſuetu.Burg.in rub.4.§.2.verſiculo,ou duche.Hieron.Cagno.in d.l.exigere.numero 19 verſiculo, quinto limitatio.& numero vigeſimoquinto, & numero 31. Et hæc non habet meo quidem iudicio difficultatem,quamuis Dec.in dicto conſ.283.conſulens in eodemmet caſu Rui. videatur velle cõtrarium,vbi nixus eſt probare,quod in loco mulieris maritus habebat domicilium principalius, & quod de caſtris ſuis in ciuitatem Mediolani mulieris trãſtulerat domicilium,& quod erat attendendum domicilium mulieris, quoniam in eo erat res dotalis,nam ſi quisin duobus locis habet domicilium, illud inſpicitur, in quo res eſt ſita. Abba.in capitulo,dilectus.columna ſecunda,de reſcrip.& ſequitur inferendo Hierony.Cagno.vbi ſupra,numero decimonono,allegans Socyn.in capitulo fina.numero ſeptimo, de foro cõpeten Ad hæc reſpondens Ruin.in dicto conſilio 58.numero vndecimo,verſiculo,& dum poſtmodum,dicit in primis, q̃ dictum Abb. eſt verum reſpectu eius, de quo loquitur ibi,ſcilicet reſpectu effectus computandi dietas trahendi aduerſarium extra forum,& ciuitatem ſuam ad iudicem,iuxta decretalem de duabus dietis,ſed non quo ad aliud. negans prætetea illum Marchionem habuiſſe eo tempore in ciuitate Mediolani domicilium habitationis,quoniam dicebat impetrationem ciuilitatis,& factum cõtrahendi matrimonij ibi, vel habitandi cum vxore non fuiſſe ſufficientes coniecturas conſtituti domicilij,ex quo cum maiore fortunarum ſuarum par
19 te ſe in eum locum non tranſtulit,& † ex diuturna habitatione dicit animum conſtituendi domiciliũ probari,vt ex nunc in futurum, non autem vt ex retro in præteritum, quod ex præterito dicatur habuiſſe domicilium,per ea quæ ipſe deduc it,vel ſaltem eius domicilium principalius non habuiſſe in ciuitate Mediolani concludebat, q̃m ibi non habebat imperium,ſtatum,& fortunas ſuas,ſicut in caſtris,loco ſuę origi nis.Replicabat etiam non eſſe curandum de animo vxoris, quo ipſa non intellexerit ad caſtra mariti domicilium transferre,quia ſiue velit,ſiue nolit,ad domicilium mariti cogitur tranſire,& propter vim matrimonij transfertur, vt eſt dictũ ſuperius,& quod præterea non erat præſumendum de huiuſmodi mulieris animo,quia quamuis verum ſit aliquem mo
20 leſte ferre ſe patria priuari.l.fi.C.de ſeru.expor.† quæ dulciſſima dicitur.l.qui habebat.de leg.3.& præſertim magnæ ciuitatis,in qua melius eſt,mediocrem eſſe,quam maiorem in ciuitate parua. Bartol.in l.2. per illum textum.C.de Alex.primat. lib.11.Ioan.de Amic.in conſi.25.columna tertia, & in conſi. 102.columna quarta,nihilominus hoc in vxore non conſideratur propter matrimonium,quia cauſa habendi maritũ, & cum eo viuendi,patriam,parentes, & omnia paruipendit, vt late per Andr.Tiraq.in legibus connubial. & exempla vbi que ſunt in promptu,& quo ad celebritatem patriæ poterit reſponderi illud Cæſaris,Melius eſt hic eſſe primum, quã Romæ ſecundum,& melius erat ei viuere in caſtris,vt dominã, quam Mediolani vt ſubditam habitare.

21 Nono † amplia ſecundum Ruin. vbi ſupra, etiam quod in inſtrumento dotali facta eſſet mentio de ciue, quia dixerit, talis ciuis Mediolanenſis &c. non vult Ruin. ex huiuſmodi narratione intelligi,idcirco maritum cõtraxiſſe,vt ciuem loci mulieris,& ſecundum illius ciuitatis iura,præſertim ſi alio nomine poteſt cõtractus intelligi,vt in ſuo caſu ponderabat, quod vt Marchio maritus potius contraxerat, quam vt ci-
22 uius Mediolanenſis, vt latius ibi per eum. Decimo † amplia etiam procedere, quãdo non ipſa mulier,ſed alius pro ea,vel etiam extraneus dotem ſibi reddi ſtipulatus fuiſſet, ut dicam
23 infra in tertia limitatione.Vndecimo † amplia in dote ficta, quando ſtatutum fingit omnia bona in dotem data, de illis etiam maritus iuxta formam ſtatuti de lucro dotis,lucrum faciet,vt per Rapha.Cuma.in conſ.109. Ioan.in primo dubio, & alios quamplures, de quibus in gloſ.ſubſeq. ad hoc allega-
24 tos.Duodecimo†ampliando,declara procedere, etiam quod in loco originis domicilium habitationis nõ haberet, ſed extra originem, quoniam hæc lex ſe reſtringit ad domicilium habitationis,& non originis,ut aduertunt poſt Bart. ibi Cur. numero vigeſimooctauo,verſiculo,ſecunda dubitatio.& ibi Cagnol.numero vigeſimoquinto,ver.nona dubitatio.vbi dicit ita communiter teneri,& ibi Iacob.Mand.in columna penultima,& Rui.in dicto conſilio 59.numero nono, verſicul. inquantum.& in conſ.58.numero quinto. Alexand. in dicto conſil.100.ex inſpectione. volumine 3.Iaſ.in dicta l. cunctos populos.numero vigeſimoquinto,in prima lectu.verſicu.circa hanc. & in ſecunda lectu.numero 61. Dec. in conſilio 283. columna penultima,verſiculo, item videtur quod.& Pariſi. in conſilio trigeſimoquarto,ſtatutum.volumine tertio,& in hoc non inueni contradictorem.

25 Præterea † eo ipſo, quod lex meminit de domicilio,in dubio intelligitur de domicilio habitationis,& non originis.gl. nota.in capitu.ſtatutum.§.cum vero.in verſicu. vnam dietã, de reſcrip.in 6.Doctores in capitu.fina.de foro competẽ.Decius in conſ.352.viſo.Ancha.in conſ.438.Matthæ.de Afflict. in deciſio.384.Socyn.in conſ.79.num.15. volumine quarto, & quicquid ſit in alijs caſibus an diſpoſitio intelligatur ſubiecta legibus domicilij habitationis vel originis, hic determinatum reperitur ſecundum domicilij habitationis iura, reſtitutionem dotis eſſe faciendam,& ſequitur Roland.ubi ſupra in quæſtione 22.Et hanc ampliationem intellexit Alexan.in dicto conſilio 100. ex inſpectione, procedere etiam, quando

vxor

Source : BIU Cujas

vxor eſſet etiam de eodem loco, vel ciuitate mariti. Sed contrarium conſuluit And. Barba. in conſilio quarto, prope fin.
26 volumine ſecundo. † quod quando vterque coniunx eſſent ciues originarij eiuſdem loci, in quo contractus fuit celebratus, tamerſi maritus alibi domicilium habitationis tunc habuerit, inſpicietur nihilominus ius & leges communis patrię in qua matrimonium & contractus dotis fuit celebratus, & non ius domicilii habitationis mariti, & ſic limitat iſtam concluſionem ex mente Anton. Butr. in dicto capitulo primo, de ſponſal. quod, n hoc caſu videantur partes contraxiſſe ſecundum locum originis. Quoniam omnis diſpoſitio vel vltimæ voluntatis, vel contractus, ſemper refertur ad leges, vel conſuetudines patriæ, & ad hoc allegat quam plurima, quæ etiam in ſimili propoſito citat Barto. Caſſan. in conſuetudi. Burg. in rubri. 4. §. 2. in gloſ. Selon la generale contume. Addebat ex conſuetudine ſic receptum, quia Florentini mercatores, alibi domicilia ſua habentes, Florentiam veniebant ad accipiendum vxores, & celebratis ibi nuptijs, & inſtrumento dotali, ducentes eas, reuertebantur ad ſua domicilia, & eueniente caſu reſtituendæ dotis, illas reſtituebant Florentiæ, ſecundum eius ſtatuta, vel conſuetudinem. ea quoque ratione nitebatur Barbat. quia in caſu ſuo donatio propter nuptias relata erat ad iura Florentiæ, pari ergo modo lucrum dotis referri oportebat ad ſtatuta, & iura ciuitatis Florentiæ, quoniã æqualitas ſeruanda eſt inter donationem propter nuptias, &
ʒ lucrum dotis, ut infra dicam. Iſtam Barba. limitationem puto teneri recte poſſe, vt bonum capiamus omen, ꝙ aliquando patriam dulciſſimam cogitauerint reuidere, & incolere, iuxta illud Ouidij Naſonis, in Ponto.

Neſcio qua natale ſolum dulcedine cunctos
Ducit, & immemores non ſinit eſſe ſui.

Et triſtẽ euentum reijciamus. l. inter ſtipulantem. §. ſacrã. de verborum obligationibus. Reſtat in hac re vna dubitatio,
27 † quonammodo maritus in loco non ſuæ originis, & patriæ, ratione domicilij poſſit dotem lucrari ſecundum illius loci ſtatuta, quia forenſis in loco, quamuis ibi domiciliũ habeat, non ligatur ſtatutis, nec eorum beneficio gaudet, itaque concluſionem noſtram intellige, quando in loco, vbi conſtituit ſibi domicilium, ſubit onera communis, vel eſt effectus ciuis, alioquin non habebit beneficium ſtatuti de lucro dotis, ut pleniſſime probat Pariſ. in conſilio 34. ſtatutum. volumine tertio, & refert & ſequitur Roland. in quæſtione trigeſimaſeptima, numero decimoquinto, & Hippol. Marſil. in ſingu. 514. Cor. in conſilio 178. videtur in hac, libro quarto. Hieronymus Cagno. in dicta l. exigere. numero decimoquinto, verſiculo notandum eſt. vbi citat Dec. in conſ. 450. & in conſilio 661. & Ruin. in conſilio 100. libro quinto. Socy. in conſi. 242. Anchar. in capitulo ſtatutum. de reſcript. quando enim incola ſubit onera, omnis ratio dictat, quod commodum, & beneficium ſtatutorum illius loci ſentiat, vt tradunt Alexander Caſtr. & alij in l. ſecunda. §. finali. ff. de operis noui nunciatio.
ʒ Htppolyt. Marſil. in dicta l. finali. numero 114. & ſequen. de iuriſdictio. omnium iudicum. & Socyn. in conſilio 129. columna tertia, libro primo.

28 Quid † ſi ſtat aliquod ſtatutum, quod forenſis, aliqua bona ſtabilia non poſſit acquirere, & data ſint in dotem bona ſtabilia, nunquid de his vir poterit lucrari. & conſultum extat lucrari poſſe. Andræ. Barbat. in conſ. quinto, columna 8. volumine quarto, & in conſilio 54. columna quarta, in fi. volumine tertio. Alexand. in conſilio 135. & equidem. numero nono, columna tertia, verſiculo, & adduco. libro quarto. & ibi Apoſt. Tiraquel. in tracta. de retra. ligna. §. 1. gloſ. 9. numero 146. Bertach. in verſiculo forenſis prohibitus. aliquot allegat, ſecundum iſtos ſaltem quo ad valorem videtur tenendũ
29 ꝙ lucrum dotis faciat eo ſtatuto non obſtante. Fuit † etiã dubitatum, ſi ſtatutum diſponat, maritum plus lucrari de dote, quando forenſem vxorem duxit, quam cum mulieri ciui ſe matrimonio coniungit, an huiuſmodi ſtatutum dicatur iniquum, grauans magis alienigenas, quam ciues ſtatuentib. ſubditas. & Cur. Iun. in dicto conſilio 129. nullam iniquitatẽ cõ-
30 tinere, & ideo valere voluit. Nunc † præfatam concluſionem noſtram limita multipliciter, & primo, quando maritus ęqualiter in vtroque loco domicilium habuiſſet, tũc domicilium loci cõtractus eſſet attendendum. Curtius in dicta l. exigere, numero 12. verſicu. 5. & Hieronymus Cagnol. ibi. nume. 15.
31 Secundo limita, † quando maritus ipſe ducitur ab vxore, ꝙ in loco, in quo inſtrumentum dotis eſt cõfectum, perpetuo viuere intendit in domo vxoris, tunc ille locus inſpiciendus eſt circa dotis lucrum faciendum, ſecundum Iaſ. in d. l. cunctos populos. in 1. lectu. nume. 27. verſicu. 2. limita. Fely. in dicto cap. 1. col. penul. num. 26. verſicu. tertio limita. & Decius in dicto conſil. 283. nu. 8. colum. 3. Hieron. Cagnol. in dicta l. exigere. numero 14. verſicu. ſi vero quæratur. & ibi Curtius, numero 10. verſiculo, tertio limitatur. & Mand. ibi, Franciſc. Crem. in ſingu. 66. ſtatuto Florentino. Afflict. in deciſi. Neapo. 226. ſereniſſimus. nu. 7. Arno. in epito. 28. meminimus. Lup. in rub de donatio. inter uirum & vxorem. §. 55. in fi. & Caſſan. vbi ſupra, And. Tiraq. in legibus connub. in glo. ſecunda en pouuior de ſonmary. nu. 46. verſi. quod tamen. Roland. in quæſt. 16. ſequitur multis hanc partem. Et hoc caret dubitatione, ſi intelligatur in terminis, quod conſtet maritum perpetuo habitare in loco mulieris deſtinaſſe, ſeu decreuiſſe, prout in his terminis hanc limitationem firmat Cagn. Felyn. Tiraq. & Caſſan. ubi ſupra, & Corn. in conſi. 3. in præſenti. num. 2. volum. 3. uolens, quod quia maritus promiſerat vxori nunquam de eo loco diſcedere, eius loci ſtatu-
32 tum inſpiciatur, nam tunc domicilium habitationis, † quod conſtituitur momento, Dominicus de S. Gemin. in cap. cum nullus. num. 11. de temp. ord. in ſexto, cenſetur maritus cõſtituere in loco contractus, & conſtituendo eius contemplatione contrahere, & ſic ſecundum illius iura promittere dotis reſtitutionem, & hoc modo reincidet in concluſionẽ noſtram. Roland. in dicta q. 16.. dicit ſic intelligendam eſſe hanc limitationem. Et extra hos terminos ſi intelligatur, non erit uera; quoniam vbi in loco mulieris non conſtituat domicilium, ſola habitatio, & mora in loco mulieris nihil operatur ſecundum Ruy. in d. conſ. 58. col. 2. vol. 3. & eſt de mẽte omnium ſcribẽtium in iſta materia, nec ex perſona vxoris poſſibile eſt maritum domicilium acquirere, Ioannes de Amic. in conſ. 20. quoniam mulier ipſa perdit ſuum domicilium, ut diximus ſupra, tantum abeſt, vt dicamus, marito illud impartire, & in hoc caſu procedit dictum Bal in d. l. cum quędã puella. allegatum ex aduerſo a Dec. Cag. & alijs ubi ſupra.

33 Tertio † limita, quando extraneus aliquis, vel etiam mater, ſeu fratres dotẽ dediſſent, & ſoluto matrimonio ſibi reſtitui ſtipulari eſſent, in hoc caſu domicilium mariti non inſpicitur, ſed locus contractus in reſtituenda dote, & eius lucro faciendo, ſecundum Bal. in rub. de priuileg. dot. in col. 2. uerſ. ſed ſtatim quæro. & Fely. in d. c. 1. col. pen. verſ. quarto limita. Iaſ. in d. l. cunctos populos. in prima lectura, num. 28. verſ. tertio limita. & in ſecunda lectura, nu. 63. uerſ. tertio ſingulariter. Hippol. Marſ. in d. l. fi. nu. 67. verſi. tertio limitat. Mand. in d. l. exigere. in col. fi. Et prædicti mouentur, quoniam ratio domicilij, in quod eſt itura vxor ſtipulans ſibi dotem reddi, in hoc caſu ceſſat, ſi quidem non ipſa ſtipulatur, ſed alius dotis reſtitutionem, in qua quidem ratione fundatur deciſio d. l. exigere. & ſequitur Roland. in q. 17. Sed contra tenent Curt. in d. l. exigere. num. 11. verſic. quarta limitatio. & ibi Cagno. nu. 17. verſic. quarta limitatio. nam quamuis mulier non ſit itura in hoc caſu in domicilium ſtipulantis dotem, nec ipſe ſtipulans in domicilium mariti reſtitutionem dotis promittentis, & ſic reſpectu ſtipulantis ceſſet ratio d. l. exigere. non tamen ceſſat reſpectu mariti alia ratio perpenſa ibi a nõ paucis, ſcilicet quod quaſi aduena in de ſtatim receſſurus contraxerit, & ideo ſecundum eos adhuc militet eius diſpoſitio. Ad hoc ego reſpondeo, quod iſta ratio non eſt vera, vt ſupra reprobauimus, & hoc concernit tãtũ forum, quod ille fortius non uideatur in loco contractus, iuxta nota in l. hæres abſens. ff. de iudicijs. & in d. c. Romana. §. contrahentes. de foro compet. de quo principaliter non agitur in iſto caſu, ſed de deciſione cauſę ſecundum quæ iura videatur decidenda. Verum alio modo poſſet dubitari, an etiam extraneus videatur dotem ſibi reddi ſtipulari ſecundum eadem iura mariti, ſecundum quę mulier ſtipulata fuiſſet, ſi ei fuiſſet reddenda, quaſi hoc ex natura negotij eueniat, nam uidentur omnia promiſſa quæ ſunt de natura matrimonij, & contractus, ut dicebat Curt in authentica, præterea. num. 23. uel quę de conſuetudine ſtipulandi ueniunt, iuxta notata in l. cum quid, ſi certum petatur. Bald in l. excepto. C. loca. l. ſi prius. §. recte placuit. ff. de aqua plu. Bart. in l. domini prædiorum. C. de agricolis & cenſitis. lib. 11. Bald. in additione ad ſpeculatorem. in tit. de locationibus. §. in eccleſia. & in l. fi. C. de fideicommiſſis. ideo cogita ſuper iſta ratione.

34 Quarto † limitatur quando dos conſiſteret in aliqua re immobili poſita in loco contractus, tunc ſtatutum loci contractus in lucro dotis faciendo attenditur, ut conſuluit Dec. in conſ. 283. col. pen. verſ. ſexto etiam alia. ubi citat ad hoc Bal. in l. 1. C. de ſumma Trinitate. in quibuſdam lectu. & And. Sicul. in rubrica, de conſuetudine, col. 15. uerſi. limita, niſi. & Ioan. Bap. de ſancto Seuerino in d. l. 1. col. 59. & Angelum in d. l. exigere. Hippolyt. Marſil. hanc limilationem refert in d. l. fi. num. 69. uerſic. 5. & ultimo. & eam probat Alber. Brun. in tract. de ſtat. excl. fœmi. prop. maſcul. in art. 6. in quæſt. 2. in fi. Mand. & Cagn. in d. l. exigere. num. 24. uerſicu. 8. limitatio. vbi atteſtatur pro hac eſſe communem opinio-

Source : BIU Cujas

opinionem, à q'ia non ſit recedendum. & Bald. hoc vult in c.1.colum.2.de iur.calum.vbi dicit, quod ſtatutum de lucro dotis debet procedere quo ad bona exiſtentia in territorio ſtatuentium,& quod maritus non lucrabitur bona alibi ſita. Nec obſtat(inquit ipſe)textus in d.l. exigere. quoniam intelligi debet, ſi bona dotalia territorio ſtatuentium cohærent, vel ſi dos conſiſtat in quantitate,& in genere. & pro hac opinione Iaſ.penè inclinat in d.l.cunctos populos.nu. 94. ver.5. & vltimo. in prima lectura. & remiſſiuè tenet Andr. Tiraq. in legib. connub. in gloſ En pouuior de ſon marty. nume. 52.verſic. quid autem ſi agatur. vbi allegat Cepol. in dicta l. prima. Barba.in dicta rub. col. 15. de conſuetu. & Curt. etiã remiſſiuè in d.l.exigere.nu.20.citando Dec.vbi ſupra & cum his tenet Rolan.in quæſt.20.qui mouetur rationibus,quæ mihi non placent: & ſatis ex his,quæ dixi,& dicam,eas non concludere, oſtendit. Verum enimuero, non pauci tenent contra iſtam limitationem,& in primis Ruin. in dicto conſil.58. nume.12. verſ. ſexto etiam. vbi aduertit, q̃ Caccialupus,qui allegatur ex aduerſo per Decium re vera tenet contra eum dicens, ſic eſſe de mente Doctorum communiter. Idem firmat Ruin. in conſ.163. circa illud.nume. 4. verſicu.alia etiã, volum.4.& conſuluit Bald.in conſil.108. Doct.volum.3. vbi ait,ſtatuta de lucro dotis vigẽtia in domicilio mariti eſſe ſeruanda,& quod non refert in quo loco res dotales ſint poſitę. l.fi.C. de prę̃ſ. lon. temp.l.1.C.de contrahen.emp. idem vult Caſſa.in conſuet.Burg.in rubri.quarta.§.2. numero 9. verſic. Au duche.Idem tenet Iaſ.in d.l.cunctos populos.in 1.lect.numero 29.verſicu.vlt.attende.& Alex.etiam alia ratione motus in conſilio 141.viſo, numero decimoſeptimo, verſiculo, pro hoc bene. volumine ſeptimo. vbi dicit, ſtatutum de lucro dotis extendi ad bona alibi exiſtentia, quoniã dos eſt ius incorporale,& ſtatutum loquens de aliquo iure incorporali, extenditur ad bona extra territorium ſtatuti poſita. Horum opinio reprobantium hanc limitati-nem longe mihi placet,& videtur verior,& ad tollendum difficultates in hac re confugiendum eſt ad doctrinam Abba.in c.quod clericis. columna tertia,extra de foro competenti. quæ fuit Calderini,& Barto.& communiter probatur,vt dicit Roch.de Curt. in capitulo finali,quæſtione 16. in columna quarta, verſicu. ſed ius ſtat.de conſuetu.& Cepol. ſequitur in conſilio vigeſimoſecundo,conſultationis.aut enim agitur ratione contractus,& tunc conſideratur ius loci contractus. l. ſi fundus. ff. de euict.l.1 ff.de vſuris.ſi vero ratione delicti, attenditur ius loci,in quo fuit illud commiſſum. authent. qua in prouincia. C.vbi in rem actio.Si agitur ratione rei ſeu iuris ad rem pertinentis(verbi gratia)ſi quæſtio eſt,ad quam altitudinem domus,vel turris eleuari queat,lex,vel conſuetudo loci,vbi do 36
mus,vel turris eſt ſita,inſpicitur. Modo ad propoſitum, cum in hoc caſu agatur ratione contractus ex obligatione inde nata perſonali,non autem aliquo iure reali, ad deciſionem quę ſtionis,inſpicienda eſt lex,& ſtatutum diſponens circa huiuſmodi contractum,non attenta alia lege,vel ſtatuto diſponẽte aliter de lucro dotis in loco rei ſitæ, quia de iure rei nõ agitur,ſed de iure contractus,ſicut contingit in alijs caſibus, in quibus fit aliquis contractus, vel conuentio de re exiſtente extra illud territorium,in quo fit contractus,in quo caſu nõ ideo minus impeditur ex cõtractu agere ad rem ſibi promiſſam in alieno territorio,nec ius contractus in aliquo non alteratur,vt voluit Bald.in dicto conſilio 208.Doctores.& quẽ admodum Caſſan.vbi ſupra.§.20.gloſ.fin.dicit, q̃ ſi partes in contractu ſe referrent circa huiuſmodi lucrum faciẽdum ad certam,ſeu aliam loci conſuetudinem, oporteret illam attẽdi, quamuis conſuetudo loci, vbi res eſt ſita, in illa materia aliud diſponens aduerſaretur;ita dicendum eſt in hoc caſu,in quo contractus dotalis per partes ſubiectas legibus domicilij mariti dicitur ex diſpoſitione d.l.exigere. Hinc etiam videmus decretum ſuper alienationis contractu de bonis pupillorum extendi extra territorium rerum.l.magis puto.§ illud q̃ritur.ff.de rebus eorum.ſimiliter interdictio bonorum adminiſtrandorum,& tutor datus,extenditur ad bona extra territorium poſita,& id genus ſimilia,vt recenſet Iaſ.in d. l. cunctos populos.& Anchar.in cap.canonum ſtatuta. & Doctor. alibi paſſim,quando nitimur actione contractus, quia actio loco non circumſcribitur.l.Caius.de legatis ſecundo, poſſumus vbique agere,& pro rebus vbicunque poſitis. l. fi. C. de præſcr.lon. temp. & dicunt Iaſ. Marſil.& alij in locis præallega.Nec obſtat illa Bart.concluſ.in d.l.cunctos populos. & de qua per Ioan.Andr.in addit.ad Specu.in titulo,de inſtru. edi. §.compendioſe.& eam ſequitur Gozad. in conſ.49. numero decimo,Anch.in conſ.263.quod conſuetudo Angliæ,vel Pariſ.dictans,quod præmoriente viro vxor lucretur medietatẽ bonorum,non extendatur ad bona extra locum huiuſmodi conſuetudinis ſita.Nam illud eſt,quia ibi non agitur, nec cõ 37
petit ius ex contractu, ſed ex ipſo ſtatuto, vel conſuetudine tantum,nimirum eſt idcirco,ſi non comprehendebat bona alibi exiſtentia,quandoquidem ſtatuentes poteſtatem diſponendi de bonis non ſui territorij nullam habere dicantur. l.fi. ff.de iuriſdict. om.iud.& ibi not.perigl.& Doctores.& in c.vt animarum.de conſtitut.in ſexto. Et mihi videntur tenentes ſupraſcriptam limitationem decepti ea ratione,quia ſolutionem huius difficultatis exiſtimarunt pendere ab illa quæſtione,Vtrum ſtatutum extendatur ad bona in alieno poſita territorio,vt dixit Iaſ.in d.l.cunctos populos.in 2.lect.num.64. verſ.quinto & vltimo.ſuper qua firmata videtur vna cõmunis concluſio, † quod ſiue ſtatutum loquatur in rem, ſiue in 35
perſonam,pro rebus alibi ſitis, non porrigat vires ſuas extra territorium.vt dicit Lud.Gozad. in dicto conſ.49. circa.numero ſexto,vbi ait ita tenuiſſe Iacob.de Rauen.Dyn.Gul.de Cu.Cyn.& Iacob. de Are. & omnes antiquos in d. l. cunctos populos.Lap.in alleg.91.in primis videndum. Bald.in dicta.l. cunctos.Anchar.in capitulo canonum ſtatuta. columna nona,verſ.ſed manet hoc dubium.Socyn.in conſ.292. viſis. volumine ſecundo,& conſ.288.circa primum. in columna penultima, libro ſecundo. Corn.in conſ.211. circa præſentem. columna quarta,libro ſecundo,& in conſ.162. conſtat. volumine tertio,& in conſ.115.in hac.libro ſecundo. Et latiſſime Alb.Bru.in dicto tracta.in 8.articu.vigeſimoquinto, quia cõſuetudo localis ad ſuum locum reſtringitur,ac infra ſuos confines coarctatur.l.1.& 2. C. quæ ſit lon. conſ. & ibi nota. Sed non eſt verum ab iſta diſputatione pendere ſolutionem quæſtionis noſtræ,quia maritus ſolo ſtatuto non nititur in faciẽdo dotis lucro,ſed ipſo dotis contractu continente relatiue diſpoſitionem ſtatuti eorum,ergo opinio nititur in falſo præſuppoſito.vnde manifeſte redditur falſa. ecquis non videt, aliud eſſe ſtatutum deferre bona, vel hæreditatem mulieris, & aliud,quod ex contractu debeatur poſt eius mortem certa pars dotis?& propterea non bene infertur ex vno ad aliud. Si tamen vis alteri opinioni adhærere p̃ limitatione eius duobus modis eam reſtringe ſecundum Ruin. in dicto conſ.58. verſ.6.etiam dicitur.numero duodecimo, & in conſ. 58. numero duodecimo,verſ.non obſtat inſuper.volumine tertio, primo,quando res immobiles eſſent in dotem datæ æſtimatæ, quoniam tunc reputatur dos conſiſtere in quantitate. l. quoties.C.de iu.dot.l.quod dicitur.ff.de impenſ.in rebus, & alijs,de quibus ibi per eum.vnde iudicium fit de ea,vt de dote conſiſtente in quantitate.ſecundo, ſi dos conſiſtat in quãtitate, & ad immobilia agatur hypothecaria pro dote, non enim maritus excluditur ob id,quominus de dote lucretur, ſecundum diſpoſitionem ſtatuti vigentis in ſuo domicilio,ſe 36
cundum Ruin.vbi ſupra.Quinto † limitatur, niſi partes conueniſſent, quod dotis reſtitutio, & eius lucrum fieret ſecundum formam iuris loci contractus, tunc non poſſet negari, quin leges eius loci ſeruãdæ forent, vt per Iaſ. Mand.& Hier. Cagnol. in d.l. exigere. num.22. verſ.7. limitatio. & Curt.ibi num.16. verſ. vlt. limitatio. vbi dicit ita communiter teneri per Cano.ind.cap.1. prout ibi tenet hoc Felyn. num 30. verſic. limita ſeptimo. & alij allegati ibi per eum, & conſulendo ſequitur Fulgoſ. in conſ.203. viſis. col.2. Signo. de Homod. in conſil.69. & Ray. in conſil. 223. num. 16. Barb. in conſ. 4. prope.col.3. & in c.fi.uerſi.limi. etiam niſi,de foro cõp. Dec. in conſ. 402. col.1. & in conſ. 283. Ruyn. in d. conſil. 58.nũ. 14. verſic. poſtremo, & in conſ. 59. nu. 12. verſ.& per hoc iudicio meo. Camp. ind. tract. de ſtat. de dot. in q.20. col.2. & Dec. in conſ. 195. ſtudendo.Bald. in conſi.31. ſtatuto ciuitatis,vol.3.& Cuma.in conſ.26.cum ſtatutum Paduæ.& Caſſan. in conſue. Burg. in d. rub. 4.§.2. verſic.Selon la generale. num.9.vbi dicit quod partes poſſunt dotis contractum ſubijcere conſuetudini locorum, quæ magis eis placuerit,nam contractus accipit legem a conuentione partium l.1.§. ſi cõueniat.ff.depoſ.l. contractus. de reg. iur.l. legem. & ibi not. C. de pact. & hoc in dubium a nemine refricatur. Rolan. in q. 19. num.8. verſic. limita tamen. Verum quandoque dubitatum fuit, ad quam legem, vel conſuetudinem partes videã tur contractum retuliſſe.Dec.in dicto conſ.283. arguebat ſecundum ſtatuta Mediolani, reſtitutionem, & lucrum dotis fieri,vbi partes conueniſſent,quia dos data in tot feudis, fuerat data ſecundum iura Mediolani,arguendo a datione ad reſtitutionem dotis. At Ruin.in conſ.præallegatis id uehementer improbat, quia relatio p̃dicta ad ſtatuta,& iura Mediolani intelligebatur facta quo ad ius feudorum & reſpectu eorum tantum, non autem dotis, & admittatur de Decio in eo dicto. Alio modo And.Barb.in dicto conſ.4.arguebat,quod quia donatio propter nuptias facienda fuerat relata ad ſtatuta Florentina,intelligeretur quoque ad eadem ſtatuta relatũ lucrũ dotis,vt pari paſſu,ſeu iure,lucrum dotis,& donatio p̃ nuptias procedant,vt dicam in fine huius gl. Sed † tũc quæ-

ro.

Source : BIU Cujas

ro. ſi vir promittat reſtituere dotem ſecundum formam iuris an intelligatur ſecundum formam ſtatuti promiſiſſe? Et dicas, quod ſic iuxta ea, quę tradit pleniſſime Iaſ.in l.omnes populi. num.20.col.3.verſic. hinc ſe offert. ff. de iuſt. & iu. Lup.in rub.de don. inter vir. & vxor. in princ. Item intellige
38 id comprehendere conſuetudinem lucrandi, † quia & conſuetudo dicitur ius, vt per Ioan.de Amic.in conſil.11.col.2. Bald. in l. 2.C. de bon.quæ lib. Iaſ. in d.l.omnes populi.verſ.
39 facit, quod decidit. Sexto limitatur, † quando maritus & vxor contrahunt in tertio loco, quoniam tunc videntur ad ius commune ſe referre, quaſi noluerint legibus alterutrius domicilij contractum ſupponere, vt dicit Hieron. Cagno.in d.l.exigere,num.30. uerſi. tertiadecima.ipſe tamen aliud opinatur, & contra eam etiam tenuit Cu. in conſ.72.viſis.col.2. Afflict. in deciſ. Neap. 226. num. 7. & mihi videtur contra mentem omnium. Rolan. in q.23. tenet etiam contra iſtam limitationem declarando dicta Purpurati in hoc. Septimo
40 † limitatur in ſponſa de futuro, nam ſi quod lucrum propter ſponſalia celebrata eſſet faciendum, non putarem circa hoc diſpoſitionem ſtatuti vel iuris vigentis in domicilio ſponſi eſſe inſpiciendam, quoniam cum ſponſa de futuro non ſortiatur forum ratione domicilij ſponſi,nec eius domicilij legibus ſubijciatur,non poteſt videri ſecundum leges domicilij ſponſi feciſſe ſponſalia, & ſic diſpoſitio d.l. exigere.in hoc caſu procedere nequit, vt uolunt eam legem limitantes Cag. in d.l. exigere. num.11.verſic. ego igitur pro Mand.ibi ad fi. Caſſa. vbi ſupra in rub. 4. §. 2. verſ. Ou duchè. Iaſ. in d. l. cunctos populos. in 2. lec. num.62. verſ. pone ſtatutum. & in 1. lec. nu. 27. verſ. limita communem.Hip. Marſ.in d.l.fi. nu.65. verſ. dicit poſtea. Bal. in auth. omnes peregrini.nu.4. verſ. fallit.C. com. de ſucceſ. Fel. in d.c. 1.nu. 24.ver. & iſtam concluſionem.& And. Tiraq. in ll. connub. in gl.2.verſ. En pouuior de ſon mary. nu. 24. verſ. nec ſpõſa. vbi præter prædictos allegat & alios. Ita tenet Rol.in q.18.ex pluribus.vt ibi per eũ Et quamuis Curt. in d.l. exigere.nu.6.col. 2. huic contradicat limitationi, ab ea tamen non eſt recedendũ: tũ quia eſt cõis, tum quia rationes Cag. mihi uidentur leues,& text. d.l.exigere,manifeſte fundatur in rõne acquiſiti domicilij ꝓpter nim matrimonij, quæ ratio in caſu ſponſalium ceſſat.& ſic iſte caſus cum remaneat ſub diſpoſitione iuris cõmunis, oportet inſpici locum contractus, iuxta iuris regulam d. l. ſi fundus. de euic. & concord. In terminis mulieris deſponſatæ per verba de præſenti iſta limitatio nõ eſt ponẽda, quoniam hæc habetur pro vxore, & non eſt ſponſa,vt dixi ſupra
41 in gl.ſecundã.† Octauo † limitatur per Cag.Curt. Mand.Fel. & plerosq; in locis præallegatis in caſu matrimonij putatiui.
42 Nono † limitatur per eoſdem in bonis feudalibus, ſed iſtæ duæ limitationes ſunt ineptæ: quoniam quæſtio, an ſtatutũ & ius circa dotis lucrum diſponens ſit inſpiciẽdum,quod viget in loco contractus,vel potius in loco domicilij mariti vigens,rectè non proponitur,niſi præſuppoſito, ꝙ lucrum debeatur,ſiquidẽ exceptio debet eſſe de regula.Bar.in l. ex his. ff.de legib. Dyn. & alij in rubr.de reg. iur. Dec. in l.1. ff. eod. Alijs quoque modis limitant Cag.Curt. Mand. & alij in dic. l.exigere.in materia fori, quod cum rei noſtræ minimè attineat:pluribus non inſiſtam. Cæterum prædicta omnia procedunt,quando in certo loco matrimonium celebratũ fuit,
43 † quid ſi factum per epiſtolas fuerit inter ipſos coniuges abſentes, vtrum locus erit d. l. exigere. vt attendatur domicilium mariti. Camp. in d.tract.in q.20. putauit quod ſic: quia vir eſt caput mulieris,& id mihi videtur indubitabile,quamuis forte aliud videatur Caſſa.in dicta rubr.4.§.2.ver.Ou duchè. uum 4. Vnum quod dixit Cagno. in dicta l.exigere.nu. 21. ver.ſed inſtat dubitatio, aduertere nos oportet. nam dixit,ꝙ in caſu,in quo ſtatutum domicilij mariti non attenditur,nec etiam attenditur ſtatutum loci contractus mulieris, ſed ius commune,ſecundum Alex.in conſ.100. ex inſpectione.colum.fina.vol.3.quod non eſt verum,nec Alex.ibi id di
44 cit:diſputando enim arguit, ꝙ † ſi maritus negat ſe contemplatione domicilij contraxiſſe nolens lucrari dotem ſecundum eius ſtatutum,iuxta dictam l.exigere. & ibi not. non ob id cenſetur ſecundum originis ſuæ ſtatuta contraxiſſe: non negat igitur Alex.quin contractus deberet iudicari ſecundũ leges loci,vbi ſit, iuxta communem iuris regulam,vbi ceſſaret diſpoſitio dictæ l. exigere. Sed negat dictam l.exigere,poſſe referri ad locum originis Sed aliud notandum dicit in dicto conſil.100. ad finem, nempè, quod ſi ſtataliquod ſtatu-
45 tum cauens,quod † in lucro dotis faciendo non attendatur ſtatutum terræ vxoris, ſed ſtatutum domicilij mariti originis vel habitationis, & contingat in loco habitationis diuerſum ſtatutum eſſe a ſtatuto vigente in loco originis, maritus poterit in ſtatuto originis uti ſi mauult, quia forte pinguius lucrum deferat omiſſo ſtatuto habitationis, quia quãdo duo concurrunt, quod vnum prodeſt, & alterum nocet, quod prodeſt, attendi debet, per ea quæ ibi allegat.Demum
46 ſcias, quod d.l. exigere, non procedit quo ad donationem ꝓpter nuptias, quod vxor cenſeatur circa donationem propter nuptias conueniſſe ſecundum diſpoſitionem ſtatuti vigentis in domicilio mariti,vt determinat Fulgoſ.in cõſil. 93. ad. id, in fine, quod eſt notandum, quia in pluribus locis vigent ſtatuta varie de donatione propter nuptias diſponentia. In patria mea Lucenſi donatio propter nuptias improbat.
47 Cum † autem in loco de donatione propter nuptias cautum aliquid non eſſet, ſed ſtatutum de lucranda dote duntaxat adeſſet, ex parte vxoris tantum eſſet nomine donationis propter nuptias lucrandum de bonis maritis,in ſuo caſu præmorientis, quantum maritus, præmoriente vxore, ſtatuti de lucro dotis diſpoſitione poteſt de dote in ſuo caſu lucrari. ita voluit Cum. in d. conſ.26.ſtatutum Paduæ,& Barb.in d.cõſ. 4.lib.2. Io.de Amic. in conſ.5.& Iaſ. in l.fi.nu.10. C. de indi. vidui.tolle. Abb. in conſ.46. tria, in vol.1.Ioan. Camp. in d. tract. in q.19. & hoc quia mandatur æqualitatem ſeruari inter donationem propter nuptias,& lucrum dotis.§.pede nõ elig. ſecun nub. in Auth. l.ex morte. & ibi no.C. de pact.cõuen. glo. in §.dotes autem in verbo percipient.in Authen.de nupt.& in auth.æqualitas.& in corpore vnde ſumit de ęqua lit.dot.§.1.collat.7.Soc.in reg.106.in verſic.donatio propter nuptias.& Neuiz. in ſyl. nupt. in §. ampliant primo. nu. 47. verſ. caueant. Secundo, vbi dicit,ꝙ ſi ſtatutum uult mulierẽ lucrari ante fatum præmoriente viro, ipſa id non lucrabitur, niſi dotem dederit,quam ille in ſuo caſu potuerit lucrari,per allegata per eum ibi. & melius dicit Io.de Amic.in conſ.5.ꝙ
48 ſi per † ſtatutum prohibetur lucrari dotem, intelligitur etiã prohibitum,quod vxor dõationem propter nuptias lucrari queat, quoniam hæc pari paſſu ambulant,& tanquam iuris correlatiua habentur,vt diſpoſitum in vno,cẽſeatur diſpoſitum in alio, vt dixit Iaſ. in d.l. fi.nu.10.

GLOS. X

In textu ibi, Dotis & corredorum.

SVMMARIVM.

1 *De corredis, & rebus mobilibus maritus partem lucratur ſicut de dote.*
2 *Dotis confeſſatæ partem lucratur ſecundum ſtatuti diſpoſitionem.*
3 *Dotis inſtrumento præcedente, ſi maritus poſtea dotem confeſſus ſit ſibi præiudicat.*
4 *Confeſſio habetur loco traditionis.*
5 *Statuto prohibente mulieri diſponere de bonis, niſi de quarta parte: ſi mulier dabit omnia bona in dotem, maritus de illis poterit lucrum facere ſecundum ſtatuti de lucro diſpoſitionem.*
6 *An ſtatutum de lucro procedat in dote ficta, vel præſumpta.*
7 *Præſumptiones habentur pro liquidiſſimis probationibus.*
8 *Dos a lege inducta vera dos eſt.*
9 *Quando ſpecialia manant a diuerſis fontibus, concurſus eorum toleratur.*
10 *Vnum ſtatutum ſuppletur ex alio.*
11 *Quando in ſtatuto fit mentio de conſtituta dote, lucrum dotis fictæ non fit.*
12 *Quando ſtatutum dicit de dote promiſſa, vir non lucratur dotem fictam.*
13 *Statutum, quod cenſeatur totum patrimonium mulieris datum in dote, re ſtringitur ad bona, quæ tempore nuptiarum mulier habebat. & nu. 16. & 17.*
14 *Si bona ea vir nunquam poſſedit, effecta dotalia non dicentur.*
15 *Statutum nolens lucrari dimidium bonorum ſtabilium, non lucrabitur uir dimidium pecuniarum in emptionem prædiorum paratarum.*
18 *Solennitas alias requiſita in contractu, vel alienatione ceſſat quando iuris diſpoſitione fit alienatio.*
19 *In dote ficta non requiritur ſolennitas ſtatuti.*
20 *Non eſt ſtatutum iniquum, quod uelit omnes mulieres dotatas cenſeri.*
21 *Minor in integrum reſtituitur aduerſus dotem.*
22 *L. 2. C. de reſcind. uend. habet locum in dote.*
23 *Minor, vel maior mulier prohibita dare dotem ſine certa ſolennittate iuris, vel ſtatuti, non videtur tacite dotem conſtituere.*
24 *Qui non poteſt expreſſe uelle, id non poteſt tacite.*
25 *Mulieri eſt vtile dotem dare.*
26 *Laici poſſunt ſtatuere ſuper dote, dum ſtatutum non ſit pœnale.*
27 *An dos cum ſolẽnitate prius data cenſeatur eodem modo repetita in ſecundo matrimonio.*
28 *Res eccleſiæ ſemel cum debita ſolennitate in emphyteuſim data poterit itẽrũ reuerſa ad eccleſiam in emphyteuſim dari abſque noua ſolennitate.*
29 *Solennitas adhibita in ipſo matrimonio contrahendo an ſufficiat quo ad dotem, vt tacite cenſeatur conſtituta.*
30 *Dos non eſt conſequutiuũ matrimonij, ſed de ſe principalis.*
31 *Quando mulier dotem tacite conſtituiſſe cenſeatur.*
32 *Mulier, quæ dotem non exigit, non uidetur ſecundo viro nomen dotis dare ſed promittere, quantum primo uiro dedit.*

Dos

Source : BIU Cujas

33 *Dos matrimonij immediate præcedentis videtur repetita in sequenti matrimonio.*
34 *Si mulier expressim promittit dotem, cessat tacita dotis constitutio.*
35 *Plene probandum est, dotem primo viro datam vt videatur secundo viro repetita.*
36 *Quando aliqua dos nunquã reperitur constituta, vtrum præsumatur data.*
37 *Conclusio negatiua limitatur, quod pro congrua quantitate præsumatur data, sed hoc reprobatur.*
38 *Secundo limitatur ex consuetudine dandi dotem, sed hoc etiam reprobatur.*
39 *Tertio, quando mulier esset inferior viro: & ista limitatio reijcitur.*
40 *Quarto limitatur, nisi maritus bona mulieris vt dotalia possederit.*
41 *Dos nudo consensu constituitur.*
42 *Quanto tempore opus sit virum bona mulieris possedisse, vt dos constituta præsumatur.*
43 *Patientia possessionis rei suæ duplex est.*
44 *Possessio sola non sufficit ad præsumendum dotem.*
45 *Præsumptiones, seu coniecturæ pro & contra dotem præsumendas.*
46 *Mulier dicens dum nubit, ego tibi do me & mea, videtur dotem in bonis suis constituere, & quid si dixerit dotem.*
47 *Dote semel constituta difficilius presumitur ex causa dotis postea dari.*
48 *De augumento dotis, de quo constaret, vir lucrum etiam facit.*
49 *Dos si est promissa, non expressa certa quantitate, an videatur totum patrimonium pro dote promissum?*
50 *Maritus, qui vxorem duxit sine dote, an possit eam compellere ad dotem constituendam, vt eam lucretur. & nu. sequen. in fi. & nu. 52.*
51 *Qui iurat accipere talem in vxorem, intelligitur data dote.*
52 *Pater mandans filiam maritari, censetur ad dotem se obligare.*
53 *Si filia, postquam obtinuit patrem condemnari ad dotem viro suo soluenda moriatur, vtrum possit eius maritus pro executione illius sententiæ instare, vt constituta dote, partem eius lucretur.*
54 *Statutum de lucro dotis, an habeat locum in dote profectitia.*
55 *Maritus an de bonis feudalibus in dotem habitis lucrum faciat.*
56 *Quid de bonis emphyteuticis.*
57 *Quid de bonis fideicommisso subiectis in dotem habitis, vtrum de his vir lucrabitur in præiudicium substitutorum. & pluribus nume. seq.*
58 *Permissa dotatione a testatore maritus poterit tunc dotem lucrari in præiudicium substitutorum.*
59 *Pater in dote potest substituere filiæ, quatenus est supra legitimam.*
60 *In casu simplicis fideicommissi, an non impediatur vir lucrum dotis facere.*
61 *Leges, quæ volunt, de bonis fideicommissi dotem dari, quomodo intelligantur.*
63 *Statutum de lucro dotis locum habet etiam in dote constituta de bonis subiectis fideicommisso pio loco relicto.*
64 *Alimentorum fauor præualet fauori ecclesiæ.*
65 *Dos constituta de bonis alienari prohibitis valet, & in ea sibi locum vendicat hoc statutum: secus si fideicommissum sit pleno iure restituendum. vt nu. 67.*
66 *Portio dotis per uirum lucranda imputatur in Trebellianicam, & legitimam.*
68 *Lucrum fieri non potest de rebus alienis in dotem datis.*
69 *Statutum volens lucrari dimidium patrimonij mulieris, non intelligitur in bonis fideicommissi.*
70 *Dotalibus bonis euictis quomodo marito consulatur.*
71 *Dotis excessiuę de bonis restitutioni obnoxijs constitutæ non maius lucrũ faciet maritus, quam de congrua.*
72 *Statutum hoc cessat in dote a muliere constituta, de dictis bonis quando habebat alia propria.*
73 *Substitutus, fideicommissarius utrum si dotem ut tutor dedisset excessiuam in bonis fideicommissi, possit eam tractare.*
74 *Iuri futuro non potest renunciari.*
75 *Quid, quando expressim testator prohibuit alienare etiam dotis causa.*
76 *Auth. res quę restringitur ad parentes liberorum.*
77 *Pater sicut non potest se exonerare ab onere dotandi filias in uita, ita non potest hoc post mortem ex aliqua dispositione facere.*
78 *An hoc statutum habeat locum quo ad filias principis nuptas in ciuitate si bi subdita.*
79 *An statutum de lucro dotis post datam dotem conditum attendatur uigens tempore mortis mulieris, an vero statutum, quod vigebat tempore, quo dos fuit recepta: usque ad fi. gl.*
80 *Legis natura est futuris negotijs dictare formam.*
81 *Statutum non potest disponere contra iam conuenta, & in fine huius glo.*
82 *Vis futuri subiunctiui est importare futurum completum.*

DOS quid sit, & an hoc statutum procedat in dote promissa, data, vel soluta, item an in putatiua, diximus supra partim in rub. partim in tex. Correda quæ sint, in nostro idiomate notum est, & quidem sunt bona mobilia, quæ ad sui vsum parata fert mulier ad maritum secum vltra dotem.
1 De † his iudicandum esse idem, quod de ipsa dote, ait Curt. Iun. in dicto cons. 129. vult ergo statutum de his etiam lucrũ fieri per maritum. Addit Rolãd. in suo tractatu de lucro dot. in quæst. 50. q etiã non facta mẽtione in statuto de lucro dotis, de iocalibus, cophanis, & alijs bonis mobilibus paraferna libus poterit maritus nihilominus de his lucrari, quasi de dotis appendicibus, vt de ipsa dote vigore prefati statuti. At de alijs mulieris bonis, maritum aliquod lucrũ facere nõ posse, p indubitato ponit Socy. Iun. in cons. 93. nu. 6. volumine primo. Cæterum & alia plura occurrunt, de quibus contingit
2 profecto dubitari. Et in primis, † an dotis confessatæ partem maritus lucrari possit, iuxta statuti dispositionẽ. Paul. de Cast. in consi. 193. verba apposita in statuto. in fi. id ponit pro absoluto, quod possit vir dotem lucrari. Sed Bald. in consil. 333. quia ista dos. uol. 4. attingens istam quæstionem in suo casu occurrentem, in quo confessus fuerat maritus se dotem recepisse, & mox eius socer, vel alius se obligauerat ei summam illius dotis soluere, respondit contra maritum dicens, quod aliud est dos data, aliud dos confessata. l. ab Anastasio. l. per diuersas. C. mand. & not. in l. assiduis. C. qui pot. in pign. habean. Et quod quamuis videatur eadem lucrandi æquitas. l. fi. C. ad legem Falc. tamen quia, maxime vbi agimus de lucro captando, non valemus statutum extendere. l. si vero. §. de viro. sõl. matrimonio. non potest statutum hunc casum dotis confessatæ comprehendere, & quia ibi fuerat datus terminus, & dilatio prædictis de soluendo, quo durante non fuerunt in mora l. qui Romæ. in princ. de verb. oblig. vir non debebat dotem lucrari. Iste casus incidit in difficultatem, q̃ resoluimus supra in rubr. an statutum comprehendat dotẽ non solutam, loquens simpliciter de lucro dotis. & ibi satis id explicaui, ideo hic non repetam. & propositam quæstionẽ restringamus ad casum statuti simpliciter loquentis, & ad terminos, quando vere nihil recepit maritus, qui tamen cõfessus est dotem se recepisse, quid iuris sit in hoc casu? Et tres casus sunt considerandi in hoc. Primus, quando spe futuræ numerationis constat eum cõfessum fuisse, se dotẽ recepisse. Secundus, quando animo donandi. Tertius, quando sumus in dubio. In primo casu, quando sumus infra tempora, in quibus conceditur facultas excipiendi, de non numerata dote, tunc maritus dotem petere poterit. l. si voluntate. C. de dot. promis. & ibi no. & toto titulo. C. de dote cau. non num. vt sic eius partem lucretur, iuxta ea, quæ in casu dotis pro-
3 missæ diximus. Aduerte tamen in hoc, † quod si præcessit instrumentum dotis, & mox subsequatur confessio dotis receptæ, huiusmodi confessio statim prejudicabit, nec etiam vel infra biennium licebit de non numerata dote excipere, vt per Ioan. de Amic. in cons. 136. domina. col. 4. vbi dicit ita se habere communẽ opinionem de hoc. & titulũ de dote cauta non numerata, procedere, vbi non præcessisset instrumẽtum dotis, quo stante idem dicendum est, quod in casu subsequenti. si vero elapsa sunt tempora excipiendi, sicut denegatur exceptio, denegabitur etiam actio petendi dotem, & quidem multo magis. l. 1. §. quod ait. de superfic. l. inuitus. §. cui damus. de regul. iur. quod dicit Ludo. Rom. in d. cõs. 44. ex supra narrato. nu. 1. procedere, nisi ex æquitate canonica aliud videatur, ne quis cũ aliena iactura locupletetẽ. c. locupletari, de reg. iur. in 6. & tunc maritus tenebitur dotem, quam non recepit, restituere, minus tamen ea parte quæ ad virum spectat ex forma præfati statuti de lucro dotis. In secundo casu quando animo donandi confessio emanauit præmoriẽte vxore, quæ reputatur donataria, censetur confessio, vt donatio reuocata. l. cum hic status. §. si ambo. ff. de dona. inter vir. & vxo. & sic nihil restituere tenebitur, secundum Roma. in dicto cons. 44. Si vero vir premoriatur, illa confessio confir
4 mabitur, vt donatio per eius mortem, † quoniam confessio habetur loco traditionis. l. Papinianus. ff. de don. inter vir. & vxor. & hic casus non pertinet ad hoc statutum. In tertio casu disparitas conditionis facit præsumptionem, quod illa cõfessio emanauerit animo donandi, & ideo militant in eo dicta in secundo casu, secundum Rom. in d. cons. 44. Adde tu casum, quando confessio fuit simulata in fraudem forte fisci, vel creditorum, iuxta tradita in l. post contractum. ff. de donat. Et per Doct. alibi passim, prout ipse vt iudex habui in facto. In summa, si confessio dotis receptæ obstringit maritum ad dotem restituendã, puto statutum de lucro dotis procedere, vt dotis confessatæ partem lucretur, & partem restituat maritus, prout alias debet ex forma statuti lucrari. Adde idẽ
5 quod dubitatum fuit, † stante statuto quod mulier habens filios non possit disponere de bonis suis. nisi de quarta parte bonorum, an si mulier dotem vltra quartam partem dederit, & moriatur sine liberis, maritus possit dotẽ lucrari ex dispositione statuti de lucro dotali, an prædictum statutum obstabit? Roland. in quęstio. 105. excitatur. discutit hunc casum, & resoluit pro uero, quod statutum de lucro procedat in hac parte, quia dispositio illius statuti prohibẽtis ei disponere de bonis suis, non comprehendit casum dotis, vt ibi per eum.
6 Secundo † quæro, an hoc statutum procedat in dote præsumpta, vel ficta, & dos præsumpta est, quam lex præsumit ex

conic-

Source : BIU Cujas

coniecturis, vel præsumptionibus, ficta vero, quando lex fingit dotem in certo casu, etiam vbi nulla adesset dotis præsūptio, vel coniectura, vt faciunt quædam statuta Italiæ, & multum differt dos prę̃sumpta a ficta, prout præsumptio differt a fictione, nam præsumptio fundatur in ueritate rei, fictio autem contra veritatem facti inducitur, vt per And. Alcia. in tractatu de prę̃sumpt. in prin. Nihilominus Rui. & aliqui in ista quæstione promiscue vtuntur his terminis, idem in vtraque sentientes, sed facilius firmatur conclusio, quod statutum de lucro dotis procedat in dote præsumpta, quoniam nō refert quodā modo probetur dos, vel per probationes directo, vel per præsumptiones, & indicia indirecte, dos data vere vtroque modo præsupponitur, ideo præfatum statutum locum sibi vendicare in ea debet, ita determinat Rapha. Cuman. in
7 cons. 109. domina Ioan. in primo dub. †nam & præsumptiones habentur pro liquidissimis, & manifestis probationibus, iuxta nota. in l. si tutor. C. de pericu. tutor. Socin. in con. 264. in 2. libro. Alexand. in l. manifeste. ff. de iureiurando. l. si quis locuples. ff. de manumis. testamen. Tiraquel. in l. si vnquam. in versiculo, donationelargitus. nu. 133. C. de reuocan. donatio. nec hic agitur de ipsa probatione, ita, vt dici possit magis requiri veram, quam præsumptā probationem, vt quandoque dubitatum in alijs casibus fuit. Rui. in d. cons. 90. ad ea. nume. 5. vol. 4. Alex. in l. Imperator. de legat. primo. & istam conclusionem, quod statutum de lucro dotis, procedat in dote præsumpta, tenet Rui. in dicto cōs. 90. ad ea. & latissime in consi. 151. viso statuto. per totum, vol. 5. & in cons. 224. pro sequendo, vol. 1. & in cons. 61. nu. 12. lib. 3. & post disputationem ita determinat in l. 1. nu. 107. fol. matrimonio. vbi aliquot allegat. & Bald. in l. nulla. C. de iure dot. Rom. in consil.
13 314. in casu proposito. Curt. in auth. præterea. nu. 13. versic. alium casum. C. vnde vir & vxor. Bald. in consi. 102. mulierē maritus. in fi. vol. 4. alias est sub num. 98. alias. 100. lib. 2. secundum veterem impressionem. Corn. in cons. 254. videtur in hac. nu. 3. vol. 1. Bar. in q. mulier habens amplum. Soc. in
14 consi. 80. præsens consultatio. vol. 4. Pau. Cast. ponit hoc pro absoluto in cons. 61. visis statutis communis Vincentiæ, alias est sub nu. 278. idem Cast. in l. si mulier. ff. sol. mat. Alex. consi. 122. viso processu. nu. 2. nu. 9. vol. 7. & in consil. 142. in fi. statuto, eod. & in consi. 244. circa prin. vol. 5. Cor. in consilio 127. licet in hac. vol. 4. & Curt. Iun. in consi. 154. ad fi. Paris. in cons. 34. vol. 3. Et quamuis ex his aliqui loquantur in ficta dote, tamen id in casu dotis præsumptæ velle, clarum est, nā casus de dote ficta an comprehendatur sub hoc statuto, videtur dubitabilior, quam præcedēs de præsumpta, nam in ficta non præsupponitur aliqua dos a partibus vere data, vel constituta, secus in præsumpta. Nihilominus in ficta quoque idē
8 Doctores determinant, † quoniam (vt opinor) dos al. inducta vera dos est, siquidem factum legis, seu iudicis reputatur factum partium. l. si ob causam. C. de cuictio. nec refert per quem, vel quomodo dos cōstituatur, vel iuducatur, sicut cōtingit in constituto possessorio, per quod quamuis sit fictus modus a lege acquirendi possessionem, vera tñ possessio acquiritur, & non ficta. l. certe. §. 1. de precar. Bar. in l. ab emptione, de pac. Tiraq. late de consti. possessorio, in 2. par. Nec obstat, si dicatur, quod concursus duorum specialium non admittitur. l. 1. C. de dot. promis. & not. per Bar. l. si tibi. in princip. de pac. vbi dicit; quod licet hodie detur actio nudo donationis. l. si quis argentum. §. penultimo. C. de donat. illud habet locum in donatione vera, seu expressa, non autem in tacita, quod dictum multi tenent allegati per Ruin. in dicto cōs. 151. viso statuto. nu. 4. vol. 5. & ꝙ in hoc casu videntur duo specialia concurrere, primum, ꝙ præsumatur, vel fingatur titulus pro dote, contra l. 2. §. circa. ff. de do. excep. secundum, ꝙ maritus dotem lucretur. Nam respondet Ruin. in d. l. 1.
9 nu. 107. in d. cons. 151. nu. 8. † ꝙ quando specialia manant a diuersis fontibus, concursus eorum toleratur. l. singularia. ff. si certum petatur, & ibi Ias. & hic sic contingit, quoniam, ꝙ præsumatur titulus dotis, prouenit ex matrimonio, secundū quod vir lucretur, causatur ab oneribus, quia propter onera matrimonij est inductum lucrum dotis, vt per omnes post glos. in l. si donaturus §. fina. ff. de condic. ob caus. & affert simile ex not. per Bar. Imo & Alexan. in l. si rem aliquam. ff. de acquir. pos. quod si quis conducat rem suam scienter ab ecclesia, tanquam rem ecclesiæ, dominium quasi ex donatione transfertur, & tamē ista sunt duo specialia, quod scilicet ille censeatur tacite donare. Item quod transferatur dominium sine traditione. l. fi. C. de sacrosan. eccle. & dicunt illud esse,
10 quia ex diuerso fonte emanant, nos possumus dicere, † quod sicut vna lex suppletur ex alia. l. quæsitum. & ibi notat. ff. de testib. gl. in l. qui restituere. ff. de rei vendicat. ita statutū vnū suppleatur ex alio. dum ergo vnum statutum uult virum lucrari dotem, debet suppleri ab alio etiam loquente de dote, seu præsumente, & fingente dotem in aliquo casu vltra ius commune, & sic comprehensiue, vnum statutum generale continet aliud, quia vnum statutum interpretatur secundum aliud. Anch. in cons. xciiij. ista domina, & hoc modo euitabitur argumentum de concursu duorum specialium. & ex his stat conclusio, quod statutum de lucro procedit in dote prę̃sumpta, & in ficta. quicquid videatur sensisse Anc. in d. consi. xciiij. de quo non est curandum propter præallegatos, hoc statutum de lucro dotis procedere in casu dotis præsumptę̃, diffuse ostendit Rolan. in q. lxxv. Istam conclusionem non procedere dicit Ruin. in consil. ccxxiiij. nu. 4. volum. 1. quādo
11 †in statuto fit mentio de constituta dote, quod tunc non solum requiritur, quod dos sit vera, sed etiam ipsa dotis constitutio sit vera, & sic non sufficit ficta constitutio, de hoc tamē ipse Rui. in d. cons. ccxxiiij. nu. 6 vers. nec obst. dum dicebatur, dubitat ex alio resoluens casum suum. in cons. autem prę̃allegato 90. ad ea. nu. 4. firmat, quod imo statutum de lucro etiam in hoc casu locum habeat, secundum Cuma. & Cast. allegatos ibi per eum, & tenet Socy. Iun. in cons. 8. lib. 2. vel secundo dicas, hoc statutum de lucro dotis non procedere in dote præsumpta, quando stat aliud statutum disponens, ꝙ. statuta intelligantur ad literam. vt per Ias. in consi. 50. in col.
12 2. lib. 1. Adde † ꝙ quando statutum diceret, quod vir lucretur dotem promissam, nō poterit tunc lucrari dotem tacite a lege constitutam, vt diffuse per Rolan. in q. 76. incip. maritus an lucretur dotem. Et circa statutum fingēs dotem, vt in pluribus locis extare vidi, quod in casu, in quo non fuerit dos constituta, intelligatur pro dote totum ipsius mulieris patrimonium, aliqua hic mihi occurrunt non prætereunda. Pri
13 mo, † quod restringitur ad bona, quæ tempore nuptiarum erant ipsius mulieris, & non extenditur ad bona ex post acquisita, vel prouenta mulieri secundum Ang. in cons. 335. statuto communis Bononiæ. Paris. in cons. 62. nu. 37. volum. 4. & voluit Cur. Iun. in d. cons. 154. Aduertit etiam aliud
14 Ang. in d. cons. 335. † quod si bona nunquam habuit maritus, sed mulier semper ea possedit, nunquam dicentur ea effecta dotalia, quia sine traditione res non efficitur dotalis. l. de diuisione. ff. sol. matrimonio. cum ibi concord. quamuis per huiusmodi statutum dici queat dos constituta, quod multū refert. Fortius tenuit Paris. in dicto cons. 34 statutum, vol. 3. quod quando maritus nihil possedit, vel administrauit de bonis mulieris, sed ipsa mulier omnia administrando possedit, fructus colligendo &c. non censeatur tunc aliqua dos constituta, non obstante præfato statuto, quia illud dicit esse intelligendum, quando aliquid possedisset, vel administrasset, rediगendo illud statutum ad ius commune, sed hoc mihi videtur violare & verba & mentem statuti prædicti, ideo ego ei non
15 assentior. Item aduerte, † quod si statutum dicit, quod vir lucretur dimidium bonorum stabilium vxoris, non lucrabitur tamen vir dimidium pecuniarum paratarum in emptionem prædiorum, vt quam plurimis probat Rolan. in quæst 91 lex.
16 Secundo † declara procedere, quando nullo modo esset dos constituta, scilicet nec tacite, nec expresse, nam si altero modo potest videri constituta, scilicet saltem tacite, vt quando mulier transit ad secunda vota, in quo casu dotem primo viro olim datam videtur secundo tacite dare, secundum iura infra alleganda. dispositio illius statuti debet cessare, quod censeatur totum patrimonium per mulierem datum in dotem, ita consuluit Pau. de Cast. in cons. 61. visis statutis communis Vincentiæ, & in d. l. si mulier. soluto matrimonio. inferendo ad quæstio. de lucro dotis, quod maritus non debeat de toto patrimonio lucrum facere in isto casu, sed de dote data primo viro, & istud consilium allegatur per Ruin. in d. consi. 224. col. 1. & in d. cons. 61. vol. 3. & Socy. in d. consil. 80. ad finem. & mihi hoc placet, & sequitur Roland. in q.
17 79. statuto cauetur. Tertio † dubitatur, an procedat in casu, quando mulier, vel esset minor, vel maior, sed sine certa solennitate statuti non posset aliquem contractum facere, vel quicquam alienare, etiam ex causa dotis, an tunc vigore prædicti statuti, nubendo, aliqua dotis mentione non habita, cēseatur totum eius patrimonium in dotem datum? Istam conclusionem disputauit Socy. in cōsil. 80. præsens consultatio. vol. 4. & post eum Rui. in dicto cons. 61. vol. 3. volentes statutum de solēnitate hniusmodi requisita non extendi ad cō stitutionem dotis a lege tacite inductam, & loquūtur de illa tacita dotis cōstitutione, quæ iuris præsumptione inducitur muliere nubente secundo viro, iuxta l. diuus. ff. de iure dot. & concor. & sequitur Socy. Iun. in cons. 8. lib. 2. & mouentur
18 multis rationibus, & potissime; † quia solennitas alias requisita in contractu, vel alienatione, tunc cessat, & iudicatur superflua, quando iuris dispositione fit, & est necessaria dicta alienatio. Lud. Rom. in cons. 280. præsuppositio. l. 1. §. pen. C. quan. decre. opus non est. l. magis puto. §. si pater. ff. de reb.

cor.

Source : BIU Cujas

cor. qui ſub tut. Socin. in conſi.81.nu.12. & ſeq.vol.3. Iaſ. in l. ſi vnus.§.pactus ne peteret.ff. de pact.Paul. de Caſt.in conſi. 183. in cauſa quæ vertitur coram. Roma.in conſil. 344. & Corn. in conſ. 254.videtur in hac. col.2.nu.7.verſi.4. & vlti. vol. 1. & And. Tiraq. in ll. connub. in glo. 8. De ſon mary. num. 189.verſ. & ſimile. vſq; ad nu. 203. Aduertatur, quod Socyn. & Ruin. recte loquuntur in terminis quæſtionis noſtræ, & in his recte procedit eorum ratio, ſed in terminis,in quibus caſus eorum conſiſtebat, male conſuluerunt,melius ſenſit Corn. in d. conſ.254. conſulens contrarium, nam ſolennitatem ſtatuti,vel iuris,nō requiri, vbi fit a lege alienatio præter hominis volūtatem,& in caſu præallegati ſtatuti veriſſimum eſt. Sed negatur in caſu. d.l.diuus. & concor.dotis conſtitutionem a lege induci: non enim inducit eam abſolute, ſed præſumitur ex voluntate partium ſic tacite conſtitui, vt perpēdit contra eos Corn.in d.cōſ.254.videtur.col.fi. nu. 30. vol.1.tex.in d.l. diuus. ibi, ſecundum volūtatē.& alios,vt ibi per eū.adeo q̄ illa dotis tacita cōſtitutio dici non poſſit legalis, ſed cōuentionalis, ex volūtate partiū per præſumptionē probata, quod aliud eſt, q̄ cū ſtatutum ipsū dotē inducit ēt præter partiū volūtatem,& in dote cōuentionali, q̄ ſit ad eius conſtitutionē neceſſaria ſolennitas requiſita alias in contractibus, vel in alienationib.rerū minorū in tantū, q̄ de ea aliter cōſtituta nō poſſit dotis lucrū deberi,late deducit Rol. de lucro dotis.in q.45.per totā.Et propterea duas facio cōcluſiones in hoc.† Primam in caſu dotis fictæ,& in iſta nō requiritur ſolennitas ſtatuti, iuxta ſuperius dicta, & quia ſtatutū, & lex omnes indifferenter obligat ēt minores, & fœminas. Alex. in conſ. vlt. lib.6.l oēs.C.de præſcrip. 30.vel.40.anner. Barb. in l.2. C. de fund. patrim.lib.11.glo.ī.l.2.C.quæ ſit lon. conſue. & in ſpecie ſtatuti de lucro dotis,q̄ ſub eo cōprehēdatur minor, tradit Campe. in dicto tracta. ſtatu. dot. in q. 11.& Rochus de Cur. in c. fi. in q.14. de conſuet. Alex. in d. conſ. vlt. nu.10.col. pen. vbi dicunt pp id læſionē eū pati,vt de in integrū reſtitui oporteat,dici nō poſſe.Sub ſtatuto igit fingente dotē in certo caſu,cōpręhēdetur minor,vel mulier, quæ aliàs ſine certa ſolēnitate nō pōt cōthahere.& dū Pariſ. in d. conſ. 62.nu.34. vol.4. & Lud.Goz. in conſ.33. nu.24.dicunt contrariū.ſ.ſub p̄dicto ſtatuto minorē non comprehendi, ſeu non ligari, patet idcirco, q̄ contra cōes doctrinas loquuti fuerūt,& eodē mō dico contra Ancha.in d.conſ.94.dū viſus eſt idē velle.Adde,q̄ minor ligetur ſtatuto de lucro dotis, tenuit Rol. in q. 44. & in q. 45. Nec † poteſt tale ſtatutū iniquum videri in hoc,q̄ velit oēs mulieres dotatas eſſe fingendo in omnib. dotem,qm̄ id publicam vtilitatē reſpicit. l. 1. ſol.mar. & ibi not. Et ſi dicatur,q̄ in iniqūum res pōt incidere, quoniam ſi mulier, vel minor amplum matrimonium haberet, ſimpliciter contrahendo matrimoniū,totū fingere tur datum in dotem,vnde nimis læderetur. Reſpondeo, † q̄ nō.id circo nego,quin minor in integrū aduerſus huiuſmodi factum tāquam læſus ſui facilitate poſſit reſtitui, vt dicit Goza. in d.conſ.33.nu.24.& p̄ Bal. nouel.in tract. dot. in 6. part. in priui. 44.Corn. in conſ. 282. num. 57. volu. 1. Lud. Rem. in conſ. 314. in caſu propoſitæ.ad fin. iuxta gloſ. & tradit per Bald.in l.j.C. ſi aduer. dot.l.ex cauſa.§. in dote. ff. de minō. & concor. vt ad cōgruam redigatur inſpecta qualitate perſonarum,& quantitate patrimonij.l. quæro.l. cum poſt. §.j.l. ſiue generalis. ff. de iure dot.l. cum filiæ. de leg.3. vel non nego,ſi non ſit minor,† quin pro læſione contingente vltra dimidiū quod pro dote dari fuiſſet inter eos congruum, ei prouiſum ſit remedio.l.2.C. reſcind.vendi.vt per Doct. ibi, & maximè per Hier. Cagn.& Bal. Nouel.in d.tracta. de dote,in priu. 42. & ſic ceſſat omnis iniquitas, & fauor publicus militat reſpectu etiam minoris. Vnde rectè Rolan.vbi ſupra,in q.46.concludit, dari reſtitutionem in integrū minori aduerſus conſtitutā dotē ſtāte læſione,ſed non aduerſus ſtatutū de lucro dotis: conſtitutā dico dotē fictè, vel expreſſim verè per partes. Secunda eſt concluſio,in dote p̄ſumpta,quæ prouenit ex voluntate.& † in iſto caſu minor, & mulier nubendo non facta mentione de dote,non cenſetur dotem conſtituere, quoniā id non poteſt expreſsè niſi ſeruata iuris, vel ſtatuti ſolennitate, vt per iſtam rationem tenuit Barto. in d.q. mulier habens amplum. & Lud.Ro.in d.conſ.314. Ancha. in d.conſ.94. iſta domina', & enixè tenet id Corn. in d.conſ. 282. circa nu. 46. & nu.57.vol 1.& in conſ. 11. in prin. Bar. in l. ſi cōſtante. nu. 76. in 3. princi.arti.in q.4. & ibi Iaſ. & Moder.ſol.matri. Stepha. Bertran. in conſ.160.& dum loquor de minore in termi nis iuris communis, intellige,quando in bonis ſtabilibus dotem conſtituere. Secus,quando in pecunia dotem diceretur p̄miſiſſet tunc,cū promiſſio minoris carētis curatore teneat ipſo iure,poterit dos tacite cōſtituta videri,vt diffuſiſſime deducens hoc probat Cur. Iun.in conſ.168 lib. 2. Et damantur opinio Soc.in conſ.80.preſens,& Rui.in d.conſ.61.atque manifeſte oſtenditur falſa, dum eā fundant in eo, quod legalis, & nō cōuentionalis conſtitutio dotis ſit,quod eſt falſum, vt dixi.Si ergo conuētionalis eſt,proficiſcens a tacita partiū voluntate,ſequit̄,q̄ quia non habet ſtatuti ſolennitatem neceſſariā,non tenet, quia voluntas tacita ab expreſſa verbis non differt.l. quo enim.l.Paulus. ff. rem rat.habe.l. de quib.& ibi not.ff. de legi.c. dilecti.extra, de appel. & † qui non pōt expreſſe quid velle, id non pōt tacite.l. qui ad certum.ff. loca.l. item quia.ff.de pact. Nec Rui. & Soci. conſultatio defendebat:†quia dare dotem mulieri ſit vtile, q̄ melius tractabitur a viro ſuo,vt dicebat Bar. in d.q. mulier habens. & Calca. in conſ.11.Pro quo facit illud Plauti in Aulularia.ibi.

Non quæ in dotata eſt, ea in poteſtate eſt viri.
Dotatæ mactant & malo, & damno viros.

Nam ad hoc reſpondet Corn.in d.conſ.254.num. 27.& in d. conſ.282.col.fi.vol.1.negando,quia bonorū,quæ dat mulier in dotē,dominium tranſit in maritum.l.doce ancillam.C.de rei vē.& propterea abſurdum eſt dicere,q̄ ſit id mulieri vtile. l.cū de indebito.ff. de proba. & eo ipſo, q̄ ſtatutum requirit ēt in ipſa dotis conſtitutione ſolennitatem, vel ius cōmune in minore qñ dātur immobilia.l.lex quæ tutores.C. de adm. tut.l.in copulandis.& ibi no.C.de nup.l. Titia.ff.de iu.dot. l. prædia. C. de præd. mino. præſupponitur ꝺ̄rium;& fatuum eſt ex hac ratione,reijcere ſolennitatē requiſitā,dū potiſſimè in hoc ipſo ſtatutum, vel lex cōis vult adhiberi datā ſolennitatē,& formam.l.ille aut ille.de leg.3. cum vulg.Nec ēt vrget alterum,q̄ ſtatutū quaſi reſtringens facultatem matrimonij non valeat,dū requirit ēt in dotis conſtitutione ſolennitatē propinquorū,qui poſſunt,nolle conſentire, & ſic mr̄imoniū impedire per indirectū,cum de facili mulieres ſine dote non nubāt,vt Rui. & Soc. dicebāt, ex plurib. allegatis ibi per eos. nā, ut Corn.dicebat, præallegatis conſ.negat hoc:†quia laici pñt ſtatuere, & iudicare ſuper dotē,dūmodo ſtatutum non ſit pœnale, auferens dotem ꝓtrahenti matrimonium, quia pœnis nō coarctatur facultas ꝺ̄hendi matrimonij. l. Titia.de verb.oblig.c.Gemma.de ſponſ.cum concor. & in his terminis loquit̄ Anto.de But. in conſ.36.viſa forma. qui per eos ad hoc allegatur cū alijs ſimilib. quod quidē ceſſat in caſu iſto. nec quia ꝓpinqui poſſint non conſentire dotis cōſtitutioni, impeditur facultas matrimonij, cum poſſint ad iudicē in eorū diſſenſu confugere,qui illud negotium cito expediat,iux. trad. p̄ Alex.in l.ſi cū dotem.§ eo autem tempore.ſol. mat.& in conſ.141.col.2.vol. 5. & And. Tir. in leg. connub. in gl. 8. nu.127.verſ.15.quæro. Volo tamen cogites, ſi cōcluſio Soc. & Rui.poſſet ſuſtineri,qñ dos primo viro cū ſolennitate a ſtatuto requiſita data fuiſſet, † quoniā tacita iſta voluntas mulieris a l.præſumpta,quæ præſumit,mulierem dotem primi viri tacite dare ſecundo viro.d.l. diuus.ff.de iu. dot. & cōcord. poteſt forte inniti in ſolēnitate adhibita in priore dotis cōſtitione,quemadmodum fit in alienatione rei immobilis minoris,nā ſi res immobilis minoris venditur cum debita iuris ſolennitate,& ea venditio effectū nō habet,forte p̄p̄ non pretij ſolutionem, poterit eā tutor ipſe, vel alius abſque nouæ ſolennitatis interuentu emere,vt eſt tex.in l.tutor rerum.& ibi not.p̄ Bar.& omnes.ff.de admi.tutor.idem Bar. in l. pupillus. §. item ipſe tutor.ff.de auth. tuto. & ſequuntur Soc.& Iaſ. in l.1.§.item acquirimus.de acquiren. poſ. quod etiā probatur in l. ſi pupillorū.§. ſi pupillus. ff. de reb. eor. vbi dicitur, q̄ ſi in pignoratione rei minoris ſolennitas requiſita interuenerit creditor poſtea eā rē vēdere pōt,nec eſt neceſſaria ad id noua ſolennitas iuris.ex quo tex. Bal.Bar. & alij ibi inferūt, q̄ ſi data eſt licentia pignorandi rem eccleſiæ,poterit etiā illa res vēdi abſq; noua licentia,& ſolennitate. Hinc † res eccleſiæ ſemel cum debita ſolēnitate in emphyteuſim alienata, ſi ad eā reuertitur,iterū eodē pacto abſque ſolennitate alienari potest. Afflict.in deciſ.Neap.107. in cauſa domini. Alex. in conſ. 38. col. fi. vol.2. Dec.in auth. quirem. C.de ſacroſan. ecc. ſic iſta dotis cōſtitutio poterit ſuſtineri abſque alia ſolennitate, quaſi adhibita in prima dotis cōſtitutione, ſufficiat etiā p̄ ſecūda,& tertia,& vlteriori,quæ cōtingeret fieri,iuxta præallegata,& præſertim,quia vidua indiget maiori dote, q̄ virgo, vt dicit Bal.in d.conſ.102.mulierem.in 4. vol.& propterea eādem dando dotem, quæ cōgrua ei,cū virgo primo nupſit, iudicata fuit,nō pōt lædi,& dici fore neceſſariā ſtatuti ſolēnitatē,ne nimiū p̄ dote cōſtituat, hoc eſt de mente Bal. in conſil. 102. mulierem maritus. verſicu. ſecundo caſu ſecus. volum .4. Vel ſecundo † an procedat, ſi ſolennitas propinquorum interueniſſet in ipſo matrimonio. & Socy. in d. conſil.80. præſens. conatus eſt ex hoc capite deſcendere id. quia ſolennitas adhibita ſuper ipſo contractu principali extenditur ad conſequutiua, ſecundum Bal. in d. l. ſi pupillorum de reb.eo. & glo.magna in l. cum nō ſolum.§.neceſſitate.C.de bon.quæ lib. Ang. in conſi.188. præmitto . gl. in l. 3.

§.ſed

Source : BIU Cujas

§. ſed vtrum, ff. de min. & dotem dicit eſſe conſequutiuum matrimonij, & ſic ad illam extendi ſolemnitatem adhibitam in matrimonio contrahendo. Cor. in d. conſ. 254. nu. 25. vol.
30 1. conſulendo in eodemmet caſu, primo †negat, dotē eſſe cō ſequutiuum matrimonij. affirmans ꝙ imo contractus dotis eſt æque principalis, & ſeparatus a contractu ipſius matrimonij, & in matrimonio contrahendo non requiritur ſolēnitas iuris. l. ſi copulandis. C. de nup. eſt tñ illa neceſſaria, qñ dantur immobilia per minorem, in dotem, iuribus præallegatis, & matrimonium poteſt eſſe ſine dote, vel cum parua dote, quia dos non eſt quid voiforme ad matrimonium, ſecundū Bal. in l. nulla. C. de iure dot. & in d. conſ. 102. mulierem maritus. vol. 4. Secundo dicebat ad id, ꝙ interuentus propinquorum in celebritate nuptiarum non dēt in conſideratione haberi, vt pote, quia tunc nō vocantur ad conſulendum mulieri ſed ad honorandum nuptias, & ad exultandum cum ſponſis, ꝙ imo propinqui debent interuenire, dum tractatur, & concluditur matrimonium, cū tunc agatur de præiudicio, vel re mulieris, alioqui accedentibus poſt peractam rem, nō ſatisfit menti, & verbis ſtatuti. Certe mihi vī Corn. recte dicere cō-
31 tra Soc. in d. conſ. 80. ideo teneas cum eo. Nunc † videamus, qñ videatur tacite dos cōſtituta per mulierem, prēſuppoſito, ꝙ per ſtatutum, vel ius cōe non impediatur mulier dotem quouis modo conſtituere: eſt .n. neceſſariū hoc ſcire ad qōnem, an de bonis mulieris maritus poſſit quicquam lucrari vigore hmōi ſtatuti de lucro dotis, quaſi ſibi pro dote conſtitutis, vel datis. Et in primis dicemus de caſu, quando in alio matrimonio fuiſſet dos data, & ſecundum matrimoniū contrahitur aliqua dotis mentione non habita. Et tūc vī dos prima tacite dari per mulierem ſecundo marito. l. diuus. l. ſi mulier l. dotē. l. poſt diuortium. ff. de iure dot. l. ſi mulier. §. pen. ff. ſol. mat. l. cum maritus. §. Titium. ff. de pact. dot. quæ quidem iura, quamuis hoc non videantur recte probare, Corn. in d. conſ. 254. tñ ſic cōiter intelliguntur, ſecundum eundē, & Caſ. in d. conſ. 81. viſis ſtatutis cōis Vicentiæ. & in d. l. mulier. Bar. in d. l. mulier habens. Cy. in auth. ſed quāuis. nu. 9. C. de rei vxo. act. Cur. in d. auth. præterea. nu. 13. C. vnde vir & vx. Rui. in d. conſ. 61. vol. 3. & in conſ. 137. nu. 5. vol. 4. & in d. l. 1. nu. 110. ff. ſol. mat. Soc. in d. conſi. 80. præſens. nn. 1. & nu. 18. vol. 4. & in conſ. 81. in fi. vol. 3. Lu. Ro. in d. conſ. 314. in caſu propoſitæ. Pariſ. in d. cōſ. 34. vol. 3. & alijs in locis præallegatis. Addit Rol. in q. 75. vbi infert, ꝙ ſtatutum de lucro dotis habeat locum in iſta dote præſumpta, vt ex pluribus ibi per eum. Quod amplia procedere ēt, ſi matrimonium primū fuiſſet inualidum, in quo illa dos fuit cōſtituta, nihilominus repetita in ſecundo videbitur, vt dixit Rui. in conſi. 224. pro ſequendo. nu. 5. vol. 1. quoniam ex actu nullo ēt declaratur voluntas. l. fi. ff. de reb. eo. & ibi not. Id tenet Rol. ex aliquib. in q. 77. quid ſi. Modo declarandum eſt id intelligi, vt eodē modo, quo erat dos data primo viro, intelligatur ſecundo tacite repetita, ita vt ſi in quantitate data fuerat, in quantitate repetita videatur, tametſi ab hæredibus primi viri prædia loco quantitatis in reſtitutione dotis habuerit, niſi tñ eadē prędia ſecundo viro deciſſet, hæc late dicit Cor. in d. conſ. 172.
32 circa. in 4. dub. vol. 1. Ad quod cōſidera viceuerſa, † ꝙ ſi mulier nondū dotem exegit ab hæredibus primi viri, vī ſecundo nubens dare tacite dotem, non illud nomen contra hæredes prædictos ei cōpetens, ſed quantitatē eādem, ſecundum Bal. Nou. in trac. do. in 2. par. in prin. 71. Cor. in d. cōſ. 254. nu. 18. vol. 1. & in conſ. 157. nu. 8. in vol. 1. & incipit, licet. Itē intel-
33 lige, † ꝙ dos matrimonij immediate præcedētis vī repetita, ſi plura matrimonia cū diuerſis dotib. præceſſerūt, vt tenuit Rui. in conſ. 137. col. 3. vol. 4. & in conſ. 56. num. 7. vol. 5. & Pariſ. in d. conſ. 34. ſtatutū. in prin. vol. 3. vbi dicit de hoc ſibi videri tex. in l. Mela. §. j. ff. de ali. & cib. leg. Et ita tenere Bal. Nou. in d. tract. de do. in 6. par. in priu. 71. referēte ſic in facto fuiſſe iudicatū, & cōprobat, tū quia relatio fit ad pxima, tū quia vltimus ſtatus rei inſpicitur, per multa quæ ibi late deducit. Adde, ꝙ idem probat Rol. in q. 78. occurrit. item intelige procedere quo ad ipſam mulierem, ꝙ vī ad ſui præiudicium dare viro dotem primi mariti, vt ea viuente dotē tantā habeat, & de tanta dote lucrū facere queat maritus ad illius præiudicium, iuxta ſtatuti formā, ſed nō ad præiudiciū filiorum prioris matrimonij, quoniā tunc, cum lex vetet, plus in maritum trāsferri de bonis mulieris, q̄ ſit id, quod de eis aliquis filiorū habeat, qui inter eos minus habuerit, non creditē per iſtā tacitā dotis conſtōnem, plus trāsferre uoluiſſe in maritum noīe lucri, quā per legem licuerit, ſecundum Bar. in d. q. mulier habēs amplum patrimoniū. Curt. in auth. p̄terea. nu. 13. C. vnde vir & vx. Alex. in d. conſ. 144. in 5. lib. Ruin. in conſi. 151. viſo. nu. 1. in vol. 5. Et hoc non hēt dubium in terminis, in quib. expreſſim id non potuiſſet per prohibitionē d. l. hac ædictali. Cū nihil releuet voluntas, niſi ptās ēt adſit. Sed hoc eſt intelligendū ēt in terminis alterius ſtatuti, concedentis mulieri facultatē dandi ſecundo viro in præiudiciū filiorū primi matrimonij quicquid ipſa voluiſſet, qñ in præiudicium filiorū non eſt credendū eā dediſſe, ſecundū Iaſ. in cōſi. 50. vol. 1. & Cur. ſen. in conſi. 78. & refert Cur. in d. authē. præterea. nu. 16. & dixi ſupra in quantitate 30. quibus adde hanc rōnem, quia tacitum non extenditur. gl. notā cle. ſepe. in ver. patribus, ad finem. de verb. ſign. Abb. in c. ſi qua cōtra clericum. de foro comp. & in c. quoniā contra. col. fi. de probat. Pau. de Caſt. in l. ſi conuenerit. ante fi. ff. de iuriſd. omn. iud. & in cōſ. 33. viſa appellatio. col. 3. lib. 1. Caſt. in conſi. 234. Rom. in conſ. 133. in propoſito caſu. Iaſ. in l. quæ dotis. in fi. ſol. mat. Dec. in l. 1. C. qui admit. in 4. not. & rub. extra de cōſtitu. Dec. in conſ. 4. 16. teſtamento. col 4. & alibi per Docto. Sed iſta eſt conſtitutio dotis tacita ſecundum iura præallegata, ꝙ ſ. mulier voluerit dare tacite dotem primi viri: ſecūdo ergo non dēt extendi, ꝙ ēt voluerit dare ad præiudiciū filio-
34 rū, quos plus q̄ ſeipſam diligit, attenta & naturæ, & iuris præſumptione. l. iſti quidem. ff. de eo, quod met. cau. & in Auth. vt ſine proh b. matr. deb. & cred. tut. in princip. Item declara, † ꝙ ſi expreſſim promiſit dotem ſecundo viro, ceſſat illa tacita dotis conſtitutio, tum quia nō eſt veriſimile duplicem dotē dare voluiſſe, tum ēt quia expreſſum facit ceſſare tacitum l. fi. C. de pact conuen. ita determinat Corn. in conſ. 157. licet. vol. 1. & hoc eſt verum, quando ipſa mulier promittit ſecundo marito, ſecus ſi eius pater, vel alius, nam tunc incidimus in aliā q. an is promittens cenſeatur aīo cōpenſandi cū dote data primo viro ab eius hæredib. exigēda, & recuperanda promittere, ita vt ſecundus vir habeat quantitatē promiſſam prima dote cōputata, an potius vltra prædictam dotem velit & iſtā promiſſam habere, & ſuper iſta q. reſponderunt Soc. in conſ. 100. ſuper cōtrouerſia. vol. 3. & Cor. in conſ. 102. viſis in cā. vol. 2. ad fauorem mariti, quod vtrunq; debeatur tanq̄ vna dos aucta, excluſa rōne cōpenſandi militantib. contra eā pluribus, coniecturis, & præſumptionibus, de quib. ibi per eos: Et de iſta q. loquit Nico. Boe. citans plures in deci. 137. & Big. de Homo. in conſ. 2. Soc. ſuper dubiis. nu. 16. Guid.
35 Papæ, in q. 375. Vltimo † notandum eſt, ꝙ opus eſt probare plene, dotem primo viro datam fuiſſe, vt ſecundus vir obtineat in iſta tacita dotis conſtitutione nec. n. ſufficit probare, ꝙ primus maritus in ſuo teſtamento legauerit vxori dotes ſuas, quas confiteatur recepiſſe, & ꝙ mulier poſtea aduerſus illius hæredes mandauerit ei actiones ad dictas dotes exigendum, vt in his terminis conſuluit Alexan. in conſi. 122. col. 1. vol. 7. quia dicit, ꝙ legatum, & confeſſio dotis receptæ non probat dotem datā, & præſertim ſi fiat parte abſente, & ideo opus eſt aliter conſtare de debito. Nec releuat, etiā fuiſſe expreſſam certā quantitatem, in quo caſu valet legatum, ēt cōſtito, ꝙ nihil deberetur, vt per Cor. in conſi. 253. viſo proceſſu. col. 3. nu. 6. verſi. circa merita. vol. 3. l. ſi non deſignata. in fi. C. de fal. cau. adiec. quiaid quidem facit, vt iure legari relictum valeat, non vt inde probetur, dotem primo viro fuiſſe datam, & non legatum inducit iſtam tacitam dotis conſtitutionem, ſed veritas facti, ꝙ primo viro certa dos vere fuerit data, & ita procedant leges in hac materia ſuperius allegatę. Adde, ꝙ & pleniſſime probat in terminis noſtris cōcluſionē hanc Rolan. in quæſt. 80. quid ſi vxor. Bald. tamen in conſ. 140. confeſſio viri. lib. 5. in antiquos, tenuit in alio propoſito in vim probationis dotis datæ hmōi cōfeſſionem ſufficere.
36 Secundus † eſt caſus, quando nunquā aliqua dos reperit cōſtituta, vtrū præſumatur dos aliqua cōſtituta marito, qui de dote aliqua non conuenit. & regula eſt contra maritū, impro bata Ariſt. ſnīa, quam refert glo. in l. mulier bona. ff. de iure dot. dum voluit in Topicis, in dubio cēſeri mulierē oīa bona ſua dare in dotē viro ſuo. ita aſſerit Dec. & Curt. in d. authē. præterea. & Bart. in d. q. mulier habens amplum. Socyn. iun. in conſil. 8. lib. 2. & in l. ſi conſtante. vbi Iaſ. & cæteri, ſolu. matrimonio. Laur. Calca. pluribus id tenet in dicto conſilio 11. in 1. & 2. colum. Angel in dicto conſilio 335. ſtatuto communis Bononiæ. Alexand. in conſilio 144. circa primum. colum. 1. vol. 5. & conſilio 142. viſo ſtatuto. libro. 7. & in d. conſil. 121. eod. vol. Corn. in conſi. 127. licet in hac. vol. 4. Dec. in conſi. 521. Lud. Rom. in conſi. 314. Bald. in d. l. nulla. C. de iure dot. & in l. fi. C. de ſenten. quæ ſi cer. Ruin. in conſil. 224. vol. 1. & alibi paſſim p. Doct. Verum ex coniecturis ſæpe aliud iudicatur, & ideo Dec. & Curt. in d. authen. præterea. dixerunt ad hanc regulā plures dari limitationes, & de his nos dicere oportet. Adde, ꝙ Roland. ponit hunc caſum in q. 71. & in ſententiam prædictorum ex pluribus tranſit. Et primo Curt. in d. authen. præterea. num. 13. dicit limitari,
37 † vt ea intelligatur non omnia bona in dotem dediſſe, ſed pro congrua quantitate, & allegat Bal. in d. conſi. 102. mulierem maritus, qui hoc non dicit. niſi concurrentibus alijs in

dicijs,

Source : BIU Cujas

dicijs, præſertim longa poſſeſſione de bonis vt dotalibus, & iſta limitatio nullo modo eſt recipienda, ſecundum Cur.ibi ponderando, quod ſi videretur pro congrua quantitate dos data,ille tex.nunquam locum haberet,quoniam illius authẽ ti.diſpoſitio ſecundum omnes non procedit ſtante congrua dote mulieris & certe iſta limitatio, ſi vera eſſet, deſtrueret præfatam concluſionem,quæ fundatur in ratione, quia matrimonium eſſe poteſt abſque dote etiam muliere habente bona.l.fi.C.de repud.l.ex his.C. de dona.inter vir. & vxor.& alijs multis,de quibus per Lau.Calca.in d. conſil. 11. & Cor. in d. conſi.127.licet,quia dos nõ ſe habet vniformiter ad matrimonium.Bald.in authen.res quæ.C.cõmmu.de leg. & dicto conſi.102.maritus vxorem duxit.Rolan.in q.74. num.9. contra iſtam limitationem videtur tenere, aliquot allegans
38 vt ibi per eum.Secundo†limitatur ex conſuetudine,quoniã ſine dote nubere non ſoleant mulieres,ſed potius omnia bona in dotem dare conſueuerint, vt dicit Cur. in dicta authẽ. præterea,num.13.verſ.limita tertio.Bal.in d.authẽ.res quæ. verſi.ſed nũquid.Alex.in conſ.144.circa primum.nu.2.vol. 5.vbi refert,Bal. ſic ſaluare ſententiam Ariſtotelis.& in conſ. 141.viſo ſtatuto.lib.7.& in cõſ.122.viſo ꝓceſſu.nu.9.eod.vo. Corn.in conſ.127.licet in hac.Et Alex.vbi s.alleg.ad hoc l.excepto.C.de loc.l.quod ſi nolit.§ quia aſſidua.ff.de ædil. edic. l.ſi prius.§.recte placuit.ff.de aqua plu.arc.& ſimilia,quæ ſolent allegari,vt ſecundum conſuetudinẽ videatur initus cõtractus.Sed caue,ꝙ ex hoc ſolo dos non eſſet inducenda,vel iudicandum pro dote,quoniã contractus dotis eſt quid facti & factũ non præſumitur.l.in bello.§.factæ.ff.de cap.& poſtli.
43 reuer.quantumuis illud factum fieri conſuetũ ſit,quoniam non probat hoc eſſe, quod de facili, & frequenter id ab hoc contingit abeſſe,vt dicit Bal.in hac materia in d. conſ. 102.l. non hoc. C. unde legi. & allegata d.l. excepto. & ſimil. procedunt quo ad interpretationem contractus, poſtquam eſt in eſſe deductus:ſed vbi nõ apparet,ꝙ in eſſe fuerit deductus ꝙ præſumatur factus,nulla conſuetudo poteſt id ſuadere, intellige igitur hanc limitationem pro vna leui coniectura,apta ad adiuuãdum alias, ſed per ſe nõ ſufficeret ad ꝓſumendũ dotẽ datã.Aduerte,ꝙ Rolan.in d.q.71.num.11.intelligit, q̃do conſuetudine cenſeretur mulierdotem dediſſe,& in hoc caſu ſicut põt per ſtatutum induci,vt bona ſna dicatur in dotẽ
44 dediſſe,limitatio prædicta eſſet vera, quia ita debet poſſe per cõſuetudinẽ fieri,alias ex eo,ꝙ ſint ſolitæ mulieres dotem da
77 per ſupraſcriptum eximium. †ꝙ ſicut pater non poteſt exonerare ſe a debito naturali dotandi filias. l. qui liberos. ff. de ritu nup. dum viuit, ita nec in vltima voluntate id poſſit ſubiicien do bona ſua fideicommiſſo, & prohibendo expreſſim alienationem, etiam ex cauſa dotis, & quo ad patrem illa auth. res quæ. procedit ex defectu poteſtatis, vt & tenuit Curt. Sen. in conſi. 27. nu. 13. & probatur ibi, dum dicit, id fieri, ſi legitima portio non ſufficiat ad dotem, quaſi velit Imp. ꝙ licet legitimam pater reliquerit, nihilominus ea non ſufficiente poſſit filia etiam contra eius prohibitionem, & voluntatem bona fideicommiſſi pro dote alienare, & iſtam opinionem tenuerunt Iac. de Are. Cyn. Bal. & Sal. in l. voluntas. C. de fideicom. Bar. in d. §. diui. & Sal. in l. fi. de reb. alie. non alien. Alex. in conſi. 56. conſideratis. nu. 3. ver. verum, quia. lib. 1. Rip. in d. §. diui. nu. 9. ver. 2. quærit Bar. & Rui. in d. conſ. 123. nu. 4. vol. 2. & opinio eorum, qui dixerunt, d. authen. res quæ. procedere ex præſumpta teſtatoris voluntate, eſt vera, vel reſpectu extraneorum, vel in caſu, vbi expreſſim in cauſam dotis nō fuiſſet facta prohibitio, quoniam in omnibus teſtantib. militat præſumptio in dubio, ꝙ generali prohibitione noluerint cām dotis comprehendere, & in claris ceſſat illa præſumptio. Sed in vno. ſ. in patre, & aſcendente, non propterea neceſſitas iuris deficit, quia ſubiiciuntur oneri dotandi eius bona, ꝙ non cōtingit in extraneo, & ſic ego d. auth. res quæ. intelligo, quicquid dixerint Iaſ. Cur. & alij in hac materia: Vnde ſequitur, ꝙ maritus non obſtante fideicommiſſo, cum prædicta expreſſa prohibitione poterit luerum dotis facere, quia dos in hoc caſu erit legitime conſtituta, & vt de legitime conſtituta debeť
78 lucrum, iuxta ſtatuti diſpoſitionem. Hic quero, †an hoc ſtatutum de dotis lucro habeat locum in dote filiarum principis copulatarum in ciuitate illi ſubdita? Et Rol. in q. 83. tenet ex plurib. ꝙ non, vt ibi per eum. Idē quo ad ſtatutum ipſius principis de lucro dotis, quod ipſum non obſtringit, vt per eund. in q. 84. Item quæro, an hoc ſtatutum habeat locum in caſtris vaſallorum ſubditorum? & Rol. tenet ꝙ ſic in q. 85. ex multis.
79 vt ibi per eum. Vltimo loco quæro, † an ſtatutum de lucro, qđ vigebat, cum dos data eſt, an vero ſtatutum, qđ poſt dotē fuit cōditum, anteq̄ tñ matrimoniū eſſet ſolutū, & conditio lucrādi dotem extitiſſet, inſpiciatur. Et in terminis reperio determinatum, inſpici oportere ſtatutū tp̄is, quo fuit dos cōſtituta, & non illud, qđ poſtea de nouo conditum fuiſſet, vt per Imo. in c. fi. verſ. tertia eſt ſi ſtatutū diſponit. in fi. col. 8. de cōſti. & poſt eū ibi Fel. in col. 2. verſ. ex iſta ampliatione, & in c. j. col. pen. nu. 31. de ſponſ. & in conſi. 1. erat ſtatutū. nu. 12. & Io. Cro. in l. oēs populi. col. 32. ver. limitatur iſta concluſio, ſi eſſectus. in quib. locis reprehēdunt Bar. contrariū tenentē, in d. l. oēs populi. nu. 47. ver. ecce alia, dicit ſtatutū. Dum Bar. ibi voluit, ſtatutum nouum de lucro dotis cōprehendere dotes ueteres, i. cōſtitutas tp̄e ſtatuti. & mouent prædicti, qm̄ ex contractu dotis datæ a die celebrationis ipſius, ius ortū eſt partib. circa quātitatem de dote reſtituenda, qđ auferre noua lex nō
80 potuit, † qm̄ legis natura eſt, futuris negocijs dare formā, non aūt pr̄eteritis. l. leges. C. de legib. l. per diuerſas. §. fi. C. mand. c. fi. de conſti. quēadmodum & Imperator conſtitutionem. l. vni. C. de rei vxor. act. dixit ibi in fi. ſe facere ſuper his tantum modo dotibus, quæ poſtea darentur, & iſta concluſio ex aliquib. ſimilib. cōprobatur p̄ præfatos Doct. & dubitationē nō habet, præſertim propter clauſulam contractus, in qua dr̄, ꝙ fiat dotis reſtitutio f̄m formam ſtatutorum, nam reſtringitur ad ſtatuta tunc exiſtentia, & non porrigitur ad noua, & futura, de quibus partes nō potuerunt diuinare, ita in terminis ſtatuti de lucro dotis reſpondit Bal. in conſ. 31. ſtatuto. vol. 3. vbi
81 ſubdit, ꝙ † nouum ſtatutum non poteſt diſponere cōtra pacta conuenta, quia eſſet tollere iura naturalia, qđ non licet. §. ſed naturalia, Inſtit. de iu. nat. l. 1. in fi. ff. de do. excep. l. toties. ff. de poll. l. fi. C. ſi cōtra ius vel vtil. & ꝙ ideo, quia dicebat, ꝙ traheretur ad præterita, illud ſtatutum erat iniquū. Et Ange. qui in cōſ. 382. de natura legis. diſputauit iſtam quæſtionem, eam non reſoluens, dicendo eſſe arduam, & difficilem, mihi vī nodum in ſcirpo quæſiuiſſe, & eius difficultates ſic ſubmouentur. Et primo, quod Bar. dicebat, ideo ſtatutū nouum inſpici oportere, quia hoc lucrum prouenit ex morte mulieris, quæ tp̄e noui ſtatuti contigit, id recte negatur, quia immo prouenit ex ipſo contractu dotali, ope etiam ſtatuti, & tunc oritur ius, licet conditionale, qđ non refert. §. ex conditionali, inſti. de verb. obl. l. filiuſ. ff. eo. ti. l. cedere diem. de verb. ſig. Et illud Bar. poteſt procedere, qñ ſtatutū conderetur non ſuper contractu aliquo, ſed ſuper ſola hereditate, & ſucceſſione, vt puta ꝙ vir ſuccederet vxori in tali quota hr̄ditatis. Et ex hoc rñdetur etiam Pau. de Caſt. in conſ. 393. verba appoſita in ſtatuto. in fi. dum tenēdo opinionem Bar. in hoc dixit, ſtatutum nouum in hoc comprehendere dotes antea datas, quia quouſque durat matrimonium, ſuper dote nullum effectū induxit, quia poterat diſſolui morte viri, & tunc non fuiſſet locus lucro dotis, & ꝙ exceptio viro conceſſa contra hæredes mulieris cauſatur morte mulieris, & non ante, & ꝙ ideo ſufficit, mortis tp̄e ſtatutum extare, nam patet ex prædictis, iſta non eſſe vera, ſi quidem ſuper contractu dotis reſtituendæ diſponens alterādo eius obligationē parit ius ſub conditione, quę cum ſit ex præterito in futurum, non poteſt negari, quia ante mortem mulieris effectum dicatur inducere. d. l. cedere diē, & concor. Secūdo dum Ang. in d. conſ. 382. ſcrupuloſe dubitauit, quia ſtatutum verbo futuri tp̄is modi ſubiunctiui vtīť, ibi, ſi dos tradita fuerit &c. ꝙ trahit originem a præterito, gl. in l. tale. §. falſam. de condi. & demonſt. volens ob id inferre, ꝙ ſtatutum poſſit matrimonia iam facta comprehēdere, & ſic
82 de iam traditis, & nuptijs loquatur. nam reſpondeo, † ꝙ vis futuri ſubiūctiui eſt importare futurum cōpletum & perfectū, qđ non facit futurum indicatiui, v. g. ſi dicatur, Si alienaueris, vel ſi alienabis, differētia eſt inter vnum, & aliud futurū, quia in primo requiritur, ꝙ ſit alienatio ꝯpleta, & perfecta ad eius verificationem: in ſecūdo ſecus, quia ſufficit, ꝙ incipiat alienare, f̄m Bar. & alios, in l. filiuſa. §. diui. de leg. j. Corn. in conſ. 276. vol. 1. & hoc mō poteſt ſe habere in ſtatuto loquēte per illa verba, tradita fuerit &c. Qđ, vt ſub nouo ſtatuto comprehendatur, requirat matrimonium completum, & perfecte factum, & dos integre data, ꝙ tñ in futurum poſt d. ſtatutum nouum contrahetur matrimonium, vel dos dabitur, non aūt vt importet, ꝙ de præterito ante d. ſtatutum matrimonium contractum, vel dos data ſub eo comprehēdi debeat, alioqui ſi ita indiſcrete vim præteriti tp̄is ſequamur, dici ēt poſſet, cōprehendere dotes, quarum conditio extitiſſet morte mulieris, quoniam & hæ ſunt de præterito, qđ nemo audeat dicere. Et deciſio de ſtatuto loquente, Bannitos rebāniri, allegata ibi per Ange. non facit ad rem, quoniam ibi conſtabat ſtatutum reſpicere tantum præteritos, quoniam abolitionem reorum pro præteritis criminib. volebat indulgere, ſed non futurorū, qui venirēt in futurum banniendi, nam venia futuri criminis non pōt polliceri. l. ſi vnus. §. illud. ff. de pact. ſed hoc ſtatutum reſpicit futuras dotes, quæ. ſ. in futurū conſtituerent̄, & darentur. Tertio dū inferebat, ſtatutum diſponere ſup̄ reſtitutione dotis faciēda, & ſic ſuper actu futuro, qui cōtingit ſub ſtatuto nouo, & iō comprehendi debere ſub eo. Reſpondetur negando, quia imò, ꝙ aliter teneatur dotem reddere, q̄ die contractus cenſeatur inter partes conuentum, eſt diſponere ſup̄ ipſa obligatione dotis, & ſuper ipſo contractu, alterando obligationis formam, qđ quidem non eſt auſus negare Ange. ibi. Et quāuis Soc. Iun. in conſ. 21. circa propoſitam. in volu. 1. videatur Bar. opinionem ſequi conſulendo in caſu ſuo ſtatutū nouum ad veteres dotes & donata extendi, tñ eſt aduertendum ad duo, ad primum, quatenus tenet, ꝙ dictum Bart. loquitur contra cōem, & minus probabiliter. ad ſecundum, ꝙ in caſu ſuo ſtatutum nouum ex cauſa erat conditum p̄ pr̄eteritas dotes reſtituendas magis, quàm propter futuras, vt ibi Soc. oſtendit, & clare tenor ſtatuti præ ſe ferebat, idq; fuerat ſancitum, quia propter bellum ante ceſſum multi pauperes effecti fuerant, & non poterant dotes olim receptas reſtituere hæredibus mulieris, quod & quandoque ſuper alijs debitis ſtatui, & ordinari vidi, in quo caſu tunc non eſt agendum de voluntate ſtatuti, ſed de eius iuſtitia & validitate, an, & quando ius tertij poſſit tollere, ergo ſecus in dubio, & quando nō ſubeſt ratio, ꝙ iuri contractus voluerit derogare, vel ius tertij auferre abſq; cauſa. Nec etiam obſtat, ꝙ conſulendo dixit Bal. in conſ. 477. punctus. q. li. 4. & in conſ. 94. ſciendum & ſeq. eo. li. 4. dum in hac materia conſulendo, voluit ibi, ad veteres dotes iam datas ſtatutum nouum extēdi. Nā primo dici poteſt illum male conſuluiſſe ibi, prout Angel. & Bar. ubi ſupra. Secūdo, ꝙ caſus Bal. erat diuerſus, quia in caſu ſuo ſtatutum nouū diſponebat, ꝙ filius in dote matris non obſtante pacto cōtrario ſuccederet, & ſic illa ſtatuti diſpoſitio erat quędam ſucceſſio ab inteſtato p̄ mortē matris delata, vt dicit Bal. ibi, iō cōtingēte caſu mortis ſub nouo ſtatuto, videbať ſub eo re

Source : BIU Cujas

ćte comprehendi,quoniam & ſuperius diximus,ꝙ qñ ex ſola morte alicuius defertur ſucceſſio, attenditur ſtatutum, ſub quo mors contingit,ſecus ergo in q.noſtri caſus. Sed ſi fateri verum licet,magis puto,ꝙ male cõſuluerit Bal.q̃ ꝙ eius opinio poſſit ſaluari, quia quatenus illa ſucceſſio redundabat in annullationem pacti dotalis,iam legitime facti ante ſtatutum nouum,non debebat locum habere,vt concluſimus in q.noſtra.ex his quoq; ad Rolan.in q.93.alia. vbi hunc punctum diſputat tenens cum Barto.patet reſponſio(ni fallor)ita clare,vt non ſit opus ei explicite reſpondere. Aduerte tñ, ꝙ quando ante nouum ſtatutum conditio lucrandi dotẽ extitiſſet, ſub ſtatuto nouo minime comprehendi,fatetur Bal.in d.cõſ.477. & in d.conſ.93.viſo,& in conſ.94.ſciendum.& in conſ.95.lib. 4 quia inquit, tollere obligationem iam fundatam eſſet aduerſum naturalem æquitatem, Auth. conſtitutio quæ ex adſcript.& libera nat. in princ. diſtinguit etiam inter ſtatutum emanatum ad correctionem, vel interpretationem primi ſtatuti,item an diſponat ſuper pacto,an non,vel ſuper legis prouiſione,quæ hic proſequi non eſt neceſſe.

GLOS. VI.

In tex.ibi, Hæredibus ipſius mulieris ex teſtamento,vel ab inteſtato, vel alijs, quibus deberet de iure reſtitui.

SVMMARIVM.

1 *Mulier propter dotem a ſucceſſione per ſtatutum excluſa an dos ad dotantem redire debeat & poſſit.*
2 *Dos in caſu reſtitutionis ad quem de iure communi reuertatur.*
3 *Dos,nulla ſtipulatione de ea reddenda interpoſita, ad quem redeat.*
4 *Remiſsio eſt donatio.*
5 *Inſtrumentum producens uidetur omnia in eo contenta approbare.*
6 *Ratihabitio non trahitur retro ad tollendum ius alteri quæſitum.*
7 *Dos iure hæredita an pacti,filijs remanere debeat.*
8 *Actio dotis patri & filiæ communis eſt,exercitium autem eſt patris.*
9 *Patre dotem ſibi reddi ſtipulato, ſi filia ſine liberis prædeceſſerit, ad quem dos reuertatur liberis ſuperſtitibus ea decedente.*
10 *Marito dotis lucrum paciſcente, ſi uxor ſine liberis prędecedat, cui debeat dos defectu conditionis applicari.*
11 *Marito, qui dotem reſtituere iurauerat, hærede ab uxore inſtituto an dos acquiratur non obſtante iuramento.*

PArs dotis, quæ per maritum venit reſtituenda, ad quem ſpectet, ſecundum ius noſtrum municipale eſt clarum, quoniam ſi dos data fuit mulieri, ab his, qui eam ex diſpoſitione iuris,vel ſtatutorum tenebantur dotare,ſtatutum noſtrum ad eam, vel eius hæredem,non obſtante aliquo pacto, vel ſtipulatione contraria ſpectare,& pertinere diſponit.

1 Idem † etiam dicas, quotieſcunq; mulier per ſtatuta excluditur ab aliqua hæreditate propter dotem,tunc enim dotem præcipuam,& ad ſuos hæredes trãſmiſſibilem habere debet, nec poteſt ad patrem vel alium dotantem aliquo pacto redire,vt per Dec.in conſ.106. Socy.in conſ.9.nu.21.& ſeq. lib.1. Iaſ.in l.poſt dotem,nu.89.verſ.limita tamen ea.ſol.mat.Bal.in conſ.49.q.in 2.lib.& in conſ.108.punctus.li.2.Cur.Iu.in conſil.180.num.4.& in conſ.93.nu.9.& alijs pluribus per Cagn.in l.fi.nu.101.verſ.quia tamen ex forma.C.de pactis.Quando datur ab extraneo, qui nullo modo ad eam dotandam tenebatur,ſtatutum noſtrum vult, inſpici tenorem obligationis de reſtituenda dote,& ius commune,ſaluo iure lucrandi marito partem eius iuxta ſtatuti formam.

2 Quid autem † iuris ſit nullo ſtante ſtatuto in terminis iuris communis,conſidera hos,qui ſequuntur caſus.Primus,quando pater ſoli filię dotem reddi ſtipulatur,tunc quia videtur ei dotem donare,& donatio ex cauſa dotis in filiã tenet.l.Pomponius Philadelphus.ff. famil. erciſcun.Iaſ.in d.l.poſt dotem. nu.64.verſ.6.dos,proculdobio dos ad filiam pleno iure pertinebit, vt communiter Doct. velle dicit Iaſ.in d.l.poſt dotem, nu.59.ver.iſtam lect.& nu.99 verſ.circa quintam.& ſequitur Steph.Bert.in conſ.177.in col.2.lib.1.& Cur.Iun.in conſ.180. Idem eſt,ſi filia ipſa ſtipulatur præſente & conſentiente patre dotem ſibi reddi ſecundum Bert.in d.conſ.177.col.2.vbi etiã aduertit aliud eſſe, quod ſoli filiæ reddi dos promittatur, vel filię, in primo caſu vult videri dotem donatam a patre filiæ in omni caſu, & euentu, in ſecundo autem non,ſed tantum, ꝙ dos ei reddatur in caſu, in quo reddi debet de iure, & non ſoletad patrem reuerti. Aduerte, quod Bertran.dictum hoc procedit recte in ſuo caſu, quando mulier ſtipulata eſt ſibi reddi conſentiente patre, ſi maritus præmoreretur, quia reſtricta ad vnum caſum,non compræhendit alios, & ſic nõ poteſt videri donata, alioquin de eius dicto dubito.

3 Secundus eſt † caſus, quando nulla ſtipulatio de reddenda dote pro aliquo intercеſſiſſet, & tunc ſecundum vnam opinionem magis veram, & communem dos indiſtincte ad patrem reuertitur mulieris.l.dos a patre.C.ſol.mat.& ibi glo. & Doc.& in d.l.poſt dotem.ff.eo.Alex.in conſ.115.vetus.lib. 1.& in conſ.77.in cauſa & lite. lib.7. Matth.de Affic. in dec. Neap.236.Pet.Abb.in conſ.115.videtur primo. li. 2. Pileus in q.89.quæritur vtrum.& Soc.in conſ.9.in col.1. li.1.refert iſtã opinionem tenuiſſe,Bal.Io.Accur.Azo.Iac.de Raue.Cy.Bar. & Ang.in locis,de quib.per eum ibi, quamuis ipſe viginti argumentis conatus fuerit probare contrarium. Verum ſecundum alteram opinionem,quæ fuit Martini,ſi extant filij, dos pro eis retinetur,& hæc vſu præualuit,vt per Doct. vbi ſupra. Ex conſuetudine igitur dos pro filiis retinetur ab eodem patre,& non redit ad patrem mulieris dotantem. Quæ quidem conſuetudo in primis declaratur non attendi, niſi in facto ꝓbatum extiterit eam vigere in loco,ſecundum Alex. in præal legatis conſiliis. Secundo ſtricte intelligitur,ſecundum Ale. vbi ſupra.& Iaſ.in d.l.poſt dotem,nu.102.verſi. iſtam conſuetudinem.Soc.iun.in conſ.114.nu.21.verſ.& cum iſta conſuetudo.vol.3.& ideo,ſi matrimonium ſoluatur per mortem viri ſuperſtitibus filiis,& demum mulier vidua moriatur, dos ad patrẽ eius, & non ad filios pertinebit, & dicta conſuetudo ceſſabit in iſto caſu,vt tenuit Soci.iun.in conſ.114.nu.21.præallegato.vbi atteſtatur de cõmuni,& Bal.in conſ.7.Petrus maritauit filiam.li 3.in antiquis.Pet.de Anch.in conſ.349 de iure communi.& Bal.in conſ.349.viſo primo.lib.2.in antiquis. Pau.de Caſt.in conſ.11.viſo dicto libello, & contentis.1.vol. in antiquis.Lud.Goz.in conſ.9.in cauſa Mãtuana.col.2. vbi allegat Bar.Bal.Pau.de Caſt.Fulg. Alex.& Bal.Nouel.in l.poſt dotem.ff.ſol.mat.atteſtando cõem pro iſta parte. & ſequitur Cor.in conſ.340.ꝙ dicta dos.lib.1.& Steph.Bert.in conſ.167. col.fi.lib.2.ubi etiam dicit eam conſuetudinem non extendi ad donationem ꝓp nuptias, & ſic ego in facto obtinui in cauſa vertente coram D.Iudicibus Rotæ ciuitatis Lucenſis,& in terminis quidẽ difficilioribus. Nam filiaſa.ad dotem datam a patre eius viro cum obligatione,ꝙ dicta mulier renunciaret bonis maternis & quibuſcunq; iuribus ei competentib.in bonis paternis,& maternis,quia pater dicebat dare & conſtituere eam dotem d.filię pro d.bonis,& iuribus ei pertinentibus, egerat contra tertium poſſeſſorem bonorũ ſui mariti actione hypothecaria,quia ſolutum erat matrimonium per mortem eius mariti, ego conſului per prædicta, actionem dotis non ſpectare ad filiam,ſed ad eius patrem,& ſic abſq; actione egiſſe,& agere. Mihi fuit dictũ,ꝙ illa dos fuerat data filiæ de bonis maternis,& iuribus ſpectantibus d.filiæ,& ꝙ vir eius renunciauerat dictis bonis, & iuribus nomine ipſius filiæ,vt in inſtrõ dotis conſtitutę, in quo caſu videbatur dos aduẽtitia, iuxta ea,quæ dicit Aym. Crau.in conſ.84.nu. 5.& alia ad hoc per nos allegata,& dos aduentitia procul omni dubio ſpectat ad filiam,& non ad patrem.ſed ad iſta reſpondebam, ꝙ dicta renunciatio nõ fuerat per mulierem ratificata. Nec ex eo, ꝙ fecerat mandatum ad repetẽdum dotem ſimpliciter, & eius procurator petendo dotem produxerat illud inſtrm dotis cõſtitutę,& aliud cu iuſdam partis dotis, quam vir confeſſus fuerat ſe recepiſſe, cenſeri ratificatam dictam renunciationẽ dicebam,qm̃ mãdatum ſimplex ad lites non erat extendendum ad contractum celebrãdum & præſertim ad renunciandũ,&
4 remittendum iura cõpetentia, † quandoquidem remiſſio iuris eſt donatio.Cor.in conſ.284.lib.1.Iaſ.in conſ.249. in lib.4. l.ſi quis obligatione.& ibi Bar.de reg.iur. & donatio nunquã venit in mãdatum.Iaſ.& cæteri in l.præſes.C.de trãſact.l.contra iuris.ff.de pac.cum concord.& maxime quia dos, vt profectitia,mulieri poterat in aliquo caſu deberi,ſecũdum Doct. in d.l.dos a patre.& in d.l.poſt dotẽ.& Pau. de Caſt.in d.cõſi. 11.& in l.2.§.j.ff.eo.ſol.mat.& hic poſſibile erat mulierem voluiſſe dotẽ repetere abſq; eo, ꝙ vllo pacto vellet dictã renunciationem habere, nam ratificatio contractus nõ inducitur, niſi quando factum eſt tale, vt citra illius contractus approbationem fieri minime potuerit.Aym.Crau.in conſ.197.nu. 12.& Rui.in conſ.91.nume.10.lib.1.Et ex hoc inferebatur re-
5 ſponſio ad aliud, † ꝙ licet, qui producit inſtrumẽtum videatur oĩa contenta in inſtrumento fateri eſſe vera, & ea approbare,atq; acceptare.Steph.Bert.in conſ.282.nu.2.lib.1.Tom. Gram.in conſ.89.nu.3.& in deciſ.103.nu.84. Doct. in c.cum venerabilis.de excep.& in c.cũ olim.de cenſi. Itidemq; vtens contractu videatur contractum ratificare, Deci.in conſ.463. vel etiam approbare cum oĩbus ſuis clauſulis, & conditionibus.Curt.Iun.in conſ.146.Lud.Goz.in conſ.15. Gram. vbi ſupra:tñ in hoc caſu nõ poterat iſtud dici, qm̃ ex alio iure vel capite poterat mulier aduerſum hæredes viri, vel eius bonorũ poſſeſſores agere repetendo dotẽ ex iure.ſ.dotis profectitiæ,non aũt aduentitiæ ex cauſa renunciationis prędictæ,vt dixi,& qm̃ ex inſtrõ contractus, quod quis prodocit, ius immediate non quæritur ſed aliunde producenti,contractum non

cenſetur

Source : BIU Cujas

censetur approbare, vt dicit Steph.Bertr. in consil.4.num.28. lib.1.& simile videtur dicere Soc.iun.in cōs.134.nu.67 in lib. 3.quod tunc maxime procedit stante protestatione procuratoris producentis in parte,& partibus, quæ quidem procul omni dubio releuat, quando producit iltrumentum inter alios confectum,secundum omnes, & maxime Fel.in c.1. nu.9.de probatio.Steph.Bertr.in consil.88.nu.3.lib.1.& quomodo ex hmōi productione, & vsu instrorum poterat aliqua induci ratificatio,cum ea spectaret ad rem patris, contra quem minime agebat? nam ex productionis actu non resultat,nisi tacita confessio, Gram.in d.decis.103.nu.85.sed tacita confessio non præiudicat, etiam inter easdem personas in alia causa.Cor.in consil.211.in 3. lib. Gram.in consil. 12. nu.15. Bart.in l.eius qui delatorem. ff. de iure fisci. multo ergo minus releuat respectu alterius in alio iudicio.Fortius confessio vera cum eodem non præiudicat in alio iudicio tendente ad aliū finem.Curt.iun.in consil.41.nu.15.vbi dicit hoc communiter ꝓbari & multo minus quo ad alium nocet,vt est tex. in l.fi.ff.de inter.actio. & quis negabat dicere, in eo casu partes voluisse contractum illum renunciationis ratificare stāte prę terea,ꝙ pater nondum totam dotem soluerat, nam cum pater ex parte sua nondum adimpleuisset contractum dotis constituræ soluendo, non erat ꝙ diceremus filiam voluisse renunciando, vel ratificando renunciationem eius nomine per maritum suum factum ex parte sua adimplere.l.Iulianus. §.offerri.ff.de act.emp.Alex.in l.interdum.§. quod ex naufragio.de acq.pos.Goz.in consil.31.num.4.& in consil.1. Cor.179. lib.1.Soc. in consil. 273. ex hoc itaq; capiebatur præsumptio, ꝙ mulier non intellexisset per illud iudicium motum renunciationem prædictam vllo modo ratificasse, quam ratificando forte plus damni sensisset,quam commodi, quod potuisset ex victoria litis morę reportare. Præterea dicebam nihil releuare, ꝙ mulier censeretur tpe moti iudicij retificasse dictā renunciationem,nam antea per mortem mariti, cum nō dum aliqua ratificatio dictæ renunciationis esset facta, ius & actio ad dotem repetendam aduersus hæredes viri cępit, vt de dote profectitia patri competere,iuxta superius allegata,a quo non potuit ex post auelli,nisi mediāte eius facto,s.cessio
6 né. l. ius nostrum. de regu. iur. † & ratibabitio non trahitur retro ad tollndum ius alteri quæsitum, & dēt in tpe habili fieri re integra, & in eodem statu existente.Lud.Goz.in cōs. 14.nu.7.Aym.Crau.in cōs.5.nu.17.Ale.in consil.110.li.1.& in consil.71.lib.5.Dec.in consil.480.Rui.in plurib.consiliis.l.bonorum.ff.rem ratam habere.vnde concludebam.nullam extare ratificationem, vel existētē,non releuare,vt extra tempus factam. Nec ex sola patris destinatione dicentis se constituere dotem de bonis & iuribus competentib. filiæ dos potuit effici aduentitia, quia non verbo, de re talis efficitur.l. si forte.ff.de cast. pec.l.si donatione. C.de collat.Re enim vera bona aliqua filiæ tunc non extabant, de quibus potuisset dicere dotem ei constituere,iuxta l.fi.C.de dotis promissio.& iuribus,quæ ad futuras successiones,seu hæreditates paternas ei, vt filiæ competebant, non fuerat(vt diximus)renunciatum, ideo dos prædicta remanebat in terminis & iure dotis,dotis inquam profectitiæ, quæ ad patrem,moriente viro,debet redire, non obstante prædicta consuetudine Martini, quæ in hoc casu limitatur secundum Doctor. in locis præallegatis, vt per Stephanum Bert.in d.consil.67.viso,lib.2.vbi dicit hoc communiter probari, & ita fuisse Bononiæ per octo Docto. decisum. & limitat, nisi etiam in loco esset ex consuetudine seruatum,ꝙ in casu viduæ morientis dos remaneret filijs, qđ tamen in libello deducere,& postea ꝓbare in facto dicit opus esse,alioqui illa consuetudo nō attendetur. Idem si filia moriatur in secundo matrimonio stantibus filijs ex primo, nam cessabit consuetudo prædicta, seruaburq; altera opinio, ꝙ dos ad patrem mulieris reuertatur,vt per Ias.Bar.& alios in d. l.post dotē.Soc.Iun.in d.consil.114.Ballin consil.198.Matthęus de Sermona,li.1.in antiquis.& Steph.Bertr.in consil.149.lib.2. vbi atteſtatur in hoc de cōi.a qua in iudicando,vel consulendo non sit recedendum.Item non procedit,si filij paulo post mulierem decesserint secundū Soc. Iun.in d.consil.115.col.3. sed contrariū voluit Bal.in consil.255.verba instrumenti.2.lib. in antiquis.Item,secundum eundem,cessat,si dos non fuit soluta,sed duntaxat promissa, secundū eundem Soc.in d.consil. 114.sed ipse prius contrarium consuluerat in consil.35.li.1. Itē
7 declara,† ꝙ, quando remanet dos pro filijs, debet eis remanere non iure pacti, sed hæreditario, quatenus sint hæredes matris ab inteſtato, vel ex teſtato, si effecta sui iuris illud fecisset,filios hæredes instituendo, secundum Matthæum de Afflict.in decis.236.Petr.& Alex.in consil.præalle.Bal.in consil. 273.quia maritus, li.1.in nouis.& in l.pro hæreditariis,nu.11. C.de hęre.act.Bar.& Cast.& Alex.in l.si cum dotem.in prin. solu.mat. Huic rei videtur refragari,quod cōmuniter dicunt Doct.in ea conclusione,an dos materna imputetur in legitimam nepotibus,qui eam de bonis aui materni peterent. aliqui voluerunt, ꝙ non tenerentur dotem imputare in legitimam prædictam, quia habent eam a matre vt eius hæredes: sed pleriq; tenent contrarium,ꝙ.s.dotem non habeant,tanquam quid hæreditarium,vt hęredes matris,sed in vim consuetudinis, quæ ab auo materno dotem aufert immediate dando nepotibus,& propterea debeant eam sibi in legitimā imputare,vt tenuit Bertr.in consil.138.nu.4.vers.ad tertium quæsitum.vbi quā plures ad hoc citat, & in consil.142.viso. & in consil.177.volu.1.Curt.Iun.in consil.180 vol.2.Bar.tin consil. 183.Gilbertus.& in l.in quartam.ad leg.Falcidiami& ibi Pau. de Mon.Pico. Paul.Alex.Roma.& alij in l.illam.C.de collat. Alexan.in consil.24.visis.volum.1. Barb.in consil.40.illud 2.lib. Ancha.in consil.49.visis.Dec.in consil.81.Castr.in consil.124. dubia.de quibus & alij,vt ibi per eos. videtur ergo secūdum communem,quod dos non remaneat nepotibus,vt hæredibus nostris.Quomodo igitur intelligemus dictum superius? & cogita si dici potest, ꝙ procedit in casu factæ stipulationis per patrem,si mulier decesserit sine liberis, sibi dotem restitui, tunc in casu contrario existentiæ filiorum tacite videtur dotem stipulari filiæ,& non nepotibus,vel filiæ marito, vt dicemus infra,& dicit Bertr. in consil.138.nume.6.vers.3.& vlti. colum 6. libro. 1.aduertens, quod censetur concepta tacita stipulatio pro filia, vnde ad eius liberos transmittitur dos tam quam eius hæredes, & per consequens in legitimam sibi debitam in bonis aui paterni, qui ab eo non censentur eam habere immediate, scilicet a matre. Nam quotiescunque filij vt hæredes matris habent,quod contingere potest, vel si per stipulationem expressam,vel tacitam,vel per donationē, vel per statuti dispositionem pleno iure spectasset dos ad filiam,vel si alio modo fuisset illi debita, volunt præfati consulentes imputationem huiusmodi minime esse faciendā.quando autem aliquo ex prædictis modis dos non fuit filiæ debita ex eo solo, ꝙ consulendo deferat dotem ad filios eius,in uno casu non censetur ad illos deferre vt hæredes matris, quoniā vt ipsi in locis prędallegatis dicunt,filia non habet in dote hæredem,nec ad eam dicitur pleno iure pertinuisse, sed ad eius patrem,qui eam iure peculii, vt profectitij vendicat.l.1.& 2. ff.de cast. pecul.& aliis per Cur.Iun.in d.consil. 180.nu.3.& sic possunt concordari authoritates præfatę,ꝙ quando filij accipiunt ex sola cōsuetudine prędata dotem maternam,eius hęredes esse non oporteat,secus in alijs casibus, quando ex taci ta vel expressa stipulatione, vel ex alia causa dos pertinuisset ad mulierem. Prædicta ergo procedunt nulla stante stipula-
8 tione,† quoniam de iure communi actio dotis efficitur filiæ & patri cōmunis,sed exercitium est ipsius patris, vt per Cast. in l.2.§.1.soluto matrimonio,& ibi Rip.& mortuæ filiæ consolidatur actio in patre, vel etiam econuerso mortuo patre consolidatur actio in filia, vt dicit Bal. in d.consil.349.viso.1. lib.2. Cum autem interuenit stipulatio, si pater est stipulatus sibi reddi dotem,intelligitur tamen prout de iure communi, adeo, vt & consuetudini locus erit in suo casu, quia de iure cōi dos redit ad patrem, & nihilominus consuetudo prædicta locum hēt.Calder.in consil.474.sub rub.de dona.inter vir. & vxo.Bal.in d.consil.273.quia maritus. lib.1.in nouis.Ias.in d. l.post dotem.nu.100.ver.item d.consuetudo.Itē si stipulatus esset sibi mulieri,vel ei,cuius,vel casus dederit &c.vt ꝓ Bert. in d.consil.138.& Socy.in d.consil.9. Curt.Iun.in d.consil.180. & Dec.in consil.181.& Bal.in consil.255.verba instrumenti.in 2.li. in antiquis.& in consil.206.de iure cōi,in 4.li.in antiquis,& per Bertr.in d.consil.177.Corn.in d.consil.270.placet.li.3.Lup.in d. d.rub.de don.inter vir.& vxo.in princ.num.2.Bal.in l.constitutionis.C.de bo.quæ lib.Idem tradit Bert.quando consuetudo esset aliquo non mutato in statutum redacta, vt per eum vbi supra,& in d.consil.138.nu.6.vers. & considerandum.facit differētiam,an pr̄ sibi, vel filiæ &c. in cuentū soluti matrimonij,an in casu restituendæ dotis,in 1.casu vult censeri derogatum per hmōi stipulationem consuetudini iam dictæ,de qua per gl.in d.l.dos a patre.secus in 2. ꝙ nō videatur per eā recessum a consuetudine prædicta. Tertius est casus,quando fit in stipulatione cōmemoratio filiorum, tunc si pr̄ stipulatur sibi dotem reddi in casu existētium filiorum, nulla est dubitatio, quin in eo casu dos ad eū reuerti debeat,vt dicit Bal.in d.cōs. 349.viso 1.lib.2.in antiquis.Si vero de filijs fit mētio sub conditione stipulationis, vtquia pater stipulatur dotē sibi reddi, si mulier prædecesserit sine filijs, & sic casus reputatur difficilis,an pręmoriēte muliere filijs superstitib. dos ad filios mulieris hæredes pertineat, vel cedat marito, seu ad dotantē redeat.Vna est opi.Docto.ꝙ in hoc casu cedat lucro mariti,per tex.in l.inter socerum.§.cum inter.ff.de pact.dot.dū ibi dicit, ꝙ si maritus socero promittat dotē restituere, si mulier prædecesserit sine liberis,dos extantib.liberis retinet.& in §.præ-

Source : BIU Cujas

ceden.patet,ꝙ pro filia dos retineatur in totum, ēt ꝙ in totū non fuerit hęres matris, & ſic iure pacti videtur in iſto caſu dos pertinere ad filios, & per cōſequens marito eorum patri dos cedit. Iſtam opinionem Dy.Cy.Bal.Ang.& Imo.tenuiſſe refert Alex. in l.ſi cum dotem.nu. 16.ver. & hęc faciunt ad q. Contrariū tenuerunt Bar.ibi nu.9.ver.oppono extra gl. & in conſ.130.pater dedit,& eam tenuiſſe Cy.conſulendo, & Iac. de Belu.& Old.ibi refert & ſequitur Paul.de Caſt. atteſtando hanc eſſe cōem in d.l.ſi cum dotem. & ibi Alex.& pro ea conſuluit Bal.in conſ.477.punctus.col. 2.nu.6.ver.vnde ſi arg.volu.4.& in d.conſ.273.quia maritus.li. 1.& in d.l.pro hęreditarijs.nu.10.C.de hęre.act.Rui.in conſ.132.nu. 11.ver.nec obſtat ꝙ verbum.vol.2.vbi dicit ita communiter probatum per tex.in d.l.ſi cum dotē. vbi pater ſtupulatus in vnū caſum ſibi dotem,in alium non expreſſum vī filiæ donare actionem de dote.Idem in extraneo ſtipulante præſumitur,argumento l. vnicæ §.accedit. C.de rei vxo.act.l.ſeruo.§.ſi teſtator. de leg. 1.in hoc ergo caſu pater, vel extraneus ſtipulans ſibi dotē reſtitui filijs non exiſtentibus in alio.ſ.exiſtentiæ filiorū,vī mulieri donare,non aūt filijs mulieris,ad quos,cum nondū nati fuiſſent,affectionē habuiſſe nō preſumitur.l.qui filiab.de leg. 1.Et rñdit Bart.ad d.§.cum inter. dupliciter, primo procedit vel ꝙa expreſſim in eo caſu maritus ſibi ſtipulatus fuerat, vel ſecundo, ꝙ ibi retinet pro filijs, tanq̄ matris ſuæ hæredibus. Pro quo facit,quod dicit Bal.in d.conſ. 273. quia maritus.li.1. vbi aduertit,ꝙ tex.in d.§.cū inter.haud loquitur de lucrādo, ſed retinēdo,quod aliud eſt. Nec.n.iure pacti ad filios mulieris potuit pertinere, cum in cōditione ſtipulationis tm̄ eſſent poſiti.l.Lucius.la 2.ff.de hære.inſti. vbi ſi teſtator grauat hęredem morientē ſine liberis alteri reſtituere,filij ſi exiſtant non cēſentur non grauati ad fideicommiſſum, ſed remanet in poteſtate grauati,an filijs velit relinquere,vel non,ſic in iſto caſu eſt in poteſtate mulieris,filijs ſuis dotem relinquere,ita arguit Bar. Alex. & cæteri vbi ſupra. concord allegātes.& dicit Bal.in d.conſ.477.punctus.vol.4.nu.7.ꝙ dos mulieri in eo caſu videtur donata ꝓp liberos.l. Arethuſa. ff.de ſtatu hominū. & in iſta materia Bal. in d.conſ. 273. repilogat quatuor caſus. Primus eſt,qñ maritus expreſſim ſtipulatur pro liberis: & tūc dos iure pacti pertinebit ad liberos, etiam ꝙ nō ſint hæredes matris.d.l.inter ſocerum.§.1.Secundus, quando maritus ſtipulatur pro ſe, & tunc ipſe lucrabitur ſalua filijs querela inofficioſæ dotis.l.1.C.de inoffic.dot.Tertius eſt,quando aliquid non ſtipulatur, ſed ſimpliciter promittit reddere dotem filijs non extantibus,& iſte caſus eſt is,de quo loquimur.Quartus eſt, quando in promiſſione dotis reſtituendæ non eſt facta aliqua mentio liberorum,& iſte deciditur ſm no. in d.l.dos a patre.& ea,quæ paulo ante diximus.Limita aūt concluſionē Bart.præfatam, qñ pater, vel extraneus ſtipularet in caſu mulieris ſine filijs decedentis, dotē reſtitui non ſibi,ſed mulieri, ſeu eius hęredibus,tūc ſtantib.liberis nō vī ipſi mulieri,ſtipulari & acquirere voluiſſe,ꝙa diſpoſitio reſtricta ad vnu caſum excludit caſum expreſſo contrariū.l.pater nubēti.C.de colla. vī idcirco actū,ꝙ acquiratur liberis iure pacti.l.inter ſocerū. §.1.ff.de pact.dot. l.ſi filia. ff.de diuort. vel marito, ita limitat Bal.in d.l.pro hęreditarijs.nu.10.ver.interdum ille,& in auth. ſed & ſi quis.C.de ſecun.nup. Caſt.& Alex.in d.l.ſi cum dotē. vbi prius Alex.arguit contra, quia argumentum a contrario ſenſu nō habet locum, quando in cōtrario ſenſu reſultat contraria rō.l.apud antiquos. C. de furt.l.extraneus.ff. de condictione ob cauſ. Sed in caſu omiſſo non militat contraria ratio,ſed imo eadē,ꝙa etiā tunc filijs,ſtātibus videtur ꝙ potius mulieri, q̄ liberis agnotis dotē aquiri voluerit, ſed hoc non obſtāte Alex.ſtat in ea limitatione, quia ad virū pertinet alere filios.l.ſi quis a liberis.ff.de liber agnoſ.Alio ēt modo limitat, quādo extraneo dotē reddi pater eēt ſtipulatus in caſum mulieris decedētis ſine liberis. tunc vī in caſu exiſtētiæ filiorum ſibi voluiſſe dotem redi,ne dicamus in oē caſum a ſe ab dicaſſe ius repetēdi dotē,ita intelligit rex.in l.Bebius Marcellus.ff.de pac.dotali.Aliud eſt in caſu,quādo nō pater, vel extraneus, ſed ipſa mulier daret dotē, & ſibi eā reddi ſtipularetur ſol.matrimonio ſine filijs, & tunc vī non marito donare, ſed ipſius liberis,adeo ꝙ de dote mulier nō poterit teſtari,vel de ea diſponere,ꝙa donatio ꝑfecta nō irritatur.l. Ariſto,ff.de donat.§.ꝑficiuntur. Inſtit.eo.Sed Alex.vult,quod tunc marito,& nō filijs cenſeat acquiri,quia filij ſunt poſiti in conditione,d.l.Lucius. & alijs per eū allegatis ibi, arguendo a contrario ſenſu,ſecundum Doct.in d.l.ſi cū dotē, & in d.l. inter ſocerū.§. cū inter.quod procedit in contractib. ſecundum eos. Quicquid ſit,in hoc nō puto elaborandum, qm̄ idē pene reſultat,quū,ſi vir lucret pacti vigore dotē,& tranſeundo ad ſecunda vota illud lucrum ꝑdet, & reſeruare tenebit filijs, vt ꝑ Rip.in l.2.nu.20.verſ.adde etiam ꝙ ſi maritus.ſol.matrim.vbi ad hoc plures Doct.alleg.ſi vero filij eiuſdem pacti vigore lucratur dotē maternā,in effectu non niſi poſt patrē dotē habebunt, quia dum viuit, tanq̄ in re aduentitia hēt vſumfructū. l.fi.C. de bo.quæ lib.l.1.per totum.C.de bo.mat. Quartus eſt 10 caſus,† qñ maritus facit pactum de lucrando dotē, moriente muliere ſine filijs,tunc a contrario ſenſu filijs extantibus non lucrabit dotem, ſed non propterea filijs dos applicabitur,niſi mulier illis voluerit relinquere,ita tradit Pau.de Caſt.in d.l.ſi cum dotē.in fi.in princ.& in conſ.356 ſupraſcriptus dñs conſultor.& Cur. Iun.in conſ.93.qm̄ arg.a contrario ſenſu nō ſumitur,niſi ad limites verborū,ſecundum Dec.in conſ.386.& in conſ.402.& ita in iſto propoſito aduertit Bal.in d.cōſ.477. punctus.nu.7.quin fortius ſi ſtantib. liberis vir deberet lucrari,diſpoſitio illa plus non operaretur in ſenſu directo,q̄ in cōtrario,quod eſt abſurdum ſm Cur. Iu.qui tñ ex alia iuris concluſione vult ibi,nu.7.ꝙ dos in iſto caſu pertineat ad filios,ꝙa quotieſcunq; viro aufertur contemplatione alterius,illi lucrū applicatur ablatum,per ea,quæ ibi ipſe allegat. Sed mihi hoc non placet, qm̄ nec contemplatione filiorum hoc lucrū auferri,ſed maritum illud non facere, debemus dicere,ꝓp defectum conditionis lucrandi. Et reperio Soc.Iun.in conſ.27.licet.vol.1.plene cōſulendo tenuiſſe in hoc caſu,ꝙ nec vir,nec filij dotem lucrantur,ſed ꝙ mulier poteſt de ea teſtari,vbi inter alia rñdit rationi,de qua per Rui.in conſ.8.in 2.lib.ꝙ.ſ.lucrum hoc dotis deferatur ꝓp onera, quæ & maiora ſint ſtantibus filijs,& nos diximus ſupra in 5. glo.in prin. Amplia hoc procedere nedum qñ filij ſunt duntaxat poſiti in conditione lucrandi,verum ēt qñ ſtatutum adderet,ꝙ filij in dote ſuccedant, quoniam nihilominus dotem nō habebunt, niſi quatenus fuerint hęredes,quia ſtatutum prędictum vī illis reſeruare tantum ius ſuccedendi ab inteſtato, non autem velle mulierem priuare facultate teſtandi de dote, ſi quidem ſatis eſſe debeat,ꝙ ſtatutum eam grauauerit conditione illa lucrandi pro marito appoſita,& præſertim in ſtatuto cōtinente materiam ſtrictā,& exorbitantem,ita tradit Pau.de Caſ.in d.l.cum dotem.in fi.princ.& in conſ.82.& in hoc negocio tria.vbi refert illud conſiliū fuiſſe ſubſcriptū a magnis Doctorib.Peruſij,Paduæ,& Bononiæ,& ſic fuiſſe obtentum ſine litigio,& ꝙ propterea Florentini addiderunt ſtatuto,ſuper quo iſte caſus contingerat,ꝙ mulier de dote teſtari nō poſſet,& hoc conſulendo poſtq̄ ad partes id diſputauit,tenuit Raph. Cu.in conſ. 48.ſtatutū Florentiæ, vbi meminit de dicta Caſt. opi.& Hier. Cagno.in d.l.fi.nu.100.verſ.vidi per celeberrimos.C.de pact. vbi inter alios citat Ial.in conſ.127. lib.1. & Ruin.ſequitur in conſ.127.nu.8.vol.2.& in conſ.8.col.2.eo.vol.2.pro hoc facit dictū Lap.in alleg.129.de conuer.coniu. ver.itē lex municipalis.vbi dicit, ꝙ ſi ſtatutum dixerit, ꝙ frater fratri ſuccedat,intelligitur id ab inteſtato, quoniam odioſum, & valde iniquū eſt homini auferre facultatem teſtādi, vt per Ial.in l.ex facto. col.2.de vulg.& pupi.l.1.C.de ſacroſan.eccl.l.1.§.fi.ff.ſi quis a par.man.fue. Aliud dicunt eſſe prędallegati Doct.quādo ſtatutum per iſtud verbum,ſuccedat,non loqueretur,ſed per alia verba,vt puta,pertineat,lucretur,& ſimilia,quę nequeunt ad ius ſucceſſionis.& hæreditatis trahi,ſeu referri,vt per Caſt.in d.conſ. 439.pro declaratione eius. Ial.in d.conſ.127.cōſuluit in caſu ſtatuti loquentis per verbum,conſeruet, non faciens differentiā inter iſtud uerbum,& verbum ſuccedit,quod mihi non placet,niſi ex alio,vt in caſu ſuo conſultatio hmōi defendatur.Hinc Rol.in q.82.quæritur,pluribus rationib.oſtenditq; de lucro dotis vxorem non poſſe teſtari in præiudicium viri,& allegat plures authoritates,ſubijcio aliam præfati Rol. q.92.an ſtatutum de lucro procedat, ſolum in caſu inopiæ viri,& dic ſecundum eum ibi, ꝙ indiſtincte procedit. Diuerſus eſt caſus,quando diceret ſtatutum, ꝙ mulier non habens filios poſſit de dote teſtari,& cuicunque relinquere:nam a cōtrario ſenſu videtur ſtatutum velle, ꝙ ſi habet filios,de ea teſtari nequeat,alias ſtatutū eſſet ſuperfluū,& deriſoriū, vt plurib.conſuluit Anch.in conſ.214.pro iſta parte.Et ex his infert Hiero.Cagno.in d.l.fin.nume.100.C de pact. ad quæſtionem 11 †quando mulier hæredem maritum ſuum feciſſet, ꝙ dotē ēt poterit habere ēt ꝙ iuramento promiſiſſet illam reſtituere. quia illa obligatio iurata eſt reſtricta ad caſum reſtituendæ dotis,ſed iſte talis non eſt:ergo non compræhenditur ſub ea, vt dicebat Bal.in conſi.273.quia maritus,col.2. lib. 1. etenim illa promiſſio intelligitur reb. ſic ſtantib. l.quod ſeruus. ff. de cond.ob cau.l.fi.ff.qui ſatiſd.cog.Si autem per ſtatutum videretur mulieri ſublata teſtandi poteſtas,tunc ſecus eſſet,vt inquit Cagn.ibi loquens de ſtatuto diſponente, ꝙ dos pro dimidia reſtitueretur agnatis, quia illud verbum non refertur ad ius hæreditarium,vt dixi ſuperius.Poteſtatem enim auferens huiuſmodi ſtatutum,facit vt eius teſtamentum, ſeu diſpoſitio nihil valeat ſecundum Rui.in d.conſi.8.in prin.volu. 2.& Caſt.in conſ.439. Abba.in conſi.115.videtur primo,lib.2.vbi loquitur de ſpuria,quæ de ſua dote non poteſt teſtari.

GLOS.

Source : BIU Cujas

GLOS. XII.

In textu ibi, Expenſę autem funeris.

SVMMARIVM.

1 *Funeris impenſa pro rata de dote & reliquo mulieris patrimonio deducenda.*
2 *Funeris onus, ad quem ſpectet.*

1 FVneris † in ſepelienda vxore impenſę ante omnia deducũtur, ſecundum ſtatutum noſtrũ, de toto dotis cumulo, ſed expreſſim non diſponitur, quid faciendum ſit, quãdo alia bona mulieris ſupra dotem extarent, an omni impenſa funeris etiam tunc ad dotem pertineat, ſeu de ipſa dote ſit tota deducenda, mihi videtur iſte caſus omiſſus, & ſecundum iuris communis diſpoſitionem decidendus, ſecundum quam pro rata bonorum fit diuiſio impenſæ, vt ſi valoris cẽtum ſit dos, & totidem reliquum mulieris patrimonium ꝑ dimidio dos ſuſtinebit funeris impenſam, & alterum, dimidium ad bona non dotalia ſpectabit. l. ſi pro rata. ff. de relig. & ſump. fun. l. Neratius. §. ſi maritus. eo. titu. Alexan. in conſ. 122. viſo. in fi. vol. 7. Caſſa. in conſue. Bur. in rub. 4. §. 9. verſ. Frais funeraulx. Nic. Boer. in deciſione 244. nu. 9. Bal. in l. licet. C. de iure dot. Alexan. conſi. 201. nu. 14. volum. 6. Soc. in conſ. 33. nu. 17. vol. 1. Bar. Pau. de Caſt. Alexan. in l. filia. ff. ſol. matrimonio. & ſic Docto. dicunt communiter, ꝙ impenſa funeris partim pertinet ad hæredes mulieris, partim ad maritum, qui dotem lucratur pro rata bonorum, idem tradit Rolandus in q. 90. quæritur. Nec dicatur, ꝙ ſtatutum dicit de dote eſſe deducendã impensã funeris, ergo non de bonis hæreditatis non dotalib. arg. l. ſi ſeruum. §. non dixit prætor. ff. de acqui. hær. nam & Iu recon. reſpondit, actionem funerariam in eum dari, ad quem dos peruenit. l. in eum, cum trib. ll. ſeq. ff. de relig. & ſump. fun. & nihilominus illud intelligitur, niſi alia bona præter dotem ſuperſint. d. l. pro rata. Sic in iſto caſu ſtatuti. & tanto magis, quia idem dicit ſtatutum de toto dotis cumulo deduci &c. intelligit loqui in eo caſu reſpectu partium dotis, non autem alio reſpectu, partes enim prædicantur de toto. l. in toto. & ibi no. de reg. iur. ergo non intelligit loqui reſpectu aliorum bonorum, & in caſu, in quo alia bona exiſterent, remanet igitur is caſus, ſi de eo non loquitur, in diſpoſitione iuris cõis
2 ſuperius dicta. Onus † enim funeris ſpectat in primis ad bona defunctæ ꝑſonæ, adeo ꝙ ſi maritus de dote nihil lucraretur, nequaquam ad illud teneretur. d. l. ꝙ ſi nulla. d. l. Neratius. & concor. niſi in defectum, ꝙ nõ extarẽt hæredes, tunc ad expẽſas funeris tenetur inquantum facere poteſt, ne in eius iniuriam corpus quondam vxoris ſuæ inſepultum relinquatur, ait Iureconſul. in d. l. ꝙ ſi nulla. Fallit hoc quando poſt diuortium mulier alii nupta decederet, quoniam licet prior vir lucretur dotem, tamen ad alium funeris impenſa pertinebit. l. ſi mulier. ff. eo. Quod dixmus, virum dotem non lucrantem, ad funeris impenſam non teneri, intellige id, vt de proprio ære non ſit obligatus, nam de dote, quam eſt reſtituturus, ſoluit interim, ratione nõ habita, ꝙ dilationem iuris habeat ad dotem reſtituendam, vt dicunt Doc. in d. l. ſi filia. ſol. mat. De quib. bonis ſit funerandus prælatus, an ſumptib. hæredum, an vero eccleſiarum, & beneficiorum, quæ habebat, ita ꝙ ſucceſſor in illis eccleſiis, ſeu beneficiis ad illos teneatur, vide plene per Decium conſil. 157. per totum & Anton. de Capi. in deciſio. Neapo. 84.

GLOS. XIII.

In textu ibi, Vxor teſtari, vel diſponere nequeat, niſi ipſius mariti conſenſus &c.

SVMMARIVM.

1 *Vxor ſi facultatem teſtandi impetret, an poterit in prẹiudicium mariti teſtari de dote.*
2 *Gratiæ & conceſsiones Principis intelliguntur ſaluo iure tertij.*
3 *Quarta in bonis liberti non eſt ita debita, ſicut legitima in bonis parentum.*
4 *Princeps concedendo facultatem teſtandi, intelligitur concedere ſecundum conſuetudinem.*
5 *Conſenſum de teſtando prẹſtitum an vir poſſit reuocare.*
6 *Conſentiens teſtanti de re ſua, an poſſit penitere, & quem effectum habeat huiuſmodi conſenſus.*
7 *Licentia data quo ad perſonam religionem profitendi non extendatur ad res.*
8 *Maritus præſens teſtanti mulieri de dote, & non contradicens, vtrum ſibi præiudicet quo ad lucrum dotis.*

PRohibitum eſt vxori teſtari de parte dotis per maritum lucranda, niſi eius ad id conſenſus expreſſus, vel præſumptus acceſſerit. Quæro in primis, † ſi vxor ab Imperatore fa
1 cultatem teſtandi de dote obtinuerit, vtrum liceat ei tunc teſtari de parte dotis ad virum pertinentis, & in præiudicium lucri dotalis. Franc. Crem. in ſing. 154. ſtatuto cauetur ꝙ mortua, adnotauit id conceſſum ei non intelligi, & allegat Bal. in l. ſi quando. C. de inoffi. teſt. & Bar. Cepo. refert Firmanus in reperto. in ver. priuilegium teſtandi, & ſequitur Nic. Boer. in deci. 24. quo ad primum, in ſecundo dubio. vbi Barb. citat, & ſimilem deciſ. Alber. de Roſa. in authen. licentiam. C. de epi. & cle. & in ſecunda parte ſtat. in q. 189. & hoc procedit ſiue alias mulier eſſet habilis ad teſtandum, ſiue non, nam ſi non erat habilis, per hoc priuilegim teſtandi videtur habilitatem aſſecuta. d. l. ſi quando. ſi autem erat habilis, vt aliquid gratiæ contineat, ſolennitates iuris cenſentur ei remiſſæ, quæ tamen ius tertii non lædat, ſecundum gloſ. ibi per omnes approbatam, vt per Iaſ. ibi. nu. 3. poſt Bar. Saly. & Caſtren. ibi, & Rebuf. in prac. benefi. inc. differ. inter priuil. reſcri. & mand.
2 num. 17. † quoniam conceſſiones & gratiæ principis ſemper intelliguntur ſaluo iure tertij, vt dicit Fely. in c. cauſam quæ. nu. 10. verſi. & generaliter. extra, de reſcrip. l. 2. §. marito. ff. ne quid in lo. p ꝓbli. l. nec auus. C. de emanci. lib. c. ad aures. & ibi glo. de reſcri. c. ex tuarum. de authorit. & vſu pall. & dicit hoc etiam procedere, vbi de modico præiudicio ageretur. gl. in c. cum olim. extra, de conſue. neque in re nec ad rem dicitur ius tertij ſublatum, ſecundum Lud. Gome. in reg. de non toll. iu. q. in q. 1. col. 2. vel etiam ꝙ gratia eſſet facta motu proprio, ſecundum Fely. in d. c. cauſam quæ. vbi hanc materiam plene tractat. & in c. 1. eo. tit. vbi nu. 9. ver. declara duob. mod. dicit ꝙ ſi data eſt facultas teſtandi libera, intelligitur ea ita, vt omitti ſolennitas concernens vtilitatem alterius nequat, ẽt ſi alias illa teſtabilis eſſet. & allegat Bal. & Cyn. in d. l. ſi quando. & prædicti ponunt exemplum in legitima filiorum, in cuius præiudicium poteſtas teſtandi data non extenditur. Nec obſtat. l. etiam. in princi. ff. de bonis quæ lib. vbi reſponſum est, ꝙ ſi liberto per principem indulgeatur libera factio teſta-
3 menti in præiudicium quartæ patrono debiræ, poterit is teſtari, † quia ſecundum gl. illud procedit eo, quia illa quarta non eſt ita debita patrono, ſicut legitima filiis, vel q̃a Princeps ſa ciendo gratiã liberto, qui alias poterat teſtari ſalua patrono quarta, de libere teſtando videtur ex certa ſcientia patrono præiudicare velle, & præſertim, quia ex qualitate perſonæ ſumitur interpretatio lata in priuilegio ſecundum qualitatem perſonæ, declarando vt per Fel. in d. c. cauſam quæ. nu. 17. ver. quib. adde, ꝙ priuilegia. Sed lucrum dotis magis eſt debitũ, q̃ legitima: nam prius illud vt æs alienum deducitur a marito, & demum filij capiunt legitimam de bonis maternis, vt diximus in gl. 5. nec ex ea data teſtandi licentia poteſt videri Princeps ex certa ſcientia illi præiudicare velle. ſtat igitur firma prædicta concluſio. Neque dicatur, ꝙ intelligendo licentiam teſtandi, ſecundum ius commune dictæ leg. ſi quando. ſequitur, ꝙ mulier de lucro dotali poterit teſtari, cum de iure communi illud non debeatur, & de eo teſtari mulier non impediatur. nam intelligitur ſecundum ius commune, ideſt ſecundũ ius, quo mulieres poſſunt communiter in ſimili caſu teſtari, etiam ꝙ de iure ſtatutorum proueniat, ita declarat Dec. in conſi. 114. pro tenui. col. fi. ver. & hoc reſpondetur. Et ad hoc facit dictum Bal. in l. fi. nu. 6. ver. adde, ſi Princeps. C. de fideic.
4 vbi dicit, † ꝙ Princeps, concedendo facultatem teſtandi, videtur concedere ſecundum conſuetudinem, & ſtatuta loci, quod dictum refert, & ſequitur Matt. de Afflic. in deciſ. 226. ſereniſſimus. nu. 3. De licentia teſtandi impetrata a Principe, vel Papa in aliis caſib. quomodo debeat intelligi, dicit Fely. in d. c. j. nu. 4. num. 9. de reſcrip. & in c. quam ſit. de iud. Bal. in l. illud. C. de inof. teſta. Iaſ. in l. ex facto. de vulg. & pup. Alexan. in conſi. 15. in 2. lib. Et Rebuf. vbi ſupra nu 6. & plures loci ſignãtur in reperto. Berta. quos hic proſequi, eſſet extendere fines
5 inſtituti mei. Secundo † quæro, cum ſtatutum concedat mulieri de cõſenſu mariti teſtari de lucro dotali, vtrum maritus, conſenſum, quem ſemel præſtitit ei, reuocare poſſit, adeo, ꝙ illud reuocando poſſit ad lucrum dotis agere. Alex. alterius conſilium comprobando tenuit in conſi. 246. placet. vol. 6. ꝙ nequeat amplius reuocare, & mouetur in effectu duab. deciſionib. ſeu concluſionib. altera, ꝙ ſi pater filiofa. donanti cauſa mortis, ſemel conſenſit, amplius huiuſmodi conſenſum non retractat. Ioan. And. in addi. ad Spec. in tit. de inſt. edit. in §. porro. in addit. incip. q. vbi alleg. Pileum in q. 84. ſecundum impreſſionem noſtram, eſt quæſtio 57. Caius patre. & hoc verum præſupponit Anch. in cõſi. 86. per modum. altera autem
6 cõcluſio, † ꝙ teſtatori leganti rem ſuam aliquis conſentiens, adeo præiudicat ſibi, vt amplius non liceat ei penitere hoc dicit Bal. & Fulg. in l. ſenium. C. qui teſta. fac. quos citat ad hoc

Alex.

Source : BIU Cujas

Alex.in d.conſ.246.placet. refert, & ſequitur Iaſ.in l.ſi fundū per fideicom.col.ſi.nu.45.ver.item ad iſtam materiam.de le. 1.per plura iura allegata per Bal.vbi ſupra,& per illam iuris regulam,ꝙ quæ ab initio ſunt voluntatis, ex poſtfacto efficiuntur neceſſitatis.l.ſicut.C.de act.& oblig.l.in commodato.§.ſicut.ff.de commo.c.licet.de voto.Saly.in l.ſi fratris. C.de dona.cauſa mor. idem firmat. & facit etiam ſimilis deciſio Bal. in l.1.C.de ſacroſ.eccle.ꝙ teſtamentum filiiſa. ad pias cauſas factum de cōſenſu patris non poteſt per patrem reuocari. Idē ſi pater conſenſiſſet filio leganti rem ipſius parris,vt dicit Iaſ. in d.l.ſi fundum per fideic.nu.38.verſ. quæritˉ,an filiusfam. Et in terminis ſtatuti de lucro dotis eſt deciſ. Soc.in conſ.61. in præſenti.nu.9.ver.dicet aliquis,lib.1.vbi conſuluit, conſensū a viro præſtitum mulieri,offerenti ſe,& bona ſua loco religioſo retractari non poſſe, nec amplius eum audiri, ſi pœnitentia ductus velit lucrum dotis petere,& eum ſequitur Lup. in rub.de dona.inter vir.& vxor.§.47.limitat.1.col.3. ver. addit. tenet idem Rota,ex quib.firmatur, quod cōſenſus ſemel præſtitus ſit irretractabilis in iſta materia, iſtam queſtionem eriā diſputat Rolan.in q.1.Cæterum dubitatum fuit,quid iuris reſultet ex huiuſmodi conſenſu,& Bar.in conſ.211.quidam ſibi filios.in primo dubio.& in l. cum quis decedens. in princi.de leg.3.voluit,ꝙ conſenſus præſtitus leganti rem meam, operetur,vt ſi volo rem meam petere,propter conſenſum præſtitū repellor exceptione,ſed non vt ille,cui res eſt legata de conſenſu meo contra me agere poſſit ad illam rem legatam de conſenſu meo,quia inter illum legatarium, & me conſentientem nihil geſtum eſt, licet cum teſtatore aliquid geſtum eſſe dicatur,& ideo ibi materia,ex qua oriatur obligatio,cum nō detur actio legatario, non poteſt aduerſum me competere. l. quæcunque.ff.de act.& obl.eſt verum inquit Bar.ꝙ ex hmōi conſenſu præſtito inducitur, ſeu reſultat mandatum teſtatori,& actio mandati oritur & competit teſtarori,vel eius hæredi aduerſus conſentientem, quam hæres poteſt legatario cedere.l.quidam cum filium.ff.de hær.inſti.& ponderat Bar. iura, quæ videntur velle, ꝙ conſentiens ſibi præiudicet, loquiquo ad exceptionem parandam, non autem quo ad actionē dandam contra conſentientem.l.Caius.ff.de pign.act.l.ſicut. §.venditionis.quib.mod.pig vel hypo.ſol.l. ſpadonem. §.1.ff. de excuſ.tuto.§.item propter.Inſti.eo.l. non putauit.§.ſi quis in ſua.ff.de contratab.& hæc tradit Bar.etiam in d. l. ſi fundū per fideic.Sed Iaſ.ibi.nu.39.ver. ſecundo principaliter aduerte,conſiderat circa hoc duo.Primum,quod Bar. doctrina ꝓcedit, quando ſimpliciter conſenſit teſtatori leganti,ſecus ſi vltra conſenſum etiam promittit teſtatori ſe daturum rē legatam, tunc vult legatarium agere poſſe ex huiuſmodi promiſſione, quemadmodum hæres agere poſſet ex aliqua promiſſione teſtatori facta,iuxta no.per Bar.in l.nemo poteſt.de leg. 1. quoniam legatarius & ipſe in re legata dicitur hæres. l. in tempus.§.1.ff.de vſucap.Secundum conſiderat, ꝙ cum legatum ſit donatio quædam l.legatum ita.de lega.2. ſi contra conſentientem in rei ſuæ donatione datur actio, ergo & in iſto caſu dari debet,quod videtur dixiſſe Bal. in l.cum alienā. ver.ſed pone.C.de leg.quem (vt Iaſ.ait) ſequutus fuit Roma. & Io.de Imo.in locis,de quib.ibi per eum, dicentem, ꝙ hoc eſt mirandum. Vide, ſi dici poteſt,quod donatio perficitur, cum hoc fit præſente donatario, abſenti enim facta non tenet.l.qui abſenti.ff.de donatio.ideo,cum loquimur de donatione,loquimur de valida,quæ in preſentia donatarij fit. Conſentiens ergo donanti rem ſuam præſente donatario, poteſt dici cū donatario aliquid geſſiſſe,& ſic merito ei datur actio. Secus in legato contingit,quod valet in abſentia partis factū. l.cum pater.§.ſurdo.de lega.2.Et no.ꝙ Nic. Boe. in deci.244. nu.10.ver.quid dicendum, tenuit, quod non videatur maritus in lucro dotis ſibi præiudicare per licentiam teſtandi mulieri ſimpliciter datam, ad exemplum licentiæ datæ per principem,ſed hoc mihi non placet,quoniam licentia prædicta eſſet ſuperflua alias,& hic non agitur de præiudicando iuri tertij,ſed ipſius cōcedentis, vt plurib.in hac materia arguit An. Tiraq.in tract.de retract.lig.§.1.nu. 133. ver. contrarium tñ. Nec ſuſtinetur deciſio prædicta Boer. in illa concluſione, ꝙ quando quis promittit ſimpliciter dotem reſtituere, non tamen ſibi præiudicare in lucro dotali intelligitur,quoniam illa promiſſio non redditur ſuperflua, quamuis intelligatur ſaluum ius in lucro dotali,ſicut licentia ſimpliciter data ex poſt facto.Quemadmodum, ſi ſimpliciter mulieri offerenti bona ſua eccleſiæ,aliive loco religioſo,maritus conſentiat, iuri ſuo dotem lucrandi renunciare videtur,quamuis id non expreſſerit,ſecundum Soc.in d.conſ.61.in præſenti.col.4.nu.9.ver.circa ſextam q.vol.1.per no.per Bar. & alios in l. quæ dotis.ſolu. mat.& in l.qui Romæ.§.duo fratres.de verb. obl.& hoc dicit non habere dubium ſtante hoc ſtatuto, ꝙ mulier non poſſit de dote diſponere in præiudicium lucri dotalis, ſine conſenſu mariti,nam hoc modo conſenſum accepiſſe patet,& eſt ca
7 ſus ſtatuti,ſecundum eum. Aliud † dici poſſet, quando maritus non conſenſiſſet oblationi bonorum, ſed ſolum dediſſe licentiam vxori intrandi religionem, quoniam tunc ex iſta licentia data quo ad perſonam,non infertur quo ad res, ꝙ illas alienet in præiudicium ſui lucri dotalis, vt per Lap.in allega. 129.de conuer.coniug.col.3.ver.nec obſtat licentia,& Boer. in deciſ.244.num.8.Hic occurrit dicere,quando lucro dotali maritus renunciare videatur,ſed id reſeruo in gl.ſubſequen. vbi commodius hoc tractabitur.Nunc dicamus quatenus ſtatutum vult ex præſumpto viri conſenſu mulierem de dote
8 teſtari poſſe in præiudicium lucri dotalis,vtrum † ex eo, ꝙ vir fuit præſens mulieris teſtamento,dum de dote teſtabatur, & non contradixit, ſibi præiudicaſſe in lucro dotali cenſeatur. Alex.in conſi.20.ponderatis.nu.11.vol.3. negauit, præſentē, & tacentem,dum in teſtamento de re ſua diſponitur,ſibi præiudicare,per tex.in l.Caius.ff.de pig.act.vbi eſt caſus,ꝙ exiſtēs præſens legato de re ſua facto, ſibi non præiudicat, imo nec etiam illud teſtamentum ſignans vt teſtis,vt dicitur ibi. l. Titia.§.Lucia.de leg.2.glo.in l.fideiuſſor.§.pater. ff. de pign. Iaſ. in d.l.ſi fundum per fideic.nu.44.de leg.1.poſt Bar.ibi.& in d. l.cum quis decedens.de leg.3.& in d conſ.211. & ꝙ præſens, & tacens ſibi non præiudicet in alienatione rei,ponit Tiraq. in d.tract. de retract.ligna. §.1.gl.9.nu.154.ver. nec eſt quod. vbi dicit,quod glo.in l.cum proponas.C.de pact.quam ex aduerſo prius citauerat.nu.113.ver.Imo & ſi,reprobatur a Bar. Bal.Io.Fab.Pau.de Caſt. Ale.& Iaſ.in omnibus ibi.& a Bart.& aliis in d.l.quæ dotis.& aliis quam plurimis citatis ibi per eū. Nos dicemus,ſtatutum noſtrum procedere, quando vna cū præſentia interuenerit aliquis actus poſitiuus deſignans conſenſum,vt per Iaſ.in d.l.quæ dotis.a nu 68. vſque ad fi.vbi ponit 20 caſus affirmatiuos, & nouem negatiuos in iſta materia præſumpti conſenſus.vel ſecundo,quod præſentia, & taciturnitas inducit conſenſum præſumptum inter coniunctos, ſecundum Iaſ.in d.l.quæ dotis.nu.72.ver.tertius caſus. & allegat Bal.Saly.Pau.de Caſt.in l.inuitus. de procur. Io. de Imo. in c.cum olim.de offi.deleg.& alios,de quib.ibi per eum. l. ſi ſeruus communis.de dona.inter vir.& vxor.l.in adoptionis. vbi Bar.ff.de adopt.& facit pro hoc tex.in l.Procula.ff.de probat.ſed mulier & vir ſunt coniuncti, imo vna caro. c. ſciſcitatur.30.q.4.& c.Martinus. de cog. ſpi. ſed de hac concluſione dubitat Andr.Tiraquel. vbi ſupra numero 152. verſicu. & ſi quiſpiam.

GLOS. XIIII.

In textu ibi,Sed in præiudicium lucri deferendi marito, ipſo iure non valeat, & pro non appoſito &c.

SVMMARIVM.

1 *Pacto contra dotis lucrum per ſtatutum improbato, an cenſeatur etiam eiuſdem lucri improbata renunciatio.*
2 *Dotis lucrum an marito propter facinus excluſo fiſco applicetur, an vero ipſius mulieris hęredibus.*
3 *Maritus vxoricida an poſſit ex filiorum perſona dotem habere.*
4 *Intellectus legis, Lucius.ff.de iure fiſ.*
5 *Maritus deprehenſa vxore in adulterio & ex ſtatuti permiſſione occiſa, an etiam dotem lucretur.*
6 *Dotis lucrum conuentionale tantum, quibus caſibus perdat marituus. & num. 8.*
7 *Mulieri an incumbat onus probandi, ſe propter mariti ſęuitiam ab eo receſſiſſe.*
9 *Cauere quomodo ſibi debeat,qui ob non adhibitum vxori ægrotæ medicum maritum a lucro dotis uult repellere.*
10 *Dote mulieris ex l. quinque legibus. ff. de bon. damna. ad fiſcum deuoluta, eiusdem lucrum marito ſaluum remanet.*

CONtra dotis lucrum ſtatuti noſtri diſpoſitione delatū paciſci non licet, & hic eſt caſus clarus authoritate ſtatuti deciſus,inquit Alexan.in conſ.158.circa primum.nu.11. vol. 5. aliud innuit, ſi fuiſſet huic ſtatnto renunciatū,videtur
1 itaque dubitandum, an † ſicut ſtatutum reijcit,ac improbat pactum in præiudicium lucri dotalis, videatur etiam velle,ꝙ huic ſtatuto maritus renunciare nequeat. & Rapha. Cuma. in conſi.72.viſis pactis,colu.fi.dixit, ꝙ cum ſtatutum prohibeat paciſci in pæiudicium lucri dotalis, non videtur partes poſſe ei renunciare. Idem repetit conſulendo ſuper eodem caſu in conſ.26.ſtatutum Paduæ. pro hoc facit Bal. conſ. 94. & conſ.95.vol.4.& conſ.477.punctus.eo.vol.dum ibi vult,ꝙ diſpoſitioni ſtatuti,quod diſponit, virum lucrari debere dotem,non obſtantib.pactis &c.non poſſit renunciare,mouens quæſtionem, an diſpoſitioni prædicti ſtatuti a contrario ſenſu re-

Source : BIU Cujas

ſu reſultanti liceat renunciare,& in hoc reſoluit negatiue,vt ibi per eum,& hoc videtur etiam defendi ex cõcluſione Doctorum paſſim tractata, ꝙ legi prohibitiuæ etiam priuatum commodum concernenti, renunciari non poteſt etiam cũ iuramento.l.1.& 2.C.ne fideiuſ.dot.den.Bar.& Iaſ.in l.non dubium.C.de legi. & in l. ſi quis in conſcrib. C. de pact.Ioan.de Amic.in conſ.2.Fely.in c.cum acceſſiſſent, de conſtitu.& ibi Deci.& alij in d.c.dilecta.de reſcrip.Alex. in conſi.41.nu.12. vol.5.Marſ.in conſ.134.lib.2.Socin. in conſ.87.lib.3.Canon. in c.dilecto.de præben. per illum textum.gl. in cap.ſtatutum. in verſi.committatur.de reſcrip.in 6.Gemi.in c.cui. de præb. in 6.Doctores in l.cum hi.ff.de tranſac.plura allegat Tiraq.in l.ſi vnquam.in ver.reuertatur.nu. 261. vſque ad nu.266. C.de reuocan. dona. & ſatis poteſt in hoc dici ſtatutum continere ius prohibitiuum, ex quo improbat pactum aduerſus lucrũ appoſitum,& ſic prohibet illud apponi, quæ quidem prohibitio concernere publicũ fauorem propter matrimonia contrahenda dici poteſt,ſecundum Pariſ.in conſi. 127. volu.1.in quo caſu nemo contradicit, quin renunciatio fiat inualide aduerſus legem prohibitiuam,ſecundum Doct.in locis præallegatis,& iſta reſolutio videtur facile tenenda,ne quod prohibetur vna via,per aliam concedatur.c.cum quid.de reg.iu. in 6.& ibi notatis. Quando ſtatutum diceret, ꝙ lucro dotis non poſſit renunciare,res eſſet expedita.Rub.Ale.in conſ.70. viſo ſtatuto.Sed in hoc caſu non intelligitur vetitum poſt cõtractum matrimonium, & datam dotem ex interuallo renunciare dicto lucro dotali,nam illa prohibitio reſtringitur ad caſum, quando ab initio contractus vir vellet lucro dotis renũciare.hoc.n.concernit publicum fauorem, vt facilius inducatur ad matrimonium contrahendum,ſed poſt contractũ matrimonium ceſſat ille fauor, ſeu illa cauſa prohibitæ renũciationis,& ſicut acquiſita, ſeu res ſuas poteſt quiſq; proiicere, vel donare, ita poteſt illud ius lucrandi ſibi acquiſitum in cõtractu dotis renunciare,vel remittere,vt plene deducit Pariſ. in conſi.127.in lib.1.& ſic non obſtat,ſecundum eum,prohibitio ſtatuti.Quid ſi ſtatutum id non prohibeat? & tunc non eſt dubitandum renunciationem valere, quia omnia pacta ad fauorem dotis,præſertim adiecta a principio valent.l.vnica.§.illud.C.de rei vxo.act.l.cum dos.ff.de pac.do.& plene cõ ſuluit Pau.de Caſt.in conſil. 59. pro pleniori reſponſione, & diffuſe tenet Rolan.in q.39.idem voluit in q.102. lege.vbi dixit, ꝙ maritus poteſt paciſci contra lucrum, quod ex diſpoſitione ſtatuti defertur,vt latiſſimè ibi per eum. Idem concluſimus,quando renunciatio conſtante matrimonio fieret, vt ſupra in glo.8.quia per huiuſmodi renunciationem conditio dotis redditur melior.l.de die.& l.ſeq.ff.de pac.do. nec remiſſio alicuius rei acquirendæ prohibetur inter virum & vxorẽ, ſicut prohibetur donatio rei acquiſitæ, quia per illam alter non efficitur pauperior,quemadmodum per iſtam,ita cõcluſum fuit in Rota,vt in recollectis Biſig.ſub titulo de pac.in deciſ.2.cõſuetudo,quæ in antiquis eſt deciſio.847.Lup. in rub. de don.inter vir.& vxor.§.47.limita primo.col.3.& 4.& §.63. ver.addit.ampliari poſſunt Alb.Bru.& Nico.Boer. in d. deciſ. 244.& Nic.de Vbal.in trac.de ſucceſ.ab inteſt.in 4.par.in q.vlti.& alij allegati per nos ſupra in glo.8.l.ſed & ſi vir. §.legaturus.l.cum hic ſtatus.ff.de donat.inter vir.& vxo. & ita concludit Caſt.in d.conſ.59.pro pleniori. Et caſus ibi reſoluitur per Caſt. cuiuſdam, qui dotem acceperat in certis bonis, ſuper quibus ſciebat cõditionem fideicommiſſi eſſe poſitam a defuncto,& non contradixerat,ex hoc (inquit Caſt.)ille vir cenſetur ſibi præiudicaſſe in lucro dotali, & illud ſic tacite videt renunciaſſe, per plura, quæ ibi allegat. Addens, ꝙ non obſtat pmiſſio per virũ facta de dote reſtituẽda mulieri, qa vel intelligebatur in caſu, in quo ex parte mariti matrimonium fuiſſet ſolutum,vel non prejudicabat fideicommiſſario,ad quem per mortem mulieris erãt illa bona reuerſura,& cum quo ille actus promittendi dotem non fuit geſtus, nec quia præſens,& tacens fuit,ſibi in fideicommiſſo præiudicauit, ſciens ius ſuum durare.l.ſicut.§.non videtur. ff. quib. mod. pig. vel hyp.ſol.& aliam quę mouebatur ibi difficultas, reſoluit Caſt. dum dicebatur,legatum dotis factum cum clauſula, ꝙ plures petere non poſſit pro legitima, licet agnitum non præiudicare,quominus ille legitimam aſſequatur integram, ꝙ ſcilicet illud procedat, quando dos legata non fuiſſet ſupra legitimã, ſeu legitimæ valorem non exceſſiſſet, exceſſus enim ille recõpenſat onne legitimæ appoſitum,in quo exceſſu non tenebatur dotem dare,& propter illum videtur accepiaſſe onus legato dotis iniunctum. Idem fuiſſet, ſi, filia conſentiente, pater onus legato legitimæ adieciſſet, tunc illud minime poſſet de legitima reſpui,vt per Lap.in d.rub.§. 47.col. 1. & plenius in §.16.col.6.per plura quæ ibi ad hoc allegat. Contingit dubitari, vtrum maritus, qui promiſit dotẽ reſtituere &c. videatur per huiusmodi obligationem, renunciare lucro dotis, quod ex huiuſmodi ſtatuto defertur, & omnes tenent ei lucro renunciatum non videri,vt poſt Rayn. de Forl. dicit Iaſ. in dicta l.poſt dotem.nu.12.ver.iuxta iſtam lecturam glo. ff. ſolu. mat.& ibi Alex.in fi.& in conſi.133.ſuper quæſitis,de quibus in themate.in col.2.vol.5.& in conſi.5.circa primum dubiũ. in col.fin.volu.3.Ang.in l.damni.3.§ cum parietem.de dam. infe.per illum tex.ibi,& Io.de Imo.& Rom refert,& ſequitur Dec.in conſi.402.in cauſa illuſtriſſimi.nu.4.col.2.& in conſi. 195.ſtudendo.nu.1.& Rui.in conſi.79.viſo.nu.1.vol.2.& Iaſ. in conſi.90. vol.3.And.Tiraq.in l.ſi vnquam.in verſi. totum. nu.1.C.de reuoca.dona.Goza.in conſ.59.nu.12.& And.Alc. aliter tamen declarans in tract. de præſump.in regu.3.in præſump.32.nu.12.ſequitur Rolan.in q.37.Verum prædicti fere omnes Doct.dixerunt eſſe aliter tenendum,quando maritus totam dotem reſtituere promiſiſſet, ſicuti quando teſtator iubet totam hæreditatem ſuam reſtituere,videtur prohibere detractionem Trebellianicæ.Alex.Iaſ.Dec.Goza.& And.Tiraq.in locis præalleg.Rui.in conſi.84.quoniam.nu.13.vol.1. & in conſi.57.quo ad.in eodem lib & in conſi.159.vol.3.& in conſi.161.quia.nu.7.vol.5.Ale.conſ.201.perſpectis.nu.14.li. 6.Hipp.Marſ.in ſing.687.integre.& Nico.Boer.plures allegãdo in deciſio.244.nu.8.Alex.in d.conſi.5.vol.3.vbi dicit hanc communem eſſe Doc opinionem.Rolan.in q.38.plurib.eam comprobat.Et hoc procedit ſecundum Bal. in l. quod nomine.ff.de cond.inde. quando ex certa ſcientia maritus integrã dotem reſtituere promitteret, ſecus ſi per errorem, vt & dicit Iaſ.in d.l.poſt dotem.nu.35. & ſequitur conſulendo Dec. in d.conſ.402.nu.6.ver.primo non obſtat,vbi dicit, ꝙ ſi non appareat maritum cogitaſſe in obligatione dotis reſtituendę de lucro dotis,ei non præiudicet,in hoc promiſiſſe dotem totam reſtituere,quia ex certa ſcientia, & non aliter inducitur donatio l.cuius per errorem.ff.de regu.iur.& in dubio magis præſumitur error,quam donatio gl.in l.generaliter.in ver.cã. C.de non num.pecu.Alex.in conſi.13.lib.1.Imo.in l.a Titio. de ver.obl.& ſic infert Deci.ad caſum ſuum ibi, ꝙ non cenſeretur renunciatum lucro dotis in ſuo caſu, quia non apparebat de eo cogitatum, adducens pulchrum ſimile, quod ſatis videtur probabile,quia renunciatio iuris temere non inducitur.c.ſuper hoc.de renunc.l.cũ de indebito.ff.de probatio.& aliis multis,de quibus per Dec.in d.conſi.402.num.3.ver.ſed tamen prædictis non obſtantibus.Iſtam limitationem tradit etiam Rolan.in d.q.38.in fi.Item declara non procedere, qñ quis promiſiſſet totam dotem reſtituere ſecundum formam ſtatuti, nam obligatio per huiuſmodi relationem reſtringitur ad ſtatutum, & ſecundum ſtatutum debet tota dos reſtitui,ſol.matr.per virum, ſecus per mortem mulieris,ſicq; illa promiſſio exponitur.Bal.in d.l.quod nomine.Iaſ.in d.l. poſt dotem.nu.24.& Dec. in conſi.195.& in d. conſ.402. & faciũt ad hoc deciſiones allegatæ alias ſupra de obligatione reſtituẽdi dotem ad ſtatutum reſtricta, & in his poteſt procedere gl. & dictum Bal.in l.Neratius. ff. de relig. & ſump. fun. ꝙ ſi quis promittit totam dotem reſtituere,poſſit nihilominus retinere funeris impenſam,vel ſimilia,vt Alex.in d.conſ.201.nu.14. lib.6.& Nico.Boer.in d.deciſ.244.nu.10.Atqui dubitarũ fuit, an ex clauſula generali, ꝙ renunciauit maritus omnibus fauoribus & auxiliis tam iuris ciuilis,& canonici,quam municipalis,videatur renunciatum ſtatuto de lucro dotis.Dec.in d.cõſi.195.col.2. reſoluit poſt plura pro parte negatiua ad fauorẽ mariti,vt ibi per eum Et addit,in conſi.402.col.4. verſ.venio ad ſecundum, ꝙ vbi importarent renunciationem lucri verba obligationis,eſſet tãquam erronea & indebite facta, reuocanda,quia de eo iudicatur,vt de damno, cum ex cauſa onoroſa proueniat, vt alias dictum eſt, & in damno euitando iuris error etiam excuſat.l.iuris.la ſeconda.ff.de iu.& fac. igno. Bar.in l.ſed ſi me putem.ff.de cond.indeb.& in l.non fatetur. col.pen. ff.de confeſ.& ideo condictio indebiti pro illa debet competere.l.qui ſine.ff.de cond.indeb. & aliis,de quib. ibi p eum. Quod tum maxime procedit, quando facta fuiſſet per procuratorem, quoniam ſaperet donationem, quæ in mandatum nunquam venit, niſi expreſſim committatur. l. creditor.§.Lucius.ff.man.l.contra iuris.ff.de pac.l.filiusfa.ff.de donat.Sed de his duobus alterum caret dubio. ſ. iſtud ſecundũ dictum,alterum vero habet contradictionem,Rayn. in conſ. 263.& alterum,de quib.in gl. in ver.lucretur. Duo etiam alia reſoluit ibi Dec.ad hanc materiam pertinentia, ꝙ qui dicit cõſuetudinem dotem lucrandi vigere in loco,debet eam probare,& ꝙ in ſuo caſu non erat concludenter probata,nec poterat iudex ex ſuo officio ſe informare, quia illud conceditur tantum in conſuetudine,quæ ordinem iudicij reſpicit,vt Bar to.diſtinguit in l.de quibus.in quarta q.princ.de legi. & ſequitur Soc.in conſ.34.capio primum. in vlt.lib. quæ ſcire in iſta materia tibi expedit,vide ibi per eum.

Poſtremo pro huius Commentarij complemento videndum

2 dum eſt, qua ndo † maritus in vxorem delinquens priuetur lucro dotis,& cui applicetur. Et in primis dicamus cui acquiratur illud dotis lucrum, præſuppoſito, ꝙ maritus eo veniat priuandus, vt forte, quia vxorem occiderit, nunquid debeat remanere penes hæredes mulieris,vel ad fiſcū deuolui, & an ſi mulieris filij extarent alias ab inteſtato ei ſucceſſuri, maritus ex perſona eorum, vt matris hęredum dotem aſſequi queat, tanquam eorum pater & legitimus adminiſtrator,cui in filiorum bonis vſufructus etiam competit,iuxta l. fi. C. de bonis quæ libe.& concord.Et communiter traditū eſt, quo ad primum, hoc lucrum fiſco non applicari, ſed ad hæredes mulieris ſpectare,vt per Bart.Pau. de Caſt. Alex. Iaſ. & alios in l.ſi ab hoſtibus.§.ſi vir.ff.ſol.mat.Camp.in d.tract.de ſtatu. dot.in q.2.Hip.Marſ.plene conſuluit in conſ.93.aperiat omni potens.Lup.in rub.de dona.inter virum & vxorem.§.70.col. 3.verſi.propterea dicebat,& Ioan.de Amic.in conſ.11. ſuper propoſito.& Rui. in conſ.8. vol. 2. & plene in conſ. 11. in q. volum.5.Et primo arguit ibi contra per tex. in l.cum ratio.§. fi.ff.de bon.dam.dum ibi hæreditatem occiſi, cui erat occidens alias ſucceſſurus, ad fiſcum deferri traditum eſt. Et fortiorem citat tex.in l.ei qui.de his quib.ut indign.qui vult, lucrum dotis,maritum nō vindicantem vxoris necem,amittere,& fiſco applicari. Addit, ꝙ iſtud lucrum datur marito propter onera matrimonii,vt ſæpe diximus eſtque debitum hæreditatis mulieris ad virum pertinens,ideo non videtur hæreditas ſine tali onere ad hæredes eius poſſe trāſire,& ſic fiſco, qui venit ex perſona mariti præſtandum eſt Bar. in l.fi.de his, quibus vt indig.ubi hoc firmat quo ad lucrum dotis, ex legis diſpoſitione debitum, licet aliud teneat quo ad lucrum debitum ex pacto,vel hominis diſpoſitione.d.l.ſi ab hoſtibus.§.ſi vir vxorem. His non obſtantibus Rui.ibi determinat contrarium,ꝙ fiſco non applicetur, ſed hæredibus mulieris cedat,ꝑ tex.in d.l.ſi ab hoſtibus.§. ſi vir. qui ſecundum eum loquitur de lucro dotis,quod a l.defertur, ſecundum gloſ. Caſt. Imo. & reliquos Mod.ibi reprobata Bar.diſtinctione. Et ad allegata ex aduerſo reſpondet.Primo ad tex.in l.cum ratio.§.fi.ꝙ loquitur in caſu hæreditatis delatæ pure,& ſimpliciter,non aūt ſub aliqua tacita, vel expreſſa conditione, ideo nimirum eſt, ſi fiſco applicatur,quia occidēs ad eam vocatur ſtatim, & ab eo vt indigno aufert fiſcus, ſed lucrum dotis defertur ſub iſta tacita ꝯditione,niſi ex culpa viri ſoluatur matrimonium.l.cō ſenſu.C.de repud.l.Lucius,ſol. matr. vnde deficiente iſta cō ditione, quia culpa, & dolo mariti fuit matrimonium ſolutum,lucrum illud marito non poteſt deferri, nec per conſequens ex eius perſona ad fiſcum deuenire, ſecūdum Cuma. Ang. Alex.& alios allegatos per Rui.ibi. Iſtam rationem plenius deducit Hip.Marſ.in d.conſi.93.aduertens, ꝙ ad hoc,vt fiſcus poſſit auferre hæreditatem a delinquente, requiritur, ꝙ ius ſeccedendi ſit fundatū in illius perſona, vel ꝙ adiuerit, vel ꝙ adire potuerit hæreditatē, quam quidem rationem late cōſiderauit Camp. vbi ſupra, & Imo.Bal.Fulg.Iaſ.& alii in d.l.ſi ab hoſtib.§.ſi vir.Ioan.Lu.vbi ſupra.Bal.in conſ.53.quę dam domina Nica. vol.5.& in conſ.254.proponitur.in vol. 2. vbi dicit, ꝙ in lucro dotis hæc ineſt tacita conditio, ſi vir eā non occiderit,vel culpam in eius mortem nō præſtiterit,iſta igitur conditione deficiente non potuit marito illud lucrū deberi.Secundo etiā reſpondet Rui.ꝙ ibi hæreditas defertur de iure communi,ſed hoc lucrum defertur ex iure ſpeciali, facilius ergo perditur hoca viro, quam hæreditas a proximiore,cui eſt delata a lege communi, quia facilius ius ſpeciale, ꝙ commune perditur.l.eius militis.§.militia miſſus.de teſt.mil. Vel tertio,quia facile redimus ad ius commune. Sed de iure communi dos reſtituitur hæredibus mulieris.l.ſi quidem.C. ſol.mat.cum concord.Ad tex.in d.l.ei qui.reſpondit,loqui in caſu mariti non vindicantis necem vxoris ab alio interfectæ, ꝙ certe habent aliam rationem quia maritus ſtatim mortua vxore lucratur in eo caſu dotem, ſed demum propter nō factam vindictam illud amittit ablatum a fiſco,ſed in hoc caſu nunquam acquiſiuit eam, ideo remanet hæredib. mulieris. Ad tertium argumētum dicit,illud non concludere, quia & in caſu d.l.ſi ab hoſtib.§.ſi vir.ſaltem deferebatur lucrum ꝑpter onera, & expenſas matrimonij,& nihilominus ibi denegatur hoc lucrum marito,ergo nō concludit,& nos alias improbauimus,& in iſta concluſione mihi videtur reſidendum. Bal.Nouel.in tract.dot.in 8.par.in priu.31.Bar.in d.§. ſi vir. & nonnulli alii iſtam concluſionem defendunt fauore ſpeciali, quod quidem eſt leue,extendit autem eam procedere etiam quo ad alia mulieris bona, quæ ex forma iuris, vel ſtatuti deferuntur.Camp. vbi ſupra.Alex.in d.l.ſi ab hoſtibus. §. ſi vir.

3 Cæterum † ꝙ ad alterum,an mediante perſona filiorum, ꝓf ſit maritus vxoricida dotem aſſequi.Rui.in conſ.8.vol.2 conſuluit contra maritum, ꝙ,ne ad eum perueniat dos,filii priuā tur matris dote, alias ſibi delata, & ꝙ delictum patris noceat filiis in illius poteſtate exiſtentibus. l. quæritur. ff. de bo. lib. glo.in l.diui fratres. de iure patron. l.impuberem.§. 1. & ſeq. ff.de fal.Bar. in l. eum qui, ff. de interd.& releg. & loquitur in caſu,in quo ſtatutum deferebat dotem maternam filiis, vt filiis,non vt hæredibus,& mater de dote teſtū fecerat grauan do filios in ea, & concludit, ꝙ & filii priuantur prouiſione ſtatuti prædicti propter delictum paternum in matrem perpetratum, ne ille per filios,in quorum bonis vſusfructus ſibi de iure communi competit.l.cum oportet.C.de bon.quæ li. lucrum dotis faciat,ita vt non niſi ex teſtamento,vel ab inteſtato, hæredes exiſtentes poterunt dotem aſſequi.Sed rationes,& iura per Rui.allegata inferunt, ꝙ nec etiam vt hæredes matris filii poſſunt dotem illam habere, quomodo idem contingeret, ꝙ pater vxoricida acquireret vſumfructū,& ſic per indirectum haberet id,quo indicatus eſt indignus, ſecūdum iura præallegata.Et ad hoc facit, ꝙ Feudiſtæ dicunt de patre feloniam,vel aliud crimen committente in dominum, ꝙ nocet etiam filiis, ita vt non ſolum ipſe delinquens puniatur in amiſſione feudi, verum etiam eius filij ab eo excluduntur, vt per Rui.in conſi.112.vol.4.Alex.in conſi.30.nu.13.vol.1.lac. Alua.in c.1.ſi vaſ.feu.priu.Rui.in conſi.214.col.2.li. 1.Et pro hoc facit optime dictum Gand.prout refert, & ſequitur Hippo.Marſi.in d.conſi.93.num.9. ꝙ ſicut occidens excluditur a bonis occiſi,ita quoque eius filij,ratione iam dicta. Idem dicit Lup.vbi ſupra. verſ.ſi frater. Adde ꝙ occidens,non ſolum excluditur ab hæreditate immediate ipſius occiſi, ſed etiam repellitur, vt non poſſit ſuccedere hæredi ipſius occiſi quo ad occiſi bona, vt eſt tex. in l. Lucius.la 1.ff.de iure fiſ & no. ibi,quem tex.adducit ad hoc Rui.in conſi.11. in col. 1.vol.5. Hypp.Marſi in d.conſi.93. num. 9. Verumenimuero reperio contrarium conſultum fuiſſe in terminis noſtris per Ioan. de Amic.in conſ.9.ſeries. & in conſ. ſeq. ꝙ cum in ſuo caſu matri ſuperuixiſſet filia, quæ paulo poſt deceſſit, & ei infanti pater eſſet ſucceſſurus ab inteſtato,dos illa, vt hæreditas filiæ ad patrem eius hæredem pertinere deberet,quoniam tunc non vt lucrum dotis aſſequitur eam, ſed vt hæreditatem filiæ, & multa ad hoc deducit,& multum laborat,in recte reſpondendo ad tex.in d.l.Lucius. & ibi no. Vix tamen bonum reſponſum,vel ſolutionem,ad euitandum repugnantiam dictæ l.Lucius.dare mihi videtur,tametſi plura effuderit circa hoc. Mihi videtur in hoc puncto, an occidens ſicut excluditur ab hęreditate occiſi, ita excludatur ab hæreditate ſeu ſucceſſione eius qui occiſo ſucceſſit, hæreſq; fuit, ſic dicendum, ꝙ indignus ſuccedendi per eum occiſo, non eſt indignus ſucceden di illius hæredi,hoc probatur in in l. qui Titij. ff. de his quib. vt indig.l.ex facto.§.Iulius Longinus.ff.de vulg.& pupil.Nec

4 †obſtat tex.in d.l.Lucius.quia aduertatur, ꝙ ibi proponitur, & narratur caſus in facto contingens, ꝙ teſtator inſtituerat hæredes ſororem ex certa parte, & ex reliquo vxorem & ſocerum, & quod per natiuitatem poſthumi ruptum fuit teſtamentum,vnde tota hæreditas ad vxorem deuoluebatur,quaſi matrem & hæredem poſthumi, & quod interim vxor accuſata de crimine veneficij in maritum lata ſentētia mortua eſt,fuit dubitatum, nunquid quæſtio illius criminis cenſeretur per mortem mulieris extincta, & ibi Modeſtinus Iureconſultus reſpōdit,quod licet crimen mortua rea eſſet extinctū, tamen fiſco perſecutio eorum, quæ ſcelere acquiſita probari poſſunt,poteſt competere,ex hoc nunc poteſt reſponderi, ꝙ non propterea Modeſtinus in eo caſu dixit, quod mulier eēt indigna etiam hæredi ſui mariti, quem veneno necaſſet,ſuccedendi,ſed reſpondit in genere,quod licet crimen extinguatur morte accuſati, nihilominus ſuſtineri iudicium propter res crimine acquiſitas poteſt, & ſuper hac quæſtione fuerat principaliter conſultus,vt reſponderet, an autem illa fœmina cenſeretur illam hæreditatem in totum, vel in partem ex crimine acquiſiuiſſe,nequaquam diffinit:ergo non repugnat iuribus prę allegatis,& quamuis ibi per gl.& Doc.dentur plures intellectus ad illum tex.iſte tamen qui literæ conuenit,ac aliis communibus concluſionibus concordat, non videtur mihi ſpernendus,& nobis debet ad euitandas contrarietates ſufficere,& præſertim in firmanda noſtra concluſione quoniam ꝙ quis excludatur a ſucceſſione hæredis hominis illius, quē neceſſet,& cuius hæreditate ſit indignus, eſt durum, & non debet firmari niſi in caſu expreſſo a lege,vt poſt Lud. Roma, & Ioan.de Imo.in d.§.ſi vir vxorem. tradit Ioan. de Amic. in d.conſ.10.ſuper dubio.col.pe.vbi conſiderat grauitatem criminis,vel facinoris, ꝙ gauius quidem eſt veneficio, aliquem necare, quam culpam committere in derelinquendo vxorē in loco peſtifero,vt contigit in caſu ſuo,adducendo alia ad leuandam culpam, & quod propterea ex vno caſu non ſit inferendum ad alium, & quod ſi Iureconſultus in d.§. ſi vir vxorem. voluiſſet maritum excludi etiam a ſucceſſione eius, qui vxori ſucceſſiſſet, id quidem dicere ſciuiſſet, ſicut dixit de

vxore,

Source : BIU Cujas

vxore.ita inquit Ioan.de Amic.ibi,col.4 verſi. & certè,Iureconſultus, & Doct.& id genus ſimilia ſubiicit, addens ꝙ gl. in d.l.Lucius.dum in illo caſu inter alias rationes d.textus, affert illam ratione, ꝙ hæres hæredis dicitur hæres teſtatoris.l. ſciendum.de verbo.ſignificationib.l. fi.C. de hæredibus inſtituend.& ꝙ ideo ibi etiam bona heredis à muliere auferebantur, malè loquitur,quoniam illa concluſio non procedit in odioſis,ſecundum Bal.in d.l.fi.22.q.& Bar. in conſi. Andr. Martini,& Alex.& Iaſon.ibi allegans text.in l.in teſtamento. la prima. &in l. cum multa .ff. de conditionib.& demonſtration.& hoc mihi placet.Etenim dici poteſt, ꝙ ibi in maritū committēs veneficium mulier videatur etiam in poſthumū quodammodo commiſiſſe: quoniam filius eſt caro patris vt aliàs diximus,quod fortè in hærede extraneo,qui non fuiſſet filius vllo modo nō annuiſſet Iureconſultus ibi,ſi hoc ibi annuere voluit,dum dixit proſecutionem rerum,quę ſcelere acquiſita eſſent, fiſco nihilominus competere. Et hæc pertinent quò ad difficultatem motam ex ea ratione; quia fuit hæres occiſæ is,cui maritus vult in dote ſuccedere,ſed nō reſoluitur altera prior,an ſit excludendus hæres vxoris occiſæ a dotis lucro,quia cum ſit filius ſub poteſtate patris, patri acquirit vſusfructus, & hoc mihi videtur dubitabile, an filius excludatur a dote materna, ſeu hæreditate matris occiſæ a patre,cum eſt in eius poteſtate, & iura dictæ l. quæritur. & concord.videntur negare ex illa ratione,ne maritus per eos in effectu dotis lucrum faciat,ſuper quo cogita.Nunc dicendum eſt,in quo caſu maritus lucrum dotis perdat. Et indubitatum eſt,ꝙ ſi eam occidit,debet illud amittere.d.l.ſi ab hoſtib.§.ſi vir vxorem.& ibi Bar.Bal.Pau.de Caſt.Ale.Iaſ.Cum. & cæteri omnes. Bal.in l.quod in vxorem.C.de neg.geſ. Rui. in d.conſi.8.& in d.conſi.11.vol.5.& in conſi.131. vol.4.Ioā. de Ami.in d.conſi.9.10.& 11.Nico. Boer. in deciſio. 244.nu. 12.Abb.in conſi.85.videtur primo.in fi.lib.2.Alex. in conſi. 123.viſo proceſſu.lib.7.& in conſi.136.eodem.Hipp.Marſ.in d. cōſ.93.Rip.in tract.de peſte.de priuil.contra.in fi. nu.203. Soc.in conſi.105.in fi.nu.8.vol.3.Dec.in conſi. 430. nu.3.Io. Camp.vbi ſupra.Lup.in d.rub.de dona.inter vir.& vxo. §.70. Bal.in conſi.53.quędam domina,in vol.5.& in conſi.254.proponitur.vol.2.& Doc.alibi paſſim. hoc pluribus comprobat Rol.in q.61.Ad hoc facit, quod conſulendo dixit Bal.conſi. 40.ſuper eo.lib.4.quem refert Lup.vbi ſupra, ꝙ ſi frater occidit fratrem, cui ſubſtitutus fuerat, ſi decederet ſine liberis &c.ei non ſuccedat, ſed conditio fideicommiſſi euaneſceret cenſetur,ne dolus ei proſit;quia non videtur teſtator in hoc caſu ei ſubſtituiſſe.l.codicillis Caio.§.pe.de leg.2. quaſi diſpoſitio huiuſmodi habeat tacitam conditionem, ſi merebitur, vel ſi indignum eo ſubſtitutionis honore, & commodo ſe non reddiderit.l.Lucius. §. Lucius Titius. de leg. 2 & tenet hoc Hypp. Marſi.in conſ.126.nu.3.Bar.in d.§.fi.in fi. idē voluiſſe Pet.de Anch.& And. Bar. refert Lup.vbi ſupra.ſimiliter ſi hæres inſtitutus occidat teſtatorem,efficitur indignus, & ad fiſcum defertur hæreditas.l.hęreditas.in fi.C.de his quibus vt indig iuxta no.in l.his conſequenter.ff.fami. erciſcun. Bal.in l.eam quam.C.de fideicommi.Dec.in conſi.525.Item donatio inter vir.& vxor.non confirmatur morte donantis, quando donatarius eum occidit, vt per Carre. in pract. crimi.§.homicidium.nu.150. & Lup.vbi ſupra.§. 70. vbi alia ſi-
5 milia adducit.& Rol ī d.q.61.ēt alia ſimilia deducit. Quid† ſi maritus in adulterio vxorem cōpertā occidat,ſtante ēt ſtatuto, ꝙ liceat viro vxorem adulteram occidere, an tunc etiam lucrum dotis amittere debet, vel an potius dotē lucrabitur, quaſi id lege permittente fecerit? Et Cy.in d.l. ſi ab hoſtib.§. ſi vir.quē multi ſequūtur, vt refert Lup.vbi ſupra,putauit in hoc caſu dotem lucro viri cedere:quia lucrū defertur à ſtatuto,& ſtatuto etiā permittente eam occidit,ſecus exiſtimaī,ſi hoc lucrum deberetur ex ſolo pacto hominis,quia tunc non eſt veriſimile mulierem paciſcentem de iſto caſu cogitaſſe, ꝙ in eo voluerit virum dotem lucrari, & ita tenerunt Bald. Ang.Alexand. Lanc.& alii, de quibus per Lupum vbi ſupra & ſequitur hoc Bart. in d. l. ſi ab hoſtibus. §. ſi vir,ad finem. poſt gloſſ.& Bertach.in verſi.maritus occidens,verſicu.3. & hanc opinionem dicit veriſſimam Iaſ. in d.§.ſi vir. ibi, ad finem,verſiculo,ego autem teneo indubitanter.& Carrer.in dicta practi.crimin.§.homicidium. nu. 25. verſiculo,an autē in caſu. & Matthęſil. in notab.73.nota vnam doctrinā dicēs aliud eſſe in lucro faciendo propter ipſum adulterium,& Cāpeg. in d. tractatu. in q. 5. idem cōcludit, & poſt Ang.Alex. in d.§.ſi vir. verſ.concludo ergo. ſic firmat, & iſtam opinio optime firmatur ſecundum Iaſon.in d.§.ſi vir. per illum textum,quia ibi dicitur, quod non eſt æquum ob facinus ſuum maritum dotem lucrari, ergo vbi non eſt facinus, vxorem occidere,non poteſt dici ꝙ non ſit æquum dotem lucrari,& facinus vel delictum non eſt, quod ſit legem permittente. l. Grachus.C.de adulter. Aliis etiam iurib. cōfirmat hoc Bar. ſed Iaſon dicit ea non bene id ꝓbare, ut per eum ibi, alia ēt deducit Ang.quib. reſpondent tenentes contrarium, circa quę non puto immorandum eſſe,utcunque illa ſe habeant, iſta concluſio eſt uera.Nec obſtant deducta ex aduerſo per Baldum,Caſt.Imo.Rom.Rapha.& Aretin.contra Bar.tenētes vbi ſupra, dum dicunt, ꝙ is, qui ſibi ipſi dicit, non conſequitur præmium aliàs ſibi delatum,l.interdum.§.qui furē. ff. de furtis.ſeu ꝙ poſtq̄ maritus elegit uiam uindictæ ſe vindicando propriis manib.ſuper perſona ipſius mulieris,non debet aliam vindictam expoſcere in bonis eius,ſed altero contentum eſſe oportet,ut dicebat Pau.de Caſt.ibi,& in l.rei iudicatæ.§.hīdi.nu.5.ſol.mat.ubi dicit, ꝙ ſicut maritus, ſi criminaliter accuſaſſet uxorem de adulterio, non poſſet dotē lucrari,ita quoq; lucrari nequit eā occidēdo ex permiſſione ſtatuti, quoniam iſta permiſſio & licentia ſubrogatur loco accuſationis criminalis.Nam ad hæc reſpōdetur unico uerbo, ꝙ procedunt,quo ad lucrum ex ipſo adulterio delatum quod per ſtatuta locorum, & de iure cōi mulier propter adulterium amittit dotem, ut late per Ludouicum Carrer. in d.§. homicidium.nu.253.uerſ.vxor autem adultera. quoniā ex uno crimine duas pœnas maritum ſumere non cōuenit, vindicando ſe & in corpore,& ſanguine uxoris, & in re, id-eſt in dote,ſecundum prædicta. aliud eſt in lucro ex diſpoſitione ſtatuti ꝓp onera matrimonij, uel ipſum matrimoniū delato,de quo loquimur, tūc dici nō pōt lucrū deferri ex eadem cauſa,uel facto,ex quo uindicta ſumpta eſt,ſed ex diuerſis,quia lucrum ꝓp ipſum matrimonium diſpoſitione ſtatuti defertur,interfectio,& occiſio uxoris propter eius adulterium ex altero ſtatuto prouenit,& propterea utrunque pōt concurrere,iuxta tradi.in l.ſingularia. ff. ſi certum pet. & ex hoc reſultat differentia inter lucrum dotis, de quo in hoc, uel ſimili ſtatuto.& lucrum dotis ꝓp adulterium, hoc poterit fieri ēt occidendo uxorem ex permiſſione iuris, alterum autem non.Et iſtam differentiam facit Matthæ. Alex & Cāpe.in locis prælleg.& Rol.in q.63.tenet ſic, opiniones Doctorum concordando in hoc.Alio ēt modo reſpōdit Iaſon, & alij poſt eum in d.§.ſi uir.ad dict.l.interdum.§. q furem, ꝙ ibi,qui in perſonam furis ius ſibi dixit, pœnam dupli, uel quadrupli petere nequit, quoniam illa pęna eſt extraorem, & mere odioſa.gl.in cap.fraternitatis.12.q.2.ſed talis non eſt hoc dotis lucrum,quia defertur ꝓp onera matrimonij.l.pro oneribus.C.de iure dotium & de eo iudicatur, ut de dāno, ideo non debet ita perdi,ſicut illa pœna dupli,& quadrupli amittitur. ſed hæc reſponſio non ita tollit cōtraria,ut ꝓ nos
6 data ſuperius.Alterum † dictum Cyni, quando ex conuentione ſola lucrum deferretur, nullo ſtante ſtatuto de eo, ꝙ tunc occidens etiam permittente lege non debet ex veriſimili mente mulieris lucrum facere, ſequitur Alex. in d. l. ſi ab hoſtibus §.ſi uir uxorem.uerſ.& ſi contra Cyn.& Camp. & Lup.ubi ſupra.& Ang.& dum aliqui rationi Cyn.reſpondebant,dicentes, ꝙ imo in genere cēſetur etiam de hoc caſu mulierem paciſcentem,ſuper lucro dotis cogitaſſe.l. qui iure.de teſtamen.milit.replicant Alex.& Camp. ꝙ in generali cogitatione nunquam intelligitur uenire illud,quod quis in ſpecie ueriſimiliter non erat cōceſſurus.l.obligatione. ff. de pign.& concor.uel tu dic melius, ꝙ non uenit triſtis euē tus in generali cogitatione.l inter ſtipulantē.§. ſacrā de uerbor.obligation.& actus ultra cogitationem, ſeu intentionē partis non eſt extendendus.l. non omnis. ff. ſi certum petatur.& ſic aliter concluditur in iſta q.quo ad lucrum conuētionale.hoc etiā vult Rol in d.q.63.in fi. Nota, ꝙ ſufficit ꝓbare de uxoridio per famam & indicia,& leuiores probationes quo ad hunc effectum excludendi maritum ab hoc dotis lucro,licet illæ probationes non eſſent ſufficientes contra uirum ad eum criminaliter condemnandum,ut conſuluit Bal.in conſ.254.proponitur,uol.2.Secundus eſt caſus,in quo maritus perdit lucrum dotis,ſcilicet quādo necem uxoris non uindicat.l.ei qui.ubi Docto.de his quibus vt ind.Bal. in d.conſ.154.Bar.& Ang.in l.ſi ſequens.§.fi.ad Sillan & Docto.in d.§.ſi uir uxorem. Sequitur Rol.in d.q.61. vbi hoc limitat in tribus caſibus,in quibus non tenetur hæres mortē defuncti uindicare,ut ibi per eum.Tertius eſt caſus,quando culpa uiri fuit ſeparatum matrimoniū,& diu uixit uxor extra conſortium mariti,ut tenuit Soci.Iun. in conſ. 27. ad fi. uol.1.Item quando uir fuit ingratus uxori,dotem non lucratur.Rolan.in q.64.nu.10.Rip.in l.fi.C. de reuoc. don. Quartus eſt caſus,quando ei denegat alimenta, quoniam tunc uī eā necare.l.necare.ff.de lib agn.Bal.in d. l. quod in uxorem. C.de neg.geſt. gl. in d.l.ſi ab hoſtibus. §. ſi uir uxorem,& ibi Caſt.& Caſſa.in conſu.Burg.in rub.4.§.2. Eſt douce. & Lup. in d.rub.§.70.uer.amplia prædicta.ubi citat Bal.Cum & alia multa allegat. & ponunt exemplum, quando maritus ſe abſentat,

ſentat, & vxori non prouidit de alimentis, in quo caſu dicit Pau.de Cait. ſe conſuluiſſe contra maritū, ut conſuluit uere in conſi.17.& eſt de mente omnium in d.§.ſi uir uxorem. Quintus,quando de domo expulit abſque cauſa iuſta, ſeu aliter male tractauit,ut dicit Rui.in d.conſi.8.in col.2.uol.2. Nicol.Boe.in d.deci. 244.Bal.in l.1. §. ſed ſcimus. C. de lati. lib.tol.Lup.in d.rub.§.70.ad fi.& plenius in cap. per ueſtras. in 3.no.in col.3.ubi allegat Ioan. de Ana. in cap. 1. de infan. lang.& Cy.& Fulg.Bal.& Alex.in locis,de quibus ibi per eū, & ſecundum iſtos excluſio æquiparatur caſui occiſionis,ſed Iaſ.in d. §.ſi vir uxorem,poſt Alex.ibi,nu. 3.dubitant de iſta æquiparatione, quia dicunt illum textum dicti. §. ſi uir. cōtinere materiam pœnalem & odioſam, ideo ſtricte intelligēdus eſt,quia amiſſio iſtius lucri iudicatur ut damnum pati, arguendo a fortiori, ut nec propter uulnus ei illatum maritus amittat hoc dotis lucrum.Certe iſtud poſſet procedere quando maritus recepiſſet uxorem penes ſe eam benigne reuocando ad domum,tunc non attenderetur iſta iniuria expulſionis,uel uulneris antea illati,quoniam cēſeretur remiſſa,& purgata per ultimum tractatum,& bonam uitam ſecū peractam,vt p Boer.in d.deciſ.244.Alex.in conſi.123.in col. fi.uol.7.& in l.ſi cum dotem.§. ſinautem in ſeuiſſimo.num. 10.ff.ſol.ma.Bal.in d.auth.dos data.C.de don.ante nup.Rui. in conſi.131.lib.4.ubi conſuluit pro filia, ꝙ licet propter inhoneſtam uitam potuiſſet a patre exhæredari, ex quo tamē ad bonam redijt uitam,eā amplius non poterit exhęredare; quia ultimus ſtatus attenditur,ſecundum Pari. in conſi. 34. uol.3.& ultima mora tollit primam,atque ultima conſuetudo inſpicitur.Alex.in d.§.ſi uir.num.3 poſt Imol.& Bal.allegatos ibi per eum,& quia in iſto caſu poteſt dici,ꝙ culpa uiri mulier prædeceſſerit, ſecus quando tenuit eam expulſam vſque ad mortem abſque cauſa,& ita procedat concluſio ſupra dicta,in hoc caſu poteſt dici quodammodo culpa mariti quaſi ab eo derelictam deceſſiſſe : & ſic militat dec. text. in d.§.ſi uir. & doctrina Bal.in l.1.C.de lati. lib. tollen.ꝙ qui perſonam expulit, eius bona non debet habere & monaſterium expellēs monachū de monaſterio debet eius bona reddere.§.ante pen.in Auth. de ſanct.epiſ.& alia ſimilia,de qb. per Lup.in d.c.per ueſtras.in d.3.not.Rolan. ponit hunc caſum in q 68.& diſtinguit,an vir expulit tantum, an uero expulit & paſſus eſt vxorem fame perire,in primo caſu vult virum lucrum non perdere ſecus in ſecundo.iſta diſtinctio,ut uides,eſt inepta,quia quo ad primum eſt reſoluere hāc quæſtionem negatiue contra opinionem plurium;quo ad ſecūdum amiſſio lucri fieri ex alio capite dicetur, tene noſtram diſtinctionem,& pro ea facit quod late deducit Rol.in q.70. ubi multa ex prædictis allegans dicit ſecundum communē opinionem,ſi maritus cęperit bene tractare uxorem, non p det lucrum,quod tamen intelligit re integra, quòd cæperit eam bene tractare,antequam mulier in infirmitatem mortalem incidiſſet:ſi enim ob malum tractatum incidit in huiuſmodi morbum,ipſe non excuſatur ex poſt, & lucrum dotis perdit ſecundum Imo.Alex.& Rui.ubi ſupra.Et expuliſſe uxorem maritus dicetur,non ſolum quādo ipſe de facto expulit eam,uerum etiam ſi acriter eam uerberaret,uel ſi concubinam haberet in domo. In vtroque enim caſu uxori licet fugere de domo uiri,& debet habere a uiro alimenta,ac ſi eſſet ī eius domo, nec ei poteſt mitti repudium a uiro,ꝙa culpa mariti receſſit,& habetur perinde, ac ſi maritus expuliſſet eam , ut plene deducit Lup.in d.c.per ueſtras,in 3. not. addens,ꝙ uxor non tenetur redire ad uirū,niſi præſtita cautione,ꝙ affectu maritali tractabit eam & concubinam expellet, cum non bene conueniant in uno lecto uxor & concubina,& acceſſus concubinæ maxime exaſperat caſtas mulieres.l.conſenſu.C de rep.Bal.in c.1.extra ut li. conteſt. Alex. in c. ex parte. extra de ſponſ. In hoc igitur caſu, quo culpa viri facta eſt ſeparatio toti,& uxor viuens ſeorſum a uiro, ꝓpter eius malam uitā,uel ſæuitiam,maritus non poterit dotem lucrari,ut dixit Soc.Iu.in conſ.27.in fi.vol.1.fortius conſuluit Bal.in conſ.328.quædam domina.lib.3.alias eſt in nouis conſ.53.uol.5.quòd,ſi uxor diuertiſſet a uiro, qui eam reuocauit,& nolentem redire,excommunicari eam fecerat,& excommunicata ſeorſum a viro mortua fuit, dotis lucrū amittere nihilominus debeat,ubi dicit non obſtare, quod eſſet excommunicata,quoniam cum cenſeretur pars eius corporis non debebat eam deſerere in fine uitæ, ſed eam alere, & neceſſaria illi ſubminiſtrare oportebat.c.admonere.33.q. 2.& iſta Bal.deciſ.refertur ab Alex. in d. §. ſi uir. & Lup.in d. rub.in §.70. ed mihi non placet, quia maritus non tenetur alere uxorem extra domum,niſi cum ex ipſius mariti culpa receſſiſſet vxor (ut dixi) iuxta tradita per Docto.in l.ſi cum dotem.§.ſinautem in ſæuiſſimo.ſoluto mat. Socyn.in conſ. 186.uiſa.nu.2.nu.5.uol.2.Bal.& alij tradūt in d.l.quod ī uxorem.C.de neg.ge.Bar.in l.Caio.§.Imperator. de alim. leg. & dicit Saly.in d.l.quod in uxorem. quod quando uxor nō eſt in ſeruitio uiri culpa ipſius uxoris,non tenetur maritus eam alere,& refert Lup.in d.c.per ueſtras.in not. 3. uerſi. reperio tamen.& licet uxor,cum marito excommunicato,uel econuerſo,maritus cum uxore excommunicata poſſit,ſi uelit,uiuere & conuerſari abſq; periculo incurrendæ excommunicationis ob participationem, tamen poteſt recuſare impune & iuſte uiuere cum excommunicata uxore. Io. Andr. in addi.Spe.in ti.de dote poſt diuor.reſti.§. fin.in col.6.uerſ.ſecunda quæſto Zoan.in conſ.18. in fi. Et ideo non videtur qd imputandum marito in hoc caſu, unde debeat dotis lucro priuari,& puniri in eius amiſſione abſq; cauſa, & prælleganum Bal.conſilium forte fuſtinetur ex alia ratione,quam ibi tangit,ſcilicet dum dicit, vltima mora & culpa nocet, quæ fuit uiri,præſupponens quòd licet uxor ab initio fuiſſet in eo caſu in culpa diuertendo a marito,tamen ex poſt uir fuit in culpa eam deſerendo in morte,quia forte uoluit redire, & maritus eam non recepit, ſed eam extra domum mori.de reliquit,in hoc caſu recte conſuluiſſet Bal.ut diximus antea, alioquin eſſet confundere omnem iuris rationem, quòd ita in amiſſione lucri dotalis puniretur ſine facto,ſeu culpa ſua, ex culpa,factoq; alterius,ſcilicet uxoris,ſicut cum eſt in culpa,quod non eſt dicendum.l.ſancimus.C. de pen. cum concord.uerum in iſta quæſtione occurrit dubitari,† ſi vxor re- 7
periatur extra domum mariti viuere,an ipſa teneatur proba re ob ſæuitiam,uel inhoneſtam mariti uitam receſſiſſe, uel maritus contrarium, quod imo eam bene tractabat. Iſtam q.mouit Lup.in d. ca. per ueſtras.in tertio not.ad fi.& tenet onus probandi pertinere ad mulierem.Ancha in conſ.246. ſuper primo.Iaſ.in l.diuortio.ſol. mat. quia allegare ſæuitiā, uel inhoneſtam uitam,eſt allegare crimen, & delictum, ſed delicta non præſumuntur,niſi probentur.l merito. pro ſoc. 8
c.dilecti.de accuſa.& hoc ego puto uerum eſſe.Quintus † eſt caſus,quando vxori infirmæ medicum ad eam curandū nō adhibuit,tunc ea moriente maritus dotis lucrum nō faciet, ſecundum Bar.Bal Caſt.Cum & alios poſt glo.in d. l. ſi ab hoſtibus.§.ſi uir uxorem.& Lup.in dic. rub.§.70.Camp.ubi ſupra Io.de Amic.in d.conſ.9.& alios,in locis, de quibus ſupra,Rol.in q.64 hoc pluribus comprobat, de quibus ibi per eum.Nam maritus tenetur ſubuenire uxori, nō ſolum in alimētis,ſed & in medicinis,& cæteris neceſſariis,ut dicit Bal. in l.quod in uxorem.C.de neg.geſt.& ſequitur Lup. in d.c. per ueſtras.in 3.not.Rui.in d.conſ.8.col 2. lib. 2. ſic quoque hæres inſtitutus teſtatorem infirmum negligēs & in eius infirmitate medicum non adhibens priuatur hęreditate eius, ſecundum Bal.in conſ.223.uol.1.Alex.in conſ. 136.uiſo,lib. 7. Quod procedit,etiam ſi adhiberet aliquem , ſed imperitū ſecundum Camp.in d.tract.in q. 2.Io.de Amic.in d. conſi 9. Bal.& Alex.in d.§.ſi uir.nu.3.Bar.ibi nume. 3. & Iaſ.ibi poſt Ang.per tex.in l.quod ſi nolit.§.mancip. ff.de ædi. edi. quoniam paria ſunt aliquid non facere,uel minus idonee facere inquit Iaſ.ibi,per l.quoties.ff.qui ſatiſda.cog. ſicut paria ſunt non habere prælatum,uel habere,ſed inutilem.ca inter corporalia,extra,de transla.epiſco.ſicut inter viduas illa reputatur quæ maritum habet inutilem, quod par eſt,ac ſi non haberet,ut dicit cum alijs ſimilibus Lup.ubi ſupra.Et hoc uerum eſt,niſi imperitum medicum pro perito ignoranter acceſſiuiſſet,tunc excuſatur,ſecūdum Lup.ubi ſuprà Et aduerte,quod ſufficit peritum adhibere, quāuis alius peritior eſſet in loco,ſecundum Camp.ubi ſupra,in q.2.Bal.in d.l.iuris. C.qui admit.Ang in l.ſi ſeruum.de uerb oblig. Rol. in d. q. 64.nu.22.An autem ſi ibi, ubi vxor deceſſit, non erant medici,maritus debuerit ad locum uicinum proficiſci,medicū accerſitum pro curanda uxore.& Camp.in d.q. 2. & Alexā. in d.§.ſi uir.nu.14.dixerunt ad id,virum obligatum eſſe. l. 4. §.ſi tam vicinum.de dam.infec. Bal. in d.l.iuris.C. qui admi. Ant.de But.& Imo.in c.2.de conſti.Io.And.in ca.ſtatutum, de reſcri.in 6.quod eſt uerum,præſuppoſita facultate mariti,ut ſtatim dicam.idem pleniſſime deducens tenet Rolan. 9
in q.65.Porro † is,qui uult ob medicum in infirmitate uxoris non adhibitum excludere maritum à lucro dotis, caueat circa modum probandi iſtam negatiuam. Primo aduertat, quod deducat infirmitatem mulieris talem,ut ſi debita cura fuiſſet adhibita ei per medicum,& medicinas, ueriſimiliter ex eo morbo non periſſet,& reconualeſcere potuiſſet, alioquin,ſi infirmitas incurabilis,ut morbus epidimiæ, probet, cui omne auxilium,& opis humana videtur fruſtra adhiberi,uel ſi quouis modo conſtet,quod adhibita diligentia medicorum fuiſſet nihilominus mortua, ſuccumbet opponēs marito negligentiam prædictam,ut tenuit Alex.in d. conſi. 123.nu.4. uerſic. 3.reſpondeo.ubi dicit,ita eſſe de mente gl. in d.§.ſi uir.& Caſt.ibi firmat. & poſt cum conſulendo Ioā,

de

Source : BIU Cujas

de Amic.in consi.9.col.3.uersi.nunc præsuppositis & inue-
nio in specie de uxore pestis morbo ægrotante ita determi-
nare ex pluribus Rolan. in q. 69. Nam deducta infirmitate,
quæ potuit se habere ad mortem,& ad vitam,si in ea curan-
da contingat aliqua negligentia, imputatur in dubio mors
subsequens negligentiæ,& malæ curæ,secundum Bal.Ias.&
alios in d.§. si uir. & Lup.ubi suprà, inferentes propterea ad
quæstionem vulneris illati, quod lethale omnino non erat,
sed haberi se poterat ad vitam,& ad mortem; ꝙ tunc mors
exinde contingens negligentiæ, si qua in curando interue-
nerit,adscribitur, vt plenissime quam plurimos citando de-
ducit Ludo.Carre.in pract.Crim.in §.homicidium. nu.322.
uers.11 igitur.Dec.in consi.415.Cepo.in cons. 61. Mars.in l.
1.§ diuus.de sica.Fely.in c.presbyterum.de homic. Et sic in
vno casu mors vxoris potest mariti negligētiæ & culpæ im
putari,in alio non Secundum aduertat, ꝙ articulet, & pro-
bet medicum in loco haberi potuisse, alioquin maritus nō
excludetur,secundum Bart.& omnes in d.§. si vir. Corn. in
d. cons.250.viso statuto.nu.16.uol.1.& in cons.123.uiso.nu.
15.eod.& in cons.105.pro parte.nu.33.uol.2.& Alex.in d. cō
sil.123.& in d.cons.136.ubi etiam dicunt, quòd ista negati-
ua est concludenter probanda, quod scilicet medicus non
fuerit adhibitus. & Alex. in ea causa negabat testes conclu-
denter illam negatiuam medici non adhibiti probare. Hæc
plene tradit Rolan.in d.q.64.num.18. & paulo ante plura al
legat,ad probandum, ꝙ onus probandi incumbat inculpan
ti maritum de medico non vocato,quòd medici erāt in lo-
co,volunt sufficere præsumptiuam probationem,quia mu
lier mortua sit in celebri loco,seu ciuitate,ubi de iure præsu
mitur adesse copia peritorum.d.c.statutum,& ibi no.de re-
scriptis,lib.6.l.si quis duas.§. est autem. ff. de excus. tut. Rol.
in d.q.64.nume.22.Tertium aduertat,quod articulet,& pro
bet virum ita diuitem fuisse,vt facile potuerit pecuniam ha
bere in conducendo medico & parandis medicinis,alias ex
cusatur secundum Alex.in d.consi.123.& Cast.in d.§. si uir.
& Ruin.in consi.139.visis.lib.4.& Camp.in d.q.2.& Alexan.
in d.§.si vir.num.3. & ibi Iason num.10.& Dec.in consi.430.
nume.3.Rol.in d.q.65.nu.11. ubi limitat etiam, quando ad
cum locum non fuisset tutus accessus.Alijs etiam duob.mo
dis maritus defendi potest a culpa medici non adhibiti in in
firmitate vxoris.Primo,si deducatur, quod ab eius consan-
guineis fuit præuentus in hoc secundum Alexan.in d.cons.
123.num.4.volum.7.sequitur Rol.in q.62.nume.8. & pluri-
bus hoc comprobat in q.67. Secundo,si dotem sibi promis
sam,nondum soluerat uxor,uel alius pro ea;quoniam mari
tus tunc potest uxori negare alimēta, & expellere de domo
secundum gl.in §.illud,iuncto tex. ibi in Auth. de non elig.
secundo nub.in uers.onera.l.fin.& ibi no.per Bal. C. ad Vel-
leia.Cyn.in l.quod in vxorem.Bal.in l.de diuisione,sol.mat.
& in l.si donaturus.§.1.ff.de condic. ob cau.Rip.in l.2.nume.
43.solu.matri.Corn.in cons.240.in præsenti. in tertio libro.
ita per hanc rationem concludit Alexand.in cons.23.col.fi.
10 vers.posset etiam.Pro fine istud etiā dico, † ꝙ si dos ob cri-
men mulieris,ut solet in quinque casibus. l. quinque legib.
ff.de bon.dam.proscribatur,& a fisco occupetur,marito ta-
men integrum lucrum dotis saluum erit, & consuluit Soc.
in cons.121.præmittenda,num.19.vers.secunda ratio.uo lu.
4.vbi allegat.Barto.hoc dicentem in lucro dotis ex pacto de
lato,quod dicit multo magis procedere in lucro delato di-
spositione legis,quod est magis necessarium, iuxta not.in l.
si dotem.§.si pater. sol. matri. & in terminis lucri dixit Ang.
in tract.de malefi.in gl.in uer. & eius bona publicamus. nu.
29.vers.an vxor.Rol.in q.59 pleniusita decidit distinguens,
an pactum de lucro factum fuerit,antequā mulier esset hæ-
retica,uel aliud crimen commisisset,vnde proscribitur dos
in primo casu,quia delictum vxoris,non habet nocere mari
to.l.post contractum.ff.de donat.l.si quis post hac.C.de bo
nis proscrip.marito lucrum prædictum debebitur. In secun
do autem casu secus, quia post crimen, ex quo interdicitur
ei facultas administrandi & alienandi.l.Manichæos.C.de hę
ret.l.ex iudiciorum.ff.de accus. non potuit dotem dare, &
pacisci super ea,& quod dicitur in casu dotis lucrandæ ex pa
cto,id multo magis esse tenendum in casu stantis statuti,sub
dit Rol.per aliqua,de quibus ibi per eum. Ex his sit præsens
commentarius absolutus ad laudem & gloriam omnipo-
tentis Dei patris,& filij,& Spiritussancti.

TRACTATVS
DE DOTE IACOBI
Butrigarij

SVMMARIVM.

1 *Pater filiam in sacris constitutam,uel emancipatam dotare tenetur.*
Mater filiam dotare non cogitur.
2 *Frater sororem ex eodem patre natam dotare cogitur.*
3 *Pater de suo filiam dotare præsumitur, non de bonis filię, nisi hoc expresse dicatur,uel nisi pater sit inops.*
4 *Dotem profectitiam non ius potestatis,sed parentis nomen facit.*
5 *Dotem profectitiam mulieri dans,quam legem uult in eam incontinenti indicere potest.*
6 *Dotem profectitiam ante nuptias dans potest ex interuallo citra filię voluntatem ante nuptias stipulari.*
7 *Quid si nuptijs contractis,post dotem datam pacisci uelit.*
8 *Pater si dotem pactus,uel stipulatus est dotem sibi reddi,si morte filię matrimonium soluatur,stipulatio valet.*
9 *Quid si stipulatus sit dotem apud maritum remanere.*
10 *Quia sit pactus sit,vt morte uiri soluto matrimonio, liberis existentibus, tota dos,uel eius pars nomine filiorum retineatur.*
11 *Extraneus si dotem dat,ualet pactum,quocunque modo soluatur matrimonium,ut ipse conditionem habeat.*
12 *Quid si pactus sit,ut dos apud uirum remaneat,si diuortium fiat.*
13 *Matrimonium cum de iure consistere non possit,pecunia data in dotem conuerti non potest.*
14 *Matrimonium nullum est,cum iuris auctoritas deest.*
Dos sine nuptijs non intelligitur.& nu.seq & nu 25.
15 *Dotis appellatio,ad quæ matrimonia referatur.*
16 *Pœna in matrimonio promitti non potest.*
17 *Coniugum alter an sine altero religionem ingredi possit.*
18 *Vir,& vxor si religionem ingrediantur,quicquid adinuicem donatum est cuilibet reddetur.*
19 *Viro,nec mulieri religionem ingredientibus ex pactis nuptialibus aliquid lucri conceditur.*
20 *Coniugum alter si religionem ingrediatur alteri per omnia lucrum illud remanet,quod ex pacto mortis lucrari debebat.*
21 *Matrimonium,si dissoluatur ob impotentiam eoeundi ex parte uiri, uel quia mulier est nimis stricta,de dote quid iuris sit.*
22 *Mulier,quę uirum pati non potest,nupta non dicitur.*
23 *Minor 12.an uxor esse non possit.*
24 *Dos data,si nuptię non sequantur,repetitur.*
26 *Matrimonium si ob delictum uxoris dissoluatur,pactum ualet,ut dos apud virum remaneat.*
27 *Quid si matrimonium ob viri delictum dissoluatur.*
28 *Maritus uxorem interficiens dotem non lucratur.*
Matrimonium de iure canonico ob latrocinia,uel alia debita uiri,non dissoluitur.
29 *Pater si dotem filiæ dari nepoti stipuletur,matrimonio dissoluto, stipulatio valet.*
30 *Quid,si alij extraneo reddi stipulatus,an pactus fuerit,& numero seq.*
32 *Patri dotem danti profectitiam, & nullum pactum apponenti tacita ex stipulato actio competit.*
33 *Matrimonium si morte vxoris soluitur,an soli patri dotis repetitio competat.*
Quid,si auus paternus ob filiam dotem dedisset.
34 *Quid,si morte uiri,uel diuortio matrimonium soluatur.& nu seq.*
36 *Filia est quasi socia patri in causa dotis.*
37 *Filia si citra patris uoluntatem dotem exigat,an actio patri supersit.*
38 *Dos quibus causis constante matrimonio,restituatur.*
39 *Dos constante matrimonio permutari potest.*
Pater si de dote agat,ratum filiam habituram cauere debet.
40 *Dos,si uiua filia ad patrem reuertatur,an minui possit.*
41 *Dos promissa per patrem ante matrimonium, uel incontinenti post minui potest.*
Pater si dotem pro filia,uel nepte dedit, & interim moriatur, uel eum emancipet,dos mulieri pertinet.
42 *Actio de dote ad solam filiam transmittitur,si pater ante, uel post litem contestatam cum consensu filiæ decedat.*
43 *Actio iudicati soli filiæ competit,si pro patre sententia lata sit.*
Filia succedere uolens ex testamento,uel ab intestato dotem confert.
44 *Filia a bonis paternis se abstinens dotem conferre non tenetur.*
45 *Dos in hæreditate patris non est.*
46 *Dos quando dicatur aduentitia.*
47 *Pater post dotem filiæ acquisitam eius conditionem deteriorem facere non potest.*
48 *Actio dotis aduentitia soli filiæ datur.*

49 *Pater*

Source : BIU Cujas

49 *Pater ſi pactus ſit, quod dos apud virum remaneat, ſi vxoris morte ſoluatur matrimonium, pactum non valet.*

50 *Quid ſi pactus ſit, ut apud virum remaneat, ſi diuortio matrimonium ſoluatur.*
Nuptiæ inceſtæ dotem non habent.

51 *Pactum valet, ſi mulier pacta ſit, quòd dos apud maritum teneat, ea in matrimonio decedente.*

52 *Filia ſi pacta ſit animo donandi inter uiuos, ut extraneo dos reddatur, ei nulla actio competit.*

53 *Quid, ſi pater pactus ſit extraneo dotem reddi.*

54 *Quid, ſi non animo donandi mortis cauſa filia extraneum ſtipulari promiſerit, & infra nu. ſeq.*

56 *Quid ſi extraneus, muliere mandante, nõ donationis cauſa ſtipulatus ſit. Extraneus ſi pro muliere dotem dat, & ea mandante ſtipulatur, actione mandati tenetur, vt ſibi actionem cedat, vel vt eum liberet.*

57 *Matrimonium ſi diuortio ſolutum ſit, actio mulieri competit, ſi ante quã agat, matrimonium reconciliatum ſit, inefficax ſit, donec illud matrimonium durat.*

58 *Quid ſi mulier medio tempore dotem à viro ſtipulata ſit.*

59 *Quid, ſi medio tempore aly nupſit, & poſtea ad priorem vtrum rediit.*

60 *Actio de dote ubi patri, uel filiæ competit, dos nulla exceptione obſtante repetitur.*

61 *Vxor bona mariti eum percepta in dotem ſibi imputare debet.*

62 *Extraneus quis dicatur.*

63 *Extraneus dotem dans de ſuo quicquid vult paciſci, & ſtipulari poteſt.*

64 *Extraneus ſi dotem ſibi dari ſtipulatus ſit, quoquo modo matrimonium ſoluatur, mulieri actio non competit, ſed ipſi ſoli.*
Dotis exactio ei competit contra maritum, qui marito dotem dedit.

65 *Matrimonium ſi mulieris morte ſoluatur ſtipulatio tam ad dotem quàm ad eius augmentum committitur.*

66 *Matrimonium licet redintegratum ſit, actio tamen acquiſita non intercidit.*

67 *Extraneus ſi dotem ſibi reddit pactus ſit, cum eam dat, pactum valet.*

68 *Maritus ſi vxori dotem reddat, quam extraneo dotanti reddere debebat, ipſi extraneo tenebitur.*

69 *Extraneus ſi in una cauſa dotem ſibi reddi ſtipulatus ſit, in alijs caſib. mulieri actio competit.*

70 *Quid ſi poſt dotem datam ſine mandato mulieris dote à viro ſtipulatus ſit, eam extraneo ſoluat. & infra nu. 72.*

71 *Stipulatus, quod mihi debetur, niſi ex uolũtate mea ſtipulatur, mihi actionem non aufert.*

73 *Extraneus ſi de eo, quod ad mulierem pertinet, pro ea dotem dedit, & ſibi reddi ſtipulatus eſt, non donationis cauſa, non ſolum mulieri, ſed eius hæredibus tenebitur.*

74 *Extraneus ſi ſine mandato mulieris dotem eius marito dedit, nec ratum habuit, ei debiti petitio ſupereſt.*

75 *Debitor mulieri ſoluere intelligitur, ſi creditori eius ſoluit.*

76 *Negotium alterius gerens, quicquid ob id conſequitur, reſtituere cogitur.*

77 *Extraneum de ſuo dotare præſumendum non eſt.*

78 *Extraneus ſi res proprias mulieris in dotem dedit, & ſibi reddi ſtipulatus aut pactus ſit, an pactum mulieri noceat.*

79 *Mulieris non intereſt, an ipſa, uel alius pro ea dotem dederit.*

80 *Dos quando ab ipſa muliere profecta eſt, ſi matrimonium poſt diuortium reconcilietur, conſenſus extranei, qui conſenſu mulieris ſtipulatus eſt, requirendus non eſt.*

1 PATER, & omnis † parens per utilem ſexum debet dotare filiam in ſacris cõſtitutam, ut ff. de rit. nup. l. qui liberos, & emancipatam, ut C. de do. prom. l. fi. & ff. de col. bo. l. dotem. Mater uero non cogitur, ut C. de iu. do. l. mater. † Frater cogitur dotare ſororem ex eodem patre natam, ar. a contrario ſenſu. ff. de admi. tut. l. cum plures. §. 3. † Et ſi pater dotem pro filia det, uel promittat, licet aliqua habeat ad filiam pertinentia, ſemper eam præſumitur dotare de ſuo, non de ijs, quæ ad filiam pertinẽt, niſi expreſſim hoc dicat, uel pater ſit inops, vt C. de do. prom. l. fina. & hæc, quando dos profecta eſt de bonis patris, uel facto eius, ſiue ipſe parens, ſiue alius pro eo, & eius ratione dotem det, ut ff. de iur. dot. l. profectitia. Nec intereſt pro filia in poteſtate, vel emancipata pater dotem det, † quia non ius poteſtatis, ſed parentis nomẽ dotem profectitiam facit, vt ff. de iur. dot. l. profectitia. §. penult. Quum autem dos datur pro muliere, aut datur a parente, aut ab ipſa muliere, aut ab extraneo. Si a parente per uiri lem ſexum aſcendẽte, aut eſt profectitia dos, aut aduentitia † ſi eſt dos profectitia, ille, qui eam dat, poteſt indicere in eã legem, quam uult, etiam ante perſonam mulieris, ſi incontinenti paciſcatur, uel ſtipuletur, cæterum ſi interpoſito tempore ſtipulari velit non conſentiente filia, non poteſt. † Sed ſi ante nuptias dotem dedit, poteſt ex interuallo nuptias citra voluntatem filiæ ſtipulari: ut ff. ſolu. mat. l. quoties patri. † Sed quid, ſi, contractis nuptijs, poſtque daram dotem paci ſci velit, tene, quod plene dicitur ff. de pac. dot. l. cum dos filiæ. & ff. de iu. do. l. poſt nuptias. & C. de iur. dot. l. cum a ſocero. quia ergo pater, quum dat dotem, poteſt apponere pactũ quod vult, aut tunc apponit, aut non, ſi apponit, aut pactus, vel ſtipulatus eſt dotem ſibi reddi, aut hæredibus ſuis, uel ijs quos habet in poteſtate, aut pactus eſt penes virum remanere, ſi morte filiæ ſoluatur matrimonium, aut pactus eſt extraneo reddi. † Primo caſu vtilis eſt ſtipulatio, ut ff. de pac. do. l. ſi ita conueniat. & l. cum pater filiæ. & l. matri ſocerum. §. fin. Secundo caſu, aut pactus eſt penes virum remanere, ſi morte filiæ ſoluatur matrimonium, aut ſi per diuortiũ. † Si morte filiæ, ualet pactum, ſiue tacite, ut ff. de pac. do. l. inter ſocerum. §. cum inter & l. Bebius Marcellus. ſiue expreſſe, ut l. ſi pater dotem. ff. de pac. do. & inter ſocerum. nam, in dote profectitia tantum poteſt facere deteriorem conditionem dotis in eum caſum, in quem ſoli repetitio cõpetit, ut ff. de pac. do. l. ſi conuenerit. † Si vero pactus eſt pater, ut morte viri ſoluto matrimonio liberis exiſtentibus tota dos vel pars retineant nomine liberorum, tale pactum nõ ualet, ut C. de pac. conuen. l. quamuis. & ff. de pac. do. l. 2. & hoc habet locum tantum, quum pater dat dotem, vel ipſa mulier. † Sed ſi extraneus dat dotem, bene ualeret pactum, quia paciſci poteſt, ut quoquomodo ſoluatur matrimonium, habeat ipſe condictionem, ut ff. de ius do. l. licet. §. 1. † Sed ſi pactus eſt, dos apud virum remaneat, ſi diuortium fieret, aut diuortium ſit de matrimonio, quo iure diuortium prohibetur fieri, aut de eo quod non prohibetur fieri, puta propter cõſanguinitatem, vel affinitatem, vel alias cauſa: tunc dos reſtitui debet, ut extra de con. ap. in ſpon. vel in al. c. 1. & 2. † quia cũ matrimonium conſiſtere iure non poſſit, quaſi nulla dotis cauſa fuit, & pecunia in dotem conuerti non potuit, & ideo condictio ad eam repetendam competit, ut C. de cond. ſine cau. l. fi. §. fin. & C. de ſpon. l. mulier. §. quæſita. & in tali caſu dos nulla eſt. fi. de rit. nup. l. a diuo Pio. † nam quum iuris deſt authoritas, nullum matrimonium eſſe videtur, ut C. de nuptijs. l. ubi videtur, & ſine nuptijs dos non intelligitur, vt C. de dona. l. cum multæ. & ff. pro do. l. 1. & ideo pactum prædictum non ualet, quum matrimonium conſiſtere non poſſit, † nam dotis appellatio non refert ad ea matrimonia, quę iure conſiſtere non poſſunt, ut ff. de iu. do. l. dotis promiſſio. & l. ſtipulationem, quia & ſine nuptijs nulla eſt dos. ff. de iur. dot. l. licet. Nec intereſt, utrum nuptiæ non ſequantur, ut ff. de iur. dot. l. ſi mulier. §. fina. & C. de inter. mat. l. ſi patris. & iõ dos retineri non debet † quia videtur eſſe loco pœnæ, quæ promitti non poteſt in matrimonio, vt eſt. ff. de uerbo. obli. l. Titia. §. idem reſpondit. C. de ſponſ. l. fina. in fin. Si autem diuortium fiat de matrimonio, quod iure fieri prohibetur, aut propter religionem, aut propter impotentiam coeundi, aut propter delictum. † Si propter religionẽ, ueluti quum uterque vult conuerti & caſte viuere, nam alter ſine altero non poteſt, cum ſint una caro, niſi forte alter ſit adeo ſenex, vel ſterilis, ꝙ ſine ſuſpicione poteſt in ſecundo remanere, extra de conuerſ. coniug. c. cum ſis. † tunc ſi ambo monaſticam vitam eligant, omnibus pactis dotalibus uacantibus, dos, & donatio propter nuptias, & quicquid ſibi inuicem donatũ eſt, cuilibet reddetur, vt extra de conuerſ. coniug. c. ex parte & unuſquiſque ſine damno ſuis vratur rebus, niſi forte alteri dare, vel cedere voluerit, † quoniam ex pactis nuptialib. neq; viro, neque mulieri aliquid lucri conceditur, vt in Auth. de ſan. epiſco. §. ſponſalib. quoque † Quod ſi non ambo, ſed alter eorum ad religionem tranſeat, tunc per omnia alteri remanet lucrum illud, quod ex pacto dotis lucrari debebat, vt C. de epiſco. & cle. l. Deo nobis. † Si uero diuortiũ fiat propter importantiam coeundi, ſiue ex parte viri contingat, veluti propter frigiditatem, uel maleficium impediẽ coire, ut in Authen. de nup. §. diſtrahuntur. & 33. q. 1. ca. 1. & 3. & c. quod autem. ſiue ex parte mulieris, quod adeo eſt forte ſtricta, ut cognoſci non poſſet, ut ff. de ædil. edic. l. quæritẽ. §. mulierem. dos repetitur. † qua de cauſa non videtur nupta, quæ virum pari non poteſt: vt ff. quan. di. leg. ced. l. pen. & de condi. & demon. l. hæc conditio. † Idem eſt, ſi minor 12. ann. quæ uxor nõ eſt, ut ff. de priui. cred. l. 2. §. fi. in fi. Vnde non videtur matrimonium conſumatum, quia non fuit carnalis cõiunctio ſubſecuta, vt extra de conuer. cõiug. c. ex publico. & de deſponſa impu. c. 1. & extra de rapto. c. cum cauſa. † Item ſi dos data eſt, & nuptiæ non ſequantur, repetitur per condictionem ob cauſ. vt ff. de cond. ob cau. dat. l. qui ſe. §. fi. & C. de iu. do. l. in rebus. §. 1. & (vt diximus) nuptijs non ſequutis nulla eſt dos, vt ff. de iu. do. l. licet. ergo ſi non eſt, nec pactum, † quia ſine nuptijs non eſt dos, vt C. de do. ante nu. l. cum multæ. & in tali dote etiam priuilegium datur, vt ff. de pri. cre. l. 2. §. 1. & in perſonali actione, vt ff. de iu. do. l. ſi ſponſa dotem. Quum vero diuortium fit propter delictum, aut mulier commiſit delictum, aut vir. † Si mulier, vt ſi adulterium committat, quo diuortium fit, ualet pactum, ſcilicet

vt dos

Source : BIU Cujas

vt dos penes virum remaneat,nã in tali casu etiam si dos esset mulieris ipsius ꝓpria, & p̃dictũ pactũ factũ nõ esset,iure mulier debet dotem amittere,& vir lucratur eam, vt in auth.de nup.§.si igitur ſm Theodosium.& in auth.vt lice.ma.& auię §.quia vero plures.& §.quia quædam culpa.& ff. de iu.do.l.si
42 dotẽ.mulier.n.in tali casu muctanda est.vt ff. solu.mat. l. Lucius.Idem vr̃ etiam extra de do.c.plerũque.& nisi lenocinio
27 viri adulterata fuerit.ff.sol.matri.l.cum mulier viri.†Quod si maritus commisit delictum,ꝓp quod diuortium fiat,vt quia sit hæreticus, vel cognouit matrem vxoris, tunc separandus est ab vxore.de diuor.c.2.& c.de illo.& c.fi.extra de eo,q̃ cogni.consang.vxo.sua.c.ex literis. & c. veniens. & in hoc casu
43 dos apud maritum remanere non debet facto diuortio, nam
28 ex culpa non debet lucrari,†vt dr̃ in marito, q̃ interfecit vxorem suam,& volebat lucrari dotem ex pacto,vt ff.sol.mat.l.si ab hostib.§.1.& ar.ff.de neg.gest.l.siue hæreditaria. Pro latrocinijs aũt,vel alijs criminib.quib.de iure ciuili matrimonium soluitur,iure canonico non soluitur,idem si forte mulier mariti sui mortem cum alijs consiliata est,& maritus aliquem il
44 lorum se defendendo occiderit,vt extra de diuor.c.1.& 2.†Si
29 vero paciscaẽ pr̃ ipsam extraneo reddi,aut ille est nepos eius, aut alius extraneus.Si est eius nepos, stipulari nepoti vtiliter potuit.C.de pact.conuen.l.pr̃ pro filia.& ff.sol.mat.l.Caius.Si est alius extraneus,aut pactus est pr̃ dotem reddi, aut stipula-
45 tus.†Si pactus est,illi ex tali pacto non datur actio, nisi ille ex
30 traneus in tali casu fuerit stipulatus,tũc datur ei actio. nisi forte a patre sit hæres institutus,& vetitum ab eo, ne petat dotẽ
46 a genero,vt C.de iu.do.l.cum patrono.†Quod si stipulatus ẽ
31 extraneo pater reddi,tunc nec sibi,quia nõ vult,nec illi,quia non potest,acquiritur actio.C.de iu.do.l.genero. & C. si quis alte.vel si.l.multum.Ista sunt vera,qñ pater dat dotem profe
47 ctitiam,& pactum apponit.†Sed si pater,cum dat dotem pro
32 fectitiam nullum pactum apponit, datur ei tacita ex stipulatu act.vt C.de rei vx.act.l.vnic.§.accedit.in fi.§. & in eo.tit.in princ.§.j.& in hoc casu non intelligitur tacite stipulatus. Aut matrimonium soluitur morte mulieris,aut viri,vel diuortio.
48 33 † si morte mulieris soluatur matrimonium,tunc soli patri datur repetitio dotis,siue extantib.liberis ex eo,vel nõ ſm quosdam,ar.C.so.ma.l.dos.ff.de iu.do.l.vir ab eo.& si auus pr̃nus ꝓp filiam dotem dedisset,secus esset,vt ff.de iu.do.l.auus.Alij contra,quia liberis extantibus non datur patri repetitio dotis,ar.C.de col.l.illam.& ff.ad leg.Fal.l.pater.ff.sol. mat. l. post dotem ff.de minor.l.denique.§.sed vtrum.Idẽ est in filia emãcipata.ff.sol.mat.l.si ab hostibus. Idem in patre adoptiuo. ff.
49 34 de iu.do.l.adoptiuum.†Si morte viri,vel diuortio soluaẽ matrimonium,licet pr̃ videatur stipulatus siue tacite,siue expres-
50 se,non tamen datur ei soli repetitio dotis inuita filia,vt C.sol. mat.l.filiæ pecuniam.quia dos profectitia est patris,& filię,vt ff.sol.mat.l.2.nec sine voluntate potest pater exigere dotem,
51 35 & accipere,vt C.sol.ma.l.2.& 3.& l.post dotem.†vnde si morte viri,vel diuortio soluatur matrimonium, quamuis dos ꝓfectitia sit patris& filiæ,vt ff.sol.ma.l.2.tamen si gener soluat socero dotem,filia ignorante, non liberatur,sed condicet, ni
52 36 si filia ratum habeat,†quia in causa dotis fit particeps obligationis,& quasi socia est filia patri,vt ff.sol.mat.l. qui hominẽ. §.si gener.Sed si filia patri hæres extitit,neque tm̃ ex legato a patre accepit,quantum doti esset satisfactum, debet ei actio denegari,si tamen a patre consecuta sit,quantum ex dotis nomine debeatur a marito,qui patri soluit,vt ff.sol.ma.l. si cum
53 37 dotem.§.si pater filia.ff.de leg.2.l.Titia.§.qui in vita.†similiter si filia citra patris volũtatem dotem exegisset, patri actio supereſſet, nisi ex iustis causis filiæ non perdituræ dos soluta est,tunc denegatur actio patri,vt ff.sol.mat.l. si cum dotem.
54 38 §.1.†Causæ iustæ,quibus cõstante matrimonio dos soluitur, exprimuntur.ff.solu.mat.l.quamuis.& l.sed si vero.& l.ita cõ
39 stante.ff.de iure dotium.l.mutus.†nam etiam constante matrimonio dos permutari potest,si hoc mulieri vtile fit, vt ff. de iure do.l.ita constante.& si de dote agat pater,cauere debet ratam esse filiam habituram.ff.de procu.l.non solum.§. si de dote,& si pater promisit filiam rem ratam habituram, & prius,quam ratam habuit,mortua sit,non committitur stipulatio,quia licet sit verum,eam ratum non habuisse, tamẽ nõ interest mariti dotem restitui,cũ etiam mortua filia dos solu
40 ta esse debeat.ff.rem rat.habe.l.fi.† Et si viua filia dos ad patrẽ reuertatur,siue pactionis,siue potestatis iure, non licet ei,iterum nubente filia,diminuere ipsam dotem,nisi subst̃tia eius decrescat aliqua clade,vel fortuna.Item non cogitur præstare,nisi quatenus facultas eius patitur, vt C. de rei vxo. actio.
41 auth.sed quamuis.& in authen.de æqual.do.§.quia.† promissam autem dotem,licet patri minuere ante matrimonium, vel post,incontinenti tamen,vt ff.eod.l.quoties. & si forte parens per virilem sexum ascendẽs dote pro nepte, vel pro filia præstita,interim moriatur,vel emancipet eam, licet (vt diximus) intelligatur stipulatus tacite,vel expresse tamen omnino dos ad mulierem pertinet , & sola ipsa succedit in ea, siue sit emancipata, siue exhæredata,siue cum alijs hæredibus scripta,& computatur sibi in quarta,maxime si sufficiat,vt C.de
42 rei vxor.act.l.vni.§.videamus.ver.cumque iure &c.†Quod si viuo patre,filia in eius potestate manente,matrimonium dis soluatur(vt dictum est)consensu filiæ agere debet ad repetendum dotem,& si ante lit. contesta.moriatur parens,vel post, quamuis (vt diximus) dicatur stipulatus tacite, vel expresse, non tamen ad alios hæredes,sed ad solam filiã hæc actio transmittitur,vt C.de rei vxor.act.l.vnic.§.& hoc ex rei.& ff.solu.
43 mat.l.in his.§.hi similiter.† Si pro patre sententia dotis data sit,mortuo eo soli filiæ datur actio iudicati,non alijs hæredibus patris,vt ff.sol.matri.l.in his.§.hi.& si succedere voluerit, vel ex testamento,vel ab intestato confert dotem alijs hæredibus,vt C.de rei vxo.act.l.vni.§.videamus igitur.& C.de collatio.auth.ex testamento.& in authen.de trien.& sem.§.illud quoque.& si voluerit se abstinere ab hæreditate paterna, habebit dotem paternam.vt ff.quibus modis pig.vel hypoth.so
44 lu.l.Titius.Et ideo abstinens se non debet conferre,quoniam abstinuit se a bonis paternis,& est loco æris alieni non solum si data est,sed etiam si promissa,vt ff.de collatio.do.l.fina. & l. 1.§.fina.Nec est mirum,si alij hæredes patris non successerũt
45 in dote,†quia dos non est in hæreditate patris.ff.ad leg.Falci. l.pater filiam.& ff.ad Treb.l.a filia.& l.mulier. §. cum proponas.& l.debitor.§.fi.ff de dote præl.l.2. Ft hæc de profectitia
46 breuiter dixisse sufficiat.†Quid si dos est aduentitia,veluti cũ extraneus dat aliquid patri nomine filiæ, vt pro ea in dotem daret,non est ista dos profectitia,non enim ad hoc datur, ut ipse pater habeat,sed vt pro filia expendat, & hæc talis dos est aduentitia,vt ff.de iu.do.l profectitia.§.si quis certã.& l.auus. & ideo quia nomine filiæ data est patri,& pater nomine filiæ accepit,filiæ est acquisita,vt ff.de dona.l.qui mihi donatum,
47 & de acquirendo re.domi.l. si procurator.† Vnde cum filiæ sit acquisita,non potest pater sine ipsa conditionem filiæ facere deteriorem,postquam dedit sine causa, & hoc ideo qui filiæ iam acquisita est,vt ff.de pa.do.l.cum dos.multo magis in aduentitia dote,quæ ab ipso initio filiæ fuit,& ideo non patri, sed filiæ datur hæc dotis,actio,ut ff.solu.mat.l.Caius.Hæc autem ita vera sunt vbi parens dat mulieri dotem, siue profecti
48 tiam,siue aduentitiam. †Si vero ipsa mulier pro se dotem dat aut promittit,aut paciscitur,vt sibi reddatur,non est necesse, quia siue paciscatur,siue non,semper intelligitur stipulata,vt C.de rei vxo.actio.l.vnic.§.1 si autem paciscatur, vt apud virum remaneat,si matrimoniũ soluatur morte viri, aut si so-
49 luatur diuortio,aut morte mulieris,si†paciscatur,ꝙ dos remaneat apud virum,si morte vxoris soluitur matrimonium ẽt communi filio interueniente, non valet pactum , quia toties conditio dotis fit deterior,vel fieri potest,quoties liberis interuenientibus ipsa mulier decederet,vel diuortium fieret.ff.
50 de dote præleg.l.1.†Si vero paciscatur, vt apud virum remaneat,siquidem diuortio soluatur matrimonium , eadem per omnia hic dicuntur,quæ diximus superius in tali casu,quum pater dedit dotem pro filia.Hoc amplius,ꝙ si matrimonium contrahit mulier, quod iure fieri prohibetur, iuris gnorantia excusatur,nisi committat incestum iure gentium prohibitum,vt ff.ad legem Iul.de adul.l.si adulterium. & de ritu nup. l.fina.nam incestæ nuptiæ non habent dotem,vt ff. de rit.nu.
51 l.iniustæ.†Si autem pacta sit mulier,si ipsa in matrimonio decederet,dos apud virum remaneat,valet pactum,vt C. de rei vxo.act.l.vni.§.illo proculdubio.ff. de pac. inter virum. sicut hæc eadem diximus,quũ pater dat dotem, & in tali casu pactus est.Si autẽ pacta fit,vt extraneo reddatur,aut animo donandi,aut adhibitus est,vt per ea stipuletur,si vero animo do
52 nandi ei,aut inter uiuos,aut causa mortis,† si inter viuos pacta sit ei reddi,nulla ex tali pacto actio acquiritur, vt ff.de pactis do.l.inter socerum.alias,quid de reddenda.§. filia. & ff.ad leg.Fal.l.debitor.§.fi.& ff.de sol.l.sicut.nisi ille, pro quo pacta est,in eum casum fuerit stipulatus,vt ff.de pac.do.l. cum maritus.§.fi.tamen si ille stipulatus est,existente conditione,habet actionem,vt ff.sol.mat.l.quæ dotis.nisi forte eum hæredem instituerat mulier,& vetuerit ipsum petere a viro,ut C.
53 de iure dot.l.2.†Hæc eadem locum habent, quum pater dat dotem,& pactus est extraneo reddi, sicut dixi.C.de iu.dot.l. cum pater prõ filia.nisi forte ille,qui stipulatus est,sit infans, tunc non ualet promissio,vt ff.de verb.obl.l.mulier, quæ do-
54 tem.†Quid si non animo donandi ei causa mortis promiserit extraneum stipulari? potest mulier(si uult)mutare hoc,& ille non poterit agere,ut ff.de leg.2.l. cum pater.§.hi. quia si eum stipulari promisit,& in eum casum,qui morte mulieris extiterit,uidetur mortis causa stipulatus. & iõ fidei eius cõmitti potest in eum casum,ut ff de dote prę̃leg.l.Seia. nam in tali casu mortis causa capitur,vt ff.de dona.causa mor.l.mor-

Source : BIU Cujas

55 tis causa capitur.§.2.†nisi fortè ita donare voluerit cã mortis,
vt nullo modo reuocetur, nam tunc proinde valet contra-
ctus,sicuti alia donatio inter viuos, vt ff.de dona.cau. mor.l.
56 vbi ita.Quid si adhibitus est † extraneus, vt pro ipsa muliere
stipuletur,& mandante muliere non donationis causa stipu
latus est,etiam hæredib.mulieris tenebitur actione manda-
ti.nã & si extraneus ꝓ muliere dat dotem,& mandante ipsa
muliere stipuletur,tenetur ipse actione mãdati, vt sibi cedat
actionẽ,vel vt liberet,vt ff.mandati.l.idemque. §. si cui. & iõ
in hoc casu bene põt mulier mutare instr̃m dotale, ut ff. de
iur.do.l.mulier.§.fi.& ff.de leg.3.l.cum quis decedens. §. nu-
57 ptura.†Vnde si diuortio sit solutum matrimonium,ipsi mu-
lieri solummodo dotis actio competit,si ante,quam agat,red
integratum, vel reconciliatum sit matrimonium inter eos,
actio illa inefficax fit,donec illud matrimonium durat, vt ff.
58 de iu.do.l.si mulier.Idem iuris est,†si mulier medio tempore
sit stipulata dotem a viro,vt ff.de iu.do.l. post diuortium.§.si
sponsus.nam semper hoc agi intelligitur inter eos,vt ff.de iu.
59 do.l.dotem quæ.in principio.& l.quod sine.†& hoc etiam ha
bet locũ.si mulier medio tpe alii nupsit, & postea ad priorẽ
virum redit,si primo maritus non cauerat de dote reddenda,
60 ut ff.de iu.do.l.cum post diuortium.† Et in omnib. prædictis,
vel alijs casibus,in quibus patri,vel ipsi mulieri de dote com
petit actio,vt dictum est,dos repetitur nulla exceptione ob-
stante ꝓp mores mulieris,vel res amotas ab vxore,vel dona-
tas sibi a viro,vel ꝓp liberos,aut impẽsas in res dotales factas,
61 vt C.de rei vxoriæ actio.§.maneat.& §.3.† Sed si post solutũ
matrimonium mulier ꝓp dotem suam possideat bona mari
ti,ea,quæ ex mariti re percepit,in dotẽ sibi imputare debet,
vt ff.de sol.l.Titia.hæc autem vera sunt,quum pater, vel ipsa
62 mulier dotem dat.†Nunc vero de extraneo, quem extraneũ
accipimus, vt C.de rei vx.ac.l.vnica.§.accedit.& C.de iu.do.
l.fi.§.similiq; modo.Quum ergo extraneus dat dotem ꝓ mu
liere,aut de suo proprio,aut de eo, quod ad mulierem perti-
63 net.†si de suo dat extraneus dotẽ, quicquid vult pacisci, vel
etiam stipulari,ẽt ignorãte muliere,põt.legem.n.rei suæ &c.
Sed postquam dedit,consensu mulieris pacisci debet,vt ff. de
iure dotium.l.puberes.§.1.vnde quum dat de suo dotem,aut
pactus est,aut stipulatus eam sibi dotem reddi, qñ soluit ma
trimonium,aut in vno tantum casu dotem sibi reddi stipula-
tus est,aut pactus,aut nullo modo per se stipulatus est,aut pa
64 ctus.†Si stipulatus est,quoquomodo soluatur matrimoniũ,
dotem sibi reddi, tunc non habebit mulier actionem,sed ip-
se: ut ff.de iu.do.l.licet.§.1. imo si maritus uxori dotem præ-
dictã soluerit,nihilominus dotis exactio ei,qui dedit marito
contra maritũ competit,vt ff.sol.mat.l.quomodolibet pater.
§.fi.& ipse maritus condicet vxori,quod dedit ei,quia indebi
65 te soluit ei,vt ff.de soluto.l.qui hominẽ.§.si gener.†Et si mor
te mulieris soluatur matrimonium, committitur stipulatio
tam ad dotem,quàm ad augumentum dotis, vt C.de iu.do.l.
etiam sine.si militer si matrimonium soluatur diuortio,com
66 mittitur stipulatio,vt ff.de pa.do.l.cum maritus.§.1.† Et licet
redintegratum sit matrimoniũ,non tñ actio acquisita inter-
cidit,vt ff.so.mat.l.in insulam.§.fi.nisi sciente stipulatore, vel
pro hæredibus eius interim dos constituatur, vel matrimo-
67 nium redintegretur.†Si non est stipulatus, sed solũmodo do
tem sibi reddi pactus,quum eam dat, pactum valet, vt C.de
pac.l.legem.& C.de pa.cõuen.l.1. & ex tali pacto datur actio
68 præscri uer.vt C.de iu.do.l.auia tua.†Vnde in eo casu, quũ ex
traneus dat dotem,& sibi reddi stipulatus est, aut est pactus,
si maritus non ipsi extraneo,qui eam dedit,sed vxori dotem
soluit,nihilominus ipsi extraneo,qui dedit,tenebitur,vt ff.so
lu.ma.l.quomodolibet pater.§.1. dabitur tamen sibi (vt cre-
do)aduersus vxorem,cui soluit,vt supra dixi in genero, cum
patri mulieris dotem soluit,& ipsa ratum non habet,vt ff.de
sol.l.qui hominem.§.si genero. hæc autem ita sunt, quum ex
traneus dotem dando stipulatus est,vel pactus eam sibi reddi
69 quoquomodo soluatur matrimonium.†Sed si extraneus do
tem dando pro muliere in vno tantum casu stipulatus, uel
pactus non est,mulieri in alijs casibus competit actio,vt C.de
iu.do.l.fi.& ff.sol.mat.l.si cum dotem. Si autem extraneus de
suo proprio dotem dando nullo modo pro se stipulatus est,
aut pactus,tunc ipsa mulier videtur tacite stipulata,& ipsi so
li competit actio, vt C.de rei vx.act.l.vni.§.accedit.& de pac.
do.l.ex morte.in fi.& C.de iu.do.l.fi.tunc quia pro se non est
stipulatus,vel pactus,etiam mulieri est actio acquisita,si mã-
dato ipsius mulieris pacisc entis,siue illico, siue postea,tenẽ
ei actione mandati,vt maritum eius liberet,vel eum sibi, uel
alium deleget,licet ipse sit,qui dotem dederat.ff.man.l. idem
que.§.si cui.tunc enim credendum est,breui manu ab extra-
neo per vxorem receptam,& marito datam,vt ff.de iu.dot.l.
70 licet.§.i.†Quid,si sine mandato mulieris postea,cum iã actio
ipsi mulieri sit quæsita,si dotem a viro stipulatus est, si stipu-
latus est pro ipsa muliere,pro ipsa dote potest cõueniri actio
ne neg.gest.vt virum liberet,vt ff.de neg.gest.l.ignorãte quo
que.velut sibi actionem cedat,vt ff.de verb.obl.l. si ita stipula
tus.§.Chrysogonus.in fi.Sed si sibi reddi pro se stipulatus est,
71 cum iam ipsi mulieri actio quæsita sit,nihil mulieri nocet,†nã
si quis stipuletur,quod sibi debetur,nisi ex voluntate mea sti
puletur,non aufert mihi actionem.ff.de noua.l.Stichum.§.fi.
72 †Et si maritus dotem ipsi extraneo soluerit sine cõsensu mu
lieris,non liberatur a muliere,sed condicere põt a patre,ut ff.
de sol.l.qui hominem.§.si gener. Hæc ita vera sunt, cum ex-
traneus dat de suo pro muliere dotem.Si vero de eo,quod ad
mulierem pertinet,extraneus pro muliere dotem det.aut de
bitor erat,aut non,sed res,quæ proprie erant ipsius mulieris,
pro ea in dotem dedit,si debitor eius erat,& mandato eius ꝓ
ea dotem dedit,aut dedit muliere mandante,vel ratum habẽ.
73 te,aut sine mandato,†si muliere mandante sibi reddi stipula-
tus est non donationis causa,non solum mulieri,sed etiã eius
hæredibus tenebitur,vt ff.de dote p̃le.l.Seia,& poterit a mu-
liere conueniri,vt uirum liberet,& eũ deleget sibi,vel cui vo
luerit,quamuis ipse sit debitor, cui dotẽ dedit.ff.man.l.idẽq;.
§.si cui.Idem,si ratum habuisset,vt ff.de sol.l. si uero procura
74 tori.in fi.& C.de do.inter uir.& ux.l.donat.† Si vero sine mã-
dato mulieris dotem marito eius dedit, nec ipsa postea ratũ
habuisset,supererit ei debiti petitio. ff. de leg.3.l. uxorẽ.§.pr̃.
Sed si agat ad usuras non habens ratam donationẽ factam a
marito,cum debebatur,doli exceptione summouebit, vt ff.
75 de doli excep.l.si opera.†intelligitur.n.debitor soluere mulie
ri,si creditori eius soluitur,ut ff.de sol.l. soluta.nam inuito &
ignorante &c.ff.de neg.gest.l.soluendo. quia cum pro uxore
dotem promisit,uterque tenetur,sed ipso soluente,liberatur
uxor,ut ff.de noua.l.Stichum.§.fina.& cum, ea soluente libe
rata est,mulieri actio neg.gest.competit,ut ff. de neg.gest.l.cũ
pecunia.quę utrisque datur,& efficit,ut negotium,quod uti
liter gestum est,ratum habeatur,ut ff.de neg.gest.l.2.& l. Põ-
ponius.& l.sed an ultro.Vnde cum sint utrinque actiones, si
ille extraneus gerens negotium mulieris,ut dictũ est,ignorã
te ipsa,dotẽ a uiro stipulatus est,neg.gest. ut uirum liberet,iu
re conuenitur,ut ff.de neg.gest.l.ignorãte, uel ut sibi actionẽ
cedat.ff.de uerborum oblig.l.si ita stipulatus.§.Chrisogonus,
in fin & si agit etiam similiter tenetur,ut C.de contrahend.&
76 com.stipul.l.3.†Quum aliquis negotium alterius gerit,quic-
quid ea occasione consequitur,restituere cogitur, & si inde-
bitum exegisset,ut ff.de nego.gest.l.2.& l.sinautem.§.1. & l.si
quis negotia.& ff.quæ in fraudem credit.l.hac actione.in fin.
& de procura.l.qui proprio.§.cum in cæteris.& si forte pater
certam pecuniam reliquisset,ut ea dotis nomine nupturæ da
retur,& filius dotem stipularetur,si filius dederit minus,& do
tem stipulatur,poterit mulier superflua petere, etiam sequu-
to diuortio,nec solummodo occasione prædicta, sed etiam
ex fideicommisso agere poterit,ut actio stipulationis a patre
præstetur,quia non est uerisimile, patrem uoluisse interponi
hanc stipulationem,ut filia post primas nuptias fieret uidua,
& si nubat,postea ad secundas nuptias cautio non extendat,
ut ff. de legat.2.l.cum pr̃.& argumento de conditio.& demõ-
77 stra.l.hæc conditio.& ff.de pact.dot.l.inter socerum.§.fi.†nõ
est autem præsumendum de suo extraneum dotare uoluis-
se,quia non compellitur cedere actionem,ut dictum est,nec
ignorans,nec inuitus quisque donat,ut C.de dona.l.nec igno
78 rans.†Quid,si extraneus res proprias ipsius mulieris in dotẽ
dedit,& sibi reddi stipulatus,aut pactus est, si quidem nõ mã
dante muliere,uel ratum habente,non nocebit ei pactũ,ue-
lut inter alios factum.ff.de regu.iur.l. id quod nostrum. & li-
cet dotem ratam habeat,tamen stipulationes,uel pactum p̃-
dictum ut extraneo reddatur,non compellitur habere ratũ,
quia in hoc negotium mulieris non est utiliter gestum, ut ff.
de nego.gest.l.sed an ultro.& quemadmodum ab ipso initio
79 dos mulieris ei reddi debet, licet alius pro ea dederit,† quo-
niam non interest,ipsa,an alius pro ea dederit,ut C. de rei ux.
actio.l.unica,§.2.& stipulatio dicta nõ obstat, quia si quis sti
pulatur,quod mihi debetur sine mea uoluntate, non aufert
mihi actionem,ut ff.de noua.l.Stichum,§.fi.& merito, quia
stipulatio, uel pactum prædictum mulieri non nocet, quia si
pater,uel extraneus,quum de suo proprio dat mulieri dotẽ,
& tunc pactum pro se non apponitur,postea si uelit sine mu-
liere pacisci,non potest pater, uel extraneus, cum ipso initio
80 dos mulieris facta fuerit.†Et ideo in omnibus supradictis ca-
sibus cum dos ab ipsa muliere profecta sit,si post diuortiũ cõ
cilietur matrimonium,non est consensus ipsius extranei req
rendus,ut dos iterum constituatur,etiam si permissu mulie-
ris fuerit stipulatus,ut ff.de iure dot.l.stipulatio de dote. & si
ei reddita sit sine muliere, condicere ei potest, qui dedit, ut
prædiximus de pacto patris,ut ff.de solutionibus.l.qui homi-
nem.§.gener.

TRA-

Source : BIU Cujas

TRACTATVS SOLENNIS

DE PRIVILEGIIS DOTALIBVS,

Et quæ ſpecialiter circa dotes ſtatuta ſunt, tam reſpectu ipſarum dotium, quam reſpectu viri vel mulieris, Baptiſtę de Sancto Blaſio Patauini.

Præfatio.

QVoniam circa dotes, multa priuilegia & ſpecialia contra cõmunes iuris regulas, tam de iure ciuili quam canonico ſparſim hincinde inueniuntur per totum corpus iuris, quo fit ut plerunq; multi Iuriſconſulti pręclari, & in diſputando, conſulendo, necnon iudicando, habito recurſu ad communes iuris regulas errare comperti fuerint, immemores dictorum priuilegiorum & ſpecialitatum, quę circa dotes ſeruant, cum omnium habere memoriam & in nullo peccare, potius diuinitatis q̃ humanitatis cenſeatur. l. 2. §. ſi quid autem. C. de vete. iure enucle. cunq; ea propter aliqui Doct. in enumerãdo omnia priuilegia, & ſpecialia dotalia multũ elaborauerint, ad ſummum cumulantes circa quinquaginta priuilegia. ſ. glo. in l. 1. in uerbo, ſemper ff. ſol. mat. xj. ſpeciali. & ibi Bar. & Bal. & ibi per Pau. de Ca. & per Hoſt. in duob. locis, videlicet & Spe. in ti. de do. inter vi. & vxo. xxiiij. Saly. no. in rub. C. de priui. do. enume. xxx computatis illis Spe. quidam verò Mod. in l j. ff. ſo. ma. & maxime dominus Lanfr. Brixien. & Pau. de Ca. elaborantes enumerauerunt dicta priuilegia quinquaginta vel circa, & ſimiliter dominus Fran. de Porcellinis, olim præceptor meus. Egoq; ſummis cum vigilijs iura ciuilia & pontificum peragraſſem, ex eis eliciendo multa & varia priuilegia, ac multas & uarias ſpecialitates quæ circa dotes, tam ex parte viri quàm ex parte mulieris, quàm reſpectu ipſarum dotium, & circa ipſas dotes excerpſerim, num. ccclij. uel circa compręhenſas. Idcirco ego Bapt. de S. Blaſio, iuris Doctor Patauinus ad vtilitatem aliorum hũc Tractatum de priuilegijs dotalibus, & quæ ſpecialiter circa dotes ſtatuta ſunt cõpilare conſtitui, cum correctione tamen, & emendatione, & ſuppletione, cuiuslibet alterius melius ſentientis. hęc quidem priuilegia cumulaui an. xxj. ætatis meæ, cum ſcholaris eram, aliquibus poſtea additis. Et ideo ſi in aliquo deuiauerim a ſtilo doctoreo, hoc illi meæ iuuenili ætati imputent.

SVMMARIVM.

1 *Actio ſuper dote conſtituenda, ex nudo pacto oritur.*
2 *Dos per pollicitationem conſtituta parit actionem.*
3 *Dotis incertæ ſtipulatio, aut promiſſio valet.*
4 *Dotis conſtituendæ quantitas in arbitrium promittentis conſtituitur. Et quid ſi non arbitretur. 5.*
6 *Pater, quando recte petat dotem filiæ ſibi reddi.*
7 *Dos, quibus caſibus præſumatur promiſſa, licet non fuerit promiſſa.*
8 *Confeſſio dotis ſolutæ, quando præiudicet & cui.*
9 *Exceptio dotis non numeratæ, quando & per quem opponatur. Et quanto tempore. 10 11. 12. 13. 14. 15. 16.*
17 *Maritus, quas res non vſucapiat titulo pro dote, ſed titulo pro ſuo.*
18 *Marito & vxore deceptis in reſtituenda vel conſtituenda dote, qualiter & quando ſuccurratur.*
19 *Interpretatio fit pro dote in re ambigua.*
20 *Vxor habet prælationis priuilegium in actione perſonali de dote, vt præferatur.*
21 *Priuilegia perſonalia, qualiter conſideranda, & quid de realibus, numero 48.*
22 *Dos prior poſteriori præfertur in duabus dotibus ex eadem ſubſtantia debitis.*
23 *Mulier in donatione ante nuptias, non præfertur alijs creditoribus.*
24 *Dotalis res eſt inalienabilis, manumiſſionem tamen permittit. nu. 25.*
26 *Filiaſa. eſt dotis & dominij capax. Et qualiter poſt emancipationem ſuccedat cum fratribus. 27. Et quid in filio. 28.*
29 *Dos aduentitia confertur.*
30 *Vſuræ in actione ſtricti iuris poſt moram veniunt.*
31 *Neptis, qualiter patruis ſuis & filijs patruorum confert dotem.*
32 *Filiaſa eſt capax donationis propter nuptias.*
33 *Actio qualis deſcendentibus per aſcendentes ex linea materna quæri poteſt. 35.*
34 *Filiæ viſtipulationis paternæ exigit dotem a marito in caſu dotis reſtituendæ.*
36 *Filiafamilias dotata poteſt abinteſtato heredem in ipſa dote habere.*
37 *Error dotantis non afficit dotem. Et quid in marito indebitè ſoluente. 38.*
39 *Vir ſol mat. quid cauere debeat.*
40 *Dos conſtante matrimonio reſtituta per virum uxori, non liberat. Et quid ſi ex falſa cauſa. 41.*
42 *Mulier poteſt maritum inuitum alteri delegare.*
43 *Stipulatio tacita fingitur a iure in dote. & quid de ſurdo, aut muto. numero 44.*
45 *Actio ex ſtipulatu, quid in dote operetur.*
46 *Stipulatio, quæ in dote fingitur interuenißе, eſt bonefidei.*
47 *Mulier tacitam hipothecam in bonis viri pro reſtituenda dote habet, & econtra.*
49 *Traditio nunquid requiſita de re dotali ſoluto matrimonio.*
50 *Donatio cauſa dotis excedens ſummam legalem, valet ſine inſinuatione.*
51 *Mulier fideiubens, quando non iuuetur Velleiano.*
52 *Fideiuſſio in caſu dotali non requirit ſtipulationem.*
53 *Dotis cauſa res reſtituenda poteſt alienari.*
54 *Compenſatio non admittitur in dote.*
55 *Dotis reſtitutionem prętextu expenſarum vir negare non poteſt.*
56 *Dotans, de quibus bonis intelligatur dotare.*
57 *Dotans, extraneam dotem donare intelligitur.*
58 *Dotis cauſa procedi die feriata poteſt. Et an libellus requiſitus. numero 59.*
60 *Teſtes in iudicio dotali produci poßunt parentibus abſentibus.*
61 *Dotis iudicium, coram quibus iudicibus poſſit agitari.*
62 *Mulier minor xxv. an. an, qualiter quando rem immobilem poſſit alienare. nu. 63.*
64 *Agi ante tempus, quando poſſit per mulierem.*
65 *Afflicto datur afflictio cauſa dotis. num. 67.*
66 *Donatio propter nuptias facta per virum vxori, qualiter & quando per mulierem peti poſſit.*
68 *Hipothecaria tacita quando priuilegiata, & quid in dote operetur. numeme. 70. 88.*
69 *Maritus, quod priuilegium habeat in dote, & qualiter condemnetur in dote ſoluenda, conſtante matrimonio. 71.*
72 *Dotis conſeruandæ fauore diſcordia in matrimonio toleratur.*
73 *Mulier calamitatum viri ſui, quando non eſt particeps.*
74 *Paupertas maritis nocet, qui rerum ſuarum non ſunt arbitri. numero. 75. 77. 78. 79 82.*
76 *Maritus tenetur vxori de caſu fortuito.*
79 *Rei vendicatio, cui conceſſa.*
80 *Dotis reſtitutio prętextu inopię, quam maritus finxit, an teneat.*
82 *Verbum aßigno, prolatum a iudice, quomodo capiatur.*
83 *Maritus, quando poßit compenſationem opponere muliere dotem repetente.*
84 *Patris conſenſus, quando non requiſitus filiaſa. dotem repetente.*
85 *Filiafamilias poteſt dotem exigere aduentitiam ſoluto matrimonio ſine patris conſenſu Et quid de profectitia. nu. 86.*
87 *Actio de dote profectitia, eſt patri & filiæ communis.*
89 *Vxor cum marito in eodem inſtrumento poteſt ſe obligare pro dote filiæ.*
90 *Mulier ſuis dotibus non poteſt renuntiare.*
91 *Pactum q̃ vir dolum præſtet in dote, nunquid valeat.*
92 *Pactum q̃ dos ulteriori die reddatur, an valeat.*
93 *Dos mulieris ad mortem damnatæ, quibus caſibus publicetur. numero 94.*
95 *Dos, an ſit quid vniuerſale. nu. 97.*
96 *Promiſſio incerta ex cauſa dotis valet.*
98 *Pater cogitur dotare filiam officio iudicis.*
99 *Pater mariti tenetur recipere dotem ſupra ſe. Et quis teneatur in dubio. nume. 100.*

Centuria prima.

Primum priuilegium in cauſa

1 dotis eſt, † quòd ex nudo pacto ſuper dote conſtituenda oritur actio, ut no. gl. in l. 1. ff. ſol. matri. quod eſt verum, quã do ipſa dos contineret certam rem uel quãtitatem, ne aliàs concurrerent duo ſpecialia circa idem, ut in l. 1. C. de dot. p miſ. Hodie tamen ſemper intelligitur iuterpoſita ſtipulatio iuris fictione, ut in l. vnica. § ſed ut plenius. C. de rei uxo. act. quæ nec requirit uerba, ut per Bar. in l. 1. ff. de uerb. obl. licet ibi Bar. dixerit, q̃ iſta ſit ſtipulatio præſumpta, ſed certe imo eſt ſtipulatio ficta, ut ibi per Doct. Sed tu aduerte, qa quidã dicũt eſſe falſum qđ ſit ſpeciale in dote, quod ex nudo pacto oriat̃ actio, qa ꝯctus dotis eſt repoſitus ſub nomine ſpeciali, igit̃ parit actionem de iure cõi, ut l. iuriſgentiũ. in prin. ff. de pac. & de rerũ permu. l. 1. & forte uerũ dicunt, arg. totius tit. ff. pro dote. Regulariter aũt ex pacto nudo non naſcit̃ actio

Source : BIU Cujas

l. iuris gentium. vers. igitur nuda. ff. de pac. cũ si. Et istud est spe
ciale in dote de iure ciuili, sed de iure cano. ſm cõem opi. q̃
se hẽt, q̃ ex pacto nudo nascat̃ actio. Istud est regulare ẽt in
2 dote, vt in c. j. extra de pact. † Scd̃m priuilegium est, quia qñ
dos constituitur per pollicitationem, ex ea oritur actio, ut l.
ad exactionem. C. de dotis promis. & recte intuẽti probatur
ex verbis rubricæ. C. de dotis promis. ibi, vel nuda pollicita-
tione. Regulariter ex pollicitatione non oritur actio, vt in l.
pactum. ff. de pollicita. Nec istud priuilegium est superfluũ
per primum præcedens, quia inter pactũ nudum & pollicita
tionẽ longa est dr̃ia, vt in d. l. pact. in prin. & hoc modo p̃t
saluari illi Do. q̃ dicunt q̃ ex nudo pacto in cã dotis non ori
tur actio, q̃a imo est pactũ uestitũ, ut sup. dixi. q̃a tunc de iu-
re veteri bñ oriebatur actio ex illo pacto. Secus qñ per polli
citationem promittebatur dos, q̃a tunc cessaret ius cõe per
ea, quæ no. in l. illud. C. de sacrosan. eccle. vñ bñ est speciale,
qñ dos promittit̃ per pollicitationẽ, vt in d. l. ad exactionẽ. &
3 qd̃ ibi per Ray. ſm Ray. in l. 1. ff. so. ma. † Tertium est, q̃a ualet
p̃missio, seu stipulatio dotis, licet incertæ, vt in l. 3. C. de dot.
p̃mis. Et tunc intelligit̃ certa q̃̃titas, quæ. s. colligit̃ ex faculta
tibus mulieris, & ſm dignitatẽ viri, ut ff. de iure do. l. quæro,
& l. cum post. §. gener, scd̃m gl. in d. l. 3. C. de dot. p̃mis. Regu
lariter incertitudo rei in ꝓtractũ deductæ vitiat ꝓtractũ, ut
in l. triticum. ff. de verb. ob. Sed cõtra hoc opponitur, q̃ imo
ubi est incerta stipulatio, ualet & dat̃ actio ex stipulatu, ut in
sti. de uerb. ob. in prin. & hr̃ in l. si q̃s certũ. ff. si cert. pet. Solu
tio, vt colligitur ex. l. stipulationũ quædã. & l. seq. quę īcipit,
4 vbi aũt non apparet. in prin. ff. de verb. ob. † Quartũ est, quia
q̃̃titas dotis ꝓstituẽdę põt cõferri in arbitriũ p̃mittentis, vt
in d. l. 3. C. de do. p̃mis. Regulariter secus, vt in l. q̃ sępe. §. j. ff.
5 de contrah. emp. & in l. ementis. C. de ꝰh. emp. Quintũ est,
cũ receditur a persona. i. q̃a si ille, in cuius arbitriũ est collata
quantitas dotis nõ arbitrẽt, recurrit̃ ad arbitriũ boni viri, vt
in præallega. l. 3. Regulariter secus est, q̃a arbitratore non ar-
bitrante non recedit̃ a persona, & prouisio remanet nulla, vt
6 in l. si q̃s arbitratu. ff. de verb. ob. † Sextum priuilegiũ est, q̃a
si pater mulieris stipulat̃ sibi reddi dotem arbitrio, ve! volũ-
tate ipsius mulieris; ea mortua, & sic sol. mat. p̃r recte petit si
bi reddi dotẽ, occasione suæ stipulationis p̃ ipsum interpo-
sitæ, q̃̃ arbitrium uel uoluntas mulieris nõ possit exequari,
cũ ipsa iã sit mortua. casus in l. post dotẽ. ff. sol. ma. scd̃m v. le
ctu. de qua ibi in glo. magna. regulariter aũt stipulatio rema-
net nulla, si ille qui debuit arbitrari, non põt, uel non uult ar
bitrari, vt in d. l. si quis arbitratu. & in l. seq. ff. de uerb. obli. vel
si non declaret voluntatem suam antequam moriat̃. l. cen-
tesimis. § fi. co. tit. Et aduerte, q̃a non dico q̃ isto casũ recur-
ratur ad arbitrium boni viri, prout dixi in præcedenti priui-
legio. imo dico q̃ pater stipulator proprio arbitrio & absq;
arbitrio alterius recte aget ex sua stipulatione, scd̃m tñ distĩ
ctionẽ quæ est in d. l. post dotẽ, & hoc tenuit Ray. in d. l. post
7 dotem. † Septimum est, q̃a dos præsumitur promissa, ubi re
Ducenteſimumtrigeſimumprimum eſt, † quia in dote retransfertur dominium ipſo inre ſine poſſeſſionis appræhenſione, vt in l.in rebus. C.de iure dot.regulariter autem poſſeſſio antecedens ad dominium, & dominium eſt conſequens ſeu cauſa cauſata, vt not.per Barto. in l.naturaliter. §.nihil commune.ff.de acquiren. poſſeſ. & in l.j.C.per quas perſo.nobis acqu.& ſic debet præcedere appræhenſio poſſeſſionis, regulariter antequam dominium poſſit acquiri, argu.l.ad rem. & l.ad legatum. ff.de procura.& habetur in l. ſi fundum.per gloſ.ff.de fun. dota. licet etiam iſta regula fallat in alijs caſibus ſpecialibus, vt in caſu.l.cum hæredes.ff.de acquiren. poſſeſ. & l.fin. C.communia de leg. & l.fin. C.de ſacroſan.eccle.quod autem poſſeſſio dotis non ſit apud mulierem,ſed apud maritum,habetur per Bart. in l.3.§ ex contrario.& in l.Pomponius. §.in dote quoque.ff.de acqu.poſſ.

Ducenteſimumtrigeſimumſecundum eſt,†quia ſi creditores confitentur dotem datam eſſe, mulier habet priuilegiū l.aſſiduis.C.qui por.in pig.ha. licet reuera dos fuerit per maritum tantum confeſſata,ut habetur per Ang.in Auc.de æqua. do.§.j.regulariter autem priuilegium.l. aſſiduis. non habet locum in dote confeſſata,ut ibi not.

Ducenteſimumtrigeſimumtertium eſt,†quia mulier hēt hypothe-

hypothecariã in ſuis proprijs rebus dotalibus vendicandis, vt in l. in rebus. C. de iure do. regulariter autem in reb proprijs non datur hypothecaria,vt in l.neq; pignus. ff.de reg. iu.hoc no.glo.in l.j.in glo.ſuper verbo, in multis caſibus.C.
34 communia de lega. † Ducenteſimumtrigeſimumquartum eſt,quia in dote valet ſententia pro actore, poſito quod ex quatuor delegatis duo abſoluant & duo condemnent reũ actori.regul ariter valet tantum pro reo, & ſic abſolutoria, vt eſt caſus expreſſus de omnibus iſtis,in c.fi.extra de ſenten
35 tia & re iudi. quod eſt notabile. † Ducenteſimumtrigeſimumquintum eſt, quia verba dubia prolata in iudicio, interpretantur pro dote eius fauore etiam contra intentionem proferẽtis verba dubia in iudicio. hoc videtur probare glo.ſingularis in c.in præſentia.ſuper verbo, dubium, extra de proba.regulariter autem verba dubia prolata in iudicijs interpretantur ſecundum intentionem proferentis.l.
36 ſolemus. & l.ſi quis intentione ambigua ff.de iudi.† Ducenteſimumtrigeſimumſextum eſt, quia quando ambarũ partium in cauſa dotis teſtes ſunt æquè idonei hincinde producti, prçferuntur teſtes pro dote facientes etiam ex parte actoris,vt no.glo.no.in c.ex literis,in glo. ſuper verbo, liberali cauſa,extra de proba.facit c.fi.extra de ſenten.& re iud. & quod ſcripſi ſupra eo.in 234.ex quo ſequitur, ꝙ in cauſa dotis inſpicimus potius teſtes ad condemnandum quàm ad abſoluendum.Regulariter præferuntur teſtes pro poſſeſſore, & ſic pro reo facientes abſolutionem, vt in d.c. ex lite-
37 ris.& l.Arrianus.ff.de act. & oblig. † Ducenteſimumtrigeſimumſeptimum eſt, quia regulariter ſi aliquid promitto ob cauſam finalem, & decedo cauſa non impleta, hæres meus non tenetur id præſtare, etiam ſi cauſam impleuit aduerſarius.fallit fauore dotis,vt de his duobus caſibus eſt caſus expreſſus in l.ſi ego.§ j.ff.de iure do.& Bal.ſcribit in ſuis gloſſis ſingularib. & Ray.in ſuis caſibus ſingularibus, in libro meo
38 conſiliorum,ſignato B ad char.69.† Ducenteſimumtrigeſimumoctauum eſt,quia ſi mulier dixit marito ſic,dono tibi centum. Iſta centum dicuntur dos conſtante matrimonio, per l.quod autem.ff.de iudi. Ad hoc allegat eam Ray.in l.1. C.de dona. ante nup. regulariter autem talia verba inducũt ſimplicem contractum donationis, vt in l.j in princi.& per totum.ff.de donatio. & C.de do. per totum. & ita tenet Bal.
39 in ſuis ſingularibus,gl.& tex. † Ducenteſimumtrigeſimumnonum eſt, quia ſi mulier concurrit in hypotheca eodem tempore,vel non apparet quis debet præferri, mulier in dote debet præferri in ſua hypotheca,vt C.de his, qui ſe defen. l.j.circa finem. quod eſt notandum ſecundum Bal. in dictis ſuis ſingularibus,regulariter autem ſecus videtur.
40 Ducenteſimumquadrageſimum eſt, † quia ſi mulier agit conſtante matrimonio viro vergente ad inopiam contra tertium poſſeſſorem, non eſt neceſſaria prius excuſſio contra maritum,ſecundum Iac.Bu.& Ia. de Are.in l.vbi adhuc. C.de iu.dot.licet glo. ibi teneat contrarium,quam prædicti Doc.reprobant.Illam tamen glo. ſequitur Cy. in d l.vbi adhuc.in 9.q.& no.in Spec.de do. inter virum & vxo. §.fi.ver. ſed quo iure. & Ray.in l.ſi conſtante.in prin.in repe.ff.ſolu. matri.niſi eſſet notorium virum egere, vt ibi per eum. Sed prædicti Doct.tenent contra,vbi dixi.regulariter autem requiritur excuſſio cõtra principalem debitorem antequam deueniatur ad poſſeſſores extraneos, vt in auc. hoc ſi debi-
41 tor.C.de pig.† Ducenteſimumquadrageſimum eſt,quia ſpecialiter eſt inductum ꝙ maritus conueniatur inſolidum in dote,non autem inquantum facere poteſt, ſi maritus commiſit culpam in rebus dotalibus, vt ff.ſolu. mat.l.etiam §.licet. Regulariter autem propter culpam quis non perdit beneficium ꝙ habet, ne cõueniatur vltra quam facere poſſit, ſed tantum propter dolum, vt in l.verum. §.tempus. verſ.ſi tamen.ff.pro ſoc.& ibi glo.in terminis.de quo tamen me remitto ad no.in l.vnica.§.cum autem.C.de rei vxo.actio.ubi aliter no. ſed dic vt ibi per Doct. facit quod ſcripſi ſupra eo.
42 in 137.priuil. † Ducenteſimumquadrageſimumſecundum eſt, quia ſpurio & cuicunq; nato ex damnato coitu poteſt per patrem relinqui dos, ſicut etiam alimenta,niſi legatum excedat magnam quantitatem, quia tunc fortè præſumeretur fraus.ita dicit Bar.in l.fi.ff.de his,quibus vt indig. Regulariter autem natis ex damnato coitu nihil poteſt per pa-
43 trem relinqui, vt ibi per Bart. † Ducenteſimumquadrageſimumtertium eſt,quia imperſonalitas ex parte promittentis in ſtipulatione expreſſa in cauſa dotis non vitiat ipſam ſtipulationem expreſſam,vt dixerunt aliqui Doc.in d.l.ſtipulatio iſta.§.ſi quis ita ſtipulatus.ff.de verb.obl.per ea quæ habẽtur in l.poſt dotem.& in l.Caius.ff.ſol.mat.& per do.Franciſ.de Porcellinis in d.§.ſi quis ita ſtipulatus. Regulariter autem imperſonalis ex parte promittentis vitiat ſtipulationem ſeu contractum, vt in d. §.ſi quis ita. & in auct.ſi quando. C.de
44 conſtitu.pecu. † Ducenteſimumquadrageſimumquartum eſt,quia legatum dotis licet incertum,valet dotis fauore.l.ſi filiæ.ff.de leg.3.& l Theopompus. ff. de dote præleg. facit.l. cum poſt. §.gener. ff. de iure dot. regulariter contra eſt, ſecundum Barto.in quodam ſuo conſilio,quod incipit, Quidam habẽs bona communia cum Titio fratre, &c. Et idem eſt in contractibus, vt dixi ſupra in eod.3. priuil.
45 Ducenteſimumquadrageſimumquintum eſt, † quia in cauſa dotis ſtipulatio concepta alternatiuè inter perſonas, quib poteſt acquiri obligatio,valet, licet in perſona vnius poſſit acquiri de rigore,in perſona alterius de æquitate,vt in caſu l Caius.ff ſolu.mat. regulariter antem, quando ſtipulatio concipitur alternatiuè inter perſonas, quib poteſt acquiri obligatio, ſtipulatio nulla & inutilis eſt, l.item ſi ſeruus, §.fi.cum legibus ſequen. ff. de ſtipu.
46 Ducenteſimumquadrageſimumſextum eſt,† quia ſi ex teſtamento minus ſolenni dicatur dos deberi, ſufficit præſtatio vſurarum trium annorum ad confirmãdum obligationem inualidam ex minus ſolenni teſtamento fauore dotis, & fauore vltimæ voluntatis ſimul,arg.l.j.C.de fideicom.iuncta l.cum de in rem verſo ff.de vſur.ſm Bar.ibi, circa prin.regulariter contra eſt.l.ſi certis annis.C de pact.
47 Ducenteſimumquadrageſimumſeptimum eſt, † quia ex pacto nudo incontinenti appoſito pater non acquirit ſibi actionem de dote ſol mat.ſed tantum ex ſtipulatione: licet ſecus ſit in matre vel alia perſona extranea dotante l.auia.& ꝙ ibi no.C.de iu. dot. Regulariter autem contra l.iuriſgentium.§.quinimò.ff.de pact.cum ſi.& vide ſupra in j.priui.
48 Ducenteſimumquadrageſimumoctauum eſt,† quia fingitur mulierem ſtipulatam eſſe dotem ſibi reddi, cum extraneus dotem dedit pro ea,niſi extraneus dotem ſibi reddi ſpecialiter ſtipulatus fuerit. l.quoties.ff.ſol.mat.& l.vnica.§. accedit.C.de rei vxo.ac.regulariter autem ſecus eſt.vt in l.2. ff.ſol.mat. quia actio eſt communis patris & filiæ, &c.
49 Ducenteſimumquadrageſimumnonum eſt, † quia ſi pater etiam inops promittit dotem pro filia ſua, videtur promittere tantum de ſuo proprio, non autem de bonis filiæ, vel iuribus filiæ extantibus penes patrem,puta bonis maternis,& tamen ſi pater promittit dotem pro filia ſua de ſuo proprio & de bonis filiæ, ſi pater eſt inops, pater videt promiſiſſe tantum de bonis filiæ Regulariter autem in alia materia idem eſſet in primo caſu,quod in ſecundo, ſed fauore dotis ſecus eſt,vt not.glo.in l.fi.in verſ.ſi verò.ſuper verbo, idoneam C.de doris promiſ.
50 Ducenteſimumquinquageſimum eſt, † quia idem in donatione propter nuptias fauore dotis,quod ſupra proximo priuilegio dixi in dote, vt probatur in d.l.fi.C.de dotis promiſ.regulariter ſecus,ut ibi.
51 Ducenteſimumquinquageſimumprimum eſt, †quia plures dilationes probatoriæ dabũtur mulieri in cauſa dotis, ſicut etiam in capitalibus cauſis criminalibus attenta generalitate iſtius.l.j.ff.ſol.mat.regulariter ſecus eſt in aliis cauſis ciuilibus.l.in pecuniarijs.ff de ferijs, & quod ibi no.
52 Ducenteſimumquinquageſimumſecundum eſt, † quia mulier quæ prohibetur tranſire ad ſecund.nupt.ex ſuo delicto commiſſo in maritum primum, vt quia inſidiata eſt morti ſuæ,iuxta c.j.extra de ſecun.nup.non habet priuilegia dotalia,arg.iſtius.l.j.ff.ſolu matri.attentis rationibus ſuis.regulariter ſecus eſt.l.aſſiduis.C.qui potio.in pigno. habe. Ita ſentio ſaluo ſaniori iudicio.
53 Ducenteſimumquinquageſimumtertium eſt,† quia verba enuntiatiua fauore dotis inducunt diſpoſitionem, & plenam probationem. text.eſt ſing.in l.2 C.de dotis promiſ. Et ad minus ſemper in dote faciunt ſemiplenam probationẽ, vt mirabiliter dixit Bar.in ſuo conſi.quod incipit, Titius & Seius fratres, venerunt ad diuiſionem, &c regulariter non eſt ſemper ſic, vt habetur in l.ex hac ſcriptura, ſecundum Ludo.de Ro.in ſuis ſingularibus.
54 Ducenteſimumquinquageſimumquartum eſt, † quia ſi pater fideiuſſit, & ſoluit pro extraneo principali debitore dotem filiæ ſuæ,& non poteſt ab extraneo repetere.l profectitia.§.ſi pater,non quaſi pater.ff.de iure do. regulariter ſecus, vt in titulo mandati.
55 Ducenteſimumquinquageſimumquintum eſt, † quia ſi fuit datus fundus communis cum alio in dotem,& dum maritus eſſet per ſocium prouocatus ad diuiſionem, & in diuiſione fundus fuit in totum adiudicatus extraneo, & condemnatus marito ad æſtimationem partis ſuæ, iuxta §.fin. Inſtitu.de officio iudic. talis pecunia & æſtimatio non ſuccedit loco fundi, vt ſoluto matrimonio reſtituatur annua bima trima die, prout fit de bonis immobilibus. caſus in l. cum in fundo.§.ſi fundus. ff. de iure dot. regulariter autem in vniuerſalibus, prout eſt dos, ſecundum Barto. in l. 1.ff.

Source : BIU Cujas

ſolu.mat.pretium ſuccedit loco rei.l.ſi rem & pretium.ff.de
56 petit.hæred. † Ducenteſimumquinquageſimumſextum eſt, quia ſi mulier ſol. mat.per mortem viri petat dotem ab hæredibus mariti,volendo quod diſtrahāt bona mariti, etiam ſi ſubiaceant reſtitutioni fideicommiſſi, iuxta auc.res quæ. C.communia de leg.debet mulier audiri, etiam ſi habuiſſet a marito fideiuſſores,qui eſſent ſoluendo,puta ex forma ſta tu.ciuita.Floren.quia alias fideiuſſio non valeret, vt in ti.C. ne fideiuſ.do.den.nec hæredes,vel aliæ perſonæ poſſunt cō pellere mulierem,quod agat contra fideiuſſores, arg.glo.in l.ſi. C.de pact. conuen. & ita de facto fuit obtentum ſecundum Lud. de Rō.regulariter ſecus videtur , quia bona fideiuſſoris computantur cum bonis principalibus, ſcilicet de-
57 bitori,&c.vt in ſuis ſingularibus dicit.†Ducēteſimumquinquageſimumſeptimum eſt,quia ſi maritus confiteatur conſtante matrimonio ſe dotem certam recepiſſe, quam non recepit,quo caſu habetur pro donatione, arg.l.cuius per errorem.ff.de reg.iu. quæ morte confirmatur , ſi non reuocatur per donationem. l.pe.C.de dona. inter virum & vxo. & poſtea maritus in teſtamēto veniens ad mortem dicat,confeſſionem prædictam eſſe & fuiſſe falſam,per talia verba nō inducitur reuocatio donationis,nec impeditur eius confirmatio, quæ fit per mortem,ſed tantum declaratur q̄ reuera dos data non fuit.Ita dicit ſingulariter Ioan. And. in titu.de dona.inter virum & uxo.ſecundum Lud. Rom. regulariter
58 fortè ſecus eſſet.† Ducenteſimumquinquageſimumoctauū eſt , quia pater cogitur non ſolum dare dotem filiæ volenti tranſire ad ſecundas nuptias, quam dedit primo marito,vt in auc. ſed quamuis. C.de rei vxo. act. ſed etiam ſi filia velit ingredi monaſterium & religionem, ſecundum Ioan. And. in addi. Spec in tit.qui filii ſint legit.in §.in hoc titu.in addi.
59 quæ incipit,Martinus de Fa.regulariter,&c.† Ducenteſimūquinquageſimumnonum eſt , quia de iure canonico pater tenetur dotare filiam , quæ contraxit matrimonium etiam contra voluntatem patris.gl.eſt ſingu.32.q. 1.c hoc factum. & 30.q.2.c.de raptoribus, fauore dotis, regulariter ſecus de iure ciuili. Inſti.de nup.in princip.facit l.ſicut.C. de actio.& oblig. & l.nec emere.C.de iure deliberan.
60 Ducenteſimumſexageſimum eſt,quia eſt in electione heredum mariti vel ipſius mariti,vtrū velit inducias quinquennales an verò cedere bonis,non autem eſt in electione mulieris creditricis de dote,vt probatur in l.ſi conſtante.§ quoties.in fi.ff.ſol.mat.attenta ratione ſua.regulariter autem eſt in electione ipſorum creditorum , vtrum velint dare inducias quinquennales debitori , an verò quod ipſe verè debi-
61 tor cedat bonis extra cauſam doris,vt eſt caſus in l.fi.in princip.& ibi glo.ſuper verbo , inducias.C.qui bo.ce.poſ. † Ducenteſimumſexageſimumprimum eſt,quia ſi maritus diſſipat dotem , ipſa dos poteſt ſequeſtrari penes tertiam perſonam,etiam conſtante mat.caſus eſt in l.ſi cum dotem, in §. ſi autem in fœuiſſimo. in ver.ſi verò dotem.ff.ſol.mat.regulariter autem ſequeſtrum eſt prohibitum, vt habetur in l.j. C. de prohi.ſeque.pecu.& nota.in c.2.extra de ſeque poſſeſ.
62 & fru.†Ducenteſimumſexageſimumſecundum eſt,quia ille qui ſeduxerit virginem alteri non deſponſatam , & cum ea dormiuit,cognoſcendo eam carnaliter,tenetur illam virginem dotare,iuxta modum legitimum, vt eſt caſus in c.j.extra de adul. & ſtup. regulariter autem dotare mulierem eſt officium paternum.l.qui liberos.ff.de ri.nup.& l.fi.C. de do
63 tis promiſ.cum ſimi.†Ducenteſimumſexageſimumtertium eſt,quia pendente lite inter maritum & vxorē de dote propter inopiam viri pendente iudicio , poteſt res & poſſeſſio auferri marito,ſicut etiam ſi iudicium non pēderet , vt dixi ſupra,in 232. priui.ita dicit gl.in.c.2.extra de cā poſ. & prop. regulariter autem nemo lite pen.ſua poſſeſ. priuatur , vt ibi
64 in d.c.2.†Ducenteſimumſexageſimumquartum eſt, quia ſi pater exhæredat filiam alio inſtituto filio hærede,& illi filię relinquat per fideicommiſſum certam pecuniam pro dote ſua , quàm filius inſtitutus hæres debeat ſtipulari ſibi reddi poſt primas nup. dictæ filiæ, talis ſtipulatio non valet, quia remaneret filia indotata in alio matri. Et hoc fauo. dotis,vt eſt caſus iuncta glo.in l.cum pater.§.pater certam,& ibi Bar. ff.de lega.2.regulariter autem voluntas teſtatoris pro lege
65 ſeruatur,in Auc.de nup.§. diſponat. † Ducenteſimumſexageſimumquintum eſt,quia licet non ſtet per maritum quominus onera matrimonij ſuſtineat, ſed p caſum,vt per mortem ſuam,nihilominus dos repetitur, in l.2.in princ.ff.ſolu. mat.dos enim datur propter onera matri.l.pro oneribus C. de iure dot.& patet ex diffinitione doris, de qua per Bart.& Doct.in l.j.ff.ſoluto matri.Regulariter autem, quando quis aliquid recipit propter aliquod onus per ſe implendum , ſi non ſtat per eum quominus illud onus impleat, ſed per caſum fortuitum,non poteſt ab eo repeti datum.l.operas.ff.lo-

ca. & q̄ habetur in l.j.§.diuus.ff. de var. & extraordi. cogni.
66 †Ducenteſimumſexageſimumſextum eſt, quia cum ex parte mulieris pro viro vel eius parte teneat fideiuſſio, licet nō econtra,vt in toto tit.C.ne fideiuſ.dot.den.fideiuſſor poterit interuenire etiam ſine ſtipulatione, arg.not. per Ang.in Auc.de fideiuſſ.§.fi.vbi no.per vnam glo. quæ eſt ibi,q̄ vbi proceditur de veritate, & æquitate , vt in curia mercatorū, iuxta not. per Bar.in l.ſi pro ea. C. manda.& in l.Quintus.C. mand. ibi fideiuſſor obligatur etiam ſine ſtipulatione. quod autem in dote procedatur de çquitate & veritate,probatur ex his,quæ habentur in l.j.ff.ſolu.matr.regulariter autem fideiuſſor non obligatur ſine ſtipulatione. l.blanditus.C.de ſi
67 deiuſſori.vide ſupra in priuil.52. † Ducenteſimumſexageſimumſeptimum eſt,quia ſi extraneus vel pater ſtipulatur dotem ſibi reddi ſoluto matrimonio , præſumitur etiam ſibi proſpicere,vt poſſit dotem repetere etiam matrimonio nō contracto, niſi contra probetur per mulierem. l.ſi extraneus.ff.de condi.ob cau. Regulariter autem contra videtur, arg.§.accedit.l.vnicæ. C.de rei vxo. act. cum ſi. & l.cum his. §.penul.ff.de condi. inde.de quo vide ſupra in priuileg.194.
68 † Ducenteſimumſexageſimumoctauum eſt,quia frater tenetur dotare ſororem,ſi ſoror eſt egena, vt in l.cum plures. §.fi.& ibi glo.ff.de admi. tut.regulariter autem nemo cogitur aliam perſonam dotare, niſi pater. l.qui liberos. ff.de ri.
69 nup.&c.de quo per Bar.in rub.j.ff.ueteris.† Ducenteſimum ſexageſimumnonum eſt, quia non valet alienatio fundi dotalis etiam cum iuramento,vt in toto ti.ff.de fun.do.iuncta l.nō dubium.C.de legi.fauore dotis,ſecundum Bar.in l.omnes populi. ff.de iuſti.& iu.regulariter autem ſecus videretur,de quo ibi per Bar.qui tamen dicit, tales leges non valere ratione peccati,vt in c.cum contingat. extra de iureiur.
70 †Ducenteſimumſeptuageſimum eſt , quia priuilegium ne maritus conueniatur vltra quam facere poſſit, conceſſum eſt a lege commmuni,vt in l.maritum.ff.ſolu. mat. non obſtante q̄ non ſit conceſſum inſpecta naturali & ſufficienti ratione,quia non eſt magis directus in eo,cui conceditur,q̄ in alijs hominibus tranſit ad hæredes. de quibus in l.etiam, in prin.vbi no.ff.ſol.ma.regulariter autem priuilegium conceſſum perſonæ , nō inſpecta naturali & ſufficienti ratione, ad hæredes non tranſit, vt in l.ſi cum procuratore. & l at ſi fideiuſſor ff.de re iudi.ita dicit Bar.in l.j.ff.de manda. Princ. & idem eſt in caſu l.fi.C.qui po.in pig. habe.ſecundum Bar.
71 †Ducenteſimumſeptuageſimumprimum eſt, quia ſi dominus maritat libero homini ancillam ſuam, talis ancilla ita demum efficitur libera per talem actum matrimonij, ſi dominus etiam dotem pro ea marito dederit, caſus eſt in l.j.§. ſed & ſi quis.C.de Lati.liber.tollen.de quo tamen dic, vt ibi in auc. ſed hæc, ibi poſita, regulariter ſine dote remaneret
72 ancilla & ſerua,vt ibi probatur. † Ducenteſimumſeptuageſimumſecundum eſt,quia ſecundum iura uetera in dote ſtipulatio præpoſtera valebat,vt ſi dicerem, promittis mihi hodie centum ex cauſa dotis,ſi nauis ex Aſia venerit, vt eſt caſus Inſtitu.de inuti.ſtip.§.item ſiquis ſtipulatus. regulariter contra,vt ibi,licet hodie idem ſit in alia materia,quę eſt
73 & erat in dote,vt ibi dicit litera. † Ducenteſimumſeptuageſimumtertium, quia valet ſtipulatio inter patrem & filium fauore dotis. l. 4 & ibi Cyn. C.de pact. conuen. regulariter
74 contra, vt in §.item inutilis.Inſti.de inutil.ſtipu. † Ducenteſimumſeptuageſimumquartum , quia maritus poteſt venire contra factum ſuum, reuocando rem dotalem alienatam , etiam ſi ſit res mobilis , vt in §. cum lex. C. de rei uxo. actio.regulariter contra eſt, vt in l.per ſundum. ff. de ſerui. vrba.prædi.& per Cyn.in d.§.& cum lex.
75 † Ducenteſimumſeptuageſimumquintum eſt, quia in cauſa dotis poſſunt recipi teſtes ante litem conteſt.ſeu lite non conteſtata,ex quo in dotib.proceditur ſummariè,vt proba ui ſupra eod.in priuile.59. ergo recipiuntur teſtes etiam ante litis conteſta. facit quod ſcripſi ſupra eod. in 66. priuileg. In cauſis enim ſummarijs, in quibus proceditur breuiter & de plano,&c.non eſt neceſſaria litis conteſta. vt in cle. ſæpe de verbo.ſign.regulariter autem teſtes non recipiuntur,niſi prius lite conteſta.vt habetur in c.quoniam frequenter. extra vt li.non conteſt. vt in auc. ſed ſi quis. C.de teſti. & not.
76 īnſti.qui.mo.re contrahi.obli.in §.2.† Ducenteſimūſeptuageſimumſextum eſt, quia reficiens domum alterius, habet tacitam hypothecam, in qua præferī alteri creditori priori etiam habenti expreſſam hypothecam,vt l.interdum. ff.qui po.in pign.hab.& quod ibi not.Fallit, quando anterior creditor eſt mulier in dote, quo caſu ipſa prefertur. regulariter contra eſt , vt in d.l.interdum. & quod ibi nota & in.§.his
77 conſequens. in fi.§.in auc. de æqua. do. † Ducenteſimumſeptuageſimūſeptimū eſt,quia extraneus legando dotē vxori,vel quicquid puenerit ex dote,&c.vī taxatiuè legare quātitatem

Source : BIU Cujas

ſtatem dotis, ſine deductione impenſarum factarum in dote per maritum, ſecus ſi maritus legat, vt eſt caſus in l. Meuio. §. a me. ff. de lega. 2. regulariter verbum peruenerit, intelligitur cum effectu deductis impenſis, ſecundum Bart. in d. §. a
78 me. † Ducenteſimumſeptuageſimum octauum eſt, quia mulier non poteſt renuntiare omnibus priuilegijs dotalibus, ſecundum Bal. in l. vnica. C. de priuileg. dot. regulariter autem quis poteſt renuntiare omnibus priuilegijs ſuis, ut per Bar. & Doc. in l. j ff. ſi quis in ius voc. non ierit. An autem mulier poſſit renuntiare quibuſdam priuilegijs dotalibus. dic vt per Bal.
79 in d. l vnica. † Ducenteſimumſeptuageſimumnonum eſt, qa vir ſortitur forum, vbi cõditio reſtitutionis dotis extitit, ceſſant priuilegia reuocandi domum. l. ſi vxor. & ibi per glo. & Ang. ff. de iudi. Regulariter aliud eſt. l. exigere dotem. eo. ti. &
80 in l. 2. §. legatis. eo. tit. † Ducenteſimumoctuageſimum eſt, qa in dote habet locum remiſſio de loco ad locum, vt in d. l. ſi vxor. regulariter autem in contractibus ceſſat remiſſio. l. hæres abſens. §. j. ff. de iudi. vt ſcripſi in d. l. ſi vxor, ſecundum vnũ
81 meum intellectum. † Ducenteſimumoctuageſimumprimum eſt, quia vxor, cui eſt prælegatus fundus in dotẽ datus, tenetur ſtare colono. l. j in fi. C. de dote præleg. Si tamen non repudiat legatum, licet petat dotẽ, non ex legato, ſed ex cauſa dotis, regulariter ſecus eſt, vt ibi not. & in l. nihil. §. fi. ff. de leg. j. & l. emptorem. C. loca. Adde 16. alios caſus in quibus ſingularis ſucceſſor tenetur ſtare colono, de quib. dixi in l. Iul.
82 §. pen. ff. de act. emp. † Ducenteſimumoctuageſimumſecundum eſt, quia priuata ſcriptura ſacerdotis ſuper matrimonio & dote ſubſcripta a tribus teſtibus ſine die, non valet & reputatur pro ſcriptura non tabellionis, vt in Auc. qui. mo. natu. effi. legi. §. quantum. col. 6. regulariter contra eſt, ut no. Bal. in
83 § quibus, prima C. conſtitutione, quod no. † Ducenteſimũoctuageſimumtertium eſt, quia in cauſa dotis ſententia poteſt ferri contra dominum, licet iudicium ſit agitatũ per procuratorem, & idem in cauſa matrimoniali, vt dixi in l. j. C. de
84 ſenten. & interlocu. om. iudi. regulariter contra, vt ibi. † Ducenteſimumoctuageſimumquartum eſt, quia ex contractu procuratoris in cauſa dotis acquiritur actio domino ſine ceſſione fm Bal. in l. j in fi C. de ſenten. & interlocu. om. iudi. re-
85 gulariter ſecus, vt ibi per eum. † Ducenteſimumoctuageſimumquintum eſt, quia in cauſam iudicati non poteſt niſi in ſubſidium fieri executio in dote. arg. l. j ff. ſol. mat. & iuncta l. ſtipendia. C. de execu. rei iudi. & ibi dixi. regulariter autem in omnibus bonis poteſt fieri executio, iuxta l. a diuo Pio. §. j. ff.
86 de re iudi. † Ducenteſimumoctuageſimumſextum eſt, quia ſi fundus doralis locatus per maritum & legatus vxori, &c. petatur ex prælegato, debet ſtare mulier colono. l. j. §. fi. ff. de do
87 te præle. regulariter contra, vt ibi not. † Ducenteſimũoctuageſimumſeptimum eſt illud, quod not. in l. 2. in fi. glo. in ver. cogẽt. ff. de do. præleg. vbi in cauſa dotis mulier grauata poſt tempus reſtituere tanq̃ legataria, non facit fructus medij tem
88 poris ſuos, regulariter ſecus, vt ibi not. † Ducenteſimũoctuageſimumoctauum eſt, quia reus edit egenti ad dotem inſtr̃m ad actoris intentionem fundandam, ſecundum Anto de Bu. in c j. de proba & Lanfran. in l. j ff. ſol. mat. regulariter cõtra. l.
89 fi. C. de eden. † Ducenteſimumoctuageſimumnonum eſt, quia in priuilegio moratorio conceſſo debitori a Principe, iuxta l. quoties. C. de preci. Impe. offe. non comprehenditur dos, ſicut nec fiſcus, vt in §. neque, in Auc. de mand. cum dos & fiſcus pari paſſu ambulent. l. 2. C. de ptiuile. fiſci. regulariter ſecus eſt in omni alio creditore. d. l. quoties. & no. Lanfran. in
90 d. l j. ff. ſol. mat. † Ducenteſimumnonageſimum eſt, quia in dote quis cogitur alteri eam promittere, ſi ſua non intereſt, vt in l. 2. in prin. ff. ſol. mat. regulariter contra. l. ſicut. C de act. & oblig. & Lanfran. in d. l. j. & probatur in l. nec cinere. C. de iu. delib & l. inuictum. C. de contrah. emp. facit priuilegium 42.
91 † Ducenteſimumnonageſimumprimum eſt, quia per cõfeſſionem de dote recepta naſcitur actio ad dotem ex tali confeſſione l. ſi voluntate C. de dot. promiſ. regulariter ex cõfeſſione debiti non præcedentis non naſcitur actio creditori. l. qui pecuniam. ff ſi cer. pe. & per Lanfrã. in d. l. j. facit l. Publia.
92 in fi. ff. depo. † Ducenteſimumnonageſimumſecundum eſt, quia biennium vel quadriẽnium, de quo in l. fi in 2. par. C. de bo. auto. iud. poſſ. non habet locum in dote, ſi bona debitoris dotis vendantur per iudicem, qui poteſt illud tempus abbreuiare fauore dotis, iuxta l. j. ff. ſol. ma. & quod ibi no regulari-
93 ter ſecus eſt, vt d. l. ſi ſecundum Bal. ibi, in vlt col. † Ducenteſimumnonageſimumtertium eſt, quia fiſcus propter debitũ mariti primipilarij præfertur in dote vxoris in ſubſidium deficientibus alijs bonis & iuribus mariti, vt in l. 3. C. in qui. cau. pig. taci. contrah. regulariter ſecus, vt ibi, & in l. j. C. de priuile.
94 fiſci. † Ducenteſimumnonageſimumquarrum eſt, quia fauore dotis fiſcus nõ vtitur ſui priuilegio prelationis hypothecę contra dotem, imò qui prior eſt tpe, potior eſt iure. l. ij. C. de
95 priuileg. fiſci. regulariter ſecus, vt ibi not. Saly. † Ducenteſimumnonageſimumquintum eſt, quia mulier, quæ non luget virum intra tempus luctus, non perdit priuilegia dotis, quia hoc iure cautum non reperitur, ſecundum Bal. in l. j. C. de priuil. do. regulariter autem mulier nubens infra tempus
96 luctus punitur, vt l. genera. ff. de his qui no. infa. & l. fœminæ. C. de ſecun nup. † Ducenteſimumnonageſimumſextum eſt, quia non tenet renunciatio exceptionis non nu. do. facta inter coniuges, licet teneat facta extraneo, quia eſt ſpecies donationis, quæ inter coniuges non valet, vt in toto tit. de do. inter virum & vxorem. ſecundum Bal. in d. l. j. l. C. de priui. do. regulariter quis poteſt renuntiare iuri ſuo. l. ſi quis in conſeri
97 bendo C. de pac. † Ducenteſimumnonageſimumſeptimum eſt, quia dos confeſſata adminiculata alijs indicijs, pura quia maritus præſtitit alimenta vxori tanquàm dotatæ, habet priuilegia do. ſecundum Bal. in d. l. j. C. de priuile. do regulariter autem dos confeſſata nõ habet priuilegia do. l. aſſiduis. C qui
98 pot. in pign. habe. † Ducenteſimumnonageſimumoctauum eſt, quia inſtantia in cauſa do. eius fauore non finitur triẽnio, ſecundum Bal. in d. l. j. C. de priuil. do. arg. l j. ff. ſolu matri. licet Bal. ſubdat, quod non audet recedere a determinatione l. properandum. C. de iudi. regulariter ſecus, d. l. properandum. fm Bal. in d. l. 1. in princ. penul. col. contrarium ſenſit Bal. in d. l. 1.
99 ff. ſolu. mat. quod credo verius. † Ducenteſimumnonageſimumnonum eſt, quia ſi mulier promiſit marito certum qd nomine do. & petatur dos per maritum, præſumitur matrimonium cõtractum per talem promiſſionem, licet dubiam, fauore dotis, ſecundum Bal. in d. l. j. C. de priuile. do. in vlti. q. regulariter verba dubia interpretantur contra agentem l. veterib. ff. de pac. & quod no. in l. Labeo ſcribit, obſcuritatem. ff de contrahen. emptio.

100 **Tricenteſimum eſt,** † quia legatum alimẽtorum relictum filiæ, cui eſt relicta dos in teſtamento, limitatur arbitrio boni viri, iuxta quantitatem dot. non iuxta quantitatem hæreditatis. Ita tamen quod creſcente filia, augmentantur alimenta prędicta. l. cum vnus. ff. fin. ff. de alimen. & ciba. lega. regulariter autem legatum alimentorum limitatur arbitrio iudicis, ſecundum quantitatem hæreditatis, vt l. penul. ff. de alimen. & ciba. lega.

SVMMARIVM.

1 *Precium loco dotis ſuccedit.*
2 *Expenſæ voluntariæ in fundo dotali repeti non poſſunt.*
3 *Dotis cauſa de euictione agi poteſt ante rem euictam.*
4 *Indebitum per errorem ſolutum cauſa dotis, qua actione repetatur.*
5 *Furioſa cauſa dotis conſentire videtur.*
6 *Confeſſio in ultima uoluntate inducit probationem in dote.*
7 *Exceptio non numeratę dotis, ignobili fatente à nobili dotem recepiſſe, locum non habet.*
8 *Sententia dotis non continentis certam quantitatem, in cauſa dotis nalet.*
9 *Pater tenetur ſpuriam dotare.*
10 *Verba enuntiatiua diſpoſitionem pro dote inducunt.*
11 *Dotis debitor ſoluto matrimonio per uiri mortem infra annum legalem tenetur uxorem uiduam alere.*
12 *Dotis fauore collatum dicto alterius, non uidetur conferri in eius liberam uoluntatem.*
13 *Priuilegia mulieris in dote perſonalia, ad quos tranſmittantur.*
14 *Maritus dolo deſinens eſſe ſoluendo, tenetur ad dotem inſolidum.*
15 *Pactum q̃ dos longiori tempore reſtituatur, ualet.*
16 *Rei debendi duo ex parte mariti in dote reſtituenda poſſunt conſtitui.*
17 *Actio de dote per litis conteſtationem non fit ad hæredes tranſitoria.*
18 *Stipulatio pœnalis ueſtit pactum factum in alterius fauorem.*
19 *Pactum quale cauſa dotis non ueſtiatur cohærentia contractus.*
20 *Dos, quando propter adulterium non confiſcanda.*
21 *Fideiuſſio ex parte uiri pro dote, quo caſu dari poſſit.*
22 *Dotans & paciſcens de dote lucranda per maritum, quomodocunq; ſoluatur matrimonium, qualiter uideatur intellexiſſe.*
23 *Cauſa ſtipulationis informis præſumitur in dote.*
24 *Dotem pater ſimpliciter ſtipulans, qualiter uideatur ſtipulatam eſſe.*
25 *Donatio inter patrem & filiam cauſa dotis, eſt permiſſa.*
26 *Dotis fauor eſt iuſta cauſa peremptorij abbreuiandi.*
27 *Prædium dotale non ſubiacet pignori prætorio.*
28 *Fideiuſſor pro dote ſoluens, qua repetat actione.*
29 *Dotare filiam, quibus caſibus pater non teneatur.*
30 *Ruſticus, quibus caſibus poteſt dotare uxorem ſuam nobilem.*
31 *Sententia de nocte in cauſa dotis ferri poteſt.*
32 *Mulier nobilis in dote confeſſata, quando priuilegia dotalia habeat. 33.*
34 *Ius tribuẽs priuilegia dotalia in dote confeſſata, quãdo locũ habeat. 36. 37*
35 *Mulier in dote confeſſata prælationis priuilegium, quando habeat. Et quando priuilegia dotalia. 38. 39.*
40 *Actio ex pacto nudo cauſa dotis oritur.*

Source : BIU Cujas

D.Ioan.Bernar. de dotario.

41 *Dotis causa res prohibita alienari, inter viuos alienari potest.*
42 *Auunculus potest stipulari dotem sororis suæ nepotibus suis.*
43 *Stipulatio dotis secunda, nunquid videatur facta animo donandi.*
44 *Dotalis res potest permutari ad mulieris commodum.*
45 *Dos potest consumi pro viri alimentis, vel liberorum suorum.*
46 *Fundus mariti ad inopiam vergentis assignatus, gaudet priuilegio dotali.*
47 *Dotis loco pretium, quando succedat.*
48 *Loquendi communis vsus dotis causa etiam attenditur.*
49 *Res iuter alios acta super dote mulieris prodest mulieri quantumcunque absenti.*
50 *Maritus in causa dotis non potest carcerari, nec bonis cedere.*
51 *Donatio per mulierem facta marito sub matrimonij commemoratione, qua liter & in quo resoluitur.*
52 *Statutum quod instrumenta executioni non mandentur, nisi prius registrata in publico archiuo sint, non comprehendit instrumentum dotis.*
53 *Satisdatur ex integro si vitiose satisdatum est dotis causa.*
Sacer dotis scriptura in matrimonio, & dote, subscripta manu trium testium, pro publica reputatur.

Centuria quarta.

1 Tricẽtesimũ primum † est, quia si pretium reddatur ex venditione rei dotalis puentum ad maritum succedat loco dotis, & sic actione ex stipulatu peti potest & hypothecaria competit a die traditionis dotis. regulariter secus, secundum Bart. in suo consil. qd' incipit, domina Iuliana nupsit Lucio. &c. Idem in omni pri-
2 uilegio dotis, vt dico infra eod. in priuileg. 346. † Tricentesimumsecundum est, quia expensæ voluntariæ factæ per maritum in fundo dotali etiam de consensu vxoris, repeti nõ possunt per maritum, vel eius hæredes, sed tantum abatio permittitur. l. pro voluntarijs. ff. de impensis in rebus dota. fact. iuncta l. in fundo, ita dicit Matth. de Mathe. suo nota 91. regulariter secus videtur, scilicet quod repeti possent propter cõ-
3 sensum domini. arg. l. qui patitur. ff. man. † Tricentesimtertium est, quia ante rem euictam ratione dominij vel quasi vel hypothecæ non potest agi de euictione l. habere licere. ff. de euictio. nisi in casu l. seruus quem. §. fi. ff. de act. emp. Fallit, si in causa dotis debetur euictio. s. si detur in dotem fundus. l. j. C. de iu. do. nam tunc etiam re nondum euicta agitur ad particulare interesse, si res sit aliena, vel alteri obligata. l. creditor. §. prædium. ff. de actio. empt. quem sic intelligo, vt ibi scri-
4 psi, licet Doct. non sic intelligant illam literam. † Tricentesimumquartum est, quia si soluto iam matri. pater soluat dotẽ genero per errorem, repetit per actionem de dote, non per condictionem indebiti. l. si pater ignorans. ff. soluto matrimonio. regulariter indebitum solutum per errorem repetitur p condictionem indebi. vt in toto titulo. ff. de cond. inde. & est glo. de hoc in l. si quis fundum. §. Imperator. ff. locati. Iste casus est similis. 202. supra in centuria tertia, vbi formaliter eadem verba ponuntur, etiam sequens alium similem habet supra. non propterea fatendum est, autorem aceruo studuisse,
5 & numero, sed ferendus est ex memoriæ lapsu. Frag. † Tricentesimumquintum est, quia fauore dotis & patris agentis ad dotem repetendam filia etiam furiosa videtur tacite consentire. l. 2. §. fi. soluto matrimonio. regulariter secus est, vt l. qui
6 ad certum. ff. loca. & ibi glo. fi. † Tricentesimumsextum est, quia confessio in vltima voluntate non inducit probationẽ. l. Aurelius. §. fi. ff. de libe. leg. & l. Lucius. §. j. ff. de leg. 2. regulariter fallit in dote, arg. l. 1. ff. soluto matrimonio. secundũ Bal. in suo cons. quod incipit, Cecchus Petroli fecit testamentũ.
7 † Tricentesimumseptimum est, quia si ignobilis confiretur recepisse dotem a nobili muliere, non habet locum exceptio non numeratæ dotis, vt est glos. singu. l. si voluntate. C. de do. promis. regulariter secus, vt in titu. C. de dote cau. nõ nume.
8 † Tricentesimumoctauum est, quia in causa dotis valet sentẽtia dotis non continens certam quantitatem, sicut in hæreditate, vt l. fi. vbi Bar. C. de senten. quæ sine cer. quanti. & in ru-
9 bri. ff. soluto matrimonio. regulariter secus, vt in d. l. fi. † Tricentesimumnonum est, quia pater tenetur filiam natam ex damnato coitu dotare, sicut alimẽtare de iure canoni. iuxta c. cum haberet. de eo qui duxit in matrimonio. eam, quam pol. per adul. vt no Bar. in l. fi. ff. de his, qui. vt indig. regulariter secus est, vt in d. ç. cum haberet. & in auc. ex complexu. B. de incest. nup. quod ego puto verum de iure canonico, secus de iure ciuili, quia illud c. cum haberet, habet locum solum in terris ecclesiæ, non imperij, secundum Ioan. de Imo. Il. Lucius. §. j. ff. de leg. j. & vide Matt. de Mathesi. suo no. 145.
10 Tricentesimumdecimum est, † qa verba enutiatiua pro dote inducunt dispositionem, vt no. in l. 3. C. de dotis promiss. & per Bart. in consilio suo, quod incipit, factum sic se habet, &c ad car. 341. in litera B. regulariter secus, vt habetur in l. hęc scriptura. ff. de dona. Ex his pariter casum similẽ habes, sup. 254. ī tertia cẽturia, nec in vllo ab alio differt, si quos ẽt alios casus similes inueneris expũgito. Frag.
11 Tricentesimumdecimum est, quia debitor dotis solu. matrimonio p mortem viri infra annum legalem tenetur alere vxorem viduam, vt communiter tenetur per Doct. vt p Paulum de Castro, & alios in l. diuortio. ff. solu. matrimonio. regulariter secus in alio debitore, qui inter dilationem, quã habet non tenetur alere creditorem suum, vt per Doct. in d.
12 l. diuortio. † Tricentesimumduodecimum est, quia quod cõfertur dicto alterius, videtur conferri in eius liberam voluntatem, & sic est captatoria regulariter, fallit in dote l. Theopompus, de dote præleg. secundum Bartol. in consilio, quod
13 incipit, quidam habens bona communia cũ Titio, &c. † Tricẽtesimumdecimumtertium est, quia priuilegia personalia, quæ habet mulier in dote, transmittit ad suum hæredem descendentem, vt in l. 1. C. de priuileg. dot. regulariter priuilegiũ personale extinguitur, extincta persona, nec est transmissibile ad hæredem, vt no. in l. sed & si restituatur, in princi. &
14 ibi glos. ff. de jud. † Tricentesimumdecimumquartum est, qa si maritus dolo desiit esse soluendo, tenetur insolidum, non autem inquantum facere potest, vt in l. vnica. §. cum autem. C. de rei vxo. act. regulariter tenetur solum inquantum facere potest, vt. d. §. cum autem. & l. maritum. ff. soluto matrimo
15 nio. † Tricentesimumdecimumquintum est, quia in casu l. aliud. ff. de pac. dotal. valet pactum quod dos longiori tempore restituatur, vt ibi, & l. Attilianus. eo. tit. regulariter secus ẽ,
16 vt in d. l. Attilianus. & ibi glos. † Tricentesimumdecimumsextum est, quia ex parte mariti in dote restituenda possunt cõstitui duo rei debendi, vt in l. fina. & ibi per Angel. C. de do. cau. non num. Et tamen secundum nonnullos duo rei debendi videntur inuicem fideiubere, vt plene no. in l. vir vxori. §. fin. ff. ad Velleianum. regulariter ex parte mariti non potest fideiussor præstari de dote restituenda, & in rubro & ni-
17 gro. C. de fideiuss. dot. dentur de quo ibi per Ang. & Cy. † Tricentesimumdecimumseptimum est, quia per litis contestationem factam per patrem super actione de dote, non efficitur actio transitoria ad hæredes patris, imo consolidatur in filiam, vt in l. vnica §. extraneum. C. de rei vxo. act. & ibi per Angelum. regulariter secus est, vt in l. 1. C. ne ex delic. defun.
18 inquantum hæredes conuertãtur, &c. † Tricentesimumdecimumoctauũ est, quia in dote stipulatio pœnalis vestit pactũ factum in fauorem alterius, vt no. in l. 1. in princ. & ibi gl. super verbo, & fortitudinem. C. de rei vxo act. & ibi per Angel. regulariter secus est, vt in l. stipulatio ista. § alteri. ff. de verborũ
19 obligationibus. † Tricentesimumdecimumnonum est, quia obligatus ad dotandum mulierem, puta pater, licet incontinenti stipuletur, seu paciscatur dotem sibi reddi, soluto matrimonio, tñ hoc pactum non vestitur cohærentia contractus, & sic non valet, vt in l. auia. C. de iu. do. & ibi Ange. regulariter secus. l. lecta. ver. dicebam. ff. si cer. pe. cum si.
20 Tricentesimumuigesimum est, † quia pater fuerit stipulatus dotẽ sibi reddi talis dos propter adulterium filiæ non confiscabit ẽt si exter statutũ q̃ dos adulteræ confiscet, vt no. Ang. in l. si dotẽ, p illam literã. C. de iu. do. regulariter circũscripta tali stipulatione, vel pacto, secus est,
21 vt in d. l. si dotem. † Tricentesimũuigesimumprimũ est, qa in casu l. vbi adhuc. C. de iureiu si vir satisdet de ꝑseruandis bonis, ipse illa bona administrabit, vt ibi p Ang. & per Io. And. & Inno. in c. p vestras. extra de do. inter vir. & vxo. regulariter fideiussio pro dote dari non põt ex parte viri, vt in rubro, & nigro. C. ne fideiuss. do. denẽt, de quo uide per Rayn. in repe. l. si
22 constante. in prin. ff. sol. ma. & ibi p Bar. † Tricentesimũuigesimumsecũdũ est, qa si mulier vel alius pro ea det dotẽ & paciscat, q̃ qũocunque sol. mat. maritus, vel eius hæres lucretur dotem, hoc pactum non refert ad mortem mariti, sed mulieris, imo si ẽt expresse referretur ad mortem mariti, non valet pactum, vt in l. 2. ff. de pac. dota. & p Bar. in suo cõsilio, quod incipit, Ioannes maritauit suam sororẽ, &c. ad car. 286. in lib.
23 consiliorum B. regulariter aũt pacta valent. l. j. ff. de pact. † Tricentesimumuigesimumtertiũ, quia in dote præsumitur causa informis stipulationis. exemplũ, si promissio fit sub cõmemoratione matrimonij, vt si instr̃m dicat, talis intendens nubere tali promisit ei x. nã subintelligit ex causa dotis, vt in l. q̃ aũt. & ibi no. ff. de iu. do. regulariter secus, f̃m Bal. in l. j. ff. sol. mat. facit pro eo. l. quicquid astringendæ. ff. de ver. ob. & l. 2. §.
24 circa. ff. de doli excep. † Tricentesimumuigesimũ quartũ est, quia si pr̃ stipulatur dotem simpliciter, vr̃ stipulari sibi, & filię, vt in l. post dotem, ibi glo. secundũ tertiam lecturam. ff. solu. matr. regulariter tertia persona non subintelligitur. imo quis sibi tantum videtur stipulari. l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. ff. de verbo. obli. & not. Bal. in d. l. j. ff. soluto matrimonio. & per Bar. & Doc. in l. stipulatio ista. §. hi quoque. & §. si quis
25 ita. ff. de verbor. obligat. † Tricentesimumuigesimumquin-

tum

tum eſt,quia ex cauſa dotis eſt permiſſa donatio inter patrem & filiam,vt in l.Pompo.Philadelphus.ff.fa.erc. regulariter ſecus.l.2.C de inof.do..& Bal.in d.l.j.ſo.mat.†Tricenteſimum uigeſimumſextum eſt,quia in iudicio dotis fauor dotis eſt iuſta cauſa abbreuiandi peremptorium,vt in l. nonnunquam,ĩ fi.ibi,pro conditione cauſæ, iuncta d.l.j.ſolu. matri. & ſentit Bal.in d.l.j.regulariter ſecus,vt in d.l.nonnunquam.& l.ad peremptorium,eo.tit.& vide quod dixi ſupra eo. in priuil.118.

†Tricenteſimumuigeſimumſeptimum,quia prædium dotale non ſubiacet pignori prætorio, ſicut nec conuentionali. l. quinque legibus.ff.de bo.dam.regulariter quælibet res ſubiacet pignori prætorio vel conuentionali, ſecundum Bal. in d.l.1.ff.ſol.mat.† Tricenteſimumuigeſimumoctauum, quia fauore dotis quandoque qui fideiubet pro dote danda marito,ſi ſoluat non repetit a reo principali actione mandati,nec actione neg.geſt.vt in l.creditor.§.j.manda.regulariter ſecus, vt ibi no.& no.in l.Pompo.eo.tit.& per Bar.in d.l.ff.ſolu.ma. Similiter habes in hærede grauato, ꝙ fideiubeat pro Titio, nam ſi fideiuſſit,& ſoluit,non repetit,vt no.glo j. in l.tribus. §.illud.ff.de vſufru.earum,quæ vſu conſu-ſecundum Ray. in ſuis caſibus ſingularibus.†Tricenteſimumuigeſimumnonũ, quia in his caſibus pater releuatur ab onere dotandi filiam, primo ſi filia ſit Iudæa vel hæretica,& pater catholicus Chriſtianus,glo.eſt in l.ſi vero.ff.de in rem verſo. Secundo ſi filia eſt naturalis tantum,ſaluo niſi ſit pauper ipſa filia naturalis, ſm Bal.in l.ſi mater.C.de iure do.Tertio, quando pater eſſet egenus & non poſſet illam dotare,ſecundum Lud. in d.l.j.in 3.col.ff.ſol.mat. Quarto ſi illa accepit virum indignum ſine conſenſu patris,ſecundum Lud.in d.l.1.& Bal.in l.fi. C.de do. promiſ.Quinto,quando matrimonium eſſet contractum ſine dote,vt per Ludo.in d.l.de quo per Bar.& glo. in l.obligamur.§.lege.ff.de actio.& oblig. & per Bal. & alios, in auc.res quę C.communia de leg.regulariter ſecus eſt.l.qui liberos.ff. de ritu nup & l.fi.C.de dotis promiſ.

Tricẽteſimũ trigeſimũ eſt,† quia ruſticus etiã cõſtan.mat.ex cauſa donatio.poteſt dotare vxorem ſuam nobilem,ſecundum Bar.l.diuortio.ff.de ver.obli. & in l. ſi voluntа.C.de dotis promiſ.& ibi no.Item quando maritus propter reconciliandas inimicitias dotat vxorem ſuam,vt per Bal. in l.2.§.creditum.ff. ſi cer.pet. Idem, qñ conſuetudo hoc permitteret,vt per Io.And.in c.& ſi neceſſe, de dona.inter vir.& vxo.regulariter ſecus,vt in toto tit.de dona. inter vir. & vxo. ff.& C.& no.Fran.de Are.in d.§.creditum.quod no.†Tricenteſimumuigeſimumprimum eſt, quia in cauſa dotis poteſt ferri ſententia etiam de nocte,arg.l.j.ff.ſol.mat.ibi,ſemper,iũcta gl.quæ exponit,& omni tempore.regulariter ſecus, vt in d.§.ſedebunt,in Auct.de iudi.†Tricenteſimumtrigeſimumſecundum eſt,quia mulier in dote tantum confeſſata hẽt priuilegia dotalia,ſi maritus qui confeſſus eſt dotem, ſit ignobilis & mulier nobilis,ſecundum Bal.in l.ſi voluntate.C. de do. promiſ.regulariter ſecus,vt no.glo.in d.l.aſſiduis.C.qui pot. in pig.ha.†Tricenteſimumtrigeſimumtertiũ eſt, quia ſi mulier habet priuilegia dotalia in dote confeſſata tantum, ſi ſit facta confeſſio animo donandi,nam per mortem mariti confirmatur donatio,argu.l.penulti.C.de dona. inter vir. & vxo. regulariter ſecus,vt no gl.in d.l.aſſiduis.†Tricenteſimumtrigeſimumquartum eſt,quia in dote confeſſata habet locum ius tribuens priuilegia dotalia,ſi tamẽ ſit præſumptio ꝙ dos re vera fuit numerata,vt quia maritus exhibuit alimẽta vxori ſuæ,tanquam dotatæ,ſecundum Bal.in rub.C.de priuil.do. regulariter ſecus,vt eſt gl.in d.l.aſſiduis.†Tricenteſimumtrigeſimumquintum eſt,quia in dote confeſſata mulier habet priuilegium prælationis,& dotis:ſi tamen ſit ſtatutum vel ꝙ-ſuetudo in loco, ꝙ inſtrumentum confeſſionis dotis habeat vim rei iudicatæ,ſecundum Bal.in rub.C.de priuileg do.& in l.fi.C.de ſpon.& Ang.in ſuo conſilio,quod incipit,ſtatuto ciuitatis Florentię cauetur,&c.regulariter ſecus eſt,vt no.glo. in d.l.aſſiduis.†Tricenteſimumtrigeſimũſextum,quia in dote confeſſata mulier habet priuilegia dotalia,ſi tamẽ alij creditores viri nitantur ex credito confeſſato tantum, cæteris tamen paribus,vt quia vtrinque habet locum exceptio non numeratæ pecunię vel vtrinque ceſſat,alias ſecus,arg.l.in ambiguis.ff.de iure do.regulariter ſecus eſt, vt in d.l.aſſiduis. eſt glo.†Tricenteſimumtrigeſimumſeptimum eſt, quia mulier in dote confeſſata per maritum ante contractum matrimonium habet priuilegia ſecuto matrimonio aduerſus creditores etiam priores tempore,non tamen habẽtes expreſſam hypothecam,ſecundum Cy.in aucten.ſed iam neceſſe.C.de dona.ante nup.in 4.quæſtio.regulariter ſecus,vt no.glo.in d.l.aſſiduis.†Tricenteſimumtrigeſimumoctauum eſt,quia ſi præceſſit promiſſio dotis ex parte mulieris, & confeſſio de dote recepta conſtante matrimonio, mulier habet priuilegia dotalia,per tex.in l.in contractibus.§.primo.C.denon numerata pecunia.& no.glo.in l.fi.C.de do.cau.non numera.& Ioã. Andr.in additioni.Specu.de dona.inter virum & vxorem.circa fin.ſeu.in §.i.& Pau.de Caſt.in l.j.ff.ſoluto matrimonio.regulariter ſecus,vt eſt gloſ.in d.l.aſſiduis.†Tricenteſimumtrigeſimumnonum eſt,quia mulier in dote confeſſata gaudet priuilegio dotis,ſi nullus creditor competat, ſecundum Ludoui.de Ro. in dicta l.prima.ff.ſoluto matrimonio.per tex.in l.ſi cui.C.de non numerata pecunia.& in l.ſi quis poſt hac.C. de bo.proſcri.Regulariter ſecus,vt no.in d.l.fin. & ſic habes duas limitationes ad glo de qua in d.l.aſſiduis. quas in vnum cumulauit D.Ang.de Vbal.qui viuit.

Tricẽteſimum quadrageſimũ eſt, † quia in cauſa dotis ex pacto nudo, per quod promittitur euictio etiam vbi non debetur,oritur actio,vt no.in l.prima.C.de iu.do.in gloſ.3.regulariter ſecus.l.iuriſgentium.ver. igitur nuda.ff.de pact.ſic etiam in pacto nudo ſuper dote cõſtituenda,ita intelligo quod dixi ſupra in priuil.1.† Tricenteſimumquadrageſimumprimum eſt, quia ex cauſa dotis poteſt alienari res prohibita alienari inter viuos, nam maritus lucrabitur vigore ſtatuti certam partem dotis mulieris mortuæ in matrimonio ſine liberis communibus,etiam ſi dos ꝙ-ſtat ex rebus, quæ non poterant alienari ex pacto inter viuos ſicut auc res quæ.C.communia de leg.ita conſuluit Fran.Tigri.de Piſis.& Viredutius de Peruſio in conſilio quod incip. ſi Titius donet tribus mulieribus bona mobilia,&cęt.ad car. 147.in lib.conſ.meorum ſignato B.de quo vide Bald. in dicta aucten.res quæ.& in l.nulla.ff.de iure do.vbi videtur concludere contrarium. regulariter ſecus, vt dicta auct. res quæ. & quod habetur in eadem.l.C.de condictio.ob cau.& l. fina.C. de reb.ali.non alienan. † Tricenteſimumquadrageſimumſecundum eſt,quia auunculus poteſt ſtipulari dotem ſororis ſuæ nepotibus ſuis & filijs illius ſororis, & quæritur eis actio, ſicut quando aſcendens per lineam maternam ſtipulatur eis, & iuxta.l.Caius.ff.ſoluto matrimonio.ita dicit Bald. in conſ. ſuo,quod incipit, In Chriſti nomine amen. Ego valde miror de eo.quod vide &c.ad car.cl.in libro B.regulariter ſecus eſt, vt Inſtitu.de inutili.ſtip.§.alteri,cum ſi. ſicut eſt in aſcendentibus per lineam maternam,vt dixi ſupra in princip.33.& 35. de quo vide Bald.in d.conſ.† Tricenteſimumquadrageſimũtertium eſt,quia in ſecunda ſtipu. dotis continente dotem, & aliquid plus,dicimus quod non videtur facta animo nouandi,vt in l.ſi diuortio.ff.de verbo.oblig. de quo ibi per Iaco.de Are. Ray.dominum Vgo.Raph.Cuma.Pau.de Caſt.Regulariter ſecus,ſecũdum iura vetera.l.qui vſumfructum.ff.de verbor.obligat.in §.præterea.Inſtitu.qui.mo.tol.oblig.hodie vere fieret nouatio ope exceptionis in alijs caſibus vltra dotem per no.in l.fi.C.de nouatio.†Tricenteſimum quadrageſimũquartum eſt, quia res dotalis poteſt permutari ad commodum mulieris, tam cum extraneo, quam cum eius viro,vt in l.ita conſtante. ff. de iure dot. & in Specul. de donatio.inter virum & vxorem. §. fina. verſiculo, quæritur per Ioan.And. Regulariter res dotalis alienari non poteſt, vt in titulo. ff. de fun. dot. Inſtitut.qui.alie.licet, vel non, in principio. † Tricenteſimumquadrageſimumquintum eſt, quia dos poteſt conſumi pro alimentis viri vel liberorum ſuorum. l. mutus. §.ſed ſi manente.ff.de iure dot. regulariter dos mulieris non poteſt alienari, vt in titulo de fun. dota. † Tricenteſimumquadrageſimumſextum eſt, quia fundus mariti aſſignatus loco dotis mulieri pro eius dote propter vergentiam viri ad inopiam, cenſebitur dos & gaudebit omni priuilegio, quo res dotalis, ſecundum Hoſtien.in capitulo,Raynutius. de teſtamen.regulariter ſecus videtur, arg. l. ſi rem & pretium. ff. de petit.hæredita.& l. nouatione. ff. de nouatio. † Tricenteſimumquadrageſimumſeptimum eſt, quia ſi vir de conſenſu mulieris vendat fundum dotalem in caſibus, quibus vendi poteſt,pretium ſuccedit loco dotis & habet mulier in eo bona mariti hypothecata, & omnia priuilegia dotalia, dato quod nihil ſit dictum de hoc non vt ex nunc, ſed vt ex tunc, ſecundum Bartol. in ſuo conſilio, quod incip.domina Ioanna nupſit Lucio, & cætera. in libro conſ. Bar. ad car.297. Regulariter ſecus videtur in alijs caſibus, vt ibi not. Barto. in dicto ſuo conſilio. † Tricenteſimumquadrageſimumoctauum eſt, quia vbi eſt communis vſus loquendi,quod patrimonium mulieris appelletur dos,& ibi legatum dotis nõ habet in ſe tacitam conditionem, ſi matrimonium ſequatur,vt per Bart.in ſuo conſ. quod incipit, Vber. legauit filiæ ſuæ pro dote centum, &c. in libro conſilio.meorum ſigna. B.ad car. 327. Regulariter ſecus ceſſante illo communi vſu loquendi. lege,Titio tentum. §. Titio genero. ft. de condition. & demonſtr.& Barto. in conſilio quod incipit,ſuper q.qua quæritur,&c.ad car.341.in lib.conſ.meorum ſignato B.† Tricen-

Source : BIU Cujas

teſimumquadrageſimumnonum eſt,quia res inter alios acta ſuper dote mulieris prodeſt mulieri quantuncunque abſenti,vt ſi in inſtrumento diuiſionis factæ inter fratres vnus fatetur ſe habuiſſe ab alio fratre aliquid pro dote vxoris ſuæ, nã vxor poteſt petere illud pro eius dote,licet nullam aliam probationem habeat,vt per Bart.in ſuo conſil. quod incipit, factum ſe habet,&c.in lib.meorum conſiliorum ſignato B. ad car.341. regulariter ſecus videtur, arg. titu. C. res inter alios acta,per totum.

Trecenteſimũquinquageſimũ

50 eſt,† quia in cauſa dotis maritus non poteſt carcerari,nec per conſequens cedere bonis,vt probatur recte intuenti in l.maritum.ff.ſolu.ma.iuncto.§.fi.Inſti. de actio.& quod dixi in l.j. in 160.fallentia.C.qui bo.cede. poſ.regulariter ſecus eſt, vt in
51 toto illo tit.ff.& C.de ceſſio.bono.& qui bo.cede. poſ.† Trecenteſimumquinquageſimumprimum eſt, quia fauore dotis reſtituendæ donatio facta per mulierem marito ſub commemoratione matrimonij reſoluitur in cauſam dotis, ſi nulla dotis conſtitutio præceſſit,vt in l.quod autem.in fi.ff.de iure do.regulariter non receditur a ſignificato proprio verborum.l.quicquid aſtringendæ.ff.de verbo.obli. & l. non aliter.
52 in prin.ff.de leg.3.† Trecenteſimumquinquageſimumſecundum eſt, quia ſtatutum quod inſtrumenta non mittantur executioni niſi ſint regiſtrata in archiuo publico, fallit in inſtrumento dotis eius fauore,ſecundum Saly.in l.fi. C. de iu. do.
53 alias ſecus regulariter,ſecundum eum.† Trecẽteſimumquinquageſimumtertium eſt,quia fauore dotis ſi eſt vitioſe ſatiſdatum,ex integro ſatiſdandum eſt.l.cum dotem. §. ſi mulier. ff.ſoluto matrimo.& per Ange.in l.quoties.ff. qui ſatiſd.cog.
54 regulariter ſecus, vt ibi per eum. † Trecenteſimumquinquageſimumquartum & finale eſt, quia in matrimonio & dote ſcriptura ſacerdotis ſubſcripta manu trium teſtium reputatur pro publica,vt per Bal.in §.quibus.in prima conſtitut.C. vbi allegat caſum in Auc.quib.mo.na.effi.legi. §. quantumcunque coila.vj.regulariter ſecus, vt ibi. Vide quæ dicit ſup. in caſu 282. vbi dicit, hanc ſacerdotis ſcripturam non valere ſine die & conſule,& eaſdem adducit allegationes. Frag.

Et per hoc fauente diuina clementia hunc ſolennem tractatum expediui, Ego Baptiſta de Sancto Blaſio,iuris Doc.tunc iura ciuilia legens in felici ſtudio Patauino,regnante Illuſtriſſimo ducali dominio Venetiarum,die xvj.menſis Septembris M.ccclxx. Patauij. ad numerum ccclxiij. quæ res mirabilis videtur & ſumme laboriosa,vt dixit gloſ in l.j.ff.ſoluto matrimonio.Et ad laudem omnipotentis Dei,a quo omnem ſcientiam accepi, & ad vtilitatem auditorum meorum.

TRACTATVS
DE DOTARIO D. IOANNIS
Bernardini Pandi Grauinenſis Iureconſulti celeberrimi cum additionibus Do. Franciſci Pandi, eiuſdem fratris, in duas partes diſtinctus.

SVMMARIA QVAESTIONVM
Primæ Partis.

1 *Quæſtio An Dotarium ſit donatio propter Nuptias.*
2 *An lucrum Dotarij ſit tertia, an quarta pars bonorum.*
3 *An Dotarium ſtatui poſſit minus tertia parte bonorum.*
4 *An poſſit conſtitui Dotariũ maius tertia parte bonorũ.*
5 *An iureiurando conſtitui poſſit dotarium pluſquam tertia pars bonorum.*
6 *An ll. & conſuetudines diſponentes quod vxor non poſſit lucrari de bonis viri,niſi tertiam partem, trahantur ad virum quod non poſſit amplius de bonis vxoris lucrari,niſi tertiam partem.*
7 *An de more ſeruetur diſpoſitio auth.æqualitas.*
8 *An ſtatutum vel conſuetudo quod vir non lucretur dotes,vel lucretur habitis filijs,trahatur ad vxorem quod non lucretur dotarium vel lucretur habitis filijs.*
9 *An ius Longobardum preferatur iuri Roma. in hoc Regno.*
10 *An ius Francorum obſeruetur hodie in Regno.*
11 *An in dotario,& dotis lucro, attendantur leges loci viri,vel vxoris.*
12 *An attendantur leges quæ ſunt tempore mortis viri, vel tempore contractus matrimonij.*
13 *Quid ſi vxor ducat virum in domicilium ſuum.*
14 *Quid ſi ſit pactum de habendo domicilium in loco vxoris.*
15 *Quid ſi uir habet duplex domicilium quod attendatur.*
16 *An ſint in aliqua conſideratione leges loci in quo bona uiri ſunt ſita.*
17 *Quid ſi vxor ignorabat virum eſſe forenſem, vel domicilium uiri, uel leges eius.*
18 *An habeant locum leges Regni loquentes de dotario matrimonio contracto,ante ipſas promulgatas.*
19 *An diſpoſitio legis,exigere,habeat locum ubi uiuitur iure Longobardo.*

PRAEFATIO.

Dotarium, vel Doarium, Donarium, ſeu Doeriũ. his enim omnibus modis dici ſolet, voce domi multorum nata: vulgo appellatur id quod ſoluto matrimonio morte viri apud vxorem manet ſuperſtitem. Sic enim mariti futuri donare conſueuerunt vxoribus,vel ex pacto concedere bona quæ habeant, vt ſint poſt eorum mortem eis præcipua.

Priores iureconſulti appellarunt additamentum, vt Coras. Meminit lib. Miſcellan. 3. capit. j. per l. inter ſocerum. §. cum inter. ff. de pactis dotalibus.Nunc recentiores Pragmatici illud vocant augmentum voce fortaſſis ſumpta a Bal. in l.j.ad finem.C.de donatio.propter nuptias,& de iure pontificio nuncupatur dotalitiũ,vt in c.nuper,& c.plerunq;.de don. inter vir.& vxo.in c.ex parte,de foro competenti.

Apud Longobardos appellatur Margincap. vt in l.j.in longobarda de his quæ a viro. glo. ibi dicit, quaſi mortis capio, Barbara,vocabuli deceſſione.

Apud Hiſpanos dici ſolet Arra, vt in l.illius Regni prima quarta p.tit.ſecundo.

Apud Tholoſates accenſamentum, vt refert Coras. eo.c.j. lib.Miſcellan.tertio.

Apud Delphinales,ſuper vita,vt inquit Gui.Papę dec. 565

Apud Venetos Repromiſſum,& contra Dos, vt per Fulg. in conſil. 109.

Sunt qui illud uocant Antefatum, vt per Bal.in conſ. 253. in primo,Roma.in conſ. 448.in fi.vel Antifarium,vt per Cremens. in ſingul.172.

Barienſes verò illud appellant Meſſium, vt in conſuetudinibus titu. de dona inter virum, & vxorem,prima conſuetu. & glo. ibi in fi.dicit quòd in aliquibus locis appellatur Metameſſium. in l. fin. in longobarda, de his quæ a uiro, & alibi ſæpe dicitur Mæta.

Quandoque nuncupatur tertia, vt in titu.de inueſtit.de re aliena facta, fina. verbis. Item appellatur etiam quandoque quarta vt ibi,& quatra, vt in conſuetudinibus Neapoli.in tit. de iure quartæ. Secunda conſuetudo ſæpe etiam appellatur tertiaria,vt in l.reg.inter capitula,mulier Dotarium.

Prima Quæſtio.

Sed quæri ſolet in huiuſce tractationis ingreſſu, an Dotarium ſit donatio propter nuptias.quidam (ſi is eſt) in lexicon inquit ꝙ Dotarium, lato ſumpto vocabulo appellari ſolet propter nuptias donatio, vt in ti.C.de pac.dota.& alibi ſæpe.Charol.de Thocchis in longobarda, de his quæ a viro.l.j. in j.gl. inquit ꝙ Margicap. eſt Donatio propter oſculum matrimonij, vt in l. ſi a ſponſo.C.de dona.propter nuptias.

Sed forſitan Charol.ibi dormitauit, quia donatio propter oſculum,de qua in illa.l. ſi a ſponſo,eſt ſponſalitia largitas, vt dicũt gl.& do.ſuper ea, & ſponſalitia largitas nihil habet commune cum dotario,vt patet ex ſcriptis per Campeg. in tracta tu de dote, prima parte,quæſt.79.

Eundem verò ſaluando dici poteſt ꝙ Margincap. & dotarium, eſt donatio propter nuptias quæ fieri ſolet ad honorem oſculi, & non ad ſecuritatem dotium, vt per Lupum in tract. de dona.inter virum, & vxorem,in rubr. §.17. per l. res vxoris.C.de dona.inter virum,& vxorem,& ibi Bal.& ſic erit alia propter nuptias donatio ab illa de qua in tit. C.de donat. propter nuptias,quia illa eſt ob dotium ſecuritatem. §. eſt & aliud,Inſtitutio. de donationibus.l.ſi cõſtante.C.de donatio. propter nuptias l.cum multæ C. de pactis dotalibus.

Marin. in gl.l.Regni, mulier quæ dotarium,circa medium verſ.quid ſi non impediatur, ſcribit ꝙ dotarium parificatur donationi propter nuptias,& ſic ſentit quod non eſt donatio propter nuptias,ſed ei aſſimilatur.

Eſernitan. in l.Regni licentiam,dicit quòd dotarium non eſt donatio propter nuptias, tum ob diuerſitatem nominis, tum vel maxime quia in multis differunt. l. ſi idem. C.de codicillis.

Blas. quoq; de Marchonibus in longobarda, de his quæ à viro,prima differentia,inquit ꝙ dotarium eſt quadam donatio,

Source : BIU Cujas

tio, quæ assimilatur donationi propter nuptias,& non est donatio propter nuptias. Assimilatur item mortis causa donatio ni,& nō est mortis causa donatio. finit ibi Blas. quod est quod dam tertium donationis genus iuri communi incognitum.

Neapodanus denique in consuetudinibus tit. de iure quartæ super Rub. somniant (inquit) in Parnaso qui tenent ꝙ dotarium idem sit ꝙ donatio propter nuptias, quia inuicem differunt, multis, varijsq; modis, vt per eum ibi qui altius exordiatur hanc materiam,& ad eum lectores aduoco.

Secunda Quæstio.

Solet Item quęri, quantum est lucrum dotarij secundū leges Regni & vbi viuit iure longobardo. nullidubium est ꝙ est quarta pars bonorum Viri, ut in l. p. in longobarda de his quæ à viro, ubi viuitur iure Francorum, clarum quoque est ꝙ est tertia pars bonorum viri vt per Glo. Esernitan. & Afflict. in l regni, mulier quę dotarium & Pennensem in l. p. C. quando, & quibus quarta.

At si de iure constitutionum Regni sit tertia potest & nō immerito dubitari. Esernitan. & Afflict. in l. Regni, licentiam tradunt ꝙ sic per tex. ibi, sed meo sensu non probat quia intelligitur secūdum ius Francorum, patet ex quo loquitur in dotario nobilium & baronum inter quos seruatur ius francorū & dotarium est tertia pars bonorum viri. Glo. in l. Regni, mulier quæ dotarium, ad finem, & Neapod. in consuetudinibus Neap. tit. de iure quartæ super rub.

Esernitan. in l Regni licentiam,& Neap. vbi supra clare dicunt quod dotarium non est æqualitas dotis sicut donatio ꝓpter nuptias. Quid dicendum? Placet opinio Esernitan.& Aflic. sed melius probatur in l. Regni inter capitula incipit, Mulier dotarium. ibi dotarium siue tertiariam, certe est casus ibi ꝙ de iure Regni dotarium est tertia pars bonorum viri.

Tertia Quæstio.

An dotarium statui possit minus tertia parte bonorum? Esernit.& Afflict. in l. Regni, licentiam, inquiunt ꝙ sic per tex. in l. 1. in longobarda de his quæ à viro: Sed ille tex. non probat, quia intelligitur quando Coniuges conueniūt in eo, vt sit minus. Patet quia loquitur, quando constituitur per scriptum vt ibi legitur.

Pro eorū sententia faciunt, quæ dicunt in illa l. quid si vxor stipulata est donatarium in minori summa quā tertia, an possit petere restitutionem in integrum, in l. Regni licentiam, Afflict. ibi primo not. tertia q.

Quando vxor non cōuenit in eo quod dotarium sit in minori summa quam tertia bonorum: credo ꝙ non possit constitui in minus per virum, quia hæc tertia est debita ex legali prouidentia, quo casu, summa debita non potest minorari. l. si arrogator. ff. de adoptio. l. p̄sbyteros C. de episcopis, & cleric. cuntalibus. Sic quarta quæ, debetur vxori per l. fin. C. de Repudijs, non potest minorari, ut ibidem legi potest, & quarta quæ debetur eidem per aucten. Præterea. C. vnde vir & vxor. neque potest minorari vt per Alex. Sas. Corri. Rimin. Pepum, & alios ibidem: Ideo subtiliter dico ꝙ si dotarium cōstituitur minus tertia ad illam summam, ex dispositione iuris, quia hæc summa in Dotario succedit loco æqualitatis dotis, de qua in donatione propter nuptias, vt in §. est & aliud, Institutio. de donatio. in l. si cōstante C. de donatio. propter nuptias,& quemadmodum si donatio propter nuptias constituatur in minus, reducitur ad supradictam æqualitatem, ex dispositione legis vt in dicta l. si constante, & Aucten. si iam necesse C. de donatio. propter nuptias. Ita etiam est dicendū in tertia dotarij, vt si constituatur in minori summa ex dispositione iuris reducitur ad tertiam partem bonorum viri.

Quarta Quæstio.

An possit constitui dotarium maius quam tertia pars bonorum? Barolitan. in summula iuris longobardi titulo de donatio. propter nuptias, inquit ꝙ non, per textum expressum in l. prima & secunda in longobarda, de his quæ à uiro. Sed ad illum tex. potest responderi ꝙ procedit considerata quarta, tempore mortis, non tempore constitutionis. Vnde non potest dari plusquam sit quarta tempore mortis, sed tempore constitutionis secus, quia licet detur plus tempore cōstitutionis, tamen potest in futurum illud plus lucrando superaddi,& sic postea erit quarta bonorum quæ erunt mortis tempore.

Charol. de Tocchis in d. l. 1. & Afflict. in l. Regni mulier q̄ dotarium, inclinat in hāc sententiam ꝙ dotarium potest cōstitui maius tertia parte bonorum. Quia quilibet præsumitur lucrari. l. si defunctus C. arbitrium tutelæ. Sicut igit spes deduci potest in contractu l. nec emptio ff. de contrahenda emptione. l. iactus Retis. ff. de actio. empti. Ita etiā in dotario potest deduci illa spes tantum ꝙ illa maior summa erit tertia tempore mortis.

Tu aduerte ꝙ spes potest deduci in contractu quando habet ortum a præcedenti causa. l. spem. vbi Doct. C. de donatio. & Pennens. in l. facultas. C. de iure fisci, intelligit. l. si defunctus, quando quis est industrioſus & habet capitale cum quo possit lucrari. Vnde omnino debet adesse quid præcedens, vbi possit fundari spes.

Ego distinguo sic. aut loquimur de maiori summa tempore mortis. & uera est opinio Barolitani, aut loquimur tempore constitutionis, & tunc aut est causa præcedēs super qua potest fundari spes futuri lucri, aut non, hoc secundo casu teneo ꝙ etiam sit uera opinio Barolitani.

Sinautem causa præcedens adfuerit super qua possit fundari spes lucri, quia vir fortassis est solitus lucrari, & industrioſus, & habet capitale, tunc distinguo. Aut loquimur si valet à principio, & dico ꝙ sic & verior est opinio Charoli de Tocchis, & Afflicti. Quia futurus status est in consideratione qñ prę̄sens id indicat. l. si idem. §. fi. ff. de iurisd. omnium iudicum Bart. in l. inter stipulantem. § sacram, de uerbo. obligationib. Aut loquimur si valet ex post facto & sic tempore mortis, & hoc pendet à futuro euētu, si maior summa reducitur ad tertiam tempore mortis valet. Alias credo ꝙ maius reducitur ad minus, vt in l. fi. ff. §. fi. C. de donatio. propter nuptias. in l. lege Leonis. C. de pactis conuentis, ita concludo.

Quinta Quæstio.

An saltem iureiurando dotarium constitui valeat plusquam tertia pars bonorum vi ri. Lupus in rub. extra de donatio. inter virum & vxorem §. 22. ad finem disputans hunc articulum. Videtur inquit dicendum, quod non, quia quando prohibitio legis uel statuti dirigitur ad personam, contractus firmatur iure iur. Bart. in l. si quis ꝓ eo, tertio & quinto memb. ff. de fideiusso. in auct. sacramenta puberum, col. 2. C. si aduersus venditionem, in l. is cui ff. de uerb. obl. in l. Seius. & Augerius. ff. ad leg. falcid. in casu nostro verba legum regni dirigūtur ad personam, ne vir constituat in dotarium plusquam tertia bonorum eius. ergo contractus maioris summæ non firmatur iureiurando.

Tu aduerte ꝙ hæc doctrina Bar. communiter improbatur vt per scribentes in d. l. si quis pro eo, in d. aucten. sacramenta puberum, in d. l. is cui, & canonistas in c. cum contingat, de iureiu. Ideo nō est tutum quicq̄d dicat Lupus ab ea arguere.

Subdit postea ipse ꝙ immo potest iureiur. constitui maius quam tertia, quia quando prohibitio donationis fit ob præsumptam prodigalitatem, tunc iuramentum firmat contractum donationis, sicut videmus in donatione inter virum & vxorem quæ prohibita est ob præsumptam prodigalitatem l. 1. ff. de don inter virum & vxorem, & tamen secundum cōmunem opinionem, in dictis legibus firmatur iureiur. his addere potes si placet Capell. decis. 261. Boer. deci. 92. n. 6. Grāma. deci. 103. nu. 74. Ripens. libro responsorum 3. cap. 6. & 7. Lupus in rub. §. si Bauer. de virtute iuramenti nu. 34. & alij ab ipsis effusè citati.

In contrarium argui potest, quia donatio prodigi inhibetur ob præsumptam prodigalitatem, & tamen secundum cō munem opinionem in d. l. is cui, non firmatur iureiurando.

Responderi tamē potest ꝙ duplex est prodigalitas: vna est naturalis, altera propter compulsionem amoris, & accidentalis. Prima prodigalitas operatur id ꝙ donatio non firmatur iuramento. Secunda vero non, & ideo don. omnium bonorum quæ etiam propter alias rationes prohibetur ob prę̄sumptam prodigalitatem eo modo firmatur iuramento secundū communem sententiam, de qua in l. stipulatio hoc modo cōcepta. ff. de verborum obligatio. in l. fi. C. de pactis.

Sexta Quæstio.

An leges prædictæ & consuetudines disponentes ꝙ vxor nō possit lucrari de bonis viri nisi tertiam partem, trahantur etiam ꝙ vir non possit magis lucrari de bouis vxoris: Pridie consului ꝙ sic,& dicebam ꝙ vir non potest Crauinæ (eo enim loco consulebam) lucrari habitis filijs nisi tertiam partem dotis stante cōsuetudine, de qua ibi ꝙ habitis filijs vir lucretur dotes, quia vxor ibi in bonis viri nō lucratur nisi tertiam, ex quo viuitur iure Francorum. mouebar ex infrascriptis.

Primo quia ex natura Correlatiuorum statutum loquens in vxore trahitur ad virū,& è cōtra, Bar. per illum tex. in l. 1. ff.

quòd

ꝙ metus cauſa,in l.fi.ff.de acceptilatio in l.1.§.hęc actio,ff.ne vis fiat ei,in l.fi.vbi eſt farrago.C.de in dicta viduitate.
Secundo quia ratio cur leges præfatæ prohibent ne vir det mulieri vltra tertiã partẽ ſuorum bonorum eſt ob maritalẽ affectionem ne ſpoliet ſe omnibus bonis l.pen.ff.de dona.inter virum & vxorem, quæ ratio militat etiam reſpectu vxoris. aucten. promiſſa,vbi glo.C.de donatione ꝓpter nuptias, l.1.ff.de don.inter virum & uxorẽ.Imo magis militat in vxore propter fragilitatem ſexus,tex.eſt ad litterã in l. Cum multæ C.de donatio.inter virum & vxorem.

Tertio per ea quæ habentur à Iaſn.15.in d.l.fi.Dec. in l.1. C.de in ius vocando,Curt. Senior in concil. 11. & Ripenſ. in Rub.ff.de acq. poſſe.col.3.Statutum dicens ꝙ vir non poſſit donare vxori,niſi tot,intelligitur etiam ꝙ vxor nõ poſſit alienare viro per rationes correlantis, & prædicta, quæ abunde videri poſſunt apud eos.

Quarto per dictum Bal.in l.Cum multæ C. de donatio.ꝓpter nuptias & in Auct.ꝓmiſſa ibi vide in 4.lect.verſ.5. ęquis paſſibus dicit ꝙ ratione correlationis, ſtatutum loquens in lucro donationis propter nuptias,trahitur ad lucrum Dotis.

Quinto & vlt.per ea quæ latè habentur ab Ang. Bal.Salic. in auct. dos data C. de donat. propter nuptias vbi clare illud idem dicunt de hac q. vide quæ dicam infra quæſt. ab hac ſecunda.

Septima Quæſtio.

An de more ſeruetur diſpoſitio Auct. æqualitas C. de pactis conuentis communiter ibi,& in Aucten.dos data C.de donatio.an.nuptias. Doctores poſt gloſſas tenent ꝙ de more non ſeruetur diſpoſitio illius Auct.& addunt quod non eſt neceſſ.probare illam conſuetudinem quia eſt no. & omnes Doct.ibi poſt glo.atteſtantur de ea. Idem tenent Ber. in conſil. 120.in 3.& Boer. dec.22.n. 20. prima parte, ratio eſt ſtatur dictis ſcribentium ꝙ eſt conſuetudo vt per Doct.in l.de quibus.ff. de legib. Sed aduertendum eſt quod ſtatur dicto Doctoris atteſtantis de conſuetudine illius fori vbi ipſe verſatus eſt,alias non,& ita intelligitur ꝙ ſcribitur d.l.de quibus.

Ideo Lupus in Rub. de donatio. inter virũ,& vxorẽ. §.21. & in princip.dicit ꝙ non ſtatur gloſſę & Doctoribus atteſtãtibus ꝙ diſpoſitio dic.Aucten.æqualitas,eſt moribus deſita, quia conſuetudo eſt facti,& indiget probatione idem tenẽt Bal.in d.Aucten.dos data. & Abb. in c.fi.in fi. de donatione inter virum & vxorem.

Ego cenſeo ꝙ in Regno vbi viuitur iure longobardo,non oporret ꝓbare ꝙ diſpoſitio Auct. æqualitas,ſublata fit. Quia Bal. Odo. ff. in dict.Auct.dos data inquit ꝙ de iure lõgobar. correcta eſt Aucten. æqualitas vbi autem viuitur iure Romano ex quo Eſſernitan.in l.Regni licentia & Neapod. in conſuetudinibus Neapol.titulo de iure quartæ ſuper rubrica, teſtantur,ꝙ in dotario non ſeruatur diſpoſitio d. Auct. æqualitas,quandoquidem ſupradicti fuerũt verſatiſſimi in foris huius Regni crederem ꝙ eis ſtare non eſſet abſurdum, & ſic in tota hac tractatione deberet extraliminari diſpoſitio Auctẽ. æqualitas,quia in Regno, eſt deſita vt dixi.

Octaua Quæſtio.

An ſtatutum vel conſuetudo ꝙ vir non lucretur dotes, vel lucretur habitis filijs trahatur ad vxorem ꝙ non lucretur dotariũ, vel lucretur habitis filijs.Venafran in conſ.quarto tenet ꝙ ſic per ea quæ habentur a Bal.Ang.Sali. in auctẽ. dos data C. de donat. ante nuptias Bal in l.cum multæ C.eo.& omnes in aucten. æqualitas C.de pactis cõuentis. Idem in effectu videtur tenere Cur. Senior in conſ.11.in fi.& ſequutus eſt eleganter Bellon. in cõ conſil.17.dixi ſupra q. ab hac ſecunda.

Aduerſus prædicta ſoleo ego allegare plura quæ volui hic inſeruiſſe.

Primo rationem ꝙ æqualitas dotis, & donationis propter nuptias in qua fundantur prædicta iura,procedit quando cõſtante matrimonio fierent conſtitutiones dotis, & donationis propter nuptias,ſecus ſi à principio matrimonij coniuges faciunt diſparilitatem vt dicunt Ang.& alij in d.auct. æqualitas.Inn.& alij c donatio de don.inter virum & vxorem.Cũ igitur in capitulis matrimonialibus fiat illa diſparilitas.Ergo non eſt in conſideratione æqualitas Dotis & donationis præ dictæ,& ſic non eſt inſpicienda diſpoſitio dictorum iurium.

Secundo per doctrinam Eſeritan.in l. Regni licentiam,dicit ꝙ in dote,& dotario non ſeruatur æqualitas ſicut in donatione propter nuptias,& dote ad idem tertio ꝓ dictum Neapod.in conſuet.Neapol.ti.de iure quartæ in rub. quod id idẽ dicit ꝙ aut æqualitas non procedit in dotario.

Quarto per doctrinam Corn.in conſ.304.in fi.lib.3. dicit ꝙ pactum de lucrando dotem non trahitur ad donationem propter nupti. cum propter conſuetudinem de qua ſupra in q.præced. tum quia pactum erat factum a principio matrimonij per rationem quam iam ſcripſi.

Quinto & vltimo per deciſ.Ripenſ.in lib. reſponſorum ca. 3.qui plus dicit ꝙ nõ reducitur plus ad minus & è contra qñ adeſt iuramentum in pacto de lucrando,& belliſſime loquutus eſt Lupus in rub.de donat.inter virum,& vxorem §. 18.

Teneo ꝙ ubi nõ ſunt facta pacta à principio matrimonij, & non probatur conſuetudo in oppoſitum, atque non adeſt iuſiurandum, uera eſt opinio Venafrani alias dubito de eius ſanitate per prædicta.Adde hæc ad ea quæ ſcripſi ſ.hac p.q.6.

Nona Quæſtio.

Hic contingit tractare illam antiquam quæſtionem,An ius longobardum præferatur Romano iuri in hoc Regno? quam intendo hic breuiſſime quo ad potero,& cum nucleo explicare.Eſernitan.in præludi.s feudorum 3.q in cap.Imperialem §. Præterea Ducat.col.2.in fi.de prohib.feudi alienatio. per Fede.in c.1.uer. 5.Bona vacãtia. Quæ ſint Regalia ĩ l.Regni, præſenti lege Ba. 2.in l.Regni ſi quando contingerit Ba. ſecunda tenet illã opinionem ꝙ ius longobardum præfertur Rom. Iuri.quã à principio tenuit gloſ. in l.Reg.ut vniuerſis præallegas.& pro hac ſententia eſt dicta l.Regni,puritatem.ad quam reſpõderi poteſt biſariam.

Primo ꝙ uerbum illius.l. Iura communia referri debet ad ius Romanum,quia ius Romanum appellatur ius commune l Iudei C.de Iudę. eſt quoque l.Reg.inter capitula,incipit in accuſatis:Verum hęc expoſitio nullo pacto recipi poteſt; qa dictio illa videlicet,eſt declaratiua,& expoſitiua illorum verborum iura communia: & qa quemadmodum verbum iura neceſſario refertur ad longobarda.Ita etiam verbum cõmunia.Non obſtat ꝙ Romana ſint iura communia tantum quia per annos plus minusue ducentos longobarda quoque iura fuerunt communia Italorum quia per tot tẽpora Italia fuit occupata a longobardis iure, & Imperio Romanorum explo ſo c.hortata.13.q.8.c.Adrianus,ſecundo.vbi no. 63. diſtinct, & eo inſpecto longobarda quoque dici poſſunt Iura cõia.

Secundo reſpondetur ꝙ l.Reg. Puritatem,non præfert ius longobardum neceſſario ſeu imperatiue,ſed permiſſiue ſi ꝓbaretur ſeruari aduerſus ius Romanũ,quia ſubdit ꝓut ęqualitas litigantium exegerit.Verum & hęc explicatio falſa eſt qa vel illa verba prout qualitas, referenda ſunt ad iura Romana ratione proximitatis quia clauſula ſubſequens referri debet ad verbum proxime præcedens l.ſi idem.§.fi ff.de iuriſdictio.omnium iudicum,vel æque referri debent, & ad Romana,& longobarda,quia vna determinatio reſpiciens duo determinabilia,debet pariformitur determinare.l.Iam hoc iure ff.de vulgari,& pupillari. Et ſic etiam ſequeretur, Ius Romanum fore probandum,vt longobardo prælatum ſit,idq; euidentius eſt abſurdum.Nõ obſtãt.Igitur illa verba prout qualitas litigantium exegerit,quia intelligi debent de his,qui viuunt iure Romano,ſecundum mores Francorum,vel de his qui ſunt pares cur.qui viuunt iure Romano, & non iure lon gobardo,ut in l.Reg.& vniuerſis præalleg.

Contrariam opin.tenet Pennẽſ.in l. 1. C. de conductori.ꝓ plura præcipue per l.Regni violentias,& l.Regni duram con ſuetudinem,quæ probant ꝙ ius longobardum non eſt ius cõmune,& ſolum ius Romanum eſt commune in Regno noſtro,& longobandum eſt ſpeciale. quemadmodum igitur ius Francorum quia ſpeciale eſt probandum, ita & ius longobardum,quia ſpeciale debet probari ad finem ut iuri Roma. præferatur.

Ego in primis conſidero ꝙ l.Regni puritatem, nõ probat id ad quod allegatur per Eſſernitan. ꝙ ius longobar. præfertur,ſed magis iudicio meo probat contrarium. Nam illa lex ponit tres gradus relationis & non plus.Primus eſt conſtitutionum Regni:Secundus eſt conſuetudinum, tertius & ultimus eſt Lõgobardi iuris,& Romani ſimul.itaq; inter ius longobardum,& Romanum non eſt gradus prælationis de mẽte litterę quia ille eſt vltimus gradus ut patet ponderãdo verbum ibi demum igitur magis probatur in illa lege ꝙ longobardum non prefertur Romano,& econtra:quia vt ibi patet inter eos non eſt gradus prælationis.porro ſi in ea lege probaretur ꝙ longobardum præfertur Romano uel e contra certe ponerentur ibi gradus prælationis ſicut inter cõſuetudines, & conſtitutiones,& inter conſuetudines,& iura communia Romana uidelicet longobarda.

Idcirco pro intelligentia l.puritatem, præſuppono ꝙ dixi

ſupra

Source : BIU Cujas

ſupra per annos plus minus vt ducentos, regnaſſe in Italia longobardos & eo tempore exploſum fuiſſe ius Romanū, & ius longobardum communiter ſeruatum fuiſſe per totā Italiam,& propterea Rex auctor illius l.puritatem,fortaſſis præuidens ne longobardi regrederentur in hoc Regnum, & in Italiā, atq; Italia, vel Regno occupatis alias quēadmodum prius & antiquitus exploſo Romano lure ītroduc. ius longobard.communiter in hoc Re.& in Ita.propterea dixit quod tertius,& poſterior gradus eſt ius cōmune longobar. ſcilicet,& Ro. prout qualitas litigantium ideſt neceſſitas vr gens ſeu potentia,& occupatio de facto. l. ſolet ff. de offic. proconſulis,exegerit.i.diſtinxerit l.item veniunt.§.à quo denunciatur ff.de petitio.hæreditatis.

Vel præſupponēdum eſt quòd ut dixi olim viuebatur iure longobardo,& hoc erit comune ius tempore inuaſionis longobardorum poſtea exploſo ſceptro longobardo & iure ſuperuenit Imperium Roma.& ius Roma. Vnde ob tantam varietatemin hoc Reg. aliqui viuebant vno iure,aliqui altero,aliqui alij vnoq; mixtim hoc pōt in'l. prima, & toto titulo in longobarda,qualiter iuerſarum legum homines.

Dicitur modo in d. l. Regni puritatem,quòd tertius gradus prælationis eſt ius Romanum uel longobardum prout qualitas litigantium exegerit. quaſi dicat ꝙ Romani Romano,longobardi longobardo. Simultanei ſimul,& ſic vnū non præfertur alteri,ſed qui viuunt vno qui alio iure, & ſic præſtat quòd in illa l.non probat de prælatione,magis ꝓbat quòd neutrum eſt præferendum & hæc eſt pura viritas. Affli. in deciſ. huius q. fuit varius in deciſ. 284. tenet opinionem Eſſernit.in d.l. puritatē, tenet opin. Pennenſis. Maran. in Spec.ab ingreſſu ſatis uerboſe diſputat hanc q.tandem hęret Pennen.neglecto Eſſernita.

Ego omnes opiniones cōſiderando fædere diſtinctionis conſidero quòd ſi loquimur de iure Rom.& longoba. in ſe vnum non poteſt præferri alteri per prædicta:ſi vero loquimur de iure longobar.& Rom.prout determinatur ad hoc, vel illud tempus,tunc concedo quòd vnum eſt alteri præferendum.ita probatur in d.l.Reg.puritatem,ruminata ut ſup.

Dico quòd ius longobardum in ſe quatenus non determinatur ad hoc tempus quo vel neceſſitate uel conſuetudine ſeruatur,non prętfertur iuri Romano uel ecōtra. Sed quatenus determinatur ad hoc tempus quia neceſſitate uel cōſeruatione ſeruatur, tunc inter eos cadit prolatio quia l.Regni præalleg.dicit prout qualitas litigantium exegerit vt ſupra ponderaui. Concordando igitur Eſſer.& Pennenſ.cō ſidera duo tempora.primo tempore Eſſernit.prętferebatur lō gobardum Romano.facit quòd dicit Barolitan. in prologo gloſarum longoba. qui fuit ante Eſſern.& ſcribit quòd ſuo tempore longobardum præferebatur Romano de more & conſuetudine illius temporis,altero tempore quòd eſt tempus Pennenſ.& eſt tempus noſtrum ius Roma. præfertur lō gobardo.ita dicit Maran. præalleg. quòd hodie de conſuetudine totius reg.ius longobar.nō ſeruatur, ſed ſeruatur ius Rom.& ita tenendo quòd iura longobar.& Romana in ſe p̄ ferantur ad inuicem,ſed eatenus præferuntur quatenus determinantur ad tempora & ad mores tēporum,omnes opiniones concordantur quia vna procedit vno tempore altera alio tempore iuxta illud,diſtingue tempora & concordabis ſcripturas. poſtea quam ſcripſi hæc inueni quod Blaſ.de Marcon. tractat hāc q. in proœmio ll longobardorum & in libro meo folio 195. & ferè inclinat cum prædictis.

Decima Quæſtio.

Videamus modo ſi ius Francorum ſit ſeruādum hodie in Regno qa Eſſern.in c.1.§. 8. Donare. qualiter olim feudum alienare poterat & in l.Regni licentiam,quòd non per §.fi.d.in rolegomena conſtitutio.huius Regni,ubi habetur quòd omnes conſuetudines quæ ſunt contra ius conſtitutionum prædictarum ſunt reprobę,& non ſeruantur in regno. ratiocinabatur modo ipſe ſubtiliter ad hunc modum, ius Francorū eſt ius conſuetudinarium diſponens præter diſpoſita a ll.Regni.ergo contra quòd eſt præter eſt contra l. 1. §. qui operas.ff.ad Ter.& in nouell. quib. modis naturales efficiantur legiti. in principio Igitur conſuetudines Francorum ſunt reprobę.

Sed hæc ratiocinatio eſt falſa,quia ſequeretur quod omnes conſuetudines eſſent reprobę in regno cōtra l.regni puritatem,quæ admittit conſuetudines quæ non ſunt contra conſtitu. regni. nam omnes ſunt præter, ergo omnes eſſent contra.

Reſpondendo formaliter ad argumētum Eſſarnita. Dico quòd cōtrarium duplex proprie & large, primo phil. 41.pri uatio & habitus large ſunt cōtra ut ibi. dicit Auer. Illud qđ eſt præter eſt contra large loquendo 10. Metaphis 24. ſed ꝓ priè loquendo non eſt cōtra ſed diuerſum 10.Metaphis.24. loquitur.§.fi.de illis conſuetudinibus quæ proprie contradicunt iuribus conſtitutionum Regni de illis quæ ſunt diuerſi,& præter.Nam illę probantur in regno ut in d. l. regni puritatem.

Ego teneo contra Eſſernita. quod ius Francorum omnino ſeruandum eſt in regno, modo probetur & non fit ab aliqua l.regni ſpeciatim reprobatū, moueor ex infraſcriptis.

Primo per auctoritatē eiuſdem Eſſernit. in præludijs feudorum tertia q & Afflict. in §.fi. dicūt expreſſe quòd in d. §. conſuetudines iuris Francorum ſunt ſeruandę.

Secundo per auctoritatem eorundem in cap.imperialē. præterea Ducatus de prohibita feudi alienatio. per Federicum.dicunt quòd vbi in Regno probatur ius Francorum, tunc omnino ſeruandum eſt.

Tertio per ll.regni arguendo a ſpeciali in l.regni, ſpeciale tollitur ius Francorum circa ordinem iudiciariū in l. regni violentias.tollit ius Francorum quantum ad violentias in l. regni ut de ſucceſſionibus,corrigit ius Frācorum circa ſucceſſiones feudorū.ergo regaliter ſupponunt,quòd ius Francorum ſeruandum eſt.

Quarto per l.regni puritatem,ſæpe alleg.ſecundum Eſſernit.& Afflict. ibi dum dicitur ius Romanum ſeruari prout qualitas litigantium exegerit,exponunt ipſi ſeruari ius Roma.alteratum a conſuetudinibus Francorum.itaque prælibati ſupponunt quòd ibi præcipitur ſeruari ius Francorum.

Quinto & vltimo quia uerba ll.regni debent interpretari ſecundum communem vſum loquendi,Bar. in l. omnes populi ff.de iuſtitia,& iure.in l.talis ſcriptura,de legatis primo recentes in rub.ff de operis noui nuntiatio. Sed ius Francorum ſecundum communem vſum loquendi appellatur ius, non conſuetudo.igitur.§.fi.præalleg.dum tollit conſuetudines nō videtur loqui de iure Francorū.ad qđ facit quia ll.regni appellant ius Francorum non conſuetudines Francorū patet in in l.regni ſpeciale,in l.regni,ut de ſucceſſionibus,in l.regni violentias,in l.monomachiam,in l.Regni obſcuritatem,in l.regni in aliquibus,& alibi ſæpe.

Vndecima Quæſtio.

An in Dotario & dotis lucro attendantur leges loci viri,vel uxoris? de iure longobar.eſt clarum quòd vxor uiuit legib. viri ſui,ut in toto tit.in Longobar.ut uxor viuat legibus viri.

Sed de iure Romano eſt non modica difficultas,quæ pendet ab intelligētia l. exigere. ff de iudici. ubi dicitur ꝙ vxor ſequitur domicilium viri quoad forum & ſic arguunt ſcribentes a foro ad leges per regulam c. quòd clericis de foro competenti.& illa l.exigere,habet plures intelligentias.

Prima intelligentia e quòd ibi non dicitur quod non attenditur locus contractus dotalis ſed dicitur quòd non attenditur locus inſtrumenti contractus dotalis, & ſm̄ hanc intelligentiam contractus erat factus in loco domicilij viri, & hęc eſt intelligentia gloſæ ibi, ſed hæc intelligentia eſt reproba quia ſecundum eam illa l.eſſet de dubitabili,certe nō eſt dubium quòd non attenditur locus inſtrumenti contractus.Præterea hæc intelligētia eſt diuinatiua dū dicit quòd in loco domicilij viri erat celebratus contractus,certe hoc non apparet in ead.l.

Secunda intelligentia eſt quòd in d. l. non dicitur quòd non attenditur locus contractus. Sed dicitur quòd non attenditur locus inſtrumenti in quo eſt facta confeſſio dotis receptæ.& ratio decidendi ſecundum eos eſt,quia hæc eſt diſtractus cum ſit liberatio,& hæc eſt intelligentia Cy.ibid.

Sed hæc quoque intelligentia eſt reproba quia etiam locus diſtractus attenditur l. in contractibus §. in omni l. de non numerata pecunia:Et confeſſio eſt probatio non eſt liberatio. Præterea laborat hæc intelligentia eiſdem morbis quibus & præcedens intelligentia.

Tertia intelligentia eſt Bart. quòd ſit ſpeciale in dote qđ attendatur locus domicilij viri,quia uxor ſequitur forum viri ſui iuribus claris.

Hæc quoq; intelligentia reproba eſt,quia nullum eſt beneficium uxori hoc quòd exigat dotes in loco viri,imo magis eſt damnum,& ideo non uideo quomodo erit priuilegium dotis.Præterea ille tex. ſupponit quod eſt quoddam inſtrumentum dotale quòd habet hoc vt in eo inſpiciatur locus contractus vt ibi patet,nec enim.

Et ſi eſſet ſpeciale in dote,certe idem eſſet dicendum in ſtatutis reſpicientibus matrimonium quia militat idem fauor,& eadem ratio,& tamen ſcribent. in ca.primo de ſpon-

ſal.

Source : BIU Cujas

fal. dicunt, q̃ est speciale in statutis respicientibus tantum exactionem Dotis.

Quarta intellig. est communis q̃ ibi est casus specialis vt inspiciatur non locus cõtractus, sed locus domicilij viri qa vxor mox est discessura à loco contractus per regul. l. hęres absens. §. 1. ff. de iudicijs, & quia contractus est collatus vt solutio fiat in loco domicil. viri, ut ex tacita mẽte contrahentium postea quam sequitur virum per d. l. hæres absens. §. fi.

Iudicio meo vera intellig. illius l. est q̃ ibi nõ sit casus specialis in dote, sed sit casus specialis à regulis iuris communis quæ dicunt, q̃ attenditur locus contractus, vt benedicunt Auctores huius communis intellig. & ille textus in facti cõtingentia decidit, q̃ attenditur ibi forus Domicilij viri, sed in sui ratione, & generalitate decidit, quòd attenditur locus, vbi vxor est itura secundum conditionem matrimonij vt patet in finali. verbis ubi assignat rationem prędictam dũ dicit cõditionem matrimonij, quia in sui generalitate dum dicit cõditionem matrimonij, determinat duos casus, videlicet casum conditionis expressę, & conuentionis expressę. Vbi stabit vxor, & vir & etiam casum conditionis tacitæ, qñ nihil est expresse conuẽtum, tunc tacita ex natura actus gesti censetur illa conditio apposita q̃ vxor sequetur virum & secundum hanc tacitam conditionem, attenditur locus domicilij viri, & hæc est uera intellig illius notabi. l. exigen. secundum quam patet, q̃ in dotario debet attendi forus & lex domicilij viri quando vxor secundum conditionem matrimonij, est itura in locum domicilij viri, alias non, quia attenditur locus vbi vxor est itura, secundum conditionem expressam, vel tacitam matrimonij.

Reliqua ad intelligentiam d. l. exigerre, mutuare potes à Ias. 1. & 2. lectura, & Caccialup. in l. prima C. de summa trini tate, & fide cathol. Ias. Dec. Aq̃ns, Sap. Cagno. in l. cum quædam puella ff. de iurisdictio. omnium iudicum, Bal. nouell. in tract. de dote. q. p. 18. Priuilegio, cum seq. Feli. & alij c. 1. de sponsalibus, Dec. in q. 153. qui pulcre loquitur prẽter repetẽtes in d. l. exigere.

Duodecima Quæstio.

An attendantur leges quæ sunt viri tempore mortis, vel tempore cõtractus matrimonij? Relati in præcedenti q. in fi. communiter tenent q̃ attenditur tempus contractus: sed sunt qui tenent contrarium per tex. notab. in l. si vxor ff. de iudicijs. & ideo tota vis stat in intellig. illius l. quæ habet varias intelligẽtias.

Prima intellig. est Aronis q̃ diuortium est quasi contractus, quæ reprobatur per omnes ibi. Quia diuortium non parit obligationem solum parit purificationem contractus dotis & euentum conditionis.

Secunda intellig. est Accursij q̃ Romæ est celebratus cõtractus, vel q̃ est speciale in dote. Prima est diuinatiua 2. est reproba quia non dicitur in quo est specialitas.

Tertia intelligentia est antiquorum interpretum ibi, q̃ specialitas illius est in diuortio vt attendatur locus diuortij in dote.

Hæc intellig, non placet quia text. dicit iure respondit, & sic communi iure. §. sed cum ius, Instit. u. de iure nat. gen. & ciui. & sic supponitur q̃ non est specialitas iuris in illo textu.

Quarta intellig. est Ang. ibi q̃ specialitas est qa legatus ibi non habet ius reuocãdi domum, & dicit q̃ ibi exigitur Romæ, quia communis patria.

Hæc intellig. licet approbetur a Bal. nouell. in tract. de dote 9. p. 20. priuil. & Maria. Soc. in ca. fin. 11. q. 21. excep. de foro competenti, tamen mihi non placet quia hoc est falsum Romæ in casu illius l. fieri exactionem dotis quia secũdum conditionem matrimonij saltem tacitam solutio erat collata in locum domicilij viri, vbi vxor erat itura per ea quæ scripsi supra in præcedenti q. & Romæ non fit exactio licet sit communis patria, quando solutio est collata alibi l. q̃ Romæ ff. de verborum obligationibus. Præterea hæc intell. laborat eodem modo quo laborat præcedens intelligentia igitur inuenienda, quærendaq: est verior interpretatio.

Quinta intellig. est Ant. de Butr. in c. de sponsa. q̃ est culpa viri quòd diuertit in casu illius. l. quo casu ĩ exactione dotis non attenditur locus domicilij.

Sed hæc intelligentia non placet, quia in diuortio potuit esse culpa vxoris. l. fin. C. de rep. l. Lucius, ff. soluto matri.

Sexta intellig. est Bal. nouel. in 9. p. 19. Priui. præalle. tract. quæ in effectu est illa Ar. de qua supra & est reproba.

Septima intellig. est q̃ attendatur locus mortis, & nõ cõtractus, ita dñt relati supra, & Dec. in cõs. 283. vers. septimo.

Vera intelligentia est iudicio meo q̃ ibi cum legato fuit contractum matrimonium & sic tempore legationis. ideo non habet ius reuocãdi domum, per l. si reuocationis. ff. de iudicijs, & per ea quæ scribit Marian. Soc. in d. 11. q. 9. & 13. & 14. excep. exigitur dos Romæ, quia ex quo cum legato, & sic cum destinato Romæ fuit cõtractum matrimonium secundum tacitam conditionem matrimonij, videtur acturus q̃ vxor ibit Romam tempore legationis prædictæ, & sic ibi videtur collata solutio. Secundum ea quæ dixi supra in præcedenti q.

Ideo attenditur lex domicilij viri tempore mortis quando ibi vxor est itura secundum conditionem matrimo. de mente illius. l. alias regulariter attenditur lex viri tempore contractus. Ita teneo.

Tertiadecima Quæstio.

Quid si vxor ducat virum in domiciliũ suum? hoc casu Bald. in l. fi. C. si à non competenti iudice, tenet q̃ attenditur l. domicil. vxoris, idem tenet Campeg. in tract. de dote 4. p. q. 20. ad finem, & sequũtur Cagnol. Ias. & Dec. in l. cum quædam puella. ff. de iurisdictio. omnium iudicum. Ratio est qa tũc cessat illa ratio q̃ vxor est itura domum viri fm conditionẽ matrimonij, de qua in l. exigere. ff. de iudicijs, & militat quò ad finem vt attendatur locus domic. vxoris ex quo ibi est mansura cum viro.

Tu aduerte q̃ hæc ratio militat quando expressa est conuentio q̃ vir stabit in domicilio vxoris & in casu quo hoc constaret, alias secundum tacitam conditionem matrimonij quæ sub intelligit in dubio vt dixi supra, in q. ab hac vxor dicetur sequi virum. & hoc tacite videtur actum, & sic tunc militat ratio d. l exigere.

Contrariam igitur opinionem tenet Bal. in d. l. cum quædam puella, si bi aduersans, & hanc sequuntur Ias. sibi parum constans in l. prima, prima lect. C. de summa Trinitate, & fide catholica, & ibi etiam Caccialup. mouentur quia specia le est in dote q̃ attendatur forus, & lex domicil. viri: Sed vt dixi supra in q. ab hac secunda, hoc est falsum q̃ fit speciale, in dote bene est speciale in casu d. l. exigere q̃ loquitur in dote, & hoc per rationes iuris cõmunis, præterea rationes specialitatis de quibus in illa l. non militant in hoc casu.

Fely. in c. primo, de sponsalibus, & Aquẽs. in d. l cum quędam puella, tenent q̃ prima opinio Bal. est uera quando cõstat q̃ vir stabit in loco vxoris alias quòd est uerior. Altera opinio allegant ea quæ habentur in l. lex Cornelia. §. primo. ff. de iniurijs. q̃ quando certum est, q̃ aliquis stat in aliquo loco animo non redeundi tunc statim intelligitur esse constitutum domicilium.

Dec. contradicit in cons. 283. 2. q. dum dicit q̃ ubi tacite cõstat ex verisimili mente vxoris uel viri q̃ vult stari in domic. vxoris etiam q̃ expresse non constat, tunc attenditur. lex vxoris. mouetur quia text. in d. l. exigere, fundat se in ueri simili mente vxoris q̃ itura est domum viri, quæ ratio cessat vbi uerisimilis mens viri uel vxoris est in oppositum & ita ibi ponderat illam l. exigere, per multa.

Sed iudicio meo errat in intellig. d. l. exigere, quia ille tex. se fundat in mente vxoris secundum conditionem matrimonij expressam vel tacitam, & subintellectam a lege ut dicit supra q. ab hac secunda, & sic ille tex. non considerat mẽtem vxoris, sed considerat conditionẽ matrimonij, vt ibi expresse patet cõsiderat quòd est actum tacite vel expresse nõ considerat mentem uxoris tantum, & viri, sed vtriusque & quòd est actum inter eos, hæc est uera intelligentia illius l. exigere.

Concordando tamen supra scriptas opiniones fœdere distinctionis dicer. aut expressum est quòd vxor ducet virum & est uera opinio Fely. & Aquens. aut non est expressum, & tunc aut constat de mente vnius aut de mente vtriusq; viri. & vxoris aut neutriusq;. Primo casu procedit etiam opinio Fely. & Aquens. atq; etiam tertio casu. sed in secundo casu qñ apparet de mente vtriusque licet tacite, tunc placet opin. Decij quòd attendatur domicilium vxoris.

Decimaquarta Quæstio.

Quid si pactum fit de habendo domicilium ĩ loco vxoris? hoc casu Bal. adstruit duas opinio. contrarias in l. 1. C. de summa trin. & fide cathol. quem sequuntur plerique, tenet quòd attenditur statutum domicil. vxoris, quia cessant rationes l. exigere. ff. de iudicijs. Idem Bal. in l. exigere, præalleg. tenet contrariũ, & eum sequuntur Ias. 2. lect. ubi ẽt Caccialup. in d. l. 1. mouẽtur ea ratione quia ex quo ẽt renũciatum domicilio viri vigore illius pacti, non per hoc videtur esse renuntiatum legi

viri

Source : BIU Cujas

viri,quia hæc ſunt diuerſa,tanto magis quia eſt ſpeciale in dote vt attendatur ſtatutum viri,& eius domic.qua de re videtur dicendum ꝙ renunciando vni non videtur eſſe renũciatum alteri.ſed hæc ratio eſt falſa,quia nõ eſt verum ꝙ ſpeciale ſit in dote ut attendantur leg.viri,& domic.eius vt ſupra q.11. & illud ꝙ attendantur ll. viri venit in cõſequentia eius ꝙ attendatur domicil. viri.Ideo ex quo apparet eſſe renunciatum huic, neceſſario intelligitur eſſe renunciatum illi per regulam.c.quod clericis,de foro competenti,& ſic prima ſententia Baldi videtur verior.

Quinimò iudicio meo neceſſario probari videtur in d.l. exigere,ponderata ut in d.q.11.ſupra dicitur ꝙ attẽditur domicilium viri ex quo ibi videtur collata ſolutio dotis tacita.ergo ſi in domiciliũ uxoris tacite videtur collata ſolutio dotis, clarũ eſt ꝙ attenduntur leg.domicilij vxoris, verum ubi eſt pactum prædictum tacitein locum vxoris videtur collata ergo leg. vxoris attendi debent.

Item dĩ ibi ꝙ attendũtur ll. viri ex quo vxor ſtatim eſt diſceſſura in locum viri,ergo ſupponitur ꝙ ſi non eſt diſceſſura in locum viri,ſed ſtabit cum uiro in domicilio ſuo,ꝙ attenduntur leges eius,& ſic in caſu noſtro leges vxoris attendi debent de mente illius tex.

Inſuper dicitur in l.exigere,in fi.ꝙ attẽditur locus vbi vir & vxor morari debent ſecundum conditionem matrimonij,tacitam,uel expreſſam.ergo debet attendi locus vxoris quando ex pacto ibidem vir,& vxor morabuntur.

Præterea in caſu de quo agitur domicilium potius dicitur viri quam vxoris ex quo ibi ex pacto vir ſtabit pea quæ notantur in l.lex Cornelia §.primo.ff.de iniurijs.Et ideo ſaltem eo inſpecto attẽdi debent ll.domicilij uxoris quod effectum eſt viri de illo pacto de ibidem ſtando,& ita concludo in hac quæſt.

Quintadecima Queſtio.

Solet dubitari de caſu quo vir habet duplex domiciliũ ꝙ attendi debeat? & ſecundum communes doctrinas dici ſolet,ꝙ ſi domicilium eſt in loco viri,& in loco vxoris attenditur domicilium vxoris.Ita ſcripſere Caſtrenſ. in d.l.exigere,verſ.quinto.& intelli. de iudiciis, Dec. in conſilio. 283. Fely. limit.in capitu.1.de ſponſalibus. & ratio eſt quia vir non cõtrax. vt aduena. & licet vxor ſit itura in aliũ locum tamen non attenditur locus collectæ ſoluentis quia quando domicilium eſt etiam in loco contractus non attenditur locus deſtinatæ ſolutionis,ita dicit Bald.in l. hæres abſens. ff. de iudicijs, ad finem,dum limitat. l. quanto. ff. de ſolutio.

Sinautem in loco contractus eſt domicilium originis & alibi domicil.habitantis, ſcribunt omnes ꝙ attẽditur locus habitationis.Iaſ.Caccialup.in l.1.C. de ſumma trinit. & fide cathol.Iaſ.Sapia & Cagnol.in l.cum quædam puella ff.de iuriſdict. omnium iudic. & Dec.i. præalleg. conſilio. 283. ratio eſt in promptu quia textus in d.l.exigere,dicit ꝙ attenditur locus ubi vxor eſt itura,ſed uxor eſt itura in domicilium habitantis non originis,& ꝙ debent attendi leg.domicilij habitationis, & ita concludo ſine alia diſputatione in his duobus caſibus, quanuis multa effundat Doctores locis prænarratis.

Sextadecima Quæſtio.

An ſint in aliqua conſideratione leges loci in quibus bona viri ſunt ſita.Bal.dicit ꝙ non in l.1.C.de ſumma trini. & fide cath.Vbi Caccialup.nu.& Iaſ.1.lec.nu.29.Dec.in conſ.283.6.ratione probat iudicio meo in indiuiduo text. in ſæpe relata l.exigere.ff. de iudici. ſecundum ea quæ dicta ſunt ſ. in xj. quæſt.

Decimaſeptima Quæſtio.

Adde notabilem caſum quando vxor uerbi cã ignorabat virum eſſe forenſem vel domicilium viri ſeu leges eius,tunc dicunt quod non habet locum textus in lege exigere,de iudicijs,Bal.in c.primo.§.fi.de inueſtitura de re aliena facta,Fel.in c.primo 6 fallent. Alex.in conſ.101. in ſecundo Iaſ.in l.1. C.de ſumma trin. & fide catho. Dec. in conſil.283.ſed declara vt per eundem in conſil.19.

Decimaoctaua Quæſtio.

An habeant locum ll.regni loquentes de dotario matrimonio contracto ante ipſas promulgatas .Bal. dicit quòd non in conſi 31.& 477.in tertio 95. in 4 Fely.in ca. fina. in princip. de conſtitutionib. pendet an ſtatuta trahantur ad præterita, de qua in l. omnes populi . ff. de iuſtitia & iure.

Decimanona Quæſtio.

AQuodam non ignobili aduocato alias fuit allegatum in contingentia facti ꝙ diſpoſitio l.exigere,de iudicijs non habet locum ubi viuitur de iure longobar.per dictum Bal.in rubrica nu.3.de priuil. dotalibus.

Ego vero dicebam quòd Bal.intelligi debet ſecundum legem quam allegat,citat Bal.l.ſecundã, in longobar.vt vxor ſequatur leges viri.quæ probat ꝙ ſi Romana nubit longobardo,effecta vidua abſoluitur a iure lõgobardo & hoc fortaſſis in odium iuris longoba.Quia ſi longobarda nubit Romano,effecta vidua non abſoluitur a lege uiri. c. in longobarda l.prima.

Præterea aduertendum eſt ꝙ dictum Bal. non procedit in dotario,quia inſpicitur tempus matrimonij & non mortis vt dixi ſupra, q.12. & ideo non eſt in conſideratione tẽpus viduitatis vxoris vt in dicta l.ſecunda.

SVMMARIA QVAESTIONVM Secundę Partis.

1 *An Dote conſtituta intelligatur a lege conſtitutum Dotarium?*
2 *An valeat conſtitutio Dotarij abſque dotis conſtitutione?*
3 *An valeat conſtitutio Dotarij dote promiſſa,& non data?*
4 *An valeat conſtitutio Dotarij dote confeſſa,& non data.*
5 *An valeat conſtitutio Dotarij ſi Maritus in vno inſtrumento fatetur dotem recepiſſe,& in alio dotem ſibi dari?*
6 *An valeat conſtitutio Dotarij, dote data & promiſſa ſine titulo & cauſa?*
7 *An de iure longobardo in conſtitutione Dotarij quæratur ſcriptura.*
8 *An preſumatur conſtituta quarta longobarda.*
9 *Cur fuit introductum de iure Francorum conſtitutionem Dotarij fieri per gladiolum plicatum.*
10 *An Dotarium conſtitui poſſit matrimonio conſtante?*
11 *An Dotarium conſtitui poſſit ſoluto matrimonio?*
12 *An dotarium conſtitui poſſit teſtamento,vel legari.*
13 *Quod uerba conſtitutionis dotarij ſint inepta?*
14 *An vir qui non inſinuauerit Dotarium perdat lucrum dotis.*
15 *An promiſſio conſtituendi Dotarium,abſque conſtitutione ſufficiat?*
16 *Quid ſi Dotarium ſolummodo ſit confeſſum.*
17 *Quid ſi eſt facta conſtitutio non expreſſo titulo Dotarij.*
18 *An pater poſſit compelli ad conſtituendum dotarium ſi filius non habet bona?*
19 *An minor poſſit conſtituere dotarium cum curatore, vel tutore ſine decreto.*

Prima Quæſtio.

An dote conſtituta intelligatur a lege conſtitutum dotarium, & non indigeat alia conſtitutione? Antiquiores in Aut. dos data C. de donatio. ante nuptias. Eſernitanenſ. & Afflict.in l. Regni licentiam, & in cap.1. §. donare qualiter olim feudum aliena. poterat; inquiunt quòd debet expreſſe conſtitui ab homine. Mouentur quia iura loquentia de dotatio aiunt dotarium conſtitui. ſed reſponderi poteſt ꝙ loquuntur ſecundum frequentiorem vſum.

Secundo quia quemadmodum maius in dote reducitur ad minus in donatione propter nuptias l.fin.§. fin. C.de donatio.propter nuptias l.lege Leonis C. de pactis conuentis. Ita aliquid in dote debet reduci ad nihil in donatione propter nuptias. argumen. in l. illud.§. penult. ff. de tributo actione.l.minus ff. de uerborum ſignifi. vbi quod nihil eſt, minus eſt. Sed poteſt reſponderi quòd nihil eſt minus eſt, vbi voluntas diſponentis non reſiſtit. Sed aliquid non poteſt reduci ad nihil quia mens diſponentium reſiſteret,& voluntas paciſcentium maius lucrum in dote non reſiſtit ad lucrum minus in donatione propter nupt.immo adſiſtit qa in maiori in eſt minus,ſed ſi nihil poſtea lucentur tunc contra eorum voluntatem fieret.

Atque reſponderi poteſt quòd minus eſt duobus modis,poſitiuum entitatis negatiue,& poſitiuum entitatis affirmatiue: hoc ſecundo modo maius reducitur ad minus, quia minus poſitiuum affirmatiue attrahit maius,& maius

ſub-

Source : BIU Cujas

ſubſequitur eum vt in materia l. primę §. ſi quis ſtipulanti. ff. de uerborum obligationi. Sed primo modo maius non reducitur ad minus,quia non militat ea ratio,& hoc dicitur q̃ illud q̃ eſt nihil,eſt quoque minus.

Reſponderi etiam poteſt quòd nihil duobus modis conſideretur,per ſe & relatiuè, vt eſt prīcipium minoritatis.Relatiuè quòd nihil eſt minus eſt,ſed per ſe nequaquam. Ita eſt in puncto qui per ſe non eſt linea, vel pars eius, neq; eſt aliquid diuiſibile,ſecundo cœli. 54. 3. de anima 25. 5. Metaphis. 11. ſed relatiuè vt eſt principium & finis lineæ,eſt quid diuiſibile,aut eſt pars lineæ 4. Phis.105. 121. 8. Phis.67.Tertio pro eorum ſententia licet non allegetur, facit tex. in l. ſi conſtante. §. idemque licere, C. de donation. ante nupt. vbi dos conſtituitur,& non dicitur conſtituta donatio propter nuptias,nequaquam.

Ad idem quarto & vltimo facit tex.in l.fin.§.ſi igitur dote C.eod.titulo.vbi ſimiliter eſt conſtitua dos,& donatio ꝓpter nuptias,nequaquam.

Contrariam ſententiam quòd dotarium intelligitur conſtitutum à lege ſtatim dote conſtituta, & quòd non ſit neceſſaria expreſſa conſtitutio tenet gloſ. in d. aut. dos data dum refert opinionem Mart.in prima gloſ. & in fina. ad finem'& idem magis communiter Docto.ibi mouentur per tex.in d.aut.dos data,non apparet ibi fore inſtitutam donationem propter nupti. Solum dicitur eſſe conſtitutam dotem, & tamen text. inquit,neque declinanda eſt donatio. exactio.

Sunt qui dicunt quòd immo ibi erat petita donatio conſtitui quando vxor proteſtabatur aduerſus virum de dote danda, e diuerſo ſunt qui ræplicant quòd illud ſit diuinare: Ego verò indubiè teneo quod quando mulier denunciabat marito vt dos reciperet ibi, quoque petierit conſtitui donationem: Moueor quia non potuit ipſa proteſtari incitando eam ad excipiendas dotes niſi adderetur quod ea de cauſa dotem offert, quia donationem excupit: quia proteſtatio incitator. continere debet cauſam l. empti. Bart. ibi C. de euicti.

Secundo per tex. in d.l.fina.§.ſinautem donatio. ubi conſtituto lucro dotis à lege intelligitur conſtitutum lucrum donationis propter nupti. & nihil reducitur ad aliquid.
Sed poteſt reſponderi ponderando §. præced. quòd licet conſtituto lucro dotis à lege intelligatur conſtitutum lucrum donationis propter nuptias, quando maritus vult donationem facere: tamen quando maritus nollet eam conſtituere non intelligeretur à lege conſtituta: Atque nihil dicitur duobus modis, in potentia & in actu. In potentia nihil non reducitur ad aliquid 9. Metaphiſ. 7. in actu nihil loquendo in re, non in ratione dupliciter dicitur ſimpliciter, & ſecundum quid. 5. Phiſ. 8. 12. Metapiſ. 11. Nihil in actu ſimpliciter non reducitur ad aliquid in actu, ſed nihil in actu ſecundum quid reducitur ad hoc aliquid ī actu. Verbi cauſa quòd eſt in actu, hoc reducitur ad aliquid,ſed quòd non eſt in actu ſimpliciter non reducitur ad aliquid in actu,ita loquitur.§. ſinautem donatio, vbi donatio quæ eſt in actu: ſed non eſt in lucro, reducitur ad lucrum donationis.

Tertio per tex.in auct. ęqualitas. C. de pactis conuentis, non ſolum in lucris ſeruanda eſt æqualitas inter dotem, & donationem propter nuptias, ſed etiam in præſtatione, & conſtitutione; Sed illa auct. iudicio meo debet interpretari ſecundum.l.ex morte,in qua ſitnata eſt. dicebatur in ea lege,quòd æqualitas in dote, & donatione propter nuptias, ſeruanda eſt quo ad quantitatem lucri, & loquebatur illa lex in caſu quo maritus volebat donare propter nuptias,nō introduxit illa lex quòd compelleretur auct. æqualitas, continuando caſum illius legis, addit q̃ etiam in quantitate ſeruanda eſt æqualitas & ſic non compellit virum ad conſtituẽdam donationem propter nuptias, ſed compellit eum, q̃ ſi vult conſtituere det æqualem quantitatem cum dote.

Quarto,& vltimo per tex.in l.ſi conſtante,& in auct. ſed iam neceſſe.C. de dona. propter nuptias, & in §. eſt & aliud, Inſtitutio.de donatio.vbi dote conſtituta,vel eius augmento,conſtante matrimonio compellitur maritus conſtituere donationem propter nuptias, & eius augmentum; Deciſio huius quæſtionis patebit in ſequenti quæſtione.

Secunda Quæſtio.

An valeat conſtitutio dotarij abſq; dotis conſtitutione? Eſſernitanens.& Afflict.in l.regni licentiam,inquiunt quòd ſic 1.per gloſ. in l. lege Leonis. C. de pactis conuentis:Sed illa gloſ.magis probat cōtrarium, quia dicit quòd ſi eſt conſtituta donatio propter nuptias, & non eſt conſtituta dos,tunc nihil trahitur ad aliquid.l.ſi.§.ſi nautem donatio.C.de donatio.propter nuptias, & ideo gl. illa probat quòd ſi non eſt conſtituta dos intelligitur conſtituta a le. ſtatim donatio propter nuptias inſtituta, ut valeat conſtitutio donationis.

Secundo,per l.regni, inter capitula,mulier dotarium,dicitur, ibi, quod dote data, vel non data dotarium debetur mulieri.poteſt reſponderi, quod dos non data dicitur etiam,quod ſit conſtituta, modo non ſit tradita cum tranſlatione dominii. auctenti. dos data. C. de donatio. propter nuptias.conſtitutio dotis alia eſt a præſtatione, vel datione, auctenti. æqualitas. C. de pactis conuentis. Dare enim eſt dominium transferre. §. ſic itaque, Inſtitutio. de actionibus. Et certe illa lex regni non probat, quia dicit, quod dote non conſtituta debetur dotarium, quaſi velit dicere, quod dicit gloſ. in dicta a.l.lege leonis,quod dote non conſtituta, ut ſuſtineatur conſtitutio dotarij intelligitur dos conſtituta a l.& nihil trahitur ad aliquid, & hoc eſt, q̃ dicit,debetur dotarium.

Tertio, per gloſ. in auctenti. ęqualitas, præallegata, quæ dicit, quod de more non ſeruatur, quod conſtituta dote intelligatur cōſtituta donatio propter nuptias, & econtra, ſed de illa glo.late ſcripſi ſupra, in 1.p.2.q.

Quarto, quia licet donatione propter nup. conſtituta, vel dote conſtituta nihil trahatur ad aliquid, tamē ſecus eſt in dotario,quia hæc ſunt diuerſa,arg.in l.ſi idem.C.de codicillis.Solu.huius dubij pendet a dictis in 1.p.2.q.

Contrariam opinionem tentare poſſem. Primo, per tex. in auctenti. ſed iam neceſſe. C. de donatio. propter nupt. & in §. eſt & aliud, Inſtitutio. de donatio. Vbi dicitur, quod conſtituta donatione propter nupti. vel eius augumento à l.conſtituitur dos,& eius augumētum facto hominis, quia maritus poteſt compellere vxorem.

Secundo per Gloſ.in d.aut.æqualitas, quam extollit Angel. in d. auct. Sed iam neceſſe, quòd vir non lucratur dotem;vxor non lucratur donationem propter nup. Tunc arguitur ſic. Si de quo magis videtur ineſſe non ineſt quia ſi conſtituitur dos ſine lucro vxor non lucratur donationem prædictam, ergo de quo minus, quòd ſi non eſt conſtituta dos,neq; lucratur donationem propter nuptias.

Tertio per doctri. Bal. in d.auct. dos data, in antiqua lectura dicit, quòd quemadmodum donatio propter nupti. conſtituitur a le. conſtituta dote. Ita quoque dos conſtituta donatione.

Quarto per doctri.Angeli in d.aucten. dos data, in 2.q. ſi vir conſtituit donationem cum lucro vel augumentum eius a principio matrimonij,vel eo conſtante, & mulier nō conſtituit dotem, vel augumentum,tūc poteſt compelli ad conſtituendam eam vel eius augumentum, quia alias non valet conſtitutio donationis prædictæ cum lucro.

Pro dec.huius q. cōſidero duos caſus principales.Primus eſt ſoluto matrimonio an cōſtituta dote à lege,intelligatur conſtituta donatio propter nupti.& econtra conſtituta donatione a lege intelligatur conſtituta dos? & dico quòd qñ non ſtat per virum quia cōſtituta donatione propter nupt. peteret dotes,uel non ſtat per vxorem quin conſtitutis dotibus peteret donationem prædictam.Tunc a lege ipſo iure conſtitutis dotibus intelligitur conſtituta donatio propter nupt.& cōſtituta dōnatione, intelliguntur conſtitutæ dotes, vt in auct.dos data, in tex.

Sed quando ſtat per virum quin offerendo donationem prædictam peteret dotes,uel ſtat per vxorem quin offerendo dotes peteret donationem propter nupti.Tunc dicit gl. in d.aut.dos data,quòd conſtituta dote non intelligitur cōſtituta donatio propter nupt.neque conſtituta donatione intelligitur cōſtituta dos,& hoc in poenam negligentiæ nō petentis.

Secundus eſt,conſtante matrimonio in quo iterum conſiderandi ſunt quatuor caſus. Primus eſt quando conſtituitur dos ſine lucro,an cenſeatur conſtituta donatio propter nuptias ſine lucro uel ecōtra.In hoc caſu,gl.in d. aut. æqualitas,inquit quòd non,quam probat Angel. in aut. ſed iam neceſſe,& facit tex.in d.§.idem licere.

Secundus caſus eſt An conſtituto lucro dotis intelligatur conſtitutum lucrum donationis propter nuptias,quando maritus licet conſtituerit donationem prædictam,tamē nihil expreſſerit de lucro,vel econtra.

An conſtituto lucro donationis intelligatur cōſtitutum lucrum dotis quando vxor conſtituit dotem,& nihil pacta eſt de dote lucrāda in hoc quoq; caſu omnes ferè in d. aut. dos data,inquiunt quòd a lege conſtituitur ipſo iure per. ſinautem

Source : BIU Cujas

nautem donatio,præalleg. quia nihil in actu hoc reducitur ad hoc aliquid.

Tertius casus quando constituitur lucrum dotis, & non constituitur donatio propter nuptias: An dicatur constituta simul cum lucro vel econtra, quando constituitur lucrũ donationis, & non constituitur dos, an dos dicatur constituta a lege simul cum lucro. In eo quoque casu glos. in l. lege Leonis, inquit ꝙ sic, idem tenet Angel. in d. aut. sed iam necesse, & in aut. dos data. in contrarium fortissime facit tex. in l. fin. §. si igitur dote C. de donati propter nuptias, vbi vt patet in fine, erat pactum de lucranda dote, & non erat constituta donatio propter nuptias neque sub intelligitur a lege, facit et iam ꝙ dictum est in præcede. q. quod nihil simpliciter non reducitur ad aliquid.

Concordando dicere possumus quòd non constituitur a lege ipso iure, sed constituitur a l. facto hominis, quia vxor potest compellere virum ad constituendam donationem cum lucro, & vir potest compellere eam ad constituendã dotem cum lucro, vt in Aut. sed iam necesse, sæpe allegata & in §. est & aliud, Institutio. de donationibus.

Quartus, & vltimus casus est. An constituta dote absque lucro, intelligatur constituta donatio propter nuptias cum lucro ex dispositione statuti vel consuetudinis, vel ecõtra? hic est casus Esernitan. & Afflic. in q. præcedenti, qui negãt ꝙ non intelligitur constitutum dotarium à lege.

Tertia Quæstio.

An valeat constitutio dotarij dote promissa & nõ data? Esernitanens. & Afflict. in l. regni, licentiam, Mulier quæ dotarium. Bartholomeus a Capua & Neapod. in l. regni, inter capitula, mulier dotarium, & idem Neapod. in consuetudinibus Neapolit. titulo de iure quartæ 2. consuet. in glo. instrumento dotali, inquiunt ꝙ non. Primo per tex. in aut. dos data C. de donatio. propter nupt. quę dicit ꝙ dos data meretur donationem propter nupti. Sed errant in intelligentia illius tex. quia non dicit ꝙ propterea si non est data non meretur donationem sed vult dicere ꝙ si non est data debet compelli ad dandam. Ita intelligũt gl. & scribentes ibi, vt dixi in præcedenti q.

Secundo per tex. in aut. sed quæ nihil, C. de pactis conuẽtis: Aduerte tamen ꝙ ille tex. loquit̃ in casu quo non potuit præstari, & sic in terminis l. pollicitationem C. de donat. propter nupti. vel loquitur in casu in quo mulier noluerit præstare, vt in terminis aut. dos data, C. eo. tit. de donatio. propter nuptias. certe non potest illa aut Sed quæ nihil. intelligi generaliter, quia sic intellecta includeret casum quãdo vir noluerit, quod esset absurdum. & in aut. dos data, decideretur oppositum. necessarium ergo est restringere generalitatem. aut. sed quæ nihil.

Tertio per tex. in d. l pollicitationem, secundum vnum intellectum ibi Mulier promiserat dotes sed vere non habebat id quod promisit. ideo non soluit. Deciditur ea propter, quod non debetur donatio propter nuptias.

Quarto quia quando aliquid debetur propter aliud, illud videtur dari sub conditione illius. l. cum proponas. C. de pactis. l. stipulationem. ff. de iure dotium. tunc sic, donatio propter nuptias debetur propter dotes. l. fi. C. de donatio. propter nupti. Cum talibus ergo donatio prædicta videtur dari sub conditione si dantur dotes.

Argumentum hoc iudicio meo concludit in donatione quæ datur propter dotis securitatem, dicta l. final. sed certe nihil agit in dotario quod est lucrum donationis. Illud enim non fit propter dotem seu dotis securitatem. donatio namq; datur constante matrimonio, lucrum vero soluto eo neq; lucrum donationis datur ob lucrum dotis.

Contrariam opinionem probabiliter teneri potest 1. per l. regni inter capitula, mulier dotarium. quæ clare dicit dote dota uel non data. & si tu dicis ut per Neapod. ibi qui loquitur in dote nõ data neq; promissa. Replicatur statim, ꝙ impropriaretur tex. ille cum fit interpretãdo; Nam dare est dominium transferre. §. sic itaq;, Institutio. de actionib. nõ est etiam promittere & sic non dare, non est etiam non promittere. Præterea illud esset aduersus generalitatem illius literæ, ꝙ omni casu lucraretur dotarium.

Secundo per aut. dos data, præalleg. & glo. ibi dicitur ꝙ si non petitur donatio ꝓpter nupti. & ideo non datur in odiũ non petentis. Maritus lucratur dotes ꝙ si petatur & nõ detur, vir lucratur dotes, & compellitur ad faciendam donationem propter nupti. Arguitur modo a lucro dotis ad lucrum donationis: aut dos non est data, quia non fuit petita, & tunc debet vxor lucrari donationem in odium viri non petentis, aut non est data quia uxor noluit, vir namq; petijt, & tunc dico ꝙ uxor lucratur donationem & cõpellitur præstare dotem cum equali lucro, ergo omni casu dote promissa non data, debetur donatio propter nuptias.

Tertio arguitur sic. Illa æqualitas quæ seruãda est in constitutione dotis, & donationis propter nupti. eadem quoq; seruanda est in præstatione aut. æqualitas, de pactis conuentis, in constitutione seruatur hæc æqualitas, quia constituta donatione cum lucro censetur constituta dos cum lucro, quia potest compelli ut dixi in præced. q. Ergo etiam in præstatione.

Pro decisio. huius q. considero duos casus principales: Primus est quando donatio propter nupti. est sine lucro, & similiter dos, tunc dico ꝙ dote non data, non debetur donatio prædicta: quia ut dixi, illa æqualitas, quæ seruatur in constitutione, seruatur etiam in præstatione: sed constituta donatione sine lucro, non compellitur vxor constituere dotes vt dixi in præcedenti q. Ergo præstita donatione prædicta sine lucro non debet compelli vxor ad præstandam dotem. Ita procedunt Aret. & Ias. in §. fuerat, Institutio. de actionibus, & Soc. in consil. 22. col. penul. in 3.

Secundus casus principalis est, quando donatio propter nuptias est cum lucro. hic est casus noster qui loquitur in dotario, in quo considerandi adhuc sunt tres alij casus. Primus est quando dos non fuit data, qa licet maritus petit, tamen vxor denegauit dare: tunc dico ꝙ constitutio donationis ualet licet dos non sit data & potest compelli ad eam dãdam vt in aut. dos data, secundum ponderationem quam supra feci.

Tertius casus est quando dos non est data, quia vir non petijt. tunc dico ꝙ debetur lucrum donationis propter nupti. licet non sit data dos, sicut scribit gl. in d. aucten. dos data, quia si vxor non petijt donationem, & ideo non est præstita, vir lucratur dotes, ita procedit ꝙ scribit Neapod. in l. regni inter capitula, mulier dotarium, prælleg. & Afflict. in d. l. regni, licentiam.

Postremus casus est quando dos non est data, quia licet maritus petierit, & vxor uolebat præstare, tamen stetit propter impotentiam quia non habuit ꝙ promiserat, tunc non debetur donatio propter nuptias, ut in d. l. pollicitationem.

Quarta Quæstio.

An ualeat constitutio dotarij dote confessa, & nõ data? Neapo. in l. regni iter capitula, mulier dotarium, & Afflict. in lege regni, licentiam, inquiunt ꝙ sic modo sit lapsum biennium per l. fi. C. de dote cauta non numerata, cum aut. ibi posita. potest responderi ꝑ gl. & Bal. in l. si voluntatis C. de dotis promissione, Bal. in ca. super eo il 2. de testibus. ꝙ licet lapso biennio non possit opponi de non numerata dote, tamen potest obijci quòd confessio est simulata.

Contrariam opin. tenent Bal. in l. 1. in fi. C. de donatio. ꝓpter nupti. & Iaco. Are. in aut. dos data. C. eodem. pro eis est quia quemadmodum diximus supra q. præceden. in dote ꝓmissa etiam non data quòd potest compelli ad dandam ea ratione quia dos data donationem meretur, aut. dos data, ꝑ alleg. ita quoq; arguendo ab identitate rationis, videtur dicendum in dote confessa & non data quòd potest compelli ad dotem dandam.

Ad hoc fortissime ego pondero tex. in l. pollicitationem. C. de donatio. propter nup. ſm vnam intelligentiam. dicitur ibi, ꝙ si vir confitetur recepisse centum propter præstationem certę rei, & uere non recipit nisi quinquaginta, quia tãtum valebat illa res, tunc in quinquaginta debetur donatio propter nupti. & lucrum eius in hac l. præsupponitur ꝙ dos confessa nõ meretur donationem propter nupt. solutio huius q. pendet a dicendis infra q. proxima.

Quinta Quæstio.

Sæpe contingit ꝙ vir fatetur uno instrumẽto recepisse dotem, alio stipulante sibi dotem dari. Hoc casu dubitari contingit si valeat constitutio dotarij? Iac. Aret. in aut. dos data C. de donatio. propter nupti. tenet ꝙ non, & hãc opin. refert, & firmat Niger in l. regni inter capitula, Mulier dotarium, nu. 90. pro eis faciunt allegata sup. in præce. q.

Contrariam opinionem tenet Maxilla uir egregius in cõsuetud. Barien. sib. titulo de donatio. Inter virum & uxorem prima cõsuetudine, mouetur ipse & quidẽ strenue ꝑ ea quæ habentur a Barto. in consil. 133. & late a Cagno. in l. 2. num. 19. C. de pactis inter emptorem, & venditorem, ꝙ statutum de dote lucranda non habet locum in dote confessa in vno instrumento & postea alio instrumento apparenti non esse

solutam,

Source : BIU Cujas

ſolutam, quia permittitur ſolui, & fundatur hæc ſententia in his, quæ habentur per Bartol. & alios in l. penul. §. ſi vir. ff ſoluto matrimonio, ꝙ ſi vir fatetur vno inſtrumento recepiſſe dotem, alio inſtrumēto poſtea ſtipulatur eam uel partem eius ſibi deberi, tunc cenſetur ſoluta dos, & illud debitoris nomen conſtitutum.

Ego pro deciſ. huius q. cōſidero plures caſus. Primus eſt, quando confeſſio dotis ſit per modum donationis; tunc abſq; dubio conſtitutio dotarij valet, & eſt locus repetitioni illarum dotium, vt in l. diuortio. per Doct. ibi. ff. de verborum obligatio. in hoc caſu ita determinat Neapod. in cōſuetud. Neapolit. titulo, de iure quartæ, 2. conſuetud. in uerſ. Itē poſſet mulier ex nobilitate, &c.

Secundus caſus eſt, quando confeſſio eſt ſimulata, dico ꝙ ſi ſunt teſtes de ſimulatione poteſt compelli ad dandam dotem, vt dixi in dote promiſſa: Si vero non eſſent bona à quibus poſſent dotes extrahi: tunc non debetur dotarium, vt in l. pollicitationem, allegata ſupra in q. præced. quemadmodum dixi in dote promiſſa.

Tertius caſus eſt, quando confeſſio eſt ſub ſpe futuræ numerationis. dico ſic, aut habeo probationes, & tunc dic vt iam dixi in 2. caſu. Aut non habeo probationes, & tunc procedit opin. Neapod. & Affli. vt in q. præcedenti, ꝙ elapſo biennio non poteſt obijci de non numerata dote, & propterea cenſetur data, & debetur dotarium.

Quartus & vltimus caſus eſt, quando confeſſio non fit ſub ſpe futuræ numerationis, ſed ſub ſpe conſtitutionis nominis debitoris, & tunc placet conſideratio, quam fecit Maxilla loco ſupra citato. ꝙ ſi in ſecundo inſtrumento facto poſt confeſſionem mutatur titulus dotis, & dicitur ex cauſa mutui, vel ex alia cauſa, tunc cenſetur ſumptum illud nomen debitoris, & valet conſtitutio dotarij, per ea quæ ſcribuntur in d. §. ſi uir. quia cenſetur facta ſolutio, vt ibi: alias ſi non mutatur titulus dotis in ſecundo inſtrumento, ex quo inter prædicta inſtrumenta adeſt repugnantia, opinio Iaco. de Are. præferenda eſt, & teneo ꝙ nō ualet conſtitutio dotarij per prædicta, & ita concludo.

Sexta Quæſtio.

Quid in dote promiſſa, & tradita ſine titulo, & cā dotis? Bart. Cæteriq; in l. 1. ff. ſoluto matrimonio, præſertim Ripens. col. 16. & Bal. nouell. col. 50. idem Bart. nouell. in tract. de dote 6. p. 14. 1. & Campeg. 1. p. 12. q. tenent ꝙ ſic. pro qua ſentētia eſt tex. in l. quod autem. ff. de iure dotium.

Sunt qui dicunt, ꝙ illa lex loquitur quando probatur per extrinſecas probationes, ſed hic intellectus eſt diuinatiuus. ſunt item qui credunt, ꝙ loquitur in ſtipulatione, quæ fit de reddenda dote ſoluto matrimonio. Sed certe ill. al. loquitur in ſtipulatione dotis, quæ fit a principio nuptiarum, quicqd dicant gl. ibi, quia debet intelligi ſecundum titulum, & etiā debet interpretari ſecundum ll. præced. quæ ad eum modū loquuntur. patet dum dicit, ꝙ aūt, ponderando uerbū, aūt.

Ego in effectu teneo, ꝙ ille tex. non probat, quia non dicitur ꝙ præſumitur titulus dotis, dicit ꝙ non eſt neceſſaria dotis adiectio, intantum ꝙ ſi ſtipulatur, & dos probatur, vel conſtat ꝙ ſit dos, non vitiatur, quia non fuit adiectus titulus dotis in ſtipulatione. hic eſt uerus ītellectus illius text. & propterea dicit, nō eſt neceſſaria, quaſi velit dicere ꝙ eſt vtilis ſi adijceretur, quia non indigeret alia probatione.

Secundo pro eadem ſententia eſt locus Cice. in 2. topi. in loco ab affectis. inquit ipſe, cum mulier viro in manu conuenit, omnia quæ mulieris fuerunt, viri fiunt dotis nomine. Vide ꝙ hic eſt locus Cic. quem credunt Ariſt. gl. & Docto. in l. mulier, de iure dot. in l. nulla. C. eod. Bar. in q. mulier habens amplum patrimonium. & ſæpe alibi legulei turpiter ponentes linguam in Ariſt. caput. Pro intelligentia Cice. intelligendum eſt ꝙ nuptię apud Romanos duob. modis contrahebantur per vſum, vel farre, & coemptionem. Modus per farre videri poteſt apud Cel. lib. lect. antiqua. 15. cap. 17. Modus per coemptionem videri poteſt apud Boet. in commentarijs top. Cicer. 2. in loco à forma, & in loco ab adiunctis, & d. Boet. quod nuptiæ per coemptionem conferebant vxorem in manum, ideſt ius & poteſtatem viri, in tantum quod Cel. ſupra allegatus in fine inquit, quod tāta erat poteſtas viri, quod etiam alteri vxori dare poterat. ſcripſi in tract. meo de iudicio executiuo, 2. p. 18. dif. quod quemadmodum vir de iure Longobardo hodie habet ius & poteſtatem in bonis, & perſona vxoris quod vocat mundium. Ita etiam antiquitus apud Romanos quæ per coemptionem vxoris fiebant ſub tutela viri coibant bonorum & perſonæ.

Hoc eſt quod inquit Cice. cum mulier viro in manum conuenit omnia quæ mulieris fuerunt viri fiunt dotis nomine loquēdo de vxore, quæ per coemptionem viri fiebat.

Deciſio huius q. eſt ꝙ de iure Longobardo non ſolū promiſſio, & traductio abſq; titulo dotis, ſed eo ſolū ꝙ mulier habet bona ſtatim fiunt viri propter ius mundi per illud Cicer. locum, vt ſupra penſitatum eſt, ſed de iure Romano, ꝙ vbi non ſunt præſumptiones & ſubiecta materia non patitur, non cenſetur titulus dotis. Ita in effectu videntur tenere præallega. dum dicunt ꝙ l. quod autem, procedit de iure communi non de iure ſpeciali per regulam l. ſi uero non remunerandi. §. idem inde Papinianus. ff. mandati, quod in quacunq; ſtipulatione intelligitur cauſa ſecundum ſubiectam materiā, & de iſtis pręſumptionib. remitto me ad Calcan. in conſil. 3.

Supraſcripta procedunt, ubi promiſſio, & traditio fit per verbum, dare, uel ſimilia uerba translatiua dominij, Bal. in l. fi. C. de ſententijs, quæ ſine certa quantitate, Roman. in conſil. 44. Alex. in conſi. 144. in quinto.

Septima Quæſtio.

An de iure Longobar. in conſtitutione dotarij, quæratur ſcriptura. Niger in l. regni, inter capitula, mulier dotarium. nu. 28. inquit ꝙ ſic, allegat l. primam. in longobar. de his quæ à viro, & refert ꝙ glo. ibi, & in l. fin. in Longobarda, de his quæ ſine voluntate, tenet hanc ſententiam.

Sed ipſe non uidit illas gloſ. quia expreſſe dicunt contra eum. gl. in l. fi. clare dicit ꝙ poteſt probari teſtibus, gl. quoq; in l. diſputat illum articulum, tandem dicit ꝙ ſcriptum non requiritur pro ſolemnitate, ſed ad facilius probādum, & ſic illa gl. reſpondet ad textum in d. l. 1.

Aduerſus Nigrum tenet Eſernitan. in c. 1. §. donare, qualiter olim feud. alienari pote. in fin. verbis. tempore ſuo ſeruabantur leges Longobardæ, & tamen inquit ꝙ conſtitutio dotarij poteſt probari teſtibus, confeſſione, & quibuſcunq; alijs probationibus.

Neapod. in conſuetud. Neapolit. titulo, de iure quartæ, ſecunda conſuetud. in glo. ſiue, dicit ꝙ in dotario requiritur ſcriptura, ſed fortaſſe loquitur in terminis dictę conſuetud. & ſic procedit in ciuitate Neapolitana tantum.

Tex. in l. i. in Longobar. de his quæ a uiro, dum dicit ut in futurum pro hac cauſa periurium non incurrat, vult dicere ex quo de illo iu. in controuerſijs deficientibus probationibus recurrebatur ad ſacramētalia, iuxta for. l. ſi qualicunq; cauſa, in Lōgob. qualiter quis ſe defendere debeat, ꝓpterea in conſtitutione dotarij requirebatur ſcriptura ne deueniēdo poſtea ex defectu probationum ad iuramentum in futurum incurrat aliquod periurium. præſupponitur in his uerbis, ꝙ ſcriptura requiriī ibi ad probādū, & nō ꝓ ſolēnitate.

Sed vltra conſiderando poteſt defendi alia opinio, ꝙ ille tex probat ꝙ ſcriptura requiritur ad probationem, ſed non negat, immo ſupponit ꝙ illa probatio, quæ fit à ſcriptura, ſit pro ſolennitate. Præterea tex. requirit duo: Primum, ſcriptura teſtibus roborata; Secundum, oſtenſio ſcripti amicis, & parentibus in die votorum, & ad hoc ſecundum, aſſignat illam rationem, ut in futurum pro hac cauſa periurium non incurrat. vult dicere, ꝙ licet ſit ſcriptura etiam debet fieri oſtenſio intereſſentib. nuptijs, ad finem ꝙ ſi ſcriptura amittatur vel conteratur, nullo modo deficiant probationes, ne poſtea deueniatur ad ſacramētalia, & incurratur ad aliquod periurium.

Quippè negari nequit, ꝙ l. 1. præallegata inducit præter diſpoſitionem iuris communis, ꝙ oſtendatur in die votorū conſtitutio quartæ amicis, & parentibus per ſcriptum teſtibus roboratum, quia dictio decernimus, eſt noui iuris inductiua. c. decernimus, ubi Fely. de iudic. ſed ſi ſcriptura ibi requiſita foret pro probatione, illud eſſet ſecundum ius cōe. Rurſus, ꝙ illa oſtenſio per ſcriptum ſit inducta pro forma ſatis patet, quia dicit ita decernimus. Nam hæc uerba inducūt formam, Fely. in c. cum dilecta. 7. fig. de reſcriptis.

Tenendo opinionem ꝙ non requiratur ſcriptura pro ſolemnitate, reſponderi poteſt ad ſupradicta, ꝙ de nouo producitur, in illa l. ſolum notificatio palam in die votorum & ſcriptura teſtibus roborata. ponitur ibi ſecundum diſpoſitionem iuris communis, & de ea fit mētio, quia magis dubitari poterat an ſit quæſita illa publicatio quādo extat ſcriptura, ꝙ ex quo tunc extant probationes, & non poteſt recurri ad ſacramentalia, & ſic ratio de qua ibi, timor ne incurratur periurium. Quo non obſtante ad tollendam hanc difficultatem deciditur in illa l. ꝙ etiam faciendā eſt publicatio amicis, & parentibus in die votorum, qñ extat ſcriptura

teſtibus

testibus roboratum: quia potest esse quòd amittatur vel conteratur, uel obliuioni mittatur, & sic erit deueniendum ad sacramentalia, & in futurum potest incurri periurium. hæc est vera intelligentia, & mens illius l. licet verba sint Longobarda, & inepta.

Octaua Quæstio.

An præsumatur constituta quarta Longobarda? Niger in l. regni, inter capitula, mulier dotarium, num. 27. & Maxilla in consue. Barisi. in matrimonijs, tenent quòd non. est opin. Charo. in l. fin. in Longobarda, de his quæ sine uoluntate mundualdi, licet prefati dormitantes testentur, & Charo. reneat contrarium. mouentur per l. 1. in Longobarda, de his quæ a uiro.

Illa lex potest ad hoc ponderari subtiliter duobus modis: primo dum dicit, quòd requiritur illa publicatio in die uotorum amicis, & parentibus. illa est facti, ergo probanda. l. consilio. ff. de curatore furio. ad hanc ponderationem potest responderi, ut per Maxillam ubi supra, quòd facta antiqua præsumuntur, dic ut per eum. Potest etiam responderi meo sensu, quòd ea attenta: quia insinuatio requiritur respectu lucrorum dotalium, aut. eo decursum. C. de dona. propter nup. sequeretur quòd de iure Romano constituta dote cum lucro, non intelligeretur constituta donatio propter nup. dixi par. 1. & 2 quæst.

Secundo dum dicit, ut in futurum pro hac causa periurium non incurrat, nam præsupponitur, quòd ubi non apparet constitutio quartæ, & desunt probationes, deueniendum est ad sacramentalia, & sic non præsumitur constituta quarta prædicta, nisi dicas, quòd deuenitur ad sacramentalia quando factum non est antiquum.

Subdit Charo. ubi supra & ubi essent facta sponsalia coram iudice tunc præsumitur constituta quarta. Commouetur ea ratione, quia hæc solennitas constitutionis quartæ est intrinseca quæ præsumitur. In hoc Charol. non bene dicit, & frequentius redarguitur, quòd imò est solennitas extrinseca.

Ideò Blas. de Marchon. in titu. de his quæ sine voluntate mundualdi secunda differentia & Esernitan. in dicto cap. 1. §. donare. quemadmodum olim feuda aliena. poter. tenent contrarium: tum quia, vt dixi est solennitas extrinseca quæ non præsumitur, tum vel maximè quia licet solennitas d. l. j. possit dici intrinseca, videlicet illa publicatio in die votorum, & quæ propterea non sit probanda. tamen constitutio quartæ saltem est probanda.

Contrariam opinionem tentare possent, & quarta Longobarda, in dubio censeatur constituta per tex. in l. fi. præalleg. dicitur ibi quod si puella sine voluntate parentum consenserit ad maritum, absque eo quòd meta sit data vel promissa, & vir moritur antequam de ea mundium faciat, tunc non potest petere metam ab hæredibus eius: a contrario sensu præsupponitur quòd si translatum esset mundium ad virum, quod absque eo quòd esset data vel promisit meta quod posset peti ab hæredibus, certè hoc non posset esse, nisi & præsumeretur constituta.

Per prædicta in deci. huius quæstionis distinguerem. Aut est constituta quarta prædicta tunc præsupponitur quarta prædicta constituta per ll. Romanas quas allegaui supra hac par. prima & secunda quæstio. aut non est constituta dos, & tunc si translatum est mundum in virum: idem dico, quia vt dixi supra omnia quæ habet uxor censentur data nomine dotis. q. ab hac secunda, & propterea censetur constituta dos, & consequenter quarta prædicta. Ita procedit. l. fi. præal leg. a contrario sensu: siue uerò non est translatum mundium, tunc dico & quarta prædicta non præsumitur constituta. Ita dicit litera d. l. fi. quæ nota, quia pulcra & subtilia.

Nona Quæstio.

Bellissimum est scire illud misterium iuris Franchorum, cur fuit introductum hoc eo iure quòd in loco guadiæ, & stipulationis constitutio dotarij fiebat per gladiolum plicatum in modum putatorij dicit Esernitan. in l. regni muliere, & in famigerato §. donare, quòd gladium plicatum est signum, & vir tam etsi fortis & constans, tamen declinatur ad donandum vxori, & nihil aliud dicit.

O Barbara equidem, & non insulsa obseruatio. Considero ego pro intelligentia dictorum Esernitan. & pro explicatione obseruationis Franchorum, quòd gladium significat naturam humanam, & virtutem animalis hominis, auctor est Hierony. in homil. Gene. 49. Vnde Iacob mortuus Gene. 48. dixit Ioseph, do tibi partem quam tuli de manu Amorrei in gladio meo, & Isac Genes. 27 dixit Esau uiues in gladio meo quousque excutias iugum fratris de ceruicibus tuis. id est tu homo animal viues secundum proprietatem animalis, & seruies fratri tuo, idest spirituali homini, quousque excutias iugum eius, idest libereris ab eius dominio, & Gene. 3. legitur & gladius versatilis est in manu Cherubinorum, idest progressus hominis vel natura humana, & animalis homo qui versatilis est.

Sic itaque in locum guadiæ, & stipulæ quando constituebatur dotarium more Francorum vir in manu habebat gladium plicatum in modum signi, & significat hominem, & naturam humanam quatenus inclinatur ad donandum, vt sapientissimè scripsit Esernitan.

Decima Quæstio.

An dotarium constitui possit matrimonio constante. Esernita. & Afflict. in l Regni licentiam, & in §. donare, famigerato tenent & non, & dicunt quòd hoc est expressum secundum consuetudines Franchorum, sed certè hoc esset probandum, vt dixi supra prima par. quæst.

Lup. in rubr. de donatio. inter virum & vxorem, §. 30. & 53. opinatus est quòd dos & donatio propter nuptias, inter virum & vxorem non potest constitui matrimonio constante per plura. Primo, per l. si quis vxori, sub ea conditio. ff. de donat. inter virum & uxorem. ad idem secundo, per l. si extraneus. ff. illo titulo.

Ad idem tertio per l. & sponsæ, C. de dona. propter nupt. c. de vxore. de sepulturis. vir non potest dotare vxorem referendo se ad tempus constan. matri.

Charol. in Longobarda, de his quæ sine voluntate mundualdi l. fin ad finem, idem videtur tenere, quærit ibi de casu quo essent promissæ donationes propter nuptias, & cõstante matrimonio essent traditæ an valeant? & concludit & nõ valent quando promissiones fiunt constante matrimonio, quia tunc sunt donationes inter virum & vxorem, sed quando promissiones fiunt ante, & traditiones postea, tunc valent: quia constante matrimonio hoc casu potius dicuntur donationes quam confirmationes. l. si dona. §. fi. ff. de dona. inter virum & vxorem, cum talibus.

Contrariam opinio. tenet Niger in l. Regni inter capitula, mulier dotarium. & idem scribit Charol. in l. tertia in Longobar. de his quæ à viro. & sentit Neap. titulo in quibus rebus constituatur 4. prima consuetu. versic. contracti matrimonij, atque in hanc eandem partem inclinant interpretes iuris communis frequentius. Abb. & alij in c. & si necesse. de donat. inter virum & vxorem. Lup. in rub. de donatio. inter virum & vxorem §. 23. & 24. Bal. nouel. in tracta. de dote, sexta par. 54 & 20 priu. & 7 par. 8. priu. pro eis sunt multa. Primo l. si constante. C. de donatio. propter nuptias, §. est & aliud. Insti. de dona, sed hæc iura loquuntur quando a principio fuit promissa donatio. propter nuptias, & postea constante matrimonio augetur.

Secundo, l. fin. C. de dona. propter nuptias, sed illa lex loquitur quando ante dotem est promissa donatio prædicta, postea constante matrimonio fit insinuatio. Nam eo modo dicitur facta in principio, per l. prædictam. §. assignare. ff. de assign. liber. notatur in l. hæres palàm. §. si quis potest, & §. & si tantum. ff. de testamen.

Tertio, l. si quis pro vxore. §. si vxor. ff. de donatio. inter virum & vxorem, nam si ibi essent promissæ dotes a principio non caderet illa dubitatio si valeret. sed potest responderi & dotes erant ibi promissę a principio simul cum vsura, & dubitatio ibi erat in vsuris, non in dotibus, vt euidentissime cernitur eo in textu, ideo non probat.

Quarto pro hac sententia licet non allegetur est text. in aut. dos data C. de dona. propter nup. vbi erant promissæ dotes, & postea constante matrimonio offeruntur vt constitueretur donatio propter nup. quę non erat constituta.

Quinto, pro eadem sententia est noua ponderatio ad l. fi. præalleg. dum dicit & constitutio dotis potest fieri matrimonio constante, nam nõ potest responsio supra facta quadrare respectu dotium sicut respectu donationis propter nupt. quia in dote non fit insinuatio.

Postremò pro eadem sententia sunt gl. in l. 1. ff. solu. mat. & in d. §. est & aliud. Anchar. in consil. 307 & dos potest constitui matrimonio constante.

In deci. huius q. de iure Francorum determinandum est, vt per Eserni. & Afflict. fallit in permutatione, vt per Eserni. in c. j. §. si vero. in fi. de controuersia inuestituræ.

Source : BIU Cujas

D. Ioan. Bernar. de Dotario.

Sed de iure Romano considerandi sunt duo casus principales. Primus quando dos est constituta a principio, & postea constante matrimonio vult constituere dotarium, hoc casu dico, quòd potest quia ex quo ante est constituta dos, censetur a lege constitutum dotarium ante, per ea quæ dixi supra hac par. 1. & 2. q. qua de re illa constitutio dotarij, quæ postea fit constante matrimonio magis est confirmatio constitutionis à lege antea factæ. Ita procedunt aut. dos datæ l. si constante. & l. fi. præalleg.

Secundus est quando dos non est constituta a principio hoc casu distinguo sic, aut donatio propter nuptias, quæ vult constitui postea matrimonio constante est cum lucro aut sine, si est cum lucro placet opinio negatiua, per textum cum glos. in l. & hæredi. §. filia. ff. de pactis. & in l. cum dos. versic. si verò pacta sit filia. ff. de pactis dota. ubi probatur quod pactum de lucrando dotem vel donationem propter nuptias, non potest fieri constante matrimonio licèt a principio, valeat. Ratio est per l. si liberis, §. primo. ff. de pactis dotali. quod pacta lucratiua magis tolerantur a lege ante nuptias quam post. ita procedunt iura allegata supra pro hac parte.

Si vero donatio prædicta est sine lucro, tunc dico quod potest constitui matrimonio constante per ea quæ allegata sunt supra pro hac parte, & ita forsan procedit §. si vxor, secundum intelligentiam Bal. nouel. de qua supra.

De iure Longobardo, quia donatio propter nuptias est cum lucro, teneo quod constante matrimonio non potest constitui quarta vel mera, vt per Charol. in dicta l. fina. in Longobar. de his quæ sine Mundualdo. Non nego quòd illa publicatio amicis, & parentibus, de qua in l. 1. in Longobar. de his quæ a uiro, potest fieri constante matrimonio, quia idem est in insinuatione, vt dixi supra, & sentit glo. ibi in verbo, alia die.

Vndecima Quæstio.

An dotarium possit constitui soluto matrimonio. Niger in l. Regni inter capitula, Mulier dotarium, ait quod non, num. 63. pro eo est Azo in summa. C. de donatio. propter nupt. nume. vndecimo, ad idem glos. in aut. dos data. C. de donatio. propter nuptias, quæ dicit imputetur ei qui non petijt statui constante matrimonio. illud idem Angel. & Salic. ibi, & Bal. ibidem, dum quærit an in articulo mortis possit constitui, inquit quod non, quia paria sunt constituere in morte, vel post, quasi dicat quòd soluto matrimonio non potest constitui, & quòd dos non possit constitui in articulo mortis, vide Bart. in l. a filia ff. ad Trebell. hoc idem denique post multos quos allegat, tenet Lupus in rub. de dona. inter virum & vxorem, §. 18.

Contraria opinio probabiliter tentari posset, primo per aut. dos data, ubi secundum intelligentiam, quam dixi supra hac par. quæstione secunda, patet quòd soluto matrimonio a lege censetur constituta donatio propter nuptias, si uxor offerendo dotes petijt eam, & vir noluit eam constituere.

Secundo per aut. æqualitas, C. de pactis conuentis, & alia iura, de quibus in dicta secunda quæstio. quod constituta dote a lege, intelligitur constituta donatio propter nuptias, igitur soluto matrimonio potest peti constitui, & constituta absque dubio ualebit, quia est quædam confirmatio constitutionis antea factæ a lege, vt in simili, dixi in quæst. præceden.

Tertio Bald. in auth. dos data, ad finem, dicit quòd eodem libello potest peti dari, & constitui donatio propter nuptias.

Ideo considerandi sunt duo casus pro decis. huius quæstionis. Primus est, quando a principio est constituta dos. An tunc soluto matrimonio possit constitui dotarium. tunc considero, aut est a lege constitutum, aut non, pro quo recurre ad dictam secundam quæst. si non casus est clarus, quod non potest constitui per rationem de qua statim dicam in secundo casu principali.

Si uerò est constitutum dotarium a lege: tunc distinguo, aut ministerio hominis, aut ipso iure. Primo casu teneo quod non, quia non est ad huc constitutum, cum ministerium hominis non interuenerit, debet enim in constantia peti constitui, vt per glos. in auth. dos data. Alio casu quando ipso iure est constitutum a lege, teneo in dubio quod possit postea constitui ab homine, soluto matrimonio, quia vt dixi magis erit confirmatio constitutionis factæ a lege quam constitutio de nouo.

Secundus casus principalis est, quando dos non est constituta in constantia matrimonij. An tunc soluto matrimonio possit cõstitui dotarium, teneo tunc indifferenter quod non. quia neque dos posset constitui vt dixi.

Bal. verò in aut. dos data, in fi. dum dicit quod eodem libello potest peti, constitui, & exigi, intelligi debet, ne aduersetur prædictis ubi a lege dotarium ante erat constitutum ipso iure, per ea quæ dixi supra, tunc potest cumulari petitio constitutionis, & exactio.

Duodecima Quæstio.

An dotarium constitui possit testamento vel legari? Carol. in Longobar. de his quæ a uiro, l. fina. Esernitan. & Afflict. in l. Regni licentia. & in §. donare sæpe allegato tenent quod non ea præsertim ratione, quia iura de dotario, loquuntur per uerbum constituere quod refertur ad inter uiuos. §. de consti. Institutio. de actionibus cum talibus.

Sed hæc ratio parum vel nihil facit, quia immo uerbum constituere, referri potest ad testamentum l. uerbis. ff. de uerborum significatio. l. tutor. ff. de testamentaria tutela, & alibi sæpe.

Contrariam opinio. tenet Neapod. in consuetu. Neapol. de iure quartæ prima consuetu. versic. constitutam, & vers. sed ubi inter liberos, & in titu. quibus in rebus habet locum quarta. Prima consuetu. versic. contracti matrimonij. Blas. de Marchon. in Longobarda, de his quę sine consensu mundualdi, secunda differentia, & Niger in l. Regni inter capitula mulier dotarium, nume. 33. mouentur, quia quæ possunt inter uiuos etiam fieri ualent in testamento. l. pacta. ff. de pactis. Institutio. de lege Fusia canina tollenda in principio. Item contractus possunt fieri in testamento. l. secunda, ff. de testamen. l. in aduersa. l. sanum mente, C. de transactio. l. senium C. de testamen. Item stipulationes fiunt in testamento. l. si seruus. §. qui ita. ff. de lega. 1.

Item testamento constituitur hypotheca. C. communia. de lega. l. iusta, & etiam pignus. l. fundus. ff. de annuis legatis.

Pro hac sententia arridet Lupus, in rubr. de donatio. inter uirum, & uxorem, §. 27. qui dicit quod arræ possunt legari testamento.

In contrarium tamen fortissimè facit Bal. in aut. dos data C. de donatio. propter nuptias, dicit quod oblatio dotium non potest fieri in articulo mortis, ad finem constituendi dotarium, quia paria sunt, esse mortuum, & in articulo mortis. l. in hac. ff. de triticaria actione, & quia incongruo tempore fit, oblatio, cum eo tempore esset uir fructus perceptu rus, arg. l. si soluturus. ff. de sol. & l. filiæ emancipatæ. ff. so. ma.

Pro cõtraria opi. rursum facit aut. hac auctoritate licere. C. si secun. nupserit mulier, inducendo ipsum illum textum hoc modo, dicitur in l. si constante. C. de donatio. propter nun. & in §. est & aliud, Institu. de dona. quod diminutio dotium non potest fieri nisi consensu utriusque. Quæritur in nouel. prædicta, an ualeat diminutio dotium, & donationis propter nup. testamento facta? Deciditur quod non ualet, & præsupponitur quod valet vtroque consentiente, viro scilicet, & uxore. tunc fic. diminutio, augmentum, & constitutio parificantur, in d. l. si cõstante, & in d. §. est & aliud. ergo quemadmodum diminutio donationis prædictæ ibi valuit testamento, ita quoq; valere debet constitutio dotarij testõ.

Considero duos casus pro resolutione huius dubij. Primus est, quando constante matrimonio, vel soluto non potest constitui dotarium, vt dixi q. precedentibus, hoc casu nulli dubiũ quod non potest testamento constitui dotariũ.

Secundus est, quando constante matrimonio vel soluto potest constitui dotarium, & tunc valeat legari testõ, tunc distinguo casum cõstantis matrimonij a soluto mrimonio.

Quando soluto matrimonio potest dotarium constitui, tunc testamento eam constitui, quia tunc est constitutum a lege, ipso iure quando in pœnã nolentis constituere matrimonio constante, vt dixi precedenti q. & facit ratio Bal. Paria sunt constituere in articulo mortis, & post. d. l. in hac.

Quando uerò constante matrimonio potest dotarium institui, de quo dixi supra hac q. 10. uidelicet, quando dos est constituta, & a lege intelligitur constitutum dotarium, ut ibi dixi. Tunc considero quod si uterque consentiunt uxor offerendo dotes, & vir cõstituendo dotarium testamento, & valet cõstitutio prædicta, per d. aut. hac auctoritate licere. aut vxor vult offerre dotes, & implere ministeriũ hoĩs, vt dotariũ intelligat constitutũ a lege cõtradictæ viro, tunc dico, q dotarium non põt cõstitui testõ per rõnes Bal. quia paria sunt esse in artic. mortis, & post mortem, & quia tps est incongruum

Source : BIU Cujas

congruum, ex quo uir non esset. fructus percepturus, ita concludo concordando omnia.

Decima tertia Quæstio.

Quid si verba constitutionis dotarij sint inepta quia constituit inter viuos, & dicit, lego, vel relinquo; vel testamento, & dicit, instituo? Esernitan. in c.j. §. donare, qualiter olim feu. alienari pot. inquit quod inepties prædicta verborum satis vitiat, quia relinquo verbum, importat vltimam voluntatem: l.1. §. fina. ff. de tabulis exhiben. l. si cui. cum glos. ff. de serui. in nouell. vt liceat matri, & auiæ, in principio, & §.1. glos. in clemen. 1. de iure patronatus. glos. in l. his verbis. ff. de verbo. significa. glo. in §. si vero, nouel. de hæred. & Falc. sic etiam verbum lego, idem significat quod relinquo. §. j. Insti. de lega. Atque item verbum constituo, refertur ad inter viuos. §. de consti. Institutio. de actionibus.

Et pro hac sententia Esernita. ponderat l. Seia, cum nuberet. ff. de dote prælegata, vbi probatur, ꝙ si in dispositione inter viuos est verbum quod importat vltimam voluntatem, illa dispositio non est inter uiuos.

Ego sum in contraria opin. quòd imò dicta verba quantumcunq; inepta, non vitiant, quia verbum relinquo, potest adaptari inter viuos. l. hoc seruitio. ff. si liber ingenuus esse dicatur, c.j. 21. q. 2. l. clam possidere. §. qui ad nundinas, l. penul. in fi. ff. de acqui. possess.

Et illud idem est in verbo, lego. d. lege his verbis. legare enim est deliberare & partire. l. legatum, de lega. 3. nam dotarium assimilatur donationi mortis causa, vt dixi supra prima par. 1. q. & tamen lego verbum aptatur ad donationem causa mortis. l. & fideicommissum, de legatis tertio. Atque item constituo verbum, aptatur ad testamentum, vt dixi supra præcedenti quæst.

Pro hac mea sententia facit doctrina Bal. in rubrica, in fi. C. de iure emphit. quòd quotiens in vna dispositione, sunt verba vnius, & effectus alterius, receditur a verbis & intelligitur facta dispositio, quæ resultat ab effectu per plura iura, quæ ipse allegat.

Non obstat lex, Seia cum nuberet, quia potest dici quod ibi non erat effectus alterius dispositionis, quia effectus ibi erat indifferens ad inter viuos & mortis causa, & potest dici quòd ibi neque impropriè illud verbum mortis, poterat trahi ad inter viuos donationem.

Decima quarta Quæstio.

An vir qui non insinuauerit dotarium perdat lucrum dotis? Dicunt gl. Bar. Bal. Ange. quod sic in aut. eo decursum. C. de donatio. proter nupt. per illum textum. in fine.

Salice. verò ibi tenet contrarium, & dicit quòd est casus quo alter pro altero donauit propter nupt. vnde ratione illius occultæ donationis simplicis, quæ censetur facta illi alteri, quando alter primo alteri donat. l. 3. §. sciendum. ff. de donatio. inter uirum, & uxorem. dubitatur si erat necessaria insinuatio, & deciditur eo respectu quod sic, & non valet quatenus est facta uiro, & ideo si uir peteret soluto matrimonio summam excedentem metam insinuationis, non admittitur, quia non valet illa donatio, & datur hæredibus donatoris, quatenus mulier non lucratur, & sic dicit, quòd versat si vir illius. Aut disiungit personas non casus & ideo non dicitur ibi quod non potest petere lucra dotalia dicitur quod non potest agere ad donationem pro summa non lucrata excedente metam insinuationis.

Mihi non placet hic intellectus Sali. quia ille textus considerat pacta dotalia, & dicit quòd nullam habet actionem, non considerat donationem propter nupt. quando dicit, quòd nullam habet actionem præterea d. super his, neque dicamus, quòd est glos. Io. quia est textus antiquus approbatus frequentissime.

Pro Salic. est ratio efficacissima, quia lucris dotis, & donationis propter nuptias seruatur æqualitas. aut. æqualitas. C. de pactis conuentis. neque potest esse lucrum donationis prædictæ, quando etiam non fuerit lucrum dotis. l. si constante. l. fin. §. sin autem donatio. C. de donatio. propter nuptias. l. ex morte, cum aut. æqualitas, titulo prælegato. C. de pactis conuentis.

Verum Aquens. in l. secunda, in principio. ff. soluto matrimonio, dicit ꝙ in d. aut. eo decursum, est casus specialis & ꝙ ibi non seruatur æqualitas, & æqualitas prædicta est seruanda in casibus a iure expressis.

Ego credo, quòd casu quo est facta donatio propter nuptias ab alio primo viro, & non est insinuata quòd vir non lucratur dotem, quia ex quo non est facta insinuatio, illa donatio simplex occulta non ualet, & ideo non dicitur habere donationem a uiro, vel ab alio primo viro, sed ab extraneo simpliciter, quia illa occulta facta uiro, non valet, & propterea non potest dici facta ab eo per regulam c. nemo dat, de regulis iuris, in sexto, vnde non potest vir lucrum dotis petere, cum non dederit donationem propter nupt. l. si constante. l. fi. §. sin autem donatio. C. de donatio. propter nuptias. l. ex morte, cum aut. C. de pactis conuentis Nam illa l. ex morte, quando permittit lucrari donationem propter nupt. datam ab alio, loquitur quando illa occulta simplex donatio ualet.

Igitur distinguo sic, aut donatio prædicta fit a uiro, & tunc non requiritur insinuatio neque a parte viri, & ideo omnino lucratur dotem contra communem opinionem pro Salic. aut fit ab alio, & requiritur insinuatio, alias non lucratur dotem pro communi opin. contra Sali. ita teneo, & est notandum intelligentia ad aut. eo decursum. Adde Boe. quæst. 185. 1. par.

Decima quinta Quæstio.

An promissio constituendi dotarium absque constitutione sufficiat? Neapod. in consuet. 1. titu. de iure quartæ, versic. constituta. & Niger in l. Regni, inter capitula, mulier dotarium, nume. 29. dicunt quòd non ad effectum petendi dotarium, uerum est quòd fatentur posse agi ad interesse, quia promittens factum non tenetur præcisè ad id, sed ad interesse. l. 2. §. ex facto. ff. de verbo. obligat.

Promittens constituere dotarium obligatur ad factum, nam contractus est facti, l. consilio, §. fina. ff. de curatore furiosi.

Pro hac sententia licèt non allegetur, facit communis opin. de qua per Salice. in l. si quis argentum. §. sed & siquidem, C. de donatio. in l. secunda, colum. fina. de condict. ob causam. Alexand. in l. iurisgentium, in principio, colum. tertia, ff. de pactis. Deci. & Alcia. in l. pacto quo pœnam. C. de pact. Caccialup. in tract. de pactis, quæst. 6. coluu. pen. Tiraq. in retractu, car. 982. nu. 47. ꝙ aliud est promissio de donando, aliud est donatio.

Contrarium tenet Afflict. in l. regni, licentiam, & idem finaliter uidetur concludere Grammat. in decis. 103. num. 18. & 85. Et nouissime Vincet. Maxilla Appulus, in consuetu. Barisien. titu. de donatio. inter uirum, & uxorem supra consuetudine, pro hac sententia sunt plura.

Primo glo. in l. fin. in Longobar. de his quæ sine voluntate mundualdi, quæ non loquitur in puris terminis promissionis, sed etiam in datione post promissionem facta constante matrimonio.

Secundo doctrina Bal. in aut. dos data, ad finem. C. de donatio. propter nuptias, quòd eodem libello potest peti constitutio dotarij, & exactio fieri, sed loquitur in casu quo dotarium constitutum a lege, soluto matrimonio petitur, ut dixi supra, hac p. 11. ad finem.

Tertiò per famigeratum dictum Ioan. Andr. promittens se obligare ad decem tenetur ad decem, quod sequuntur al legati a Tiraq. in retract. car. 975. nu. 26.

Sed illud dictum frequentissime reprobatur ut per Iacobin. & Deci in l. cum fundus. §. seruum. ff. si certum petatur. Marsil. in singu. 469. Tiraquel. vbi supra, car. 980. nume. 42. Grammat. latissimè in decis. præallegata 103. num. 188. cum sequen. & allegatos ab eis.

Quarto ob ea quæ habentur a Ias. in §. fuerat, colum. 11. Institutio. de actionib. in l. si donaturus, §. primo, de condi. ob causam, in rubr. soluto matrimonio, columna quinta, Soccin. in l. de diuisione. ff. soluto matrimonio. Capic. decis. 176. nume. 31. Boer. decis. uigesima secunda, numero uigesimooctauo, & 40 prima par. Cagnol. in l. secunda, numero 20. C. de pactis inter emptorem & venditorem. Tiraqu. vbi supra, ad finem, nume. 33. quod statutum de dote lucranda trahitur ad dotem promissam.

Quinto, quia promissio, & solutio est idem, l. fina. C. ad leg. Falcidiam, cum talibus. sed responderi potest, quòd promissio de soluendo, & soluto, est idem. Sed promissio de contrahendo, & contractus, non est idem, Bartol. in l. singularia, colum. 4. ff. si certum petatur, Bart. & alij in l. si pupillus. ff. ad l. Falcid. Et quod habeat parem uim, dos constituta, & promissa constitui, scribit Afflict. decis. 61. in principio.

Source : BIU Cujas

D. Ioan. Bernar. de Dotario.

Decima sexta Quæstio.

Quid si dotarium solummodo confessum est? Esernita in c.j.§.donare, qualiter olim feuda alienari poterant, inquit q̃ confessio dotarij sufficit, modo sit lapsum biennium, & exceptio non sit opposita, per l.fi.C.de dote cauta.

Sed iudicio meo, hoc non procedit de iure longobar. per tex.in l.prima, in iongobar. de his quæ a viro. eo enim iure debet fieri constitutio dotarij coram amicis, & consanguineis in die votorum per scriptum, & ideo non sufficeret sola confessio.

Aduersus Esernit. facit opinatio eorum qui pugnant qd̃ statutum de dote lucranda non trahitur ad confessam. horum enim est Bald.in consilio 333. in 4. sed alios multos refert, & improbat Cagn.in l.2.nu.19.C. de pac.inter emptorem, & venditorem. vide quæ scripsi supra hac p. in q.4.

Decima septima Quæstio.

Quid si est facta constitutio non expresso titulo Dotarij? Bald.nouell. in tract.de dote 6.p. 14. priuil. inquit quod valet per l. quod autem lib.de iure dotium. glo.verò ibi videtur tenere contrarium. Tu dic vt dixi supra hac p.q.6.

Decima octaua Quæstio.

An pater possit compelli ad constituendum dotarium si filius non habet bona? Lupus inquit quod sic in rubrica de dona.inter vir.& vxo.§.24 cum sequenti, per l.fin. C.de dotis promissio. & in dotario hanc eandem opin.videtur tenuisse Frec.in trac.de subfeudis in 13.quæst.assensus.

Sed aduerte quod tex.in l.fin.loquitur in donatione propter nup.quæ fit ob securitatem dotium & sic non probat in dotario quę est donatio propter nuptias ob lucrum vxoris.

Blas. de Marchon. in titu.de his quæ a viro 2. differentia scripsit q̃ pater si vellet constituere dotarium non posset quia donatio est prohibita inter patrem, & filium.l. donationes quas parentes. C. de donationibus inter virum & vxorem, cum talibus.

Sed arguendo prout supponũt gl. & Doct. passim a donatione propter nuptias ad dotarium, Blas. errat quia inter patrem, & filium valet donatio propter nupt. l. Pomponius Philadelphus. ff. famil.erciscun. glo. & Bald,in l.secunda.C. de inofficiosis donatio.

Ego probo primam opinionem propter duo iura per tex. in aut.res quæ.C.communia de legatis. Ille textus à Doctoribus intelligitur procedere etiam indonatio. propter nupt. cum lucro, & tamen fundatur in necessitate patris.

Secundo per tex.in l.mulier.§.cum proponitur.ff.ad Trebel.secũd. Castren. ibi est donatio ꝓpter nuptias cum lucro & tamen text. fundatur in necessitate paterna, & de quæstione constituendi donationem propter nuptias per patrem, vide Bald. Nouell. & Ripens. in l. prima. soluto matrimonio.

Decima nona Quæstio.

An minor possit constituere dotarium, cũ curatore, vel tutore sine decreto? dicunt quod non in l.prima.C.si aduersus donationem. Idem firmat Blas. de Marchon. in titulo de prohibita minorum alienatio. ad finem, & Niger in l.Regni inter capitula, Mulier dotarium. nume. 64. pro ipsis sunt tria iura primo est l.lex quæ tutores. C. de administratio. tut. sed potest respõderi quod loquitur in donatione propter nuptias voluntaria non necessaria, quæ fit ad æqualitatem dotis vt dixi hac par. 1.& 2. quæst.

Secundo est lex fina.§.fin.C.si maior factus, dicit q̃ donatio minoris etenim cum decreto non valet a quinque annis supra, excepta donatione propter nup.sed potest responderi q̃ illa exceptio respicit ad validitatem post quinq; annos non ad illud q̃ dicitur non valere, cogita.

Tertia est l. prædia C de prædijs minorum: sunt qui dicunt quod ille text. loquitur in sponsalitia largitate, errant quia expressim loquitur in donatione propter nuptias, tum etiam quia dum dicit contra senatusconsultum præsupponitur quod in illo casu valeret cum decreto & tamen sponsalitia largitas neque potest constitui cum decreto in stabilibus, vt dicunt Docto. post laco. Gunic. in dicta l.prima & pro eo l.fin. §. fin. prælleg. dum excipit solum donationem propter nupt. Bald. Nouell. lapsatur in tract. de dote sexta part. 49. priuil. tenet contrarium per iura prælallegata quæ in effectu probant oppositum. hæc opinatio fundari. posset tribus alijs iuribus. Primo per l.primam. C.si aduersus donatio. sunt qui respondent quod loquitur in rebus mobilibus, sed hoc esset restringere illam l. quæ loquitur indirecte.

Sunt item qui dicunt quod loquitur in sponsalitia largitate, hoc iudicio meo esset scoriare illam l. quæ nuncupatim loquitur in donatione propter nuptias, non obstat quod d. sponsalitiorum tempore, quia illamet verba sunt in l. prædia, pręallegata quæ vt dixi non potest intelligi in sponsalitia largitate.

Iudicio meo ille textus non dicit quod non requiritur decretum vbi erat suppositum Principi quod donatio propter nuptias non valebat, & debebat reuocari non ex causa contrauentionis senatusconsulti, sed obtentu ætatis. Respondet Imperator, & dicit quod obtentu ætatis non potest reuocari, & fundatur ille text. in duobus. Primo in præsentia curatoris, hoc est quod dicit curatore præsente. Secundo in obseruatione iuris communis: erat enim facta donatio propter nuptias ad æqualitatem dotis, vt in aut. æqualitas. C. de pactis conuentis. quæ est moderatio a lege congruenter facta, & propterea non poterat restitui aduersus illam donationem.l.fina.ff.de in integrum restitutione. hoc est quod dicit congruenti moderatione, & propterea text. non cedit simpliciter quod non potest reuocari, dicit quod ex illo capite ex quo petitur reuocari non potest, hoc est quod dicit obtentu ætatis, quasi dicat quod altero obtentu posset reuocari.

Secundo per l.pen. in longobar. de prohibita minorum alienatione, aduerte tu pro intelligentia illius l.ibi nihil dicitur de decreto.

Quæstio erat ibi an poterat constitui dotarium absque præsentia tutoris? vel curatoris, & dicitur, quod non requiritur eorum præsentia, modo seruetur dictum super constitutione quartæ, vt in l.prima, in longobar. de his quæ a uiro. ordo illius legis est, quòd fiat in præsentia propinquorum. Ratio modo est cur non requiritur tutor uel curator, est quia de iure longobardo propinquorum præsentia sufficit, vbi de iure Romano quæsita est solennitas tutoris vel curatoris.l. si infans dum intra ætatem, in longobar.de prohibita minorum alienat. & sic illa lex penult. non loquitur de decreto.

Tertio per doctrinam singularem Salyceti in lege, prædia, supra allegata quod si minor recipit dotẽ cum decreto, & cum decreto obligauit se ad dotis restitutionem, quando postea necessario constituitur donatio propter nuptias, non requiritur aliud decretum. Sed hæc doctrina redditur falsa ex his quæ dicit Bartol. in l.si constante, in illo articulo an minor in receptione dotis tacitè obligetur sine decreto. ff. soluto matrimonio. nisi dicatur quòd loquitur in casu quo est facta illa obligatio cum decreto, receptionis dotis, & obligationis bonorum. Potest etiam dici vt per Ias. in dicta l. si constante, & Gotti.ibidem, secunda lect. quod doctrina Barto. procedit in donatione propter nuptias, quæ fit à lege ministerio hominis, non in necessaria quæ fit a lege ipso iure.

Recolligendo mentem Docto. in hoc articulo distinguo sic. Aut loquimur in dotario uoluntario & clarum est quod non potest constitui sine decreto. Aut loquimur in necessario: & tunc dic, aut ministerio hominis, aut ipso iure.

Secundo hoc casu similiter teneo, quòd non. Primo casu tunc etiam distinguo, aut in obligatione bonorum super receptione dotis est decretum, & tunc teneo q̃ valet sine decreto, aut non, & tunc concludo q̃ omnino requiritur decretum, & hæc est veritas.

SVMMARIA QVAESTIONVM Tertiæ Partis.

1 *An statim constituto dotario, translatum sit dominium in vxorem?*
2 *An fructus medij temporis in dotario constante matrimonio sint uiri, uel uxoris.*
3 *An vxor constante matrimonio possit disponere de dotario.*
4 *An dotarium sit deducto ære alieno.*

5 *Quid*

Source : BIU Cujas

5 *Quid de debito contracto ante constitutionem dotarij, & sub conditione purificata postea.*
6 *Quid si maritus emit fundum, & antequam soluerit pretium dederit pro dotario suæ vxori, an pretium detrahatur a dotario & venditor possit ab vxore pretium exigere.*
7 *An in dotario veniant futura.*
8 *An veniant bona quæsita post mortem viri.*
9 *An in dotario veniant iura, & actiones, & bona quæsita ante mortem viri quæ constitutionis tempore erant iura & actiones.*
10 *An vir possit alienare bona sua post constitutionem dotarij.*
11 *An in re censita, siue emphyteotica, & liuellaria, valeat constitui dotarium.*
12 *An in alio redditu ecclesiæ præter censum emphyteosim vel liuellum possit constitui dotarium.*
13 *An dotarium constitui potest in rebus tacite prohibitis alienari, & per fideicommissum.*
14 *An possit constitui dotarium in rebus expresse prohibitis alienari testamento.*
15 *An possit constitui dotarium in rebus expresse prohibitis testamento, & nuncupatim ex causa dotis vel dotarij.*
16 *An possit dotarium constitui in rebus prohibitis alienari per contractum impeditiuum translationis dominij.*
17 *An in bonis prohibitis per statutum alienari, possit constitui dotarium.*
18 *An dotarium possit constitui in vsufructu, & superficie.*

Prima Quæstio.

An statim constituto dotario

translatum sit dominium in vxorem? In hac quæstione affirmatiuam tenent omnes post glo.in aucten.dos data.C.de donatio. propter nuptias, in §. est & aliud, Institutio.de donat. in capitulo peruenit,de emptio.& venditio.& passim alibi atque speciatim in dotario illam tenent glos.in l. regni,mulier quæ dotarium.Carol. in longob. de homicidio libe. homin. l.si quis meritus,in longobar. qualiter mulieri alienari permissum, & l.si qua mulier,in longobar.de his quæ a viro,lege prima.Afflict.in dicta lege regni,mulier quæ dotarium.2.no. secunda quæstione & super glos. in fine & Niger in l. reg. inter capitula mulier quæ dotarium. numero quadragesimosexto. Pro qua sententia sunt plura. Prima est quia a die constitutionis est donatio propter nuptias ergo est datio l.Senatus.§.primo.ff.de donatio.causa mortis, ergo est translatio dominij rei donatæ. §. sic itaque. Institutio. de actio. sed ad hoc potest responderi quod est donatio designatiue,non traditiue videlicet designatione,seu constitutione, non traditione, & ideo dare tunc exponitur, idest conuenire de dando.l.fina.ff.de dote prælegata,vel dare,idest promittere.l.fin. C.de dotis promissio.l.a filia.ff.ad Trebellia.vel dare idē velle dare.l.stipulatus sum damam.ff.de ver.oblig.l.si cum dies. ff.de arbitris.l. cum rem.ff.de iure dotium,vel dare idest constituere.l.quæ pater.ff.familiæ erciscundæ.

Secundo quia exhibitio instrumenti,de qua in longobar. de his quæ a viro l.1.habetur pro traditione ad finem transferendi dominium.l.1.C.de donatio. Ad hanc rationem potest responderi pluribus modis. Primo quod ibi non donatur instrumentum sicut in l.prima. C. de donatio. solum exhibetur.

Secundo quod illa l.prima.C.de donatio.secundum Alex. & alios in lege secunda. ff. de acquiren.possessio.procedit in instrumento iuris rei,non donationis, & etiam quando bona donata sunt præsentia,& exhibentur,quando traditur instrumentum licet non tradantur. sed in longobar. prædicta non est instrumentum iuris,sed donationis,neque bona sunt ibi præsentia.

Tertio potest responderi quod trāsfertur dominium post mortem,quia illa qualitas post mortem in Morgincap.debet intelligi secūdum tempus verbi ad quod refertur,& illud determinat.l.in tempus.§.si extraneus.ff.de noxalibus.l.Titius. ff. de militari testamento.

Tertio pro prædicta sententia faciunt iura in auct. promissa.C.de dona.propter nuptias, & in auc. siue a me. C. ad Velleianum.quibus dicitur quod datur actio in rem.sed disputādo potest dici ꝙ intelligi debent de hypothecaria quæ est in rem actio.institutio. de actionibus.§.item Seruiana.l.pignoris,C.de pignoribus.

Quarto pro eadem sentenia est lex notabilis in auc.de donatione.C.de iure dotium.vbi constante matrimonio datur vendicatio. Sed Aquens. in l.si constante,in principio & alij moderni ibi.ff.soluto matrimonio,& Bal.nouell. in tracta.de dote 1.p.6.priui. ad finem intelligunt illum text. etiam in hypothecaria,quia ipsa quoque dicitur vendicatio.l. si fundus. §. in vendicatione. ff. de pignoribus.

Contrariam opin. tenet Neapod.in consuetudi.Neapolit. titulo de consensu mulieris prima consuetudi. in glos.in verbo quam habet,& quoque Bal.in consilio 118. in quarto.cui videtur inclinare Lupus,de donatio.inter virum & vxorem. §.17.licet Neapod.in titulo de consensu mulieris prima consuetu. vers.si mulier habet ius constante matrimonio,in fi. dicit pro hac parte negatiua vrgent tria.

Primo quia si non datur vxori potestas alienandi dicam hac parte,tertia quæstione. Ergo non est penes eam dominium argu.in l.Proculus. ff.de vsufructu. sed hanc rationem conuellit Aquens.dicta lege si constante, in principio. Interim tu considera retorquendo hanc rationem in contrarium quod si non transfertur dominium,sed solum hypotheca posset ei renuntiari per l. etiam, & l.iubemus.C. ad Velleianum.

Secundo quia vir constante matrimonio habet fructus dotarij,potest dici ad hoc quod iure communi vxor non lucratur fructus,& iure speciali habet dominium, remitto me ad dicenda 5.q.ab hac prima.

Tertio quia vxori datur hypothecar.vt dicunt gl. & Doct. præallegatis iuribus,ergo non est translatum dominium.l.neque pignus.ff.de reg.iur.

Sunt qui respōdent quod hypothecaria datur quando donatio propter nuptias est sine lucro, sed quando est cum lucro, tunc datur rei vendicatio. verum hæc ratio est falsa quia potest cōtingere lucrum donationis propter nuptias ex post facto etiam si a principio non fit cum lucro, si culpa viri fiat diuortium.l.consensu. C. de repudijs, in dicta glos. Angel. Salicet. in dicta auctentica promissa, & in dicta auctentica de donatione.

Placet igitur illa responsio quod hypothecaria datur iure communi,dominium transfertur iure speciali,argumen. l. in bello. §. si quis seruum.ff. de captiuis l. ex sextante. §. latius. ff. de excep.rei iudicatæ.

In decis.huius quæstionis considero quod dotarium est ad duplicem effectum.primo pro securitate dotium, secundo pro lucro donationis propter nuptias.hoc secūdo modo. Quo ad effectum lucri non est dubium quod non transfertur dominium quia datur sub cōditione mortis, & ideo tex. in auctent. de donatione, necessario debet intelligi in hypothecaria vt supra.

Primo modo ad effectum securitatis dotium ꝙ iure communi non transfertur dominium, & ideo non lucratur fructus & datur hypothecaria,& est apud virum constante matrimonio,non autem apud vxorem.

Sed iure speciali fauore dotis receptum est quod transferatur dominium vt ei solum detur etiam rei vendicatio pro maiori securitate dotium, & ad hoc moueor, quia Doctores concurrunt in hanc sententiam, quod hoc est extra priuilegium dotis vt per Bal. nouell. in tracta. de dote septima parte, decimo priu.

Secunda Quæstio.

An fructus medij temporis in

dotario constante matrimonio, sint viri, vel vxoris. omnes dicunt quod sunt viri per glos. in aucten. dos data. C. de donatio.propter nuptias in §.fin. nouell. de non eligen. secundo nubentes.in §.est & aliud,institutio.de donatio.& ibi Doct.o.fere omnes & in l.si constante.C.de donatio. propter nuptias.in l.2.ff.soluto matrimonio in cap.peruenit,de emptio. & venditio.

Ratio est clara ꝙ si vxor lucraretur fructus medij temporis in dotario iam maritus diceretur lucrari fructus dotis contra l.pro oneribus. C. de iure dotium, quia tantum sibi abesset,quantum sibi adesset.

Dubitatio tamen non modica est in textu. l. si constante præallegatæ.C.de donatio.propter nupt.quia Cyn.Rayn.Iac. Are. Angel.ibi & Castrens.in d.l.2. ff. soluto matrimonio,interpretantes illam l.si constante,dicunt quod ideo ibi fit dotis restitutio constante matrimonio,quia etiam fit restitutio donationis propter nup.vnde est quædam mutua & reciproca donatio,quæ etenim inter coniuges valet. l. quod autem. §.si vir.ff.de donatio.inter vir.& vxor.

Ad id cōsiderantes aliqui dixere ꝙ in hac intelligētia illius legis si cōstante,præsupponitur ꝙ vxor lucratur fructus medij tpis in dotario,sicut vir in dote,quia alias non posset dici mutua ibi,& reciproca dona.l.vbi ex anno.ff.de do.int.vi.& vxo.

Variant propterea scribentes in vera intelligentia d.l.si cōstante, & sunt qui volentes euitare illam difficultatem dicunt ꝙ in l.prima.C.si constante matrimonio,prohibetur re

Source : BIU Cujas

ſtitutio dotis fauore mariti, & hæredum quando ipſe lucraretur dotes, & ideo non debet retorqueri, fauor ille ad eius odium. l. eleganter in principio. ff. de dolo. C. Iulianus. §. ſi a pupillo. ff. de actione & emptione, & propterea concedunt quod cõſtante matrimonio poteſt fieri reſtitutio dotis quo ad finem, ne vxor ſoluto matrimonio poſſit eam ab hæredibus viri petere ita opinantur procedere. l. ſi conſtante & hæc eſt intelligentia Aret.

Sed aduerſus eam dici poteſt quod reſpectu vxoris valet donatio prælibata & reſtitutio trãſit in donationem ex morte viri confirmatur vt in l. cum hic ſtatus. §. primo. ff. de donatione inter virum, & vxorem, eſſet propterea dicendum quod vir non liberatur quin ab ipſius hæredibus poſtea ſoluto matrimonio peti poſſit dotis reſtitutio, cum illa reſtitutio, quæ facta eſt matrimonio conſtante magis fuerit donatio, quam reſtitutio dotis, & ideo contra Areti. & ſequaces vrget illa concluſio quæ indiſtincte adſtruitur in l. Mutus. §. manente. ff. de iure dotium in l. quamuis cum ſequi. ff. ſoluto matrimonio in l. pro rata. ff. de religioſis, & ſumptibus funerum quod reſtitutio dotis conſtante matrimonio non liberat virum.

Sunt item qui dixere quod l. ſi conſtante debet intelligi in caſibus illius regulæ ſpecialibus horum primus fuit Cloſſematicus nam ibi. ſed hæc quoque interpretatio reprobatur quia l. ſi conſtante loquitur indiſtincte, & generatim. Itaq; interpretari debet iuribus vulgaribus.

Sunt etiam qui dixere quod l. ſi conſtante loquitur in dote promiſſa quæ poteſt diminui matrimonio conſtante, & hanc opinationem adſtruit omnium primus Alexand. & ſecuti ſunt poſtea Doctores frequentiſſime. ſed eſt falſa, & contrarium tenet Alex. ſibi parum fidelis, & cæteri in l. ſi ſocer. §. Lucius. ff. de pactis dotalibus pro quibus eſt tex. ineuitabilis. in l. ſi quis pro vxore. §. fi. ff. de donatio. inter virum, & vxorem, & quoque eſt tex. notabilis iuncta gl. in l. ſi pater. §. ſi mulier. ff. de pactis dotalibus.

Non deſunt qui dicunt quod l. ſi conſtante loquitur in dote, & donatione propter nuptias cum lucro, & ſic de titulo dotis, & donationis propter nupti. quod diminuatur vt probat dum dicit in principio quanto dotis auget titulus & primo hac ſententia facit ponderando illum tex. in fine dum excipit caſum fraudis filiorum qui non poteſt interpretari niſi quando dos & donatio propter nupt. eſt cum lucro, & hæc intelligentia eſt Soci.

Sed replicari poteſt concedendo quod verſus final. loquitur in dote, & donatione propter nupti. cum lucro excipit caſum fraudis quod non poteſt aliter conſiderari. Sed a principio ille textus loquitur in dote, & donatione propter nuptias diſtincte, & generatim ſiue fuerint cum lucro, vel ſine.

Et attento hoc Soci. intellectu ſequeretur quod quando dos eſt cum lucro poteſt fieri reſtitutio eius conſtante matrimonio. Idque eſt contra textus in dicta lege prima. C. ſi conſtante matrimonio iuncta gloſſa & intellig. Doctoris ibi. vnde ille intellectus Socin. eſt falſus, & extraliminari debet.

Sunt denique & alij qui dicunt quod l. ſi conſtante procedit ante diſpoſitioncm. l. vnice. §. ſed vt plenius. C. de rei vxorie actione, & ſic antequam eſſet introducta tacita obligatio omnium bonorum pro ſecuritate, vnde inquiunt ꝙ reſtitutio dotis conſtante matrimonio valet ad effectum vt eo tempore vxor non poſſit moleſtari a viro ſi eſt facta æquiualens reſtitutio donationis propter nuptias licet non valeat ad effectum, vt ſoluto matrimonio, non poſſit peti ab hæredibus viri: & ratio eſt quia ille dubius euentus ne mulier fieret pauperior, propter dotem ſibi reſtitutam, quo caſu tenerentur vir, & eius hæredes iterum ad reſtitutionem dotis, & vxor non haberet priuilegium hypothecæ & ſecuritatis dotium in donatione propter nuptias. l. fina. C. de donatio. propter nup. compenſatur cum lucro quod facit vxor reſpectu fructuum dotis in eius diminutione conſtante matrimonio, & ad hũc modum donatio erit mutua, & reciproca. hęc intell. eſt Bald. nouel.

Verum mihi non placet, quia ſecundum eum hodie non procederet diſpoſitio. l. ſi conſtante ex quo non militat illa ratio compenſationis de damno quod poteſt habere vxor ſoluto matrimonio ſi ex illa reſtitutione dotis non fit locupletior reſpectu ſecuritatis in donatione propter nuptias, quia hodie per §. ſed vt plenius adeſt ſecuritas ſine donatione propter nuptias, & tamen hodie etenim procedit diſpoſitio. l. ſi conſtante vt in nouel. de æqualitate dotium. §. illud autem in § eſt & aliud inſtitutio. de donationib.

Præterea ille dubius euentus non debet eſſe in conſideratione quo ad finem, vt donatio inter coniuges dicatur mutua, & reciproca tex. eſt notabiliſſimus in l. quod iam nuptę. ff. de donatio. inter vir. & vxo.

Ideo ego cogitabam pro vera intelligentia dicta lege ſi cõſtante ſi dici poteſt quod diminutio dotis, & donationis propter nuptias valet pro ea parte quæ eſt mutua, & reciproca tantum reſpectu dotis, & donationis prædictæ licet non valeat reſpectu fructuum in eo ſcilicet quod dos excedit donationem propter nupt. vt in l. ex anno. ff. de donatio. inter vir. & vxorem declarat Lupus in rubri. de donatio. inter virum, & vxorem. §. 50. prima fallent. & ſic procedit. l. ſi conſtante dum dicit quod valet.

Poteſt item nouiſſime interpretari, lege ſi cõſtante ꝙ procedat in tribus caſib. Primus eſt qũ diminutio fit certæ portionis dotis ita quod in illa parte adſunt fructus competentes pro oneribus matrimonij tunc valet quia donatio eſt permiſſa cum vir non fiat pauperior. l. ſi ſponſus. § fin. ff de donatio. inter virum, & vxorem. Nam pauperior eo caſu dicitur, quis fieri quam diminutio eſt patrimonij non quando ceſſat acquiſitio poſſibilis a l. ſi ſponſus. §. ſi maritus.

Secundus caſus eſt quando vxor in bona fide, tunc credo quod valet donatio quia non poteſt dici prohibita reſpectu fructuum medij temporis, quia fructus poſſunt donari a viro vxori, modo non donentur immediate ſed donentur mediate rei datione. l. de fructibus. ff. de donatio. inter virum & vxorem. l. fructus. ff. de vſuris gloſ. in d. l. prima. C. ſi conſtante matrimonio.

Tertius caſus eſt quando diminutio fit propter impenſas vtiles, vt in lege vtilium. ff. de impenſis in rebus dotalibus. Et idem de augmento caſu quo vxor ſolueret, vt in lege, quod dicitur. §. ſed & ſi mulier. ff. eodem titulo de impenſis in rebus dotalibus, & ita Barto. intellexit. l. ſi conſtante, & in dicta lege quod dicitur in fine licet non poſſiderit in illam intelligentiam, hactenus de intellectu. l. ſi conſtante, reliqua ſuppleant venientes poſt me.

Tertia Quæſtio.

An vxor cõſtante matrimonio

poſſit diſponere de dotario, & illud alienare Lupus in rubrica de donatione inter virum, & vxorem 15. 17. per auctent. ſine a me. C. ad Velleianum cum ſimilibus tenet quod non verum Charol. de Tocchis. in longobarda qualiter mulieri alienare permiſſum ſit. lege ſi qua mulier prima gloſſa, & clarius poſtea in alia gloſſa verſiculo non ſit ſtabile. Neapod. in conſuetudi. Neapolita. titulo, de iure quartæ prima conſuetudi. verſiculo poſſidebat in fine titulo de conſenſu vxoris prima conſuetu. & uerſiculo quam habet Blaſ. de Marchon. in longobarda qualiter mulieri alienare permiſſum ſit quarta differentia in fine & de donatio. quæ contingat decima differentia ad finem inquiunt quod non poteſt vxor alienare dotarium, matrimonio conſtante, vel conſentire viro alienanti quo ad finem vt exigatur conſtante matrimonio. Sed quo ad finem vt præiudicet ſibi in ſpe acquirendi dotarium mortuo viro ſuo vtique poteſt alienare, & præiudicare ſibi conſentiendo viro alienanti. Et ſic debet intelligi Lupus vbi ſupra quod nota. l.

Quarta Quæſtio.

An dotarium ſit deducto ære

alieno? Charol. de Tocchis in longobarda de his quæ a viro lege prima Blaſ. de Marchonibus in longobarda de ea quæ ſine conſenſu ſecunda differentia, & in longobarda de his quę a viro ſecunda item differentia Neapod. in conſuetudi. Neapolita. titulo de iure quartæ prima conſuetudi. verbo alieno. Afflic. in lege regni mulier quæ dotarium paulo ad finem Niger in lege regni inter capitula mulier dotarium numero trigeſimoſeptimo, & Lupus in rubrica de donatione inter virum, & vxorem. §. vigeſimoquinto dicunt quod æs alienum ante conſtitutionem dotarij conflatum non venit in dotario per regulam lege ſi quis ſeruum. §. final. cum lege ſequenti de lega. ſecũdo quota bonorum intelligitur deducto ære alieno, quot a hæreditatis ære alieno concluſo, hinc eſt quod quarta de qua in auct. Præterea. C. vnde vir, & vxor deberur ære alieno incluſo vt per Doc. ibi. Quarta de qua l. fi. C. de repud debet ęre alieno deducto, vt ꝙ gl. ibi, & ſcribẽtes ibidem,

Source : BIU Cujas

ibidem,quia hæc eſt quota bonorum,illa eſt quota hæreditatis. ad idemuidi iura in l.ſecunda,verſiculo,eque ex diuerſo. C. quando & quibus quarta pars, in nouell. de nuptijs. §. ſic itaque,in nouell.de exhibend.reis.§.fina. hæc quo ad æs alienum conflatum ante conſtitutionem dotarij, ſed quo ad æs alienum conflatum poſt conſtitutionem dotarij, præſcripti tradunt quod venit in dotario, & non deducitur. ratio ſecundum eos eſt quia donatarius non tenetur ad onera perſonalia.l.cum res.l.æris alieni.C.de donatio. cum talibus, & quod creditores non poſſint agere contra vxorem in dotario actione perſonali eſt text.notabilis quem nullus citat, & hoc dicit in terminis iuncta glo.in l.de rebus.C. de donatio. propter nuptias.

Verum hæc ratio mihi non placet, quia non recte arguitur,non poſſunt creditores agere perſonali contra vxorem, ergo vxor non tenetur ad æs alienum factum poſt conſtitutionem dotarij. Etenim videmus, quod vxor tenetur ad æs alienum factum ante conſtitutionem prælibatam & tamen creditores neque poſſunt agere perſonali. l. cum res.l. ęris prælegatæ.

Licet enim non poſſet teneri vxor perſonali ad æs alienũ factum poſtea poſſet tamen ea forte teneri reuocatoria.l. omnes.§. Lucius.ff.quæ in fraudem creditorum.ſcribunt gl. & Doct.in d.l.æris.

Verum retenta communi opinio.ad cognoſcendum quãdo æs alienum eſt ante vel poſt cõſtitutionem dotarij ſigno pulchram theoricam.Neapod.in conſuetud.Neapolit. titul. de iure quartæ,prima conſuet.verſ.ante quartæ conſtitutionem ibi, ſed quia ſic eodem die.

Quinta Queſtio.

Neapod.in conſuetud. Neapolit. ti.de iure quartę,prima conſuẽtud. verſiculo,ante quartæ conſtitutionem, promouet quæſtionem de debito contracto ante conſtitutionem dotarij & ſub conditione purificata poſtea.

Verum huius quæſtionis ſolutio pẽdet ab illa ſcholaſtica quæſtione de qua in l. 1.ff.ſi certum petatur,an debitum ſub conditione ſit vere debitum.ſuper qua ibi quandoque in repetitis meis plene ſcripſi, ad eum locum, legentes aduoco: ſuam enim lucem ſua quoque die, & repetionis meæ ſuper lecturis habebunt.

Sexta Quæſtio.

Reſtat illa queſtiuncula de viro, qui emit fundũ, & antequam ſoluerit pretium dedit eum pro dotario vxori: An pretium detrahatur a dotario, & an venditor ab vxore pretium exigere valeat.Carol.in longobarda de his quæ a viro.l.1.Neapod.in conſuet.Neapolit.tit.de iure quartæ,conſtitutionem in fine.Afflict.in l.regni,mulier, quæ dotarium ad finẽ pauloante,& Niger.in l.regni inter capitula, Mulier dotarium nu.38.inquiunt,quod pretium detrahatur a dotario, & quod vxor tenetur uenditori.

In contrarium facit tex.in l.de rebus. C. de donatio.propter nup.quod actio perſonalis datur aduerſus hæredes non aduerſus vxorẽ.Sed poteſt reſponderi,quod aduerſus hæredes agitur perſonali ad pretinm aduerſus vxorem rei vendicatione,quia pretio non ſoluto transfertur dominium rei vẽditę vbi non eſt habita fides de pretio.l.quod autem.ff.de cõtrahenda emptio.cum talibus.

Pro opinio.præfatorum facit.l.1.§.fina.ff. de exceptio.rei venditę. vbi patet quod venditor ſaltem replicando poteſt petere pretium ſi illud non habuit,videlicet agendo ad rem, & ſi excipitur de venditione,replicabitur de pretio non ſoluto,& ſic obtinebit pretium,& gloſ.ibi dicit quod idem eſt, quando habita eſt fides de pretio vſque ad certum diem,ꝙ poſtea poſſit agi rei vendicatione. Sed in ea gl. & Doctores, in l.inciuile. C. de rei vendicatio. tenent contrarium, quia iam eſt translatum dominium,& non abdicatur ob aduentum diei,ita quod valeat agi rei vendicatione.

Poteſt tamen reſponderi ad hoc fundamentum quod licet poſſit agi ad fundum contra vxorem rei vendicatione, & conſequenter ad pretium fundi, tamen ipſa vxor agere poſſet de euictione contra hæredes viri, quia in dote, & donatione propter nuptias, quando incipiunt a promiſſione, habet locum euictio.l.1.C.de iure dotium.l.2.C. de euictio. l.Ariſto.ff. de donatio. Et ideo hæredes viri effectualiter teneri concludi deberet.

Septima Quæſtio.

An in dotario ueniant futura? Carol.de Tocchis in lõgobard.de his quæ a viro.l.1.Neapod.in rub conſuet.Neapolit. de iure quartæ, Afflict.in l.regni, Mulier quæ dotarium,col. penul.Niger in l.regni inter capitula, mulier dotarium, numero 69.tenent quod ſic per tex.in l.fina.C.quæ res pignori obligari poſſunt.Sed ad illum tex.d.gloſ.& Doct. ibi, & alibi ſæpe quod procedit in obligatione, & hypotheca bonorum quæ eſt nullius, vel modici præiudicij in donatione quæ eſt maximi effectus. Ita dicunt reſpondendo ad illam l.

Blaſ.de Marchonibus titulo de forma,& modo articulandi matrimonium opinatus eſt oppoſitum quod non veniat augmentum bonorum poſt conſtitutionem dotarij niſi exprimatur per regulam.l.ſi ita. ff.de au. & argen.leg.l.fi.§.1.de legat.2.cum talibus.

Saluando communem opin. poteſt reſponderi quod regula.l.ſi ita,& l.fi.§.1.præallegata procedit in caſu ſuo videlicet in vltima voluntate ſicut loquitur, in qua fit ſtrictior interpretatio,ſecus eſt in donatione, quia donatio eſt quoddã beneficium in quo latiſſima debet fieri interpretatio,capitulo, cum dilecti de donatio.& quod in beneficijs conceſſio ſimplex trahatur ad futura,eſt tex.in capitulo, quia circa,de priuilegijs.

Pro ſententia Blaſij facit communis opinio,de qua per ſcribẽtes in l.fin.C.de pactis,in l. ſtipulatio hoc modo conceppta.ff.de verborum obligationibus,quod donatio omnium bonorum ſimpliciter etiam ſi adijciatur poſt mortem facta non complectitur futura per regulam.l. ſi ita & l.fi.§.primo. ſupra allegatam.

Defendendo communem ſententiam poteſt reſponderi ad prædictum argmentum quod donatio omnium bonorũ, ſimpliciter facta non complectitur futura, quoniam ſi futura comprehenderet non valeret donatio, vt dicunt ſcribentes vbi ſupra:& ideo ex veriſimili mente donantis non creditur complexum futura, quia non præſumitur elegiſſe viam per quam ſuumimpugnaretur iudicium.l.tertia.C.de militari teſtamento,cum talibus.Prẽterea vt dicunt ſcribentes vbi ſupra impoſſibile eſt donare præſentia, & futura impoſſibilitate iuris,vnde generalis diſpoſitio non adaptatur ad impoſſibilia.l.Lucius.§.penultimo. ff. ad municipales cum talibus. præſcriptæ rationes non militant in donatione quartæ bonorum, & ſi in caſu noſtro.

Et quod in dotario veniant futura fortiſſime facit text. in l.hac edicta.§.ijs illud.verſiculo habitura,& Bal.ibi. C. de ſecundis nuptiis.

Ad idem ſubtiliſſime conſidero quod dotarium eſt ad duplicem effectum,& ſic habet duplex eſſe. Alterum pro dotium ſecuritate, & ad hunc effectum non inducitur niſi obligatio,& hypotheca bonorum.l.fi.cum auc.permiſſa C de donatio.propter nupt.l.vbi adhuc,cum aucten. de donatione. C.de iure dotium.hoc eſſe incipit a die conſtitutionis eius, & nulli dubium quod comprehendit futura, quia obligatio & hypotheca comprehendit futura.l.fina.C.quæ res pignori obligari poſſunt. Alterum eſſe dotarij eſt pro lucri datione eius, ad hunc finem induit veram, & effectualem donationem, hoc incipit eſſe a die mortis, quia illud lucrum eſt ſub conditione mortis ſi præmoritur vir, & quo ad hoc eſſe veniunt futura poſt conſtitutionem dotarij,quia ſunt præterita quo ad eum, ex quo vt dixi hoc eſt a die mortis uiri, & ſic communis opin. eſt veriſſima, & Blaſ. de Marchon. ſaluari poſſet conſiderando quod hæc ſunt præterita quo ad eſſe lucrifactionis dotarij, licet ſint poſt conſtitutionem eius,& eo ſaltem reſpectu futura.

Octaua Quæſtio.

Ex prædictis determinatur q. an veniãt bona quæſita poſt mortem viri, quod non, quia futura poſt mortem viri non complectuntur in dotario, licet comprehendãtur futura poſt conſtitutionem vt dixi ſupra in queſt. proxime præcedenti.pro eo quoque eſt communis opin. de qua per Iaſ.in auc.nouiſſima. in princip. C. de inofficioſo teſtamento.Alex.& alios in l.in ratione.ff.ad legem Falcidiam, quod in legato non veniunt bona quæſita poſt mortem eius cui ſucceditur per l.ſi patronus.§.ſi ex bonis.ff.de bonis libertorum & vide Cagnol.in l.Papinianus.§.quarta,num. 8.ff. de inofficioſo teſtamento.

Poteſt tamen reſponderi ad d.§.ſi ex bonis,ꝙ ideo ibi non veniunt bona poſt mortẽ queſita,quia quarta illa debetur iure ſocietatis.l.prima.ff.de bonis libertorum,& ſocietas ſolui

Source : BIU Cujas

tur alterō ex ſocijs mortuo. Ideō poſt diſſolutionem ſocietatis non poſſunt venire bona quæſita, & hæc eſt vera intelligentia d.§.ſi ex bonis.

Pro hac tamen ſententia quod in dotario non veniant bona quæſita poſt mortem viri, arridet maximopere Neapod. in conſuetu. Neapolit. titulo de iure quartę, prima conſuetu. verſ. poſſidebat, ibi quod ſi viro fuit legatum cum moreretur, dicit Neapod. quod legatum cum moritur vir non comprehenditur in dotario, quia quæritur poſt eius mortem, & talia non veniunt in dotario. l. hæres meus, in principio. ff. de cōditio. & demonſtratio.

Nona Quæſtio.

Item ex prædictis infertur deciſ. alterius q. clarum eſt quod in dotario nou veniunt iura, & actiones, vt per Dec. late in conſ. 237. in ſecundo: an veniant bona quæſita ante mortem viri quæ conſtitutionis tempore erant iura & actiones. Ex prædictis redditur clara hæc quæſtio quod ſic, quia bona omnia quæſita ante mortem viri quantumcunque futura tempore conſtitutionis, veniunt in dotario vt dixi q. ab hac ſecunda & ita teneo.

Pro hac ſententia arridet Neapod. in conſuetu. Neapolita. titulo de iure quartę, prima conſuetud. verſiculo, poſſidebat, ibi ſed quia de bonis occupatis, & ibi, Sed quid in bonis captis ab hoſtibus, inquit quod bona occupata licet ſint viri, ſi quæſita non ſunt ab eo, licet quærantur poſt mortem eius, non veniunt in dotario, idem quoque dicit in bonis captis ab hoſtibus, & quæſitis poſt mortem viri, ſecus ſi quærantur ipſo viuente.

Decima Quæſtio.

An vir poſsit alienare bona ſua poſt conſtitutionem dotarij, & cedat alienatio in præiudicium vxoris? Reſpectu ſecuritatis dotium, nulli dubium quod vxor habet reuocatoriā ad hæc bona alienata, quia transfertur dominium vxori, quo ad hunc effectum a die conſtitutionis, vt no. in §. eſt & aliud inſtitutio. de dona. in Auc. dos data. C. de dona. propter nup. & datur rei vendicatio, auc. de donatione. C. de iu. do. auc. permiſſa. C. de donatio. propter nup. & finaliter prohibita eſt dotarij alienatio quo ad hunc effectum auc. ſiue a me. C. ad Velleianum, cum talibus, ſed dubium eſt reſpectu lucri dotarij.

Hoc caſu Neapod. titu. de iure quartæ, prima conſuetudi. verſ. poſſidebat in fine, titulo, de conſenſu mulieris, prima cō ſuet. verſ. ſi mulier. & verſ quam habet idem dico.

Pro eo eſt, quia in conſtitutione dotarij non ſolum eſt tacita hypotheca reſpectu ſecuritatis dotium, ſed etiam ſolet fieri app. reſpectu lucri dotarij ſub illa conſtitutione ſi vir p̄moritur, ſed ſic eſt quod hypotheca conditionalis purificata conditione retrotrahitur ad diem cōtractus. l. potior, cum talibus. ff. qui pot. in pign. habean. ergo a die conſtitutionis alienata per virum ab vxore reſpectu lucri dotarij poſſunt hypothecaria reuocari.

Secundo, quia etiam in conditionali debito dicitur commiſſa fraus, ad effectum, vt creditor poſſit reuocatoria experiri. l. ait Prætor. §. in conditionali. ff. de his quæ in fraudem creditorum, & ſcribit Aret. in §. Item ſi quis, Inſtitutio. de actionibus quod reuocatio alienatorum fit a die contractus, quia conditio retrotrahitur.

Tertio, quia paria ſunt bona alienare, & ea grauare ęre alieno quo ad effectum reuocandi ob fraudem. d. §. Item ſi quis & ibi Doctores, maxime Laſ. nunc, ſic æs alienum poſt conſtitutionem non minuit dotarium, vt dictum eſt ſupra hac p. q̄ quarta, ergo neque tolli poteſt dotarium per alienationem bonorum & ſic dabitur reuocatoria, & hanc eandem opi. in effectu videtur ſentire Lupus in rub. de dona. inter vi. & vxo. §. 66 a numero 25. infra.

Contraria opinio poſſet fulciri, quia dotariū quo ad eius lucrum eſt a die mortis viri, ſi igitur eo tempore nihil reperietur, nihil quoque deberi videtur. Ad hoc dici poteſt quod dotarium eſt a die mortis quo ad lucrum, verum eſt augmētatiue, non diminutiue. vultis videre quia veniunt bona futura, & non venit æs alienum vt dictum eſt in præcedentibus.

Secundo per tex. in l. non vſq; adeo. ff. ſi quis a parente fuerit manumiſſus, dum ibi aſſignatur ratio cur patri non datur Flauiana, & Caluaſiana aduerſus bona alienata per filiū emācipatum quo ad ſuam legitimam quod iniquum eſt non promittere liberam ſuarum rerum ingenuis liberationem, dico alienationem. In eo præſupponitur quod reuocatoria nō datur niſi in caſibus a iure expreſſis.

Sed ad hunc tex. reſpondetur, & notanda eſt hæc reſponſio, quia in intellectu. l. non vſque adeo, paſſim errant ſcribētes dum ille tex. dicit quod libera alienatio cōcedenda eſt rerum ſuarum ingenuis hominibus, nō negat ea propter quod ſi fiat illa alienatio in fraudem quod non datur reuocatoria nam ex quo conceditur libera alienatio nō propterea datur alienationis in fraudem conceſſio. l. ſi pater, cum ſimilib. ff. de his quæ in fraudem, & ideo ille tex. dum dicit quod conceditur ingenuis libera alienatio rerum ſuarum dicit etiam & illud quod prohibetur alienatio fraudulenta. patet liberi homines creditores habent liberam adminiſtrationē, vt ingenui, & tamen nō poſſunt fraudare creditores, toto tit. de his quæ in fraudem creditorum, & arrogator eſt ingenuus, & habet liberam alienationem, & tamen non poteſt fraudare arrogatum in tertia ei debita, & ſic ille tex. non excludit alias reuocatorias reſpectu fraudis, ſolum excludit Flauia. & Caluaſia.

Et propterea vera intelligentia illius tex. eſt quod intelligatur vt ipſe loquitur in vera Flauiana, & Caluaſiana, quæ datur patrono pro tertia ei in bonis liberi debita, & volens aſſignare rationem cur non datur vera Flauiana, & Caluaſiana patri, ſicut patrono, dicit quia iniquum eſt non eſſe permiſſam alienationem rerum ſuarum filio, præſupponitur quod liberto non eſt p̄miſſa alien. tertiæ debitæ patrono, quia non ſunt bona ſua pro tertia debita patrono.

Sciendum autem eſt pro intelligentia. d. l. non vſque adeo quod vera Flauiana, & Caluaſia. quæ datur patrono ad tertiā in bonis liberti. datur quaſi ad bona ꝓpria ipſius patroni, eſt tex. in l. prima. §. hæc actio. ff. ſi quid in fraudem patroni, & ratio eſt, quia in manumiſſione tacite videtur actum quod patronus ſit ſolius bonorum liberti pro tertia ei debita. l. 1. ff. de bonis libertorum, & ideo tertia prædicta dicitur eſſe propria patroni, non hæredum liberti.

Hoc eſt quod dicit. l. non vſque adeo, quod exæquandus eſt pater patrono, vt ei quoque ſicut & patrono detur Flauiana, & Caluaſiana, qa Flauiana, & Caluaſiana datur patrono attento, quia tertia ei debita non eſt hæredum liberti, ſed propria patroni. Nō eſt ſic in filio, vel patre, quia legitima debita patri, vel filio non eſt ſua propria patris vel filij, ſed hæreditario iure debetur patri vel filio, & propterea non datur Caluaſiana vera, & vera Flauiana. Hoc eſt quod dicit, quia iniquum eſt ingenuis hominibus non eſſe liberam rerum ſuarum alienationem, quaſi dicat illi ſunt liberti, & tertia bonorum eorum eſt propria patroni, hi ſunt ingenui, & legitima ē hæredum bonorum patris, nam debet ei concedi libera alienatio reſpectu veræ Flauianæ & Caluaſianę, non reſpectu aliarum reuocatoriarum, vt ſupra & ſecundum hanc intelligentiam ille tex. non afficit.

Poſtremo in diuerſum obſtat Corn. originaliter quem ibidem ſequuntur Dec. & Pepus, in auc. præterea. C. vnde vir, & vxor, ſi vir alienat bona omnia ad partem in fraudem quartæ de qua ibi non datur vxori reuocatoria, adde Corn. in conſil. 178. in 2. & in conſ. 4. in 4.

Ad hoc reſpondetur quod quarta de qua in auc. præterea non debetur ex cōſtitutione cum hypotheca expreſſa, vt dotarium. Rurſum dotarium non reſpicit tempus mortis, niſi quo ad exequutionem donationis, ſed quarta de qua in auc. pręterea, reſpicit tempus mortis, etenim quo ad ſubſtitutum & eius virtutem.

Item dici poteſt quod quarta, de qua in auc. præterea, debetur iure hæreditario, vt dicunt ibi Doc. Dotarium vero debetur vt æs alienum, quia eſt conſtitutum ante ſub conditione mortis per hæc ſit finis huic notabili q.

Vndecima Quæſtio.

An in recenſita, ſiue emphiteotices, & liuellaria quā dñt valeat conſtitui dotarium? modo non ſit eccleſiæ, dicunt qđ ſic Blaſ. de Marchon. in longobar. de his quæ a viro, prima differentia, Eſernitanens. in c. 1. §. fina. de inueſtit. rei alienæ facta. Pennens. in l. 1. C. quando & quibus quarta. Neapod. late in prima conſuet. titulo in quibus rebus habeat locum quarta, & Afflic. in l. regni, mulier que dotarium, quinta q. ſecundo notabili, & ratio horum eſt, quia dos, & donatio propter nuptias omnium ferme conſenſu, in illis rebus conſtitui poſſunt, laſ. in auc. res quæ, 12. col. C. communia de legat. in l. fina. col. 47. C. de iure emphiteutico. Loares in l. filiusfamilias. §. dui. col. 56. de leg. primo, Tiraquel. in retract. tit. 1. §. 1. glo. 17. nu me. 95. & 109.

Facit Bal pulchre in conſ. 476. ad finē, in quarto, quod dos cum lucro ex diſpoſitione ſtatutaria poteſt conſtitui in emphiteuſi, modo non ſit eccleſiaſtica.

Contra-

Source : BIU Cujas

Contrariam ſententiam tenuit ſolus Lupus in rubr.de donatio.inter vir & vxo.§.12.quod donatio.propter nuptias cũ lucro non poteſt cõſtitui in re emphyteutica arguendo a feudo ad emphyteoſim.Spe.de feudis.§.quoniam verſ.4.& ver. idem iuris. Sed ad hoc argumẽtum reſponderi poteſt, quod a iure conſtituitur,vt vides differentia inter feudũ,& emphyteoſim,quo caſu ab vno ad aliud non bene arguitur,vt p Iaſ. in l.prima.col.12.C.de iure emphyteotico, retenta communi opi.limita, vt per Afflict.vbi ſupra.

Duodecima Quæſtio.

Quid in alio reddítu eccleſiæ præter cẽſum,emphyteoſim vel libellum quem dicunt,verbi cauſa,ſi legatus eſt redditus eccleſiæ,vt ſępe fit,Neapod.titulo,in quibus rebus habeat locum quarta,prima conſuet.verſ.libellario,mouet hanc quęſtionem,& finit quod in ea re ſtatui poteſt dotarium,&idem generatim concludit,vbi res non eſt eccleſiæ cenſita,emphyteotica,vel libellaria,atque illud idem in dubio, vt per eũ ibi.

Ego vt meum quandoque interponam iudicium, ſatis vereor ne de iure præter Neapolitanas conſuetudines verum ſit,quod in emphyteoſi eccleſiaſtica, non poteſt conſtitui dotarium,quia tex.in §.emphyteoſim,Nouel.de non alienã. quem citant allegati ſupra q.proxima præceden. non probat cum loquatur in ſucceſſione,non in donatione,quæ fit inter viuos,& communis interpretum ſententia eſt, quod emphyteoſis eccleſiaſtica poteſt donari abſque conſenſu domini,late Iaſ.in l.ſi domus.§.fin.ff.de leg. primo. in l.fina. col.14.C.de iure emphyteotico.qua de re difficultatem in medium relinquo alias decidendam.

Tertiadecima Queſtio.

An dotarium conſtitui debeat, ſeu valeat,in reb. tacite prohibitis alienari,& per fideicommiſſum Lupus,in rub. de dona.inter vir.& vxo.§.13.inquit quod ſic. Idem dicũt in dote cum lucro,Bal.in conſ.227.468.in 4.Campeg.in trac. de dote 5.p.18.q.& Caſtren.in l. mulier.§. cum proponitur.ff.ad Trebel.pro hac opi.eſt glo.in Nouel.de reſtitutio.§.quamobrem,in verſ.ſed nonne.

Ad hoc Caſtr.ponderat.§.cum proponitur,præallegatum, & inquit quod ibi non poteſt dici virum agere ad illas dotes tanquam hæres vxoris,quia tunc illas haberet cum cauſa fideicommiſſi,ex quo res tranſit ad hæredes cum cauſa.l.ſocius pro filia.ff.pro ſocio,& ideo neceſſarium eſt intelligere illum.§.in caſu quo vir lucratur dotes, vt admittatur veluti lucrans dotes.

Sed aduertendum eſt,quia hic intellectus Caſtr.præter qđ eſt reſtrictiuus illius.§.& etiam diuinatiuus,adhuc quoq; eſt contra illum tex.qui in his verbis mox filia ſine liberis decedens hæredem inſtituit maritum præſopponitur, quod vir vocatur ibi ad dotes tanquam hæres vxor.

Ideo verus intellectus illius.§.eſt quod vir admittitur tanquam hæres.non obſtat.l.ſocius pro filia, quia ibi res tranſit ad hæredes cum ſua cauſa,quia iam ſuberat cauſa in re ipſa.at in caſu.d.§. cauſa fideicommiſſi non ſubeſt in dote, nam ille §.præſupponit quod in dote non erat ſigillum fideicommiſſi dum dicit quod non eſt ad euerſionem fideicommiſſi, & dum dicit quod dos deducitur, vt æs alienum, ſicut ergo in ære alieno,non eſt fideicommiſſi cauſa,& vbi tranſit æs alienum non tranſit fideicommiſſum,ſic etiam in dote in caſu illius.§ hic eſt verus intellectus.

Facit tamen pro ſupraſcripta opi.quia dos,& donatio propter nup.detracta a rebus tacite prohibitis alienari,& per fideicommiſſum,nunquam redit ad fideicommiſſarium.d.§. cum proponitur,& Doctores ibi.

Vrget in oppoſitum,quod ſcripſit Ang.in §. quamobrem nouel.de reſtitutio.& ea quæ parit.& ſequitur Iaſ. in auc.reſquę.C.communia,de legatis,quod donatio propter nup. nõ poteſt conſtitui in rebus,quæ iam ſunt per fideicommiſſum effectæ in alienabiles,quia auc.res quę, & ſimilia intelliguntur,quando dos,& donatio propter nup.præcedit fideicommiſſum.

In eo vero contrariam opin.tenent Oppi.22.col.64. Crot. col.penult.Ripenſ.15.in repet.§.diui,& nouiſſime,in caſu noſtro vir ſtrenue doctus Vincent.Maxilla,in conſuetud. Bariſ. 5.conſuetud.nume.16.& alij multi ab eis effuſe citati, quod etiam ſi dos.& donatio propter nupt.ſit conſtituta poſt fideicommiſſum iniunctum, poteſt agi pro dote reſtituenda ad res,vt ſupra propter nuptias donatas etiam per fideicommiſſum tacite prohibitas alienari. Difficultas etiam notabilis, & in ea ſtar intelligentia totius materiæ. auc. res quæ.

Pro ſua opi.Iaſ.conſiderat,quod ideo bona tacite prohibita alienari,& per fideicommiſſum poſſunt dari in dotem, & in donationem propter nuptias,quia pater tenetur dotare filiam.l.quod liberos.ff.de ritu nuptiarum,& eſſet donare propter nuptias filio pro ſecuritate dotium ab eo receptarũ,Barto. & alij in l. ſi cum dotem.§.tranſgrediamur.ff. ſoluto matrimonio.hæc non ceſſat, ſi iniunctum eſt fideicommiſſum ante quia iam pater eſt mortuus. Ergo oportet intelligere, auc. res quæ, & ſimilia iura,quãdo fideicommiſſum eſt poſt conſtitutionem dotis,& donationis propter nuptias.

Poteſt reſponderi ad hoc,quod ratio prædicta operauit effectum ſuum in vita patris,quia in fideicommiſſio hæreditatis propter illam rationem non complectitur dos filiæ,ſed deducitur tanquam æs alienum,vt infra dicam in intellectu §. cum proponitur.

Pro hac ſententia ego ponderabam tex. in d.§.cum proponitur,ille tex.d.quod ideo dos,& donatio propter nuptias poteſt conſtitui in bonis tacite prohibitis alienari, & per fideicommiſſum,quia propter dotem, & donationem prædictã non dicitur diminui ius fideicommiſſi, hæc ratio eſt falſa qñ fideicommiſſum eſt ante.quia tunc dicitur minui ius fideicõmiſſi,Barto.in l.is poteſt,3.col.ff.de acqui. hære. inquit quod ſubſtitutus,& viuente grauato habet ius in bonis ſubiectis fideicommiſſo, probabili ſpe acquiſito.

Attende,quia in intellectu huius.§. ſtat intelligẽtia totius materiæ auctẽ. res quæ, reſpondeo ad hanc rationem, quod imo in d.§.fideicommiſſum,erat ante,vt probat,tum in relatione caſus, dum ſecundum litteram præfert,fideicommiſsũ dotis dationi,tum etiam in dubitatione,quam facit,an datio dotis ſit facta in euerſionem fideicommiſſi.certe præſupponitur ibi,quod fideicommiſſum erat ante,& ratio dubitandi eſt, vt dixi,quia iam erat quæſitum ius ſpe probabili ipſi fideicommiſſo: vnde illa dotis conſtitutio cenſetur facta in euerſionem fideicommiſſi.

Deciditur tamen,quod non cenſetur facta in euerſionem fideicommiſſi,quia fideicommiſſum hęreditatis a principio, quando fuit iniunctum per patrem habuit illud onus dotis, & ſic illa diminutio fideicommiſſi non eſt, propter dationẽ dotis,quæ poſtea fit.Sed eſt a principio,quia congruebat patri dotare filiam.Nam fideicommiſſum hæreditatis intelligitur ære alieno deducto,& ſic deducta dote,quæ eſt æs alienũ d.l.quod liberos,hic eſt verus intellectus dicti.§.cum proponitur,& vt vides facit contra Iaſ.& Angel.

Pro communi opin.Crot.vbi ſupra ponderabat q̃ niſi loqueretur in fideicommiſſo,ante dotem,& donationem propter nupt. aut. res quæ,cum ſua materia ſeruiret nobis de vẽto,quia clarum eſt quod fideicommiſſum poſtea iniunctum non poteſt præiudicare conſtitutioni dotis, & donationis propter nupt.primitus factæ.

Sed poteſt reſponderi q̃ imo poſſet præiudicare, quia pater poteſt grauare filiam in dote ſupra legitimam. Bart. & alij in l.Lucius.§.maritus.ff.ad Trebell.Ego pondero d. aut. res quæ. ſubtiliter, alio modò ponitur ibi regula in fideicommiſſo ante,q̃ alienatio poſtmodum facta non valeat exinde ponitur exceptio in dote, & donatione propter nupt. certè vt exceptio ſit de regula debet intelligi etiam in fideicommiſſo ante dotem,& donatio.propter nupt.

Pro eadem ſententia conſiderabat Ripenſ. & eſt ſuus Achilles, quod ſi donatio.propter nupti.poteſt conſtitui in rebus tacite prohibitis alienari,& per fideicommiſſum. Ergo pro dotis reſtitutione poteſt ad ea agi, conſequentia patet quia donatio propter nuptias fit pro ſecuritate dotium reſtituendarum.

Aduerte,Ripenſ.non intellexit titulum q.quia nulli dubiũ q̃ pro dote reſtituenda poteſt agi etiam ad res propter nup. donatas,quando dos,& donatio prædicta eſt conſtituta ante fideicommiſſum.Sed quæſtio noſtra eſt, quando dos, & donatio prædicta eſt poſt fideicommiſſum, tunc Iaſ.negat poſt Ang.quod pro dote reſtituenda non poteſt agi ad bona donata,propter nup.pro ſecuritate dotis præfatæ. Cæterum pro hac ſententia eſt tex. in d.§.quamobrem,dum d. mulieres fraudabuntur in dote,& donatione propter nup.Ignorantia fideicommiſſi præſupponitur in his verbis quod fideicõmiſſum erat,alias non diceret tex.ignorantia,diceret non exiſtentia fideicommiſſi.

Quartadecima Quæſtio.

Quid in rebus expreſſe prohibitis alienari teſtamento.Communis,& vera opi.eſt,quod in eis poteſt conſtitui dotarium,vt per Lupum,in rub.de donatio.inter vi.& vxo.§.14.

Alexan.

Source : BIU Cujas

Alex.in auc.res quę.C.communia de legatis. Ale.Iaſ. Aquēs. Ripēs.Loar.Oppiron.in repet.famigerati.§.Diui.pro hac ſententia eſt pręcipue tex.in §.quamobrem,nouel.de reſtitutione & ea quę parit,ponderando eum trifariam. Primo,dum dicit,ſancimus enim,ſecūdum hunc modum excipi modis omnibus ad reſtitutionem:Nuptiali documento, ponderando illud verbum,omnibus modis.Secūdo,dum aſſignat illam rationem,quia leges priores plurima ex præſumptione contrahentium ex generalibus legibus exceperunt. quæ ratio militat in expreſſa prohibitione,ſicut in tacita.l.obligatione generali.ff.de pign.l.1.C.quæ res pignori obligari poſſ. Terttio, dum comparat dotem legitimę in ijs verbis etiam hæ ad reſtitutionem,ſecundum ꝙ adiectum legitimę parti dotē aut ante nuptialem donationem, nam bona expreſſe prohibita poſſunt alienari pro legitima.

Secundo per tex.in d.auc.res,quę ponderando rationem, quia quæ publice interſunt,præferuntur iis quæ priuate proſunt.Porro hęc ratio militat expreſſa prohibitione.Sed aduertendum eſt,quod illa potius eſt ratio,cur vltra legitimam poteſt dari in dotem,& in eo errant omnes interpretes auc.res quæ.Nam ſi illa eſſet ratio,cur poſſunt dari in dotem, ſequeretur ꝙ ſeruare voluntatem teſtatoris in fideicommiſſo, nō eſſet publica vtilitas,contra.l.vel negare. ff. quemadmodum teſtamenta aper.

Tertio per tex.in l.mulier.§ cum proponitur.ff.ad Trebel. in ſui ratione, dum inquit,quod ideo poſſunt dari in dotem, quia congruit voto teſtatoris,& pudicitię mulieris,hęc ratio militat etiam in expreſſa prohibitione.

Quarto per tex.in l.a filia,ff.ad Trebel. dum aſſignat illam rationem,quia loco æris alieni eſt.verum gloſ.& Doct.intelligunt illum tex.quando dos eſt data a patre.Tu conſidera ꝙ ille tex.hoc non dicit,ſed indefinite loquitur ꝙ dos eſt data, & non dicit a quo. Præterea ſi eſſet data a patre, iam eſſet æs alienum vere,& non diceret tex.prout dicit loco æris alieni, quod ſignificat improprietatem,vide l.fi.ff. de col.dotis. Contrariam opin.tenuere Iaſ.in d.§.diui.in d.auc. res quæ,& in l.cum quid.ff.ſi certum peta.& Crot.in d.§.diui.poſt Bald. quem citat, mouentur potiſſime, quia plus debet operari expreſſa,quam tacita prohibitio.

Item quia expreſſa non recipit interpretationem ſic facilli me,ſicut tacita.l.precibus.C.de impub. & alij.ſubſtitu.c.cum pater,in 6.de teſtamen.

Iſtæ rationes ſunt perſuaſiuæ,& non concludunt neceſſario. nō enim ſequitur,plus operatur expreſſa,quam tacita.Ergo, &c.quia poteſt eſſe,quod in alijs operetur,& ideo operatur plus.Rurſum non ſequitur,expreſſa non recipit interpretationem ſic facillime,ergo hoc caſu non recipit interpretationem. concludo quod iſtæ rationes ſuadent verum, non neceſſitant.

Tertio facit,quia magis operatur expreſſa prohibitio in teſtamento,quam in contractu,& tamen in contractu res prohibita non datur in dotarium, de hoc me remitto ad ea,quæ ſcribo infra hac p.q.

Quarto,quia geminata prohibitio, vel magis operatur, q̄ ſimplex.Si prohibetur alienatio extra familiam,adeſt tacita ꝓhibitio reſpectu fideicommiſſi his de familia.l.pero.§. fratre, de leg.2.l.pater filiam.§.duobus,de leg.3. & eſt expreſſa quoque,vt patet ad ſenſum,ergo debet plus operari.

Reſponderi poteſt,quod duo plus operantur quam vnū,ſi quodlibet ſingulariter de per ſe aliquid operatur, iuribus vulgaribus.Hic neque expreſſa,neque tacita poteſt impedire,ne fiat dotarij conſtitutio,ideo geminata prohibitio nihil operari debet.

Quintadecima Quæſtio.

Quid in bonis expreſſe prohibitis teſtamēto,& nūcupatim,ex cauſa dotis,vel dotarij? Crot.& Loar.in repeti.§. Diui, poſt Alex.ab ipſis citatum tenent, quod in his non poteſt conſtitui dos,vel dotarium.fundantur,quia ratio cur poſſunt dari in dotem,& donationem propter nup.bona prohibita alienari,eſt præſumpta mens teſtatoris. §. quamobrem, nouel.de reſtitutio. & quæ parit. ibi, plurima per præſumptionem exceperunt.ſed hæc ratio iam ceſſat,quia clare cōſtat de mente,l.continuus.§.cum quis.ff. de verborum obligatio.ſunt qui reſpōdent,quod §.quamobrem, in illis verbis refert ius antiquum,a quo poſtea recedit,dum dicit, meliori bus rationibus nuptialium lucrorum exceptionem fecit.Sed Docto.omnes poſt Fulg.& Caſtr.in auc.res quæ, fundant totam illam materiam in hac præſumpta mente teſtatoris.

Ideo ſaluando Doctor.dici poteſt quod in caſibus quibus non exprimitur voluntas teſtantis, ſunt duæ rationes,quia teſtator non poteſt ſe eximere ab hoc onere dotandi, & donādi propter nuptias, & quia propter hanc impotentiam præſumitur quod teſtator nō vult niſi id quod de iure erat factu rus.l.cum ſeruus.§ fin.ff. de conditio.& demonſtratio. Nam teſtator creditur ſe confirmare cum diſpoſitione iuris legib. vulgaribus,quilibet cenſetur ſe obligare ad quod neceſſario tenebatur ſe obligare. arg. in l.ſi finita.§.eleganter.ff.de damno infecto.Promiſſio quæ neceſſario facienda eſt, habetur pro facta.l.1.C.de euictio. liberatio quando neceſſario facienda eſt,habetur pro facta.l.ſi creditoris. C. de fideiuſſor. & ſic præſumptio eſt quando non exprimit,& tunc militat illa ratio.Verum in caſu quo exprimit eſt altera videlicet prima, & ſic non vrget illud argumentum:Contrariam ſententiam tenet Iaſ.Ripens.Oppir.in d.§.Diui,poſt Caſtr. quem excitāt Iaſ.in d.auc.res quæ,Lupus in d.rubrica de donatio. inter vir. & vxo.§.14.Boer. poſt Papam quem refert deciſ. 129. in 1. & belliſſime in proprijs terminis Bero.in q.100. qui dicit quod eſt communis ſententia.fundamentum huius ſententiæ eſt, quia pater tenetur dotare filiam. l. qui liberos.ff. de ri.nup. & tenetur etiam donare propter nuptias filio pro ſecuritate dotium reſtituendarum,Bart.& alij.in l.ſi cum dotem. §. tranſgrediamur.ff.ſoluto matrimonio. Ergo nō poteſt ſe eximere ab hac obligatione.l.ſicut.C.de actio.& obligat.ſunt qui ſtatim reſpondent quod vltra legata poteſt ſe eximere. l. parentibus.C.de inoffi.teſtamen.

Ego conſului,& me ſubſcripſi allegationib Magnifici Ioānis Franciſci Petigliani firmatis etiam a Magnifico Nicolao Franciſco Cōſtantio, nobili viro, & ad præſens Regio Conſiliario,& a Magnifico Marcello Berlingutio Senenſis, de ſero Neapoli legente de me,male merito pro hac parte, & ad hanc rationem Crot. & Loa. reſpondebam quod pater non pōt grauare filiam in dotem, & conſequenter ſe eximere ab hac obligatione dotis, etiam vltrā legitimam niſi quādo dos eſt ante exemptionem,& prohibitionem ſtipulata patri.hæc eſt opin.Ioannis Andr.de qua ſcribit Alex.in l.a fil.ff. ad Trebel.quod eſt vera,& veriſſima.

Sextadecima Quæſtio.

Quid in bonis prohibitis alienari per cōtractum impeditiuum translationis dominij Alex. Ripenſ. Loa. in repeti.§.Diui,inquiunt ꝙ nō & hæc opin.paſſim tenetur p ſcribentes propter tria.primo per glo.in l.nulla.C.de iu.do.eam ad hoc ponderat Bal.ibi & cæteri,tu reſponde,ꝙ illa glo.non dicit ꝙ non poteſt dari in dotem, ſolum dicit ꝙ non præſumitur data cum vniuerſitate bonorum.

Secundo, quia contractus non recipit interpretationem coniecturatiuam.l.veteribus.ff.pactis.Sed poteſt reſponderi quod illud magis eſt defectu potentiæ, quia non poſſum me eximere ab hac obligatione dotandi,quam a coniectura, vt dixi ſupra q.proxime præcede.

Tertio conſiderabat Ripenſ.quod ratio quæ militat in teſtamento,non militat in contractu, affectio prohibentis, & obligatio. Nam qui recipit promiſſionem, non erat obligatus dotare,neque habet illam affectionem,& auc.res quæ,nō procedit in extraneo prohibente.

Aduerte quæſo,quia ſatis militat ratio affectionis & prohibitionis ex parte promiſſoris:non enim poterat ſe eximere promittendo.l.ſicut, C. de actio. & obligatio. quia ipſe tenetor dotare filiam. l. qui liberos. ff. de ri.nupt. & ipſe tenetur donare propter nupt. filio pro ſecuritate dotium reſtituendar.Bart.& alij in l.ſi cum dotem.§.tranſgrediamur.ff. ſoluto matrimonio.

Contrariam opi.tenuit Oppirron.col.58. & Cro.col.15.d. §.Diui.pro eis ſtrenue facit,quia a teſtamento ad contractum valet argumentum,vbi præſertim eſt eadem ratio. Dec.late, & Cagnol.in l.in teſtamēto.ff.de reg.iuris.in caſu, de quo agitur eſt eadem ratio in teſtamento, & in contractu, defectus ſcilicet potentiæ,vt dixi ſupra, ergo &c.

Facit l.ſi.C.de alienatio.rei alienæ facta,poteſt reſponderi, quod comparatio procedit quo ad illam,ſ. qua ibi.

Mihi placet opinatio Oppiron.& Crot. vbi non eſſent alia bona per rationem, quam dixi, quia non poteſt ſe eximere, communis ſententia procedit ſecundum terminos gloſ. in d.l.nulla.vbi erant alia bona,& ceſſat ratio præfata,hęc eſt pura veritas iudicio meo,vide Corn.conſ.320.in primo.

Septimadecima Quæſtio.

Quid in bonis per ſtatutum prohibitis alienari? omnes paſſim in auc.res quæ,& §.Diui, maxime Ripenſ.col.15.Oppiron. late col.50.

Source : BIU Cujas

col.50.& Crot.col.19.inquiunt,quod sic,præsertim ea ratione,quia statutum magis interpretatur secundum modum interpretandi testamentum,quam contractum.l. seruus hac lege,ff.de manumissis testamento.glos.& Bar.in l.prima,C. de his quibus vt indignis.dictum est supra,quod dotarium potest constitui in expresse prohibitis testamento,q.14.hac p.

Adducit Oppiron.ibi,pleraſque alias rationes,quas sigillatim tollit Crot. ibidem , & quoque Ripens. si disputando tu vis tenere contrarium in hac q.quod dos,& donatio propter nuptias non possit constitui in prohibitis alienari per statutū ad suprascriptam rationem,poteris respondere quod statutū est maioris potentiæ quam testamentum.Ias.post Bal.in l.testandi.C.de testamentis.Ripens.post Bart.num.38.in l.nemo potest,de legatis primo,& quo ad hunc effectum non arguitur a testamento ad statutum,quia testamento prohibita alienari dari possunt in dotem,& donationem propter nuptias ob defectum potestatis testatoris,vt dixi hac p.q.præcedentibus.verum in statuto non est hic defectus potestatis,& sic disputando facile possem tenere contra omnes, sed in Praxi tā tum non est recedendum a communi, quam nuncupatim tenet Lupus in rubrica de donatione inter vir. & vxo.§.16.loquendo in dotario, seu arris, Hispanorum more.

Decimaoctaua Quæstio.

Nulli dubium quod dotarium etiā in vsufructu,& superficie constitui potest,in auc.hoc loco.C. si secundo nupserit mulier.in §.si fuero,nouel.de nuptijs vbi glo. sed dubitatio est nō leuis quomodo computari debet tertia , vel quarra dotarij in vsufructu vel superficie. Lupus in rubri.de donatio.inter vir.& vxo.§.22.ait quod est seruanda forma.l. hæreditatum.ff.ad l Falcidiam,quia ille textus generatim loquitur quando actus non est prejudicialis quin sit irreparabilis a futuro euentu,vt per Alex.ibi post Bal.& alios.

Ego autem dubito ne sit seruanda forma.l.si quis argentū. §.sin autem donatur.C de donatio.quia Bart.Angel.Alexan. & omnes,post glos.in d.l.hæreditatum, dicunt quod l. hæreditatum,non seruatur in donatione,sed seruatur §. sinautem donator,præallegatus.assignant rationem,quia fauor præstandus est magis donanti,quam leganti , ex quo donator utitur liberalitate maiori donando inter viuos.

Si placet opi. Lupi pro intelligentia d.l.hæreditatum, notabis infrascripta præter scribentes in ea.l.glos.& alij dicunt, q̄ ille tex.dum dicit a prima ætate,interpretari debet a 14.annis & sic ab ætate pubescentiæ.Hæc interpretatio est falsa, quia prima ætas dicitur infantia,l.fi.§.hic quidem,cum sequen. C. de bonis quæ liberis,nam si ille tex.ijs in verbis interpretaretur de ætate pubescētiæ sequeretur, quod esset defectiuus in sua prouisione & mancus, quia in ætatibus ante pubescentiā non decreuisset.Rursum si intelligeretur de ætate pubescentiæ,vtique non dixisset a prima ætate , idest a principio vitæ humanæ.

Secundum quem intellectum est ibi aureus tex ad probādum q̄ præsumptiones mortis in vita humana fiunt a triginta annis supra.Ratio huius est,& nota quia nesciunt legulei, quoniam temporum annorum triginta perfectio hominis est completa inquit Arist.7. problematum 20. At perfectio est causa corruptionis,& mortis,eodem Arist.teste 10 problematum,nono.

Secundo nota,quod de illis particularibus distributionib. ætatis super ea.l.non potest reddi ratio quia fundat se in quadam praxi,& seruatione,tu scis quod istę consuetudines , vt plurimum sunt absque ratione,& ideo vanum est de his quærere causam ammusitatam.

Terrio si vis scire rationem quare in ea.l.dicitur quod ciuitas etiam præsumitur deuastata lapsū triginta anno. considerabis ex Arist.primo Politicorum,quod ciuitas est hominum congregatio, & quia dictum est q̄ post triginta annos suboritur præsumptio mortis hominis, necessarium quoq; fuit hoc idem præsumere de hominum congregatione,& sic de ciuitate,hæc ratio euidentissima.

Quarto nota quod in quacunque vel maxima senectute homo præsumitur viuere quinquaginta annis , ratio est ammusitata ex Arist.primo de generatio Animalium 18.homo creditur capere diminutionem quinquennio cuiusque magnitudinis,quæ reliquo toto tempore comparuerit.

Postremo loco pro completa intelligentia illius notabilis l.quęro vt per Scribentes ibi,quonam pacto in alimentis prouidebitur post sexaginta annos. Castrens. inquit q̄ recurrendum est ad præsumptionem quinque annorum,per text.ibi , in principio. Alexā vero contra,quia sequeretur absurdum , quòd minus haberet quòd 59. 58. 57. 56. & ideo ipse arbitratur quod vnico anno præsumitur viuere.

Mihi non placet,quia vt dixi supra,homo in quacumq; ęta te præsumitur viuere quinquennio,ex mente Arist. & etiam esset contra fauorem alimentorum,vbi sexagenarius præsumitur viuere quinquennio:ideo credo quod illa l.in versicu. nunquam ergo amplius quam triginta,computatio innititur decidit hanc q.ex quo verbum amplius ita complectitur excessum triginta annorum,sicut etiam diminutionem , & sic etiam post sexaginta annos in alimentis erit præsumptio triginta annorum. hæc volui scripsisse,vt interea vigiliæ varietę lectionum acquiescerent.

ADDITIO FRANCI. SCI PANDI

Ad præsentem Tractatum continens, quæ dici queunt in dotarij materia super feudo.

SVMMARIA QVAESTIONVM Quartæ Partis.

1 *An in feudo possit constitui dotarium.*
2 *An in constitutione dotarij super feudo requiratur assensus Regis.*
3 *An assensus in feudis trahatur ad subfeuda.*
4 *An assensus in dotario super feudo constituto a viro habeat locum in constituto a socero.*
5 *An assensus regis in dotario post constituentis mortem possit impetrari.*
6 *An assensus de dote , & dotario constituendo trahatur ad assecurationis casum.*
7 *An assensus in dotario locum habeat in excambio quod fit constante matrimonio.*
8 *An dispositio capituli,mulier dotarium,habeat locum in feudis.*
9 *An vxor in feudi dotario sit vsufructuaria, vel plusquam vsufructuaria.*
10 *An vxor in dotario habeat vtile dominium.*
11 *An vxor filijs in dotario super feudo teneatur iurare fidelitatem.*
12 *An vxor teneatur iurare fidelitatem pro dotario in feudo constituto.*
13 *An vxor habens dotarium in feudo teneatur soluere Adoham.*
14 *An vxor in feudi dotario habeat prouentus, & compositiones.*
15 *An vxor in dotario feudi habeat excadentias,& baiulationes .*
16 *An in iure patronatus in feudo existenti,possit mulier presentare.*

An in feudo constitui dotarium possit? hæc quæstio adeo enimuero existit clara vt nulla indigeat disputatione, certum est de iure commu. quod nequaquam,nisi feudum sit hæreditarium.Ripa,in l.2.ff.sol.mat.Lup.in rubrica de donatio.inter virum,& vxorem.§.12. Loazoppizon. in l.filiusfamilias.§.diui.ff.de lega,primo Tiraquel. late in retractu,titulo primo.§ primo,num.tertio & quarto. Neapod.in consuetud.Neapolit.incipi. quartam autem,de iure quartæ, nu.44.cap.1.§.fi.de inuestitu.de re ali.fa. in vsi. feudo. ibique Dominus Andr. & alij.

Clarum autem est in regno , quod sic ob regnill.l. videlicet si quis Baro,qua in fine l.licentiam.l.mulier quæ dotariū. l.fratribus.§.primo, capitu. regni,mulier dotarium , & c. dotarium.quibus nempe in locis clare fertur in feudo constitui dotarium .

Verum limitatur in capite Baroniæ,comitatusve,dicta l.si quis Baro.in fine.caput enim Baroniæ seu comitatus, in dotarium dari haud potest nisi cum expresso Regis assensu , ac certa eius scientia. Afflic.in decis. 265.Loffre. in consilio 39. nu.39.Frec.effusius in rub.feu fol.245.nu.6.vbi quoque dicit, q̄ in capitulis Regis Catholici Cæsareæq; Maiest. quib.est p̄stitus assensus pro dote, atque dotario , nihilominus non est præstitus ad finem,vt dari possit caput Baroniæ , vel comitatus:in hoc etenim exigitur expressus specialisq; assensus, atq; certa Regis scientia,ar.tex.in c.2.& ibi.glo.de præb.in 6.& in c.quia periculosum.de sent.excommu.in 6.

Tu autem aduerte ad vnum in hac materia,quod & si de iure commu.feudum in dotarium dari nequit , & de iure regni caput Baroniæ,nihilominus si dat̄, quasi eo euicto datur actio p̄ constituentem promittentemve,ita dicit And.in c.1. §.fi.de inuestit.de re alie.fac.quod no. quia pulchrum.

Secunda Quæstio.

An in constitutione dotarij sup feudo exigatur

tur aſsẽſus Regius? And. ī c.1.§.donare quali.ol.feu.alie. poter.Bar.de Capua,poſt Afflic.in præalleg.conſti.licentiã,iuncto Nig.in c.mulier dotariũ,tenẽt ꝙ non,pro eis ſunt tria,primo eſt,ex quo iura regni in præcedenti quæſt. mentionata ꝓ mittunt dotarium ſuper feudo conſtitui, in dictiſmet iurib. Rex aſſenſum præſtat,ob ea quæ dicit Iaſ.in l.pe.C. de iu.emphyt.Caſſiodo.in deciſ.Rotæ tertia, de locato. Alex.in cõſ.2. lib.4.ſi do poteſtatem alienãdi,ergo præſto aſſenſum, verum præter iura per ipſos tacta,eſt tex.in d.conſtitu.licẽtiam,quæ ſignanter videtur aſſenſum præſtare.ad idem eſt tex.in c.dotarium.quod enucleatim demonſtrat,haud requiri Regis licentiam,niſi dicatur præfatum capitulum loqui in terra feudi,vel in pecunia ſuper feudo, & argumentum a multo magis,minime procedit in aſſenſus materia, Dominus Andr.in c.Imperialem,l.ſi pupillorum.§.ſi prætor.ff. de reb. eor. cum ſimilib.ſi datur aſſenſus ſuper venditione,non intelligitur ſuper obligatione.Andr. in d.c.Imperialem,Frecc.in ſubfeudis quæſtio.nona,lib.ſecundo.

Secundo allegat Bart. de Cap.ſimul cum Afflic.in d.conſtitu.licentiam,gloſ. in l.ſi. C. de legi.tutori. declarantem illã communem ſententiam,de qua in l.ſi conſtante, ff. ſolu.matrimo.in l.item quia ff.de pactis,minorẽ abſque decreto obligari obligatione legali ad dotis receptionem, vel quia inuecta,& illata ſunt tacite hypothecata.

Tu vero ſic ſubtiliter reſponde,aut lex expreſſe obligationem inducit abſque decreti aſſenſu ſine ſolemnitate, aut nõ. primo caſu iam clarum eſt,minime requiri aſſenſum, vel decretum.lex etenim exprimit, & ita procedit illa cõmunis opinio ibi,namque lex promittebat factum neceſſarium conſequens ad obligationem legalem ſine decreto, vnde tacite eſt cenſendum obligationem permittere ſine decreto. l. conditionibus.ff.de condi.& demonſtratio. quando enim lex permittit factum neceſſarium antecedens ad obligationem ſine decreti ſolẽmnitate incidẽter, & ſubintellecte, permittit etiã neceſſarium conſequens ad illud.l.prima,cum materia. ff. de authoritate tut.verum quia in dictis caſibus lex permittit abſque decreti ſolemnitate,minorem poſſe recipere dotem,videtur quoque permittere obligationem pro dote ſine decreti ſolemnitate, & permittit ſine decreti ſolemnitate minorem inuehere,& inferre bona in re locata, videtur etiam permiſiſſe obligationem pro dote,& inuecta, & illata ſunt hypothecata ſine decreti ſolemnitate, & ſic nequaquam requirit decreti,aſſenſusque ſolemnitas ibi,quoniam lex exprimit exprimendo neceſſarium antecedens ad illud.

Secundo caſu,quando lex exprimit quod non requiritur aſſenſus vel decretum,tantummodo dicit minorem obligari,nihilque dicit de decreto ſeu aſſenſu,tunc non intelligitur ſublatum decretum,aut aſſenſus,quod notat lex Titia. ff. de iu. dot. ſic eſt caſus noſter,quia regni ll.tantum dicunt feuda dari in dotarium nihil dicunt de aſſenſu, ac neque permittũt aliquod conſequens neceſſarium ad illud ſine aſſenſu.

Tertio allegat Bar.de Capua,vbi ſup.iura in l.2.§.prætor,& in l.3.ff.de reb.eorum,in quorũ intelligẽtia anxie ſe torquet pręſertim Iaſ.in d.l.item quia,poſt Crot.in d.l.ſi conſtante,prima,& ſecunda lectura.

Vera autem illarum legum intelligentia eſt quod non obligantur ibi pupilli bona & propterea non requiritur decreti ſolemnitas,nam illa bona dictis in legibus cenſentur obligata eodem inſtanti,quo transferri incipit dominium in minorẽ l.2.præallega.verba ponderans primo reſponſo, & quia obligatio eſt legis trãslatioq; dominij eſt hominis, licet duo ſint actus ſimultanei,cẽſetur tamen prior actus obligationis qui eſt legis,quam translationis actus qui eſt hominis, ar.l.Iulianus.ff.de condi.& demonſtratio.idcirco illa hypotheca cenſetur facta in inſtanti, antequam pupilli bona forent illico, quando dominij translatio fiebat in minorem,propterea nõ requiritur decreti ſolẽnitas, hæc eſt vera illarum legum intelligentia, quam nota.

Contrariam vero opinionem tenent gloſ. in l. Regni mulier quę dotarium,in fine,Blaſ.de Marchoni. in Longobar.de his quæ a viro.Grammat.in deciſ.103.vbi abunde de hoc, ob hoc ſunt alia tria,primo eſt regula feuda abſque aſſenſu minime alienari.c.imperialem.de prohibi.feu.alien. per Federic.l. regni conſtitutio diuę memoriæ, iuncta gloſ. poſt Eſſerniam ibidem.

Secundo eſt, quia in alienationum ac aſſenſus materia arguitur a dote, ad dotarium. Eſſernia. in capitulo primo, quod ſucceſſo. tenentur.vbi Loffred. cæterum in dote receptior opinio eſt quod requiritur l. regni inter capitula, item ſtatuimus quod licitum ſit, & alia per Afflict.in conſtitutio. fratribus.in quam equidem opinionem videtur inclinare.Niger in ante dicto capitulo præter Frecci. in ſubfeud. fol. 200. numero ſexto.ergo idem eſt in dotario.at Eſſer.in ſuo repertorio in verb. feudatarius habens tantum vnum feudum,facit differre dotem a dotario quo ad conſtitutionem aſſerens dotarium in feudo conſtitui abſque regis licentia, ſecus autem in dote.

Tertio pro hac ſententia faciunt capitula Regis Catholici, & Caroli quinti, in priuilegiis Neapolita. conceſſis, ob quę datur hoc priuilegium Neapoli.ſolum,vt ſine aſſenſu poſſint dare in dotem, & dotarium feuda. ergo diſponitur regula in contrarium.hæc nempe ſententia hodie eſt frequentius recepta dotarium non conſtitui ſine aſſenſu.

In huiuſce deciſione quæſtionis eſt fatendum quod olim non requirebatur aſſenſus,matrimonium namq; fiebat cum aſſenſu.l.regni honorem, & aſſenſus ſuper matrimonio ſufficiebat ſuper dotis,atque dotarij conſtitutione.hodie autem illa iura in deſuetudinem abierunt per capitulũ, item ſtatuimus,& matrimonia contrahuntur ſine aſſenſu,ideo omnino requiritur aſſenſus præterquam Neapolitanis, per præmentionata capitula,ad quorum intelligentiam vide Grammat. in deciſ.103.qui ea extenuat ibi continue.

Tertia Quæſtio.

An aſſenſus in feudis trahatur

ad ſubfeuda? hanc hæſitat quæſtionem Frecc.in ſubfeudis in quarta quæſtione libro ſecundo dicens in S.R.C. extitiſſe deciſum capitula Regis Catholici ac Caroli Quinti locum haud habere in ſubfeudis, dum feudis aſſenſum præſtãt. duo enimuero allegat, primo quia in ſubfeudis etiam requiritur aſſenſus feudatarij Regis. ſubfeuda enim alienari nõ poſſunt,dicunt poſt Exerniam ſcribentes in d. c. imperialem, de prohibi. feudi alienatio. per Federi.

Secundo quia ſi Rex facit gratiam feudatario ſuo is eandẽ gratiam ſuo ſubfeudatario facere non cogitur,per ea quę tradit Frecc.in præallegato loco.

Verum ego in oppoſitum alia duo pondero. primo, quia illud feudum quod apud me eſt,apud Regem eſt feudum,reſpectu mei eſt ſubfeudum, Regis eſt feudum,& nihilominus eſt illud idem.Frecc.ornate in ſubfeudis, iuncto Eſernita. in capitulo primo. §. hoc quoque, de ſucceſſio. feudi. ſubfeudum namque eſt pars integralis feudi, nec eſt ſeparatum ab eo,l.talem,in fine, vbi Bald. ff. de hæredi.inſtituen.nam uirtute illius clauſulæ, iuribus Curiæ ſemper ſaluis, ſubfeudum dicitur eſſe regis feudum,& eſt penes regẽ,Frecc. ſatis in ſubfeudis.hinc eſt, quod ſubfeudatarius dicitur Regis vaſſallus, conſtitutione,poſt mortem.

Secundo, quia fit mentio de feudis ratione frequentioris vſus Tiraquel.in retractu,tit.1.§.2.gloſ.vni.

In huiuſce quæſtionis enucleatione cogitabam quod in aſſenſu de feudis,neceſſario intelliguntur ſubfeuda reſpectu Baronis,& feudatarij Regis,& ad eius præiudicium per proxime allegata,ſed reſpectu feudatarij aſſenſus de feudis ad ſubfeuda minime trahitur.moueor præter Frecciam duob.alijs fundamentis. primo generalis diſpoſitio de feudis ad ſubfeuda nullo modo trahitur.

Secundo ll.regni de feudis loquẽtes ad ſubfeuda nõ trahũtur.de minimis enim non curat prætor.l.ſcio. ff.de in integrũ reſti.hoc late probatur in conſtitutione,Comitibus, & aliis, & remiſſione ad Frecciam in ſubfeudis.

Quarta Quæſtio.

An aſſenſus in dotario ſuper

feudo cõſtituto a viro,locũ habeat in ꝯſtituto a ſocero? Frecia. in decimatertia quæſtione de aſſenſu,libro ſecundo,in ſubfeudis hanc tangit quæſtionem aſſerendo, Reg. in Cam. eſſe deciſum quod ſic,perſuaſiuas allegat rationes, qui equidem tale fundat iudicium ſuper fauore dotarij, atque dotis, ſed hoc non videtur concludere, quia in caſu quantumuis fauorabili diſpoſitio in vna loquens perſona, in aliam trahi nõ poteſt,etiam vbi de iure fit extentio.l. ſi quis ita. §. ſi quis.ff. de teſtam.tute.Tiraquel.in l.ſi vnquam.C. de reuoca.donat. Bolognet. in l.omnes populi,ff.de iuſt. & iu.

Ea pro deciſ.faciunt.l. diuortio,l.interdũ,l.rei iudicatæ.§.ſi ago.ff.ſol.ma.quibus iuribus Doct.in l.ſi conſtante, ff.eod.decidunt ll.loquentes de dotis reſtitutione in marito, ad ſocerum minus trahuntur, & ibidem communiter determinant illam legẽ,ſi conſtan.loqui in uiro & habere locũ in ſocero.

Sed Doctores ibi.in aduerſum arma ſumunt,præter quod eſt fortiſſimus tex.in l.ſi vero.§.de viro. ff. eodem,ad quẽ teſtũ varij varie reſpondent Docto. ibi Aquens.de mente Bar. dicit ideo non comprehẽdi ſocerum, ꝙa illa in materia lex antiqua

Source : BIU Cujas

riqua virum ſocero non comparauit, ſicut in materia reſtitutionis dotis, ut in d.§.interdum,& §.ſi ago, per regulam, quæ dicit ꝙ vbi duo ſunt a ueteri l.æquiparata, diſpoſitio de vno intelligitur de vtroq;.gl.in l.ſi quis ſeruum,C.de fur. & in l.2.C de curato.furio.mihi autem minus hæc placet intelligentia,ſiue Bartoli,ſiue Aquenſis,quia æquiparationis regula procedit,qñ æquiparatio eſt per modum eſſendi, non fiendi,ita in ſcriptis reliquit Caccialup.in tracta. de Correlati.5.par.4.fallen.Ripa vero in d.l.ſi conſtante,etiam de mente Bar.ibi dicit,in materia reſtitutionis dotis eſt, ꝙ ſoceri ꝑſona comprehendatur,ſed eſt ꝙ lex noua interpretationem veteri ex l.recipit, quæ illā æquiparationem facit in hac materia,per d.§.interdum, & §.ſi ago. meo neq; ſedet animo hæc Ripæ ſubtilitas,qm̃ illa æquiparatio eſt per modum fiẽdi, vt ſupra dixi, & non eſt per modum regulæ, qñ vera eſt æquiparatio, Crot.in 2.lect. l.ſi conſtante,quem vide.

Iaſ.ibidem in aliam inclinat intelligẽtiam,quæ fuit Are. ibi,licet taceat, quod in d.§. de iure non eſt fauor publicus, ſicut in caſu reſtitutionis dotis, & dotarij, ſed eſt friuola reſponſio:vbi enim caſus eſt fauorabilis fit extenſio, etiam ꝙ non ſit fauor publicus,gl.in l.miles.ff.de re iudi.c.cum dilecta,vbi Abb. de confirma. vti. vel inuti. Crot. in ſecunda lectu.d.l.ſi cõſtante,relatis & reprobatis centenis alijs intelligentijs,tenet gl.reſpõſionem in d. §.de viro, ꝙ ibi in verbo, in quibus igitur caſib. illæ duæ negationes affirmant,eſt ſenſus quod datur vtilis actio, quia aliàs litera diceret vnũ valde abſurdum, quod vtilis actio daretur, vbi ex l.interpretatione fit extenſio,contra text.in l.penul. ff. ſi quadrup. paupe.feci.dica.

Minus hæc Croti intelligentia placet, quia ſi ille text. ibi affirmaret,diceret unum ꝙ eſt falſum,ꝙ lex illa deficeret in ſocero,& tñ ſi ex ratione compræhendi debet,non diceret, deficeret:nam ratio eſt ipſa lex,gl.in l.2.C.quæ ſit longa cõſuet.& vbi eſt eadem ratio,eſt eadem lex.l.illud,ff.ad l.Aquiliam.& lex deficit,quando deficit ratio,Tiraquell. in ceſſante cauſa,per totum.

Vera autem d.§.intelligentia de viro,meo arbitrio eſt, ꝙ procedit per modum regulę, ꝙ diſpoſitio de viro non trahitur ad ſocerum,& in caſu reſtitutionis dotis,ſeu in caſu noſtro non eſt extenſio de viro ad ſocerum, in hoc eſt fundata Deciſ.Regiæ Cam.reſtitutio enim quæ fit à ſocero ꝑ dote,& dotar licet fiat de bonis eius,non cenſetur fieri in uirũ ratione illius obligationis,quæ eſt ſocero annexa de conſtituendo dotem,& dotarium pro filia,l.ſi. C. de dotis promi. l.profectitia,& l.ſi.ff.de iure dot.l.obligamur,§.ſi.ff. de actio. & obligatio.nam qñ agitur contra ſocerum pro his, agitur pro illa obligatione,quam habet ſocer pro filio, & ſic ad obligationem filij,& viri,unde non eſt extenſio per l.1.ubi materia,qñ fiſcus,vel priuatus,ꝙ nota quia hęc eſt ratio fundamentalis Regiæ Cameræ, quicquid dicit Frec. ibi friuolum equidem, & eſt notabil. intelligentia ad hanc materiam nõ tacta a ſcribẽtibus in d.l.ſi conſtante, reliqua pro intelligentia d.§.de uiro,vide Crotum ibi,in 2.lectura.

Quinta Quæſtio.

An aſſenſus Regius in dotario poſt conſtituentis mortem impetrari poſſit: & ſic an hæres in dotario feudi alienationem ad formam conſtitutionis regni conſtitutio, diuæ memoriæ, reuocare poſſit. in dote,clarum eſt hæredem reuocare non poſſe, & aſſenſum poſt mortem impetrari poſſe, & eſt vnum de dotis priuilegijs perfectum in l.ſi ego.§.ſi res.ff. de iure doti. & ita reperitur ſcripſiſſe Bartholo. de Capua in quadam apoſtilla,in d.§.ſi res.quem ſequitur Affli.in deciſio.præalleg.ſ.

Sed in dotario maxima eſt difficultas, qa in dubium vertitur,ſi ille §.ſi res,protrahitur in dotario,reperitur ibi quædam apoſtilla Barth.de Capua tenẽtis ſecus eſſe in dotario, quem ſecutus fuit Frec. in ſubfeudis, idem tenet in effectu Grama.in deciſ.103. & pro hac ſententia eſt potiſſime ratio l.ſi.C.de iure doti.c.& liberis,extra de pignori.quibus iurib. liquet dotis priuilegia non ſemper extendi in donat. ꝑpter nupti.vt per Caſtrenſem in rub.ff.ſolu. matrimo.ad finem.

Frec.in ſubfeudis in 4 q.de aſſenſu,in fi.uerbis,lib.2. contrarium tenet,ꝙ d.§.ſi res,locum habet in dotario,mouẽt ꝑ Eſſerniæ ſententiam in c.1.qui ſucce.tene.qui tenet in aſſenſus materia licitè argui a dote ad dotarium,ſed fortaſſe illud elicere videtur lapſa lingua.

Ego igitur cõem teneo opinionem,d.§.ſi res,locum non habere in dotario,moueor quia & ſi dos, & dotarium ſint æquiparata a l.cõi,ut auth ęqualitas,C.de pactis conuen.verumtamen illa æquiparatio non procedit, vbi eſt diuerſitatis ratio,ꝑ doctrinam Bar.in l.hæres abſens.ff. de iudi. Crot. in ſæpe allegata l.ſi conſtante, 2.lectura,in caſu illius §. eſt ratio diuerſitatis,ne mulier penitus remaneat indotata, quæ ratio non militat in dotario.faciunt l.ſi. & c. ex liberis,extra ti.præallegato,quæ iura fundantur ſuper ea ratione, ne mulier ſit penitus indotata, & tamen ibidem dicitur ꝙ habet locum in donat. propter nupti.

Intelligo tñ in dotario non procedere d.§.ſi res,reſpectu mulieris,ſed reſpectu ſecuritatis dotis,& obligationis,utiq; teneo præfatum §.habere locum,dicunt Abb.& Innoc.d.c. ex litteris,poſt Fanenſem in tract.de pig.& hypo.in 4.membro 2.p.n.65.

Sexta Quæſtio.

An aſſenſus de dote, & dotario conſtituendo trahatur ad aſſecurationis caſum, de quo in d.l.ſi conſtante,in l.vbi adhuc C.de iure doti.hæc eſt quæ tractatur per Frecc.in q.de aſſenſu,lib. 2. de ſubfeudis,multa allegans regularia,& perſuaſiua ab vtraque parte, denique d.in S.R.C.fuiſſe deciſum quod ſic.

Iſta aũt q. depẽdet ab illa, An aſſecuratio ſit uera reſtitutio.in qua cõiter ſcribentes in d.l. ſi cõſtante, tenent ꝙ nõ. idem quoque tenet Afflict.in deciſ.199.in fi.poſt Grãma.in deciſ.92.hanc ob ſententiam ſunt duo potiſſima iura,prima eſt tex.in d.l.ubi adhuc,qui ponderari poteſt,dum dicit, permitti dotis reſtitutionem ob viri inopiam, cum illa conditione de nõ alienando, & ꝙ fructus deſeruiant matrimonij oneribus,argumentor ſic,Eſt reſtitutio conditionalis, ergo non eſt vera reſtitutio,quia quod non eſt ſimpliciter tale, non eſt vere tale,primo Phis.62.8.Phis.c.46.primo de generatione,17.Bar.in l.Lucius.§.quæſitum, ff. de leg. 3. Sed ad hanc ponderationem reſponderi poteſt, quod conditio illa reſoluitur in modum, quia conditio poſt actum conſumatum,reſoluitur in modum,Bar.in l.uni.C.de preci. Imperat. offeren.& in l.in quibus diebus.§.fi.ff.de conditi.& demon.

Secundo ponderari poteſt dum dicit, quod fructus uiro remaneant,arguo ſic.Vera reſtitutio eſt cum fructibus,l.videamus.§.in Fauiana.ff.de vſu.l.plus,§.fi.ff de uerb. ſigni. cũſimi.ſed poteſt reſponderi,quod mulier non habet fructus, hoc videlicet modo vt percipiat, ſed ut diſpenſet pro oneribus matrimonij.

Tertio ponderari poteſt dum dicit,ꝙ ſeruiant matrimonij oneribus,arguo ſic. Reſtitutio eſt reditio ad priorem ſtatum,l.3.§.reſtitutio.ff. de minori. ſed prius non deſeruiebãt matrimonij oneribus,ergo non eſt uera reſtitutio.

Ad hoc reſponderi ſolet,duo dans ſimilia,primum ſimile eſt de reſtituti o.dotis,quæ fit uxori,quando vir eſt bãnitus, illa deſeruit matrimonij oneribus, & tamen eſt reſtitutio, Bar.in d l.ſi conſtante.item ſunt, qui negãt ꝙ ſit uera reſtõ.

Simile eſt de diuortio,vbi dos remanet pro filijs,in aliqb. caſibus,l.prima,C. ſol. matri. ſed dici poteſt ꝙ eſt diuerſitatis ratio inter hunc caſum,& alium,quia ibi dici non poteſt ſeruire pro matrimonij oneribus,ſicut hic, quia ibi eſt ſolutum matrimonium,hic uero non,ideo cogita.

Secũdo principaliter pro eadem cõi ſententia allegatur tex.in §.illud,nouella,de æqualitate dot. ponderando illum tex.dum dicit,ꝙ uxor in caſu reſtitutionis eſt gubernatrix: ſed facilis eſt rñſio,quia ſtante hoc ſimile ꝙ eſt gubernatrix, & ſic vera reſtitutio:is enim, cui reſtituitur, dici poteſt gubernare,nouella de reſtitutio.& ea quæ parit.

Contrariam opinio.tenet Ripa in d.l.ſi conſtante,de quo ibi remiſſiue.

Præterea pro communi ſententia huiuſce articuli facit, quia reſtitutio dicitur,quando redditur aliquid ſine præcedenti qualitate,l.reſtituta.ff.ad Trebellian.ſed nempe illa eſt nimis generalis, largaq; ſignificatio:oportet enim diuidere genus per ſuas ſpecies,& differẽtias, vt cognoſcatur vocabuli ꝑprietas,inqt Gal.pulchre in lib.de dñijs pulſuum,c.10.

Septima Quæſtio.

flua petere,& ſequuto diuortio, non ſolum actione prædi-
cta,ſed etiam ex fideicommiſſo agere poterit ut actio ſtipu-
latus ſibi a fratre præſtetur, quia non eſt ueriſimile patrem
interponi in ſtipulatione uoluiſſe, ut filia poſt nuptias pri-
mas fieret indotata,& ſi poſtea nubet, ad ſecundas nuptias
cautio non extendatur,ut l.cum pater.§. pater etiam certā.
de leg.2.& l.hæc conditio.de condi.& demon.& l. Titio. §.
fi.& ff de pact.dot.l.inter ſocerum.§.fi.& non eſt præſumē-
dum de ſuo extraneum dotare uoluiſſe,quia non compelli
67 tur reddere ut dictum eſt.† & nec ignorans nec inuitus quiſ
68 que donat, ut l.nec ignorans. C. de donat.† quod ſi extra-
neus res proprias ipſius mulieris pro ea dedit in dotem, &
ſibi reddi ſtipulatus uel pactus eſt, ſi quidem mandan-
te muliere uel ratum habente hoc fecit,non nocebit mulie
ri hoc pactū inter alios factū,ut C.res int. al.& dñium prędi-
ctū rerū ſine facto mulieris cuius erāt ad alios trāsferri nō
poteſt.

Source : BIU Cujas

poteſt, vt l. id quod noſtrum. de regu. iur. & licet dotem ratam habeat, tamen ſtipulationem vel pactum vt extraneo reddatur, non compellitur habere ratum, quia in hoc negotium mulieris non eſt vtiliter geſtum, vt l. ſed an vltro. ff. de neg. geſt. & quoniam ab ipſo initio ipſi mulieri dos reddi de
69 bet, licet alius pro ea dederit, † quia non intereſt ipſius an alius dederit pro ea, vt §. iij. C. de rei vxo. ac. & ſtipulatio prædicta non obſt. quia ſi quis ſtipuletur quod mihi debetur ſine voluntate mea, non aufert mihi actionem, vt l. Stichum. §. fin. de dona. & merito, quia ſtipulatio, & pactum prædictũ
70 nõ nocet mulieri, † quia ſi pater vel extraneus quum de ſuo proprio dat per mulierem dotem, & pactum pro ſe non apponit, poſtea ſi uelit ſine muliere paciſci, non poteſt, quia mulieri eſt dos quæſita, vt l. cum dos. & l. ob æs. §. primo. de pact. dot. & §. accedit. C. de rei vxo. actio. vnde ſi ea ratione mulieris eſt, & ideo in omnibus prædictis caſib. quum dos ab ipſa muliere profecta ſit, ſi poſt diuortium reconcilietur matrimonium, non eſt conſenſus ipſius extranei requirendus, vt dos iterum conſtituatur, licet etiam permiſſu mulieris fuerit ſtipulatus, vt l. ſtipulatio de dote. ff de iu. do. & ſi ea reddita ſit ſine muliere condicere poteſt qui dedit, vt prę dixi de pa &o patris, vt l. qui hominem. §. ſi gener. de ſolut.

TRACTATVS DE DONATIONE MVtua inter uirum & uxorem, Ioannis Pyrrhi Anglebermei, Doctoris facundiſſimi.

SVMMARIVM.

1 *Donatio mutua inter coniuges facta cenſetur valida.*
2 *Donatio mutua & reciproca inter coniuges qua ratione ſit valida.*
3 *Conſuetudo quod donatio inter coniuges valeat, quibus concurrentibus ſit licita.*
4 *Prohibitio donationis inter coniuges locum habet tantum in uera donatione.*
5 *Leges adaptari debent ad ea quæ accidunt in pluribus.*
6 *Confeſſio receptæ dotis, quando animo donandi facta cenſeatur.*
7 *Donatio remuneratoria dotis acceptę inter coniuges non eſt prohibita.*
8 *Vxorem indotatam ducere nemo uelle præſumitur.*
9 *Donatio inter coniuges ualet, non ſimplex, ſed ob cauſam filiæ dotandę.*
10 *Matrimonium propriè tunc dicitur, quum uxor ad domum mariti ducitur.*
11 *Lex prohibitiua nullo modo eſt extendenda.*
12 *Donatio & traditio inter coniuges confirmatur ſi maritus pręmoriatur.*
13 *Donatio facta uxori a marito conſtan. ma. ob quædam obſequia an ualeat.*
14 *Donatio meritæ uxoris excedens facta ei per maritum reuocari poteſt.*
Donatio mutua inter coniuges etiam immenſa iuſinuatione non eget.
15 *Pactum de ſuccedendo eſt prorſus prohibitum.*

1 # Donatio mutua † inter cõiuges

facta valet, tex eſt in l. quod autẽ §. ſi vir vxori. ff. de do. inter vi. & vxo. quem ita ad hoc ponderat Lu. Ro. in ſing. ſuis reprobatus ad hoc a Iaſ. q̃ is tex. Iaſ. iudicio de hac re non loquatur: eſt enim illic donatio perfecta quæ illis viuentibus effectum ſortitur, & in vtroq; , non autem loquitur de illa quæ poſt mortem eorum duntaxat viget. Ego tamẽ ita pondero hunc tex. & traho in argumentum, ſi lex approbat donationem etiam quo ad proprietatem, & quo ad effectum, ut conſtan. matimonio vires habeat, & in vtroq; donatiuũ valeat, quia neuer ſit pauperior propter mutuam compenſationem, & quia potius permutationis inſtar habet, quàm donationis, ut dix hic glo. quæ longe fortius approbat eã, quæ confertur poſt mortem & quo ad vſumfructum tan-
2 tum. † Ratio ver huius regulæ, q̃ donatio mutua & reciproca valeat, eſt quia mutuo amore ſe non ſpoliant, ceſſat ergo legis prohibitiuę ratio. aliam Cy. tradit in l. ſi pater puellæ. C. de inoffic. teſta. dicit enim q̃ per illam legem determinauit Pe. valere donationem inter cõiuges ad vitam, ſi vnus præmoriatur, vt ꝑſtes gaudeat fruaturq; bonis illius ad vitam, quia non e mere liberalis ob futurum euentum incertum quis præmorietur, vt illic fideicommiſſum valeat, quia reciprocum, cit. l. de fideicommiſſo. in uer. viciſſim. C de tranſact. l. ſi elege. in ver. inuicem. C. de vſur. dicit autem Phili. Decius ꝛiſperitiſſimus de ſimili donatione in l. pactam. C. de collaquòd ſunt in ea facienda periti conſulen di, quia per modum donationis valet, non autem pacti, & eſt in ea aduertendum, nos igitur aduertamus, quia frequens eſt, & a quibuſdam male intellecta, habemus autem conſuetudinem in titu. de dona. inter viuos. capit. ſexto illius titu.
3 † vbi agitur de hac conſuetudine, quòd valeat quo ad vſum fructum, & de bonis tantum ſimul quæſitis conſtante matrimo. Non enim poſſent patrimonialia vel prius quæſita donare, & quædam cautiones illic requiruntur & loquitur de coniugibus, qui liberos non habent, ne in eorum fraudem fiat, & ideo de quæſitis de alijs poteſt fieri, quia ſi de omnibus fieret, plerunque inęqualis eſſet, cum patrimoniũ vnius excederet. eſt & alia ratio quam tradit Panor. in c. fin. de dona. inter vir. & vxor. quia eſt remuneratoria, vnde exemplũ tradit in plebeio, qui accipit nobilem in vxorem, quod remunerationis cauſa poteſt ei donare, & compenſando nobilitatem cum dote, quod eſt Bartol. dictum in l. ſi voluntate. C. de dotis promiſ. & idem repetit Panor. d. cap. fin. vbi tenet cum Bar. idemque Barto. tradit in l. ſi diuortio. ff. de ver. oblig. & citat hanc l. præciſe ad hoc dictum, quia eſt compẽ ſatio & remuneratio, non autem ſimplex donatio, de qua lo
4 quitur titulus de dona. inter vir. & vxo. ¶† Confirmo primo hanc regulam, quia prohibitio donationis coniugalis habet locum in vera donatione tantum, vt prædixi, adeo quòd nõ habet locũm in promiſſione vel confeſſione facta conſtante matrimonio, vt puta ſi maritus cõfiteatur ſe recepiſſe dotem ab vxore, quæ non recepit: niſi enim conſtet quòd animo donandi hoc fecerit, non vitiatur, ita legiſtę volunt in l. diuortio. ff. ſolu. matri. ſuper quo tamen articulo variatum eſt a ſcribentibus, nam Bar. in l. ſi diuortio. & in l. cum quis decedens. §. Titia. ff. de leg. iij. & in l. ij. §. creditum ff. ſi cert. pet. ſentit quòd animo donandi facta videatur illa confeſſio receptæ dotis, eo quod ſuſpitio eſt in perſonas, & præſumitur facta in fraudem legis. §. Titia. alleg. quam Bal. ſequitur in l. j. C. de dona. ante nup. in eadem opi. eſt Io. And. in addi. ad Spe. in rub. de dona. inter virum & vxo. Contrarium tenet Cy. & Saly. in l. quod de ſuo. C. de dote cau. non numera. his præſertim argumentis, primo quod ſi confeſſio preſu
meretur in dubio facta animo donandi, raro haberet locum
5 titul. de dote cau. non nume. † cum leges ad frequenter accidentia debeant adaptari. Secundo quia in dubio non eſt præſumendum quid donationis cauſa factum, vel alia cauſa præſumi poteſt, cum nemo præſumatur iactare ſuum. l. ſi cũ aurum. ff. de ſolutio. cum ſimi. nec præſumitur fraus ſeu delictum. l. merito. ff. pro ſocio. & idem ſequitur Ang. Ioan. An. diſtinguit, aut fit confeſſio ante matrimonium, non valet tanquam donatio, ſi conſtat eſſe, ſi non conſtat, valet in dubio aut conſtante matrimo. & ſumus in materia noſtra, tũc videtur facta ex cauſa donationis, ita Bal. ante eum in l. pen. §. mulier. ff. ſolu. matr. eo, q̃ tunc præſumitur eſſe affectus maior quam ante matrimonium, ob blanditias coniugales. l. fi. ſi quis aliq. teſta prohib. Hanc opi. in conſulendo tenuit Fran. Are. vt ipſe refert in d. l. ſi diuortio, cum diſtinctione tñ
6 Io. de Imo. in prin. l. ſi conſtante. † aut vir confitetur ſe ſimiliter dotem recepiſſe, aut vltra confeſſionem renuntiat exceptioni, vel ſpei futurę numerationis, primo caſu non uidetur facta animo donandi, ſecundo ſic quia ex illa renuntiatione declaratur animus mariti, quamuis ſit inutilis, licet adhuc dubitet ſuper hoc, ſed ex hoc ego concludo ꝙ metu cõfirmatione, q̃ in dubio ſine illa renuntiatione illa confeſſio uidetur facta ſub ſpe futurę numerationis, non autem donatio cenſetur. Addo pro hoc, quia nemo præſumitur tam fatuus, ut uelit vxorem ducere indotatam. l. fina. §. j. ff. quæ in frau. credi. l. ſi donaturus. ff. de condi. ob cauſam. dicam ſtatim in ſeq. de hoc tamen articulo dotis confeſſatę, plurima dicunt Mod. in d. l. ſi diuortio, quæ non recenſeo cauſa breuitatis, vbi Barba. glorioſus infinitat dicit, & dicit uiam ferro aperiendam. ¶† Confirmo ſcđo, quia licet donatio inter
7 coniuges ſit prohibita, non tamen prohibẽt qñ eſt remuneratoria dotis acceptæ. c. & ſi neceſſe. & c. nuper. de don. inter ui. & uxo. ubi maritus uxori dotem donat, & præfixa uocat. ubi Io. An. dicit poſſe fieri conſuetudinẽ ſuper dotanda vxore, & ualet, ita nos habemus conſuetudinẽ expreſſam de dote cõſuetudinaria, & cõis opinio eſt qđ ualeat, q̃uis Barba. in d. l. ſi diuortio adducat quędam in ꝫriũ, quæ friuola ſunt, facit quia Druydũ tpe apud Gallos ea lex erat, ut Cæſar ſexto de bello Gallico refert, uxores ſi quid in dotẽ marito dederint, tantũdem illis domeſticarum fortunarũ cõferre mariti dẽnt, nec eſt iniuſta, aut ꝫ bonos mores, qui quid Barbatius dixerit, & cõuenit auc. dos data, donationẽ mereẽ. C. de don. añ nup. & ꝓcedit cũ uere & nõ ficte dotẽ accepit, ut
8 no. in d. auc. dos data, & qa, ut p̃dixi † nemo p̃ſumit̃ dotatã uxorẽ ducturus, faciunt no. in c. eſt & aliud. Inſtitu. de don. l cũ ueterũ. C. de don. añ nup. uñ ẽt ſi iurauerit quis ſe uxorẽ ducturũ, intelligitur ſi dotẽ dederit inſpecta tñ p̃ſonarũ qua

Source : BIU Cujas

litate,vt ſi diues pauperem, vel deformis pulchram ducat il lud Bal. ſcribens in cap. iurauit. de probatio. hoc Decius in auct. præterea. C. vnde vir & vxor. facit auctentica,æqualitas,& auct. ſed quæ nihil.C.de p act.conuen.Et pro hac confirmatione eſt tex.in l.cum mult ę C.de dona.ante nup.

¶ Facit tertio vltra Iaſ.& Mod.tex. in l.ſiue vxor.ff.de dona.
9 inter vi.& vxo.quem Bar.illic cõmendat,& no.ad hoc † vbi donatio facta inter coniuges valet,quando non eſt ſimplex, ſed ob cauſam dotandę filię,vel ſi cauſa non eſt expreſſa,ſecuta tamen eſt,valet donatio quod tu intelligas ſane, quia multi ſub prætextu maritandę filię facerẽt donationem magnam,& filia de pauco maritaretur, procederet quando illa pecunia eſt tota conſumpta in dotem filię.Ita pondero tex. in d.l.ſiue vxor.in ver. eas res, quod intelligitur totas ꝓpter numerum pluralem.¶ Quarto confirmo priuſquam deſcendam ad fundamenta.Iaſ.nam Azo , quia Bal. appellat vas legum,dixit in ſumma titu.de do. ante nup.in fi.limitando titu.de dona.inter vir.& vxor.& dicit Io.de Imo.in l. ſi ſocer. §.Lucius.ff.ſol.mat.eſſe mirabile & ſingulare dictum, quod ille titulus non procedit in matrimonio contracto per ver-
10 ba de præſenti,†vbi vxor in domum mariti nondum ducta eſt,tunc.enim proprie eſt matrimonium, vnde vxores duci dicuntur.addit rationem,quia nõdum eſt ille tantus amor‖, & tanta familiaritas inter eos, quod commendat illic Ioan. de Imo.pro partibus Italię, vbi frequenter contrahunt per verba de præſenti, tamen huiç dicto refragatur vltima opinio gl.in d.l.ſi diuortio. Sed ita Fran. Are. illic dicit,quod ſi eſſet matrimonium contractum , tamen nondum conſummatum , non præſumitur tanta affectio, & valet donatio, vnde Mod.in d. l. ſi diuortio. dicunt quòd quando carnalis copula non eſt ſubſecuta , vel non eſt traducta ad domum ,
11 non eſt tanta affectio,pro opinio. Azo.quæ eſt notabilis,†& quia lex prohibitiua non eſt extendenda,ſed ſtricte accipiẽda in ſuis terminis,licet lex ciuilis dicat,nuptias non concubitus,ſed conſenſus facit,quia intelligitur quo ad accipiendum illud quod relictum eſt ſub condi. nuptiarum, non autem in hoc caſu,vbi eſt diſpar ratio affectionis.

¶ Quinto facit,quia valet donatio etiam quæ de præterito cauſam habet,& valet permutatio,cum ſponſus donauerat ſponſę alienum anulum,poſtea conſtan.matrim.pro illo ſuũ dedit,illa donatio valet,quia potius permutatio eſt l.ſi dona tę.§.ſi ſponſus ff.de dona.inter vir.& vxor.ita hoc caſu,quia mutua eſt iſta donatio , cenſetur potius permutatio quædã quàm donatio, vt dixi in præceden. poſt glo. in noſtro. §. ſi vir. per tex.in l.ſed ſi lege.§.conſuluit.ff.de peti.hære. vbi ad antidora dicitur donatio eſſe , velut quoddam genus permutationis.

12 ¶ † Sexto facit,quia quando fit donatio & traditio (dare enim,& retinere non valet per conſuetudinem) & maritus præmoritur confirmatur eius morte.l.Papinianus. ff.de dona.inter vir.& vxo.d.l.quod de ſuo.& l.antepe.C.eo.ſecus ſi ſoluatur diuortio,ita hic iſta donatio,cum non habeat effectum,niſi poſt mortem,& eius effectus cõferatur poſt tempus mortis, non poteſt eſſe quin valeat de iure , quo ad proprietatem, de conſuetudine uero quo ad vſumfructum , ne omnino fiat iniuria parentibus,quos poſſet quis exhæredare & priuare bonis ſuis,ſed per iſtam conſuetudinem noſtrã non valet talis donatio mutua, niſi de bonis per eos quæſitis.immobilia enim patrimonialia, vt vocant, non poſſunt donare,ſed quicquid conſtan.ma.eis aliunde obuenit quàm a parentibus donare poſſunt.¶ Septimo adduco pro confirmatione huius donationis,& limitatione titu. de dona. in-
13 ter vir. vxo. † quia maritus ſi donet vxori conſtante matri. vel fateatur ſe recepiſſe dotem quam non recepit , propter obſequia quædam, & ſeruitia , quæ ab vxore vltra maritalia & nuptialia obſequia receperat,valet iſtud, & vxori acquiritur,tanquam remuneratoria.ita Panor.in c.cum in eccleſię de ſimo.dicit Saly.ita conſuluiſſe Bononię.tamen Ang.in l. ſed ſi lege.§.conſuluit.ff.de pe.here.temperat iſtud,dummodo donatio non excedat modum ſeruitiorum, quod eſt valde no.& vidi nuper contingere in quæſtione mihi propoſita per teſtamentum cuiuſdam Lothoringi qui pauperem vxorem & iuuenem duxerat,cum eſſet ſenex & morboſus, & ei donauit obſeruitia grata,& expreſſe clauſula illa erat appoſita.Et pro iſta reſtrictione facit gl.ſing. adducta per Bar. in d.l.ſi diuortio.in c.ſi quos.xij.q.ij.Sed videtur mihi illa gl. non eſſe formalis,ſed text.ipſa formalior in ver.amplius. vbi ſi donatio ſeruo manumiſſo ab epiſcopo facta excedat modum illic poſitum,reuocatur.glo. dicit. Ergo valet pro par-
14 te, pro parte non † quod induci poteſt ad hoc , vt ſi excedat merita,donatio reuocetur,& debent merita probari, vt tenet Barto. & ſcriben in l. ſi donatione. C. de colla. & dicit Barba.ſe ita conſuluiſſe in quæſtione facti, cum quidam canonicus donaſſet concubinę ob ſeruitia multa vltra ea quę concubinę debentur,quia conſuluit quod probatis meritis & eorum qualitate valeret donatio.

¶ Octauo breuitatis cauſa,venio ad fundamenta Iaſ.& cõfirmo.Nam donatio iſta mutua & viciſſitudinaria non eget inſinuatione quamuis ſit immenſa,vt & Ang. & Io.An.volunt in locis allega.per Iaſ.& Old.etiam quem adducit Alb. Saly.Alex.Bal.& ceteri in locis per Iaſ. recitatis , ubi tenent, quod ſi fratres faciant inter ſe talem donationem , ꝙ ſuperſtes alteri ſuccedat,& bona alterius ad eam pueniat,eſt quædam viciſſitudinaria donatio,& quæ valet , & non eget inſinuatione. addo ad Iaſ.& alios limitando hoc dictum, vt procedat,quando eſt donatio & per modum donationis fit,tũc valet vt uoluit gl.in l.fi.C.de pact.in ver. accommodauerit, in fin.& vltra dicta per Iaſ. alleg. Alex. in conſilio. xx. col. ij. volum.iij.videlicet,ꝙ obligent & promittant adinuicem donare bona ſuperuenienti,quando ſine liberis deceſſerint,qa
15 per ſuperuenientiam liberorum reuocaretur. l.ſi vnquam. de reuocan. donatio.C.vt dicam in prima limitatione, † ſecus ſi per pactum fieret, quia eſſet prohibitum vt potę ſuccedendo,ita Bar.voluit in conſilio ccviij. quod incipit , promitto tibi & tu mihi.ita Decius in l. pactum.C. de colla. conuenit de pacto facto cum patre de non auantagiando filios,de quo remittit ad ea quæ notantur in conſl. clxxxiiij. vbi late & ſubtiliter differit An.de hac re legas apud Iaſonẽ, quæ ſunt clariſſima.

PARDVLPHVS
PRATEIVS I. C.
Ad Legem Iuliam, De Fundo Dotali.

VEteribus Maiori curæ mulierum , q̃ virorum res fuiſſe antiquiſſima monimenta nos docent, idque varij iuris articuli ſignificant . Hinc deſenderunt ff. Augu. & ff. Claudij edicto,hinc actum S. C. Velleianum, hinc Iuſtiniani conſtitutio, qua iuuentur mulieres alios antecedere . Quid cætera memorem? Ea, præter legis Iuliæ fundo dotali non alienando , obligando ve auxilium, ſilentio traſmittere placuit.Eius enim legis diſputationem inſtituimus.Ex facto proponebatur res ſoli,mobileſue doti dictas,traditasque a marito , vxoris conſenſu diuenditas,earum pretium in rem eius verſum non fuiſſe,an alienata vxor vendicare poſſet,quærebatur.Quod dotis cauſa datum eſt,mariti eſſe Iuſtinianus Imper. ſcribit Iſti. qui.alie. lic.uel nõ.qđ eius interpres Theophilus his uerbis expreſſit, *διὸ γυνὴ τὸ ἀνδρὶ συναπτομένη πρὸς γάμου ἐπιδέδωκε διφορα πράγματα λόγῳ προικὸς ἐπιδέδωκε δὲ καὶ ἀγόν, καὶ διὰ τῆς τραδιτξεως δεσπότην αὐτὸν ἐποίησε τῆς πάσης προικός*: adeò vt dotalem rẽ à vxore vindicari,non poſſe Carus,Carninus,& Numerianus AAA.reſcripſerint l.doce.C.de rei vend. Iniquũ autem ingenuis hominibus non eſſe liberam rerum ſuarum adminiſtrationem Caius exiſtimat l.2.ff.ſi à paren. quis fue. manmiſ.quod & Conſtantinus Impera. l. in re. C. manda. probat his uerbis. Nam ſuę quidem quiſq; rei moderator,atq; arbiter &c.Eademq; M.Ciceronis ī oratione ꝓ l.Cornelio albo ſnĩa eſt.

Equidem quid in propoſita ſpecie lege Iulia Iuriſconſ. reſponſis,Imperatorumque cõſtitutionibus catum ſit,ſubijciam.Quod antequam faciam, quæ pugnare videbantur,diluam.Caij igitur reſponſo minimè ſubſiſtimus; quod enim ait,iniquum eſſe &c. ad ea,quæ legibus , moribusue prohibita ſunt,non pertinere,Accurſius noſter ad d. l. 2. adnotauit. Sed & non omnia,ſed pleraque pro animo quiſq; facit: idque idem Conſtantinus A. conſtituit dicta l. in re. Quin vno verbo iſthæc refellimus? Hæc generali ſunt.In toto autem iure (Papinianus ait l.in toto ff. de reg iur.) generi per ſpeciem derogatur , & illud potiſſimum habetur , quòd ad ſpeciem directum eſt, quod varijs exemplis probatur , quæ Accurſius & P.Decius in d.l.in toto. receſent. Idem in legibus contrarijs obſeruandum cenſet M.Cicero libro ſecundo,de Inuen.his verbis: Nam quæ in partem aliquam , & in certam quandam rem ſcripta eſt,propius ad cauſam accedere vſdetur,& ad iudicium magis pertinet. Quid? quid generalia varie reſtringi conſtat; quod & A.Aciatus non ſemel docuit ex medijs Iuris Ciuilis & Pontificij uiſcerib. l. 1. nu. 4.C. de ſacroſanctis eccleſijs. & libro primo de verb. ſignifi.

Ait igitur lex Iulia à diuo Auguſto in ſecto ſuo Conſulatu lata, Vlpiano, & Tranquillo auctoribus.

Dotale prædium Italicum maritus, inuita vxore, ne alienatio, ne conſentiente ea, obligato.

Hoc

Hoc legis caput Paulus libro secundo Senten. titul. 22.& Caius l.4.ff.de fun.do.tecitant,& interpretantur. Quod autem ait OBLIGATO, ad hypothecas, & seruitutes non admittendas, imponendasve pertinet.l.5.ff.eo.tit.Idem quod lex Iulia, Iustinianus sæpissimè constituit. Is enim l. vni.§.& cùm lex.C. de rei vxo.act. & cum lex Iulia (ait) fundi dotalis Italici alienationem prohibebat fieri a marito, non consentiente muliere: hypothecam autem, nec si mulier consentiebat, interrogati sumus, si oporteat huiusmodi sanctionem super Italicis tantùm fundis, sed & pro omnibus locum habere placet, itaque, nobis eandem obseruationem non tantùm in Italicis fundis, sed etiam prouincialibus extendi.

Idem Nouel.61.§.peul. καὶ πολλῷ μᾶλλον (inquit) ταῦτα ἐπὶ τῆς προικὸς πρατειν ἐιπερ τινὰ τῆς προικὸς ἠ ἐκποιήσεινεν ἢ ὑποθοιτο ἤδη γὰρ τὰ τοιαῦτα ἱκανῶς πεξειίρχασται καὶ νενομοθετηται. Legis Iuliæ sanctionem refert, & probat idem Augustinus libro secundo, Institutio. titulo octauo. Ea igitur lege & constitutionibus dotalis fundus alienari vetatur, quod & Iurisconsul. responsis receptum scio l. tertia. & quarta, & toto ferè titulo.ff.de fun.dot.& Imperat.in authen.siue à me: & siqua mulier. C. ad senatusconsultum Velleianum. Idem recipit communis interpretum schola, ne vllo quidem discrepante. In eandem rem extant varia responsa, quæ vulgo consilia appellantur. Ea recẽsere infiniti esset operis.Maximum autem fundi dotalis priuilegium esse ait,vt alienari non possit. Sed nec mulieris consensu iuuabitur huiusmodi alienatio legibus improbata, idque Iustinianus constituit d.§. & cùm lex. & Insti. qui.alie.licet,vel non. in fi.princi.& eadem Nouel. 61. βεμ. νημμτιρας. συναίνεσις (λέγει) γὰρ ἐπὶ τῶν τοιούτων ἢ εἰς ὑποθῆκην ἢ εἰς τὴν ὠνὴν ἢ εἰς ἄλλην γεγραμμένη πόν λαμβάνουτα παντελὸς οὐκαῦν ὄνησεεν ἐ προσαπαξ τῆς συναινέσεων, quod & Græcus interpres tit.de fun.do.in Basil.& Azo in sum.C.eo.ti.quod & Bal. Perusinus obseruat ad Impera. constitu.l.si prædium.C. de iure do. ex eius sententia. Cuius rei rationem affert Iustinianus.d.§.cùm lex. Ne, ait, fragilitate naturæ suæ in repentinam deducantur inopiam. Eandem rationem adducit idem Imperator Institu. libro secundo, titu.8.in fi.principij. Vnde, nec immeritò mulierem a mollitie dictam putat Varro. Mulieres, quò volunt flectunt mariti blanditijs, minis, aspectu scrabro, quid? an non & verberibus? quo genere quod maximè cupiunt, eliciunt. Hinc fraudes enasci, doli mali hamo mulieres capi, fragilitateq; circunscribi videmus, vt non immeritò dixerit Vlpianus l.2. ff.ad senatusco. Velleia. mulieres multis casibus supponi, atque obijci, idque ob sexus imbecillitatem, earumque infirmitatem iuuandam. Infirmas igitur, & imbecilles eas appellat, qua de causa a maritis deliniuntur, & quò hi volunt adducuntur, quas, cùm delinimentis, maritali metu frangi possint,fragiles rectè appellat Iustinianus. d.§.& cùm lex.quod pernoscentes mariti animos carum habentes vel minimo negotio ad rerum suarum alienationem impellunt. Ad eam quoque sexus fragilitatem respexisse mihi visa est Ouidiana Phyllis.

Fallere credentem non est operosa puellam
Gloria: simplicitas digna fauore fuit.

Simplicitatem appellat,quæ calliditati opponitur. Simplicem enim doli non capacẽ appellamus, & fraudis nescium. Sed mouet, pugnatque videtur quod in Andromache scribit Euripides.

μυγὰρ τι ἄινος ὡς γυναιξὶ μὲν τ'χναι
μὲλλουσι λὸγχη ἄ ἄνδρες ἐυστοχώτερον.
ἐι γάρ δόλοισιν ἦν τὸ νικητήριον
ἡμεῖς ἂν ἀνδρῶν ἰχομεν τυραννίδα.

Quò pertinet & illud Hesiodi in oper.& dieb.

Εν δέ φρένες νήϊοι τεσὶ ουκαὶ ἐπίκλοπον ἦθος.

Quibus versibus significantur mulieres doli artifices, & versutas esse atqui fragilitatem doli nescias, & τῆς ἀβουλίας comitem esse addubitat nemo. Hæc pugnantia non sunt, quæ ita idem Euripides in Medea conciliare videtur.

γυν αῖκες ἐσμεν ἐσθλ' ἀμηχανώτατοι,
κακῶν πάντων τέκ τονες σοφώτατοι.

Sexus igitur fragilitas impedimento est, quo minus dotalis prædij alienationi consentiat mulier. Nec mouetur,quòd Iauolenus scribit l.vlt.ff.de pactis dota.his verbis,vxor viro fundum æstimatum centum in dotem dederat,deinde cum viro pactum conuentum fecerat, vt, diuortio facto, eodem pretio vxori vir fundum restitueret: postea, volente vxore, vir eum fundum vendiderat ducentorum, & diuortium erat factum, Labeo putat viro potestatem fieri debere, vtrum velit ducenta, vel fundum reddere, neque ei pactum conuentum remitti oportere. Idcirco hoc puto Labeonem respondisse: quoniam voluntate mulieris fundus venijt. Quod aiunt Labeo, & Iauolenus fundum dotalem rectè venijsse, quòd mulieris voluntas interceserit, de prædio dotali æstimato accipiendum eorum verba docent: inque potestate viri fuisse vel fundum, vel pretium reddere. Quæ enim æstimata sunt, volente muliere, alienari posse Bart. existimat & Petro probatum ait in l.si æstimatis.ff.solu.matrimo.Planè doti data, etiam æstimata, vendi non poterunt, si mulieri electio seruata sit, idque diui Seuerus, & Antoninus rescripserunt l.prima.C.de fun.dot. Quod & Africanus responderat. l.quòd si fundus.ff.eodem titu. Quòd si (ait) fundus in dotem æstimatus datus sit, vt electio esset mulieris, negauit fundum alienari posse. Quòd si arbitrio mariti sit, contra esse. Legem igitur Iuliam de fundo non solum de inæstimato, sed & de æstimato, cuius electio mulieris esse, accipiemus, idque Græcus interpres in libro βασιλικῶν indicat.Restringitur tamen,si mariti id arbitrio esset, vt suprà proximè dixi. In rebus igitur inæstimatis & æstimatis quidem, sed quarum electio mulieri seruata fuit, eius consensum obligatorium non esse Decretali Pontificis Maximi epistola significatur. ca. cùm contingat. de iureiuran.in antiq. Eius autem modi alienatio adeo nullius momenti est, vt nulla obligatio inde nascatur. Huic enim lex Iulia occurrit l. cum lex. ff. de fideiuss. quod & Alcia. obseruat dicto c.cum contingat. Nullamque actionem emptori proditam Bal. adnotat. l.si prædium. nume.2. C. de iure dot. Nam, prohibita obligatione, prohibetur actio, argumento petito ab antecedente destructo, quo argumenti genere vtitur Paul. I.C.in l.& quia.§.ideoque.ff.de iurisdict. omn. iudi. fortissimi huius argumenti meminere Bal. in l.conuenticula. C. de episco. & cler. & N.Euerardus Præses in locis argu. leg. Ex obligatione nasci actionem Paul. scribit l. licet. §. ea obligatio. ff. de procura. Emptori igitur tradita sol.matrimo.vendicabit mulier,quod Accursio placuit, qui suam sententiam iuuari, ait Iustinia.A.constitutione l.in rebus. C. de iure do. Idem responderem, & si constante matrimonio ob mariti inopiam dos exigeretur, ex sententia Vlpiani l.si constante.ff. sol. matrim. Diuersum ius erit, si maritus vxoris hæres sit, aut dos lucro ei cesserit. l.penul.ff.de iure dot. Quid? si mulier iurasset se alienationi consensisse, seque controuersiam non moturam aduersus alienationem? Eiusmodi iusiurandum alienationi non obesse quidam putant: quoniam contra ius sit,eiusque formam, & præscriptum, ideoque non seruandum l.iurisgentium.§.& generaliter.ff.de pactis. In omnibus contractibus à lege prohibitis iusiurandum admitti vetuerunt Impera. l.non dubium. C. de legib. E qua constitutione adnotat Bart.nullum eum esse contractum, quem lex voluit: ideoque iusiurandum in eum præstitum nullum esse: In alienatione fundi dotalis idem recipiendum Accursius censuit ad d.§.& cùm lex. & Institut.quib.alie.lic.vel non. In quam sententiam iuere Bal. in l.si prædium. C. de iure dot. Alcia. l.prima,num.43.ff.sol.matrim. I.Corasius præceptor in rub. ff.eodem tit.Cuius rei rationem hanc adfert idem Bal.in dicta i.si prædium. nume. 5.

Quòd iuramentum non obliget, vbi lex obligationem prohibet, quod & proximè ex Bartolo obseruaui. Addidit aliam Alcia.dicta l.prima, nume.43 quòd fauor publicus in dotibus versetur. Sed & si nimia reuerentia iurauerit mulier (quod in proposita specie euenisse verisimile est, imò verissimum)iureiurando alienationem non confirmari cõstat ex Vlpia.sententia.l.prima, §.quæ onerandæ.ff.quar.rer. actio non detur, quò responsum illud adducit (& rectè) Humb.Bouencus in repet. authen.sacramenta.nume.50.C. si aduers.vendi. Pontifices tamen maximi contrà decreuerunt propter vim, auctoritatemque iurisiurandi, quo Deo obligamur, salusque animæ in eo versetur cap. cùm contingat. de iureiuran.in antiq.& cap.licèt mulieres. eod. titu. libro sexto.Ea vis est iurisiurandi, vt quod iure minimè subsistit, firmet & corroboret Papiniano auctor. l.cùm pater. §.filius matrem,ff.de lega.2. Sed ne iniquitatis vinculum sit iusiurandum,neve decipiamur specie boni,Pontificiæ legis solutionem petendam optima ratione censuerunt Innoc. & Ioann.Andr.in dicto c.cum contingat.idque Pet. Anch. probat,cap.2.de pactis.in sexto,Guido Papa decis. 224.eundem Bouencus in dicta authen. sacramenta. sequutus concedendum ait, quorum sententiam iuuat Pontificis Maximi decretalis epistola. cap.1. de iureiuran.vbi Fely.Sandæus disputat fusissimè,qui iuramenti vinculum soluere possint, at eo genere cessabunt decreta Pontificum dicto cap.cum contingat. & dicto cap.licèt. Cessabunt etiam, si iuramentum ui,doloue:præstitum sit, aut alicui noceat.dicto c.cum

contingat

Source : BIU Cujas

contingat. & dicto cap. licet. Quod autem ad ius ciuile adtinet, metus probatio non exigitur, sed dotalem fundum probare sat est. Vim apud pontifices accipere debemus metum reuerentialem. Alciat. dicto cap. cum contingat. quod verum putem. Nam mulieres sunt meticulosæ Euripidi in Hippolyto.

γυνὴ γὰρ ἐπὶ τ' ἄλλα μὲν φόβου πλέα.

Aiunt Pontifices, vis ad metum pertinet. Nam quod vi fit, id metu factum intelligi Vlpianus scribit. l. prima, in fine. ff. quod metus cau. Metum cadentem in constantissimum virum, vimque atrocem, sed reuerentialem apud Pontifices inque proposita facti specie non exigimus, sed reuerentialem, idque Barto. prodidit. l. prima, §. quæ onerandæ. ff. quar. rer. act. non det. In hæc verba. Nota, quòd licèt actio, quod metus causa, requirat corporis cruciatum, vel metum, tamen propter metum, qui est ex nimia reuerentia, vt quam mulier habet ad virum &c. rescinditur promissio, & paulò post. Non tamen propter metum, qui est ex nimia reuerentia, vt quam mulier habet ad virum &c. & paulò post. Debet ergo probari, quòd præcesserunt minæ, vel verbera, tunc enim cum illa qualitate, scilicet, quia maritus est, efficitur iustus metus. Hæc ille. Quo in genere A. Alciatus in dicto cap. cum contingat. scribentes (inquit) exigunt simpliciter minas præcessisse: nec distinguunt (ait idem) an eas exequi solitus sit. & istud maximè in muliere locum habere debet. quoniam talis sexus meticulosus est, vt glossator adnotauit in c. cum locum. de sponsal. in antiq. & suprà ex Euripi. probauimus. Adijcit idem ibidem solum metum reuerentialem sufficere, quò propendit l. pen. ff. de furt. pudor enim, & verecundia, ipsa reuerentia ad resistendum, prohibendumve rem alienari impedimento est. An autem præsens, vel proximus metus probandus sit, videamus. Equidem metum longo temporis interuallo præcessisse, vel ipso alienationis tempore incussum, vel postea subsecutum probare nihil interesse putem. Nam quod ad præteritum adtinet, sciendum est, si metus interceserit, irritam esse rerum dotalium alienationem, etiam si post metum, vel minas sequatur alienatio ex interuallo: cùm pendente matrimonio metus durare videatur Barto. l. si ob turpem. versic. & ideo in quæstione. ff. de condic. ob turp. cau. quod probat Arnold. Ferronus in consuet. Burdig. titu. 4. de do §. duodecimo. eoque respexisse videtur Barto. ad d. §. quæ onerandæ. his verbis, vel minæ præcesserunt, aut verbera. De metu præsenti, vel negotio instanti dubitandum non est. Siqua enim mulier verberibus præsentibus contractus tempore, vel etiam minis alienationi rerum dotalium consentire cogeretur præsentibus testibus, & tabellione, quis eum contractum metu initum negaret? Hoc nulli dubium, lex est de dubitabili. l. quod Labeo. & ibi hoc adnotat Accurs. ff. de Carb. edic. Nam ait Vlpianus in l. prima, ff. quod met. cau. ibi instantis, non de verè præsenti accipiendum putat Barto. l. metum autem. no. 1. ff. quod met. cau. sed quia res (ait) eo verisimiliter tendit per l. 3. ff. de dona. causa mor. Instantem igitur, imminentem, vel proximum, vel paulò post futurum accipere debemus. Instat enim, quod imminet, vel propinquum alienationi est. Quod ait Vlpian. in dicta l. 1. vel futuri de aliquanto interuallo futuro accipi debet, nisi dicas instantem, id est, proximè futurum, vt vel explicationis nota sit, vt & alibi sæpe atque ideo de præsenti metu. dicta l. 1. & l. metum autem. accipiendæ non sunt. Nihil igitur interest metum longo interuallo, vel paulò ante actum, vel propinquè, longeve subsecutum probari, idque ex proximè dictis liquido constat. Idem Ferronus eodem loco consulit mulieri veritæ, ne bona sua minis, aut metu alienare cogatur, vt sibi ita caueat, vt contestetur prius, idque clàm adhibito tabellione, & testibus, sese si consenserit, vti vendat venditurum minis, & metu: tunc enim remissio iuris ob eam contestationem subuertetur, idque ex c. 1. quod met. cau. atque ita Dinum consuisse refert in l. qui in aliena. §. fin. ff. de acquiren. hæredi. cuius sententia potior visa est, quàm Bar. & Alexan. eam improbantium, cuius rei rationem hanc ibidem subijcit Ferronus Senator lectissimus. Cum clam (ait) contestetur, quod palam non audet ex Iuliani Augu. rescripto l. 2. C. de ijs, qui per met. iudic. non appellau. Quid? si mulier illud testata non fuit, & venditioni, alienationique iureiurando firmatæ consenserit? Consultissimè secum agetur, si Pontificia lege solui se petat, solutumque sit iuri siurandi vinculum. Nam, eo soluto, res adius ciuile metum nullum exigens referenda erit, potissimum si apud iudices laicos lis agatur. Imò, sublato iureiurando, contractum nullum esse, Guido Papa scribit decisio. 226. cuius sententia vera est. Huic enim alienationi lex Iulia occurrit, quæ dotale prædium alienare prohibet.

CERTIS tamen ex causis fundum dotalem alienari posse variis iuris ciuilis articulis constat, idque vtilitatis causa receptum est. Quæ autem sint hæ causæ, videamus. Et Paulo placuit. l. 1. ff. de fun. dot. legem Iuliam cessare ob id, quod maritus damni infecti non cauebat, vicinus missus sit in possessionem fundi dotalis: deinde iussit possidere hic dominus vicinus fit: quia hæc alienatio voluntaria non est. Lex Iulia igitur de voluntaria alienatione accipienda est. At ob maritorum culpam vxores inquietari leges nolunt, idque constitutum est. l. secunda. C. ne vxor pro marito. Sed quod ait Vlpianus in dicta l. prima. rei vitio receptum censuit Bal. noster ad dicta l. prima. Rem tamen cùm sua causa ad eum, qui missus est, transire idem Bald. scribit. Soluto matrimonio rem mulieri restituendam putem, idque æquitatis ratio suadet, idque superiore constitutione iuuatur. dicta l. secunda. C. ne vxor pro marito. Græcus interpres Cyrillus in libro Basilic. hoc ipso titulo ait, quòd non cauerit damni infecti missus fuerit à secunda possessione in dominium rei dotalis, valet alienatio. Sed & illud adde, exinominato Græco interprete meritò petitam à marito damni infecti cautionem. In dote enim maritus instar emptoris est, vt lib. 44. tit. sexto. cap. 19. Emptor autem satisdat non solùm, quando à domino, sed etiam quando à non domino emerit, vt & lib. 19. tit. 2. cap. 13. Et creditor, qui pignus accepit, satisdat: cap. 12 & 15. vbi etiam generaliter dicit, quod quilibet ius habens in ædibus, & non satisdans, cum possit, ab eis excidit. Hactenus ille. Non tamen negant Vlpianus & Græcus interpres (quisquis ille fuit) quin res transeat cum sua causa, vxorve eam sol. matrimo. vindicare possit, sed & si per vniuersitatem transit prædium, secundùm quod fieri potest ad alterum, veluti ad hæredem mariti cum suo tamen iure, & alienari non possit. dicta l. 1 hoc etiam casu cessat lex Iulia. Quod ait Vlpianus in dicta. l. 1. cum suo tamen iure, ad vtrunq; casum pertinet. Si fundus dotalis æstimatus datus sit, vt arbitrio mariti esset, eum alienari posse Africanus respondit l. quod si. ff. de fun. dot. Cessabit etiam lex Iulia, si maritus fundum dotalem vendidit, & tradidit, si in matrimonio mulier decessit, & dos lucro mariti cesserit, fundum emptori auelli non posse, Marcianus scribit. l. penult ff. de fun dot. eamque venditionem confirmari ait Basil. auctor. Non pertinet etiam lex Iulia in specie, quæ apud Tryphonium relata est in l. antepenul. ff. eodem, cuius hæc verba sunt. Si fundum, quem Titius possidebat bona fide longi temporis possessione, sibi quærere poterat, mulier vt suum marito dedit in dotem, eumque petere neglexit vir: cum id facere posset: rem periculi sui fecit. Nam lex Iulia, quæ vetat, fundum dotalem alienari, pertineat etiam ad huiusmodi acquisitionem: non tamen interpellat eam possessionem, quæ per longum tempus fit, si ante, quàm constitueretur dotalis fundus, iam cœperat, planè si pauciissimi dies ad perficiendam longi temporis possessionem superfuerunt, nihil erit, quod imputetur marito. In hac specie fundi dotalis alienatio fieri dicitur. Nam quod vsucapitur, alienari, Paulus dixit. l. alienationis. ff. de verb. sig. quod & Græcus interpres obseruat in lib. Basi. tit. de fun. dot. Quod tamen in Tryphonini specie proponitur, nempe fundum dotalem capi vsu, & longi temporis possessione, accipi debet, si ante dotis dictionem, dationemve, vsucapi cœptus sit, atq; omnes Græci interpretes consentiunt. Legem quoq; Iuliam ad res mobiles non pertinere scribit Constantinus Harmenopolus lib. 4. ti.

ὅτι γυνὴ ἐν τούτῳ ἀκίνητα μένου δύναται ἐκ ποιεῖν κινητὰ δι' ἀνάγκην, καὶ δι' ἀδεκαέκτοιεῖ ἐάμενῶ τοὶ ἡ γυνὴ ἀκί νητον ἐκποίησον δύνατα ἐ ανὴρ κινεῖν ματα τοῦ ἀγοράσου.

Dotem autem in mobilibus, vel se mouentibus constitui, dici, dari ve posse Iustiniani. A. constitutione significatur. l. vni. §. exactio. C. de rei vxo. actio. Harmenopuli sententia legis Iuliæ verbis iuuatur. Vsa enim fuit verbo, Prædium. quo res immobilis significatur, idque ex verbis Vlpiani liquet. l. prima, ff. de fundo dot. qui pro prædio fundum dixit, & in illis titul. de seruit. rustico. prædio. & urba. D. Regulariter igitur definire ueteres dotalem fundum alienari non posse, quod tamen, necessitate suadente, restringi Azo in summa. C. de fun. dota §. est autem. scribit. Cuius rei exemplum adfert, quorum primi duo ex necessitate dimanasse ait. Scribit enim eum, qui à socio fundi dotalis prouocatur alienare uideri, idque necessitate quadam. Alterum descripsit ex dicta l prima, ff. de fundo dot. quod necessitati tribuit. Quod de omni necessaria causa accipere uidentur Barto. & Bald. in dicta l. prima, quod minimè admittendum putem, nisi legibus, constitutionibus, iurisque consultorum

responsis

Source : BIU Cujas

reſponſis expreſſim cautum eſſet. Huiuſmodi alienationibus mulieres indotatæ fient. Atqui reipublicæ interest, dotes mulieribus conſeruari. l. prima, ff. ſolu. matrimo Quod ait lex Iulia dotale prædium alienandum non eſſe, & conſtante, & ſolu. matri. accipere debemus. Nam (ſicut in ea re teſtis eſt Papinianus l. etiam. ff. de fun. dot.) etiam dirempto matrimonio dotale prædium eſſe intelligitur, quod & Bald. docuit l. rem, quam. C. de iure dot. per illum text. qui rem, quam ſocer doti genero dederat alienare vetat. Sed ad decretalem Pontificis Maximi epiſtolam reuolemus. dicto ca. cùm contingat. de iureiuran. Ea iuſiurandum ad ſeruandum iuberi, contractum autem minimè confirmari ſcribunt Bart. l. ſi quis pro eo. num. 11. ff. de fideiuſſ. & A. Alciatus dicto cap. cùm contingat. nume. 10. quod verum ſemper exiſtimaui.

Soluto igitur iureiurando, & diſpenſatione (quod aiunt) obtenta, legi Iuliæ locus erit. Iuri tamen iurando mulierem non ligari admittendum, ſi liberis mulieris damno eſſet alienatio. d. c. cùm contingat, à contrario ſenſu, quod & ibidem Gloſſator & Anto. Butr. probant: & quod tamen diſtinctione quadam admittit I. Imolæus ad dicto cap. cùm contingat. quo loco A. Alciatus interpretatur verbum præiudicium, concludens hoc filijs præiudicio non eſſe, quod tamen gloſſator ibidem adſtruit, & verum eſt. Nam quę differentiæ ratio aſſignari poſſet, erit potius de præiudicio creditorum, quàm filiorum accipi debeat? Hæreditatem matris filij deberi conſtat. l. ſcripto. ff. vnde lib. & l. nam & ſi. ff. de inoffic. teſta. Siid, quod meum futurum eſt, & in alium omnino transferatur, id damno mihi non eſſe dicemus? Ceſſante metu, dolo, alteriuſve præiudicio pontificiæ regulę. dicto cap. cùm contingat. ſtandum ait Alciatus ibidem propter vim iuſiurandi, cuius cauſa res iure pontificio definienda, terminandave erit. At eo ſoluto, negotium ad ius ciuile referri debet. Hoc loco inſtituenda eſſet diſputatio, an iureiurando contractus firmetur, quod fuſiſſimè Alciatus, & alij diſputant ad d. cap. cùm contingat. Equidem (quod ad propoſitam ſpeciem attinet) non confirmari putem: ſed quia Deo immortali iurantem obligari pontificij dixerunt, ideo ſeruandum iubet Pontifex, non tamen confirmare ſcribit. Ait lex Iulia. Alienato. Alienationem accipere debemus omnem actum, per quem dominium transfertur. l. prima. C. de fun. dot. Alienationis autem verbo & emphyteuſim, & hypothecam contineri, ſcribit Thaleleus eodem titu. in libro Baſilic. ſed an fundum dotalem permutandi ius ſit, videamus. Permutationem emptioni vicinam. l. Paulus ſcribit. l. ſecunda. ff. de rer. permuta. eamque emptionis vicem obtinere Imperat. conſtituerunt. l. ſecunda. C. eod. Igitur lege Iulia, & hanc contineri affirmare auſim. quod & iure, moribus apud Marchiam receptum ſcio. Illi enim libro conſuetud. artic. 213. ita ſcriptum eſt. [Le mari & la femme conioinctement, ou ſepareement, ne peuuent vendre, aliener, permuter, ou autrement diſpoſer des biens dotaux.] Quod iure probari poteſt. Nam omnis actus, per quem dominium transfertur, alienatio eſt dicta. l. 1. C. de fun. do. Permutatione dominium tranfertur l. 1. ff. de rer. permu. Permutatio igitur dotalis prædij ad legem Iuliam pertinet, vt quæ alienationis verbo contineatur Nouella Iuſtiniani conſtitutione 7. τὸ δὲ τῆς ἐκποιήσεως ὄνομα δεννικώτερον διὰ τοῦτο τεθείκαμεν ἵνα καλύσωμεν καὶ πρᾶσιν καὶ δωρεὰν καὶ ἀμοιβὴν. &c.

Quod autem ait lex Iulia, Neu obligato, ad ſeruitutes produxit Vlpianus. l. Iulianus. ff. de fun. dot. Lex autem Iulia non ſolùm ad totum fundū, ſed & ad partem pertinet, adeò vt nec hęc alienari poſſit interprete Vlpiano. l. dotale. §. prędij. ff. de fun. do. Quid, ſi legis Iuliæ auxilium eiurauerit mulier? nec tum quidem contractum ſubſiſtere putem: cum huic conſentire non poſſit: at renuntiationem conſenſui comparat Iuſtinianus l. vni. §. & cùm lex. C. de rei vxo. act. Nam qua ratione adduci potuit mulier ad conſentiendum, eadem potuit & ad eiurandum, arg. l. doli. §. diuerſum. ff. de noua. & rectè: nam idem error, qui eſt in principali promiſſione, eſt in hac renunciatione, vt docet Barto. noſter l. Stichus. §. idem quæſijt. nu. 2. ff. de cond. inde. per illum tex.

FINIS.

REGISTRVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z,

AA BB CC DD EE FF GG HH II KK LL MM NN OO PP QQ RR SS TT VV XX YY ZZ,

AAA BBB CCC DDD EEE FFF GGG HHH III KKK LLL MMM NNN OOO,

Omnes ſunt quaterniones, præter OOO. duerniones.

Source : BIU Cujas

